John Adams
Library.

IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.

SHELF No.
ADAMS
31.6
v.1

BASILII FABRI

THESAVRVS ERVDITIONIS SCHOLASTICÆ.

BASILII FABRI

THESAURUS

ERUDITIONIS

SCHOLASTICÆ

John Adams

BASILII FABRI
SORANI

THESAVRVS ERVDITIONIS SCHOLASTICAE

OMNIVM VSVI ET DISCIPLINIS OMNIBVS
ACCOMMODATVS
POST
CELEBERRIMORVM VIRORVM
BVCHNERI, CELLARII, GRAEVII,
OPERAS ET ADNOTATIONES
ET MVLTIPLICES
AND. STVBELII ET IO. MAT. GESNERI
CVRAS
ITERVM
RECENSITVS, EMENDATVS, LOCVPLETATVS.



FRANCOFVRTI ET LIPSIAE,
IN TABERNA LIBRARIA IOH. FRID. GLEDITSCH.
MDCCXLIX.

xx
ADAMS
3106
v.1

LECTORI
AEQVO ET ERVDITO
IOH. HENR. LEICHIVS.

In hoc Thesauro Eruditionis Scholasticæ digerendo, augendoque, Buchnerus, Cellarius, Gesnerus, viri summo ingenio, exquisitissimaque doctrina, tantum studii consumsere, tantum molestiæ devorarunt, ut, multiplici eorum cura, Basilii Fabri, Sorani, qui primus hunc laborem aggressus est, diligentia fere obscurata sit. Nihil certe in eo genere instructius, aut magis accommodatum juvenum studiis, ab ullo expectari potest, & aperte, optimoque jure, viri eximii, qui Roberti Stephani Thesaurum in Anglia recudendum curarunt, Fabrianum Lexicon usu & eruditione, præ omnibus aliis, longe commendatissimum esse, professi sunt: quorum judicium Ioh. Guil. Bergerus, humanitatis vindex acerrimus, in præfatione Orationum suarum, nuper comprobavit. Nihilominus ad eam laudem, & tanti quidem operis, quoniam in omnibus rebus difficilis est optimi perfectio atque absolutio, quædam adhuc deesse videbantur. Quare cum de nova editione Ioh. Frid. Gleditschii, bibliopolæ integerrimi, heredes cogitarent, Gesnerus vero, vir celeberrimus, aliis utilissimis laboribus, bono publico, tum maxime intentus, negaret, se Thesaurum hunc iteratis curis cumulare posse; autor ipsis exstiti, ut doctorum virorum observationes, ab eo tempore, quo novissima editio prodierat, scriptas, & sparsim editas, suis locis adjungerent; nec difficulter a me impetrari passus sum, ut in ea re meam ipsis operam addicerem. Hac ratione effectum est, ut ex Livio, Drakenbor-

kenborchii, v. c. ſtudio ad veterum codicum fidem recenſito, & illuſtrato, millenæ obſervationes in hunc Theſaurum translatæ, nonnulla etiam ſcriptoris ejus emendatius poſita ſint, ut ſuperiores editiones cum hac nova conferenti apparebit. Iacobi Facciolati, Dreſigii, & Ill. Menckenii noſtri ſupplementa ſuo loco inſerui, delectu tamen adhibito: ne, dum in nimiam molem opus excreſceret, eorum, quibus præcipue dicatum eſt, manibus excuteretur. Præterea ex Miſcellaneis Clarorum Anglorum, Belgarumque, obſervationibus, & antiquarum Inſcriptionum Theſauro Muratoriano, haud pauca excerpſi, in his nova quædam vocabula, quorum in illis monumentis ampliſſimum ſpicilegium ſupereſt. Geographica & hiſtorica, ad acriorem limam revocata, non tenui ſupellectile paſſim locupletavi, egregia multa a præſtantiſſimis antiquariis, Italis præſertim, mutuatus: bis poſita, aut alieno loco, reſecui. Menda plurima, quæ operarum ignavia & negligentia irrepſerant, ſummo ſtudio nunc ſublata ſunt: multa veterum exempla, ac dicendi rationes, perperam adducta, optimis editionibus accommodavi. Francogallicam vocum interpretationem, neſcio, quorum conſilio, huic Theſauro additam, cum nec ſatis accurata eſſet, & ex Danetiano, aliisque Lexicis, haud paullo melior peti poſſet, omiſi. Ceterum plurima ex Lucano, Virgilio, Suetonio, Burmanni, Panegyrico item Plinii, a Schwartzio, v. c. nuper expolito, aliis, (quæ probata eſt viris doctiſſimis ratio,) addi debuiſſent: verum major hic labor, & operoſior, erat, quam ut eum ſpatio duorum annorum, quo circumſcriptus fui, exantlare potuiſſem. Tu, Lector, his conatibus fave, & erroribus, ſi qui occurrent, humanis humaniter ignoſce. Vale. Scr. Lipſiæ v. Kal. Mart. A. MDCCXLIX.

PRAE-

PRAECIPVAE PRIORVM EDITIONVM PRAEFATIONES.

AVGVSTI BVCHNERI AD LECTOREM PRAEFATIO,

PRAEMISSA EDITIONI ANNI MDCXXV.

Nemo inficiabitur, Basilium Fabrum Soranum, Virum perquam eruditum, &, dum fata Deusque sinebant, ad informandam bonis literis juventutem prope unicum, in condendo & adornando Scholasticæ eruditionis, quem vocat, Thesauro, qua discentibus, qua docentibus utilissimam multo sumsisse operam. Interim & hoc negari non potest, multa in illo opere, quæ aut manifeste falsa atque rejicula sint, aut prima quidem fronte bonitatem quandam præ se ferant, excussa atque examinata non ita proba esse deprehendantur. Equidem qui secum recogitet, quantum molestiæ ac vigiliarum exantlandum illi sit, qui in istiusmodi scriptionis genere operam suam occupare velit, is mirari minime debet, virum optimum cessisse quandoque laboribus, sibique somnum obrepere aliquem passum fuisse. Est & alias communis humanitatis nostræ conditio, ut & perfectissimi aliquando possint peccare. Jam ea tempestate vixit ille, quæ quidem doctissimis ac eruditissimis viris non caruit; in eo tamen splendore ac excellentia, quam nostra ista miratur ætas, literariam rem constitutam non vidit. Itaque tam effecte elaborare hoc suum opus, tam probe deasciare polireque omnino nequiit, ut non relinqueret aliquid posterorum limæ. Quam sæpe probissimæ notæ vocabulum, ut barbarum & non latinum deculpat? Quam multa ex auctoribus præter mentem auctorum allegat? Quoties pro veris & genuinis falsa & supposititia, corruptis exemplaribus inductus, obtrudit? Quoties scriptorum loca parum integre & emendate adducit? Quæ res non modo hærere tironem faciat, sed & eundem in errores non unos præcipitet. Quam multa sunt, quæ suis extrusa locis in alienas sedes commigrarunt? Quam multa de syllabarum quantitatibus docentur perperam, ac dictiones non eo quo debebant modulo pronunciari jubentur? Jam in vocum originationibus annotandis quoties lapsus est, quoties ineptis ac ridiculis quorundam opinionibus adhæsit? In historia porro & re antiquitatis explicanda, item in assignationibus locorum & temporum, quoties hallucinatus est, quoties manifeste erravit? In *Pes* scribit: *Compedire apud probatos auctores non legi:* atqui apud Catonem de re rustica *Compediti servi* leguntur. In *Dulcis* verbum *Edulcare* ut parum latinum infesto configit obelo: atqui Cn. Mattius Poeta eo usus est, idque nec absurde nec absone fictum Gellius lib. XV cap. XXV innuit; ut nihil de Sidonio dicam, qui alibi scribit,

> - - *ferunt exorto flumina melle*
> *Dulcatis cunctata vadis.*

Ita in *Levis* parum caute ac sapienter scribit: *Invenias & a* Levis *composita; sed nec latina satis, & a veteribus tantum usurpata: ut* Levisidus *apud Plautum.* Similiter vocem *Impræsentiarum* tanquam *monstrosissimam* damnat, eamque ut maximopere vitent pueri præmonet, cum ab ea nec Cato, nec Fannius, (quorum loca Priscianus annotat alibi) nec Tacitus, nec Apulejus, nec Symmachus, ut nihil de Minutio Felice & aliis Latinorum Patrum dicam, abstinuerint. Sic male prorsus vocem *Adventor*, pro hospite, ac conviva, quam Plautus, Latinitatis regula, ut censuere veteres, item Petronius, item Apulejus usurpavit, Latio exterminat. In *Papinianus* scribit: *Papinianum securi percussum a Bassiano propterea, quod parricidium in fratre Geta commissum diluere in Senatu noluerit &c.* Atqui tantum abest, ut hanc de præstantissimi ICti morte opinionem foverit Spartianus, ut eam explosserit potius, atque omnibus modis iverit destructum. Sic in constituenda significatione vocabuli *Testudo* pro fornice, sive camera, frustra Virgilianum illud ex II. Georg. *pulchra testudine postes* adducit. Non enim id, quod ipse vult, intelligit Poetarum maximus; sed hoc, videlicet postes testudinum tergoribus pictos & exornatos: unde *varios pulchra testudine postes* dixit. Et Servius ait: *pulchra testudine, id est, Indica: unde postes ornabantur & lecti.* Similiter in *Virus* hallucinatus est, ubi ait: *Virgilium I. Georg. virosam Pontum dixisse.* Locum isthunc innuit:

> *At Chalybes nudi ferrum, virosaque Pontus* *Castorea &c.*

Sed non *virosam Pontum* ibi Virgilius, sed *virosa castorea* dixit, ut Interpretes omnes sentiunt, & adstipulatur quoque Nemesianus Cynegetico scribens,

> *Tunc virosa tibi fumes multumque domabis* *Castorea &c.*

Sed hoc leviculum est; ad alia majoris momenti progrediamur. In *Protervus* docet, *Protervium genus sacrificii fuisse, de quo nihil oportebat relinqui.* Atqui id non *Protervia*, sed *Proterviam* appellatum est, ut ex Festo, & emaculatioribus Macrobii codicibus constat, & res ipsa satis edocet. Ita *Psychrolam* pro *Psychroluta*; *retiaculum* pro *retejaculum*; quorum illud apud Senecam, istud apud Plautum legitur, nobis venditat. In *Ægæum* ita citatur versus quidam Statii:

> - - *de Jove sonanti* *Pejor.*

quo

quo imperitior puer decipi facile, & perſuaderi poſſit, primam in *Jove* productam a Statio fuiſſe. Sed ita legendum eſt: *Delove ſonanti Pejor &c.* In verbo *obvolvere*, hæc Ciceronis præſcripta auctoritate verba adducit: *Cum immolanda Iphigenia triſtis Calchas eſſet, mœſtior Vlyſſes, mœret Menelaus obvolvendum caput Agamemnonis eſſe, quoniam ſummum illum luctum penicillo non poſſet imitari pictor:* quæ nec conſtruat tyro aliquis facile, nec intelligat, niſi ita, uti a Cicerone concepta ſunt, emendet & legat: *Si denique pictor ille vidit, cum immolanda Iphigenia triſtis Calchas eſſet, mœſtior Vlyſſes, mœreret Menelaus, obvolvendum caput Agamemnonis eſſe, quoniam ſummum illum luctum penicillo non poſſet imitari:* &c. Sed hæc & plura alia typographis potius, quam Fabro ipſi imputanda. Sub *Pilus, Compilare* & *Expilare* collocat; quæ ad τὸ *Pilum* pertinent. Sub *Vitium, Convicium* ponit, quod tamen nominis non a *vitio*, ſed a *voce*, quaſi *convocium*, dictum eſt. Ad *linio, linire; delinire* pro demulcere refert; quod ad τὸ *lenio*, a *lenis*, debebat. Sic *vireſcere*, quo Furius Poeta vetus pro ſumere, ſive recuperare vires, docente Gellio, uſus eſt, cum *vireſcere* a *vireo* imprudenter confundit. *Cæſtum* ſcribit genus fuiſſe clavæ, pilas plumbeas loris bubulis appenſas habens: Quod falſum & nugatorium eſſe revincunt ea, quæ ſuper *Cæſtibus* I. Cæſ. Scaliger in Poetica, Turnebus in Adverſariis, Mercurialis de arte Gymnaſtica ſcripſerunt. Lucretium Carum Poetam tradit & Terentio & Cicerone antiquiorem fuiſſe: quem tamen certum eſt, utroque minorem fuiſſe, ac Cicerone quidem undecim ad minimum annis. De Perſio Satyrico exponens, quendam Ciceronis locum adducit, in quo ejusdem mentio Perſii fit. Quem ſi eundem putavit cum Poeta, inſigniter oſcitatus eſt. Nam cum hic Perſius ſub Nerone fuerit, ut ipſe tradit, nec aliter res habet; equidem ejus Cicero non potuit meminiſſe. Sin vero alium, ut certe alius eſt, videlicet *Ælius Perſius*, intellexit, cur admonere de eo Lectores penitus neglexit? Igitur aut confudit auctores, aut ſuo officio non ita ſedulo perfunctus eſt. Eandem culpam in *Scævola* admiſit, ubi *Mutium* illum nobilem, qui in Porſennæ cædem juraverat, cum altero Scævola ICto confudiſſe videtur. Ita *Zeugma* dicit eſſe Daciæ urbem, ſimulque adducit illud Statii e Sylvis:

Antiquæ Babylonis opes, & Zeugma Latinæ
Pacis iter.

Atqui ex Plinio conſtat, urbem eſſe ad Euphratem ſitam (unde cum Babylone Poeta jungit) ubi Romani Imperii terminus fuit verſus Perſas: Quo illa Poetæ pertinent: *Latinæ pacis iter.* Hæc & alia longe plura (nam ex ſexcentis hæc pauca ſaltuatim excerpſimus, & per ſaturam veluti expoſuimus lancem) vel erravit Baſilius noſter vel peccavit. De quo nos ideo admonendum Lectorem duximus, ut appareret, nihil ſupra a nobis temere poſitum fuiſſe. Interim ſancte teſtamur, nos nihil detrahere voluiſſe viri optimi famæ: quem ſatis tum ipſa, quibus hæc ſcripſit, tempora, tum operis quoque difficultas excuſat. Et eſt profecto proprium, & quaſi ingenitum humano generi, errare ac labi. *Nemo noſtrum non peccat*, inquit ille, *homines ſumus, non Dii.* Cæterum, quamquam Pythagoras vetuit quicquam in libris immutari: tamen cum hic ipſe Theſaurus ob exemplarium defectum exſcribendus typis iterum & excudendus eſſet, exiſtimavimus nobis alia omnia tenenda & obſervanda: adeoque viri auctoritati boni publici ſtudium anteponendum eſſe. Idcirco ſedulam navavimus operam, ut hic liber a culpis ſuis & maculis expurgaretur, præterea in locis longe plurimis, ubi deficere videbatur, ſuppleretur augereturque, ac ita non purgatiore modo, ſed & nitidiore ac cultiore quaſi veſte emitteretur in lucem. Sit ſua cujusque labori atque induſtriæ laus; ſed fallimur, aut vere nos gloriari poſſumus, ſimilem operam in recenſendo edendoque iſto opere neminem hactenus poſuiſſe. Evolvantur omnes retro editiones, invenies, plura non inutiliter quidem addita, cæterum culpas plerasque præteritas eſſe atque relictas. Quamquam & noſtram diligentiam multa potuerint fugere. Quandoque bonus dormitat Homerus. Et ut apud Euripidem eſt, εἰς ἀνὴρ ἀ πάντ' ἐξῆν. Quemadmodum itaque nos auctori, ſi quæ deliquerit, liberaliter dedimus veniam: ita tu Benevole Lector & nobis recenſentibus, ſi quæ reliquimus mutanda in melius, candide ignoſces. Quod ſi & ipſi alibi, cum in veritatis ſemitam reducere ſumus conati alios, ab eadem divertimus, nihilominus tamen, ſpero, nobis abunde pulchrum ac honorificum erit, quod voluimus prodeſſe. Nempe quod Madaurenſis Philoſophi oraculum eſt: *Omnibus bonis in rebus conatus in laude, effectus in caſu eſt.* Quo concludimus, & te, Benevole Lector, etiam atque etiam valere jubemus.

EIVSDEM PRAEFATIO

PRAEMISSA EDITIONI ANNI MDCLV.

Triginta ipſi anni ſunt, quod Thomæ Schureri Heredes Baſilii Fabri Theſaurum denuo ediderunt Lipſiæ, interpolatum nonnihil noſtra cura, idque in melius, ni nos augurium animi fallit. Non pauca enim ſuſtulimus tum, aut reformavimus, quæ tradita ibi perperam atque expoſita eſſent, non tam auctoris vitio, quam culpa temporum, quibus ingreſſus ille hoc opus fuit. Adjecimus quoque nonnulla, unde in adoleſcentum ſtudia redundaturum utilitatis aliquid videbatur. De quibus cum te jam ante certum fecerimus, Lector Candide, cauſa non eſt, cur in præſenti recoquamus tibi hanc cramben. Sed perpurgari id temporis, & adornari cum liber ita haud poſſet, ut nihil tollendum aut refingendum amplius, nihil ſupplendum adjiciendumque deinceps eſſet, jamque Schureriani moliti novam editionem de opera ſibi navanda me perhumaniter appellarent: perſuaderi paſſus ſum, ut admoverem denuo manum, & quicquid annotaſſem interim obſervaſſemque, quo poſſit ornatius inſtructiusque prodire opus, eo conferrem. Quamvis autem hac noſtra opera infinitis partibus auctior & locupletior in manus tuas nunc veniat liber: talem tamen ſe nondum exhibet, quem velim cum maxime, qualemque extare intereſſet quam plurimum adoleſcentum ſtudiis, ut quam pauciſſima in eo ad lectionem & cognitionem optimorum auctorum cujusque generis neceſſaria deſide-

rarentur

rarentur. Sed dare ejusmodi Lexicon, neque unius hominis, & tantum eorum est, qui solida eruditione non modo judicioque excellant aliis, sed eidem negotio etiam toti possint vacare. Nobis non licuit impendere plusculum temporis, quam relegendis pagellis sufficeret, & consignandis tumultuaria opera, quæ incidebant cogitanti obiter, aut sponte ex adversariis nostris se dabant ad manum. Namque & properandum erat, festinantibus operis, ac nos subinde urgent alia ac interpellant: & cavendum posthæc, ne nimiam in molem excresceret liber. Sic venit usu, ut differrentur non pauca in alium diem; elaberentur autem nonnulla ac præterirent, quæ indigebant censura ac lima; tum, quæ non satis composita & ordinata videbantur, relinquerentur sicuti erant. Existent alii forte post nos, quibus hæc erunt curæ; nec ea tantum quæ fefellerunt industriam nostram, vocabunt ad partes, sed nostras quoque hallucinationes non inhumaniter tractabunt. Homines sumus, non dii. Deinde docet priorem semper posterior dies. Interim ausim sperare, hac mea opera adjutum iri haud parum eorum studia, qui in Latinis literis ad Musæ veteris proficere genium, & elegantias auctorum non ea tantum ex parte capere student, qua publicæ sunt & exstant in summo, sed qua recedunt etiam abstruduntque se, ut virtus ac pulchritudo earum quærenda intus & eruenda veniat. Hæc copia enim ut esset omnibus, dedimus maxime operam, profuturi ex æquo discentium studiis, & quibus docendi provincia incumbit. Neque enim dissimulandum est, reperiri haud infrequenter in scholis viros bonos, qui non feliciter satis & legant & interpretentur antiquos auctores: quod neque eorum usum magnopere habuerint ante, & destituti præsidiis ad intellectum eorum vix unquam aspirent. Vtrisque igitur ut consuleremus, non nos deterruit laboriosa rei humilitas. Vere enim, ni fallor, hic illud obtinet:

Fronte exile negotium,
Et dignum pueris putes.

Tum quod ibidem sequitur,

Aggressis labor arduus,
Nec tractabile pondus est.

Egregium alii atque magnificum putent, Persios Æliosque, hoc est, doctissimos quosque in admirationem suis trahere scriptis; nos juvet interea utilitates tyronum ante gloriam nostram habere, & studii potius, quam famæ petere gratiam. Quam qui affectant maxime, sibi dant operam, non aliis student. Cæterum de fine, & usu, & tota ratione operis, qua institutum est primum, si plenius cupis doceri adeunda tibi Fabri ipsius Præfatio est, quam eam ob causam adjiciendam curavimus. Consilia enim & cogitata animi ipsemet quisque optime verissimeque exequitur. Tantum est. Vale.

CHRISTOPHORI CELLARII PRAEFATIO,

PRAEMISSA EDITIONI ANNI MDCLXXXXII.

Nondum sexennium est, quum integerrimus vir, Io. Fridericus Gleditsch, Bibliopola Lipsiensis, supplementum Thesauri Fabro-Buchneriani, quem denuo editurus erat, a me humaniter rogaret, qui quod eorum literis adjutus venit, quorum causis nihil possum recusare; non difficulter impetravit, ut operam meam suis commodis pollicerer. Non enim futurum existimabam, ut nimius labor in illo opere superesset, in quo doctissimi viri tam longo tempore desudassent. Quum vero manum admovere cœpi, ingentem laborem deprehendi, quod exceptis Buchnerianis, sine auctore multa; fere omnia sine auctoris lectione, hoc est Libro, Capite, Versu, allegata; & innumera vocabula prætermissa; sæpe etiam longa serie quædam sine exemplo, sine testimonio, nude recensita erant, ut dubitari potuisset, utrum Latina illa, an barbara aut semibarbara essent. Qui enim primi collectores hujus Lexici fuerunt, aliud sibi propositum habuere, quam ut singulos libros, unde sua hausissent, distinctius indicarent, nedum minoribus illos incisis discriminarent. Fuerunt postea, qui Græcas sententias, & Philosophorum aliasque historias adjicerent, rem sane haud inutilem, etiam juventuti necessariam, sed ad Lexicum Latinitatis per se non pertinentem. Qui aptiora attulerunt; vel fato præventi, vel aliis impediti negotiis, inceptam telam abruperunt, quum vix uni alterique Literæ institissent. Augustus autem Buchnerus, ea semel & iterum addidit, & post mortem addenda reliquit, quæ Thesaurum hunc fulgentissimum efficiebant. Quod si huic summo viro vel constitutum fuisset, vel per alios licuisset honestissimos labores, ut, quod sparsim fecerat, etiam per singulas voces & continenti opera, hunc librum reformaret; haberemus sane incomparabilem thesaurum, &, quod omnibus satisfaceret, Lexicum. Sed, credo, sua tantum inferere, non omnia repurgare, animus fuit; quo factum est, ut intacta pæne multa relinquerentur, quæ aliam curam medicinamque postularent. Mihi tandem impositus labor, sed diffusior, quam ut novem mensibus, quibus circumscriptus eram, exhauriri potuerit. Ita etiam operæ urgebant, ut nimis mihi properandum esset, multis sæpenumero relictis, quæ alio tempore excuterentur. Vix autem peracta editio erat, & invito me nomen meum præscriptum; quum ad novam me legendo & adnotando præparavi, & quæ reliqueram exclusus tempore, ita retractare cœpi, ut vacua supplerem, turbata ordinarem, etiam resecarem bis posita, aut alieno loco insertata. Numerum addicorum nunquam inii, nec potui facile in tanta copia & multitudine. Minimum dixerim, si millena vocabula accessisse, præter exempla nova, novasque observationes, adfirmarem. Excresceret numerus, si Gradus etiam ad calculum vocarem, secure ab aliis prætermissos, Lexico autem cum primis necessarios, ut constare possit, quorum Nominum, aut Participiorum æmulantium, & Adverbiorum Comparativos ac Superlativos usus antiquitatis ferat, & quorum respuat. Non enim analo-

gia Grammaticorum heic sufficit, nisi probatis illa exemplis sit stabilita. Inprimis illud mihi curæ fuit, ut Auctores accuratissime citarentur, significato libro, & libri minore inciso, sive epistola illud est, sive carmen, sive quod vulgo Caput appellamus: interdum etiam Capitis paragrapho; & semper versu Carminis, nisi hoc brevissimum sit. Non enim satisdant eruditis, qui tantum nomina Scriptorum, ut Ciceronis, Livii, Plinii, Ovidii, in Lexicis suis ponunt, nullam rationem librorum minorumque sectionum habentes. Ita enim fieri potest, ut falsissima pro veris ac genuinis accipiantur, quum nemo facile unius vocis vel formulæ caussa majorem librum perlegerit. Sic non antiquo Scriptori, qui Lexicis utuntur, sed horum conditoribus fidem habent; qui si falluntur, errorem suum in plurimos per longa sæpe tempora propagant. Possem commemorare, ubi in Lexicis non trivialibus, sed primis & præcipuis etiam, sit perperam Cicero testimonio advocatus: aut ubi Tacitus pro Suetonio, Livius pro Curtio, Ovidius pro Tibullo, & alii pro aliis nominati sint. Atque ita creditum fuit per sæculum & amplius: etiam error in recentiora Dictionaria transfusus. Non dicam, quoties exempla ex pravis codicibus producta & transcripta sint, quos meliores nunc & correctiores Criticorum cura possidemus. Hæc ergo corrigenda nobis fuerunt, quemadmodum & cetera ad probatissimos codices examinanda; cujus studii documentum vel sola possint Ciceroniana esse, in quibus semper Iani Gruteri incisa, quæ Capita vocamus, adnotavimus, ut constare tibi, Lector, possit, nihil aliena fide adferri, sed quod ipse excussi, meisque oculis non obiter perlustravi. Vbi incisiones non erant, ipsas paginas signavi, ut Apuleji, ex Elmenhorstiana; Arnobii, ex Lugdunensi Batavorum editione cum omnium commentariis ab anno CIↃ IↃCLI; atque sic in aliis quoque optimos libros secuti sumus, ut fidem ubique faceremus certiorem. Si quid humani passi sumus, prætermisis, quæ oculos subterfugerunt; pro humanitatis lege, Lector humanissime, interpretaberis. Vale. Merseburgi VIII Calend. Octobr. CIↃ IↃC XCI.

ANDREAE STÜBELII PRAEFATIO

EDIDIONI ANNI MDCCXVII. PRAEMISSA.

Prisci Romani quantopere suam, populique sui majestatem retinentes se gesserint, *quo Latinæ vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur*, ex indicio *Valerii Maximi* cognosci potest [a]. Eundem propter usum linguæ ubique locorum receptissimum Thesaurus ille Latinitatis, qui Fabrum primum auctorem agnoscit, quique postmodum præclaris auctibus Buchneri, Cellarii, Grævii, aliorumque aliquoties, & postremo mea superveniente cura instructus, ac collocupletatus in publicum prodit, tale nunc iterum incrementum cepit, quali quantoque neque indigebit posthac, neque unquam antea adornatum esse facile fatebitur, qui æstimator æquus, nullaque livore tinctus, aut partium studio abreptus fuerit. Concedo equidem, præeuntibus in hoc studio Viris celebratissimis me neque viribus ingenii, neque auctoritatis excellentia, esse æquiparandum; sedulo tamen allaboravi, ut cura & cultura huic Lexico adhibenda nulli cessisse, sed potius vestigia præcedentium diligenter legisse videar. Non enim illi spicilegium, sed integram aliquam messem reliquerant. Quare iliorum imitatus industriam, ex quibus illi fontibus sua hauserunt, & quæ adnotatu ipsi digna judicarunt, studiose observavi, & ne sterile semper ac jejunum multis in locis dici possit Lexicon, pleniore ut ita dicam hausto, quæ prætermissa adhuc erant, propinare, & secunda nunc vice conquirens omnia, quæ eo spectant, cunctorum desideriis satisfacere volui. Minoris pretii quædam occurrunt, neque tamen talia ab aliis unquam neglecta, neque propterea repudianda sunt, quod delicatis censoribus minus grata, vel quod ab uno aliquo adoptata non sunt. Immensum Latini sermonis orbem si intueare, dantur sane etiam vocabula infimæ Latinitatis, barbara & exotica, ad *Caroli du Fresne* Glossarium rectius remittenda, quam ut mereantur puram & elegantem Latinitatem amplectentibus obtrudi; quibus & ego libenter abstinui. Sunt tamen etiam vocabula, quorum quidem usus est rarior, inculta & horrida, ut *Cicero* vocat [b], imo quibus interdum carere tuto poteramus, quæ quantumvis postponantur aliis longe probatioribus, tamen indicanda, neque prorsus sunt rejicienda, quia ad complementum Dictionarii pertinent. Et talium vocum brevissima expositione defunctus ipse statuo, quod nonnullis delectari quam uti præstet, & quod quædam fugienda sint, cum meliora & usitatiora suppetant. Et licentia nimia peccatur, & nimia timiditas, vel quasi superstitio in vitio est, & detrimentum importat Latinæ linguæ non inopi, nisi factidio nostro ad paupertatem redigamur. *Quintilianus* jam olim ea de re conquestus est [c], *Nos iniquos judices adversus nos esse, ideoque paupertate sermonis laborare*; cum nempe nova quæ videntur, vel quæ ex Græco formata sunt (de talibus ibi loquitur) ut barbara aspernamur. Istiusmodi fere judicia ipsius etiam *Ciceronis* [d], *Senecæ* [e], *Prisciani* [f] non susque deque habenda sunt. Quare nihil temere tam prima, quam altera nunc vice omittendum censui, quod ad augendam libri copiam vel propria investigatione ex vetustis monumentis collegeram, vel quod aliunde suppeditatum est. A quo instituto nullius infectatio me deterruit, quo minus illud persequerer, & incredibili contentione ac nisu in perficiendo libro, meæ fidei unice iterum commisso, integris tribus annis desudarem. Intra quod tempus etiam statim typographicæ operæ cœperunt, & mihimet ipsi, quem festinatio præcipitis instar rotæ, proxime gurgitis ac verticis modo circumegit, integrum non fuit, prelo subjectas plagulas relegere, & vitiose impressa corrigere; sed quidquid in eo oneris est, aliorum fatigare oportuit solertiam. Ne quis autem porro existimet,

a) vid. exemp. memorab. 2, 2, 2. b) de Finib. 1, 3. c) Instit. Orat. 8, 2. d) l. c. e) Epist. 58. f) l. 8 Putschii pag. 836.

met, ab aliis, quibus ipſe fateor plurimum deberi, Theſaurum plene inventum, & ſatis elaboratum eſſe, duos mox allegabo viros conteſtantes, immane quantum abfuiſſe a virtute conſummati Lexici, quantumvis ſuperiori editioni non pauca poſthuma Cellarii, & meapte manu amplius vocabulorum ſeptem millia, acceſſerint. Neque adeo invidioſum mihi erit, ſi dixero, quod hac vice viginti millia denuo ſuperaddita pronunciare liceat. Dimidia horum pars, quæ novis initiis conſtat, commode ſciri poterit, ſi præſens numerus cum eo, qui eſt antecedentis editionis, conferatur. Sed alterum tantum non niſi in contextu interpoſitum deprehenditur. Et ne quis noſtra ceu ſupervacua increpet, certo perſuaſus ſum, quod ſi viveret Cellarius, haud dubie commodata hac ratione ſubſidia approbaret, & ad ſuum nutum omnem exantlatum laborem interpretaretur. Primum autem teſtem defectuum produco *Chriſtianum Falſterum*, Con-Rectorem ſcholæ Ripenſis in Holſatia, cujus *Supplementum Linguæ Latinæ* circa finem anni ſuperioris ad nos pervenit, in quo *quinque millia* lacunarum Lexici Fabro-Cellariani ex autoribus aureæ, argenteæ, & æneæ ætatis ſupplere voluit, ipſosque defectus nunc jocoſe, nunc aſpere exprobrat. Sed plerosque vel ſimiliter, vel melius quandoque reſtitutos videbit ante adventum ſui libelli, plus conſecuturus, ſi citius transmiſiſſet, aut communicaſſet. Nam cum accederet, ultimam prope impoſituri manum, de indice Germanico ſoliciti eramus. Certe quisque noſtrum pro opibus efficit mœnia. Olim qualitercunque probata, vel nulla auctoritate munita, nulloque teſte comitata vocabula reliquerant. Poſtea vero quisque noſtrum id egit, ut ex antiquiore Latinitatis ſeculo auctoritatem arceſſat, & valorem vocum firmius corroboret; quod præcipuum etiam Falſteri opus eſſe videtur, ut digniore aliquo fulcro multa ejus vocabula nitantur, quam quo Lexicon utitur. Præterea pauca ſubſtantiva, plura adjectiva, & in his plures gradus ſuperiores, & quarundam dictionum plures ſignificationes, vel diverſum uſum ſuggerit. In his ſunt interdum, quas non deficientes in Lexico deficere putat. Sunt etiam quas ſi ſcruteris, aliter ſe habere ſentias. Iſtud dolendum eſt, quod lectionum varietate ſæpius torqueamur, quo malo in Lexicis contexendis nihil eſt deterius. Prolixam & eruditam præfationem Falſteri libello præmiſit Haſniæ celeberrimus *Severinus Limtrupius*, ubi inter alia commemorat, Theſaurum noſtrum jam olim ante tot, tantaque augmenta Foro Romano prælatum a doctiſſimo Bœclero, ſperatque, cum Falſteriano ſupplemento habere nos fere perfectum aliquod Lexicon Latinum. Multo magis dicet, Theſaurum ad aliquem ſupremo proximum perfectionis apicem perductum, cum quadrupliciter majorem apparatum, quam Falſterus, exhibuit, per noſtras lucubrationes novæ editioni audiet ſubminiſtratum. Ipſe etiam Falſterus, quia litteras amat, hic inveniet, de quo ſibi gratulabitur. Sed ne quid diſſimulem, luculentis adjutus ego ſum ſymbolis experientiſſimi doctoris Medici *Joachimi Jürgenii*, qui ſicuti antehac Nodriſiæ, & paucis abhinc annis Chriſtianiæ in Norwegia, ægrotorum curam geſſit, auxiliator eorum dexterrimus, qui ope medica indigerent: ita etiam laudabiliter noſtro Lexico, cui plus uno Æſculapio opus erat, gratioſum ſe præbuit, & non ſecus ac Apollo diverſas ſimul poteſtates exercens, & de publico excellenter meriturus, multo copioſiorem vocum ſupellectilem ante annos aliquot mihi ultro, & gratis offerre & per intervalla transmittere cœpit. Ille itidem teſtis eſt mihi fide digniſſimus, falſos fuiſſe, qui ſolis Cellarianis acceſſionibus rem confectam eſſe exiſtimarunt. Jürgenii autem, Viri integerrimi, collationes ita erant comparatæ, ut absque iis ſi fuiſſem, non pauca iterum deficerent. Non deſtiti ad primum ejus ſpecimen per collationes reciprocas exempla nonnulla reponere, ut oſtenderem, me quoque habere ejus adnotatis adjungenda; & cum ſtatim odoratus eſſem, illos vocabulorum cumulos, qui per litteras P. R. S. in Vindiciis Latinæ Linguæ, ab *Andrea Borrichio* (alias Ivaro) ſcriptis reperiuntur, ex eodem promptuario proveniſſe, amicus ille plurimi æſtimandus non modo cœptum litterarum commercium continuavit, ſed & conſeiſus eſt, rem non aliter ſe habere cum Borrichio, qui nulla ſui mentione facta ſoli ſibi eundem apparatum arrogarit. Jürgenii autem benevolentia & humanitas me ad multo majorem in amplificando Theſauro alacritatem accendit, atque exſtimulavit, ut nunc celſius conſurgat tot ſuppetiis ſublevatus, & ideo multo commendatior vultus ejus eniteat. Vt opifex ille nunc ſeptuagenarius, ſoſpes, ſalvus, atque incolumis agat, ardenter quidem cupio; ſed quoniam per diuturniorem moram nihil ad me dedit, metuo valde, ne quid in publicis calamitatibus, quæ Chriſtianiam afflixerunt, humanitus ei acciderit. Immortales nihilominus laudes & gratias etiam poſt mortem Viro optime merito deberi pro collatis tam liberali manu collectaneis, ſciant omnes, qui mecum ingrati eſſe noluerint. Hanc ergo notam declinaturus, publica hac uti volui prædicatione operæ præſtitæ non exiguæ, non irritæ, non inutilis. Cæterum cordatiores facile intelligent, non proletarium mihi onus, ſed ſatis arduum incubuiſſe in omnibus, quantum fieri potuit vel eruendis, vel adſciſcendis, vel evolvendis, vel ponderandis, vel perlegendis, vel digerendis, vel juſto loco reponendis, vel emendandis vocabulis, formulis, & obſervationibus; porro in adſcribendis generibus nominum, quod hactenus nondum factum erat, & in expungendis ſuperfluis, repurgandisque inveteratis quibusdam erratis, quorum non pauca novam elimationis lucem requirebant; denique in adnotandis Auctorum libris, capitibus, verſibus. Inter has occupationes idem fere accidit interdum, quod de ſe Cellarius fatetur [g], ſe verbum *Eluceſcit* allegatum ab aliis in Hieronymo invenire non potuiſſe, quanquam integros tomos ejus cauſſa perlegerit. Id mirum videri poſſet, cur opus tantopere auctum in multo majorem molem non excreverit. Sane per varia compendia huic periculo quæſitum eſt remedium. Pro numerorum characteribus uncialibus minuſculos dudum repoſuit ipſe Cellarius. Iam dicta, quæ juſto prolixius excerpta erant, reciſa ſunt. Loca ex Inſcriptionibus & Comicis petita olim plures occupabant lineas, jam arctius cohærent. Allegationes olim non nudis numeris conſtabant; jam primus numerus nude poſitus librum, ſecundus caput, tertius, ſi adeſt, verſum, vel paragraphum indicat. Cujusvis lateris ſpatium medium anguſtius nunc eſt ſublatis litteris marginalibus, & exporrecta linearum olim breviorum latitudine. Hac ratione plus ſpatii, & uti plagulæ cujusque, ita totius etiam voluminis octavam partem lucrati ſumus; & quanto totus liber ſine ſupplementis minor futurus erat, tanto nunc eſt locupletior, addito inſuper novo ſcapo chartarum propter acceſſionum abundantiam. Sicuti autem pars prior Latino-Germanica, ita etiam pars poſterior Germanico-Latina longe uberiore nunc cumulo atque apparatu turget. Colluvies quidem linguarum laudari nequit; attamen quoniam factum eſt, cum nos Germani rem haberemus cum peregrinis, & præcipue cum Gallis, ut exoticæ expreſſiones immigrarent in Germaniam, illas uſu prope quotidiano receptas neceſſe fuit adducere: adeoque Indicem jam tertia vice exhibui

g) in Curis poſter. p. 302.

qui nisi exscribatur, quod antea a nonnemine factum esse memini, nullibi exstat plenior. Dies vero diei magister est, & posterior prioris est discipulus. Itaque tardius quædam inferenda & emendanda occurrerunt; quædam fervente sub prelo opere inter innumera alia subducta sunt oculis, quædam prorsus ab aliis damnata, indigna etiam sunt visa, ut solicitius indagarentur, donec eadem vindicanda esse sero apparuit. Sic e. g. *Recommendare* Cellarius statuit sine sordibus dici non posse; sapere Gallicismum [h]. Eam ob caussam omissum est hoc verbum in Lexico, neque vindicarunt uterque Borrichius, Olaus & Andreas, Vorstius, Iürgenius, Falsterus; sine ulla tamen offensione legitur in Phædro, autore aureæ ætatis [i]. Quare ne hoc verbum, & alia plura nimium desiderentur, in fine subjeci mantissam bona fide, atque eo ordine, ut quivis sibi consulere possit, modo leve horum prætermissorum indicium suis locis facere sustineat. Tandem aliqua notitia Autorum necessaria visa est, ut ex diversa ætate judicium ferri possit, quæ melioris, quæ deterioris notæ putentur vocabula. Quare hujus rei caussa hac primum vice peculiarem Indicem adjicere, & Autores singulos in certas classes distribuere collibuit, ut inde vocum selectus instituí, & optimæ semper præferri queant, atque eligi. Forte non nimium mihi tribuerem, si propter novam formam libro conciliatam, illum pro novo, meque pro conditore venditarem. Sed ne quid insolens aut gloriosum exeat ex ore, Deo potius laudes tribuo, & gratias persolvo, quod ipsius sub providentia tam amplum negotium iterum licuerit absolvere, quodque bis inter operas adversa valetudine tentatum illico restituerit, & clementer conservarit. Vos vero usufructuarii futuri hujus Thesauri accedite, si ditare vos ejus opibus volueritis. Accedite ad hos fontes ingenia vestra uberrime rigaturi. Sementem fecimus, opimam vobis eruditionis messem inde promittite. Vnum, alterumve reperietis, quod sit aut voluptati legere, aut cultui legisse, aut usui meminisse. Satis felicem in terris me arbitrabor, si vestra commoda quoquo modo promovisse deprehendar. Si qua voluntati illusit facultas, ignoscite, cum in tanto opere hallucinationes omnes evitari nequeant. Valete Benevoli! Malevolos non moror, sed si qui sunt, in eorum gratiam his Phædri verbis finio [k]:

Si livor obtrectare curam voluerit,
Non tamen eripiet laudis conscientiam, &c.

h) vid. ejus Antibarb. p. 91. i) præfat. lib. 2. v. 7. [*At conferenda est Petri Burmanni ad h. l. observatio, ubi jocularis Stubelii error notatur.*] k) ex clausula lib. 2. v. 10. seq.

PRAEFATIO I. M. GESNERI[a],

PRAEMISSA EDITIONI ANNI MDCCXXXV.

Quid nova hac editione libri satis jam cogniti præstitum sit, quid relictum item vel nobis, vel cuicunque ista provincia obtigerit, paucis hic indicare visum est, quod neutram harum rerum vel injucundam lectoribus putamus, vel inutilem. Versata igitur est industria nostra in his Latinæ linguæ, & eruditionis adeo, commentariis tum augendis tum emendandis. Illud majorem partem obiter, & nostri usus gratia, a decem inde annis & amplius factum est: hoc tribus hisce proximis, data opera, quibus totum opus diligenter perlegendum nobis sumsimus & recensendum. Auximus autem vocabulis primo novis non quidem nullis, sed paucis tamen, nimirum dignis hoc thesauro, quem ἐξ ἀφαιρέσεως & detractione potius curare, si res ita tulisset, quam προσανατρέφειν, & pinguiorem reddere hac quidem parte, maluissemus; qua de re plura dicendi deinde locus erit. Auximus autem plurimis vocum, quæ relatæ jam erant, significationibus, quæ tanto plus interdum negotii faciessunt iis, qui Lexici opem requirunt, quam voces plane omissæ, quanto præstat plane ignorare verbum aliquod, quam falsum illi intellectum affingere. Tum constructiones adjecimus non paucas: qua in re scribentium præsertim studio consultum ivimus, quos mirifice ita adjuvari tum ad ornatum orationis, tum ad varietatem, apertius est, quam ut dici hic debeat. Diligenter etiam data est opera, ut quæ formulæ solennis & publicæ notam viderentur habere, ea non prætermitterentur, quo ex genere vel solus Livius uberem nobis copiam submiuistravit. Et cum non verborum tantum, sed eruditionis Romanæ, quin scholasticæ, apparatum promittat hic liber, non alienum ab instituto putavimus, & iis, qui utuntur hoc libro, apprime commodum, non parce huc referre ea, quæ ad antiquitatis Romanæ intellectum pleniorem pertinent. Itaque inter alia ex immortali opere Ez. Spanhemii, de usu & præstantia numismatum, magnam vim observationum huc derivavimus. Vnum genus supereſt additamentorum nostrorum, de quo paullo accuratius dicendum videtur, cum, quod fieri non posse putabam, vir non indoctus, & de hoc ipso thesauro universim optime, ut ipse cupiebat, bene quibusdam certe partibus, (quod diffiteri non debent, qui primum illud negant) promeritus, male a me collocatam sibi videri in iis operam, tum aliis rebus, tum una præsertim demonstraverit, quod, cum ipsi provincia data esset, missas a me observationes ad exemplum, quo typographi usi sunt, accommodandi, multa ex eo genere, de quo nunc dicendum est, omisit. Nimirum ita usus sum celeberrimorum in arte Critica virorum Brouckhuisenii, Burmanni, Drakenborchii, ad Tibullum, Propertium, Petronium, Quinctilianum, Silium Italicum, observationibus, uti non tantum, si qua illorum lectiones a priorum editionum fide discrepant, indicaverim: verum etiam, quæ vocabula inter se permutare ac miscere solent librarii, ex ipsorum annotationibus, suis locis demonstraverim. Quod, si tirones parum juvat, quin eos etiam, qui intelligere

a Præmissa editioni A. cIↃ IↃ CCXXVI, quam certa causa servavi, adjectis in margine inferiori, si quæ ad hanc novam editionem monenda occurrerunt. Nam cætera etiam ad secundas curas nostras pertinent.

ligere tantum bonos auctores cupiunt, aut emendate ſcribere, quorum quidem vel maxime rationem habendam eſſe, non inficior: gratiſſimum tamen eſſe debet illis, qui ita amant libros veteres, ut etiam, ſi in locum aliquem ſalebroſum aut corruptum incidant, de medicina facienda cogitent, aut judicare certe de aliorum emendationibus cupiant [b]. Quæ invidia eſt, hos noſtro labore in eo libro, quo alioquin libenter utuntur, diſcere etiam mores illorum & ingenia, quorum enixa opera factum eſt, ut mendis & ulceribus obſideantur libri quivis optimi; neque generatim & confuſe diſcere tantum, ſed quoties uſu venit, ut circa vocem aliquam adhæreſcant, videre etiam poſſe, utrum forte alias quoque eam pro alia poſuerint librarii. Quamquam enim ut veritas una, ita multiplex & varius eſſe error ſolet, tamen vel ipſæ, de quibus agimus, doctiſſimorum virorum obſervationes ſatis oſtendunt, eadem chorda ſæpe illos oberraſſe, & in ſimiles ſubinde incidiſſe culpas. Itaque tantum abeſt, ut pœniteat me qualicunque operæ ea in re collocatæ, ut potius moleſte feram, me quo tempore Gronovianum Livium legebam, non ſimiliter hoc genus obſervationum enotaſſe, ac miratus ſim, B. Stübelio videri aliter potuiſſe. Perquam mihi moleſtum eſt, ſi de vivo homine aliquid dicendum ſit, quo ægre illi queat fieri, neque modico, pro meis fortunis redemerim aſperius aliquando a juvene dicta in Anex. Helladium, quamquam is, cum dixerit quæ voluit, quæ nollet, audiſſe videatur non immerito. Sed multo etiam moleſtius eſt commemorare de defuncto aliqua, quæ in eam rapi partem poſſunt, quaſi larvarum inſtar luctari cum manibus velim. Itaque ſuperſediſſem plane iſta mentione, niſi & mea & lectorum cauſa plura dicenda ſupereſſent, quæ, ſi abſtinuiſſem etiam nomine, tamen ad illum pertinere, quivis facile intelligeret, & parum fuiſſe candide dicta, poſſent videri quibusdam, ſi prætermiſſo nomine Viri in medio hujus laboris curſu rebus humanis erepti, etiam occaſionem benigne de illo dicendi mihi præſcidiſſem. *Molliter oſſa cubent* viri laboribus & miſeriis vitæ feliciter perfuncti, & ſub pedibus hæc omnia ſuis miranti, cujus parum jam refert, quam placeant mihi, pædagogo nimis forte ſupercilioſo, aut aliis etiam altioris ſubſellii viris, ipſius vel ſententiæ vel labores. Iam ſcopulum illum, ad quem ne adhæreſceret pudor meus metuebam, feliciter, uti ſpero, prætervectus, libere quæ ſuperſunt exequar. Quibus rebus auctior eſſet mea qualicunque opera hic theſaurus, demonſtratum eſt. Spero autem non infeliciorem, magis certe neceſſariam operam poſitam eſſe in emendando. Incredibile eſt, quam graves in Germanicam vel ſingularum vocum, vel phraſium aut exemplorum verſionem, irrepſerint hallucinationes. Nihil de antiquatis & obſoletis dico, aliisque quæ cultior Germaniæ pars reſpuit, in quibus non licuit ſevera nimis animadverſione uti, cum non uni Germaniæ genti, ſed Germaniæ toti deſtinatus labor ille videatur. Neque illud imputabo, quod participiorum, præſentis temporis, diminutivorum item interpretatio plane omiſſa eſt, cum illorum formatio pro dialectorum licet varietate diverſa, nihil difficultatis habeat vel apud pueros, hæc autem plane eodem modo, adjuncta nimirum ad infinitivum litera d, exeant [c]. Sed de illis loquor, ubi plane contra veritatem peccatum eſt. Cujus rei ea fere cauſa fuit, quod, qui Germanicam interpretationem appoſuit, non ille rationem habuit, quid auctor ſibi voluerit, quo ea loco protulit, ſed quid ſola per ſe, decerpta a corpore orationis, unde ſumta ſunt, ſignificare forte poſſint. Hæc tanto minus animadvertuntur, quo pauciorum rationes ferunt, ut quoties formula quadam uti velint, ad ipſum ejus auctorem recurrant. Pauciſſimis autem ea eſt cum veteribus libris familiaritas, ut ſtatim quibusdam tantum verbis propoſitis, qua de re ſermo ſit, quid præceſſerit, quid ſequatur, intelligant. His igitur ſuppetias uti ferrem, neque in quibus a memoria vel uſu bonorum auctorum ego adjuvabar, invidi, neque ubi ſuſpicio tantum peccati ſubeſſe videbatur, tempori meo, & quærendi moleſtiæ peperci. Eadem opera magnam vim eorum ſuſtuli, quæ adhuc in locis auctorum laudandis peccata fuerant librariorum culpa, vel feſtinatione doctorum. Denique cum plurimæ in librum utiliſſimum mendæ ea ratione irrepſerint, quod a multis tractatus ac interpolatus, a nemine autem, totus qua ſingula verba perlectus eſt, unde multa vel bis, vel non ſuo loco poſita, multa luxata, diſtracta, perverſa ſunt: his ut pro viribus mederer, ſedulo equidem enixus ſum, neque fruſtra me fuiſſe confido [d]. Quæ cum ita ſint, illud confirmare audeo, Theſaurum Fabrianum noſtra etiam qualicunque opera longe nunc prodire, quam unquam fuit, auctiorem atque emendatiorem, & reliquis in hoc genere libris, qui quidem nobis in-

b) Diligenter ob cauſas, quas dixi, talia adnotata ſunt non modo in librorum, quos laudavi, indicibus, ſed in Curtio etiam Freinshemiano, in Gruterianarum inſcriptionum indice Grammatico magni Scaligeri opera contexto, &c. quæ ſi conferantur in poſterum in hunc vel ſimilem theſaurum, inſigne commodum præbebunt ſtudioſis.

c) Si meo hic judicio agere vel libuiſſet vel licuiſſet, eandem fere rationem tenuiſſem in verbalibus nominibus iis præſertim, quæ in IO, itemque in his, quæ in OR exeunt: quæ in noſtra conſuetudine & uſu ſunt nomina verbalia his reſpondentia, ea in ung & er fere deſinunt, & facillimo negotio a tirone quovis formantur, qui verbi notionem perceptam habeat. Sed ea nimirum eſt difficultas, quod magna vis eſt Latinorum verbalium, quibus Germanica ex eo genere non reſpondent. Hic audacter conficta vulgo videas & poſita in Lexicis Latino-Germanicis nomina, monera ea quam diximus percuſſa, h. e. caſibus ung vel er producta. Nobis religioſius agere viſum eſt. Itaque, quoties animum advertimus, maluimus plane nullam ponere talium nominum interpretationem Germanicam, quam vel inaudita inter emendate loquentes nomina adſcribere, vel longo verborum circuitu lectores impedire. Ne totum genus hoc ſine verſione relinqueremus, eorum intereſſit utilitas, quorum intereſt, etiam imperitiſſimos non habere, quod requirant, aut omiſſum ſpecie quadam conquerantur. Ita methodi, neſcio quam bonæ, & uniformitatis cujusdam cauſa nominativi in VS poſiti ſunt eorum etiam nominum, quæ μονόπτωτα vocant Grammatici, quæque interdum commodius in ſupinorum in V cenſu relinquerentur. Ita ſæpiuſcule præſentia verborum in SCO laudata, quorum ſola præterita, a primitivis ducta, auctoritatem adſcriptam habent. Sunt plura etiam in etymis & familiis vocum conſtituendis, quæ non probamus quidem, ſed mutare difficile erat, & in morum genere ἀδύνατον. Taceo laboris moleſtiam, obrepentem longo in opere ſomnum, reliqua.

d) Inſpiciat, qui volet, & conferat cum ſuperiore noſtra editione vocabula *Dyſtrapelus, Flagito* cum familia ſua, *Iuro, Linea, Luſtrum, Phatrium, Primipilus* &c. & videbit etiam ad hanc repetitam quaſi prælectionem pertinere, quæ de ſuperiori diximus.

innotuerint, ita præstare, ut, quem cum illo comparemus, habeamus nullum. Cæterum hoc in loco mentio illorum facienda est honorifica, quorum industria inventis usi nonnunquam sumus, quamquam non ita sæpe illud factum esse fatemur, quam per ipsorum quidem in hoc opus, & me ipsum adeo, prolixam voluntatem licuisset. Iac. Facciolatum primum suo merito nomino, Patavii sui, quin Italiæ & literarum ipsarum singulare ornamentum, cujus observationes quasdam tanto securius omisi, quod illis in notis ac indice ad veteres rei Rusticæ scriptores locum suum destinavi, de quibus optime mereri Viro Clarissimo non uno modo placuit, quod quidem minime a me tacebitur [e]. Deinde multa misit Ge. Nic. Koehler, Præceptor meus, cui harum literarum amorem debeo, qui postquam ab Onoldino Ser. Brandenburgi Marchionum Gymnasio ad Ecclesiam & diœcesin Suobacensem gubernandam abiit, dedecori tamen non putavit sibi, observata olim a se enotare & ad me mittere. Verum ne his quidem uti pro eo, ac optabam, potui. Cum enim ab aliis negotiis, quæ procedente hoc ipso labore insigniter aucta sunt, tantum decerpere temporis vix ac ne vix quidem potuerim, quo eam, quam ante commemoravi operam Lexico impenderem, metuendumque subinde fuerit, ne mora, per me aliqua ferventibus prelis injiceretur: hinc factum est, ut si quid quærere pro temporis illius ratione longum foret, (nolebam enim in Lexicon referre quidquam, quod non ipse in auctore, qui laudaretur, vidissem) illud ad otium aliquod rejicerem, locum ei assignaturus in mantissa, quam necessario meditabar, cum interdum mitterentur quædam, quorum literæ jam præterierant. Sed secus accidit, atque putaveram, quo propius enim finem pervenit hic labor, tanto mihi impedimenta plura objecta sunt, quo minus perficere quod destinaram possem [f]. Eadem causa fuit, quod ne nunc quidem Falsterianæ [g] observationes omnes, quod tamen optimo jure merentur, in thesaurum nostrum relatæ sunt. Egeram equidem & mea sponte & ab ipso Viro Clarissimo per Cl. Heumannum [h], communem amicum admonitus, cum Fritschio, uti diligenter omnia ex supplemento Falsteriano & epistolicis animadversionibus, suo

e) Est tamen satis multis in locis hæc etiam editio Viri Cl. opera emendatior-accuratiorque. In unoquoque verbo laudari vel ipsum, de quo loquimur, virum doctissimum, vel alios, de quibus jam dicemus, in tali opere nimis longum est, & ab instituta ratione alienum, multis denique erroribus in posterum committendis opportunum. Itaque nunquam aut Buchnerus, aut Cellarius, aut nos adeo, notavimus, quid nostræ uniuscujusque observationi debeatur, nisi quod ad librum alium a nobis editum interdum lectorem ablegavimus. Ne in Grævianis quidem observationibus illud custoditum est diutius, ut illæ ab aliorum labore discernerentur, quam dum eo quasi oculiserio aut hedera suspensa in nova editione opus esse videretur: & poterant illa magni viri observata satis commode a reliquo corpore separari. Ad Cl. Facciolatum redimus. Communicaverat ille cum Tho. Fritschio, viro cujus memoria quoque, postquam ipse importuno admodum nobis tempore de medio excessit, nobis carissima est, & commendata suo merito esse debet quicunque serio literas amant, quarum ille non minus quam ingeniorum cautus arbiter erat, & fautor maximus: huic igitur viro miserat Facciolatus observationes quasdam ad A & B literas pertinentes, quas suo quamque loco brevissime non laudato auctore insertas tanto æquius ferent lectores (nam ipse V. C. alia habet decora longe majora, quo facile illa laureola careat) quod quæ qualesque sint, cognoscere possunt, qui volent ex ipsius Animadversionibus Criticis in primam literam Lexici Danetiani, (Patavii 1731. 8) quem laborem continuari ad hanc partem doctrinæ liberalis vehementer interest. Plura dicimus de viri humanissimi in has literas meritis in præfatione ad scriptores rei rusticæ. Hic subtexemus quædam casu hic non commemorando prætermissa, quibus tamen carere lectores nostros nolim, quod ne fiat metus est, cum rariora libelli modo laudati exempla ad nos perveniant. Igitur ¶ *Peracuo* laudatur in Lexico ex Cato. R. R. 40 cum tamen ipsi ex optimis libris jam edamus *præacuito*, quod in quibusdam aliis est *peracuito*. Quod in Reyheriano, theatro Iunckeri cura auctо adfertur ex Plauti Aul. 3, 4, 9 *Ita mihi pectus peracuit*, est a *peracesco*. ¶ *Irrasus* ex Ca. 157 recte quidem & ex mente ipsius quoque V. C. interpretati sumus, tanquam participium verbi *irrado*, ut *infractus*, *infucatus* e. i. g. a. Sed ipse docet, nec aliter interpretandos esse Plauti, Silii que locos, in quibus pro adjectivo cum negandi particula reliquimus. Nam in illo Rud. 5, 2, 16 *leno irrasus* est rasus propter naufragium, de qua re notum vel ex Iuven. 12, 81. *Irrasæ robora clavæ* apud Silium 5, 585 possunt etiam esse levigata derasis ramis atque atque nodis. ¶ *Aular* ex Varr. R. R. 3, 14 non debebat pro certo poni. est enim lectio admodum dubia, ut ad eum locum monemus. ¶ *Columbaris* adjectivum male probatur ex Colum. 8, 8, vera enim lectio, certe nobis ipsis probata, hæc est, *quoniam fere eæ partes columbarii carent stercore*. Quædam editiones *columbari* contracte.

f) Excussa jam sunt omnia, & in locum quodque suum relata. Cæterum carissimo nomini adjungere licet aliud, necessitudine alia mihi copulatum, Andream Samuelem Gesnerum fratrem meum natu majorem, Rectorem Rotenburgensis ad Tubarim scholæ de illa & de me optime merentem: cui irascerer si fas esset irasci carissimo capiti, quod obstinate prope a condendo insigniori aliquo ingenii sui atque nominis monumento abstinet, qui vitam & spiritum dare mortuis, & victuras si quis alius chartas posteris tradere pro admirabili qua valet in dicendo suavitate posset. Sed neque laudare mihi virum per ipsius modestiam, meumque pudorem licet. Hic igitur meus germanus communicavit & ipse mecum observationes plusculas usui lectoribus futuras.

g) Harum nunc nihil abesse puto, quod quidem ad rem nostram pertineat, neque muto verba aut sententiam de viro Cl. propter quædam paullo inclementius in Gesnerum dicta in amœnissimis alioquin sermonibus: quæ excutere minime difficile fuerit, & vel deprecari culpam alienam, vel recte dicta defendere. Sed velim humanitate potius & officio certare cum viro optime de literis nostris, & hoc adeo opere merito.

h) Ad hoc nomen, quo nullum alias mihi suavius aut iucundius, pæne cohorrui, cum in hac præfatione retractanda atque interpolanda ad illud pervenirem. Dederat ille hoc amicitiæ nostræ, ut in Pœcile sua (3, 1, 2) non de *amicæ* modo honesta appellatione apud me disputaret; sed etiam alias quasdam vel emendationes vel supplementa Lexici hujus cum omnibus communicaret. Hæc ego primo securius seponere, per otium scilicet referenda in suos quasi loculos, deinde putare jam relata, & ob id ipsum negligere. Iam cum vasa quasi colligo, ut fit, & per ipsam præfandi occasionem fautores operis hujus retracto, cum indignatione quadam & pudore meo deprehendo, quod commissum nolim. At bene est, quod qui amant has literas, iidem fere Heumannum ferunt in oculis, & libellos ipsius in sinu gestant. His itaque facilis erit labor inde petere præclaras aliquot observationes. Quocunque autem tempore recuderetur hic liber, vel hæc ipsa peccati nostri confessio intercedet, quo minus peccari denuo possit.

ſuo quodque loco inſererentur. Video etiam obſecutum eſſe B. Stübelium, quamdiu vita manebat, bona exparte illius admonitioni. Sed idem obſervavi, pluſcula tamen ſupereſſe, quæ jure ſuo locum ſibi in hoc theſauro vindicant, eaque in mantiſſam conjicere cœpi. Verum uti dixi, auctæ mihi interim occupationes, & juſta Fritſchii feſtinatio, hoc etiam conſilium meum interceperunt. Hoc certe credi mihi tum ab aliis, tum ab ipſo Clariſſimo Falſtero peto ac poſtulo, non candorem mihi hac in re defuiſſe, ſed otium evolvendi ſingula, & in ſuum quodque locum referendi. Interim utrique viro optimo, multa, plura quidem Falſtero deberi non ſine voluptate profiteor, daboque operam ſedulo, ut, ſi quando me ſalvo denuo edendus ſit hic liber, nihil eorum, quæ ipſi monuere, prætermittatur. Nimirum, non hæc ſola ſunt, quæ accedere poſſunt huic theſauro, licet omnibus ſui generis longiſſime, & extra comparationem fere præferendo; de quibus pauca ſubjiciemus, ut videant lectores, nos non ita nobis ſuffenos eſſe, ut nihil iam relictum putemus aut noſtræ, quæ non remittet, dum rationes noſtræ ferent, induſtriæ, aut aliorum. Primo igitur illud certum eſt, quoties nova aliqua proditur boni alicujus auctoris a Burmanno aliquo, aut Drakenborchio, aut, ſi qui ſunt horum ſimiles, editio, multa ibi proferri, unde locupletari optimum etiam Lexicon poſſit. Prodiit, certe in manus meas primum venit, cum major pars Theſauri noſtri iam prelo liberata eſſet, Valerius Flaccus a Burmanno exornatus. Quot ibi obſervationes, quæ a proxima, ſi qua futura erit, editione Fabri abeſſe ſine flagitio non poterunt? De Ovidio ejusdem viri, in his literis hodie Principis, quid dicam? quem, licet nondum mihi viſum, certus ſum tamen, millenas aliquot habiturum adnotationes, digniſſimas omnes, quarum hic habeatur ratio [i]. Sed quam multa ſunt in libris olim editis, quæ diligentiſſimorum virorum adhuc fugere induſtriam, in Harduini, ut hoc utar, Plinio, in ipſis Ruſticæ rei, quos tractare ab aliquo tempore diligentius cœpi, ſcriptoribus? Geographica quanto emendatiora poſſent dari ex ipſo, quem laudavimus modo, Plinio Harduini, Cellario, Holſtenio, Voſſio ad Melam, aliis? Quam multa de gentibus Romanis ex Glandorpio, numiſmatum ſcriptoribus, & collectoribus inſcriptionum? De Græcis Latinisque auctoribus ex Fabricio? De mythologia ex optimis editionibus poëtarum? De herbarum, ſtirpium, animalium deſcriptionibus & vernaculis appellationibus, quid dicam? Quam multa a cujusque generis ſcriptoribus recens inventa diſcuſſaque multo diligentius? Ad antiquitatis notitiam quantum in hoc locupleti theſauro deſit, vel Pitiſci labor docuerit. Et quis non quærat in ſcholaſticæ eruditionis penu notas, quarum quam paucæ adhuc relatæ huc ſint, comparatio Sertorii Vrſati facile oſtendit. Græcæ rerum appellationes & ſignificationes verborum quam nondum plene annotatæ ſint, qui Morellianum dictionarium contenderit, deprehendet. Barbara multa, aut nova certe, non locorum & urbium, ſed rerum etiam & actionum vocabula uſus invexit, quorum ſat multis in ipſo Lexico locum non optimo conſilio aſſignatum, equidem arbitror. Horum maxima farrago ex Dufreſnio & gloſſariis, Geographicisque dictionariis congeſta, breviſſimeque interpretata, in unum locum rejici poſſet, ad modum fere onomaſtici a Io. Laurentio editi [k]. Denique Germanicus Index, quem ne totum quidem attente perlegere nobis licuit, auctiorem tamen multis locis & emendatiorem damus, quam antea fuerat, vel ſic longiſſime, fateor, abeſt ab idea boni Lexici. Sed quis dedit meliorem [l]? Scilicet ut nemo, quod quidem ſciamus, Lexicon Latinum dedit noſtro præſtantius [m]. Fugiunt laborem plerique, in difficultate haud mediocri contemtum vulgo [n] & inglorium. Coierunt in Gallia regio iuſſu & ſumtibus regiis viri, qui flos ſuæ ætatis & gentis hominum putantur, non illi umbratici de ſchola homines, ſed major pars ipſo rerum actu exercitati, aut aliis certe artibus nobiles. Hi magnis excitati ſtipendiis, abundantes otio, collatis inter ſe operis, poſt multorum annorum ſtudia Lexicon nobis dedere modico volumine comprehenſum, aut, ſi computare alterum illud lubeat, duobus; in quo multa deeſſe, multa perperam poſita, ſinguli homines dicere auſi ſunt, & multis jure ſuo hoc feciſſe videntur. Trivultina ſocietas, innutriti literis & ſummo in otio viventes homines complures, quorum is unus labor erat,

i) Hactenus legi, ſi cui ita dicere lubeat, noſtræ ſic ſatis obtemperavimus, quantum ſcilicet ejus per migrationes aliquot, morbos item, & rationes alias, fieri potuit, debuit. Præter cætera diligenter huc retulimus, quæ cum poëtis minoribus, a Pe. Burmanno, quem ſemper honoris & admirationis cauſa appello, editis publicata ſunt: & quæ ad Salluſtium dederat Cortius, fato literis acerbo ante quam perficere plura optime cogitata atque affecta poſſet, ereptus.

k) Quale etiam optimo conſilio adjecit Calepino a ſe retractato Facciolatus V. C.

l) Spero hoc factum eſſe ab Hederichio, cujus multi præclari & utiles ſcholis libri erant: ſed Lexicon illud Germanico-Latinum excutere, aut vel ex illo, vel undecunque aliquid ad Fabrianum indicem ornandum conferre, rationes noſtræ non tulerunt.

m) Ne hoc temere dictum videatur, liceat (præter alia aliorum judicia, quæ paſſim proſtant, nobis etiam honorifica, & ob id ipſum modeſto hic ſilentio premenda) ad eorum provocare conſcientiam, qui illuſtrem cum viveret virum, & harum rerum idoneum ſane judicem Nic. Hieron. Gundlingium, in recitationibus, quibus de hiſtoria literaria ad Conſpectum Heumannianum commentatus eſt, dicentem audivere, tali Lexico, quale poſt nuperas curas noſtras Fabrianum ſit, nullam gloriari nationem poſſe. Quæ vero in eadem Academia non ita pridem in fronte magni operis ſcripta ſunt, ea non mirabitur, qui cogitet, illi viro ne viſam quidem proxime ſuperiorem Fabriani theſauri editionem, tum illius Horatiani meminerit, *Laudat venales qui vult extrudere merces:* ac denique illud in vita ſolenne, ſed non ideo nimis laudabile obſervaverit, quod qui extollere ſua volunt, fere aliena deprimunt. Cæterum quanti ſit inter exteros etiam, (quorum multi tanto malignius de noſtris judicant, quo effuſiores nos ſumus in illorum vel prædicatione vel imitatione adeo) hoc opus, quid ni ad Facciolati judicium provocem? judicis tanto magis idonei, quod eſt in eodem laboris genere cum laude verſatus. Is vero in præfatione Calepino præmiſſa, *Præclare*, inquit, *nobiſcum actum, quod Baſilii Fabri theſauro non caruimus, quo uno nihil eſt in hac ſtudiorum parte perfectius. Hinc infinita prope deduximus* &c. Quid? quod Exteris flagitantibus id ipſum, ſatisfieri non potuit, niſi adjecta Gallica verborum & formularum, quæ opus id habere videbantur, interpretatione: quam bonam eſſe ſpero; laudi, quia nihil in ea meum, mihi eſſe non poſtulo; ſed neque, ſi quid peccatum forte ſit, invidiæ.

n) De illo contemtu, quam injuſtus ſit, cum egerim ſuperiore anno in præfatione Reyheriani theatri, & Burmanniani

Lexicon dederunt multo amplius. Sed ne ſic quidem omnia eſſe exhauſta videntur viris minime gloriæ illorum invidis. Quis deinde miretur Lexicon linguæ Latinæ per libros non ſane nimium multos diſperſæ, ſed eos difficultatibus magnis obſitos, ab ſingulis hominibus, qui quo plus ingenii adferre poſſent ad laborem eum, tanto ſunt vel impatientiores, vel aliis in rebus occupatiores; quibus exigua lucri ſpes, gloria etiam minor propoſita eſt, nondum potuiſſe ita expoliri, ut non relictus ſit emendationi locus o)? Equidem uti ſuam laudem nemini invideo, ita gloriam mihi tantum abeſt, ut ex labore, quem non ſane mediocrem ſuſtinui, petam, ut veniam potius & prætermiſſorum expoſcam & commiſſorum, in quibus autem ea computari nolim, ſi qua per meam a typographis abſentiam ſecus adminiſtrata ſunt, aut mutata a B. Stübelio p). Illud præſertim optaverim, ut ſi quis inclementer iudicare de nobis voluerit, ille centum ante paginas integras hujus editionis cum proxime ſuperiori contendat, quam judicium expromat ſuum, & ſi vel ſic maledicere ipſi libuerit, ut ubi, & quibus in rebus peccatum ſit, indicet. Neque enim detrectamus, quo minus vel cum injuria aliqua noſtra, liber non juvenibus tantum cupidis literarum utiliſſimus, quibus præcipue ætatem dicavimus noſtram, ſed viris etiam commodus, magis magisque emendetur. Vnum ſupereſt, quod hic monuiſſe mea refert. Citavi bis aut ter ſcriptam a me Chreſtomathiam Plinianam q), & erubui quoties nomen meum ſcripſi: ſed ea cauſa non abſtinui nomine meo, ne poſt aliquot annos, ſi quis forte viderit ea, quæ in Chreſtomathia pro novis a me adferuntur, in Fabro legi, (ad quem a me adſcripta fuerant ante quam putarem fore, ut illius recudendi cura mihi aliquando demandaretur) ad plagii mihi crimen impingendum nimis feſtinet. Sed ſatis de me dixi, & plus forte quam ſatis erat. Bene valete Lectores, & ſtudium vos juvandi tum Fritſchii, tum noſtrum, æqui bonique conſulite. Retractavi hanc præfationem in Academia Gottingenſi Kalend. Novembr. cIↃ IↃ ccxxxiiii.

nominis, (magni ſuo merito & nobis quoque cari) qua premimur invidiam deprecati ſimus; tractatione argumenti, quod parum jucunditatis habet, tanto hic facilius ſuperſedeo.

o) Quid ſpei, aut rei adeo, ſit in RR. Patrum S. I. Romanorum labore, qui a quinquaginta inde annis conſociata induſtria in Latino Lexico condendo elaboraſſe dicuntur (v. Gelehrte Zeitungen 1726 Vorrede) aut in illo inſtituto, quod laudatus nobis aliquoties Facciolatus commemorat (in præfat. Animadverſionum Criticarum) dies docebit.

p) Quæ neque his curis ſecundis revocari potuerunt omnia, cum chartæ, quibus commiſſæ fuerant obſervationes ſuperiores, inter B. viri & typographorum manus fere perierint.

q) Itemque nunc quæ ad ruſticæ rei ſcriptores commentati ſumus, e quibus plura huc retuliſſemus, niſi pudor neſcio quam tempeſtivus nos prohibuiſſet, vel bis venditare eodem tempore lectoribus qualemcunque diligentiam noſtram; vel committere, ut omiſſa nominis noſtri mentione tanto facilior eſſet humilis cujusdam & jejuni plagii ſuſpicio. Forte exorietur aliquando, qui quam nos operam præſtitimus ingenuæ laudis Gronoviis, Broukhuſiis, Burmannis, Cortiis, eam ipſe nobis, ſi qua non male rem geſſiſſe animadverterit, non invideat. Neque vero difficile erit aliis etiam, qui hæc ſtudia amant, vel indice noſtro aut Lexico rei ruſticæ comparato, tenui indicio ſignare, quoties ibi aliquid hic indictum invenerint, quæ quidem diligentia minime, ſpero, illos fruſtrabitur. Sed ohe! jam ſatis eſt.

INDICVLVS

INDICVLVS HISTORICO-CHRONOLOGICVS

BREVITER OSTENDENS,

QVANTVM AVTORIBVS, QVIBVS THESAVRVS

MAXIME NITITVR,

PRO DIVERSA ÆTATE

DIVERSISQVE STVDIIS ET SCRIPTIS TRIBVENDVM SIT.

AVCTORE A. STVBELIO.

FAtales *Linguæ Latinæ* periodi fuerunt: ideo a curiosis ejus æstimatoribus valor Scriptorum Latinorum, secus ac a poëtis pretium temporum, & in sacris litteris statua imperiorum Danielitica ad *quatuor diversi metalli ætates* referri solet; nempe I ad *auream*, II *ad argenteam*, III ad *æneam*, & IV ad *ferream*, aut *fictilem*.

I. *Aurea ætas* a bello Punico II. ad extremos usque Octavii Augusti Imp. annos producitur, id est, ab anno V. C. 536 ad annum 767; sive ab anno ante natum Christum 217 usque ad annum Christi 14, duratque adeo annis circiter 232. In quibusdam tamen hujus ineuntis ætatis Scriptoribus admista obsoleta notantur, quibus a sola antiquitate plus venerationis accedit, quam a nobilitate metalli.

II. *Argentea ætas* ab obitu Augusti usque ad excessum Trajani Imp. id est, ab anno Christi 14 usque ad annum 117, continet annos 103, quibus quamplurima adhuc verba satis eleganter & cum suffragio populi Romani sunt formata; quamquam & tunc, dicente Seneca Controv. 1. præf. ingenia decreverunt, & nescio qua iniquitate naturæ eloquentia se retro tulit.

III. *Ætas ænea* per annos 303, a Trajani obitu, hoc est, ab anno Christi 117 usque ad Romam a Gothis captam, sive ad A. C. 410 extenditur. Inter Scriptores tunc dictione audaciores illi laudem merentur præcipuam, qui se genio seculi aurei quam familiarissime accommodarunt.

IV. *Ætas ferrea* est, qua Barbaris jam ubique grassantibus, studia humaniora per secula novem & amplius cum sordibus & squalore conflictata sunt, donec postliminio quasi respirare & e tenebris suis iterum cœperunt emergere. Longo itaque intervallo, illustribus ingeniis velut intermortuis, pauci admodum Latine & non ineleganter scripserunt.

De plerisque harum ætatum autoribus in ipso Thesauro nonnulla recensentur. Nos hic succincte secula & annos, quibus singuli floruerunt, &, si quodammodo sciri aut colligi possunt, etiam annos, quibus obierunt, indicabimus, id quod alibi & ab aliis prolixius & longa cum disquisitione factum est.

I. AVREÆ ÆTATIS SCRIPTORES.

SECVLO III ante Christum natum.

A. 238. *Livius Andronicus* Tragicus floruit. Fragmenta ejus aliorumque collegit Petr. Scriverius & Theod. Ianssonius ab Almeloveen.

A. 202. *C. Nævius* Poëta obiit. Fragmenta collecta a Roberto Stephano & Henrico Fil. Ios. Scaligero & T. I ab Almeloveen.

SECVLO II ante Christum natum.

A. 182. *M. Accius Plautus*, Comicus mortuus est. Extant Comœdiæ XX, cum Fragmentis a Georgio Fabricio collectis.

A. 177. *Stat. Cæcilius*, Comicus, floruit. Fragmenta collecta a Stephanis & T. I ab Almeloveen.

A. 167. *Q. Ennius*, Poëta, obiit. Fragmenta in lucem producta a Stephanis, a Mart. Delrione & Pet. Scriverio, Hier. Columna, Paulo Merula, T. I ab Almeloveen & postremo a Franc. Hesselio.

A. 157. *M. Terentius Afer*, Comicus, obiit. Supersunt Comœdiæ sex, quas multi notis illustrarunt.

A. 152. *M. Pacuvius*, Tragicus, claruit; Fragmenta post Stephanos & M. Delrionem collecta a Pet. Scriverio & Ios. Scaligero.

A. 147. *M. Portius Cato*, Orator & Historicus, obiit. Exstat liber de Re rustica. Fragmenta ex Originibus & aliis scriptis deperditis collecta ab Ausonio Popma.

A. 136. *L. Attius sive Accius*, Tragicus, claruit. Fragmenta vulgata a Stephanis, Pet. Scriverio & T. I ab Almeloveen.

A. 129. *C. Lucilius*, primus Satyricus, obiit. Fragmenta post Stephanos edidit Franc. Dousa.

A. 101. *Sext. Turpilius*, Comicus, obiit. Fragmenta collecta ab utroque Stephano.

SECVLO I ante Christum natum.

A. 100. *L. Afranius*, Comicus, floruit. Fragmenta a Stephanis & Ios. Scaligero congesta, & T. I ab Almeloveen.

A. 79. *L. Corn. Sisenna*, Historicus, claruit. Fragmenta ab Ant. Popma & Ant. Augustino collecta.

A. 64. *P. Nigidius Figulus*, Mathematicus & Grammaticus, claruit. Fragmenta offert Ianus Rutgersius Var. Lect. 3, 6.

A. 60. *C. Decius Laberius*, Mimographus, claruit. Fragmenta collecta a Stephanis, Ios. Scaligero & T. I ab Almeloveen.

A. 50. *T. Lucretius Carus*, Philosophus & Poëta obiit. Reliquit sex libros de Rerum Natura.

A. 47. *C. Valer. Catullus* Veronensis, Poëta passim obscenus, obiit. Exstat liber Epigrammatum & Carminum, Variorum notis editus.

A. 44. *P. Syrus*, Mimographus, claruit. Mimi s. sententiæ a variis varie editi.

A. 42. *C. Iul. Cæsar* Imp. occisus est. Reliquit de Bello Gallico libros septem a se conscriptos, & tres de Bello Civili. Inter commentatores eminet Io. Davisius.

A. 42. *A. Hirtius Pansa* claruit, Cæsaris familiaris & scriptor bellorum, quæ Commentariis I. Cæsaris adjungi solent.

A. 42. *Cornelius Nepos* claruit, denatus tempore Augusti Imp. Vitas Excellentium Imperatorum, quas scripsit, multi notis illustrarunt. Fragmenta ab Andrea Schotto congesta. Sed versio Dictys & Daretis de Bello Trojano indigna æstimatur, ut ei tribui queat.

A. 41. *M. Tullius Cicero*, princeps eloquentiæ, periit. Opera cum Fragmentis ex libris deperditis sunt notissima, inprimis notis Iani Gruteri, Iacobi Gronovii & Ioh. Georgii Grævii illustrata.

A. 33. *Sext. Aurel. Propertius* obiit, qui elegiarum dedit libros quatuor.

A. 33. *L. Cornificius*, Rhetor, claruit. Autor esse creditur librorum Rhetoricorum quatuor ad Herennium, qui cum Cicerone vulgantur.

A. 32. *C. Sallustius Crispus*, Historicus, obiit. Reliquit Bellum Iugurthinum & Conjurationem Catilinariam, nec non Orationes duas de Rep. ordinanda. Fragmenta ex sex libris Histor. a Lud. Carrione collecta. Editiones sunt variæ, etiam cum Variorum notis.

A. 30 & seqq. *Q. Mutius Scævola*, *Q. Corn. Maximus*, *Alfenus Varus*, *Antistius Labeo*, *Aelius Gallus*, ICti, floruerunt, in Pandectis & aliis Juris Civilis libris memorati.

A. 26. *M. Terent. Varro*, Romanorum doctissimus, obiit. Ex 490 libris, quos a se scriptos ipse affirmat, superant pauci de Lingua Latina & tres de Re Rustica. Fragmenta collecta a Rob. Stephano, Ant. Riccobeno & Aus. Popma.

A. 25. *Corn. Gallus*, Poëta, obiit. Sex sub ejus nomine Elegiæ spuriæ.

A. 18. *Albius Tibullus*, Elegiographus, obiit. Exstant Carminum libri quatuor.

A. 17. *Virgilius Maro*, Mantuanus, Poëta, obiit. Dedit in Bucolicis Eclogas decem, in Georgicis libros quatuor, & in Æneide duodecim. Eidem Culex, Ciris, Copa, & nonnulla alia dubia tribuuntur. Luculenti Commentarii sunt Frid. Taubmanni, Io. Ludovici de la Cerda, Caroli Ruæi.

A. 14. *Æmilius Macer*, versificator, obiit. Ianus Cornarius sub hujus nomine libros quinque de Materia Medica cum notis edidit, quos alii Marbodæo Gallo A. 1050 mortuo tribuunt; nec pauca ibi esse Macro illi prisco debita censet Barthius Adversar. 12, 20.

A. 10. *Messala Corvinus* floruit, cujus liber de Progenie Augusti cum Livio olim editus.

A. 10. *M. Vitruvius Pollio* Mathematicus claruit, denatus imperante Tiberio. Extant de Architectura libri decem. Variorum notas & Lexicon Vitruvianum Bernardini Baldi multaque alia contulit Ioannes de Laet.

A. 6. *Gratius Faliscus*, poëta, floruit; autor Cynegetici s. carminis epici de Venatione.

A. 6. *Q. Horatius Flaccus*, Venusinus, Lyricorum princeps, obiit. Extant Odarum libri quatuor, Epodon unus, Sermonum

monum ſ. Satyrarum quatuor, Epiſtolarum duo, & unus de Arte Poëtica, cum variis notis & commentariis.

A. 4. *Verrius Flaccus* Grammaticus obiit. Extat Fragmentum præmiſſum Feſti Pompeji libris, quibus ille Verrii de verborum ſignificatione Commentarios contraxit.

SECVLO I poſt Chriſtum natum.

A. 1 & ſeqq. *T. Phædrus Thrax*, Auguſti libertus, celebris fuit. Jambicis verſibus libros quinque fabularum Æſopicarum reliquit, quos cum notis plures ediderunt.

A. 4. *C. Iul. Hyginus*, Auguſti itidem libertus, vixit, ſub cujus nomine hodie proſtant Fabulæ & Poëtici Aſtronomici libri quatuor cum notis Jo. Schefferi & Th. Munckeri.

A. 9. *P. Ovidius Naſo*, Sulmonenſis, Poëta, ab Auguſto in exilium pulſus, in eodem vixit usque ad A. C. 17. Exſtant Metamorphoſeon libri quindecim, Faſtorum ſex, Triſtium quinque, Epiſtolarum Ponticarum ſive ex Ponto quatuor, Amorum tres, & de Remedio amoris unus: præterea Heroides ſ. Heroidum epiſtolæ XXI, quibus III *Auli Sabini* adjiciuntur; item Ibis ſ. Diræ in Ibin, Halieuticon, Fragmentum de Medicamine faciei, & nonnulla dubia. Nic. Heinſius, Dan. Criſpinus & alii plures notas adjecerunt.

A. 10. *Catullus* Poëta, non ille Veronenſis, de quo ſupra, ſed Autor Pervigilii Veneris vixit.

A. 12. *M. Manilius*, Poëta, claruit, cujus Aſtronomicon libris quinque conſtat, cum notis F. Iunii Biturigis & Joſ. Scaligeri.

A. 18. *T. Livius*, Patavinus, ſcriptor Auguſtæi ævi poſtremus, obiit, cujus ex libris CXLII. Hiſtoriarum ab urbe condita exſtant XXXV, a Iano Grutero & Gronoviis, patre & filio, illuſtrati.

II. ARGENTEÆ ÆTATIS SCRIPTORES.

A. 20. *Aur. Corn. Celſus*, Medicus, Auguſti temporibus proximus, claruit ſub Tiberio Imp. De Re medica libros octo ad nos transmiſit.

A. 22. *Scribonius Largus*, Medicus, floruit. Exſtant ejus Compoſitiones Medicæ cum Io. Rhodii notis & Lexico Scriboniano.

A. 26. *Valerius Maximus*, Hiſtoricus, claruit. Exſtant Dictorum factorumque memorabilium libri novem cum variorum obſervationibus per Ant. Thyſium.

A. 30. *P. Vellejus Paterculus*, Hiſtoricus, claruit ſub finem Tiberii Imp. Exſtant Hiſtoriæ libri duo illuſtrati Notis Io. Henr. Bœcleri, & Nic. Heinſii.

A. 36. *L. Feneſtella*, Hiſtoricus, vixit. Fragmenta ab Ant. Auguſtino & Ant. Popma collecta. Sed *And. Dom. Flocci* libri duo de Magiſtratibus Rom. ei perperam tribuuntur.

A. 42. *L. Iunius Moderatus Columella*, diligentiſſimus agricolâ, ſcripſit ſub Claudio Imp. duodecim libros de Re Ruſtica & unum de Arboribus.

A. 45. *Pomponius Mela*, Cosmographus claruit. In relictos ejus tres libros de ſitu orbis Iſaac. Voſſius Commentarium edidit.

A. 49. *Curtius Rufus*, Hiſtoricus, ſub Claudio Imp. fuiſſe dicitur. Ex libris ejus decem de Rebus Alexandri M. duo priores interciderunt. Io. Freinshemius, Sam. Pitiſcus & alii notis illuſtrarunt.

A. 60. *Porcius Latro*, vixit, quem commendant Sen. præfat. controverſ. Quintil. 10, 1. Suet. Domit. c. 3. Plin. procem. lib. 19. Et huic tribuitur Declamatio in Catilinam, quam Voſſius Vibii Criſpi eſſe putat de Vit. Serm. 3, 6.

A. 62. *A. Perſius Flaccus*, Poëta, obiit. Exſtant ejus ſex Satyræ cum notis Th. Farnabii.

A. 64. *Q. Aſconius Pedianus*, Grammaticus, claruit. Exſtant ejus Annotationes in quasdam Ciceronis orationes cum notis variorum. Alii eum ad Auguſti ætatem referunt, & duos ejusdem nominis commiſcuntur.

A. 64. *M. Annæus Seneca* Rhetor, Lucii pater, obiit. Exſtant libri quinque mutili Controverſiarum; Excerpta ex x. Libris Controverſiarum; & liber Suaſoriarum. Annumeratur a nonnullis aureæ ætati, quia ſub Auguſto Imp. florere cœpit.

A. 65. *L. Annæus Seneca*, Philoſophus, Marci filius, a Nerone Imp. exſtinctus eſt. Exſtant libri tres de Ira, ſeptem de beneficiis, ſeptem Naturalium quæſtionum, Epiſtolæ CXXIV, Conſolationes ad Helviam, ad Polybium, ad Marciam; item libri de Animi tranquillitate, de Conſtantia, de Clementia; de Brevitate vitæ, de Vita beata &c. Vtriusque Senecæ opera Iuſtus Lipſius & alii notis illuſtrarunt. Alteri a nonnullis etiam decem Tragœdiæ *Senecæ Tragici*, quem alii tertium Senecam facere malunt, adjudicantur. Tragœdias illas illuſtravit T. Farnabius.

A. 65. *Annæus Lucanus*, Poëta, etiam a Nerone occiſus eſt. Exſtant libri decem Pharſaliæ cum notis Hug. Grotii, Farnabii aliorumque. Eidem tribuitur carmen ad Calpurnium Piſonem.

A. 67. *Titus Petronius Arbiter* obiit, neqaitiæ non minus quam elegantiæ arbiter; cujus mutilum Satyricum Variorum notis & noviſſime per Pet. Burmannum illuſtratum, ſicuti Fragmentum ejus Tragurianum per Io. Schefferum & Th. Reineſium. Integrum demum ex codice Albæ græcæ reperto editum per Franc. Nodotum; Catalecta autem Petroniana per Joſephum Scaligerum.

A. 77. *C. Plinius Secundus* major, Hiſtoriæ naturalis ſcriptor, in Veſuvio periit. Exſtant libri XXXVII, Iac. Dalechampii cura illuſtrati.

A. 77. *C. Silius Italicus* Poëta claruit; cujus ſunt libri XVII de Bello Punico II, cum obſervationibus Claudii Dausqueji & Chr. Cellarii.

A. 78. *C. Valerius Flaccus*, Poëta, condidit libris octo Argonautica, Lamp. Alardi aliorumque commentario illuſtrata.

A. 80. *C. Iulius Solinus* in Polyhiſtore protulit collectanea rerum memorabilium. Exſtant Claudii Salmaſii Exercitationes in eundem.

A. 82. *Decimus Iunius Iuvenalis* reliquit ſatyras XVI, a Th. Farnabio dilucidatas.

A. 82. *P. Papinius Statius*, Poëta, in gratia fuit apud Domitianum Imp. Extant Silvarum libri quinque, Thebaidos duodecim, & Achilleidos duo, cum notis Variorum per Io. Veenhuſen & prolixo Commentario Caſp. Barthii.

A. 82. *M. Valer. Martialis* itidem ſub Domitiano Imp. floruit, & reliquit Epigrammatum libros XIV & unum Spectaculorum. Notas eruditas addidit Th. Farnabius.

A. 95. *M. Fabius Quintilianus*, Rhetor, vitam finiit. Exſtant libri XII Inſtitutionis Oratoriæ. Tribuunt eidem Dialogum de oratoribus ſive de cauſis corruptæ eloquentiæ: Sed CXLV Declamationes vel patri vel avo.

SECVLO II poſt Chriſtum natum.

A. 104. *Sextus Iulius Frontinus* ſub Trajano Imp. mortuus eſt. Exſtant de Strategematibus & Re militari libri quatuor, de Coloniis unus, & de Aquæductibus Romæ duo, cum notis Rob. Keuchenii. Eſt & inter Scriptores de Re Agraria cum *Siculo Flacco, Aggeno Vrbico, Hygino, &c.* quos conjunctim edidit Wil. Goëſius cum ſuis & Nic. Rigaltii notis & Gloſſario.

A. 108. *C. Cornel. Tacitus*, Hiſtoricus, eſſe deſiit. Superſunt Annalium libri ſex priores, & mutili ab XI usque ad XVI, item Hiſtoriarum libri quinque, & Vita Agricolæ & Germania. Commentariis illuſtrarunt I. Lipſius & alii.

A. 109. *C. Plinius Cæcilius Secundus* minor five junior, majoris illius ex ſorore nepos, floruit. Exſtant Epiſtolarum libri decem & Panegyricus in Trajanum Imp. Non pauci cum notis emiſerunt, quos inter Aug. Buchnerus, Jac. Thomaſius, & Chriſtoph. Cellarius; cum variorum notis Io. Veenhuſen.

A. 112. *Aulus Gellius*, Philologus, floruit; ſed alii eum ad ætatem Imp. Antonini Pii rejiciunt. Reliquit Noctium Atticarum libros viginti, in quibus multa veterum fragmenta continentur. Ant. Thyſius & Iac. Oiſelius ſelectis novisque Commentariis ornarunt.

A. 115 & deinceps *L. Annæus Florus*, Hiſtoricus, floruit. Scripſit Rerum Romanarum libros quatuor, quos Io. Freinshemius notis illuſtravit & poſt eum alii plures.

A. 116 & deinceps *C. Suetonius Tranquillus*, Hiſtoricus, claruit. Extant Vitæ XII Cæſarum, liber de illuſtribus Grammaticis & liber de claris Rhetoribus. Prodiit cum Iſaaci Caſauboni Animadverſionibus & Jo. Henr. Bœcleri Diſſertationibus politicis, cum variorum notis per Jo. Schildium & Jo. Georg. Grævium, &c.

A. 116 & ſeqq. *Apicius Cælius* ſub Trajani & Adriani Principatu confecit pulcatu libros decem de Arte coquinaria, prodiit opus nuper cum notis Mart. Lnteri & aliorum.

III. ÆNEÆ ÆTATIS SCRIPTORES.

A. 142. aut paullo poſt *Iuſtinus* claruit, Epitomator Pompeji Trogi, Hiſtorici ſub Auguſto florentis, ex illius voluminibus XLIV, quæ poſtea perierunt, totidem libros excerpſit.

A. 163. *L. Apulejus*, Madaurenſis philoſophus, claruit ſub Antonino Philoſopho. Extant Metamorphoſeos ſ. Fabularum Mileſiarum

rum Mileſiarum de Aſino aureo libri XI. Floridorum IV. Apologia I & II. de Magia, libri de Mundo, de Deo Socratis, de Dogmate Platonis, &c. Sed liber de Virtutibus herbarum dubius, & forte Apuleji Celſi eſt, qui fuit Auguſti tempore. Notas nactus eſt Apulejus Phil. Beroaldi, Petri Colvii, Geverhardi Elmenhorſtii aliorumque.

A. 180. *Irenæus*, Lugdunenſis Epiſcopus, martyr factus A. 201. Quinque libros adverſus Valentinum Latine ſcripſerit an Græce, lis eſt. Interpreti ejus Latina verſio adſcribitur.

A. 195. *Q. Septim. Florens Tertullianus* floruit, Eccleſiaſticæ Latinitatis artifex; & obiit anno circiter 215. Ejus opera ſunt quamplurima, illuſtrata a Beat. Rhenano, Franc. Iunio, Nic. Rigaltio, &c. Poëmata ad Cæcilium Cyprianum referuntur.

SECVLO III poſt Chriſtum natum.

A. 201 ſeqq. *Licinius Proculus*, *Pegaſus*, *Neraſius Priſcus*, *Iuventius Celſus*, *Iabolenus* & alii, ICti, floruerunt, quorum Fragmenta in Digeſtis Iuſtiniani occurrunt.

A. 210. *Minucius Felix* claruit, Scriptor Chriſtianus Dialogi, nomine Octavii. Edidit cum ſuis & aliorum notis Jac. Ouzelius; & cum ſuis Chr. Cellarius.

- - *Dionyſius Cato* hoc ſeculo vixiſſe putatur, eique tribuuntur Diſticha Moralia, quatuor libris diſtincta. Notas adjecit Eraſmus Roterod. & Chr. Daumius.

- - *Palladius Rutilius Taurus* ſ. *Scaurus* etiam circa hæc tempora fuiſſe videtur, qui de Re Ruſtica libris quatuordecim varia complectitur.

- - *Iulius Obſequens*, qui libro de prodigiis inclaruit, huc forte referendus ob præſtantiam ſermonis, editus cum notis Io. Schefferi.

A. 216. *Q. Serenus Samonicus*, Poëta Medicus, floruit ſub Ant. Caracalla. Habemus ejus carmen heroicum de Medicina & Remediis morborum cum not. Rob. Keuchenii.

A. 221. *Domitius Ulpianus*, ICtus, occiſus a Caracalla. Ejus ut & *Papiniani*, *Modeſtini* & aliorum reliquiæ in Iure Civili reperiuntur.

A. 230. vel circiter *Terentius Maurus*, Grammaticus, claruit, cujus exſtat Carmen de Arte Metrica.

A. 251. *Cenſorinus*, Grammaticus, claruit. Ejus librum de Die natali illuſtravit Henr. Lindenbrogius.

A. 251. *Novatianus*, Presbyter Romanus, reliquit librum de Trinitate.

A. 258. *Cæcilius Cyprianus*, Rhetor & tandem Epiſcopus Carthaginienſis, occubit, cujus ſcripta ſunt varia.

A. 285. *T. Iulius Calpurnius*, Siculus Poëta, vixit, cujus exſtat Bucolicon.

A. 288. *M. Aurel. Olympius Nemeſianus*, Poëta fuit, & reliquit Cynegetica & quatuor Eclogas.

A. 293 & ſeqq. *Ælius Spartianus*, *Iul. Capitolinus*, *Ælius Lampridius*, *Vulcatius Gallicanus*, *Trebellius Pollio*, & *Flavius Vopiſcus* floruerunt, Scriptores Hiſtoriæ Auguſtæ, quos commentario illuſtravit Is. Caſaubonus & Claud. Salmaſius.

A. 297. *Arnobius Afer*, Scriptor Chriſtianus, florere cœpit, & vixit usque ad A. 326. Exſtant libri ſeptem adverſus gentes cum notis Theodori Canteri, God. Stewechii, Gebh. Elmenhorſtii, & Deſ. Heraldi.

SECVLO IV poſt Chriſtum natum.

A. 301. *Cælius Aurelianus*, Medicus, claruit. Exſtant libri tres de Morbis acutis, & quinque de Chronicis ſ. Tardis; cum notis Io. Conr. Ammani & T. I ab Almeloveen, cujus etiam eſt Lexicon Cælianum.

A. 306. *Fl. Eutropius*, Hiſtoricus, ſub Conſtantino M. vixit, & decem libris Hiſtoriam Romanam complexus eſt.

A. 312. *Rhemnius Fannius*, Poëta Medicus, claruit, cujus eſt Carmen de Ponderibus & Menſuris.

A. 317. *L. Cælius Lactantius*, Firmianus, Tullius Chriſtianus, floruit. Reliquit VII. libros Inſtitutionum Divinarum, I. de Ira Dei, & I. de Opificio Dei, &c. Notis illuſtravit Ant. Thyſius, Chr. Cellarius, &c.

A. 320. *L. Septimius Romanus* Dyctin Cretenſem de Bello Trojano Latine vertiſſe creditur; ut & Daretem Phrygium de excidio Trojæ, etſi C. Nepotis epiſtola ad Salluſtium Criſpum præmittatur.

- - *Lucius Ampelius*, Floro ſæpius adjunctus, autor eſt libri memorialis circa eadem tempora.

A. 323. *Ælius Donatus* claruit, cujus exſtant ſcholia in Virgilii Æneidem & Terentium.

A. 325. aut paullo poſt *Commodianus*, Poëta Chriſtianus ex gentili factus, dedit Inſtructiones LXXX. adverſus Gentium Deos. Schurtzfleiſchius notas adjecit.

A. 329. *C. Vettius Aquilinus Iuvencus*, Presbyter & Poëta Chriſtianus, floruit, & Evangelicæ Hiſtoriæ libros quatuor expreſſit carminice. Nuper cum notis Königii, Omeiſii & aliorum edidit Erh. Reuſch.

A. 340. *Iulius Firmicus Maternus*, Mathematicus, claruit, qui Chriſtianus factus ſcripſit de Errore profanæ religionis & octo libros Aſtronomicos.

A. 360. *Zeno*, Veronenſis Epiſcopus, claruiſſe exiſtimatur. Exſtant Sermones XC. ſub ejus nomine.

A. 368. *S. Hilarius*, Pictavienſis Epiſcopus, obiit. Opera conjunctim edita, ex quibus Geneſis ſ. Hexaemeron Hilario Arelatenſi vindicatur.

A. 370. *Fabius Marius Victorinus*, e gentili Chriſtianus, obiit. Exſtat Carmen de ſeptem fratribus Maccabæis.

A. 370. *S. Ruſus Feſtus Avienus*, Poëta, vixit. Exſtat Metaphraſis Arati & Periegeſeos Dionyſii Alexandrini, cum Fragmento deſcriptionis oræ maritimæ, & Fabulæ Æſopi XLII. elego carmine. Forte eidem *Sexti Ruſi* ſ. *Ruſi Feſti* Breviarium Hiſtoricum tribuendum.

A. 375. *Q. Octavius Horatianus*, Medicus, floruit temporibus Gratiani & Valentiniani Impp. Quatuor libros Rerum medicarum ſcripſit.

A. 380. *Ammianus Marcellinus*, Hiſtoricus, claruit. Ex libris XXXI. ſuperſtites poſtremi XVIII. a Frid. Lindenbrogio & Henrico Hadrianoque Valeſiis, ut & Iac. Gronovio illuſtrati.

A. 386. *Flavius Vegetius Renatus* floruit. Exſtant libri quatuor de Re militari cum Commentario God. Stewechii. Alius eſſe creditur *P. Vegetius*, cujus ſunt libri quatuor Artis veterinariæ ſ. Mulomedicinæ.

A. 395. *Aurel. Theod. Macrobius*, Philologus, floruit. Exſtant Commentariorum in Somnium Scipionis libri duo & Saturnalium ſeptem cum notis Io. If. Pontani & Ioh. Meurſii.

A. 395. *Q. Aurelius Symmachus* floruit. Superſunt Epiſtolarum libri X. cum notis Fr. Iureti & Iac. Lectii.

A. 395. *D. Magnus Auſonius*, Poëta & Orator, inclareſcere cœpit. Exſtant Epigrammata, Idyllia, Eclogæ, Epiſtolæ &c. Iac. Tollius ſuas & Variorum notas contulit.

A. 396. *Sext. Aurel. Victor*, Hiſtoricus, claruit. Exſtant ſcripta de Origine gentis Romanæ, de Viris illuſtribus, & de Cæſaribus. Sed addita Imperatorum Epitome diverſi autoris eſſe dicitur.

A. 397. *S. Ambroſius*, Epiſcopus Mediolanenſis, obiit, relictis variis operibus ſacris.

A. 397. *Aurel. Prudentius Clemens*, Poëta Chriſtianus, floruit. Exſtant Liber Cathemerinon ſ. Hymni, Periſtephanon, Apotheoſis, Hamartigenia, Pſychomachia, libri duo contra Symmachum &c. Suis & Variorum notis illuſtravit Io. Weitzius, ſuis etiam Chr. Cellarius.

A. 397. *Cl. Claudianus*, Poëta gentilis, ſub Honorio & Arcadio floruit. Ejus ſunt libri duo in Ruſinum, duo in Eutropium, tres de Raptu Proſerpinæ, cum nonnullis Panegyricis & carminibus aliis egregiis. Commentarios dederunt Caſp. Barthius & Nic. Heinſius &c.

- - Iisdem fere annis *Marcellus Empiricus* librum Medicamentorum &

- - *Theodorus Priſcianus* librum de Diæta ſ. de rebus ſalubribus conſcripſiſſe dicuntur.

SECVLO V poſt Chriſtum natum.

A. 400. *S. Hieronymus* Stridonenſis floruit, denatus A. 420. Ejus opera novem Tomis continentur. Ipſe etiam, quantumvis aliis præeuntibus, *Vulgati Interpretis Bibliorum* nomine maxime circumfertur.

A. 400 & ſqq. *Sulpitius Severus*, Hiſtoricus, mortuus A. 422. ſcripſit Hiſtoriam ſacram, vitam S. Martini & tres Dialogos. Notas adjecit Io. Vorſtius, & nuper Io. Clericus ſex ejusdem Autoris Epiſtolas cum ſuis notis.

A. 410. *Claud. Rutilius Numatianus*, Poëta gentilis, ſcripſit Itinerarium, cui notas adjecit Caſp. Barthius.

A. 412. *S. Auguſtinus*, Hipponenſis Epiſcopus, maxime floruit, denatus A. 430. operum Tomos decem reliquit. Ejus de Civitate Dei libros XXII. ſeorſum Io. Lud. Vives & Leonh. Coqueus Commentariis illuſtrarunt.

A. 412. *Servius Honoratus*, Grammaticus, claruit, qui in Virgilium commentatus eſt.

A. 416. *Paulus Oroſius*, Hiſtoricus, ſcripſit Hormeſtam ſ. ſeptem libros Hiſtoriarum adverſus Paganos.

IV. FER-

IV. FERREÆ ÆTATIS SCRIPTORES.

A. 430. *Cælius Sedulius*, Poeta Christianus, claruit. Carminum libros quinque & duos Hymnos adnotationibus illustravit Chr. Cellarius.

A. 431. *Pontius Paulinus*, Nolanus Episcopus, obiit. Exstat Carmen de Iohanne Baptista, Epistolæ tres & alia simul edita cum notis per Ioh. Baptistam Le Brun.

A. 440. vel circiter *Dracontius* claruit. Scripsit elegiam ad Theodosium Imp. & Carmen heroicum ad Hexaemeron.

A. 442. *Salvianus*, Massilienſis Episcopus, claruit usque ad finem fere seculi. Ejus libros octo de gubernatione Dei, & quatuor adversus Avaritiam, notis illustrarunt Cunr. Rittershusius, & Steph. Baluzius, qui & *Vincentii Lirinensis* opera adjecit.

A. 449. *P. Chrysologus*, Scriptor Sermonum ecclesiasticus, obiit.

A. 455. *Prosper Aquitanicus*, Rhegiensis Episcopus, obiit. Scripsit de Prædictione Dei, de Vita contemplativa, & de Vocatione Gentium libros duos; item Carmina de Providentia Dei & de Ingratis, & alia plura.

A. 457. *Martianus Capella* floruit, qui Satyricon sive de Nuptiis Philologiæ & Mercurii libros IX. concinnavit illustratos notis Hug. Grotii.

A. 461. *Bened. Paulinus Petrocorius* floruit, cujus carmen de Vita B. Martini sex libris constat. Cum notis Fr. Iureti, Casp. Barthii & Io. Frid. Gronovii edidit Chr. Daumius.

A. 466. *Claudianus Ecdicius Mamertus*, Episcopus Viennensis, obiit. Exstant libri tres de statu animæ cum notis Casp. Barthii, qui alia plura adjecit.

A. 482. *C. Sollius Sidonius Apollinaris*, Avernorum Episcopus, obiit, relinquens Epistolarum libros IX & Carmina XXIV. Notis illustravit Iac. Sirmondus, Io. Savaro & Io. Wowerius.

A. 492. *Alcimus Ecdicius Avitus*, Archiepiscopus Viennensis, floruit, denatus A. 521. Ejus epistolas, Homilias & Poemata edidit Iac. Sirmondus.

- - Sub finem seculi *C. Plinius Valerianus*, Medicus, scripsit libros quinque Medicinæ parabilis.

- - Isdem temporibus Panegyristæ veteres, *Lat. Pacatus, Drepanius, Claud. Mamertinus, Nazarius, Eumenius* & alii vixerunt. Notæ accesserunt Livineji, Gruteri, Acidalii, Rittershusii, Cellarii.

SECVLO VI post Christum natum.

A. 517. *Orientius*. Poeta Christianus & Tarraconensis Episcopus, floruit. Exstat Commonitorium fidelium cum notis C. S. Schurtzfleischii.

A. 521. *Ennodius*, Ticinensis Episcopus, obiit; Epistolas reliquit, Panegyricum & alia.

A. 524. *Manl. Severinus Boetius*, Philosophus, in carcere, in quo quinque libros de consolatione philosophica composuerat, decollatus est.

A. 526. & deinceps *Priscianus, Festus Pompejus*, & *Nonius Marcellus*, Grammatici, floruerunt, quibus multæ vindiciæ Latinæ linguæ & fragmenta veterum debentur. Priscianum, ut & *Fl. Sosipatrum Charisium, Diomedem* & reliquos Grammaticæ Latinæ Autores simul edidit Elias Putschius.

A. 530. *Fulgentius*, Ruspensis Episcopus obiit, & varia scripta de rebus sacris reliquit. Alius *Fulgentius* Grammaticus est, cujus extat libellus de prisco sermone.

A. 533. *Iustinianus Imp.* Thesaurum juris Romani per Tribonianum & alios adornavit, quod corpus constat Institutionibus, quas ipse composuit, Digestis s. Pandectis, Codice & novellis.

A. 544. *Arator* claruit, cujus est Historia Apostolica carmine heroico scripta.

A. 552. *Iornandes*, Historicus, claruit, & librum de Rebus Geticis conscripsit.

A. 562. *M. Aurel. Cassiodorus*, jam nonagenarius, libros adhuc edidit; quos inter eminent Variarum Epistolarum libri XII. de anima liber, & de divinis lectionibus libri duo; ut taceam reliquos. Aliqui mortem ejus in annum 575 rejiciunt.

A. 566. *Cresconius Corippus* claruit. De Laudibus Iustini Imp. carmine heroico quatuor libros composuit.

A. 600. *Venantius Fortunatus* adhuc in vivis fuisse dicitur. Reliquit quatuor libros de vita S. Martini carmine heroico & alia plura partim Poetica, partim Historica.

In SECVLO VII.

A. 637. *Isidorus*, Hispalensis Episcopus, mortuus est, libris viginti Originum s. Etymologiarum celebris.

In SECVLO VIII.

A. 709. *Aldhelmus*, vel *Adelhelmus*, Antistes Ecclesiæ, obiit. Scripsit de laude Virginitatis.

A. 735. *Beda Venerabilis* dictus, obiit. Opera exstant multa & varia.

A. 767. *Paulus Diaconus* obiit, relictis XII. Epistolis.

In SECVLO IX.

A. 821. *Theodulfus*, Scriptor Ecclesiasticus, obiit. Scripta edidit Iac. Sirmondus.

In SECVLO XI.

A. 1070. *Constantinus Afer*, Medicus, floruit; multa & varia de Re Medica scripsit.

In SECVLO XII.

A. 1153. *Bernhardus*, Abbas Clarævallensis, obiit. Ejus Epistolæ, Sermones & alia Scripta celebrantur.

A. 1182. *Iohannes Sarisburiensis*, eruditorum suæ ætatis princeps, obiit. Metalogici libros IV. Epistolas quam plurimas, & de Nugis Curialium octo libros, quos Polycraticum vocat, reliquit.

- - Circa eadem tempora *G. Brito Armoricus* floruit, cujus Philippidos libros XII. Casp. Barthius commentario illustravit.

In SECVLO XIII.

A. 1200. *Saxo Grammaticus*, Scriptor historiæ Danicæ, & *Papias*, Lexicographus, floruerunt.

A. 1280. *Iohannes a Ianua*, s. Ianuensis monachus. Lexicon Lat. Linguæ *Catholicon* inscripsit, quo nomine A. 1614 prodiit.

V. RECENTIORIS ÆTATIS SCRIPTORES.

In SECVLO XVI.

A. 1516. *Baptista Mantuanus* obiit, Poeta & Scriptor sui temporis optimus. Bucolica ejus Iodoci Badii & Ioh. Murmelii notis illustrata; Taceo scripta reliqua.

A. 1520. *Lud. Cælius Rhodiginus*, Lectionum Antiquarum Autor, obiit.

A. 1536. *Desiderius Erasmus*, Roterodamus, obiit, cujus Chiliades s. Adagia magno sunt usui.

A. 1540. *Guil. Budæus*, qui de Asse scripsit, obiit.

A. 1559. *Robertus Stephanus*, Fori Romani conditor, obiit.

A. 1565. *Adrianus Turnebus*, qui Adversaria scripsit, obiit.

A. 1577. *Pet. Andr. Matthiolus*, Botanicus, obiit.

A. 1585. *Carolus Sigonius*, litterarum elegantiorum peritissimus, obiit.

A. 1590. *Iac. Theodorus Tabernæmontanus* obiit.

A. 1591. *Barnabas Brissonius*, ICt. occisus est.

A. 1595. *Lævinus Torrentius* obiit.

A. 1598. *Henr. Stephanus* obiit.

In SECVLO XVII.

A. 1606. *Iustus Lipsius*, scriptis admirandus, obiit.

A. 1609. *Iosephus Scaliger*, Iul. Cæs. filius, obiit.

A. 1627. *Ianus Gruterus* mortuus est.

An. 1649. *Ioh. Gerhardus Vossius* e vivis excessit. Plures præterquam quod opus fuit, nominare supersedeo. Nam recentiorum omnium nomina & scripta, reipublicæ litterariæ interventia, notiora sunt, quam ut longa recensione indigeant.

Ex Græcis vero non prorsus sunt omittendi:

I. *Dioscorides*, Medicus Cleopatræ & Antonii Olymp. 186. cujus sunt libri quinque de re medica a nonnullis in linguam Latinam translati.

II. *Strabo*, Geographus præstantissimus, A.C. 15. claruit; denatus circa A.C. 27. Exstant XVII. Geographiæ libri gr. & lat.

III. *Diogenes Laertius* claruit A.C. 140. Exstant de Vitis Philosophorum libri decem gr. & lat. cum not. Henr. Stephani, utriusque Casauboni, Isaaci & Merici, & Ægidii Menagii.

IV. *Athenæus* A.C. 155. claruit, cujus libri XV. Deipnosophistarum s. sermonum Convivalium gr. & lat. exstant, dilucidati ab Is. Casaubono.

V. *Hesychius*, Grammaticus, A.C. 500. claruit scripto Græcarum vocum Lexico.

VI. *Suidas*, cujus Lexicon Græco-Latinum Aemilius Portus & alii notis illustrarunt, seculo X. vixisse creditur.

VII. *Cyrilli Philoxeni*, aliorumque veterum Glossaria Latino-Græca & Græco-Latina edita studio Bonaventuræ & Car. Labbæi. Iudicium de Cyrillo v. ap. Barth. Stat. Theb. 2 p. 579.

Hi fere sunt, quorum scripta & testimonia in Thesauro subinde allegantur.

A Littera

A Litera vocalis, quam, dicente Capella 3 p. 58 *ſub hiatu oris congruo ſolo ſpiritu memoramus*, eadem fuit apud veteres, tum Græcos tum Latinos, figura. Cic. de Divin. 1, 13. *Sus reſpexo ſi humi A literam impreſſerit, non prætereo frigidam vetuſtis, Andromachum Ennii ab ea poſſe augeri?* In Longobardico charactere nihil inter ſe differre literas A & V, Scaliger obſervatio eſt: qui inde verſum Catulli emendat, p. 85 Caſtig. in Catull. de monte Athos, *Quem maximum in oris Progenies Phlœa clara ſupervehitur.* cum alias legeretur: *quem maxima.* Scriptum Longobardice fuerat: *maxima.* ¶ 2. A inſuaviſſimam literam ob ſonum ſimiliter coſſitum vocat Cicero in Orat. c. 49. Sic & in repetita aſperitatem notat Mart. Capella l. 5 p. 167. Non diſplicuit tamen ejus repetitio veteribus in uno eodemque verſu. v. Barth. ad Scriptt. Venat. p. 42 & ad 1 Theb. Statii p. 3. Heſſel. ad Ennium p. 101 & 378. ¶ 3. Translata a Græcis in noſtram ſcripturam A litera, aliquando in *æ* diphthongum commutatur: ut, Ασκληπιος *Æſculapius*: interdum in *i*, ut καναξδον *caniſtrum*: nonnunquam in *o*, ut κάρυλος *corylus* μάρμαρος *marmor*. v. Scaliger de Cauſſ. L. L. 1, 26. ¶ 4. Apud Latinos ipſum *e* crebrius mutatur in *e*, modo productum, modo correptum. Productum quidem: ut, ab *Halitus, anhelitus*: & in præteritis Verborum, *Facio feci, Ago egi, Iacio jeci, Frango fregi, Capio cepi*, (quæ & *agi, jeci, fregi, capi* a veteribus ſcribebantur;) correptum vero, ut *Tango tetigi, Cado cecidi, Parco peperci, Fallo fefelli.* Et in compoſitione *a* poſitione productum, in *e* poſitione productum convertitur: ut, *Arma, inermis, Arceo, coërceo.* Rurſus *a* breve, in *i* breve: ut, *Amicus, inimicus.* Sic *Armipotens, Stelliger, Cauſſidicus, Tubicen, ab arma, ſtella, cauſſa, tuba.* Sed *Tibicen* a *tibia*, penultima producta, quod in ea dictione, *i* & *a* per craſin in *i* longum commutentur. ¶ 5. In prænominibus per *A.* ſignificatur *Aulus*: ut, *A. Poſtumius Albinus*; *A. Cornelius Coſſus*; *A. Gellius*, &c. Sed *Ap.* & *App. Appius*; ut, *App. Claudius Pulcher*. Sic & Romani veteres ſcribebant, AVG. pro *Auguſtus* vel *Augur*: AB V. C. pro *ab urbe condita*: Et A. A. V. C. pro *Anno ab urbe condita*: A. P. R. C. *Anno poſt Romam conditam*: A ED. pro *Ædes*: A EDIL. C V R. pro *Ædilis Curulis*. Sed in Quæſt. Tuſc. Ciceronis per literam A. *Atticus* interlocutor deſignatur, ut Lactantius Div. Inſtit. 1, 15 expreſſit: Lambinus perſonam incertam, puta *Adoleſcentem* intelligit; *Auditorem* Turnebus Adv. 9, 18. ¶ 6. Quam Cicero pro Mil. c. 6. *literam ſalutarem* dixit, illa eſt A, nota abſolutionis: quemadmodum C, *litera triſtis*, condemnationis nota, quod docet Aſcon. in Verr. 1, 9. ¶ 7. A pro *ab*, vide *Ab.*

A, AB, ABS, præpoſitiones ablativæ, von. A licet factum ex *ab* vel ἀπό, longè tamen quantitatis eſt, ſicuti reliquæ præpoſitiones in *a* terminatæ. Scribitur A ſine accentu, cum nec opus ſit, ut ab alio diſcernatur. Vſum diverſum indicant exempla: nimirum A præponitur ſolis conſonantibus; ſed vocalibus plerumque *Ab*: ut, *Rem omnem a principio audies*, Ter. And. 1, 1, 21. *Ab alio exſpectes alteri quod feceris*, P. Syrus. Sed tamen a conſonantibus etiam excipitur *Ab*, ſi nulla prohibeat vocis aſperitas, quemadmodum Priſcianus docuit: ut *Ab Iove*, Virg. ecl. 3, 60. *Ab re*; *Ab ſua parte*, Liv. 1, 17. Idem 30, 8 *Ab dextro cornu*; *Ab lævo*. Paullo poſt, *neque ſpes tonitu ab Scipione erat*. Nec quisquam veterum eſt, qui AB conſonantibus ſæpius præponat, quam Livius. Hujus enim præter illa ſunt *ab cruciatu* 26, 11. *ab domo*, c. 50. *ab fronte* 34, 14. *ab Gallis* 21, 52. *ab juventa*, 26, 19. *ab lateribus*, 32, 18. *ab multis*, 25, 36. *ab nocte*, 24, 46. *ab Piræeo*, 31, 25. *ab quærente*, 24, 6. *ab Romanis*, ibidem. *ab ſe*, 24, 4. *ab tergo*, 24, 47. & paſſim alibi. Sic *Ab parvulis*, Cæſ. 6, 21. *Ab ſenatu*, Cic. Invent. 2, 37. *Ab ſententia*, ibidem c. 48. *Ab nullius tempore*, pro Archia c. 6. *ab nullis*, Div. in Verr. c. 9. *ab centro*, Vitruv. 9, 8. *Ab ſole*, Varro R. Ruſt. 1, 12. *ab lenone*, Plaut. Curc. 4, 2, 9. *ab vino*, Cell. 1, 10. *ab rege*, Nep. 23, 12, 3. &c. Vt taceam compoſitionem in *abduco, abluo, abnego* &c. quam Priſcianus l. 14 urget, & ante *J*: ut *abjicio, abjungo, abjudico, abjuro*. ¶ 2. A, & *ab*, præcedente verbo paſſivo, vel eandem vim habente, perſonam agentem plerumque ſignificant: ut, *Vincitur a paucis*, i. e. per paucos, Salluſt. Fragm. c. 24. Quintil. 12, 1 *Fabricius reſpondit, ſe a cive ſpoliari malle, quam ab hoſte venire.* Sic *Vapulave ab aliquo ſtibos*, Idem 9, 2. Huc pertinet Ciceronis pro Mil. formula c. 35 *A meis civibus ea res mihi fuit honori*, ea hat mir bey meinen bürgern ehre gebracht. Id. fam. 3, 3 *Quibus ego a Cæſare in tali viro contentus eram.* Sic Ovid. Met. 13, 597 *Occidit a fortiſſimo Hectore, (ſic vos voluiſtis) Achille*; i. e. per Achillem. Huius generis pluſcula dedit Bur. ad Ovid. met. 5, 192. Sed & eadem præpoſitio, cum verbo paſſivo, non ſecus ac cum ejus aut cum alio activo, conſtructa, perſonam patientem denotat. Salluſt. Fragm. c. 3 *Quid a Pyrrho, Hannibale -- defenſum eſt aliud, quam libertas.* Senſus eſt: Non illos hoſtes, ſed populum Romanum defendiſſe libertatem a Pyrrho, &c. Cæſ. B. C. 1, 6 *Pecuniæ a municipiis exiguntur*, ſcil. per alios. Iuſt. 43, 5, 9 *A Gallis redempta pax*, ſcil. per Romanos. v. Vorſt. Latin. merito ſuſp. c. 13. ¶ 3. Aliquando videntur idem eſſe ac *propter*, um, wegen; ut Varro R. Ruſt. 2, 2 *Agni a frigore & æſtu nequid laborent.* Plin. 2, 8 *Sidus Martis ignei, ardentis a ſolis vicinitate*, hoc eſt, propter ſolis vicinitatem. Cic. pro Roſc. Am. c. 30 *Vir ab innocentia clementiſſimus*, Plin. 24, 5 pr. *Caput a ſole dolet.* Ita non raro Livius; ut 5, 44 *Nunc ab ſecundis rebus magis etiam ſolito incauti.* Id. 7, 10 *Linguam etiam ab irriſu exſerentem Gallum producit.* Et 24, 30 *Tanto ardore militum eſt uſus ab ira interfectæ ſtationis*, &c. Sen. de Clem. 1, 14 *Sanus filium a prima offenſa non exheredat.* Et c. 20 *A duabus cauſſis punire princeps ſolet.* ¶ 4. *A* & *ex* diſcernit Cic. fam. 10, 28, 6; & 13, 22, 5; *A* tamen & *ab* motum de loco ſignificantes ponuntur pro e vel *ex*, aus. Flor. 1, 24, 1 *Allatæ a Græcia leges.* Suet. Tib. c. 19 *A Germania in urbem regreſſus.* Virg. Æn. 2, 254 *Inſtructis navibus ibat a Tenedo* Scrib. Largus Comp. 101 *Excuſſus a rheda vel curriculo.* Plaut. Pœn. 4, 2, 107 *Advenit a foro.* Conf. Diomedes Gramm. ap. Putſch. p. 408 f. ¶ 5. Aliquando ſignificant *ante*, Plaut. Ciſt. 4, 1, 7 *Ab oſtio jacentem ſuſtuli.* Id. Merc. 2, 4, 9 *Omnia ego auſcultavi ab oſtio.* Stat. 1 Silv. 2 v. 23 *Dominæ niveis a vultibus obſtas*, id eſt, ſtas ante dominam. Quam familiarem loquendi formam Papinio eſſe Gevartius ibidem oſtendit. Similiter Frontinus Strat. 1, 5, 10 *Univerſa a limite obſtiterunt.* ¶ 6. *A* vel *ab* pro *præ*, vel pro particula *quam* utitur Hieron. Ep. 146 ad Damaſum: *Qui prima hora conductus eſt, plus meretur ab eo*, (i. e. præ eo, vel quam is) *qui hora tertia miſſus eſt ad vineam.* Sic & Cæl. Aurel. Acut. 1, 9, 64 *Maior ab intemporali ſomno* (i. e. quam intempeſtivi ſomni) *vigiliarum eſt vexatio.* Idem 1, 15, 134 *Quid gravabilius ab his*, (i. e. præ his) *quæ adhibenda confirmas.* conf. 2, 1, 1; & 2, 9, 38 &c. ¶ 7. Locutiones præterea bonas plurimas atque elegantes *a* & *ab* efficere ſolent; e. g. in tempore vitæ præterito ſignificando: ut, *A puero*, Nepos 5, 2, 1; & Cic. fam. 6, 9 *A pueris*, Id. Tuſc. 1, 24 *A pueritia*, Id. ad Qu. Fr. 1, 1 *Ab incunte ætate*, Id. pro leg. Man. c. 1; & Oſſ. 2, 13 *A prima ætate*, Id. pro Planco c. 21; & Fam. 4, 4 *A parvulo*, Ter. And. 1, 1, 8 *A parvis*, ibid. 3, 3, 7 *a parvulis*, Cæſ. B. G. 6, 21 *A parvula ætate*, Iuſtin. 12, 4, 10 *A primis temporibus ætatis*, Cic. fam. 4, 3; & 6, 13; ad 12 *Per ea ab infantia*, Tac. A. 2, 56, 2 *Ab tenero*, Colum. R. R. 5, 6 *A teneris*, ibid. 17. (pro quo *in teneris* Virg. G. 2, 272) *A teneris unguiculis*, Cic. fam. 1, 6 *Ab incunabulis*, Liv. 4, 36 von Kindes beinen an. Sic *A prima adoleſcentia*, Cic. fam. 1, 9 & Svet. Oth. c. 2. *Ab adoleſcentulo*, Cic. pro Quint. c. 3. *Ab initio pubertatis*, Iuſtin. 23, 1, 8. *Ab juventa*, Svet. Domit. c. 12. & Plin. 11, 53 *A prima lanugine*, Svet. Oth. c. 12. & poetice *ab ævo viridi*, Ovid. Triſt. 4, 10, 17. von jugend auf. ¶ 8. Exprimunt etiam temporis aut rei terminum, vel abſolute, vel ſequente *ad, usque ad* &c. ut, *Ab initio*, Cic. ad Brut. ep. 10. ad Qv. Fr. 1, 1. *A principio*, Cic. ad Qv. Fr. 1, 2. *A primo*, Id. ad Att. 11, 7, zu erſt, anfangs, von forne an. Sic *Ab ſeculo ad ſeculum*, Plaut. Mil. 4, 2, 87. *Vsque ab aurora ad hoc quod dici eſt*, Id. Pœn. 1, 2, 6. *A mane usque ad veſperum*, vel *ad noctem usque*, Id. Amph. 1, 1, 96, & Moſt. 3, 1, 3. *A ſummo lucis ortu ad ſolem alterum orientem*, Gell. 2, 1. *Ab conſulatu usque ad extremum tempus*, Nep. 25, 16, 3. *A minimo ad maximum*, Plaut. Pſeud. 3, 1, 10. *A terra ad cælum*, Id. Perſ. 4, 4, 54, & Trin. 4, 2, 105. *Ab ovo usque ad mala*, i. e. a primo ferculo ad menſas ſecundas, Horat. ſat. 1, 3, 6. Sic *A capite ad calcem*, pro re tota, durch und durch, von oben bis unten: v. *Caput* & Chil. *Vsque ab unguiculo ad capillum ſummum*, Plaut. Epid. 5, 1, 17. Et Hor. ep. 2, 2, 4 *Talos a vertice pulcher ad imos*: quod Germani contra dicunt, von der fußſolen bis auf die ſchcitel. *Ab imis unguibus usque ad verticem ſummum*, Cic. pro Roſc. Comœd. c. 7. Id. Tuſc. 2, 2 *Oratorum laus ita ducta ab humili, venit ad ſummum.* Sic Apul. Met. 3 p. 138 *Ab imis unguibus ad usque ſummos capillos.* Et Ambroſ. off. 2 *A veſtigio pedis usque ad verticem.* Sed Petron. c. 102 *A capillo usque ad ungues.* Et Hieron. T. 3 p. 14 ad Domn: *Contuli cum eo a vertice, ut ajunt, usque ad extremum unguem.* Homer. Iliad. Ψ. v. 169 Ἐς ποδὸς ἐκ κεφαλῆς. ¶ 9. Interdum idem valent ac *poſt*, ut, *Ab illo tempore*, nach der zeit, Cic. Verr. 4, 13. *A balneo*, Cell. 6, 6. *Ab re divina*, Plaut. Pœn. 3, 3, 4. *Ab re bene geſta*, Liv. 5, 28. *Hujus a morte*, Cic. de Sen. c. 6. Et Ovid. Triſt. 4, 10, 122. *Ab exſequiis.* Vell. 2, 104, 3 *Protinus ab adoptione.* Suet. Cæſ. c. 60 *Prælia fumebat ſæpe ab itinere ſtatim.* conf. Curt. 6, 1, 20 cum not. Pitiſci. Tac. Hiſt. 2, 92, 1 *Præpoſuerat prætorianis P. Sabinium a præfectura cohortis*, (ut Mercerus feliciter reſtituit) vel, *ab præfectura* (quod Pichena conjiciebat) i. e. poſtquam hactenus præfecturam adminiſtraverat. Qua ratione auctores frequentius præpoſitione *Ex* uſi fuerunt. Sed *Proximus a poſtremo*, Cic. in Orat. c. 64 von einem der letzte. *Secundus a rege*, h. e. primus poſt regem, Hirt. B. Alex. c. 66. ¶ 10. *Ab aliquo ſtare, ſentire*, eſt cum vel pro aliquo ſtare vel facere, auf eines ſeite ſtehen, es mit einem halten. Plaut. Rud. 4, 4, 56 Iq. Nep. 14, 6, 6. *Stare a mendacio contra verum*, Cic. de Invent. 1, 3. v. infra *Sto* n. 3. ¶ 11. Sed *ab re*, idem eſt, quod a negotiis vel per negotia. Ter. Heaut. 1, 1, 23 *Tantumne eſt ab re tua otii tibi, aliena ut cures?* haſt du ſo viel muße bey deinen geſchäfften? &c. ¶ 12. Plauto vero *ab re*, idem quod præter rem ſeu contra utilitatem, ut Trin. 2, 1, 12 *Ab re conſulere*, zu ſchaden rathen. *Non ab re*, i. e. non alienum ab inſtituto, Plin. 33, 8. & Suet. Aug. c. 94 *Non ab re fuerit ſubtexere*, es ſchickt ſich hieher. Sic ſæpius occurrunt pro *contra* vel *adverſus*, ubi repugnantia declaratur: ut, *A Clodio forum defendere*, Cic. pro Mil. c. 33. *Defendere a frigore myrtos*, Virg. Ecl. 7, 6. *Templum cuſtodire ab Hannibale*, Nep. 23, 9, 4. *Legatos ab ira impetuque hominum tegere*, Liv. 8, 6. *Venter a periculo tutus*, Cell. 2, 3. *Tutior ab hoſtibus quam a filiis*, Iuſtin. 10, 1, 7. Adde Cæſ. B. G. 7, 36; & B. C. 2, 9. Luer. 3, 831 *Quod letalibus ab rebus munita tenetur.* ¶ 13. Eleganter *A* & *ab* uſurpantur loco genitivi vel adjectivi, ſtrfermo eſt de poſſeſſione, familia, patria &c. Ter. Andr. 4, 5, 15 *Ab aliquo eſſe*, einem zuſtehen. Id. Andr. 3, 1, 3 *Ab Andria eſt ancilla hæc*, i. e. ab vel ex Andriæ familia. Plaut. Curc. 3 v. 82 *Credo te eſſe ab illo*, i. e. ejus ſervum eſſe. Cic. Tuſc. 2, 3 *Qui ſunt ab ea diſciplina.* Et, *Pericles ab Anaxagoræ uber fuit & fœcundus*, Id. in Orat. c. 4. Et pro Muræn. c. 30 *Noſtri illi a Platone & Ariſtotele moderati homines*, &c. i. e. Academici & Peripatetici. Videntur enim veteres ſæpe hac præpoſitione ita fuiſſe uſi, cum adjectiva, vel genitivos, atque hos quidem maxime, vellent circumloqui: non modo poetæ verſus cauſſa; ſed oratores etiam variandæ orationis. Tale illud Virgilii eſt Georg. 2, 243 *Dulcesque a fontibus undæ*, i. e. fontanæ, ſive fontium undæ. Ter. Heaut. 3, 3 extr. *Quid eſt, quod tam a nobis graviter crepuere fores?* i. e. noſtræ, vel noſtrarum ædium. Id. Andr. 1, 1, 129 *Ea primum ab illo animadvertenda injuria eſt*, i. e. illius; quomodo & Donatus interpretatur. Similiter Lucret. 2, 50 *Neque fulgorem reverentur ab auro*, i. e. auri vel aureum. Et 4, 1161 *Ceres ipſa ab Iacchо*, id eſt, Iacchi ſoror. Nam ſæpe apud Latinos propinquitatis ac neceſſitudinis vocabulum omittitur. Huc pertinet & Græcorum ratio, cum ad patronymicum vel gentile circumloquendum præpoſitionem ἀπὸ adhibent: qua forma Pindarus uſus Nem. E. v. 89. In Novo Fœdere ſimiliter leges Ἰούδας ἀπὸ Καριώτ, *Iudas a Cerioth*, i. e Cariotenis. Sed ita etiam Latini: Liv. 1, 50 *Turnus Herdonius ab Aricia*: i. e. Aricinus, quemadmodum & c. 60 vocatur. Idem 2, 22 *Obſides dant ccc principum a Cora atque Pometia liberos.* Sic idem *Græcos a Phocæa* pro *Phocæenſibus* dixit 34, 9 & Varro de Re ruſt. 2, 2 *Videamus, quid poſſores a Pergamide Maledove potes ſint.* Sic Virg. Georg. 3, 2 *Peſſimus Amphryſo*, Amphryſius. Adde Drakenborch. ad Sil. 5, 271. Sev. Sulpitius 2, 38 *Principes mali iſtius habebantur a Singiduno Vviſcius, Valens a Murſa, ab Heraclia Theodorus*, &c. i. e. *Singidunenſis, Murſenſis, Heraclienſis, Epiſcopi.* Sic c. ſeq. *Lucifer a Caralis*, i. e. Caralitanus. & ruſtus: *Paternus a Petrocoris.* Conciſe & per ellipſin Plautus Bacch. 2, 2, 53 *Hoſpes Epheſo*, i. e. Epheſius: *Hoſpes Zacyntho*, i. e. Zacynthius, Merc. 5, 2, 99. Gell. 3, 15 *Polycratem nobilem fœminam Naxo inſula.* Ovid. Triſt. 3, 9, 12 *Hoſpes, ait, noſco Colchide vela, venit*: i. e. Colchica. Alia ejusmodi exempla eruditi viri ad Plautum notarunt. Huc pertinet & Plauti illud *A lenone amare*, Pſeud. 1, 2, 69, ſubaudi puellam. Et Pœn. 5, 2, 32 *Puella a lenone*, lenonia eſt, ſive de lenonis familia. Huc etiam refer, quod alias raro A præponatur nomini urbis; ut, *A Perſepoli profectus*, Curt. 5, 6, 19. conf. Tac. An. 15, 6, 2.

¶ 14. Sæpe etiam ponuntur pro *quoad* vel *quantum attinet*. Cic. in Brut. c 66 *A doctrina instructus*. Id. fam. 10, 15 *Ab equitatu firmus*. Plaut Truc. 4, 3, 59 *Abhigenio improbus*. Id. Curc. 1, 1, 51 *A me judicia est*. Cic. Att. 7, 15 *Sumas flagitiose imparati, cum a militibus, tum a pecunia*, wir haben weder volck noch geld. Id. Att. 5, 18 *Locus copiosus a frumento*. Ter. Heaut. Prol. v. 13 *Tantum poterit a facundia*, hoc eſt, per facundiam, vel facundiæ beneficio. Liv. 7, 10 *Corpus ab alia omni vexatione intactum*. Petron. 128 *Numquid ab aliquo naturali vitio formam meam excoco*. Græcis idem præſtat ἐνεκα. ¶ 15. Ante adverbia loci abundare videtur. Sic *a peregre*, pro peregre, Vitruv. 5, 7. *A foras*, pro foras, Aggen. Vrbicus de Limit. agrorum Goeſii p. 53. Quemadmodum *e foris*, pro fori: Plin. 17 c. 25 dixit, & *de foras* Inſcriptionis Veteris auctor, ut Rigaltius obſervat; *A longe* Vetus Bibliorum interpres. Quæ etſi non ita crita ac uſitata ſint, non tamen barbara habenda, quod videtur nonnullis. ¶ 16. Interdum ſignificant *in* vel *circa*. Cic. Phil. 3, 13 *A fronte, a tergo, a lateribus tendere*, fornen, hinten, und an ſeiten. Liv. 1, 137 *Equites utrinque a cornibus poſiti*. Id. 3, 41 *Quiritium fidem implorabat a curiæ limine*. Cæſ. B. G. 6, 28, 6 *Cornua ab labris argento circumcludunt*. *A fronte præcipitium, a tergo lapi*, v. Eraſm. Chil. ¶ 17. Hic tranſitus ab una re ad aliam ſignificatur. *Ingenium eſt omnium hominum a labore proclive ad libidinem*, hoc eſt, ad otium; eiſectus nomen pro cauſſa, Ter. Andr. 1, 1, 56 *Arcano ad tribunal*, ſubaudi adſpirare, hoc eſt, de infima conditione ad honeſtam, aus einem bader ein biſchoff. v. Chil. Hic diſtantia notatur: *Circiter paſſus DC ab his caſtris locus*, Cæſ. B. G. 1, 49. *Non magno ab ea legione intervallo*, ibid. 2, 23. Hic initium ſignificatur: *A ſuppliciis vitam auſpicatur animal cæteris imperaturum*, Plin. proœm. lib. 7. Adde Plaut. Moſt. 1, 4, 33. ¶ 18. Sunt elegantes & hæ locutiones, *Ab aliquo ſolvere, dare, numerare*, durch anweiſung bezahlen. Cic. Att. 7, 18 *Frater laborat, ut tibi, quod debet, ab Egnatio ſolvat*, hoc eſt, ab illis pecuniis, quæ viciſſim ſibi ab Egnatio debentur. ¶ 19. Eſt & elegans uſus præpoſitionum A & AB cum particulis *usque* & *prope* &c. Cic. in Vatin. c. 8 *Quod a gurges omnes usque a Romulo decrevernt*. Ter. Phorm. 2, 2, 48 *Progeniem usque ab avo atque atavo proferens*. Tac. Hiſt. 1, 10, 2 *Tam prope ab exule fuit*. Plin. 15, 18 *Tam prope a muris habemus hoſtem*. conf. infra *usque* & *prope*. ¶ 20. Poſt comparativum abundat. Varro de re ruſt. 1, 2 *Quod eſt inferior a dextra foraminibus*; id eſt, inferior dextra, foraminum numero. vt vult Salmaſ. ad Carinum Vopiſci c. 19 p. 826. Contra frequens quoque τῦ A ellipſis auctoribus. Svet. Cæſ. c. 16 *Adminiſtratione reipubl. ſubmoveri*. c. 19 *Opera optimatibus data eſt*. & c. 20 *Campum majoribus conſecratum* &c. & alibi ſæpius: ubi ſemper *A* præpoſitio ſubaudienda, vel ex ablativo factus dativus. Sic Tac. An. 2, 50, 4 *Removetur propinquis*. Et 3, 20, 4 *Deſertus ſuis*. Sic commutato caſu Nepos 1, 4, 1 *Regi eſt repertus fidelis*, i. e. a rege. Cic. Off. 3, 9 *Honeſta bonis viris quæruntur*. Virg. Æn. 1, 444 *Neque cernitur ulli*. ¶ 21. Multus & harum præpoſitionum A & AB uſus eſt in ſervitiis, miniſteriis, & curationibus deſignandis: ut *A pedibus*, laqvay, läuffer. Cic. Att. 8, 5 *Ab epiſtolis*, ſecretar, ſchreiber. Svet. Claud. c. 28 *A ſtudiis*, lehrmeiſter. ib. *A rationibus*, rentmeiſter, buchhalter. De iſthoc genere infinita alia apud auctores, & in antiquis inſcriptionibus maxime legere licet: ut *ab actis, a voluptatibus, a potione, a vehiculis*. In his plerumque genitivus perſonæ jungi ſolet, quod patere poteſt ex Gruteri opere: e. g. p. 578 n. 1 M. VLPIO DIVI TRAIANI A POTIONE. p. 61 n. 4 TITINIVS AB EPISTVLIS DIVI NERVAE. p. 584 n. 2 ALEXIO CAESARIS AVG. AB BYBLIOTHECA. conf. ibid. n. 6 &c. Sed & Dativum veteres ſubjeciſſe teſtis eſt Seneca in Apocol. *Is Menandro liberto ſuo tradidit, ut a cognitionibus ei eſſet*. Conf. Vopiſc. in Carino c. 18. Eſt autem in his oratio elliptica: ſubintelligendum enim ſemper aliquid, videlicet *ſervus, libertus, ſcriba*, vel aliquid aliud iſtiusmodi: quod item ex inſcriptionibus maxime clarum; ut p. 25 n. 12 HERMEROS CLAVDII AB MARMORIBVS MAGISTER. & p. 583 n. 9 NESTOR C. CAESARIS SERVVS GERMANICIANVS A SVPELLECTILE. & p. 598 n. 4 M. VLPIVS AVG. LIBERTVS A CVRA AMICORVM. item p. 577 n. 8 TIB. CLAVDIVS ALCIBIADES MAG. A BIBLIOTHECA LATINA APOLLINIS. item SCRIBA AB EPISTVLIS LAT. &c. Sic & Svet. Cæſ. c. 74 *Philemon a manu ſervus*, ein aufwärter, ſchreiber. Nep. 22, 12, 4 *Puer ab janua*, i. e. janitor. conf. Tac. An. 15, 35, 2. ¶ 22. Differunt quidem *a* & *de*, uti pater in Cic. fam. 5, 12, 11; 11, 8, 4; 12, 22, 7; Sed ſicuti *De* pro *A* ponitur, v. *De* n. 1: ita & *A* pro De legi videas. Cic. fam. 5, 20, 2 *A quo mihi exploratum eſt, nihil eum feciſſe*. Svet. Veſp. c. 23 *Ad Iul. Calvinam a gente Auguſti*, al. e *gente*. v. Guil. Ott. Reitzii ſpecimen Pſeudonymorum in Miſcell. Obſ. X, 123. ¶ 23. Inter caſum ſuum utrumque ponere amat τὸν ab Ovidius, v. g. Her. 9, 96 *damnis dives ab ipſa ſuis*, de Lernæa hydra, ubi plura Heinſ. ¶ 24. In compoſitione vocum incipientes a M & V conſonante admittunt A; reliquæ litteræ *ab*: ut, *Amoveo, Avello*: *Abactor, aberro, aborior, abundo* &c. conf. ſupra n. 1. In *Auſero* & *Augio* ſeorſum B mutatur in V. ¶ 25. *A* & *Ad*, nec non *Ab* & *Ad*, in compoſitis confunduntur a librariis. vid. Drakenborch. ad Sil. 4, 328; item 6, 394; 10, 18; 11, 14; & 13, 268; & Broukhuſ. ad Tib. 1, 2, 21.

¶ *Abs*, cum ejusdem ſit ſignificationis atque *A* & *Ab*, non frequenti tamen uſu eſt latine loquentibus: præponitur plerumque dictionibus inchoatis a *q* & *t*. Ter. Adelph. 2, 3, pr. *Abs quovis homine*, &c. Et Andr. 1, 5, 57 *Ne abs te hanc ſegreges*. Cic. fam. 7, 31 *Vincam te, vel vincar abs te*. Invenitur etiam ante literam *s*: ut, *abs ſe*, von ſich ſelber. Plaut. Capt. 3, 1, 10. &c. conf. Parei Lex. p. 5; & Cæſ. B. G. 1, 44, edit. Daviſii. *Abs Sveſſa nuntiatum eſt*, Liv. 32, 1, ed. Gron. Niſi tamen in his librariorum culpa interceſſit ob ſoni vicinitatem. Sed Plaut. Perſ. 1, 3, 79 *abs thorace*. ¶ 2. Porro duo hæc verba, *Auſero & Augio*, ab hac præpoſitione putantur componi incerta valde & obſcura in licatione Ciceronis in Orat. c. 47, cum multo plura ſint verba inde integre compoſita: ut, *Abſcedo, Abſcondo, Abſtergeo, Abſterreo, Abſtineo, Abſtemius, Abſtrudo*.

¶ Abante, Abhinc, vide *Ante*, & *Hic, hæc, hoc*.

¶ Absque idem eſt, quod *ſine*, ohne. Cic. de Invent. 1, 36 *Propoſitio nihil valet absque approbatione*. Id. Att. 1, 19 *Nullam epiſtolam ad te ſino absque argumento pervenire*. Plaut. Men. 5, 7, 33 *Absque te ſit fuiſſem*, wäre ich ohne dich geweſen, hätteſt du gethan. Ter. Hec. 4, 2, 25 *Quam fortunatus cæteris ſim rebus, absque una hac foret*, id eſt, extra unam hanc rem ſi eſſet. Frequens & elegans formula omiſſo *ſi*. *Absque te eſſet*, h. e. niſi tu eſſes, ap. Plaut. Bacch. 3, 3, 8; Capt. 3, 5, 96; Trin. 4, 1, 13. &c. ¶ 2. Pro *Præterquam*, uſurpavit Solinus c. 46 de Phœnice loquens: *Poſtera parte purpureus absque* (id eſt, excepta, ut Schottus interpretatur p. 1033 Phyſ. curioſ.) *cauda, in quo roſeis pennis cæruleus inſcribitur nitor*. Quem ad locum Camers ira: *Non vult Solinus, hanc alitem eſſe absque cauda, ſed eam eſſe ubique coloris purpurei, præterquam in cauda*. Fere autem ita ſuum χρῶτα & Græci uſurpant.

ĂBA, *æ*, f. ἄβα, mons Armeniæ, in quo Euphrates oritur. Plin. 5, 24. Abactor, Abactus, quære in *Ago*.

ĂBĂCVS, *i*, m. ex ἄβαξ ab ἀβάζω, menſæ genus, in qua vaſa omnis generis vel ad uſum, vel ad oſtentationem ſolent exponi, ein credentztiſch, treſor, tablet. Cic. Verr. 2, 16 *Abaci vaſa omnia, ut expoſita fuerunt, auferebat*. Varro de L. L. 8, 33 *Abacum argento ornari videmus*. Livius 39, 6 *Monopodia & abacos* conjungit. conf. Plin. 34, 3. & 37, 2. it. Fulv. Urſin. de Triclinio p. 150 ſq. Ph. Rubenii Elect. 1, 34. ¶ 2. Tabula calculatoria, eine rechen-tafel; v Perſ. Sat. 1, 131. Hujus formam ex antiquis monumentis publicavit Marc. Velſerus Rer. Auguſt. Vindel. Comment. p. 221. Apud Apul. 1 p. 284 Elmenh. *Abaco & pulviſculo te dediſſes*. ¶ 3. Macrobio etiam *Abacus* alveolus eſt aleatorius, ein bretſpiel. Saturn. 1, 5 *Diem ſequentem omnes plerique abaco & latrunculis conterunt*. Quemadmodum & apud Suet. Ner. c. 12 interpretatur Torrentius. ¶ 4. Vitruvio 4, 1 &c. *Abacus* quoque eſt ſumma illa planicies in capitulis columnarum, die platte. conf. Idem 7, 3 cum Baldi Lex. p. 3. & Turneb. Adv. 2, 3.

¶ Abax, *ăcis*, f. idem quod *Abacus*. Sed Græcis ἄβαξ maſculinum eſt. Iaboleno ICt. l. 100 § 3 ff. de Legat. 3 *Abaces ſunt vaſorum collocandorum repoſitoria*. Hæc eſt vulgata lectio. Sed Alciatus & alii legunt βάζους. Certior eſt auctoritas Priſciani 7 p. 752 Putſch.

¶ Abaculus, *i*, m. dimin. Sed *Abaculos* Plinius 36, 26 calculos dici a quibusdam indicat, vario colore tinctos, qui vel luſorii erant, ut Harduinus exiſtimat, ſteine im bretſpiel, vel, ut alii cenſent, in ſupputationibus uſurpati, rechenpfenninge.

ABADIR, nom. maſc. de quo Priſcianus lib 5 p. 647. *Abadir Deus eſt. Dicitur & hoc nomine lapis ille, quem Saturnus dicitur devoraſſe pro Jove, quem Græci* βαίτυλον vocant. Adde infra in *Bætylus* dicenda.

Abagarus, vide *Abgarus*.

Abagio, Abalienatio, abalienare, vide *Adagio*, *Alienus*.

Abante, Abantes &c. Abaptiſtus, vide *Ante*, *Abas*, *Baptizo*.

ABARĪMON, *In quadam convalle Imai montis regio eſt, quæ vocatur Abarimon, in qua ſilveſtres vivunt homines, averſis poſt crura plantis*, &c. Plin. 7, 2.

ĂBĂRIS, *ĭdis*, m. Scytha Hyperboreus, fortilegus, ſive ariolus, ut ab Hieronymo in Chronico appellatur. Hic ab Apolline donatus ſagitta memoratur, quam ſimul miiſſer nervo, ſimul & ipſe auferretur una volans: eaque ratione tot peragraſſe populos, reſponſa reddens. Quod omne pro fabula habet Herodotus 4, 36. De eo & Harpocratione in Lexico, Malchus & Iamblichus de vita Pythagoræ, e cujus diſciplina fuiſſe creditur: Origen. l. 3 contra Celſum & alii. Palladium Trojanum ab hoc Abaride confectum fuiſſe Iul. Firmicus de Errore profan. religionum auctor eſt. De quo ibidem Scaliger, itemque Animadv. in Eutebium conſuli poteſt. ¶ 2. Virgilius hoc nominis cuidam ex Rutulis in Turni exercitu tribuit, quem ab Euryalo occiſum 9, 344 prædicat.

ĂBAS, *antis*, m. ἄβας, rex Argivorum fuit, a quo *Abantēi Argi* Ovidio Met. 15 v. 164. ¶ 2. Idem ſocius Æneæ, nobilis Trojanus. Virg. Æn. 1, 125 *Et qua vectus Abas, & qua grandævus Alethes*. Et alius eodem bello, hoſtis Trojanorum, cujus clypeum Æneas, cum epigrammate fixit, Virg. 3, 286. ¶ 3. Eſt & canis, Ovid. Met. 12, 360.

¶ Abantes, populi Eubœæ. Pauſan. Eliac. 1 c. 22. p. 435.

¶ Abantēus, *a, um*, Argivus: modo dictum in *Abas*.

¶ Abantis, *ĭdos*, f. regio, in Theſprotia Epiri. Pauſanias d. l.

¶ Abantiades, *æ*, m. Abantis nepos, Perſeus, apud Ovid. Met. 4, 767 & 772 *Quærit Abantiades*.

Abaſcantos, Abaſſini, vide *Baſcania, Habeſſini*.

ABATON, ſive Abarum, *i*, n. ἄβατον, locus inacceſſus, quo aut nulli aut tantum certis hominibus licet accedere. Talem a Rhodiis exſtructum deſcribit Vitruvius 2, 8. conf. Bald. Lex. Vitruv. p. 4 & Cæl. Rhodig. 13, 33. ¶ 2. Petra Ægypti inacceſſa, de qua vide Sen. Nat. Qu. 4, 2. Et de eadem Lucanus 10, 323 *Hinc Abaton quam noſtra vocat veneranda vetuſtas*.

Abavia, abavunculus, Abax, Abazea, vide *Avus*, *Abacus*, *Sabazius*.

ABBA, vox Syriaca ab אב *pater*, vater. Occurrit in N. T. Rom 8, 14. Gal. 4, 6. Hinc *Aba, ave*, de quo infra, & per literar. tranſpoſitionem *Papa*.

¶ Abbas, *ātis*, m. etiam Syriace patrem notat: eccleſiaſticis præfectum & rectorem monachorum, ein Abt. Vſus Sidonius 7 epiſt. 9 & 17 extr. & lib. 9 ep. 2 & carm 16 vid. *Archimandrita in Manlia*.

¶ Abbatiſſa, *æ*, f. quæ virginibus ſacratis præeſt, eine Aebtiſſin. In Regula Monachorum, quæ Hieronymi Tomo 9 inſerta eſt, hæpius occurrit. Vtrumque cenſores latinitatis ejecerunt; Sic &

¶ Abbātīa, *æ*, f. locus, cui Abbas vel Abbatiſſa præeſt, die Abtey.

ABBASSVS, *i*, f. oppidum Phrygiæ magnæ apud Liv. 38, 15.

Abcæcatio, Abcdarius, vide *Cæcus*, *Abecedaria*.

ABDALONYMVS, ſive Abdolonimus, *i*, m. rex ab Alexandro Magno Sidoniæ conſtitutus Juſtino 11, 10, 8, cujus æquanimitatem Curtius laudat 4, 1, 25, qua Alexandro dixiſſe fertur: *Nihil habenti nihil deſuit*. Diod. Siculus 17, 46 *Ballonymum* vocat, barbaro nomine nonnihil ad indolem Græcorum deflexo. עבד אלה eſt ſervus Dei.

ABDĒRA, *æ*, f. ἄβδηρα, & Abderon, *i*, n. & Abdera, *orum*, pl. Thraciæ urbs fuit, cujus copioſe meminit Plato, & Plin. 4, 11 atque Mela 2, 2; Hercules condidiſſe dicitur in honorem *Abderi* a Diomedis equis dilacerati. In eam Tejì, (non Clazomenii, quod vult Solinus refutatus a Salmaſio p. 114.) Perſarum morum & contumeliarum pertæſi, immigrarunt; atque eo nomine ab Herodoto laudantur, quod patriam potius relinquere, quam libertatem ſibi ſuam eripi voluerint. v. Adagium in Chil. *Abdera pulchra Tejorum colonia*: quo ſignificamus, non deeſſe, quo con-

confugiamus, ſi quis præter modum pergat eſſe moleſtus. Idem prorſus cum Germanico, anderswo iſt auch gut brot eſſen. Patria fuit hæc Abdera Protagoræ & Democriti Philoſophorum. Sed *vervecum patriam* vocat Iuvenalis Sat. 10, 50 propter Thraces plerosque barbaros & rudes. ¶ 2. *Hic Abdera eſt*, inquit Cic. Att. 4, 16, i. e. Romæ Senatores Abderitarum more inſaniunt, v. mox *Abderitanus* & *Abderiticus*. ¶ 3. *Abdera* altera in Hiſpania Bætica eſt, & quidem in ora maris Mediterranei, κτίσμα Φοινίκων, *opus Carthaginenſium*, ut Strabo appellat lib. 3 p. 168. v. Plin. 3, 1.

¶ Abdēr̃ita & Abdērītes, æ, m. Abderæ natus. Plin. 10, 65 *Abderitæ propter ranarum muriumque multitudinem, relicto patrio ſolo, coacti ſunt novas ſedes quærere.* Quod idem & Iuſtinus 15, 2, 1 perſtringit. Laberius apud Gell. 10, 17 *Democritus Abderites phyſicus, philoſophus*, &c.

¶ Abdērītānus, *a, um*, adject. Martial. 10 epigr. 25 *Abderitanæ pectora plebis habes*: h. e. ſtupida tibi mens eſt. Abderitæ enim ſtuporis & intantæ nomine in fabulam abiere. Qua de cauſſa & Tatianus ἀβδηρολόγον pro nugone, & frivola mera atque inepta blaterante poſuiſſe Voſſio obſervatur Inſtit. Orat. 1, 5, 11 extr.

¶ Abderiticus, *a, um*, aliud adject. Cic. 7 Att. ep. 7 *A multis audio, conſtitutum eſſe Pompejo, & ejus conſilio, in Siciliam me mittere, quod imperium habeam. Id eſt* ἀβδηριτικὸν (Abderiticum:) h. e. ſtultum.

Abdico, āre, &c. Abditus, abdo, vide *Dico, Do*.

ABDOMEN, *inis*, n. ſignificat in homine pingvedinem illam in ventre inferiori ſurſum verſus intumeſcentem, Celſo auctore 4, 1, das ſchmeer, der wanſt. Ita dicitur, quod abdi ſoleat & tegi; vel quod ibi alimenta & inteſtina ſint abdita. In porcis idem eſt quod *fumen*, hoc eſt, ubera ſuilla cum lacte. v. Plin. 11, 37. *Abdomine tardus*, Iuvenal. Sat. 4, 107. ¶ 2. Apud Cicer. aliquoties reperitur pro ſtudio gulæ, quod γαστριμαργίαν Græci & πολυφαγίαν dicunt: ut pro Seſt. c. 51 *Inſaturabile abdomen*, ein freßbauch, ſo nicht zu füllen iſt. Id. in Piſ. c. 17 *Ille gurges natus abdomini ſuo, non laudi atque gloriæ.*

ABECEDĀRIA, æ, f. apud Fulgentium Mythol. 3, 10 eſt γραμματικὴ, die a b c-ſtunſt. *In omnibus*, inquit, *artibus ſunt primæ, ſunt ſecundæ: ut in puerilibus literis, prima Abecedaria; ſecunda, Notaria.*

¶ Abecedārium, *i*, n. Græci *Alphabetum* vocant, das a b c. Auguſtino eſt literarum ordo ille, quem pueruli condiſcunt. v. Cæl. Rhod. 14, 28.

¶ Abecedārius, *i*, m. præceptor, qui prima docet elementa, der das a b c lehret. v. Fulgent. l. c. de Orpheo loquens. Sed *Abecedarios* Hieronymus vocat pueros prima elementa addiſcentes, a b c ſchützen, auctore Cælio Rhodig. l. c. Auguſtinus Retract. 1, 20 *Abecedarios Pſalmos* appellari tradit, qui ſecundum alphabeti literas ſignati per verſus ſunt.

ĂBELLA, æ, f. oppidum in angulo Campaniæ, hodie *Avella*; unde & *Avellanæ nuces*. Virg. Æn. 7, 740 *Maliferam Abellam* vocat. conf. Silius 8 v. 519 & 544. Hinc

¶ Abellīnæ, *arum*, f. genus nucum, Spaniſche Haſelnüſſe. Plin. 15, 22 *Avellanas antea Abellinas patrio nomine vocabant*. Apud Scrib. Largum Comp. 167 *Nux Abellana* legitur. Sed *Abellinum* oppidum Plin. 3, 5.

¶ Abellinates, qui populi cognominati ſint, recenſet Plinius 3, 11.

Abeona, Abequito, Aberratio, Abeſus, vide *Abeo* in *Eo, Equus, Erro, Edo*.

ABGĂRUS, *i*, m. Arabica vox eſt, *magnum* vel *potentem* ſignificans. Et ſic Edeſſenorum reguli appellati in Meſopotamia. v. Spanhem. de uſu & præſt. numiſm. diſſ. 2 p. 126; & diſſ. 8 p. 534. Epiſtolam cujusdam Abgari ad Chriſtum ſcriptam refert Euſebius l. 1 Hiſt. Eccleſ. c. ult. ¶ 2. De *Abgaro* quodam rege orientis v. Capitol. Antonin. Pium c. 9, & ibi Caſaub. ¶ 3. Perſarum regem *Abgarum* ſubactum a Severo memorat Spartian. in vita Sev. c. 18; & Aur. Vict. de Cæſ. c. 20.

Abhinc, Abhorreſco, Abjectio, vide *Hic, Horreo, Jacio*.

ĂBIES, *abiētis*, f. die tanne. Virg. eclog. 7, 66

Populus in fluviis, abies in montibus altis.

Abies *longa*, Virg. Æn. 11, 667; *Enodis*, Ovid. Met. 10, 94; *Criſpa*, Cic. Tuſc. 3, 19. Claudian. Rapt. Prof. 2, 107 *Apta fretis abies, bellis accommoda cornus*. ¶ 2. Interdum per Metonymiam materiæ ipſam ſignificat navem. Virg. Georg. 2, 68 *Abies caſus viſura marinos*. Idem Æneid. 8, 91 *Labitur uncta vadis abies*.

¶ Abiegnus, *a, um*, von tannenholtz, tännin, ut, *Abiegno equo pulſæ arces*, hoc eſt, Troja equo ligneo capta, Propert. 3, 1, 25. Sic Ennius Medea: *Vtinam ne in nemore Pelio ſecuribus Cæſa accidiſſet abiegna in terram trabes*: Leguntur hi verſus ad Herenn. 2, 22, & Cic. Invent. 1, 49, itemque de Nat. D. 3, 30.

¶ Abiegīneus, *a, um*, idem quod *Abiegnus*. Nam legimus *abiegineas trabiculas*, & *abiegineis ſectilibus*, in lege ædificantium, quæ marmori inſculpta Neapoli viſitur, ut refert Heſſelius in Notis ad Ennium p. 199.

¶ Abiētinus, *a, um*, idem; ut, *Vas abietinum*, Apul. de Herb. c. 29. Sed Humelbergius auctoritate MSS. & ratione ductus repoſuit *argenteum*.

¶ Abiētārius, *a, um*, ut, *Abietaria negotiatio*, ab abietibus coemendis, apud Feſtum. ¶ 2. Subſt. ein ſchreiner, zimmermann; ut, *Opera abietarii*, in Vulg. Exod. 35 v. 35.

Abiga, abigeator &c. vide *Abigo* in *Ago*.

ABII, *orum*, m. pl. ex Scytharum Nomadico genere, apud Strabonem: quibuscum Tertullianus de Præſcript. Hæret. c. 42 *hæreticos Eccleſiarum extorres* comparat, ut feliciſſime eum locum reſtituit Scaliger Elencho Trihæreſi Serrarii c. 20. Neque enim audiendi ſunt, qui aliter legunt. Dicti itaque ſunt populi hi, quod vitam viverent ab humana quaſi diverſam, lac quippe edentes, in curribus degentes, & cælibatu gaudentes.

Abjicio, Abiga, quære in *Jacio, Ago*.

ĂBĪLA, æ, f. urbs Phœniciæ, patria Diogenis, in regione Decapolitana, Plinio 5, 18. *Abilene* vocatur Lucæ c. 3 v. 1. Hinc

¶ Abilēnus, *i*, dictus Diogenes, celeberrimus rhetor a patria. vid. Svid. Hiſt. col. 4.

Abiſſini vel Abyſſini, v. *Habeſſini*.

Abitio, abitus, Abjudicare, Abjugare, Abjungere, Abjurare, vide *Eo, Iudico, Iugum, Iungo, Iuro*.

Ablactare, Ablaqueare, Ablatio, ablativus, Ablectus, Ablegare, vide *Lac, Laqueus, Fero, Lego, ere, Lego, are*.

ĂBLEPSIA, æ, f. gr. ἀβλεψία, animi cæcitas ſive inconſiderantia, die unvorſichtigkeit. Claudio talem græce tribuit Suetonius c. 39; ubi Caſaubonus notat p. 470, vocem latine uſurpaſſe Servium in Virg. Æn. 7, 647; & recte ibi legit: *Scienda eſt poetæ affectatio, nam abiepſiam nefas eſt dicere.*

Ablevare, Abligurire, Ablingere, Ablocare, Abludere, Abluere, ablutio, abluvium &c. vide *Levo, Ligurio, Lingo, Locus, Ludus, Luo, ere.*

Abmatertera, Abmittere, Abnatare, Abnegare, &c. Abnepos, Abneptis, vide *Mater, Mitto, No, Nego, Nepos*.

ABNŌBA, æ, f. mons in Germaniæ jugis, unde Danubius oritur; parsque adeo ſaltus Hercynii. v. Plin. 4, 12; Tac. Germ. 1, 4. Feſt. Avienus Perieg. v. 437 *Abnoba mons Iſtro pater eſt.*

Abnocto, Abnodo, Abnormis, Abnumero, Abnuo, Abnurus, Abnuto, vide *Nox, Nodus, Norma, Numerus, Nuo, Nurus, Nuo*.

ĂBO, *are*, blande compellare, & vel ut Abam vel Abbam, i. e. parentem, vel, ut alii volunt, ut fratrem honorare, liebkoſen. Nam Scaliger per ἀδελφιζειν exponit. vid. ejus Lect. Auſon. 1, 29 p. 84. Ipſe Auſonius ad patrem epiſt. 1, v. 13 *Nam ſupparis ævi Sum tibi ego, & poſſum fratris abare vice.*

Abolefacio, aboleo, abolitio &c. vide *Oleo*.

ĂBOLLA, æ, f. ſecundum Nonium 14, 9 veſtis erat militaris, Diplois, ein gefütterter reitrock. Nam tunica ſuffulta duplex erat. Quare & *duplicem amictum* Virgilius vocat Æn. 5, 421, ut Servius interpretatur. Nepoti 14, 3, *2 duplex amiculum* dicitur. In qua ſignificatione legitur apud Martial. 8 epigr. 48

Noſcit cui Tyriam dederit Criſpinus abollam.

Iuvenal. Satyr. 3, 115 *Audi facinus majoris abollæ.*

Vbi vetus Scholiaſtes, *Proverbium*, inquit, *quaſi majoris togæ, id eſt, ſceleris potioris.* Niſi *abolla* hic philoſophicum pallium eſt, quia de Græcis poëta eorumque ſapientibus loquitur. Lege integra Iuvenalis verba cum not. Farnabii. *Abollæ purpureæ* regis Maurit. meminit Suet. Calig. 35.

Abominor, &c. vide *Omen*.

ĂBŎRĪGĬNES, *um*, m. pl. gens antiquiſſima Italiæ, dicti poſtea Latini, de quibus Liv. 1, 1 & Salluſt. B. Cat. c. 6. Deſcenderunt ab Oenotris. Alii a cuminibus montium appellatos putarunt, quæ ἄφυ Græci vocant: alii quaſi *Aberrigines*, quod errantes eo venerint: quæ ſententia & Feſti eſt. Lege Aur. Victorem de Orig. Romana c. 4. Plinius ſub finem lib. 4 Tyrios *Aborigines Gadium* (ut quidem Salmaſius eum locum quam feliciſſime emendavit) vocat, quod a Tyriis conditæ eſſent Gades. Itaque *Aborigines* ſunt conditores auctoresque originis, πρωτογόνοι Græcis appellati. Nec alia cauſſa antiquiſſimi Latinorum *Aborigines* dicti, quam quod dederunt genti illi originem: ſive, quod poſteris ſuis originis auctores fuerint, ut & Dionyſius explicat Antiquit. Rom. 1, 10. conf. Suid. & Meurſ. ad Lycophr. p. 315, ubi tria Aborigínum genera enarrat.

Aborior, abortio, abortivus, abortare, abortus, &c. vide *Orior*.

ABRACADABRA, vox ſuperſtitioſa, quam Serenus Samonicus c. 53 Hemitritæo depellendo chartæ inſcriptam, ita ut ordine retrogrado litera deficiat, & lino incluſam collo ſuſpendere jubet. v. ibi Keuchen. p. 59, 63 & 275 ſeqq. & Voſſ. Theol. gentil. 1, 8 p. 60.

ABRAHAM, Abrahamus, Abram, patriarcha fidei celebratiſſimæ; *Abram parenti dictus, Abraham Deo*, Prudent. Pſych. v. 4. Caſus obliquus *Abrahæ* eſt apud Tertull. adv. Marc. 4, 13. & Carm. adv. Marc. 4, 6; & Prudent. Cath. 12, 43: *Abræ* in Prudent. Apoth. v. 373. Primam & ſecundam in *Abraham* corripit Tertull. Carm. adv. Marc. 3, 2. Vtramque producit Victorin. Gen. 3, 558.

¶ Abramidæ, *arum*, m. pl. poſteri Abrahæ.

ABRAXAS, æ, m. ἀβρασάξ, nomen Dei, quem ſummum dixit Baſilides, de quo Tertull. de Præſcript. c. 46: Voſſ. Theol. gent. 1, 8.

Abrelinquo, Abreptus, abripio, vide *Linquo, Rapio*.

ABRODIÆTUS, *i*, m. gr. ἀβροδίαιτος, i. e. molliter, laute & opipare victitans, ein delicater Menſch. Cognomen pictoris Parrhaſii apud Plin. 35, 10. de ejus delicato vivendi more v. Ælian. V. H. 9, 11.

Abrodo, Abrogatio, abrogo, vide *Rodo, Rogo*.

ABRON, *ōnis*, m. Ἄβρων, quidam Argivus, luxurioſus & mollis, cujus mores proverbio locum dedere, *Abronis vita*, ἄβρωνος βίος, de molliter ac delicioſe viventibus. Ἀβρὸν enim & πάναβρον Græci dicunt molle quodcunque & delicatum: unde & ἀβροδίαιτος. Vide Chiliad.

ABRŎTŎNUM, *i*, n. ἀβρότονον, planta eſt vulgaris notitiæ, mas & fœmina. Et mas quidem duorum generum, hortenſe nimirum, & per ſe in campeſtribus naſcens, ſtabwurtz, gartenwurtz. Quod vero fœmineo adſcribitur generi, vulgo *Cupreſſus* dicitur, & ab aliquibus, *Santolina*, cypreſſen. v. Plin. 21, 10 & 21. ¶ 2. *Abrotonus* maſculino etiam genere effertur; ut, *Abrotonique graves*, Lucret. 4, 123. conf. Lucanus 9 v. 921; Horat. 2 epiſt. 1, 114.

¶ Abrotonītes, æ, m. vinum abrotono conditum apud Colum. 12, 35. ut *abſinthites*, & alia permulta ex plantarum appellationibus ejusmodi nomina deducta: in quibus penultima ſemper longa eſt.

Abrumus, Abs, Abſiſto, Abſcedo, Abſcido, abſciſus, Abſciſſus &c. Abſcondo, Abſegmen, Abſens, abſento, Abſilio, vide *Subrumus* in *Ruma, A & ab, Siſto, Cedo, Cædo, Scindo, Do, Seco, Sum, Salio*.

ABSINTHIVM, *i*, n. ἄψινθιον, herba notiſſima: foliis incanis multipliciter fiſſis & inſigni amaritie prædita: wermuth, v. Iſidor. 17, 9. Sic, *Abſinthia tetra*, i. e. tetri odoris, Lucret. 1, 934; & 4, 11 & 122. conf. Idem 2, 400; 4, 224; & 6, 930; & Plin. 27, 7. ¶ 2. Translate ſignificat moleſtiam; ſed tamen ſalutarem. Inde *Parum mellis, & abſinthii multum habere*, Quintil. 3, 1 de ſuo dixit libro: id eſt, minus voluptatis, ſed plus ſalubritatis in ſtudiis. ¶ 3. Varroni apud Nonium 3, 4 *Abſynthius* etiam maſc. gen. uſurpatur & per y ſcribitur.

¶ Abſinthiatus, *a, um*, abſinthio temperatus, von wermuth; ut *Abſinthiatum poculum*, Sen. Suaſ. 7. ¶ 2 Et abſolute *Abſinthiatum* pro vino abſinthite, de quo Apicius 1, 3. Lamprid. Elagab. c. 21 *Roſato atque abſinthiato vulgus ad bibendum invitavit.*

¶ Abſinthītes, æ, m. penult. longa, *Vinum factitium ex abſinthio*. Columell. 12, 35. conf. Plin. 20, 6; 23, 1.

Abſis, Abſoleſco, Abſolutio, &c. Abſortio, Abſpello, Absque, vide *Apſis, Soleo, Solvo, Sors, Pello, A & ab*.

Abſtantia, Abſtemius, Abſtergo, Abſterreo, Abſtinax, abſtineo &c. Abſto, Abſtraho, Abſtringo, Abſtrudo, Abſtruo, vide *Sto, Temetum, Tergo, Terreo, Teneo, Sto, Trabo, Stringo, Trudo, Struo*.

Abſtrudo, Abſumedo, &c. Abſurditas, &c. vide *Sueſco*, *Sumo*, *Surdus*.

ABSYRTVS, *i*, m Æetæ Colchorum regis & Ipſiæ filius, Medeæ frater, quem fecum abſtulit fugiens, &, ut perſequentem patrem moraretur, diſcerpſit, artusque laceros ſparſit per mare. Vide Ovid. 3 Triſt. 9, 6, ubi rem graphice deſcribit: attingit & Seneca Medea v. 963. *Ægialeum* alii vocant de quo infra.

¶ Abſyrtis, *idis*, f. vel potius plurativo numero, *Abſyrtides*, ſunt inſulæ maris Adriatici juxta Dalmatiam, ab eodem Abſyrto Medeæ nomen trahentes, quia & ibi diſcerptus a ſorore credebatur. v. Strab. 7 p. 218; & Plin. 3, 26. Singulariter Lucanus 2, 192, ut Grotius emendat:

Colchis & Aeheteas ſpumans Abſyrtis in undas,

(alii *Abſyrtos* legunt). *Colchis* cognominatur ex Medeæ Colchidis ibi perpetrato, ut fabula habet, ſcelere.

Abundo, &c. Abuſio, abutor, &c. vide *Vnda*, *Vtor*.

ABŸDVS, & Abydon, *i*, mate. fœm & neutro genere: ἄβυδος, urbs Aſiæ ad Helleſpontum ſita, patria Leandri, de quo ſuo loco; hodie *Dardanella*, munimenta illa Turcica. Virg. Georg. 1, 207

Pontus & oſtriferi fauces tentantur Abydi.

Val. Flaccus 1, 258 *Abydos geminas*, dixit: Hæc enim forma apparet appropinquantibus, propter Sceti vicinitatem. *Ne temere Abydum*: ſubaudi, *navigas*. Præterquam enim, quod calumniatores eſſent Abydeni, molles etiam & effœminati erant. v. Chil.

¶ Abydēnus, *i*, m. qui aut natus Abydi, aut ibi habitat, adeptus jus civitatis. *Abydeni* cum obſiderentur a Philippo Macedoniæ rege, eo converſi pertinaciæ ſunt atque furoris, ut omni ſpe ſalutis abjecta, ſe ſuasque uxores & liberos, ferro, flammis, & omni genere mortis, crudeliſſime interficerent, ne in hoſtis venirent poteſtatem, ut Livius narrat 31, 17 & ſeq. ¶ 2. Adjective *Abydena urbs*, i. e. Abydus, Ovid. Triſt. 1, 9, 28. Olim Abydenis mos fuit in ſolennibus epulis infantes adducere ac ſvaviari. His igitur vagientibus & clamantibus, & obſtrepentibus nutricibus, convivium tumultuoſum redditum. Hinc quotieſcunque immodice loquax intervenit, dicimus: *Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα*, i. e. *Abydena illatio*, *irruptio*, ubi quis obſtrepit aut convivantibus, aut aliud agentibus. vid. Chil.

ABŸLA, *æ*, f. mons eſt excelſus Mauritaniæ ad Gaditanum fretum, Calpæ monti, qui in Hiſpania eſt, oppoſitus: quos ambos, Herculis *columnas*, & *metas* laborum ejus, (de quibus vide in Hercules) dixerunt. Plin. procem. lib. 3 & Mela 1, 5 connumerantur. Avienus Periegeſi v. 111

Maura Abyla, & dorſo conſurgit Iberica Calpe.

ACHYRACE, *es*, f. ἀχυράκη, genus edulii, ex porro, cardamo aliisque rebus confectum, allerhand grünkraut, apud Plutarch. Sympoſ. 4, 1. vid. Cæl. Rhodig. 14, 56.

ABYSSVS, *i*, f. gr. ἄβυσσος, vorago aquæ immenſæ profunditatis, ſive, ut Iſidorus 13, 20 definit, profunditas aquarum impenetrabilis, ab grund. Alcimus Avitus de terra poſt diluvium exſiccanda lib. 4 v. 534

Quæque prius vomuit lethali ex ore fluenta,
Obliſibus propriis conſtricta reſorbet abyſſis.

Eccleſiaſticorum fere eſt, qui etiam ad ſedem inferorum transferunt. Prudent. Hamartig. v. 835 de anima peccatis polluta:

Merſandam penitus puteo ferventis abyſſi.

& Pſychomach. v. 91 *Abde caput triſti jam frigida peſtis abyſſo.*

AC, copula eſt ſequente conſona, quanquam id non perpetuum eſſe, deinde videbimus n. 9. und. Ter. And. 1, 1, 47 *Vitam parce ac duriter agebat*, *lana ac tela victum quæritans*. Poſt copulandi officium multas exſe parit locutiones latinas, eandem omnino vim habens quam particula *atque*. ¶ 2. Collocatum poſt *alius*, *aliud*, *aliter*, *ſecus*, *contra*, *contrarium*, & poſt *nomen*, aut *adverbium comparativum*, idem fere efficit quod particula *quam*, als. Ter. Phorm. 4, 4, 3 *Aliud mihi reſpondes*, *ac rogo*. Cic. Att. 16, 13 *Ne ſim ſalvus*, *ſi aliter ſcribo*, *ac ſentio*. Varinius Cic fam 5, 10 *Longe alia conditione ego ſum*, *ac ceteri imperatores*. Cic. in Orat. c. 40 *Vt contra ac dicat*, *accipi & ſentiri velit*. ¶ 3. *Ac* poſitum poſt *ſimiliter*, ſignificat VT, als. Cic. Nat. D. 3, 3 *Similiter facis*, *ac ſi me roges*. Sic poſt *æque*, *par*, *pariter*, *juxta*, *cum*. Cic. de Amic. c. 6 *Qui efficit tantus fructus in proſperis rebus*, *niſi fraternos*, *qui illi æque*, *ac ipſe*, *gauderet?* Id. poſt reditum in Sen. c. 8 *Reliquis officiis pares*, *ac ſimiles eſſet frater*, *ſuſtinuit*. Id. fam. 1, 11 *Cum ſi eloqui ac libenter*. Ter. Heaut. 2, 2, 23 *Eſt animus ergo te idem*, *ac fuit*, i. e. qui fuit. Caſſ. ad Cic. L. XII. ep. 13 *Neque enim omnium judicio notum me a te commendari*, *quæ amicitiæ tuæ judicio digne*, *ac meruerit*, *commendatus eſſe*. ¶ 4. *Ac* a principio fere idem eſt quod *autem*. Cic. Cat. 1, 6 *Ac jam illa omitto*. Id. pro Leg. Man. c. 13 *Ac primam quanta innocentia debent eſſe imperatores*. Virg. Æn. 1, 178

Ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates.

¶ 5. *Ac* pro *atque* vel *& quidem*. Ter. Heaut. 4, 5, 15 *Faciam boni tibi aliquid proſiuere*, *ac ſedens*. ¶ 6. *Ac* pro *contra quam* teſte Donato. Ter. And. 5, 1, 22 *Neſcio*, *quid tibi ſum oblitus hodie*, *ac volui dicere*. ¶ 7. *Ac* interdum neceſſe eſt ponere pro *ne*, vehementioris diſjunctionis cauſa. Cic. Verr. 3, 31. *Suo nomine ac non impulſu tuo*. Id. Verr. 5, 1. *Decuma ac non bona veniebant*. conf. Liv. 8, 27: Ter. Adelph. 3, 3, 29. ¶ 8 *Ac etiam*, *ac quoque* per pleonaſmum dici videntur. Sver. Cæſ. c. 26 *Per equites Romanos ac etiam per ſenatores*. Conf. ibid. c. 8 & in Aug. c. 19. Celſus 2, 6 *Ac ſanguinem quoque in febre vomuiſſe*, *per ſe etiam eſſe*. conf. 2, 3, 5, 26, 3, 18. ¶ 9. *Ac* ante vocalem etiam ponitur, ſi vera eſt lectio Cortii Sall. 85, 11 *Ac ego ſcio*.

ACACIA, *æ*, f. ἀκακία, genus ſpinæ, quaſi acuta, ab ἀκάζω, *acuo*, ſchotenbaum, Celſ. 6, 6. Succo etiam nomen acaciæ hæſit, cujus medicina eſt uſus Plinius 22, 12 tradit conf. 20, 6; & 26, 7. Item Scrib. Larg. 44, 81; &c. Petron. c. 23 *Acantis acaciæ vivi*: ubi ad fucandam faciem adhibitum eſſe, docent interpretes.

ACADĒMIA, *æ*, f. Ἀκαδήμεια & Ἀκαδημία, unde anceps apud Latinos pendet quinta eſt. Cic. de Divinat. 1, 13 *Inque Academia umbriferæ mitidoque Lyceo*, *Fuderunt claras fœcundi pectoris artes*. Laurea, Ciceroni libertus, apud Plin. 35, 2 *Atque Academiæ celebratum nomine villam &c.* Claudianus Paneg. de Manlii Theodori conſulatu v. 92 *In Latium ſpectis Academia migrat Athenis*. Et Sidonius Epiſtal Polemii, quod carmen 15 eſt, v. 120 *Obvicit & quamquam totis Academia ſectis*. Locus erat Athenis ſuburbanus, mille paſſus ab oppido diſtans, arboribus plurimis pulcherrimisque conſitus, templisque ac monumentis virorum illuſtrium exornatus. Nomen ab *Academo*, heroe, (is non alius quam *Cadmus*) habuit, (quem tamen alii *Echedemum*; & locum ipſum *Echedemiam* vocarunt, ut Stephanus auctor eſt, itemque Plutarchus in Theſeo ac Sylla; nec deſunt, qui Ecademum, & Ecademiam ſcribunt, vid. Voſſ. de Sectis Philoſ. c. 12 § 3 p. 66) qui conſecravit. Vnde Horatius 2 epiſt. 2, 45 denaturus hunc locum, *Academi Siluas* vocavit. Et Cic. in Orat. c. 1, inquit: *Hic exiſtit Orator ex Academiæ ſpatiis*. Eo autem commigravit, & domicilium tranſtulit, ſcholamque ibi inſtituit Plato, princeps philoſophorum, magna diſcipulorum frequentia; quare & *Academia*, id eſt, Platonis illa domus ac ſchola, quæ in eo rure erat, *nobiliſſimum totius terrarum orbis gymnaſium* Ser. Sulpicio Cic. Fam. 4, 12 appellatur. Et hac de cauſſa hodieque ſapientiæ ſtudiis deſtinata loca ac ſcholæ, *Academiæ* nominantur, hohe ſchulen. ¶ 2. Apud Ciceronem ſæpius *Academia* ipſa in Academia philoſophantium ſecta vocatur, qui Academici dicti ea de re, de quibus mox erit dicendum. e. g. Off. 3, 4; Fam. ep. 9, 8. de Orat. 1, 18 &c. ¶ 3. Idem Cicero & villam quandam ſuam hoc appellavit nomine, recolendæ memoriæ Platonis, quem maxime miraretur, & boni omnino cauſſa, cujus non ſemel in libris ſuis meminit: & eo pertinet verſus Laureæ, ſupra a nobis allatus. Totum Laureæ carmen lege, quo celebravit fontes calidos, qui in parte villæ eruperant, apud Plinium d. l. ubi de villa ipſa etiam habes. Conf. ipſum Cic. ad Att. 1, 4; Tuſc. 2, 3; & 3, 3, &c.

¶ Academicus, *a*, *um*, adject. Sic Cicero, quæ in villa ſua compoſuit volumina, *Academicas quæſtiones* appellavit; quæ & *Academica ejus* dicuntur Offic. 2, 2. ¶ 2. Ab Athenienſium Academia dicti *Academici*, certa philoſophantium familia ſive ſecta. Qui duplicis generis; veteres & novi fuerunt. Veteris Academiæ princeps ipſe Plato; novæ Arceſilas, ut Cicero in Acad. Quæſt. 1, 4 & 12 docet. conf. Idem de Orat. 3, 18. Novaſſe autem inſtitutum videbatur Arceſilas, quod nihil comprehendi & doceri de quaquam re poſſe, incertaque eſſe omnia, pronunciare; quod Socratem etiam ac Platonem, principes ſectæ, diſputaſſe in utramque partem res, non affirmaſſe, animadverteret. Quam ob cauſſam & Cicero nihil diſcriminis revera inter veterem & novam Academiam eſſe exiſtimabat. Sed tamen aliud eſt, ſuſtinere aſſertionem; aliud, nihil omnino aſſeri poſſe, ſtatuere. Huc accedit, quod Sextus Empiricus Pyrrhon. Hypoth. 1, 33 obſervat, Platonem quidem, cum exercendi cauſſa diſputat, affirmare nihil; cæterum cum ſerio agit rem, decernere omnino atque ſtatuere. Vt cum de ideis, de providentia, de vita cum virtute conjuncta, diſputat. Jam eo in loco Sextus multo plures Academiæ, quam duos gradus, percenſet. Quod & forteſſe Cicero fecerat in iis Academ. Quæſtionum libris, quos tempus hauſit atque abſorpſit. Nam in fragmento prioris libri, ex ore tremo, novam Academiam usque ad Carneadem perductam ſcribit. Quod idem propemodum eſt, ac ſi dixiſſet, Carneadem rurſus novam & tertiam aliquam inſtituiſſe, quod ibidem Sextus prodit: qui alios, & quartam ac quintam conſtituiſſe, commemorat. Diogenes Laërtius veterem, mediam & novam Academiam facit, hujusque auctorem Carneadem; mediæ vero Arceſilam, & veteris demum Platonem. A Scepticis ſive Pyrrhoniis diſtare Gellius docet 11, 5 extr.

ACADŸNVS, *i*, m. Siciliæ fons juri jurando ſacer, in quem juramenti verba tabulis ligneis inſcripta dejiciebantur, quæ ſupernatantes juramenti integritatem, demerſæ perjurium indicabant. vid. Alex. ab Alex. 5, 11. Idem fons ab Ariſtotele lib. de mirabil. auſcultationibus *Dacoſtinus* vocatur.

ACÆNA, *æ*, f. ſpina ſ. aculeus, teſte Heſychio: item, virga paſtoritia. Item, decempeda, v. Cæl. Rhodig. 4, 29. Huc referendum putant, qui inde derivant

¶ Acanitus, *i*, m. baculum gerens. Statuunt nimirum apud Iuvenal. Sat. 7 v. 218 alludi ad Anicetum pædagogum, (de quo Suet. Ner. c. 5.)

Diſcipuli cuſtos præmordet acanitus ipſe.

Sed alii legunt: *Præmordet Acœnonetus*, obſcura alluſione.

ACALANTHIS, *idis*, f. ἀκαλανθίς, niſi rectius forte dicas *Acanthilis* ἀκανθίλις, & *Acanthis*, *idis*, ἀκανθίς, una & eadem avis eſt, parva illa, omnibus nota, colore viridi obſcuro, non ſplendido Gaza *Spinum* & *Ligurinum* dixit, διὰ τὸ λιγυρὸν τῆς φωνῆς, hoc eſt, a vocis garritu lepida & grata: Germanis eſt, zeiſigen, zeiſig oder ſinke. *Cardelis*, quæ *Thraupas* Ariſtoteli eſt, non eſt. v. Geſner: Hoc Virgilii Georg. 3, 328 *Reſonant & acanthida dumi*, ex vetuſtis exemplaribus ſic legendum Pierius contendit: *Reſonant acalanthida dumi*. ¶ 2. *Acalanthis* eſt & nobiliſſimæ canis nomen; unde illud Ariſtophanis in Pace Ἀκαλανθὶς ἐπιγομένη τυφλὰ τίκτει. Vide Eraſ. Chil.

ACALĒPHE, *es*, f. ἀκαλήφη, urtica, die brennneſſel, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν καλὸν ἄφην, quod tactui ſit parum grata, Athenæus 3, 12. Micer 2, 2. ¶ 2. Eſt etiam piſcis, ſicut *urtica* apud Latinos, Plin. 9, 45 & Gell. 4, 11. Scribitur & *Acalyphe*.

ACAMAS, *antis*, Theſei filius, inter Græcos qui Troiam cepere notus, quamquam vulgo *Athamas* legatur. vid. Heinſ. ad Sabi. 2, 23.

ACANNON, *i*, n. ἄκανον, herba æculeata ſive ſpinoſa, Plin. 22, 9.

ACANTHA, *æ*, f. ἄκανθα, ſpina dorſi, Herodoto in Melpomene & Galeno. ¶ 2. Herba eadem cum *Acantha luca* ſ. ſpina alba vel *Acanthio*, wegdiſtel. Dioſcor. 3, 12 ſqq.

¶ Acanthas, *idis*, f. genus herbæ, quæ alias erigeron f. ſenecio, creuzwurtz, Plin. 25, 13. ¶ 2. *Acanthis* avis, de qua in *Acalanthis*. Calpurn. ecl. 6, 7 *Credibile eſt*, *ut vincat acanthida cornix*.

¶ Acanthillis, *idis*, f. aſparagus agreſtis, Apul. de Herb. c. 84.

¶ Acanthus, *i*, m. ἄκανθος, planta hortenſis & ſilveſtris: *Hortenſis*, inquit Dioſcorides 3, 17, *a Romanis pæderota dicitur*, bärenklau. Foliorum ejus figuras non columnarum ſolum ornamentis addebant, ſed & veſtibus intexebant. v. Plin. 24, 12. Vitruv. 2, 7; & 4, 1; Vell. 2, 56, 2. Virg. Æn. 1, 649 *Et circumtexunt entheo vestamen acantho*. De acantho vero ſilveſtri idem Georg. 2, 119 *Et baccas ſemper frondentis acanthi*. ¶ 2. *Acanthus* nomen proprium aliquot urbium in Macedonia, Ægypto, Achamania, & Cherſoneſo Cnidia. Iuxta harum aliquam cicadas (alibi vocales) mutas eſſe ſcripſit Stephanus Byzantius. Hinc

¶ Acanthius, *a*, *um*, adject. ut, *Acanthia cicada*, proverbium in indoctos & infantes, aut Muſices ignaros: cujus auctorem Simonidem idem citat Stephanus. Adde Chiliadas Eraſmi.

¶ Acan-

¶ Acanthium, *i*, n. *ἀκάνθιον*, planta eſt albæ ſpinæ ſimilis, foliis aculeatis, weadiſtel. Plin. 24, 12.

¶ Acanthice, *es*, f. lacry ma jucundi ſaporis in vertice helxines apud Plin. 21, 16 *Acanthice meſſicle appellata.*

¶ Acanthinus, *a, um*, acanthi figuram vel naturem habens: ut *Herbæ foliis acanthinis*, Plin. 25, 7. Et *vegis acanthina*, i. e. imitatione acanthi ornata, ibid. 17, 9.

¶ Oxyacantha, vide infra in *O*; Leucacantha in *L*.

ACARNUS, *a, um*, *ἄκαρνος*, i. e. coctus vel ita comparatus, ut ne fumum faciat, fumi expers, das nicht rauchet; ut, *ligna acarna*, de quibus titulus apud Martial. 13 epigr. 15. De lignis ejusmodi *non famantibus*, modoque ea parandi, agit Cato R. R. c. 130. ¶ 2. Eſt & mellis genus *acarnon* Plin. 11, 16; & Apul. de Herb. c. 30. v. Eraſm.

ACARNANIA, *æ*, f. Græciæ regio inter Epirum & Ætoliam, a qua Acheloo amne diſtinguitur. Vide Plin. 4, 1; & Palmerii Græc. Antiq. lib. 3 meunte. Incolæ dicti ſunt

¶ Acarnanes, pl. & unus ſingulariter Acarnan, *anis*: ut Sil. 3, 42. Sic *Philippus natione Acarnan*, Curt. 3, 6, 1. *Equites Acarnanes*, ibid. c. 2 n. 16. Ovid. Met. 8, 569 *Amnis Acarnanum lætiſſimus hoſpite tanto*, id eſt, Achelous. conf. Virg. Æn. 5, 298.

¶ Acarnānicus, & Acarnanius, *a, um*, adject ut, *Equi Acarnanici*, hoc eſt, Epirotici, quod de optimis dicebatur. V. Chil. Eraſmi. Apud Lucianum in Meretricis Dialogis, *χοιρίσκος ἀκαρνάνιος*, *porcellus Acarnanius*, proverbiali figura de homine delicato dicitur.

Acarne piſcis, vide *Acharne*.

ACARON, *i*, n. & Acaros, *i*, m. *ἄκαρον*, latine ruſcus, myrtus ſylveſtris, mäuſedorn, Plin. 15, 5. ¶ 2. *Acarus*, genus tineæ, v. Ariſtot. Hiſt. Animal. 5, 32.

ACASTUS, *i*, m. Peliæ Theſſalorum regis filius, venator fagittis clarus, de quo Ovid. Met. 8, 306; & 11, 411; item Faſt. 2, 40. Fuit Laodamiæ pater, id quod ipſa teſtatur ap. Ovid. Heroid. 13, 25. ¶ 2. *Acaſtus* nomen ſervi, Cic. Att. 7, 1; & fam. 15, 5, 3. &c.

Acatalectus, acataleCticus, Acataleptus, vide *Catalectus, Catalepſis.*

ACATIVM, *i*, n. *ἀκάτιον*, navigii ſpecies eſt carinati prora roſtrata, & puppi inflexa, quam Belgæ *botam* vocant, ein boot, nachen. Hoc ex Plinii 9, 30 verbis colligitur, qui concham quandam dicit *acatii modo carinatam, inflexa puppe, prora roſtrata.* ¶ 2. *Acatium* majus velum navis eſt, das große ſegel im ſchiffe. v. Iſidorus 19, 3, & Pollux 1, 9, qui virili forma *ἀκάτιος* utitur.

¶ Acatus, *i*, f. *ἄκατος*, idem quod *Acatium*. Tertull. adv. Marc. 5, 1 *Pontice*, inquit, *nauclere, ſi nunquam furtivas mercesve illicitas in acatos tuas recepiſti*: ubi le Prieur commentatur: *navigii genus, quod velis, non autem remis agebatur.*

Acauſtus, vide infra *Cauſis.*

ACCA, *æ*, f. Laurentia cognomine, Fauſtuli paſtoris uxor, quæ Romulum & Remum lactavit, de qua Liv. 1, 4, & Gell. 6, 7. vid. infra *Laurentia.* ¶ 2. *Acca* comes Camillæ, Virg. Æn. 11, 820.

¶ Accālia, *um*, n. pl. feriæ publicæ Laurentinæ, quibus ſacrificium fiebat ad ſepulcrum Accæ, v. Varr. de L. L. 5, 3. & Gell. 6, 7.

Accedo, Accelebro, Accelero, Accendo, &c. Accenſus (miniſter publ.) Accentus, Acceptio, &c. Acceſſo, &c. Acceſſus, &c. vide *Cedo, Celebris, Celer, Candeo, Cenſeo, Cano, Capio, Arceſſo, Cedo.*

Accidentia, accido, Accīdo, Accico, Accinctus, Accino, Accipio, vide *Cado, Cædo, Cieo, Cingo, Cano, Capio.*

ACCIPĬTER, *tris*, m. ab accipiendis avibus dictus, olim etiam *acceptor*, ein habicht, raubvogel. Appellatio communis eſt omnibus propemodum avibus rapacibus, ut Æſaloni, Buteoni, Falconibus. Horat. Od. 1, 37, 17 *Accipiter adurget molles columbas.* Extractus e nido, *nidarius* vocatur. Captus vero poſtea, quam nidum reliquit, *Soarus* eſt. Et qui per ramos nido egreſſus aliquandiu matrem ſequitur, *Ramarius* dicitur. ex Geſnero. Adde Plin. 10, 8, n. 2. ; & Iſidor. 12, 7. conf. etiam Ter. Phorm. 2, 1, 16; Cic. Nat. D. 3, 19; Virg. Æn. 11, 721; & Lucret. 3, 753. Nonius 3, 14 ex eodem Lucretio 4, 1003 probat, nomen *accipitris* uſurpari interdum genere fœminino. Accipiter eſt Apollini facer, teſte Æliano de animal. 2, 43; 7, 9; 12, 4; & ejus nuntius. v. Homer. 15 Odyſſ. & Gonſal. ad Petron. p. 206. ¶ 2. Plaut. Perſa 3, 3, 5 *Accipiter pecuniarum*, pro homine pecuniarum aviditſimo. Ambroſius de fratris obitu oratione: *Eos, qui aliena quærunt, recte accipitres pecuniæ nominabas.*

¶ Accipitrīna, *æ*, f. herba Apulejo c. 30 Lactuca ſilvatica, aliis Hieracium, habichtkraut.

¶ Accipitro, *are*, apud Gellium 19, 7, ubi Lævius *accipitret* poſuit pro *jaceret.*

Acciſmus, acciſſo, Accitio, vide *Acco, Cieo.*

ACCIUS, vel potius, Actius, *i*, m. Poëta Latinus tragicus. Quintilianus 10, 1 eum cum Paçuvio confert, & utrique gravitatem ſententiarum ac pondus verborum tribuit. Alii tamen ut duriuſculum notarunt. Pacuvio de tragœdia ſua, *Atreo*, quam ei legit Accius, judicanti, *ſonora quidem eſſe, ſed ſcripſiſſe, & grandia, ſed altercra paullum & acerbiora*, reſpondit: *quod in pomi eſt, id dum eſſe in ingenii: quæ dura & acerba ſuccantur, mitia fieri & jucunda: quæ vero vieta ſtatim gignantur & mollia, nec ſi ri mox matura, ſed putria*, Gell. 13, 2. Fragmenta ejus ex Cicerone, Gellio, Nonio, Priſciano & aliis collegerunt Robertus & Henricus Stephani. ¶ 2. *Accius Navius*, augur nobilis diſſecta cote: de quo Romanarum rerum ſcriptores in Tarquinii regis hiſtoria, & inprimis Cicero de Divinat. 1, 22 vide infra *Augur.* ¶ 3. *Accius Piſaurienſis*, celebris orator, relatus a Cicerone in Bruto c. 78; qui & Accii hujus accuſationi pro Cluentio reſpondit. ¶ 4. *Accius Tullius*, Volſcorum imperator, de quo Livius 2, 35.

¶ Accianus, *a, um*, adject. ut *Verſus Acciani*, Cic. 9 fam. ep. 16.

Acciſmus, Acclinis, Acclivis, &c. vide *Acco, Clino, Clivus.*

ACCO, *ĭs*, f. a Græcis celebratur fama quædam & inepta fabulier, quæ domi ſedens ad ſpeculum cum imagine ſua, tanquam cum alio quapiam muliere confabulabatur. Solebat eadem ſpongia pulſare clavum. Derivant ab ea verbum *ἀκκίζω* ut *accizo* & *accizor*, in quo ſtultæ cujusdam & ineptæ recuſationis eſt ſignificatio. Credunt enim & hoc habuiſſe fœminam illam, ut quæ concupiſcerit maxime, detrectaret eadem tamen. v. Eraſm. Adag. p. 611. Hadr. Iun. adag. 285. Cæl. Rhodig. 17, 2. ¶ 2. *Acco* & *Alphito* junguntur a Plutarcho de repugnan. Stoic. f. 1040 tanquam mulieres, quarum formidine ſolemant pueros compeſcere. Scilicet ut noſtræ *Alandamm* aliquem (einen finderfreſſer, reepshaus, fineck trumpeter,) cum ore hiante ſtridentem denibus internunantur refractariæ puerilibus. v. Reinec. 1 Var. Lect. 1 p. 5. 9.

¶ Acciſſo, *are*, *ἀκκίζειν*, ineptè dilimulare, &, ut Tac. A. 1, 3, 3 loquitur, *ſpecie recuſantis flagrantiſſime aperire*, ſich mit zum ſchein weigern. Græco verbo uſus eſt Cic. ad Att. 2, 19 *Quid ἀκκιζόμενα tamdiu?* v. in *Acco.*

¶ Accinctus, *i*, m. *ἀκκιντος*, recuſatio, cum ſpe & cupiditate accipiendi, conjuncta. Lucianus in Amoribus: *πολὺς ὁ μετὰ τῶν ἀνόητων ἀκκισμός*, h. e. ſimulant apud viros fœminæ recuſare, quod cupidiſſime volunt. Exemplum vide Tac. A. 1, 3, 3.

¶ Accola, Accommodo, &c. Accon, Accongero, Accorporo, vide *Colo, Modus, Gero, Gero, Corpus.*

Accredo, Accrementum, accreſco, vide *Credo, Creſco.*

Accubo, &c. Accudo, Accumbo, Accumulo, &c. Accuro, &c. Accurro, Accuſo, &c. vide *Cubo, Cudo, Cubo, Cumbo, Cura, Curro, Cauſſa.*

ACE, *es*, f. Phœniciæ civitas, *Ptolemaïs* poſtea appellata, ut Strabo & Stephanus tradunt. *Accho*, facri literis judic. 1, 31. Bocharto c. 2 Palæſtinæ, *Acon* ſeu Aconenſis civitas; Iacobo a Vitriaco c. 25 Hiſtoriæ orient. *Accon!* ad quem locum vide, quæ notat in edit. Duac. An. 1597 Andr. Hojus p. 461. Fullerus Miſcell. lacr. 2, 15 docebit, male quæri a Stephano vocabuli originem in lingua Græca, explodi autem debere vocem, quæ ſit apud Joſephum *ἄκκω*. confer & notata Boſio ad Nepotis Datamen c. 5 n. 1.

ACCESTIS, m Iovis filius ex petra genitus, de quo copioſe Arnobius lib. 5 p. 158 ſqq.

¶ Acceſſius, *a, um*, adj. ut, *Ferocites Acceſſia*, ibid. p. 163.

ACCĔDĬA, *æ*, f. gr. *ἀκκηδία*, deſidia, pigritia, incuria, die trägheit. Cic. ad Att. 12, 45. conf. ICt. in Calvini Lexico. Hinc

¶ Accedior, *ari*, Vulg. Interpr. Sirac. 6, 22. & c. 22, 18.

ACCENTĒTA, *orum*, n. pl. *ἀνέντητα* vel *ἀκέντητα*, quæ ſine punctis centriſve. Plin. 37, 2 ex cryſtallorum generibus, rein cryſtall.

ACEO, *acui*, *acēre*, i. e. acidum eſſe, ſäuerlich ſeyn. Cato R. R. c. 148 *Vinum quod neque acuit, neque maceat.* Vlpian. L. 9 § ult. D. de contrah. emt. *Si medo vinum acuit.*

¶ Aceſco, *ĕre*, ſauer werden. Horatius 1 epiſt. 2 v. 54

Sincerum eſt niſi vas, quodcunque infundis, aceſcit.

Pallad. 3, 25 *Vinum de piris factum, hieme durat; ſed prima aceſcit eſtate.*

¶ Aceſcens, *tis*, ut, *Melia aceſcentia*, Plin. 11, 16.

¶ Acĭdus, *a, um*, adject. ſcharff, ſäuerlich; ut, *Acida ſorba*, Virg. Georg. 3, 380. Ita Samon. 149 *latex acidus* pro aceto & 235 *acidi lateces* id. *Acetum acidiſſimum*, Plaut. Pſeud. 2, 4, 49. ¶ 2. Acerbus, injucundus. Petron. c. 82 *Ubicunque dulce eſt, ibi & acidum invenies.* Horat. 2 epiſt. 2, 67 *Quod petis, id ſæpe eſt inviſi ni acidumque duobus.* ¶ 3. Speciatim ad ſonum refertur auribus moleſtum. Petron. c. 31 *Puer me acido cantico excepit.* v. Burm. p. 121. Idem Petron. c. 68 *Nullus ſonus unquam acidior percuſſit aures meas.*

Acidulus, *a, um*, diminut. ſäuerlich. Plin. 15, 15 *Pira acidulo ſapore.* Sic *Acidula aqua*, aut abſolute, etiam pluraliter *Acidulæ*, ſauerbrunn. Plin. 2, 103; & 31, 2.

¶ Acide, adv. idem; ut, *Acide alicui eſſe* Vulg. Interpr. Sir 4, 6 de eo, qui abhorret a re aliqua. Sic comp. Petron. c. 92 *Negat ſibi unquam acidius fuiſſe*: Nodot legit *aridius.*

¶ Acidĭtas, *atis*, f. acidus ſapor, die ſäure. Marcell. Emp. c. 20 *Aciditates ſtomachi conſumere.*

¶ Acor, *ōris*, m. idem. Quintil. 9, 3 *In cibis acor ipſe jucundus eſt*, der ſäuerlichte geſchmack. Colum. 7, 8 *Lac acorem concipit*, die milch wird ſauer. Macrob. Sat. 17, 12 *Vinum in acorem corrumpitur.*

¶ Acētum, *i*, n. eſſig. *Acetum acre*, Horat. 2 Sat. 3, 117. *Acetum mordax*, Perſ. Sat. 5 v. 86. *Acetum durum*, Serenus Carm. 4, ſcharffer eſſig. *Aceti piperati exiguum*, Colum. 12, 57. *Ova aceto macerare*, Plin. 10, 60. De ejus vi in macerandis faxis, lege Livium 21, 37, iremque Vitruv. 8, 3, ubi & de aliis habes, quæ acetum ſolvit; & præter cætera acria bene cruorem ſiſtere ſcribit Celſus 5, 1. vid. Plin. 22, 25. ¶ 2. Tacitus Hiſt. 5, 6, 7, cum de bitumine Iudææ tradit, *acetum* videri appellaſſe liquorem, qui jam concrevit in cruſtam, quod in aceto fieri ſolet. ¶ 3. Alii hoc nomine uſi pro acumine & prudentia: Plaut. Bacch. 3, 3 pr. *Nunc experiar, ſitne acetum tibi pervaci in pectore.* & Pſeud. 2, 4, 49 *Ecquid habet is homo aceti in pectore?* Horat. 1 Sat. 7, 32 *Perfuſus aceto*, i. e. aculeatis verbis vexatus, Noſtri, dem man den kopff mit lauge gewaſchen. ¶ 4. Plin. 11, 15 f. 15 *In omni melle quod per ſe fluxit, ut muſtum oleumque, vocatur acetum.* Confer. Hard. Heſych. *ἀκητόν, κεκιρωμένον.* Dalech. *acoetum* legit, ubi vid.

¶ Acēto, *avi*, *atum*, *are*, zu eſſig werden. Gloſſ. gr. lat. *ἀξέζω, acetat, acetat.* Apul. de Herb. c. 3 *Quod acetaverit, plege imponens.* ¶ 2. Feſtus: *Acetare dicebant veteres, quod nunc dicimus agitare.* Forte recte Acetus *Acitare* v. not. Gothofredi ibid.

¶ Acetoſa, *æ*, f. vulgo, quæ oxalis eſt ſeu rumex, ſauerampffer. Tabernæm. p. 826.

¶ Acētăbŭlum, *i*, n. eine kleine ſchale. Sunt, (& in his Joh. Poſthius obſerv. in Realdi Columbi Anatom. tit. dicetus p. 507.) qui ab accipiendo dictum putant, quaſi *acc ptabulum.* Nec aliter ſcribit hanc vocem Cælius Rhodig. 15, 32 Verum Quintilianus 8, 6, dum *in acetabulis quidquid habeant*, catachreſin agnoſcit, perinde ut *in pyxidibus, cujuscunque ſint materiæ*, ſatis innuit, ab aceto derivandum eſſe vocabulum. Hoc enim vult: ut pyxides proprie ſunt, quæ e buxo (quem *πύξον* vocant Græci,) per catachreſin autem etiam, quæ ex alia materia: ſic acetabulum eſſe proprie vaſculum, quo ſoleat acetum inferri menſis; per catachreſin ea voce ſignari & alia, quidquid habeant, vaſa. Etiam Græci ab aceto vocant *ἀξίδα* & alia, quidquid habeant, vaſa. Etiam Græci ab aceto vocant *ἀξίδα* & *ἀξύβαφον*. v. Burm. ad Quint. p. 741. ¶ 2. Nomen eſt menſuræ in liquidis & aridis, nimirum quarta pars heminæ, quod docet

Plin. 21, 34. Sic, *Salis acetabulum*, Id. 18, 7. *Mellis acetabulum*, Celſ. 5, 24. quod menſuræ genus Græco nomine *oxybaphon* Fannius dixit carmine de menſuris liquidorum. Eiſenſchmidius 3 pollicibus cubicis Pariſienſibus æſtimat. ¶ 3. Sunt & Pſephopæctarum vaſcula, quibus manuum quadam celeritate efficiunt, ut, quos calculos ſub uno earum conditos putares, eos ſtatim ſub alio oſtendant, ut illi calculi ex uno acetabulo in aliud per miraculum tranſiiſſe videantur: die becher der taſchen ſpieler. Sen. epiſt. 45 *Iſta* (loquitur de ſophiſtarum ſyllogiſmis cornutis,) *ſine noxa decipiunt, quomodo præſtigiatorum acetabula & calculi, in quibus fallacia ipſa delectat.* ¶ 4. *Acetabula* in corporibus Anatomici vocant pyxides, quibus coxendices infiguntur, cotyledones. Plin. 28, 11 *Oſſa ex acetabulis pernarum, circa quæ coxendices vertuntur.* Vide *Iſchion.* ¶ 5. In pilcibus mollibus, ut polypo, & inſectis, *acetabula* dicuntur caliculi, quibus attrahunt vel ſorbent humores. Plin. 9, 30 *Luctatur* (polypus) *complexu & ſorbet acetabulis.*

¶ Acētāria, *orum*, n. pl. herbæ, quæ ex aceto ſumuntur, ad excitandam apperentiam; cujusmodi nobis ſunt, lactuca, naſturtium, menta, ſallat-kräuter. v. Plin. 19, 5. πρόδρομα Græcis: de quibus plura Salmaſius Exercitat. Plinianis p. 898.

¶ Coacesco, *coacui, ĕre*, verſauert. Cic. de Sen. c. 18 *Ut non omne vinum, ſic non omnis ætas vetuſtate coacesçit.* Et apud Pompon. L. 85 D. de legat. 3 *quod coacuerit vinum.* Vſus & Corn. Celſus 1, 2.

¶ Exacesco, *ĕre*, idem; a quo præteritum apud Colum. 12, 17 *Acetum cum exacuit.*

¶ Inacesco, *ĕre*, idem. Th. Priſcian. 2, 29 *Phlegmate inacescunt cibi.* Adde Plin. 28, 9; & Scrib. Larg. Comp. 104. ¶ 2. Tralate dolorem afferre, ſrncken. Ovid. Rem. Am. v. 307 *Hæc tibi per totos inacescant omnia ſenſus.* Apul. Met. 5 p. 163 (ed. Elmenh.) *Si tibi etiam, ut par eſt, inacuit noſtra contumelia*, wenn dich die ſchmach beiſſet.

¶ Inacidātus vel Inacedatus, *a, um*, aceto tinctus, in eßig getütſcht, ut, *Spongiis inacidatis*, Apul. Met. 8. Sed lectio variat. vid. Elmenh. not. p. 260.

¶ Peracesco, *ere*, eodem ſenſu, quo *Inacesco.* Plaut. Bacch. 5, 1, 13 *Hoc, hoc eſt, quod péracescit, hoc eſt demum, quo percrucior.*

¶ Subacidus, *a, um*, etwas ſauer. Cato c. 10, 8 *Vinum ſubacidum non durabit.* Plin. 12, 25 *Guſtus lenis non ſubacidus.*

Acephalus, v. *Cephalus.*

ÀCER, *ĕris*, n. ein ahorn- oder maßholderbaum. Plin. 16, 15 *Acer tiliæ fere amplitudinis, operum elegantia ac ſubtilitate cedro ſecundum*, &c. Ovid. 1 Amor. 11, 26 *Subſcribam: Veneri ſidas tibi Naſo tabellas*
Dedicat: at nuper vile fuiſtis acer.

De hac arbore Plinius 16, 43 præterea: *In laminas ſecantur aceris genera.* Ex quo genere fuiſſe ſcriptorias tabulas, modo Ovid. indicavit.

¶ Acernus, *a, um*, Virg. Æn. 2, 112 de equo Trojano:
Præcipue cum jam trabibus contextus acernis &c.
Sic *Menſa acerna*, Horat. 2 Sat. 8, 10; & Martial. 14 tit. ep. 90.

ĀCER, *ācris, acre*, adjectivum trium & duarum terminationum; ſed ſæpiſſime trium, ſcharff, ſtreng; ut, *Cibi acres*, mordentes & infuaves edentibus propter acrimoniam: Plin. 7 epiſt. 3 *Dulcibus cibis acres acutosque miſcerem.* Et alter Plin. fine lib. 10 *Acria in cibis difficulter perficiuntur.* Horat. ſat. 2, 3, 116 *Acre acetum*, conf. Colum. 12, 5. ¶ 2. Poſt eam ſignificationem transfertur ad alia plurima, ut, *Acre prælium.* Tac. An. 12, 40, 6. *Acris memoria*, ibid. 2, 87. *Curæ acres.* Varro ap. Non. 4, 17. *Amor acer gloriæ*, Cic. pro Arch. c. 11. *Acris tibia*, Horat. od. 1, 12, 1. Tacit. Annal. 1, 5 *Acrioribus cuſtodiis domum & vias ſepſerat.* ubi *artioribus cuſtodiis* Nic. Heinſius legere mavult. v. Miſcell. Obſerv. IX, 282. ¶ 3. De homine quando uſurpatur, opponitur partim leni ac miti, partim ſegni ac pigro: & ſtrenuum itaque, & in urgendo propoſito conſtantem, ac qui nihil indulget, nihil connivet, nihil remittit, deſignat, & fævo propior eſt. Nam & Servius in Virgiliano illo Æn. 3, 14 *Acri regnata Lycurgo, acrem*, fævum ac cruentum interpretatur. Ter. Phorm. 1, 5, 32 *Nunc ſua culpa, ut ſciat lenem patrem illum factum me eſſe acerrimum.* Cic. off. 1, 41 *Animadverſor acer & diligens vitiorum*, i. e. qui urget ſemper & nunquam finit quieſcere. Sic *Miles acer*, id eſt, fortis. Virg. Æn. 12, 938 *Stetit acer in armis Æneas.* Et 8, 614 *Acrem Turnum* ſimiliter dixit. Vbi Servius, FORTIS, inquit, *& proprie apud nos* (Latinos) *acer eſt, qui apud Græcos θυμὸς dicitur. Nam fortem & vehementem θυμὸς; & aſperum & amarum poteſt ſimplicare. Acer belli.* Vellej. 1, 3 *acerrimus vigore animi.* 2, 41, 1. Cic. in Bruto c. 22 n. 86 *Serv. Galba — in dicendo ardentior acriorque.* ib. c. 27 *Carbonem canorum oratorem & volubilem & ſatis acrem, atque eundem & vehementem & valde dulcem & perfacetum eſſe dicebat.* Cic. pro Roſc. Am. c. 20 *Canibus crura ſuffringantur, quod acres ſint.* Ovid. Pont. 2, 11, 21
Acer & ad palmæ per ſe curſurus honores,
Si tamen horteris, fortius ibit equus.
Horat. Epod. 7, 13 *Vis acrior.* Cic. in Orat. c. 5 *Vir acerrimo ingenio*, ein geſchwinder kopff. Idem de Orat. 1, 21 *Studio acriore eſſe*, fleißiger ſeyn, i. e. intentiore; ſicut Tacitus A. 11, 11, 4 *Favorem plebis acriorem* dixit. *Acerrimi viſus eſſe*, Plin. 8, 25. Sed *Bellum acerrimum*, da es ſcharff hergehet. Cic. pro Balbo c. 6 *Vnguenta — — condita ſumma & acerrima ſuavitate.* Cic. de orat. lib. III c. 25. in quo loco *acerrimum* idem eſſe, quod *ſummum*, aut quod copia ſua faſtidium parit, Cl. Menckenius cenſet. Petrus Burmannus *acerrimam ſuavitatem* unguentis tribui, quia non ſunt fatuæ ſuavitatis, quæ ſtatim faſtidium creat, ſed quæ renovat ſubinde deſiderium eorum, acrimonia ſua temperata, arbitratur. v. Miſcell. Obſ. VIII, 361. ¶ 4. *Acer* & *ater* a libratiis interdum confunduntur. v. Drakenb. ad Sil. 5, 154; & 17, 250.

¶ *Acre*, neut. pro *acriter*, Perſ. 4, 34 *Acre deſpuat in mores.* Sic & adverbialiter Salluſt. in Fragm. c. 29 ap. Nonium 2, 492; & Apul. Met. 10 p. 594.

¶ Acriter, adverb. ſcharff, heffig, &c. Liv. proœmio: *Ad illa pro ſe quisque acriter intendat animum.* Sic, *Acriter pugnare*, Hirt. B. Hiſp. 12, 5. *Solem intueri*, Cic. Tuſc. 1, 30. Ter. Hec. 1, 2, 45 *Acrius pater inſtat.* Horat. 1 Sat. 2, 15 *Quanto perditior quisque eſt, tanto acrius urget.* Cic. pro Flacco c. 11 *Intentis oculis acerrime contemplari*, ſteiff anſehen, acriu betrachten. Nep. 23, 7, 1 *Acerrime occupatus.*

¶ Acrus, *a, um*, idem quod *Acer.* Pallad. 9 tit. 5 *Ex nimis acra radice.* Plin. Valer. 2, 45 *Piper terere, ita ut acrum ſit.* Hinc in ſuperl. *Error acriſſimus* pro *acerrimus* l. 4 C. de Inceſt. & inut. nupt.

¶ Acrĭculus, *a, um*, diminut. apud Cic. Tuſc. Quæſt. 3, 17, qui *acriculum* Zenonem dixit, ut feliciter Turnebus, Gebhardus & alii depravatum locum reſtituerunt.

¶ Acrĭmōnia, *æ*, f. vis eſt in rebus, quæ guſtantur, aut quocunque ſenſu percipiuntur, acrior, mordax & ſæpius ingrata, qualis in ſinapi, cepis, pipere, &c. die ſchärffe. Sic Cato de R. R. 157 *Si ulcus acrimoniam braſſicæ ferre non poterit.* ¶ 2. Translate pro ſeveritate, ad Herenn. 3, 15 *Convenit in vultu pudorem & acrimoniam eſſe.* conf. 4, 13 & 37. *vis & acrimonia* Act. in Verr. 17, extr. δεινότης. Sic *ingenii atque animi acrimonia*, die ſcharffſinnigkeit. Nævius apud Nonium 2, 36.

¶ Acrĭtūdo, *ĭnis*, f. vis admordendi diſſolvendique, qualis in aceto eſt, durchdringende ſchärffe. Vitruv. 2, 9 de cupreſſu & pinu: *liquor, qui ineſt, habet amarum ſaporem, qui propter acritudinem non patitur penetrare cariem.* Id. 8, 3 de aquis calculos in corporibus humanis diſcutientibus vehea faciens: *Acer & acidus ſuccus ſubeſt in ea terra, per quam egredientes venæ incinguntur acritudine.* Plinio *aſperitas* eſt lib. 9, 35, ubi *aſperitate aceti & vi margaritas in tabem reſolvi* ſcribit. ¶ 2. Translate Gellius 10, 27 *Par fuit quondam vigor & acritudo amplitudoque Romani populi & Pœni.*

¶ Acrĭtas, *ātis*, f. idem. Gell. 13, 3 *Nihil quicquam intereſt, ſuavitudo dicas, an ſuavitas, acritudo an* (*quod Accius in Neoptolemo ſcripſit*) *acritas.* Conf. Nonius 8, 48.

¶ Acrĕdo, *ĭnis*, f. idem, ſed rari uſus. Palladius Ianuar. c. 16 de juglande: *Nuces ſervantur cepis miſtæ, quibus hanc viciſſitudinem reddunt, ut eis acredinem tollant.* Plin. Valer. 1, 25 *Acredinem habere.*

¶ Acrementum, *i*, n. idem. Plin. 20, 7 *Addito dulci acrementum aceti temperantes*, alii aliter legunt.

¶ Acror, *ōris*, m. idem. Fulgent. *Rancidulo acrore poſtpoſito.*

¶ Acreſco, *ĕre*, ſcharff werden, de vino Veget. de re veter. 4, 8.

¶ Acrĕdŭla, *æ*, f. putatur eſſe luſcinia, acris & ſuaviſſimi cantus avis, eine nachtigall, quod vero ſtrenue negat Voſſius Etymol. p. 298, quem vide. Nam de ea intelligendi videntur hi verſus, qui leguntur in Divinat. Cic. 1, 8 *Sæpe etiam pertriſte canit de pectore carmen,*
Et matutinis acredula vocibus inſtat.
Alii *ululam.* Alii pro ranæ ſpecie accipiunt. Videtur enim Ciceroni *Acredula* dici, quod Arato ὀλολυγών, ein froſch. Ranas vero *ololygones* appellari auctor Plin. 11, 37 ſect. 65. Accedit & Iſidori auctoritas ſic ſcribentis 12, 6 *Agredulæ* ſive *acredulæ* (cenim & g ſæpius confunduntur) *ranæ parvæ, in ficco vel agris commorantes, unde & nuncupatæ.*

¶ Acridia, *æ*, f. fructus ſpecies, ab acrimonia ſuceri ſic dicta, purgierkraut. Iſidor. 17, 9 *Scammoniam Latini Acridiam vocant.*

¶ Acrimonium, *i*, n. pro acrimonia. Gloſſ. gr. lat. ἀκμώια, *acerbitas, acrimonium.*

¶ Acrimoniōſus, *a, um*, fortis, conſtans, aſper, Cathol.

¶ Acrifolium, *i*, n. frutex foliis per ambitum aculeatis, walddiſtel. Macrobio Saturn. 2, 16 ex numero infelicium eſt arborum. *Lotos* dici putant alias, nec non *Agrifolium*, it. *Aquifolium.*

¶ Acrizymus, *i*, m. leviter fermentatus, quaſi *acroazymus*, ein wenig geſäuert; ita de pane acrizymo Iſidor. 20, 2.

¶ Percer, *cris, cre*, ſehr ſcharff, *Acetum peracre*, Plaut. Bacch. 3, 3, 1. ¶ 2. Ad ingenii vim refertur. Cic. 9 fam. ep. 16 *Cæſar habet peracre judicium.*

¶ Inacreſco, *ĕre*, ut inaceſcere, ſchärffer werden, Tertull. adv. Gnoſtic. c. 1 *Nauſea nominis inacreſcit.* Adde Rigaltio notata.

Acerata, aceratus, &c. Acerbitas, vide *Acus, eris, Acerbus.*

ĀCERBUS, *a, um*, adject. proprie immaturus, crudus, unreiff, herb, ſtreng; ſive ut Nonius ait 4, 41 *Incoctus, & de pomis ſi equentias dicitur.* Hinc *maturo*, quamvis translata ſignificatione, opponit Auſonius Parental. 14 extr. *Indole maturus, funere acerbus obis.* Nam ad plures alias res transfertur; & Varro ap. Nonium l. c. *Virginem acerbam* dixit non maturam viro: & *Acerbum funus* Virg. Æn. 6, 429 de funere puerorum, quod Zeno Veronenſis Serm. de lobo *crudum* appellat. *Acerbiſſima morte affici*, Serv. Cic. fam. 4, 12, 4. *Acerbiſſimus interitus*, Planc. ib. 10, 17, 14. ¶ 2. A guſtu vero hoc nominis & ad auditum retulit Lucretius, 2, 410 *Ne ta forte putes ſerræ ſtridentis acerbum Horrorem.* ¶ 3. Vſurpatur quoque eleganter pro moleſto, aſpero, duro, inimico, triſti, hart, widrig, ſchmerzhafft, ut, *Frigus acerbum*, Horat. 1 ep. 18, 95. Idem Epod. 7, 17 *Acerba fata. Acerbus inimicus*, Cic. de Amic. c. 24. idemque de Orat. 1, 51 *Mala multo majora & acerbiora verbis facere.* Et *Acerbiſſimum odium*, Att. 10, 8. *Vrbs acerbiſſimo incendio conflagrata*, Auct. ad Heren. 4, 8. *Inimicitiæ acerbæ*, Propert. 2, 8, 3. *Acerbæ facetiæ*, ein giffiger ſtich. Tac. A. 5, 2, 3. Apud Florum 2, 12 *Acerbi dubiique tumuli*, ſuperatu difficiles & multum moleſti ſubeuntibus. Apud Salluſt. de Rep. ord. 1 c. 6 *Acerba judicia* ſunt crudelia, tyrannica. ¶ 4. *Acerbi* homines triſtes, auſteri, ſuperbi & ſui ſenſus appellantur, böſe, unfreundlich; ut, *Mater acerba in ſuos partus*, Ovid. Faſt. 2, 125. *Recitator acerbus*, Horat. Art. P. v. 474. Sic Suetonius de Illuſtr. Grammat. c. 9 Orbilium deſcribens, *Fuit*, inquit, *natura acerbæ, non modo in Antiſophiſtas, ſed etiam in diſcipulos*, &c.

¶ Acerbum, *i*, n. ſubſtantive. Ovid. Triſt. 5, 2, 21 *Multum reſtabit acerbi.* Et Cic. anteq. iret in exil. c. 9 *Nihil duri, nihil acerbi mihi erit, quod rempſ. tutabitur.*

¶ Acerba, n. plur. adverbii inſtar ponitur, Lucret. 5, 34 *Aſper acerba tuens.* Ovid. Heroid. 8, 29 *Vlulans & acerba gemens.*

¶ Acerbe, adverb. ſchwerlich, ſcharff. Cic. 1 fam. 5 *Aſpere & acerbe nimium accuſari.* Id. pro Planco c. 1 *Acerbe ferre*, id eſt, impatienter & dolenter. Salluſt. de Rep. Ordin. c. 12 *Acerbius indies malefacere.* Suet. Aug. c. 27 *Proſcriptionem acerbius exercuit.* Cæſ. Civ. 1, 2 *Vt quisque acerbiſſime crudeliſſimeque dixit*, &c. Adde ib. c. 5.

¶ Acerbĭtas, *ātis*, f. herber geſchmack, bitterkeit; præter propriam notionem ſignificat fortunam adverſam, & quicquid durum perpeſſu ac aſperum eſt, ſive laborem ac cruciatum affert, beſchwerlichkeit, verdrießlichkeit. Cic. Catil. 4 c. 1 *Vt omnes acerbitates, omnes dolores cruciatusque perferrem.* Pro Plancio c. 42 *Lacrymas tu in meis acerbitatibus plurimas effudiſti.* Idem fam. 13, 4 *Acerbitatem temporis*, pro duritie & iniquitate dixit. conf. Nep. 7, 7, 3; Tacit. Ann. 2, 71, 3; Suet. Calig. c. 2. Nam ſæpe hoc nomen locum habet in illis rebus, quæ cum injuria & injuſtitia conjunctæ

ſunt, Cic. fam. 6, 10 *Spondeo tibi iſtam acerbitatem & injuriam non diuturne fore.* Tac. A. 13, 50, 4 *Per tot annos ſine querela tolerata novus acerbitatibus ad invidiam venerat,* Nepos 5, 2, 4 *Nonnulli inſolentiæ potius acerbitatem imperii defecerant.* ¶ 2. *Acerbitas* & de ira, ſeu iracundia dicitur, quæ vehementius efferveſcit & in verborum contumelias erumpit: quæ aliquando πικρία Græcis, de quo infra in AMARVS. *Acerbam naturam* Suetonius vocat, de quo paullo ante. Cic. Lælio c. 23 *Apud quem evomat virus acerbitatis ſuæ,* h. e. ſtomachum ſeu bilem. Idem ad Q. Fratr. 1, 1 *Nihil eſt tam deforme, quam ad ſummum imperium acerbitatem naturæ adjungere.* Apud Suet. Cæſ. c. 12 *Acerbitas,* ſeveritas eſt, & præceps ad nocendum cupiditas; *Ad populum provocanti nihil æquæ, ac judicii acerbitas profuit.* ¶ 3. *Acerbitas* etiam vocatur vitium, quod illi virtuti opponitur, quam Ariſtoteles μεσότητα dixit, qua præditos Latini *comes, jucundos, commodos* vocant: alterum ſcilicet extremorum, quo gravitas atque conſtantia animi corrumpitur: Græci ἀυθάδειαν vocant: de qua multa atque præclara Cæſaubonus ad Theophraſti Characteres. Latinis *arrogantia, pertinacia, contumacia* dicitur, hartigkeit. Nepos 10, 6, 5 *Invidiam non lenire obſequio, ſed acerbitate opprimere ſtuduit.* Cic. ad Q. Fratr. 1, 1 *Si immplacabiles iracundiæ ſunt, ſumma acerbitas eſt.* Similiter hac voce uſus eſt Cæſar Bell. C. 1, 32. & Cic. Fam. 4, 4, itemque Liv. 44, 10.

¶ Acerbitūdo, *inis,* f. idem quod *acerbitas.* Gell. 13, 3 *Nihil intereſt, acerbitudo dicas an acerbitas.*

¶ Acerbo, *avi, atum, are,* verbittern, reitzen. Hoc verbo utuntur Virg. Æn. 11, 407. Stat. Theb. 3, 214; & 12, 75. Claudian. de raptu Proſerp. 2, 208, & alibi, pro exagitare, exſtimulare & acerbum facere, v. g. in altero Statii loco: *Gaudia acerbare alicui,* einem die freude verſalzen. Sil. 6, 117 *Cætera acerbans queſtu.* v. ibi Drakenborch. ubi cum *acerware* confundi etiam annotat.

¶ Acerbatus, *a, um,* gereitzt, geſchärfft: ut, *Laconum flagella acerbata,* Tertull. adv. gentes c. ult.

¶ Exacerbo, *avi, atum, are,* irritare, ad iracundiam provocare, erbittern, erzürnen. Suet. Galb. c. 16 *Atque eo quidem nomine omnes exacerbavit.* Claud. Saturn. I. aut facta § ult. de pœnis: *Nonnunquam evenit, ut aliquorum ſupplicia exacerbentur,* manche werden deſto härter geſtrafft.

¶ Exacerbatus, *a, um,* erarmmt, erbittert, ut, *Multitudo exacerbata,* Liv. 29, 6. Conf. Suet. Tib. c. 62; & Vitell. c. 14.

¶ Exacerbatio, *onis,* f. die erbitterung, erzürnung. Salvian. Gub. 4 p. 116 *Tanta ſpectatorum exacerbatio eſt, ut per nos cogatur iraſci.*

¶ Exacerbatrix, *icis,* f. quod arguit etiam *Exacerbator,* m. in uſu fuiſſe. Salvianus 3 Gub. p. 91 *Eccleſia, quæ in omnibus eſſe debet placatrix Dei, quid eſt aliud quam acerbatrix Dei?*

¶ Exacerbeſco, *ere,* erbittert, grimmig oder zornig werden. Apul. Apol. p. 327 *Quis tam eſt mitis, quin exacerbeſcat?*

¶ Inacerbo, *are,* Gloſſ. gr. lat. ἀηανοποῶ, *acerbo, inacerbo.*

¶ Obacerbo, *are,* idem *pro exacerbare,* apud Feſtum.

¶ Peracerbus, *a, um,* valde acerbus, ut, *Væ peracerba guſtatu,* Cic. de Senect. c. 15. Translate Plin. 6 ep. 5 *Mihi peracerbum fuit, quod* &c.

¶ Semiacerbus, *a, um,* halb reiff. Pallad. Aug. t. 13 *Væ ſemiacerbæ.* Acernus, Acerofus, vide *Acer, Acus, eris.*

ĂCERRA, *æ,* f. ein rauch-altar, rauchfaß. Feſtus: ACERRA *ara, quæ ante mortuum poni ſolebat, in qua odores incendebant. Alii arculam dicunt eſſe thurariam: ſcilicet ubi thus reponebant.* Brevius veriusque, ni fallor, V. Scholiaſtes Horatii *Thuribulum* interpretatur: id eſt, vas in quo odores incenduntur Deorum honori. V. Gloſſ. λιβανωτὶς *Acerra, thuribulum.* Ovid. Faſt. 4, 934 *Cumque meri patera thuris acerra fuit.* Horat. 3 od. 8, 4 *Acerra thuris plena.* Conf. Virg. Æn. 5, 745: Cic. de Leg. 2, 24. De incerta vocis origine vid. Voſſ. Etym. p. 4. ¶ 2. *Acerra* nomen eſt viri vinolenti apud Martial. 1 epigr. 29.

¶ Acerræ, *arum,* f. pl. civitas Campaniæ, vicina Neapoli. Virg. Georg. 2, 225 *Vacuis Clanius non æquus Acerris:*
Quia crebræ Clanii fluminis præterfluentis inundationes urbem eam exhauriant, Servius. conf. Sil. 12 v. 419. ¶ 2. Alia ejus nominis in Tranſpadana regione. Plutarch. Marcello p. 300. De utraque conf. Drakenb. ad Sil. 8, 537.

ĂCERSĔCŌMES, *æ,* maſc. ἀκερσεκόμης, intonſus, langhärichter. Apud Græcos epitheton Apollinis eſt. Iuvenal. Sat. 8, 128 pro puero poſuit:
Si nemo tribunal
Vendit acerſecomes, ſi nullum in conjuge crimen.
Pueri enim Romanorum copioſa & prolixa coma infignes.

ĂCERVUS, *i,* m. ein hauffe. Secundum Vallam lib. 4 congeries eſt rerum minutarum, nonnunquam tamen majorum etiam. Plaut. Pſeud. 3, 2, 55 *Acervi frumenti ſunt domi.* Horat. 1 Sat. 1, 33
Parvula (nam exemplo eſt) magni formica laboris.
Ore trahit, quodcunque poteſt, atque addit acervo, &c.
Virg. Georg. 1, 185 *Heu magnum alterius fruſtra ſpectabis acervum.* Horat. 1 epiſt. 2, 47 *Æris acervus & auri.* ¶ 2. Translate Cic. pro Sylla c. 27 *Acervi facinorum,* übermenate übelthaten. ¶ 3. *Acervus Chryſippi* vel Stoicorum: Ita Perſius Sat. 6 extr. Soriten, ſyllogiſmi genus, vocat, qui Ciceroni dictus eſt *Acervalis.*

¶ Acervo, *avi, atum, are,* häuffen. Plin. 26, 4 *Plura undique acervabimus.* Quintil. 9, 3 *Nec verba modo, ſed ſenſus quoque idem facientes acervantur.*

¶ Acervatus, *a, um,* gehäufft, vermehrt. Liv. 3, 34 *Immenſus aliarum ſuper alias acervatarum legum cumulus.*

¶ Acervatim, adv. hauffenweis. Hirt. B. Alex. c. 41 *Plerique acervatim ſe de vallo præcipitaverunt.* Cic. pro Cluentio c. 10 *Acervatim jam reliqua dicam ludices,* id eſt, promiſcue, ſine ordine, über einen hauffen.

¶ Acervatio, *onis,* f. die häuffung, ut, *Acervatio ſuporum peſtifera,* Plinius 11, 53.

¶ Acervālis, *e.* Cicero Divin. 2, 4 *Soriten latino verbo acervalem,* puta ſyllogiſmum, *appellari* poſſe cenſet.

¶ Cōacervo, *are,* frequentius eſt quam *Acervare,* cujus ſignificationem quoque auctiorem *facit,* zuſammhauffen. Cic. in Verr. 4, 24 *Tantam vim emblematum coacervare voluit.* Id. Agrar. 2, 27 *Pecuniæ coguntur & coacervantur.* ¶ 2. Idem quod congregare, verſammlen. Cic. in Verr. 5, 57 *Videtis indigniſſimo in loco coacervatam multitudinem veſtrorum civium.*

¶ Coacervatus, *a, um,* aufammlet zuſammen gebracht; ut, *Omnibus modis conſtructa & coacervata pecunia,* Cic. Agrar. 1, 5. *Coacervata cadavera,* Cæſ. B. G. 2, 27. *Coacervati ludus,* Ovid. Met. 8, 485.

¶ Coacervatim, adv. häuffiſt. Apul. 2 Florid. p. 347 *Non ſigillatim, ac diſcretim, ſed cunctim & coacervatim offerre.* Conf. Cæl. Aurel. Tard. 4, 3.

¶ Coacervatio, *onis,* f. die zuſammenhäuffung. Cic. Partit. Orat. c. 35 *Frequentatione argumentorum & coacervatione univerſa.* conf. Quintil. 9, 3.

¶ Exacervo, *are,* ſtich häuffen. Ammian. 23, 5 *Plebs exacervantia in ſe tela declinans.*

¶ Superacervo, *are,* idem. v. Tertull. ad Nation. c. 15.
Aceſco, vide *Aceo.*

ĂCĔSIAS, *æ,* m. imperitus quidam & ſtupidus medicus, qui dum cuidam pedum dolore laboranti mederi ſtuduit, auxit dolorem. Ab eo adagii occaſio accepta eſt: *Ἀκεσίας ἔλαιτο, Aceſias medicatus eſt,* der hat übel ärger gemacht. Dici ſolet de re, quæ hoc pejus habet, quo magis accuratur. v. Chil.

ĂCĔSIS, *is,* f. ἄκεσις, genus chryſocollæ, bergagrün. Plin. 33, 5.

ĂCĔSIUS, *i,* m. Ἀκέσιος, Apollo ἀλεξίκακος, Pauſaniæ in Attic. p. 3 eſt ab ἀκέομαι, *medeor.* v. Cæl. Rhodig. 16, 19. ¶ 2. *Acĕſii & Heliconis opera* appellabantur, quæ ſingulari artificio confecta viderentur, a duobus celebratis artificibus, Aceſeo Pararenſi & Helicone Caryſtio, qui Palladis peplum inſigni arte contexuiſſe dicuntur. v. Chil.

ĂCESSÆVS, *i,* m. nauta quidam ita ignavus, ut quoties tentanda navigatio eſſet, ſemper diceret, ſe expectare magis opportunam lunam. Hinc *Aceſſæi luna,* locutio proverbialis, in comperendinatores, qui novas ſubinde cauſſas negotiorum differendorum comminiſcuntur. v. Chil.

ĂCESTES, *æ,* m. Ἄκεστης, Siciliæ rex, notus ex Virgilii poemate. v. g. Æn. 1, 554 *Trojanoque a ſanguine clarus Aceſtes.*
¶ A quo *Aceſta* urbs appellata fuit: Idem Æntid. 5, 718
Urbem appellabunt, permiſſo nomine, Aceſtam.

ĂCESTĬDES, *um,* plur. f. fornaces ferreæ & prægrandes, in quibus fit cadmia, v. Dioſcorid. 5, 42 de Cadmia; & Matthiol.
Acetabulum, acetaria, vide in *Aceo.*

ĂCĒTES, *æ,* m. Evandri armiger, Virg. Æn. 11, 30 ſqq.
Acetoſa, acetum, vide *Aceo.*

ĂCHÆMĔNES, *is,* m. Ἀχαιμένης, avus Cyri, Perſarum regis, Herodot. 7, 11. unde commune Perſicorum regum nomen factum perinde ac *Artaxerxes.* Ammianus 19, 4 *Perſis Saporem & Achæmenem appellantibus & Artaxerxen, quod rex regibus imperans, & bellorum victor interpretatur.* Horat. 2 oda 12, 21 *Num tu, quæ tenuit dives Achæmenes,*
Permutare velis crine Lycymnie?

¶ Achæmĕnius, *a, um,* i. e. Perſicus; quemadmodum *Coſtum Achæmenium,* Hor. 3 oda 1, 44; & *Nardum Achæmeniam* Epod. 13, 8 pro unguentis Perſicis, dixit. Perſæ enim unguenta inſtituerunt, auctore Plin. 13, 1.
¶ Achæmĕnia, *æ,* f. regio Perſarum, quam Achæmenidæ incoluerunt.
¶ Achæmĕnĭdæ, *arum,* m. tribus vel gens Perſarum, qui & Paſargadæ dicebantur. Vide Herodotum 1, 125. Sed
¶ Achæmĕnides, vel Achēmēnides, *æ,* unus ex Ulyſſis ſociis apud Virg. Æn. 3 v. 613 &c. Ovid. de Ponto 2, 2, 25.
¶ Achæmenis, *idis,* f. herba magica, hac vi præſtans, ut conjecta in aciem hoſtium trepidationem illis incutiat, & terga vertere cogat. Plinii ſunt verba 26, 4. conf. Apul. de Herb. c. 57.
¶ Achæmĕnidion, *i,* n. ἀχαιμενίδιον, planta, cujus radix pota in vino efficit, ut noxii per cruciatus nocte confiteantur omnia, per varias numinum imaginationes. v. Plin. 24, 17.

ĂCHĂIA, *æ,* f. Ἀχαΐα, Græcia propria eſt, laxiore uſu vocabuli, inter Theſſaliam & Peloponneſum intercepta: aut præcipua ejus terræ portio. Anguſtius iſthmum & proximam in Peloponneſo regiunculam ſignificat. Adi geographos & Plin. 4, 5; & alter 8 ep. 24. Ovid. epiſt. Helenæ v. 209 *Quid de me poterit Sparte? quid Achaia tota?*
¶ Achāĭcus, vel Achaius, *a, um,* variant enim libri. adj. Græcus. Virg. Æn. 2, 462 *Achaica caſtra.* Sil. 15, 306 *Achaia mœnia.*
¶ Achæus, *a, um,* Ἀχαιός, idem; ut, *Achæa oppida,* Stat. Theb. 2, 164. Subſt. Ovid. 4 de Ponto 10 de Achæis Ponticis (Strab. 9) Græcorum colonia: *Nec potes inſeſtis conſurrexe charybdin Achæis.*
¶ Achæĭus, *idis,* adj. idem. Ovid. Heroid. 3 v. 71
Inter Achaiadas longe pulcherrima matres.
¶ Achāis, *idis,* f. adj. idem. Ovid. 5 Met. v. 306
Perque tot Hæmonias, & per tot Achaidas urbes.
¶ Achīvus, *a, um,* idem. Subſt. Liv. 1, 1. & Virg. Æn. 2, 45
Aut hoc incluſi ligno occultantur Achivi.
Horat. 1 epiſt. 2, 14 *Quidquid delirant reges, plectuntur Achivi,* wenn die Herren einander rauffen, müſſen die bauren die haare darzu geben.

ĂCHĂMAS, *æ,* m. miniſter Vulcani, Val. Flacc. 1, 587.

ĂCHĂMOTH, unus ex Diis vel monibus Valentini hæretici, Tertull. de Præſcript. 49 & adv. Valent. c. 16 ſeqq. Hinc
¶ Achamothianus, *a, um:* ut, *Achamothiana ſubſtantia,* ibid. c. 27.

ACHANE, *es,* f. ἀχάνη, genus menſuræ frumentariæ Perſicæ, capiens medimnos Atticos 45. v. Cæl. Rhodig. 5, 9.
Achariſtum, vide *Charis.*

ĂCHARNÆ, *arum,* f. pl. curia, vel vicus Articæ major, de quo Pauſanias in Atticis. Pindaro Nem. oda 2 n. 4 Acharnæ ſunt εὐάνδρες, *ſtrenuæ* ſeu *fortium virorum genitrices.* Dionyſia ibi primum inventa & celebrata. Hinc Srat. Theb. 12, 623
Quæque rudes thyrſos hederis veſtiſtis Acharnæ.
¶ Acharnānus, *a, um,* adj. Acharnis oriundus. Nepos 2, 1, 2 *Is* (pater Themiſtoclis) *uxorem Acharnanam civem duxit.*
¶ Acharnenſis, *e,* idem. *Acharnenſes* Ἀχαρνῆς, Ariſtophanis Comœdia appellata.

ACHARNE, *es,* f. piſcis marinus præſtantiſſimus capitur circa Ænum Thraciæ, λίνευ; ἀχάρνας, apud Athenæum 7, 9 pr. ex Callia Cyclopibus. Plinio 32, 11 eſt *Acarne.*

ĂCHĀTES, *æ*, m Ἀχάτης, fidiſſimus Æneæ comes apud Virgil. *ἀπὸ τῆς ἄχνης*, hoc eſt, a tonſitudine, quæ regum perpetua comes eſt, ſic dictus, quemadmodum Servius putavit. v. Virg. Æn. 1, 163 & 316; & conf. ad h. l. Cerda. ¶ 2. Alius eſt *Achates*, de quo Auſon. Idyll. 10, 316

Spirat enim tecti teſtudine Cornus Achates.

Vbi Achates videtur quidam fuiſſe, quem in deliciis habuerit Arſinoe. Et ut Arſinoe Venus & Chloris cognominata: ita Achates Corus vel Zephyrus: Iof. Scal. 1 Auſ. Lect. 4. ¶ 3. Eſt & *Achates* fluvius Siciliæ, Plin. 37, 10. ¶ 4. A fluvio nomen accepit ſuum *Achates* gemma, cujus differentias multas ibidem Plinius recenſet, cui adſtat, adſtatſtein. Adverſatur, ut ajunt, venenis, ac medetur aranearum atque ſcorpionum ictibus, viſum acuit, &c. Sil. 14, 229

Et perlucentem ſplendenti gurgite Achatem.

¶ Antachates, *æ*, m. inter ſpecies ejusdem gemmæ, Plin. l. c.

ĂCHĔLŌUS, *i*, m. Ἀχελῶος, fluvius rapidiſſimus Epiri eſt e Pindo monte oriens, de quo vide ſupra in Acarnania. Ovid. Met. 9, 96

Opperiuntur aquæ: vultus Achelous agreſtes,
Et lucerum cornu mediis caput abdidit undis.

Narrant veteres, Acheloum amnem incerto curſu modo fectum in partes, modo circumactum obliquo agmine (unde tauri & ſerpentis formam induiſſe dicitur) din de agro adjacente belli cauſam Ætolis & Acarnanibus præbuiſſe, donec eum Hercules aggeribus domuerit, eoque beneficio Oenei Ætolorum regis filiam (Deianiram) in matrimonium impetrarit, v. Hug. Grot. 2 de Iure B. & P. c. 3. n. 16. Hinc fabula poetarum de certamine Herculis & Acheloi, apud Ovid. init. 9 Metam. Conf. Barth. ad 2 Theb. Statii p. 650. Et Strabo lib. 10. De taurinis cornibus Acheloo tributis v. Spanhem. de uſu & præſt. num. diſſ. 7. p. 490. Ita Virg. Ge. 4, 371 *taurino cornua vultu* tribuit *Eridano*; & *Auſidum tauriformem* facit Horat. 4 Od. 14, 25. ¶ 2. Macrobius Sat. 5, 18 probat, veteres *Acheloum* pro quavis aqua ufurpaſſe, tam Græcos quam Latinos. Vid. Weitz. ad Copam v. 15.

¶ Achĕlōius, *a*, *um*, adj. Virg. Georg. 1, 9

Poculaque inventis Acheloia miſcuit uvis, i. e. aquas.

¶ Achelŏïdes, *um*, f. pl. id eſt, Sirenes Acheloi filiæ apud Ovid. Metam. 5, 552 *Vobis, Acheloides, unde*
Pluma pedesque avium, cum virginis ora geratis?

¶ Achelŏïdes, *um*, f. pl. ſic easdem dixit Metam. 14, 87

Achelojadumque relinquit Sirenum ſcopulos.

ĂCHĔRON, *ontis*, m. Ἀχέρων, poetis fluvius eſt inferorum, ſic dictus, quod dolore & triſtitia abundet, *ἀπὸ τοῦ ἄχεος καὶ ῥέω*, quod dolore fluat. Pro inferis ipſis poetæ uſi ſunt. Virg. Æn. 7, 312 *Flectere ſi nequeo ſuperos, Acheronta movebo.* Horat. 1 ode 3 v. 36 *Perrupit Acheronta Herculeus labor.* Propert. 3 eleg. 4 *Haut ullas portabit opes Acherontis ad undas*, &c. ¶ 2. Præter poëtas etiam alii inde locutiones formarunt: e. g. Cic. poſt red. in Sen. c. 10 dixit: *Metellos pene ex Acheronte excitatos.* & Nepos 10, 10, 3 *Eum ſuo ſanguine, ſi poſſint, ab Acheronte redimerent*: i. e. ab inferis. Cæteri fluvii infernales ſunt, *Cocytos, Styx, Lethe, Phlegethon.* ¶ 3. Servius ad Virg. Æn. 6, 107 ſcribit, locum eſſe in Campania, montibus undique adeo ſeptum, ut nec orientem nec occidentem ſolem poſſit adſpicere. ¶ 4. Eſt & *Acheron* fluvius Epiri, de quo Strabo conſulatur lib 7 p. 224; & alius in Elide, de quo idem Geographus lib. 8 p. 237; & rurſus alius ejusdem nominis, in finibus Lucanorum & Bruttiorum in Italia. Vnde ambiguitate vocabuli deceptus Alexander Epiri rex, cum oraculo Dodonæo juberetur cavere Acheruſiam aquam; ibi enim fatis ejus terminum dari; cum id de Acheronte Epiri eſſet interpretatus, docuit eventus, Acherontem alterum fuiſſe deſignatum, qui & hæc narranti Livio 8, 24 *Acheros* vocatur. Ibi enim a quodam Lucano exule transfixus eſt.

¶ Acherons, *untis*, m. idem. Plaut. Caſ. 2, 8, 12 *Ad Acherontem mittere*, eſt interficere. Et Trin. 2, 4, 124 *Acherontis oſtium* infernus eſt. Pro receptaculo mortuorum *Acheruns*, Amph. 5, 1, 26. Et Dativus *Acherunti* adverbialiter poſitus, Capt. 5, 4, 1; Merc. 2, 3, 21. &c.

¶ Acherontĭcus, vel Acherunticus, *a*, *um*, adject. Plaut. Merc. 2, 2, 19 *Acherunticus ſenex*, i. e. morti proximus. Id. Mil. 3, 1, 33 *Acherunticus, capularis.* Id. Bacch. 2, 2, 21 *Regiones colere mavellem ego Acherunticas*, i. e mortuum eſſe. Prudent. Cathem. 5 v. 127 *Illa nefle, facer qua'rediit Deus*
Stagnis ad ſuperos ex Acherunticis.

¶ Acherontia, *æ*, f. ſubſt. Apuliæ civitas eſt, Lucaniæ vicina, quam quia parva eſſet, & in edito ſita, *nidum* Horat. dixit 3 ode 4, 14

Quicunque celſæ nidum Acherontiæ &c.

¶ Achĕrūſius, *a*, *um*, adj. idem quod *Acherunticus.* Lucret. 3, 25

At contra nusquam apparent Acheruſia templa.

Quod de Ennio habet: cujus illud eſt apud Varronem de L. L. 6, 2 *Acheruſia templa Orci ſalvete infera.* Vtrobique regiones Acheruniticæ, ſive inferi, quo mortui commeant, deſignantur.

¶ Achĕrūſia, *æ*, f. ſubſt. Ἀχερουσία, palus juxta Cumas in Campania ex Acheronte diffuſa, Plin. 3, 5. ¶ 2. Lacus item Theſprotiæ in Epiro: ex quo Acheron profluit amnis, qui in Ambracium ſinum defertur, Pomponio & Straboni. ¶ 3. Item ſpecus, de quo ſic Pompon. 1, 19 *Juxta Heracleam Ponti ſpecus eſt Acheruſia, ad manes (ut ajunt) pervius.*

¶ Acherūſius, *ii*, f. idem Valerio Flacco 5, 73, quod *Acheruſia.*

ĂCHĔTÆ, *arum*, m. pl. ἀχέται, cicadæ majores argutæ, grillen, heuſchrecken. Plin. 11, 26 *Majores quæ canunt, vocantur Achetæ, & quæ minores funt ex eis, Tettigometæ, ſed ille magis canoræ.* Quod ex Ariſtotele deſcripſit, apud quem idem legitur Hiſt. animal. 5, 30.

ĂCHILLAS, *æ*, m. Ἀχίλλας, miniſtri regii nomen, cujus manu Pompejus interfectus eſt, de quo Plutarch. in vita Pompeji. Lucan. 8, 518

Aſt poſtquam mucrone latus funeſtus Achillas Perfodit.

ĂCHILLES, *is*, m. Ἀχιλλεύς, Græcorum omnium fortiſſimus, *celere nefcio* Horat. 1 ode 15, 6. & *Timor ille Phrygum, decus & tutela Pelasgi Nominis.* Ovid. Met. 12, 612. *Armipotens*, Virg. 6, 830. *Terroris expers*, Claud. 1, 64, 324. *Peleius heros*, Stat. 1 Achill. 475 *Magnanimus*, Ovid. 13 Met. 198 &c. Fuit Peleï & Thetidis nymphæ filius, qui puer Chironi primum, homini Theſſalo juſtiſſimo, educandus traditus eſt, a quo medullis animalium, non & carnibus ex venatu nutritus, non cibis cerealibus, qui χλοὶ dicuntur, nomen ejusmodi accepit: ſive, quia medendi rationem ab eodem præceptore doctus, ἄχη λύων, id eſt, *dolores ſolvere* didicit. Nam & hanc diſciplinam, rei militaris & Muſices morumque ſtudio adiunxit; de quo ſtudio Ovid. de arte 1, 11 *Phillyrides puerum citharæ perfecit Achillem, Atque animos molli contudit arte feros.* &c. Et Juvenal. ſat. 7, 220 *Metuens virgæ jam grandis Achilles Cantabat patrüs in montibus*, &c. Poſt Chironem traditus Achilles fuit erudiendus Phœnici, qui docuit eum, ut Homerus Iliad. 1, 443 teſtatur, μύθων τε ῥητῆρ' ἐμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων, hoc eſt, *Cum bene dicendi vitæ quoque noſcere normam.* Septem cubitorum Achillis ſtaturam fuiſſe, ſunt qui ſcripſerint, ſed fabuloſe: Vnde & ἑπτάπηχυν eum Lycophron dixit, cujus longitudinis Oreſtis etiam corpus fuiſſe, Herodotus prodidit 1, 69. Periit Achilles poſt Hectorem a ſe interfectum, jaculo ejectus a Paride in templo Apollinis Thymbræi, in quod a Priami filiis ſimulatione nuptiarum cum Polyxena ſorore, quam adamarat, invitatus fuerat. Sepultus eſt a Græcis in promontorio Sigæo. Fatalem enim ipſi expeditionem Trojanam olim futuram, matri Thetidi Proteus vates prædixerat. Cic. pro Archia c. 10 *Alexander cum in Sigæo, ad Achillis tumulum adſtitiſſet, O fortunate, inquit, adoleſcens, qui tuæ virtutis præconem Homerum inveneris.* Quintil. 10, 1 *Homerum, ut Achillem, ſemper excipi par eſt.* Alludit ad Homeri Cat. nau. 181 & 276 ubi *Nirea pulcherrimum* & *Ajacem fortiſſimum* dicit, Achillem autem excipit. ¶ 2. Ab hoc Tragœdiæ Ariſtarchi *Achilles* nomen eſt. Plaut. in prol. Pœnuli v. 1 *Achillem Ariſtarchi mihi commentari lubet*, &c. ¶ 3. Ad hujus etiam Achillis exemplum *Romanus Achilles* ob inſignem fortitudinem dictus fuit *L. Siccius Dentatus.* v. Gell. 2, 11; Plin. 7, 28 & ibi Dalechamp. Imo & *Q. Cotius Valerius*: v. Val. Max. 3, 2, 21. Similem in modum Albertus, Elector Brandenburgenſis, *Achilles Germanicus* a Pio II cognominatus eſt: v. Dreſſer. part. 4 liag. Hiſt. p. 489. Adde Plaut. Milit. 1, 1, 61, ubi *Achilles* pro forti per antonomaſian ponitur.

¶ Achillēis, *idis*, f. inſcripti ſunt libri duo Statii de pueritia, educatione & rebus geſtis ad Trojam Achillis. ¶ 2. *Achillēis*, ἀχιλλὶς, hordei genus Theophraſto lib. 8 hiſt. plant.

¶ Achillēides, *æ*, m. (ſcribunt & Achilliades) Pyrrhus dictus Ovid. Heroid. 8, 3 *Pyrrhus Achilleides, animoſus imagine patris.*

¶ Achillēus, *a*, *um*, poſſeſſivum, Virgil. Æn. 3, 326

Stirpis Achilleæ faſtus, juvenemque ſuperbum &c.

Sic *Achilleo more*, Ovid. Triſt. 1, 1, 100. *Achillea inſula*, quæ & *Leuce* Pomponio, & *Macaron* Plinio eſt, oſtio Boryſthenis objecta, quod ibi Achilles ſitus ſit, cognominata, v. Pompon. Mel. 2, 4; & Plin. 4, 13, quam 12 cap. etiam *Achillidem inſulam* appellaverat. Adde Euſtathium ad Dionyſii Perieg. v. 306. Eſt & alia *Achillea* inſula juxta Samum, eodem Plinio auctore 5, 31. *Achilleus curſus*, ὀξὺμος ἀχίλλειος, peninſula, ab Achillea inſula ſita 125 millium paſſuum intervallo, forma gladii in transverſum porrecta, ubi ab armis Achilles quieſcere ſi quando voluerit, ſe ac ſuos curſu exercuiſſe memoratur, Plin. 4, 12. Pompon. 2, 1. Dionyſ. Perieg. v. 306.

¶ Achillēa, *æ*, f. ſubſt. ἀχίλλεια vel ἀχίλλειος, herba Plin. 25, 5; ſed quam falſo *millefolium* quidam dixere. Certe cognatam eſſe herbam *millefolio terreſtri*, Cordus ſcripſit, ſelbwarb, oder weiſſe reinfahren, *Sideritim Achilleam* ab aliis appellatam Dioſcorid. ſcripſit 4, 33.

¶ Achillēum, *i*, n. ſpongiarum genus eſt, tenue denſumque, ex quo penicilli fiunt, Plin. 9, 45. ¶ 2. *Achillēon*, oppidum conditum a Mitylenæis & Athenienſibus, in Rhetæo littore, ad tumulum Achillis, Solino c. 53. Exiguum pagum facit ex eo Strabo. *Achillitidem* hujus agrum vocat Laertius in Pittaco pr.

Achivus vide *Achaja.*

ACHNE, *es*, f. Ἄχνη, generatim tenuiſſimum, minutiſſimumque, & leviſſimum cujuscunque rei ſignificat, ut acus, vel paleas a ſpieis excuſſis, guttulas roris, particulas adſperginis ſeu ſpumæ, lanuginem pomi & ſimilia. Vide in chiliad. proverb. *Ne ramenta quidem: Ne feſtuca quidem*; & Cæl. Rhod. 14, 21.

ĂCHŌRES, *um*, m. pl. ἀχῶρες, ulcera capitis puerorum manantia, Suidas exponit *furfures capitis*, grinde, kopfgeſchwäre. Habet Octav. Horatian. 1, 5. & Macer de Ruta 1, 12, ubi Cornarius reſtituit, cum legeretur *Acora*, *æ*.

ĂCHOREVS, *ei*, m. ſacerdos Iſidis Lucano 8, 475; & 10, 175. ſqq. Achradina, vide *Acradina.*

ACHRAS, *ădis*, f. Ἄχρας, pyraſter eſt, ſeu pyrus ſilveſtris, wilder birnbaum. tum ipſum quoque ſilveſtre pyrum, holzbirne, Dioſcoridi & Theophraſto. Columella 7, 9 *Achrades pyri*: idemque l. 10 v. 14

Palmitibusque feris letatur, & aſpera ſilvis
Achrados, aut pruni lapidoſis obruta pomis &c.

Achreſtus, vide infra *Chreſis.*

ACHRĬŌGĔLOS, *i*, m. ἀχριώγελος, ex ſtultitia, vel dementia ridens. Vide Eraſ. chiliad.

Acia, Aciætis, Aciarium, vide *Acus*, *Acies*, *Acus.*

ACICARVS, *i*, m. cujus Columnam interpretatus eſſe dicitur Democritus apud Clem. Alex. 1 Strom. f. 222, non alius eſt, quam *Acencheres*, vel *Acoris*, Ægypti rex. Ita ſuſpicatur Reinef. Var. Lect. 1, 22 p. 97. adde 3, 3 p. 381.

ĂCĪDĂLIVS, *i*, m. ἀκιδάλιος, Servio ad mox citanda Æneidos verba, eſt fons in Orchomeno, urbe Bœotiæ, Veneri & Gratiis ſacer, a quo Venus *Acidalia*, ἀκιδαλία, dicta. Virg. Æn. 1, 720 *At memor ille*
Matris Acidaliæ, paullatim abolere Sichæum Incipit.

ĂCĪDĪNVS, *i*, m. Manliorum cognomen fuiſſe Romæ, cognoſcitur ex Cic. de Orat. 2, 64; Vellei. 2, 8, 2; & Faſtis. Ex his *C. Manlius Acidinus*, non ſecus ac L. Catilina, adverſus patriam arma tulit. v. Salluſt. B. Cat. c. 27 &c. Cic. ad Att. 4, 3; & Catil. 1, 3. qui habitat, vel originem trahit ex agro Venafrano ad fontem Acidulum, exponit Allio in Lex. Crit.

Aciditas, acidulus, acidus, quære in *Aceo.*

ĂCIES, *ēi*, f. ferri acumen, die ſchärfe, ſchneide, ſpitze, ab ἀκή vel ἀκὶς, *cuſpis ferri*, non ab ἀκόνη, ut vult Feſtus. v. Doc. Virg. Æn. 2, 333

Stat ferri acies mucrone coruſco Stricta, parata neci.

Cic Verr. 5, 43 *Quod aciem ſcurrium tuarum vidiſſet.* Plinius 36, 12 dicit, cotes *aciem trahere*, i. e. exacuere. ¶ 2. Partem præſtantiorem ferri ſ. temperaturam ſignificat, ſtahl. Plin. 34, 14 ſ. 41 *Neque alia genera ferri ex nova acie temperantur.* v. Hard. ¶ 3. Oculorum acumen, ſeu facultas bene videndi, cui cæcitas opponitur, das geſicht. Cic. Fin. 5, 28 *Bonum incolumis aciei: miſera cæcitas.* Contra *Acie hebetiore eſſe*, ein blöd geſicht haben.

Suet.

Suet. Domit. c. 18. *Ejus tenuitas fugit aciem*, man ſiehet es nicht, Cic. Tuſc. 1, 22. ¶ 4. Ipſa pars oculi, qua maxime videmus. Eam pupillam Cicero, Lactantius membranam interpretatur, der augapfel. Illius verba ſunt de Nat. D. 2, 57 *Acies ipſa, qua cernimus, quæ pupilla vocatur.* Hujus, c. 10. de opif. Dei: *Acies, id eſt, membrana illa perlucens, quam ſiccari & obarefcere non oportet, niſi humore aſſiduo tenſa pure niteat, obſuleſcit.* ¶ 5. Oculus ipſe. Lactantius d. l. *Naſus utramque aciem ſimul & diſcernit & munit.* ¶ 6. Ingenii acumen apud Cic. ſæpiſſime, ſcharfſinnigkeit; ut de Orat. 1, 33 *Contemplari aliquid omni acie ingenii*, ſcharff nachdencken. Vellei. 2, 118, 4 *Fata animi ejus aciem præſtrinxerant.* Sic, *Animi acies obtuſior*, Cic. de Senect. c. 23. *Mentis acies nonnunquam hebeſcit*, Id. Tuſc 1, 30. *Id aciem intentionis abrumpit*, Flor. præf. n. 3. ¶ 7. Ordo exercitus ad pugnam inſtructi, tum ipſe exercitus ordinatus, die ſchlachtordnung; ut, *Struere aciem*, Virg. Æn. 9, 42; *inſtruere*, Liv. 3, 2, *dirigere*, Id. 28, 22; *componere*, Tac. Germ. 6, 8; *inſtituere*, Cæſ. B. Civ. 3, 93. *Inſtit procurrere*, Id. 3, 94. *Producere in aciem*, Nepos 1, 5, 4. *Aciem explicare*, Liv. 44, 27; *dilatare*, Id. 31, 21; *diſſiendere*, Cæſ. B. C. 3, 92; *diſtrahere*, ibid. *extendere*, Curt. 3, 9, 12. *continere*, quando exercitus ad prælium inſtructus a dimicando retineter, Cæſ. B. Civ. 1, 83. *Aciem perturbare*, Liv. 37, 41; *diſjicere*, Tac. Hiſt. 3, 2, 7. ¶ 8. Conflictus ipſe ſive prælium, die ſchlacht, das treffen; ut, *Contendere acie*, Nepos 1, 5, 4; *decernere*, Id. 1, 4, 4; *concurrere*, Liv. 40, 46; *dimicare*, Id. 31, 35, 1. e. prælium committere, ſchlagen. Sic Suet. Aug. c. 20 *Vua acie dextrum genu lapide ictus, altera & crus & utrumque brachium ruina pontis conſauciatus.* Sic *Aciem inſtaurare*, Virg. Æn. 10, 543; *iterare*, Stat. Theb. 11, 453; *integrare*, Sil. 12, 680. *Cadere acie*, Ovid. Met. 7, 142 in der ſchlacht bleiben; *in acie*, Liv. 29, 3. *Acies inclinat*, Id. 2, 20; *inclinatur*, Id. 1, 12. *Recedere ex acie*, abziehen, Tac. Germ. 14, 2. Occurrunt tamen loca, ubi *acies* & *prælium* ſibi opponuntur. Sic Salluſt. fug. c. LIV, 5 *Statuit non prœliis, neque acie, ſed alio more bellum gerendum.* v. plura a Reitzio collecta Miſcell. obſerv. X, 130 ſq. ¶ 9. *Acies*, pro bello & expeditione ipſa bellica interdum ponitur, der feldzug. Cic. fam. 6, 3 *Quem exitum acies habitura ſit, divinare nemo poteſt.* Sic & poëtarum more Statius Theb. 3, 71

Bellum infandum ominibusque negatum Moviſti, funeſte, aciem. Acies & *facies* conf. vbi vid.

¶ Aciecula, æ, f. diminut. Cathol.

¶ Aciēris, vel Aciæris, is, f. quaſi acies æris, *ſecuris ærea, qua in ſacrificiis utebantur ſacerdotes.* Feſtus. v. ibi Dacer. & Dan. Heinſ. ad Sil. 16, 264.

ĂCĬLIVS, i, m. nomen gentis plebejæ, a Trojanis oriundæ; ex his multi *Glabriones* cognominati. vid. Cic. fam. 13, 7; in Verr. 5, 29; de Sen. c. 10; Juvenal. 4, 49. Anton. Profeſſ. 24 v. 4; & Faſtos. Ab horum uno *Lex Acilia* de pecuniis repetundis ſeveriſſima, cujus meminit Cicero in Verr. 1, 9; & pro Sext. c. 64. dicitur etiam *Aquilia* & autor *Aquilius.* De quo infra.

ĂCĪNACES, is, m. ἀκινάκης, gladius Perſarum ſive Medorum dicebatur, autore Acrone: tamen Scythis quoque id gladii genus peculiare fuit, ein ſäbel. Horat. 1 od. 27, 5 *Vino & lucernis Medus acinaces immane quantum diſcrepat.* Val. Flacc. 6, 701 *Inſignis manicis, inſignis acinace dextra.*

Acinarius, acinaticium, vide *Acinus.*

ĂCĪNĒTOS, i, m. ἀκίνητος, *immobilis*, inter æones hæreticorum ap. Tertull. adv. Valent. c. 8.

ĂCĪNVS, & Acinum, i, virili & neutro genere apud Nonium 3, 19 & Cat. R. R. c. 112; Colum. 12, 29 & 43; Horat. ſat. 2, 6, 85; quin & fœminæ formæ *Acina* apud Catullum 27, 4, ut non modo Scaliger, Grævius, Silvius ediderunt, ſed olim etiam legit & defendit Gellius 7, 20. Fructus eſt generatim, qui ſub tenui cute liquorem continet: conſtans folliculo, ſucco, carne, & granis ſive vinaccis, eine beer. Laur. Valla 4, 28 *Acinos* inter & *Baccas* hoc intereſſe putat, quod *acini inter fructus minutiores arborum fruticumve denſius naſcantur; baccæ vero diſperſius & rarius.* Plinius enim 15 c. 24 non uvis modo, ſed ſambuco etiam & hederæ acinos tribuit: nec non grana punici mali ita ibidem appellat. *Acinus uvæ paſſæ*: Plin. 7, 7 *Anacreon acino uvæ paſſæ ſtrangulatus periit.* Col. 11, 2, 69 *Vinacea, quæ acinis colantur*; ubi propriæ folliculum ſignificare videtur. ¶ 2. *Acinus*, ἄκινος, herba ocymo ſimilis, odorata, Plin. 24, 10; Dioſc. 3, 50.

¶ Acinoſus, a, um, adject. vollbeerig, vollkernicht, cujus ſuperlativo *acinoſiſſimus* ita Plinius 14, 3 uſus eſt. Deinde quibusdam quodvis ſuccoſum ſonat, ut *ſemen acinoſum*, apud eundem 12, 13, ſi ſcriptura ſalva eſt. v. Harduinum. Attamen 21, 12 *caulis acinoſus* dicitur, quem vero alii de ſemine acinis ſimili, quod proferat, interpretantur.

¶ Acinārius, a, um, ut, *Dolia acinaria*, ubi ſervantur acini, Varr. R. R. 1, 22.

¶ Acinaticium, i, n. ſubſt. pro quo alii *Acinaceum* legi volunt, eſt potio ex acinis confecta. Vlpian. L. 9 Dig. de tritico, vino &c. *Acinaticium plane vino continebitur.* Ex quo apparet, pretioſum id vinum fuiſſe, non ut vulgo *Acinaceum* interpretantur liquorem acinis aqua maceratis expreſſum, treſtwein, lauer. Id enim, quod plurimum aquæ habet, vino contineri non conſetur: ſicut muſſum quoque eadem lege ex cenſu vini ejicitur. Gloſſ. gr. lat. ὀξῶδες, *acinaticium.* Adde Pallad. 1 tit. 6.

¶ Deacinatus, a, um, purgatus ab acinis. Cato c. 26 *Si bene deacinata erunt dolia.*

ĂCĬPENSER, ĕris, m. piſcium nobiliſſimus ſecundum Plin. 9, 17, & magno olim in pretio habitus, adeo ut cum tibiis & coronis inferretur: Athen. 1 7; & Macrob. Satur. 3, 16. conf. Cic. Fin. 2, 8 & 28. Horat. Sat. 2, 2, 47. Ovid. hal. ult. Vulgo eundem putant ac Elopem, Aſellum, Sturionem, quem & Aſturionem quidam vocant: (quanquam vox utraque Latinis veteribus ignota, Germanis nempe debens originem, quibus appellatur, ein ſtor) a quibus tamen omnibus diverſus eſt, ut accurate docet Ludov. Nonius in Ichthyophagia, ſive commentario de piſcium eſu. Vide & Salmaſium Exercit. Plinianis p. 940; & Turneb. 30, 21; L. And. Reſend. lib. 2 de Antiq. Luſit. disq. de piſce Aſturione p. 73. ¶ 2. *Acipenſis, is*, etiam dicitur. Martialis 13 epigr. 91

Ad Pallatinas acipenſem mittite menſas.

Ita enim doctiores legere malunt, quam *acipenſera*: nec enim ſolent Latini vocabulorum ſuorum, quæ a græcis ipſi non acceperint, accuſativis ſingularibus dare terminationem græcam.

Aciculus, & Aciſcularius, quære in *Aſcia.*

ĂCLASSIS, is, f. tunica ab humeris non conſuta apud Feſtum, Gr. καλάσιρις vel χάλασις, a χαλάω *laxo*, laxamentum tunicæ nodo retentum, ſecundum Scaligerum. conf. Dacerium.

ĂCLIS, idis, f. ἄκλις, ein pfeil, wurffſpieß. Virg. Æn. 7, 730 *Teretes ſunt aclides illis.* Iaculum eſt brevius jaxta Nonium 18, 10. Servius, *putatur*, inquit, *teli eſſe genus, quod per flagellum in immenſum jaci poteſt.* Cæſari *tragula*, B. Gall. 5, 46. v Salmaſium ad Treb. Pollionis Claudium c. 14; Turneb. Adv. 30, 21; & Drakenb. ad Sil. 3, 363.

ĂCMŌNIDES, æ, m. ἀκμονίδης, cyclops, ab ἄκμονος *incude* ſic dictus. Ovid. Faſt. 4, 286 *Brontes & Steropes Acmonidesque.*

ĂCNVA, æ, f. agri modus, ap. Varr. R. R. 1, 10, & Colum. 51, 1. vid. in *Ingerum.* Græcis ἄκενα eſt: ut ex Herone Rigaltius ad Gromaticos veteres obſervat. Barbari Ruſtici, *Agnam* & *Porcum* appellarunt. Alii & *Porcamin*: ut Gromatici notant.

Acœnonetus, vide *Acœnitus.*

ĂCOETES, æ, m. ἀκοίτης, ex a & κοίτη, quaſi ſine cubili; vir pauper, quem deſcribit Ovid. Met. 3, 562.

¶ Acœtus, a, um, ohne grundſuppe, ohne hefen. Plinius 11, 15 *Mel acœtum*, mel merum & ſincerum appellat. v. not. Dalech. Sed Hard. legit *acetum*, ubi vid. ſub *aceo.*

ĂCŌLASTVS, i, m. ἀκόλαστος, protervus, qui licenter & impune voluptatibus & libidini indulget, ein unzüchtiger, praſſer, ſchlemmer. vid. Gell. 19, 2.

ĂCŌLŪTHVS, i, m. ab ἀκολουθέω, *ſequor*; Græcis famulus eſt & pediſſequus. Heſychius: Ἀκόλουθος, ὁ ὑπάτρους παῖς, θεράπων δὲ ὁ περὶ τὸ σῶμα. ¶ 2. Eſt quoque officium eccleſiæ, infra ſubdiaconum. Iſidorus 7, 12 de Clericis: *Oſtiarius, pſalmiſta, lector, exorciſta, acoluthus, ſubdiaconus, diaconus, presbyter, epiſcopus.* Auguſtin. ep. 104 pr. *Gratiſſima referendi occurrit occaſio per Albinum acolathum.* Adde epiſt. 62 ſub init. & Cyprian. ep. 7 ed. Oxon. (Pamel. 36) ubi itidem *acolathi* mentio habetur. ¶ 3. Mere Græcum eſt, cum Quintilianus 5, 10 *Conſequentia dicit Acolutha.*

¶ Anăcŏlūthon, i, n. ἀνακόλουθον, inconſequens, figura eſt, cum non redditur, quod ſuperioribus reſpondeat. Vt ſi in oratione ponatur μὲν, & non ſequatur δὲ, aut contra: Ita ſi ponatur *tot, quot* non præcedente; aut *tantum* ſine *quantum*, aut *tamen* ſine *quamquam*, &c. Virg. Æn. 2, 331

Millia quot magnis nunquam venere Mycenis.
Et lib. 3, 541 *Sed tamen idem olim curru ſuccedere ſueti.*

In his enim *Tot*, & *Quamquam* non præmittuntur. Servius.

Acon, vide *Ace.*

ĂCŌNĪTI, adv. ſic Latinis literis deſcripſit Græc. ἀκονιτὶ Plin. 36, 11 *Pinxit Alcimachus Dioxippum, qui citra pulveris jactum (quod vocant aconiti) vicit &c.* Sumtum ab athletis, qui pulverem corporibus ſuis inſpergebant, ut comprehendere ſeſe poſſent invicem. Ovidius in deſcriptione pugnæ Herculis cum Acheloo flumine Met. 9, 35

Ille cavis hauſto ſpargit me pulvere palmis,
Inque vicem fulve jactu flaveſcit arenæ. v. Chiliad.

ĂCONĪTVM, i, n. poëtis familiare herbæ genus, cujus deſcriptio extat apud Plin. 27, 3, wolfs-kraut, wolfs-milch, wolfs-wurtz. Iuvenal. ſat. 10 v. 25 *Sed nulla aconita bibuntur Fictilibus; tunc illa time, cum pocula ſumes Gemmata.* Dictum *aconitum* διὰ τὸ φύεσθαι τοπῳ ἀκόνας, id eſt, quod in Aconis naſcatur, (qui locus eſt circa Heracleam. v. Arhenæus l. 3 & Solinus c. 45) aut quod in genere in ſaxis & cauribus naſci ſoleat. Ovid. Met. 7, 418 *Quæ quia naſcuntur dura vivacia caute, Agreſtes aconita vocant.* In ſaxis naſci & Lucanus teſtatur lib. 4 v. 722. Fabulæ narrant ex ſpuma Cerberi, in lucem ab Hercule protracti, *aconitum* natum eſſe. v. Ovid. d. l. & Plin. 27, 2. Alii ex Promethei ſanguine in monte Caucaſo vincti; quos ſecutus Auſonius in Monoſyllabis ſcribit:

Sicca inter rupes Scythicas ſtetit altibus crux:
Vnde Prometheo de corpore ſanguineus vos
Aſpergit cautes, & dira aconita creat cos.

Vbi & ad etymon alludit. Nam *cos*, ἀκόνη eſt. Eſt autem hæc herba venenata: unde & quævis mala gramina *aconita* appellantur. Ovid. Met. 1, 147 *Lurida terribiles miſcent aconita novercæ.* Vbi *Aconitæ* veneficia ſunt; ſive herbæ, quorum uſus maximus in veneficiis eſt.

¶ Aconitārius, i, m. in Gloſſ. gr. lat. φαρμακοπώλης.

ĂCONTIAS, æ, m. meteoron eſt, jaculi inſtar, id enim eſt ἀκόντιον, volans, quod a Plinio 2, 25 numeratur inter genera cometarum. ¶ 2. Serpentis genus, quod ſagittæ modo in hominem profiliat: duorum cubitorum eſt magnitudine. Vide *Cenchrias* ſeu *Cenchris*: nam & id illi nomen eſt, it. *jaculus* in *jacio.*

¶ Ăconteus, ei, m. ἀκοντεύς triſyllabum, venator egregius, a jaculando ſic dictus, cujus meminere Stat. 7, 590; Sil. 16, 562; Virg. Æn. 11, 607.

¶ Acontīzo, are, ἀκοντίζω, i. e. jaculari, ſchieſſen. Translate Veget. de Re Vet. 1, 26 *Vt poſſit ſanguis acontizare per venam.*

ĂCONTIVS, i, m. Ἀκόντιος, Ceus fuit, ex Cea Ægæi maris inſula, qui inter ſacra Dianæ his verſibus fraudulentis uxorem ſibi adjunxit Cydippen nobilem puellam:

Me tibi nupturum (fallax ea nomen) Aconti,
Iuro, quam colimus, numina magna dea.

Ab aliis ſic referuntur:

Iuro tibi ſimilia per myſtica ſacra Dianæ,
Me tibi venturam conſtem, ſponſamque futuram

Vide utriusque epiſtolas apud Ovidium Her 20 & 21. ¶ 2 *Acontias*, Magneſiæ vel Bœotiæ mons, Plin. 4, 7; Strab. l. 9.

ĂCŎPA, orum, n. pl. ἄκοπα, medicamenta τὸ κόπον i. e. laſſitudinem levantia, & quævis lenientia, mittel wider die müdigkeit, linderungs-mittel. Plin. 29, 3 *Omnia quæ acopis curantur*, conf. Plin. 31, 7. &c. In ſing. etiam *Acopum* Celſ. 4, 27: *Acopo articuli perfricentur.*

ĂCŎPIS, is, f. ἄκοπις, gemma nitro ſimilis, pumicoſa & aureis guttis ſtellata, Plin. 31, 10.

ĂCŎPOS, i, f. ἄκοπος, herba gravis odore, flore olens, quæ & *Anagyres*, Plin. 27, 4.

Acor, Acora, quære in *Aceo*, *Achores.*

Aceris, rex Ægypti: vide *Acicarus.*

ACORNA, æ, f. cardui ſpecies, diſtelkraut, Plin. 21, 15.

ACŎRUS, *i*, m. vel Acŏrum, *i*, n. aroma eſt, quod *galangam* alii dicunt, galgant. Antonius Muſa quam *galangam* appellat, is verus Dioſcoridis *acorus* eſt. ¶ 2. Matthiolo vero Senenſi *Acorus* eſt, qui vulgo *calamus aromaticus* dicitur, kalmus. Vide Celſ. 3, 21; & 5, 23; Plin. 25, 13; & 26, 5; Apul. de Herb. c. 6 & 88.

Acoſmus, Acquieſco, Acquiro, &c. Vide *Coſmicus, Quies, Quero.*

ACRĂDĪNA, æ, f. arx Syracuſanorum, & quaſi altera urbs, de qua Cic. Verr. 4, 53. Liv. 24, 21. Quidam libri *Achradina.*

ACRAE, *arum*, f. pl. oppidum Siciliæ, ab alto ſitu nominatum. Silio enim ſunt l. 14. v. 208 *Tumulis glacialibus Acræ.* Add. Thucyd. lib. 6 p. 413. Hinc Plinio 3, 8 *Acræſes* incolæ dicti.

ACRĂGAS, *antis*, f. Ἀκράγας, urbs Siciliæ, quæ & Agrigentum eſt. Plin. 3, 8 *Oppidum Acragas, quod Agrigentum noſtri dixere.* Ergo illud Græcum; hoc Latinum nomen eſt. ¶ 2. *Acragas* mons eſt, cui urbs illa impoſita. Virg. Æn. 3, 703

Arduus inde Acragas oſtentat maxima longe Mœnia.

¶ 3. Etiam fluvius ejusdem nominis montem & oppidum præterfluit. v. Thucyd. lib. 6 p. 412.

¶ Acragantinus, *a, um*, adj. apud Lucret. 1, 716. Sed plures libri *Agrigentinus* habent, forma latina. vid. *Agrigentum.*

ACRATISMUS, *i*, m. & Acratiſma, *atis*, n. ἀκρατισμὸς, jentaculum, in quo panis buccella mero tingebatur. v. Plutarchus in Sympoſ.

ACRĂTŌPHŌRUM, *i*, n. ἀκρατόφορον, ein fäßel, weinbutte. Cic. de Fin. 3, 4 *Ne hoc epiſcopiis, & acratophoris concedatur.* Varr. R. R. 1, 8 *Vinea, quæ ſine jugo adminiſtrat acratophoro vinum.*

Acredo, acredula, acrementum, acreſco, acriculus, acridia, vide *Acer.*

ACRĬDŎPHĂGI, *orum*, m. pl. ἀκριδοφάγοι, Æthiopiæ populi, macilenti & ſupra modum nigri, quibus locuſtæ, quas ſale ſuper infuſo ſervant, per omne tempus victum præſtant. v. Diodor. Sic. 4, 3. Strab. lib. 16. De ſimilibus populis in Parthia Plin. 11, 29.

Acrifolium, acrimonia, &c. acris, vide *Acer.*

ACRISIUS, *i*, m. Ἀκρίσιος, filius fuit Abantis, & rex Argivorum, Danaes pater, ex qua, imbris aurei forma ab Iove compreſſa, natus fuit Perſeus. Vide Ovid. 4 Met. Fab. 16. ¶ 2. *Acriſius* alter pater fuit Laërtæ, patris Ulyſſis, quemadmodum apud Ovidium Ulyſſes ipſe teſtatur 13 Met. v. 144, ſed libri meliores habent *Arceſius.*

¶ Acriſiōnēus, *a, um*, adject. Colum. 10 v. 205 *Acriſioneï amores.* Ovid. Met. 5, 239 *Acriſioneæ Prœtus poſſederat arces.*

¶ Acriſiōnēis, *idis*, f. patronymicum, id eſt, Danae. Virg. Æn. 7, 409 *Quam dicitur urbem Acriſioneis Danaë claſſe colonis.*

Serviuſ cum *Danae*, non cum *colonis* componendum eſſe judicat.

¶ Acriſioniădes, *æ*, m. patronym. pro Perſeo. Ovid. Metam. 5, 69

Vertit in hanc harpen made factam cæde Medusæ
Acriſioniades, adigitque in pectus: ut ille, &c.

Acritas, acritudo, acrizymus, vide *Acer.*

ACRŌĀMA, *ătis*, n. ἀκρόαμα, res aliqua audita cum cura, vel quod proſit, vel quod delectet, ab *ἀκροάομαι audio.* Eſt ergo t. lectio philoſophica ſubtilior. Hinc Ariſtoteles quasdam commentationes, quas diſcipulis tradebat, *acroamata* vocavit. ¶ 2. Recitatio ludicra & mimica, vel concentus muſicus, quo audientium animi leniuntur. Poſſis vocare eine ohren-luſt. Hæc itaque voce deignantur muſici, ridicularii, & hiſtriones, qui canticis & lepidis dictis populum in theatris vel convivas ſaturos oblectant, & voluptatem auribus faciunt, de quibus Athen. lib. 14, & Plut. lib. 7 Symp. Qu. 7 & 8. Iſidorus in Gloſſis: ACROAMA, *auditio lyrarum & tibiarum.* Lamprid. Alex. Severo c. 34 *Nanos, & nanas, & moriones, & vocales exoletos, & omnia acroamata & pantomimos populo donavit.* Cic. Verr. 4, 22 *Feſtivum acroama.* Id. pro Arch. c. 9 de Themiſtocle: *Cum ab eo quæreretur, quod acroama, aut cujus vocem libentiſſime audiret, ejus, inquit, a quo ſua virtus optime prædicaretur.* Val. Max. 1, 7, 4 *Cum plebejis ludis quidam puteſſam. per Circum Flaminium, priusquam acroama indiceretur, ſervum ſuum verberibus multetum ſ. b faveæ egiſſet.* Vbi *Acroama* eſt *ſcurra vidicularius*, qualis ille apud Phædrum 5, 6, qui ſuum vocem ſcite imitatus traditur; & alius. *Princeps* appellatus 5, 8. · *Acroamata & hiſtriones* conjunxit Suet. Aug. c. 74. Vbi videtur *acroamata* pro tibicinibus poſuiſſe; qua ratione & Canus Aulcedus, ἀκρόαμα, Plutarcho in Galba p. 1060 A. dicitur. Suet. Veſp. c. 19 *Ludis, per quos ſcena Marcelliani theatri dedicabatur, vetera quoque acroamata renovaverat.* Nepos de Attic. c. 14, 1 *Nemo in ejus convivio acroama aliud, quam anagnoſten audivit.* Macrob. Sat. 2, 4 *Delectatus inter cænam erat pueris ſymphoniacis, atque eos frumento donaverat, cum in alia acroamata faciſſet liberalis nummis.* De acroamatis in cœna adhibitis Plinius etiam 6 epiſt. 31. ¶ 4. Prudentius hymno S. Laurentii v. 325 *acroama* contractis ſyllabis dixit: *Ergon' cachinnis vocibus Acroama feſtivum fei.*

¶ Acrŏāſis, *is*, f. ἀκρόασις Philoſophorum ſchola eſt, Gell. 2, 22; quam *auditionem* vertit 14, 1. *Inauditiuscalum* 5, 21, die lection, das Collegium. Vide Ioh. Wowerium de Polymathia c. 4 circa finem. Vitruv. 10, 22 *Callias Rhodum cum veniſſet, acroaſim fecit*, id eſt, auditores admiſit, ſcholam ſeu diſſertationem habuit ſuper cogitationibus ſuis, ſive ſolerter ab ſe inventis. Eodem modo Suet. de Grammat. c. 2 de Cratete: *Plurimas acroaſes ſ. binde fecit aſſidueque diſſeruit.* Seneca de Declamatorum recitationibus uſus eſt Excerptis Controv. lib. 4 Præfat. quemadmodum & Latino *auditionis* vocabulo idem eſt uſus Suaſ. 3. In quam rem alia etiam notavit Lud. Creſollius in Theatro Rhetorum 3, 3, 5. ¶ 2. *Acroaſis* non ſecus ac *concio* & de loco & de lectione ſive oratione dicitur. Ita Cic. Att. 15, 17 de literis ſilii ſui, *ſe eas vel in acroaſi audere legere*, qui ibid. epiſt. 15 *ut vel in concione dicere auderem.* v. Parei Lex. Crit. p. 26.

¶ Acrŏāmătĭcus, *a, um*, ἀκροαματικὸς, adject. ut, *libri Ariſtotelis acroamatici*; item *diſciplinæ acroamaticæ*, in quibus philoſophia remotior ſubtilioreque quam in *Exotericis* agitabatur. vid. Gellius 20, 4.

¶ Acroātērium, *i*, n. ἀκροατήριον, auditorium, Gr.

ACRŎBĂTĬCUS, *a, um*, ἀκροβατικὸς, ſcanſorius; ut, *Genus machinæ acrobaticon*, ſ. *machinæ acrobaticæ*, leitern. Vitruv. 10, 1. v. Bald. Lex. Vitr. p. 5.

ACRŎCĔRVANIA, *orum*, n. pl. ἀκροκεραύνια, ab ἄκρον *ſummitas* & κεραυνὸς *fulmen*, montes exceſſi ſunt in Epiro dividentes mare Ionium ab Adriatico, quamvis hoc alii longius extendant, uſi in *Adria* dicemus. Strabo vocat Κεραύνια, lib. 6 p. 194. ſicut Virgilius quoque Æn. 3, 506. vide infra *Ceraunia.* Horatius autem plenius: oda 3. v. 20 vocat *Infames ſcopulos Acroceraunia.* ¶ 2. De locis noxiis in genere Ovid. Rem. am. v. 739

Hæc tibi ſunt Syrtes; hæc Acroceraunia vita.

¶ Acroceraunius, *a, um*, adject. ut, *Acroceraunium promontorium*, Plin. 3, 11 & 26. *Acroceraunii montes*, Id. 2, 23 & 4, 1.

ACRŎCHORDON, *ŏnis*, f. ἀκροχορδὸν, ſpecies verrucæ, quæ infra tenuis ad cutem, ſupra latior eſt, ſic dicta, quod ſimilis ſit vertice ſuo reſectæ chordæ ſecundum extremitatem; vel quod in imo usque adeo ſit angusta, ut pendere videatur; Vnde & *verrucæ pinſilis* dicitur. Celſus 5, 28 n. 14 *Acrochordon, ſi exciſa eſt, nullam radicalem relinquit.*

Acrocorinthus, vide *Corinthus.*

ACRŎCŎRIUM, *i*, n. ἀκροκόριον, bulbi ſpecies, Plin. 19, 5.

ACRŎDRYA, *orum*, n. pl. ἀκρόδρυα, arbores dicuntur fructus, ut poma, nuces, ficus, maxime vero nuces, Bud.

ACRŎLĬTHUS, *a, um*, ἀκρόλιθος, totus lapideus, ab imo ad ſummum, ganz ſteinern; ut, *Statua acrolitha*, Pollio de 30 Tyr. c. 32 ex emend. Salmaſ. p. 343 Hack. Græce de Statua Coloſſi Vitruv. 2, 8.

ACRON, *ŏnis*, m. rex Ceninenſium, cum Romanum agrum hoſtiliter invaſiſſet, a Romulo obtruncatus. Multa de hoc Plutarchus in vita Romuli. ¶ 2. Alius a Mezentio proſtratus. Virg. Æn. 10, 719. ¶ 3. *Acron* Grammaticus commentariis Horatium expoſuit. ¶ 4. *Acron* medicus Agrigentinus, Plin. 29, 1. ¶ 5. *Acron* ſalſum porci pinguis, Veget. 1, 56. ¶ 6. *Supra acronem colocaſium*, Apic. 4, 4, ubi *Acron* Græcis ſublime & ſummum ſignificans, latina forma inflectitur, intelligiturque Humelbergio ad h. l. ſummus colocaſii caulis vertex & inde emergens faba, vel, ut Liſterus ait, tenerum & immaturum ciborium.

ACRŌNYCTUS, *a, um*, ἀκρόνυκτος, veſpertinus; ut, *Stellæ acronyctæ, quæ tunc oriuntur, cum ſol occidit*, Firmic. Aſtrol. 2, 8.

ACRŌPHŸSIUM, *i*, n. ἀκροφύσιον, & ἀκροφύσιος, follis eſt ſpiramentum, ſeu roſtrum, quod fornacis vel fuſorii ori inſeritur. v. Valla in Thucydid.

ACRŌPŎDIUM, *i*, n. ἀκροπόδιον, i. e. baſis, das fußgeſtelle, poſtiment, Hygin. c. 88 *Gladium ſub acropodio Minervæ abſcondere.* v. Barth. Adverſ. 8, 6.

ACRŌPŎLIS, *is*, f. ἀκρόπολις, das ſchloß, die citadell. Athenæ olim diviſæ in *Acropolin*, arcem *Aſty*, & *Pyræum portum.* v. Thucyd. lib. 2.

Acror, vide ſupra *Acer.*

ACROSTĬCHIS, *idis*, f. ἀκροστιχὶς, carminis genus eſt, cujus literæ initiales ſeu capitales, aut nomen aliquod, aut ſententiam aliquam exprimunt, per capita verſuum diſcurrendo, quemadmodum in Plautinarum Comœdiarum argumentis factum eſt. Inſpiciantur argumenta Amphitruonis, Aſinariæ, & Aululariæ. Sic in acroſtichide Servatoris filii Dei elogium includit Sibylla, ut vulgo creditur, his verbis: Ἰησοῦς Χριστὸς θεοῦ υἱὸς σωτὴρ σταυρός, id eſt, *Ieſus Chriſtus Dei filius Servator, crux.* Id carmen Euſebius recitat lib. 5 de vita Conſtantini & alii. Videtur ejus & meminiſſe Cicero de Div. 2, 54. ¶ 2. Appellatur hoc nomine carminis genus, cujus ſtrophæ per literas initiales repræſentant alphabetum. Ex hoc genere duo leguntur hymni acroſtichides in Poëtis Eccleſiaſticis G. Fabricii: quorum alter p. 567 eſt Sedulii: *A ſolis ortus cardine*: alter Ven. Fortunati p. 721: *Agnoſcat omne ſeculum Antiſtitem Leontium.*

ACROSTŌLIA, *orum*, n. pl. ἀκροστόλια, ab ἄκρον *ſummitas* & στόλος, navium pars inter roſtrum & repagulum, ut Pollux deſcribit 1, 9. Sunt enim Acroſtolia ornamenta naviuм in prora, quemadmodum quæ puppim ornant, ἄφλαστα vocantur. V. Scholiaſten Apollonii ad Argon. 1, 1089. Hæc victis navibus detracta victricibus in ſignum victoriæ applicabantur. Diod. Sic. 20, 53 de Demetrio Ptolemæi victore: *αὐτὸς τὰς ἰδίας ναῦς κοσμήσας τοῖς ἀκροστολίοις, ipſe ſuas naves acroſtoliis ornavit.* Adde Scheffer. de Mil. Nav. 2, 6.

ACRŌTĒRIA, *orum*, n. pl. ἀκρωτήρια, ſummitates proprie, & quæcunque ſupereminent, hohe ſpitzen. Vitruvius latinirate donavit, & extremo libro 3 cum faſtigiis & coronis columnarum *acroteria* conjunxit, die zinnen. ¶ 2. Idem lib. 5 c. 12 promontoria ita appellat: *Portus, inquit, naturaliter ſi ſint poſiti, habeantque acroteria ſive promontoria procurrentia* &c. v. Baldi Lex. Vitruv. p. 5. ¶ 3. Heſychius etiam ipſa acroſtolia ſive navium ornamenta vocat ἀκρωτήρια.

ACROTHOĬTAE, m. pl. Ἀκροθοῖται, populi cujusdam athei nomen, quos narrat Theophraſtus, cum nullum colerent numen, fubito universos a terra abſorptos eſſe apud Simplic. Comment. in Epict. enchir. c. 38 p. 222 ed. Salmaſ.

ACRVMERVMA, n. pl. *utenſilia ampliora*, Feſt. v. Voſſ. Etym. p. 6. Dacerius cum Scaligero legit *Æramina* ſ. potius *Æramina*, quæ Græcis χαλκώματα.

ACTA, *æ*, f. ἀκτὴ, latina literatura, littus aut amœnus in littore ſeceſſus, ein luſtig ufer. Virg. Æn. 5, 613 *At procul in ſola ſecreta Troades actæ Amniſium Anchiſen flebant.* Cic. Verr. 5, 25 *In acta cum mulierculis jacebat ebrius.* conf. c. 31. Nepos 17, 8, 2 *Quum in acta cum ſuis accubuiſſet.* Eandem vocem Statio Theb. 1, 332 Marcklandus Epiſt. Crit. p. 139 reſtituit: *Hinc Actæ ſcopulo ſo in limite pendens*, ubi vulgo *Arctæ.* Latinis *Amœna* ſunt: v. *Amœnus.* conf. Prudent. adv. Symmach. 1 v. 136. Plur. Cic. fam. 9, 6 *Delectatio omnibus & actis & voluptatibus anteponenda.*

¶ Actæ, *es*, f. regio Attica, ſic dicta, quia littoralis ſit & maxima ſui parte ad mare extenta, (ἀκτὴ enim littus ſignificat.) Vid. Strab. & Steph. Byz. ¶ 2. Actæ frutex, die holder-ſtaude. Apul. de Herb. c. 91.

¶ Actæus, *a, um*, Athenienſis, Atticus. Ovid. Metam. 1, 313

Separat Aonios Actæi Phocis ab oris.

Etiam Boſius ex MS. libro in Thraſybulo Nepotis c. 2 edidit: *Hoc initium fuit ſalutis Actæorum*, ubi cæteri legunt *Atticorum.*

¶ Actæa, *æ*, f. ἀκταία, ſubſt. frutex in rupibus circa maris littus crescens. Plin. 27, 7.

¶ Actias

¶ Actias, *ădis*, f. patronymicum. Virgil. Georg. 4, 463 *Actias Orithyia*, id est, Athenienſis, interprete Servio.

ACTÆON, *ōnis*, m. Ariſtei filius, venator, converſus a Diana in cervum, & a canibus ſuis devoratus. Fabulam apud Ovid. vide Met. lib. 3. Fuit homo venationis & canum impenſe ſtudioſus, quibus alendis cum omnia impendiſſet, ad inopiam redactus eſt. Fulgentius Mythol. 3, 3. Plura de Actæone dabit Delrio in Oedip. Senecæ v. 751 p. 128; & Spanhem. ad Callimachi hymn. Palladis v. 113 p. 617.

Actæus, Acte, Actias, quære in *Acta*.

ACTĪNOSVS, *a, um, ἀκτινωτὸς*, radiatus, coruſcans, ſchimmernd; ut, *Eccleſia actinoſa*, Ambroſ. de Interpr. Dav.

Actio, actito, activitas, vide *Ago*.

ACTIVM, *i*, n. *ἄκτιον*, oppidum Epiri & promontorium, ad quod Auguſtus Antonium & Cleopatram vicit. Adi Geographos. Vellejus 2, 84. 1 *Debellatum eſt apud Actium*.

¶ Actiacus, *a, um*, adject. Ibid. c. 86 n. 3 *Rogante Cæſare, ut ſecum ad bellum proficiſceretur Actiacum*. Ovid. epiſt. Sapph. v. 165

Phœbus ab excelſo, quantum patet, aſpicit æquor:
Actiacum populi, Leucadiumque vocant.

Actiaci ludi, in memoriam victoriæ Actiacæ ab Auguſto inſtituti, & poſt quinos quosque annos repetiti, v. Suet. Tib. c. 6 & ibi Caſaub. & alios.

¶ Actius, *a, um*, idem, ut *Actia bella*, Virg. Æn. 8, 675. *Actius Apollo*, ibidem v. 704. Nam in illo littore colebatur, & ab Auguſto & templo honoratus. Propertius 4, 6, 67

Actius hinc traxit Phœbus monumenta, quod ejus
Vna decem vicit miſſa ſagitta rates.

ACTOR, *ōris*, m. Auruncus fuit. Meminit ejus Virgil. Æn. 12, 94. ¶ 2. Alius Menœtii pater, avus Patrocli, unde

¶ Actorides, *æ*, m. Patroclus, Actoris nepos, Ovid. Faſt. 2, 39.

Actor, actrix, actualis, actuarius, actuoſus, actutum, &c. vide *Ago*.

Acula, Aculeatus, vide *Acus, Aculeus*.

ĂCŬLEVS, *i*, m. eſt in inſectis, ut apibus, veſpis, muſcis, quem Phædrus *dolonem* vocat, ein ſtichel, ſpitze. Si Pritcianum audimus, ab *acu* diminutivum eſt: ſed ab *ἀκὴ* originem habet. Cic. Tuſc. 2, 22 *Apis aculeum ſine clamore ferre non poſſumus*. & de Finib. 5, 15 *Veſpas aculeis uti videmus*. ¶ 2. Item in ernaceis & id genus animalibus, quæ ſetis pungunt. Plin. 8, 35 *Hyſtrici longiores aculei*. ¶ 3. Denique in herbis, & feminibus, quidquid attactu horridum eſt, ut de carduorum quodam genere Plinius 20, 23 *florem*, ait, *purpureum mittit inter medios aculeos*. ¶ 4. De ferramentis etiam intelligi poteſt. Liv. 38, 21 *Acuti ſagittæ*. ¶ 5. Transfertur ad alias res, & locutiones non inelegantes efficit: ut, *Aculei contumeliarum*, ſchmähliche ſtichelworte. Cic. de Orat. 2, 55; & ad Qu. Fratr. 2, 1: *in reprehendendo*, Id. pro Planco c. 24. Et, *Aculei orationis*, nachdrückliche worte, Id. in Orat. c. 19 *Horum*, inquit, (philoſophorum) *oratio neque nervos, neque aculeos oratorios ac forenſes habet*. Id. pro Cœl. c. 12 *Nec quos aculeos habeat ſuorum gravitas gravitasque veſtra, cum eos accuſator* exererit *in rem, in vitia, in mores*, emittere *in hominem & in rem*, aperta metaphora ab erinaceis deſumta vel hyſtricibus. Idem pro Sulla c. 16 *Noli aculeos orationis meæ, qui recondidi ſint, exculſos arbitrari*. ¶ 6. Plautus Trin. 4, 2, 138 *aculeum* vocat animi ſcrupulum, ſeu moleſtiam: *Iamdudum meam ille pectus pungit aculeus*. Cic. Att. 1, 17 *Domeſticarum ſollicitudinum aculeos omnes & ſcrupulos eicillabo*. In Brato Idem c. 9 *Relinquere aculeos in animis audientium*, id eſt, quiddam quod eos pungat veluti, & penetret ſtimuleque. ¶ 7. *Aculeo infixo fugere*, proverbialiter ſignificat, poſt convicium dictum ſtatim ſe ſubducere. Sumtum ab apibus eſt.

¶ Aculeĕlus, *i*, m. diminut. Martial. 8 epigr. 71

Nonus aculeolos in cochleare tulit.

¶ Aculeātus, *a, um*, habens aculeos, ſtachlicht, ſpitzig: ut, *Spinæ aculeatæ*, Plin. 10, 32. Translate *Litteræ aculeatæ*, Cic. ad Att. 14, 18. Plaut. Bacch. 1, 1, 29 *Aculeata hæc ſunt, animam fodicant & ſauciant. Aculeata ſophiſmata*, Cicero Acad. 4, 24 contortas atque acriculas Stoicorum diſputationes vocat; alibi *ſpinas* dixit. ¶ 2. Etiam piſcium nonnulli ſunt, *quos aculeatos vocamus*, Plin. 32, 11.

Acumen, acumino, &c. vide *Acuo*.

ĂCVO, *ui, utum, ere*, ſchärffen, ſpitzen, ſchleiffen, wetzen, cujus contrarium eſt *obtundere* ſeu *hebetare*: ut, *Acuere ferrum*, Horat. 1 oda 2, 21; & Virg. Æn. 8, 386; *enſes*, Ovid. 15 Met. 776; *ſpicula veneno*, Sil. 1, 325; *cultros*, Apul. 8 extr. ¶ 2. Per translationem eſt exercere, incitare, ſtimulare, antreiben, reitzen, ermuntern, ſtärcken. Ter. Adelph. 5, 3, 49 *Quod illos ſat ætas acuet*. Ovid. ex Pont. 1, 5, 57 *Gloria vos acuat*. Cic. Off. 3, 1 de Scipione Africano: *Duæ res, quæ languorem afferunt cæteris, illum acuebant: otium & ſolitudo*. Id. pro Ligario c. 4 *Acuere aliquem ad crudelitatem*, hoc eſt, armare. Quomodo & Virg. Æn. 7, 330 *Quam Iuno his acuit verbis*, &c. *Acuere audaciam*, Sen. epiſt 10. *Acuere ingenium*, Cic. de clar. or. c. 33; *linguam exercitatione dicendi*, ibidem c. ult. *induſtriam*, ad Heren. 4, 2. Cic. in Orat. c. 41 *Acuere & adjuvare juventutem ad dicendum*, hoc eſt, erudire.

¶ Acuens, *tis*. Virg. Georg. 1, 123 *Curis acuens mortalia corda*. Ovid. de Remed. am. 2, 801 *Vitilis ſumas acuentes lumina rutas*. conf. Broukhuſ. ad Tib. 2, 6, 19.

¶ Acūtus, *a, um*, acrem habens, gewetzt, ſchaff, ſpitzig; ut, *Culter acutus probe*, Plaut. Mil. 5 v. 4. Sic deinceps, *Cuſpis, jaculum, telum acutum*, Virg. Æn. 3, 46, 635; & 5, 208. *Acutum redacre ferrum*, Horat. Art. P. v. 304. Sic per metaphoram *Acutæ aures*, Id. Od. 2, 19, 4; *nares*, Id. Sat. 1, 3, 29. *Acuti oculi*, Plaut. Pſeud. 4, 7, 121; quod quidem ibi non ad vim videndi, ſed ad figuram externam pertinet. ¶ 2. Per metaphoram porro quod ingenioſus, argutus, ſcharffſinnig, ſpitzfündig. Cic. Att. 12, 38 *Antiphontes homo acutus magis quam eruditus*. Id. de Orat. 1, 39 *Homo in viis prudentiaque acutiſſimus*. Nepos 10, 8, 1 *Callicrates homo & callidus, & ad fraudem acutus*, verſchmitzt. Id. 14, 6, 8 *Acutius cogitatum*. Et Horat. Od. 4, 4, 76 abſolute *Acuta belli* vocat ſtrategemata. Cic. Verr. 4, 52 *Non eſt homo acutior quisquam*. ¶ 3. *Acutas* de morbis idem ac vehemens, periculoſus, heftig, gefährlich. Horat. 2 Sat. 3, 163, & 1 epiſt 6, 28 *Acutus morbus*, qui ſubito & nec opinus ingruit, brevique aut tollitur ipſe, aut tollit. Quare *lento longoque ac vetuſto* opponitur. Celſus Præfat. *Genera morborum modo acuta, modo longa* &c. Et paullo poſt: *Aliter acutis morbis, aliter vetuſtis medendum*. ¶ 4. *Acutum* etiam dicitur, quidquid haud leviter penetrat, durchdringend; ut, *Odor acutus*, Plin. 15, 28. Sic Solis *radii acuti*, *λαμπροὶ* ſive ſplendidi, qui fulgore ſuo ac luce oculos perſtringunt, Ovid. Heroid. 4, 159. *Acuta vox*, clara & acris, quæ aures ferit quodammodo & pungit, Id. Met. 3, 224. Hac ratione *Acutum gel.* 1 od 9, 5 Horatius dixit, quod Lucretio *penetrabile*, 1, 495; Virgil. *penetrantia frigora*, Georg. 1, 93 appellatur, ſchneidende kälte. *γλυκὺς ὀξὺς* Nix *acuta* apud Pindarum Pyth. 1, 39 ſimiliter legitur: & apud Marcellinum 17, 18 *Acumina pruinarum*. Sic cum maxima ſolis vis eſt, *acutus* ipſe dicitur. Horat. 1 epiſt. 10, 17 de Leone: *Cum ſemel accepit Solem furibundus acutum*. Avienus Phœn. Arateis in Leone: *Torrentur fontes acuto*

Singula, & aſſiduis ardet Leo viſcera flammis.

¶ 5. *Acutus* & *argutus* quid differant vid. Vavaſſor de epigr. c. 6. Ipſe Cic. de opt. gen. orat. c. 2 ad docendum adhiberi vult ſententias *acutas*, ad delectandum *argutas*. ¶ 6. Cognomen in vetere lapide Murator. 1, 22.

¶ Acutum, adverbialiter pro *acute*: ut, *Acutum cernere*, Horat. 1 ſat. 3, 26. *Reſonare acutum*, Idem 1 ſat. 8, 41.

¶ Acute, adverb id eſt, ingenioſe & ſubtiliter, ſcharff, ſubtil, nachdencklich. Cic. pro Cœl. c. 8 *Acute, argute que reſpondere, & de iis tractare*, Idem Invent. 2, 16. *Acutiſſime cogitare*, Offic. 1, 44. *Acutiſſime perſpicere*, ad Att. 10, 8

¶ Acūtŭlus, *a, um*, diminutiv. ſpitzfündig. Cic. de Nat. D. 3, 7 *Breves & acutulas concluſiones*. Gell. 15, 5 *Acutuli & minuti doctores*.

¶ Acutule, adverb. idem. Auguſt. Conteſſ. 3, 7 *Quaſi acutule movebar*.

¶ Acutālis, *e*, id. quod *acutus*: ut, *Terminus lapideus ſi fuerit craſſus acutalis*, Frontin. de Colon. p. 132 per Goeſium.

¶ Acutātus, *a, um*, geſchliffen, geſchärfft. Veget. de re vet. 1, 22 *Sagitta cotibus bene acutata*.

¶ Acutēla, *æ*, f. pro *acumine*, Cathol.

¶ Acutiator, *oris*, m. qui acutum reddit, ein ſchleiffer. Vet. Gloſſ. *ἀκονητὴς Samiarius, Cotiarius, Acutiator*.

¶ Acūmen, *inis*, n. aculeus, ave cuſpis, die ſpitze, ſchneide, ſchärffe, ut, *Acumen cultri, mucronis*, &c. Sic *acumina ſeminum*, Pallad. 2, 15 & 4, 9. *Naſi primoris acumen*, Lucret. 6, 1191. *Lignum* (i. e. haſtile) *ſine acumine*, Ovid. Met. 8, 364. Cic. de Orat. 1, 33 *Omnes ſententiæ, verba omnia, ſub acumen ſtili ſubeant & ſuccedant neceſſe eſt. Contra acumina calcitrare*, Ammianus 18, 9 ¶ 2. Hinc auſpiciorum genus deducunt nonnulli, quod *ex acuminibus* dicebatur, ad quod Plautus alludat Epid. 2, 2 ipſo principio, de quo interpretes plura. Meminit etiam Cicero de Nat. Deor. II, 3 de Divin. II, 36; Arnob. 1 adv. gent. quamquam in hoc exponendo ritu tanta eſt eruditorum diſſenſio, ut quale auſpicium hoc fuerit, nihil habere ſe certi fateatur Delrio 4 Diſq. Mag. c. 2 q. 7 ſect. 2 p. 560. Lege Io. Meurſ. Exerc. crit. ad Epidic. 1, 3. Turneb. Advrſ. 27, 12. Cæl. Calcagn. 1 qu. epiſt. 51. & cujus jam verba deſcribo, Valtrin. de Re milit. Rom. 1, 6 p. 26: *Id auſpicium quale fuerit, obſcurum eſt. Nonnulli* (in his Turnebus) *exiſtimant, veteres ex acumine ſpiculorum, pilorum, enſiumque ſpem prælii & eventum ſolitos auſpicari, verbi cauſſa, ſi ſplenderet, ſi retuſum non eſſet, ſi non ſordidum, ſi non hebes, ſi horrorem quendam præ ſe ferret. Calius Calcagninus putat eſſe, cum ſuper haſtas ſtellæ apparerent, pila ardere viderentur, de quibus Seneca in nat. quæſt. & Plinius. Aliqui ad Geomantiam referunt, quæ acuminibus ita exercetur, ut punctorum paritas, imparitas, obliquitas, quadratio, decuſſatio ſpectetur*. Hæc Valtrinus. Cerda vero Comm. in Æn. Virg. 6, 190 f. 627 *Sententiam*, inquit, *refero ad pullare auſpicium. Ergo acumina ſunt roſtra avium, ex quibus, ſi quid cibi caderet, auſpicia dicebantur ſumi ex acuminibus, id eſt, roſtris avium. Vide, ut bene eum late copiteſt Antonius Clarus in 12 tabul* &c. ¶ 3. *Acumen ingenii*, ſcharffſinnigkeit. Nep. 7, 11, 3. Et Cic. pro Plac. c. 4. Id. Nat. D. 2, 29 de Epicuro: *Homo ſine acumine, ſine auctoritate & lepore*. Id. in Orat. c. 3. *Nihil Lyſiæ ſubtilitati cesſit, nihil argutiis & acumini Hyperidis*. Huc pertinet cum pro ſolertia, aſtutia, calliditate, *meretricis acumina* Horatius dixit 1 epiſt. 17, 55; itemque Tullius de acutis ſubtilibusque dialecticorum quæſtionibus, de Or. 2, 38 *Acuminibus ſuis ſe compungant Dialectici*. ¶ 4. Acumen ſignificat & maturitatem in illo Arnob. 6 p. 198 *Phryne illa Thespiaca, cum in acumine ipſo eſſet pulchritudinis*.

¶ Acūmino, *avi, atum, are*, facere, ut in acumen deſinat. Lactant. Opific. c. 6 *Acuminavit in caudam*.

¶ Acuminātus, *a, um*, geſpitzt, ſpitzig; ut, *Acuminatum cornu Lunæ*, Plin. 18, 35. *Telum fodiendo acuminatum*, Id. 11, 2. Sic *Linguæ cotes liquoris acuminatæ*, Sidon 5 epiſt 1.

¶ Acuminārius, *a, um*, ut, *Mola acuminaria*, armis ſcil. acuendis, eine ſchleiffmühle. Vet. Interpr. Statii ad 3 Theb.

¶ Acus, *us*, f. *βαφὶς*, eine nadel, ſtecknadel. Celſ. 7, 7 *Trajicere quid acu linum trahente*: & c. 17 *Immittere lina per acum*, einfädeln. Apud Iuvenalem 2, 94 pro *calamiſtro* ponitur. Quamquam hæc duo & apud alios confunduntur. *Acus crinalis* Apul. 8 Met. p. 227 eine haarnadel, & *comatoria*, Petron. c. 21, quod in mundo muliebri ad comendos crines ſeruntur: & eas ferme aureas habebant. *Acum crinibus diſtinguendis* vocat Tert. de Pœnit. c. 10; *diſcriminalem* Hieron. apol. adv. Rufin. 3, 11. Plura de his Salmaſ. Exercit. Plin. p. 534 & Calogeri Collect. Varior. Opuſc. IX, 475. ¶ 2. *Acu rem tetigiſti*, apud Plautum eſt Rud. 5, 2, 19 pro, rem ipſam divinatli nihil aberrans, du haſt es errathen, getroffen. Eſt apud eundem in Menæch. 2, 1, 1, *Vel acu mihi invenire*, de accurata inveſtigatione: ſiquidem acus propter tenuitatem inventu difficillima eſt. Verba ſunt: *Si acum credo quæreres, acum invenſſes*. ¶ 3. *Acu pingere*, ſticken. Virg. 9 v. 582 *Pictus acu chlamydem*: & Ovid. Met. 6, 21 *Pingebat acu*.

¶ Acĭcŭla, *æ*, f. diminutivum eſt; ut, *Acicula capitis*, lege 1 & 2 Cod. Theod. de repud. (aliis *Acucula*.)

¶ Acula, *æ*, f. aliud diminutivum. Cledonius ita formar, veteres Grammaticus p. 1396 edit. Putſch. Plinio reſtitui vult Gronov. 22, 11.

¶ Acuārius, *i*, m. ein nadler. Interpr. apud Fabrettum p. 328.

SYNTROPHO ATTIANI ACVARIO.

¶ Acia, *æ*, f. filum in acu, der faden in der nadel. Gloſſar. gr. lat. *βαφὶς, Acia* Titinnius apud Nonium 1, 10 *Reliqui acus acinsque*

aciasque hero atque heræ. Cell. 5, 26 *Acia mollis non nimis torta.* Proverbialiter Petron. c. 76 Fragm. Trag. p. 59 *Ab acu & acia omnia exponere,* alles haarklein vorſtellen. Vid. ibi Scheffer. p. 158.

¶ Aciarium, *i,* n. theca, qua conduntur ſerventurque acus, die Nadelbüchſe. Ver. Gloſſ. *Aciarium,* βελονοθήκη.

Acupēdius, *i,* m. *cui præcipuum eſt incurrendo acumen pedum,* Feſtus. Lucilio eſt *Agipes.* conf. Dacerium.

¶ Acupedium, *i,* n. Gloſſ. gr. lat. ὀξυπόδιον, *acupedium.*

¶ Acupictus, *a, um,* geſtickt, ut, *Acupicta veſtis,* quæ & *Phrygia,* Iſidor. 19, 22 Sed & diviſim legi poteſt

¶ Acupictor, *oris,* m. ein ſeidenſticker; ita vulgus *Phrygionem* nominat.

Compoſita ab initio.

¶ Bisacutus, *a, um,* zweyſchneidig. Auguſt. Confeſſ. 12, 14 *Non ſi occidas eos gladio bisacute.* Conf. Barth. Adverſ. 45, 25.

¶ Exacuo, *ui, utum, ere,* acutum reddere, zuſpitzen, ſpitzig machen. Varr. de R. R. 1, 41 *Exacuere corticem.* Virg. Georg. 1, 264 *Exacuunt ulli vallos furcasque.* ¶ 2. Translate exſtimulare, anreitzen, anfriſchen. Nepos 19, 4, 1 *Plurimi ira exacuebantur.* Sil. 7, 142 *Exacuens varia ad conamina mentem*

¶ Exacutus, *a, um,* zugeſpitzt. Plin. 29, 6 *Exacuta clunis.* Idem 17, 18 *Falces exacutæ.* Idem 18, 18 *Exacutior cuſpis,* Frobenii editione; ſed Harduini *acutior.*

¶ Exacutio, *onis,* f. die Zuſpitzung. Plin. 17, 14 *Calami exacutio medullam ne nudet.*

¶ Peracuo, *ere,* idem quod exacuo. Cato R. R. c. 40 *Surculum durum peracuito.*

¶ Peracutus, *a, um,* ſehr ſcharff, ſpitzig und ſchneidend; ut, *Peracuta falce ſecare,* Martial. 3 epigr. 24. *P. Autronius voce peracuta atque magna.* Cic. in Brut. 68. *Eo vultu nos intuetur, ut ipſe ſibi peracutus eſſe videatur.* L. II in Verr. c. 44. ¶ 2. Translate ingeniosus, ſinnreich. Cic. Verr. 4, 44 *Videtis illum ſubcriſpo capillo, nigrum, qui eo vultu nos intuetur, ut ſibi ipſe peracutus eſſe videatur.*

¶ Peracute, adverb. idem; ut, *Peracute queri,* Cic. Fam. 3, 7, 2. *Peracute moveri,* Idem Academ. 1, 10.

¶ Præacutus, *a, um,* idem. Cæſ. Gall. 4, 17 *Tigna ab imo præacuta.*

¶ Præacute, adv. Apulejus Apolog. p. 296 *An præacute vobis repetiſſe videbamini?*

ACVS, *i,* m. 2 declin. piſcis eſt marinus, longus, lævis, roſtro acuto, longo & tenui, ein Hornfiſch. Plin. 9, 51 *Acus ſive Belone piſcium unus debiſcente utero parit.* Martial. 10 epigr. 37

Et ſatius tenues ducere credis acos.

ĂCVS, *ĕris,* n. ex Græc. ἄχυε, pro ἄχυον, ut Caſaubonus ad Athenæum obſervat, *ευύβαλον,* palea, Spreu. v. Feſt. Cato R. R. 54 *Acus fabaginum.* Varro I R. R. 52 *Quod leviſſimum eſt, atque appellatur acus, evanuatur foras extra aream.* Columella 2, 10 etiam plur. uſus eſt fœminino genere & quarta flexionis forma: *Duriſſimæ acus refectæ ſeparataque erunt.*

¶ Acerōſus, *a, um,* voller Spreu; ut, *Panis acerosus,* ſpreigicht brot, geſtenbrot, ap. Nonium 5, 97, quod is deſumſit ex Lucilii *farre acerofo.*

¶ Acero, *are,* cum paleis miſcere. Hinc

¶ Acerātus, *a, um,* mit Spreu gemengt; ut, *Lutum aceratum,* h. e. acere, vel paleis ſubactum, torffet leim, Feſtus & Nonius l. c. Eandem vocem vir doctus in Miſc. Obſerv. VIII, 249. Vegetio L. II c. 19 reſtituit: *fœnum, acerata, ſtramen* vulgo *aquam.*

¶ Acerata, *æ,* f. cochlearum ſpecies. Plin. 30, 6 *Sunt quæ aceratæ vocantur,* i. e. aceris modo virgatæ.

¶ Obacero, *are, ubloqui, atque alterius ſermonem moleſte impedire, quod ſumtum videtur a paleis,* &c. Feſt.

ĂCȲLOS, *i,* m. ἄκυλος. Plin. 16, 6 *Ilicis glans, quam Homerus acylon appellat.*

ACYRON, *i,* n. ἄκυρον *apud Græcos, quod apud nos improprium,* ait Quintilianus 8, 2. Hinc Cic. fam. 16, 17, 2 *Vnde illud tam* ἀκύρου.

¶ Acyrologia, *æ,* f. ἀκυρολογία, improprietas, cum dictio minime propriæ ſignificationis orationi, ceu nubes, inducitur. v. Ilid. 1, 33. e. g. Ter. And. 2, 1, 21 *Nam quod tu ſperas, propulſabo facile:* pro quod tu times. Juvenal. Sat. 4 v. 57 *Iam quartanam ſperantibus agris.* Virgilius Eclog. 7, 7 *Vir gregi ipſe caper.* Idem 8 Æneid. 571 *Multis vidauſſet civibus urbem.* Horatius 1 oda 10, 12 *Viduus pharetra riſit Apollo.* Quæ catachreſeos etiam exempla ſunt, quæ acyrologiæ cognata eſt. Donatus & hoc Terentii ad Acyrologiam retulit in Eun. 5, 9, 59 *Iſti te ignorabant: civiores eſtendi tuos;* id quod ambigue dictum.

ĂD, præpoſitio motui ad aliquid ſubſerviens, zu; ut, apud Ter. Andr. 1, 5, 10 *Ad hec mala hoc mihi accedit etiam.* Ovid. de Arte am. 2, 113 *Forma bonum fragile eſt, quantumque accedit ad annos, Fit minor, & ſpatio carpitur ipſa ſuo.* ¶ 2. Aliquando ſignificat *apud, coram,* bey, vor. Cic. 5 fam. 10 *Ad Cæſarem meam cauſſam agas.* Et pro Ligario c. 10 *Ad judicem ſic agi ſolet.* Similiter uſus Cæſar de B. C. 3, 60; Ter. Heaut. 3, 3, 45; & Andr. 4, 4, 7. Gell. 4, 18 *Cum M. Nevius Trib. pl. accuſaret eum ad populum.* Ita *Cœnare ad aliquem* Idem dixit 19, 7. Sic Nepos 18, 1, 5 *Eum ad manum habuit,* i. e. lecum præſto. ¶ 3. Huc pertinent & illa apud Ciceronem, & quæ ſimilia his apud alios occurrunt, in quibus *πρὸς ad* per *juxta* interpretari liceat, nächſt an. v. gr. Cic. ad Brut. ep. 10 *Bellum ad Mutinam gerebatur.* Suet. Ner. c. 2 *Ad Corſinium captus eſt.* Sic *ad Trojam, ad Cannas* &c. Etiam Elliptice dicimus, *ad Dianæ, ad Veneris,* de *Caſtoris,* id eſt, templum. *Ad urbem accedere, & ad urbem eſſe,* de iis, qui extra pomœrium triumphandi ſpe morabantur. v. Paul. Manut. ad epiſt. fam. Cic. 1 p. 383. Salluſt. Cat. c. 30 *Vtrique ad urbem imperatores erant, impediti, ne triumpharent,* quem ad locum vide Cypr. a Popma p. 156. Adde Aſcon. Pedian. in procem. act. in Verr. Atque hinc Muretus 10 Var. Lect. 20 emendat locum Cæſaris B. Civ. 1, 2 pro: *Pompejusque aderat,* legens, *A. V. erat,* i. e. ad urbem erat. ¶ 4. Suet. Claudio c. 1 *Corpus ad urbem devectum:* ubi Caſaubonus *ad* pro *in* interpretatur. Sic Eutrop. 2, 12 pr. COSS. *ad Africam profecti ſunt:* & c. 14 extr. *Regulus regreſſus ad Africam.* Adde Servium ad illud 1 Æn. pr. *Italiam fato profugus Lavinaque venit Litora.* Plaut. Moſt. 3, 2, 158 *Mihi eſt ad forum negotium,* i. e. in foro. ¶ 5. *Ad* pro *præ,* gegen, in gegenhalt, inſervit comparationibus eleganter, idque per ellipſin, uti videtur. Ter. Eun. 2, 3, 69 *Nihil ad noſtram hanc:* ſubaudi *comparata.* Plane ita & Cic. pro Dejot. c. 3 *Equites non optimos miſit; veteres, credo, Cæſar: Nihil ad tuum optimatum.* Plaut. Capt. 2, 2, 25 *Ad ſapientiam hoque, ille nimius nugator fuit.* Nepos 15, 2, 3 *Atque hec ad noſtram conſuetudinem ſunt levia.* Auſon. in Profeſſ. Burdigal. c. 16 *Et diſputator ad Cleanthen Stoicum,* i. e. eſt, ſubtilitate diſputandi ad Cleanthen accedit, Cleanthi par eſt. Id Profeſſ. Burd. epigr. 20, 7 *Grammatice ad Scaurum atque Probum, promtiſſime Rhetor.* Vid. omnino I. F. Gron. obſ. 4, 6 p. 87. Solinus c. 23 ed. Salmaſ. *Honore & pretio ad ſmaragdos viret,* id eſt, quæ ita viret, ut cum ſmaragdis conferri queat: vel quæ proxime ſmaragdos viret, nam & ita loquebantur. Sic τῷ *ultra* utebantur in iis, quæ excederent: de quo vide ſuo loco. ¶ 6. Elliptica & illa ſunt: *Nihil ad Celium,* Cic. de Leg. 1, 2. Idem Somn. Scip. c. 6 *Nihil ad veſtrum genus:* ſubaudi, *attinet.* Id. pro Balbo c. 16 *Quid id ad civitatem?* was gehet dieſes die ſtadt an? Ita dicimus: *Quid ad me? quid ad te?* Sen. epiſt. 4. Huc & illa Ter. Andr. 3, 2, 1 *Quæ oportent ſigna eſſe ad ſalutem;* Id. Heaut. 1, 2, 33 *Atque hec tamen ad virtutem omnia ſunt,* Donatus refert. Similiter Cæſar B. C. 3, 51 *Alter omnia agere ad præſcriptum: alter ad ſummam rerum conſulere debet:* hoc eſt, quod facere maxime ad ſummam rerum & expedire publice videbatur. Neque enim mutandum aliquid in illis verbis eſt, quod Ciacconio videbatur. ¶ 7. Sic *ad* notans finem vel cauſſam, idem fere valet ac *propter,* wegen. Liv. 2, 17 *Id non tam ad honorem ejus factum, quam ad conſulum ignominiam.* Cæſ. B. C. 2, 32 *Ne ad contumeliam honorem dediſſe videamini;* id eſt, contumeliæ cauſſa. Similiter 3, 11 *Mutatis ad celeritatem jumentis,* id eſt, celeritatis, ſive accelerandi itineris cauſſa. Plaut. Aul. 4, 1, 7 *Hoc ſervi eſſe officium reor, Retinere ad ſalutem.* Vitruv. 10, 22 *Merces ei data ad honorem,* i. e. habendi honoris cauſſa. Cic. fam. 3, 11, 2 *Inſignes ad laudem viri.* Id. 4, 13, 13 *Sum ad inveſtigandum curioſior.* Huc & Terentii illud referre liceat And. 1, 1, 29 *Aut equos alere, aut canes ad venandum,* id eſt, venandi cauſſa. Quamquam Turnebus putet hac ratione adjectivum nomen circumſcribi, *& canes ad venandum* pro *venaticis* dici: quem vide Adverſ. 3, 23: & 23, 6, ubi plura hujusmodi alia notat. Ita enim & Catullus 10, 16 *Ad lecticam homines* pro ſervis lecticariis dixit, ſenftenträger. Liv. 34, 6 *Servos ad remum,* pro remigibus, die ruderknechte. Virg. Æn. 10, 253 *Bijugi ad frena leones,* i. e. frenati. ¶ 8. Pro *quantum ad* vel *quod ad.* Cic. 3 fam. 1, 2 *Ad brevitatem aptior, & ad reliquas res providentius.* Conf. pro Mure. 29 pr. & vid. Broukkh. ad Prop. 2, 8, 7. Ita Cic. ad Att. 8, 11 *Vt mea perſona ſemper ad improborum civium impetus aliquid videretur habere popularе.* ¶ 9. In his, *ad exemplum, ad præſcriptum* &c. ad idem valet quod *ſecundum,* nach. Claudian. 4 Conſ. Hon. v. 300; Cæſ. B. C. 3, 51. Sic Cic. de Amic. c. 5 *Nunquam ego dicam, ad iſtorum normam fuiſſe ſapientes.* Id. Orat. c. 8 *Ad nutum & arbitrium auditorum totum ſe fingere & accommodare.* Id. de Amic. c. 25 *Fallaces ad voluntatem loquuntur omnia, nihil ad veritatem.* Liv. 37, 46 *Ad modum fugientium.* Id. 3, 38 *Ad ſpeciem honoris.* Cæſ. B. C. 3, 48 *Genus radicis ad ſimilitudinem panis efficiebant.* ¶ 10. Etiam pro *contra* vel *adverſus* ponitur, wieder, gegen. Cic. 2 fam. 16 *Obduruit animus ad dolorem.* Virg. Æn. 2, 443 *Clypeosque ad tela ſiniſtra Protecti obiciunt:* ubi *ad* pro *contra* five *adverſum* Servius interpretatur. Cic. pro S. Roſcio c. 40 *Tecti ad alienos eſſe poſſimus.* Plaut. Caſ. 2, 2, 21 *Ita ſuum ad mulieres obtinere.* Sic apud Plinium, Celſum, alios paſſim dicuntur diverſæ ſpecies *ad diverſa morborum genera,* pro *contra* eſſe. Cic. Divin. 1, 7 *Mirari licet, quæ ſint animadverſa a Medicis herbarum genera, quæ radicum ad morſus beſtiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera.* Niſi potius aliquod verbum ſubaudiendum cenſeamus, quod uſum rei indicet: Vt *ad vulnera,* puta ſananda. Talis integra oratio eſt in illa Plinii 20, 3 *Hoc ad albicandam cutem in facie & toto corpore utuntur.* ¶ 11. Ellipſis autem, ut in ſuperioribus, ſic in hoc Ciceroniano eſt ex Verr. 4, 14 *Quo ſolitus eſſet uti ad feſtos dies, ad hoſpitium advertum;* ſubaudi *celebrandum.* Niſi *ad feſtos dies* interpretari velimus, *in feſtis diebus,* auf feſttage. Nam *ad* invenitur & pro *in* poſitum: ut, *ad diem venire, dare, decedere,* Cic. pro Roſc. Am. c. 44; Off. 3, 2. Fam. 2, 17, pro in die dicta, ſeu conſtituta die, auf beſtimmte zeit. Vnde plenius Idem Fam. 16, 10 *ad diem dictam:* & fam. 2, 11 *ad conſtitutam diem.* Id. ad Att. 13, 43, & Liv. 38, 25 *ad tempus redire, venire,* i. e. præſtituto tempore. Cic. pro Cælio c. 28 *Quam volent in conviviis faceti, nonnunquam etiam ad vinum diſerti ſint.* Ovid. 5 Triſt. 3, 4 *Et dicunt laudes ad tua vina ſuas:* id eſt, *in vino,* ut Catullus & Terentius loquuntur: quorum alter & *per vinum;* Horatius vero *inter vina* dicit, od. 6, 2 πρὸς δείπνῳ Græcum, beym Wein, unter dem trincken. Suet. Domit. c. 7 *Ad ſummam quondam ubertatem vini, frumenti vero inopiam,* i. e. in ſumma ubertate, cum ſumma ubertas eſſet. ¶ 12. Inſervit hæc præpoſitio & adverbiis circumſcribendis. Cic. de Amic. c. 1: *Coluntur tyranni duntaxat ad tempus,* i. e. aliquandiu, eine zeitlang. Conſ. Id. Off. 1, 8. Sic *ad præſens,* pro in præſentia, vorjetzo. Plin. 9, 8 *Occidiſſe ad præſens contenti.* Tac. An. 13, 22, 3 *Plautus ad præſens ſilentio transmiſſus eſt.* Sic *Ad liquidum explorata veritas,* i. e. liquide, Liv. 35, 8 *ad infinitum,* infinite, apud Plinium ſæpe; ut 34, 2 *Cum ad infinitum operum pretia creverint:* & 36, 15 *Ad infinitum auxere numerum.* Sic *ad ſubtile,* ſubtiliter Cenſorin. c. 17; *ad certum,* certo, Idem c. 19; *ad perfectum,* perfecte, Hieronym. 2 adv. Pelag. Tom. 3 op. f. 129; & Auguſtin. 11 de Civ. Dei; *ad plenum,* Horat. 1 od. 17, 14 & Virg. 2 Georg. 244. quos in eo & imitatus Vegetius eſt 3, 9. & B. Hieronymus in vita Hilarionis: ubi ſimiliter & *ad purum* dixit. ¶ 13. Poſſis autem hic etiam τὸ *usque* ſubaudire, ut alias ſæpe *ad pro usque ad* ſignificat bis an, bis auf, bis zu. Cæſ. B. Gall. 4, 23 *Ad horam nonam in ancoris expectavit.* Id. B. C. 3, 14 *Quid de ſervis atque liberis omnibus ad impuberes ſupplicium ſumſit.* Cic. de Divin. 1, 28 *Ad lucem dormitare,* ſchlafen bis an hellen morgen. *Ad lucem pugnare,* Liv. 3, 28. Sic Cic. Att. 7, 8 *Ab hora octava ad veſperum ſecreto collocuti ſumus.* Nep. 2, 10, 3 *Ad noſtram memoriam.* Sed Cic. de Cl. orat. c. 13 *Vſque ad hoc tempus.* conf. infra *usque.* ¶ 14. Cognata cum his, quæ circumſcribi diximus, ſunt *ad litteram, ad verbum:* von wort zu wort. *Locum ad litteram ſubjeci,* inquit Fabius 9, 1. Cic. de Fin. 1, 2 *Tabellas latinas ad verbum de græcis expreſſas.*

Ira

Ita *ad ſummam*, pro *in ſumma*, *vel*, ut ſic dicam, *ſummatim*, quod ſæpe ap. Ciceronem occurrit: ut Off. 1, 41; Att. 7, 7; & 10, 4; & 14, 1. kurtz, mit einem wort. Sed *ad ſummam*, längſtens, aufs höchſte, ad tempus & ad numerum refertur: Cic. Att. 3, 12 *Scies eras, ad ſummam perendie.* Id. Att. 13, 21 *Hodie aut ad ſummum eras.* Id. pro Mil. c. 9 *Triduo, ad ſummum quatriduo.* Ibid. c. 5 *Quatuor, ad ſummum quinque inventi.* Id. Fam. 2, 1 *Litteras his ſervo ad ſummum accepi:* ſed ibi Victorium ſequentes omittunt ad. *Ad extremum, ad poſtremum, ad ultimum* pro *denique*, endlich, zuletzt, Cic. Att. 2, 21; Off. 3, 21; Liv. 30, 15; Hirt. B. G. c. 43; Liv. 1, 33 & 53 & 54. Curt. 3, 12, 20, 7, 1, 8; &c. Sed *Homo ad extremum perditus* i. e. omnino, gantz und gar. Liv. 33, 2. Sic *Ad unum omnes*, Cic. de Amic. c. 23; Cæſ. B. C. 3, 27. ¶ 15. In tempore denotando ſumitur & pro *circa*, um. Cæſ. B. C. 1, 3 *Miſſo ad veſperum ſenatu*, id eſt, *ad id dici, ubi jam veſperaverat*, ut loquitur Gellius 17, 8. Sic tempus illud, quod mediam noctem præcedit, *ad mediam noctem* dicebatur. ¶ 16. Similiter & in tempore & in numero exprimendo pro *circiter* uſurpatur. Plaut. Pſeud. 4, 7, 78 *Ad meridiem.* Cic. Somn. Sc. 1 *Ad multam noctem.* Id. Att. 1, 3 *Venias ad id tempus quod ſcribis.* Id. 1, 2 *Nos te hic ad menſem januarium exſpectamus.* conf. 1 Divin. 28 & 46; Cato R. R. c. 161; Varro R. R. 3, 5; Colum. 5, 6. Sed de numero ſine caſu adverbii loco pro *circiter* uſurpatum eſſe patet ex Liv. 28, 36 *Ad octingenti homines cæſi ſunt*, bey nahe 800 mann, conf. Liv. 35, 22, Gronoviique plura exempla ad Liv. 10, 17, & Borrich. Vindic. L. L. p. 200. Sic Cæſar B. G. 2, 33 *Occiſis ad hominum millibus quatuor.* Id. B. C. 3, 53 *Ad duorum millium numero ex Pompejanis occidiſſe reperiebamus.* Vbi ſimiliter & Siſennam locutum ex Nonio Ciacconius obſervat. Suet. Cæſ. c. 20 *Campanum agrum ad XX millibus diviſum.* vid. hic Bernegg. p. 36. Sed cum caſu Plin. 9, 10 *Pariunt ova, avium ovis ſimilia, ad centena numero*, bey hundert an der zahl. Gell. 16, 8 *Adamos maximenatus octo*, er iſt zum höchſten etwa 8 jahr. Plaut. Epid. 2, 3, 11 *Ad quadraginta puto emi poſſe minimo minus.* Per pleonaſmum Ter. Heaut. 1, 1, 93 *Quaſi ad talenta quindecim coëgi.* Similiter & præpoſitione *In* utebantur, de quo ſuo loco. ¶ 17. *Ad* de loco uſurpatum ſignificat *verſus*, gegen. Cic. Divin. 1, 17 *Accius ad meridiem ſpectans conſtitit.* Id. Phil. 12, 2 *Quid ad dextram, quid ad ſiniſtram ſit.* Id. Catil. 2, 8 *Simulacrum ad orientem convertere.* Conf. Varr. R. R. 1, 7. Cæſ. B. C. 3, 105 &c. ¶ 18. *Ad* nonnunquam conſequentiam deſignat. Varr. R. R. 3, 13 *Ad buccinam inflatam convenire*, i. e. poſtquam buccina inflata eſt. Sic *Ad ſtrepitum citharæ*, Horat. 1 epiſt. 2 v. 31, id eſt, interea dum ſtrepitur cithara. Cic. Agrar. 2, 34 *Ad tibicinem immolare*, id eſt, canente tibicine. Virg. Bucol. 1, 57 *Canet frondator ad auras*, id eſt, dum auræ adſpirant. Florus 2, 6, 5 *Ad auditum ſociæ civitatis obſidium.* Apud Liv. 7, 2 *Ad manum cantare hiſtrionibus* eſt geſticulationi hiſtrionum, quæ loquaci manu fiebat, cantando reſpondere, uti notat I. F. Gronov. v. ibi plura. ¶ 19. Nonnunquam Præpoſ. AD omittitur, (ſicut & AB & IN) quando adeſt verbum ex illa compoſitum, ut apud Salluſt. B. Cat. c. 22 pr. *Adigit juſjurandum.* ¶ 20. *Ad hoc*, *ad hæc*, id eſt, præterea, inſuper, über dieſes, zu dem. Liv. 39, 5 *Ad hæc catapultæ &c.* Horat. 1 epiſt. 19, 45 *Ad hæc ego naribus uti Formido.* Vellej. 2, 113 *X. veteranorum millibus: ad hoc magno voluntariorum numero contracto.* conf. Liv. 2, 23; & 7, 12 &c. Flor. 2, 8, 16; 3, 9, 2; &c. Curt. 5, 13, 13; 5, 4, 23; 9, 10, 13. Ita etiam *Ad id* &c. Liv. 3, 62 pr. ¶ 21. *Ad hoc*, pro *ideo*, deswegen. Tac. Hiſt. 1, 48, 2 *Ad hoc tantum maiori fratri prælatus, ut prior occideretur.* Conf. Curt. 3, 11, 11. Simili ratione Petron. c. 55 *Smaragdum ad quam rem viridem prejoſam vitrum?* i. e. cur: in quem uſum. ¶ 22. *Ad* videtur *a* vel *ab* ſignificare in illo Plinii 36, 6 *Acceſſit, ut ad Æthiopas usque peteretur &c.* i. e. ab Æthiopibus. Plura id genus occurrere apud Plinium, obſervat Harduinus. ¶ 23. Malaſpina ad Cic. Att. 7, 16 obſervat, a. d. id eſt *ante diem*, (v. g. *a. d. VI. Kal. Nov.*) ſæpe coaluiſſe vitio librariorum in *a.l*: ipſum *ad* vero cum *die* junctum finem tantum temporis continuati notare. ¶ 24. *Ad* & *a* in compoſitis confundi, monuimus ſupra in *A, ab* n. 23. Reliqua in ipſa lectione melius obſervabuntur: nam patet quam latiſſime hujus præpoſitionis uſus. ¶ 25. *Ad* ſuo caſui interdum poſtponitur. Cic. de N. D. 11, 4 *Senatus quos ad ſoleret, referendum cenſuit.* Sic Tacit. Annal. XII. ¶ 26. *Ad* in compoſitione, intentionem ſæpius ſignificat & in aliam litteram tranſit; ut, *affatim: adprobus, adprimis*, &c. v. Gell. 7, 7. *Adeo*, adv. vide in *Is, ea, id*; *Adeuc*, in *Hic, hæc, hoc*: *Admodum*, in *Modus*; *Adque* in *Atque* ſub *at*; *Adverſus* & *adverſum* in *Verſus*; *Quoad, quoadusque* in *Qui, quæ, quod.*

Adactio, adactus, vide *Ago.*

ADADVNEPHROS, *i*, m. gemma a renibus dicta, Deus & hic colitur Syris, Plin. 37, 11. Adde not. Dalechampii.

Adæque, adæquo, Adæratio, adæro, Adæſtuo, Adaggero, v. *Æquus Æs, Æſtus, Agger.*

ĂDĂGIVM, *ii*, n. ſermo circumambulans &, ex Etymo Feſti, *ad agendum* aptus, ein ſprichwort, gemeiner ſpruch. Plaut. Amph. ſive quisquis auctor eſt ſuſpectæ ſcenæ 3 act. 5 v. 40 *Vetus eſt adagium: fames & mora bilem in naſum conciunt.* Parœmia, Proverbium, idem. Vide de iſtorum uſu Eraſmi prolegomena Chiliadibus præmiſſa, & Voſſ. Inſt. Orat. 4, 9 p. 211 ſqq.

¶ Adägio, *ōnis*, f. idem. Varro de L. L. 6, 3 *Apud Valerium Soranum vetus adagio eſt.* Auſon. Præf. Monoſyll. *Vt, quod per adagionem cæpimus, proverbio finiamus.* Sed addit Varro c. l. *Quod verbum adeo evanuit, ut Græcum παροιμίαι, pro eo poſitum, magis ſit apertum.* Et mox: *AD AGIO, & littera commutata AB AGIO, dicta ab eo, quod ambit orationem.*

ADAM, indecl. & Adämus, *i*, m. primus homo, vi originis ſive *terrenus*, ſive *terra rubea*, ſecundum Hieronymum. v. Iſidor. 7, 6. *Hic poſitus cuſtos Adamus*, Tertull. Geneſ. v. 64; ubi prima longa, quæ & brevis v. 93 &c. *Ex Adam malus atque carnalis*, Auguſt. C. D. 15, 1. Invenitur & genitivus *Adæ*; ut, *peccamen principis Adæ*, Prudent. Apoth. v. 911. Pro peccato ibid. v. 926 *Vetervm anima exuat Adam.*

¶ Adamïäni, *orum*, m. pl. hæretici ſic vocati, quod Adæ imitentur nuditatem, Iſidor. 8, 5.

¶ Adamïtæ, *arum*, m. pl. Adami poſteri vulgo vocantur.

Adalligo, Adamabilis, Adamanteus, &c. vide *Ligo, amo, Adamas.*

ĂDĂMAS, *antis*, m. lapis duriſſimus, ſic dictus a vi ſua indomita ab *α* privativa & *δαμάζω domo*, ich bemant. Plin. 37, 4 *Incudibus adamantes deprehenduntur ita reſpuentes ictum, ut ferrum utrinque diſſultet, incudesque etiam ipſæ diſſiliant. Quippe duritia inenarrabilis eſt, ſimulque ignium victrix natura, & nunquam incaleſcens: unde & nomen indomita vis græca interpretatione accepit: hircino rumpitur ſanguine; neque aliter quam recenti calidoque maceratus - - diſſedet cum magnete lapide in tantum, ut juxta poſitus ferrum non patiatur abſtrahi.* Hæc & multo plura Plinius. Ferro indomitam hujus lapidis virtutem eſſe, falſum eſt. Quippe qui in ſcobem malleo redigi, & in mortario teri piſtillo ferreo poteſt. Et id jamdudum Lipſius ad Sen. de Conſt. Sap. c. 3 ex Garcia obſervavit. Ovid. 4 Triſt. 8, 45

Nil adeo validum eſt, adamas licet alliget illud,
Non ſit ut inferius ſuppoſitamque Deo.

¶ 2. L. Licinius *Adamas* in lapide Gruteri p. 6.

¶ Ädamantinus, *a, um*, adject. von demant. Horat. 1 od. 6, 13 *Mars tunica tectus adamantina*, i. e. lorica, cum adamante magis ſolidam invictamque ſignificat. Nam *adamantinum* vocatur, quidquid durum & inexpugnabile. Conf. 3 oda 24, 5. Heliodorus lib. 4. *τίς ἄτως ἀδαμάντινος ἢ σιδηρᾶς τὴν καρδίαν; quis eſt usque adeo adamantino corde, aut ferreo?*

¶ Ädämantëus, *a, um*, idem. Ovid. Metam. 7, 104

Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant.

Manil. 1, 919 *Atque adamanteis diſcordia vincla catenis.*

¶ Adamantis, *idis*, f. *ἀδαμαντις*, herba magica, ſic dicta, quod & ipſa ſuperari nequeat, Plin. 24, 17; & Apul. de Herb. c. 4.

ADAMĔNON, *i*, n. herba Hyoſciamus dicta, Apul. de Herb. c. 4.

Adamplio, Adamuſſim, Adaperio, Adapto, Adaquo, vide *Amplus, Amuſſis, Pario, Apiſcor, Aqua.*

ĂDARCA, *æ*, f. *ἀδάρκης*, ſalſilago herbis & arundinibus adhærescens, ſchaum am rohr und moß. vid. Reinef. Var. Lect. 3, 18. Plinius ſinapis naturam effectusque eosdem habere tradit. v. 16, 36 f. 66; & 20, 22 f. 88; & 32, 10 f. 52.

ĂDĂSIA, *æ*, f. ovis vetulæ recens partus, Feſt. quaſi *adaxia*, quia præter ætatem adacta ad partum. v. Voſſ. Etym. p. 8. Aliter Dacer.

Adaucto, &c. Adbello, Adbito, vide *Augeo, Bellum, Beto.*

Adclinis, Adcognoſco, Adcopioſus, Adcorporo, Adcredo, vide *Clino, Noſco, Copia, Corpus, Credo.*

ADDAX, *ăcis*, m. animalis nomen contorta cornua habentis, Plin. 11, 37 f. 45 *Strepſiceroti, quem Addacem Africa appellat.*

Addecimo, Addenſo, Addivino, Addormiſco, vide *Decem, Denſus, Deus, Dormio.*

ADDVA, *æ*, m. nobilis fluvius Inſubriæ, qui ex Alpibus per Larium lacum, qui ad Comum eſt, decurrens, in Padum effunditur. *Ἀδδας* græce Straboni l. 5 dictus. Sidonius 1 epiſt. 5 *Vivoſum Lambrum, cæruleum Adduam, velocem Atheſim, pigrum Mincium* &c. Claudian. de conſ. Honor. 6, 196 *Colla levant pulcher Ticinus, & Addua viſu Cæruleus.*

Addubito, Adduplico, vide *Dubius, Duo.*

ĂDELPHI, *orum*, m. pl. Terentii Comœdia, appellata a rebus duorum fratrum: *Ἀδελφοί, fratres.*

¶ Adelphïdes, *um*, f. pl. *ἀδελφίδες*, palmæ ſpecies. *Sapore caryotarum ſorores, ob hoc adelphides dictæ*, Plin. 13, 4.

ĂDĔNES, *um*, f. pl. *ἀδένες*, ſecundum Pollucem 2, 4, 46 ſunt tumores (*ὄγκοι*) inter carnem adipemque conſiſtentes.

Adeo, adv. Adeo, *ire*, Adeona, vide *Is, ea, id, Eo, ire.*

ĂDEPS, *adipis*, c. *πῖαρ*, pinguedo liquida, quæ nequeat facile durari; Nam quæ concreſcit, *ſevum* dicitur, ſchmeer, ut, *Adeps ſuillus*, Plin. 28, 9, & Celſ. 3, 7 *Oryzæ cremor, cum quo recens adeps coëſt. Ipſ. Adipes tenuare, detrahere*, Quintil. 2, 10, id eſt, ad maciem redigere. Colum. 8, 14 *Quæ res ad creandas adipes multum conferunt:* Loquitur autem de farturâ anſerum. ¶ 2. De obeſitate hominis Cic. Cat. 3, 7 *L. Caſſii adipem non pertimeſco*, den i ch dauch, fettwanſt.

¶ Adipiculus, *i*, m. diminut. parvus adeps. Cathol.

¶ Ädipälis, *e*, adject. feiſt, fett. Arnob. 3 p. 115 *Niſi poſſes virorum adipali unguine oblinerentur ab ſponſis.* Etiam Cicero hac voce uſus in Orat. c. 8, ſi ſequimur ed. Argent. A. 1540 p. 199, unde Nizolius hauſit, qui tamen & alterius lectionis mentionem fecit; *Opinum quoddam & tanquam adipale dictionis genus.* Sed Nonius 2, 4; Turnebus Adv. 2, 7; Lauremb. Antiqu. p. 8 legunt, *adipatæ dictionis genus*, quod retinuit & Godofredi aliorumque editio. Calepinus ad Feſtum etiam provocat, qui *adipales cœnas* vocet faceretotum. Sed has fortaſſe citius ap. Plinium 10, 20, & ex Varrone ap. Macrob. Sat. 3, 13 (al. c. 11) reperias. Quamquam utriusque emendatiores codices habent *adjicialem cœnam*, (quam vocem infra quære in compoſitis a *Jacio*:) Perottus autem *dapales cœnas* utroque loco ſubſtituit. Inter eos, qui *adipalem cœnam* ſcribi juberent, videtur & Hermolaus fuiſſe Barbarus. Certe ſic loqui amavit ipſe lib. 12 Ep. Politiani ep. 40 *Invitatus ſum ad convivium, immo ad pontificiam & adipalem cœnam.*

¶ Ädipätus, *a, um*, idem. *Adipatum veteres homeſte pro pingui & ſucculento & opimo poſuerunt*, ait Non. Marcellus, locumque Ciceronis ſubjicit, de quo jam modo diximus, quæ ſatis eſſent. Atque illic quidem uſurpatur metaphorice. De proprio vocis uſu audiendus Soſipater Chariſius, qui 1 p. 73 *adipatum* omni genere dici ait poſſe opus piſtorium, quod adipe conficitur, moxque Lucilium citat, qui *adipatam*, videlicet *pultem*, dixerit. Subſtantive uſus eſt Iuvenalis 6, 630

Livida materno fervent adipata veneno;

Pinguia edulia & ſucculenta, quaſi adipe condita, exponit ibi interpres Ioannes Britannicus.

¶ Adipeus, *a, um*, idem quod *Adipalis.* Hieronym. *Taurina cervix toris adipeis intumeſcens.*

¶ Adipöſus, *a, um*, idem vulgo. Interpretes ſacrarum litterarum etiam pro *divite* uſurpant.

Adeptio, &c. Adequito, Aderro, vide *Apiſcor, Equus, Erro.*

Adesportus, Adeſurio, adeſus, vide *Desporta, Edo.*

Adfaber, adfecto, &c. vide *Affaber* in *Faber*, *Affecto* in *Facio.*

Adgenero, Adgeniculor, Adgrego, vide *Genus, Genu, Grex.*

Adhabito, Adhæſio, Adhamo, Adhibeo, Adhorreſco, Adhoſpito, Adhuc, vide *Habito* in *Habeo, Hæreo, Hamus, Hibeo, Herreo, Hoſpes, Hic, hæc, hoc.*

ĂDĬABĒNE, *es*, f. regio eſt, pars Aſſyriæ trans Meſopotamiam in ortum, Ptolomæo & Straboni. Plin. vero 5, 12 *Vltra Armeniam*, inquit, *Adiabene eſt, Aſſyria ante dicta.* Nomen habet a difficili transitu: nam ἀδιάβατον, *transire* ſignificat, verba ſunt Vadiani ad lib. 1 Pomp. Melæ f. 65, qui & ideo per diphthongum ſcribit *Adiabene*, cum tamen alias paſſim exaratum hoc vocabulum reperias non aliter, quam per vocalem ſimplicem. Quam & Suidas retinet in Ἀδιαβηνή, quamquam ipſe favens alio quin iſti etymo, dictum aſſerens ἀπὸ τοῦ ἀνεπλέως ποτιμως ἐν αὐτῇ, γῆς ὑποχεχεσθαι ποιᾶν τὴν διάβασιν. Adde Euſtath. ad Dionyſ. v. 712 & Codini Orig. CSP. p. 13. Atque ad hunc utcunque circa originem occupatus provocare rectius potuiſſet Vadianus, quam id Amm. Marcellinum. Is enim 23, 20 etymologiam hanc profert qui dem, ſed non probat, mox meliorem ſubſtituens: *Adiabona*, inquit, *Aſſyria priſci temporibus vocitata, longaque adsuetudine ad hoc translata vocabulum ea re, quod inter Oenam & Ligridem ſitus, navigeros fluvios, adiri vado nunquam potuit:* tranſire *enim* διαβαίνειν, *dicimus Græci. Et veteres quidem hoc arbitrantur. Nos autem dilicimus, quod in his terris amnes ſunt duo perpetui, quos & tranſivimus.* Diavas & Adiavas, *junctis navalibus pontibus: ideoque intelligi* Adiabenam *cognominatam.* Cæterum hos duos fluvios alias Zabam majorem & minorem vocari, Græcis item Λύκον καὶ Κάπρον i. e. lupum & aprum, docebit Fullerus, Ammiani etymon probans, Miſcell. 3, 6. Conf. Io. Henr. Maji Notit. Imper. Adiabeni.

¶ Adiabenicus, *a, um*, adject. frequens in cognominibus imperatoris Severi, de quo Sextus Rufus c. 21 *Huic*, inquit, *cognomina ex victoriis quæſita ſunt: nam Parthicus, Adiabenicus, & Arabicus eſt cognominatus.* Adde Inſcript. Gruteri p. 1 & 11 & 22 &c.

¶ Adiabenus, id. Caſſiod. in Chron. *Severus Parthos & Adiabenos ſuperavit.* Spartian. c. 9. Paull. Diac. L. X. p. 302.

Adjaceo, Adjaculatus, vide *Iaceo, Iacio.*

ADIANTVM, *i*, n. ἄδιαντον, herba, frauen-haar. Plin. 22, 21; & 27, 13; & 28, 11. Apul. de Herb. c. 47, 51 & 97. Sunt qui eandem *capillum Veneris*, hoc eſt *rutam parietum* ſeu *muralem* faciunt, ſtein-rauten, mauerrauten. Matthiolus eandem cum *paronychia* relinquit.

Adiaphoria, adiaphoron, vide *Phora.*

ADIATORIX, *igis*, m. Comanus rex tempore Ciceronis, Strab. l. 12. Hinc Iac. Taurellus in Cic. ad fam. 2, 12 legit *ad Adiatorigem*, quem ſequitur Manutius; non, ut plerique alii, *ad Iatorigem* nec *ad Dejotarum.*

ADIATREPSIA, *æ*, f. ἀδιατρεψία, impudentia, pertinacia animi rigidioris, die frechheit, hartnäckigkeit. *Nihil magis in natura ſua laudare ſe ac probare, quam adiatrepſian*, dicebat Caligula ap. Suet. c. 29.

Adjectio, adjicio, &c. Adigo, Adimo, Adimpleo, Adincreſco, Adindo, Adinſtar, Adinvenio, &c. Adipalis, adiparus, Adipiſcor, vide *Iacio, Ago, Emo, Plenus, Creſco, Do, Sto, Venio, Adeps, Apiſcor.*

ĂDIPSOS, *i*, f. Plinio 22, 9 glycyrrhiza vocatur inde quod famem & ſitim ſedet, & hydropicis exhibeatur, ne ſitiant, ab ἀ & δίψα vel δίψος, *ſitis*, ſtillet. ¶ 2. Eidem Plinio 12, 22 *Adipſos* palma eſt in Ægypto, *viridis, odore mali cotonei, nullo intus ligno.*

¶ Adipſatheon, *i*, n. herba, aliis *Eryſiſceptrum*, ſive *Diacheton*, Plin. 24, 13.

Aditialis, Aditio, aditus, &c. Adjumentum, Adjunctio, Adjuto, &c. vide *Adjicialis* in *Iacio, Fo, Iuvo, Iungo, Iuvo.*

Adlaboro, Adlacrymo, Adlenimentum, Adliveſcit, Adlibeſco, vide *Labor, Lacryma, Lenis, Liveo, Libet.*

Admaturo, Admembratim, vide *Maturus, Membrum.*

ADMĒTVS, *i.* m. rex fuit Theſſaliæ, ſeu Pheræorum, cujus armenta exul pavit Apollo, vid. quos laudat Brouck. ad Tib. 2, 3, 11. Vxor ejus Alceſtis, de qua infra. Vide Stobæum in Eclogis Serm. 65 f. 411 ex Muſonio; Val. Max. 4, 6, 1; Eratmum in adagio Κοιμᾶτε μέλος, *Admeti nænia*, Cæl. Rhodig. Lect. antiq. 12, 15. Muret. in 2 Tibull. eleg. 3. ¶ 2. *Admetus* Moloſſorum rex, Corn. Nep. 2, 8, 3.

Adminiculor, &c. Admiratio, Admiſſio, vide *Manus, Miror, Mitto.*

Admoderor, admodulor, admodum, Admœnio, Admotio, Admurmuro, Admurmurio, vide *Modus, Moenia, Moveo, Murmur, Mutilus.*

Adnatio, Adnato, Adnavigo, Adnubilo, Adnullo, Adnuntio, Adnuto, vide *Nascor, No, Navis, Nubes, Vilus, Nuntius, Nuo.*

Adobruo, Adoleſcens, &c. Adoneus, vide *Ruo, Oleo, Adonis.*

ĂDŌNIS, *idis*, m. Ἄδωνις, Cyniræ Cypriorum regis filius, ex Myrrha filia conceptus, Ovid. met 10, 503 ſqq. Veneris delicium, ab ἀδὼν, *gratus*, vel ἄδω, *cano.* Vide Ovid. de Art. am. 1, 75 & in Chiliad. *Adonidis horti*, de rebus ad voluptatem tantum, nullam autem utilitatem comparatis. De horti. ſed. erudita eſt conjectura Huetii in Demonſtr. Evang. Propoſ. 9. c. 383. De Adonide plura & Servius ad Ecl. 10 Virg. v. 18. Profeto ſacrificium ei unquam fuiſſe probat Potter. ad Clem. Alex. p. 29. Add. Selden. de Diis Syris 2, 11 p. 332 ſqq. ¶ 2. *Adonis* piſcis eſt ſaxatilis dormiens: *Exocœtus* dictus etiam, quod in ſiccum ſomni cauſſa exeat, auctoribus Plinio 9, 19, & Oppiano Halieut. 1, 158. ¶ 3. *Adonis* fluvius ex Libano in mare decurrens, de quo Lucian. de Dea Syr. p. 668 ſq.

¶ Adonēus, *a, um*, adject. ad Adonidem pertinens. Auſonius in Monoſyllabis cap. de Cibis: *Cædis Adoneæ mala gloria fulmineus ſus.* Catull. 29, 9 *Columbus Adoneus.*

¶ Adonia, *orum*, n. pl. feſta Adonidi ſacra, de quibus Ammian. 22, 9.

¶ Adonium, *i*, n. ἀδώνιον, ſpecies abrotoni, Plin. 21, 10. ¶ 2. *Adonium* carminis genus apud grammaticos.

Adoperio, Adoppeto, Adoptio, vide *Pario, Peto, Opto.*

ĂDOR, *oris*, m. *farris genus*, korn, rocken, edor *quondam appellatum ab* edendo: *vel quod* uratur, *ut fiat toſtum, unde in ſacrificio mola ſalſa efficitur:* Feſtus. Genitivus exſtat apud Auſon. de Monoſyll. cap. de Cibis: *Mixtus ador, atque adoris de polline pultificium far.* Gannius vero, poeta veteris, | roduit ap. Priſcianum 6 p. 700 *Emicat in nubes nidoribus ardor adoris:* qui tamen & ipſe alibi corripuit. Unde Scaliger exiſtimat veteres *adus adoris* in neutro; & *ador adoris*, in maſculino dixiſſe: ut *decus decoris, decor decoris.* Vide eum ad Feſtum p. 5.

¶ Adoreum, *i*, n. idem Plin. 18, 8; Colum. 2, 6; Pallad. 2 Tit. 1.

¶ Ădōreus, *a, um*, adject. von korn; ut, *Far adoreum*, Varr. R. R. 1, 9. *Adorea liba*, Virg. Æn. 7, 109. *Adorea bellaria*, Stat. 1 Silv. dic. v. 15.

¶ Ădōrea, *æ*, f. ſubſt. omnis ex agris proventus, der jahrwachs. Hæc erat antiquis Romanis *Adorea.* Vnde poſtquam præmium militibus parta victoria frumentum fuit, *adorea* pro laude & gloria accipi cœpta eſt, ut Scaliger Conjecit ad Varron. p. 16 obſervat, preis, ehre. Feſtus ait: *Adoream laudem ſive gloriam dicebant, qui a glori ſum eam putabant eſſe, qui farris copia abundaret*, v. not. Dacerii. Plin. 18, 3 *Gloriam denique ipſam a farris honore, ADOREAM appellabant.* vid. Taubm. ad Plaut. p. 28; & Boxhorn. ad eund. pag. 13. Plaut. Amph. 1, 1, 38 *Præda atque agro adorea quæque aſſecit populares ſuos.* Terentianus Maurus de metris: *Hortantes acuiſſe animum bellantis: ut illos metus habebat, aut propinqua adorea.* Horat. 4 od. 41 *Alma adorea.*

¶ Adorioſus, *a, um*, adoream ſæpe adeptus, berühmt. Gloſſ. lat. gr. *Adorioſus*, ἐνδοξος.

Adoratio, Adordino, Adordior, Adorea, &c. Adorior, Adorno, Adoro, vide *Oro, Ordo, Ordior, Ador, Orior, Orno, Oro.*

Adoxus, Adpario, Adpectoro, Adplumbatus, Adpoſco, Adprecor, Adprimus, Adpugno, vide *Doxa, Pario, Pectus, Plumbum, Poſco, Precis, Prior, Pugna.*

ADRACHNE, *es*, f. ἀδράχνη, arbor bifera, folio nunquam decidente. Plin. 13, 22; & 17, 24; & 16, 22.

Adrado, Adrapidus, vide *Rado, Rapio.*

ADRARHȲZA, *æ*, f. herba, aliis *Ariſtolochia.* Apul. de Herb. c. 19.

ADRASTĒA, *æ*, f. Ἀδράστεια, regio & civitas ejusdem nominis in Troade, ab Adraſto rege Argivorum. vide Strab. 13 p. 404. ¶ 2. *Adraſtea* item vocatur *Nemeſis*, ab eodem, ut volunt quidam, Adraſto rege ſic appellata, quia primus ipſe templum Nemeſi conſtituerit non procul a Thebis, die rache göttin. Ammian. 14, 39 *Adraſtia ultrix facinerum impiorum, bonorumque præmiatrix.* Hinc proverbium; *Adraſtea Nemeſis*, (ſubintellige adeſt,) in eos, qui ſuperbiæ & inſolentiæ, fortuna mutata, dare pœnas videntur. Cui deæ antiquitas pennas addidit, celeritatis ſymbolum, & gubernaculum ac rotam, quia gubernatricem crederent per omnia diſcurrentem. vid. Eraſm. Adag. Ita ap. Lucian. Apophr. p. 448 verentur Adraſteam, qui paupertatem alteri exprobrant. Sed ad nominis rationem quod attinet, aliam Apulejus affert, libro de Mundo p. 75, qui de Græco eſt, quem Ariſtoteli nonnulli tribuunt: *Idem fatum*, inquit, Μοῖραν *vocant, quod ex partibus conſtat. Hinc* Νέμεσιν, *quod unicuique attributio ſua ſit adſcripta. Adraſtea eadem, quaſi inexfugibilis neceſſitas ultionis.* Nempe Ἀδράστος eſt, quem non eſt effugere. ¶ 2. *Adraſtea*: fons Sicyoniæ, apud Pauſanium in Corinth. p. 58. ¶ 3. Mons *Adraſtia* memoratur Plutarcho in Lucullo p. 497; & oppidum Plin. 5, 32.

¶ Adraſtēus, *a, um*, adject. ut, *Adraſtea pallore perfuſus*, Ammianus 14, 38 i. e. ita perterritus, ut quaſi a Nemeſi agitari videatur.

¶ Adraſtus, *i*, m. rex Argivorum, de quo modo dictum eſt ſub *Adraſtea.* ¶ 2. Alius *Adraſtus* peripateticus, patria Philippenſis, qui tres Harmonicorum libros exaravit, teſte Voſſ. c. 59 de Scient. Mathem. p. 345. Hic ille eſt fortaſſe, quem memorat Claudian. Mamert. de Stat. anim. 1, 25 p. 86. ¶ 3. Alium ejusdem nominis peripateticum memorat Voſſ. d. l. p. 346 & plures Ionſius lib. 4 de Script. hiſt. Philoſ. p. 339.

Adria, Adriacus, Adrianus, Adriaticus, Adroro, vide *Hadria, Fos.*

ADRŪMĒTVM, *i*, n. urbs Byzacii in Africa. Nepos 23, 6, 3 *Adrumetum pervenit, quod abeſt a Zama circiter millia paſſuum trecenta.*

Adrumo, vide *Rumor.*

Adſcifco, adſcitus, Adſeneſco, Adſenſor, Adſero, Adſeſſor, vide *Scio, Senex, Sentio, Sero, Sedeo.*

Adſibilo, Adſigno, Adſilio, Adſiſto, Adſitus, Adſolo, vide *Sibilus, Signum, Salio, Siſto, Sero, Solus.*

Adſpecto, &c. Adſpergo, &c. Adſpicio, Adſpiro, &c. Adſpuo, vide *Specio, Spargo, Specio, Spiro, Spuo.*

Adſtantia, Adſtipulor, Adſtituo, Adſtrictio, Adſtruo, Adſtupeo, vide *Sto, Stipula, Statuo, Stringo, Struo, Stupeo.*

Adſuctus, Adſulto, Adſum, Adſurgo, Adſuſpiro, Adtegro, vide *Sugo, Salio, Sum, Surgo, Spiro, Integer.*

ADVATĪCI, *orum*, m. pl. populus Galliæ Belgicæ Cæſari, Eburonibus vicinus. Et quia Ptolemæus *Atuacutum* vel *Atuatucum* lib. 2 c. 9 caput Tungrorum facit, cenſent multi Tungrorum nomen illis poſtea hæſiſſe. Scribitur etiam *Advatici.*

¶ Aduatica, ſive Atvatica, & Atvatuca, *æ*, f. caſtellum Cæſari, haud dubie Atvaticorum, B. G. 6, 31 & 34.

Advecto, &c. Advelo, Advena, &c. Adverbero, Adverſarius, adverſitas, adverſo, Adverſum & adverſus, præp. Adveſperaſcit, Advigilo, vide *Veho, Velum, Venio, Verber, Verſus, Verto, Veſper, Vigil.*

Adulator, adulatorius, &c. quære in *Adulor.*

ĂDŪLOR, *atus, ſum, ari*, ἀπὸ τοῦ ἄδειν, quod illiberalis & ſervilis res ſit adulario, ut vult Valla 5, 66. Sed ab *alludendo*, vel ab *accedendo & ludendo* duci Feſto placet. Ibidem Dacerius monet, in MSS. legi *adulari* pro *adollari*, ut ſit quaſi ad ollam ire, ollam ſectari, quod paraſiti ſolenne. Proprie de canibus dicitur, qui jactatione caudæ, pedum aſſultu gannituque vocis dominis blandiuntur. Vide mox *Adulatio.* Colum. 7, 12 de canibus: *Illi furem quoque adulantur.* ¶ 2. De hominibus igitur ſecundario dicitur, pro *aſſentari*, heucheln, ſchmeicheln. Quemadmodum & Græci τῷ σαίνειν, ita primo de canibus, deinde de quibusvis adulationibus uti ſolent. v. ad Pindarum Olymp. Δ. α. v. 7. Veteres autem hoc verbum cum dandi & cum accuſandi caſu copulaverunt, de quo Raderus ad Curt. f. 118. Nam apud Curt. 4, 1, 19 & 10, 4, 15 legimus *Adulari amicis: regi.* Et Nep. 25, 8, 6 *Adulari potenti.* Hic uſus fuit ævo Quintiliani, qui ipſe 9, 3 ait: *Et huic, non hunc adulari jam dicitur.* conf. ibi Burm. p. 799. Cicero non niſi cum quarto caſu junxit: e. g. de Divin. 2, 2 *Adulari alicujus fortunam.* Sic *plebem adulari* Liv. 23, 4. conf. Tac. An. 16, 19, 4; & Hiſt. 1, 32, 2. Obſervat I. F. Gronov. ad Liv. 9, 18 de προσκυνήσει Perſarum adhiberi hoc verbum, & ex MSS. aliquot locis *adorare* in *adulari* mutat. v. *adulatus.*

¶ Adŭlo, *avi, atum, are*, veteres non minus, quam *Adulor, ari*, uſurparunt; & quidem de canibus Lucret. 5 v. 1072 *Gannitu vocis adulant*, &c. De aquila Cic. Tuſc. qv. 2, 10 in verſu, quem Nonius 1, 87 Accio adſcribit: *Subſidit, ac avolans pronata cauda ad ſpeum adulat ſpiritum:* Sic & Idem Off. 1, 26 *pellices: Cum adulatrices, meretricesque vultu fictoque fletu, ut nos adulari ſinamus.* Et Caſſ. Hemina ap. Gellium.

ſcian. lib. 8 p. 791 *Adulati erant ab inimicis & adhortati.* Val. Maximus etiam 2, 7, 15 *Tribunus militum adulandus erat.* Idem 4, 3 ext. 4 bis dixit: *Adulare Dionyſium.* Auſonius Gratiarum actione. *Tribus non circumvivi: centurias non adulavi.* Mamertinus Paneg. Iuliani c. 20 *Quemque ex cohorte imperatoria & probroſiſſimum adulabant.* Vet. Gloſſ. κολακεύω *Blandio, adulo, adſector, ancillor.*

¶ Adulans, *antis*, Liv. 30, 16 *More adulantium procubuerunt.* De canibus Ovid. Met. 14, 263 *Noſtraque adulantes comitant veſtigia.* Et Gell. 5, 14 *More ac ritu adulantium canum.* Compar. Tertull. adv. Marc. 1, 27 *Quid adulantius, quam delicta non exſequi.*

¶ Adulatus, *a, um*, i. e. humi proſtratus, fußfällig. Val. Max. 4, 7 ext. 2 *Mater Darii more Perſarum adulata.* conf. Id. 6, 3 ext. 2 & Gronoviana obſervatio, quam laudamus in *adulor.*

¶ Adulatio, *onis*, f. die ſchmeichelung, liebkoſung. Nonius 1, 57 *Adulatio eſt blandimentum proprie canum, quod & ad hominis tractum conſuetudine eſt.* Turnebus Adverſ. 2, 9 adulationem *blandimentum caudæ* interpretatur. Cic. Nat. D. 2, 63 *Canum tam fida cuſtodia, tamque amans dominorum adulatio,* &c. ¶ 2. De vitio humano Id. Amic. c. 25 *invanicitiis nulla peſtis eſt major, quam adulatio, blanditiæ, aſſentatio.* Curt. 8, 5, 6 *Adulatio perpetuum malum regum,* &c. Liv. 9, 18 *Deſideratæ humi jacentium adulationes.* v. ibi Gronov. & add. Sen. Qv. nat. 4 præfat.

¶ Adulatus, *us*, m. ſubſt. idem. Gloſſ. vet. *Adulatio* κολακία.

¶ Adulător, *ōris*, m. κόλαξ, ein ſchmeichler, fuchsſchwänzer. Auct. ad Herenn. 4, 21 *Nolo eſſe laudator, nevidear adulator.* Diogenes apud Laertium interrogatus, quænam perniciosiſſime morderet belua? reſpondit, *Ex feris obtrectator, ex cicuribus adulator,* τῶν μὲν ἀγρίων συκοφάντης, τῶν δὲ ἡμέρων κόλαξ. Huc refer lectu digna ex Athenæi lib. 6.

¶ Adulatrix, *icis*, f. Tertull. de Anima c. 51 *Alia eſt ratio pietatis iſtius, non reliquiis animæ adulatrix.* Et Treb. Pollio in Claud. c. 3 *Adulatrices gentes? adulatrices provinciæ?*

¶ Adulatorculus, *i*, m. dimin. parvus adulator, Cathol.

¶ Adulatorius, *a, um*, ſchmeichleriſch; ut, *Dedecus adulatorium*, Tac. 6 An. c. 32 extr.

¶ Adulatorie, adverb. idem. Auguſtinus epiſt. 148 pr. *Si perfunctorie atque adulatorie res agatur.* conf. Nonius 1, 203.

¶ Adulanter, aliud adverbium. Fulgentius Contin. Virg. p. 153 *Vane laudis appetitus falſa adulanter ingeſta, velut propria reputat.*

¶ Adulābilis, *e*, qui blanditiis moveri poteſt, der durch glatte Worte zu gewinnen iſt. Ennius ap. Nonium 2, 669 *Huic eſt animus propitiabilis, ita & adulabilis.* Sed active *Adulabilis fermo, ſententia*, Ammian. 14, 11; & 31, 12.

¶ Inadulabilis, *e*, qui ſe non patitur adulatione corrumpi. Gell. 14, 4 *Iudicem oportet eſſe incorruptum, inadulabilem.*

ĂDVLTER, *ĕri*, m. μοιχὸς, mœchus, ehebrecher. Feſtus: *Adulter & adultera dicuntur, quia & ille ad alteram & hæc ad alterum ſe conferunt.* Ovid. Remed. amor. v. 161

Queritur: Ægiſthus quare ſit factus adulter?
In promtu cauſſa eſt, deſidioſus erat.

¶ 2. Ovid. Art. am. 2, 637 *Cum nominis exſtat adulter,* i. e. qui per mendacium gloriatur de amoribus fœminæ. ¶ 3. In illo Claudian. de Mal. Theod. Conſ. v. 302 *Pardi, Semine permiſto geniti, cum forte leænæ Nobiliorem uterum viridis corrupit adulter,* catachreſis eſt. Nec aliter Plinius 8, 16 de iſtis beluis contra naturam ſe miſcentibus: *Odore pardi coitum ſentit in adultera leo.* ¶ 4. Non ſemper ad violatum fidem conjugalem reſpicit, e. g. Ovid. Her. 20, 8 ubi de juvene ſoluto virgini ſtuprum parante.

¶ Adultĕra, *æ*, f. die ehebrecherin. Horat. 3 oda 3, 25 *Lacænæ adulteræ famoſus hoſpes,* id eſt, Paris Helenæ amator. *Cato nullam adulteram non eandem eſſe venoficam dixit,* Quintil. 5, 11. Adde c. 9; & Plin. modo citatum in *Adulter.*

¶ Adulter, *era, erum*, inſtar veri adjectivi, falſch, verfälſcht, ehebrecheriſch; ut, *Nummus adulter*, Tertull. de Pœnit. c. 6. *Adulteri crines*, Horat. 1 od. 15, 19. Sed Ovid. AA, 3, 643 *Adultera clavis*, i. e. adulterina, ein nachſchlüſſel. Id. Amor. 3, 4, 5 *Mens adultera.* Tac. A. 14, 1, 5 *arte adultera. Adultera culta*, pro vitioſo agro, Prudent. Hamart. v. 216. Et, *Minium adulterum*, id eſt, falſum, adulteratum, Plin. 33, 7.

¶ Adulterio, *ōnis*, m. idem ac *Adulter*, Laberius apud Nonium 2, 12; & ap. Gellium 16, 7 pro *adulterio.*

¶ Adulterium, *i*, n. ehebruch. *Committere adulterium*, Quint. 7, 3 (al. 4); *facere*, Catull. 68, 36. *In adulterio deprehendi*, Cic. de Orat. 2, 68. Adulterium & ſtuprum quid differant, v. L. 6 §. 1 D. ad Legem Iuliam de adulteriis. Quintil. 7, 4 *Adulterium cum aliena uxore domi coire.* ¶ 2. Transtertur ad alia; ut, *Adulteria naturæ*, (auri & argenti) Plin. 9, 40; *mercis*, Id. 19, 3; *arborum*, Id. 17, 1. *Omne falſum adulterium eſt*, inquit Tertull. de Idol. c. 1. Ad Claudianum Barthius p. 176 *Adulterium*, inquit, *permiſtio non congruorum.* Manil. 5, 266 *Vt ſit adulterio ſuccorum gratia major.*

¶ Adulterĭtas, *atis*, f. idem, apud Gellium 16, 7.

¶ Adultĕro, *avi, atum, are*, & Adulteror, *atus ſum, ari*, adulterium committere, adulteriis ſtudere, ehebrechen. Ita enim abſolute uſi ſunt veteres. Cic. Off. 1, 35 *Latrocinari, fraudare, adulterari, ve turpe eſt, ſed dicitur non obſcene*: Deponentialiter. Sed Neutra forma Gell. 10, 23 *Illa te, ſi adulterares, dignito non audevet contingere.* Ceſtius ap. Sen. 3 Controv. 21 *Ergo tibi ſoror, ut honeſtos habeat liberos, adulterandum eſt.* ¶ 2. Active *adulterare aliquam*, eſt per adulterium ſtuprare, ſchänden: quemadmodum non ſemel locutus Suetonius, ut in Cæſ. c. 6, & 48; & Aug. c. 67, cui hoc verbum peculiare hoc quidem uſu, ut obſervat Bernegg. ad loc. priorem in Cæſare. ¶ 3. Per metaphoram corrumpere, & rei ſuam adimere ſinceritatem, fälſchen, verfälſchen. Sic *merces* peregrinæ alius interdum rebus ad ſimilitudinem accedentibus vitiari & corrumpi ſolent. v. Plin. 12, 12. Cic. de amic. c. 25 *Simulatio tollit judicium veri, idque adulterat.* Id. pro Cæc. c. 26 *Ius civile adulteravi pecunia non poteſt.*

¶ Adulteratus, *a, um*, gefälſcht; ut *Adulteratum gummi*, Plin. 19, 3. *Adulteratus nidus*, Id. 10, 9. Sed ¶ 2. *Vxor adulterata*, adulterio corrupta, Suet. Cæſ. c. 48. *Adulterate reliquiæ Gallorum*, i. e. aliena genere mixtæ, Flor. 2, 11, 3.

¶ Adulterator, *ōris*, m. Lege 16 § 9 Dig. de Pœnis: *Adulterator monetæ*, ein falſcher münzer.

¶ Adulteratrix, *icis*, f. *adultera.* Gloſſ. vet. Μοιχαλὶς *adulteratrix.*

¶ Adulteratio, *onis*, f. die verfälſchung. Gloſſ. Cyrilli, *Adulteratio* παξαχάραγμα, ein bey- oder neben-ſchlag falſcher münze: ſicut ibidem *Adulterator*, παξαχαράκτης eſt. Legitur etiam Lemmatis Plinianis, quæ poſt præfationem loco primi Libri vitiuntur, ad lib. 12 n. 20 *In odoribus aut condimentis dicuntur adulterationes.*

¶ Adulterinus, *a, um*, proprie ehebrecheriſch, unächt. Plin. 7, 2 *Adulterino ſanguine nati.* Idem 10, 3 de pullo aquilæ: *Præcipitat ovido velut adulterinum & degenerem.* Apul. Met. 8 p. 202 *Adulterinæ Veneris præceſſi aditus.* ¶ 2. Idem quod fucatus, pro vero aſſimulatus vel ſuppoſitus, κίβδηλος, falſch, verfälſcht, nachgemacht; ut *Adulterina moneta*, falſche münze, ap. ICtos. Cic. Offic. 3, 23 *Nummos adulterinos pro bonis accipere.* Sic *Adulterina clavis*, Salluſt. Iug. c. 12. *Adulterinum ſignum*, id eſt, ſigillum, Liv. 40, 54, & Cic. pro Cluent. c. 14 *Adulterini crines*, v. Act. Erud. Lipſ. Suppl. T. 6 p. 199.

Adultus, Adumbratio, &c. Adunatus, &c. Advocatio, Aduſtus &c. Adynamon, vide *Adoleo* in *Oleo, Vmbra, Vnus, Vox, Vro, Dynamis.*

ADYRMACHIDAE, populus Africæ. vid. ad Sil. 3, 279; 9, 224.

ADYTVM, *i*, n. ἄδυτον, ab *a* & δύω, *ingredior*; ſecundum Servium in Æn. 2, 115 eſt locus ſecretior in templo, ad quem nulli accedere licebat, præterquam ſacerdoti, der chor. Cæſ. de B. C. 3, 125 *Pergami in remotis & occultis templi, quo, præter ſacerdotes, adire fas non eſt, quæ Græci adyta appellant, tympana ſonuerunt.* Virg. Æn. 6, 98

Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages. conf. Id. 2, 15 &c.

Translate Lucret. 1, 735 *Ex adyto cordis reſponſa dedere.*

Æ, Diphthongus, quam veteres per *ai* efferebant; ut, *aulai, Muſai*, v. Feſtum. & Quintil. 1, 7. Velut E pronunciandam videri contra Lipſium oſtendit Rutgerſ. 3 Var. lect. 5. Scribendo eam diſtinguendam cenſet Schurzfleiſch. Orthogr. præf. p. 8, non item in minuſculis compendii & celeritatis cauſſa inventis Cellarius Orthogr. p. 16 ſq. ſed tantum in majuſculis. De Synæreſi in *Phaeton* v. Quintil. 1, 5 & ibi Burm. p. 56; & Voſſ. Art. Gr. 2, 14 p. 198.

Æa, *æ*, f. peninſula & urbs Colchidis, quam Phaſis fluvius præterfluit; Vnde fingunt Poëtæ, Æam venatricem Phaſidis amplexus fugientem in id nominis & loci converſam eſſe, quam Phaſis adhuc præ amore amplectatur. v. Val. Flacc. 5, 425 ſqq; conf. Id. 6, 96; & Plin. 6, 4.

¶ Æeus vel Ææus, *a, um*, idem quod Colchicus, magicus a Medea, Ovid. Am. 1, 8, 5.

Æacides, Æacideius, vide *Æacus.*

ÆACVS, *i*, m. Αἰακὸς, Iovis ex Ægina filius, tertius Iudex cum Minoe & Rhadamantho apud inferos. Ovid. in Ibin v. 187; *Tuasque*

Æacus in pœnas ingenioſus erit.

¶ Æacĭdes, *æ*, m. id eſt, Achilles, Æaci nepos. Peleus enim, Æaci filius Achillis fuit pater. Virgil. 1 Æn. 103

Sævus ubi Æacidæ telo jacet Hector.

¶ 2. Pyrrhus Epiri rex, qui ſe ab Achille ortum prædicabat, in illo noto oraculo, quod ex Ennio laudat Cic. div. 2, 56 *Aio te Æacida Romanos vincere poſſe.*

¶ Æacidēius, *a, um*, adject. Ovid. Metam. 7, 472

Oenopiam Minos petit Æacideia regna.

ÆÆE, *es*, f. Αἰαίη, inſula, de qua ſic Pomp. Mela 2, 7 *Circa Siciliam in Siculo freto eſt Ææe, quam Calypſo habitaſſe dicitur.* vide dubium Cellarii in ejus Geogr. ant. 2, 10 p. 956.

Ææus, *a, um*, adject. Virg. Æn. 3, 386 *Infernique lacus, Ææaque inſulæ Circes.* Servius in h. l. Circejum montem ex Varrone interpretatur, ſicatis paludibus ab inſulæ forma liberatum.

ÆANTIVM, *i*, n. oppidum fuit in Sigæo Troadis promontorio, celebre quondam Ajacis ſepulcro, templo & ſtatua, qui *Æas* a Græcis dicitur Αἴας, genit. Αἴαντος.

ÆAS, *antis*, m. Epiri fluvius ex Macedonia in Ionium mare defluens. Lucan. 6, 361 *Purus in occaſum, ſed parvi gurgitis Æas*

Ionio fluit inde mari. conf. Ovid. Met. 1, 580; Mela 2, 3.

ÆBVRA, *æ*, f. oppidum Hiſpaniæ prope Tagum, Liv. 40, 30 & 33.

Ædepol vide infra *Pollux.*

ÆDES, *is*, f. vel potius Ædis (ſic enim ſingularis hujus nominis habet, quod Ian. Rutgerſius Var. Lect. 6, 12 obſervat, & plurimis Livii exemplis Drakenb. ad IV, 25 probat) quodlibet ædificium qua ſacrum, qua profanum ſignificat, ein gebäude, zimmer. Varro ap. Non. 8, 87 *Hæc ædis, quæ nunc eſt, multis annis poſt facta.* Et Feſtus: *Ædis domicilium in edito poſitum, ſimplex atque unius aditus; ſive ideo Ædis dicitur, quod in ea avium vivatur.* Nam quod nonnulli volunt, *Ædem* in ſingulari non niſi de fano, ſeu templo; *Ædes* in plurali de domo cujusque uſurpari, in eo fruſtra ſunt. Revera enim nullum diſcrimen eſt. Sic Horatius *Glycere ædem* dixit 1 od. 30, 4. Sic Vitruvio 4, 3 *Ædes Dorica* eſt Dorici generis ſtructura. Eidem 5, 1 *Ædes Auguſti, ſpectans medium forum & ædem Iovis.* Servius in 2 Æneid. *Omne ædificium* Ædes *dicitur. Sed Varro locum quatuor angulis concluſum ædem docet vocari debere.* Vet. Gloſſ. *Ædes* ἄνλαι, ναοί. Frequentius tamen ſingulare de ſacra; alterum de qualibet æde uſurpatur, quia templa plerumque uno tantum cavo, aula una, conſtant; domus privatæ in plura conclavia vel œcos ſunt deſcriptæ. Eſt igitur ¶ 1. *Ædis, ædis*, templum, ein tempel. Cic. Cat. 2, 6 *Senatum in ædem Iovis Statoris vocavi*, & Catil. 3, 9 *In ædem Concordiæ.* Vbi notandum, vocem hanc per ellipſin ſæpe ſupprimi; e. g. *Ventum erat ad Veſtæ*, ſcil. *ædem*, Horat. 1 Sat. 9, 35. *Vbi ad Dianæ Veneris*, ſubaudi *ædem*, Ter. Adelph. 4, 2, 43. ¶ 2. *Ædis* apud Curtium 8, 6, 3 partem ædificii ſive cubiculum & n. 13 cœnaculum denotare videtur, ein zimmer, gemach. Huc referre licet locum Plauti Caſ. 3, 5, 31 *Inſectatur omnes domi per ædes* i. e. per conclavia & partes domus parietibus diſtinctas. ¶ 3. *Ædes, ium*, domus tam una quam plures, haus, häuſer. Cic. pro domo c. 44 *Vix pars ædium mearum decima ad Catuli*

li portium accessit. Et ad Q. fratr. 3, 1. 4 *Absolutum offendi in ædibus tuis tectum.* Plaut. Trin 1. 2, 131 *Ædes venales inscribere literis.* Ea autem schedula, sive pittacio, non tantum proscribebantur, seu indicabantur ædes venales, sed una & ipsum pretium significabatur, quo æstimarentur. Quo illud Terentii pertinet Heaut. 1, 1, 92 *Inscripsit illico ædes mercede.* Socrates adolescentes a curiositate rerum ad se nihil pertinentium hoc retrahere solebat Homeri versu Odyss. Δ 392

Ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακῶν τ' ἀγαθῶν τε τέτυκται.

ut Diogenes Laërtius in Vita, Sextus Empiricus lib. 7 contra Mathem. p. 141 & Gellius 14, 6 extr. referunt; quod vulgo vertunt Latino versu: *Ædibus in nostris quæ prava aut recta geruntur*, videndum scil. & attendendum est. ¶ 4. Figurate de apum cellulis Virg. Georg. 4, 258 *Clausis cunctantur in ædibus.* Et per allegoriam vel potius licentiam comicam Plaut. Pseud. 1, 5, 54 *Facis vacivas ædes aurium, mea ut migrare dicta possint, quæ volo.*

¶ Ædicula, æ, f. diminut. ab *Ædis*, ut ab *Apis apicula*, ab *Avis avicula*, parvum templum sive sacellum. Vet. Gl. ναΐσκιον, Ædiculum, *sacellum.* Sic *Æliculam Victoriæ dedicare*, Liv. 35, 9. Et eodem libro c. 41 *Quadrigæ inauratæ in Capitolio positæ in cella Iovis supra fastigium ædiculæ.* Conf. Plin 35, 12 & 36, 5, ubi pro loculamento simulacri ponitur. ¶ 2 *Ædiculæ*, pl parva domus. Ter. Phorm. 4, 3, 58 *Ædiculæ oppositæ sunt pignori.* Cic. Parad. 6, 3 *M. Manilius habuit ædiculas in cœnis.* Et c. 7 *In Clodii ædiculis habitat.* ¶ 3. *Ædicula* pars vel membrum domus. Plaut. Epid. 3, 3, 21 *In ædiculam illanc seorsum concludi volo.* Ita Græce οἰκίσκος.

¶ Ædicilium, *i*, n. ut domicilium, ein haus. Plinio Salmasius it restitutum in Solin. p. 667. *Ædiculum* etiam legitur in pervetusta Rom. Inscriptione.

¶ Ædifico, *avi, atum, are*, construere, bauen. Festus: *Cum sit proprie ædem facere, ponitur tamen pro omni genere constructionis.* Proprie Cic. Off. 1, 39 *Cn. Octavio honori fuisse accepimus, quod præclaram ædificasset in Palatio & plenam dignitatis domum.* Conf. Horat. 1 epist. 1, 100 *Ædificare belle*, Cic. Att. 9, 13; *laute*, Id. de Leg. 2, 1; *eleganter*, Colum. 1, 4. ¶ 2. Veteribus usitatissimi fuerunt hi modi loquendi, *Ædificare navem, classem, hortos*, &c. quæ tamen omnia per ἀκυρολογίαν dicta putant. v. Nep. 2, 2, 2. Cic. c. 4 pro L. Manil. *Posteaquam maximas ædificasset ornassetque classes.* Idem Attico 9, 13 *Cnæus noster Balbo locum, ubi hortos ædificaret, dedit.* Virg. Æneid. 2, 15

Instar montis equum divina Palladis arte Ædificant.

Iuvenal. 6, 502 *Compagibus altum ædificare caput*, de crinium suggestis.

¶ Ædificans, *antis.* Nepos 2, 6, 2 *Ædificantes prohibere.*

¶ Ædificātus, *a, um*; ut, *Carcer ædificatus*, Cic. pro Sulla c. 25 *Vina bona bene que ædificata*, Idem Off. 3, 13.

¶ Ædificatio, *onis*, f. der bau, das bauen. Cic. ad Q. frat. epist. 6 *Ædificationem ad tuum adventum sustentari placebat.* Et in Pison. c. 21 *Immensa & intolerabilis ædificatio.* ¶ 2. *Ædificatio urbis* Ciceroni sunt ipsæ ædes urbis, conjunctim sumtæ. *Portus habet urbis* (Syracusæ) *prope in ædificationes, adspectuque urbis inclusos.*

¶ Ædificatiuncula, æ, f. diminut. Cic. 3 ad Q. frat. epist. 1 c. 2 *Quæsivi ex eo, quid ei de illa ædificatiuncula mandasses.*

¶ Ædificator, *ōris*, m. qui ædificat, der bauherr, baumeister. Cic. N. D. 1, 8 *Ædificator mundi Deus.* Id. de Universo c. 2 *Neque mundo quicquam pulchrius, neque ejus ædificatore præstantius.* Flor. 1, 8, 4 *Ædificator Ancus.* ¶ 2 Item, qui ædificandi quadam libidine tenetur. Nepos Attico c. 13 *Nemo illo minus fuit emax, minus ædificator.* Colum. 1, 5 *Eleganter igitur ædificet agricola, nec fit ædificator.*

¶ Ædifex, *ĭcis*, m. idem quod *ædificator* ap. Tertull. de Idolol. c. 12.

¶ Ædificium, *i*, n. omne quod ædificatum est, ein gebäude. Sic, *Extruere ædificium*, Cic. pro Mil. c. 27. *Ædificiis incensis*, Cæs. 3 Gall. extr. *ædes ædificiaque intra fines regni Antiochi sunt.* Liv. XXXVIII, 38. Reitzius in Miscell. observ. X, 137 ædificii appellationem generalem esse, pro omni opere, ad quemcunque usum extructo. ædem hominum, *Deorumque habitationem notare*, domum proprie humani tantum usus esse, observat.

¶ Ædificiolum, Inscr. Murat. p. 1013, 1430 *Custodiola cum ædificiolo.*

¶ Ædificiāle, *is*, n. idem. Dictys Cret. 5, 12 *Priamus ad aram Iovis ante ædificiale confugit*, i. e. ante ædificium, ante regiam.

¶ Ædificātōrius, *a, um*, ut, *Verbum ædificatorium mortis*, Tertull. de Carne Christi c. 17. Idem de Anima c. 47 *Somnia prophetica, revelatoria, ædificatoria, vocatoria.*

¶ Ædilis, *is*, m. dignitatis & officii nomen erat apud Romanos, ein bauherr, baumeister. Ædilium officium erat, ædes sacras procurare, urbi annonam prospicere, ludos exhibere. Hinc de fabulis Terentianis ab Ædilibus emtis in prologo Eunuchi dicitur. Add. Liv. 6 extr. Cicero ex legibus 12 tabul. de Leg. 3, 3 *Sunto ædiles curatores urbis, annonæ, ludorumque solennium* &c. Adde Suet. Cæs. c. 10. ¶ 1. Antiquissimi *ædiles* erant *plebeii*, velut administri tribunorum plebis, quibus præter cætera etiam hoc muneris erat, ut Senatusconsulta & plebis scita in æde Cereris asservarent. vid. ad l. 2. ff. § 21 de orig. Iur. Liv. 3, 55. ¶ 2. *Ædiles* vero *curules* A. V. C. 387 instituti: cum ludorum sumtibus auctis plebeji oneri ferendo non essent, patrici iautem juvenes illud sibi ultro deposcerent. De horum officio & juribus eo ipso Cicero in Verr. 5, 1 sq. *curules* dicti sunt a *sella curuli*, de qua suo loco. ¶ 3. Denique *Cereales* duos *ædiles* instituit Augustus, qui frumento præessent; ut adeo sex jam essent ædiles, ex patriciis duo curules, reliqui ex plebejis. Nam & *Cereales* ex plebe fuisse, luculenter demonstrat Spanhem. de usu & præst. num. diff. 10. p. 154. qui totum hoc de ædilibus argumentum ex nummis illustravit a p. 143 sqq. conf. Dio l. 43 extr. Torrent. ad Suet. Vesp. c. 2; & Rupert. ad Pompon. Enchir. p. 211 sq. it. 241, 282. Everard. Otto libro singulari.

¶ Ædilitas, *ātis*, f. magistratus ædilium, das baumeisteramt. Plaut. Stich. 2, 2, 29 *Ædilitatem gerit sine populi suffragio.* Cic. div. in Cæcil. c. 22 *Cum ædilitatem petat.* Suet. Claudio c. 38 *Quod in ædilitate contra vetitum collia vendentes multasset.* Et de claris Rhet. c. 6 *Ædilitate fuit.* Et in Cic. Off. 2, 16 *Ædilitatum splendor.*

¶ Ædilītus, *us*, m. eadem dignitas *ut pontificatus*, apud Festum.

¶ Ædilitius, *a, um*, adject. Cic. Off. 2, 16 *P. Crassi functus est ædilitio maximo munere.* Id. in Vatin. c. 7 *Quem ædilitium vides*, id est, functum ædilitate. Eutrop. 5, 6 *Consumserunt* (bellum sociale & civile Marii) *viros ædilitios LX* &c.

¶ Ædītŭmus, *i*, m. *ædis intimus* Festo, custos & tutor ædis sacræ, ein kirchner, küster. Varro R. R. 1, 2 hoc *Æditimi* vocabulum magis probat, quam *Æditui*, quod vult esse recentius. Vide & Gell 12, 10. Nam & Cicero habet Topic. 6, 8. conf. etiam Varro de L. L. 6, 2.

¶ Æditŭus, *i*, m. idem. Plaut. Curc. 1, 3, 48 *Æditum aperire fanum audio.* Cic. Verr. 4, 44 *Fores ædis effringunt, æditui custodesque mature sentiunt.* Exstat in Inscript. passim, & ab Suet. Aug. c. 5. *Ædituus cohortium* in vetere lapide Augustano. ¶ 2. Horat. 2 epist. 1, 229

Sed tamen est operæ pretium cognoscere, quales
Ædituos habeat belli spectata domique Virtus.

Per *ædituos* intelligit Poëtas, qui per res gestas & præclara facta circumducunt lectores, quod in templis faciunt æditimi.

¶ Æditŭens, *entis*, m. idem. Lucret. 6, 1273 & ex eo Gell. 12, 10

Hospitibus loca quæ complerant æditŭentes.

¶ Æditua, æ, f. die kirchnerin, küsterin. Vet. Inscript. apud Fabrettum p. 722 DORIDI ASINII GALLI ÆDITVÆ A DIANA. Et Tertull. de Cultu fœm. 1 *Ejus templi æditua & antistes pudicitia est.*

¶ Æditŭālis, *e*, adj. ut, *Æditualem legem scribere*, Tertul. de Pudic. c. 16.

¶ Æditŭo, *are*, sive Æditŭor, *ari*, æditŭum esse. vid. Nonius 2, 56, & Inscript. Reines. p. 388 ÆDITVAVIT ANNOS XIII.

¶ Æditŭmor, f. Æditumor, *ari*, idem. Ita ex Pomponio Gell. 12, 10 *Tibi appareo atque æditumor in templo tuo.* pro quo in Nonii l. c. *æditŭor.*

Composita:

¶ Anteædificialis, *e*, quod est in aula ante ædificium; ut, *Ara Iovis anteædificialis*, Dictys Cret. 5, 12. Ita aliqui legunt pro *anteædificiale.* v. ibi Obrechti not.

¶ Coædifico, *are*, zusammen bauen. Cic. ad Att. 13, 33 *Campum Martium coædificare.*

¶ Coædificatus, *a, um*: ut, *Loci coædificati vastis* opponuntur. Cic. Partit. c. 10.

¶ Exædifico, *are*, ædificationem absolvere, perficere, ausbauen. Cic. Verr. 5, 19 *Capitolium gratis exædificari atque effici potuit.* Plin. 10, 37 *Super tecta exædificant turres.* ¶ 2. Tralate Cic. de Orat. 1, 35 *Opus institutum exædificare.* Plaut. Trin. 1, 2, 95 *Exædificare incœptam ignaviam.* ¶ 3. At in illo Trin. 5, 2, 3 *Exædificare ex ædibus*, est ejicere ex ædibus, ausjagen; ut *expectorare ex animo*, extra pectus ejicere.

¶ Exædificatus, *a, um*, ut, *Villæ in urbium modum exædificatæ*, Sallust. Cat. c. 12. *Exædificatus mundus*, Cic. Acad. qu. 4, 40. *Hibernacula exædificata*, Liv. 30, 3.

¶ Exædificatio, *onis*, f. die aufbauung. Tralate Cic. de Orat. 2, 15 *Ipsa exædificatio posita est in rebus & verbis.*

¶ Inædifico, *are*, structuris implere, verbauen. Cæs. B. C. 1, 27 *Ne milites oppidum irrumperent, portas obstruit, vicos plateasque inædificat.* ¶ 2. Tralate Sen. Conf. ad Marc. c. 2 *Patiens laboris, quantumcunque imponere illi avunculus, & ut ita dicam, inædificare voluisset, laturus*, darauf bauen.

¶ Inædificatus, *a, um*, hinein gebaut. Liv. 39, 44 *Ædificia in loca publica inædificata immolitave.* Cæs. B. C. 2, 16 *Inædificata in muris ab exercitu mœnia.* Ita Col. 6, 37, 10. Quin huc etiam refero Cic. de Arusp. resp. c. 15 *A Servano sacella suffossa, incensa, inædificata, oppressa*: indicit enim aliud in area sacelli ædificatum.

¶ Inædificatio, *onis*, f. Plaut. Mil 2, 2, 55 *Non placet profecto mihi illa inædificatio*, de eo qui cubitis mentum fulciens, *os columnatum* haberet.

¶ Perædifico, *are*, ædificando perficere, ausbauen. Hinc

¶ Perædificatus, *a, um*, ausgebaut. Columella 4, 3 pr. *Domos extruunt, nec perædificatis cultum adhibent.*

¶ Proædificatus, *a, um*, herfür gebauet. Festus: *Proædificatum dicitur, quod ex privato loco processit in publicum solum.*

¶ Reædifico, *are*, wieder auf bauen. Quod ex Cic. 6 Att. epist. 1 vulgo exemplum promunt, incertum & suspectum est. adi ed. Græv. & ibi notata. Certius est Livii 5, 53 *Quia piget reædificare*, licet & hic meliores codices *ædificare* præferant, notante C. Drakenborchio. Usus & aliquoties est Tertullianus, contra Marc. 5, 3, & de pudicit. c. 20 extr.

¶ Superædifico, *are*, darauf bauen. Paulinus Nolanus epist. 28 n. 2 (ed. Paris. 1685) *Si digna tanto fundamento superædificetur operatio.*

¶ Superædificatio, *onis*, f. die daraufbauung. Tertull. adv. Marc. 5, 6 *Per ignem judicatur vestra superædificatio.*

ÆDON, *ōnis*, f. ἀηδών, luscinia, die nachtigall; ex Græco, Sen. Agam. v. 660 *Non quæ verno nobile carmen Ramo cantat tristis ædon.* Calpurnius ecl. 6, 8 *Vocalem superet si turpis ædona bubo.*

¶ Aëdonius, *a, um*, adject. quod aëdonis est. Lucanus Paneg. ad Pison. v. 257 *Sic & aëdonia superantur voce cicadæ.*

Ædui, Æduicus, vide infra *Hedui.*

ÆĒTES sive Æëta, æ, m. rex Colchorum, Medeæ pater. Ovidius epistola Helenæ ad Paridem v. 231 de Medea:

Non erat Æetes, ad quem despecta rediret.

Idem epistola Helenæ ad Iasonem v. 29

Accipit hospitio juvenes Æeta Pelasgos.

¶ Æētis, *ĭdos*, fœm. Medea. Valer. Flaccus 8, 233

Suscitat adfixam mœstis Æetida curis.

¶ Æētias, *ădis*, f. eadem. Ovidius Metam. 7, 9

Concipit interea validos Æetias ignes.

Æētæus, *a, um*, adj. gentile. Catullus de nuptiis Pelei & Thet. v. 3

Phasidos ad fluctus, & fines Æeteos.

¶ Æētius, *a, um*, idem. Val. Flaccus 8, 379 *Illinc Æetius heros* &c.

ÆGÆ, *arum*, f. pl. Macedoniæ oppidum, ubi occisus Philippus rex, Amyntæ filius, fuit: vid. Nepos 21, 2, 1. Iustin. 7, 2, 3, & alii. Hinc

¶ Ægia, æ, f. vitis a loco nomen habens, Plin. 14, 3.

ÆGÆVM, αἰγαῖον πέλαγος, mare illud magnum inter Græciam Asiamque, insulis abundans, hodie *Archipelago.* Dictum volunt vel a rege *Ægeo* (vide infra *Ægeus*) vel *Scopulo*, qui speciem ostendit αἰγὸς, id est, *capræ*, ut Plinius indicat 4, 9; vel, quæ Festus adjicit, quod crebræ in eo sint insulæ, quæ procul intuentibus αἰγῶν, *caprarum*, speciem præbeant: conf. Varr. R. R. 2, 1; vel ab *Ægæa* Amazonum regina, quæ in eo periit. Drakenborch. ad Sil. 1, 468 derivat ab αἴγες *fluctus*, *procellæ*, quæ in illo mari maxime sentiuntur. Adde Bocharti Geogr. Sacr. Parte 2 lib. 1 c. 13. Horat. 1 ep. 11, 16 *Idcirco navem trans Ægæum mare vendas.*

¶ Ægæon, *ōnis*, a poëtis pro *Ægeo* usurpatum, ut apud Statium Theb. 5 v. 288 *Diis pelagi ventisque & Cycladas Ægæoni.*

Hesychius

Hesychius Αἰγαῖον τὸ περὶ τὰς κυκλάδας πέλαγος, *Ægæon, mare ad Cyclades.* Sic & *Ægon* usurpatum vide in *Ægon* n. 2. ¶ 2. *Ægæon*, etiam Gigantis nomen, qui Briareus alias appellatur. Servius in 10 Æn. (v. 565) *Ægæon qualis, centum cui brachia: Ipse est*, inquit, *qui & Briareus cœli & terræ filius.* Et istum alibi Virgil. (6, 287) *Centumgeminum* appellat. Hesychius: Αἰγαίων ἐναλίων θεός. ὁ δὲ ὁ Ἐριαίεως υἱὸς ὁ Ποσειδῶν. Vid. Salm. ad Solin. p. 125 & Burm. ad Ovid. met. 2, 10.

¶ Ægæus, *a, um*, adjective etiam accipitur; ut, *Neptunus Ægæus* pro mari Ægæo, Virg. 3, En. v. 74. *Ægæum altum*, Æn. 12 v. 365. *Ægeo in gurgite*, Cic. in Arato v. 426.

ÆGALEOS, *i*, m. vel Ægaleum, *i*, n. Atticæ mons e regione Salaminis. Herodot. 8, 90; Thucyd. lib. 2 f. 114. ¶ 2. *Ægaleos*, mons Messeniæ, sub quo Pylus sita, apud Strabonem lib. 8 p. 248.

ÆGATES, m. pl. (non Ægades) insulæ maris Siculi, e regione Lilybæi promontorii, ad quas prœlio bellum Punicum primum fuit compositum. Silius 1, 60 de Hannibale:

Insuper ævi
Flore virens, avet Ægates abolere, parentum
Dedecus, ac Siculo demergere fœdera Ponto.

Adde Corn. Nep. 22, 1, 3; Liv. 21, 10. &c.

ÆGEAE, *arum*, urbs Ciliciæ, cultu Æsculapii nobilis. vid. Burm. ad Sammon. 5 *Qui colis Ægeos* &c.

ÆGER, *a, um*, de corpore & animo dicitur, schwach, krank, ἀσθενής, ἀδύνατος. Ter. Hec. 1, 2, 113 *Ægram esse simulans matrem.* Nepos 1, 7, 5 *Eo tempore æger erat vulneribus.* Curt. 7, 7, 5 *Æger ex vulnere.* Cic. Cat. 1, 11 *Æger morbo gravi*: Et pro Cæl. c. 8 *Medea animo ægra*, schwers muthig, bekümmert; quod etiam *æger animi* dicitur ap. Curt. 4, 3, 11; & Liv. 2, 36. V. Burmann. ad Val. Flacc. III, 365. Drakenb. ad Liv. II, 3, 5. ¶ 2. Sunt præterea elegantes locutiones: *Ægra seges*, Ovid. Fast. 1, 688, saat, die nicht fort will. *Ægræ partes reipubl.* Cic. pro Mil. c. 25. Flor. 3, 17, 9 *Æger rerum motarum*, id est, propter res motas; quod turbassæ rempubl. dolens. Sil. 3, 72 *Ægra timoris Roma.* Id. 13, 52 *Æger delicti.* Superl. *Pjyche ægerrima*, Apul. Met. 6 p. 178.

¶ Ægrum, *i*, n. absolute pro *ægritudine.* Plaut. Amph. 2, 2, 11 *Plus ægri ex abitu viri cepi.* Et Lucret. 5, 172 *Cui nihil accidit ægri.*

¶ Ægre, adverb. pro molestè. Plaut. Casin. 2, 2, 9 *Quid est, quod tuo nunc animo ægre est?* was thut dir wehe? Ter. Adelph. 1, 2, 57 *ægre est*, suppresso casu, quem Hec. 2, 1, 30 expressit: *Ne quid ægre esset mihi.* Pro eo & *ægre pati, ægre ferre* dicitur, übel zu frieden seyn. Ter. Adelph. 1, 2, 63; & Andr. 1, 2, 7. Tac. An. 4, 71, 3 *ægrius accipere*, nicht wohl aufnehmen. *Rem ægerrime ferre*, Sallust. Iug. c. 85. ¶ 2. Interdum idem fere significat quod *difficulter*, kaum, schwerlich, mit genauer noth. Cic. 16 Att. 11 *Ægre me tenui.* Id. Tusc. 4, 37 *Inveterata vitia ægrius depellantur.* Plaut. Asin. 1, 1, 106 *Aquo caveas ægrius.* Sallust. Iug. c. 83 *Omne bellum fumi facile: cetcrum ægerrime desinere.* Adde Cæs. B. G. 1, 13.

¶ Ægreo, *ēre*, antiquum verbum, kranck seyn, kränckeln. Lucret. 3, 837 *Morbis cum corporis ægret.* vid. Turneb. Adv. 30, 10; & Voss. Etym. p. 10.

¶ Ægresco, *ĕre*, ægriorem fieri, kranck werden. Lucret. 5, 350 *Morbis ægrescimus ísdem.* Virg. Æn. 12, 46 *Ægrescitque medendo.* Plin. 20, 12 *Cervi ægrescunt fexagenis diebus siti maxime.* ¶ 2. De animo maxime dicitur, sich kräncken, härmen; ut, *Ægrescere rebus lætis alterius*, Stat. Theb. 2, 16.

¶ Ægrescens, *tis.* Silius 8, 212 *Quid tantum ducis cura ægrescente dolorem.*

¶ Ægritūdo, *inis*, f. animi ægri affectio vel dolor, unmuth, harm, kummer. Ter. Heaut. 3, 1, 13 *Dies adimit ægritudinem hominibus.* Cic. Tusc. 4, 15 *Turbidi animorum motus important ægritudines anxias atque acerbas.* Id. 3, 22 *Culpa contractum malum ægritudinem acriorem facit.* Id. Att. 9, 4 *Totum se ægritudini dedere*, id est, prorsus indulgere. *Ægritudine conjici*, sich zu tode grämen, härmen. Id. Tusc. 3, 12. Sic *Affici, debilitari ægritudine*; & *Ægritudinem lenire, levare, depellere, detrahere, sedare, tollere*, Ciceronis formulæ sunt; Etiam hæc: *In ægritudinem incidere*, Tusc. 3, 9. Ter. Phor. 5, 1, 24 *Matrem ipsam ex ægritudine miseram mors consecuta est*; ubi vel pro animi dolore vel pro corporis affectione exponi potest. ¶ 2. Nam & de corporis ægrotatione apud veteres inventur, ut apud Curtium 3, 5, 10 *Animum ægritudo corporis urgebat.* Vbi tamen alii malunt *animi ægritudo corpus urgebat.* Et Tac. An. 2, 69, 2 *Ægritudo ei accidit.* conf. Flor. 4, 7, 10; Borrich. Vind. L. L. p. 4. trahit huc Cic. Tus. 3, 13. Sed male.

¶ Ægrimōnia, *æ*, f. idem quod *ægritudo animi.* Cic. Att. 12, 38 *Ferrem graviter, si novæ ægrimoniæ locus esset.* Vsus est etiam Horatius Epod. 13, 10; & 17, 73. Sic Plaut. Stich. 3, 1, 5 *Quos affeci ægrimonia*, die ich betrübet. Id. Rud. 4, 4, 146 *Dum absedat a me hæc ægrimonia.*

¶ Ægror, *ōris*, m. pro *ægritudine.* Lucret. 6, 1130 *Venit pecubus balantibus ægror.* adde v. 1257.

¶ Ægrōtus, *a, um*, krank, siech, bettlägerig, de infirma corporis dicitur valetudine; sicut *æger* de animi morbo plerumque. *Ægroto dum anima est, spes esse dicitur*, Cic. ad Att. 9, 10. Sic Horat. 1 ep. 2, 47

Non domus & fundus, non æris acervus & auri,
Ægroto domini deduxit corpore febres.

Respublica ægrota, Cic. Divin. in Verr. c. 23, i. e. laborans, afflicta.

¶ Ægrōto, *avi, atum, are*, kranck seyn. *Leviter ægrotare*, Cic. 1 Off. 24, ein wenig unpäß seyn. *Graviter, gravissime ægrotare*, hart darnieder liegen, Cic. Senect. c. 19; & Fin. 2, 13; *periculose*, Id. Att. 8, 2. Plinius quoque 3 epist. 16 dixit *Mortifere.* ¶ 2. Eleganti tralatione Lucretius 4, 1121 *Languent officia atque ægrotat fama vacillans.* Cui simile illud in Catonis distichis est: *Et res & fama laborat.* Nam *laborare* ægrotos etiam dicimus. Plaut. Trin 1, 2, 34 *In te ægrotant artes antiquæ tuæ.* Plin. 17, 24 *Ægrotant aliquando poma* &c.

¶ Ægrotatio, *onis*, f. corporis est & mentis, die krankheit. Cic. Tusc. 3, 4 *Nomen insaniæ significat mentis ægrotationem & morbum.* Ibidem c. 10 *Ut ægrotatio in corpore, sic ægritudo in animo nomen habet non sejunctum a dolore.* Idem Tusc. 4, 13 *Ægrotationes & morbi animorum difficilius evelli posse putantur.* Hieron. epist. 37 ad Iulian. Diac. *Me jugis tum corporis ægrotatio, quum animæ ægritudo consumpsit.*

¶ Coægresco, *ere*, mitleiden. Tertull. de Anima c. 5 *Corpus animæ afflictæ coægrescit:* Ita Latinius legit, al. *cohærescit.* v. Iunii Not.

¶ Subæger, *a, um*, apud Cellum.

¶ Subægre, adv. idem apud Lucretium.

Ægeria, nympha, vide *Egeria in Gero.*

ÆGESTA, *æ*, f. urbs Siciliæ, quæ & *Segesta* dicta, Græci quoque sine diphthongo Εγέστα scribunt. Vide Stephan. Byz. Festum in *Segesta*, & Salmas. in Solin. f. 78. conf. & infra *Segesta.* Hinc populi *Ægestani, Egestani, Segestani*, apud Plin. & alios. In Ægesta *Æmilius Censorinus* fuit crudelissimus tyrannus. Hic, si quis nova tormenta & inusitatum aliquod cruciandi genus exstruxisset, præcipuis eum muneribus prosequebatur. Quidam igitur Arruncus, *Paterculus* nomine, equum ex ære fabricatum Æmilio donat, ut in eum excruciandos injiceret: Ille autem tum denique ad æquitatis cogitationem conversus, auctorem primum intrusit, Plutarch. in Parallel. sub finem p. 561. H. Steph. Confer huc, quod de *Perillo* scriptores commemorant.

ÆGEVS, dissyllab. *ei*, m. Αἰγεύς, rex Athenarum, Thesei pater ex Aethra conjuge, & Medi ex Medea, ut auctor est Iustinus 2, 6, 14, & 42, 2, 13. Præcipitem se dedit in mare, quod inde *Ægæum* postea appellatum est, ut Hyginus tradit fab. 43. vide supra *Ægæum.*

¶ Ægides, *æ*, m. Theseus. Ovid. Heroid. epist. 4, 59 *Perfidus Ægides, ducentia fila secutus, Curva meæ fugit tecta furoris ope.*

ÆGIALE, *es*, f. Αἰγιάλη, Diomedis uxor. Statius Silv. 5 v. 48

Questa est Ægiale, questa est Melibœa relinqui.

¶ Ægialia, *æ*, f. insula adjacens Ætoliæ, cujus rex fuit Diomedes, Plinio teste 4, 12.

¶ Ægialeus, *ei*, m. Medeæ frater, Iustino 42, 3, 1. Hunc *Absyrtum* alii vocant, de quo supra. Cic. de Nat. D. 3, 19 *Quid hujus Absyrto fratri, qui est apud Pacuvium Ægialeus?*

ÆGIĂLOS, Ægialus, *i*, m. Αἰγιαλός, littus dicitur: unde Achaja, propter urbes in littore ordine dispositas, *Ægialos* vocata fuit, Plinio teste 4, 5. ¶ 2. *Ægialus*, mons Atticæ Solino c. 12. ¶ 3. Promontorium etiam & vicus Paphlagoniæ. Addit plura Steph. Byzantius.

ÆGICHON, *i*, n. gramen, Apul. de Herb. c. 77.

ÆGĬLOPS, *ōpis*, f. αἰγίλωψ, Gen. αἰγίλωπος, Plinio 16, 6 arboris glandiferæ species est. ¶ 2. Rursus & bulbi genus eidem est *Ægilops* 9, 5. ¶ 3. Et *Ægilops* inanis est avena, seu herba hordeum enecans, quam *festucam* Plinius vocat, wilder haber. Frugifera enim avena, qua equi pascuntur, βρόμος (βρῶμος) est Dioscoridi. Quamvis hæc aliis, ipso etiam Theophrasto, interdum confundantur. Plinius 18, 17 *Est herba*, inquit, *quæ cicer enecat & ervum circumligando se, vocatur orobanche: triticum simili modo æra; hordeum festuca, quæ vocatur ægilops*, unkraut in der gerste. ¶ 4. Denique *Ægilops*, seu *ægilopa, æ*, seu *ægilopia*, neut. pl. αἰγιλώπια, tuberculum parvum dicitur in palpebra super locum pilorum, quod a similitudine grani hordeacei a Græcis κριθὴ dicitur, ein gerstenkorn am auge. Cels. 7, 7; & Plin. 35, 6. Hinc

Ægilōpicus, *i*, m. qui ægilope laborat, der ein böses auge hat. Cathol.

ÆGĪNA, *æ*, f. Κεγινα, insula Piræeo, Athenienſium portui, objecta, sive inter Athenas & Epidaurum sita, cujus ambitus 130 secundum Strabonem stadiorum, cum oppido ejusdem nominis: dicta ab *Ægina*, Æaci matre, qui inde cum posteritate sua genus traxit: ut Strabo testatur lib. 8. Appellatam primum fuisse *Oenonen*, Plinius 4, 12, Steph. Byzant. in *Ægina*, Eustathius ad Dionys. Perieg. v. 512 & Tzerza in Lycophr. v. 175, Pausan. in Corinth. f. 48 & alii scripsere. Ovidius *Oenopiam* vocatam prodidit Met. 7, 472, ubi quibusdam videbatur legendum *Oenonem veteres appellavere, sed ipse Æacus Æginam genetricis nomine dixit.* Verum *Oenopiam* retinendum, Pindaro auctore, ostendit L. Balb. ad Val. Fl. 1, 25. *Primum Ægina pueros optimos alit: τὰ πρῶτ' ἀείσης παῖδας Αἴγιν' ἐκτρέφει*, proverbiale est in eos, qui sui dissimiles efficiuntur, & in deterius proficiunt. Pueros enim optimos & virtute præstantes primum Ægina aluit, Achillem, Patroclum, Ajacem & Neoptolemum: postea vero, moribus mutatis in deterius, homines habuit etiam minus præstantes. v. Chiliad.

¶ Ægina, Æsopi fluvii filia a Iove in ignem verso compressa, vel in aquilam. vid. Bur. ad Ovid. Met. 7, 113.

¶ Æginæus, *a, um*, adject. ut *Æginæa mercatura*, pro quæstu ex multis variisque mercibus, eine handthierung mit allerley waare. Et

¶ Æginæa, *orum*, n. plur. pro rerum venalium oneribus miscellaneis, quarum venditores, *Æginæopolæ* dici possunt, v. Cæl. Rhodig. Antiq. 21, 23.

¶ Æginensis, *e*, aliud adject. Æginæ incolæ, eum ob ignaviam & mutatam morum integritatem male coepissent audire, dici consuevit: *Æginenses neque tertii, neque quarti, neque ullo in numero loco-ve.* v. Chil.

¶ Ægīnēta, *æ*, m. subst. pro incola. Cic. Off. 3, 11 *Athenienses scíverunt, ut Ægineti pollices præciderentur.* Æginetas primos argentum signasse, prodidit Ælianus Var. Hist. 12, 20. Numisma eorum χελώνης habuit, hoc est, testudinis imaginem. Hinc factum est, Τὰν ἀθεταν, καὶ τὰν σοφιαν νικᾶτι χελωναι, hoc est, *Virtutem & sapientiam vincunt testudines.* ¶ 2. *Æginetæ* fictoris meminit Plinius 35, 11. ¶ 3. Porro inter medicos clari nominis est *Paulus Æginetæ.* v. Voss. de Philos. c. 13.

¶ Ægīnēticus, *a, um*, adject. ut *Æs Æginēticum*, quod olim in pretio fuit, apud Plinium 34, 2 extr.

Ægiochus vide mox *Ægis.*

ÆGIPAN, *anis*, m. pl. *Ægipānes*, iidem qui *Panes*, quod hoc genus caprinis pedibus fingeretur, Plin. 5, 1 & 8. Plutarchus tamen distinguit, & Αἰγίπανα esse pronunciat, quem Romani *Silvanum* appellarunt. Et hunc a Pane distinguit. Virgilius in illo Georg. 2, v. 494 *Panaque Silvanumque patrem Nymphasque sorores.* Plura Salmasius Exercit. Plin. f. 293, & Isaacus Vossius observ. ad Pomp. Mel. 1, 8 p. 46.

ÆGĪROS, *i*, f. αἴγειρος, populus nigra Dioscor. 1, 98, pappel.

¶ Ægīrinon, *i*, n. αἰγιρῖνον, unguentum ex gemmis populeis, resina & flore turgentibus, ap. Herm. Barbarum.

ÆGIS, *idis*, f. Αἰγίς, multa & incerta nominis hujus significata apud Græcos recenset Eralmus in Prov. *Ægis venit.* ¶ 2. Poëtis scutum

Iovis significat & Palladis, in cujus medio caput erat Medusæ Gorgonis, serpentibus crinium vice terribile. Virg. Æn. 8, 352 *Arcades ipsum*
Credunt se vidisse Iovem, cum sæpe nigrantem
Ægida concuteret, &c.

Et v. 435 *Ægidaque horrificam turbatæ Palladis arma, &c.* Vbi Servius: Ægis *proprie est munimentum pectoris æreum, habens in medio Gorgonis caput: quod munimentum si in pectore Numinis fuerit, Ægis vocatur: si in pectore hominis, sicut in antiquis Imperatorum statuis videmus,* Lorica *dicitur.* Conf. Horat. 1 od. 15, 11; & 3 od. 4, 57. Primo casu Sil. 9, 444 de clypeo Palladis: *Sibilaque horrificis torquet serpentibus ægis.* vid. Brouckhus. ad Propert. 2, 2, 60. ¶ 3. Peculiare lignum, de quo Plin. 16, 39 *Larix fœminam habet, quam Græci vocant ægida, mellei coloris.*

¶ Ægiochus, *i*, αἰγίοχος, Iovis apud poëtas epitheton, v. gr. Homerus Iliad. 2 v. 202 Αἰγιόχοιο Διὸς τέκος, ubi Didymus scholiastes: Αἰγιόχοιο, αἰγίδα ἔχοντος. Αἰγὶς δέ ἐστιν ὅπλον Διὸς ὑφωτότευκτον, *Ægiochi, i. e. ægidem tenentis. Ægis autem est scutum Iovis a Vulcano fabrefactum.* Alii ex pelle caprina nomen deducunt. Lactant. 1, 21 de capella Iovis nutrice: *Hujus capellæ corio usum esse pro scuto Iovem, contra Titanas dimicantem, Musæus auctor est, unde a poëtis αἰγίοχος nominatur.*

¶ Ægisŏnus, *a, um*, i. e. ob Ægidis fonum terribilis. Vocatur Pallas a Val. Flacco 3 v. 88 *Ægisono fera pectore virgo.*

ÆGISTHVS, *i*, m. Αἴγισθος, sic dictus, quod a matre abjectus, uberibus capræ nutritus sit; v. Ælian. V. H. 12, 42. Thyestis fuit filius (unde & *Thyestiadem* Ovidius dixit) ex Pelopea filia Atrei; & Agamemnonis Clytæmnestræ opera interfector: interfectus vero ipse postea rursus est ab Oreste Agamemnonis filio, necem patris ulciscente. Ovid. de Remed. Amor. 1, 161 *Quæritur, Ægisthus quare sit factus adulter?*
In promtu caussa est, desidiosus erat.

¶ 2. *Ægisthum* dixit C. Cæsarem Pompejus, ob adulterium cum uxore sua Mutia, quam ideo Pompejus repudiavit. v. Suet. Cæs. c. 50.

ÆGÍTHALVS, *i*, m. Αἰγίθαλος, avis, quæ latinis *Parus* est, eine meise. Plin. 10, 74. Avis est inimica apibus, Aristot. de Nat. Animal. 8, 3; & 9, 14 & 40. Sed

¶ Ægŏthĕlas, *æ*, c. Αἰγοθήλας, *caprimulgus* est. Gesner.

ÆGÍTHVS, *i*, m. αἴγιθος & αἰγίθος, avis parva, *Salus* dicta, asino hostis, quia ejus rugitu abortit ova, & pulli ex nido excutiuntur. Plin. 10, 74; Aristot. Hist. Anim. 9, 1. Eberus & Peucerus *ægithum* interpretantur, zötscherlin, nisi ea vero *Linaria* rubra est. Gybert. Longolius *ægithum* avem eandem facit curruccæ, eine grasmücke.

ÆGLE, *es*, f. Ἄγλη, nympha Virgilio, Eclog. 6, 21
Ægle Naiadum pulcherrima, candida Nais:
αἴγλη *splendorem* significat. ¶ 2. Fuit etiam una Hesperidum *Ægle*, filia Hesperi, curatrix una cum sororibus hortorum in Mauritania, in quibus aurea mala nascebantur. v. Hygin. proœmio Fab.

¶ Ægles, *æ*, m. athleta Samius fuit, qui cum per omnem ætatem suam mutus fuisset, in sacro tandem certamine, cum in fortitione fraudem committi videret, nimio loquendi desiderio linguæ vinculum rupit, & distincte, quamdiu vixit, locutus est. Gell. 5, 9. Val. Max. 1, 8 ext. 4.

¶ Ægletes, *æ*, m. Apollinis cognomen, quo celebratur in Anaphe insula. Vide Apoll. Argon. lib. 4 v. 1716.

ÆGŎCĔPHALOS, *i*, f. αἰγοκέφαλος, avis a similitudine capitis caprini quasi capriceps, Plin. 11, 37.

ÆGŎCĔRAS, *ātis*, n. fœnum Græcum Plinio est 24 c. ult. quia corniculis semen habeat simile. Vide *Fœn. Græc.* in *Fœnum.*

ÆGŎCĔROS, *ōtis*, m. Αἰγόκερως, *Capricornus* vulgo dicitur, cum rectius *Ibex mas* diceretur, ein steinbock; ex caprarum silvestrium genere in Alpibus, miræ pernicitatis. v. Lucret. 5, 614. ¶ 2. Est & signum cœleste. v. Lucan. 9, 537 *Humidus ægoceros, nec plus leo tollitur urna.* Capricornum enim *humidum, udum, nivosum, aquosum, imbriferum* poëtæ dicunt: ut & *gelidum* & *frigidum.* Quia vero post solis in capricornum ingressum ascendere ille incipit, quemadmodum ascendendo capræ pascuntur; ei signo eadem ratione nomen factum volunt. conf. Hygin. fab. 196.

ÆGŎLĔTHRON, *i*, n. αἰγόλεθρον, herba venenata, ab exitio jumentorum & præcipue caprarum appellata, Plin. 21, 13.

ÆGŎLIOS, *i*, m. αἰγολιός, i. e. ulula, Plin. 1 , 6. Aristot. Hist. An. 9, 17.

ÆGON, *onis*, m. pastoris nomen apud Virgilium ecl. 5, 72
Cantabunt mihi Damœtas & Lyctius Ægon.

¶ 2. *Ægon*, pro *Ægeo mari*, Stat. Theb. 5 v. 55 *Quas spumifer assilit Ægon*, i. e. circumfluit.

ÆGŌNÝCHON, *i*, αἰγώνυχον, herba Plinio 27, 11, eadem quæ *Lithospermon* Plin. 27, 11, & Dioscor. 3, 358. Officinis *Melium Solis* (*Solen* potius, a montibus, in quibus nascitur) dicitur, meerhirsen, steinsamen, perlenkraut, Matthiol.

ÆGOPHTHALMOS, *i*, m. αἰγοφθαλμὸς, gemma; sic ab oculo caprino cognominata Plinio 37, 11.

ÆGOS FLVMEN; vel amnis, vel urbs, in Thraciæ Chersonneso juxta Hellespontum, αἰγὸς ποταμοὶ Græcis. Stephanus: αἰγὸς ποταμοὶ, πόλις ἐν τῷ ἑλλησπόντῳ, *Ægos fluvii urbs in Hellesponto.* Et ita Græci plerumque in multitudinis numero vocant, ut Xenophon, Plutarchus, Diodorus: at Latini in singulari numero *Ægos flumen* appellant: ut Plin. 2, 58; & 4, 10; Mela 2, 2. Nepos 6, 1, 4; 7, 8, 1; 9, 1, 2. Cæterum *Ægos* non primum casum, sed genitivum esse, Græci auctores satis indicant. Ad oppidum istud lapidem e cœlo casurum Anaxagoras prædixit, quod & accidit. v. Plin. 2, 58. Fregit postea apud hunc fluvium Lysander classem Atticam, Athenisque maxima ex parte dirutis, triginta imposuit tyrannos. v. Plutarch. & Nepos 6, 1, 4.

Ægre, ægresco, ægrimonia, ægritudo, ægroto, vide *Æger.*

ÆGYPSVS, *i*, m. Getica urbs ad ripam Danubii, quam describit Ovid. Pont. 1, 8, 11; & 4, , 21.

ÆGYPTA, *æ*, m. Ciceronis libertus fuit, cujus meminit ipse lib. 16 famil. ep. 15 (vulg. 13) & ad Att. 8 epist. 15 pr.

ÆGYPTILLA, *æ* f. gemma in nigra radice cærulea, Plin. 37, 10. Isid. 16, 11.

ÆGYPTVS, *i*, m. Αἴγυπτος, filius fuit Beli Babyloniorum regis, Danai frater, cui L. fuerunt filiæ, ut fratri filii totidem; de quorum nuptiis vide in *Danaus* ex Hygin. Fab. 168. Ægyptus tandem, Danao expulso, Ægypti regnum tenuit, atque ex suo nomine regionem illam appellavit.

¶ Ægyptus, *i*, f. regio, dicta antea *Aeria*, a fusco & caliginoso aëre, Nili scilicet, Stephano & Gellio 14, 6 auctoribus. Hesychius ab *Ægypto* amne, qui *Nilus* postea appellatus fuit, dictam *Ægyptum* putat; alii ab *Coptos* antiqua urbe, & ος, quod Ebraïs insulam & regionem, ut Græcorum αἶα, sonat. De Ægypti situ, fertilitate, incolarum præterea ingenio, institutisque ac moribus, plura Isocrates in Busiride, ubi præcipue solertiam gentis commendat: de fertilitate & urbium multitudine Theocritus Eidyll. 17 v. 79 & sqq. Vide in primis Herodot. 2 & Ammian. 22, 40 sq. ubi & religionem describit; quam superstitiosam perquam & tam immanem atque crudelem, quam fœdam atque ridiculam habuere, de qua multa Juvenal. Sat. 15. & quos laudat Elmenhorst. ad Arnob. 1 p. 15 sq. *Ventosam & insolentem nationem* Plinius vocat Paneg. Trajani c. 21; *Gentem non fidam* Lucanus 5, 58. *Imbelle atque inutile vulgus* Juvenal. 15, 124. *Fallacem gentem, semperque alia cogitantem, alia simulantem,* Hirtius B. Alex. c. 24. *Vanam gentem & novandis, quam gerendis rebus aptiorem,* Curt. 4, 1, 30. Quæ omnia in compendio quasi complexus est Vopiscus in Saturnino c. 8, ubi & de studiis refert, quibus maxime delectati Ægyptii fuere. Vide & Treb. Pollionem 30 Tyrannis, in Æmiliano, & in Chiliad. *Ægyptii machinarum artifices.* Macrobius Sat. 1, 12 Ægyptum vocat *artium matrem.* Idem de Somn. Scip. 1, 19 Ægyptios appellat *omnium philosophiæ disciplinarum parentes.* Et c. 21 *eos,* ait, *primos omnium cælum servatari & metiri ausos.* De dicacitate eorum & in cavillos solerti ingenio v. Seneca ad Helviam sub fin. & Herodianus 4, 9. De invidia, qua nemini dogmata, & disciplinas suas communicabant, Beroald. 37. Annot. Tom. 1. Thesaur. Critici Grut. p. 213. De Ægypto & Ægyptiis rebus præclara multa congessit Barthius ad Claud. p. 129 sq. Plura Rich. Pocockius in Itiner. Orient. T. 1. ¶ 2. *Ægyptus* notat locum quemlibet ærumnosum. vid. Barth. ad Claudian. Mamert. p. 450.

¶ Ægyptius, plur. Ægyptii, subst. die Egyptier. Ægyptios, præsertim Alexandrinos, astutos fuisse & fallaces, probat Cæl. Rhodig. 9, 3. Adde dicta in *Ægyptus.* ¶ 2. *Ægyptius* nonnunquam Latinis, nec non Græcis, niger, seu fuscus est. Vide Scal. ad Fest. Inde intelligendum illud Suetonii Calig. c. 57 *Pavabatur & in nucem ſp. fucandum, quo argumenta inferorum per Ægyptios & Æthiopes explicarentur.*

¶ Ægyptius, *a, um*, adject. egyptisch, ut, *Ægyptium mare*, Flor. 3, 6, 9; Plin. 5, 1. *Ægyptia ficus*, Idem 13, 7. *Ægyptia classis*, Nepos 12, 2, 3. *Ægyptium velamen*, Aur. Vict. vir. ill. c. 77. *Ægyptium templum*, adagium de eo, quod forinsecus nitet, introrsum fœtet, v. Cæl. Rhod. 9, 5.

¶ Ægyptiacus, *a, um*, idem ac *Ægyptius.* Plinius 6, 28 pr. *Ad mare nostrum litusque Ægyptiacum.*

¶ Ægyptiace, adverb. Trebell. Pollio in Zenobia: *Loquebatur Ægyptiace ad perfectam modum.*

ÆLIA, *æ*, f. Αἰλία, urbs Palæstinæ, colonia Romanorum ab Ælio Adriano condita, a cujus ingressu etiam Iudæos exercuit. A tempore autem Constantini M. etiam *Hierosolyma* vocari cœpit, cum revera esset Ælia, non Hierusalem. v. Eusebius Hist. Eccl. 4, 6. Ios. Scalig. Animadv. Eusseb. p. 217. Spanhem. de V. & P. Numismat. T. II. *Ælium Capitolinam* ex Dione Xiphilinus in Adriano vocat.

ÆLIANVS, *i*, m. Αἰλιανὸς, sophista Romanus fuit, Pausaniæ auditor sub Adriano principe. Scripsit Græce libros 16 historiæ animalium, & 14 historiæ variæ, plenos doctrina variarumque rerum cognitione. ¶ 2. *Ælianus Maccius*, Italus medicus, theriaca conservandi contra pestem homines auctor fuit. Galen. de usu ther.

ÆLIVS, *i*, m. *Æliorum* familia Romæ numerosa fuit, virtute quam fortuna celebrior: pauperrima enim fuit. Claudianus in Laude Serenæ v. 56 *Series his fontibus Ælia fluxit*, hoc est, familia. ¶ 2. *Ælius Catus* cibum ex fictilibus cepit, & missa sibi ab Ætolis vasa argentea recusavit. De hoc Ennius apud Ciceronem Tusc. 1, 9 *Egregie cordatus homo Catus Ælius Sextus.* ¶ 3. *Ælius Gallus* Arabiam felicem subegit Romanis sub Augusto. Ejus amicitia Strabo Geographus usus est, & cum eo Nilum navigavit, totamque fere Ægyptum lustravit. ¶ 4. *L. Ælius Grammaticus* cognomine duplici fuit, *Præconini* & *Stilonis. Præconinus* appellatus fuit, quod pater ejus Præconium fecerat: *Stilo*, quod orationes nobilissimo cuique scriberet. v. Suet. de Grammat. illustr. c. 3; Gell. 2, 21; & Burm. ad Quintil. 1, 6 p. 81. ¶ 5. *Ælius* alius *Mantia Formianus*: de quo Val. Max. 6, 2, 8. ¶ 6. *Ælius Melissus* Grammaticus scripsit de loquendi proprietate: de hoc Gell. 18, 6. ¶ 7. *Ælius Prætor*, de quo Valer. 5, 6, 4. ¶ 8. *Ælius Tubero*, cujus in Bruto c. 31 Cicero meminit, & in Orat. pro Muræna c. 36. ¶ 9. *Ælius Tuberonis* nepos accusator Ligarii fuit, quem Cicero luculenta oratione defendit. ¶ 10. *Ælius Verus* Imperator, de quo Spartianus. ¶ 11. *Ælius Donatus* grammaticus, præceptor fuit D. Hieronymi. Distinguendi sunt Ælii ab Helviis, auctore Rupert. ad Pomponii Enchirid. p. 356. ubi tabulam quoque Æliorum genealogicam exhibet p. 346 seq.

¶ Ælius, *a, um*, adj. ut, *Lex Ælia*, sæpius apud Cic. e. g. Att. 1, 16; & 2, 9.

AELLO, f. tribus syllab. Ἄελλώ, ut, *Sapphûs*, una est Harpyiarum trium; reliquæ duæ *Ocypete* sunt & *Celæno*, Servio auctore in Æneid. 3, 209. *Aello* a turbine dicitur seu procella. Sic enim cum impetu turbulento Harpyias irruere Val. Flacc. scripsit 4 Argonaut. v. 450
Harpyiæ semper mea pabula servant,
Fallere quas nusquam misero locus: illicet omnes
Deveniant niger intorto ceu turbine nimbus.

¶ 2. Est & inter canes Actæonis Ovid. Met. 3, 220 & *cursu fortis Aëllo.*

ÆLVRVS, *i*, m. αἴλουρος, Latine *felis*, die katze. Vocem deducunt ab αἰόλλειν τὴν οὐρὰν, quod variet & moveat caudam. Gell. 20, 7 *Æluros oculi ad vices lunæ aut ampliores sunt, aut minores.* Plutarch. in præcept. connubialibus, τὸν αἴλουρον ὀδμῇ μύρων ἐκταράττεσθαι καὶ μαίνεσθαι λέγουσιν, hoc est, *felem odore unguentorum turbari & furere dicunt.*

ÆMÝDVS, *a, um*, adject. apud Festum & in Glossi. Isidori est *tumidus, inflatus*, scil. ex copia sanguinis, qui græce αἷμα dicitur.

ÆMÝLIVS, *i*, m. gentile nomen Romanorum, in quo Latinorum i lapides Capitolini & cuncta antiquitatis monumenta ostentant, quanquam in Græcorum libris utplurimum est Αἰμύλιος. Æmiliorum nomen Plutarchus in Numa p. 65 & principio vitæ Æmilii Pauli a Pythagoræ filio Mamerco duxit, cui Æmilii cognomen διὰ αἰμυλίαν λόγου καὶ χάριν, *propter dicendi leporem & venustatem* hæserit: unde Numa, discipulus Pythagoræ, alicui ex quatuor filiis suis nomen Mamerci impositurit, cum quo & cognomen transierit ad Romanos. Multi clari Æmilii fuerunt, Paulus Macedoniæ victor, Scaurus, Mamercus, Porcina, Lepidus triumvir

vir & alii, de quibus paſſim in hiſtoriis. ¶ 2. De Æmilio tyranno v. in *Ægeſta*.

¶ Æmilius, *a, um*, adject. Propertius 3 eleg. 3 de Ennio poëta: *Et cecinit Cariosfratres, & Horatia pila, Regiaque Æmilia vectha tropæa rate*, i. e. Pauli Æmilii, Perſeo Macedonum rege in triumphum ducto, ut ibi interpretatur Livinejus. ¶ 2. *Æmiliæ viæ*, quas Æmilius Scaurus, & M. Æmilius Lepidus ſtraverunt. Ab Arimino per partes Adriano mari ſubjectas ferebant, & ipſa regio, quam via illa tangebat, dicta erat *Æmilia*, præſertim apud ævi poſterioris ſcriptores, ſicut altera huic contermina, *Flaminia*. Vide Geogr. ¶ 3. *Æmilia*, nomen quoque fœmineum apud Tacitum & alios.

¶ Æmiliānus, *i*, ut *Scipio Æmilianus*, Scipio Africanus minor, qui ex Æmiliorum familia per adoptionem familiæ Scipionum inſertus fuit. Adoptati enim ut nomina adoptantis adſumunt, ita ex prioribus ſeu patriis aliquod retinent diſcriminis cauſſa, ſed leviter immutatum, aut ſyllaba auctum, quemadmodum *Octavius* poſt adoptionem *Octavianus* appellatus fuit. Dio Caſſ. lib. 46 p. 322 conſulatur.

¶ *Æmiliani*, (horti) vel *Æmiliana* (prata) extra urbem, ſub ea tamen fuiſſe debent. Varr. de RR. 3, 2, 6.

ÆMON, vide *Hæmon*.

ÆMŌNIA, *æ*, f. Αἰμονία, (ſcribunt & *Hæmonia*) Græcia ab *Æmo* Theſſaliæ monte dicta fuit ante regem Græcum, qui *Æmoniæ* nomen mutavit, & a ſuo nomine *Græciam* dixit, ut Plinius auctor eſt 4, 7. Proprie Theſſalia eſt.

¶ Æmŏnius, *a, um*, adject. nomen frequens eſt apud Ovidium, ut *Terra Æmonia*, de Remed. v. 249. *Iuvenis Æmonius*, pro Jaſone, Met. 7, 132. *Æmoniæ artes*, id eſt, magicæ, quibus Theſſali infames fuerunt, de Arte am. 2, 99. *Æmonius equus*, i. e. Theſſalicus Achillis, Triſt. 3, 11, 28.

¶ Æmŏnis, *idis*, f. Laodamia vocatur Ovid. Her. 13, 2. h. e. Græca.

¶ Æmŏnides, *æ*, m. viri proprium apud Virg. Æn. 10, 537

Nec procul Æmonides Phœbi Triviæque ſacerdos &c.

ÆMŬLOR, *atus, ſum, ari*, (ζηλόω, ζηλοτυπέω) eifern, nacheifern, nachahmen. Plus eſt quam *imitari*: Qui *imitatur*, ſequitur exemplum alterius, ſatis habens, ſi aliqua ſimilis ſaltem ei, quem imitatur, eſſe poſſit; qui *æmulatur*, ita ſequitur & imitatur alterius rem, ut æquare, vel ſuperare etiam ſtudeat, majoremque adeo, ſi poſſit, ex ea gloriam ac laudem ſibi conficiat. Sed quia ad hoc ſtudium ſæpius livor atque invidia accedit, idcirco tam in bonam, quam malam partem hoc verbum uſurpatur, & ſæpe adeo pro *invidere*, & ideo *concertare*, ponitur. Non raro vel nihil aliud quam *imitari* & *ſequi*, vel *factari* ſignificat, Plaut. Mil. Glor. III, 2, 26 *Quoniam æmulari non licet, nunc invides*. Cic. pro Plancio c. 26 *Ut omnes opus urbis inſtituta laudare facilius poſſint, quam æmulari*. Nep. 15, 5, 6 *Agamemnonem æmulari*. Horat. 4, od. 2 1 *Pindarum quisquis ſtudet æmulari*. Quintil. 10, 2 *Triſtes & jejuni Pollionem æmulantur*. Tac. Hiſt. 3, 81, 1 *Studium Philoſophiæ, & placita Stoicorum æmulatus*: id eſt, ſecutus eſt: nam & ſic diſcipuli magiſtrum *æmulari* dicuntur, cum aſſectantur. conf. Plin. 4 epiſt. 8, 3. ¶ 2. De contentioſa imitatione, non reprehendenda tamen, uſus hoc verbo eſt Plin. 7 ep. 30 *Orationem Demoſthenis habui in manibus, non ut æmularer, (improbum enim ac pene furioſum) ſed tamen imitarer & ſequerer*. Quintil. 1, 3 *Sunt nonnulli acuendis puerorum ingeniis non inutiles luſus: cum poſitis invicem cujuscunque generis quæſtiunculis æmulantur*. ¶ 3. De invidioſa contentione. Liv. 28, 43 *Tanquam mihi ab infimo quoque periculum ſit, ne mecum æmuletur*. Vbi nota conſtructionem cum ſexto caſu. Cicero cum dativo ita junxit, Tuſc. 1, 19 *Solemus eo magis incendi, quod iis æmulemur, qui ea habeant, quæ nos habere cupiamus*. Quintil. 10, 1 *Conſummati jam patroni veteribus æmulantur* Iuſtin. 6, 9, 2 *Amiſſo, cui æmulari conſueverant, in ſegnitiem torporemque reſoluti*.

¶ Æmulo, *are*, antique activa forma, idem. Apul. Met. 1 p. 149 *Patris tui virtutes æmulaveris*.

¶ Æmulans, *tis*, Cic. Tuſc. 4, 20 *Æmulantis eſt alieno bono, quod ipſe non habeat*, &c. Contradiſtinguitur *obtrectanti*. Liv. 1, 18 *Pythagoram in ultima Italiæ ora juvenum æmulantium cœtus habuiſſe conſtat*.

¶ Æmulanter, adverb. eiferig, mit eifer. Tertull. adv. Hæret. c. 40 *Diabolus res tam æmulanter affectavit exprimere in negotiis idolatriæ*.

¶ Æmulatio, *ōnis*, f. ζῆλος, eifer, nacheiferung, nachfolgung. Eſt & hæc duplex: ad laudem altera, altera ad culpam. Cic Tuſc. 4, 8 Æmulatio *dupliciter illa quidem dicitur, ut & in laude, & in vitio nomen hoc ſit: nam & imitatio virtutis, æmulatio dicitur: & eſt æmulatio ægritudo, ſi eo, quod quis concupierit, alius potiatur, ipſe careat*. Quintil. 1, 2 *Firmiores in literis profectus alit æmulatio*. v. ibi plura de æmulatione ſtudiorum in ſchola p. 30 ſq. Paterculi verba ſunt 1, 17, 6 *Alit æmulatio ingenia: & nunc invidia, nunc admiratio imitationem accendit*. Ex quibus vides diverſas æmulationis cauſas. Alterius, admiratio eſt illius, quod pulchrum atque eximium habemus, & itaque aſſequi cupimus; alterius invidia & dolor ex bono & pulchro, quod penes alium eſſe videmus, nosque aſſequi deſperamus. Itaque cum degenerat æmulatio, mera invidia ac obtrectatio eſt: quæ ζηλοτυπία Græcis, ut Tullius auctor eſt. Hinc illud Phædri 2, 10, 7 *Non hoc invidia, verum eſt æmulatio*. Nepos in Attico c. 5, 4 *Efficiebat, ut, inter quos tantæ laudis eſſet æmulatio*, (& Cicero & Hortenſius, de quibus intelligit, eloquentiæ principatum affectabant) *nulla intercederet obtrectatio*. Plin. Paneg. c. 84 *Nihil eſt tam pronum ad ſimultates, quam æmulatio, in fœminis præſertim. Ea porro maxime naſcitur ex conjunctione, alitur æqualitate, exardeſcit invidia, cujus finis eſt odium*. Tac. 3 Hiſt. 38, 6 *Ille infenſus Bleſo æmulatione prava*. Petron. c. 99 *Neque in amantium eſſe poteſtate furioſum æmulationem*. Nempe ζηλοτυπίαν ſignificat: quæ *pellicatus, pellicatio* in Vet. Gloſſ. interpretatur.

¶ Æmulatus, *us*, m. idem. Tac. 13 An. 46, 5 *Otho, ne in urbe æmulatio ageret, provinciæ Luſitaniæ præficitur*. Idem 3 Hiſt. 66, 5 *Exſtincto æmulatu*.

¶ Æmulāmentum, *i*, n. ein exempel, eine anreitzung. Tertull. S. Cyprian. adv. Marc. 4, 1 *Quapropter merito nos æmulamenta locuti*: ubi antepenultima perperam corripitur.

¶ Æmulātor, *ōris*, m. qui æmulatur, tam ad laudem, quam ad vitium, ζηλωτής, der mit einem eifert. Cic. 2 ad Att. 1 *Quod Sicyonii te laudant, Catoni & ejus æmulatori Servilio attribuas*. Vbi *Æmulator* eſt imitandi ſtudioſus. Pro eo frequentius eſt

¶ Æmulus, *i*, m ſubſtantive, ſectator, imitator, ein eiferer. nachfolger. Cic. pro Marcello c. 1 *Illo æmulo ac imitatore ſtudiorum ac laborum meorum, quaſi quodam ſocio ac comite diſparato*. Sic *Æmulus regni, imperii*, Curt. 5, 7, 2; & Iuſtin. 11, 2, 3; der um den vorzug ſtreitet. *Æmuli Brutorum*, Tac. 16 Ann. 22, 9; qui & cum dativo conſtruxit Ann. 13, 3, 5 *Dictator Cæſar ſummis oratoribus æmulus*. Salluſtius cum accuſativo frag. hiſt. 3 p. 978 Cort. *Facta conſultaque* Alexandri *æmulus erat* Pompejus. Sed Apul. 1 Met. p. 103 *In convivas æmulus*, id eſt, qui avidius vorat, & timet, ne illi ſe plus edant. Eodem libro p. 111 *Æmulus in colorem*. ¶ 2. Obtrectator & invidus, ein genner, widerſacher, neider. Virg. Æn. de Miſeno 6, 173 *Æmulus exceptum Triton (ſi credere dignum eſt) Inter ſaxa virum ſpumoſa immerſerat unda*.

Iterum Tac. Ann. 3, 8, 1 *Piſo Druſum remoto æmulo æquiorem ſibi ſperabat*. ¶ 3. Hinc & pro *Rivali* haud raro *æmulus* ponitur, ein mitbuhler. Cic. 6 ad Att. 3 *Licet eum ſolus ames, me æmulum non habebis*. Ita Ter. Eun. 2, 1, 9; & 4, 1, 9. Sen. de Benef. 1, 9. Plin. 6 ep. 31 n. 5.

¶ Æmula, *æ*, f. ſubſt. Vellei. 2, 1, 1 *Remoto Carthaginis metu, ſublataque imperii æmula*. Et Plin. 15, 18 *Carthago de terrarum orbe per 120 annos urbis æmula*, quia cum Romanis certabat de orbis imperio. conf. Salluſt. Cat. c. 10.

¶ Æmulus, *a, um*, adj. invidus, neidiſch, hinderlich. Sic *Æmulam ſenectutem* pro *invida*, Donato & Nonio; pro *adverſa virtuti*, Servio interprete, dixit Virg. Æn. 5, 415. *Arboris æmula umbra viti nocet*, Colum. 5, 6. ¶ 2. Quoniam, qui æmulantur, pares vel majores eſſe volunt; idcirco *res rei æmula* dicitur, quæ ſimilis ei & comparanda, gleich, ähnlich. Martialis 4 epigr. 41 *Præſtanis rubeant æmula labra roſis*. Plin. 9, 17 *Lacus Brigantinus æmulas marinis mirabiliter generat*. Et 15, 18 *Ficus quædam pyris magnitudine æmula*. Id. 2, 8 *Sidus Veneris æmulum ſolis ac lunæ*. Sil. 4, 4 *Æmula Herculei fama laboris*.

¶ Obæmulor, *ari*, irritare, zu eifer reitzen. Tertull. adv. Marc. 4, 31 *Obæmulati ſunt me in non Deo, & ego obæmulabor eos &c.*

ÆMUS, *i*, mons Thraciæ, vide *Hæmus*.

ÆNĂRIA, f. Αἰναρία, inſula in Puteolano ſinu, a ſtatione navium Æneæ ſic dicta, Plinio auctore 3, 6. Græci *Pithecuſam* appellarunt. Hodie *Iſchia* eſt. In ea ſunt aquæ vim medicam habentes; calculoſis enim medentur, Plin. 31, 2. Stat. 3 Silv. extr. *Ænariæque lacus medicos, Statinæque renatas*.

¶ Ænarium, *i*, n. Iovis lucus in Achaia juxta oppidum Olenum, in quo Achæi de communibus rebus conſulturi conveniebant. Strabo ſub fin. lib. 8. Sed idem paullo ante (editione Aldi p. 167, Caſauboni p. 265) Ἠνάειον, *Arnarium* hunc lucum vocat, ut ita alterutrum locum oporteat corruptum eſſe.

ÆNEA, *æ*, f. civitas condita a Romulo, Æneæ filio, Ianiculum poſtea dicta, Dionyſ. Halicarn. lib. 1 p. 59. ¶ 2. *Æneæ* urbs alia propinqua Theſſalonicæ, Livio auctore 44, 10.

ÆNĒAS, *æ*, m. Αἰνέας, Anchiſæ & Veneris filius, Virgilii carmine notiſſimus. Genealogiam ſuam ipſe exponit Hom. Iliad. Y. v. 208. Conſtantinus Laſcaris ἀπὸ τῆ αἶνος dictum Æneam putat, id eſt, *a laude*, per epentheſin litteræ I. Αἰνίας, Αἰνίαος. Sed in hymno Veneris apud Homerum nominis ejus occaſionem & rationem aliam Venus ipſa indicat hoc modo:

Τῷ δὲ καὶ Αἰνείας ὄνομ' ἔσσεται, οὕνεκα μ' αἰνὸν
Ἔσχεν ἄχος, ἕνεκα βροτῆ ἀνέρος ἐμπεσον εὐνῇ.

Hoc eſt: *Huic autem Æneas nomen erit propterea, quod me gravis cepit dolor, quod mortalis viri incidi in lectum*. Contra tamen Scaliger Poët. 3, 2 *Non eſt*, inquit, *audiendus Homerus, qui a Venere Æneam, quaſi αἰνὸν triſtiore auſpicio ſcribit appellatum: ſed quod ab omni, ut inquit ille, parte laudandus erat. Hoc enim eſt αἰνῶν*. Pietas Æneæ in patrem ſenem, quem humeris ſublatum ſuis ex incendio Trojæ extulit, prædicata a Virgilio ampliſſimis eſt laudibus. Ovid. 1 Pont. eleg. 1, 33

Cum ferret Æneas cervix ſubjecta parenti,
Dicitur ipſa viro flamma dediſſe viam.

Cujusmodi mirum quiddam de Catanæis fratribus, parentes ſuos ex flammis Ætnæ montis efferentibus, vide in *Catana*.

¶ Æneades, *æ*, m. aut Ænides, vocalibus *e* & *a* f. *ea*, f. *a* in *i* longum conflatis, eſt Iulus Aſcanius Æneæ filius. Idem Virg. Æn. 9, 653 *Atque his ardentem dictis affatur Iulum: Sic fatis, Æneide, &c*. ¶ 2. *Æneadæ*, pl. Trojani, & traduces illorum poſtea Romani, Virg. Æn. 3, 18. *Æneadasque meo nomen de nomine fingo*; Et Æn 8, 648 *Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant*.

¶ Æneis, *idos*, vel *idis*, fœm. Αἰνηίς, Virgilii de Ænea opus. Ovid. Triſt. 2, 533 *Et tamen ille tuæ felix Æneidos auctor Contulit in Tyrios arma virumque toros*. Stat. Theb. 12, 816 *Vive precor, nec tu divinam Æneida tenta, Sed longo ſequere, & veſtigia ſemper adora*.

¶ Ænēius, *a, um*, adject. ut *Pietas Æneia*, Ovid. Faſt. 4, 799. Id. 1 Amor. 15, 25 *Tityrus, & fegetes, Æneiaque arma legentur, Roma triumphati dum caput orbis erit*.

Æneator, æneolus, æneus, vide *Æs*.

ÆNESIDĒMUS, *i*, m. Stoicus philoſophus, Tertulliano memoratus c. 25 de Anima, & inde Lipſio lib. 3 Phyſiol. Stoic. diſſert. 7.

ÆNIA, *æ*, f. urbs Perrhæborum in Macedonia; unde *Æniani* populi dicti, de quibus Cellarius Geogr. 2, 13 p. 1061 & 1099.

ÆNIGMA, *ătis*, n. αἴνιγμα, ab αἰνίσσομαι, quod eſt obſcure innuere, & velut involucris quibusdam tegere rem; ein rätſel. Cujusmodi fingunt ad Thebas fuiſſe Sphingis de bipede, tripede, eodemque quadrupede. *Sirpos* vel *ſeirpos* ænigmata veteres appellaſſe, Gellius indicat 12, 6. Ænigmatis ſpeciem Homeri interpres etiam αἶνον fecit; cujusmodi Clearchi illa ſunt apud Athen. lib. 10 *Vir, non vir*, (Eunuchus) *Avis, non avis* (Veſpertilio) *Videns, non videns* (Luſcus) *Lapis, nec tamen lapis* (qui pumex eſt.) Ac ilic ipſe Clearchus ibidem ænigma definit, πεῦβλημα ποιητικὸν, προτατικὸν τῦ διὰ ζητήσεως ἐυρεῖν τῦ διανοίᾳ τὸ προβληθὲν, τιμῆς ἢ ἐπιζημίᾳ χάριν θεσπιζόμενον, *quæſitionem ludicram, jubentem, ut per inquiſitionem acie mentis inveniatur, quod propoſitum, aut honoravit aut multæ gratiæ adduxerit*. Ænigmata Polluci 6, 19 Κυλίκια ζητήματα vocantur eo, quod inter pocula proponerentur: quorum hæc conditio, ut ſolvens auferret carnis portionem, ignorans exhauriret potionem muria mixtam. Quintil. 8, 6 *Allegoria quæ eſt obſcurior, ænigma dicitur*. conf. Cic. de Orat. 3, 42; & Auguſtin. de Trinit 15, 9. ¶ 2. Atque hinc quævis alia paulo obſcurius

feuriis rectiusque dicta vel ſcripta *ænigmata* appellantur, dunckele reden. Cic. Att 7, 13 *Ænigma Oppiorum de Velia non intellexi: eſt enim numero Platonis obſcurius.* Id. divin. 2, 64 *Ænigmata ſomniorum.* Iuvenal. 8, 50 *Qui juris nodos & legum ænigmata ſolvat.* Petron. c. 41 *Non ænigma eſt, ſed res aperta.* ¶ 3. Apud Prudentium non ſemel inveniur pro imagine & figura, &c. die bildung; ut Cathem. 10, 134 *Rex ipſe fictor & auctor, Propriique ænigmata voltus* Et Hymn. 2 Periſt. ſive de B. Laurentio v. 118 etiam *argentea ænigmata* legas, pro nummis ſcilicet notis & imaginibus inſcriptis. Addunt Wouwerius, Ger. Io. Voſſius & alii ex eodem hymno verſum 96, quem legunt: *Ænigma nummis inditum*, quod improbat Nic. Heinſius, conſenſu librorum veterum firmatus, qui *Nomiſma* vel *Numiſma* ibi, non *Ænigma*, habent.

¶ Ænigmatiſtes, *æ*, m. αἰνιγματιστής, qui ænigmata proponit. Sidon. 8 epiſt. 16 *Veternoſas legalium queſtionum ænigmatiſtes.*

¶ Ænigmatizo, *are*, αἰνιγματίζειν, per ænigmata loqui, Cathol.

ÆNĬTŌLŌGIVM, *i*, n. genus carminis, quod capit dactylos duos & trochæos tres; ut, *Præſta dura placent truci juventæ*, vide Servius in Grammat. Putſchii p. 1826.

Ænobarbus, vide *Æn.*

ÆNONA, *æ*, f. civitas Illyrici in Liburnia, nunc *Nona*, & Venetis ſubjecta, Plin. 3 c. 21.

Ænulum, ænum, ænus, vide *Æs.*

ÆNVS, *i*, m. Germaniæ fluvius, qui in Danubium infertur, Wädelicos a Noricis diſcernens, der Inn. Scribitur etiam *Oenus.* Ptolemæus 2, 11 & 12. Hinc

¶ Ænipons ſeu Oenipons, *tis*, urbs ad Ænum in comitatu Tirolenſi, Inſpruck.

Æoles, Æolia, Æolides, &c. vide *Æolus.*

ÆŌLVS, *i*, m. Αἴολος, rex Æoliæ, qui rationem ventorum deprehendit: quam ob cauſſam Poëtæ ipſum ventorum præſidem fecerunt. v. Diod. Sículus 5, 3; Plin. 3, 9; & 7, 56: Virg. Æn. 1, 145

Æolus & clauſo ventorum carcere regnet.

Ovid. Met. 14, 224 *Æolon Hippotaden cohibentem carcere ventos.*

Vbi Hippotades ab Aceſta ſeu Sergeſta matre filia Hippotæ Trojani dicitur. ¶ 2. *Æolus* rex Tuſcorum, filiæ ſtupratæ enſem miſit, quo ſe interfecit, idemque paulo poſt auctor ſtupri Macarius fecit. Plutarch. in Parall. num. 28.

ÆŏlĭA, *æ*, f. Æoli inſula ad Siciliam; de qua Virg. Æn. 1, 54 *Nimborum in patriam, loca feta furentibus Auſtris, Æoliam venit: hic vaſto rex Æolus antro*, &c. ¶ 2. *Æol.æ* & *Æol.ides*, inſulæ ſunt inter Italiam & Siciliam, quas Græci *Hephæſtiades*, ἡφαιστιάδες, Latini *Vulcanias* appellant: ignes enim evomuerunt, quemadmodum Ætna; a quo meatus ſubterraneos ad eas usque inſulas protendi creditum fuit. *Æolias* Diodorus ſeptem, Servius novem numerat. Præfuit autem illis poſt *Liparum*, Auſonis regis filium, *Æolus* Hippotæ filius, a quo nomen retinuere. v. Servius ad Æneid. 1, 52. ¶ 3. *Æolia*, vel Æolis, *idis*, regio Græciæ Aſiaticæ inter Ioniam & Troadą; Mela 1, 2 *Ionia, Æolis, Troas.* conf. Plin. 5, 30. Ab hac *dialectus Æolica*, quæ Ioniæ dialecto proxima eſt, & *digamma Æolicum* Quintil. 1, 4.

¶ Æŏles, *um*, m. pl. regionis illius populi. *Æoles* inter tria Græcorum genera refert Cicero pro Flacco c. 27. *Æolios* vocat Vellejus 1, 4, 4.

¶ Æŏlides, *æ*, f. Æoli filius, Siſyphus, Horat. Od. 2, 14, 20. Ovid. Met. 9, 506

At non Æolidæ thalamos timuere ſorores.

Et lib. 13, 26

Æoliden ſaxum grave Siſyphon urget.

Sed his etiam ſcomma in Vlyſſen ineſt. Nam ¶ 2. *Æolides* etiam per crimen Vlyſſes vocatur, tanquam ſtupro ex Siſypho Æoli filio conceptus. Virg. Æn. 6, 529

Hortator ſcelerum Æolides; ubi Servium legas.

Hinc eſt, quod Ajax in eundem invehitur apud Ovid. Met. 13, 31

O id ſanguine cretus Siſyphio?

¶ 3. *Æolides* tubicen a. ud Virgil. Æn. 6, 164

Miſcuerat Æoliden, quo non præſtantior alter.

Ære cieve viros, &c. *Æoli is* (inquit Servius) *filius fuiſſe dicitur, quia vento creari ſnos conſtat.*

¶ Æŏlicus, & Æŏlius, *a, um*, adject. ut, *Puella Æolia* pro Sappho, Horat. 4 od. 9, 12. Lesbon enim, ex qua fuit Sappho, in Æolia eſt, aut proxima Æoliæ inſula. *Lyra Æolia*, Ovid. Heroid. 15, 200. Sic turſus Horat. 4 od. 3, 12 *Fingent Æolio carmine nobilem*, h. e. lyrico, quod Alcæus poëta lyricus, quem Horatius imitatus eſt, Æolica dialecto uſus ſit. *Modum Æolium* inter præcipuos modos muſicos refert Apul. Flor. 1 p. 342. *Gens Æolica*, Plin. 6, 2. *Æolica ratio, cui eſſe ſermonem Latinum ſimillimum*, probat Quintil. 1, 6. vid. Burm. p. 79.

¶ Æŏlipȳlæ, *arum*, f. pl. Ita enim ſcribi volunt Turnebus & Philander, quæ ſint Αἰόλου πύλαι, venti portæ. Ventus enim *qua data porta ruit* in globis illis æneis cavis & in ignem imponendis, e quorum deinde uno minuto orificio cum impetu exit rarefactus aër. Hæ ſunt enim *Æolipylæ æreæ*, de quibus Vitruv. 1, 6.

ÆON, ὁ, ἡ, ὁ αἰών, ſeculum, æternitas, mundus, die welt, der zeitlauff, ew. Tertull. de Præſcript. c. 49 *Iſtum æonem in defectionem factum.* Eadem vox ibidem & c. 33, 34 &c. Occurrit ſæpius de *fabula triginta æonum* ſ. Deorum, partim marium, partim fœmellarum, cujusmodi *Æonas* finxit Valentinus hæreticus. conf. Irenæus 2, 4.

ÆPEA, ſive Æpeia, *æ*, f. urbs Meſſeniæ Straboni, Laconiæ Stephano, forte in utriusque confinio ſita, & quidem in edito monte, quia ἀπὸ τῆς ἠπείρου, origo nominis eſt. Hæc eadem, quæ *Touria* poſt dicta fuit. Vide Strab. lib. 8 p. 249. ¶ 2. Eſt & Cypri urbs *Æpeia*, de qua Plutarchus in Solone: & alia Cretæ apud Byzantium Stephanum, urbium & populorum ſcriptorem.

ÆPOLIVM, *i*, n. Sarmatiæ Europææ urbs, circa fluvios Tyram & Iſtrum. v. Plin. 4, 12.

ÆPY, ὁ ἄπυ, oppidum Peloponneſi, Strephano in Meſſenia, Straboni (p. 241) in Elide aliud, de quo etiam Statius Theb. 4, 180.

¶ Æpȳtus, *i*, m. Meſſeniorum rex, educatus in Arcadia apud maternum avum Cypſelum, regnum paternum cæde Polyphontis recuperavit. Apollodor. lib. 2 extremo, ubi quidam Αἴγυπτος legunt, ſed Pauſanias Meſſen. p. 113 Gr. Αἴπυτος. Hinc

¶ Æpytidæ appellati reges Meſſeniorum ab illo Æpyto. v. Pauſan. in Meſſen. Sing. *Æpytides* Æpyti filius, Virg. Æn. 5, 547.

¶ Æpytius, *a, um*, adj. *Æpytius ager* dixit Statius, Theb. 4, 296.

Æquævus, Æqualis, &c. æquanimus, æque, vide *æquus.*

ÆQVI, *orum*, m. pl. veteris Latii gens, *pervicaciſſimi*, ut Flori verba ſunt, & *quotidiani Romanorum hoſtes*, 1, 11. Memnit & Livius aliique.

¶ Æquĭcŭli, ſive Æquĭculani, iidem qui *Æqui*, Plin. 3, 4. Sing. *Æquiculus acer*, Ovid. Faſt. 3, 63.

¶ Æquĭcŭlus, ſive Æquĭcŭlus, *a, um*, adj. Sil. 8, 370 *Æquicula rura.* Et Virg. Æn. 7, 746 *Horrida præcipue cui gens, aſſuetaque multo Venatu nemorum, duris Æquicula glebis*, &c.

¶ Æquĭcus, *a, um*, quod ÆQuorum eſt; ut, *Æquicum bellum*, Livius 10, 1. ut Gronovius emendavit.

Æquidicus, æquidies, æquilavium, æquilibris, æquimanus, æquinoctium, æquiparo, æquipolleo, æquipondium, æquitas, æquivaleo, & alia compoſita & derivata vide in *Æquus.*

ÆQVOR, *ŏris*, n. ab *æquo* & plano, teſte Nonio 1, 332, generatim quævis planities æquam habens ſuperficiem, eine fläche, ebene, eben feld. Cic. Divin. 1, 42 *Babylonii in camporum patentium æquoribus habitant.* Virg. Æn. 5, 456 *Præcipitemque Daren ardens agit æquore toto*, id eſt, circo, pedeſtris certaminis campo, quemadmodum idem poëta 7, 782 *Æquore campi Exercebat equos.* Conf. 12, 333, &c. & Lucret. 3, 1016 Quin & Gell. 12, 1 dixit: *Venti is æquor ne irrageret.* ¶ 2. Æquor *mare appellatum, quod æquatum, commutum ventorum eſt*, dicente Varrone de L. L. 6, 2. Idem confirmat Cicero ap. Nonium l. c. *Quid tam planum videtur quam mare? ex quo etiam æquor illud poëtæ vocant*, das meer, die ſee. Sic, *Æquor Tuſcum*, Plin. 3, 4. (Nam & extra carmen veteres illud non reformidaſſe aliquot exemplis probat Bonnch. Vind. I. at. p. 8.) *Æquor Atlanticum*, Horat. 1 oda 31, 14. *Spumoſum æquor*, Lucan. 2, 627. *Surgunt æquora*, hoc eſt, fluctus attolluntur, Virg. Æn. 3, 196. Et cum apoſito *Maris* vocabulo; ut, *Vaſtum maris æquor*, Æn. 2, 780. *Æquora ponti*, Georg. 1, 469. quæ ſatis arguunt, ſyneedochen eſſe, cum *æquor* mare ſignificat. ¶ 3. *Æquor* de fluvio tranquillo, quemadmodum Tybri *placidum æquor* tribuit Virg. Æn. 8, 89 & 96.

¶ Æquŏrĕus, *a, um*, marinus, zum meer gehörig; ut, *Genus æquoreum*, piſces, Virg. Georg. 3, 243. *Æquoreus rex*, id eſt, Neptunus, Ovid. Met. 8, 606. *Æquoreæ Nereo genitore puellæ*, quæ Nereides nymphæ ſunt, Propert. 3 eleg. 6, 67. conf. Catull. 65, 15.

ÆQVVS, *a, um*, æquatus, planus, ἰσόπεδος, eben, flach, gerad, niderig, ab *æqua*, cujus ſumma eſt æqualitas, cum quieſcit; vel ab ἴκελος, Dor. αἴκελος, *ſimilis.* Cic. pro Cæc. c. 17 *Æquus & planus locus.* Id. fam. 3, 8 *Et ex ſuperiore & ex æquo loco ſermones habiti.* Tac. Agric. 35, 4 *Ut primum agmen æquo*, (ſcil. *loco*) *cæteri per acclive jugum inſurgerent.* Et c. 36, 3 *Qui in æquo obſtiterant*, hoc eſt, in plano. Ita & ufus Hiſt. 4, 23 pr. *Pars caſtrorum in collem leniter aſſurgens; pars æquo adibatur.* Et Liv. 5, 47 *Saxum aſcenſu æquo.* Ibid. c. 38 *Facilis in æquo campi victoria.* Sic *Diſcendere in æquum*, Id. 1, 12. Nepos 1, 5, 4 *Datis ventis cum æquum videbat ſuis.* conf. Cæſ. B. G. 7, 28; & 7, 51. Salluſt. Catil. c. 57 *Locis æquioribus.* Cæſ. B. G. 5, 47 *Æquiſſimo loco.* ¶ 2. Hinc *Æquus animus* eſt, qui ſibi ſemper conſtat, & nec exaſperatur ulla re, ſive attollitur; nec dejicitur etiam: hoc eſt, moderatus, placidus, quietus: qui, quicquid accidit, in bonam partem accipit, leniterque fert, ein gelaſſenes, gleichgeſinnetes herz. Lucret. 5, 1118; Plaut. Aul. 2, 2, 10; Horat. 1 epiſt. 11, 30. Sic & *Mens æqua* idem Horat. 2 od. 3, 1 *Animus æquus optimum eſt ærumnæ condimentum*, Plaut. Rud. 2, 3, 71. Sic *æquo*, vel *æquiore animo ferre*, Ter. And. 2, 3, 23; Nep. 10, 6, 4 & 7, 3; Liv. 5, 39. Iterum Liv. 23, 22 *Eam ſententiam haud æquioribus animi patres audierunt.* Et Cic. de Senect. c. 23 *Sapientiſſimus quiſque æquiſſimo animo mori itur, ſtultiſſimus iniquiſſimo.* Sed *æquus animus* etiam ille dicitur, qui necdum in alteruiram partem propendet, ſed alterius judicium exquirit. Cic. Att. 8, 3 *Maxima de re æquo animo deliberanti mihi des conſilium velim* &c. ¶ 3. Par, æqualis, ἴσος, ὁμαλός, gleich, ubi paria omnia ſunt, nec quicquam aut præponderat, aut plus eſt. Ter. Eun. 1, 2, 11 *O Thais, Thais, utinam eſſet mihi pars æqua amoris tecum*, id eſt, utinam pari conditione amaremus inter nos: nec ego pejus haberem, quam tu haberes. Virg. Æn. 12, 230 *Numeremne ea viribus æqui Non ſumus? Sic æquo & pari pace vivere cum aliquo*, Cic Off. 1, 34. *Æquo Marte pugnare, contendere*, Curt. 4, 15, 29. Liv. 2, 6, & Flor. 4, 2, 48, einander die wage halten. *Æqua manu diſcedere*, Salluſt. Cat. c. 39. Sic *Æqua lance*, i. e. pari jure, l. 20 ff. de re jud. *Libra æqua*, Sen. Herc. fur. v. 843. *Æquum arcibus aggerem attollere*, Sen. epiſt. 94. *Æquo cenſu conferi*, Plaut. Trin. 3, 4, 93. *Non æque Arcti*, i. e. major & minor urſa, Sil. 3, 192. v. ibi Drakenb. ¶ 4. Et quia id poſſum eſt, cum ſuum cuique tribuitur, & contra juris rationem nec demitur aliquid, neque adjicitur, atque ſic maxime ſervatur æqualitas; ideo & *æquus* juſtus, ſive ἴσιος eſt billig, recht. Cic. de fin. 3, 2 *Æquiſſimus æſtimator & judex.* Sic *Magiſtratus æquus*, Idem pro Quint. c. 2. *Æqua lex* pro Corn. Balbo c. 27. Sic *æquum dicere, facere, poſtulare*, Ter. Phorm. 1, 2, 64; Adelph. 5, 3, 17; &c. *Æquum cenſere*, Liv. 5, 3; Nep. 8, 2, 6. *Æquum eſt*, id eſt, decet, par eſt, Plaut. Rud. 2, 2, 10; Ter. And. 2, 3, 2; Nep. 2, 7, 2. Et Pompejus ad Domitium (Cic. 8. Att. ep. 12.) *Æquum eſt, me abs te impetrare*, &c. & *injurias graviis æquo habere*, Salluſt. Cat. c. 51. *Æquus eſt*, Cic. Off. 3, 15. ¶ 5. *Æquus* ἐπιεικὴς, πρᾶος, i. e. lenis, benignus, bonus, billig, qui ignoſcit ac condonat plura, atque ut ille Terentianus Mitio, non neceſſe haber, omnia pro ſuo jure agere, atque libenter adeo in aliis ſtatuit, quod ſibi fieri poſtulet: quemadmodum contra immitis ac durus *iniquus* eſt. Hinc *æquitas*, & clementia, lenitas, de qua infra. Et iſta de cauſſa *æquum & bonum* paſſim conjunguntur, modo cum copula, modo ſine illa. Vide mox *Æquum.* Sic, *Intelligo, æquos benoſque favere*, Salluſt. Jug. c. 85 pr. *Inter arma civilia æqui boni ſumam petit.* Idem ap. Senecam epiſt. 115. conf. Suet. Aug. c. 53. Sic *Æqui bonique facere*, eſt in meliorem partem accipere, wohl aufnehmen, in guten vermercken. Ter. Heaut. 4, 5, 20. Liv. 34, 22 *Ne ſerpat latius contagio ejus mali, nos æqui bonique facimus* Cic Att. 7, 7 *Animus meus totum iſtud æqui bonique facit.* ¶ 6. Hanc bonitatem autem ſive æquitatem

tatem exercere, quia benevoli maxime atque amici hominis est, idcirco *æquus* non raro pro amico faventeque atque propitio accipitur, saufftmüthig, freundlich. Virg. Æn. 4, 372 *Nec Saturnius hæc oculis pater adspicit æquis.* Sic *Æquo animo attendere*, Ter. Prol. Hec. 28. Virg. Æn. 6, 129 *Pauci quos æquus amavit Jupiter, atque ardens evexit ad æthera virtus.* Horat. 2 Sat. 1, 70 *Scilicet uni æquus virtuti atque ejus amicis.* Sic *æqui & iniqui*: amici & inimici, benevoli & infesti, freund und feind. Liv. 5, 45 pr. Et Salluft. de ord. Rep. 2, 16. *Hæc ita scio habere, tametsi omnes æqui atque iniqui memorant.* Columella de Horto v. 21 *Nec manibus mites ferulæ, nec cruribus æqui Tergora rubi*: id est, nihil amici, sed infesti & noxii, quod pungat.

¶ Æquum, *i*, n. subst. in dictis jam sæpe adfuit. Præcipue autem ablolute pro *æquitate* ponitur, die billigkeit, gr. ἐπιείκεια. Virg. Æn. 2, 427 *Servantissimus æqui.* Horat. 1 sat. 3, 98 *Justi prope mater & æqui.* Sic *Cultor æqui, contentor æqui*, Ovid. Met. 5, 100; & Fast 3, 49. *Æquo viti*, Quint. 3, 6. *Bonum & æquum divitiis carius*, Salluft. Iug. c. 15. Et c. 35 *Magis ex æquo bonoque, quam ex jure gentium.* Aur. ad Herenn. 2, 13 *Ex æquo & bono jus constat.* Adde 1 t pr. ff. de Iust. & Iur. Cic. pro Cæc. c. 23; Flor. 1, 22, 5; & 3, 14, 3. Plaut. Men. 4, 2, 10 *Qui neque leges neque æquum bonum unquam colunt.* Ter. Heaut. 4, 1, 27 *Qui neque jus, neque bonum atque æquum sciunt.* Vbi nota hæc ab jure & legibus separari: nam qui his rigide utitur, is æquus & bonus non est. Petron. c. 34 *Æquum Mars amat*, alluditur ad proverb. *Mars communis.* v. Bunn. p. 136 sq.

¶ Æque, adverb. pariter, æqualiter, juste, gleich, recht, billig. Ter. Hec. 2, 1, 2 *Vt omnes mulieres eadem æque studeant nolintque omnia.* Sen. Medea v. 199 *Qui statuit aliquid, parte inaudita altera, æque licet statuerit, haud æquus fuit.* Quamquam in quibusdam libris legatur *Æquum.* ¶ 2. Venustum autem & familiariter latinis auctoribus pro *tam*, aut *adeo*, so, so wohl, eben so. Ter. Phorm. 3, 3 *Nihil est æque quod faciam libens*: i. e. tam libens, so gerne. Liv. 7, 29 *Æque facilis victoria.* Id. 8, 13 *Æque prospero eventu pugnare.* Nep. 11, 1, 5 *Quod æque corpus tegeret & love esset.* Id. 23, 4, 3 *Æque bene usus est.* Id. 18, 5, 6 *Iumenta æque nitida.* ¶ 3. Nonnunquam hæc notione & eleganter cum particulis, *ac*, &, *atque*, *quam* jungitur. *Carus mihi æque es, ac fuisti patri*, Cic. 2 fam. 2, h. e. tam carus, quam &c. Id. Tusc. 2, 26 *Labores non æque graves imperatori & militi.* Ter. And. 4, 2, 10 *Quis miser æque atque ego?* Cic. Div. in Verr. c. 3 *Populus Rom. nihil æque in republica, atque illam veterem judiciorum vim gravitatemque requirit.* Suet. Aug. c. 64 *Nihil æque laboravit, quam ut imitaretur chirographum suum.* Adde Liv. 5, 6; & 28, 26. ¶ 4. Hinc & omissis particulis cum adverendi casu comparativi instar construitur. Plaut Amph. 1, 1, 137 *Nullus est hoc meticulosus æque.* Plin. 35, 4 *Extant picturæ in ædibus sacris, quibus nullas æque demiror.* ¶ 5. Æque, æque ac si, æque ut, i. e. similiter, ex æquo, gleichermaßen, eben sowohl. Plaut. Asin. 2, 2, 66 *Adverte animum, ut æque mecum hæc scias.* Cic. pro Domo c. 11 *Pompejus æque ut unusquisque vestrum pro salute mea laboravit.* Id. 13 fam. 18 *Litteræ utrique nostrum prope æque gratæ erunt.* Et 4, 6 *Et consolando & prope æque dolendo.* Id. fam. 13, 43 *Egnatii rem ut tueare, æque a te peto, ac si mea negotia essent.* Tacitus etiam hoc sensu geminavit Agricolæ c. 15, 4 *Æque discordiam præpositorum, æque concordiam subjectis exitiosam.*

¶ Æquiter, aliud adv. pro *æque*. Ex Liv. Trag. Nonius 11, 26 *Præclam per participes æquiter partita est.* Ex Pacuvio & Accio vide ibidem. Et vel hinc vel ab *æque* Compar. *Æquius, æquissime.* Salluft. ap. Servium: *Fame quam ferro æquius perituros.* Sidon. epist 5, 11 *Judicet ut qui æquissime.*

¶ Æquitas, *ātis*, f. æqualitas paritasque in rebus, die gleichheit. Sen. Nat. Qu. 3, 10 *Natura partes suas, velut in ponderibus constitutas examinat, ne portionem æquitate turbata mundus prægraveret.* Sic *æquitatem in morum* Sueton. dixit Aug. c. 79, quæ justa magnitudine sibi inviceni respondisse significat. ¶ 2. Æqui & boni ratio: quæ de jure interdum aliquid remittit, seu jus mitigat, ἐπιείκεια, die billigkeit. Cic. fam. 15, 4 *Firmissimum præsidium æquitas & continentia &c.* Et sæpe ipsum *justitiæ* vocabulum pro *æquitate*, hoc est, lenitate ac clementia ponitur. Nepos 3, 2, 2 *Ejus æquitate factum est*, &c & mox: *Et intemperantia Pausaniæ, & justitia factum est Aristidis.* Quo loco vides *justitiam* appellari, quam ante *æquitatem* vocaverat, eamque *intemperantiæ*, hoc est, impotentiæ, sævitiæ, atque superbiæ opponi. Salluftii Cat. c. 9 verba sunt: *Duabus his artibus, audacia in bello: ubi pax evenerat, æquitate, sequo remque publicam curabant.* Vbi similiter *æquitas* manfuetudo atque clementia est. Quod clare indicant, quæ sequuntur, & interpretis vice sunt: *in pace vero*, inquit, *quod beneficiis magis, quem metu, imperium agitabant* (loquitur de iisdem Romanis, de quibus supra dicere cœperat) *& acceptas injurias ignoscere, quam persequi, malebant.* Quare & *Æquitas* est, qua quis se æquat aliis, non supra eos se effert. ¶ 3. Sic *Æquitas* etiam dicitur ille habitus animi, quo mediocria concupiscit aliquis, & acquiescens præsentibus tranquille se gerit, die vergnügligkeit, zufriedenheit. Nepos 8, 4, 2 *Bene Pittacus, solo amplius, quam centum jugera, quæ & meam animi æquitatem & vestram voluntatem indicent.* Cic. in Rullum in Senatu c. 5 *Si ego ejus æquitatem animi probe novi, vendet non invitus.* Id. de Senect. c. 1 cum *moderatione* conjunxit: *Novi*, inquiens, *moderationem animi tui & æquitatem.*

¶ Æquo, *avi, atum, āre*, est exæquare & complanare, ebnen, eben und gleich machen. Virg. Georg. 1, 178 *Arva cumprimis ingenti æquanda cylindro.* Curt. 6, 6, 29 *Stipitibus cumulatis fastigium montis æquatum est.* Æquare frontes, militare verbum est, Liv. 5, 38. vide Front. ¶ 2. Pariare vel parem facere, paaren, gleichstellen. Cic. Off. 1, 1 *De philosophia libri se cum orationibus fere æquarunt*, es sind fast eben so viel worden. Virg. Æn. 6, 782 *Animos æquabit olympo.* ¶ 3. Assequi, erreichen, gleich kommen; ut, *Æquare pilluram alicujus*, Plin. 35, 11: *Cursum alicujus*, Curt. 4, 1, 2: *Ea arte superiores veges*, Liv. 1, 53: *Mansia comparis*, Hor. ep. 1, 5, 2. ¶ 4 Comparare, gleichhalten. Liv. 31, 7 *Ne æquaveritis Annibali Philippum*, &c. Sic *Æquari & conferri cum aliquo*, Cic in Verr. 3, 8. ¶ 5. *Æquare solo urbes, domos, turres*, id est, ad superficiem usque terræ diruere, abolere, schleifen, der erde gleich machen. Liv. 24, 47 *Roma fædum incendium per duas noctes ad diem unum tenuit: solo æquata omnia.* Vellej. 2, 4, 2 *Scipio Numantiam excisam æquavit solo.* Tralate Liv. 6, 18 *Solo æquandæ sunt dictaturæ*, &c. i. e. penitus abolendæ

¶ Æquans, *tis.* Ovid. Met. 6, 21 *Vellera nebulas æquantia.* Id. Trist. 4, 8, 52 *Æquantem superos emeritæ vitam.*

¶ Æquatus, *a, um*, gleich, gleichmäßig: ut, *Æquato omnium periculo*, Cæs. B. G. 1, 25. *Æquata voce dixi*, Plin. 2, 19. *Æquata machina cælo.* Virg. Æn. 4, 89. *Iant æquati numero*, eben so viel, Idem 7, 698. *Æquatis procedere velis*, i. e. æqualiter extentis, Idem 4, 587.

¶ Æquātor, *ōris*, m. circulus æquinoctialis, in cujus medio Sol dies noctibus æquales facit: Nautæ vocant die linie. vid. versus infra in *Æquidies* ex I. Neustrii Archithrenio.

¶ Æquātio, *ōnis*, f. actio æquandi. Cic. Off. 2, 21 *Æquatio bonorum.* Liv. 34, 31 extr. *Æquatio fortunæ & dignitatis.*

¶ Æquāmentum, *i*, n. idem, in ver. Gloss. & explicatur per ἰσότης, die gleiche, gleichheit, cum neutro examen inclinat. Apud Nonium 1, 28 *Amussis est æquamentum levigatum*, ein linial. Et ibid. n. 11 *Hostimentum est æquamentum.*

¶ Æquimentum, *i*, n. idem. Neque tamen per *æquamentum*, sed per *parem vicem* exponit Nonius 2, 9; ubi Varro: *Quantum poposcissem, dedisses equimenti.*

¶ Æquābilis, *e*, gleichförmig; ut, *Æquabile genus orationis*, id est, ubique sui simile. Cic. Off. 1, 1. conf. Id. de Orat. 2, 13 & 35. Sic *Vir fama æquabilis*, Sall. Iug. c. 43; *Cunctis vitæ officiis æquabilis*, Tac. Hist. 4, 4, 5. Compar. Sen. ep. 74 *Virium illis major est & æquabilior firmitas.* ¶ 2. Nonnunquam idem quod æqualis; ut, *Æquabilis prædæ partitio.* Cic. Off. 2, 11.

¶ Æquābiliter, adv. idem. Cic. Off. 2, 11 *Nisi æquabiliter prædam dispertiat.* Alias idem quod *æqualiter*, ut Cic. pro Mil. c. 28 pr. *Æquabiliter in remp. in privatos, in longinquos, in propinquos, in alienos, in suos irruebat.* conf. Id. de Orat. 2, 54; & Varro R. R. 1, 6. Comp. Salluft. Cat. c. 2 *Æquabilius atque constantius sese habere.*

¶ Æquābilitas, *atis*, f. ἰσονομία, die gleichformigkeit; ut, *Æquabilitatem juris exercere*, Cic. Off. 1, 25. Ibid. c. 26 *Præclara est æquabilitas in omni vita, & idem semper vultus, eadem frons.* conf. c. 31. Lactantio 5, 14 auctore, *æquitatem se cum cæteris coæquandi, Cicero æquabilitatem vocat.*

¶ Æquālis, *e*, perfimilis, par, gleich. Cic. de Orat. 1, 18 *Virtutes inter se sunt æquales & pares.* Idem Paradoxo 3 *Æqualia esse peccata.* Compar. Liv. 24, 46 *Strepitus lentior æqualiorque.* Et Plin. 19, 1 *Nervositas filo æqualior.* Superl. Tertull. de Anima c. 17 *Æqualissima porticus.* ¶ 2. *Æqualis* est ejusdem ætatis & temporis; sive *Æquales*, qui eodem tempore vivunt, gleich von jahren, zeit und alter. Nepos 25, 8, 2 *Sic M. Brutus usus est, ut nullo ille adolescens æquali familiarius, quam hoc sene.* Cic. in Orat. c. 30 *Demosthenes maximos oratores habuit æquales.* ¶ 3. Etiam ad tempus ita referitur, ut *æquales* sint, qui simul intercidunt, eben so dauerhafft. Liv. 28, 28 *Ne illue Jupiter O. M ferit, urbem fragili huic & mortali corpori æqualem esse.* Cetenum *æqualis, similis, & par* ita differunt, ut *similis* ad figuram ac speciem pertineat, aut quum quid alteri vel par, vel æquale esse videtur: *æqualis* ad magnitudinem & quantitatem, ut *animi, umbræ, pondera æqualia: par* ad rei naturam & qualitatem, ut *pares animo, par doctrina* &c. v. Reitzius in Misc. Obsery. X, 142.

¶ Æqualiter, adverb. idem. Cic. Verr. 5, 70 *Frumentum civitatibus æqualiter distributum.* Id. pro Mil. c. 29 *In communi odio pene æqualiter versatur odium meum.* conf. Salluft. Cat. c. 56; & Iug. c. 91; Ovid. Heroid. 7, 49; & Amor. 3, 10, 33. Comp. Colum. de Arboribus c. 4 *Altius fructum fert, & æqualius concoquit.* conf. Tac. An. 15, 21, 3: & Hist. 2, 27, 1.

¶ Æqualitas, *ātis*, f. die gleichheit; ut, *Similitudo æqualitasque verborum*, Cic. Partit. c. 6. *Æqualitas fraterna*, Id. pro Ligar. c. 12. *Ad æqualitatem aliquid redigere*, gleich machen, Plin. 30, 13. *Exuere æqualitatem*, Tac. An. 1, 4, 1; & 3, 26, 2. Seneca Epist. XXX *Prima pars æquitatis est æqualitas.* Epist. XXXI *Æqualitas vitæ per omnia consonans sibi. Æqualitas non parit bellum*, Solonis apophthegma, auctore Plutarcho, τὸ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ.

I. Composita cum Nominibus & Verbis.

¶ Æquævus, *a, um*, ejusdem ætatis, gleichen alters. Virg. Æn. 2, 561 *Vt regem æquævum crudeli vulnere vidi Vitam exhalantem.* Plin. 16, 44 *Lotus* (arbor) *æquæva Urbi.* Sen. Agam. v. 639 *Æquævi gregis Astyanax ducit turmas*, id est, puerorum æqualiuin, ejusdem ætatis.

¶ Æquanimus, *a, um*, qui æqui animi est, billig, saufftmüthig. Auson. Ludi Sapient. princ. v. 3 *Æquanimus fiamte judice.* Id. Edyll. 3 v. 9 *Nulla fuit res parva unquam æquanimis*, &c.

¶ Æquanimis, *e*, idem. Vetus Onomast. *Æquanimis*, εὐγνώμων.

¶ Æquanimiter, id est, æquo animo, mit gedult. Sulp. Severus Dialogo 1, 14 (Vorst. 21) *Pauca hæc tua verba si æquanimiter acceperint.* Macrob. Sat. 2, 4 *Augustus æquanimiter aliqua etiam jocis mordaciora pertulit.* Ammian. 19, 21 *Æquanimiter venturam operiens fortem.* Habet & Tertull. de Patientia c. 8 & 9.

¶ Æquanimitas, *ātis*, f. animi æquitas, perpetua quædam tolerantia & liberalitas, qua libenter ignoscimus, & omnia æqui bonique facimus, gütigkeit. Ter. prologo Phorm. v. 15 *Bonitas vestra adjutans atque æquanimitas*, id est, benevolentia, favor. Et Prol. Adelph. extr. *Facite, æquanimitas Vestra poëtæ ad scribendum augeat industriam.* Contrario vitio laborant, de quibus ipso initio Prologi loquitur, quos *iniquos* vocat, & *adversarios*, v. 2. Tertull. de Patientia c. 2 *Camina æquanimitas*, i. e. Cynica tolerantia seu patientia.

¶ Æquicrūrius, *a, um*, ἰσοσκελής, æquis cruribus insistens; ut, *Angulus æquicrurius*, Mart. Capell. 6 p. 230.

¶ Æquidicus, *a, um*, gleichlautend; ut, *Æquidici versus*, quos scribit Diomedes p. 498.

¶ Æquidies, *ei*, m. ut, *æquinoctium*, tag und nacht gleich. In I. Neustrii Archithrenio lib. 9 c. 9 *Æquator solem statione vestigit Æquidiemque facit*, hoc est, æquinoctium, quod a die etiam Græci ἰσημερίαν dicunt. Vet. Gloss. ἰσημερία, *Æqua dies.*

¶ Æquidialis, *e*, adject. Festus: *Æquidiale apud antiquos dictum est, quod nunc dicimus Æquinoctiale.* Gloss Vet. *Æquidialis*, ἰσήμερος.

¶ Æquidistans, *antis*, gleich weit von einander; ut, *Ordines æquidistantes*, Aggen. Vrb. p. 53. *Circuli paralleli, æquidistantes latine*, Mart. Capell. 8 p. 276.

¶ Æquiformis, *e*, gleichförmig; ut, *Versus æquiformes*, Diomedes p. 498.

¶ Æquilanx, *ancis*, æquas lances habens. Fulgent. de Cont. Virg. *Tunc demum trutina æquilance ponderatur ac dispunitur.*

¶ Æquilatatio, *onis*, f. æquabilis diductio. Vitruv. 9, 8 *Diducto circino ad lineam planitiæ æquilatatio signetur.*

¶ Æquilatus, *eris*, c. ἰσοπλευρος, gleichseitig; ut, *Species trigoni æquilatus*, Auson. Edyll. 11, 51.

¶ Æquilaterus, *a, um*, idem; ut, *Æquilateri trianguli figura*, Firmic. 2, 11. *Species æquilatera*, Mart. Capell. 6 p. 230.

¶ Æquilaterālis, *e*, idem. Censorin. de Die nat. c. 8 *Hexagoni æquilateralis forma.*

¶ Æquilāvium, *i*, n. *A lavatione lana dicitur æquilavio redire, cum dimidium decidit sordibus*, Festus.

¶ Æquilōtium, *i*, n. idem in Gloss. Isidori.

¶ Æquilibris, *e*, wagrecht; ut, *Margines æquilibres*, Vitruv. 5, 12. Vet. Gl. ἰσόζυγος, *æquilibris.*

¶ Æquilibratus, *a, um*, idem. Tertull. adv. Hermogen. c. 41 *Æquilibrato impetu ferebatur.*

¶ Æquilibrium, *i*, n. exacta æqualitas, cum neutra pars libræ præponderat, das instehende gewicht. Vet. Gl. *Æquilibrium*, ἰσοσταμία. Seneca Quæst. Nat. 3, 25, & Gell. 20, 1 usi sunt.

¶ Æquilibritas, *atis*, f. idem. Cic. de Nat. Deor. 1, 39 *Ad æquilibritatem confugere.*

¶ Æquimanus, *i*, m. qui utraque manu æque bene utitur, & *Ambidexter* a nonnullis dicitur; ut, *Æquimanus Thrax*, Auson. Edyll. 12. conf. Isidor. 10 lit. A. & Beda de Orthogr. p. 2330.

¶ Æquimelium, *i*, n. locus Romæ sic dictus, *quod æquata Melii domus publice, qui regnum occupare voluit*, Varr. L. L. 4, 32. conf. Liv. 4, 16. Aur. Vict. Vir ill. c. 17.

¶ Æquinoctium, *i*, n. tempus æquinoctiale, die zeit, da tag und nacht gleich ist. Cæs. Bell. Gall. 4, 36 *Propinqua die æquinoctii*: & 5, 23 *Æquinoctium fuberat.* Liv. 31, 47 pr. *Iam autumnale æquinoctium instabat.* Nam æquinoctia duo sunt, vernum & autumnale. Cic. in Arateis v. 287

In quo autumnali, atque iterum sol lumine verno,
Exæquat spatium lucis cum tempore noctis.

¶ Æquinoctiālis, *e*, quod ad æquinoctium pertinet, Plin. 17, 9 *Ab occasu æquinoctiali.* Sen. Qu. Nat. 3, 28 *Æstus* (maris) *æquinoctialis*, hoc est, circa æquinoctium. Etiam descriptioni locorum & plagarum inservit. Plin. 2, 47 *Ab oriente æquinoctiali Subsolanus: ab occasu æquinoctiali Favonius*, h. e. ab ipso cardine orientis vel occidentis. ¶ 2. Astronomis *Æquinoctialis linea* vel *circulus* est Æquator, mundum in æquales partes dividens. v. Ampelius de Mundo.

¶ Æquipar, *āris*, gleichmäßig, gerade. Sidon. 8 epist. 6 *Certare gloria æquipari.* Auson. in Monosyll. v. 113 *Bissena: partes quis continet æquipares?* AS.

¶ Æquipāro, *avi, atum, are*, (quod & *Æquiperare* scribunt, vocali secunda) neutraliter idem quod *æquare*, gleich seyn, gleich kommen, gleichen. Ennius ap. Cic. Tusc. 5, 17 *Nemo est, qui factis me æquiparare queat.* Nepos 7, 11, 3 *Vt nemo cum labore corporis quæ viribus posset æquiparare.* conf. 2, 6, 1. Virg. ecl. 5, 48 *Nec calamis solum æquiparas, sed voce magistrum.* Vet. Gl. *Æquiparas*, ἐξισοῖς. Suet. Aug. c. 94 *Adeo adolevit, ut æquipararet matricem.* conf. Idem Ner. c. 53. Et Vlpian. ff. 50 t. 17 l. 104 *Vbi æquiparant famosa judicia.* ¶ 2. Comparare, æque parem facere, gleich schätzen, vergleichen. Ita active Plaut. Mil. 1, 1, 11 *Mars haud ausit dicere: Neque æquiparare virtutes suas ad tuas.* Sic Liv. 5, 23 de Camilli triumpho; *Iovis Solisque equis æquiparari dictatorem, in religionem etiam trahebant.*

¶ Æquiparābilis, *e*, gleichschätzig. Plaut. Curc. 1, 3, 12 *Quid videbis diis magis æquiparabile?* Prudent. Hamart. v. 79 *Non conferre Deo, velut æquiparabile quidquam Ausim*, hoc est, quod Deo æquari possit.

¶ Æquiparatio, *ōnis*, f. vergleichung. Gellius 5, 5 *Rex de numero exercitus sui, ac de æquiparatione æstimanda quæserat.*

¶ Æquiparantia, *æ*, f. idem. Tertull. adv. Valent. c. 16 *Pervenire in similes æquiparantias.*

¶ Æquipedus, *a, um*, ἰσοσκελὴς, idem quod æquicrurius; ut, *Æquipedum trigonum*, Apul. de Dogm. Plat. p. 5.

¶ Æquipolleo, *ui, ēre*, æquivalere, frequens & tritum philosophis verbum, nec vero novum, gleich viel gelten. Vsus enim & Apulejus est 3 Doctr. Plat. p. 39 *Si iisdem manentibus æquipollentem ejus inferat bis.*

¶ Æquipollens, *tis*, gleichgiltig; ut, *Propositiones æquipollentes*, Apul. de Syllog. Cat. p. 36 *Æquipollentes autem dicuntur, quæ alia enunciatione tantundem possunt*, ibid.

¶ Æquipollentia, *æ*, f. ἰσοδυναμία, vox dialectica.

¶ Æquipondium, *i*, n. σφύρωμα, σάκωμα, quod æquat pondera. Legitur apud Vitruvium 10, 8.

¶ Æquiternus, *a, um*, vox ecclesiastica; ut, *Tria simul æquiterna, Claud. Mamert. 2, 4. Vna, summa, æquiterna, indivisa majestas*, Id. 2, 8.

¶ Æquivāleo, *ui, ēre*, gleich thun. Auctor carminis de Philomela v. 5

Nam quamvis aliæ volucres modulamina tentent:
Nulla potest numeris æquivalere suis.

¶ Æquivŏcus, *a, um*, ὁμώνυμος, significans res plures diversas, zweydeutig, vieldeutig; ut, *Æquivoca nomina*, i. e. ambigua; e. g.

Quis negat Æneæ magna de stirpe Neronem?
Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

Vbi in ultimo versu primum SVSTVLIT, *peremit, occidit*, quod Nero commisit in matre: alterum SVSTVLIT, *exceptum humeris tulit* sive *gessit*, quod fecit Æneas, significat. Citatur hoc epigramma Suetonio in Nerone c. 39. conf. Isidor. 2, 26.

¶ Æquivoce, adverb. ὁμωνύμως, idem in Scholis.

¶ Æquivocatio, *ōnis*, f. ὁμωνυμία, diversa unius vocis significatio apud Dialecticos.

II. Composita cum Præpositionibus.

¶ Adæquo, *avi, atum, are*, gleich machen; ut, *Adæquare solo tecta*, Liv. 1, 29, idem quod *æquare solo.* Sic, *Vrbem flammis adæquare*, Flor. 3, 10, 23; *Alicujus famam*, Id. 2, 2, 14. *Libertos sibi & legibus adæquare*, Tac. A. 12, 60, 5. Sic & *Deorum vitam adæquare*, i. e. assequi, Cic. de universo c. 11. *Sagittarum jactu adæquari*, Tac. A. 15, 9, 1.

¶ Adæquatus, *a, um*, gleich gemacht, ut, *Amicus cum familiarissimis adæquatus*, Cic. pro Balbo c. 28.

¶ Adæquatio, *ōnis*, f. actio adæquandi, Tertull. ad Nation. 1, 1 *Deficit adæquatio comparationis istius.* Add. eod. lib. cap. 15.

¶ Adæque, adv. eben so. Liv. 4, 43 *Quemadmodum tribunis consulari potestate creandis usi sunt, adæque in quæstoribus liberum esset arbitrium populi.* Plaut. Casin. 3, 5, 45 *Amator adæque miser*; & 5, 1, 3 *Nunquam ullo die visi adæque.*

¶ Coæquo, *are*, schlichten, gleich machen. Sall. Cat. c. 20 *Coæquare montes.* Colum. 1, 3 *Coæquare sulcos.* Cic. Verr. 3, 41 *Ad injurias libidinesque tuas omnia coæquasti*, du hast sie alle über einen kamm geströelt. *Coæquare leges*, Liv. 13, 36; *gratiam civilium*, Sal. de rep. ord. c. 2.

¶ Coæquatus, *a, um*, einander gleich, ut, *Coæquati dignitate, pecunia*, &c. Sall. de Rep. Ord. 2, 16.

¶ Coæquālis, *e*, gleich, gleiches alters, ut, *Coæquale natalium sinciput*, Petron. cap. 136 pr. v. Burm. p. 649. Et Manil. 3, 330 *Vna coæquali lustratur linea Phæbo.* ¶ 2. Subst. ein gesell. Justin. 23, 4, 9 *In ludo inter coæquales discens.* Colum. 8, 14 *In gregem coæqualium compellitur.* conf. Inscript. apud Fabrett. p. 417. Vorst. ad Sulp. Sev. 1, 26, 6.

¶ Coæqualitas, *atis*, f. die gleichheit, ut, *Coæqualitas honoris*, Modest. ICt. D. lib. 27 t. 1 leg. 8 pr.

¶ Coæquus, *a, um*, gleich. Plin. 6, 29 *Pars coæqua in commerciis.*

¶ Exæquo, *are*, durchaus gleich machen. Cic. 4 Att. 15 *Pecunia omnium dignitatem exæquat.* Id de Amic. c. 20 *Superiores exæquare se cum inferioribus debent.* Id. Verr. 2, 50 *Ius pretio exæquare.* Id. ad Quir. post red. c. 9 *Bonis exæquari.* Cæs. B. C. 1, 4 *Neminem secum exæquari dignitate volebat.* conf. Lucret. 1, 70, & Ovid. Amor. 3, 8, 61.

¶ Exæquatus, *a, um*, coæquatus; ut, *Exæquata certamina belli*, Lucret. 5, 1295. *Cortex cum cortice exæquatus*, Varr. R. R. 1, 40.

¶ Exæquatio, *ōnis*, f. die gleichmachung, Vitruv. 5, 12. Liv. 34, 4 *Hanc ipsam exæquationem non fero*; antea dixerat *æquatum omnium cultum.*

¶ Exæquamentum, *i*, n. idem, apud Tertullianum.

¶ Exæqualiter, adv. schnurgleich, Apul. Met. 2 *Cætera corporis exæqualiter ad regulam.* Ita Beroald. sed Elmenh. p. 115 *inexplicabiliter.*

¶ Inæquo, *are*, idem quod æquare, gleich machen. Cæs. C. B. 1, 27 *Hæc levibus cratibus terræque inæquat.*

¶ Inæquatus, *a, um*, est etiam non æquatus, inæqualis, ungleich, uneben, ut, apud Tibullum Panegyrico Messalæ v. 43 *Inæquatum omus libræ*, quando lanx altera depressior est, & libra instabilis fertur.

¶ Inæquābilis, *e*, idem; ut, *Inæquabilis varietas*, Cic. Partit. c. 4.

¶ Inæquabiliter, adv. idem. Varro R. R. 3, 9 *Ova inæquabiliter maturescunt.*

¶ Inæquabilitas, *atis*, f. die ungleichheit, Arnob. lib. 2 p. 81 *Elementorum inæquabilitas.*

¶ Inæquālis, *e*, ungleich, ut, *Inæquales autumni*, Ovid. Met. 1, 117. *Inæquales mensæ*, Martial. 1 epigr. 56. *Inæqualissimarum rerum sortes*, Suet. Aug. c. 75. *Nihil est ipsa æqualitate inæqualius*, Plin. 9 epist. 5. puta, si discrimen dignitatum, ut omnes æquales sint, auferatur.

¶ Inæqualiter, adverb. idem. Liv. 37, 53 *Inæqualiter alios deprimere, alios præter modum extollere.* Visus est etiam Cels. 2, 6 & Sen. epist. 28.

¶ Inæqualitas, *atis*, f. die ungleichheit, Colum. 3, 12 *Opus est inter has tam diversas inæqualitates magno temperamento.* De *inæqualitate in vestitu*, & quæ *dominetur in sermone quoque*, v. Varr. de L. L. 7, 13 & 15. Ibid. 8, 1 *Chrysippus de inæqualitate scribit sermones.*

¶ Inīquus, *a, um*, ἀνώμαλος, non planus, uneben, schlimm, ut, *Locus iniquus*, i. e. editus arduusque, Liv. 2, 31; ubi, uti collato cap. 30 apparet, *iniquus locus* est, qui attollitur in montes & juga, & itaque adscensu difficilis est; quare & *adscensum iniquum*, pro laborioso ac difficili Idem 28, 16 dixit. *Iniquiorem locum*, Id. 22, 28; & Cæs. B. G. 2, 10 *Iniquissimum locum*, ibid. c. 27 extr. ¶ 2. Impar, ungleich. Virg. Æn. 10, 889 *Pugna congressus iniqua*, i. e. impari. Sallust. Iug. 54 *Præterea iniquum sibi certamen cum hostibus*; ita legendum ibi esse, non *inimicum*, ut editur vulgo, illa satis evincunt, quæ sequuntur. ¶ 3. *Iniquum* & dicitur, quicquid laborem magnum ac difficultatem habet, unbequem. Sic *Paludem iniquum* Tacitus, quæ esuctatu difficilis, Ann. 1, 63, 3; *Iniquum defensantibus agmen*, quod difficulter tueri licet, Ann. 2, 5, 4 dixit. ¶ 4. *Iniquus*, ἄκαιρος est, unbillig, ungerecht. Horat. 1 Sat. 3 v. 67 *Legem sanctmus iniquam.* Sic *Iudex iniquus*, Ovid. Met. 13, 190. ¶ 5. Et quia injusti & iniqui homines nunquam id sunt, quod sunt, sine aliorum injuria ac noxa: idcirco, *iniquus*, etiam pro infesto, noxio, inimico, acerbo, duro ponitur, feindselig, zornig, unwillig. Virg. Æn. 10, 7 *Animis certatis iniquis.* Horat. 2 Sat. 7, 14 *Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis.* Qui similiter & *iniquos penates, iniquum littus, iniqua castra* pro inimicis alibi dixit. *Iniquos sermones*, pro obtrectationibus sive malevolis sermonibus Cicero dixit fam. 1, 9. Substantive Cic. 11 fam. 27 sect. 18 *Me a te contra iniquos meos solere defendi.* In de Senect. c. 23 *Mori animo iniquissimo*, ungern. ¶ 6. *Iniquum* etiam dicitur, quod aut justum modum non habet, & brevius arctiusque est, quam par erat: aut eum excedit, & nimium est, zu groß oder zu klein. Virg. Georg. 4, 147 *Verum hæc ipse equidem spatiis exclusus iniquis*
Prætereo. id est, justo angustioribus. Vide ibi Servium. Idem Georg. 1, 164 *Iniquo ponderе rastri*, i. e. nimium magno; qua ratione etiam *injusto sub fasce* dixit Georg. 3, 347, quod Servius *sub magno onere* interpretatur. Val. Flaccus 3, 486 *Haret Hylas lateri, gressique morantur iniquos.* Idem 3, 65 *Iniquum merum* dixit, nimirum, plus justo hausturn. Q. Serenus Sam. Carm. 38 v. 713

Emmus ipse pater dum poculo ficcat iniqua:

id est, majora, quam per quæ sobrio esse licet, quæque ægre educas. V. Burm. ad utrumque locum.

¶ Per-

¶ Periniquus, *a, um*, ut, *Periniquo pati animo*, Cic. 12 fam. 18, i. e. valde iniquo, ſehr übel zufrieden ſeyn.

¶ Inïque, adverb. ungleich, unbillig. Ter. Hec. Prol. v. 54 *Ne eum circumventum iniqui irrideant.* Id. Adelph. 2, 2, 3 *Nunquam vidi iniquius concertationem comparatam.* conf. Gell. 20, 1. Cic. pro Cluent. c. 21 pr. *Hoc prope iniquiſſime comparatum eſt, quod* &c.

¶ Inïquĭtas, *ātis*, f. ut, *Loci iniquitas*, die unebene und ungelegenheit des orts. Liv. 21, 33; & Cæſ. Gall. 3, 2. ¶ 2. Et *Iniquitas* improbitas, injuria, die ungerechtigkeit. Cic. Verr. 3, 16, 1 *Omnesque eas iniquitates* (de improbis judiciis ſermo eſt) *ſui quæſtus cauſa conſtituiſſe.* Plin. 12, 19 *Ob iniquitatem præpotentium.* ¶ 3. *Temporum iniquitas*, difficultas, Cic. pro Roſc. Am. c. 1, die böſe zeit.

¶ Inïquo, *are*, iniquum reddere, böſe machen. Laberius apud Nonium 2, 444 *Æquum animum indignanti iniquat contumelia.*

¶ Peræquo, *are*, gleichmachen, Colum. 3, 9 *Denas amphoras peræquarent.* conf. 3, 3.

¶ Peræquatus, *a, um*, gleich gemacht; ut, *Contractura peræquata*, Vitruv, 5, 1. conf. ibid. c. 4; & 9 c. 4 & 7; & 10 c. 14 & 79.

¶ Peræquator, *ōris*, m. ἐξισωτής, fuerit ex noſtra conſuetudine ein ſteuer-Commiſſarius, qui modum conferendi cenſus æquat, ut inter tributarios æqualitas ſerverur. Vid. Gothofredus ad l. 13 tit. 11 Cod. Theod. *de cenſitoribus, peræquatoribus & inſpectoribus*; it. Gefner. ad Philopatrin Luciani p. 161 ſq. & infra in *Cenſitor*. Vetus inſcriptio ap. Gruterum p. 361 n. 1 PERÆQVATORI CENSVS PROVINCIÆ GALLECIÆ.

¶ Peræquatio, *onis*, f. die gegeneinanderhaltung, ut, *Temporum peræquatio*, Solin. c. 1 (al. 3) ut quidem Salmaſius legit: nam vulgatum eſt *adæquatio*. Tertull. adv. Marc. 4, 29 *Similitudinum peræquatio.* Adde eund. adv. Valentin. c. 12; de Monog. c. 12; & de Reſurr. carn. c. 52.

¶ Peræquus, *a, um*, ſehr gleich; ut, *Peræqua proportione*, Cic. Verr. 4, 21.

¶ Peræque, gleich durch. Nep. 25, 13, 6 *Non amplius quam terna millia æris, peræque in ſingulos menſes.* Cic. fam. 10, 33 *Legiones Antonii peræque cæſæ.* Conf. ad Att. 2, 8 & 19.

¶ Superæquatio, *ōnis*, f. idem quod *exæquatio*. Impp. Cod. 11 t. 58 l. 15 *Si quis deſerta prædia &c. ſuperæquationis jure pereceperit.*

ĀĒR, *ĕris*, m. ἀήρ, ab ἄημι, *ſpiro*, medium ſpatium inter cælum & terram & unum ex quatuor elementis, Plin. 2, 5 die luft, Cic. de Nat. D. 2, 36 *Animabilis ſpirabilisque natura, cui nomen eſt aër.* Vbi periphraſin adhibet, quaſi fugiens vocem græcam, cui non haberet latinam reſpondentem. Ita Quintilianus 12, 2 *Circumfuſum nobis ſpiritum* pro aëre dixit. Rurſum Cic. Acad. Qv. 1, 7 *Aër, (utimur enim pro latino) ignis, & aqua, & terra prima ſunt.* Id. Nat. D. 2, 16 *Aër purus tenuis*; Id. Acad. Qv. 4, 25 *craſſus*: Plin. 2, 25 *Liquidus.* Virg. Æn. 5, 839 *Aëra dimovit tenebroſum.* Accuſativum græcum *aëra* retinet Cicero de Nat. D. 1, 10, & quilibet poëtarum. *Color aëris* cæruleus, vid. Burm. ad Ovid. A. A. 3, 173. ¶ 2. *In aëre piſcari*, eſt ſtulta conari & præpoſtera. Plaut. Aſin. 1, 1, 86 *Vna opera in aëre piſcari, & in mari venari rete jaculo.* ¶ 3. *Aër* pro aëris qualitate, conſtitutione, flatu & ſono; ut, *Temperatus aër*, gelinde wetter, Cic. de Nat. D. 2, 45. *Purus & tenuis aër*, ibid. c. 16. Et Ovid. 2 Art. am. v. 315, 318

Sæpe ſub autumno, cum formoſiſſimus annus,
Aëre non certo corpora languor habet.

Sic *Auribus aëra captare*, horchen wo der wind hergeht, Virg. Æn. 3, 514. *Veſica arcte ligata ſi perculeris, aëra reddet.* Varro apud Nonium 4, 18. ¶ 4. *Aër*, pro nebula, der nebel. Val. Flaccus 5, 399 *Virget*

Aëre ſeptus iter: patitur nec regia cerni
Iuno virum.

Virgilius & Horatius paullo clarius cum epitheto uſi. Vt Æn. 1, 411

At Venus obſcuro gradientes aëre ſepſit. Horat. 2 od. 7, 13

Sed me per hoſtes Mercurius celer
Denſo paventem ſuſtulit aëre.

Nebula enim vulgo definitur obſcurus & condenſatus aër. ¶ 5. *Aër* eſt altitudo ap. Non. 4, 18. Virg. Georg. 2, 123

Vbi aëra vincere ſummum
Arboris haud ulla jactu potuere ſagittæ.

Vbi Iun. Philargyrius: *Aëra arboris* nunc pro cacumine: aut eum aërem dicit, qui circa cacumen eſt. Iul. Cæſ. Scal. Poët. 5, 16, cum hunc ipſum locum tractat, *plebejus*, inquit, *poëta dixiſſet, arboris cacumen.* ¶ 6. *Aër* etiam dicitur tuborum cavitas, qua aëra trahunt fiſtulæ, *lumen* alias dicitur. Sen. Qu. Nat. 3, 24 *Facere ſolemus formas, in quibus aëre tenui fiſtulas ſtringimus.* ¶ 7. In plurali numero dixit Vitruvius 1, 1 *Aëres locorum, qui ſunt ſalutares, aut peſtilentes.* conf. Lucret. 4, 291; & 5, 644. ¶ 8. *Aër* & *æther* in MSS. confunduntur obſervante Drakenb. ad Sil. 13, 527.

¶ Āĕrĕus, vel āĕrĭus, *a, um*, in der luft, ut, *Aërei volatus avium atque cantus*, Cic. Top. c. 20. Tritum magis *aërius*; ut, *Aëria volucres*, Lucret. 1, 12. ¶ 2. Poëtis idem eſt ac celſus & perquam altus, ſehr hoch. *Aëria ulmus*, Virg. ecl. 1, 59. *Aëriæ Alpes*, Georg. 3, 474. *Aërii muri*, Val. Flacc. 6, 553. Nam & Græci alta, & ſublimi loco poſita, *Aëria* vocant, quod Strabo docere poteſt lib. 4 p. 128, ubi Galliæ Narbonenſis oppidum *Aëriam* appellari tradit διὰ τὸ ἐφ' ὑψηλοῦ ἱδρῦσθαι μεγάλης, *quod ſitum ſit loco celſiſſimo.* At *aërias palumbes* pro vagis Virgilius Eclog. 3, 69 dixit, ut Scaliger interpretatur ad 1 Ariſt. de Hiſt. animal. Apot. 19. v. Taubm. ad Virg. p. 11. ¶ 3. *Aërium mel*, Virg. Georg. 4, 1, & eum imitatus Samonicus, dixit c. 16; honigthau. Neque enim apes mel faciunt, ſed contrahunt ex rore matutino. v. Buchner. ad Venantii Eleg. de Reſurrect. Chriſti v. 26. ¶ 4. *Spes aëria*, eſt apud Arnobium 2 p. 86. caſſa, inanis, incerta, ut exponit Meurſ. Part. 2 exerc. Crit. 1, 5 p. 17.

¶ Aëria, *æ*, f. Dea Iuno, ab aëris regno nuncupata, Mart. Capellæ 2 p. 28.

¶ Aërĭnus, *a, um*, cæruleus, vergens in aërium colorem, luftfarbicht, ut, *Oves aërinæ*, Tertull. de Habitu mul. c. 8. v. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 399 & 770.

¶ Aëripes, *ĕdis*, aërios habens pedes, ſchnell, leicht auf den füſſen, Sic *Æripĕdem cervam* per Synæreſin (ſeu contractionem quinque ſyllabarum in quatuor,) dixit Virg. Æn. 6, 802 pro expedita & celere. Alii tamen, quaſi compoſitum eſſet non ab *aër*, ſed ab *æs*, χαλκόπους interpretantur, id eſt, ſolidos, indefatigabiles pedes habentem. Ita Homero χαλκόποδες ἵπποι, Iliad. Θ. v. 41; & N. v. 23. v. Scalig. in Auſon. 1, 16 p. 48, qui ab *æs, æris*, derivat.

¶ Aërĭzūſa, *æ*, f. ἀερίζουσα, i. e. *aërem imitans*, genus jaſpidis. Plin. 37, 8; Dioſcor. 5, 160.

¶ Aëroïdes, f. pl. gemmæ, ſmaragdi ſpecies, Plin. 37, 5.

¶ Aëromantia, *æ*, f. ἀερομαντία, ſpecies magiæ, ars nempe per aërem divinandi. Iſidor. 8, 9.

¶ Aërŏmĕli, n. ἀερόμελι, idem quod ſupra *aërium mel*, manna. vid. Ruell. & Reuch. ad Samon. p. 147 & Salmaſ. Exerc. Plin. p. 719.

¶ Aërŏpĕtes, *æ*, m. ἀεροπέτης, *volatilis*; ſic vocatur liber ſextus Apicii de condimentis volatilium.

¶ Aërophagia, *æ*, f. ab ἀήρ, *aër*, & φάγομαι, *edo*. *Per contumeliam aërophagiæ*, Petron. c. 56; intelligo edulia avicularum. Sed Critici in alia omnia abeunt. vid. Burman. p. 278.

¶ Aërŏphŏbus, *i*, m. ἀεροφοβος, i. e. *aërem timens*, luftſcheu. Cæl. Aurel. Acut. 3, 12 *Aërophobos ajunt ſimiles eſſe phreneticis.*

ĀRA, *æ*, f. ἄρα, lolium, herba eſt inimica ſegetibus, treſpen. Plin. 18, 17 *Necat triticum æra.* ¶ 2. Alia notio in *Æs*.

¶ Ærinus, *a, um*, adj. ut, *Farina erina*, i. e. loliacea, Plin. 22, 25.

Æra, (computus annorum) æramen, æramentum, æraria, ærarius, ærarium, æratus, ærelavina, æreus, vide in *Æs*.

AĒRIAS, *æ*, m. Cypri rex, conditor & dedicator religionis Veneris Paphiæ. v. Tac. Annal. 3, 62, & Hiſt. 2, 3.

ÆRICA, *æ*, f. piſcis, ab æris colore, alio nomine *Chalcis*. Sed *chalcidem*, qui & *Celerinus* & *Sardinia* appellatur, non ſat recte *Æricam* converſum Geſnerus judicat. Eſt autem *chalcis* ex harengorum genere, eine art häringe. Et *cœlacidibus* cognati ſunt piſces, qui a Germanis Oceani accolis, ſtincks, vel ſtinckfiſch, appellantur. Adducunt ex Ariſtotele, *æricam* diro infeſtari malo, pediculis ſcilicet ſubbranchiis innatis (Albertus in ventre vermiculis infeſtari ſcripſit.) Quod accidere piſciculis notis, quos *gobiones fluviatiles* dicunt, (grundlinge oder treſſen) menſe Iulio certum eſt.

Ærifer, ærifex, &c. Aëripes, aërius, &c. vide *Æs*, *Aër*.

ÆRO, *ōnis*, m. ſporta, fiſcella, ein geflochtener korb. Vulgo *eronem* dicebant, ea conſuetudine, qua diphthongos ſolebant negligere, & in ſimplicia elementa convertere. Donatus in Ter. Phorm. 1, 2 *Phormio non a formula*; *ſed* phormione *dicitur* ſparteo, *quem nos* Eronem *dicimus trivialiter & pro conſuetudine.* In Argumento ejusdem fabulæ *Iiſcum ſparteum* appellat. Vſus hac voce & Plinius eſt 36, 14 *Æronibus arena plenis*, ut eum locum primus reſtituit Cujacius; Salmaſius autem in Exerc. Plin. p. 574 confirmavit. Nominis ratio inde eſt, quod aliquid eo tollitur & fertur, ἀέρω φορτίον, *onus tollere.* Inde ἀέρων, Græcum eſt; & ex eo *Æro* Latinum. Vet. Gloſſ. *Æro*, κοΐξ.

Æroides, aëromantia, aëromeli, vide *Aër*.

ÆRŎPE, *es*, f. Atrei uxor, a Thyeſte fratre corrupta, Hyginus Fab. 86, & Ovid. Triſt. 2, 391 *Si non Aëropen frater ſceleratus amaſſit, Averſos ſolis non legeremus equos.*

Æropetes, aëropha gia, aërophobus, Ærosus, vide *Aër*, *Æs*.

ÆRŪCA, *æ*, f. ab ære *æruga*, de qua ſequitur, appellatur, quam ex lamellis æreis acéto ſuffuſo efficiunt, docente Vitruvio 7, 12.

ÆRŪGO, *ĭnis*, f. æris rubigo, kupferroſt, grünſpan; ſicut ferri *ferrugo eſt*. Hinc eſt, quod *æris* vocem interdum apponant optimi ſcriptores, ut vis vocabuli magis eluceat. Colum. 7, 5 *Subluvies & intertrigo* (lanatur) *ſuperfuſo aceto vel æris ærugine infriata.* Prudent. Pſychom. v. 602 *Virides obductæ ærugine nummos* dixit. Sedul. 4, 21 de theſauris in cœlo condendis: *Non mordax ærugo vorat, non tinea fulcat.* Plin. 33, 5 *Cypria ærugine temperare.* ¶ 2. Figurate pro invidia, maledicentia fumitur. Martial. 2 epigr. 10 *Nimiaque ærugine captus Alluras nomen quod tibi cunque datum.* Horat. 1 Sat. 4, 101 *Hic nigræ ſuccus loliginis, hæc eſt æruginis mera.* ¶ 3. Pro *avaritia* apud Horat. legitur in Arte Poët. v. 330 *Animos ærugo & cura peculi Cum ſemel imbuerit.* Sic Apul. 1 Met. ſub fin. *Ærugini intentum* pro avaro dixit.

¶ Ærūgĭno, *avi, atum, are*, roſten, verroſten. Vulg. Interp. Iac. 5 v. 3 *Aurum & argentum veſtrum æruginavit.* Habet & Fulgent. ep. ad Venant. & Salvian. de Avar. 1 p. 31.

¶ Ærūgĭnōſus, *a, um*, roſtig, Sen. de Brev. vitæ c. 12 *Majorem dierum partem æruginoſis lamellis conſumit.*

ÆRVMNA, *æ*, f. labor onerоſus, mühe, jammer, trübſal, ut, *Herculis perpeti ærumnas*, Cic. 2 Fin. extr. Idem Paradoxo 2 *Ærumnæ omnes te premunt.* Id. Tuſc. 4, 8 *Ærumnam ægritudinem laborioſam* definit. *Suis peccatis in ærumnam incidere*, ſich in angſt und noth ſtecken, Id. Att. 6, 14. *Animus æquus optimum ærumnæ condimentum*, Plaut. Rud. 2, 3, 71. Add. Ovid. Triſt. 4, 6, 26; & in Ibin v. 119. Fruſtra ergo nil opus eſſe hac voce putat Quintil. 8, 3 p. 687. conf. Voſſ. Inſtit. or. 2, 4, 7; & quid proprie notet Scheffer. de Re vehic. 2, 2. Aliqui dici putant ab *ære*, quod æris cauſſa maximi ſint labores. Iſidorus lib. 10 in A derivat a *rumine*. Chariſius ait Ennium per e ſimplex ſcripritaſſe, *quod mentem eruat.* Rectius ab ἄειρω, *gero, tollo*, quaſi ἀερυμένη; unde &

¶ Ærumnula, *æ*, f. dimin. ein ref, proprie; Sic enim Plautus apud Feſtum *refert furcillas, quibus religatas ſarcinas viatores gerebant, quarum uſum quia C. Marius retulit, MVLI MARIANI poſtea appellabantur.* Apud Plautum hodie non exſtat, niſi in Sticho 3, 1, 19 pro *miſerias* cum Douſa leges *ærumnulas.*

¶ Ærumno, *are*, miſerum reddere, Cathol. Hinc

¶ Ærumnātus, *a, um*, ærumnis affectus, geplagt, beſchwert. Plaut. Capt. 3, 4, 108 *Ego ærumnatus, deartuatus ſum miſer.* al. *deruncinatus.*

¶ Ærumnābilis, *e*, idem ac *ærumnoſus*, beſchwerlich. Lucret. 6, 1228 *Miſerandum & magnopere æruminabile.* Apulej. 8 p. 205 *Ærumnabilis vita.*

¶ Ærumnālis, *e*, idem; ut, *Ærumnalis labor*, Apul. 1 Met. p. 102.

¶ Ærumnō-

¶ Ærumnōsus, *a, um,* mühſelig. Plaut. Epid. 4, 1, 32 *Aerumnosam & miseriarum compotem mulierem retines.* & Rud. 1, 4 extr. *Inopes, aerumnosas, ut aliquo auxilio adjuvet.* Sen. de Ira 2, 7 *Nihil est aerumnosius.* Cic. Tusc. 3, 28 ex Euripide vertit *Aerumnoso navigassem salo:* & pro Cluent. c. ult. *aerumnosissimus* dixit; & 3 Att. ep. 23 *Terentiam unam omnium aerumnosissimam.*

Ærusator, Ærusco, vide *Æs.*

Æs, *æris,* quodvis metallum, erz, metall. *Æs Cyprium,* Plin. 33, 5, kupffer. *Æs fusum in panibus,* id est, massæ æreæ. Vide *Panis* n. 2. *Legere in æs incidere,* Cic. Phil. 3, 12. Quod factum ob perennitatem, ut obtervat Rupert. ad Enchirid. Pomponii p. 50 iremque ad Flor. p. 290. Ita vult Senatus apud Plin. ep. 8, 6, 13 *ut SCta de his rebus in æs inciderentur, idque æs figeretur ad statuam loricatam Divi Iulii. Edixit Alexander, ne quis ipsam alius, quam Lysippus ex ære duceret,* i. e. ære fuso exprimeret, Plin. 7, 37 conf. Horat. 2 epiſt. 1, 240. *Illi æs triplex circa pectus erat,* er iſt ſtahl und eiſen geſt, Id. 1 od. 3, 9. *Æs Corinthium* mixtura quædam fuit olim æris, argenti, auri, Plin. 34, 2. Muretus 3 Var. Lect. 5 hujus temperaturæ tres affert cauſſas; & primam quidem ex Plinio; ſecundam vero & tertiam haud dubie e libello Plutarchi, *cur nunc Pythia non reddat oracula carmine.* Plura de Corinthio ære ſuggerent Interpr. ad Flor. 2, 16, 6; Meller. Palmer. Ipicileg. p. 183 edit. Francof. 1580 (Tom. 4 Lamp. Grut. p. 804;) Pancirol. 1 memorab. p. 230 & Biſciol. Tom. 1 ſubſeciv. 15, 20. ¶ 2. *Æs* & *æra* figurate, poetis cum maxime, quamquam & aliis auctoribus ſignificant multa, quæ ex ære fiunt; ut *ſtatuæ.* Virg. Æn. 6, 847 *Excudere ſpirantia æra,* i. e. vultus, qui vivi videntur. Nec non *galea.* Ovid. Met. 8, 32 *Faciem dempto nudaverat ære.* Item *tubæ.* Virg. Georg. 4, 71 *Rauci æris canor.* conf. Æn. 6, 165. Item *arma.* Id. Æn. 2, 734 *Ardentes clypeos atque æra micantia cerno.* Lucret. 2, 636 *Armati pulſant æribus æra.* Adde, quæ de caſu ablativo plur. notat Chariſius 1 p. 97. Ideo autem arma ærea leguntur palſim, quod æris uſus, quam ferri, antiquior. v. Cæl. Rhodig. 10, 50. Apud agrimenſores *æs* eſt tabula ænea, in qua forma agrorum deſcripta, ad quam in tabulario publico repoſitam recurritur, ubi orta eſt controverſia. Vid. Rigalt. gloſſ. agrim. ubi plura. ¶ 3. *Æs,* pecunia, geld, münze; cujus antiquiſſimum genus ex ære, quo primum rudi uſi Romani. Nam Servius rex primus ſignavit, ut auctо eſt Plin. 18, 3; & 33, 3. Ter. Phorm. 3, 2, 26 *Ancillam ære emtam ſuo.* Vepos 25, 13, 6 *Terna millia æris expendere.* Iuvenal. 2, 152 *Pueri, quibus mundum ære lavantur,* i. e. infantes, a quibus in balneis nihil exigitur. Horat. 1 epiſt. 7, 23 *Non ignorat, quid diſtent æra lupinis.* vide *Lupinus* n. 2. Cic. Att. 2, 1 *Æs circumforaneum,* currant-geld. Hinc *Æs alienum,* χρέος, pecunia aliunde accepta, entlehnetes geld, ſchuld. P. Syrus: *Alienum æs homini ingenuo acerba eſt ſervitus. In ære alieno eſſe,* ſchuldig ſeyn, Cic. Verr. 4, 6. Sic, *Æs alienum habere,* Ibid. & Fam. 5, 6. *Æs alienum habere,* Id. Cat. 2, 9. *Æs alienum facere, contrahere, cogere, conflare,* ſchuld machen. Cic. Att. 13, 46; Id. ad Qu. Frat. 1, 1, 8; Salluſt. Cat. 2, 9 & 14; Plaut. Stich. 1, 3, 4. *Suſcipere æs alienum amicorum cauſſa,* bürge werden. Cic. Off 2, 16. Et *Amicos ære alieno obſtringere,* freunde in die büraſchafft ſtecken, 11 fam. 10. *Ex ære alieno laborare,* Cæſ. B. C. 3, 22. *Æs alienum diſſolvere, ære alieno exire, levare ſe, liberare ſe,* die ſchuld abtragen. Cic. pro Sylla c. 20; Phil. 2, 18 & 11; ad Att. 6, 2; & 11, 6. Plin. 7, 32 inter o. ula Chilonis Lacedæmonii recitat & illud, *Comes æris alieni atque litis eſt miſeria.* Salluſt. Catil. XXXIII, 2 *Noviſſime memoria noſtra propter magnitudinem æris alieni - - argentum ære ſolutum eſt.* Seſtertius ſcilicet argenteus, non minus quam denarius, as ex ære eſt. v. I. Fr. Gronov. de pec. vet. IV, 5 p. 287. ¶ 4. *Æs grave,* nummi ærei five pecuniæ veteris genus, ubi aſſes ærei librales erant, quorum decem uno denario argenteo permutabantur. Nam ſumma erat argenti raritas & major æris copia. Sed poſtea ſubinde minutum argenti pretium, æris autem auctum eſt. v. Scriptores de Pecunia vet. e. g. Gronov. 3, 15 p. 242; Eiſenſchmid; & Iac. Perizonius peculiari adv. Lud. Kuſterum diſſertatione. Liv. 4, 60 *Indicibus dena millia æris gravis, quæ tum divitiæ habebantur, data.* Et 5, 12 *Denis millibus æris gravis reos condemnavit.* Aliquando *æs grave* non nummi genus, ſed ſummam ex *ære gravi* ſignificat indeterminatam minusque grandem pro conditione opum tum tenuium, cum *ære gravi* ururentur. Sen. ad Helv. c. 12 *Scipionis liberi a ſenatu tutore ſuo in dotem æs grave acceperunt,* vid. ibi Lipſ. ¶ 5. Pro pecunia, quæ ex quæſtu vel artificio redit. Horat. ad Piſones v. 345 *Hic meret æra liber Soſiis.* ¶ 6. Sic ſtipendium quoque ſeu mercedem annuam *æs* & *æra* deſignant, ſold. Liv. 5, 4 *Annua æra habes, annuam operam ede.* Sic Varro L. L. 4, 36 *Æs militare* vocat ſtipendium. Hinc *ære dirutus miles,* cui ſtipendium ademtum ignominiæ cauſſa, ap. Nonium 12, 53. Hoc ad elegantem jocum tranſtulit Cic. Verr. 5, 13 *Alcatoris Placentini caſtra commemorabuntur: in quibus cum frequens fuiſſet, tamen ære dirutus eſt.* Exſtat hæc forma & apud Auſon. ep. ad Paulum, quæ centoni præfixa. ¶ 7. *In ære meo,* id eſt, inter meos eſt, ſive meus eſt, quaſi res & pecunia mea, apud Cic. 13 fam. 62; & 15 ep. 14. Niſi malis debitorem intelligi ſimpliciter, non pecuniæ tantum, ſed etiam beneficii. ¶ 8. Proprie autem *Æra* ſunt viliotis pretii nummi, quos Græci χαλκοῦς appellitant, ut Caſaubonus ad Theophraſtum περὶ ἀποτίας obſervat, heller, pfennige. Martial. 11 epigr. 28 v. 12 de amica avara: *Centum aureolos, ſic velut æra, rogat,* i. e. acſi eſſent nummi exigui, qui mendico dantur, ein bettel-geld. *Stipis æra* vide etiam apud Ovid. Faſt. 1, 219 &c. ¶ 9. Porro & *Æra* dicebantur nummi, quibus calculatores, ad ſubducendas rationes utebantur, rechen-pfennige zahl-pfennige. Vnde & data ſingula, ſeu rationum capita & ipſæ ſummæ, quæ inde conficiuntur, *Æra* παράδοτικὰ appellantur, die poſten im rechnen. Lucil. ap. Nonium 2, 42 *Hoc eſt ratio: perverſa æra, ſumma eſt ſubducta improbe.* Cic. ap. Nonium 3, 18 *Quid ais ſoles, cum rationem a diſpenſatore accipis, ſi æra ſtimula prehenſti, ſummam, quæ ex his confecta ſit, non probare?* ¶ 10. *Æra* idem ſunt, ac *tabulæ quibus leges inſcriptæ ſunt. Cujus æra refigere debemus, ejus etiam chirographa defendimus.* Cic. Epiſt. XII, 1. *Qui ærea legum vetuſtate delapſa reficerent, figerentque.* Tacit. Hiſt. IV.

¶ Æra, *æ,* f. plur. *æræ,* rechen-pfennige. Nam poſteriores Latinorum ut plura alia neutra, ſic iſtud quoque, in fœmininum converterunt, & *æras* appellarunt, quæ Cicero & Lucilius *æra* dixerant. Rufus Feſtus, ſive Sextus Rufus Præfat. Breviarii: *Morem ſecutus calculonum, qui ingentes ſummas æris brevioribus exprimunt, res geſtas ſignabo, non eloquar.* Nonius 2, 42 *Æra, numeri nota.* Hinc *adærare* verbum, de quo infra dicetur. ¶ 2. Nec alia de cauſſa annorum computus, ſive numerus, *Æra* appellatus, die jahr-zahl. Quæ vox ſæpe in antiquis codicibus, & monumentis veteribus invenitur. Quare audiendus Sepulveda Hiſpanus non eſt, quem tamen nonnulli ſecuti ſunt, qui putat, ex iſtis notis A. ER. A. quas *Annus Erat Auguſti* interpretatur, male interpunctis barbarum *Æræ* nomen fuiſſe confiatum. Vide Scalig. 5 de Emend. Temp. eo loco, quo de *Hiſpanica,* quam vocarunt, *Æra* diſputat. *Æram* præterea pro numero dato dixiſſe veteres, non uno exemplo Salmaſius Exercit. Plin. p. 483 erudite oſtendit, & ad Vopiſci Aurel. pr. ab hac ſignificatione numeri etiam derivat, quod hodie Gallis Italisque *æra, aire, aria,* numeros ſive rythmum cantici ſignificat. Voſſius tamen in Etymol. fol. 11 minime puerilem judicat Sepulvedæ opinionem, verum ingenioſam plane, & non veriſimilem minus, quam eorum eſt, qui ab *ære* deducunt. Interim & ipſe in hanc (de *ære*) magis inclinat, quam illam Chriſtmanni, cui Arabicum eſſe placet ab ארח arach, *ſupputare, numerare,* a quo ארחה tarich, *æra, ſupputatio.* Nam ſeculis aliquot ante Arabum in Hiſpaniam adventum vox *æra* recepta ibidem erat. Scaligeri ſententiam approbant etiam Reinef. de ling. Punic. in epilogo; Baron. martyrolog. ad 22 Octob. p. 655.

¶ Æro, *are,* a nomine natum verbum ap. Priscian. 8 p. 828. Hinc

¶ Ærātus, *a, um,* ære obductus vel munitus, mit erz belegt oder beſchlagen; ut, *Lecti ærati & candelabra ænea,* Cic. Verr. 4, 26. *Claſſes ærata,* hoc eſt, ære munitæ, Virg. Æn. 8, 675. *Ærata naves,* Cæſ. 2 Civ. 3; & Horat. 2 Od. 16, 21; de quibus Scheferus Mil. Nav. 2, 5 legatur. ¶ 2. *Æratos* pro obæratis, id eſt, alieno ære obſtrictis dixiſſe volunt Cic. ad Att. 1, 16 *Tribuni non tam ærarii quam ærati,* ſed *nummatos* alii interpretantur, vel ære corruptos. Vide quæ I. G. Grævius ex Turnebo 9, 1, aliisque annotavit.

¶ Ærāmen, *inis,* n. idem quod *æs* vel *æramentum,* erz, erzwerck. Commodianus inſtruct. 20 *Ut Deos audacis æramine diverſe faſos.* Sic *flos æraminis,* apud Theod. Priſcian. 1, 22. Conf. Octav. Horatian. 1, 9; ſ. potius eund. Priſcian. ficto illo nomine editum; & leg. 12 C. de oper. publ.

¶ Æramentum, *i,* n. idem. Sic pro opere aut inſtrumento ex ære, Plin. 15, 8 *Decocta amurca ungi æramenta contra rubiginem; & 35, 15 Bitumen æramentis illinitur.* Vet. Gloſſ. *Æramentum* χάλκωμα.

¶ Ærārius, *a, um,* adject. ehrnen, von erz; ut, *Ærarius lapis,* Plin. 34, 13 ex quo æs excoquitur, erzſtein. *Æraria officina,* ibidem, erz-hütte, kupffer-hammer. *Ærarius faber,* ibid. c. 8 der kupffer-ſchmied. conf. Vitruv. 2, 7. *Æraria fabrica,* Plin. 7, 56. *Æraria metalla,* kupffer-bergwerck, quemadmodum *metalla* ſæpe pro fodinis ipſis ponuntur, ut trita forma, *in metalla damnari.* Plin. 33, 5 pr. *Chryſocollam laudatiorem in ærariis metallis, & proximam in argentariis fieri compertum eſt.* ¶ 2. Sed *Tribuni ærarii,* quibus pecunia attributa erat, ut militi reddant, interprete Varrone de L. L. 4, 36, kriegs-zahlmeiſter. Adde Cic. ad Att. 1, 16; & conf. ibi Græv. ex Turneb. 9, 1, qui *ærarium* ut *nummarium* vult eſſe corruptum ære.

¶ Ærārius, *i,* m. ſubſt. χαλκεύς, ein rothgieſſer, kupffer-ſchmied. Plin. 16, 6 *Carbo latifoliæ in ærariorum tantum officinis &c.* conf. Martial. 12 ep. 57. ¶ 2. *Ærarii* etiam Romæ dicebantur, qui nullum aliud habebant in curia & tribu ſua jus, quam ut pro capite ſuo tributi nomine æra penderent. Nam neque ſuffragium ferre in urbe poterant, nec foris ſtipendia facere, ut Aſconius Pedianus docet: videnturque iidem atque *Capite cenſi* fuiſſe, de quibus infra. Hinc *Facere ærarium,* Liv. 24, 18. (conf. Varr. ap. Nonium 3, 4) *Referri in ærarios,* Cic. pro Cluent. c. 43. *Referre inter ærarios,* Val. Max. 2, 9, 7 erat aliquem, qui civis eſſet, per notam cenſoriam tribu ſua movere, ſive jure tribus privare. Et contra *ex ærariis eximere,* eſt recipere in civitatis locum, quo exciderat, ap. Cic. de Orat. 2, 66 extr.

¶ Ærāria, *æ,* f. ſubſt. locus, in quo æs effoditur, die erzgrube. Plin. 34, 13 *Etiammum in ærariis reperiuntur.* Et Varro L. L. 7, 33 docet, *ubi lavetur æs, ærarias, non ærelavinas nominari.*

¶ Ærārium, *i.* n. δημόσιον, ταμιεῖον, die ſchatz-kammer, rentkammer, gemeine caſſe. Cic. de Ar. reſp. c. 8 de ſua domo: *quam ſenatus unam poſt hanc urbem conſitutam, ex ærario ædificandam putaret,* id quod paulo ante (extr. c. 7) dixerat *ædificari ex auctoritate ſenatus pecuniæ publicæ.* Ejusdem ſunt, *referre in ærarium pecuniam,* Agrar 2, 27; & *in ærario ſanctiore condere,* Verrin. 4, 63; hoc eſt, intacto, & ex quo promere, niſi ultima neceſſitas urgeat, non eſt licitum. Liv. 27, 10 interpres eſt: *Aurum* inquit, *vice ſimarium, quod in ſanctiore ærario ad ultimus caſus ſervabatur, promi placuit.* Sic Cæſ. B. C. 1, 14 *Apertum ſanctius ærarium.* vid. de ærario Romanorum triplici Manut. ad Cic. Att. 7, 15 p. 201. Ap. Nonium 3, 3, 3 & 25, 8, 3 *Ærarium commune & privatum.* Ap. Suet. Aug. 49, 6; & Tac. An. 1, 78, 2 *Ærarium militare,* die krieas-caſſe. De *Præfectis ærarii,* vide Rupert ad Pompon. Enchirid. p. 216 ſeq. ubi hos præfectos ultimis temporibus *Curatores* appellatos dicit. Neque vero pecunia tantum, ſed & ſigna militaria in ærario a quæſtoribus aſſervata, & ad belli uſum inde depromta. v. Liv. 3, 69, & ibi Henr. Valeſ. in ed. placet ab 324. *Ærarium* & *Fiſcus* quid differant, v. infra in *Fiſcus.*

¶ Æreus, *a, um,* adj. ehrnen, von erz; ut, *Ærea galea,* Virg. Æn. 5, 490, & *Clavus æreus,* Plin. 16, 10 extr. Rurſus Virg. 5, 198 *Trenis ictibus ærea puppis,* ubi Servius *fortis* interpretatur, quia prora, non puppis, ſit ærea. Sed annon *navis ærata* συνεκδοχικῶς intelligi poteſt? i. e. ferro munita. Ferrum autem *æris* quoque nomine notari, vel ſolus Virgilii *æreus enſis* Æn. 7, 743 argumento eſt. Subſt. *Ærei ſignaci,* kupffer-geld. Vitruv. 3, 1.

¶ Ærīneus, *a, um,* prius fuiſſe ab *ære,* ut a *muceo muccinium,* putat Voſſius Etym. p. 12; unde per Syncopen *Æneus.*

¶ Æneus, *a, um,* idem; *Voſſa ænea,* Colum. 12, 20. *Candelabra ænea,* Cic. Verr. 4, 26. Et Horat. ſat. 2, 3, 183 *Æneus ut ſtes,* i. e. ut ænea ſtatua tibi erigatur. Voſſio *Æneus* ex *Ærineus:* Priciano lib. 1 converſione litteræ ex *Æreus.* Contra diæreſi ex *æneus* videtur *æneus* eſſe, ut *murrea æneus eſto,* Horat. 1 epiſt. 1, 60, pro quo vulgo *Aheneus* ſcribunt, quod vide in *Abenum.*

¶ Æneŏlus, *a, um,* diminut. apud Feſtum. Sic *Æneoli piſcatores* apud Petronium c. 73 ex Fragm. Trag. funt icunculi ex ære ſupra lucernas forma piſcatorum efficti.

¶ Æneātor, *ōris,* m. tubicen eſt, ab ænea ita tuba dictus, ein trompeter,

ter, Suet. Cæſ. c. 32 *Inter æneatores rapta tuba profiluit ad ſtumen.* Vide Feſt. & ibi Scal. itemque Torrentium ad Horatium lib. 2 od. 1.

¶ Aënus, *a, um*, triſyllabum, idem quod *Æneus*, vel quod *Abenus*, de quo in *Abenum*. Sic *Luce coruſcus aëna*, Virg. Æn. 2, 470. Ita in archetypo Virgilii ſe vidiſſe teſtatur Gellius 2, 3.

¶ Aënum, live Ænum, *i*, n. ſubſt. idem quod *Abenum*, ſive vas ſuper focum pendens, ut aqua in eo caleſiat, ein keſſel. vid. Paul. ICt. D. 33 t. 7 l. 18 § 3. Vbi Torrentinus & Haloander *ab.enum*; ſed Gothofredus, ut divimus. Add. Id. ad L. 38 § 2 ff. de Action. emti & vend.

¶ Ænulum, *i*, n. dimin. *vas ex ære parvum*, Feſt.

¶ Ænobarbus, *i*, m. vel *Abenobarbus* (quæ lectio eſt in nummis gentis Domitiæ & lapidibus Capitol.) ob rutilam ærique affimilem barbam dictus, ein rothbart. *De familia Ænobarborum ex gente Domitia* v. Suet. Ner. c. 1. Vbi c. 2 in *Cn. Domitium*, cognomine *Ænobarbum*, Neronis avarum, dixit Licinius Craſſus: *Non eſſe mirandum, quod æneam barbam haberet, cui eſſet os ferreum, cor plumbeum.*

¶ Æröſus, *a, um*, æs admixtum habens, erz haltend. *Æroſus lapis*, Plin. 34, 1, quam *cadmiam* vocant, lapis, ex quo æs fit. *Æroſum ferrum*, quod fragile, ibidem c. 14. ¶ 2. *Æroſa* etiam *pecunia* dicitur, cui plus juſto æris commixtum eſt, l. 102 ff. pr. de ſolut. & liberat. explicante poſt alios Bynckershœckio Obſerv. Iur. 3, 4 p. 232. Ita argentum æroſum vocat Schol. Juvenal. 9, 31, quod auctori eſt *tenue venæque ſecundæ*. ¶ 3. *Æroſam* appellaverunt antiqui inſulam Cyprum, quod in ea plurimum æris naſcatur. V. Feſtum.

¶ Æruſco, *are*, verbum vetus, ſignificat æra ſ. nummos mendicandi artibus aucupari, petere ac colligere, betteln. Sen. de Clement. 2, 6 *Vultum quidem non dejiciet, nec animum, ob æruſcantis civis aut pannoſi aridam faciem, & innixam baculo ſenectutem.* Vſus & Gellius 9, 2 de mendicabulo: *Muſonius æruſcanti cuipiam id genus, & Philoſophum ſe oſtentanti, dari juſſit mille nummûm.* Loquitur id ex perſona Herodis Attici, viri Conſularis: *ad quem adiiſſe palliatum quempiam, & crinitum, barbaque prope ad pubem usque porrecta, ac petiiſſe æs ſibi dari ὡς ἄστρατε*, in principio capitis refert. Ergo *Æruſcare*, eſt petere, & ſic colligere æs: & *Æruſcans*, ſive, quod æquipollet, *Æruſcator*, mendicabulum vagum.

¶ Æruſcator, *oris*, m. ein landbettrieger, bettler. Proprie de præſtigiarum artificibus dicebatur. Ii enim cum experimenta facturi artificii ſui quæſtus cauſſa, & ut feriatos ac otioſos delectarent, cum contraxiſſent cœtum, & jam ſe ſpectatores feſſum recepiſſent, ordines obambulare ſolebant, & lucar, ſive mercedem exigere. Hodie id genus hominum ad fores ædium, ubi ludicra ſua edituri ſunt, conſtituunt certos homines, qui neminem intromittant ſpectatum, niſi exſolutis nummis. A colligendis itaque æribus, ſive nummis æreis, quos pro mercede accipiebant, *æruſcatores* dicebantur. Gellius 14, 1 *Æruſcatores* interpretatur, *cibum quæſtumque ex mendaciis captantes:* atque id nominis de *Chaldæis* uſurpat. Locum ejus de *mendicabulo* in *Æruſco* invenies. conf. Vulcat. in Caſſio c. 9.

¶ Æruſcatio, *onis*, f. nefas hominum æra adulterantium, die kipperey.

¶ Æſcŭlor, *ari*, idem eſt ac *æruſcare*. Vet. Gloſſ. χαλκολογῶ, *æſculor*.

¶ Æſculātor, *oris*, m. qui æra colligit. Vet. Gloſſ. χαλκολόγος, *nummularius, æſculator*.

¶ Æſculānus, *i*, m. Deus æris, apud Budæum 5 de Aſſe, & Auguſtin. de C. D. 4, 21.

¶ Ærelavina, *æ*, f. ex Varrone vide in *Æraria*.

¶ Æreſcriptura, *æ*, f. forma agri in tabula æris deſcripta. Poſſit forte ita vocari ein kupferſtich. Bis occurrit in Aggeno Vrbico p. 54 Goeſii.

¶ Ærĭcămus, *a, um*, idem ac *Æriſonus*. Cathol.

¶ Ærifer, *a, um*. Sic, *Æriferæ manus*, hoc eſt, crepitacula ærea ferentes, apud Ovid. Faſt. 3, 740.

¶ Ærifex, *ĭcis*, m. ein kupferſchmied. Gloſſ. gr. lat. χαλκότυπος, *ærifex*.

¶ Ærifice, adverb. Varro apud Nonium 4, 30 (ſi proba eſt lectio) *Nihil ſunt Muſæ pollicis veſtri, quas ærifice duxti.* Quem locum varie tentarunt viri docti. Impenſe placet Iani Rutgerſii conjectura, legentis: *Nihil ſunt Muſæ pollicis veſtri, quam cerifice duxti.* Vide ipſum Var. Lect. 1, 2. Sed & Lipſ. Crit. p. 875.

¶ Ærificium, *i*, n. quod fit ex ære, kupferarbeit. Sic ipſe Nonius 2, 10 eundem Varronis locum, de quo modo diximus in *Ærifice*, expoſuit. Conf. ibi not. Gothofredi.

¶ Ærĭfŏdina, *æ*, f. eine erzgrube. Varro L. L. 4, 1.

¶ Ærĭpes, *ĕdis*, pedes æreos habens. Hac voce poëtæ celeritatem notant. v. Drakenborch. ad Sil. 3, 39. Poteſt etiam ad robur referri. Ovid. Heroid. 6, 32 *Narrat & æripedes Martis araſſe boves*, id eſt, pedes ære munitos habentes. Heinſius tamen hic & epiſt. 12, 93 legit *æënipedes*. Plura vide in *æripes* ex *Aer*.

¶ Ærĭſŏnus, *a, um*, Silius 2, 93 *Æriſona antra*, in quibus Curetes æra pulſabant.

Compoſita cum Præpoſitione.

¶ Adæro, *are*, eſt per æra & calculos ſummam colligere, ſummiren, ausrechnen. Frontinus in Fragmento Agrario apud Rigaltium: *Subjectas deinde extremitatium partes, ad rectum angul m, noſtra poſtulatione, podiſmis ſuis adæramus.* Ita hunc locum peſſime habitum vulgo, partim ex Arceriano Codice, partim ab ingenio Salmaſius reſtituit Exercit. Plin. p. 483. Vbi *podismis adærare*, nihil aliud eſt, quam agri modum podismis, ſive ad menſuram pedum exigere, ſeu quot pedes ager faciat, computare: *Podiſmum colligere* id vocat alius Vetus Auctor Gromaticus apud Rigaltium p. 23. De *Podiſmo* v. infra in *Podes*. ¶ 2. Deinde eſt rem *ære taxare* ſive *æſtimare*, quod verbum ab *ære* ducitur. *Ad æs revocare* Aggenus dixit apud Rigalt. p. 70, zu geld anſchlagen. Apud Treb. Pollionem in Claudio c. 14 legitur epiſt. Val. Imper. ad Zoſimionem Procuratorem Syriæ, qua præcipit, quas ſpecies Claudio adhuc tribuno legionis Martiæ annui ſalarii nomine de privato ærario principis erogari velit. Ibi tandem ſubjicit: *Jam cætera pro moderatione præſtabis; ſed ita ut nihil adæret tr. Et ſi alicubi aliquid defuerit, non præſtetur, nec in nummo exigatur:* Vult, ne quid earum rerum Zoſimio, quæ exhibendæ Claudio, ad æs revocet, & pretium potius, quam rem ipſam præſtet. Et ſi rei cujusdam, quæ in ſalarium aſſignata, copia nulla fuerit, ne tum quidem præſtetur, aut quanti æſtimari queat, extolvatur in nummo: quod neque poſtulare Claudio integrum relinquit. Et ita L. 15 Cod. de erog. mil. annon.: *Annonas omnes ad ſimilitudinem militum, quibus æraria præbentur annonæ, adærari præcipimus.* Et L. 28 Cod. Theod. ejusdem Tituli: *Species non aliter adærentur, niſi ut in foro rerum venalium diſtrahantur.* Annianus quoque 31, 40 (Valeſ. c. 14.) *in adærandis*, inquit, *reliquorum debitis non moleſtus:* Reliquorum, id eſt, equi militaris &c. quorum pretia ſolvenda erant. V. H. Valeſio notata. Adde Caſaub. & Salmaſ. ad laudati Pollionis locum. ¶ 3. In rationes referre: ita *adæratum ſalarium* dixit Eumenius pro relatur. ſchol. c. 11; quemadmodum eum locum emendat & interpretatur Scaliger 5 de Emend. Temp. p. 420. Quamquam vulgata lectio *adoratum* forte non ſolicitanda, firmata Livineio atque Grutero.

¶ Adæratio, *onis*, f. der anſchlag zu geld. L. ult. Cod. de militari veſte: *Militaris adæratio veſtis a collatoribus exigatur.* Et Cod. Theod. l. 30 de erog. mil. annon. *Si quis adærationes ſtatutas auſus fuerit immutare.*

¶ Obæratus, *a, um*, qui ſolvendo non eſt, & pro debito operas præſtare tenetur, mit ſchulden behafft, verhafft. Liv. 26, 40 *Quatuor millia hominum, exules obærati.* Cæſ. Gall. 1, 4 *Omnes clientes obæratoſque ſuos.* conf. Varr. de R. R. 1, 17. Comp. Tac. An. 6, 17, 4 *Quanto quis obæratior, ægrius diſtrahebant.*

¶ Subæratus, *a, um*, mit kupfer vermiſcht; ut, *Aurum ſubæratum*, falſch gold, darunter viel zuſatz, apud Perſ. Sat. 5, 106.

ÆSĀCVS, *i*, m. filius Priami, Ovid. Met. 11, 762.

ÆSĂLON, *onis*, Αἴσαλων, & Æſalus, *i*, m. genus accipitris, qui ſolus omni tempore apparet, cum cæteri avolent, Plin. 10, 8 & 74, ein ahrn, oder ſtutrlin.

ÆSAR, *āris*, m. Etruſca lingua *Deus*, unde apud Sueton. Aug. c. 97 illud omen, quod CÆSAR, ſublata ictu fulminis littera C. poſt centum dies inter Deos referendus ſit. ¶ 2. *Æſar* ſive *Æſarus* magnæ Græciæ fluvius, de quo Ovid. Met. 15, 22. ¶ 3. Etruriæ fluvius, quem *Auſar* vel *Auſer* alii vocant. vid. Intt. ad Rutil. itin. 1, 566. Et Scipion. Maffæi obſervat. Liter. T. VI.

¶ Æſareus, *a, um*, Ovid. Met. 35, 54.

ÆSCHĪNES, *is*, m. Αἰσχίνης. Diogenes Laërtius octo numerat Æſchines: quorum celeberrimus fuit Athenienſis orator, Demoſthenis æmulus, cujus exſtant orationes aliquot & epiſtolæ. De ſtylo judicat Quintil. 10, 1 p. 90, 1. Burm. Primus autem philoſophus fuit Athenienſis, auditor Socratis, de quo & dicere conſuevit Socrates; *Solus nos colere novit Æſchines*, cum ab eo nunquam diſcederet. Idem, cum cæteri præceptori communi Socrati offerrent munera, ſemetipſum ei donavit, quod aliud munus, quod pauper erat, non ſuppeteret. Lege Senecam de Benef. 1, 8. De eodem v. Fabric. Biblioth. Gr. 2, 23, 31, & de aliis hujus nominis 2, 26, 9.

ÆSCHRIO, & Æſchrion, *onis*, m. Verificator Mitylenæus, Ariſtotelis diſcipulus, inter comites Alexandri M. v. Diod. Sic. lib. 20; & Voſſ. de Poët. Gr. c. 8. ¶ 2. Samius, cujus Iambos citat Athenæus 7, 12; & 8, 3. Ab eo *tribus Æſchmonia* in Samo appellationem ſortita. v. Herod. 3, 26. ¶ 3. Medicus & agriculturæ ſcriptor ap. Galen. & Varr. R. R. 1, 1. ¶ 4. Syracuſanus Verri addictus cum uxore Pippa. v. Cic. Verr. 2, 14; 3, 33; 5, 31; &c.

¶ Æſchrŏdŏra, *æ*, f. nomen meretriculæ apud Plaut. Pſeud. 1, 2, 62.

ÆSCHŸLVS, *i*, m. Αἰσχύλος, & Αἰσχυλος, poëta Athenienſis, tragœdiarum pater: de quo Horat. in Arte Poët. v. 278

Poſt hunc perſonæ pallæque repertor honeſtæ
Æſchylus, & modicis inſtravit pulpita tignis,
Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.

Quintil. 10, 1 *Tragœdias primum in lucem Æſchylus protulit, & ſublimis & gravis, & grandiloquus ſæpe usque ad vitium*, &c. Scripſit tragœdias 90, de quibus 6 tantum ſuperſunt. Eas magnarum cœnarum Homeri fruſtra eſſe dicebat ipſe, τεμάχη τῶν Ὁμήρου μεγάλων δείπνων. Et injuſte aliquando devictus, *tempori* dixit *ſe tragœdias ſuas deponere*; ut qui intelligeret, meritum honorem ſe aliquando eſſe relaturum, quod refert Athenæus lib. 6. Primus etiam Æſchylus ebriorum aſpectum in tragœdiam induxit, *Cabiros* ſcilicet ſuos: quam tragœdiam ebrius quoque ſcripſit; Idem lib. 10. Mortuus eſt ictu teſtudinis capiti calvo illiſæ ab aquila, cum ſub dio ſemper maneret, metuens fatalem quandam prædictionem, fore, ut ex ictu ſuperne proveniente exſtingueretur: Valer. Max. 9, 12; & Plin. 10, 3. Ejus pugillares cur emerit Dionyſius v. apud Lucian. adv. Indoct. p. 387. ¶ 2. *Æſchylus* Cnidius, rhetor, Ciceronis præceptor. v. Cic. Brut. c. 91 & 95.

¶ Æſchyleus, *a, um*, adj. ad Æſchylum pertinens. Propert. 2, 34, 41 *Æſchyleo compŏnere verba cothurno.*

ÆSCHŸNVS, vulgo Æſchinus, *i*, m. Verecundus, ἀπὸ τῆς αἰσχύνης, nomen adoleſcentis in Terentii Adelph.

¶ Æſchÿnŏmĕne, *es*, f. αἰσχυνομένη, i. e. *erubeſcens*, planta ita dicta, quod appropinquante manu folia contrahat, Plin. 24, 17.

ÆSCVLĀPIVS, *i*, m. Ἀσκληπιός, Apollinis filius, quem ſic dictum volunt grammatici, παρὰ τὸν τὰ ἀσκελῆ τῶν νοσημάτων ἤπια ποιεῖν, h. e. *quod morbos vehementes & difficiles ſanaret:* Reinef. Var. Lect. 3, 17 p. 645; Id. Inſcript. cl. 1 n. 114 p. 152. Medicinam a Chirone didicit, cujus poſtea inventor & Deus celebratus eſt. v. Cell. præf. lib. 1; & Lactant. 1, 10. Idem & *Epidaurius* dicitur. Epidauri enim ſi non natus, certe cultus fuit, & templum habuit. Vide *Epidaurus*. Cultus & Triccæ in Theſſalia fuit, ut Avienus indicat Arateis v. 206; ubi & fabulam habes de Hippolyto ab Æſculapio revocato in vitam. Ideo fulmine a Jove perculſus traditur. v. Virg. Æn. 7, 765 ſqq. ibique de la Cerda; nec non Pindar. Pyth. 3 v. 10 ad 103; & Plin. 29, 1. Vates etiam fuit Æſculapius. v. Lucian. T. 2 p. 716. Incubantibus in ejus templo per quietem ſignificabat medicinam. Qua de re Cic. Divin. 2, 59; & interpretes ad Plauti Curc. 1, 1, 62; & ad Ariſtophanis Plutum. Huc pertinet etiam Luciani libellus de Alexandro Pſeudomanti; & Gruter. Inſcript. p. 70. Gallum ipſi mactabant. v. Tertull. Apolog. c. 46, & de Anima c. 1. Hymnos ei ſcripſere Aliſodemus Trœzenius & Sophocles. v. Lucian. T. 2 p. 696; & Apul. Flor. 4 p. 361. Sed & Romam traducta ejus religio, ipſique templum exſtructum in inſula Tiberis, quæ ea de cauſſa *Æſculapii inſula*. Suet. Claud. c. 25. v. Livii Epit. lib. 11, & Lactant. 2, 7. ¶ 2. Cicero plu-

res recenſet *Æſculapios* de Nat. D. 3, 22. ¶ 3. Cum in convivio, cui Alexander interesſet, ingens patera circumferretur, *noſce*, inquit, *Calliſthenes, tibendo committere, ut mihi Æſculapio ſis opus*, ὁ βασιλεὺς πρὸς Ἀσκληπιὸν ὃν Στ. Qua voce Alexandrum oſtendit. v. Plutarch. de cohibenda ira. *Æſculapius* ibi pro *Medico* ponitur per metonymiam. ¶ 4. *Æſculapium templum* in lap. vetere apud Aldium hac v.

¶ Æſculapium, *i*, n. lucus inter Berytum & Sidonem, Strab. l. 16 p. 520. Alius lucus in Coo inſula, cujus meminit Lactant. 2, 7.

Æſculanus, æſculari, æſculator, vide *Æs*.

ÆSCVLVS, *i*, f. πλατύφυλλος, hoc eſt, *latifolia*, arbor glandifera, dicta ab *eſa* vel *eſca*, Servio teſte, eine eiche, hägeiche, meſpelbaum. Nomen inde accepit, quod ex ejus fructu primi eſcam ſumerent. Quare rectius ſcribitur *Iſculus* E ſimplici, cum diphthongum uſu tueatur Servius ad illud Virg. Georg. 2, 29,

Æſculus inprimis, quæ quantum vertice ad auras
Ætherias, tantum radice in Tartara tendit.

¶ Æſculeus, *a, um*, denominativum, von eichen; ut, *Æſculea frons*, id eſt, corona, Ovid. Met. 1, 449; ſed & hoc rectius *Iſculeus* ſcribitur. conf. Pallad. R. R. 1, 9.

¶ Æſculinus, *a, um*, idem; ut, *Axes æſculini*, Vitruv. 7, 1.

¶ Æſculetum, *i*, n. nomen comprehenſivum, apud Horatium 1 oda 22, 14; Silva hujus arboris, ein eichwald.

ÆSERNIA, *æ*, f. Samnitum urbs in Italia. Hinc

¶ Æſerninus, *a, um*, gentile; ut, *Æſerninus Samnis*, Cic. ad Q. frat. 7, 4. ¶ 2. Fuit hoc nomine appellatus & gladiator quidam nobilis, qui cum altero non minoris famæ gladiatore Pacidiano commiſſus, locum proverbio fecit: *Æſerninus cum Pacidiano*, quo ſolemus uti, cum duos in eodem genere artifices optimos, quorum alter ambiguam alteri palmam reddat, comparamus. Videndi Cic. l. c. & de opt. gen. Orat. c. 6. Non. Marcell. 4, 425: ſ. recentioribus Eraſm. adag. (ubi *Iſernium* pro Æſernio ſcribit,) Ian. Parrhaſ. de reb. per epiſt. quæſ. ep. 60 Tom. 1 Lamp. Grut. p. 812.

ÆSIS, *is*, f. civitas Umbriæ Ptolemæo, quam Strabo *Æſium* vocat; unde Plinio 3, 14 oppidani ſunt *Æſinates*. ¶ 2. *Eſi* eſt & fluvii nomen ap. Sil. 8, 445 & 449 in mare Adriaticum ſe exonerantis, ad cujus ſiniſtram ripam oppidum, quod modo diximus, ſitum eſt, nunc *Eſi* appellatum.

¶ Æſius, *i*, m. amnis in ora Bithyniæ, Plin. 5, 32.

ÆSON, *onis*, m. Αἴσων, Cretei filius, frater Peliæ, regis Theſſaliæ, Iaſonis pater, ex fene in juvenem a Medea converſus. v. Ovid. Met. 7, 285 ſqq. Et hinc

¶ Æsŏnides, *æ*, m. ejus filius Iaſon apud Ovid. Met. 7, 60 & 77 &c.

¶ Æsŏnius, *a, um*, gentile, ut, *Auſus es, Æſonia, dicere, cede domo*, Ovid. Her. 12, 134. *Heros Æſonius*, Idem Met. 7, 136.

ÆSŌPVS, *i*, m. Αἴσωπος, e Phrygia fabulator nobilis, feſtivos apologos commentus. v. Gell. 2, 29. Floruit circa Olymp. 52 ante C. Nonnis circiter 572, æqualis Solonis, Periandri, Chilonis &c. Vitam ejus a Maximo Planude ſcripta, fide indigna eſt & variis commentis repleta. Certiora peti poſſunt ex Fabricii Bibl. Gr. 2, 9; qui & alios Æſopos novem commemorat. Cæterum quia fabularum genus ab Æſopo celebratum maxime eſt, ad eum referuntur omnes, ejusque nomine inſigniuntur cumprimis, quod Fabius 5, 11 obſervat; ad quem locum v. Not. p. 440 ſq. ed. Burm. Priſcianus ſophiſta Præexercitamentis. *Nomina quidem inventoribus fabularum alia Æſopia, alia Cypria, alia Liopea, alia Sybaritica. Omnes autem communiter Æſopias quoniam in conventibus frequenter ſolebat Æſopus fabulari.* Sic Phædrus fabulas ſuas *Æſopias* inſcripſit: quod ad exemplum Æſopi, non ab ipſo Æſopo, inventæ atque confictæ eſſent. Quare ad Particuloneum ſcribit præt. l. 5 v. 10 *Quoniam caperis fabulis, Quas Æſopias, non Æſopi nomino*, &c. Et in ſequenti Carmine, *Æſopi* nomine auctoritatis tantum cauſſa ea rum fabu. in tabulis; exemplo artificum ſui temporis, qui operibus ab ſe effectis veterum artificum nomina inſcribere, quo majus pretium ipſis inveniret, tradit. Proprie autem illæ *Æſopeæ fabulæ* dicuntur, ubi res rationis experres, ut arbores, feræ &c. introducuntur loquentes, quo nomine ab aliis eas non tantum diſtinguit Philoſtratus, ſed cæteris omnibus etiam præfert. Vide eum de vita Apollonii Thyanei 5, 5 & in locutionibus. Quo etiam pertinent, quæ Avienus Præf. Fabularum ex Demetrio Phalereo ponit. Duxiſſe ex Thraſibus genus & temperare Pythagoræ licentiam *Æſopum* Heraclides in Politiis tradit p. 969. ¶ 2. *Ne Æſopum quidem tanta ſit, loquitio* eſt proverbialis in vehementer ſtupidos & imperitos. Quia enim Æſopi fabellas non cognoviſſent, nihil ſcire videbantur. Exſtat in Ariſtophanis Avibus. v. Chiliad. ¶ 3. *Æſopus* quidam libertas Ciceronis meminit a Macrob. Sat. 1, 2. ¶ 4. *Æſopus* alius tragicus laudatus Romæ fuit, Ciceroni coævus & Roſcio, de quo ipſe Cic. 7 fam. 1; & Plin. 10, 51; & Val. Max. 8, 10, 2. Ejusdem filius luxu celebris ap. Horat. Sat. 2, 2, 239; Val. Max. 9, 1, 2; Plin. 9, 35; Tertull. de Pallio c. 6. conf. Gell. Att. 11, 15. ¶ 5. *Æſopus* eſt quoque anagnoſtes Mithridatis eruditiſſimus, qui & de Mithridatis laudibus ſcripſit; nec non de Helena, ut teſtatur Suidas. Porro alius orator clariſſimus eſt Laërtio Vita Chilonis.

¶ Æſopēus & Æsopius, *a, um*, Αἰσώπειος, adject. Æſopi more & imitatione ſcriptus. Vid. quæ modo dicta ſunt in *Æſopus*; ut, *Æſopei logi*, Sen. Coniol. ad Polyb. c. 27. Ar Auſon. 5 ep. 16 *Æſopiam fimetariam* dixit, pro *Æſopicam*. Sic & Phædrus procemio lib. 5 & Priſcianus principio libelli de Præexercitamentis Rhetoricæ *Æſopias fabulas* dixerunt. Sed quando corripitur tertia, ut in Auſonii verſu, quem adduximus; tum derivatio eſt Latina, vel alterum elementum diphthongi Græcæ abjici exiſtimandum eſt.

¶ Æsopicus, *a, um*, idem; ut, *Fabula Æſopicæ*, Iſidor. 1, 29.

Æsquiliæ, Æsquilinus, vide *Exquiliæ*.

ÆSTAS, *ātis*, f. θέρος, altera ex quatuor anni partibus, dicta ab æſtu, ſecundum Varronem L. L. 5, 2, der ſommer. *Æſtate ineunte*, Cic. 4 Att. 2. *Æſtate jam adulta*, Tac. An. 2, 23, 1. Servius ad illud Virg. Georg. 1, 43 *Vere novo, gelidas canities ubi montibus humor Liquitur*: VERE NOVO, *& anni initio & prima parte veris accipimus. Nam anni quatuor ſunt tempora, i. e. vita in tenuis mollis, qui ipſorum temporum tacem ſecutus eſt Varronem, ut primæ menſis* VER NOVUM *dicat*; ſecundo NOVELLUM, *tertio* PRÆCEPS. *Sicut etiam Sallustius ubique, nova ætas, adulta, præceps. Sic* Auſonius novus, adultus, præceps. *Item* hiems nova, adulta, præceps. *Unde ſi, extremæ ſub caſum hiemis.* Hæc Servius, Eleganter etiam Gell. 2, 21 *Nox fuit, & clemens mare, & anni æſtas.* Et 19, 5 *In Tiburte vas conceſſeramus, æſtate anni flagrantiſſima.* Proverbium, *Pendulam æſtate deterere*, eſt, res neceſſarias ante tempus prodigere. De obſervanda occaſione diſcendi, rerumque gerendarum omnium utiliter Heſiodus præcipit l. 2 Oper. & D. v. 121 Οὐκ ἀεὶ δίζυος ἐσσόμεθ', ποιῆ δε καλαῖς, *Æſtas non ſemper fuerit, compone nidos.* Plur. *Æſtates decolorem faciunt cutem*, Plin. 28, 12. Quoties *Æſtas* & *Ætas* confundatur a librariis, notat Drakenborch. ad Sil. 3, 383.

¶ Æſtatula, *æ*, f. dimin. parva æſtas, Cathol.

¶ Æſtivus, *a, um*, adject. im ſommer. Cic. Att. 5, 14 *Æſtivos menſes rei militari dare, hibernos juriſdictioni.* Verr. 5, 31 *Temporibus æſtivis*: & mox cod. *dies æſtivi*, ſommer-zeit, ſommer-tage. Horat. od. 1, 22, 18 *Aurea æſtiva.* Ovid. de re admodum grata, Met. 13, 793

Solibus hibernis, æſtiva gratior umbra.

¶ Æſtiva, *orum*, n. plur. ſubſt. ſommer-lager. Cic. 7 fam. 14 *Sin æſtivorum timor te debilitat.* Vell. Pat. 2, 105, 4 *Anni ejus æſtiva usque in menſem Decembrem perducta.* Vt plurimum *caſtra* ſubaudiuntur, ſi de militia ſermo eſt, quemadmodum expreſſe Tacitus An. 1, 16, 2 *Caſtris æſtivis tres ſimul legiones habebantur.* Hibernis enim oppoſita ſunt. ¶ 2. Licet autem aliud quoque ſubaudire. Curt. 5, 8 pr. *ea* (urbs, Ecbatana, Parthicis regibus) *æſtiva agentibus ſedes eſt*, ubi habitacula ſimpliciter, aut tempora potius intelligas. ¶ 3. Virgilio ſtabula aut paſcua ſunt, aut loca, quibus pecora æſtate continentur. Nam Georg. 3, 471 ait, *Nec ſingula morbi Corpora corripiant, ſed tota æſtiva repente*, &c. ubi Servius: *Loca poſuit pro animalibus*, ut metonymiam ſimul intelligas. conf. Varr. R. R. 2, 2.

¶ Æſtive, adverb. Plaut. Menæch. 2, 1, 29 *Cum inſpicio marſupium, viaticati admodum æſtive ſumus.* Vbi *æſtive viaticari*, pro tenuiter admodum & parce, dicitur: joculari tralatione ab iis, qui per æſtatem leviter ac expedite ornati; quamquam aliter eum locum interpretatur Turnebus Adverſ. 18, 15.

¶ Æſtivālis, *e*, idem quod *æſtivus*. Hygin. Aſtr. 3, 24 *Virgo dextra manu circulum æſtivalem tangit*, id eſt, Tropicum Cancri.

¶ Æſtivo, *avi, atum, are*, eſt per æſtatem manere alicubi ad vitandum æſtum, den ſommer halten, die ſommerzeit zubringen. Plin. 12, 5 *Intra ſepem eam æſtivant paſtores.* Varr. R. R. 2, 2 *Greges in montibus æſtivabant.* Et, *Abigantur in Samnium æſtivatum*, ibid. c. 1. Sic, *Lutiis æſtivat in oris*, Stat. Silv. 4, 22. conf. Theb. 5, 16. ¶ 2 *Æſtivare* eſt voluptatis vel voluptatis cauſſa per æſtatem in ſeceſſu vivere: Suet. Galba c. 4 *Tuſculum, ubi æſtivare conſueverat, avexit.* Idem Veſp. c. 24 *Catylias, ac Reatina rura, ubi æſtivare quotannis ſolebat, petiit.* Habebant enim Romani proceres, qui prædia multa poſſidebant, villas ſuas, quo per æſtatem, & alias, quo per hibernum tempus ſecederent, ibique pro anni ſidere quam commodiſſime agerent. Varro R. R. 2, 1 caſtrenſi vocabulo *hiberna* & *æſtiva* vocat, ut ad Plinii epiſt. 36 lib. 9 Buchnerus obſervat.

¶ Æſtivatio, *onis*, f. æſtatis traductio, die zubringung des ſommers.

Æſtifer, æſtimabilis, æſtimatio, &c. vide *Æſtus, Æſtimo.*

ÆSTIMO, *avi, atum, are*, cenſere, &, ut exponit Gronov. ad Gell. 1, 3, taxare, indicare pretium, componere, utrum altero ſit præſtantius, ſchätzen, achten. Cum idem ſit quod τιμῶ, inde, & ex *Æs*, conſultum videtur Voſſio, quia primo æncа pecunia uſi Romani. *Aliquid æſtimare pecunia*, an gelt anſchlagen, Cic. in Verr. 5, 9. *Care, caritas æſtimare*, theuer halten, Plancus Cic. 10 epiſt. 4. Sicut *æſtimare magni, magno & permagno*, hochachten. *Gloriosam virtutem non magno æſtimare*, Cic. Fin. 3, 3. Id. Fin. 2, 17 *Pecuniam magni æſtimat.* Nepos 24, 1, 4 *Quod non minoris æſtimamus, quam quemlibet ampliſſimum triumphum.* Ruſus Cic. Paradox. extr. *Sic callidi rerum æſtimatores prava & inania quædam magno æſtimant.* & mox: *quanti eſt æſtimandum virum?* ¶ 2. *Æſtimare aliquem ex arbitrio*, eſt judicium de aliquo facere, beurtheilen, Cic. pro Q. Roſc. c. 10. Ibid. *Vulgus ex verisimile pauca, ex opinione multa æſtimat.* Curt. 10, 5, 26 *Iuſte æſtimantibus regem, liquet bona naturæ ejus fuiſſe, vitia vel fortunæ, vel ætati.* Sed *Æſtimare litem*, eſt decernere & pronunciare, quantum in lite, qui reus convictus ſit, ſolvere victori teneatur. v. infra in *Lis.* ¶ 3. Pro perpendere, conſiderare, & dein ſtatuere, Trajanus ap. ſud Plin. 10 ep. 78 *Æſtimabo, an debeas cognoſcere*, ich will überlegen, bedencken, ermeſſen. Aur. Vict. Epit. c. 60 *Vitra quam æſtimari poſſit*, unermeßlich, conf. Cæſ. B. G. 3, 20. ¶ 4. Interdum, ut Phæd. 3, 4, 5; 4, 17, 15; Curt. 9, 6, 19 ſimpliciter puto vel exiſtimo ſignificat.

¶ Æſtimans, *tis*, Cæſ. B. C. 3, 1 *Perinde æſtimans, ac ſi uſus eſſet.* conf. in *Æſtimo* n. 2; & Ter. Hec. 1, 2, 88.

¶ Æſtimātor, *a, um*, geſchätzt, geachtet; ut, *Ex litibus æſtimatis pecunia*, Cic. Verr. 5, 49. conf. *Lis.* Sic, *Magni ejus opera æſtimata*, Nep. 24, 1, 2.

¶ Æſtimātus, *us*, m. der werth, die ſchätzung. Plin. 11, 15 *In æſtimatu eſt mel.* Macrob. Sat. 1, 16 *Æſtimatu ætatis.*

¶ Æſtimātio, *onis*, f. idem. Liv. 43, 2 *Æſtimationem frumenti magiſtratus habet*, ſie ſtellt den preis. Cic. 13 fam. 8 *Alcinus prædia in æſtimationem accepit*, hoc eſt, in ſolutionem ſecundum æſtimationem, an der ſtatt annehmen. conf. 9 epiſt. 16 & 18; it. 5 epiſt. 20 & adde Manut. & Cæſ. B. C. 1, 87; & 3, 1. ¶ 2. Conſideratio, die erwegung, betrachtung. Plin. 7, 1 *Quid? quod æſtimatione noſtra quietis, dimidio quisque ſpatio vitæ fuæ vivit.* conf. 36, 15. Curt. 3, 6, 5 *Aliquid ſecreta æſtimati me penſare*, bey ſich bedencken. Id. 4, 12, 21 *Conſilium ſera æſtimatione perpendere.* ¶ 3. *Æſtimationes* pro poſſeſſionibus æſtimatis, Cic. 9 fam. 18 *Æſtimationes tuas venidere non potes.* conf. ibid. 5, 20; & 9, 16. Adde Parei Lex. Plaut. p. 55. ¶ 4. Iudicium, die beurtheilung. Liv. 4, 41 *Non eſt militis de imperatore æſtimatio.* Gronovius mallet *exiſtimatio.*

¶ Æſtimator, *ōris*, m. qui æſtimat, der nach dem werth ſchätzet; ut, *Æquiſſimus æſtimator & judex*, Cic. Fin. 3, 2. Et in Orat. c. 41 *Iuſtus rerum æſtimator.* Sic, *æſtimator frumenti*, ein kornſchätzer, Id. in Piſon. c. 35. *Impius æſtimator muneris*, Val. Max. 2, 6, 6, id eſt, ingratus. *Immodicus æſtimator ſui*, der allzuviel von ſich ſelbſt hält, Curt. 8, 1, 22. *Incautior fidei æſtimator*, Liv. 34, 25.

¶ Æſti-

¶ Æſtimatōrius, *a, um*: ut, *Æſtimatoria actio*, quæ de æſtimato proponitur, quoties de nomine contractus alicujus ambigitur. v. Tit. Pandect. *de Æſtimatoria*; & 19 t. 3 l. 1. Sic *Exceptio æſtimatoria*, ff. 21. t. 1, 48 §. 2.

¶ Æſtumābilis, *e*, ſchätzbar. Cic. Fin. 3, 6 *Æſtimabile eſſe dicitur id, quod aliquod pondus habeat dignum æſtimatione.*

¶ Æſtimia, *æ*, f. der werth, die ſchätzung, der tax. Sic *Æſtimias* Feſtus exponit *æſtimationes*. Et in XII Tabb. *Æris æſtimiam judicati prædicato.*

¶ Æſtimium, *i*, n. idem. Hygin. de Limit. p. 152 edit. Gœſ. *Poſſeſſiones pro æſtimio ubertatis aſſignatæ.* Sæpius etiam apud Frontinum de Colon. occurrit: e. g. p. 113, 116, 127 &c.

Compoſita:

¶ Coæſtīmo, *are*, ſimul æſtimare, mitſchätzen. Celſ. ICt. l. 67 §. 1 ff. de furtis: *Furti actione hoc coæſtimabitur.*

¶ Exiſtīmo, *avi, atum, are*, (legas etiam *exiſtumo*) ab *ex* & *æſtimo*, æ in i tranſeunte, quod decernere aut ſtatuere ſignificat poſt æſtimationem, Valla auctore 5, 20, vel ſimpliciter judicare, ut docet Gron. ad Liv. 34, 2 p. 197, dafür halten, erachten, ermeſſen, urtheilen. Vetuſta tabula apud Gruterum p. 500 EXÆSTVMAVERIT. Ter. Heaut. 2, 3, 41 *Ea res tum dedit exiſtumandi copium quotidianæ vitæ conſuetudinem.* Cic. Verr. 4, 7 *Certiſſimum accipite argumentum, quo facilius de ſingulari ejus impudentia exiſtimare poſſitis.* Id. de Leg. 1, 2 *De ſcriptoribus, qui nondum ediderunt, exiſtimare non poſſumus.* conf. fam. 1, 5; & Liv. 9, 26. Nazarius Paneg. Conſtantini c. 5 *Exiſtimare de principibus nemini faſeſt*, id eſt, cenſuram facere. ¶ 2. Hinc *male exiſtimare de aliquo*, non raro auctoribus eſt, male de aliquo ſentire non tantum, verum & loqui, λοιδορεῖν: einem übel nachreden. Nepos 10, 7, 3 *Non æquo animo ferebat, de ſe ab iis male exiſtimari.* Sen. de Ira 3, 22 *Homines & periculoſiſſime, & libentiſſime faciunt, ut de rege ſuo male exiſtiment.* Sic Idem ep. 31; Auct. de cauſſ. corr. eloqv. 1, 3; Macrob. Sat. 2, 4. Sed & Cic. Verr. 2, 3 *Vsque adeo de omnibus bonis male* (Verres) *exiſtimat.* Plin. 6, 13 *Exiſtimatur in probro.* Contra, *bene exiſtimare de aliquo*, dixit Cic. fam. 15, 21; & 16, 4, von einem wohl ſprechen.

¶ Extimo, *as*, contractum a poſteriore ætate (an forte a librariis?) in Taciti & Macrobii ſcriptis occurrit. v. g. Tac. A. 13, 17 pr. *Inſociabile regnum extimantes* (Gron. *exiſtim.*) Macr. Sat. 7, 2 med. *Mercedem ſuæ laboris extimant perſolutam.* Et 7, 6 pr. *Et in medium profero, quibus ad hoc extimandum trabor.* Sed utroque loco Ponta. *exiſti.* Idem de Sall. Catil. 2, 8; 10, 5 &c. judicium. Nempe nihil prope dubito, quin librariis ſolis vox ea debeatur. Quod autem ad *timendi* notionem referri videas hanc vocem, illud plane abſurdum.

¶ Exiſtimans, *tis*. Sall. Cat. c. 52 *Falſa exiſtimans ea, quæ de inferis memorantur.* conf. c. 20. Nep. 5, 3; 3 *Satius exiſtimans.*

¶ Exiſtimātus, *a, um*, geachtet, dafür gehalten. Cic. de Aruſp. Reſp. c. 13 *Regali nomine dignus exiſtimatus.*

¶ Exiſtimatio, *ōnis*, f. das erachten, die meynung, das ermeſſen. Ter. Heaut. Prol. v. 25 *Arbitrium veſtrum, veſtra exiſtimatio valebit.* Tac. Hiſt. 4, , 3 *Suffragia & exiſtimatio ſenatus reperta, ut in cujusque vitam famemque penetrarent:* Vbi *exiſtimatio*, idem fere quod *æſtimatio* ſive *judicium* eſt, quemadmodum paullo ante vocaverat. Liv. 4, 20 *Communis exiſtimatio eſt*, es kan ein ieder ſelbſt urtheilen. conf. Id. 34, 2. ¶ 2. Hinc & *exiſtimatio* de ſermone, quo quis laudatur vel reprehenditur, uſurpatur. Suet. Tib. c. 53 *Capitale erat, dictum ullum factumve ejus exiſtimatione aliqua læſiſſe:* Vbi *exiſtimatione laesa*, idem, *ac male exiſtimare*, de quo ſupra. ¶ 3. Fama, ehre u. reputation. Nepos 17, 4, 3 *Opulentiſſimo regno præpoſuit bonam exiſtimationem.* Cic. 3 fam. 4 *Tua mihi exiſtimatio & dignitas cariſſima eſt.* Et 5 epiſt. 20 *Nihil fecit ſciens, quod eſſet contra exiſtimationem tuam.* Id. de Orat. 2, 40 *Bona exiſtimatio pecuniis præſtat.* Et pro Quintio c. 15 *Dum exiſtimatio eſt integra, facile conſolatur bonas ejectatem.* conf. Plaut. Moſt. 1, 3, 70; & Vulg. Int. Prov. 22, 1. Sic, *Exiſtimationem alicujus oppugnare*, Cic. Verr. 3, 10; *violare*, Id. fam. 13, 73; *offendere*, Id. pro Planc. c. 2; *defendere ab inimicis*, Cæſ. B. C. 1, 7. *Inopes exiſtimatione*, Cic. Att. 1, 1. v. Græv. p. 22.

¶ Exiſtimator, *tōris*, m. qui exiſtimat, ein kenner, richter, der ſein bedencken giebt; ut, *Non ſtultus alieni artificii exiſtimator*, Cic. de Orat. 3, 22. Id. in Orat. c. 31 *Meminerimus, nihil nos præcipiendi cauſſa eſſe dicturos, ut exiſtimatores videamur loqui, non magiſtri. Doctus & intelligens exiſtimator*, Id. de Cl. Or. c. 93.

¶ Exiſtimabilis, *e*, vermuthlich. Cæl. Aurel. Acut. 2, 5 *Exiſtimabile, non certum aut probatum eſt.* Idem 3, 17 *Exiſtimabiles ſuſpiciones conſtituere.*

¶ Extimatio, *onis*. De hoc nomine obſervandum, quod paullo ante de verbo *extimo* diximus. Occurrit v. g. Macrob. Sat. 7, 6 pr.

¶ Inæſtimābilis, *e*. Diverſimode accipitur. Nam Cic. de Fin. 3, 6 *Inæſtimabile* dicitur, *quod eſt æſtimationi contrarium*, geringſchätzig. Contra *Inæſtimabile gaudium*, apud Livium 29, 32. i. e. immenſum, unermeßliche freude.

¶ Inæſtimatus, *a, um*, non æſtimatus, unaeſchätzt, nicht in anſchlag gebracht; ut, *Inæſtimata prædia*, Lege 10 §. 1 Dig. de Iure dotium: *Inæſtimatus fundus*, ibidem lege 75.

Æſtiva, æſtivalis, æſtive, æſtivo, æſtivus, vide *Æſtas.*

Æſtuo, *are*, cum derivatis vide mox in *Æſtus.*

ÆSTVS, *us*, m. 4, motus & agitatio, fervorem gignens, vel in igne, vel aqua, vel animo, hitze, brunſt. De igne videtur proprie intelligendum, unde *Æſtas* etiam nomen habet tanquam ab calore vehementiſſimo. Nonius etiam 4, 40 *Æſtus*, inquit, *ſolis & æſtivi temporis flagrantia*, die ſommer-hitze. Sic Virg. Georg. 3, 331

Æſtibus at mediis umbroſam exquirere vallem.

Id. Æn. 2, 759 de incendio Trojano, *Furit æſtus ad auras*, id eſt, vapor & flamma exſuperans. Sed in fragm. Plauti, quod Ciſtell. 4, 2, 87 ſubjiciunt, pro odore ex fermento acciditur, *Ita muſtulentus æſtus nares attigit.* ¶ 2. Etiam de febrili ardore Cic. Cat. 1, 13 *Homines ægri morbo gravi, cum æſtu febrique jactantur*, in der groſſen hitze. Et Virg. Ge. 3, 459 *Profuit incenſos æſtus avertere.* Sic & *Æſtus ulceris*, Cic. Tuſc. 2, 7, das wüten. ¶ 3. De maris impetu & commotione, das wallen und brauſen. Id. de Orat. 3, 39 ex veteri Poëta: *Fervit æſtu pelagus.* Virg. Æn. 1, 112 *Furit æſtus arenis.* Speciatim reciprocationem maris, hoc eſt, acceſſum & receſſum, ebbe und fluth, *æſtus & marinos æſtus*, ſcriptores vocant, Cic. Div. 2, 14. Id. Nat. D. 2, 53 *Æſtus maritimi multum accedentes & recedentes.* Plin. 2, 97 *Æſtus maris accedere & reciprocare maxime mirum.* Adde Vegetium de Milit. 4, 42. Veterum de cauſſa æſtus hujus ſententias recenſent Conimbric. lib. Meteor. Tract. 10, 5. ¶ 4. Hoc verbum transfertur ad animum (1) iratum & tumidum: ut, Virg. Æn. 4, 532 *Magnoque irarum fluctuat æſtu*, id eſt, impetu, das geblüt wallet vor zorn; (2) cupiditate aliqua accenſum: Cic. de Clar. Orat. c. 81 *Hunc quoque abſorbuit æſtus quidam gloriæ*, die ehrbegierde; (3) amore correptum: Ovid. Met. 14, 352 *Vt primum valido mentem collegit ab æſtu.* (4) confuſum atque ſollicitum: Virg. Æn. 8, 19 *Magno curarum fluctuat æſtu*, er hat angſt und unruhe des gemüths. Gallus Eleg. 4 v. 25 *Certe difficile eſt abſcondere pectoris æſtus.* Plin. 9 ep. 34 *Explica æſtum meum*, id eſt, ſollicitudinem meam. (5) timidum: Silius 2, 360 *Ponat formidinis æſtus.* Sic *æſtum frontis*, pro confuſione ſive pudore, eleganter dixit Paulinus Iambo ad Cytherium v. 340.

¶ Æſtuo, *are*, æſtu fervere, brauſen, brennen, ſchwitzen, ungeſtüm ſeyn, toben. Virg. Georg. 4, 263

Æſtuat ut clauſis rapidus fornacibus ignis.

Horat. 2 od. 6, 3 *Maura ſemper æſtuat unda.* Colum. 2, 3 *Boves ſi æſtuaverint.* Stat. Theb. l. 3, 5 *Piſacumque domus non æſtuat annum*, de quo loco v. Miſc. Obſerv. II, 234. ¶ 2. Hinc tralatione elegantes, & a mari quidem; ut, *æſtuare dubitatione*, Cic. Verr. 4, 30, ängſtlich, ungewiß ſeyn, quod Curtio *fluctuari* eſt 4, 12, 21; & ab igne; ut, *Æſtuare deſiderio alicujus*, nach einem ſehr verlangen. Cic. 7 fam. 18 *Æſtuare invidia*, id eſt, flagrare, neidiſch ſeyn. Salluſt. Catil. c. 23. *Æſtuat ingens in corde pudor*, &c. Virg. Æn. 10, 870; & 12, 666.

¶ Æſtuans, *tis*, heiß, erhitzt, brünſtig, brauſend; ut, *Sol æſtuans*, Colum. 11, 2. Curt. 8, 9, 19 de gemmis & margaritis: *Æſtimantur purgamenta æſtuantis freti pretio, quod libido conſtituit.* Pallad. 11 tit. 14 *Æſtuantia vina.* Catull. 64, 48 *Animo æſtuante*, i. e. anxio. conf. Iuſtin. 1, 10, 15. Salluſt. Iug. c. 93 de Mario: *Quæ cum multos dies noctesque æſtuans agitaret.*

¶ Æſtuabundus, *a, um*, idem. Pallad. 11, 17 de œnomelli: *Mundo linteo tegas, per quod facile confectio æſtuabunda ſaſpiret.*

¶ Æſtuatio, *onis*, f. æſtus. De gravioribus animi perturbationibus: Plin. 18, 1 *Reliquiis æſtuationi ſuæ iſtis hominum turbis.* Vbi vero tres MSS. libri *exuſtioni* habent, Harduino teſtante.

¶ Æſtuārium, *i*, n. per quod vapores exhalant, quod & *vaporarium* dici poteſt, itemque ſpiraculum, ein lufftloch, dadurch die dünſte aus gehen; ap. Vitruv. 8, 7, ubi de puteorum foſſionibus agit. Tertull. de Spectac. c. 26 *In illo ſuffragiorum impiorum æſtuario*, theatrum intelligit, & fluctus quaſi populi faventis in eo commotos. Nam ¶ 2. *Æſtuaria* porro loca ſunt marinis aquis referta ex æſtuantis maris inundationibus, ſumpffe und lachen, vom ausgetretenen meer. Cæſ. B. Gall. 2, 28 *Arbitrium veſtrum, veſtra exiſtimat. Capitale erat, dictum ullum factumve ejus exiſtimatione aliqua læſiſſe:* Vbi *exiſtimatione laesa*, idem, *ac male exiſtimare*, de quo ſupra. ¶ 3. Fama, ehre u. reputation. Nepos 17, 4, 3 *Opulentiſſimo regno præpoſuit bonam exiſtimationem.* Cic. 3 fam. 4 *Tua mihi exiſtimatio & dignitas carſſima eſt.* Et 5 epiſt. 20 *Nihil fecit ſciens, quod eſſet contra exiſtimationem tuam.* Id. de Orat. 2, 40 *Bona exiſtimatio pecuniis præſtat.* Et pro Quintio c. 15 *Dum exiſtimatio eſt integra, facile conſolatur bonas ejectatem.* conf. Plaut. Moſt. 1, 3, 70; & Vulg. Int. Prov. 22, 1. Sic, *Exiſtimationem alicujus oppugnare*, Cic. Verr. 3, 10; *violare*, Id. fam. 13, 73; *offendere*, Id. pro Planc. c. 2; *defendere ab inimicis*, Cæſ. B. C. 1, 7. *Inopes exiſtimatione*, Cic. Att. 1, 1. v. Græv. p. 22.

¶ Exiſtimator, *tōris*, m. qui exiſtimat, ein kenner, richter, der ſein bedencken giebt; ut, *Non ſtultus alieni artificii exiſtimator*, Cic. de Orat. 3, 22. Id. in Orat. c. 31 *Meminerimus, nihil nos præcipiendi cauſſa eſſe dicturos, ut exiſtimatores videamur loqui, non magiſtri. Doctus & intelligens exiſtimator*, Id. de Cl. Or. c. 93.

¶ Exiſtimabilis, *e*, vermuthlich. Cæl. Aurel. Acut. 2, 5 *Exiſtimabile, non certum aut probatum eſt.* Idem 3, 17 *Exiſtimabiles ſuſpiciones conſtituere.*

¶ Extimatio, *onis*. De hoc nomine obſervandum, quod paullo ante de verbo *extimo* diximus. Occurrit v. g. Macrob. Sat. 7, 6 pr.

¶ Inæſtimābilis, *e*. Diverſimode accipitur. Nam Cic. de Fin. 3, 6 *Inæſtimabile* dicitur, *quod eſt æſtimationi contrarium*, geringſchätzig. Contra *Inæſtimabile gaudium*, apud Livium 29, 32. i. e. immenſum, unermeßliche freude.

¶ Inæſtimatus, *a, um*, non æſtimatus, unaeſchätzt, nicht in anſchlag gebracht; ut, *Inæſtimata prædia*, Lege 10 §. 1 Dig. de Iure dotium: *Inæſtimatus fundus*, ibidem lege 75.

Æſtiva, æſtivalis, æſtive, æſtivo, æſtivus, vide *Æſtas.*

Æſtuo, *are*, cum derivatis vide mox in *Æſtus.*

ÆSTVS, *us*, m. 4, motus & agitatio, fervorem gignens, vel in igne, vel aqua, vel animo, hitze, brunſt. De igne videtur proprie intelligendum, unde *Æſtas* etiam nomen habet tanquam ab calore vehementiſſimo. Nonius etiam 4, 40 *Æſtus*, inquit, *ſolis & æſtivi temporis flagrantia*, die ſommer-hitze. Sic Virg. Georg. 3, 331

Æſtibus at mediis umbroſam exquirere vallem.

Id. Æn. 2, 759 de incendio Trojano, *Furit æſtus ad auras*, id eſt, vapor & flamma exſuperans. Sed in fragm. Plauti, quod Ciſtell. 4, 2, 87 ſubjiciunt, pro odore ex fermento acciditur, *Ita muſtulentus æſtus nares attigit.* ¶ 2. Etiam de febrili ardore Cic. Cat. 1, 13 *Homines ægri morbo gravi, cum æſtu febrique jactantur*, in der groſſen hitze. Et Virg. Ge. 3, 459 *Profuit incenſos æſtus avertere.* Sic & *Æſtus ulceris*, Cic.

Compoſita ab *Æſtuo.*

¶ Abæſtuo, *are*, überflüßig ſeyn. Tertull. ſive Cyprian. de Iud. Domini c. 1. *Quid faciat, lætis ut vitis abæſtuet uvis.*

¶ Adæſtuo, *are*, ſtrömmets herzuſtieſſen. Stat. Theb. 5, 517 *Squamisque inciſus adæſtuat amnis.*

¶ Exæſtuo, *are*, herausſchwitzen, aufwallen, ungeſtüm ſeyn. Iuſtin. 1, 2, 7 *Bitumen paſſim e terra exæſtuat.* Curt. 4, 2, 16 *Exæſtuare ſemper fretum.* Ovid. Met. 13, 867 *Læſus exæſtuat acrius ignis.* Id. Met. 6, 623 *Tacita exæſtuat ira*, er ergrimmet innerlich.

¶ Exæſtuans, *tis*: ut, *Oceanus exæſtuans*, Mela 3, 2; & Curt. 9, 9, 9. *Mare exæſtuans*, Curt. 6, 4, 19.

¶ Exæſtuatio, *onis*, f. die aufwallung, ausſchäumung. Solin. c. 11 *Herbeſus in medio flumine ſubita exæſtuatione ferveſcit.* Tralate Nonius 6, 91 *Exæſtuatio animi*, der grimm.

¶ Inæſtuo, *are*, hitzig werden. Horat. Epod. 11, 15 *Si meis inæſtuat præcordiis libera bilis*, eſt deſcriptio iracundiæ. conf. Prudent. in Symm. præf. 1, 55.

¶ Interæſtuo, *are*, unruhig ſeyn. Plin. 6 epiſt. 16 n. 19 de avunculo: *Stomachus illi natura invalidus, & anguſtus, & frequenter interæſtuans erat*, id eſt, per intervalla ex cruditate æſtuans.

ÆTAS, *ātis*, f. contract. ex *ævitas* ab *avo* ἀΐω, das alter, die lebenszeit. Nomen eſt commune omnibus partibus ætatis, ut *infantiæ, pueritiæ, adoleſcentiæ, juventæ, ſenectæ.* In has enim partes ætatem Varro diviſit. Nam alii aliter deſcripſerunt, de quibus Cenſorinus de die Natali c. 14. De ætate aurea, argentea, æneris, Heſiodus, & Ovid. Metam. lib. 1, & cæteri poëtæ paſſim. Vid. & Serv. ad ecl. 4 Virg. & Broukhuiſ. ad Tibull. 1, 3, 35. *Flos ætatis*, Cic. Phil. 2, 2, die blühende jugend. *Temeritas eſt florentis ætatis*, Idem de Senect. 6 extr. Ter. Adelph. 5, 3, 46 *Ad omnia ætate ſapimus rectius.* &

mox v. 49 *Illes fat ætas acuet*, die zeit wird es ſie wohl lehren. *Homo id ætatis*, pro ejus, Cic. Verr. 4, 14 extr. *Ita viximus, & id ætatis jam ſumus*, Id. 6 fam. 20. *Adoleſcens ætate adulta*, im männlichen alter. Id. Verr. 5, 53. *Ætas media* eſt firma inter vigoris ætatem & ſenectutis. Plaut. Aul. 2, 1, 37. *Ætas integra*, Ter. And. 1, 1, 4, id eſt florida. *Ætas ſumma*, Cic. pro Cælio c. 18; & Virg. ecl. 4, 37; *Conſulas*, Cic. de Sen. c. 10; *militaris*, Liv. 25, 5; & Tac. An. 2, 60, 4. *Heroica ætates*, Cic. Tuſc. 5, 3. Pro vita etiam ponitur in formula execrandi. Ter. Hec. 3, 1, 54 *Cupiti atque ætati illorum! Gerere, agere* vel *degere ætatem*, ſic at *agere vitam*, leben; v. Serv. Sulp. ad Cic. fam. 4, 5, 5. Cic. in Brut. c. 46 *Cum etiam ageret Athenis* perinde ac Plaut. Trin. 2, 2, 38 *Mi hi quidem ætas acta ferme eſt*, ich habe meine zeit faſt gelebet. Cic. de Sen. c. 1 *Philoſophiæ qui paret, omne tempus ætatis ſine moleſtia poſſe degere. Ætas quieta, pure & eleganter acta*, Ibid. c. 4. Item: *Conſumere ætatem multo ſtudio ac labore*, Quint. 2, 20, ſein leben zubringen. . *Ætatem totam in aliquo ſtudio conterere*, Cic. de Orat. 1, 51. *In litteris agere*, Id. de Leg. 2, 1. Ita Verr. act. 1, 12 *Dignum, in quo nervos ætatis indefeſſique mei contenderem. Mea ætas* pro omni vitæ tempore apud Propert. IV, 41, 45. *Ætas loſciva*, Hor. epiſt. 2, 2, 216; *bona, mala*, Cic. de Sen. c. 14; Plaut. Men. 5, 2, 6; *Senecta*, Id. Trin. 1, 2, 5, *ingraveſcens, provecta, decrepita*, ſunt gradus ſenectutis, Cic. de Fin. 2, 1; Amic. c. 10; & Tuſc. 1, 39: *præcipitata*, Martius Cic. 11 epiſt. 28, eadem fere quæ *extrema*, Cic. de Sen. c. 17. *Ab ineunte ætate*, Cic. de Orat. 1, 21, von jugend auf. Ovid. Met. 10, 519

Labitur occulte fallitque volatilis ætas.

Et Metam. 6, 28

Non omnia grandior ætas,
Quæ fugiamus, habet; ferus venit uſus ab annis.

¶ 2. *Ætas* pro tempore & opportunitate temporis, zeit und gelegenheit. Virg. Æn. 8, 200

Attulit & nobis aliquando optantibus ætas
Auxilium adventumque Dei. conf. Catull. 63, 237.

Florus 2, 18, 16 de Numantinorum civitate: *Populum orbis terrarum viribus fractum, ſua manu, ætate tam longa ſuſtinuit*: id eſt, tam longo tempore, totis ſcilicet 14 annis; tot enim obſeſſa vel oppugnata fuit, ut idem Florus principio capitis refert. Ita *in ætate*, i. e. tempore, ſeu aliquando, Plaut. Trin. 1, 2 & 2, 4, 16. Quintil. 1, 5 (al. 4) *Ut Valeſii & Poſtii in Valeriis Flaccique venerunt: ita arbos, labos, vapos, etiam & clemos & luſes ætatis fuerunt*, h. e. ſeculi, moris. Plin. 12, 1 *Hoc actum circa urbis captæ ætatem.* ¶ 3. *Ætas* pro 30 annis. Horat. Epod. 16, 1 *Altera jam teritur bellis civilibus ætas*: γενεὰ eſt, quæ appellatur Græcis, hoc eſt, tempus 30 annorum, ut Lambinus Torrentiusque demonſtrant. ¶ 4. *Ætas* pro ſeculo, five C annis, hundert jahr. Ovid. 12 Met. in perſona Neſtoris, v. 187 *Vixi Annos bis centum: jam tertia vivitur ætas.* Curt. 8, 1, 13 *Quatuor continuis ætatibus intactum ſaltum fuiſſe conſtat.* Plur. *totas ætates* etiam Cicero dixit de Orat. 2, 51; & *ſempiternas ſeculorum ætates* de Nat. D. 2, 20. ¶ 5. Idem quod Græcis γενεά. Mela c. 9 *Supra tredecim millium annorum ætates.* v. Perizonio ad h. l. notata in Miſcell. obſerv. VIII, 135. ¶ 6. Apud Virg. annuum ſpatium eo nomine deſignatur; ut Georg. 3, 190. *At tribus exactis ubi quarta acceſſerit ætas.* Loquitur de equis, ques quarto anno ad uſus belli condoceſieri præcipit. ¶ 7. Statius etiam pro die poſuit Theb. 3, 562 *Quid craſtinæ volveret ætas, Scire nefas homini.* ¶ 8. *Ætas* pro ipſis hominibus ea ætate five ſeculo natis, uſus Horatius Epod. 16, 9 *Impia perdemus devoti ſanguinis ætas?* Et I od. 35 v. 34 *Quid nos dura refugimus ætas?* Ovid. Met. 2, 424 *Nemus quod nulla cociderat ætas.* Cic. pro Arch. c. 3 *Artibus puerilis ætas ad humanitatem informari ſolet.* Ita Liv. 24, 26 *Puellis ut ſaltem parcerent, a qua ætate etiam hoſtes irati abſtinerent*; non *a quarum ætate.* conf. Juſtin. 18, 6, 12; & Burm. ad Quint. 5, 10 p. 426. ¶ 9. Speciatim florentem ætatem vox notat, die jugend, decl. in Sall. c. 3 f. 11 *quod in ætatem increpuiſti, tantum me abeſſe puto ab impudicitia* &c. vid. Cort. ad h. l. ¶ 10. In plurativo numero hac voce uſus eſt Virg. ecl. 7, 4 *Ambo florentes ætatibus.* Vitruv. Præf. lib. 9 *Qui a teneris ætatibus doctrinarum abundantia ſatiantur.* Cic. fam. 3, 4, 5 *Duo duarum ætatum plurimi facio, Pompejum* (ſenem) *& Brutum* (juvenem). Plura ex Tacito n. 1; & ex Cic. & Curtio n. 4 jam produximus. conf. Quintil. 1, 1 p. 23 *In iis ætatibus, quæ nihil dum ipſæ ex ſe generare poſſunt.* ¶ 11. *Ætas* & *æſtas* confund. v. *æſtas.*

¶ Ætatem, adverbialiter, quaſi pro *perpetuo, ſemper, per omnem ætatem*, allezeit, lebenslang. Plaut. Amph. 4, 2, 3 *Ut vivas ætatem miſer*, dein lebtag. Et ita aliis locis plurimis. Quomodo & uſus Lucil. ap. Nonium 2, 809 & alii veterum, atque in iis & Terentius Plauti exemplo; ut Heaut. 4, 2, 38 *Quid, malum, me ætatem cenſeo velle id aſſimulare?* ¶ 2. Sed in Eunucho 4, 5, 8 uſus eſt pro *jamdiu, jamdudum*, quicum, tanquam συνωνύμῳ, etiam conjunxit. PYTHIAS: *An abiit jam a milite?* CHREMES: *Iamdudum ætatem.* v. ibi Donatum & Voſſ. Inſt. Orat. 5, 2 p. 269.

¶ Ætătŭla, *æ*, f. diminut. pro teneriore ætate, das junge alter; ut, *Facile eſt hoc cernere in primis puerorum ætatulis*, Cic. de Fin. 5, 20. Et pro Sext. c. 8 *Vexatores ætatulæ ſuæ.* Plaut. Ciſt. 1, 1, 51 *Semper iſtam, quam nunc habes, ætatulam obtinebis.* conf. Id. Pſeud. 1, 2, 40; & Rud. 4, 1, 3. Suet. Claudio c. 16 *Monuit, ut aut parcius, aut cautius ætatulæ indulgeret.* Apul. Met. 1 p. 107 *Illuſit ætatulam meam.*

¶ Cœtaneus, *a, um*, ejusdem ætatis, gleichjährig, zu gleicher zeit lebend. Apul. 8 Miſet. p. 204 *Illum amicum, cœtaneum, contubernalem, fratrem denique, ciere.* Tertull. adv. Hermog. c. 6 *Quomodo primus, cui materia cœtanea eſt? Inter cœtaneos & contemporales ordo non eſt.* Id. adv. Valent. c. 16 *Cœtanei angeli.* Id. de Præſcr. c. 35 *Hæreſes cœtaneæ Apoſtolorum.* Adde Borrichii Cogitat. in Voſſium p. 62 ex Porc. Latr.

¶ Cœtaneo, *are*, eſſe ejusdem ætatis, gleich alt ſeyn, zu einer zeit leben. Tertull. de Reſurr. carn. c. 45 *Cœtaneant natu.*

Æternalis, æternitas, &c. vide mox *Æternus.*

ÆTERNUS, *a, um*, ἀΐδιος, per ſyncopen ex *æviternus*, teſte Varrone L. L. 5, 2, perpetuus, fine carens, ſempiternus, ewig, immerwährend. Liv. 28, 28 *Urbs condita in æternum. Ilias opus æternum*, Ovid de Arte am. 3, 83. ¶ 2. Ponitur & pro eo, quod ægre deſtrui poteſt ac ſolvi, & ſic quam diutiſſime durat, dauerhaft. Phædrus 2, 10, 1 *Æſopo ingentem ſtatuam poſuere Attici, Servatumque collocarunt æterna in baſi*, &c. Statius ſimiliter de baſi ſtatuæ Coloſſeæ Domitiani 1 Silv. 1, 58 *Teneat quamvis æterna crepido, Quæ ſuperimpoſiti portaret culmina montis.* Et 5 Silv. 1, 189 de ſtatua aurea Cæſari in Capitolio dedicanda: *Da Capitolinis æternum ſedibus aurum, Quo niteat ſacri centeno pondere vultus Cæſaris.* Plinius ita ligni naturam *æternam* dixit, hoc eſt durabilem. Nam 14, 1 de vite tradit: *Nec eſt ligno ulli æternior natura.* Vbi ſimul comparationis gradum, haud paſſim obvium, notare licet. Sic Idem 35, 14 *Æternos parietes* dixit. ¶ 3. Hyperbole eſt etiam in illis & eorum ſimilibus. Curt. 4, 1, 22 *Ablue corpus illuvie æternisque ſordibus ſqualidum.* Flor. 4, 12, 59 *Certa mox fides & æterna pax.* Ita dixit Virg. Æn. 8, 394 *æternum amorem* pro magno, quod etiam Turnebus obſervat, Adverſ. 13, 8. Sic, *Æternum fœdus* Virg. Æn. 11, 356. Ter. Eun. 5, 2, 32 *At nunc dehinc ſpero æternam inter nos gratiam fore.* Plaut. Capt. 2, 1 *Spero me ob hunc nanciſcier æternam adeptionem cibum.* ¶ 4. *Æternus* & *Alternus* confunduntur in MSS. v. Drakenb. ad Sil. 15, 229. Burm. ad Ovid. met. 4, 662.

¶ Æterno, adverb. ewig. Plinius 2, 107 *Viret æterno fraxinus.*

¶ Æternum, idem. Virg. Æn. 6, 617 *Sedet æternumque ſedebit.* Idem Georgic. 1, 398 ſeq. *Namque omne quotannis Terque quaterque ſolum ſcindendum: glebaque verſis Æternum frangenda bidentibus.* Vbi *Servius*: ÆTERNVM, *ſemper, perpetuo*; *& abſolute locutus eſt.*

¶ Æternālis, *e*, idem quod *Æternus.* Tertull. adv. Iudæos c. 6 *Lex æternalis.* Venant. Fortunatus 10 carm. 10 *Æternalis ſedes.* Inſcriptio apud Grut. p. 752 n. 3 SOMNO ÆTERNALI SACRVM, & apud Reineſ. p. 649 SOMNO ÆTERNAL. Nec tamen alteri *Æternus*, vox *Æternalis* vel ætate vel elegantia æquiparatur.

¶ Æternābilis, *e*, idem; ut L. 3 C. Th. de collatione donat. poſſeſſ. *Excepta æternabili urbe.* Add. Accius ap. Non. 7, 64.

¶ Æternĭtas, *ātis*, f. ewige zeit, ewigkeit. Cic. de Nat. D. c. 9 *Fuit quædam ab infinito tempore æternitas, quam nulla temporum circumſcriptio metiebatur.* Id. Divin. 1, 14 *Ab omni æternitate repetitum.* Id. Phil. 14, 13 *Ad memoriam æternitatis.* Vtrumque dicitur: *Donare alicui æternitatem*, & *aliquem æternitate*, Cic. in Piſ. c. 3; Plin. 2, 7. ¶ 2. *Æternitatem* tribuebant & Imperatoribus, ut reliquos honores divinos. v. Buchner. ad illud Plinii ad Trajanum 10 epiſt. 50 *Opera, non minus æternitate tua, quam gloria digna.* ¶ 3. *Æternitas* Dea a veteribus culta, cujus imaginem ſedenique elegantiſſime Claudianus de Laudibus Stiliconis 2, 424 deſcripſit.

¶ Æterno, *are*, verbum antiquum, pro *æternum & immortale facere*, verewigen, unſterblich machen. Apud Nonium 2, 57 Varro: *Litevis ac laudibus æternare.* Horat. 4 od. 14, 1 *Quæ cura patrum, quæve Quiritium, tuas, Auguſte, virtutes in ævum Per titulos memoreſque faſtos Æternet?*

¶ Cœæternus, *a, um*, adject. gleichewig. Tertull. adv. Hermog. c. 11 *Non æternum alii cœæterno inferius deputetur.* De divinis perſonis Hieronymus ad Damaſum epiſt. 57 *Sufficiat nobis dicere unam ſubſtantiam, tres perſonas ſubſiſtentes, perfectas, æquales, cœæternas.* De eodem myſterio Prudentius Apoth. v. 271 *cœperpetuus* uſurpavit.

¶ Cœæternĭtas, *ātis*, f. die gleichewigkeit, apud Theologos.

¶ Sempiternus, &c. vide in *Semper.*

ÆTHĂLIA, *æ*, f. ab αἰθαλη, i. e. *fuligine*, quam diffiat Vulcani officina; Eſt inſula Tyrrhenorum, Latinis *Ilva* dicta, hodie *Elva*, inter Etruriam & Corſicam, ferri fodinis dives. v. Plin. 3, 6. Steph. Byzant. & Apollon. Argon. 4, 654. Hoc nomine etiam inſulam Lemnum vocat Polybius, teſte eodem Stephano. *Athalia* poſtea *Chios*, Plin. 5, 31.

¶ Æthălides, *æ*, m. id eſt, *fuliginoſus*, præco, Mercurii filius, inter vivos modo, modo inter mortuos exiſtens. Apollon. Argon. 1, 641. Eum ſe fuiſſe gloriabatur Pythagoras, ut refert Diogenes Laert. Vita Pythagoræ. Adde Val. Flacc. 1, 437.

¶ Æthălus, *i*, m. uvarum genus fuliginoſum in Ægypto, Plin. 14, 7.

¶ Æthaliōnes, *um*, f. αἰθαλίωνες, cicadæ dictæ, quod a ſole adurantur, v. Cæl. Rhodig. 9, 31.

ÆTHER, *ĕris*, m. αἰθὴρ, cœlum, der himmel, ſic dictum a perpetuo motu, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θεῖν. Apul. de mundo p. 57 *Cœlum ipſum, ſtellæque cœligenæ, omnisque ſiderea compago Æther vocatur: non, ut quidam putant, quod ignitus ſit* (ἀπὸ τοῦ αἴθειν, id eſt, *ardere*;) *& ſuccenſus; ſed quod rapidis curſibus ſemper rotetur.* Cic. N. D. 2, 40 *Cœli complexus, qui idem æther vocatur*, &c. Legitur in Acc. *Æthera.* v. Virg. Æn. 1, 383; &c. ¶ 2. Etiam pro *Deo*, pro *Iove* & *cœli incolis*, ut cœlum, aliquando ponitur. Claudianus de 6 Conſ. Hon. v. 352

Tum providus Æther
Noluit humano titulos auferre laborî.

Lactant. 1, 5 *Cleanthes & Anaximenes æthera dicunt eſſe ſummum Deum.* Cic. Nat. 1, 15 *Chryſippus diſputat, æthera eſſe eum, quem homines Iovem appellarunt.* Hinc *Æther pater*, & *pater omnipotens*, Lucret. 1, 250; & Virg. Georg. 2, 325. *Nobis infenſior æther*, Claud. de raptu Proſ. 3, 208. ¶ 3. Item pro *aëre*, die luft; ut, *Altus, ardens, clarus, liquidus, apertus, æther*, apud poëtas. V. Virg. Georg. 4, 70. Æn. 1, 591; 7, 65; 10, 102 &c. Ita λεπτότατος αἰθὴρ, pro tenuiſſimo aëre Philoni ponitur de mundi incorruptibilitate.

¶ Æthra, *æ*, f. per contractionem ex *Æthera* a poëtis uſurpatur pro Æthere, der himmel, die luft; ut, *Liquida æthra*, id eſt, aër purus, Sil. 4, 103 reine luft. Contra, *ſqualens æthra*, Prudent. Cathem. 9, 78 eſt aër impurus. Virg. Æn 3, 585 *Æthra ſiderea.* Id. 12, 247 *Nunquæ volare rubra fulvus Iovis ales ſub æthra*: Vbi Servius obſervat, & aëra ipſum, & ejus ſplendorem eo vocabulo deſignari. Sed & Cic. de N. D. 2, 45 *Pars cœli quæ æthra dicitur.* ¶ 2. *Æthra*, v. ſeorſum.

¶ Ætherĕus, *a, um*, & Ætherius, ex Gr. αἰθέριος, (quam alteram lectionem Manutius probat ex vetuſtiſſimo Virgilii codice) himmliſch, gottlich; ut, *Aſtra ætherea*, Virg. Æn. 5, 813; *Domus ætherea*, Horat. 1 od. 3, 29 Ovid. de Art. 3, 549

Eſt Deus in nobis, ſunt & commercia cœli,
Sedibus ætherei ſpiritus ille venit.

¶ Hy-

¶ Hypæthrus, *a, um, ὑπαίθριος*, i.e. subdialis; & subst. *Hypæthrum, ὑπαίθριον*, locus seu ædificium sub æthere, ein gebäu ohne dach, altan. Vitruv. 1, 2 *Iovi, Fulgori, & Cælo, & Soli, & Lunæ ædificia sub divo, hypæthraque constituantur.* Idem 5, 9 extr. *Hypæthræ ambulationes*, & paulio ante eodem cap. *In apertis hypæthrisque locis.*

ÆTHIOPS, *ōpis*, m. *αἰθίοψ*, ein mohr; quod utrumque a *Μαυρὸς, Maurus* est, niger. v. Virg. ecl. 10, 68: Lucan. 3, 253; & 9, 651. Iuvenal. 2, 23 *Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus*, id est, vide, ne vitiis illis, quæ in aliis reprehendis, ipse sis obnoxius. *Æthiopem lavas, ætiopem dealbas, æthiops non albescet*, parœmiæ sunt, in frustra conantes, die arbeit ist vergeblich. v. Chil. Diogenes improbum monens, cum interrogaretur, quidageret, respondit: *Αἰθίοπα σμήχω, ἵνα λευκὸν ποιήσω*, id est, *Æthiopem abstergo, ut candidum faciam. Æthiops* porro ab *αἴθω* est & *ὤψ*, ab adusta vel cremata facie; quod Solis vicinitate torreantur Æthiopes. Præter faciem nigram audores Æthiopibus labra tumida, capillitium crispum, crura in orbem panda tribuunt. V. Petron. c. 34 & 102, & ibi interpretes. *Æthiopas vicini sideris vapore torreri, adustisque similes gigni*, ait Plinius 2, 78. Sed If. Vossius ad Melam p. 305 statuit, non omnino atros succis & unguentis nigricantibus fuscum colorem atro permutasse; & sic transiisse artem in naturam. *Æthiopis occurrsum* malum præbuisse omen, ex Plutarcho in Bruto, Floro 4, 7, 7, Spartiano in Severo c. 22 & Obsequ. c. 130 discimus. Vide & Brodæum Misc. 4, 1. Iovis apud Æthiopas epulæ annuæ poëtis celebratæ. v. Drakenb. ad Sil. 12, 605. ¶ 2. Christianos scriptores haud raro *Æthiopas* pro diabolis dixisse C. Barthius Adversar. 3, 2; & 22, 5 observat. Victor. Vticens. de Persecut. Vandal. lib. 3 *Exstinctus est fulgor, ac tenebris succedentibus adversarius naribus natus est fœtor, omnisque illa beatorum turba expellentibus quibusdam Æthiopibus minata est foras; Minata*, id est, acta, expulsa. *Minare* enim ante se pellere est. Auctor hymni, cujus initium: *Laudes Christo Redemptori*, feria secunda & quarta Paschæ cantari quondam soliti: *Hæc est dies, quæ illuxit post turbida regni Æthiopum tempora:* Vbi recte Torrentius monet significari dæmones.

¶ Æthiopissa, *æ*, f. eine mohrin. Hieron. epist. 22 ad Eustoch. de custod. virg. *Non est sponsus tuus arrogans, non superbus, æthiopissam duxit uxorem.* Visus est & interpres Bibliorum Num. 12 v. 1.

¶ Æthiopia, *æ*, f. *Αἰθιοπία*, pars Africæ sub Zona torrida, sic dicta ab incolis, vel ut alii, *Æthiope* Vulcani filio, Mohrenland. Duplex est: altera ad orientem sita, altera ad occasum. Æthiopia etiam est vel *superior*, quam constituit regnum Abyssinorum, vel *inferior*, quæ plura regna continet. v. Geogr. & Homer. Odyss. A. v. 23; Plin. 5, 8; & 6, 30; & Mela 3, 9.

¶ Æthiopicus, *a, um*, Æthiopiam spectans, mohrenländisch: ut, *Oceanus Æthiopicus*, Plin. 6, 30; *Æthiopicæ naves*, Id. 5, 9.

¶ Æthiopis, *idis*, f. *Αἰθιοπίς*, herba magica verbasco similis, foliis hirsutis & densis, nascitur in Æthiopia & Ida Troadis, & in Messenia. Plin. 27, 4 mohren-kraut.

ÆTHON, *ōnis*, m. *Αἴθων*, i. e. *ardens*, nomen est equi *Hectoris* ap. Homerum. ¶ 2. Et *Pallantis* ap. Virg. Æn. 11, 89. ¶ 3. *Plutonis* vero ap. Claud. Rapt. Pros. 1 extr. ¶ 4. Inter *Solis* equos *Æthon* est, Ovid. Met. 2, 154 *Interea volucres, Pyroeis, Eous, & Æthon, &c.* ¶ 5. Claudianus Lucifero tribuit de 4 Conf. Honorii v. 560.

Æthra, der himmel, vide in *Æther*.

ÆTHRA, *æ*, f. *Αἴθρα*, Thesei mater. v. Ovid. Heroid. 10, 131. Diod. Sic. 4, 61. Hinc *Nepos Æthræ*, Hippolytus, ap. Ovid. in Ibin v. 577.

ÆTHRIA, *æ*, f. urbs quæ postea *Atria*: a qua mare *Atriaticum*, quod nunc *Adriaticum*. *Hinc & Etruscos dictos credideris*, inquit Hermolaus in Plin. 3, 16.

ÆTIA, *orum*, n. pl. Callimachi poëtæ liber de ritibus & caussis sacrorum; ab *αἴτιον caussa*. Argumentum cum fastis Romanorum convenit. Fuit Poëma illud obscurissimum, quod & Martialis indicat hoc disticho 10 epigr. 4 *Sed non vis, Mamurra, tuos cognoscere mores; Nec tecsire; legas Ætia Callimachi.*

¶ Ætiologia, *æ*, f. *αἰτιολογία*, figura sententiæ est, ratio scilicet dictorum caussaque subjecta, die anführung der ursachen. Sen. epist. 95 *Caussarum inquisitionem cur etiologiam dicere non audeamus?* &c. Exemplum hujus figuræ est in Ter. Eun. 1, 1, 34 *Sed ipsa egreditur: fundi nostri calamitas. Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit.* conf. Quintil. 1, 15; 9, 3; Isidor. 2, 21.

AETION, *ōnis*, m. inter celebres pictores Cic. in Bruto c. 18.

ÆTITES, *æ*, m. *Αετίτης*, lapis, qui in nidis reperitur aquilarum: quem & *Gagatem* aliqui dicunt, auctore Plin. 5, 3, ein adlerstein. Sine hoc lapide parere non potest aquila. vid. Plin. 10, 3; 36, 14; 36, 21; & 37, 11; Solin. c. 40; Dioscor. 5, 161.

AETIVS, *i*, m. *Αέτιος*, quatuor syllabis, medicus Antiochenus fuit, orthodoxus primum, sed qui postea se cum Eunomianis Arianisque conjunxit: quamobrem & *Atheos*, non *Aëtius*, dictus est. Exstant ejus de re medica lib. 16 cum epistolis aliquot. v. Volaterran. ¶ 2. Petro tamen Castellano in vitis Illustr. Medicorum p. 131 & Marsilio Cognato Var. Observ. c. ult. similior vero videtur eorum sententia, qui medicum Aëtium ab hæretico distinguunt, patriamque dant illi Amidam, Mesopotamiæ oppidum; cum hæreticus fuerit Antiochenus. Accedit, quod Oribasio longe posteriorem fuisse medicum ostendi potest, cum hæreticus ille, qui Constantini principatu floruit, Iulianique tempora attigit, fuerit Oribasio æqualis: Amidenum Aëtium Iustiniani ætate celebrem ab Antiocheno distinguit etiam Ionsius lib. 4 de Script. Hist. Phil. p. 319. Sed utrumque medicum facit, ut adeo simul medicus, simul hæreticus fuerit ille prior. v. Fabr. B. G. 5, 23, 9. ¶. 3. *Aëtius* Labeo quibusdam vocatur poëta Persii tempore vivens. Iliada Homeri adeo obscure transtulit, ut nec sua ipse cognosceret, Gyrald. Dial. 8 Hist. Poët. Sed hic est Accius seu Attius, de quo Schol. Persii 1, 50. ¶ 4. Alius *Aëtius* Magister militum, victor Attilæ, Hunnorum regis, & servator occidentis clarissimus. Vid. Iornand. Get. c. 40. Procop. Vandal. 1, 4.

¶ Aëtiani, *orum*, m. pl. hæretici, ab Aëtio dicti.

ÆTNA, *æ*, f. *Αἴτνα*, vel *Αἶτνη*, mons Siciliæ, nocturnis mirus incendiis, quemadmodum Plin. inquit 3, 7 & poëtarum atque historicorum literis celeberrimus. Præter descriptiones Lucret 6, 639; Virg. Æn. 3, 570; Ovid. Met. 15, 340; Silii 14, 59; Val. Flacc. 2, 29; Claud. rapt. Pros. 1, 161. vide elegans Corn. Severi Poëma de Ætna, quod vulgo Virgilio, sed male, adscribitur. Pars Ætnæ superior, qua flammas & cineres ejicit, ambitu stadiorum viginti *Crater* appellatur, cavernæ videlicet spiramentum. v. *Crater*. ¶ 2. *Ætnæ* & *Athonos* montes molestissima & gravissima proverbialiter dicuntur onera. Vnde & Cicero in Cat. maj. c. 2 *Senectutem unus Ætna gravius* dixit. v. Chil. De Catanæis fratribus, qui ex Ætnæ incendio parentes suis humeris extulerunt, vide infra in *Catana*. ¶ 3. *Ætna* oppidum Siciliæ, monti cognomini appositum. Strab. d. l. unde

¶ Ætnensis, *e*, ut, *ager Ætnensis*, Cic. Verr. 3, 44. At a monte est

¶ Ætnæus, *a, um*, adj. ut *Ætnei Cyclopes, fratres*, Virg. Æn. 8, 440: & 3, 678. *Ætnæum fulmen*, Ovid. de Arte 3, 490. *Eruptio Ætnæorum ignium*, Cic. Nat. D. 2, 38. ¶ 2. *Ætnæus* simpliciter ponitur pro *Siculo*. v. Drakenb. ad Sil. 2, 304.

ÆTŌLIA, *æ*, f. *Αἰτωλία*, Græciæ regio, *Græciæ contenta gremio*, quemadmodum Cicero scripsit in Pisonem, c. 37: & Livius 35, 18, qui *Ætolos umbilicum Græciæ incolere* dixit.

¶ Ætōlus, *i*, m. Martis, vel secundum Homeri interpretem, Endymionis filius, a quo regio, in quam patria pulsus concessit, Ætoliæ nomen accepit. v. Xenoph. ¶ 2. *Ætoli* populi ejus regiunculæ apud Livium lib. 26 &c. Florum 2, 9; & alios. Improbum & petacem nomen significat, adeo ut qui tales sint, proverbio *Ætoli* dicantur. v. Strab. 8 & 10; Plin. 4, 2; Cæl. Rhodig. 11, 21. ¶ 3. *Ætoli* etiam dicuntur *Apuli*, horum coloni, apud Silium passim. v. Drakenb. ad 9, 495. ¶ 4. *Ætolus, a, um*, adject. ap. Ovid. Rem. am. v. 159 *Vt semel Ætola Venus est a cuspide læsa*, i. e. Diomedis regis Ætoliæ hasta.

¶ Ætōlius, & Ætōlicus, *a, um*, adject. ut *Bellum Ætolicum*, Liv. 1. 38; & Flor. 2, 9. *Ætolius heros*, hoc est, Diomedes, Tydei, Ætoliæ regis, filius, Ovid. Metam. 14, 461.

¶ Panætōlicus, *a, um*, totius Ætoliæ quod est. Liv. 35, 32 *Vt legatos ad Panætolicum concilium mitterent.*

ÆTŌPON, *i*, n. herba, al. *Leontopodium*. Apul. de Herb. c. 7.

Ævitas, æviternus, quære mox in *Ævum*.

ÆVVM, *i*, n. perpetuitas temporis, *tempus immensum, sine origine, sine fine; quod eodem modo semper fuit, & semper futurum est*, ut de eo Censorinus scribit de die Natali c. 16, die ewigkeit. Vet. Gloss. *Ævum, αἰώνιον, αἰών. Ævum ab ætate omnium annorum*, Varr. L. L. 5, 2. Ex Philosophorum tamen loquendi consuetudine differt *ævum* ab æternitate, ut *æternitas* duratio sit principii pariter & finis expers; *ævum* careat fine quidem, non perinde principio. Cic. Somn. Sc. c. 3 *Ævo sempiterno frui.* ¶ 2. Vsurpatur & pro tempore, vel ætate ac spatio vivendi, die lebenszeit. Horat. 2 sat. 6, 97 *Vive memor, quam sis ævi brevis.* Aur. Victor in Tito: *Veneno interiit anno ævi quadragesimo.* Et ita Idem sæpius. Etiam Epit. Victoris in Constantio: *Interiit anno ævi quarto & quadragesimo.* Apul. Apol. 2 p. 336 *Puer hoc ævi convivium agitat:* pro *id ætatis.* Lucret. 2, 15

Qualibus in tenebris vitæ, quantisque periclis
Degitur hoc ævi, quodcumque est!

Horat. 1 epist. 20, 26 *Forte meum si quis te percontabitur ævum*, id est, ætatem. Sequitur enim: *Me scire modestus quater impleviisse decembres.* Id. Od. 2, 2, 5 *Extento ævo vivere.* Et, *Ævum cum diis agere.* Cic. Tusc. 1, 12. ¶ 3. *Ævi* nomine appellantur & gradus ætatis humanæ. Sic *primum ævum* adolescentia est, Val. Flaccus 7 v. 338 *Occidis heu primo potes hoc durare sub ævo?* v. *Primævus.* ¶ 4. Sumitur & pro longissima hominis ætate, quæ ferme annis centum definitur, & *Seculum* appellatur, Plin. 36, 6; & 10, 6 *In nostro ævo peritissimus*, hoc est, seculo vel ætate. Ovid. Pont. 1, 3, 83 *Nulli datus omnibus ævis Tam procul a patria est, horridiorve locus.* Horat. 2 od. 9, 13 *At non ter ævo functus fenex &c.* Loquitur de Nestore, qui trecentos annos sive tria secula vixisse traditur: unde & *trivisclisenex* a veteri Poëta apud Gellium 19, 7 appellatus. *Ævis* in plurali Ovidius l. c. dixit non tantum, verum etiam Plin. 14, 1 *Simulacrum in urbe Populoni ex uva conspicimus tot ævis incorruptum.* Idem 16, 36 *Durantque ævis tilia alta.*

¶ Ævus, *i*, m. Idem apud veteres. Plaut. Pœn. 5, 4, 14 *Per quem vivimus vitalem ævum.* Et Lucret. 2, 561; & 3, 605 *Ævum per omnem.*

¶ Ævitas, *ātis*, f. pro *ætate*, das alter. Cic. de LL. 3, 3 *Ævitatem annali lege servanto.* Ita apud Gell. 20, 1 in antiqua lege est *ævitas.* Visus & Arnobius 5 p. 161; & Apul. de Philos. Nat. p. 8. Adde Nonium 3, 17.

¶ Æviternus, *a, um*, idem quod *æternus*, ewig, apud Varr. L. L. 5, 2. Visus eo Apul. de Deo Socratis p. 43 *Prorsus & retro æviterni Dii.* Et Varro ap. Prisc. an. 2 p. 595 *Per æviternam hominum domum tellurem propero gradum.*

¶ Coævus, *a, um*, idem quod *Coætaneus, σύγχρονος*, gleiches alters. Tribuitur Cic. in Vatin. c. 13 *Puer aut adolescens inter coævos.* Sed Gro. *coquos.* Prudent. Cath. 2 v. 137 de laniena Bethlehemitica:

Inter cœvi sanguinis Fluenta solus integer (Christus).

¶ Æquævus, Grandævus, grandævitas, Longævus, Primævus, vide in *Ævus, Grandis, Longus, Prior.*

ÆXŌNES, *um*, sive Æxonenses, *ium*, incolæ in Attica, maledica virulentia infames; unde *αἰξωνίζεσθαι* idem est ac maledictis infectari, & *Æxonensis* idem ac maledicus, ein lästerer. Suid. & Eustath.

Afer, vide in *Africa.*

Affabilis, &c. Affabre, Affamen, Affaniæ, Affatim, Affatus, vide *Fari, Faber, Fari, Aphaunæ, Fatim, Fari.*

Affecto, affectus, &c. Affero, vide *Facio, Fero.*

Afficio, Affictus, Affinis, &c. Affirmo, &c. Affixus, vide *Facio, Fingo, Finis, Firmus, Figo.*

Afflagrans, Afflatus, Affleo, Afflictus, affligo, &c. Affio, Affluo, &c. vide *Flagro, Flo, Fleo, Fligo, Flo, Fluo.*

Affodio, Affore, Afformido, vide *Fodio, Forem, Formido.*

Affrictus, Affringo, Affrio, vide *Frico, Frango, Friu.*

Affulgeo, Affundo, affutus, vide *Fulgeo, Fundo.*

AFRANIVS, *i*, m. poëta Latinus comicus, scripsit comœdias togatas, in quibus eum excelluisse Quintilianus censet 10, 1. v. Burm. p. 915. Veteres Critici Menandro compararunt, ex quorum mente Horatius 2 ep. 1, 57, *Dicitur Afrani toga convenisse Menandro.* conf. Cic. Fin. 1, 3. Vell. 1, 17, 1 *Dulces Latini leporis facetia per Cæcilium, Terentiumque & Afranium fuppari ætate vixerunt.* Gellius hos ejus celebrat versus 13, 3

Vſus me genuit, mater peperit memoria,
Σοφίαν vocant me Graji, vos ſapientiam.

¶ Afrania, *æ*, f. Liciniũ Buccionis ſenatoris uxor, *prompta ad lites contrahendas, per ſe ſemper apud prætorem verba fecit: non quod advocatis deficiebatur, ſed quod impudentia abundabat*, &c. Val. Max. 8, 3, 2. Hinc quævis fœmina improbis moribus dici cœpit *Afrania. Afraniam fabulam refricari* dixit Cic. pro Cælio c. 30.

AFRICA, *æ*, f. Scribitur per f, non ph, in nummis & lapidibus, utut Græcis poſterioribus (nam veteres λιβύαν vocant) eſt ἀφρική. Solinus c. 37 ab *Afro* Libyci Herculis filio dictam *Africam* putavit: Joſephus autem Antiquit. 1, 23 a nepote Abrahæ ex filio Madian, *Afro* etiam appellato, hoc nomen terram eam accepiſſe ſcripſit. ¶ 2. *Africa ſemper aliquid novi*, Plin. 8, 16, *vulgare dictum Græcie* ob *multiformes animalium partus*. Terra frumenti admodum ferax, quod & Romanæ urbi ſubminiſtrabat: ut fames metueretur ibi iſtac clauſa, quod Tacitus non obſcure innuit Hiſt. 1, 73, 2. Et inde *Provinciarum arx* appellata Tullio pro Ligario c. 7. Id. pro Lege Manil. c. 12 *Africam, Siciliam, Sardiniam, tria ſubſidia frumentaria reip.* vocat. v. & Varr. R. R. lib. 2 præf. qui cauſſam aperit, eccur Italia aliunde ſupportato frumento paſcenda eſſet. Veterem Strabo & alii; hodiernam Thuanus deſcripſit initio 7 Hiſt. ¶ 3. *Africa* etiam pro numine videtur habita. Hinc Plin. 28, 2 *In Africa nemo deſtinat aliquid, niſi præfatus Africam* &c. Et alter Plin. 7 epiſt. de Curtio Rufo: *Offertur ei mulieris figura humana grandior pulchriorque, futurorum prænuntia.* ¶ 4. *Africe*, plur. ut Galliæ &c. Vid. Rittershuſ. ad Salvia. p. 561.

¶ Afer, *Afri*, m. ein Africaner. *Afri diſcincti.* Virg. Æn. 8, 724; *ſitientes*, Id. ecl. 1, 65. Horat. 4 oda 4, 42 *Dirus per urbes Afer ut Italas equitavit.*

¶ Afer, *Afra, Afrum*, adj. africaniſch; ut, *Afra avis*, id eſt, Libyca, gallina Numidica, eine welſche henne. Horat. Epod. 2, 53.

Non Afra avis deſcendat in ventrem meum.

Idem 2 od. 16, 35 *Te bis Afro murice tinctæ veſtiunt lanæ.* Et *Afra piſa* ap. Pallad. Octobr. Tit. 14.

¶ Africānus, *a, um*, idem; ut *Scipio Africanus, Africanum bellum, Africani rumores*, omnia ap. Cic. pro Dejotaro c. 7 & 9. Per antonomaſiam *Africanus* uſurpatur, quia non celebratur alius inter Romanos virtute præſtantior Scipione, eoque vel majore, qui Hannibalem acie vicit: vel minore, majoris adoptivo nepote, qui Carthaginem delevit. Vid. Cic. paſſim, in Lælio præſertim & Somnio Scip. ¶ 2. *Gallina Africana.* Varro R. R. 3, 9 *Gallinæ Africanæ ſunt grandes, variæ, gibberæ, quas μελεαγρίδας appellant Græci.* Ad quem locum diſputatur, ſintne Meleagrides eædem quæ Africanæ, & quo hodie nomine veniant. Summa eſt. nihil certi. Adde Columell. 8, 2. Hanc *Numidicam guttatam*, ab albis guttulis, inter plumas nigrantes, Martialis dixit 3 epigr. 58. ¶ 3. *Africanæ*, (ſcil. feræ) abſolute etiam Pantheræ dicebantur. Ita accipienda hæc vox ap. Plin. 6 epiſt. ult. & ap. Plin. majorem N. H. 8, 17.

¶ Africus, *a, um*, idem; ut, *Africa bella*, Sil. 17, 11. *Procella Africa*, Horat. 3 od. 29, 57. ¶ 2. Cum ſubſtantive ponitur vox *Africus*, ventus ſubauditur; *celer* Horat. 1 od. 14, 5; *creber procellis* Virg. Æn. 1, 90; *peſtilens* Horat. rurſus; carm. 23, 5, qui inter Auſtrum & Zephyrum ab Africa ſpirat: *Notum* & *Liba*, νότον καὶ λίβα, a λίψ, Græci dicunt, ſüdweſt-wind.

AFRICIA, *æ*, f. genus liborum, quo veteres uſi ſunt in ſacrificiis, apud Arnob. lib. 7 p. 230.

AGĂGA, *æ*, m. ſervus nequam, conſummatæ malitiæ mancipium, ein loſer bube. Petron. c. 69. conf. Reinef. ad Fragm. Petron. p. 100. conf. ed. Burm. p. 341. Heinſius etiam pro *Geuge* c. 58 legit *Agaga*, ibid. p. 296.

Agagŏla, ſive Agagula, *æ*, m. dimin. lenocinator, pantomimus, in Iſidori Gloſſ. Sweertio Analect. 1, 8 placuit hinc eſſe Germanicum gaucfler. Sed vide Reinef. l. c.

ĂGALLŎCHUM, *i*, n. ἀγάλλοχον, & ξυλαλόη, *Xylaloe*, id eſt, lignum aloes arboris, ex India & Arabia defertur, aloes-holtz, creuz-holtz. vid. Dioſcor. 1, 21.

ĂGALMA, *ătis*, n. ἄγαλμα, ſimulacrum, ſtatua, eine ehrenſäule. Mart. Capella 6 p. 188 *Qui agalmata firmant.*

ĂGĂMĒDES, *æ*, m. Αγαμήδης, Trophonii frater; de quibus Plutarchus oratione conſolatoria ad Apollonium p. 109 hæc ſcripſit: Τροφώνιος καὶ Ἀγαμήδης, ποιήσαντες ἐν Δελφοῖς ναὸν ἥτουν παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος τὸν μισθόν. ὁ δὲ ἔδωκεν τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ, καὶ ταύτην ἀπέθανον. Hoc eſt, *Trophonius & Agamedes, cum Delphicum templum conſtruxiſſent, mercedem ab Apolline petebant, quam ille ſe daturum ipſis cum promiſſiſſet ſeptimo poſt die, eodem mortui ſunt.* Addit ibi Plutarchus: Pindaro ſimile quiddam acciditſe. Conf. Cic. Tuſc. 1, 47. & quæ de Bitone atque Cleobi ſ. l.

ĂGĂMEMNON, *ŏnis*, m. Αγαμέμνων, *Atrides*, ab Atreo patre, Ovidio Met. 13, 655; *Myceneus ductor* Virg. Æn. 11, 266; *Rex regum* Ciceroni loco mox indicando: rex fuit Mycenarum, imperator exercituum Græcorum ad Trojam, frater Menelai, maritus Clytemneſtræ, pater Iphigeniæ. Cic. 9 famil. 14 ad Dolabellam, quæ epiſtola etiam inter eas legitur, quas ad Atticum ſcripſit lib. 14 *Non alienum eſt dignitate tua, quod ipſi Agamemnoni regum regi fuit honeſtum, habere aliquem in conſiliis capiendis Neſtorem.* Agamemnon exhauſtis plurimis laboribus in Troja pro Græciæ dignitate expugnanda, domum reverſus, veſte inexplicabili involutus, interfectus eſt a Clytemneſtra, auxiliante Ægiſtho adultero.

¶ Agámemnŏnĭus, *a, um*, adject. ap. Cic. Off. 3, 25. Et Virg. Æn. 6, 838

Eruet ille Argos, Agamemnoniasque Mycenas.

& Æn. 3, 54 *Res Agamemnonias victriciaque arma ſecutus.*

Sic Φιάλαι Ἀγαμεμνόνιαι, ſive *Putei Agamemnonii*, i. e. celebres & admirandi operis, quales Agamemnon paſſim in Græcia effodiſſe dicitur, ne per æſtum aquarum eſſet inopia. v. Eraſm. Adag.

Agamus, vide in *Gamus.*

ĂGĂNIPPE, *es*, f. Ἀγανίππη, fons in Bœotia, Apollini & Muſis, quæ inde *Aganippides* dicuntur, ſacer. Nam & hunc in ſacris Muſarum fontibus præter poëtas Plinius 4, 7 & Solinus c. 7 (al. 12) recenſent. conf. Virg ecl. 10, 12. Claudian. Paneg. Mall. Theodori v. 272

Concinuit felix Helicon, fluxitque Aganippe Largior

¶ Aganippæus, *a, um*, adject. Propert. 2 eleg. 3 v. 20

Par Aganippææ ludere docta lyræ.

¶ Aganippis, *ĭdis*, f. patronym. Ovid. Faſt. 5, 7

Dicite, quæ fontes Aganippidos Hippocrenes
Grata Meduſæi ſigna tenetis equi.

Vbi Hippocrene *Aganippis* cognominatur, non quod idem fons & Aganippe ſit (nam manifeſte diſtinguit Solinus c. 1. & ibi Salmaſius) ſed quia vicini ſunt; deinde ejusdem naturæ, *quod poti inſpirationem facerent literarum*, ut Solinus ibidem locutus eſt.

ĂGĀPE, *es*, f. ἀγάπη, i. e. *dilectio, caritas.* ¶ 2. *Agapæ* ſunt convivia Chriſtianorum, olim cum eleemoſynis poſt ſacram ſynaxin exhibita, ad confirmandam caritatem mutuam, die liebes-mahle. vid. Tertull. Apolog. c. 39, & ad Matyr. c. 2. Cyprian. ad Quirinum 3, 3.

¶ Agapētæ, *arum*, f. pl. ἀγαπηταί, virgines & viduæ cum clericis cœlibatum profeſſis cohabitantes, uti ἀγαπητοὶ cum Diaconiſſis, quaſi ſorores ſpirituali amore conjunctæ, bet-ſchweſtern. Cujusmodi contubernia a Patribus improbata, a conciliis damnata. v. Hieron. ep. 2 & 22 it. I. A. Schmid. Lex. Eccl. p. 26.

¶ Agapētus, *i*, m. Αγαπητὸς, Diaconus Conſtantinop. notus ille auctor Schedæ Regiæ, qua admonuit Juſtinianum Imp. quomodo gerendum ſit imperium. ¶ 2. *Agapeti*, de quibus in *Agapetæ.*

ĂGĂRĒNI, *orum*, m. plur. populi Arabiæ: ab Agare ancilla Saræ forſan dicti, poſtea, ut videtur, Saraceni appellati. In Agarenos Trajani expeditionem ſcripſit Dion Caſſius ſub fin. lib. 68.

AGĂRĬCUM, *i*, n. fungus naſcens in arboribus colore candido, Plin. 25, 9. Germanis lerchen-ſchwamm, quia eſt proprie fungus in larice, Ἀγαρικὸν, ab *Agaria* Sarmatiæ regione dictus Dioſcoridi 3, 1.

ĂGĀSO, *ōnis*, m. ex Græco, ἀγαθὼν, qui jumenta curat aut agit, quod & minare dicebant, ein ſtallknecht. Feſtus: *Agaſones, equos agentes, id eſt, minantes.* Livius 43, 5 *Duo equi phalerati cum agaſonibus.* Adde Plaut. Merc. 5, 2, 11; Plin. 35, 11; Curt. 8, 6, 4; Front. Strat. 2, 4, 1. ¶ 2. Apud Horat. 2 Sat. 8, 72; & Perſ. Sat. 5, 76 communiter pro ſervo ponitur. Vet. Gloſſ. *Agaſo*, ὄβολος, κτηνίασια.

AGASYLLIS, *ĭdis*, f. ἀγασυλλὶς, frutex, ex qua ammoniacus fuccus ſtillat. v. Dioſc. 3, 89. Falſo Plinius 12, 23 *Metopon* vocat. v. Salmaſ. in Solin. p. 249.

AGĂTHA, *æ*, & Agathe, *es*, f. urbs Maſſilienſium in provincia Narbonenſi, Plin. 3, 4. ¶ 2. Virgo martyrio coronata. Fortunat. lib. 8

Illic Euphemia & pariter quoque plaudit Agathe:

Licentius ſecunda in εὐφημίᾳ corripitur, media in *Agathe* producitur.

¶ Agathopolis, *eos*, f. urbs eadem, quæ poſtea *Mons peſſulanus*, ſive *puellarum*, Montpelliers. v. Ptolem. 2, 9.

AGATHARCHUS, *i*, m. pictor. Plutarch. in Pericle: *Ferunt, Agatharcho pictori jactanti ſe, quod facile & celeriter ſua animalia pingeret, Zeuxin dixiſſe, ſua ſe multo tempore elaborare. Facilitas enim & celeritas in efficiendo neque diuturnitatem, neque perfectam pulchritudinem affert.*

AGATHARCHĪDES, *æ*, m. Cnidius, hiſtoricus, Diodoro Siculo celebratus, de quo Voſſium conſule de Hiſt. Græc. 1, 20, ubi & eundem eſſe ſuadet, quem Plutarchus Samium citat, cum inſolens non ſit, ut gemino a loco nomen geminum indatur. Vide & Ionſ. 2 de Script. Hiſtor. Philoſ. 12.

AGATHIAS, *æ*, m. Scholaſticus Smyrnæus; ſcripſit poſt Procopium res geſtas Juſtiniani principis, ejusque ducum Beliſarii & Narſetis: collegit in volumen diverſa epigrammata Græca nobilium poëtarum.

ĂGĂTHION, *ōnis*, m. juvenis fuit monſtrotæ fortitudinis & caſtiſſimus, ſub Hadriano principe: de quo Philoſtratus lib. 2 Sophiſt. in Herode. Minus bene *Agathonem* hunc vocat Volaterr. lib. 13 f. 286 & ex eo alii.

AGATHO, vel Agathon, *ōnis*, m. Plures hoc nomine memorantur. Primo unus, filiorum Priami apud Homerum Iliad. ω. v. 249. ¶ 2. Poëta tragicus & comicus, Platonis æqualis, Ariſtoteli citatus Nicom. 6, 4, quemadmodum & alibi Agathonis teſtimoniis uſus eſt, ut Eudem. 5, 2 & Rhetor. 2, 19. Quos verſus cum aliis collegit H. Grotius Excerpt. Tragic. p. 437. Alios ab Athenæo ſervatos emendat Iſ. Voſſ. ad Melam p. 102. In Tragœdiis antitheta ſolitum frequentaſſe, volentique ea tollere conſilio emendandi, reſtituiſſe, quod ſic in Agathone deleri Agathonem diceret, auctor eſt Ælianus 14 Hiſt. Var. 13. Qui & 2, 21 amores in hunc Agathonem Pauſaniæ & Euripidis memorat. Giraldus & Voſſius de Poëtis, cum *Agathones* duos, comicum alterum, alterum tragicum fecerint, minus accurate egerunt. Rectius Perizonius ad Ælian. 2, 21, & quos ille laudat; itemque Fabricius Bibl. Gr. 2, 19 p. 664; ubi etiam de aliis homonymis; & in his ¶ 3. *Agatho*, quem Plato adamavit, junior eo, de quo modo diximus. vid. Diog. Laërt. 3, 32; Gell. 19, 11; & Macrob. Sat. 2, 2. ¶ 4. Fuit & *Agatho* tibicen, a quo proverbium: *Agathonia cantio*, ἀγαθώνιος ἀυλησις; apud Zenobium, Diogenianum, Suidam, Apoſtolium, de oratione blanda magis, quam frugifera; ut Eraſmus in Adag. interpretatur, ubi haud ſcire ſe ait, an hic ſit idem ille *Agathon*, in tragicorum certamine victor, in cujus epiniciis Plato celebrat illud nobile convivium.

AGĂTHŎBŪLUS, *i*, m. Philoſophus, cujus mentio apud Lucianum in Demonacte, Tom. 2 oper. p. 561.

AGĂTHOCLES, *is*, m. Ἀγαθοκλῆς, Siciliæ tyrannus fuit, ad regni majeſtatem ſublatus ex humili & ſordida patris figuli fortuna, quamvis apud figulum educatum tantum, non natum, Plutarchus ſcripſerit lib. de ſua ipſius laude. Multa de eo Juſtinus lib. 22. Laudi inter cætera Agathocli hoc datur, quod, ne oblivione originis ſuæ ad inſolentiam induceretur, ex fictilibus quotidie menſæ ſuæ impoſitis cibum ceperit biberitque: quod commemorat Plutarchus in apophthegmatis Imperatorum, & Auſonius epigr. 8

Fama eſt, fictilibus cœnaſſe Agathoclea regem,
Atque abacum Samio ſæpe oneraſſe luto, &c.

De Agathocle iſto, ejusque ingenio ac ſolertia lege & Polybium lib. 15 ſub finem. ¶ 2. *Agathocles* quidam Peripateticus fuit, cui cum arroganter ſe Dialecticorum & primum eſſe jactaret, & ſummum; Demonax reſpondit: *Atqui, o Agathocles, ſi primus, non ſolus; ſin vero ſolus, non primus.* v. Lucian. in Demonacte. ¶ 3. *Agathoclis* hiſtorici meminit Cic. de Divin. 1, 24.

AGATHODÆMON, *ŏnis*, m. bonus genius. Lamprid. Heliog. c. 28 *Draunculos Ægyptii Agathodæmona vocant.* Vbi Casaubonus notat, Phœnices divini aliquid attribuisse draconum & serpentum naturæ. Sed

¶ Agathosdæmon nomen est fluvii in inferiori Ægypto, Ptolem. 4, 5 ποταμὸς καλούμενος Ἀγαθὸς δαίμων. ¶ 2. Est & nomen insulæ in Indico mari, Steph. ἀγαθὸς δαίμων νῆσος. ¶ 3. Item nomen Alexandrini cujusdam, qui de mundo scripsit, referente Vossio H. Gr. lib. 4 de Math. Sc. c. 42. ¶ 4. Denique nomen herbæ, Apul. de Herb. c. 94 p. 348.

AGATHYRNA, æ, f. Siciliæ oppidum, Sil. 14, 260, v. ibi Drakenb.

AGATHYRSI, *orum*, m. pl. Ἀγάθυρσοι. Scythiæ populi, quos *pictos* appellavit Virgil. Æn. 4, 146 *Pictique Agathyrsi.* Et Avienus in Periegesi v. 447

Præcinctique sagis semper pictis Agathyrsi.

Qui versus ex hac Metæ descriptione 2, 1 intelligi possunt. *Agathyrsi*, inquit, *ora artusque pingunt: ut quisque majoribus præstat, ita magis vel minus: ceterum iisdem omnes notis, & sic, ut abluere nequeant.* Ab Agathyrso Herculis filio dictos putavit Herodotus 4, 10 conf. Plin. 4, 12.

Age, agedum, agesis, vide *Ago.*

AGEA, æ, *via innavi*, secundum Festum, dicta, quod in ea maxima quæque res agi soleat, cui substruatur. Adde Isidor. 19, 2, ubi Ennius, ut vult Scaliger: *Multa forum, pontes &, ageaque longa repletur.*

AGELADES, æ, m. statuarius olymp. 78 apud Plin. 24, 8, de quo & Colum. 10 v. 29 *Neu tibi Dædaleæ quærantur munera dextræ, Nec Polycleteæ, nec Pbragmenis, aut Ageladæ Arte laborentur.*

AGELASTUS, i, m. Ἀγέλαστος, expers risus, der nicht lacht. Crassi fuit cognomen, quia semel tantum in vita risisset, ut Lucilius scripsit: vid. Cic. de Fin. 5, 30, & Solin. c. 4. Plinius nunquam eum risisse prodidit 7, 19. conf. intra *Agelastus* n. 2.

Agellius, agellus, agellulus, vide *Gellius, Ager.*

AGEMA, *ătis*, n. τὸ ἄγημα, certum agmen delectorum militum, equitum aut pedituin, maxime vero equitum; in Macedonico plerumque exercitu, aut certum, qui a Macedonibus orti erant, cum trecupe, regimentum. Curt. 4, 13, 26 *In dextro cornu locati sunt equites, quos agema appellant.* Liv. 37, 40 *Additabis ala mille forme equitum: agema eam vocabant.* Id. 42, 51 *Delecta deinde & viribus & robore ætatis ex omni cetratorum numero duo erant agemata: hanc ipsi legionem vocabant.* Vbi pedites significari, non est quod dubitemus. Numerus militum in agemate incertus erat. Majora millenorum vidimus: minora nunc lustremus agemata. Diod. Siculus 19, 27 ἄγημα τῶν ἱππέων, ὄντων ἑκατὸν πεντήκοντα. *agema equitum CL numero.* Et cap. sequente: ἄγημα τριακοσίους ἔχον ἱππεῖς *agema trecentos habent equites.*

AGENDÝCUM, i, n. Senonum metropolis ad Icaunum fluv. hodie *Sens.* v. Cæs. B. G. 6, 43; 7, 10 &c.

Agenealogitus, vide *Genealogia.*

AGÉNOR, *ŏris*, m. Ἀγήνωρ, rex Phœnicum, Neptuni & Libyæ filius, Beli frater. Virg. 1 Æn. 338

Pauica regna vides, Tyrios, & Agenoris urbem,

id est, Carthaginem a Phœnicibus conditam, qui &

¶ Agenóridæ dicuntur de regis sui nomine, i. Carthaginenses.

¶ Agenórides, æ, m. Ἀγηνορίδης, Agenoris filius Cadmus: Ovid. Met. 3, 7 *Profugus patriumque iramque parentis Vitat Agenorides.*

¶ Agenórius, a, um, adject. Ovid. Met. 3, 308 *Domus Agenorea.* Sil. 1, 15 *Agenoreæ arces*, Carthago; & 17, 53 *Agenorea terra.*

AGENÓRIA, æ, f. Dea induitatur, sic appellata, quod ad agendum excitet. Vocatur & *Agenora*, fanum habens in monte Aventino. Augustin. 4, 11 de Civ. Dei. Hermolaus in Plin. 15, 29: *Murcia*, ait, *Dea focordiæ est, ut Strenua, Agenoria, Stimula, indigitia.*

AGER, *agri*, m. ἀγρός, a quavoce Latinum nomen factum est, quanquam Varro de L. L. 4, 4 dictum voluit, *q. ad in eo agatur aliquid*, id quod reprehendit Quintil. 1, 6. Significat autem territorium urbi circumjectum, das gebiete, die gegend um die stadt. Et complectitur omnia, ut nemora, saltus, pascua, montes, flumina, lacus &c. Sic *Ager Campanus*, Cic. in Pison. c. 2. *Acer Tuscus*, Nepos 4, 3, 3. *Ager Falernus*, Id. 23, 5, 1. ¶ 2. Locum deinde in rure, qui colitur, & fructum facit. *Agrum* appellamus, das feld aut, der acker. *Iustissima hominibus possessio*, quemadmodum Euripides dixit apud Stob. Serm. 222 δικαιότατον κτῆμά ἐστι ἀνθρώποις ἀγρός. Cic. pro S. Rosc. c. 18 *Majores nostri sibi suos agros studiose colebant, non alienos cupide appetebant.* Ovid. 5 Trist. 12, 23 *Fertilis assiduo si non renovetur aratro, Nil nisi cum spinis gramen habebit ager. Arvus ager*, qui aratur serendis segetibus, oder nutzes land, *ager pascuus*, trifft, *novalis*, qui ceilat, brachfeld. *Siccatus ager* ap. Suet. Claud. c. 20, unde emissus lacus est. *Ager silvestris*, Colum. præf. 1; *rudis*, Id. 3, 11; *effœtus*, Virg. Ge. 1, 81. *Agri bonitas*, Cic. de L. agr. 2, 35. *Agrum proscindere*, den acker wenden: *iterare*, zum zweiten brachen: *tertiare*, zur dritten pflügen: *exercere agrum*, die hufe treiben: *conservere agrum*, besäen: obvia sunt apud rusticæ rei scriptores. ¶ 3. Neque tantum eam terræ partem notat, quæ frumentis, sed & quæ arboribus vitibusque gignendis excolitur. Gell. 19, 12 *Cur tantam ligni atque frondium eadem faceret, percontatus est. Et vicinus ita respondit: ut ager, inquit, mundus purusque fiat, ejusque arbor ac vitis fœcundior.* ¶ 4. *Agrum & Arvum* confundi notat Drakenb. ad Sil. 5, 260.

¶ Agellus, *i*, m. diminutivum, Ter. Adelph. 5, 8, 26 *Agelli hic sub urbe est paullum.* ¶ 2. Vsurpatur de tenui possessione, vel prædiolo. Nepos 19, 1, 4 *Idem hic agellus illos alet.* conf. Petron. c. 48; Virg. Ecl. 9, 3: Hor. Art. P. v. 117; Cic. N. D. 3, 35.

¶ Agellulus, *i*, m. plus diminutum, apud Symmach. 2 epist. 30, & Arnob. lib. 1 p. 12. Sed & Cat. ap. Priapus carm. 20 v. 3

Agellulum hunc, (nisi vos tute quem vides), Tuetor.

¶ Agerculus, *i*, m. adhuc diminut. Carhol.

¶ Agrilis, *e*, den acker betreffend: ut, *Testimonia sive vocabula agralia*, Frontin de Colon. p. 146.

¶ Agrarius, *a, um*, idem: ut, *Lex agraria*, id est, de agris dividendis. Cic. 1 ad Att. 14 & passim alibi. Vid. Sigon. de antiq. Iure Ital. 2, 2. De Pertinace Imp. scrib. Capitolinus c. 9 *Cum oppressis fœnore possessoribus latius fuos teneret fines, ex versu Luciliano agrarius mergus est appellatus.* v. ibi interpr. ¶ 2. *Agraria* etiam absolute dicuntur stationes agrariæ, de quibus Turnebus Adverss. 4, 7, & Stewech. ad Veget. 3, 8. ¶ 3. *Agrarii*, subst. qui vel leges agrarias rogant, vel promovent, vel agros possident, vel de agris litigant. v. Cic. contra Rullı legem agrariam. Id. Phil. 7, 6 *Num sollicitabat versus agrarios?*

¶ Agrarium, *i*, n. hufengeld, schatzgeld. Cod. Theod. l. 7 tit. 20 *Nihil illis agrarii nomine deferatur.*

¶ Agredula, vide *Acredula* in *Acer, acris.*

¶ Agrestis, *e*, rusticus, & in agris natcens, bäurisch, item, was auf dem felde wächset: ut, *Ludere calamo agresti.* Virg. ecl 1, 10. *Poma agrestia*, Id. Eneid. 7 v. 111. *Falx agrestis*, Tibull. 2, 5, 88. *Vita hæc rustica, quam ea agrestem vocas, parsimonia, diligentia, quasi magistra est.* Cic. pro Rosc. c. 27. ¶ 2. Metaphorice, inhumanus & asper, grob, unfreundlich, wild. Cic. pro Arch. c. 7 *Animus agrestis ac durus.* Id. de Orat. 1, 8 *Fera agrestisque vita.* Compar. Cic. Tusc. 5, 27 *Quæ barbaria India vastior aut agrestior?* Adde in Orat. c. 3.

¶ Agrestis, *is*, m. substantive vturpatur de homine rustico, ein bauer. Cic. pro Murena c. 29 *Non est nobis hæc oratio habenda aut cum imperita multitudine, aut in aliquo conventu agrestium.* Virg. Æn. 9, 11 *Collectos armat agrestes.* Ita sæpe apud Liv. occurrit: loca Drakenborch. ad 3, 6 collegit. ¶ 2. *Agrestis* herba Colum. 6, 31: sed forsan ibi legendum *agrestis.*

¶ Agrestim, adverb. ut rusticius. Spartian. Hadr. c. 3 *Orationem in senat: recitabat pronuncians risus est.*

¶ Agrestinus, *a, um*, in agro natcens, ut, *Agrestina lilia*, feldlilien. Commodian. Instruct. 67 v. 7.

¶ Agrótus, *a, um*, agris abundans, der viel äcker hat. Varro L. L. 4, 1 *Si ab agro ad agrotum & agricolam pervenero.*

¶ Agricóla, *æ*, m. qui agrum colit, γεωργός, ein bauersmann, ackermann. Cato de re rust. c. 1 *Virum bonum cum laudabant, ita laudabant, bonum agricolam, bonamque colonum: amplissimeque laudari existimabatur, qui ita laudabatur. Agricola fortis*, qui tenet artem agriculturæ, Nepos 24, 3, 1. *Arbores sunt diligens agricola, quarum adspiciet baccam ipse nunquam.* Cic. Tusc. 1, 14. Virg. Georg. 2, 458 *O fortunatos nimium, sua si bona norint, Agricolas.* ¶ 2. *Agricolæ* Deus, Vertumnus scil. apud Tibull. 1, 1, 14, 3 ubi v. Broekhuis. & ad 1, 5, 27; it. 2, 1, 36.

¶ Agricólor, *ari*, deponens, agrum colere, das feld bauen. Salvianus 2 contra Avarit. p. 73 *Qui agricolantur, id sibi fructuosum esse existimant.* Capitolin. in Albino c. 1 *Agricolandi peritissimus.*

¶ Agricolatio, *ōnis*, f. pro *agricultura*, læpe Columella dixit, der feldbau; ut in Præfat. & lib. 1 c. 1 & 2 c. 2 & 11 c. 1. Etiam Ciceroni Senect. c. 16 hæc vox tribuitur, sed male. Cruterus *agricultione* ibi: Grævius *agri cultione*, divise, quem consulas in Not.

¶ Agricolator, *ōris*, m. pro *agricola*, Plin. lib. 1 pr. ubi summatim inesse dicitur libro 18 *natura frugum & cerealium, ac studia agricolatoris.*

¶ Agricolatim, adverb. Ciceroni tribuitur a Barthio ad Stat. Theb. 6, 261 p. 443.

¶ Agrícŏlāris, *e*, ad agricolas pertinens. Pallad. de Insitionibus pr. *Bis septem parvos, opus agricolare, libellos scripsit.*

¶ Agricultor, *ōris*, m. idem qui *agricola.* Liv. 26, 35 *Servos agricultores reipublicam abduxisse.* add. Curt. 8, 12, 12.

¶ Agricultio, *ōnis*, f. γεωργία, der ackerbau, feldbau; apud Cic. de Senect. c. 16; & Verr. 3, 97. vide dicta in *Agricolatio.*

¶ Agricultūra, *æ*, f. idem. Cic. Off. 1, 42 *Omnium rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius.* conf. de Fin. 3, 2. Sed vere duæ voces sunt *agri cultura*: unde etiam transponi possunt, & numero mutari. Cic. de Senect. c. 16 *Hominum generi universo cultura agrorum est salutaris.* Frequenti autem usu factum est, ut sæpius conjungerentur, & tanquam una vox *agricultura* efferretur.

¶ Agrifolium, *i*, n. ruscus silvestris, die walddistel. Ita Bryoniam vocat Apul. de Herb. c. 66. Adde *Acrifolium* in *Acer.*

¶ Agrimensor, *ōris*, m. γεωμέτρης, ein feldmesser; conjuncte & divise scribitur. Ammianus 19, 24 *Cum Innocentio quodam agrimensore.* Cassiod. Var. 3, 52 *Agrimensori finium iis orta committitur.* Conf. W. Gœsii Antiquit. Agrar. c. 4.

¶ Agrimensorius, *a, um*, zum feldmessen gehörig; ut, *Glossæ agrimensoriæ*, quas edidit Nic. Rigaltius.

¶ Agrimensūra, *æ*, f. das feldmessen. Innocent. de Cas. p. 223 *Secundum artificium agrimensuræ.*

¶ Agripeta, *æ*, m. ab *Ager* & *Peto*, idem est ac petens in agrorum divisione aliquam portionem; item, qui alienas possessiones affectat & invadit, der neid einem landes trachtet. Cic. de N. D. 1, 26 *In Samum pater Epicuri Neocles agripeta venerat.* Id. Art. 15, 29 ext. Ibid. 16, 1 *Agripetas Bubreti concisos audio.*

¶ Peragro, *avi, atum, are*, i. e. obire, & quasi multos agros pererrare, durchwandern, durchziehen; ut, *Agros & nemora peragrare*, Cic. Arusp. resp. c. 11. *Provincias omnes peragrare*, de Orat. 2, 64. *Regiones mente peragrare*, de Fin. 2, 31. Pass. *Ame Asia tota peragrata est*, de Clar. Orat. c. 91. *Nec desiderissimas terras citius cujusquam pedibus potuisse peragrari*, Id. pro Marc. c. 2. ¶ 2. *Peragrare* etiam dicitur de navigatione, Iustin. 12, 10, 1 *Ipse cum lectissima iuventute navibus conscensis oceani litora peragrat.* ¶ 3. Transfertur etiam ad alia: e. g. *Fama peragravit ultra fines imperii*, Cic. pro Mil. c. 35. *Latebres suspicionum peragrare dicendo*, Id. pro Cæl. c. 22. ¶ 4. Idem esse videtur ac perlustrare, confectari, besehauen, besuchen, ubi Plinius 25, 2 *magos peragrasse* dixit *a Pythagora & Democrite.* Hoc ipse Plin. 24, 17 ita extulerat: *Pythagoras atque Dem. veritus, confectati Magos.* Hieronymus Plinium viderur imitari voluisse, cum ad Paulinum epist. 103 c. 1 ita scriberet: *Sic Pythagoras Memphiticos vates, sic Plato Ægyptum & Architam Tarentinum, eamque oram Italiæ, quæ quondam magna Græcia dicebatur, laboriosissime peragravit.*

¶ Peragror, *āri*, deponens. idem. Vellej. 2, 97, 4 *Peragratasque victor omnes partes Germaniæ perdomuit eam.*

¶ Peragrans, *tis*, Lucret. 2, 313 *Mater virides saltus peragrans.* Ibid. v. 675 *Cetera mentis motione peragrans.* Cic. Divin. 1, 42 *Campos & montes peragrantes* Id. Off. 3, 1 *Terra peragrantes.*

¶ Peragran-

¶ Peragranter, adv. Ammian. 14, 1 (al. 3) *Peragranter & dissimulanter adstiterc*, h. e. obiter, perfunctorie.

¶ Peragratus, *a, um*, durchwandert, durchzogen. Aur. Vict. Orig. G. Rom. c. 6 *Vicinis regionibus peragratis.* Sen. Theb. v. 13 *Peragrato per saxa monte.*

¶ Peragratio, *onis*, f. die Durchwanderung. Cic. Phil. 2, 23 *Quæ fuit ejus peragratio itinerum?*

¶ Peragrator, *oris*, m. ein wanderermann, landſtreicher. Hinc

¶ Peragratrix, *icis*, f. eine landſtreicherin. Mart. Capella 6 p. 192 *Squalentior peragratrix.*

¶ Perĕger, & Peregris, dicitur quaſi *per agrum*, über feld, auf der reiſe; unde poſtea *peregrinus*; quemadmodum a *pauper*, *paupertinus*, &c. Auſon. epiſt. 17, quæ ad Symmachum eſt, ſoluta oratione: *in comitatu ibi vetus fui: nedum peregrem me exiſtimes compoſita fabulari.* Ulpian. Tit. 17 qui de Caducis eſt: *Si ante tabulas apertas deceſſerit, vel peregre fuctus ſit.* Tertull. ad Uxor. 2, 4 extr. *Si peregre frater adveniat.* Ita Rigaltius: Froben. *peregre.*

¶ Peregre, adv. idem; ut, *Peregre abire* vel *exire*, Horat. 2 ſat. 6, 102 über land reiſen; conf. Chariſ. 2 p. 189. *Peregre redire*, Ter. Phorm. 2, 1, 13. *Epiſtola peregre allata*, Plaut. Aſin. 4, 1, 16. *Peregre accire*, Liv. 2, 6. Et Horat. 1 epiſt. 12, 13 *Dum peregre eſt animus*, nicht zu hauſe.

¶ Peregri, etiam adverb. auswerts, in der fremde. Differt a *peregre*, ut Chariſius 2 pag. 198 docet: cum *peregri in loco*, *peregre ad locum* ſignificet. Dictum eſt ut *humi*, *belli*, *domi*. Sic Plaut. Amph. prol. v. 5 *peregrique & domi.* conf. ibid. 1, 1, 196 cum not. Taubm. & Colvii not. ad Apul. p. 35 n. 17. Ipſe Plaut. in Perſa, ut citat Chariſius l. c. *Quia herus peregri eſt.*

¶ Peregrinus, *a, um*, ausländiſch, fremd. Varro quidem de L. L. 4, 4 *Peregrinum agrum a pergendo, id eſt, progrediendo* dictum ſcribit. Sed vide Voſſii, qui id improbat, Etymol. p. 383. Sic, *Aves peregrinæ*, Plin. 10, 26. *Divitiæ peregrinæ*, Horat. 2 epiſt. 1, 204. *Cælum peregrinum*, Ovid. 4 Triſt. 8, 25. *Exornari in peregrinum modum*, Plaut. Trin. 3, 3, 38. *Græci exultant, quod peregrinis judicibus utuntur*; h. e. non Romanis, ſed Græcis, Cic. Att. 6, 1. Nam Romani peregrinos eos vocabant, qui non eſſent cives Romani, ſed ſuis legibus uterentur. In terra peregrina mori, deteſtabile. v. Drakenb. ad Sil. 3, 77.

¶ Peregrinus, *i*, m. ſubſtantive ſignificat advenam, qui non civis eſt, ein fremdling, ausländer. V. Vallam 4, 2. Cic. Off. 1, 34 *Peregrini officium eſt, nihil præter ſuum negotium agere, minimeque eſſe in aliena republica curioſum.* Et de Orat. 1, 50 *Peregrinus atque hoſpes in agendo*, unerfahren. Id. de Orat. 1, 58 *Ne in noſtra patria peregrini atque advenæ eſſe videamur.* ¶ 2. Sed & *Peregrina*, ſubſtantive, eine fremde frau, ap. Ter. And. 1, 1, 119. ¶ 3. *Peregrinus* cognomento Proteus, philoſophus: qui cum vita ſtatuiſſet digredi, ſibi conſtruxit rogum, eoque quinquennali Olympiæ certamine conſcenſo in ore totius Græciæ ſe flammis immiſit conficiendum. Lege Lucianum in Peregrino & Demonacte itemque Ammian. 29, 1. Meminit & Tertull. ad Martyres c. 3. Hunc ſe vidiſſe Athenis Gellius 12, 11 diverſantem in quodam tugurio extra urbem, prodidit; ubi hoc dictum ejus refert: *Virum ſapientem non peccaturum, etiamſi peccaſſe eum Dii hominesque ignorarent.*

¶ Peregrinitas, *ātis*, f. fermonis & vitæ aliena ratio, fremde ſprache, ausländiſche art. Cic. 9 fam. 15 *Infuſa eſt in urbem noſtram peregrinitas.* Quint. 11, 3 *Os urbanum, in quo nulla reſciſcitas, nulla peregrinitas adhæ.* ¶ 2. Apud Suet. Claud. c. 15 & 26 *Peregrinitas*, peregrini ſtatus eſt. V. ibi Torrent. Et ſic Vlp. 2 Dig. 4 l. 10 §. 9 *Ad peregrinitatem redactus*, i. e. pro peregrino habitus.

¶ Peregrīnor, *atus, ſum, ari*, reiſen, wandern, fremd ſeyn. *In aliena civitate peregrinari*, Cic. pro Rab. Perduell. c. 10. *Longe lateque peregrinari*, Id. de Nat. D. 1, 20. Et, *Aures veſtræ peregrinantur, neque in hoc pervagato civitatis ſermone verſantur*, pro Mil. c. 12. conf. Id. Tuſc. 5, 39.

¶ Peregrino, *are*, idem. Gloſſ. ξενιτεύω, *peregrinat.*

¶ Peregrinans, *tis.* Cic. ad Att. 2, 10 *Non ſolum delicate, ſed etiam inepte peregrinans.* Id. Acad. 1, 3 *Nos in noſtra urbe peregrinantes errantesque tamquam hoſpites.*

¶ Peregrinatus, *a, um*, verreiſet. Cic. Acad. 4, 1 *Tanta vis virtutis atque ingenii peregrinata abfuit ab oculis.*

¶ Peregrinatio, *onis*, f. actus peregrinandi, das reiſen, die wanderſchafft; ut, *Peregrinatio tranſmarina*, Quintil. 7, 3. Et Sen. epiſt. 104 *Peregrinatio non facit medicum, non oratorem: Nulla ars loco diſcitur.* Cic. Tuſc. 5, 37 *Exilium quantum a perpetua peregrinatione differt?* Plur. *Peregrinationes*, Id. de Amic. 27. ¶ 2. Commoratio in locis peregrinis, der aufenthalt in der fremde. Caſſ. ad Cic. fam. 15, 19 *In ſua peregrinatione ſcribere*, conf. Id. Att. 6, 2 pr. Plato in Axiocho: κοινὸν τοῦτο καὶ πρὸς πάντων θρυλλούμενον παρεπιδημία τῆς ζωῆς ὁ βίος, *Vita noſtra peregrinatio eſt.*

¶ Peregrinātor, *ōris*, m. ein wanderer, der gerne reiſet. Cic. 6 fam. ep. 18 (al. 19.) *Non ſum tam peregrinator jam, quam ſolebam.*

¶ Peregrinebundus, *a, um*, herumwandernd, reiſefertig. Liv. 28, 18 *Non peregrinabundum, neque circa amœnas oras vagantem ducem Romanum in Africam trajeciſſe.*

¶ Conperegrinus, *i*, m. ein mitfremdling, Sidon. 7 epiſt. 17.

¶ Semiagreſtis, *e*, halb bäuriſch. Aur. Vict. in Diocletiano de Cæſ. c. 39 *Maximianum, quamquam ſemiagreſtem, militiæ tamen atque ingenio bonum, imperatorem jubet.*

¶ Subagreſtis, *e*, non nihil agreſtis, etwas bäuriſch. Cic. de clar. Orat. c. 74 *Cotta ſonabat ſubagreſtre quiddam planeque ſubruſticum.* Et Ammian. 14, 36 *Subagreſte ingenium.*

AGĒRATON, *i*, n. ἀγήρατον, herba Plin. 27, 4, & Dioſcoridi 4, 57 fruticoſa, foliis origano proximis, floribus aureis, *Gratiam Dei* Itali vocant. Sed *ageraton* dicta, quod non facile marceſcat.

Agerona, vide in *Agenoria.*

AGĒSARCHVS, *i*, m. pater Epimenidis ſecundum quosdam, Laërtio teſte. Ἀγησάρχου Suidas nominat. Sed recta opinor ſcriptio, quæ eſt apud Laërtium, Ἀγήσαιχος, ut ſit ab eodem compoſita vox, a quo Ἀγησίλαος.

ĂGĒSĪLĂVS, *i*, m. Ἀγησίλαος, Archidami filius, magnus ille Spartanorum rex fuit, & juvenis quidem admodum creatus. Brevi fuit ſtatura corporis, & altero pede claudus: unde illud de *regno claudicante* objectum ipſi a Leotychide Agidis filio, de regno ſecum contendente. Excelluit Ageſilaus eximiis virtutibus, optimo imperatore dignis, animi nimirum magnitudine, prudentia, fide, modeſtia, (qua in ſummo conſtitutus imperio nullo unquam uſus dicitur aſperiori verbo, quem admodum ad Q. Frat. Cicero ſcripſit 1 epiſt. 2 c. 2) continentia præterea in cibo & potu. V. Xenoph. peculiari libro de Ageſilao, & Corn. Nep. in Vita. Apophthegmata Ageſilai collegit Plutarchus ille. Apophthegm. & maxime in Laconicis. ¶ 2 *Ageſilaus* etiam Plutonis cognomen eſt. Lactant. 1, 11 *Regnum orbis ita partiti ſortitique ſunt, ut orientis imperium Iovi cederet, Plutoni (cui cognomen Ageſilao fuit) pars occidentis obtingeret.* Ageſilaus autem Pluto cognominatus παρὰ τὸ ἄγειν τὰς λαχάς, quod ſcilicet populos agat: verba ſunt Gyraldi Syntagm. 6 hiſt. Deor. ubi addit, eſſe tamen, qui ap. Lactant. pro *Ageſilao Agelaſtum* legant, quod ſine riſu Deus ſit, luctuoſus, nam & *Agelaſtum* Plutonem vocati, & *Agathalyum*, quod mortalium bona ſolvat. Sed nihil in Lactantio hic mutandum docet Cæl. Rhod. 10, 18, quem ſequitur & Iſæus notis in Lactant.

Ageſis, Aggarrio, Aggemo, vide *Ago, Garrio, Gemo.*

AGGER, *ĕris*, m. σωρός, χῶμα, ab *aggerendo* dicitur. Fit enim ex aggeſta terra. Vnde & Græci recentiores γέισα, item ἄγερσα appellarunt, quod Caſaub. ad Polybium obſervat, p. 165, ein wall, damm, ſchantze, bollwerck, batterie; ut apud Cic. 15 fam. 4 *Aggere, vineis, turribus oppugnavi*, de obſidione Pindeniſſi. Similiter Cæſar B. G. 2, 12 *Vineis ad oppidum actis, aggere jacto turribuſque conſtitutis permoti*: Vbi nota, *aggerem jacere*, einen wall auffführen, qua forma & B. C. 1, 25 uſus eſt. Alibi, ut B. Gall. 2, 30 *exſtruere aggerem* dixit. *Aggerem promovere ad urbem*, nahe an die ſtadt ſchantzen, approchiren. Liv. 5, 7. Atque in iſtis quidem exemplis *agger* eſt moles aggeſticia, exſtructa oppugnandis urbium mœnibus. Hinc metaph. Cic. Phil. 10, 4 *Agger oppugnandæ Italiæ Græcia.* ¶ 2. Aliquando & *Agger* eſt murus & munimentum, eine mauer, vormauer. Exempla paſſim occurrunt. Quo Virgilius reſpexit, cum Alpes, altiſſimos montes, *aggeres Alpinos*, hoc eſt, munimenta Italiæ dixit Æn. 6, 831: Vbi Servius: *A mœnibus Alpium. Hæc enim Italiæ murorum exhibent vicem.* Loquitur autem de Cæſare, contra Pompejum ex Gallia per Alpes exercitum ducente. Et Virg. Æn. 10, 23 *Ipſis prælia miſcent aggeribus murorum.* Id. 11, 381 *Diſtinet hoſtem agger murorum.* ¶ 3. *Agger* etiam dicitur ipſa materia, ex qua exſtruitur agger: glebæ puta ceſpitesque ac rudus, ſchutt. Sic Cæſ. B. G. 2, 20 *Paullo longius aggeris petendi cauſſa proceſſerant.* Idem 7, 58 *Cratibus ac aggere paludem explere.* Et, *Aggere veſtire* 7, 23. conf. Tac. Ann. 1, 65, 7. Sic & Virg. Æn. 9, 567 *Foſſas aggere complent.* Aggerum autem materia non terra tantum & rudus erat; ſed & ligna ac ſtipites; unde & cremari poterant, ut ex Cæſare B. G. 2, 14 & 15 conſtat. Sed de aggeribus qui plura velit, is legat Lipſ. 2 de Milit. Rom. Dial. 3. ¶ 4. *Agger*, pro via publica; quod hæ exaggerarentur, ut imber deflueret. Virg. Æn. 5, 273 *Qualis ſæpe viæ, deprenſus in aggere ſerpens.* Vbi Servius: *AGGER eſt media viæ eminentia, coaggeratis lapidibus ſtrata.* Rutil. itin. 1, 39 *Aurelius agger.* Sidon. 1 epiſt. 5 *Agger ſilice cruſtatus*: der ſteinweg. Onomaſticon vetus Petri Daniel. ap. Turneb. 28 Adverſ. 5 *AGGER ſtrata via publica.* V. eundem 11, 6 pr. & Burm. ad Quint. 12, 4 p. 1104. ¶ 5. De aliis etiam rebus aggeſtis & cumulatis. Virg. Ge. 3, 354 *Aggeribus niveis informis terra.* Ita Grat. cyneg. 63 *aggeres ſuperbi* Semideorum, de Oſſa Pelio impoſito. Quamquam hic etiam ad oppugnandi conſilium referri videtur.

¶ Aggereus, *a, um*, von ſchutt. Catalect. Poët. *Dum tranſeat axem Aggereæ velox tumuli.*

¶ Aggĕro, *avi, atum, are*, accumulare, coacervare, ad aggeris inſtar attollere, hoch aufſchütten, aufwerffen, aufhäuffen. Curt. 6, 6, 29 *Ergo aggerari alias arbores jubet, &c.* id eſt, alias ſuper alias cumulari ſic, ut quaſi agger evadat. conf. Curt. 4, 2, 16. ¶ 2. Hinc pro *augere*, uſus Virg. Æn. 4, 197 *Incenditque animum dictis, atque aggerat iras.* Id. Ge. 3, 556 *Tiſiphone ipſis in ſtabulis aggerat cadavera.* Adde Æn. 11, 79. Et Phædr. fab. 7, 8 *Quadrantes aggeras.* ¶ 3. Aliter *Aggerare arbores* dixit Columella 11, 2. Eſt enim id, terram circa arborem effoſſam, cum ſtercorata fuerit, aggerare ad arbores, erde aufwerffen. Verba ejus ſunt: *Omnes arbores circumfoſſæ aggerari debent.* Idem de arb. 28 *Si ſemen non habueris, cacumina cytiſorum vere diſponito, ſtercoratam terram circa aggerato.*

¶ Aggeratus, *a, um*, aufgeworffen, von ſchutt erhöhet; ut, *Trames inter paludes aggeratus*, Tac. A. 1, 63, 5. *Aggerata interire vaſtitate*, Arnob. lib. 1 p. 4.

¶ Aggeratim, adverb. mit hauffen, hauffenweiſe. Apul. 4 Metam. p. 146 *Eſſar ac potatur incondite, pulmentis acervatim, panibus aggeratim, poculis agminatim ingeſtis.*

¶ Aggeratio, *onis*, f. die dämmung, beſchüttung. Vitruv. 10, 22 *Naves ſuper aggerationem, quæ fuerat ſub aqua, ſederunt.* Iuſtin. 2, 1, 20 *Ægyptus aggerationibus regum, ſive Nili trahentis limum, recentiſſima.* Ita Gronov. ad Sen. Herc. Oet. v. 1260, ex MSS. libris emendat, ubi alii legunt *exaggerationibus*: quidam diviſe *ex aggerationibus.*

¶ Adaggero, *are*, pro cumulare, hinaufſchütten. Cato R. R. c. 94 *Terram adaggerato bene.* Colum. 5, 11 *Terram circa arborem adaggerare.*

¶ Adaggeratus, *a, um*, angeſchüttet, angeſchlämmt. Plin. 13, 11 *Ægyptus adaggerata Nilo.*

¶ Circumaggero, *are*, id eſt, in circuitu aggerare, ringsum aufhäuffen, beſchütten. Colum. 5, 11 *Stercoratam terram circumaggerato.* Plin. 19, 5 *Terra minuta ſimoque circumaggerare radices.*

¶ Coaggero, *are*, über einander legen. Columella 8, 6 *Ova freſa faba coaggerant.*

¶ Coaggeratus, *a, um*, zu hauffe geleget; ut *Coaggerati lapides*, apud Servium, cujus verba adduximus in *Agger* n. 4.

¶ Exag-

¶ Exaggero, *are*, aliquid altius reddere, erhöhen, höher machen; ut, *Exaggerare locum operibus*, Vitruv. 10, 22: *planitiem aggesta humo*, Curt. 6, 5, 20. Et Plin. 19, 8 *Exaggerando aliam terram accumules.* ¶ 2. Per metaphoram eſt amplificare, groſſer machen, hoch heben; ut, *Beneficium verbis exaggerare*, Cic. pro Plancio c. 29. *Exaggerare injuriam*, id eſt, majorem & atrociorem verbis facere, den ſchaden hoch aufmutzen. Quint. 6, 2. Phædr. 3, 1 *Exaggerare divitias*, i. e. augere, vermehren. Vellej. 2, 129, 2 *Iuventam Germanici exaggeravit honoribus.*

¶ Exaggerans, *tis*. Cic. Off. 1, 26 *Rem ſuam familiarem omni ratione exaggerantes.*

¶ Exaggeranter, adv. häuffig, nachdrücklich. Tertull. de Carne Chriſti c. 19 *Quid tam exaggeranter inculcavit.*

¶ Exaggeratus, *a, um*, cumulatus, überhäufft, aufgethürmt, vergröſſert; ut, *Exaggerata altius oratio*, Cic. de Clar. Orat. c. 7. *Animus exceſſus & altus & virtutibus exaggeratus*, Id. Paradox. 5. *Auctæ exaggerataque fortunæ*, Id. Cat. 4, 9. Compar. Gell. 13, 24 *Neque ornatius ſit neque exaggeratius.*

¶ Exaggeratio, *ōnis*, f. proprie coacervatio & ſublatio terræ in faſtigium; translate vero amplificatio oratoria, erhebung, vergrösſerung. Gell. 13, 23 *Num onerandi criminis cauſſa exaggerationem aliquam ſpecioſam facit?* & paullo poſt: *Ejusdem rei atque ſententiæ exaggeratio.* Cic. Tuſc. 2, 26 *Amplitudo & quaſi quædam exaggeratio quam altiſſima animi*, &c. i. e. magnanimitas.

¶ Exaggerator, *ōris*, m. ein vermehrer. Hieronym. epiſt. 22 c. 12, (de cuſt. virgin. ad Euſtoch.) *Exaggerator famæ.*

¶ Inaggeratus, *a, um*, unaufgehäufft. Sidon. 3, 12 *Tellurem terere inaggeratam.*

¶ Superaggero, *are*, oben aufſchütten. Columella 12, 44 *Scrobs ea humo, quæ fuerat egeſta, ſuperaggeratur.*

Aggero, *ere*, aggeſtus, Agglomero, Agglutino, Aggravo, &c. Aggredior, &c. Aggrego, &c. Aggreſſio, &c. Vide *Gero, Glomus, Gluten, Gravis, Gradus, Grex, Gradus.*

Agilis, agilitas, agiliter, vide in *Ago.*

ĂGĪNA, *æ*, f. pars ſuperior libræ, in quo agitur ſive vertitur æquilibrium ſeu trutina, der wag-balcken, darinn das zünglein gehet. Apud Feſtum ita deſcribitur: *Agina eſt, qua inferitur ſcapus trutinæ, id eſt, in quo foramine trutina ſe vertit.* Tertull. adv. Hermog. c. 41 *In neutram partem pronus & præceps, medie, quod ajunt, aginæ æquilibrato impetu ferebatur*, er wich weder zur rechten, noch zur lincken.

¶ Agino, *are*, i. e. vilia negotiari, parvo lucro moveri; aginæ inſtar, quæ levi pondere huc & illuc impellitur, ein ſonnen-krämgen haben, geringen handel treiben. Gloſſ. lat. gr. *Aginat*, διαπραγματεύεται, τρέφεται, μικραπάτει, vid. Petron. c. 61 extr. Sed omnia incerta. ¶ 2. *Aginari* huc trahere & legere licet ex Iſidori Gloſſis pro *Acinari*; ubi Cataubonus fecit *Apinari*. vid. infra *Apinæ*. Hinc

¶ Aginator, *ōris*, m. ein ſonnen-krämer, apud Feſtum in *Agina.*

ĂGĪNVM, *i*, n. urbs Aquitaniæ præclara ad Garumnam fl. Plin. 4, 19. Auſon. epiſt. 24, 79. Patria eſt Ioſ. Scaligeri, de qua ipſe Lect. Auſon. 2, 10. vocaturque Ptolemæo & Antonino *Aginnum*: aliis *Agennum*: hodie *Agen*. Scripſit de *Antiquit. urbis & agri Aginnenſis* integrum librum Ioh. Darnoultius.

ĂGIS, *idis*, m. ἄγις, Lacedæmoniorum rex ante Ageſilaum, qui bella cruenta cum Athenienſibus geſſit. Occiſus a ſuis civibus in carcere eſt, eo quod Lycurgi leges reducere, & bona civium publicare conaretur, ut in Vita Plutarchus retulit, & Cicero indicat Off. 2, 23. ¶ 2. Alius eodem nomine Lacedæmoniorum rex fuit, Archidami filius, qui in bello contra Macedonas ſtrenue pugnans occubuit. De quo Diodorus, & Iuſtinus, itemque Curtius 4, 1, 39, & Supplem. lib. 6 pr. Plures *Agides*, Spartanorum reges, numerant alii, eo quod commune hoc ſuccedentibus in regia dignitate nomen eſſet. v. Pauſan. libr. 3. ¶ 3. Alius *Agis* poeta Argivus & Alexandri adulator. v. Curt. 8, 5, 8. ¶ 4. Alius *Lycius Agis*, Virg. Æn. 10, 751.

Agitabilis, agitatio, agitator, agitatrix, agito, &c. quære in *Ago.*

AGLĂĬA, *æ*, f. & Aglāja, tribus ſyllabis, Αγλάϊα, i. e. *lætitia*, ſic dicta una Gratiarum, quod lætos in dandis beneficiis eſſe deceat. vide *Charites*. Virg. in Catalect. v. 186 *Cynthius, & Muſæ, Bacchus & Aglaia.*

AGLĂŌNĪCE, *es*, f. Ἀγλαονίκη, Hegemonis filia; ex aſtrologia eclipſes lunæ prævidens, illamque ſe cælo deducere jactans, magna ſibi attraxit mala. Vnde Proverb. *τὴν σελήνην κατασπᾷ, lunam detrahit*, ſi quis jactabundus in calamitatem incidit. V. ex Apollonii lib. 4. Eraſmi Adag. *Aganicen* vocat Plut. de Def. Orac. c. 22.

AGLAŌPHĔMVS, *i*, m. Ἀγλαόφημος, præceptor Pythagoræ. Aug. Steuch. 2 de perenni Philoſ. 9 e Proclo, Mut. Panſa c. 66 de oſc.

AGLAŌPHON, *tis*, m. primus cum Polignoto pictor nobilis, de quo Plin. 35, 9; Cic. de Orat. 3, 7; Quintil. 12, 10 pr. Ælian. de Animal. 17, 46.

AGLAŌPHŌTIS, *idis*, f. ἀγλαοφῶτις, ex re ſic dicta, herba noctu lucens, conatosque carpere fugiens, dum locum ex loco mutat; Ælianus de Animal. 14, 27; Plin. 24, 17; Diodorus Epiſc. contra fatum ap. Photium Cod. 223 p. 682. ¶ 2. Apud Apul. de Herb. c. 64 & Dioſc. 3, 148 inter pæoniæ nomenclaturas idem vocabulum invenitur. Et ſane ea pulcherrima herba eſt, nec tam pulchro nomine indigna, nullo tamen nocturno lumine nobilis, die pfingſt-roſe.

AGLASPIS, *idis*, m. ἀγλάσπις, ſplendidum clypeum geſtans. Liv. 44, 41 *Clypeati aglaſpides appellabantur.*

AGLAVROS, *i*, f. ἄγλαυρος, Cecropis filia, a Mercurio in ſaxum mutata. v. Ovid. Met. 2, 560 ſqq.

AGLAVS, *i*, m. Pſophidius, pauper, oraculo Apollinis judicatus ditior Gyge rege tunc ampliſſimo. Senior hic in anguſtiſſimo Arcadiæ angulo parvum quidem, ſed annuo victui large ſufficiens, prædium colebat, nunquam ex eo egreſſus: atque ut e vitæ genere manifeſtum eſt, minima cupidine minimum in vita mali expertus. v. Plin 7, 46, & Val. Max. 7, 1 ext. 2. *Aglas Areas* nominatur Juven. Scholiaſtæ ad Sat. 14, 120. Simile quid de Veronenſi Sene Claudianus prædicat epigr. 2.

AGMEN, *inis*, n. ein heer, armee, trupp. Servius in Æneid. 1, 186 *AGMEN proprie dicitur ordinata multitudo, ut eſt ambulantis exercitus: neque enim in uno loco ſtans agmen vocamus.* Et rurſus: *AGMEN eſt proprie exercitus ambulans: quicquid fuerit aliud, abuſive dicitur.*

Sane *Agmen* eſt quaſi *agimen*: quod agitur ſive ducitur. Non a Græca voce ἄγμη, ut inepte Allio in Lex. Crit. Quare de ſtante aut conſidente exercitu hæc vox proprie uſurpari haud poteſt. Ver. Gloſſ. *Agmen, τάγμα.* Cæſ. B. C 1, 24 *Nonnullæ cohortes in agmen Cæſaris, ultro in equites incidunt.* Qui locus ſuadet vocem *agminis* de pedite maxime dici. Virg. Æn. 9, 47 *Turnus, ut antevolans tardum præceſſerat agmen*: Vbi Servius. *Tardum agmen*, inquit, *peditum dixit: qui equitum comparatione tardi ſunt.* Cic. Phil. 2, 42 *Agmen quadratum.* Tac. H. 3, 82, 3 *Tripartito agmine.* Curt. 3, 3, 27 *Agmen ſtare paratum & ſequi; nec turba ne ſarcinis prægrave.* Stat Silv. 1, 207 *Arma Philippeos implerant agmine campos*, ubi Markland. relcribit: *Sanguine.* ¶ 2. Sed ipſe actus etiam ſeu ductus exercitus aliquando *Agmen* vocatur, der zug, marſch. Suet. Cæſ. c. 57 *In agmine nonnunquam equo, ſi plus pedite anteibat.* Salluſt. Iug. c. 45 *Ne miles gregarius in caſtris, neve in agmine, ſervum aut jumentum haberet.* Et ita quoque Tac. Agric 20, 2. Sed *Agmen quadratum*, quod diſpoſitum in formam aciei. Curt. 5, 1, 19 *Quadrato agmine, velut in aciem irent, ingredi ſuos jubet.* Liv. 2, 6 *Valerius quadrato agmine peditem ducit.* Sic & *Agmen ducere*, voran gehen, & *cogere*, den trupp ſchlieſſen. Plin. 8, 5; item *ciaudere*, Cæſ B. G. 1, 25. ¶ 3. A militia ad alia transfertur, multitudinem ſignificans, die menge, der hauffen; ut, *Agmen aquarum*, Virg. Georg. 1, 322; & *Agmen alipedum*, id eſt, aves, Æn. 12, 249. Sic Liv. 2, 40 *Nunciatum eſt, adeſſe ingens mulierum agmen.* Plin. 3 epiſt 9 *Numeroſum agmen reorum.* De amicis Ovid. Triſt. 1, 4, 30 *Agminibus comitum qui modo cinctus erat.* Plin. 2 epiſt. 8 *Indies agmen occupationum extenditur.* ¶ 4. Quemadmodum autem *Agmen* & motum ſeu inceſſum ipſum exercitus aliquando denotat; ita ſimiliter ad alia quoque hæc vox transfertur; ut ad decurſum actumque fluminis, der gang, lauff. Virg. 2 Æn. 783 *Leni ſonat agmine Tibris*: *Leni impetu*, interpretatur Servius, vel *fluore.* Item ad ſerpentum tortus, ſive volumina; Idem Virg. de jam deficiente hujusmodi beſtia Georg. 3, 423 *Cum medii nexus extremæque agminа caudæ Solvantur, tardosque trahit ſinus ultimus orbes.*

¶ Agmĭnālis, *e*, qui agmen ſequitur, zum heer gehörig; ut, *Agminales equi*, qui agmen exercitus ſequuntur, ad convehenda impedimenta. L. 18 Dig. de muner. & hon. § 21, & l. 6 Cod. Theod. de Curſ. publ.

¶ Agminātim, adv. troppenweis, zu hauffen. Solinus c. 38 de elephantis Mauritaniæ: *Oberrant agminatim.* Apul. 4 Mileſ. p. 146 *Poculis agminatim ingeſtis.* Vide *Aggeratim* in *Agger.*

¶ Coagmentum, *i*, n. ſecundum Nonium 1, 202 eſt a *Cogo ſ. Coago: Coagmenta*, inquit, *illæ ſunt conjunctiones artæ & compares, a cogendo, id eſt, ſtringendo*, die fugen. Plaut. Moſt. 3, 2, 142 *Coagmenta in foribus.* Vitruv. 7, 1 *Coagmentorum compoſitio.* Id. 5, 10 *Coagmentum cameræ*; Et 8, 7 *tubulorum*; Cæſ. B. C. 3, 105 *lapidum*, conf. Val. Max. 1, 6, 12. Ammian. 20, 14 *Acumen arietis* (machinæ) *coagmenta fodiens lapidum recens ſtructorum.* Gell. 17, 9 eleganter ad literarum compoſitionem transfert: *Literæ*, inquit, *ſingularia, ſine coagmentis ſyllabarum.*

¶ Coagmento, *avi, atum, are*, conjungere, zuſammen fügen. Cic. de Senect c. 20 *Opus ipſa ſuum eadem quæ coagmentavit natura diſſolvit.* Id. in Orat. c. 23 *Verba verbis quaſi coagmentare.* conf. Vitruv. 8, 7.

¶ Coagmentātus, *a, um*, compactus, compoſitus, an einander geſetzt. Cic. Tuſc. 1, 29 *Nihil animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex.* Id. de Orat. 3, 43 *Neve aſper verborum concurſus, neve hiulcus ſit, ſed quodammodo coagmentatus & lævis.* Curt. 4, 7, 23 *Habitus gemmis coagmentatus.*

¶ Coagmentatio, *onis*, f. die zuſammenfügung. Cic. N. D. 2, 46 *Copulatio rerum, & quaſi conſentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio naturæ.* Et 1, 7 *Coagmentatio non diſſolubilis.* conf. Vitruv. 2, 9.

¶ Coagmentārius, *i*, m. der zuſammen treibet. Gloſſ. lat. ἁρμολόγος.

¶ Examen, quaſi *Exagmen*, vide in E.

Agna, &c. Agnatio, agnatus, vide *Agnus, Naſcor.*

Agnellus, agniculus, agninus, vide *Agnus.*

Agnitio, Agnomen, Agnomones, vide *Noſco, Nomen, Gnoma.*

AGNON, *ōnis*, m. ſcriptor quidam, Quintiliano 2, 17, ubi diſputat, Rhetoricam eſſe artem, nominatus, qui calamum adverſus hanc diſciplinam ſtrinxerat: *Agnon quidem detraxit ſibi inſcriptione ipſa fidem, qua Rhetorices accuſationem profeſſus eſt.* ¶ 2. Citat *Agnonem* quendam etiam Plutarchus de Solert. animal. f. 908 de elephante in Syria, qui magiſtri ſui fraudem, a quo dimidium hordei demenſum quotidie ipſi detractum fuerat, ingenioſe prodidit.

AGNOS, *i*, m. ἄγνος, i. e. *caſtus*, vitex non multum a ſalice diſtans, *Græci lygon vocant, alii Agnon, quia matronæ caſtitatem cuſtodientes his foliis cubitus ſibi ſternunt*, Plin. 24, 9. ſchaffmütten, Matthiolo p. 59.

Agnoſco, vide *Noſco.*

AGNVS, *i*, m. gr. ἀγνὸς vel ἀμνὸς, ein lamm. Colum. 7, 3 *Feſto emittendi agni, ut condiſcant foris paſci.* Varroni R. R. 2, 1 *Agni ſubmiſſi* ſunt lactentes, ſäuglinge: *vuma* enim mammam ſignificat. Eſt apud eundem 2, 2 *Depellere agnos a matribus*, abſetzen; quod Virgilius dixit *a lacte depellere*, eclog. 7, 15. *Agnum immolare*, Cic. Div. 2, 17. Plaut. Pœn. 3, 5, 31 *Lupo agnum eripere poſtulant: nugas agunt.*

¶ Agna, *æ*, f. fœmineus ovis fœtus, ein lamm. Horat Epod 2, 59 *Agna feſtis cæſa terminalibus.* Ovid. Triſt. 1, 1, 77 *Non procul a ſtabulis audet diſcedere, ſi qua Excuſſa eſt avidi dentibus agna lupi.* ¶ 2. *Agna* etiam genus menſuræ, in agrorum dimenſione; *Provincie Beticæ ruſtici agnam vocant*, apud Colum. 5, 1. Alii legunt *acnuam*, ubi vid. ¶ 3. Spicam ſignificare vult Paulus ad Feſtum ſub *Pennas. Pennatas impennatasque agnas* h. e. ſpicas cum vel ſine ariſtis. Etiam Theophr. hiſt. plant. 8, 7 *οἱ τάχυες μικροὶ καὶ τούτους ὃς καλεῖσιν ἄρνας.* Add. Dacer. ex Fruter. 2, 8.

¶ Agnĭcŭlus, *i*, m. diminutivum. Arnobius lib. 7 p. 217 *Centum cædat boves, totidemque cum agniculis ſuis matres.*

¶ Agnellus, *i*, m. idem, apud Plautum Aſinar. 3, 3, 77.

¶ Agnīnus, *a, um*, lämmern, vom lamm; ut, *Agnina pellis*, lammfell. *Agnina caro*, lammfleiſch. Horat. epiſt. 1, 15, 35. *Agnina*, abſolute Plaut. Aul. 2, 8, 4. *Coagulum agninum*, Varr R. R. 2, 11; & Plin. 30, 13. *Agninis lactibus cunem alligare*, eſt geminam eadem re vel officio facere jacturam, Plaut. Pſeud. 1, 3, 85.

¶ Agnīle, *is*, n. ein ſchaffſtall. Gloſſ. gr. lat. ἄρνων τόπος, *agnile.*

¶ Agnā-

¶ Agnīlia, *um*, n pl. festum apud Romanos in honorem Iani; alias *Agonalia*, Ovid. Fast 1, 325.

¶ Ambegnus, *a*, *um*. ex *Am* vel *Ambe* & *Agnus*. Ambegni *hos & verveces appellabantur, cum ad eorum utraque latera agni in sacrificium ducebantur*. v. Fest. Apud Varr. de L. L. 6, 3 *Ambigna bos* legitur. v. Voss. Etym. in *Agnus* p. 14.

ĂGO, *egi*, *actum*, *agere*, ex ἄγω Græcorum, varia significat, sed primario proprieque, impellere, ante se pellere, treiben, führen; quemadmodum *turbinem agere* Tibullus dixit 1, 5, 3. Sic *agi animus* dicitur, cum turbatur & inquietatur: Nepos 25, 9, 1 *Naturalis bonitas, quæ nullis casibus neque agitur neque minuitur*. Maxime vero & quasi proprie de pecoribus armentisque dicitur, unde & *Agaso* est, & baculus pastoralis, *Agolum* appellatum, ut Festus docet. Virg. ecl. 1, 12 *En ipse capellas Protenus ægr agit: hanc etiam vix Tityre duco*: Ago, inquit Servius, *proprie*: *nam* agi *dicuntur pecora*. Idem ecl. 9, 24 de capellis: *Et potum pastas age, Tityre, & inter agendum Occursare capro (cornu ferit ille) caveto*. Ergo pastorum primo *agere* est, perinde ac *cogere*, *exigere*, *inigere*, de quibus infra. *Agitur pecus pastum, qua vix agi potest*, Varr. L. L. 5, 5. ¶ 2. Aurigarum est, qui jumenta ante se agunt gubernantque, regiren. Horat. 1 epist. 18, 36 *Aut olitoris ages mercede caballum*. Liv. 2, 48 *Inhibuit frenos is, qui jumenta agebat*. Qui *jumenta agit*, auriga ipse est, etiam apud Curtium 5, 12 extremo, quem idem simpliciter *Agentem* dixit 3, 13, 10 *vehicula agentibus suis destituta*. Ita enim legendum est, quemadmodum emendavit Ianus Rutgerf. Var. Lect. 3, 4. Sic *agere currus* Ovidius dixit Met. 2, 62. ¶ 3. Porro sicut a curribus & re equestri multa alia ad rem nauticam transferuntur alias, ita in hoc verbo factum est. Horat. 2 epist. 1, 114 *Navem agere ignarus navis timet*. Plaut. Pseud. 5, 2, 12 *Vade onustam celocem agere te prædicem*. Et, *Naves agere in annum*, Tac. Hist. 4, 22, 3. ¶ 4. Vturpatur & in bellis ac venationibus, cum instamus hostibus aut feris: denique in quovis tumultu, verfolgen, nachjagen. Virg. Æn. 5, 265 *Demoleus cursu palantes Troas agebat*. Idem 8, 479 de canibus: *Vt cervum ardentes agerent*. Terent. Adelph. 3, 2, 21 *Ceteros mærem, agerem, raperem, tundrem, & prosternerem*. Vbi Donatus, *persequerer*, *premerem*, interpretatur. *Agere ac vertere cuncta*, Tacitus dixit 1 Hist. 2, 5. Livius autem 3, 57 *Hi furere, agere plebem plebisque res* &c. nempe agere plebem, ferie res plebis per χρεωκοπον. Nisi tailor etiam Gr. ἄγειν τὴν φέρειν. Sic, *Prædas agere*, plündern, beute machen, Plaut. Aul. 4, 2, 3 & Liv. 1, 5. ¶ 5. De quibuswis aliis usurpatur, qui quid ante se pellunt. Nepos Datame c. 3, 1 *Vinclum ante se Thyum agebat, ut si fœram bellam daceret*, er trieb ihn vor sich her. Tac. Germ. 19, 2 de adulteratum pœnis narrans: *Accisis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit*, er peitschet sie durch alle gassen. Sic, *Agere in exilium*, Idem A. 16, 20, 1; *ad mortem*, Idem A. 6, 10, 2. *Spumas agere*, Cic. in Verr. 4, 66; *scintillas*, Lucret. 2, 674, ut summique est emittere, & quasi foras propellere. Quintil. Decl. 2, 10 *Cupiditas juvenem egit in facinus*, vor begierde hat er sich hinreissen lassen. ¶ 6. Neque alios tantum *agere* dicimur; sed & nosmet ipsos, quando videlicet ex loco in locum movendo concedamus, aut animum huc illuc impellimus. Plaut. Most. 1, 4, 28 *Vnde agis te?* wo kommst du her? Idem 3, 1, 35 *Quo tu te agis?* wo gedenckest du hin? Ter. Andr. 4, 2, 25 *Quo hinc te agis?* Salluft. Iug. 56, 5 *Tanta mobilitate se Numidæ agunt*, de moribus & perfidia. Grat. Cyn. 103 *Haud illo quisquam se pejus egit*. Virg. Æn. 8, 465 *Nec minus Æneas se matutinus agebat*, hoc est, mane incedebat egressurus. ¶ 7. Ac ista vis nos incitandi impellendique cum ipsam vitam constituat, (hac enim defecti morimur) idcirco *Agere* pro *esse*, *vivere*, usurpatur, seyn, leben. Tac. Ann. 3, 19, 2 *Apud illos homines, qui tum agebant*. Sic 15, 74, 5 *Desinere inter homines agere*, est mori. Virg. Æn. 5, 51 *Getulis agerem si Syrtibus exul*, id est, essem, ut Servius interpretatur. *Hostium more agit*, i. e. hostem se gerit, Tac. An. 3, 73, 2. *Pari in omne studio agit*, er ist gegen sie gleich gesinnet, ibid 11, 16, 4. *Tot dies juxta focum atque ignem agunt*, sie liegen beyeinander offen, Idem Germ. 17, 1. *Peregre agere studiorum caussa*, sich aufhalten, Vlp. lege Quæ Pater filio, (lege 50 Dig. famil. herciſc.) Sic *In malis agere*, Quintil. procem. l. 6. Paullinus de obitu Celsi ipso princ. *Ante puer patribus claris & nomine avito Celsus erat, sed nunc Celsus agit merito*. id est, nunc merito Celsus est & audit, quia in cœlum translatus. Sic eodem carm. v. 57 de Christo: *Factus enim servi forma est, qui summus agebat*, i. e. qui supra omnes erat, universi dominus & moderator. Vsitatiora illa sunt: *vitam agere*, *ætatem agere*, pro vivere, leben, das leben zubringen, v. g. Liv. 1, 30 *Ruri agere vitam*, *procul ambitione ac foro, constituit* Cic. de Leg. 2, 1 *Hic fere* (in villa) *ætatem egit in literis*. Sed *Agere animam* est, in letzten zügen liegen. Sen. epist. 101 *Est tanti habere animam, ut agam*. Quem ad locum Lipsius: *non alio fine vivere, quam ut moriens vivam: habeam animam, ut semper emittam*. ¶ 8. Porro cum nihil fieri sine motu possit: primo animi, cum cogitanius deliberamusque rem; deinde vocis & oris, cum cogitata enunciamus; demum & corporis, cum elaboramus atque efficimus, quæ apud animum commenti sumus; idcirco & *agere* est, quod Græci πράττειν dicunt, thun, verrichten, handeln. Quæ vulgatissima verbi notio est, atque tam late patet, quam ipsa negotia hominum operaque diversa. vide Manut. ad Cic. fam. 7, 12 p. 736, ubi notat, per *agere & facere non idem significari: illud quasi genus esse: hoc tanquam speciem*. &c. Sic dicimus *agere secum aliquid*, Cic. Off. 1, 2, pro cogitare ac deliberare, auf etwas sinnen, einer sache nachdencken, quod ad animum pertinet: *agere gratias*, Id. fam. 1, 1. einem danck sagen, quod in dicto consistit: *judicium*, *conventum agere*, Plin 9, 35; Cic. Verr. 5, 11, gericht verf mahlung anstellen, halten, quod in ipso facto positum est. Conf. Varr. L. L. 5, 6. Tac. An. 16, 33, 2 *Cætus frequentes agerat*, i. e instituerat. Plin Epist. 1, 9 *Satius fuit, otiosum esse, quam nihil agere*, seu multis inanibus rebus implicari. Sic Martial. 1, 80 *Est, non est, quod agas, etat semper agis*. Colum. 11, 1 *Verum est M. Catonis oraculum: nihil agendo homines male agere discunt*. Plato epist. ad Archytam Tarentinum, ἥδιστόν ἐστιν ἐν τῷ βίῳ, τὸ τὰ ἀντῷ πράττειν: *Iucundissimum vitæ genus est*, *sua agere*. Matius Cic. fam. 11, 28, 10 *Nihil agunt*, sie bemühen sich umsonst, richten nichts aus. Quamquam autem infinitum sit monere omnia, in quibus verbum hoc locum habet, præcipuos tamen & observandos maxime, nec plane vulgares ejus usus ostendemus. ¶ Ac (1) igitur locum habebat in sacris: *Agere* enim (unde & AGONALIA appellata volunt,) dicebantur, qui mactabant hostiam, seu jugulabant: non quod antiqui ἄγειν fuerit *mactare*, (ut sentit Laurenbergius Antiquar. voce *Agonalia* p. 18) sed quia latissime patet agendi vocabulum generale. Popæ enim seu victimarii, sive ministri, non nisi jussi feriebant victimas. Itaque cum jam accincti quærerent, utrumne *agere* deberent *partes*, & suo defungi munere, AGON? dicebant, ex quo diei & factum nomen, qua de re Ovid. Fast. 1, 317, ubi v. 321 de ministro: *Qui calido strictos tincturus sanguine cultros*, *Semper AGATNE rogat*, *nec nisi jussus AGIT*. Vide & Varron. L. L. 5, 5 & e recentioribus Politianum c. 60 Miscell.; Alex. Neapol. 4 genedier. 17 p. 225; Brisson. 1 form. p. 12; Rosin. 4 Antiq. 10. Porro cum Magistratus rem divinam faceret præsente populo, præco admoniturus, ut adverterent mentes ac in præsentem rem omnes animi cogitationes intenderent, clamabat, HOC AGE. Qua formula postea ad alias quoque res, quibus attentionem volebant præbere, utebantur: cujusmodi exempla plura apud Brissonium habes lib. 1 Formul. Solen. Pop. Rom. p. 11, 12. Quo loco observa, pluralem etiam fuisse adhibitum numerum. Ter. Eunuch. 1, 2, 50 *Hoc agite amabo*. Vbi Donatus: *Pro adverbio*, inquit, *corripientis est positum, aut certe pro adhortatione audientiæ præbendæ*. *Sic Plautus: Hoc agite, fultis, spectatores*. De AGE, & AGITE, cum adverbialiter usurpantur, mox seorsum dicetur. ¶ (2) AGERE CVM POPVLO, est rogare aliquid populum, quod aut jubeat, aut vetet; sed *agere ad populum* est concionem habere. v. Gell. 13, 15 extr. conf. Manut. ad Kalend. Rom. p. 102. Similiter Cic. fam. 5, 2, 22 *Metellus cum agere cœpisset*. Et apud Nepotem 7, 8, 2 *Alcibiades præsente vulgo agere cœpit*, &c. i. e. hoc proponit. ¶ (3) Iuris ac judiciorum verbum est. Nam *Agi res* dicitur, de quo in foro ac judicio disceptatur: & alius quidem jus suum persequitur, alius judicat. Hinc AGI dicebantur RES, die sache wird vorgenommen, cum judicia celebrarentur, qui dies ἀγοραῖοι dicebantur Græcis, ut Casaubonus ad Theophrasti Characteres observat. Plin. 4 epist. 29 *Ejus cum proxime res agentur, quoquo modo ad judicandum veni*. Idem 9 epist. 40 *Si agendi necessitas instat*, ubi *agere* pro *caussas agere* absolute ponitur. Hinc illud Horatii 1 epist. 18, 84 *Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet*. Item Ter. Heaut. 3, 1, 67 *Non nunc pecunia agitur*, es ist jetzt nicht ums geld zu thun. Idem Phorm. 4, 3, 26 *Non capitis res agitur, sed pecuniæ*, es trifft nicht leib und leben an. Sen. epist. 9 *Non agitur hoc, an &c.* es kommt nicht darauf an, es ist nicht die frage. Cic. pro lege Man. c. 2 *Genus belli est ejusmodi, in quo agitur populi Rom. gloria: agitur salus sociorum atque amicorum: aguntur certissima populi R. vectigalia, & maxima*: AGITVR, i. e. disceptatur, & in contentionem atque discrimen adducitur. Quæ omnia a foro translata sunt: in quo cum quis agit, incertum est, utrumne vincat jure, an vincatur. Ita Liv. 3, 12 pr. *In damnatione Cesonis libertatem agi credebant*. Vnde & illa desperatorum formula: ACTVM EST; ACTA RES est, de qua infra. *Agere caussam* &c. die sache führen, rechten. Nepos 19, 2, 1; Varro R. R. 1, 7 extr. Cic. fam. 5, 10, 11; & 8, 9, 3. Hanc & simul plures locutiones habet Martialis 1, 80. Et Ovid. de Arte 3, 532 *Facundus caussam sæpe clientis agit*. Apud Suetonium tamen est *tractare caussam*. Neque enim de actore sive litigante id dicitur; sed judice ipso. Locus est Claudio c. 15, ubi vox ista notanda. *Agere aliquem reum*, Vellej. 2, 45, 1, einen beschuldigen, verklagen. Plin. 2, 77 de Fortuna: *Vna accusatur, una agitur rea*. *Agere lege*, vel *legibus*, proceß führen, Ter. Phorm. 5, 7, 91, qua de formula consulendus Brisson. 5 form. p. 357 & 482. Id. Adelph. 1, 1, 26 *Non necesse habeo, omnia pro meo jure agere*. *Adversus aliquem pecuniariam litem*, Quintil. 6, 1. Sed *agere furti*: *agere injuriarum*, id est, actionem furti sive injuriæ alicui intendere, einen diebstals, oder injurien wegen belangen. Cic. fam. 7, 22; Quintil. 3, 6 p. 210. ¶ (4) In civilibus negotiis cum usurpatur, & quibus quisque muneribus præsit, idem est, quod *gerere*, *administrare*, vel *tractare*. Ita *Censuram agere*, Ovid. Fast. 6, 647, est exsequi ea, quæ ad censorum partes pertinent: *Rempublicam agere*, id est, administrare, dem regiment fürstehen, dasselbe verwalten. Paul. ICt. lege, Qui mittuntur D. 5 8; & Vopiscus Probo c. 12. *Fiscum agere*, Suet. Domit. c. 12. *Agere regnum; agere potestatem*, Flor. 1, 6, 2, & 3, 7, 2. ac *Forum agere*, hoc est, jus dicere, gericht halten. Cic. 3 fam. 6; & 5 Att. 17. Etiam *bellum agere* vid. Burm. ad Grat. 334. Sic *Agere judicem, patronum, medicum*; id est, profiteri talem, & ejus partibus fungi, ein richter, advocat, arzt seyn, oder abgeben. *Amicum agere* similiter Tac. 1 Hist. 30, 1, & Plin. paneg. c. 85. Neque enim potest quisquam officium suum, nisi agendo, præstare. Est etiam, cum pro accusativo ablativus ponitur cum præpositione *Pro*. Ita Suet. Claud. c. 25 *Pro equite se agere* dixit. *Agere principem*, ibidem c. 29; *consulem*, Plin. paneg. c. 56. *Nobilem agere*, Cœlius Cic. fam. 8, 2, 6. Sic addito *se* Capitol. M. Ant. Philos. c. 8 *Civiliter se agere*, sich bürgerlich aufführen. Id. Pertin. c. 8 *Parcius se agere*; & c. 9 *Sordide se egisse*. Et Spartian. Pescenn. c. 11 *Non aliter esse acturum se quam militem*. Sic *Agere fabulam*, est repræsentare & exhibere negotium fictum, eine comödie spielen. Ter. Hec. Prol. v. 18, 30 & 33. Interdum *agere* absolute idem significat. vid. Ter. l. c. v. 44 & Adelph. Prol. v. 24. & in ipsa fabula, *partes agere*, die person seyn. Id. Phorm. Prol. v. 28. Sen. de ira 2, 16, 5. *Histriones in pronunciando non irati populum movent, sed iratum bene agentes*. Id. epist. 77 extr. *Quomodo fabula, sic & vita, non quamdiu, sed quam bene sit acta, refert*. ¶ (5) *Agere limites, mensuram*, vide mox in *Agens* n. 3. ¶ 9. *Id agere, ut* &c. elegans formula, qua studium, consilium & conatus significatur, præsertim clandestinus. Cic. Cat. 4, 6 *Qui id egerunt, ut gentem Allobrogum in vestigiis hujus urbis collocarent*. Nepos 2, 5, 1 *Certiorem eum fecit, id agi, ut pons dissolveretur*, man gehe damit um, sey vorhabens ꝛc. ¶ 10. *Agere cum aliquo*, aut *inter se*, est colloqui, vel etiam

etiam tractare ſuperre, atque tranſigere, handeln. Plaut. Rud. 3, 1, 13; Nepos 5, 1, 3 &c. Vlp. L. 1. §. Conventionis 3 Dig. de Pactis: *Conventionis verbum generale eſt, ad omnia pertinens, de quibus negotii contrahendi tranſigendique cauſſa conſentiunt, qui inter ſe agunt.* Plaut. Aſin. 1, 3, 19 *Dedi, quod mecum egiſti.* Hinc *bene, male cum aliquo agere*, wohl, übel mit einem umgehen. Val. Max 5, 3 ext 3 *Bene egiſſent Athenienſes cum Militiade, ſi* &c. Sic *Mecum agitur præclare, optime, non peſſime*, ap. Cic. fam. 9, 24, 9; 5, 18, 4; 4, 5, 4. Hinc & in contractuum aut inſtiusmodi conſtitutionum privatarum tabulis ſubſcribi ſolebat, ACTVM EST: quæ forma & hodieque durat: exempla infra adducemus. ¶ 11. *Agere* etiam, pro *congredi* dicitur de viro & muliere, ſich ehelich zuthun. Vlpian. l. 8 ff. de his qui ſui vel al. jur. *Si agente marito uxor concipiat.* Et paullo poſt: *Si ambo agant.*

¶ Age, hortandi adverbium, ex imperativo verbi *Ago*: ἄγε, wolan. Virg. Georg. 3, 43 *En age rumpe moras.* Ter. Adelph. 2, 2, 7 *Age, ſcis quid loquar.* ¶ 2. Cum moleſtia quadam concedentis eſt. Ter. Andr. 2, 1, 12 *Age, age, ut lubet.* Et Heaut. 4, 3 extr. *Age, age, traducatur Bacchis.* ¶ 3. Tranſitioni cum ſervit, fere aſſumit alias atque alias particulas, jungiturque plurali numero: Cic. pro Mil. c. 21 *Age nunc, iter expediti latronis cum Milonis impedimentis comparate.* Id. pro leg. Manil. c. 14 *Age vero, ceteris in rebus qualis ſit temperantia, conſideremus.* Virg. Cir. *nunc age Divæ Præcipue noſtro nunc adſpirate labori.* Ita & Statius, & alii. Vide & Serv. in Virg. Æn. 2, 707. Et cum prima perſona pluralis itidem numeri, Cic. pro Roſc. Am. c. 37 *Age nunc, ex ipſius Chryſogoni judicio Roſcii factum conſideremus. Age ſane*, affirmandi vim habet ut *ilicet*: Liv. 1, 57 *Incaluerant vino, age ſane; omnes citatis equis advolant Romam.* v. Gronov. ad h. l.

¶ Agite, idem; ſecundis perſonis imperativi fere additur: Virg. Æn. 1, 627

Quare agite, o juvenes, tectis ſuccedite noſtris.

¶ Agedum, dicente Feſto, *ſignificat age modo: eſt enim adhortantis ſermo*, nun, wolan. Plaut. Aſin. 4, 1, 1 *Agedum, iſtum oſtende ſyngraphum.* Ter. Eun. 4, 4, 27 *Agedum, hoc mihi expedi primum.* Horat. Sat. 1, 4, 38 *Agedum, pauca accipe contra.* conf. 2, 3, 155. Cum verbo tertiæ perſonæ Liv. 7, 9 *Procedat agedum ad pugnam.* Etiam cum verbo plurali non modo Propert. 1, 1, 21 *En agedum convertite* &c. Sed & Cic. pro Sulla c. 26 *Agedum conferte nunc cum illius vita vitam P. Sullæ.* Hic alias eſt

¶ Agitedum, eadem excitandi vi. Sic enim Liv. 3, 62 *Agitedum clamorem tollite.* Et ſic idem 3, 68; 5, 52; 6, 35; 7, 33, 34 & 35.

¶ Ageſis, pro *age ſi vis*, ey wolan. Plaut. Bacch. 4, 9, 72 *Hoc ageſis jam nunc.* Cic. Tuſc. 2, 18 *Ageſis nunc de ratione videamus.* conf. Part. Orat. c. 12 & diviſe infra in *Sis*.

¶ Agens, *tis*. Eutrop. 6, 9 *Negligenter & avare agentes.* Sen. epiſt. 1 *Magna vitæ pars elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus.* Tac. An. 16, 34, 1 *Agens in hortis.* Suet. Veſp. 24 *Annum agens ætatis ſexageſimum.* ¶ 2. Agens, ein agent, nuntelesperſon, ſachwalter. Cæſ. B. C. 1, 26 *Illo auctore atque agente ab armis diſceſſum.* Sic *Gaudentius agens in rebus*, Ammian. 15, 3. v. ibi not. Valeſ. & adde 16, 5. *Agentes rerum*, Aur. Vict. de Cæſ. c. 39. Nimirum *Agentes in rebus*, quorum in Codice ſæpius & alibi etiam mentio fit, officii erat genus ſub imperatoribus, qui mittebantur per provincias, ut curſui publico & vehiculariæ rei, importandisque frumentis, quæ vel ex canone, vel indictione præſtabantur, præeſſent: rimatique ſecreta domorum, & ſpeculantes omnia ad principes, quæ reperiant, referrent: *frumentarii* dicti ante. v. Salmaſ. ad Spartiani Hadrianum f. 28, & Caſaubon. f. 22; itemque Turneb. Adv. 13, 10; Cujacium ad Tit. Cod. *de agentibus in rebus*: & Panciroll. in Notit. Imper. Orient. c. 64. E veteribus Hieronymus in Obad. v. 18 *Eos*, ait, *quos nunc agentes in rebus vel verodarios appellant; veteres frumentarios nominabant.* Hoſce *Curioſos* appellat Lex Cod. 13 de curſu publ. de quo infra ſuo loco. Auguſtin. Confeſſ. 8, 6 *Erat autem ex eis, quos dicunt agentes in rebus.* Sic & 9, 8. Vſus eorum & in exſequendis reſcriptis imperatoriis. v. Ambroſ. de Off. 2, 29. Vulgo dicuntur, die commiſſarien. ¶ 3. *Agere* & abſolute Agrimenſores ſive Gromatici dicuntur; qui exinde AGENTES appellati, feldmeſſer. Vetus Fragmentum de Limitibus in Collectaneis Rigaltii p. 340 *Si fuerit ergo vallis, quæ conſpectum agentis exſuperet.* Hygenus de Limitibus ap. eundem p. 188 *Plurimum agentibus præſtat acti limitis perpetua rectura.* Sane *limitem agere, menſuram agere*, apud illos ſcriptores ſæpius legas. Ovid. de Arte am. 3, 557 *Nec ſtabiles animos annis viridemque juventam Vt capias, idem limes agendus erit.* Tac. de Germ. c. 29 extr. *Mos limite acto promotisque præſidiis.* ¶ 4. *Agentes* ſunt aurigæ, fuhrleute. v. in *Ago* n. 2 ex Curtio.

¶ Actus, *a, um*, geſchehen, gethan, vollbracht: ut, *Conſcientia bene actæ vitæ*, Cic. de Senect. c. 3 *Acti labores jucundi.* Id. de Fin. 2, 32. ¶ 2. *Actus* pro appulſus, getrieben. Horat. od. 3, 7, 5 *Gyges notis actus ad Oricum.* Id. Epod. 9, 7 *Actus freto.* Adde Virg. Æn. 1, 36 &c. Vellej. 1, 4, 4; & Nonium 4, 27. ¶ 3. ACTVM EST, formula in deſperata re. Plaut. Pſeud. 1, 1, 63 *Actum hocie eſt de me*, es iſt um mich geſchehen. Liv. 1, 47 *Etiam de Servio actum rati.* Suet. Ner. c. 42 *Veſte diſciſſa, capite converberato, actum de ſe pronunciavit.* Donatus ad illud Ter. Andr 3, 1, 7 *actum eſt, ſiquidem hoc vera prædicat*, monet, hoc ſecundum jus civile dictum eſſe, quo cavetur, ne quis rem actam apud judicem repetat. Paullo clarius eo alluſit idem Comicus Heaut. 3, 3, 2 *Acti eſtis res: perii.* ¶ 4. ACTVM AGERE, id eſt, fruſtra laborare, umſonſt handel anfangen, proverbialis ſermo eſt, ex eodem deductus fonte, ut ibidem Donatus obſervat. Sim. Boſius ad 9 Cic. ad Att. 13 p. 123 *Actum agere*, inquit, apud hunc auctorem eſt, ea de re facienda cogitare, quam ante factam oportuit, & cujus gerendæ tempus jam præteriit. Ter. Phorm. 2, 2, 72 *Actum, ejunt, ne aga.* Et Cic. in Lælio c. 22 *Præpoſteris utimur conſiliis, & ocli tardamus, quod vel mox vite i proverbio.* ¶ 5. ACTVM EST, ſolet hodieque ſubſcribi tabulis, quibus, quæ ſuper re aliqua tractata conſtitutave ſunt, comprehenduntur. In Teſtamento Galli Favonii lucundi ſculpto in lapide: ACTVM VI K. QVINTILES SERV. GALBA L. AVRELIO COSS. In alio lapide: ACTVM P. ROMVLIO CIT. HISPAN. PROC. ET DOMITIANO VESPAS. F. ORBI IMPERANTE.

¶ Actum, *i*, n. opus, handel, that, verrichtung. Cic. Phil. 1 c. 7 *Ecquid eſt, quod tam proprie dici poſſit actum ejus, qui togatus in republ. cum poteſtate imperioque verſatus ſit, quam lex?* ¶ 2. Acta, *orum*, n. pl. ſubſt. res geſtæ, πράξεις, geſchichte, handel. Ovid. Heroid. 2, 85 *Exitus acta probat*, &c. Vellej. 2, 44, 2 *Acta alicujus, quibus multi obtrectant, confirmare.* Tac. de Germ. c. 34, 4 *Sanctius & reverentius viſum, de actis Deorum credere quam ſcire.* ¶ 3. Tabulæ ſeu commentarii imperatorum, ſenatus, populi, quibus perſcribebantur, quæ ſingulis diebus acta, geſta, judicata eſſent, acten. item nativitates, matrimonia, mortes &c. leges atque materia eorum, qui condituri hiſtorias; qui horum ACTORVM non raro mentionem faciunt. His conficiendis qui erant præpoſiti, ABACTIS, & ACTVARII appellati. De illis plura Lipſ. ad 5 Tac. Annal. Idem erant quodammodo, quod hodie novellæ, die zeitungen. Hanc publicam diligentiam privatim quoque æmulati viri induſtrii ac frugi habere ſolebant commentarios, in quibus, quidquid per dies ſingulos diceretur faceretve, annotabant. Quo reſpicit Seneca de Benef. 2, 9 *Beneficium in acta non mitto.* Suetonius *diurnos commentarios* Aug. c. 64; *Diurna* Tacitus 13 Ann. 31, & 16; 22, 6. *Quotidiana* Vopiſcus vocat in Aurel. c. 1: puta *Acta*, quod hic ſubaudiendum eſt. Vellej. 2, 60, 4 *Actorum commentaria*; Appianus ὑπομνήματα. Vid. Lipſ. Excurſu A. ad Tacit. 5 Annal; Bernegg. ad Suet. Cæſ. c. 20, 1; Bœcler *de Actis civitatis*. Cic. fam. 12, 8 *Scelus Lepidi ex actis, quæ ad te mitti certo ſcio, cognoſſe te arbitror.*

¶ Actus, *us, ui*, m. ubi pecus agitur; (*via* enim vehiculorum eſt, *iter* hominum) triſt, triſtweg. Vocabulum juris, ut Servius monet. vide Tit. Dig. & Inſtitut. de Servitutibus prædiorum ruſticorum; & quæ Bynckershœck in Obſerv. lur. Rom. 4, 7 annotat. ¶ 2. *Actus* etiam eſt certum agri ſpatium ſeu modus. Fragmentum Gromat. de Menſuris agrorum apud Rigalt. p. 297. ACTVS *minimus eſt latitudine pedum quatuor, longitudine CXX. Actus quadratus undique finitur pedibus CXX.* Qui & Fragmentum aliud habet p. 330 & Varr. de R. R. 1, 1; & Colum. 5, 1. ¶ 3. Idem quod actio, die that, handlung. Lucan. 8, 807 *Adde actus tantos monumentaque maxima rerum.* Quintil. 11, 1 *Etiam in cæteris actibus vitæ non idem in foro, curia, campo, theatro, domi facere convenit.* Ammian. 21, 28 *Ferunt theologi, in lucem editis hominibus cunctis, ſalva firmitate fatali, hujusmodi quædam velut actus rectura numina* (Genios intelligit) *ſociari.* Hieron. Apol. adv. Rufin. (Tom. 3 f. 95) *Tantam habes curioſitatem meorum actuum, ut quid dormiens fecerim, dixerimve diſcutias.* Hinc illum divinum librum Lucæ, quem *acta Apoſtolorum* alii, idem Hieronymus, Salvianus, Sulpitius, alii, *Actus Apoſtolorum* appellitant. vid. Iſidor. 6, 2. ¶ 4. Interdum πραγματεία eſt, quemadmodum Gloſſ. Vet. interpretatur, id eſt, negotii geſtio, ſive adminiſtratio, das amt, die amtsverrichtung, verwaltung. Plin. 10 epiſt. 37 *Quum ad priſtinum actum reverſus fuerit:* Actum vocat, quod modo *munus* dixerat. Atque vox hæc vel ipſum actoris munus, ſive adminiſtrationem cenſus ac rationum domini ſignificat. Scævola L. Thais 41 §. Ab heredibus, 13 D. de fideicom. libert. *Quero an ſervum teſtator in diem usque pubertatis filii ſui actum agere voluerit*, &c. Et Vlp. L. Notionem 99 §. Inſtrument. 2 de V. S. *Quæ proprie ſint inſtrumenta, propter quæ dilatio danda ſit, inde dignoſcimus, ſi in præſentiam perſonæ, quæ inſtruere poſſit, dilatio petatur, puta, qui actum geſſit licet in ſervitute: vel qui actor fuit conſtitutus*, &c. Inde *Removeri ab actu*, abgeſetzt werden. Paul. ICt. L. 51 Dig. de Solutionib. Et Tertull. adv. Marc. 4, 47 *Suffragia nobis proſpicere amicitiarum, ſecundum ſervi illius exemplum, qui ab actu ſummotus dominicos debitores deminuit*, &c. Parabolam villici reſpicit, de qua Lucas c. 16. Ejus adminiſtrationem *actum* vocat; quamquam & de alia quavis uſurpari poteſt. Sen. epiſt. 8 *Vbi illa præcepta veſtra, quæ jubent in actu mori?* Et de Otio Sap. c. 28 *Certe Stoici veſtri dicunt: usque ad ultimum vitæ finem in actu erimus.* Probus Imp. ap. Vopiſc. in Caro c. 6 *Felix eſſet noſtra reſp. ſi plures haberem in actibus collocatos.* ¶ 5. Suetonio Aug. c. 32; Claud. c. 15, & c. 22; itemque Ner. c. 17: & Plin. 9 epiſt. 25 *Actus rerum* ſunt actiones cauſſarum, gerichtshaltung; & ipſi judiciarii dies, gerichtstage, ſive cum habentur judicia, ſive aguntur res: qui Græcis ἀγῶνοι: de quibus Caſaub. ad Theophraſti characteres, & Torrent. ad Suet. Aug. c. 92. Sic, *Actus forenſis*, Quintil. 10, 1, ein gerichts-handel. ¶ 6. Eſt & *Actus* impulſio, motus, der trieb, die bewegung. Vet. Gloſſ. ἔλασις, *Actus*. Lucan. 9, 30 *Quas ne per littora fuſas Colligeret rapido victoria Cæſaris acta, &c.* Et iterum eod. libro v. 471 *Galeas & ſcuta virorum Pilaque contorſit violento ſpiritus actu, &c.* Adde Virg. Æn. 12, 687. Et Ovid. Halieut. v. 72 *Equus ſpectabilis actu*, i. e. greſſu. Hinc pro perſecutione poſuit Prudentius Hymno poſt cibum v. 77 *Mundi impotentis actu concluſos regis, & feram repellis.* ¶ 7. *Actus* actionis pars in comœdiis, quam & noſtri vocant, eine handlung. Quævis fabula quinque actibus conſtabat, de qua Horat. Poët. 189 *Neve minor quinto neu ſit productior actu.* Ad hos fabularum actus elegant. Cicero alludit 5 fam. 12 *Fabula rerum eventorumque noſtrorum habet varios actus multasque actiones.* Et ad Quint. Fr. 1, 1 in fine: *Hortor, ut tamquam poëtæ boni & actores induſtrii ſolent: ſic tu in extrema parte & concluſione muneris ac negotii tui diligentiſſimus ſis, ut hic tertius annus imperii tui, tamquam tertius actus, perfectiſſimus atque ornatiſſimus fuiſſe videatur.* Id. pro Marcello ad Cæſ. c. 9 *Hæc tibi reliqua pars eſt: hic veſtat actus.* Similiter & Varro partes doctrinæ & expoſitionis de Re ruſtica *Actus* vocavit 1, 26; & 2, 8; & 3, 11.

¶ Actio, *ōnis*, f. opus, ſtudium, πρᾶξις, die that, handlung, verrichtung; ut, Gratiarum actio, die dancſagung. Cic. Brut. c. 3. Id. Off. 1, 5 *Rebus parandis tuendisque actio vitæ continetur.* Ibid. 1, 29 *Pueris non omnem ludendi licentiam damus, ſed eam, quæ ab honeſtis actionibus non ſit aliena.* ¶ 2. *Actio*, omnis corporis motus. Cic. de Fin. 5, 12 *Eſt etiam actio quædam corporis, quæ motus & ſtatus naturæ congruentes tenet.* ¶ 3. Eſt & *Actio comica, tragica, ſcenica*, die geber-

geberdung, stellung. Cic. in Orat. c. 25 *Accedit actio non tragica, nec scenæ; sed modica jactatione corporis, vultu tamen multa conficiens &c.* conf. Quint. 11, 3 extr. ¶ 4. Et *Actio Oratoris* pronunciatio ac gestus, & ipsa adeo administratio causſæ. Cic. in Orat. c. 17 *Est actio quasi corporis quædam eloquentia, eam constat e voce atque motu.* conf. Quintil. 11, 3. Suet. Cal. c. 53 *Solebat & prosperis oratorum actionibus rescribere.* ¶ 5. *Actio injuriarum, actio furti*, IGrorum sunt: apud quos vide plures actionum species, i. e. accusationum, processſ klagen. Sic *Actionem alicui intendere*, einen verklagen. Cic. pro Mil. c. 14 *Mihi actionem perduellionis intenderat.* Pro R. Dejot. c. 2 *Quæ quoniam angustiora paries faciunt, actioque causſæ maxime debilitatur loco.* Vellej. 2, 64, 3 *Continuis actionibus alicui notas inurere.* ¶ 6. Rogationes quoque consulum & tribunorum plebis hoc nomine veniunt. v. Liv. 4, 43 in. & c. 48 f. & c. 55 pr. &c.

Actiuncula, æ, f. diminut. Plin. 9 epist. 15 *Retractio actiunculas quasdam.*

¶ Actor, ōris, m. πράκτωρ, qui agit sive administrat rem aliquam, ein thäter, der die sache tractiret, treibet; it. schaffner, verwalter. Cic. pro Sextio c. 28 *Dux & auctor & actor illarum rerum fuit.* Nepos 25, 3, 2 *Hunc in omni procuratione reipubl. actorem auctoremque habebant.* ACTOR, qui suader præcipitve rem, & rationem gerendi monstrat: ACTOR, qui administrat ac curat. Quam ob causſam & Columella villicum, *actorem* videtur vocasſe 1, 7, 7, 1, 8, 5 & 12, 3, 6, quod is rem domini scilicet in villa agat ac curet. Scævola tamen in Lege Seiæ ex parte, 20 §. prædia 3. D. de fundo instructo ACTOREM a villicis separat, quem & Pignorius sequitur de Servis p. 270, quod Columella ipsemet quoque, præf. 1, 8, 5 si attente inspiciamus, facit. Ovid. Her. 1, 95 *pecoris Melanthius actor edendi* est pastor. Sic Fastor. 1, 547. Fuere & in urbana familia servi hoc nomine, de quibus idem Pignorius p. 154; itemque Lipsſ. Tac. An. 2, 30, 5: ubi & docet, quis *Publicus Actor* l. c. quidque differant *Procurator* & *actor* Plin. Paneg. c. 36; & 3 epist. 19. v. & Torrent. ad Suet. Domit. c. 11. ¶ 2. Est & *Actor causſarum* διαλόγος, qui causſam agit, orator nempe, ein sachwalter, advocat, wortsprecher. Horat. de arte v. 369 *Consultus juris, & actor causſarum mediocris.* Cic. de Cl. Orat. c. 89 *Moloni Rhodio Romæ dedimus operam, & auctori summo causſarum, & magistro.* ¶ 3. Est ipse etiam *actor* accusator, ein kläger. Plin. 9 epist. 13, 18 *Actoris constantia.* Conf. Dig. 5 t. 1 l. 13. ¶ 4. Itemque *fabularum actor*, ὑποκριτής, ein comodiant. Cic. ad Quint. Fr. 1 epist. 1 *Tanquam poëtæ boni & actores industrii solent, &c.* Horat. Poët. 193 *Actoris partes &c.*

¶ Actrix, īcis, f. quæ agit, actionem instituit, die klägerin. Lege 41 Cod. de liberali causſa: *Iohemus omnes epistolas actricis inanes ac vacuas esse:* Forensis vox, sicut *Actor*, qui causſam intendit, accusat.

¶ Actito, *avi, atum, are*, frequent. öfters thun, mit fleiß treiben; sæpe etiam simpliciter *agere*. Cic. de Clar. Orat. c. 70 *Poticius municeps noster multas privatas causſas actitavit.* Et Paul. l. 3 D. de fide Instrument. *Cum inter præsentes & convenientes res actitata fit.* Plura de hoc verbo, ejusque vi ac pronuntiatione, lege apud Gellium 9, 6.

¶ Actiōsus, *a, um*, idem quod *factiosus*, haderhafftig, zänckisch, unruhig. Varr. L. L. 6, 3 de mulieribus: *Actiosæ annonam caram e vili concinnant viris.* Et mox: *Actiosas demonstrari suspicatrices.* v. Not. Gothofr.

¶ Actīvus, *a, um*, thätig, im thun bestehend; ut, *Activa Philosophia*, Sen. ep. 95. Sic Quintil. 3, 5 *activum* opponit *spectativo* five theoretico. ¶ 2. Grammatici *Activa verba* quæ actum significant, opponunt *Passivis*. v. Charis. 2 p. 138. Isidor. 1, 8.

¶ Actōrius, *a, um*, idem quod *activus*, πρακτικός; ut, *Ingenium actorium*, Tertull. de Anima c. 14.

¶ Actuālis, *e*, wircklich, thätig; ut, *Actualium vigor virtutum*, Macrob. Somn. Sc. 2, 17. *Philosophia actualis*, Isidor. 2, 24.

¶ Actuārius, *a, um*, idem quod *agile*, sive quod agi impellive potest, das getrieben wird; ut, *Limites actuarii*, qui acti sunt, Hygin. de Limit. p. 151 & 200. Sic *Actuaria navigia*, quæ aguntur remis, galeeren, jagt-schiffe. Cæs. B. C. 1, 27. Idem & *actuarias naves* dixit B. G. 5, 1. Liv. 25, 30 *In hoc tumultu actuariæ naves instructæ.*

¶ Actuaria, æ, f. absolute, ein ruderschiff. *Actuariæ*, inquit Nonius 13, 9 *Navicula celeres, dictæ quod cito agi possint &c.* Cic. Att. 5, 9 *Actuariis minutis Patras accedere, non satis decorum.* Apud quem &

¶ Actuariōlum, *i*, n. ὑποκοσιμιῶν legas, ein jagtschiffein; nempe Att. 10, 11 *Quid duro tempore anni actuariolo fore censes?* navigio subaudi, ut, quæ præcedunt verba, ostendunt. Diserte Idem Att. 16, 6 *Corbitane an actuariolis.*

¶ Actuarius, *i*, m. subst. ein gerichts-schreiber. Nam *Actuarii* sunt scribæ publici, a conficiendis actis sic appellati; qui & *Censuales*, de quibus Lipsius ad 5 Taciti Annalem. Meminit & Suetonius & partem officii illius attingit Cæsare c. 55. Vide L. 5 Cod. de erogat. militaris annonæ; Eutrop. 9, 7; Aurel. Vict. de Cæs. c. 33; Heinſ. & Burm. ad Petron. c. 53 p. 257. Antiquum autem nomen & notionem esse, ex Senecæ epist. 33 manifestum est, ejusque verbis: *Vox actuarii nisi fanditur.* ¶ 2. Qui in agendis rebus & administrandis negotiis occupati, *actuarii* etiam dicti sunt, schaffner. Vet. Gloss. πρακτικὸς *Actuarius, efficax, agilis.*

¶ Actuosus, *a, um*, quod in actu & motu est, & quiescenti nihilque agenti opponitur, thätig, geschäfftig. Festus: ACTVS *modo motum corporis significat, ut histrionum & saltatorum, qui etiam ex hoc ipso actores dicuntur.* Sen. epist. 39 *Animus in motu est: eo mobilior, & actuosior, quo vehementior fuerit.* Idem de Tranquill. an. c. 2; & Val. Max. 2, 1, 15 & 8, 8, 1 *Actuosam vitam* dixerunt, quæ inter negotia & rerum actus ducitur: *virtutem actuosam* Cic. Nat. D. 1, 40, quod opere gaudet. Atque ita quieti opponit Lactantius 6, 17 *Vita actuosa est: manu agitata.* Rufus Cic. in Orat. c. 36 *Actuosæ partes orationis*, in quibus actioni plurimus locus.

¶ Actuosē, adverb. thätig, geschäfftig. Cic. de Orat. 3, 26 *Quam leniter? quam remisse? quam non-actuose?* id est, quam sine vehementiori motu corporis ac gestu. Ergo *non-actuose*, Ciceroni *sedate* est.

¶ Actūtum, adverbium temporis, alsbald, behend. Comicis maxime usitatum Ter. Adelph. 4, 4, 24 *Aperite aliquis actutum ostium.* Et Phorm. 5, 6, 13 *Conglutinare actutum.* Habent tamen etiam alii. Virg. Æn. 9, v. 255 *Actutum pius Æneas* &c. ubi Servius: *Actutum, confestim, sine dilatione.* Liv. 29, 14 *Matrem Idæam actutum in Italia fore nuntiaverat.* Et Cic. Phil. 12, 11 *Ego mortem actutum futuram puto.*

¶ Agenoria, Dea industriæ, v. supra seorsum.

¶ Āgilis, *e*, qui vel quod facile agitur seu moverur, treae, gelenck, hurtig, schnell. Vet. Gloss. *Agilis*, γοργὸς, εὐκρατὴς. Seneca Medea v. 787 *Video Triviæ currus agiles.* Sic *dextram agilem, cursus agiles* Statius dixit, illud 5 Silv. 1 v. 10, hoc 4 Silv. 3, 32. *Agilis classis*, Liv. 30, 10. *Remus agilis* Ovid. in ep. Sapphus v. 65. ¶ 2. De homine quando dicitur, acrem, celerem, & actuosum denotat, & tardo ac remisso opponitur, fertig, frisch, munter, der immer etwas zu thun haben will. Horat. 1 ep. 19 v. 89

Oderunt hilarem tristes, tristemque jocosi;
Sedatum celeres, agilem gnavumque remissi.

Columella ex Xenophonte 11, 1 *Malo unius agilem atque industriam, quam decem hominum tardam ac negligentem operam.* Horat. 1 ep. 1, 16 *Nunc agilis fio, & mersor civilibus undis.* Sen. de Tranquill. an. c. 2 *Natura humanus animus agilis est & pronus ad motus:* i. e. agendi cupidus. Ita enim paullo ante ipse Seneca: *Secreta studia pati non potest animus ad civilia erectus, agendique cupidus & natura inquietus.* Vet. Gloss. πρακτικὸς, *Actuarius, efficax, agilis.* Compar. Sen. ep. 74 *Sensus agiliores.* Id. epist. 108 *Agilior animus.* Colum. 6, 37 *Principia agiliora.* Id. 9, 15 *Apes agiliores sunt.* Suet. Tib. c. 68 *Similtra manu agiliore ac validiore.* Superl. *Agillimus* format Prisc. lib. 3 p. 606.

¶ Agiliter, adv. expedite, celeriter, geschwind. Ammian. 14, 8 (Valef. c. 2) *Agiliter præterito Calycadni fluminis ponte.* Frontin. Strat. 2, 5, 47 *Minus agiliter moveri.* Compar. Colum. 2, 2 *Vt totum spatium bos agilius enitatur.*

¶ Agilitas, *ātis*, f. ἐυκινησία, mobilitas, celeritas, die hurtigkeit, fertigkeit, geschwindigkeit. *Agilitas aquæ*, i. e. natura mobilis, Pallad. 1, 17. *Agilitas navium*, Liv. 26, 51 *Agilitas naturæ*, cum faciles motus capit, Cic. Att. 1, 17. conf. Plin. 35, 11. Pallad. Præfat. de Insitione: *Segnities figuram bonitatis imitatur & tantum recedit ab agilitate, quantum recessit a celere.*

¶ Agipes, *ĕdis*, idem ac pedarius senator, ein faherr; quasi pedibus agens, non ore & lingua. Lucil. *Agipes vocem mittere cæpit. Ita appellatur*, inquit Festus in *Pedarius, quia tacitus transeundo ad eam, cujus sententiam probat, quid sentiat, indicat.*

¶ Agīto, *avi, atum, are*, frequentativum aliud, easdem ferme, quas ipsum AGO, significationes recipit. ¶ 1. Nam & impellere seu incitare est, tummeln, regen, bewegen, treiben; ut, Virg. Æn. 11, 770 *Spumantemque agitabat equum:* Et, *calcaribus agitare*, Plaut. Asin. 3, 3, 118. *Agitantur quadrigæ*, Varro de L. L. 5, 5. Cic. pro Cluent. c. 49 *Mare ventorum vi agitari atque turbari.* ¶ 2. Vexare, persequi, quälen, verfolgen. Cic. pro Rosc. c. 24 *Sua quemque fraus, & suus terror maxime vexat, suum quemque scelus agitat:* id est, infestat & terret. Plaut. Capt. 3, 4, 64 *Atra bilis agitat hominem.* Cic. Div. 2, 70 *Agitare aves*; Id. Off. 3, 17 *feras*; Flor. 4, 8, 2 *piratas navales.* Adde Drakenb. ad Sil. 16, 683. ¶ 3. Vivere, verfari, seyn, oder sich aufhalten. Sallust. Iug. c. 19 *Super Numidiam Getulos accepimus partim in tugurii, partim incultius vagos agitare.* Tac. An. 11, 21, 2 *Dum vacuis per medium diei porticibus secretus agitat, oblata ei species mulieb ris.* Sic *Ævum agitare*, pro vivere, Virg. Georg. 4, 154 & *vitam agitare*, Sall. Catil. c. 2. ¶ 4. Cogitare, reputare apud animum; nunc absolute, nunc cum adjecto. *Agitare secum, agitare animo, cum animo*, bey sich bedencken, an etwas sinnen, darauf umgehen. Ter. Phorm. 4, 3, 10 *Ego quoque id agitans mecum sedulo, inveni remedium huic rei.* Cic. pro Fonteio c. 6 *Vos eandem rem animis agitare & diutius cogitare potestis.* Sallust. de Rep. ord. 2 pr. *Mihi multa cum animo agitanti consilium fuit.* conf. Id. Catil. c. 27. Liv. 7, 35 *Nunc, quæ mente agitem, audite.* Cic. Epist. ad div. 6, 1 *De te autem ipso, Torquate, est tuum, sic agitare animo.* Nec aliter, quam de cogitatu, capiendæ formulæ: *Agitare mœnia novæ urbis, agitare orbis terrarum imperium*, quæ apud Florum 1, 1, 5 & 2, 2, 3 legas. Sic *fugam agitare*, Virg. Æn. 2, 640. *De supremis agitare*, sterbens gedancken haben, Tac. 4 Hist. 59, 1. Id. 1 Hist. 78, 2 *Creditus etiam est de memoria celebranda Neronis agitavisse.* ¶ 5. Tractare, handeln, unter händen haben. Celsus Præfat. *Non contenti febres & ulcera agitare*, (id est, de febribus atque ulceribus commentari) *rerum quoque naturam ex parte aliqua scrutati sunt.* Tac. 3 Hist. 1, 2 *Illic agitavere, placueretne obstrui alpes.* Sic *Agitare consilia*, rathschlagen, Liv. 28, 10. ¶ 6. Laborare, ut res, aut sententia aliqua locum inveniat. Cic. Acad. Qq. 4, 32 *Illa certe debemus effugere, quæ a te vel maxime agitata sunt.* v. Cl. Menckenii Observ. L. L. hac voce. ¶ 7. Celebrare, begehen, halten; ut, *Agitare convivium*, Ter. Hec. 1, 2, 18: *dionysia*, Idem Heaut. 4, 4, 11, *dies festos*, Cic. Verr. 4, 46. ¶ 8. Est etiam gubernare, moderari, regieren; sensu Maroniano, id est, quo Georg. 3, 287 poëta dixit *Lanigeros agitare greges.* Sic Sallust. Iug. c. 60 *Agitare bela*, quod *temperare* dixit Apulejus. vid. Barth. Adverſ. 122, 3, & ad Stat. Theb 4 p. 935. Sed & Id. Sall. Cat. c. 9 *Beneficiis magis quam metu imperium agitare.* Propert. 13, 27 *Agitare vestigia* dixit, pro *imprimere, facere.* v. Miscell. Observ. 5, 121.

¶ Agitans, *tis*; ut, *Agitans discordia fratres*, Virg. Æn. 2, 496. *Agitans in vetia cervos*, Ovid. Met. 3, 368. conf. Ovid. in *Calefco*: Ter. & Sallust. in *Agito*.

¶ Agitātus, *a, um*, getrieben, beweat, erregt; ut, *Res agitata in concionibus*, Cic. pro Cluent. c. 2 *Multis injuriis jactata atque agitata æquitas*, Id. pro Quintio c. 2 *Curis agitatus & exercitatus animus*, Id.

Somn. Scip. c. 9. *Saxis agitatus humor*, Horat. 1 od. 12, 29. *Zephyris agitata tempe*, Id. 3 od. 1, 24 *Agitatior animus*, Sen. epist. 108. conf. Quintil. 11, 3.

¶ Agitatus, *ûs*, m. die regung, bewegung. Macrob. 2, 14 *Spontaneo ferri agitatu.* Idem Sat. 7, 8 *Aer liquidior & factus agitatu flatus efficitur.* conf. 1, 20; & 2, 16. Varro de L. L. 5, 5 *Actio ab agitatu facta.*

¶ Agitātio, *ōnis*, f. bewegung. Cic. Divin. 2, 62 *Nunquam animus agitatione & motu vacuus esse potest.* Sen. epist. 109 *Opus est sapienti agitatione virtutum.* Cic. Off. 1, 6 & Quint. 1, 1 *Agitatio mentis*, das nachsinnen. Colum. 2, 2 *Agitatio terræ*, feldbau. Cic. de Senect. c. 7 *Agitatio studiorum*, das studiren.

¶ Agitator, *ōris*, m. gubernator, sive equorum curruumque rector, ein treiber, fuhrmann. Cic. Acad. 4, 29 *Ego ut agitator callidus, prius quam ad finem veniam, equos sustinebo*; quod intelligendum de auriga tore Circensi. conf. Suet. Calig. c. 55; & Sen. epist. 30. vid. intra *Auriga.* Et Virg. Æn. 2, 476 *Agitator equorum.* ¶ 2. Sed *Agitator aselli*, ein eselstreiber. Id. Georg. 1, 273.

¶ Agitatrix, *icis*, f. gubernatrix, die antreibt. Apul. de Dogm. Plat. 1 p. 6 *Anima agitatrix aliorum, quæ natura sua immota sunt atque pigra.* Arnobius 4 p. 141 *Silvarum agitatrix Diana.*

¶ Agitābilis, *e*, beweglich; ut, *Aer agitabilis*, Ovid. Met. 1, 75.

¶ Agumentum, *i*, n. ab *Ago*, ut a *Tego Tegumentum*; Farciminis genus ap. Varr. L. L. 4, 22. Sed ap. Arnob. 7 p. 230 est *Augmen.*

Composita cum Præpositionibus &c.

¶ Abigo, *ēgi, actum, igĕre*, fortreiben, hinweg treiben. *Abigere ab ædibus*, Plaut. prologo extr. Amph. *Abigere pecus in pascua.* Varro R. R. 2, 1 *Abigam hunc rus*, Ter. Adelph. 3, 3, 47. *Abigere partum*, die leibes-frucht abtreiben. Cic. pro Cluent. c. 11; *fœtum*, Colum. 6, 27. *Abigere pecus*, vieh stehlen, Cic. in Pis. c. 34 *Abigere fastidium*, vertreiben, Plin. 12, 17; & 23, 9; *lassitudinem*, Plaut. Merc. 1, 2, 3.

¶ Abactus, *a, um*, weggetrieben, vertrieben, entführet; ut *Greges equarum abacti*, Cic. Verr. 2, 7. conf. Plin. 8, 51. *Abacta pauperies*, Horat. Sat. 2, 2, 44. *Abactus noctu asellus*, Apul. 8 p. 215. *Abacti magistratu*, qui coacti depositerunt imperium, abgesetzt, Festus. *Abacta nocte*, nachdem die nacht vorbey, Virg. Æn. 8, 407. *Abactus partus*, Tac. A. 14, 63, 1.

¶ Abactus, *ûs*, m. expulsio, abductio, die vertreibung, wegführung. Plin. Paneg. c. 20 *Cum abactus hostium exercen et.*

¶ Abactor, *ōris*, m. entführer, vieh-dieb, pferd-dieb. Vide Pauli sent. l. 5 tit. 18 *de Abactoribus.* Firmicus Matth. 6, 31 vocat *pecorum abactores.* Apul. 7 Met. p. 199 *Abactorem indubitatum cruentumque percussorem criminantes.*

¶ Abigeus, *i*, m. idem. vide Dig. lib. 47 tit. 14 *de Abigeis*: & lib. 48 tit. 19 leg. 16 § 7. Vet. Gl. *Abigo, Abigeus, ἀπελάυνω, ἀπελάτης.*

¶ Abigeator, vel Abigator, *ōris*, idem. Vet. Glossæ: *Ἀπελάτης, Abigeus, Abigator, Abactor.* Ita Labbeus edidit: vulgo *Abigeator*, quod etiam in Iulii Pauli sententiis lib. 5 tit. 18, secundum quosdam adjicitur; *Qui bovem vel equum errantem abduxerit; furem magis, quam abigeatorem constitui placuit.* Sed hæc verba absunt editione Leewii.

¶ Abigeātus, *ûs*, m. ipsum crimen in Digest. lege 2 de Abigeis: & lege 5 de Re milit. die entführung, der vieh-diebstahl.

¶ Abiga, *æ*, f. herba, ab abigendo partu dicta, Græcis *Chamæpitys*, feldeypreß, ie länger ie lieber. v. Plin. 24, 6; Apul. de Herb. c. 26. Aliis *Ajuga* dicitur, de qua infra.

¶ Abagmentum, *i*, n. remedium *ἀμυντικὸν*, i. e. abigendi facultatem habens, ein vertreibungs-mittel. Prisc. Med. 2, 34 *Adjutoriis abagmentis aliquid prohibere.* v. Reinef. Var. 3, 12.

¶ Adigo, *ēgi, actum, ĕre*, impellere, concitare, mit gewalt treiben, nöthigen, zwingen. Ter. Adelph. 1, 2, 31 *Tu homo adigis me ad insaniam*, du machest mich toll. Id. Eun. 2, 1, 13 *Noctu te adigent horsum insomnia.* Tac. An. 12, 22, 4 *Ab aliquo ad mortem adigi.* Id. An. 11, 18, 3 *Naves per fossas adigere.* ¶ 2. Est adstringere, cogere, verbinden, anstrengen. Id. Tac. Hist. 2, 80, 3 *Militem in verba alicujus adigere*, schweren lassen. Id. An. 1, 37, 4 *Legiones adigere sacramento, jurejurando*, vel *ad jusjurandum*, in pflicht nehmen, Liv. 24, 16; & Cæs. B. C. 1, 46. Iidem autores etiam forma elliptica delectantur. Cæsar enim B. Civ. 1, 76 *Ipse*, inquit, *idem jusjurandum adigit Afranium*: & 2, 18 *Provinciam omnem in sua & Pompeji verba jusjurandum adigebat.* Et Liv. 43, 15 *Censores cujus nondum justa missio visa esset, ita jusjurandum adigebant* &c. in quibus singulis *Ad* subaudiendum est. Sed hæc metaphorice. ¶ 3. Proprie autem Plin. 16, 10 *In ipsam arborem clavus æreus adigatur*, man muß einen nagel einschlagen. Et *Telum in pectus adigere*, in leib stossen, Ovid. Met. 5, 70. ¶ 4. Sed *adigere arbitrum*, est agere quasi ad arbitrum, hoc est, ad eum adducere, qui litem ex æquo & bono dirimat; vel est adhibere arbitrum, sive adducere ad dirimendam litem, quæ intervenit: Vid. Cicero cum alibi, tum Top. c. 10; it. Off. 3, 15; & hic interpr. Sen. epist. 65 *Eam partem ad te perferam, quæ in lite est: te arbitrum adegimus.* Vbi non audiendos putaverim, qui mutant.

¶ Adigens, *tis*. Tac. H. 4, 31, 3 *Adigente Hordeonio Flacco dixit sacramentum.*

¶ Adactus, *a, um*, hineingetrieben, genöthiget, gezwungen; ut, *Cuneus a pastoribus arbori adactus*, i. e. infixus, Plin. 25, 2. *Jugo Rhenus, legibus adactus Ister*, i. e. subjugatus, Stat. Theb. 1, 19. *Vulnus adactum alte*, Virg. Æn. 10, 850. *Ensis adactus*, Id. Æn. 9, 431.

¶ Adactus, *ûs*, m. actus adigendi, der zwang, die nöthigung. Lucret. 5, 1329 *Feros exibant dentis adactus.*

¶ Adactio, *ōnis*, f. idem. Livius 22, 38 *Adactio jurisjurandi.*

¶ Transadigo, *ĕre*, decompositum, hindurchstossen. Apul. Met. 4 p. 147 *Gladium per medium pectus ictu fortissimo transadigit*: conf. 8 p. 203; & 9 p. 234. Virg. Æn. 12, 108 *Transadigit costas & crates pectoris ensem.* Add. Drakenb. ad Sil. 10, 141.

¶ Transadactus, *a, um*, hindurchgestossen. Apul. Met. 8 p. 207 *Ferro sub papillam dexteram transadacto.*

¶ Ambigo, *ĕre*, ex *Ambe* vel *Am* & *Ago*, proprie est circumagere, vel in ambas partes agere, hin und her treiben. Vnde & *Ambactus.* ¶ 2. Significat *dubitare* & *disceptare de aliqua re*, über etwas zweifeln, streiten, zanck halten. Sic *Ambigere cum aliquo* pro controvertere, Cic. de Invent. 2, 42 *Ambigere de hereditate*, Id. Verr. 3, 45. *Ambigere de vero*, Id. in Orat. c. 36. Ter. Heaut. 3, 1, 6; *Vicini nostri hic ambigunt de finibus.* Liv. 40, 15 & Iustin. 1, 10, 1 *De regni ambigere.* Liv. 21, 31 *Regni certamine ambigebant fratres.* Cic. de Orat. 2, 24 *Nihil est quod inter homines ambigatur.*

¶ Ambigens, *tis*, zweifelnd, nicht wissend; item, streitend. Tac. A. 16, 20, 1 *Ambigens Nero, quonam modo ingenia noteficerent.* Id. A. 1, 16, 5 *Animi, quonam militiæ condicio, ambigentes.* Id. H. 1, 24, 3 *De parte finium cum vicino ambigens*, i. e. litigans.

¶ Ambactus, *i*, m. servus mercenarius, qui quocunque domino placet, circumagi solet, ein diener, umläuffer, aufwärter. Ab *Ambigo* descendit, ut observat Salmasius ad Vopisci Carinum c. 16; licet apud Festum legas: *AMBACTVS apud Ennium linguæ gallicæ servus dicitur.* Atqui non Gallis tantum, sed & Germanis in usu fuisse hoc vocabulum, Cluverius ostendit German. Ant. 1, 8. Ennium hac voce usum & Vetus Glossator auctor est; indicans pariter conductitium fuisse hoc servorum genus *Ambactus, θητες, μισθωτὸς, ὡς Ἐπικος.* Cæs. B. G. 6, 14 *Equitum* (Galliæ puta) *ut quisque est genere copiisque amplissimus: ita ambactos clientesque habet.* Recte Vetus Glossator *μισθωτὸς* interpretatus est; fuerunt enim conditionis liberæ, & ministri clientesque magis isti *Ambacti*, quam servi, ut idem Cluverius 1, 41 docet. Ios. Scalig. ad Festum alios esse censet *Ambactus* apud Cæsarem, qui non servi erant, alium *Abactum* Ennii, quum servum significet; illud Gallicum esse vocabulum, hoc plane Latinum. Nec alia mens Vossio de Vit. serm. 1, 2 p. 9 & Etym. f. 22. Huic *ambactus* Ennii ab *ambigendo* ita dictus est ex eo, quia mercedis gratia hac illac circumageretur. Cæsari autem negat hanc vocem pro servis conductitiis usurpari, sed pro viris dignitate præstantibus, municipii alicujus aut agri præfectis: esse autem vocem Gallicam, & vero veteri lingua Belgica ambacht signare jurisdictionem. Ac sunt, qui ex eodem fonte *Ambasiatoris* quoque seu *Ambasciatoris* vocabulum (sequioris ævi scriptoribus usurpatum) derivent, quo legatus significatur: quamquam & hic aliud aliis placet. Vid. Voss. 2 de Vit. serm. 2 p. 175; Besold. de Legat. c. 2 p. 9. Berger. de pulchr. Orat. p. 389 sq. it. p. 397 sq. Diecm. Spec. gloss. p. 84 sq.

¶ Ambāges, f. 3. ex *Ambe* vel *Ambi*, gr. *ἀμφὶ* & *Ago*, per contractionem penultima producitur. Apud veteres tantum est in Abl. Sing. *Ambage*, & in Plur. *Ambages* & *Ambagibus.* Proprie & primario notat viarum circuitum, umweg, umschweif der wege; uti & *Ambago*, de quo sequitur. ¶ 2. Per translationem *περιαγωγὴν* verborum & captiolam perplexitatem notat, umschweif in worten, weitläufigkeit, aweschweiffige, betrieglige reden. Ter. Heaut. 2, 3, 77 *Quas ambages mihi narrare occipit?* Ovid. Heroid. 7, 149

Hos potius populos in dotem, ambage remissa, Accipe.

Virg. Æn. 1, 345

Longa est injuria, longæ Ambages

Quem ad locum Iac. Pontanus 1. 134 *Ambages*, inquit, *verbum poeticum esse arbitror, licet eo utantur Livius & Tacitus.* Sed Historici amant, ut scimus, verba poetica. Cicero *circuitionem* vocat de Divin. 2, 61. Tac. A. 6, 46, 4 *Non abdita ambage.* Sic *Fatigare discentem per ambages*, Quint. 3, 11 umführen, aufhalten. *Multiformi ambage torquere ingenia*, Plin. 2, 9. *Positis ambagibus vera loqui*, eleganter dixit Ovid. Met. 10, 19. Et Met. 7, 520

Ordine nunc repetam, neu longa ambage morer vos.

Virg. Georg. 2, 45

Non hic te carmine ficto,
Atque per ambages & longa exorsa tenebo.

Liv. 9, 11 extr. *Ambages fallendæ fidei exquirere*, ausflucht suchen. Contrarium *recta via* apud Ter. Heaut. 4, 3, 28.

¶ Ambāgo, *ĭnis*, f. idem quod *Ambages.* Veteres Glossæ: *Ambages πλάνοι, περίοδοι.* Aliæ: *περιδέξιος τόπος, Anfragosus locus, anfractus, ambago.* Item: *περίοδος Anfractus, circuitus, ambago.* Manilius 4, 304

Et verum in cæco est multaque ambagine verum:

In cæco, id est, in obscuro, in abdito.

¶ Ambagio, *ōnis*, f. idem apud Varronem de L. L. 6, 3.

¶ Ambagiōsus, *a, um*, plenus ambagibus, umschweiffig. Gellius 14, 1 *Lubrica atque ambagiosa conjectatio.*

¶ Ambiguus, *a, um*, dubius, incertus, zweiffelhafftig, zweydeutig, ungewiß. Ter. Hec. 4, 4, 26 *Iamdudum fucrat ambiguum id mihi.* Brutus ad Cic. 11 epist. 11 *Ego tamen non habui ambiguum*, id est, non dubitavi. Virg. Æn. 2, 98 *Spargere voces ambiguas.* conf. ibid. 1, 665. *Fides ambigua*, Liv. 6, 2. *Ingenium ambiguum*, Plin. 4 ep. 2 *Aquæ ambiguæ*, Ovid. Met. 15, 333. Cum Genitivo Tac. A. 2, 40, 2 *Ambiguus pudoris ac metus*: Id. H. 2, 83, 2 *consilii.* ¶ 2. *Ambiguum* substantive quandoque ponitur. Cic. de Orat. 2, 61 *Ex ambiguo dicta.* conf. ibid. c. 24. Tac. Agr. 5, 4 *In ambiguo esse*, in zweiffel stehen. Id. H. 2, 45, 4 *In ambiguo spes.*

¶ Ambigue, adv. idem. Cic. de Invent. 2, 48 *Ambigue aliquid scriptum ostendere.* Id. in Orat. c. 32 extr. *Ambigue multa dicuntur.* Tac. An. 2, 21, 5 *Ambigue certare*, i. e. impari fortuna. Aur. Vict. Vir. illustr. c. 35 *Apollo ambigue respondit: Ajo te Æacida* &c.

¶ Ambiguitas, *ātis*, f. *ἀμφιβολία*, die zweiffelhafftigkeit, ungewißheit. Cic de Invent. 1, 40 *Ambiguitate nominis errare* Sen. epist. 9 *In ambiguitatem incidere.* Quintil. 7, 2 *Ambiguitatem explicare.* Plur. *Ambiguitates* dixit Idem 1, 10, & Sen. epist 108.

¶ Antego, *ĕre*, vorher treiben. Silius 4, 30 *Anteagitur conjux*, nisi forte melius vox illa sejungitur.

¶ Anteactus, *a, um*, vollbracht, vorig; ut, *Vita anteacta*, Cic. pro Marcello c. 1. *Anteacta res*, Nep. 8, 3, 2. conf. Iustin. 5, 10, 11. Et Lucret. 1, 234; ubi e elidiur. Potest etiam separari.

¶ Superanteactus, *a, um*, vorher zugebracht; ut, *Superanteacta ætas*, Lucret 3, 673. Sed & voces distingui solent.

¶ Circumago, *ēgi, actum, agere*, idem quod circumducere, herum drehen, treiben, lencken, schwencken; ut, Liv. 9, 18. *Annus circumactus est*, 6, 37, das jahr ist um. *Circumagere frenis equos*, Id. 1, 24. *Nil opus est te circumagi*, Horat. sat. 1, 9, 18. ¶ 2. *Circumagere* pro mutare & coërcere sive compescere eleganti translatione, ändern, umwenden, zu rechte bringen. Sen. Controv. 2 *Ad hæc nova & diversa imperia subito me circumagi posse putas.* Suet. Cæs c. 70 *Decumanos cum ingentibus minis, missionem & præmia flagitantes, una voce circumegit & flexit*, &c. ¶ 3. Manumittere, trenlassen, in illo Sen. epist. 8 *Philosophiæ qui se subjecit ac tradidit, statim circumagitur*, id est, manumittitur atque in libertatem vindicatur. Antecedens pro consequente. Nam qui manumittendus erat, is prendebatur dextra a domino, inque orbem circumagebatur, deinde liber erat. Quod *vertiginem* Persius vocat 5, 76. Vbi v. Vet. Scholiasten & Lipsi. ad Sen. l. c.

¶ Circumactus, *a, um*, umgetrieben, umgewandt; ut, *Circumacto tempore*, Liv. 27, 30. *Anno circumacto*, nach jahres frist. Id. 6, 1 *Circumactus in vulnus*, Plin. 28, 4.

¶ Circumactus, *ūs*, m. die herumwendung, umdrehung; ut, *Circumactus rotarum*, Plin. 28, 9. Ac 5, 22 *Brevi circumactu corporis*. Et 8, 31 *Collum flecti, nisi circumactu totius corporis, nequit.* Apul. 2 Florid. p. 348 *Fulgoris circumactu.*

¶ Circumactio, *onis*, f. idem. Gell. 17, 20 *Enthymema brevibus & rotundis numeris cum quadam æquabili circumactione devinctum.* Apud Vitruv. 9, 9 *Circumactio* idem quod *versatio*, die wendung. conf. Mart. Capell. lib. 8 p. 299 de stella Iovis, quæ *duodecim annis longitudinem propriæ circumactionis excurrit.*

¶ Cōgo, *coēgi, coactum, cugĕre*, (ex coagere) compellere, συνάγειν, zusammen treiben. Virg. ecl. 3, 98 *Cogite oves pueri.* Et iterum ecl. 6, 89 *Cogere oves stabulis.* Ter. Heaut. 1, 1, 94 *Quasi ad talenta quindecim coëgi.* Cic. Verr. 5, 75 *Cogere pecuniam a civitatibus*, eintreiben. *Cogere agmen*, den troupp schliessen. v. *Agmen.* Tralate: *Nec duces sinus, nec agmen cogamus*, laßt uns weder die ersten noch die letzten seyn, Id. Att. 15, 13. *Sic ordinandus est dies omnis, tanquam cogat agmen* &c. Sen. epist. 12. *Cogere copias in unum locum*, Cæs. B. G. 6, 9. Eodem modo Virg. Æn. 8, 7 *Undique cogere auxilia. Cogere senatum*, Cic. Fam. 5, 2 den rath versammlen. Id. de fin. 3, 2 *Cato in ipsa curia solebat legere, dum senatus cogeretur.* Sed *Cogere in ordinem*, Liv. 43, 16, & Plin. 1 epist. 23, i. e. eo redigere, ut officium faciat, & velut in ordine suo se contineat, einem den kopf zu rechte setzen, zu paaren treiben. ¶ 2. Ἀναγκάζειν, βιάζεσθαι significat, bringen, zwingen, nöthigen. Virg. Æn. 3, 56 *Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames?* Cic. Off. 3, 13 *Num te emere coëgit, qui ne hortatus quidem est?* Ovid. Art. am. 2, 367 *Cogis adulterium dando tempus* &c. Liv. 4, 26 *Cogi aliquid ab tribuno consules possunt.* v. ibi Gronov. & de usu hujus verbi & Græci ἀναγκάζειν Grot. ad Lucam 14, 23. ¶ 3. Est & differentium verbum & aliquid ex propositis rationibus concludentium, den schluß machen. Cic. Nat. D. 3, 13 *Innumerabilia sunt, ex quibus effici cogique possit, nihil esse, quod sensum habet, quin id intereat.* ¶ 4. Est & σήπειν, seu, quod liquidius, spissum facere, solidare, verdicken. Virg. Georg. 4, 35 *Nam frigore mella Cogit hiems, eademque calor liquefacta remittit.* Plin. 11, 32 *Ros spissatus, sole in magnitudinem milii cogitur.* Et *Cogere lac*, id est, ut coëat facere, sive redigere ad crassitudinem, idem dixit 23, 7, gerinnen lassen; Ac inde *Coagulum* est, de quo postea. Huc pertinet *Coactus* n. 2 it. *Coactilis.*

¶ Cogens, *tis.* Virg. Georg. 2, 10 *Nullis hominum cogentibus.* conf. Æn. 12, 423.

¶ Coactus, *a, um*, gedrungen, zusammen getrieben, gezwungen, genöthigt, aufgebracht; ut, *Mulier inopia coacta*, Ter. Andr. 1, 1, 44. *Coactus vi*, Id. Phorm. 1, 4, 37. *Necessitate coactus*, Nepos 2, 8, 6. *Lactis massa coacti*, i. e. caseus, Ovid. Met. 8, 666. *Thalamus coactus*, i. e. Venus violenta, die nothzüchtigung. Stat. Theb. 5, 463. *Coacti armatique homines*, Cic. pro Cæc. c. 9. *Coactus in unum locum exercitus*, Id. fam. 15, 4. *Coactis lacrymis*, i. e. arte expressis, Virg. Æn. 2, 196, ut Servius legit; alii *lacrymisque coacti.* ¶ 2. De opere coactili Plin. 8, 48 *Lanæ per se coactæ vestem faciunt.* Ita Coacta, *orum*, n. pl. subit. gewalckte tücher, filtze. Cæs. B. C. 3, 44 *Ex coactis tunicas aut tegmenta facere.* conf. mox *Coactile.*

¶ Coactim, adv. enge beysammen. Sidonius 9 epist. 16 *Raptim coactimque exscribere.*

¶ Coacte, adverb. gezwungener weise. Tertull. de Baptismo c. 12 *Alii plane satis coacte injiciunt*, id est, dicunt, objiciunt coacte. Comp. Gellius 10, 11 *Cum significandum est, coactius quid & festinatius factum.* conf. 19, 2. Et rursus Tertull. de Anima c. 42 *Multo coactius Seneca, post mortem, ait, omnia finiuntur.*

¶ Coactus, *ūs*, m der zwang, die nöthigung. Cæs. B. Gall. 5, 27 *Neque voluntate sua, sed coactu Civitatis.* conf. Cic. Verr. ult. c. 29 & ad Brut. ep. 17 pr. & Lucret. 2, 273.

¶ Coactio, *ōnis*, f. idem. Notat & munus cogendi pecunias, unde *Coactiones argentarias facitare*, geld eintreiben. Suet. Vesp. c. 1. *Causse in breve coactio*, die zusammenziehung. Afcon. Ped. in Verr. p. 76.

¶ Coactor, *ōris*, m. qui cogit. Sic, *Coactores agminis*, Tac. 2 Hist. 68, 4. ¶ 2. Qui rei cujusdam nobis necessitatem imponit, ein zwinger, antreger. Sen. epist. 52 *Quibus non duce tantum opus est, sed adjutore, atque, ut ita dicam, coactore.* Sed cum *ut ita dicam*, ait, non admodum invulgatam hanc vocis notionem significat. ¶ 3. *Coactores* dicebantur publicanorum & argentariorum ministri, quibus ad exigendas pecunias urebantur, schulden-einmahner, geld-eintreiber. Et istiusmodi *argentarius coactor* Horatii Flacci pater fuit, ut ipse auctor est 1 Sat. 6, 86, ubi vide Interpretes; itemque Torrent. ad Suet Vesp. c. 1, nec non Alciatum Parerg. 1, 24, qui tamen non optime *Argentarium* & *Coactorem* sejungit. conf. Cic. pro Cluent. c. 64; & pro Rab. Post. c. 11; & Parei Lex. Crit. p. 216. Talis *Coactor* etiam est, cujus Cato meminit de R. R. c. 150. ¶ 4. *Coactor lenarius* ex vet. Iap. placet Rhodio ad Scribo. Larg. p. 306 pro *coactiliario.*

¶ Coactura, *æ*, f. die zwingung, auspressung. Colum. 12, 50 de oleo exprimendo: *Seorsum reponatur uniuscujusque dici coactura.*

¶ Coactitius, *a, um*, idem quod *coactus.* Beda Hist. Angl. 1, 26 *Servitium Christi voluntarium, non coactitium debet esse.*

¶ Coactile, plur. *Coactilia, ium*, n. tegumenti genus ex lanis pilisve paullo densius strictiusque compacti, sive coacti, filtz. Vet. Gloss. πιλωτὸν *Coactile.* Mentio *Coactilium* in lege 25 § 1 *D. de auro & arg. leg.* Cæl. B. Civ. 3, 44 *Subcoacta* appellat. Vbi tamen Cujacius *Coacta* potius legendum putavit: quod non modo in Semestribus probavit Faber, sed Scaliger etiam in ipsum textum recepit. Cujacii emendatio est Observat. 5, 11. De *Coactilibus* vide & Lipsi. 3 de Militia, dialogo 6.

¶ Coactiliarius, *a, um*, zum filtzwerck gehörig; ut, *Tabernam coactiliariam exercere*, Capitol. Pertinace c. 3. Salmasius legit *Coactilitiam.*

¶ Coactiliarius, *i*, m. subst. qui conficit ejusmodi tegumenta, quo ex genere & pilei sunt, filtzmacher, hüter. Vet. Gloss. *Coactiliarius* πιλοποιός. Lapis Vetus: *M. L. Lariseus Lanarius Coactiliarius.* vid. Coact. n. 4.

¶ Coacto, *are*, frequentativum, zusammen treiben. Lucretius 6, 1120.

Qua graditur conturbat, & immutare coactat.

Ibid. v. 1159

Singultus nervos & membra coactans.

¶ Coagito, *are*, aliud frequentat. rütteln, herumrühren. Apic. 2, 1 *Tessellas coagitabis.* conf. Idem 4, 3. In Apul. de Mundo in nonnullis MSS. legitur: *Aër nubili conditionibus coagitatur.* v. Elmenh. p. 77 ad p. 61.

¶ Coagitatus, *a, um*, gerüttelt durch einander. ap. Marcell. Emp. c. 8.

¶ Coagitatio, *ōnis*, f. die regemachung, rüttelung. Vulgo ex Cic. Nat. D. 2, 55 adferunt *coagitatione pulmonum*: sed Victorius & Gruterus, fidem MSStorum secuti, legunt *contagione.*

Cogito, *are*, cum derivatis vide suo loco infra in C.

Coagmento, *are*, cum derivatis vide in *Agmen.*

¶ Coāgulum, *i*, n. itidem a *Cogo, f. Coago*, secundum Nonium 1, 202 lac densatum, zusammen gelauffene milch, lab, käse-lab; ut, *Coagulum leporinum, hædinum, agninum*, Varr. de R. R. 2, 11. *Coagulum hinnuli, leporis, hædi*, Plin. 11, 41; 28, 10; & 30, 13. *Miscere coagula novo lacte*, Tibull. 2, 3, 17. conf. Ovid. Fast. 4, 545; & Galli eleg. 5, 37. Etiam hinnulo in utero matris occiso *coagulum* tribuit Plinius 8, 32 f. 50. ¶ 2. De semine humano, Gell. 3, 16 *Conceptum in utero coagulum.* conf. Tertull. de Carne Christi c. 4. ¶ 3. Tralate pro vinculo vel copula, das band, die verbindung. Varro ap. Nonium 1, 115 de vino: *Hoc continet coagulum convivia.* P. Syrus in Mimis: *Amicitiæ coagulum unicum est fides.* Gell. 12, 1 *Coagulum animi atque amoris lac maternum*, & Ammian. 29, 2 pr. *Palladius ille coagulum omnium ærumnarum.*

¶ Coāgulo, *are*, constringere, zusammen gerinnen, läben. Plin. 12, 25 de balsamo: *Summa probatio est, ut lac coagules.* Th. Prisc. an. 1, 21 *Cum vero coagulaverit, repones.*

¶ Coagulātus, *a, um*, zusammen geronnen; ut, *Coagulata pix*, Plin. 16, 11, *Homo in utero coagulatus*, Tertull. de Carne Christi c. 4.

¶ Coagulatio, *ōnis*, f. die zusammenrinnung. Plin. 28, 10 *Prima lactis coagulatio.*

¶ Excōgo, *ere*, pro *cogere*, haber Innocentius agrimensor edit. Gœs. p. 227 & 232.

¶ Incoactus, *a, um*, frey, ungezwungen; ut, *Voluntas incoacta*, Val. Max. 4, 7 pr. *Omne honestum, injussum incoactumque est*, Sen. epist. 66.

¶ Subcoactum, *i*, n. filtz. Cæs. B. C. 3, 44 *Ex subcoactis tunicæ.* Alii legunt *Excoactis.* v. in *Coactile.*

¶ Dēgo, *ĕre*, ex *de* & *ago*, idem est quod *agere, consumere*, führen, zubringen. Lucret. 2, 16 *Qualibus in tenebris degitur hoc ævi quodcunque est.* add. 3, 323 & 510; it. Cic. pro Sex. Rosc. c. 49 & 52; Iustin. 1, 7, 7. Et Plaut. Most. 3, 1, 3 *A mane ad noctem usque in foro dego diem.* Matius Cic. fam. 11, 28, 2 *Quod reliquum est vitæ, in otio degere. Bellum degere*, pro gerere Lucret. dixit 4, 965, ubi Gif. & Pareus *Degerere*, verbo ex *Gerere* composito legunt. ¶ 2. Si fides Nonio 4, 117 etiam est *detrahere, minuere*, mindern, benehmen. Laudat Plaut. Epid. 1, 1, 63 *Degetur corium de tergore meo*, die haut wird mir über die ohren gezogen werden: Sed editur *detegetur.* v. ibi Taubm. Id Aul. 2, 1, 43 *Ego istum laborem degam & diminuam tibi*, sed ibi vulgo *Demam.* Totum igitur nititur adhuc auctoritate Nonii nescio quam firma. Nam quod ex Cato. R. R. 37 laudatur, incertius etiam esse docet Gesneri editio: falsum autem quod adferebatur ex Gell. 17, 16. ¶ 3. Symmachus præteritum format *degui* 1 epist. 32 *In comitate deguimus ambo ævo dispari.*

¶ Deactio, *ōnis*, f. idem quod *peractio*, die zubringung, apud Festum; ut fuerit a *Dego, deactum.* ficut a *Cogo, coactum.*

¶ Exĭgo, *ēgi, actum, igĕre*, expellere, ἐξάγειν, austreiben; item vertreiben, verjagen. Sic, *Suos pudium exigere*, Varro R. R. 2, 4. Virg. Æn. 2, 357 de lupis, *quos ventris exegit rabies.* Plaut. Capt. 5, 4, 4 *Lassitudo est exigunda ex corpore.* Horat. 4 od. ult. v. 17 *Non furor civilis aut vis exiget otium*: id est, depellet, avertet, exturbabit, quamquam alii *eximet* legunt. *Exigere fabulas*, Ter. Prol. Andr. v. 27, & Hec. v. 12. *Exigere aliquem ex civitate*, Cic. de Orat. 2, 48; *exercitum e campo*, Liv. 3, 61; *ferrum e corpore cantu*, Sil. 5, 353; *uxores*, Ter. Hec. 2, 1, 45, quod repudiare & non admittere est. Col. 10, 317 *Mercibus exactis*, h. e. venditis, ut *extrudere* merces. ¶ 2. Perficere, absolvere, ad finem adducere, zubringen, vollenden; ut *Exigere ætatem*, Plaut. Cas. 2, 5, 12; *ævum*, Virg. Æn. 7, 777; *vitam*, Ter. Heaut. 2, 3, 39; & Hec. 2, 1, 19. Plin. 3 ep. 1 *Nullum exegi tempus jucundius.* Ovid. 3 Trist. 4, 43

Vive sine invidia mollesque inglorius annos
Exige, amicitias & tibi junge pares.

Horat.

Horat. od. 3, 30, 1 *Exegi monumentum ære perennius.* Quod imitatus Ovid. Met. 15, 871 dixit: *Iamque opus exegi* &c. Sic *exigere stylo* eſt exacte ſcribere, Quintil. 1, 15. Inde *Exactor* n. 2. ¶ 3. Significat & flagitare, fordern, einmahnen: ut, *Exigere aurum*, Plaut. Bacch. 2, 2, 45; *mercedem*, Cic. de Fin. 2, 22; *operam*, Id. Off. 1, 13. Colum. 7, 12 *Exigit neceſſitas.* Plaut. Aſin. 2, 2, 33 *Prius quæ credidi, vix anno poſt exegi. Precario exigere*, Suet. Claud. c. 12, i. e. petere, rogare, bitten, verlangen. Sic Quintil. 2, 13 *Nemo a me exigat id præceptorum genus.* Catull. 101, 5 *Tua nobis exigitur unica amicitia.* Flor. 3, 19, 12 *Ab aliquo ſupplicium exigere*, einen ſtrafen. Nec raro eſt, flagitatum imperatore, eintreiben, einzaßiren. Cic. Divin. in Q. Cæcil. 10 *Mancipes a civitatibus pro frumento pecuniam exegerunt.* Item redigere ex re vendita pecuniam. Cic. 1 in Verr. c. 31 *Reliqua vendidit, pecuniam exegit.* v. cl. Menckenii Obſerv. L. Ling. p. 363 ſqq. ¶ 4. Virgilii verba ſunt 10 Æn. 815 *Validum namque exigit enſem Per medium Æneas juvenem, totumque recondit:* Quod idem eſt, ac ſi dixiſſet, *transfadigit*, quo alibi uſus. *Exigit*, inquit Servius, *eſt agit per corpus*, er jagt ihm die Klinge durch den Leib. Sen. Medea v. 1006, Lucan. 4, 565, itemque Florus 4, 2, 68, ſimiliter uſi hoc verbo. In quibus exemplis τὸ *Ex* ἀυξητικὴ eſt, & auget, quemadmodum & *De* in *decerto, deprelior, deſervio*, &c. e in *Egelidus.* Itaque *Exigo*, eſt, *valde ago, adigo*, v. Barth. ad Stat. Theb. 6, 718; Gron. ad Sen. Conſ. ad Marc. c. 16. ¶ 5. Vſus & hujus verbi tum alibi, tum in penſationibus & æſtimationibus, ſignificans examinare, explorare, ſeu æſtimare: ſive id pondere, ſive regula fiat; ut, *ad libram, ad ſtateram exigere*, aufziehen, abwägen. *Exigere ad perpendiculum columnas*, Cic. Verr. 3, 51. Hinc *Opus ad vires ſuas exigere*, das werck gegen ſeine kräffte meſſen, prüfen, abwägen. Ovid. Art. Am. 2, 502. Et Liv. 6, 4 *Ædilibus velut publicum exigentibus opus.* Id. 34, 31 *Nolite ad veſtras leges & inſtituta exigere, quæ Lacedæmone fiunt. Exigere pondus margaritarum*, Suet. Cæſ. c. 47. Col. 3, 13, 11 *Huic operi* (paſtinationis) *exigendo queſi quandam machinam fabricaverant.* Ex hac notione dictum *examen.* Et Plin. 9 epiſt. 26 extr. *Deſtines diem, quo & de illis & de iis coram exigere poſſimus*: i. e. deliberare, examinare, ac ponderare ſingula. V. Gronov. ad Senec. Agamemn. v. 934. ¶ 6. Eſt enim *exigere* etiam accurate obſervare, dijudicare. Quintil. 1, 5 *An cujuslibet auris eſt exigere literarum ſonos? non hercle magis, quam nervorum.* Et Virg. Æn. 4, 475 *Tempus exigere ipſa modumque exigit*: conf. Nonius 4, 152. ¶ 7. Peculiariter Plancus ad Cic. fam. 10, 24 *Vt exigeret cum eo*, h. e. ut ageret, tranſigeret cum eo. Add. not. Gronov. ut & Ed. Sturg. p. 436. ¶ 8. *Exigere* atque *erigere* confunduntur, v. Sil. 7, 282.

¶ Ex-agente in rebus dicitur, qui jam munere *Agentis in rebus*, de quo in *Agens* n. 2, functus eſt. v. Ammian. 22, 3.

¶ Exactus, *a, um*, id eſt, expulſus, verjagt, vertrieben; ut, *Exacti reges*, Cic. de Orat. 1, 9; & Pompon. l. 2 §. 3 D. de Orig. juris. *Exacti liberi regis*, Liv. 1, 60. ¶ 2. *Exactus*, id eſt, finitus, prope finem adductus, vollbracht, Cic. 1 Tuſc. 39 *Exacta ætate moriuntur*, i. e. in ſenectute. conf. Id. pro Dejot. c. 10. Sic *Exactus annus, menſis, dies.* v. Horat. 3 od. 22, 6. Virg. Georg. 1, 435; Tac. Orat. 42, 1. Et Cic. Catil. 3, 2 *Tertia fere vigilia exacta*, da die dritte nachtwache faſt vorbey, faſt verfloſſen. Lucan. 2, 577 *Ante bis exactum quam Cynthia conderet orbem.* ¶ 3. Vndique abſolutus & perfectus, conſummatus, fein treflich, vollkommen. Horat. 2 epiſt. 1, 172 *Pulchra & exactis minimum diſtantia.* Grat. Cyn. 259 *exacta voluntas*, h. e. promta & parata, nihil jam dubitans, conſiſtente libra. vid. Burm. ad. Ovid. Ep. 17, 177. Cum genitivo Ovid Faſt. 3 v. 383 *Mamurius exactior artis*, i. e. in arte. Martial. 4 ep. 42 *Nil exactius eruditiusque.* Apud Plin. 8 epiſt. 23 Servianus *vir exactiſſimus* dicitur: id eſt, in quo nihil deſiderari poſſit. Adde Borrich. Cogitat. de L. L. p. 98. ¶ 4. Subſt. Virg. Æn. 1, 313 *Quærere conſtituit, ſcitique exacta referre*, i. e. explorata.

¶ Exacte, accurate, ἀκριβῶς, ſtattlich, eigentlich; ut, *Exacte peroravere*, Sidon. 7 epiſt. 9. Compar. Gell. 1, 3 *Theophraſtus ſuper hac re exactius, quam Cicero, diſſerit.* Mela 1, 4 de Africa: *Nunc exactius oras ſitusque dicturo inde eſt commodiſſimum incipere.* Superl. Sidon. 5 epiſt. 11 *Paſcis ut qui exactiſſime.*

¶ Exactus, *us*, m. ſubſt. pro venditione. Quintil. Decl. 1, 2 *Mercator opportunum invenit mercis exactum*, vertreibung der waare. vid. Burm. p. 261. Sic, *In pecuniæ exactu*, legit Grævius in Cic. fam. 5, 20; al. *in pecunia exacta.*

¶ Exactio, *onis*, f. expulſio, die austreibung, verjagung. Cic. de Orat. 1, 9 *Ipſa regum exactio mente perfecta L. Bruti.* ¶ 2. Efflagitatio, die forderung; ut, *Publicæ exactiones*, die anlagen. Aſin. Pollio Cic. fam. 10, 32. *Exactio nominum*, eintreibung der ſchulden, Cic. Att. 5, 1 *Exactio operis*, Colum. 1, 7. vid. *Exigo*, n. 5.

¶ Exactor, *ōris*, m. expulſor, ein austreiber, verjager; ut, *Exactor regum*, Liv. 9, 17. ¶ 2. Qui aliquid explorat, der etwas unterſucht, ausmiſſet. Suet. de Illuſtr. Gramm. c. 22 *Sermonis Latini exactor moleſtiſſimus*, i. e. obſervator. Colum. 3, 13 *Opus eſt autem petito ac vigilante exactore.* Ibid. extr. *Nec patitur exactorem operis decipi.* ¶ 3. Qui rem peragit, ein volbringer. Sic *Exactor ſupplicii*, qui exſequitur & ſumit, Liv. 2, 5. ¶ 4. Qui pecunias aut alia exigit, ein auftreiber, einnehmer, tribulirer. Cæſ. B. C. 3, 32 *Erat provincia conferta præfectis atque exactoribus.* Similiter *Exactor ſtudiorum*, Quintil. 1, 3, qui inſtat, & penſum ſtudiorum exigit: inſpector quaſi & monitor: διώκτης. *M. Tullius in filio recte loquendi aſper exactor*, Idem 1, 7. *Diſcipline exactor*, Suet. Cæſ. c. 65.

¶ Exactrix, *icis*, f. Auguſtinus epiſt. 135 *Epiſtola, nova reſcriptorum exactrix fuit.*

¶ Exigium, *i*, n. idem, quod *examen*, ſive examinatio libræ per pondera, die abwägung. v. vetus Inſcriptio Romæ Gruter. p. 647 n. 6, ubi *ſub exagio pecora vendere*, eſt, appenſa ad libram pecora vendere, das fleiſch nach dem gewichte verkauffen. Gloſſ. gr. lat. ἐξάγιον, *penſitatio.*

¶ Exagmen, *inis*, n. idem, ex Avieno apud Pithœum l. 4 obſervante Daumio. Sed *Examen*, quod etiam quaſi *Exagmen* dicitur: vide in E.

¶ Exigito, *avi, atum, are*, expellere, inſtandoque perſequi, vertreiben, verfolgen, plagen. Ovid. Faſt. 5, 141 *Exagitare faces.* Horat. 2 Sat. 6, 54 *Dii exagitent me*, i. e. perſequantur me, ut perdant male. De iis enim dicitur, qui infeſtis animis premunt. Propert. 2, 8, 19 *Exagitet noſtros manes, ſceletur & umbras, Inſultetque rogis, calcet & oſſa mea.* Sic *Exagitare aliquem diſputationibus, concionibus* ap. Cic. in Orat. c. 3 eſt inſectari ac redarguere vehementer, heftig durchziehen, herum nehmen. ¶ 2. Exſtimulare, concitare, commovere, rege machen, erregen; ut, Sall. Cat. 28, 1 *Senatum crimmando plebem exagitare*, aufwiegeln. *Exagitare odium, conſcientiam*, Tac. An. 4, 12, 5. Catull. 65, 94 *Exagitans immiti corde furorem.* Lucan. 2, 688 *Litora clamor nauticus exagitat.* Stat. Theb. 3, 515 *Volucres alis exagitant Zephyros*: qui idem & *urbem clamoribus exagitare*, 5, 57 dixit. ¶ 3. Eſt & movendo crebrius vel gravius facere, ſive exacerbare, erbittern, arger machen. Salluſt. Cat. c. 48 *Tanta vis hominis magis lenienda quam exagitanda.*

¶ Exagitatus, *a, um*, ausgetrieben, geplagt. Cic. Verr. 3, 18 *Sedes ſuas patrias iſtius injuriis exagitati reliquerunt.* Nepos 2, 9, 4 *Ad te confugi exagitatus a cunctis Græcia*, verfolgt. Ovid. de Arte am. 3, 662 *Lepus hic aliis exagitandus erit*, proverbialiter, h. e. amator ab alia puella capietur. ¶ 2. Graviter commotus. Salluſt. Cat. c. 29 *Res bulgi rumoribus exagitata.* Cic. pro Sylla c. 21 *Diſſenſio multos jam annos exagitata.* Id. ad Lentulum 1 epiſt. 3 *Res exagitatæ & in ſummam invidiam adductæ.*

¶ Exagitator, *ōris*, m. infectator, ein verfolger, hechler. Cic. in Orat. c. 13 *Exagitator omnium rhetorum.*

¶ Exagitatio, *onis*, f. commotio, die erregung. Tacito a nonnullis fruſtra tribuitur.

¶ Exigentia, *æ*, f. exactio, die erforderung. Prudentius Junior in vita Mauræ apud Barthium Adverſ. 44, 9 exer. *Pro temporis exigentia ſermonem facere.*

¶ Exiguus, *a, um*, ab *exigendo*, quod facile exigitur, & opponitur nimio, altzu klein, ſchlecht. Liv. Præf. *Ab exiguis initiis proficiſci.* Planc. Cic. fam. 10, 24, 9 *Exercetus numero ampliſſimus, firmitate exiguus.* Virg. Georg. 2, 412 *Laudato ingentia rura, exiguum colito.* Idem Georg. 1, 181 *Exiguus mus.* ¶ 2. Pro *magis exiguus, maxime exiguus*, legas & *exigidior, exiguiſſimus.* Vlp. l. 1 Dig. de Fluminib. § 15 *Si derivetur aqua, ut exiguior facta minus ſit navigabilis.* Id. l. 75 D. de Legatis 3 *Exiguiores nummi.* Ovid. Heroid. 14, 115

De fratrum populo pars exiguiſſima reſtas.

Et Plin. 7 epiſt. 24 *Exiguiſſima legata.* Ita exiguus ¶ 3. Vilis, gering. Ita *Exigua veſtes*, Spartian. Severo c. 19. *Exigui torques*, Horat. 3 od. 6, 11 & *Pulvis exiguus*, Id. 1, 28, 1. *togæ*, Id. 1 ep. 19, 13. Add. Bynckersh. Obſerv. Iur. Rom. 2, 13 p. 156 f.

¶ Exiguum, *i*, n. etiam ſubſtantivo more poſitum eſt, ein bißgen; ut, *Exiguum campi*, Liv. 27, 27; *aquæ*, Ovid. 5 Triſt. 2, 20; *ſalutis*, Sil. 4, 248. ¶ 2. Pro adverbio Ovid. Heroid. 18, 173 *Exiguum miſero contingis amanti*, i. e. raro. v. Heinſ. Sic, *Dormire exiguum*, Plin. 10, 75.

¶ Exigue, adv. ſchlecht, kärglich, ſparſam. Ter. Heaut. 1, 2, 33 *Præbere exigue ſumtum*, hoc eſt, parce, tenuiter. *Epiſtolæ exigue ſcriptæ*, Cic. 11 Att. 16 *Nimis exigue & exiliter*, Id. de Amic. c. 16. Cæſ. B. Gall. 7, 71 *Ratione inita, frumentum ſe exigue dierum XXX habere demonſtrat.*

¶ Exiguitas, *atis*, f. die weniglkeit; ut, *Exiguitas copiarum*, wenig volcks, Cœl. Cic. 8 epiſt. 10; *marmoris*, Vitr. 5, 7; *lactis*, Varr. R. R. 2, 4, *cibi*, Colum. 7, 4. Sic Palliad. 1, 6 *Cuita exiguitas fœcundior, quam magnitudo neglecta.* Et *Exiguitas temporis*, die kürtze der zeit, Liv. 24, 17; & Cæſ. B. G. 2, 21; & 3, 31. *Caſtrorum exiguitas*, Id. B. G. 4, 30 die kleinigkeit, geringſchätzigkeit. conf. Bynckersh. l. c.

¶ Perexiguus, *a, um*, ſehr klein; ut, *Perexiguum ſemen*, Cic. N. D. 2, 32. *Perexiguos ignes reddere*, Nep. 18, 9, 3.

¶ Perexigue, adv. ſehr wenig. Cic. Att. 16, 1 *Perexigue & γλιχρῶς præbere, id eſt, minut atim.*

¶ Superexigo, *ere*, plus juſto exigere, mehr fordern als recht iſt. Impp. C. 1 t. 55 l. 4 *Superexigere damna.*

¶ Superexactio, *onis*, f. exactio ultra debitum, ungebührliche forderung. v. Cod. l. 10 t. 20 *de Superexactionibus.* Hinc

¶ Superexactor, *oris*, m. qui ultra quam debetur, nomine tributi a provincialibus exigit. v. Calvini Lex. Iur.

¶ Indigo, *ere*, inj. ellere, hinein treiben. Apul. Met. 4 p. 148 *Inagere in præceps*, herunter ſtürtzen. Sed Indigo, *are*, vide in I.

¶ Inigo, *egi, actum, igere*, hinein treiben; ut, *Inigere pecus*, Feſt. Et ſic Varro R. R. 2, 2 *Oves inigunt in ſtabula.* Id. 1, 2 *Capras dicunt Athenis in arcem non inigi.* Id. 3, 10 *Anſeres ſi eo inegerint.* &c.

¶ Inactus, *a, um*, hinein getrieben. Varro R. R. 1, 22 *Semen exteritur grege jumentorum inacto, & ibi agitato pertica*, &c.

¶ Inactuoſus, *a, um*, non actuoſus, faul, träge. Auguſt. de C. D. 4, 16 *Homo murcidus, id eſt, deſidioſus, inactuoſus.*

¶ Inagitatus, *a, um*, unbewegt. Sen. epiſt. 45 *Inagitati terroribus, incorrupti voluptatibus.*

¶ Inagitabilis, *e*, unbeweglich. Sen. Qu. Nat. 5, 5 *An exiſtimas, aërem inertem inagitabilem reluctum eſſe.*

¶ Obagito, *are*, entgegen treiben, widerſtehen. Ennius apud Nonium 2, 605 *Obſtant, obſtrigillant, obagitant.* Apud Feſtum eſt *Obigitat* pro *anteagitat.*

¶ Perago, *egi, actum, ĕre*, idem fere quod *agere*, vel *ad finem agere*, ſive *adducere*, halten, verrichten, vollenden, vollbringen. Cæſ. B. Gall. 6, 4 *Peragit concilium Cæſar.* Virg. Æn. 4, 653 *Curſum peregi.* Claud. de Conſ. Mall. Theod. v. 239 *Peragit tranquilla poteſtas, Quod violenta nequit*, i. e. conficit ſive perficit. *Domum*, Suet. Oth. c. 7; *paginam*, Martial. 11 epigr. 25; *imperium*, Horat. 4 od. 14, 39. *Regnumque avumque peregit*, Ovid. Met. 15, 485. *Volumina peragere*, Plin. 3 epiſt. 5; *carmina*, Boethius 1 de Conſol. Metro 1; *poſtulata*, Liv. 1, 32; *ſententiam*, Id. 3, 40. In quibus exemplis *Peragere*, conficere, ſive abſolvere ac finire eſt. Quin Calpurn. ecl. 7, 49 *ubi finis arenæ Proxima marmoreo peragit ſpectacula muro* videtur finire ſignificare, h. e. terminum conſtituere. Nihil enim aliud quam locus contiguus exprimitur. ¶ 2. Hinc & pro interficere ponitur, tödten. Silius 11, 363 *Nec tantum fata dederunt Externa peragi dextra.* Martial. 5 epigr. 38

Quam peſſimorum lex avara fatorum
Sexta peregit hiems, nec tamen tota.

Et 7 epigr. 46 *Iamque peractus erat*, id eſt, finitus ſive mortuus. conf. Burm. ad Quint. Decl. 8, 16 p. 182. ¶ 3 *Reum peragere*, eſt accuſationem illius abſolvere, ſive deinde damnetur, ſive minus, verklagen. Plin. 3 epiſt. 9 *Marium una civitas publice, multique privati reum peregerunt.* Sæpius in hac epiſtola occurrit. Ovid. 1 Triſt. 1, 24 *Et peragar populi publicus ore reus.*

¶ Peractus, *a, um*, vollbracht, vollendet, gehalten; ut, *Conſulatus peractus*, Cic. in Piſ. c. 3 *Conventibus Galliæ peractis*, Cæſ. B. G. 5, 1. *Sacra quotannis peracta*, Ovid. Faſt. 5, 630. *Vita ſine labe peracta*, Id. ex Ponto 2, 7, 49. *Opus peractum*, Stat. Silv. 1, 1, 2. *Res tenues tenui ſermone peractæ*, i. e. diſputatæ, Horat. Sat. 2, 4, 9. *Votum peractum*, i. e. impetratum confectumque, Juvenal. 10, 6.

¶ Peractio, *ōnis*, f. die vollbringung, vollendung. Cic. de Senect. c. 23 *Senectus peractio ætatis eſt, tanquam fabulæ.*

¶ Peractor, *ōris*, m. qui perficit, ein vollbringer, apud Senecam.

¶ Peragito, *avi, atum, are*, frequentat. umtreiben, herum rütteln. Metaph. Seneca de Ira 1, 7 *Hic ſtimulus peragitavit miſtique in pericula audaces.* Sed proprie Columella 12, 19 *fœniculo peragitet.*

¶ Peragitatus, *a, um*, herum getrieben. Cæſar B. Civ. 1, 80 *Vehementius peragitati ab equitatu.*

¶ Præterago, *ere*, vorbeytreiben. Horat. 1 epiſt. 15, 10 *Diverſoria nota præteragendus equus.*

¶ Semiperactus, *a, um*, halb vollbracht. Paulinus Nolan. 7 Natal. v. 305 *Semiperactum hominem* dixit aliqua ſui parte mutilum, ſeu non integris membris natum.

¶ Prödigo, *ere*, conſumere, verthun, durchbringen, verſchwenden. Salluſt. Fragm. 1, 5 *Niſi aliena bene parta prodegerint.* Plaut. Aul. 2, 9, 10 *Feſto die ſi quid prodegeris, profecto die egere liceat.* Paſſive Lactantius 6, 11 *Leviſſimorum hominum patrimonia in res ſupervacuas prodiguntur.* ¶ 2. In meliorem partem, aufwenden. Claud. Mamertus Sidonio (inter Sidon. epiſtolas 4, 2) *Tuas opes in uſus inopum prodigis.* & Modeſtinus l. 15 D. de Off. præſid. *Ejiculentum poculentumve, quod in proximos dies prodigatur.* ¶ 3. Proprie abigere, forttreiben. Varro R. R. 2, 4 de ſuibus: *Admiſſuras cum faciunt, prodigunt in luteſos limites.* conf. Id. 3, 9.

¶ Prodigens, *tis*, verthuntich, verſchwenderiſch. Aur. Vict. de Cæſ. c. 40 *Pecuniam conferre prodigenti.*

¶ Prodigentia, *æ*, f. die verthulichkeit, verſchwendung. Tac. A. 6, 14, 1 *Prodigentia opum ac mollitia vitæ.* conf. 13, 1, 4; & 15, 37, 1.

¶ Prodactus, *a, um*, fortgetrieben; item verthan. Tertull. de Anima c. 48 *Emergente animarum vigore prodactus ſupor.* Id. de Pudic. c. 8 *Iudeus prodacta ſubſtantia Dei mendicat.*

¶ Prodigus, *a, um*, profuſus, verthulich; & ſubſt. ein verſchwender, durchbringer. Cic. Off. 2, 16 *Duo genera ſunt largorum, quorum alteri prodigi dicuntur, alteri liberales.* Sic, *Homo largitor & prodigus*, Id. Cat. 4, 5. *Prodigus æris*, der viel geld verthut, Horat. Arte Poët. v. 164. Tac. de Germ. c. 32 de Gallis: *Prodigi alieni, contemtores ſui.* Et, *Prodigus nocendi*, Stat. Theb. 6, 767, begierig zu ſchaden. *Suæ alienæque & fortunæ & pudicitiæ prodigus*, der ſich und andere um gut und ehre bringt, Vell. 2, 48, 3. *Prodiga rerum luxuries*, Lucan. 4, 473. *Prodigos animæ* paſſim poëtæ dicunt fortes, vid. Horat. 1 Od. 12, 38. Ovid. am. 3, 10, 64. add. Drakenb. ad Sil. 1, 225.

¶ Prodige, adv. idem; ut, *Prodige vivere*, praſſen, ſchlemmen. Cic. Phil. 11, 6. *Homini homine non eſt prodige utendum*, man muß der leute nicht mißbrauchen, Sen. ep. 88.

¶ Prodigitas, *atis*, f. die verthulichkeit. Lucilii eſt ap. Nonium 2, 695.

¶ Prodigalitas, *atis*, f. die verſchwendung. Ejus comes paupertas eſt. Ita Philoſophi loqui amant. Sed & Porc. Latro Declam. in Catil. *Summum pecuniæ deſiderium, ſumma ſimul prodigalitas.*

¶ Prodigālis, *e*, pro *Prodigus*; & Prodigaliter pro *Prodige*; nondum probantur; & fruſtra citatur Columella 3, 3; Nam ibi eſt *Prodigialiter.* Sed *Prodigium* cum hoc & aliis derivatis vide infra in P.

¶ Prodīguus, *a, um*, qui totus conſumitur, da nichts übrig bleibt; ut, *Prodiguæ boſtiæ* apud Feſtum. Vnde, eodem monente, ſic quoque vocati *homines luxurioſi, prodigi.*

¶ Rĕdigo, *ēgi, actum, igere*, wiederbringen, zurück treiben. Liv. 21, 9 *Hoſtem fuſum fugatumque in caſtra redigunt.* Id. 26, 1 *Transfugæ comprehenſi Capuam rediguntur.* Aur. Vict. Vir. Ill. c. 23 *Vinctum in urbem redigere.* ¶ 2. Multas alias parit formulas. Ter. Phorm. 5, 7, 73 *Ego redigam vos in gratiam*, ich will euch verſöhnen. Id. Eun. 4, 4, 23 *Eo redigis me, ut, quid egerim, egomet neſciam*, du bringeſt mich dahin ꝛc. *Redigere ſub alicujus poteſtatem*, Nepos 1, 1, 4; *ſub imperium*, Id. 13, 2, 1; *in dictionem*, Cic. pro Balbo c. 10, unter die gewalt bringen. Vetus inſcriptio ap. Grut. p. 226 n. 7 GENTES SUB IMPERIUM P. R. REDACTÆ SUNT. *In memoriam redigere*, i. e. revocare, erinnern, Ter. Phorm. 2, 3, 36. Id. Heaut. 5, 1, 56 *Redigere ad inopiam*, an den bettelſtab bringen. Quint. 4, 1 *In ordinem redigere*: Item, *ad ultimam maciem*, Colum. 4, 3; *Pene aliquem omnem fr. menti copiam*, Cic. Verr. 3, 73. *Quæ facilia ex difficillimis animi magnitudo redegerat*, Cæſ. de B. G. II, 27 & IV, 3, ubi idem eſt ac *efficere* aut *reddere. Rediger. pecuniam*, Cic. pro Rabir. c. 11 & plurimis locis. v. Menckenii Obſerv. Lat. L. p. 837.

¶ Redactus, *a, um*, gebracht, getrieben; ut, *Armenia in poteſtatem redacta*, Vellej. 2, 94, 4 *Eo vel in id redactus loci*, mit dem es ſo weit gekommen, Ter. Eun. 2, 2, 7; & Phorm. 5, 7, 86. *Advanum & irritum victoria redacta*, der zu waſſer gemachte ſieg, Liv. 26, 3. *Familia ad paucos redacta*, Cic. pro Marc. c. 4.

¶ Redactus, *us*, m. proprie actus redigendi, qui varius eſt. Deinde reditus ex rei conditione, die einkunfft. Lege 58 § 2 D. de Vſufructu, & quemadm. *Sempronio delego ex redactu fructuum oleris, & porrinæ, partem ſextam.* In MSS. Palladii bis obſervavit Gronov. Obſ. 1, 20; & hoc nomine ICtos tuetur Bynckersh. Obſ. Iur. R. 1, 25 p. 105

¶ Retroago, *ere*, zurück halten, hinterwerts treiben. Plin. 7, 44 *Quos non honores violentia ſua fortuna retroegit?* Quintil. 11, 3 *Capillos retroagere.* Id. 12, 2 *Ordinem retroagere*, conf. Mela 3, 1.

¶ Retroactus, *a, um*, inverſus, umgekehrt. Quintil. 9, 4 *Dactylus retroactus appellatur Anapæſtus.*

¶ Satīgo, *ſatiagere*, quaſi ſat habere, quod agas: ſignificat anxium eſſe, & diſtineri difficultate rei alicujus conficiendæ; genug zu thun haben, geſchäfftig ſeyn. Ter. Heaut. 2, 1, 13. Dac. 1, 4, 1; *Hic Clinia, etſi is ſuarum rerum ſatagit.* Græca hæc ratio eſt: Latini ablativum cum præpoſitione jungunt. Gell. 9, 11 *Conſulibus de vi ac multitudine hoſtium ſatagentibus*, hoc eſt, ſollicitis. Vet. Gloſſ. *Satagit* ἀγωνιᾷ. Aliæ ἀγωνιᾷ *Trepido, ſatago.* Huic contrarium *negligere.* Tertull. de Pœnit. c. 7 *Ille ſatagit, hic negligit.* Quintil. 6, 4 *Afer venuſte Manlium Suram multum in agendo diſcurſantem, ſalientem, manus jactantem, togam dejicientem & reponentem, non AGERE dixit, ſed SATAGERE*, &c. Terentius hoc *ſedulo facere* dixit Heaut. 1, 1, 72. Plaut. Aſin. 2, 4, 34 *Nunc ſatagit*, i. e. facit, quod debet.

¶ Satagens, *tis*. Hirt. B. Afric. c. 78 *Cæſar mittit, qui ſatagentibus celeriter occurreret.* Petron. c. 137 *Interea hæc ſatagens.* conf. Gell. in *Satago.* ¶ 2. *Satisagens* eſt apud Tertull. ad Vxor. 1, 1, ubi ait: *Seculoribus ſatisagentes ſumus.*

¶ Satāgeus, *i*, ſatagens. Sic *Satageos* Seneca epiſt. 98 dixit, qui operoſe ſatagunt, & cupide laborant, *Iſtos*, inquit, *ſatageos ac ſibi moleſtos deſcribam tibi.*

¶ Satagito, *are*, frequentat. ſehr geſchäfftig ſeyn. Per tmeſin Plaut. Bacch. 4, 3, 23 *Nunc agitas ſat tute tuarum rerum.*

¶ Subigo, *ēgi, actum, igĕre*, ſubjicere, unter ſich bringen, überwältigen; ut, *Vrbes atque nationes ſubigere*, Sall. Cat. c. 1. *Armis ſubigere*, Cic. pro Balbo c. 10. Virg. Georg. 1, 125 *Ante Iovem nulli ſubigebant arva coloni*, id eſt, colebant vel colendo exercebant. *Subigere glebas*, Cic. Orat. c. Rull. 31. de Nat. D. L. II c. 65. *Subigere farinum*, Cato c. 74, kneten. *Ad deditionem ſubigere*, Liv. 6, 2, ubi idem ac cogere, zwingen. conf. Tac. An. 1, 39, 3; & Drakenb. ad Sil. 1, 635. ¶ 2. Propellere, adigere, forttreiben. Virg. Georg. 1, 201 *Lembum remigiis ſubigit.* Et Æn. 6, 302 *Ipſe ratem conto ſubigit.* Ita, *Subigere ad mœnia claſſem*, anländen. Sil. 15, 213; *Saxum contra ardua montis*, hinaufwältzen, Id. 13, 610. Similis notio τῆς *ſubeſt* in *ſubire, ſuccedere.* ¶ 3. Aliquando & nequius aliquid ac impudicum denotat; Ideo hoc verbo *Subigere* ad ipſam libidinem exprobrandam, uſi fuerunt milites triumphalibus in Cæſarem jocis, ap. Suet. Cæſ. c. 49. Item Auſonius epigr. 142.

¶ Subactus, *a, um*, domitus, überwältiget, bezwungen; ut, *Homines ab imperatoribus ſubacti*, Cic. pro Font. c. 1. *Mundus ſubactus*, Lucan. 1, 160. *Vi amoris ſubactus*, Tac. An. 13, 13, 1. *Subacto ingenio opus eſt, ut agro non ſemel arato*, i. e. culto & exercitato, ein wohlgeübter kopf. Cic. de Orat. 2, 30. Apud Feſtum *Subactus* etiam eſt *mollitus*, Tac. An. 11, 20, 4 *Quis ſubactus miles*, mürbe gemacht.

¶ Subactus, *us*, m. ſubſt. actio ſubigendi. Plinius 18, 7 *Optimum frumentum eſt, quod in ſubactu congium aquæ capiat*, dum ſubigitur in panificio, im kneten.

¶ Subactio, *onis*, f. idem. Cic. de Orat. 2, 30 *Subactio eſt uſus, auditio, lectio, literæ.* Præceſſit, *ſubacto mihi ingenio opus eſt. Subactio* igitur hic eſt eadem fere quæ exercitatio. Vitruv. 7, 3 *Baculorum ſubactionibus fundatæ ſoliditates*, durch das ſtampffen. Arnob. lib. 3 p. 107 *Subactionibus ciborum dentes trini generis habere*, zum kauen.

¶ Subactor, *ōris*, m. qui ſubigit, obſceno ſenſu, apud Lampridium Elagabalo c. 5 extr. & in Commodo c. 3.

¶ Subactārius, *i*, m. coriarius, qui coria ſubigit, ein gerber, lohgerber, in veteri inſcript. v. Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p. 270.

¶ Subigus, *i*, m. Deus adeſſe creditus, ut virgo viro ſubigatur, de quo Auguſt. de C. D. 6, 9.

¶ Subagito, vel Subigito, *are*, frequentat. ex ſignificatione cogendi. Apul. Apol. 2 p. 329 *Tabernariis blanditiis ſubagitare*, betäuben. ¶ 2. Verbum nequam & ad turpitudinem, Plaut. Merc. 1, 2 *Sed ſceleſtus ſubagitare occæpit illam.* Ter. Heaut. 3, 3, 6 *Contumelia eſt, hominem amicum ad te recipere, atque ejus amicam ſubagitare.* Vbi Schol. Eugraph. SVBAGITARE *ad perfectionem ipſam libidinis intelligimus.* Quod ſi non eſt, per ζεῦγμα graviore vocabulo uſus eſt, quam res erat. Neque enim Clitipho, de quo ſermo eſt, quicquam hactenus fecerat, quam manum in ſinum meretricis inſeruerat, hoc eſt, nequius ipſam attrectarat. Quemadmodum & Plautus hoc verbo uſus eſt Mil. Glor. 3, 1, 57 & 5, 1, 9.

¶ Subagitatio & (in multis codd.) Subigitatio, *ōnis*, f. Plaut. Cas. epilogo v. 2, itidem obſcena notione.

¶ Subagitator, *ōris*, m. idem qui *Subactor*: ex quo

¶ Subagitatrix, *īcis*, f. ejusdem Plauti eſt in Perſa 2, 2, 45 pro ejus generis nequiſſima muliere, quam Græci τριβάδα appellant. Conf. Cœl. Aurel. Chron. 4, 9.

¶ Prösubigo, *ere*, decompoſitum, arbeiten. Val. Flaccus 4, 288 & *fulmina Cyclops Proſubigit.* Virg. Georg. 3, 25 *Ipſe vait dentesque Sabellicus exacuit fa., Et pede proſubigit terram.* Adde Prudentii Eulaliam v. 132, ubi Maronem eleganter imitatus eſt.

¶ Subteractus, *a, um*, unterwerts getrieben. Celſ. 5, 28, 1 *Vitium ſubteractis quaſi quibusdam radicibus ſerpit.*

¶ Superago, *ere*, drüber führen. Tibull. 4, 1, 158 *Vbi non unquam Titan ſuperegerit ortus.* Ita ex MSS. Ioſ. Scaliger; al. *ſuperingerit.*

¶ Transĭgo, *ēgi, actum, igere*, transfigere, durchſtechen, durchbohren. Tac. An. 14, 37, 5 *Gladio ſeipſum transegit.* Sil. 4, 396 *Viris transegit pectora mucro.* ¶ 2. Eſt perficere, abſolvere, finire, vollziehen, ausrichten; ut, *Tranſigere negotium*, Cic. fam. 13, 14. *inchoatam comœdiam*, Plaut. Amph. 3, 1, 8. *Prima actio a nobis transacta eſt*, Cic. Verr. 3, 60. *Tranſigetur inter is, ſi quid eſt, quod reſtet*, Ter. And. 5, 6, 17. ¶ 3. Convenire, paciſci, accordiren, ſich vergleichen, vertragen. Cic. pro Q. Roſc. c. 13 *Roſcius pro ſua parte cum Flavio transegit.* Id. pro P. Quint. c. 31 *Tolerabili conditione tranſigere.* Id. Att. 1, 4 *Tranſigere controverſiam*, die ſtreitſache ſchlichten, beylegen. ¶ 4. Conſumere, zubringen. Suet. Tib. c. 7 *Adoleſcentiam omnem per hæc fere tranſegit.* Sic, *Tranſigere vitam*, Salluſt. Cat. 1 c. 2, ut vulgati codices habent. Vera lectio eſt,

est, *transfire* vitam. *Æstatem transigitur*, Tac. An. 2, 62, 1. *Transigere cum expeditionibus*, eleganti metaphora ex significatione 3 petita. Idem dixit Agric 34, 5, zu Ende bringen.

¶ Transactus, *a, um*, vollzogen, verrichtet, beygelegt, vollbracht. Cic. Tusc. 4, 25 *Iam rebus transactis & præteritis*. Ter. Andr. 1, 5, 14 *Facta transacta omnia*: Conf. Adelph. 2, 4, 22. *Annus transactus*, Nepos 2, 9, 4.

¶ Transactio, *ōnis*, f. consummatio, die vollbringung, vollziehung. Tertull. de Anima c. 55 *Cum transactione mundi reservabuntur regna celorum*. conf. Id de Resurr. carn. c. 33. ¶ 2. Apud ICtos est conventio sive compositio eorum, quæ in controversia sunt, ein vertrag, vergleich). Vide *de Transactionibus*, 2 Dig. t. 15; & 2 Cod. t. 4. Sic Arnob. 7 p. 227 *Transactionis alicujus pactione convenit*. conf. Symmach. 6 ep. 74.

¶ Transactor, *ōris*, m. ein vollender. Cic. Verr. 4, 28 *Rerum omnium transactor & administer*.

AGO, ἄγω, Græcum varia habet derivata, latina civitate donata, quæ huc referemus.

Agōga, *æ*, 1. ἀγωγή, fossa in metallis ærariis, per quam aqua ducitur, eine wasserleitung, ein stollen. Plin. 33, 4. ¶ 2. *Agoge* in modulando est, *cum per ordinem sonus sequitur*, Mart. Cap. 9 p. 323. ¶ 3. *Agoge* urbs Æthiopiæ, Plin. 6, 29.

¶ Anagōge, *es*, f. ἀναγωγή, interpretatio erat scripturarum allegorica, qua res ad cœlestia transferebatur. ¶ 2. Inde *Anagogicus sensus* sacrarum literarum: ut si dicas, *Hierusalem* anagogice significare *vitam æternam* seu *cœlestem*. Vide in præceptis Rhetorices Philippi locum de quatuor sensibus sacrarum literarum.

¶ Ēpagōge, *es*, f. ἐπαγωγή figura quæ sit rerum similium collatione, vel argumentorum, salva tamen similitudine rerum: Rerum, ut Virgil. Æn. 2, 3, 9 *Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem Pressit humi nitens, &c. Haud secus Androgeos visa tremefacta abibat*. Argumentorum autem, Julius Rufinianus, de Figur. Sentent. libro, ex Lucretio, ut ipse refert, hos versus allegat: *Nam si tu flactus undas e gurgite salso Tollere decerni, ventum plus Hamatium tu Ventum, inquam, tollas*.

¶ Exagōga, *æ*, f. exportatio mercium, die ausfuhre; ut, *Exagoga salva & secura eventura*, Plaut. Rud. 3, 2, 17 *Facere exagogam*, Id. Truc. 4, 2, 6. Ap. Festum est *Exagoge* evectio.

¶ Exagōgicus, *a, um*, ad evectionem pertinens; ut, *Vectigalia exagogica*, quæ sunt exercibus exportatis. v. Cæl. Rhodig. 10, 2.

¶ Hamaxagoga, vide in *Hamaxa*.

¶ Inagōge, *es*, f. gr. εἰσαγωγή, introductio prima ad artis alicujus elementa vel rudimenta, eine anweisung, anleitung. Gell. 1, 2 *Pueriles ista inagoge*. Id. 16, 8 ff. *Cum in disciplinas dialecticas induci atque imbui vellemus, necessium fuit, adire atque cognoscere, quas Græci vocant εἰσαγωγάς*.

¶ Inagōgicus, *a, um*, εἰσαγωγικὸς *introductorius*, zur einleitung dienlich. Græce Gell. 14, *Commentarium facere εἰσαγωγικόν*. Sic Strabo lib. 17 in Ægyptia vectigalia alia *exagogica*, alia *isagogica* facit pro mercibus vel exportatis vel importatis. conf. Rhodig. l. c.

¶ Antinagoge, *es*, f. contraria inductio. v. Mart. Cap. 5 p. 172.

¶ Meregontes, μετάγοντες, canum nomen apud Oriat. 209, cui interpretando advocat Barth. Hesychium, μετάγει, μεταστρέφει.

¶ Paragōge, *es*, παραγωγή, figura dictionis, quæ & προσθέλκυσις, *Proparalepsis*, dicitur, appositio scilicet ad dictionis finem: ut, *At pulchrum est digito monstrari, & dicier, hic est*. vid. Cic. Top. c. 31; Mart. Capell. p. 166.

¶ Paragōgion, *i*, παραγώγιον, aquæ ductus, die wasser-leitung, der wasser-gang. Zeno Cod. lib. 11 t. 42 l. 10 *De iisdem paragogiis vel fontibus aquam traducere*.

¶ Prosagōgion, *i*, n. προσαγωγεῖον, lenocinium, prostitutio, schändung, kuppeley; a προσαγωγεῖν, i. e. *perducere, lenocinari*. Suet. Ner. c. 28 *Super ingenuorum prosagogia & nuptarum concubinatus* &c. ¶ 2. *Prosagogia* aquarum sunt deductiones, pori, meatusque, wassergänge. Vid. Cæl. Rhodig. 7, 6.

¶ Synagōga, *æ*, f. συναγωγή, generale vocabulum est, quamvis congregationem denotat, die versammlung. ¶ 2. Ablolute pro Judæis & ecclesia Hæreticis accipitur, die Juden-schule. v. Tertull. adv. Judæos c. 8 & 13; & adv. Marc. 3, 22. ¶ 3. Etiam de ecclesia Christianorum dicitur: uti observavit Casaubon. Exercit. 16 § 42 &c. Ignatius ep. 1 χαίρειν πρεσβυτέροις ἐκκλησίᾳ κε ἔστι ἁ συνεδρίαμα ἁγίας, ὁ συναγωγὴ θεοῦ. v. Sixt. ab Amama Antibarb. p. 809. ¶ 4. Imo hæreticos conventus suos *Synagogas* nuncupasse, præpositosque *Archi-Synagogos* ab iisdem dictos fuisse Epiphanius auctor est. Vide *Præfationes*.

¶ Archisynagōgus, *i*, m. ἀρχισυναγωγός, ein synagogbrister. Lamprid. Alex. Sev. c. 28 *Convitiolis Syrum archisynagogum eum vocantes*. Et Vopisc. in Saturnino c. 1 *Nemo illic archisynagogus Iudæorum*.

ĀGŎLVM, *i*, n. pastoralis baculus, ein hirtenstab. Festus: *Agolum, pastoralis baculum, quo pecudes aguntur*.

ĀGON, *ōnis*, m. (ic enim in Latinam abiit literaturam ἀγών) *studium contentionis*, quemadmodum Cicero Att. 1, 16 vertit, vel ipsum certamen sive contentio, streit, kampf. Tertull. adv. Gnost. c. 6 *Agonas istos, contentiosa sulennia, & superstitiosa certamina Græcarum & religionum & voluptatum, quanta gratia sæculum celebret, etiam Africæ liquit*. Mentio quoque ejus, *qui in agone contendit*, 1 Cor. 9, 25; & 2 Tim. 2, 5. Frequentissime hoc nomine appellantur certamina ludicra, ut erant apud Græcos, Pythia, Olympia, Isthmia; apud Romanos, Capitolinum Albanumque certamen, quæ Domitianus instituit, commissis varii generis artificibus; de quibus Suet. ejus vita c. 4, quales erant *agones* quoque *musici*, quos idem in Nerone c. 22 & seq. commemorat. conf. Auson. epigr. 91. Lamprid. in Alex Sev. c. 35 *Agoni (Hercules) præsidet*. ¶ 2. *Agon* in orationibus dicebatur contentio & pugna, sive disceptatio rerum controversarum. v. Buchner. ad Plinii 5 epist. 8 n. 124. ¶ 3. *Nunc agon est*, proverbium Græcum de necessitate in gruente, wenn die noth am nächsten ist. Suet. Ner. c. 45 & ibi Casaub. ¶ 4. *Agones* dicebantur etiam, qui victimam percutiebant. (Alio nomine *victimarii*, *popæ*, ut est apud Alex. Neapol. 4. Gen. Dier. 17 p. 225). *Agones* autem dicti, quia prius ex more interrogabant: *agon?* (vide supra in *Agon* n. 8.) Proinde & in cunctatores (zauderer) hæc vox quadrat, qui semper interrogant & deliberant. v. Chil. Erasmi. ¶ 5. *Agones* etiam, item

¶ Agoniæ, victimæ olim erant vel hostiæ, opfer-vieh. Fides sit penes Grammaticos veteres. Isidorus in Glossis: *Agoniæ, victimæ. Agonia, hostia*. Pro *Agones* (quomodo Scaliger ad Festum p. 12 & Meurs. Part. 1 Exerc. Crit. ad Pœnul. c. 4 p. 205 citant) legitur quidem (in edit. Dion. Gothof.) *Agonei*. Sed *Agones* referibit Voss. Etymol. fol. 15. Unde autem hoc nominis ad victimas hostiasque pervenit? *Agonius*, inquit Festus, *hostias putabant ab agendo dictas*. Aliter Meurlius d. l. *Casci*, inquit, *illi, cum a Græcis accepissent hæc vocabula, latius ejus notionem extenderant, quam ipsi Græci, qui tantum ea ita vocabant, quæ pro mortuis sacrificari solebant*. Suidas: ἐπὶ τοῖς νεκροῖς τὰ ἔντομα ἔθυον τῶν τετραπόδων, ὡς ἄγονα. Τὰ δὲ ἔνσφαγχα τοῖς θεοῖς. *In sacris literis quoque LXX interpretes verterunt ἀγῶνες χοιρὸς, quæ mortuis libarentur*. Approbarunt hæc Ie & Vossio. Atqui nec Suidæ locus (eum quærere in Ἔντομίδαι,) quidquam hic habet momenti; & de ἀγῶνες χοιρὸς deliberandum amplius. Suidas non *agones* aut *agonias*, habet in calamo, sed neutro genere *agōna*. Non hoc vult ille, victimas istas vulgari nomine fuisse appellatas ἄγονα, sed caussam reddit, cur mortuis sacrificarentur ἔντομα: nempe quia, quæ animalia sunt ἔντομα (*castrata*,) eadem sint & ἄγονα (*sine prole:*) quod quidem sacrificii genus maxime conveniat mortuis, ut qu. & ipsi gignere nil queant amplius. Porro quod apud Suidam est, sacrificari eas victimas ἐπὶ τοῖς νεκροῖς, *pro mortuis*, id recte est apud Scholiasten Apollonii ad α. Argonaut. p. 42 (a quo hæc alia videntur ad Lexicographos transisse,) omissa præpositione τοῖς. Ac videtur etiam in hoc Varinus fol 664 emendare Suidam voluisse. Νεκροὶ autem hæc in re alias vocant τεθνεῶτας, κατοιχομένους, ἥρωας, χθονίους, ut insignificentur, qui ex hominibus post mortem numerum deorum auxerint; quibus opponunt τοὺς ἀρίστους, vel τοὺς ζῶν. Vide præterea scholiastas ad Homeri Iliad. α. v. 459, ἀν ἔκνισαν, & Lexicographos, & in his Æmil. Porti Dictionarium Ionicum voce Ἔντομα. Venio ad ἀγῶνες χοιρὸς, sed credo citius Meursium dabit nobis e Cælio Rhodigino, quam e 70 interpretibus. Verba Cælii (Meursio quidem non citati,) hæc sunt lib. 18 (al. 10) c. 3 *In sanctis quandoque literis observasse videmur ἀγῶνας χοιρὸς, pro iis, quæ vita functis prolibantur*. Quod de incidis literis dixerat Cælius, id ad Interpretes 70 pertinere vir doctiss. credidit. At illa frequenti Cælio credibile est hæc Suidæ fuisse præ oculis: Ἀγῶνον χοιρὸς θεολόγος (an θεῶλόγος legit Cælius?) ἔχοι τετάρτων ἐπὶ τοῖς νεκροῖς χοιρεῖ. Designatur, puto, locus aliquis Gregorii Nazianzeni, (huic enim Theologi cognomen datum novimus,) quem nin & ipsum videamus, præcipitare sententiam cavebimus. Iudicent interim eruditiores, rectene Meursius *Agones*, quando victimas ea vox notat, ἀπὸ τῶν ἀγόνων derivaverit, cum ne quidem id liquido conster, brevem habeat an longam penultimam. Quid enim si *Agoniam* hostiam dictam putemus τὴν ἀγώνιον θυσίαν, cui locus esset in certaminibus publicis? Nihil tamen affirmo. Hoc certum, ab Ovidio Fast. 1, 318 antepenultimam in *Agonalis*, quæ vox, ut mox patebit, judicio Festi huic est cognata, produxisse.

¶ Agōnia, *æ*, f. extrema conturbationis species sive tre, idatio, die todes-angst. Vulg. Luc. 22, 44 *Factus in agonia prolixius orabat*. ¶ 2. *Agoniam* antiqui vocabant hostiam, uti constat ex Festo, & ex iis, quæ in *Agon* n. 5 præcesserunt.

¶ Agōnium, *i*, n. dies appellabatur, quo rex hostiam immolabat, nempe arietem, qui dies postea *Agonalis* dictus, ut e Festo, & Varr. de L. L. 5, 3 discimus. Adde Ovid. Fast. 1, 331.

¶ Agōnius, *i*, m. Deus præses agonum, de quo Festus: *Agonium putabant Deum dici præsidentem rebus agendis*.

¶ Agōnālis, *e*, adj. ad agonas pertinens; ut, *Agonales dies* apud Varr. l. c. Et Ovid. Fast. 1, 318

Sanus agonali luce piandus erit.

¶ Agonālia, *ium*, n. pl. fubit ipsa festivitas apud Festum; sic dicta vel a ludis & certaminibus tum celebrari solitis; vel ab *Agonio* Deo, vel quod sacerdos immolaturus rogaret: *Agon?* de quo supra in *Agon* n. 8 (1).

¶ Agonensis, *e*, aliud adj. ut, *Porta Agonensis*, i. e. Collina, apud Festum. *Saliorum cognomen Agonensium*, apud Varr. l. c.

¶ Agōnizo, *avi, ātum, certare*, kämpfen, streiten. Vulg. Sirac. 4, 27 *Pro justitia agonizare*.

¶ Agonista, *æ*, m. gr. ἀγωνιστής, *concertator, peritus certandi*, ein streiter, kämpfer. Hinc

¶ Agonisticus, *a, um*, ἀγωνιστικὸς, ad agonas pertinens, zum kampf gehörig. Tertull. de Corona Mil. c. 13 *Numquid & agonistice causse disputabuntur?* Et Cyprian. Exhort. Mart. *Agonistica corona*.

¶ Agōnothēta, *æ*, m. ἀγωνοθέτης, certaminis præses & judex, musici scilicet & ieenici, Gymnicorum enim certaminum qui præsides essent, *Athlothetæ* dicebantur, ἀθλοθέται, ut volunt nonnulli: nam Pet. Faber Agonistici 1, 18 nihil separandos docet. Spartianus in Hadriano c. 13 *Pro agonotheta refedit*. Tertull. de fuga in persec. c. 1 *ad eundem agonothetam pertinet certaminis arbitrium qui invitat ad præmium*. Adversus Gnostic. c. 6 eadem voce usus est: Hos agonothetas *Magistros certaminum* vocat Suet. Ner. c. 12.

¶ Agonothesia, *æ*, i. ἀγωνοθεσία, munus agonorhetæ. Theod. Cod. l. 12 tit. 1 *Nec cogi ad agonothesiam volumus invitos*.

¶ Agōnothēticus, *a, um*, ἀγωνοθετικὸς, ut, *Fundi agonothetici juris*, i. e. qui sumptibus certaminum deputati erant, l. 14 Cod. de fund. patrim. *Agonothetice possessiones*, l. 5 C. de div. prædiis urbanis.

¶ Antagōnista, *æ*, m. ἀνταγωνιστὴς, adversarius, ein gegner, widerpart.

¶ Epagon, *onis*, m. ἐπάγων, artemon navis sive trochlea, die winde, ap. Vitruv. 10, 5. vide Baldi Lex. p. 46.

AGŌRÆVS, *a, um*, ab ἀγορὰ factum, ἀγοραῖος, *forensis*. *Agoræus* Iupiter dicebatur, & Mercurius, quod eorum statuæ in medio locarentur foro. ¶ 2. *Agoræus* dici etiam male literatos, auctor est Gellius 17, 3, inde, ut videtur, quod ἀγοραῖον Græci vile dicant, & circumforaneum; quemadmodum Eraimus reddidit. ¶ 3. *Panis agoræus*, venalitius seu forensis. Rueus.

¶ Agōranomus, *i*, m. præfectus annonæ & fori, ἀγορανόμος, itidem ab ἀγορὰ & νέμω marckt-meister. Plaut. Curc. 2, 3, 5 *Nec quisquam si tam opulent is, qui mihi obsistat in via, nec agoranomus, nec demarchus, nec comarchus*. Conf. Capt. 4, 2, 44.

¶ Catego-

¶ Categŏrēma, *atis*, n. gr. *κατηγόρημα*, prædicabile, a *κατηγορεῖν*, *prædicare*. Cic. Tusc. 4, 9 *Res, quæ dicuntur de quodam, aut quibusdam, κατηγορήματα Dialectici appellant.*

¶ Categŏria, *æ*, f. *κατηγορία*, accusatio, crimen, quod reo imputatur, die anklage: a *κατὰ* & *ἀγορά*. Macrob. Sat. 7, 3 *Categoria ψόγος est.* ¶ 2. Item prædicamentum, quod & *Categorema* dicebatur, *κατηγόρημα* a *κατηγορεῖν*, *prædicare*: ut *Aristotelicæ categoriæ*, Sidon. epist. 4, 1.

¶ Categŏricus, *a, um*, *κατηγορικός*, *affirmativus*. Apuleji liber *περὶ ἑρμηνείας* p. 29 est *de Syllogismo Categorico*. Sidon. epist. 9, 9 *Spiritis categoricis lubricas quæstiones tu petitus irnodas.*

¶ Anticategoria, *æ*, f. *ἀντικατηγορία*, *mutua accusatio*, ut Quintil. reddit 7, 2, quasi recriminatio. Conf. Idem 3, 10; & Mart. Capell. 5 p. 152.

¶ Syncategorēma, *atis*, n. *συγκατηγόρημα*, consignificans est. Linacer lib. 3 *Voco generatim* Syncategoremata, *quæ nec solidum quippiam significant, nec in oratione, nisi cum aliis jungta, consistunt, &c.*

¶ Prolŏgus, *i*, m. qui princeps est & ante alios verba facit. Latine fit Doricare ratione a *πρὸ* & *λέγω* *loquor, concionor*: græce *προλόγος*, in gloss. Cyr. *prædicator*, ein redner, sprecher. Cic. Verr. 4, 23 *Cutinam cum venisset, Dionysiarchum ad se proagorum, h. e. summum magistratum vocari jubet*, &c. Et c. 39 *Discedens, mandat proagoro Sopatro.* Ibid. *Proagorus refert rem ad senatum.* Mox & c. 42 *Proagori Sopatri justu.* Ille Sopater apud Tyndaritanos summo magistratu prædituς fuisse dicitur c. 40. conf. Turneb. Adv. 8, 10.

AGRÆ, *arum*, f. pl. locus Athenis extra urbem, facer Cereri & Dianæ, ubi mysteria minora, sicut Eleusine majora habebantur. ¶ 2. Oppidum Arcadiæ, Plin. 4, 6. ¶ 3. Ab *Agra* populi Arabiæ *Agræi* Plin. 6, 28.

¶ Agrŏtĕra, *æ*, f. *ἀγροτέρα*, Diana Agris culta, v. Pausan. in Att. p. 17; & Cæl. Rhodig. 20, 7.

AGRĂCAS, *artis*, m. *ἀκράγας*, (nam & *Acragas* scribitur) Agrigentum, mons & urbs Siciliæ. Vide supra in *Acragas*, & Sil. 14, 211.

¶ Agragantinus, *a, um*, adj. ut, *Agragantinum bitumen*, Plin. 35, 15. Agrammatus, Agrarius, vide *Gramma, Ager*.

AGRE, *es*, f. *ἄγρα*, inter canes Actæonis, Ovid. Met. 3, 212. Agredula, Agrestis, Agria, vide *Acredula*, in *Acer, Ager, Agrius*. Agricola, agricolor, agricolatio, agricultura, &c. quære in *Ager*. Agrifolium, vide *Acrifolium* in *Acer*.

AGRIGENTVM, *i*, n. oppidum Siciliæ. Vide *Acragas*. Hinc

¶ Agrigentīnus, *a, um*, adj. ut, *Agrigentina civitas*, Val. Max. 4, 8 ext. 3: Lucret. 1, 717 *Quorum Agrigentinus cumprimis Empedocles est.*

AGRĪMONIA, *æ*, f. hoc nomine Itali *eupatorium* dicunt, odermennig, ap. Celsum 5, 27, 10. A qua planta *Argemone* diversissima est. Vide Matthiol. & infra *Argemone*.

Agriocardamum, Agriodos, Agrionia &c. vide *Agrius*.

AGRIŌPES, *ĕs*, f. uxor Orphei. Alii constanter *Eurydicen* vocant, sed *Agriopen* Hermesianax Poëta, versibus, quibus Orphei descensum ad inferos describit apud Athenæum l. 13 f. 597. *Scripsisse hoc idem Mnemermus citatur*, inquit Cerda ad 4 Georg Virg. fol 116. Sane Mimnermum hic nominant Car. Steph. dictionario voce *Agriope*, & Ios. Scalig. ad Virg. Culicem p. 27. Sed natus error est ex male injecto Athenæo, qui proxime ante Hermesianactem & Mimnermi mentionem injicit, sed de re alia.

AGRIPPA, *æ*, m. *ἀγρίππας*, Plutarcho; infans pedibus primum, non capite editus. Plin. 7, 8 *In pedes procedere nascentem contra naturam est, quo argumento eos appellavere Agrippas, ut ægre partos*, die mit den füssen erst gebohren werden. *Sic editum M. Agrippam* idem scripsit *augurio præposterο*. Etiam Gellius 16, 16 *ab ægritudine partus* (ita enim legendum, non *ab ægritudine & pedibus*, & titulus ipse, sive index capitis arguit, & Plinii adductus locus confirmat) *Agrippas dictos* observat. Ac Salmasius & usu & origine Græcum esse nomen, *ἀπὸ τοῦ ἀγρίαν κεφαλὴν ἵππος*, Exercitat. Plin. f. 23 ostendit. Agrippæ multi fuerunt. ¶ 2. *Agrippa Menenius*, cognomento *Lanatus*, triumphavit de Sabinis. Ejus est Apologus de ventre & artubus humanis diffidentibus, notus ex Livio 2, 32; & Aur. Vict. de Viris ill. c. 18. ¶ 3. *Agrippa Silvius* duodecimus Latinorum sive Albanorum rex; cui post 11 imperii annos successit filius Romulus Silvius. Liv. 1, 3. ¶ 4. Multo nobilissimus in Romana Historia est *M. Vipsanius Agrippa*, (de quo ille ipse Plinii locus, quem paullo ante adduximus, agit) cujus consiliis & ductu Augustus Cæsar bellis plurimis magnifice usus est; quemque cum Mæcenate amicum intimum ob patientiam modestiamque habuit & summis honoribus affecit, quod ex Suetonio, Vellejo, Victore Iuniore cognoscitur. Adde Nepotem Attici vitæ c. 12. ¶ 5. Duo insuper *Agrippæ*, reges Iudæorum; primus etiam *Herodes* dictus, de quo in Act. c. 12; & apud Iuvenal. 6, 158. Sub altero Hierosolyma excisa. De eo loquitur Tacitus H. 2, 81, 2; & 5, 1, 4.

¶ Agrippīna, *æ*, f. duæ hujus nominis fuerunt: altera filia Agrippæ & Iuliæ, Augusti neptis, Cæsaris Germanici uxor, C. Caligulæ mater: altera ex illa ipsa, neptis Agrippæ, Claudii Imp. tertiis nuptiis uxor, Cl. Neronis mater, cujus auspiciis in Vbios ducta Romanorum Colonia est, & ejus nomine *Colonia Agrippina* appellata, Cöln am Rhein. De ista Tacitus annali 1 c. 33 & alibi: de hac Idem 12 c. 27; de utraque Plinius *7, 8 Agrippina Cajum & Domitium Neronem principes genuere totidem faces generis humani.*

¶ Agrippinensis, *e*, adj. ut, *Colonia Agrippinensis*, eadem quæ *Agrippina*, Cöln am Rhein, Tac. Hist. 1, 56, 4 &c. Et *Agrippinenses*, incolæ, olim Vbii, Tac. Germ. 28, 8.

AGRIVS, *a, um*, *ἄγριος*, adj. ferus, agrestis, wild. Sic *Agrium nitrum*, species nitri, Plin. 31, 10.

¶ Agrius, *i*, m. subst. Porthei vel Parthaonis Martis filii filius, qui fratrem Oenea regno expulit; de quo Hyginus fab. 175; & Ovid. Heroid. 9, 153. Idem pater fuit Theritæ Græcorum turpissimi. v. Ovid. ex Pont. 3, 9, 9 ¶ 2. *Agrius* puer, de quo Stat. Theb. 9, 266.

¶ Agria, *æ*, f. subst. feminei speciei, vide in *Scabies*, die räude. Adjectivum autem est muliebris generis, *ἀγρίς*, *agrestis, fera*. vide Celsum 5, 28, 16. ¶ 2 Est & *Agria*, oppidum Hungariæ superioris, valide munitum, fame A. 1687 ad deditionem ab Cæsareis redactum, Erla. ¶ 3. Est etiam arbor *Agria* temperatæ frondis, Theophrasto.

¶ Agrion f. Agrium, *i*, n. subst. raphani genus silvestre, ad *armoraciæ* Plin. 19, 5.

¶ Agriōnia, *orum*, n. *ἀγριώνια*, festa apud Bœotios in honorem Bacchi quotannis celebrata. Plur.

¶ Agriocanthe, *æ*, f. *ἀγριάκανθα*, walddorn, Dioscor. 3, 17 seq.

¶ Agriocardamum, *i*, n. *ἀγριοκάρδαμον*, nasturcium silvestre, walde kresse. Dioscor. 2, 144.

¶ Agriŏdos, *ontis*, m. *ἀγριόδους*, i. e. *ferox dentibus*, nomen canis, Ovid. Met. 3, 224.

¶ Agrionardum, *i*, n. *ἀγρία νάρδος*, baldrian.

¶ Agriŏphagi, *orum*, populi ferarum carnibus vescentes, maxime pantherarum & leonum, Plin. 6, 30.

¶ Agriophyllum, *i*, n. *ἀγριόφυλλον*, haarstrang. Apul. de Herb. c. 66.

¶ Agriŏrīganos, *i*, m. *ἀγριορίγανος*, *silvestre origanum*, walddosten. Dioscor. 3, 34.

¶ Agriŏsĕlinon, *i*, *ἀγριοσέλινον*, wilde peterſilge. Dioscor. 3, 78.

AGROSTES, *æ*, m. *ἀγρώστης*, phalangii species, eine erdſpinne, apud Nicandrum. Sed

¶ Agrostis, *is*, f. *ἄγρωστις*, herba, gras. Apul. de Herb. c. 77. Dioscor. 4, 30, 31 & 32. Forsan hic legendum apud Colum. 6, 31 pro *agrestis*.

Agrotas, Agrotera, vide *Ager, Agræ*.

AGRYPNIA, *æ*, f. *ἀγρυπνία*, pervigilium, insomnia, die ſchlafloſigkeit. Mart. Capella lib. 2 p. 27.

Agumentum, quære in *Ago*.

ĂGVNCŬLA, *æ*, f. parva imago sive puppa, ein püppichen; ut, *Aguncula puellaris*, Suet. Ner. c. 56, ut vult Pareus Lex. Crit. p. 66 pro *Iuncula*; ubi & Cic. ad Att. 6, 1 vindicantur *quinque aguncule*, ab aliis *plaguncule* &c. Casaub. ad Suet. l. c. vult *acuculæ*.

ĂGYLLA, *æ*, f. urbs Tusciæ, *Cære* postea, ab eventu Lydii vel Thessali respondentis *χαῖρε*, nuncupata. Hodie vestigia vix urbis servat: fed clara funt vicina balnea Cæretana. v. Strab. & Plin. 3, 5.

¶ Agyllīnus, *a, um*, adject. Virgil. Æneid. 8, 479 *Vrbis Agyllinæ sedes: ubi Lydia quondam Gens*, &c.

¶ Agylleus, *ei*, m. Herculis filius, luctator prægrandis staturæ, de quo Statius Theb. 6, 837; & 10, 249.

ĂGYRIVM vel Agurium, *i*, n. urbs Siciliæ. Hinc

¶ Agyrinus, *a, um*, adj. ut, *Agyrina manus*, Sil. 14, 208.

ĂGYRTA, vel Agyrtes, *æ*, m. *ἀγύρτης*, circulator, præstigiator, ab *ἀγείρω*, *congrego*, ein gaukler, taſchen-ſpieler. Suid. ¶ 2. *Cæso genitore infamis Agyrtes*, Ovid. Met. 5, 148. Adde Stat. Theb. 9, 281.

AH, interjectio, ach! (pro qua libri manu exarati interdum exhibent A. vid. Scalig. in Catull. Epithalam. Iuliæ & Manl. v. 46; & Achill. Stat. in Tibulli 1 eleg. 9 & 10.) ab Aha per Apocopen, teste Prisciano. Diversis fervit affectibus exprimendis; dolori, Virg. eclog. 1, 15 *Capella gemellos Ah felice in nuda connixa reliquit.* ¶ 2. Suspirationi. Plaut. Mil. 4, 8, 48 *Ah, ah, cum venit in mentem, mores ut mihi mutandi sient.* ¶ 3. Indignationi, & reprehensioni, & increpationi: Ter. And. 3, 1, 12 *Ah vix tandem sensi stolidus.* Et ibid. 1, 5, 17 *Nam quid ego dicam de patre? Ah tantamne rem tam negligenter agere?* Id. Eun. 2, 1, 3 *Ah, rogitare? quasi difficile siet.* ¶ 4. Contradictioni: Id. Hec. 5, 1, 17 *Meum receptas filium ad te Pamphilum. B. ah.* Cic. de Orat. 2, 70 *Ah patres conscripti, non ego mihi illum iniquum ejero, verum omnibus.* ¶ 5. Desiderio: Plaut. Asin. 3, 3, 2 *Ah, quanto amplius valerem, si hic maneres.* Quamvis alii hic legunt *aliquanto* pro *ah quanto.* ¶ 6. Placationi: Ter. And. 5, 2, 27 *Ah ne sævi tantopere!* Ex his exemplis perspicitur, pro sensus & affectus conditione particulam hanc semper esse accipiendam.

¶ Aha, interjectio ridentis & renuentis, Plaut. Bacch. 1, 1, 54; & 4, 7, 11.

AHĀLA, *æ*, m. non *Hala*, Serviliorum cognomen, teste nummo vetere, suffragantibus etiam fastis Capitolinis & antiquis Inscriptionibus, Cicerone etiam & Liv. in editionibus accuratioribus.

ĂHĒNVM, *i*, n. *χαλκεῖον*, caldarium, ein keſſel. Virg. Æn. 1, 217 *Litore ahena locant alii.* Aspiratio inter *a*, & *e*, inseritur propter sonum vegetiorem, Gellio teste 2, 3. *Lignis calefactat ahenum*, Horat. 2, 2, 169. *Ahena tria componenda*, Vitruv. 5, 10. conf. Ovid. Fast. 3, 822; & Rem. am. v. 707; & Martial. 10 ep. 16, de majoribus ahenis, quæ velleribus tingendis apta sunt, ut Ovid. Med. fac. 9 *Vellera Tyria medicantur ahene.*

¶ Ahēnus & Ahēnus, *a, um*, poëtica sunt, pro *Æreus, Æneus*, de quibus supra in *Æs*, kupfern, rothfarbicht; ut, *Ahenea turris*, Horat. 3 od. 16, 1. *Crateres ahenæ*, Virg. Æn. 9, 165. *Fores ahenæ*, Æn. 1, 453. *Cor da ahena*, Stat. Theb. 3, 280. Rursus Horat. 1, 60 *Hic murus ahenеus esto* i. e. æreus &c.

¶ Ahēnipes, sive Acnipes, *ĕdis*, c. duras ungulas habens; ut, *Ahenipedes boves*. Ovid. ex Pont. 3, 3, 32; *Tauri*, ep. 12, 93. Vide Heinsium ad utrumque locum. Nam vulgo *æripedes* legunt. vid. in *Æs*.

¶ Ahenobarbus, *i*, m. ein rothbart; in nummis gentis Domitiæ & lapidibus Capitolinis; alias *Ænobarbus*, vide in Æs.

¶ Ahenotympănum, *i*, n. id est, ahenum corio tenso personans, eine teufelspaucke.

AHORVS, *i*, m. *ἄωρος*, præcoci morte præventus, Tertull. de Anima c. 57.

AIAX, *ācis*, m. *Αἴας*. *Ajaces* poëtæ duos celebrant. Primus *Telamonius*: seu *Telamoniades* (*Telamone creatus* Ovid. 12 Met. fin.) ex Hesione filia Laomedontis, Græcorum post Achillem fortissimus, cui cum Ulysses prælatus Achillis arma obtinuisset, ipse in furorem actus in gladium suum incubuit, cujus cruorem in hyacinthum conversum fingit Ovid. Met. 13 pr. ¶ 2. Alter Oilei filius, fuit rex Locrensium, a Pallade exustus fulmine cum sua navi, quod Troja capta Cassandram vatem in suo templo violasset. v. Virg. Æn. 1, 43. ¶ 3. *Ajax* Augusti tragœdia, quam non succedente stylo abolevit; quærentibusque, quid Ajax ageret, respondit, *Ajacem suum in spongiam incubuisse*: respiciens ad mortis genus, quo prior Ajax periit. vid. Suet. Aug. c. 85. ¶ 4. *Ajax* unus e regis Antiochi elephantis, de quo Plin. 8, 5.

AĪGLEVCES, n. abgeſettener moſt, ex *ἀεὶ semper* & *γλυκὺς dulcis*. Plin. 14, 9 *Medium inter dulcia vinumque est, quod Græci Aigleuces vocant, hoc est, semper mustum.*

AĪNVS, *i*, m. *ἀίνυς*, æon Valentini apud Tertull. adv. Valent. c. 8.

AIO, *ēre*, anomalum verbum & defectivum, dicere, affirmare, ſagen, bejahen. Ter. Eun. 2, 2, 21 *Negat quis, nego: ait, ajo*: &c. Id. Phorm. 2, 3, 72 *Aïam, ajunt, ne agas*; Vbi Donatus: *AIVNT dicimus, quum proverbium ſignificamus.* Cic. de Orat. 2, 57 *Docebo ſus, ut ajunt, oratorem eum* &c. conf. Id. Att. 9, 18. Sed *Ita ajunt*, Ter. And. 1, 2, 21. *Ain* pro aisne, Terentio familiare: ut, *Ain tú tibi hoc incommodum evenïſſe iter?* Hec. 3, 4 pr. *Ain tandem?* Cic. fam. 9, 21 pr. ¶ 2. Hoc verbo veteres philoſophi affirmationes ſignificant. Cic. Off. 3, 23 *Diogenes ait, Antipater negat.* Auguſtinus de Trinit. 9, 10 infinitivo, alias inuſitato, ita uſus eſt: *ſicut ajere & negare: eſſe & non eſſe.* Imperfecto, quod integrum eſt, *ajebam, as, at*, ſæpe Terentius; & Quintil. 6, 4 *Siculi ajebant in Delphico ſediſſe.* Perfecto, Tertull. de fuga in Perſecut. c. 6 *Atque ita omnes ajeruht.* Imperativo Nævius apud Priſcian. lib. 10 pr. *Vel ai vel nega.* Conjunct. Plaut. Rud. 2, 4, 14 *Vel tu mihi ajas vel neges.* Apul. Flor. 2 p. 351 *Sunt qui ajant*, &c. conf. Cic. Acad. Qu. 4, 31; & Gell. 16, 2.

¶ Aiens, *tis*. Cic. Topic. c. 11 de propoſitionibus: *Negantia contraria ſunt ajentibus*, i. e. affirmativis.

¶ Ajentia, *æ*, f. die bejahung. Mart. Capella lib. 4 p. 115 *Opponitur ajentia negationi.* Et p. 119 *De ajentia & negatione quæſtio naſcitur.*

¶ Ajus Locutius Deus Romanorum fatidicus. Varro ap. Gell. 16, 17 *Ajus Deus appellatus, quod in eo loco divinitus vox edita fuerat.* Cic. Divin. 2, 32 *Aïæ Ajo loquenti conſecrata.* conf. ibid. 1, 45. Liv. 5, 50 *Templum Ajo Locutio fieri.* Sed ibi *Aju locuto* legendum Sigonius ſuſpicatur ad epit. Livii 5. Meminerunt & SS. Patres.

AĪTHĂLES, n. *αἰθαλὲς*, herba, alias *Aizoon* f. *Semperflorium*, wintergrün. v. Apul. de Herb. c. 123.

AĪVGA, *æ*, f. herba, quæ & Chamæpitys. Hadrian. feld-cypreß, ie länger ie lieber. Voſſius Etym. p. 15 corruptum putat ex *Abiga*, de qua ſupra in *Ago*. Legitur *Ajuga* apud Plin. 24, 6 MS. Vatican. & apud Scrib. Largum Compoſ. 167.

AĪZOON, *i*, n. *ἀείζωον*, planta; *ſedum* videlicet majus & minus, *ſempervivum*: quod nomen Græcum *ἀειζῶα* vocem interpretatur, hauswurz. Vide Plin. 25, 13 & Apul. de Herb. c. 123.

ĂLA, *æ*, f. *πτέρυξ*, proprie qua ves volant, ein fittig, flügel. Cic. Divin. 2, 26 ex Ennio: *Galli cantu plauſuque premunt alas.* Ovid. de Arte am. 1, 391 *Non avis utiliter viſcatis effugit alis.* Idem *Madidis Notus evolat alis*, Met. 1, 264. Sed *Alas addere*, *affigere*, Ariſtophanis formula, eſt in ſpem bonam erigere. v. Eraſm. adag. ¶ 2. *Ala*, *μασχάλη*, quæ & axilla, concavitas illa eſt ſub brachiis, die achſel. Horat. 1 epiſt. 13, 12 *Ne forte ſub ala Falciculum portes librorum.* Plaut. Pœn. 4, 2, 49 *Meæ ale pennas non habent.* Sen. ep. 114 de duobus extremis, *Ille & crura, hic ne alas quidem vellit.* Ranis etiam alas tribuit Plin. 9, 51. Hinc *Vitia alarum*, Plin. 21, 20 & alibi, fœtor ex ſudore ſub brachiis, der geſtanck unter den armen. Et, *Negligens alarum ſudor*, Petron. c. 128. Horat. Epod. 12, 5 *Gravis cubat hircus in alis.* ¶ 3. Translate Virg. Æn. 3, 520 *Alæ velorum*, i. e. velocia vela. Sic Id. 9, 578 *Alæ ſagittarum.* Et 5, 319 *Ventis & fulminis ocyor alis.* Sic *Ale* dicuntur columnarum ordines ad latera ædis ap. Vitruv. 6, 4. conf. Salmaſ. in Solin. p. 857. Et de *Ala & umbone* ſcuti, Liv. 30, 34. ¶ 4. *Alas* denique per translationem uſitate equitum dicimus ordines, (quanquam & de pedeſtribus copiis aliquando, ſociorum videlicet, uſurpatum inveniatur) ein ſquadron reuter. Erat uni legioni ala una: in una ala, turmæ decem. In acie inſtructa alæ equitum ab latere utroque regebant agmen, alarum inſtar, unde *ala dextra* & *ſiniſtra*, der rechte und lincke flügel. Cic. Off. 2, 13 *Quo in bello cum te Pompejus alæ alteri præfeciſſet* &c. Nepos 18, 1, 6 *Cum uni alæ equitum præfuiſſet.* Videndus & Gell. 16, 4 ac Lipſ. 2 de Militia Rom. Dial 6 & 7. Græci *ἴλας* vocant. Vnde Latinum eſt. Virg. Æn. 4, 121 *Dum trepidant alæ, ſaltuſque indagine cingunt.* Vbi Servius: *Alæ, equites, ob hoc Alæ dicti, quia tegunt pedites, alarum vice.* v. H. Rab. Schelius ad Hygini Gromat. de caſtrametat. Rom. p. 66 ſq. quem laudat etiam Græv. ad Cic. fam. 2, 17 p. 114.

¶ Ālāris, *e*, quod in ala eſt, zum flügel gehörig; ut ap. Livium 10, 40 & 43 *Cum cohortibus alaribus.* conf. Cæſ. B. C. 1, 73.

¶ Alārius, *a, um*, idem. Liv. 35, 5, ac 40 c. 40 *Alarii equites.* Item *Alariæ cohortes*, Cæſ. Civ. 1, 73, quæ ſociorum erant, & legionariis oppoſitæ. conf. Græv. ad Cic. fam. 2, 17. Subſtantive occurrere videtur ap. Cæſ. de B. G. 1, 51 & Cic. Epiſt. ad div. 11, 17. v. Menckenii Obſerv. hac voce.

¶ Ālæus, *a, um*, alis inſtructus, geflügelt. Virg. Æn. 4, 259 de Mercurio: *Alatis tetigit magalia plantis.* Ovid. Faſt. 5, 666 de eodem: *Alato qui pede carpis iter.* Et Faſt. 3, 416 de Sole: *Alatis æthera carpit equis.* ¶ 2. ALATA CASTRA, regia Scotiæ, Edenburg. Ptolemæo 2, 3 *πτερωτὸν στρατόπεδον.*

¶ Āles, *ĭtis*, c. ab ala, adject. idem ac *alatus*, *volucris*, geflügelt. Sic *Equus ales* Pegaſus Ovidio dicitur 3 Amor. 11, 24. *Ales avis*, Cic. Nat. D. 2, 44 ex carmine Aratæo. Et *Deus ales* pro Mercurio Ovid. Met. 2, 714. ¶ 2. Eſt & *ὠκὺς* ſive celer, ad illorum inſtar, quæ alas habent, geſchwind, ſchnell. Virg. Æn. 8, 430 *Ales auſter*, & *currus ales.* Sen. Medea extrema. *Paſſu volat alite virgo*, Ovid. Met. 10, 587. *Ales arundo nervo pulſa*, ein pfeil. Prudent. Pſychom. v. 324. *Plumbum ales*, eine abgeſchoſſene bleverne kugel, Sil. 3, 365. ¶ 3. *Ales* ſubſtantive avis eſt, *ὄρνις*, ein vogel. Ac Poëtis quidem *alites*, utroque genere, maſculino juxta ac fœminino, omnis generis aves appellantur. Sic *Daulias ales* luſcinia eſt, Sen. Herc. Oet. v. 192. *Pandionis ales* pro hirundine in Paneg. ad Piſonem v. 255. *Lucis prænuncius ales*, i. e. gallus, Ovid. Faſt. 2, 767. *Niveis argentea pennis ales*, hoc eſt, alba, Id. Met. 2, 536. ¶ 4. Augures majores, quæ volatu faciebant augurium, *alites* appellabant: minores *Oſcines*, quod oris cantu præberent omen. Plin. 10, 19 *Secundus ordo in duas dividitur ſpecies, OSCINES & ALITES: illarum generi cantus oris, his magnitudo differentiam dedit.* Et Cic. Nat. D. 2, 64 *Aves quasdam, & alites & oſcines, ut noſtri augures appellant, rerum augurandarum cauſſa eſſe natas putamus.*

¶ Alicula, *æ*, f. veſtis brevior, quæ alis humerisque ſolet injici, ein mantl, oberrocklein. Ita docet manifeſte Velius Longus: *Aliculam exiſtimant dictam, quod alas nubis injecta contineat.* Petron. c. 40 f. Fragm. Trag. p. 12 *Alicula ſubornatus.* v. Schefferi not. p. 83; Burm. p. 179; & Turneb. Adv. 18, 23; & 28, 5. Vlpianus in 34 ff. t. 2 l. 23 § 2 inter veſtes pueriles refert *aliculas*; ubi Hotomann. legit *Alliculas.* ¶ 2. Alia eſt *Alicula* in *Alica*.

¶ Alifer, *a, um*, alatus, geflügelt. Ovid. Faſt. 4, 562 *Alifero tollitur axe Ceres.*

¶ Āliger, *a, um*, idem. Virgil. Æneid. 1, 663 *Ergo his aligerum dictis affatur Amorem.* Idem *Agmen aligerum*, *περιφρασικῶς* pro avibus Æn. 12, 249. *Serpentes aligeri* Plin. 12, 19. *Ferrum aligerum* de ſagittis, Sil. Ital. 2, 92. ¶ 2. Idem ac aquilifer, Inſcript. ap. Reinef. 8, 30. *Aligero XII Leg. Fretenſis.*

¶ Ālipes, *ĕdis*, mit flügeln an füſſen; ut Ovid Faſt. 5, 100 *Alipedisque Dei*, id eſt, Mercurii. *Alipedes equi*, Virg. Æn. 12, 484: *Cervi*, Lucret. 6, 765; *turmæ*, Sil. 15, 554. Et quaſi ſubſtantive cum epitheto Statius Theb. 11, 198 *Alipedemque citum, fataliaque arma.*

¶ Ālĭpilus, *i*, m. qui pilos ſub alis in balneis vellit. Vtitur hoc nomine Seneca epiſt. 56 add. locum ex ep. 114 in *Ala* n. 2. Meminit & Cælius 16, 46. In Gloſſis eſt *Alipilarius*, *ὁρωπαιιστής*, qui dropace i. e. unguento e pice aut vollellis pilos evellit.

¶ Axilla, *æ*, f. diminut. eſſe videtur; ſed hinc contracte *ala*, die achſel. Tantummodo ut nomen proprium ap. Cic. in Orat. c. 45 *Quomodo veſter Axilla Ala factus eſt, niſi fuga literæ vaſtioris?* Lambino eſt *Abala.* Sed addit Cicero: *Quam literam etiam a maxillis, & taxillis, & vexillo, & paxillo, conjuetudo elegans Latini ſermonis evellit.* ¶ 2. *Aſcellam* etiam dixerunt ævi ſequioris Auctores, ut Odo Abbas Cluniac. ap. Vincent. Bellovacenſ. Spec. hiſt. 24, 54. *Duo paralytici - - aptatis baculis ſub aſcellas reperé magis, quam fugere tentabant.* conf. Vulg. Interpr. Lev. 1, 17; Prov. 19, 24.

¶ Alabrum, *i*, n. quod radios quaſi alas habeat, eine weife. *In alabrum deducere*, aufweiſen. Cathol.

¶ Subālāris, *e*, quod ſub alis ſive axillis eſt, unter die achſel gehörig; ut, *Culcita ſubalaris*, ein ſchulterküſſen, Lamprid. Elagab. c. 19. Varie hunc locum interpungunt, ut æque *ſubalares plumas*, quam *cuſcitas*, poſſis intelligere. Et haud obſcure probat plumas Caſaubonus, quippe omni avium generi molliores, quæ ſub alis naſcuntur, pflaumfedern. *Telum ſubalare*, ein ſeitengewehr, Nepos 7, 10, 5.

ĂLĂBANDA, *æ*, f. & Alabandæ, *arum*, f. pl. Cariæ urbs opulentiſſima, & florentiſſima, quam ea de cauſſa luvenalis inter urbes barbaricis deliciis & luxu perditas Sat. 3, 70 recenſet. Nomen ſortita ab *Alabando* conditore, Caris, qui gentem condidit, filio, quem Deum etiam habuere, & religioſius, quam alium quemvis Deorum nobiliorum, venerati ſunt, v. Cic. de Nat. 3, 15 & 19. Optimum cannabum, & retibus aptiſſimum illic naſci Gratius Cynegetico ſignificat v. 46. Videndus & Eraſmus adagio *Alabanda fortunatiſſima* p. 188.

¶ Alabandicus, *a, um*, adj. ut, *Alabandicus carbunculus*, qui Alabandis petitus, Plin. 37, 7. *Roſa Alabandica*, Id. 21, 4. *Alabandicum opus* vel *ſcriptum*, pro inepto & barbaro dicitur. v. Chil. p. 372.

¶ Alabandenſes, *ium*, gentile; ut & *Alubandi*, & *Alabandes*, apud Cic. de N. D. 3, 15 & 19; & Iam. ep. 13, 56 & 64.

¶ Alabandina, *æ*, f. gemma apud Iſidor. 16, 13.

Alabarches, vide infra in *Arabarches*.

ĂLĂBASTER, *ri*, m. & Alabaſtrum, *i*, n. *ἀλάβαστρος*, *ἀλάβαστρον*, vaſis unguentarii genus ſic appellatum, vel quod ſine anſa ſit, *μὴ ἔχων λαβάς*, ut Suidas indicio eſt; vel a gerendo, ſeu ſuſtinendo. Nam quod in commune Græci *ἀνάβαστρον*, id Attici *ἀλάβαστρον* dixerunt, balſam-büchſe. Vſus maxime erat in aſſervandis unguentis, Plin. 13, 2. Vnde Pollux 6, 19 recenſiturus vaſa unguentaria, hæc duo, *Lecythum* & *Alabaſtrum* ponit. Cic. ap. Nonium 15, 17 *Quibus etiam Alabaſter plenus unguenti putere videtur.* Sic *ἀλάβαστρον μύρου* in Evangelio Matth. 26, 7 nominatur. Martialis abſolute dixit 11 epigr. 9 *Quod Coſmi redolent alabaſtra focique Deorum.* Plinii de unionibus 9, 35 verba ſunt: *Elenchos appellant faſtigiata longitudine, alabaſtrorum figura in pleniorem orbem deſinentes.* Quæ figuram alabaſtrorum depingunt, quæ turbinata fuit, h. e. ex pleniore orbe in acumen deſinens, qualis pyrorum eſt; unde & *alabaſtri* vocabulum ad primum roſæ fructum, unde flos editur, Plinius 21, 4 tranſtulit, quia eandem figuram habet *cortex in virides alabaſtros faſtigiatus.* Vide *Roſa.* Materia non una. Apud Theocritum Idyll. 15 v. 114 *χρύσεα ἀλάβαστρα* legimus, quare & ex auro facta. Vulgatiſſime ex eo marmoris genere fiebant, quod *onychites*, vel *onyx* appellabatur: quod eam ipſam ob cauſſam

¶ Alabaſtrītes, *æ*, m. *ἐπιθετικῶς* nominatum, alabaſterſtein. Plinius cum 36, 7 de onyche marmore egiſſet, ſequens caput 8 his verbis inchoat: *Hunc aliqui lapidem* (Onychen puta marmor, non gemmam,) *Alabaſtriten vocant, quem cavant ad vaſa unguentaria.* Dioſc. 5, 100 *ἀλαβαστίτης, ὁ καλούμενος ὄνυξ.* Hinc ubicunque *Onyx* apud Poëtas pro vaſe unguentario ponitur, *Alabaſter* accipiendus, ut Salmaſius præclare docet Exerc. Plin. p. 394 ſq. Adde Plin. 37, 22. Lapis ipſe magna copia naſcitur in Hercynia prope Stolbergam.

¶ Alabaſtrōn ſ. Alabaſtrorum ſcilicet oppidum (*Ἀλαβάστρων*, in cod. Ptolemæi Palatino) in Ægypto, cujus Plinius 5, 9 meminit, ab alabaſtris, quæ ibi magna copia ex lapide, qui vicinis montibus cædebatur, tornarentur, appellatam idem ſummus vir Exerc. Plin. demonſtrat p. 169 & 394.

ĂLĂBES, *ētis*, m. piſcis Nili Straboni eſt lib. 17 p. 566, *ἀλαβής*. Plinius *Alabetam* dixit 5, 9 *Reperiuntur (in Nilo) piſces alabetæ, coracini, ſiluri*, &c. *Muſtela* hic piſcis *fluvialis* forte eſt, eine ahlruppe: niſi *Lampreta* eſt. v. Geſner.

ĂLĂCER, & alacris, *e*, in quo omnes ſenſus vigent, ut Aſconius interpretatur, lætus, & geſtiens, friſch, muthig, freudig. Servius ex *acer*, *acris* naſci vult: ut *alacris* ſit quaſi *adacer*. Sed proſodia repugnat. Donato ad Ter. Eun. 2 ſc. 3. *Alacris* quaſi *ἄθακτος* (*ſine lacrymis, non triſtis,*) dicitur. Antiqui autem & *alacer* & *alacris*, ſicut *acer* & *acris* utroque genere promiſcue dicebant. Nunc *acer* & *alacer* non niſi in maſculino; *alacris* autem utroque genere dicimus: quod idem Servius obſervat. Phædr. 1, 5, 22 *Alacer gaudio.* Cæſ. 3 B. Gall. 19 *Gallorum ad bella ſuſcipienda alacer & promtus animus.* Cic. Fam. 5, 12 *Alacres animo ſumus* &c. Id. de Orat 1, 40 *Vir alacri & promto ore ac vultu.* Auct. ad Herenn. 2, 19 *Beſtiæ alacres & erectæ, ut alteri beſtiæ*

bestiæ noceant. Same. 192 *Alacres visus* legitur: sed melius Burm. *acres.* Comp. Id. 2, 10 *Alacriores ad maleficia futuri.* Sic, *Alacrior ad tuendam remp.* Cic. Somn. Sc. c. 3. *Alacriores milite*, Cæs. 3 Gall. 24. Vet. Gl. *Alacer* Γενναῖος, δυνατός, σφεδρός, παθύμως. conf. Vol. Hesc. 3, 462. ¶ 2. Tralate *alacres silvas* dixit, die luſtigen wälder, Virg. ecl. 5, 58.

¶ Alacre, adverbialiter idem; ut, *Comp. llemus alacre*, Plaut. Amph. fc. Di voſtram fidem v. 41.

¶ Alacriter, φαιδρῶς, adv. idem. Vulgo citatur Plin. 29. 12 *Alacriter defendit*, ſed libri habent *acriter.* At Amm. Marcell. 14, 8 *In certamen alacriter conſurgere.* Comp. Juſtinus 1, 6, 10 *Repetito alacrius certamine.*

¶ Alacritas, *ātis*, f. φαιδρότης, hurtigkeit. freudigkeit. Cæſ. Civ. 3, 92 *Uſi quadam animi incitatio atque alacritas naturaliter innata*, die natürliche freudigkeit. Cic. 2 ad Att. 7 *Mira ſum alacritate ad litigandum*, ich habe luſt zu hadern. Id. Nat. D. 2, 63 *Cum alacritas in venando.* Plur. Gell. 19, 12 *Senſus motusque animi, innexi implicatique cupiditatibus quibuſdam mentium & alacritatibus.* ¶ 2. *Alacritatem* etiam in malis haberi, v. ap Nonium 6, 49.

¶ Alacrimonia, *æ*, f. i. e. alacritas, lætitia, velocitas, Cathol.

ALÆSA, *æ*, f. Ἄλαισα, Straboni ac Ptolemæo; *Aleſa*, Ἄλεσα, Antonino ac Diodoro; urbs eſt Siciliæ celebris: Ciceroni Verr. 2, 7 &c. dicta *Halæſa*, unde oppidanos Plinius 3, 8 vocat *Halæſinos.* Memoratur & *Alæſini* vel *Halæſini agri fons intermiſcens & quaſi exaltabundus ad cantus*, apud Solinum c. 11, & Priſcianum in verſione Dionyſii Periegetæ. v. infra *Halæſus.*

Alamanni, Alamannia, vide *Alemanni.*

ALĀNA, *æ*, f. urbs Æthiopiæ, Plin. 6, 29.

ĂLĀNI, *orum*, m. pl. Ptolemæo populi ſunt Scythiæ: ſic appellati a fluvio *Alano*, vel monte ejusdem nominis, ut Euſtathio Dionyſii ſcholiaſtæ ad v. 305 placet. Ap. Plin. 4, 12 *Alani Roxalanis finitimi.* Eorum nomen late extenſum poſtea eſt, quippe quo finitimæ gentes Geloni, Maſſagetæ, Hunni, Gothi &c. etiam appellati. Vide Ammian. 31, 6, ubi etiam de eorum moribus tradit. Memorat & Suet. Domit. c. 2, ubi *Aſiatici* procul dubio intelliguntur, ut Maſſagetæ, aut horum vicini. At Martialis 7 epigr. 29 *Europæos* notat. *Nec te Sarmatico tranſit Alanus equo.* Lucan. 8, 223 *Et ſequerer duros æterni Martis Alanos*, hoc eſt, ſemper pugnantes. Vid. de his Barth. ad Briton. Aremor. p. 29, 30, 31. ¶ 2. Extant parabolæ verſibus indoctis ſcriptæ vetuſti cujusdam auctoris *Alani*, qui cognominari ſolet *Inſulenſis*, ab Inſulis, oppido Flandriæ, quod ipſi natale fuit. Etiam titulum *Doctoris Univerſalis* ipſi tribuunt, ob omnigenam eruditionem. De eo vide Henr. Gandav. de Script. Eccleſ. & ibi Miræum f. 166. Trithem. de Script. Eccleſ. p. 99; Voſſ. de Poët. Latin. p. 75.

ĂLĂPA, *æ*, f. Latinum nomen, idem, quod κόλαφος, *colaphus* Græcum, ein backenſtreich, maulſchelle, ohrfeige. Martial. 5 epigr. 62 *O quam dignus eras alapis.* Et Juvenal 8, 192 *Ridere alienis alapis.* Phædr. 2, 5, 25 *Multo majoris alapæ veniunt*, i. e. libertas carius emitur. De hac alapa manumiſſionis v. Barth. ad Briton. Arem. p. 406; & Burm. ad Petron. c. 38 p. 164.

¶ Alăpo, *āre*, backenſtreiche geben, gr. lat. ῥαπίζω, *capalmo*, *alapo.* Etiam pro eo, quod dicimus *Alapam impingere*, Gloſſatori vetere. *Alapari* eſt, vox ſcriptoribus probis ignota. Sic autem ille: *Alapatur*, ἀλαπάζει. Vbi putes ad græcam originem hanc vocem referri. *Alapare* aliquem non dixero, inquit Voſſius de Vit. ſerm. p. 653. ſed *colaphum alicui ducere* vel *infringere.* Vſus eſt ſequioris ævi ſcriptor Bonaventura voce paſſiva, Part. 1 ſtim. div. amor. c. 13 de Salvatore: *Suſtinet alapari, qui mundum plaſmaverat.*

¶ Alapător, *ōris*, m. qui colaphos aliis gaudet incutere, der maulſchellen austheilet. Gloſſ. lat. gr. *Alapator*, κανχητής.

¶ Alăpus, *i*, m. paraſitus propter mercedem alapas ferens, in Gloſſ. Iſidori, der die backen aufſtößet zu maulſchellen. v. Barth. Advenſ. 19, 22.

¶ Alapiſta, *æ*, m. idem. Hinc *alapiſtarum ſtrepitus* apud Arnob. 7 p. 239 pro mimis & ludionibus, qui finito ſpectaculo, ut loquitur Tertull. de Spectac. c. 23 *Facium ſuam contumeliis alaparum objiciant.* His enim alapis ſibi invicem inflictis ſpectatores ad riſum commovebant. Locum Arnobii ita reſtituit Scaliger, pro *Salapittarum ſtrepitu.*

ALĂPATHUS, *i*, m. ἀλάπαθος, herba purgatoria Theocrito, quam *Lapathum* Dioſcorides appellat.

ALĂRĪCUS, *i*, m. Ἀλάριχος, Claudian. de bello Getico v. 546 *Rumpe omnes, Alarice, moras: hoc impiger anno Alpibus Italiæ ruptis, penetrabis ad urbem.* Nomen id fuit duobus regibus Gothicis: quorum alter Romam cepit Honorii temporibus, vide Zoſimum 5, 38, & 6, 7: alter in eadem Veſigothorum gente, gener Theodorici Oſtrogothi, Italiæ regis, a Chlodovæo cæſus. Vide Aimonium 1, 20 ſeq.

Alaris, alarius, vide in *Ala.*

ALARVM, *i*, n. herba, floribus caſiæ ſimilibus, Iſidor. 17, 9.

ĂLĀSTOR, *ōris*, m. Ἀλάστωρ, nomen equi Plutonis apud Claudian. de Rapt. 1, 256. *Armenti Dite quod nota ſpectatur ad ſtirpes.* ¶ 2. Fuit *Alaſtor* & locus Sarpedonis, regis Lyciæ, interfectus ad Trojam ab Ulyſſe, Ovid. Met. 13, 257. ¶ 3. Ἀλάστορες Græci dicunt dæmones infeſtos, tortores, die böſen geiſter, plage-teuffel, geſpenſter. Plutarchus Vita Ciceronis p. 885, de eodem refert, quod cogitaverit domum Cæſaris Octaviani, a quo proditus Antonio eſſet, clam intrare, καὶ σφᾶς ἑαυτὸν ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἀλάστορα προσκαλεῖν, apud ſuam eos ſe interficere, quo ultricem ſortem in eum constituat. ¶ 4. Homines item malignos & ſceleratos, ac peſtes, ſchädliche leute wie teufel. Sic ab Athenæo 12, 10 Dionyſius vocatur ἀπάτης Σικελίας ἀλάστωρ, *totius Siciliæ peſtis.*

Alata caſtra, alatus, vide *Ala.*

ALATERNUS, *i*, f. ἐλατήρνος, frutex grato capris, quemadmodum Columella ſcribit 7, 6. Plinius 16, 26 nullum ſemen aut fructum ferre frutectum antequadrin, & ſolia eſſe e mediæ cujusdam inter ilicem & oliviam. Lemn.

ALAUDA, *æ*, f. κορυδάλλη, cum Iſidoro. Ante Cæſarem Latinis hoc vocabulum fuit incognitum, (Plinius enim hanc avem *galeritam* 11, 37, & 35, 36. Gellius 3, 13 *cristatam* appellat.) ſed poſtea admiſſum. v. Bernegg. ad Cæſ. Suet. c. 24, 2. ¶ 2. Fuit & legionis Romanæ nomen *Alauda*, vel potius *Alaudarum*, a crista, quam hujus aviculæ inſtar in capite haberent Cic. Att. 16, 8 *Antonius cum legione alaudarum ad urbem pergit.* Hanc ex Gallis Cæſar conſcripſerat. Meminit & Suet. Cæſ. c. 24, ex cujus loco conſtat, vocabulum ipſum Gallicum eſſe, quod & Plinius de ave exponens auctor eſt, cujus verba nunc integra ex 11, 37 apponimus: *Parvæ avi, (ita Harduinus emendat, quæ ab illo [scilicet] galerito appellata quondam, poſtea Gallico vocabulo etiam legioni nomen dederat alaudæ.* Adde Torrent. Bernegg. & Caſaub. ad Suet. l. c.

ALAUSA, *æ*, f. vile piſcis genus, ein ſchneiderfiſch. Auſon. Moſella v. 127. vide infra *Aloſa.*

ĂLĀZON, *ōnis*, m. gr. ἀλαζών, inſolens, jactabundus, ein großſprecher. ¶ 2. Fluvius ex Caucaſeis montibus profluens inter Albaniam & Iberiam. Val. Flacc. 6, 102 *Tota non audit Alazona ripa.*

¶ Alazonia, *æ*, f. ἀλαζονεία, jactantia, oſtentatio, prælerev. Vlpian. Interpr. Demoſth. ait: *Alazoniam eorum eſſe, qui plura promittunt, quam poſſint præſtare.*

ALBA, *æ*, f. & Alba Longa, urbs in Latio, condita ab Aſcanio Æneæ filio, ab alba ſue dicta, Virgilio teſte Æn. 8, 43. Liv. 1, 3 *Aſcanius florentem jam atque opulentam urbem matri ſuæ novercæ reliquit: novam ipſa alteri ſub Albano monte condidit, quæ a ſitu porrecta in dorſo urbis Longa Alba appellata eſt.* ¶ 2. Sunt præterea & aliæ *Albæ* civitates in Italia; ut, *Alba Fucentis*, in Marſis ad Fucinum lacum, Plin. 3, 13; & *Alba Pompeja*, in Liguria, Id. 3, 5. Quæ quidem urbs hodieque *Albæ* nomen ſervat. ¶ 3. Extra Italiam, in Hiſpania, *Alba Virgæa*, Plin. 3, 1; In Pannonia, *Alba regalis*, Stuhlweiſſenburg; & ad Mœſiæ fines *Alba Græca*, Taurunum olim, Griechiſchweiſſenburg, barbare *Belgrad*: in Tranſilvania, *Alba Iulia*, Weiſſenburg. Conf. infra *Alba* in *Albus.*

¶ Albānus, *a*, *um*, adject. ut, *Albana pax*, Liv. 1, 27. *Exercitus Albanus*, ibid. *mons*, Liv. 1, 3. *Albani tumuli*, Cic. pro Mil. c. 31. ¶ 2. *Albani* dicuntur Albæ longæ incolæ; ut, *Multitudo Albanorum*, Liv. 1, 6.

¶ Albenſis, *e*, aliud adject. Sic *Albenſes Pompejani* incolæ Albæ Pompejæ, apud Liv. 17, 4.

¶ Albeſia, *orum*, n. pl. *ſcuta, quibus* Albenſes, *qui ſunt Marſi genevis, uſi ſunt: hoc eadem* decumana *vocabantur, quod eſſent ampliſſima*, Feſt.

ALBĀNIA, *æ*, f. Ἀλβανία, regio ab occidente poſt mare Caſpium in ſeptemtrionem inter Iberiam & Mediam adſurgens. Nomen accepiſſe videtur vel a colonis inde ab *Albano* Italiæ monte deductis, ut Juſtinus exiſtimat 42, 3; vel ab *Albano* civitate Macedoniæ, cujus partem & hodie adhuc Albani tenent: vel denique quod albo crine Albani naſcantur, & canitiem, ut Solinus c. 25 ſcripſit, auſpicium habeant capillorum. In hac regione fortiſſimi & ferociſſimi canes: adeo ut leones & elephantos dejiciant. Quales duos dono accepit ab Albaniæ rege Alexander M. de quibus Plin. 8, 40. ¶ 2. *Albania* hodie Macedoniæ pars occidentalis, in Illyricum & Epirum excurrens, cujus incolæ dicuntur *Albani*, Albaneſer. Vid. Geograph.

Albarium, albarius, albatus, albedo, &c. quære in *Albus.*

Albenſis, Albeſia, vide ſupra in *Alba.*

Albicaſſo, albicerata, &c. vide *Albus.*

ALBĪCI, *orum*, m. pl. Maſſilienſibus vicini populi fuerunt, de quibus Cæſar bell. civ. 1, 34 *Albicos barbaros homines, qui in Maſſilienſium fide antiquitus erant, ad ſe vocaverant.* Hi videntur eſſe Strabonis Ἀλβιοικοί, lib. 4 p. 140, a quibus diſtinguit, ut proximos tamen, Ἀλβίους, *Albienſes*: utrosque locat μετὰ τοὺς Σάλυας, *poſt Salyes.*

Albico, albicolor, albidulus, albidus, quære in *Albus.*

ALBINGAVNUM, *i*, n. urbs Liguriæ litoralis ſub archiepiſcopo Genuenſi. Eliſo vel omiſſo priori *n* apud Melam & Ptolemæum vocatur *Albigaunum.* Plene & diviſe *Albium Ingaunum* vocat Plinius 3, 5.

ALBĪNŌVĀNUS, *i*, m. Romanum nomen. *C. Pedo Albinovanus, Pontaci rotica*, ut ex Quinctiano 10, 5 & ex Senecæ Suaſ. 1 cognoſcimus. Martialis *epigrammatum laſciviorum ſcriptoribus* accenſet in epiſt. l. 1 epigr. præfixa: conf. lib. 2 epigr. 77 & 5 epigr. 5. Seneca Philoſophus epiſt. 122 *fabulatorem elegantiſſimum* vocat. Altioris & magni ſpiritus fuiſſe, Ovidius innuit, qui eum *fidereum* appellavit, id eſt, *ſublimem*, ex Ponto 4, 16, 6. Vixit enim ejus ætate, hoc eſt, Auguſto imperante: nec alius eſt, ad quem elegia 10 ejusdem libri directa eſt. Ex qua cognoſcimus, & Theſei geſta Albinovanum præter alia ſcripſiſſe. Condidit & de navigatione Cæſ. Germanici carmen: ex quo poëmate verſus aliquot Seneca Pater Suaſoria 1 adducit. Huic & illas elegias duas, quæ vulgo cum Ovidio edi ſolent; quarum altera in obitum Mæcenatis; altera de morte Druſi ad Liviam ſcripta eſt, Scaliger tribuit: repugnante tamen (de ultima imprimis) & multum contradicente Paſſeratio. Quæ lis diſcernenda nobis non eſt. vid. I. H. Meibomii Mæcenas cum notis in Pedonis carmen. ¶ 2. Alius ab iſto *Celſus Albinovanus* Tiberii Neronis ſcriba, quem Horatius familiarem habuit, ut ex epiſt. 8 lib. 1 cognoſcitur. Vbi operæ pretium erit Torrentium videre.

ALBĪNUS, *i*, m. quo nomine apud Romanos multi fuere: v. g. *Sp. Albinus* orator, cujus Cicero meminit in Bruto c. 25. ¶ 2. Et *A. Poſthumius Albinus*, qui res Romanas Græco ſermone ſcripſit; cujus Cicero in Bruto c. 21, Corn. Nep. Fr. c. 7, Gellius 11, 8 & Suidas meminerunt. Sed vid. Fabric. B. G. 3, 2 p. 43. ¶ 3. *Albinus* denique imperator peſſimus extribus, qui uno tempore de principatu contenderunt, Pythiæ oraculo judicatus; quod ſic habuit: *Optimus eſt Fuſcus* (Peſcennium Nigrum) *bonus Iſter* (Severus) *peſſimus Albus* (Albinus). Hujus vitam nobis Capitolinus reliquit, vel ſecundum alios Spartianus. ¶ 4. Eſt & appellativum nomen. Vide infra in *Albus.*

ALBION, *ii*, n. magna Britanniæ inſula, Angliæ & Scotiæ nunc regna complectens; ſic dicta *ab albis rupibus*, quas mare alluit, vel *ob ſpumas albas*, quibus abundat. Al. quaſi ὄλβιον, quia ſumme felix & fertilis. Al. ab *Albione* gigante, filio Neptuni, qui ibi regnaſſe dicitur. Vide Plin. 4, 16.

ALBIS, *is*, m. fluvius noriſſimus & celeberrimus Germaniæ, die Elbe, in confinio Bohemiæ atque Sileſiæ, prope oppidum Schmidebergam, ex Gigantum jugis (rieſen-gebirge) oriens, Bohemiæ Miſnæque illatus per multas terras diffunditur, & in oceanum denique Germanicum vaſto ore prope Hamburgum evolvitur. Itaque manifeſte falſus eſt Tacitus, qui in Hermunduris (in quibus poſt Marcomanos, ſive Bohemos, Miſnenſes noſtri fuerunt primi) oriri ſcribit de

Ger-

Germania c. 41. Quem recte Vellejus 2, 106, 2 *Sensuum Hermundoruque fines praterfluere* notat. Lucanus 2, 51

Euntiat ab extremo flavos Aquilone Suevos
Albis, & indomitum Rhenis cognate Cheruscum.

ALBIVM, *i*, n. oppidorum nomen, ut *Albii Ingauni*, quod vide in *Albigaunum*: & *Albii Intemelii*, iridem in Liguria. Plin. 3, 5.

ALBIVS, *a*, *um*, gentis Ro. nomen, e quo nobilis Tibullus poëta: de quo Horat. 1 epist. 4, 1 *Albi nostrorum sermonum candide judex*. Vide *Tibullus*. ¶ 2. Alius *Albius* est, de quo Horatius 1 Sat. 4, 28.

¶ Albianus, *a*, *um*, adject. ut, *Albianum judicium*, Cic. pro Cæc. c. 10 *Albianum negotium*, Id. ad Att. 14, 18 & 20.

Albo, albogalerus, albor, vide *Albus*.

ALBVGVM, *i*, n. planta, quæ & *ἀσφόδελος*, haſtula regia eſt, goldwurtzel, Plin. 21, 17. *Asphodelus* autem bulbus ipſe, quem numeroſiſſimum habet, proprie eſt: nam caulem *antherieum* vocant. Vide *Asphodelus*.

ALBVCILLA, *æ*, f. mulier multorum amoribus & adulteriis infamis Tac. An. 6 c. 47 & 48.

ALBVELIS, *is*, f. vitis genus, a colore albo. Plin. 14, 2 *Albuelis summis arboribus fortilior eſt*. Colum. 3, 2 *Albuelis utilior in colle quam in campo*.

Albugo, vide in *Albus*.

ALBVLA, *æ*, f. fluvius Italiæ, qui poſtea Tiberis, a Tiberino ibi extincto appellatus. Vid Liv. 1, 3. Virgil. Æn. 8, 331

A quo poſt Itali fluvium cognomine Tiberim
Diximus: amiſſa vetus vatum Albula nomen.

Vide Tiberis. ¶ 2. *Albula*, vel *Albula*, *æ*, quæ ſulphureæ & præglelidæ in Tiburtina planicie juxta Anienem, de quibus Plin. 31, 2; item Strabo, & Pauſan. in Meſſenicis. Martialis 4 epigr. 9 *Crudarum nebulæ quod Albularum*. Stat. 1 Silv. 3, 75

Illic ſulphureos cupit Albula mergere crines.

¶ 3. Videtur *Albus & Albula* epitheton generale fuiſſe aquarum, earum præſertim, quibus vel ſpuma vel ſulphur album colorem adderet. vid. Cerda ad Virg. Æn. 7, 83 & 517. Ita forte capiendus locus Martialis 12 epigr. 100 de Bæti fluvio. *Cui rector aquarum Albula navigeram per freta pandit iter*. i. e. albicantis ob ſpumam freta.

Albulus, albumen, albumentum, vide *Albus*.

ALBVNEA, vel Albūnea, *æ*, f. Dea quæ in nemore quodam Tiburtino colebatur, & cui facer *Albunea* fons. Hanc nonnulli Sibyllam Tiburtinam faciunt. Lactánt. Div. Inſt. 1, 6 *Decimam Sibyllam* (fuiſſe ſcribitrant) *Tiburtem, nomine Albuneam, quæ Tiburi colitur, ut dea, juxta ripas amnis Anienis*. Tibull. 2 eleg. 5 v. 69 *Quodque Albunea ſacras Tiberis per flumine ſortes Portarit, ſicco pertererit que ſinu*. Adde Turneb. Adv. 11, 26.

¶ Albunea, *æ*, f. fons & ſilva in Tiburtinis altiſſimis montibus. Fonti nomen eſt a qualitate aquæ. Virg. Æn. 7, 82 *Lucoſque ſub alta Conſulit Albunea, nemorum quæ maxima ſacro Fonte ſonat*, &c. Vide ibi Servium, qui & obſervat ipſam *Leucothoam* nonnullis ſic appellatam. Gloſſæ Cyrilli: *Albunea mater*, λευκοθέα: Ergo *Albunea*, *Albumna*, *Leucothea*, quæ & *Matuta*, eadem Dea. quod confirmant aliæ Gloſſæ Philoxeni: λευκοθέα, *Albunea Mater*, *Matuta*. vid. Taubm. ad Virg. l. p. 764.

ALBVRNVM, *i*, n. Plinio 16, 38 eſt mollis ac peſſima pars ligni, etiam in robore facile putreſcens, teredini obnoxia, das weiſſe am holtz, zunächſt der rinden.

¶ Exalburno, *are*, alburnum detrahere. Vtitur hoc verbo Plinius 16, 40 *robur exalburnatum*, hoc eſt, cui alburnum ademtum.

ALBVRNVS, *i*, m. piſcis a colore dictus. Auſon. in Moſella v. 126

Quis non & virides vulgi ſolatia Tineas
Norit? & albumos prædam puerilibus hamis?

Generalius voce ſumta, weiſſfiſche, ſchneiderfiſche, λευκίσκοι Græcis. ¶ 2. *Alburnus*, Lucaniæ mons, Virg. Georg. 3, 146. ¶ 3. Similiter loci hujus Deus appellatus fuit *Alburnus*: Tertull. contra Marcion. 1, 18.

ALBVS, *a*, *um*, λευκὸς, ἀλφὸς, ex quo *albus* eſt: quod *album* Sabini appellarunt, Feſto auctore. weiß. Differt a candido, quo minus eſt: *album* enim ad pallorem quem jam accedit: *candidum* vero multum lucis habet. Virg. Georg. 3, 81 de equis docens: *Honeſti Spadices, glaucique, color deterrimus albis Et gilvo*. Ad quem locum Servius: *Atqui*, inquit, *albi non*: Qui candore nives anteirent. *Sed aliud eſt CANDIDVM meliſſe id eſt, quadam nitenti luce perfuſum: aliud, ALBVM, quod pallori ſimile eſſe videtur*. Cujus neceſſaria observationis oblitus I. C. Scaliger improvide ſcripſit, *equos candidos* a Virgilio immerito damnari, quod optimos viderit & bellatores. Locus eſt in commentariis ad Ariſtotel. 2 de anim. Apotel. 130, ubi hiſtoriam equorum perſequitur; ad quem locum vide, quæ Phil. Iac. Mauſſacus animadvertit. ¶ 2. *Albus* pro pallido, blaß, bleich. Sulpicia in Satyra Domitianum perſtringens:

Non trabe, ſed tergo prolapſus & ingluvie albus.

Ad quem locum vide docto viro notata in Miſc. Obſerv. VI, 369. Ovid. Amor. 1, 7, 51 *Albo, & ſine ſanguine vultu*. v. plura ap. Menckenium Obſerv. Lat. Ling. h. v. Huc refertur illud Martialis 1 epigr. 56 *Urbanis albus in officiis*, i. e. anxius & ſolicitus; vel potius, ut vult Lipſius Elect. 1, 13 *Alba toga indutus*: *cretatus & candidatus in comitiis*. Sic & pro cano, grau; ut, *Alba ſenectа*, Propert. 3, 3, 46. *Vellere albos capillos*, Id. 3, 22, 33; & Tibull. 1, 9, 47. Quin & pro cineritio, h. e. qui ex nigro albet colore, qualis in animi eſt, album Perſius dixit Sat. 1, 59

Nec manes auriculas imitata eſt mobilis albas.

De aſini enim auribus loquitur. ¶ 3. Cic. Tuſc. 5, 39 *Democritus luminibus amiſſis alba & atra diſcernere non poterat*. Hinc *Albus an ater ſis neſcio*, proverbiale de vehementer ignoto, Cic. Phil. 2, 16; & Catullus carm. 94 in Cæſarem. conf. Quinct. 11, 1 p. 969. *Alba avis*: *Corvo albior*: hoc Juvenalis 7, 202. Illa Ciceronis eſt fam. 7, 2., de re admodum rara & inuſitata. *Albi rete ad ſimile bona appugnare*, Plaut. Perſ. 1, 2, 22, nihil aliud eſt, quam fraudibus ſuis leges, jura, & maxime *album prætorii* (de quo mox n. 3) præterire; five aliquere aliquid ex edicto prætoris, atque inde periculum, per calumniam crearе alteri. Ita poſt Guilelm. interpretatur I. F. Gronov. p. 922; & quidem melius quam ibid. Scaliger, & Voſſ. 4 hiſt. Orat. p. 54. Alias *rete albus* dicitur in veteribus Romanis, qua de re Lipſius Elect. 3, 12. *Albus virgineus*, facer lotes Apollinis Delphici Tullius L. 1 de Divin. c. 37 dixit. *Calendarum album adjicere*, i. e. approbare. vide *Calculus* n. 6. ¶ 4. *Albus* pro felici, læto, ac proſperiore, ſtudioſi; ut contra *ater* pro triſti & noxio ponitur. Nam alterum ad aperos cœleſtesque pertinet, alterum inferorum naturam refert. Sic *Alba ſtella* felix ap. Horat. 1 od. 12, 27 Silius 13, 53

Sed current albaque diu bona ſigna ſequenti.

Suidas Tom. 2 f. 29 λευκὴ ἡμέρα, ἡ εὐδαιμονία ἐν ἀναγκαίοις, *alba* vel *candida dies*, *bona & ad lætitiam*. *Anne gallinæ albæ*, vide ex Juvenali in *Gallina*. ¶ 5. Pro ſicco & fervido, & velut candenti Martialis potuit 10 ep. 62 *Albæ leone flammeo cocunt Iacus*; Pro claro & ſereno Horat. Od. 1, 7, 15 *Albus ater obſcuro deterget nubila cælo*. Superl. *Albiſſimus* Celſo 5, 26, 20 tribuitur; ſed ibi exſtat *albidiſſimus*. Gradus tamen format Varro de L. L. 7, 9 *Album, albius, albiſſimum*.

¶ Albus, *a*, f. abſolute videatur ſupra ſeorſum. ¶ 2. *Albas* pro unionibus Lampridius, & Venantius, & alii mediæ Latinitatis ſcriptores abſolute dixerunt: v. Lamprid. Elegabalo c. 21, & ibi Salmaſ., qui etiam Venantii de hoc verbum adjunxit. ¶ 2. Item pro veſtimentis talibus. Vnde & in veteri eccleſia *ſi primanam in albis* appellarunt, quæ proxime pallio ſequitur. Nam baptizandis Catechumenis Patribus olim deſtinatum fuit: & baptizati veſte candida induebantur. De Diaconorum *alba* in adminiſtratione cœnæ vid. Pignorius de Servis p. 90 ſq.

¶ Album, *i*, n. abſolute pro albo, weiſſe farbe. Virg. ecl. 2, 41 *Sparſis etiamnum floribus albo*. Item Georg. 3, 56 *Maculis ſi gnis & albo*, i. e. maculis albis. Liv. 4, 25 *Ne cui albo in veſtimentum addere petitionis cauſſa liceret*. Vt locum illum Lipſius alii que emendant. ¶ 2. Item pro albumine, ſive albugine oculi vel ovi, das weiſſe im auge oder ey; quod & Græcis λευκὸν eſt. Ita Celſus non ſemel, Columella & Plinius uſi. v. g. Celſ. 7, 7, 13 *Gutta humoris, ovi albo ſimilis*. Vet. Gloſſ. *Album*, λευκὸν, λέυκωμα. conf. Id. 20, 11; & Plin. 7, 7; Colum. 6, 17. ¶ 3. *Album* etiam ſubſtantive dicebatur de albata tabula, in qua prætores edicta, actiones, interdictaque proponebant, quo omnibus innotescerent, quæ & ipſa Græcis λεύκωμα appellatur. Mentio ſæpius in Iſtorum libris. Hinc *Album corrumpere*, Lege 9 Dig. de Iurisdictione. Transfertur eadem vox hac ratione ad quamvis matriculam. *Sic Album judicum*, ap. Suet. Domit. c. 8; *Album ſenatorium*, ap. Tac. An. 4, 42, 6; λεύκωμα πολιτῶν, *album civium*, ap. Iul. Pollucem 8, 8 tmem. 23. *Albo evadere*, aus der matricul leſchen, apud Tac. & Suet. cc. ll. Contra *Albo adſcribi*, idem Suet. Tib. c. 53, in matriculiret oder eingeſchrieben werden. conf. Id. Ner. c. 21. Sic de Pontifice Max. *Iſſerre in album & proponere tabulam*, Cic. de Orat. 2, 12; *referre*, Liv. 1, 32. *Ad album ſedentes*, Senecæ epiſt. 28 interprete Lipſio, Leguleji ſunt, circa album prætoris & formulas occupati.

¶ Albŭlus, *a*, *um*, diminutivum, weißlicht. Catullus epigr. 30 *Vt albulus columbus aut Dioneus*. *Albula* v. feorſum, inprimis n. 3.

¶ Albor, *ōris*, m. albedo, die weiſſe. Vet. Gloſſ. λευκότης, *Albor*, *Candor*. ¶ 2. Pro ovi albumine. Scribon. Largus Compoſ. 24 *Vices dibultur ovi albore*. Apicius de re culin. 1, 1 *Ovorum trium albo rem in lagenam mittas, & diutiſſime agitabis*. conf. Pallad. Oct. t. 14.

¶ Albēdo, *inis*, f. idem. Sev. Sulpicius Hiſt. S. 1, 16 de Manna: *Glaciali albedine erat*. Onomaſt. Vet. *Albedo*, λευκότης, λευκόν.

¶ Albĭtūdo, *inis*, f. idem. Plautus Trin. 4, 2, 32 *Ad iſtanc capitis albitudinem*, id eſt, canos capillos.

¶ Albĭties, *ēi*, vel Albitio, *ōnis*, f. idem. Apul. de Herb. c. 20 *Albitiem* (al. *amittentem*) *faciſſe ris de capite ejicies*. v. Barthii Adverſ. 37 c. ult.

¶ Albūmen, *inis*, n. idem. Apicius 2, 5 *Cum albumine porri ſimul elixare*. conf. 3, 2, & 4, 2.

¶ Albūmentum, *i*, n. idem. Apicius 5, 3; & 6, 9 *Albamentum ovi*.

¶ Albo, *āre*, album reddere, weiß machen. Priſcian. in Periegeſi: *Hoc fuſcat niveas, hoc albat gargite nigras*. Hinc

¶ Albatus, *a*, *um*, albis veſtimentis indutus, weiß gekleidet. Cic. in Varin. c. 13 *Cum ipſe equiti dominus, Q. Arius, albatus eſſet*. Plin. 8, 42 *Albati equi paſmam vere pavere*, h. e. factionis albatæ, v. ibi Harduin. Horat. 2 Sat. 2, 60 *Ille repotia, natales aliosque dierum albatus celebret*.

¶ Albārius, *a*, *um*; ut, *Albarius textor*, ein tüncher. Tertull. de Idolol. c. 8. *Albāriuri opus* dicebatur, cum calce mera inducebantur & nitori dabantur, quæ ornata, lita, politaque forent, quæ *tectoria* appellabantur: Itaque, *Albarii operis nitore decorare*, ap. Pallad. 1 t. 40 eſt dealbare, weiſſen. *Albaria opera*, quomodo fiant, Vitruvius docet 7, 2 & Palladius 1, 14.

¶ Albarium, *i*, n. ſubſt. die weiſſe. Plin. 35, 16 *Terra ſamia lacte diluta tectoriorum albaria interpolantur*. conf. Id. 36, 23.

¶ Albarius, *i*, m. ſubſt. qui albarium facit, ein weiſſer. Lege 2 Cod. Theod. de excuſ. artif. *Architecti, taquearii, albarii, tignarii*, &c.

¶ Albīnus, *i*, m. idem. Vet. Gloſſ. κονιατὴς, *Dealbator*, *Albinus*, *Tector*, Conſtant. Imp. L. 1 Cod. de excuſ. artif. *Albini quos Græci κονιατὰς appellant*. Fit ibidem poſt & *Dealbatorum* mentio: neque ab his aliquis eos diſtinguendos puret: autleve diferimen inter hæc fundè cenſear.

¶ Albineus, *a*, *um*, weißlicht; ut, *Color albineus*, Pallad. Mart. t. 13.

¶ Albeo, *ēre*, album eſſe, weiß ſeyn. Plin. 15, 19 *Damnatur Cinnamomum cui albet cortex*. Virg. Æn. 12, 36 *Campi ingentes, quibus albent*.

¶ Albens, *tis*, weiß, weißlicht. Cæſ. B. Civ. 1, 68 *Albente cælo* Ovid. Arte Am. 3, 182 *albentesque roſa*, &c. Plin. Paneg. c. 22 *albentes equi*.

¶ Albeſco, *ĕre*, weiß werden. Cic. Acad. Qv. 4, 33 *Mare, quia a ſole colluceat, albeſcit & vibrat*. Virg. Georg. 1, 367

Flammarum longus a tergo albeſcere tractus.

Prudentius Hymno matutino v. 3 *Lux intrat, albeſcit polus*. ¶ 2. Pallere. Tull. in fragm. Hortenſii ap. Priſcianum L. VI *Refugiat timido ſanguen atque albeſcat metu*.

¶ Albeſcens, *tis*. Horat. od. 2, 14, 25 *Ienit albeſcens animos capillus*. Sil. 8, 452 *Nec albeſcentibus annis*

¶ Albegmina, *um*, n. pl. apud Feſtum errore ſcriptum pro *ablegmina*: ſunt enim *partes extorum, quæ Dii immolantur*.

¶ Albelio, *ōnis*, i. tegumentum capitis, eine weiſſe ſchlafmütze; apud Juvenalis Schol. ut viſum Rutgerſio Var. Lect. 6, 18 & Voſſio de Vit. Serm. 1, 16.

¶ Albellunculus, *i*, m. diminut. idem apud eundem Juven. Schol.

¶ Albico, *are*, weiß ausſehen, weiß ſcheinen. Horat. 1 od. 4, 4 *Nunc prata canis albicant pruinis*. Plin. 27, 5 *Ex nigro albicat*.

Varro apud Nonium 2, 58 *Rivus offensus a scopulo lapidoso albicatur*, i. e. exalbescit.

¶ Albicans, *tis*, weißlicht, blaß. Plin. 37, 10 *Beli (gemmæ) oculus albicans pupillam cingit nigram.* Colum. 8, 2 *Pulex ex rutilo albicantes.* Et Catull. 64 v. 84 *Albicantis loca littoris.*

¶ Albicanter, adverb. idem, unde Compar. Solinus c. 43 de Hyacintho: *Aut nubilo obducitur, aut albicantius in aquaticum eliquescit.*

¶ Albicasso, *ĕre*, antique pro *Albicare.* Matius apud Gell. 15, 25 *Iamjam albicassit Phœbus.* Alii *albicescit* legunt.

¶ Albĭdus, *a, um*, aliquantulum albus, weißlicht; ut, *Albida spuma*, Ovid. Met. 3, 74. *Albidum ulcus*, Colum. 5, 31. Comp. Plin. 8 epist. 20 *Color cæruleo albidior.* Superl. Cels. 5, 26, 20 *Pus albidissimum.*

¶ Albĭdŭlus, *a, um*, diminut. idem. Pallad. 3, 25 de liquamine ex piris: *Liquorem dimittunt saporis jucundi, sed coloris albiduli.*

¶ Albūgo, *inis*, f. das weiſſe im ey. Gloss. Vet. λεύκωμα, *Album, Albumen, Albugo.* ¶ 2. At Plinio *oculorum albugines* sunt vitium in oculis, vel macula aut cicatrix: v. g. 20, 5 *Cicatrices oculorum & albugines*, ein weiß fell auf dem auge. Et 24, 5 *Cedri fucco oculorum albugines caligines que imunxere.*

¶ Albumen, *inis*, n. das weiſſe im ey. Plin. 28, 6 *Ovorum albumine.*

¶ Albumentum, *i*, idem. Veget. de Re Veter. 2, 57 *Ovi albumentum.*

¶ Albĭcĕrāta, *æ*, f. *ficus pediculo minimo latissima*, Plin. 15, 18 eine groſſe feige, quaſi ab alba cera.

¶ Albicĕra oliva, inter ſpecies olivarum, Plin. 15, 5.

¶ Albicēris olea, inter olearum ſpecies, Cato R. R. c. 6; & Varro R. R. 1, 124.

¶ Albĭcŏlor, *ōris*, weißfarbicht; ut, *Albicolor campus*, Corippus 17, 329.

¶ Albĭcŏmus, *a, um*, weißharicht; ut, *Albicomi flores*, apud Fortunatum.

¶ Albōgalērus, *i*, m *Pileum capitis, quo flamines diales utebantur*, eine weiſſe mütze. *Fiebat ex hostia alba Iovi cæsa, cui affigebatur apex virgula oleagina*, Festus. conf. Rubenius Elect. 2, 25.

Composita cum Præposit.

¶ Dealbo, *are*, album efficere, albo colore perducere, weiß machen, übermeiſſen. Curius ad Cic. 7, 29 *De eadem fidelia duos dealbare parietes* vide in *Fidelia.* Vide & *Calx*, & *Tectorium* in *Tego.*

¶ Dealbatus, *a, um*, weiß gemacht. Cic. in Verrem 1, 55 *Omnes illæ columnæ, quas dealbatas videtis.* Suet. Galba c. 9 *Dealbatam statui crucem jussit.* Pallad. 1, 24 *Dealbatis parietibus.* Comp. August. Confess. 7, 6 *Dealbatiores vias seculi cursitabant.*

¶ Dealbator, *ōris*, m. ein weiſſer. Vet Gloss. λευκαντής, *Dealbator*: Lege 1 Cod. de excus. artif. *sculptores, dealbatores, cusores &c.*

¶ Subdealbo, *are*, weißlicht machen. Varro ap. Nonium 2, 28 *Nejacentem subdealbet.* Aliter legit Scaliger.

¶ Exalbesco, *ere*, weiß werden, erblaſſen. Cic. de Orat. 1, 26 *Meipso sæpe experior, ut exalbescam in principiis dicendi.* Idem de Fin. 5, 11 ex veteri poëta: *Exalbescere metu.*

¶ Exalbo, *are*, weiß machen. Tertull. adv. Marc. 4, 10 *Etsi fuerint delicta vestra tanquam roseum, velut nivem exalbabo.*

¶ Exalbatus, *a, um*, weiß gemacht; ut, *Exalbati super nivem*, Tertull. ibid. 4, 8.

¶ Exalbidus, *a, um*, bleich, blaß; ut, *Folia urticæ exalbida*, Plin. 24, 19. *Vina admodum exalbida*, Id. 23, 1.

¶ Inalbeo, *ere*, weiß werden. Apul. Met. 7 p. 187 *Dies inalbebat.*

¶ Inalbesco, *ere*, Celsus 2, 7 fub fin. *Venæ sublingua inalbescunt.* Et 5, 28 de ulcere carbunculi: *Supra quoque procedens inalbescit.*

¶ Inalbo, *are*, weiß machen. Apul. Met. 10 p. 248 *Cerei præclara micantes luce nocturnas notis tenebras inalbabant.*

¶ Interalbico, *are*, weißlicht ſeyn. Plin. 37, 10 *Sicut crystallus interalbicat.* Harduinus monet in MSS. legi *albicat.*

¶ Peralbus, *a, um*, ſehr weiß. Apul. Met. 1 p. 103 *Equus peralbus.* Ibid. 5 p. 171 *Avis peralba.*

¶ Subalbeo, *ēre*, parum aut aliquantum albere, weißlicht ſcheinen. Cassiod. epist. 5, 34.

¶ Subalbĕo, *are*, idem. Varro R. R. 3, 9 *Palea rubra subalbicanti.*

¶ Subalbidus, *a, um*, ein wenig weiß. Plin. 21, 25 *Folia subalbida.* Celsus 5, 28, 15 *Pustula subalbida.* Conf. Id. 5, 26, 20.

ALBVTIVS, *i*, m. Canidiæ veneficæ pater, admodum avarus, & fœtus in ſervos conviviorum appetens, de quo Horat. Sat. 2, 1, 48: & 2, 2, 67. ¶ 2. *Albutius Silus* Novarienſis orator, voluntaria inedia mortuus, de quo Suet. Clar. Rhet. n. 6. ¶ 3. *T. Albutius*, philoſophus, diſcipulus Epicuri, de quo Cic. Tusc. 5, 37; & de Fin. 1, 3.

ALCÆA, *æ*, f. cauda leonis dicta ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, i. e. a *fortitudine*, cujus cauda ceu quodam incitamento ejus terga flagellantur, ut Plin. 8, 16 ſcribit. Sed non in leone modo *Alcæa*, ſed & in equo, bove, cane. Vid. Cæl. Rhodig. 7, 29. ¶ 2 *Alcæa*, etiam ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, ob inſignem vim herba, ſtamareswurtz. Vulgus *bismalvam* vocat, & *malvam ſilvaticam*: malvæ hortenſi ſimilis eſt; v. Plin. 27, 4.

ALCÆVS, *i*, m. Ἀλκαῖος, poeta lyricus fuit, patria Mitylenæus, *bello ferox, minax, aureo ſimans plectro* dictus Horatio 2 oda 13, 26. De eo Quint. 10, 1 p. 896 *Alcæus in parte operis aureo plectro meritu donatur, quia tyrannos infectatur: multum etiam moribus confert: in eloquendo quoque brevis & magnificus, & diligens: Homero ſimilis: ſed in luſus, & in amores deſcendit; majoribus tamen aptior.* Cicero eum de juvenum amore ſcripſiſſe teſtatur Tusc. 4, 33. Pauca fragmenta ejus ab Athenæo; unum a Stobæo Serm. 94 ſervatum. v. Fabric. Bibl. Gr. 2, 15, 9 p. 563. ¶ 2. *Alcæus* alius avus fuit Herculis, pater Amphitryonis: a quo *Alcides* ipſe Hercules ¶ 3. Tertius denique filius Herculis ex Omphale, apud Herodot. 1, 7.

¶ Alcaicus, *a, um*, adj ut, *Alcaicum carmen*, ab Alcæo ſic dictum, conſtat ex epitrito ſecundo, choriambis duobus, & Bacchio: ut,

Oderit campum patiens pulveris, atque ſ lis,

Horat. 1 oda 8, quæ incipit, *Lidia die per omnes.* Eſt & aliud Tricolon genus, quod vulgo *Alcaicum* appellamus, v. g. illud Horatii 2 oda 3

Æquam memento rebus in arduis
Servare mentem, non ſecus in bonis
Ab inſolenti temperatam
Lætitia, moriture Deli

ALCĂMĔNES, *is*, m. ſtatuarius, Phidiæ æmulus, Plin. 34, 8; & 36, 5; & Quintil. 12, 10.

ALCATHOE, *es*, f. arx urbis Megarorum in Achaja, Ovid. Met. 7, 444; quæ de Arte am 2, 421 *Alcathoi urbs* vocatur. Nam

¶ Alcathous, *i*, m. Pelopis filius, Megarei regis ſucceſſor. Pauſan. in Attic. ¶ 2. Alius Troianus, qui Anchiſæ filiam, Hippodamiam, uxorem habuit, occiſus ab Idomeneo. Homer. Iliad. N. conf. Virg. Æn. 10, 747.

ALCE, *es*, & Alces, *is*, f. ἀλκή, animal, quod noſtri vocant ein elend. vid. Plin. 8, 15. Cæſari B. G. 6, 27 *medium* eſt *inter equum & cervum.* Adde C. Schotti Phyſ. Curiof. 8, 1; & infra *Biſon.* De alce in nummis v. Ez. Spanhem. de uſu & præſt. num. diſſ. 4 p. 196. ¶ 2. *Alce* canis nomen apud Xenophont. de Venat. & Ovid. Met. 3, 217 & Colum. 8, 12. ¶ 3. *Alce* nomen meretricis, Gell. 4, 11. ¶ 4. *Alce*, urbs Hiſpaniæ, Liv. 40, 48.

ALCĔDO, *ĭnis*, f. Ἀλκυών, avis maritima, quaſi *algedo*, quod mediæ fere hyemis tempore in arena maris parit, der eis-vogel. Plaut. Pœn. 1, 2, 142 *Niſi illam mihi tam tranquillam facis, quam mare eſt olim, cum ibi alcedo pullos educit ſuos.* vid. ibi Taubm. Feſtus: *Alcedo dicebatur antiquis pro Halcyone.* conf. Varr. de L. L. 4, 13 & infra *Halcyon.*

¶ Alcedonia, *orum*, n. pl. tranquilli dies illi in mari, quibus incubant alcedines, die meerſtille. Plaut. Caſ. prolog. v. 26 *Tranquillum eſt: alcedonia ſunt circum forum.* Vide & *Halcyon*, & *Halcedonia* in H.

ALCESTE, *es*, vel Alceſtis, *is*, f. uxor Admeti regis Theſſaliæ: qui cum ægrotaret, & oraculum brevi eum moriturum reſpondiſſet, niſi quis amicorum morti ſe pro ipſo devoviſſet; Alceſtis, cum uterque parens, cum amici omnes recuſaſſent, promtiſſimam ſeſe obtulit. Alluſit eo Iuvenal. Sat. 6, 651 *Spectant ſubeuntem fata mariti Alceſtim, & ſimilis ſi permutatio detur, Morte viri cupiant animam ſervare catellæ.* Hujus nomine inſcripta tragœdia eſt apud Euripidem.

ALCHIMILLA, *æ*, f. herba, ſinau. Tabern. p. 248.

Alchymia, alchymiſta, vide infra *Chymia.*

ALCIBIĂDES, *is*, m. Ἀλκιβιάδης, imperator Athenienſis fuit, ſummo loco natus, naturæque & ingenii donis excellentibus exornatus: rurſus vero omni vitiorum genere deformatus, niſi quantum eum ab illis extraxit diſciplina Socratis, cui ſe erudiendum tradidit. Vitam ejus copioſe deſcripſit Plutarchus Græce: Latine perquam eleganter Corn. Nepos. Hic Alcibiades in ludum quendam ingreſſus, cum apud magiſtrum Iliada Homeri poſtulatam non inveniſſet, alapam ei impegit ſatis duram: atque cum imperitum eſſe, & ſimiles ſui pueros efficere, dixit. v. Ælian. Var. Hiſt. 13, 38 & Plutarch. in apophtheg. p. 186.

ALCĪBION, *i*, n. ἀλκίβιον, herba adverſus ſerpentium morſus, quaſi *ſubſidium vitæ.* Plin. 27, 5.

¶ Alcibiadion, *i*, n. ἀλκιβιάδιον, ſpecies anchuſæ, wildochſenzung. Dioſc. 4, 24 & 27.

ALCĪDĀMAS, *antis*, vel Alcidamus, *i*, m. Sūidæ philoſophus eſt Eleates, diſcipulus Gorgiæ Leontini. Quintilianus vero 3, 1 inter oratores eum numerat. Atque exſtant ejus aliquot orationes in volumine orationum Rhetorum Aldino. Scripſit laudationem mortis, quæ conſtabat ex enumeratione malorum humanorum, ut e Cic. Tusc. 1, 48 diſcimus. Mentionem hujus Rhetoris facit & Laërtius in Protagora. ¶ 2. Apud Stat. Theb. 10, 500 luctatoris nomen eſt. Vide & Ovid. Met. 7, 369.

ALCĪDES, *æ*, m. Hercules, ab avo Alcæo; quemadmodum ſupra dictum eſt in voce *Alcæus.* v. Horat. od. 1, 12, 26. Virg. Æn. 6, 801

Nec vero Alcides tantum telluris obivit.

Et ecloga 7 v. 61

Populus Alcidæ gratiſſima, vitis Iaccho.

ALCĪMĀCHVS, *i*, m. pictor nobilis, de quo Plin. 35, 11.

ALCĪMĔDE, *es*, f. Æſonis uxor, Iaſonis mater. v. Val. Flacc. 1, 317; & Stat. Theb. 5, 235.

ALCĪMĔDON, *ontis*, m. artifex cælator Virgilio eſt ecloga 3, 37

Cælatum divini opus Alcimedontis.

ALCĪMVS, *i*, m. Æaci filius, memoratur a Theocriti ſcholiaſte. ¶ 2. *Alcimus* rhetor, Sidonio Apollinari nominatus 5 ep. 10, & 8 ep. 11. Integrum illi nomen *Latino Alcimo Alethio* fuit, qui, Voſſio teſte, c. 5 de Poët. Lat. p. 63, inter Profeſſores Burdigalenſes memoratur Auſonio carm. 2 & B. Hieronymo in Chronico Euſebiano laudatur ad ann. Chriſti CCCLX. ¶ 3. Iunior eo *Alcimus* fuit *Ecdicius Avitus*, Archiepiſcopus Viennenſis, qui Zenonis & Anaſtaſii temporibus claruit, poëta Chriſtianus. Vt adeo inter Alcimum Rhetorices profeſſorem & Alcimum Epiſcopum ac poëtam totius ſit ſeculi intervallum. Hujus poëmata quære in Georgii Fabricii Poëtis Chriſtianis. Seorſum edidit Ioach. Zehnerus, & emendatiſſime una cum epiſtolis ejus Iac. Sirmondus. ¶ 4. Antiquiores *Alcimi* fuerunt, rhetor alius, de quo Laërtius Stilponis Vita: & *Alcimus* hiſtoricus, Siculus genere, qui, ut Athenæus auctor eſt lib. 10, ſcripſit Ἰταλικὰ, *Hiſtoriam Italicam*, cujus etiam Feſtus Pompejus meminit in *Roma.* Conf. Martial. 1 epigr. 89.

ALCĪNŎVS, *i*, m. Ἀλκίνοος, rex Phæacum ipſiſſimus, auctore Orpheo & Homero Odyſſ. 7 ſq. diligens horrorum cultor. Virg. Georg. 2, 87 *Pomaque & Alcinoi ſilvæ.* Stat. 1 Silv. 3, 81 *Quid bifera Alcinoi laudem pomaria?* ¶ 2. *Alcinous*, philoſophus Platonicus, cujus nomine circumfertur inſtitutio ad doctrinam Platonis. Sed hujus libelli verum parentem eſſe Arium Didymum, non, ut ſuſpicabatur præfatione in Alcinoum Iac. Carpentarius, Didymum Alexandrinum docet Theoph. Raynaud Theol nat diſſ 1 n. 42 p. 61.

ALCĪNVS, *i*, m. poëta fuit ſcenicus, ſcriptor fabulæ, quæ Penelopes defenſionem complectebatur: obque verboſas & pleniſſimas tædii nugas locum dedit proverbio: Ἀπόλογος ἀλκίνου, *Apologus Alcini*, apud Iul. Pollucem 2, 4 n. 24 & 6 c. 26; Suid. in ἀπόλογος. Pro Ἀλκίνου Eraſmus cum ſcriptum reperiſſet Ἀλκινόου, ſumptum initio proverbium putavit ex Homeri Odyſſea, ubi Vlyſſes in convivio Alcinoi Phæacum regis prodigioſas ac deridiculas fabulas commemorat de Lotophagis,

Læſtry-

Læstrygonibus, Circe, Cyclopibus, atque id genus aliis, feros videlicet Phœacum inficia barbarieque. Ipsum vide adag. 1332. Sed idem postea adag. 4083 agnovit, eo in proverbio *Alcinoum* (retinet enim τετρασύλλαβον) esse nomen scriptoris. Quod tribus tamen syllabis cum Polluce & Suida scribendum est. conf. Martial. 5 epigr. 66.

ALCIPPE, *es*, f. mulier rustica Theocrito & Virgilio eclog. 7, 14 *Quid facerem? neque ego Alcippen, nec Phyllida habebam.*

¶ 2. Plin. 7, 3 *Alcippe elephantum peperit*: id est, puerum cum capite elephantino: ut forte portentum illud sit, quod Livius 27, 11 & Val. Max. 1, 6, 5 narrant. ¶ 3. Est & *Alcippe* Martis filia, de qua Pausanias consulatur in Atticis f. 19 Gr.

¶ Alcippus, *i*, m. Ἄλκιππος, civis Lacedæmonius ob virtutem exilio mulctatus, de quo, & ejus uxore *Democrita*, Plutarchus in Amatoriis Narrationibus.

ALCIS, *is*, m. Numen Naharvalis, Germanicæ genti cultum: quod Castorem ac Pollucem Romana interpretatione memorabant. v. Tac. de Germ. c. 43.

ALCISTHĔNE, *es*, f. pictricis nomen apud Plin. 35, 11.

ALCITHOE, *es*, f. mulier Thebana, ob lanificii affiduitatem Bacchi sacra aspernata, cum fororibus in vespertiliones, earumque telæ in hederam & vitem transformatæ sunt. v. Ovid. Met. 4 fab. 1.

ALCMÆON, *ōnis*, m. Amphiarai & Eriphyles filius, matris, quod ea patrem prodidisset, interfector. De quo Hyginus fab. 73; Ovid. Met. 9 fab. 10, & Plaut. Capt. 3, 4, 30. ¶ 2. *Alcmæon* sophista, quem Crœsus tanto auro donavit, quantum ille corpore suo efferre posset, quam lepidam historiam Herodotus scripsit 6, 125. ¶ 3. *Alcmæon* Crotoniates: (Theodoreto lib. 1 de cur. Græc. affect. f. 547 *Aleman.*) Pythagoræ auditor, qui primus de naturæ ratione scripsisse videtur: Laërt. in Vita ejus. Docuit animam immortalem esse, testibus Laërtio d. l. & Aristot. 1 de Anim. 2. Alia ejus dogmata refert Aristoteles l. c. & 1 Metaph. 5, ipsi alias parum consentiens, cum, ut est apud Laërt. lib. 5 adversus Alcmæonis dicta librum scripserit.

¶ Alcmæonius, *a, um*, adj. ut, *Alcmæonia furia*, Propert. 3 eleg. 4, 41; quia Alcmæon matricida furiis agitatus dicitur.

ALCMAN, *ānis*, m. Ἀλκμάν, poëta lyricus fuit, amatorii carminis inventor; Suidas. Plutarchus in libro de fuga hoc Alcmani tribuit: Καὶ Μίμας ἐδόκει ἑλληνίζας, ὡς με τυράννων Ὄβριν ἀσκυλεω κρείσσονα καὶ Τύφων, hoc est, *Et literas didici Græcas, quæ me regibus Fecerunt Æschyla clariorem & Gyge.* ¶ 2. Sed observa e Vossio c. 3 de Poët. Græc. p. 13 duos hoc eodem nomine poëtas fuisse lyricos, unum Lacedæmonium, qui lingua scripsit Dorica, Messenium alterum. ¶ 3. *Alcman philosophus*, qui tamen frequentius scribitur *Alcmæon*; de quo supra n. 3. Confundit eum cum *Alcmane* poëta Dictionarium Car. Stephani, cum prodit eum pediculari morbo periisse. De poëta enim differte hoc affirmant Aristot. 5 Hist. anim. 31 & Plin. 11, 31. ¶ 4. *Alcman tibicen* apud Ælian. Var. hist. 12, 50.

ALCMĒNA, *æ*, f. Ἀλκμήνη, Archaice *Alcumena*, filia Electryonis, Amphitryonis uxor, Herculis mater ex Jove, Laonomes autem (teste Pindari Scholiaste) ex Amphitryone. vid. Ovid. Met. 9 fab. 5 & 6; Diod. Sic. 4, 9. Imago ejus a Zeuxide picta, Plin. 35, 9.

ALCON, *ōnis*, m. sagittarius Cretensis, quem Virgil. nominat eclog. 5, 11; Nisi hoc nomine Θετικῶς usus est, ut quem pastorem eo designaret. Sed ille *Alcon* Herculis comes fuit, tam peritus sagittandi, ut positos in capitibus annulos trajiceret; sagittas sine ferro gladiis lanceisve contra positis intorqueret sic, ut in eorum mucronibus finderentur. Vide Servium ad illum Virgilii locum cæterosque interpretes.

ALCORĀNUS, *i*, m. vox Arabica notans lectionem, sive collectionem, scilicet scripturæ, qua Muhamedes cum Sergio monacho & quibusdam Iudæis, ex gentilismo, judaismo & christianismo mixtas leges & summa religionis Turcicæ capita concinnavit.

ALCUĪNUS, *i*, m. Caroli M. præceptor, qui apud Parisios primus literarum ludum aperuit. v. Voss. de Hist. Lat. 2, 30.

ALCUMENA, *æ*, f. tragœdia Euripidis, Plaut. Rud. 1, 1, 4. v. *Alcmena.*

Alcyon, Alcyonium &c. vide *Halcyon.*

Alduasdubis, vide infra *Dubis.*

ĂLEA, *æ*, f. urbs Arcadiæ, Thessaliæ & Carpetanorum apud Stephanum. ¶ 2. Cognomen Minervæ, quæ *Alea* dicta ab *Aleo* rege Arcadiæ, qui templum ei condidit, de quo Pausan. in Arcadicis. Hinc Stat. Theb. 4, 288 *Cyllene, templumque Aleæ nemorale Minervæ.*

ĂLEA, *æ*, f. κυβεία, ludus tesserarum, würffelſpiel, bretſpiel. Cic. pro Archia c. 6 *Quantum alii tribuunt tempestivis conviviis, quantum denique aleæ, quantum pilæ; tantum mihi egomet ad hæc studia recolenda sumo.* Plaut. Curc. 2, 3, 76 *Provocat me in aleam, ut ego ludam &c.* Sic dicimus *Alea ludere*, cum Horatio 3 oda 24, 58; & *aleam ludere*, cum Suet. Aug. c. 70 auf dem brete ſpielen, würffeln. Plutarchus de Tranqu an. p. 467 Κυβεύειν ὁ Πλάτων τὸν βίον ἀπέικασε, *Plato vitam humanam similem* dixit *esse alearum ludo.* Ad quod respexisse videtur Ter. Adelph. 4, 7, 21 *Vitium hominum perinde dicens esse, quasi cum ludas tesseris, ut quod jactum non cecidit, id arte ut corrigas.* Unde simul de ratione ludi constat. Add. illud Ovid. Art. 2, 203 *Tu male jactato, tu male jacta dato.* ¶ 2. *Aleam* pro fortuna etiam & periculo Latini auctores utuntur, waeſtück auf glück und unglück. Liv. 1, 23 *In dubiam imperii servitiique aleam ire.* Id. 42, 59 *Ne summam rerum temere in non necessariam aleam daret*, in unnöthige gefahr. Colum. Præf. operis fui: *An bellum perosi, variis & negotiationis alea optabilior sit.* Et Varro R. R. 1, 3 *Vbi salubritas* (agri) *non est, cultura non aliud est, atque alea domini vitæ, ac rei familiaris.* Plinius itidem Præf. Op. scripsit, *Ciceronem extra omnem ingenii aleam positum*, hoc est, extra dubitationem, utrum aliquis ei videatur præferendus. Sen. de Benef. 3, 11 *Æquiore animo adire aleam.* Horat. 2 od. 1, 6 *Periculosæ plenum opus aleæ tractas.* Ovid A. A. 1, 376 *Talibus admisse alea grandis inest.* Sic *Aleam jacere*, hoc est, periclitari, sein heil versuchen, es wagen. Cæsar ap. Suet. c. 32 *Iacta esto alea*, es sey gewagt. ¶ 3. De *Alea* & universa ejus ratione plura collegit & observavit Salmasius ad Vopisci Proculum c. 13 p. 737 sqq. Hack. ät. Gron. P. V. 3, 25 p. 233 sq. & Gonsal. ad Petron. c. 33, Romanis legibus vetitam fuisse Horat. 3 od. 24, 58 & Dig. de aleatoribus Titulus ostendit. Sed festis diebus tamen, qui ludo & otio destinati, probro caruisse aleæ lusum, videtur fuadere Suetonii locus Domit. c. 21. Christianis primum in commune, dein sortium Clericis interdictam, Canon Apost. 43 & Can. 50 Syn. 6 iremque Novella Iustiniani 123 docere possunt.

¶ Alĕŏla, *æ*, f. diminut. parva alea. Cathol.

Aleātor, *ōris*, m. ein ſpieler, ſpielbube. *Domus aleatoribus referta*, Cic. Phil. 2, 27. *Aleatoris cast-a*, Id. Verr. 5, 13. Trochaicus versus ex illis, qui P. Syri mimis subjungi solent: *Aleator quanto in arte est melior, tanto sequior*; Quem vulgo notum & tritum fuisse Io. Saresberiensis significat de Nugis Curial. 8, 11.

¶ Aleo, *ōnis*, m. idem. Salluit. Cat. c. 14 *Quicunque impudicus, adulter, ganeo, aleo, manu, ventre, pene bona patria laceraverat*: sed in editis libris *alea* est non *aleo*. Nihilominus *Aleonem* Festus Pomp. ex Nævio dixit. Et Tertull. de Fuga c. 13 *Fures, aleones, lenones.*

¶ Ălĕātōrius, *a, um*: ut, *Forum aleatorium*, ſpiel-platz. Suet. Aug. c. 71 *Ritus aleatorius*, Gell. 18, 13 *Damna aleatoria*, Cic. Phil. 2, 23.

¶ Aleatorium, *i*, n. subſt. Sidonio Apollinari 2 epist. 2 est locus in villis aut hortis, ubi commode alea ludi potest, ein ſpielplatz.

¶ Aleārius, *a, um*, idem quod *Aleatorius.* Ammian. 28, 4 *Amicitiæ Romæ alearie solæ, quasi gloriosis quæsitæ fudoribus, fociales sunt*, ſpiele freundſchafft.

¶ Alearium, *i*, n. etiam locus, ubi luditur. Cathol.

ĂLĒBAS, *æ*, m. Tyrannus Lariſſæ in Theſſalia a tyrannidis suæ satellitibus interfectus, de quo Ovid. in Ibin v. 323 & 511.

Alebria, vide in *Alo.*

ĂLEC, *ĕcis*, effertur fœm. & neutro genere in libris vetustissimis *allec*; per aspirationem *halec* ap. Nonium 2, 395 scribitur. Non certi alicujus piscis nomen: sed genus potius, sub quo minimi quique & vilissimi pisciculi continentur; quos in universum *alecareos* Theodorus Gaza appellat; quod Torrentius ad Horatium loco mox citando notat, heringe und dergleichen fiſche ꝛc. Qui aspirationem præponunt, ab ἅλς vel ἁλιός derivant, quod marinus piscis est. Vide Dausquejum. Contra membranæ, ut Torrentius testis fuit, aspirationem posthabent. ¶ 2. Est & liquaminis genus, sed crassius, quod ex intestinis piscium conficiebatur, fiſchbrühe. Plin. 9, 17 *M. Apicius ex jecore mullorum alecem excogitatæ provocavit.* Horat. 2 Sat. 4, 73 *Ego fæcem primus & alec* (scilicet *inveni*) conf. ibid. 2, 8, 9. Plura vide in *Halec.*

¶ Alex vel Allex, *ĕcis*, f. idem liquaminis genus, fiſch-lacke. Plin. 31, 8 *Vitium hujus est alex imperfecta, nec colata fæx.* conf. Lister. ad Apic. 7, 2 p. 188; & 7, 6 p. 196. ¶ 2. Apud Plaut Pœn. 5, 5, 31 *Allex viri* dicitur non vir, sed viri muria, ut nonnulli sentiunt. Sed rectius refertur ad *Allicio* in *Lacio.*

¶ Alĕcŭla, vel Allecula, *æ*, f. diminut. Colum. 6, 8; & 8, 15 & 17.

¶ Alecātus, *a, um*, aus heringen oder ſardellen bereitet; ut, *Ius alecatum*, ſardellen-brühe. Apic. 7, 6.

ĂLECTŌ, *us*, f. Ἀληκτώ, una est trium Furiarum, eine plage-teufelin. *Atra, fata nocte, Cocytia, fæva, luctifica*, ap. Virg. Æn. 7, 324 &c. *Cincta facibus atris*, ap. Claudian. adv. Rufin. 1, 49. Nomen notat *irrequietam* ab α & λήγω *quiesco, desino*; quod nullum scelus prætereat inultum; quod a suppliciis fumendis de improbis nunquam cesset. Vide *Furia.*

ĂLECTŎRIA, *æ*, f. ἀλεκτορία, lapis in ventriculo galli, ein capaunenſtein. Ἀλέκτωρ enim *gallus* est. Plin. 37, 10 *Alectorias vocant in ventriculis gallinaceorum* (ut Albertus indicat, castratorum) *lapides inventos, crystallina specie, magnitudine fabæ: quibus Milonem Crotoniensem usum in certaminibus, invictum fuisse videri volunt.*

¶ Alectorius, *i*, m. idem quod *Alectoria.* Nam sic Solinus c. 4 *Sane alectorias traditur lapis, aptus, ut dicunt, præliantibus.*

¶ Alectŏrŏlŏphus, *i*, m. ἀλεκτοροφόλοφος, genus herbæ, foliis galli gallinacei cristæ similibus, Latinis *Crista*, ſcharlach. Plin. 27, 5.

¶ Alectryŏnes, *um*, m. pl. cristati Cæsum milites dicti a Perisi, ut ex Plutarcho referunt Casaub. & Bernegg. ad Suet. Cæs. 24, 2. Ἀλεκτρυὼν enim etiam *gallus* est.

ĂLĔMANNI, sive Alamanni, *orum*, m. pl. (nam Græcis perpetuo ἀλαμανοὶ dicuntur) gentis nomen in Germania, quod postea universæ illi nationi hæsit, die Teutſchen. Nec hodie Galli, Itali, Hispani aliter Germanos, quam *Alemannos* appellant. Alium ac diversum a Germanis populum, inde constat: quod jam tum se *Germanicum* ante dixisset. v. Spartian. in Carac. c. 10; & Aur. Vict. Cæs. c. 21. Et Stephanus, non Germanos, sed finitimos iis differe tradit: Ἀλαμανοὶ, inquit, ἔθνος Γερμανοῖς πρόσχωρον. Fuit collectitia multitudo, ut ex Agathia Scholastico 1 p. 17 ed. Paris. constat; atque Gallorum quidem, si Phil. Cluverium sequimur; qui nullos alios fuisse censet Germ. Antiquæ 3, 4, quam quos *desumates agros exercuisse, & duntaxat possessionis solum occupasse*, Tacitus in Germ. 29, 5 tradit. Rhenanus vero Germanorum, & maxime Suevorum, miscellaneam turbam fuisse putat lib. 1 Rerum Germ. Sed quoquo modo se res habet, in maximum & potentissimum nomen reliqua maximis gestis exercuerant, unde universa Germanorum natio *Alemanni*, & terra ipsa *Alemannia* tandem appellata. Quando id factum primitus, haud constat. Sed Flavii Vopisci ætate, qui sub Constantino fuit, eam appellationem jam tum cœpisse indicat ipse in Proculi vita c. 13. De *Alemannorum* autem fede veteri nulla discordia est. quam inter Rhenum Danubiumque ac Mœnum fuisse consentiunt. Nomen quibusdam videtur inde esse, quod non unius generis, sed ex nominibus variis initio congregati in unum corpus coaluerint: quasi dicas allerley mann; vel quod *omnes viri* essent & bellatores fortissimi, alle männer. Consule Mich. Beuther. c. 2 Animadversi. ac Limn. Tom. 1 Iur. Publ. c. 6 n. 21; & Cellar. Programm. 26 p. 329. In sing. *Trux Alamannus*, Sidon. Carm. 5, 375; *ferox*, 7, 373.

¶ Alemannia, *æ*, f. regio Alemannorum, Teutſchland. Ita occurrit in pluribus nummis, quod ideo præter Spanhemius; Et sic apud Claudian. Auson. & alios. Sed *Alamannia* in uno nummo aureo, quem Nic. Heinsius exponit ad Claud. Conf. Honorii 4, 449. conf. Inſcript.

ſcript. Gruteri p. 160 & 159. Claudianus l. c. *Imploratque tuum ſupplex Alemannia nomen.* conf Id. de Stil. 1, 234.

¶ Alemannicus, *a, um*, adj. ut, *Tentoria Alemannica*, Amm. Marcell. 27, 3.

ALEMBĬCVM, *i*, n. vel Alembicus, *i*, m. vas diſtillatorium, eine brenn-kolbe, diſtillir-helm. v. Reinef. Var. Lect. 3, 18 p. 668.

ALĒMON, *ōnis*, m. pater Myſcelli, qui Crotonem condidit. Hinc

¶ Alemonides, *æ*, m. ipſe Myſcellus. v. Ovid. Met. 15, 19 & 26.

Alemona, Aleo, aleola, vide *Alo*, *Alea*.

Ales, Alesa, &c. Alefeo, vide *Ala*, *Halefus*, *Alo*.

ALESIA, *æ*, f. urbs ab Hercule condita in Gallia Celtica, hodie *Aliſe*. Certamen, quod ibi habuit Jul. Cæſar, narrat ipſe B. G. 8, 68, & *oppidum Mandubiorum* vocat. Conf. Plut. in Cæſ. Vellej. 2, 47, 1; Tac. An. 11, 23, 3. *Alexiam* nominat Florus 3, 10, 23 ut & Strabo lib. 4.

ALĒTHES, *æ*, m. *ἀληθής*, i. e. *verax, judex*: primus rex Corinthiorum, de quo Pauſan. lib. 2. ¶ 2. Vnus ex Æneæ ſociis, Virg. Æn. 1, 125; & 9, 246.

¶ Alethia, *æ*, f. *ἀλήθεια*, i. e. *veritas*, non hæreticorum, apud Tertull. adv. Valent. c. 12.

ALETRIVM, *i*, n. Latii oppidum; hinc

¶ Aletrinas, *ātis*, incola. Plur. *Aletrinates* Cic. pro Cluentio c. 20 & Plin. 3, 5. Adjective etiam Cic. l. c. c. 18 *Ex Aletrinate municipio.*

¶ Aletrinenſis, *e*, adject. ut, *Aletrinenſis foederatus*, Cic. pro C. Balbo c. 22.

Aletudo, Alex, vide *Alo*, *Alec*.

ALEXANDER, *dri*, m. Priami filius, qui poſtea appellatus *Paris* fuit, de quo vide infra in P. ¶ 2. *Alexander Macedo*, Philippi Macedonum regis, & Olympiæ filius, natus diabus in Græcia præclariſſimis familiis, videlicet, ex Herculis & Æaci poſteritate, forma fuit humana pene auguſtiore: cervice celſa; lætis oculis & illuſtribus; malis ad gratiam rubeſcentibus; reliquis vero corporis lineamentis, non ſine majeſtate quadam, decorus: juventutis rectoribus Ariſtotele & Callisthene uſus. Subegit Aſiam, non ciceriorem modo, aut quæ Perſici juris fuerat; ſed Indiæ quoque magnam partem; quas ob res maximas geſtas, *Magni* cognomen ſortitus eſt, & haud ſufficere ei unus orbis exiſtimatus. Iuvenalis Sat. 10, 164 *Vnus Pellæo juveni non ſufficit orbis.* Necaliam ob cauſam Græci *ἀλεξάνδρωδες* pro *θαυμαστὸν admirabile*, dixerunt, quod ad lib. 13 Silii Heinſius obſervat. Victor omnium, inter voluptates, quas vincere non potuit, periit morbo ex vinolentia contracto, apud Babylonem, ut poſt Athenæum, & Senecam ep. 83, Solinus c. 14 prodit. Quamquam plures ſint, qui veneno extinctum ſentiant. Lege Plutarch. ejus vita, & Curt. lib. 10 extr. Cic. ad Att. 13, 28 *Quid tu non vides ipſi emulum Ariſtotelis diſcipulum? ſumma ingenio, ſumma modeſtia: poſteaquam rex appellatus ſit, ſuperbum, crudelem, immodicum etiam fuiſſe?* Interrogatus Alexander, num patrem Philippum, an Ariſtotelem pluris faceret? *Magiſtrum*, inquit: *Ille enim me eſſem, hic autem, ut praclare inſtitutus eſſem, auctor fuit, ὁ μὲν γὰρ τὸ ζῆν, ὁ δὲ τὸ καλῶς ζῆν ἐδίδαξεν*: Recitat Stob. lib. 2. Serm. 2. Idem artifices obſoniorum ſupplendo dimittens, *ſe longe* dixit *commodiores poſſe ſecum ducere: nempe medicinam profectionem ad prandium conficiendum: ad cœnam vero penitiorem tenuitatem, πρὸς μὲν ἄριστον τὴν νυκτοπεφάκην, πρὸς δὲ τὸ δεῖπνον τὴν ὠμόλεκιθον ἐπίλεξιν*: Plutarch. lib. de tuenda valetudine. Memorabile eſt, quod refert Polyænus 4, 3, 1 *eum decrevisſe, homines omnes non homines aut mortales, ſed Alexandros appellare.* ¶ 3. *Alexander* alius, *Pheræus* cognominatus, tyrannidem exercuit apud Pheræos in Theſſalia. Adverſus hunc cum bellum Pelopidas gereret, incautius ex ira in eum invectus peremtus eſt: Plutarch. & Nepos ejus vita c. 5. Sed tyrannus interfectus tandem a conjuge eſt. Ovid. in Ibin v. 321 *Inque tuo thalamo vitæ jugulere Pheræi, Quid datus eſt leto conjugis enſe fue.* ¶ 4 *Alexander Epirotes*, ſeu Rex Epiri. De hoc aliquid in *Acheron* n. 4. dictum. ¶ 5. *Alexander Severus*, Romanorum Imperator, qui id accepit nominis, quod Aicenæ in templo Alexandro Magno dicato natus eſſet, ut Lampridius ejus vita ſcribit c. 5. ¶ 6. *Alexander* Philoſophus, *Aphrodiſeus* a patria cognominatus, interpres Ariſtotelis fuit, non raro & reprehenſor: Philoſophiam profeſſus eſt ſub Severo & Antonino imperatoribus: ex cujus ſchola & alii prodierunt Ariſtotelis commentatores: ut Themiſtius, Ammonius, Simplicius, Olympiodorus. ¶ 7. Eo prior fuit *Alexander Ægeus*, interpres & ipſe Ariſtotelis, præceptor Neronis: Franc. Patric. Tom. 1 Diſc. Perip. l. 3 f. 32. ¶ 8. Plures paſſim laudantur *Alexandri*; ut *Epicureus*, apud Plutarchum 2 Sympoſ. Q. 3; *Myndius*, ſcriptor *συγκριτικῶν*, ap. Artemidorum, 2, 71, & Ælian. de Animal. 3, 23; *Polyhiſtor*, apud Hieronym. Quæſt. Ebr. in Geneſ. c. 25 de Ketura Abrahami. *Alexander Ætolus*, poëta, cujus mentionem facit Gellius 15, 20.

¶ Alexandra, *æ*, f. Priami filia, quæ & *Caſſandra* eſt, vide in litera C.

¶ Alexandria, & Alexandrēa, *æ*, f. (utraque enim ratione ſcribi reperitur non in codicibus modo, ſed marmoribus etiam ac nummis) aliquot urbium nomen eſt, quod maximam partem ab Alexandro Magno acceperunt, quarum apud Strabonem, Pliniumque mentio fit. Nobiliſſima omnium Ægypti fuit ad Nilum; ſchola literarum, *Origenis Clementisque*, qui inde *Alexandrinus* appellatus, natalibus celebris. Græce *Ἀλεξάνδρεια*. Vnde patet, penultimam vulgo male corripi, propter Græcam diphthongum: qui error & in *Antiochia* pronunciatione committitur. Æque enim ibi penultima eandem ob rationem producenda. Propertius 3 eleg. 10, 33 *Nexia Alexandrea, dulcis aptiſſima tellus.* Horat. 4 od. 14, 35 *Portus Alexandrea ſuppoſuit. Et vocuum pateſecit aditum Alexandria* etiam in antiquiſſimis Tullii libris ſcribitur. Hujus urbis deſcriptionem v. ap. Egeſippum 4, 27. Confer, qui in laudem ejusdem plura collegit, Barth. not. ad Zachariam Mitylen. eum p. 285 ſeqq.

¶ Alexandrīnus, *a, um*, adject. quicquid eo pertinet; ut, *Alexandrinum bellum*, Cic. fam. 15, 15. *Alexandrinæ naves*, Suet. Aug. c. 98, & Sen. ep. 77 pr. quæ ſub octando frumento maxime, quamquam & aliis mercibus in Italiam ab Auguſto inſtituta claſſis fuit, de qua Lipſ. in Electis 1, 5. *Niliacum cataplum* Martialis vocat 12 epigr. 74. Eo interpretanda & *Pharia puppis* ap. Stat. 5 Silv. 5, 66, de quo infra in *Pemilius* tractabimus. v. *Ferox*. Lativa autem & corruptiſſima voluptatibus ea natio fuit. Vide *Alexandrinæ mollitiæ atque licentiæ* ap. Cæſ. B. Civ. 3, 110. Non ad mollitiem tamen interpretandæ *Alexandrinæ deliciæ* ap. Quintil. 1, 2 ſunt. Intelligendi enim ibi pueri ſunt, qui dicacitate dominis in deliciis erant. v. ibi Burm. p. 27; & ad Petron. c. 31 p. 119. Adde infra *Delicium* in *Lucio*, & Barth. ad Stat. Silv. p. 107 ſqq. *Alexandrinum*, ſcil. *empleſtrum*, ap. Celſum 5, 19.

¶ Alexandrides, *æ*, m. hiſtoricus, qui res Delphicas deſcripſit. Confunditur quandoque cum *Anaxandride*, niſi hoc unicum diverſorum virorum nomen eſt. v. Kuſter. ad Ariſtoph. Plut. Schol. 926, Caſaub. in Athenæum 6, 18.

¶ Alexandrŏpŏlis, *is*, f. Parthorum civitas, ſic dicta ab Alexandro M. conditore, Plin. 6, 25.

ĂLEXĔTĒRIVS, *a, um*, *ἀλεξητήριος*, depulſorius, vertreibend; ab *ἀλέξω, arceo, opitulor*; ut, *Alexeteria arma*, Plin. 32, 8.

¶ Alexeterium, *i*, n. fubſt. *ἀλεξητήριον*, remedium, amuletum, ein präſervativ, hülfsmittel, apud Medicos. v. Cæl. Rhod. 6, 12.

Alexia, vide paulo ante *Aleſia*.

ALEXĪCĂCVS, *i*, m. *ἀλεξίκακος*, malorum depulſor, epitheton eſt Apollinis & Herculis. Vide de *Apolline ἀλεξικάκῳ* Pauſaniam in Atticis. *Herculis Alexicaci* meminit Lactant. 5, 3; & Varro de L. L. 6, 5. Apud Cæl. Rhodig. 16, 19 &c. *Dæmones alexicaci*, qui noxas & diras amoliri exiſtimabantur: iidemque & *apopompæi* & *aprotropæi*: *Liſſi quoque* & *Phryxii* appellabantur. vid. Idem 1, 31; & Pollux 5, 26.

ALEXIO, *ōnis*, m. medicus, Ciceroni familiaris, de quo ad Att. 7, 2; 13, 25; & 15, 1 ſq.

ĂLEXĬPHARMĂCVM, *i*, n. *ἀλεξιφάρμακον*, antidotus, remedium contra venena, theriac, argney wider gifft. Plin. 21, 20 de polio: *Nec magis alia herba convenit medicamento, quod alexipharmacon vocant.*

ĂLEXĬRHŎE, *es*, f. nympha, quæ peperit Æſacon, Priami filium, Ovid. Met. 11, 763. al. *Alyxothoe*.

ĂLEXIS, *is*, & *idis*, m. Aſinii Pollionis ſervus. v. Servii expoſitionem in Virgilii illud ecl. 2, 1 *Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexin.* ¶ 2. *Alexis* Attici amanuenſis, quemadmodum ex Ciceronis lib. 7 epiſt. 2 ad eundem apparet: *Alexidis manum*, inquit, *amabam, quod tam prope accedebat ad ſimilitudinem tuæ literæ.* ¶ 3. *Alexis* poëta Græcus, ex quo multa Strobæus annotavit: Adde Voſſium de Poëtis Græcis c. 8. ¶ 4. Fuit & *Alexis* ſtatuarius Plin. 34, 8.

ALFĒNVS, & Alfinius, *i*, m. ex tonſore Iure conſultus. v. Horat. 1 Sat. 3, 130, & ibi veterem Interpretem; qui integre *Alfinium Varum Cremonenſem* vocat. Laudat etiam Gellius 6, 5 ut *diſcipulum Ser. Sulpicii, rerumque antijuarum non incuriosum.* Adde L. 2 Dig. de Orig. Iuris § 44 & Ever. Otto lib. ſingulari.

Alfius, vide *Alphius*.

ALGA, *æ*, f. herba marina nullius uſus, *quam*, dicente Feſto, *mare ad littus projicit*, meer-gras, meer-kraut. *Alga* dicta ab algore aquæ, vel quod ſua craſſitie pedes alliget. v. Virg. Æn. 7, 456. Idem ecl. 7, 42 *Projecta vilior alga.* Sic & *inutilis* epitheton ei Horatius tribuit 3 od. 17, 10. Idem 2 Sat. 5, 8 *Si genus & virtus, niſi cum re, vilior alga eſt.*

¶ Algōſus, *a, um*, voll meer-gras; ut, *Locus algoſus*, id eſt, alga abundans: Plin. 32, 9 *Vivit ut in algoſis myaces:* ubi *locis* ſubaudias. Auſon. epiſt. 7 v. 42 *Algoſam litus.*

¶ Algensis, *e*, quod in alga nutritur vel nutritur, aus dem meer-gras. Plin. 9, 37 *Purpurarum genus algense cruentum alga.*

¶ Algĭnus, *a, um*, idem; ut, *Olva alginea*, Colum. 5, 8.

ALGĔBRA, *æ*, f. Arabica numerorum ſcientia: vid. Caſp. Schotti Curſ. Mathem. p. 526.

ALGEO, *alſi, alſum, ēre*, frigere, frieren, ab *ἀλγέω, doleo*. Cic. fam. 8, 17 *Noſtri facile algere & eſurire conſuerunt.* Plin. 14, 9 *Donec bruma tranſeat, & conſuetudo fiat algendi.* Et 17, 23 *Talia ulcera difficile ſanescunt, algendo nimis æſtuandove.* Horat. de Arte poët. v. 413 *Multa tulit fecitque puer, ſudavit & alſit.* ¶ 2. Per metaphoram ſignificat *negligi*. Iuvenalis 1, 74 *Pribitas laudatur & alget*, id eſt, negligitur, non expetitur, pauci eam exercent, etiamſi laudetur nec vituperari poſſit.

¶ Algens, *tis*, falt, froſtig; ut, *Algentibus locis*, Plin. 14, 2. *Algentes pruinæ*, Stat. Theb. 3, 469.

¶ Algeſco, *ere*, erfrieren, falt werden. Prudentius Apotheoſ. v. 142 *Rabiem ſtimmorum algeſcere cogit.*

¶ Inalgeſco, *ere*, idem. Corn. Celſus 3, 3 *Vbi extremæ partes membrorum inalgeſcunt.*

¶ Algidus, *a, um*, frigidus, falt: ut, *Nix algida*, Catull. epiſt. 64. Et *Saxa algida*, Prudent. Cathem. 11, 35. ¶ 2. *Algidus* mons, v. *Algidum*.

¶ Algificus, *a. um*, algorem faciens, faltend. Gellius 19 4 *Quod timeri ſit omnia algificus vel ſpecus.*

¶ Algor, *ōris*, m. vehemens frigus, die falte. Plaut. Rud. 1, 3, 33 *Algor, error, pavor membra omnia tenent.* Salluſt. Cat. c. 5 *Corpus patiens inediæ, algoris, vigiliæ.* Plin. 14, 2 *Magis æſtu, quam algore* (Non enim amæ vites) *vexantur.* Plur. Id. 15, 4 pr. *Oleo corpus contra algores munire.*

¶ Algus, *i*, m. idem. Lucret. 3 v. 733 *Algoque famesque*; ita Nonius legit 2, 28. Forte rectius *alguque*. v. Lex. Lucret. Parei. Nam & *Algui, ivi*, apud Plaut. Rud. 2, 5, 24 *Tu vel ſuda, vel peri algu.* Quod imitatur Pacuvius Nolanus ad Cytherium v. 373

Ne ſæviori ſtultitiæ terræ dati
Algu perirent & fame.

¶ Aliſofus, *a, um*, quod & naturæ frigidioris eſt, & facile læditur frigore, froſtig. Plinius 21, 19 de Abrotono & Adonio: *Aſſuſa admodum ſunt*, ſie erfrieren leichtlich). Sic *Alſiſum pecus* Varro dixit R. R. 2, 3.

¶ Alſius, *a, um*, idem, quamquam minus frequens. Lucret. 5, 1014 *Igni enim curavit ut alſia corpora frigus Non ita pampuſſent cali ſub tegmine ferre.*

¶ Alſus, *a, um*, frigidus, falt. Comparativo aliquoties uſus eſt Cicero. e. g. 4 ad Att. 8 de Antio: *Nihil quietius, nihil alſius, nihil amœnius.* Idem ad Q. frat. 3, 1, 2 *Apodyterio nihil alſius, nihil muſcoſius.*

ALGIDVM, *i*, n. oppidum Latii veteris inter Tuſculum & Albanum montem, æris algori expoſitum. Strabo lib. 5.

¶ Algidus, *i*, m. mons eadem regione 12 millibus paſſuum urbe diſtans. v. Eutrop. 1, 15. Horat. 1 od. 21, 6 *gelidum*: & 3 od. 23, 9 *nivalem* vocat: rationem nominis quali explicans, quia ab *algendo* dictus eſt.

¶ Algiden-

¶ Algidenſis, *e*, adject. Plin. 19, 5 *Algidenſe raphani genus.*
Algineus, algor, Algoſus, Algus, vide *Algeo, Alga, Algeo.*
Alias, alibi, Alibilis, vide *Alius, alo.*

ĂLĬCA, (Halica) *æ*, f. Feſto *corpus alere* dicitur; fit ex zea, tritico & hordeo, grütze, grauwen, weißen-graupen, gerſten graupen; cibus ſtomacho utiliſſimus, *ptiſanam* etiam vocant. Boni ſucci eſſe teſtatur Celſus 2, 18 & 20; & 3, 6. Adde Plin. 18, 11; & 20, 25; & Plin. epiſt. 1, 15; & Pallad. Iun. t. 12. *Alica nativa* tritici genus eſt, quod χόνδρον Græci dicunt, *Alica factitia* piſana eſt triticea. ¶ 2. Pro potione inde facta & pro pulte in ſanitatis uſu & medicina locum habet. Sic, *Alicæ cremor, Alicæ ſorbitio*, gerſten-ſafft, gerſten-tranck. Celſ. 3, 7; & 4, 7; Plin. 26, 7. *Alica elixata*, Apic. 2, 1. conf. 5, 5 tot. & Martial. 13 ep. 6.

¶ Alicula, ſeu Halicula, *æ*, f. diminut. Martial. 12 epigr. 83 *Mittebat Vmber aliculam mihi pauper, &c.* ¶ 2. *Aliecula* pro veſte, v. in *Ala.*

¶ Alicārius, *i*, m. ein grützmann. Lucil. Sat. 15 apud Charif. lib. 1 p. 75 *Nemo eſt alicarius poſterior te.*

¶ Alicaria, *æ*, f. Feſtus: *Alicariæ meretrices appellabantur in Campania, ſolitæ ante piſtrina alicariorum verſari quæſtus gratia* &c. conf. Plaut. Pœn. 1, 2, 54.

¶ Alicaſtrum, *i*, n. ſpecies eſt farris adorei. Columella 2, 26 *Semen trimeſtre, quod dicitur halicaſtrum, &c.*

Alicubi, alicunde, Alienatio, alieno &c. vide *Alius, Alienus.*

ĂLĬĒNVS, *a, um*, ἀλλότριος, ab *alius*, qui vel quod alterius eſt, fremd, das eines andern iſt. Ter. Eun. 2, 2, 34 *Viden' otium, & cibus quid faciat alienus?* Id. Andr. 1, 1, 125 *Alieno more vivere.* Cic. Off. 1, 9 *Difficilis eſt cura rerum alienarum.* Plin. 29, 1 *Alienis pedibus ambulamus, alienis oculis agnoſcimus*, id eſt, per lecticarios & anagnoſten & nomenclatorem. Cic. fam. 3, 10 *Alienum tempus*, ungelegene zeit. ¶ 2. Conſtructio hujus nominis, non una. Nam & cum genitivo jungitur Græcomore: Lucret. 6, 1063 *Nec tamen hæc ita ſunt aliarum rerum aliena.* Sall. Cat. 40, 5 *Domus non aliena conſilii*, (conjurationis). Cic. de fin. 1, 4 *Quis alienum putet ejus eſſe dignitatis.* Rutilius Lupus lib. 2 de Figuris Sentent. *Sed nimirum inopinans incidi in cauſſam temporis hujus alienam.* Sic *Alienum veritatis* dixit Cyprianus Tractatu contra Demetrianum. Non raro & dativus apponitur: Cic. pro Cæc. c. 9 *Hoc illi cauſſæ maxime alienum eſt*: dieſes reimet ſich zur ſache nicht. Sen. Præfat. 4 Nat. Qu. *Scio quam ſis ambitioni alienus, familiaris otio ac literis.* Tac. 2 Hiſt. 74, 2 *Muciani animus nec Veſpaſiano alienus, & in Titum pronior*, jenem nicht ungeneigt, dieſem aber mehr zugethan. Sed frequentiſſime cum ablativo & præpoſitione conſtruitur: ut, *Homo alienus a literis*, Cic. in Verr. 4, 26 der keine luſt zum ſtudiren hat. *Eſſe ab aliquo alieno animo*, Id. pro Dejot. c. 8. Sic, *Hoc alienum eſt ab officio, dignitate mea*, Id. fam. 4, 7, & *alienior eſt a me*, 2 epiſt. 17, ubi ſimul Comparativum notes: quemadmodum excellentiam gradus in Nepot. 2, 4, 5 *Alieniſſimo ſibi loco conflixit*, cum tertio caſu: & cum præpoſitione, Cic. pro Domo c. 27 *Homines alieniſſimi a P. Clodio.* Eſt &, ubi ſubauditur præpoſitio; ut, *Alieniora uſu*, Gell. 19, 7. *Alienum exiſtimatione mea*, Cic. Att. 6, 1; *dignitate tua*, Id. fam. 9, 14, 4: *loco, tempore*, Quintil. 6, 3. v. ibi Burm. p. 537. Cic. de Fin. 1, 6 *In phyſicis primum totus eſt alienus.* Conf. Cl. Menckenii Obſerv. L. Lat. h. v. ¶ 3. Opponitur etiam generis conjunctioni & conſanguinitati. Cic. pro Mil. c. 28 *In alienos, in ſuos irruebat.* Cæſ. B. G. 1, 31 *Se ſuaque omnia alieniſſimis crediderunt.* Plin. Paneg. c. 37 *Niſi ſimul cognationis jura impetraſſent, alieniſſimi habebantur, quibus conjunctiſſimi fuerant*, die einem gar nichts verwandt ſeyn. Ter. Adelph. 3, 2, 28 *Alienus eſt a noſtra familia.* Liv. 29, 29 *Non alienus ſanguine a regibus.* Ita *alieniores* Cic. fam. 1, 9, 4, 9 vocat, qui amici non ſunt. v. Manut. l. c. & conf. fam. 2, 17, 14; & *alieniſſimus* 8, 12, 3; & 15, 4, 39. ¶ 4. De Epicuro, qui a Democrito ſua omnia hauſit, Cic. de fin. 1, 6 ait: *In phyſicis totus eſt alienus.*

¶ Alienum, *i*, n. ſubſtantive, res aliena, fremd gut, fremde ſache. Liv. 3, 1 *Principem civitatis, largiendo de alieno, popularem fieri, querentis.* Sic 15, 60. Juſtin. 36, 3, 9 *Facile Romani de alieno largiebantur.* Ter. Heaut. 1, 1, 23 *Tantumne ab re tua eſt otii tibi, aliena ut cures.* Proverbialiter Liv. 30, 30 *Ita aliena appetimus, ut de noſtris dimicemus.* ¶ 2. *Alienum* pro abſurdo, ungereimt; e. g. *Non alienum videtur*, Cæſ. B. G. 6, 10 & Nep. 1, 6, 1. conf. Ter. Adelph. 5, 8, 22. *Aliena loqui*, phantaſiren, Ovid. Triſt 3, 3, 19. ¶ 3. *Alienum* pro inſalubri & noxio, ſchädlich, ungeſund. Celſ. 4, 24 *Equitare podagricis alienum eſt.* conf. Sall. B. Cat. c. 56.

¶ Aliēnĭtas, *ātis*, f. aliena rerum conſtitutio, unrath; ut, *Alienitatis obtruſio*, Cæl. Aurel. Tard. 5, 4. Idem de excrementis Acut. 3, 3 *Manens alienitas gravat, atque acerrimas facit corporis exhalationes* &c. Id. Acut. 2, 39 *Ad mentis alienitatem detrahendam*, die verirrung der gedancken.

¶ Aliēno, *avi, atum, are*, alienum facere, & primum quidem ejicere, & extra familiam ponere, verſtoſſen. Ter. Heaut. 5, 2, 26 *Ita nos alienavit*: Ita de patre filius loquitur: deinde jocoſe. Plaut. Amph. 1, 1, 243 *Certe edepol, tu me alienabis nunquam, quin noſter ſiem.* Negat Soſias perfecturum illum Pſeudo-Soſiam, ut ipſe non ſit verus & verna. ¶ 2. Diſſenſionem, diſcidiumque aut defectionem excitare, abwendig machen. Cic. fam. 5, 8 *Quædam peſtes hominum te nonnunquam a me alienarunt.* Idem 5, 6 *Malevoli, ignari conſtantiæ meæ, conabantur alienare a te voluntatem meam.* Nepos 7, 5, 1 *Timore ab eo alienati ſunt.* Cæſ. B. G. 7, 10 *Omnium ſuorum voluntates alienare.* ¶ 3. De venditione, veräuſſern, verkauffen. Cic. in Verr. 4, 60 *Pretio parvo ea, quæ accepiſſent a majoribus, vendidiſſe atque alienaſſe.* Id. Agrar. 2, 21 pr. *Venire veſtras res proprias, & in perpetuum a vobis alienari.* Varr. R. R. 2, 1 *Rejicule ſunt alienande.* ¶ 4. De ſubita mutatione & corruptione. Liv. 42, 28 *Vulgo, Iunonis Lucinæ iram ob ſpoliatum templum alienaſſe mentem, ferebant.* Sen. Qu. Nat. 2, 53 *Odor ſulphuris ſæpius hauſtus alienat*, intell. mentem: paullo ante dixit, *dementes facit.* Celſ. 7, 16 de inteſtinis vulneratis: *Cum mens ex ſtimatione ſuccurrendum eſt; momento enim alienantur*, h. e. corrumpuntur. vid. locus Quintil. in *abalienatus.*

¶ Alienarius, *a, um*, rejectus, verworffen. Salluſt. Cat. c. 35 *Me falſa ſuſpicione alienum eſſe ſentiebam.* ¶ 2. Intenſus, ungereimt, abwendig, abſpänſtig. Salluſt. lug. c. 66 *Voluntate alienati principes inter ſe conjungunt.* Sic *alienatæ inſulæ*, quæ defecerant, Nepos 5, 2, 4. *Oppida alienata*, Id. 22, 2, 4. ¶ 3. Perturbatus, verwirrt. Liv. 3, 48

Alienatus ad libidinem animus: Id. 2, 12 *ab ſenſu*: Id. 7, 15 *a periculi memoria.* Id. 25, 39 *Alienati ſenſibus.* Salluſt. de Ord. rep. 11, 12; & Cæſ. B. G. 6, 41 *Alienata mente.* Suet. Aug. c. 99 *Signum alienatæ mentis.* Plin. 28, 8 *Homines mente alienati*, wahnwitzige, unſinnige. Sic *Corpus alienatum*, i. e. corruptum, Sen. epiſt. 89.

¶ Alienatio, *ōnis*, f. disjunctio, die trennung, abſonderung. Cic. de Amic. c. 21 *Statim alienatio di junctioque facienda eſt*, i. e. amicitia diſſolvenda. Phil. 2 c. 1 *Tuamque a me alienationem ad cives inpios tibi gloriæ fore, putaſti. Exercitus alienatio*, Cæſ. B. C. 2, 31. ¶ 2. Metaphorice *Alienatio mentis*, wahnwitz. Plin. 21, 21; & Cæſ. 4, 2. *Dolor in alienationem ſkoporemque convertitur*, eine erſtarrung der ſinne wird daraus, Sen. epiſt. 78. v. Rhodii Lexic. Scribon. h. v. ¶ 3. *Alienationis* nomine comprehenditur omnis actus, quo dominium transfertur, die veräuſſerung, verwendung an andere, verhandlung. Cic. in Orat. c. 42 *Sacrorum alienatio.* Sen. de Benef. 5, 10 *Venditio alienatio eſt, & rei ſuæ jurisque ſui in alium translatio.* conf. l. 1 ff. de fundo dot. & l. ſi quis § certum C. de ſec. nupt.

¶ Alienator, *oris*, m. ein verkäuffer, der etwas veräuſſert. Imp. Cod. 1 t. 5 l. 10 *Orthodoxæ fidei venditor vel quocumque modo alienator.*

¶ Aliēnĭgĕna, *æ*, m. (communis vel potius omnis generis) peregrinus, externus, fremd, ausländiſch, & ſubſt. ein ausländer, fremdling. *Alienigenæ hoſtes*, Cic. Cat. 4, 10. Et Liv. 26, 13 *Cum hoſtis alienigena in Italia eſſet.* Ruſus Cic. pro Dejot. c. 3 *Homo longinquus & alienigena.* Nepos 18, 7, 1 *Eumenes alienigena invidiam effugere non potuit.* Gell. 2, 24 *Vino non alienigena ſed patrio uti.*

¶ Alienigenus, *a, um*, idem; ut, *Studia alienigena*, Val. Max. 2, 1 prope fin. Et *Mulier alienigeni ſanguinis*, Idem 6, 2, ext. 1.

¶ Alienigĕno, *are*, fremden zuwenden. Legitur in veteri Inſcript. ap. Fabrettum p. 69 *Cum monumentum vendere eat alienigenare voluerit.*

¶ Abaliēno, *avi, atum, are*, alienum facere, vendere, verwenden, verkauffen; ut, *Agros abalienare*, Cic. L. Agrar. 2, 24. *Noſtram nevis nutricem, quæ nos educat, abalienare* a nobis, h. e. agellum, qui nos alit, vendere, Plaut. Trin. 2, 4, 112. ¶ 2. Disjungere, offenſam reddere, abhold-abgünſtig-abwendig machen. Cic. Phil. 2, 15 *Abalienare voluntatem alicujus a ſe.* Nepos 17, 2, 5 *Homines ſuis rebus abalienare.* Id. 22, 2, 2 *Hi totam abalienarunt Africam.* Et Liv. 26, 38 *Abalienantur animi.* ¶ 3. Sejungere, von einander ſcheiden. Plaut. Curc. 1, 3, 18 *Sola mors animum meum a te abalienabit.*

¶ Abalienātus, *a, um*, disjunctus, remotus, abgetrennet, abwendig, abſpänſtig. Feſtus: *Abalienatus dicitur, quem quis a ſe removerit.* Cic. Att. 1, 3 *Mirandum in modum eſt animo abalienato.* Id. Verr. 4, 27 *Abalienati ſcelere iſtius a nobis omnes reges amiciſſimi.* ¶ 2. Quintil. 8, 3 *Medici abalienata morbis membra præcidunt*, i. e. emortua, die verdorbene, abgeſtorbene glieder. Vid. *alieno* n. 4. it. *inalienatus.*

¶ Abalienatio, *onis*, f. die veräuſſerung, verzichtleiſtung. Cic. Top. c. 5 definit, quod ſit *rei, quæ mancipi eſt, traditio alteri nexu, aut in jure ceſſio.* ¶ 2. Hac voce contineri uſucapionem, ſtatuit Paul. ICt. in l. *abalienationis* 28 ff. de V. S.

¶ Inalienatus, *a, um*, i. e. non alienatus, unverdorben. Scrib. Largus Compoſ. 214 *Adjicitur propolis inalienatæ, ſinceræ, benæ ſelibra.*
Aliter, aliger, vide *Ala.*
Alimentum, alimonia, alimonium, quære in *Alo.*

ĂLĬMVS, *i*, m. item Alimon & Halimus, ἄλιμος, frutex naſcens in ſepibus & maritimis, ſimilis rhamno ſine ſpinis, ſoliis oleæ, ein meergewächs. *Aureonem* Plinius vocat 17, 24. conf. 22, 22; & Dioſc. 1, 105.

¶ Alimontia myſteria apud Arnob. lib. 5 p. 176, quæ ſint, incertum eſt, cum & lectio ſit incerta.
Alio, alioqui, aliorſum, alioverſum, vide *Alius.*

ĂLĬPANTA, *orum*, n. pl. ἀλίπαντα, emplaſtra, quibus adeps oleoſaque admiſta non ſunt, trockene pflaſter, Celſ. 5, 19. His contraria ſunt *Lipara* infra in L.
Alipes, alipilus, vide *Ala.*

ĂLĬPHÆ, *arum*, f. pl. oppidum Samnii, memoratum Liv. 8, 25 & 9, 38; Et Sil. 8, 536.

Aliphānus, *a, um*, adject. apud Sil. 12, 526; & Horat. Sat. 2, 8, 39.

ĂLĬPTES, *æ*, m. græcum eſt, ἀλείπτης, unctor, ein ſalber. Vtitur eo Cic. fam. 1, 9: Celſus 1, 1; Iuvenalis 2, 76; & 6, 421; Sen. epiſt. 56. *Aliptæ* autem vocabantur, qui palæſtritas certaturos ungebant. v. Mercurialem de Gymnaſtica & Petr. Fabr. Agoniſtico. Erant *aliptæ* & inter balnearios ſervos, de quibus Pignorius. Victor in Commodo, *miniſtrum ungendi* vocat. Virium & boni coloris cauſſa *aliptas* adhibitos, Cicero ſignificat. Ejus enim verba l. c. hæc ſunt: *Sed vellem, non ſolum ſalutis meæ, quemadmodum medici: ſed, ut aliptæ, virium & coloris rationem habere voluiſſent.*

¶ Aliptērium, *i*, n. ἀλειπτήριον, locus ubi athletæ, vel alii in balneo, ungebantur. v. Cæl. Rhodig. 16, 48.
¶ Iatraliptes, & Iatraliptice vide in *Iatrus.*
Aliqua, aliquamdiu, aliquammultus, aliquando, aliquantus, &c. aliquatenus, aliquis, aliquo, aliquot, aliquoties, alis, aliter, vide in *Alius.*

ĂLĬSMA, *ātis*, n. planta, *quam alii Damaſſonion, alii lyron appellant*, Plin. 25, 10; Dioſc. 3, 160; waſſer-wegrich.

ĂLĬSONTIA, *æ*, m. amnis, qui in Moſellam delabitur; hodie contractius die Elß, ap. Auſon. Edyll. 10 v. 371: v. Freherus ad h. l. qui negat eſſe die Alb, uti ſtatuerat Scaliger Auſ. Lect. 1, 2.
Aliter, Alitudo, alitura, alitus, Aliubi, aliunde, vide *Alius, Alo, Alius.*

ĂLĬVS, *a, ud*, ex ἄλλος, de multis dicitur; ſicut *Alter* de duobus tantum, ein anderer. Ter. Andr. 4, 5, 39 *Fallacia alia aliam trudit*, eine tücke folgt der andern. Tac. Hiſt. 2, 95, 5 *Succeſſere magis alii homines, quam alii mores.* Quintil. 1, 1 *Præſtat ingenio alius alium*, es thut es einer dem andern zuvor. Cic. Fin. 4, 19 *Si in ceteris rebus effici quidquam, quod aliud alio melius eſſet.* Juſtin. 2, 4, 7 *Feliciores alii aliis videntur.* Cic. fam. 9, 19 *Me aliud ex alio impedit.* Ter. Eun. 4, 2, 3 *Aliam rem ex alia cogitare*, eines nach dem andern. Id. 5, 6, 17 *Aliud ex alio malum*, ein unglück über das ander. Livius *aliud ſuper aliud ſcelus* dixit 30, 26. Id. 23, 36 *Prodigia alia ſuper alia.* Ita Plin. 7 epiſt. 8 *Saturninus noſter ſummas tibi apud me gratias aliis ſuper alias epiſtolis agit.* Salluſtio *alius poſt alium* placuit, Jug. c. 63. ¶ 2. Conſtruitur cum *Quam, Ac, Atque*, anders als ꝛc. Plin. 7 epiſt. 15 *Alia omnia, quam quæ velis, age-*

re. Cic. de Orat. 2, 53 *Alia dicentis, ac significantis, dissimulatio.* Ter. Phorm. 4, 4, 3 *Aliud mihi respondes ac rogo.* Cæs. Civ. B. 3, 51 *Aliæ sunt leguli partes atque imperatoris.* Cic. de Leg. 2, 7 *In aliis rebus utilissque sententiis versaris, atque ille.* Nep. 23, 2, 2 *Alia atque antea sentire.* Nec aliter cum negatione, nicht anders, als. Plin. Paneg. c. 55 *Non alius erga te novus honor superest, quam si aliquando de te tacere audeamus.* Varro de R. R. 1, 4 de insalubri agro: *Ibi cultura non aliud est, atque alea domini vitæ.* Potest etiam *Nisi* subjungi, vel sine *ut*, Cic. pro Sulla c. 12 *Nihil aliud agerem, nisi eum qui accusatus esset defenderem*, vel sequente *ut*, Cic. pro S. Roscio c. 52 *Non intelligitis, nihil aliud agi, nisi ut proscriptorum liberi tollantur?* conf. Burmanni observationem ad Petron. c. 86 p. 421, & quem ille laudat Gron. ad Liv. 31, 24. Nimirum *nihil aliud* interdum videtur absolutum a reliqua sententia quantum ad constructionem, e. g. Liv. 35, 49 *vidit hic regem - - exclusum*, nihil aliud *quam Aulide & Euripo spectatis, in Æoliam redeuntem*, h. e. postquam nihil aliud egerit. add. Liv. 2, 63, 1. Cic. pro Cluent. 61 *Quid ei tandem aliud mors eripuit, præter sensum doloris.* ¶ 3. *Alius* pro altero vel secundo, Cic. in Bruto c. 95 *Genera Asiaticæ dictionis duo sunt, unum sententiosum & argutum - - aliud genus est non tam sententiis frequentatum, quam verbis volucre* &c. Suet. Tit. 7 *Propalam alium Neronem prædicabant.* Curt. 9, 8, 5 *Alium Liberum patrem adventare.* Et Apul. 5 Milef. p. 163 de duarum sororum colloquio; *Suscepit alia.* Plautum quoque non semel ita usum hac voce Casaubonus alibi observat. v. Taubm. ad Plaut. p. 234. Cæs. B. G. 1, 1 *Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgæ*, aliam *Aquitani*, tertiam *qui ipsorum lingua Celtæ, nostra Galli appellantur.* Sic Ambros. c. 3 de Paradito (Tom. 4 oper. f. 93) *Quæ sunt quatuor initia virtutum, nisi* unum *prudentiæ*, aliud *temperantiæ*, tertium *fortitudinis*, quartum *justitiæ?* Hieron. ad Damasum ep. 146 *Dominus tres parabolas proposuit: e quibus* una *est nonagesima novem ovium*; alia *drachma*; tertia *vero duorum filiorum.* Id. ad Evagrium epist. 85 *Presbyter & episcopus, aliud ætatis, aliud dignitatis est nomen*, pro alterum, alterum. ¶ 4. Per copulam geminatum varietatem notat. Cic. in Orat. c. 22 *Eadem res sæpe aut probatur aut rejicitur alio atque alio elata verbo*, i. e. alio identidem verbo, mit dieſem oder mit einem andern wort, mit unterſchiedenen worten. Liv. 1, 8 *Alia atque alia appetere loca.* Id. 2, 2 *Milites trans flumen aliis atque aliis locis trajiciebat.* Plin. Paneg. c. 7 *Itaque adoptatus es, non ut prius alius atque alius*, &c. id est, unus ac alter. Sic & Cels. 3, 3 *Febres aliæ aliæque subinde oriuntur.* Id. 5, 26 *Cancer aliis aliisque signis discernitur.* ¶ 5. Vox hæc iterata distributionem infert, der eine, der andere. Cæs. B. G. 6, 37 *Alius jam capta cestra pronunciat, alius victores barbaros venisse contendit*, &c. Sen. epist. 9 *Alii metu relinquunt, alii metu produnt.* Cic. de Fin. 4, 11 *Chrysippus ait, alias animantium corpore excellere, alias autem animo, nonnullas valere utraque re.* Id. Verr. 5, 56 *Proferebant alii purpuram Tyriam, thus alii, gemmas alii, vina nonnulli græca.* Adde Liv. 42, 61, & 45, 23. Plin. 1, 2 &c. ¶ 6. *Aliud* pro reliquo, das übrige. Liv. 7, 19 *Trecenti delecti, qui Romam mitterentur, vulgus aliud trucidatum.* Id. 7, 26 *Inter primos atrox prælium fuit: alia multitudo terga vertit.* Cæs. B. G. 1, 41 *Divitiaco ex aliis Gallis maximam fidem habebat.* ¶ 7. *Aliud* pro diverso aut dissimili. Ter. Andr. 1, 2, 18 *Nunc hæc dies aliam vitam adfert, alios mores postulat.* Singularis etiam elegantia est, accedente adverbio *Longe.* Sallust. Cat. c. 52 *Longe alia mihi mens est*, ich habe viel einen andern ſinn. *In alia omnia ire, discedere*, quid sit, v. Brisson. form. p. 183. Ita *alium facere* est, animum alicujus immutare, persuadere aliud, & animum inducere. Plaut. Trin. 1, 1, 123 *Verbis paucis quam cito Alium feciſti me, alius ad te veneram.* Sic histriones *alii fieri* dicebantur, cum mutabant personas. Idem Comicus Prologo Pœni extr. *Valete: adeste: ibo: alius nunc fieri volo.* Hinc & *Homines alii fabi sunt*, ſie haben ſich geändert, Cic. fam. 11, 12. *Alia longe nomina*, un gleiche nahmen, Gell. 27, 5. *Alius vir erat*, Liv. 44, 18. *Alias res agere*, ap. Ter. Eun. 2, 3, 56 nugari est, ut Donatus interpretatur. Itaque *hoc age*, dicunt, qui serio attendere jubent alium. Stat. Theb. 7, 806 *Eusesque recondit Mars alia*, naufragii merus a tempestate, sedat pugnam navalem. Propter senatusconsultum discessionis formula hæc erat: *Qui hoc censetis, illuc transite, qui alia omnia, in hanc partem*, i. e. qui contraria vel qui non censetis. Fest. ¶ 8. Eleganter hoc nomen cum ablativo jungitur. Horat. 1 ep. 16, 20 *Neve putes alium sapiente bonoque beatum*, i. e. quam sapiens bonusque. Idem 1 epist. 2, 240 *Ne quis sese alius Lysippo duceret ære.* Sallust. Jug. c. 81 *Aliud bello mallet*, ex Iani Melleri Palmerii emendatione, quam adsert Spicileg. in Sallust. in Face Crit. Gruteri Tom. 4 p. 649, (quanquam excusi libri *quam bellum* habeant) Ac ita Liv. 5, 54 *Expertis alia experiri.* Et Phædrus 3, 1, 41 *Si accusator alius Sejano foret.* conf. Curt. 5, 4, 9. Agnoscas autem in his locutionibus absorptionem electivæ particulæ, illi similem, quæ in comparativis est locutionibus. Ea nimirum vis est ablativi, ut absorbeat particulas *quam, ac, atque.* Minus ergo bene in illo Sallustii *aliud bello mallet*, laudarus Palmerius c. l. dandi casum agnovit: auferendi debebat. ¶ 9. Ordinarie in genitivo dicimus *alius* penultima producta, in dativo *alii* media correpta ut in *ei* ab *is*, per quævis genera. Sed Plautus Mil. 3, 1, 204 dixit: *Studiosus rei nullæ aliæ est.* Sic & Cic. Div. 2, 13 *Aliæ pecudis jecur* &c. Id. Nat. D. 2, 48 *Alii generis bestiæ*, v. ibi not. Gruteri. Liv. 24, 27 *Aliæ partis.* Cato in fragm. quod laudamus in *perinjurius*, *Alii modi.* Harum veterum terminationum meminit quoque Priscian. 6 p. 717.

¶ Aliasvis. Cic. ad Attic. 8, 4 *Ciceronesque nostros meo potius labore subdoceri, quam me aliunvis magistrum quærere.*

¶ Alis, & Alid, veteres aliquando extrito u, solebant dicere, pro *Alias, Aliad.* Catullus c. 66 de coma Berenices, v. 27 *Anne bonum oblitæ facinus, quæ te cum conjugium? quod non fortior ausit alis?* Lucretius 1, 263 *Quando alid ex alio reficit natura*: Et rursus 3, 764 *Si alid ex alio reficit natura.* & aliis locis pluribus. In quibus miror Gifanium *aliud* semper reposuisse. Nam quod ait, contra libros veteres alios *alid* substituisse, verum omnino haud est. *Alid* enim membranæ Vossii agnoverunt, ut ipsemet testis est de Arte Grammat. 2, 20. Nam quatione, utrique *alis* pro *aliis*; eadem & *alid* pro *aliud* dixerunt. Dissyllabum tamen statuit, quemadmodum alibi Poëta *τὸ potin* facit. Vel exteri, inquit, debet D quod novum non est. Lib. 6 v. 762 ait: *Ianua m potius his orci regionibus esse Credatur.* Vbi fateor dissyllabum esse, prima alteraque correpta: vel quia primam natura brevem habet, a *potis* enim est, quemadmodum primam in *occultus* eadem de caussa corripuit Plautus: (quo respectu non eo inficias, Lucretium primum potuisse corripere, quamvis contractio positionem faceret:) vel quia S veterum more elidenda. De D extrito quod adjicit, vereor an satis possit probare. Hoc scio, veteres D adjecisse vocibus, quæ in vocali desinerent, ut elisionem impedirent; abjecisse, ut ei facerent locum, nescio. Nam quæ exempla alibi producit, nihil firmiter adstruunt. Scribit Lucretius 4, 642

Vt quod aliis cibus est, aliis fuat acre venenum.

& rursus 6, 1225 *Nam quod aliis dederat vitales aëris auras.*

in iis respondeo D non elidi, sed *aliis* per contractionem duarum vocalium *ii*, dissyllabum esse. Nec aliter de Plauti, atque Terentii locis existimandum. Adversatur etiam Gifanio lectio Creechii: *Ianua ne his orci potius* &c.

¶ Alia, adv. intellecta nimirum via. Lucr. 6, 986 *Nam penetrare alia sonitus, aliaque saporem Cernimus e succis, alia nidoris odores.* Ita Lamb. Faber, Creechius. Male Gipha. *alio.*

¶ Alias, adverb. tam præteriti, quam futuri temporis: etiam sæpe indefiniti, sonsten, ein ander mahl, auf eine andere zeit. Cic. Acad. 4, 3 *Quibus de rebus & alias sæpe nobis multa quæsita & disputata sunt.* Id. Divin. 2, 2 extr. *Sed hæc alias pluribus.* Id. de Orat. 3, 7 *Illi alias aliud iisdem de rebus & sentiunt, & judicant.* Liv. 7, 33 *Non alias militi familiarior dux fuit.* Nep. 23, 11, 6 *Sæpe alias.* ¶ 2. Significat & *alioqui*, vel *aliter*, vel *alibi.* Curt. 8, 1, 24 *Illum debilitatum vulnere jaculisse, non alias*, (id est, non aliter,) *quam simulatione mortis tutiorem:* ander geſtalt wäre er nicht ſicher geweſen. Tac. An. 16, 1, 4 *Reges Numidarum & alias infensi*, i. e. alioqui vel jamtum, ohne dem. Plin. 25, 2 *Homerus multus alias in admiratione Circes.* Justin. 4, 1, 9 *Nusquam alias* (i. e. alibi, anderswo) *tam torrens fretum.* Ulpian. l. 43 ff. de ritu nuptiarum *O si qua in taberna cauponaria, vel alias, pudori suo non parcat.* ¶ 3. Item *interdum*, quando geminatur, ein mahl ſo, das ander mahl ſo, bald ſo, bald ſo. Cæs. B. G. 5, 55 *Sub castris ejus vagabatur, alias ut situm castrorum cognosceret, alias colloquendi aut territandi caussa.* Id. B. Civ. 1, 59 *Minus libere, minus audaciter vagabantur, alias non longo ab castris progresse spatio, alias longiore circuitu, &c.* Sen. epist. 12 *Nox alias contractior, alias productior.* Cic. de Fin. 2, 27 *Alias beatus, alias miser.* Cic. Cat. c. 15 *Nec unquam sine usura reddit, quod accepit, sed alias minore, plerumque majore cum fœnore.* Triplicari quoque ita potest, aut sæpius repeti. Plin. 7, 55 *Alias immortalitatem animæ, alias transfigurationem, alias sensum inferis dando.* Quater repetit Cic. de Invent. 1, 52 *Atque hic licebit alias singillatim transire omnes argumentationes: alias ad partitiones singula genera referre: alias ab auditore, quid desideret, quærere: alias hæc facere per comparationem &c.*

¶ Aliter, adv. alio modo, anders. Ter. Adelph. 5, 8, 13 *Fieri aliter non potest.* Nep. præf. 7 *Multo sit aliter.* ¶ 2. Constructur ut *Alius.* Liv. 21, 63 *Profectum clam, furtim, haud aliter, quam si exilii caussa solum vertisset.* Cic. Att. 16, 13 *Ne sim salvus, si aliter scribo ac sentio.* Ter. Adel. 4, 3, 6 *Nunquam te aliter atque es, in animum induxi.* Nep. 22, 2, 1 *Multo aliter ac speraḃat.* Cic. in Verr. 1, 46 *Quod iste aliter, atque ut edixerat, decrevisset.* Conf. Cl. Menckenii Observ. L. L. hac v. ¶ 3. Et geminatum *aliter atque aliter*, id est, variis modis. Plin. 2, 93 *Diffuse per omne naturæ subinde aliter atque aliter numen erumpens.* ¶ 4. *Aliter* pro *alias* vel *alioqui*, ſonſt, andergeſtalt. Cic. de Amic. c. 20 *Aliter amicitiæ stabiles esse non possunt.* Id. Off. 1, 39 *Aliter ampla domus dedecori domino sæpe sit.* ¶ 5. *Aliter* est etiam *contra.* Virg. Æn. 2, 428 *Dis aliter visum.* ¶ 6. Pro *aliter* vetustissimos *Aliuta* dixisse, probat Festus Pompejus ex Numæ Pompilii lege. conf. Plaut. Rud. Prol. v. 10.

¶ Alio, adv. in alium locum, anderswohin. Cic. fam. 14, 1 extr. *Alio me conferam.* Id. Att. 9, 17 *Arpinumne mihi eundum, an quo alio?* Ter. Eun. 2, 2, 49 *Fortasse tu profecturus alio fueras.* conf. Id. Heaut. 2, 4, 10. ¶ 2. In aliam rem, zu oder auf etwas anders. Cic. Orat. 1, 29 *Sermonem alio transferamus.* Nepos 2, 6, 3 *Hoc longe alio spectabat, atque videri volebant.* Suet. Aug. c. 98 *Non alio datam summam, quam in emptionem Alexandrinarum mercium absumturos.* Liv. 7, 18 *Plebs nusquam alio, quam ad serviendum nata*, ſonſt zu nichts als. Sed Lucret. 6, 986 legendum *alia*, i. e. per aliam viam, ubi vid.

¶ Alioqui & alioquin, id est, præter hoc, ſonſt, auſſer dem. Liv. 30, 29 extr. *Tumulum commodum alioqui, nisi quod longinquæ equationis erat, cepit.* Quod vero vulgo dicitur, *Alioqui* ante consonas: *Alioquin* ante vocales poni, perpetuum non est. Sic Curt. 4, 2, 5 *Alioquin potens:* & 7, 4, 8 *Alioquin moderatus.* Et Cic. de Leg. 2, 25 *Alioquin multa exempla.* Id. in Orat. c. 25 *Cæteroquin rectæ*: nam eadem ratio τῆς *Cæteroquin* & *Alioquin* est. Et *alioqui* ante vocalem Plin. 8 epist. 11 n. 2 *Alioqui in summo discrimine.* Horat. Sat. 1, 6, 66 *Mendosa est natura, alioqui recta*, i. e. de cætero, im übrigen. v. Burm. ad Quint. Præf. p. 1.

¶ Alioſum, vel Alioſus, pro alio verſum, in aliam partem, in aliam ſententiam, anders wohin, ungleich. Plaut. Truc. 2, 4, 49 *Aliam aliorsum ire.* Ter. Eun. 1, 2, 1 *Vereor, ne illud gravius Phædria tulerit, neve aliorsum, atque ego feci, acceperit.* Ammian. 22, 10 *Impetus suos aliorsus tendentes frenare.*

¶ Alioverſum, Alioverſus, idem. Plaut. Aul. 2, 4, 8 *Atqui ego istuc aliovorsum dixeram.* Lactant. 1, 17 *Stoici aliovorsus Deos interpretantur.*

¶ Alibi, id est, alio in loco, an andern ort, anderswo. Ter. Hec. 3, 1, 14 *Habeham alibi animum amori deditum.* Construitur cum Quam & æquivalentibus. Suet. Aug. c. 23 *Duas omnino clades, nec alibi, quam in Germania accepit.* Geminatur & triplicatur etiam. Liv. 3, 28 *Miles alibi pavorem, alibi gaudium ingens facit.* Id. 8, 32 *Alibi preces, alibi minæ audiebantur.* Conf. Tac. H. 3, 81, 3. Liv. 38, 46 *Exercitus trifariam dissipatus, alibi primum, alibi postremum agmen, alibi impedimenta.* Conf. Plin. 5, 27. ¶ 2. *Alibi atque alibi*, da und dort. v. Plin. 13, 1 & 34, 14. ¶ 3. *Alibi* pro alia in re, in irgend einer ſache. Liv. 7, 41 *Nolo alibi quam in innocentia spem habere.* Id. 30, 35 *Nec spes salutis alibi quam in pace impetranda est.*

¶ Alicubi, ufpiam, aliquo in loco, irgendwo. Cic. pro Flacc. c. 29 *Omnino mallem, hic alicubi in Cruſtumino, aut in Capenati*, (agros) *paravisses.* Ter. Adelph. 3, 4, 7 *Vtinam hic prope adesset alicubi.*

¶ Alicubi

¶ Alicubi pro *alibi*, apud Plin. 10, 30 & 34, 14 anderswo. Nep. Fragm. 6, 7 *Nec usquam aliubi nasci.* Solet & reperti: Plin. 9, 54 *Aquatilia genera aliubi & alibi meliora*, bald an diesem bald an jenem ort. Conf. Id. 11, 14. Sic & geminavit Seneca epist. 35 *Aliubi & alibi apparere*, bald da, bald dort seyn.

¶ Aliunde, ex alio loco, vel ex alia re, vel ex alio homine, anderswoher, von etwas oder iemand anders. Cic. de Orat. 2, 10 *Aliunde assumto bono uti, non proprio nec suo.* Idem in Orat. c. 24 *Aliunde factum verbum.* Et fam. 5, 13 *Laudem sapientiæ statuo maximam non aliunde petendæ.* Id. Att. 11, 13 *Aliunde mutuati sonus.* Id. pro Lig. c. 1 *Cum id neque per te scires, neque aliunde audire potuisses.* Bis repetit Liv. 24, 45 *Aliunde stat semper, aliunde sentit.* Ter repetit Plin. 37, 12.

¶ Alicunde, ex aliquo loco vel homine, irgend woher. Ter. Andr. 2, 4, 3 *Venit meditatus alicunde ex suo loco.* Id. Adelph. 2, 2, 35 *Minas decem corradet alicunde.* Id. Phorm. 1, 5, 75 *Sumeret alicunde, si nullo alio pacto vel fœnore.* Et Plaut. Perf. 1, 1, 44 *Alicunde exora mutuum*, von irgend iemand. Quemadmodum verò *Ali* poſt *Si* eleganter in *Aliquis* & ſimilibus abjicitur; ita idem quoque uſu venit in *Sicunde*, pro *Sialicunde*; de quo vide infra in *unde*.

¶ Aliquis, *aliqua*, *aliquid* & *aliquod*, quispiam, ſignificat perſonam & rem incertam, iemand, etwa einer, etwas. Ter. Andr. 4, 6, 18 *Arbitror jam esse aliquem amicum & defensorem ei.* Ibid. 5, 3, 13 *Aliquo pacto*, durch einige mittel und wege. Cic. de Leg. 3, 7 *Aliquis de tribus nobis.* Id. pro Cæc. c. 19 *Aliquis de familia.* Id. Att. 13, 15 *Aliquis meorum.* Id. Off. 2, 12 *Ad unum aliquem virtute præstantem confugere.* Id. de Amic. c. 23 *Aliqua ex parte*, zum theil. Id. Att. 1, 16 *Ego tibi aliquid de meis scriptis mittam.* Id. Pet. Conſ. c. 1 *Aliquid novi*, etwas neues. Ter. And. 2, 3, 24 *Intercæ aliquid acciderit boni.* Ibid. 1, 5, 15 *Aliquid monstri*, i. e. aliquod monſtrum. Plur. *Aliqui* idem ac *nonnulli*, etliche. Vid. Plin. 15, 30; 22, 21; 24, 15. *Aliquis, quid*, bis & crebrius repetitum vide in Liv. 42, 39: Quintil. 1, 12: & 4, 2. Plin. 10, 53; & 19, 7.

¶ 2. *Esse aliquem*, in aliquo ſignificat eſſe numero. Cic. Att. 2, 15 extr. *Me, ut facis, velis esse aliquem: quoniam qui fui, esse non possum*, laß mich nur noch etwas ſeyn. Iuvenalis Sat. 1, 73 *Ande aliquid brevibus Gyaris & carcere dignum, Si vis esse aliquis.* Avianus Fab. 17, 17, 18

Sed cruor & validis in nos directa lacertis
Ostendunt aliquem tela fuisse virum.

Vide tamen Miſcell. Obſerv. 7, 220. Et ita etiam Græci. S. Lucas Act. 5, 36 λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν, *dicens ſe aliquem eſſe*: qua forma & c. 8 v. 9 uſus eſt. Cleomedes lib. 1 κυκλικῆς θεωρίας μετεώρων c. 1 ὅτων καὶ ἑκάστου, ὡς δή τις ὤν, διαλεγόμενος. Cic. in Div. Verr. c. 15 non *aliquem esse*, ſed *aliquid esse* dicit: *Aliquid remittat, ut tu aliquid esse videare.* Et mox: *Cæcilius tam demique se aliquid futurum putet.* In luvenale quoque manuſcripti quidam Codices non *aliquis* legunt, ſed *Si vis esse aliquid*: quomodo & nos loquimur: S. Paulus ad Gal. 6, 3 εἰ γάρ τις δοκεῖ τις εἶναί τι, μηδὲν ὢν, ἑαυτὸν φρεναπατᾷ: *Nam ſi quis ſibi videtur esse aliquid, cum nihil ſit, ſemet ipſum ſeducit.* In his de uno ſermo eſt. Vſurpavit etiam de pluribus Cic. Tuſc. 5, 36 *An quicquam stultius, quam quos fugatos sicut operarios barbarosque contemnas, eos aliquid putare esse universos?* ¶ 3. *Est aliquid*, alia formula, cum aliquid non plane reiiciendum ac contemnendum ſignificamus. Cic. de Senect. c. 3 *Est istud quidem aliquid, sed nequaquam in isto sunt omnia.* Ovid. Fast. 6, 27 *Est aliquid nupsisse Iovi, Iovis esse sororem.* Catull. 1, 4 *Solebas meas esse aliquid putare nugas.* Sic *aliquid dicere* perhibentur, qui non abſurda penitus in medium proferunt. Cic. Tuſc. 1, 11 *Hic ab artificio suo non recessit: & tamen dixit aliquid.* Lactantius, perpetuus æmulator Ciceronianæ orationis, 3, 7 *Sive aliquid dicunt, nihil profunt; seu delirant, nihil nocent.* Ejusdem Lactantii ſunt 3, 8 eodem ſenſu, *nonnihil dicere, aliquid loqui. Si* (Zeno) *aliam mutorum, aliam hominis dicit esse naturam, quod homo ad virtutem fit genitus, nonnihil dicit.* Etc. 24 *Qui illi, qui esse contrarios vestigiis nostris Antipodas putant, nam aliquid loquuntur?* Obſerva obiter, quæ de Antipodibus dicuntur, ſomnia fuiſſe Lactantio habita. Cæterum huic formulæ contraria eſt, *nihil dicere.* Lactant. idem de Opificio Dei c. 17 *Nec tamen in tantum falsos esse dicendum est, qui hæc senserunt, ut omnino nihil dixerint.* Ter. Adelph. 1, 2, 61 *Nec nihil, neque omnia hæc sunt, quæ dicit.* Etiam apud Græcos eadem notione oppoſita ſunt, λέγειν τι & μηδὲν λέγειν. Plato Hipp. Maj. f. 1256 ἀκριβῶς καὶ προσποιούμενός τι λέγειν, μηδὲν λέγων. Idem Phædone fol. 48 δοκεῖ τι μοι καὶ ἐντῶ λέγειν Κέβης. Et Theæteto: ἴσως δὲ δόξει λέγω. Ariſtoteli λέγειν τι & μηδὲν λέγειν ita opponuntur 3 (al. 4) Metaph. 4 latis ut ex ipſo textu appareat, illud eſſe, proferre quid addita ratione; hoc, absque omni ratione dicere. Ibid. lib. 1 c. 2 λέγειν τι ſic effert, ut paullo poſt ei opponatur τὸ ψεύδεσθαι. Vicißim Platoni Lachete fol. 491 λέγειν τι eſt, non verum quidem, veri tamen quid ſimile dicere. Ait enim: λέγει γέ τι, ἢ μέντοι ἀληθές γε. ¶ 4. *Aliquid* pro *aliud quid*. Tac. An. 1, 4, 4 *Ne iis quidem annis aliquid quam iram & simulationem meditatum.* Sic & Cic. fam. 1, 7, 13 *Ptolemaïde aut aliquo propinquo loco*, i. e. alio quodam tam propinquo loco. Ibid. 16, 9, 9 *Cum Messinio, si minus cum honesto aliquo homine.* ¶ 5 *Aliqui* pro *aliquis*. Cic. fam. 7, 1 *Si te dolor aliqui corporis tenuit.* Id. Off. 1, 32 *Quam personam casus aliqui aut tempus imponit.* Gell. 11, 13 *Dicat mihi quæso aliqui*, &c. conf. 13, 23 & 15, 2. ¶ 6. Hæc particula interdum omiſſa ſubintelligitur Cic. Off. 2, 7 *Alexander Pheræus præmittebat de Hipatoribus sui*, ſubaudi aliquos.

¶ Aliqui, adv. pro alioqui, aliqua re, aliquo modo, mit ſonſt etwas. Plaut. Aul. prol. v. 24 *Aut ture, aut vino, aut aliqui semper supplicat.* Id. Moſt. 1, 3, 18 *Te donabo ego profecto bodie aliqui.* Et Truc. 5, 30, 31 *Gaudere aliqui me volo*, &c.

¶ Aliquispiam, *quæpiam*, *quodpiam*, etwa einer, einer. Cic. pro Sextio c. 29 *Atque ille si aliquapiam vi expelleretur.* Id. Tuſc. 3, 9 *Num aliquodpiam membrum tumidum ac turgidum non vitiose se habet.* Sic Gronovius ad Liv. 41, 7.

¶ Aliquisquam, *quæquam*, *quidquam*, idem. Liv. 41, 7 *Alicuiquam in servitutem dari.* Addit Gronovius ex Cic. de Divin. 2, 50 *Epicurus ne, qui negat aliquidquam Deos nec alieni curare nec sui*

¶ Aliquilibet, *quælibet*, *quodlibet*, idem. Cæl. Aurel. Chron. 1, 4, 70 *Ætatis aut aliqualibet causſa.*

¶ Aliqua, per ſe adverbialis pronominis: vulgo habetur pro adverbio, quod *per locum* ſignificet, etwa wodurch; ut, *Si qui evasissent aliqua*, Liv. 26, 27, ubi *via* commode ſubauditur. *Aliqua evolare*, Cic. Verr. 3, 26 extr. conf. Plaut. Epid. 2, 1, 48. ¶ 2. Et, pro *aliquo modo, aliqua re*, einiger maſſen. Ter. Phorm. 4, 1, 19 *Vereor, ne uxor aliqua hoc rescisset mea*, ubi *ratione* ſubintelligas. Virgil. ecl. 3, 11 *Et si non aliqua nocuisset, mortuus esses.* Et Ovid. Pont. 3, 4, 28 *Iuvissent aliqua fortitan illud opus.*

¶ Aliquatenus, adv. aliqua ex parte, quodammodo, zum theil, gewiſſer maſſen, in etwas. Quintil. 10, 1 *Philistius, ut multo infirmior Thucydide, ita aliquatenus lucidior.* Petron. c. 102 *Apertis aliquatenus labris.* Sen. epiſt. 116 *Aliquatenus dolere.* Pomp. Mela 1, 2 *Aliquatenus processit.* Plin. 27, 12 *Aliquatenus pubens.*

¶ Aliquamdiu, per tempus aliquod, eine zeitlang, eine weile. Cic. de Amic. c. 19 *Qui aliquamdiu in familiasu fuerunt.* Et Acad. Qu. 1, 3 *Brutus Aristum Athenis audivit aliquamdiu.* Conf. Liv. 3, 70; Cæſ. B. G. 1, 40; Nep. 9, 5, 3; 10, 3, 1.

¶ Aliquammultus, *a*, *um*, aliquanto multus, fein viel. Cic. Verr. 4, 25 *Sunt vestrum aliquammulti.* Apul. 1 Met. p. 113 *Post aliquammultum temporis.* Et Apol. p. 320 *Aliquammultis diebus.*

¶ Aliquammultum, adv. etwas weit. Apul. Apol. 1 p. 276 *Hæc defensio aliquammultum a me remota est.* Aldus legit *Aliquomultum.*

¶ Aliquamplures, *ium*, pl. fein viel, mehrere. Tertull. Apol. c. 12 *Senecam, aliquampluribus & amarioribus de vestra superstitione perorantem, probatis.*

¶ Aliquo, in aliquem locum, etwa wohin. Ter. Adel. 3, 3, 32 *Profugiet aliquo militatum.* Ibid 5, 2, 11 *In angulum aliquo abire.* conf. Heaut. 3, 3, 11. Brutus in Cic. fam. 11, 1, 7 *Migrandum Rhodum aut aliquo terrarum.*

¶ Aliquomultum, vide *Aliquammultum.*

¶ Aliquoscus, etwas anders. Vlpian. l. 1 de Off. Proconſ.

¶ Aliquoverſum, auf einige ſeite. Plaut. Caſ. 2, 4, 8 *Istum jam aliquoversum tragulam decidero.*

¶ Aliquālis, *e*, & Aliqualiter Latina non ſunt; ſed *Aliquantus, Aliquantum*; vide Vallam.

¶ Aliquantus, *a*, *um*, ein wenig, ein ziemliches, etwas groß; ut, *Timor aliquantus, sed spes amplior*, &c. Salluſt. Iug. c. 105. *Aliquantus cinis*, Pallad. 4, 10. ¶ 2. Sed plerumque neutro genere, ſubſtantivi modo, conſtruitur. Vt, *aliquantum laudis*, Cic. fam. 1, 7: *animi*, Id. 7 Att. 13; *noctis*, 7 fam. 25; *temporis*, Ibid. 10, 8, 5. ¶ 3. *Aliquanti* plur. pro aliquot, nonnulli, etliche; ævi inferioris notio, ut Barthius quoque Adverſ. 25, 12 obſervavit. Eutrop. 4, 11, 6 *Aliquanta oppida.* Oroſ. 3, 13 pr. *Per aliquantas civitates.* Sed & his antiquior Palladius 1, 19 dixit *aliquantis diebus*, id eſt, aliquot diebus. Vide ſis Cur. Poſter. Cellarii p. 201.

¶ Aliquanto, adverb. nonnihil, in etwas, ein wenig; ut, *Epulamur intra legem & quidem aliquanto*, Cic. fam. 9, 26, 7. *Amplius aliquanto, quam ferre possent*, Id. Verr. 4, 34. *Aliquanto ante*, Id. Off. 1, 23. *Aliquanto post*, eine weile hernach, Id. pro Cæc. c. 4. *Aliquanto crudelior*, Nep. 10, 3, 3. *Aliquanto iniquior*, Ter. Heaut. 1, 2, 27.

¶ Aliquantum, adverbii inſtar, etlicher maſſen. Cic. 5 fam. 13 *Cogitatio aliquantum labefactata & convulsa.* Ter. Eun. 1, 2, 51 *Aliquantum avidior.* Nep. 25, 9, 2 *Aliquantum retardari.*

¶ Aliquantulus, *a*, *um*, dimin. ein klein wenig. Neutrum ſubſtantive uſurpatur. Liv. 21, 12 *Arietibus aliquantulum muri discussit.* Ib. c. 30 *Amnes agri aliquantulum amplexi.* Cic. pro P. Quint. c. 4 *Æris alieni aliquantulum.*

¶ Aliquantulum, more adverbii, idem. Cic. in Orat. c. 40 *Vt a proposito declinet aliquantulum.* Ter. Andr. 2, 6, 16 *Subtristis visus est esse aliquantulum mihi*, in etwas.

¶ Aliquantulo, adverb. idem. Vopiſc. Aurel. c. 34 *Etsi aliquantulo tristior.*

¶ Aliquantillus, *a*, *um*, aliud dimin. ſehr wenig, nur ein bisgen. Plaut. Capt. 1, 2, 28 *Foris etiam aliquantillum quod gusto, id beat.*

¶ Aliquantiſper, adv. in etwas, auf eine kleine zeit. Ter. Heaut. 3, 3, 11 *At certe concedas hinc aliquo, ab ore eorum aliquantisper.* Conf. Nonius 11, 20; Iuſtin. 1, 8, 3; Plaut. Pſeud. 1, 5, 158.

¶ Aliquando idem eſt, quod nonnunquam, bisweilen, dann und wann. Cic. Off. 3, 3 *Honestas aliquando cum utilitate pugnat.* Id. fam. 5, 8 *Quædam pestes hominum & me aliquando immutarunt tibi.* ¶ 2. Pro unquam, aliquo tempore, ehemals, hiebevor. Cic. Off. 1, 39 *Domus aliquando solita frequentari.* Id. fam. 6, 6 *Ille aliquando non defuit meæ saluti.* Id. pro Cælio c. 6 pr. *Quis civis meliorum partium aliquando?* ¶ 3. *Tandem* valet, tercinſt. Cic. in Orat. c. 48 *Aliquando idque sero usum loquendi populo concessi.* Id. Verr. 3, 28 *Aliquando miseremini sociorum.* Nep. 7, 5, 1 *Aliquando desciscere.* Vetus declamator apud Suet. de claris Rhet. c. 1 *Di expectaverunt, dum vetia extraberentur: aliquando extractis piscis nullus infuit*, &c. Atque ita ſæpe cum *tandem* componitur. Cic. Cat. 2 pr. *Tandem aliquando L. Catilinam ex urbe ejecimus.* Et inverſo ordine, pro Quintio c. 30 *Spes est, hunc miserum atque infelicem aliquando tandem posse consistere*, dermahleins, endlich einmahl.

¶ Aliquot, nomen numeri indefiniti plurale tantum, generis omnis, einige, etliche. Ter. And. 3, 3, 2 *Aliquot me adiere.* Cic. ad Cæſ. ſub ep. ad Att. 9, 11 *Aliquot sunt anni, cum vos duo* (vulgo duos) *delegi, quos præcipue colerem.* Liv. 21, 11 *Post dies aliquot.* Virg. ecl. 1, 10 *Post aliquot aristas*, i. e. annos, ut vulgo exponitur. v. annotata Ruæi.

¶ Aliquōties, adv. etliche mahl. Cic. de Leg. 2, 4 *Aliquoties jam iste locus a te tactus est.* Liv. 7, 18 *Aliquoties frustra in campum descensum.*

¶ Aliquotfariam, unterſchiedliche mahl. Varro de R. R. 1, 2 *In eo agro aliquotfariam in singula jugera dena culleo vini sunt.*

¶ Aliusmōdi, duo genitivi coaleſcentes in unam vocem, & quaſi in adjectivum indeclinabile, einer andern art. Cic. Inv. 2, 6 *Res aliusmodi est, ac putatur.* ¶ 2. *Alimodi* pro *aliusmodi* apud Feſtum.

¶ Allăbor, Allaboro, Allecto, Allævo, vide *Lăbor, Lăbor, Lac, Lævis.*

ALLAGE, es, f. ἀλλαγή, *mutatio*: Hinc

¶ Diallage, es, f. διαλλαγή, conciliatio, a διαλλάττω, schema, cum argumenta plura ad effectum unum deducuntur, ac inter se quasi conciliantur. Quintil. 9, 2 sub fin.

¶ Enallage, es, f. ἐναλλαγή, *permutatio*, qua pars pro parte ponitur, vel accidentia partium permutantur; ut, *dicere* pro *dicebat*, &c.

¶ Hypallage, es, f. ὑπαλλαγή, figura poetica, inversio sententiæ est, quæ verborum ordinem & structuram ita invertit, ut contrario plane modo referri aliquid videatur, quam res se habet, ut, *Dare classibus Austros*, Virg. Æn. 3, 61.

¶ Synallagma, ătis, n. συνάλλαγμα, contractus, unde nascitur civilis obligatio, ein vergleich. Ulpian. l. 7 ff. § 2 de pactis.

Allambo, Allapsus, vide *Lambo*, *Labor*.

ALLASSON, ontis, c. ἀλλάσσων, colores varians, versicolor, pro diverso aspectu, vel ad quamvis commotionem, schillernd; ut, *Calices allassontes*, Vopisc. Saturn. c. 8. v. Salmas. ad h. l.

Allatro, Allatus, Allaudo, Allec, Allectatio, allecto &c. Allegatio, allego, *are*, &c. Alligo, *ere*, vide *Latro*, *Fero*, *Laudo*, *Alec*, *Lacio*, *Lego*, *are*, *Lego*, *ere*.

ALLEGORIA, æ, f. ἀλληγορία, figura est, quoties sub aliis verbis aliud intelligitur, eine verblümte rede; cujusmodi est Terentii Phorm. 2, 1, 16 *Non vetet accipitri tenditur neque milvio*. Cic. Att. 2, 20 *Si erunt mihi plura ad te scribenda, allegoriis obscurabo*. At vero in melioribus libris Cic. Græce ἀλληγορίαις, scriptum est: Latine vero Quintil. 8, 6 *Allegoria obscurior ænigma dicitur*. Et Arnob. 5 p. 186 *Allegoriarum explanationes*. An sit communis Troporum affectio, disputat Corvinus Dubior. Rhet. fasciculo 7 dub. 2.

¶ Allegoricus, *a, um*, adject. ἀλληγορικός, quod per allegoriam significatum est, verblümt. Arnob. 5 p. 183 *Lex allegorica tenebrosis ambiguitatibus explicata*. & p. 186 *Historiæ ambagibus allegoricis scriptæ*. Sidonius 7, 6 *In hoc allegorica versamur Ægypto*.

¶ Allegorice, adverb. idem. Tertull. adv. Marc. 3, 5 extr. *Duo argumenta allegorice cucurrisse*. Arnob. 5 p. 183 *Allegorice scripta*. Augustinus de Genesi ad lit. 4, 28 pr. *Figurate atque allegorice*.

¶ Allegorizo, *are*, per allegoriam dicere, gleichnißweise vorbringen. Tertull. adv. Marc. 4, 7 *Quæ Christus in homines allegorizavit*. Conf. de Resurr. Carn. c. 27 & 30.

ALLELUIA, vox biblica, quæ apud Hebræos significat *laudate Dominum*; vid. Isidor. 6, 19. Rectius *Hallelujah*. Prudent. Cathem. 4, 72 *Amen reddidit*, *Alleluja dixit*. Sidon. 2 epist. 10 v. 26 *Responsantibus Alleluja ripis*. v. ibi Sirmond. p. 33.

Allevamentum, allevo, &c. Allex, vide *Levis*, *Alec* & *Lacio*.

ALLIA, æ, m. ἀλλίας, fluvius Italiæ, qui a Crustuminis montibus defluens Tiberino miscetur amni. Ad eum magna strage affecti Romani a Gallis sunt duce Brenno. Vnde *Allia flebilis*, *gravis*, Ovid. Arte am. 1, 413; & in Ibin v. 219. Adde Liv. 5, 37 seq. & 6, 1; & Virg. 7, 717.

¶ Alliensis, e, adject. ut, *Alliensis pugna*, Cic. Att. 9, 5 *Alliensis dies*, ex clade funestus & inter nefastos relatus, 15 Kal. Sext. sive Augusti, ap. Liv. 6, 1; & Aur. Vict. Vir. Illustr. c. 23. Malo ergo omine Vitellius Alliensi die pontificatum maximum cepit, Suetonio observante in Vita c. 11. ¶ 2. Deinde ad alios dies lugubres & infaustos transfertur. Cenotaphio Caji Cæsaris Pisano v. 26 DIEM EVM QVO DIEC. CÆSAR OBIT, QVI DIES EST A. D. VIII K. MARTIAS, PRO ALLIENSI LVGVBREM MEMORIÆ PRODI.

Alliaris, alliatus, Allicio, Allicula, Allido, Allienſis, Alligatio, alligo, &c. Allinio, Allino, Alliphæ, Allisio, vide *Allium*, *Lacio*, *Allicula* in *Ala*, *Lædo*, *Allia*, *Ligo*, *Lenis*, *Linio*, *Aliphæ*, *Lædo*.

ALLIVM, *i*, n. σκόροδον, knoblauch, olus, utilius coctum quam crudum, ab ἄλλεσθαι dictum videtur, quod exiliendo crescat. Plin. 19, 6 *Allium ad multa medicamina prodesse creditur*, &c. Varro apud Nonium 3, 67 *Avi & atavi nostri*, *cum allium ac cepe eorum verba olerent*; *tamen optime animati erant*. Virg. ecl. 2, 11 *Allia serpyllumque herbæ olentes*. ¶ 2. Avari etiam sunt & parcentes, *qui allium servo objignant cum sale*, Plaut. Pers. 2, 3, 15. Nam is pauperum ter vorumque cibus erat. v. Taubm. ¶ 3. *Allia ne comedas*, *& fabas*, id est, a militia & foro seu judiciis abhorre, v. *Fabæ*. *Ne illi quidem capsi*, subaudiendum, *mihi appositi*; ἐκ σκόρδων κεφαλήν δοῦναι. Aristoph. in Vespis; Locutio est proverbialis de homine supra modum parco & tenaci. v. Erasm. Adag. *Ter fustare caput allii*, superstitiose creditur noxas avertere. v. Pers. Sat. 5, 188. *Allium olet*, in rusticum dicitur, cui theriaca allium est. v. Taubm. ad Plaut. Most. 1, 1, 38 p. 612. conf. Suet. Vesp. c. 8.

¶ Alliāris, sive Alliaria, æ, f. herba notissima, knoblauchs-kraut.

¶ Alliātus, *a, um*, qui ex comesto allio olet, nach knoblauch riechend; ut quidem Lambinus Plautinum locum Mostell. 1, 1, 45 legendum & interpretandum putat. vid. Senec. epist. 84 de Scordalo, quem talem facit. Sed nihil mutanda est lectio. Nam *alliatum* ibi cibi genus, cui intritum allium est; unde & *intritum* proprie appellatur, sicut Donatus ad Terentium observat, qui *moretarium alliatum* nominavit. v. Turneb. Adv. 16, 17; & 19, 13; Gronov. ad Plaut. p. 494; & Taubm. p. 517 & ad Virgil. p. 19.

ALLOBROGES, *um*, m. plur. Galliæ populi, hodie sunt Sabaudienses & Delphinates, die in Savoyen und Dauphiné. Cic. de his passim in 3 Catil. Et de Divinat. 1, 12 extr.

Et clades patriæ, *flamma ferroque parata*,
Vocibus Allobrogum patribus populoque patebat.

Ptolemæo *Allobryges* dicuntur. Horatius singulariter extulit Epod. 16, 6 *Novisque rebus infidelis Allobrox*. conf. Iuvenal. 7, 214. Geneva, Genf, dici solet *Colonia Allobrogum*.

¶ Allobrogicus, *a, um*, adject. Savoyisch; ut, *Allobrogicus & civis & imperator*, Val. Max. 3, 5, 2. conf. 6, 9, 4. Et Iuvenal. 8, 13 *Cur Allobrogicis gaudeat*, i. e. titulis & honoribus ob devictos Allobroges.

Allocutio, vide infra *Loquor*.

ALLODIVM, *i*, n. vocabulum barbarum, a Gothis introductum, quo significatur possessio libera, ab omni clientela soluta, eigen gut, das nicht lehen ist; contrarium *Feudum*. Hinc

¶ Allodiālis, *e*, adj. ut, *Allodialia bona*, freye erb-güter.

ALLOLŌTĬCVS, *a, um*, ἀλλαιωτικός, immutandi vim habens, verändernd. Sic *Virtus in nobis alterotica vocatur, quæ cibum in aliud ex alio mutat*, apud Macrob. Sat. 7, 4.

ALLŌPHȳLVS, *i*, ἀλλόφυλος, alienigena, alterius tribus, diversæ nationis, ein fremdling. Ita LXX Interpp. & Vulg. & Sulpitius Severus vocant Philistæos, Palæstinos, die Philister. Sic, *Hostes allophyli*, Tertull. adv. Iudæos c. 4. conf. adv. Marc. 4, 13 & 37. Etiam Prudentius Latine Græcam vocem aliquoties scripsit, Hamartig. v. 500 & in Diptych. de Samsone. Vtrobique contra naturam Græcæ vocis corripuit penultimam, quod etiam a Paullino factum est Natali 8, 71.

Alloquium, alloquor, vide *Loquor*.

ALLOSCŌRŌDON, *i*, n. ἀλλοσκόροδον, herba, capern, Dioscor. 2, 141.

Allubentia, allubesco, Alluceo, Allucinor, Allucitæ, Alluctor, Alludo, &c. Alluo, alluvies &c. Allus, vide *Libet*, *Lux*, *Hallucinor* in *Hallus*, *Lux*, *Luctor*, *Ludus*, *Luo*, *Hallus*.

Almitas, almities, vide *Almus*.

ALMO, ōnis, m. fluvius urbi Romæ vicinus, ubi sacra Cybeles celebrata. Ovid. Fast. 4, 337 *Est locus in Tiberim qua lubricus influit Almo*, *Et nomen magno perdit ab amne minor*. *Illic purpurea canus cum veste sacerdos Almonis Dominam sacraque lavit aquis*. Adde Sil. 8, 364; & Lucan. 1, 600. Prudent. in Romano v. 160 *vivulum* vocat, quod arguit, parvum & exiguum amnem esse. Adde Fr. Lindenbr. ad Marcell. p. 127; August. de C. D. 2, 4. Weitzium ad Prud. p. 609. ¶ 2. *Almo* etiam deus illius fluminis, pater Laræ nymphæ, ex qua Mercurius Lares genuit. Ovid. Fast. 2, 599 fabulam narravit.

ALMON, ōnis, m. Thessaliæ oppidum, Plin. 4, 8. ¶ 2. Est & Bœotiæ civitas, Stephano. ¶ 3. Et pastoris nomen, Virg. Æn. 7, 532.

ALMVS, *a, um*, ζώδωρος, ab *alendo*, fecundum Festum, qui non modo *alens* interpretatur, sed etiam *sanctus*, *pulcher*, ernährend, fruchtbar, Plaut. Curc. 2, 3, 79 *Alma nutrix*. Virg. Georg. 1, 7 *Alma Ceres*. Ibid. 2, 330 *Almus ager*. Colum. 3, 21 *Tellus alma*. ¶ 2. Clarus, inclytus, herrlich, heilig, werth, fürtrefflich. Cic. Off. 3, 29 ex Ennio: *O fides alma*. Virg. Æn. 1, 622 *Alma Venus*. Sil. 13, 11 *Alma Carthago*. Tibull. 1, 11, 67 *Pax alma*, der liebe friede. Sic *alma lux*, Virg. Æn. 1, 306. *Alme Musæ*, Horat. 3 od. 4, 42. *Dies almus*, Virg. eclog. 8, 17. Vet. Gloss. *Almus*, κλυτός, ἔνδοξος. Item *Alma*, κλυτή, ἀγνή, οἰκία, ἀγαθή.

¶ Almitas, ātis, f. die erziehung. Gloss lat. gr *Almitas*, ἀνατροφή.

¶ Almities, ei, f. idem; & fecundum Festum *habitus almarum rerum*. Gloss. gr. lat. ἕυξησις λεχῆς, *Almities*, die hoheit. Apud Charisium lib. 1 p. 25 *Almities* est ἐυτρέπεια.

ALNVS, *i*, f. ἄκτειος, arbor palustris, eine erle. v. Plin. 16, 18 & 31 *Alnus alta*, *procera*, *viridis*. *Alni* apud poëtas epitheta sunt; ut, Virg. eclog. 6, 63 *solo proceras erigit alnos*. Loquitur de Phaëthontis sororibus in alnos mutatis. Vitruv. 2, 9 *Alnus proxima fluminum ripis procreatur*. Vbi de usu ejus arboris, quem in palustribus locis infra fundamenta ædificiorum habet, & de ejus immortalitate una legi potest. ¶ 2. Pro navigio, ein schiff; quia *fluctibus aptior alnus*, Lucan. 3, 441. Virg. Ge. 1, 136 *Tunc alnos primum fluvii sensere cavatas*, i. e. naves. Claudianus præfat. lib. 1 de Raptu Proserp. v. 3 *Qui dubiis ausus committere flatibus alnum*. Restitutam semel iterumque poëtis *alnum* vid. Burm. ad Ovid. Met. 1, 133.

¶ Alneus, *a, um*, ex alno quod est, von ellern. Vitruvius 3, 3 *Locus palis alneis configatur*.

¶ Alnetum, *i*, n. locus alnis consitus, ein ellern wald. Gv. Brito 8, 303 *Difficiles ubi densa vias alneta tenebant*.

ALO, *ui*, *altum*, (*alitum*) ĕre, τρέφειν, unterhalten, nehren, ernehren, hegen, halten, niehren. Cic. Off. 3 *Satis fructibus exercitum alere*. Phocion ap. Nep. c. 1, 4 *Idem hic agellus illos alet*, puta liberos. *Artem quævis alit terra*, τὸ τέχνιον γε πᾶσα γαῖα τρέφει, Suet. Ner. c. 40. Germani non dissimile habent, ein handwerck hat einen güldenen boden. In eamdem fere sententiam Cicero *Studia adolescentiam alunt*, pro Arch. c. 7. ¶ 2. Transfertur eleganter ad alias res. Nepos 25, 21, 6 *Mihi stat*, *alere morbum desinere*. Virg. Æn. 4, 1 *At regina gravi jamdudum saucia cura Vulnus alit venis*. Id. Georg. 3, 454 *Altior vitium*, *vivitque tegendo*. Cic. de Invent. 1, 3 *Dicendi assiduitas aluit audaciam*. Id. Cat. 1, 12 *Spem Catilinæ mollibus sententiis aluerunt*. Et de Clar. Orat. c. 8 *Isocrates intra parietes aluit eam gloriam*. Id. Cat. 3, 11 *Memoria vestra nostræ res alentur*, *sermonibus crescent* &c. Id. Off. 1, 30 *Hominis mens discendo alitur*, id est, instruitur. Id. Tusc. Qu. 1, 2 *Honos alit artes*. Vellej. 1, 17, 6 *Alit æmulatio ingenia*. Sic, *Alere bellum*, Liv. 31, 15 extr.: *luxuriam*, Nepos 19, 1, 4.

Altus & Ālĭtus, *a, um*, ernehrt, erzogen, gestärckt. Varro ap. Nonium 3, 8 *Altus alieno sumtu*, frey gehalten in der kost. Cic. de Clar. Orat. c. 10 pr. *Vrbs*, *in qua nata & alta est eloquentia*, id est, Athenæ, de qua etiam fam. 6, 1 *Vbi nata & alta est ratio ac moderatio vitæ*. Sed contractum hoc est ex *alitus*, quo usus est Liv. 30, 28 *Alito atque educato inter arma* Hannibale. Val. Max. 7, 2, 7 in Aristophanis sententia: *Non oportere in urbe nutriri leonem: sin autem sit alitus*, *obsequi ei convenire*. Et Curt. 8, 10, 8 *Flamma igni alita*. Diversitas lectionis est Cic. pro Planc. c. 33 *Locus ille mutus*, *ubi ipse alitus aut doctus est*, al. *altus*. Quemadmodum in l. c. fam. alii habent *alita*.

¶ Altellus, *i*, m. diminut. idem ac *Alumnus*, ein ziehe-kind, findling. Sic apud Festum *altellus Romulus dictus*, *quasi altus in tellure*, &c.

¶ Altus, *um*, m. nutricatio, unterhalt, nahrung. Macrob. Sat. 1, 2 *Rerum naturæ alta nutritur universitas*.

¶ Altus, *us*, m. idem. sed æque rarissimum. Donatus in Vita Virgilii: *Parentibus quotannis aurum ad abundantem alitum mittebat*.

¶ Alitūra, æ, f. idem. Gellius 12, 1 de versu Virgiliano differens (Æn. 4, 367) *Non*, inquit, *portionem solam*, *sed alituram quoque feram & sævam criminatus est*.

¶ Altĭlis, *e*, quod alitur fagina: seu quod altum & faginatum est, secundum Vallam, das zur mast ist, gemästet; ut, *Gallina altilis*, Plin.

Plin. 10, 50. *Auſvibus par altilis* ſcil. avis. Iuvenal. Sat. 5, 115. *Altiles boves, ad ſacrificia publica ſeguntur*, Varro R. R. 2, 1. *Satur altilium*, Horat. 1 epiſt. 7, 35, ubi *Altilia*, ſubſt. pro avibus aut aliis animantibus, quæ incluſa aluntur.

¶ Altiliārius, *i*, m. qui altilia curat, der allerley vögel und thiere mäſtet. Gloſſ. lat. gr. *Altiliarius*, ἀνιαιοτρόφος.

¶ Altor, *ōris*, m. qui alit, ein ernehrer, vater. Cic. Nat. D. 2, 34 *Omnium rerum ſeminator & ſator, & parens, ut ita dicam, atque educator & altor eſt mundus.* Sen. Herc. Fur. v. 1247 *Sive me altorem vocas, ſeu tu parentem.* Lactant. 1, 21 diſputans, *cur altores Iovis dicantur Curetes fuiſſe*, ex Salluſtio refert: *veteſtatem altores Iovi celebraviſſe.* Ovid. Met. 11, 101 *Gaudens altore recepto.* Grat. Cyn. 100 *Menalus altor* de monte, in quo nutritus Dercylus. v. Burm. Vt *altrix*. Nemeſ. Cyn. 297 *Succos altores* vocat, qui nutricii alias dicuntur.

¶ Altrix, *īcis*, f. die ernehrerin, mutter; ut, *Romani nominis altrix*, i. e. lupa, quæ Romulum & Remum aluit, Cic. Divin. 1, 12. *Altrix terra*, Id. pro Flacc. c. 26. *Altrix bellorum Numidia*, Sil. 1, 218. *Patriam ut altricem amare*, Plin. Paneg. c. 28. conf. Ovid. Met. 11, 683; Apul. de Mundo c. 57. Burm. ad l. c. Gratii in *altor*.

¶ Alimentum, *i*, nutrimentum, ſpeiſe, koſt, nahrungs-mittel; ut, *Alimenta corporis*, Cic. Vniverſ. c. 6. *Alimenta reponere in hyemem*, Quintil. 2, 16. *Miſeris alimenta negare*, Ovid. Triſt. 5, 8, 13. ¶ 2. Item quicquid alit & ſuſtentat & auget; ut, *Alimentum ignis, flammæ*, das feuer hält, Ovid. Met. 14, 532. Adde Plin. 14, 20 extr. Sic Ovid. 2 Met. 769 *Alimenta vitiorum*, was laſter mehret und ſtärcket; ut *otium*, &c. Et Val. Max. 2, 6, 5 *Alimentum virtutis bonos.*

¶ Alimentārius, *a, um*, ad alimenta pertinens, zur koſt gehörig; ut, *Alimentaria res*, Ammian. 20, 8. *Alimentaria lex*, qua ædiles frumentum populo metiri ſolebant: Ejus meminit Cælius ad Cic. 8 fam. 6. Et *Alimentaria invectio*, Symmach. 4 epiſt. 54 die zufuhre. ¶ 2. In Iure *Alimentarii* appellantur, quibus legata alimenta ſunt, die frene koſt ſtriegen. Vide Leg. 8 § 9 & 24 Dig. de Tranſaction. Capitol. in Pio c. 8 *Puelle alimentarie*. Gruter. Inſcript. p. 1022 n. 6 PVERI ET PVELLÆ ALIMENTAR.

¶ Alimōnia, *æ*, f. nutricatio, ſpeiſe, unterhalt, ernehrung, verköſtigung. Plaut. Perſ. 1, 2, 1 *Quæſtus alimonia*. Gell. 17, 15 *Naturalis alimoniæ fundamentum.* Suet. Calig. c. 42 *Collationes in alimoniam puellæ recepit.* Macrob. Sat. 7, 4 *Alimonia ventris diſperſa per univerſos membrorum artus.* Prudent. Cathem. 5, 19 *Picea alimonia*, facis puta ardentis. Plurativo numero uſus eſt Apulejus 2 Met. pr. *Non modo ſanguinis, verum etiam alimentiarum ſocia.*

¶ Alimonium, *i*, n. Varro R. R. 3, 16 *Hec omnia vocant a mellis alimonio avios.* Et l. 4 ff. de agnoſc. & al. lib. *Necare videtur, qui alimonia denegat*, die lebens-mittel.

¶ Alumnus, *i*, m. vel potius Alumnus, *a, um*, non ſolum ſignificat, qui alitur, vel altûs eſt, ein ſäugling, ſohn; quamquam hunc præcipue; ſed & qui alit, ein ernehrer; ut docent Nonius, 4, 25; Servius ad Virg. Æn. 4, 72. Caper de Orthographia, Iſidorus 10 in Apr. Priori & obvio ſenſu Horat. 1 epiſt. 4, 8 *Quid vovcat dulci matricula mejus alumno?* & translate Cic. fam. 9, 14 *Alumnus diſciplinæ meæ*, hoc eſt, meus diſcipulus, mein ſchüler, quemadmodum Stat. Theb. 6, 378 *Pius artis alumnus Ætoreæ.* Qui loci alicujus *alumnus* vocatur, ibi natus eſſe intelligitur. Mela 2, 3 bis v. Burm. præf. ad Val. Flacc. pr. Altero ſenſu pro nutritore & domino poſitum videtur, ubi Alexander ſe vocat *Alumnum commilitonem que ſuorum*, ap. Curt. 9, 2, 28. Sic Stat. Silv. 1, 3, 6 *Nemees frondentis alumnus*, i. e. Hercules. Conf. Taubm. ad illud Virg. Æn. 11, 33 *Comes caro datus ibat alumno.*

¶ Alumna, *æ*, f. pari ratione die pflege-tochter; nec non die ernehrerin, pflegerin. Paſſive Varro ap. Nonium 2, 138 *Cana veritas Atticæ philoſophiæ alumna.* Et Cic. de Clar. Or. c. 12 *Eloquentia bene conſtitutæ civitatis quaſi alumna quædam.* Active uſurpatum in Creticis verſibus, quos Hyginus Fab. 177 citat, *ſuæ alumnæ*, id eſt, altricis. Et Plin. 3, 5 Italiam vocat *terrarum, omnium terrarum alumnam, eandem & parentem.* Licet tamen hic etiam paſſive capere. Provinciæ enim, Africæ præſertim & Ægyptus, alebant Italiam. Sed active *Alumna urbis Oſtia*, apud Flor. 3, 21, 12, h. e. quæ alit Romam, commeatibus ex aliis regionibus eo convectis. conf. Id. 1, 4, 3.

¶ *Alumna mumen* Inûs vocatur Bacchus Ovid. Met. 4, 421, ubi confert Heinſius Stat. Theb. 8, 223 &c. it. Mar. Capella 1 *Cygnus ſtagna alumna* petierat.

¶ Alumnor, *ari*, pro educare; uſus eſt Apulejus Met. 8, p. 209 *quos canes ad tutelæ præſidia curioſe fuerant alumnati.*

¶ Alumno, *are*, etiam active ernehren, erziehen. Vnde Apul. Met. 10 p. 281 *Alumnandam dare alicui puellam.* Hinc &

¶ Alumnātus, *a, um*, ernehrt, erzogen. Mart. Capella lib. 9 p. 302 *Puella in penetralibus virginis alumnata.*

¶ Alibīlis, *e*, quod bene alit & nutrit, gedeylich, nehrhafft. Varro R. R. 2, 11 *Lac omnium rerum, quas cibi cauſa capimus, liquentium maxime alibile.* Et ibid. *Caſei alibiles.* Paſſive Id. 3, 9 *Pulli alibiliores.*

¶ Alebrius, *a, um*, idem. Sic, *Alebria, bene alentia*, apud Feſtum. Et Gloſſ. lat. gr. *Alebrius*, ἔυτροφος, θρεπτὸς, τοφεύς.

¶ Alētūdo, & Alitūdo, *ĭnis*, f. die nehrhafftigkeit, fettwerdung. Feſto enim eſt *corporis pinguedo.* Et Gloſſ. gr. lat. τροφὴ, *cibus, alitudo.*

¶ Alēmōna, *æ*, f. Dea, de qua Tertull. de Anima c. 37 *Superſtitio Romana Deam finxit Alemonam, alendi in utero fœtus.*

¶ Alēſco, *ere*, ab *Alo*, idem ac creſcere, wachſen, zunehmen. Lucret. 2, 1128 *Aleſcendi ſummum tangere cacumen.* Varro R. R. 2, 4 *Neque mater ſola poteſt ſufferre lac, neque congenerati aleſcendo roborari.* Et 2, 44 *Quæ nata ſunt, in fundo aleſcunt.*

¶ Coaleo, *ui, itum, ēre*, zuſammen-wachſen; & translate eins werden, ſich vereinigen. Salluſt. Iug. c. 93 *Grandis ilex coaluerat inter ſaxa.* Id. Cat. c. 6 *Hi incredibile memoratu eſt, quam facile coaluerint.* Liv. 23, 35 *Tanta concordia coaluerant omnium animi.* Adde Gell. 7, 7.

¶ Coaleſco, *ere*, idem. Arborum proprium: Colum. de Arbor. c. 27 *Interpoſito triennio coaleſcat ficus olivæ.* Item de vulneribus; Plin. 9, 52 extr. *A partu coaleſcit vulnus.* ¶ 2. Improprie conjungi, ſich vereinigen. Liv. 1, 8 *Multitudo coaleſcere in populi unius corpus nullis ne præterquam legibus poterat.* Id. 1, 11 *Res coaleſcere concordia potuit.*

¶ Coaleſcens, *tis*. Vellej. 2, 48, 5 *Coaleſcentis conditiones pacis.* Id. 2, 90 *Coaleſcentia reip. membra.* Liv. 1, 2 *Coaleſcentes populi.* Gell. 17, 9 *Litera coaleſcentes.*

¶ Coalitus, *a, um*, idem quod concretus, confirmatus, zuſammen gewachſen, befeſtiget. Gellius 12, 1 *Intereſſe, cujus ex ſanguine concretus homo & coalitus ſit.* Tac. An. 14, 1, 1 *Vetuſtate imperii coalita audacia:* Et Hiſt. 4, 55, 7 *Coalita libertate.*

¶ Coalitus, *ūs*, m. der zuſammenhang. Arnob. lib. 4 p. 150 *Quod penitus oportebat ex humani ſeneris coalitu tolli*

¶ Coalitio, *onis*, & Coaleſcentia, *æ*, f. pro unione & conjunctione absque auctoritate veteri uſurpantur a Medicis, die zuſammenwachſung, vereinbarung.

ALOE, *es*, f. ἀλόη, Indica herba amariſſima, vulgo bittere aloe. vide Plin. 27, 4. ¶ 2. Hinc ad rem ingratam & moleſtam tranſtulit Iuvenalis 6, 180 de forma loquens ſuperba: *Plus aloes, quam mellis habet*, mehr unluſt, als luſt. ¶ 3. Eſt & *Americana Aloe* in principum hortis conſpicua, quæ raro quidem, ſed caule inſigniter porrecto efflorefcit, cujus figuram ex Cæſalpini horto, & deſcriptionem præbent Acta Eruditorum a Lipſienſibus collecta 1688 mense Martio.

ALOEVS, *ei*, m. Ἀλωεύς, ex Titane Terræ filius: Æetæ frater, qui Medeam genuit. Hujus uxor Iphimedia a Neptuno compreſſa Otum & Ephialtem Gigantes edidit: qui cum cælum paraſſent extendere, Apollinis ac Dianæ ſagittis confixi perierunt. Lucanus 6, 410

Impius hinc prolem ſuperis immiſit Aloeus, &c.

¶ Alōïdes, *æ*, m. patronym. Virg. 6, 582 de illo ipſo Oto & Ephialte:

Hic & Aloidas geminos immania vidi Corpora.

Et Ovid. Met. 6, 116 *Tu viſus Enipeus Gignis Aloidas.*

Alogia, alogiſta, alogus, vide in *Logus.*

ALOIRE, *es*, f. herba, quæ & *Gentiana*, enzian. Apul. de Herb. c. 16.

ALŌPE, *es*, f. ἀλόπη, Theſſaliæ civitas ap. Plin. 4, 7. conf. Steph.

ALŌPĒCIA, *æ*, f. ἀλωπεκία, profluvium capillorum capitis, quod morbos interdum ſequitur, das haar-ausfallen. Differt a calvicie. Alopecia laborant frequenter vulpes, ἀλώπεκες: unde & nomen mali id accepit. Vel quia infructuoſus ſit locus, areſcentibus herbis, nec ſuccreſcentibus novis, ubi lotium vulpis fuerit effuſum. vid. Cæl. Rhodig. 19, 8. Plinius ſemper in plurativo numero *Alopecias* dixit. v. g. 25, 2 *Spongiolæ cinere cum melle alopecias capitis explent.* Id. 23, 6 *Cotonea cocta in vino, & illita cum cera alopecis capillum reddunt.*

¶ Alopeciōſus, *a, um*, defluvio capilli laborans, dem das haar ausfällt. Octav. Horatian. 1, 6.

¶ Alopecias, *æ*, m. piſcis marini ſpecies, Plin. 32, 11.

¶ Alopēcis, *is*, f. vitis caudam vulpis imitata, Plin. 14, 3 & 7.

¶ Alopeconnēſus, *i*, m. Aſiæ inſula, ubi tubera plura proveniunt, Plin. 19, 3.

¶ Ālōpēcūrus, *i*, m. ἀλωπέκουρος, herba apud Theophraſtum 7, 20, & Plinium 21, 17 non diſſimilis vulpinæ caudæ, fuchs-ſchwantz. *Polygonon* eſſe putant. v. Geſner.

ĀLOSA, & Alauſa, *æ*, f. piſcis marinus eſt, qui in flumina tamen & fontes exſpatiari ſolet in vere & æſtate: *clupea* & *thriſſa* etiam dicitur, θρίσσα, ein alſen, elſen. Habet lucentes ſquamas argenteo fulgore, affus gratior eſt, capitur in Albi. Hinc Auſonius Moſella v. 127

Stridentesque focis, obſonia plebis, aloſas.

ĀLŌSANTHVS, *i*, m. ἀλόσανθος, rectius Halofanthus, flos ſalis vel maris, qui & *ambra* nonnullis dicitur: colligitur in mari, ſperma ceti ſeu balænæ vulgo vocant, wallrat, quali balderath; a prædicti effectu in quibusdam morbis. Sed vide Matthioli commentarium in Dioſc. 5, 83.

¶ Aloſanthīnus, *a, um*, ἁλοσάνθινος, flore ſalis conditus; ut, *Vinum aloſanthinum*, Dioſc. 5, 41.

ALPES, *ium*, f. τὰ ἄλπεια ὄρη, montes illi ſunt exceſſi Italiam a Gallia & Germania ſeparantes, das alpen-gebirge, die alpen. Quamquam non iſti montes tantum *Alpes* dicti: ſed alii etiam alti cum maxime: unde & Vet. Gloſſ. ὄρη ὑψηλὰ interpretatur, hohes gebirge. Sidonius quoque de quovis monte uſurpavit, v. g. de Athо, quem Xerxes perfodit, Carm. 2, 510

Turgida ſilveſam currebant vela per Alpem.

Et Carm. 9, 44 de eodem:

Iuxta frondiferæ cacumen Alpis.

Vbi ſimul ſingularem numerum notes, de quo mox plura dicemus. Prudentius Paſſ. Laurentii v. 438 etiam Pyrenæos montes *Alpes* appellavit, quas *binas* idcirco ſtatuit, ſicut Silius 3, 333 *geminas Alpes.* v. Scalig. Lect. Auſon. 2, 16 p. 133. Cluverius Celticum vocabulum exiſtimat die Alben: deinde, die Alpen: unde poſtea *Alpes.* Lege cum lib. 1 Germaniæ Veteris, item in peculiari libro de Vindelicia & Norico. *Sabini*, Feſto teſte, *pro Album dixerunt Alpum: unde credi poſſe*, idem air, *nomen Alpium a candore nivium vocitatum.* ¶ 2. Sed quæ Italiam *Alpes* ſejungunt a Gallia, has cum exercitu primus Hercules Graius tranſiit, unde & *Grajus ſaltus* appellatur: deinde Hannibal Pœnus: qua de cauſſa *Pœninas* vocatas, nonnullis viſum, quos redarguit Liv. 21, 38, qui potius a ſummo montis jugo, quod *Pœninum* incolæ vocabant, ſic dictas aſſerit. A tertio Cæſare tranſitus *Iulias Alpes* appellatas vult Goſſal. ad Petron. c. 121 p. 204. De Alpium altitudine Rupert. ad Florum p. 344; Barth ad 2 Theb. Stat. p. 160. de nivibus Alpinis ipſiſque Alpibus Polyb. 3, 55; Herodian. 8, 1. & ibi Bæclerus p. 402, ſive ad lib. 2 c. 11. Plin. 3, 4 *Alpium ſaluberrima Romano imperio juga.* ¶ 3. Singularis *Alpis* invenitur apud poëtas: ut. Ovid. de Arte am. 3, 160 *quæ in Alpe feræ*: Lucan. 1, 685 *Alpis nubifera colles*: & 3, 299 *Nubiferum ſuper volat Alpem.* Claudian. B. Gild. v. 82 *Ruptaque emiſſis ab Alpe Pœnus.* Adde Iuvenal. 10, 152, & Sidon. locis modo indicatis, qui etiam Carmine 16, 95 dixit:

Præruptis porrectæ in rupibus Alpis.

¶ Alpicus, *a, um*, qui in Alpibus colit ſeu habitat, gebirgig. Nepos Hannibale 3, 4 *Alpicos conantes prohibere tranſitum, concidit.* Lambinus

tamen

tamen ibi mallet legere *Alpinos*. Tamen etiam Inscr. vet. apud Spon. Miscell. p. 84 PER MONTES ALPICOS.

¶ Alpīnus, *a, um*, idem; ut, *Alpinæ gentes*, Liv. 21, 45. *Alpina arbor*, Plin. 16, 18. *Alpina juga*, pro ipsis Alpibus, Claudian. de IV Conf. Honorii v. 105. *Mures Alpini*, Plin. 8, 27, qui spectaculi caussa ad nos ferunt, vocant murmelthiere. ¶ 2. *Alpinus*, subst. poëta ineptus, qui Memnonis, Auroræ filii, ab Achille jugulati bella scripsit. Horat. sat. 1, 10, 36 *Turgidus Alpinus jugulat dum Memnona*.

¶ Cisalpīnus, *a, um*, diesseit der Alpen; ut, *Cisalpina Gallia*, Cæs. B. G. 6, 1, & Cic. pro Leg. Manil. c. 12: pars Italiæ, a Gallis colonis habitata, de cujus limite geographi consulantur. Apud Plinium 17, 2 *Cisalpina Italia* legitur. Sic *Galli Cisalpini*, Liv. 27, 38.

¶ Inalpīnus, *a, um*, in Alpibus habitans. Plin. 3, 5 *Populi inalpini*. Suet. Aug. c. 21 *Domuit Salassos, gentes inalpinas*. Absolute Brut. Cic. fam. 11, 4, 2 *Progressus sum ad Inalpinos cum exercitu*. v. Græv.

¶ Subalpīnus, *a, um*, nächst an Alpen: ut, *Italia subalpina*, Plin. 16, 11: & *Subalpini montes*, Id. 25, 7.

¶ Transalpīnus, *a, um*, über den Alpen: ut, *Gallia transalpina*, Cæs. B. G. 7, 1 Franckreich, Gallia propria, Alpibus separata ab Italia.

ALPHA, indecl. ἄλφα, prima Græcorum litera. v. Tertull. de Præscript. c. 50. Vnde pro principio, capite & antesignano ponitur; ut, *Cedrus alpha pomiferorum*, hoc est, primus pauperum seu plebejorum, ap. Martial. 5 epigr. 27.

¶ Alphabetum, *i*, n. ἀλφάβητον, dictum ab *α*, *β*, primis duabus literis, das alphabet, a b c. Sic *Græcorum Alphabetum*, i. e. græca literarum elementa sive rudimenta, Tertull. de Præscript. c. 50. conf. Hieron. 1 epist. 32. Plin. 37, 10 titulus est *de gemmis per alphabeti ordinem*.

¶ Alphabetārius, *i*, m. tiro abecedarius, ein a b c schüler.

¶ Alphabeticus, *a, um*, alphabetisch, nach dem alphabet.

¶ Analphabētus, *i*, m. ἀνάλφαβητος, Græcis est rudis literarum, qui ne prima quidem elementa novit, der gar nichts gelernet hat.

Alpheias, Alphenus, vide *Alpheus, Alfenus*.

ALPHĒSĪBOEVS, *i*, m. pastoris nomen ap. Virgil. ecloga 8.

¶ Alphēsĭbœa, *æ*, f. mulier, Phegei filia; de qua Pausan. in Arcad. & Propert. 1, 15, 15

Alphesibœa suos ulta est pro conjuge fratres.

Ad quem Propertii locum, non inficians proprium ibi nomen esse Muretus p. 152 etiam hoc notat, vocatas ita fuisse omnes elegantioris formæ puellas, quasi quæ *reperirent* procos, qui ipsis *boves* darent dotis nomine. Observat idem & Gilb. Cognat. adag. 327. Nam Ἀλφεῖν *reperire* est, βοῦς *bos*. Vid. & Varin. in Ἀλφεσίβοια. Suidas: Ἀλφεσίβοια εὑρετικὴ βοῶν.

ALPHĒVS, *i*, m. tribus syllab. ἀλφειὸς, Elidis est & Arcadiæ fluvius; de quo Virg. Æn. 3, 694

Alphæum fama est huc Elidis amnem
Occultas egisse vias subter mare, qui nunc
Ore Arethusa tuo Siculis confunditur undis.

Longo enim cursu Alpheus in mare Peloponnesiacum infusus, atque subter mare defluens, ex Græcia in fontem Arethusam apud Syracusas Siciliæ se attollere credebatur. Vide, quibus hunc Virgilii locum Servius expoſuerit, & Plin. 2, 103; itemque Sen. Nat. Qu. 3, 26; Barth. ad 2 Theb. Statii p. 575; Heinſ. & Drakenb. ad Sil. 14, 54. ¶ 2. Rem naturalem fabula tali obumbrarunt poëtæ: *Alpheus* venator fuit in Græcia, Arethusa nympha venandi ſtudioſa. Recuſavit hæc illius nuptias. Cum diu inſequentem effugere non poſſet, converſa a Diana in fontem eſt, ac ne ſic polluereturſ, per ſubterraneos meatus ſubtus mare in Siciliam emerſit. Alpheus eliquatus amore in fluvium quoque verſus eſt, & ſuæ Arethuſæ obtinendæ ſtudioſus ſubtus mare etiam illam quæſivit, eodemque fonte erupit. Hæc ex Paulaniæ 1 & Eliacor. p. 153. ¶ 3. *Alphei* fluminis aqua gratiſſima Jovi exiſtimata eſt: qua de cauſſa & Jovis Olympii ſtatua ea adſpergebatur, & ſacrificiorum abluebantur cineres, unde *Sacer Alpheus* dicitur Seneca Medea v. 121. Secundum Strabonem *Alpheus* dictus eſt, qui alphos i. e. vitiligines ſanat. conf. Plin. 31, 2.

¶ Alphēus, *a, um*, adject. Virg. 10, 179 *Alphæa ab origine Piſæ*.

¶ Alphĕ́as, *ădis*, f. cognomen Arethuſæ ab Alpheo fluvio, cum quo miſceatur in Sicilia, v. Arethuſa. Ovid. Met. 5, 487

Cum caput Eleis Alpheias extulit undis.

Alphito, vide *Acco*.

ALPHIVS, *i*, m. vel ut in vetuſtis membranis eſt, teſte Torrentio, *Alfius*, fœneratoris nomen apud Horat. Epod. 2 extr. Qui procul dubio ille ipſe eſt, qui, ut Columella de Re ruſt. 1, 7 auctor eſt, dixiſſe fertur: *Vel optima nomina non appellando fieri mala. Flavi* cujusdam *Alfii* mentio ſit apud Plinium 9, 8: Qui ſi vel maxime alius ſit; tamen quia id nominis & ibi per F non PH ſcribitur; veritas ſcripturæ, quam Torrentii membranæ præferunt, oſtenditur & ſtabilitur.

ALPHVS, *i*, m. ἀλφὸς, ſpecies vitiliginis albæ, ein weiſſer ſchwindſleck. Priſcian. de Diæta c. 15 *Alphos ſanare*. Adde Celſum 5, 28, 19.

Alpicus, alpinus, alpis, vide paullo ante *Alpes*.

ALSĪDĒNA, *æ*, f. inter cepæ genera, Plin. 19, 6.

ALSĪNE, *es*, f. ἀλσίνη, herba, ſic dicta, quod in locis, quos ἄλσεα Græci dicunt, id eſt, *nemora* & *lucos* naſci gaudeat. v. Plin. 27, 4. Apul. de Herb. c. 81. *Anthyllion* etiam, ἀνθύλλιον, dici & ὠτὰ μυός, id eſt, *Auriculas muris*, Dioſcorides 4, 87 indicat. Germanis eſt hũnerdarm, vogelkraut, ſeifekraut.

Alſioſus, vide *Algeo*.

ALSIVM, *i*, n. ἄλσιον, Tuſciæ oppidum ad mare: ab Aleſo conditore ſic appellatum. Sil. 8, 475 *Nec non Argeïco dilectum littus Alesо Alſium*. In villam poſtea redactum.

¶ Alſius, *a, um*, & Alſiēnſis, *e*, adject. Rutilius Itiner. v. 223

Alſia præcingitur tellus, Pyrgique recedunt, &c.

Alſius, alſus, vide ſupra in *Algeo*.

ALTANVS, *i*, m. venti appellatio e terra conſurgentis Plinio 2, 43, & Vitruv. 1, 6. ¶ 2. Servius ſtatum ripæ & pelagi quemcunque *Altanum* vocat, in illud Virg. Æn. 7, 27 *Omnisque repente reſedit Flatus*.

ALTĀRE, *is*, n. βωμὸς, ab altitudine ſic appellatur, ein altar. *Altaria* ſuperis tantum ponebantur Diis: *Aræ* ſuperis juxta & inferis. v. Servium ad illud Virg. ecl. 5, 66 *Duque altaria Phœbo*: & Feſtum, itemque Weitz. ad Prudent. p. 453. Quare καταχρηστικῶς ſive impropriſe ea voce uſus Virgilius ecl. 8, 64 *Molli cinge hæc altaria vitta*. Nam ſacra magica deſcribit, quæ inferis, non ſuperis Diis fiebant. Cic de Aruſp. reſp. c. 5 *Ab altaribus religioſiſſimis fugatus*. Liv. 21, 1 *Annibal, novem annorum puer, admotus altaribus, ſacris tactis jure jurando adactus fuit*, &c. ¶ 2. Aliquando *Altare* eſt, quod aræ imponitur, hoc eſt, pars aræ ſumma, in qua extra cremantur; unde ἐσχάρα Græci vocarunt. Solinus c. 9 ed. Salmaſ. *Ara eſt in cacumine, Iovi dicata, cujus altaribus ſi qua de extis inferuntur*, &c. Etiam Prudentius *Altare* cum ara conjungit Hymno jejunantium v. 203, *Altaris aram* dicens *placabilem*: & in Romano v. 49 *Altaris aram funditus peſſundare*. Vbi Iſo *aram* planiciem interpretatur. v. Gloſſ. *Altarium*, ἐπιβωμίς. Itaque *Altare* auguſtius quiddam & ſanctius, quam *Ara* eſt. ¶ 3. Metonymice videtur poni ap. Plin. 15, 40 *Ne propitiandis quidem numinibus accendi ex lauro altaria arave debent*. conf. Virg. Æn. 8, 285.

Altar, pro *Altare*, Prudentius poſuit, (quod & Barthius obſervat 8 Adverſ. 12) ut Hymno περὶ στεφάνων, qui B. Vincentio dicatus eſt, v. 515 *Altar quietem debitam Præſtat beatis oſſibus*. Et Hymn. 9 (3 Heinſ.) v. 211 de S. Eulalia: *Sic venerarier oſſa libet, Oſſibus altar & impoſitum*. Quo loco tamen ultima *ar* in ea voce male corripitur. Eſt enim natura longa, quod ſatis indicant obliqui caſus; & rectus ipſe adeo in nomine *altare*. Prudentium imitatus Alcuinus Poëm. 241 f. 1735

Bartholomeus habet præſens hoc Apoſtolus altar.

¶ Altarium, *i*, n. pro *Altare*. Sulp. Sev. Hiſt. Sac. 1, 19 *Moſes altarium ex duodecim lapidibus ſub monte conſtituit*. Sed & Hieron. ad Oceanum epiſt. 83 ſub fin. *Veſpere in circo, mane in altario*. Anonymus, cujus homiliam Gennadio de Eccleſiaſt. dogm. adjecit Elmenhorſt. p. 52 *Oblationes quoque, quæ in altario conſeruntur, efferte*. Paul. Warnefred. 2 de geſt. Longob. 13 *Altarium in honorem B. Martini confeſſoris conſtructum*. Adde Gloſſ. Vet. modo in *Altare* citatum. Inſcr. Murat. adj. 344 *altarium cum columella*.

¶ Altariŏlum, *i*, n. parvum altare. Cathol.

Altatus, alte, vide *Altus*, Altellus in *Alo* & *Altus*.

ALTER, *ĕra, ĕrum*, ἕτερος, tam de aliis, quam de duobus dici, Latinorum eruditorum exempla teſtantur, der ander, einer von beyden. Vet. Gloſſ. ἕτερος & ἄλλος. Quidam apud Feſtum compoſitum eſſe ajunt ex ἄλλος & ἕτερος. Sed de duobus uſitatiſſime dicitur, quemadmodum *Alius* de multis. Eutrop. 1, 8 *Conſules cœpere pro uno rege duo creari, ut, ſi unus malus eſſe voluiſſet, alter eum, habens poteſtatem ſimilem, coërceret*, der ander aus beyden. *Alterum pedem in cymba Charontis, vel tumulo habere*, ſchon auf der gruben gehen, Luciani eſt formula. vid. Eraſm. Chil. Quod ſi *alter* bis ponitur, prius a noſtris der oder das eine, poſterius, der oder das andere, exponi ſolet. Cic. 1 fam. 7 pr. *Quorum alterum mihi facere neceſſe eſt: alterum facio libenter*. Liv. 41, 18 *Duo ordinarii conſules, alter morbo, alter ferro periit*. Sic & plur. Cic. fam. 6, 3 *Alteri dimicant, alteri victorem timent*. Adde Off. 1, 21 & fam. 4, 14. Auct. ad Herenn. 3, 20 *Duplices ſunt ſimilitudines, unæ ſunt rerum, alteræ verborum*. Proverbii inſtar eſt ap. Plaut. Aul. 1, 4, 18 *Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera*, vorn leckt er, hinten kratzt er. Fit & repetitio diverſo caſu. Cic. N. D. 2, 49 de milvo & corvo: *Alter alterius ubicunque nactus eſt ova, frangit*. Id. in Brut. c. 1 *Alter ab altero adjutus*. Liv. 5, 11 *Noxii ambo alter in alterum cauſſam conferunt*, ſie geben einer dem andern die ſchuld. Nam hac ratione *alter* bis poſitum idem etiam valet ac *invicem, mutuo*, einander, unter einander. Ita Sen. epiſt. 7 *Satis magnum alter alteri theatrum ſumus*. ¶ 2. Sed *alter* de duobus quando dicitur, de iis maxime dicitur, qui ſunt pares. *Secundus* enim is eſt, qui impar atque inferior. Nepos Pelopida c. 4, 3 *Hæc fuit altera perſona Thebis: ſed tamen ſecunda, ita ut proxima eſſet Epaminondæ*. Eumenius Paneg. Conſtantii c. 14 *Itaque Fronto Romanæ eloquentiæ, non ſecundum, ſed alterum decus*. ¶ 3. Nunc & exempla obſerventur, quibus *Alter* pro *quovis alio* ponitur, fonatque adeo idem quod *alius*. Plaut. Truc. 1, 2, 58 *Qui alterum incuſat probri, eum ipſum ſe intueri oportet*, wer einem andern etwas ſchuld giebt, ꝛc. Cic. Tuſc. 2, 17 *Qui alteri exitium parat, eum ſcire oportet, ſibi paratam peſtem, ut participet parem*. Horat. 1 epiſt. 14, 11 *Cui placet alterius, ſua nimirum eſt odio ſors*. Idem 2 ep. ult. v. 174 *Permutet dominos, & cedat in altera jura*. Juvenal. Sat. 3, 254 *Modo longa coruſcat Sarraco veniente abies: atque altera pinum Plauſtra vehunt*. Claud. de Conſ. Honorii 4, 218 *Altera Romanæ longe reſtituebat aulæ Conditio*. Sen epiſt. 66 *Alter adoleſcens deceſſit, alter ſenex: alius inter cœnandum ſolutus eſt, alterius continuata mors ſomno eſt, aliquem concubitus extinxit*. ¶ 4. *Vnus & alter*, venuſte pro duobus. Cic. pro Cluent. c. 26 *Vnus & alter dies interceſſerat*. Ter. Andr. 1, 1, 50 *Vnus & item alter*, einer und wieder einer: ſeu einer nach dem andern: de numero incerto. *Alter & viceſimus dies*, Cic. 12 fam. 25 pr. quod de viceſimo primo alii, alii de viceſimo ſecundo interpretantur. v. ibi Manutium. Auctor tamen Dialogi de Oratoribus c. 34 *alterum & unum* opponit in hac formula: *Vnus & viceſimo anno Cæſar Dolabellam; altero & viceſimo Aſinius C. Catonem iis orationibus inſequuti ſunt* &c. Virg. ecl. 8, 39 *Alter ab undecimo jam tum me ceperat annus*. Super quo pariter ſunt diverſæ eruditorum ſententiæ. Alii *duodecimum* intelligendum contendunt; ut Sigonius 1 Emend. 16, & Perizonius Animadv. c. 7 p. 282, qui & Græcos ita loqui docet ἄγχοι δεύτερος. Et Burmannus ad Petron. c. 103 p. 497 ſq. ap. Suet. Tit. c. 11 *altero & quadrageſimo anno* interpretatur quadrageſimo primo, &c. Alii *tertiumdecimum* ſignari volunt: Quæ ſententia non tantum Manutii atque Scaligeri ad Manil. 1 v. 548; ſed ex veteribus Servii etiam eſt. *Alter enim*, inquit, *de duobus dicimus*. Et ita quoque Donatus, qui illud Ter. Andr. 1, 1, 50 *Vnus & item alter*, de tribus interpretatur. *Poſt unum*, inquit, *duo; ex quibus alter, ut ſint tres. Inquit enim poſt ſi* (Terentius puta) NAM HI TRES TVM SIMVL AMABANT. *Vt*, ALTER AB VNDECIMO. *Ergo*, ALTER *non eſt ſecundus, ſed tertius*. Sed ut iſtoc Terentii incertus numerus deſignatur; ita extra controverſiam eſt, dari alia, ubi ſecundum

noter,

notèt, den zweyten; Cic. pro Mil. c. 35 *Centesima lux est hæc ab interitu Clodii, &, ut opinor, altera.* Sic & *primus, alter, tertius:* Cic. de Part. Orat. c. 9 *In primo conjectura valet: in altero definitio: in tertio ratio.* Adde eundem Verr. 3, 7; & 4, 76; Phil. 1, 13; & Off. 2, 25. Sic & Horat. od. 4, 5, 30 *Alteras mensas* pro secundis dixit. ¶ 5. *Alter ego, alter ipse,* de amico conjunctissimo. Cic. fam. 7, 5 ad Cæsarem: *Vide, quam mihi persuaseris, te me esse alterum,* du seyest mein ander ich. Id. in Lælio c. 21 *Est is amicus quidem, qui est tanquam alter idem:* Plin. 2 epist. 9 pr. *Sollicitudinem quasi pro me altero patior.* Conf. Cic. Att. 3, 1 & 15; Fam. 2, 15, 5; & ad Brut. ep. 15 pr. ¶ 6. *Alter* bis positum, si ad præcedentia duo referatur, capi plerumque sic debet, ut eodem servato ordine prius priori, posterius respondeat posteriori. Ve Cic. Off. 1, 26 *Philippum quidem Macedonum regem vobis gestis & gloria superatum a filio* (Alexandro) *facilitate & humanitate video superiorem fuisse. Itaque alter* (Philippus) *semper magnus, alter* (Alexander) *sæpe turpissimus fuit.* Plura id genus exempla passim proftant, ut ea necesse non sit cumulari. conf. Vellej. 2, 61, 4. At enimvero si quis putet, ubique hoc observari, facile is poterit interpretandis auctoribus errare. Id quod Ausonio Popmæ evenit lib. 3 de diff. verb. voce *Interrogare.* Scripserat Quintil. 9, 2 *Quid enim tam commune, quam interrogare vel percontari? Nam utroque utimur indifferenter, cum alterum* (percontari, quod quidem posteriore loco positum vides) *noscendi, alterum* (interrogare, quod loco priore nominatum) *arguendi gratia adhiberi.* Certum est, interpretationem, quam hic apposuimus, esse latine loquentium usui congruam, docebuntque hoc exempla ipsi Popmæ notata. Sed in eo ipsius est, quod credidit Quintiliani doctrinam huic usui repugnare. Quod non est. Popmam illud fugerat, in hac geminandi τὸ *Alterum* ratione præcedentium duorum ordinem aliquando invertì. Similem errorem putes contigisse in historia Damonis & Pythiæ (seu potius Phintiæ) quam Cicero his verbis narrat Off. 3, 10 *Damonem & Pythiam Pythagoreos ferunt hoc animo inter se fuisse, ut cum eorum alteri* (Pythiæ) *Dionysius tyrannus diem necis dixisset, & is, qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulavisset, vas factus sit alter* (Damon) *ejus sistendi, ut si ille non revertisset ad diem, moriendum esset ipsi.* Sic, ut fecimus, atque adeo mutata personarum serie, interpretandum esse, clare doceri potest e Diodoro Siculo, cujus locum vide apud Vrsin. Analect. Rhet. p. 171 seq. ubi & Val. Maximi & Ambrosii de eadem re locos habebis, sed Ciceroniano haud minus ambiguos. Ac fecit, opinor, hæc ambiguitas, ut quidam Pythian proderent vadem Damonis, quod contra oportebat Damonem Pythiæ. Nec enim perpetuum esse, ut in hac geminatione continuetur ordo præcedens, evinci non paucis potest exemplis. Cic. Off. 1, 12 *Civiliter contendimus aliter si est inimicus, aliter si competitor. Cum altero* (competitore) *certamen honoris & dignitatis est, cum altero* (inimico) *capitis & famæ.* Ac Off. 3, 18 *M. Crassum & Q. Hortensium, alterum* (Hortensium) *amavi vivum, alterum* (Crassum) *non odi mortuum.* Et Orat. pro Quint. c. 1 *Quæ res in civitate duæ plurimum possunt, hæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore: summa gratia & eloquentia. Quarum alterum* (eloquentiam) *C. Aquili, vereor; alteram* (gratiam) *metuo.* Clara interpretatio e sequentibus. Sic enim pergit Cicero: *Eloquentia Q. Hortensii nemo dicendo impediat, nonnihil commoveori Gratia Sex. Nevii ne P. Quintio noceat, id vero non mediocriter pertimesco.* Sic pro Rosc. Com. c. 6 *Pecuniam petis Fanni a Roscio. Quam? dic audacter & aperte: utrum quæ tibi ex fiducia debeatur? an quæ ex liberalitate hujus promissa sit & ostentata? quorum alterum* (petere rem liberalitatis) *est gravius & odiosius; alterum* (petere rem debiti) *levius & facilius.* Varro de re Rust. 2, 9 *Videndum, ne a venatoribus aut laniis canes ema: alteri* (laniorum) *quod ad boves sequendum inertes; alteri* (venatorum) *si viderint liporem aut cervum, quod eum potius, quam oves sequentur.* Plin. 5 epist. 8 *Plurimum refert, ut Thucydides ait,* κτῆμα *sit, an* ἀγώνισμα, *quorum alterum* (ἀγώνισμα) *oratio; alterum* (κτῆμα) *historia est.* v. Buchner. Lactant. 5, 13 *Eant Romani, & Mutio gloriantur aut Regulo: quorum alter* (Regulus) *necandum se hostibus tradidit, quod captivum puduit vivere: alter* (Mutius) *ab hostibus deprehensus, quum videret mortem se vitare non posse, manum foco injecit.* Secundum hæc dicam & experiendum esse Livii locum 22, 57 *Duæ vestales eo anno, Opimia & Floronia, stupri compertæ: & altera* (Floronia) *sub terram, ut mos est, ad portam Collinam necata fuerat, altera* (Opimia) *sibimet ipsa mortem consciverat.* Equidem Glandorpius in Onomastico Floroniam sibi mortem consciviſſe asserit fol. 347, Opimiam vero defossam fol. 643, non alium auctorem laudans quam Livium. Sed inversa ratio probabilior mihi ex eo, quia solum Floroniæ stupratorem memorat Livius; quis Opimiæ illuserit, tacet. Nempe quia hoc rescisci non potuit, quum Opimia & defossionis illud supplicium, & confitendi stupratoris necessitatem voluntaria morte occupaviſſet. Cæterum similem loquendi consuetudinem apud Græcos notes in ὁ μέν, ὁ δέ. Nec enim semper ὁ μὲν remittit legentem ad illud, quod priore loco positum erat, sed ad illud interdum, quod posteriore. Ifocr. ad Nicocl. Ἄτοπος ἄνθρωπος ἐγὼ συμαι. τὸ μὲν γὰρ τυραννεῖν πρέπει, τὸ δὲ πρὸς τὰς συνουσίας ἀρμόττει. *Videmus esse stulte & gravius.* Nam *alterum* (gravitas) *imperio dignum est, alterum* (urbanitas) *familiaribus convivis accommodatum.* ¶ 7. Interdum hoc casu *alter* non nisi semel ponitur, nempe cum illi narratio adjungitur prolixa; alterius autem loco vox ipsa, quæ præcesserat, repetitur. Cic. de Fin. 2, 30 *Non ego jam Epaminondæ, non Leonidæ mortem hujus morti antepono. Quorum alter* (Epaminondas) *cum victis Lacedæmoniis apud Mantineam, simul ipse graviter vulneratus animadvertit se videri, ut primum dispexit, quæsivit: salvusne esset clypeus? &c. Leonidas autem* (pro: alter autem) *ille in Thermopylis consilii hostibus.* ¶ 8. *Alter* pro alteruter, occurrit in Cic. Acad. 2, 23 *Non potest utroque sapiens esse, quoniam tanta pugna est, ut alter* (pro: alteruter) *vincatur.* Et Liv. 11, 20 *Hoc tempus medium, nec in alterius fortunam inclinatos miserat res Philippus.* conf. Justin. 16, 5, 11. ¶ 9. *Alter,* comparantis vim habens eleganter laudi vel vituperio inservit. Cic. fam. 5, 8 *Metellus alterum pari cum laude servat.* Id. de Senect. c. 1 *Quorum ille alter sibi lumen civitatis.* Id. Verr. 5, 33 *Per Verrem una haec in provincia nequitia, tum imperio.* Liv. 5, 49 *Conditor alter urbis.* Sic *altera pars, altera Roma,* Flor. 2, 6, 42 & 3, 5, 15. ¶ 10. Alter *& pro non bono ponitur,* dicente Festo: *ut in auguriis* altera *cum appellatur avis, quæ utique prospera non est. Sic* alter *nonnumquam pro adverso dicit or & malo.* Hinc P. Syrus: *Amet parentem, si sapias, si: Si alter, feras.* ¶ 11. *Alterum tantum,* id est, idem duplicatum, noch einmahl so viel, doppelt oder zweymahl so viel. Plaut. Bacch. 5, 2, 65 *Alterum tantum auri non meream.* Id. Epid. 3, 4, 8 *Etiamsi alterum tantum perdendum si.* Nepos 18, 8, 5 *Altero tanto longior anfractus.* Cic. Orat. 5, 5 *Altero tanto aut sesquo est majorem.* Adde Liv. 8, 8; & 10, 46. ¶ 12. Est tandem & Pluralis ab *Alter* in eleganti usu positus, non modo cum iis nominibus, quæ carent singulari numero, verum etiam cum aliis. Curt. 3, 7, 5 *Alteris castris pervenit ad oppidum.* Cic. Att. 13, 22 *Alteris jam literis nihil ad me de Attica.* Id. Tusc. Qu. 5 extr. *Ad Bratum nostrum hos libros alteros quinque mittemus.* ¶ 13. Pro *Alteri* in Dat. masc. *Altero* in usu fuisse apparet ex Cic. de Nat. Deor. 1, 26 *altera,* ex Ter. Heaut. 2, 3, 30; Plaut. Rud. 3, 4, 4; & Ned. 18, 1, 6 in MSS.

¶ Altellus, *a, um,* diminutive. Fest. *Sicut fit a macer macellus, a vafer vafellus, ita ab alter* vel *alternus altellus,* i. e. gemellus, ein zwilling; quod uterque alter esse videatur. v. Dacer. p. 20.

¶ Alteras, adverb. antiqui ponebant pro *alias.* Festus.

¶ Alternus, *a, um,* adject. quod cum quadam fit vicissitudine, seu alternis vicibus, wechselsweise, eines um das ander. Liv 7, 2 *Versum rudem alternis jaciebant,* sc. vicibus. Virg. ecl. 7, 18 *Alternis igitur contendere versibus ambo Cœpere.* Idem ecl. 3, 59 *Alternis dicetis, amant alterna Camenæ:* Subintellige vel vicibus, vel versibus. Virg. Georg. 1, 79 *Alternis facilis labor,* hoc est, agris intermissis. Et eod. lib. v. 71 *Alternis cessare novales,* fcilicet annis, sicut plene Cato c. 59 dixit *Alternis annis,* ein jahr um das ander. Cels. 3, 21 *Alterno quoque die.* Ovid. Heroid. 4, 89 *Quod caret alterna requie, durabile non est;* Sed cum *vicis* vocabulo etiam recte ponitur. Sen. epist. 12 *Lux & nox, alternæ mundi vices.* Plin. 9 epist. 33 n. 22 *Æstuarium vice alterna nunc irrumpit mari, nunc redditur stagno.* Et Sen. Hippol. v. 1028 *Vicibus alternis.* ¶ 2. *Alternas ripas* Statius dixit pro *ambas,* 1 Silv. 3, 25. Quem ad locum Gevartius 1 Lect. Papin. 24 p. 78 hanc interpretationem aliis exemplis adstruit. Vid. & Barth. ad Claudian. p. 64.

¶ Alterna, adverbialiter vel ex neutro plurali, vel subintellecta *vice,* i. e. alternatim, Apul. Met. 10 p. 524 *Ciliis alterna connivens.*

¶ Alterne, adv. idem. Plin. 11, 37 (sect. 51) *Supercilia homini, & pariter & alterne mobilia.* Adde Sen. Qu. N. 7, 12; & Scrib. Larg. Comp. 181.

¶ Alterno, *are,* alternis vicibus agere, abwechseln. Plin. 16, 38 *Arbores quædam alternant fructus,* sie tragen ein jahr um das ander. Quod Columella 5, 9 ita circumscribit: *alternis annis fructu induuntur.* Rursus Plin. 7, 13 *Alii aliæque fœminas tantum generant aut mares: plerumque & alternant.* Sic, *Alternare cibum,* Plin. 10, 33; *vices,* unwechselnd, Ovid. Met. 15, 409. *Alternant spesque metusque fidem,* Idem Heroid. 6, 38.

¶ Alternans, *tis.* Solin. c. 36 *Variant se alternantes recursus.* Virg. Georg. 3, 220 *Alternantes prælia miscent.* Et Æn. 4, 287 *Hæc alternanti potior sententia visa est,* h. e. alia atque alia apud animum tractanti, indem er sich bin und her bedachte.

¶ Alternarus, *a, um,* umgewechselt; ut, *Nervi cervorum & dorcadum alternati,* Plin. 29, 4. *Ex splendidis sordidisque* (parentibus) *alternata series,* Sen. ep. 44.

¶ Alternatim, alterne, ἀμοιβαίως, id est, alternis vicibus, wechselsweise. Quadrigar. ap. Nonium 2, 64 *Gaudium atque agritudinem alternatim sequi.* Ammian. 29, 2 f. *Admovere digitos alternatim.*

¶ Alternatio, *onis,* f. die abwechselung. Festus Pomp. habet, exponitque *per vices, successio.* Apul. Met. 10 p. 243 *Pedes incerti alternationibus commovere.* Id. in Trismegisto p. 95 *Ordo & tempus innovationem omnium rerum, quæ in mundo sunt, per alternationem faciunt.* Conf. Vlp. D. 27 t. 1 l. 7 § 4; & Macrob. Sat. 7, 5.

¶ Alternamentum, *i,* n. idem. Claud. Mamert. de Statu an. 3, 8 *Sine alternamento reciproci æstus.*

¶ Altëro, *are,* pro variare, verändern, affertur ex Ovid. Fast. 1, 373 *Ille suam faciem tran formas & alterat arte,* sed Heinsio *Alterare* Latinum vix est, qui ex melioribus libris reponit *transformis adulterat arte.* In Glossis tamen seu Onomastico veteri: *Altero,* ἑτεροῶ, quod etiam in Ovidii loco, quamquam dubius, tueri mavult Pincier in Otio 2, 50, sed parum proficit contra Codices.

¶ Altërātio, *onis,* f. philosophis est progressio ab una qualitate in aliam, eine veränderung. Exemplum, quod ex Quintil. 10, 1 adfertur, oppido falsum est. Verba sunt p. 731 *Lectio non cruda, sed multa alteratione mollita, &c.* Sed libri *iteratione* habent.

¶ Alterorsus, vel Altrorsus, adv. in alterum locum, anderwerts. Apul. Met. 9 p. 230 *Pudicissima uxore alterorsus discussa.* Alii legunt *altrorsus.*

¶ Alterplex, *icis,* Festo idem est ac *duplex,* doppelt; vel idem ac *dolosus,* schalckhafft; sicuti Horatio Ulysses *duplex* dicitur od. 1, 6, 7.

¶ Alterūter, genitivo *alterutrius* & *alterius utrius,* alter e duobus, einer von beyden. vid. Cic. Att. 10, 1 cum not. Gronovii. Nepos 10, 4, 1 *Ne alteruter alterum præoccuparet,* & 25, 2, 2 *alterutra pars.* Cn. Pompejus sub 8 ad Att. 12 *Duellio mandaveram, ut alteruter vestrum ad me veniret,* einer von euch. Cic. Nat. D. 1, 25 *Alterutrum fieret necessarium.* Id. pro Marcello c. 7 *Si in alterutro peccandum sit* Et Horat. 1 epist. 18, 64 *Alterutrum victoria coronet.* Sed & Cic. fam. 6, 3, 4 *Cum sit necesse alterutrum vincere,* conf. Id. 6, 1, 16; & Paret Lex. Crit. p. 78. ¶ 2. *Alterutra* docente Festo pro *Alterutra* veteres posuerunt.

¶ Alteruterque, idem. Plinius 20, 7 *Nec ulla res in cibis aviditatem incitat, inhibetque eadem: in caussa alterutraque modus est.* Vbi male quidam legunt *alterutrinque.*

¶ Altrinsecus, adverb. ex altera parte, anderseits. Plaut. Merc. 5, 2, 15 *Ego astabam hinc altrinsecus.* Prudent. Hymno 5. Vinc. cruci v. 53 *Respondit ille altrinsecus.* Adde Ammian. 20, 11 Apul. Met. 1. p. 111.

¶ Altrovorsum, adverb. idem. Plaut. Casin. 3, 2, 25 *Altrovorsum cum eam mecum rationem puto.*

¶ Inaltëro,

¶ Inaltĕro, *are*, i. e. alterum in altero vel cum altero complecti, uti Iunius explicat in illo Tertulliani de vel. virg. c. 4 *Quas non divisit, tacendo inalteravit.*

¶ Sesquialter, *a, um*, gr. ἡμιόλιος, (vid. *Hemiolius*) i. e. totum cum dimidio, quod & *sesquiplum* vel *sesquiplum* dicitur, anderthalb. Cic. de Vniversi. c. 7 *Sesquialteris intervallis.* Vius est & Vitruvius 3, 1; & Apul. Apol. p. 330. v. in S.

ALTERCOR, *atus, sum, ari*, & Alterco, *are*, antique, pertinacius aliquid contra alterum defendere, sich zancken, in wortstreit gerathen. Ter. And. 4, 1, 29 *Scio, cum patre altercasti dudum.* Cæs. B. C. 3, 19 *Altercari cum Vatinio incipit.* Liv. 3, 68 *Altercantur inter se mulierum vitu*, sie hadern mit einander. Vet. Gloss. *Altercatur*, ἀντατοκείνεται, Φιλονικεῖ, διαλέγεται. Apul. Met. 2 p. 131 *Dum hanc & cujusmodi sermonem altercamur*, i. e. alternamus.

¶ Altercātio, *ōnis*, f. gezänck, wortwechsel. Cic. Nat. D. 1, 7 *Oritur mihi magna de re altercatio cum Vellejo.* Liv. *Res a perpetuis orationibus in altercationem vertit.* Id. 35, 17 *E disceptatione altercationem fecerunt.* Quint. 2, 4 *Altercationibus velociter occurrere.*

¶ Altercātor, *ōris*, m. qui altercatur, disputator. Quintil. 6, 4 *Bonus altercator vitio iracundiæ careat.*

¶ Altercābilis, *e*, zänckisch; ut, *Altercabilem sermonem conferere*, mit einander zancken, Arnob. lib. 5 p. 156.

¶ Altercum, *i*, n. vel Altercangenon, *i*, herba Græcis ὑοσκυάμενος, i. e. *faba porcina*, Latinis *Apollinaris* dicta, quam qui bibunt mente alienantur eum quadam altercatione, bilsen-kraut. Plin. 25, 4.

¶ Altercŭlum, *i*, n. diminut. Idem ap. Apul. de Herb. c. 4.

Alternatio, alterno, altero, alterplex, alteruter &c. vide *Alter.*

ALTHÆA, *æ*, f. malva est silvestris, ibisch, eibisch; alio nomine *hibiscus*, nominata a quibusdam a præstanti efficacia *Aristalthæa*, Plin. 20, 21. Dicta est ab ἀλθαίνειν, quod est *curare.* Galen. ἀνάλογον καὶ μαλάχην vocat, hoc est, *malvam arborescentem.* ¶ 2. *Althæa* etiam appellata Thestii filia, Oenei Calydonii regis uxor, Meleagri mater, Ovid. Met. 8, 447.

Alticinctus, alticomus, altigradus, Altiliarius, altilis, Altiloquus, vide *Altus, Alo, Altus.*

ALTĪNVM, *i*, n. Italiæ oppidum supra Venetias, Aquilejam versus. v. Plin. 3, 18. Maritimum fuit, juxta Silis fluvii ostium, ut ex ruinis apparet; etiam ex Tac. Hist. 3, 6, 3 & Martiali 4 epigr. 25, ubi *Altini litora* memorat. Iuxta hoc oppidum L. Verus Imperator apoplexia periit, Eutrop. 8, 5.

¶ Altinus, *a, um*, adject. ut, *Altinæ vaccæ*, Colum. 6, 24.

¶ Altīnātes, *ium*, m. pl. Altini incolæ. Plinius 3 epist. 2 *Altinatium princeps*, id est, optimus, summis virtutibus ornatus, ut ipse ic explicat. Adjective Columella 7, 2 *Oves Altinates* dixit.

Altipeta, altipotens, altisonus, altritonans, altitudo, altivolans, altivolus, altiusculus, Altor, altrix, Altrinsecus, altrorius, altrovorsum, Altus, *us*, vide *Altus, Alo, Alter, Alo.*

ALTVS, *a, um*, ὑψηλὸς, sublimis, excelsus, hoch, erhaben. Virg. Georg. 3, 412 *Montesque per altos.* Cic. Nat. D. 2, 40 pr. *Victimas & a domiciliis nostris altissimus omnia cingens & cœlo cœlum complexus.* ¶ 2. Excellens, gloriosus, fürnehm. Cic. de Fin. 3, 8 *Iste vir altus & excellens, magno animo, vere fortis*, &c. Id. pro Cluent. c. 55 *Altiorem gradum dignitatis assequi*, zu höhern ehren kommen. Id. pro Domo c. 37 *Ex altissimo dignitatis gradu præcipitari.* Id. pro Mil. c. 8 *Homo sapiens, & alta mente præditus.* Quint. 1, 4 p. 39 *Multa rerum* (grammaticarum) *subtilitas exercere altiss mam quoque eruditionem ac scientiam potest.* Absolute Sen. in Agam. v. 100 *Q. icquid in altum Fortuna tulit, ruitura levat.* Plaut. Pseud. prolog. v. 22 *Qui quærit alta, is malum videtur quærere.* Sed conf. Taubm. p. 952. ¶ 3. Significat & profundus, tief; ut, Plaut. Men. 4, 4, 14 *Altus puteus.* Curt. 7, 4, 13 *Altissima flumina minimo sono labuntur*, stille wasser sind gerne tief. Cic. Tusc. 3, 6 *Altæ stirpes stultitiæ.* Sic *Altior pavor*, qui penitus invasit, Tac. An. 16, 29, 1 *Altior iracundia*, Idem 2 Hist. 91, 4. *Altus somnus*, Horat. Sat. 2, 1, 8. Et Sen. ad Marc. c. 5 *De quo altum silentium est.* Ovid. am. 2, 4, 16 *Ex alto dissimulare.* ¶ 4. *Alta voce* idem est ac canora, pleniore, laut, mit vollem halse. Sen. Troad. 194 *Hæc fatas alta voce dimisit diem.* Et Catull. 43, 18 *Conclamate iterum altiore voce.* ¶ 5. *Altus* & *artus* confunduntur in MSS. v. Drakenb. ad Sil. 6, 194. Item *altus* & *amplus*, ut ap. Virgil. 1 Æn. 725 *vocemque per ampla volutant Atria*, ubi alia exemplaria *alta.*

¶ Altum, *i*, n. substantive, profundior maris pars, die tiefe des meers. Virg. Æn. 1, 34 *In altum Vela dabant læti.* Sil. 6, 665 de Duillii victoria, *Alto mersa Pœnorum classe*, id est, in mari Siculo. Cic. Fin. 4, 23 *Emergere ex alto.* Id. de Invent. 2, 32 *Cum magno in alto tempestas esset.* Lactant. 6, 8 *Eadem ratione hanc vitæ viam quæri oportet, qua in alto via navibus quæritur.* ¶ 2. Superior pars cæli, die hohe des himmels. Virg. Æn. 1, 301 *Maja genitum* (i. e. Mercurium) *dimittit ab alto.* ¶ 3. Tralate Cic. Tusc. 4, 18 *Ipsa sibi imbecillitas indulget, in altumque provehitur*, i. e. in gravissimum malum. Sic *alta*, hohe dinge, v. in *Altus* n. 2.

¶ Alte, adverb. hoch, tief. Curt. 7, 11, 10 *Nihil tam alte natura constituit, quo virtus non possit eniti.* Cic. pro Cluent. c. 21 *Proœmium alte petere*, weit her holen. Et, *Altius aliquid persequi*, Plin. 2, 23; quod Virgilius dixit Georg. 4, 285 *Altius omnem*

Expediam, prima repetens ab origine, famam.

Cic. Div. 2, 23 *Sulcus altius impressus.* Plin. 8 epist. 4 *Ingenium altissime assurgit.* Apul. Met. 2 p. 129 *Collectantem altissime demergo.*

¶ Altiuculus, *a, um*, diminut. etwas hoch; ut, *Altiuscula calcamenta*, Suet. Aug. c. 73.

¶ Altiuscule, adv. idem. Apul. lib. 2 Met. p. 117 *Fasciola prænitente altiuscule.*

¶ Altellus, *i*, m. cognomen Romuli, a rerum gestarum gloria *altus*, quasi excelsus, dicti. Alii alias norunt etymologias, vid. supra in *Alo.*

¶ Altĭtūdo, *ĭnis*, f. sublimitas, die höhe; ut, *Omnes angustias, omnes altitudines perfregit.* Cic. de Ar. Resp. c. 23. Valer. Max. 7, 6, 5. *Altitudo odium*, Cic. Off. 3, 16. *Altitudine montium defendi*, Id. Agrar. 2, 19. ¶ 2. Profunditatis notione *Altitudo fluminis*, sæpe apud Cæsarem, die tiefe; vide B. Gall. 4, 17 &c. Apud Lactantium 6, 4, ubi *Ex altitudine in profundum cadere*, habet Iæus fol. 345. Thom. Sparkius testatur in omnibus suis codicibus esse *in altitudinem profundam.* Sic etiam *Altitudo maris*, Cæs. B. Gall. 4, 25, & epist. ad Pedium, quam Cicero 9 Att. 14 citat. Dixit etiam Cic. in Verr. 6, 48 *Speluncam infinita altitudine*: & Nat. D. 2, 39 *Concavas altitudines speluncarum.* Nam *Altum*, ut ait Servius ad Æn. 1, 3 *& superiorem & inferiorem altitudinem significat.* ¶ 2. Metaphorice *Altitudo animi*, idem fere, quod animi magnitudo, großmuth. Cic. fam. 3, 10, & 4, 13, & de Partit. c. 22. Sed Sall. 95, 3 *altitudo ingenii* est dissimulatio profunda. vid. Cort. *altitudo orationis*, verba sublimia & splendida. Cic. in Bruto c. 17.

¶ Alto, *are*, verbum inusitatum quidem, sed inde

¶ Altatus, *a, um*, erhöht. Sidon. 2 epist. 2 *Sol per lineas altatus extremas, in axem Scythicum porrigitur.*

¶ Alticinctus, *a, um*, hoch gegürtet, aufgeschürzt. Phædrus 2, 6, 11 *Ex alticinctis unus atrienfibus.*

¶ Alticŏmus, *a, um.* Tertull. de judic. Dom. c. 8 *Alticoma umbra crispata cupressus.*

¶ Altĭgrădus, vel Altegradius, *a, um*, alte gradiens, hochtrabend. Tertull. de vel. virg. c. 17 *Bestia quædam magis quam avis altegradia.*

¶ Altiloquus, *a, um*, qui alta loquitur, Cathol.

¶ Altiloquium, *i*, n. Melissa Corv. ad Augustum p. 7 *Te persæpe altiloquio tuo differentem dubitare animadverti.*

¶ Altipĕta, *æ*, Paulinus ep. 20 *Levitas altipeta.*

¶ Altipĕtax, *ācis*, hochsteigend. Strabo Gallus *Altipetax cucurbita.*

¶ Altipŏtens, *tis*, hochmüthig; ut, *Altipotens Mercurius*, Mart. Capella lib. 2 p. 32.

¶ Altisŏnus, *a, um*, hochschallend. Cic. de Div. 1, 47 ex poëta: *Hic Iovis altisoni satelles.* Id. Tusc. 3, 19 *Septum altisono cardine templum.* Iuvenal. Sat. 11, 179 *Maronis altisoni carmina.*

¶ Altrĭtŏnus, *a, um*, hoch tönend, hoch erhaben; regale epitheton apud Fortunatum. Et Iuvencus prœmio opusculi v. 24

Iudex, altithroni genitoris gloria, Christus.

¶ Altritŏnans, *tis*, hochdonnernd. Cic. Divin. 1, 12 *Pater altitonans.*

¶ Altitŏnus, *a, um*, hochthönend. Varro ap. Probum in Virg. ecl. 6, 31 *Mundus domus est maxima homuli, quam quinque altitonæ flammeæ* (Scalig. *fragmine*) *zonæ cingunt.*

¶ Altivolans, *tis*, hochfliegend. Cic. Divin. 1, 48 *Genus altivolantum*, i. e. avium. Auson. Technop. de Hist. v. 12 *Altivolans grus.*

¶ Altivŏlus, *a, um*, idem; ut, *Aves altivolæ*, Plin. 10, 19.

¶ Exalto, *avi, atum, are*, erhöhen, erheben. Colum. 3, 13 *Sulcum paullatim exaltare.* Et sic sæpe Vulg. interpres bibl.

¶ Exaltatus, *a, um*, erhaben. Vulg. int. 1 Reg. 2, 1 *Exaltatum est cornu meum in Deo meo.*

¶ Exaltatio, *ōnis*, f. die erhöhung. Tertull. de Cultu fœm. c. 3 *Exaltatio non congruit professoribus humilitatis.* conf. Cyprian. 1 epist. 3.

¶ Superexalto, *are*, hoch erheben. Augustinus Confess. 3, 2 *Deo superexaltato in omnia sæcula.*

¶ Inalto, *are*, erheben, Paulinus Iambo ad Cytherium v. 738

Quia, qui superbos deprimit, humiles inaltat.

¶ Inaltatus, *a, um*, erhöhet. Apul. in Trismegisto p. 85 *Inaltata est cava mundi rotunditas in modum sphæræ.*

¶ Prælatus, *a, um*, valde altus, sehr hoch, sehr tief. Curt. 6, 4, 3 *Prælata arbor.* Id. 4, 2, 9 *Prælatum mare.* Liv. 10, 2 *Ostium fluminis prælati.* Apulej. Met. 8 p. 211 *Prælatissimus puteus.*

¶ Prælte, adv. idem. Veget. de Re Milit. 4, 21 *Trabes in terram prælte defigitur.*

Alucinor, Alucita, alucus, vide *Hallucinor, Lux.*

Alveare, alveatus, alveo, alveolatus, alveolus, vide *Alveus.*

ALVĔVS, *i*, m. continens est fluminis inter utramque ripam, der strom; forte quod in fluvii quasi *alvus*, vel ab *alluvie* dictus, quia alluit ripas. *Fluere pleno alveo*, strömen, Quint. 2, 1. Virg. Georg. 1, 203

Lembum in præceps prono rapit alveus amni.

¶ 2. Veuntur & pro navi hoc nomine poëtæ, seu pro fundo navis, das schiff. Virg. Æn. 6, 412 *Simul accipit alveo Ingentem Æneam, gemuit sub pondere cymba.* Sed & Sallust. Bell. Iug. c. 18 de Persis: *Hi alveos navium inversos pro tuguriis habuere*, die schiffboden. Et Vellej. 2, 107, 1 Per *cavatum ex materia alveum* lintrem intelligit, einen kahn. ¶ 3. Est etiam vas ligneum concavum *alveus*, die mulde, der wassertrog. Liv. 1, 4 *Quum fluitantem alveum, quo expositi erant pueri, tenuis in sicco aqua destituisset.* ¶ 4. Item solium vel labrum balneare, eine bade-wanne; apud Capitol. in Albino c. 5, quod & *descensio* dicebatur. Græcis: βάπτισις. Aut. ad Herenn. 4, 10 *In alveum descendere.* conf. Cic. pro Cæl. c. 28; & Sen. epist. 123. ¶ 5. Item vas, in quo apes mellificant, ein bienenstock, bienenkorb. Plin. 11, 16 *Apes alveo se continent.* conf. Id. 21, 14. ¶ 6. *Alveus lusorius*, Plin. 37, 2, ein bretspiel. ¶ 7. *Alveus* & *alvus* sæpe confunduntur, vid. *alvus* n. 3.

¶ Alvĕlus, *i*, m. diminut. quod & ipsum πολύσημον est. Nam 1 Fluvii *alveolus*, Curt. 6, 4, 4. ¶ 2. Vata minora lignea, Colum. 8, 5. ¶ 3. Tabula aleatoria, Cic. Fin. 5, 20: quod neutro genere *Alveolum* est Festo.

¶ Alvearе, *is*, n. ein bienen-haus, bienenstock. Colum. 9, 11 *Vetus alveare.* Varro R. R. 3, 16 *Alvearia collocare.* conf. Plin. 21, 14. Virg. Georg. 4, 34 *Alvearia vimine texta*, geflochtene. Multi antiqui codices *Alvearia* habent; sed prius tuetur Fl. Sosipater p. 82.

¶ Alvearium, i, n. idem. Cicero ap. Charisium p. 82 *Apes in alvearium concesserant.* Varro R. R. 3, 16 *Circum villam totam alvearium fecerunt.* Et ibid. *Dic ubi & cujusmodi facere oporteat alvearium.*

¶ Alveātus, *a, um*, in alvei modum excavatus, ausgehöhlt. Cato de R. R. c. 43 *Sulcos, si locus aquosus est, alveatos esse oportet.*

¶ Alvĕŏlātus, *a, um*, idem. Vitruv. 3, 3 de stylobata: *Alveolatus oculo videbitur.*

ALVM, *i*, n. *Græcis symphyton petræum, simile cunilæ bubulæ &c.* steingünsel. Plin. 27, 6 toto. ¶ 2. Allium *in arvis sponte nascens*

Alum

Alum vocant, *quod adversus improbitatem alitum depascentium semina, coctum objicitur*, Plin. 19, 6. conf. Largi Compos. 83 cum not. Rhodii.

ALVMEN, *inis*, n. alaun, *fit ex salsaginea terra*, quemadmodum Plinius ait 5, 15. Nativum est & factitium: Fossile aliud rotundum est, aliud scissile, candidum & nigrum, quo in Cypro purgatur aurum. Græce στυπτηρία, ob vim adstringendi. Latina dictio est ab ἅλμη Ic. ab ἅλς, ἁλός, *sal*. Isidorus 16, 2 derivat a *lumine*, quia lumen coloribus tingendis præstat. Vossio Etym. p. 21 videtur esse ἅλειμμα ab ἀλείφω, *inungo*.

¶ Aluminōsus, *a, um*, alaunicht; ut, *Aluminosi fontes*, Vitruv. 8, 3. *Locus aluminosus*, ibidem c. 2 sub fin.

¶ Aluminārius, *i*, m. aluminis fossor, ein alaungräber, in Gruteri Inscript. p. 642 n. 9.

¶ Aluminātus, *a, um*, alumine tinctus, mit alaun zugerichtet. Plin. 31, 6 *Utilis aqua aluminata paralyticis*. Marc. Empir. c. 25 *Aluminata pellis lupi*.

¶ Exaluminātus, *a, um*, idem. Plin. 9, 35 *Vniones exaluminati*, hoc est, præstantissimi candoris, alumen referentes.

Alumna, alumnus, &c. vide *Alo*.

ALVNS, monstrum vocis, ex vitiosa lectione Cato. R. R. c. 157 in quædam lexica irrepsit; editt. meliores & ratio postulant *alvus*.

ĂLŪTA, *æ*, f. pellis mollior ad calceos & alias res concinnata, weich leder, semisch. Vtitur hoc vocabulo Lucilius ap. Nonium 2, 635. Ita Cæs. B. Gall. 3, 13 *Pelles pro velis, alutaque tenuiter confectæ*. Auson. Edyll. 4, 30 *Fallax scuticam prætexit aluta*. Nomen ex *alumine* est, quo subigebantur pelles & perficiebantur, ut & tenuiores fierent, & candorem clariorem acciperent. Vetus Gloss. στυπτηριακὸν δέρμα, *Aluta*. Ibidem & ipsum *alumen*, aluta est. στυπτηρία, *alumen*, *aluta*. Fuit autem coloris varii. Ovid. A. A. 3, 202 *Parvaque finceras velat aluta genas* de fuco? Martialis 2 epigr. 29 *Coccina non lesum cingit aluta pedem*. Idem epigr. 34 *Succinctus nigra tibi servus aluta*. ¶ 2. Obscenum est illud Mart. 11, 61 *Vicus habet, Priami quod tendere posset alutam*, h. e. nervum languentem.

¶ Aluta, *orum*, n. pl. Plinius 34, 16 de metallis & fodinis usurpat; vel secundum alios libros *Alutia*, pro eo quod vulgo legebatur *elutia*. Vide Harduinum. Verba sunt: *Inveniur plumbum & in aurariis metallis, quæ aluta vocant*.

¶ Alutācius, *a, um*, semisch zugerichtet, gegerbet. Marc. Empir. c. 23 *Alutacia pellis*. Et c. 26 *Alutacia pellicula*. ¶ 2. *Alutacium gummi*, itidem in aurariis metallis, Plin. 33, 4, ubi vulgo legunt *alutationem*. ¶ Alutārius, *a, um*, ledern, oder aus weichem leder; ut, *Alutarium emplastrum*, Marc. Empir. c. 15.

¶ Alutārius, *i*, m. subst. ein gerber, weißgerber; vel, *Alutarius cerdo*. At *Coriarius* crassiorum coriorum est.

ALVVS, *i*, f. κοιλία, venter non tantum inferior, der bauch; sed & ventriculus, der magen. Cic. de N. D. 2, 54 *Alvus subjecta stomacho, cibi & potionis est receptaculum*. Et 3, 22 *Æsculapius primas purgationem alvi, dentisque evulsionem invenit*. Plin. 23, 7 *Dolores alvi. Alvus cita, fusior, soluta, liquida*, ap. Cels. passim & Plin. der durchfall: v. illum 1, 3; 2, 3 & 7 & 12; hunc 23, 7 extr. Contrarium, *Alvus adstricta*, ein harter leib, verstopffung, Cels. c. 1. quæ *dura* Horatio 1 Sat. 4, 27. *Alvum solvit uva*, Plin. 14, 18. *Alvum movet capparis*, Id. 13, 23. *Raphanus medicamenti instar ad eliciendas alvos*, Id. 19, 5. *Alvum mollunt pepones, fici siccæ*, Id. 23, 7; & *emolliunt pepones*, Id. 20, 2, sie lariren, machen offen den leib. Cognata dictio est, *Alvum ducere*, Cels. 6, 14 pr. laxativ brauchen. Hinc *Alvi ductio*, Id. 3, 18. *Alvi resolutio*, Id. 2, 6. *Inanire alvum* & *exinanire*, Plin. 20, 3; & 33, 9; & *Alvum purgare*, 21, 19, quæ singula medicamentis adscribit. Contra *Alvum sistere*, Id. 32, 9; *fusam firmare*, Cels. 1, 35; & *solutam firmare*, Plin. 14, 18; *adstringere*, Cels. 2, 30, stopffen, den durchfall stillen. *Alvus*, Servio 3 Æn. & Isidoro 13, 1 est, *qua desluunt fordes*, ut Sallust. *Simulans sibi alvum purgari*. Itaque & Vossio est ex *Abluus* sive *abluendo*. Sed Festo *alvus est venter fœminæ ab alendo dicta*. Sic Cic. pro A. Cluent. cap. 12 *Spem illam, quam in alvo commendatam a viro habebat*. Plura Menck. in Observ. L. L. hac voce congessit. ¶ 2. Pro excrementis ipsis, quæ per alvum emittuntur, Celsus dixit, cum 2, 3 scriberet: *Pejor cita alvus est: sed ne hæc quidem terrere protinus debet, si matutinis temporibus coacta magis est, aut si precedente tempore contrahitur, & rufa est*. Cum *rufam* dicit, excrementa designat. Sic & *Alvus nigra*, Id. 2, 9 extr. Huc pertinet *Alvum dejicere*, sich leichter machen, Cat. R. R. c. 156; quod simpliciter *dejicere* est Celso 1, 3 de *dejectionibus*. ¶ 3. *Alvearia apum a mellis alimonio, alvos* vocari dicit Varro R. R. 3, 16; & ibi aliquoties sic usurpat, bienenstöcke. Promiscue dici *alvum* & *alveum* notat Gron. ad Plin. 21, 12; & Gud. ad Phædr. 3, 13. ¶ 4. In utroque genere tam fœminino quam masculino hoc nomen posuisse veteres testatur Sosipater p. 61; Priscian. p. 654; & Nonius 3, 21. Ita Colum. de horto 10, 146

Florida quum soboles materno pullulat alvo.

¶ Alvīnus, *i*, m. apud Plinium 21, 27; & 25, 7, qui morbo aliquo alvi laborat.

¶ Alvŭlus, *i*, m. dimin. parva alvus. Cathol.

ĂLYATTES, *æ*, m. Lydorum rex, qui & Halyattes, Crœsi pater. Herodotus 1, 16 & 25; Strabo lib. 13 p. 431.

¶ Alyattĭcus, *a, um*, adject. Horatius tamen subst antive 3 ode 16, 41 vel pro Alyatte ipso, vel filio ejus Crœso dixit: *si Mygdoniis regnum Alyattici Campis continuem*. Possit & aliquis legere *Alyattei*, ut Ulyssei, Achillei. Et sic receperunt Bentlejus & Cuningamus.

ALYPIA, *æ*, f. & Alypum, *i*, n. ἄλυπον, herba est fruticosa, ramulis foliisque tenuibus: officinæ *album turpetum* vocant, weiß turbit. vid. Plin. 27, 4.

ALYSSVM, *i*, n. ἄλυσσον, herba Dioscoridi est 3, 89. Plinius 24, 11 *rubiam* ita videtur appellare, Aetius *sideritim*. Dicta *alyssum*, quod morsui canis rabidi medeatur: λύσσαν enim rabiem Græci vocant.

ALYTARCHA, *æ*, m. ἀλυτάρχης, præsidens ad spectacula, sive qui ludis in honorem Deorum celebrari solitis τοῖς ἀγῶσι, h. e. massigophoris, præesset. Occurrit vox l. 2 C. de cupressis. & Theod. Cod. l. 15 t. 9.

¶ Alytarchia, *æ*, f. ipsum munus ad editionem ludorum pertinens, l. 1 C. off. Com. Or.

ALYTIS, *is*, f. herba perdicalis Apul. de Herb. c. 81.

Alyxothoe, vide *Alexirhoe*.

AM, præpositio ex illis, quæ in compositione semper inveniuntur, (inseparabiles vocamus,) ut Priscianus air, lib. 14 p. 1001 ed. Putsch. qui & postea docet περὶ Græcæ præpositionis (hoc est *circum*) significandæ vim ei inesse. Sed de eo, num sit inseparabilis, dubitare nos Macrobius facit 1 Saturn 14, qui ex originibus Caronis, *am terminum*, citat, pro *circum terminum*. Rursum Scaliger ad Festum, voce *Amtermini* errare air Macrobium, qui divulse legat, cum *Amtermini* quam vocem differe exponit Festus,) vel *Amterminos*, dicti olim fuerint, qui non essent in agro Romano, sed in vicinia. Et Scaligeri sententiam probat Vossius Etymol. fol. 21 & 516; qui tamen de Analog. 3, 4 p. 336 separabilem hanc olim præpositionem fuisse non ex Macrobio tantum, sed & aliis assertum iverat. Quid si dicamus, ne Macrobium quidem divulsisse, sed librarium ejus? Sane si conjunctis vocibus aliud cum legas: *Oratorum* (vel Oratorem) *amterminum, id est, circumterminum*, nihil admiseris, quod caussa, quam ibi agit, non admittat. Tantum enim hoc docere volebat, *am* (unde annus) esse *circum*: & mox alio exemplo id probat, *ambire*, pro *circumire*: ubi nemo ipsum divulsisse hanc præpositionem statuet. Veteres autem, ut *amterminum* vel *amterminem* (nam & *termen* nota illis vox erat) sic *circumterminum* quoque & *circumterminum* dixisse consentaneum est. Confer notas Io. H. Pontani ad Macrob. p. 598. Sine dubio autem ista præpositio originem suam Græciæ debet. Nam Græcum ἀμφὶ dedit Latinis *ambi* vel *ambe*, quod non nisi in compositis apparet: ut in *ambedo, ambages, ambitus, ambitvalia*, &c. Et dicitur *ambi κατὰ τὸ ἀντίσχον*: quomodo *ambo* ex ἄμφω. Ex *ambi* contractum est *am*: iterum in compositis: *amputo, amtermini, amplector*, &c. Postea familiari mutatiuncula ex *am* obtigit *an* æque in compositis, ut, *anquiro, anfractus, ancæsa*. v. Becman. de orig. lat. ling. p. 215.

AMA, æ, ut in antiquis libris interdum scribitur, quære in *Huma*.

Amabilis &c. amabo, quære in *Amo*.

AMAFANIVS, *i*, m. philosophus; Hunc & Rabirium nulla arte adhibita, de rebus ante oculos positis vulgari sermone disputasse refert Cicero Acad. 1, 2. Idem Tusc. 4, 3 *Amafinium* nominat.

AMALOCIA, & Amalusta, *æ*, f. herba Chamæmelon, camille; apud Apul. de Herb. c. 23.

ĂMALTHĔA, *æ*, f. Ἀμάλθεια, Melissi regis Cretensis fuit filia, Jovis nutrix. ¶ 2. Vel capella Olenia illa, quæ Iovem lacte suo nutriit. Ovid. Fast. 5, 113 *Nascitur Oleniæ signum pluviale capellæ*. &c. v. Hygin. Fab. 139; Lactant. 1, 23; Germanic. Arat. v. 165; & Manil. 5, 129. Hujus detracta pellis scuto Iovis inducta, quod inde αἰγὶς (ἀπὸ τῆς αἰγὸς) dicitur, & ipse hinc Iupiter αἰγίοχος. Item Eratm. Chil. κέρας Ἀμαλθείας, hoc est, *Copiæ cornu*, de abundantia locuplete. Quare fuerunt, qui libros suos, *quibus variam & mistellam*, ut loquitur Gellius c. ult. vel potius præfat. Noct. Attic. *& quasi confusaneam doctrinam essent complexi*, inscriberent κέρας Ἀμαλθείας, quod volebant intelligi *Copiæ cornu, ut vel lactis gallinacei sperare possis in volumine hausturn*, quæ hac in re verba sunt Plinii præf. operis. Fecit hoc e veteribus Phocion Peripateticus, cujus κέρας Ἀμαλθείας memorat Gellius 1, 8. Quem imitatus e junioribus Nic. Perottus libro suo Commentariorum linguæ latinæ nomen indidit *Cornu copiæ*. Κέρας Ἀμαλθείας etiam vice nominis proprii adhibuerunt LXX Interpretes Hiobi c. ult. v. 14, pro quo in fontibus est *Keren hapuch*. Sic autem unam ex filiabus fortuna in melius mutata genitis nominavit Hiobus. ¶ 3. Est & Sibyllæ cujusdam nomen, de qua Lactant. 1, 6. Tibull. 2 eleg. 5, 67

Quicquid Amalthea, quicquid Marpesia dixit, &c.

¶ 4. *Amalthea* item & *Amaltheum*, bibliothecæ Attici & Ciceronis nomen fuit: Attici Amaltheæ meminit ad Att. 1, 13 *Velim*, inquit, *ad me scribas, cujusmodi sit ἀμαλθεῖον tuum, quo ornatu, qua τοποθεσίᾳ, & quæ ποέματα, quasque historias de Ἀμαλθείᾳ habes, ad me mittas*: Suæ vero ad Att. 2, 1 *Amalthea mea te exspectat, & indiget tui*.

Amandatio, Amans, amanter, amantia, Amanienſis, Amanuensis, vide *Mando, Amo, Amanus, Manus*.

ĂMĀNVS, *i*, m. mons, qui & *Amāna*, *æ*, Syriam, quemadmodum ad Att. Cic. scripsit 5, 20, a Cilicia aquarum divortio dividens; ad quem magnum se hostium numerum cecidisse ibidem indicavit. Ad ejusdem etiam angustias se contra Parthorum copias excubuisse cum exercitu, Cœlio significat, 2 fam. 10. Porrecta syllaba penultima est, quod etiam ex poëtis liquet. Lucan. 3, 244 *Duri populus nunc cultor Amani*.

¶ Amanienſis, *e*, adject. & subst. incola Amani. Cic. fam. 2, 10 *Vexavi Amanienses, hostes sempiternos*.

ĂMĀRĂCVS, *i*, m. σάμψυχον, sampsuchum, vulgo *majorana*, majoran. Plin. 21, 7 *Amaracus acres habet odores*. v. ibid. c. 11. Virg. Æn. 1, 696 *In altos Idaliæ lucos, ubi mollis amaracus, &c.* Catull. 62, 7 *Suavelentis amaraci flores*.

¶ Amārĭcum, *i*, n. idem. Plin. 21, 22 *Sampsuchum sive amaracum, in Cypro laudatissimum & odoratissimum scorpionibus adversatur*, &c.

¶ Amāricīnus, *a, um*, von majoran; ut, *Vngentum l. oleum amaracinum*, sampsuchinum, Plin. 13, 1; 21, 22. Gell. in fine Noctium suarum: *Vetus adagium est: Nihil graculo cum fidibus, nihil cum amaracino sui*: Sic exagitat Gellius homines pinguioris ingenii, qui elegantiores literas, quas non assequuntur, miro supercilio contemnunt. Nos dicimus: was soll der fuhe musciren? Lucret. 6, 973 *Denique amaracinum fugitat sus, & timet omne unguentum, &c. Vngventa autem amaracina* dicuntur pro optimis.

ĂMĂRANTVS, *i*, m. ἀμάραντος, ἀπὸ τοῦ μὴ μαραίνεσθαι, quod non marcescat. Palingenio est *Longum vivens amarantus in ævum, Puniceis foliis*, imo floribus, quemadmodum & *Amarantus purpureus*, dicitur flos amoris, blume der liebe, tausendschön. Color ejus purpureus, flores gaudentes decerpi, & lætiores postea renascentes, nunquam etiam marcescentes & immortales, ac postquam flores cæteri defecere omnes, immersi in aquam reviviscentes; quod eleganter Plinius describsit 21, 8. De mirifico colore etiam Tibullus 3, 4, 33 *Contexunt amarantis alba puellæ Lilia*.

AMARDVS, *i*, m. Mediæ fluvius, in mare Caspium se exonerans, apud Caduſios. Ptolem. 6, 2.

¶ Amardi, *orum*, m. pl. populi ejusdem regionis juxta Caspium mare. Plin. 6, 13 & 17. Strabo lib. 11 p. 350.

Amarefco, amaritas, amaritiès &c. vide in *Amarus.*

ÄMÄRUS, a, um, dulci contrarium. Nam vel *πικρὸν* auſterum & triſte (herb, bitter und & falſum *ἁλυκὸν* (geſalzen) ſignificat. Nam & de muſto Virgilius uſus ecl. 10, 5 *Doris amara ſuam non intermiſceat undæ* (Doris ex terra, Georg. 2, 238

Sæpe autem tellus, & quæ perhibetur amara, Frugibus infelix.

Terra amara & Plin. 17, 6; & *Calices amariores*, Catullus dixit 27, 2.

¶ 2. Interdum ut *triſte* ſæpius pro *amaro* ſumitur: *ira amarum* contra pro *triſti, ingrato: duro* item & quod exercitum quem habet, ſtrenuum, mitrig, erbittert. Sic *Amarus hoſtis*, Virg. Æn. 10, 900, qui delacerat ſemper ac premit; *Amara ponti pericula*, Ovid. 5 Triſt 2, 29. Id. 5, 4, 15

Ferat tamen, ut debet, caſus patienter amaros.

Prudentius *περὶ στεφάνων*, de Caſſiano Martyre hymno 9, 27 *Doctor amarus cibo alumni ſenioris ephebo, Nec dulcis ulla diſciplina infantiæ eſt. Hanc a viſu temperare*, Horat. 2 od. 16, 16, i. e. triſti lætis remittere & velut mitigare. ¶ 3. Pro incommodo atque hoſtili ponitur, imitatione Græcorum, beſchwerlich, quod pluribus exemplis docet Barthius ad Script. Venat. p. 132 ſeq. Sic, *Amariſſime leges*, Val. Max. 7, 6 pr. id eſt, neceſſitate contra voluntatem inductæ: & Tertull. ad uxor. 1, 5 *Liberorum amariſſima vulnuſcula.* ¶ 4. Pro moroſo, ingrato, cui animi irrites facile atque offendas, Cicero *amarum* dixit, mürriſch, verdrießlich. Nam 14 ad Att. 21 *Amariorem*, inquit, *me ſenectus facit, ſimmuror omnia.* ¶ 5. Seneca *amari* ſunt, qui oculiſus & diuturnius irafcuntur. de Ira 1, 4: quos & ipſos *πικρὸς* appellat & deſcribit Ariſtoteles Ethic. Nicom. 4, 5 erzürnt, bitterböſe. Sic Ter. Hec. 4, 4, 88 *Amaræ mulieres ſunt, non facile hoc ferunt.*

¶ Amarum, a by. grämiſch, ſauertopfiſch. Apul. Met. 6 p. 178 *Contortis ſupercilii ſubridens amarum.* conf. Ammian. 21, 9.

¶ Amarulus, a, um, etwas bitter. Apul. Flor. 4 *Craterem bibi dialectice amarulum.* Elmenhorſt. legit *auſterulum* p. 363.

¶ Amare, adverb. herbe, bitterlich. Plaut. Truc. 1, 2, 78 *Corde amarè facit's amantes.* Sen. Benef. 5, 23 *Admonebo non amarè.* Vulg. Int. Eſa. 33 v. 7 *Angeli pacis amare flebant.* Compar. Tertull. adv. Marc. 2, 10 *Diabolus amarius punitur.* conf. Macrob. Somn. Scip. 1, 2; & Saturn. 7, 5. Superlativo uſus Suet. Aug. c. 70 & Tib. c. 54. Et Lactant. 1, 21 *Sibi amariſſime conviciantem cum riſu & cachinnis audivit.*

¶ Amariter, idem. Hieronym. ad Marcellam epiſt. 23 ſub initium, *Petrus amariter flens*, &c.

Amärities, *ei*, f. die bitterkeit; pro quo in veteri Gloſſ. eſt alia forma *Amaritia*, ut mox in *Amaritudo* citabitur. Catullus 69, 17 de Venere loquens *Non eſt dea neſcia noſtri, Quæ dulcem curis miſcet amaritiem.*

¶ Amäritüdo, *inis*, f. idem. Vet. Gloſſ. *πικρία, Amaritia, Amaritudo, acrimonium.* Varr. R. R. 1, 66 *Propter amaritudinem illas* (oleas) *reſpuit palatum.* Plin. 21, 21 *Amaritudo abſinthii.* Id. 22, 25 *Lupini ſicc ſtres omni modo minores ſativis, præterquam amaritudine.* ¶ 2. Per translatitii nem quandam *Amaritudo* ad animum & alia refertur, & convicianti acerbitas ac petulantia eſt, bitterkeit. Plin. 6 epiſt. 8 *Attendas; ne in bilem aut amaritudinem vertat injuria.* Tertull. de Patientia c. 8 *Si Ungva amaritudo maledicta ſive convicia eruperit.* Ibidem *Si parum æquanimiter audiam dictum alicui ad me proterva, reddam & ipſe amaritudinis vicem.* Eodem modo *πικρία* apud S. Paulum accipitur ad Rom. 3, 13. Sic Lamprid. Alex. Sev. c. 20 *Sine amaritudine animi.* Ammian. 21, 16 *Amaritudo temporum.* Quintil. 1, 1 p. 19 *Amaritudinem* (ſc. ſtudiorum) *ſemel præceptam etiam ultra rudes annos reformidat puer.* Sic *Amaritudo correctionis*, Plin. 36, 5; *iamborum*, Auct. de cauſſis corruptæ eloqu. c. 10. conf. Buchner. ad Plin. 5 epiſt. 11.

¶ Amaritas, *ätis*, f. idem. Reperitur, quamquam loco minus ſano, apud Vitruvium 2, 9, ubi *ſuccі amaritate* legitur. Philoxeni Gloſſæ: *Amaritas, πικρία γεύσεως.*

¶ Amäror, *öris*, m. idem. Lucret 4 v. 224 *Dilatagne contra Cum tument, miſcere abſinthia, tangit amaror.* Adde lib. 6, 930. & Virg. Georg. 2, 247 *Et ora Triſtia tentantem ſenſa torquebit amaror.* conf. Gell. 1, 21.

¶ Amarore, *are*, amarum facere, verbittern, bitter machen. Rufus Feſtus Avienus epiſt. ad Flavianum Myrmecium, apud Pithœum lib. 4 Collect. Epigramm. & Poematum veterum:

Hæc ut, amice, petam, cogunt faſtidia longis
Nata malis, & quod penitus fellitus amarans
Ora ſapor nil dulce meuſſimt eſſe palato.

¶ Amärico, *avi, atum, are*, idem. Vetus Interpres Apoc. 10, 10 *Faciet amaricari ventrem tuum.* Adde Plin. Valer. 1, 17; & Auguſt. Tom 8 p. 30 & 696 &c.

¶ Amarefco, *ere*, bitter werden. Palladius Ianuar. c. 15 *Amygdali, arbores a pecore ſi rodantur, amarefcunt.*

¶ Inämäreſco, *ere*, idem, apud Horat. 2 Satyr. 7, 107

Nempe inamarefcunt epulæ ſine fine petitæ.

¶ Amaronicus, *a, um*, verbittert, apud Theod. Priſc. de Diæta c. 9.

¶ Amarülentus, *a, um*, valde amarus, erbittert. Translate Gellius 3, 17 *Timon amarulentus librum malecicentiſſimum conſcripſit.* Macrob. 1 Saturn. ſub initium c. 7 *Erat amarulenta dicacitate.*

¶ Amarulentia, *æ*, f. die verbitterung; vox vulgaris, ſed nova.

¶ Amärefacio, *ere*, bitter machen; nonnullis eſt compoſitum apud Plautum. v. *Amarè.*

¶ Subamarus, *a, um*, aliquantum amarus, etwas bitter. Cic. de Fato c. 4 *Alios dulcia, alios ſubamara delectant.*

¶ Subamarum, adverbialiter idem. Ammian. 27, 11 *Subamarum arridens.*

¶ Subamare, adv. idem apud Sidonium.

¶ Subamaro, *are*, idem quod *amarare* apud Serenum.

ÄMÄRYLLIS, *idis*, f. *O Amaryllis*, amica ruſtica, *formoſa*, Virg. ecl. 1, 37. *Tenera*, Ovid. Triſt. 2, 537, licet Heinſius ibi *teneroſque Amaryllidis ignes*, quam *teneraque*, malit, libris melioribus ſubnixus. ¶ 2. Politian. lib. 1 ep. 2 auctor eſt, Romam triplici nomine inſignitam fuiſſe: vulgato, *Romam*: arcano, *Amaryllida*: ſacro vel rituali, *Anthuſam*, ſive *Florentiam.*

ÄMÄRYNTHUS, *i*, Euboeæ inſulæ oppidum, in quo colebatur Diana, *Amaryſſia* exinde cognominata, Pauſan. in Attic. p. 30.

Amaſco, amaſcus vide *Amo.*

ÄMÄSÉNUS, *i*, m. Siciliæ fluvius, Virg. Æn. 11, 542. Ovid. Met. 15, 280.

Amaſia, &c. vide *Amo.*

AMASIA, *æ*, f. Ponti metropolis, de qua patria ſita Strabo lib. 12; it. Plin. 6, 3. v. Sylanhem. de ult. & præſt. num. diff. 9 p. 632.

AMÄSIAS, *æ*, m. five *Amaſius, i*, Proteus. 2, 11; qui & *Amiſias* Melæ 3, 3 & Plinio 4, 14; Germaniæ fluvius navigabilis inter Rhenum & Albim. Illabitur in oceanum Germ. per Frisiam orientalem, bei Emß.

ÄMÄSIS, *is*, m. *Ἄμασις*, Rex fuit Ægyptiorum, cujus tumulus una fuit Pyramidum illarum Ægypti celebrium, Lucan. 9 v. 155

Non mihi Pyramidum tumulis exciſſus Amaſis.

Hic legem condidit, ut quisque quotannis apud præſidem rationem vitæ redderet, demonſtraretque, unde viveret, aut quo quæſtu ſuſtentaretur: quod ſi præſtare quis non poſſet, morte amerceretur. Hanc legem Solon ab Ægyptiis ad Athenienſes tranſtulit. Exſtat una hodie *Amaſis epiſtola* elegantiſſima ad Polycratem, de expetenda fortuna non usquequaque fecunda, ſed laboribus & moleſtiis temperata, in qua inter alia ſcribit Amaſis, *δοῦναι τῷ λόγῳ ὁ οὐκ ἀνάξιος, ὅτις ἐς τέλος ἐ κακῶς ἐτελεύτ. ὡς προβλήτος εὐτυχέων τὰ πάντα.* id eſt: *De nomine addire memini, qui per omnia proſpera uſus fortuna non funditus tandem male perierit.* Hæc & reliqua Herodot. 3, 40.

Amaſiunculus, *a*, amaſius, *a*, vide *Amo.*

ÄMASTER vel Amaſtrus, *i*, m. Hippotæ filius, Æneæ ſocius, Virg. Æn. 11, 673. Idem nomen apud Val. Flacc. 6, 554.

AMASTRIS, *idis*, f. *Ἀμαστρίς* & *Ἄμαστις, ιδος, ιος*, vel *εως*, quæ omnes terminationes occurrunt, Xerxis, Perſarum regis, uxor, de qua multa Herodotus lib. 9. ¶ 2. Darii ſecundi Perſarum regis filia, Artaxerxis Memnonis ſoror. ¶ 3. Oxatris, qui Darii Codomanni frater fuit, filia. Ponti aliquandiu, cum Dionyſio Heracleæ tyranno nupta eſſet, poſt etiam in matrimonio Lyſimachi, Thraciæ regina. v. Spanhem. de uſu & præſt. num. diſt. 8 p. 494 ſq. Ab hac etiam dicta ¶ 4. Amaſtris, *is*, f. urbs Paphlagoniæ, Sil. 14, 265; & Catull. 4, 13.

¶ Amaſtriacus, *a, um*, adject. ut, *Amaſtriacæ oræ*, Ovid. in Ibin v. 329.

ÄMÄTA, *æ*, f. uxor Latini regis vide in *Amo.*

ÄMÄTHUS, *untis*, f. *Ἀμαθοῦς*, urbs Cypri, a qua inſula tota *Amathuſia* dicitur. Virgil. Æn. 10, 51 in oratione Veneris:

Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos, atque Cithera.

Ovid. Met. 10, 220

At ſi forte voges fœcundam Amathunta metalli.

¶ Amäthüſia, *æ*, f. Venus dicta. Tac. An. 3, 62, 4 *Delubra Paphiæ Veneri auctor Æerias: poſt filius ejus Amathus Amathuſiæ Veneri, & Iovi Salaminio Teucer, poſuerant.* Ex quo loco conſcere eſt, & unde nomen urbi ſit, & unde religionis hujus origo. Adde Catull. 61, 51 & Ovid. Amor. 3, 15, 15, a quibus Venus abiolute *Amathuſia* vocatur.

Amäthüſiacus, *a, um*, adject. Ovidius Metam. 10, 227

Lactantes vitulos Amathuſiacaſve bidentes.

Aut *Amathuntiacas*, aut *Amathuſiadas* ex MS. lege; Singulari *Amathuſias, ädis*, quod Heinſio perplacuit.

Amatio, amator, amatorculus, amatorius, &c. quære in *Amo.*

AMAUROSIS, *is*, f. *ἀμάυρωσις*, i. e. *obfuſcatio*, lucis in oculis impedimentum, dunckelheit der augen. Dioſcor. 7, 17.

AMAXÍTIS, *idis*, f. herba eadem quæ *Agroſtis*, Apul. de Herb. c. 77.

AMAZONES, *um*, f. pl. *Mavortiæ*, Val. Flacco 5, 85; *Peltiferæ*, Stat. Theb. 12, 61; *Sacæ*, Claudian Feſcen. v. 32. *Ἀμάζονες*, fœminæ Scythicæ, ad Thermodoonta fluvium conſederunt, bello & imperio celebres: de quibus multi multa retulere. Extinctas eas ab Hercule & Achille Servius ſcripſit in Virg. Æn. 1, 490. Et ita ante eum Diodorus Sic. lib. 2 Bibl. Sic appellatæ fuerunt, quod altera mamma carerent, quaſi *ἄνευ μαζῶν*, unde & *unimammæ* dictæ fuerunt; eoque Virg. alluſiſſe videtur de Penthesilea, Æn. 1, 492 *Aurea ſubnectens exſectæ cingula mammæ.* Euſtathius a victu ſic dictas cum aliis probat, quod ſine pane, qui *μάζα* dicitur, lacertis, teſtudinibus atque id genus feris alerentur. Duplices, atque adeo triplices fuiſſe Amazonas oſtendi poteſt; *Libycas* nimirum, cæteris antiquiores multis ſeculis, & *Scythicas*, quas *Sauromatidas* cognominatas Mela teſtatur 3, 5: præter eas, quæ ad Thermodoontem conſediſſe memorantur. Cæterum Sauromatidas dexteram mammam non habere, bellisque ſtrenuas eſſe, Hippocrates prodit. V. infra *in Sauromata.* Reginæ earum præ ceteris celebrantur *Themiſcyra*, quæ & oppidum in Aſia ſuo de nomine condidit *Themiſcyrum*; & *Penthesilea*: item *Thaleſtris*, quæ ad Alexandrum M. liberorum cauſſa profecta fuit. De ea præter alios Curtius 6, 5, ubi & de habitu ac cultu Amazonum habes. Sine viris cum eſſent, cum finitimis tamen congreſſæ ſunt, ſobolis conſervandæ gratia. Si qui autem mares ab iis nascerentur, illatim interficiebant; puellis vero dextram inurebant mammam, quo expeditius armis uterentur. vid. plura ap. Dionyſ. lib. 4. Iuſtin. 2, 4, 11, Plin. 6, 7; 14, 8; & 36, 5. Maſculos liberorum, ſi quos genuiſſent, claudos feciſſe ac debiles, ne ullum facinus forti dignum edere poſſent, Sexrus Empiricus auctor eſt lib. 3 Pyrrhon. Hypoth. p. 155. Porro de Amazonibus fabuloſa eſſe omnia, contra tot claros etiam ſcriptores, Strabo indicavit lib. 11, cujus verba adſcribimus: *Quis credat*, inquit, *ut vel exercitus, vel civitas, vel genus unquam ex ſolis conſtiterit mulieribus, & non ſolum conſtiterit, verum etiam imperarit alienis? & non modo vicinis fuerit dominata, adeo ut usque in Ioniam proceſſerit, ſed etiam exercitum trans Pontum miſerit usque in Atticam? Hoc proinde eſt, ac ſi quis dicat, viros tunc mulieres fuiſſe, & mulieres viros* &c. Non omnino tamen nullas fuiſſe Amazonas, quamvis in voluta fabulis earum fuerit hiſtoria, contendit Goropius Becanus libro, qui *Amazonica* inſcribitur, & Petrus Petitus erudita diſſertatione de *Amazonibus.* Add. Gundlingiana 3, 3 & 7, 2.

¶ Amazon, *önis*, f. in ſingulari, Virgilius Æn. 11, 648

At medias inter cædes exultat Amazon.

Et Seneca Agamemn. v. 217 *Securigera manu peltata Amazon.*

¶ Amä-

¶ Amāzŏnĭdes, *um*, f. idem quod *Amazones*, derivativum pro primitivo. Virg. Æn. 1, 490 *Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis &c.*

¶ Ămāzŏnĭcus, *a, um*, adject. ut, *Amazonica parma*, Plin. 3, 5. *Securesque peltæque Amazonicæ*, Suet. Ner. c. 44. *Amazonicus* ſcil. mons, pars montis Tauri, Plinio 5, 27 & Melæ 1, 19.

¶ Ămāzŏnius, *a, um*, adject. ut, *Amazonia ſecuris*, Horat. od. 4, 4, 20 quo ſignificat, hoc teli genere Amazonas uſas fuiſſe, quas ideo *puellas ſecurigeras* vocat Ovid. Heroid. 4, 117. *Genus Amazonium*, Sen. Hippol. v. 232. *Amazonio auro cælatus balthcus*, Ovid. Heroid. ult. v. 119. *Amazonio ritu*, Claud. in Eutrop. 1, 499.

¶ Amazonium, *i*, n. ſubſt. *Amazonum caſtra*, Melæ 1, 19.

Ambactus, Ambadedo, vide ſub *Ambigo* in *Ago*, *Edo*.

Ambages, ambagio, ambagioſus, vide ibidem in *Ago*.

AMBARRI, *orum*, m. populi Galliæ Celticæ, Cæſ. B. G. 1, 11.

Ambarvalis, vide *Arvum*.

AMBASCIĀTOR, *oris*, m. vel Ambaſiator, i. e. legatus, barbara vox. De qua tamen dictum aliquid in *Ambactus*.

Ambaxioqui, quære in *Axis*.

AMBE, vel Ambi, ex ἀμφί, præpoſitio, quam vulgo ignorant. Varro de L. L. 6, 3 Lucilii hoc adducit: *Quid tibi ego ambages, Ambivi, ſcribere conor? Profectum a verbo* Ambe, *quod eſt in ambitu & ambitioſo.* Eſt inde truncatum *Am*, de quo ſupra. v. Voſſ. de Arte Gramm. 2, 18.

Ambedo, ambens, ambeſtrix, ambeſus, vide *Edo*.

AMBIĀNI, *orum*, m. pl. vel Ambianenſes, Galliæ Belgicæ populi ſunt Plinio 4, 16; Ptolemæo, & Cæſari B. G. 2, 4 &c. quorum urbem etiam *Ambianum*, vulgo *Amiens* vocant.

Ambidens, Ambidexter, Ambiegnus, Ambienter, Ambifariam, ambifarius, Ambiformis, ambiformiter, vide *Dens*, *Dexter*, *Agnus*, *Eo*, *Fari*, *Forma*.

AMBĬGA, æ, f. ἄμβιξ, vaſculi ſpecies, ein gefäß, geſchirr, topf. Apic. 6, 7 *Aves in ambigas ſublatæ*. v. ibi Humelb. Cæl. Aurel. Tard. 4, 7 *Vaſcula, quæ ambigas vocant, & ſunt materia teſtea & vitrea confecta*. v. Athenæi Dipnoſ. 9, 8.

Ambigenus, Ambigo, ambiguitas, ambiguus, &c. Ambimanus, Ambio, ambitio, ambitus, vide *Gigno*, *Ago*, *Manus*, *Eo*.

AMBIVIVS, *i*, m. nomen Romanum. Vt: *L. Ambivius Turpio*, actor comicus, qui plerasque Terentianas fabulas egit, ut ex illarum titulis conſtat. Meminit ejus Autor Dialogi, qui Tacito inſcribitur, c. 20, 3 & Symmachus 10 epiſt. 2. ¶ 2. *Ambivium* vide in *Via*.

AMBLADA, æ, f. Piſidiæ urbs, Steph. & Strab. lib. 12. Hinc *Ambladenſe vinum* Straboni l. d. p. 392.

AMBO, *ambæ*, *ambo*, (ἄμφω) nomen eſt numeri pluralis tantum, beyde, alle beyde. Ter. Heaut. 1, 1, 67 *Ambo accuſandi eſtis*. Horat. 1 Sat. 1, 21 *Ambas buccas iratus inflat*. Virg. Æn. 2, 710 *Una ſalus ambobus erit*. Differt ab *uterque*; ut, *Ambo ſeverum domum*, ſcilicet operis conjunctis in unius domus ædificationem. Sed *Uterque fecit domum*, ſignificat, a duobus duas domos factas. Sic & *Eteocles & Polynices ambo perierunt*, ſcilicet una, vel eodem conflictu. Sed non ſic, *Romulus & Africanus ambo triumpharunt*, ſed *uterque*, quia diverſo tempore, quod recte Soſip. Chariſius lib. 1 p. 49 obſervavit. Vbi etiam Accuſativum maſc. *ambo* pro *ambos* defendit, nec injuria, cum ipſum ita Tullium locutum eſſe ex emendatiſſimis libris conſtet. Gebhardus & Grævius 5 ſam. 8 ediderunt, *Quos quidem ego ambo unice diligo*. Et 9 epiſt. 13 *Hoſce ambo tibi ſic commendo*. Exempla Plautina adducit Parei Lexicon p. 83. add. Drakenborch. ad Sil. 17, 427. Vide de his in *Duo* plura.

¶ Ambidens, Ambidexter, &c. ubi quæras, vide paullo ante.

AMBO, *ōnis*, m. ὁ Ἄμβων, ſuggeſtus aut cathedra, unde verba fiunt, ut Bebelius interpretatur, de caul. ling. lat. p. 50, ein predigtſtuhl, cantzel, item, leſepult. Non ab *ambiendo*, *quod intrantem ambit*, (quæ origo Meurſium movit, ut vocem inter Græco-barbara rejiceret). Sed ἀπὸ τῆ ἀμβαίνειν, ſeu ἀναβαίνειν, h. e. ab *aſcendendo* nomen accepit, v. Spelmanni Gloſſ. hac voce, & Voſſ. Etym. fol. 22. Hinc & illud Varini: Ἄμβωνες αἱ προσαναβάσεις τῶν ὄρων. Lex. f. 137. Vtuntur hac voce ſcriptores Eccleſiaſtici. Priſcis Latinis ignota eſt. Ideo culpant eam Bebel. d. l. & alii. Iubent autem ſubſtituere vocem cathedræ, ſuggeſtus, pulpiti. Bebel. in facet. de facerdote: *Cathedra illa concionatoria*, (*quam indocti ambonem vocant*). Platina in Xyſto 3 *Ornavit & ambonem Eccleſiæ porphyreticis lapidibus, quem nos ſuggeſtum appellamus, ubi evangelium & epiſtola canitur*.

AMBRA. Hanc vocem tum pro ſuccino tum pro griſeo illo odore antiquiſſimam putat eſſe Eccardus præf. ad Leibnitii etymol. p. 7. add. quos laudat Hafæus de Leviath. p. 18 ſq.

AMBRĂCIA, æ, f. Ἀμβρακία, civitas nobilis Theſprotiæ Epiri, a qua *Ambracius ſinus* cognominatus eſt. Quo nihil in Epiro nobilius eſſe Pomponius ſcripſit 2, 3. conf. Liv. 38, 4.

¶ Ambracioteſ, æ, & Ambracienſis, e, qui ibi natus; ut, *Ambraciotes vinum*, Græca forma: Plin. 14, 7 extr. *Apollodorus medicus in volumine, quo ſuaſit Ptolemæo regi, quæ vina biberet, laudavit Leucadium, Ambracioten, & Peparethium* &c. Liv. 38, 43 *Legatos Ambracienſes in ſenatum introduxit*. De fato *Cleombroti* nobilis Ambraciotæ, vid. in C.

¶ Ambracius, *a, um*, adject. Stat. 2 Silv. 2, 8

Pulvis, ad Ambracias converſa gymnade frondes.

¶ Ambracias, *adis*, f. Græca terminatione, Ovid. Her. 15, 164 *Ambracias terra petenda tibi*, ubi multa ejus generis Heinſ. & Burm.

AMBRĪCES, *um*, f. Feſto ſunt *tegulæ*, *quæ transverſæ aſſeribus & tegulis interponuntur*, dachſpäne. Forte pro *Imbrices* ab Imbrex.

AMBRŌNES, *um*, m. pl. vulgo dicebantur, qui rapto malisque arribus viverent; cujusmodi gens quædam in Galliis fuit *Ambronum nomine*, v. Chil. & Feſtum voce *Ambrones*, ibique Scalig. In Gloſſis Iſidori *Ambro* devorator, decoctor, luxuriоſus, profuſus, ein freſſer.

¶ Ambrōnĭnus, *a, um*, leckerhafft. Quidam apud Autorem Catholici: *Tu habes lurconinam buccam & ambronina labia*.

AMBRŌSIA, æ, f. ἀμβροσία, i. e. *immortalitas*, cibus Deorum poëticus, ſicut *nectar* eorum potus, himmel-brod. Ovid. 1 ex Ponto 10, 11 *Nectar & Ambroſiam latices epulasque Deorum*. Cic. Tuſc. 1, 26 *Non Ambroſia aut nectare Deos letari arbitror*. Catull. 100, 2 *Suaviolum dulci dulcius Ambroſia*. Etiam *Ambroſia alendus*, proverbialiter Cic. de Orat. 2, 57 pro eo, qui vel immortalitate dignus, vel Diis ipſis æquandus eſſe videatur. ¶ 2. *Ambroſia*, herba, *quam alii botrym, alii Artemiſiam vocant*, Plin. 27, 4 botrys, trotenkraut. Sed Dioſcor. 3, 112 aliam deſcribit *Ambroſiam*; *Quæ cultum* officinæ vocant, rabenkraut. ¶ 3. *Ambroſia*, antidotum, quod Zopyrus Ptolemæo regi compoſuit, Cell. 5, 23.

¶ Ambroſiacus, *a, um*, ut ambroſia dulcis, zuckerſüß; ut, *Ambroſiaca uva*, apud Plinium 14, 3.

¶ Ambrŏſius, *a, um*, idem; ut, *Ambroſius ſuccus*, ſüſſet ſafft, Colum. 10, 408. *Ambroſiæ dapes*, Martial. 4 epigr. 8 himmelsſpeiſe. ¶ 2. Transfertur etiam ad alia. Nam & *Ambroſios pedes*, pro pulchris eximie (quales eorum ſunt, qui paſcuntur Ambrona) Apulejus dixit Mileſ. 11 p. 258; & *Ambroſium corpus*, 8 p. 205. Item *Ambroſium colorem*, 10 p. 254. Sane & ap. Virg. Æn. 1, 403 *Ambroſias comas* legimus: quas Servius *aut Ambroſia, unguento Deorum*, (nam cibum non tantum, ſed & unguentum Deorum *Ambroſiam* dici ad Æn. 12, 419 idem obſervat) *oblitas*; *aut abuſive divinas* interpretatur. Claud. de nupt. Honorii ac Mariæ v. 110

Ambroſioque ſinu puerum complexa fovebat.

Vbi ſimiliter *ambroſius ſinus*, divinus eſt (de Venere enim loquitur) & quaſi Ambroſia diffluens. Alia obſervat Barthius Adverſ. 24, 22.

¶ Ambroſius, *i*, m. nomen epiſcopi Mediolanenſis, qui floruit ſeculo Chriſtiano 4 temporibus Valentiniani, Gratiani, Theodoſii & Honorii imperatorum. Pueri os dormientis adhuc in cunis apes ambire ſunt viſæ, non ſine prælagio eximiarum virtutum. Numeratur inter quatuor Patres Latinos, quos, quia cæteros antecellunt, Cardinales vocamus. Tres reliqui ſunt Hieronymus, Auguſtinus, Gregorius. Cum Ambroſius ab Iuſtina imperatrice perſecutionem pateretur, inſtituit hymnos & pſalmos ſecundum morem orientalium decantari, ne populus mœroris tædio contabeſceret: Durand. lib. 5 Rational. p. 84, ex Auguſtin. quem vide 9 confeſſ. 7. Ipſe quoque Ambroſius, (verba Caſſandri epiſt. dedic. in hymn. ecclet.) haud paucos hymnos venuſtiſſime conſcripſit: quorum hæc fere ratio eſt, ut quarto quoque verſu ſententiam abſolvant, ut alternis vicibus decantari poſſint. Qui canendi mos mire Eccleſiis placuit. Hinc factum eſt, ut hymni omnes hac ratione compoſiti, quorum in eccleſiis uſus eſt,

¶ *Ambroſiani* dicantur, quemcunque tandem auctorem habeant. Tales multi ſunt, qui ab nonnullis Ambroſio tribuuntur, nec vero ab illo compoſiti ſunt, ſed ab aliis ad illius modulum. v. g. qui incipit *Magnæ Deus potentiæ* &c. item *Conditor alme ſiderum* &c. In primis *Te Deum laudamus* &c. Ambroſianus hymnus dicitur.

AMBŬBĀIÆ, *arum*, f. pl. ἀμβυβαῖαι, mulieres Syriæ, tibicinæ impudicæ, quæ Romæ in circo & aliis locis ad laſciviam factis habitabant, & duplici quæſtu ſe ſuſtentabant. Nam & corpus proſtituebant, & organa quædam pulſare norant, quæ ſecum ex patria attulerant. Dictæ ab *ambub*, quo vocabulo Syri ἀυλὸν ſignificant: inde *Ambubaja* ἢ ἀυλητρίς, ut docet Scalig. Conject. ad Varron. p. 54, & Comment. in Copam Virg. p. 256; huic enim Priſcianus hoc poëmation adſcribit. Aliud viſum Hadr. Turnebo 11 Adverſ. 23, & Læv. Torrentio comm. in Suet. qui malunt *Ambubajas* dictas ab *ambu* pro *am* circum, & *Bajis*, quod circum Bajas, quarum lavacra calida delicatis hominibus ſtudio & voluptati erant, verſarentur, quæ Romam usque tandem permanarint. Sed Turnebo, licet nomen ejus diſſimulet, Scaliger ad Copam, Torrentio Caſaubonus ad Suetonium reſpondent. Horat. 1 Sat. 2, 1

Ambubajarum collegia, pharmacopolæ, &c.

Meminit earundem & Suet. Ner. c. 27, ubi v. Caſaub. qui Scaligeri & Caninii, qui puram putam Syram tradidere hanc vocem, opinionem laudat ac confirmat. Conf. Stephan. le Moyne in notis ad Varia Sacra p. 471.

AMBVBEIA, vel Ambugia, æ, f. cichorium vel intybus erraticus, κιχόριον, weegwart, wegweis. Plinio lib. 1 tit. 20 n. 30. Rectius autem *ambubeja* eſt Celſo 2, 30, quam *dentem leonis* vulgo nominant, ſonnenwirbel. Harduinus apud Plinium 20, 8 legit *Ambula*.

AMBŬLO, *avi*, *atum*, *are*, proprie eſt *ire*, proficiſci, gehen, wandern, marſchiren. Cic. pro Quintio c. 25 *Nemo eſt, qui poſſit biduo ad ſummum triduo, ſeptingenta millia paſſuum ambulare*. Id. ad Att. 8, 14 *Eo modo ambulabat Cæſar, ut timeam, ne citius acceſſerit*. Plaut. Capt. 2, 3, 92 *Bene ambulato!* Et ibid. 4, 2, 119 *Bene ambula & redambula*; formulæ ſunt bene precandi abituris, viel glücks zur reiſe. Conf. Truc. 2, 4, 18. *Injus ambulare*, vor gerichte gehen, Plaut. Curc. 5, 2, 23; & Ter. Phorm. 5, 7, 73; ubi Donatus explicat, *adire judicem*. Quomodo *equites & pedites educantur ambulatum*, docet Vegetius 1, 27. ¶ 2. *Ambulare* eſt, diſcurrere, otioſe vagari & ſpatia conficere: unde Germani: ſpatieren, auf-und niedergehen. Cato R. R. c. 5 *Si hoc faciet* (villicus) *minus libebit ambulare*. Cic. de Clar. Or. c. 53 *Adoleſcens delicatus in litore ambulans*. Nam de otioſis ferme uſurpatur. v. Plaut. Pſeud. 4, 1, 14. Cæl. Cic. fam. 8, 15, 2 *Milites bellum ambulando confecerunt*. Ter. Adelph. 4, 6 pr. *Defeſſus ſum ambulando*, ich habe mich müde gegangen. *Socrati pro foribus deambulanti contentius usque ad veſperam, cum præteuntium quispiam diceret, quid agis, Socrates? veſpondit ipſe, quo melius cœnem, obſono ambulando famem*: Cic. Tuſc. 5, 34. ¶ 3. Id. 2 de Fin. 24 *Cum Xerxes tantis claſſibus tantisque equeſtribus & pedeſtribus copiis, Helleſponto junctо Athoque perfoſſo, maria ambulaviſſet, terram navigaſſet*: Vbi nota ambulare, ἐνεργητικῶς (active) uſurpari. Hinc & παθητικῶς (paſſive) Plin. 23, 1 *Si ſtatim bina ſtadia ambulentur* Et impersonaliter Varr. L. L. 5, 1 *Sedetur, ambulatur*. conf. Gell. 2, 2. ¶ 4. *Ambulare* etiam præter homines de aliis dicitur. Sic, *Aves aliquæ ambulant, aliquæ ſaliunt*, Plin. 10, 38. *Naves ambulant*, Cato R. R. c. 1. De fluminibus Plinius 5, 9 hoc verbo utitur: *Nilus*, inquit, *incertis ortus fontibus, it per deſerta & ardentia, & immenſo longitudinis ſpatio ambulans*, &c. ¶ 5. Dionyſii Catonis præceptum eſt: *Cum bonis ambula*, i. e. converſare, ut Boxhornius in Quæſt. Rom. interpretatur. Quæ ratio loquendi veteri Bibliorum interpreti frequenter uſurpata. Plane ita nos: mit einem umgehen. Similiter Seneca *cum aliquo morari* dixit, de quo ſuo loco.

¶ Ambŭlācrum, *i*, n. διάσημα, περίπατος, ein ſpaziergang, gallerie. Gellius 1, 2 *Propulſabamus caloris incommoda lucorum umbra ingentium, lenis ambulacris, & mollibus ædium poſticum refrigerantibus lavacris nitidis*. Adde Plaut. Moſt. 3, 2, 69 & 130, & Feſt.

¶ Ambu-

¶ Ambŭlātio, *ōnis*, f. & ipse ambulandi actus, & locus deambulandi, ein ſpatziergang. Cic. de Fin. 5 *Conſtituimus inter nos, ut ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia.* Id. Att. 2, 3 *Hoc ambulationibus reſervemus.* Celſ. 1, 2 *Ambulatio plana, non atique commodior eſt*: &c. Ibidem, *Ambulatio recta melior, quam flexuoſa.* Hic ipſe actus declaratur. ¶ 2. Pro loco ſumitur ap. Vitruv. 5, 9 *Circa theatra ſint porticus & ambulationes*; & Cic. ad Quint. Fratr. 3, 17 *Nihil ei reſtabat præter balnearia, & ambulationem, & aviarium.* conf. Catull. 56, 6. Eadem figura *geſtatio* appellabatur locus geſtationi deſtinatus, & *cœnatio* ubi cœnatur; ſimiliter *lavatio*, vas aquarium, quod lotioni ſervit. v. Buchn. ad Plin. epiſt. n. 513.

¶ Ambulatiuncula, *æ*, f. diminut. utroque ſignificatu apud Ciceronem reperitur: fam. 2, 12 *Cum una mehercule ambulatiuncula atque uno ſermone noſtro omnes fruſtus provinciæ non confero.* Et 13 ad Att. 29 *Tecta ambulatiuncula addenda eſt.*

¶ Ambulatūra, *æ*, f. das gehen, der gang. Veget. de re vet. 2, 5 *Ambulaturæ gratiam perdere.*

¶ Ambulātus, *ūs*, m. idem. Arnob. lib. 1 p. 28 *Chriſtus ſcitur ambulatum deciſſe contractis.*

¶ Ambulātor, *oris*, m. ein pflaſtertreter, müſſiggänger. Colum. 1, 8 *Villicus (quod ait Cato c. 5) ambulator eſſe non debet.* Hinc *ambulatoris* nomen ad circulatores, & circumforaneos translatum, ein landſtreicher. Martial. 1 epigr. 42 *Hoc quod Tiberinus ambulator Qui pallentia ſulphurata fraxit Pomatat vitreos.*

¶ Ambulātrix, *īcis*, f. eine umläuferin. Cato de officio villicæ, c. 143 *Ad cœnam ne quo eat, neve ambulatrix ſiet.*

¶ Ambulatorius, *a, um*, mobilis, beweglich, hin und her gehend; ut, *Turres ambulatoriæ*, Hirt. B Alex. c. 2; Vitruv. 10, 19, 3, & Veget. 4, 17, quæ rotis impoſitæ promoveri poſſunt. Vſus illarum in oppugnationibus. De aliis etiam rebus dicitur. Plin. 21, 14 *Operarium* (olearis) *a torgo eſſe ambulatorium, ut proferatur intus, ſi magna ſit alvus, aut ſterilis operatio*, hoc eſt, mobile ſit, ut intus proferri, ſi opus eſt, ad anguſtandam alvum poſſit. Sic *Ambulatoria hominis eſt voluntas*, i. e. mutabilis, veränderlich, l. 4 ff. de Adim. Leg.

¶ Ambulatorium, *i*, n. ſubſt. locus aptus ad ambulandum, ein gang, ſpatziergang. Cathol. Sic *Deambulatorium.*

¶ Ambulātĭlis, *e*, idem ac *ambulatorius.* De loco Vitruvii 10, 13 vide infra *Fundulus* in *Fundus.*

Compoſita:

¶ Abambulo, *are*, weggehen. Feſtus: *abambulantes, abſcedentes.* Ovid. Metam. 2, 852 *Miſtusque juvenci Mygit & e teneris formoſus abambulat herbis.* Vbi tamen alii *obambulat* legunt.

¶ Adambulo, *are*, daben hergehen. Apul. Met. 8 p. 213 *Choraula, qui foris quidem circumgeſtantibus Deam cornu cornum adambulabat.* Et lib. 11 p. 261 *Vidi aſinum adambulantem cuidam ſeni decrepito.* Et Plaut. Bacch. 4, 5, 8 *Adambulabo ad oſtium.*

¶ Anteambulo, *onis*, m. qui honoris cauſſa aliquem præcedens comitatur, ein vorgänger, trabant. Martialis 2 epigr. 18 *Sum comes ipſe tuus, tumidique anteambulo regis.* Nam qui obſequia præſtabant dominis, vel amici erant ſive comites, vel ſervi. Cæterum procedente domino amici, ut honoratiores, præibant; ſervi ſequebantur: quod & in noſtris aulis hodie obtinet. Vide Suet. Veſp. c. 2; & Senecam epiſt. 13.

¶ Circumambulo, *are*, herumgehen. Paul. l. 1 § 1 ff. de acquir. poſſ. *Omnes glebas fundi circumambulare.*

¶ Deambulo, *are*, ſpatzieren. Cic. de Leg. 2, 1 *Satis jam deambulatum eſt.* Adde Cat. R. R. c. 127; Suet. Aug. c. 83 & 96; & Domit. c. 21; Celſ. 1, 3; Vlp. l. 12 § 1 ff. de uſu & habit.

¶ Deambulatio, *onis*, f. der ſpatziergang. Terent. Heaut. 4, 6, 2 *Me hæc deambulatio, quamquam non laborioſa, ad languorem dedit.* ¶ 2. De loco Vlp. lib. 7 ff. t. 1 l. 13 § 4 *Deambulationes arboribus opacæ atque amœnæ, inſtitæ ſtatuæ* &c.

¶ Deambulātorium, *i*, n. der ſpatzier-weg. Mamertinus Paneg. Iuliani c. 9 *Iuvat, deambulacra, gymnaſia.*

¶ Deambulatorium, *i*, n. itidem locus, in quo deambulamus, apud Capitol. in Gord. c. 32.

¶ Funambulus, vide in *Funis.*

¶ Inambulo, *are*, einhergehen. Aſin. Pollio Cic. 10 epiſt. 32 *Cum nudis pedibus inambularot.* Liv. 23, 43 *Per muros inambulare.*

¶ Inambulatio, *onis*, f. das umhergehen. Cic. in Bruto c. 43 *Nulla inambulatio, nun crebra ſuppoſitio pedis.* conf. Auct. ad Herenn. 3, 15. ¶ 2. Deinde locum, ubi inambulatur, ſignificat, ein ſpatziergang. Plin. 14, 1 *Vua vitis comæ in Liviæ porticibus fabulatæ inambulationes umbroſis pergulis opacat*

¶ Obambulo, *are*, herumſpatzieren. Liv. 25, 39 *Milites obambulantes ante vallum portasque.* Ovid. Met. 14, 188 *Fremebundus obambulat Ætnam.* Idem Triſt. 2, 459 *Cum ſolus obambulat ipſe.*

¶ Obambulatio, *onis*, f. das herumgehen. Auct. ad Herenn. 3, 19 *Frequentia & obambulatio hominum.*

¶ Perambulo, *are*, durchwandern, durchgehen. Plaut. Moſt. 3, 2, 122 *Perambula ædes tanquam tuas.* Horat. Epod. 17, 41 *Perambulatis aſtra ſidus aureum.* Id. od. 4, 5, 17 *Os rura perambulat.* Ovid. Heroid. 9 v. 135 *Frigoque perambulat artus.*

¶ Perambulātus, *a, um*, durchſtrichen; ut, *Perambulatus Romanis legionibus Niphates*, Sidon. Carm. 23, 93.

¶ Præambulo, *are*, præire, vorhergehen. Mart. Capell. lib. 9 p. 326 *Tanti comitatus præambulare viſentur.*

¶ Præambŭlus, *i*, m. ein vorgänger: ut, *Divis præambulis*, Marr. Cap. lib. 9 p. 335. *Dux præambulus*, Sarisb. 2, 27. *Præambulus gratiæ Baptiſta*, Id. 3, 11. Etiam in fœm. *Mater præambula* dixit Capella lib. 2 p. 46.

¶ Proambulo, *are*, hinausſpatzieren. Ter. Adelph. 5, 1, 4 *Proambulare huc libitum eſt.*

¶ Redambulo, *are*, redire, zurückgehen, wiederkommen. Plautus Capt. 4, 2 e. tr. *Bene ambula & redambula.*

Amburbialis, amburbium, quære infra *Urbs*

Amburo, Amburvo, Amburbio, &c. vide *Uro, Urbs, Urb.*

AMĔCVS, *i*, m. & Ameca, *æ*, f. antique pro *Amicus* & *Amica.* Nam Feſtus in Amicitia, *ab antiquis*, inquit, *ameci & amecæ per Elitteram efferebantur.* Tribuitur ſic Plauto, & *Amicus* ſive *Amecus* videtur per Syncopem eſſe; ſic *Animecus*, quaſi qui ergea alium animo æquo eſt, ap. Voſſ. Etym. in *Animus* p. 25. Nam & in Gloſſ. Philoxeni *Animecus*, ἰσόψυχος. Mo'ierem autem amantem Laberius non *amecabundam*, ut nonnulli exiſtimant, ſed *amorabundam* dixit ap. Gellium 11, 15.

AMĔLĔTIDES, exſtat in Ovid. de Arte am. 3, 275. v. Voſſ. Etym. p. 23 Alii præferunt *Analetides*, de quibus infra.

AMELIUS, *i*, m. philoſophus Platonicus; diſcipulum Plotini præceptorem Porphyrii, æqualem Origenis prodit Suidas. Verba ejus, quibus Ioannem evangeliſtam barbarum vocat, deſcripſerunt Theodoretus 2 de cur. græc. affect. Lud. Viv. ad 10 Aug. de Civ. D. 25, alii.

ĂMELLVS, *i*, m. flos, quem inter eas herbas, ex quibus remedia adverſus apum morbos paranda ſint, Virgilius numerat, & deſcribit elegantes Georg. 4, 271 *Eſt etiam flos in pratis, cui nomen amello, &c. tunſis in vallibus illum Paſtores, & carmia legunt prope fluminis Ada*; qui fluvius eſt Galliæ Ciſalpinæ prope Brixiam. Vide Catull. 67. 33. Matthiolus *Aſtera Atticum* ſignificari a Virgilio exiſtimat, ἀστὴρ ἀττικὸν, ſternkraut, wegerkraut. *Sed reclamat*, inquit Hadrianus, *florum paucitas, quorum tamen ex amello copioſam ſilvam prodit Virgilius, & ſtellatus vertex, cujus ille nullam facit indicium, non omiſſurus tam celebrem notam in tam accurata floris præter morem deſcriptione.*

AMEN, indecl. Hebræis ָאמֵן eſt πεπιστωμένως, ἀληθῶς, ut Suidas exponit, id eſt, *certe, vere*, amen, warlich; gr. ἀμὴν in N. T. Septuaginta reddunt γένοιτο, *fiat.* Particula eſt aſſeverandi, approbandi & optandi. Fortun. de P. V. v. ult. primam corripit; eandem producit Auſon. Epem. Orat. v. 85.

AMEN, *ĭnis*, n. ein riemen; ab ἄμμα, *vinculum, nexus*, extrito altero m. a verbo ἄπτω, necto. Tribuitur Arnobio lib. 7 p. 230. Sed lectio variat. v. Heraldi Animadv. p. 271. Hinc *Amentum*, de quo mox dicetur.

AMĔNĀNVS, *i*, m. fluvius Siciliæ, Ætnæ monti propinquus, Strabo l. 5 p. 166. Eumdem reſcribendum eſſe apud Ovidium pro *Amaſenus* & *Amiſenus*, evicere dudum Fulv. Vrſinus, & Phil. Cluverius. Verſus eſt Met. 15, 279 *Nec non Sicanias volvens Amenanus arenas* &c. Vbi vulgo *Amaſenus* legitur, cujus nominis in Sicilia nullus fluvius eſt. Sic ergo Strabo c. l. inſtar interpretis: καθάπερ περὶ τὸ Ἀμένανα συμβαίνειν φασὶ, τὸ διὰ Κατάνης ῥέοντος· ἐλλείπει γὰρ ἐπὶ πολλὰ ἔτη, καὶ πάλιν ῥεῖ: *De Amenano, fluente per Catanam, tradunt, per aliquot annos deſtitui aquis, & iterum fluere.*

Amens, amentia, vide *Mens.*

ĀMENTVM, *i*, n. loramentum eſt, quo telum regitur & emittitur, der riemen am wurfſpieß, ihn damit zu ſchwingen. Cujus generis tela nobis in uſu non ſunt, præter fundam. Liv. 37, 41 *Humor jaculorum amenta emolliverat.* Silius 9, 109 *Flatus Pœnorum tela ferundat, Et, velut amento contorta haſtilia, turbo Adjuvat.* Virg. Æn 5, 6 *Amentaque torquent.* conf. Plin. 7, 56; & Ovid. Met. 12, 321. Lorum, quo ſoleæ reſtringuntur, der ſchuhriemen. V. Feſtum & Servium. *Amentum* autem quafi *apimentum* ab *apere* quod eſt *ligare, jungere*: vel ex Græco ἁμματα, vel, ut ap. Feſt. putido commento additur, *quia aptantes amenta, ea ad mentum trahunt.* v. Dacer.

¶ Amento, *are*, mit riemen verſehen, feſtbinden; ut, *Amentare jaculum*, id eſt, amento relegare & jactui parare, Lucanus 6, 221. Eleganter quoque Silius, ut in membranis Colon. eſt, ad ventum accommodat in incendii deſcriptione l. 14 v. 642 *Paſtisque bitumine torquet Amentante Noto Pœnorum aplaſtribus ignes.*

¶ Amentatus, *a, um*. Cic. in Bruto c. 78 *Haſtæ veliticæ amentatæ traduntur.* Hinc meraphorice Idem argumenta ab alio petita, intelligens, de Orat. 1, 57 *Ab auctore aliquo*, inquit, *amentatas haſtas acceptas oratoriis lacertis viribusque torquere*; nos reſpectu ad ſagittas pennatas habito: die bolzen, die einen andern geſchwind, weit ſchieſſen.

¶ Amentario ſive Admentatio, *onis*, f. actus amentandi, item actus jaculandi: deinde jacula ipſa, ſive tela. Tertull. ad Nation. 1, 10 *Quo macheris veſtris admentationibusque cadatis.*

ĂMĔRIA, *æ*, f. oppidum Vmbriæ, patria Roſcii Amerini, quem Cicero defendit.

¶ Amerīnus, *a, um*, adject. ut, *Amerina ſalix*, Plin. 24, 9. Virgil. Georg. 1, 265 *Atque Amerina parant lente vetinacula viti*, hoc eſt, vimina, quibus vites religantur ad palos, weiden, damit man den weinſtock heftet. *Amerinus municeps*, Cic. pro Roſc. Am. c. 6.

¶ Amerina, *orum*, n. pl. ſubſt. genus pyrorum. Stat. 1 Silv. ult. v. 13 *Et maſſis Amerina non peruſtis.* Plinius inter ſeriſſima pyrorum genera numerat, quem vide lib. 15, 15.

AMERIAS, *æ*, m. grammaticus fuit antiquiſſimus, Athenæo & Sophocli, veteri Apollonii ſcholiaſtæ laudatus non raro. v. Caſaub. c. 1 Lect. Theocr. p. 9.

AMERICA, *æ*, f. terra illa nova, ab inventore ſecundario *Americo Veſputio* dicta, non ſine injuria *Chriſtophori Coloni*, quem alii corrupta voce *Columbum* vocant. Quandoquidem is A. C. 1492 primo inſulas Americæ Hiſpaniolam, Cubam, & Iamaicam detexit: quinquennio demum poſt, videlicet A. 1497 *Americus Veſputius Florentinus* ulterius eſt progreſſus, quippe janua per illum priorem patefacta, viaque monſtrata. An veteribus fuerit cognita? diſquirit Bernegg. quæſt. ad Tacit. qu. 188. Barlæus in Braſilia p. 40, 41. Rupertus ad Val. Max. 4, 6 differt. 2 p. 296 ſeqq. alii, qui de origine gentium Americanarum ſcripſerunt, v. g. Grotius, Lactius, Hornius, Zigler us, Dapper.

ĂMĔRIMNON, *i*, n. ἀμέριμνον, herba ſemper vivens & virens, immergrün, hauswurz, Plin. 25, 13.

Amerina, amerinus, quære in *Ameria.*

ĀMES, *ĭtis*, m. plur. *amites*, furculæ ſunt, quibus in venatione retia ſuſpenduntur, ſtützen, gabeln, ſtöcke. Damit man das garn aufſpannet; auctore Porphyrione in illud Horatii Epod. 2, 33

Aut amite levi rara tendit vetia, turdis edacibus dolos.

Sane & Feſtus *pertica*, ſeu *furcam aucupalem* interpretatur, eine leimſtange. Et Pallad. Sept. t. 12 *In amitibus apparetur aucupium* &c. conf. ejus Iun. t. 2. Vet. Gloſſ. *Amites*, ἐξευτικοὶ κάλαμοι: item *Amites* σάλικες. Quæ in Græco-Latino Gloſſario κάσης δικτύων interpretantur. *Varos* Lucanus appellat, de quo infra. Quanta prima ſit, dubitatur; plerisque tamen placet, brevem eſſe.

ĂMĔ-

ĀMĔTHYSTUS, i, m. ἀμέθυστος, i. e. *ebrietatem arcens*, gemma coloris violacei, ein amethyſt. Optima eſt Orientalis vel Indica. Sunt enim & Miſnicæ hoc tempore. Eſt autem *Amethyſtus* ſic dicta, quod ebrietati repugnet. Ariſtoteles enim auctor eſt, amethyſtum umbilico admotum vini vaporem primum ad ſe trahere, deinde eum diſcutere; proinde a crapula & ebrietate ferentem vindicare: v. Ruellius lib. 2 de gemmis. Quam opinionem tamen Plutarch. reprehendit. Varro apud Nonium 3, 138 *Imperito nonnunquam concha videtur margarita, ut amethyſtus ſmaragdus.* Adde Ovid. de Arte am. 3, 181. ¶ 2. Eſt & vitis vel uva, virium tam infirmarum, ut nullam faciat temulentiam, *quam quidam Græci amethyſton appellant*, Colum. 3, 2. *Inertiora* dicta eſt Plin. 14, 2.

¶ Amethyſtinus, *a, um*, adject. quod ex amethyſto conſtat, aut amethyſti colorem refert, violbraun: ut veſtimenta violacea, quæ ea de re *Amethyſtina* dicta. Juvenalis 7, 135 *Purpura venalis Cauſſidicum, vendunt amethyſtina.* Hic enim color maximo pretio, qui muſtus ex purpura, Plin. 9, 41 & 21, 3; Martial. Apophoret. ep. 152. Inde cum Tyrio prohibitus Neroni, Suet. c. 32. De pretio violaceæ purpuræ, ſive amethyſtini coloris Nepos apud Plin. 9, 39.

¶ Amethyſtĭnātus, *a, um*, id eſt, amethyſtinis indutus. Martial. 2 epigr. 57 *Amethyſtinatus media qui ſecat ſepta.*

¶ Amethyſtizontes, ſcil. caribuncli, quorum extremus igniculus in Amethyſti violam exit, rubine. Plin. 37, 7.

ĀMĔTOR, *ōris*, m. ἀμήτωρ, matrem non habens, apud Tertull. de Præſcript. c. 53.

Amfractus, amfregoſus, vide *Frango.*

ĀMIA, *æ*, f. ἀμία, piſcis marinus *pelamidi* vel *ſcombro* corporis ſpecie, pinnis & cauda innixis, roſtro acuto, ventre craſſo, cauda tenui, in figuram lunæ in cornua curvatæ pinnis ejus conformatis, dorſo cœruleo, eoque ſplendente dum vivit, ventre argenteo, &c. Dictus ab α & μία, quod nunquam ſolus conſpiciatur. Eberus & Peucerus interpretantur germanice, ein wele. Quod ſi *Veſſus* piſcis eſt, ut puto, quem recentiores aliqui *barbatum* nominant, maximus in muſtelarum genere, non erit *amia*, ſed *ſilurus* forte. Oppianus Halieut. 2, 553, de Delphinis:

Ἀλλ' ὅταν καὶ τοῖσιν ἀνάσσιοι ἐντιφέρωνται
Ἰχθύες, ὃς ἄρκυς κυκλήσομεν, οἷσι δὲ λαὸς
Δικτύοις, ῥηϊδίη δὲ κατασπάσις ἁρπάσσηται.

Hoc eſt: *His buſtes ſunt piſces, quos Amias vocamus. Neque enim delphines timent: ſed ſubi contra eos ferantur* &c. Vide reliqua quibus pugnam eorum deſcribit. conf Plin. 9, 15.

ĀMIANTUS, *i*, m. lapis nitens in Creta, ſciſſili alumini ſimilis, imo alumen noſtrum plumoſum, federweiß, erdflachs, pliant, ſalamanderhaar, glimmer, fadenſilber. G. Agr. Encelius. Ἀμίαντος dictus, quod in ignem injectus ὑ μιάνεται, *non inquinatur, nec abſumitur, ſed ſplendidior evadit*, Plin. 36, 19.

Amica, amicabilis, amicarius, Amicimen, vide *Amicus, Amicio.*

ĀMĬCĬNUS, *i*, m. apud Festum *utris pediculus, ex quo vinum diffunditur.* Vorſe ab *amicio*, quod limbo amicitur.

ĀMĬCIO, *ixi*, & *icui*, *ictum*, *icire*, ἀμπέχω, ἐπαναβάλλω, veſtire, operire, ab *am* & *jacio*, kleiden, bekleiden, umhüllen, einwickeln. Suet. Veſp. c. 21 *Dum ſaltabatur, & calceabat ipſe ſe & amicichat*, er zohe ſich an. Per metaphoram Ovid. 3 de Ponto 8, 13 *Non hic pampinei amicitur vitibus ulmus.* Conf. Horat. 1 epiſt. 16, 3. Id. 2 epiſt. 1, 270 *Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis.* Plaut. Perſ. 2, 5, 6 *Amicibor* (pro amiciar) *glorioſe.* Conf. Diomed. p. 364.

¶ Amictus, *a, um*, bekleidet, angethan, verhüllet. Cic. Phil. 2, 34 *Amictu toga purpurea.* Id. de Orat. 3, 32 *Hippias gloriatus eſt, pallium, quo amictus, ſoccos, quibus indutus eſſet, ſe manu ſua confeciſſe.* Horat. Epod. 17, 22 *Oſſa pelle amicta.* Impropriæ Id. od. 1, 2, 31 *Nube amictas Apollo.* Catull. 64, 71 *Nive amicta loca*, beſchneyete örter. Flor. 1, 16, 5 *Amicti virente montes*, weinberge.

Amictus, *us*, m. ἐπίβλημα, veſtitus, die tracht, kleidung. Dicitur quaſi *Amicetus*, i. e. *circumpoſitus*, &c. Varr. de L. L. 4, 30 Quintil. 11, 3 *Eſt aliquid in amictu, quod ipſum aliquatenus temporum conditione mutatum eſt.* Et ibid. *Amictu negligentior, decentior* &c. Cic. Att. 6, 1 *Status, amictus, annulus, imago ipſa declarat.* Horat. 1 epiſt. 17, 27

Aere purpureum non expectabit amictum.

Obſervat Broukel. ad Tibull. 1, 9, 3 *vepres* eſſe indumenta interiora, *amictum*, quidquid veſtibus ſuperinjicitur. ¶ 2. De cælo, quod undique circumjectum regit ternam, uſurpavit Lucretius 6, 1131

Nec referet, utrum nos in loca deveniamus
Nobis adverſa, & cæli mutemus amictum.

Quod imitatus Virgilius *nebula amictum* dixit Æn. 1, 412. Simile eſt, cum *cæli tegmen* Lucretius 1, 986 & Cicero N. D. 2, 44 dixerunt.

¶ Amictorium, *i*, n. amictus, pro veſte quæ papillas mulierum tegat, ponitur. Martial. tit. epigr. 149 lib. 14. Gloſſ. gr. lat. ἐπιβλώμιον, *amictorium, opertorium.*

¶ Amĭcimen, *ĭminis*, n. idem quod *Amictus.* Apul. Metam. p. 261 *Mulieres candido ſplendentes amicimine.* Et eodem libro p. 268 *Linteo & undi conſectes amicimine.*

¶ Amĭcŭlum, *i*, n. genus veſtimenti, ἀναβόλιον, περιβόλαιον, ein oberrock, oberkleid, mantel. Cic. Nat. D. 3, 34 *Dionyſius aurcum Jovi Olympio detraxit amiculum grandi pondere, in eo etiam cavillatus, aſtate grave eſſe aureum amiculum: hieme frigidum; eique lenium pallium injecit* Curt. 3, 12, 5 *Amiculum Davius, ne cultu proderetur, abjecerat.* Apul. Met. 10 p. 244 *Feralibus amiculis inſtrictus atque obditus*, ſterbekittel.

¶ Amĭcŭlātus, *a, um*, amictus, veſtitus, bekleidet. Solinus c. 65 (al. 52) de India: *Pars nudi: pars, obſcena tantum amiculati.*

¶ Circumamictus, *a, um*, velatus, bedecket, umkleidet. Petron. c. 100 *Ego quaſi ſomnio quodam turbulento circumamictus.* v. Interpr. ad h. l. & conf. Vulg. Interpr. Apoc. 4, 4.

¶ Semiamictus, *a, um*, halb bekleidet. Apul. 1 Met. p. 104 *Humi ſedebat ſqualli pallaſtro ſemiamictus.* Et lib. 7 p. 193 *Centunculis diſparibus & male conſarcinatis ſemiamictus.*

ĀMĬCUS, *a, um*, adject. ab amando, vel ex *Am* & *æquus*, i. e. utrinque æquus vel quaſi *Animacus*, (v. ſupra *Amœnus*) freundlich, lieb, angenehm, günſtig; ut, *Amicæ civitates*, Cæſ. B. C. 2, 8, 5. *Amici pavones & columbæ*, Plin. 10, 74. *Amica luto ſus*, Horat. 1 epiſt. 2, 26. *Quies amica*, Claudian. præf. 6 Conſ. Hon. *Domus amica, domus optima: οἶκος φίλτατος ἄριστος. Aurora Muſis amica*, Virg. *Pompejus tibi valde amicus eſt*, Cic. fam. 1, 8, 10. *Quid inter diſſimiles amicum eſſe poſſit?* Vellej. 2, 45, 1. *Homo amicus non magis tyranno quam tyrannis*, Nepos 1, 3, 1. Comp. Idem 1, 3, 7 *Amicior omnium incertæ quam ſuæ dominationi.* Cic. Planco ſub 16 ad Att. 16 *Mihi nemo eſt amicior, nec jucundior, nec carior Attico.* Plaut. Epid. 3, 3, 44 *Nihil nomine amico eſt opportunius amicus.* Superl. Cic. 3 fam. 3 *Succeſſor conjunctiſſimus & amiciſſimus.* Nepos 23, 10, 2 *Homines Romanis amiciſſimos.* Cum genit. Cic. Epiſt. ad Div. 13, 1 *amiciſſimus populi Romani.* Horat. 2 Sat. 6, 12 *Divis amice*, h. e. favente ac theſaurum monſtrante. Ita *dextrum* vocat Perſ. 2, 11. Ovid. Fast. 3, 833 de Pallade: *Dea carminis illa ejus: Si mecum, ſtamen adeſt amica meis.* Id. Art. am. 1, 585 *Vota feremus ne eſt per amicum fallere nomen.* Conf. Manil. 2, 634. *Nec Dîis amicum eſt, nec mihi*, Horat. 2 od. 17 dixit, Græcorum more. ¶ 2. In Apul. Apol. p. 289 eſt *Vir auſtere ſeſe amicitior.* Sed & ſic aliqui legunt in Cic. fam. 3, 2; & 7, 21. Sic & infra *Inimicitior.*

¶ Amicus, *i*, m. ſubſt. φίλος, ein freund, günſtiger. *Amicus ex animo*, Cic. Phil. 11, 13 ein herzens freund. *Amicus usque in extremas res*, Tac. Hiſt. 1, 45, 3. Cic. de Amic. c. 21 *Is amicus eſt, qui eſt tanquam alter idem.* Horat. 1 ode 35, 26 *Diſſugiant cadis Cum face ſiccatis amici Ferre jugum pariter doloſi.* Rurius Cic. de Amic. c. 4 *Ex omnibus ſoalis vix tria aut quatuor nominantur amicorum paria.* Adagium vetus: *Vnus Deus & plures amici: εἷς θεὸς καὶ πολλοὶ φίλοι.* v. Chil. Diverſi generis amicos lepide deſcribunt Ennius ap. Gell. 12, 4; & Horat. Sat. 2, 6, 41. Eleganter Cicero de Dionyſio, inconſtanti Græculo Att. 10, 16, 1 *Velim ut tibi amicus ſit, hoc cum tibi opto, opto ut beatus ſis. Erit enim tamdiu.* ¶ 2. *Amicum ſibi eſſe*, eſt bene curare cutem ſuam, non defraudare genium, ſich wohl thun. Contra Horat. 1 Sat. 2, 20 *Vix credere poſſis, quam ſibi non ſit amicus.* ¶ 3. Interdum *amicus* is, qui inhoneſte amat, dicitur. Antiquus poeta ap. C. c. de N. D. 1, 6 *ab amico amante argentum accipere meretrix non vult.* ¶ 4. *Amici principum*, dicebantur conſiliarii & proceres principum, eorumque domeſtici & familiares, geheime Räthe, und höhe Miniſter am hof; qui aſſidui circa principem vel regem. Vide exempla in Nepote 1, 3, 2; & 21, 3, 1; Curt. 4, 1, 19 &c & in Notis Io. G. Grævii ad Iuſtin 1, 4 & ad Cic. fam. 15, 2. Hi & *Comites* appellati, a *comitando.* Quod cum faciebant, hoc eſt, procedenti principi aderant officii cauſſa, præcedere ſolebant; nam ſervi & minus honorata miniſteria ſequebantur: unde & *pediſſequi* dicti: Illi enim *antecambulones* (de quibus ſupra) item *Antepedes* appellati, ut notat obſervatque Salmaſius ad Treb. Poll. f. 336. Et erant *Amici iſti* ſeu *Comites* principum in diverſas claſſes diſtincti, pro ratione honorum, quos ſuſtinebant: qua de re Lipſ. ad Ann. 6 Tac. not. 29; & Comm. ad Sen. de Benef. 6, 3 n. 229; Salmaſ. ad Spartianum f. 307; Marcilius ad Horat. 1 epiſt. 9 videndi. Ita *amicos Cæſarum* ſe vocabant reges minores. v. Spanhem. de uſu & præſtan. diſſ. 8 p. 525. Sed & *potentes & magni amici* principum ſunt, qui gratia apud eos florent aulici, & primæ admiſſionis purgurati, lieblinge. v. Burm. ad Quint. 5, 12, p. 454. ¶ 5. Sic & ipſi patroni, & quibus præſtamus obſequia, *Amici* dicuntur. Ita enim & Horatius Mæcenatem, patre num tuum, & cui omnes fortunas debebat, blandiſſima appellatione ſalutat Epod. 1, 1 *Ibis Liburnis inter alta navium, Amice, propugnacula.* Alibi adjunxit aliquid, diſcriminis cauſſa. Vt de eodem 2 cod. 18, 12 *Nec potentem amicum Largiora flagito.* Sic & 1 epiſt. 18, 44 *Tu cede potentis amici Lenibus imperiis.* Sen. de Brev. vitæ c. 7 *Q. ut* (dies abſtulit) *ille potentior amicus? Magnos amicos* Juvenalis ſimiliter dixit Sat. 3, 57; & 6, 312. ¶ 6. *Amicum* Herculem cognominatum volunt, quod theſauris recludendis præeſſe crederetur. Horat. 2 Sat. 6, 12 *Dives amico Hercule*, i. e. qui theſaurum invenit ope & favore Herculis. Sed non minus ratio illos fugit, quam illos, qui eo, quod Perſius *dextram* vocat Sat. 2, 11 in ſimili re, *dextrum* nobis Herculem commiſſcuntur, quos refellit Caſaubonus ad h. l.

¶ Amiculus, *i*, m. diminutiv. Horat. 1 epiſt. 17, 3 *Diſce docendus adhuc, quæ cenſet amiculus.* Conf. Catull. 31, 2; & ipſe Cic. Verr. 3, 34.

¶ Amĭca, *æ*, f. amaſia, præſertim quæ amatur inhoneſte, ἑταίρα, eine hure. Nam comitatis cauſſa meretrices honeſtiore nomine *amicæ* appellabantur. Horat. 1 epiſt. 1, 20 *Vt nox longa, quibus mentitur amica.* Ter. And. 1, 3, 10 *Hæc Andria, ſive iſta uxor, ſive amica eſt*, &c. Plaut. Bacch. 2, 2, 16 *Anima eſt amica amanti.* Eædem & *Lupæ* antiquitus & *Pellices* appellatæ: de quo vide in ſuis locis. Argute Cic. pro Cæl. 15 extr. *Neque enim mulierbres unquam inimicitias mihi gerendas putavi, præſertim cum ea, quam omnes ſemper amicam omnium potius, quam cujusquam inimicam putaverunt.* ¶ 2. Sed cum relatione ad mulieres tamen *amicæ* honeſte dicuntur. Ovid. Am. 2, 2, 21 *Ibit ad adfectam, quæ non languebit, amicam.*

¶ Amicula, *æ*, f. dimin. Plin. 3 epiſt. 9 *Miſerat epiſtolas Romam ad amiculam quandam.* Suet. Calig. c. 33 *Quoties amicule collum exoſcularetur.* Arnob. 4 p. 141 de Jove: *Vxore contentus haud una, concubinis, pellicibus, atque amiculis delectatus.*

¶ Amĭce, adv. amici more, gut, liebreich, als ein freund; ut, *Amice facere*, Cic. de Amic. c. 2. *Amice de quo cogitare*, Nepos 22, 2, 6. Et cum dativo Cic. Off. 1, 26 *Hæc præſcripta ſic vantum licet magnifice, graviter, animoſeque vivere, atque etiam ſimpliciter, fideliter, vitaque hominum amice*, hoc eſt, ut nullius hominis inimicitiam ſulcipias. Superl. Cic. Div. in Verr. c. 9 *Familiariſſime & amiciſſime cum aliquo vivere.*

¶ Amĭcĭter, idem. Plaut. Perſ. 2, 3, 3 *Amico amiciter commoditatis copiam dare.* Et Pacuv. ap. Nonium 11, 12 *Amico amiciter facere.*

¶ Amĭcĭtia, *æ*, f. die freundſchafft. Cic. Nat. D. 11, 44 *Carmen ipſum verbum eſt amoris, ex quo amicitiæ nomen eſt ductum.* Id. in Lælio extr. *Vos hortor, ut, virtute excepta, nihil amicitia præſtabilius eſſe putetis. Amicitias comparare, conglutinare.* Cic. ibid. c. 9 *Iungere cum quo conſuetudines & amicitias*, Id. pro Dejot. c. 9. *Amicitiam parere ſibi cum quo*, Nepos 7, 7, 5. *Amicitiam gerere*, Id. 14, 10, 4; qua forma & Cicero uſus fam. 3, 8. *Aliquem in amicitiam accipere*, Liv. 24, 12; *recipere*, Cic. Att. 2, 20. *Adſcribere ad amicitiam*, Id. Off. 3, 10; *ſe conferre*, Id. de Cl. Orat. c. 81; *ſe applicare*, Id. Verr. 2, 1. Ejusdem funt: *Colere, tueri, ſervare amicitiam*, freundſchafft pflegen, halten; Sic, *ap-*

pere, Id. pro Rosc. Am. c. 13; *conciliare*, ibid. c. 27; *comparare sibi*, Id. de Fin. 1, 20; *consequi*, pro Rosc. Am. c. 22. Huc refer: *In alicujus amicitia esse*: *amicitia alicujus uti*, eines freund seyn: *Intercedit mihi cum eo amicitia*: *Spectata*, *Pyladea*, *officiosa amicitia*: *Simulata*, *falsa &c.* Ejusdem sunt etiam *dissolvere amicitiam*, in Lælio c. 9; *Disfuere*, *discindere*, *depenere*, ibidem c. 21, *dissociare*, *disrumpere*, Id. pro Rosc. Am. c. 20 & 22; quod Nepoti 9, 2, 2 *Ab amicitia alicujus deficere*; &, *se removere*, Cic. pro Amer. c. 21. *Amicitias immortales*, *inimicitias mortales debere esse*, vulgi dictum, & proverbii loco fuisse, Livius 40, 46 docet. Eo pertinet illud Quintiliani Decl. 257: *Non oportet immortales esse inimicitias*: *& ita demum tutum perpetuumque est genus humanum*, *si amor ac fides nullam habuerint oblivionem.* Cic. in Læl. c. 22 *Ornamentum amicitiæ verecundia.* Idem ibidem, *In amicitia pestis nulla major*, *quam adulatio*, *blanditiæ*, *&c.* Sed totus hic libellus edisendus est. Id. Off. 1, 17 *Iucundissima ea est amicitia*, *quam similitudo conjugavit.* Sallust. Iug. c. 31 *Potestne in diversis mentibus pax aut amicitia sperari?* Sed morum similitudine conciliari præcipue amicitias, pulchre ostendit Quint. Decl. 307. conf. Curt. 7, 8, 27. Quint. 1, 2 p. 30 *Amicitiæ* (ex condiscipulatu) *ad sinceritatem firmissime durant*, &c. Iucundam amicitiæ inter Cic. & Atticum descriptionem v. in illius ad hunc ep. 1, 17 p. 131 Græv. it. 1, 18 pr. Id. ibid. p. 138 de *ambitiosis fucosisque amicitiis.* Hieron. epist. 41 ad Rufinum in fine: *Amicitia*, *quæ desinere potest*, *vera nunquam fuit.* ¶ 2. *Amicitia principis*, Plin. 1 epist. 17, gunst des grossen herren. ¶ 3. *Amicitia*, cum ad plantas ac similia transfertur, συμπάθεια est, die vereinigung. Plin. 19, 8 de ruta: *Amicitia est ei cum fico in tantum*, *ut nusquam lætior proveniat*, *quam sub hac arbore.* ¶ 4. *Amicitiæ*, in Plur. quoque dicuntur pro ipsis amicis: ut in Lælio c. 13 *Fugiendas esse nimias amicitias.* Et eod. c. *Mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærunt*, *quam viri*, conf. Suet. Tib. c. 51. ¶ 5. *Amicitia*, nomine proprio, fuit gentium Dea. v. Lil. Gyrald. de Diis Gent.

¶ Amicities, *ei*, f. antiquum, idem, apud Lucretium 5, 1018.

¶ Amico, *are*, φιλόω, amicum reddere, zum freund machen, versöhnen. Stat. Theb. 3, 470 *Oeclides solita prece numen amicat.*

¶ Amicābilis, *e*, freundlich, gütlich. Plaut. Mil. 4, 4, 8 *Vos modo date operam amicabilem.* Sed alii legunt *adjutabilem.* Sidon. 1 ep. 3 *Scamnis amicabilibus deputari.* Ita Savaro: Sirmondus autem, *amicalibus.* Neutrum ergo satis certum exemplum. Vruntur tamen Iurisconsulti. Lege ult. § ult. Cod. de legit. hæred. *Per amicabilem transactionem sopire casum* vel *controversiam.* Gloss. Vet. φιλικὸς, *amicabilis.* Et Vulg. Interp. Prov. 18, 24 *Vir amicabilis ad societatem.*

¶ Amicālis, *e*, idem. Vlpianus Lege 10 Dig. Mandati vel contra, §. Si quis ea, *Qui adfectionem amicalem promisit.* Apul. de Mundo p. 75 in divinis nominibus etiam *Hospitalis*, *Amicalis* recensetur. Adde Sidonium 1 epist. 3, ex qua in *Amicabilis* modo dictum est.

¶ Amicārius, *i*, m. *qui amicas præbet*, Diomed. 1 p. 313, ein kuppler.

¶ Amicōsus, *i*, m. *qui multas amicas habet*, ibid. ein buhler.

Composita:

¶ Coämīcus, *i*, m. ein gemeinschafftlicher freund. Adferunt ex Cic. de Amic. c. 26 *Inter coamicos senes.* Sed legendum *comicos.* v. Victor. Var. Lect. 8, 12.

¶ Inimīcus, *a*, *um*, adject. feindselig, entgegen, schädlich; ut, *Inimica patriæ consilia*, i. e. seditiosæ & exitiabiles moliones, Nep. 4, 3, 3. *Inimica est multorum conversatio*, umgang mit vielen ist verdrießlich, Sen. epist. 7. *Mihi inimicior*, Cic. Att. 9, 15. *Nemo inimicior Sthenio quam hic C. Claudius fuit*, Id. in Verr. 4, 43. conf. Id. in Piton. c. 31. *Mihi nihil potest esse inimicius*, (in nonnullis MSS. est *inimicitius*) Id. fam. 3, 8. *Inimicissimum quem habere*, Nep. 14, 5, 4. conf. 23, 7, 3. *Inimicissima oleo amurca*, Col. 12, 50.

¶ Inimicus, *i*, m. subst. ein feind, wiederfacher; ut, *Capere inimicos omnes homines*, Ter. And. 4, 2, 12. *Inimicissimus*, pro inimico maximo subst antive, ut *Intimus*, pro conjunctissimo amico, Nep. 23, 12, 2; & Cic. pro Mil. c. 9. Vtroque loco est *inimicissimum suum* cum pronomine. ¶ 2. Gentilis Parerg. 1, 21 monet, ICtos virum post divortium appellasse *inimicum*, v. Taubm. in Plaut. p. 74.

¶ Inimice, adverb. feindselig, feindlich. Cic. pro Quint. c. 21 *Inimicissime atque infestissime contendere perseveret.* Id. de Nat. D. 1, 3 *Qui admonent amice*, *docendi sunt*: *qui inimice infectantur*, *repellendi.*

¶ Inimiciter, adverb. idem. Accius ap. Nonium 11, 4: *Placare hostem ferocem inimiciterque accensum.* Et Quadrig. ap. Gell. 3, 8 *Commoti inimiciter tecum bellare studemus.* Charisius quoque p. 181 Tuberoni, & Priscian. p. 1010 Ennio tribuit.

¶ Inimicītia, *æ*, f. sing. Cic. Tusc. 4, 9; & usitatius Inimicitiæ, *arum*, plur. feindschafft. *Capere inimicitias in familiam suam*, Ter. Phorm. 2, 3, 23. *Suscipere inimicitias*, Cic. 2 fam. 18; & *suscipere cum quo* &c. Nepos 14, 10, 2, feindschafft auf sich laden. *Gerere inimicitias*, Id. 25, 11, 5 *Intercedunt mihi inimicitiæ cum eo*, Cic. pro Cælio c. 13. *Erant ei veteres inimicitiæ cum Roscio*, Id. pro Rosc. Am. c. 6. At, *Deponere inimicitias*, pro Flacco c. 1. Conf. *de Amicitia* dicta.

¶ Inimīco, *are*, inimicos reddere, feinde machen, verunreinigen. Horat. 4 od. 15, 19 *Non ira*, *quæ procudit enses*, *Et miseras inimicat urbes.* Vet. Gloss. ἐχθεύω, *Inimico.* Item, ἐχθεὸν ποιῶ, *Inimico.* Stat. Theb. 2, 41 *Hostiles inimicant classica turmas.* Vsus & Sidon. 5 epist. 19.

¶ Inimicālis, *e*, adverbarius, feindselig. Sidonius Apoll. 1 epist. 3 *Stimulis inimicalibus* (in quem) *excitari.*

ĂMĪDA, *æ*, f. Mesopotamiæ oppidum, cujus mentio apud Ammianum iæpe fit, qui lib. 18, 14 vocat *civitatem* Romanorum *cladibus inclytam*, puta, sub Constantio. Vide Sex. Rufum c. 27. Vnde

¶ Amidēnus, *i*, gentile, Amida oriundus.

ĂMĬLCAR, f. Hamilcar, *ăris*, m. Ἁμίλκας, dux Carthaginiensis fuit, facundia & solertia insignis; qui ingressus in castra Alexandri Magni, consilia ejus de Athenienſibus astute exploravit, exulem se simulans, & militem offerens, ut ex Trogo Iustinus scripsit 21, 6. Penultimam Gen. *Amilcaris* longam fuisse ostendit Gellius 4, 7. Brevem vide apud Silium 13, 732. ¶ 2. *Amilcar* alter, *Barcas* cognominatus, pater fuit Annibalis, notissimus ex vita, quam Nepos scripsit. ¶ 3. Plures hujus nominis in bellis Punicis occurrunt apud Livium & Polybium.

ĂMĪNEA, *æ*, f. regio vitifera Campaniæ. Macrob. Sat. 2, 16 *Vvarum ista sunt genera*, *Aminea scilicet a regione. Nam Aminei fuerunt*, *ubi nunc Falernum est.* MS. liber *Salernum* habet, pro *Falernum*, quod multis inde probabilius est, quia Virgilius Georg. 2, 96, 97 videtur Amineas uvas a Falernis separasse.

¶ Āmīnĕus, *a*, *um*, adj. Virgil. Georg. 2, 97

Sunt & Aminææ vites, *fortissima vina.*

Vbi libri quidam repræsentant: *Sunt etiam Amīnĕæ vites.* v. Car. Ruæi not. Galenus & Hesychius ἀμινεῶον scribunt. Alciatus dictum putat quasi ἄμεινον *melius.* Servio *vinum amineum* vinum est *fine minio*, i. e. sine rubore. Sed hoc etymon refutat Pierius ad h. l. & Th. Gatakerus in Adverſ. Misc. posth. c. 5. v. ibi plura. Apud Serenum v. 704 est *Amineum Lyæum.* Apud Cat. R. R. c. 5; & Lege fin. Dig. de tritico, vino, oleo, *vinum Aminæum* in dulcioribus numeratur. Egregius locus est Plinii 14, 2 *Principatus datur Amineis* (vitibus) *propter firmitatem*, *fenioque proficientem vini ejus ubique vitam.*

AMIPSIAS, vel Amephias, *æ*, m. (utrumque scribitur, cum græcum sit Ἀμψίας,) poëta fuit comicus, in quem & similes, ut ineptos, Aristophanes (initio Ranarum) est invectus. Meminit & Laërtius Diogenes, illumque ait in Socratem scripsisse, palliatumque ipsum in fabula induxisse. v. Voss. de Poët. Gr. p. 35 seqq.

Amissus, Germaniæ fluvius, vide in *Amasias.*

Amissio, amissus, &c. vide *Mitto.*

ĂMĬTA, *æ*, f. patris mei soror, πατρὸς ἀδελφὴ, die base, vaters schwester. Nepos 14, 2, 4 *Erat mater cum Datame*, *amita Paphlagonis.* Et Persius Sat. 6, 52 *Si mihi nulla iam reliqua ex amitis*, *patruelis nulla.* Videtur tamen apud veteres secundam habuisse productam. *Amita* enim dicetur, quæ ab antiquioribus *Avita* dicebatur, quia tertia a me & avia. Vel *amita*, quod a patre meo amata, ut docent Festus & ad ipsum Scaliger. Hinc apud Propert. 2, 6 in illo: *Me lædit*, *si multa tibi dedit oscula mater*, *Me soror*, *& cum qua dormit amica simul*; pro *amica*, quidam legunt *amita*, quod est MS. Palat. ¶ 2. *Amita magna*, avi soror, Lege 10 Dig. § 15 de Grad.

¶ Amitīni, & Amitinæ, fratrum diversi sexus liberi, geschwisterkinder, ibidem.

¶ Abamita, *æ*, f. soror est abavi, des großvaters vatern schwester. Gaj. D. 38 t. 10 l. 3 & Paul. ibid. l. 10 & 14.

¶ Proamita, *æ*, f. amita magna, avi paterni soror, des großvaters schwester. De hisce omnibus consulas Tit. Institut. de Gradibus: & leg. 10 Dig. de Grad.

ĂMĪTERNVM, *i*, n. oppidum Italiæ, natalibus Sallustii inclytum, Plin. 3, 5.

¶ Amiternus, & Amiternīnus, *a*, *um*, adject. ut, *Amiterna cohors*, Virg. Æn. 7, 710. *Amiternus ager*, Martial. 13, 20. *Amiternina arva*, Colum. 10 v. 422. *Amiternina uva*, Plin. 14, 2.

ĂMĪTHAON, *ŏnis*, m. Melampi medici pater; ideo ille *Amithaone cretus* dicitur Stat. Theb. 3, 452.

¶ Amithaonius, *a*, *um*, adj. Virg. Georg. 3, 550.

Philkyrides Chiron, *Amithaoniusque Melampus.*

AMMI, *ammios*, n. ἄμμι, *Ammium*, *i*, Plinio lib. 20 extremo, cuminum Æthiopicum est, semen habet cumino exilius, quemadmodum Dioscorides inquit 3, 63. Germani ammey vocant. v. Matthiol.

Amminea, Ammineus, vide *Aminea.*

AMMIĀNVS MARCELLĪNVS, Historicus Latinus, Antiochia oriundus, sub Imperatoribus Gratiano & Valentiniano scripsit Historiam, a principatu Cæsaris Nervæ exorsus usque ad Valentis interitum libris 31, ex quibus posteriores 18 superſunt. v. Voss. de Hist. Græc. 2, 18 & de Hist. Lat. 2, 9.

Ammium, vide in *Ammi.*

AMMOCHRŸSVS, *i*, m. ἀμμόχρυσος, gemmæ genus, Plin. 31, 11; Solin c. 50. alias gold-sand, katzen-gold.

AMMŌDȳTES, *æ*, m. Ἀμμωδύτης, animal viperæ simile, magnitudine cubitali, Aëtio est Serm. 13, 25, eine schlange. conf. Solin. c. 40; & Lucan. 8, 715, ubi *concolor atque indiscretus arenis* dicitur.

AMMON, *ōnis*, m. vel *Hammon*, gr. ἄμμων, Iovis cognomen, cujus simulacrum cum capite arietino pingebatur, de quo apud Tertullianum, Minuc. Felicem, & Arnobium legere est, & inde *Corniger* poëtis appellatur. Cauſſam vide apud Festum & Servium in illud Virgilii Æn. 4, 198 *Hic Ammone satus.* ἄμμος Græce *fabulum* sive *arenam* significat. Vnde appellatus hic Iupiter, quia in arena sedens inventus fuit, eique cornua affinguntur arietis, a genere pecudis, inter quod repertus est. Additur & hæc nominis ratio, quia in desertis & arenosis Libyæ locis colebatur. Quo illud Properrii videtur spectare l. 4 eleg. 1, 103

Hoc neque arenosum Libyci Iovis explicat antrum.

Locum ipsum & templum & oraculum Lucanus 9, 511 seqq. & Curtius 4, 7 describunt. Et quia Græce ἄμμος juxta & ἄμμος scribitur; itaque ex æquo apud Latinos & *Ammon* & *Hammon* invenitur. Alii non ab arenis nominis rationem petunt; sed ἀμᾶν per aphæresin proprio ab Ægyptiis vocabulo pro Θεμὼν appellatum volunt: id autem *occultum* sive *occultationem* significat: Plat. in Phædro. Conf. Voss. de Idolol. 1, 27 & 32; lib. 2, 11. Kircher. in Obelisc. Pamphil. 4 p. 270 & Oedip. Ægypt. Tom. 1 Syntagm. 3. At Bochartus in Phaleg 1, 12 *Cham*, seu *Ham*, Noæ filio, deducit. ¶ 2. *Ammonis cornu* inter sacratissimas Æthiopiæ gemmas aureo colore, Plin. 37, 10 & Solin. c. 40.

¶ Ammōnia, *æ*, f. ita cognominata fuit & Iuno, culta in Græcia ab Eleis. v. Pausan. in Eliac. p. 163. Eodem nomine appellata olim fuit Libyæ pars mediterranea: quin etiam tota Libya, auctore Stephano.

¶ Ammonii, *orum*, m. pl. populi Libyæ, colentes Iovem Ammonem. Pausanias in Lacon. p. 100 *Aphytæi colunt Ammonem non minus*, *quam Ammonii Libyæ*, τιμῶσιν Ἄμμωνα, ὅδεν ἦσαν, ἢ οἱ Ἀμμώνιοι Λιβύων.

¶ Ammonium, *i*, n. nomen coloris subrufi, apud Varronem R. R. 3, 2 sed ubi fortassis rectius legitur *Armenium.*

AMMONĬĂCVM, *i*, n. Ἀμμωνιακὸν, succus est, destillans ex arbore ferulacea in Africa juxta Ammonis oraculum, ut habet Dioscorides 3, 98. Officinæ vulgo *Armoniacum* vocant armoniac; sed legitimum nec habere possunt, nec exhibent. vid. Celſ. 5, 5 & 6, 6; Plin. 12, 23 & 20, 18; & 24, 6; & 31, 7. Solin. c. 40.

¶ Ammoniacus, *a*, *um*, adject. ut, *Ammoniacus sal*, qui sub arenis in laminas concretus invenitur in Cyrenaica regione, ab ἄμμος, *arena*: quod

quod & Plin. oſtendit, ſic habens 31, 7 de ſalis generibus, *Cyrenaici tradus nobilitantur Ammoniaco, & ipſo, qui ſal Ammoniacum, ſalinarum inventatur, appellato.* Vulgo *Sal Ammoniacum*, ſalmiac. v. Colum. 6, 17; & Matthiol. Ovid. de Medicam. facici v. 94 *Campe Ammoniaco maſcula thura ſale.*

AMMONIANVS, *i*, m. Grammaticus: fuit ille, cui annus fuit lapidiæ auditor. Suidas f. 266.

AMMONITRVM, *i*, n. mallá eſt ex arena alba trita, & nitro mixta, ex qua deinde fit maſſa vitri puri & candici, glas ſtrii. Plin. 36, 26.

AMMONIVS, *i*, m. Ἀμμώνιος. Tres hoc nomine philoſophi celebrantur. Quorum primus Ægyptius, præceptor Plutarchi Chæronei, ſub Nerone, cujus ipſe læ ſ e meminit. Stoicæ imbuerat; ſed Platonicæ magis addictus fuit. ¶ 2. Secundus *Ammonius* nobilis ille philoſophus fuit Alexandrinus, memoratus etiam Ammiano 22, 42, quem inter alios Origenes & Plotinus audiere, quod in Plotini præceptoris ſui vita Porphyrius ſcripſit. Commodo imperante relicti ſacris, in quibus frumenta circumferebat, philoſophicæ vitæ ſe tradidiſſe, auctor eſt Theodoretus lib. 6 de cur. Græc. aff. Hinc videlicet cognomen ipſi factum eſt *Sacca*, Σακκᾶς, quomodo ſcribit hanc vocem & Suidas. Retulit eum inter eccleſiaſticos ſcriptores Hieronymus, addituque, falſo accuſatum a Porphyrio, quod ex Chriſtiano ethnicus fuerit, cum conſtet, eum usque ad extremam vitam Chriſtianum perſeveraſſe. ¶ 3. Tertius *Ammonius*, Hermiæ filius fuit, Procli diſcipulus, præceptor Simplicii. *Ammonios* alios ſuggerent Martyrologia. De *Ammonii* populis vide in *Ammon*.

AMMŸDATES, *is*, m. Deus olim apud Romanos, cujus mentio apud alios non eſt præter Commodianum Inſtruct. 18 *Ammadatemque ſuum cultores more colebant, Magnus erat illis, quando fuit aurum in aede* &c.

AMNĂCVM, *i*, n. mutterkraut. Plin. 21, 30 *Parthenium alii leucanthen, alii amnacum vocant.*

AMNĒMŌNES, *um*, pl. m. ἀμνήμονες, i. e. *immemores*: ita dicti in Gnido ſexaginta ex optimatibus, qui præerant, ad quos de rebus maximis referebant, Alex. ab Alex. 4, 11. Plutarch. Probl. c. 110.

AMNESTIA, *æ*, f. die verzeſſung des vorigen unrechts, ex ἀμνηστία Græco vocabulo: quo uſus videtur Cicero in oratione quadam ad Senatum in æde Telluris habita de pace cum Antonio faciunda, quæ hodie non exſtat. Ita enim Philipp. 1 initio ſcribit: *in quo templo, quantum in me fuit, jeci fundamenta pacis: At vide ſumque renovavi exemplum: Græcum etiam verbum uſurpavi, quo tum in ſedandis diſcordiis erat uſa illa civitas, atque omnem memoriam diſcordiarum oblivione ſempiterna delendam cenſui* Nam per *Græcum verbum* ἀμνηστίας vocem intelligendam plerique interpretes conſentiunt: ſolo diſſentiente Mureto Var. Lect. 2, 15. Nepos 8, 3, 2 *Legem oblivionis* vocat; Plutarchus Præcept. Politicis ἀμνηστίαν ψήφισμα. Vellej. 2, 58, 4 *Decretum oblivionis*. Val. Max. 4, 1 ext. 4 *Plebiſcitum ne qua præteritarum rerum mentio fieret*. Suet. Tib. c. 4 *Abolitionem facti*: Quamquam Torrentius verbum *facti* adulterinum fuiſſ icetur, in Claudio tamen c. 11 *Dictorum factorumque veniam & oblivionem* appellat. Plura in hanc rem Bœclerus in Diſſert. de *Amneſtia*, olim cum Vellejo edita; Boxhornius diſſert. peculiari; Forſtnerus in not. ad Tac. Annal. 12, 19; Boſius ad Nepot. Thraſyb. c. 3.

Amnicola, amniculus, amnicus, &c. vide ſequens *Amnis*.

AMNIS, *is*, m. flumen dictum ab *ambitu, quod circumeat aliquid*, ſecundum Varr. de L. L. 4, 5, vel ab *am* ex ἀμφί, & *nare*, ſecundum Feſtum, cui fluß, bach. *Cæruleus, liquidus, lubricus, placidus*, Ovidio. *Purus*, Horat. 2 epiſt. 2, 120. *Rapidus*, Sen. Medea v. 411. *Vadoſus*, Virg. Æn. 7, 728. Cic. in orat. c. 12 de Herodoto & Thucydide: *Alter ſine ullo*, inquit, *ſalebris quaſi ſedatus amnis fluit, alter incitatior fertur*. Rurſus Sen. Hippol. v. 16 *Meander ſterilis amne maligno vadit arcuus*. Liv. 21, 5 *Vorticoſo amni delati in hoſtes*; & c. 27 ejusd. libri, *Trajecto amni*. Nam utroque more ſextus caſus formatur. *Amnes ſonantes & ſonoros* dicere amant poetæ Græci & Latini. v. de la Cerda ad Virg. Ge. 3, 269. ¶ 2. Apud Virg. Georg. 4, 233 *Oceani amnes* ſunt aquæ ex oceano terram ambientes. Et in Æn. 4, 164 *amne* ſunt torrentes, qui dicuntur *rucre de montibus*. Quin *molſo amne* pro equi nudo dixit Samon. 747. *Amnem Falerni* 773 *nimios referati vulneris amnes* 809. ¶ 3. Veteres etiam fœm. genere uſurparunt. Plaut. Merc. 5, 2, 18 *Nec ulla mihi obſtibi amni*. conf. Feſt. & Nonius 3, 21.

¶ Amniculus, *i*, m. diminut. Livius 36, 22 *Ab altero amniculo Appium Claudium eſſ p.ſſe*.

¶ Amnicus, *a*, *um*, adj. in oder aus dem bach; ut, *Amnica inſula*, Plin. 3, 25. Auſon. Moſella v. 205 *Impubemque manum, ſuper amnica terga vagantem Dum ſpectat* &c. *Amnicæ herbæ*, Solin. c. 22. *Amnicus liquor*, Prudent. Periſteph. hymn. 11 prope fin.

¶ Amnenſis, *e*, ad amnem ſitus, περιποτάμιος, am fluß liegend. Feſtus: *Amnenſes dicte urbes prope amnem ſitæ*.

¶ Amnĭcŏla, *æ*, c. amnem accolens, am fluß wohnend, wachſend. Ovid. Met. 10, 96 *Amnicolæque ſimul ſalices, & aquatica lotos*.

¶ Amnigenus, *a*, *um*, in amne genitus, im waſſer herfür kommend. Auſon. Moſella v. 116 *Amnigenos inter piſces* &c. Et Val. Flacc. 5, 584 *Amnigenam mirere Chaoſſon*.

¶ Interamnus ſ. Interamnānus, *a*, *um*, quod inter duos amnes jacet, zwiſchen 2 flüſſen gelegen. Lamprid. Alex. Sev. c. 56 *Terras interamnas* ſ. *interamnanas* vocat regionem, quæ Græcis eſt Meſopotamia. v. Curt. 5, 1, 15 cum Not. Freinshemii. *Spatia ampleſti interamna* Solinus dixit c. 32. v. Salmaſ. ad h. l. f. 295 & 492. Fuit & *Interamna* Civitas Italiæ, inter amnes conſtituta. v. Vellej. 1, 14, 4 & Varr. L. L. 5, 4.

AMNISVS, *i*, m. fluvius Cretæ inſulæ, ut Callimachi ſcholiaſtes tradit ad Hymn. Dianæ v. 15, & Stephanus ex Holſtenii emendatione; in primis Spanh. ad Call. l. c.

¶ Amnĭsĭades, nymphæ eidem Stephano: ſive *Amnĭsĭdes*, ut Callimachus c. l. brevius vocem formavit, -- Ἀμνισίδας ἄκοσι νύμφας.

ĂMO, *avi*, *atum*, *are*, ex μάω per metathesin, vel ex contracto μῶ i. e. *vehementer cupio* & a epitat. factum videtur, & ſignificat carum habere, lieben, liebhaben; ut, *Amare ex animo*, Cic. ad Qu. Frat. 1, 1, 5: *medullitus*, Plaut. Moſt. 1, 3, 27: *ardentius*, Plin. epiſt. 3, 9. *Aliquem plus oculis ſuis amare*, Catull. 3, 4; & Ter. Adelph. 5, 7, 5. *Mutuis animis amant, amentur*, ſie lieben einander, rurſus Cat. 46, 20. *Amare nihil aliud eſt, niſi eum ipſum diligere, quem amas, nulla indigentia, nulla utilitate quæſita*, Cic. Læl. c 27. ¶ 2 *Aliquam amare in matrimonium*, Quintil. 11, 1 p. 950 ed. Burm. cheliche affection zu ihr haben. Cic. ad Qu. Frat. 3, 8 de Pompejo: *Quanto potius quam ſe ipſum amare, ſine vitali*. Id. ad Att. 4, 10 *Dicet Cæſar, ſe mihi hoc ferre, bella me bardelle, & ita vere valde amo*, dar bey gefalle ich mir ſehr. Ita Sen. Thyeſt. v 92 *Amare pœnas*, i. e. æquo animo illas ferre. ¶ 3. Significat & abſolute *amare*, amore captum eſſe, verliebt ſeyn, in ſubſtantivo ſtehen. Ter. And. 1, 2, 20 *Omnes qui amant, eruntne ii ſibi dati ſervos ferant. Miſere amare*. Ter. Heaut. 2, 1, 10 & *Miſerum amare*, eſt ſupra modum amare, ita, ut re ellitgas. Plaut. Amph. 2, 3, 9: & Apul. Met 5 p. 101. *Perdite amare*, Ter. cod. loc. 1, 1, 45 Vno verbo in Heaut. *Perire*, item *deperire* eſt. *Extrema linea amare* quid ſit, vide in *Linea*. ¶ 4. Magis eſt quam *diligere*. Cic. ad Brut. ad epiſt. 1 *Cl. Dia. Vrbi Gl. de ſignatus vetle me eſſe, vel ut aq. ut amare vocet illum, m. a. ut*. Id. 9 fam. 1: *Quicquid, qualecunque eſt, amo eum, quem ego te habebam, poſſe alium plus amare, non amo te, ut nihil nunc denique amare videar, antea ſi minus*. conf. Nonius 3, 3. Factum hinc, ut *amicitia* quoque plus eſſe, quam *amare* videatur, contenatur. Illa eſt amantis, hæc diligentis, inquit Aut. in Propert. de diff. verb. p. 31. Catullo tamen minus eſt *amare*, quam *amicum eſſe*, ejus. 72 ad Lesbiam, ubi Muretum vide p. 228 hoc exſtrentem, inter alia ex illo Ariſtotelis: *eam beſtias, tum etiam res inanimatas, ut ſibum potumque, ut ſigna tabulasque egregii operis, amare dicimur, quibus ſi animus ſanus bene velle nos vi.cerit*. Nimirum hæc in comparatione *amare* verbum latius patet, & in omnia fundituc, quæ cara tamen nobis, ſive noſtra, ſive ipſorum cauſa: *bene velle* autem iis tantum dicimur, quæ propter ipſa diligimus. Hinc refer, quæ de diſcrimine inter amorem *amicitiæ* & *benevolentiæ* diſſerunt Ethici. ¶ 5. Cum autem Ariſtius dixit apud Nonium 3, 1 *amabit ſapiens, capient cæteri*, amare ad rectæ rationis, cupere ad appetitus ſenſitivi, ut cum philoſophis loquamur, vim referendum eſt. ¶ 6. Obteſtandi formulæ ſunt, *Si me amas*, Cic. ad Qu. Frat. 2, 12. *Si jocum me amas*, Id. ad Att. 5, 17. Iterandi autem, *Deum Dii omnes*, Ter. Eun. 3, 2, 21. *Sic me Deus amet*, als mir Gott helfe. ¶ 7. Græca ratio eſt, cum verbo *amare* pro *ſolere*, præ eo utimur; quod non ſemel Horatius fecit, ut, 2 od. 3, 9 *Quæ pinus ingens albaque populus umbram hoſpitalem conſociare amant*. Et 3 od. 16, 9 *Aurum per medios ire ſatellites & perrumpere amat ſaxa* &c. Similiter & Catullus & alii locuti. Salluſt. Iug. c. 34 *Quæ tirannidem amat*, ut videtur pro *amant*, Græcum. v. Quintil. 9, 3. Amnian. 16, 12. m; & Tac. An. 4, 9, 3. Ita etiam loca, ubi frequenter veriantur homines vel beſtiæ, dicuntur ab iis *amari*. Vid. Bur. ad Grat. 390. ¶ 8. Eſt & alia forma, *amo te*, qua uti ſolent auctores, cum & gratiæ agendæ ſunt, quod impetravimus optatum, & oſtendendum eſt, id multo gratiſſimum & jucundiſſimum nobis eſſe, eaque de re ad omnia amoris & benevolentiæ officia nos eſſe obſtricto, ich bin dafür verbunden, ich nehme es zu danck an. Ter. Eun. 1, 2, 106 THAIS: *Hoc modo ſine te exorem.* PHÆD. *Scilicet faciendum eſt, quod vis. TH. merito amo te: bene facis*. Similiter & Heaut. 2, 2, 119, & Adelph. 5, 8, 23 locutus eſt; ut & Plaut. Merc. 4, 8, 52 *O factum bene! merito amo te*. Id. Pœn. 1, 2, 41 AD. *Soror parce amabo*, &c. AN. *Quieſco*. AD. *Ergo amato*. Cic. 1 ad Att. 3 *Te multum amamus, quod ea abs te diligenter paraque curata ſunt*. Sic & 5 epiſt. 21 *Multum te amo, quod reſponderis Al. Octavio*. v. Cafaub. ad Cic. 1, 1 f. Apud Quintil. 6, 3, jocus Domitii Afri legitur, qui & ipſe huc pertinet. Nam cum is, quem Domitius defenderat, conſpectum ejus vitaſſet, ubi poſtea convenit, *Amas*, inquit, *me, quod te non vidi*, id eſt, gratum mihi feciſti. Sic. & in præterito Cic. 11, 62 pr. *Et in Atilii negotio te amavi*. Hinc ¶ 9. Eucurum hujus verbi *amabo* blande rogantis eſt, & gratum animum promittentis, ey lieber. Plaut. Menæch. 2, 3, 71 *Sed ſcin' quid te amabo, ut facias*, & ibid. 3, 3, 1 *Menæchme, amare ait te multum Erotium, ut hoc una opera ad aurificem deferas*. Ter. Eun. 3, 3, 30 *Amabo te, ut illuc tranſeas, ubi illa eſt*. Id Eun. 1, 2, 50 *Hoc agite, amabo*. Et v. 70 *Id, amabo, adjuta me*. Heaut. 1, 1, 13 *Hiccine tu, amabo, non contra inſidiabere?* Etiam Cic. fam. 7, 32 *Vehementis poſſeſſionem, amabo, quibuvis interdictis defendamus*. Et Catull. 33, 1 *Amabo, mea dulcis Ipſithilla*. Sed & ſæpe eatus additur, e. g. *Amabo te, advola*, Cic. ad Qu. Frat. 2, 10. *Cura, amabo te, Ciceronem noſtrum*, Id. ad Att. 2, 2. conf. ibid. 5, 17, 3; 9, 18 &c. Adde Plaut. & Ter. ex *Amo* n. 8. & Voſſ. de Analogia 4, 18. ¶ 10. *Amaſſo, ſis, ſit* pro amavero Plaut. Caſ. 5, 4, 22. Curc. 4, 4, 22 &c.

¶ Amans, *tis*, adject. liebreich, gewogen; ut, *Amans uxoris*, Plaut. Aſinar. 5, 2, 7. *Homines amantes tui*, Cic. fam. 9, 6. *Boni civis, amantes patriæ*, ad Att. 9 ep. ult. *Si quem tui cognoviſſi amantiſſimum, quam* ad Q. frat. 1, 1, 5. *Nihil poteſt illo ſeri noſtri amantius*. Id. fam. 16, 5. *Ad nos, amantiſſimos tui, veni*, Id. fam. 16, 2. *Amantiſſimis verbis uti*, ibid. 5, 15. *Amantiſſima uxor*, Tac. Agr. 43, 8. Quod autem *Amantiſſimus* quandoque idem ſit ac *intime amatus*, contra Voſſium oſtendit Ol. Borrich. Cogit. de L. L. p. 45. ¶ 2. Subſtantive *Amans* amator eſt, ein buhler, verliebter menſch. Ovid. Amor. 1, 9, 1 *Militat omnis amans & habet ſua caſtra Cupido* &c. Ter. And. 3, 3, 23 *Amantium iræ amoris integratio eſt*. Propert. 2, 17, 9 *Durius in terris nihil eſt, quod vivat, amante*.

¶ Amanter, adverb. freundlich, willig. Cic. Attico 2, 4 *Velim amanter hoc diligenterque conficias*. Et fam. 3, 6 *Nihil poſſit fieri amantius*. (adde ad Att. 2, 9; Tac. An. 1, 43, 1). Et de Amic. c. 1 *Conſtantiſſime & amantiſſime cum aliquo vivere*.

¶ Amantia, *æ*, f. amor, die liebe. Plaut. Truc. 4, 2, 4 *Promo venuſtatem, amantiam, gaudia, cupes amores*: ita fere Lambinus cum Scaligero, alii aliter. ed. Gron. *Promo venuſtatem amanti tuam, ut gaudia compares*. ¶ 2. *Amantia* urbs Bruttiorum in Calabria, Cæſ. B. C. 3, 40. Vnde *Amantini* incolæ, ibid. c. 42. conf. Cic. Phil. 11, 11: quibus locis omnibus cum ſtullide vel Dyllde conjungitur.

¶ Amandus, *a*, *um*, liebenswerth. Ter. Adelph. 4, 5, 75 *Hic non amandas? non geſtandus in ſinu?* Ovid. Art. am. 1, 613 *Sibi quæque videtur amanda*.

¶ Amātus, *a*, *um*, geliebt, beliebt. Horat. od. 3, 27, 47 *Modo multum amati Cornua tauri*. Id. Epod. 17, 20 de Canidia: *Amata nautis multum & illitoribus*. Tac Germ 40, 6 *Pax & quies tunc tantum amata*. conf. Virg. Æn 10, 189.

¶ Amā-

¶ Amātus, *i*, m. subſt. ein galan, liebſter; ut *Amatus Veneris*, i. e. Adonis, apud Ammianum 22, 9.

¶ Amāta, *æ*, f subſt. die liebſte, der eheſchatz. Ammian. 15, 4 *Alpheus adunque amatæ* (Arethuſæ) *connubia progreditur.* ¶ 2. *Amata*, Latini uxor, mater Laviniæ, apud Virg. Æn. 7, 343, 401 &c. ¶ 3. *Amata*, virgo Vestalis a Pont. Max. capta, Gell. 1, 12.

¶ Amatum, *i*, n. subſt. etwas liebes; ut, *Amata relinquere pernix*, Horat. Art. poët. v. 165.

¶ Amātio, *ōnis*, f. amor Venereus, liebeshandel, buhlſchafft: ut, *Amatio adiosa*, Plaut. Caſ. 2, 5, 20; *acerba*, Pœn. 5, 2, 136; *nimis inepta*, Rud. 4, 5, 14. conf. Capr. epilogo v. 2; & plur. *amationes*, Merc. 4, 4, 54.

¶ Amātor, *ōris*, m. ein liebhaber, buhler. Curt. 6, 7, 11 *Proditor amatoris.* Horat. 1 epiſt. 10 pr. *Urbis amator*, & *Kuris amatores. Veneris amator* i. e. Mars, Ovid. Rem. Am. 160. Sic, *Amator fluminis*, Flor. 1, 1, 5; *pacis*, Cic. Att. 14, 12. Donatus ad Ter. And. 1, 1, 49 *Amator fingere poteſt: Amans vere amat.* Adde Cic. fam. 9, 15; & Tuſc. 4, 12; Plaut. Men. 2, 1, 43; &c.

¶ Amatorculus, *i*, m. diminut. Plaut. Pœn. 1, 2, 27 *Vix agreque amatorculos invenimus.*

¶ Amatrix, *īcis*, f. eine liebhaberin, buhlerin. Plaut. Aſin. 3, 1, 8 *Dicacula amatrix*, Martialis 7, 68 *Carmina fingentem Sappho laudarit amatrix.* Adject. Id. 7, 14 *Amatrices aquæ*, quæ ad amandum locum alliciunt.

¶ Amatrīcula, *æ*, f. parva amatrix, Cathol.

¶ Amātōrius, *a, um*, verliebt, buhleriſch. Cic. Tuſc. 4, 33 *Anacreontis tota pœſis eſt amatoria.* Id. Fin. 1, 18 *Amatoriis levitatibus dediti.* Sic *poculum amatorium* Iulio Paullo eſt Recept. Sent. tit. 23 n. 8, quod vulgo *philtrum* appellamus, ein liebes-tranck: Plin. 8, 22 & 13, 25 *Amatorium virus.*

¶ Amatorium, *i*, n. abſolute etiam poculum, quod nominavimus, ſignificat. Sen. ep. 9 *Ego tibi monſtrabo amatorium ſine medicamento, ſine herba, ſine ullius veneficæ carmine:* SI VIS AMARI, AMA. Vet. Gl. *Amatorium*, φιλτρον. Conf. Quintil. 7, 9.

¶ Amatorie, adv. liebreich; ut, *Epiſtola amatorie ſcripta*, Cic. Phil. 2, 31. *Loquere amatorie*, Plaut. Merc. 3, 3, 20.

¶ Amābilis, *e*, holdſelig, beliebt, liebenswerth. Cic. 5 ad Att. 19 *Filiolam tuam, quam memoriam vidi, tamen & amo, & amabilem eſſe certo ſcio.* Ovid. Art. am. 2, 107 *Ut ameris, amabilis eſto.* Sen. epiſt. 36 *Ariſton ajebat, malle ſe adoleſcentem triſtem, quam hilarem & amabilem turbe.* Comp. Cic. 7 fam. 20 pr. *Amabilior mihi Velia fuit.* Et 9 ep. 14 *Nihil amabilius virtute.* Superl. *Amabiliſſimum nodum amicitiæ tollere*, Cic. de Amic. c. 14. ¶ 2. *Amabilis*, cognomen in lap. ap. Murat. 1, 16.

¶ Amabiliter, adv. idem. Antonius Ciceroni Att. 13, 13 *Si amabiliter in me cogitare vis.* Horat. 2 ep. 1, 148 *Luſit amabiliter.* Comp. Sidon. 5 epiſt. 20 *Libentius atque amabilius legi.* Et Ovid. Art. am. 3, 675 *Spectat amabilius juvenem.*

¶ Amabilitas, *ātis*, f. die holdſeligkeit. Plaut. Pœnul. 5, 4, 1 pro amore: *Qui amabilitati animum adjiceret.* Conf. Stich. 5, 4, 58.

¶ Amaturio, *īre*, amare cupere, lieben wollen. Cathol.

¶ Amaſco, *are*, idem in Gloſſis Iſidori. Et Diomedes p. 334 *Ab amo veteres incohativo modo dixerunt amaſco.* Vnde &

¶ Amaſcus, *i*, m. amator; ut Plaut. Truc. 3, 1, 13 *Iſtos mundulos amaſcos.* Ab *Amaſcus* vero eſt

¶ Amatius, *i*, m. ein buhler liebhaber. Gell. 19, 9 *Poëtas amaſios ac Venerios fuiſſe.* Idem 7, 8 *Delphinos Venerios eſſe & amaſios.* Et Plaut. Caſ. 3, 3, 27 *Miſerrimum hodie ego hunc habeo amaſium.*

¶ Amaſio, *ōnis*, m. idem. Apulej. 7 Met. p. 197 *Feſtivus hic amaſio.* & Prudent. Periſteph. in Romano v. 182 *Amaſionum comprimuntur fraudibus*, ieil. puellæ.

¶ Amaſiunculus, *i*, m. dimin. Petron. Fragm. Trag. p. 25 Burm. c. 45.

¶ Amaſia, *æ*, f. die liebſte; analogia ex virili deducitur. ¶ 2. *Amaſia*, urbs Haſſiæ ut volunt, Marpurg, Steph. Et oppidum Cappadociæ, Plin. 6, 3.

¶ Amaſiuncula, *æ*, f. dimin. Fragm. eodem Petronii p. 70 Burm. c. 75.

¶ Amor, *ōris*, m. die liebe. Hic putatur a caritate differre, ut genus a ſpecie, ut in homines tantum ſit caritas; *pietas & amor in patriam*, Cic. pro Flacco c. 38. Verum id perpetuum non eſt. Cicero enim fam. 10, 5 *Eſt omnino patriæ caritas, meo quidem judicio, maxima*: ubi non ſoli homines intelligi poſſunt. Et de Vniverſ. c. 5 *Mundus ipſe ſe concordi quadam amicitia & caritate complectitur*, ubi itidem quasvis potius res, quam ſolos homines, liceat comprehendere. *Amor ardens*, Cic. Tuſc. 2, 16. *In amore hærere apud aliquam*, in eine verliebt ſeyn, Plaut. Epid. 2, 2, 7. *Meus in te amor incredibilis*, Cic. 2 fam. 1. *Amore proſequi, complecti*, lieb haben, tritum eſt. v. Id. fam. 15, 21, 15 & Claudian. laude Serenæ v. 1. 2. Similiter Cic. Att. 7, 1 *Per amorem, quo me es amplexus, conſer te ad eam curam.* Iterum fam. 15, 1, 8 *Amori amore reſpondere.* Virg. Æn. 1, 353 *Amori cæcus amore.* Iuvenal. 14, 138 *Amor nummi.* Et Horat. epiſt. 1, 7, 85 *Amor habendi*, geldgeitz. *Amor ſui*, ſelbſt-liebe, Id. Od. 1, 18, 14; *gloriæ*, Cic. pro Arch. c. 11, *flagitii*, Id. Tuſc. 4, 32. ¶ 2. Eſt autem vehemens affectus amor, & quædam furoris ſpecies: Chryſoſtomus φύσεως μανία appellat. v. Barth. ad Script. Venat. p. 112, 113. Huc pertinet illud Hieronymi epiſt. 43 extr. *Amor ordinem neſcit.* Et Virg. ecl. 2, 68 *Quis enim modus adſit amori?* Item illud Publii: *Amare & ſapere vix Deo conceditur.* Quocum Propertii quoque convenit 2, 14, 18 *Scilicet infano nemo in amore ſapit*; quod de improbo potiſſimum & illo impuro atque illicito intelligendum eſt. ¶ 3. *Amores*, *um*, plurali numero, ut Servius etiam ad Æn. 1, 350 obſervat, ad voluptates pertinent, buhlſchafft, liebeshändel. Virg. 10, 326 *Securus amorum.* Etiam ad amicitiam conjunctiorem refertur. Cic. Phil. 6, 5 quamvis ironice: *Sed redeo ad amores deliciasque noſtras L. Antonium.* Et de quovis honeſtiore affectu: Cic. Att. 16, 6 *Piliæ ſalutem dices & Atticæ, deliciis atque amoribus meis*, meinen herzlich-geliebten. Eſt autem metonymiæ tropus, *amorem* vel *amores* dicere eos, quos impenſe amamus. Sic Titus Veſpaſianus fuit *amor ac deliciæ generis humani*; v. Suet. in ejus vita c. 1. Sic, *Curio eſt mihi in amoribus*, ait Cic. fam. 7, 32. ¶ 4. *Amor* pro Cupidine, Veneris filio, der liebes-gott. Propert. 2, 12, 1

Quicunque ille fuit primus, qui pinxit Amorem.

Et auctor Pervigilii Veneris v. 29

Nec tamen credi poteſt,
Eſſe Amorem feriatum, ſi ſagittas vexerit.
Ite nymphæ, poſuit arma, feriatus eſt Amor.

Ovid. Met. 10, 516 *Nudi Amores cum pharetris* ſunt Cupidines. Triumphum amoris deſcribit Idem Amor. 1, 2, 24. ¶ 5. *Amor ſanguinis* crudelitas eſt Silio 1, 148.

¶ Amōrābundus, *a, um*, beliebt. Laberii verbum, ſed, ut Gellius 11, 15 cenſet, *inuſitatius factum.* Propius uſui dixiſſet *Amabundus*, ut *Tentabundus*, *Populabundus*, & ſimilia, de quibus in locis ſuis dicemus.

¶ Amōrifer, *a, um*, amorem concilians, liebreitzend. Ven. Fortunatus Epithal. Sigiberti regis 6, 2

Torſit amoriferas arcu ſtridente ſagittas Forte Cupido volans.

¶ Amorificus, *a, um*, idem; ut, *Herba amorifica*, Apul. de Herb. c. 123.

Compoſita cum præpoſit.

¶ Ădămo, *avi*, *atum*, *are*, ſehr lieben. Cic. fam. 2, 4 *Laudum gloriam adamare.* Nepos 10, 2, 3 *Dion Platonem adamavit.* Senecæ epiſt. 71 plus eſt, quam amare: *Si virtutem*, inquit, *adamaveris, (amare enim parum eſt,) quicquid illa contigerit, id tibi fauſtum felixque erit.*

¶ Adamātus, *a, um*, beliebt; ut *Veſpaſianus adamatus*, Suet. in ejus vita c. 22. *Pauper adamatus*, Sidon. 7, 2.

¶ Adamātor, *ōris*, m. ein liebhaber. Tertull. de Hab. mul. c. 2 *Nihil ad caſtitatem adamatores potuerunt præſtare.* Gloſſ. gr. lat. ἐρωτικὸς, *adamator.*

¶ Adamatrix, *īcis*, f. die liebhaberin. Plaut. Pœn. 5, 5, 25 *Adire certum eſt hanc adamatricem.* Sed alii dividunt.

¶ Adamabilis, *e*, liebenswerth. Gloſſ. gr lat. ἐράσιμος.

¶ Coamator, *ōris*, m. ein mitbuhler. Cæcil. apud Nonium 2, 447 *Si habuiſſem ingenioſos coamatores mihi.*

¶ Deamo, *are*, id eſt, valde amare, ſehr lieben; ut, *Deamo te, Syre*, Ter. Heaut. 4, 6, 21. Et Plaut. Pœn. 4, 2, 72 *Quam herus deamat tuus, ingenua eſt.* v. ibid. 5, 4, 3.

¶ Deamātus, *a, um*, wohlgefällig, beliebt. Plaut. Truc. 4, 1, 5 *Mea dona deamata acceptaque habita apud Phroneſium.*

¶ Exămo, *are*, idem quod *deamare.* Ex Plaut. Truc. 2, 2, 22 in Foro Rom. affertur *examaverim* pro *hamaxari mavelim.*

¶ Inamātus, *a, um*, non amatus, unbeliebt. Theodulfus 1, 543 *Inamati tegmina baſti.* Et Silius 12, 527 *Haud inamatus ager.*

¶ Inămābilis, *e*, idem; ut, *Locus inamabilis*, Ovid. 5 Triſt. 7, 43. Idem 1 ex Ponto, 6, 5 *Non cadit in mores feritas inamabilis iſtos.* Sen. Controv. 20 *Nihil eſt inamabilius quam diligens ſtultitia.*

¶ Peramo, *are*, ſehr lieben. Cic. de Leg. 1 c. 18 *Amicus peramatur toto pectore:* Ita Nizolius; alii *per ſe amatur*, rectius.

¶ Peramans, *tis.* Cic. Att. 4, 8 *Homo peramans noſtri.*

¶ Peramanter, idem. Cic. 9 fam. 20 *Qui me perofficioſe & peramanter obſervant.*

¶ Redamo, *are*, wieder liebhaben. Cic. Amic. c. 14 *Quid tam abſurdum, quam animo virtute prædito, eo, qui vel amare, vel, ut ita dicam, redamare poſſit, non admodum delectari?*

ĂMOEBÆVS, *a, um*, græcum eſt, ἀμοιβαῖος, i. e. *mutuus, alternus, reciprocus*, ἀπὸ τῦ ἀμείβεσθαι, a *reſpondendo, retribuendo.* Inde *amœbeum carmen* eſt duorum quaſi certantium, perque vices pari verſuum numero reſpondentium. v. Feſtum. Exemplum e Virgilio dabit ecloga 3. De ipſo autem genere carminis Scaligerum lege Poët. 1, 6. Servius ad dictam Virgilii eclogam id etiam in hoc certamine requirit, ut qui reſpondet, aut majus, aut contrarium dicat. Quod ejus præſcriptum multas & ipſius & aliorum ad Virgilianum poëma ineptas peperit interpretationes, ut merito ſpernendum ſit nobis, cum præſertim nec id natura poſtulet certaminis, & reclamet uſus optimorum Poëtarum, Theocriti manifeſte, Virgilii non obſcure. Sed hæc alium locum poſtulant. ¶ 2. *Amœbæus*, & ¶ 3. *Antamœbeus*, pedes ſunt pentaſyllabi. Prioris exemplum eſt - - *vv - - incredibiles*; poſterioris *vv - - v manifeſtaret.* Explicabit Diomedes lib. 3 c. de pedibus.

¶ Amœbeus, *ei*, m. ἀμοιβεύς, eſt nomen proprium citharœdi Athenienſis celeberrimi, apud Polyæn. 4, 6, 1; Athen. lib. 14. Hinc Ovid. Arte am. 3, 399 *Tu licet & Thamyran ſuperes & Amœbea cantu.* v. Gron. obſ. 4, 15.

ĂMOENVS, *a, um*, aſpectu jucundus, & naturali quidem delectatione, lieblich, luſtig, annehmlich. De locis præcipue dicitur: iisque opacis & umbroſis. Vet. Gloſſ. *Amœnus*, ευσκιος τόπος, συνηρεφὴς, τερπνός. Ita *Amœnum rus*, Horat. 1 epiſt. 10, 6. *Amœnus fons*, Lucret. 4, 1018; *fluvius*, Virg. Æn. 8, 31. *Prædiola noſtra ſatis amœna*, Cic. ad Att. 16, 3. Virg. Æn. 6, 638 *Devenere locos lætos, & amœna virecta Fortunatorum nemorum. Amœnior villa*, Plin. Paneg. c. 50. *Amœniſſimum ſuburbanum*, ſubaudi prædium, Id. 1 epiſt. 3. Et Plin. H. N. 35, 10 *Amœniſſima parietum pictura.* Cic. in Fragm. Hortenſii ap. Auguſt. de V. B. *Orator homini ditiſſimo, amœniſſimo, delicatiſſimoque* Conf. Menck. Obſ. L. L. p. 49.

¶ Amœna, n. pl. ſubſtantive luſt-örter, anmuthige gegend; ut, *Per amœna Aſiæ atque Achaiæ*, Tac. 3 An. 7, 1. *Et amœna litorum*, Id. Hiſt. 3, 76, 3. Ad Virg. Æn. 6, 734 *Amœna piorum Concilia, Elyſiamque* &c. Servius: *AMOENA*, inquit, *ſunt loca ſolius voluptatis plena: quaſi* AMVNIA: *unde nullis fructus exſolvitur: unde etiam nihil præſtantes IMMVNES vocamus.* Itaque & Varrenem & Carminium docere, Idem ad 6 Æneid. obſervat. Sic in vet. Gl. reperimus: *Amœnia*, ὦ ἀκτά. Sed puto ibi *Amœna*, non *Amœnia* legendum. Quod & Io. Hacio Pontano videtur placuiſſe ad Macrob. 2 Sat. 12. Voſſius tamen ſ. 25 Etym. retinet *Amœnia*, & hanc vocem etiam Apulejo it aſſertum. Feſtus: *AMOENA dicta ſunt loca, quæ*

quæ ad ſe amanda alliciant, id eſt, trahant. Aliis dicta videntur ab ἀμείνων, *melior, jucundior.*

¶ Amœne, adv. idem. Plaut. Mil. 2, 5, 2 *Vt Arabico fumificem odore amœne.* Apul. 10 Met. p. 254 *Conſiſtere amœne.* Comp. Gell. 14, 1 *Favorinus ea & amœnius & ſplendidius & proſluentius exequebatur.* Superl. Plin. 4 epiſt. 23 *Habitare amœniſſime.*

¶ Amœnĭter, adv. pro *amœne.* Gell. 20, 7 *Agitare vindemiam hilare atque amœniter.*

¶ Amœnĭtas, ātis, f. jucunditas & delectatio illa, quæ ex locis amœnis percipitur, luſt, lieblichkeit, anmuth. Cic. de leg. 2, 1 *Hoc tempore anni & amœnitatem & ſalubritatem hanc ſequor.* conf. Id. de N. D. 2, 39. Nepos 25, 13, 2 *Cujus* (domus) *amœnitas, non ædificio, ſed ſilva conſtabat.* Sic *Amœnitas gelidi fontis*, Plin. 12, 1. Et apud eundem in præfat. *Magna pars ſtudiorum amœnitates quærimus*, (hoc eſt, confectamur in ſtudiis ea, quæ delectant & jucunda ſunt). Sic & Plin. jun. 1, 2 *Non intempeſtivis amœnitatibus admonebamur.* ¶ 2. Pro munditie ac elegantia ufus eſt Plautus Menæch. 2, 3, 6 *Munditia illecebra animo amantium. Amanti amœnitas malo, nobis lucro eſt.* ¶ 3. *Amœnitas* in blanditiis amantum. Plaut. Caſ. 2, 3, 13 *Vxor mea, meaque amœnitas.* Conf. Pœn. 1, 2, 152 & 176. ¶ 4. *Amœnitas* pro locis amœnis ap. Cic. Parad. 1, 3 & Epiſt. ad Div. 7, 1. v. Menck. Obſerv. L. L. hac voce.

¶ Amœno, *are*, exhilarare eſt, frolich, annehmlich machen. Caſſiod. 2, 40 de Muſæo: *Per Elyſios campos, felices animas ſeptem chordarum pulſibus amœnabat.* Cyprian. epiſt. 2 c. 1 *Oculos amœnamus.* Sidonius 1 epiſt. 9 *Si tetrica ſunt amœnanda jocularibus.* Et *Amœnare convivium*, Io. Saresb. 8. Polier. 8.

¶ Amœnatus, *a, um*, anmuthig, gefällig, erqvickt. Salvianus lib. 7 p. 229 *Regis amœnata lacis aut irrigata fontibus.*

¶ Inamœnus, *a, um*, unluſtig, verdrießlich. Ovid. Met. 10, 15 *Perſephonen adiit, inamœnaque regna tenentem.* Statius 2 Silv. 2, 33 *Feritas inamœna viæ*, id eſt, via aſpera: & Theb. 1, 89 *Inamœnum forte ſedebat Cocyton juxta.*

¶ Peramœnus, *a, um*, ſehr lieblich. Tac. An. 4, 67, 3 *Æſtas in Faventium obverſa & aperto circum pelago peramœna.*

¶ Amolior, amolitio, vide *Molior.*

ĀMOMVM, *i*, n. Ἄμωμον, frutex eſt odoratus, folia habens albæ vitis, & ſemen uvarum racemis ſimile. v. Plin. 12, 13. Virg. ecl. 4, 25 *Aſſyrium vulgo naſcetur amomum.* Et Claud. de Nupt. Hon. v. 93 *Hic mitis amomi, Hic caſiæ matura ſeges.* Nequaquam autem *amomum* planta illa eſt, quam *Hiericuntham* ſeu *Hiericuntbida*, vel roſam Hierofolymitanam ſeu beatæ Mariæ nominant, roſen von Hiericho, oder unſer lieben frauen roſen, quam *aſpalathum* judicavit eſſe Geſn. cui tamen reclamare videtur Matthiol. Eſt igitur *amomum* vel notum, vel explicatum nemini. Generous piper hortenſe putat eſſe, ab olitorum ſic dictum gente. Salmaſius ad Solin. p. 284 obſervat, videri veteres omne aroma ſincerum & inculpatum ἄμωμον appellaſſe, (quod ἄμωμον Græce ſit καθ' ὁ υγιὲς ἀνηρέσιον), ut in Evangelio νάρδος πιστικὴ, quæ ſine dolo & minime adulterata. Sic ἄμωμον λιβάνιον, *thus ſincerum*: & ἄμωμον ſimpliciter: Sic κεκυλισμένον quaſi κίνναμον ἄκωμον appellitavere: unde & *amomum* pro *cinnamomo* Avienus & alii poſuerunt: ſimiliter & *cardamomum* dicitur, de quo infra. ¶ 2. In deſcriptione ſummæ felicitatis Virg. ecl. 3, 89 *Rubus feret aſper amomum.* ¶ 3. Quia ſuccus emiſſus magni pretii eſt, *Amomum* pro unguento quolibet ponitur apud Ovid. Pont. 1, 9, 52 öl, balſam. Stat. Silv. 3, 3, 133 *Funera matrum atque rogos unctiſtis amomo.* Martial. 5, 65 *Pingueſcat nimio madidus mihi crinis amomo.* Et Perſius Sat. 3, 104 *Tandemque beatulus alto Compeſcitus lecto, craſſisque lutatus amomis.* Deabus & inprimis Veneri amomum tribuunt poëtæ. v. Broukhuiſ. ad Tib. 1, 8, 51.

¶ Amomia, *æ*, f. ita recentiores vocaverunt illud omne, quo defunctorum corpora medicabantur & condiebantur. Quod vulgo detruncato vocabulo *momiam* vel *mumiam* appellant. Vide *Mumia* & Salmaſ. ad Solin. p. 285.

¶ Amōmis, *idis*, f. herba ſine odore & fructu, qua amomum adulterari ſcripſit Dioſcorides 1, 14. conf. Plin. 12, 13.

¶ Cardamomum, Cinnamomum, vide ſuis locis.

AMORGĪNE, *es*, f. ἀμοργίνη, herba notiore nomine *Helxine* dicta, winde. Dioſcor. 4, 37.

Amorifer, amorificus, Amotio, Amoveo, vide *Amo, Moveo.*

Ampedices, vide *Appendix* in *Pendeo.*

AMPĔLĪTIS, *idis*, f. ἀμπελῖτις, bituminoſa eſt terra, a gagate lapide non admodum differens, weinſtock-ſalbe, ſteinkohle. vid. Plin. 35, 16.

AMPĔLIVS, *i*, m. inter viros ingenio, doctrina & eloquentia celebres apud Sidonium Apollin. Carm. 9 v. 305. Idem ille eſſe putatur, cujus *Librum memorialem* Min-ellius adjecit Floro edito 1664.

AMPĔLOS, f. gr. ἡ ἄμπελος, i. e. *vitis, vinea.* Sic *Ampelos agria*, unde Latinis labruſca, Plin. 23, 1, & 27, 7 ein wilder weinſtock. *Ampelos Chironia*, Id. 25, 4. ¶ 2. *Ampelos* Macedoniæ oppidum, Plin. 4, 10. ¶ 3. *Ampelos* Bacchi amaſius, Ovid. Faſt. 3, 409.

¶ Ampĕlocarpum, *i*, n. ἀμπελοκάρπον herba *Aparine.* Dioſc. 3, 95.

¶ Ampelodeſmos, *i*, m. ἀμπελόδεσμος, vimen ſive vinculum mollius, quo vitis ſuſpenditur, wieden, den wein zu binden, Plin. 17, 23.

¶ Ampeloleuce, *es*, f. ἀμπελος λευκὴ, vitis alba, uva Taminia, Plin. 23, 1 teufelsrübe, ſchwarzwurz, ſtickwurz. vide *Bryonia.*

¶ Ampĕlŏprāſum, *i*, n. ἀμπελόπρασον, porrum agreſte, wildlauch, hundsknobloch Plin. 24, 15.

¶ Hypampĕlus, *i*, f. trichila ſ. pergula ex vitibus, eine weinlaube. Vet. Inſcript. ap. Gruter. p. 711 n. 3 *Hypampelus huic cedat in rigorem maceriæ & furcarum.*

¶ Orthampĕlos, *i*, f. ὀρθάμπελος, vitis, quæ non indiget arbore aut palis, ipſa ſe ſuſtinens, Plin. 14, 3.

Amphemerinus, vide *Hemerenſius.*

AMPHĬANACTES, m. pl. poëtæ Dithyrambici, frequentiſſime hoc carminum proœmio uſi: ἄμοι μοι ἄναξ, i. e. *adſis mihi rex Muſarum Apollo.* Quin & ἀμβατανακτίζειν idem ac προοιμιάζεσθαι. vide Suidam in hac voce & Cæl. Rhodig. 4, 5.

AMPHĬARĀVS, *i*, m. ἀμφιάραος, Argivus vates, & augur: in tanto honore habitus Græcis, Deus ut haberetur, ut Cicero auctor eſt de Divin. 1, 10. Prævidens ſe cum Adraſto Argivorum rege ad expeditionem Thebanam proficiſcentem periturum, ſeſe occultaverat; ſed uxor Eriphyle ab Adraſto corrupta aureo monili, eum prodidit. Itaque proficiſci coactus primo die, quo ad Thebas venit, in abyſſum cum equis & curru demerſus eſt. v. Diod. Sicul. 4, 67; Pauſan. in Attic. & Stat. 7 Theb. Cicero de Leg. 2, 13 & Tam. 6, 6 *Vt in fabulis Amphiaraus, ſic ego prudens & ſciens ad peſtem ante oculos poſitam ſum profectus.* De Amphiarai fano & loco, ubi periit, qui ἄφαμα i. e. *curſus* dictus v. Salmaſ. in Solin. p. 103 ſq.

¶ Amphiarāides, *æ*, m. Amphiarai hujus filius Alcmæon dicitur Ovidio Faſt. 2, 43 *Amphiaraides Naupactæo Achelooo.*

AMPHĪBĂLVS, *i*, n. ſive *Amphibalum, i*, n. veſtis genus, quo exterius amiciebantur, apud Sulp. Severum Dial. 2 de virtut. B. Martini c. 1 & Fortunatum de vita ejus 3, 1. ἀμφίβλας corruptum ex ἀμφίβολος, ab ἀμφιβάλλω.

AMPHĪBĬVM, *i*, n. ἀμφίβιον, *anceps beſtia & in utraque ſede vivens.* Cic. Nat. D. 1, 37, h. e. in terra & aqua. Floro 3, 6, 6 *Animal, cui aquam terramque incolendi gemina natura eſt.* conf. Plin. 9, 57; Varr. L. L. 4, 13, & R. R. 3, 10; Colum. 8, 13, ein im waſſer und zu lande lebendes thier.

Amphibolia, amphibolon, Amphibologia, vide *Bole, Logus.*

AMPHĪBRĂCHYS, m. ἀμφίβραχυς, pes trilyllabus, prima conſtans brevi, media longa, tertia brevi, ut *v-v relictus.* v. Quintil. 9, 4.

AMPHĬCRĀTES, *is*, m. hiſtoricus de viris illuſtribus ſcripſit, teſte Laërtio in Ariſtippo. Idem rhetor vitam voluntaria inedia finiit, de quo Plutarchus in Lucullo.

AMPHICTYŌNES, *um*, m. pl. ἀμφικτύονες, ex urbibus & populis ſelecti judices, die Land-Richter, Land-Stände, oder Gener. Staaten der Griechen. Cic. de Invent. 2, 23 *Accuſantur apud Amphictyonas, id eſt, apud commune Græciæ concilium.* Commune enim judicium erat, ab Amphictyone, Deucalionis filio, in Thermopylis inſtitutum: unde σύνοδος Πυλαία a Strabone lib. 9 p. 289, & in Marmore Arundelienſi verſ. 9, & ab Livio 31, 35 *conventus Pylaicus* appellatur. Deinde etiam Delphis nonnunquam congregatum, ut Strabo c. l. & Pauſanias in Achaicis p. 231 obiervant. Idem Pauſanias pluribus in locis de hoc Amphictyonum concilio agit. Iudicatum fuit δὶς κατ' ἔτος, *bis in anno*, verno & autumnali tempore, & quidem de publicis rebus ac controverſiis, ὅσαι πόλεσι πρὸς πολεις ἦσαν, *quæ inter civitates agitatæ fuerunt*, eodem Strabone auctore, qui etiam c. l. addit, initio duodecim tantum civitates ſive populos hujus concilii participes fuiſſe, quos nominatim Suidas recenſet; poſtea plures acceſſiſſe in ſocietatem. Idem etiam *Acrifio* cuidam defert initium, quod alii omnes tranſcribunt *Amphictyoni*, forte quod poſt primum hunc auctorem Acriſius amplificator ſingularis & propagator concilii fuit.

¶ Amphictyŏnĭcus, *a, um*, adject. ut, *Amphictyonicum concilium*, σύνοδος Ἀμφικτυονική, Dionyſ. Halicarn. lib. 4 p. 229 de frequenti gravium virorum conventu, Eraſm. in Adag. ein Parlement. *Lites Amphictyonicæ*, Ἀμφικτυονικαὶ δίκαι, Strab. c. l.

Amphicypellum, vide *Cypellum.*

AMPHICYRTOS, *i*, c. ἀμφίκυρτος, utrinque declivis & gibboſus, zu beyden ſeiten gebogen und bucklicht. *Amphicyrtos* eſt luna, *cum ſupra diametrum dichotomi eſt*, i. e. ſemiplena, aut dimidiata major, Macrob. Somn. Scip. 1, 6. *Sinuata in orbem* dicitur Plinio 2, 9.

AMPHĬDĂMAS, *antis*, m. Buſiridis filius cum patre hoſpites immolante interfectus ab Hercule. v. *Buſiris.* ¶ 2. *Amphidamas* Argonautarum in Colchica expeditione comes. Val. Flacc. 1, 376.

Amphidromia, vide in *Dromas.*

AMPHĬGĔNĪA, *æ*, f. ἀμφιγένεια, urbs Meſſeniæ in Peloponneſo, Hom. Iliad. 2; Stat. Theb. 4, 178.

AMPHĪLŎCHVS, *i*, m. filius Amphiarai, patria relicta *Argos Amphilochium* condidit, de quo Plin. 4, 1; Liv. 38, 10. Idem vates pro Deo cultus, Liv. 45, 27: & Lucian. T. 1 p. 266 & T. 2 p. 713 Græv. *Amphilochi frater* Ovid. R. A. 455 eſt Alcmæon. ¶ 2. *Amphilochus* philoſophus Athenienſis, agriculturæ ſcriptor, Varr. de R. R. 1, 1.

AMPHĬMĂCER, & Amphimacrus, *i*, m. ἀμφίμακρος, pes oppoſitus amphibrachi, conſtans tribus ſyllabis, prima longa, media brevi, tertia longa, ut *-v-Palladi*: Quintiliano 9, 4 *creticus* eſt.

AMPHIMALLVM, *i*, n. ἀμφίμαλλον, ex ἀμφὶ, *utrinque* & μάλλος, *vellus, lana*, veſtis utrinque villoſa & hirſuta, qualis & *Amphitapa*, eine zottichte matratze. Plin. 8, 48 *Patris mei memoria cæpere amphimalla noſtra.* Hieron. ep. 28. v. Ferrar. de Re veſt. 1, 18 & 2, 14.

AMPHĬMASCHĂLA, *æ*, f. ἀμφιμάσχαλος χιτὼν, tunica liberorum manicis ab utraque axilla, quæ Græcis μαχάλη, dependentibus, ein kinder-rock mit flügel-ermeln. v. Pollux 7, 13; Alex. ab Alex 5, 18.

AMPHĬMĬDON, *ontis*, m. Procus Penelopes a Telemacho occiſus, Homer. Odyſſ. 22. ¶ 2. *Amphimedon* Libycus pro Cepheo adverſus Perſeum pugnans a Phorbante occiſus, Ovid. Met. 5, 75.

AMPHĬNŌMVS, *i*, m. alter ex Catanæis fratribus, qui parentes ſuos ex incendio Ætnæ ipſis flammis parcentibus eduxerunt: de quibus Claudian. epigr. 35, 41. v. infra in *Catana.* ¶ 2. *Amphinomus* unus procorum Penelopes, ab Ulyſſis filio occiſus, Hom. Odyſſ. 22. ¶ 3. *Amphinomus* ſcriptor geometricus. vid. Voſſ. de Mathemat. c. 57 n. 17.

¶ Amphĭnŏme, *es*, f. nympha ap. Hom. Iliad. 2. ¶ 2. *Amphinome* alia mater Iaſonis, quæ ſe ipſam gladio transfixit. vid. Natal. Com. 6, 7.

AMPHĪON, *ŏnis*, m. Ἀμφίων, filius Iovis ex Antiope, ad cujus cantum dulciſſimum lapides in muros Thebanos ultro coiiſſe poëtæ fabulantur, eadem, qua de Orpheo, ſignificatione, quod eloquii nimirum ſuavitate homines agreſtes ad mores revocarit mitiores. v. Virg. ecl. 2, 24. Nat. Com. 9, 15. Solin c. 12. Horat. in Arte P. v. 394 *Dictus & Amphion, Thebanæ conditor urbi, Saxa movere ſono teſtudinis, & prece blanda Ducere quo vellet: fuit hæc ſapientia quondam* &c. Add. Idem 3 od. 11, 2; & Clem. Alexandr protrept. pr. Ab Ovid de Art. am. 3, 323 *Vindex juſtiſſimus matris* vocatur, quia Lycum Thebarum Ægyptiarum regem, qui eam ob adulterii ſuſpicionem repudiaverat, interfecit. v. Bocat. Geneal. Deor. 5, 30. ¶ 2. *Amphion* unus ex Argonautis, Val. Flacc. 1, 367. ¶ 3. Pictor inſignis, Plin. 36, 10.

¶ Amphĭōnius, *a, um,* adject. ut, *Amphionia lyra*, Propert. 1, 9, 10. *Amphionii cantus*, i. e. Thebani, Sen. Oedipo v. 178.

AMPHIPHONES, *um*, f. pl. ἀμφιφῶντες vel ἀμφιφῶντες, molæ ſive placentæ ſacræ, Dianæ offerri ſolitæ, continuis circumſtipatæ faculis, ut ſunt noſtrorum jahrkuchen mit lichtern, v. Suid. (add. ibi ἀνάσατοι) Poll. 6, 11; Athen. lib. 14.

Amphipolis, vide *Polis.*

AMPHIPPI, *orum*, m. pl. ἄμφιπποι, qui ex equo in equum facile deſiliunt, alias *deſultores* vel deſultorii, de quibus infra in *Saltu*. v. Cælius Rhod. 11, 64.

Amphiprostylos, vide infra in *Stylus.*

AMPHĪRĔE, *es*, f. nympha ab undecunque fluendo dicta Heſiodo.

AMPHIRREVSIS, *is*, f. ἀμφίρρευσις, tympanum ſive rota in machina tractoria, quæ verſatur, das rad am floben. Vitruv. 10, 4.

AMPHIS, *idis*, m. Ἄμφις, poëta Græcus, cujus eſt illud apud Stobæum Serm. 33 ὃν ἔστι κρεῖττον τῷ σιωπᾶν δὲ ἓν, id eſt: *Nihil eſt quicquam præſtantius, quam tacere.*

AMPHISBÆNA, *æ*, f. ἀμφισβαῖνα, ſerpentis genus, quod terreſtrium lumbricorum modo utrisque extremitatibus, capite ſcilicet & cauda, acuminatis gignitur, adeo ut difficillime poſſit caput a cauda diſcerni: quæ cauſſa fuit, ut ſerpentem bicipitem amphisbænam eſſe multi ſcripſerint, eine ſchlange mit zwey köpfen. v. Plin. 20, 20 & Solin. c. 40. Lucan. 9, 719 *Et gravis in geminum ſurgens caput Amphisbæna.* Dicta *Amphisbena* eſt, quod ex utraque parte progrediatur. v. Matthiol. & Dioſcor. 6, 48.

Amphiſcii vide infra *Scia.* v. Geograph.

AMPHISSA, *æ*, f. urbs Phocidis, Lucan. 3, 172.

¶ Amphiſſius, *a, um*, adj. ut, *Amphiſſia ſaxa*, Ovid. Met. 15, 703.

AMPHISTRĀTVS, *i*, m. auriga Caſtoris & Pollucis, dux Laconum, Juſtin. 42, 3, 3 al. *Amphitus.* ¶ 2. Statuarius, Plin. 36, 5.

AMPHITĀNE, *es*, f. ἀμφιτανή, gemma alio nomine *Chryſocolla*, Plin. 37, 10.

AMPHĬTĂPA, *æ*, f. ἀμφιτάπης, i. e. *utrinque tapes:* Græcis etiam ἀμφίμαλλον, veſtis utrinque villoſa, gauſape ſeu gauſapina tunica, qua utebantur ſervi; v. Nonium 14, 24 ex Varrone afferentem, *Dormire ſuper amplitapa bene molli:* & ex Lucilio, *Amphitapæ villis ingentibus molles.* Adde Legem 23 § 2 D. de auro & arg. Heſychius: ἀμφιτάπης χιτὼν ἐκατέρωθεν μάλλος, *Amphitapa tunica utrinque villos habens*, eine zott dicke decke, kotze, matratze.

Amphithalamus, Amphitheatrum, &c. Amphitheton, vide *Thalamus, Theatrum, Theſis.*

AMPHĪTRĪTE, *es*, f. ἀμφιτρίτη, Oceani filia, Neptuni uxor. Poëtis ponitur pro mari. Ovid. Meram. 1, 13 *Nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrite.*

AMPHĪTRŸŌ, *onis*, m. ἀμφιτρεύων, Plauto, cujus prima hoc nomine fabula eſt, *Amphitruo*, (peregrinas enim literas in ſcripturam ſuam Romani vetuſtiſſimi non admittebant) Herculis fuit pater, Alcmenæ conjunx, princeps Thebanorum, Ovid. Heroid. 9, 46.

¶ Amphitrÿōniades, *æ*, m. Hercules Ovid. Met. 15, 49; Flacc. 1, 371, &c. Catull. 69, 112 *Ardet falſiparens Amphitryoniades: Falſiparens* propter fabulam Iovis Amphitryonem ſimulantis dicitur. Lucanus 9, 644 *Amphitryoniades vidit, cum vinceret, Hydram.*

AMPHITVS, *i*, m. & *Telchius* aurigæ Caſtoris & Pollucis, autores gentis feræ Heniochorum, ἡνίοχων, aurigarum. v. Plin. 6, 5. Straboni lib. 11 *Amphiſtratus* & *Rhecas* dicuntur.

AMPHŌRA, *æ*, f. nomen eſt certæ menſuræ. Continet autem tres modios: & modius 16 eſt ſextariorum. Budæus lib. 5 de aſſe, *Ego*, inquit, *amphoram unam ternos modios capere dico, & duo de quinquaginta ſextarios:* Et aliquanto poſt: *Tranquillus*, inquit, *vini amphoram, id eſt, octo congios, ſeu duodequinquaginta ſextarios, uno convivio ab homine uno hauſtos dixit.* Sed in amphoræ menſura explicanda inter ſcriptores paucos convenit. Nomen ipſum Græcum eſt, ex ἀμφὶ & φέρω; quod utrinque ferretur duabus anſis. Latine *Quadrantal* appellabatur, ut Feſtus & Voluſius Mæcianus ICtus docent. Vino condendo cum maxime inſerviſſe ex Ciceronę, Horatio, & ICtis conſtare poteſt: Vide iſtum pro Fontejo c. 5, ubi *Titurium Toloſæ quaternos denarios in ſingulas vini amphoras portorii nomine exegiſſe* ſcribit; hunc 3 oda 21, ubi *natam ſecum conſule Manlio amphoram* laudat &c. Quanquam & ad alios uſus transferri, & aliud quid in his abdi potuiſſe, non ſolum Iulianus L. 206 D. de V. S. ſignificat, ſed Cicero etiam Verr. 4, 74 *amphoras mellis* expreſſe nominat. Ita Hannibal *amphoris plumbo impletis*, quas pro auro aſſervandas dabat, fucum fecit Gortyniis ap. Nepot. 23, 9, 3. Fictiles etiam fuiſſe amphoras, Horatii illud docere poteſt in Arte v. 21 *Amphora cœpit Inſtitui, currente rota cur urceus exit?* *Amphoræ vitreæ diligenter gypſatæ*, Petronio c. 34. *Amphora ex onyche*, Corn. Nep. Fragm. 25 ex Plin. 36, 7. Vet. Gl. κεράμιον *Orcium, Amphora.*

¶ Amphoralis, *e*; ut, *Vas amphorale*, quod amphoram capit, apud Plinium 37, 2.

¶ Amphorarius, *a, um*, idem; ut, *Vinum amphorarium*, quod in amphoras diffuſum e dolio, L. ult. § 1 D. de tritic. vino oleoque leg.

¶ Amphorites, certamen fuit in Ægina Æaci, quo laudes Dionyſii canebant, deſcriptum Natal. Com. 5, 4.

AMPHŌTIS, *idis*, f. ἀμφωτίς, pl. *Amphotides*, aurium ornamenta & munimenta, ohren-ſpangen, ohren-bänder. Plutarch. de auditu, & Pollux 2, 17, cui & 10, 45 *Amphotis* anſa eſt. Conf. Cæl. Rhod. 2, 29 & Turneb. Adverſ. 7, 10 f.

AMPHRŸSVS, *i*, m. Ἄμφρυσος, Theſſaliæ fluvius, juxta quem Apollo regis Admeti pavit armenta. Virgil. 3 Georg. ineunte:

Et te memorande canemus Paſtor ab Amphryſo, &c.

¶ Amphrÿſius, *a, um*, adject. Virg. Æn. 6, 398 *Quæ contra breviter fata eſt Amphryſia vates*, id eſt: Sibylla Apollinea.

¶ Amphrÿſius, *a, um*, adject. aliud apud Statium 1 Sil. 4, 105 *Aut Amphryſio paſtor de gramine carpſi.*

AMPIVS, *i*, m. nomen Romanum. Cic. fam. 6, 12 *Ampii* familiaris fui, cujus ſtudium in virorum fortium factis memoriæ prodendis commemorat, uxorem *Ampiam* etiam vocat.

Amplector, amplexus, Amplifico, ampliuſculus, &c. vide *Plectio, Amplus.*

AMPLVS, *a, um*, μεγαλῶς, ἐνδόξως, proprie quod late patet, weit, geraum; ut, *Amplæ ædes*, Claudian. 6 conſ. Hon. v. 3. Cic. Invent. 2, 56 *Ampla atque potens civitas*, eine groſſe und mächtige ſtadt. Virg. Æn. 3, 353 *Illos porticibus rex accipiebat in amplis.* ¶ 2. Idem ac honoratus, magnus vel magnificus, ſtattlich, vornehm, anſehnlich, groß-achtbar. Ovid. 3 Triſt. 8, 21 *Inſtar mihi muneris ampli* ſcil. erit. Horat. 1 Sat. 6, 11 *Amplis & honoribus auctus.* Cic. pro Arch. c. 10 *Ipſis populis hoc ampla ſunt.* Idem fam. 7, 10 *Cujus mihi amicitia non ſolum ampla, ſed etiam jucunda eſt.* Idem 10 fam. 10 *Mihi crede, ampliſſimis honoribus abundabis.* Sic *Ampliſſimas fortunas amittere*, Id. Verr. 7, 8 *Ampliſſimus ordo*, videlicet *ſenatorius*, Suet. Veſp. c. 2 & Cic. pro Mil. c. 2. *Cui ſua non videntur ampliſſima, miſer eſt*, &c. Sen. epiſt. 9. ¶ 3 *Amplior* idem ac major, gravior, vehementior, gröſſer, ſchwerer, heftiger; ut, *Iræ factæ multo ampliores*, Ter. Hec. 3, 1, 9. Et *Morbus amplior factus*, ibid. v. 50. Sall. Cat. 40 extr. *Quo legatis animus amplior eſſet*, h. e. ſpes major atque orta inde audacia. add. c. 59, 1 *amplius neſas*, Flor. 4, 1, 4. *Pecunia illi ampliore opus erat*, Plin. 3 ep. 11. ¶ 4. *Amplos*, pro divitibus Horatius poſuit 1 ep. 3, 28 *Parvi properamus, & ampli.* Pauperes *parvos* appellat, uti Paulinus *contractos*, vide in *Trubo.*

¶ Ample, amplius, ampliſſime, adverbia. *Ample*, copioſe, magnifice, reichlich, prachtig, herrlich). Cic. Tuſc. 5, 8 *Elate & ample loqui.* Id. de opt. gen. or. c. 4 *Dicere integre, ample, ornate*, &c. Id. Verr. 4, 27 *Ample & magnifice domum exornare.* Flor. 4, 2, 65 *Satis ample ſonat.* ¶ 2. Comp. *Amplius*, plus, mehr, weiter. Ter. Heaut. 4, 3, 39 *Pax, nihil amplius.* Cic. Verr. 4, 29 *Facite quod vobis libet, daturus non ſum amplius.* Id. Vert. 2, 13 *Ego ædilis, hoc eſt, paullo amplius quam privatus.* Cum genitivo Cæſ. B. G. 6, 8 *Si amplius obſidum velit.* Reddi etiam poteſt *diutius*, länger. Salluſt. Iug. c. 25 *Ne amplius morando Scaurum incenderet.* Et ſic cum ablativo Cic. pro Roſc. Com. c. 3 *Amplius triennio*, länger als 3 jahre. Aliquando idem eſt ac *inſuper, præterea*, über das, noch darzu. Cic. pro Mil. cap. 13 *Quid valtis amplius?* Quintil. 1, 1 *De Pædagogis hoc amplius dictum ſit.* Idem c. 5 ejusd. libri: *Hoc amplius, ut inſtitutum ordinem ſequar*, noch eins. ¶ 3. Conſtruitur ſæpe in numeris exprimendis ἑλλειπτικῶς, ſuppreſſa comparationis particula *Quam.* Vt, *Amplius ſunt ſex menſes*, Cic. pro Roſc. Com. c. 3 über ſechs monat. Id. pro Flacc. c. 26 *Lacedæmonii ſeptingentos jam annos amplius uni moribus & nunquam mutatis legibus vivunt.* Cæſar B. Civ. 3, 99 *In deditionem venerunt amplius millia* 24. Virg. Æn. 1, 687

Noctem non amplius unam Falle dolo.

Rurſus Cæſar c. 1. *Non amplius CC cives deſideravit.* In quibus *non amplius* interpretari poſſumus *tantum* vel *ad ſummum*, nur, aufs höchſte. Et ſic Liv. 28, 2 *Duo haud amplius millia peditum effugerunt.* Adde 28, 46. Sed interdum additur electiva particula *quam.* Cic. de Leg. 2, 26 *De ſepulcris nihil eſt apud Solonem amplius, quam ne quis ea de lecto*, &c. Adde Flor. 1, 14, 1 & 1, 18, 8. Sueton. Claud. c. 16; Ner. 39; Galba 19 &c. Tac. A. 13, 40, 6. Lactant. c. 8 de opif. Dei. *Deus oculos neque minus, neque amplius quam duos eſſe voluit:* i. e. nec pauciores, nec plures, tantummodo duos. ¶ 4. Aliquando non tempus aut numerum notat, ſed qualitatem. Stat. 1 Silv. 1, 18 *Exhauſtis Martem non amplius armis Biſtonius portat ſonipes*, i. e. non majore dignitate & amplitudine. Vbi tamen quidam *amplior* legunt. Ter. Heaut. 1, 2, 11 *Quam vellem Menedemum invitatum, ut nobiſcum hodie eſſet an, lius*, i. e. lautius, & magis opipare, quam domi ſolet. ¶ 5. NON AMPLIVS SE PETITVRVM, ſtipulationum formula, de qua Briſſon. lib. 5. Alia judiciorum formula eſt, cum Iudices AMPLIVS *pronunciabant:* ſignificantes amplius deliberandum ea de re eſſe, Cic. in Brut. 22. vide & aliam ſimilem NON LIQVET, in verbo *Liquet.* ¶ 6. Superl. Cic. fam. 3, 10 *Ornatiſſimus ampliſſime*, aufs herrlichſte. Et, *Omnes honores ampliſſime ac magnificentiſſime geſſit*, Id. Verr. 4, 46. *Ampliſſime ſupremo die ſuo efferri*, Id. Phil. 9 c. ult. anſehnlich begraben werden. conf. Cæſ. B. C. 3, 53 f.

¶ Ampliuſculus, *a, um*, diminutivum, etwas groß. Apulejus Apolog. p. 322 *Ampliuſcula fortuna devolutus.*

¶ Ampliuſcule, adverb. etwas weit. Sidon. Apoll. 8 epiſt. 16 *Si aliquid inſuper ampliuſcule ſcribi depoposciſſet.*

¶ Ampliter, adverb. pro *ample*, aliquoties ap. Plautum: ut, *Acceptus hilare atque ampliter*, Prolog. Mercat. v. 98; *Ampliter occupatus*, pro eo, quod eſt, *maxime*, mit vielen geſchäfften beladen, Ciſt. 2, 3, 54; *Ampliter mentiri*, Merc. 4, 2, 12; *Facere ſumptum ampliter*, wacker darauf gehen laſſen, Stich. 5, 4, 10; *Ampliter teſtis*, Amph. ſc. Di voſtr. v. 58. Et Gell. 2, 6 *Homerus non virtutibus appellandis, ſed vitiis detrahendis laudare ampliter ſolet.* Adde Nonium 11, 19.

¶ Amplĭtūdo, *inis*, f. μέγεθος: quæ eſt ſpatii aut locorum, die weite, groſſe; ut, *Amplitudo urbis*, Plin. 6, 16. Id. 12, 1 *Platanos non potuiſſe in amplitudinem adoleſcere, apud auctores invenio. Amplitudine ſtadiorum ſexaginta*, Id. 6, 26. *Simulacrum modica amplitudine*, einer mäßigen höhe, Cic. Verr. 4, 49. ¶ 2. Item animi & dignitatis ſeu honorum, die fürtrefflichkeit, großachtbarkeit. Cic. in Bruto c. 81 *Ad ſummam amplitudinem pervenire*, zu den höheſten ehren kommen. Id. Fam 3, 10 *Tibi amplitudo iſta ſolicitudo futura eſt.* Id. Fam. 4, 1 *Amplitudinem ſuam retinere.* Id. pro Mur. c. 7 *Poſteris amplitudinem nominis tradere.* Tuſc. Diſp. 2, 26 *Amplitudo animi, & quaſi quædam exaggeratio quam altiſſima animi.* Fam. 1, 6 *Illuſtrabit tuam amplitudinem hominum injuria.* Eſt vero *Amplitudo potentiæ aut majeſtatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia*, ut idem Cicero de Invent. 2, 55 deſcribit. vid. Barth. ad Stat. Silv. p. 20.

¶ Amplio, *avi, atum, are*, augere, weiter machen, erweitern, vergröſſern. Vt, *Rem ampliare*, Horat. 1 Sat. 32: *ſervitia*, id eſt, numerum fervorum augere, Tac. Hiſt. 2, 78, 5; *plagam*, id eſt, ampliorem facere, die wunde erweitern, Celſ. 7, 5 n. 1; *imperium*, Suet. Cæſ. c. 44; *templum*, Id. Aug. c. 18; *vires*, Plin. 23, 2; *ætatem*, Scæv. Dig. 24 t. 1 l. 16; *ſpatium ætatis*, das leben verlängern, Martial. 10 epigr. 23. *Tarquinius ſenatus majeſtatem numero ampliavit*, Flor. 1, 5, 2. Vet. Gloſſ. *Ampliari*, ἀναυξήσαι. ¶ 2. Iudiciorum verbum eſt, & nihil aliud, quam *amplius pronunciare*: h. e. differre, rejicere in aliud tempus, aufſchieben,

aufſchieben, verweilen, friſten. Cic. Verr. 1, 9 *Etiamſi lex ampliandi faciat poteſtatem.* Sic *Hominem nefarium ampliare*, eſt ejus damnationem differre, Aur. ad Herenn. 4, 36. Sic *Ampliare cauſſam*, Val. Max. 8, 1, 16: *reum*, Liv. 43, 2. *Ampliatur a judicibus in pœnam*, Sen. Controv. 1, 3.

¶ Amplo, *are*, pro *Ampliare*: Pacuvius de Poëtis apud Nonium 10, 14 *Ea ſam humilem dictis amplant.*

¶ Ampliatus, *a*, *um*, erweitert, vergrößert; ut, *Ampliatum magis vultum*, Celſ. 7, 5, 6. *Ampliatus honor*, Hirt. B. Hiſp. c. 42. *Ampliato ejus ſolo*, Marin. Anc. tab. p. 81. Vet. Gloſſ. *Ampliatus*, ηὐξημένος. ¶ 2. Dilatus, verſchoben, geſriſtet. Liv. 43, 2 *Bis ampliatus, tertio abſolutus eſt reus.* De *Triſtali ampliata*, Id. 4, 44. Et Auſonius epiſt. 11 *Senſit hoc Venus, de pulchritudinis palma diu ambiguo ampliata judicio.* ¶ 3. Cognomen in vet. Inſ. Murat. 1, 1.

¶ Ampliatio, *onis*, f. forenſis vox, friſtung, aufſchub. Aſconius in de Præt. Vrb. p. 76 *Ampliandi ſignum* NI. *dabant, quo ſignificabant Non liquere: unde ampliatio nafcebatur.* Sen. Controv. 1, 3 *Ipſa ampliatio, quæ apud judices fieri ſolet, non eſt damnantis, ſed dubitantis.* ¶ 2. Apud Philoſophos *Amplitatio*, tanquam extenſio termini, opponitur reſtrictioni. Sicut & alias *Ampliatio*, der zuſatz, die erweiterung; apud Tertull. de Bapt. c. 13: & de Reſurr. Carn. c. 58.

¶ Amplifico, *avi*, *atum*, *are*, augere, dilatare, erweitern, groß machen; ut, *Amplificare urbem*, Liv. 1, 44; *rempublicam*, Cic. N. D. 2, 3; *alicujus dignitatem*, Id. 2 fam. 18; *gloriam*, Id. Acad. 4, 2; *auctoritatem apud omnes*, Cæſ. B. G. 2, 14. *Amplificare aliquid dicendo*, eſt exaggerare, Cic. de Orat. 1, 51. *Aliquem ornare & amplificare*, Id. fam. 15, 11. *Amplificatur ſonus*, Id. N. D. 2, 57; *pretium*, Id. pro Domo c. 9.

¶ Amplificātus, *a*, *um*, erweitert, vermehret; ut, *Ius populi amplificatum*, Salluſt. de Rep. ord. 2, 13. *Gratia dignitasque amplificata*, Cæſ. B. G. 6, 1. *Pauci honore & gloria amplificati*, Cic. de Leg. 3, 14.

¶ Amplificatio, *onis*, f. accumulatio, die vermehrung, vergrößerung; ut, *Amplificatio honoris & gloriæ*, Cic. Off. 2, 12; *pecuniæ*, Id. Divin. 2, 13; *rei familiaris nemini nocens*, Id. Off. 1, 8. ¶ 2. Apud rhetores eſt ſchema, cum argumenta tum verbis, tum rebus dilatantur; v. Auct. ad Herenn. 2, 30: Cic. Partit. Orat. c. 15. Et Quintil. 8, 4; cui interdum eſt ἄυξησις, troporum affectio, lib. 2, 5, die erweiterung.

¶ Amplificator, *ōris*, m. ein vermehrer. Cic. 2 fam. *Amplificator dignitatis*, ein befoerderer. Conf. Tuſc. 5, 4.

¶ Amplificatrix, *icis*, f. Pacat. paneg. Theodoſii c. 8 *Amplificatrix veri vetuſtas.*

¶ Amplifice, adverb. ut, *Veſtis amplifice decorata*, apud Catull. Carm. 65, ſed ibi Cl. Grævius *amplificæ* legit.

¶ Amplifluus, *a*, *um*, weitläuftig. Strab. Gallus Hort. præf. *Bruma eſt amplifluæ conſumptrix ſæva laboris.*

¶ Amplivagus, *a*, *um*, idem. Aut. ad Herenn. 3, 19 *Amplivagas imagines reddere.*

Compoſita cum Præpoſit.

¶ Adamplio, *are*, idem quod *ampliare*, ſeu auctius facere. Vetus inſcriptio apud Gruter. p. 128 num. 5, ÆDICVLAM VETVSTATE CORRVPTAM ADAMPLIAVIT. Adde p. 323 n. 1.

¶ Adamplĭatus, *a*, *um*, vermehrt, gehäuft; ut, *Pœna adampliata*, Vet. Interpr. Irenæi 4, 47.

¶ Exemplum, exemplar, &c. vide ſuo loco in E.

¶ Peramplus, *a*, *um*, ſehr weit; ut, *Simulacra peramplo & præclara*; & mox: *Signa pulcherrima & peramplo*, Cic. Verr 4, 49

Ampluſtre, Amptruo, *are*, vide *Apluſtre, Amtruo, are.*

AMPVLLA, *æ*, f. λήκυθος, vas oleo acetove recipiendo, quaſi *amplabilla*, vel quod amplo ventre eſſet, eine bulle, bouteille, flaſche, oder eßig-krug; quamquam potorium quoque fuiſſe Suetonius auctor ſit Domit. c. 21. conf. Martial 14 ep. 110, ubi tit: *Ampulla potoria. Coſmiana ampulla*, Id. 3, 81. *Nec ſi ille ſapiens ad torturæ ſcalmum ire cogatur, ſimilem habet vultum ac ſi ampullam perdidiſſet*, Cic. Fin. 4, 12. Materia non una fuit: cornu, lignum, corium, argentum, æs, vitrum, terra. Sed videntur vitreæ fictilesque frequentiſſimi uſus fuiſſe. v. Cataub. ad Theophraſti Characteres p. 169. Plin. 20, 14 *Ampulla vitrea aceti.* Martial. 14 epigr. 110 tit. *Ampulla potoria.* Formam ita deſcribit Apulejus Floridis p. 346 *Fabricata ampulla olearia, lenticulari forma, tereti ambitu, preſſula rotunditate.* Oblongula, inſtar lentis, viſitur apud Hier. Mercurial. in Gymnaſt. & Laur. Pignorium Comment. de Servis. ¶ 2. Cæterum quia *ampulla*, ventricoſum vas atque inflatum quaſi, ac vento plenum, ideireo verborum inanes tumores, ſive inflatum illud dicendi genus, *ampullas* vocarunt, quemadmodum τὸς λαγύθς vocabulum ſimili ratione uſurparunt Græci, hochtrabende aufgeblaſene reden. Horat. in Arte v. 96 *Telephus & Peleus, cum pauper & exul uterque, Projicit ampullas & ſeſquipedalia verba*: id eſt, removet illas, abſtinet a verbis magnificis ſeu grandiloquentia, & orationis genus ad habitum fortunæ accommodat. vid. Lambinus, qui refellit Victorium, cui *projicere ampullas* eſt magnifice loqui. v. *Viſcus* n. 2.

¶ Ampullor, *ari*, idem eſt, ac verborum ampullis uti; ſive loqui magnifice, hochtrabende worte brauchen. Val. Flaccus 1 ep. 3, 14

Ein tragica deſcrit & ampullatur in ore.

¶ Ampullāceus, *a*, *um*, dick-bauchicht: ut, *Ejra ampullacea*, i. e. ampullarum figura, Plin 15, 15. *Corium ampullaceum*, Colum. 8, 2.

¶ Ampullārius, *a*, *um*, idem. Plaut. Stich. 1, 3, 75 *Ampullariæ cavillationes*, ſi lectio placet. v. Taubm. p. 1269

¶ Ampullārius, *i*, m. ſubſt. ampullarum artifex, ap. Plautum Rud. 3, 5, 51: Et Inſcript. Grut. p. 645, n. 12 C. LVCIVS PHILOMVSVS AMPVLLARIVS, ein beutelleins oder flaſchen-macher.

¶ Ampullegium, *i*, n. flos mali punici cum parvulo fructu, a ſimilitudine ampullæ, granatäpfel-blühte. Cæl. Aurel. Tard. 4, 3.

¶ Ampullifer, ampullam ferens: ut, *Ampulligeri ſervi*, de quibus Turnebus Adverſ. 4, 1.

Ampuratio, amputo, quære in *Puto*

AMPŸCVS, *i*, m. Mopſi augurii pater, Titanoris filius. Ovidio Met. 5, 185 *Ampyx* dicitur. Idem Met. 12, 450 *Ampyca quid referam?*

¶ Ampycĭdes, *æ*, m i e Mopſus Ampyci filius, Idem Met. 8, 316 *Ampycidesque fagax.* Et 12, 455 *Nec tu credideris, tantum cecinisſe futura Ampyciden Mopſum.*

Amſanctus, Amſegetes, vide *Sancio, Seges.*

Amtermini, Amteſtor, vide *Terminus, Teſtor.*

AMTRVO, vel interpoſito p *Amptruo*, *are*, ab *am* circum, & *truo* moveo, idem eſt ac motus edere; qualiter factum in Salior im evolutionibus, ubi præſul *amtruare* dicitur, vortanzen. Vnde Lucilius apud Feſtum, uti Scaliger reſtituit: *Præſul ut amtruat, inde & volgus redamtruat illi*; vel uti P. Merula: *Præſul ut amptruat hinc & volgus redamtruat inde.* v. And. Dacerii Emendat. in Feſt. p. 427. Aliis placet *Amptruo ex* ἀμπί & *τύω*. v. Turneb. Adverſ. 17, 8; & 25, 18; & Voſſ. Etym. in *Trua* p. 533. conf. *Antruare* apud Feſtum pro *Antruare.*

¶ Redamtruo, *are*, i. e. ſaltu eosdem referre motus, nachtanzen; vide Feſtum in hac voce, & Nonium 2, 739, & in *Amtruo* dicta.

ĂMŬLA, *æ*, f. quaſi *amola*, ab amoliendis periculis, eſt vas luſtrale ad aquam geſtandam, religionis & expiandorum malorum gratia, ein weyhgefäſſel. Sipont. Vel ab *Hama* pro *Hamula.*

¶ Amulētum, *i*, n. ab *Amula*, vel etiam ab amoliendo, unde & *Amoletum* nonnulli ſcribunt, medicamentum eſt, quod de collo ſuſpenditur, aut alia quacunque ratione adhibetur, & vel circum manus extremum, vel digitos, ad amoliendum faſcinum præcipue & morbos, angehencke arbneyen. Vet. Gl. *Amoletum*, φυλακτήριον. Plin. 25, 9 *Cyclamini radicem amuletum* vocat. Et 37, 3 *Infantibus ſuccinum alligari amuleti ratione poteſt.* Hujusmodi *amuleta* veterum, ac hæreticorum imprimis ex antiquis ſigillis ac gemmis exhibuit Pignorius in Characteribus Ægyptiis. Montfaucon in antiquit. explic. v. etiam infra *Phylacteria*; & Barth. ad Script. Venat. p 135 ſeq.

Amulum, vide mox *Amylum.*

ĂMŬLIVS, *i*, m. frater Numitoris, Procæ filius, qui regnum fratri vi & fraude eripuit. Vide Livium 1, 3; & Ovid. Faſt. 3, 67

Romuleoque cadit trajectus Amulius enſe.

ĂMVRCA, *æ*, f. ἀμολγή, vel ἀμυχή, differt a fæce, hæc enim in olei expreſſione ſequitur, illa præcedit, öldrüſen, ſchaum, unflath vom öl. Ita Servius ad illud Georg. 1, 194, *Nigra profundere amurca.* De fæce nomen accepit. Vet. Gloſſ. *Amurca* ἀμολγή. ἔστι δὲ τρύξ ἐλαίου. Scabiei medetur ſecundum Catonem R. R. c. 96. De *amurca condenda*, Varr. R. R. 1, 61. In Palladii cod. mſ. paſſim legitur *Amurga.* Adde Plin. 15, 8; Colum. 12, 50. Auguſt. de C. D. 1, 8.

¶ Amurcārius, *a*, *um*, zu öldrüſen gehörig; ut, *Dolia amurcaria*, apud Catonem de Re ruſt. c. 10, in quæ amurca infundirur.

¶ Examurco, *are*, oleum ab amurca purgare, abſchäumen, ſaubern. Ad alia transfert Apulejus Met. 4 p. 149 de corio urſæ detracto: *Soli ſiccandum tradimus. Ac dum cœleſtis vaporis flammis examurcatur*, &c.

Amuſia, Amuſium, vide *Muſa, Amuſſis.*

AMVSSIS, f. 3. Feſto *regula, ad quam aliquid exæquatur*: Nonio 1, 28 *regula fabrorum, quam architecti, quum opus probant, rubrica illinunt*, eine richtſchnur. Et Varroni ibid. *æquamentum lævigatum, & tabula quædam, qua utuntur fabri ad ſaxa coæquanda*, ein richtſcheid, bleywage, lineal. Videtur eſſe ex *Am* & antiquo *Assis* vel *Asser*: Auſon. Idyll. 8 v. 11 *Nihil ut deliret amuſſis.* In quarto caſu fere ſolo invenitur, neque hoc nudo, ſed præpoſitione *Ad* vel *Ex* communitò, ut pro adverbio habere poſſis; quemadmodum Feſtus *Amuſſim* interpretatur *regulariter*, ſchnurgleich, richtig, ſubintellecta ſcilicet præpoſitione. Hinc proverbii vice, *Adamuſſim*, *Examuſſim factum*: Gell. 1, 4 *Vi judicium eſſe factum adamuſſim diceres*: i. e. accurate, eigentlich, mit beſonderm fleiß. Græci: λευκὸς ἐξάμυσσις, *alba amuſſis*, vel ut Gellius epilogo libri ſui vertit, *linea*, i. e. nullo delectu, ſine diſcrimine, obenhin, untereinander.

¶ Amuſſium, vel *Amuſium*, *i*, n. Vitruvio 1, 6 (*circinatum tympanum* Plinio 18, 34) tabula eſt, ex qua ad libellam collocata deprehenduntur plagæ, unde ventorum certi flatus ſpirent, ein compaß, ſchiff-compaß, wind-tafel. Nomen ab *Amuſſi*, quoniam ad libellam amuſſimve exigitur, quod placet Voſſio f. 27 Etymol. qui & *amuſſium* ſcribi teſtatur in Florentina Vitruvii editione; quod etiam expreſſum ex Io. Læti emendatiore editione his integris verbis: *Collocetur ad libellam marmoreum amuſſium mediis mœnibus: aut locus ita expoliatur ad regulam & libellum, ut amuſſium non deſideretur*, &c.

¶ Amuſſitatus, *a*, *um*, exactiſſimus, abgemeſſen, ſchnurgleich. Plaut. Mil. 3, 1, 38 *Inſit in hoc amuſſitata ſua ſibi ingenua indoles.*

¶ Adamuſſim, adverbialiter, exactiſſime, examinate ad regulam, gerade, nach der richtſchnur. Varr. ap. Nonium 1, 28 *Si dia gens eſt adamuſſim.* Idem de R. R. 2, 1 *Numerus ut ſit adamuſſim.* Gell. 20, 1 *Adamuſſim equiparare*, gleich abmeſſen. Adde Macrob. Sat. 1, 1. Sed in bonis libris diviſe ſcribitur *ad amuſſim.*

¶ Examuſſim, idem. Plaut. Amph. 2, 2, 213 *Si hæc vera loquitur, examuſſim eſt optima.* Adde ibi Sc. Quis tam v. 42; Men. Prol. v. 50 & Moſt. 1, 2, 19; & Nonium 1, 28. Apul. Met. 11 p. 271. item 4 p. 151.

¶ Emuſſitatus, *a*, *um*, pro *examuſſitatus*, i. e. *adamuſſim factus*, Feſt. conf. ex Plauto Non. l. c. Sed Dacerius credit, utrobique erratum fuiſſe, & *emuſſitata* pro *amuſſitata* operas poſuiſſe.

Amŭtus, vide infra *Muſa.*

ĂMŸCLÆ, *arum*, f. Ἀμύκλαι, duæ fuiſſe urbes: una Peloponneſi, Tyndari regia, & Caſtoris ac Pollucis patria, quas *Ledæas* Statius appellavit Theb. 7, 163 *Patriaſque Amyclas, Ledæadasque ibis Amyclas.* v. Meurſ. Miſcell. Lacon. 4, 2, 3, 1. 10 Theſ. Gronov. ¶ 2. Altera in Italia eſt inter Cajetam & Tarracinam, a Laconibus, Caſtoris & Pollucis comitibus, qui ex Amyclis Laconicis nomen ideo indiderunt, condita

Has Virgilius *tacitas* dixit Æn. 10, 563. Silentio enim perierunt, lata de non nunciando hostium adventu lege. Quamquam & aliæ afferuntur cauſſæ, quas apud Servium legere licet ad modo productum Virgilii locum. Vide & Chiliad. proverb. *Amyclas silentium perdidit*, de iis, qui silendo damnum aliquod ſibi accerſunt. Vetus poëta in Pervigilio Veneris v. 90 *Perdidi Musam tacendo, nec me Phœbus respicit: Sic Amyclas, cum tacerent, perdidit silentium.* Vnde proverbiales locutiones: *Amyclis taciturnior*, apud Sidonium 8 epiſt. 6; & *Amyclas vivere*, pro Amyclarum more filere: Auſonius Profeſſ. carm. 15 *Taciturne, Amyclas qui silendo vixeris.*

¶ Ämyclæus, *a, um*, adject. Ita Apollo dictus, ob fanum ei dicatum Amyclis in Laconia. Strabo lib. 8 p. 250 ὑποτέτλωκε τῷ Ἰακίνθῳ ἡ Σπάρτη ἐν μεσογαίᾳ, κεῖ Ἀμύκλαι, ἃ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερόν, h. e. *Subjacet Taygeto monti Sparta in mediterraneis, & Amyclæ, ubi delubrum eſt Apollinis.* Hinc *Apollineæ* illæ cognominatæ. Statius Theb. 4, 223

Hujus Apollineæ currum comitantur Amycle.

Idem 7, 413 alumnos hujus oppidi, Caſtorem & Pollucem, *Amycleos fratres* appellat. Virg. Georg. 3, 345 *Amycleum canem* laudat, quia Laconia æque, ac Moloſſis, canes præſtantes gignit, uti ex ejusd. libri v. 405, & Horatio Epod. 6, 5 eſt manifeſtum. Ovid. Rem. am. v. 707

Confer Amyclæis medicatam vellus aheneis
Murice cum Tyrio, turpius illud erit:

i. e. Purpura Tyria præferenda eſt Laconicæ. Silius 15, 536 Claud. Neronem vocat *Amyclæum nepotem*, ortum ſcil. ex Sabinis Lacedæmoniorum colonis. v. ibi Cellar. & Drakenb. ad Sil. 2, 8.

ÄMŸCVS, *i*, m. Neptuni filius, rex Bebryciorum. Virg. Æneid. 5, 373

Bebrycia veniens Amyci de gente. conf. 9, 7 2.

AMYCTĬCVS, *a, um*, ἀμυκτικός, exulcerans, vellicandi vim habens, aufſtreichend; ut, *Amyctica malagmata*, Oct Horat. 5, 5. Sic & Cæl. Aurelianus Tard. 2, 6 *Arteriaca medicamina a Græcis amyctica appellata* docet.

ÄMŸDON, *ŏnis*, f. urbs Macedonica in Pæonia. Iuvenal. 3, 69 *Hic alta Sicyone, asi hic Amydone relicta.* v. Euſtath. ad Hom. Il. B. 836. Π. 288 & Heſychium.

ÄMYGDĂLA, *æ*, f. Plinio & Columellæ; *Amygdalus, i*, Palladio 2, 15; Græcis ἀμυγδαλή, arbor, ein mandelbaum. Sed & *Amygdala*, fœm. & Palladio *Amygdalum*, n. five pluraliter *Amygdalæ*, Græce ἀμυγδάλη, fructus, mandeln, mandelkerne. v. Pallad. Ianuario tit. 14; Columell. 5, 10 extr. Plin. paſſim. Ac fructus præter illam appellationem *Nux Græca* & *Thaſia*, Macrobio Sat. 2, 14: *Nucleus amygdalæ* Plinio 15, 13 dicitur. Idem 16, 25 *Fioret prima omnium amygdala, mense Ianuario*, der mandelbaum *Amygdalæ amaræ*, bittere mandeln. Abiumunt & exſiccant amaritudine ſua humiditates, cujus rei exemplum ejusmodi Athenæus retulit 2, 12 *Plutarchus apud Druſum Tiberii Cæsaris filium medicum quendam fuiſſe ſcribit, qui, cum omnes bibendo ſuperaret, priusquam biberet, quinque aut ſex amygdalas amaras vi ſua eſt comeditus, quibus ſi quando deſtitutus fuiſſet, ne minimum quidem certare potando potuit. Color Amygdalorum* in veſtibus placuit quibusdam, Ovid. A. A. 3, 183. ¶ 2. Dicuntur & glandulæ in faucibus *amygdalæ* a chirurgorum vulgo, die mandeln, a ſimilitudine nucis amygdalinæ: vide *Tonſilla.*

¶ Amygdalĕcus, *a, um*, von mandelbaum, von mandeln. Plin. 26, 11 *Amygdalaceum folium.*

¶ Amygdăleus, *a, um*, idem. Pallad. lib. 14 de Piſtaciis:

Quin & amygdaleos ſubeunt piſtacia ramos.

¶ Ämygdălinus, *a, um*, idem; ut, *Oleum amygdalinum*, Plin. 15, 7; & 23, 4 mandelöl. Serenus Samonicus Carm. 26

Fertur, amygdalinæ ſuccus nucis eſſe bibendus.

¶ Amygdaloïdes, *is*, m. ἀμυγδαλοειδής, herba amygdalæ ſpeciem referens, wolfsmilch. Tithymalum maſculum ita vocat Apulejus de Herb. c. 108 & Dioſc. 4, 169.

¶ Amygdalītes, *æ*, m. idem; ita Plinius habet 26, 8 *Inter Tithymalorum genera, ubi ſextum genus Platiphyllon vocant, alii corymbiten, alii amygdaliten a ſimilitudine.*

ÄMŸLVM, ſ. Ämylum, *i*, n. ἄμυλον, quod ſine mola, quæ μύλη Græcis eſt, fiat, traffmehl, ſtärcke. Conficiendi ejus rationem Cato docet de R. R. c. 87.

¶ Amȳlo, *are*, idem eſt ac *amylum infundere, amylo obligare*, uti Apicius 2, 2 & 8, 2 loquitur, traffmehl darein thun. Sic verbo uſus Idem 7, 5 *Fervefactum amylas.* Et 7, 6 *Amyla jus.* conf. 7, 7; & 8, 3. Hinc

¶ Amylātus, *a, um*, amylo confectus, mit traffmehl zugerichtet; ut, *Iſicia amylata*, Apic 2, 2. *Lac amylatum*, Cæl. Aurel. Tard. 2, 13.

¶ Amylātum, *i*, n. ſubſt. ein eſſen von mehl, traffſuppe: ut, *Sorbendum feres amylatum*; Item, *Lento igne fervere facias amylatum*, Apic. 2, 2.

ÄMŸMŌNE, *es*, f. ἀμυμώνη, Danai filia, quæ aquam quærens, in cervum miſſo telo, Satyrum dormientem vulneravit. Qui excitatus cum in puellam ferretur ardens, a ſuperveniente Neptuno fugatus quidem, puella tamen, ab eo, indicato fonte, compreſſa eſt, quæ Nauplium deinde, Palamedis patrem, enixa. Pauſan. ſub finem Corinth. & Strabo lib. 8; Ovid. Am. 1, 515; item Propert. 2, 26, 46

Teſtis Amymone latice cum ferret in arvis
Compreſſit, & Lernæ pulſa tridente palus.

ÄMYNTAS, *æ*, m. ἀμύντας, pater Philippi Macedonis. Nep. 21, 2, 1. Fuit & plurium Macedoniæ regum & ducum Alexandri M. nomen, quod paſſim legitur apud Diodorum, Iuſtinum, ac Curtium. ¶ 2. Et Paſtor Virgilianus eclog. 3, 28 *Dulce* &c.

Lenta ſalix fœto pecori, mihi ſolus Amyntas.

ÄMYNTĬCVS, *a, um*, ἀμυντικός, i. e. depulſorius, vertreibend, abwehrend: ab ἀμύνω. *depello, abigo, defendo*: ut, *Emplaſtra amyntica*, defenſivpflaſter. Th. Priſc. 2, 26 &c. v. Reinef. Var. L. 3, 12 p. 555.

AMYNTOR, *ŏris*, m. pater Phœnicis apud Homer. Iliad. 9. Hinc Ovid. Met. 8, 307 *Hippothoe que Dryopæ & cretus Amyntore Phœnix.* Id. Heroid. 3, 27 *Venerunt ad te Telamone & Amyntore nati.* ¶ 2. Item Dolopum rector apud Ovid. Met. 12, 364.

¶ Amyntĭădes, *æ*, m. Phœnix, præceptor Achillis. Ovid. in Ibin v. 259.

ÄMŸRIS, *is*, f. ἄμυρις, arbor, *quam*, Hieronymo teſte, *Latini putantes myrrham dici, unguentum interpretati ſunt.* ¶ 2. *Amyris* Sybarita, quem collectis ſubito rebus fugientem, alii velut inſanum riſerunt, clade vero domi a Crotoniatis accepta, unum prudentiæ nomine commendarunt. Inde dici cœptum: *Amyris inſanit*, ubi quis periculum proſpiciens, in tempore ſibi caver, & deſipere vulgo creditus, ſolus ſapuiſſe cognoſcitur. v. Eraſm. Adag.

ÄMŸRVS, *i*, m. Theſſaliæ fluvius, Val. Flacc. 2, 11.

ÄMYSTIS, *ĭdis*, f. potionis genus, quæ ſine interſpiratione uno hauſtu ſive impetu, ut Plinius loquitur, fiebat; quod ἀμυσίζειν Græci dicebant, ein jähtrunk ſeyn. Barbaris & Thracibus maxime uſitatum hoc bibendi genus Pollux ſignificat, quæ Θρᾳκίαν πόσιος dixit lib. 6 c. 3. Et inde Horatius 1 od. 36, 14 *Baſſum Threicia vincat amyſtide.* Vbi vel ipſa potandi ratio, vel poculi genus ad eam aptum deſignatur. Nam ita & accipitur & uſurpatur hæc vox, teſtibus Suida & Polluce. Vetus Schol. Horatii: *Amyſtis poculi genus apud Thracas inſtar phialæ, quod clauſis oculis chibebatur uno ductu.* Ratio nominis eſt παρὰ τὸ μὴ μύειν, quod non ſugendo ſeu ſorbillando, ut ſolet, fieret, ſed rictu patente & ſimul totum ingurgitante, wenn man auf einen ſchluck außſauffet. Victorinus & Parrhaſius de rebus per epiſtolam quæſitis, epiſt. 26. (Tom. 1 Lamp. Crit. Grut. p. 754). Tangit & Petr. Crinitus in Epiſtolis Politiani lib. 12 p. 501.

ÄMŸTHĀON, *ŏnis*, m. Crethei filius, Æſonis frater, Melampi genitor; qui Pyli habitavit, ut Apollodorus auctor lib. 1 Bibliothecæ. Stat. Theb. 3, 452

juxtaque Amythaone cretus
Iam ſenior, ſed mente vires, Phœboque Melampus, &c.

¶ Ämythāŏnius, *a, um*, adject. Virg. Georg. 3 extr.

Phillyrides Chiron, Amythaoniusque Melampus.

Tibull. 4, 1, 120

Quis Amythaonius nequeat certare Melampus.

AN, adverb. alias interrogandi, alias dubitandi. Interrogandi, ut; Ter. Eun. 4, 5, 7 *An abiit jam a milite?* iſt ſie denn ſchon weggegangen, Ovid. Heroid. 17, 166 *An neſcis longas regibus eſſe manus?* weiſt du nicht, ꝛc. *Intellextin? an nondum etiam?* Ter. Andr. 1, 2, 30. conf. Cic. Phil. 1, 6, in Piſ. c. 5 &c. Liv. 41, 24. In minis elegantiam habet, Ovid. met. 4, 236 *Deſinis? an fugio.* Similia his li rim. ¶ 2. Dubitandi, ut: *Hic uni contigit, quod neſcio an alii, ut &c.* vielleicht mehrern, Nepos 23, 1, 1. In dubitatione de duobus: eſt *an*, an, ob oder ob. Sen. Suaſ. 7 *Dubium eſt, an ſatius ſit cum illis jacere, an cum his vivere.* Cic. in Bruto c. 23 *Retulit paucis antequam mortuus eſt, an di hæc, an mensibus.* Id Act 2, 6 med. *Dubitem, an hic, an Antii conſiſtam.* Sed alii poſterius *an* omittunt. Conf. Celſ. 3, 6; Curt. 8, 6, 25; Catull. 29, 16: Tibull. 3, 1, 19: Horat. Sat. 2, 4, 10. ¶ 3. Eleganter præcedens *an*, mutatur in adverbium ſibi cognatum *utrum.* Ter. Adelph. 2, 1, 41 *Vide, utrum vis argentum accipere, an cauſſam meditari tuam.* Cic. : fam. 16 *Id utrum more Romano locutus ſit, an quomodo Stoici dicunt, poſtea videro*, ob oder ꝛc. Conf. infra *Virum* in *Vter.* Sic & ubi dubitatio eſt de pluribus. Cic. in Piſ. c. 10 *Nemo poteſt dicere, utrum iſte plus biberit, an vomuerit, an effuderit.* Cic. Ver. 3, 36 *Utrum impudentius - - an turpius - - an impoſtius - - an audacius* &c. conf. Liv. 21, 10. Alicubi loco *utrum* præcedit *ne.* Cic. in Orat. c. 61 *Quæſitum eſt, in totone circuitu orationis, an in principiis ſolum, an in extremis, an in utraque parte moneres tenendus ſit? - - tam, in omnibus ne numeris æqualiter particulas decent incidere, an facere alias breviores, alias longiores?* conf. pro Roſc. Am. c. 41, Phil. 2, 11: Virg. Æn. 8, 314. ¶ 4. Reperias hic & *utrum* vel *ne* omitti, ſive de duobus ſit ſermo, ut: *Aurum, dolo an ſcelere Cæpionis partum, ad emtionem agrorum convertit*, Vict. de Vir. illuſtr. c. 73; ſive de pluribus, ut: *Poſtulo, mihi reſpondeas, quis ſit iſte ſeverrutius: mercator, an orator, an pecuarius? in Sicilia ſit, an deceſſerit?* Cic. 4 Verr. 77. conf. Liv. 6, 7. Plin. 2 epiſt. 8. Ovid. R. A. 797 *Dauniæ, an Libyeis veniat tibi bulbus ab oris, An veniat Megaris, noxius omnis erit.* Vbi triplex disjunctio. De ejusmodi locutionibus ellipticis vide infra in *nec ne*; & quos laudat Drakenb. ad Sil. 4, 78; & Burm. ad Quint. 5, 13 p. 462. ¶ 5. Sive autem dubites, ſive interroges, ubi de multis ſermo eſt, cave pro *an* ponas *aut.* Germani quidem & Græci ſic loquuntur, Latini non facile item. Ac vetuit Quintilianus diſerte 1, 9 (al. 5) *Male interroges*, inquiens, *hic aut ille ſit?* Vid. Laurent. Vall. Elegant. 2, 17. Sed quid faciemus iſti loco Senec. epiſt. 52 *Quem, inquis, invocabo, hunc, aut illum?* Accuſabit hic aliquis forte culpam librarii, *aut* ſcribentis pro *an*: ut in illo Gellii 16, 2 *Poſtulo, uti reſpondeas, deſerisne facere adulterium, an non?* pro quo in edit. Baſil. A. 1565 legimus, *aut non.* Sed rectius dicemus, apud Senecam *aut* eſſe disjungentem particulam, non interrogantem. Senſus enim eſt: invocabone aliquem viventium? qualis eſt hic aut ille. Ad quod reſpondens Seneca priore loco mortuos commendat magiſtros: *adjuvare nos poſſunt*, inquiens, *non tantum qui ſunt, ſed & qui fuerunt.* Non abſimile exemplum Ciceronis eſt de Orat. 1, 9 *An vero tibi Romulus ille aut paſtores & convenas congregaſſe, aut Sabinorum connubia conjunxiſſe, aut finitimarum virtutes profligaſſe eloquentia videtur?* Cic. pro Roſc. Am. 21, *Quæſiſſe, num ille aut ille defenſurus eſſet.* Diverſa tamen ratio in illo Plin. Paneg. c. 84 *Dubitare, utrum ſit efficacius bene inſtitui, aut feliciter naſci.* ¶ 6. Cicero de Orat. 1, 38 *an* uſurpavit pro *aut: Volitare in foro - - cum omnino qui ſuum, quid alienum, quare denique civis, an peregrinus, ſervus an liber quicquam ſit ignoret, inſignis eſt impudentia.* Adde Nep. 25, 4, 4; & c. 15, 1; Tac. An. 2, 22, 1; & 2, 42, 6. ¶ 7. *An* pro *annon*, commode redditur *forte*, vielleicht, Ter. An. 4, 5, 23 *Qui ſcirem ſcire an illam miſere nunc amat.* Cic. 9 fam. 15 *Iſt id quidem magnum, ac ſine haud ſcio an maximum*: pro, an non maximum. Id. Off. c. 3, 2 *Quod cum omnibus eſt faciendum, tam haud ſcio, an nonnimi potius quam tibi.* Nepos 8, 1, 1 *Si per ſe virtus ſine fortuna ponderanda ſit, dubito an hone primum omnium ponam*: pro, an non ponam. conf. Liv. 3, 60. ¶ 8. *An*, præpoſitio inſeparabilis apparet ſupra in *Am.*

¶ Anne, idem quod *an*, ſive interroget, ut: *Anne eſt intus Pamphilus?* Ter. And. 5, 2, 10. conf. Cic. pro Balbo c. 23; ſive dubitet: ut,

Etiam haud scio, annè uxorem ducat, Ter. Heaut 5, 2, 46 (ubi Xylander p. 142 ad Suet. Horat. πατέλλον agnoscit). Sic locutus & Cicero Orat. c. 61 *Quærendum, utrum ana species & longitudo sit earum, anne plures.* Idem 12 ad Att. 15 *Scire velim, quando dicar spopondisse? & pro patre, annè pro filio.*

¶ Annon, est interrogantis, arguentis & reprehendentis. Ter. Andr. 3, 5, 5 *Annon hoc dixi esse futurum?* In dubiis idem est ac *necne*, oder nicht: Plaut. Mil. 4, 8, 20 *Tentabam sperare, annon.* Ter. Pherm. 1, 2, 57 *Pater ejus rediit, annon?* Ib. 5, 6, 18 *Is est quem quæro, annon?* Varr L. L. 8, 61 *Quod sit, anomon, nihil commovet analogiam.* Alias *sive sit, sive minus.* Adde Liv. 8, 13.

¶ An vero, idem in principio periodi cum quadam vehementia. Cic. Verr. 3, 48 *An vero dubitamus* &c. Id. pro Mil. c. 12 *An vero ludices, vos soli ignoratis*, &c. conf. ibid. c. 23, & pro Cluent. c. 22; & de Orat. 1, 9.

ANA, vide *Anas* ¶ 2. *Ana*, ἀνά, vox medica & pharmaceutica, *omnium parcm modum*; ut Celsus 3, 27 loqui amat, indicans. vid. Rhodii Lex. Scrib. voce *Singulorum* p. 442.

Anabaptista, vide *Baptisma.*

Anabelis, anabasius, anabathrum, anaboladium, anabolicus, Anacabeca, Anacalypteria, vide *Basis, Bole, Cacabus, Calyptra.*

Anacampseros, Anacardium, Anacephalæosis, Anaces, vide *Cambio, Cardiacus, Cephalus, Anactes.*

ANACHARSIS, *idis*, m. Ἀνάχαρσις, philosophus Scytha fuit Solonis temporibus, *sapientiæ admirandæ*, quemadmodum scripsit Cicero Tusc. 5, 32 *sobrius, continens, abstinens, & temperans.* Dixit, *leges telis araneorum esse similes, & vitem tres ferre botros*, quæ alibi retulimus. Item, *Corpus instrumentum esse animæ, Dei vero animam: ψυχῆς ὄργανον τὸ σῶμα, θεὸν δὲ ψυχὴν*, Plutarch. in convivio Sept. sapient. Item, *ἐμοὶ περίβλημα κρέανα, σώτηρ γάλα καὶ τυρός*, hoc est, *Mihi indumentum est lana: cœna, lac & caseus*; Clemens Alex. Strom. 1 p. 308. Conf. Laërtius in *Anacharsi*; Sidon. Carm. 2, 165. A quibusdam pro rotæ figulinæ inventore habitus. v. Fabric. Bibl. Gr. 2, 8 p. 371, qui plura memorat 2, 23, 6 p. 812.

ANACHITES, *æ*, m. ἀναχίτης, notiore nomine *adamas*, ein demant, *quem sic vocavere quidam, quod venena irrita faciat, & lymphationes abigat, metusque vanos expellat a mente*, Plin. 37, 4 extr. Salm. in Solin. ἀναχίτην suspicatur, Hard. ἀνακοίτην.

Anachoresis, anachoreta, vide *Chora.*

ANACHYLIS, *is*, f. herba, latine consolida, wallwurtz, günsel, Apul. de Herb. c. 59.

Anaclinterium, Anacœliasmus, vide *Clinice, Cœliacus.*

Anacolemæa, Anacoluthon, vide *Colla, Acoluthon.*

ANACRĔON, *ontis*, m. Ἀνακρέων, Teius poëta fuit, ut eum Horatius appellat Epod. 14, 10 ex Teo Ionum urbe. Horat. 4 od. 9, 9

Nec si quid olim lusit Anacreon, Delevit ætas.

Tota ejus *poëtis amatoria* fuit, *& suavis*: quod post Cic. Tusc. 4, 33, reliantur odæ illius paucæ, ab Henrico Stephano primum cum observationibus vulgatæ. v. Plin. 7, 7; Ælian. Hist. Var. 9, 4; Voss. de Poet. Gr. c. 4; Fabric. Bibl. Gr. 2, 15, 12 p. 567.

¶ Anacreonticus, *a, um*, adject. ut, *Anacreonticum carmen*; Cujus quidem varia memorantur a veteribus Grammaticis, de metro qui scripserunt, genera. Vulgatissimum, cuique adeo soli per excellentiam hoc nomen hæsit, illud est, quod primo loco jambum, spondeum vel anapæstum recipit, secundo & tertio jambum, cum syllaba remanente, ut:

Nisi Deus benigne
Fortunet acta nostra,
Labor omnis est inanis.

¶ Anacreontius, vel Anacreontëus, *a, um*, aliud adj. ut, *Anacreontium colon*, Quintil. 9, 4. Diomedes quoque & Servius, cum carmina Anacreontis recensent, *Anacreontium* sive *Anacreontëum* dicunt sine C. vide illum lib. 3 p. 512; hunc in Centimetro. Gell. 19, 9 *Ἀνακρεόντεια ἄλες, εἶα.*

Anacrisis, vide *Crisis.*

ANACTES, ἄνακτες, m. pl. reges & regii filii, Könige und Königs kinder; ab ἄναος, i. e. *medela*, quod ipsis subditorum cura incumbat, ut ex Plutarcho & Eustathio tradit Cæl. Rhodig. 5, 1; hoc addito, *Dioscuros*, i. e. *Castorem & Pollucem ab navigantium cura primos ita nuncupatos.* Sic apud Cic. de N. D. 3, 21 *Dioscuri, Jove rege antiquissimo nati, appellantur anaces*, vel *anactes.* Utraque ibi lectio suscipitur. Hinc

¶ Anactŏria, *æ*, f. urbs in Epiro, quæ postea Miletus, Plinius 5, 29; 4, 1.

¶ Anactorium, *i*, n. oppidum Acarnaniæ, Straboni, Plutarcho & Plauto Pœn. prol. v. 87. ¶ 2. *Anactorium* herba, quæ & *artemisia*, beyfuß. Apul. de Herb. c. 10, vel *gladiolus*, schwertel, ibid. c. 78.

¶ Anactŏrius, *a, um*, idem quod *Acarnanius*; ut, *Anactoria ora*, Sil. 15, 299.

ANADĒMA, *ătis*, n. ἀνάδημα, ornamentum capitis, ein krantz, haubtbinde. Hesychio σέμνωμα, ἢ τὸ ἱερονίκας ἀναδεσμοῦσιν, *corona, quo sacrorum certaminum victores revinciebant.* Lucretius 4, 1122 *Et bene parta patrum fiunt anademata mitræ.* Corruptum ergo oportet esse Philoxeni Glossarium, quo legitur: *Ἀναδέματα, vedimicula*, quod ἀνάδημα cum Hesychio & Lucretio scribendum erat. Suidas p. 228 Ἀναδέσεις ὁμοίον τι διαδήματι, ἢ μίτρᾳ κεφαλῆς. Paulus Lege 26 Dig. de auro, argento, mundo &c. *Mitræ & anademata, quamvis corpus tegant, tamen ornamentorum, non vestis esse.* Agitur autem ibi de ornamentis muliebribus.

ANADENDROMALĂCHE, *es*, f. ἀναδενδρομαλάχη, herba quæ & *Hibiscus*, ibisch, winterrosen. Apul. de Herb. c. 38.

ANADIPLOSIS, *is*, f. ἀναδίπλωσις, repetitio est, cum ultima prioris versus dictio in principio sequentis iteratur, v. Mart. Cap. 5 p. 175, ut Virg. ecl. 6, 20 *Addit se socium, timidisque supervenit Ægle. Ægle Naiadum pulcherrima*, &c. Et Æn. 10, 180 *Sequitur pulcherrimus Astur, Astur equo fidens* &c. Ovid. Metam. 2, 216 *Silvæ cum montibus ardent: Ardet Athos, Taurusque, Cilix, & Tmolus, & Oete.*

¶ Epanadiplōsis, *is*, f. ἐπαναδίπλωσις, repetitionis est figura, qua verbum, quod versus fuit initium, ejusdem etiam finis est, quam *Epanalepsin* Donatus facit: ut, Iuvenal. 13, 138 *Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit*; & Virg. Æn. 1, 754 *Multa super Priamo rogitans super Hectore multa.*

ANADYŌMENE, *es*, f. ἀναδυομένη, i. e. *emergens*, scil. Venus, quam e mari exeuntem pinxit Apelles, & Augustus in delubro Cæsaris dicavit; cujus inferiorem partem corruptam qui reficeret, nemo repertus est. v. Plin. 35, 10.

ANÆTIA, *æ*, f. oppidum majoris Armeniæ ad Euphratem, Plin. 5, 24.

ANAGALLIS, *idis*, f. ἀναγαλλὶς, herba, quam Plinius *Corchorum* dixit, gauchheil, hünerdarm, grundheil: quod de limine vestibuli suffumigata veneficia pellere credita sit. v. Dioscorid. 2, 170. ¶ 2. *Anagallis*, Grammatica Coreyræa apud Suidam, quæ *Agallis* est Athenæo, cognominis fuit herbæ huic, ut Cicero ciceri.

Anaglypha, anaglyptes &c. vide *Glyphice.*

ANAGNIA, *æ*, f. urbs Hernicorum in Latio. Virgil. Æn. 7, 684

Hernica saxa colunt, quos, dives Anagnia, pascis.

Conf. Sil. Ital. 8, 393; & lib. 2, 533; Plin. 34, 6; Cic. Att. 16, 8.

¶ Anagninus, *a, um*, adject. ut, *Anagnini municipes*, Cic. pro domo c. 30; & absolute Plin. 3, 5; & Cic. Att. 12, 1; & 15, 26.

Anagnostes, Anagoge, Anagramma, Anagraphe, vide *Gnostes, Agoga, Gramma, Graphe.*

ANAGYRIS, *is*, f. ἀνάγυρις, frutex duorum generum: *Majus & minus*; de utroque vid. Mathiol. in Dioscorid. 3, 149. Germani vocant stinckend baum. Et vel ob odoris gravioris molestiam, si manu teratur, vel ob vehementem, quem gustatus ciet, vomitum, *Anagyrim commoves, ἀνάγυριν κινεῖς*: locutio proverbialis est, de iis, qui sibi ipsis malorum sunt auctores. Similis illi, *κινᾶν τὴν καμαρίνην, movere camarinam.*

ANAITIS, *ĭdis*, f. Armeniorum numen, quod Græcorum Latinorumque Veneri haud male comparatur. In illius templo primam statuam ex auro solidam fuisse positam, refert Plin. 33, 4 f. 24. v. Cæl. Rhod. 18, 21. Hinc

¶ *Anaitica*, scil. regio, Armeniæ quædam pars Plin. 5, 24, f. 20.

ANALECTA, *ōrum*, n. pl. ἀνάλεκτα, reliquiæ sub mensa, a colligendo dictæ, aufgelesene brocken. Martial. 14 epigr. 82 *In pretio scopas tcstatur palma fuisse: Sed pretium scopis nunc analecta dabunt.* Posteriorem versum Vossius in Etymol. p. 27, cum Scriverio ita legit: *Otia sed scopis nunc analecta dabit*; Vt ita masculinum sit *analectus*, pro *analectes*, i. e. reliquiarum collector. Similis ambiguitas est 7, 19 *Colligere longa turpe nec pudet dextra Analecta, quicquid & canes reliquerunt.* ¶ 2. Translate hinc inde excerpta, & in unum consarcinata librum, *Analecta* dicunt, quæ *Collectanea* sunt aliis Latino vocabulo. Interim cum sit

¶ Analectes, *æ*, m. ἀνολέκτης, qui reliquias colligit, quod modo vidimus, ex eo vocabulo elegantem irrisionem ac jocum Satellius Quadratus in Calvisium divitem captavit, quem Seneca ep. 27 refert. Calvisius enim Sabinus opinionem eruditionis affectabat, nullius tamen ingenii, nullius memoriæ homo. Itaque subsidio sibi pararat servos, qui, cum Homerum, Hesiodum, Lyricos edidicissent, quærenti versus ex tempore submINISTRARENT. Sed hos ipsos versus male cum redderet, inque medio versu sæpe excideret, illudens illi Satellius Quadratus, suasit, *ut Grammaticos haberet analectas*, h. e. ut Grammaticos haberet ab hoc officio, qui verba ipsi excidentia, quasi ab ore aut ab orbe delapsa frusta, colligerent atque reponerent. Ita Lipsius ad eum locum, qui *Sublegulos* latine reddit, ita Turnebus Adverf. 24, 33 interpretantur. Wowerius tamen c. 13 Polymath. prope fin. *Analectas* eosdem & *Eclogarios* facit, de quibus suo loco. conf. Cæl. Rhod. 7, 53.

¶ Analectides, *um*, f. pl. ἀναλεκτίδες, dicuntur, quibus ex xylino lino aut alia quavis materia puellæ tanquam pulvillis, constipant scapulas prominentes, ut videri habiliores possint, stopfelápgen. Ovid. de Arte am. 3, 273 *Conveniunt tenues scapulis analectides altis.* Vid. Cæl. Rhodig. 13, 31. Heinsius autem *Analectrides* legit, quem consulas. Scaliger legit *Omaletides* ab æquandis & complanandis humeris. Turnebus Adv. 4, 23 *Ometides* &c.

ANALEPTICE, *es*, f. ἀναληπτική, instauratio virium, *qua e morbis sese recreant & reficiunt ægri & affecti*, die ersetzung der verlohrnen kräffte. v. Turneb. Adverf. 16, 15.

ANALIMOTYCUS, *a, um*, ἀναλιμωτικὸς, famem pellens, sattmachend; ut, *Cibi analimotici*, Th. Prisc. 2, 24.

Analogia, &c. Analpharberus, Analysis, vide *Logus, Alpha, Lysis.*

ANAMNĒSIS, *is*, f. ἀνάμνησις, est commemoratio ejus rei, quam oblitos fuisse nos fingimus, v. Isidor. 2, 21; Quintil. 9, 2.

ANANCÆUM, *i*, n. ἀναγκαῖον, poculum urnale & magnum, in potandi certamine necessario eluendum, eine grosse humpe, ein pasglas. Plaut. Rud. 2, 3, 33 *Credo hercle ananceo datum quod biberet.* Varro apud Nonium 15, 36 *Tripodes, crateras, anancæa pocula* conjungit. v. Taubmann. ad Plaut. l. c. & Turneb. Adv. 21, 12.

ANANCHITIS, *ĭdis*, f. gemma Plinio 37, 11, *qua in hydromantia dicunt evocari imagines deorum.*

Anantapodoton, vide infra *Dosis.*

ANAPÆSTUS, *i*, m. ἀνάπαιστος, pes comicus ex duabus brevibus & tertia longa: ut, *vu-Sapiens, mifci.* v. Sidon. epist. 9, 15. Cicero etiam *Herculem* hunc *pedem* dixit de Orat. 3, 47. conf. Tusc. 2, 16. Vocant & *Antidactylum*, ἀντιδάκτυλον, eadem ratione, qua Anapæstum, quod Dactylium contrarius reverberet. ¶ 2. *Anapæstus*, substantive, genus carminis est: ut: *Anapæstus Aristophanius* ap. Cic. in Orat. c 56, qui versus est octo regionum: ut,

Arena ponti per freta Colchos denique delatus udexsi:

Qui & *Anapæstus octonarius* dicitur: ut,

Ore bcato lumine volitans, qui per cælum candidus equitas?

v. Auctor fragmenti, quod cum Censorino editum, c. ult.

¶ Anapæsticus, *a, um*, adject. Cic. in Orat. c. 56 *Elegit ex multis Isocratis libris triginta fortasse versus Hieronymus, peripatetic us inprimis nobilis, plerosque scenarios, sed etiam anapæsticos, quo quid potest esse turpius?*

anapæst puta, in prosa oratione. Et quasi substantive Id. Tusc. 3, 24 *Nec siletur illud Accii fortissimi regis Anapæstum* &c. sub quo *carmen* intelligas. Sic *hoc* quæ loco Lambinus legit, cum optimi codd. in illo *anapæsto*, in hoc *anapæstum*, habeant.

Anapæstice, anapæsticus, vide *Pæsta*.

ĂNAPHE, es, f. Insula Cretici pelagi sponte enata, Plin 2, 87. Et Ammianus 17, 7 *Emersuram Delos & Hiera & Anaphe &c.* Mentionem ejus facit Ovid. Met. 7, 461 &c.

Anaphora, anaphoricus, Anaphysema, vide *Phora, Physema*.

ĂNAPIS, *is*, m. Ἄναπις, Catanæus Amphinomi frater. Claudianus Epigr. 35 de fratribus piis, v. 41 *Cur non Amphinomo, cur non tibi fortis Anapi Æternum Siculas templa dicavit bonos?* Apud Solinum *Anapius*, Valerio Maximo 5, 4 ext. 4 *Anapus* vocatur. Sed utrumque corruptum Salmasius, & *Anapis* ex Græco restituendum censet, ad Solin. c. 5, f. 78. Historiam vide in *Catana*.

¶ Ănăpus, *i*, m. fluvius Siciliæ, de quo Ovid. Met. 5, 417: ubi *Anapis* probat Heins. qui ejusdem meminit Pont. 2, 10, 26, & Fast. 4, 469. Conf. Sil. Ital. 14, 516.

Anaplerosis, anapleroticus, Anaporicus, vide *Pleroma, Poros*.

Anarchia, anarchus, vide *Archon*.

Anarrhinum, vide in *Antirrhinum*.

ĂNARTES, *ium*, m. pl. populi Ptolemæo *Anarti*, populi Dacis vicini, & haud dubie *Iazygibus*, *Servii*, *Bulgari*. v. Cæs. B. G. 6, 25.

ĂNAS, sive Ănăs, *ădis*, m. fluvius, qui provinciam Hispaniæ Ulteriorem Baetica secat, medio spatio quasi absorbetur, & post tres Leucas sub terris actus rursus emergit. Unde cum toto isto spatio lætissima sint pascua, inter miribilia Hispaniæ censetur, pontem ibi esse, super quo decem millia ovium pascantur. v. Plin. 3, 1 & 6; 4, 22; 8, 8, Prudent. Perist 9, 18.

ĂNAS, *ătis*, f. avis amphibia nota, a natando appellata, ut νῆσσα vel νῆττα Græcis a νήχεσθαι, quod est natare, eine ente. v. Varro de L. L. 4, 14. Petron c. 93 *Et pictis anas enovata pennis*. Cic. Nat. D. 2, 48 *Anatum ova gallinis sæpe supponimus*, &c. Varr. de R. R. 3, 5 *Anatum stabula*. Martialis 13 epigr. 52 *Tota quidem ponatur anas, sed pectore tantum Et cervice sapit, cætera redde coco*. Auson. epist. 12, 12 *Anates marinas ignivomi, Remipedes, lato populantes cærula rostro*. Cicures sunt aliæ anares vel domesticæ, & aliæ feræ seu silvestres, ἄγριαι ἀγριάδες. V. Descriptio Varroniana ap. Non. 6, 65. *Fluvialis anas*, Ovid. Met. 11, 774.

¶ Anaticula, æ, f. anas parva, aut avis aquatica quæcunque anate minor, Cic. Fin. 5, 15. Et apud Plautum Asin. 3, 3, 103 in blanditiis amantium.

¶ Anatinus, *a, um*, von oder an enten. Plaut. Rud. 2, 6, 49 *Vtinam fortuna nunc ego anatina uterer; Vt postquam exivissem ex aqua, averem tamen*. Substantive Petronius c. 56 *Mihi jubent sæpe anatinam parari*, i. e. carnem anatinam. v. ibi not. Burmanni p. 275, ubi etiam de illius usu in re medica.

¶ Ănătărius, *i*, m. subst. præfectus anatum, seu custos, ein entenwärter. Vet. Gloss. *Anatarius*, νηττοφύλαξ. Deinde adjective, ut, *aquila anataria*, Plin. 10, 3, quæ & *Clanga* seu *Planga* & *Morphnus*, anates circa lacus persequens, ein entenstösser. v. Gesner.

ĂNASARCA, æ, f. ἀνασαρκα, hydrops toto corpore diffusus, die waſſerſucht im ganzen leibe, apud Medicos.

ĂNASCĔVE, es, f. Ἀνασκευή, destructio rei propositæ, cui opponitur *Cataſceve*. vid. Isidor. 2, 12; & Quintil. 2, 4.

Anastasis, vide infra *Stasis*.

ĂNASTŎMŌSIS, *is*, f. ἀνατόμωσις, sanguinis rejectio, ore alicujus venarum patefacto, das bluten. Cels. 4, & Cœl. Rhodig. 3, 14.

¶ Anastŏmōticus, *a, um*, ἀναστομωτικός, aperiendi vim habens, das da öffnet; ut, *Malagmata anastomotica*, Cels. 5, 18, 25.

Anastrophe, Anatarius, vide *Strophe, Anas*.

ĂNĂTHĔMA, *ătis*, n. ἀνάθημα, penult. longa, Diis dicatum donum. Quamquam hæc vox non de omni consecrata re Græcis usurpatur; sed illis tantum, quæ suspendi aut collocari in excelso & in conspectu statui poterant, ut templo ornamento essent. Vt sunt, phialæ, tripodes, acerræ, corollæ & his similia. Qua de caussa & Hesychius ἀνάθημα, κόσμημα, interpretatur, kirchen ſchmuck. Iulius Pollux enim lib. 1, 1 n. 25 ita explicat ἀναθήματα, ut sint τεθραυσι, ψιάλαι, λεκάναι, θυμιατήρια, χρυσίδες, ἀργυρίδες, ὀινοχόαι, ἀμφορίσκοι, σκεύαι, φιάλαι, ῥυτὰ, ῥυτάδες, thuribula, aureæ argenteæque, subaudi vasorum aliquod genus) *cathi*, *amphoræ*. Exemplum habes Græcæ hujus vocis Lucæ 21, 5: Et Latine scriptæ apud Prudentium Ptychom. v. 540 *Insigne legimus anathema favillis*.

ĂNĂTHĔMA, *ătis*, n. ἀνάθεμα, penult. correpta, ein bann, ein fluch. Rom 9, 3 ηὐχόμην γὰρ ἀνὼν ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, *optarim enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis*, verbannet zu ſeyn. Ad quem locum evincere conatur Beza, inter ἀνάθημα & ἀνάθεμα nihil esse discriminis; sed contra disputat Salmasius Exercit. Plin. p. 767, & utriusque vocis notionem & vim explicavit. *Anathema* autem ipsa exsecratio est seu maledictio, non tantum homo maledictus aut exclusus ab ecclesia: ut in formula, *anathematis sententia ferire*, apud Augustinum epist. 75 post princ. Et sic alii Patres Latini ἀναθεματίζειν *anathematum vinculis innodare* sæpe vertunt.

¶ Anathematizo, *are*, inde formant etiam Ecclesiastici scriptores, bannſtrahlen. Hieronymus epist. 75 *Si hæc quotidie non anathematizavero*, id est, detestaror. Augustinus dicta epistola 75 *Tota domus anathematizata est*. Salmasius in Tertull. de Pallio p. 225 testatur, in prisci libris etiam *Anathemare* & *anathematus* reperiri, pro *anathematizare* &c. quod ex Glossis & exemplis Carolus du Fresne confirmat.

Anathymiasis, Anaticula, anatinus, vide *Thymiama, Anas*.

ĂNNĪVERSĀRIUS, *i*, m. ἐνιαυσιαῖος, est usuræ anniversaria renovatio, ut usuræ usurarum debeantur, quod lege veritum, jure non jussit. Extat in Cic. ad Att 5, 21 *Clamare omnes qui audierant, tibi imprudentiæ Scaptio, qui centesimis cum anatocismo contentus non esset*.

ĂNATŎLE, es, f. ἀνατολή, oriens, der aufgang. Vna horarum, quarum diversa nomina apud Hyginum fab. c. 183.

Anatome, anatomicus, Anatonus, vide *Tome, Tonus*.

ĂNAUSIS, *is*, m. rex Alanorum Hemeschorum, procus Medeæ, a Styro rivali interfectus. v. Val. Flacc. 6, 442.

ANAX, *acis* vel *actis*, m. cœli & terræ filius; horum tres recenset Cic. N. D. 3, 21 vid. supra pl. *Anaces*.

ĂNAXAGŌRAS, æ, m. Ἀναξαγόρας, philosophus fuit Clazomenius, philosophiæ physicæ cultor adeo assiduus, ut rei tum privatæ tum publicæ curam penitus omnem abjiceret, ac interroganti cuidam, nullane sibi patriæ haberet cura esset? respondent: *Mihi vero patriæ cura & quidem summa est*, digitum in cœlum intendens, *ἐμοὶ γὰρ καὶ σφόδρα μέλει τῆς πατρίδος*, ὑδεὶς τὸν ἀέρα: ut Laërtius refert. Itemque rogatus, cujus causa natus esset, *inspiciendi*, inquit, *cæli, & solis, & lunæ: ἐπὶ θεωρίαν ἥλιου καὶ σελήνης, καὶ ὅλων*. Idem primus *Homeri poema de virtute & justitia compositum esse* dixit, ποιητὴν ἀρετῆς καὶ δικαιοσύνης, v. Laërt. Lucret. 1, 830

Nunc & Anaxagoræ scrutemur homœomeriam,

hoc est, similares particulas, eandem cum toto rationem obtinentes, quas principia esse rerum Anaxagoras docuit. Cum e diutina peregrinatione patriam repetenti, possessione quæ deferas vidisset, *Non essem*, inquit, *ego salvus, nisi iste periisset*: v. Val. Max. 8, 7 ext. 6. Lampsaci diem suum obiit, ubi rogantibus eum principibus, numquid fieri mandaret, *jussit ferunt, ut pueri quotannis eo, quo die fecissent, mense ludere permitterentur*: quæ conservando Lampsaci servata diu est; vid. Laërt. Hic Anaxagoras ille est, qui nivem nigram probare voluit hoc argumento: *Nix aqua est: aqua autem nigra est: ergo & nix nigra:* Sextus Empiricus 1 Pyrrhon. Hypotyp. c. 13; & Lactant. 3, 23 & 5, 3. In hoc etiam laudatur ab Lactantio 1, 5, quod *Deum esse dixit infinitam mentem, quæ per se ipsam moveatur*. Periclis præceptor fuit; itaque pluscula de eo habet Plut. in illius vita p. 295; it. p. 308. Add. Fabric. Bibl. Gr. 2, 23, 7.

ANAXANDRĪDES, æ, m. Ἀναξανδρίδης, poëta Græcus, ex quo quædam Stobæus retulit. v. Voss. de Poet. Græc. c. 7 p. 48: & Kuiter. ad Aristoph. Plut. p. 926. ¶ 2. Historicus, qui retulisse fertur, unde fit proverbium: *ἄκρου λάβε, καὶ μέσου ἔξεις, Dimidium facti, qui cœpit, habet*, verbis Horatii epist. 1, 2, 40.

ĂNAXARCHUS, *i*, m. Ἀνάξαρχος, philosophus Abderita fuit, Democriti sectator, Alexandro familiaris. v. Justin. 12, 13, 4. Nicocreon eum fustuit. Cic. 2 Tusc. 22 *De Anaxarcho Democritio cogitetur, qui cum in manus Cyprii Nicocreontis regis incidisset, nullum genus supplicii deprecatus est, neque revocavit*. Ab eo enim conjectus in pilum pistrinarium, sive mortarium saxeum, quod ὄνειον Hic... vocat, ibique ferreis malleis contusus, adeo toleranter pertulit asperrimos illos cruciatus, ut verbum illud memorabile conduplicaverit: πλῆσσε (al. πλίσσε) τὸν Ἀναξάρχου θύλακον, *Contunde, contunde Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non tundis*. v. Diog. Laërt. in ejus vita. Postremo amputationem linguæ minitante tyranno, *protinus dentibus abscidisse, & commandasse eam linguam in os ejus ira patens exspuit*: Val. Max. 3, 3, 4 ext. Ovid. in Ibin v. 571 *Aut ut Anaxarchus pila minuaris in alta*.

ĂNAXĂRĒTE, es, f. puella superba, in saxum conversa, cum Iphis ob humilem stirpem ab ea repudiatus sese ad fores ejus suspendisset, & ipsa hujus funus siccis immotisque oculis inuerentur. v. Ovid. Met. 14, 699.

ANAXILAUS, *i*, m. historicus non secus ac Theopompus historiam a vituperio aliorum orsus, quos se non imitaturum ait Dion. Halic. Ant. Rom. pr. ¶ 2. Comicus, cujus fabulas sæpe citat Athenæus; qui *Anaxilas* Suidæ. v. Voss. de Poët. Gr. p. 49. ¶ 3. Medicus laudatus Plin. 19, 1; 25, 13; & 30, 8. ¶ 4. Tyrannus Siculus Rheginorum & Messeniorum admodum justus. v. Justin. 4, 2, 4; & Macrob. Sat. 1, 11. Add. Spanh. de usu & præst. num. Diss. 8 p. 553.

ĂNAXĪMANDER, *dri*, m. Ἀναξίμανδρος, philosophus Milesius, Thaletis sodalis, sphæræ inventor. v. Laërt. & Fabric. Bibl. G. 2, 23, 8.

ĂNAXĪMĔNES, *is*, m. Ἀναξιμένης, philosophus fuit, Anaximandri discipulus & successor. Primum rerum omnium principium posuit aërem. v. Cic. de N. D. 1, 10. Itaque ad eum pertinet illud Claudiani de Conſ. Mall. Theod. v. 70

Aliis princeps rerum disponitur aër.

Vbi Barthium vide p. 93. Augustinus 10 Confess. 6 *Interrogavi auras flabiles, & inquit universus aër cum incolis suis: Fallitur Anaximenes, non sum Deus tuus*. Lactantius 1, 5 *Anaximenes æthera dicit esse summum Deum*. Patria Milesium fuisse, testis est Laërtius. v. Fabric. Bibl. Gr. 2, 23, 9. ¶ 2. Idem alios ejusdem nominis duos memorat, sed Lampsacenos, oratorem unum, historicum alterum, prioris e sorore nepotem: quamquam dubium est, annon prior simul historicus fuerit; qui quidem, ut e Suida intelliges, discipulus fuit Diogenis Cynici, præceptor Alexandri Magni. Videndus Vossius 1 de Hist. Græc. 10 p. 75.

Anaxyris & pl. Anaxyrides vide *Xyris*.

ANAZARBUS, *i*, f. Ciliciæ post Tarsum metropolis, Oppiani & Dioscoridis patria; populi *Anazarbeni*. Plin. 5, 27; Spanh. de usu & præst. num. Diss. 9 p. 595.

ANAZETĒSIS, *is*, f. herba eadem quæ *consolida*, Apul. de Herb. c. 59.

Ancæa vide inter composita a *Cado*

ANCÆUS, *i*, m. Ἄγκαιος, Samiorum rex, agriculturæ studiosissimus, de quo hujusmodi narratur fabula. Cum vitem fereret, graviterque ministris instaret, urgeretque; quidam, operis tædio commotus in herum, negavit futurum, ut ex ea vite herus unquam vinum gustaret. Post ubi vitis provenisset feliciter, atque uvæ maturuissent, herus exultans ac gestiens, servum eumdem accersit, atque, ut sibi vinum infundat, jubet. Deinde jam calicem admoturus ori, servo, quæ dixisset, redegit in memoriam, quasi vanam exprobrans divinationem. At ille sententiam hanc hero respondit: πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου, vel ut Cato ap. Gellium 13, 16 vertit: *Inter os & jusculum multa intervenire possunt*. vulgo: *Multa cadunt inter calicem supremaque labra*. Servili sententiæ favit eventus. Nam inter loquendum, priusquam vinum hauriret, alter quidam minister ingressus nunciat, vinetum ab apro quodam immani vastari. Quibus auditis, Ancæus deposito poculo protinus in aprum fertur, aquo mox venandum [illico] periit. v. Chiliad. & Scholiasten Lycophronis ad v. 489, qui eadem narrat, divinatorem

natorem autem non ſervum, ſed *μάντιν*, *vatem* appellat. Add. Intt. ad Grat. Cyneg. 67.

ANCĀLE, *es*, f. *ἀγκάλη*, *pedes*, die Knieſcheibe. Cæl. Aurel. Tard. 5, 1 *Ad ancalen perveniens atque ſuram.* Et mox: *Ex talo atque ancala ſanguinem detraxerunt.*

ANCĀRIVS ſive Ancharius, *i*, m. aſinum videtur ſignificare Lucilio apud Nonium 1, 78 ein eſel. (conf. Turneb. Adverſ. 17, 24). Verba ſunt:

Hæc, inquam, rudet e roſtris, atque ejulitabit,
Concurſans velut ancarius clavesque quiritans.

Adde Voſſium in Pomp. Melam p. 48, qui hanc vocem etiam Martiali 11, 95 vult reſtitui, de quo poſt paullo in *Anchialus* dicemus. ¶ 2. De *Ancaria* vel *Ancharia* urbe, Dea, familia, vid. Rutm. ad Quint. 4, 1 p. 315.

Anceps, Ancharius, vide *Caput*, *Ancarius*.

ANCHĔMŎLVS, *i*, m. Rhœti Marrubiorum regis filius: qui cum Caſperiæ novercæ intuliſſet ſtuprum, petitus ad ſupplicium a patre, ad Turnum in militiam profugit. v. Virg. Æn. 10, 389 & ibi Servius.

ANCHIĂLE, *es*, f. *Ἀγχιάλη*, urbs Ciliciæ, paullulum ſupra mare ſita, quam credebant a Sardanapalo fuiſſe conditam, uti Strabo 14 p. 462 refert. *Ἀγχίαλος*, *Anchialus*, eaden. Arriano 2 Exped. Alex. p. 91.

¶ Anchialos, *i*, f. Thraciæ urbs Pomponio Melæ 2, 2, ad Pontum Euxinum ſita. *Anchialos* vel *Anchialus* eſt etiam Ovidio Triſt. 1, 9, 36; Ammiano 22, 19, & Pollioni in Claudio Gothico c. 12; at Straboni lib. 7 p. 221 *Ἀγχιάλη*, *Anchiale*. ¶ 2. *Anchialus* etiam nomen divinum Iudæorum putatur eſſe apud Martialem 11 epigr. 94

Ecce negas jurasque mihi per templa Tonantis.
Non credo: jura, verpe, per Anchialum.

Scaligero Prolegom. Emend. Temp. videtur eſſe ex *Chai* & *Alah*, hoc eſt, per Deum viventem: Salmaſio de Helleniſt. p. 205, ex *Ha-Chai Alam*, ſive per eum, qui vivit in æternum: conf. Sam. Petitus Var. Lect. 1, 16 p. 73. at Haaco Voſſio ad Melam p. 48 hæc nihil minus, quam Hebraica eſt, cujus linguæ imperitiſſimum fuiſſe Martialem oporteat. Quod ergo in antiquiſſimo codice *Anchalium* invenit; unius litteræ mutatione legit *Ancharium*, quo nomine aſinum Lucilius ſignavit, ut ſupra in *Ancarius* oſtenſum fuit. Ex Petronio autem non ignotum eſt, male Iudæos audiſſe, quaſi *porcinum numen* & *cilli* (aſini) *auriculas* adorent. Vnde & Deum *Onochoten*, id eſt, *aſinonis auribus*, *altero pede ungulatum*, ut Tertullianus Apolog. c. 16 interpretatur, gentiles Chriſtianis adfinxerunt: ubi idem Voſſius mavult *ὀνοχοείτης* legi, id eſt, ex aſino & porco compoſitum monſtrum, ut Petroniano figmento reſpondeat propius. Verba enim Satyrici hæc ſunt p. 21

Iudæus licet & porcinum numen adoret,
Et cilli ſummas advocet auriculas.

ANCHĬLOPS, *ōpis*, f. *ἀγχίλωψ*, tumens abſceſſus, qui in angulo oculi ſuppurat, ein gerſtenkorn im auge. Dicitur etiam *Ægilops*, de quo ſupra. v. Interpr. Dioſcor. 1, 133.

ANCHĪSES, *æ*, m. *Ἀγχίσης*, *Dardaniur*, *magnanimus*, *pius*, Æneæ pater, Capyos filius. Ante bellum Trojanum, nemorum latebras & ſolitudines coluiſſe fertur, gregibus & armentis intentus. His ergo quum vacaret, adamari cœpit a Venere, quæ & cum eo concubuit, exque eo concubitu gravida Æneam tandem ad Simoenta Trojæ fluvium enixa eſt. v. Virg. Æn. 1, 621.

¶ Anchiſæus, *a*, *um*, adject. *Ἀγχισιώδης*. Virgil. Æn. 5, 761

Et lucus late ſacer additur Anchiſæo.

¶ Anchiſiades, *æ*, m. id eſt, Æneas. Idem Æn. 6, 348

Dux Anchiſiade, nec me Deus æquore mersit.

ANCHISTRVM, *i*, n. ein hacken, Gloſſ. gr. lat. *ἄγκιστρον*, *hamus*, *uncus*. Iſidorus 4, 11 inter inſtrumenta medica refert & *angiſtrum* vocat. Cæl. Aurel. Tard. 5, 1 *Anchiſtris ex utraque parte cutem prætendunt.*

ANCHOMANES, *is*, f. herba, quæ & Dracontea, drachenwurz, Apul. de Herb. c. 14.

Anchora cum derivatis vide *Ancora*.

ANCHŪRVS, *i*, m. *Ἄγχουρος*, Midæ regis filius, de quo Plutarchus commemorat in Parallelis p. 306 *Circa Celenon Phrygiæ oppidum terræ hiatus cum æqua domos complures ipſis cum hominibus abſorpſit in profundum. Midas rex oraculo monitus, ut res eo pretioſiſſimas conjiceret, ita enim futurum, ut terra coiret, auro & argento injecto nihil opis attulit. Anchurus igitur regis filius, cum nihil in vita humana pretioſius eſſe anima ſecum ipſe verſaſſet, datis genitori complexibus & Timotheæ uxori, equum aſcendit, inque hiantem locum concitatus eſt. Ac ſic terra rurſus coit, & auream eo in loco Iovis Idæi avam Midas dedicavit. Hujus rei teſtis eſt Calliſthenes lib. 2 Metamorphoſeon.* Conjungit ibidem cum hoc, & comparat M. Curtii, equitis Romani, exemplum, ex Romanis hiſtoriis notiſſimum.

ANCHŪSA, *æ*, f. *ἄγχουσα*, herba trium eſt generum Dioſcoridi 4, 65, quæ omnia ſilveſtres ſunt bugloſſæ, radices habentes ad interiorem usque medullam rubentes, οδῆσιμον. Primum genus *Onoclea* etiam & ſecundum *Onocholes*, & *Alcibiadon*. Porro anchuſæ omne genus purpureos explicat flores, vulgari bugloſſæ non multum diſſimiles. Plinius 22, 20 quartum quoque adjecit genus *Pſeudanchuſam*.

ANCĪLE, *is*, n. *ἀγκύλιον*, apud Plutarchum in Numa c. 25, unde nonnulli *Ancyle* ſcribunt cum Nonio 18, 11 & cum Mureto Var. Lect. 23, 17 a græco *ἀγκύλος*, *incurvus*. Sed *Ancile* ſcutum brevius, dictum quaſi *amciſum*: i. e. undique circumcirca acciſum, ut Servius docet, ut ab *incidendo incile*. conf. Varr. de L. L. 6, 3. Ovid. Faſt. 3, 376 *Idque ancile vocat, quod ab omni parte reciſum.* Plutarchus citato loco planius totam rem explicat. Virg. Æn. 7, 188 *Succinctus trabea, lævaque ancile gerebat.* Idem 8, 664 *Et lapſa ancilia cælo. Anciliorum* pro *Ancilium* habet Horat. Od. 3, 5, 10. Hiſtoriam autem ſive fabulam de lapſis cælo ancilibus, quæ eam ob cauſſam *cæleſtia arma* Livius 1, 20 vocat, habes apud Dionyſ. Halicarn. 2 Antiq. Rom. Ovid. Faſt. 3, 372 ſeqq. Plutarch. d. l. Lactant. 1, 21 extr. & Servium ad 7 Æneid. p. 474 & lib. 8 p. 547. Vet. Gloſſ. *Ancilia*, *Διοσεῆ*. Et Gloſſ. Græco-Lat. *Διοσεῆς*, *ὅτιον βασιλικάριον*, *Ancile*. Hæc ancilia autem Romæ in Templo Martis aſſervabantur repoſita, & annis ſingulis circumferebantur menſe Martio per ſacerdotes aliosque primores per urbem: dieque trigeſimo demum recondebantur. Quod antequam fieret, nihil publice feliciter fieri, ſuperſtitio tenebat. Hinc Suetonius Othonem contra religionem, nondum conditis ancilibus, inauſpicato profectum ſcribit ejus vita c. 8. Vide ad eum locum Caſaubonum, qui ſimilem ſuperſtitionem Athenis, cum Plynteria celebrarentur, obtinuiſſe erudite obſervat. Aliter de iſthoc ſuperſtitionis genere Turnebus, quem Torrentius ſequitur in explicando Suetonii loco. Male, ut oſtendit Lipſius antiq. Lect. 5, 16. Figuram eorum habes in antiquo nummo apud Guther. de Iure Pontificio 1, 11. Conf. Camerar. cent. 1 H. S. c. 60 & Cent. 2 p. 41.

ANCILLA, *æ*, f. *παιδίσκη*, *δούλη*, eine magd. Ter. Andr. 3, 1, 3 *Ab Andria eſt ancilla hæc.* Cic. pro Mil. c. 10 *Cum mulierbri & delicato ancillarum puerorumque comitatu.* Metaphorice Plinius 2, 63 de beneficiis terræ; *Terra*, inquit, *benigna, mitis, indigentiſque mortalium ſemper ancilla*, ſie ſtehet den menſchen zu dienſt. De luxu mulierum circa alendam ancillarum multitudinem v. Lindebrog. ad Ter. Heaut. 2, 2. Feſtus geminum etymon ponit: vel *ab Ancu Martio, quod is bello magnum fœminarum numerum ceperit*: vel *ab Anculare, quod antiqui dicebant pro miniſtrare. Ex quo Dii quoque ac Dææ feruntur coli, quibus nomina ſunt Anculi & Anculæ.* Vbi Scaliger & Dacerius conſentiunt, diminutive eſſe *ancillas*, quia primum dictæ *anculæ*: ſcil. a græco *ἄγγελος*, *miniſter*, unde *anculus* pro *angulus*. conf. Voſſ. Etym. p. 23. Munera bonæ ancillæ tribus verſibus complexus eſt Plautus Merc. 2, 3, 79. De *feſto ancillarum* vid. Macrob. 1, 11. Eædem ſunt *Nonæ Caprotinæ*, ubi vid. ¶ 2. *Ancillæ* etiam viri vocati. Sane Fufidius apud Salluſt. Fragm. c. 5, 21, acerrimo convicio *ancilla turpis* a M. Æm. Lepido appellatur, & *bonorum omnium dehoneſtamentum*. Quæ verba confirmant lectionem veterum Codicum Treb. Pollionis Claud. c. 5 *Gallus Antipater, ancilla bonorum, & hiſtoricorum dehoneſtamentum*, &c. Nemo enim non videt hæc Pollionis verba ex Salluſtiano loco expreſſa eſſe. Similia in viros convicia fœminina dat ad Sall. l. c. Cortius.

¶ Ancillula, *æ*, f. diminut. Ter. Eun. 1, 2, 85 *Dixti cupere te ex Æthiopia ancillulam*, &c. Et Cic. de Orat. 1, 55 *Iuris ſcientiam eloquentiæ tanquam ancillulam pediſſequamque adjungere.* Adde Sen. Controv. 21; Plaut. Rud. Prol. v. 73; & Ovid. Rem. Am. v. 639.

¶ Ancillor, *atus*, *ſum*, *ari*, humiliter famulari, miniſtrare, magd ſeyn, dienen, aufwarten. Titinnius ap. Nonium 2, 26 *Dotibus deliniti* (viri) *ultro etiam uxoribus ancillantur*, & Accius ibid. *invita ancillans.* Apul. Dogm. Platonis p. 9 *Cætera membra ancillari & ſubſervire cæpiti.* ¶ 2. Alicui ſe addicere, & cum ambitione quadam merendæ aut retinendæ gratiæ ſervire præter dignitatem, ut ancillæ ſcilicet, aut adulatores ſolent, ganz ergeben ſeyn. Vet. Gloſſ. *Ancillor*, *κολακεύω*. Porcius Latro, vel quisquis eſt, in Salluſtium ſub Ciceronis perſona c. 4 ſ. 16 *Non uni privatim ancillatus ſum, neque me addixi*, &c. ¶ 3. Aliam etiam notionem Veteres Gloſſæ ſuggerunt, cum *Ancillare* (ita enim legendum, non *Antillare*, ut excuditur) *θηλεύεσθαι*, *παλλακεύεσθαι*, interpretantur. Itaque *ancillari*, pro *pellicem* eſſe etiam, & libidinis cauſſa ſe viro addicere ſignificat. Nempe quia has vices ancillæ & famulæ ſuſtinere ſolent haud raro. Sed quid *θηλεύεσθαι* eſt? Verumne *θῆλυ* aut *θῆλυς* non fœminam tantum quamlibet; ſed & aliquando *ancillam* notat? An pro *θηλεύεσθαι*, *δουλεύεσθαι* reſcribendum?

¶ Ancillāris, *e*, id eſt, illiberalis, ſervilis, magdehafft. Cic. Tuſc. 5, 20 *Sordido ancillarique officio, regiæ virgines, ut tonſtriculæ, tondebant barbam & capillum patris.* Salluſt. in Cicer. c. ult. *Cui in civitate feciſti inſidias, ancillaris*, i. e. ancillarum more ſerviens. Sic *ancillaris adulatio* Ammiano dicitur 26, 17, cum de Procopio tyranno narrat.

¶ Ancillarius, *a*, *um*, idem. Vet. Gloſſ. *Ancillarius*, *θεραπαινικός*, i. e. ad ſerviendum idoneus, fordidus. ¶ 2. Subſtantive Treb. Pollio in Claudio c. 5 *Gallus Antipater ancillariorum & hiſtoricorum dehoneſtamentum*; ubi melius ex MSS. *ancillæ bonorum*, i. e. aſſentator ſummarum poteſtatum. vid. in *Ancilla* n. 2.

¶ Ancillāriŏlus, *i*, m. qui ancillas ſectatur, & neglecta uxore cum iis confuſcit, ein magdehengſt, magde treſcher. Martialis 12 epigr. 58 *Ancillariolum tua te vocat uxor, & ipſa Leſticariola eſt: eſtis Alauda pares.* Significat nempe Alaudam juxta & uxorem ejus eorumdem criminum reos: ipſum in ancillis libidinari; uxorem in leſticariis ſervis. ¶ 2. Qui ancillatur uxori, h. e. nimio ejus amore captus, tam promptus obſequii atque officii eſt, ut non tam vir ejus, quam ſervus ac miniſter videri queat, ein weibermann, weibernarr. Ita videtur accipienda hæc vox apud Senecam de Benef. 1, 9 *Si quis ſe nulla amica fecit inſignem, nec alienæ uxori æmulum præſtat, hunc matronæ humilem, & ſordidæ libidinis, & ancillariolum vocant.* Nempe ſignificat, matronas Romanas ſpreviſſe viros tanquam humilis animi, atque ſervilis, qui ita adſtringi paterentur ſe ſuarum amplexibus, ut non & alias amarent, ſeque profiterentur illis rivales. Alias *uxorios* appellabant. Qua tamen voce hic abſtinuit Seneca, ut mulierum in viros contemtum magis oſtenderet. Quo pertinet etiam, quod *ὑποκορισικῶς ancillariolum* potius, quam *ancillarium* dixit.

¶ Ancillārium, *i*, n. humilis ſubmiſſio. Arnob. 7 p. 221 *Salutet acclinis, ancillarium ſervuli pavibundis trepidationibus imitatus*, die knechtiſche reverentz. conf. Salm. ad Solin. p. 804. Sed quid ſi ſcripſit Arnobius *ancillatum*, ut *famulatum*?

¶ Exancillor, *ari*, dienſtbar ſeyn, ausdienen. Tertull. Apolog. c. 17 *Anima licet falſis Diis exancillata*: Iunius *exanculata* maluit.

Anciſus, quære in *Cædo*.

Ancla, anclabris, anclo, &c. vide *Anculo*.

ANCŌN, *ōnis*, m. plur. *Ancones*, Vitruvio 1, 3 partes normæ, quæ ad inſtar literæ L ex duabus regulis, quaſi brachiis jungitur, die ſtützen zum winckelmaß; quemadmodum & ballitarum & catapultarum brachia *ancones* appellantur. Eſt Græcum origine, quippe *ἀγκών*, *ῶνος*, *cubiti flexum*, ſignificat, der ellenbogen. vid. *Umbo* n. 6. ¶ 2. Ab iſto normæ angulo, & ſinum maris *Ancona* Lucanus dixit 1, 421 *Quem littore curvo Molliter admiſſum claudit Tarbellicus Ancon*: i. e. ſinus maris, der meerbuſen, qui ad Tarbellam Aquitaniæ civitatem, Aturum Galliæ fluvium recipit, ut docet Scal. Auſon. Lect. 1, 5, quamquam alii malunt *æquor* pro *Ancon* legere. ¶ 3. *Ancones* apud Vitruvium

truvium 4, 6 & menſulæ quædam ſunt, volutarum inſtar leniter infractæ ad ſpeciem literæ S ante oſtium: Græcis προθυρίδες, prothyrides, die ſchnerckel an dem geſimſe, tragſteine. Vide ibi Philandri interpretationem. ¶ 4. Sunt & *Ancones* ferramenta, ex quibus retia & alia ſuſpenduntur, krumme hacken, rincken. Gratius Cyneg. v. 87 *Lineaque ex tritis lucent anconibus arma.* Nam *linea arma* retia ſunt. Ita *ferrei ancones* apud Vitruv. 10, 13. Sed Vlitius furcillas intelligit ligneas, *asnites*, qui plurima diſputat de tota voce ad Gratii l. c. ¶ 5. *Anco* Martiali concha Neptuni eſt Spectac. epigr. 26 *Fuſcina dente minax, nexu fluit anco recurvo.* Sic enim eſt quasi emendet verſum, cum legatur vulgo: *ancora curvo.* Vide ibi Raderum f. 63, qui & hoc obſervat, inter vaſa tabernæ cauponariæ cenſeri dolia, ancones, calices, trullas; *anconem* item in modum cubiti ſeu ἀγκῶνος (unde nomen habeat,) inflecti, ein gebogener becher. Adde Turneb. Adverſ. 18, 23 & l. 13 pr. ff. de inſtrum. leg. ¶ 6. *Dulcis Ancon*, γλυκὺς ἀγκών, abominantis eſt ſermo. v. Eraſmi Adag. p. 164 ex Platone, Suida & Athenæo, ex cujus lib. 12 oſtenditur *Anconem locum Sardis fuiſſe voluptatum miniſteriis paratum, ſed in eo complures naufragium feciſſe*, &c.

¶ Ancona, *æ*, f. urbs Italiæ ad ſuperum mare, a littorali ſitu ita appellata. v. Mela 2, 4. Græca quoque forma *Ancon* aliquoties Plinio dicta, 2, 71 & 14, 6.

ANCŎRA, *æ*, f. potius quam *Anchora*, quia græce ἄγκυρα, ein ancker. v. Cellar. orthogr p. 87. Dens ferreus ingenti mole, quo ſiſtuntur ac retinentur naves; naviumque adeo fundamentum eſt. Hinc Virg. Æn. 6, 3 *Tum dente tenaci Ancora fundabat naves.* Sic *jacere ancoram*, anckern. ibid. v. ult. *Figere ancoram*, Ovid. Met. 1, 297. Item *pangere*, Heroid. 2, 4 *Littoribus noſtris ancora pacta tua eſt.* Valer. Flacc. 5, 72 *Et jam Puppe ſedent placidas demiſerat ancora terras:* ubi Burmannus reſcribere mavult *Fune hærent*, cum ancoræ ſemper de prora jaciantur, quod refellit Vir eruditus in Miſcell. Obſerv. 4, 171. Huic opponitur *tollere ancoras:* Cæſ. B. G. 4, 23 *Et ventum & æſtum nactus ſecundum, dato ſigno & ſublatis ancoris progreſſus.* Conf. B. C. 1, 31 ext. *Solvere ancoras* dixit Cic. Att. 1, 10 pr.; *moliri*, Liv. 28, 17; *tollere*, i. e. rem inſtitutam relinquere, quaſi proverbio dixit Varro R. R. 3, 17. Quod ſi arripienda fuga eſſet ex inſtanti periculo, vel *præcidi* ſolebant, de quo eſt locus Ciceronis Verrina 5, 34. *Ancora fidere* dicitur, wenn er grund findet, Plin. 6, 22; *ſubſiſtere*, Cæſ. B. G. 5, 10. Sed *in ancoris commorari*, Hirt. B. Afric. c. 63, vor ancker liegen; quod Cæſar *naves in ancoris conſiſtere* dixit B. C. 3, 28: *Navem in ancoris tenere*, Nepos 2, 8, 7; *In ancoris expectare*, Cæſ. B. G. 4, 13; *ſtare*, Flor. 2, 2, 17. De ancora in nummis regum Seleucidarum v. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 7 p. 404 ſq. Origo breviter diſci poteſt ex Juſtin. 15, 4, 4 ſq. ¶ 2. *Ancora* metaphorice ponitur pro refugio, præſidio, munimento, zuflucht, ſchutz. Ita Hecuba apud Euripidem filium ſuum *ſtæ domus ancoram* vocat. Ita non ſemel *ancora* pro fundamento apud Plinium, Apulejum, Solinum. Ita pro patrocinio amici Ovid. Triſt. 5, 2, 41 *Quo ferar? unde petam lapſis ſolatia rebus? Ancora jam noſtram non tenet ulla ratem. Ancoræ factum prævertit Deus* proverbiale eſt de eventu præter ſpem; ut & illud: *Bonum eſt, duabus ancoris niti*, quod eſt duplici præſidio munitum eſſe, eine zwifache ſtütze haben. v. Chil. *Sacra ancora*, der letzte troſt, Græcorum proverbio, quod vide apud Eraſmum ex Luciano aliisque. Solent nim. nautæ validiſſimam ancoram, quam *ſacram* vocant, poſtremo mittere. Hinc eſt, *ad ſacram ancoram confugere*, ſein äuſſerſtes verſuchen.

¶ Ancŏrālis, *e*, zum ancker gehörig. Liv. 37, 30 *Tractus ancoralis*, ſi Sigonio credimus. Sed conf. ibi Gronovium.

¶ Ancorale, *is*, n. ſubſt. funis, cui ancora alligatur, das ankerſeil. Liv. 22, 19 *Ancoralia incidunt.*

¶ Ancorārius, *a, um*, zum ancker gehörig; ut, *Ancorarii funes*, Cæſ. B. C. 2, 9. ¶ 2. *Ancorarius mons vocatur citerioris Mauritaniæ, qui laudatiſſimam dedit cedrum, jam exhauſtus*, inquit Plinius 13, 15.

¶ Anchorāgo, vel Ancorago, *inis*, f. nomen piſcis Caſſiodoro 12 epiſt. 4. Vide in *Salmo*. Idem enim eſſe creditur Voſſ. de Orig. Idol. 4, 29.

ANCŬLO, contracte *Anclo, are*, ſecundum Feſtum in *Ancilla*, antiqui dicebant pro *miniſtrare*, handreichung thun, darreichen. Sic Livius Andr. apud Feſtum: *Florem anclabant Liberi ex carchefiis*; Scaliger legit metri cauſſa *amulabant*. Sed vid. ibi Dacerius. Cumque ἀγκύλη ſit flexura cubiti ſ. brachii ſ. manus, quibus membris utimur in miniſteriis ac operibus peragendis, *Anculare* inde deduxit Voſſius Etym. p. 28. ¶ 2. Quia idem, qui haurit, miniſtrat, *Anclare* etiam Feſtus exponit per *haurire*, ſchöpfen. Sed hoc ſenſu eſt *Antlo, are*, de quo in *Antlia*. v. Voſſ. l. c. & Turn. Adverſ. 2, 10.

¶ Ancŭlus, *i*, m. ein handlanger. Feſtus: *Ex anculare Dii quoque ac Deæ dicuntur coli, quibus nomina ſunt anculi & anculæ*, nimirum tanquam aliorum Deorum miniſtri, vel ſervorum & ancillarum Dii.

¶ Ancula, *æ*, f. eine handlangerin. vide verba Feſti in *Anculus*. Diminutive hinc *ancillæ* nomen eſſe creditur.

¶ Ancla, *æ*, f. contracte pro *Ancula*, inſtrumentum, quo aqua miniſtratur, eine ſchöpfgelte; alias antlia f. haustrum. Vetus de *Ancla* epigramma producitur a Salmaſio in Vopiſci Bonoſum p. 478. In Suet. Tib. c. 61 *Ancliam* legit Pareus Lex. Crit. p. 445.

¶ Anclabris, *is*, f. apud Feſtum *menſa miniſteriis divinis apta*: vel ut Idem in *Eſcariis* deſcribit, *ea quæ in ſacrificando diis anclatur*, i. e. miniſtratur, ein opfer-tiſch.

¶ Anclabria, *orum*, n. apud eumdem Feſtum vaſa ænea, quibus ſacerdotes utuntur, opfer-gefäſſe.

¶ Anclitor, *oris*, m. idem ac *anculus*, ein handlanger. Gloſſ. vet. *Anclator*, ὑπηρέτης.

¶ Anclēna, *æ*, f. *inſtrumentum ferreum forte*, in Gloſſ. Iſidori.

¶ Exanclo, *avi, atum, are*, perperi, patiendo ſuperare, ausſtehen, überſtehen. Ita Nonius legit 2, 803, & exemplum profert Cic. Tuſc. 1, 40 *Cum exanclaviſſet omnes labores.* Id. Divin. 2, 3 ex Homero convertit: *Tot nos ad Trojam belli exanclavimus annos.* Non refugit Cicero *verbum*, Quintiliano 1, 6 extr. judice, *obſoletum*, quia ex Homero transferebat, cujus ex antiquitate auctoritatem propius aſſequi videntur verba a communi uſu remotiora. Sic & Ennius ap. Nonium 4, 155 *Cum exanimis illum exanclavi diem*, v. plura ibi ex Accio & Lucilio.

¶ 2. De exhauriendi ſignificatione, quam Feſtus & Nonius huc referunt, vide *Exantlo* in *Antlia*.

¶ Exanclārus, *a, um*, überſtanden. Cic. Acad. 4, 34 *Herculis quendam laborem exanclatum a Carneade.*

Ancunulenta, vide infra *Cunæ*.

ANCVS, *i*, m. adunco brachio homo, & exporrectu difficili, Feſt. der den arm nicht kan von ſich ſtrecken, ab ἀγκών, *cubitus*. Vet. Gloſſ. *Ancus, mancus*, κυλλὸς, λοξὸς. ¶ 2. *Ancus Martius*, quartus rex Romanorum, Numæ Pompilii ex filia nepos, inde nomen habuit. Virg. Æn. 6, 815 *Quem juxta ſequitur jactantior Ancus.* Horat. 4 ode 7, 15 *Quo pius Æneas, quo Tullus dives, & Ancus?*

ANCŸLA, *æ*, f. ἀγκύλη, contractio articulorum, die krümmung oder lähmung der glieder. Cell. 5, 13, 28. ¶ 2. Amentum, ein riemen. v. Suid. & Cæl. Rhodig. 11, 52.

¶ Ancylŏblĕpharon, *i*, n. ἀγκυλοβλέφαρον, vitium in oculis, dum palpebræ coalescunt, die zuſammwehrung der augen, Cell. 7, 7, 6.

¶ Ancyloglossus, *i*, m. ἀγκυλόγλωσσος, cui lingua breviore membranula adſtricta eſt, ut minus expedite verba facere poſſit, dem die zunge nicht gelöſt. ¶ 2. Vitium ipſum ἀγκυλόγλωσσον, Paulus Ægineta dixit, das zungenband.

Ancyle, *is*, plur. Ancylia. vide *Ancile*.

ANCŸRA, *æ*, f. ἄγκυρα, Galatiæ metropolis; a qua Synodus dicitur Ancyrana, cujus frequens in ſcriptoribus eccleſiaſticis mentio eſt. Vrbem memoratam vides a Curtio 3, 1, 22 & Plinio 5 c. ult. ¶ 2. Ancyra alia Phrygiæ eſt, ſed minus celebris, ab eodem Plinio deſcripta l. c. ubi vid. Hard.

¶ Ancyrānus, *a, um*, adjectivum gentile. Claudianus in Eutrop. 2, 416 *Ancyranique triumphi.*

ANDĂBĂTA, *æ*, m. ἀνδαβάτης, gladiatorum genus, qui ex equis, galea frontem oculosque tecti, ut videre non poſſent, pugnabant. v. Lipſ. Saturn. 2, 12. Hinc proverb. *Andabatarum more agere* vel *pugnare*, id eſt, in tenebris & temere nullaque arte tela jaculari, de quo plura Eraſmus, luſtſtreiche thun, blindlings fechten. Cic. fam 10 *Quem antea ne Andabata quidem defraudari poteramus.* conf. Turneb. Adv. 19, 8.

ANDALVSIA, *æ*, f. regio Hiſpaniæ, regno Caſtellæ annexa, olim *Vandalitia* dicta, cujus primaria urbs *Hiſpalis*. In hac provincia propter rerum ubertatem Poëtæ quidam conſtituerunt campos Elyſios.

ANDEGĂVI, *orum*, m. Galliæ populi, qui & *Andes* dicuntur Cæſ. B. G. 2, 35, inter Celtas Carnutibus & Turonibus finitimi. vid. Plin. 4, 18.

¶ Andegavum, *i*, n. Andegavorum urbs præcipua, olim Iuliomagus, hodie *Angers*.

¶ Andegavenſis tractus tota dicitur provincia, ſive Ducatus ille, a quo unus ex regiæ familiæ filiis eſt appellatus *Dux Andium*, ſive *Dux Andegavenſis*, der Hertzog von Anjou.

ANDES, *ium*, m. pop. ex Cæſare in *Andegavis* modo expoſiti. ¶ 2. *Andes* vicus non procul a Mantua, Virgilii patria, ut Donatus in Vita Virgilii refert.

¶ Andinus, *a, um*, adject. Silius 8, 594 *Mantua Muſarum domus, atque ad ſidera cantu Evecta Andino*, id eſt, Virgiliano.

ANDŌCĪDES, *æ*, m. unus ex rhetoribus ſive oratoribus Græciæ, in quos Harpocration Lexicon ſcripſit. Ejus & cæterorum vitas apud Plutarchum legas. Meminit v. g. Quinct. 12, 10. Add. Fabric. Bibl. Gr. 2, 26, 3.

ANDRACHNE, *es*, f. ἀνδράχνη, herba, Latinis *portulaca*, burtzelkraut. Plin. 13, 22; Colum. 10 v. 376; Apul. de Herb. c. 103. ¶ 2. *Andrachne agria* Lat. *illecebra*, wilder portulac. Plin. 25, 13.

¶ Andremas, eadem herba Apulejo l. c.

Andria, Androclas, Androclus, vide *Andros, Androdas, Androdus.*

ANDRŌDĂMAS, *antis*, m. ἀνδροδάμας, gemma a domandis viris dicta, quod impetus hominum & iracundias domet, ut magi putant. v. Plin. 36, 20, & 37, 10; Solin. c. 36.

ANDRODAS, 1. Androclas, *æ*, & *ădis*, f. ſexageſimus tertius annus vitæ humanæ appellatus Ægyptiis, ut Iul. Firmicus Math. 4, 14 auctor eſt. Vide infra in *Climacter*. Et *Androdam* quidem, prolatis Firmici verbis, ſcribit etiam Gyraldus de annis & menſibus l. 602. Sed *Androclam* Rigaltius obſerv. repert. lect. ad Tertull. de Idol. f. 203, ubi & in Regia Bibliotheca Firmici locum emendatiorem ita legi ait: *Sane extra cæteros climacteras etiam ſeptimi anni & noni, per omne vitæ tempus multiplicata ratione currentes naturali quadam & latenti ratione varias hominem periculorum diſcriminibus ſemper afficiunt. Unde & LXIII annus, quia utrius numeri ſummam pariter accipit, Androclas appellatus eſt.* Et paullo poſt: *Hac ex cauſſa ab Ægyptiis Androclas dictus eſt, quod omnem viri ſubſtantiam frangat ac debilitet.* Quæ ſane lectio perſuadeat, non aliter ipſum ſcripſiſſe Firmicum, atque adeo nomen feciſſe originis Græcæ. *Virum* enim ἀνδρα vocant Græci, *frangere* κλᾶν. Latine *Virifragum* reddit Rigaltius, annum etiam ἀνδροκλάσην vocat Antonius Meniotius defenſ. adv. Hadr. Scaurum p. 18. *Androclada* etiam defendit & explicat Salmaſ. de annis climacter. p. 97 ſq.

ANDRŌDVS, *i*, m. ſervus ille hoſpes leonis, cujus pro beneficio memoriam leo diu retinuit, & Romæ agnovit hoſpitem illum ſuum poſt longum tempus. v. hiſtoriam ap. Gell. 5, 14. Et forte ad hunc ipſum narratio ſimilis pertinet apud Senec. de Benef. 2, 19. Cæterum rectius *Androclus* vocatur hic ſervus in melioribus Gellii editionibus; & apud Ælianum Hiſt. an. 7, 48 Ἀνδρόκλῳ.

ANDRŌGEOS, *i*, m. ἀνδρόγεως, Minois Cretenſium regis filius, ab Athenienſibus & Megarenſibus occiſus, ob cujus vindictam necis pueri Athenienſes Minotauro objici cœpti ſunt. Virg. Æn. 2, 370 *Primus ſe Danaum, magna comitante caterva Androgeos offert nobis &c.* Idem Æn. 6, 20 *In foribus lethum Androgeo*: Genitivus Atticus eſt. Latino idem uſus ſic eſt Æn. 2, 392 *Androgei galeam, clypeique inſigne decorum Induitur.*

¶ Androgeōn, *ōnis*, m. idem. Hinc accuſativum Propertius fecit 2 eleg. 1, 63 *Et Deas exſtinctum Creſſis Epidaurius herbis Reſtituit patriis Androgeona focis.*

¶ Andrŏ-

¶ Andrŏgĕōnēus, *a, um*, adject. Catull. in Argonaut. v. 77
Androgeonææ pœnas exsolvere cædis.

ANDRŎGYNUS, *i*, m. ἀνδρόγυνος, ambigui sexus homo, quem *Hermaphroditum* vulgo vocant, Liv. 27, 11 *ambiguo inter marem & fœminam sexu hominem*, ein zwitter: quia utroque membro genitali præditus. Gell. 9, 4 *Gigmuntur homines utriusque sexus, quos Hermaphroditos vocamus, olim Androgynos vocatos, & in prodigiis habitos &c.* conf. Plin. 7, 2, & Auson. epigr. 69 v. 12. Lucret. 5, 837 *Androgynum inter utrum, nec utrumque, & utrinque remotum.* Quem verium tamen Lambinus juxta atque Giphanius Creechiusque pro spurio habent. Sane cum priore jungi non potest. Si Lucretii est, trajectum putarim, & v. 841 subjiciendum. Cæterum *Androgyni* pro malo omine apud Romanos olim habiti & in mare projecti sunt. v. Liv. l. c; & 27, 37; & 31, 12. Sed Plin. 7, 3 sua ætate in deliciis haberi stomachatur.

¶ Andrōgyne, *es*, f. virago, eine beldin, mannin. Valer. Max. 3, 1 *Amasium Sentium, quia sub specie fœminæ virilem animum gerebat, Androgynem appellabant.*

ANDRŌMACHE, *es*, f. Ἀνδρομάχη, & Andromacha, *æ*, Hectoris uxor, Virg. Æn. 3, 486 *Longum Andromachæ testentur amorem.* ¶ 2. *Andromache Ennii* tragœdia ab Ennio scripta, Cic. Divin. 1, 13. conf. Varr. de L. L. 6, 5. Hinc proverbialis locutio: *Nihil ad Andromachan*, Tertull. de Pudicitia c. 8 das thut nichts zur sache. ¶ 3. Pro quavis fœmina juniore Martial. 3, 75 *Cum possis Hecubam, non potes Andromachen.*

ANDRŌMĔDE, *es*, & Andromeda, *æ*, f. Cephei & Cassiopes poëtis filia est, Persei uxor; a quo a ceto, cui devoranda a Nymphis propter matris superbiam fuerat proposita, liberata fuit; relata inter sidera a Minerva. v. Cic. N. D. 2, 43; Manil. 5, 513 sqq; Hygin. fab. 64, & Astr. 2, 11; Plin. 5, 31; & Salmas. in Solin. p. 401 sq. Hinc Propert. 3, 21, 29
Non hic Andromedæ resonant pro matre catenæ.

ANDRON, ōnis, m. ἄνδρων, spatium inter duos parietes, in quo pluviæ descendunt, Græce ideo dictum μεσοτοίχιον, die trauffe oder ſchlippe, ap. Plin. 2 epist. 17. add. Vitruv. 6, 10. *Vbicunque inter domos duas angustior patet via, qua velut anfractu breviore, liceat ex transverso in patentiorem viam transcurrere, vocant* Andronem, *vel etiam forma deminuta*, Andronellam, Cæl. Rhod. 14, 57. ¶ 2. Sed & *Andron*, locus in domo, in quo viri soli versantur sine mulierum accessu, das mannẽ-zimmer, münchs-kloſter. Vitruv. 6, 10 *Andronas Græci vocant domos conviviorum virilium.* Conf. Festum & Cælii l. c. ¶ 3. *Andron* etiam nomen est proprium, idque viri non unius. Multos enim sic appellatos docebunt Voss. 3 de Hist. Græc. p. 321, & Jonsius 1 de script. Hist. philos. p. 40 seqq. E quibus *Andron Alexandrinus* Chronica condidit. Alius ab eo est *Andron Ephesius*, qui scripsit inter alia de septem sapientibus. Alius quoque est *Andron Halicarnassensis*, qui laudatur Plutarcho in Theseo. Fuit & *Andron Tejus*, cujus περίπλους citatur a Scholiaste Apollonii. *Andronem medicum* memorant Galenus, Athenæus, & Celsus 5, 20, 4; 6, 18, 2. *Andronem musicum & geometram*, M. Antonini Phil. magistrum, novimus ex Capitolino c. 2. *Androna Catanæum* scribit Theophrastus eminentem tibiis primum omnium motiones corporis & rhythmos excogitasse. v. Cæl. Rhodig. 5, 4.

¶ Andrōnītis, *idis*, f. ἀνδρωνῖτις, receptaculum itidem virorum, ut *Gynæconitis* mulierum. Vitruv. 6, 10 *Andronitides dicuntur, quod in his viri sine interpellationibus mulierum versantur.*

ANDRŌNĪCUS, *i*, m. etiam hoc nomine appellati multi fuerunt. Quorum primus hic nobis esto *Rhodius*, quem ab Aristotele undecimum scholæ Peripateticæ Philosophum Athenis præfuisse, ex Ammonio docet Herm. Coringius c. 1 Introd. in Polit. Arist. p. 565, ubi mox & illud ostendit, gravissimas esse dubitandi causas, sitne hujus viri Nicomacheorum Aristotelis illa paraphrasis, quam ejus nomine primus & edidit & vertit Dan. Heinsius. ¶ 2. Apud *Andronicum, Hypocriten* cognominatum, studuisse Demosthenem, docet Quintilianus 11, 3 ¶ 3. *Andronicus*, cognomento *Alypius*, Syriæ regum, atque aliarum gentium, ut B. Hieronymus auctor est, historias est literis persecutus. v. Voss. 3 de Hist. Græc. p. 322 & 4 p. 503. ¶ 4. *Livius Andronicus* (de quo & infra in *Livius*) apud Romanos primus fabulam docuit, Q. Claudio Cethego, Appii Cæci filio, & M. Sempronio Tuditano COSS. anno ipso antequam natus est Ennius. v. Gyraldus Dial. 8 de Poët. Hist. f. 297. ¶ 5. Fuit & *alter Andronicus Poëta* tempore Iuliani Cæsaris Imperatoris. v. Idem f. 298. ¶ 6. Fuit & Grammaticus *Pompilius Andronicus*, qui Syrus cum esset, Romæ docuit, dein Cumis agens in otio vixit. Ejus vitam Suetonius est exfectus c. 8 de Illustr. Grammat. Vid. & Voss. 1 de Hist. Lat. 10 p. 47. ¶ 7. Etiam inter Græcos orientis imperatores *Andronici* memorantur, & quidem seculo Christianorum 12, *Andronicus Comnenus*, Alexii pueri pro tutore percussor, cujus vitam scripsit Nicetas Choniates. Tres alii seculo 14 ex Palæologorum gente: *Andronicus* Michaelis Palæologi filius, & hujus *nepos*, avo imperium eripiens, de quorum certaminibus Nicephorus Gregoras scripsit lib. 8 & 9 & Cantacuz. l. 10; & tertius, minoris hujus Andronici *nepos*, Ioannis Palæologi, apud Venetos captivi, filius, patri infidus, de quo Chalcocondyles lib. 1 & 2; & Ducas c. 11 sq. ¶ 8. *Andronicus Thessal. ævensis*, inter Græcarum literarum restitutores facile primus, Bessarioni amicus; de quo Raphael Volaterr. lib. 21 Anthrop. f. 491.

ANDRONIUM, *i*, n. medicamentum adversus uvæ inflammationem, Cels. 6, 14.

ANDROS, *i*, f. Ἄνδρος, insula, cum oppido ejusdem nominis, in Ægæo mari, Euboeæ & Atticæ litoribus opposita. Plinius 4, 12 de Cycladibus: *Prima earum Andros cum oppido, abest a Gerastu* (Euboeæ urbe) *10 mill. passuum.* Ovid Met. 13, 661
Et totidem natis Andros fraterna petita est.

¶ 2. Est & alia *Andros* insula prope Britanniam, de qua Plinius 4, 16.

¶ Andrius, *a, um*, adj. ut, *Andria* scil. mulier, apud Terent. sæpe: *Crito Andrius*, ibidem Andr. 5, 4, 3.

¶ Andria, *æ*, f. Terentii fabula, cui ab occasione Andriæ cujuspiam mulierculæ nomen est. Exemplum est honestæ educationis & obedientiæ liberorum. Habet exempla pulcherrimarum narrationum, consultationum, objurgationum, querelarum: quæ omnia mira constant eloquentia, ut verba & figuras Latini sermonis tuppeditare, atque ad dicendi rationem facere plurimum possint.

¶ Antandros, *i*, f. Ἄντανδρος, mons Phrygiæ Idæ pars, & urbs in eo sita. Caussam nominis reddit Mela 1, 19. Virg. Æn. 3, 5 *Classemque sub ipsa Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ.*

ANDRŌSACE, *es*, f. Ἀνδρόσακες, herba Syriaca amara, tenues spargens juncos sine foliis. Dioscorid. 3, 133; & Plin. 27, 4.

ANDRŌSÆMON, *i*, n. Ἀνδροσαιμον, planta, congeneris hyperico, quemadmodum Dioscorides testatur, foliorum tantum & caulis ratione ab eo differens, quamobrem *Androsæmum* dicitur, v. Plin. 27, 4.

Andruo, *are*, Aneclogistus, Anellus, vide *Amtruo, Logus, Annulus.*

ANECDŌTOS, *i*, m. gr. ἀνέκδοτος, ineditus, unausgegeben. Cic. Att. 14, 17 *Librum meum anecdoton nondum perpolivi.* Idem Att. 2, 6 absolute *anecdota sua* dixit. Ita etiam appellantur libri, quos auctores premunt ad mortem usque suam, ne editi periculum sibi creent. Quo titulo habemus *Procopii* ἀνέκδοτα plena acerbitatis & contumeliæ in Iustinianum.

ĀNĒMŌNE, *es*, f. Ἀνεμώνη, herba sylvestris & culta, folia habens Coriandro similia, caulem lanuginosum & tenuem, floremque, ut papaveris: Dioscorid. 2, 167. Windsblum, buchſtaudt, feldrosicin. Vocant & herbam venti, windkraut: quia flos ejus nunquam se aperit, nisi vento spirante, v. Plin. 21, 11 & 16 & 23; Apul. de Herb. c. 53. Poëtæ fabulam pro more admisent ex Adonidis casu. Bion Smyrnæus Idyllio 1, quod Adonidis Epitaphium vocatur: Δάκρυον ἡ Παφίη τόσον ἐκχέει, ὅσσον Ἄδωνις Αἷμα χέει· τὰ δὲ πάντα ποτὶ χθόνα γίγνεται ἄνθη· Αἷμα ῥόδον τίκτει, τὰ δ' ὀάκρυα τῶν ἀνεμώνων. Hoc est: *Lacrymarum tantum Venus effundit, quantum Adonis sanguinis fundit. Hæc vero omnia in terra sunt flores: Sanguis rosam gignit; sed lacrymæ anemonen.*

ANENNOETOS, æon hæreticorum, Tertull. adv. Valent. c. 35.

Aneo, anesco, quære in *Anus.*

ĀNĒTHUM, *i*, n. ἄνηθον, herba hortis omnibus frequentissima, dille. v. Plin. 20, 18; Colum. 11, 3; & 10, 120; Pallad. Febr. t. 24; Apul. de Herb. c. 121. Virgil. ecl. 2, 48 *Benevolentem* dixit. ¶ 2. *Anethum* silvestre tortuosum, bärwurtz. Hadrian.

Anethinus, *a, um*, ἀνήθινος, von dille; ut, *Unguentum anethinum*, Dioscor. 1, 52. *Vinum anethinum*, Id. 5, 41.

¶ Anethātus, *a, um*, anetho conditus, mit dille gemacht; ut, *Anethatus pullus*, Apic. 6, 9. *Anethatum jus*, Id. 7, 6.

ANĒTĬCUS, *a, um*, ἀνετικός, nachlassend, ἀπὸ τῆς ἀνέσεως, i. e. remissione; ut, *Anetici temporibus*; item *per intervalla anetica*, ubi se morbus remittit, Th. Prisian. 3, 3 & 2, 25. v. Reines. Var. Lect. 3, 11.

Anfractum, anfractus, Angaria, &c. vide *Frango, Angarius.*

ANGĂRUS, *i*, m. ἄγγαρος, cursor regius apud Persas, ein postilion, post-reuter; aut potius ordonnantz-reuter. Erant *Angari*, qui & *Astandæ* dicti, certis stationibus dispositi, ut alter alteri traderet mandata regia, quo celerius perferrentur, eoque munere Darium Codomannum functum esse, Plutarchus scribit. v. Suid. & Brisson. de Regno Pers. p. 147.

¶ Angăria, *æ*, f. ἀγγαρεία, coactio, servitus præstandorum angaris equorum aut commeatuum; Persica vox, der frohn-dienst, item munus angari, die post. Vet. Gloss. *Angaria, περιεργασία, ἀκυσία, ἐσχασία*, L. 18 ff. § de Muneribus: *Angariarum præbitio.* Budæus: *Apud Persas erat* ἀγγαρήιον δρόμημα, *cursus pernicissimus equitum, ut scribit Herodotus in* 8, *unde nomen Angariæ & Parangariæ in libris juris lectitatum manavit. Est enim nomen Persicum: in privatos Postas, quasi positos collocatosque certis in locis & semper in procinctu excubantes, appellant.* V. & ICt. & Salmas. ad Capitol. in Pio c. 12, nec non Stevech. ad Veget. 1, 3; & 2, 8. Visus ea voce est etiam Nigidius, Ciceroni æqualis, ap. Gell. 19, 14. Scribitur & *Engaria*, v. Scheffer. de Re vehic. c. 29.

¶ Angărio, *are*, ἀγγαρεύειν, i. e. cogere, adigere, vel ad iter præstandum, vel ad onus ferendum, vel ad quodvis ministerium obeundum, pressen, nöthigen zum dienst. Nam angaris id juris erat, ut possent cujusvis equos, aut naves, hominesque ipsos rapere ad cursum. Hoc verbo usus Ulpianus l. 4 ff. de Veteranis, ubi *naves angariari* dicuntur, die man in beſchlag nimmt. Clarius Paullinus epist. 37 n. 1 ad Victricium: *jumentum angariavit in vias duras.* v. Arator 2, 903. Beza ad Matth. 5, 41.

¶ Angarialis, *e*, zur post gehörig. Theod. Cod. l. 8 tit. 5 *Angarialem habere copiam.*

¶ Parangarius, *a, um*, idem; ut, *Parangaria præstatio*, Constant. lib. 1 Cod. tit. 3 l. 2 § 3.

¶ Parangaria, *æ*, f. subst. cursus publicus, die post. Cod. lib. 12 tit. 51. Item sumtus vel labor agendi aliquid extra viam, ein frohndienst; ut, *Parangariam præsumere*, Theod. Cod. l. 8 t. 5.

Angelica, angelicus, Angellus, vide *Angelus, Angulus.*

ANGĔLUS, *i*, m. ἄγγελος, officii vel ministerii nomen est, non naturæ sive substantiæ, significans nuncium sive legatum, ein bote, gesandter. Latine usus est voce hac Seneca epist. 20 *Ego angelus Epicuri*, si salva scriptura. v. Lipsium. Græcis autem non infrequens verbum est; v. g. Zosimus 2, 22 de Licinio, διέπεμπεν ἀγγέλας κατὰ τὰ ἔθνη, *misit ad singulas gentes nuncios.* Et 3, 35 κακῶν ἄγγελος, *malorum nuncius.* ¶ 2. Inde transfertur ad Spiritus illos bonos, interpretes voluntatis divinæ, datosque custodes humano generi; ein engel. Exempla apud ecclesiasticos scriptores sunt obvia. v. Arnob. 1 p. 25; Isidor. 7, 5.

¶ Angelicus, *a, um*, adject. englisch; ut, *Angelice excubiæ*, Paullinus epist. 28 n. 1, der engel schutz. *Carmen angelicum*, Alcimus Avitus 1, 190. Et Prudent. Tetrast. 11 de Manna:
Panibus angelicis albent tentoria patrum.

¶ Angelica, *æ*, f. herba officinarum, angelicke, heiligengeiſts-wurtzel.

¶ Angelificatus, *a, um*, den engeln gleichgemacht. Tertull. de Resurr. carn. c. 26 *Caro in regno Dei reformata & angelificata.*

¶ Archangelus, *i*, m. ἀρχάγγελος, ein ertz engel. Tertull. adv Valent. c. 19 & adv. Marc. 5, 18. Orient. Commonit. lib. 2 p. 94.

¶ Archangelæus, *a, um*, adject. apud Hieron. 1 epist. 6.

¶ Evangelium cum derivatis vide in E.

ANGERONA, *æ*, f. Ἀγγερόνη, etiam *Angeronia* dicta, silentii dea, cujus simulacrum os obligatumque habebat; ad significiendum, quod qui suos dolores animi aterosque dissimulant, perveniant patientiæ beneficio ad maximam voluptatem. v. Plin. 3, 5; Macrob. Sat. 1, 10, & 3, 9; Solin. c. 1. Vet. Gloss. *Angeronia*, ἡ Θεὸς τῆς βαθῆς καὶ κωφῶν. Nominis origo, quod *angeret* os & cohiberet vulgatum is commissa. Quare & Scalig. in Conjectaneis p. 78 *Angeronam* dictam maluit.

¶ Angeronalia, *ium*, n. pl. Angeronæ sacra a Romanis instituta, cum angina omne genus animalium consumeretur, Fest. & Varr. L. L. 5, 3.

Angina, angiportus, Angitia, vide *Ango*, *Angvitia* in *Angvis*.

ANGLIA, *æ*, f. recentius nomen insulæ, quæ Britannicarum maxima & nobilissima fuerat, & itaque κατ' ἐξοχὴν *Britannia*, sed suo proprioque nomine *Albion* appellata, ab albis petris scilicet, quas in litore subeuntibus ostentat, Engelland. *Angliæ* nomen unde sit, diversa traditio est. Sunt qui ab *Angla*, seu *Angela* quadam regina & duce Saxonum, qui potiti insula sunt, & *Anglo-Saxones* ab ea appellati, causam nominis ducunt. Quod Saxo Grammaticus lib. 1 Hist. *Angulo*, Dani fratri, tributi: quem gentis Angliæ, ut Daniæ alteram, principem ac conditorem pronunciat. Simplicissima verissimaque illorum est ratio, qui ab *Anglis* Saxoniæ populis, quos subegisse invidam constat, appellationis originem petunt. Vt sicut Franci victores Galliæ; ita Britanniæ Angli Saxones mutarint nomen, vocabulo alio ab se transscripto. Quam ob causam & Vunnefridus Anglus *Angliam, Transmarinam Saxoniam*, epistola ad Zachariam Pontificem, vocat, quod Rhenanus lib. 1 Rerum Germ. observat. Nec Angli ipsi diffitentur, Saxonibus se & patrii fermonis originem, & suos ipsorum debere natales. ¶ 2. *Anglia nova*, vulgo nen Engelland, hodie dicitur regio Americæ septentrionalis inter novam Franciam & novum Belgium, a Richardo Grenvilio Anglo detecta An. 1585, quam & in honorem reginæ Elisabethæ dixerunt *Virginiam*.

¶ Angli, *orum*, m. pl. Engelländer. Anglicus & Anglicanus, *a, um*, Engelländisch. Geographis usitatæ voces. *Anglorum*, Germaniæ populorum, Tacitus Germ. 40, 2 meminit; quos habitasse ad Albim ea parte, qua Luneburgensis ducatus pars dextræ ripæ pretenditur & Mechelburgensis pars occidentalis, Ph. Cluverius Germaniæ Veteris 3, 27 scribit. Cætera vide in *Britannia*.

ANGO, *xi, ctum, ĕre*, ängstigen, drängen, quälen; item suffocare, strangulare, würgen. Nam ab ἄγχω, *suffoco*, recte deducitur: tametsi quibusdam conflatum videatur ex *am* & *ago*, i. e. in diversum ago. Diomedes, vetus Grammaticus, lib. 1 p. 361 *PRAEFOCO, præfocavi, Probus quasi novam vocem miratur. ANGIT enim veteres dicebant.* Virg. Georg. 3, 497 *ac faucibus angit obsis.* Lucan. 6, 107.

Aëre non pigro, nec inertibus angitur undis.

¶ 2. Metaphorice *angi* est curis premi & cruciari. Liv. 29, 1 *Parentes cognatosque eorum ea cura angebat.* Cic. ad Qu. Frat. 3, 3 *Me illa cura solicitat angitque vehementer*, kränket mich sehr. Id Fam. 16, 14. *Audio te animo angi.* Id. 5 ad Att. 10 *Angi intimis sensibus. Angi de aliqua re*, ibidem 7, 22. Prisc. lib. 10 supinum facit *Anctum*: Diomedes lib. 1 in pass. *anxus sum* ab *angor*, unde *Anxius*.

¶ Anctus, *a, um*, excruciatus, gedrängt. Ita Scaliger legit, ubi apud Festum *Antios*.

¶ Angor, *ōris*, m. Festo & *corporis & animi cruciatus* a συνάγχη, i. e. strangulatione dictus, angst, qual. Cic. Tusc. 4, 8 *Angor est ægritudo prementis.* Liv. 5, 48 *Æstu & angore vexari*, de aere crasso & quasi strangulante. Plin. 8, 27 *Angor occupat fauces.* Sæpius de animi molestia; ut, *Angorem capere pro amicis*, Cic. in Læl. c. 13. Id. *Allobrogibus conjici*, Phil. 2, 15.

¶ Angina, *æ*, f. Vet. Gloss. συνάγχη, & κυνάγχη & λυκάγχη, quod canes & lupi hoc malum frequenter patiantur, genus est morbi acutissimi, quo fauces anguntur & strangulantur, alio nomine tonsillæ, die fäulsucht, bräune, geschwulst am halse. Plaut. Trin. 2, 4, 13 *Sues moriantur angina hic acerrima* Conf. Most. 1, 3, 60. *Strangulari angina*, Cels. 2, 10. Conf. 4, 4 & Plin. 21, 19 &c. Festo *Anginam vinariam fieri dicuntur, qui vino suffocantur. Montis angina* recte dicitur Tertulliano de Anima c. 48. Quantitatem mediæ Serenus Samonicus perdocet ex Carm. 16 *Verum anginæ sibi mistum jus & passit acetum.* Cum Demosthenes, a legatis Milesiorum pecunia corruptus, dicere contra eos, quod pridie fecerat, postridie recusasset, anginam se pati caussatus, objectum ipsi a quodam est, non συνάγχην eum, sed ἀργυράγχην, hoc est, non *anginam*, sed *argentanginam* pati. v. Gell. 11, 9.

¶ Angiportus, *ūs*, m. & Angiportum, *i*, neutro genere, quod bis apud Terentium legitur: Vt in Adelph. 4, 2, 39 *Id quidem angiportum non est perviam.* conf. Pharm. 5, 7, 8. Sed & Id. Eun. 5, 2, 6; Plaut. Pseud. 3, 2, 6 & 4, 7, 134; & Catull. 59, 4. Ab *angustus portus* dictum, Varro L. L. 4, 32 ostendit. Significat enim vicum angustum & flexuosum, vel pervium, vel non pervium, ein enges gäßlein. Horat. 1 od 25, 10 *Flebit in solo levis angiportu.* Vitruv. 1, 6 extr. *Ita dirigantur plateæ & angiportorum divisiones.* Auct. ad Herenn. 4, 51 *Angiporto toto deerrasse.*

¶ Angustus, *a, um*, enge, gedränge. Cic. Leg. 1, 5 *In parvum & angustum locum concludi.* Absolute Virg. Æn. 2, 332; & Tac. Hist. 3, 82, 6 *Angusta viarum.* Sen. Thyeste 45 *Tutusque mea a capitur angusta cibus*, h. e. parva. Sed potest etiam ad alteram significationem referri. Nimirum ¶ 2. Sumitur pro egeno, periculoso, abjecto: Iuvenal. 3, 165 *Res angusta domi*, das armuth. Ter. Heaut. 4, 2, 2 *In me plus oppido mihi res meæ coguntur copiæ*, Translatio a re militari est. Germani, die ochsen stehen am berge, wel das wasser will über die felder gehen. *In angusto loci est*, es ist schlechte hoffnung, Celsi. 8, 1. *In angustum adducti*, Cic. de Amic. c. 5. Id Off 1, 20 *Nihil est enim angusti animi contemptu parvi, quam amare divitias.* Id Fin. 1, 18 *Homines animati & audaces, omnia semper desperantes*, niederträchtig, kleinmüthig. *Ang. sit pro* schlechter credit. v. Fides. Horat. 2 ode 10, 21

Rebus angustis animosus atque Fortis appare.

Comp. Cic. 3 fam. ep. 8 *Liberalitas angustior.* Superl. Curt. 7, 4, 4 *Angustissimæ fauces.* Hirt. B. Alex. c. 39 *Angustissimum intervallum.*

¶ Anguste, adv. enge, knapp. Cic. in Orat. c. 33 *Presse & anguste rem definire.* Id. apud Macrob. Sat. 2, 3 *Anguste sedere; habitare*, Front. Strat. 4, 1, 10. Comp. Cæs. B. Civ. 1, 59 *Angustius pabulabantur.* Cic. Nat. D. 2, 7 *Quæ brevius angustiusque concluduntur, apertiora sunt.* Rursus Cæsar exsuperante gradu B. Civ. 3, 45 *Vt quam angustissime Pompejum contineret.*

¶ Angustia, *æ*, f. & *Angustiæ* plur. die enge: ut, *Loci angustia*, Plin. 14, 6. *Angustia conclusæ orationis*, Cic. Nat. D. 2, 7. Plural. Id. Agrar. 2, 32 *Corinthus erat posita in angustiis atque in faucibus Græciæ.* conf. Nep. 2, 3, 2. Cæs. Gall. B. 1, 39 *Angustias itineris vereri.* Cic. de Orat. 3, 61 *Vt me temporis angustiæ coegerunt*, die kürtze der zeit. ¶ 2. Translate Id. pro Balbo, c. 27 *Senatus in angustiis ærarii victorem exercitum stipendio affecit.* Id. 12 fam. ep. ult. *Incredibiles angustiæ pecuniæ publicæ*, das geld ist klemm bey der rentkammer. *In angustias adduci*, Id. pro Quinct. c. 5, in angst und noth gerathen. Sic &, *Angustiis urgeri*, Id. de Fato c. 15. *In angustiis versari*, Id. Fin. 2, 9. *Non capiunt angustiæ pectoris tui*, Id. in Pis. c. 11 h. e. animus humilis & abjectus.

¶ Angustitas, *ātis*, f. idem. Accius apud Nonium 2, 38 *Angustitas inclusa ac saxis squalida.* Item: *Saxum id facit angustitatem.*

¶ Angusto, *avi, atum, are*, enge machen, enge einziehen. Catull. 65, 357 *Iter cæsis angustans corporum acervis.* Sen. de Tranqu. c. 8 *Angustanda patrimonia sunt.* Id. ad Helviam c. 6 *Angustare videor vim ejus.* Id. ad Polyb. c. 29 *Nimis angustat gaudia sua.* Alcimus Avitus 5, 521 *Angustavit humum latam stipata juventus.* conf. Lucan. 5, 233.

¶ Angustātus, *a, um*, enge, eingepreßt, schmal. Plin. 17, 8 *Puteis ore angustatis.* Sidon. epist. 2, 2 *Angustatis gradibus adscendere.*

¶ Angusticlāvius, *i*, m. equestris dignitatis, ein gemeiner edelmann. Svet. Oth. c. 10 *Angusticlavius tribunus.* Nam *Laticlavii* altiorem gradum obtinebant. v. *Clavus.*

¶ Anxius, *a, um*, ἀπιμένος, ἀχθόμενος, λεπτομερίμνος, ut in Vet. Gloss. exponitur, *solicitus*, ängstlich, bekümmert, sorgfältig. Cic. Fin. 2, 17 *Anxio & solicito animo esse.* Id. de Sen. c. 18 *Sunt morosi & anxii, & iracundi, & difficiles senes.* Id. Tusc. 4, 12 *Non omnes anxii, qui anguntur aliquando, nec qui anxii, semper anguntur.* Construitur cum genit. & ablat. ut, *Securitatis anxius*, Plin. 15, 18. Ovid Her. 20, 198 *Anxia sunt vitæ pectora nostra tuæ. Anxia furti*, Ovid. Met 1, 623. Et, *Longis anxia curis*, ibid. 9, 275. Sed & *Anxius de instantibus curis*, Curt. 3, 3, 2. *Anxia oratio* est anxie elaborata, Gell. 15, 7.

Anxie, adverb. mit sorge und angst. Plin. 11, 52 *Anxie quærere.* Sallust. Iug. c. 82 *Neque tam anxie laturum fuisse.* conf. Iustin. 1, 4, 11.

¶ Anxietas, *ātis*, f. schwermuth, bangigkeit. Cic. Tusc. 4, 12 *In aliis anxietas: unde anxii.* & Plin. 7, 53 *Anxietate mortuus.* Iuvenal. 13, 211

Perpetua anxietas nec mensæ tempore cessat.

¶ Anxitūdo, *inis*, f. idem. Accius ap. Nonium 2, 32 *Vbi cura est, ibi anxitudo.* Cic. 2 de Rep. apud eundem: *Anxitudo prona ad luctum.* Scribitur & quinque syllabis *Anxietudo.* Paullinus Nolanus epist. 14 ed. Paris. n. 3 *Vt gravissimæ anxietudinis pœnam luctaverint.*

¶ Anxio, *are*, pro angere, anxietatem adferre, ängstigen. Apul. 4 Met. p. 155 ed. Elmenh. *Tristitia animi, languore corporis, dumisque cæteris anxiatum iri.* conf. Vulg. Ps. 60, 3; & 142, 4.

¶ Anxiōsus, *a, um*, bange, beschwerlich. Cæl. Aurel. Tard. 3, 7 *Quod est dormituris anxiosum.*

¶ Anxifer, *a, um*, idem. Cic. Divinat. 1, 13

Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas.

¶ Coangusto, *are*, einpressen, enge einschränken: ut, *Aditum ædium coangustare*, Vlpian. l. 19 § 5 Dig. Locati cond. Ipse Cic. de Leg. 3, 14 *Lex dilatata in ordinem cuneum coangustari etiam potest.* Autor B. Hisp. c. 5 *Propter pontem coangustabantur.* Celsus 7, 27 extr. *Fistula coangustetur.*

¶ Coangustatus, *a, um*, undiquaque angustus, eingepreßt. v. Festus in *Conaulitum.*

¶ Perangustus, *a, um*, sehr eng. Sallust. Iug. c. 92 *Perangusto aditu relicto.* Liv 22, 4 *Via perangusta.*

¶ Peranguste, adv. idem. Cic. de Orat. 1, 35 *Coarctavit & peranguste referit in oratione sua.*

Angueus, anguicomus, anguifer, anguigena, vid. *Anguis.*

ANGVILLA, *æ*, f. ἔγχελυς, sic dicta ab anguis forma, ut Varro putat de L. L. 4, 121 ein aal. Iuvenal. Satyr. 5, 103

Vos anguilla manet longæ cognata colubræ.

Gigni ex limo algarumque putredine in lacubus & fluviis, nullo coitu, nulla fœtura, ait Aristoteles. Plin. 9, 51 *Anguillæ attorunt se scopulis, ea strigmenta vivifice nt, nec alia est earum procreatio.* Nicander tamen serpentem & anguillam commisceri scribit. conf. Id. 9, 8 & 21; &c. Plautus proverbialiter dixit Pseud. 2, 4, 57 *Anguilla est, elabitur*: er ist schlüpfrig, entwischet leicht. Qua figura etiam dicunt, *Anguillam cauda tenere*, in eos scilicet, qui lubrica sunt fide. v. Chiliad. ¶ 2. *Anguillis crassas tergus, eoque verberari solitis prætextati.* v. Plin. 9, 23: ubi Harduinus laudat Isidor. in Gloss. *Anguilla, qua cæderentur in scholis pueri, quæ vulgo scutica dicitur.*

¶ Anguillarius, *a, um*, anguillis plenus, aalreich; ut, *Lacus anguillarius*, ICt. 18 Dig. 7. 1 l. 69. al *anguilarius.*

¶ Anguillarium, *i*, n. locus ubi anguillæ abundant, ein aalneß. Cathol.

ANGVIS, *is*, m. & f. ὄφις, eine schlange; secundum Servii in Æn. 2 v. 204 differentiam, aquarum est, sicut terræ serpens, & draco templorum: sed, ut ipse addit ibidem, plerumque significationis hoc discrimen confunditur. Virg. quidem c. l. *Immensis orbibus angues Incumbunt pelago, pariterque ad littora tendunt:* Contra idem Ecloga

Ecloga 2 v. 93 *Frigidus latet anguis in herba.* Cic. Divin. 1, 33 *Ab infima ara subito anguis emersit. Odisse æque atque angues,* Plaut. Merc. 4, 4, 21 *Vitare cane pejus & angue,* Horat. 1 epist. 17 v. 30, ſpinneufeind ſeyn. Proverbiale & illud eſt natum ex apologo quodam, *Anguem in ſinu fovere,* quod eſt, alere & fovere eum, ex quo certum aliquando immineat tibi periculum & pernicies. Etiam noſtri, eine ſchlange im buſen ernähren. In feminino genere Cic. de Nat. D. 1, 36 *Volucres angues vento Africo invectæ.* Ovid. de Medicam. fac. v. 39 *Mediæ angues ſinduntur*: & ita Varro, Tacitus, alii; ſed plerumque eſt virilis generis. v. Heinſ. ad Ovid. Metam. 4, 495. ¶ 2. *Anguis,* ſidus cœleſte, Vitruv. 9, 7; Manil. 1, 404. vid. Drakenb. ad Sil. 3, 193.

¶ Anguĭculus, *i,* m. diminut. ὀφίδιον. Cic. de Fin. 5, 15 *Serpere anguiculos, nare anaticulas videmus.*

¶ Anguĭneus, *a, um,* adject. von ſchlangen; ut, *Anguineæ comæ Meduſæ,* Ovid. 4 Triſt. 7, 11. *Anguineus capillus Eumenidum,* Catull. 65, 193.

¶ Anguĭnus, *a, um,* adject. aliud; ut, *Anguina cervix,* Cic. Div. 2, 64. *Anguinæ vernatio,* pro pelle ſerpentis exuta, ein ſchlangenbalg. Plin. 30, 3, & alibi. Prudent. Pſychom. v. 560 *Pietas tegmine cunctos Obtegit anguinos.*

¶ Anguĭnum, *i,* n. ſubſt. angues innumeri æſtate convoluti, ein ſchlangen-gehecke. Plin. 29, 3.

¶ Angueus, *a, um,* ruſtus aliud adjectivum, ſed rarioris uſus. Solinus c. 24 (vulg. 37) de Libya: *Flexuoſo meatu æſtuarium e mari fertur, adeo ſinuoſis lateribus tortuoſum, ut viſentibus procul lapſus angueos fracta vertigine mentiatur.* Ita etiam Salmaſ.

¶ Angueſco, *ere,* i e. anguium ritu juveneſcere, ſich verjüngen. Tertull. de Pallio c. 3 de cervo: *Serpente paſtus, veneno angueſcit in juventutem.* Ita Scaliger legit pro *langueſcit.*

¶ Anguĭcŏmus, *a, um,* angues loco crinis habens, mit ſchlangen in haaren. Ovid. Met. 4, 698 *Gorgonis anguicomæ Perſeus ſuperatur.*

¶ Anguifer, *a, um,* adject. anguem ferens, voll ſchlangen. Prudent. Hamartig. v. 131 *Anguiferum caput.* Sen. Herc. fur. v. 812 *Cauda anguifera.* Adde Propert. 2, 2, 8; Stat. Silv. 2, 1, 181; & 3, 2, 119. ¶ 2. *Anguifer,* ſubſt. ſidus, ὀφιοῦχος. Columell. 11 de Re ruſt. 2 *XI Cal. Jun. Anguifer, qui a Græcis dicitur* ὀφιοῦχος; *mane occidit.*

¶ Anguigĕna, *æ,* c. angue natus, ein ſchlangen-kind. Thebanorum epitheton, ex fabula Cadmi ſerpentis dentes ſerentis, Ovid. Met. 3, 513.

Quis furor, anguigenæ, proles Mavortia, veſtras Attonuit mentes?

¶ Anguĭmānus, *i,* m. Elephas dicitur propter proboſcidis (hæc enim ipſi pro manu,) agilitatem in quamvis partem. Lucret. 2, 536 *Sicuti quadrupedum cumprimis eſſe videmus In genere anguimanos elefantos.* Et lib. 5, 1302 *Inde boves Lucas turrito corpore, tetros Anguimanos, belli docuerunt vulnera Pœni Sufferre.* Adde Lactant. de Opificio Dei c. 5.

¶ Anguĭpĕdes, *um,* krummfüßig; ita dicti Gigantes Ovid. 1 Met. v. 184, quod anguinos pedes habere dicerentur: ſeu, ut cum Macrobio 1 Saturn. 20 loquamur, quod *horum pedes in draconum volumina deſinebant: quod ſignificat, nihil eos rectum, nihil ſuperum cogitaſſe, totius vitæ eorum greſſu atque proceſſu in infernæ mergente.*

¶ Anguitĕnens, *tis,* idem qui *Anguifer,* Ciceroni de Nat. D. 2, 42 *Quem claro perhibent Ophiuchum nomine Graji.*

¶ Anguĭtia, *æ,* f. vel ut in nonnullis legitur *Angitia,* Æetæ regis filia, Medeæ & Circes ſoror; & Servio autore ad Virg. Æn. 7 v. 759, ipſa Medea ſic dicta & iſto in nomine pro dea Marſis ac Marrubiis culta. v. Solinus c. 8. Silius 8, 499 *Æetæ prolem Anguitiam mala gramina primum Monſtraviſſe ferunt, &c.* v. Heinſ. & Drakenb. *Anguitia* autem eſt ἡ ἐχῖτις, ἡ Ἐχιδνάκα: a poteſtate, quam in ſerpentes venefica haberet. Utrumque & *Agnitia* & *Agnuitia* agnoſcit Donatus ad Ter. Adelph. 4, 2. Gloſſ. Cyrilli: *Anguicia,* Μηδέα.

ANGŬLUS, *i,* m. ein eck, ein winckel. Aut *rectus* eſt, ex duabus perpendicularibus lineis ortus, ein gerader, aut *obliquus,* ein ſchiefer; isque vel *acutus,* ſpitzig, recto minor; vel *obtuſus,* ſtumpf, major recto. Vet. Gl. *Angulus,* γωνία, κάνθος ὀφθαλμῦ. Plin. 6, 32 *Anguli oculorum bini ſunt.* Sen. epiſt. 95 *Ceſſat omne ſtudium: & liberalia profeſſe, ſine ulla frequentia, deſertis angulis præſident.* ¶ 2. Translate in *angulo,* id eſt, in occulto, ut Plato in Gorgia dixit, βίον βιῶναι ἐν γωνίᾳ, *vitam in angulo degere.* Cic. de Orat. 1, 13 *Vt de his rebus omnibus in angulis, conſumendi otii cauſſa, diſſerant,* id eſt, in umbra ſcholarum & gymnaſiorum, non in foro ac luce reipublicæ. ¶ 3. Pro receſſu uſurpavit Horatius, de Tarenti amœnis intelligens, 2 od. 6, 14 *Ille terrarum mihi præter omnes Angulus ridet.* Et 1 epiſt. 14, 23 *Angulus iſte feret piper.* Et Sidonius Nenia S. Abrahæ: quæ eſt epiſt. 17 lib. 7 *Angulus iſte placet paupertinuque receſſus.* Etiam Florus 3, 20, 13 *Brutium angulum* vocat; quem paullo ante *extremæ Italiæ* appellarat. conf. & 2, 6, 51.

¶ Angellus, *i,* diminut. Lucret. 2, 428 *Sed magis angellis proſtantibus,* alii legunt *Angululis.*

¶ Angulāris, *e,* eckicht; ut, *Lapis angularis,* i. e. quadratus, angulos rectos habens, & angulis parietum conveniens. Cato R. R. c. 14 ein werckſtück, quadratſtein. *Aſſes angulares,* id eſt, extremorum ordinum in vitibus aliisque ſeminibus ponendis qui ſint, docet Colum. 5, 3. ¶ 2. *Angularis,* ſubſt. vaſis coquinarii genus, a forma angulari indito nomine, apud Apicium 5, 3, 6; & 7, 4.

¶ Angularius, *a, um,* idem. Lege 69 Dig. de contrah. emtione: *Emit lacum angularium.* Vet. Gloſſ. γωνιαῖος, *Angularius.*

¶ Angulōſus, *a, um,* das viel ecken und winckel hat. Plin. 37, 12 *Figura angulosa.*

¶ Angulo, *are,* eckicht machen; apud Fortunat. lib. 4 Carm. Paſſive Ambroſius epiſt. 42 (Tom. 3 Op. f. 144) de ſerpente: *Tortuoſis angulatur anfractibus.* Hinc

¶ Angulatus, *a, um,* habens angulos, eckicht. Cic. de Nat. D. 1, 24 de atomis Democriti: *Corpuſcula quædam levia, alia aſpera; rotunda alia, partim angulata.* conf. Lactant. de Ira Dei 10, 8.

¶ Angulatim, adverb. überecke. Apul. 3 Met. p. 130 *Circumductus angulatim, forum ejusque tribunal adſtituor.* Idem 9 p. 237 *Angulatim cuncta ſedulo perluſtravi jubent,* durch alle winckel, von ecke zu ecke. Sidonius 7 ep. 9 *Paucis angulatim fringultientibus.*

¶ Angulātilis, *e,* eckicht. Hæc certe ſimplex poſitio compoſiti apud Aut. de Limit. Gœſ. p. 303 *Funs quatuorangulatilis,* i. e. quatuor angulos habens.

¶ Triangulum, *i,* n. ſubſt. ein triangel. Cic. Nat. D. 2, 49 *Grues cum maria transmittunt, trianguli efficiunt formam.* conf. Menckenii Obſerv. L. L. h. v.

¶ Triangulus, *a, um,* dreyeckicht. Celſ. 7, 25, 2 *Triangula forma cutis excidenda.* Colum. 5, 2 *Triangulus diſparibus lateribus ager.* Plin. 2, 16 *Triangulus ſolis radius,* noſtris der gebritte ſchein.

¶ Triangularis, *e,* idem. Colum. 5, 2 *Triangularis agri forma.*

¶ Quadrangulus, & Quadriangulus, *a, um,* viereckicht. Plin. 13, 22 *Quadrangula figura.* Auſon. epigr. 128 (al. 120) v. 3 *Muliebre membrum quadriangulum.*

¶ Quadrangulum, *i,* n. ſubſtantive, ein viereck. Gloſſ. Vet. *Quadrangulum,* τετράγωνον.

¶ Quadrangulatus, *a, um,* viereckicht. Tertullianus de Anima c. 17 *Turris quadrangulata.*

¶ Quatuorangulatilis vid. modo *Angulatilis.*

¶ Sexangulus, *a, um,* ſechseckicht. Plin. 11, 11 *Apum ſexangulæ omnes cellæ.* Conf. 37, 2. Solin. c. 25 *Cryſtallus ſexangulus.* Ovid. Met. 15, 382 *Cera ſexangula.*

¶ Sexangulatus, *a, um,* idem. Solin. c. 46 *Iris ſicut cryſtallus ſexangulata.*

¶ Octangulus, *a, um,* achteckicht. Apul. 1 de Doctrina Plat. p. 5 *Sphæram & pyramidem figuram ignis in ſe habere: octangulam vero Aëris.*

¶ Multangulus, *a, um,* vieleckicht, vide *Multus.*

¶ Vigintiangulus, *a, um,* mit 20 ecken. Apul. de doctr. Plat. p. 5 *Terræ tres ſpecies exiſtere pyramidem, octangulam & vigintiangulam.*

ANGURIA, *æ,* f. cucumis Hetruſcorum, cucumeris ſcilicet ſativi ſpecies, Germani vocant gurcken, Matthiol.

Anguſtia, anguſtus, &c. vide in *Ango.*

Anhelatio, anhelitus, anhelo, &c. Anhydros, vide *Halo, are, Hydra.*

Aniatrologicus, Anicella, Anicetum, vide *Iatrus, Anus, Niceteria.*

ANICIVS, *i,* m. ædilis curulis, Plin. 33, 1. Hujus nominis plures Romæ claruiſſe, ex Cicerone & aliis conſtat.

¶ Anicianus, *a, um,* adject. ut. *Aniciana lectica,* Cic. ad Q. fr. 2, 10 *Aniciana pyra,* Colum. 5, 10. *Aniciane lapicidinæ,* Plin. 36, 22.

Anicla, anicula, vide *Anus.*

ANIEN, ēnis, m. in Tiburtino agro fluvius. Vnde duplex aqua Romam perducta, vetus & nova: utriusque paſſim Frontinus meminit de aquæ ductibus. Oritur ex Trebanorum, ſive, ut alii legunt, Trebulanorum monte, ex alto ſcopulo magna mole præcipitans, ut Plinius 3, 12, Strabo lib. 5, & Dionyſius Halic. Rom. Antiqu. 5, 37 docent. Stat. 1 Silv. 5, 25 *Quas præceps Anien,* &c. Ovid. Met. 14, 334 *Quas Anienis aquæ curſuque brevilſimus Almo,* &c. Conf. Virg. Æn. 7, 682 ſqq. Sed quod aſſertur ex Plinio 3, 5 *Anien magnarum navium capax,* &c. eſt ex prava interpunctione. Pertinet enim ad Tiberim, quamquam proxime de Aniene præceſſit.

¶ Anio, idem fluvius eſt (Ἄνιων) Plin. 8 ep. 17. Horat. 1 od. 7, 13 *Et præceps Anio, & Tiburni lucus.* Propert. item 3 eleg. 21, 22 *Hic Anio Tyburte fluit.*

¶ Anienſis, *e,* adject. ut, *Anienſis tribus,* Cic. pro Planc. 22 & fam. 8, 8.

¶ Aniēnus, *i,* m. apud Statium legitur ſubſtantive, ut ſit, interprete Holſtenio ad Ortelium, deus fluminis, ut Tiberinus Tiberis. Verba ſunt 1 Silv. 3, 70 *Illis ipſe antris Anienus fonte relicto Hucilluc fragili proſternit pectora muſco.* Sunt, qui lectionem ſolicitant, invitis interpretibus, Barthio, Bernartio, Beraldo; quam vero Propertius etiam confirmat 4 eleg. 7, 86 *Acceſſit vipæ laus, Aniene, tuæ.*

¶ Anienus, *a, um,* etiam adject. Nam *Aniena fluenta* Virg. Georg. 4, 369; *Anienam lympham* Propertius 3, 15, 4 dixit.

¶ Aniēnĭcŏla, *æ,* c. habitans ad Anienem, apud Silium 4, 225

Pomifera arva creant Anienicolæque Catilli.

Anilis, anilitas, aniliter, vide *Anus.*

ĂNĪMA, *æ,* f. ab ănimus, (quamquam contra velit Cicero Tuſc. 1, 8) ut a *Dominus Domina, Herus Hera. Animus* vero ex Græco ἄνεμος. Vtrumque primario ſpiritum, halitum, flatum ſignificat, der hauch, athem. Varr. L. L. 5, 2 *Anima, quæ flatur, apparet* ſc. in hyeme. Plaut. Aſin. 5, 2, 44 *An fœtet anima uxoris?* Pro quo Petronius *acere ſpiritum* dixit. Sic *Anima fœtida,* Plaut. Merc. 3, 3, 13: Quæ eidem & *tabida* eſt, ſi audimus Rutgerſ. Var. Lect. 5, 17. Varro ap. Nonium 4, 2 *Phrygio per oſſa cornu liquida canit anima.* Ter. Phorm. 5, 6, 28 *Animam comprimere,* den athem an ſich halten; *tenere,* Ovid. Faſt. 1, 425. Idem Met. 8, 643 de Baucide: *Nutrit, & ad flammas anima perducit anili,* ſie bläſet das feuer auf. Val. Max. 9, 12 ext. 1 de Coma: *Intra pectus incluſa anima finem ſui reperit,* ſie hat ſich ſelbſt erſtickt. Sen. de provid. extr. *Hauſtus ignis curſum animæ remeantis interſcidit.* Cic. in Verrem 5, 58 *Ne animum eum quidem integrum, ſed ne animam quidem puram conſervare potuiſſe,* propterea quod anhelitus ejus fœtuiſſet. Huc pertinet illud Phædri 3, 1, 5 *O ſvavis anima,* &c. de odore vini. ¶ 2. *Anima* aër eſt, die luft. Idem Cic. Nat. D. 2, 54 *Quæ ſpiritu in pulmones anima ducitur.* Quemadmodum & Virgilius hac voce uſus ecl. 6, 31, cum de elementis agit, *Ille canebat, uti magnum per inane coacta Semina terrarumque animæque marisque fuiſſent* &c. Ante Virgilium manifeſte Lucretius 1, 715 *Et qui quatuor ex rebus poſſe omnia rentur, Et igni, terra, atque anima procreſcere, & imbri.* Quod hic animam, paullo ante aëra dixerat. Nec proſæ ſcriptores refugere hunc ſenſum. M. Meſſala apud Macrob. Sat. 1, 9 *Aquæ terræque vim ac naturam gravem atque*

pronam, in profundum dilabentem, ignis atque animæ levum, immensam in sublime fugientem, copulavit. Cic. Tusc. 1, 11 *Si cor, aut jecur, aut cerebrum est animus, certe, quoniam est corpus, interibit cum reliquo corpore: si anima* (id est, aër) *est, fortasse dissipabitur: si ignis, exstinguetur.* Quem ad locum P. Victorius in Castig. p. 502, 503 observat, alibi quoque Ciceronem ita locutum non semel, si antiqua exemplaria inspiciantur, licet in vulgaribus pro *anima* legatur *aër.* Nempe aëris vocabulum, quia Græcum esset, non Latinum, de industria vitaverunt, (vide *aër:*) quamquam postea, quod non male suspicatur Victorius, vario multiplicique *animæ* significatu offensi, Græca voce maluerunt uti, cum de elemento loquendum esset. Cæterum quod pro aëre *animam* dixerunt, imitatione Græcorum putes factum. Nam & hi ψυχὴν alicubi utsurpabant pro aëre: ut Heraclitus in illo apud Clem. Alexandr. 6 Strom. f. 624 ψυχῇσι θάνατος, ὕδωρ γενέσθαι; quo significat, aëris exitium esse generationem aquæ, quemadmodum recte exponit Philo lib. de Incorrupt. mund. Fallitur enim Cerda, qui ad Æn. 1, 97, ab Heraclito dictum hoc putat, animam (hominis) aquis interire. Totus Heracliti locus de transelementatione est. ¶ 3. Etiam *animam* pro vento dixere. Sen. Hippol. v. 11 *Qua rorifera mulcens anima Zephyrus vernas evocat herbas,* (ubi tamen alii *aura* pro *anima* legunt). Sic Horatius etiam ventos *animas Thracias* vocat 4 od. 12, 2. Quemadmodum & voce *animus* Virgil. usus Æn 1, 61 de Æolo ventorum rege loquens: *mollitque animos & temperat iras.* Quamquam hic etiam θυμὸν sive iram ἐκβηχηκῶς notare queat. conf. Nonius 4, 2. Sic quibus suffocatur respirandi illa vis, (die in ohnmacht fallen,) *linqui animo* dicuntur. Vbi *animus* nihil aliud est quam aër, quem trahimus reddimusque, & illa respirandi vis, quæ est in nobis: de quo infra erit dicendum. Vitruvius 10, 13 de vento etiam in fistulis & organis musicis: *Cum recipit arcula animam* &c. Et Plaut. Aul. 2, 4, 26 de flatu ventris. ¶ 4. Deinde *Anima* dicitur ψυχή, sive id, quod naturaliter movet vivum corpus, seu principium quo vivimus, sentimus, movemur & intelligimus, secundum Aristotelis definitiones, die seele. Verius autem *Anima* substantia est incorporea, separabilis a corpore, & incorruptibilis. Virgil. Georg. 4, 83 *Ingentes animos angusto in corpore versant.* v. Miscell. observ. 6, 559. Ovid. Met. 15, 158 *Morte carent animæ, &c. Denis affibus animam & corpus æstimare,* Tac. An. 1, 17, 4. *Animam efflare,* den geist aufgeben, sterben. Cic. pro Mil. c. 18; & Nep. 4, 5, 4; *deponere,* Id. Nep. 23, 1, 3; *amittere,* Plaut. Amph. 1, 1, 85; & Cic. fam. 14, 4, 16, *edere,* Cic. pro Sext. c. 38; *effundere,* Virg. Æn. 1, 102; *exhaurire,* Ovid. Met. 7, 867; *exspirare,* Id. Met. 5, 106 pro *mori. Animam agere,* in todes-nöthen liegen. Cic. Fin. 8, 13; Liv. 26, 14. Lepidum hic est illud Senecæ, Ludo de morte Claudii Cæsaris: *Claudius animam agere cœpit, nec invenire exitum poterat.* Vbi Rhenani scholia vide. Recte alludit ad morem Claudii, qui crebro solebat crepitum ventris edere, quod interdum conantem alvus adstricta frustrabatur. *Anima* igitur hic simul tacite *ventus* est, de qua significatione paullo ante. Quamvis autem *Anima* sæpius totam illam alteram & meliorem nostri partem, quæ extra casus omnes & pereundi necessitatem posita, denotet; proprie tamen illa tantum vis facultasque hac voce designatur, qua sentit corpus ac vivit, quæque nobis communis cum brutis est, quæ ex eo æque ac nos *animalia* appellantur; nihilque aliud, quam vita ipsa est, quæ adimi nobis & exstingui potest; non autem qua sapimus, intelligimus, æterni sumus. Illa enim pars *animus* proprie & *mens* appellatur. Quamquam & *Animus* totam animam notet, non partem. Ita Cic. Tusc. 1, 9 duas partes, ex quibus conflati sumus, memorat, *animum & corpus;* Et alibi Virgilius *animum* pro vita dixit, ut mox in *Animus* n. 7 monebimus. Quamvis itaque contingat, ut confundantur hæc duo vocabula, pro differentia tamen illa, quam notabamus, manifeste illud Lucretii est 3, 94 *Primum* animum, *dico* mentem, *quem sæpe vocamus, In quo consilium vitæ regimenque locatum est.* Et v. 137 *Nunc* animum *atque* animam *dico conjuncta teneri, Inter se atque unam naturam conficere ex se.* Vide & Macrobium in Somn. Scip 1, 14. Iuvenalis 15, 146 *Sensum a cœlesti demissum traximus arce, Cujus egent prona & terram spectantia: mundi Principio indulsit communis conditor illis Tantum* animas; *nobis* animum *quoque.* Sen. epist. 58 (al. 59) *Animantia quemadmodum dividi? ut dicam, quædam* animum *habent, quædam tantum* animam. Macrob. l. c. Aninus *proprie mens est, quam divinitatem* anima *nemo dubitavit.* Et Accius ap. Non. 5, 20 *Sapimus animo, fruimur anima; Sine animo anima est debilis.* De anima a corpore seperata quid senserint poetæ, collegit Broukhuif. ad Tib. 1, 6, 15 ¶ 5. Hinc *Anima* passim pro *vita,* quæ nobis cum bestiis communis, scriptoribus usurpatur. Vt Virg. Æn. 6, 436 *Projicere animam,* sein leben dahin geben; *Objectare periculis,* in die schanze schlagen. Id. Æn. 12, 230. *Alicui animam adimere,* Plaut. Mil. 3, 1, 137; *auferre,* Virg. Æn. 9, 443; *eripere,* Ovid. Met. 6, 540; *exstinguere alicui,* einem das leben nehmen, Ter. Adelph. 3, 2, 16. *Animam relinquam potius, quam illas deseram,* ibid. 3, 4, 52. Et in Phorm. 4, 3, 56 *Animam debere,* proverb dixit, pro *immenso ære alieno emeri,* mehr schuldig seyn, als man im leben hat. ¶ 6. *Anima* etiam haud raro pro homine ponitur; præcipua pars pro toto. Horat. 1 Sat. 5, 29 *Plotius & Varius Sinuessæ Virgiliusque Occurrunt, animæ, quales neque candidiores Terra tulit, neque queis me sit devinctior alter.* Nimirum ad blanditias plerumque pertinet Sic Cic. fam. 14, 14 Terentiam uxorem & Tulliolam filiam vocat *duas animas suas.* Sic qui amant amasias *animas suas* appellant. Sic & *Animæ meæ pars,* Horat 2 od. 17, 5; *dimidium,* Id. 1 od. 3, 8, i. e. amicus meus. Tamen extra blanditias etiam huic appellationi locus est. Tac. Hist. 4, 32, 5 *Vos autem Treveri & cæteræ fervientium animæ.* Adde Virg. Æn. 11, 24; & Nonium 6, 107. Amat ita loqui & scriptura sacra, ut Genes. 46, 26 *Cunctæ animæ, quæ ingressæ sunt cum Iacob in Ægyptum, sexaginta sex.* Et alibi. ¶ 7. Lactantius 3, 8 *Animam* etiam pro animali quovis usurpavit, *Ab hisne igitur præcepta vivendi petemus, qui hoc idem sentiunt, quod animæ rationis expertes?* De Aristippo loquitur, & similibus, qui summum hominis bonum ponebant in voluptate corporis. ¶ 8. Servilis, ut arbitror, jocus est, cum Sosia ap. Plaut. Amph. 2, 2, 41 *Ni ego,* inquit, *illi puteo animam omnem intertraxero,* i. e. aquam, quæ est quasi anima putei. Sed non sine gravitate *anima avari pecunia* dicitur. v. Barth. ad Claud. Mamert. p. 249. ¶ 9. Hic addo, quod Goclenius lib. 3 Controv. & Schol. Grammat. p. 55 dativum & ablat. plur. *animabus* Ciceronianum esse neget; Ita enim Cicero fam. 14, 14 *Tullius Terentiæ & pater Tulliolæ, duabus animis suis.*

¶ Ănĭmŭla, æ, f. dimin. Cic. Att. 9, 7 *Alicui quiddam quasi animulæ vestillare,* ein wenig stärcken, aufrichten, lebendig machen. Sulpicius Cic. 4 fam. 5 *In unius mulierculæ animula si jactura facta est, tantopere commoveris?* Hadriani Imp. carmen est, quod morientem pronunciasse, Spartianus scribit in Vita c. 25 *Animula vagula, blandula, Hospes comesque corporis, Quæ nunc abibis in loca, Pallidula, rigida, nudula? Nec, ut soles, dabis jocos.*

¶ Ănĭmābĭlis, e, ἔμψυχος, quod animam habet ac spirat, lebhaft, belebt, was sich regen und lebt. Sic *aëra* Cicero *animabilem spirabilemque naturam* de Nat. D. 2, 36 appellat.

¶ Ănĭmālis, e, idem, quo Lucretius 1, 127 & sæpe usus legitur. Cic. Tusc. 1, 17 *Reliquæ duæ partes* (mundi) *una ignea, altera animalis: (Pars animalis* aër est.) Idem paullo post: *Quæ cum constent, perspicuum debet esse, animos cum a corpore excesserint, sive illi sint animales, id est, spirabiles, sive ignei, in sublime ferri.* Id. Acad. Qu. 2, 37 *Animali intelligentia.* ¶ 2. *Animales Dii,* de quibus libros scripsit Labeo; in quibus ajebat (Servii verba sunt in lib. 3 Æneid.) esse quædam sacra, quibus animæ vertantur in Deos, qui appellantur *Animales,* quod *de animis fiant.* Conf. Herald. ad Arnob. p. 154; Salmas. Exercit. Plin. p. 64; Kirchman. de Fun. Rom 4, 13.

¶ Animaliter, adverb. idem. Augustinus 1 Retract. c. ult. n. 67 *Quod dixi spiritaliter sanctos angelos vivere, infimos vero animaliter: audacius dictum est de infimis, &c.*

¶ Ănĭmal, ālis, n. nam ut a *penetrabilis, penetrale & penetral;* ita ab *animalis, animale & animal,* quod usu receptum est. Est igitur *animal* substantia animata sensibilis, ein lebendiges thier. Ovid. Met. 1, 84 *Pronaque cum spectent animalia cætera terras, Os homini sublime dedit, cœlumque videre Iussit.* Animalium aliud est *quadrupes, terrestre, aquaticum, amphibium seu anceps, volatile, reptile.* Et usurpatur adeo hæc vox de minutissimis etiam & contemtissimis insectis. Q. Serenus Samonicus c. 13 *Si vero incautas animal penetraverit aures.* Et ita Plin. 28, 4 *Credimus, si quod animal aurem intraverit, & inspuatur, exire.* ¶ 2. Pro bruto usurpavit Lactantius 3, 6, dum ab homine distinguit: *Nobis & cum Deo, & cum animalibus est aliqua communitas,* mit dem vieh. Sen. epist. 76 *Ea, quæ timentur tamquam mala, injiciunt formidinem mentibus, & illas non aliter, quam animalia species periculi, agitant.* Gennad. de dogmat. eccles. c. 17 *Animalium animæ non sunt substantivæ, sed cum carne ipsa carnis in nativitate nascuntur, & cum carnis morte finiuntur & moriuntur.* Sic locutus & Auctor operis de spiritu & anima, quod Augustino tribui solet vulgo, cujus verba recitat Elmenhorstius notis ad Gennadium.

¶ Animalculum, i, n. Vossius de Vitiis L. S. 3, 1 mavult cum classicis scriptoribus *bestiola,* vel in ratione præditis *homullus.* Ipse tamen sæpe voce hac usus est, ut de Idolol. 4, 72, nec semel lib. 6 c. 4. Vtuntur & alii recentiorum: inque iis Cl. Salmas. in Solin. f. 177; Freinshem. Supplem. Liv. 90, 1.

¶ Animus, i, m. idem proprie quod *anima,* die menschliche seele, das gemüth; hoc est, totum illud in homine, quod corpus non est: quemadmodum & Ciceronem usurpasse hanc vocem supra n. 4 obtervavimus, ubi de *Anima* dictum; ubi & alia plura habentur hic omittenda. ¶ 2. Deinde pro diversis partibus seu facultatibus animæ ponitur, verstand, sinn, herz und muth. Vet. Gloss. *Animus* λογισμὸς, θυμὸς, ψυχὴ, νοῦς. Est λογισμὸς in mente, quæ νοῦς appellatur; qua divinæ naturæ imaginem repræsentamus. Quo pertinent illæ, quas supra adduximus, auctoritates n. 4, in quibus ab *anima, animus* distinguitur; quod discrimen & Servius notat. Breviter Nonius 5, 20 *Animus est quo sapimus; Anima qua vivimus.* Item: *Animus ad intelligentiam tributus.* Ita Sallust. Cat. c. 51 *Qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicitia, ira atque misericordia vacuos esse decet. Haud facile animus verum providet, ubi ista officiant.* Nam ibi animus est, quod supra affectus est, τὸ ἡγεμονικὸν videlicet, in quo vis consulendi & inveniendæ veritatis inest. ¶ 3. Hinc sæpe *Animus* pro cogitationibus; item pro voluntate nostra ponitur. Cic. in Orat. c. 18 *Imago animi vultus est, indices oculi,* es steht an der stirn geschrieben. Plaut. Prol. Amph. v. 58 *Teneo quid animi vestri super hac re sint,* ich verstehe wohl, was eure meinung sey. Id. Asin. 1, 1, 99 *Tu tua oratione omnem animum ostendisti tuum.* Ter. Phorm. 3, 1, 1 *Multis modis cum ista hoc animo ea vituperandus?* ubi *animus* consilium, propositum, institutum notat. *Ex animo id fit,* fürsätzlich, von herzen-grund. Cic. de N. D. 2. extr. *Animo isto esse,* id consilii habere Nepos 18, 11, 4. Sic, *Animum inducere,* & *in animum inducere,* est persuadere sibi vel persuaderi sibi pati, auf die gedancken kommen. Ter. Hec. 2, 3, 4 *Ita animum induxerunt, socrus omnes esse iniquas.* Plaut. Asin. 5, 1, 5 *Possum equidem inducere animum, ne ægre patiar.* Et Sticho 2, 2, 22 *Animum inducam, ut istuc verum te eloquutum esse arbitrer,* ich will mich so bereden lassen. Iterum Ter. Andr. 5, 2, 15 *Per ego te deos oro, ut ne illis animum inducas credere.* Est autem proprie locus huic phrasi, cum cogitur quasi animus, ut assentiatur vel invitus licet: quod ut præcedens Plauti locus, sic insequens ejusdem clare ostendit Cist. 3, 1, 3 *Quamquam invita te cavebo, animum ego inducam, tamen, ut* &c. Absolute verbo *inducere* Idem similiter usus est: Vide *Induco.* Sic *Cogitare aliquid cum animo suo,* erwegen, bey sich bedencken. Cic. Agrar. 2, 24. Et Ter. Adelph. 3, 4, 55. *Hoc tu facito: cum animo cogites,* &c. Et eadem fabula 1, 1, 5 *Quæ in te uxor dicit, & quæ in animo cogitat irata.* Quemadmodum idem paullo post v. 13 *in animum* (vel *animo,* ut alii legunt) *instituere* dixit. Quod Minucius Felix c. 1 dixit *cum animo suo recensere.* Sic *apud animum statuere, utrum* &c. Liv. 34, 2. Brevius atque concisius Cic. fam. 14, 11 *Nobis erat in animo,* &c. wir hatten das abschen. Nepos 17, 4, 1 *Hic cum animo meditaretur proficisci in Persas.* Ter. Eun. 4 extr. *Animus est in patinis,* die gedancken sind in der schüssel. Similiter Plaut Perf. 4, 6, 27 *Animus in navi est meus.* conf. Pfeud. 4, 5, 1.

Eidem

Eidem & τὸ *mens* ibi uſurpatur in illo Menæch. 4, 1, 15 *Mens eſt in querelis.* Sed & Cic. *Animus eſt in hortis,* ad Att. 12, 12: *circa campos,* Horat. Od. 2, 5, 5. Plaut. Epid. 1, 1, 43 *Quod illic homo animos habet?* i. e. cogitationes & libidines. Id. Merc. 2, 3, 11 *Animi decem in pectore incerti certant.* Id. Men. 2, 1, 1 *Nulla eſt voluptas navitis major, meo animo,* id eſt, meines erachtens, quantum ego judicare poſſum: *mea ſententia,* ut Terentius loquitur Adelph. 1, 1, 40. ¶ 4. Pro memoria, ponitur in illo Virgil. ecl. 9, 51 (ubi notas v. Iac. Pontani ſ. 200) *Omnia fert ætas, animum quoque,* id eſt, aufert. Dolet ibi Mæris ſuper ſenectutis incommodis; præcipue quod reminiſcendi vim deleat in nobis ac tollat: quod ex ſequentibus facile patet. Huc referre licet illas vulgatas rationes loquendi, *Ex animo delere, ejicere,* aus dem ſinn ſchlagen, vergeſſen. Cui contrarium eſt, quod apud Ter. Ieginus Andr. 1, 5, 49 *Etiamnum mihi ſcripta illa dicta ſunt in animo Chryſidis de Glycerio.* Similiter & Græcos locutos Franc. Fabricius oſtendit. ¶ 5. Θυμὸς eſt illa animæ pars, quæ impetus habet & motus (τὸ παθητικὸν) & itaque opus habet, ut regatur & imperetur a ratione, die gemüthsneigung, begierde, der eifer, wille, affect; in quo ſignificatu uſus τῷ *animus* latiſſimus & vulgatiſſimus eſt. Horat. 1 epiſt. 2, 62 *Ira furor brevis eſt, animum rege: qui niſi paret, Imperat: hunc frenis, hunc tu compeſce catena.* Plaut. Trin. 2, 2, 24 *Qui homo* &c. & mox: *Si animus hominem perpulit, actum eſt: animo ſervivit, non ſibi. Si ipſe animum perpulit, dum vivit, victor victorum erit,* &c. *Qui animum vincunt, quam quos animus, ii ſemper prohiores.* Id. Caſ. 2, 3, 34 *Iam domuiſti animum?* haſt du dich überwunden? Cic. Att. 12, 44 *Contudi animum & fortaſſe vici.* Idem 12, 46 *Vincam opinor animum.* Sic *Animum alicui dare,* vel *credere,* quorum alterum Plauti eſt Aſin. 1, 3, 15, alterum vero Ter. Andr. 1, 5, 38 *amare* eſt. Idem Ter. altero verſu poſt: *Quam ego animo egregie caram pro uxore habuerim. Caram animo* dixit, quia in animo eſt ille affectus. Et notum eſt illud Homeri ἐμῷ πολυφίλτατε θυμῷ. Similiter Ter. Eun. 1, 2, 119 *Hoc certo ſcio, neque meo cordi eſſe quemquam cariorem hoc Phædria.* Ex quibus intelligere licet, *cor* & *animum* hic eſſe ſynonyma. *Animi cauſſa* Plaut. Trin. 3, 2, 52, i. e. animi recreandi cauſſa, per voluptatem, zur luſt, vor die lange weile. Sen. de Benef. 4, 17 *Nec quisquam tantum a naturali lege deſcivit & hominem exuit, ut animi cauſſa malus ſit. Appellere animum ad ſcribendum,* anfangen zu ſchreiben, Ter. Andr. prol. 1. *Applicare animum egrotum ad partem deteriorem,* ibid. 1, 2, 22 & *ad frugem animum applicare,* Plaut. Trin. 2, 1, 34. Et rurſus Ter. Andr. 1, 1, 29 *Vt animum ad aliquod ſtudium adjungant.* Id. Eun. 1, 2, 63 *Ad Virginem animum adjecit.* Nepos 7, 5, 2 *Animum attendere ad cavendum.* Sic & *Animum explere ſuum,* Ter. Andr. 1, 2, 17 ſein müthlein kühlen, die luſt büſſen. *Fideli & benigno animo in aliquem eſſe,* Id. Hec. 3, 5, 22. Quemadmodum Quintilianus 2, 2 dixit: *Sumat præceptor ante omnia parentis erga diſcipulos ſuos animum. Animo morem gerere,* Ter. And. 4, 1, 17; *obſequi,* Id. Adelph. 1, 1, 8 ſeinen freyen willen haben, ſeinen begierden nachhängen. *Ex animo facere,* id eſt, non coacte atque per vim; nec de compoſito ac per ſimulationem, aus freyem willen, ungezwungen: Quare & ei opponitur, *de induſtria facere,* Ter. Andr. 4, 5 extr. *Paullum intereſſe cenſes, ex animo omnia, ut fert natura, facias, an de induſtria?* im ernſt. Id. Adelph. 1, 1, 47 *Quem beneficio adjungas, ille ex animo facit,* er meinet es herzlich. Sic *ex animo dicere,* Id. Eun. 1, 2, 95. *Æquo animo ferre,* gedultig tragen, zufrieden ſeyn, in Andria 5, 4, 18 & alibi. *Bonus animus in re mala dimidium eſt mali,* ein guter muth im unglück iſt halb unglück, Plaut. Pſeud. 1, 5, 37. Id. Capt. 2, 1, 8 *In re mala animo ſi bono utare, adjuvat.* Cic. fam. 10, 5 *Omni animi impetu in aliquid incumbere,* mit gantzem ernſt. *Acer & præſens animus,* Id. de Orat. 2, 20 ein ſtarcker unerſchrockener muth. Rurſus fam. 6, 14 *Tu fac animo magno fortique ſis,* hab einen muth, ſey unverzagt. *Cadere animis,* 6 fam. epiſt. 1 kleinmüthig werden. *Hoſtes concidunt animis,* Hirt. B. Gall. 8, 19; id quod Quintilianus 3, 10 *Animum abjicere* dixit. Hinc *Animus abjectus,* Cic. Att. 3 epiſt. 2: qui Cæſari B. C. 1, 32 *Tenuis & infirmus animus,* ein weich herz. *Animum addere,* einen muth machen. Ter. Heaut. 3, 2, 31, & Cic. Att. 7, 2; *augere,* h. e. virtutem & ſpiritus generoſiores. Quint. 1, 8 p. 95. Et Liv. 1, 34. *Divitiæ animos faciunt,* ſie macht muth. Sic Ovid. 5 Triſt. 8, 3 *Quæ tibi res animos in me facit,* h. e. quid te inimicum mihi reddit, & ita inſolentem &c. Liv. 29, 36 *Cum conſuli duplicatæ vires, Pœno recens victoria animo eſſet,* i. e. illum excitaret. Ita Gron. ex MSS. vulgo etiam *animos faceret.* Sic *Animum reddere,* Ter. Andr. 2, 1, 35. *Sumere animum,* Ovid. 1 Faſt. 147, einen muth faſſen. Hinc *Animi altitudo,* Cic. fam. 3, 10; *amplitudo,* Id. Tuſc. 2, 26; *magnitudo,* ibid. 2, 22; *ſublimitas,* Plin. 7, 25, die großmüthigkeit. *Animi firmitas,* Cic. Att. 12, 38, die ſtandhafftigkeit. ¶ 6. Plur. *Tollere animos,* i. e. ſuperbire, Plaut. Truc. 2, 8, 10, übermüthig, ſtoltz, frech werden. Tranſitive Virg. Æn. 9, 127 *Vltro animos tollit dictis,* er macht ſie muthig. Cui ſimile illud Ciceronis pro Domo c. 55 *Inſolentia dominatus extulerat animos,* ſed in aliam & pejorem partem accipitur. Nam *animos* plurali numero de uno homine ſi dicimus, temeritatem fæpe, ferociam, & ſuperbiam ſignificamus. Sic Iuſtin. 1, 4, 4 *Nobilitas animos extollit.* Cui Flor. 2, 5, 3 *Elatus animis ingentibus.* Interdum notat magnitudinem animi ſublimem. Ita Sen. Troade v. 505 *Spiritus magnos fuge, animosque veteres.* Sic Livius non uno loco. v. Drakenb. ad 2, 27. ¶ 7. Ψυχὴ & ſpiritus ille eſt, quo vivimus & ſpiramus; qua notione Virg. Æn. 10, 486 *Vna eademque via ſanguis animusque ſequuntur,* mit dem blute entgehet ihm zugleich athem und leben. Sic *animo linqui* dicuntur, quibus repentino nuncio percuſſis ſuffocatur ſpiritus, & intra ſe abit quaſi deſtituens corpus; quod ea de cauſſa velut tibicine ſuo deſtituatur, labitur atque concidit, wann einer in ohnmacht fällt. v. Curt. 4, 6, 20; & 9, 5, 28. Quod ſymptoma egregie Plautus depingit Amph. 5, 1, 6; & Curt. 2, 3, 20 & 33. Græci λειποθυμίαν vocant. *Abeſſe animam* in eo affectu, iisdem locis idem dixit poëta. Hinc *Recipere animum* Terentio dicitur Adelph. 3, 2, 26 wieder athem ſchöpffen und zu ſich kommen. Iis autem, qui λειποθυμίᾳ tentantur, *animo male eſſe* Plauto dicitur modo adductis locis. ¶ 8. Ad beſtias quoque translatum legas animi vocabulum, *quarum animi ſunt rationis expertes* Ciceroni Tuſc. 1, 33. Apul. de Deo Socr. p. 54 *Equum ipſum nudum, & ſolum corpus ejus & animum contemplamur, ut ſit ad ſpeciem honeſtus, ad curſuram vegetus, & ad vecturam validus.* ¶ 9. *Anime mi,* blandientis forma in alloquendo, apud Plautum ſæpe: itemque Ter. Andr. 4, 2, 2; Eun. 1, 2, 15; Heaut 2, 3, 23. ¶ 10. Tandem *Animus* & *Mens* ſæpe conjunguntur, non tantum pro λογισμῷ, verum etiam pro voluntate. Cæſ. B. Gall. c. 5 pr. *Et mente & animo bellum inſiſtit.* Et B. Civ. 1, 21 fin. *Vt in aliam partem mente atque animo traheretur.* Adde 3, 19 fin. & ibi Manut. Virg. Æn. 1, 304 *Accipit in Teucros animum mentemque benignam.* ¶ 11. *Animus proſcriptor, contemtor, cenſor,* vid. ſuis locis.

¶ Anĭmŭlus, *i,* m. diminut. in blanditiis amantum, ein hertzgen. Plaut. Caſina 1, 1, 46 & Menæch. 2, 3, 11 *Mi animule.*

¶ Animĭtus, adverb. herzlich; hodie vulgare eſt, pro quo apud Ciceronem legitur *ex animo, impenſe, ſincere.* e. g. famil 12, 17 *Ex animo commendare.* Item 5, 11 *Ab optimo ſit animo.* Nonius tamen 2, 608 ut Plaurinum *oculitus* explicet, adducit *animitus, medullitus.* Sic onomaſticum vetus: *ψυχόθεν animitus.*

¶ Animōſus, *a, um,* θυμοειδὴς, qui plenus animi, & magnos impetus habet, muthig, kühn, beherzt, verwegen. Nam & in malam partem uſurpatur. Sic *Animoſus corruptor* Otho vocatur Tac. Hiſt. 1, 24, 3; conf. Horat. od. 1, 19, 11. In bonam partem ſatis ſit illud Cic. pro Mil. c. 34 *Fortes & animoſos, & ſe acriter ipſos morti offerentes ſervare cupimus.* conf. Horat. 2 od. 10, 21. Comp. Liv. 3, 20 *Comes animoſior, quam auctor.* Sen. Quæſt. Nat. pr. *Altior & animoſior pars.* ¶ 2. Magnificus eſt, & munificus, ut Salmaſius ad Capitolini Marcum c. 17 docet, v. gr. Prudentius Pſychom. v. 874 *Margaritum animoſa Fides mercata paravat.* Quo etiam Suetonii *animoſiſſime,* quod mox daturi ſumus, referendum eſſe judicat. ¶ 3. Iracundus & furioſus ex mente Nonii 4, 2; ut, *Animoſa Theſſalia, frenis indomita,* Lucil. *Animoſi ſuri,* Virg. Georg. 2, 441.

¶ Animoſe, adverb. friſch, hertzhafft. Cic. Off. 1, 26 *Magnifice, graviter, animoſeque vivere.* Comp. Arnob. 4 p. 150 *Vt animoſius conſurgat audacia.* Adde Sen. epiſt. 71 & 73; de Benef. 6, 37; & de Tranqv. an. c. 8; Val. Max. 5, 4, 9; & 8, 2, 3; Macrob. Sat. 7, 13. Superl. Suet. Cæſ. c. 47 *Gemmas, toreumata, ſigna, tabulas operis antiqui ſemper animoſiſſime comparaſſe.* Sic *Animoſe licere,* i. e. nimis cupide, allzu hitzig bieten, Paulus ICt. l. 29 D. Famil. herciſc. *Nimis animoſe ferox,* Cic. de Rep. ap. Nonium 4, 2.

¶ Animoſĭtas, *ātis,* f. die hertzhafftigkeit. Macrobio in ſomn. Scip. 1, 6 illa pars animæ eſt, quam τὸ θυμικὸν vocant Græci. Sic Auguſtinus Civ. Dei 14, 2 locum Gal. 5 v. 20 latine reddens *animoſitates* vocat, quæ Apoſtolo ſunt θυμοὶ, interpreti vulgato *iræ.* Ammianus 16, 30 *Abjecta reſiſtendi animoſitate.* Rurſus Auguſt. Retract. 2, 33 *Hæreticus pertinaciſſima animoſitate defendit.* Qui & epiſtola 162 *Inſaniſſimus animoſitatibus ſuis.* Etiam Macrob. Somn. 2, 12 pluraliter *animoſitates* dixit. *Equi animoſitas,* Sidon. 4, 3. conf. 7, 1; & Arnob. 3 p. 100.

¶ Animo, *avi, atum, are,* animam inſpirare, das leben geben, beſeelen. Pacuv. ap. Cic. Divin. 1, 57 *Quicquid eſt hoc, omnia animat, format, alit, auget, creat.* Ovid. Met. 4, 619 *Quas humus exceptas varios animavit in angues.* Colum. 8, 5 *Ova æqualiter calore concepto animantur.* Claud. de Nupt. Hon. v. 188 *Subitis animantur frondibus haſtæ,* ſie kriegen blätter. ¶ 2. Addere animum, einen muth machen; ut, *Animare ad crimina,* Claud. Rapt. 3, 386. *Cibo potuque animare quem,* Hyginus Fab. 126.

¶ Animans, *antis,* gen. fœm. & neutro idem quod animal, ein thier. Cic. N. D. 2, 47 *Animantium aliæ coriis tectæ ſunt: aliæ villis veſtitæ: aliæ ſpinis hirſutæ* &c. Vbi *beſtias* ſubaudire licet, quemadmodum *animal,* neutro ſi genere ponitur. Id. de Vniverſ. c. 9 *Colligatis corporibus vinculis animalibus; tum animantia orta ſunt.* Maſculino tamen etiam genere extulit Lactantius 2, 11 (al. 12) *Terram ipſam humore quodam, qui eſſet lacti ſimilis, exuberaſſe* (ajunt) *eoque alimento animantes eſſe nutritos.* ¶ 2. Quodliber corpus vivum ſeu animatum, was ein leben hat. Cic. N. D. 2, 61 *Soli ex animantibus nos cognovimus.* Et mox: *Hominis natura omnes anteit animantes.* Stat. Theb. 11, 465 *Sævi animantum animi,* i. e. hominum, animas habentium. conf. Horat. Sat. 2, 1, 40. Sen. epiſt. 58 *Sunt quædam, quæ animam habent, nec ſunt animalia: placet enim ſatis & arbuſtis animam ineſſe. Itaque & vivere illa & mori dicimus. Ergo animantia ſuperiorem tenebunt locum, qui animalia in hoc forma ſunt, & ſata.* Paullo poſt: *Corpus quomodo divido? Vt dicam, aut animantia ſunt, aut inanimantia.*

¶ Animātus, *a, um,* ἔμψυχος, anima præditus, lebendig, belebt, beſeelt. Cic. Tuſc. 1, 23 *Animatum quod eſt, id motu cietur interiore ac ſuo.* ¶ 2. Διακείμενος, motu aliquo animi aut voluntatis affectus, des ſinnes, des willens, ſo beſchaffen. Cic. 11 fam. 28 *Quod ſi aliter eſſem animatus, nunquam, quod facerem, negarem,* wenn ich anders geſinnet wäre, ꝛc. Id. 6 fam. 6 *Pompejus animatus melius, quam paratus:* Macrob. 1 Sat. 11 *Cepionem, qui in Auguſti necem fuerat animatus.* Nepos 5, 2, 4 *Bene animatas* (inſulas) *confirmavit:* id eſt, quæ bono adhuc & benevolo animo erga Athenienſes eſſent. ¶ 3. In ſpecie iracundus, furioſus, erzürnt, erhitzt. De tali Cic. ap. Nonium 4, 2 *Nihil ita animato homine miſerius.* Et Accius: *Temere hoſti me animato offeram?* &c.

¶ Animatus, *ûs,* m. ſubſt. die beſeelung. Plin. 11, 3 *Animatu carere.*

¶ Animatio, *ōnis,* f. die lebendigmachung. Cic. de Vniverſ. c. 10 *Divinæ animationis ſpeciem faciebat ex igne.* Tertull. de anima c. 19 *Animatio arboris.*

¶ Animator, *ōris,* m. qui vitam dat. Tertull. adv. Hermogenem c. 32 *Spiritus adflator & animator univerſitatis.* Prudentius in Romano v. 788 *Novit animator ſolus & factor tui.*

¶ Animatrix, *icis,* f. Tertull. adv. Gnoſtic. c. 12 *Dilectio fugatrix timoris & animatrix confeſſionis.*

¶ Animatorius, *a, um,* ſchallend, klirrend. Gloſſ. gr. lat. *χύτρα τετρημένη, olla animatoria,* i. e. pertuſa.

¶ Animeſco, *ĕre,* zornig oder hitzig werden. Gloſſ. gr. lat. *θυμῶμαι, animeſco, iraſcor.*

¶ Animadverto, *ti, sum, ere*, gewahr werden, aufmercken. Ter. Prol. Eun. v. 44 *Date operam, & cum silentio animadvertite.* Cic. Cat. 1, 8 *Quid est, Catilina, ecquid attendis? ecquid animadvertis horum silentium?* Nep. 17, 6, 2 *Si animadversum esset.* ¶ 2. Vnde in officio lictoris hoc proprium verbum erat, qui obvios ad honorem consuli, vel majori magistratui, exhibendum admonebat. Liv. 24, 44 *Consul animadvertere proximum lictorem jussit, & is inclamavit,* &c. Suet. Cæs. c. 80 *Quum lictor animadverti ex more jussisset.* Iubet itaque lictor *animadvertere* alios, ipsum lictorem *animadvertere* jubet magistratus. v. Lipsii Elect. 1, 23 & quæ ad Plinii Paneg. c. 61 n. 7 de hac re notavit Cellarius. ¶ 3. Sed *Animadvertere in aliquem*, est supplicium de aliquo sumere, strafen, ein einsehen haben. Cic. Cat. 1, 12. Id. pro Rosc. Am. c. 40 *Ea sunt animadvertenda peccata maxime, quæ difficillime præcavuntur.* Sallust. Cat. c. 51 *Verberibus animadvertebant in cives.* Vlpian. 48 ff. t. 8 l. 4 § 2 *Animadvertere in aliquem supplicio.* Ter. And. 1, 1, 129 *Hæc primum ab illo animadvertenda est injuria.*

¶ Animadversus, *a, um*, gemerckt, in acht genommen. Nep. 13, 4, 1 *Fortunæ varietas animadversa.* Virg. Georg. 2, 259, & 3, 123 *His animadversis.* Cic. de Orat. 1, 23 *Animadversa a peritis.* ¶ 2. Idem ac punitus, gestraft. Suet. Ner. c. 16 *Multa sub eo & animadversa severe & coërcita.* Paul. ICt. l. 5 Dig. de Cadav. pun. *Corpora animadversorum* (i. e. supplicio affectorum) *ad sepulturam danda.*

¶ Animadversus, *ûs*, m. subst. die straffe. Lamprid. in Severo c. 75 *In animadversibus asper.* v. Salmas. in H. A. p. 205.

¶ Animadversio, *ônis*, f. attentio, notatio, die an- und aufmerckung. Cic. de Orat. 2, 34 *Atque hoc totum est sive artis, sive animadversionis, sive consuetudinis.* Id. Off. 1, 29 *Excitanda est animadversio & diligentia, ut ne quid temere agamus.* ¶ 2. Reprehensio, punitio, die bestrafung, züchtigung. Cic. Acad. 1, 2 *Animadversio in sceleratos.* Id. Off. 1, 25 *Omnis animadversio & castigatio contumelia vacare debet.* Id. fam. 9, 14 *Summa severitas animadversionis.*

¶ Animadversor, *ôris*, m. qui animadvertit; ut, *Animadversores vitiorum*, Cic. Off. 1, 41.

¶ Animæquus, *a, um*, patiens animo in Gloss. Isidori, gleich gesinnt, gedultig, getrost. Gloss. lat. gr. *Animæquus, ἰσόψυχος.* Vulg. Interpr. Marc. 10, 49 *Animæquior esto.*

¶ Animicida, *æ*, m. ein seelen-mörder. Ita Iustinianus Cod. 1 t. 1 l. 5 § 2 & l. 6 § 4 Apollinarem vocat *animicidam* s. *ψυχοφθόρον.*

I. Composita cum aliis nominibus ab initio.

¶ Æquanimus, &c. Flexanimus, Longanimus, &c. Magnanimus, &c. Pusillanimis, &c. vide *Æquus, Flecto, Longus, Magnus, Pusa.*

¶ Sēmianimus, *a, um*, & Semianimis, *e*, halb-lebend. Cic. de Divin. 1, 47 de aquila ex poëta veteri: *Transfigens unguibus anguem Semianimum*, quasi *semanimum*, *I* absorpto. Sic etiam Stat. Theb. 10, 447 *Semianimumque cruorem.* Liv. 28, 23 *In succensum rogum semianima injicerent corpora.* Forma altera est apud Nepotem 4, 5, 2 *Hic cum semianimis de templo elatus esset.* Gloss. Vet. *Semianimis ἡμίπνους, ἡμίψυχος.*

¶ Vnanimis, *e*, & Vnanimus, *a, um*, qui ejusdem est cum altero animi & sententiæ, gleich gesinnet, einmüthig. Liv. 7, 21 *Consules rem, quæ distinere unanimos videbatur, levare aggressi.* Catull. epigr. 9, 4 *Fratres unanimes.* Et *Vnanimi fratres*, Stat. Theb. 8, 669. Val. Flacc. 4, 161 *Nomenque secutus Otreos unanimi. Vnianimi* pro *unanimi*, ap. Plaut. Stich. 5, 4, 49.

¶ Vnanimĭtas, *ātis*, f. die einmüthigkeit. Liv. 40, 8 *Nulla re magis quam fraterna unanimitate regnum æquare.* Symmachus 1 ep. 28 *Visuram tuæ unanimitatis exspectlo*, ubi luretus plura eidem auctori exempla ex vetusto codice vindicavit. conf. Pacuv. apud Nonium 2, 256.

¶ Vnanĭmiter, adv. einmüthiglich. Vopisc. in Tacito c. 4 *Quod me unanimiter delegistis*; ususque est S. Scripturæ interpres Act. 2, 14; & Tertull. de Patientia c. 1. Cum Ter. Hec. 2, 1, 4 dicemus, *uno animo:* cum Cic. pro Rabir. c. 5 *concordissime*; cum Plauto Curc. 2, 2, 14 *concorditer:* cum aliis, *una mente*, &c.

¶ Vnanimans, *tis*, Plautinum est, idem quod *unanimis*, Truc. 2, 4, 81 *Sociæ unanimantis fuit officium facere.*

II. Composita cum Præpositione.

¶ Exanĭmis, *e*, & Exanimus, *a, um, ἄψυχος*, todt, leblos. Liv. 25, 16 *Exanimem eum ad Annibalem misit.* Virg. Æn. 11, 30 *Corpus ubi exanimi positum Pallantis*, der entseelte leichnam, conf. Idem 1, 488; & 6, 149; & 11, 51; Liv. 25, 26; 26, 13; Curt. 10, 10, 12. Colum. 12, 43 *Mel exanimum corpus hominis per annos plurimos innoxium conservat.* ¶ 2. Consternatus, exterritus valde, erschrocken, halb todt für schrecken. Virg. Æn. 4, 672 *Audiit exanimis trepidoque exterrita cursu.* conf. Horat. sat. 1, 1, 46; Lucan. 2, 25.

¶ Exanimālis, *e*, id est, exanimans, tödtend. Plaut. Rud. 1, 4, 2 *Mihi multæ in pectore sunt curæ exanimales.* ¶ 2. Exanimis, todt. Idem Bacch. 4, 8, 7 *Ni illum exanimalem faxo, si convenero.*

¶ Exanīmo, *avi, atum, are*, vita privare, tödten, ums leben bringen. Cic. Fin. 2, 30 *Gravi vulnere exanimari.* conf. Suet. Oth. c. 11. Curt. 7, 3, 13 *Multos exanimavit rigor nivis.* Nepos 15, 9, 4 *Ferro extracto, confestim exanimatus est*, er ist verschieden. Gell. 3, 15 *Anus repente viso filio exanimata est.* ¶ 2. Spiritum intercipere, den athem benehmen, entkräfften. Quod illis solet accidere, qui se currendo affixerunt & fatigarunt. Cæs. B. C. 3, 92 *Pompejus suis prædixerat, fore, ut duplicato cursu Cæsaris milites exanimarentur, & lassitudine conficerentur.* ¶ 3. Valde percellere, consternare, confundere, perturbare, sehr erschrecken, furchtsam oder verwirrt machen. Cic. Att. 11, 6 *Tullia meæ morbus me exanimat.* Cælius ad Cic. fam. 8, 16 *Exanimatus sum tuis ex literis*, conf. Cic. pro Mil. c. 34; Ter. Andr. 1, 5, 17.

¶ Exanimatus, *a, um*, mortuus, erstorben, entseelt, leblos. Liv. 22, 7 *Fœmina ad conspectum filii gaudio nimio exanimata.* Suet. Cæs. c. 39 *Elisi exanimatique.* Lucret. 6, 1254 *Exanimata parentum corpora. Exanimati fulminis ictu, afflatu*, Obseqv. c. 103 & 110. conf. Curt. 4, 15, 17. ¶ 2. Impotens, languidus, ohnmächtig, krafftlos. Cæs. B. Gall. 2, 23 *Cursu ac lassitudine exanimati.* Ter. Andr. 2, 2, 5 *Quem ego nunc credo toto me oppido exanimatum quærere.* Cic. de Orat. 3, 11 *Verba exiliter exanimata*, quæ spiritu deficiente pronunciata. ¶ 3. Perterrefactus, perculsus, erschrocken, erstarrt, fleinmüthig. Virg. Æn. 5, 805 *Exanimata agmina* Ter. Andr. 1, 1, 104 *Vbi tum exanimatus Pamphilus bene dissimulatum amorem & celatum indicat.* conf. sc. 4, 7; Vbi quod Donatus inter *exanimatus* & *exanimus* distinguit; & prius perturbatum, alterum mortuum notare observat, frustra est. Adde Plaut. Aul. 2, 2, 31, & Bacch. 2, 3, 64. ¶ 4. *Exanimatus*, corpore quidem præsens, animo vero abiens, der entzückt und ausser sich selbst ist. ap. Plaut. Cas. 3, 3, 10.

¶ Exanimatio, *ônis*, f. die entsetzung, erstarrung, ohnmacht. Sic, *In perturbationes atque exanimationes incidere*, Cic. Off. 1, 36. *Exanimatio est metus subsequens & quasi comes pavoris*, Id. Tusc. 4, 8.

¶ Exanimabiliter, adv. halbtodt, habet Nævius ap. Nonium 4, 384.

¶ Inanīmus, *a, um*, & Inanimis, *e*, leblos, unbelebt. Cic. Acad. 4, 12 *Inter inanimum & animal hoc maxime interest, quod inanimum nihil agit: animal agit aliquid.* Sic *Curo inanima*, todtes fleisch. Plin. 7, 15. Vetus Gloss. *ἄψυχος, exanimatus, inanimis. Inanima castimonia*, Apul. Met. 11 p. 272, ubi nihil animati edimus. Id. Met. 1 p. 108 *Inanimis nudus.* conf. Idem 2 p. 125 f.

¶ Inanimalis, *e*, idem. contrarium est *τῷ Animalis.* Apul. in Trismeg. p. 88 *Animalia omnia & inanimalia.* Macrob. Sat. 4, 6 *Sermo dirigitur ad inanimalia.* Tertull. Apol. c. 48 *Universitatem ex diversitate composuit, ex vacuo & solido; ex animali & inanimali.* Adde eundem adv. Hermog. c. 36 & 44.

¶ Inanimo, *are*, lebhafft machen, beseelen. Gruter. Inscript. Sp. & Supp. p. 27 *Vrinantem inanimat.*

¶ Inanimans, *tis*, idem, quod *inanimus*, das kein leben oder seele hat, leblos. Vsus hac voce Seneca ep. 58. Verba sunt: *Corpora omnia aut animantia esse, aut inanimantia.*

¶ Inanimatus, *a, um*, idem, exosa vox Lambino, dubia Vossio: defensa autem Manutio & Borrichio. Vide hujus in Vossium cogitationes p. 127. Libri sane meliores Ciceronis, etiam castigatissimus Gruteri hoc verbum referunt de Nat. D. 2, 16 *Stellas beluarum nomine appellas, ut Capram, ut Lupam, ut Taurum, ut Leonem; aut rerum inanimatarum, ut Argon, ut Aram, ut Coronam.* Et Top. c. 18 *Animata inanimatis anteponantur.*

¶ Redanimo, *are*, wieder lebendig machen. Tertull. de Resurr. carn. c. 13 *Nec redanimari, sed reformari existimentur.* Conf. ibidem c. 31.

¶ Redanimatus, *a, um*, auferweckt. Tertull. l. c. c. 19 *Redanimatus & revivificatus.*

¶ Redanimatio, *onis*, f. die auferweckung. Tertull. l. d. c. 38 *Ad præsentem gratiam redanimationis.*

Anio, vide *Anien.*

ĂNĪSVM, *i*, n. *ἄνισον*, i. e. *inæquale*, ob inæqualem foliorum magnitudinem, herba, anis. Plin. 20, 17 *Anisum ipsum oris halitum jucundiorem facit, fœtoremque tollit manducatum.* Conf. Cels. 2, 71; Colum. 12, 15; Pallad. Febr. t. 14.

¶ Anisus, *i*, m. idem apud Th. Prisc. de Diæta c. 10. ¶ 2. *Anisus*, fluvius & urbs ejusdem nominis in Austria, die Enns.

¶ Anisocycla, *orum*, n. pl. *ἀνισόκυκλα*, organa ex multis inæqualibus circulis, Vitruv. 10, 1. v. Bald. Lex. p. 8.

Anitas, Anitergium, vide *Anus, ûs*, & *Anus, i.*

ĂNĪVS, *i*, m. Apollinis filius ex Rhea; regem eum Delo imperasse, Dionysius Halic. narrat lib. 1 Rom. Ant. Virgil. Æn. 3, 80

Rex Anius, rex idem hominum Phœbique sacerdos.

Veterum more rex simul & sacerdos. Plura de eo Diod. Sicul. l. 5 p. 229. Filiæ ejus ex Dorippe fuere tres, de quibus Ovid. Met. 13 fab. 4.

ANNA, *æ*, f. Beli fuit filia, soror Didonis, cujus mentio apud Virg. Æn. 4, 9 &c. Hæc exacta patria per imporentiam Hiarbæ, mox fratrem etiam fugiens Italiam ad Æneam venit, & liberaliter ab eo excepta fuit. Mox cum in odium Laviniæ conjugis adducta esset, somnoque ut cederet monita, fenestra exsiliens ad amnem Numicium pervenit, inque eum se dedit præcipitem. Ex quo in Deam consecrata est, & *Anna perenna* nominata Romanis. Lege Ovid. Fast. 3, 146 & 523 seqq & Silium 8, 85. Meminit & Macrob. Sat. 1, 12.

Annacus, Annales, annarius, annatæ, Annascor, Annavigo, vide *Nannacus, Annus, Nascor, Navis.*

Anne, Annellus, Annexus, Annibal, Anno, vide *An, Annulus, Neco, Hannibal, Hanno.*

ANNICĔRIS, *ĭdis*, m. *Ἀννικέρις*, qui & *Aniceris* Lactantio 3, 25 philosophus fuit Cyrenaicus, qui Platonem, cum Æginæ venderetur, redemit: Fusius hoc narrat Laërtius in vita Platonis. Ab hoc dicti

¶ Annicerii Philosophi. Nam quod ab Aristippo sic nominatos scribit Cicero, excusari ex eo possit, quod inter successores Aristippi Cyrenaici & Anniceris fuit, ut ex Diogene Laërtio intelligimus in Aristippi vita. Hæc enim succedentium series fuit: Aristippus, Antipater Epitimedes, Paræbates, Anniceris. Ciceronis autem verba hæc sunt Offic. 3, 33 *Atqui ab Aristippo Cyrenaici atque Annicerii Philosophi nominati omne bonum in voluptate posuerunt.*

Anniculus, annifer, Annihilator, Annifus, Anniversarius, vide *Annus, Nihil, Nitor, Annus.*

ANNIVS, *i*, m. nomen gentile Romanum: cujus nominis multi in Historia Romana & apud Ciceronem occurrunt: v. g. *T. Annius Milo*, qui Clodio interfecto a Cicerone defensus est.

Anno, Annominatio, Annon, Annona, annonarius, annonor, annosus, &c. Annotamentum, annotare, &c. Annuatim, Annularis, &c. Annullo, vide *Annus, Nomen, Au, Annus, Nota, Annus, Annulus, Vllus.*

ANNŬLVS, *i*, m. *δακτύλιος*, finger-reif, ring. Est ab *annus*, quod circulum notat. Multi *Anulus* scribunt *N* simplici, idque Manutius in Orthographia, & Scaliger ad Varron. de L. L. 5, 2 ex antiqua consuetudine defendunt: etiam ex alia origine, ab *Anus* nempe

masculino nomine, de quo infra. Lambinus, quem in *Annellus* citabimus, paullo aliter, ab *Anus* nempe, hoc est *Annus*, veteri scriptura. Ovid. de Arte am. 3, 173 *Ferreus assiduo consumitur annulus usu.* Romæ *annulus aureus*, insigne erat ordinis equestris; Horat. 2 Sat. 7, 53 *Projectis insignibus, annulo equestri, Romaque habita.* Adde Flor. 2, 6, 13, aut Livium portius 23, 12. *Annulus sigillatorius*, ein pitschierring. Val. Max. 8, 14, 4, quem Vopiscus Aureliano c. 50 *Sigillarium* vocat. *Annulo sigilla imprimere*, Cic. Acad. 4, 26 versiegeln, zusiegeln; *tabulas obsignare* Plaut. Cure. 2, 3, 67. *Tabulis testamenti annulum imprimere*, sein rechtschaft aufdrücken, Sen. epist. 8. *Annulo pronubo*, ein trauring; l. 38 ff. pr. de ritu nupt. & l. 3 Cod. de Spondal. Et Tertull. Apol. c. 6 *Annulum induere*, Cic. Off. 3, 9; *e digitis detrahere*, Suet. Cæs. c. 33. De annulis magicis, quos φυσικὰς Græci dicunt, v. Kuster. ad Aristoph. Plut. p. 824. ¶ 2. *Annuli* etiam sunt crispati in orbem crines & spiratim torti, die locken, krisur. Martialis 2 epigr. 66

Vnus de toto peccaverat orbe comarum
Annulus, incerta non bene fixus acu.

Vide infra *Crinis*. ¶ 3. Sunt ur & pro vinculis sive compedibus, quibus noxiorum pedes vincti, fesselti, schellen. Martialis 3 Ep. 29 *Has cum gemina compede dolliat catena, Saturne, tibi Zoilus, annulos priores.* Id. 11 Ep. 38 *Annulus iste tuis fuerat modo cruribus aptus.* conf. Colvii not. in Apul. p. 130 & Kirchm. de Annulis c. 1.

¶ Annellus, vel Anellus, *i*, m. diminut. ἀκκελλάριον. Horat. 2 Sat. 7, 9 *Cum tribus annellis.* Vbi Lambinus p. 217 Quod *annellus*, inquit, impressum est, in eo consuetudinem vulgi secutus sum. Nam si libros veteres sequi, & rationem audire volumus, *anulus* & *anellus* scribi debet uno n. *Anus*, *ani*, enim, ex quo anellus, dicebant veteres pro *annus*, *anni*. Nizolius Thes. Cicer. & Laurenb. p. 28 Antiquar. diminutivum hoc etiam e Cicerone proferunt, de Fin. 5, 1, ubi de Epicuro loquitur, *cujus imaginem non modo in tabulis nostri familiares, sed etiam in poculis & in annellis habent.* Sed ibi, *in annulis*, alii legunt. De *catena annellis pendentibus* v. Lucret. 6, 911. conf. ibid. v. 1022, 1037, 1085.

¶ Annulāris, vel Anularis, *e*, ad annulos pertinens, Gloss. Vet. *Anulare*, δακτυλικόν. Hinc digitum sinistræ manus, qui minimo est proximus, *annularem* vulgo dicunt, der gold-finger; cujus rei rationem explicatam vides ap. Gell. 10, 10, & Macrob. 7, 13. ¶ 2. *Anulare* coloris genus candidum ex creta, &c. v. Plin. 35, 6 fin.

¶ Annularius, *a*, *um*, idem; ut, *Creta annularia.* Vitruv. 7, 14 *Annularia scala.* Suet. Aug. 72, ubi aurifabri annulos vendunt. Seu quæ in formam annuli erant, ut Alio in Lex. Crit. exponit.

¶ Annūlārius, *i*, m. subst. annulorum artifex, ein ringmacher, apud Cic. Acad. 4, 26. Gloss. Vet. *Anularius*, δακτυλιοποιός.

¶ Annulātus, *a*, *um*, annulo vinctus, compeditus, das ringe hat. Plaut. Pœn. 5, 2, 21 *Incedant cum annulatis auribus.* Apul. Met. 9 p. 222 *frontes litterati, & capillum semiraſi, & pedes annulati*, ubi compedes servorum intelliguntur, an füssen gefesselt, conf. p. 234.

¶ Subannulatus, *a*, *um*, in annulos positus, crispus, gekräuselt; ut, *Capillus subannulatus*, ap. Autorem antiquum. Alius est *Subanellatus*. v. Salmasii Not. in Hist. Aug. p. 131.

Annumero, Annuncio, &c. Annuo, vide *Numerus*, *Nuncius*, *Nuo*.

ANNVS, *i*, m. ein jahr; ab innovatione dictus est, ἀπὸ ἀνανέωσεως; vel potius, quod *in se sua per vestigia volvitur*, ut Virgilius Georg. 2, 402 ait, & orbem veluti facit. *Anus* enim sive *annus*, circulus: unde diminutiva *annulus*, *anellus*. Varro de L. L. 5, 2 *Tempus a bruma ad brumem dum sol redit, vocatur annus: quod, ut parvuli circuli, annuli: sic magni dicebantur anni, unde annus.* *Annus magnus tum efficitur*, (Ciceronis verba legis de N. D. 2, 20) *cum soli & lunæ & quinque errantium ad eandem inter se comparationem, confectis omnium spatiis est facta conversio.* De illo etiam agit Somn. Scip. c. 7; Macrob. ad h. l. Lescalop. ad l. c. de N. D. Plut. de plac. philos. l. 2 c. 32. Ælian. H. V. 10, 7 & ibi Perizon. Vossius Intitt. Orat. l. 4 p. 196 & generatim Astronomi vett. & recentt. v. g. Achill. Tat. Isag. c. 18. Ricciol. Almag. 3, 13. *Scansilis annus* seu *Climactericus*, ein stuffen-jahr, ubi v. g. senibus fatalis habitus sexagesimus tertius annus. v. Censorin. de die natali c. 14; & Gell. 15, 7, & qui omnia complexus est Salmasius Libro de annis climactericis. *Anno ineunte*, im anfang des jahrs, Suet. Tib. c. 51. *Anno exeunte*, Cic. Divin. 1, 25, im ausgange des jahrs. *Anno superiore*, vorm jahr, Id. pro Arch. c. 8. *Nati melioribus annis*, Virg. Æn. 6, 649, in einer guten zeit. *Natus est annos decem, viginti, sexaginta*, er ist zehen, &c. jahr alt. Cic. de Clar. Or. c. 64 *Vndeviginti annos natus erat eo tempore.* Ibid. c. 43 *Defendit Licinium, cum annos XXVII natus esset.* In quibus formulis præpositio *ante* subauditur. Dicimur hac in re etiam *aliquot annos habere.* Cic. l. d. c. 43 *Crassus quatuor & triginta tum habebat annos*: qui aliam quoque non minus elegantem formam adjungit: *totidemque annis mihi ante præfabat*, er war so viel jahr älter als ich. Nepos 25, 7, 1 *Cum haberet annos circiter sexaginta.* v. infra in *Habeo* n. 7. Idem 25, 21, 1 *Tali modo cum VII & LXX annos complesset &c.* zurück geleget. De formula *annos ferre* vel *gerere* Græv. ad Cic. fam. 4, 5. add. Val. Flacc. 6, 795 & Bur. ad Petron. c. 43. Novum nec ita solens est illud Taciti Hist. 1, 49, 3 *Hunc exitum habuit Galba tribus & septuaginta annis*: pro trium & 70 annorum. *Anno vertente*, id est, integro: dum in se convertitur scil. atque absolvitur, Svet. Cal. c. 37. Censorin. de die natali c. 19 ANNVS VERTENS *est natura, cum sol percurrens duodecim signa eodem, unde profectus est, redit.* Nepos 17, 4, 4 *Iter Xerxes ann. vertente confecerat*, er hatte darüber ein gantzes jahr zugebracht. Phrasi hac etiam aliquoties usus Cicero; ut Nat. D. 2, 20: pro Quinctio c. 12; & Phil. 13, 10, *Bonus annus*, ein gut und reich jahr. Egregie Sidonius 3 epist. 6 dixit: *Annum bonum de magnis non tam fructibus, quam potestatibus existimandum, &c.* Sed, ut eveniret bonus annus, publice atque solenni ritu apud Græcos optabatur: Apul. Milet. 11 p. 265 *Fausta vota præfatus, principi magno, senatuique & equiti, totique Pop. Rom. venuscisi sermone ritu quo Græcisci, καλὸς ἐνιαυτὸς*: i. e. bonus annus populis; (al. ἐνιαυτὸς). Sed hunc locum MSStorum ope feliciſſime restituit Salmasius Exercit. Plin. f. 177; vulgo enim mendosus est. Est autem *ἐνιαυτὸς*, *bonus annus*. Porro *annus intercalaris*, ein schalt jahr, Plin. 2, 47; *luciser*, Val. Flacc. 3, 454, ein trauer-jahr; *fatalis*, Plin. 13, 4 dürr-jahr. Quintil. 1, 1 *Tenerissimi sumas eorum, quæ recidua annis percepimus*, in der jugend. Manilius; v. 526 *Non annis anni, non mensibus usque Conveniunt, seque ipse dies, alimque relinquit, &c.* Horat. Art P. v. 175 *Multa ferunt anni venientes commoda secum, Multa recedentes adimunt.* Idem 2 od. 14, 1 *Heu heu fugaces, Postume, Postume, Labuntur anni.* Elegans loquendi forma est etiam *In annum*, auf ein jahr: Cic. pro Sestio c. 8 *Habebit senatus in hunc annum, quem sequatur.* Idem de Divin. 2, 6 *Solis defectiones, itemque lunæ, prædicuntur in multos annos ab his, qui siderum cursus & motus numeris persequuntur.* ¶ 2. *Annus* aliquando, poëtis cumprimis, pro certa anni parte ponitur: ut, *Formosissimus annus* pro vere Virg. ecl. 3, 57. *Annus hibernus*, pro hieme, sive hiberno anni tempore Horat. Epod. 2, 29. *Pruinosum annum* Avienus vocavit Aratei v. 57. v. Broukh. ad Tib. 1, 1, 17; qui etiam observat, simpliciter pro vicissitudine quatuor temporum nonnunquam accipi. Add. 1, 4, 15. ¶ 3. Sed & *Annus* proventum anni, sive annonam significat, jährlich gewächs. Stat. 3 Silv. 2, 22 de frumentaria nave intelligens, quæ Ægypto venerat, *--Pharium gravis intulit annum.* Nam *annus Pharius* Ægyptiacum frumentum est. Lucanus 3, 450 *Carvoque soli cessimus arvis Agricolæ raptis annum flevere juvenci.* conf. v. 70. Tac. de Germ. 14, 7 *Nec arare terram, & expectare annum, tam facile persuaseris, quam provocare hostem.* conf. Dempster. ad Rosin. 7, 38 p. 734. ¶ 4. *Anni* & *arma* in casibus similiter cadentibus misceantur a librariis, v. *Arma*.

¶ Anno, adverb. ante annum, vorm jahr; cui opponitur *horno*, heuer. Plaut. prol. Amph. v. 91 *Hisce vivos anno cum in præsentia Ievem invocarunt.* Et Truc. 2, 4, 38 *Quæ si uxorem mekubebat anno, dum hic fuit.* conf. Id. Men. 1, 3, 22, & vid. Gronov. p. 9; Taubm. p. 15, 701 & 1415. Parei Lex. Crit. p. 95. ¶ 2. *Annum* itidem adverbialiter, annuo spatio, auf ein jahr, in jahres frist. Cic. fam. 13, 15, 2 *Cum Rome annum prope fuisset.* Et Cæl. Cic. 3, 14, 5 *Scripsi, me annum pacem non videre.*

¶ Annuus, *a*, *um*, per annum, jährlich: ut, *Annuo spatio*, Plin. 9, 10 & Horat. 4 od. 5, 11. *Annuus cursus*, Cic. leg. 2, 8. *Annuum tempus conficere*, Id. Att. 15, 15, ein jahr ausmachen. Et ibid. 29 *Annuus sumptus*, jahr-geld. *Dies annua* s. *annuus* dicitur, cum debitum aut pecunia accepta post annum elapsum solvenda est, Cic. fam. 7, 23; Id. Att. 12, 3. Suet. Aug. c. 101. *Annui magistratus*, Cæs. B. G. 1, 16. Et Cic. Att. 5, 13 *Vt sinus annui*, h. e. ne provincia nobis ultra annum prorogetur. ¶ 2. Anniversarius, stato tempore quotannis recurrens, alljährlich. Cic. de Nat. D. 2, 39 *Aër annuus frigorum & calorum facit varietates.* Virg. Georg. 1, 338 *Annua magnæ Sacra refer Cereri*, sacrificium anniversarium. Lucan. 1, 180 *Annua certamina.* Plin. 10, 20 *Annuis vicibus.* ¶ 3. Veteri Glossario nova quadam ratione accipi videtur pro eo, quod *Amosus* est. Ita enim ibi legas: *Annos, annua, πολυετής*: Lege *Amosa, annua*, (ut si synonyma sint). Item *Annua, γραῦς πολυετής.* An utrobique pro *annua*, legendum *Anus* pro vetula scilicet? Nam & hæc quoque ab *annis* est.

¶ Annuum, *i*, & Annua, pl. substantiva quasi sunt, quæ alimentorum caussa in singulos annos præstantur, jährlicher unterhalt. V. Leg. 10 & 14 de Annuis legatis. Suet. Tib. c. 50 *Iuliari peculio concesso a patre prohibitisque annuis fraudavit.* Id. Vesp. c. 13 *Rhetoribus annuæ centena constituit*, jährliche besoldung. Plin. 10 epist. 40 *Vt publici servi, annua accipiunt.*

¶ Annūtim, adverb. jährlich. In Onomast. veteri κατ' ἔτος exponitur: sed elegantius est *Quotannis*, de quo infra.

¶ Annuālis, *e*, ad annum spectans; ut, *Annualibus caussis*, Arnob. 1 p. 22. *Operarius annualis*, Vulg. Interpr. Sir. 37, 14.

¶ Annalis, *e*, adject. jährlich, jahre betreffend; ut, *Tempus annale*: &, *Solis cursus annalis*, Varro R. R. 1, 27. Sic *Annalis lex* sæpe Ciceroni memoratur, quæ legitimam ad petendos magistratus describebat ætatem, de qua Liv. 40, 43 consulatur. Ipse Cic. Phil. 5, 17 *Majores nostri, veteres illi admodum antiqui leges annales non habebant.* conf. Lipsius de Magistr. vet. Pop. Rom. c. 4, 5, 6; & Iac. Gujacii Obsery. 34, 17.

¶ Annālis, *is*, m. subst. & pl. Annales, *ium*, rudiores commentarii rerum annalium, hoc est singulis annis gestarum, chronicken, geschicht-register, jahr-bücher. Quos initio pontifices contexere soliti annales maximos vocatos; post & alii cœperunt, ut Cicero de Orat. 2, 12 docet. V. & Sempronii Asellionis de *Annalibus*, & quomodo ab *historiis* differant, locum ap. Gell. 5, 18, quæque ad Gellium notat Phil. Carol. Animadv. p. 317, quamquam non semper hæc duo distincta fuisse, alio *annales* vocante, quod alius *historias* nominet, e Vossio intelliges 1 de Hist. Lat. 5 p. 21. & Buchner. ad Prudent. Hymn. de Natal. Christi p. 54, 55. Gronov. Observ. ad Script. Eccles. c. 9 p. 95 laxa significatione *Annales* pro quavis historia poni docet. conf. omnino Servius ad Virg. Æn. 1, 373. Subaudire autem in his oportet aliquid; *Annalis*, scilicet *liber*: *annales*, nempe *libri*. Quare in allegandis Taciti libris, quos ab Augusti fine cœpit, rectius hunc vel illum Annalem, quam hunc vel illum librum Annalium citamus; idque ad exemplum veterum. Gell. 2, 1 *Posuimus verba ipsa Quadrigarii ex Annali ejus sexto transcripta.* Idem 15, 1 *Si Annalem undecimum Q. Claudii legisses.* Et alibi sæpius. Plin. 7, 28 *Q. Ennius T. Cæcilium Tenerum fratremque ejus præcipue miratus, propter eos annalem sextum adjecit.* Nepos 23, 13, 1 *Attieus in annali suo scriptum reliquit.* Sed hæc de usu vocis singularis numeri: Pluraliter *Annales & monumenta vetustatis*, Cic. pro Domo c 32 dixit: & Virg. Æn. 1, 373 *Si vacet annales nostrorum audire laborum.* Et Iuvenal. 2, 102 *Res memoranda novis annalibus atque recenti Historia.* ¶ 2. De cognomine familiæ Villiæ, ut *Annales* appellarentur, vid. Liv. 40, 43, & ibi Gronov. it. Burm. ad Quint. 6, 3 p. 557.

¶ Annalia, n. plur. puta vota solennia. Grut. p. 116 n 2 AVGVSTORVM ANNALIA FELICITER. Sic Decennalia, Vicennalia dicimus.

¶ Annarius, *a*, *um*, ut *Annalis* adject. Festus: *Annaria lex dicebatur ab*

ai annonarii, quæ suppetunt annis magistratus capiendo. Eadem lex, quæ §. supra *Annaria* dicta, *Annaria* est Lampridio in Commodo c. 2. De ejus autore Liv. 40, 43 agit.

¶ Annĕlus, *a, um*, einen jahrs alt, jährig, adject. nec vero diminutum *Annellus pilus*, l. 6 Dig. de his, qui sui vel alieni juris. Nep. 25, 20, 4 *Hanc Cæsar vix anniculam Tib Claudio despondit.* Varro R. R. 2, 5 de Tauris: *Vnus fit amiculus, alter binus* Colum. 7, 9 *Quæ taleæ sunt, oportet esse maves, qui & ab annicula ætate commode perserrant.* Plin. 28, 24 *Semen optimum anniculum, bimum deterius, trimum pessimum, ultra sterile*

¶ Anno, *are*, jähren, viel jahre währen. Macrob. Sat. 1, 12 *Annare perennareque commode.*

¶ Annatæ, *arum*, f. fructus annui ex episcopatibus vacantibus ad Pontificem Rom. redeuntes. v. Ius Canon. & Interpretes.

¶ Annōna, *æ*, f. fructus annuus, fruges in primis sive frumenta, eorumque pretium, ἐνιαυσία, σιτηρέσιον, getraide, jährliche früchte. Cæl. B. C. 1, 52 *Annona crevit, quæ fere res inopia non solum præsentis, sed etiam futuri temporis timore ingravescere solet. Iamque ad denarios in singulos modios annona pervenerat. Annona vilitas*, Cic. pro Domo c. 6, wohlfeile zeit. Contra, *Annonæ difficultas*, Cic. l. c. 5; *sævitia*, Tac. 2 Ann. 87, 1, theure zeit. *Annonam flagellare*, Plin. 33 extr. *Incendere re*, & *excandescere*, eadem sunt Varroni de R. R. 3, 2, theurung machen. *Vrit populum gravis annona*, Veliej. 2, 77, 1: Contra *Levare annonam*, Liv. 26, 4; *temperare*, Suet. Tib. c. 34. wohlfeil machen. Liv. 26, 20 *Annona ita ad mitium lavevarat*, es war nicht viel wohlfeiler worden. Quod eleganter 2, 52 pr. reddiderat: *Vrbi cum pace lætior etiam annona rediit. Annona militaris*, proviant, quæ frumenta, oleo, vino, carne & aliis istiusmodi speciebus cemetur: ut discere licet ex Tit. Codicis Theodosiani *de erogatione militaris annonæ.* ¶ 2. In plurali numero *Annonæ* de penibus, & Ictis & Historicis Augustorum passim dicuntur, quod Salmasius p. 194 notavit, manu vertien. ¶ 3. *Annonam macelli* Suetonius dixit, pro eo omni, quod in macello venit, Tib. c. 34 *Censuit*, inquit, *annonam macelli senatus arbitrio quotannis temperandam.* ¶ 4. *Annona* est etiam salarium, merces annua. Veget. de Re mil. 1, 13 *Duplas consequi annonas*, doppelten sold. vid. Meurs. auct. Philol. c. 29 p. 161. ¶ 5. Est etiam Inscr. DIVÆ ANNONÆ, quem cum *Pomona* confert Elmenh. ad Arnob. p. 121. Add. Grut. MLIV, 12. it. LXXXI, 10.

¶ Annōnārius, *a, um*, quod ad annonam pertinet, zum proviant gehörig. Veget. 3, 3 *Pabula, frumentum, cæteraque annonaria species.* Trebell. Pollio de 30 tyrann. c. 13 *Annonaria præmia* & c. 24 *Annonaria regio.* Sic *Annonarius magister*, ein proviant-meister. *Annonariæ naves*, proviant-schiffe.

¶ Annonor, *ari*, to imagiren, speise suchen. Capitol. Gordian. c. 29 *Loca, in quibus milites annonari non possunt.* v. Salmas. p. 266.

¶ Annōsus, *a, um*, τοσουτος, viel jahr alt; ut, *Annosa cornix*, Horat. 3 od. 17 v. 13 *Anus annosa*, Ovid. 2 Fast. v. 571. *Annosum Falernum*, Martial. 6 epigr 27, alter wein. *Annosa quercus dativ*, Ovid. Met. 13, 799. *Annosa volumina vatum*, Horat. 2 epist. 1, 26. Compar. *In aliquo annosiore*, Auguſt. Confeſſ. 1, 7, id est, majoris ætatis. Superl. *Annosissimus vigor*, Ambrof. de Vocatione Gent. 2, 8.

¶ Annos tas, *ātis*, f. antiquitas, das alterthum. Cathol.

¶ Annōtinus, *a, um*, eines jahres. Columell. R. ruſt. 4, 24 *Vngues cuiusdem anni tantos resecato de vitibus.* conf Plin. 16, 26, quem laudamus in *annifer*. Ita *Annotinæ naves* Cæs. Gall. 5, 8 non sunt, quas annonam vehunt, ut ibi Rhellicanus, & Glareanus, & Goduinus interpretantur, quos ridet Dionys. Vossius: sed ut bene Græcus Cæsaris interpres, αἱ τῆς πρόσθεν ἔτους, quæ in superioris anni expeditione adhibitæ fuerant.

¶ Annifer, *a, um*, per totum annum fructus ferens, das jahr hindurch tragend. Plin. 16, 24 *Citreæ, & juniperus, & ilex annifera habentur, novumque fructus in his cum annotino pendet.*

¶ Anniversārius, *a, um*, singulis annis recurrens, alljährlich; ut, *Anniversaria sacra*, Cic 1 Att. 18 *Anniversaria vicissitudo*, Idem Nat. D. 2, 38. *Anniversarii hostes*, qui singulis annis eruptionem faciunt & infestant, Flor. 1, 12, 1. Sic, *Anniversariis armis assistere*, Liv. 4, 45; *Anniversaria solennitate celebrare festos dies*, Auguſtin. epist. 118 c. 1.

¶ Anniversarie, adverb. vertente quovis anno, alle jahre. Idem Auguſtinus dicta epistolæ extrema: *Dies, quo cœna dominica anniversarie celebratur.* Et de Doctrina Christi 2, 29 *Lunæ cursus ad passionem Domini anniversarie celebrandam solenniter adhibetur.*

I. Composita cum numeralibus.

¶ Biennis, *e*, zweyjährig. Plin. 2, 82 extr. *Bienni spatio.*

¶ Biennālis, *e*, idem; ut, *Biennalis pœna*, Theod Cod lib. 11 t. 20. *Biennale tempus*, Cod. iuſtin lib. 4 t. 29 l. 22. Et *Metæ biennales*, lib. 12 t. 7 l. 1.

¶ Biennium, *i*, n. tempus 2 annorum, zwey jahre. Cic. pro Cæcina c. 10 *Lex vetat & auctoritatem suam habet ad biennium.* Id. Phil. 5, 3 *Tribuni pl. tulerant de provinciis contra acta Cæsaris, ille biennii, ipse sexennii*, id est, de provinciis biennium vel sexennium retinendis. Quintil. 1, 20 de pueris: *Intra biennium omnia fere loquuntur.*

¶ Triennis, *e*, dreyjährig.

¶ Triennium, *i*, n. drey jahre. Cic. in Bruto c. 43 *Triennio minor, quam Antonius.*

¶ Quadriennis, *e*, vierjährig. Flor. 2, 6, 1 *Vix quadriennis requies.* al. *quadriennii.*

¶ Quadriennālis, *e*, idem. Ict. Dig. 50 t. 12 l. 10 *Dedico agonem quadriennalem.*

¶ Quadriennium, *i*, n. Cic. Senect. 2, 4 *Quadriennio post fructus sum percepturus.*

¶ Quinquennis, *e*, fünfjährig. Horat. 2 Sat. 8 v. 47 *Vino quinquenni.* Colum. 7, 6 *Quinquennis caper.*

¶ Quinquennālis, *e*, idem. Cic. de Orat. 3, 32 *Quinquennalis celebritas ludorum.* Liv. 4, 24 *Magistratus quinquennalis*, & 31, 9 *Quinquennalia vota.* Florus 2, 7, 14 *Quinquennales ludi.* Quintil. 7, 4 extr. *Quinquennali exilio multari.*

¶ Quinquennālia, *ium*, n. pl absolute, ut certamina, vel spectacula, vel simile subaudiatur. Ammianus Marcell. 21, 1 de Juliano: *Quinquennalia Augustus jam edidit.* Veteris inscriptio apud Gruter. p. 116 n. 3 NERONIS QVINQVENNALIB. Conf. Suet. c. 12.

¶ Quinquenni um, *i*, n. Cic. 7 ad Att. 6 *Quinquennium prorogabamus*, putat Cæsari in provincia Id. de Leg 3, 3 de Censoribus ex veteri lege: *Bini sunto, magistratum quinquennium habento.* Liv. 3, 30 *Quoniam ipsis quinquennium elusi esset.* Ovid. Met. 4, 292 *Is tria cum primum fecit quinquennia*, hoc est, cum 15 annos explevit.

¶ Sexennis, *e*, sechsjährig. Plaut. Pœn. 4, 2, 80 *Gnatus inde furreptus fere sexennis.* Add. ibid 5, 2, 27; & Plin. 8, 32.

¶ Sexennium, *i*, n. tempus sex annorum. Plaut. prol. Pœnuli v. 67 *Sexennio prius, quam moritur pater.* Add. Cic. in *Biennium.*

¶ Septennis, *e*, siebenjährig. Plaut. Pœn. prol. v. 66 *Puer septennis furripitur Carthagine.* In multis Plauti libris scribitur *septuennis*, antique. Conf. Plaut. Menæchm. Prol. v. 24; & 5, 9, 57.

¶ Septennium, *i*, n. tempus 7 annorum. Prudentius Tetrast. Vet. Test. 6 de Pharaonis somnio: *Veris atque famis duo per septennia tempus instare.*

¶ Octennis, *e*, achtjährig. Ammianus 18, 6 *Liberali forma puerum, ut conjectabamus, octennem in aggeris medio vidimus ejulantem.*

¶ Octennium, *i*, n. ocio annorum spatium.

¶ Novennis, *e*, neunjährig. Lactant. de Mort. Persec. c. 20 *Filius, qui tunc erat novennis.*

¶ Novennium, *i*, n. novem annorum spatium.

¶ Decennis, *e*, zehenjährig. Quintil. 8, 4 *Decenni bello* (Priamus) *exhaustus.* Flor. 1, 12, 8 *Decennis obsidio.* Plin. 8, 5 *Fœmina decennis.*

¶ Decennālis, *e*, idem. Ammianus 15, 12 *Decennale bellum.* Vet. Gloss. *decennalis*, δεκαετής. Hinc absolute Treb. Pollio in Salonino c. 3 *Decennalia Romæ ab eodem* (Gallieno) *celebrata, & post decennalia Gothi ab eo victi*, i. e. annus decimus imperii festus & sacer. Et VOTA DECENNALIA in nummo Treboniani Galli apud Vaillant. P. 2 p. 158, de Numism. Impp.

¶ Decennium, *i*, n. die zeit von zehn jahren. Apul. de Deo Socrat. p. 52 *Calchas decennium* (belli Trojani) *prædixit.* conf. Pallad. Mart. t. 11.

¶ Duodecennis & Duodennis, *e*, zwölffjährig. Sulp. Severus Dialogo 3, 2 *Paterfamilias duodecennem ab utero mutam puellam Martino cœpit offerre.* Id. Dialogo 1, 10 *Puer duodennis*, contracto vocabulo, atque ita etiam in MS. reperiri, Io. Vorstius adnotavit.

¶ Sedecennis, *e*, sechzehnjährig. Auson. Epitaph. 32 tit. *In tumulum sedecennis matronæ.*

¶ Vicennalis, *e*, zwantzigjährig; unde *Vicennalia*, ludi vicesimo imperii anno celebrati. Lactant. Mort. Persec. c. 17 *Diocletianus perrexit Romam, ut illic vicennalium diem celebraret.* conf. c. 20. In nummo Constantini: VOTA VICENNALIORVM, apud Car. du Fresne Famil. Byz. p. 27

¶ Vicennis, *e*, idem. Optatianus Porphyrius Panegyr. col. 10 *Vicennia vota.*

¶ Vicennium, *i*, n. zwantzig jahr. L. 8 ff. de Administr. rerum: *Post decennii aut vicennii tempora.*

¶ Tricennium, *i*, n. spatium triginta annorum, dreyßig jahr. Lib. 7 C. 4, 31 l. 1 *Possessio connumeretur in viginti annorum spatium vel tricennium.*

¶ Tricennalia, *ium*, n. pl. solennitas anni tricesimi. Orosius 7, 28 extr. *Tricennalibus suis* (Constantinus) *Delmatium Cæsarem legit.*

II. Composita alia.

¶ Perennis, *e*, perpetuus, quasi per annos durans, stetswährend, ewig; ut, *Aquæ perennes*, Cic. Verr. 4, 48, quæ æstate non exsiccantur. *Fama & laus perennis*, Cic. Div. 2, 30; & Ovid. Am. 1, 10, 62. *Fons perennis*, Hirt. Gall. B. 8, 43. *Perennis loquacitas*, Cic. de Orat. 3, 48. *Monumentum perennius ære*, dauerhaffter als ertzt. Horat. 3 od. 30, 1. Thalamum Danaes, quam ferunt ahenea turri inclusam, *saxo ferroque perennem* vocat Ovidius 3 Amor. 4, 21, id est, firmum, durabilem.

¶ Perennia, *ium*, n. pl. subst. ceremoniæ in auspiciis servari solitæ. Cic. de N. D. 2, 3 *Nulla perennia servantur.* Quæ essent *perennia auspicia*, Festus docet in *Perenne* & *Petronia*, ubi vid.

¶ Perenne, adverbialiter, per annos, beständig. Colum. 12, 18 *Perenne fabricandæ decimodiæ & trimodiæ.* Paulin. Nol. Carm. ad Auson. p. 503 *Perenne vivax & memor.*

¶ Perennĭter, adv. perpetuo, semper, allezeit. Auguſt. de Doctrina Christ. 2, 16 *Novimus arborem ipsam* (oleam) *frondere perenniter.* Sidon. 7, 9 conc. *Amicitias perenniter servat.*

¶ Perennitas, *ātis*, f. duratio, die daure, dauerhafftigkeit; ut, *Fontium perennitas*, die nicht versiegende quellen. Cic. N. D. 2, 39. conf. Colum. 11, 3. Vim vocabuli non male expoſuit Auguſtin. Serm. 186 de Tempore; *Perennitas fluminis dicitur, quia non ſiccatur æstate, sed per totum annum fluit*, &c. ¶ 2. *Perennitas* fuit etiam titulus principum. Sext. Rufus c. 2 *Ab urbe condita in ortum perennitatis vestræ*, Valentis Auguſti pura. Symmach. 10 epist. 45 (al. 52,) *Perennitas vestra.* Sed hoc est posterioris ævi.

¶ Perenna, *æ*, f. Anna dea dicta. v. Ovid. & Macrob. in *Anna.*

¶ Perenno, vel Peranno, *are*, in multos annos durare, immer währen. Macrob. Sat. 1, 12 *Ad Annam Perennam sacrificatum itur; ut annare perennareque commode liceat.* Ovid. 3 Art. 42 *Arte perennat amor.* ¶ 2. Suet. Vesp. c. 5 *Perennare* est in annum tantum vivere: *Puella nata non perannavit.* Vide ibi Casaub. Sic & Colum 12, 20 *Istum non in totum perennat*, &c. Id. de Arb. c. 16 *Fructus diutius perennat.*

¶ Peren-

¶ Perennans, *tis.* Solin. 65 Salm. 52 *Gens ultra ævi noſtri terminos perennans.*

¶ Perennſervus, *i*, m. ein ewiger ſclave. Plaut. Perſ. 3, 3, 16.

¶ Quotannis, adv. in ſingulis annis, ut Cicero loquitur de Nat. D. 2, 40 jährlich, alle jahr. Id. in Orat. c. 44 *Mos eſt Athenis, laudari in concione eos populari oratione, qui ſint in præliis interfecti, quæ* (Platonis oratio) *ſic probata eſt, ut eam quotannis illo die recitari neceſſe ſit.* Et Verr. 4, 53 *Siculi ex cenſu quotannis tributa conferunt.* Strat. Theb. 1, 666 *Hæc ſtata ſacra quotannis Solemnes recolunt epulæ.* Et Vlpian. l. 8 § 24 Dig. de Transact. *Si tamen ita transegerit, ut nummum quotannis vel quotmenſibus acciperet,* &c. Nam & *quot menſibus, quot diebus, quot calendis,* i. e. ſingulis, dicimus. vide infra *Quot.* Similiter *quotquot annis,* vide in *Quotquot.*

¶ Semiannuus, *a, um,* halbjährig; ut, *Semiannua nox,* Mart. Capella 6 p. 194.

¶ Solennis vel Solemnis, vide infra ſuo loco.

Anonomaſtos, vide *Onoma.*

ἈΝΩΔΥΝΑ, *orum,* n pl. *ἀνώδυνα,* medicamenta, quæ ſomno conciliato dolorem levant, ſchlaff-trancke. Celſ. 2, 25 pr.

ANÓMALIA, *æ,* f. *ἀνωμαλία,* inæqualitas, irregularitas, die ungleichheit; ab *a* priv. & *ὁμαλός, æqualis.* vid. Gell. 2, 25.

¶ Anomalus, *a, um, ἀνώμαλος,* inæqualis, irregularis, ungleich. Mart. Cap. 1 p. 13 *Paullatim ſimulare anomalum.* Conf. lib. 3 p. 71.

ANÔNIS, *idis,* f. *ἄνωνις,* planta, *Remora aratri,* & *Arreſta bovis* appellata vulgo, quod aratra, bubulcis invitis, in mediis ſæpe ſulcis remoretur ſpinis acutis ſuis, ſtall-kraut, heu-hechel. Vid. Plin. 27, 4.

Anonymus, vide *Onoma.*

ANQUÍNA, *æ,* f. qua ad malum antenna conſtringitur, ut Iſidorus interpretatur 19, 4 ein ſeegel-ſeil. Verus poëta Helvius Cinna c. l. Iſidori: *Atque anquina regit ſtabilem fortiſſima curſum.*

Anquiro, anquiſite, vide in *Quæro.*

ANSA, *æ,* f. *λαβή,* illud eſt, quo vas aut aliud quidvis manu apprehendi ac teneri ſolet, der henckel, angriff, die handhabe, das ohr. Virg. eclog. 6, 17 *Et gravis attrita pendebat cantharus anſa.* *Aras* primum *Anſas* dictas, ex Varrone notat Macrob Sat. 3, 2. ¶ 2. Vſitata metaphora pro occaſione ponitur, & Latinas cuſcit formulas, quas in Chiliad. Eraſmus recenſet, anlaß. Cic. pro Sext. c. 10: *Sermonis anſas dabat, quibus reconditus ejus ſenſus tenere poſſemus.* Id. in Lælio c. 16 *Optavi, ut quam ſæpiſſime peccet amicus, quo plures det ſibi tamquam anſas ad reprehendendum.* Id. pro Planc. c. 34 *Anſam reprehenſionis habere.* Sic *anſam præbere, anſam quærere,* locutiones a Græcis ſumptæ ſunt, qui illis frequentius utuntur; *παρέχειν λαβήν, λαβὴν ζητεῖν,* urſach geben, ſuchen. v. Plaut. Pœn. 4, 4, 120. *Anſam arripere,* gelegenheit ergreiffen, ꝛc. V. Eraſm. in Adagio, *Anſam quærere.* ¶ 3. *Anſæ ferreæ,* quibus faxa implumbata, die eiſerne Hammern, Vitruv. 2, 8. ¶ 4. Item in calceo die ohren an ſchuhen, die grartiere, ſchnhriemen. Tibull. 1, 8, 14

Anſaque compreſſo colligat arcta pede.

¶ Anſula, *æ,* f. diminut. De corrigiis Val. Max. 8, 12 ext. 3 *Artifex monari ſe a futore decrepida & anſulis paſſus.* Auguſtin. de Doctr. Chriſtiana 2, 20 *Ut ſuperſtitionem oſſibus exiſtæ in digitis,* quod ut ſuperſtitionis genus ibi annotatur.

¶ Anſatus, *a, um,* anſem habens, gehenckelt; ut, *Vas anſatum,* Columm. 9, 15. Iocoſe Plautus *anſatum* vocat, qui brachia utrique lateri ſic applicavit, ut quaſi anſatus appareat, in Perſa 2, 5, 7 *Sed quis hic anſatus ambulat?* der die arme unterſämmet.

¶ Anſata, *æ,* f. ſubſt. jaculamentum cum anſa, ſecundum Nonium 18, 30; ubi Ennius: *Anſatas mittunt et turribus.*

¶ Anſarium, *i,* n. vectigal ex iſis anſatis, ubi venter exonerabatur. Inſcr. Murat 573 *Vect gal foricularii & Anſarii promercalium.* conf. Not. Editor. & Allio in Lex. Crit.

ANSER, *ĕris,* m. eine gans, *χὴν, domeſticus* alius, *agreſtis* alius ſeu *ferus,* eine zahme, wilde oder ſchnee-gans. Virg. proverb. ecl. 9, 35

Nam neque ſum adhuc Varo videor, nec dicere Cinna
Digna, ſed argutos inter ſtrepere anſer olores.

Plin. 10, 22 *Eſt & anſeri vigilantia, Capitolio teſtata defenſo,* &c. Anſeres ex Cilicia migrantes Taurum montem aquilis refertum ita transmittunt, ut ori lapidem ingentem inferant, & quaſi frenum & retinaculum voci adhibentes, noctu ſilentes ex inſidiis illis aquilarum evadant. Plutarch. lib. de garrulitate; Ælian. Hiſt. Anim. 5, 29. Eos anſeres *Onocrotales* vocant. De Anſeris in cibis præſtantia Lotich. not. ad Petron. p. 271. Ejus jecur-præfert Martialis 13 epigr. 58. Conf. Iuven. Sat. 5, 113. Ex Athenæo 9, 8 anſeribus ipſis faginandis *χηνοβοσκὴς* adhibitos diſcimus. Anſerinum jecur & facrificiis adhibitum, teſtis Ovid. Faſt. 5, 453. Anſerem inter aves eroticas refert Gruterus ad Plaut. Bacch. 1, 1, 35: ut turtur, paſſer &c. ſcorta hoc animali ſignificari docet ex Artemidoro. v. Taubm. ad Plaut. l. c. conf. Petron. c. 137 p. 652. ¶ 2. *Anſer* & poëtæ Latini nomen Ovid. Trift. 2, 435; & Propert. 2, 34, 84. Virgilius laceſſitus ab hoc æmulo non retpondit. Cic. Phil. 13, 5 *De Tarpeio Anſeres depellantur,* id eſt, inquit Servius, *Anſer Poeta, cui M. Antonius agrum Falernum donaverat.*

¶ Anſerculus, *i,* m. diminut. Colum. 8, 14 *Uxc iſſos anſerculos enecant urticæ, ſi teneros pappos lat.*

¶ Anſerinus, *a, um,* adject. von gänſen; ut, *Adeps anſerinus,* gänſe-ſchmaltz. Plin. 22, 6. *Sanguis anſerinus,* Idem 29, 5.

¶ Anſerinus, *i,* m. ein gänſehüter. Colum. 8, 14 *De anſeribus educandis & anſerario conſtituendo.* Gloſſ. lat. gr. *Anſerarius, χηνοβοσκός.*

ANSERARII, *orum,* m. populi Germaniæ inf. Tac. An 13, 55, 1 & 56, 4; quos Ammianus 20, 10 *Anſarios* vocat. v. ibi Lindenbr.

Anſula, vidè *Anſa.*

ANTACÆUS, *i,* m. *ἀνταῖος,* genus piſcis, hauſſen, Caſſiod. Strab. lib 7; Ælian. de Animal. 14, 26.

Antachates, vide *Achates.*

ANTÆ, *arum,* f. Græce *παραστάδες,* ſunt columnæ ſtrictiles quadratæ, quæ in fronte ædium ad latera ejiciorum utrinque ponuntur, thürpfoſten, ſäulen an den thüren. Si vox Græca eſt, (nam *Ἀντὰ* legitur in veteribus Gloſſis) oritur ab *ἀντάω occurro,* quia *ante* ædem adeuntibus veluti occurrunt. Feſtus *antas* dicit latera oſtiorum, earumque nomen ab *antibus* ducit. Nonius cap. 111 124 indidem derivat, appellatque columnas quadras. vid infra *Antes.* Videntur autem proprie locum habere in ædibus ſacris, quamvis & in aliis conſtrui poſſint. Vitruvius lib. 3 c. 1 *Ædium principia ſunt, e quibus conſtat ſigurarum aſpectus: & primum in antis, quod Græce ναὸς ἐν παραστάσι dicitur.* Adde huc lib. 4 c. 4 & 7, ubi de *antarum* proportione cum columnis differit. Hinc *in antis eſſe* ædes dicitur, quæ hujusmodi pilas in fronte habet. Vitruvius eodem cap. 1 lib. 3 *In antis erit ædes, cum habebit in fronte antas parietum, qui cellam circumcludunt, & inter antas in medio columnas duas, ſuprague faſtigium,* ꝛc. Inſcriptio apud Gruterum ſuperius allata pag. 207 *In eo pariete medio oſtii limen aperito: ex eo pariete antas duas ad mare vorſum projicito; inſuper id limen robuſtum imponito; inſuper id & antas marmoreos robuſtos projicito extra parietem.* Porro autem *projicere antas* eſt eas ita conſtruere, ut ex pariete promineant. Fiunt enim *antæ* non ſolum ad ornandam, ſed etiam ad muniendam ædem; & idcirco longius a pariete projiciuntur, ut validius ſuſtineant. Verum cum ita fiunt, aptius appellantur *Anterides.*

ANTÆA, *æ,* f. Dea quæ Antii colebatur, eadem quæ fortuna, de qua Horat. 1 Od. 35, 1. v. *Antium* infra, & Dan. Heinſ. ad Heſiodi Op. & D. p. 236.

ANTÆUS, *i,* m. *Ἀνταῖος,* luctator ille & athleta fuit maximo corpore, ac robore inſuperabilis in Libya, quem Hercules vicit. Sen. Herc. Oet. v. 24 *Nullus Antæus Libyſ animam reſumit.* De ejus longitudine, quam fabuloſam Strabo cenſet lib. 17, Plutarchus in Sertorio narrat pag. 572. v. & Lucan. 4, 590 ſeqq. & Sil. 3, 40. ¶ 2. Alium *Antæum* memorat, & a præcedente diſtinguit Pindari Scholiaſtes ad Pyth. 9 ſtroph. 5, qui Libyæ civitatem Iraſſam incolens filiam Alciden præmii loco propoſuerit illi, qui vinceret curſu: quo pacto illa ceſſerit: Alexidamo victori.

Antagoniſta, Antamœb eus, vide *Algon, Amœbæus.*

ANTANACLÁSIS, *is,* f. *ἀντανάκλασις,* i. e. *ex adverſo refractio,* eſt ejusdem verbi contraria ſignificatio; aut cum verbum idem ſignificatione mutata repetitur: Vt Euclio Plautinus Aul. 1, 2, 9 anui, quæ dixerat v. 6, ædes *inanibus ſunt oppletæ atque arancis: Aranceas,* inquit, *mihi ego illas ſervari volo,* intelligens theſaurum, qui anum latebat. ¶ 2. Fit & in talibus Antanaclaſis: *Amari jucundum eſt, ſi curetur, ne quid inſit amari,* Auctor ad Herenn. 4, 14. Et ibid. *Veniam ad vos, ſi mihi ſenatus det veniam.* conf. Quintil. 9, 3.

Antandros, Antapocha, Antapodeſis, Antarcticus, vide *Andros, Apocha, Doſis, Arctos.*

ANTARIUS, *a, um,* vel ab *ante,* vel ab *ἀνταίρω,* i. e. *contra attollo*: ut, *Antarii fines,* relicti ſcil. in ſumma trochlea ducendi & reducendi oneris gratia, Vitruv. 10, 2. *Antarii in bellum veretes* ap pellabant, auctore Feſto, quod ante urbem geritur. v. Bernegg. ad Suet. Aug. c. 1, 2.

ANTE, *πρὸ, πρόσθε,* præpoſitio temporis, loci & dignitatis deſcriptioni ſerviens, vor, für. Scrv. Sulp. Cic. 4 epiſt. 12 *Paullo ante lucem Marcellum diem ſuum obiiſſe;* noch vor tage. Ter. Eun. 4, 7, 24 *Quæ mi ante oculos eorum amatorem adhuc ſi ſtit tum,* vor die augen. Conf. Nep. 12, 3, 2 *Videre, quod ante pedes modo eſt.* Ter. Adelph. 3, 3, 33. Sic etiam cum additur perſonæ, tempus connotat: *Omnes ante Socratem philoſophi,* Cic. Academ. 1, 4. *Is bonos habitus ante me eſt nemini,* vor meiner zeit, Id. Cat. 4, 3. conf. ad Att. 12, 15. Nep. 11, 1, 3; & 15, 10, 4. ¶ 2. Interdum comparationem inducit reddique poteſt, *præ, præter, magis quam,* über, mehr als. e. g. *Is quem ante me diligo,* Balbus ad Att. 8, 24. *Virgo una longe ante alias ſpecie ac pulchritudine inſignis,* Liv. 1, 9. conf. 35, 14. *Ti unus ante alios fuit cariſſimus,* Nep. 25, 3, 3. Sic *Gloria belli ante Romanos fuiſſe,* Salluſt. Cat. c. 53 übertreffen, vorgehen. *Ante alios omnes pulcherrimus,* Virg. Æn. 4, 141. conf. 1, 351. *Neceſſitas ante rationem eſt,* noth bricht eiſen, Curt. 7, 7, 10. *Ante Jovem haberi,* Id. 8, 7, 13 id eſt, præferri. Tac. An. 13, 54, 5 *Nullos mortalium armis aut fide ante Germanos eſſe exclamant.* Virg. 2 Georg. 475 *Me vero primum dulces ante omnia Muſæ Accipiant,* zuförderſt. Celſ. 7, 30 *Alvus ante omnia ducitur.* Conf. Id. 8, 2. Liv. 2, 7 & 7, 4. ¶ 3. In iſtis adverbii vim habet: *Aliquanto ante,* Cic. Off. 1, 23. *Paullo ante,* kurtz zuvor, Liv. 27, 28. *Multo ante,* Ter. Eun. 4, 5, 7; Suet. Tib. 67. Et *Longe ante,* lang vorher: e. gr. Cic. Tuſc. 3, 14 *Longe ante videre mala venientia:* Sic & alias ſæpe. Cic. fam. 15, 14 *Et feci ante, & facio nunc* Celſ. 8, 10 *Et ante & poſt eadem faciendæ.* conf. 6, 15 & 7, 26 &c. Sed Cic. de Fin. 5, 12 *Non ante ſed retro,* vorwerts. Conf. Liv. 22, 3; Colum. 6, 2. Virg. Æn. 1, 202 *Nequæ ignari ſumus ante malorum,* i. e. præteritorum, quæ ſimul fuerunt. ¶ 4. In certo denotando tempore nunc cum accuſativo jungitur hæc particula maxime præcedens tanquam præpoſitio; nunc cum ablativo quaſi adverbium, & vel interponitur vel poſtponitur; quod & in *πρὸ poſt* fieri ſolet. Nepos 14, 11, 2 *Hoc Mithridates ante aliquot dies venit,* er kömmt eilig che tage eher. Cæſ. B. C. 1, 31 *Paucis menſibus ante,* vorher. Tac. Agric. 28, 6 *Anno ante navim filium amiſit.* Cic. Art. 14, 19 *Quatridao ante.* Id. Tuſc. 1, 2 *Themiſtocles aliquot ante annis* &c. Nep. 1, 8, 1 *Tyrannis paucis annis ante fuerat.* Plin. 4, 16 *Repertus multis ante ſeculis.* ¶ 5. *Ante diem* peculiari ratione ponitur. Cæſ. B. Civ. 1, 11 *Neque ante quem diem iturus ſit, deſiniebat:* ibi *ante diem* eſt, quo die. Cic. fam. 16, 3 *Ante D. VIII Id. Novembr. has literas dedimus,* id eſt, octavo idnum, ſive ipſis idibus. Conf. Liv. 42, 59; 41, 16; 42, 11 &c. Plin. 15, 19 de ficorum generibus: *Cum inter omnes recentem eſſe conſtaret, atqui tertium, inquit, ante diem ſcitote decerptum Carthagine,* id eſt, tertio die ante, vel nudius tertius. Sen. ad Helviam c. 15 *Quod te ante tertium demum diem, quam perciſſas ſum, ſecutum nec gaderam tale momentum regredi vehit.* Videtur autem correpta locutio eſſe, pro *ante diem tertium fuiſſem.* Cic. 6 ad Att. 2 *Itaque ſtatim acti literas, ut ex Cypro equites arte vient ea tam decederent,* id eſt, antequam dies data exiſtet. ¶ 6. In definiendis diebus ſæpe hæc præpoſitio omittitur; ut eam dico. *ter-*

tio Calendas Ianuarias, vel tertio Nonas, aut Idus. Idem enim eſt ac ſi dixiſſem, tertio ante Calendas, ante Nonas aut Idus. v. Priſcian. lib. 18 & Manut. 2 epiſt. 8. ¶ 7. Sed & alia notio hujus formulæ *ante diem*, nempe ante legitimum tempus, contra naturæ ordinem, vor der zeit. Ovid. Met. 1, 148 *Filius ante diem patrios inquirit in annos.* Stat. 2 Silv. 1, 108 *Si tener ante diem, vultu greſſuque ſuperbo Viceram æquales, multumque reliquerat annos.* Perſ. Sat. 4, 4 *Rerum prudentia velox Ante diem venit.* Prov. *Ante barbam duces ſenes.* Eodem modo *ante tempus* dixit Cic. de Amic. c. 3; Liv. 31, 36; Suet. Aug. c. 26. ¶ 8. *Ante* adverbialiter numerandi vim habens ſignificat *primum*, erſtlich, zuvor, zuerſt. Celſ. 7, 29 *Id agendum eſt, ut ante caput, deinde reliqua pars auferatur.* Id. 5, 26 *Ante dicam debis*, &c. *tum de his* &c. conſ. 6, 6 & 18; & Plin. 34, 13. ¶ 9. Abundat poſt verba compoſita cum *præ*. Ter. Andr. 1, 5, 4 *Nonne oportuit præſciſſe me ante?* Liv. 40, 4 *Multo ante præcognitarum facimus.* Conf. Cic. Phil. 2, 33.

¶ Anterior, anterius, der vordere, vorige. Cæſ. B. C. 3, 63 *Milites in anteriorem vallum tela jaciebant.* Juſtin. 8 Cod. t. 18 l. 1 *Anteriora tempora.* Sulp. Severus 1, 42 de Iobia rege loquens: *Vaſa omnia anteriorum regum ſuperſtitionibus idoli conſecrata cremavit.* Sæpe eo uſus Sidonius eſt. V. Cellar. Antibarb. p. 101 & Cur. poſt. p. 174. Sic *Anteriores pedes*, Ammian. 30, 5. *Anterior chlamydis pars*, Id. 16, 8. *Ad ſpeculanda anteriora*, Id. 25, 3. In MSS. lib. Plinii ter reperit Harduinus.

¶ Anterius, adverbialiter, weiter vorher. Breviar. Fidei adv. Arianos, quod Sirmondus edidit, p. 82 *Cæſſet quæſtio de Patre anterius nominato*, id eſt, priore loco ſeu priore ordine nominato. Onomalicon verus, *Anterius*, ἐμπροσθεν.

¶ Anticus, *a, um*, verwertig. Cic. de Vniv. c. 10 *Antica pars.* Feſtus in Poſticum: *Quæ ante nos ſunt, antica, & quæ poſt nos ſunt, poſtica dicuntur*, &c. Idem Feſtus: *Anticam etiam veteres pro janua poſuerunt.* ¶ 2. *Antica*, fœm. ſubſt. ein vorderer theil. Sic dicta eſt pars prior in templo augurali, hoc eſt, cœli ſpatio ab auguribus deſcripti, licet poſterior dicebatur *poſtica*, præter dextram & ſiniſtram partem. Varro Lat. L. 6, 2 pr. *Cœlum, qua tuemur, dictum templum. -- -- Eſt templi partes quatuor: ſiniſtra ab oriente, dextra ad occaſum: antica ad meridiem, poſtica ad ſeptentrionem.* Eadem fere Servius in eclog. Virg. 9, 15: & Frontin de Limit. pr. *Antica exclaſim poſtica recipere*, vorn abweiſen, hinten einlaſſen, prov. v. Eraſm.

¶ Antea, Anteha, vide in *Is, ea, id*, & *Hic, hæc, hoc.*

¶ Antequam, adv. ehe denn. Quod a verbo indicativo fere aut conjunctivo excipi ſolet: ut, *Antequam pro Muræna dicere inſtituo*, Cic. pro illo c. 1. *Antequam de repub. dicam*, Id. Phil. 1, 1 Et diſjunctum: *Ante pudor quam te violo*, Virg. Æn. 4, 27. Et 4 Georg. 306 *Ante novis rubeant quam prata coloribus.* Cic. pro Rab. c. 9 *Quæ caſſa eſt ante mortua eſt, quam tu nutus eſſes.* Lucretius etiam anaſtrophen adhibuit 3, 936 -- *quam naſcimur ante*, pro, antequam naſcimur. *Non ante* &c. *quam* &c. vide in Liv 39, 10, 41, 25 42, 52. ¶ 2. Sed & quam ſequitur, cum præcedens *ante* fuerit præpoſitio. Suet. Aug. 94 *Ante paucos, quam naſcevretur menſes.* Id. Ner. c. 6 *Natus eſt ante novem menſes, quam Tiberius exceſſit.* Adde c. 56 & Domit. c. 23. Colum. 5, 5 *Sulci ante annum ſiant, quam vineta conſarrentur.* ¶ 3. Quin etiam poſtponitur *ante*. Prop. 2, 19, -- *Quam multæ ante meis cedant ſeruitibus horæ.* Tib. 1, 2, 8 *De la non usquam, quæ me quam mittere urbe, Dicitur ante omnes conſpaluiſſe Deos.* Martial 9, 36 *Victricem lauream quam veni, ante rubes.*

¶ Abante, anwor. In antiqua Inſcript. apud Scip. Gentilem Parerg. 1, 14 ABANTE OCVLIS. conf. Gruteri Inſcr. p. 717 n. 11.

¶ Exante &

¶ Inante laudantur ut præpoſitiones compoſitæ idem ſignificantes, quod ſimplex *ante*. Sed inſpectis & conferendis quæ diſputant Muret. V. L. 11, 17. Rewardus Var. 3, 7. Gifan. collect. Lucret. Bernartius ad Stat. Silv. 1, 6. Gebh. Crep. 2, 5. Scip. Gent. Parerg. 1, 14. A. Popma de uſu ant. lect. c. 14, & qui reliquis contradicit, Gron. Obſ. 1, 15, illud tandem videtur pronunciandum. Vbi conſentiunt libri, in his ponit *ante diem* pro abſoluto, *die*, ut modo vidimus ſub *ante* n. 5. *In ante diem* enim ſignificat *Indiem: ex ante diem* terminum, ut loquimur, a quo notat. Liv. 41, 16 *Comitia in ante diem tertium Nonas Sextiles, Latinas* (feriias) *in ante diem tertium Idus Sextiles edixit.* ut Cic. Att. 3, 17 pr. *Comitia in ante diem XV Kal. Nov. diſtulit.* Liv. 43, 16 *In ante dies VIII & VII Cal. Oct. hor. comitiis perduellionis dicta dies.* Ita & 45, 3. Ita Cic Cat. 1, 3 *Divi ego -- eodem te optimatum contuliſſe in ante diem V Calendas Novembris.* Sed eod. cap. paullo ante *Meminiſſime, me ante diem XII Cal. Novembres dicere in Senatu -- qui dies futurus eſſet ante diem* VI &c. Vbi male quidam *in* inculcant. Lucret. 5, 173 recte legitur, *Tempore in anteacto* h. e. *in tempore anteacto.* Prop. 2, 2, 52 legit Broukh. ex MSS. *Hic dominam exemplo ponat in arte meam*, ubi olim *inante*. Supereſt ut de *ex ante idem* oſtendamus. Cic. Att. 3, 17 pr. *De Quinto fratre nunci nobis triſtes, nec varii venerant ex ante diem Non. Iun. usque ad prid. Cal. Sep.* qui ad vocem *varii* & ad illud *usque ad* attenderit, intelliget verum nos ſupra diviſſe. Ita Liv. 45, 2 *Supplicationes in quinque dies decrevit* Senatus. Deinde *ſupplicatio indicta eſt ex ante diem V Idus Oſtob. cum eo die in quinque dies.* Similis eſt ratio Varro. R. R. 1, 28, ubi aliquoties occurrit. Non melius, quin abſurdius eſt

¶ Poſt ante, quod ex Varr. de L. L. 5, 9 laudatum video. Locus eſt p. 62, 12 ed. Durdr. *Poſt autem conventionem habet.*

Anteactus, Anteambulo, vide *Ago, Ambulo.*

Antebaſis, Antebello, vide *Baſis, Bellum.*

Antecanis, Antecantamentum, Antecapio, Antecedo, Antecello, Antecellio &c. Antecæna, Antecurſor, Antedico, Anteeo, vide *Canis, Cano, Capio, Cedo, Cello, Cedo, Cena, Curro, Dico, Eo.*

Antefactum, Antefero, Antefixus, vide *Facio, Fero, Figo.*

Antegenitalis, Antegeſtum, Antegredior, vide *Gigno, Gero, Gradus.*

Antehabeo, Antehac, Antelatus, vide *Habeo, Hic, Fero.*

ANTĒLIVS, rectius *Anthelius, i*, m. ἀνθήλιος, idolum Athenis ad ædium fores erectum *verſus Solem.* Heſych. Plur. *Antelii dæmones oſtiorum præſides*, Tertull. de Idolol. c 15; & de Corona Mil. c. 13.

ANTELIA, *æ*, f. quaſi *anteſella*, der vorſitz. Iſidor. 20, 16.

Antelogium, Anteloquium, Antelucanus, &c. Anteludium, Antemalum, Antemeridianus, Antemitto, vide *Logus, Loquor, Lux, Ludus, Malus, Meridies, Mitto.*

ANTEMNÆ, *arum*, f. Sabinorum oppidum in Italia. Virg. Æn. 7, 631

Ardea, Cruſtumerique & turrigeræ Antemnæ,

hoc eſt, munitæ & ad amnem poſitæ, Servius.

Antemoneo, Antemurale, antemuranus, vide *Moneo, Murus.*

ANTENNA, *æ*, f. κεραία, lignum per transverſum in malo poſitum, in quo velum alligatur, die ſegel-ſtange, Vet. Gloſſ. *Antenna κεραία πλοίου.* Ovid. Met. 11, 483 *Antennis ſubnectere velum.* Idem Triſt. 3, 4, 9 *Effugit hibernas demiſſa antenna procellas.* Virg. Æn. 3, 549 *Cornua velatarum obvertimus antennarum.* Vbi *cornua* extremitates dixit.

ANTĒNOR, *ŏris*, Ἀντήνωρ, Trojanus fuit præcipua auctoritate princeps, hoſpes legatorum Græcorum, qui ad Helenam repetendam venerant; qui & Trojam Græcis dedidit. Virg. Æn. 1, 242 *Antenor potuit, mediis elapſus Achivis*, &c. Ovid. Faſt. 4, 75 *Adjice Trojanum ſuaſorem Antenora pacis.* Conditor fuit urbis *Antenoreæ* in Venetia, cui poſtea nomen *Patavii* inditum. Virg. 1, 247 *Hic tamen ille urbem Patavi ſedesque locavit.*

¶ Antenčtius, *a, um*, adjectivum, idem ac *Patavinus.* Martialis 1 epigr. 77 ad Val. Flaccum, Patavinum poëtam:

Flacce, Antenorei ſpes & alumne Laris. conf. Lucan. 7, 194.

¶ Antenoridæ, *arum*, m. filii Antenoris, Virg. Æn. 6, 484. ¶ 2. Incolæ urbis Antenoreæ, Paduaner. Meſſala Corv. p. 7 utramque gentem Italicos & Phrygios *Antenoridas* cognominari ſtatuit.

Anteoccupo, Antepagmenta, Anteparo, Antepartus, Antepedes, Antependulus, Antependultimus, Antepilanus, Antepolleo, Antepono, Antequam, vide *Capio, Pango, Paro, Pario, Pes, Pendeo, Vltra, Pilus, Polleo, Pono, Ante.*

ANTERIDES, *um*, f. pl. Graece ἀντερίδες, columnæ ſtructiles in imo latiores, & pauſlatim ad ſummum usque decreſcentes, quæ exterius adſtruuntur parietibus ad eos fulciendos, pfeiler, ſtreben. Vox Græca eſt ab ἀντὶ *contra*, & ἐρείδω *fulcio*, eandemque ſignificationem habet ac *eriſma*. Vitruvius lib. 6 c. 11 *In frontibus anterides, ſive eriſmæ ſint: una ſtruuntur, æque inter ſe diſtent tanto ſpatio, quanto altitudo ſubſtructionis eſt futura, craſſitudine eadem, qua ſubſtructio. Procurrant autem ab imo, deinde contrahantur gradatim &c.* Etiam lignea fulcimenta ex trabibus conflata, quæ ſtructuram ſuſtinent, *anterides* dicuntur, ſtützen. Heſychius: ἀντερίδες, τὰ ἀντεχόμενα ξύλα, ἢ λίθινα παρασκευάσματα.

¶ Anteridion, *i*, n. dimin. fulcimentum. Vitr. 10, 17.

Anterior, Antermini, Anteros, vide *Ante, Terminus, Eros.*

ANTES, *ium*, m. pl. ſunt areolæ hortorum, quæ quadratam lineam, ſeu regulam imitantur, beeten oder rabatten in den gärten. Columella de cultu hort. lib. 10 prope finem *Humidaque andrachne ſtientes protegit antes.* Hinc recte Nonius cap. 1 n. 124 ait, *Antes eſſe quadraturas, unde & antas dictas eſſe quadras columnas.* ¶ 2. Ob ſimilitudinem autem omnes arvorum porcæ, & ipſi etiam ordines vinearum ad lineam ducti *Antes* dicuntur, furchen, reihen. Sidonius lib 3 ep 8 *Quanquæ pondus liginis obtuſi nec p. i fuſſis antibus ponis?* Virgilius 2 Georg. v. 412 *Iam canit extremos effœtus vinitor antes.* Quem locum procul dubio reſpexit Feſtus, cum ſcripſit, *Antes eſſe extremos ordines vinearum.* Vet. Gloſſ. *Antes ſίχοι. ἀμπέλων*, & ruſtus, *Ante οἱ τῶν ἀμπέλων ſίχοι.* Ceterum hæc vox multo latius patet. ¶ 3 Translate uſurpatur a Catone in fragmento, quod afferunt Servius, & Philargyrius ad ſuperius Virgilii carmen, ex lib. 1 rei milit. *Pedites quatuor agminibus, equites duobus antibus ducas.* h. e. Pedites quadrato agmine ducas, cujus agminis latera equites tegant, veluti duæ lineæ, quæ etiam alæ dicuntur. V. Gloſſ. Antium τάξεων, ἀρχάτων, quorum prius cujuslibet rei eſt; alterum vitium. Add. Salm. ex Plin. f. 1218. ¶ 4. Advertendum autem, nonnullos ex veteribus Grammaticis *Antes* confundere cum *Antis* & *Anteridibus*: nam Iſidorus lib. 15 c. 7 ſcribit, *Antes* eſſe partes anticas januarum, quibus opponuntur *poſtes.* Servius vero ad Virgilii carmen ſuperius allatum ait, *antes* a quibusdam dici macerias, quibus vineta clauduntur, & ita appellari a lapidibus eminentioribus, qui interponuntur ad materiam ſuſtentandam; ſed proprie *antes* eſſe eminentes lapides, vel columnas ultimas, quibus fabrica ſuſtinetur, & appellari *antes* ἀπὸ τῆ ἀντισήκειν, ad quam rem etymologiam etiam extremos ordines vinearum trahi poſſe, qui *anteſtant.* Sunt qui putent etiam a Vitruvio *antes* uſurpari eodem ſenſu, quo *antæ*: ſed falſo opinor.

Anteſcholanus, Anteſignanus, Anteſto, Anteſtor, Antevenio, anteventulus, Anteverto, &c. Antevolo, Anteurbanus, vide *Schola, Signum, Sto, Teſtor, Venio, Verto, Volo, are, Vrbs.*

ANTHALIVM, *i*, n. ἀνθάλιον, flos in flumine naſcens meſpili magnitudine & rotunditate, ſine nucleo, ſine cortice. Plin. 21, 15 & 29.

ANTHĒDON, *ŏnis*, f. urbs Bœotiæ, Ovid. Met. 7, 232; & 13, 905. ¶ 2. Portus Peloponneſi, Plin. 4, 5. ¶ 3. Meſpilorum genus, Plin. 15, 20.

¶ Anthedonius, *a, um*, adject. Stat. Theb. 9, 291.

ANTHĔMIS, *ĭdis*, f. ἄνθεμις, Chamæmelon, vulgo *Camomilla*, Hundsmillen-blumen, Kummer-blumen, hermelin. Plin. 22, 21.

ANTHĔMVM, *i*, n. ἄνθεμον, herba, raden. Plin. 26, 8 *Anthemum calculos ejicit*, &c. ¶ 2. *Antlema*, n. pl. plebejæ ſaltationis genus cum hac cantilena: *Vbi mihi roſæ? ubi mihi violæ? ubi mihi pulchra apia?* Athen. Dipnoſ. 14, 7; Cæl. Rhod. 3, 4.

ANTHĒRA, *æ*, f. ἀνθήρα, ſcil. βοτάνη, i. e. *herba florida*, blüt. Ita dicitur ſemen croceum & rubrum in quibusdam floribus, ut roſis, croco, liliis. v. Reineſ. Var. Lect. 3, 12 p. 541. Medicamenta etiam arida & compoſitionis certæ *Antheras* vocant, de quibus Plin. 24, 9; Celſ. 6, 11. Sic *dicendi genus floridum* ἀνθηρὸν appellat Quintilianus 12, 10.

ANTHĒRĪCVS, *i*, m. ἀνθέρικος, caulis aſphodeli, Plin. 21, 17 ein goldwurms-ſtengel, ab ἀνθέρις, *ariſta*, ſive ſummum ſpicæ faſtigium Hinc Prov. *Anthericum metere*, i. e. laborem inanem ac ſterilem capere. v. Eraſm.

ANTHĔSPHŌRIA, *orum*, n. pl. ἀνθεσφόρια, feſta Proſerpinæ, ſic dicta, quod Pluto eam flores legentem rapuiſſet; qua de re Ovid. Met. 5, 391 ſeq. & Claud. de Raptu Prof. 2, 137 ſeq. conf. Cæl. Rhod. 14, 21. Latine *Floriformum*, de quo in *Flos.*

ANTHESTĒRIA, *orum*, n. pl. ἀνθεστήρια, feſta floralia, ſive eadem Græcis,

Græcis, quæ Latinis Saturnalia, quibus domini servis ministrarunt. v. Helych. Hinc prov. ὃκ ἐπ' ἀνθεσήρια, *non amplius antheſteria*, die kirchweß währet nicht immer. v. Chil. Macrob. Sat. 1, 12 ſcribit, Athenienſes *Aprilem* ab antheſteriis vocaſſe, *quod hoc tempore cuncta floreſcant*.

ANTHEVS, *i*, m. diſſyllab. filius fuit Antenoris, unus e ducibus Æneæ. Virg. Æn. 1, 510

Anthea, Sergeſtumque videt, fortemque Cloanthum.

¶ 2. *Antheus* ſtatuarius, Plin. 34, 3. ¶ 3. Medicus, Id. 38, 1.

ANTHIAS, *æ*, m. piſcis nomen apud Ovid. hal. 45 & Plinium 9, 59. Ἀνθίας dicitur a Græcis ἱερὸς ἰχθὺς, *ſacer piſcis*, καλλιχθυς, *pulcher piſci*, & καλλιώνυμος, *pulchri nominis*. Ægyptiis piſces hic hieroglyphicon eſt ſecuritatis a periculorum omnium timore liberæ. Ajunt enim, quo loco *Anthias* eſt, nullam ibi belluam eſſe: Conſt. Land. in numiſm. p. 130. Plura Caſp. Schott. Phyſ. cur. 10, 6.

ANTHÍNVS, *a, um*, ἄνθινος, i. e. *floreus*, von blumen. Plin. 11, 14 *Mel vernum ex floribus conſtructo favo vocatur anthinum*.

ANTHOLÓGĬCA, *orum*, n. pl. ἀνθολογικὰ, libri de floribus, kränterbücher. Plin. 21, 3, ἀνθολογία, *collectio florum*.

ANTHORA, *æ*, f. herba giftheil, Tabernæm. p. 321. v. *Antura*.

ANTHRAX, *ăcis*, m. ἄνθραξ, Latine, *carbo*, die kohle. ¶ 2. Medicis eſt abſceſſus quidam ex atra bile, rubore ſublivido; quo ulcere non aliud pejus eſt: & ſimplex quidem ſi eſt, *carbunculum* vocant, ein carfunckel, blutſchwär: malignum, eine peſtilenz-bräſe. vide *Carbunculus* in *Carbo*. ¶ 3. Vitruvio 7, 8 etiam *Anthrax* minii gleba eſt, berg-zinnober.

¶ Anthracinus, *a, um*, ἀνθρακινος, idem qui acer, ſchwark, kohlſchwarz; ut, *Anthracinæ veſtes*, Varro ap. Nonium 16, 14.

¶ Anthracites, *æ*, m. ἀνθρακίτης, gemma ſcintillans, Plinio 37, 11. Eadem *Anthracias* Solino c. 37 extr. ed. Salmaſii, qui in Plinio mavult legi: *In anthracide ſcintilla diſcurrere aliquando videntur*, pro vulgato *anthracitide*, ut ſit ab ἄνθρακες, in recto caſu, quod ἴδος in gignente formet. ¶ 2. Eſt & alius lapis *Anthracites* in Theſproria foſſilis, Plin. 37, 7 inter carbunculorum genera referendus. ¶ 3. Et rufus alius hæmatites lapis *Anthracites* dictus, eodem Plinio auctore 36, 20, quecksilber-ertz. Vid. Salmaſ. in d. l. Solini p. 584.

ANTHRISCVS, *i*, m. & Anthriſcum, *i*, n. ἄνθρισκος, herba ſandici inſilis, feubel-kraut. Plin. 21, 15; & 22, 22.

ANTHRŌPOS, *i*, m. ἄνθρωπος, i. e. *homo*, Æon hæreticorum apud Irenæum 1, 1.

¶ Anthropegraphus, *i*, m. ἀνθρωπογράφος, ita Dionyſius nihil aliud quam homines pingens cognominatus eſt. Plin. 35, 10.

¶ Anthrōpŏmorphon, *i*, n. ἀνθρωπόμορφον, herba ſpeciem humanam referens, al. mandragora, alraun.

¶ Anthropomorphitæ, *arum*, m. hæretici hominis formam Deo attribuentes, Iſidor. 8, 5.

¶ Anthrōpŏphăgi, *orum*, m. ἀνθρωποφάγοι, Scythiæ populi humanis carnibus veſcentes, Plin. 4, 12; 6, 17 & 30; 7, 2; Gell. 9, 4, menſchenfreſſer. *Apud quasdam gentes a propinquis conſumi defunctos*, eſt apud Petron. c. 141. conf. not. p. 664 ſq. in ed. Burm. ¶ 2. Piſces etiam magni & pretioſi *Anthropophagi*, Athenæo & Euſtathio dicti ſunt, quod lurconum & prodigorum opes abſumant: quemadmodum de linguis carpionum, oſculis mullorum (karpen-zünglein, und barben-mäulaen) Germani ludere contueverunt.

¶ Anthropophagia, *æ*, f. ἀνθρωποφαγία, barbara & inhumana conſuetudo carnes humanas in cibum ſuum vertendi.

¶ Anthropothyſia, *æ*, f. ἀνθρωποθυσία, crudelitas pro hoſtia mactandi homines, de qua v. Plut. de Superſtit. p. 297 ſq. it. qui laudantur a Drakenb. ad Sil. 4, 767. & a Marshamo pluribus locis Can. chron.

ANTHVS, *i*, m. ἄνθος, avis, quæ equorum hinnitus herbæ pabulo adventu eorum pulſa imitatur, Plin. 10, 42. conf. 10, 74.

ANTHYLLIS, *ĭdis*, f. ἀνθύλλις, herba lenti ſimillima, iven- oder gauſſer-kraut. Plin. 26, 8 & 15; Dioſc. 3, 153.

¶ Anthyllion, *i*, n. ἀνθύλλιον, eadem herba. Plin. 21, 19; & 26, 8. Anthyppophora, vide infra *Phorâ*.

ANTIADES, *um*, f. pl. gr. ἀντιάδες, tonſillæ induratæ, verſchwollene mandeln am halſe. Cell. 7, 12; & l. 14 § 8 ff. de Aedil. edict. ubi definiuntur *inveterati & qui jam diſcuti non poſſunt faucium tumores*, & eadem vocantur *tonſillæ*.

ANTIÆ, *arum*, f. pl. προσώμιοι, muliebres capilli in frontem demiſſi, quod nos *contra* Græci ἀντὶ dicunt, Feſtus: haarlocken vorn an der ſtirn. Apul. in Floridis de Apolline p. 342 *Iam primum crines ejus pramulſis antiis & promulſis capronis anteventuli & propenduli*. Vet. Gl. *Antiæ, κόμαι διὰ τῶν κροτάφων κρεμάμεναι γυναικῶν*.

Antibacchius, Antibaſis, Antiboreum, vide *Bacchius, Baſis, Boreas*.

Anticategoria, Anticatones, Antica, vide *Categoria, Cato, Ante*.

Antichreſis, Antichriſtus, vide *Chreſis, Chriſtus*.

ANTICHTHON, *ŏnis*, f. ἀντίχθων, orbis terræ, toti globo noſtro oppoſitus in cœlo. Figmentum fuit Pythagoræorum; qui cum ob denarii numeri perfectionem crederent decem quoque hujus univerſi orbes numerari oportere, neque notos tamen plures haberent, quam novem, (qui ſunt videlicet ſeptem planetarum, in quibus ſolem putabant mundi centrum obtinere immobilem; octavus ſtellarum, quas fixas vocant; nonus terræ, ſeu adeo elementaris naturæ) decimum ab ingenio finxerunt, nomenque illi dederunt ἀντίχθονος, quæ terræ ſit noſtræ plane poſita ex adverſo, ſicut illam viſui noſtro ſol interpoſitus ſemper adimat. Intelligi hæc poſſunt ex Ariſtot. de Cœl. 2, 13; & 1 Metaph. 5. Fallitur Cæl Rhodig. qui 22 Lect antiq. 14 per *Antichthonem* eos ait intellexiſſe lunarem ſphæram: tametſi hanc illi opinionem Simplicius præiverat (de quo vide Philoſ. Altorfin. p. 470). Quod autem Clemens Alexandrinus 5 Strom. f. 447 ed. Heinſ. *antichthonem* hanc de cœlo beatorum interpretatur, in eo mori ſuo eſt obſecutus; gentilium doctrinas flectendi ad ſenſum religionis Chriſtianæ. Meminerunt ἀντίχθονος alias Plutarchus 3 de plac. Philoſ. 9 & 11; item Porphyr. in vita Pythag.

¶ Antichthŏnes, *um*, pl. m. ἀντίχθονες, iidem qui *Antipodes*, de quibus infra. Sic *Antichthones* ſunt Hiſpani & Indi. Sed notandum ex Iſ. Voſſio obſerv. ad Melam p. 2, *Antichthones* non ita a veteribus accipi, ut vulgo pro antipodibus, ſed pro omnibus illis, qui oppoſitam terram auſtralem inhabitare credebantur, etiamſi in ſuperiori noſtro degerent hemiſphærio. Ita ſemper ab Antœcis & Antipodibus diſtinguuntur. v. & Schotan. Bibl. H. S. de Secunda mund. ær. fol. 144. Pomp. Mela 1, 1 *Terra Zonis quinque diſtinguitur. Mediam æſtus infeſtat, frigus ultimas: reliquæ habitabiles paria agunt anni tempora, verum non pariter. Antichthones alteram: nos alteram incolimus*. Plin. 6, 22 *Taprobanem alterum orbem terrarum eſſe diu exiſtimatum eſt, Antichthonum appellatione*. vid. Apul. Met. 1 p. 106; & infra *Antipodes*.

Anticipo, anticipatio &c. Anticus, vide *Capio, Ante*.

ANTĬCȲRA, *æ*, f. duplex eſt, altera in Phocide, altera in Bœotia ad ſinum Maliacum, helleboro clara, Gell. 17, 15; de quarum utraque adagium intelligitur: *Naviget Anticyram*, apud Horat. 2 Sat. 3, 166, de homine parum integræ mentis. Et ibidem v. 82 *Danda eſt helleboro multo pars maxima avaris, Neſcio an Anticyram ratio illis deſtinet omnem*. Et in Arte Poët. v. 300 *Tribus Anticyris caput inſanabile*, &c.

¶ Anticyricon, *i*, n. herba, ſeſamoidis genus, Anticyræ naſcens. Plin. 22, 25.

Antidea, Antideo, Antidorum, vide *Is, ea, id, Eo, Doron*.

Antidotus, *um*, vide infra *Doſis*.

ANTĬGĔNES, *is*, m. paſtoris incertum an choraulæ nomen, quem amavit Virgilius. Ipſe Ecl. 5, 89 *Non tulit Antigenes, & erat tum dignus amari*, & ibi Servius.

ANTĬGĔNĬDAS, *æ*, m. Ἀντιγενίδης, muſicus Thebanus, de quo Suidas; Gell. 15, 17; & Val. Max. 3, 7 ext. 2 *Is diſcipulo Ismeniæ, cum ſcite canens populo minus probaretur, Mihi*, inquit, *cane & Muſis; admonens, prorſus eſſe contemnendum imperitæ multitudinis judicium*, &c. Idem, *cum eſſet tibicinio apprime nobilis, nihil æque ſe laborare & animo angi ac mente, dicebat, quam quod monumentarii ceraulæ tibicines dicerentur*, ut Apulejus Floridis lib. 1 p. 342 refert: quod tamen de Iſmeno Dio Chryſoſtomus prodidit, ut Iac. Nicol. Loenſis 6 Epiphyll. c. 8 obſervat. Antigenidæ & apud Athenæum mentio fit. Plutarch. in apophth. ſub Epaminonda Thebano: *Nunciante quodam, Athenienſes exercitum novis armis ornatum in Peloponneſum miſiſſe*: quid tum poſtea, *inquit*, an gemit Antigenidas, novas fiſtulas Telline nacto? *Erant autem tibicines; Antigenidas optimus, Tellis peſſimus*.

Antigerio, vide in *Gero*.

ANTĬGŌNE, *es*, f. filia Oedipi, regis Thebanorum, quæ patri cæco in exilium acto viæ dux fuit: occiſa a Creonte tyranno, cum pro more fratrum ſuorum, Eteoclis & Polynicis, corpora ſpreto publico imperio cremaſſet ad mortuæ tumulum amator Hæmon, Creontis filius, ſeipſum interfecit. Propert 2, 8, 21 *Quid? non Antigones tumulo Bœotius Hæmon Cuncta ſibi ipſe ſuo ſaucius enſe latus?* Conf. Hyginus fab. 73, Statius in Theb. 12, 350 ſqq. Nemeſia Cyneg. 45, & Sophocles Tragœdia cognomine. ¶ 2. Fuit & *Antigone*, Laomedontis filia, ſoror Priami, cujus in ciconiam verſæ fabulam require apud Ovid. Met. 6, 93.

ANTĬGŌNVS, *i*, m. Ἀντίγονος, dux Alexandri M. poſtea rex Aſiæ, de quo multa in Eumene Nepotis. Is, pecunias acriter exigenti ſibi cum quidam objeciſſet, talem minime fuiſſe Alexandrum: *Et merito*, reſpondit, *is enim Aſiam demetebat, ego vero ſpicas colligo*: ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἐθέριζε τὴν Ἀσίαν, ἐγω δὲ καλαμῶμαι: Plutarch. in Apophth. Imperatorum. ¶ 2. Fuit & *Antigonus* alter, cognomento *Gonatas*, huic nepos ex filio Demetrio Poliorcete, rex Macedoniæ. ¶ 3. *Antigonus* hoc nomine tertius, Macedoniæ rex, ſecundi nepos, cognomento *Doſon*, (quaſi cunctatorem in repræſentando promiſſo dicas, quod ſubinde petentibus quippiam δώσω reſponderet,) tutor fuit Philippi ejus, quem Romani debellaverunt, poſt etiam victricus & in regno anteceſſor. Hunc Antigonum *Servatorem* Græci & *Benefactorem* vocabant, multaque de eo ſunt in Arato & Cleomene Plutarchi, & apud Polybium. ¶ 4. *Antigonus* Caryſtius, ſcriptor Græcus, cujus opera Voſſius de Hiſt. Græc. recenſet 1, 13 p. 63.

¶ Antigŏnia, *æ*, f. nomen urbium ab Antigono, vel in ejus honorem conditarum, ut in Macedonia, Plin. 4, 10; in Arcadia, ibidem 4, 6; in Troade 5, 30.

Antigrapharius, antigrapheus, antigraphum, vide *Graphe*.

ANTĬLĔGŌMĔNA, *orum*, n. Ἀντιλεγόμενα, contradictiones. Plin. 20, 8 *Petronius Diodorus, qui antilegomena ſcripſit*, &c.

ANTĬLĒNA, *æ*, f. ab ante, cingulum quo pectus cingitur, der bruſtriemen, das vordertzeug. Sipont. & Gloſſ. Iſid.

ANTĬLŎCHVS, *i*, m. Ἀντίλοχος, Neſtoris filius, cæſus in bello Trojano, ut Homerus retulit & Ovid. Heroid. 1, 15. Iuven. Sat. 10, 252 *Cum videt acris Antilochi barbam ardentem*. Horat. 2 od. 9, 13 *At non ter ævo functus amabilem ploravit omnes Antilochum ſenex annos*. ¶ 2 *Antilochus*, Amphiarai filius, celebris in Cilicia præſtigiator, de quo Lucian. Pſeudom. p. 727.

ANTĬMĂCHVS, *i*, m. Colophonius, poëta Græcus, Ἀντίμαχος, qui auditoribus ſuis, cum poëma obſcurum quoddam recitaret, ſe deſerentibus, ſolo vero Platone manente, dixit: *Plato unus inſtar mihi omnium eſt*, ſeu *Plato mihi pro omnibus*. Catull. epigr. 96 v. 10

At populus tumido gaudeat Antimacho.

Antimetabole, vide *Bole*.

ANTIMONIVM, *i*, n. ita ſtibium appellant officinæ, ſpießglas. Vide *Stibium*.

Antinomia, antinomi, vide *Nomus*.

ANTĪNŌVS, *i*, m. princeps inter Penelopes procos: de quo multa Homerus Odyſſea. ¶ 2. Alius adoleſcens inſigni forma, & ideo Hadriano Imp. in deliciis, amatusque usque adeo, ut mortuum divinis honoribus affici juſſerit, & urbem Ægypti de novo conditam ejus nomine *Antinopolin* appellarit. v. Spartian. in ejus vita c. 14, quæque Caſaub. Salmaſiusque annotarunt. It. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 11 p. 329 ſq.

ANTĬŌCHVS, *i*, m Ἀντίοχος, nomen fuit regum Syriæ, qui fuere: *Antiochus Soter, Antiochus Deus, Antiochus Magnus, Antiochus Epi-*

phanes, aliorum cognomina *Philopator, Grypus, Sideres, Cyzicenus, Pius, Asiaticus* &c. Tredecim enim hujus nominis in Syriæ partibus regnaverunt. Vide Vaillantii Historiam regum Syriæ ex numismatis expressam. Horat. 3 od. 6, 35 *Ingentem cecidit Antiochum, Annibalemque dirum.* ¶ 2. Fuit præter hos *Antiochus Ascalonita*, ex Academia vetere dicendi peritissimus, Luculli, Ciceronis & Bruti præceptor. v. Plutarch. in Lucullo. ¶ 3. *Antiochus Syracusanus*, Xenophanis filius, historicus, librum de Italia edidit, qui læpe allegatur Strabone, ac Diodoro lib. 12. Vide Voss. de H. Gr. p. 456 & 504. ¶ 4. *Antiochus literatus* T. Pomponii Attici servus, de quo Cicero fam. 13, 33.

¶ Antiochia, æ, f. sive Antiochēa, Ἀντιόχεια, penultima porrecta, ut in *Alexandrĭa*, de qua supra diximus. Plures hujus nominis sunt urbes, ab Antiochis regibus nomen ducentes. Celeberrima omnium & metropolis, *Antiochia ad Orontem* fluvium, quam Cicero quoque laudavit pro Archia c. 3. In hac Christi sectatores primum *Christiani* appellati sunt, ut ex actibus Apostolorum c. 11 v. 26 manifestum est. Ausonius de Urbibus n. 3 *Tertia Phœbeæ lauri domus Antiochia.* ¶ 2. Alia *Antiochia* Pisidiæ fuit, itidem in Apostolorum actibus memorata: rursus alia πρὸς Ταύρῳ cognominata, in Syria Commagene: & alia fuper Mæandrum fluvium ad Cariæ fines, ut taceamus, quas Cilicia, Assyria & aliæ partes Orientis habuisse e Geographis dicuntur, quos consulas.

¶ Antiochensis, e, & Antiochēnus, a, um, gentilia. Tac. Hist. 2, 82, 1 *Apud Antiochenses aurum argentumque signatur.* Conf. Cæs. B. C. 3, 102. Gell. 7, 19 *Antiochena pecunia*, quamquam hæc ab rege potius, quam urbe ibidem denominatur.

¶ Antiochis, *idis*, fœmineum gentile, ἀντιοχίς, Stephano Byzantio: etiam proprium reginarum nomen.

ANTŸOPA, æ, f. Ἀντιόπη, Nycteï filia, Lyci Thebanorum regis uxor, ex qua Iupiter in Satyrum versus Zethum & Amphionem genuit; qua de re fuit Euripides, Ennii item ac Pacuvii Tragœdia. Pers. Sat. 1, 77 *Sunt quos Pacuviusque & verrucosa moretur Antiopa, cruminis cor lucifugis fulta.* De fabula ipsa vid. quos laudat Bur. ad Ovid. Met. 6, 110.

Antipagmenta, Antiparastasis, Antipater, Antipathes, antipathia, Antiperistasis, vide *Pango, Stasis, Pater, Pathos, Stasis.*

ANTĬPHANES, *is*, m. Ἀντιφάνης, Græcus medicinæ professor, ex quo dictum illud Clemens Alexand. lib. 2 pædagogi retulit, αἱ τῶν νόσων αἰτιῶν, τῶν ἐδεσμάτων, ἡ πολυφάλα, hoc est, *Vna morborum caussa est ciborum varietas.* ¶ 2. Alius *Antiphanes*, Olymp. 93 mediæ Comœdiæ Poëta: Voss. de Poët. Græc. p. 41. ¶ 3. Alius scriba equitum Alexandri Magni, Curt. 7, 1.

ANTĬPHATES, æ, m. Ἀντιφάτης, nothus Sarpedonis filius, de quo Virg. Æn. 9, 696 *Et primum Antiphaten, (is enim Ja primus agebat,) Thebana de gente nothum Sarpedonis alti.*

¶ 2. Fuit & Læstrygonum rex *Antiphates*, e posteris Lami. Vide Silium 8, 531, & quæ ibi adnotavit Cellarius. Ovid. Met. 14, 234. Rutil. itin. 1, 382.

Antipherna, vide *Pherne.*

ANTĬPHĔRON, *ontis*, m. ἀντιφέρων, i. e. *obviam se ferens*; qualem ex Aristotele describit Seneca Nat. Qu. 1, 3 *Qui hoc genere valetudinis laborat, ut ipse sibi videatur occurrere, ut ubique imaginem suam cernat.*

ANTĬPHĬLUS, *i*, m. pictor, Apellis æmulus, de cujus operibus Plin. 35, 10.

ANTĬPHON, *ontis*, m. Ἀντιφῶν, orator fuit Athenienfis, cujus exstant orationes aliquot Græcæ. Sciendum vero ex Hermogene de form. Orat. 2, 2 p. 496, cum plures fuerint *Antiphontes*, rhetores ex his eosdemque Athenienses duos fuisse, quamquam confundi passim eos videas: quos Suidas distinguit, qui & tertium videtur adjicere. Ab utroque, opinor, distinguendus & ille est *Antiphon*, qui Philippi Magni sive Platonis ætate, (ut habet Vossius c. 54 de Scient. Mathem. p. 327) quadraturam circuli invenire studuit. Mentio ejus apud Aristotelem 1 Soph. elench. 2; & 1 Phys. 2; forte & 2 Phys. 1. Conf. de illo & de novem aliis Fabric. Bibl. Gr. 2, 26, 2.

ANTĬPHONA, æ, f. scil. *cantio*, ab Ἀντίφωνος ex ἀντὶ & φωνὴ, *vox reciproca, duobus choris alternatim psallentibus*, interprete Isidoro 6, 19. De antiphonarum origine & propagatione v. Spelmanni Gloss. Forte ita voces ein concert.

Antiphrasis, Antipodes, Antipolis, Antiptosis, vide *Phrasis, Podes, Polis, Ptosis.*

ANTĬQVVS, *a, um*, vetus, alt. Videtur autem *antiquum* majus; *vetus* minus esse. Nempe *veteres* sunt, qui paullo ante nos fuerunt; *antiqui*, qui & ante veteres vixerunt. Quare & Plautus Trin. 2, 2, 99, cum conjungit hæc duo, quando ait, *Historiam veterem atque antiquam hæc mea senectus sustinet: τὸ vetus*, ut minus priore loco; *antiquum* ut majus, postremo ponit. Cic. Att. 9, 9 *Antiquissimæ literæ.* Gell. 1, 10 *Curius, & Fabricius, & Coruncanus, antiquissimi vivi nostri; & his antiquiores Horatii illi trigemini.* Curt. 8, 8, 3 *Antiquissimi Macedoniæ reges.* Refertur inter Periandri apophthegmata: *Legibus uteræ antiquis, obsequis autem recentibus*, alte gesetz und frische kost die besten, τοῖς μὲν νόμοις παλαιοῖς χρῶ, τοῖς δὲ βίοις πρωΐοτάτοις. ¶ 2. *Homines antiqui*, i. e. optimi & probi. Ennius apud Ciceronem fragm. lib. 5 de Rep. *Moribus antiquis res stat Romana virisque.* Ter. Adelph. 3, 3, 89 *Homo antiqua virtute & fide*, vom alten schrot und korn, ein redlicher biedermann. Cic. pro Rosc. Am. c. 10 *Mulier, in qua vestigia antiqui officii remanent.* Hinc *antiqui*, qui moribus antiquis præditi sunt, graves, sinceri, boni, candidi, probi, sine fallaciis, & fuco, & utiles magis, quam blandi ac jucundi. Vellej. 2, 49, 4 *Vir antiquus & gravis Pompeji partes laudaret magis, prudens sequeretur Cæsaris.* Cic. 9 ad Att. 15 *Quod scribis, assurrexisse me, quam mei patiantur mores, scripsisse, vide quam sim antiquorum hominum.* Ita Senecæ *antiqua* appellatur fœmina pudicitiæ & honestatis studiosior, quam ornatus ac cultus, de Benef. 3, 16. Eadem notione Græci usurparunt vocem παλαιός. Suidas in Αἰδεσία: ὁ δὲ ἁπλούστερος, καὶ ἔτι παλαιότερος, *ille vero simplicior & antiquior*; i. e. minus fucatus & callidus. ¶ 3. Græci quoque ἀρχαῖος vocabant homines simplices, rudes & minus fictos ac fucatos, quod Mausfacus ad Harpocrationem observat p. 97 & sæpe est apud Aristophanem. Sed & Aristoteles Polit. 2, 6 ἀρχαικὸς simplices stolidosque notat. Et ita *Antiquum & Prudentem* opponit Vellejus loco adducto n. 2. Aliter tamen Cicero de antiquitate, ut videtur, existimavit, cujus verba Tusc. 1, 12 hæc sunt: *Et primo quidem utemur omni antiquitate, quæ quo proprius aberit ab ortu & divina progenie, eo melius ex fortasse, quæ erant vera, cernebat.* Ac ea de caussa Cæcilius apud Minucium 2, 5 *majorum disciplinam*, ANTISTITEM VERITATIS appellat. Socrati etiam apud Platonem Theæteto verisimile videtur, qui nos ætate præcesserunt, sapientiores fuisse. Simili ratione & *Veteres* iidem dicebantur, de quo suo loco. ¶ 4. *Antiqui*, item senes sunt, cani & magno natu, alte von jahren, eißgraue. Sic absolute Catull. 67 v. 64. Et, *Antiquus avus*, Tibull. 1, 1, 42. *Antiquus Iupiter*, Propert. 2, 30, 28; & 4, 4, 2. Vet. Interpr. Iobi c. 33 v. 6 *Iuntor sum tempore, vos autem antiquiores.* Vlpianus L. 1 D. de albo scribendo: *Inter Duumvirales antiquissimus quisquis prior.* Item *Senectus antiquior*, i. e. grandior, provectior D. Hieronymo dicta epist. ad Paulum Concord. *Eumenidum antiquissima*, Stat. Theb. 7, 477. v. Barth. ibid. & Adversi. 50, 12. ¶ 5. *Antiquum* etiam dicebant, quod in antiquum morem fiebat. Plin. 2 epist. 11 *Iam hoc ipsum pulchrum & antiquum, senatum nocte dimitti, triduo vocari, triduo contineri.* Buchneri notas ibi vide. Ter. And. 4, 6, 22 *Antiquum obtines.* conf. Adelph. 5, 3, 26; & Plaut. Most. 3, 2, 102. ¶ 6. *Antiquius* pro priori dictum. Cic. ad Qu. Fr. 3, 1 *Dies antiquior erat adscripta*, Gell. 5, 13 *Masurius Sabinus in libro Iuris civilis III antiquiorem locum hospiti tribuit, quam clienti.* Videtur imitatus illud Cic. in Verr. 5, 14 ubi pro ædilitatis laboribus sibi darum ait *antiquiorem sententiæ in senatu dicendæ locum.* ¶ 7. *Antiquam patriam* apud Virgilium Servius caram interpretatur Æn. 2, 137 & *Antiquam terram* Æn. 1, 531 nobilem. v. *antiquitas* n. 3. Cic. ad Att. 2, 22 *Nihil sibi antiquius amicitia nostra est*, id est, nihil prius, potius aut præstantius, er achtet nichts mehr oder höher. Et ad fam. 10, 35 *Nihil antiquius communi salute judicavi.* Et Phil. 13, 3 *Nihil antiquius vita existimare*, ihm nichts mehr lassen angelegen seyn, als sein leben. Id. Att. 10, 8 *Navalis apparatus ei* (Pompejo) *semper antiquissima cura fuit.* Auct. ad Her. 3, 3 *Oportet antiquiorem mortem turpitudine haberi.* Liv. 1, 32 *Longe antiquissimum ratus sacra publica facere.* conf. ad h. l. Drakenb. ubi vocis usum plurimis Livii & Columellæ exemplis adstruxit. Ita *prius & primum.*

¶ Perantiquus, a, um, sehr alt. Cic. Verr. 4, 2 *Sacrarium perantiquum.* Idem in Bruto c. 10 *Themistocles, ut apud nos perantiquus; ut apud Athenienses, non ita sane vetus.*

¶ Antique, adverb. alt, altvätterisch. Horat. 2 epist. 1, 66 *Nimis antique dicere.* Compar. Tac. Germ. 5, 6 *Simplicius & antiquius permutatione mercium utuntur.* Superl. Solin. c. 17 *Titanas in ea antiquissime regnasse* &c. vor alters. Sic

¶ Antiquitus, adverb. von alters her. Cæs. B. G. 2, 4 *Belgas esse ortos a Germanis, Rhenumque antiquitus transduxisse.* Idem 6, 4 *Æduorum antiquitus erat in fide civitas.* Plin. Paneg. c. 31 *Percrebuerat antiquitus.* Sil. 11, 280 *Pondera fulgent antiquitus auri.*

¶ Antiquitas, *ātis*, f. das alterthum; ut, *Antiquitas generis*, Cic. pro Font. c. 14, & Nep. 1, 1, 1, das alte herkommen. *De antiquitate aliquid ab aliquo requirere*, Nepos 25, 20, 2, id est, consulere aliquem, quomodo res antiquæ se habuerint. Gell. 5, 12 *Multæ antiquitatis peritus.* Sic Varro scripsit libros *Humanarum antiquitatum*, quos Plinius citat 13, 13. ¶ 2. Pro ipsis antiquis. Plin. 12, 19 *Fabulose narravit antiquitas* &c. conf. locum Ciceronis in *Antiquus* n. 3 & Curt. 7, 3, 22. Item antiqui mores. Cic. Divin. 2, 33 *Errabat multis in rebus antiquitas, quam vel usu jam, vel doctrina, vel vetustate immutatam videmus.* Minuc. Fel. c. 6 *quippe antiquitas cerimoniis atque fanis tantum sanctitatis tribuere consuevit, quantum adstruxerit vetustatis.* ¶ 3. Caritas, sanctitas. Hoc sensu antiquitatis nomen Sallustio in Fragm. vindicat I. F. Gronov. ad Liv. 1, 32 pr. ubi & Græcos ita πρεσβύτερον dixisse confirmat.

¶ Antiquo, *avi, atum, are*, rejicere, verwerfen, nicht annehmen. v. Festum cum not. Dacerii. Cic. Leg. 3, 17 *Vos legem antiquastis sine tabella.* Et Off. 2, 21 *Philippus legem Agrariam tulit, quam tamen antiquari passus est*, conf. Id. Att. 1, 13. Liv. 5, 30 *Legem una pluresve tribus antiquarunt. Antiquatur* nimirum lex non solum, quæ nimis vetustate consenescit; vel quæ recens & nuper nata non observatur: sed etiam Romæ moris erat, cum rogatam legem improbarent & repudiarent, in tabula scribere A literam, qua notula significabatur *Antiquo*, i. e. antiqua probo, nec quidquam novari volo. Festo *Antiquare* est in morem pristinum reducere. v. Popma de Differ. voc. p. 3 & Duker. ad Flor. 1, 9, 3.

¶ Antiquātus, *a, um*, abgeschafft, abgestellt; ut, *Antiquata lex*, Liv. 5, 55. *Antiquorum antiquata dilectio*, Sidon. 5, 9.

¶ Antiquatio, *onis*, f. die abschaffung, cassirung. Gellius: *Facta mox est antiquatio legis.* Et Cod. 6 t. 56 l. 4 *Infamiæ abolitio & pœnarum antiquatio.*

¶ Antiquārius, *a, um*, in Gloss. ἀρχαιογράφος, καλλιγράφος, Φιλαρχαῖος, auf alte dinge beflissen. Hieronymus ad Florent. epist. 6, ubi loquitur de codicibus bibliothecæ describendis: *Habeo*, inquit, *alumnos, qui antiquariæ arti serviunt.* De fœmina etiam Iuvenalis Sat. 6, 454 *Ignotosque mihi tenet antiquaria versus.*

¶ Antiquarius, *i*, m. subst. antiquitatis studiosus, maxime in verbis & sermone. Dial. de Orat. 21, 9 *Nec quemquam adeo antiquarium puto, ut Cælium ex ea parte laudet, qua antiquus est.* Add. Suet. Aug. c. 86. ¶ 2. *Antiquarius* est librarius, qui codices vetustos describit. Laudavimus modo Gl. ἀρχαιογράφος, καλλιγράφος. Sidon. 9 epist. ult. *Licet antiquarium moraretur inficibilis gelu pagina, & calamo durior gutta.* Et clarius Cod. Theod. l. 2 de stud. liberal. urbis Romæ & Const. *Antiquarios ad bibliothecæ codices componendos, vel pro vetustate reparandos, quatuor Græcos & tres Latinos, scribendi peritos, legi jubemus.* v. Auson. ep. 16 pr. & Scalig. Lect. Auson. 2, 11 & 13.

ANTIRRHĪNVM, *i*, n. ἀντίρρινον, vel *Anarrhinum*, ἀνάρρινον, Bucranion, βουκράνιον, quod semen hæc herba habeat vitulini capitis formam referens: Galeno, *Cynocephalea & Anagallis hortensis*, ejusdem nonyma sunt herbæ, de qua majores nostri, quant. den alten weibern wohl bekandt. Ad veneficia enim illa uti credebantur, stärckkraut, streichkraut. Plin. 25, 10. conf. Apul. de Herb. c. 86.

Antiscius, Antiscorodon, Antisophistes, Antispastus, Antispodon, vide *Scia, Scorodon, Sophia, Spasmus, Spodium.*

Antistasis, Antistes & Antistita &c. vide *Stasis, Sto.*

ANTISTHĔNES, *is*, m. Ἀντισθένης, philoſophus fuit Socraticus, Diogenis præceptor, qui adoleſcenti, cum ei ſe in diſciplinam tradere vellet, rogaretque, quibusnam rebus ſibi opus eſſet, reſpondit, *libro novo, ſtilo novo, novaque tabella* (animum in his omnibus una ſignificans) βιβλαρείς καινὸ, καὶ γραφίς καινὸ καὶ πινακιδίς καινὸ, τὸν νὸν παρεμφαίνων. (Dum καινὸ licebat, intelligi ſimul volebat diviſus ſyllabis καὶ νὸ.) Interrogatus idem, quid omnium eſſet apud homines beatiſſimum? ἐυτυχῆντα, ἔφη, ἀποθανῶν, *felicem mori*. Rurſus interrogatus, quænam eſſet diſciplina maxime neceſſaria? *mala*, inquit, *dediſcere*; τῶν μαθημάτων ἀναγκαιότατον τὰ κακὰ ἐπιμαθῆν. Diogen. Laërt.

ANTISTOECHON, vel Antiſtichon, *i*, n. ἀντιστοιχον, figura dictionis, quæ & *Antitheſis* Moſellano eſt, qua litera pro litera ponitur, ut, *magalia* pro *magaria*, *Olli* pro illi, *Venit & upilio* pro *opilio*, apud Virg.

ANTISTRĔPHON, *ontis*, n. ἀντιστρέφον, quoddam argumentationis genus, quod *reciprocum* Latine dicitur, auctore Gellio 5, 10 & 11, ubi id committi docet, *cum argumentum propoſitum referri contra convertique in eum poteſt*, a quo dictum eſt. & exempla ejus profert. Aliud ex Cic. Verr. 3 c. 98 obſervavit Geſner. Chreſtom. Cic. p. 77.

Antiſtrophe, Antitheſis, antitheton, vide *Stropha*, *Theſis*.

ANTITHEVS, *i*, ein böſer geiſt, falſcher gott. Arnobius 4 p. 134 memorat, *Antitheos eſſe ſpiritus, qui Deos ſe fingant, neſciosque mendaciis & ſimulationibus ludant*. Lactantius 2, 9 *Noſtem pravo illi antitheo dicimus attribuitam*.

Antitypus, vide *Typus*.

ANTIVM, *i*, n. oppidum vetus in Latio juxta mare, in quo templum erat Fortunæ. Horat. 1 od. 35, 1 *O diva, gratum quæ regis Antium*. Hujus oppidi navium roſtris ſuggeſtus in foro Romano adornatus, templumque *Roſtra* appellatum; Livius 8, 14.

¶ Antias, *ātis*, m. plur. *Antiates* incolæ Antii. Liv. c. 1. *Interdictum mari Antiati populo eſt*. Id. 6, 33 *Antiates victi malis, ſubactique bello*.

¶ Antiatīnus, *a, um*, adject. ut, *Sortes Antiatinæ*, i. e. oraculum Apollinis in oppido Antio, Svet. Calig. c. 57.

ANTĪVS Reſtio, legem tulit, ne quispiam foris cœnaret; quam ne contemnere videretur, nunquam ipſe foris cœnare voluit; Macrob. 3 Sat 17. conf. de *Antia lege* Gell. 2, 24.

Antiboeomenon, vide *Zeugma*.

ANTLIA, *æ*, f. ἀντλία, vel ἄντλιαι, proprie eſt ſentina; deinde inſtrumentum, quo hauritur aqua, ein zieh-emmer, it. eine pumpe oder plumpe. Martial 9 ep. 19 *Curta laboratas antlia tollit aquas*; *In Antliam condemnari*, Suet. Tib. c. 51 eſt ad exhauriendam ſentinam, vel aliam aquam, damnari. de quo ſupplicii genere locus apud Artemidorum eſt Oniroer. 1, 50. Cæſaub. etiam ad Suet. obſervatus. De re ipſa conſulendus Lipſius Elect. 2, 15, itemque Pithœus Adverſ. ſubſec. 2, 16. Hodie a phyſicis Guerickiana exhauriendo aëri machina vocatur *Antlia pneumatica*, eine lufftpumpe. De *Ancla* vide ſupra *Anculo*.

¶ Antlo, *are*, Græcum eſt ἀντλῶ, ſignificat idem quod *haurio*. Vſus hoc ſimplici Livius eſt apud Feſtum. Vet. Gloſſ. *Antlare*, ἀντλήσαι.

¶ Exantlo, *avi, atum, are*, ἐξαντλῶ, pro quo & *Exanclare* legitur, eſtque proprie, exhaurire, ausſchöpffen; ut, *Vinum poculo exantlare*, Plaut. Sticho 1, 3, 116. Apud Nonium 4, 155 ſcribitur *exanclavit*. Sed *Exanclare* eſt ab *Anculo*, *are*, de quo ſupra ſeorſum agitur ex locis Ciceronis, in quibus diverſa eſt ſignificatio. Cæterum inter obſoleta refertur a Quintiliano 1, 6. Vid. Muretus Var. Lect. 13, 17.

¶ Exantlatus, *a, um*, exhauſtus, ausgeſchöpfft. Plautus apud Nonium l. c. *Sæpe exantlatum merum ſcitiſſime*.

Antœci, vide infra in *Oecos*.

ANTONĪNVS, *i*, m. cognomen aliquot Rom. Imperatorum. Inter quos tamen duo maxime illuſtres *Titus Aurelius Fulvius Bojonius Antoninus*, a clementia & lenitate *Pius* appellatus; quique illi ſucceſſit *M. Antonius Philoſophus*, qui *ſanctitate vitæ omnibus principibus antecelluit*, ut de eo Capitolinus ſcribit, qui utriusque vitam exſequutus eſt. Poſterior & ipſe de ſe libros 12 Græce ſcripſit magna refertos ſapientia, qui hodieque ſuperſunt. v. Voſſ. de Hiſt. Gr. p. 226. Cæterum Commodo, Baſſiano ſeu Caracallæ, Diadumeno, & Elagabalo, quin & L. Vero & Getæ tributum eſt hoc nomen. v. Spanh. de uſu & præſt. num. Diſſ. 12 p. 506.

¶ Antoninianus, *a, um*, adject. ut, *Thermæ Antonianæ*: Eutrop. 8, 20 *Opus egregium fecit lavacri, quæ Antonianæ appellantur*. Sic *Antoniniani ſodales* apud Capitolin. in Marco c. 15.

¶ Antoninopŏlis, *is*, f. urbs in Meſopotamia, Ammian. 18, 9.

ANTŌNIVS, *i*, m. antepenultima producta. Ovid. Pont. 1, 1, 23 *Antoni ſcripta leguntur*. *M. Antonius* orator, cujus familiariſſimam ubique mentionem facit Cicero. conf. Quintil. 2, 15. Filios & nepotem habuit, *Marcum, Cajum, & Lucium Antonios*. Inter quos *M. Antonius* Triumvir, Ciceronis hoſtis & parricida, homo in otio luxurioſiſſimus, in negotio laborioſiſſimus, quemadmodum de ipſo dictum fuit. Captus amore Cleopatræ, poſt repudiatam Octaviam Auguſti ſororem, ad Actium navali prælio ſuperatus ab eodem, Alexandriæ, quo confugerat, obſeſſus ruſſus ab Auguſto, gladio ſponte incubuit, annum agens ſuæ vitæ 56. Ex Plutarcho & Vellejo reliqua de hoc homine petantur. *Cajus Antonius*, Ciceronis in conſulatu collega: *Lucius*, Marci frater, bello Peruſino notus, de quo Florus videatur 4, 5, 2. ¶ 2. *Antonii Iuliani* rhetoris Romani Gellius 9, 15 meminit. ¶ 3. De *Antonio Gniphone*, grammatico juxta ac rhetore, cujus ſcholam & Cicero ipſe frequentavit, v. Suet. de Illuſtr. Grammat. c. 7. ¶ 4. *Antonii Muſæ*, Auguſti principis medici, meminit Horat. 1 ep. 15, 3 Et ſtatuam æream poſuiſſe Rom. Pop. quod opera ipſius ex ancipiti morbo convaluiſſet Auguſtus, Sueton. auctor eſt in vita Aug. c. 59. ¶ 5. *Antonius Eremita*, ſeculo tertio natus vitam ultra centeſimum annum extendit. Moriens juſſit corpus componi loco occulto, qui ab Ægyptiis ignoraretur, ne proni ad ſuperſtitionem ejus reliquias colerent. Ejus vita deſcripta tribuitur Athanaſio. vid. Barth. Adverſ. 57, 1: & Voſſ. de Hiſt. Gr. 3, 18.

¶ Antoniaſter, *tri*, m. diminutivum ex *Antonio*, ut Priſcianus p. 617 ex Cic. oratione pro Vareno lib. 3 ſub finem refert.

¶ Antonianus, *a, um*, adject. ut, *Antonianæ partes*, Vellej. 2, 74, 3.

Antonomaſia, Antra, vide *Onoma*, *Antrum*.

ANTRVM, *i*, n. ἄντρον, caverna, latibulum, vox poëtis, quam aliis uſitatior, eine grube oder hohle, ein loch. Martialis 13 epig. 60 *Gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris*. Et Virgil. eclog. 1, 76 *Viridi projectus in antro*. Silius 6, 161 de ſerpente: *Vaſtatis gregibus nigro ructabat in antro*. Sidonius 9 epiſt. 13 *Antra palatii*. Id. 1, 2 *Narium antra*.

¶ Antræ, *arum*, convalles vel arborum intervalla, Feſt.

¶ Antruo, *are*, in Gloſſ. vet. redditur per σπηλεύσω, i. e. in antro ſive ſpelunca verſari. Sed v. Feſtum, ubi Dacerius pro σπηλεύσω legit σπεύδω, i. e. citato gradu ferri, motus edere, ita ut cum *Antruo* conveniat.

ANTŪRA, *æ*, f. herba forte eadem, quæ ſupra *Anthora*. Marcell. Emp. c. 8 *Tura & antura herbæ*.

ANŪBIS, *Anubis* & *Anubidis*, m. ἄνυβις, Ægyptiorum Deus capite canino, Mercurius. Prudentio Apoth. v. 195 eſt *Caniformis Anubis*, Propert. 3, 11, 41

Auſa Iovi noſtro latrantem opponere Anubin.

Ovid. 2 Amor. 13, 11

Per tua ſacra precor, per Anubidis ora verendi.

Anularis, anulus, vide *Annulus*.

ĂNVS, *ūs*, f. γραῦς, vetula, ein alt weib; dicta ab annis ſecundum Feſtum. Cic. Divin. 2, 68 *An tu cenſes ullam anum tam deliram futuram fuiſſe, ut ſomniis crederet?* Menander: *Multo deterius eſt irritare anum, quam canem*; πολὺ χαλεπὸν ἐστιν ἐρεθίσαι γραῦν ἢ κύνα. Ovid. Faſt. 3, 668 *Multæ ſedulitatis anus*. Propert. 23, 43 *Appia cur toties te via ducit anum?* ubi *anus* legit vir doctus in Miſcell. Obſerv. 2, 105 ut *via anus* idem ſit, ac via annoſa, ſeu antiqua. conf. tamen 5, 18. Priſcis genitivus fuit *Anuis*. Sic Ter. Heaut. 2, 3, 46 *Ejus anuis cauſſa*. Conf. Gell. 4, 16. Plural. *Anus* Horat. Epod. 17, 60 & Sat. 1, 4, 38. ¶ 2. Sumitur & adjective. Sic *Chartam anum*, per catachreſin quamdam dixit Catullus 69, 45; *fumam anum*, Id. 79, 10. *Amphoram anam* Martialis 6 epigr. 27; *Anum ficum* Plin. 15, 19. *Anum terram* Id. 17, 5. ¶ 3. Eſt & *Anus* eadem declinatione cutis ſuperans umbilicum, cujus rugæ ſenii indicium faciunt. ¶ 4. Tralate emaſculatum, inutilem, deformem, ominoſum & honore indignum notare ex illo Claudiani in Eutrop. 1, 9 *Trabeata per urbes Oſtentatur anus, titulumque effœminat anni*; in commentariis Barthius obſervat. Et recte *anus* vocatur, quia eunuchus Eutropius erat, cujus conſulatum poëta rider.

¶ Ănĭcula, *æ*, f. dimin. ein alte müttergen, Ter. Phorm. 1, 2, 48 *Extra unam anicularn*. conf. Id. And. 1, 4, 4. Cic. pro Flacco c. 36 *Anicula minime ſuſpicioſe ſe purgat*. Id. Nat. D. 1, 20 *Aniculis fato fieri omnia videntur*. conf. Sen. epiſt. 97.

¶ Anicla, *æ*, f. pro *Anicula* Prudentius Periſt. 10, 149.

¶ Anicella, *æ*, f. aliud diminut. ap. Varr. de L. L. 8, 45 & Sen. ep. 77.

¶ Ănĭlis, *e*, adject. altvetteliſch. Cic. Nat. D. 28 *Aniles ſuperſtitiones, ineptiæ*, Id. Tuſc. 1, 39; *fabulæ*, Quintil. 1, 8 & Horat. Sat. 2, 6, 77: *rugæ*, Ovid. Met. 14, 96.

¶ Aniliter, adv. idem. Cic. Nat. D. 3, 39 *Superſtitioſe atque aniliter*.

¶ Anilitas, *ātis*, f. ſenectus, das alter. Catull. 62, 102 *Cana anilitas*. In Gloſſ. Iſidori *Anilia* eſt *amentia, fatuitas*; malim & ibi *Anilitatem* eſſe anuum delirium.

¶ Anĭtas, *atis*, f. idem, Gloſſ. gr. lat. γεραότης, *anitas*.

¶ Anas, *ātis*, f. contr. ex *Anitas* eſt *morbus anuum, id eſt, vetularum; ſicut ſenium morbus ſenum*. Feſt.

¶ Aneo, *ēre*, vetulam fieri, ejus mores imitari, zum alten weibe werden. Phiſoxeni Gloſſæ γηρᾷ, *anet*. Et Flavius Caper libello de Orthogr. poſt princ. *Sordet, acet, anet, floret*, cetera.

¶ Aneſco, *ĕre*, idem. Caper, vetus grammaticus, ibidem: *Inceptiva ſunt, Sordeſcit, aceſcit, aneſcit, floreſcit*.

¶ Anilitor, *ari*, idem, apud Apulej. de mundo p. 67 Elmenh.

¶ Anĭculōſus, *a, um*, i. e. *anilis*, in Cathol. Io. de Ianua.

ĀNVS, *i*, m. podex a figura circulari ſic dictus, der arſch. Cic. fam. 9, 22 de inverecundis vocabulis: *Anum appellas alieno nomine: cur non ſuo potius?* Celſus 7, 30 pr. *Ani vitia manus auxilium deſiderant*, & poſt paullo: *ne anus ipſe ſuppuret*.

¶ Anitergium, *i*, n. ein arſchwiſch. Sic *Ad requiſita naturæ neceſſaria fratribus anitergia ſubminiſtrare*, P. Damian. 1 epiſt. 9.

Anxietas, anxius, &c. vide *Ango*.

ANXVR, *ūris*, n. & m. oppidum eſt, de quo Feſtus: *Anxur vocabatur, quæ nunc Tarracina dicitur Volſcæ gentis*. Plin. 3, 5 *Tarracina oppidum, lingua Volſcorum Anxur dictum*. Reperias autem & maſculino genere uſurpatum: eſt enim *candidus*, item *ſplendidus Anxur* Martiali 5 epigr. 11; & 10 epigr. 51; & neutro Horat. 1 Sat. 5, 26

Impoſitum ſaxis late candentibus Anxur.

Scaliger ad Feſtum monet, in veteri editione eſſe *Axur*, pro *Anxur*, quæ quidem lectio ipſi placet. *Num*, inquit, *certiſſimum eſt ex Servio, veteres ita dixiſſe ob Iovem imberbem, ſive ἄξυρον, qui ibi colebatur. Et in nummo argenteo Panſæ, ab uno latere*: IOVIS AXVR. VIBIVS C. F. C. N. *ab altero Panſa*. Quare & pro

¶ Anxūrus, *i*, m. quod Iovis eſt epitheton, Æneid. Virg. 3, 799 in illo:

Circæumque jugum, queis Iuppiter Anxurus arvis Præſidet;

Axurus dicere jubet ad illum locum Cerda f. 140. Faveque etymologia, quam ſuppeditat ibi Servius, cum ait: *Circa hunc tractum Campaniæ colebatur puer Iupiter, qui Anxurus dicebatur, quaſi ἄνευ ξυρῆ*, i. e. *ſine novacula, quia barbam nunquam raſiſſet*. Sane citius ἄξυρον dicant Græci, quam ἄγξυρον. Notum tamen illud etiam, ſolere ſæpe vocabulis contra primam originem literam N interponi. Sic *anſa, frango, tango* dixerunt, quod olim fuerat *aſa, frago, tago*. Qualis autem ille Iupiter fuit habitus, nondum id quidem conſtat liquido. Tametſi enim puerum vocat Servius, unde ſequitur, imberbem fuiſſe: barbatum tamen Iovem repræſentat numiſma quoddam, cui inſcriptum: IOVIS AXVR. Vnde Conſtantinus Landus p. 83 numiſm. Servium hic deceptum ſuſpicatur. Ac neſcio, an non intonſum, (hæc enim vis in græco ἄξυρος,) rectius dicamus eum, qui cum comam habeat aut barbam, non utatur tonſore, (quo ſenſu & Apollinem vocant intonſum,) quam glabrum, in quo nihil, quod radat, novacula reperiat. Cerda conciliatorem hic agit, putatque, *Iovem Axurum* ſumi modo pro puero, modo pro intonſo, (h. e. grandi & barbato). Sed merito dubites, an, qui cognomen hoc indiderunt Iovi, contrariis ſenſibus modo imberbem, modo barbatum ſignificare voluerint. De varietate MSStorum circa has voces v. Drakenb. ad Sil. 8, 391.

ĂNŸPARXIA, æ, f. ἀνυπαρξία, i. e. facultatum abſentia, opum defectus, die unvermögenheit. Ita ex MSS. elicit Opſopæus apud Senecam epiſt. 87 pro ἀπορία.

ANYSTIS, is, curtor Lacedæmonius apud Plin. 7, 20.

ANYTVS, i, m. rhetor Athenienſis, qui una cum Melito & Lycone Socratem accuſavit & occidi curavit, poſtea cum ſociis morte multatus ab Athenienſibus. Horat. 2 Sat. 4, 3 *Qualia vincant Pythagoran, Antiphatesve Thyen, doctumque Platona.* Conf. Laert. in Socrate, Ælian. var. Hiſt. 2, 13.

ĂON, ŏnis, m. Neptuni filius ex Apulia pulſus montana Bœotiæ incoluit, unde populi *Aones* dicti; & *Aones montes*, Virg. ecl 6, 65.

¶ AOnia, æ, f. *Aonia*, pars montana Bœotiæ, in illa eſt *Aganippe* fons Muſis ſacer, qui & *fons Aonius* dicitur. Univerſam Bœotiam *Aoniam* dictam antiquitus, Servius in Virg. eclog. 10, 12 auctor eſt.

¶ AOnius, a, um, adject. Virg. Georg. 3, 11

Aonio rediens deducam vertice Muſas.

Et Ovid. Met. 2, 339 *Aonius urbes* dixit Bœotias. *Aonius Deus* ap. eundem Art. am. 1, 312 eſt Bacchus; ita & 2, 250. Sed Ovid. de nuce ait *Aonia vite* eſt Amphianus. Apul. Met. 2 p. 126, 21, Elm. *Superbus Aonius* [illegible] eſt Lycheus.

AOnides, um, f. Muſæ in Aonia. Iuvenal. Satyr. 7, 58

Capiſtra fluviorum aptaque bivendis Fontibus Aonidum, &c.

AŌRĀTOS, i, m. ἀόρατος, i. e. *inviſibilis, Deus incorporeorum*, Tertull. contra Valentin. c. 35.

AORISTVS, i, m. ἀόριστος, *indefinitus*, ſcil. χρόνος, tempus incertum aut continuum, indeterminatumque adeo ſignificans, apud Græcos.

AORNES, is, m. ἄορνος, petra ſtupenæ altitudinis in Sogdiana, de qua Curtius 8, 11 legatur. ¶ 2. Lacus Campaniæ, cuem Latini *Avernum* dixerunt. vide *Avernus*. Vtriusque appellatio quaſi ἄορνος, quod aves illa propter altitudinem; hic propter peſtiferum vaporem non ferat. v. Virg. Æn. 6, 242.

AORTA, æ, f. ἀορτή, arteria magna. v. Med.

AŌVS, i, m. Epiri fluvius, quem *Aeantem* alii vocant. v. Plin. 3, 23. Liv. 32, 5.

ĂPAGE, ἄπαγε, formula aliquid reſpuentis & abigentis, weg damit, packe dich. Comicis frequens, qui ea nonnunquam abſolute, ut interjectione, aliquando ut verbo utuntur; ut, *Apage, Apagetis, Apage te a me*, apud Plautum ſæpenumero: e. g. Amph. 1, 1, 154; Moſt. 3, 2, 35; Trin. 4, 1, 19; Caſ. 2, 8, 23; Bacch. 1, 1, 40. Terentius quoque Eun. 5, 2, 65 *Apagete*, hebe dich weg von mir. Vſus & Vatinius ad Cic. fam. 5, 10. *Apage a me illum.* Plaut. Epid. 5, 2, 8: *iſtum falutem*, Id. Merc. 1, 2, 13. *Apagete* plurali etiam numero auctori ad Herenn 4, 51 dici: *Apagete, inquit, ædes commodavi*, cl. Menckenius obſervat, ſed ibi potius disjunctis vocibus, *apage te* legendum videtur.

¶ Apageſis, idem, Plaut. Pœn. 1, 2, 15; & Ter. Eun. 4, 6, 19.

APALA OVA, weiche eyer; apud Apic. 7, 17; & Scrib. Larg. c. 104. ἁπαλός, *mollis*. Marc. Empiricus: *Statim dare debes lentem & betam coctam, vel alicam, vel ova aputa.*

¶ Apalat, Apalare, is, n. idem fere quod cochlear, vel patina, in qua ova aliaque obſonia apponuntur, ein teffel, eyerſchüſſel. Iſidor. Gloſſ. *Apalare* cochlear. Auſon. epiſt. 21 ad Paulinum: *Majorum menſis apalaria ſuccus inundet.* Sic Salmaſius legit, quem vide in Hiſt. Aug. p. 342; contracte Scaliger *applarid* Lect. Auſon. 2, 20.

Apalæſtri, Apanagium, apanare, vide *Palæſtra, Panis.*

APARCTIAS, æ, m. ἀπαρκτίας ventus idem, qui Septemtrio, quia a polo per meridianum ſpirat, der nordwind. Plin. 2, 47; Gell. 2, 22; Apul. de Mund. p. 241.

APAMĒA, æ, f. Plures hujus nominis urbes in Syria, Bithynia, Oſroene & alibi. v. Geograph. Plin. 6, 27; 5, 29 & 32. Sed omnium clariſſima, quæ in Syria erat, nomen ab *Apama* regina trahens, quod etiam de illa, quæ in Phrygia eſt, docte Strabo lib. 12 p. 397 adnotavit, v. Cic. ad Att. 5, 20 ibique interpr.

¶ Apamæi, orum, m. pl. incolæ ejus urbis, Plin. 10 epiſt. 57.

¶ Apamēnus, a, um, gentile nomen. *Apamenum vinum*, Plin. 14, 7. Et Avienus Periegeta v. 1093 de Oronte:

Præſtringitque undis Apamenæ ubera glebæ;

hoc verſu prima ſyllaba producitur. Sed Dionyſius: ἐυπλάτῳ ἐνὶ μέσσῃσι ἀπαμείνῳ πτολίεθρον.

APARĪNE, es, f. ἀπαρίνη, klebkraut. Plin 27, 5; Dioſc. 3, 95.

Apathes, apathia, Apator, vide *Pathos, Pater.*

APATVRIA, æ, f. cognomen fuit Veneris, apud Strabonem lib. 11 p. 341 τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν τῆς Ἀπατούρης. ¶ 2. *Apaturia, orum*, n. pl. feſtum Athenienſium, in Bacchi honorem, quaſi *Deceptionis* appellatum, eo quod Xanthius Bœotus in duello decretorio, ob fines ſuſcepto, aſtu circumventus occubuerit.

¶ Apaturum, i, n. a Veneris templo urbs dicta in Ponto, vicina Phanagoriæ, Plin. 6, 6.

APE, apud antiquos idem ac *compeſce, prohibe*, Feſt. *Ape*, κώλυσον, Gloſſ.

ĂPĒLIŌTES, & Apheliotes, æ, m. ἀπηλιώτης, ventus orientalis, qui & Subſolanus, contrarius Favonio, der oſtwind, Gell. 2, 22; Plin. 2, 47; Sen. N. Qu. 5, 16. Catull. 26, 3 *Ne ſævi Boreæ, aut Apeliotæ* ſcil. flatus.

ĂPELLA, æ, m. fictum (ut volunt interpretes quidam, & in his Acro) Horatii nomen, quo Iudæum velut per fannam atque convicium appellaret: *Credat Iudæus Apella, Non ego*, 1 Sat. 5, 100 cui ſimile. Vt Iudæus *Apella* diceretur, quaſi *ſine pelle*, h. e. *Verpus*, uti Catullo; ſeu *recutitus*, ut Martiali, ad irridendum compoſitis vocibus, nominatur. Sécutus hanc interpretationem eſt & Alcimus Avitus 5, 360, 361 *Iam prope contentum complexerat edomus hoſtrum In regnis, Ægypte, tuis, Iudæus Apella* ut de recentioribus taceam. Etiam in onomaſtica res migravit, e quorum uno Becmanus de orig. p. 976 citat: *Apella, λαπόδερμος.* Sed nomen peregrinum ἀπελλῆς, idque ſervile Romanis fuit. Hinc Cic. fam. 7, 25, 4 *Ne Apellæ quidem liberto tuo dixeris.* conf. Id. 10, 17, 5; & ad Att. 13, 19. Videtur ergo rectius *Apella* nomen proprium ſtatui, quo notus Horatii tempore Iudæus quidam Romæ fuerit. Nam Græcis etiam nominibus cum nunc upatos Iudæos, vel novi fœderis tabulæ infinitis exemplis demonſtrant. Vide Salmaſium Oſſilegio Linguæ Hellenſticæ p. 384 & ex interpretibus Horatii Lambinum & Xylandrum.

ĂPELLES, is, m. Ἀπελλῆς, pictor ille præſtantiſſimus & nobiliſſimus, qui pictores omnes prius genitos, futurosque poſtea (quemadmodum Plin. 35, 10 pronunciavit) ingenio, arte, & induſtria ſuperavit. Vixit atque excelluit hoc modo omnes Olympiade centeſima duodecima. Perpetua ipſi conſuetudo fuit nunquam tam occupatam agendi diem, ut non lineam ducendo exerceret artem, quod ab eo in proverbium venit, *Nulla dies ſine linea*; & cum gemitu ac dolore illud, quod ſi quando occupationibus impeditus a lineis ducendis abſtraheretur, *Hodie nullam lineam duxi*; rurſus & illa: *Manum de tabula ne ſuſtuli tollere Protogenes, alioqui cum eo omnia mihi paria, aut illi meliora: Ne ſutor ultra crepidam: Rideri poſſis a pueris, qui colores terunt*: quo Alexandrum Magnum in officinam ſæpius ventitantem, quod & nullo pictorum alio pingi vellet, (ſicuti a Pyrgotele ſolo in gemma ſculpi, & fingi a Lyſippo volebat) cum de picturis multa non ſat ſcite differere cœpiſſet, notavit. Pinxit, quæ pingi non poſſunt, fulgetra fulguraque, &c. quin & animum & vim. Poſt Venerem vero artificioſiſſime a ſe pictam aliam inchoaverat, ſuperaturus priorem illam. Sed invidit mors parte ejus abſolutæ: nec qui ſuccederet operi ad præſcripta lineamenta inventus eſt. Meminit Cic. 1 fam. 9; Plin. 35, 10; Horat. 2 epiſt. 1, 238. Ovid. de Art. 3, 401 *Si nunquam Venerem Cous pinxiſſet Apelles, Menſa ſub æquoreis illa lateret aquis.* Idem cum æquum pinxiſſet, & ſpumam in ore ejus exprimere voluit. Quod cum præſtare ars non poſſet, caſus præſtitit. Nam forte quamdam picturæ ſuæ ſpongiam admovens, qua infelicis penicilli colores abſtergeret ac deleret; feliciſſime ſpumam aſſimilavit. Sextus Empiricus 1 Pyrrhon. Hypoth. c. 12.

¶ Apellēus, a, um, adject. Stat. 5 Silv. 1, 5 *Vt vel Apelleo vultus ſignata colore.*

Apenarius, vide *Apinarius*, in *Apinæ.*

APENNINVS, i, m. Ἀπέννινον ὄρος, mons continuus, diverſus ab Alpibus, & univerſam Italiam dividens. Ovid. Met. 2, 226 *Aeriæque Alpes, & nubifer Apenninus.* Adde Livium, Melam & cæteros hujus Muſæ, inprimis Plin. 3, 5 & Lucanum 2, 396 & ſeqq. plurimis, qui ſatis accurate deſcribit. Plin. 5 epiſt. 6 *Montium ſaluberrimum* vocat.

¶ Apenninĭcŏla, æ, c. inhabitans illum montem. Virg. Æn. 11, 700 *Apenninicolæ bellator filius Auni.* Adde Silium 5, 627 & Prudent. contra Symm. 2, 540.

¶ Apennīnĭgĕna, æ, c. idem. apud Ovidium Met. 12, 432 *Apenninigenæ quæ proxima Tibridis undis.* Claud. Conſ. Hon. 6, 505 *Apenninigenis colitas paſtoribus aras.*

¶ Ciſapennina, &

¶ Tranſapennina Italia, apud Catonem in antiquitatibus.

APER, *apri*, m. κάπρος, ein wild ſchwein. Ovid R. A. 422 *A cane non magno ſæpe tenetur aper.* Horat. 2 Sat. 2, 89 *Rancidum aprum antiqui laudabant* &c. Iuvenal. Sat. 1, 141 *Quanta ſit gula, quæ ſibi tetos Ponit apros, animal propter convivia natum. Sectari apros*, Virg. ecl. 3, 75. *Dum juga montis aper amat*, ibid 5, 76. *Apros duos uno in ſaltu capere*, proverbialiter dixit Plaut. Caſ. 2, 8, 40 Germ. zwey haſen aus einem buſch jagen. *Aper frendens, ſpumans, indomitus*, epitheta ſunt poëtis familiaria. *Cornutos apros* commemorat Calpurn. ecl. 7, 58. ubi vid. Tilius. Occurrit etiam de ſue fœmina, ut ap. Phæd. 11, 4, 9. Val. Max. 1, 7, 4. Petronium in Fragm. Tragur. obſervante Menckenio. ¶ 2. *Aper* piſcis apud Ennium. vid. Heſſelii not. p. 147. ¶ 3. *Aper* etiam nomen proprium Romanis. v. g. *M. Aper, celeberrimum fori ingenium*, ut auctor Dialogi de Oratorib. c. 2 laudat, qui non infimam perſonam inter collocutores illos tenet. Et *Apri* conſulis Romani in Commodo Lampridii iterum iterumque mentio facta, c. 2 c. 12 &c.

¶ Apriculus, ſ. Aperculus, *i*, m. parvus aper. Cathol. ¶ 2. *Apriculus* piſcis, ex Ennio ap. Apul. Apol 1 p. 158 & 162.

¶ Aprarius, *a, um*, zum wilden ſchwein gehörig; ut, *Retia apraria & cætera venationis inſtrumenta*: l. 2 ff. de Inſtr. leg.

¶ Aprugnus, *a, um*, adject. vom wilden ſchweine: ut, *Aprugna* ſcil. *caro*, ſchwein- oder ſchwarz-wildpret. Capitol. in Maxim. jun. c. 2 *Sumina aprugna*, Lamprid. in Eleog. c. 21. *Aprugnum callum*, Plaut. Perſ. 2, 5, 4; Pœn. 3, 2, 2; & Plin. 8, 51 *Catonis cenſoris orationes aprugnum exprobrant callum.* Vide *Callus.*

¶ Aprīnus, *a, um*, idem. Lucil. ap. Charif. 1 p. 63 *Viſcus aprinum.* Plin. 28, 15 *Veſica aprina.* Et Mart. Capella lib. 2 ſub fin. *Ipſi præſuli nunc draconis facies, nunc rictus leonis, nunc criſtæ cum aprinis dentibus videbantur.*

¶ Aprineus, *a, um*, idem. Hyginus fab. 69 *Vnus aprinea pelle opertus, alter leonina.*

Aperimetros, Aperio, apertus, &c. Apes, vide *Metrum, Pario, Apis.*

ĂPEX, ĭcis, m. cujusque rei ſummitas ſeu eminentia, die ſpitze, höhe, der gipfel, das obertheil; ut, *Apex montis*, Sil. 12, 709. Vnde & Cicero Senect. c. 17 per metaphoram, *Apicem ſenectutis*, auctoritatem appellavit; quod nihil in ſenectute æque excellens atque eximium, quam auctoritas ſit, quam ea ætas conferre ſolet. De ſummo vertice in homine Virg. Æn. 2, 682 *Ecce levis ſummo de vertice viſus Iuli Fundere lumen apex, &c.* der ſcheitel. Et Æn. 10, 270 *Ardet apex capiti, criſtisque a vertice flamma Funditur:* Vbi Servius *apicem* coni altitudinem interpretatur. *Conum* autem galeæ eminentiam vocat, ut ipſe exponit ad illud lib. 12 v. 492 *Apicem tamen incita ſummum Haſta tulit. Apicem falcis*, qui mucro, Columella 5, 25: *Apices volucrum*, de avium criſtis Plinius 11, 37 dixit, büſchlein. ¶ 2. *Apex* Quint. 1, 7 eſt nota ſyllabæ longæ. Verba ejus ſunt: *Vt longis ſyllabis omnibus apponere apicem ineptiſſimum eſt: quia plurimæ natura ipſa verbi, quod ſcribitur, patent: ſed interim neceſſarium, cum eadem litera alium atque alium intellectum, prout correpta vel producta eſt, facit. Vt* malus *utrum arborem ſignificet, an hominem non bonum, apice diſtinguitur.* ¶ 3. Hinc *apices* ipſæ aliquando literæ ſunt, die buchſtaben. Prudent. Periſt. 3 v. 136 *Scriberis, ecce, mihi Domino; Quam juvat hos apices legere, Qui tua Chriſte tropæa notant!* conf. 9 v. 53. Sic, *de apicibus juris diſputare*, l. 29 § 4 ff. mand. ¶ 4. *Apices* quoque dicuntur imperatorum evocatoriæ, reſcripta & mandata, befehle, ordre. Quo tamen cave referas illud Horat. od. 3, 21, 19 *Iratos tremens regum apices*, quod ſimplicius de majeſtate faſtigioque intelliges. Sequioris ævi eſt illa ratio, de qua loquimur. Sidon. ep. 1, 5 *Mihi publicus curſus uſui fuit, ut pote ſacris apicibus accito.* Etiam pro quavis epiſtola Sidon. 6 ep. 8 *Apicum oblator*, qui adfert literas. ¶ 5. *Apex* eſt pileus, quo ſacerdotes utebantur, ein baret, prieſter-mütze.

Nam

Nam in pileo facerdotali *apex* virgula eſt, in ſummo pileo ſurſum erecta: a qua & pileus ipſe, qui proprie alias *flammeum* dicebatur, *Apex* appellatus; a parte totum; ut recte in Varronem Scaliger docuit p. 124. Liv. 6, 41 *Cutique apicem dialem, modo homo sit, imponunt.* Erant hi pilei ex pelle ovilla hoſtiæ cæſæ, in cono ſummum coëuntes, ut ex Dionyſio, Iſidoro, & aliis conſtat. De iis & ſervius non uno loco, itemque Feſtus: *Sacerdotum ingigne apex dictus eſt ex eo, quod conprehendere vinculo antiqui apere dicebant, unde aptus* &c. Summum ſaltigium dicebant *tutulum*: *Offendices* amenta, quibus retinebatur pileus: quod ſe mutuo offenderent. Plura de iis Phil. Rubenius Elect. 2, 25 & Iac. Gutherius de Vet. Jure Pontificio 1, 30, qui & formam ex nummis & aliis monumentis antiquis depingunt. Hinc *apex* pro epiſcopatu & epiſcopo, Sidon. Apoll. 4 *vivo ſub fluctus apice*, hoc eſt, epiſcopatu Tholoſano. Vet. Gloſſ. *Apex, κεφαλὴ τρήματος ἄκρον, πρωτοβόλι, καὶ τὸ ἐπὶ πιλίδι πακάλιον.* Item: *Apices, κεφάλαι, ἄκρα, συλλαβαὶ τιάρα.* Et: *Montis apex, ἡ κορυφή.*

¶ Apiculum, *i*, n. diminut. cui ſpitzgen. Feſtus: *Apiculum filum, qua flamines cælestum apicem gerunt.*

¶ Apicatus, *a, um*, apice i. e. pileo tectus, beſpitzt; item mit hoher mütze. Ovid. Fast. 3, 369 *His etiam conjux apicati ſanctia Dialis Lucibus impexas debet habere comas.*

APEXABO, *onis*, m. farciminis genus, ſchweiß oder blutwurſt, inteſtinum ſanguine & arvina fartum. Ab *apex*: quod in eo ſummo quiddam eminebat, ut in capite apex, Varrone auctore de L. L. 4, 22.

APHACA, *æ*, vel Aphace, *es*, f. ἄφακος, legumen, ervum ſilveſtre, wilde wicken, vogel-wicken. Plinio 22, 5 *Tenuia quædam folia habet, paſtilla altior lenticulo eſt: ſiliquas majores fert*, &c. ¶ 2. *Aphace* vel *Apiaca, orum*, n. pl. ἄφακα, locus inter Heliopolin & Byblum, urbes Ægypti. Hinc

Aphacitis, *idis*, f. ἀφακῖτις, Venus ibi templum habens. v. Zoſim. 1, 58 cum not. Cellar. & Caſliod. in Tripart. 2, 20. Add. Selden. de Dis Syris 2, 3; ubi etiam ap. Macrob. Sat. 1, 21 pro *Arcæitide* legi vult *Aphacitida*, & huc refert *Phacetin* filiam Veneris.

APHÆA, *æ*, f. nomen Dianæ, ſub quo apud Æginetas culta fuit. Virgilius, vel quisquis auctor eſt, in Ciri v. 303 ad Dianam: *Nomen Aphæa Virginis adſignant* &c. Conſule, quæ Scaliger adnotavit, cui etiam hujus nominis, peiperam in libris depravati, reſtitutionem debemus.

Aphæresis & Aphæreſis, vide *Hæreſis*.

APHANNÆ, *arum*, f. obſcurum Siciliæ oppidum, χωρίον ἄσημον, unde proverbium, *ἡ ἐς Ἀφάνας, vel in Aphannas*, de obſcuris & remotis utuntur auct., auctore Stephano Byzantio. Heſychius quoque hunc locum πόῤῥωθεν, hoc eſt, in remotiſſimis ponit, in quo Stephani proverbium illuſtratur, qui *ἐπι ἐσχατιαμένων, de elongatis & remotis* id dici confeſſus eſt. Hinc

¶ Affaniæ, *arum*, f. id eſt, ineptiæ, res futiles ac nugatoriæ, eruditis viris derivantur perinde, atque *Apinæ* & *Tricæ*, hujus nodi nugæ, ab oppidis, teſte Plinio 3, 11, appellantur, unnütze reden, narrentheidung. Apul. Met. 9 p. 221 ed. Elmenh. *Has & alias ſimiles effatias ſi ſi ſa adolaterantes.* Et lib. 10 p. 243 *Tunc ore ſemiclauſo nauſeatim naſcio quas affanias effatire* (cœpit). Sunt qui a *fando* deducunt *Affaniæ*, ſed nos Voſſium maxime in Etymologico ſequuti ſumus. Adde plura in *Apinæ* mox dicenda.

APHARÆUS, *ei*, m. ἀφαρεύς, pinnula ſub ventre thynni fœminæ, Heſych. & Ariſtot. 5 Hiſt. Anim. ¶ 2. Rex Meſſeniorum, Pauſ. & Ovid. Met. 12, 341.

¶ Apharcius, *a, um*, adject. Ovid. Met. 8, 304 *Proles Apharcia Lynceus.*

Aphe, perſius *Haphe*, vide in H. Apheliotes in *Apeliotes*.

APHĒCTERIA, *orum*, n. ἀφετήρια, & Apheterium, *arum*, f. ἀφετήριον, carceres cæterum, & loca unde naves ſolvuntur, die ſchranken zum auslaufen, wo ſie ſtehet. Strab. lib. 5 & Suid. apud Salmaſium ad Solinum c. 6, 8. ¶ 2. Machinæ obſidendis urbibus accommodatæ. vid. Cæl. Rhod. 21, 6; & Liſ. Poliorc. 3, 3.

APHELIX, *icis*, m. ἀφέλιξ, lignum dans in circo emittendis quadrigis v. Salmaſ. in Solin. p. 836 b. ¶ 2. *Aphelix* aſtrologis ſunt anorum diſtributores, procurſum in vitam elargientes, &c. v. Cæl. l. c.

¶ Aphelxeus, *a, um*, ἀφελξεύς, adj. ut, *Loca aphelxea in cæleſti templo, unde vitalem auſpicamur decurſum*, geburts-häuſer, ibid.

APHIDAS, *æ*, m. ἀφίδας, nomen ſomnicuioſi viri, Ovid. Met. 12, 317.

APHIDNÆ, *arum*, f. Athenienſium vicus, ab Aphidna, Theſei ſocio, ſic appellatus. Vide Strab. Pauſan. & Plutarchum in Theſeo. Seneca Hippolyto v. 29 *Parvos alias Calcet Aphidnas.* ¶ 2. Eſt & hoc nomine Lacedæmoniorum vicus: *Lacedæmonias Aphidnas* Avienus vocat Arat. v. 372. Adde Stephanum de Vrbibus.

APHORISMVS, *i*, m. ἀφορισμός, brevis deſinitio, quæ paucis verbis omnes rei proprietates complectitur. Vocant etiam, Canonem, ſive Axioma, & noti ſunt *Aphoriſmi Hippocratis.*

APHRACTVM, *i*, n. ἄφρακτον, navigium undique apertum: quod genus Rhodiis in uſu fuiſſe, Cicero aliquoties indicat in Epiſtolis ad Atticum: Vt 5, 13 *Navigabamus tardius propter aphractorum Rhodiorum imbecillitatem.* Adde 6, 8 ubi etiam *aphractus* memoratur.

APHRATVM, *i*, n. lat. Spumeum, genus edulii, Iſidor. 20, 2.

APHRISSA, *æ*, f. al. Dracontea, drachen-kraut. Apul. de Herb. c. 14.

APHRODES, *æ*, m. ἀφρώδης ſcil. μήκων, i. e. papaver ſpumeum ſive ſilvaticum, wilder mohn, Apul. de Herb. c. 53; Dioſc. 4, 65; Plin. 27, 12.

APHRODĪTA, *æ*, f. ἀφροδίτη, cognomen Veneris ex ἀφρὸς, *ſpuma*. Nam a ſpuma maris nata dicitur. vid. Plin. 36, 5 *Marti Aphrodita connes*, Auſon. Eclog. 9, 8. ¶ 2. *Aphrodites Stephanon* i. e. Veneris corona vocatur *Siſymbrium*, brunnkreſſe. Dioſc. 2, 117.

¶ Aphrodiſia, *ium*, n. Ἀφροδίσια, ſacra & uſus Veneris, Plaut. Pœn. 1, 1, 63 *Aphrodiſia hodie ſunt.* conf. 1, 2, 45, &c.

¶ Aphrodiſius, *a, um*, adject. ut, *Jaramentum aphrodiſium* pro vano, & nullius momenti: *Aphrodiſia opera* pro laſcivis, amatoriſque. Videatur Taubm. ad Plaut. p. 1050; Scip. Gentil. ad Apolog. Apuleji p. 400; Cæl. Rhod. 16, 15.

¶ Aphrodiſium, *i*, n. Vrbs Africæ in Numidia, & Hiſpaniæ promontorium, nec non Cypri, ubi Venus colebatur. Vide Geograph.

¶ Aphrodiſias, *adis*, f. multarum urbium nomen, ut in Cilicia, Laconica, Caria, &c. quas Stephanus Byzantius recenſet, quem videas. ¶ 2. *Aphrodiſias* dicitur acorum, kalmus, Apul. de Herb. c. 6.

¶ Aphrodiſiace, *es*, f. gemma ex candida rufa, Plin. 37, 10.

¶ Aphrodiſiacum, *i*, n. medicamentum Veneris œſtrum excitans, ein liebes-tranck.

¶ Antaphrodiſiacum, *i*, n. remedium Veneris.

APHRÓGALA, *æ*, f. ἀφρόγαλα, ſpuma vel flos lactis, milchraum, milchkern.

APHRON, *onis*, m. idem quod *Aphrodes*, magſamenkraut, Plin. 21, 19 vel ex ἀφρὸς, *ſpuma*, vel ex *a priv.* & φρὴν *mens*, quod inebriat.

ĀPHRŌNITRVM, *i*, nitri ſpuma, ſalpeter-ſchaum. vide *Nitrum*. Exſtat vocabulum apud Plin. 24, 9 & Martial. epigr. 58 lib. 14 *Spuma vocor nitri, dicor & aphronitrum.* Et Stat. Silv. 4, 9, 37 *Panes viridantis aphronitri.*

APHROSCŌRŌDON, *i*, n. ἀφροσκόροδον, allii genus, knoblauch. Plin. 19, 6; Colum. 13, 3.

APHRŌSĒLĒNVS, *i*, m. lapis, ἀφροσέληνος, qui & Arabicus, frauglas, frauſalas, ſpiegelſtein. *Lapis ſpecularis*, Plin. σπεκλάριος Græcis.

APHTHÆ, *arum*, f. ἄφθαι, exulcerationes ſunt in ſummo ore, infantibus peculiares vitio lactis calido humore corrupti, mundgeſchwäre, ſchwämmchen, quamquam & adultis id malum accidit. v. Celſus, II. ¶ Aphthiphus, *i*, m. ἄφθιφος, volunt eſſe, quem oris vexat affectio, dem der mund ausgeſchlagen, v. Cæl. Rhod. 20, 9 ex l. 10 § 5 ff. de Ædil. edict. Sed ibi editur *atypus*.

APHTHŌNIVS, *i*, m. ἀφθόνιος, ſophiſta, ſcripſit progymnaſmata in artem Hermogenis, quæ & græce & latinitate donata exſtant.

APHYA, *æ*, f. ἄφυη, piſcis genus minimum & inutile. Latini *Apuam* dicunt, vide paullo poſt *Apua*. Ariſtoteles ἀφρὸν vocat, Athenæus ἀφρίδα, nonnulli ἀφρῖνα, a ſpuma maris, e qua naſcitur, meerſeugle, grundling, ſtichling. *Aphya ad ignem, ἄφυα ἐς πῦρ*, proverbium eſt in ea, quæ celeriter vel intereunt, vel conficiuntur. Aphya enim admota igni protinus decoquitur, quin primum oleum fervens contigerit. Eſt & aliud proverbium: *ἀφύων τυρὴ ἔλαιον Aphyarum honor oleum*; Nam niſi oleo affuſo non ſunt eſui. ¶ 2. Etiam meretriculæ quædam *Aphyæ*, i. e. Apuæ cognominatæ, Cæl. Rhod. 5, 19.

APHYSĒMON, *onis*, m. ἀφυσήμων, caſiæ genus, Dioſc. 1, 12.

APHYTĀCORA, *æ*, f. arbor Indiæ electrum ferens, Plin. 37, 2. Harduinus legit *Siptachora*.

Apiacus, apianus, apiarius, apiaſtrum, &c. vide *Apium*, *Apis*.

APĪCA, *æ*, f. nudo ventre ovis. Varro R. R. 2, 2; Plin. 8, 48. Hujusmodi oves *minas* appellatas, idem Varro ibidem docet. *Apica* ex Græco ἄπτικος eſt: id eſt, *glabra*. Nam πῶκος & πέκος, & πόκος idem, ut in Varronianis Conjectaneis Scaliger obſervat p. 217. conf. Feſtus.

ĀPĪCIVS, *i*, m. quo nomine tres fuerunt Romæ, omnes gulæ ſtudio infames. Primus circa illa tempora vixit, quibus Cæſar natus eſt; alter ſub Tiberio: ultimus ſub Trajano fuit, ut Caſaub. ad Athenæum 1, 6 obſervat. Iuvenalis Sat. 5 initio inter paraſitos Gabbam quemdam nominat; quem Vetus Scholiaſtes, *Apicium Gabbam* interpretatur, & ſub Tiberio ſcurram nobilem fuiſſe tradit. Quod neſcio, an ad ſecundum illum pertineat: cujus maxime gula celebrata eſt, quemque ob id *nepotum omnium altiſſimum gurgitem* Plinius 10, 48 vocat. Idem 9, 17 *eum ad omne luxuriæ genus natum fuiſſe* teſtatur. Hic ille eſt, qui cum HS millies (duos milliones & ſemis) in culinam conceſſiſſet, neque plus centies HS (2500000 Coronat.) de patrimonio ſibi ſupereſſe intelligeret, veneno vitam finiit, metuens ne ſibi eſuriendum deinceps eſſet, v. Dio Caſſius lib. 57. Sen. ad Helv. c. 10 & Martial. 3 epigr. 22. *Scientiam popinæ profeſſum infeciſſe ſeculum diſciplina ſua*, Seneca ibidem prodit. Quæ eum aliquid de *Coquinaria* ſcripſiſſe non obſcure arguunt. Vetus Schol. Iuvenalis de juſcelli ſcripſiſſe ad Sat. 4 diſerte notat. Exat de re *culinaria* liber ipſius nomine, dignus lectione ob ſingularia, quæ habet; ſed qui vel alterius Apicii eſt; vel alienis acceſſionibus interpolatus. v. Lampridii Heliog. c. 18 & 20 & ibi Caſaub. f. 150; Caſp. Barth. Adverſ. 34, 18; & 26, 16; Voſſ. de Analogia 1, 14; & editores Humelbergium ac Liſterum. ¶ 2. *Apicius* pro quovis guloſo, ein ſchlemmer, apud Iuvenal. Sat. 11, 3; & Martial. 10 epigr. 73.

¶ Apicius, *a, um*, adject. foſtlich, ſchmackhafft; ut, *Vvæ Apiciæ*, Cat. R. R. c. 24; *Vinum Apicium*, Idem c. 6, & Varr. R. R. 1, 25.

¶ Apicianus, *a, um*, idem; ut, *Apiciana coctura*, Plin. 19, 8 & *Apiciana condimenta*, Tertullianus de Anima c. 33.

Apicula, Apiculum, vide *Apis*, *Apex*.

ĀPĪDĀNVS, *i*, m. Theſſaliæ fluvius, Ovid. Met. 7, 229; Val. Flacc. 1, 357; Lucan. 6, 373.

APILASCVS, *ūdis*, f. *Aurum quod ad pilas cudunt, apilaſcudem vocant*, Plin. 33, 4.

ĀPINÆ, *arum*, f. *Tricæ* & *Apinas* vulgo res futiles & nugatorias dicebant, faule fiſche, narrentheidung poſſeu. Martialis Apophoretis ſive 14 ep. 1 *Sunt Apinæ Tricæque, & ſi quid vilius iſtis.* Vet. Gloſſ. *Apinæ, ἀμυλογίαι, argutiæ, ineptiæ, garrulitates.* Item: *Apinæ, φάννοι*, ut Salmaſius emendavit ad Pollionis Gallienos c. 8, quamquam non invitus poſtea alteri ſententiæ, quæ, quod in Gloſſis φάννοι ſcriptum eſt, ἀφάννοι ſubſtituit, nonnihil concedat. Hæc Scaligeri eſt in Feſtum p. 35 in voce *Buttobata*, qui *Apinarum* vocabulum ex ipſo Græco ἀφάννοι detortum cenſet, in quo ſummo viro aſſentiri non poſſumus. Ve enim *Apbannæ* obſcurus locus Siciliæ fuit, qui in proverbium abiit: ita *Apina*, obſcurum oppidum Apuliæ, adagio perſimili locum dedit. Plinii 3, 11, ubi de Apulia Dauniorum agit, hæc verba ſunt: *Diomedes ibi dedvit gentes Monadorum Dauderumque, & urbes duas, quæ in proverbii ludicrum vertere, Apinam & Tricam.*

¶ Apinarii, pl. m. ab Apinis γελωτοποιοί; Scurræ mimarii, qui divitum menſas ſectabantur, Treb. Pollioni in Gallienis c. 8 poſſentreiſſer; quamquam alii *Apenarii* malint. Vide ibi Salmaſium f. 282.

¶ Apinor,

¶ Apinor, *ari*, pro nugari, Casaubonus in Isidori Glossis emendat, ubi scriptum erat: *acinari, tricari, in parvo morari.* conf. Barth. Adversar. 26, 15: & supra *Agninare*, in *Agina*.

APIO, *ire*, est ligare, binden, apud Isidorum 19, 32, ubi *Apex* ab *apiendo* esse dicitur. Et Festus in Apex: *Compr. hendere antiqui vinculo* apere *dicebant, unde* Aptus *is, qui convenienter alicui junctus est*; de quo in *Apiscor*, quod ejusdem est originis. v. Voss Etym. p. 35.

APION, *onis*, m. sic enim recte scribitur, cum ab Ægyptiorum Deo *Apide* nomen, perinde ut *Hermapion*, cujus apud Ammianum 17, 9 mentio, invenerit. *Appionem* scribunt vulgo geminata litera, sed male. Fuit grammaticus, Posidonii cujusdam filius, cognomine πλειστονίκης, quasi sæpe victorem dicas, item Μόχθος, ab assiduo labore. Patria Ægyptium alii prodiderunt, alii Cretensem. Docuit Romæ sub Tiberio & Claudio Imperatoribus, Dionysii Halicarnassei æqualis. Multarum rerum notitia celebris & Polyhistor appellatus inde, inque nomen Homeri, quod Seneca testatur epist. 88, ab omnibus civitatibus adoptatus, h. e. ut explicat ibi Lipsius, cognominatus passim alter Homerus. Sed loquax valde, & venditator sui usque adeo vanus, ut immortalitate a se donari scripserit, ad quos aliqua compositisset, ut Plinius auctor est, Hist. Nat. præf. Qui eumdem & a Tiberio *cymbalum mundi* vocitatum prodit, *cum publicæ famæ tympanum potius videri posset.* Contra hunc Iosephus libros duos edidit. Vide & Suidam atque inprimis Vossium de Hist. Gr. 2, 6 p. 190, & in addendis p. 530, 531 Dalechamp. ad Plin. p. 7 & 1177. ¶ 2. *Apion* alius rex Cyrenaicæ, & Libyæ Aridæ, hoc est, Marmaricæ, Ptolemæi etiam communi nomine usus, qui Romanos testamento hæredes scripsit. v. Epitoma Livii 70 *Ptolemæus Cyrenarum rex, cui cognomentum Apioni fuit, mortuus hæredem populum Rom. reliquit.* Adde Eutropium 6, 9. Duos ex uno *Apiones*, alterum Cyrenaicæ, Libyæ alterum Siccæ regem, Sex. Rufus facit c. 13, & hunc forsan sequentes, Ammianus lib. 22 extr. ac Hieronymus in Chronico, inque Notis ad hoc Iosephi Scaliger: sed Valesius ad Ammianum, non modo ex Livio & Eutropio, verum etiam ex Appiano & Justino probat, unum fuisse, qui utramque regionem possederit, & eumdem utramque etiam Romanis testamento reliquisse.

APIOS, *i*, m. ἄπιος, herba, quæ & Chamæbalanus, erbsigt erdäpfel. Palladius 3, 3 *Apios majores ita facies*, &c. ¶ 2. *Apios ischas*, ἄπιος ἰσχάς, lophamus agrestis, Plin. 26, 8. Dioscor. 4, 170.

APIRIA, *æ*, f. ἀπειρία, inexperientia, die unerfahrenheit; a πεῖρα *experientia*. Sed ¶ 2. Ἀπειρία, quam Cicero de Fin. 1, 6 interpretatur *infinitio*, est a πέρας, *terminus, finis.*

¶ Apirēdus, *i*, m. ἀπειρόκαλος, i. e. *decori expers, ineptus*, der nicht weiß was gut und schön ist. Gell. 11, 7.

APIS, vel Apes, *is*, f. μέλισσα, insectum notum, eine biene, imme. *Apis parca, sedula, φιλόπονος.* v. Virg. Geo. 4, 4; Ovid. Met. 15, 928. *Florilegæ apes*, ibid. 15, 366. Et *mellifera*, v. 384. Ab eo dictæ, si Dis placet, quod sine pedibus nascantur. Sunt certe *animalia truncæ pedum primi*, Virg. Geo. 4, 310. conf. Isician. 6 p. 703. *Quanto quæque diror apis atque rotundior, tanto pejor*, Colum. 9, 3. *Attica apis*, Ovid. Trist. 5, 4, 30. *Apes inficientes*, quæ opus non faciunt. vide *Facio.* Plin. 11, 6 de apibus: *Excunt ad opera & labores, nubi ante eum per cælum licuit) etio perit dies.* Sen. epist. 84 *Apes dulcem in favis mellis succum congerunt, & flores ad mel conficiendum idoneos carpunt: deinde quicquid attulere, disponunt, ac per favos digerunt.* Nominativum *apes* in usu fuisse, testatur Priscian. 6 p. 703. conf. Burm. ad Quint. Decl. 13, 16 p. 291. In Genitivo plur. Columella lib. 9 frequentius dixit *Apum*: Varro de R. R. 3, 16 *Apium.* Sic *Examen apium*, der bienenschwarm, Juvenal. 13, 68. *Apium rex*, der weiser, Colum. 9, 11 & 13. *Rex apum fulus aculeum non habet, aut certe non utitur: ita principem oportet esse clementissimum.* v. Erasmi similia ex Plin. 11, 17. Vide & Sen. de Clem. 1, 19. Est que *in apibus* imago perfectæ reipubl. Plin. 11, 5. Vide de *earum generatione* Virg. Georg. 4, 281 &c. Ovid. Fast. 1, 376. Quæ ex apibus omina caperint, v. ap. Interpretes Sil. 8, 637.

¶ Apicula, *æ*, f. diminut. Plin. 7, 21 *A Myrmecide fabricatam navem, quam apicula pinnis abscondaret.* Plaut. Curcul. 1, 3, 10 *Apicularum opera contextum.*

¶ Apiārium, *i*, n. Glosse Vet. μελισσών & μελισσεῶν, interpretantur, ein bienenhaus. Cell. 2, 20 *Apiaria vulgus dicit hæc, in quibus sti sunt alvei apum.* Colum. 8, 1 *Nec appellamus apum cubilia aviaria.* conf. Id. 9, 5 & 7 & 12. ¶ 2. Idem Columella 9, 3, 3 ro apum grege & examine videtur posuisse *totum epiarium.*

¶ Apiārius, *i*, m. apibus curandis præfectus, ein bienen-wärter. Plin. 21, 7 *Provenium melle sperant apiarii, inque flore primo thymo.* Gloss. Vet. *Apiarius*, μελισσοκόμος, quem Varro R. R. 3, 16 *melitturgum* appellat.

¶ Apicularius, *i*, m. Idem. Murat. Inscr. 909.

¶ Apīnus, *a, um*, adject. apibus gratus, den bienen lieb; ut, *Vitis succus apiana*, maußateller-beer. Plin. 14, 2; & 9, 1; Colum. 3, 2. ¶ 2. *Apiana*, subst. herba chamæmelon dicta, Apul. de Herb. c. 23.

¶ Apiastĕr, *tri*, m. seu potius Apiastra, *æ*, f. avis apum avida, ein specht, bienen-wolff. Gaza viridi genere usurpavit: sic nimeo alii, ut Servius ad verba: *Meropesque aliaque volucres.* Æn. 4 c. 14 *Meropes*, inquit, *aves sunt virides, & vocantur apiastræ, quia apes comedant.* Onomast. Vet. *Apiastra* μελισσοβόσκος.

¶ Apiastrum, *i*, n. herba apibus gratissima, melissen-kraut. Varro R. R. 3, 16 *Hæc cum habuisti, ac reliquum thymo & cytiso obsevisti, & apiastro, quod alii* μελίξουλον, *alii* μελισσόβοτον; *quidam μέλινον appellant.* Videri tamen potest, non tam ab *Apis*, quam ab *Apium* hanc herbam nominari, quia Glosse veteres non solum μελισσόξυλλον interpretantur, verum etiam ἱππόξυλον & ξυλοσέλινον, nisi forsan diversa sunt genera. Sed negant Scaliger de Caus. L. L. c. 95 & Vossius in Etymologico, quidquam apiastro commune cum apio esse, idque unice ab apibus denominari contendunt.

¶ Apiastellum, *i*, n. dimin. herba & scelerata & Brionia, Apul. de Herb. c. 5 & 66.

¶ Apiatus, quod nonnulli huc referunt, vide in *Apium.*

APIS, *Apidis* vel *Apis*, m. idem qui Serapis & Osiris. Maximus Ægyptiorum Deus, & hos pro nomine cultus. Lucan. 9, 160 *Et fatifer Magni clarus mactabitur Apis.* Vide *Serapis*, & Iustin. 1, 9, 2; Plin. 8, 46: Augustin. de Civ. D. 18, 5 & Florid. Sabin. Subscr. 3, 1. Iosephi symbolum Ægyptiis Apin fuisse, multis contendit Vossius de Idolol. 1, 29; 3, 74. Qui & c. 14 ab hoc Api Ægyptio distinguit ¶ 2. *Apin* Sicyonium, Argivorum tertium regem, a multis etiam veterum confusos.

ĂPISCOR, *aptus, sum, apisci*, ab *Apio, ere*, de quo supra, vetus verbum, quo Sisenna & Lucil. ap. Nonium 2, 2; & 4, 3 usi sunt, eadem notione, quæ compositi *Adipisci* est, hoc est assequendi, consequendi, erlangen. Lucret. 1, 448 *Nec ratione animi quam quisquam possit apisci.* Neque vero puduit ejus cultiores ætatis scriptores. Catull. de nupt. Pelei & Thet. v. 145 *Animus prægestit apisci.* Tac. A. 4, 1, 5 *Intus summa apiscendi libido.* conf. 6, 3, 1 & 20, 4 &c. Ipsi etiam Ciceroni vindicant, ejusque æquali Ser. Sulpicio Victorius, Gruterus, Grævius. Ille enim Attico 8 ep. 14 *Occultandi sui causa, an maris apiscendi.* v. not. Victorii. Servius autem 4 ep. 5 Ciceroni: *Vidimus magnam ex ea re te laudem apisci.* Sed Manutius ad h. l. notavit, omnes suos veteres libros, nullo discrepante, *adipisci* habere. Liv. 4, 3 *Spes apiscendi summi honoris*, quod & hic & c. 6 volunt Modius & Gronov. Plaut. Capt. 4, 1, 8 *Hæreditatem sum aptus effectissimam.* Ita in epitaphio Plauti ap. Gellium 1, 24 *Postquam est mortem aptus Plautus, Comœdia luget*, &c. Quamquam alii aliter legant. Ita Pacuv. ap. Nonium 4, 3 *Objectans vitam bellando aptus sum.*

¶ Apiscendus, *a, um*, consequendus. Mam. 3, 144 *Rebus apiscendis labor est.*

¶ Aptus, *a, um*, ab *Apere* est colligatus, connexus: & μεταφορικῶς deinde pro eo, quem Græci ἁρμόδιον dicunt, nempe is, qui convenienter alicui junctus, ligatus, gebunden, zusammen gefügt. Cic. Off. 1, 35 *Iis hæc apta, nobis disjuncta.* Id. Partit. Orat. sub fin. *Inter se plerique connexa & apta.* Id. de Univerſo c. 5 *Quæ ex conjunctione cælum ita aptum est*: id est, compectum connexumque. Id. Tusc. 5, 21 *Fulgentem gladium e lacunari ficta equina aptum demitti jussit.* Id. Fin. 3, 22 *Natura nihil aptius.* Amm. Marcell. 29, 7 ed. Grut. inter alia artificia magica noscendis futuris ab Hilario Patricioque usurpata & *pergulum annulum arcui ex Caspathio filo per quam levi* commemorat. Sed pro *arcium, aptum* i. e. coniligatum legendum esse inibi, Ciceronis verba satis evincunt, quæ hic res, exit Marcellinus. (v. & Nonium 4, 3). Valesius tamen reponit *jactum.* Add. Burm. ad Petron. c. 34 p. 142 sq. ir. Broukh. ad Tib. 1, 10, 70 *Tyrio prodeat apta fima.* Cic. parad. 2 *Nemo non potest non beatissimus esse, qui totus aptus est ex se ipse.* conf. Id. fam. 5, 13, 1 ex Platonis epitaphio: *Ὅτου ἂν ὁ ἐξ αὐτοῦ λογὸς τυτθὸς ἅπτηται*, h. e. qui felicitatem non in rebus extra se positis, sed in animo tantum suo quærit. ¶ 2. Idem est ac idoneus, habilis, accommodatus, geschickt, bequem, füglich tüchtig. Catull. 28, 2 *Apitis sarcinulis & expeditis.* Horat. 1 od. 12, 45 *Avitus apto cum lare fundus.* Cic. de Senect. c. 3 *Aptissima arma juventutis sunt artes exercitationesque virtutum.* ¶ 3. Construitur sic frequenter cum dativo. Liv. 3, 27 *Agmen aptum via.* Cels. 2, 24 *Cibus aptus stomacho.* Cic. de Clar. Or. c. 62 *Aptior animus imperatorum.* Ibid. c. 95 *Asiatica genera dicendi aptiora sunt adolescentibus.* Ovid. 3 Art. 121 *Ingenium ne denique natum Gratulor: hæc ætas moribus apta meis.* Et Horat. 2 od. 19, 25 *Choreis aptior & jocis.* ¶ 4. Frequentissimus tamen usus est cum *Ad* & accusativo. Cic. de Orat. 1, 54 *Calci aptæ ad pedem.* Id. de opt. gen Orat. c. 5 *Verba ad rem aptam consuetudinem apta.* Id. Tusc. 1, 3 *Homo aptus ad dicendum.* Id. de Amic. c. 5 *Nihil tam est aptum, tam conveniens, ad res vel secundas vel adversas, quam amicitia.* Cæs. B. Civ. 2, 37 *Cassiva erant ad bellum ducendum aptissima.*

¶ Apte, adverb. convenienter, appositè, füglich. Cic. Part. c. 8 *Dicamus aliquid ad tempus apte.* conf. Id. Fin. 3, 14; & Tusc. 4, 16. Item arctè: Cic. de Univers. c. 5 *Cælum ita apte cohæret, ut dissolvi nullo modo queat.* Martialis 13 epigr. 26 *Aptius hæc quæro, quam tibi, dente cadi.* Rursus Cic. in Orat. c. 44 *Aptissime cohærent extrema cum primis.*

¶ Aptitūdo, *inis*, f. die füglichkeit. Improbat Vossius de Vit. L. L. 3, 1. Hinc tamen *Ineptitudo* infra.

¶ Apto, *avi, atum, are*, accommodare, fügen, schicken, zurechte machen. Syntaxis verbi eadem, quæ nominis *Aptus*, fuit; ut, *Aptare ad commoditatem*, Liv. 33, 5; *in fascillos*, Front. Strat. 4, 1, 7. *Aptare se pugnæ*, Virg. Æn. 10, 568; *animos armis*, ibid. v. 259; *navem remigio*, Id. 8, 80; *cumulum digito*, Suet. Tib. c. 73. Nemesia. Cyn. 90 *Candida puniceis aptentur crura cothurnis:* ubi vid. Burm. de usu hujus verbi in re vestiaria, nimir. de iis tantum poni, quæ partem corporis ambiunt, non quæ totum tegunt. *Ut quisque se aptaverat armis*, Liv. 9, 31 ubi v. Gronov. qui mavult: *ut quisque aptaverat arma.* & Drakenb. Sen. epist. 5 *Non ad præsentia aptamur*, nur sind nicht darauf gerichtet. Pomponius ap. Nonium 11, 19 *Heus aptate pueri mundæ atque ampliter convivium.* Horat. 2 Sat. 2, 111 *In pace, ut sapiens, aptarit idonea bello.* ¶ 2. *Aptare* & *optare* sæpe in codicibus commutari, docet Drakenb. ad Liv. 3, 64.

¶ Aptatus, *a, um*, eingerichtet, geschickt. Cic. de Orat. 3, 40 *Hoc verbum est ad id aptatum, quod ante dixerat.* Quintil. 2, 10 *Aptatus ad delectationem.* Plin. 28, 13 *Sanguis hircino cibo aptatus.*

¶ Aptatus, *ûs*, m. die fügung. Theodulfus Aurelianensis Carm. 2, 184 *Mellitino aptatu sic datur una salus.*

¶ Aptatio, *onis*, f. Idem. Cyrilli Gloss. *Aptatio*, ἁρμογή, ἅρμοσις.

¶ Aptator, *oris*, der einrichtet. Eædem Glosse: *Aptator*, ἁρμοστής.

¶ Aptibilis, *e*, füglich, geschicklich. Hinc

¶ Aptēbiliter, adverb. Idem. Interpr. Irenæi 1, 13 *Aptabiliter compositus.*

¶ Aptabilitas, *atis*, f. die füglichkeit. Idem Interpres 1, 1 *Aptabilitatem & naturam fecisse.*

Compositæ:

¶ Adapto, *are*, apte adjungere, anfügen. Onomastic. vet. *Adapto*, προσάπτω. Modest. Dig. 1. 1 § 6 de Excusat. *Constitutionem recte adaptam omnibus cognitis.* conf. Ibid. l. 13 § 12.

¶ Adapratus, *a, um*, angefügt; ut, *Galriculus capiti adaptatus*, eine perugue, Suet. Oth. c. 12.

¶ Adipiscor, *adeptus sum, isci*, usitatius est quam *apisci*, erlangen, überkommen. Cic. pro Cluent. c. 42 *Summos honores a populo Rom. adeptus est. Judicium adipisci*, i. e. jus obtinere, recht erhalten, Ter. Phorm 2, 2, 59 *Nuptias adipisci*, Id. And 2, 1, 34. *Adipisci aliquando*,

aliquem, i. e. in curſu aſſequi, einholen, Plaut. Epid. 1, 1, 13. Et Liv. 2, 30 *Vigentes corporibus facile adepti feſſos*, add. 44, 28. ¶ 2. Plautus & paſſive utitur pro acquiri Trin. 2, 2, 86 *Non ætate, verum ingenio adipiſcitur ſapientia*. Et Cic. Off. 1, 21 *Iis, qui habent a natura adjumenta rerum gerendarum, adipiſcendi magiſtratus ſunt*. conf. Priſcian. p. 791.

¶ Adeptus, *a, um*, der erlanget hat. Gell. 19, 12 *Diſcedit tamquam ad ptas rei ruſticæ diſciplinam* Sen. epiſt. 95 *Non contingit tranquillitas niſi immutabile certumque judicium adeptis*. Tac. A 11, 14, 1 *Adeptus gloriam*: Id. A. 1, 53, 5 *imperium* &c. Plin. 35, 10 *palmam*, i. e. victoriæ præmium conſecutus, der den ruhm davon getragen. Hodie vulgo *Adepti*, die goldmacher, qui ſcil. ſibi aliisve videntur adepti artem in aurum transmutandi metalla alia. ¶ 2. *Adeptus* ſignificatione paſſiva, erlangt. Cic. de Sen. c. 2 *Senectutem ut adipiſcantur, omnes optant, eam accuſant adeptam*. Tac. A. 1, 7, 5 *Literas ad exercitum, tamquam adepto principatu miſit*. Ovid. Triſt. 4, 8, 19 *Palmas inbonefiat adeptas*. Salluſt. B. Cat. c. 7 *Adepta libertate*, ubi plura Cort. Nazar. Paneg. ad Conſt. Aug. c. 8 *Incrementum adeptæ felicitatis*. Ita uſus & Venantius eſt, El. de Refurrect. Chriſti extr. ubi plura notavit Buchnerus.

¶ Adeptio, *ōnis*, f. conſecutio, die erlangung. Cic. de Fin. 2, 13 *Nos beatum vitum non duplicione, ſed adeptione boni judicemus*. Idem Partit. Orat. c. 32 *Utilitas ex adeptione alicujus commodi*. Quint. 5, 10 p. 406 *Bonorum adeptio* &c.

¶ Adeptus, *ūs*, m. idem. Paulinus Nolanus epiſt. 32 ad Severum. ed. Pariſ. (al. 12) ſect. 18 *Ex adeptu fidei*.

¶ Coapto, *are*, apte conjungere, parare, accommodare, beyfügen. Prudent. Pſychom. v. 559 *Hujus ſe ſpecie mendax Bellona coaptat*. Hieronymus epiſt. 116 ad Paullam & Euſtoch. *Maxime LXX interpretum conjuctudini me coaptavi*. conf. Mart. Capell. 1 p. 3.

¶ Coaptatio, *ōnis*, f. apta conjunctio, zuſammenfügung. Auguſtinus Civ. Dei 22, 24 *Coaptatio, quæ ἁρμονία Græce dicitur*. Idem de Trinitate 4, 2 *Hanc coaptationem dicere volui, quam Græci ἁρμονίαν vocant*.

¶ Coaptus, *a, um*, Superl. Mart. Capella 2 p. 35 *Niſi hæc quibus plenum pectus geris, coaptiſſima egeſtione vomueris*; al. coactiſſima, armodick.

¶ Exaptus, *a, um*, ex aliquo pendens & ligatus, ut Turnebus Adv. 29, 20 exponit, angehencket. Lucret. 4 v. 827 *Brachia validis exapta lacertis*. Lucil. ap. Nonium 4, 3 *Pellicula extrema exaptum pendere ornas*.

¶ Exapto, *are*, anſchicken. Apul. 11 Met. p. 271 *Deo exaptare coronas*.

¶ Indipiſcor, *iſci*, idem ac adipiſci, erlangen, überkommen. Plaut. Trin. 2, 1, 2 *Meltum in cogitando dolorem indipiſcor*. Id. Rud. 5, 2, 28 *Largiter mercedis indipiſcar*. Gell. 12, 1 extr. *Copias ubertatesque verborum indipiſci*. Id. 27, 2 *Indipiſci animo*, verſtehen, begreifen. Liv. 26, 39 *Quam quis indeptus navem erat*. Lucret. 3, 212 *Hominem quies ſi indepta*. Feſto eſt *Indepiſci*.

¶ Indipiſco, *ĕre*, idem apud Plautum Aſin. 2, 2, 13 *Nunquam quadrigis albis indipiſcet poſtea*. conf. Idem in Aul. apud Nonium 2, 260.

¶ Indeptus, *a, um*, paſſ. ut *adeptus*, erlangt. Plin. præfat. ad Veſpaſ. *Cato repulſis tamquam honoribus indeptis gaudens*. Et Imp. Theod. C. 12 t. 24 l. 14 *Indepte dignitatis honore potiri*.

¶ Indepto, *are*, frequent. *conſequi* apud Feſtum, erlangen. Varro: *Nec partem aliquam indeptavit hæreditatis*.

¶ Ineptus, *a, um*, contrarium ei, quod aptum eſt, ungeſchickt, albern, lappiſch. Ter. Adel. 1, 1, 38 *Veſtita nimium indulges, nimium ineptus es*. Id. Adelph. 3, 3, 36 *Lenitas inepta*, unzeitig. Catull. 40, 21 *Riſu inepto res ineptior nulla eſt*. Quintil. 11, 3 de oratoris geſtu: *Diſcarſare ineptiſſimum*. Perlate patet vocabuli hujus vis & ſignificatio, ut oſtendit Cicero de Orat 2, 4 & 5; & Scaliger peculiari Oratione ſuper nomine *Inepti*, quam operæ pretium videre, & Schottum Tullian. quæſt. 4, 20. Horat. 1 epiſt. 17, 32 *Sine vivat ineptus*, id eſt, *ſtolidus*, laß dem narren ſeine weiſe. Ita *minus ineptus*, Ter. Eun. 2, 1 extr. Donatus ad illud ejusdem Comici Andr. 1, 5, 23 *cauſam, ineptam ſaltem, falſam, iniquam*: INEPTVM interpretatur, quod a quovis reprehendi poteſt. Et ſane ita *ineptus* Ter. Heaut. 3, 3, 17 dicitur, qui decori ignarus eſt, & neſcit adeo, quid apud quemque deceat. Vet. Gloſſ. *ἀνόητος, ineptus, mente captus, μωρός, ineptus*, vid. Priſcian. 13, 6 & Nonium 1, 300.

¶ Inepte, adv. ungereimt, närriſcher weiſe. Plaut. Moſt. 2, 2, 74 *Interdum inepte ſtultus es*. Cic. Acad. 2, 4 extr. *Ineptet quisque Minervam docet*. Id. Clar. Or. c. 82 *Non inepte dicere*, id eſt bene. *Ineptius deliravit*, Lactant. 3, 17. *Ineptiſſime ſieri*, Quintil. 11, 3. *Fabula ineptiſſime ficta*, Lactant. 1, 12.

¶ Ineptia, *æ*, f. ſing. uſus Plautus eſt Merc. Prolog. v. 26. *Ineptiæ* unitatius eſt, narrenpoſſen. Ter. Phorm. 4, 3, 43 *Vt ad pauca redeam ac mittam illius ineptias*. Cic. Tuſc. 1, 37 *Ineptiæ pene anilis*. conf. Catull. 6, 14.

¶ Ineptiola, *æ*, f. lapperey, diminutivum. Auſonius epiſtola Gryphi ſive idyllio XI præmiſſa: *Fuit ineptiolæ hujus iſta materia*.

¶ Ineptitudo, *inis*, f. die untüchtigkeit. Cæcilius apud Nonium 2, 455 pro *ineptia*, ut ipſe Nonius explicat.

¶ Ineptio, *ire*, ſich albern aufführen. Ter. Phorm. 2, 3, 73, *ineptis*, ſc. talia loquendo. Eadem reſpondendi eſt forma Adelph. 5, 8, 11.

¶ Redipiſcor, *iſci*, pro recuperare, wieder erlangen. Plaut. Trin. 4, 3, 15.

APIASTON, *i*, n. herba, alias Ratis, wendt, Apul. de Herb. c. 69.

ĂPIVM, *i*, n. *σέλινον*, herba, eppich, peterſilien. *Apium vivax*, Horat. 1 od. 26, 16. *Viridis apio ripæ*, Virg. Georg. 4, 121, quod vulgare eſt, & ſponte naſcens. Flura ejus genera Plinius recenſet 19, 8 pr. Et ſativum quoddam genus *defunctorum epulis feralibus dicatum*, Idem 20, 11 ſcribit. Sepulcrales coronas inde fieri ſolitas, Suidas ex Duride narrat. Inde Proverbium *Apio indigere*, de iis, qui deſperate decumbebant: de quo idem Suid. v. & Plutarch. Sympoſ & vita Timoleontis. Horatius ramen & ad conviviorum coronas apium adhibet 4 od. 11, 3, ubi vide interpretes. Plin. 19, 8, 48 *Honos apio in Achaja coronare victores ſacri certaminis Nemeæ*.

¶ Apiácus vel Apiánus, *a, um*, adject. quaſi ſimilis apio, wie eppich. Plin. 19, 8 *Braſſica apiana*, ut Harduinus ex MS. regio legit: alii codices itidem vetuſti *braſſica apiaca*, quod Catonis quoque libri habent c. 157, ad quem Plinius provocat. *Apianus* vid. in *Apis*.

¶ Apiacius, *a, um*, ex apio confectus, aus eppich; ut, *Apiacia corona*, Hyginus fab. 79.

¶ Apiatus, *a, um*, idem; ut, *Menſæ apiatæ*, Plin. 13, 15, quæ apii ſemen & grana denſe congeſta in ligni venis videbantur referre. Alii hoc adjectivum ſub *Apes* ſcribunt: ſed propius Plinio eſt, ad *apium* referre, quod etiam Harduinus in notis probavit.

ĂPLĀNES, *is*, *ἀπλανής*, i. e. *non diſcurrens*, ita vocatur ſphæra cœli firma & immobilis, quæ opponitur vagis ſtellarum ſphæris, Macrob. Somn. c. 6, 9, 11 &c.

Apluda, vide *Appluda*.

APLVSTRE & Apluſtrum, plural. apluſtria & apluſtra, *navium ornamenta*, ſchiffzierde. *Quæ quia erant amplius, quam eſſent neceſſaria uſu, etiam ampluſtria dicebantur*, ut tradit Feſtus. Ergo ab *amplius*, ampluſtre dictum grammatici volunt. Sed verius ex Græco *ἄφλαστον*, *apluſtre* & *apluſtrum*: pro quo veteſtiſſimi *ampluſtrum* dixerunt. Erat tabula affixa ad ſummitatem puppis ornamenti cauſa, interdum in ſcuti aut clypei modum, de cujus apice pinnæ ac criſtæ eminebant. Addebantur aliquando & tæniæ, aut vela parva. Vetus Scholiaſtes Iuvenalis ad Sat. 10, 136, ubi *victæ triremis apluſtre* memoratur, *Tabulatum* exponit, *ad decorandam ſuperficiem navis appoſitum*. Veteres Gloſſæ: *apluſtra, πτερὸν πλοίς*. Plura Salmaſius Exercitat. Plin. p. 404. Rutil. Itinerar. 1, 513 *Inconcuſſa vehit tranquillus apluſtria flatus*. Add. Dan. Heinſ. & Drakenb. ad illud Silii 10, 325 *Laceroque apluſtria velo*. conf. Lucan. 3, 586.

APLYSIA, *æ*, f. *ἁπλυσία*, peſſimum ſpongiarum genus, Plin. 9, 45. Apocalo, vide *Calo*.

ĂPŎCĂLYPSIS, *is*, f. *ἀποκάλυψις*, revelatio occultorum, ſive liber revelationum divinarum de ſtatu eccleſiæ novi teſtamenti, quas Iohannes Theologus accepit in inſula Pathmo, die offenbarung. Auguſtin. de S. Trinit. c. 49 *Apocalypſis eos laudat, in quorum ore non ſit inventum mendacium*. conf. Idem de C. D. 20, 17. Tertull. adv. Marc. 4, 5 *Apocalypſin Iohannis Marcion reſpuit*. conf. Iſidor. 6, 2.

¶ Apocalypticus, *a, um*, *ἀποκαλυπτικός*, adject. ut, *Apocalypticus liber*.

APOCARTĔRĒSIS, *is*, f. *ἀποκαρτέρησις*, propoſitum & electio mortis per inediam & famem, die verhungerung. Tertull. Apol. c. 46 *Lycurgus apocartereſin optavit, quod leges ejus Lacenes emendaſſent*. Quintil. 8, 5 *Luxurioſus ἀποκαρτέρησιν ſimulaſſe dicitur*.

Apocataſtaſis, apocataſtaticus, Apocauſis, vide *Stafis*, *Cauſticus*.

ĂPŎCHA, *æ*, f. *ἀποχή*, qua creditor teſtatur, ſatisfactum ſibi a debitore, eine quittung, ſchein. Scævola Lege ult. § Titius, Dig. de condict. indebiti: *cum poſtea reperiantur apocha partim ſolutæ pecuniæ*.

¶ Apocho, *are*, beſcheinigen: in Cod. Theodoſ. Lege 1 & 3 de Tribut. in ipſis ſpec. inferendis; ibi *apochandi licentia* notatur: hic *præſumptio apochandi* damnata eſt. Videtur autem idem eſſe quod ſpecies adærare, pecuniam pro ſpeciebus dare.

¶ Antapocha, *æ*, eſt, quam creditori dat debitor, eine handſchrift. Lege 19 Cod. de fide inſtrumentor. *antapochum ſuſcipere*: & mox *antapocham non recepit*.

APOCHŪMA, *ātis*, n. *ἀπόχυμα*, idem quod *Zopiſſa*, de quo infra, pech vom ſchiff, Dioſcor. 1, 83.

APOCLĒTI, *orum*, m. pl. *ἀπόκλητοι*, apud Ætolos ſanctius conſtituebant concilium. v. Liv. 35, 34 & 45: & 36, 28. conf. *Apolectus*.

Apocope, apocopus, Apocriſiarius, vide *Cope*, *Criſis*.

APOCRŌTVS, *a, um*, *ἀπόκροτος*, durus, aſper, rigidus, ſtarr, ex *ἀπὸ* & *κροτέω*, *pulſo*, *crepo*. Firmic. Math. 7 *Miſeri, apocroti, oligochronii, infelices*.

Apocruſticus, Apocryphus, vide *Cruſma*, *Crypta*.

Apoculo, apocularius, Apocynon, vide *Oculus*, *Cynicus*.

APODĒMĪCA, *æ*, f. *ἀποδημική*, prudentia bene peregrinandi in ſcholis dicitur, die kunſt zu reiſen.

APODERMVS, *a, um*, *ἀπόδερμος*, i. e. ex nucibus decorticatis confectus; ut, *Apodermum iſicium*, Apic. 2, 1.

Apodes, Apodicticus, vide *Podes*, *Apodixis*.

APODIOXIS, *is*, f. *ἀποδίωξις*, *rejectio* eſt, cum eludimus ab adverſario propoſita, hac vel ſimili aliqua formula: *Quid attinet de his rebus dicere, cum ad præſentem cauſſam nihil faciant?*

ĂPŎDIXIS, *is*, f. *ἀπόδειξις*, *evidens probatio*, Quintiliano 5, 10 ein augenſcheinlicher beweis. Conf. Cic. Acad. 2, 8; & Gell. 17, 5. Latine Petronius ſcripſit c. 132 *Rogo te, mihi apodixin defunctoriam redde*, quod Cujacio eſt remiſſio ſenilis ætatis, ſeu liberatio: Pithœo apocha: Wouverio libellus, quo oſtendit quispiam, ſe defunctum eſſe, ein todtenſchein: oppido ridicule, ut quidem forte aliud agens protulit Wouverius, quaſi vero mortuus bona ſe fide mortuum eſſe ſcripto teſtari cavereque poſſit. Luculenter oſtendit Gronov. Obſerv. 4, 13 ſignificari hoc loco leve tantum ſpecimen, velut cerimoniæ cauſſa editum. Vt adeo formula in re nequiſſima a Petronio adhibita ad alia multa honeſte transferri poſſit. Germ. laß einen kleinen verſuch, eine ſeriuse probe ſehen.

¶ Apodicticus, *a, um*, *ἀποδεικτικός*, i. e. *demonſtrativus*, erweislich. v. Gell. 17, 5: & Mart. Capella lib. 5 p. 152.

Apodoſis, vide infra *Doſis*.

APŌDYTĒRIVM, *i*, n. *ἀποδυτήριον*, locus erat ante balnei ingreſſum, ubi loturi ſe exuebant, auskleidſtube; ex *ἀποδύειν*, *exuere*. Vtitur Cic. ad Quint. Fr. 3, 1, 2 & 3, & Plin. 5 epiſt. 6.

APOGĒVS, *i*, m. a terra veniens, *ἀπόγειος*. Plin. 2, 43 extr. *Venti cum e mari redeunt, Tropici vocantur. ſi pergunt, Apogei*. Apogei ergo, e terra qui oriuntur. Vide Harduin. ¶ 2. Aſtronomis *apogeum* locus planetæ altiſſimus & a terra quam maxime diſjunctus.

Apographum, vide *Graphe.*

APOLACTIZO, *are*, ex græco ἀπολακτίζω, i. e. *calcibus repellere*, von ſich weaſtriben: translate *parvi facere, contemnere*, verachten. Plaut. Epid. 5, 2, 13 *Apolactizo inimicos omnes.*

APOLAVSTVS, *i*, m. ἀπολαυστὸς, voluptati ſerviens, ein pickelherinn. Capitol. in Vero c. 8 *Habuit & Agrippam histrionem, quem apolaustum nominavit.* Conf. Lamprid. in Commodo c. 7.

APOLECTVS, *i*, m. ἀπόλεκτος, delectus vel electus. Liv. 36, 28 *In concilio delectorum, quos apolectos vocant* &c. Gronov. habet *Apocletos.* ¶ 2. Eſt & *Apoclētus* piſcis idem, qui Athenæo *Synodontis* eſt, *major* ſcilicet *pelamis*, ein mittelmäßiger thunin. Plin. 9, 15 & 32, 11 *Thynnus* enim primum eſt *Cordyla*, deinde *Pelamis*, tertio *Thunus*, quarto *Orcinus*, poſtremo *catus*, ein walthunin. Geſn.

APOLINVM, *i*, n. herba alias *Thymelæa*, fellerhalß. Dioſc. 4, 167.

Apolis, Apollinaris, &c. vide *Polis, Apollo.*

APOLLO, *inis*, m. Ἀπόλλων, *Iove tertio natus & Latona*, Dianæ frater. v. Cic. Nat. D. 3, 23. Eum *ſolem* eſſe volunt, ubi ſororem ejus, Dianam *unam.* v. l. c. 2, 27. Dicitur *Phœbus, Delius, Thymbræus, Grynæus, Pythius, formoſus, imberbi*, &c. Variæ ejus fuerunt poteſtates. Fuit enim Muſarum præſes & carminis auctor; inventor Medicinæ; præles vaticinii: peritus ſagittandi: atque hoc nomine *Apollo* dictus ἀπὸ τὸ ἀπολούειν, quod jaculis perderet. Euſebius de præparat. Evangelica ab ἀπαλλαττων Apollinem nuncupatum indicat, quod ab ægrotationibus homines liberet. Alii, quod ſolus luceat, ab α & πολλοί. v. Macrob. Sat. 1, 17, ubi inter alia nomina ἀπέλλων; quaſi *apellens mala*, Athenienſibus ἀλεξίκακος dictus. Adde & Servium in Ecl. 5 Virg. qui vereres obſervat triplicem tribuiſſe poteſtatem Apollini: eundemque & *Solem* creditum apud ſuperos; & *Liberum patrem* in terris; & *Apollinem* apud inferos, peſtilentiæ juxta & ſalutis auctorem. Sidus *Apollinis*, quod alias *Mercurii*, ubi vid. Vid. Gallæus ad Lactant. p. 38, 40. Vates qua ratione factus ſit, ex veterum fabulis Lucanus 5, 79 ſeqq. docet: in quo tamen reprehenditur a Brouckhuſio ad Tib. 3, 4, 47. Labores ſuos lepide enarrat Apollo ap. Lucian. bis accuſ. p. 212. *Apollinem dextro, ſiniſtro* (i. e. bene vel male) *canere, ſcribere*, nota locutio eſt. Virg. Æn. 3, 395 *Fata viam invenient, aderitque vocatus Apollo. Tripus Apollinis* vas fuit aureum, tribus inſiſtens pedibus, a Vulcano ſtructum. v. Cic. de N. D. 3, 19. Ter. And 4, 2, 15 *Non Apollinis magis verum atque hoc reſponſum eſt*, es iſt die lautere wahrheit. De veritate oraculorum Apollinis v. Spanh. ad Callimach. H. in Apoll. v. 68 p. 88. ¶ 2. Pro perito conjectore & viro perquam docto uſurpat Virg. ecl. 3, 184 *Eris mihi magnus Apollo.*

¶ Apollineus, *a, um*, adject. ut, *Ars Apollinea*, pro vel medendi, vel vaticinandi arte, apud Ovid. 3 Triſt. 3, 10 *Proli Apollineæ medicamine*, i. e. Æſculapii. Idem Met. 15, 533. Et Met. 13, 631 *Intrat Apollineam ſociis comitantibus urbem*, i. e. Delum 9, 454. *Byblis Apollinei correpta cupidine fratris*, ubi *Apollineum* idem valere, re gemellum, Dreſigius cenſet, quod ſupra poëta dixerat: *Byblida cum Cauno protem eſt enixa gemellam.* Sed errat, Apollineus enim Caunus dicitur ab Apolline, cujus filius ex Acacallide Miletus erat, Cauni pater. v. Anton. Liberal. c. 30.

¶ Apollināris, *e*, aliud adject. ut, *Ludi Apollinares*, Cic. Att 2, 19, qui in cultum Apollinis celebrabantur. Conf. Feſt. & Macrob. Sat. 1, 17: Et Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 123. *Apollinaris laurea*, Horat. 4 od. 2, 9. ¶ 2. *Apollinaris* etiam, & *Apollinarius*, propria ſunt: tum aliquot celebrium doctorum & epiſcoporum; tum hæreticorum, in hiſtoriis eccleſiaſticis. Inter quos Apollinarius, *Sarcolatra* dictus. ¶ 3. *C. Sulpicius Apollinaris*, qui argumenta fabularum Terentii pauciſſimis verbis expoſuit, Pertinacis imperatoris præceptor fuit.

¶ Apollinar, *aris*, n. ſubſt. pro fano vel luco Apollinis. Ita Gronovio legi placet ap. Liv. 3, 63 *Vbi nunc ædes Apollinis eſt (jam tum Apollinar appellabant:)* vulgo *circum Apollinarem. Apollinar* ut *lupanar* & ſimilia.

¶ Apollinaria, æ, f. herba, quæ & Strychnos, nachtſchatte. Apul. de Herb. c. 74 *Apollinaris* dicitur Plin. 10, 26, 14.

¶ Apollinariſtæ, *arum*, m. ab Apollinari Alexandrino ejusque filio homonymo dicti, horum heterodoxian amplexi. v. Iſidor. 8, 5. Reineſ. Var. Lect. 2, 17 p. 278: quo ipſo loco, quem Ἀπολλινάριον Græce laudaverat, Latine *Apollinarem* vocat.

¶ Apollĭnos, *i*, n. mentaſtrum, wilde krauſemünze. Apul. de Herb. c. 90.

APOLLŎDŌRVS, *i*, m. Ἀπολλόδωρος, Athenienſis poëta Comicus, eodem quo & Menander fuit tempore: fabulas ipſius aliquot Suidas commemorat; ut & *Apollodori Tarſenſis* tragœdias. Ex Apollodoro, quod didaſcaliæ teſtantur, tranſtulit Phormionem ſuam & Hecyran Terentius. ¶ 2. Fuit & alius *Apollodorus Athenienſis* grammaticus: cujus libri bibliothecæ, ſive de Origine Deorum exſtant, de quibus multa Salmaſius Exercit. Plinian. ¶ 3. *Apollodori tyranni* mentio apud Senecam de Benef. 7, 19, & de Ira 2, 4. Vtrobique jungitur Phalaridi, par videlicet pari. Conſule & Muret. 16 Var. Lect. 7. ¶ 4. *Apollodorus* quoque *Epicuri* diſcipulus celebris, καπνόλουπος dictus, quaſi fuo regnator in horto. Laërt. lib. 10. ¶ 5. *Apollodorus Pergamenus* rhetor, Cæſaris Auguſti præceptor. v. Strabo lib. 13; Quintil. 3, 1. De his & pluribus vid. Fabric. Bibl. Gr. 2, 19; 3, 15; 11. 3, 27 §. 7.

APOLLONIA, æ, f. Ἀπολλωνία, nomen eſt celebrium aliquot civitatum in *Epiro*, in *Creta*, in *Syria*, & in *Thracia*, Plinio teſte lib. 4 & 5. Stephanus Byzant. de Vrbibus, *Apollonias* 25 percenſet. Epiri civitatem optimis legibus inſtitutam Strabo lib. 7 prodit. Et inde eo Auguſtus ſtudiorum cauſſa feceſſit, ut ex Dione & Suetonio conſtat.

¶ Apolloniātæ, *arum*, m. pl. cives Apolloniæ, qui varii ſunt, prout urbes hujus nominis diverſæ. Plin. 5, 30 & alibi. *Apolloniatûm oppidum*, Idem 3, 11 de Epiro.

¶ Apolloniāticus, *a, um*, adj. ut, *Bitumen Apolloniaticum*, Plin. 35, 15.

¶ Apollonienſis, *e*, adject. aliud; ut, *Apollonienſis civitas*, Cic. Verr. 3, 43. conf. Tac. An. 2, 47, 4.

¶ Apollōnis, *idis*, f. urbs Aſiæ minoris Straboni lib. 13 prope Pergamum & Sardes. Vnde

¶ Apollonidenſes, *ium*, Ciceroni pro Flacco c. 29, & 32; ſive *Apollonidienſes*, ut Plinius vocat 5, 30, dictos ab *Apollonidea* Lydiæ.

¶ APOLLŌNIVS, *i*, m. Ἀπολλώνιος. Sic dicti plurimi magni & erudiri homines. ¶ 1. Inter eos *Apollonius Molonis Rhodius*, apud quem Cicero adoleſcens Rhodi cum admiratione & ſtupore ipſius declamavit, quem perperam nonnulli *Molonem* appellant, cum potius *Molonis* appellandus ſit, ut Suetonius vocat Cæſ. c. 4, ubi omnino videndus Caſaubonus eſt. p. 134 ſq. conf. Quintil. 12, 6: & Cic. in Bruto c. 91. Is Apollonius Romæ poſtea docuit. ¶ 2. *Apollonius* alius *Alabandenſis* fuit, (eſt autem Alabanda, Cariæ oppidum in Aſia) dicendi magiſter, ſummus doctor, ut eum Cicero appellat de Orat. 1, 28: qui cum mercede doceret, non patiebatur tamen eos, quos oratores evadere non poſſe judicaret, operam apud ſe perdere, dimittebatque unumquemque ad quamcunque artem, cui aptus ipſi videretur, atque ad eam impellere talem & hortari ſolebat. *Nam qui non poteſt* (inquit cap. ſeq. Cicero) *qui vitioſe facit, quem denique non decet, hunc (ut ait Apollonius) ad id, quod facere poſſit, detradendum puto.* ¶ 2. *Apollonius* Alexandriæ natus, & *Rhodius*, quod Rhodi degeret, appellatus; diſcipulus Callimachi, Eratoſthenis Grammatici æqualis, & mox ſucceſſor in præfectura Bibliothecæ apud Ptolemæum Evergeten: ſcripſit *Argonautica*, quæ exſtant. ¶ 4. *Apollonius Tyanæus*, maximus magus & præſtigiator ſuo tempore fuit: isque in tanta admiratione, ut vel Chriſto ipſi præferrent. Hujus vitam ita ſcripſit Philoſtratus, ut Eunapius dixerit, rectius inſcripturum fuiſſe ἐπιδημίαν εἰς ἀνθρώπους Θεοῦ. v. prolegom. & paſſim notas Olearii. Add. Vopiſc. in Aureliano c. 24; Lactant. 5, 3; & Cæl. Rhod. 17, 13. Sermonis animalium peritus erat. Stans ante Domitianum repente non comparuit. Vid. Voſſ. de Hiſt. Græc. 2, 14 p. 185, qui eo in opere plures *Apollonios* ſuppeditabit.

Apologatio, Apologia, apologus &c. vide *Logus.*

ĀPŌNVS, *i*, m. fons calidis & medicatis aquis, non procul a Patavio. Sic dictus videtur, quod ſine dolore remedium afferat. Vnde Claudian. idyllio 6, quod totum de hoc fonte agit: *Amiſſam lymphis reparant impune vigorem, Placaturque ægro luxuriante dolor.* Vid. Caſſiodor. 2 Var. epiſt. 39. Ejus aqua non modo ſalubris, ſed & fatidica credita. Idem Claudianus principio carminis: *Fons Antenoreæ vitam qui porrigis urbi*, & v. 4 *Quum tibi* (o fons) *Phœbeus carmina dictet honos.* Adde Silium 12, 219. Vnde conſultans Tiberius ſortes in eum fontem conjecit. Lege Suet. Tib. c. 14. Videturque hæc reſpexiſſe Lucanus 7, 192, cum neſcio quem augurem de Pompeji clade ad Aponi fontem prædicere facit.

¶ Aponinus, *a, um*, adject. ut, *Aponinæ ſortes*, quod Caſaubonus & Gruterus legunt in Vopiſci Firmo c. 3, ubi vulgo legitur *Apeninis*: id quod idem Caſaubonus etiam in Claudio Pollionis c. 10 ad hunc modum correxit, *Quum in Aponino de ſe conſuleret*, non Apennino; & interpretatur *in Aponi fonte.*

ĀPŌPHĀSIS, *is*, f. ἀπόφασις, negatio; ab ἀπόφημι, quam figuram tropum eſſe negavit Quintilianus 9, 2, exemplum ejus ponens ejusmodi: *Non agam tecum jure ſummo, non dicam, quod fortaſſe obtinerem.* ¶ 2. Dicitur *Apophaſis* ab ἀποφαίνω, *in lucem profero, rerum* ſeu *bonorum annotatio*, quam *Inventarium* vulgo dicunt, ſed ἀπογραφὴ proprie eſt, ein inventarium.

Apophlegmatiſmus, Apophoreta, vide *Phlegma, Phora.*

APOPHTHEGMA, *ătis*, n. ἀπόφθεγμα, Cic. de Amic. c. 1 *breviter & commode dictum*; & Offic. 1, 29 interpretatur *facete dictum*; non cujuslibet tamen, ſed oratorum, ducum, legatorum &c. ut Eraſmus monet, ein nachdencklicher ſpruch. Vt Cato dixit: *Homines nihil agendo diſcunt male agere.* Epicharmus dixit: *Sobrius eſto, & memento diffidere.* Pericles orator dixit: *Se amicum eſſe, ſed usque ad aram*, h. e. citra violationem religionis. Auguſtus in ore ſubinde habuit, σπεῦδε βραδέως, *Feſtina lente.* Apophthegmata a ſene Catone collecta, & Cæſarem *volumina confeciſſe* ἀποφθεγμάτων teſtatur Cic. Off. 1, 29 & fam. 9, 16. Exemplum Cæſaris vide in *Abſum* n. 2. Collegit Apophthegmatum ingens & utiliſſimum volumen Eraſmus, quod ſtudioſis literarum ſedulo cognoſcendum eſt.

¶ Apophthegmatĭcus, *a, um*, ἀποφθεγματικὸς, nachdencklich; ut, *Genus dicendi ap phthegmaticum*, Quintil. 6, 3.

APOPHŸGIS, *is*, f. ex ἀποφυγή, eſt effugium ſive remedium columnæ, annulus ſcil. ferreus affixus, ne ad pondus findatur, Vitruv. 4, 7. conf. Bald. Lex. p. 11. Hodie fere eo nomine venit mollis & cava membrorum in columnis commiſſura ſuperior vel inferior.

Apoplaneſis, vide *Planus* priori brevi.

APOPLEXIA, æ, f. ἀποπληξία ex ἀποπλήσσω. *percutio*, morbus ex reſolutione nervorum, der ſchlag; cui morbo, ut cæteris morbis frigidis, *materiam præparant immodicæ ac aſſiduæ crapulæ, cruoque coëlinem impedientes, & coacervantes in cerebro crudos & viſcoſos humores*: Peucer. *Illam ſanguinis* Græce ἀποπλῆξιν vocat Victor Iunior c. 16 in L. Annio Vero. Hunc enim tali morbo periiſſe contentiunt hiſtoriarum conditores. Corn. Celſus 3, 26 & 27 Græce ἀποπληξίαν appellat.

¶ Apoplexis, *is*, f. Græce ἀποπλῆξις, idem ſonat. Capitolinus de illo L. Vero c. 9 *Morbo, quem apoplexin vocant, correptus Lucius.* Et in vita Marci c. 14 *Lucius apoplexi arreptus periit*, ut Palatinus habet, quamvis Regius *apopleſia*, quod ex *apoplexia* eſt. De eodem Eutropius 8, 5 *Subito ſanguine ictus, caſu morbi, quem Græci ἀποπληξὶν vocant.* conf. Tertull. de Anima c. 53.

¶ Apoplecticus, *i*, m. ἀποπληκτικὸς, den der ſchlag gerühret hat.

APOR, antiqui dixerunt pro *Apud*, Feſt.

ĀPŎRIA, *æ*, f. ἀπορία, *dubitatio, inopia*: vel quod via πόρος non eſt, vel quod electio difficilis, die zweifelhafftigkeit, dürftigkeit; ut, *Mira me aporia torquet*, Cic. Att. 7, 21. conf. ibid. 15, 4; & 16, 8. Sirac. 27 v. 5 & ita vulgo apud Senecam epiſt. 87.

¶ Aporior, *ari*, ita vulgatus Interpres vertit ἀπορεῖσθαι, *dubitare, hæſitare*, im zweifel ſtehen, ungewiß ſeyn. Vid. 2 Cor. 4, 8; Eſ. 59, 16. Vius & Ambroſius Serm. 85 p. 384.

¶ Aporiatio, *onis*, f. idem quod *Aporia.* Tertull. de præſcript. c. 49 *De aporiatione conceptus atque prolatus.*

¶ Aporon, *i*, n. ἄπορον, controverſiæ genus inexplicabile, ein zweifels-knoten. Gell. 9, 15.

Apoſcopon, vide infra *Scopus.*

APOSIOPĒSIS, *is*, f. ἀποσιώπησις, Latine *Reticentia*, figura, qua præ affectu & indignatione pars aliqua orationis ad ſententiam neceſſaria reticetur. v. Quintil. 8, 3; & 9, 2. Sic Virg. Æneid. 1, 139

Quos ego. Sed motos præſtat componere fluctus.

Apoſpaſ-

Apospasmatia, Aposphragisma, Aposplenos, Apostasia, apostata, &c. vide *Spasmus, Sphragis, Splen, Stasis*.

APOSTĒMA, *ătis*, n. ἀπόσημα, suppuratio, ein geſchwär, fit ex concurſu mali humoris in certam aliquam corporis partem. Plinius 20, 3 de quodam cucurbitarum genere: *Medetur cum quibusdam farinationibus, quæ Græci vocant apostemata.* Et lib. 25 c. ult. *Si non glandulæ inguinibus apostemata fanat.* Celſius 2, 1 *abſceſſus* vocat. *Abſceſſus*, inquit, *corporis, quæ ἀποσήματα Græci nominant.*

APOSTŎLVS, *i*, m. ἀπόστολος, legatus, ein geſandter, ab ἀποστέλλω, *mitto*. ¶ 2. καὶ' ἐξοχήν vocamus ita illos duodecim, quos Evangelii per orbem univerſum prædicandi cauſſa Chriſtus adlegavit, ein apoſtel, in veteribus canticis, ein zwölffbote. Tertull. de præſcript. c. 20 *Apoſtolos hæc appellatio miſſos interpretatur.* ¶ 3. Quin & alii ſic vocati, qui ad prædicandum adhiberentur, quomodo Epaphroditum Pauſſus *Apoſtolum* vocat ad Philipp. 2 v. 25. Vide & *Apoſtola*, de qua poſtea. ¶ 4. *Apoſtoli* dicuntur vulgo, quos *dimiſſorias literas, dimiſſorios libellos* alios vocant; de quibus exſtat Titulus lib 49 D. Modeſtinus ICt. Lege *Dimiſſorie* D. de verb. ſign. *Dimiſſoriæ*, inquit, *literæ dicuntur, quæ vulgo Apoſtoli dicuntur. Dimiſſoriæ autem dictæ, quod cauſſa ad eum, qui appellatus eſt, dimittitur.*

¶ Apoſtola, *æ*, f. fœmina Chriſtum prædicans. Radulphus Ardens homil. in die S. Patchæ p. 367 de fœminis, quæ Chriſti reſurrectionem diſcipulis annunciare jubebantur: *ipſe ipſos doctores docuerunt, unde & Apoſtolæ Apoſtolorum nuncupari poſſunt.* Et in veteri Chronico, quod deſcribit Silveſter de Prier. in aur. roſ. fer. 5 infra oct. Patchæ, Magdalena ſic loquens inducitur: *Ego prædicatrix & apoſtola fui.*

¶ Apoſtolicus, *a, um*, adject. apoſtoliſch; ut *Symbolum Apoſtolicum*. Et Tertullianus ita eodem loco, ex quo mox verba proferemus, *Eccleſiam Apoſtolicam & doctrinam Apoſtolicam* dixit. Prudentius Hamartig. v. 522 *Oris Apoſtolici teſtis ſententia prodit.* ¶ 2. *Apoſtolici viri*, & interdum ſimpliciter, quaſi que ſubſtantive *Apoſtolici* vocabantur Apoſtolorum fideles & conſtantes in Evangelio prædicando diſcipuli, atque adjutores. Tertull. de præſcr. adv. hær. c. 32 *Evolvant ordinem epiſcoporum ſuorum, ita ut primus ille epiſcopus aliquem ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris, qui tamen cum Apoſtolis perſeveraverit, habuerit auctorem & anteceſſorem.* Paullo poſt: *Licet nullum ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis auctorem ſuum proferant.* ¶ 3. *Apoſtolici* etiam hæreticorum nomen eſt, quod ipſi ſibi indiderunt. Sed hi duorum fuere genera. Quos enim Auguſtinus memorat c. 40 de Hæreſ. vetuſtiores ſunt. Hi *in ſuam communionem non recipiebant utentes conjugibus & res proprias poſſidentes, ſimiles Encratitis*, quorum & propaginem eos fuiſſe, ad eum Auguſtini locum non mele cenſet Danæus p. 109. Alii erant, in quos ſua viventes ætate invehitur Bernhardus ſerm. 66 in Cantic. ruſticanos homines & idiotas appellans, Manichæorumque dogmata quædam in iis notans. Vid. Iſidor. 8, 5; & Viſſer. c. 8 de Chriſt. Eccl. ſucceſſ. n. 23. ¶ 4. In veterum monumentis *Apoſtolicus* fæpe idem eſt, quod Papa. Crebro ita loquitur Scriptor appendicis ad Eutropium, apud Flacium Catal. reſt. verit. ut inter alia p. 163 (ed. Bas. 1556.) *miſſi Imperatoris & Apoſtolici.* Rad. Ardens hom. dom. 3 poſt Paſch. *Hoc ſequens dominus Apoſtolicus vocat ſe ſervum ſervorum Dei.* ¶ 5. Et ſicut Papæ nomen cuilibet Epiſcopo fuit quondam commune: ita videas & *Apoſtolicum* ſiſurpari pro Epiſcopo, ut in Epitaphio Trophimi primi Arelatenſium Epiſcopi:

Trophimus hic colitur, Arelatis præſul avitus,
Gallia quem primum ſenſit Apoſtolicum.

in itinerario Stunicæ, quod inferitur Biblioth. Hiſpan. p. 632. Sic Autor vitæ Lamberti Epiſcopi Tungrenſis, apud Greteſ. lib. 2 de Cruce c. 20 f. 416 *Ipſe dominus Apoſtolicus* (de hoc Lamberto ſermo eſt) *capite & humeris, & toto corpore nive eſt tectus.*

¶ Apoſtolatus, *ûs*, m. officium apoſtoli, das apoſtel-amt. Tertull. adv. Marc. 1, 20 *Petrum cæterosque, columnas Apoſtolatus, a Paulo reprehenſos opponunt.* Et contra eumdem 5, 1 *Ordinato officio apoſtolatus.* Et Sidon. 7 ep. 4 *Apoſtolatus veſtri patrocinio.* Et pro officio ſummi Romanorum pontificis. Paulus Warnefr. 4 Longob. c. 30 *Gregorii in locum ad Apoſtolatus officium Sabinianus eſt ordinatus.*

¶ Pſeudapoſtolus, *i*, m. ψευδαπόστολος, ein falſcher lehrer. Tertull. de præſcript. adv. hæret. c. 4 *Qui Pſeudapoſtoli, niſi adulteri evangelizatores.* v. Idem de Reſurrect. c. 24, & contra Marcion. 4, 3.

Apoſtrophe, apoſtrophus, vide *Stropha*.

Apoteleſma, apoteleſtus, Apotheca, vide *Telos, Theca*.

APOTHEŌSIS, *is*, f. ἀποθέωσις, conſecratio, ſive relatio inter divos; ut in Imperatoribus olim demortuis fiebat, quod Auguſtus apud Romanos inſtituit: cujus ritum Herodianus 4, 2 accurate exponit, die vergötterung. Conf. Demſter. ad Roſin. Antiq. Rom. 3, 18. Barth. ad Æn. Gazæum p. 125 ſeqq. Alex. Neap. 6, 4. Voſſ. de Idolol. 3, 4, 17. Vocem hanc Græcam habet Cic. ad Att. 1, 16; & 12; 12 & 36; Tertull. Apol. adv. Gentes c. 34. Latini vocant *conſecrari*, Plin. Paneg. c. 10, *dicari cœlo*, ibidem c. 11, & inter *divos referri*, Eutrop. paſſim; vide in Tito, Nerva, Trajano &c. Idem *divum appellari*, ut in Auguſto idem dixit. Conjungit interdum Eutropius plures appellationes, ut in Claudio: *Poſt mortem conſeeratus eſt, divusque appellatus*: & in Antonino Pio: *Inter divos relatus eſt, & merito conſecratus.* Quæ cauſſa aut ratio ſubfuerit huic ritui, oſtendit Plin. Paneg. c. 11: & Lactant. 1, 15.

Apothermus, Apotheſis, Apozema, Apocimo, vide *Thermæ, Theſis, Zema, Zyma*.

Apparatio, apparo, &c. Appareo, apparitio, apparitor &c. Appellatio, appello, *are*, &c. Appello, *ere*, Appendeo, Appendicula, appendix, appendo, Appetitus, appeto, &c. vide *Paro, Pareo, Pello, are, Pello, ere, Pendeo, Pendo, Peto*.

Appianus, &c. Appingo, Appion, vide *Appius, Pingo, Apion*.

APPIŌSVS, *a, um*, taubſchwindlicht; forte ab *apium*, cujus herbæ ſemen utile in ſanando hoc equorum morbo. Veget. 2, 2 *Animal appioſum*: & c. 10 *Iumentum appioſum*.

APPIVS, *i*, m. prænomen Romanum, ab apii corona, quam primus ejus nominis meruit. Cæterum in familiare & quaſi gentilitium Claudiæ gentis nomen abiit. v. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 29. ¶ 2. *Appius Claudius Cæcus*, in veteri Romana hiſtoria nobilis, diſturbata maxime cum Pyrrho pace. De quo Ovidii illud eſt Faſt. 6, 203, cum de Bellonæ hoc dedicato auctore verba faceret: *Appius eſt auctor: Pyrrho qui pace negata Multum animi vidit, lumine captus erat.* Inter priſcos oratores eum Cicero commemorat in Bruto c. 14: qui & alibi ejus mentionem fecit. vid. infra *Claudius*. ¶ 3. Fuerunt & alii plures in gente Claudia hoc prænomine, de quibus Sueton. Tiberii vita prioribus capitibus 4. Nam duxit Tiberius ex hac ſtirpe paternum juxta atque maternum genus. ¶ 4. *Appii os habere*, Varinius ad Cic. 5 epiſt. 10 dixit, id eſt *impudentem eſſe*. Sed incertum, de quo ibi Appio loquatur. ¶ 5. Ad *Appium Pulchrum* exaratus eſt liber tertius epiſt. fam. Cic. qui *Cæci* fuit trinepos.

¶ Appia, *æ*, f. abſol. ſc. & *Appia via*, lapidibus ſtrata, a Roma ferens Capuam, & inde Brundiſium usque, opus Appii Claudii Cæci. v. Liv. 9, 29. Horat. 1 Serm. 5, 6 *Minas eſt gravis Appia tardis*, ſubaudito viæ vocabulo. conf. Cic. ad Att. 8, 16 &c. Stat. 2 Silv. 2, 12

Appia longarum teritur regina viarum.

¶ Appias, *ădis*, f. Patronym. Variis applicari poteſt. Ovidius de Arte am. 1, 83 *Appias exprimit arma puſtet aquis*, ubi Aqua Appia f. Claudia (quo nomine potior eſt) intelligitur. Et de Remed. Am. v. 660 *Non illas lites Appias ipſa probat*, id eſt Venus, cujus templum in foro C. Cæſaris fuit, juxta aquam Appiam. Ovidius de Arte 3, 451

Has, Venus, e templo multo radiantibus auro
Lenta videt lites, Appiadaque Dea.

Vbi Cæl Rhodiginus Antiq. Lect. 12, 1 per *Appiadas Deas* Pacem, Pallada, Concordiam, Venerem, Veſtam intelligendas putat. Sed Heinſius *Appiades tuæ* legit & meretriculas intelligit. Rectius Bentl. ad Hor. 1 O. 22, 14 & Burm. ad l. c. Ovidii ſtatuas nympharum intelligunt, aquas ore, papillis &c. ejaculantes. Ad Deas hanc alluſit Cic. fam. 3, 1 ad Appium: *Minervam non ſolum Palladia, ſed etiam Appiada nominabo.* vid. Conrad. ad h. l.

¶ Appiānus, *a, um*, adject. ut, *Appiani legati*, Cic. fam. 3, 7. Sic *Appiana mala* refert in aliis pomorum generibus Plinius 15, 14, ab Appio inſitore nominata.

¶ Appianus, *i*, m. ſubſt. Alexandrinus, ſcriptor hiſtoriæ Romanæ de bellis civilibus, de quibus exſtant libri quinque, præter libros Illyricum, Celticum, Libycum, Syriacum, Parthicum, & Mithridaticum bellum complectentes. Vixit temporibus Hadriani principis, quod ipſe in Syriac. p. 83 ed. Car. Steph. prodidit. v. Voſſ. de Hiſt. Gr. 2, 13. ¶ 2. *Appiani* populi Plin. 5, 29; Cic. fam. 3, 9.

¶ Appianum, *i*, n. pigmenti ſive coloris viridis genus Plin. 35, 6.

¶ Appietas, *ătis*, f. Hoc nomine Tullius fam. 3, 7 lepide utitur pro nobilitate Appiorum, qua gloriabantur, quam negat apud ſe multum valere.

Applaria, Applaudo, applauſus, &c. Applicatio, applico, &c. Applodo, Apploro, vide *Apalar, Plaudo, Plico, Plaudo, Ploro*.

APPLVDA, *æ*, f. (ſunt & qui *Appludam* ſcribant) milii eſt & panici, & ſeſami purgamentum, quemadmodum Plinius ſcripſit 18, 10, die hülſen vom hirſen und deralleichen gewächs. ¶ 2. Nonius 2, 11 item que Gellius 11, 7 auctores ſunt, frumenti furfures ruſticos veteres *appludem* dixiſſe, kleyen. Navius apud Feſtum: *Non hercle appludi eſt hodie, quam tu, nequior.* vide Burman. ad Phædr. 4, 17, 4. ¶ 3. Sunt quoque apud Feſtum, *qui applodem ſcribitantis ingeniſſimum putent genus, quod ſatu deficiatur & quaſi applodatur*, ein ſurpleitt.

Applumbo &c. Appluo, Apporrectus, Appoſco, Appoſitus, Appotus, vide *Plumbum, Pluo, Rego, Poſco, Pono, Poto*.

Apprecor, Apprehendo, &c. Appretio, Apprimo, Apprimis, e, Approbo, &c. Approbro, Appromitto, Approno, Appropero, Appropinquo, approximo, &c. vide *Precis, Prehendo, Pretium, Premo, Prior, Probus, Probrum, Mitto, Pronus, Properus, Prope*.

Appulejus, Appulſus, Appulus, vide *Apulejus, Pello, ere, Apulia*.

Aprarius, Apricatio, &c. Apriculus, vide *Aper, Apricus, Aper*.

APRĪCVS, *a, um*, ſoli expoſitus, an der ſonnen gelegen, quaſi ἄφως φέγγους, h. e. horroris expers; vel ab *aperiendo*, quaſi *apericus*, id eſt, ſoli apertus, quod Salmaſio placet ad Solin. f. 990, ubi ſimul docet, apricum vocari non omnem ſoli expoſitum locum, ſed eum demum, qui ſoli tepido, leni, temperato, non torrentiſſimo patet. *Apricus campus*, Horat. de Arte v. 162. *Terra aprica*, Virg. Æn. 6, 312. *Colles aprici*, Id. Ecl. 9, 49. Tibull 1, 4, 15. *Annus in apricis maturat collibus uvas.* Horat. 1 epiſt. 6, 24 *Quicquid ſub terra eſt, in apricum proferet ætas*, es iſt nichts ſo klein geſponnen, es kommt doch endlich an die ſonnen. *Aprici flores*, Id. Od. 1, 26, 7: *flatus*, warme winde, Colum. 1, 5. *Aprici ſenes*, Perſ. Sat. 5, 179, die nach dem warmen kriechen. Amant enim tenes apricari deficiente calore nativo: & eo fine in ædibus habebant *ſolaria* ſive *heliocaminos* veteres. Erantque hæ ἡλιώσεις ſive *inſolationes* (ira enim vocabant) inter præſidia valetudinis: de quo Mercurialis in arte Gymnaſt. itemque Torrent. ad illud Horatii 1 Ep. 20, 24 *Corporis exigui, præcanum, ſolibus aptum.* Graduum quoque patiens hoc adjectivum eſt. Columella 11, 3 *Locis aprioribus.* Idem 9, 14 *Apriciſſimo die.*

¶ Aprīcor, *ari*, in aprico eſſe, an der ſonnen liegen. Cic. Tuſc. 5, 32 *Alexander offecerat Diogeni apricanti.* Varro ap. Nonium 2, 65 *Quotidie hyeme in ſole apricari.* Colum. 8, 4 *Habere clauſam* (gallinam) *oportet amplum veſtibulum, quo prodeat, & ubi apricetur.* ¶ 2. Paulinus Iambo ad Cytherum activa forma poſuit v. 311

Martinianum ſuſcipit fraternitas, Teſtoque apricat & cibo.

Vbi not. *Apricare* pro *fovere, refocillare* dictum eſſe, quamvis duriuſcule, ut nobis videtur. Active etiam Palladius dixit 1, 38 *Ventis frigidioribus altus paries reſiſtat, qui locum poſſit defenſis ſedibus apricare.*

¶ Apricatio, *ōnis*, f. die wärmung an der ſonnen. Cic. 7 Att. 11 *Vnam tecum apricationem in illo Lucretino tuo ſole malim, quam regna.* Id. de Senect. c. 16 *Apricatione calere.* Colum. 8, 8 *Ad apricationem egredi.* Sic dicere poſſumus: *Apricatione candefacere*, bleichen.

¶ Apricĭtas, *ātis*, f. die wärme, ſommer-wetter. Iuſtin. 36, 3 de baliameto Hierochuntino: *Non minor loci ejus apricitatis, quæ habetur, admiratio eſt: quippe cum toto orbe regionis ejus ardentiſſimus ſol ſit, ibi tepidi aëris naturalis quædam, ac perpetua apricitas ineſt.* Minus bene codices quidam vulgati *opacitatis*, & *opacitas* hic habent. *Apricitas diei*, Colum. 7, 4 pro calore, ein warmer tag. *Regio apricitatis inclytæ*, Plin. 6, 15.

Aprilis, *is*, m. der april, mensis, quem ab *aperiendo*, quasi *Aperilem*, quod ver tum omnia aperiat; sive ut Varronis apud Censorinum c. 21 verba sunt, *quod tunc fere cuncta gignantur, & nascendi claustra natura aperiat*, veteres dictum voluerunt. Quod minus verisimile tamen Iosf. Scaligero duabus caussis videbatur. Primum, cum annus initio 10 tantum mensium fuerit, non possunt menses fixas stationes temporum habuisse, sed cos semper vagos fuisse necesse est. Quo factum, ut Aprilis semel tantum in tempus vernum incideret, & post duodecim annos Romuleos, hoc est, Lunares decem in orbem demum rediret. Deinde, ea nomina, quæ a verbis descendunt, penultimam corripiunt; ut *probabilis*, *utibilis* & ex eo *utilis*; *facilis* sive *facilis*: quam producunt, quæ a nomine derivantur; ut *equus equilis*: *ovis ovilis*: *caper caprilis*: exceptis tamen paucis, ut *humus humilis*, & si quæ alia sunt. His ita constitutis existimabat *Aprilem* potius ab *Apro*, hoc est, *porco* dictum fuisse. Vt enim Athenis erat ἑλαφηβολιών, hoc est, *cervilis mensis*: ita *Aprilis* κατηρβολιών, sive κατηροβολιών Romanis fuit. Hæc a Scaligero se accepisse Ianus Rutgersius ad Horatii 4 od. 11 refert, eaque valde probara fuisse præceptori suo Gerardo Vossio, ibidem commemorat. Etiam Ovidius cum Fast. 4, 61 sqq. de nomine hujus mensis disputat, illam eorum rationem, qui ab aperiendo deducunt, non obscure rejicit; sed illos tamen sequitur, qui a Græco ἀφρὸς *spuma*, dictum tradiderunt: quod scilicet mensis ille Veneri, quæ de spuma maris nata, sacer esset. Et est Horatius quoque in ea opinione in illa ipsa od. 11 l. 4 v. 15, cum ait:

Qui dies mensem Veneris marinæ Findit Aprilem.

Nam *Venus marina* Aphrodite est, sive de spuma nata. Carolo magno dictus hic mensis, der oster-monat: quam appellationem adhuc Saxones quidam retinent. ¶ 2. Adjective Cic. fam. 1, 9 *Nonis aprilibus mihi est senatus assentus*. Et 3, 11 *Dies erat adscripta nonarum aprilium*. conf. Ovid. Fast. 4, 621.

Aprinus, vide *Aper*.

APRONIVS, *i*, m. nomen Romanum. v. Cic. Tac. &c.

¶ Apronianus, *i*, m. idem, Tac. A. 1, 76, 6. v. Burm. ad Quint. 7, 2 p. 702. ¶ 2. Adject. *Apronianum Senatus consultum*, apud ICtos. Et apud Plin. 15, 25 *Cerasorum Apronianæ maxime rubent*.

¶ Apronia, *æ*, f. Plautii Silvani conjux. Tac. An. 4, 22, 1. ¶ 2. *Apronia* herba, *quam propriè Bryoniam vocant*, fickwurz. Plin. 23, 1.

APROXIS, *is*, f. herba, *cujus radix e longinquo concipit ignes*, Plin. 24, 17.

APRVCO, *onis*, f. alias saxifraga, steinbrech. Apul. de Herb. c. 97.

Aprugnus, vide in *Aper*.

APSIS, vel Absis, *idis*, f. ἄψις, Homero est ligneus circulus rotæ, in quo figuntur radii, der bogen am rad, die felgen; *rotæ curvatura*, ut Ovidius Met. 2, f. 108 appellat in descriptione solaris currus. ¶ 2. Et curvatura fornicis ita appellatur, der gewelbe-bogen. Plin. 2 epist. 17 *Annectitur angulo cubiculum in absida curvatum*. Invenies & apud Paullinum Nepius epist. 12, ubi ecclesiarum structuras describit, ex quo Salmasius ad Solin. p. 853 docet, apsidem esse cameram, intra quam reliquias martyrum veteres facraverint. Augustin. epist. 203 *In futuro Christi judicio, nec absides quadratæ; nec cathedræ velatæ*. ¶ 3. Anastasio Bibliothecario *Absida*, *absidæ*, dicitur: qui infinitis locis eo vocabulo usus est, quod ad Spartianum Salmasius observat p. 148. ¶ 4. Plinius in stellis *absides* vocat punctum circumferentiæ summum; quem flexa ex Arabica voce astrologi *augem* appellant: ut lib. 2 c. 15 *Prima circulorum, quos Græci absidas in stellis vocant*. Et mox: *Ergo ab alio cuique centro absides sua exsurgant*. v. Voss. 2 de Vit. serm. p. 177. ¶ 5. *Apsides* etiam sunt lances rotundæ escariæ, schalgen, schüsseln. Vlpian. l. 19 § 6 ff. de aur. arg. leg. *Aurea emblemata, quæ in absidibus argenteis sunt*. Conf. l. 32 § 1 ff. eod.

APSYCTVS, *i*, m. ἄψυκτος, ex *a fine* & ψύξις, *frigus*; gemmæ species Plin. 37, 10.

APTĔRA, *æ*, f. Cretæ oppidum, *Apteria* Ptolemæo, *Apteron* Plinio 4, 12. Nomen Stephanus dicit esse a Sirenibus, quæ exutæ pennis, cum victæ ibi essent a Musis cantu, in mare deciderunt.

Aptitudo &c. Aptoton, Aptus, vide *Apiscor*, *Ptosis*, *Apiscor*.

APVA, *æ*, f. piscium minimi genus, ein meergrundel, grundling. Geiner. Vide *Aphya*. *Apua cobitis*, ἀπὺη κωβιτις, sinckt, sinckling. *Apua Phalerica*, ἀφὺη φαληρικη, weissisch. Hadrian. *Patina de apua*, Apic. 4, 2. ¶ 2. *Apuæ* meerfeelen dicuntur, etiam nostrates pisciculos a parvitate dictos, meerfeelen, vocant meerlisgen. *E pluvia nasci* ait Plin. 31, 8. ¶ 3. Est & *Apua* oppidum Liguriæ, in Thusciæ confinio, quæ hodie *Pontremoli*; Vnde

¶ Apuani, *orum*, m. pl. Ligures apud Livium 40, 41.

APVD, præpos. bey, an, neben, ex *weri*: subjicitur nominibus localibus & personis. Localibus addita habet quamdam cum *ad* vel *prope* vel *juxta* vel *in* cognationem: ut Cic. fam. 15, 3 *Apud opidum Cybistra castra feci*, &, *ad Cybistra quinque dies commoratus sum*. Id. apud Nonium 2, 1 *Cato apud focum sedens*. Ibid. Sisenna: *Apud ignem, ant fenet. Apud forum* pro *in foro*, Ter. And. 1, 5, 20; & 3, 1, 3, am markt. *Apud me domi*, pro *domi meæ*, bey mir. Id. Heaut. 3, 1, 21. Sic *Apud seculum prius*, Id. Eun. 2, 2, 15, bey unsern vorfahren. ¶ 2. Personis addita particula interdum idem esse videtur quod *cum*: ut Cic. fam. 1, 2. *Eo die cæsa apud Pompejum cænavi*. Interdum idem quod *a*: ut Cic. Off. 2, 24 *Hæc apud majores nostros facilitata*. Interdum idem quod *coram*: ut Nepos 19, 3, 3 *Causam apud regem dicere*. In his omnibus Germani bey. ¶ 3. Peculiare est in vereri Inscriptione Romæ: VT ET EGO POSSIM DVLCIVS ET CELERIVS APVD EVM PERVENIRE. Vbi manifeste *apud* pro *ad* ponitur. conf. Borrich. Cogitat. de L. L. p. 48. ¶ 4. Terentio frequens & illud est, *Apud se esse*, i. e. *animo præsenti & minime turbato*; quod & Germanice dicitur, bey sich selbst seyn, e. gr. And. 2, 4, 5 *Proin tu face, apud te ut sies*; Vbi Donatus: *Præparatus sis, cui contrarium: Non sum apud me*. Nempe *apud se non esse* perhibentur, quibus confusus & interceptus quodammodo animus metu ac formidine aut ira etiam est: ut contra *esse apud se*, qui recte constant sibi & fiduciam habent & quieti sunt. Idem Comicus And. 5, 4, 35 *Vix sum apud me: ita animus commotus est metu*. Et Heaut. 5, 1, 48 *Præ iracundia non sum apud me*. Conf. Phorm. 1, 4, 27; & Hec. 4, 4, 85. Sic *redire* dicuntur *ad se*, qui colligunt animum atque recipiunt. Idem iterum Andr. 3, 5, 15 *Sed paullulum sine ad me ut redeam: jam aliquid dispiciam*. Elegans & illud est, *Apud animum cogitare, statuere, instituere*, pro *in animo*, vel *secum*. vid. Salluft. de Rep. ord. 2, 14; Liv. 6, 3. ¶ 5. *Apud* ita urbium & regionum nominibus addi consuevit, ut nostratium *in*, vel genitivum Latinorum exprimat. Eutropius 5, 4, 1 *Sylla Archelaum apud Piræum obsedit*, id est in Piræeo, cujus muris inclusus erat Archelaus. Id. 6, 17 *Pharnaces Pompejo in auxilium apud Thessaliam fuerat*: sed Pharsalici campi in ipsa Thessalia. Et 7, 13 pr. *Vespasianus factus apud Palæstinam imperator*. Sic Tac. An. 4, 13, 2 *Apud Asiam*. Id. 3, 71, 2 *Apud Antium* pro Antii. Suet. Fl. Vesp. 5, 9 *Apud Iudæam*. Plaut. Epid. 2, 2, 67 *Apud Thebas*. ¶ 6. In lapidibus interdum *aput* scribitur per t. vid. Cellar. Orthogr. p. 88. ¶ 7. *Ad* pro *apud* passim optimis auctoribus usurpatur, ut Liv. 2, 10 *Rem ausus, plus famæ habituram ad posteros quam fidei*; 3, 10 *jactata per aliquot dies tum in Senatu res, tum ad populum est*. v. Drakenb. ad Sil. 13, 606; ad Liv. 7, 7. Heinf. ad Ovid. 4 Fast. 310.

APVLEIVS, seu Apulejus, *i*, m. Multi hoc nomine fuerunt, quod Onomasticon Glandorpii docebit. Sed in his maxime celebris *L. Apulejus Madaurensis*, qui & scriptis latine libris inclaruit, in quos notas habemus Beroaldi, Stewechii, Colvii, Elmenhorstii, Wowerii, Pricæi, aliorum. Floruit sub Antoninis imperatoribus. ¶ 2. Fuit & quidam alius Tiberii ævo, *Apulejus Celsus*, Centuripinus Siculus, medicus celebris, quem Scribonius Largus præceptorem suum & Valentis vocat: Marcellus vero Empiricus, qui sub Theodosio Gratianoque vixit, inter medicinæ artis auctores Latinos recenset. v. Colvius in vit. Ap. Madaur.

¶ Apulejus, *a*, *um*, adject. ut, *Apuleja lex*, Cic. de Orat. 2, 25 & 49.

APVLIA, *æ*, f. Ἀπουλία; regio Italiæ Hadriatico finitima, abundans ovibus, quarum lanæ Martialis palmam tribuit Apophoretis epigr. 155 ita scribens:

Vellera primis primis Apulia, Parma secundis
Nobilis; Altinum tertia laudat ovis.

Cic. de Divin. 1, 43 *Apulia maximis terræ motibus conquassata*. Descriptionem vide ap. Plin. 3, 11. ¶ 2. Tertull. de Spect. c. 20 *Deus etiam extra cameras, gradus & apulias oculos habet*, i. e. sine foribus, ab *a* & πύλη. v. ibi not. Fr. Iunii & Iac. Pamelii.

¶ Apulus & Appulus, *i*, m. ein Apulier. Lucan. 5, 380

Apulus Hadriacas exit Garganus in undas.

¶ Apulum, *i*, n. Daciæ urbs, Ptolemæo 3, 8, quæ pluribus videtur esse *Alba Iulia*, Weissenburg in Siebenbürgen.

Apus, *odis*, vide *Podes*.

APYRĔTVS, *i*, m. febri carens, der kein fieber hat. Th. Prisc. lib. 2 *Si apyreti fuerint*.

APYRINVS, *a*, *um*, Ἀπύρηνος vel ἀπύρηνος, carens nucleo, ohne kern, ab *a* & πυρὴν, i. e. nucleus sive illud ligneum osseumque in pomo. Colum. de Arbor. c. 23 *Ea res dulcem & apyrinum fructum facit*. Sen. epist. 85 *Apyrina dicuntur: non quibus nulla inest duritia granorum, sed quibus minor*. Adde notas Lipsii. Martial. 13 epig. 42 *Non tibi de Libycis tuberes & apyrina ramis*: ic. mala.

APYRON, *i*, n. fulphuris præstantioris genus, Plinio 35, 15. Celsus 5, 18 n. 13 in malagmate ad strumas: *Sulphuris ignem non experti, quod ἄπυρον vocatur, pares portiones*.

APYRŌTOS, *i*, m. Ἄπυρωτος, gemma carbunculus, ein carfunckel. Plin. 37, 7 *Principatum habent carbunculi, a similitudine ignium appellati, cum ipsi non sentiant ignes, ob id a quibusdam apyroti vocati*.

AQVA, *æ*, f. ὕδωρ, wasser. Varro L. L. 4, 26 deducit ab *aquitare*, h. e. pinitie in his verbis: *Aqua, quod æqua semma*. Ludit Pettius, *Aqua, a qua juvamur*: & addit: *Aquam & ignem accipere nuptas, quia hæ duæ res humanam vitam maxime contineant*. conf. l. pen. § 1 ff. de donat. inter vir. & ux. Optime Vossius Etym. p. 37 cum Caninio sentit originem esse a *fysione* quasi *à χοά*. *Aqua viva*, Varro R. R. 1, 11; *flabilis*, fliessend oder bach-wasser. Colum. 6, 22 *nivalis*, schnee-wasser. Gell. 9, 5; *pluvia*, Plin. 16, 11; *pluvialis*, Ovid. Met. 8, 335; *cœlestis*, regen-wasser. Colum. 12, 11; Liv. 44, 38. Sed *Aqua cœlestibus immissa*, Colum. 9, 5, röhr-wasser. *Aqua candens*, siedheiß wasser. vide *Candeo*. *Aqua manualis*, Tertull. Apol. c. 39. Petron. c. 27 *Aquam poposcit ad manus*. Fabius pictor: *Aquam manibus pedibusque dato*. Vet. Gloss. *Aqua manibus*: ὕδωρ πρὸς χεῖρας, handwasser. Ita nullo adjecto verbo dicere solebant veteres. v. Turneb. Advers. 1, 14. *Aqua intercus*, die wasserfucht, Cic. Off. 3, 24; & Plaut. Men. 5, 4, 3; *Aqua inter cutem*, Cels. 2, 8; *subter cutem fusa*, Plin. 7, 18. *Aqua & igni interdicere alicui*, i. e. rebus ad vitam humanam pertinentibus, in die acht thun, verbannen. Cæs. B. G. 6, 43. conf. Cic. fam. 11, 1; & Iidor. 5, 27. Claudian. de Conf. Hon. 4, 479 *Sitiens inclusaque vallo Ereptas sibi quærit aquas*: De obsessis, quibus adempta aquandi copia est. ¶ 2. *Valentissimum elementum* aquam Thales dixit, ut Seneca refert Nat. Qu. 3, 13. vid. & Plin. 37, 5. Ipse Seneca sub finem cicti libri; *Nihil est tam violentum & incontinens sui, tam contumax infestumque retinentibus, quam magna vis undæ, &c.* Idem Thales rerum omnium principium, aquam statuit. Hinc Oceanus Deorum & hominum parens poëtis. vid. Coquejus ad Aug. de C. D. 8, 2 p. 717; & Barth. ad Claud. Conf. Hon. 4, 23, & ad scriptores venaticos p. 187. ¶ 3. *Aquis perire* summum & ultimum exitium existimatum veteribus: quippe quod non tantum vitam adimere, sed animam ipsam extinguere crederetur. Serv. ad Æn. 1, 96

Extemplo Æneæ solvuntur frigore membra, Ingemit.

INGEMIT, inquit, *non propter mortem, sed propter mortis genus. Grave est enim secundum Homerum, perire naufragio: quia anima ignea est, & exstingui videtur in mari, id est, elemento contrario*. Add. de la Cerda ad h. l. & Synesius epist. 4 circa medium & quos laudat Burmannus ad Petron. c. 103; Drakenb. ad Sil. 17, 262; it. Observat. Halens. 7, 5. ¶ 4. *In aqua scribere* Catull. 71, 4 prov. ut *in vento scribere*. *Aquam perdere*, ap. Quintil. 11, 3 pro perdere tempus: sumtum a *clepsydris*, de quibus f. l. Ab isdem Cic. de Off. 3, 33 de Epicuro: *Dicit ille quidem multis locis, sed quia hæret, ut ajunt, ex hydria*, will nicht fort. Iterum a ad Quint. Fr. 7 *In hac caussa miki aqua hæret*, i. e. netcio quid statuam,

probem,

probem, fequar. Ad judiciarias clepſydras pertinet quoque. Apulej. Apol. p. 298 Elm. *Tu interea dum legis, aquam ſ. ſtillic.* Ibid. p. 292 *Pro accuſationis longitudine largiter aquæ ſupereſt.* Sic & p. 333 *At tu licebit, aquam finas fluere.* Cum itaque neceſſe eſſet hærere aquam, cum teſtimoniis firmanda & demonſtranda res eſſet: inde quibusdam nata hæc locutio, ut *aqua hærere* diceretur, quoties res expedira & clara non eſſet. Salmaſius ad Solin. f. 717 metaphoram ductam exiſtimat ab aqua, quæ in ſalcis & colliciis hærebat, nec educebatur. Male enim habet, ubi aqua hæret in illis locis, unde debebat educi. Sunt autem colliciæ fulci ampliores, qui interponebantur ad educendam aquam in foſſas. Atque hinc corrigere jubet & explicare locum ex Cælii ad Cic. 8 epiſt. 5 *Sane tamquam aqua in colliciâ omnia jam edlixerunt:* Editus alias: *Sane tamquam in quodam ſilice jam omnia adhæſerunt:* quamquam & hic mira eſt lectionum varietas. Non multum ab hac correctione abfuerat Manutius, cum illi placeret ſcribi: *in quodam incili i. o. a.* Non autem audiendus Herm. Neuwaldus, qui in exegeſi exam. Sagar. originem proverbii refert ad morem examinandi per aquam. ¶ 5. *Aquam a punice poſtulare*, proverbialiter etiam Plautus dixit Perſ. 1, 1, 42. Significat autem fruſtra petere vel ab egente, vel tenace & avaro. Sed *Aquam & terram poſcere, γῆν καὶ ὕδωρ αἰτεῖν*, apud Græcos idem eſt ac bellum alicui inferre, ut ex Æſchine apparet. Hinc Livius 35, 17 *Perſæ aquam terramque a Lacedæmoniis petierunt, &c.* vid. Chil. Cæterum *Aquam petere*, itemque *ſumere* verecundus & honeſtus ſermo eſt; pro *ventrem aut veſicam exonerare.* Nam id qui feciſſent, lavabant manus. Petron. c. 27 *Exonerata veſica aquam poposcit ad manus.* Vide Scalig. ad illud Propertii 4, 3, 36 *Quot ſine aqua Parthos millia currat eques.* Itemque Gruterum ad illud Martialis 1 epigr. 109 *Deponi monet & rogat lavari.* Vbi etiam nonnihil obſervat de aquæ in lupanaribus uſu: nam & poſt nequam opus lavabantur: de quo Caſaubonus ad Lampridium. Hinc capiendum illud Ciceronis pro M. Cælio c. 14, cum Appius Claud. Cæcus Clodiam impudicam poſt alia ita quoque alloquitur: *Ideo aquam adduxi, ut ea tu inceſte uterere?* Adduxit enim Anienen aquam in urbem Claudius, qua illa abutebatur ad abluendum corpus impura Venere inquinatum. Quamquam & matronas a concubitu cum viris purificaſſe ſe Suetonii locus fuadere videtur Aug. c. 49. De fumendi *aquam* ritu videndus & Mercurialis 6 Var. Lect. 6, ubi quod Scaligerum ait a vero ſcopo aberraſſe, ad Ovidii locum referendum eſt de Arte am. 3, 620

Sumendæ datur cum tibi tempus aquæ.

quem Scaliger de exoneratione veſicæ, Mercurialis rectius de aquæ poſt initam Venerem uſu exponit. Conf. & T. Fab. ad prima Scal. p. 9. Neque diſſimulandum illud hoc loco, falli Scaligerum & in eo, quod ſcribit, ipſam *aquam* veteres ibi pro *urina* poſuiſſe, tametſi hoc illi acredant Wowerius obſervat. ad Petron. p. 132. Georg. Erhardus (ſeu Lundorpius) Symb. ad eund. p. 665; & Alb. Gentil. c. 13 lect. Virg. p. 119, qui & *aquam per pedes fluentem*, de qua Plinius 30, 7 extr. huc trahit. Certe loci, quos viri docti hic afferunt, illud minime evincunt. Nam *petere aquam* apud Petronium, cum veſicæ exoneratio intelligitur, vim habet ſynecdoches, qua ponitur conſequens pro antecedente, ubi aqua elementum notat, quo ſe abluebant ab opere iſto redeuntes. Apud Plinium vero *aquam per pedes fluentem*, nihil obſtat, quo minus cum Dalechampio interpretemur aquam, qua ſordidi pedes abluuntur. Fatebimur interim, aquam pro urina uſurpari Germanis, ut cum dicimus, das waſſer abſchlagen, das waſſer beſehen. conf. Burm. ad Petron. 94 p. 452. *Aquam ſumere* ſenſu obſcœno ap. Ovid. de Arte Am. 3, 96, ubi vid. Heinſ. ¶ 6. *Aquæ κατ' ἐξοχὴν* de thermis. Vt *Aquæ Sextiæ*, ap. Vellej. 2, 12, 4, & Plin. 3, 4: *quas Bajas Sextiæ* Sidonius dixit in Narbone ſive Carn. 23, 131, nam quælibet thermæ & *Bajæ* appellabantur: *Aquæ Sinueſſanæ* ap. Tac. Hiſt. 1, 72, 7. Sed *Aqua Marcia, Claudia* &c. ſunt aquæ ductus. De Marcia ſpeciatim v. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 195 ſq. ¶ 7. *Aquai* genitivus antiquus, frequens apud Lucretium 1, 283, 285, 307, &c.

¶ Aquula, *æ*, f. diminutivum, ein wenig waſſer. Plaut. Curcul. 1, 3, 3 *Suffrundam aquulam.* Cic. de Orat. 2, 39 *Vbi non ſecluſa aliqua aquula tenuatur, ſed unde univerſum flumen erumpat.* Add. ibid. 1, 7.

¶ Aquālis, *e*, adject. idem ac *aquaticus.* Laudatur Sidon. 8 ep. 6 *Mos eſt piratis per aquales & cruciarias pœnas necare.* Sed melius al. *æquales.*

¶ Aquāle, *is*, m. ſubſt. vas, ex quo aqua datur manibus, conſeſſuris ad menſam, ein waſſerfaß, handfaß. Plaut. Curc. 2, 3, 33 *Datin' illi ſellam, ubi adſideat cito, & aqualim cum aqua?* conf. Id. Mil. 3, 2, 38; Varr. L. L. 4, 25.

¶ Aquānus, *a, um*, idem ac aqualis, wäſſericht. Tertull. de carne Chriſti c. 9 *Origo carne terrena, ſanguine aquana.*

¶ Aquārius, *a, um*, ad aquam pertinens, zum waſſer gehörig; ut, *Aquarius ſulcus*, Colum. 2, 8, die waſſer-furche; quia in agro fit ad aquas educendas. Græci hos ſulcos ἔλικας vocant. Cicero in Vatin. c. 5 *Aquariam provinciam* dixit officium aut onus aquæ ducendæ. Plin. 18, 28 *Aquariæ cotes.*

¶ Aquārius, *i*, m. ſubſt. ὑδροχόος, ſignum Zodiaci, der waſſermann. Cic. Nat. D. 2, 44 *Aquarii dextra totusque Aquarius.* Horat. Serm. 1, 1, 36 *Inverſum contriſtat Aquarius annum.* conf. Manil. 4, 257 & 789. ¶ 2. *Aquarii* in Ictorum libris etiam cuſtodes aquarum ὑδροφύλακες denotant, qui alias *Caſtellarii*: Lipſ. ad lib. 15 Ann. Tac. p. 230, & *Curatores aquarum.* Aringh. T. 1 Rom. Subterr. 2, 1 § 29 p. 122. ¶ 3. Item qui aquam important domum, waſſerträger. Juvenal. 6, 331 *Veniet conductus aquarius.* ¶ 4. *Aquarii* ſunt aquileges, artifices, waſſer-künſtler, waſſer-leiter. Cælius Cic. 8 epiſt. 6 *Niſi ego cum tabernariis & aquariis pugnavem*, quia ædilis erat Cælius, cui cum opificibus ſemper eſt negotium. Adde Frontin. de Aquæduct. lib. 1 p. 224. ¶ 5. *Aquarii* dicti hæretici nonnulli, quod ſolum aquam in ſacræ cœnæ calice diſtribuebant. Cæl. Rhod. 15, 40. Cypr. ep. 63. Epiph. Hær. 46. ¶ 6. Præcipue hoc nomine appellabantur, qui in lupanaribus impuris mulieribus aquam miniſtrabant, qui & *Lucriones* dicti; ut in gloſſario veteri: *Lucrio, πορνοβοσκός*: qui nequam ibi Barthius p. 1253 ad Claud. ſcribendum putat *Acario*, hoc eſt, *Aquario.*

¶ Aquarium & Aquariolum, *i*, n. Græce ὑδρεῖον, locus in culina, in quem ſordida aqua jactatur, die goſſe, oder ſtein, ſpülcelte, ſpülſtein. Dicitur & hoc nomine locus in flumine, aut aquatilia, in quem pecudes potum aguntur, die tränke, ſchwemme. Cato de R. R. c. 1 *Aquarium habeto.*

¶ Aquariolus, *i*, m. meretricule miniſter per diminutionem ad contemtum, ſic dictus, ein huren-knecht, ſchwamm-trucker, tupler, πορνοβοσκός. Feſtus: *AQUARIOLI dicebantur medicorum impoſitarum ſ. febribi aſſectæ.* Talem deſignat Lampridius Commodo Scribens c. 2 *Aquari eſſet, ut lenonum miniſter.* v. ſi cet Caſaub. ad quæ Salmaſ. ad Vopiſcum p. 515. Iidem & lenonum vices fungebantur, & conditiones meretricibus conciliabant. Tertull. Apol. c. 43 *Lenones, perductores, aquarioli*, &c. Hinc vetus Lexicon: *Aquaculat*, i. e. lenocinatur, vid. Taubm. ad Plaut. p. 1049; Turneb. Adv. 14, 12. ¶ 2. Alii *Aquarioli*, qui in ſtupro uxorum commercium, βραλλάδες, willige hornerträger. Qua ratione & Apul. Apol. p. 323 *Ruſticum uxoris ſuæ aquariolum* videtur vocare. vid. Scip. Gentil. ad Apol. Apul. p. 378, ubi lenones, aquariolos & perductores diſtinguit.

¶ Aquor, *atus ſum, ari*, nach waſſer gehen. Virg. Georg. 4, 193 *Sub mœnibus urbis aquantur.* Cæſ. Civ. 1, 78 *Aquabantur agre*, ſie hatten die tränke weit. Liv. 44, 40 & Front. Strat. 3, 7, 1 *Aquabantur ex eo flumine.* Salluſt. Iug. c. 93 *Miles cæſtris aquatum egreſſus.*

¶ Aquātus, *a, um*, aqua dilutus, gewäſſert; ut, *Potio aquatior: vinum aquatiſſimum*, Auguſtin. Confeſſ. 6, 2. Pro quo Petrus Culmicenſis 2 Mirac. 28 *adaquatum vinum* dixit. *Lac aquatum*, Cæl. Aurel. chron. 4, 3; *aquatius*, Plin. 28, 9. *Aquatius medicamentum*, Sen. Q. Nat. 1, 3. Ita *aquatilis* & *dilutius* ſenſu metaphorico compugit Hier. ad Phil. v. 20. *Collyrium aquatiſſimum*, Scrib. Larg. Compoſ. 26. ¶ 2. *Fruſtus oleavum aquati*, i. e. humore nimio laborantes olivæ, wäſſericht, Pall. 1, 6, 9. Et 4, 1, 1 *Cum vites non aquato, ſed ſpiſſo humore lacu imbuent.*

¶ Aquate, adv. idem. Superl. Cæl. Aurel. chron. 1, 4 *Vinum aquatiſſime temperatum.*

¶ Aquatio, *ōnis*, f. aquandi actus, die waſſerholung, tränke, wäſſerung. Cæſ. Gall. 4, 11 *Aquationis cauſſa longius proceder.* Et Hirtius B. Afric. c. 51 *Aquatione longa & anguſta utebantur.* Græc. ὑδρεῖα, quod docte ab ὑδρεῖον, loco aquationis, diſtinguit Salmaſ. Exercit. Plin. p. 833. ¶ 2. Aquarum copia apud Cic. Off. 3, 14; & Plin. 32, 7. Et Pallad. Febr. 4, 17 *Salices aquationibus aſſ. ſunde.*

¶ Aquator, *ōris*, m. der waſſerführer, tränker. Cæſ. Civ. 1, 73 *Aquatores ab equitatu premi noſtro.* Liv. 41, 1 *Vt idem aquatorius ad ſpecium eſſet præſidium*, die waſſerholer zu bedecken.

¶ Aquāticus, *a, um*, im waſſer, waſſericht; ut, *Aves aquaticæ*, waſſervögel, Plin. 10, 3. *Ova pallida aquatici*, ibidem c. 52. Etiam de plantis & arboribus in aquis, aut juxta eas naſcentibus: ut, *Aquatica lotos*, Ovid. Met. 9, 341. *Frigidiſſima* (arbor) *quæcunque aquatica*, Plin. 16, 40.

¶ Aquātilis, *e*, idem: ut, *Cochlea aquatiles*, Plin. 9, 32. Et abſolute *Aquatilia*, animalia, ſubaudi; ut Plin. 9, 3 *Contra naturam aquatilium.* conf. Veget. 2, 49; Cic. N. D. 1, 73 & 2, 48; Varro R. R. 1, 64.

¶ Aquīlentus, *a, um*, plenus humoris, waſſericht, feucht. Varro ap. Nonium 4, 318 de Luna: *Tum contremula aquilenta apud ora littoræ oriris.*

¶ Aquōſus, *a, um*, voll waſſer; ut, *Aquoſæ nubes*, Virg. Æn. 8, 429 *Aquoſus campus*, Liv. 9, 2. *Aquoſior ager*, Plin. 18, 17. *Aqua fœcundus locus*, Cato R. R. c. 34. Ruriſus Plinius 18, 26 *Aquoſiſſima poſtremo arato.*

¶ Aquitānus, *a, um*, zum waſſer beſtimmt. Plin. 33, 6 *Aquitani ſtantes diebus noctibusque egerunt aquas*, ſcil. in metallifodinis.

¶ Aquæductio, *onis*, f. i. e. aquæ deductio, die waſſerleitung. Perrara vox l. 10 Dig. de aqua & aq. pluv. arc. quamquam & hic diviſe ſcripta inveniatur in melioribus libris.

¶ Aquæductus, *us*, m. ein waſſergang, waſſerlauff. Vox *Aquæductus*, cujus auguſta deſcriptio eſt Rutil. itin. 1, 97 *Quid loquar aerio pendentes fornice rivos Qua vix imbriferas tolleret Iris aquas*, Frontino uſitatiſſima, qui de *aquæductibus urbis Romæ* duos libros reliquit, quos 1722 egregio commentario illuſtravit Io. Polenus. Conf. de his Lipſ. de Magnit. Rom. c. 11; Aringh. T. I. Rom. ſubterr. 2, 1 § 25 ſq. Sed & *aquarum ductus* habet Frontinus de Colon. p. 127 ed. Goeſ. & incertus auct. de Limit. p. 257. Conf. Cic. Att. 13, 6; Vitruv. 8, 7. Dedita opera de his magnificentiæ Romanæ operibus egit Raph. Fabrettus, cujus librum Tomo IV Antiquitatum inſerui Grævius.

¶ Aquæhauſtus, *us*, m. vel diviſim *hauſtus aquæ* Servitus ruſtica, waſſerrecht. Vlp. 8 ff. t. 3 l. 1 & 2.

¶ Aquælibrator, *ōris*, m. ein röhrmeiſter, waſſerkünſtler. Cod. Theod. l. 13 t. 4 *Aquælibratores, vitriarii, eborarii.* Adde l. 1 C. de Exc. artif.

¶ Aquælicium, & Aquæmanile, vide *Aquilicium*, *Aquimanile*.

¶ Aquagium, *i*, n. *quaſi aquæ agium, i. e. aquæductus*, interpretatur Feſto, ein waſſergraben, ſtollen. Pomponius Lætus § penult. Dig. de aqua quotid. *Dummodo ne aquagium rivalibus noceret publicis.* Gloſſ. Cyrilli: *Aquagium, ὑδραγωγεῖον.*

¶ Aquilicus, *i*, m. ex *aqua* & *lego* i. e. *colligo*, ventriculus, quo ſordes deſluunt, der wanſt. Item genus quoddam lati inteſtini, ex quo farcimina fieri ſolent, der ſauwagen. Apic. 7, 7 *Reples aquilicum ſic, ut laxamentum habeat, ne diffluat in coctura.*

¶ Aquīlĕcălus, *i*, m. dimin. alveum ſignificare ajunt, id eſt, vas, ex quo porci ſorbent, ein ſaukübel, ſautrog, &c. ¶ 2. Metaphorice inferiorem ventris partem, in quam ſordes confluunt, der ſauwanſt. Perſ. Sat. 1, 57

Cum tibi, Calve, Pinguis aquiliculus properſo ſequipede exeat.

Seneca ſtomachi ventriculum, *aquiliculum* dixit epiſt. 90 *Cumpervenit*

(cibus) *in ventrem, aquilicii, fervore concoquitur.* Sic & Tertull. adv. Psych. c. 15 v. Cuterb. ad dictum Persii locum, & Mercurial. Var. lect. 1, 1. Qui & c. ; monstrabit, nonnunquam pro toto ventre accipi *aquilicium*, der buntch.

¶ Aquatanium, *i*, n. quasi *aquam tenens*, ein wasserkrug, *poculi fictilis genus in sacrificiis.* Vbi apud Festum est *Atanavium*, Ita corrigit Barthius Adversi. 40, 11.

¶ Aquidúcus, *a, um*, wasserziehend. Cæl. Aurel. Tard 3, 8 *Aquiducia medicamenta, quæ Græci hydragoga vocant*

¶ Aqua fúga, *æ*, c. hydrophobus, wasserscheu. Cæl. Aurel. Acut. 3, 15.

¶ Aquigénus, *a, um*, natus in aquis, aus dem wasser. Tertull. adv. Marc. 2, 12 *Separatio intra aquigena & terrigena animalia.*

¶ Aquilex, *aquilégis*, m. ab aquis legendis, id est, inquirendis dictus, architectus est fontium & aquæductuum, ein brunnenmeister, röhrmeister. Plin. in epist. 96 *Inpensis necessariis est, mitti a te vel aquilegem, vel architectum*, &c. Plin. alter 22, 6 *de bucchio*, id est, *bullagine*, vom buff oder brandlattich: *Ejus duo genera: silvestris ubi nascitur, fabosse aquas credunt, & hoc habent signum aquilegos.* Hi Columella 2 dicuntur *indagatores aquarum* : & Cris *aquæ libratores*, quanquam hi ab alia arte nomen habent. Coni. Nonius 2, 8.

¶ Aquilégus, *a, um*, wasserspürend ; ut, *Aquilega vota*, Tertull. de Anima c. 31. *Aquilegus* libil. apud Cassiod. Var. 3, 53.

¶ Aquilegium, *i*, n. aquæ collectio. Onomastic. Vet. *Aquilegium* χρουνός.

¶ Aquilices in Vet. Gloss. dicuntur *οἱ τὰ ὑδραγώγια ἐργαζόμενοι, τεκτονικῶς, ὑδροσκόποι*, ut hinc fidem, qui *Aquilegos*, & sicut hæc vox a *legendo* secundum Nonium : ita illa ab *eliciendo* aquas, suam originem habeat. ¶ 2. *Aquilices*, qui aquilicia curabant sacrificia, de quibus jam dicendum erit. Vide quoque Voss. Etymolog. p. 36.

¶ Aquilícium, *i*, n. Festo Pompejo, *Aquelicium* dicitur, *cum aqua pluvialis remediis quibusdam elicitur* : aut sacrificium pro impetrandis imbribus. Tertull. Apol. c. 40 *Aquilicia Iovi immolatis, nudipedalia populo denuntiatis, cœlum apud Capitolium queritis*, &c.

¶ Aquiminale, *is*, n. Plur. *Aquiminalia*, Lege 3 Digest. de supellectile legata recensentur, utæ vasa sint aquatica, wassergefässe : vel a tod aqua inde manat, vel quod humido is intervie. Glossæ Veteres : *Trullium, Guttum, & Aquiminale*, χέρνιβον, ξεστὸν & quia eædem, *Aquiminale* χέρνιβον, quod corruptum ex χέρνιβον ; *Aquiminale* & *Aquimanile* idem videntur esse. Scribitur etiam *Aquæmanile*, & probat C. du Fresne in Gloss. med. Latinit.

¶ Aquiminárium, *i*, n. ein fühlfass, handfass. Vlp. l. 19 Dig. de auro, argento, &c. legat. § 12 Si cui, in escariis vasis numerat. Cujacius mavult *aquimanarium*, ut sit, unde aqua manat, qualia lavandis manibus vasa habemus. Vide eum in Gloss. v. c. ; & c.

¶ Aquiversium, *i*, n vox agraria sed foris torum, notans lacunam, vel depressorem in vallibus locum, quo aqua ex collibus locis vertit & defluit, eine wasserlache, pfütze. Innocentius de Cast. Interl. extrem. *Habet jus se jungendi & foris aquiversium.* Alias ejus materiei, p. 254 ed. Gest. *terminum variorum ostendes, & foris aquiversium.*

¶ Aquo, *are*, est irrigare, wässern, tränken. Gen. 24, 46. Plin. 17, 10 de amygdalis ferendis : *Denis diebus adaquari, donec grandescant.*

¶ Adaquor, *ari*, idem quod *Aquari*. Suet. Galba c. 7 *Ad lacum, ubi jumentum adaquari solebat.* Et Hirt. Bell. G. 8, 41 *Nec sine periculo possent adaquari oppidani.*

¶ Adaquatus, *a, um*, gewässert, getränket ; ut, *Adaquatum vinum*, de quo paullo ante in *aquatus*. *Adaquato grege*, Gen. 29, 11.

¶ Exaquesco, *ĕre*, wässericht werden. Censorin. de Die nat. c. 18 *Hyeme mundus exaquescere videtur.*

¶ Inaquo, *are*, bewässern, ersäuffen. Cæl. Aurel. Acut. 14 *Solita corporis nutrimenta inaquare.* Gruterus ad Treb. Poll. 30 Tyrannos c. 9 de Ingenuo pro *intrasse* opinatur legendum esse *inaquasse se*, i. e. semet submersisse.

¶ Inaquósus, *a, um*, siccus, aridus, wasserleer, trocken. Tertull. de Baptismo c. 1 *Serpentes aridæ & inaquosa sectantur.* Gyr. Gloss. *inaquosus*, ἀνύδρος. Adde Cyprian epist 63, 5.

¶ Subaquaneus, *a, um*, unter dem wasser. Tertull. de anima c. 32 *Subterraneum & subaquaneum viventia carent hausta aëris.*

AQVICELVS, *i*, m. vocem hanc suggerit Plinius 15, 10, ubi ait : *In melle decoctos nucleos Taurini aquicelos vocant.*

AQVIFOLIA, *æ*, f. & Aquifolium *i*, n. arbor silvestris aculeatis foliis, stech palmen. Plin. 16, 6 & 18 ; 24, 13 item 27, 8. vide *Acrifolium*, & mox, *Aquilenta*. Ab acumine dicitur quasi *acuifolium*. Vide Voss. Etymol.

¶ Aquifolius, *a, um*, adject. Plin. 16, 43 *Cato vectes aquifolios, laureos, ulmeos fieri jubet.* v. Cat. R. R. c. 31.

Aquifuga, aquigenus, vide *Aqua*.

ÀQVÍLA, *æ*, f. ἀετός, ein adler ; quasi adelar, id est, *aquila nobilis*, nam majoribus nostris etiam dir aquilam significabat. Nomen habet ab aquæ colore : vide paullo post *Aquilus* : in quo verbo Dacerius ab ἀγὸς deducit ap. Festum. Sex earum genera faciunt Aristoteles Hist. Animal. 9, 32 & Plinius 10, 3, e quibus sunt, quæ pullos cogant adversus solis radios intueri, & si connivent humectantemque animadvertant, præcipitent e nido, velut adulterinum & degenerem. Et hoc genus *Haliæetus* sive *marinus* aquilam Plinius c. l. appellat, ex alto se in pisces marinos, prædæ caussa, librantem. Aliud genus, cujus ingenium est, testudines raptas frangere e sublimi jaciendo, quo casu Æschylus poëta interemtus est. Vide præter Plinium, etiam Ælian. Var Hist. 7, 16 ; & Val Max. 9, 12 ext 2. *Morphnon* hoc genus, seu *anatariam* aquilam ibi Plinius vocat, circa stagna aquaticis avibus insidiantem. *Aquila* vero avis est omnium generosissima, inde Pindaro Pyth 1 Antistr 1 ἀρχὰ οἰωνῶν, *dux avium* : Plinio c. l. *armigera Iovis* dicta. Horat. 4 od. 4, 31 *Nec imbellem feroces Progenerant aquila columbam.* Virg. Æn. 11, 751 *Alte volans fulva aquila.* Acerrimam visui vim præter illos, qui animalium naturas executi, aquilæ tribuunt, Hiob. c. 39 v. 32 ; Horat. 1 Sat. 3, 27 ; itemque Apul. in Floridis p. 340. Erat & aquila auspiciis veterius accommodatissima : de quo Gallæus ad Lactant. p. 72, 71. ¶ 2. *Aquilæ Senectus*, de crudo & viridi, ut Virgilius appellat Æn. 6, 304. Ter. Heaut. 3, 2, 10 *Visa est, quod dici solet, aquilæ senectus.* Est & aliis celebrata aquilarum vivacitas. Vnde & Phile, poëta Græcus, cum de avis hujus natura disseruisset, hujusmodi vorum ad imperatorem Michaelem c. 1 extr. subnectit : Τέτο σὺ, βασιλεῦ, τὸν πολὺν ζώσος βίον Ἀνὴ νεαζόντων καὶ κρατήνων τὴν φύσιν. *Vis exigas, Rex, hujus oro secula Semper virescens integerque viribus.* De ratione autem, qua Aquilæ in juventutem se reparent, mira tradit Arator, poëta Christianus in Acta Apostol. 2, 529 & sqq. Scribit enim, aquilam debilitatam senio prosternere, atque in sole sessum fovere corpus : sic recentato calore, ter sese mergere in fonte, & ita in juvenilem vigorem refingere ætatem. Vnde narrationem istam hauserit, non constat quidem. Sed simile quidpiam etiam olim apud orientales fuisse creditum, 103 Psalmus videtur suadere : qui renovationis aquilæ in juventutem diserte meminit. Vnde & hæc avis in prisca ecclesia regenerationis symbolum gessit. Quod Scaliger in nummo vetere Constantini observat, atque id auctoritate Ambrosii confirmat. Alia adagia, ut *Aquila non captat muscam*, h. e. generosus animus res humiles spernit : item *Aquilam testudo vincit*, h. e. celerem interdum tardus assequitur ; in vulgus nota sunt, etiam in Chiliad. Erasmi, una cumaliis, abunde explicata. ¶ 3. *Aquila* ex genere planorum piscis apud Plin. 9, 24. ¶ 4. *Aquila* est sidus cœleste, ad boream plagam intra Galaxiam, stellas habens secundum Ptolemæum & antiquiores 9, at Keplero teste 11. De ejus ortu v. Plin. 18, 27 & 29. Cœlo locavit Iupiter, quia nectare se puerum nutriverat, uti tradidit Mæro apud Nat. Com. Mythol. 2, 1. Hinc *Iovis ales* dicitur Manil. 1, 342. conf. Id. 5, 489. ¶ 5. Sunt & in ædificiis, templis in primis, *Aquilæ*, summæ videlicet partes, quæ fastigium constituunt, & trianguli æquicruri obtusanguli formam includunt, quod aquilarum alas referant : quas & Aristophanes ἀετὰς appellavit : alias & ἀετώματα vocabantur ; Suidas & vetus Scholiastes Aristophanis in Avibus v. 1110. Tac. Hist. 3, 71, 7 *Iade lapsus ignis in porticus oppositas ædibus : mox sustinentes sustinam aquilæ vetere ligno trabes flammam alueruntque.* Passim meminit Pausanias, præsertim in descriptione templi Iovis Olympii Eliac. 1 c. 9. Add. Spanh. de usu & pr. num. diss. 13 p. 646. Philand. ad Vitr. 4, 7. ¶ 6. *Aquila* est etiam signi militaris nomen apud Romanos, quia hanc alitem repræsentabat, ex argento facta & perticæ præfixa. Vid. Plin. 10, 4 ; Cic. Catil. 1, 9 ; Lucan. 1, 7 & 243 ; & Lipsius de Mil. Rom. &c. Hæc instar numinis colebatur. Silius 6, 38

Clausamque aquile infelicis adorans Effigiem.

Qua de caussa etiam sacellum ipsi constitutum erat, uti ex dicto Ciceronis loco apparet. Herodianus 4, 4 illustrat, νεὼς, inquit, ἔνθα τὰ σημεῖα καὶ τὰ ἀγάλματα τῶν στρατευομένων προκυπτῶν, *edicula, intra quam signa & simulacra exercitus adorantur* Singulis legionibus una aquila erat, ut Salmasius ad Vopisci Aurelianum c. 31 ostendit. Cum tela hujus aquilæ Primopilo in primis commendata esset, interdum pro ipso illo honore ponitur, Plin. 14, 1 *Centurionum in manu vitis, & optimo præmio tardos ordines ad lentas (letas malit Lipsius) perducit aquilas*, vid. *Primipilus* in *Primus* ex *Prior* & Lipsi. de mil. Ro. 2, 8. ¶ 7. Triumphantes quoque aquilam gestabant, scil. *volucrem, sceptro quæ fulget eburno*, ut loquitur Iuvenal. 10, 43. v. Spanh. de usu & præst. num. diss. 10 p. 216.

¶ Aquilifer, *ĕri*, m. signifer legionis Romanæ, ein Römischer Fähndrich. Cæs. B. G. 5, 36 *Aquilifer aquilam intra vallum projecit.* & B. Civ. 3, 64 *Gravi vulnere affectus aquilifer*, &c.

¶ Aquilínus, *a, um*, adlerisch ; ut *Aquilinus nasus*, id est, aduncus ; *aquilinæ ungulæ*, i. e. rapaces, Plaut. Pseud. 3, 2, 63. *Oculi aquilino aspectu micantes*, Apul. 2 Met. p. 115 id est, acuto.

¶ Aquilina, & Aquilegia, *æ*, f. notissimus flos, akeley.

¶ Aquilius, *i*, m. Aquilia, *æ*, f. gentis Romanæ nomen, quam Car. Patinus de Famil. R. p. 36 recenset. Conf. Fest. & ibi Dacer. Hinc *Aquilia lex*, & *Aquiliana stipulatio*, de quibus jurisperiti consulantur, & Cic. Off. 3, 14. v. supra *Acilius*.

Aquilegium, Aquilegus, vide *Aqua*.

ÀQVÍLEIA, *æ*, f. urbs Carnorum in extrema Italia, Istriam & Illyricum versus, quondam perampla & nobilissima, bellis autem barbarorum ita devastata, ut pauca hodie in illa supersint ædificia. v. Liv. 39, 55. Sil. 8, 605

Nec non cum Venetis Aquileia perfurit armis.
Martial. 4 epigr. 26
Et tu Ledeo felix Aquileja Timavo.

Adde Ausonium de Clar. urb. num. 7 & Phil. a Turre, Episcopi Adrienses, opera, quibus urbis ejus monumenta illustravit.

¶ Aquileiensis, *e*, adject. Liv. 39, 45 *Aquileiensis ager.* Plin. 2, 103 *In Aquileiensi campo Timavus.*

AQVÍLENTA, *æ*, f. a lentore Varroni est, quum *Aquifoliam* Plinius, & Barbari *agrifolium* dicunt, ἀξυάκανθος, Theophrasti voce, stechpalmen, walddisteln. Hadrian.

Aquilentus, aquilex, aquilices, aquilicium, vide *Aqua*.

Aquilifer, aquilinus, aquilius, vide *Aquila*.

ÀQVÍLO, *ōnis*, m. Βορέας, Boreas, ventus septentrionalis, der nordwind. Vitruv. 8, 2 *A frigidissimis partibus venit procreatus aquilo*, &c. Cic. Verr. 4, 4 *Spelunca conversa ad aquilonem.* Plin. 2, 18 *Saluberrimus omnium ventorum Aquilo est.* Cæl. Rhodig. 15, 7 dictum putat a vehementissimo & præcipiti volatu aquilæ ; ab aliquo autem colore cum Festo Huet. Dem. Evang. 4, 8, 14 ; docens simul, quæ septentrionalia essent, iis vulgo nigrum colorem tributum esse. Nepos 1, 1, 5 *Cum vento aquilone venisset Lemnum. Hic enim ventus a septentrionibus oriens adversum tenet Athenis proficiscentibus.* ¶ 2. *Aquilones* tempus anni, quo crebrior hic ventus est & vehementior, significant : e. gr. *mediis aquilonibus*, mitten im winter, im grösten sturm-wetter. Virg. 4 Æn. 310

Et mediis properas aquilonibus ire per altum?

conf. Horat. Od. 3, 10, 4.

¶ Aquilōnālis, *e*, Boreälis, mitternächtig, nordisch. Cic. Nat. Deor. 2, 19 *Regio aquilonalis.*

¶ Aqui-

¶ Aquilonāris, *e*, idem. Vitruv. 9, 6 *Piſcis Aquilonaris*, de ſidere.

¶ Aquilonius, *a, um*, idem. Plin. 28, 13 *Omnes herbæ vehementiores effectu viribusque ſunt in frigidis locis, ut in Aquiloniis.* Et 18, 26 *Aquilonii piſcis exortu.* Id. 17, 2 *Aquilonia hyems.* Et 15, 19 *Solum aquilonium*, i. e. aquiloni obiectum.

¶ Aquilonia, *æ*, f. oppidum Hirpinorum in Italia, Liv. 10, 38 ſeq.

¶ Aquilonigena, *æ*, c. poëtica ſeptentrionalium cognominatio, aus Norden. Auſon. Moſella v. 407

Aut Italum populos, aquilonigenaſque Britannos.

ĂQVĬLVS, *a, um*, adject. ſchwärzlich, braun. Ver. Gloſſ. *Aquilum, μέλανώς Ἀκύλλιος.* Feſtus: *Aquilus color eſt fuſcus & ſubniger, a quo* aquila *dicta eſſe videtur, quamvis eam ab acute volando dictam volunt.* Aquilus *autem* color *ab* aqua *eſt nominatus: nam quum antiqui duos tantum naturales noſſent colores, inter album & nigrum autem intervenerit is, qui ita neutri ſimilis eſt, ut tamen ab utroque proprietatem trahat, potiſſimum ab aqua denominarunt, cujus incertus eſt color.* Sed v. not. Dacerii. Suet. Aug. c. 79 *Naſum* (habuit) *& a ſummo eminentiorem, & ab imo deductiorem: colorem inter aquilum candidumque.* Quem quidem Caſaubonus eum putat, qui eſt in iis, quos ſolis æſtus torruit. Plaut. Pœn. 5, 2, 152 *Statura haud magna, corpore aquiloſi.* Varr. apud Nonium 10, 2 *Atque Ægeus fluctu quam lavit ante aquilo* Hinc ¶ 2. *Aquili*, Dii quidam dicti quaſi *nigri*, de quibus Arnobius 3 p. 108.

¶ Subaquilus, *a, um*, aliquantum aquilus. Trebell. Pollio in Zenobia: *Fuit vultu ſubaquilo, fuſci coloris.* Vſus & Plautus hoc verbo Rud 2, 4, 9, ſed videtur ludere, & ad aquilæ alacritatem potiùs, quam colorem detorquere. Vide interpretes.

Aquimanile, aquiminale, aquiminarium, vide ſub *Aqua.*

ĂQVĪNVM, *i*, n. oppidum Latii. Cic. Phil. 2, 41 *Cum Romam proficiſcens ad Aquinum accederet*, &c.

¶ Aquīnas, *ātis*, o. gentile, quod Aquini eſt. Sil. 12, 528 *Mox & vicinus Aquinas.* Tac. Hiſt. 1, 88, 1 *Dolabella in coloniam Aquinatem ſepoſitus.* Sic *Aquinatem fucum* vocat Horat. 1 ep. 10, 27.

ĂQVIPENSER, *ĕris*, m. *genus piſcis*, apud Feſtum, ein Stör; idem quod *Acipenſer.*

ĂQVISGRĂNVM, *i*, n. Germaniæ nobiliſſima civitas, in finibus Brabantiæ ita, ſic dicta ſecundum Sylburgium ab *aquis Gratiani*, Caroli Magni ſepulchro, & coronatione Imperatorum, thermisque extra & intra mœnia ſcaturientibus celebris, Aach, Aken.

ĂQVĬTĀNIA, *æ*, f. Ἀκυϊτανία, tertia Galliæ pars, ad fluvium Garunnam, cujus homines lingua, quemadmodum & corporum ſtaturis ac formis, a Gallis cæteris differunt; *Gaſconia* hodie dicitur, pars illa ic. Galliæ inter montes Pyrenæos, flumen Ligerim, mare, & Provinciam. v. Cæſ. B. G. 1, 1. Nomen regio habet ab ſalubribus aquis, quibus ea ſcatet. Vid. Harduin. ad Plin. 4, 19.

¶ Aquitānus, *a, um*, adject. Tibull. 1 eleg. 7, 3

Hunc fore, Aquitanas poſſit qui vincere gentes.

Auſon. de Clar. Vrb. in *Toloſa*: *Inter Aquitanas gentes & nomen Iberum.*

¶ Aquitanicus, *a, um*, idem; ut, *Gallia Aquitanica*, Plin. 6 extr. *Sinus Aquitanicus.* Idem 6, 19 extr. conf. 4, 19.

Aquivergium, vide *Aqua.*

AR pro *ad* vetus eſt, unde *Arceſco*, quod vide. Plaut. Truc. 2, 2, 17 *Ar me advenias.*

ĂRA, *æ*, f. βωμός, ein altar, dicta eſt nonnullis quaſi *ardea* ab ardendo, vel quaſi *ura* ab *urendo*, propter ignes videlicet ſacrificiorum, apud Gonſal. ad Petron. p. 416. Vulgo tamen a precibus, quas ἀρὰς Græci dicunt, Servio teſte; qui inter *aram* & *altare* hoc facit diſcrimiris: ut *Ara* ſuperis juxta & inferis; *Altare* ſuperis tantum ponereturr, quem vide ad Ecl. 5. Ac dedicabantur *aræ* non in templis tantum, ſed & plateis ac vicis, de quo Gruterus ad Plauti Aul. 4, 1, 20; nec principibus ſolum, ſed privatis etiam, teſte Bernegg. ad Suet. Cæſ. 1, 1. *De aris gramineis* v. Fabrettus ad Col. Traj. c. 6 p. 159; & Drakenb. ad Sil. 4, 703. *Pro aris focisque certamen*, Cic. Nat. D. 3, 40, id eſt pro ſacris, ſeu religione, & pro patria, pro lege & pro grege. Sic Salluſt. Cat. c. 59 *Pro aris atque focis ſuis cernere.* Idem Cat. c. 59 *Pro aris atque focis ſuis bellum parare*: Per *aras* templa, per *focos* domos privatas intelligit. Δῆμε συμπυρκάτην τοὶς φίλοις, ἀλλὰ μέχει βωμῶν, (legunt & θεῶν,) hoc eſt, *Oportet me opitulari amicis, ſed usque ad aram*, id eſt, *religionem* vel *conſcientiam*, ſo we t als das gewiſſen leidet, Periclis eſt apophthegma apud Gell. 1, 3. ¶ 2. Præbebant *Aræ* delinquentibus perfugium ac tutelam: non quidem omnibus, ſed qui præter voluntatem peccaſſent, ſi Thucydidem audimus, cujus iſta verba ſunt: Τῶν ἀκουσίων ἁμαρτημάτων καταφυγὴ ἦσν οἱ βωμοὶ, id eſt, *Delictis non voluntariis refugium ſunt aræ.* De ſervis paſſim exempla apud Comicos; & apud Nepot. 4, 4, 4 & 5 *Argilius in aram confugit, & in ara conſedit.* Exeo illud Tibulli 4, 12, 23

Sed Veneris ſanctæ conſidam vinctus ad aras.
Hæc notat injuſtos, ſupplicibuſque favet.

Scaliger præclare interpretatus eſt. Et hanc ob cauſſam *ara* ſæpe perſugium quodque atque præſidium notat, die zuflucht, ut apud Ovid. 5 Triſt. Ei. 6, 14 *Quæ patuit dextræ firma ſit ara meæ.* Florus 3, 20, 4 *Prima velut ara viris mons Veſevius placuit.* Vbi Berneggerus tamen *harena* pro *ara* malit ſubſtituere, eleganti conjectura. Cæterum ut avelli aris poſſent, qui eo confugerant, ignis admovebatur. Sic enim eos non ab hominibus, ſed Deo divelli exiſtimabant: qua de re conſulendi Plautini Interpretes ad Moſtell. 5, 1, 64. *Nec ara illis, nec fides*, Proverbium in inſigniter perfidos: Vide Eraſm. ¶ 3. *Aræ* dicuntur & omnes creditionis ac eminentiæ, ut docet Scaliger Auſon. Lect. 2, 22; ut ſaxa in mari. Virg Æn. 1, 108

Tres Notus abreptas in ſaxa latentia torquet,
Saxa vocant Itali, mediis quæ in fluctibus, aras &c.

Poſſis ἀπὸ τῦ ἄρειν dictas putare. Add. *arula* n. 2. Dan. Heinſ. & Drakenb. ad Sil. 15, 387 ipſum rogum & ſepulcrale monumentum ita dici oſtendunt. Ac ſane ¶ 4. *Ara* interdum idem eſt ac urna, baſis ſeu cippus funebris, das grabmahl. Martial. 1, 94 *Ara duplex primi teſtatur munera pili*, h. e. eum, cui poſita eſt, primipilum fuiſſe. Fabrett. Inſcript. p. 76 QVI HANC ARAM LÆSERIT. Et p. 107 SI QVIS EX ARÆ SIVE SEPVLTVRÆ MANVS INFERRE VOLVERIT.

¶ 6 *Ara* denique ſidus cœleſte eſt Arato, ſub aculeo Scorpii prope Auſtrum: ſic enim habet Aratus. v. Cic de N. D. 2, 44; Manil. 1, 410; 5, 332.

¶ Ărŭla, *æ*, f. ὑποκορισικῶς, *pro ara parva.* Cic. Verr. 4, 3 *Ante Deos erant arulæ.* Tertull. ad Natio. 1, 6 *Ad arulam quamdam confugere.* Arnob. 3 p. 114 *Niſi pecorum ſanguine delibutas ſuas conſpexerint arulas.* Prudent. Romano v. 259 *Appone portis religioſas arulas.* ¶ 2. Qui *circa arbores pedes terni e ſolido adaggerantur, arulas vocant.* &c. v. Plin. 17, 11.

¶ Ariolor, ariolus, Aruſpex, vide *Hariolus* & *Haruſpex*, etſi Iſidorus ab aris deducere velit.

ĂRĂBARCHES, *æ*, m. Ἀραβάρχης, præfectus exigendo vectigali de pecuariis, quæ ex Arabia in Ægyptum devehebantur. Sic Cicero ad Att. 2, 17 Antonium *Arabarchen* appellat, quaſi Ægyptium publicanum. Extorquebat enim ab Ægyptiis ingentia vectigalia, quæ poſtea prodigebat, ut eſt ap. Plutarch. v. Pancirolli. Thef. Var. Lect. 2, 204, ex Alciato. Lilius tamen Gyraldus dialog. 29 (ap. Grut. Tom. 2 Lamp. p. 450) non Antonium notari vult eo Ciceronis loco, ſed Pompejum. Vſus ea voce eſt & Juvenalis Sat. 1, 129, 130

Atque triumphales (ſtatuæ ſcil.) *inter quas auſus habere*
Neſcio quis titulos Ægyptius, aut Arabarches.

Sed utrobique tam ap. Cic. quam Iuvenal. pro *Arabarches*, *Alabarches* legendum cenſet Cujacius Obſervat. 8, 37 applaudentibus eruditis, inprimis Lambino & Boſio ad l. c. Ἀλαβάρχης enim ſcriptura eſt, ſive atramentum, quo ſcribimus. Sic Latine vectigalium ratio *Scriptura* dicta eſt: & vectigalibus præfectus, *magiſter ſcripturæ* ſive *Alabarches.* Eſt & tertia vocabuli hujus ſcriptio *Halabarches*, ἁλαβάρχης, ap. Euſeb in hiſt. Eccleſ. quam vertens Latine Ruffinus *ſalis præfectum* interpretatus eſt. Verum hoc ſenſu ἁλαίρχης potius, quam ἁλαβάρχης dicendum fuerat. Itaque Ruffinum minus hic probant eruditi, & in his Fullerus 4 Miſcell ſacr. 16. Qui cum copiose Cujacii quoque de *Alabarcha* expoſitionem rejeciſſet, originem vocis ab Arabibus denique, Iudæis ac Syris repetit: tritum quippe Syris vulgari ſermone eſſe vocabulum חלף idemque Arabibus commune ab Hebræis ortum, quo ſignificetur *ἀντὶ*, hoc eſt, *pro*, ſive *loco* aut *vice*: a quo celebratiſſimum, apud Arabes præſertim, vocabulum *Calipha* ſit derivatum, quo deſignatur ſummi eorum prophetæ Mahometi vicarius & ſucceſſor in imperio. Porro familiare quoque Syris eſſe אי, & in compoſitione ארכא, utrumque Græcorum ἄρχων, & in compoſitione ἀρχή; reſpondens. Ex duabus igitur conflatum nomen חלפארכא eum notare, *qui vice principis fungitur, qui vicarium principatum tenet.* Idem Græce alibi, ἁλαβάρχης, alibi ἁλαβάρχης ſcribi: ſolere enim Græcos Hebræorum ח partim aſpirate, partim leniter proferre, nec non novum eſſe, ut ϐ in β tranſeat, v. Iac. Rhenferd. diſſ. de Arabarchis & Ethnarchis Iudæorum, 1702. 4to.

ĂRĂBIA, *æ*, f. Ἀραβία, Aſiæ regio ultra Peluſiacum oſtium, ad rubrum mare pertinens, ut Plinius 5, 10 deſcribit, Arabien. Triplex ea eſt. Prima *Petræa* dicitur, a Petra oppido, quod *Petram Arfi* Scriptura nominat. Altera *Deſerta*, a magnis, quæ in ea ſunt ſolitudinibus, eum alioqui non paucis oppidis, & numeroſa bellicoſaque gente habitetur. Tertia *Felix*, ſeu *beata*, εὐδαίμων Græcis, die glückſeelige oder reiche Arabien; quæ pluribus in locis maxime fertilis eſt, alicubi etiam bifera, ſi Plinio credimus; ſola præterea terrarum omnium thus gignens. *Arabiam* id eſt *ſacram* appellatam Solinus ſcribit c. 33. In quo falſum ipſum fuiſſe Salmaſius ibid. animadvertit. ¶ 2. Eſt & *Arabia* oppidum ad ſinum Arabicum Pomponio, Vadian. Quamvis autem prima in *Arabs* ſemper corripitur, in *Arabia* tamen eam produxit Propertius 2, 10, 16

Et tremit intacta te domus Arabiæ.

Ira & a, 3, 15, uti paullo poſt apparebit

¶ Ărabs, *ăbis*, m. Arabiæ incola, Ἄραψ, ein Araber. Virg. Æn. 8, 706.

Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabæi.

Horat. epiſt. 1, 7, 35 *Nec ſummum plebis laudo ſatur altilium, nec*
Otia divitiis Arabum liberrima muto.

¶ Ărăbus, *i*, m. idem. Virgil Æn. 7, 604

Sive Getis inferre manu lacrymabile bellum.
Hyrcanisve Arabisve parant. vid. Serv. & Pierius. Ita Ovid. Her. 15, 76. vid. Heinſ. ¶ 2. *Arabus* Babylonis & Apollinis filius *barbariam & medicamentariam artem reperit*, Plin. 7, 56. ¶ , *Arabus* lapis *eburi ſimilis, dentifricii accommodatur cremantis*, Plin. 36, 21.

¶ Arabĭcus, *a, um*, Arabiſch; ut *Sinus Arabicus*, Plin. 2, 67 & ieqq. Plaut. Mil. 2, 5, 2 *Vt Arabico fumigem odore.*

¶ Arabius, *a, um*, idem. Plaut. Pœn. 5, 4, 6 *Arabius murrhinusque omnia odor complebat.* Et Propert. 2, 3, 15

Nec ſi qua Arabio lucet bombyce puella.

hoc eſt ſerico, quod in Arabia bombyces texunt.

¶ Arabice, adverb. idem; ut, *Arabice olet*, id eſt, *ex odoribus Arabicis*, Feſtus Pomp. Quod niſi ipſum eſt, perſimile tamen illi Plautino fragmento, quod Diomedes, vetus grammaticus, ſervavit lib. 1 p. 378 *Facite olant edes Arabice*, id eſt, Arabicis odoribus.

¶ Arabis, *idis*, vel Arbis juxta Plinium 6, 24 fluvius Indiæ, cujus accolæ Arabitæ dicuntur. Steph. ¶ 2 *Arabis* Æthiopiæ vicus commemoratur Ptolemæo. ¶ 3. *Arabis* herba, Dioſcor. 2, 146.

Arabilis, vide *Aro*

ĂRACHNE, *es*, f. ἀράχνη, Lydæ puellæ lanificii peritiſſimæ, mutata a Pallade in araneam. Ovid. 6 Met. Fab. 1. Sed Plinius 7, 56 refert, *linum & retia Arachnen, fuſos in lanificio Cloſterem filium ejus inveniſſe.* ¶ 2. Hinc *Arachne* idem ac aranea, eine ſpinne. Et Serenus Sammon. v. 966 *Veſtem Arachnes* venuſte dixit telam, die ſpinnwebe, de cujus uſu apud veteres medico videndus ibi Keuchen. ¶ 3. Apud Vitruv. 9, 9 *Arachne* eſt horologii ſpecies forma araneæ.

¶ Arachnōĭdes, *æ* f. ἀραχνοειδὴς, tenuiſſima oculi tunica, quæ continet humorem cryſtallinum, Celſ. 7, 7.

ARACIA, *æ*, f. ſici genus, Plin. 15, 18

ARACIDNA, *æ*, f. genus plantæ, Plin. 21, 15; Harduinus legit *Arachidna.*

ARACVS, *i*, m. ervilia ſive ochrus ſilveſtris, vogelwicken. Plin. 21, 15.

ĂRĂCYNTHVS, *i*, m. Ἀρακύνθος, mons in diversis regionibus, ut videtur, situs, eodem tempore nomine: nimirum in *Attica*, *Bœotica*, *Arcadia*, & *Acarnania*. Virgil. Ecl. 2, 24

Canto quæ solitus si quando armenta vocabat
Amphion Dirceus in Actæo Aracynthо:

Vbi memineris, O in Actæo non pati tynalœpham, nec versum esse spondaicum. conf. Stat. Theb. 2, 219.

ĂRĂDVS *i. f.* Ἄραδος, oppidum Phœniciæ: situm in insula, haud procul a continente. Curt. 4, 1, 6 *Aradus quoque insula deditur regi.* v. Drakenb. ad Sil. 1, 380.

ARĔOSTŸLOS, scil. ædes, ἀραιόστυλος, laxas habens columnas, Vitruv. 3, & 2 & 3.

ARAGONIA, *æ*, f. regnum est unum ex tribus præcipuis Hispaniæ, pars amplaregionis Tarraconensis, vel a Tarracone civitate sic dicta, vel ab Aragone fluvio. Hinc

¶ Aragonii populi, hujus regni incolæ.

ARAMÆI, *orum*, m. Scythartum populi, alias *Sacæ*, Plin. 6, 17.

ĂRĂNEA, *æ*, f. ἀράχνη, intectum, ein tuncker, eine spinne. Virg. 4 Georg. 247

In foribus laxos suspendit aranea casses.

Ovid. Met. 6, 145

Stamen & antiques exercet aranea casses.

Ejusdem elegantem descriptionem vide apud Drexel. in Rogo Damnator. p. 270, 271. Anacharsis philosophus *leges aranearum telis comparabat*. Val. Max 7, 2, 11. ¶ 2. Tela seu *vete insidii* hujus, die spinnewebe. Ovid. Met. 4, 179 *Summo quæ pendet aranea tigno*. Catull. 13, & *Plenus faveolus est araneārum*. Plaut. Aul. 1, 2, 6 *Ædes inanitis fuit opplētæ atque arancis*. ¶ 3. *Aranea* crustacea, eine meerspinnenart. Gel. Matthiol.

¶ Araneus, *i*, m idem. Catull. 23, 2; Plin. 11, 24 & 48; Prov. *Ex se fingere ut araneus*, aus den fingern saugen. ¶ 2. *Araneus* piscis Plin. 32, 11, qui & *Draco Marinus* vel *Draconcullus* dicitur, ein veternmanche. ¶ 3. *Araneus mus*, μυῖαλώπηξ, genus mustelarum, eine ziſmaus. Plin. 8, 58 *In Italia muribus araneis venenatus est morsus*. Idem 20, 13 pr. *Venenis maris araneus medetur*. conf. Colum. 6, 17; & Ælian. 8, 39.

¶ Araneum, *i*, n. tela araneārum, die ſpinnewebe Phædrus 2, 9, 23 *Tollere hæc aranea quantum est tibi is?* ¶ 2. Vitium est peculiare olivis & viribus, cum telæ veluti involvunt fructum & absumunt, Plin. 17, 24.

¶ Ărăneŏla, *æ*, f. Araneolus. *i*, m. diminut, ein ſpinnlein. Cic. Nat. D. 2, 48 *Data est quibusdam etiam bestiis machinatio quædam atque sollertia, ut in araneolis aliæ quasi vete texunt, aliæ* &c. Virg. sive quisquis auctor Culicis, v. 2 *Atque ut araneoli tenuem formavimus orsum*

¶ Araneōsus, *a*, *um*, voll geſpinſt, ut, *Caulis araneosus*, Plin. 21, 15, hoc est, filis minutis, cum coctus est, cujusmodi aranea sunt. Sic, *Fila araneosa*, Idem 11, 19; & *Cera araneosa*, c. 21, velarum scilicet & crabronum, ex araneosa materia. conf. Catull. 25, 3.

¶ Araneo, *are*, voll ſpinnewebe ſeyn, unde participium, *araneantes fauces*, Apul. a Met. p 152, id est, in quas cibus jam dudum non intraverat, atque obid incipientes obduci aranearum telis, ut Iulianus Floridus interpretatur.

ARAPENNIS, *is* & Arapennus, *i*, m. & Arapenne, n. agri mensura; quæ & *Actus major*, itemque *quadratus* appellata finitaque undique pedibus 120 fuit; ut Gromatici veteres describunt; qui ab *arando* deducunt & Bœticam vocem pronunciant; sed Columella 5, 1 Gallicam agnoscit, *Semi jugerum quoque*, inquit, *Arapennem vocant*, de Gallis loquens. Scaliger in Diras Catonis Comment. Latinum putat vocabulum, sed Gallis receptum. Cum veteres *pennere* pro *pendere* dixerint. Vetus Gloss. *Arpendia*, πλέθρα. Conf. Dalechamp. ad Plin. 18, 3.

ĂRAR, vel Ărăris, *ris*, m. fluvius Galliæ Celticæ, in Rhodanum apud Lugdunum se infundens; hodie *Saone*, die Arr. Virg. Ecl. 1, 63

Aut Aravim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.

Cæs. Bell G. 1, 12 *Flumen est Arar, quod per fines Æduorum & Sequanorum in Rhodanum influit incredibili lenitate, ita ut oculis, in utram partem fluat, judicari non possit.* conf. Tibull. 1, 7, 11. Claudian. in Ruffin. 2, 111.

Quos Rhodanus velox, Araris quos tardior ambit.

¶ Arariсus, *a*, *um*, adj. ut, *Arariсus nautа*, Gruter. Inscript. p. 375 n. 3.

Arario, arator, &c. aratrum, vide *Aro*.

ĂRĂTVS, *i*, m. Ἄρατος, poeta Solensis. Scripsit, quæ extant, Φαινόμενα, id est, *Apparentia*, in quibus situm, motum, ortum, occasum, numerum explicat stellarum apparentium. Quo libro adeo fuere delectati Claudius & Germanicus Cæsares, ut Latinum fecerit uterque. Vertit eum Latine & Cicero adolescens. v. Id Nat. D. 2, 41. Post hunc & Ovidius, Scaligero teste p. 25 ad Sphær. Manilii; & tandem Rufus Festus Avienus. Meminit ejus Ovid. Amor. 1, 15, 16; Stat. 5, 3, 23; Plin. epist. 5, 6. Mediam contra aliorum morem corripit Sidonius carm 23, 113. ¶ 2. *Aratus* alius fuit Sicyonius, qui Nicocle superato, oppressam a tyrannis patriam liberavit, de quo multa Cic. Off. 2, 23 & Liv. 27, 31.

¶ Arātēus, *a*, *um*, adject. Cinna apud Isidorum 6, 12

Hæc tibi Arateis multum invigilata lucernis Carmina.

Absolute Cic. Div. 2, 5

Nostra quædam Aratea

¶ Arātius, *ætum*, idem; ut, *Arатium carmen*, Cic. de Leg. 2, 3.

ARAVSIO, *onis*, f. oppidum Galliæ ad Rhodanum, Secundanorum colonia, aliquot synodis ibi congregatis nobile: nunc *Orange* dictum, Plin. 3, 4

¶ Arausiensis. *e*, adject. Sponius Misc. ex antiq p. 156 ex veteri lapide; *Gentilia Livillæ Arausiensis*. Etiam *Arausiensis*: ibidem p. 98, XV. VIR. ARAVSNS.

ĂRAXES, *is*, m. Ἄραξις, fluvius Armeniæ, unde *Armenius* Lucano 7 v. 188 appellatur: qui lib. 1, 19 cum & *barbarum* dixit. Propert. 3 eleg. 11, 8 *Potaque gaza fugax Araxis aquam.*

Oritur ex iisdem, quibus Euphrates, locis: sed deflectens ad Orientem in mare Caspium effunditur. Herodotus lib. 6 & Plutarchus in Pompejo. ¶ 2. *Araxes* alius Persidis, haud longo spatio a Persepoli, primaria urbe, quem Strabo 15 p. 501 & Curtius 5, 4, 7 describunt. Quomodo ab aliis nominetur, *Araxes*, an *Roganis*, disquirit Salmasius Exerc. Plin. p. 495. ¶ 3. *Araxes* est quoque Thessaliæ fluvius, idem qui *Peneus*. Steph.

¶ Araxēus, *a*, *um*, adjectivum. Avienus Periegesi v. 30 de Tanai:

Scissus Araxeo prius æquore, jam suus unda
Effluit in Scythiam.

Sed heic aliud vel flumen vel mare Hyperboreum significari videtur.

¶ Araxæ, & Araxi, populi Illyrici memorantur Steph. hano.

ARBA, *æ*, vel Arbe, *es*, f. insula & civitas est in Dalmatia seu Illyrico, Plin. 3, 21.

ARBĂCES, *is*, m. Medorum primus rex, Iustino 1, 3 dictus *Arbactus*, sine dubio corrupte. Vide interpretes.

ARBĔLA, *æ*, f. Græcis ἡ Ἀρβέλη & οἱ Ἄρβηλα, urbs Siciliæ, auctore Stephano, cujus cives tam stupidi fuerunt, ut illis facile imponeretur. Apud hos igitur, contemtus alibi, magnum aliquid esse poterat. Vnde proverbium: *Quid non fies Arbelas profectus?* Erasm. in Adag. Sed ¶ 2. Arbēla, Græcis Ἄρβηλα, plur. neut. gen. Vrbs quondam Assyriæ, nobilis clade Darii, Persarum regis, ab Alexandro devicti. vid. Curt. 4, 9, 9; & 5, 1, 2.

Arbina, Arbilla, vide *Arvina*.

ARBITER, *tri*, m. διαιτητής, judex, qui a contendentibus deligitur, vel datur a magistratu extra ordinem, ut ex æquo bonoque causſam disceptet, ein mittler, ſchiedsmann, Ter. Heaut. 3, 1, 92 *Simus & Crito, vicini nostri, hic ambigunt de finibus: me cepere arbitrum.* Cic. pro Rosc. Com. c. 4 *Quis in hanc rem arbiter fuit?* Id. Tusc. 5, 41 *Quorum controversiam solebat tamquam honorarius arbiter judicare*, als ein willkührlicher richter. *Arbitrum statuere*, Idem Att. 15, 1. Cæs. Bell. C. 3, 1 *Cum fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniæ solverentur, constituit, ut arbitri daventur: per eos fierent æstimationes possessionum & rerum. Arbiter* distinguitur a disceptatore apud Cic. fam. 13, 26. Differebant etiam a judicibus *arbitri*: horum enim munus, non ut illorum, legitimum, sed honorarium erat. Deinde non pronunciabant ex juris formula, sed pro arbitrio suo, ex bono & æquo lites discernebant. Sen. 3 de Benef. 7 *Melior videtur conditio causſæ bonæ, si ad judicem, quam si ad arbitrum mittitur: quia illum formula includit, & certos, quos non excedat, terminos ponit; hujus libera & nullis adstricta vinculis religio: & detrahere aliquid potest, & adjicere; & sententiam suam, non prout lex aut justitia suadet, sed prout humanitas & misericordia impulit, regere.* De hoc discrimine *judicis* atque *arbitri* vide & Cic. pro Rosc. Com. c. 4 & 5. *Datus arbiter inter aliquos*, Id. Leg. 1, 20; *de finibus*, Id. Off. 1, 10. Sed & *Medii* appellabantur hi arbitri, ut hodie *Mediatores*, de quo infra. Vulgo etiam *Commissarii* dicuntur. *Adigere arbitrum*, vid. *Adigo* in *Ago*. ¶ 2. In comœdiis spectatores dicti *arbitri* v. Taubm. ad Plaut. p. 216, 797. ¶ 3. *Arbiter* & inspectorem sive speculatorem signinicat, ein auſſeher, zuſchauer, beherscher; qui venatoram auribus facit. Plaut. Mil. Glor. 2, 2, 3 *Mihi quidem jam arbitri vicini sunt, meæ quid fiet domi.* Horat. 1 ep. 11, 26. *Non locus effusi late maris arbiter aufert*: i. e. qui mare late prospectat. Id. Epod. 5, 49 *Orebus mi is Non infideles arbitræ, Nox & Diana.* Vbi simul fœmininum hujus vocabuli nota, quod est *Arbitra*. Sic *sine arbitris*, i. e. consciis sive testibus, Plaut. Cas. 1, 1, 1; & Cist. 1, 1, 66; Liv. 1, 21, ohne iemands beyſeyn. Sic, *Remotis arbitris*, Liv. 2, 4. *Loca ab arbitris remota*, einſame örter, Cic. Verr. 5, 3, 4. v. *Arbitrari* n. 2. ¶ 4. Iam quia nullum imperium sine judicio est, & gubernatio ipsa, ut Salvianus ait, judicium, & qui judicat, inspicere sive cognoscere debet; idcirco *Arbiter* & regem seu principem notat, der oberherr. Sic DEVS ipse *arbiter orbis* appellatur. Sen. in Herc. Fur. v. 582 de Plutone, inferorum rege: *Tandem nostis, ait, vincimur, arbiter.* Et eleganter Horatius 1 od. 3, 15 Notum, ventum, *arbitrum Adriæ*, quasi dominum maris Adriatici appellavit.

¶ Arbitra, *æ*, fœmineum, die auſſeherin. Vide in *Arbiter* num. 3.

¶ Arbitrarius, *a*, *um*, quod arbitrio judicis relictum est, willkührlich. Plaut. Amph. 1, 1, 216 *Hoc quidem profecto certus, non est arbitrarium.* Gell. 18, 10 *Remissio naturalis, non arbitraria.*

¶ Arbitrarium, *i*, n. subst. die taxirung, ſchätzung. Festus: *Arbitrarium dicitur, cum adhuc res apud arbitrum geritur.* Sic, *arbitraria communium parietum fumere*, die braudmauren taxiren, Vitruv. 2, 8.

¶ Arbitrario, adverb. vermeintlich. Plaut. Pœn. 3, 5, 42 *Non pol ego perii certo, haud arbitrario*, hoc est, non dubitanter: sive, non arbitror, sed certo scio, me periisse.

¶ Arbitralis, *e*, idem quod *arbitrarius*. *Arbitrali dijudicatione aliquid componere*, Macrob. Saturn. 7, 1.

¶ Arbitrio, *onis*, m. idem quod *arbiter*. Laudatur Apul. Met. 2 p. 121 *Ut arbitrio adhiberetur*. Sed Flmenh. *adlegarentur*. Ita *arbitrio* est casus tertius. Claud. Mam. 3, 9 *Quid negas arbitrio super his responsa redhibere.*

¶ Arbitrium, *i*, n. sententia arbitri, seu judicis, das urtheil, die entſcheidung. Horat. 4 od. 7, 22.

Quum semel occiderit, & de te splendida Minos
Fecerit arbitria.

Nepos 3, 3, 1 *Arbitrio ejus*, auf ſein erkänntniß, ſeinen ausſpruch. Cic. fam. 11, 20 *Confer te omnia ad arbitrium alicujus.* ¶ 2 Deinde cujusvis voluntas, der willkühr, das gutachten. Sic *Ad arbitrium alicujus vivere*, Cic. pro Muræn. c. 9 *Ad arbitrium suum quem movere*, Idem de Orat. 2, 2, 16 nach ſeinem willen. Pallad. Ian. t. 15 *Arbitrium habebit*, i. e. pro arbitrio poterit. Suet. Tito c. 18 *Homo sui arbitrii*, der ſein eigen herr iſt. Liv. 6, 34 *Fabiam sui ipsum malo arbitrio, quo a proximis quisque minime anteiri vult, pœniturit.* ¶ 3. Imperium significat & gubernationem, die regierung. Cic. pro Roscio Am. c. 45 *Nutu atque arbitrio Dei omnia regentur.* Ovid. Heroid. 22, 27 *Te penes arbitrium vitæ.* Suet. Cæs. c. 7 *Visus erat per quietem matri stuprum intulisse, conjectores ad amplissimam spem inciturverant, arbitrium orbis terrarum potenti interpretantes.* Sen. Theb. v. 595 *Conjugi donum datus Arbitria thalami dura felicis feram.* Ita Grat. Cyneg. 135 *natalibus arbitriis haurire decorum* est nascendi lege pulchrum esse absque cultura. ¶ 4. Electionem notat, die wahl. Nep. 9, 4, 1 *Id arbitrium Conon negavit sui esse consilii.* Et tunc libertatis epi-

theton quoque ferre poteſt, dixeruntque *liberum arbitrium* non ſolum Seneca de Clem. 2, 7; ſed Livius etiam non ſemel, lib. 32, 37 *Quinctio liberum arbitrium pacis ac belli permiſſum*: lib. 37, 1 *Senatui liberum arbitrium de ſe permitterent*: & c. 7 *Permiſſo libero arbitrio*. Conf. Id. 44, 15. ¶ 5. *Arbitrium* eſt pecunia vectigalis, quam publicani ſolvunt reipublicæ ob jus monopolii, vel vendendi per ipſos ſolos, obſervante Græv10 ad Cic. poſt red. in S. c. 7 *Nondum palam factum erat, conciliſſe remp. cum tibi arbitria funeris ſolvebantur*. In quo loco Hotom. recte intelligere videtur mercedem veſpillonibus & aliis funera juvantibus datam. Pro ſua opinione laudat Græv10 Gronovium ad Liv. 2, 9 *Salis vendendi arbitrium, in publicum omne ſumtum, ademtum privatis*.

¶ Arbitror, *atus ſum, ari*, exiſtimare, meynen, halten. Cic. ad Brutum 1 *Quod tibi notum eſſe arbitror*. Ter. Eun. 5, 6, 9 *Primum te arbitrari, quod res eſt, velim*. ¶ 2. Item proſpicere. Plaut. Aul. 4, 1 extr. *Hinc ego & huc, & illuc potero, quid agant, arbitrarier*, i. e. tanquam arbiter intereſſe. v. Taubm. ad Plaut. p. 216, 797, & *Arbiter* n. 3. ¶ 3. *Fidem arbitrari alicui*, id eſt, habere, dixit Plaut. Bacch. 3, 6, 14; & Apul. Apol. p. 306. v. Briſſon. de form. p. 477. Eſt enim verbum ſolenne in teſtimonio dicendo. ¶ 4. Paſſive poſuit Cæcilius ap. Priſcian. p. 792 *Ex ſcriptis eorum, qui veri arbitrantur*, i. e. ὑπολαμβάνονται. Frontin. Strateg. 4, 2, 2 *Qui certioris diſciplinæ arbitrabatur*. Gell. 1, 13 *Anceps quæſtio & in utramque partem a prudentibus arbitrata eſt*. Quin Cic. pro Mure. c. 16, ubi conjectura Lambini *arbitremur* & a MSS. & ab impreſſis omnibus deſeritur teſte Grutero. Sed legitur, *Cujus vita tanti æſtimata eſt, ut morte ejus nunciata, tum denique bellum confectum arbitraretur*. Simili figura & Plautus alibi exulit: e. g. Stich. 1, 2, 87 *Probiores credo arbitrabunt*. conf. Moſt. 1, 2, 38; Pſeud. 4, 2, 57. Et futuro tempore Vlpian. l. 8 § 10 Dig. de Transaction. *Modus pro etate ejus, qui tranſigit, arbitrandus eſt*. Sen. Controv. 3 præf. *Hoc ita ſemper arbitratum eſt*. v. loca ICtorum his auctoritatibus defenſa a Bynkersh. Obſerv. Iur. R. 1, 25 p. 102.

¶ Arbitrans, *tis*. Iuſtin. 1, 7, 2 *Conditionem ſuam mutatam arbitrantes*. Id. 1, 9, 10 *Nemine arbitrante*. conf. Nep. 7, 9, 1.

¶ Arbitratus, *a, um*, idem. Salluſt. Iug. c. 69 *Iugurtham eſſe arbitrati procedunt*. Cæſ. B. G. 3, 28 *Arbitratus id bellum celeriter confici poſſe*. Nep. 13, 3, 3 *Vtile arbitrati*.

¶ Arbitratus, *ûs*, m. arbitrium; ut, *Meo arbitratu*, meines gefallens. Cic. de Amic. c. 1. Id. fam. 6, 1 *Quæro cauſſas omnes aliquando vivendi arbitratu meo*, ich trachte mein eigen herr zu ſeyn. conf. Cato R. R. c. 144. Et Plaut. Amph. 1, 1, 103 *In ditionem & arbitratum alteri ſe dedere*.

¶ Arbitratio, *ônis*, f. idem. Habet Gellius 13, 19, ubi ait: *Arbitratum pro arbitratione dici*.

¶ Arbitramentum, *i*, n. idem. Perrottus in Cornu Cop. ait p. 596 *Quidam pro arbitrio h. e. arbitri ſententia uſurpant*.

¶ Arbitrator, *oris*, m. ein regierer. Ita Iovem appellat Publ. Victor in 10 regione urbis Romæ. v. Reineſ. epiſt. 559.

¶ Arbitratrix, *tcis*, f. arbitra, eine regiererin. Tertull. adv. Marc. 2, 12 *Bonitas in Domino inventa eſt arbitratrix operum ejus*.

ARBOR, *ôris*, f. δένδρος, καὶ δένδρον, ein baum. *Arbor, novella, vetula*, Cic. fin. 5, 14. *Arborem ſerere*, einen baum pflantzen. Id. de Sen. c. 17 *Multæ iſtarum arborum mea manu ſunt ſatæ*. Id. de Orat. 2, 69 *Da mihi ex iſta arbore, quos feram ſurculos. Inſtituere arborem*, einen baum zeugen: Fit illud aut *ſemine*, aut *plantis radicis*, aut *propagine*, aut *ſurculo*, aut *inſito ac confecto arboris trunco*. v. Plin. 17, 10, & Colum. peculiari de arboribus libro. *Langueſcit arbor*, der baum verrocknet. Vide *Langueo*. Plin. 17, 2 *movi* dixit: *Areſcere arborem*, Suet. Veſp. c. 5. *Infelix arbor*, e qua quis ſuſpendio ſtrangulatus carmine veteris legis dicitur, ap. Cic. pro Rabir. perd. c. 4. *Arbor felix*, Gell. 10, 15, h. e. fertilis. *De arborum honore*, Plin. 12, 1. *De umbroſis, & ſtupendæ amplitudinis arboribus* Barth. ad 4 Theb. Statii p. 1002 ſeq. *Everſa arbor*, ein umgeriſſener baum, Suet. Domit. c. 15. *Arbores teneras intorto ſtramento veſtire*, junge bäume mit ſtroh verbinden, Plin. 17, 2. Eidem *arbor educare poma* dicitur, cum poſt germinationem & florem fructus formari cœpti ſunt. Prov. Liv. 10, 24 *Quam quis arborem conſevit, ſub ea legere alium fructum, indignum eſt*. ¶ 2. De malo navis (maſtbaum) uſurparunt ICti. Papinianus l. 3 D de L. Rhodia: *Cum arbor aut aliud navis inſtrumentum, removendi communis periculi cauſſa, dejectum eſt*. Paullus lib. 2 Sent. 7 § 3 *Nave, vel arbore vi tempeſtatis amiſſa, vectores ad contributionem non tenentur, niſi ipſi arborem ſalutis cauſſa ementibus navis ſalva ſit. Arborem mali* Virg. Æn. 5, 504 dixit: ad quem vide Erythræi Indicem in voce *mali*. Adde Iuvenal. 12, 32. ¶ 3. De remo, das ruder, Virg. Æn. 10, 207 *Centena arbore*, id eſt, centum remis. Plin. 12, 1 *Arbore ſulcamus maria*. ¶ 4. *Arbor* piſcis in Gaditano oceano nimirum vaſtis diſpanſus ramis &c. Plin. 9, 4. ¶ 5. Proverbiale eſt: *Arbore dejecta ligna quivis colligit*: ὀρυὸς πεσόντος πᾶς ἀνὴρ ξυλεύετω: wenn einer liegt, will iederman auf ihn mit füſſen gehen. Eleganti etiam metaphora de malis poſt Cæſaris necem reliquis Cic. Att. 15, 4 *Exciſa eſt arbor, non evulſa* &c. ¶ 6. *Arbor conſanguinitatis* ICtis eſt deformatio, quæ ſeriem & diſtantias cognatarum perſonarum oſtendit, der ſippſchaft-baum.

¶ Arbos pro *Arbor* apud veteres. v. Quintil. 1, 4. Et ſic ſæpe Virgil. e. g. ecl. 3, 56 &c. Hinc *Arboſem* pro *Arborem* ap. Feſtum.

¶ Arbuſcula, *æ*, f. diminut. ein bäumlein. Plin. 19, 10 *Inſeſtant culices hortos, riguos præcipue, ſi ſint arbuſcula aliquæ*. Colum. 9, 5 *Conſeri circa apiarium debent arbuſculæ incrementi pari*. ¶ 2. *Arbuſcula* eſt machinula, quæ græce ἀμαξίτης dicitur, ap. Vitruv. 10, 20. v. Baldi Lex. p. 11. ¶ 3. Eſt & nomen mulierculæ mimæ ap. Horat. 1 Sat. 10, 77.

¶ Arbŏreus, *a, um*, adject. vom baum; ut, *Arborei fœtus*, baumfrüchte, Virg. Georg. 1, 55. *Arborea umbra*, baum-ſchatten, Ovid. Met. 10, 129. *Cornua arborea cervorum*, i. e. quæ ſunt velut arbores, Virg. Æn. 1, 194. *Arundini Indicæ arboreæ amplitudo*, Plin 16, 36

¶ Arborarius, *a, um*, idem; ut, *Proventus arborarius*, Solin. c. 16 & 36. *Picus arborarius*, qui in arboribus nidificat. Plin. 30, 16. *Falx arboraria*, Cato R. R. c. 10 & 11; Varro R. R. 1, 32.

¶ Arboraria, *æ*, f. hedera nigra, Apul. de Herb. c. 98.

¶ Arborator, *ôris*, m. ein baum-gärtner. Colum. 11, 1 *Bonus arator, optimus fuſſor, nec minus arborator & vinitor*. Plin. 18, 33 *Frondem media die, arborator, ne cædito*.

¶ Arbŏreſco, *ere*, hoch aufwachſen, zum baum werden. Plin. 19, 4 *Tradunt in Arabia malvas ſeptimo menſe arboreſcere*.

¶ Arbŏrĕtum, *i*, n. *arbuſtum* eſt, de quo mox dicetur. Vſus eo Cl. Quadrigar. ap. Gell. 17, 2 addit vero Gellius: *Arboreta ignobilius verbum eſt, arbuſta celebratius*.

¶ Arbuſculōſus, *a, um*, voll bäumlein. Gloſſ. gr. lat. σύνδενδρος, *arbuſculoſus*.

¶ Arbuſtus, *a, um*, plenus arbuſtis, voll bäume; item robuſtus, ſtarck wie ein baum. Plin. 10, 29 *Arbuſtus ager*; ubi alias *arbuſtatus*. Compar. Tertull. cont. Marc. 2, 29 *Res arbuſtiores*, i. e. feraciores.

¶ Arbuſtum, *i*, n. complectitur arbores multas, ad fructus conſitas; ut in olivero, avellaneto &c. eine baumſchule, geſträuch. Liv. 22, 15 *Arbuſta vineæque, & conſita omnia magis amœnis, quam neceſſariis fructibus*. conf. Cato R. R. c. 7; Colum. 2, 18, & 5, 6; Gell. 17, 2. & de *arbuſto Gallico*, Colum. 5, 7. Alb. Gentil. in lect. Virg. c. 10; Taubm. ad Virg. p. 10. ¶ 2. Ita etiam appellantur arbores vitibus maritatæ, ſive loca arboribus conſita, ad quas apponantur vites, quæ & *arbuſtivæ* appellatæ ſunt. v. Colum. de Arbor. c. 1, & 16; Pallad. Oct. t. 4. Virg. Georg. 2, 416.

¶ Arbuſtivus, *a, um*, an bäumen, voll bäume. Colum. de Arb. c. 16 *Arbuſtivam vitem quam putare tam alligare diligenter oportet*. Idem 3, 13 *Ex omni ſive arbuſtivo, ſive ſilveſtri loco*. conf. de R. R. 4, 1.

¶ Arbuſto, *are*, eſt arbuſto agrum conſerere, mit bäumen beſetzen. Plin. 17, 23 *Transpadana Italia, præter ſupra dictas, cornu, populo, tilia, acere, orno, carpino, quercu arbuſtat agros*.

ARBŬTUS, *i*, f. κόμαρος, arbor quæ poma inſtar ceraſorum aut prunorum fert. Valla in Raud. Itali hanc arborem vocant *Albatro*, Germani, ein hag-dorn, hag-apfel-baum; ut Hadrianus quidem indicavit. Feſtus: *Arbutus genus arboris frondibus variis*. conf. Plin. 15, 24; Virg. Georg. 2, 69; Id. ecl. 3, 82; & 7, 46; Horat. 1 od. 1, 21 *Viridi membra ſub arbuto ſtratus*. Id. 1 od. 17, 5 *Arbutos quærere latentes*.

¶ Arbutum, *i*, n. ipſum pomum arboris, hahnebutte, ſchlehen vom hagdorn. Virg. Georg. 1, 148 *Glandes atque arbuta ſacræ ſjuvæ* conf. ibid. 2, 520 &c. *Vnedo* etiam dicitur, quod unum tantum eſſe expediat. v. Plin. 15, 24.

¶ Arbuteus, *a, um*, adject. vom hagdorn; ut, *Arbuteæ crates*, Virg. Georg. 5, 166. *Arbutea fronde*, Ovid. Faſt. 6, 155. *Arbutei fœtus*, id eſt fructus, Id. Met. 13, 820.

ARCA, *æ*, f. λάρναξ, ab arcendo, receptaculum variarum rerum eſt, ein kaſten, kiſte oder lade; unde & ad mortuorum loculos ſive ſarcophagos refertur, ſarg. Quemadmodum hac voce non ſemel ICti fuerunt uſi, quod & Cujacius notat Obſervat. 21. Plin. 13, 13 *Caſſius Hemina prodidit, Cn. Terentium ſcribam agrum ſuum in Ianiculo repaſtinantem offendiſſe arcam, in qua Numa, qui Romæ regnavit, ſitus fuiſſet*. Ruffin. 10 Hiſt. Eccleſ. 35 *Trahebant longo agmine arcam martyris*, Babylæ puta, de quo ſermo eſt. Sed *Arca veſtiaria*, ein kleider-ſchranck. Cat. R. R. c. 11. ¶ 2. Vulgatiſſime de receptaculo nummorum ſive pecuniæ uſurpatur: unde *domini arcam exhaurire* dicitur *res*, quæ ejus pecunias conſumit, ap. Colum. 3, 3. Cic. Att. 1, 9 *Arcæ noſtræ confidito*, i. e. fideliter ſolvam. Iuvenal. 3, 143 *Quantum quisque ſua nummorum poſſidet arca, Tantum habet & fidei*. ¶ 3. Hinc *Arca* ſæpe idem, quod ærarium, ſeu fiscus eſt, die caſſe. B. Ambroſ. epiſt. 1 ad Valentin. Imp. *Quod jamdudum vel fiſco vel arcæ eſt vindicatum, de tuo magis conſe re videbere*. Sic Eccleſiarum, Collegiorum, ac Etæriarum ταμῖα, *arcæ* paſſim appellantur. *Arcam Numinis*, de arca eccleſiæ Prudentius in Laurentio v. 122 dixit, plane ut nos den gottes-kaſten, appellamus. De arcis collegiorum paſſim ICti; quæ *communes* vocantur ferme; quod communes pecuniæ ibi ſerventur: ut nobis quoque gemeine caſſa, appellantur. Apul. Mileſ. 7 p. 189 *Expromptis mille aureis, quos variis viatoribus detractos, communi conferebat arcæ*. ¶ 4. Dicuntur & *Arcæ* fiſci pecuniarum, quæ ex certis ſpeciebus rediguntur. Sic *frumentariam & oleariam arcam* in libris Iuris Civilis legimus: *arcam vinariam* ap. Symmach. 10 epiſt. 42 & 47. In quibus arca nihil aliud eſt, quam quod ab Italis accepto vocabulo hodie, eine caſſe, appellamus. Sic *theatralis arca, arca quæſtoria, arca pontificialis* apud veteres invenitur. ¶ 5. Invenias etiam, *Arcam* arctiorem eſſe locum in carcere, coyen. Cic. pro Mil. c. 22 *Separantur a cæteris & in arcas conjiciuntur*. ¶ 6. *Arca* Gromaticis ſcriptoribus eſt ſignum limitaneum & finale, in modum arcæ conſtructum. Innocentius lib. 11 p. 221 ed. Gœſ. *Arca in quadriſinio conſtituta*: & p. 224 *Arca conſtituta in triſinium*. Et auctores de Limitibus, ibid. p. 271 *Arca finalis*: item *Arca marmorea*. Frontinus aliquoties cum *ripis* conjunxit, ut de Coloniis p. 119 *Adrianus ager finitur per rationem arcarum, riparum, canabularum* &c. ¶ 6. *Arcam* Latini ſcriptores pro præſenti pecunia ponunt, unde *ſolvere ex arca*, cui opponitur *ſolvere e menſa*. Eſt autem arca locupletiorum, facculus pauperiorum. Iuvenalis 11, 26 *Ignorat quantum ferrata diſtatab arca Sacculus*.

¶ Arcula, *æ*, f. diminutiv. Cic. Off. 2, 7 *Perſcrutari arculas mulierum*. Varr. R. R. 3, 17 *Pictores loculatas magnas habent arculas*. Vitruv. 10, 13 *Coagmentata arcula ſuſtinet caput machinæ*. conf. Plaut. Moſt. 1, 3, 90; Colum. 12, 45. ¶ 2. *Arcula* in organo muſico receptaculum æris, die windlade. Vitruvio 10, 3. ¶ 3. *Arcula avis, quæ in auſpiciis vetabat aliquid fieri*, Feſt. ab *arcendo* adeo dicta. v. *Arcivus* in *Arceo*.

¶ Arculus, *i*, m. *putabatur Deus, qui tutelam gereret arcarum*, Feſt. ¶ 2. *Arculus*, diminut. ab *Arcus* vide in *Arcus*.

¶ Arcella,

¶ Arcella, *e*, f. diminut. aliud ut *Arcula* apud Festum in *Arca*. Frontin. de Colon. Goes. p. 118. *Ager terminis Claudianis in modum arcellæ est demetitus.* Et de Limit. p. 260 *Invenies arcellam in trifinio positam.*

¶ Arcellātus, *a, um*, arcella circumdatus, vult aliquis ita interpretari *Arcellatas vites* Colum. 3, 2. Sed editur *Arcuatas*.

¶ Arcārius, *i*, m. œconomus reipublicæ, qui accepta & expensa arcarum tractat, ein Kaſſen-herr, Caſſirer; ut, *Pontificalis arcarius*, Symmach. 1 epiſt. 62 qui *arcæ Pontificum præest*. In familia etiam ferrorum *arcarii* dicuntur, qui domini pecunias tractant: Scævola L. 41 D. de fideicom. Libert. *Stichus arcarius probante domino nomina fecit, & rationes a domino ſcriptas exhibuit.* V. Pignorius de Servis p. 165, & Savaro ad 5 epiſt. 7 Sidonii.

¶ Arcularius, *i*, m. qui arculas conficit & vendit, apud Plautum Aul 3, 5, 45, ein Schreiner, Tiſchler, Schachtelmann.

¶ Arcatura, *æ*, f. Gromaticis eadem fere, quæ *Arca* n. 6. Caſſiodorus Variar. 3 ep. 52 *Miramur fuiſſe litigatum, quod aut terminis veſtibus, aut jugis montium, aut fluminum ripis, aut arcaturis conſtructis, aliisque ſignis evidentibus conſtat eſſe definitum.*

¶ Arcinius, & Arcinalis, vide in *Arceo*.

ARCĂDIA, *æ*, f. Ἀρκάδια, regio Peloponneſi interior, a mari remota; ſic appellata ab Arcade, Iovis filio, *Parrhaſia & Pelaſgia* quondam dicta, nec non *Lycaonia*, ut Euſtathius tradit ad Dionyſii Periegetin v. 415. Liv. 1, 5 *Solemne allatum ex Arcadia, ut nudi juvenes Lycæum Panæ venerentes per lasum atque laſciviem currerent.* Proverbii vicem puſtinere poteſt illud Luciani bis accuſ. p. 218 Cantv. πόθεν ἐν Ἀρκαδίᾳ σοφιστὴς ἢ φιλόσοφος; *Vnde in Arcadia orator aut philoſophus?*

¶ Arcadicus, & Arcadius, *a, um*, adject. Liv. 1, 5 *Ferunt, a Pallanteo, urbe Arcadica, Palatium, deinde Palatinum montem appellatum.* Sic *Arcadici mures, Arcadicum* vel *Arcadium germen*, Ὄνειον βλάστημα, *de grandibus & ignavis ſolitum dici*, groß und faul. Vid. Chil. Sed *Arcadia nemora*, apud Sen. Here. Fur. v. 229.

¶ Arcas, *ădis*, natus Arcadia. *Arcades* autem vetuſtate gentis adeo gloriari ſolti, ut ante ſolem & lunam natos ſe dicerent. Stat. Theb. 4, 275 *Arcades huic veteres, aſtris lunaque priores, Agnina ſata datis.* Ovid. Faſt. 2, 289

Ante Iovem genitum terras habuiſſe feruntur
Arcades, & Luna gens prior illa fuit.

Scholiaſtes Dionyſii Periegetæ ad v. 415 ex Lycophrone refert, ὅτι καὶ προσέλῃνοι λέγονται οἱ Ἀρκάδες, διὰ τὴν πάνυ τῷ ὄντως ἀρχαιότητα, *Antelunares quoque vocari Arcades propter nimiam antiquitatem.* v. ad Lycophr 482 Tzetz. ac Meurſ. Adde Ovid. Faſt. 1, 469, nec non Scholiaſten Ariſtophanis ad illud in Nebulis: Καὶ πῶς, ὦ μῶρε σύ, καὶ προγόνων ὄζων καὶ βεκκεσέλῃνε, (cujus locum, varias e variis auctoribus rationes congerentis, Rutgerſ. Var. Lect. 4, 18 emendat,) ut & Plutarch. de Placitis Philoſoph. 1, 7. Fabulæ hujus cauſam & occaſionem Cenſorinus de Die Natali c. 19 ita refert: *Arcades trimeſtrem annum primo habuiſſe dicuntur: & ob id* proſeleni *appellati, non, ut quidam putant, quod ante ſint nati, quam lunæ aſtrum cælo eſſet: ſed quod prius habuerint annum, quam is in Græcia ad lunæ curſum conſtitueretur.* Conf. Voſſ. de Arte Hiſt. p. 33. Aliter Mauſſacus ad Plutarch. de fluv. c. *Eurotas* p. 302 ſeq. his verbis: *Græcos fere omnes actiones ſuas ad lunam dirigere ſolitos, vulgare eſt omnibus dictis. - - - Certe Lacones religioni duxere aliquid incipere ante plenilunium & novilunium. - - Arcades e contra quia ante plenilunium & novilunium ut plurimum bella, aut alia negotia ſua ſeria aggrediebantur, nec huic ſuperſtitioni dediti erant,* προσέληνοι *dicti ſunt proverbiali convicio. Quam convicii cauſam ipſi Arcades jucunda interpretatione eluſere, & probrum in laudem converſam fuit. Nam antiquiorem illo fidere gentem ſuam eſſe poſtea gloriati ſunt, & ad originis ſuæ vetuſtatem ſubſannationem illam retulerunt.* Vetuſtatis cauſſa itidem & βαλανηφάγοι, id eſt, glande veſcentes appellati videntur, quia *primo victum mortalium glandiferæ arbores aluerunt*, ut Plinius teſtatus loquitur lib. 16 initio. Arcades glande ſolitos veſci Artemidorus etiam obſervat Ὀνειροκριτικῶν 2, 25, ubi & Rigaltium videre licebit. A Muſices ſtudio Arcades Polybius laudat lib. 4 p. 289. Inde illud Virg. Ecl. 10, 30 *Soli cantare periti Arcades.* Inde etiam poëtarum nobile per Italiam collegium *Arcadum* nomen aſſumſit.

ARCADIVS, *i*, m. Theodoſii imp. filius & conſors imperii cum fratre Honorio, v. Pomp. Lætus & Aur. Vict. Epit. c. 48. ¶ 2. Aliis Grammaticus Antiochenus apud Suidam.

ARCANVM, *i*, & ARCE, nomen villæ fratris Ciceronis, paullum a Minturnis diſtans. Meminit ejus Cicero ad Att. 7, 4 & 10.

ARCĀNVS, *a, um*, adject. ab *Arceo*: tam qui tacet audita & commiſſa, verſchwiegen: quam quod occultum celatumque eſt, & a conſpectu hominum arcetur, heimlich, verborgen. Plaut Trin. 2, 4, 154. STASIMVS: *cave ſi dixeris, me tibi dixiſſe hoc.* PHILTO: *dixiſti arcano ſatis*, der reinen mund hält. Sic *tabulas arcanas ſignare*, Ovid. 2 Amor. 15, 16, i. e. quæ ſub ſigillo cuſtodiunt & tegunt inſcripta. *Arcana raptas e popina*, Martial. 5 epigr. ult. eſt, ex ſecreto voluptatis loco. *Arcanum & occultum ſcelus*, Curt. 6, 10, 28. *Arcana cubilia*, Plin. Paneg. c. 49. *Arcana taberna*, Propert. 4, 8, 19; *nox*, Ovid. Her. 9, 40. Apud Fund. Am. 1, 7, 10 de Oreſte *Auſus in arcanas poſcere tela Deas*, h. e. in furias, quas ſolus ipſe videre ſibi videbatur.

¶ Arcanum, *i*, n. ſubſtantive, res ſecreta, heimlichkeit. *Arcanum prodere*, Iuvenal. Sat. 9, 115; cui contrarium eſt, quod Curtius ait, 4, 6, 5 *More Perſarum, arcana regum nemo celantium fide.* Id. 6, 8, 11 *Omnium arcanorum regis arbiter.* Horat. 1 epiſt. 18, 37

Arcanum neque tu ſcrutaberis ullius unquam,
Commiſſumque tege & vino tortus & ira.

¶ Arcane & Arcano, adverbia, in geheim. Cæſ. B. Civ. 1, 19 *Ipſe arcano cum paucis familiaribus ſuis colloquitur.* Plaut. Trin. 2, 4, 117 *Arcano tibi ego hoc dico, ne ille ex te ſciat.* Comp. Colum. 3, 2 extr. *Quid arcanius judicem, ſuo loco mox dicam.*

Arcarius, Arcas, vide *Arca, Arcadia.*

ARCEBIOS, *i*, herba, *proprio nomine vocabilis, quam aliqui anchuſam vocant, alii arcebion*, Plin. 22, 22.

Arcella, Arcellatus, vide *Arca.*

ARCEO, *ui, ēre*, ab ἀρκέω, vel ἄρκω, vel εἴργω. v. Voſſ. Etym. p. 40. Proprie eſt prohibere eos, qui veniunt, ne accedant, ſecundum Vallam lib. 6, abhalten, abtreiben; ut, *Arcere aliquem regione, & a regione*, Virg. Æn. 9, 319; Liv. 44, 24; *aditu*, Id. Liv. 31, 17; *progreſſu*, Cic. Att. 11, 2. Idem Cat. 1, 13 *Tum tu, Iupiter, hunc & hujus ſocios a tuis aris, ceterisque templis, & tectis urbis ac mœnibus arcebis.* Ovid. Met. 4, 647 *Arcebatque ſuis externos finibus omnes,* conf. Id. Met. 15 v. 72 ſq. Et, *Arcere incendium*, Inſcr. Gruter. p. 61 n. 3 INCENDIORVM ARCENDORVM CAVSA. Cic. Off. 1, 34 *Adoleſcentia a libidinibus arcenda eſt.* Id. Leg. 1, 14 *Homines ab injuria pœna arcet. Arcere aliquem veterno*, nicht ſchlafen laſſen. Horat. 1 ep. 8, 10. Sic & cum infinitivo: Ovid. Met. 15, 72 de Pythagora: *Animalia menſis arcuit imponi*, i. e. vetuit; ita cum Bernegg. Heinſius. al. male *arguit.* Id. Pont. 3, 3, 56 *Quam lex furtivos arcet habere viros.* conf. Id. Pont. 1, 6, 42; & Sen. Troade v. 277. ¶ 2. *Arcere* interdum eſt coërcere, hemmen; ut in Cic. Tuſc. 2, 21 *Hos quidem ut famulos vinclis & cuſtodia arcoamus.* Id. N. D. 2, 54 *Alvi natura arcet & continet quod recipit.* Id. Som. Scip. 4 *Extimus orbis arcens & continens cæteros.* Feſtus: *arcere eſt continere. Vnde & arcus in ædificiis dictus eſt, quia ſeipſum continet.* Poſt: *unde coërcere continere dicimus.*

¶ Arcto, *avi, atum, are*, frequentativum, quod & *Arto, are*, ſcribitur, & ſignificat conſtringere, zuſammen zwingen, klemmen, preſſen. Plaut. Capt. 2, 2, 54 *Fortuna humana fingit, artatque ut lubet.* Colum. 12, 43 *Perticas arctare.* Lucan. 4, 370 *Arctavit clauſitque animam.* conf. Idem 9, 35; & Martial. 2, 90. Stat. Theb. 11, 39

Arctatur denſo fugientum examine vallum.

¶ Arctans, *tis*. Plin. 3, 6 *Auguſtias eas arctantibus inſulis parvis.*

¶ Arctatus, & Artatus, *a, um*, exiguus, anguſtus, knapp, enge. Cic. pro Rab. poſt. c. 14 *Navis parva & arctata.* Vellej. 1, 16, 2 *Artati temporis ſpatium.* Id. 2, 10, 3 *Vt clariſſima, ita numero artata felicitas.*

¶ Arctus, vel, ut alii ſcribunt, Artus, *a, um*, id eſt, adſtrictus, maxime conjunctus, feſt, enge in einander geſchoben. Cic. Att. 6, 2 *Arctiſſima vincula amoris*, id eſt, amor vel amicitia conjunctiſſima. Et Off. 3, 6 *Arctiſſimum vinculum ſocietatis*, unzertrennliche freundſchaft. Id. Somn. Scip. c. 1 *Arctior me ſomnus, quam ſolebat; compl. vus eſt*, ein feſter ſchlaf. *Convivium arctum*, da man enge eingepreſſet ſitzet. Horat. 1 epiſt. 5. extr. ¶ 2. *Arctæ res*, quæ & anguſtæ dictæ Horatio, miſeræ, & in magnum diſcrimen adductæ, noth. Tac. Hiſt. 3, 69, 7 *Miſſo nuntio, qui circumſideri ipſos, &, niſi ſubveniretur, res arctas nunciaret. Arctum animum* pro trepido & metu dejecto, Horat. 2 Sat. 6, 82. Idem *in arcti an deſitive*, Poetica v. 134 dixit. *Se cogere in arctum*, Lucan. 2, 615 Formulas id genus plures congeſſit Burm. ad illud Nemeſ. ecl. 4, 32 *Vſus in arcto eſt*, brevis eſt occaſio. ¶ 3. *Artum* habere optimæ quoſque notæ MStos teſtantur Brouckh. ad Tib. 1, 5, 53 & Drakenb. ad Sil. 7, 250.

¶ Arcte, adverb. hart, feſt. Cic. Parad. 1, 4 *Illud arcte tenent, accurateque defendunt, voluptatem eſſe ſummum bonum*, das laſſen ſie ſich nicht nehmen. Id. Divin. 1, 28 *Arcte & graviter dormire. Arctius adſtringi*, Id. de Fato c. 14 & Horat. Epod. 15, 5. *Arctiſſime diligere*, Plin. 6 epiſt. 8. *Arctiſſime conſtringi*, Val. Max. 2, 2, 8. *Arte* pro *arcte* ſæpe Plaut. Ainn. 1, 1, 64; Mil. 5, 8, 25 &c. Sall. Iug. c. 68 *Quam artiſſime ire*, ſehr gedrängt.

¶ Arctatio, vel Artatio, *onis*, f. die einpreſſung, apud Diomedem, Varro de L. L. 4, 1 *Propter literarum artationem aut commutationem. Tractationem* legit Turnebus 24, 29.

¶ Artio, *ivi, itum, ire*, pro *Arctare*, quetſchen, einpreſſen, veteres uſurpabant. Cat. R. R. c. 40 *Surculum aridum præacutum inter librum & ſtirpem artito.* Et mox: *Surculum quem artiveras, eximito &c.* Conf. ex Novio Nonium 10, 10.

¶ Artitus, *a, um*, gepreßt, eingedrückt; ut, *Artita colla*, id eſt, conſtricta apud Prudent. περὶ στεφ. Hymn. 1, 72 & præfat. ψυχομαχίας v. 33, ut. Io. Weitzius, MSS. libris non vulgaribus uſus, in lucem edidit; fed Heinſius & Chamillard *attrita* legunt. ¶ 2. Alia notio vid. in *Ars.*

¶ Arcīvus, *a, um*, abwehrend; ut, *Avis arciva*, quæ in auſpiciis aliquid vetabat fieri. Ita legit Scaliger apud Feſtum. Vulgo legitur *Arcula.* Gloſſ. gr. Iat. ἀρκτικὸς, κωλυτικὸς, *arcivus*

¶ Arca, Arcanus, Arcus, Arx, etiam ab *arceo* derivantur; ſed de his ſeorſum agitur.

¶ Arcifinalis, *e*, das natürliche grenzen hat. Nempe ita vocatur ager, qui finibus naturalibus, montis jugo puta, flumine &c. continetur, ubi proinde non ad numerum centuriarum jugerumve, ſed ſimpliciter ad illum terminum naturalem reſpicitur, adeo quidem ut mutato fluminis alveo vel amplificetur territorium vel minuatur. Sicul. Flaccus de Condit. agr. p. 3 *Occupatorii dicuntur agri, quos quidam arcifinales vocant. - - Vt quisque virtute colendi occupavit, arcendo vicinum, arcifinalem dixit.* Adde Rigaltii Obſerv. & Gloſſas agrimenſ. & Goeſium p. 127. it. Grot. de I. B. & P. 2, 3, 16 & 2, 8, 12.

¶ Arcifinius, *a, um*, idem. Varro apud Frontinum de re agraria: Goes. p. 38 *Ager arcifinius ab arcendis hoſtibus eſt appellatus.* Frontinus ipſe l. c. *Ager arcifinius nulla menſura continetur.* Conf. Iſidor. 15, 13; Aggenus Goes. p. 45 & 48; & Hygnus p. 160.

Compoſita cum Præpoſitione.

¶ Abarceo, vel Aberceo, *ēre*, zurück halten, abhalten, abtreiben. Feſtus: *Abarcet, prohibet.* Plautus: *Atque eam abarcet domo.*

¶ Coërceo, *ui, itum, ēre*, ambire, complecti, claudere, umfangen, ſchlieſſen, wehren, einhalten. Cic. N. D. 2, 22 *Mundus omnia complexu ſuo coërcet & continet.* Id. de Cl. Orat. c. 91 *Fluvium extra ripas effluentem coërcere.* Lucret. 4, 552 *Extima membrorum circum textura coërcet.* Et 6, 954 *Undique qua circum corpus lorica coërcet.* Virg. Æn. 9, 28 *Poſtrema coërcent Tyrrhidæ juvenes.* id eſt, claudunt agmen, ut Livius loquitur. ¶ 2. *Coërcere* eſt vi manuque aut ſtudio cohibere ſeu cogere, bändigen, zwingen, im zaum halten. Stat. Theb. 11, 669 *Promptamque*

coërcuit

coërcuit iram. Cic. 1 Att. 18 *Ego nactus locum resecandæ libidinis & coërcendæ juventæ, vehemens fui* &c. Id. Off. 3, 5 *Coërcere damno, exilio, vinculis, morte* &c. Nep. 20, 5, 2 *Coërcere manibus procacitatem alicujus*, pünire pariter ac inhibere. ¶ 3. Pro removere, abſchaffen. Quint. 8, 3 p. 681 Burm: *Sangentia in altum oleæ encomina ferro coërcito.* Id. 12, 1 p. 1049 *Cicero ſe multa ex juvenili abundantia coërcuiſſe teſtatur.*

¶ Coercens, *tis*, verfaſſend, zäumend. Cic. N. D. 2, 40 *Omnia cingens & coercens cœli complexus.* Lucret. 2, 396 *Animo vitai claſtra coercens.*

¶ Coercitus, *a, um*, angehalten, eingeſchränckt. Plin. 12, 1 *Alpibus coercite Galliæ.* Ovid. Heroid. 14, 3 *Clauſa gravibusque coërcita vinclis.*

¶ Coertio, & Coercitio, *ōnis*, f. zwang, ſtrenge Suet. Claudio c. 38 *Coërtionem ſophiarum adilibus edenit:* Vbi Torrentius obſervat in MS. libris *coërcitionem*, non *coërtionem* legi: itaque hanc vocem & in Pandectis Florentinis ferme ſcriptam inveniri. Et vero *coërcitio* integram ac plenum eſt; *coërtio*, contractum: ut *puertia*, ex *pueritia* ap. Horatium: & Salmaſ. codex expreſſe *coërtionem* retert. Sic Quintil. 9, 2 *Interpellantes coërtio.* Cell. 3, 18 *Onerare coërtionibus officiorum.* Paulus l. fin. ff. de Off. ejus cui mand. jurisd. *Iurisdictio ſine modica coërtione nulla eſt.*

¶ Coërcitio, *onis*, f. integre, animadverſio feu caſtigatio eſt, züchtigung, beſtrafung. Sic *coercitio ſervorum*, Sen. Brev. Vit. c. 3: *Irrantium*, Id. de Ira c. 15. *Coërcitio capitalis*, l. 200 Digeſt. de Verb. ſignificatione: *pecuniaria*, l. 2 Dig. de publicis judiciis; *morum*, l. 15 § 1 Dig. ſolut. matrim. *delictorum*, l. 131 Dig. de V. S.

¶ Coercitor, *oris*, m. qui coercet, der zuchtmeiſter. Eutropius 7, 13 de Veſpaſiano: *Diligens coërcitor diſciplinæ militaris.*

¶ Coarcto, & Coarto, *avi, atum, are*, idem quod *Arctare*, contrarium verbo *Dilatare*, einziehen, einſammen, verkürtzen, enge machen. Cic. de Orat. 1, 33 *Quæ coarctavit, & perongoſte refersit in oratione ſua, dilatet nobis atque expliet.* Ovid. Faſt. 5, 546 *Nox coarctat iter.* Sic Liv. 28, 5 *Anguſtæ fauces coarctant iter.* Plin. 1 epiſt. 20 *Dicta in unum librum coarctaſſe.* Petron. c. 58 *Vulnus araneis oleo madentibus coarctat.* Col. 2, 19, 2 *Coarctare fœnum in ſtruem*, heuſchober machen. ¶ 2. Hic cogere, anhalten. Paul. l. 57 pr. de contrah. emt. *Coartandus eſt emtor venditionem adimplere.*

¶ Coarctatus, *a, um*, eingeſchloſſen, eingeſperrt. Cic. ad Att. 7, 10 *Adhuc in oppidis coarctatus.*

¶ Coarcte, adv. unde compar. *Coarctius*, genauer. Gell. 19, 2 *Si interpretari coarctius velis.* vulgo legitur *coactius.*

¶ Coarctatio, & Coartatio, *ōnis*, f. die einſchlieſſung. Hirt. Bell. Alex. c. 74 *Cæſar videbat inanem oſtentationem, & eo loco militum coarctationem.* Vitruv. 9, 9 *laxationi opponit.* conf. Liv. 27, 46.

¶ Exerceo, *ui, itum, ēre*, üben, treiben. Cic. de Orat. 1, 33 *Vehementiſſime exercere ſe in aliqua re*; & *aliqua re.* Id. in Bruto c. 15; *in ſtudio alicujus rei*, Id. pro Cluent. c. 64; *ſe ad aliquid*, Id. Catil. 1, 10. Conf. Id. fam. 1, 7, 29. *Latine apud Brutium exerceri volo*, Id. fam. 16, 21. Id. 6 Att. 1 *Pueri amant inter ſe, diſcunt, exercentur.* Et de Seneſt. c. 7 *Memoria minuitur, niſi exerceas eam.* Plin. 8 epiſt. 14 *Difficile eſt tenere, quæ acceperis, niſi exerceas.* Cic. Tuſc. 1, 18 *Quam quisque norit artem, in hac ſe exerceat*; quod Græci dicunt: ἕκαστος ἐν ἧ ἐπίσταται τέχνῃ. *Exercere medicinam*, Plin. 22, 25; *commercium alicujus rei*, Id. 12, 14; *crudelitatem in aliquo*, Cic. Att. 11, 3; *ſimultates cum aliquo*, Salluſt. Cat. c. 9; *odia*, Ovid. Her. 7, 74; *inimicitias*, Vellej. 2, 41, 1 & Cic. Divin. in Verr. c. 4; *iracundiam*, Id. ad Brut. 2, 74, haſſen, zorn und feindſchafft halten. ¶ 2. Eſt angere, vexare, quälen, plagen. Salluſt. Cat. c. 10 *Avaritia hominum animos exercet.* Virg. Æn. 4, 622 *Genus omne exercete odiis.* Plin. 7 epiſt. 9 *Optimum virum pertinaciſſime exercet.* Cic. Tuſc. 5, 1 *Fortuna me multis variisque caſibus exercuit.* Id. Att. 13, 22 *Te de prædio ovile exerceri, moleſtum eſt.* Ter. Adelph. 4, 2, 48 *I ſane, ego te exercebo hodie, ut dignus es*, id eſt, fatigabo, exagitabo, ich will dirs ſauer genug machen. Non adeo diſſimiliter Plautus, *Exercere ſcortum*, dixit Amph. 1, 1, 132. *Exercere* enim eſt non temere quieſcere ſinere: quemadmodum Terentius, *ſervos exercere*, pro, in opere faciendo perpetuo tenere, Heaut. 1, 1, 22 dixit. *Exercere remiges*, Nep. 10, 9, 1, *jumentum*, Id. 18, 5, 4. ¶ 3. *Principem exercere*, eſt principem agere; principis vi ac poteſtate uti. Suet. Tib. c. 33, de qua loquendi ratione conſulendus ibi Caſaubonus eſt. Sic Petronius ap. Saresber. de Nugis Cur. 3, 8 *Fere totus mundus exercet hiſtrionem.* ¶ 4. *Exercere* abſolute Pullius dicit, pro *exercere ſe in armis.* Lib. 2 de Orat. c. 71 *cum ceteris in campo exercentibus, in herba ipſe recubuiſſet.* Lib. 10, 11. ¶ 5. Sed *exerceri* etiam dicuntur res inanimæ: cum occupamur in iis, ut inde quæſtus nobis & fructus exſtet. Sic, *Exercere tellurem*, Virg. Georg. 1, 99; *agros*, Tac. Germ. 29, 5; *bobus rura*, Hor. Epod. 2, 3. Conf. Sil. 8, 566 & ibi Heinſ. ac Drakenb. *Navem, cauponam, ſtabulum exercere*, apud ICtos veteres invenitur. v. Dig. 44 t. 7 l. 5 § 9. *Vectigalia exercere*, ap. Cic. pro L. Manil. c. 2, idem eſt, quod *exigere.* v. Menck. obſ. L. Lat. Et ita *Officinas promercalium veſtium exercere*, Suet. de Illuſtr. Gramm. c. 22. Eleganter Stat. Epithal. Stellæ v. 166

Exerce formam, & fugientibus utere donis;

in quo poſterius prius interpretatur: nam *exercere formam* eſt, uti forma, ut fructum ex illa capias. Samon. 268 *Decocta hæc clauſo ſimul exercentur in ore*, h. e. volvuntur, ut alias Serenus, agitantur colluendo. Vid. *Volvere.* Eod. ſenſu dixit Samo. 283 *Clauſo verſatum agitare palato.* ¶ 6. Figurate Virg. Æn. 10, 808 *Exercere diem* dixit, pro, ſe per diem faciendo opere exercere: ut Scaliger recte interpretatur, Poët. 4, 16. Et ita Seneca Medea v. 77 *Exercere oppidum* dixit, pro, ſe in oppido exercere. Neque enim ab editorum juxta & MSS. Codd. lectione recedendum eſt: quod voluerunt nonnulli. ¶ 7. Apud Terent. Heaut. 1, 1, 91 *Servi opere ruſtico facindo victum exercere*, i. e. lucrari dicuntur hero, unde victum parare, ſive familiam alere poſſit. Antecedens enim pro conſequenti ponitur; nam exercitionem quæſtus ſeu lucrum ſequitur. Ambroſ. epiſt. 18 ex alterius perſona: *Quid*, inquit, *mihi, prodeſt in claro manere, ſubire injurias, laborare perpeti, quaſi non poſſit ſuos meos me paſcere: aut ſi ager deſit, quaſi aliter ſumtum exercere nequeam?*

¶ Exercens, *tis* Salluſt. Tragm. c. 33 *Piraticam exercens.* Petron. c. 29 *Græc curſorem cum magiſtro ſe exercens.* Ovid. Heroid. 15, 9 *Ignem exercens Eurus*, i. e. huc illuc jactans.

¶ Exercitus, *a, um*, getrieben, geübt, verſucht, erfahren. Salluſt. Jug. c. 40 *Quæſtio exercita aſpere.* Ovid. Triſt. 5, 5, 49

Scilicet adverſis probitas exercita rebus,

Etiam in comparandi gradu Tertull. adv. Valentin. c. 18 *Agendis rebus exercitior.* Feſtus in *Exercitio*: *Dicebant antiqui exercitiorem & exercitiſſimum*, &c. Sic Plin. 9, 15 *Melandria in alio piſce circa caudam exercitiſſima.* ¶ 2. Miſeriis & calamitatibus agitatus, geübet, mürbe gemacht. Sall. Jug. c. 70 *Exercito corpore feſſus.* Vide Plaut. Merc. 2, 1, 4. Trin. 4, 3, 83; itemque Catiub. ad Suet. p. 137. Ita *exercitam militiam*, Tac. Ann. 1, 35, 3 dixit aſperam & diuturnis laboribus atque miſeriis gravem. *Iliaci exercite fatis*, Virg. Æn. 3, 182.

¶ Exercite, adv. ämſig, fleiſſig. Compar. Apul. Met. 11 p. 272 *Mecum ipſe cogitationes exercitius cogitabam.*

¶ Exercitus, *us*, m. copiæ militum, τάγμα, eine armee, kriegesheer, ut, *Equitum exercitus*, die cavalerie, Virg. Æn. 11 598. *Exercitus pedeſtris*, die infanterie, Nep. 18, 4, 3. Sic & abſolute. *Exercitum equitatumque caſtris continuit*, Cæſ. B. G. 2, 11. *Exercitum recenſere*, muſtern, Suet. Cal. c. 44; *ductare*, Sall. Cat. c. 17; *Ducere*, Cic. pro Mur. c. 9 eine armee führen; *Conſcribere & comparare*, Id. Phil. 5, 13, werben. *Facere, conficere*, eine armee richten, complet machen, ibid. c. 8; pro L. Man. c. 21; & Att. 5, 8 & 16; *conflare*, ibid. 4, 6; *colligere*, Id. Cat. 2, 3; *cogere*, Sall. Jug. c. 54. Sic autem dicitur, quia expellit hoſtes & profligat; vel, quod exercitando fit melior, ut docet Varro de L. L. 4, 16. Cum quo & concinit Vegetius 2, 1 *Exercitus ex re ipſa atque opere exercitii nomen accepit*, &c. ¶ 2. Etiam *Exercitus*, pro quolibet exercitio ponitur Plauto; ut Rud. 2, 1, 7 *Pro exercitu gymnaſtico & paleſtrico hoc hab·mus.* ¶ 3. Item pro angore & cruciatu, qui nos exercet, ut *Exercitum habere*, Plaut. Ciſt. 1, 1, 60. conf. Epid. 4, 1, 3. Afran. ap. Non. 1, 16 *Qui mei eſt animi exercitus*, meine plage. ¶ 4. Genitivum *Exerciti* pro *Exercitûs*, ex Accio & Varr. adducit Nonius 8, 14.

¶ Exercitium, *i*, n. die übung. Salluſt. Fragm. c. 32 in Veget. 1, 9 *Milites frequentibus exercitiis præparare ad prælia.* Sic *Exercitia ludicra*, Gell. 6, 15. *Exercitium dicendi*, Idem 20, 5.

¶ Exercitio, *onis*, f. idem quod *exercitium*: ſicut *contagio*, & *contagium*; *obſidio* & *obſidium.* Cato apud Gellium 11, 1 *Si nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti facit, quam exercitio.* Paulus l. 15 Dig. ut legator. ſeu fid. *exercitio judicii nonnullas moras habet.* Et Ulpianus Dig. l. 1 § 20 de exercitor. act. *Ad ſummum remp. navium exercitio pertinet*, das gewerb mit ſchiffahrten. conf. Feſtus.

¶ Exercitor, *ōris*, m. qui exercet quæſtus cauſſa navem, cauponam &c. der gewiſſe handthierung treibt. Ulp. l. 1 § 15 Dig. de exercitoria actione: *Exercitorem eum dicimus, ad quem obventiones & reditus omnes perveniunt, ſive is dominus navis ſit*, &c. Atque ita quoque de aliis rebus in quæſtuaria notione. ¶ 2. Aliter Plautus Trin. 2, 1, 3 *Magiſter mihi exercitor animus hinc eſt.* Græce dicitur παιδοτρίβης. Id. Trin. 4, 3, 9 *Gurgulio eſt exercitor, is hunc hominem curſuram docet*, er iſt ſein exercitien-meiſter. Macrob. Somn. Sc. 2, 14 *Exercitor corporum.*

¶ Exercitorius, *a, um*, ad exercitorem pertinens; ut, *Exercitoria jacula*, id eſt luſoria, apud Tertull. de Pœnitentia c. ult. Sed *actio exercitoria*, contra exercitorem inſtituta, ut in Gloſſis Græcis eſt, ἡ κατὰ τοῦ ἐξέρκιτορος ἀγωγή. v. Ulpian. in *Exercitor.*

¶ Exercibilis, *e*, thulich, practicabel; ut, *Regula exercibilis*, Cæl. Aurel. Tard. 5, 1.

¶ Exercipes, *ĕdis*, m. qui currendo pedes exercet, ein laqvay, läuffer. Gloſſ. gr. lat. ταχυδρόμος, ὁρομεύς, *exercipes.*

¶ Exercitiālis, *e*, ad exercitum pertinens, vor die armee; poſterior ætas formavit. Caſſiod. præf. epiſt. Regiar. *Ab hac* (præfectura prætoriana) *exercitiales flagitantur expenſæ*, die kriegs-koſten. Adde lib. 3 c. 40 & 41, ubi pariter *exercituales expenſæ* memorantur.

¶ Exercĭto, *avi, atum, are*, frequent. offt üben. Mela 2, 1 *Achilles ſe ac ſuos curſu exercitaviſſe memoratur.* Salluſt. de Rep. ord. 2, 18 *Corpus atque ingenium exercitabat patriæ.* conf. ibid. 1, 7.

¶ Exercitātus, *a, um*, verſucht, geübt. Cic. ad Qu. frat. 1 pr. *Animus maximis in rebus gerendis & ſuſtinendis exercitatus.* Idem pro Quint. c. 1 *Homo exercitatus & verſatus in cauſſis.* Nepos 15, 5, 4 *Exercitatus bello*; & n. 2 *in dicendo*: ubi promta facultas utrobique notatur. Cell. præf. fin. *Famem facilius fert inexercitatus quam exercitatus homo*, h. e. qui corpus movet. *Exercitatiores copiæ*, Idem 11, 2, 1. *Exercitatiores ad bene promerendum*, Cic. Off. 2, 15. *Peritiſſimi atque exercitatiſſimi duces*, Cæl. Bell. Civ. 3, 73. *Exercitatiſſimus ſcripturarum*, Tertull. præfer. adv. hæret. c. 17, in heiliger ſchrifft wohl beſchlagen. ¶ 2. Petron. c. 83 p. 412 *Senex exercitati vultus*, i. e. ob vigilias in ſtudiis pallidi, macilenti, aufteri. Talis a Suet. Ner. c. 37 dicitur *triſtis & pædagogi vultus.* Ita Burm.

¶ Exercitate, adv. fertig. Compar. ap. Senecam epiſt. 90 *Multa facit aut peritius, aut exercitatius.* Superl. Arnob. lib. 3 p. 113 *Præcepta habeat cognita, & rationem teneat exercitatiſſime comprehenſam.*

¶ Exercĭtātio, *ōnis*, die übung. Periander: *Exercitatio poteſt omnia*: μελέτη τὸ πᾶν. Cic. de clar. Orat. c. ult. *Exercitatio dicendi linguam acuit.* Id. de Orat. 3, 49 *Cum exercitatione, tum ſtilo formanda nobis oratio eſt.* conf. Id. de Sen. c. 11; & Off. 1, 36. Nep. 17, 3, 3 *Exercitationum genera.* ¶ 2. Obſervat Muretus ad 1 Nicom. Ariſt. 7 p. 103, exercitationem non ſemper ἄσκησιν aut μελέτην ſignificare, ſed interdum etiam ἐνέργειαν, die ausübung. Cic. Off. 1, 34 *Senibus labores corporis ſunt minuendi, exercitationes animi etiam augendæ videntur.* Id. Senect. c. 3 *Aptiſſima ſunt omnino arma ſenectutis, artes exercitationesque virtutum.*

¶ Exercitamentum, *i*, n. idem ac exercitatio. Apul. Florid. 2 p. 351 *Mentium documenta, corporum exercitamenta.*

¶ Exercitator, *ōris*, m. qui exercet alios in aliqua re: ut Athletas &c. ein lehrmeiſter. Sic Pythagoram *Exercitatorem* Plinius dixit 23, 7. conf. 35, 11, ubi *Licythion agilitatis exercitator.*

¶ Exercitatrix, *ĭcis*, f. Quintil. 2, 15. Plato (ex Socratis persona) *duas partes civilitatis corpori adsignat, medicinam & quam interpretantur exercitatricem.* Gymnasticen intelligit. Sed in edit. Burm. legitur *exercitationem.*

¶ Coexercitatus, *a, um*, mitgeübt; ut, *Præceptiones consentientes & coexercitatæ*, Quintil. 2, 17.

¶ Inexercitus, *a, um*, non exercitatus, ungeübt. Macrob. 7, 8 *Ego quoque pro virili portione Disjarium nostrum inexercitum non relinquo.* Membranæ Frontini Strateg. 2, 1, 9 *Miles inexercitus* habent, ubi editum *inexercitatus.* V. Keuchen. ibi. Et (si lectio placet) Cic. Tusc. 5, 38 *Non ignobilis nec inexercitus philosophus.* conf. Tert. Apol. c. 47.

¶ Inexercitatus, *a, um*, idem, ut, *Inexercitatus miles*, Cic. Tusc. 2, 16. *Inexercitati histriones*, Id. de Senect. c. 18. *Novitas rei inexercitatos movet*, Seneca epist. 11. conf. Nep. 18, 3, 3. Vid. locus Celsi in *Exercitatus.*

¶ Inexercitabĭlis, *e*, unbrauchbar. Vet. Interp. Irenæi 4, 75 *Infirmum adhuc & inexercitabilem sensum conversationis habere.*

¶ Præexercitamen, *ĭnis*, n. die vorübung. Sareb. Metalog. 1, 24 *Præexercitamina puerorum.*

¶ Præexercitamentum, *i*, n. die vorbereitung. Priscianus *προγυμνάσματα* vertit *præexercitamenta*, in titulo libri sui, quem scripsit *De Præexercitamentis Rhetoricæ ex Hermogene.*

ARCĔA, *æ*. f. plaustrum tectum undique & munitum, quasi arca quædam magna vestimentis instrata, eine ſchuffte; *qua nimis ægri aut senes portari cubantes solebant*, ut Gellius 20, 1 describit. Varro etiam de L. L. 4, 31 hoc genus vehiculi sic dictum censet, *quod, sicut arca, ex tabulis factum essit.* Procul dubio ante lectieas in usu fuit, & his inventis postea desiit. Plura vide apud Nonium 1, 270.

¶ Arceraneus, *a, um*, verdeckt; ut, *Fulmina arceranea*, quæ in occulto fiunt, Sen. Qu. Nat. 2, 49. Al. *atteranea* vid. in *Terra.*

ARCĔSILAS, *æ*, m. Laertio vitam ejus lib. 4 describenti *Arcesilaus, i, Ἀρκεσίλαος*, philosophus fuit, Crantoris Solensis discipulus, secundæ mediæ Academiæ conditor, quæ *ἀκαταληψίαν*, ut Vossius loquitur c. 13 de sect. Philos. p. 74, induxit, docens videlicet, nihil scientia comprehendi, seu sciri posse. Quam ob caussam Cicero in Luculio sive Acad. 4, 6 judicat, eum *constitutam philosophiam everti[sse]*, & paullo post, *conatum esse clarissimis rebus tenebras obducere.* Lactantio 3, 6 audit *ignorantiæ magister*: ut qui *constituerit novam non philosophandi philosophiam*, ibid. c. 4. vid. Pert. sat. 3, 79. Sidon. Carm. 2, 177.

ARCĔSIUS, *i*, m. filius Iovis, pater Laertis, avus Ulyssis. Ita enim hic Ovid. Met. 13, 144 *Nam mihi Laertes pater est, Arcesius illi.*

ARCESSO, *ĭvi, ītum, ĕre*, quod vulgo *Accerso* scribitur, sed minus bene, ut jam dicemus, & *vocandi* notionem habet, & *accusandi*, quarum altera ex priore manat, quia, qui accusat, *vocat* in judicium. Itaque *Arcessere* est accire, advocare, herzurufen, herholen; item vorfordern. Nepos 10, 2, 2 *Dionysius adolescenti negare non potuit, quin Platonem arcesseret.* Idem 20, 3, 1 *Corinthо arcessivit colonos.* Cic. pro Rosc. Am. c. 18 *Cum ab avetro arcessebantur consules.* Id. pro Domo c. 3 *Commeare ausi sunt in [C]natum, non venient?* Id. Paradox. 4 *Arcessitus in civitatem sum, eam ipse in republ. consul.* ¶ 2. Accusandi vim habet, cum dicitur Cic. Off. 2, 14 *Ne quem unquam innocentem judicio capitis arcessas.* Id. pro Dejotaro c. 11 *Non ficto crimine insimulari, non vitam expetere, non capitis arcessere.* Et pro Rabir. c. 9 *Quot ex iis eodem crimine in summum capitis periculum arcessitis?* Id. Verr. 2, 46 *Cur magis invidiose civitatis quam vos arcessi retur.* ¶ 3. Transfertur etiam ad inanima. Cic. Top. c. 9 *Argumentum unde a capite arcessere.* Id. Att. 16, 11 *Ejus libros arcessivi.* Terro c. 37 *Longe arcessere fabulas*, ut nostri, weit herholen. Ita c. 139 *Arcessito sermone.* Curt. 8, 13, 25 *Ex periculo gloriam arcessens*, i. e. quærens. Id. 10, 5, 33 *Cælestes honores arcessere*, i. e. postulare. Id. 3, 3, 2 *Species imminentium rerum ægritudo arcessit*, i. e. efficit. Lucan. 7, 252 *Jam fatum arcessitis ferro.* Tibull. 1, 11, 33 *Atram bellis arcessere mortem.* Sic *stilum arcessere* Lib. 1 Metam. Apul. comparare sibi, acquirere, vir doctus in Miscell. Obsery. 2, 296 exponit. ¶ 4. Sunt qui *prohibendi* significationem adjiciunt, quasi ab *Arceo* sit frequentativum; sed perperam, & exemplis plane destituuntur. Non enim ab *Arceo* est, sed ab *Ar* antiquo, id est *Ad*, & *Cio* sive *Ceo*, ut idem sit quod *accio, accire*: ut Priscianus lib. 1 p. 589 ostendit. Vellius Longus, vetus Grammaticus, de Orthographia (ed. Putsch. p. 2232) eradite; *Arceo, quod est*, ARCESSO, ACCERSO, *potuerunt quandam differentiam esse, ut* Accerso *sit vocо, tractum ab accidendo*: Arcesso, *summoveo, ab arcendo tractum. Sed erraverunt.* ARCESSO *enim pro eo, quod est arceo, nunquam positum est.* Immo Vossius Etym. p. 40 *Multis*, inquit, *argumentis, vim ei posse tueri*, ACCERSO *per C Græcis Latinum, sed posterioribus fontibus corruptum ex* ARCESSO. Quo correctiones enim libri sunt & antiquiores. *Arcessi* habent, non *Accersi.* Nec novus hic error, sed a Charisio, Diomede & Agrætio ineulcatus, sicut etiam Glossæ veteres utrumque habent *Arcesso* & *Arcesso*, in hoc autem meliores, quam grammatici, quia utrumque eodem sensu *μεταπαλλάσσω, μεταπέμπω* exponunt, quem grammatici quidam perperam distinguunt

¶ Arcessĭo, *ire*, dicebatur olim, cujus infinitus modus apud Cæsarem B. Gall. 5, 11 supereſt: *Alios arcessiri jubet*: & apud Hyginum Fab. 88; pro quo Cicero 15 ad Att. 13 *arcessi* dicit: *Bassum*, inquit, *arcessi narrat*: *Cassium exspectari.* conf. Nep. 25, 21, 4. At Præteritum et Supinum in *ivi, itum*, tamquam ex quarta forma, sunt etiam pro veteribus verbo *Arcesso, ere*, ut notum est, ubiquitissima.

¶ Arcessītus, *a, um*, invitatus, conquisitus, eingeladen, herzugeſucht. Horat. 1 Serm. 3, 26 *Quo vocatores erat non arcessitus.* Justin. 11, 10, 14 *Arcessitis mox auxiliis.* Petron. c. 139 *Quum me arcessito sermone lassasset.* vid. omnino Burm. ad c. 37 p. 155 sq. Sic *Frigidi & arcessiti jus*, Suet. Claud. c. 21. *Evecti Ionis arcessitus somnus*, Propert. 3, 15, 13.

¶ Arcessītor, *ōris*, m. acheiß, verderuno, herholitus. Plaut. Stich. 2, 2, 3 *Tu es ille arcessitor heic* Cic. de N. D. 3, 6 *At eam ipsius rogatu arcessitor venit.* Ammian. 31, 13 *Arcessitu Valentis patrui.* Ita Gronovius.

¶ Arcessītio, *ōnis*, f. idem Gloss Cyrilli vulgari scriptura: *Accersitio, μετάκλησις.*

¶ Accersio, *ōnis*, f. *μετάκλησις*, eadem Glossæ habent

¶ Arcessītor, *ōris*, m. qui arcessit, ein aufwärter. Plin. 5 epist. 6 extr. *Nemo arcessitor ex proximo.* Apul. 8 p. 211 *Mittunt e suis arcessitorem unum, qui requisitum comitem tempestivæ viæ communi-factum reduceret.* Ammianus quoque 29, 10 (Valef. c. 1 extr.) *verba placentia arcessitori loqui*, ubi accusatorem, actoremque forensem significat.

ARCEUTHIS, *ĭdis*, f. ἀρκευθίς, juniperus, wacholder, Dioſc. 1 88.

¶ Arceuthĭdites, *æ*, m. ἀρκευθίδίτης, wacholder-weiß, Dioſc. 5, 34.

¶ Arceuthĭnus, *a, um*, ex junipero, von wacholder; ut, *vin. m arceuthinum*, Dioſc. l. c. *Ligna arceuthina*, wacholder-holtz, 2 Paral. 2, 8.

ARCHAICUS, *a, um*, ex Græco ἀρχαϊκός, quicquid ad antiquorum simplicitatem factum est, altväterisch; ut, *Lecti archaici*, Horat. 1 ep. 5, 1. Vetus quidem interpres, *Archaici*, inquit, *lecti humiles, ab Archaico fabro, qui non magnæ staturæ dicitur esse*: & Turnebus Adverſ. 1, 18 *Archaicos* legit, *ab Archia artifice sic vocatos*: sed Torrentius præfert vulgarem interpretationem de antiqua, hoc est humili brevique forma, ex ἀρχαϊκός, quod antiquum est; qui etiam lectionem *archaicus* ex tribus optimis codicibus confirmat. Et tamen Bentl. & Cuning. *Archaicus*, ubi vid. in *Archias.* Hinc

¶ Archaismus, *i*, m. ἀρχαϊσμός, figura seu forma loquendi archaica, h. e. secundum antiquorum rationem, de qua Rhetores docent.

Archangelus, vide *Angelus.*

ARCHE, *es*, f. ἀρχή, i. e. *principium, imperium*, Æon hæreticorum, Tertull. adv. Valentin. c. 7 & 35. ¶ 2. *Arche* inter Musas quatuor natas ex Iove altero, Cic. de N. D. 3, 21.

¶ Archon, *ontis*, m. ἄρχων, i. e. *imperans, princeps*, ein Fürſt. *Medon primus Archon Athenis fuit*; *insequentesque Archontes fuerunt perpetui*; *postea decennales & tandem annui.* v. Vellej. 1, 2, 4; & 1, 8, 3. Erat autem *Archon* magistratus Athenienſis, præſes eorum qui jus dicerent, quemadmodum apud Romanos erat prætor, seu quæſtionis judex & quæſitor, der oberſte richter, Cic. de Fato c. 9 *Archonte Pitharato.* ¶ 2. *Archon* fuit & nomen proprium ducis, cui Babylonia post Alexandri M. obitum ceſſit. Diod. lib. 18.

¶ Anarchus, *i*, m. ἀναρχος, *principio carens*, ut Ambroſius lib. Hexaem. interpretatur. Sed & *Anarchus* dicitur, qui sine imperio est.

¶ Anarchia, *æ*, f. ἀναρχία, status sine rectore, sine principe, ubi nulli paretur; item subversio imperii ordinumque confusio, da kein regent und kein regiment iſt.

¶ Decarchus, *i*, m. δέκαρχος, idem ac decurio (de quo in *Curia*) decem militibus præfectus, ein rottmeiſter, corporal, Vall.

¶ Eparchia, *æ*, ἐπαρχία, provincia, præfectura, landſchafft, vogtey.

¶ Exarchus, *i*, m. ἔξαρχος, princeps eximiæ, ein Fürſt, aufſeher. Novell. Conſtit. 133 c. 4 *Monasteriorum exarchi*, id est, inspectores & gubernatores, distincti vero ab Abbatibus. ¶ 2. Cum Italiam barbari occupassent, quæ Constantinopolitanis ibi relinquebantur, per *Exarchum* administrabantur, cujus sedes Ravennæ erat. v. Rubei Hist. Rav. Possit nostra lingua vocari ein ſtathalter.

¶ Monarcha, *æ*, m. μοναρχης, μόναρχος, qui solus cum summa potestate imperat, neque alium se superiorem agnoscit, ein Monarch, Souverain.

¶ Monarchia, *æ*, f. μοναρχία, cum unus & solus imperat, *Singulari potestas* C. Nepoti in Regibus c. 2 appellata. Et Tertull. adv. Praxean c. 3 *Monarchiam nihil aliud significare scio, quam singulare & unicum imperium*, &c. ¶ 2. Speciali notione *Monarchia* est unum grande & vastum pæne totius orbis imperium, quorum vulgo quatuor statuuntur, Assyriacum, Persicum, Græcum, Romanum.

¶ Monarchicus, *a, um*, adj. monarchiſch; ut, *Status monarchicus.*

¶ Oligarchia, *æ*, f. ὀλιγαρχία, status reipublicæ paucorum continens imperio; unde *Oligarchici*, qui tali statu gaudent.

¶ Patriarcha, vide infra *Pater.*

¶ Proarche, *es*, f. πρωαρχή, æon hæreticorum. v. Tertull. adv. Valentin. c. 7, 35 & 37. conf. vet. Interpr. Irenæi 1, 1.

¶ Tetrarcha, *æ*, m. & Tetrarches, Græca *τετραρχ* (ex τετράρχης) ut Hirtius de B. Alex. c. 67 scripsit, est qui quartam regni alicujus portionem tenet, (ein viertfürſt) quemadmodum vetus Scholiastes Horatii interpretatur. Atque id verum quoque est, si primam institutionem & rationem nominis respicias. Vide Harpocrationem in τετραρχία. Postea vero id nominis mansit in illis quoque, qui post tetrarchas imperarunt, licet vel plures, vel pauciores essent. Quemadmodum Gallogræcium initio XII administrarunt tetrarchæ, postea III, & demum II, antequam in regnum converteretur, ut Strabo docet. Fuit igitur Tetrarcharum dignitas regum proxima. Vnde *Reges & Tetrarchæ* passim conjunguntur. Horat. 1 Sat. 3, 12 *Modo reges atque tetrarchæ*, *Omnia magna loquens.* Lucan. 7, 226 *Si ei sed plurima campi, Tetrarchæ regesque tenent, magnique Tyranni.* Coni. Sallust. Cat. c. 20; & Fragm. Hist. c. 29; & Hirt. B. Alex. c. 27 sqq. De Nerva quodam tetrarcha v. Scalig. Auson. Lect. 2, 23.

¶ Tetrarchia, *æ*, f. τετραρχία, ejusmodi vel præfectura, vel principatus dicitur, Cic. pro Dejot. c. ult. *Negat unquam se a te in Dejotari tetrarchia pedem discessisse.* Et Hirtius de B. A. c. 78 *Eidem* (Mithridati Pergameno) *tetrarchiam Gallogræcorum* (Cæsar) *adjudicavit.* conf. Sallust. Fragm. Hist. c. 27.

ARCHELAUS, *i*, m. Ἀρχέλαος, Milesius fuit, Anaxagoræ discipulus, & Socratis præceptor, quemadmodum Cicero scripsit Tusc. 5, 4. Physici habuit cognomen, quod philosophiam physicam primus Athenas invexisset. ¶ 2. *Archelaus* Herodis etiam filius, & regni successor in Judæa, Matth. c. 2, 22. ¶ 3. *Archelaus* dux Mithridatis, a Sylla victus, Eutrop. 5, 4. ¶ 4. *Archelaus* rex Cappadociæ, a Tiberio dejectus, Id. 7, 6. v. Spanh. de usu & præst. num. diss. 8 p. 474.

ARCHEOTA, *æ*, m. ἀρχεώτης, archivorum custos, ein archivarius, archiven verwahrer. l. 15 § 10 ff. de mun. & hon.

Archetypus, vide *Typus.*

ARCHEZOSTIS, *ĭdis*, f. ἀρχέζωστις, hundskürbis. Plinius 23, 1 hujus herbæ virtutes exponit, ut & 26, 15.

ARCHIAS, *æ*, m. *A. Licinius Archias* poëta fuit Antiochenus, Ciceroni inprimis familiaris, qui eum, cum jus civitatis Heraclienium, sua

ſua virtute & Luculli amicitia impetratum, Gracchus quidam ipſi intervertiſſet, defendit pulcherrima oratione, in qua de ſtudiis multa feſtiviſſime diſcuntur, & hiſtoria vitæ Archiæ continetur. ¶ 2. Artifex lectulorum tenuium. Vnde

¶ Archiacus, *a, um*, ab hoc artifice factus. Horat. epiſt. 1, 5, 1 *Si potes Archiacis conviva recumbere lectis.* Quidam *Archaicis.*

Archiatria, archiatrus, Archiereus, archierofyna, Archidiaconus, Archigallus, vide *Iatrus, Hierarchia, Diaconus, Gallia.*

ARCHIGĔNES, *is*, m. nomen medici Romani ſub Trajano, in quem Galenus ſæpe invectus eſt. Iuvenal. Sat. 6, 235 *Corpore ſano advocare Archigenem.*

Archigeron, Archigrammateus, Archigubernus, vide *Geron, Gramma, Gubernо.*

ARCHĪLŎCHVS, *i*, m. Ἀρχίλοχος, poëta ex inſula Paro, primus inter eos, quemadmodum Quintilianus teſtatur 10, 1, qui Iambos ſcripſere. Horat. in Art. v. 79

Archilochum proprio rabies armavit Iambo.

Lycamben enim ſocerum, cum filiam ſponſam ſibi locare recuſaſſet, cum ipſa una filia, jambis petulantibus & acerbis in eos ſcriptis, ad laqueum compulit. Hæc Acron. in Horat. Epod. 6, 13. Vixit ſub Romulo, ut Cic. Tuſc. 1, 1 monuit. Theophilus lib. 2 contra gentes hoc Archilocho tribuit: ἐν ἐπισήμῳ μέτρῳ, τὸν κακὸν ὁρῶντα θεῖον, ἀντιμισθοῦν κακοῖς, h. e. *Vnum novi, & illud quidem magnum, malefacta auctori graviſſimis compenſare malis.* Archilochum poëtam Lacones eadem hora, qua eum accepiſſent, expulere, ideo quod in carminibus ſuis ſcripſiſſet, melius eſſe abjicere arma, quam mori, ὡς κρεῖττόν ἐστι ἀποβαλεῖν τὰ ὅπλα, ἢ ἀποθανεῖν, *At cariuſſe armis, quam morte occumbere præſtat:* Plutarch. de Lacon. Inſtitutis p. 239. Doctrinæ laudem ei Terentianus tribuit, & epicorum verſuum inventionem, lib. de metris p. 86. *Archilochi cantio*, dicebatur hymnus, qui ad multos poterat accommodari, &c. v. Eraſmi Adag. Cic. Att. 16, 11 *Archilochi jambus quisque longiſſimus optimus videbatur.*

¶ Archilochius, *a, um*, adject. ut, *Carmen, metrum Archilochium*, apud Diomed. l. 3, & alios grammaticos: Deinde ſcripti amarulentiam ſignificat, quod modo Tullius Att. 2, 21 *Archilochia in Cæſarem edicta Bibuli* vocat conviciorum plena, qualia carmina ſcripſit Archilochus.

Archimagirus, Archimandrita, vide *Magirus, Mandra.*

ARCHIMĒDES, *is*, m. Hieronis Syracuſanorum regis propinquus, *amicus ſpectator cæli & ſiderum*, ut Livii de eo 24, 34 verba ſunt, *mirabilium inventor ac machinator bellicorum tormentorum fuit.* De ejus ſolertia in tuenda urbe Syracuſarum contra Romanos, ejusque variis machinis, morte item ſeu exitu Plutarchus in Marcello, Polybius lib. 7, Zonaras 2 Annal. Quintil. 1, 10 legendi. *Hic eſt*, inquit Iul. Firmicus Math. 6, 31 *Syracuſanus Archimedes, qui Romanos exercitus mechanicis artibus ſæpe proſtravit. Hunc Marcellus in triumpho victoriæ conſtitutus, ac inter ovantes militum ſtrepitus laureasque collocatus lugubri mœrore deflevit.* Quam ſubtili ratione, quomodo argenti auro admiſti per fraudem menſura deprehendi poſſit, invenerit, narrat Vitruvius 9, 3. & Fannius poëta vetus de ponderibus c. 4. De ſphæra, quam admirabilem confecit, in qua omnes motus ſiderum cœlique converſiones ſpectabantur. Cic. Tuſc. 1, 26, & Nat. D. 2, 35: nec non Lactant. 2, 5, & Claudian. Epigr. 18. De ſimili Poſidonii ſphæra apud dictum Lactantium 2, 34 habes. De Archimede autem ejusque inventis agit quoque Fabric. Bibl. Gr. 3, 22. & Mazzuchellus in vita ejus.

¶ Archimedĕus, *a, um*, adj. apud Cic. Att. 12, 4 Ἀρχιμήδειον πρόβλημα eſt res difficilis. *Archimedia loculus* quale fuerit inventum, & qualis ſtructura, quantumque pueris ad confirmandam memoriam profuerit, oſtendit Acilius Fortunatianus in arte metrica p. 2684 Putſch. Meminit etiam Marius Victorinus p. 2547. Convenit ex parte cum σοφιστικῇ Græcorum ſive *ſcitilis*, de quibus ſuo loco.

Archimimus, Archipelagus, Archipirata, vide *Mimus, Pelagus, Pirata.*

ARCHIPPVS ac Lyſis Pythagoræ auditores fuerunt, de quibus Hieron. apol. adv. Ruffin. 3, 10, *Archippus ac Lyſis* (minus bene impreſſum eſt Lyſides) *in Graecia, id eſt, Thebis ſcholas habuere: qui memoriter omnia præcepta doctoris, ingenio pro libris utebantur. A quibus illud eſt: φεύγειν παντάπασι καὶ ἐκκοπτέον, ἀδένειαν μὲν τὸ σώματος, ἀπολυσιτελὲς δὲ τῆς ψυχῆς, ἀκολασίαν δὲ τῆς γαστρὸς, ῥᾳδιωδὲς δὲ τῆς πόλεως, τὴν δὲ διαβολὴν ἀπὸ τῆς οἰκίας, καὶ κοινῇ ἀπὸ πάντων τὸ ἀκατές.* Quod in latinum ita poſſumus vertere: *Fugienda ſunt omnibus modis & abſcindenda languor a corpore, impetitia ab anima, luxuria a ventre, a civitate ſeditio, a domo diſcordia, & in commune a cunctis rebus intemperantia.* Hactenus Hieronymus. v. Fabric. Bibl. Gr. 2, 13. ¶ 2. Alius *Archippus* poëta comicus, de quo Voſſ. p. 39 de Poëtis Græcis.

Archiſtrategus, Archiſynagogus, Architas, vide *Strategus, Agoga, Architas.*

Architectonice, architector, architectus, &c. vide *Tectonice.*

ARCHĪVVM, *i*, n. ex græco ἀρχεῖον, *Archium*, quod magiſtratuum ædes (ex ἀρχή, videlicet, quod eſt *magiſtratus*,) & regiam & palatium, & judiciale forum ſignificat, v. gr. Paulanias in Lacon. f. 92 Gr. Ἔστιν ἀριστερὰ ὁδὸς ἰοῦσι, καὶ τῆς τετραστοίου βουλῆ οἶκος, καὶ τῶν ἐφόρων καὶ νομοφυλάκων, οἱ κακούργων βιαίων ἀρχὰς ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς: hoc eſt: *Forum dextrorſum ſocrates eſt, in eo per curia, & ephororum, ac quibus legum tutela commiſſa eſt, & eorum qui Biothi appellantur, baſilicæ.* Sylburgius in notis: οἶκος τῶν ἀρχῶν, *baſilicæ & prætoria magiſtratuum, quæ Latini quoque Archiva nominant.* Ex quo factum, ut *Archium*, & interpolato *Archivum* ſignificet chartophylacium: quia ἀρχαῖα vicina ſunt chartophylacia, quæ eadem ſunt cum grammatophylacia, vel chartophylacia potius eorum membra, in quibus hodie actuarii & ſcribæ acta publica condunt, das archiv, briefbehaltniß, ein ort zu den urkunden. Vid. Budæus Annot. poſter. in Pandect. p. 104. Plerunque ergo vox hæc idem notat, quod *grammatophylacium* ſive *tabularium publicum*, atque ſic uſus Ulpianus l. 9 §. 6 Dig. de pœnis: *Ne eo loci ſedeant, quo in publico inſtrumenta deponuntur, archio ſcitæ, vel grammatophylacio.* Tertullianus v interponit, etiam optima Rigaltii editione, Apolog. c. 19 *Referenda aut quiſſimarum gentium archiva, Aegyptiorum, Chaldæorum, Phœnicum.* Et adv. Marc. 4, 7 *Cenſum Auguſti*, teſtem fideliſſimum dominicæ nativitatis, *Romana archiva cuſtodiunt.* Treb. quoque Pollio in Regilliano tyranno: *Epiſtola reperta in archivis.* Sed variant hic libri, & quidam aliud verbum ſubſtituunt. v. Gruter. & Salmaſium. v. And. Schottus itiner. Ital. p. 441 ſq. ¶ 2. Pro templo, vel potius pro adyto templi, ubi congregabatur magiſtratus ſacerdotum, uſurpavit Pomp. Mela (ſiquidem emendationem Iſaaci Voſſii ſequimur) 3, 8 de Phœnice loquens: *Cum adolevit, oſſa priſtini corporis incluſa myrrha in Ægyptum exportat, atque in urbem, quam ſolis appellant, fragrantibus archio* (vulgo legunt, *nardo*) *buſtis inferens ſeſe memorando funere conſecrat.* Hoc ergo Melam dicere vult clariſſimus Interpres p. 297, Phœnicem oſſa parentis ſui, vel potius ſua ipſius incluſa myrrha in Ægyptum deportare, atque in archio, ſeu adyto templi Heliopolitani buſtis ea fragrantibus inferre. Neſcio tamen, an fatis ſit cauſſæ; cur hic a recepta lectione diſcedamus.

Archon, pl. Archontes, vide *Archo.*

ARCHŸTAS, *æ*, m. Ἀρχύτας, (vulgo minus bene *Architas*,) philoſophus Tarentinus, profeſſionis Pythagoricæ, aſtrologus & geometra; quemadmodum eum *Maris & terræ, numeroque carentis arenæ menſorem* Horatius appellat od 1, 28, 1. Meminit ejusdem Cic. de Orat 3, 34; & Tuſc. 5, 22 *doctum hominem & plane ſapientem* vocat. Periit naufragio, ſicut locum ipſe indicat apud Horatium l. c. v. 21:

Me quoque devexi rapidus comes Orionis Illyricis Notus obruit undis.

Archytæ crepitaculum, proverbio dicebatur homo ſuprà modum garrulus. Vide Chiliad. & ibidem de operibus mechanicis Archytæ. Hic enim ille Archytas eſt, qui ligneam columbam volatilem fecit: de quo Gellius 10, 12. Inter rei ruſticæ ſcriptores Archytam iſtum Tarentinum & Varro & Columella nominavit. Verumque vide de Re ruſt. 1, 1. Diſtinguit tamen Laërtius lib. 8, ubi quatuor Archytas numerat. Siquidem *primus* illi eſt Tarentinus Pythagoricus; *ſecundus* Mitylenæus muſicus; *tertius* qui de agricultura ſcripſit; *quartus* poëta Epigrammatum. Imo & *quintum* ait addi a plerisque architectum. Franc. Patricius Diſcuſſ. Perip. Tom. 2 lib. 1 f. 182 duos etiam facit Archytas Tarentinos, eosque ambos de Pythagoreorum familia: quorum ſenior ipſum Pythagoram; junior, itemque Platoni contemporaneus, diſcipulos Pythagoræ audiverit. v. Fabric. Bibl. Gr. 2, 13.

Arciſinalis, arciſinius, arcio, vide in *Arceo.*

ARCION, *i*, n. ἄρκιον, herba, quæ & perſolata, grandes lappas ferens, groß kletten-kraut. Plin. 25, 9.

Arcipotens, Arcirma, Arcitenens, Arcivus, arctatus, Arcticus, vide *Arcus, Arcuma, Arcus, Arceo, Arctos.*

ARCTINVS, *i*, m. Mileſius, poëta & diſcipulus Homeri, de quo Dion. Halic. lib. 1; Cl. Alex. lib. 6 Strom. & Suidas.

Arction, Arcto, are, Arctophylax, arctophyllon, vide *Arctos, Arceo, Arctos.*

ARCTOS, vel Arctus, *i*, f. Græcum eſt nomen ſideris, ἄρκτος, der bär, (quæ & ἅμαξα, der heer-wagen). Arcti duæ ſunt: major, quæ & *Helice*, & minor, quæ *Cynoſura* dicitur. v. Ovid. Trift. 1, 2, 29. Ibid. 4, 3, 1 *Magna minorque fera, quarum regis altera Grajas, Altera Sidonias, utraque ficta, rates.* conf. Manil. 1, 282 & 313. Cic. de Nat. D. 2, 41 *Circum polum arcti duæ feruntur, nunquam occidentes*, &c. ¶ 2. *Geminas arctos*, pro noctibus duabus dixit Propert. 2, 22, 25

Iuppiter Alcmenæ geminas requieverat Arctos,
Et cœlum noctu bis ſine rege fuit.

Vbi notas Livineji vide. ¶ 3. Pro populis ſeptemtrionalibus Claudian. Conſ. Hon. 6, 336

Atque indignantes in jura redegerat Arctos.

Cæterum a duabus Arctis duplex quoque *Polus* denominatur apud Aſtronomos:

¶ Arcticus nempe, ἀρκτικὸς, ſeptemtrionalis, mitternächtig.

¶ Antarcticus, ἀνταρκτικὸς, oppoſitus illi meridionali: ſive auſtralis, qui terræ objectu cerni a nobis non poteſt, mittäglig, ſüdwärtig. v. Varro L. L. 8, 18; & Hygin. Poët. Aſtr. 1, 6. Ampel. lib. memor. de Mundo: *Circuli arctici & antarctici ab omnium vim frigoris inhabitabiles ſunt.* Apul. de Mundo p. 57 *Vertex antarcticus humo tegitur.* Mart. Capella 6 p. 193 *Antarcticæ terræ.*

¶ Aparctias. Venti nomen Apulej. de Mundo: *Hos quatuor ventos alii plures interflant. Nam quamvis Eurus ſit ventus orientis, idem tamen Aparctias incipit nominari, cum eum oriens æſtivus oſcillat.* Veget. 5, 8 *Septentrionalem cardinem ſortitus eſt aparctias ſive ſeptentrio.*

¶ Arction, *i*, n. ἄρκτιον, herba, quam alii *Arctium* vocant, groſſe kletten. Plin. 27, 5. & Dioſc. 4, 101.

¶ Arctous, *a, um*, ſeptemtrionalis, nordiſch, mitternächtig; ut, *Orbis arctous*, Lucan. 1, 53; *polus*, Sen. Herc. Oet. v. 1106. *Arctoæ provinciæ*, Ammian. 17, 12. *Sidera arctoa*, Prudent. hym. Epiphan. v. 13.

¶ Arctūrus, *i*, m. ἀρκτοῦρος, der fuhrmanns-ſtern: ſtella inſignis magnitudinis inter pedes Bootæ. Nomen eſt ab ἄρκτος *urſa* & οὐρὰ *cauda*, ob urſinæ caudæ ſimilitudinem. Frequens ejus mentio in temporum deſcriptionibus. Plin. 18, 16 *Ab Arcturi exortu ad æquinoctium vernum*, & paullo ante: *a bruma ad Arcturi exortum diebus ſexaginta.* Cauſſa etiam procellarum & fætæ tempeſtatis creditus. Idem Plin. 2, 39 *Arcturi ſidus non ferme ſine procelloſa grandine emergit.* Et Horat. 3 od. 1, 27 *Sævus Arcturi cadentis impetus.* Adde Manil. 1, 317; & 5, 350; Virg. Ge. 1, 204. ¶ 2. Suida teſte etiam totum Bootæ ſidus Arcturus nominatur. ¶ 3. *Arcturus* herba, quæ & *Arction* Plin. 27, 5; & Dioſc. l. c.

¶ Arctŏphylax, *ăcis*, m. ἀρκτοφύλαξ, idem, quaſi cuſtos Erymanthidos urſæ, ut Ovidio dicitur, der bärenhüter, it. fuhrmann. Eſt boreale ſidus juxta majorem urſam, quod etiam *Bootes* & *Bubulcus* dicitur. Cic. Nat. D. 2, 42 *Arctophylax, vulgo qui dicitur eſſe Bootes.* conf. Manil. 1, 315; & quos laudant viri docti ad Germanici Aratea v. 90 & 138.

¶ Arctophyllon, *i*, n. cerefolium, körbel, Apul. de Herb. c. 104.

Arctus, Arcuarius, arcuatus, &c. Arcubiæ, Arcula, arcularius, Arculum, Arculus, vide *Arceo, Arcus, Arx, Arca, Arcus, Arca.*

ARCŬMA, *æ*, f. genus plauſtri medici, quo homo geſtari poſſet, Feſtus, eine ſänfte, ſtinderwagen. Vel ab *area* nomen habet, vel ab *arcuata* figura. Petronio *Chiromaxium.* Alii legunt *Arcirma.*

ARCVS, *ūs*, m. a quo jagittæ emittuntur, ein bogen, armbruſt. Ab *arcendo* dictus, quod hoſtes arceat: quaſi *arcitus* contracte, ut *inceſſus, volatus*, a Supino. v. Voſſ. Etym. p. 41. *Arcum tendere*, den bogen ſpannen, Horat. 2 od. 10, 19. Id. Arte Poët. v. 350

Non semper feriet, quodcunque minabitur arcus.

Conf. Virg. Æn 11,575. Cic. de Senect. c. 11 *Intentum animum, tanquam arcum, habebat.* Hinc adagium: *Arcum intendito frangit, animum remittit*: quia ingenium, ubi intenderis, valet, qui Publii Mimus est. Id vulgare dictum fuisse, Plutarchi ista sua sunt: Τόξον μὲν ὡς ἔφασαν, ἐπιτανύοντες ἡμῶνται ψυχὴν δὲ λυόμενοι, Id est, *Arcus quemadmodum ajunt, cum intenditur, rumpi solet, animus vero cum remittitur*: Sic Plutarch. in libr. Vtrum seni gerenda respubl. ita respondisse scribit Dionysium seniorem interroganti cuidam, num aliquando otiosus esset? ¶ 2. Ab forma instrumenti militaris transit erat ad structuram & ædificii fornicem, ein gewölbe, schwibbogen. Ovid. Met 3, 30

Efficiens humilem lapidum compagibus arcum.

Inprimis victoriæ monumenta hujus formæ exstruebantur, triumphbogen. Tac. Ann. 2, 64, 2 *Structi & arcus circum latera templi Martis Vlturis.* Et ibid. c. 83 de Germanici morte: *Arcus additi Romæ, & apud ripam Rheni, & in monte Syriæ Amano, cum inscriptione rerum gestarum.* conf. 2, 41, 1. Cæterum Tullii ævo fornicem dicere maluerunt. Spanhem. de usu & præst. num. diss. 13 p. 653 e veteri Grammatico inedito ad Cic. Verr. 1, 7: *Arcus Latinum non est*: Dixerat nempe Tullius ad ipsum fornicem Fabianum. ¶ 3. De serpentum incessu altiore curvamine elevato, die krümmung. Ovid. Met 3, 42 *Immensos saltu sinuatur in arcus.* ¶ 4. *Radiens arcus* apud Statium Thebaid. 1, 27, est corona radiata, quam Sol circa caput gestat, licet aliter exponat Lutarius seu Lactant. v. Misc. Observ. 1, 158. ¶ 5. *Arcus μετέωρος*, illud est, quod *Iris* etiam appellatur, der regenbogen. Vellej. 2, 59, 6 *Solis orbis rotundatus in colorem arcus*: vide notas Bœcleri ib. Virg. Georg. 1, 380 *& bibit inde arcus.* *Arcus* autem inter pluviæ signa poëta refert: quo & Plauti illud Curc. 1, 2, 41 de anu bibaciissima spectat: *Ecce autem bibit arcus: pluet credo hercle hodie.* Hinc *imbrifer arcus* Tibullo 1, 4, 44; *pluvius* Horat. de Arte v. 18 appellatur, v. Cic. N. D. 3, 20; Sen. Qu. Nat. 1, 3 sqq. ¶ 6. *Arcus* etiam propagines vitium & aliarum arborum appellantur in terram deflexæ depressæque, bogen. Virg Georg. 2, 26

Aliæ pressos propaginis arcus
Exspectant & viva sua plantaria terra.

De qua ratione rei rusticæ scriptores, & Plin. 17, 13. ¶ 7. In obscenis est, ut *nervus*. Apul. Met. 2 p. 98 *Arcum meum & ipse vigor intendit* &c. Vid. Lauremb. antiquar. ¶ 8. Veteres etiam *Arquus* scribebant: & Nonius 5, 14 differentiam dat, ut *arquus* in cœlo sit; *arcus* fornix suspensus. Sed Vossius in Etymol. judicavit, id discrimen in antiquis libris minime observari.

¶ Arculum, *i*, n. diminut. *circulus*, *quem capiti imponebant ad sustinenda commodius vasa, quæ ad sacra publica capite portabant*, Festus ein kopfreifen. Add. mox *Inarculum*. Hinc

¶ Arculata, *orum*, n. pl. *circuli, qui ex farina in sacrificiis fiebant*, Festus: Martinshörner.

¶ Arcuarius, *a, um*, zum bogen gehörig. Veget. de Re Mil. 2, 11 *Habebant etiam fabricas arcuarias.*

¶ Arcuārius, *i*, m. arcuum opifex, ein werckmeister der gewölbe oder bögen, l. 6 ff. de Iure immun.

¶ Arcuo, *are*, curvare, krümmen, biegen. Plin. 29, prope fin. *Illam, quæ non arcuatur, sepa Græci vocant, alii scolopendram.* Agit de vermibus, quorum alii arcuatim repant.

¶ Arcuātus, *a, um*, curvatus, gekrümmet, gebogen, gewölbet; ut, *Arcuatus currus*, Liv. 1, 21, ein wagen mit sprügeln. *Arcuatum opus*, structura fornicata, ein schwibbogen. Frontin. 1 de Aquæduct. p. 222 & 227; Plin 10 epist. 46, ubi vide Buchnerum. ¶ 2. *Arcuatus morbus*, dictus a colore, arcus cœlestis æmulo: *Ictericus est*, seu *morbus regius*, die gelbsucht. Vide mox in *Arquatus*. Item, qui eo morbo laborat, gelbsüchtig. Columell. 7, 5 *Bilis æstivo tempore non minima pernicies potione depellitur humanæ veteris urinæ, quæ ipsa remedio est etiam pecori arcuato.*

¶ Arquatus, *a, um*, idem. Ovid. Met. 11, 590

Iris & arquato cælum curvamine signans.

Ita Heinf. ex Medic. & Palat. cod. Alii *arcuato* & *arcuato* ¶ 2. Etiam de morbo ita Nonius 5, 14 *Arquatus morbus dictus, qui regius dicitur, quod arcus sit concolor de virore, vel quod ita stringat corpora, ut in arcum ducat* De quo jam in *Arcuatus* diximus. Celsus 3, 24 pr. *Notatus est morbus, quem interdum arquatum, interdum regium nominant.*

¶ Arcuatim, in modum arcus, bogenweise. Plin. 29, 6 *Multipeda animal est e vermibus terræ, pilosum, multis pedibus arcuatim repens.*

¶ Arcuatio, *ōnis*, f. die wölbung Frontin. 1 de Aquæduct. Rom. p. 228 *Sicubi vallium submissarumque regionum conditio exigit substructionibus arcuationibusque veteres* (ductus) *exigentur.* Ita idem & alibi.

¶ Arcuatura, *æ*, idem. Front. de aquæd. *Substructio & arcuatura.* Sic in opt. codd. Allio invenit.

¶ Arcuātilis, *e*, idem quod *arcuatus*. Sidonius 2 epist 2 *Triclinium arcuatili camera sæpe ignis animatus pelle fuligine infecit.*

¶ Arcubālista, *æ*, f. eine bogenrüstung, armbrust. Veget. 2, 15 *Ad arcubalistas dirigere sagittas*, die pfeile auflegen.

¶ Arcubalistārius, *i*, m. ein bogen-schütze. Veget. 4, 21 *Arcubalistarii sagittis submovent hostes.*

¶ Arcĭpotens, *tis*, der einen bogen führet; ut, *Arcipotens Apollo*, Val. Flacc. 5, 17.

¶ Arcisellium, *i*, n. sella in arcus similitudinem, ein geboagener stuhl, ap. Petron. c. 75. Ita legit Reinesius in Petr. Fragm. p. 113 sq. quia & *arquata sella* est in Arnob. lib. 2 p. 59. Sed M. Nodot habet *Artisellium*, quasi sit vox græco-latina ab ἄρτος *panis* & *sella*. v. Edit. Burm. p. 374.

¶ Arcitenens, *tis*, vel Arquitenens, Sagittarius, der schütze. Cic. in Arat. v. 16 de cœlesti sidere: *Subest vestigia magni Arcitenentis & obscura sine nomine cedunt.* Accius ap. Nonium 4, 291 *Arquitenens Deus*, i. e. Diana. Add. 8, 29 Sic & Arnob. lib. 1 p. 10 *Arquitenentes Dianæ & Apollo* Nam & Apollo Arcitenens. Virg. Æn. 3, 75

Quam pius Arcitenens &c.

¶ Arquītes, *ium*, m. i. e. *arcu præliantes, qui nunc dicuntur sagittarii*, schützen. Festus. Sed Reines. Var. Lect. 2, 14 p. 237 mavult legere *Arcitenentes.*

¶ Incurvātum, *i*, n. *virgula erat ex malo punica* (i. e. e ramis ejus inflexis) *incurvata, quam regina sacrificans in capite gestabat*, Festus. conf. Reines. l. c. p. 238.

ARDĂLUS, *i*, m. Trœzenius, qui dedicavit Musas, *Ardalides* appellatas, ut Plutarchus in Convivio septem sapientum tradit, fuit Vulcani filius, in cujus ara Musis & somno rem divinam peragebant Trœzenii v. Cæl. Rhodig. lect. ant. 14, 49. Fuit & alius tibicen & carminum Musarum facerdos eodem nomine, de quo idem Plutarchus eodem & alio libro de Musica.

ARDĔA, *æ*, f. avis, ein reiger, sive reiher, ab ἔρωδιός; ita dicta Salmasio ad Solin. f. 92. Virg Georg. 1, 364 *Altam supra volat ardea nubem.* Varia ejus genera. *pulla* sive *cinerea, atra, fluviatilis*, quæ punctis tamquam stellis eleganter picta distinctaque est, *purpurea*, quam nostri a tubæ & bovis sonitu, ein rohrreiger, rohrdrummel, moorochs, appellant.

¶ Ardeŏla, *æ*, f. diminut. ein kleiner reiger; ut, *Ardeolæ rostrum*, Plin. 30, 15. *Ardeolarum genus*, Idem 10, 62.

ARDĔA, *æ*, f. oppidum Latii, Liv. 1, 57; Plin. 3, 5; dictum quasi *Ardua* a situ, Servio teste in Virg. Æn. 7, 411

Locus Ardua quondam
Dictus avis, & nunc magnum tenet Ardea nomen.

Aliud tamen Xenagoræ placuit historico, nomen urbi factum scribit ab *Ardea*, Ulyssis & Circes filio. Retulit enim, teste Dionys. Halic. 1 Antiqu. 73, Ulysses & Circes tres fuisse filios, Romum, Antiam, Ardeam, eosque conditis tribus oppidis, a se indidisse illis nomen. v. Cluverii Ital. ant. 3, 5 p. 974. Hinc

¶ Ardeas, *ātis*, & plur. *Ardeātes*, gentile, Cic. Nat. D. 3, 18 *In agro Ardeati.* Liv. 5, 44 *Ardeates veteres amici*, &c.

¶ Ardeatinus, *a, um*, adject ut, *Ardeatinus ager*, Colum. 3, 9. Absolute Sen. epist. 105 *Si tibi præciperem, qua ratione bonam valetudinem in Ardeatino tueberis*, scil. in tractu illo Latii minus salubri.

ARDĔLIO, *ōnis*, m. πολυπράγμων. Homo inquietus & curiosus, alienis negotiis se immiscens, &c. ein vorwitz, hans in allen gassen. Martial. 4 epigr. 79 *Deformius, Afer,*
Omnino nihil est ardelione sene.

Idem 2 epigr. 7

Vis dicam quid sis? magnus es ardelio.

Mores ardelionum ex Plauto congestis exemplis describit Emundus Richer. c. 4 de art. Rhet. p. 143, ubi & schemati diancæas græcum *polypragmosynes*, latinum *ardeliomatos* nomen indit, quin & p. 1eq *ergasyllian* & *satagentiam* recte vocari posse ait, ab Ergasilo videlicet Plautino servo, cujus nomen satagentem & ardelionem significet. Pulchre hæc natio describitur a Phædro 2 fab. 6.

ARDĔO, *arsi, arsum, ardēre*, conflagrare, brennen. Horat. 1 ep. 18, 84
Res tua tunc agitur, paries cum proximus ardet.

Justin. 2, 1, 6 *Nimio fervore solis ardere*, viel zu heiß seyn. Cic. fam. 4, 1 *Orbis terrarum ardet bello*, überall ist krieg. Liv. 2, 29 *Iam hic, quo nunc omnia ardent, conticescet furor.* Cic. Verr. 4, 66 *Cum spumas ageret in ore, arderent oculi*, &c. Hæc iracundiæ signa. ¶ 2. *Ardere* accensum esse, hitzig, brünstig seyn. Vsitatæ metaphoræ sunt *Ardere amore*, Ter. Eun. 1, 1, 27; *cupiditate*, Cic. fam. 5, 12 pr.; *iracundia*, Ter. Adelph. 3, 2, 12; *ira & dolore*, Cic. Att. 2, 19; *flagitio*, Plaut. Cas. 5, 3, 1. Sallust. 1 de ord. Rep. sub fin. *Ad reprehendenda aliena dicta & facta ardet omnibus animus.* Cæs. B. G. 6, 33 *Omnium animi ad ulciscendum ardebant.* Virg. Æn. 12, 71 de Turno: *Ardet in arma magis.* ¶ 3. *Ardere* etiam dicuntur, quæ polita sunt & splendida, glänzen. Virg. Æn. 4, 262 *Tyrioque ardebat murice lana.* Ibid. 11, 602 *Campi armis sublimibus ardent*, i. e. resplendent. ¶ 4. Vsurpatur hoc verbum eleganter in vehementi & impotenti amore declarando. Virg. ecl. 2, 1 *Formosum pastor Corydon ardebat Alexin.* Horat. 4 od. 9, 13 *Non sola comtos arsit adulteri Crines*, nisi tamen *crines* ad *mirata*, quod sequitur, referendum. Idem etiam ablativo usus est Epod. 14, 9 *Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo Anacreönta Tejum.* Adde Ovid. Heroid. 4, 99; & Met. 8, 50; & 9, 724; & Nonium 4, 16. conf. & Broeckh. ad Propert. 1, 4, 12; & Drakenb. ad Sil. 5, 15.

¶ Ardens, *tis*, inflammatus, & vehemens, hitzig, feurig. Sic *Ardens oratio*, eine heftige rede, Cic. in Orat. c. 38. Sic *Ardens precatio*, ein ernstes gebet. Virg. Æn. 6, 130

Pauci quos æquus amavit
Iuppiter, atque ardens evexit ad æthera virtus.

Ardens febris, ὁ πυρετὸς, das hitzige fieber. Plin. 20, 20. Comp. *Ardentiore studio petere*, Cic. de Fin. 2, 19. Sup. *Ardentissimis diei horis*, Plin. 31, 3. *Ardentissimus color*, scil. rosæ feuerroth, Id. 21, 4. *Ardentes in Quintum fil. literæ*, i. e. iracundæ, Cic. Att. 14, 10, *Ardentes oculi*, i. e. fulgentes, funckelnd, Virg. Ge. 3, 505. Sic *Apes ardentes auro*, Ibid. 4, 99; & Colum. 9, 3. *Ardens odio, hostili animo*, gehäßig, feindseelig. Cic. Phil. 5, 16. *Ardentes & erecti*, frisch, muthig. Cic. Phil. 4, 5. Tales *equi* Virg. Æn. 1, 476.

¶ Ardenter, adverb. brünstig; ut, *Ardenter cupere*, id est, vehementer, Cic. Tusc. 4, 17. *Ardentius sitire*, Id. Tusc. 5, 6. conf. Plin. 8 ep. 10. *Ardentissime diligere*, Id. 6 epist. 4. conf. Plin. Hist. 12, 19.

¶ Ardor, *ōris*, m. incendium, æstus, brunst, hitze. Stoici apud Cic Acad. 4, 37 *Fore aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret*, die welt wird im feuer verzehen. Lucan. 9, 402 *Serpens, fuge, ardor, arene, Dulcia virtuti*, &c. id est, laboribus & periculis virtus gaudet, quia *Lætius est magno quoties sibi constat honestum.*

uti ibidem sequitur. *Ardore terra debiscit*, die erde spaltet vor hitze. Virg. Georg. 3, 432. ¶ 2. De vehementia Metaphora usitatissima; ut, *Ardor quidam amoris*, Cic. Off. 1, 15. *Ardor animi non semper adest, isque cum consedit*, &c. Idem de Clar. Orat. c. 24. *Ardorem capidetatum restinguere*, de Fin. 1, 13, die heftigkeit der lust und begierde dämpffen. v. Miscell. Observ. 8, 197. ¶ 3. Metonymice Ovid. Fast. 2, 308 *Hæc meus ardor erit*, i. e. hanc amabo.

¶ Ardesco, *ere*, inchoat. anheben zu brennen. Plin. 37, 3 *Succinum celerrime ardescens.* ¶ 2. Item, immer hitziger und brünstiger werden. Virg. Æn. 1, 717 Dido

Expleri mentem nequit, ardescitque tuendo.

Mucro etiam *ardescere* dicitur, qui in acumen summum exasperatur. Tac. Ann. 15, 54, 2 *Pugionem vetustate vitio loci exesum paulo ari saxo, & mucronem ardescere jussit.* Sed Florent. Mss. *in mucronem* habet, quod sane

fane prætulerim, quemadmodum etiam Bernegger, Ryckius, Pichon & Gronovii expresserunt. Id. Tac. An. 11, 25, 7 *Ardescere in nuptias*, heyrathen wollen. Ovid. Met. 5, 41 *Indomitas ardescit vulgus in iras.*

¶ Ardesia f. Ardosia, *æ*, f. lapis fissilis, quo ædium tecta operiantur, schieferstein. Philander ad Vitruv. 2, 1 *Androsiam*, inquit, *vocamus, credo ab ardendo, quod e testis ad solis radios velati flammas ejaculetur.*

¶ Ardifer, *a, um*, brennend, heißmachend. Varr apud Nonium 4, 27 *Vinus parvulus Amor ardifera lampade acide agit amantes.*

¶ Arfus, *a, um*, tostus, geröstet, apud Plin. Valer. 2, 9.

¶ Arfurus, *a, um*, der da brennen wird; ut, *Arfuræ comæ*, Virg. Æn. 11, 77. *Arfuri ignibus artus*, Ovid. Met. 2, 620.

¶ Arsura, *æ*, f. fubst. Die entzündung. Apul, de Herb. c. 118 *Ad Arsuram stomachi*, vor das sootbrennen.

¶ Arsibilis, *e* das leicht brennt oder feuer fängt. Gloss. gr. lat κάυσιμος, *arsilis, cremabilis.*

¶ Exardeo, *arsi, arsum, dere*, entbrennen. Cic. de Orat. 3, 1 *Quasi quasdam verborum faces admovisset, non tulit ille & graviter exarsit.* Virg Æn. 5, 172 *Exarsit dolor ossibus ingens.*

¶ Exardesco, *ere*, flammam concipere, anbrennen. Cic. de Orat. 2, 45 *Nulla materies tam facilis ad exardescendum est, ut nisi admoto igni ignem concipere possit.* conf. Plin. 17, 28. ¶ 2. Translate est excandescere, hitzig oder brünstig werden; ut, *Exardescere ad aliquid, contra aliquid*, Cic. Verr. 1, 25; & Tusc. 5, 29; *in rubiem*, Front. Strat. 2, 1, 16; *in gemitum*, Liv. 4, 6; *ira*, Id. 35, 31; *iracundia*, Cic. 1 fam 9. v. Manut. ad h. l. *Exardescere adspem libertatis*, Id. Phil. 4, 6 *Exardescere adversus delictum.* Valer. Max. 4, 1, 2. *Belli civilis exarsere vitia*, Vellej. 2, 48, 1, i. e. exorta sunt, der krieg ist ausgebrochen. conf. Nep. 22, 2, 1; Tac. 2, 38, 2; Cic. pro Rab. Posth. c. 6. ¶ 3 *Exardescere* verbis dicuntur, quæ crescant & intenduntur, wenn alles theuer wird. Suet. Tib. c. 34 *Corinthiorum vasorum pretia in immensum exarsisse, tresque mullos XXX millibus nummum venisse, graviter conquestus.*

¶ Exartus, *a, um*, angebraunt, ut, *Res vestræ incendio exarsæ*, l. 11 Cod. de his qui accus non poss.

¶ Inardeo, *ere*, erhitzen; Cic. de Orat 2, 54 extr. *Dicere ajunt Ennium, Flammam e lapide facilius ove inardesci opprimi, quam bona dicta.* Horat. epod. 3, 18 *Inardere assatilis*, i. e. inflammare.

¶ Inardesco, *ere*, sich entzünden. Virgil. Æn. 8, 623 *Cærula nubes Solis inardescit radiis, longeque refulget.* Quintil. 11, 3 pr. *Adfectus omnes languescant necesse est, nisi voce, vultu, totius prope habitu corporis inardescant.* conf. Tac. A. 6, 32, 2.

¶ Obardeo, vel Obardesco, *ere*, entbrennen. Stat. Theb. 9, 856 *Torvæ clypei metuendus Charisii Luce Dryas.*

¶ Perardeo, *ere*, durchbrennen. Paulinus VIII Natali Fel. v. 404 *Intuguri vicina flvage pevarsit*, scil. flamma.

¶ Redardesco, *ere*, wieder anbrennen. Ovid. de Remedio amoris v. 734 *Flamma redardescet, quæ modo nulla fuit.*

ARDIÆVS, *i*, m. nomen Tyranni in quadam Pamphyliæ civitate, qui senem patrem & majorem natu fratrem occidit, aliaque plura impia scelera perpetravit. Auctor Plato 10 de Rep. f. 762.

Ardor, vide *Ardeo.*

ARDVENNA, *æ*, f. *Gallia totius maxima silva, quæque ab ripis Rheni finibusque Treverorum ad Nervios pertinet, millionesque amplius quingentis in longitudinem patet*, ut describit & æstimat Cæsar B. Gall. 6, 29. conf. 5, 3 &c. Diversa hodie nomina habet, prout alias aliasque regiones percurrit vel attingit, der Lünelburger wald, Lüttricher wald &c. Nam a Campaniæ finibus per Lutzenburgensem ducatum ad Leodicensem episcopatum & Hannoniam pertingit.

ARDVVS, *a, um*, excelsus, ab ære; unde & *Ardeam* sunt, qui appellatam esse credant, hoch, groß. Cic. Verr. 4, 23 *Ipse in oppidum nec dare ullum habuit, quod erat difficili adscensu atque ardvo.* Ovid. Met. 2, 17 *Ardua prima via est, & qua vix mane recentes Enitantur equi.* Idem 4 Trist. eleg. 3, 74 *Ardua per præceps gloria vadit iter.* Avienus Descr. orb. Terrar. 20. *Terrarumque cavis inlabitur arduus Atlas. Atlas* pro freto feu mari Atlantico. Aliter tamen exponit vir eruditus in Mise. obsery. 5, 65. Absolute Virg. Æn. 5, 695 *Ardua terrarum*, die hohen der berge. Liv. 2, 65 *In ardua evadere*, i. e. in clivos. Gradibus, *arduior, arduissimus*, Caro usus est apud Prisc. lib. 3 post principium. ¶ 2. Deinde quia excelsa non nisi cum summo labore atque molestia superantur, ideo omnia difficilia, & quæ cum labore incommodo tractantur, *ardua*, appellantur, was schwere, sauere mühe hat. Sen. Nat. Quæst. 3, 28 *Nec id aquis arduum est.* Sallust. Catil. c. 3 *Arduum res gestas scribere*, id est, δυσχερές, χαλεπόν, ut Gellius 9, 15 interpretatur. Vetus Gloss. *Arduum*, δυσχερές, δύσκολον, ἀλγεινόν. Cic. in Orat. c. 10 *Magnum opus omnino & arduum, Brute, conamur; sed nihil difficile amanti.* Ovid. de Arte 2, 537 *Ardua molimur, sed nulla nisi ardua vincunt.* Silius 2, 678 *Ardua virtutem profert via*, sicut Hesiodus dixit: *Virtus sudore paratur.* Martialis 11 epigr. 5 *Ardua res hæc est, opibus non tradere mores.* ¶ 3 *Res ardua* apud Horatium pro adversis, unglück, 2 od. 1 *Æquam memento rebus in arduis Servare mentem*, &c.

¶ Arduitas, *atis*, f. die höhe; ut, *Montium arduitas & asperitas*, Varro de Re rust. 2, 10

¶ Perarduus, *a, um*, sehr hoch, schwer. Cic. Verr 3, 71 *Mihi hoc perarduum est demonstrare.*

ÁREA, *æ*, f. *ærea*, solum, seu locus vacuus in urbe, ubi inædificari potest, ein lediger platz. dictus, ut Festus notat: unde & *locum vacuum* Varro de L. l. 4, 4 interpretatur. Horat. 1 epist. 10 v. 13 *Porticus in ædes deinde quæ deinde sequentur. Area fiet.* Florentinus ICtus l. 215 Dig. de Verborum signif. *Locus sine ædificio in urbe AREA: ubi autem AGER appellatur.* Columella tamen 5, 1 *area* appellationem ad urbes pariter & agri vacua loca generaliter transfert: ubi *areæ* alibi *aquæ*; alias *agrestes* facit. ¶ 2. In hortis *Areæ* appellantur, beete fabacæ quæ humi partes, quæ seminibus implentur, *Pulchri ejus*: dicit, beete, oder stucke die man besäet; in agris appellantur *Pereæ.* Colum. 11, 3 *Humus refossa, in areas dividitur.* Plin. 19, 4 *Justum est; finum tres pedes alte cum terra misceri, areis distingui* &c. ¶ 3. In prædiis rusticis *Area* dicitur *locus frumentis & cæteris leguminibus exprimendis factus*, ut Ulpianus describit l. 3 § 3 extr. D. de alim. vel cib. legatis, die tenne, scheun- und dreschebene. Horat. 1 od. 1, 9 *Si propitio condidit horreo, Quicquid de Libycis verritur areis.* Id. 1 Sat. 1, 45 *Millia frumenti tua triverit area centum.* Tibull. 1, 5, 22 *Area dum messis sole calente teret.* Subdivales fuisse apparet in Sicilia. Cic. Verr. 3, 14, 1 *Imbri frumentum corrumpi his area patiebantur.* ¶ 4 In prædiis urbanis *area* dicitur locus, in quem stillicidium cadit, der hof. Ita *Jus avertendi stillicidium in tectum vel aream vicini*, Cajus l. 2 D. de servit. prædiorum urb. Vide & l. 20 D. eodem. ¶ 5. *Area*, ein vogel-herd. Plaut. Alin. 1, 3, 64 *Accepi quando concinuavit aream, effundit cibum.* ¶ 6. *Area* capitis vitium est, ubi pili excidunt, die haar-blösse, glatze, *Arearum duo genera sunt.* v. Cels. 6, 4. ¶ 7. *Area salinaria* Vitruvio 8, 3 est locus in litore maris ad salem solaris ignis ope excoquendum paratus. ¶ 8. Quem Græci ἅλων dicunt, varii coloris circulum aut coronam, sive fulgorem illum, qui sidera circumnectit, etiam *aream* Latine dixit Seneca Qv. nat. 1, 2, *quia sive*, uti addit, *terendis frugibus loca destinata sunt rotunda*, der hof um sonne, mond &c. ¶ 9. Translate Ciceronem Att. 9, 18 dixisse volunt nonnulli *Aream scelerum* pro homine nequissimo. Sed Gronovius ἀηδώνη, *lusci* & alii aliter legunt. Græcii editio præfert *Eros sceleris* p. 101. Quodammodo huc referas potius Ovid. Heroid. 1, 72. ¶ 10. *Area* denique in circo spatium curriculi. Viginti quinque missuum est unius dici area. Hinc explicat Scriverius illud Martialis 10, 24 *Sed vitæ tribus areis peractis*, i. e. annis quinque & septuaginta. v. illum p. 229 & conf. Farnab. ad h. l. p. 310 & Turnebi Adverf. 30, 30. ¶ 11, Vt *campum* pro occasione posuit Ovid. Her. 1, 72 *Et patet in curas area lata meas.*

¶ Arecula, diminut. ein höfgen, klein beet. Onomast. Vet. *Areola* ἀυλών. Plin. 5 epist. 6 in descriptione villæ suæ: *Diætarum alia areolæ illi, in qua platani quatuor, alia prato, alia vineis imminet.* Colum. 10 v. 362 *Areolæ horti.*

¶ Arearor, *oris*, m. qui aream purgat, ein dreschet, tennen-besitzer, ita ex Columella 2, 21 extr. pro *arator* aliqui legunt.

¶ Arealis, *e*, in area serviens, auf der tenne dienlich; ut, *Cribrum areale*, quo in area frumenta purgantur, ein tennen-sieb. Serv. ad Virg. Ge. 1, 166.

Arefacio, arefio, vide *Areo.*

ĂRĔLAS, *ātis*, & Arelāte, *æ*, f. & Arelatum, *i*, n. Galliæ civitas juxta Rhodanum amplissimo emporio insignis Straboni lib 3 p 125 vulgo Arles. v. Cæs. B. C. 1, 36. Ausonius de claris urb. c. 8 *Pande, duples Arelate, tuos, blanda hospita, portus, Gallula Roma Arelas: quam Narbo Martius, & quam Accolit Alpinis opulenta Vienna colonis*, &c. v. ibi interpr. Theodulfus Carm. 1, 147 *Urbs Arelas, aliis quæ pluribus urbibus exstat Prima, gradu tamen est, Narbo, secunda tibi.*

¶ Arelatensis, *e*, qui ibi natus, aut civitatis jus consecutus est, aut ad eam pertinet; ut, *Arelatensis ager*, Plin. 10, 42. *Respublica Arelatensis*, l. 34 pr. ff. de usufr. legat.

ARELLIVS, *i*, m. cujusdam avari nomen apud Horat. 2 Serm. 6, 78.

ĂREMORĪCA, & Armorica, *æ*, f. Galliæ regio, nunc Britannia minor, & Nortmanniæ maritima. Vid. Valesii Notit. Galliar. Antiquum autem nomen est. Hinc

¶ Aremōricus & Armoricus, *a, um*, adject. Cæsar. B. G. 5, 51; & 7, 75; & 8, 31 *Civitates, quæ Armorica appellantur.* conf. Plin. 4, 17. *Gentis Aremoricæ* etiam meminit Ausonius Prof. 10, 15, & *Aremorici ponti* Id ep. 9, 35. conf. Sidon. Carm. 7, 548. *Guil. Brito Armoricus* scripsit Philippidos libros 12.

ĂRĒNA, *æ*, f quæ & *harena* scribitur, sand, grieß. Genus est istarum appellationum, *Saburra* & *Sabulum*, de quibus vide fuo loco. *Harena dicitur, quod harreat, & arena quod areet*, ut observat Charisius p. 80 & ex Varrone Servius ad Virg. Æn. 1, 176. *Numero carens arena*, Hor. 1 oda 28, 1. *Bibula arena*, Virg. Georg. 1, 114, quæ humorem sorbet. *Siccus humus aret arenis*, Ovid. Met. 15, 268. *Arena scriptoria*, streusand. *Adverti arenæ*, stranden. Virg. Æn. 5, 34. ¶ 2. Κατ' ἐξοχὴν ita appellatur Amphitheatri cavea, in qua cum bestiis depugnabatur, & gladiatores decertabant, eo, quod strata arena esset in usum pugnæ, v. Lipf. de Amphitheatro c. 3. Tertull. Apol. c. 38 *Nihil nobis est cum insania circi, cum impudicitia theatri, cum atrocitate arenæ.* ¶ 3. Et quia gladiatores in arena amphitheatri decertabant, factum, ut *Arena* etiam alias pugnæ & præliorum sedes per metaphoram signaret, ein kampfplatz. Florus 4, 2, 18 *Prima civilis belli arena Italia fuit, cujus arces levibus præsidiis Pompejus insederat.* Et 4, 7, 6 de Casio & Bruto: *Eamdem illam, quæ fatalis Cn. Pompejo fuerat, arenam insederant:* eamdem puta, ex illo errore, quem præfatione Geographiæ notavit Cellarius. In his autem ad amphitheatralem arenam historicum respexisse, ex ejusdem lib. 3 c. 20 patet, ubi de Spartacio bello, quod a gladiatoribus si non gestum, saltem inceptum fuerat; *Prima*, inquit, *velut arena viris mons Vesuvius placuit.* Idem Flor. 3, 21, 1 dixit: *in urbe rudia & foro, quasi arena, gladiatorio more concurrere.* Ovid. Met. 9, 61 *Arenas ove momordi*, dicit Achelous ab Hercule victus, das maul ist mir auf den erdboden gestossen worden. Sed Germani *herbam mordere* dicunt cadentes in prælio, ins gras beissen. Notetur hic simul pluralis, uti etiam Virg Georg. 2, 106; cujus usum negat Cæsar apud Gellium 19, 8. ¶ 4. Denique etiam officii locus, aut ubicunque acriter contendendum est, *arena* appellatur. Sic Plinius 6 epist. 12 *Vetito Prisco, quantum plurimum potuero, præstabo, præsertim in arena mea, hoc est, apud centumviros.* Singulis his notionibus, quæ tralatitiæ sunt, veriti potest, ein platz, revier. ¶ 5. Cognomen in Inscr. apud Murat. p. 47.

¶ Arenula, *æ*, f. diminut. ein sandkörnlein. Plin. 30, 3 *Arenulæ, quæ inveniuntur in cornibus cochlearum.*

Arenāceus, *a, um*, sandicht; ut, *Arenacea marga*, Plin 17, 7; *duritia*, Id. 30, 15. *Arenaceum semen*, Idem 21, 16.

¶ Arenārius, *a, um*, quod in arena est, auf den sand oder kampfplatz gehörig; ut, *Arenaria fera*, id est, amphitheatralis, in ludis

ludis venationum interficienda, apud Ammian. Marc. 29, 7. Sic *Arenaria theca*, eine ſandbüchſe.

¶ Arenarius, *i*, m. ſubſt. qui arenam effodit, ein ſandgräber. Capitol. M. Anton. c. 19. ¶ 2. Qui in arena ſeu amphitheatro pugnat, ein klorf-fechter. v. Lipſ. l. c. Horum mentio fit l. 21 § 2 D. de Teſtibus: & l. 38 de operis libert. Tertull. de Spectac. c. 22 *ſcenicos, xyſticos, arenarios* conjungit. Jul. Capitolino in Anton. Philoſ. c. 19 *Harenarius* eſt beſtiarius, in amphitheatro cum beſtiis ſolitus colluctari. conf. Alex. ab Alex. 3, 5. ¶ 3. *Arenarius* eſt etiam, qui pueros elementa numerorum docet, minor, quam Arithmeticus, ſic dictus, quod numeros in abaco, pulvere ſive arena conſperſo ſcriberet, palimpſeſti chartæve deletitiæ loco. Tertull. de Pallio ſub finem: *& primus informator literarum, & primus odometor vocis, & primus numerorum arenarius, & grammaticus.* Vbi Salmaſium audias, qui & calculos ad ſupputandum, *arenas* appellatas fuiſſe oſtendit p. 469.

¶ Arenaria, *æ*, *arum*, f. ſubſt. plur. fodinæ ſunt, in quibus arena foditur, ſandgruben. Cic. pro Cluentio c. 13 *In arenariis quasdam extra portam Eſquilinam perditus, occiditur.* Varro de R. R. 1, 2 *Neque lapicidinæ, neque arenariæ ad agriculturam pertinent.*

¶ Arenarium, *i*, n. idem. Vitruv. 2, 6 *Propeominibus loci non deſunt foſſitia arenaria.* conf. 2, 4.

¶ Arenoſus, *a*, *um*, ſandicht; ut, *Litus arenoſum Libyæ*, Virg. Æn. 4, 257 *Regio arenoſa*, Plin. 36, 16. *Arenoſa urina*, Celſ. 2, 7. Comp. Plin. 33, 6 *Mas* (ſtibii, mineralis lapidis) *minus valians & arenoſior.* Superl. Plin. 27, 4 *Lavatur, ut, quod ſit arenoſiſſimum, ſubſidat.*

¶ Arenātus, *a*, *um*, arena mixtus, mit ſand gemengt, ut, *Calce arenata ſtruere*, Cato c. 18, mauer-kalck brauchen.

¶ Arenatum, *i*, n. ſubſt. calx arena permiſta, abgeſetzter kalck, kalck mit ſande zugerichtet, mauer-kalck. Vitruvio 7, 3 & 4.

¶ Arenatio, *onis*, f. calcis & arenæ mixtura, die vermiſchung mit ſande, Vitruv. 7, 3.

¶ Arēnĭcŏla, *æ*, c. im ſande lebend; ut, *Areniculæ colubri*, apud Mantuanum.

¶ Arenĭfŏdina, *æ*, f. die ſandgrube, l. 13 § 5 ff. de uſufr.

¶ Arenĭvăgus, *a*, *um*, per arenoſa loca errans, der im ſande herum ſchweifft. Lucan. 9, 941 *Vidit arenivagum Catonem.*

¶ Exarēno, *are*, arenis purgare, vom ſande reinigen. Plin. 33, 3 extr. *Æs accenſum reſlinguitur ſale, aceto, alumine: poſtea exarenatur.*

ĀRĔO, *ui*, *ēre*, ξηράινομαι, aridum & ſiccum eſſe, trocken und dürre ſeyn. Plaut. Rud. 2, 6, 50 *Vt cum exiſtim ex aqua, arerem.* Cato R. R. c. 69 *Vbi arebit amurca.* Ovid. Met. 6, 355 *Fauces arent, vixque eſt via vocis in illis*, der hals ſchmachtet. Id. de Arte 2, 606

Tantalus in media garrulus aret aqua.

¶ Arens, *tis*, dürre, trocken, ausgetrocknet, ut, *Arens fluvius*, Virg. Æn. 3, 350. *Arentes arenæ*, Horat. 3 Od. 4, 31. *Beneficium eſt arentibus ſiti monſtrare fontem*, denen vor durſt ſchmachtenden, Sen. Benef. 3, 8. *Culmi arentes*, Colum. 2, 21.

¶ Āreſco, *ĕre*, vertrocknen. Cic. Partit. c. 17 *Cito areſcit lacrima, præſertim in alienis malis.* Conf. de Invent. 1, 56; Colum. 12, 14.

¶ Areſcens, *tis*, verdorrend; ut, *Areſcens avi nemus*, Aur. Vict. Cæſ. c. 5.

¶ Arefacio, *feci*, *factum*, *ĕre*, trockenen, dürre machen. Macrob. 5 Sat. 9 *Cum Siciliam ſterilis annus areſeciſſet.* Gell. 12, 1 *Mammarum ubera arefacere & exſtinguere.* Cato R. R. c. 69 habet *arfacere.* Conf. Lucret. 6, 962, ubi vocis tranſpoſitio.

¶ Arefaciens, *tis*, trocknend. Vitruv. 2, 1 *Alii lutias glebas arefacientes ſtruebant parietes.*

¶ Arefio, *eri*, trocken, dürre werden. Apul. de Herb. c. 87 n. 6 *Etruſci herbæ folia areſiant in umbra.*

¶ Arefactus, *a*, *um*, gedörret; ut, *Arefactis caulis.* Plin. 13, 22.

¶ Āridus, *a*, *um*, ξηρός, *proprie*, ut ait Feſtus, *quod naturalem humorem amiſit*: item, *quod irrigari deſiit*, trocken, treuge. Sic *aridæ frondes*, vertrocknete zweige. Horat. od. 1, 25, 19. *Aridus viator*, ein durſtiger wanderesmann. Virg. Georg. 4, 98. *Cornu magis aridum*, Catull. 23, 13. *Aridior minusque ſuccoſus.* Plin. 12, 25 ſub fin. *Cibus aridior*, Gell. 16, 11. *In arbore quod aridiſſimum eſt*, Sen. Nat. qu. 2, 52. *Aridiſſimi libri*, Dialog. de Orat. c. 19 metaphorice: i. e. nullius ſucci vel uſus. ¶ 2. Dicuntur & homines *aridi*, quorum defluxerunt carnes, qui male habiti flaccidique ſunt, quales ferme ſenes videmus, dürre, hagere, magere leute. Plaut. Aul. 2, 4, 18 *Pumex non ita æque eſt aridus, atque hic eſt ſenex.* Vetus poëta in Phallicis Carm. 32 *Vvis aridior puella paſſis.* Terentius tales *junceas* appellat; illisque opponit, quæ *corpore ſolido & ſuccipiente ſunt*, Eun. 2, 3, 25. Hinc *arida oratio*, jejuna & tenuis; cui *plena & ampla, & copioſa* opponitur: Cic. de Orat. 2, 38 *Genus ſermonis, non liquidum, non fuſum, ac profluens; ſed exile, aridum, conciſum ac minutum*, eine ſeichte rede, die weder krafft noch ſafft hat. ¶ 3. *Aridi* etiam vocantur famelici homines, qui arido victu, vel per inopiam, vel ſordide parci uti ſolent, karg. Quomodo illud Terentii accipiendum videtur Heaut. 3, 2, 15 *Habet patrem quemdam aridum, miſerum atque aridum*; i. e. einen hungerleider. Nam ſequitur paullo poſt: *at quaſi is non divitiis abundet? Siccos* appellavit Horatius 1 epiſt. 17, 12 & *unctis* oppoſuit. Eos ſcilicet, qui ſale & ſicco pane vivunt: *poſt quod prandium manus lavantes non ſint*, ut eleganter Seneca deſcribit epiſt. 83. Græci ξηροφαγίας appellant. Salvianus lib. 1 & 2 *Ariditates* vocat, & cum jejuniis & abſtinentia, qua ratione Chriſtiani ſe exercebant, conjungit. ¶ 4. *Aridus victus*, vilis, tenuis, horridus, Cic. pro Roſc. Am. c. 27 *aerinae bauerkoſt.* Id. pro P. Quintio c. 30 *Vitam ſemper horridam atque aridam* oppoſuit *profuſis ſumtibus.* ¶ 5. *Aridum ſonum.* Lucretius 6, 118 tonitrui tribuit: quem acutum atque horrificum Nonius 4, 31 recte interpretatur, wenn alles knaſtert. Virg. Georg. 1, 357 Lucretius imitatus *fragorem aridum* ſimiliter dixit de eo, qui defractarum arborum eſt.

¶ Arida, *æ* f. ſubſt. vetus interpres Gen. 1, 9 pro *terra* vertit, das erdreich. ¶ 2. *Arida*, herba eadem, quæ *Echion* dicitur, wilde ochſen zunge. Dioſc. 4, 28.

¶ Aridum, *i*, n. ſubſt. etiam pro ſicca terra ponitur, das trockene land. Cæſ. B. Gall. 4, 26 *Noſtri ſimul in arido conſtiterunt.* Ibid. c. 29 *Naves in aridum ſubduxerat.* Et c. 24 *Ex arido tela conjicere.*

¶ Ardus, *a*, *um*, pro *aridus.* Lucil. apud Nonium 2, 48 *Ardum atque infelix lignum.*

¶ Arĭdŭlus, *a*, *um*, dimin. etwas dürre. Catull. 65, 316

Laneaque aridulis hærebant morſa labellis.

¶ Aride, adv. trocken, ausgedorrt. Varro apud Nonium 4, 27 *Amor aride agit amantes æſtuantes.*

¶ Ariditas, *ātis*, f. die trockne, dürre. Plin. 11, 35 *Araneus humorem abſorbens, ariditatem ampliat.* Pluraliter Arnobius lib. 2 p. 69 *Imbres ariditatibus temperamenta laturi.*

¶ Aritudo, *inis*, idem. Varro R. R. 1, 12 *Bifiole aritudine cito pereunt.* conf. Plaut. Rud. 2, 6, 40.

¶ Arĭſcus, *a*, *um*, vertrocknend; ut, *Arifica carnis phlebotomia*, i. e. talis venæ ſectio, quæ carnem reddit ſiccam, macram, aridam, Cæl. Aurel. Tard. 4, 1, 9.

Compoſita cum Præpoſitione.

¶ Adareo, *ui*, *ere*, vel Adareſco, *ĕre*, eintreugen. Cato c. 98 *Vbi adaruerit*, ſcil. unguentum.

¶ Circumareo, *ēre*, umher verdorren; ut, *Circumarentia loca*, Ammian. 22, 14.

¶ Coareo, *ere*, vel Coareſco, *ere*, zugleich austrocknen. Vitruv. 7, 11 *Ab ignis vehementia confervefcendo cum coarueriſſent.*

¶ Exareo, *ui*, *ere*, vel Exareſco, *ere*, ausdorren, eintreugen; ut, *Amnis exareſcit*, Cic. in Piſ. c. 33 das waſſer trocknet aus. *Flos exaruit*, die blume iſt verwelcket, Id. in Bruto c. 4. *Sole ac vento penitus ſiccari atque exareſcere*, Colum 3, 12. ¶ 2. Translate eſt deficere, aufhören vergehen. Cic. Tuſc. 3, 31 *Exaruit vetuſtate hæc opinio*, Id. fam. 7, 31 *Vetus urbanitas exaruit.* Ibid. 9, 18 *Ipſa illa, ſi qua fuit in me facultas orationis, niſi me ad has exercitationes retuliſſem, exaruiſſet*, ſie hätte ſich in mir verlohren. conf Plaut. Mil 3, 1, 46

¶ Exareſio, *eri*, idem. Plin. 26, 10 de herba quadam: *priusquam exareſiat.*

¶ Exaridus, *a*, *um*, gantz dürre; ut, *Status emortuus & exaridus*, Tertull. de Reſurr. carnis c. 30.

¶ Inareo, *ere*, eintrocknen. Celſ. 3, 19 *Bulbi contriti ubi inaruerunt.* Id. 6, 6, 3 *Collyria diu facta inaruerunt.* Colum. 2, 14 *Si radices inaruerint.*

¶ Inareſco, *ere*, vertrocknen; ut, *Lacrimæ inareſcunt*, Quint. 6, 1 Et Plin. 27, 8 *Aquam inſpergere, quoties inareſcit.* conf. Vitruv. 7, 3 & 11; Celſ. 5, 17, 2; & 5, 26, 23; & Curt. 5, 5, 11.

¶ Inareſcens, *tis*, verdorrend; ut, *Fructus inareſcens*, Plin 17, 28.

¶ Inarefactus, *a*, *um*, ausgedörrt, ab *Inareſio*, apud Plinium legitur 32, 10 *Cinis inarefactus.*

¶ Interareſco, *ere*, vertrocknen. Cic. 5 Tuſc. 14 *Nihil interareſcere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum, in quibus vita beata conſiſtit.* Viſus & Vitruvius eſt 7, 8 & procemio lib. 8.

¶ Obareſco, *ere*, trocken werden. Lactant. c. 10 de opif. Dei: *Membrana illa perlucens* (oculi,) *quam ficcari & obareſcere non oportet, niſi humore aſſiduo terſa pare niteat, obſoleſcit.* Sic quidem edd. veteres, Roman. & Ald. & Parrhaſ. legunt: at MSS. Lipſ. & Goth. *areſcere.*

¶ Perareſco, *ere*, idem. Colum. 1, 3 *Vt pereareſcat aut totum decidat.* Varro R. R. 1, 49 *Herba quoad pereareſcat, furcillis verſari debet, cum perearuit* &c. conf. Colum. 12, 15.

¶ Perarefacio, *ere*, austrocknen, dürre machen. Theod. Priſc. 1, 21.

¶ Peraridus, *a*, *um*, valde aridus, gantz dürre; ut, *Fœnum peraridum*, Colum. 2, 19. *Solum ſiticuloſum & peraridum*, Id. 3, 11.

¶ Subareſco, *ere*, ein wenig trocken werden. Vitruv. 7, 3 *Trullisatione ſubareſcente.*

Areola, vide *Area.*

ĀRĔŌPAGVS & Ariopagus, *i*, m. ἄρειος πάγος, item ἄρεως πάγος. (ap. Cic. ad Att. 1, 14.) Athenis locus in arce, ubi de rebus capitalibus judicia exercebantur: ſic quaſi *Martis pagus* ſeu *vicus* appellatus, der richtplatz zu Athen. Quam ob cauſſam & producta uti ſolent efferre penultimam; talis enim & prima ſyllaba latinis eſt in voce *pāgus.* Martinus tamen Ant. Delrio Comm. in Senec. Herc. fur p. 299 *Areopāgum* pronunciare jubet brevi penultima, nempe quod eamdem ſyllabam in voce πάγος corripere ſoleant poëtæ Græci. Add. Lefcalop. ad Cic. N. D. 2, 29 p. 353. Eſt autem πάγος Græcis *collis, locus eminens, rupes, ſaxum.* Vnde Voſſius f. 42 Etym. *Arcopagum* interpretari mavult *Martis collem*, vel *ſaxum*, quam *vicum* aut *pagum.* Quam ad rem verſus inprimis Enni facit a Varrone de L. L. 6, 2 adductus, & a Ioſ. Scaligero ingenioſiſſime reſtitutus. vid. Conjectanea ſummi Viri p. 110. A Marte autem ideo nomen accepiſſe fertur, quia Mars, qui Græce ἄρης dicitur, accuſatus homicidii, cum in ſtupro filiæ Alcippes, Neptuni filium deprehenſum occidiſſet, judicantibus ibi duodecim Diis, ſententiis ſex abſolutus fuit. In pari enim numero ſententiarum obtinebat, contra damnationem abſolutio. Hæc celebratiſſima opinio eſt: quamquam aliam ſecutus ſit Varro; ut ſcilicet honori Deorum conſuleret, a quibus litigia atque judicia hujus generis aliena ducebat. Vide Pauſan. in Atticis, & Auguſt. de C. D. 18, 10. *Areum judicium* Tacitus Ann. 2, 55, 2 dixit. Apud Sen. de Tranquill. c. 3 *Ariopagus religioſiſſimum judicium.* Iuvenalis Latine interpretatus, *Curiani Martis* vocat Sat. 9, 101, ubi & veterem Scholiaſten vide. Adde quos laudat Bur. ad Ovid. Met. 6, 70. S. Paullum in Areopago prædicaſſe B. Lucas in Actis c. 17 auctor eſt v. 19 & 22.

¶ Areopagita, *æ*, m. (Areopagites, *æ*. Cic. Phil. 5, 5) curialis & judex

in

in Areopago. Cic. Off. 1, 22 *Solon primum conſtituit Areopagitas.* Et fam. 13, 1 extr. *Decretum Areopagitarum.* conf. Gell. 12, 7; & Quintil. 5, 9. Horum incorrupta ſeveritas in proverbium abiit. Cic. 1 ad Att. 14 *Romanæ res ſic ſe habent: Senatus ἄριος πάγος. Nihil conſtantius, nihil ſeverius, nihil fortius.* Simile adagium: *Areopagita taciturnior*, i. e. talis, qui commiſſum arcanum optime continet: de quo Ennius in Chiliad. conf. Macrob. Sat. 7, 1.

¶ Areopagiticus, *a, um*, adject. Sidon. Apollinaris 9 epiſt. 9 *Gymnaſia Areopagitica.*

AREPENNIS, *is*, f. anderthalb morgen landes. Colum 5, 1 *Galli ſemijugerum Arepennem vocant.* vide *Arvipendium*, unde vocem Gallicam corruptam autumat Scaliger.

Areſco, vide *Areo.*

ĂRĔTĂLŎGUS, *i*, m. de virtute, ſive etiam placita loquens ad ſui oſtentationem & aliorum obtectationem, ein raiſonneur, it. poſſenreiſſer, ſchwätzer. Iuven. Sat. 15, 15 *Riſum fortaſſe quibuſdam moverat ut mendax aretalogus.* Suet. Aug. c. 74 *Aut acroamata & hiſtriones, aut etiam triviales ex circo ludios interponebat: ac frequentius aretalogos.* Ad quem locum Caſaubonus: *Aretalogos cenſeo*, inquit, *appellates miſeros philoſophos, mera hominum mendicabula, ſeſtæ fere Cynicæ, aut Stoicæ, qui quum ſcholam & ſectatores non haberent, convivia beatorum frequentabant, & Romulidas ſaturos variis de virtute & vitio diſputationibus oblectabant. Vox eſt Romæ nata, & niſi fallor, Crispino illi primum attributa, de quo Horat. Sat. 1. Poſt illa in uſu remanſit & res & nomen; ſed apud Romanos tantum, quod ſciam, etſi vocis origo Græca eſt & forma* &c. Turnebo 10 Adverſ. 12 *Aretalogus* non tam videtur a *virtute* dici, quæ ἀρετὴ vocatur, quam ab ἀρετὸς, i. e. *gratus & placens*, qui narrationes & fabellas acroamataque auribus auditorum grata loquitur. Addit, in Autonio ἀρεταλογον ita le legiſſe, (locus Autonii eſt epiſt. 13) ut hoc verbum ab Arete uxore Alcinoi (de qua paullo poſt dicemus,) deduci videatur. Nempe quia ſcriptum reperiebat ἀρητολόγων, prioribus duabus ſyllabis productis. Verum ipſe lectionem hanc de menda ſuſpectam habet verſumque Autonii ſic reformat, ut ea vox ſyllabas primas corripiat. Quare minime cenſendus eſt hanc ab uxore Alcinoi etymologiam approbaviſſe, aut ſuam feciſſe. Id quod non animadverterunt reprehemores ejus, Scaliger Auton. lect. 2, 5 p. 100 & Biſciola T. 1 fabiee 6, 16 f. 457 Quorum ille de cætero diſputatiuncula ſuper hac voce ſuam ita concludit: *Proprie circulatores illos Italiæ, qui in compitis mira de ſuis pharmacis promittant, ita vocare poteſt*, die marcktſchreyer; hic etiam Aretalogorum numero cenſendos ſuſpicatur fabuloſorum ſcriptores voluminum, ut Amadiſii ac ſimilium, die fabel und romanenſchreiber. Sed nominavit Autonius Axium Paulum epiſt. 13 ἀρεταλόγον, non quod rhetor, (quæ Scaligeri opinio eſt) ſed quod poëta, & mimorum quidam ſcriptor eſſet. Nam inter mimorum ſpecies & ἀρεταλόγους ad Vopiſci Aurelianum c. 42 obtervavit Salmaſius. *Delirum* ſane, quem ſcripſerat Paulus iſte, ut ex ejusdem Auſonii ad eum epiſtola, quæ proſa oratione ſcripta eſt, conſtat, *Mimon* fuiſſe, nihil profecto dubito. Nomen ſane, & argumentum, quod ex nomine colligitur, ſuadent mirifice; Facit huc quoque, quod inſequenti epiſt. 14 ad eumdem Paullum ſcribit: *Hiſtoriam, mimos, carmina, linque domi.* Nec alio, opinor, pertinet, quod in epiſt. 11 ic *in cavillando natura inveniſtum* ait: *neque de mimo planipedem, nec de Comœdiis hiſtrionem eſſe.* Significat enim, poëtam ſe plane imparem eſſe collatum Paullo, nec tam felicem in ſcriptandis mimis, atque comœdiis, ut eſſet ille. Nam & comœdias, quin & tragœdias ſcripſiſſe Paullum, ex fine epiſtolæ 10 conſtare poteſt. Aliquoties Criſpinum quemdam nominat, & ut poëtam ineptum perſtringit Horatius. Hunc, cum loquaciſſimus eſſet, ἀρεταλογον appellatum ad 1 Satyr 1 extremam, vetus Scholiaſtes obſervat. Et cum Suetonius *aretalogos* inter *Ludios* nominet, videtur non alios intellexiſſe. *Ludii* enim hiſtriones, ſeu mimi.

ĂRĒTE, *es*, f. Ἀρήτη, Phæacum regis Alcinoi uxor, Nauſicaæ mater, a qua Ulyſſes naufragus humaniter & honorifice ſuſceptus eſt. v. Homeri Odyſſeam. ¶ 2. Alia *Arete*, Ariſtippi Cyrenaici philoſophi filia; quæ a patre edocta ſucceſſit ipſi in ſchola, ſucceſſorem reliquens filium ejusdem cum avo nominis, qui quod a matre doctus eſſet, μητροδίδακτος appellari meruit. Laërtium vide in Ariſtippi vita. Meminit & Clem Alexand 4 Stromat f. 381. ¶ 3. *Arete*, Dionyſii ſenioris filia, & uxor Dionis. v. Nepos 10, 1, 1.

ĂRĒTHŪSA, *æ*, f. virgo venatrix, Dianæ comes. Virg. Georg. 4, 344 *Et tandem poſitis velox Arethuſa ſagittis.* ¶ 2. Eſt & urbium trium in Græcia Eubœa, & Syria, nomen *Arethuſa.* ¶ 3. Tum vero fontis Syracuſani nomen, de quo hæc in Verr. 4, 53 Cicero: *In hac inſula* (Syracuſanam inredigens) *eſt fons aquæ dulcis, cui nomen Arethuſa eſt, incredibili magnitudine, pleniſſimus piſcium, qui fluctu aquæ totus operiretur, niſi munitione ac mole lapidum a mari diſjunctus eſſet.* Oritur ex Alpheo &c. Vide *Alpheus*: & Sen. Conſol. ad Marciam c. 17, item Nat. Quæſt. 3, 26 & 6, 8. Fabula eſt apud Ovid Met. 5, 487 ſq add. 573 f. & quos laudat Bur. ad 5 6.

¶ Arethūſis, *idis*, f. adject ut, *Syracuſæ Areth ſides* apud Ovid. Faſt. 4, 873 a fonte illo nominatæ.

¶ Arethūæus, *a, um*, adj. ut, *Latices Arethuſæi*, apud Claudian. Rapt. 2, 60 ex eodem fonte.

¶ Arethuſius, *a, um*, idem; ut, *Arethuſia proles*, id eſt, Syracuſani, Silius 14, 357

ARĒTIVM, *i*, n. (in antiquis inſcriptionibus eſt *Arretium*, R. geminato, ut Cluver. lib 2 Ital. ant c. 3 p 521 monuit) oppidum Tuſciæ ab ſtadiorum intervallo a Roma diſtans, v. Strabo & Liv. 28, 46. Vulgo *Arezzo* ab Italis dictum. Vaſorum fictilium nobilitatem ei Plinius tribuit 15, 12. Laudat & Marr 1 ep. 53 & 14, 96.

¶ Arētīnus, *a, um*, i. e. teſtæus, argillaceus, quia ibi terra teſtis apta, von thon. irden; ut, *Vaſa Aretina*, Iliid. 20, 4. *Teſtæ Aretinæ*, Mart. 1 epigr 54.

Areus, vide *Arius.*

ARFERIA, *æ*, f. aqua, quæ inferis libabatur, ſive vas vini, quod ſacris adhibebatur, apud *Feſtum* ab *a. ferendo.*

ARGANTHONIUS, *i*, m. Tarteſiorum in Hiſpania rex, quem centum quinquaginta annis vixiſſe, Herodotus atque Anacreon perhibuere. v. Interpr Sil 2, 396 ſq. ¶ 2 Fuit etiam mons Myſiæ a Ilium urbem Schol Apollon. 1, 1165, aut Phrygiæ ad Ilium, ut deſcribit Strabo lib. 12. Idem mons etiam vocatur

¶ Arganthus, *i*, m. Propert. 1, 9, 3 *Illic erat Arganthi Pege ſub vertice nymphis*, ut emendavit Turn. Adv. 11, 15, & probavit Broeckh. ad h. l.

ARGAS, *æ*, m. ita dictus Demoſthenes, vel ex morum feritate & acerbitate, (anguem enim appellant quidam poëtæ *Argam*) vel ex oratione offendente aures, quod hoc nomine poëta fuerit malorum & moleſtorum modorum. v. Plutarch. in Demoſth.

ARGĀTĬLIS, *is*, f. avis, de cujus in mdificando ſolertia Plin. 10, 33.

Argei, vide *Argos.*

ARGĔMA, *ătis*, n. ἄργεμα, augenſchmär. röthe in augen, exulceratio quædam eſt oculorum, cum iridis (des weiſſes um den augapfel) exteriora rubicunda, interiora alba appatent. Plin. 20, 6 *Caparum ſucco & cicatrices oculorum, & albugines, & argema inunxe.* Et 20, 19 *Papaveris ſilveſtris folia trita cum oleo argema jumentorum ſanant.* conf. 36, 50.

ARGĔMONE, *es*, f. ἀργεμώνη herba, cujus ſpecies eſt portentilla, wilder garben, wilder greuſing. Prior ſpecies ſilveſtri papaveri ſimilis eſt, ſed exilior, flore puniceo, herba nota, *Anſerinam* vocant, *Inguinaria* Plinio 26, 9. Adde 21, 23; Dioſc. 3, 168, 69.

¶ Argemonia, *æ*, f. eadem herba Plinio 25, 9; & 26, 4 &c.

¶ Argemon, *ōnis*, herba, *quam Minerva reperit, jubas remedium, qui de illa gſtaverint*, Plin 24, 19.

ARGENNON, *i*, n. ἀργεννον, argenteum, percanidum, weiß wie ſilber. Feſtus.

ARGENON, *i*, n. genus Iaſpidis apud Plinium 37, 9.

Argentaria, argentarius, argenteus &c. vide *Argentum.*

ARGENTORATVM, *i*, n. Galliæ olim Belgicæ (cui Ptolemæus 2, 9 abnumerat) poſtea Germaniæ oppidum, cum Ruenus non amplius Galliæ atque Germaniæ limes eſſet; Alſatiæ ſive Tribocum metropolis, olim *Toratum* & *Toratburgum*; hinc *Argentoratum*, ſive ut nonnulli vocant, *Argentina*, ab argento & cenni, a Romanis ibi collecto, & Germanicum nomen Straßburg. ¶ 2. Ammiano Marc. 15, 27 *Argentoratus* eſt, fœmineo genere: *Prima Germania*, inquit, *ubi præter alia municipia Magentiacus eſt, & Vangiones, & Nemetes, & Argentoratus, barbaricis cladibus nota.* Prima Germania, ſcilicet provincia Cisrhenana Romanis, in Galliæ ripa Rhenana. v. Geograph.

¶ Argentoratenſis, *e*, (& Argentinenſis) adj. Straßburgiſch. Ammianus princ. lib. 17 *poſt Argentoratenſem pugnam*, hoc eſt, apud Argentoratum factum, Iuliano Cæſare victore.

ARGENTVM, *i*, n. ἄργυρος, metalli ab auro ſecundum genus, ſilber. *Argenti vena*, ſilberadern, Lucret. 6, 8 8. *Argenti ſpuma*, ſilberſchaum, alette, Plin. 33, 6. Apud auctores ſæpe occurrit *argenti infecti, facti, ſignati* mentio. v. Cic. Verr. 5, 25. Sciendum igitur eſt, *ſignatum* dici conciſum confectumque in nummos, impreſſis imaginibus, ac ſignis, geprägt ſilber, ſilber-münze; hoc eſt, pecuniam, quam Iuven. Sat. 14, 291 *Conciſum argentum in titulos faciesque minutas* eleganter appellavit. *Factum*, quod in vaſa & alias res, ut paropſides, trullas, tabulas, pelves &c. elaboratum eſt, ſilber-geſchirr. Vellej. 2, 56, 2 *Argentum raſile*, i. e. politum vocat. *Infectum*, dicitur excoctum quidem, ſed quod in rudibus maſſis ſervatur: ſilber-ſuchen, ſilber-ſtangen, roh ſilber. Liv. 34, 6 *Cautum erat, quo ne plus auri & argenti factili; quo ne plus ſignati argenti & æris domi haberemus.* Idem 37, 46 *Prælata ſunt in triumpho argenti infecti tria millia pondo: ſignati tetradrachmum Atticum centum tredecim millia.* His tanquam commentarium verba Iſidori addo 16, 17 *Tria ſunt genera argenti, & auri, & æris; ſignatum, factum, infectum.* SIGNATVM *eſt, quod in nummis eſt:* FACTVM, *quod in vaſis & ſignis:* INFECTVM, *quod in maſſis eſt, quod & GRAVE dicitur, id eſt, maſſa.* Invenimus & *puſulatum*, ſive *puſulatum argentum*, quod & ipſum infectum, ſed purgatiſſimum. Ratio appellationis inde eſt, quod argentum merum, dum coquitur, in puſulas ſive puſtulas aſſurgere ſolet Ita Turnebus explicar Adverſar. 24, 2 itemque Cujacius 7 Obſerv. 39. vide & poſt in *Aurum. Argentum eſcarium, potorium*, tafel-ſilber, ſilbern ſervice, l. 20 § 13 & 71 D. de auro & argento leg. ¶ 2. *Argentum* pro pecunia abſolute ſæpius ponitur: Vt cum *argentum mutuum*, Plaut. Pſeud. 1, 1, 78, item *conficere argentum*, Ter. Phorm. 5, 5, 11 & alia hujus generis dicimus. *Argentum numeratum*, baar geld, Ter. Adelph. 3, 3, 53; *probatum*, gut geld, Plaut. Perſ. 4, 6, 1. *Argentum abſumere*, geld verthun, Id. Moſt. 5, 2, 19. Nep. 15, 4, 3 *Argentum huic redde. Argentum perſcribere & reſcribere* quid ſit, vide infra in *Scribo.* ¶ 3. *Argentum vivum*, ὑδράργυρος, queckſilber. Plin. 33, 6 *Eſt & lapis in argenti venis, cujus vomica liqueris æterni argentum vivum appellatur, venenum rerum omnium.* conf. Vitruv. 7, 8. Iſidoro 16, 18 & *liquidum* dicitur, *quia percurrit.* Plinius tamen non modo paullo poſt l. c ſed & 33, 3 extr. argentum vivum ab hydrargyro diſtinguit, & inprimis de factitio hoc agit 33, 8. ¶ 4. *Argenti purgamenta*, λυθάργυρος, *quam nos*, inquit Iſidorus c. l. *ſpumam argenti appellamus*, ſilber-ſchlacken.

¶ Argenteus, *a, um*, ganz ſilbern; ut, *Vaſum argenteum*, Plaut. Truc. 1, 1, 33. *Argenteus denarius*, Plin. 19, 3. *Pelves argenteæ*, l. 3 Dig. de ſupell. legata. *Argentea aquila*, Cic. Catil. 1, 9. ¶ 2. Deinde *albus* ſignificat, ſive colorem argenti referens, weiß wie ſilber; ut, *Argenteus crinis*, Plin. 2, 25. Item *Fons nitidis argenteus undis*, ein ſilber-klarer brunn. Ovid. Met. 3, 407. ¶ 3. *Flumen argenteum* nomen proprium eſt fluminis in Gallia Narbonenſi, cui pons, itidem *argenteus* dictus, impoſitus erat. vid. Lepid. ad Cic. fam. 10, 34. ¶ 4. *Amica falſa argentea*, i. e. argento vendita: Plaut. Pſeud. 1, 3, 113. *Argenteis haſtis pugnare*, proverb. & oraculum, ἀργυρέαις λόγχαις μάχεσθαι, mit ſilbern ſpießen ſchieſſen.

¶ Argenteolus, *a, um*, diminut. etwas ſilbern; ut, *Sicilicula argenteola*, Plaut. Rud. 4, 4, 125

¶ Argentāceus, *a, um*, ſilberreich; ut, *Creta argentacea*, Apic. 2, 2, al. *argentaria.* Plin. 35, 17.

¶ Argentārius, *a, um*, zum ſilber gehörig; ut, *Argentarium auxilium*,

lium, Plaut. Pseud 1, 1, 103, geld-hülfe, geld-mittel. *Is argentarium conficiendum proficiscitur*, ibid. sc. 5 v. 9, geld holen wollen. *Argentaria inopia*, ibid 1, 3, 65, geld-mangel. Idem *Argentarias elecebras* ab eliciendo argento *meretrices* dixit Menaech. 2, 3, 25; & *Argentariam cupam*, Ter. Phorm. 5, 6, 46: & *Argentarias coactiones* fœnore, *argentarium trapezitam esse* interpretatur: malim tamen *coactorem argentarium* interpretari cum Torrentio, qui ad eum locum Suetonii videri potest.

¶ Argentaria, *æ*, f. subst. subaudi *mensa*, sive *taberna*, die wechselbanck, börse; ita enim vocarunt, qui plene voluerunt loqui. Nam *tabernas argentarias* habet Liv. 26, 11. *Mensam tabernariam* Ulpian. l. Prætor. 4 D. de edend. dixit. Est autem *argentaria*, sive *argentaria mensa*, seu *taberna*, ubi æra usuraria solebant perscribi: τραπεζῶν ἀργυρικόν. Plaut. Epid. 2, 2, 15 *Per myropolia & lanienas circumque argentarias.* Sic *Argentarias novas* Livius dixit 26, 27; memiuit & 40, 51, ad veterum scilicet discrimen, quas in foro Tarquinius Priscus exstruxerat, ut Livius 1, 36 & Dionysius lib. 3 docent. Cic. pro Cæc. c 4 *Romæ argentariam non ignobilem fecit.* Sed & ibid. *Argentarium dejecisse*, banquerotiren. ¶ 2. *Argentaria* scil. fodina, eine silber-grube. Liv. 34, 21 *Vestigalia instituit ex ferrariis argentariisque.*

¶ Argentarius, *i*, m. subst. ein wechsler. Nam *Argentarii* iidem Romæ, qui & mentarii, nempe trapezitæ seu fœneratores publici erant; neque pecuniæ fœnebri tantum, sed & vendendis quibusdam rebus, ut auri argentique speciebus, nummis veteribus, vasis cælatis gemmisque operam dabant. Plura de iis Sigonius de antiquo Iur. Rom. 2, 11; item Salmasius de Trapezitico fœnore; quibus adde Torrentium ad Suet. Ner. c. 5; & Taubm. ad Plaut. Asin. 1, 1, 103. Negat Athonius Lex. Crit argentarios eosdem, ac mensarios, esse, sed mensarios argentariis præfuisse, ex hoc Livii loco conjicit: *Triumviri mensarii creati, qui nummulariis præerant.*

¶ Argentarium, *i*, n. subst. argenteæ supellectilis instrumentum, der silberschranck. Ulpian. l. 2 § 8 ff. de auro, argento &c. *Quod in argentario pater familias reponebat.*

¶ Argentatus, *a*, *um*, übersilbert. Liv. 9, 40 *Argentati milites*, id est, scutis argento cælaris instructi. *Argentata querimonia*, Plaut. Pseud. 1, 3, 78, quæ argentum una affert secum, ut penetrantior sit.

¶ Argentinus, *i*, m. Deus pecuniæ, der geldgott, August. C. D. 4, 21.

¶ Argentōsus, *a*, *um*, cui argentum immissum est, silberhaft; ut, *Aurum argentosum*, Plin. 33, 5.

¶ Argentangina, *æ*, f. ἀργυραγχη, cupiditas habendi pecuniam, die geldsucht. Sed speciatim *argentangina laborare* dicuntur, qui pecunia corrupti reticent ea, quæ ad reipublicæ commoda pertinent, ut Demosthenes fecit, qui corruptas pecunia ne contra Rhodios diceret, angina se laborare dixit. De hac re etiam dictum: βᾶξ ἐπὶ γλώττης. Add. Gell. 11, 9; & *Angina* in *Ango*.

¶ Argentiexterebronides, *um*, m. pl. ficta vox ab exterebrando i. e. extorquendo argento, geld-tribulirer. Plaut. Perf. 4, 6, 21.

¶ Argentifex, *icis*, m. ein silber-arbeiter. Varro de L. L. 7, 33.

¶ Argentifŏdīna, *æ*, f. ubi argentum foditur, silber-bergwerck, silber-grube. Plin. 33, 6 *Odor ex argentifodinis inimicus omnibus animalibus, sed maxime canibus.* Idem 33, 7 *Argentaria metalla* vocat. *Argenti metalla* paullo ante c. 6 dixerat. Divise scribitur *Argenti fodinæ*, etiam apud Vitruv. 7, 7; tamen etiam conjunctè, ut fere apud Iurisconsultos. Vide l. 1 Dig. Quod cujusque universf. & l. 3 § ult. D. de rebus eorum &c. ficut *cretifodina* in eadem lege extrema compositum conjunctimque sit necesse est.

¶ Deargentatus, *a*, *um*, versilbert. Orosius 3, 22 pr. *deargentatis armis ac vestibus*: & c. seq. *Argyraspides ob arma deargentata sic dicti.* Et August. epist. 23 ad Bonifacium, *Columna deargentata.* conf. Vulg. Pf. 67, 14.

¶ Deargentasso, *are*, idem est ac argento emungere velle, um das geld bringen. Lucil apud Nonium 2, 218 *Depeculassere aliqua speravit me ac deargentassere.*

¶ Inargentatus, *a*, *um*, argento rectus, übersilbert. Plin. 21, 2 *Lamina ærea inaurata aut inargentata.* Et Lege 3 Dig. de supellect. leg. *Lecti inargentati.*

ARGESTES, *æ*, m. ventus occidentalis, ἀργέστης, Vitruv. 1, 6 *Circa Favonium Argestes, & certis temporibus Etesiæ* &c. Plin. 2, 47 ab occasu solstitiali flare scribit.

Argi, Argivus, vide *Argos*.

ARGILĒTVM, *i*, n. locus in urbe Roma prope Palatium, ubi tabernæ opificum erant, atque inprimis bibliopolarum. vid. Varro de L. L. 4, 32 itemque Servius ad illud Virg. 8, 345

Nec tum & sacri monstrat locus Argileti, &c.

ubi hanc rationem appellationis cognoscens, quod hæc urbis pars sic dicta a cæde Argi, quasi *Argilethum*; vel ab argilla, quod ibi id genus terræ.

¶ Argilerānus, *a*, *um*, adj. ut, *Argiletanæ tabernæ*, buchläden. Martial. epigr. 4.

ARGILLA, *æ*, f. ἄργιλος, terra tenax, ex qua fiunt vasa fictilia, terra figularis, töpfer-erde, thon, quæ Græca est appellatio χϑών, id est, *terra*. Plin. 35, 12 de plastices origine agens: *Lineis* (in pariete scriptis) *impressa argilla typum fecit.* Cæs. B. Gall. 5, 43 *ferventes fusili ex argilla glandes.* Cic. in Pis. c. 25 *Homullus ex argilla & luto fictus.* conf. Pallad. 1, 34.

¶ Argillōsus, *a*, *um*, klebricht, thonicht: ut, *Terra argillosa*, Varr. R. R. 1, 9; & Plin. 31, 3. Item *Colles sicci & argillosi*, Colum. de Arbor c. 17.

¶ Argillaceus, *a*, *um*, aliud adject. ut, *Marga* vel *terra argillacea*, Plin. 17, 7.

ARGIPHONTES, *æ*, m. ἀργιφόντης, cognomen Mercurii, vel quod Argum occiderit, vel quod fuerit necator serpentis, quem ἄργον vocant, vel quasi ἀργὸς ἀπο φονεύων, *purus ab occidendo*, cum oratione potius mitiget animos. Arnob. 6 p. 709 *Mercurius pinnatus argiphontes.* Conf. Hesych. & Macrob. Sat. 1, 19.

ARGĪTIS, *idis*, f. genus vitis. Colum. 3, 2 *Visula & minor argitis terræ mediocritate latantur.*

ARGO, *us*, f. Ἀργώ, navis appellata est, qua Iason cum 54 fociis, lectissimis Græcæ juventuris, in Colchos navigavit ad vellus aureum avehendum. Vide Servium ad eclog 4 Virg. itemque Hyginum fab. 14 & Poet. 2, 37. Ex Poetis Græcis hanc fabulam tractarunt & execuri sunt præter plures deperditos, Orpheus & Apollonius; ex Latinis Val. Flaccus. Nomen vel a structore, qui *Argus* appellatus traditur, vel a velocitate accepit, ἀργὸς enim apud Græcos *velocem* notat. Bochartus neutrum probat, & potius a longitudine dictam ostendit de Colonis Phœnicum p. 819, 820. Apud Cic. Tusc. 1, 20 *Est nominata Argo, quia Argivi in ea vecti* &c. Poëtæ plerique tradunt, *hanc primam navem fuisse, quæ*, ut Catullus loquitur, *cursu suo mare rude imbuerit*: sive, *quæ inhospitalis hactenus ponti patefecerit vias*; ut Phædri verba sunt, quod non in universum intelligendum, sed de navi longa tantum accipiendum est. Nam ante quoque navigatum mare fuit, sed non navibus longis. v. Plin. 7, 54.

¶ 2. *Argo* pro qualibet nobiliore navi sumitur. vid. Taubm. ad Culicem Virg. p. 114. ¶ 3. *Argo navis*, sidus cœleste, Col. 11, 2. Manil. 1, 405; & 5, 34 sqq.

¶ Argŏnautæ, *arum*, m. pl. ἀργοναῦται, qui cum Iasone in Argo navi Colchon profecti, quorum præcipui Castor, Pollux, Hercules fuere, qui & *Minyæ* appellati, de quo suo loco. Horat. Epod 3, 9

Ut Argonautas præter omnes candidam Medea mirata est ducem.

Argonauta in singulari est apud Plinium 34, 8.

¶ Argonautica, *orum*, n. pl. Sic vocantur scripta eorum, qui de Argonautis scripserunt; ut Val. Flacci, quæ supersunt, & Varronis, quæ, quod dolendum, perierunt. v. Borrich. Cogit. de L. L. p. 293.

Argolis, Argolicus, vide sequens *Argos*.

ARGOS, *eos*, n. τὸ ἄργος Græce, Latinis sæpius *Argi* plurale, mutato genere. e. g. Virg. Æn. 1, 24 *Prima quod ad Trojam pro curis gesserat Argis.* Vetus & nobilis fuit urbs Achajæ, fortissimis viris, quos edidit, celebris: quo nomine & Pindarus celebrat Nemeon ode 10. Argos πολυδίψιον olim fuit, ut ab Homero vocatur Ιλ. β. 171. Sicut etiam alius Poeta ap. Strab. l. 8 Θεοὶ δ' ἄν Θεσαν Ἄργος ἀνυδρον. Sed post Danai tempora, qui puteos invenisse dicitur Plinio 7, 56, putei ibi frequentes. Strabo l. c. Ἄργος ἄνυδρον ἐὰν Δαναοὶ Θέσαν ἔνυδρον. v. Hard. ad Plin. l. c. ¶ 2. Fuit & Thessaliæ urbs. ¶ 3. Sumitur aliquando & pro tota Græcia, ut apud Lucanum 10, 60 *Quantum impulit Argos Iliacasque domus facie Spartana nocenti.*

¶ Argei, *orum*, m. pl. loca erant in urbe Roma, ubi sacra fiebant, a Numa consecrata. Liv. 1, 21 *Locaque sacris faciendis, quæ Argeos pontifices vocant, dedicavit*; qualia viginti septem per quatuor primas urbis partes dispersas fuisse, ex Varrone discimus, qui de L. L. 4, 8 scribit: *Reliqua urbis loca olim disserta, ut Argeorum sacraria in 27 partes urbis sunt dispositæ.* Argeos *dictos putant, a principibus, qui cum Hercule Argivo venerunt Romam* &c. Festus: *Argei* (quamvis in vulgatis sit *Argea*) *loca Romæ appellantur, quod in his sepulti essent quidam Argivorum illustres viri.* v. Gell. 10, 15. Rosin. Ant. Rom. 4, 5 p. 362. ¶ 2. *Argei*, e scirpeis virgultis simulacra sunt hominum triginta, quotannis a ponte sublicio a sacerdotibus publice jaci solita in Tiberim, Varr. de L. L. 6, 3. Per virgines Vestales id factum esse, refert Festus. Olim enim

¶ Argēus, Argivus, Argēlicus Argōus, *a*, *um*, gr. ἀργῖος, adjectiva sunt. Horat. od. 11, 6, 5 *Tibur Argeo positum colono*: ubi Schol. *Argeo pro Argivo dicitur.* Virg. Æn. 2, 254 *Et jam Argiva phalanx instructis navibus ibat*, i. e. Græca. Et v. 118 *Sanguine quærendi reditus, animatis navibus ibat Argolica.* Et v. 78 *Argolica de gente.* Et *Sinus argolicus*, Plin. 4, 5 Hor. Epod. 16, 57 *Non hac Argoo contendit remige pinus.* Adde Val. Flacc. 6, 731.

¶ Argēlis, *idis*, f. i. e. Argiva. Ovid. Met. 9, 276

At longis anxia curis Argolis Alcmene &c.

¶ 2. *Argēlis*, regio Argivorum, Pomp. Mela 2, 3, & Plinio lib. 4 ineunte, in qua Argi erant & Mycenæ.

Argumentum cum derivatis, vide mox in *Arguo*.

ARGVMĪNOS, *i*, herba quæ & Mercurialis, bingelkraut. Ap. de Herb. c. 82.

ARGVO, *ui*, *utum*, *uĕre*, est producere, insimulare, crimini dare, convincere, reprehendere, überführen, beschuldigen, tadeln. Virg. Æn. 4, 13 *Degeneres animos timor arguit* &c. Horatius Epod. 11, 13 *Languor arguit amantem.* Cic. pro S. Roscio c. 41 *Servos ipsos neque arguo, neque purgo.* conf mox n. 4. ¶ 2. Est ostendere, indicare, anzeigen, weisen, beweisen. Horat. od. 1, 13, 7 *Humor in genas furtim labitur, arguens, quam lentis penitus macerer ignibus*, i. e. demonstrans. Gratius Cyneget. v. 236 *Vt sciat occultos & signis arguat hostes.* Suet. Gr. 22, 1 *Arguere solœcismum ab alio factum* Tac. An. 1, 12, 4 *Vt sua confessione argueretur* &c. ¶ 3. Notandum est, *Arguere* aliquando non simpliciter reprehendere esse aut insimulare, verum punire etiam, wircklich strafen. Suet. Calig. c. 38 *Arguebat & perperam editi census, quibus postea quæcunque de caussa quicquam incrementi accessisset*: Qui in edendo censu fefellissent, aut ærarii fiebant, aut referebantur in Cæritum tabulas, aut ipsi cum bonis suis venibant. Hujusmodi quid statuisse in eos, & exegisse pœnam Caligulam, qui post editos census auxissent rem, quasi perperam edidissent census, Suetonius significat. ¶ 4. Ad constructionem quod attinet, frequentissime quidem cum genitivo jungitur; ut, *Arguere sceleris, facinoris* &c. Cic. pro C. Rabir. c. 9; & pro Cælio c. 1. Sed aliquando & ablativus, nunc solus, nunc cum præpositione additur. Nepos 4, 3, 7 *Harum rerum nullum erat apertum crimen, quo argui posset*, id est, convinci. Cic. Verr. 5, 18 *Nunc non modo te hoc crimine arguo* &c. Id. pro Roscio Am. c. 29 *De quibus quoniam verbo arguit.* Sic, *de crimine arguere*, de Invent. 2, 11; &, *ex crimine*, pro Sulla c. 25. Aliquando est acculativus: Vellej. 2, 68, 4 *Arguunt in eo regni voluntatem.* Sic in passivo nominativus: Idem Vell. 2, 45, 5 *Insolentia pœne argui potest.* Ovid. Fast. 2, 397 *Vultu genus arguitur.* Etiam infinitivo junctum reperias: Liv. 30, 23 *M. Valerius Lævinus speculatores, non legatos, venisse arguebat.* ¶ 5. *Arguit* nonnullis idem est ac *probibuit* in Ovid. Met. 15, 73; & Pont. 1, 6, 42; Sed utroque loco rectius legitur *arcuit*. v. *Arceo*. ¶ 6. *Falsum filium arguituri*, ex Sallustio ap. Priscianum p. 882, pro *arguturi*: *Argutum iri* pro *in discrimen vocari*, apud Festum.

¶ Argūtus,

¶ Argūtus, *a, um*, insimulatus, accusatus, beſchuldiget, angeklagt, Plaut. Amph. 3, 2, 2 *Alcumena ſtupri, dedecoris arguta.* Id. Pſeud. 2, 4, 56 *Argutus malorum facinorum:* ubi etiam convictum notare videtur. ¶ 2. *Argūtus, ἀξύς*, quaſi acute arguens & veſtigans, beredt, ſpitzfündig, nachdenklich, artig. Plaut. Truc. ut exponit Valla lib. 1, ſpitzfündig, nachdenklich, artig. Plaut. Truc. 2, 6, 13 *Facunditas arguta: argutus civis*, &c. Cic. fam. 8, 1 *Arguta nimium ſedulitas.* Id. in Piſ. c. 29 *Poëma facit ita feſtivum, concinnum, elegans, ut nihil ſieri poſſit argutius*, i. e. ingeniosius, venuſtius. Ita ad Att. 6, 5 *Literas argutiſſimas* dixit. Et de Orat. 2, 61 *Ex ambiguo dicta, vel argutiſſima putantur.* Gell. 15, 30 *Argutiſſimæ nugæ.* Eſt autem hoc a celeritate ingenii: unde & nonnulli *argutos* dici voluerunt. Servius ad Ecl. 4 Virg. *Quidam*, inquit, ARGO *a celeritate dictum volunt, unde verſo in Latinum verbo* argutos *celeres dici.* Hinc *argutum Thaliam* Horatius dixit 4 od. 6, 25; quemadmodum *Muſam callidam* Lucret. 6, 92. Quamquam & ad carmina ſeu cantus reſpicere potuit: ut *arguta Thalia* ſimul ingeniosa ſit & canora. Sic *Virtus arguta* ingeniosa & diſerta Plauto dicitur Truc. 2, 6, 13. ¶ 3. Stridulus, ſtreperus, ſchwirrend, klingend, zwitſchernd, rauſchend. Propert. 1, 18, 30 *Cogor ad argutas dicere ſolus aves.* Sic quoque *Arguta hirundo*, Virg. Georg. 1, 377; *Nemus argutum*, Id. eclog. 8, 22; *Æs argutum*, id eſt tinnulum, Sisius 17, 18. *Argutæ lamina ſerræ*, knarrend, Virg. Georg. 1, 143. Id. eclog. 7, 1

Forte ſub arguta conſederat ilice Daphnis.

Similiter loquaces & garruli homines *argūti* dicuntur, plauderhafft. Vet. Gloſſ. *Argutus, λάλος.* Item *Argutus, ἀδόλεσχος, φλύαρος.* Plaut. Trin. 1, 2, 162 de ſcurris: *Nihil eſt profectò ſtultius neque ſtolidius, neque mendaciloquius atque argutum magis.* ¶ 4. *Argutum* vocatur quicquid *συμπεφθὲν τινὰ* ac elegantiam habet, ut ad Virgilii Cirin Scaliger docet. Et ita eidem poëtarum principi in boni & pulchri equi laudibus Georg. 3, 80 *argutum* eſſe *caput* commemoratur: h. e. concinna & modulata brevitate ſpectandum, ein artig köpfen. Cic. in Bruto c. 12 *Datur etiam venia concinnitati ſententiarum: & argūti, certique & circumſcripti verborum ambitus conceduntur.* Quomodo differat ab *acuto* vid. h. v.

¶ Argūtŭlus, *a, um*, diminut. etwas ſcharfſinnig, artig. Cic. 15 ad Att. 18 *Perfecì ſane argutulos libros ad Varronem.* Apul. Met. 2 p. 117 *Fotis prorſus argutula eſt.* ¶ 2. Subſt. ein naſeweiſer Kerl, Klügling.

¶ Argute, adv. ſpitzig, künſtlich, ut, *Acute argūteque reſpondere*, Cic. pro Cæl. c. 8. Id. Clar. Orat. c. 93 *Breviter argūteque*, kurz und gut. Comp. Cic. de Clar. Orat. c. 11 *Ut aliquis dicere poſſint argutius.* Et Arnob. 5 p. 181 *Poteſt alius aliud argutius fingere.* Superl. Cic. de Orat. 2, 4 extr. *De rebus difficillimis argutiſſime diſputare.* Ex Nepote Lactant 3, 15 *Argutiſſime in ſcholis præcipere*, de ſubtilitatibus philoſophicis.

¶ Argūtiæ, *arum*, f. plur. acute & ſubtiliter dicta, nachdenckliche reden. Cic. de clar. Orat. c. 45 *Hujus orationes multum argutiarum & urbanitatis habebant.* ¶ 2. Et in malam partem ſpitzfündigkeit. Cic. de Amic. c. 13 *Nihil eſt, quod illi non perſequantur ſuis argutiis.* Plaut. Moſt. 1, 1, 1 *Exi e culina, ſi foras muſſigia, qui mihi inter patinas exhibes argutias*: i. e. interprete Lambino, audaces & malitioſos ſermones, ſtachlichte ſpitzige reden. ¶ 3. *Argutiæ digitorum* ap. Cic. in Orat. c. 18 ſunt motus & luſus indecori cum digitis in dicendo. ¶ 4. *Argutia* in ſing. apud Gellium 3, 1 *Tam importuna tamque audaci argutiæ fuit Probus.* Et Pallad. lib. 14 de Inſit. *Scio quo frequenter inclinet argutia famulorum.*

¶ Argutiŏla, *æ*, f. diminut. eine verſchmitzte rede. Gell. 2, 7 *Argutiola hæc, frivola & inanis eſt ſententia.* Idem 18, 1 *Eſt argutiola hæc expoſita in libris.* Et 9, 14 *Non puto argutiolam iſtam recipiendam.*

¶ Arguto, *are*, loquaciter proloqui, plaudern, klügeln. Propert. 1, 6, 7 *Illa mihi totis arguitat noctibus ignes*, i. e. argute objicit.

¶ Argutor, *ari*, dep. idem. Nevius ap. Nonium 4, 34 *Totum diem argutatur, quaſi cicada.* Titinn. ibid. *Argutari pedibus*, i. e. ſubſilire, mit den füſſen ſtampffen, Plaut. Amph. 1, 1, 193 *Pergin' argutarier?* raiſonnirеſt du noch? haltеſt du noch nicht das maul? Vid. de uſu hujus verbi Paſſerat. ad Propert. 1 Eleg. 6, & Barth. ad Stat. Silv. p. 170.

¶ Argūtatio, *ōnis*, f. apud Catullum epig. 6, 11 pro ſtrepitu, ein getös, ächzen. *Tremulique caſſa lecti argutatio.*

¶ Argūtator, *ōris*, m. ein ſchwätzer; apud Gellium 17, 5 de ſophiſta rhetorico, acutulo illo & minuto, atque in differendo tamen haud impigro, ut ante deſcripſerat, invenitur.

¶ Argūmentum, *i*, n. omnia, quæ Græci *ἐνθυμήματα, ἐπιχειρήματα, ἀποδείξεις* vocant, ſignificat, ut Quintilianus docet 5, 10 pr. Primum, *Inventum probabile ad faciendam fidem*, ut ait Cic. Partit. c. 2, ein beweis, ſchluß, grund, urſach. Cic. Nat. D. 3, 4 *Multis & gravibus argumentis Deum eſſe doces.* Id. pro Roſc. Com. c. 12 *Graviſſimum & firmiſſimum argumentum*, contra, *frigidum*, Quintil. 5, 10. *Argumentis agere*, Cic. pro Cæl. c. 9; *refellere*, Id. de Orat. 1, 19. Et *Argumentum rei dicere*, beweis führen, Plaut. Trin. 2, 4, 121. ¶ 2. Deinde ſignum, indicium, ein zeichen, anzeigung. Cic. Cat. 3, 5 *Certiſſima argumenta & indicia ſceleris.* Vellej. 2, 38, 3 *Bellicæ civitatis argumentum: certæ pacis argumentum.* Hinc *Maximo argumento eſſe*, klärlich anzeigen, Cic. Divin. 1, 52. *Mari ſupero inferoque quantum potuerint, nomina ſunt argumento*, Liv. 5, 33. *Argumento ſit clades Romana*, 44. *Argumentum eſt ipſa magnitudo tam novæ urbis*, 54. ¶ 3. Item occaſionem & materiam ſcribendi, anlaß, inhalt. Cic. Att. 10, 18 *Servius mihi dabit argumentum ad te epiſtolæ.* Et ibid. *Argumentum ad ſcribendum mihi jam deeſt*, ich weiß jetzt nichts zu ſchreiben. Ovid. Triſt. 5, 1, 10 *Sumque argumenti conditor ipſe mei. Argumentum univerſum & ſententia concionis*, Cic. de Aruſp. c. 4. Sic *argumentum libri, epiſtolæ, fabulæ*, &c. Ter. prolog. And. v. 11 *Non ita diſſimili ſunt argumento.* conf. v. 6. ¶ 4. *Argumentum* pro *Documento* citat ex Ennio Gell. 2, 29 *Hoc erit tibi argumentum ſemper in promptu ſitum, Ne quid expectes amicos, quod tute agere poſſis.* ¶ 5. *Argumenta* eadem, quæ ſigna, cymbalmata, bilder, hiſtoriæ vel fabulæ depictæ. Cic. Verr. 4, 56 *Ex ebore diligentiſſime perfecta argumenta erant in valvis.* Propert. 3, 8, 13 *Argumenta magis ſunt Mentoris addita formæ.* Ovid. Met. 6, 69 *Et vetus in tela deducitur argumentum.* conf. Virg. 7, 791 & ibi Serv. & Cerda. ¶ 6. De fabulis uſurpat Phædrus: e. g. 4, 7, 2 *Hoc argumento deſcribi.* conf. 2, 7, 13; 4, 15, 7; 4, 10, 14; 5, 3, 11. Quintil. Inſt. orat. 5, 10 *Fabulæ ad actus ſcenarum compoſitæ argumenta dicuntur.* Liv. 7, 2 *Livius qui ab futuris auſus eſt primus argumento fabulam ſerere*; ubi v. Interpp. ¶ 7. Speciatim inter narrationes auctore Quintiliano 2, 4 pr. *Argumentum* eſt, quod falſum, ſed veriſimile comœdiæ fingunt.

¶ Argumentor, *atus ſum, ari*, eſt argumentis uti ad rem probandam, ſchlieſſen, beweis führen. Cic. Nat. D. 3, 4 *Neque in cauſſis, ſi quid eſt evidens, de quo inter omnes conveniat, argumentari ſolco.* Id. Att. 3, 12 *Tu quidem ſedulo argumentaris, quid ſit ſperandum.* Id. de Invent. 2, 44 *Non oportet de ejus voluntate nos argumentari.*

¶ Argumentatus, *a, um*, paſſive beglaubiget. Auſuſtius ap. Priſcian. 792 *Omnia argumentata nomina*, i. e. πιστωθέντα.

¶ Argumentatio, *ōnis*, f. probatio per argumenta, die ſchluß-rede, beweis-führung. Cic. Nat. D. 3, 4 *Perſpicuitas argumentatione elevatur.* Id. de Fin. 5, 4 Aliquid *non modo probabili argumentatione, ſed etiam neceſſaria mathematicorum ratione concludere.*

¶ Argumentator, *ōris*, m. der ſchluß-redner, beweisführer. Tertull. de Anima c. 38 *Aſſerenda eſt argumentatoris occaſio.* Id. de Carne Chriſti c. 24 *Multiformes argumentatores quatit.*

¶ Argumentatrix, *icis*, f. die ſchluß-rednerin. Tertull. de Spectac. c. 2 *Quam ſapiens argumentatrix ſibi videtur ignorantia humana.*

¶ Argumentālis, *e*, adj. gründlich, beweislich, ut, *Argumentalis narratio*, quæ aliquid probat, apud Afconium Pedian. ad Divinat. in Verr. ſub initium.

¶ Argumentaliter, adv. idem. Aggen. Vrb. Gœſ. p. 64 *Quædam argumentaliter metiri.*

¶ Argumentōſus, *a, um*, argumentis abundans, reich von beweis. Cumque vox *argumenti* varia ſignificet, hujus quoque adjectivi non una eſt ſignificatio. Ac Fabius quidem Quintil. 5, 10, cum argumentum inter alia ſignificet omnem ad ſcribendum deſtinatam materiam, inde *paullo numeroſius opus* dici ait *argument ſum*, ein weitläuftiges werck. ¶ 2. Ioanni vero Pico Mirandulæ epiſt. 4 ad Hermol. Barbarum, *argumentoſi homines* vocantur ſcholaſtici, quales fuere Thomas, Scotus, Albertus, qui, ubi probandum eſt aliquid, magnam argumentorum copiam educere ſolent. Sic etiam Sidonius 9 epiſt. 9, *Scriptoras plurima ardenter, argumentoſa diſputatorie*, &c.

Compoſita:

¶ Coarguo, *ere*, überzeugen, überführen. Auct. ad Herenn. 2, 5 *Res coarguitur certioribus argumentis.* Ciceronis ſunt: *Alicujus coarguere errorem*, Acad. Quæſt. 1, 4; *perfidiam*, 3, 8; *mendacium*, pro Ligar. c. 5. Id. in Verr. 4, 47 *Coarguere rem teſtibus*, mit zeugen überweiſen.

¶ Deargumentor, *ari*, i. e. concludere, einen ſchluß machen. Claud. Mamert. 2, 7 *Super his deargumentabor.*

¶ Inargutus, *a, um*, unverſchmitzt, ungeſchickt; ut, *Sententia non inarguta*, Vlpian. l. 5 de uſufr. ear. rer. quæ uſu conſum.

¶ Inargute, adv. non aſtute, non ſubtiliter. Gell. 12, 13 *Non mehercule inargute, nec inconſulte oppoſuiſſe hoc Iſidorum.*

¶ Perargutus, *a, um*, liſtig. Cic. de Clar. Or. c. 45 *Homo perargutus.* Seu *Titinnabula perarguta* ſunt ſonora & obſtrepera, hell klingend, Apul. lib. 10 Met. p. 243.

¶ Redarguo, *ere*, cum reprehenſione accuſare, confutare, widerlegen, eintreiben. Cic. pro domo c. 9 *In hoc inconſtantiam redarguo tuam.* Id. pro Cluent. c. 23 *Redargue me, ſi mentior.* ¶ 2. *Redarguo* vide apud Feſtum.

¶ Redargutio, *onis*, f. confutatio, die widerlegung, ita Boëthius transfert græcum *ἔλεγχος.* v. Voſſ. de Vit. L. L. 3, 41; & Etym. f. 43.

¶ Subargūtus, *a, um*, aliquantum argutus, etwas fubril; unde

¶ Subargutŭlus, *i*, m. ein ſpitzfündiger. Gell. 15, 30 *Forte iidem ſunt garruli natura & ſubargutuli*, &c.

¶ Superargumentor, *ari*, darauf fuſſen, ſich darauf gründen. Tertull. adv. Hermog. c. 37 *Nunc video te ad aliam rurſus rationem reverti, & proinde ſuperargumentans*, &c.

ARGVS, *i*, m. *ἄργος, Oculus, oculis plenus* Feſto; paſtor centum oculis, unde *ſtellatus* Ovidio Met. 1, 664, & Stat. Theb. 6, 277 vocatur, & a Nemeſiano cyn. 31 *Stellatus oculis cuſtos virginis Iûs.* Nimirum ei Iuno Io in vaccam mutatam ſervandam tradidit. Plaut. Aul. 3, 6, 19 *Quos ſi Argus ſervet, qui oculeus totus fuit, quem quondam Ioni Iuno ceſtodem addidit, is nunquam ſervet.* ¶ 2. *Argus* ille, qui Argo navem exſtruxit, diſtinguendus a præcedente, filio Argenoris, cum ipſi pater fuerit Areſtor. Quamobrem Ovidium reprehendit Scaliger Caſtig. in Catull. p. 70, quod *πανόπτην* Argum vocaverit *Areſtoriden*, quod in alterum illum potius fabrum Argus comperebat. De *Argorum* forte trium confuſione quantum ad genealogiam Bur. ad Ovid. Met. 1, 624.

Argutus cum derivatis, Argyranche, &c. vide *Argus, Argyros.*

ARGŸROS, *i*, m. gr. *ἄργυρος, argentum.* ¶ 2. Herba, quæ & *Mercurialis*, dicitur, bingelkraut. Apul. de Herb. c. 82.

¶ Argyrītis, *idis*, f. *ἀργυρῖτις*, Plinio 33, 6 fecunda ſpecies Lithargyri eſt, ſilbergelett. ¶ 2. Eadem herba, quæ *Argyros*, Apul. l. c.

¶ Argyranche, *es*, f. *ἀργυραγχὴ, argentangina*, de qua ſupra in *Argentum*, die geldſucht. *Argyranchen ſe pati* dixit Demoſthenes, Gell. 11, 9. Confer *Angina* in *Ango.*

¶ Argyraſpides, *ium*, pl. m. *ἀργυράσπιδες*, qui ſcuta argentea ferunt, ſoldaten mit ſilbern ſchilden, phalanx veteranorum Alexandri Magni, v. Curt. 4, 13, 27; & 8, 5, 4; Iuſtin. 12, 7, 6; & adde iis, quæ ad hæc loca notaverunt interpretes. Item Liv. 37, 40.

¶ Argyrocōpus, *i*, m. *ἀργυροκόπος*, ein ſilberſtecher.

¶ Argyrodámas, *antis*, m. ἀργυροδάμας, lapis argenti nitorem habens, uti adamas, Plin. 37, 10.

¶ Argyrognómon, *ónis*, m. ἀργυρογνώμων, pecuniæ ſpectator & explorator, Budæo, ein probirer, münz-probirer, gardun.

¶ Argyrólögus, *i*, m. ἀργυρολόγος, *quæſtor, exactor*, ein ſeckelmeiſter.

¶ Argypractes, *æ*, m. ἀργυροπράκτης, qui pecuniæ cauſſa negotiantibus operam præbet, ein mechler, marckthelffer.

¶ Argyrothēca, *æ*, f. ἀργυροθήκη, repoſitorium argenteorum vaſculorum, ein ſilber-ſchranck.

¶ Argyruntum, *i*, n. Illyrici urbs ab argento nomen habens. Plin. 3, 21.

ĂRĬADNE, Ariadna, *es*, vel *æ*, f. ἀριάδνη, filia Minois regis Cretæ, quæ Theſea labyrinthum ingreſſurum filo ſuo adjuvit, eumque in patriam redeuntem ſecuta eſt. Sed ab eo derelictam Bacchus adamavit, eique coronam a Venere acceptam & ſeptem ſtellis illuminatam dedit, quam poſt mortem ejus in aſtra retulit, ut Aratus finxit v. 71

αὐτὸς κἀκεῖνος τέθαπος, τὸν ἀγαυὸν ἔθηκε,
σῆμ' ἔμεναι Διόνυσος ἀποιχομένης Ἀριάδνης.

h. e. *Ibidem*, (non procul a cauda Helicis ſeu Vrſæ) *& illa corona, quam lucidum poſuit ſignum eſſe Bacchus morientis Ariadnæ.* Propert. 3, 16, 7

Te quoque enim non eſſe rudem teſtatur in aſtris,
Lyncibus in cœlum vecta Ariadna tuis:

Alloquitur Bacchum. Gnoſiam coronam illam vocat Virgilius Georg. 1, 222

Gnoſiaque ardentis decedat ſtella coronæ:

quia Gnoſius Cretæ urbs, in qua ſepulcrum Iovis fuit. Lactant. 1, 11.

¶ Ariadnæus, *a*, *um*, adject. Ovid. Faſt. 5, 345

Bacchus amat flores, Baccho placuiſſe coronam,
Ex Ariadnæo ſidere noſſe potes.

ARIANIS, *idis*, f. herba ignea colore, collecta cum ſol in leone eſt. *Hujus tactu perunctæ oleo ligna accendi* tradunt, Plin. 24, 17.

ARIARĀTHES, *is*, m. rex Cappadocum, a Perdicca victus urbem incendit, ſibique & ſuis omnibus mortem conſcivit. v. Juſtin. 13, 6. Idem autor plures ejus nominis recenſet, quorum unus in amicitiam populi Romani receptus. v. Liv. 38, 39 & lib. 42, 19. v. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 8 p. 408 ſq.

ĂRĪCIA, *æ*, f. oppidum quondam, hodie caſtellum, diſtans ab urbe Roma ad decimum lapidem, Lucan. 6, 74

Parva Mycenææ quantum ſacrata Dianæ
Diſtat ab excelſa nemoralis Aricia Roma.

Conf. Horat. 1 Sat. 5, 1. Ovid. Faſt. 6, 59. Silio 4, 369 vocatur *immitis Aricia*, propter Dianæ Tauricæ nefanda ſacra, quibus homines immolari fama erat. v. quæ ad Sil. ex Strabone notat Cellarius. Sacerdotium ejus fani quærebatur victoria gladiatoria fervorum. Hæc ſunt apud Ovid. A. A. 1, 260 *Parta per gladios regna nocente manu* coll. Pauſania Corinth. p. 69, 36. Add. Cluver. Ital. Ant. 3, 4 p. 920. ¶ 2. Eſt & *Aricia* mater Hippolyti Virbii ſecundi apud Virg. Æn. 7, 762, quæ Ariciæ urbi nomen dediſſe dicitur.

¶ Ariciānus, *a*, *um*, adj. ut, *Vallis Aricina*, Ovid. Met. 15, 488. Et *Arvum Aricinum*, Horat. 2 epiſt. 2, 167.

¶ Aricinum, *i*, n. ſubſt. caulis genus, Plin. 19, 8.

ARĬDÆVS, *i*, m. Datamis filius: qui contra Piſidas cum exercitu miſſus a patre, in prælio cecidit. Nepos 14, 6, 1. ¶ 2. Alius *Aridæus*, Alexandri M. frater, ſed ex ignobili matre, quæ Philinna fuit ſaltatricula. v. Muret. Var. Lect. 16, 7. Mentio ejus apud Curtium 10, 11. Plutarch. Orat. 1 de fort. Alex. f. 337, &c. an ſeni gerenda ſit reſp. f. 791. De hoc Senecæ verba ſunt de Benef. 4, 31 *Quid ſibi voluit providentia, quæ Aridæum regno impoſuit?* &c. Nempe rex quidem fuit Aridæus, ſed ob ignaviam atque imperitiam regendi nomen absque re tenuit; ὃδε νηπίη διαφέροντα, & καφὸν ὄνομα Plutarchus vocat.

Ariditas, aridulus, aridus, vide *Areo*.

ARĬES, *ĕtis*, m. πολύσημον eſt, ein widder, ſchnafbock. In eo enim differt a *Vervece*, quod huic exſecti teſticuli ſunt. Aries mas & vir gregis. v. Varr. L. L. 4, 19. Virg. ecl. 3, 95 *Aries nunc vellera ficcat.* ¶ 2. *Aries*, machina bellica, ein mauerbrecher. *Ariete pulſare muros*, Virg. Æn. 12, 706. Plin. 7, 56 *Equum, qui nunc aries appellatur, in muralibus machinis, Epeum ad Trojam ferunt inveniſſe.* Adde ſcriptores poliorceticos. Quanta moles eorum fuerit, docet ex Appiano Barth. ad Briton. Aremor. p. 125, 126. In *Arietibus* medias vocales propter metrum contrahit & producit Statius Theb. 2, 492. ¶ 3. *Aries* videtur idem eſſe qui capreolus, tignum obliquum obnitens alii vel obliquo vel erecto, ne cedere verſus illam partem poſſit: exprimit illum brevior linea literæ minuſculæ λ. Hoc intellecta potuiſſe videtur Cæſar de B. G. 4, 17 & Cic. Top. 17, quem utrumque locum explicat, illum etiam ab emendatione intentata vindicat Geſn. ad Varr. R. R. 3, 5, 13. ¶ 4. *Aries*, ſignum Zodiaci; cur in ſidera receptus v. Ampel. c. de 12 ſignis. Cic. in Arat. v. 10 *Inferior paullo eſt Aries, & flumen ad Auſtri* &c. Vitruv. 9, 5 *Cum Sol aritis ſignum init. Lanigerum* vocat Manilius 4, 735. ¶ 5. Piſcis Plinio 9, 44 ein meer-widder. Graſſatur ut latro, nomine tantum cognitus. Rondel.

¶ Arietinus, *a*, *um*, quod ex ariete eſt, vom widder; ut, *Teſticuli arietini*, ad Herenn. 3, 20, & Plin. 30, 10. *Cornua arietina*, Hygin. Aſtron. 2, 20.

¶ Ariēto, *avi*, *atum*, *are*, ſtoſſen, ſchmeiſſen. Cic. Div. 1, 22 de ariete viſo *in me arietare, eoque ictu me ad caſum dari.* Plaut. Truc. 2, 2, 1 *Quis illic eſt, qui tam proterve noſtras ædes arietat?* ¶ 2. Item in currendo impellere atque dejicere, metaphora ab arietibus ſumta, niederſchlagen. Curt. 9, 7, 22 *Occupatam complexu pedibus repente ſubductis Dioxippus arietavit in terram.* Sic *Arietare in portas* Virg. Æn. 11, 890. *Aciem arietare*, Nazarius Paneg. Conſtantini c. 23. Sæpe uſus eſt Seneca, non una tamen ratione: Aliquando pro collidere, concutere, zuſammenſtoſſen. Sic *Arietare inter ſe acies*, de Ira 2, 3 dixit. ¶ 3. Pro impingere poſuit Idem Conſol. ad Marciam c. 10 *Quid eſt homo? quodlibet quaſſum vas, & quodlibet fragile: jactatu, non tempeſtate magna, ut diſſiperis, opus eſt. Vbicunque arietaveris, ſolveris.* Id. de Vita B. c. 8 *Nihil pravi, nihil lubrici ſupereſt: nihil in quo arietet, aut labet:* i. e. impingendo fluctuet, vel, ut vulgo loqui ſolent, ceſpitet, da er ſtrauchelt, anſtoſſe.

¶ Arietatus, *a*, *um*, angeſchlagen. Sic idem Seneca epiſt. 54 *Arietata inter ſe arma*; & de Ira 3, 4 *Arietatos inter ſe dentes* dixit.

¶ Arietatio, *ónis*, f. concuſſio, die zuſammenſtoſſung, erſchütterung. Sen. Quæſt. Nat. 5, 13 *Nonnunquam calor, quem modo ſol fecit, modo ipſa arietatio magnorum inter ſe corporum conglobationem nobis rumpit.*

¶ Arietarius, *a*, *um*, zum ſtoſſen; ut, *Teſtudo arietaria*, das ſturmdach, & *Machina arietaria*, ein mauerbrecher, Vitruv. 10, 19.

ARĬĒTIVS, *i*, m. Tegeates, hiſtoriarum ſcriptor laudatur Hygino in Poët. aſtron. ſed *Areithoum* potius vocandum probat Voſſius 3 de Hiſt. Græc. p. 253.

Ariſicus, Arilator, vide *Areo*, *Arrilator* in *Arrha*.

ARĪMASPI, *orum*, m. pl. populi monoculi Scythiæ, μόνωπες, Plin. 7, 2. Sed fabula hæc eſt, inde, ut eruditi putant, orta, quod cum ea gens, ut erat artis jaculatoriæ ſtudioſa, alterum, ut ſit, oculum, quoties dirigendus foret arcus, clauderet, uno tantum oculo diceretur uti. Muretum adi 12 Var. Lect. 8, & Rader. ad Curt. 6, 3 f. 409.

¶ Ārimaſpēa, *orum*, n. pl. ἀριμάσπεια, de hac gente libri fuerunt, ſcripti carmine ab Ariſtea, de quo infra dicemus.

ARĪMĪNVM, *i*, n. Ἀρίμινον, urbs Flaminiæ in Italia, ſeu veteris Vmbriæ, ad mare ſuperum, quæ initium dedit bello civili, *Colonia Vmbrorum* Straboni. v. Cæſ. B. C. 1, 8. Lucanus 1, 231

Vicinumque minax invaſit Ariminum, ut ignes, &c.

¶ Ārīminenſis, *e*, adj. Horat. Epod. 5, 42.

ARĪNCA, *æ*, f. vetuſta frumenti appellatio, rocken, ſpelten. Plin. 12, 7, 8, 10 & lib. 22, 25; nunc *Olyra* Dioſcor. 2, 82.

ARIOBARZANES, *is*, m. Ἀριοβαρζάνης, rex fuit Cappadociæ afflictus & pauper, cujus in epiſtolis ad Atticum ſubinde Cicero meminit, & his quidem verbis 5, 20 *Ariobarzanes opera mea vivit; regem regnumque ſervavi.* Item fam. 2, 17 *Ariobarzanem, quem ſenatus per me regem appellavit, mihique commendavit, iſte* (Bibulus) *in literis non regem, ſed regis Ariobarzanis filium appellat.* Vbi vides, eodem nomine duos fuiſſe reges patrem & filium. Vide & Val. Max. 5, 5. Iuſt. lib. 38. Flor. 3, 5. Quater rex regno expulſus, totiesque reſtitutus. *Nihil ergo illo regno ſpoliatius, nihil rege egentius* &c. Cic. ad Attic. 6, 1. Vnde & Horat. 1 epiſt. 6, 39 *Liget æris Cappadocum rex.* v. Spanh. de uſu & præſt. num. Diſſ. 3 p. 475 ſq. ¶ 2. Alius *Ariobarzanes*, Lydiæ, Ioniæ, Phrygiæ præfectus ap. Nep. 14, 2, 4. ¶ 3. Alius militiæ præfectus in Darii exercitu ap. Curt. 4, 12 & 5, 3 & ſeqq.

Ariolor, Ariolus, &c. vide *Hariolus*.

ĂRĬON, *ónis*, m. Ἀρίων, Methymnæus, ſeu Lesbius fuit citharœdus, & poëta Lyricus, qui cum Tarento Corinthum peteret, ac videret ſibi a nautis inſidias ſtrui, petiit ab iisdem, ut cithara paullum canere liceret. Ad cujus ſonum cum Delphini conveniſſent, excuſſit ſe ſupra unum, atque ita imminens periculum effugit. Hæc Servius in Virgilii illud eclog. 8, 56

Orpheus in ſilvis, inter Delphinas Arion.

V. Plin. 9, 8. Gell. 16, 19. Herodot. 1, 24. Ovid. Faſt. 2, 83 & ſeq. Legatur & Hyginus Fabula 194 & Plutarchus Convivio ſeptem ſapientum. Martial. 8 epigr. 51

Sic Methymnæo gaviſus Arione delphin.

Veram hiſtoriam, non fabulam eſſe, Ioſ. Scaliger aſſerit Animadv. in Euſeb. p. 79. Add. Ælian. hiſt. an. 2, 6; & 12, 45; Clem. Alexandr. protrept. init. ¶ 2. *Arion* Pythagoræus, inter præceptores Platonis memoratur a Val. Max. 8, 7 ext. 3. *Acrionem* Cicero vocat de Fin. 5, 29. Sed alterum putem ex altero emendandum. ¶ 3. *Arion* equi etiam nomen, quem princeps Oenus quidam, ſecundus Hercules, ab eo Adraſtus Argorum imperator habuiſſe traditur. Hic equus illeeſt, quem primum omnium ejus generis Neptunus percuſſa terra tridente produxiſſe fingitur: quo Claudianus reſpiciens Conſ. Honorii 4, 553 canit

Si dominus legeretur equis, tua poſceret ultro
Verbera Neptunum ſtabulis nutritus Arion.

Plura de eo vetus ſcholiaſtes Statii ad Theb. 4, 43 itemque Pauſanias Veteris Græciæ lib. 8 ſive in Arcadicis p. 257 Gr. ¶ 4. *Arion* herba, qui & gladiolus, ſchwertel, Apul. de Herb. c. 78.

¶ Ariōnius, *a*, *um*, adj. de ſuperiore Arione formatum. Ovid. de Arte 3, 326 *Piſcis Arionia fabula nota lyræ.* conf. Propert. 2, 26, 18.

Ariopagus, vide *Areopagus*.

ARIOVISTVS, *i*, m. Germanorum rex, bello clarus ac potens. De quo multa Cæſar lib. 1 de Bello Gallico; itemque Dio Caſſius lib. 38. Meminit & Tacitus Hiſt. 4, 73.

ARIPHRĀDES, *is*, m. mollitie atque impuritate nobilis ap. Lucian. T. 2 p. 434 Græv.; ubi cum Miſthone & Baſta conjungitur. De illo vid. etiam Ariſtophanes.

ARIS, genus herbæ Ægyptiacæ apud Plin. 24, 16.

ARISARVM, *i*, n. ἄρισαρον, exigua herbula, klein Aron, Dioſc. 2, 158.

ĂRISBA, *æ*, f. oppidum Troadis, Mitylenæorum colonia; quam Achilles everit. v. Virg. Æn. 9, 264; & Lucan. 3, 204. ¶ 2. *Arisba* alia civitas Bœotiæ, Suidas. ¶ 3. Alia civitas Lesbi. Steph.

¶ Arisbus, *i*, m. Troadis fluvius apud Strabonem.

ĂRISTA, *æ*, f. apex ſpicæ, *dicta quod prima areſcat*, ſecundum Varronem R. R. 1, 48. *Spica*, die gantze ähr. *Gluma*, theca grani, der balg. *Ariſta, quæ ut acus tenuis longe eminet e glumis*: die ſpitze an der ähr. v. Varro l. c. Cic. de Senect. c. 15 de fruge ſpicæ: *Contra avium minorum morſus munitur vallo ariſtarum. Ariſta gracilis, gravida, mollis, matura*, apud. Virg. epitheta: Geo. 1, 11 & 348 &c. Id. ecl. 1, 70

Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas,

h. e. poſt aliquot meſſes, æſtates vel annos, Metalepſis eſt. Id. Georg. 1, 8

Chaoniam pingui glandem mutavit ariſta,

i. e. uſu frumenti. *Summæ pondus ariſtæ*, i. e. res leviſſima, Ovid. Heroid. 5, 111. *Æſtu numerave ariſtas*, i. e. operam inanem fumere, Id. Triſt. 4, 1, 57. *Super ariſtas gradi*, i. e. leviter rem tractare, drüber hin fahren, Hieron. epiſt. 62. ¶ 2. *Ariſtas* Perſius pro pilis poſuit, qui cum inhorreſcimus, eriguntur inſtar ariſtarum, da gehaare zu berge ſtehen. Sic enim ait Sat. 3, 115

Alges cum excuſſit membris timor albus ariſtas.

¶ Ariſtella, *æ*, f. dimin. parva ariſta, ein ährlein, Cath.

¶ Ariſti-

¶ Aristifer, *a, um*, aristas ferens, voll ähren; ut, *Ager dives aristifera fœcundis*, Prudent. καθημ. hymno 3 v. 52. *Ceres aristifera* in lap. Muratr. T. I.

¶ Aristida, *æ*, f. herba ab aristis dicta, alias *Holcus*. V. Plin. 27, 10.

¶ Aristōsus, *a, um*, ſpelzicht. Fortunat. in epiſt. *Hordeaceæ frugis aristosa tibaria.*

ARISTÆVS, *i*, m. de quo Virg. Georg. 4, 317

Pastor Aristæus fugiens Penëia tempe, &c.

Rex fuit Arcadiæ, qui primus apum & mellis usum ostendit, atque apes ex putrefacto cadavere bovis reparari docuit. Idem inventor fuit olivæ aliarumque rerum. v. Cic. N. D. 3, 18; Iustin. 13, 8, 10; Ovid. Fast. 1, 363 sqq. conf. Huetii Demonstr. Evang. 4, 8, 17. Confunditur nonnunquam cum *Aristæo*, de quo mox.

ARISTÆGŌRAS, æ, m. scripsit Ægyptiaca. v. Ælian. de Anim. 11, 10 & Plin. 36, 12. Conf. Voss. 3 de Hist. Græc. p. 253. ¶ 2. *Aristagoras* præfectus Darii contra Græcos, de quo Herod. 1. 5. ¶ 3. *Aristagoras* etiam quidam fusus Historiæ defecit. v. Polyæn. 1, 24.

ARISTALTHÆA, æ, f. malvæ genus ab excellentia effectus, quasi optima althæa; dicitur etiam *ommimorbia*, Plin. 20, 21.

ARISTANDER, *dri*, m. *peritissimus vatum*, Curt. 4, 2, 14. Sæpius ejus meminit Curtius & Plutarch. in Alexandro. Eum ostenta scripturis consignasse docet Plinius 17, 25.

ARISTARCHVS, *i*, m. grammaticus fuit Alexandrinus, Olympiade 156 sub Ptolemæo Philometore, acerrimi judicii homo, adeo ut Homeri versum non putaret, nisi quem ipse probasset. v. Cic. fam. 3, 11; & Suidas. Quintil. 10, 1 *Aristarchus atque Aristophanes poëtarum judices.* Ovid. Trist. 2, 423

Corrigere ut res est tanto magis ardua, quanto
Magnus Aristarcho major Homerus erat.

¶ 2. Hinc per antonomasiam *Aristarchus* usurpatur pro critico & severo censore, ein ſcharfſer tadler. Horat. in Art. Poët. v. 449

Arguet ambigue dictum: mutanda notabit: Fiet Aristarchus.

Cic. 1 ad Att. 14 *Locum ego varie meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, foleo pingere.* conf. Henr. Stephani Differt. de Crit. p. 21 & Voss. Aristarch. 1, 6 p. 23. ¶ 3. 4. *Aristarchos* præterea duos memorat Suidas, alterum Tegeatem, tragœdiarum scriptorem; alterum Ephesi monarcham. ¶ 5. *Aristarchus* Berenices, Ptolemæi regis filiæ, quæ Antiocho nupsit, medicus, apud Polyæn. 8, 50.

ARISTARĒTE, *es*, f. pictrix celebris, Plin. 35, 11.

ARISTĒAS, *æ*, m. Ἀρισταῖος, (Plinium corrige 7, 52, ubi *Aristæus* legitur) Proconnesius, Arimaspeorum falso habitus scriptor, claruit temporibus Crœsi & Cyri. Accurate de hoc agit Voss. 1 de Hist. Græc. 1 p. 6 & lib. 4, 2 p. 347 sqq. Hic ille est, cujus animam fabulantur corpore, quoties vellet, exisse, atque idem postea ingressam; quod præter scriptores Vossio memoratos tradit & Hesychius Illustrius περὶ σοφῶν. Maximus Tyrius Dissert. 22 ipsum hujus fabulæ inventorem narrat fuisse. Apollonius vero Hist. mirab. 2 *Aristeas*, inquit, *Proconnesius, cum esset in fullonis cujusdam officina in Proconnesso mortuus, eadem die atque hora multis in Sicilia visus est literas dicens. Quod cum eis sæpius evenisset, & per multos annos innotuisset, ac crebrius in Sicilia se ejus imago offerret, Siculi aram ipsi posuerunt, atque ut Heroi sacrificarunt.* v. Maxim. Tyr. diss. 22 & ibi Heinsius; Origen. contra Cels. 1. 3; Herodian. 4, 14; ex quibus & plurimis aliis sua hausit Huet. Demonstr. Ev. 9, 142. ¶ 2. *Aristeas*, qui & *Aristæus* vulgo scribitur, legatus a Ptolemæo Philadelpho ad Eleazarum Judæorum pontificem, ut impetraret viros doctos, qui sacrum codicem ex Hebræo sermone transferrent in græcum, quod & ita factum est postea. Quæ de re ipsius *Aristææ* nomine inscripta legitur historia: quam germanum Aristææ opus esse, merito ambigunt eruditi: imo vero reperti, (in his Vossius 3 de Idol. 54 f. 510) qui plane negarent. Wowerium vide syntagm. de Bibl. interp. c. 2 p. 31.

ARISTERION, *ōnis*, ἀριστερεών, herba *verbenaca* latine dicta, eiſenkraut. Apul. de herb. c. 3 & 72.

Aristias Chius, vide *Aristo Chius.*

ARISTIDES, *is*, m. Ἀριστείδης, administrator reipublicæ Athenienſis cum Themistocle fuit, moribus Catoni similis, ὃς ἠ δοκῶν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι βούλομενος, hoc est, *Qui non videri, sed esse volvit optimus*; quemadmodum Æschylı hunc versiculum populus Athenienſis accommodavit, atque adeo δικαίως, id est, *Iusti* cognomen ei tribuit. Corn. Nepos vitam ejus Latine, Plutarchus Græce descripsit. ¶ 2. *Aristides* alter Sophista fuit Adrianæus, cujus extant orationes 56 græce editæ Florentiæ, & cum versione Parisiis. ¶ 3. *Aristides* tertius, pictor fuit Thebanus Apellis tempore, qui omnium primus animum pinxit, & sensus expressit, item perturbationes, Plin. 35, 10, item statuarius, Plin. 34, 8. ¶ 4. Meminit frequenter & *Aristidis* cujusdam Milesii Plutarchus in Parallelis, eumque res Persicas & Italicas scripsisse indicat. Idem & Milesiaca scripsit: quorum Ovidius 2 Trist. v. 413, Plutarchus in vita Crassi, Lucianus in Amoribus, & Harpocration in Lexico in voce Δεσμιώτης meminerunt. Illud autem opus non gestas Milesiorum res, sed amatorias quasdam atque lascivas narrationes continebat. Vide infra in *Miletum.* ¶ 5. Fuit & alius *Aristides* Samius, Varroni in Hebdomadibus citatus, ut Gellius 3, 10 indicat. ¶ 6. *Aristides* Athenienſis, philosophus Christianus Hadriani imperatoris ævo, scripsit Apologeticum pro Christianis. v. Hieron. de Script. Eccles. c. 20 & epist. 84 ad Magnum, & Niceph. 3, 21.

ARISTIPPVS, *i*, m. Ἀρίστιππος, philosophus fuit Cyrenæus, Socratis auditor; cum Epicuro de voluptate sensit. Exstat ejus vita apud Laërt. lib. 2. Eum commodum & facilem, & quod dicere solemus, *omnium horarum hominem* fuisse, h. e. cuique tempori, personæ, loco, scite se accommodare potuisse, Horatius 1 epist. 17, 17 significat, eamque ob causſam Diogeni Cynico præferendum statuit, cum ait:

Omnis Aristippum decuit color & status & res.

Meruit nomen regii canis, quod saginandi ventris causſa Dionysium sequeretur, quaqua versum iret. conf. Horat. epist. 1, 1, 18. ¶ 2. Nepotem ex Arete filia cognominem habuit sibi, qui Μητροδίδακτος cognominatus est. v. supra in *Arete*. ¶ 3. De eodem vel alio *Aristippo* Socratico egregia plane sunt, quæ Vitruvius proœmio 1. 6 narrat, naufragio ejectum, in Rhodiensium litore geometrica schemata descripta cum animadvertisset, exclamasse, *Bene speremus: hominum vestigia video*: & in urbem ingressum, de philosophia disputantem tantis donis ornatum fuisse, ut & sibi, & comitibus, quæ necessaria erant, præstaret; qui cum domum reversuri essent, civibus suis mandare jussisse, *eas possessiones & viatica liberis parari oportere, quæ etiam e naufragio possent una enatare.*

¶ Aristippeus, *a, um*, adj. ut, *Illud Aristippeum*, &c. Cic. de Fin. 2, 6. Et *Aristippeum genus voluptatis*, ibid. c. 7.

ARISTO, *ōnis*, m. Ἀρίστων, Stoicus philosophus, patria Chius, Zenonis auditor & Lysiæ. Scepticus fuit de omnibus dubitans, rerumque differentiam tollens ab omnibus rejectus est. Cicero sæpe ejus meminit: Acad. Qu. 4, 39; de Fin. 3, 3 & 15; de Leg. 1, 21; de Off. 1, 2. &c. Perperam is *Aristias* vocatur Scholiastæ Aristophanis, ut Rutgersius docet 4 Var. Lect. 18 p. 435. ¶ 2. Ab hoc, utpote Stoico, distinguendi sunt *Aristones*, quorquot Peripateticî celebrantur. Plures enim fuere. Quorum primus *Aristo Ceus*, (qui ob cognominis a patria similitudinem confundi solet interdum cum Aristone Chio Stoico, vid. Voss. de Hist. Græc. 2, 4 p. 179, 180) in Peripatetica schola successor Lyconis; qui ab Aristotele quartus fuit. Idem hic est atque *Aristo Iulieter*, ut Laërtius vocat in Zenone propefinem. Iulis enim civitas est in insula Ceo. Vid. Voss. d. l. & Casaub. notis ad Laërt. Minus autem bene pro *Iulieter* Laërtii codices legunt Ilieten. Quo factum, ut Patricius *Aristonem ab Ilio*, (sic enim vocat) ab *Aristone Chio*, distinguerit. ¶ 3. Secundus inter Peripateticos *Aristo* ille, quem *Critolai* discipulum fuisse scimus e Quintil. 2, 16 (al. 15) qui Rhetoricen definiebat *scientiam videndi & agendi in quæstionibus civilibus per orationem popularis persuasionis.* ¶ 4. Tertius Peripateticorum *Aristo Cous* est, quem Strabo lib. 14 sua ætate (hoc est, ævo Augusti) vixisse indicans, auditorem atque hæredem vocat Peripatetici, h. e. ut Patricius fol. 135 demonstrat, Andronici Rhodii. Atque hunc Aristonem composuisse librum de Nilo, idem docet Strabo lib. 17, ut necesse sit falli Vossium, quando de Hist. Græc. 2, 4 librum istum tribuit illi Aristoni, qui Laërtio est Alexandrinus. ¶ 5. Fuit & *Aristo Pellæus*, sed qui Hadriani demum tempore, aut post vixerit, ex quo de postrema Judæorum rebellione, quæ sub Hadriano contigit, referunt Eusebius & Nicephorus. Sed hi sufficiant; plures enim inveniuntur, sed minus nobiles.

¶ Aristōnēus, *a, um*, adj. ut, *In Aristonea vitia & peccata incidere*, Cic. de Finibus 4, 15.

ARISTŌBVLVS, *i*, m. Ἀριστόβουλος, Iudæus fuit ex Paneade, Interpretum 72 sub Ptolemæo unus, secundum Euseb. ¶ 2. *Aristobulus Cassandreus* scriptor historiæ Alexandri M. de quo Voss. de Hist. Græc. 1, 10 p. 44. ¶ 3. *Aristobulus* rex Iudæorum primus ex Maccabæis ducibus. Ioseph. Antiq. Iud. 13, 19. ¶ 4. *Aristobulus* junior, illius fratre genitus, cum fratre suo Hyrcano de regno litigans, a Pompejo captus & in triumpho ductus. Ioseph. 14, 8; Flor. 3, 5, 30; Eutrop. 6, 13.

ARISTŌCLES, *is*, m. nomen hoc initio Platonis fuit, antequam ex humerorum latitudine Plato vocaretur. v. *Plato.* ¶ 2. *Aristocles Messenius*, philosophus Peripateticus, teste Suida, e quo fragmenta servavit Eusebius, quamquam librariorum culpa nomen ejus interdum transiit in *Aristotelem.* Voss. de Hist. Græc. 2, 1 p. 131 & 1. 3 p. 254.

ARISTŌCRĀTES, *is*, m. Athenienſium dux, Zacynthiis exulibus auxilio missus, Diod. lib. 15. Polyæn. lib. 5, 40. ¶ 2. *Aristocrates* alius Spartanorum rex, hostes corrumpere solitus, apud Pausaniam l. 8. ¶ 3. Alius Hyparchi filius, historicus Græcus, apud Athenæum lib. 3 & Plutarchum in Lycurgo.

ARISTOCRĀTIA, *æ*, f. ἀριστοκρατία, forma reipubl. in qua optimates præsunt, cujusmodi Venetiis est, da die edlen und vornehmſten zugleich das regiment führen. Vid. Politicos.

¶ Aristocraticus, *a, um*, adj. zu ſolchem regiment gehörig.

¶ Aristocratice, adv. gr. ἀριστοκρατικῶς, i. e. accommodate ad statum optimatum, Cic. ad Att. 1, 14.

ARISTŌGRŸTVS, *i*, m. historicus, scripsit Archæologiam Deorum. Schol. in Aristoph. Crabron. ¶ 2. *Aristocritus* alius commentarium edidit de Mileto, e quo Plinius 5, 31 quædam tradit.

ARISTŎDĒMVS, *i*, m. hoc nomine aliquos memorant onomasticorum scriptores; nempe præter Messeniorum regem, & præter Cumarum tyrannum, *Aristodemum* statuarium ex Plin. 34, 8. Quibus omnino addendus *Aristodemus* Spartanus, quem septem Græciæ Sapientibus annumerarunt. v. Schol. Pind. ad Isthm. od. 2 & Suid. in χρήμαθ' ἁνῆρ. Laërtius in Thalete refert, Aristodemum hunc, cum ipsi ut sapientissimo tripus delatus fuisset, eumdem Chiloni concessisse.

ARISTŎGĔNES, *is*, m. Thasius, medicus Antigoni Macedoniæ regis, ad quem complures de arte medica libros scripsit. v. Suidas & Voss. de Philos. c. 11 § 35. Ex hujus scriptis Plinius nonnulla historiæ suæ naturali inferuisse dicitur.

ARISTOGĪTON, *ōnis*, m. Ἀριστογάτων orator, quem ob linguæ impudentiam *Canem* dixere Athenienſes. Suid. ¶ 2. *Aristogiton* alius cum socio Harmodio Pisistrati tyrannidem evertit, statua ob id publica & prope divinis honoribus ornatus. Thucyd. lib. 6 f. 446. Meminit & Cic. Tusc. Qu. 1, 49, eoque haud dubie respexit pro Mil. c. 29 *Græci homines deorum honores tribuunt iis viris, qui tyrannos necaverunt. Quæ ego vidi Athenis?* Conf. Plin. 7, 23; & 34, 4 &c.

ARISTŌLĀVS, *i*, m. pictor, cujus opera commemorat Plin. 35, 11.

ARISTŌLŎCHIA, *æ*, f. ἀριστολοχία, herba, holzwurz, oſterluceo, longa est & rotunda, de qua Plin. 25, 8 & Cic. Divin. 1, 10 *Quid Aristolochia ad morsus serpentum possit*, &c.

ARISTŌMĀCHVS, *i*, m. Athenis de vini apparatu scriptor. v. Plin. 13, 24 & 14, 19. ¶ 2. Alius Solensis, qui de *Melliturgia* scripsit, amore apum captus duo de sexaginta annis nihil aliud egit. Plin. 11, 9.

¶ Aristomache, *es*, f. soror Dionis, uxor fuit Dionysii tyranni Syracusani. v. Plut. & Nepos 10, 1, 1; Cic. Tusc. qu. 5, 20.

ARISTŌMĒNES, *is*, m. comicus Athenienſis, qui Olymp. 88 floruit. Suid. ¶ 2. *Aristomenes*, Messenius, dux Athenienſium, qui Spartam calliditate mira bis ingressus, cum tertia id vice tentaret, pœnas tandem audaciæ luit. Pectore dissecto hirsutum cor repertum est. v. Plin. 11, 37; Diod. l. 15. Add. Clem. Alexandr. protrept. p. 26 & quos ibi laudat

Potter. ¶ 3. *Aristomenes* & Darii dux legitur ap. Curt. 4, 1, 36, qui forte idem cum Aristomede ibid. 3, 9, 3.

ĂRISTŌNĪCVS, *i*, m. Eumenis regis filius Asiam ab Attalo Romanis hæreditate relictam occupare conatus & a Perpenna donatus. Flor. 2, 20; Vellej. 2, 4; Iustin. 36, 4. ¶ 2. *Aristonicus* Methymnæorum tyrannus. v. Curt. 4, 5 & 8. ¶ 3. Grammaticus Alexandrinus. v. Strabo & Suidas. ¶ 4. Historicus Tarentinus, v. Voss. de Hist. Gr. 4 p. 408.

ĂRISTONĪDAS & ĂRISTONIDES, ille statuarius, hic pictor, celebrantur Plinio 34, 14, & 35, 11.

ĂRISTŌNŸMVS, *i*, m. comicus sub rege Philadelpho, cujus & bibliothecæ præfectus est post Apollonium. Suid. ¶ 2. *Aristonymus* citharœdus insignis Alexandri M. v. Plutarch. de fortit. Alex.

ĂRISTŌPHĂNES, *is*, m. Ἀριστοφάνης, poëta comicus, Rhodius sive Lydius genere, lege vero Atheniensis, ingenio ad omnia facili ac prompto: per excellentiam *Comœdiæ poeta* ab ipso etiam magno Persarum rege cognominatus. In eo sunt omnia linguæ Atticæ ornamenta. Acutus est, copiosus, doctus & merus Atticus. Comœdias scripsit 54, de quibus undecim adhuc exstant. Hic veteris comœdiæ, quæ magna libertate insectata vitia est, princeps longe, sicut novæ Menander fuit; ita tamen, ut illis alii adjungantur. Vellej. 1, 16, 3 *Vna ætas priscam illam & veterem sub Cratino, Aristophane, Eupolide, comœdiam: ac novam comicam Menandrus æqualesque ejus ætatis magis quam operis, Philemon ac Diphilus & invenere intra pauciſſimos annos, neque imitanda reliquere.* Quintil. 10, 1 *Plures ejus* (antiquæ comœdiæ) *auctores: Aristophanes tamen, & Eupolis Cratinusque præcipui.* Huc igitur & illud Horatii 1 Sat. 4, 1 pertinet: *Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poëtæ, Atque alii, quorum comœdia prisca virorum est.* Inter alios libros Plutarchi, habetur & Aristophanis atque Menandri σύγκρισις, in qua Menandrum longe præfert, & multa in Aristophane reprehendit, iniquius quam debebat, quod visum Nicodemo Frischlino, qui peculiarem librum defendendi Aristophanis caussa adornavit, ejus comœdiis a se conversis præfixum. Male profecto Aristophanem, auctorem comœdiæ veteris, ex Menandro æstimavit. Nam quæ in veteri summam laudem habent, in nova ne locum quidem habent. Aliæ igitur & diversæ plane comœdiæ veteris, & novæ (quam Menander docuit) virtutes ac vitia sunt: quod cum minus attenderet Plutarchus, in ἀκρισίαν quandam necesse habuit incidere? quam & Heinsius in Aristarcho Sacro perstringit. ¶ 2. *Aristophanes* Byzantinus grammaticus, auditor Callimachi, Zenodoti, &c. teste Suida. Scripta ejus laudat Athenæus lib. 9 & Diog. Laërt. in Platone & Epicuro. ¶ 3. *Aristophanes* Bœotus, Græcus historicus apud Plutarchum lib. de Herodoti malign. accensendus Græcis Historicis Vossii.

¶ Aristophanëus, *a, um*, adject. ut *Aristophanëa anapæstus*, apud Cic. in Orat. c. 56 extr.

ĂRISTŌPHON, *ōnis*, m. Archon quidam Athenien sis, vixit Olymp. 112. De alio archonte ejusdem nominis, eodemque forte rhetore Burm. ad Quintil. 5, 12 p. 452. ¶ 2. *Aristophon* alius celebris pictor, Plin. 55, 11. ¶ 2. *Aristophon* comicus, cujus fragmenta quædam leges apud Athenæum 6, 9 & 13, 2.

ĂRISTŌPHŌRVM, *i*, n. ἀριστοφόρον, eine hebschüssel. Festus: *Aristophorum vas, in quo prandium fertur.*

ĂRISTOR, *ōris*, m. Crotopi filius, pater Argi centoculi; unde Argus *Aristoridæ* dicitur. Ovid. Metam. 1, 624 *Donec Aristoridæ servandam tradidit Argo.*

ĂRISTŌTĔLES, *is*, m. Ἀριστοτέλης, summus methodi artifex: nervosus, admirabili scientia & copia in dicendo, & aureum ädeo orationis flumen fundens, quod ipsi elogium Cicero dedit, Acad. Qu. 4, 38. Add. Quint. 10, 1 p. 903 Burm. Platonis fuit auditor per annos 20, a quo cum vivente adhuc receſſisset, ludumque proprium instituisset, dicere in eum, ut ingratum, Plato conjuevit: Ἀριστοτέλης ἡμᾶς ἀπελάκισε, καθάπερ τὰ πωλάρια γεννήσαντα τὴν μητέρα: hoc est: *Aristoteles in nos recalcitravit, non secus atque in matrem pulli geniti.* Meminerunt Laërtius, & Ælianus Var. Hist. 4, 9. Patrem habuit Nicomachum medicum illustri natum loco, matrem Phæstiaden. Statura fuit non magnus, deformis præterea, gibbosus, & balbutiens, quod ejus vitium amici tamen, seu adulatores potius, imitati sunt: quemadmodum & humeros Platonis contractos discipuli & amici ejus exprimere didicerunt. Narrat utrumque Plutarchus in lib. de discrimine adulatoris & amici. Alexandri non familiaris tantum, verum etiam præceptor per decennium fuit; cum prima quoque literarum elementa eum docuisset. v. Quint. 1, 1 p. 20. Ex quo magnas divitias consecutus est, earumque nomine male audit, ut ex Luciano cognosci potest. Videantur hac de re epistolæ & patris Alexandri Philippi & Aristotelis ipsius, denique & Alexandri de benevolentia in eum, ut præceptorem, cum apud alios, tum ap. Gell. 20, 4: Qui & Stagiram, Aristotelis patriam, a qua *Stagirites* eum vocant, dirutam ipsius caussa restituit. Diversas auctorum hac de re narrationes, & in quantum conciliari inter se queant, v. in Gesneri Chrestom. Plin. n. 17 no. 6. Athenas, ex quibus a Philippo Macedone evocatus erat ad officium præceptoris, decennio exacto, rediit, cum in Asiam ad res gerendas Alexander sese recepisset, ibidemque annis totis 13 in Lyceo philosophiam professus est; de qua libri ejus multi, magni, eruditi, diserti & graves exstant. Ad descriptionem historiæ animalium contulerat ei Alexander octingenta talenta, quemadmodum Athenæus indicavit lib. 9. *Eum, quid DEVS sit, ignorasse, & in hac re secum non convenisse, imo repugnantia sibi dixisse & sensisse*, ait Lactant. 1, 5. Libri illius ab imminenti interitu quomodo servati, & tandem a Sylla victore translati Romam, Strabo lib. 13 Geograph. & Plutarchus in vita Syllæ exponunt. Vixit annos 63, ut anno suo climacterico videatur, sicut magni plerumque solent viri, decessisse. Sed de mortis genere incertæ circumferuntur quorundam narrationes; inter quas vero illud de ænigmate a piscatoribus ipsi proposito, nugamentum est & somnium. Pudore & dolore, quod naturam Euripi Chalcidensis explorare haud posset, mortuum, Iustinus Martyr Parænesi ad Gentes scribit. Et profectum in Chalciden, postquam ab Eurymedonte arcessitus impietatis esset, clam, ibique obiisse diem, Diog. Laërtius, & Dionysius Halicarnass. consentiunt; sed Dionysius morbo obiisse diserte scribit, nihil de dolore commemorans: quem tamen morbo cauſſam dare potuisse nemo negat. Iudicium de Aristotele v. in Grotii Proleg. de jure B. & P. Plura v. apud Cic. de Orat. 3, 35; de fin. 5, 4; in Brut. c. 31, Tusc. q. 1, 4; & 3, 28; Plin. 8, 16: Augustus de C. D. 8, 12 cum not. Lud. Vivis. Arnob. lib. 3 p. 118; Gell. 20, 4; & inprimis ap. Fabric. Bibl. Gr. 3, 6.

¶ Aristotelicus, *a, um*, adject. ut, *Aristotelica argumentatio*, Macrob. in Somn. Scip. 2, 14. Semper Cicero, quantum constat, posuit

¶ Aristotelius, vel Aristoteleus, *a, um*, ut, *Vis Aristotelia*, Cic. de Orat. 3, 19; *Aristotelia pugna*, ad Att. 2, 1; *Commentarii Aristotelii*, de Finib. 3, 3. Ita in optimis quibusque libris. Sic *Aristoteleæ Tupicæ*, fam. 7, 19. *Aristoteleus scribendi mos*, &c. fam. 19.

ĂRISTOXĒNVS, *i*, m. musicus idemque philosophus Tarentinus addictus Pythagoræ, cujus & vitam condidit, quam Clemens Alexandrinus citat: Musicam docuisse Cicero de Orat. 3, 33 significat; & laudat ejus de Musica libros Plutarchus ejusdem argumenti libro. Hic statuit, animam humanam ex harmonia constare, de quo Cic. Tusc. Qu. 1, 10. ¶ 2. *Aristoxenus* alius fuit patria non minus, quam philosophia *Cyrenæus*, de quo Athenæus 1, 7 & Suidas. De utroque hoc & aliis Aristoxenis, v. Fabric. Bibl. Gr. 3, 10 § 1, 2.

ĂRISTVS, *i*, m. Salaminius, scripsit res gestas Alexandri: Voss. 1 de Hist. Græc. 10 p. 62. ¶ 2. *Aristus* Antiochi Ascalonitæ frater, is est, quem Vossius d. l. Ciceronis æqualem ac Bruti Magistrum vocat. De hoc aliquid diximus in *Aristone* sub fin.

ĂRITHMĒTĬCA, *æ*, f. & Arithmetice, *es*, f. ἀριθμητική, die rechenkunst. Est prima inter disciplinas mathematicas, quæ versatur circa quantitatem discretam sive numeros. De ejus inventione v. Polyd. Virgil. 1, 18; & Cæl. Rhodig. 18, 34 *Numerare docet me Arithmetica*, Sen. ep. 88. Vitruv. 1, 1 *Per arithmeticen sumptus ædificiorum consummantur*, &c. ¶ 2. Sequiore ætate *Arithmetice* vocabulum ad Astrologiam Genethliacam tractum, observat Savaro ad Sidon. 8 ep. 12.

¶ Arithmeticus, *a, um*, ἀριθμητικός, zur rechenkunst gehörig; ut, *Arithmeticæ rationes*, Vitruv. 10, 16. Neutro plur. Cic. ad Att. 14, 12 *Homo in arithmeticis satis exercitatus*, der im rechnen wohl beschlagen.

¶ Arithmeticus, *i*, m. subst. ein rechenmeister. v. Mathemat.

¶ Arithmetice, adverb. nach der rechenkunst.

¶ Aritămus, *i*, m. gr. ἀριθμός, *numerus*, die zahl. Apud Tertull. adv. Marc. 4, 23 & 28 *In Arithmis* dicitur im 4 buch Mosis.

ĂRITHRILLIS, *idis*, f. herba, bingelkraut. Apul. de Herb. c. 82.

Aritudo, vide *Areo*.

ĂRĪVS, sive Ărĕus, *a, um*, gr. Ἄρειος, i. e. *Martius*, ab Ἄρης, *Mars*. Sic *Areum judicium*, i. e. Areopagus, Tac. A. 2, 55, 2.

¶ Arĭus, f. Arĕus, *i*, m. subst. Alexandrinus philosophus, ita amatus Augusto, ut perpetuum sibi comitem, & secretorum omnium conscium haberet. Qui Alexandriæ urbi, cum aliis rebus perfluus, tum quod Arii patria etiam esset, ignovit atque pepercit. v. Plutarch. in Antonio: qui & in Politicis & Apophthegmatis illius honorificam mentionem fecit. v. & Dion. lib. 51, & Suet. Aug. c. 89. Quibus adde Sen. Consol. ad Marciam c. 4; ubi præter interpretes Lips. & Pincianum, adeundus & A. Schott. 5 Observ. 14, & I. H. Meibom. in Mæcenat. c. 18 p. 109. ¶ 2. *Areus rhetor* Quintiliano memoratur 2, 15 (al. 16) *Bene Areus, dicere secundum virtutem orationis*, finem sc. rhetoricæ, *constituit.* Recurrit hujus memoria & lib. 3 c. 1. ¶ 3. *Arius hæresiarcha* notissimus, seculo Christiano IV, quem minus bene *Arrium* vulgo scribunt. Tamen error ille non novus est. Arator poëta in act. Apost. c. 5 *fusa ruit Arrius alvo.* conf. Prudent. Psychom. v. 794. Græci vero constanter Ἄρειος.

¶ Arianus, *a, um*, adject. Arii infectus hæresi. Hieronymus adv. Luciferianos c. 7 *Ingemuit totus orbis, & Arianum se esse miratus est.*

¶ Ariani, *orum*, hæretici, de quibus Augustin. c. 49 de Hæres. *Ariani ab Ario eo sunt nctiſſi mi errore, quod Patrem & Filium & Spiritum S. volunt esse unius & ejusdem naturæ atque substantiæ, aut, ut expressius dicatur, essentiæ, quæ οὐσία græce appellatur, sed esse filium creaturam, Spiritum vero sanctum creaturam creaturæ.*

Ariusium, vide *Arvisium.*

ĂRMA, *orum*, n. plur. ὅπλα, waffen, gewehr, harnisch, dicta apud Varr. de L. L. 4, 24 *ab arcendo, quod his arcemus hostem*; apud Festum vero *ab armis, id est, humeri*, (vide infra *Armus*) quibus applicantur. Itaque gladii & tela proprie hac voce non continentur: sed designantur ea tantum, quibus regimur: ut ad Germaniam Taciti c. 29 notavit Pichena. Adde Cuperum Observat. 1, 7 p. 42, ubi ostendit, arma κατ' ἐξοχὴν apud Græcos & Latinos pro scutis sumi. Liv. 1, 42 *Arma his imperata galea, clypeus, ocreæ, lorica, omnia ex ære: ipsa ut tegumenta corporis essent: ita in hostem, hastaque & cippeus.* Sed Cic. pro Cæcina c. 21 *Arma alia ad tegendum, alia ad nocendum.* Quin ¶ 2. Latiori notione Gajus lege 1 de V. S. *Armorum appellatione non utique scuta, & gladios, & galeas significat: sed & fustes, & lapides.* Hinc Virg. Æn. 1, 154 *Iamque faces & saxa volant, furor arma ministrat.* Vulgari significatione Cic. pro Rab. c. 7 *Pro salute communi arma capere*, i. e. bellum movere, ita Sallust. Catil. c. 33 *Deos hominesque testor, Imperator, nos arma neque contra patriam cepisse, neque quo periculum homini faceremus.* Ovid. Art. am. 3, 492 *Armaque in armatos sumere jura sinunt.* Liv. 11, 43 *Ab Æquis arma sumta*, pro quo *bellum sumere*, Silius dixit 1, 272. Idem, *Esse in armis*, Cic. Pompejo sub 8, 11 ad Att. *Venire ad arma*, Idem Phil. 6, 4; *in arma*, Stat. Achill. 2, 326. Sic, *ad arma ire*, Cic. fam. 8, 15. *Vocare ad arma*, aufbieten, pro Rabir. c. 1. *in arma*, Virg. Æn. 9, 22. *Ferre arma adversus* vel *contra aliquem*, Vell. Pat. 2, 56, 1, & 87, 2. *Arma apture*, Liv. 5, 49. *Aptare corpori*, pugnæ, Id. 22, 5. conf. Interpp. ad 9, 31. *Ludere armis*, sich in waffen exerciren. Vulcat. Gall. in Avidio c. 6, cujus verba mox in *Armilustrium*, afferemus. Ad illa Casaubonus: *Ludere armis dicebantur, qui se armis exercerent: & dies ille Armiludum, ut Armilustrium, quo arma lustrabant.* Sed *perdere arma*, pro, honestatis rationem deserere, Horat. dixit 1 epist. 16, 67. Flagitiosissimum enim habebatur, abjicere arma, vel amittere, de quo infra in *Clypeus*; Romanæ autem militiæ legibus plane habebatur capitale. v. legem Defertorum 3 § Miles 13 C. De re militari, & Freinsh. ad Curt. 4, 13, 13. Corn. Nep. 12, 4, 3. *Arma Græcia*, potentiam, & robur belli notant apud eund. 2, 4, 5. *Arma pedestria*, quibus utuntur pedites, ibid. 11, 1, 3. Ter. Eun. 4, 7, 19 *Omnia prius experiri verbis, quam armis, sapientem decet.* Cic. ad Att. 7, 6 *Sentio omnia facienda, ne armis decertetur.* ¶ 3. Pro ipso bello *arma* interdum dicuntur. Virg. Æn. 1, 5 *Arma virumque cano*, quæ verba in proverbium abiisse, in Misc. Obs. 6, 525 ostenditur. Id. 8, 114 *Pacemne hoc fertis an arma?* Ovid. Amor. 1, 2, 16

Frena minus sentit, quisquis ad arma facit, h. e. equus strenuus in exercitatione armorum & obsequiosus. Liv. 45, 3 *Denuntiatione armorum terrere.* Cic. Off. 1, 22 *Cedant arma togæ*, &c. i. e. bellum paci. Id. pro Mil. c. 4 *Silent leges inter arma.* conf. Plut. Apophth. p. 356 H. Steph. Idem Att. 8, 11 *Discedere ab armis.* Virg. Æn. 7, 235 *Armis apertus*; 6, 479 *inclytus*; Quintil. 2, 12 *Armorum insicius*; Stat Theb. 4, 207 *radiis.* 479 *inclytus*; Quintil. 2, 12 *Armorum insicius*; Stat Theb. 4, 207 *radiis.* ¶ 4 *Ad arma*, vox concurrentium in repentino & graviore tumultu, & adhortantium invicem, ut arma capiant. Liv. 3, 15 *Alii intra vallum præcipites pavore in forum devolant: alterne voces* AD ARMA, &, HOSTES IN URBE SUNT Sed & in militia, cum koltis ingrueret, ad vocem istam sumebantur arma: quod *ad arma conclamare* dicebant. Cæs. Bell. Civ. 1, 69 *Conclamatur ad arma, atque omnes copiæ paveis exceptis præsidio exeunt.* Liv. 6, 28 *Ingens in urbe trepidatio fuit, conclamatum pue ad arma.* ¶ 5. Neque vero instrumenta bellorum, sed omnium artium aliarum etiam, *arma* vocantur, derivatur, gesquir. Ita Virg. Georg. 1, 160 rastra & ligones segretium *arma*: pistoria instrumenta Æn. 1, 177 *Cerealia arma* vocat. Sic etiles quoque nautica *arma* sunt Æn. 5, 15. Ita Cic. de Sen c. 3 *Aptissima omnino senectuti, artes exercitationesque virtutum.* Quin omne illud, quo nitimur, aut in quo freti conficimus aliquid, *armorum* nomine venit: Virg. Æn. 2, 98

Hinc spargere voces
In vulgum ambiguas & quærere conscius arma.

i. e. præsidia, auxilia, opes. Servius ad illum locum: ARMA; *modo fraudes vel dolos. Nam* ARMA *sunt instrumenta cujuslibet rei.* Sic: *Contra borean vis arma ministrat*, i. e. vestem, Ovid Met. 15, 471. *Tunc movet arma leo*, i. e. vires, Virg. Æn. 12, 6. Add Erhard & Burm. ad illud Petron. c. 5 p. 23 sq. *Quatiat Domestica arma.* ¶ 6. Arma Diis dedicant & in templis suis endunt enerciti. v. Burm. ad Calpurnii Flacci Decl. 15 p. 811. conf Horat. 1 epist. 1, 4, & Serv ad Virg Æn. 1, 252. ¶ 7. *Armorum* nomine veniunt etiam insignia gentilitia, quia plerumque hæc armis inculpi & antiquis & nostris tolebant temporibus. v. Bart. in l. de In ign. Andr. Tiraqu. de Nobil. c. 6. ¶ 8 *Arma* & *armes* confundunt librarii, vid. Drakenb. ad Sil. 2, 94. *Arma* & *ora* Id. ad 13, 66 & Brouckh. ad Prop 1, 3, 16. *Arma* & *arva* Drakenb. ad Sil. 9, 383.

¶ Armo, *avi, atum, are*, armis munire, instruere, rüsten, wapnen. Sic *Armavi milites Cajus junct, ne quam vel gerendæ facultatem dimittat*, Cæs. B. C. 1, 28. *Aliquem facinus armare*, entzünden, Flor. 3, 12, 13. *Sagittas veneno armare*, vergiften. Iust. 12, 10, 2 Conf. Virg. Æn. 9, 774. Cic. Fam. 10, 23 *Manus in alicujus perniciem armare.* Id. pro Mil. c. 25 *Insurrexit contra Milonis imperium armata civitas.* Cæs B. G. 3, 13 *Naves talis armatasque erant.* ¶ 2. Sæpe idem est ac animare, stimulare, reitzen, beherzt machen; ut, *Pompejum senatus auctoritas, Cæsarem militum armavit fiducia*, Vellej. 2, 49, 3 *Europam ad funestum armare bellum*, Liv. 35, 32. *Regem armare & exercere adversus Romanos*, in harnisch bringen. Nepos 23, 10, 1. ¶ 3 *Instruere, præparare*, unterrichten, geschickt machen. Cic pro Cluent. c 67 *Cogitavit, quibus accusatorem rebus armaret.* Id. de Invent. 1, 1 *Scientiam eloquentiæ.* Id fam. 6, 7 *Ad omnia summum te armavit ingenium.* Id pro domo c. 1 *Amentes ac perditos religione armare*, i. e. religionis obtentu animum & vires illis addere. Nepos 10, 5, 3 *Armare se imprudentia alterius*, i. e. suis consiliis ab imprudentia alterius robur mutuari.

¶ Armātus, *a, um*, gewapnet, ger üstet, wehrhaft: ut, *Armata facibus mater*, Virg. Æn. 4, 470. *Armatæ classes*, Id. Georg. 1, 255. Liv. 9, 39. *Infantes deinde armatusque mox opponsse.* Id. 26, 48. *Adversi peditum omnium copiis ad conservendum exemplo pedilum instructis armatisque.* Id. 7, 10 *Armatam adornatamque adversus Gallam producunt.* conf. Drakenb. ad Liv. 5, 40. Metaphorice Sil. 11, 6 *Armatum fide pectus.* Et Cic. pro Domo c. 55 *Incredibili armatus audacia.* Id. pro Marcell. c. 10 *Animum armatum retinere*, noch immer krieg im sinn haben. ¶ 2. *Armata Venus*: Sub hoc titulo Lacedæmonii & eadem & simulacrum Veneri potuerunt, cujus cultus originem narrat Lactantius 1, 20. Adde de eadem Ausonii epigr. 42. ¶ 3 *Armatæ preces* quæ dicantur, explicat ipse Cicero verbis Platonis ad Att. 9, 13 αἱ τῶν ἀνδρῶν ὅπλαις, *inquit Plato*, ἃ δ' ὅτι μεμιγμένα ἀνάγκαις, i. e. *Principum preces, seis nec fistas admixtas esse.* Namque his addi minas Ovidius ostendit Met 2, 397. v Chil.

¶ Armati, *orum*, subst. pro militibus, soldaten. Cic. pro Cæcin. c. 21 *Armatos, si latine loqui volumus, quos appellare vere possumus? opinor eos, qui scutis telisque parati ornatique sunt.* Nepos 10, 9, 2 *Navem triremem armati ornat*, id est, *instruit.* Liv 37, 40 *Quaterni armati.* Suet. Claudio c. 10 *Armatos pro concione jurare in nomen suum passus est.* Superl. Sen benef. 5, 4 *Tam par tibi sum, quam nudis armatissimis nudi, aut Inviter armati.* Ciceroni quoque idem verbum exsuperante gradu tribuitur pro Cæcina c. 21, ubi Gruterus *ornatissimus* legit.

¶ Armata, *æ*, f. subst. *virgo ν stalis sacrificans, cui lacinia togæ in humerum erat rejecta*, Festus.

¶ Armatus, *ûs*, m. die rüstung. Liv. 33, 3 *Haud dispari armatu.* Et 37, 40 *Eodem armatu Cares & Cilices.* Et c. 41 *Toto fere gravi armatu.*

¶ Armatūra, *æ*, f. idem. Cic. 7 fam. 1 *Armaturæ varia peditatus & equitatus.* Et ad Att. 6, 1 *Habet Deiotarus cohortes quadrigenarias nostra armatura XXX.* ¶ 2. Nomen hoc pro militibus armatis interdum usurpatur, ut, *Armaturæ simplices, Armaturæ duplices*, einfach-doppel-soldener. Veget. de Re Mil. 2 rol *Instituta majorum artis armaturæ.* Id 2, 7 ARMATURÆ DUPLARES, *quæ binas consequuntur annonas*, SIMPLARES, *quæ singulas.* Sic *Armatura levis*, die leichte rüstung führen. Nep. 14, 8, 2. Curt. 6, 4, 15 &c. 6, 21. Etiam Cic. Phil. 10, 6 *Nostræ sunt legiones: nostra levis armatura, nostri equitatus.* Conf Id. fam. 10, 30. ¶ 3. Est & *Armatura militaris* exercitii genus, de quo Veget. 1, 13.

¶ Armator, *oris*, m. ein zeugwärter. Gloss. Cyrilli, *Armator*, ὁπλισής.

¶ Armāmenta, *orum*, n. ἐσκευάλια, σκευάσματα, instrumenta, quibus ad exercendam tuendamque rem opus est, allerley gewehr, geschirr, rüst-zeug. Sic *Armamenta vinearum*, Plin. 17, 21 pr. perticas scilicet, palos, vincula, & alia hujusmodi intelligens, quæ ad colendas vineas necessaria sunt. *Armamenta navium* similiter dixit 19, 1 extr. & Vlpian. l 1 § 3 de exercitor. actione, remos, funes, & alia hujus generis nautica designantes. Suet Aug c. 17 *Navis ejus, in qua vehebatur, f. sis armamentis, & gubernaculo diffracto.* Conf. Cæl. B. H. 3, 14; & Plaut. Merc. 1, 2, 62.

¶ Armamentarius, *a, um*, spectans ad armamenta Murat. Inscr. p. 783 *Decuria armamentaria.*

¶ Armamentarium, *i*, n. ὁπλοθήκη, ein zeug-haus, rüst-kammer, magazin. Cic. pro Rab. perd. c. 7 *Exædificatis armamentariisque publicis arma populo Romano dantur.* Curt. 6, 7, 22 *Super armamentarium positus*, ein zeugmeister. Sen. de Tranq. an. c. 11 *Qui armamentario præsit*, ein zeugmeister. Cont Liv. 26, 51; Cic. de Orat. 1, 14; & de Arusp. R. c. 14. Iuvenal. sat 1, 83 *Quicquid habent telorum armamentaria cœli*

¶ Armamentariolum, *i*, n. parvum armamentarium, ein zeughäuslein. Cathol.

¶ Armārium, *i*, n. aliud est, ubi conduntur asservanturque pecuniæ, libri, alia, eine lade, schrancke, behaltniß. Plaut. Epid. 2, 3, 3 *Quin ex ædibus obsignatoque armario decutio argenti tantum, quantum mihi libet.* Conf. Id. Men. 3, 3, 8. Cic. pro Cæcin c. 21 *Tunc aurum ex armario tuo promere ausa es?* Vopiscus in Tacito c. 8 *Habet Bibliothecæ Ulpiæ in armario sexto librum Elephantinum, &c.* Pro *Promptuario* potuit Plautus Capt. 4, 4, 10 *Cellas refrigit omnes intus, reclusitque armarium.* Hieron. ad Eustach. epist. 22 c. 14 *At nunc plerosque videas armaria stipare vestibus.* conf. l. 3 § 2 Dig. de off præt. vigilum.

¶ Armariŏlum, *i*, n. dimin. ein schränklein. Plaut. Truc. 1, 1, 35 *Armariola Græca.* Sidon. 8 epist. 17 *Per armariola & zotheculas nostras.*

¶ Armītes, *um*, m. pl. i e. armati milites, kriegs-knechte. Philoxenus in Gloss ὁπλῖται, οἱ ἐν ἐφόδῳ τάξει, *armites.* Et Gloss. lat. gr. *Armites*, παράταξις ἔνοπλος. v. Cil. Cuperi Observat. 1, 7.

¶ Armidoctor, *oris*, m. ein fechtmeister, idem qui *Campidoctor*, quo vocabulo Vegetius 1, 13, & Lamprid. in Alexandro c. 53 usi sunt. Vet. Gloss. *Armidoctor*, ὁπλοδιδάσκαλος, lege *Armidoctor*, quemadmodum Vegetius d. l. *doctores armorum* memorat, qui milites tirones armaturam docent. Salmasius ad Lamprid. d. l. semper *Campidoctores, non doctores*, ut vulgo fit, scribendum esse probavit, quamvis contrarium Vegetius sentiat, *doctorem* ἀρχαϊκῶς *doctorem* dici.

¶ Armifactor, *ōris*, m. ein waffenschmid. In Noveila 85 c. 1 legitur, ibi etiam *armifactura*, *æ*, τῆς ὁπλοποιίας, & *armifactoriorum publicorum*, i. e. fabricarum mentio fit.

¶ Armifer, *a, um*, arma ferens, gewaffnet, gerüstet; ut, *Armifera dea*, Ovid ad Livian v. 22. *Armiferæ gentes*, Silius 4, 45. *Armiferi gens sacra Quirini*, Id 16, 76. *Armiferi labores*, id est, bello exhausti, Stat. 1 Silv. 2, 96. *Arvum armiferum* Sen Medea v. 470.

¶ Armiger, *a, um*, idem. Silius 7, 87 *Armiger Deus*: & 10, 97 *Armigera cohors.* Et Cic. 7 fam. 33 ex veteri poëta, *Armigerum corpus* Et Propert. 3, 3, 8 *Armigeri manus equi.*

¶ Armiger, *ĕri*, m. subst. arma domini sui gerens, ein waffen-träger, schild-knecht. Cic. pro domo c. 5 *Sergius armiger Catilinæ, stipator corporis.* Curt. 5, 4, 21 *Ipse cum armigeris & ala &c.* ¶ 2. Quandoque est gregarius miles, ein kriegs-knecht, soldat; ut, *Deni armigeri*, Curt. 6, 8, 19. *Inter armigeros circa se habere*, Suet. Aug. c. 49.

¶ Armigerus, *i*, m. idem. Murat. Inscr. p. 825 *armigerus, Deimatinus.*

¶ Armigera, *æ*, f. subst. die waffen-trägerin; ut, *Diana armigera, una Nympharum*, Ovid. Met. 3, 165. *Armigera Iovis, aquila*, Plin. 10, 3.

¶ Armilustrium vel Armilustrum, *i*, n. (nam utroque modo in vetustis glossis scribitur,) lustratio armorum, die musterung. Officium boni ducis, ut Vulcatius Gallicanus de Avidio Cassio c. 6 tradit: *Arma militum septima die semper respexit. vestimenta etiam, & calceamenta, & ocreas.* Et post paulo: *Exercitium septimi diei fuit omnium militum, ita, ut & sagittas mitterent, & armis luderent.* ¶ 2. Deinde ad religionem tractum fuit, ut *Ilustrare* esset *expiare.* Festus: *Armilustrium erat festum apud Romanos, quo res divinas armati faciebant: ac dum sacrificarent, tubis canebant.* Vetus Glossa: *Armilustrium, ὁπλοκαθάρσιον.* Alia: *Armilustrum, ὅπλων κάθαρσις, ὁπλοκαθάρσια.* Varro de L. L. 5, 3 quodammodo distinguit dicens: *Armilustrium est ab eo, quod in armilustro armati sacra faciunt. -- quod circumibunt ludentes ancilibus armati.* Idem 4, 32 *Armilustrum ab amœno lustri locus dictus.* v. Fam. Nardin. de Roma vetere 7, 7. Liv. 27, 37 *In armilustro vim lapidibus pluere.*

¶ Armipŏtens, *tis*, streitbar, tapfer in waffen; ut, *Ausoniæ armipotentis alumnus*, Stat. 3 Silv. 2, 20. *Diva armipotens*, i. e. Pallas, Virg. Æn. 2, 425; & Cic. anteq. iret. c. 10. *Mars armipotens*, Ovid. Fast. 2, 481.

¶ Armipotentia, *æ*, f. die kriegs-macht; ut, *Armipotentia fretus*, Ammian. 18, 20.

¶ Armisŏnus, *a, um*, von oder mit waffen klingend; ut *Pallas armisona*, Virg. Æn. 3, 544. conf. Claud. Rapt. Pros 3, 67.

¶ Armistītium, *i*, n pro induciis, der waffen-stillstand. Ficta vox ad formam *solstitium, interstitium.* v Cellarii Antibarb. p. 8.

Compolita ab initio

¶ Coarmio, *onis*, m. qui iisdem armis utitur vel instructus est, ein camerad, spießgesell. Inscript in Reinel epist. 44 ad Daum. p. 125 DELICATUS COARMIO MERENTI FECIT.

¶ Dearmo, *are*, idem quod *exarmare*, entwafnen. Apul. Met. 5 p. 172 *Sagittas dearmare.*

¶ Dearmatus, *a, um*, wehrlos, entwafnet. Liv. 4, 10 extr. *Spoliis, quibus dearmatum exercitum hostium sub jugum misisset.*

¶ Exarmo, *are*, armis exuere vel spoliare, wehrlos machen. Tac. 1 Hist. 31, 5 *Milites Longinum manibus coercent exarmantque.* Sen. epist. 30 *Exarmare navigium*, abtackeln. ¶ 2 Plin 3 epist. 9 *Exarmare accusationem*, id est, infirmare & debilitare, die anklage schwach und kraftlos machen. *Exarmantur serpentes veneno*, quibus usus veneni ademtus est, Silius 1, 411.

¶ Exarmatus, *a, um*, entwafnet; ut, *Exarmata navis*, est armamentis spoliata,

spoliata ap. Sen. Consol. ad Helv. extr. abgetackelt ¶ 2. *Exarmati* leones sunt armis suis, h. e. unguibus ac dentibus exuti, ut nocere nemini queant, entrüſtet. Lamprid. Heliogab c. 21 *Habuit leones & leopardos exarmatos in deliciis, quos eductos per manſuetarios ſubito ad ſecundam & tertiam menſam jubebat accumbere, ignorantibus cunctis, quod exarmati eſſent, ad pavorem & ridiculum excitandum.* Quem ad locum Ioh Bapt. Egnatius *exarmatos* interpretatur *cicures.*

¶ Exermis, ohne waffen. Sanſib in Carm. Sit *licet exermis contra arma tamen.* Vibatius eſt

¶ Inermis, e, & Inermus, a, um, armato contrarium, wehrlos, ungerüſt; ut, *Adoleſcentes inermes*, Nep. 10, 9, 3 & 6. *Hoſtis inermis*, Propert. 4, extr. &, *Carmen inerme*, idem 6, 32. *Vulgus inermum*, Virg. 12, 131. Cic. in fam. 12 *Nantiatum, cum paucis inermis fugiſſe Antonium.* Sic pro Cæc. c 22, ubi vulgo legitur: *Quod inermes armati judicarentur*, Palatinus quidam codex *inermi* habet, veteri declinatione, ut Gellius ibi alteram illam formam vocavit. Sic Tac. H. 3, 6, 4 *Inermos plerosque oppreſſere.*

¶ Inermo, are, entwaffnen. Feſtus: *Inermat, armis ſpoliat.*

¶ Obarmo, are, contra quem armare, anrüſten. Horat. 4 oda 4 20 *Amazonie ſecuri dextras obarmet.* Apul. Met. 8 p. 208 *In ſpeciem prælii manus obarmaverant.*

¶ Obarmatus, a, um, gewaffnet. Apul. Met. p. 125 *Oculi ad vigiliæ obarmati*, wachſame augen.

¶ Perarmo, are, wohl rüſten. Prudent. καθημ. 6, 85

Hujus manum potentem Gladius perarmat anceps.

¶ Perarmatus, a, um, wohlausgerüſtet. Curtius 4, 9, 66 *Hoc modo inſtructo exercitu, ac perarmato.* conf. & § 23.

¶ Redarmatus, a, um, iterum armatus, wieder gewaffnet. Dict. Cret. B Troi lib. 2 *Navis jaculis manus utriuſque redarmatæ ſunt.*

¶ Semiermis, & Semermis, e, nur halb bewehrt, halb gewaffnet. Liv. 30, 28 *Tumultuariis exercitibus ex agreſtium ſemiermi turba ſubito collectis.* Idem 22, 50 *Binis in caſtris cum multitudo ſemiermis ſine ducibus eſſet.* Et 25, 19 *Novas miles & magna ex parte tumultuarius ac ſemiermis.* Et Tac. An. 3, 39, 3 *Semermes ac palantes trucidati ſunt.*

¶ Semermus, a, um, idem. Tac. An. 1, 68, 4 *Hoſtes paucos ac ſemermos cogitanti* Et An. 3, 45, 3 *Statuerat in cornibus cohortes, a tergo ſemermos.*

ARMAMAXA, ſ. Harmamaxa, æ, f. lectica genus apud Perſas mulis jungi ſolitum, eine ſenfte. v. Athenæus 5, 9 & Curtius 3, 3, 23. V. Burton. Lipſ. ling. Perſ.

Armamenta, armarium, armatus &c. vide *Arma.*

ARMĒNĬA, æ, f. Ἀρμενία, ſic ab Armenio Theſſalo Iaſonis comite appellata regio eſt Aſiæ, eaque duplex, major & minor, inter *Taurum* & *Caucaſum* montes ſita. v. Plin. 6, 8 cl. 9. Lucan. 2, 638

Populos utraque vagantes Armenia.

¶ Armenii, *orum*, m. pl. ſubſt. die Armenier. Martial. 5 epigr. 59

Numquid apud Parthos Armeniosque latet.

Et ſing pro plur. Horat. 1, 12, 27

Armenius cecidit.

¶ Armēniăcus & Armēnius, a, um, adjectiva. Virg. Ecl. 5, 29

Daphnis & Armenius curru ſubjungere tigres Inſtituit.

Altera forma eſt in veteri inſcript. ap. Gruter. p. 253 n. 2 IMP. CÆSARI L. AVRELIO VERO AVG. ARMENIAC. MED. PARTHIC. Et in ejusdem nummo (apud Angelon. p. 163) L. AVREL. VERVS AVG. ARMENIACVS. ¶ 2. *Mala Armeniaca*, quæ & *præcocia* dicuntur, Et. Johannis pferſig, morellen, apricoſen. Matthiol. & Colum. 5, 10. ¶ 3. *Lapis Armenius*, colore viridi eſt ad cæruleum inclinante, berg-blau. Foditur in argenti fodinis in compluribus Germaniæ locis; Matthiol. Idem vocatur

¶ Armenium, i, n. ſubſt. pigmentum cæruleum, blaue farbe, ſchiefer-grün. Vitruv. 7, 5 *Vbi hic vides citrium aut aurum? num minium aut Armenium?* conf. Varr. R. R. 3, 2; Plin. 35, 6; Dioſc. 5, 59. ¶ 2. *Armenium*, idem quod *Armeniacum.* Colum. 10, 404 *Armeniis ſtipantur calathi.* Et Pallad. Nov. tit. 7 *Armenia vel præcoqua prunis melius adhærescunt.*

ARMENTVM, i, n. grex majoris pecoris, heerde groſ vieh; ut cameli, boves, muli, equi; item cervi apud Virgil. Æn. 1, 185. Differt *agrege*, qui fere eſt ovium, caprarum, porcorum. Virg. Georg. 3, 286

Hoc ſatis armenti: ſuperat pars altera curæ,
Lanigeros agitare greges, hirtasque capellas.

Ovid. Met. 4, 634

Mille greges illi, totidemque armenta per herbas Errabant.

Conf. Cic. Att. 7, 7. *Grex* tamen etiam de majori pecude dicitur. v. *Grex.* Varro de L. L. 4, 19 *Armenta* dicta putat quaſi *aramenta*, *quod boves maxime eligerent ad arandum.* Sed Feſtus id genus pecoris *armentum* appellari ait, *quod eſt idoneum ad opus armorum.* ¶ 2. De ſingularibus bobus *armenti* vocabulo uſus Hyginus fab. 118, cum *centum armenta* in hecatombes ſacrificio *occidi* ſcripſit.

¶ Armenta, æ, f. idem. Obſervat Nonius 3, 3 ab Ennio plerumque fœminino genere uſurpari *Armenta*, loca ejus vide ibidem Et Feſtus: *invenies*, inquit, *fœminine Armentas* apud Ennium poſitum.

¶ Armentālis, e, de armento, von der heerde; ut, *Armentalis equa*, Virg. Æn. 11, 571. *Lac armentale*, Symmach. 6 epiſt. 17. *Armentales viri*, Prudent. hymn. jejunant. v. 166. *Armentale culmen*, Idem Tetraſt. 4, id eſt, caſa. *Armentalis Camœna*, Sidon. 2 ep. 2, ein hirten-lied. Calp. ecl. 1, 29 de carmine laudabili, *Nihil armentale reſultat.*

¶ Armentārius, a, um, bey der heerde; ut, *Armentarii morbi*, viehſeuchen, Solin. c. 11.

¶ Armentarius, i, m. der mit vieh umgehet, ein hirte. Virg. Georg. 3, 344

Omnia ſecum Armentarius Afer agit, tectumque Lavernque.

Varro R. R. 2, 5 extr. *Armentarium meum crebro, ut aliquid legat* (in libris de re pecuaria) *cavo.* ¶ 2 *Armentarias* etiam cognomen fuit Maximiani Galerii, Romani imperatoris, quia, ut Epitoma Aurelii Victoris c. 57 refertur, *ortus parentibus agrariis, paſtor armentorum* fuerat

¶ Armentivus, a, um, adject. ut *Armentalis.* Vſus Plinius 28, 17 *Bos armentivus.* Vbi Harduinum conſulas, qui vulgarem lectionem *armentinus*, ut ineptam, repudiat.

¶ Armentitius, a, um, idem; ut, *Armentitii greges*, Varro R. R. 2, 10. *Armentitium pecus*, ibidem c. 5.

¶ Armentoſus, a, um, armentis abundans, viehreich. Superl. *Armentoſiſſima Italia*, Gell. 11, 1.

Armidoctor, armifactor, armifer, armiger, vide *Arma.*

Armilauſa, armile, armilla, &c. vide *Armus* & ibi *armillum.*

Armiluſtrium, armiluſtrum, vide *Arma.*

ARMINIVS, i, m. qui & Harminius; putatur enim hoc nomen idem eſſe, quod Hermann, quaſi Heermann: Germanorum duxfortiſſimus, qui Varum delevit. Dio Caſſ. lib. 56. Plura de eo Tacitus 1 & 2 Annali, cujus fine hoc ei elogium tribuit: *Liberator haud dubie Germaniæ, qui non primordia Rom. P. ſed florentiſſimum imperium laceſſierit: prœliis ambiguis, bello non victus.* Ævo ſuperiore hiſtoriam ejus e Plinio, Strabone, Tacito, Vellejo, Floro, Oroſio, Tetmaro, Cranzio, diligenter congeſſit Georg. Spalatinus, & in Romanemi fabula eleganter & graviter ſcripta Dan. Caſp. a Lohenſtein.

Armipotens, armiſonus, armiſtitium, quære *Arma.*

Armo, are, Armoge, vide *Arma, Harmoge.*

ARMON, lingua pontica, idem quod *Armoracia*, Plin. 19, 5.

ARMORACIA, æ, f. ſecundum Plin. 19, 5; & 20, 4: vel *Armoracea*, æ, f. apud Colum. 6, 17. & Pallad. Oct. t. 11; & *Armoracium*, i, n. Colum. 12, 19, raphani ſilveſtris genus, hälderich, wild oder heiden-rettich, naſcitur in ſegetibus. Prima hujus dictionis ſyllaba metathetiſin admittere videtur, ut & *Armoracia*, & *Romoracia* dicatur.

Armorica, vide *Aremorica.*

ARMVS, i, m. in quadrupedibus idem eſt, quod in hominibus humerus, die ſchulter am vieh, vorder-fug vom wild. Vt, Plin. 8, 45 de bubus: *Tubere ſuper armos a cervicibus eminente.* Ibid. c. 16 de leone: *Colla armosque veſtiunt jubæ.* Horat. 2 Sat. 4 v. 44 *Leporis ſ. fabitur armos*, ſcilicet gulæ peritus. Virg. Æn. 6, 881 *Cum ſpumantis qui fodoret calcaribus armos.* ¶ 2. Nec ita tamen propria hæc vox quadrupedibus eſt, ut non liceat & de hominibus uſurpare, quod ab Ovidio quidem nunquam factum obſervat Heinſ. ad Met. 13, 137. Videtur enim initio generalis appellatio fuiſſe, quod vel Etymon ſuadeat. Ab ἁρ-ός enim, quod *compagem* notat ſeu *commiſſuram*, dictus eſt *armus.* v. Voſſ. f. 44 Etymol. in *Armilla*, ubi patere hinc ait, nec humeros quidem κυρίως notaſſe, ſed humerorum cum brachiis commiſſuram. Quo factum ſimul dixerim, ut ad ipſo quoque hominum brachia & ulnas ſignificandas adhibita vox fuerit. Cujus rei nec leve hoc indicium eſt, tum quod Latini *arma*, quibus videlicet ea, quam diximus, corporis noſtri pars inſtruitur, hinc appellavere, ut ſuo loco dictum eſt, tum quod Germanis quoque nobis *brachia* ſunt, die arme. Nec deſtituimur exemplis auctorum. Virg. de Herminio Æn. 11, 644 *Latus huic haſta per armos Acta tremit.* Manil. 1, 795 *Matriſque ſub armis Miles Agrippa ſuæ*; Plane enim eo modo dictum hoc, quo a Calpurnio: *Maternis cauſam qui bibit in ulnis*, ut obſervat Scalig. Caſtig. in 3 Propert. p. 250, emendans illud, quod in notis ad Manil. p. 89 manus erat aſſecutus, cum *arma* non *armos* dictum a Manilio putaviſſet. Ita etiam Grat. Cyneg. 2 *prius omnis in armis Spes fuit, & NVDA ſilvas VIRTVTE movebant* ubi vid. Barth. & Burm. qui laudat etiam Luca. 9, 831. Veteres imitatus ævi ſuperioris poëta clarus Euricius Cordus ſimiliter *armos* de homine enunciavit, lib. 9 epigr. ad Ioann. Ficinum: *Suppoſitis columen reſtituit armis*, i. e. humeris.

¶ Armilla, æ, f. φέλλιον, brachii ornamentum, ein armband. Quod ornamentum *Spinter* ſeu *Spinther* potius (Græcum eſt enim σπιν-ήρ) dici poſſe Budæus putat. v. Plaut. Men. 5, 2, 13. *Armillæ aureæ*, inter regia inſignia ap. Nepot. 14, 3, 1. His aureis juxta atque argenteis donari milites ſoliti ob præclara facinora edita: ſicut L. Siccium Dentatum 80 armillis donatum Plinius 7, 28 ſcribit Et Liv. 10, 44 *Papirius centuriones, manipulumque haſtatorum, armillis aureisque coronis donavit* &c. Et paullo poſt: *Equites omnes ob inſignem multis locis operam, corniculis armillisque argenteis donat.* Plin. 33, 2 *Auxiliares & externos torquibus aureis donavere, at cives non niſi argenteis: præterque armillas civibus dedere, quas non habent externi.* Vbi ſimul differentiam inter torquem & armillam notes. v. Heinſ. ad Petron. c. 32 p. 127. Scripſit de *Armillis* Th. Bartholinus Danus. ¶ 2. Annulus ferreus, ein eiſerner ring, rundes beſchläge. Vitruv. 10, 6 *Armillas in materia inſixit* &c. *Cnudaces in armillis incluſi liberam habuerunt verſationem* &c. conf. Lex. Vitr. p. 27. ¶ 3. Collare, ein halsband, ut mox probatur in *Armillatus.*

¶ Armillātus, a, um, armillis ornatus, der ein armband trägt. Suet. Calig. c. 52 *Manuleatus & armillatus in publicum proceſſit.* Sen. de eodem Conſt. Sap. c. 18 *Hæc ipſe pellucidus, crepidatus, armillatus.* Vbi nota hæc exprobrandæ mollitiei & parum virili cultui dici. Propert. 4, 8, 24 *Armillatos colla canes* etiam dixit, i. e. collaribus revinctos, die ein halsband anhaben. Itaque *armilla* & *collare* eſt, ein halsband.

¶ Armillāris, e, armillis ſive circulis conſtans; ut, *Sphæra armillaris*, de qua Caſp. Schottus Curſ. Mathem. p. 283.

¶ Armillārius, i, m. der armbänder macht. Gloſſ. lat. gr. *Armillarius*, ψελλοποιός.

¶ Armillum, i, n. & Armile, is, n. urceoli vinarii genus, ein weinkrug, ut Nonius 15, 33 ex Varrone interpretatur, ſic appellatum, *quod armo*, i. e. *humero deportetur*, ut Feſtus auctor eſt. *Anus ad armillum*, ſcilicet redit vel revolvitur, ut Apulejus mox ſupplebit, proverbiale in illos, qui ad confuera & ſolita revertuntur. Cui ſimile, *Canis ad vomitum ſuum redit.* Vſus Lucilius ap. Non. 2, 45 item que Apul. utraque forma, Met. 6 p. 182 *ad armile redit*: & lib. 9 p. 230 *ad armillum revertit.* Ad priorem locum Iul. Floridus p. 192 AD ARMILE REDIT, *ad ingenium, ad notas artes. Proverbium eſt, ab anuum bibacitate tractum, quæ, ſicunde vini odor naves adlatus eſt, ex ſtatim currunt.*

¶ Armōſus, a, um, validis humeris præditus, ſtarck von ſchultern. Mantuanus: *Reddit, & armoſo dividit arva bove.*

¶ Armigātus, a, um, ad armum vel humerum ligatus, am arm hängend. Vulg. 2 Sam. 6, 14 *Percutiebat in armigatis organis.*

¶ Armilauſa, æ, f. veſtimenti genus, ſagum forte militare, rubri coloris;

coloris ſive veſtis *in armos tantum clauſa, quaſi armiclauſa*, ut ait Iidor. 19, 22. ein leibſtück, uberkleid. Paulin. Nolan. epiſt. 17 ad Severum (al. 13) c. 1 *Quem quidem primo minime monachali caliga & veſte mirati, cum præterea facie non minus quam armilauſa ruberet.* Et epiſt. 22 poſt init. *Sibi ille habeat armilauſam ſuam, & ſuas caligas, & ſuas baccas.* Memorat & Iuvenalis Scholiaſtes ad Sat. 5, 143

¶ Subarmālis, *e*, ſub armo geſtabilis, unter dem arm zu tragen. De veſtimenti genere, quod ſub armum rejici aptum erat, plerumque uſurpatur. Spartianus Severo c. 6 *Prætorianos cum ſubarmalibus inermes ſtbi juſſit occurrere.* Treb. Pollio vita Claudii c. 14 *Subarmale unum cum purpura Maura.* Vopiſcus Aurel. c. 13 *Togam pictam, ſubarmalem* &c. Adde Caſaubon. ad Spartian. c. 1. & Salmaſ. ad Hiſt. Aug. f. 335.

ARNA, *æ*, f. Lyciæ civitas, dicta dein *Xanthus*, auctore Byzantio Stephano. ¶ 2. *Arna* alia Vmbrorum in Italia civitas, apud Silium 8, 457. ¶ 3. *Arna* Feſto eſt *agna*, ex Græco ἄρης, ἀρνὸς, *agnus*.

¶ Arnicis, *idis*, f. gr. ἀρνακὶς, i. e. *agnina pellis*, genus veſtium puellarum, ein beltzgen. v. Varro ap. Nonium 14, 38 ubi male *Parnacis*.

¶ Arnion, *i*, n. ἄρνιον, i. e. *agnus*; ſed idem quod *Arnogloſſum* apud Apulejum de Herb. c. 1 & Dioſc. noth.

¶ Arnogloſſum, *i*, n. & Arnogloſſa, *æ*, f. ἀρνόγλωσσον, i. e. *agnina lingua*, plantago minor, ſpitzwegerich. Apulej. l. c. vide *Plantago*.

Arnarium, vide ſupra *Æmaria*.

ARNOBIVS, *i*, m. Afer, inſignis rhetor, philoſophus & ſcriptor ſeculi tertii Chriſtianus, tempore Diocletiani, cujus extant libri VII adverſus gentes.

Arnogloſſa, *um*, vide in *Arna*.

ARNVS, *i*, m. Tuſciæ fluvius, ex Apennino oriens, Florentiam & Piſas præterfluit; Plin. 3, 5. De Piſana urbe Rutilius Itin. 1, 566

Quam cingunt geminis Arnus & Auſur aquis.

ĂRO, *avi, atum, are*, ἀρόω, pflügen, ackern. Cic. Div. 1, 9 *Tempora arandi.* Virg. Georg. 2, 244 *Talem dives arat Capua*, puta *terram.* Plaut. Merc. 2, 3, 21 *Arare mavelim, quam ſic amare.* Inde natum proverbium eſt, *arare litus*, pro eo, quod eſt operam ludere, laborem inanem ſumere. Ovid. Heroid. 5, 116 *Non profecturis litora bubus aras.* ¶ 2. Transfertur ad varia, ut *ad navigationem.* Ovid. 3 Triſt. 12, 36 *Arare aquas*, ſchiffen. Virg. Æn. 3, 495 *Vobis parta quies, nullum maris æquor arandum.* Atque ita ſæpe apud poëtas. Aut *ad rugas ſeniles*, ut apud Ovidium de Arte 2, 118 *Iam veniunt rugæ, quæ tibi corpus arent*, hoc eſt, deforment, rugis tamquam ſulcis notent. ¶ 3. Eleganter quoque de lucro, quod ex agricolatione habemus, uſurpatur. Cic. Verr. 3, 47 *Fieri non poterat, ut plus quam decem medimna ex jugero ararent*, id eſt, perciperent, erpflügen, geniſſen, quod germanice quibusdam dicitur, ernarnen. ¶ 4. Denique Venereum eſt verbum. Sic Plautus Aſin. 5, 2, 24 de marito qui ſcortabatur: *Fundum alienum arat, incultum familiarem deſerit.* Cont. Id. Truc. 1, 2, 47.

¶ Arans, *tis.* Cic. de Senect. c 16 *Aranti L. Quintio Cincinnato nuntiatum eſt, eum dictatorem eſſe factum.*

¶ Arātus, *a, um*, umgeackert, gepflügt; ut *Terræ aratæ*, Ovid. Faſt. 1, 703. *Aratos ſpargere in agros*, Idem Met. 7, 122.

¶ Aratūrus, *a, um*, der pflügen ſoll. Tibull. 1 eleg. 11, 46 *Ducere araturos ſub juga curva boves.*

¶ Arātus, *us*, m. ſubſt. ackerwerck. Dictys Cret. de B. Trojano 2, 41 *Aratui inſiſtere, frumenta parare.*

¶ Arātio, *ōnis*, acker-arbeit, feld-bau, ἄρωσις; ut, *Arationes grandi fœnore & fructuoſæ*, Cic. Phil. 2, 39. *Aratione iterata*, Plin. 18, 20 *Segetum arationumque percipere uſum*, Colum. præf. p. 8. conf. Plaut. Truc. 1, 2, 47. *Citra arationem, citra ſementem*, i. e. citra ſtudium & operam, ohne alle ſorge, mühe und arbeit, Luciani eſt, ἄπαιρα καὶ ἀπόνητα, & proverbii habet ſpeciem. ¶ 2. Eſt *Aratio*, gepflügt land; apud Cic. Verr. 3, 53, ager ſcilicet ad arandum idoneus, *Defertas*, inquit, *arationes, inanes agros offendi*, vid. Turnebi Adv. 1, 6.

¶ Aratiuncula, *æ*, f. diminut. Plaut. Truc. 1, 2, 44.

¶ Arātor, *ōris*, m. ein pflüger, ackermann. Hirt. B. Afr. c. 20 *Stipendiarii aratores.* Cic. de leg. agr. 2, 32 *Capua receptaculum aratorum.* Etiam *bos arator*, Suet. Veſp. c. 5; Et *Taurus arator*, Ovid Faſt. 1, 698 ein pflug-ochſe. *Multi ſunt boum ſtimulatores, pauci vero terræ aratores:* πολλοὶ βουκέντραι, παῦροι δέτε γῆς ἀρόητορες, Prov. viel antreiber, wenig arbeiter. Tibull. 2, 1, 5 *Luce ſacra requieſcat humus, requieſcat arator.* ¶ 2. Cæterum *Aratores* dicebantur non illi magis, qui arabant ſuum rus, coloni pauperculi; quam opulenti homines, & fere equeſtris ordinis, qui maximas arationes habebant, publico & decumano agro conducto. De iis intelligendus Suetonius Aug. c. 42 extr. cum ait: *Temperavit, ut non minorem aratorum ac negotiantium, quam populi rationem deduceret.* Sæpe Cicero in Verrinis meminit, ubi hoc hominum genus *optimum & honeſtiſſimum, & a quo ſumma reſpublica contineatur*, vocat. Conf. Verr. 3, 51; de leg agr. 2, 31. ¶ 3. Signum cœleſte, quod *Orona* Ægyptii vocant, Nigrid. ap. Serv. ad Virg. Georg. 1, 61.

¶ Aratorcălus, *i*, m. parvus arator. Cathol.

¶ Aratōrius, *a, um*, adj. ad arationem pertinens, zum pflügen dienlich. L. 1 Cod. Theod. de Pignor. *Non ſervos aratores, aut boves aratorios pignoris cauſſa de poſſeſſionibus abſtrahant.* conf. Cod. Iuſtin. 8, 17, 7.

¶ Arābilis, *e*, idem; ut, *Campus arabilis.* Plin. 17, 5.

¶ Aratro, & Artro, *are*, idem, quod iterum arare, zwiebrachen. Plin. 18, 20 *Quod nunc vocant artrare, id eſt aratrare.*

¶ Arātrum, *i*, n. ἄροτρον, der pflug. Cic. pro Roſc. Am. c. 18 *Ab aratro arceſſebantur, qui Conſules fierent.* Et, *Incumbere aratro*, Virg. Georg. 1, 213 *Terram vertere aratro*, Hor. ſat. 1, 1, 28.

¶ Arater, antique pro *aratro.* Hyginus de limit. conſtit. p. 204 *Menſura territorii usque fieri debet, ſecundum legem D. Auguſti: QVA FALX ET ARATER IERIT.* Ita & p. 192 & alibi.

¶ Aratrifrangis, vel Aratrifragi, vermiculus ſive ricinus canibus infeſtus, Plin. Valer. 1, 22 & 54. v. Reineſ. Lect. Var. 1, 16; & 3, 4.

Compoſita:

¶ Adăro, *are*, i. e. arando comparare, durchackern, zuwege bringen. Ita Harduinus legit in Plin. procem. lib. 23, ubi Pomona ait: *Ex me parata omnia, nec curvo adaranda aratro, nec cura laboranda* &c. Sed alii legunt *adoranda*, alii *exoranda*, i. e. impetranda.

¶ Circumaro, *are*, umpflügen; ubi extremæ circumductiones quaſi circulum faciunt. Plin. 18, 3 *Iugerum dicebant, quantum quis uno die plurimum circumaraviſſet.* Liv. 2, 10 *Agri quantum uno die circumaravit.*

¶ Coaro, *are*, mitackern. Sarisb. epiſt. 192 *Qui coarat vulpi, ſulcos variare neceſſe eſt.*

¶ Exaro, *are*, arando eruere, effodere, herausackern. Plin. 17, 18 *Is radices exarabit.* Cic. de L. L. 2, 23 *Sed cum multa in eo loco ſepulcra fuiſſent, exarata ſunt.* Aur. Vict. Vir. illuſtr. c. 3 de Numa: *Sepultus eſt, ubi poſt multos annos arcula cum libris a Terentio quodam exarata.* Hoc apud Auguſtinum, ubi rem eamdem narrat, eſt *aratro eruta*, de Civ. Dei, 8, 5. Adde *Exaratus.* ¶ 2. Arando, metendoque, colligere, erpflügen, einernden. Cic. Verr. 3, 18 *Hoc, quantum eſt, ex Sicilia frumenti hornotini exaraverunt.* conf. Verr. 5, 38. ¶ 3. Arationem perficere, auspflügen; unde metaphora: *Quum rugis vetus frontem ſenectus exaret*, Horat. Epod. 8, 3. ¶ 4. *Exarare epiſtolam, carmen*, eſt *ſcribere*, ausfertigen. Nam ut arando in agro ſulci, ita in charta ſcribendo verſus ſeu lineæ fiunt. Cic. Att. 13, 38 *Ante lucem, cum ſcriberem contra Epicureos, de eodem oleo & opera exaravi neſcio quid ad te.* Ibid. 12, 1 *Hoc literulam exaravi.*

¶ Exārātus, *a, um*, ausgeſcharrt, ausgefertiget, geſchrieben. Cic. de Div. 2, 23 de Tagete repente, cum terra araretur, exiſtente: *Eſtne quisquam ita deſipiens, qui credat exaratum eſſe?* conf. Idem c. 38 ac de Leg. 2, 23.

¶ Exaratio, *ōnis*, f. das ausackern, die ſchrift. Mart. Capella lib. 9 p. 204 *Ipſius Tagetis exaratio.* Sidon. Carm. 9, 335 *Iſti exarationi applicari theta.*

¶ Inaro, *are*, idem, quod arando ingerere, einpflügen, unterpflügen. Sic, *Stercus inarare*, Colum. 2, 16. conf. Id. 2, 2 *Lupinum aut fabam pro ſtercore inarare*, Varro de R. R. 1, 23. Sed

¶ Inaratus, *a, um*, ungeackert, ungebaut. Sic *Terra inarata* eſt non arata, brach-feld. Virg. Georg. 1, 83. Et Stat. Theb. 10, 512 *Panchæa inarata* i. e. inculta. Horat. Epod. 16, 43 *Tellus inarata.*

¶ Obaro, *are*, umher-überpflügen. Livius 23, 19 *Cum hoſtes obaraſſent, quidquid herbidi terreni extra murum erat.*

¶ Obarator, *oris*, m. ein pflüger. Servius 1 Georg. 21 ex Fabio Pictore adducit, *Flaminem Cerealem invocaſſe Deum obaratorem.* v. *Redarator.*

¶ Peraro, *are*, ſimplicis verbi ſignificationes habet, & metaphoricas: e. g. *Verbis peraratur litera blandis*, id eſt, exaratur, ſcribitur, Ovid. de Arte am. 1, 455. *Perarans*, i. e. ſcribens, Id. Met. p. 563. ¶ 2. Ad navigationes hoc verbum Seneca tranſtulit Medea v. 650 *Ite nunc fortes, perarate pontum Sorte timenda.* Nam ſicut ager vomere: ita mare, ſeu unda, remis proſcinditur, ut ſupra in *Arare* dictum. ¶ 3. Ovid. Met. 14, 96 *Rugis peraravit anilibus* i. e. ſignavit.

¶ Peraratus, *a, um*, durchackert, it. geſchrieben; ut, *Cerebrum crebra vibice peraratum*, Sidon. 3, 13 *Peraratæ literæ*, Ovid. Triſt. 3, 7, 1.

¶ Redarator forte Dei ruſtici nomen ap. Serv. ad Geor. 1, 21 ex Fabio Pictore, vulgo leg. *Reparator.* Cum *redaratore* convenit *Oberator.*

¶ Subaro, *are*, einſcharren. Plinio 16, 27 eſt ſubtus arando terram movere, idem fere quod *ablaqueare.* De arboribus enim ibi Plinius.

¶ Subarātus, *a, um*, eingeſcharrt. Plin. 16, 28 *Subarata ocyus ſenescunt.*

¶ Subaratio, *onis*, f. die unterpflügung. Plin.

¶ Subarator, *oris*, m. qui ſubarat, der unteracket. Plinius 17, 25 *Subarator imprudens laxavit radices.*

ĂRŌMA, *ătis*, n. ἄρωμα, rarum ſingulari numero Latinis. Prudentius paſſ. Agnetis v. 72 *Tinctus aromate.* Conf. Id. Apoth. v. 826. Vitratius plurale *Aromata* allerley gewürtz und ſpeceren. Columella 12, 20 *Aromata contuſa & cribrata paullatim inſperges.* Apul. 4 Florid. p. 362 *Membra omnia aromatis perſpersa.*

¶ Arōmāticus, *a, um*, gewürtzt, wohlriechend; ut, *Odor aromaticus*, Plin. 14, 13. *Calamus aromaticus*, kalmus. Sedulius 5, 323 *Cum munere matres Meſſis aromaticæ.* ¶ 2. Subſtantive quaſi, aut ſubaudito *muneris* vocabulo, *Aromaticum* in congiarii generibus erat. Spartianus in Hadriano c. 19 *In honorem ſocrus ſuæ aromatica populo donavit.* Sic *Aromaticis delectari*, Plin. 14, 13, ubi al. *Aromatice.*

¶ Aromātārius, *i*, m. ein materialiſt, würtzkrämer. Bud. Murat. Inſcr. 511. *Negot. Coll. Aromatariorum.*

¶ Aromatites, *æ*, m. ἀρωματίτης, gemma Arabica, odore myrrhaceo. Plin. 37, 10. ¶ 2. *Aromatites*, puta vinum, kräuter-wein, wein von würtz, claret. Plin. 14, 13 de lautiſſimis vinis: *Quidnam aromatite priſcos delectatos maxime credunt.* Vſus & hac voce eſt c. 16 & 17 ejusdem libri.

¶ Aromatĭzo, *are*, ἀρωματίζειν, würtzen. Interpr. vulg. Sirac. c. 24, 20.

¶ Aromātopōla, *æ*, m. ἀρωματοπώλης, idem quod *Aromatarius.*

¶ Aromatopōlium, *i*, n. ἀρωματοπώλιον, ein würtzladen.

ĂRŌN, *i*, n. vel Aros, *ari*, ἄρον, bulbus, quem *Argon* dicimus, natter-wurtz, zehr-wurtz. *Serpentaria minor*, Matthiol. v. Plin. 19, 5 & 24, 16. Dioſc. 2, 157. ¶ 2. *Aron* vir quidam apud Val. Flacc. 6, 536.

ARŌNIA, *æ*, f. ἀρώνια, arbor meſpilus, ein miſpelbaum. Dioſc. 1, 138.

ARPĪNVM, *i*, n. ἄρπινον, civitas Italiæ, Ciceronis & Caji Marii patria, de quo poſtremo Val. Max. 6, 9, 14; de utroque Iuvenal. 8, 237 & 245.

¶ Arpinus, *a, um*, adject. ut, *Arpinæ chartæ*, i. e. Scripta Tulliana, Martial. 10 epigr. 19. conf. Plin. 3 epiſt. 21.

¶ Arpinas,

¶ Arpinas, *ātis*, qui Arpini natus eſt: ut, *Cicero Arpinas*, & ſicut idem loquitur 3, 2 de Lege Agraria: *Meus paternus avitusque fundus Arpinas.* Idem 1 ad Att. 16 *Arpinates aquæ.* Symmach. 1 epiſt. 1 *Contra Arpinatem* (i. e. Ciceronem) *qui ſpirit eloquio.*

Arquatus, arquites, arquus, arquitenens, vide *Arcus.*

Arra, arrabo, Arrectus &c. Arreptus &c. vide *Arrha, Rego, Rapio.*

ARRESTVM, vel potius Arreſtum; & Arreſto, *are*, voces ab Anglis & Gallis profectæ, pro quibus l. 9 ff. de ſervis export. *manus injectio, mannu injicere*, arreſt, verſtümmerung, verbot legen.

Arretium, vide ſupra *Arretium.*

ARRHA, vel Arra, *æ*, f. per apocopen ab *Arrhabo*, etſi Iſidorus 5, 25 dictam putet a *re*, pro qua traditur. Eſt autem pignus vel ſponſionis ſignum, ein pfandſchilling, mahlſchatz, auf- oder angeld. *Retius videri arram, & arram veteres ſæpe dixiſſe*, teſtatur Gellius 17, 2. *Quo tempore ad ſponſiones nondum erat arrha velocior* &c. Plin. 33, 1. *Quod ſæpe arrhæ nomine pro emptione datur, non eo pertinet, quaſi ſine arrha conventio nihil proficiat* &c. l. 35 ff. de contrah. empt. *Dare arram*, ſcil. nuptialem, Pet. Chryſol. ſerm. 140.

¶ Arrhabo, vel Arrăbo, *onis*, m. ἀῤῥαβών, idem quod Arrha, handgeld, unterpfand. Plaut. Mil. 4, 1, 11 *Hunc arrabonem amoris a me accipe.* Ter. Heaut. 3, 3, 42 *Ea relicta huic arrhaboni eſt pro illo argento.* Arrha, & pignus quomodo differant, tradit Iſidorus 5, 25, Philoxenus in Gloſſario, & Barth. ad Briton. Aremor. p. 132. ¶ 2. Claudius annalium ſcriptor *arrhabonem* pro obſidibus poſuit. Cujus locum Gellius 17, 2 adducit: ſimulque admonet, *arrabonis* vocabulum in ſordidis verbis haberi cœptum. ¶ 3. Eſt & urbis nomen *Arrabo* vel *Arrabona*, Ptolemæo *Narabo*, vulgo Rab, a fluvio cognomine, qui prope urbem miſcetur Danubio in Hungaria.

¶ Arrālis, *e*, ſub arra conveniens, ad arram pertinens, unterpfändlich. Diocletianus l. 3 Cod. de action. emti & venditi, *Ex arrali pacto.*

¶ Arrilator, *ōris*, m. Pompejo Feſto is eſt, qui emturiens data arrha ſibi poſtulat credi. Adde Scaligeri ad Feſtum obſervationes p. 23, ubi hanc ſcripturam laudat præ vulgata *arulator*, vel *arilator.* Invenitur etiam apud Gellium 16, 7 ex Laberio. Vid. omnino Gron. ad Plauti Aſin. 1, 3, 51. Nimium idem eſt, qui *cocio*, ubi vid.

¶ Inarrho, *are*, in arrham dare, verſetzen, verpfänden. Cathol.

¶ Subarro, ſive ſubarrho, *are*, eſt arrha obligare, arrham ſponſalitiam dare, durch einen mahlſchatz verbinden. Ambroſ. Serm. 90 p. 39 ed. Baſil. uſus eſt, & frequens vox in Canonibus, ut Salmaſius oſtendit ad Capitolini Maximinum jun. c. 1. v. gr. Innocentius 3, 14 de deſponſ. impub. *Quidam puer ſuam circiter XII annos habentem cuidam nobili deſponſavit, qui ſubarravit eandem conſenſu mutuo accedente.*

ARRHĔNŎTVM, *i*, n. ἀῤῥενικόν, i. e. *maſculum*, das männliche. Occurrit apud Plinium 28, 15.

¶ Arrhenŏgŏnon, *i*, n. ἀῤῥενογόνον, ſc. φύλλον, herba ſic dicta ab ἀῤῥενολοκῶν ſive a maſculini ſexus conceptu & partu, quem faciat. v. Dioſcor. 3, 131. Plinius 26, 15 vocat *Arſenogonon.* Nam utrumque ἄῤῥην & ἄρσην *mas* eſt.

ARRHĒTOS, *i*, m. ἄῤῥητος, i. e. *arcanus*; æon hæreticorum, Tertull. adv. Valentin. c. 35.

Arria, vide *Arrius.*

ARRIANVS, *i*, m. Ἀρριανός, Nicomedienſis philoſophus, Epicteti diſcipulus fuit; ſcripſit de Epicteti diſſertationibus, qui extant, libros quatuor. Nam plures ſcripſiſſe, ex Gellio 19, 1 poteſt conſtare, ubi quintum laudat. Scripſit & alia, præcipue quæ ad Hiſtoriam pertinent: de quibus Voſſius de Hiſt. Gr. 2, 11 p. 174; & imprimis Fabric. Bibl. Gr. 4, 8. ¶ 2. *Arrianus* poëta, quem in delicitis habuit Tiberius Cæſar; Rhianum vocat Suetonius c. 70. v. Voſſ. de Poët. Lat. p. 83. De octo aliis Arrianis v. Fabric. l. c.

Arrideo, Arrigo, Arrilator, Arripio, vide *Rideo, Rego, Arrha, Rapio.*

ARRIVS, *i*, m. gentis Romanæ nomen. conf. ſupra *Arius.*

¶ Arria, *æ*, f. nobilis Cæcinæ Pæti uxor, quæ viro in periculum capitis conjecto, non modo auctor fuit, ut ſe ſubtraheret carnifici, ſed exemplo præivit fodiens pectus, extractumque de vulnere pugionem porrigens viro, *Pete*, inquit, *non dolet*: quod facinus ejus Martialis epigrammate celebravit, quod lib. 1, 14 eſt. Vide Dion. Caſſ. lib. 60, præcipue Plinium 3 epiſt. 16, qui & alia ejus refert. ¶ 2. *Arria* item fœmina fuit erudita, philoſophiæ Platonicæ amans, Galeno laudata. Hanc eamdem eſſe, in cujus gratiam Diogenes Laërtius φιλοσοφον ἱστορίαν conſcripſerit, licet nomen ejus obticeat, Reineſius animadvertit 2 Var. Lect. 12 p. 224; ex eoque jam certe aliquid ſtatuit de tempore, quo Laërtium vixiſſe, quod non niſi παχυλῶς terminatum hactenus erat, h. e. ſub Marco & Lucio Antoninis, horum ævo & Arriam hanc & Galenum vixiſſe, planum eſt.

ARRŪGIA, *æ*, f. ab ὄρυγμα, *foſſio*, cuniculus ſubterraneus, quo extrahitur aurum, ein ſtollen um bergwerck, gold-grube. Plin. 33, 4 *Cuniculis per magna ſpatia actis cavantur montes ad hucrnarum luminа. Arrugias id genus vocant.* Et interjectis nonnullis: *Aurum arrugia quæſitum non coquitur.* Quid ſi cognatum ſit *arruga*, ubi vid.

ARS, *artis*, f. τέχνη, kunſt, handwerck. Diomed. 2, p. 414 *Ars eſt rei cujuſdam ſcientia uſu vel traditione, vel ratione percepta, tendens ad uſum aliquem vitæ neceſſarium.* C. Nep. 24, 12, 4 *Optimis artibus eruditus.* Et Sen. epiſt. 90 *Non dat natura virtutem: ars eſt bonum fieri.* Terentii interpres Donatus ad And. 1, 1, 4 *artem* ab ἀρεσκῆ per ſyncopen ducit. conf. Diomed. l. c. Recte. Sed initio robur tantum & fortitudinem ſignificavit, ſicut ipſum *virtutis* vocabulum: quippe quæ a *viribus*, unde & *vir*, ſic appellata, ut nos Scaliger docuit Poëtices 1, 22. Poſtea ad alias etiam virtutes translata eſt vox: quemadmodum *virtus* quoque non ſolam fortitudinem deſignare cœpit. Terentii verba laudato loco hæc ſunt: *Quid eſt, quod tibi mea ars efficere hoc poſſit amplius? Ars*, i. e. ſtudium ſive induſtria, ſed cum prudentia agendi ſive efficiendi aliquid conjuncta: quæ alias *ſolertia* appellatur, geſchicklichkeit. Sic idem Comicus mox fidem ac taciturnitatem *artes* vocat. Vbi Muretus & alia aliorum auctorum exempla hujus obſervationis notavit. Certe Hor. 3 od. 3, 9 *artes* vocat juſtitiam & conſtantiam. ¶ 2. Non *virtutes* tantum, ſed *vitia* quoque (cum vis humani animi in utrumque valeat æque ac efficax ſit) *artium* nomine venire ſolent, cum fere aliquid additur, ex quo diſcrimen conſtare poſſit: ut illæ, *bonæ, egregiæ, honeſtæ*; iſtæ, *malæ, pravæ, indecoræ artes* appellentur. Germani ſuo kunſt, plur. künſte eadem ratione utuntur. Tac. Hiſt. 1, 30, 3 *Nemo unquam imperium flagitio quæſitum bonis artibus exercuit.* Ibid. 4, 1, 6 *In turbas atque diſcordias peſſimo cuique plurima vis; pax & quies bonis artibus indigent.* Idem Ann. 14, 57, 2 *Tigellinus malas artes, quibus ſolis pollebat, gratiores ratus, ſi ſocietate ſcelerum Principem obſtringeret.* In quibus vides & *bonas artes* opponi improbitati atque flagitiis; & *malas* ac *ſceleræ* ſynonyma eſſe. Sic, *Ars paraſitica*, Plaut. Capt. 3, 1, 9. Eſt ergo vocabulum *artis* unum ex communibus, ancipitibus ſeu mediis, quorum plura vide apud Gell. 12, 9. Cæterum Ariſtoteles artem ita definit ad Nicomach. 6, 4 ἡ μὲν οὖν τέχνη ἕξις ἐστὶ μετὰ λόγου ἀληθοῦς ποιητικὴ περὶ τὰ ἐνδεχόμενα, ὧν ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ ποιοῦντι. *Eſt ergo ars cum vera ratione efficiendi habitus in contingentibus, quorum cauſſa in efficiente eſt.* Auct. ad Herenn. 1, 2 *Artem præceptionem* dicit, *quæ dat certam viam rationemque faciendi.* Similes definitiones habet Quint. 2, 17 extr. ¶ 3. Sic alii quoque *Artes* pro ipſis libellis, quibus breviter, citra omnem orationis ornatum, præcepta artium vel alicujus diſciplinæ traduntur, dixerunt. Quintil. 2, 15 *Hæc opinor, originem ab Iſocrate (ſi tamen vovera* ARS, *quæ circumfertur, ejus eſt) duxit.* Ita τέχνη & τεχνικὸν apud Græcos dicuntur. Ita & libri grammaticæ Cledonii, Auguſtini, Conſentii &c. ARTES inſcribuntur. Sic Cicero *Artes oratorias* dixit Topicis c. 8. Sic Ovidius *artis amatoriæ* tres libros ſcripſit. Quin & Horat. od. 4, 8, 5 pro rebus aliis artificioſe effictis: *Divite me ſcilicet artium, quas aut Parrhaſius protulit, aut Scopes.* ¶ 4. Sunt autem aliæ artes ad neceſſitatem vitæ, aliæ ad ſuavitatem ſive jucunditatem inventæ, quod Iſocrates in Panegyrico monet. Cic. Nat. D. 2, 59 *partim ad uſum vitæ, partim ad oblectationem neceſſarias* interpretatur. Et aliæ quidem *ingenuæ* ac *liberales*: aliæ *ſordidæ*: Græci λογικὰς & βαναύσους appellant: de quibus Cic. Off. 1, 42. Galenus Protreptico ad artes: ἔνιαι μὲν γὰρ τῶν τεχνῶν λογικαί τ' εἰσὶ καὶ σεμναί, τινὲς δὲ ἐγκαθάρσιοι, καὶ διὰ τῶν τοῦ σώματος πόνων, ἃς δὴ βαναύσους ὀνομάζουσιν &c. *Nonnullæ ex artibus ratione utuntur, & ſunt honeſtæ: aliæ vero contentæ & ahjectæ, quæ corporis laboribus perficiuntur, quas ſedentarias appellant.* Vide & Ariſtotelem Polit. 4, 4. Aliud diſcrimen idem Galenus, & ante eum Plato prodidit; cum alias per ſe finem ſuum conſequi, (ut ſunt *fabrica, ſutrina* & aliæ tales) alias non ſemper ſine ſuo compotiri (ut ſunt *oratoria, medicina, navigatoria*) diceret: quas τοξαστικὰς, quod conjectura, non certa ratione niterentur, appellavit. De quibus tamen Scaliger aliter cenſet, quem Poëtices 1, 1 licebit videre. ¶ 5 Ariſtophanis verſus eſt: ἔρροι τις ἡν ἄκοπος ἐσθὴν τέχνην. Quem Cicero Tuſc. 1, 18 proverbialem fuiſſe ſignificat ita interpretans: *Quam quisque novit artem, in hac ſe exerceat.* Cœſus apud Xenophontem: *Artes ſunt fontes bonorum, τέχνη πηγαὶ τῶν καλῶν.* Hinc ſunt: *Adipiſci aliquid ſtudio & artibus*, Cic. ad Q. fratr. 1, 1. *Artibus & virtutibus inſtructus & ornatus*, Id. de Fin. 2, 34. *Exercere artem*, Horat. 1 epiſt. 14 extr. *facilitare*, Cic. in Orat. c. 43, *proferre*, Plin. 2 ep. 11; *tradere*, id eſt docere, Id. de Orat. 2, 38. *Artes magicæ*, zauberey, Virg. Æn. 4, 493. *Artes ludicræ*, Colum. Præf. lib. 1. *Artes civiles*, Vellej. 2, 47, 2, quæ ibi opponuntur bellicis operibus, ſtaats-klugheit. Liv. 9, 17 *Diſciplina militaris in artis perpetuis præceptis ordinatæ modum venit*, man hat eine ordentliche kriegs-miſſenſchaft. ¶ 6. *Ars, artes*, de aſtu, conſilio, item dolis, fraudibus ſæpe dicuntur: tücke, liſt, ränke, behende griffe. Liv. 3, 53 *Ars hæc erat*, (i. e. ſapiens cogitatum decemvirorum) Appius *ne ſeipſum creare poſſet.* Ter. Heaut. 2, 3, 125 *Hac arte tractabunt virum*, id eſt aſtu, dolo, fictis blanditiis. Tac. Hiſt. 4, 86, 1 *Intelligebantur artes: ſed pars obſequii erat, ne deprehenderentur.* Id. Agric. c. 27, 3 *Britanni non virtutem, ſed occaſionem & artem ducis vitii, nihil ex arrogantia remittere.* Ita enim legendum eſt: quod & Freinshemius exiſtimavit. Senſus eſt: Britannos, quod victi hactenus eſſent, non ad virtutem ſeu fortitudinem Romanorum: ſed ad opportunitatem temporis & ducis aſtutiam referendum putaſſe. Veget. 3 Præf. *Xanthippus Attilium Regulum Romanumque exercitum ſæpe victorem, cum Carthaginenſibus non virtute, ſed arte ferret auxilium, proſtratis exercitibus cepit & domuit.* Et *Ars nova*, id eſt, conſilium novum, ſeu ſingulare quoddam ad rem gerendam εὕρημα, Nep. 1, 5, 3. ¶ 7. Caſus obliquos *artis & arcis* confundunt ſæpe librarii. v. Drakenb. ad Sil. 13, 770. item *artem & partem.* v. Walkerus ad Cic. L. 2 de Nat. Deor. c. 30 & Liv. Interp. ad L. 2 c. 47.

¶ Artĭcŭla, *æ*, f. parva ars. Cathol.

¶ Artitus, *a, um, bonis artibus inſtructus*, uti Feſtus explicat, künſte erfahren. Gloſſ. lat. gr. *Artitus*, πανέχνος, ἐμπαλος. Videtur eo uſus Plautus Aſin. 3, 2, 19 *ubi ſæpe cauſas dixeris, pendens adverſus octo artitos, audaces viros.* Sic quidem ibi Turneb. 24, 25. Sed vide Voſſii Etymol. p. 46, & aliam notionem in *Arceo.*

¶ Artiſta, *æ*, m. pro artifice ſive artium liberalium doctore, barbarum eſt. v. Voſſ. de Vit. L. L. 3, 1 p. 374 & Borrich. Cogit. p. 25.

¶ Artĭfex, *ĭcis*, m. τεχνίτης, qui artem aliquam exercet, qui arte quidpiam facit, ein meiſter, künſtler. Secundum Feſtum *Artifices* dicti, quod ſcientiam ſuam per artus exerceant, ſive quod apte opera inter ſe artent; qua ex cauſa etiam *artes* appellatas cenſet. Cic. 1 fam. 7 *Egregius artifex præclaris operibus ſuis latatur.* Id. in Orat. c. 48 *Conſuetudo artifex ſuavitatis*, gewohnheit macht, daß man etwas gerne thut. Plin. 1 epiſt. 10 *Vt de pictore, ſculptore, fictore niſi artifex judicare: ita niſi ſapiens non poteſt perſpicere ſapientem.* Sen. epiſt. 9 *Artifex faciendarum amicitiarum.* Ibidem *Artifex* pro pictore ponitur. *Morbi artificem* pro medico Propertius 2, 1, 58 dixit. Sic, *Artifex ſaltationis*, ein tanzmeiſter, Suet. Tit. c. 7; *voluptatis*, Cic. Fin. 2, 35: *negotii*, Salluſt. B. Jug. c. 35. ¶ 2. In illo Senecæ Agamem. v. 983 *ſceleris infandi artifex, Artifex*, Auctor eſt. Cicero ipſum Deum, *artificem mundi*, i. e. auctorem appellavit, de Univerſo c. 2. ¶ 3. Virgilius Æn. 2, 125 *Artificem* abſolute pro homine vafro, mendaciorum dolorumque architecto dixit: quemadmodum & nos ejusmodi homines, teufels-künſtler, appellare ſolemus. Et notabamus ſupra *Artem* pro dolo etiam

etiam atque fallacia poni n. 6. Cic. Verr. 5, 71 *Artifex ad judicium corrumpendum.* ¶ 4. Invenitur & παζητικὰς pro eo ponitum, quod arte elaboratum & factum eſt, geſchickt, artig. Quemadmodum: Perſius Sat. 5, 40 *Artificem vatum:* Macrob. 1 Sat. 13 *artificem nudum:* Quintil. 9, 4 *artifices motus* dixerunt. Plin. 10, 29 *Sed ea tanta tamque artifices argutiæ a 15 diebus paullatim deſinunt.* Cic. N. D. 2, 22 *Natura artifex.* Et de equo arte inſtituto Ovid Art. am. 3, 555 *Sed neque vector equum, qui nuper ſonſit habenas, Comantibus frenis, artificioſque regat,* ein ſchul-pferd. Sic Propert. 2, 8 *Quatuor artifices, vivida ſigna, boves.* Plin. H. N. 3, 41 *Artifex dimicatio*; 12, 25 *Artifex temperamentum.*

¶ Artificium, *i*, n. artis exercitium, vel opus arte perfectum, ein kunſtſtück, meiſterſtück. Cic. Verr. 4, 33 *Simulacrum ſingulari opere artificioque perfectum.* Ibid. c. 59 *Hæc opera, atque artificia, ſigna, tabulæ pleræque nimiopere delectant.* Cæſ. B. G. 7, 29 *Incredere artificio quodam & ſcientia oppugnationis.* ¶ 2. Calliditas, liſt, ſtreich. Cic. 9 fam. 16 *Non jam fatis eſt conſilio pugnare: artificium quoddam excogitandum eſt.* Id. pro Planco c. 9 *Artificio ſimulationis eruditus.* ¶ 3. Fraus, betrug. Cæſ. in Cic. ad Att. 9, 8 *Quorum artificiis effectum eſt, ut reſpublica in hunc ſtatum perveniret.*

¶ Artificina, *æ*, f. idem ac officina, die werckſtat. Gloſſ. Iſid. *Artificina, in qua artes exercentur.*

¶ Artificioſus, *a, um*, künſtlich; ut, *Artificioſum opus divinumque,* Cic. de Nat. D. 2, 55. Ibid. c. 22 *Ignis artificioſus,* ein kunſt-feuer. Aut. ad Herenn. 4, 4 *Si artificioſum eſt intelligere, quæ ſint ex arte ſcripta, multo eſt artificioſius,* &c. Cic. de Invent. 1, 35 *Rhetores, qui elegantiſſimi atque artificioſiſſimi putati ſunt.*

¶ Artificiole, adverb. idem; ut, *Artificioſe digeſta,* Cic. de Orat. 1, 41. conf. Id. Fin. 3, 9. *Artificioſius aliquid efficere,* Idem Nat. D. 2, 22. Et Aut. ad Herenn. l. c. *Artificioſiſſime te feciſſe putes.*

¶ Artificialis, *e*, arte factum, ſeu ad artem pertinens, ἔντεχνος, künſtlich; ut, *Probationes artificiales,* Quintil. 5, 1.

¶ Artificialiter, adv. nach der kunſt; ut, *Se artificialiter gerere,* Quintil. 2, 17.

¶ Inartificialis, *e*, ἄτεχνος, nicht nach kunſt; ut, *Probationes inartificiales,* Quintil. 5, 1. conf. c. 5 & 7 extr.

¶ Inartificialiter, adv. idem, ut, *Inartificialiter ſe gerere,* Quintil. 2, 17.

¶ Iners, *tis*, qui nullam artem aut novit, aut exercet: hoc eſt, indoctus & imperitus; vel ignavus & vacuus, ungeſchickt, ungelehrt. item träg, faul, müſſig. Cic. Fin. 2, 34 *Artes qui carerent, INERTES a majoribus appellabantur.* Feſtus INERS *ignavus, vel ſine arte.* Ita Horat. ad Piſones v. 445 *verſus inertes* rudes & inpoliti. Ter. Andr. 3, 5, 2 *Inertem & nullius conſilii* conjungit: *Inertem,* qui ſine arte, hoc eſt, prudentia ſive ſolertia eſt: nimirum vecordem & inconſultum voluit. Id. Heaut. 5, 4, 10 *Corro, iners, fraus, beluo:* Vbi INERS, vel improbum & frugis nullius (*iners* quippe qui arte ſeu virtute caret) vel ἀοχεῖν, id eſt, ignavum, ſocordem, ſegnem notat. A tali *nihil ſperes boni reip. quia non vult, nihil metuas mali, quia non audet,* uti de Piſone Cos. ſentit Cic. ad Att. 1, 13; de quo etiam epiſt. 14 *Vno vitio minus vitioſus, quod iners, quod ſomnolentus, quod impertus, quod ἀπρακτότατος.* Id. de Senect. c. 11 *Iners, ignava, ſommicoloſa ſenectus.* Virg. Æn. 9, 55 *Corda inertia.* ¶ 2. Quietus, ruhig, gemächlich. Tibullus 1, 1 pr. canit: *Me mea paupertas vitæ traducat inerti:* Vbi *iners* vita non ἀδρανὴς, hoc eſt, ignava ac deſes; ſed ἄπρακτος eſt, quæ caret negotiis hujusmodi, quibus occupari ſolent, qui ad divitias atque potentiam aſpirant: nihil contra animum & aliena ſponte agit aut facit. Qualis eorum eſt, qui in feceſſu aut privato Lare ſibi vivunt inſie munere & cura. Quod Plinius *nihil agere, nihil eſſe* alibi in epiſt. & vocat & operat. Nemo *vitam inertem* Poeta militiæ opponit. Sic *Somno inertes.* Claud. Hon. Com. 3, 41. ¶ 3. Inutilis, unnütz, unnütz; ut, *Glebæ inertes,* Virg. Ge. 1, 94. *Iners in Venerem,* Colum. 6, 27; *ad propagandum,* Plin. 9, 6. Comp. *Inertior* dixit Cic. 2 Verr. extr. Ovid. Triſt. 4, 8, 3: &, *Inertiſſimus* Cic. Fin. 1, 2; Hirt. B. Afr. c. 57.

¶ Inertia, *æ*, f. fegnities, trägheit, unfleiß, faulheit. Cic. Catil. 1, 2 *Meipſum inertiæ condemno.* Id. pro Roſc. Com. 8 *Inertia laboris.* Ovid. Pont. 3, 4, 57 *Nec fecit inertia ſervum.* ¶ 2. Imperitia, ruditas, ungeſchicklichkeit. Cic. Partit. c. 10 *Quemadmodum affecti ſunt, artibus, inertiis,* &c. Idem fam. 12, 20 *Ignavia etiam inertiam affert.*

¶ Inertĭculus, *a, um*, dimin. untauglich. Plin. 14, 2 illam vitem videtur *inerticulam* vocaſſe, cujus vino quis non inebriatur. conf. Colum. 3, 2.

¶ Quinquertium, *i*, n. quaſi quinque artium luſus ſive exercitium. Et Quinquertius, *i*, m. quem, ut Feſtus & Paullus teſtantur, *Græci πένταθλον vocabant, quo die quinque genera artium ludo exercebantur,* conf. *Pentathlum* in *Athlos.* Hinc

¶ Quinquertio, *ōnis*, m. πένταθλος, quinque certaminibus clarus victor, nimirum luctæ, pugilatu, curſu, ſaltu & diſco. Apud Feſtum Livius Andronicus athletas ſic nominat: *Quinquertiones præco in medium vocat.* v. Scalig. de Re Poët. 1, 22; & Voſſ. de 4 Art. popul. c. 3 § 36 & 78. Sic apud Voſſ. de Philol c. 1 § 3 ex Laërtio Democritus Abderita πένταθλος ſ. *quinquertio* eſt nuncupatus, quia quinque diſciplinas calluit, der 5 künſte gelernet.

¶ Sŏlers, *tis*, ingenioſus, ſagax, induſtrius, prudens, witzig, ſcharffſinnig, behend, thätig, voller künſte. Ter. Eun. 3, 2, 25 *Solertem dato:* Vbi Donatus: *Solers,* inquit, *quaſi totus ex arte conſiſtens:* ut ὅλος ἀρετή, *quod Latinis verbis, quaſi ſolus in arte ſit.* (Sed cum & *totus* vel *ſolus* Oſce in *ſolus,* alii *ſollers* ſcribunt). *Huic* INERS *contrarium.* Vet. Gloſſ. *Solers, συνετὸς πρόσοχος. Ingenium ſolers,* Ovid. Faſt. 3, 840 ein guter kopf. *Manus ſolers,* eine geſchickte hand Tibull. 1, 8, 29. Et, *Animo ſolerti rem novam excogitare,* Liv. 7, 14. *Provida ſolersque natura,* Cic. Nat. D. 1, 51. Sic, *Solertia ducum facta,* de ſtrategematis dixit Frontinus Præf. Nepos 18, 5, 4 vocat *Callida inventa.* Sil. 6, 126 *Cunctandi ſolers Fabius.* Comp. Cic. pro Q. Roſc. c. 11 *Quo quisque eſt ſolertior & ingenioſior, hoc docet iracundius & laboriosius.* Superl. *Sylla ſolertiſſimus omnium factus eſt,* Salluſt. Iug. c. 96. conf. Cat. R. R. c. 8. Et Lactant. 2, 8 ſub init. *Deus ad excogitandum prudentiſſimus, ad faciendum ſolertiſſimus.*

¶ Sŏlertia, *æ*, f. induſtria, ingenii celeritas, acumen, & dexteritas ad rem aliquam agendam, witz, behendigkeit, geſchicklichkeit. Quam Græci ἀγχίνοιαν dicunt, eam *Solertiam* Latinis dici Cafaub. putat ad Theophraſtum p. 266. Accipitur in bonam & malam partem: in bonam Cic. de Sen. c. 17 *Dixit mirari ſe non modo diligentiam, ſed etiam ſolertiam ejus.* Et Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 30 *Rerumque remotas Ingenioſa vias paullatim explorat egeſtas, Vtque artes pariat ſolertia, nutriat uſus.* In malam Cic. Off. 1, 10 *Decipere hoc quidem eſt, non judicare. Quocirca in omni re fugienda eſt talis ſolertia,* i. e. calliditas, aſtutia. Illa enim ingenii vis in utramque partem valet. Itaque & alibi cum calliditate conjunxit. v. Brouckh. ad Tibull. 1, 4, 3. Plur. Vitruv. præf. lib. 7 *Omnibus ſcriptoribus infinitas ago gratias, quod egregiis ingeniorum ſolertiis ex ævo collatis, abundantes aliis alio genere copias præparaverunt:* SOLERTIIS, i. e. inventis. Vet. Gloſſ. *Solertia,* Σπεῦδ. ἐντρέχεια.

¶ Solerter, adverb. künſtlich, flüglich. Cic. de Leg. 1, 9 *Ratio naturam imitata ves ad vitam neceſſarias ſolerter conſecuta eſt.* Curt. 8, 6, 9 *Solerter legerunt, quos in ſocietatem ſceleris adſciſcerent.* Rurſus Cic. Nat. D. 2, 35 *Cum multis partibus ſint illa perfecta, quam hæc ſimulata ſolertius.* Et Verr. 4, 44 *Solertiſſime perſpicere.* Tac. Ann. 5, 10, 5 *Solertius interrogatus.* Apul. Apol. pr. *Cum tu ſolertiſſime animadvertiſſes.*

ARSACES, *is*, m. qui primus Parthorum imperium condidit, & Perſis ſucceſſit, fuit incertæ originis, ſed virtutis expertæ; ſolitus primo ex latrociniis vivere. Memoriæ mortui hunc tribuerunt honorem Parthi, ut omnes exinde reges ſuos *Arſacis* nomine appellarent. v. Strabo lib. 15 itemque Iuſtinus 41, 5, quem & c. 4 vide. Add Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 8 p. 459. ¶ 2. Alius *Arſaces* Pharnacis Ponti & Armeniæ regis filius Straboni memoratur lib. 12.

¶ Arsăcĭdes, *æ*, m. plur. Arſacidæ, Arſacis, Parthorum regis, poſteri ſeu ſucceſſores: unde *Arſacidarum ſolium,* Tac. Hiſt. 1, 40, 3 pro regno Parthorum, Servius ad Æn. 6, 760 *Albani omnes reges dicti* SYLVII *ſunt ab hujus* (Sylvii nimirum, Æneæ filii) *nomine: ſicut hodieque Romani Imperatores* AVGVSTI *vocantur; Æ gypti* PTOLEMÆI: *Perſæ,* ARSACIDÆ: *Latini* MVRRANI, &c. Solet enim plerumque fieri, ut primi regis nomen, reliqui poſſideant, ut idem Grammaticus ad Æn. 12, 529 obſervat. Notandum autem hic *Perſas* Servium, pro *Parthis* dixiſſe, vel ſolenni quodam auctorum more, confundentium populorum nomina; vel quia retinuit imperii nomen, quod invaſerant Parthi, ante quos Perſæ regnaverant. Ita Horatius cum 3 od. 5 v. 4 Auguſtum *graves Perſas,* ut ipſe appellitat, adjeciſſe imperio ſcribit, de Parthis intelligendus eſt. Nec aliter *Perſarum* capiendum vocabulum in Aur. Victore eſt, cum de Auguſto prodit: *Huic Perſæ obſides obtulerunt, creandique regis arbitrium permiſerunt.* ¶ 2. Gloſſarum veterum auctor *Arſacidarum* vocabulum de univerſa Parthorum gente interpretatus in illo legitur: *Arſacidæ,* παρθοι. ¶ 3. *Arſacidæ* etiam a quibusdam appellati *Aſſiſſini,* de quibus infra.

¶ Arsĭcius, *a, um*, adject. Martialis 9 ep. 35 *Scis quid in Arſacia Pacorus deliberat aula.* Claud. Cons. Hon. 4, 215 *Barbaras Arſacio conjungeret ore tiaras.*

ARSAMES, *is*, m. ſub Dario ultimo Satrapa Ciliciæ, quem deinde ab Alexandro Ciliciæ præfectum co-lignt ex Curtii 3, 12 & 8, 19.

ARSANIA, *æ*, f. Armeniæ fluvius, cujus meminit Plin. 5, 24. Plut. in Lucullo, & Tac. Ann. 15, 15, 1. ¶ 2. *Arſaniæ,* oppidi meminit etiam Plin. 6, 27.

ARSELLA, *æ*, f. ἄρσελλα, herba Latinis *Argemonia,* Apul. de Herb. c. 31.

ARSĔNĭCUM, *i*, n. Ἀρσενικὸν idem quod auripigmentum, vulgo operment, eſtque duplex, *luteum* vel *citrinum,* gelb operment, & *rubrum,* roth operment, rother ſchwefel, Hadrian. vid. Vitruv. 7, 7. Celſ 5, 5. Plin. 30, 13 & 34, 18. ¶ 2. *Arſenicum* vulgo vocant, ratten-pulver, mäuſe-gifft. ¶ 3. *Arſenicum* ratione originis idem eſt ac *Arrhenicum,* de quo ſupra. Hinc

¶ Arsenĭgŏnon, *i*, n. ἀρσενογόνον, herba, *hujus potu mares generari perhibentur,* Plin. 26, 15.

ARSES, i. e. mandragora mas, alraun. Plin. 25, 13. ¶ 2. *Arſes,* Perſarum rex penultimus, Ochi filius, tertio anno a Bagoa eunucho oppreſſus. Diod. Sicul. 17, 5.

Arſeverſe, arſibilis, vide in *Ardeo.*

ARSINEVM, *i*, n. *ornamentum capitis muliebris,* Feſt

ARSĬNŏE, *es*, f. Ἀρσινόη, aliquot reginarum nomen, præſertim ex Ægyptia gente. Ex his famoſiſſima Ptolemæi Lagidæ filia, uxor Lyſimachi Thraciæ regis & Macedoniæ. v. Iuſtin. lib. 17 & 24. ¶ 2. Alia regina Cyrenarum, ap. eumdem 26, 3. ¶ 3. Alia etiam ſoror Cleopatræ, a Iul. Cæſare in triumpho ducta, de qua Dio Caſſius lib. 42 & 43, & Lucan. 10, 519 ſeqq. ¶ 4. *Arſinoe* etiam urbium nomen in Cyrenaica, Ægypto, Cilicia, Cypro, quæ in reginarum gratiam ita appellatæ fuerunt. Adi Geographos.

ARSIS, *is*, f. ἄρσις, grammaticis vocatur elevatio ſyllabæ, unde incipit carminis pes, ut *Theſis,* θέσις, *depoſitio,* f. *remiſſio,* qua finitur, ut, *Arma virumque cano.* Diomedes lib. 3. Mar. Victorin. 1 Artis Grammat. p. 2482, & Mart. Capella lib. 9 p. 328.

ART, ſyllaba ab initio nominum Perſicorum ſæpe obvia, quam Seldenus de DIs Syris 1, 6 p. 185 derivat ab ארתי *prævalidus.* Forte ex eadem origine eſt Græcum ἀρχή, & German. erſt.

ARTĀBA, *æ*, f. ἀρτάβη, *genus menſuræ capientis Atticum medimnum & chœnicas tres,* Fannius.

ARTĀBĀNUS, *i*, m. Ἀρταβανός, expræfectis Xerxis, de quo Diod. Siculus, Iuſtinus, alii. Ariſtoteli Polit. 5, 10 *Artapanes;* Cteſiæ in Perſicis *Artipanus* appellatus. ¶ 2. *Artabanus* etiam nomen eſt quatuor regum Parthicorum, quorum in Romana hiſtoria mentio eſt, & *primi* quidem ap. Iuſtin. 42, 2; *ſecundi* ap. Tacitum ſæpe, ut An. 1, 3: & 6, 31 & 36: *tertii* apud eumdem Hiſt. 1, 2; *quartus,* in quo deſiit Parthorum regnum, notabilior, a Perſa Artaxerxe vel Ardſchir interfectus. Vid. Herodian. 6, 2.

ARTABASDES, *æ*, m. qui & *Artavasdes*, *Artuasdes*, *Artabazes*, filius Tigranis, Armeniæ rex, stylo clarus & sceptro. Scripsit enim tragœdias & orationes, quas una cum cæde ejus vide ap. Appian. in Parth. : Strab. lib. 11 ; Plutarch. in Crasso & Ant. ; Val. Max. 9, 11 ext. 3, cui *Sariaspes* vocatur. Mithridatis filium facit Robertus Steph. in Elucid. Sed eum, credo, decepit locus Strabonis obiter inspectus, ubi paullo ante Tigranem, cujus filius Artabasdes, memoratur & Mithridates.

ARTABAZUS, *i*, m. unus ex ducibus Xerxis ap. Herod. lib. 9 ; Nep. 4, 2, 5. ¶ 2. Alius prætor Artaxerxis ap. Diodor. lib. 15. ¶ 3. Alius amicus Darii, qui post ejus interitum cum 9 filiis Alexandro se tradidit. v. Curt. 5, 9 & 6, 5 &c.

ARTACA, *æ*, seu Artace, *es*, f. mons insulæ Cyzicenorum, arboribus consitus. Strabo lib. 12 p. 396. ¶ 2. *Artace* Bithyniæ castellum apud Ptolem.

ARTACIA, *æ*, fons apud Læstrygonas, de quo Tibullus ad Messalam 4, 60

Nobilis Artaciæ gelidos quos irrigat unda.

Artatus, Artavasdes, vide *Arceo*, *Artabasdes*.

ARTAXATA, *orum*, n. pl. Urbs Armeniæ ad Araxem, & caput gentis. Condita a rege *Artaxa*, (unde & nomen accepit) auctore Hannibale Pœno, qui & operi præfuit. Strabo lib. 6, & Plutarch. in vita Luculli. Iuvenal. 2, 170 *Sic prætextatos referunt Artaxata mores.* Ab urbe ista Zenoni, Polemonis regis Pontici filio, cum sibi fecissent regem, Armenii imposuerunt nomen, *Artaxiam* consalutantes, ut Tacitus Auctor est Annal. 2, 57.

ARTAXERXES, *is*, m. Ἀρταξέρξης, quo nomine duo reges in primo Persarum imperio celebrantur. v. Nepos 21, 1. Prior *Longimani* cognomine, Xerxis fil. alter *Mnemon* appellatus, Darii filius. Hic cujusmodi fuerit ingenio, matris suæ, cui Parysatis fuit nomen, oratio indicat, quam Plutarchus scribit, adolescituros ipsius jussisse bybinis ac mollibus uti verbis, βυσσίνοις χρῆσθαι ῥήμασιν. Plutarch. in Apophthegm. Imperat. Qui & hoc de Artaxerxe recitat in lib. de valetudine tuenda, quod, cum in fuga, rebus omnibus sibi bello infelici ereptis, ficubus ficcis & pane hordeaceo vesci coactus fuisset, exclamarit, οὐκ ἤδεινὰς ἄπαντος ἥμην : *Qualis fui voluptatis inexpertus.* De aqua a pauperi illi oblata v. Plut. præf. Apophth. reg. ¶ 2. Tertius *Artaxerxes*, Persarum rex, Græcis Latinisque historicis est, quem *Ardschir* Arabes in Tarich vocant, qui Parthos imperio dejecit, de quo paullo ante in *Artabanus*.

ARTEMEDON, *i*, n. dictamnus, ῥόλεη, Apul. de Herb. c. 62.

ARTEMIDORUS, *i*, m. Ἀρτεμίδωρος, Ovidius, Romæ vero linguæ Græcæ professor, & Bruto familiaris. Libellum de conjuratione obtulit Cæsari extremo die in senatum ingredienti, monens, ut, quantum posset, statim legeret, quod ille vero minime fecit. ¶ 2. Alius *Artemidorus* Hadriani & Antonini Pii temporibus fuit, cujus *Oneirocritica* hodieque habemus, a Nic. Rigaltio edita & notis illustrata, de ejus laude v. Plin. 3 epist. 11 ; & Fabric. Bibl. Gr. 4, 13, 6 ; & de pluribus ibid. § 9. ¶ 3. *Artemidorus* pugil apud Pausan. Eliac. 2. de quo Iac. Nic. Loemis 5 Epiphyll. 10 interpretatur illud Martialis 6 epigr 7

Cum sis tam pauper, quam nec misericordia Irus ;
Tam juvenis, quam nec cum vinceret Artemidorus :
Quid te Cappadocum fecit unus esse potest ?

ARTEMIS, *idis*, f. Ἄρτεμις, Græcis eadem, quæ Luna, Lucina, Diana, Illithyia, Strabo lib. 14 etymon facit, quia ἀρτεμεῖς reddat, i. e. *sanos* & *integros partus*. Macrobius vero vult, lunam sic nuncupari, quasi ἀεροτόμον, *quod aerem secet*. v. Saturn. 1, 15 & 7, 16. Macer de Herb. 2, 1 eamdem invenisse ait opem herbæ artemisiæ.

¶ Artemisia, *æ*, f. ἀρτεμισία, Beyfuß, St. Johannisgürtel. Herbarum matrem vocat Macer l. c. vel quia fœminarum ac matrum malis medetur, vel quia ipsa *Artemis* Dea iisdem auxiliari creditur. Hæc etiam herba dæmonia fugat, & incantationibus medetur. v. Apul. de Herb. c. 10 ; Dioscor. 3, 118 & 119 ; Plin. 25, 9 ; Barth. ad Script. Venat. p. 138. ¶ 2. *Artemisia* est maximum apud Cyrenæos festum Dianæ sacrum v. Athen. lib. 12 & Pollux 1, 32. ¶ 3. *Artemisia* regina Halicarnassi, audacia & fortitudine ex bello Xerxis contra Græcos celebris. ¶ 4. Alia est Mausoli uxor, cui sepulcrum illud, inter miracula mundi connumeratum, constituit, de quo Gellius 10, 18 & Plinius. Vide *Mausoleum*. Aliam esse, quæ Xerxem adjuvit, Mausoli uxorem aliam, docet Baelius Dictium. h. v.

¶ Artemisium, *i*, n. promontorium Eubœæ, C. Nep. 2, 3, 2.

ARTEMON, *onis*, m. ἀρτέμων, *onos*, velum addititium, navis dirigendæ causa, ein beysegel ; *velum majus* aliis, das große segel im schiffe, *Acetium*, Luth. vertit den segelbaum. Act. 27, 40 ab ἀρτάω *suspendo*. Lege 242 Dig de Verb. Signif. *Malum navis esse partem : Artemonem autem non esse, Labeo ait.* conf. Isidor. 19, 3. ¶ 2. *Artemon* apud Vitruv. 10, 5 trochleæ genus tractorium est, quo funes ductorio per orbiculos trajecto, & acto in gyrum, facili ductu importantur onera vel exportantur, ter globen am aufzug, die winde. v. Alex. ab Alex. 1, 25. Sed

¶ Artemon, *onis*, Ἀρτέμων, *ωνος*, nomen mechanici cujusdam, qui, quod claudus esset, lectica uteretur, inde dictus *Periphoretus*, Περιφόρητος : Plut. in Pericl. f. 167 ; Plin. 34, 8. ¶ 2. *Artemon* alius, qui Aristotelis epistolas collegit : Demetr. Phaler. περὶ ἑρμ. ¶ 3. *Artemion* quidam e plebe Antiocho regi Syriæ in tantum similis, ut Laodice conjux regia necato jam Antiocho mimum per eum commendationis, regnique successionis peregerit. Plin. 7, 12.

ARTENA, *æ*, f. urbs una Volscorum, altera Vejentium ; hæc a regibus Romanis, a tribunis illa deleta. v. Liv. 4, 61.

ARTEPHIUS, *i*, m. scriptor Arabs, quem suis annumerant Chymici, vivacissimus omnium, si ipsi credimus, asserenti se mille & viginti quinque annis vixisse. Adi Ioh. Franc. Pic. 2 de rer. præn. 5, & 3, 4. Kircher. Oedip. Tom. 2 part. att. class. 10 c. 6 f. 417.

ARTERIA, *æ*, f. ἀρτηρία, subst. spiritus semita, vel conceptaculum, die luft-röhre quo sensu dictam putant ἀπὸ τοῦ ἀέρα τηρεῖν, a servando aere. *Semita spiritus* Plinii est 11, 37 extr. Hac significatione fere adjicitur τραχεῖα, sive *aspera* : unde recentioribus nonnunquam absolute *Trachea* vocatur. Cic. de Nat. 2, 54 ; & Plin. l. c. Gell. 17, 11. Lactantius de opificio Dei c. 11 satis eleganter arteriam asperam *fistulam spiritalem* appellat, itemque *gurgulionem*, de quo suo loco. Plurali numero *arteriæ* & ipsam arteriam asperam, & sparsos illius per pulmones ramos, significant. Sæpe illarum mentio fit, ubi de voce sermo est. v. g. Auct. ad Herenn. 3, 12 *Læduntur arteriæ, si ante, quam leni voce permulsæ sunt, acri clamore compleantur* &c. Suet. Ner. c. 25 *Neque quidquam serio jocove egit, nisi adstante Phonasco, qui moneret, parceret arteriis.* Eadem fere ratione *latus* & *latera* nominant. ¶ 2. *Arteriæ* etiam sunt vasa illa sanguifera, & canales in corpore animalium, qui sanguinem a corde expulsum ad corporis partes omnes micante quodam motu deferunt, & minimis venarum orificiis, ἀναστομώσεις vocant anatomici, infundunt, die pulsader. Veteres, nondum cognito scilicet sanguinis perpetuo in orbem fluxu, quem *circulationem* dicimus, varie hic errarunt. Quod facile apparebit illi, qui, ut nihil de Lactantio dicam, rudi in physicis viro, Senecam legerit nat. quæst. 3, 15 : Plin. 11, 36 ; it. Gell. 18, 10. Cujus verba in *vena* producemus. Vbi etiam illud observabimus, promiscue hæc vocabula sæpe adhiberi. v. Marsil. Cognatus observ. 1, 16. Sed ipse quoque Cicero de N. D. 2, 55 parum vidit hac in re, ubi *pars animæ*, ait, *conspicitur cordis parte quadam, quam ventriculum cordis appellant : cui similis alter adjunctus est, in quam sanguis a jecore per venam cavam influit. Eoque modo ex his partibus & sanguis per venas in omne corpus diffunditur, & spiritus per arterias* &c. vid. Gesn. Chrestom. Cic. p. 464. ¶ 3. Lucretius 4, 530 neutro plur. usus *asperiora arteria* vocavit : Quemadmodum Latini *aulæum* etiam dixerunt, quod Græci αὐλαῖαν vocant. citat Gell. 10, 25.

¶ Arteriace, *es*, f. ἀρτηριακή, remedium arteriæ, arzney zur lufft-röhre. Celsus 5, 25, 17 ; Plin. 20, 19 & 23, 7.

¶ Arteriacus, *i*, m. ἀρτηριακός, cui fauces rheumatizant, der einen fluß im halse hat. Cathol. Sed adjective *arteriaca medicamina* dixit Cæl. Aurel. Tard. 2, 6.

¶ Arteriotomia, *æ*, f. ἀρτηριστομία, i. e. *arteriæ sectio*, die schlagung der pulsader. Cæl. Aurel. Tard. 1, 1.

ARTHRITIS, *idis*, f. ἀρθρῖτις, morbus articularis, tumor scilicet articuli cum dolore, die gicht, das zipperle. *Dolor articulorum* Ciceroni 1 Att. 5. *Morbus nervis cessans*, Horatio 1 epist. 15, 6. Vitruvio 1, 6 *Arthritis* inter *vitia, quæ difficulter curantur.* conf. Scrib. Larg. 101.

¶ Arthriticus, *i*, m. ἀρθριτικός, qui ejusmodi malo laborat, ein gichtbrüchiger. Cic. fam. 9, 23 *Non arbitror, coquum etiam te arthriticum habere.* Plin. 8 ep. 18 *Extortum membris fractumque* videtur vocare, der contract ist.

¶ Arthrisis, *is*, f. idem quod *Arthritis*. Prudentius Romani passione v. 495

Nodosa torquet quos podagra & arthrisis.

Articulus, cum derivatis, Artifex, artificium &c. Artio, artitus, vide *Artus*, *Ars*, *Arceo*.

ARTOCOPUS, *i*, m. ἀρτοκόπος, ex ἄρτος, *panis* & κόπτω, *scindo*, portschneider des brots. Nimirum apud Iuvenal. 5, 72 veteres quædam editiones habent : *Salva sit artocopi reverentia* &c. Per illum ex familia interpretes intelligunt, qui speciatim panario præfectus est, ut erant, qui carnarium, qui apothecam &c. curarent. Sed alii hac lectione rejecta *Artopta* legant. Vide mox *Artopta*.

ARTOLĒRAS, *ātis*, n. ἀρτόληρας ab ἄρτος & κέας, cibus est pane & caseo confecto, eine speise daraus. Peri. Satyr. 6, 50

Ne nisi cenatis, dicam artocreasque papillo Largior.

Veteres Glossæ Stephani *Viscerationem* interpretantur, de qua suo loco.

ARTOLAGANUS, *i*. m. ἀρτολάγανος, ex ἄρτος & λάγανον, *placenta* ; plur. *Artolagani*, arme ritter, bettrucken. Athenæus 3, 29 scribit in artolagano poni parum vini cum pipere, lacte & oleo feu adipe modico. Cic. fam. 9, 20 *Dedisce ndæ sunt tibi sportellæ & artolagani tui.* conf. Plin 18, 11.

ARTOPTA, *æ*, f. ἀρτόπτη, ex ἄρτος & ὀπτάω *coquo* : quid proprie sit, a multis dubitatur. Iuvenal. 5, 72 *Salva sit artoptæ reverentia.* Collectis omnibus sententiis Hennimio ibi *artopta panis* est *nonnihil assatus* ; quæ & opinio fuit Octav. Ferrarii Elect. 2, 10. Sed ex Plaut. Aul. 2, 9, 4 conflat, non panem ipsum, sed utensile seu vas esse assandis torrendisve panibus, aut placentis accommodum, ein kuchen-eisen : *Ego hinc artoptam ex proximo utendam peto.* v. Plin. 18, 11, ubi versus hujus Plautini meminit, & Turneb. Adversi. 14, 5. Ἀρτόπτη, inquit Pollux 10, 25 τὸ σκεῦος, ἐν ᾧ τὰς ἄρτας ἐνεπτῶσι, *vas in quo panes coquunt.* Hinc Facciolatus epist. 2 annexa Orat. p. 272 refellit Lubinum, qui *Artoptam* panis dispensatorem & custodem esse putat, nec non eos, qui pistorem aut mulierem panificam dixerunt. Idem p. 273 rejicit, ubi pro *artopta* invenitur *Artocopus*.

¶ Artoptitius, *a, um*, adj. ut, *Artoptitius panis*, tostus in artopta vase, apud eundem Plinium 18, 9 & 11, ein pfannkuchen.

ARTORIUS, *i*, m. Augusti imp. celebris medicus, naufragio periit, de quo lege Valer. Max. 1, 7, 1 ; Lactant. 2, 8 ; & Euseb. in Chron.

ARTOTROGUS, *i*, m. gr. ἀρτοτρώξ vel Ἀρτοτρώκτης, ein brotfresser, brotwurm ; qua voce Plautus Mil. 1, 1, 9 parasitum cum muribus, quorum est rodere, comparare videtur. Nam τρώγειν est *rodere*, *edere*.

ARTOTYRA, *æ*, f. ex ἄρτος *panis* & τυρὸς *caseus*, ein käse-kuchen.

¶ Artotyritæ, *arum*, m. hæretici in cœna dominica caseum & panem offerentes apud Epiphan. & Augustin.

Artro, artuatus, artuo, quære in *Aro*, *Artus*.

ARTURIUS, *i*, m. nomen divitis & nequissimi publicani, Iuvenal. Sat. 3, 29 (conf. v. 212) *Cedamus patria : Vivant Arturius istic, &c.*

ARTUS, *uum*, *ubus*, m. pl. die glieder, gliedmassen, gelencke. Singularis numerus an reperiatur, incertum est. Festus : *Artus ex Græco appellantur, quos illi ἄρθρα dicunt ; sive Artus dicti, quod membra membris artentur.* Significant autem tam membra, quam membrorum junctura. Cic. Tusc. 2, 25 *Cum audivisset, eum graviter esse ægrum, quod vehementer ejus artus laborarent.* Id. de Clar. Or. c. 60 *Multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus.* Id. de Orat. 1, 26 *Tota mente atque omnibus artubus contremiscere.* Tac. Hist. 4, 81, 5 *Elapsos in prærum artus integrare*, i. e. luxatos restituere. Virg. Æn. 2, 254 *Sopor fessos complectitur artus.* Apul. Met. 2 p. 122 *Marcidis artubus defatigati.* ¶ 2. Metaphorice robur, stärcke.

Cic.

Cic. Pet. Conf. c. 10 Ἐπιχάρμειον *illud teneto; nervos atque artus esse sapientiæ, non temere credere*

¶ Artu, n pro Artus, plur. *Artua*. Plaut. Men. 5, 2, 102 *Hujus membra atque ossa atque artua comminuam hoc scipione.* conf. Nonius 3, 8.

¶ Articulus, *i*, m. ἄρθρον. *Articuli* partes minores sunt corporum, quibus connectuntur moventurque membra, gelenck, knechel. *Nodos* appellat Plinius 11, 37 sub f. Cic. Nat. D. 1, 28 *Nævus in articulo pueri delectat Alcmon.* Id. 1 ad Att. 1, 5 extr. *Torentia magnos articulorum dolores habet*, sie liegt an der gicht. conf. Liv. 27, 49; & Sen. de Provid. c. 6. Quintil. 11, 3 p. 1034 inter gestus oratorem decentes refert *infringere articulos*, mit den fingern knacken. Hinc ad plura alia transfertur vox. ¶ 2. In segete die knorgen, genicula. Colum. 2, 12 *Antequam seges in articulum eat*, id est, nodum mittat, atque ex herba assurgat in culmum. Ita *Sarmentorum articuli*, Cic. de Senect. c. 15. ¶ 3. Plinius 37, 13 *montium articulos*, colles dixit, ex quibus levantur elementer & distinguuntur montium edita, quo ascensus facilior sit, absätze am bergen. Add. Is. Voss. ad Mel. 2, 4. ¶ 4. Eil & *articulus temporis & rerum*, momentum illud scilicet rei conficiendæ opportunum inprimis. Cic. pro Quint. c. 5 *Ut eum suis conditionibus in ipso articulo temporis adstringere erect*, eben zu rechter zeit. Ter. Adelph. 2, 2, 21 *Illud vide, ut in ipso articulo oppressit.* Plaut. Men. 1, 2, 31 *Commoditatis omnes articulos scio*, ich weiß die gelegene zeit zu treffen, abzupassen. Curt. 3, 5, 11 *In quo me articulo rerum mearum fortuna deprehenderit, cernitis*, in was vor bedencklichen umständen, conjuncturen. Arnob. 7 p. 243 *Veritas est ad ipsum articulum causæ, ventum rei ad cardinem*, zum hauptwerck, worauf alles ankommt. ¶ 5. Grammaticis *articuli* dicuntur pronomina, *hic, hæc, hoc.* v. Varr. L. L. 7, 23. Sed *orationis* sunt *articuli*, sine quibus illa arida est & exsanguis, & dissoluta, *eo quod sine nervis & articulis fluctuat hac & illuc*, uti ait Autor ad Her. 4, 11. Ibidem etiam c. 19 *Articulus dicitur, cum singula verba intervallis distinguuntur*, &c. ¶ 6. In rationibus *articulos* appellari, quos Græci ἐλλόγια, hoc est, titulos vocant, quibus causa expensæ pecuniæ breviter perscribebatur, Casaubonus ad Suet. Cæs. c. 47 observat. Sed de auctoritate Ciceronis frustra est. Videtur enim versiculos potius ita appellasse. Designat enim locum ad Fam. 9, 10, ut ex Comment. ad Theophrastum περὶ ἀλαζονείας constare potest. Vulgo tamen *articulos* dici, ibidem notat. Illud Ovid. Pont. 2, 3, 13 *Solicitis supputare articulis*, an den fingern nachrechnen, recte Heinsius exponit de digitis, quibus computatio & *micatio* fieri solet. ¶ 7. *Articulum fidei* pro *capite fidei* male dici, Vossius de vitiis L. L. 1, 32 ostendit. Sed & *articuli* particulas & certas positiones notant in l. 142 ff. de Verb. Sign. *Non possunt omnes articuli sigillatim legibus comprehendi*, man kan nicht alle stücke und theile berühren. Et Gajus l. 1 ff. de divis. rer. *Summa rerum divisio in duos articulos deducitur*, i. e. partes, species. Vide Borrich. Cogit. p. 49.

¶ Articulāris, *e*, das die glieder angehet. Plin. 20, 17 *Lenit anisum articulares morbos.* Et Suet. Galba c. 21 *Manibus pedibusque articulari morbo distortissimis*, am zipperle. Conf. Apul. Met. 5 p. 163.

¶ Articulārius, *a, um*, idem; ut *Morbus articularius* apud Plinium 23 procem. & 28, 5; & 32, 4.

¶ Articularius, *i*, m. substantive qui ex arthritide laborat, in Plauti suppositis ad Mercat. v. 17.

¶ Articulo, *are*, probe distinguere, theilen, unterscheiden. Apul. Florid. 2 p. 348 *Eo facilius verba hominis articulantur potentiore plectro & palato.* Arnob. lib. 3 p. 111 *Labia habere cum dentibus, quorum inflicta & mobilitate lingua sonus articulet.* conf. Lucret. 4, 550.

¶ Articulatus, *a, um*, explanatus, distinctus, deutlich, vernehmlich; ut, *Articulata vox*, differt a sono, Prisc. 1 p. 537 & Isid. 1, 14. *Articulatas exprimere voces*, Arnob. 7 p. 217. *Articulata verba*, Solin. c. 65.

¶ Articulātim, adverb. per articulos, gliedweise. Cic. de Nat. D. 3, 26 *Puerum obtruncat, membraque articulatim dividit.* Plaut. Epid. 3, 4, 50 *Istic homo articulatim se concidit.* ¶ 2. Cic. de Leg. 1, 13 *Articulatim & distincte dicere*, vernehmlich, unterschiedlich. conf. Lucret. 4, 557. Idem quod

¶ Articulate, adverb. clare, aperte, distincte, deutlich; ut, *Articulate loqui*, Gell. 5, 9. *Articulate dices*, Cic. Att. 6, 5 f. Sed lectio ea dubia.

¶ Articulatio, ōnis, f. in arboribus est, cum veluti per nodos excrescunt, wenn sie treiben und ansetzen. Plin. 16, 25 *Tunc cernitur excrescentium cacuminum articulatio.* Et 17, 21 *Nasci furculos, quibus non sit articulatio arboris.* ¶ 2. Morbus etiam arborum ita dicitur; de quo Plinius 17, 24.

¶ Articulātor, *oris*, m. der da zergliedert. Gloss. lat. gr. *Articulator*, μελοκόπος.

¶ Articulamentum, *i*, n. das gelenck an gliedern. Scrib. Larg. Comp. 206 *Articulamentum luxatum, repositum.* conf. 214; 263; & Plin. Val. 2, 14.

¶ Articulōsus, *a, um*, voll glieder; ut, *Partitio articulosa*, Quintil. 4, 5, quæ orationem nimium multis distinctionibus afficit. Sic & *Radix articulosa*, Plin. 24, 16.

¶ Artītus, *a, um*, starck von gliedern. Nam ab *artus* censet esse Vossius Etym. p. 46 & huc refert Plaut. Asin. 3, 2, 19 *Adversus octo artitos viros.* conf. *Artitus* in *Ars & Arceo.*

¶ Artuo, *are*, ab *artus* verbum, id est, membratim dividere seu concidere, zergliedern. Unde

¶ Artuatus, *a, um*, in articulos resolutus, laniatus, zertheilt, zerstückt, Jul. Firmic. 6, 30 *Artuatis visceris partibus.*

¶ Artuatim, adverb stückweise. Firmicus 7, 1 *Artuatim concisus*, zergliedert.

¶ Artuōsus, *a, um*, robustus, nervosus, stammhafft, untersetzt; apud Apulejum, si Ridero fides.

Compositæ:

¶ Abarticulamentum, *i*, n. & Abarticulatio, *onis*, f. die verrenckung, apud Medicos.

¶ Coarticulo, *are*, einrichten. Arnob. lib. 1 p. 31 *Ora coarticulare mutorum ad officium sermonis*, die stummen redend machen.

Deartuo, *avi, atum, are*, zerstümmeln, verrencken. Plaut. Capt. 3, 4, 109 *Deartuatus sum miser hujus scelesti technis*, id est, perditus plane. Et rursus sc. 5 v. 14 *Dilaceravisti deartuatisque opes.*

¶ Deartuatus, *a, um*, zergliedert. Sic Nonius 1, 314 *Deartuatum* exponit *per artus dissipatum.*

¶ Exartuo, *are*, dilacerare, zerlegen, zergliedern, apud Ciceronem observavit Bosius Notis in ejus ad 7 Att. epist. 2.

¶ Exarticulo, *are*, luxare, auskencken, verrencken. Cels.

¶ Inarticulatio, *onis*, f. die verrenckung. Gloss. lat. gr. ἐξάρθρημα.

¶ Inarticulatus, *a, um*, non articulatus, undeutlich; ut, *Vox inarticulata*, l. 7 extr. Dig. de supellect. legata. Sic Arnob. lib. 2 p. 59 *Inarticulatum nescio quid ore hiante clamabit.*

Arvectus, arveho, vide in *Vebo* post *Advecto.*

ARVERNI, *orum*, m. pl. Plinio 4, 19 Ἄρουερνοι Straboni & Ptolemæo, populi Galliæ Celticæ. Eorum nomen valde celebre apud Cæsarem cumprimis in de bello Gall. e. g. 1, 31. Hi a Trojanis oriundi fraternitatis nomen cum populo Romano usurpare voluerunt. Lucan. 1, 427

Arvernique quasi Latio se fingere fratres
Sanguine ab Iliaco populi. - -

¶ Arvernia, *æ*, f. regio Arvernorum, *Auvergne.* v. Geogr.

ARVIGA, *æ*, f. hostiæ genus, extorum inspiciendorum causa oblatum. v. Rutgerf. Var. Lect. 3, 9 & Vossii Etym. p. 43. Ap. Varronem L. L. 4, 19 *Arviga* & *Arviges* idem est ac *Aries*, ubi Accius: *Videmus in hostiis eam arvigem, quæ cornua habet. Harviga* dicitur ap. Festum, & *Arigua* ap. Velium. Vid. Donatus ad Ter. Phorm. 4, 4 & conf. arrugia, infra *Haruga.*

¶ Arvignus, *a, um*, ab *arviga* adject. arietinus, ap. Varr. l. c.

ARVĪNA, *æ*, f. λίπος, schmeer, fett, speck. Suetonio libro de vitiis corporalibus: ARVINA est *pingue durum inter cutem & viscus*, ut Servius ad illud Virgil. Æn. 7, 627 *& spicula lucida tergunt Arvina pingui*: annotat. Alii *laridum* exposuerunt, ut idem ibidem observat. Veteri Glossatori λίπος ἄνευ σαρκὸς *arvina est*: quod *Scevam* scilicet est. ¶ 2. Initio autem videtur *arietinum sevum*, notasse, ab hac specie postea usu vocabuli ad genus ipsum migrante per synecdochen. Aries enim olim dictus *arvis*, unde *arvinus, a, um*, quemadmodum ab *ovis, ovinus, a, um.* Pro *arvina* etiam *arbina* dictum, argumento est diminutivum *arbilla*, quod agnoscit Festus: *Arbilla, arvina, i. e. pinguedo corporis.* Quo facit & illud Hesychii: ἄρβινη, κρέας σικελοί. Nempe vult esse Siculum verbum. Sed pro κρέας Scaliger ad Festum, & Meursius Glossar. p. 59 recte jubent scribi τόας, quod & Vossius probat f. 43 Etymol. voce *Aries*, e quo hæc hausimus. ¶ 3. Eleganter Prudent. Hymno 7 Καθημερ. laudes jejuniorum perstringens

Arvina putrem ne resudans crapulam
Obstrangulatæ mentis ingenium premat,

ein schmeerbauch, fetter wanst. Nimirum hoc nobis præstare jejunia significat, ne in inutilem molem glisca corpus, & distendatur arvina, quæ mentis vigorem deinceps opprimat, ut fieri in iis solet, qui sequuntur crapulam. Vere enim Heraclitus dicebat, animam siccam sapientissimam esse. Ambrosius de Noa & arca c. 25 *Utantur igitur, qui utuntur carne, tanquam oleribus: non ad dissentionem, nec ad* ARVINAM CORPORIS, *quam epula carnis consueverunt facere.*

¶ Arvinula, *æ*, f. parva arvina, ein speckstettlein. Cathol.

Arvipendium, vide *Arvum.*

ARVĪSIVM, *i*, n. promontorium in Chio insula generosissimo vino clarum, per Metathesin pro *Arivisum.* Hinc

¶ Arvisius, *a, um*, adject. ut, *Arvisia pocula*, Sil. 7, 210. *Vina Arvisia*, Virg. ecl. 5, 30, ubi Victorius 13, 23 mavult *Ariusia*, ab *Ariusio* agro Chii insulæ, ubi id vinum proveniebat, omnium Græcanicorum optimum, ut Strabo lib. 13 observat. Athenæus quoque 1 Deipnos. Χράσιον vocat: & cum præcipuam gratiam in Græcis Chio vino tribuat, eam gloriam tamen tueri maxime, *Ari fiam* quod appellatur, diserte scribit. Et ideo Virgilius l. c. *novum nectar* appellat.

Arula, Arulator, Arum, vide *Ara, Arrilator* in *Arrha, Aron.*

ĀRVNCVS, *i*, m. ein ziegenbart, τράγος Aristoteli. Plin. 8, 50 de capris: *Dependet omnium mento villus, quem aruncum vocant.* ¶ 2. *Arunci* etiam populi Latii veteris, Rutulis vicini: meminit Virg. Æn. 7, 206 & alibi, & Plin. 3, 1 & 5, quos autem rectius *Aurunceos* scribunt, ut suo loco dicemus.

ĀRVNDO, *inis*, f. δόναξ, frutex aquaticus, canna, calamus, rohr, schilff. v. Plin. 16, 36 & ibi Dalech. Ab ariditate sic dicitur, Isid. 17, 5. *Arundo fluvialis*, Virg. Georg. 2, 414; *procera*, Ovid. Met. 13, 891. Horat. 2 Sat. 3, 248 *Ludere par impar, equitare in arundine longa.* Liv. 27, 3 *Tecta arundine texta.* ¶ 2. *Arundo*, virga oblonga, unde hamus nexus pendet, quo pisces capiuntur, eine angelstange, angelruthe. Tibull. 2, 7, 23 *Hæc captat arundine pisces.* ¶ 3. Calamus aucupatorius visco oblitus, eine leimruthe. Propert. 4, 2, 33 *Arundine sumpta Tityrus plumoso sum Deus auctor opi.* Hinc proverb. querentis, ut avem prope se captum, ap. Plaut. Bacch. 1, 1, 7 *Arundo alas verberat.* conf. Martial. 14 ep. 218; Apul. Met. 11 p. 260. ¶ 4. Fistula ex arundine, eine pfeiffe. Virg. ecl. 6, 8 *Agrestem tenui meditabor arundine Musam.* Sil. 14, 472 *Ille ubi septena modulatus arundine carmen*, &c. ¶ 5. Calamus scriptorius ex arundine, die schreibfeder. Pers. Sat. 3, 10 *Inque meum chartæ nodosaque venit arundo.* conf. Auson. ep. 7, 50. ¶ 6. Virga, qua ferimus, baculus, sustentaculum vitis, ein stecken, prügel, weinstabl. Petron. c. 134 *Arundinem ab ostio rapuit*, &c. conf. Propert. 4, 7, 25, & de arundinum subsidio in vineis Varr. R. R. 1, 8. ¶ 7. Aliquando pertica mensuræ, ein meßstab; qualis ap. Vulg. Ezech. 40, 3 & Apoc. 21, 15. ¶ 8. Telum, ein pfeil. Virg. Æn. 7, 499 *Perque ilia venit arundo.* Sil. 5, 448 *Gortynia arundo*; & 10, 261 *Cydonia arundo*: Utrobique Cretensis sagitta intelligitur, quæ ibi præstantissime ex arundine. In quibusdam libris vel semper vel interdum scribitur *Harundo.* ¶ 9.

Cymba ex arundine seu canna facta. Prop. 2, 20, 71 *Iam licet & stygia fedeas fub arundine remex.* Conf. tamen Miſc. Obſerv. Vol. 5 T. 3 p. 4.

¶ Arundíneus, *a, um*, quod ex arundine eſt, von ſchilf, von rohr; ut, *Arundinea frons*, Plin. 10, 29. *Arundinei canales*, Virg. 4 Georg. 265. *Silva arundinea*, Id. Æn. 10, 709.

¶ Arundinãceus, *a, um*, idem. Plin. 18, 7 *Frumenti folium arundinaceum* &c. arundinis foliis ſimile, καλαμοειδές, dem rohr gleichend.

¶ Arundinẽtum, *i*, n. locus arundinibus conſitus, καλαμών, ein rohrbuſch, rohrwachs. Cato R. R. c. 6 *Siculi locus humectus erit, ibi cacumina populorum ſerito, & arundinetum.* Suet. Ner. c. 48 *Inter fruticeta ac vepres per arundineti ſemitam agre ad adverſum villæ parietem evaſit.* Adde Varr. R. R 1, 8; Colum. 11, 2.

¶ Arundinõſus, *a, um*, arundinibus abundans, ſchilfreich. Ita *Cnidum arundinoſam* Catullus dixit epigr. 7 v. 13.

¶ Arundulatio, *onis*, f. arundinis uſus ad jugandas vineas vel ſuppoſitio arundinum ad fulciendos ramos, apud Varr. R. R. 1, 8, die anbindung mit rohr. Forte poſſis etiam transferre ad illum uſum, ubi tectorio gypſato inducendo arundo ſubjicitur, die berohrung.

¶ Arundinarius, *ii*, m. qui ſagittas vel ſiſtulas ex arundine conficit. Reineſ. 11, 27 *A. Æmilius arundinarius.*

¶ Arundifer, *a, um*, das viel rohr trägt. Ovid. Faſt. 5, 637
Tibris arundiferum medio caput extulit alvo.

¶ Arundino, *are*, verbum, unde eſt.

¶ Subarundino, *are*, unterſtützen. Dracontius Hexaemero v. 56
Vinea pampineos ſubarundinat obvia campos.

ARVNGVS, *i*, m. Deus, in Gell. 5, 12. Rectius *Averruncus* in *Runco.*

ĂRVNS, *untis*, m. unus Latinorum, qui Camillam occidit, apud Virgil. Æn. 11, 759 ſqq. ¶ 2. Vates Tuſcus apud Lucanum 1, 585. ¶ 3. Filius Tarquinii Superbi, ultimi regis Romanorum, apud Livium lib. 1 & 2.

ARVNTIVS, *i*, m. Auguſti Cæſaris temporibus ſcripſit de bello Punico itylo Salluſtiano, qua de re Seneca ep. 114; & præf. in lib. 7 Controv. Crebra ejus mentio apud Tac. An. 1, 8 &c. & 6, 7 &c. ¶ 2. *T. Aruntius* diverſus ab illo, cujus itidem meminit Tac. An. 3, 11, 2. ¶ 3. *Aruntius Stella*, poëta celebris, inter alia Domitiani Imp. victoriam de Sarmatis carmine celebravit. In ejus & Violantillæ nuptias extat Epithalamion Statii 1 Sylv. 2.

ĂRVPĪNVM, *i*, n. oppidum lapidarum, unde

¶ Arupīnas, *ātis*, gentile, ejus oppidi civis pauper, apud Tibull. 4, 1, 110 Ex ſententia Scaligeri in not. p. 170.

ĂRVRA, *æ*, f. ἄρουρα, ager ſatus & ſeges ipſa in Gloſſ. lat. gr. beſäet feld, ſaat. Marcell. Emp. c. 8 *Segetes graeci aruras vocant.* Velius de Orthogr. p. 2246 *Filix minus felix arura.*

Aruſpex, &c. vide *Haruſpex.*

ARVTÆNA, *æ*, f. vel potius *Arytæna*, ἀρύτινα ab ἀρύειν *haurire*, lat. *trulla*, eine ſchöpfkelle; apud Chariſium lib. 1 p. 95 & Feſtum. conf. Reineſ. Var. Lect. 2, 14 p. 239.

ARVVM, *i*, n. quod aratum, non ſatum eſt, ut Varro R. R. 1, 29 definit, unbeſäet feld; ut, *Domuſa arva*, dornicht feld, Lucan. 6, 13. Nec aliter vetus Scholiaſtes Horatii 1 epiſt. 16, 2 ARVVM, inquit, *ab arando dictum eſt. Ager ſed ſi ferax & præparatus frumento ſeminando. Arvum pingue*, feiſter acker. Virg. ecl. 6, 33. *Optima patri arva ſolo*, Id. Georg. 2, 262. *Arva leta*, ſchöne auen. Id. Æn. 6, 744. *Numide pabulo pecoris magis, quam arvo ſtudent*, Salluſt. Iug. c. 90, 1. *Arva* regna Neſtoris Ovid. vocat, Epiſt. 1, 63; 7, 16, ex conſuetudine antiquorum, quorum regna ex arvis, pratis & ſimilibus conſtabant. ¶ 2. Tralate Lucretius & verecunde *Arva muliebria* pro natura muliebri potuit 4 v. 1105

Atque in eo eſt Venus, ut muliebria conſerat arva.

Virgil. imitatus Lucretium, Georg. 3, 136 *Genitale arvum* dixit.

¶ Arvus, *a, um*, i. e. geyſtlut. Nam revera adjectivum eſt. Fœminine genus Nonius 3, 15 exemplis probat. Plaut. Truc. 1, 2, 47 *Non arvus hic, ſed paſcuus eſt ager.* Iiſdor. 15, 13 *Omnis ager, ut Varro docet, quadrifarius dividitur. Aut enim arvus eſt ager, id eſt ſationalis*, &c.

¶ Arvālis, *e*, vor das feld gehörig; ut, *Arvales fratres*, qui Romuli erant facerdotes 12 pro arvorum fertilitate facientes: v. Gell. 6, 7; Plin. 18, 2; Cujac. Obſerv. 11, 5; Reineſ. ad Inſcript. vet. 1, 177 p. 180; Turneb. Adv. 21, 1.

¶ Arvĭcŏla, *æ*, m. ein ackermann; apud Metell. Quirin. Vol. 2.

¶ Arvĭpendium, *i*, n. pertica ab arvis pendendis dicta, eine meßruthe. Gloſſarium vetus: *Arvipendium*, χοῖνος γεωμετρικός. Vide & Meurſ. Exerc. Crit. 2, 4.

ARX, *arcis*, f. eine höhe, ab *arcendo*, ut Varro de L. L. 4, 32 derivat: verius ab ἄκρος: proprie enim & primaria notione omnia ἄκρα ſeu ſumma atque excelſa *arces* vocantur. Vnde ſæpe hoc nominis montibus tribuitur, berge. Virg. Georg. 1, 240 *Mundus ut ad Scythiam Ripheasque arduus arces Aſſurgit.* Nam quæ ῥιπαῖα ὄρη Græci, *Ripheos montes* Latini appellant, Poëta *Ripheas arces* vocat. Idem Georg. 2, 534 *Rerum facta eſt pulcherrima Roma Septemque una ſibi muro circumdedit arces. Arces* dixit, quæ Propertius *juga* appellat in illo 3 eleg. 11, 57

Septem Vrbs alta jugis, toto quæ præſidet orbi.

Septem enim montibus ſuperſtructa Roma eſt, unde & *Septicollis* Fabio Pictori appellata. Silius 3, 496

Primus inexpertas adiit Tirynthius arces.

id eſt, Alpes tranſcendit. Statius Theb. 1, 114

Vt ſtetit abrupta qua plurimus arce Cytherон.

Val. Flacc. 4, 261 *Continuo Bebryx Malcæ velut arce fragoſa Turbo rapax.* Lucanus 3, 231 *Qualis Caucaſea decurrens arduus arce, &c.* Petron. c. 116 *In montem ſudantes conſcendimus, ex quo haud procul impoſitum arci ſublimi oppidum cernimus.* vide quos laudat Drakenb. ad Sil. 15, 305. ¶ 2. Pro cœlo paſſim poëtæ Ovid. Met. 1, 163 *Quæ pater ut ſumma vidit Saturnius arce.* vid. Bur. ad Am. 3, 10, 21 & ad Albinov. 61. Nimir. etiam *Olympus* cœlum ſignificat. ¶ 3. Hinc quicquid in quaque re ſummum eſſet, & velut apicem ſive faſtigium teneret, *arcis* nomine appellabatur, das obertheil, der gipfel. Sic *Capitis arcem* pro vertice Claudianus dixit Conſ. Hon. 4, 235; *Celſam corporis arcem* pro ipſo capite Serenus pr. v. Keuchen. p. 82. *Mentis arcem*, Stat. Silv. 2, 131; *Arcem veri* Petron. c. 132. Plin. 35, 10 ſ. 36 *A parvulis initiis ad arcem oſtentationis opera pervenerunt Iaſyſi.* Sidon. Paneg. Anthemii v. 172 *Quodcunque Platonis Ingenium, quod in arce fuit*, id eſt, quod in ſummum philoſophiæ faſtigium aſcendit. Sic Priſcian. Præf. Gramm. *Virgilium & Homerum arcem Muſicæ poſſediſſe* ſcribit, cum ſummum poeticæ faſtigium tenuiſſe, h. e. principes ſummosque poëtas fuiſſe ſignificare vellet. v. Barth. ad Claud. p. 71, 602, 617; & Drakenb. ad Sil. 13, 270. ¶ 4. Iam quia caſtella & munimenta arcendis hoſtibus, itemque regiæ ſedes, tutelæ cauſſa in arcibus, hoc eſt, editioribus locis exſtruebantur plerumque; idcirco illæ ipſæ ſtructuræ *arces* appellatæ fuerunt: quæ eadem de cauſſa ἀκροπόλεις Græcis dicuntur; die feſtung, die burg, das ſchloß. Iiſdor. 15, 2 ARCES *ſunt partes urbis excelſæ atque munitæ.* Sic Cic. de Orat. 2, 67 *Tarento amiſſo arcem tamen retinuit.* Virg. Æn. 8, 652 *Arx Tarpeja*, id eſt, Capitolium ſeu templum Iovis Romæ in monte Tarpejo exſtructum. Aſcon. Ped. in Divin. Cic. p. 22 ARX *vel ſedes tyranni dicitur, vel editus in civitate & munitior ad ſalutem civium locus*; ut Virg. Æn 2, 322 *Quo res ſumma loco Panthu, quam prendimus arcem, Ergo prima ſpes in muris eſt; ſecunda in arce, ſi muros hoſtis irruperit.* Cæſ. B. C. 3, 66 *Minora caſtra incluſa majoribus caſtelli atque arcis locum obtinebant.* Arx propugnaculum tyrannidis: *impoſita cervicibus urbis*, ut loquitur Curtius 7, 7, 1 & *Clauſtrum perdomitorum*, uti urbs ſimili de cauſſa condita vocatur 7, 6, 13. Etiam *Arx* ita uſurpatur ap. Nep. 20, 3, 3 eine citadelle. Tac. Agric. 15, 1 *Sedem ſervitutis* memorat. ¶ 5. Id omne, in quo maxime nitimur, & in quo fiducia noſtra atque præſidium inprimis poſitum eſt, *arx* etiam appellatur, das haupt-werck. Cic. fam. 1, 9 *Non potui magis in arcem illius cauſſæ invadere.* Id. Divin. 1, 6 *Arcem tu quidem Stoicorum defendis.* Id. pro Cluent. c. 57 *In arce legis præſidia conſtituere defenſionis.* Et ita claſſem, *arcem commeatuum*, quod ab ea omnis commeatuum ſpes tamquam ab arce dependeat, dixit Tac. Hiſt. 3, 13, 2. Nec aliter Cicero Divin. in Verr. c. 5 legem repetundarum, *arcem ſociorum*: Cotylam *arcem amicorum Antonii*; Africam, pro Lig. c. 7 *Provinciarum arcem* dixit. Demades dixit, *Pudorem pulchritudinis arcem eſſe, τὴν αἰδῶ τῆς κάλλους ακροπολιν εἶναι, id eſt*, hoc ipſum quod pulchritudinem commendet & muniat. v. Barth. ad Claudian. p. 71. ¶ 6. *Arx* pro regno Stat. Thebaid. 1, 77 *Quin arce ſuperbi Prob dolor & noſtro jam dudum ſanguine reges*, uti vetus cod. exhibet. v. Comm. ad Phædr. 1, 2, 83. ¶ 7. Prudentius 1 contra Symm. pr. Romam ἁπλῶς *Arcem* dixit: *Poſtquam*, inquit, *medicina Principis immodicos ſedarat in arce dolores.* Eadem & a Cic. Cat. 4, 6 vocatur *arx provinciarum omnium, arx terrarum*; a Nazario paneg. Conſtantini c. 35 *arx gentium omnium.* Sic Arx Athenarum ſimpliciter *arx* dicitur Corn. Nep. 2, 11, 8, de qua Meurſius integro libro, quem *Cecropiam* inſcripſit. ¶ 8. *Arx* & *moles* ſæpe a librariis permutantur. v. Drakenb. ad Liv. 6, 11 & quos ibi citat.

¶ Arcĭcula, *æ*, f. parva arx, Cathol.

¶ Arcubiæ, *arum*, f. qui excubabant in arce, ſchloßwächter. Feſtus.

AS, *aſſis*, m. ἀσσάριον, nummi ænei genus, dictus ab *æs* ſecundum Varronem L. L. 4, 36. Erat enim usque ad Servii Tullii tempora ex ære rudi, & deinde ex ſignato; & decem aſſes faciebant denarium. Alii AS factum dicunt ex Græcorum ἓς *unus*, pro quo Dores & Siculi dixerunt ὡς & Tarentini ἄς. Hinc & Latinis *AS* eſt *unitas. Adjecto aſſe* Vitruvio 3, 1 eſt *adjecta unitate.* Apud Colum. 5, 3 *as* etiam ſimpliciter id notat, quod vulgo *unitatem* dicimus. Sic & apud Germanos in chartularum luſu aß vel eß *unum* ſignificat. v. Salmaſ. de Vſuris c. 6 p. 275 & Gronov. de Pec. Vet. 3, 2. ¶ 2. In pondere *As libralis* initio fuit; *grave æs* ab auctoribus appellatus eo tempore, cum pondus illius imminutum fuiſſet, ein pfund von 12 unßen. Nam cum Romanus populus ære alieno premeretur, ex ſingulis libris ſive aſſibus libralibus *ſextantarii*, id eſt, ſexta parte ſeu duabus unciis valentes; deinde *unciales*, & demum Lege Papiria *Semiunciales* facti, ut Plinius docet 33, 3 f. 13 & Feſtus. Hujusmodi deinde nummi exigui in ſtipem dari ſolebant: unde, quod Suetonius Aug. c. 53 *Stipem elephanto porrigere*: id Quintilianus atque Macrobius *AS SÆM dare* dixerunt. Idem Suet. Aug. c. 91 *Stipem quotannis die certo emendicabat a populo; cavam manum aſſes porrigentibus prabens.* Et eo pertinet illud Catulli 5, 2 *Rumoreſque ſenum ſeveriorum Omnes unius æſtimemus aſſis*, id eſt, non pluris æſtimemus, quam nummum admodum vilem. Plin. 1 epiſt. 15 *ad aſſem impendium reddes*, bey heller und pfennig. Hor. 2 epiſt. 2, 27 *Perdere omnia ad aſſem.* Cato ap. Sen. epiſt. 94 *Quod non opus eſt, aſſe carum eſt*, iſt auch vor einen groſchen zu theuer. Et hinc Prov. *Nec aſſis facere*, pro nihili facere. Apud Stat. Sylv. 4, 9, 22 *As Cajanus* a Barthio p. 418 explicatur viliſſimus ab avariſſimo Principe Cajo Caligula imminutus. ¶ 3. *Aſſis* diviſionem & partes Vlpianus Lege 50 de hæredibus inſtituendis 3 § 2 explicavit: *Hæreditas*, inquit, *plerumque dividitur in duodecim uncias, quæ ASSIS appellatione continentur. Habent autem & hæ partes propria nomina ab uncia usque ad aſſem, puta hæc: ſextans, quadrans, triens, quincunx, ſemis, ſeptunx, bes, dodrans, dextans, deunx, as.* Vide ſingula ſuis locis & in *Vncia.* Eſt enim *As* menſura & nomen uniuscujusque ſolidi, quod partibus duodenis abſolvi intelligitur. Partes illas etiam enumerat Fannius de Ponderibus v. 41

Nunc dicam ſolidæ quæ ſit diviſio libræ
Sive aſſis; nam ſic legum dixere periti.
Ex quo, quod ſoli capimus, perhibemur habere &c.

Ex quo: id eſt, *ex aſſe. Habere* enim *ex aſſe quid* dicimur, quod totum in noſtra jura tranſit; quodque ſoli tenemus. Ita *ex aſſe heres* dicitur, ἐξ ὅλης κλήρου, ad quem tota hæreditas tranſit, auf den das gantze erbe fällt. Martial. 3 epigr. 10

Idem te moriens hæredem ex aſſe reliquit.

Huic tanquam minima pars aſſis opponi poteſt, cum Cicero *hæredem ex libella* dixit ad Attic. 7, 2. Exempla integrorum ad aſſis rationes diviſorum in Plinio, Columella, & Livio extant. e. g. de integro jugero apud Colum. 5, 1 fin. *Iugerum efficit pedes* 28800 *hoc eſt As, in quo ſunt ſcripulæ* 288. Sed de aſſe totaque adeo re pecuniaria & computandi ratione inde orta, videndum incredibilis induſtriæ opus Io. Frid. Gronovii ante jam laudatum de pecunia vetere. Illud unum adjiciemus, cum Schol. Perſii 2, 59 Synonyma videtur facere aſſem *libralem* & *dupondium*, hoc ita videri intelligendum, ut qui modos æris ante efficeret unum aſſem, cum illi eſſent unciales, idem paullo poſt aſſe ad ſemu-

munciam reducto, duos contineret, atque adeo nunc *dupondius* dici posset modus æris, qui paullo ante unum modo assem valeret. vid. Gronov. p. 339.

¶ Assis, *is*, m. idem quod *As*; unde in compositis *Decussis*, *Centussis*, &c. *Assis* pro *as* nominandi casu correxisse dicitur Gronovius ad Plin. 23, 3. Sed nihil ejus apparet.

¶ Assirius, *i*, m. τὸ ἀσσάριον, ein gewicht, zwey quentlein schwer. *Assirii nummi* mentio Matth. 10, 29. Luc. 12, 6. Quin ipsius Varronis est de L. L. 7, 38 *Ab uno assario multi assirii, ab eo assariorum* ic. mille. add. Charis. 1 p. 58.

¶ Assiduus, *a, um*, veteribus quibusdam est ab asse, quasi *qui asses duit*, sed vide infra in *Sido*.

¶ Assipondium, *i*, n. unum pondus, ἡ λίτρα, ein pfündig gewicht. Varro 4 de L. L. n. 36.

¶ Tremissis, *is*, m. tertia pars assis vel solidi aurei, ein drittel, dritter theil des gangen. Cod. 12 t. 38 l. 16 *Minus quidem uno tremisse*. Conf. Lamprid. in Alex. Sev. c. 39, ibique Salmas. & Gron. de Pec. Vet. p. 436.

¶ Bessis, vide infra seorsum in *Bes*.

¶ Tressis, *is*, m. dicitur a tribus assibus, drey pfund. vid. Varro l. c. Adjective Persius Sat. 5, 76 *Hic Dama est non tressis agaso*, i. e. insimæ conditionis servus, nichts würdig.

¶ Quinquessis, *is*, m. quinque asses. Ant. August. ad Festum: *Quinquessis quinarius sive victoriatus dictus est, quod initio quinque assibus æstimaretur*, &c. conf. Plin. 33, 3; & Apuleji Epit. in Prisc. lib. 6 p. 708.

¶ Octussis, *is*, m. octo assibus valens, acht pfund. Hor. 2 Sat. 3, 156.

¶ Nonussis, *is*, m. a novem assibus. Varro de L. L. 4, 36.

¶ Decussis, *is*, m. decem asses, zehn pfund. Hujus nota X & ipsa *decussis* dicitur. Plin. 18, 34 *Ducuntur duæ lineæ in decussis obliquæ, crucewcis*. Vitruv. 10, 11 *In primo decussis puncto*: & mox, *circuitiones decussam*. Id. 3, 1 *Decussem* pro denario accipit. conf. Varr. L. L. 4, 36.

¶ Decusso, *are*, per medium secare, vel in formam litteræ X deducere, etwas creutzweis oder überzwerch theilen. Cic. de Vniverf. c. 7 *Longitudinem medium decussare*. Colum. 3, 13 *Latitudinem in speciem Græcæ literæ decussare* conf. Id. 4, 17.

¶ Decussatus, *a, um*, creutzweis getheilt; ut, *Decussati jugi partes*, Colum. 2, 24 *Parallela decussata*, Mart. Capell. lib. 1 p. 14.

¶ Decussatim, adverb. creutzweise. Colum. 12, 54 *Decussatim ferro lumto incidito*. Vitruv. 1, 6 *Circino decussatim describatur*. Augustin. de Doctr. Christ. 2, 24 *Vna figura literæ, quæ decussatim notatur, aliud apud Græcos, aliud apud Latinos valet, non natura, sed placito & consensione significandi*. Intellige literam X.

¶ Decussatio, *onis*, f. actus decussandi, wenn man was über creutz ziehet. Vitruv. 1, 6 *Per decussationem perducatur linea ad extremum*. Adde 10, 11.

¶ Bicessis, a duobus decussibus, 20 pfündig, &

¶ Tricessis, a tribus decussibus, 30 pfündig, format Varro l. c.

¶ Vigessis, *is*, m. viginti assium adject. *Amphora vigessis*, quæ assibus viginti venditur apud Martialem 12 epigr. 76.

¶ Centussis, *is*, m. centum asses. Persius Sat. 5 extr.

Et centum Græcos curto centussе licetur.

Per *Græcos* philosophos intelligit, quos in tantum contemnit & viles habet, ut centum eorum vix centussis æstimet, h. e. singulos assis unius, fumm eines hellers werth.

¶ Semissis, *is*, m. dimidium assis, sex unciæ. Sic *Semissibus magna copia fit*, Cic. fam. 5, 6; Ibid. ep. 10 *Homo semissis* est, ein nichtswürdiger mensch, conf. pro Sext. c. 25. Sic *Vsura semissis*, quoties de centum nummis fenus usuræ nomine percipitur, von 100 jährlich 6 gute. Nimirum cum usuræ essent menstruæ, qui in singulos menses de centum integris semissem solvit, toto anno dederit senos.

¶ Semissalis, *e*, adject. i. e. semisse constans. Frontin. de Colon. p. 355 *Recipere semissale*. Modest. IC. D. 50 t. 12 l. 20 *Vsuræ semissales*, 6 von 100.

¶ Semisso, *are*, halb theilen. Veget. de Re Vet. 1, 28 *Semissare animal*. conf c. 38.

¶ Semissārius, *a, um*, ex semisse institutus; ut, *Hæres semissarius*, der zur helffte erbet, l. 116 ff. de leg. & fideic.

ASA, *æ*, f. apud antiquos *Ara* dicta, v. Gell. 4, 3 & Macrob. Sat. 3, 2. ¶ 2. *Asa fœtida* vulgo later medicum, teuffelsdreck.

ASANDER, *dri*, m. Ponti Bosporani rex. v. Spanh. de usu num. Diss. 8 p. 488.

ĂSĂRŌTVM, *i*, n. ἀσάρωτον, pavimenti genus, in quo parvis e testulis tinctisque in varios colores cœnarum reliquiæ & alia, quæ everri solent, velut relicta essent, affabre erant expressa, ein zierlicher fußboden. Dictum ab α privativo, & tertia perf. præteriti τῦ σαρῶμαι (*purgor, everror*,) σεσάρωμαι. Quod videlicet tamquam minus purgatum verfumque apparet. v. Plin. 36, 25. Stat. 1 Silv. 3, 56 *Gaudet humus superatque novis asarota figuris*. vid. Bernegg. ad Suet. Cæf. c. 46, 4 & Barth. ad Stat. Silv. p. 103.

¶ Ăsărōticus, *a, um*, buntgemahlt. Sidonius Carm. 23, 57

Aureasque portas Lycornas asaroticis lapillis.

id est, quales in tessellatis operibus, & asarotis adhibentur.

ASĂRVM, *i*, n. ἄσαρον, herba quæ & baccata dicitur, haselwurtz; nardus rustica, *Vulgago* Macro, νάρδος ἀγρία, id est, *nardus sylvestris* v. Plin. 21, 6 & 19 item 12, 13. Dioſc. 1, 9.

¶ Asarites, *æ*, m. ἀσαρίτης, vinum ex asaro, Dioſc. 5, 40.

ASBESTĪNVM, *i*, n. ἀσβέστινον, lini genus, quod igne non absumitur, unde & nomen habet. Plin. 19, 1.

ASBESTOS, *i*, m. ἄσβεστος, *inextinguibilis*, gemmæ genus, Plinius 37, 10.

ASBŎLVS, *i*, m. nomen canis. Ovid. Met. 3, 218 *Villis Asbolus atris*.

ASBȳTÆ, vel Asbystæ, *arum*, m. pl. Africæ populi. Inde nomen habet ¶ 2. *Asbyta* virago apud Sil. 2, 58, ubi v. Drakenb.

ASCALĂBOTES, *æ*, m. ἀσκαλαβώτης, stellionis genus; Plinius 29, 40.

ASCĂLĂPHVS, *i*, m. Acherontis filius in bubonem mutatus, quod prodidisset Cererem. v. Ovid. Met. 5, 539.

ASCĂLIA, *æ*, f. tenerum illud & molle in cinara vel cacto, der käs in der artischocke, Plin. 21, 16. vid. Nonnius de re Cibar. 1, 13

ASCĂLON, *onis*, m. ἀσκαλών, Idumeæ sive Philistææ civitas, patria Antipatri, Herodis patris. Ioseph. fub init. lib. 3 de Bell. Iud.

¶ Ascalonita, *æ*, ab Ascalone. Ibidem lib. 2 c. 34 *οἱ Ἀσκαλωνῖται*.

¶ Ascalonius, *a, um*, adj. ut, *Ascalonia cæpa*, Plin. 19, 6 chalotte, in Ascalone agro plurimum nascens.

ASCĂNIVS, *i*, m. Æneæ filius ex Creusa, Priami regis filia, ab Ascanio Phrygiæ fluvio. Virg. Æn. 1, 646

Omnis in Ascanio cari stat cura parentis.

Ibid. v. 267 *At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo*, &c.

¶ 2. *De Ascanio* fluvio Idem Georg. 3, 269

Illas ducit amor trans Gargara transque sonantem Ascanium.

In hoc amne Hylas periit. v. Broeckh. ad Propert. 1, 20, 4.

¶ Ascanius, *a, um*, adject. ut, *Ascania terra* fuper Phrygiam minorem in Bithynia fuit Bosphorum versus & in ea *fluvius Ascanius* & *lacus Ascanius*: Plin. 5 c. ult. ¶ 2. *Ascania gens* hodieque familia Principum Anhaltinorum in Germania illustrissima, Anhalt. ¶ 3. *Ascania urbs*, vulgo Aschersleben.

ASCARĬDES, *um*, f. pl. ἀσκαρίδες, vermiculi sive parvi lumbrici sunt, quibusdam etiam, ut Hermolao, tineæ, kleine würmlein oder schaben. v. Galenus in Lex. Hippocr.

ASCAVLES, *æ*, m. ἀσκαύλης, utricularius, ein sackpfeiffer, Martiali 10, 3, 8, quem *Pithaulem* nominat Seneca & Vopiscus, ut suo loco dicemus.

Ascella, vide *Axilla* in *Ala*.

Ascendo, Ascensio, &c. vide *Scando*.

ASCĒTĒRIA, *orum*, n. plur. ἀσκητήρια, dicuntur monasteria (klöster,) & ipsi monachi *Ascetæ*, & moniales *Ascetriæ* (münche und nonnen,) ab exercitiis mentis in contemplatione rerum divinarum D. Basilio, qui & *Ascetica*, ἀσκητικά, id est, regulas & rationes ejusmodi exercitiorum scripsit. v. Iust. 1 Cod. t. 3 l. 35. Porro in Ægypto *asceteria* primum cœpisse Socrates tradidit Eccles. Hist. 4, 23. Dicta ab ἀσκεῖν, quod *exercere* est. Sed ante monasteria *Ascetas* & *Ascetrias* fuisse, inque ipsis urbibus vixisse, docet Salmasius de Cœlarie & Coma p. 499 & 504 & Cataub. Exerc. 11 ad Baron. n. 13 p. 171.

ASCIA, *æ*, f. quasi *asscia*, & fabri lignarii instrumentum est, & murarii: illius, quo ligna dolantur & lævigantur, eine axt, beil; hujus, quo calx maceratur, eine kelle, schauffel. Priori notione in Legibus XII Tabb. apud Cic. de Leg. 2, 23 *Nogum ascia ne polito*: & in Plinii 16, 40 *Tilia citissime ascias vetendit*. Ideo in Glossis veteribus est, *Ascia, σκέπαρνον, ἀξίνη*. Alterius significationis, aut utriusque potius exemplum præbet Vitruvius 7, 2 *Sumatur ascia, & quemadmodum materia dolatur*, (en asciam ad ligna polienda!) *sic calx in lacu macerata asciatur. Si ad asciam offendrint calculi, non erit temperata: cumque ficcum & purum ferrum educetur, indicabit eam evanidam & fiticulosam: cum vero pinguis fuerit & recte macerata circa id ferramentum, uti glutinum hærens, omni ratione probabit se esse temperatam*. Adi Phil. a Turre in Monumentis Antiat. p. 22. ¶ 2. *Sub ascia dedicasse*, antiqua formula, sæpe in sepulcris observata, interpretibus autem vexata admodum. v. Gruteri Inscript. p. 418, 5, p. 424, 5, p. 428, 10, p. 464, 9, p. 472, 1, p. 535, 2 &c. Optime Raphael Fabrettus Inscript. p. 205 interpretatur, esse in hac formula *asciam* murarii instrumentum ad calcem macerandam; eaque significasse in moderationis suæ testimonium, *sub ascia*, hoc est, ope ac ministerio solius asciæ, non alterius λαξευτικῦ ὀργάνυ, opus consummatum esse. Figura fere eadem utrisque asciæ; at hujus hasta quodammodo longior. Mazochius in titulum amphith. Campani & inde A. E. L. A. 728 p. 270 interpretatur, sepulcrum recens, dum fervet adhuc fabror. opus, cadavere illato encæniare. (Iac. Martini) in hist. relig. vet. Gall. & inde A. E. L. A. 728 p. 245 simpliciter *asciam* illam vult rastrum peculiariter confectum egerendæ e sepulcris terræ. Variorum de hac formula sententias Mazochius libro singulari recenset. Conf Muratorii Dissert. in Saggi del l' Acad. di Cortona. ¶ 3. Proverb. *Sponte asciam cruribus suis illidere*, i. e. sibimetipsi malum conscisсere, Apul. Met. 3 p. 139.

¶ Asciŏla, *æ*, f. parva ascia, ein handbeil. Cathol.

¶ Asciculus, *i*, m. aliud diminutivum, quod ab *ascia* deducit Phil. a Turre Monum. Antiat. p. 22, quæ vox, etiam figura, in nummis gentis Valeriæ conspicitur, cujus cognomen est, (vide eundem p. 6 in Tabula,) ut sit quasi *asciculus*, seu parva ascia, qua lapicidæ utuntur. Vnde in vereri glossa *Asciculus* λατόμος. v Spanh de usu & præst. num. Diss 10 p. 76: it. 170. Gloss. vet. *Asciculum* σκάφιον ὄρυξ, ein beil. v. Meurs. P. 2 Exercit. Crit. 1, 10. Hinc

¶ Asciscularius, *i*, m. in iisdem Glossis lat. λατόμος vertitur, ein steinmetz.

¶ Ascio, *are*, dolare, purgare, zimmern, behauen, schauffeln. Vitruvius d. l. 7, 2 non solum *ascia materiam dolare*, dixit, verum etiam *calcem* in lacu maceratam *asciare*, id est, a suis calculis & scabritie purgare.

¶ Deascio, *are*, hobeln, zurechte bringen. Plaut. Mil. 3, 3, 11 *Miles quemadmodum potis esset deasciari*.

¶ Deasciatus, *a, um*, gehobelt. Prudentius Romano v. 381

Deasciato supplicare stipiti.

¶ Exascio, *are*, i. e. ascia & rudiore opera præparare, aus dem gröbsten bringen, ausarbeiten, auszimmern; unde

¶ Exasciatus, *a, um*, zugehauen, zugeschnitten. Plaut. Asin. 2, 2, 90; *Iam hoc opus est exasciatum*, id est: hoc negotium jam inceptum est, quamvis nondum effectum.

¶ Exasciso, Idem. Murat. Inscr. p 1304 *Si quis hanc arcam aperuerit, aut exacisdaverit*.

Asciſco &c. vide Adsciſco in *Scio*.

ASCĪTES, *æ*, m. ἀσκίτης, hydropis genus, sive tumor, quo in uterum multa aqua contrahitur, tanquam in utrem, ab ἀσκὸς uter, die wassersucht. v. Celsus 3, 21.

¶ Asci-

¶ Aſciticus, *a, um*, adject. waſſerſüchtig.

Aſcitus, Aſcius, vide *Aſciſco* in *Scio* & *Scia*.

ASCLĒPIA, *orum*, n. pl. feſtum Æſculapii, qui Ἀσκληπιὸς Græce dicitur. Pollux 1. 1 n. 3 Ἀσκληπιᾶ, ἀσκληπίεια vel ἀσκλήπια, *Æſculapii ſunt Aſclepia & Aſclepeia*. ¶ 2. Ἀσκλήπια agones ſunt in antiquis inſcriptionibus Smetii p. 304 & 415.

¶ Aſclēpiades, *æ*, m. Ἀσκληπιάδης, Pruſienſis genere, (fuit autem *Pruſa* vel *Pruſa* urbs Bithyniæ) medicorum eloquentiſſimus, qui ſanitatem dixit conſtare & tervari cibi potusque abſtinentia, geſtatione præterea, ambulatione, frictione. v. *Medicina*. Vide porro, quæ de eo prodiderit Plin. 7, 37; & 26, 3. Hic vomitiones damnavit, primus vino curavit morbos in tempore dando. Apul. 4 Florid. p. 302 ASCLEPIADES *ille, inter præcipuos Medicorum, ſi unum Hippocratem excipias, ceteris princeps: primus etiam vino opitulari ægris reperit; ſed dando ſcilicet in tempore, cujus rei obſervationem probe callebat: ut qui diligentiſſime animadverteret venerem pulſus incondítos vel præclaros.* ¶ 2. Plures *Aſclepiadas* dat Voſſius 4 Hiſt. Græc. p. 409, quibus illum addo, quem Lactantius laudat 7, 4, quod de providentia ſcripſerat ad Lactantium, cui hic viciſſim alios dedicavit, teſte Hieronymo de Script Eccleſ.

¶ Aſclepiadeum carmen (quisquis fuerit etiam Aſclepiades ejus inventor ſeu celebrator) *Choriambicum* dicitur; v. Diomed. 3 p. 508. Hujus exempla multa in Horatii Odis: e. g. 1, 1

Mæcenas atavis edite regibus &c.

¶ Aſclepias, *ādis*, f. ἀσκληπιάς, herba eſt a Plinio 27, 5 deſcripta, ſchwalbenwurz.

¶ Aſclepion, *i*, n. genus quoddam panaceæ Æſculapio adſcriptum, Plin. 26, 4.

¶ Aſclepiadŏton, ſ. Aſclepiodoton, *i*, n. id eſt, ſingulare donum Æſculapii; ſcilicet pharmacum, quo gratioſos ſuos beat, de quo Tertull. adv. Gent. Apolog. c. 23.

ASCLĒPIODORVS, *i*, m. ſculptor Plin. 34, 8; & pictor 35, 10.

ASCLĒPIODŌTVS, *i*. m. hiſtoricus ſub Diocletiano. v. Vopiſcus in Aurel. c. 44. Voſſ. de Hiſt. 1 ar. 2, 5.

ASCLĒTARIO, *ōnis*, m. mathematicus. Hunc Domitianus imperator *ſciſcitatus eſt, quis ipſum maneret exitus? & affirmantem fore, ut brevi laceraretur a canibus, interfici quidem ſine mora, ſed ad cuarguendam temeritatem artis ſepeliri quoque accuratiſſime imperavit. Quod cum fieret, evenit, ut repentina tempeſtate dejecto ſumore ſemiuſtum cadaver diſcerperent canes.* Auctor Suet. Domit. c. 15. Aſcletarionem vivum comburi juſſum prodit P. Ærodius 8 Rer. judic. tit. 7 c. 7. Conf. Glycam P. 3 Annal. p. 335, qui tamen mathematici nomen non exprimit.

ASCŌLIA, *orum*, n. pl. feſta Athenienſium ruſticorum in Bacchi honorem celebrata; dicta ἀπὸ τῶ ἀσκῶ, ab *utre* ſeu *pelle*, quam capro (tamquam vitibus noxio) detractam in morem utris fiſtula inflarunt, ceu Virgilius Georg. 2, 384 canit: *Inter pocula lati*

Mollibus in pratis unctos ſaliere per utres.

Vnde verbum ἀσκωλιάζειν, quod Polluci 9, 7 non modo eſt altero pede elevato ſaltare, ut jam dicturi ſumus: verum etiam τὸ ἐπιπηδᾶν ἀσκῶ, πεύῳ, ὑποπαλαίω πνεύματος, ἠλαμμένῳ, *utri vacuo, ſed ſpiritu inflato, & inuncto inſilire*. conf. Suidas.

¶ Aſcōliasmus, *i*, m. ἀσκωλιασμὸς, ludus Empuſæ, qui perficiebatur altero pede ſubſiliendo, & altero in aere librato, das hincken oder tanzen auf einem bein; apud Pollucem 2, 4, 40 & jam citato lib. 9 c. 7.

ASCONIVS, Pedianus, nobiliſſimus grammaticus, cujus Commentationes in quasdam Ciceronis orationes, quas in filiorum gratiam ſcripſit, egregiæ exſtant. Euſebius in Chronicis ſub Veſpaſiano floruiſſe, hiſtoricumque tradit. Sed Lipſius Elect. 1, 17 extremo Claudii imperatoris tempore ſcripſiſſe aſſerit. Ac omnino majorem fuiſſe Neronis imperio illud arguit, quod Iulius Phylargyrius ad eclog. 3 Virgilii notat: *Aſconius ait, ſe audiſſe Virgilium dicentem, in hoc loco* (deſignat v. 105 Eclogæ tertiæ, *Tres pateat cœli ſpatium* &c.) *ſe Grammaticis crucem fixiſſe*. Quod Servius etiam ad illum ipſum locum Virgilii refert. Sane inter Virgilii obitum & Veſpaſiani imperium anni amplius centum ſunt. Bene igitur Scaliger atque præclare *duos Aſconios* fuiſſe conjecit, alterum grammaticum criticum, alterum hiſtoricum, quorum ille vel Auguſti ævo floruerit, hic ſub Veſpaſiano. v. Animadverſ. ejus in Euſeb. & Voſſ. de Hiſt. Lat. 1, 27. Sed *Pediani* vocabulum, non per *æ*, ut vulgo fit; ſed per ſimplex *e* exarandum eſt. Quamvis enim apud Suidam παιδιανὸς (quaſi παιδίον vel παιδία foret) appelletur; potior tamen nobilis Silii poëtæ Romani auctoritas eſt: qui in hoc ipſo nomine primam corripuit, & ita quoque elemento ſimplice ſcripſit: *Pedianus* enim a gente *Pedia* eſt. Atque in *Pedius* etiam Perſius primam corripuit: ex quo de ſcripturæ ratione facile poteſt conſtare.

ASCŌPĒRA, *æ*, f. ἀσκοπήρα, ab ἀσκὸς *uter* & πήρα, *pera*, Mantica eſt ſeu pera viatoria, ein felleiſen, ranſen, watſack, fatteltaſche. Vius eſt a Græcis voce hac aſſumta Suet. Ner. c. 45. Vide Ramirez Pentec. c. 7 p. 49.

ASCRA, *æ*, f. Ἄσκρα, Bœotiæ vicus ad radices montis Heliconis, Heſiodi patria. Qui eam ob cauſſam & *ſenex Aſcræus* Virgilio vocatur ecloga 6, 71. Et Ovid. de Pont. 4, 14, 31

Eſſet perpetuo ſua quam vitabilis Aſcra,
Auſa eſt agricolæ Muſa docere ſenis.

Vide in Chiliad. Eratini: *Aſcra cum hieme, tum æſtate mala.*

¶ Aſcræus, *a, um*, adject. Ammian. 14, 6 *Vates Aſcræus*. Virg. Georg. 2, 176 *Aſcræumque cano Romana per oppida carmen.*

Aſcribo &c. vide *Adſcribo* in *Scribo*.

ASCŪLVM, *i*, n. Apuliæ oppidum, ubi contra Pyrrhum regem feliciter dimicatum eſt. v. Florus 1, 18, 9. ¶ 2. Ab hoc diſtinctum eſt *Aſculum Picenum* apud eundem 1, 19, 2, de ejus autem ſitu Strabo lib. 5 legatur & Plin. 13, 13.

¶ Aſculānus, *a, um*, gentile. Paterculus 2, 15, 2 *Malum ab Aſculanis ortum*. Cic. pro Sulla c. 8 *Aſculanum genus*.

¶ Aſculanenſis, *e*, idem. Vellej. 2, 16, 2 *Multum Minatii Magii, atavi mei, Aſculanenſis, tribuendum eſt memoriæ.*

ASCYRVM, *i*, n. ἄσκυρον, hart heu, St. Johannis-kraut. Plin. 27, 4 & 5.

¶ Aſcyroïdes, *is*, n. ἀσκυροειδὲς, eadem herba, Plin. 27, 5; Dioſc. 3, 163.

ASDRŪBAL, *ālis*, m. Hujus nominis multi ab auctoribus celebrantur. Quorum unus Amilcaris, Annibalis patris gener fuit. Liv. 21. ¶ 2. Alter Annibalis frater, ad Metaurum a Cl. Nerone & Livio Salinatore cæſus. Liv. 27, 48: Nep. 24, 1, 2. Horat. Od. 4, 4, 37. ¶ 3. Tertius dux fuit, victus a Scipione Æmiliano: cujus uxor, cum ad victorem transfugiendi poteſtatem ipſe nullam daret, abjecit in medias ſeſe cum filiis urbis flammas. Vide Plutarch. Liv. 30, 6. Ovid. Faſt. 6, 770 *Et cecidit telis Asdrubal ipſe ſuis.* ¶ 4. Quartus philoſophus, auditor Carneadis, domo Carthaginienſis, Citomachi, quod adeptus eſt poſtea, nomine notior. Quem Asdrubalem prius vocatum teſtis Plutarch. eſt Orat. 1 de fortuna Alex.

¶ Asdrubalianus, *a, um*, adj. ut, *Asdrubalianum funus*, Sidon. ep. 1, 5.

Aſella, aſellus, aſellius, vide *Aſinus*.

ASGĀRVS, *parvus*, lingua Arabum, nomen quaſi proprium, quod filiis Abgarorum Edeſſæ regulorum dabatur. v. *Abgarus*.

ĀSIA, *æ*, f. Ἀσία, tertia terrarum orbis veteris pars, magnitudine Africam æquans & Europam, ſic ab Aſia Iapeti aut Promethei ſecundum Herodotum appellata conjuge. Iſidorus etiam 14, 3 a quadam muliere, ſed alii ab *Aſio* viro Aſiam nomen habere cum Eutathio tradunt. v. Varr. L. L. 4, 33; & Plin. 5, 9 ſqq. Duplex eſt: major & minor. Romanis ſcriptoribus ſæpiſſime citerior pars, ſive Aſia cis Taurum celebratur, cujus tanta ubertas rerum omnium atque fertilitas fuit, ut omnibus terris antecellere videretur. Cic. pro L. Manil. c. 6 *Aſia tam opima eſt & fertilis, ut & ubertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine paſtionis, & multitudine earum rerum, quæ exportantur, facile omnibus terris antecellat.* Eadem Mithridates apud Iuſtinum 38, 7, 6, concitaturus ad Aſianum contra Romanos bellum milites, affirmat. Aſie enim, *neque cœlo Aſiæ eſſe temperatius aliud, nec ſolo fertilius, nec urbium multitudine amœnius: magnamque temporis partem, non ut militiam, ſed feſtum diem agituros.* Atque de opulentia provinciæ hujus inde etiam conjectura fieri poteſt, quod Sulla mulctæ nomine 20000 talentum impoſuerit: Antonius totidem uno anno abſtulerit; ut Plutarchus in Lucullo & in Antonio auctor eſt. Hinc Tacitus vita Agricolæ c. 6 *provinciam divitem & paratam peccantibus* vocat. Quod ſcilicet magnam & facilem peccandi materiam habeat, rerum optimarum inſtructa copiis, quæ & aviditatem incendere, & ad improbarum voluptatum uſum invitare queant. C. Nepos 2, 5, 3 *Aſia* (Aſiatica vis Perſarum) *ſuccubuit Europæ* (Europæis Græcorum viribus). ¶ 2. *Aſia* interdum ſtricte ſumitur, ut ſolum tractum circa Epheſum notet, & a Phrygia, Caria, Lydia diſtinguatur. v. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 9 p. 621. *Aſia* etiam olim, quæ poſtea *Mœonia* appellata, ad Cayſtrum flumen; cujus incolæ & *Aſii* dicti, ut Strabo obſervat lib. 13 Geographiæ: ubi & *Aſia Palus* eſt: de qua Virg. Æn. 7, 701

Sonat amnis, & Aſia longe Pulſa palus.

Huc pertinet illud ejusdem Georg. 1, 383 *& quæ Aſia circum*

Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri.

Notandum, hic primam produci, quæ in provinciæ nomine corripitur: ut in illo Virg. Æn. 1, 385 *Europa atque Aſia pulſus.*

Item Propert. 1. 6, 14 *Atque Aſiæ veteres cernere divitias.* Itaque hæc notatio Servii ad illum Georg. Virg locum: *De Palude* ASIA longa eſt: *nam in provincia corripitur.* Sane & Homerus Iliad. ζ. v. 461 Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα. Apud Catullum quoque adjectivo nomine *Aſia myrtus* Epithalam. Iul. v. 22 prima producta legitur. Et eam interpretatur Turnebus Adv. 28, 22 de ea, quæ ad Aſiam paludem nata eſt. Et hic *Aſia Deiopeja* inter Nymphas Virg. Georg. 4, 343. Sed cum apud Ovidium, *Aſida terram*, item *Aſiacas arces* prima producta, de quibus infra legere liceat, eaque non ad Mæoniam ſive Myſiam, aut paludem Aſiam pertineant; prope eſt, ut obſervationem, & hoc diſcrimen, quod fecit Servius, & approbat Turnebus, verum haud putemus, & utrobique primam indifferentem cum Mureto ſtatuendam exiſtimemus. ¶ 4. *Aſiam* denique *fœnum græcum ſcale Tarini ſub Alpibus vocant*, Plin. 18, 16.

¶ Aſiānus, *a um*, qui ex Aſia eſt; aut quod ad eam pertinet, Liv. 31, 2 *Curæ Aſianam rem ſenatui fore.* Cic. ad Att. 1, 17 *Aſiani queſti ſunt in ſenatu.* Quintil. Præf. lib. 8 *Neque enim Aſiani, aut quocunque alio genere corrupti, &c.* Vbi *Aſianos* vocat, qui genus dicendi Aſiaticum ſequuntur, de quo mox perſtringemus; Ἀσιανὸς χαρακτὴρ Straboni vocatur lib. 13. conf. Quintil. 12, 10; Iuvenal. 7, 14.

¶ Aſiane, adverb. Quintil. 12, 10 *Rhodii neque Attice preſſi, neque Aſiane ſunt abundantes.*

¶ Aſiācus, *a, um*, aliud adject. Ovid. Metam. 12, 588

Ecquid ubi Aſiacas caſuras adſpicit arces.

Qui verſus tamen in aliis Codd. ita legitur:

Ecquid ubi has jamjam caſuras adſpicit arces:

Quod probat Gifanius, & Farnabius in textum recipit: quod alterum claudicare videretur, cum prima in *Aſiacus* correpta ſit. Atqui oblitus erat in *Aſidis* quoque voce primam poëtam produxiſſe.

¶ Aſiāticus, *a, um*, aliud adject. & uſitatiſſimum illud quidem. Vt, *Pecunia Aſiatica*, Cic. pro L. Man. c. 7; *Aſiatica hæreditas*, Flor. 3, 12, 3 & 7. *Genus dicendi Aſiaticum*, & *Oratores Aſiatici*, hoc eſt, & qui Aſiatico genere utuntur: quod erat copioſum, tumidum & redundans, & Attico oppoſitum e diametro, unde Petronius c. 2 *ventojam & enormem loquacitatem* appellavit: De eo Cic. in Bruto c. 13 & 95. item in Orat. c. 8. vid. quos laudat Burm. ad Quintil. 12, 10, init. & ipſum auctorem p. 1089 ſq. Cauſſa Aſiatici rumoris in ſermone, ab ingenio & natura gentis petenda videtur: quæ ex opibus ſuperbâ & vana. Legatus Rhodiorum apud Liv. 45, 11 *Non negaverim & totam Aſiæ regionem inanem parere ingenia & noſtrorum tumidiorem ſermonem eſſe, quod excellere inter finitimas civitates videamus.* Sane *Aſiaticum* dicendi genus ad Rhodios atque Ionas maxime pertinet; quibus tamen tertium quoddam genus, & inter Atticos Aſianosque medium tribuit Quintil. p. 1089 ſq. ¶ 2. Eſt & *Aſiaticus* proprium liberti Vitelliani nomen, qui plurimum apud eum principem potuit, de quo Tac. Hiſt. 2, 95. ¶ 3. Alius *Aſiaticus* Gallorum dux eidem nominatus eadem Hiſtoria c. 94.

¶ Aſis, *idis*, f. adjective Ovid. Met. 5, 648 *Iam ſuper Europen ſublimis & Aſida terram.* Et rurſus Met. 9, 447 de Mileto profecto

fecto in Asiam, & sui nominis urbem ibi constituente, verba faciens; *Ægæas motivis aquas, & in Asidæ terra Mœnia constituis positovis babentia nomen.*

¶ Asiagnes, *is*, m. cognomen L. Scipionis, qui frater fuit majoris Africani, Antiochi M. debellator, quod tamen postea in *Asiaticum* transiit. v. Spanh. de usu & præst. num. Diss. 10 p. 64.

¶ Asiarcha, *æ*, m. præses sacrorum, ludorum & certaminum in Asia. Plures memorantur Act. c. 19, 31. vid. Strab. lib. 14; Salmas. in Solin. f. 566; & inprimis Spanh. l. c. diss. 12 p. 417.

Asibida, vide *Asivida* in *Asinus*.

ĂSĬLVS, *i*, m. οἶστρος, Virg. Georg. 3, 147 *Cui nomen asilo Romanum est, œstron Graji vertere vocantes.*

Servius & *Tabanum* ait vulgo vocari, eine bremse, breme, roßbreme, horniß; pungit & infestat equos in æstu. Vide intra *Oestrum*. ¶ 2 Est etiam piscículus *Asilus*. v. Burm. ad Petron. c. 35 p. 148.

Asina, asinalis, asinarius, vide *Asinus*.

ĂSĬNIVS, *i*, m. Plures ejus nominis occurrunt in historia Romana & inprimis apud Tacitum. *Asinius Pollio*, orator fuit celebris Romæ, amicus Augusti, cui etiamsi summam diligentiam, satisque eum consilii tum animi Quintilianus 10, 1 tribuat, tamen longissime eum a nitore & jucunditate Ciceronis abesse censet. Scripsit & Historias, itemque carmina. Plura de eo vide apud Voss. de Hist. Lat. 1, 17. Fovit poëtas Horatium atque Virgilium, & hunc inprimis, quorum carminibus etiam celebratus est. ¶ 2. *Asinius Gallus* ejus filius, cujus Seneca epist. 55 meminit, qui editis libris patrem Ciceroni præferre non dubitavit. ¶ 3. *Asinius Quadratus* alius Historicus, de quo ibidem Vossius mentionem fecit. ¶ 4. Alius *Asinius* eruditione clarus docuit Romæ Pompeji Magni tempore, v. Suidas. Cæterum *Asinios* ex Marrucinis, Italiæ populo, fuisse oriundos, conjicit Bernardin. Rutil. c. 7 Decuriæ suæ.

¶ Asinianus, *a*, *um*, adj. ut, *Crimen Asinianum*, Cic. pro Cluent. c. 13.

ĂSĬNVS, *i*, m. ὄνος, ein esel. Vid. Plin. 8, 43 &c. Tacito Hist. 5, 3, 4 *Asinus agrestis*, qui alias onager, ὄναγρος, ein wilder esel. Varr. R. R. 2, 8 *Ex equa & asino fit mulus.* ¶ 2. *Asinus ad lyram*, ὄνος λύρας, proverb. in stupidos & imperitos, ein esel zum psalter, ein ungeschickter. Varro satyræ suæ cuidam hoc nomen indidit, & ex Varronis alia satyra, cui Testamenti nomen est, proverbium hoc Gellius 3, 16 produxit, *filii si erunt ὄνοι λύρας, exhæredes sunto.* Subauditur, ἀκροατὰι, *auditores*, quod, cum animantia quædam musices concentu afficiantur, ut de equis, avibus, serpentibus produnt: nihil prorsus asinus illo moveatur. Suidas etiam ex senario vereri fupplet ὄνος λύρας ἤκουε, *asinus audivit*: apud quem plura de *Asino* proverbia invenies. Ita apud Plautum Pœn. 3, 3, 71 Lenone dicente, *It ad me lucrum*, respondet alius, *illud quidem, quorsum asinus cædit calcibus*, h. e. retrorsum abit. Germanorum quidam, hinter sich, wie die bauren die spriesse tragen. ¶ 3. Vnde & convicium, & *asini* vox in ἀναίσθητον, qui nullo lepore, nulla elegantia capitur, stupidusque ac stultus est. Ter. Eun. 3, 5, 50 *Quis esset status, flabellum tenere te asinum tantum?* Quamquam hic potius ad molem hominis & staturam ancillari ministerio minus aptam, Æsopique adeo asinum respici videtur, hero catelli in morem assultantem. Cæterum ad τὸ ἄμουσον hujus animalis & stuporem respexisse etiam videntur, *qui asinorum hecatombas* Apollini instituerunt, de quibus Pindar. Pyth. 10, 51, ibique Schol. & Bentlejus ad Callim. fragm. 188. Meminit etiam Clem. Alexandr. Protr. p. 25 Potter. Ad literarum certe ignorantiam retulit Cic. in Pisonem c. 30 *Quid nunc te, asine, literas doceam?* add. Cic. ad Att. 4, 5 p. 378 Gr. Plaut. Pseud. 1, 2, 4 *Neque hominis magis asinos unquam vidi.* Ter. Heaut. 5, 1, 3 *Quæ sunt dicta in stultum: caudex, stipes, asinus, plumbeus &c.* ein tropel, scolingel. Conf. Barth. Advers. 8, 4; & 34, 6; & ad Claudian. p. 1265; Turneb. Adv. 28, 35; Muret. Var. L. 14, 9. Casaub. ad Pers. p. 114; Joach. Camerar. de nominibus equestribus p. 112. *Julius Bassus* dictus *Asinus albus* propter notabile vitium: id enim prodigiosum est. ¶ 4. Mira de *Ammonii grammatici asino* Damascius apud Photium in Isidori vita Codice 242 tradit: qui sturire maluit, & domi appositum pabulum relinquere, quam non sectari herum poëticas disciplinas tradentem: quasi hoc genere studii tantopere teneretur. ¶ 5. *Asino vehi*, humilitatis aliquando, & ignominiæ fuisse, notat Casaubonus ad Lampridii Anton. Diad. f. 145. ¶ 6. *Asinus machinarius* ap. ICtos L. 12 *Cum aurum* § 10 D. *de Instructo & Instrumento legato*, dicitur, qui molam seu machinam frumentariam rotat, ein esel der die mühle treibt, ein mahlesel. v. Turneb. Adv. 8, 9. *Asini* dicti etiam, qui olim in pistrino laborabant, quod idem illis incumberet labor ad trusatiles molas, qui asinis an versatiles. v. Taubm. ad Plaut. p. 1. ¶ 7. Versus 10 Catulli epigr. in Æmil. 98 *Et non pistrino tradetur atque asino?* exercet eruditos. Cujus quidem satis clarus est sensus: solebant enim asini molas versare. Sed dictio impedita: clarior alioqui, si legas, ut in nonnullis esse codicibus Muretus in comment. p. 251 testatur, *atque asinus*, quod est, ita ut asinus. Sed si dativum retinemus, operosum sit exponere. Scaliger ad eum locum p. 114 putat, joculariter eos, qui trusarent molas, Asinos vocatos; *tradere* autem *asino* interpretatur, facere, ut quis sit asinus pistrinarius, quo modo Juvenali *Eunucho committere* seu tradere sit εὐνουχίζειν. Vult autem hoc genus locutionis, quia mirum, non tamen penitus insolens est, observari a studiosis. Muretо vero Var. Lect. 8, 15, *asinum* hic videtur Catullus dixisse non animal, sed lapidem molarem: videlicet imitatione Græcorum, qui & bestiam illam & molam eodem nomine appellent: itaque Hesychius ὄνον ait esse superiorem in pristino lapidem. Quam in sententiam ibi leges plura. Probat & illustrat hanc interpretationem Is. Vossius ad Catull. p. 326.

¶ Asina, *æ*, f. eine eselin. Varro de R. R. 2, 8 *Ex equo & asina fit hinnus.* Conf. Colum. 6, 37; Plin. 8, 44. Id. 11, 41 *Asinæ prægnantes continuo lacte fœcunt.* Et 11, 40 dativo plur. non *asinabus*, uti grammatici volunt, sed *asinis* posuit: *Asinis a fœtu dulent mammæ; ideo a sexto mense arcent partus.* ¶ 2. *Asina* nomen Romanum, Corneliorum cognomen a Cn. Corn. Scipione, asinam pecunia onustam loco sponsorum producente ad posteros propagatum. v. Macrob. Sat. 1, 6.

ĂSĭllus, *i*, m. diminut. ut, *Asellus onustus auro*, Cic. Att. 11, 15. *Agitatur aselli*, Virg. Georg. 1, 273 & Ovid. 2 Amor. 7, 15

Aspice, ut auritus miseranda sortis asellus
Assiduo domitus verbere lentus eat.

Asellus quare a Lampsacenis Priapo mactatus, apud Romanos vero Vestalibus sacris panibus coronatus, exponit Lactantius 1, 21. ¶ 2. Est & *Asellus* piscis nomen Plinio 32, 10, & 9, 16, sic dicti a colore cinericio, Germanis zant; quibus olim præcipua auctoritas in cibis, juxta Nep. Fr. 10, 2. ¶ 3. Sed Gesnero, *Asellus* piscis est fustuarius, (sic enim Erasmus vocat) stockfisch, rothfischer. Vide Salpa. *Asellus arefactus*, stockfisch. *Asellus albus*, luchs, Hadrian. Ovid. hal. 131 *Tam deformi non dignus nomine asellus.* ¶ 4. *Aselli* sunt & duæ stellæ in signo caneri, Plin. 18, 35. ¶ 5. Est & genus vasis seu amphoræ auritæ, id est, utrimque ansatæ, ein henckel-topf. Petron. c. 31 *Asellus Corinthius in promulsidari positus.* v. Burm. p. 123 sq. Sic etiam ὄνος apud Athenæum 4, 23 extr. fumitur, ubi ὄνους γέμοντας οἴνου dixit, id est *vini plenos.* ¶ 6. Est denique *Asellus* nomen viri, de quo Cic. de Orat. 2, 64 *Proverbium illud Scipionis, cum Asellus omnes provincias stipendia meretem se peragrasse gloriaretur:* AGAS ASELLVM.

¶ Asella, *æ*, f. idem quod asina. Ovid. de arte am. 3, 290

Vt rudit ad scabram turpis asella molam.

¶ Asellulus, *i*, m. novum diminutivum, ab *asellus* derivatum. Arnobius 3 p. 109 *Si asselluli, canes, porci humanum aliquid saperent.*

¶ Asellio Sempronius, historicus ac tribunus militum sub Scipione Æmiliano, Gell. 2, 13 & 13, 3; & Cic. de leg. 1, 2. ¶ 2. Alius *M. Asellio* summus vir, occisus ab Imp. Severo. v. Spartian. Sev. c. 13.

¶ Asellius, *i*, aliud nomen Romanum: ut, *M. Asellius* apud Cic. pro Cluent. c. 61. *Asellius Claudianus* apud Spartianum l. c. *Asellius Sabinus*, qui Tiberio facetum dialogum obtulit, apud Suet. Tib. c. 42.

¶ Asinārius, *a*, *um*, adject. ut, *Asinaria mola*, Cato R. R. c. 10, id est, quam asinus trudit, die ein esel treibt. *Mulier asinaria*, die eselstreiberin, Apul. Met. 7, 191. Sic Plauti Comœdia *Asinaria* dicta, quod de venditione asinorum ibi agitur. v. Prol. v. 12.

¶ Asinarius, *i*, m. substantive, qui asinos curat, agaso, ein eselstreiber, ap. Suet. Aug. c. 96; Cat. c. 10; Varr. R. R. 1, 18; & Apul. Met. 6 p. 181. ¶ 2. Christiani etiam per convicium atque contemtum *Asinarii* a paganis dicebantur, quod caput asininum colere crederentur, de quo Tertull. Apol. c. 16, & ad Nationes 1, 11 & 14. itemque Min. Felix 28, 8. Iudæis idem a gentilibus objectum. v. Tac. Hist. 5, 4, 2. Plut. Symp. quæst. 4, 5. Et ab his calumnia in Christianos derivata. conf. infra *Cillus*.

¶ Asininus, *a*, *um*, vom esel; ut, *Asininus pullus*, ein junger esel. Varr. R. R. 2, 8. *Asinina prunæ*, rofpflaumen, Plin. 15, 13. *Asininum stercus*, Varro R. R. 1, 38. *Lac asininum*, quod candori cutis conferre docet Plin. 11, 41: & de esu carnis asininæ Meibom. in Mæcen. p. 164 seqq.

¶ Asinīlis, *e*, idem. Apul. 4 Met. p. 153 *Asinali verecundia ductus.* Fulgent. Mythol. 4 *Asinales aures habere.*

¶ Asinisca, vel Asinusca, *æ*, f. genus vitis, quod damnatur Plin. 14, 3.

¶ Asibida, vel Asivida, *æ*, m. quasi *Asinivebida*, qui asino vehitur, ein eselreuter. Plaut. fupp. Bacch. prol. v. 31.

ASIO, *ōnis*, m. ex noctuarum genere maximum est, cui pluma aurium instar eminet. *Otus* dicitur etiam, & *noctua aurita*, ein ohrteule, Plin. 10, 23; & 29, 6.

Asis, quære in *Asia*.

ĂSIVS, *i*, m. lapis pumicis instar levis, fungosus &c. Plin. 28, 8; & 36, 17; Celf. 6, 6; Dioſc. 5, 95 ¶ 2. *Asius* Hectoris socius apud Homer. Iliad 12, 59; & Virg. Æn. 10, 123. ¶ 3. *Asii*, incolæ *Asiæ*. v. in *Asia* n. 2.

ASMATOGRĂPHVS, *i*, m. ᾄσματογράφος, qui ad musicum instrumentum conscribit cantica, ein componist. Ex ᾆσμα *canticum*, & γράφω, *scribo*. v. Cæl. Rhod. 7, 4.

ASMODÆVS, *i*, m. ἀσμοδαῖος, malum dæmonium conjugibus infestum, ein eheteufel; Tob. c. 3 v. 8. a שמד *perdidit*. conf. Selden. de Diis Syris 2, 6.

ASMONIVS, *i*, m. grammaticus in arte, quam ad Constantinum imperatorem scripsit, citatur a Prisciano lib. 10 p. 890. Nominatur & ab eod. lib de verf. comp.

ĂSŌMĂTOS, *i*, m. ἀσώματος, *incorporeus*, ohne leib. Cic. de N. D. 1, 12 de Platone: *Sine corpore ullo Deum vult esse, ut Græci dicunt ἀσώματον.* Sed Mart. Capella lib. 3 p. 49, 31 *Asomato in profatu.*

ASOPODŌRVS, *i*, m. statuarius, Polycleti discipulus, Plin. 34, 8.

ĂSŌPVS, *i*, m. fluvius Bœotiæ, quem poëtæ dicunt filium Oceani, insuperque fingunt a Jove exustum, ut sic ingens æstus designetur, cujus violentia fluvius exsiccatus. Stat. lib. 8. Pausan. lib. 2, qui etiam regis cognominis meminit.

¶ Asōpis, *ĭdis*, f. adjective. Stat. Theb. 4, 370 *Errare Asopide ripa.* Ita Ægina Æsopi F. *Asopis* vocatur Ovid. Met. 7, 616. & simpliciter, Met. 5, 113.

¶ Asopiades, *æ*, Æacus filius Æginæ, cujus pater erat Asopus. Ovid. Met. 7, 484. *Huic Asopiades, petis irrita, dixit.*

ĂSŌTVS, *i*, m. ἄσωτος, prodigus, decoctor, nepos, heluo, ein verschwender, schlemmer. Cic. de Fin. 2, 7 *Nolim mihi fingere asotos, qui in mensam vomant, & de conviviis auferantur, crudique postridie se rursus ingurgitent, qui solem, ut ajunt, nec occidentem unquam viderint, nec orientem; qui consumtis patrimoniis egeant. Nemo nostrum istius generis asotos jucunde putat vivere.* conf. de Fin. 1, 10.

¶ Ăsōtos, adv. ἀσώτως, incontinenter, unmäßig. Martial. 4, 9.

¶ Asotia, *æ*, f. ἀσωτία, schwelgerey. Gell 10, 17 *Sumtum plurium Asotiamque adolescentis viri deplorans.* Conf. Id. 19, 9.

ASPĂLĂTHVS, *i*, m. ἀσπάλαθος, spina candida; hodie lignum Rhodium appellant, rhodis-holtz. Plin. 12, 24; 15, 7; & 24, 13.

ASPĂLAX, inter herbas sponte nascentes, Plin. 19, 6.

ASPĂRĂGVS, *i*, m. ἀσπάραγος, herba, spargel. Ejus consideratio apud Plin. 19, 8; *silvestris* ibid. 15, 37; & *Gallici* 21, 15. Iuve-

nal. 11, 69 *Asparagi posito quos legit villica fuso.* Martial. 13 ep. 21. ¶ 2. *Asparagi* etiam in genere dicuntur prima germina vel stirpes fruticum & herbarum, stammlein; ut teneri illi turculi in lupulo, asparago &c. *Citius quam asparagi coquuntur*, locutio est proverbialis, de re, quæ fit celeriter: Frequenter ea usus Augustus est, Suet. c. 87. v. Chiliad. ¶ 2. *Aspharagos* etiam dicitur Apul. de Herb. c. 84.

Aspargo, vide in *Spargo.*

ASPASIA, *æ*, f. Hermotimi filia, Phocensis, omnium sui temporis formosissima habita, & *Milto* a coloris præstantia appellata. (μίλτος enim minium est.) Ideoque a Cyro minore primum, deinde ab ejus fratre Artaxerxe impense amata. *Sapientem* vocatam & *elegantem* Xenophon lib. 1 de Expedit. Cyri sub finem scribit: atque id nominis a Cyro ipso accepisse Plutarchus in Artaxerxe significat; quem ejus consiliis feliciter usum in rebus arduis Ælianus scribit Var. Hist. 12, 1, ubi copiose de illius virtute & fortuna. Meminit & Iustinus 10, 2. ¶ 2. Alia est, cujus Athenæus lib. 5 meminit; Milesia, qua Socrates in eloquentiæ studio magistra est usus, sapiens & reipublicæ etiam tractandæ callens, unde & a Pericle culta. v. Voss. Inst. Rhet. p. 377: Burm. ad Quint. 5, 11 p. 444; & quos laudat Fabric. Bibl. Gr. 2, 23 p. 829. ¶ 3. Alia hoc nomine Critobuli conjux fuit, de qua Xenophon lib. 5 Hypomn. Socrat. de re domestica administranda. ¶ 4. *Aspasia* Xenophontis uxor apud Cic. de Invent. 1, 31; & Quintil. 5, 11.

Aspecto, aspectus &c. Aspello, vide *Specio, Pello.*

ASPENDUS, *i*, f. Pamphyliæ urbs ad Eurymedontem fluvium. Situm ejus describit Arrianus lib. 1 Exped. Alex. p. 74 ed. Blancard.

¶ Aspendius, *a, um*, gentile; ut, *Aspendii populi*, Nep. 14, 8, 2. *Aspendius citharœdus*, de quo ita Aeonius Ped. in Cic. 1 Verr. de Præt. urbana: *Difficile, quod Aspendius citharista faciebat, ut non uteretur utraque manu, sed omnia*, i. e. *universam cantionem, istus & sinistra tantum manu complecteretur. Unde omnes, quotquot fures erant, a Græcis* ASPENDII CITHARISTÆ *proverbio dicebantur; quod ut ille carminis, ita isti furtorum occultatores erant. Valet hoc proverbium & in eos, qui multum intestinis commodis suis consulunt præter honestatem.* ¶ 2. *Aspendius damnata navis; ferunt eam nec ab alite ulla attingi*, Plin. 14, 18.

ASPER, *a, um*, quod vel visu, vel gustu, vel alio sensu ingratum & insuave est, rauh, scharf, herb, stachlicht, sauer; ut, *Aspri sentes*, Virg. Æn. 2, 379. *Rubus asper*, Id. ecl. 3, 89. *Sapor asper*, Id. Georg. 4, 277. *Vinum asperum*, Ter. Heaut. 3, 1, 49, cui ibidem *lenius* opponitur; ut apud Cic. de Fin. 2, 12. *Piper asperum*, Plin. 12, 7. *Asperrima hyems*, Vell. Paterc. 2, 113, 3. *Asper nummus* quis sit, vide in NUMMUS. ¶ 2. *Aspera* etiam dicuntur apud poëtas opera cælata, & eminentibus figuris vel signis distincta, erhabene, it. getriebene arbeit. Virg. Æn. 5, 167 *Cimbiaque argento perfecta & aspera signis.* conf. Drakenb. ad Sil. 11, 279. ¶ 3. Transfertur hæc vox ad omnia, quæ parum voluptatis, leporis ac gratiæ habent, & gravia itaque atque injucunda molestaque sunt, unangenehm, verdrüßlich. Sic *Victus asper*, Plaut. Capt. 1, 2, 85. *Cœna aspera*, Id. Capt. 3, 1, 37. *Asperior vox*, Curt. 7, 1, 23, schelt- und schmäh-rede. *Asperioribus facetiis quem perstringere*, auf eine empfindliche art verletzen, Cic. pro Planc. c. 14 *Militia horridior asperiorque*, Liv. 45, 36. *Bellum asperrimum*, Sallust. Iug. c. 48. Sic *Terra tractatu aspera*, die schwer zu gewinnen ist Plin. 17, 7. *Aspera & rudia*, id est, inculta, impolita de scriptis dixit Vellejus 1, 17, 1. *Aspera loca*, Cæs. Civ. B. 3, 42, quæ difficulter, nec sine magno labore superes atque pervadas. Quo resectu *lævis* & *aspera* opponuntur. *Spes aspera mortis*, Stat. 11, 715. ut ibi optimi Codd. vulgo *anxia.* ¶ 4. De homine quando dicitur, durum, immitem ac intractabilem significat, ungütig, streng. Ita Virg. Æn. 1, 253 *Aspera Juno.* Horat. in Arte v. 163 *Monitoribus asper*, id est, dicto non audiens, immorigerus, widerspenstig, unbändig. Lamprid. in Diadumeno sub finem: *Ex quo apparet, quam asper futurus juvenis, si vixisset.* Claudian. in Eutrop. 1, 181 *Asperius nihil est humili, cum surgit in altum*, hoc est, nihil superbius, intolerabilius. Horat. Epod. 6, 11 *In malos asperrimus parata tollo cornua.* Sic apud Senecam Medea v. 87 Diana, *aspera virgo* dicitur, propter genus vitæ asperum & durum, quæ procul omni amœniore ac lepidiore cultu, in silvis & lustris venandi labore vitam traduceret. Quemadmodum Virg. etiam Æn. 11, 664 Camillam *Virginem asperam*, propter armorum & belli studium vocat. Ita enim & de Carthagine ait Æn. 1, 14 *Dives opum studiisque asperrima belli.* ¶ 5. *Asperi* etiam dicuntur, rustici & incultis moribus homines, & sic incommodi ac molesti, grobe, unhöflíche. Cic. de Fin. 4, 28 *Homo asper & durus oratione & moribus.* Item pro Plancio c. 16 *Asper natura & omnibus iniquus*, ein unfreundlicher mann. conf. Liv. 5, 65.

¶ Asper, *i*, m. inter nomina est propria. *Asperi in Virgilium & Sallustium commentarios* memorat Hieronymus apol. adv. Ruffin. ep. 67, 4.

¶ Aspere, adv. streng, hart, heftig. Cic. de Orat. 1, 53 *M. Cato apud pop. Rom. aspere & vehementer est locutus.* Idem ad Q. fratr. 2, 8 *Nimis aspere tractare aliquem.* Comp. *Asperius* Ciceronis est de Orat. 2, 9; & ad Att. 9, 15. Superl. *Asperrime*, Sen. de Ira 3, 37; & Vellej. 2, 7, 4 *Asperrime sævire.* Sallust. de Rep. ord. 1, 1 *Pessimus quisque asperrume rectorem patitur.*

¶ Asperiter, pro *Aspere* Nævius dixit apud Nonium 11, 32.

¶ Asperitas, *ātis*, f. acritudo, die schärfe, unannehmlichkeit; ut, *Asperitas aceti*, Plin. 9, 35. *Asperitas vocis*, rauhe stimme, Lucret. 4, 552. ¶ 2. Difficultas, die rauhigkeit, schwierigkeit; ut, *Asperitas locorum*, Liv. 44, 7 & Curt. 7, 3, 6. *viæ, montis*, Cic. Att. 9, 1; Liv. 28, 1. Plin 22, 24 *In lassitudine proniores sumus ad iracundiam, & in siti. Virgo & hæc asperitas animi, seu potius animæ, dulcioris succo mitigatur.* Ex lassitudine & siti arescunt fauces, & spiritus, & exasperantur veluti: quæ res difficilem mearum spiritui, h. e. difficultatem respirandi producit. Quam *asperitatem animæ* vocat: anima enim spiritus est. Plur. Sallust. Iug. c. 75 *Omnes asperitates supervadere.* ¶ 3. Ist & *Asperitas*, unfreundlichkeit, widerwärtigkeit, sauertöpfisch wesen, gravitatis sive severitatis excessus, hoc est, vitium illud, cui ἀπιθανία, item φιλία, quam Aristoteles vocat, contraria est; quo qui laborant, δύσκολοι, αὐθάδεις, &c. appellantur: Latine *truculenti, morosi, difficiles* &c. qui contra ea se habent, *benigni, faciles* &c. dicuntur. v. Casaub. ad Polyb. p. 131 & seqq. item ad Theophr. Charact. c. περὶ αὐθαδείας. Cic. fin. 4, 23 *Tristitia atque asperitas Stoicorum.* Vellej. 2, 89, 4 *Senatus sine asperitate, non sine severitate lectus.* Nepos 25, 5, 1 *Habebat avunculum, difficillima natura, cujus sic asperitatem veritus est, ut, quem nemo ferre posset, hujus sine offensione retinuerit benevolentiam.* Ovid. Art. 2, 146 *Asperitas odium facit, vanaque verba movent.* Horat. 1 ep. 18, 5 placendi studio, & τῇ ἀγχαιείᾳ, seu assentationi opponit:

Isi, inquit, *huic diversum vitium prope majus,*
Asperitas agrestis & inconcinna gravisque, &c.

Addit, *agrestis*, quia hoc vitium indoctis & rusticis, sive agrestibus, familiare est. Unde Plato τὸν ἀνδάδη, ἀμαθῆ appellat. Ovid. de Ponto 1, 6, 7 *Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est,*
Pectora mollescunt asperitasque fugit.

¶ Aspēritūdo, *inis*, f. idem quod *Asperitas.* Tertull. de Pœnit. c. 11 *Asperitudine sacci.* Apul. Met. 1 pr. *Asperitudo fabularum.* Elmenh. p. 103 est *aspritudo.* Marc. Empir. c. 8 *Nullam in se asperitudinem habet.*

¶ Aspritūdo, *inis*, idem. Celsus 6, 6, 26 *Ex aspritudine lippitudo fit.* Scrib. Largus Comp. 35 *Caligo & aspritudo oculorum* &c.

¶ Aspredo, *inis*, f. idem. Cels. 5, 28, 2 *Aspredine quadam cutis*; ubi tamen etiam Codices MSS. *Aspritudo* tuentur.

¶ Asprētum, *i*, n. locus asper, aut asperis fruticibus consitus, ein rauher ort. Liv. 35, 28 *Tabernacula statuere in asperis, & inæquabili solo, difficile erat.* Et Gratius in Cynegetico v. 241 *Asperis medius qua clauditur orbis.*

¶ Asperāgo, *ĭnis*, f. lappago asperioribus foliis, klette. Plin. 26, 10.

¶ Aspĕro, *avi, atum, are*, rauh machen. Colum. 8, 3 *Asperandi formatis gradibus asperantur, ne sint advolantibus* (gallinis) *lubrici.* Virg. Æn. 3, 285 *Et glacialis hiems Aquilonibus asperat undas.* ¶ 2. Metaphorice, ärger machen, erbittern. Tac. Hist. 2, 48 *Irent propere, ne remanendo iram victoris asperarent.* Id. An. 1, 72, 6 *Hanc asperavere carmina incertis auctoribus vulgata.* Et An. 2, 29, 3 *Ita moderans, ne lenire, neve asperare crimina videretur.* Varro R. R. 3, 16 *Apes asperantur.* conf. Stat. Theb. 1, 138.

¶ Asperatus, *a, um*, gekraut, schäbicht; ut, *Alopeciæ asperatæ*, Plin. 29, 6. *Asperata passionis magnitudo*, Cæl. Aurel. Acut. 2, 37. *Tabula ferro asperata*, Varr. R. R. 1, 52.

¶ Asprātus, *a, um*, holpricht. Sidon. 4 ep. 8 *Asprata lima poliri.* Et Carm. 2, 419 *Baccarum præfert læves asprata lapillos.*

¶ Asprātilis, *e*, idem; ut, *Aspratilis petra, aspratilis terminus*, i. e. non perdolatus, apud Autores rei agrar. Gœs. p. 228, 305 &c.

¶ Exaspero, *avi, atum, are*, asperius reddere, schärfen, scharticht oder schrrend machen. Silius 4, 19 *Saxoque exasperat ensem.* Celsus 4, 2, 4 *Piruita fauces exasperat.* conf. Id 1, 3 de vomitu; & Plin. 23, 8. ¶ 2. Metaphorice irritare est & exacerbare. Quintil. 4, 2 *Ram verbis exasperavit*, er hat die sache noch mehr verderbt. Curt. 8, 1, 32 *Alexander magis exasperabatur*, er wurde hitziger, mehr erbittert. Liv. 40, 20 *Exasperari animum sentiebat*, daß er bitter und böse werde. Ovid. Met. 5, 7 *Fretum ventorum rabies exasperat.*

¶ Exasperatus, *a, um*, uneben, höckericht; ut, *Moles exasperata saxis*, Sen. Controv. 1, 3. conf. Cels. 5, 13 *Mare fluctibus exasperatum*, ungestüm, Liv. 37, 12. ¶ 2. Item erbittert; ut, *Exasperati animi*, Liv. 28, 25; & 36, 29. *Neque convenit æstu medio exasperatas apes lacessiri*, Colum. 9, 15.

¶ Exasperātio, *ōnis*, f. die erbitterung. Tertull. adv. Marc. 2, 16 *Exasperationis species.*

¶ Exasperātor, *ōris*, m. der einen erzürnet, ap. Marc. Emp.

¶ Exasperatrix, *īcis*, f. Vulg. Ezech. 2, 8.

¶ Inasperātus, *a, um*, geschärft; ut, *Inasperatæ voces*, Ammian. 29, 5 al. *insperatæ.*

¶ Perasper, *a, um*, sehr rauh. Cels. 5, 28, 14 *Subdurum & in summo perasperum.*

¶ Subasper, *a, um*, adject. ein wenig rauh, ibid. n. 19.

Aspergo &c. Aspernor &c. Aspero &c. vide *Spargo, Sperno, Asper.*

ASPHALTION, *i*, n. ἀσφάλτιον, trifolium majore folio, klee. Plin. 21, 17.

ASPHALTĪTES, *æ*, m. Ἀσφαλτίτης, lacus ille Palæstinæ bituminosus pestilenti fœtore, de quo multa Plinius, Solinus, Iustinus, & Tacitus. Natus est ex ruinis urbium excifarum divinitus, Sodomæ, Gomorrhæ, & ceterarum, in aquam demersis, manetque hodie in testimonium illustre iræ Dei: das todte meer; ἄσφαλτον bitumen Græci dicunt. Honterus lib. 3 Cosm.

Iordanisque facer, geminis e fontibus ortus,
Tandem Asphaltite diris immergitur undis.

ASPHŎDĔLUS, *i*, m. ἀσφόδελος, herba, quam albucum alias nominant, & hastulam regiam, goldwurz, affodillen. Non est *lilium agreste*, quod *hemerocallis* dicitur sponte nascens in memoribus. Vide *Albucum*, & Plin. 21, 17 & 22, 22. *Asphodilus* dicitur Pallad. 1, 37. *Asphodelus* cur mortuorum cibus apud inferos fingatur a poëtis, vid. Heinf. ad Hesiodi O. & D. p. 266.

Aspicio, vide *Adspicio* in *Specio.*

ASPIDELON, *i*, n. lactuca silvatica, Apul. de Herb. c. 30.

ASPILATES, *æ*, m. ἀσπιλάτης, gemma Arabica, Plin. 37, 10.

Aspiro, &c. vide *Adspiro* in *Spiro.*

ASPIS, *ĭdis*, f. ἀσπὶς, serpens parvus venenosissimus, cujus morsus immedicabilis est, & mortem certissimam infert, quemadmodum Ælianus de Animal. 1, 54 prodidit, eine otter, natter, schlange. Hinc *aspidis morsus, aspidis telum*, pro malo immedicabili. Vide Chiliades. Cic. pro Rab. Posth. c. 9 *Aspide ad corpus admota vita est privatus.* Plinius tamen 8, 23 auctor est, remedium ictui fore, si confestim partes contactæ amputentur. Idem prodit, hoc genus non nisi cum compare vagari, ac vivere: itaque alterutra interemta incredibilem alteri ultionis manere curam. In eodem & affectus indicia inesse tradit 10, 74 extr.

Venuſe

Veniſſe ſcilicet aſpidem ad menſam cujusdam in Ægypto, ut alterum aſſidas, cuncum catulos, quorum ab uno ultimum hominis interemtum: Illum reverſam ad conſuetudinem cibi, intelleviſſe culpam, & necem intuliſſe catulo, nec poſtea in tectum id reverſam Morſu aſpidis periiſſe Cleopatram, præter hiſtoricos etiam Tertullianus ad Marciam c. 4 & Galenus de theriaca ad Piſonem teſtantur. Aeſtie quidem inibi tres aſpidum ſpecies recenſet, *Ptyadem*, *Terreſtrem* ſive *Cherſeam*, & *Chelidonium*. Solinus c. 40 plures memorat; cæterum Cleopatram ex ea periiſſe, quæ *Hypnale* appelletur, quod ſomno necet. Quod etiam apud Iſidorum legere eſt 12, 4. Sed tot res illa de Cleopatræ morte in incertis relinquenda, ut Hiſt. Antiq. p. 134 oſtendit Cellarius. De aſpide in nummis v. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 4 p. 242. ¶ 2. *Aſpis*, nom. propr. viri; qui Cæſoniæ fuit dynaſtes apud Nep. 14, 4, 1. ¶ 3. *Aſpis* oppidum Africæ, quod Latini *Clupeam* vocant, ſitum inter Carthaginem & Adrumetum. v. ad Eutropium notata 2, 123 & Drakenb. ad Sil. 3, 244. ¶ 4. Eſt & inſula Lyciæ, & alia prope Cycladas. Steph.

Aſpienon, Aiporto, &c. Aſpratus, aſpredo, vide *Spleen*, *Porto*, *Aſper*.

ASPRĒNAS, *ātis*, m. Africæ proconſul ſub Tiberio. De Aſprenatum vero familia & claritate legatur Plin. 30, 7; Suet. Aug. c 43; Burm. ad Quint. 10, 1 p. 883. *De Aſprenate Calpurnio* Tac. Hiſt. 2, 59, 1

Aſpretum, Aſſa, Aſſamentum, vide *Aſper*, *Aſſus*, *Aſſer*.

ASSĀRACUS, *i*, m. Trojanus, avus Anchiſæ, Troiſinius, Ili frater. Vide de ſtirpe illa Ovid. Faſt. 4, 33 ſeq. & Servius in Æneid. 1, 284

Cum domus Aſſaraci &c.

Virg. Æn. 12, 127 *Et genus Aſſaraci Mneſtheus & fortis Aſilas*.

Aſſarium, Aſſarius, vide *As*, *Aſſis*.

ASSĒSSINI, *orum*, m. pl. genus hominum in oriente fuiſſe memorant, quos plerique hiſtoricorum *Aſſaſſinos*, Pius Papa & Nic. Gillius *Aſſaſſinates*, Nicetas *Chaſſes* nominarunt. Hi Mahumetanæ diſciplinæ addicti novam ſibi ſectam inſtituerunt: Goldaſt. Replic. pro S. Cæſ. Maj. adverſ. Greſſ. c 1 ab init. Sectam hanc Mahumetanorum quintam numerat Rein. Reineccius Meth. leg. hiſt. p. 45 conditore quodam *Hacadino*, qui regnum in ea Perſidis parte obtinebat, quæ Indo fl. proxima eſt. Eratque veluti equeſtris ordo, cujus principes Aloadini, nicere fores *ſonicores* & *ſeamonii* nominabantur. Duravit hæc usque ad Tartarorum irruptiones. Tumenimarce Aſſaſſinorum primaria, Tigado, poſt vigintiſeptem annorum obſidionem, (nam ita Haythoni hiſtoria traditum eſt,) capta, prorſus deleti fuere. Adi & Barth. Adverſ. 51, 2 & Renaudot. hiſt. Patriarch. Aſex. p. 470. Cæterum cum ea in gente delecti juvenes, religionis quadam perſuaſione inducti, & neſcio cujus Paradiſiacæ voluptatis promiſſo inefecati, principi ſuo fidem tic obſtrinxiſſent, ut ad imperium ejus quoscunque principes occiſos ipſe vellet, eos vi, fraude, dolo, pro re nata, etiam cum præſente capitis ſui periculo, trucidarent; factam inde, ut ¶ 2. *Aſſaſſini* vocentur *conducticii ad alios interimendos*, *præcipue viros principes*, ut Voſſii verbis loquamur de vit. ferm. 2, 2 p. 176, nomine ad ipſos etiam conductores transeunte, banditen, meuchelmörder.

¶ Aſſaſſinium, *i*, n. *homicidium* eſt *ex pactione de dando & acceptanda mercede commiſſum*, quemadmodum definit Ioh. a Felde Part. 2 Elem. Iur. univ. p. 235, ein meuchelmord. De crimine ipſo conſulendi Iuris interpretes.

ASSĒCLA, *æ*, m. ſignificat vel comitem, vel aſſiſtentem, vel aſſectatorem, ein anhänger, nachtreter. Aſſecla quaſi *Aſſecula* ab *aſſequendo*, i. e. *buccellarius homo*, uti legitur in Gloſſ. Iſidori. Cic. in Salluſt. c. 8 *Omnium menſarum aſſecle*, ein ſchmarutzer. Vet. Gloſſ. *Aſſecla παράσιτος*. ¶ 2. *Aſſeclam* pro comite dixit Nepos 25, 6, 4; *Non decere ſe arbitrabatur, cum prætoram gerere voluiſſet*, ASSECLAM *eſſe Prætoris*. Sic *Aſſeclæ legatorum*, Cic. Verr. 1, 25. Nonius ſcribit 1, 280 Aſſeclas *ab eo, quod aſſint, & omnibus juſſis dominorum præſto ſint, eſſe vocitatos*.

Aſſectari, aſſectatio, &c. Aſſedo, Aſſefolium, Aſſello, Aſſentari, aſſentatio, &c. aſſentio, &c. Aſſequor, vide *Sequor*, *Sedeo*, *Folium*, *Sella*, *Sentio*, *Sequor*.

ASSER, *ĕris*, mafc. & Aſſis, *is*, fœm. *Aſſeres*, plur. tabulæ ſunt ſectiles, thielen oder breter: Dicti *aſſeres*, veluti Feſtus vult, quod parietibus trabibusque *aſſideant*. Plaut. Aul. 2, 6, 8 *Ligna apud nos nulla ſunt*. CO. *Jam aſſeres?* STA: *ſunt pol*, &c. *Aſſeres pedum duodecim*, Cæſ. B. Civ. 2, 2. *Roboreis aſſibus ſolum compingere*, den boden mit eichenen bretern belegen, Colum. 6, 19, ubi & *axibus* legunt, quemadmodum & Budæus *aſſes* vel *axes* dicit. v. infra *Axis* n. 5. *Quernis aſſibus contabulare*, Plin. 36, 25. conf. Varr. R. R. 1, 52. ¶. 2. Sed revera *aſſeres* & *aſſes*, idem non ſunt; neque ſunt *aſſeres* tabulæ (breter) ſed *aſſes*: a quibus *aſſare* & *coaſſare*, & *coaſſatio* etiam eſt. *Aſſeres* autem trabeculæ ſunt, quibus tegulæ in tectis imponuntur, latten darauf die ziegel auf den dächern ruhen; quod illa Vitruvii verba 4, 2 diſerte docent: *Deinde inſuper ſub tegulas aſſeres* (ſcilicet ponuntur) *ita prominentes uti parietes eorum projecturis tegantur*. v. Baldi Lex. p. 13. ¶ 3. Eaque de cauſſa *aſſeres* de ſubdibus, contis, longuris etiam dicuntur, quod Hotomannus ad Cæſ. B. Civ. 2, 2 obſervat. Sic *aſſeres lecticariorum*, ſtangen, daran die ſenſten getragen werden, Suet. Calig. c. 58. Vet. Gloſſ. *Aſſeres* Κόντοι, δοκοί, σφυρῆκες.

¶ Aſſerculus, *i*, m. diminut. Columel. 8, 3 *Iunctis parieti modicis aſſerculis*. conf. Cato R. R. c. 152, ubi baculi ſunt, quibus ſcopæ alligantur. Sed idem c. 12 *Aſſercula* neutro plurali dixit.

¶ Aſsĭcŭlus, vel Axiculus, *i*, m. idem ex antiquo Aſſis; v. *Axis*.

¶ Aſsula, *æ*, f. diminut. pl. *Aſſulæ*, quas Græci σχίδια *ſchidia*, vocant, partes ſunt materiæ aſcia abraſæ aut fecui truncatæ, ſpäne, ſchindeln. Plaut. Merc. 1, 2, 20 *At etiam ceſſo foribus biſce facere aſſulas*, id eſt, in minutos aſſeres diſcindere. Plin. 29, 2 *Aſſis teda ſubjectis*. Feſt. in *Fomites*: *Aſſida ſecuribus excuſſa*. De *aſſidis*, *quas marmorarii ex operibus dejiciunt*, v. Vitruv. 7, 6; & Baldi Lex. p. 14.

¶ Aſſulatim, adverb minutatim, in kleine ſtücklein. Plaut. Capt. 4, 2, 83 *Paltando vel aſſulatim foribus exitium afferre*, zerſplittern. Id. Mercch. 5, 2, 106 *Dedolare aſſulatim viſcera alicujus*. conf Nonius 2, 31.

¶ Aſſulose, idem. Plin. 12, 22 *Calamus aſſuloſe frangitur*.

TOM. I.

¶ Aſſo, *are*, ab *aſſibus* verbum, h. e. contabulare, täfeln, ſpinden. Vitruv. 7, 1 *Cum aſſatum fuerit*. ¶ 2. *Aſſare*, coquere, vide *Aſſis*.

¶ Aſſamentum, *i*, n. täfelwerck. Plin 16, 40 *Rigorem forriſſime ſervat ulmus, ob id cardinibus aſſamentisque portarum utiliſſima*. Sed Harduinus ad hanc locum notavit, omnes MSS. libros *craſſamentas* habere.

¶ Coaſſo, vel coaxo, *are*, aſſeribus ſ. axibus ſternere, contabulare, zuſammen ſpinden, täfeln, mit brettern verſchlagen. Vitruv. 7, 1 *Cum coaſſatum fuerit*.

¶ Coaſſatio, f. Coaxatio, *ōnis*, f. die zuſammenſpindung, täfelwerck. Vitruv. 7, 1 *Coaſſatio tranſverſo ſternatur*. Idem 5, 1 *Coaxationes* habet. Plin. 36, 25 *Binis coaſſationes ſubſternere*.

¶ Inaſsero, *ui*, getäfelt. Vet. Inſcript. ap. Gruter. 207 *Ferroque figito, inaſſerato aſſeribus abiegnis ſ. ſilibus*.

Aſſero, aſſeratio, &c. Aſſeveratio, aſſevero, Aſſideo, &c. Aſſido, Aſſiduus, aſſiduitas, &c. Aſſigno, Aſſilio, Aſſimilis, aſſimilo, Aſſipondium, vide *Sero*, *Severus*, *Sedeo*, *Sido*, *Sedes*, *Signum*, *Salio*, *Similis*, *As*

ASSIR, antique *Sangais* apud Feſtum. Gloſſ. lat. gr. *Aſſir* ὦμα. Hinc

¶ Aſſirātum, *i*, n. *genus quoddam potionis ex vino & ſanguine temperatum*, Feſt. Hinc fœdera cruenta vocat Mela 2, 1.

Aſſis, Aſſitus, Aſſius, Aſſo, *are*, Aſſocio, Aſſono, vide *As* & *Aſſer*, *Sero*, *Aſſus*, *Aſſer* & *Aſſis*, *Socius*, *Socio*, *Sonus*.

ASSOS Græca, & *Aſſus*, *i*, Latina terminatione, proprium nomen aliquot urbium, quarum una Troadis fuit, altera Myſiæ, Lyciæ tertia, quarta Epiri. De *Aſſo Troadis orbe* celebris fuit Stratonici extharœdi ſententia apud Strabonem lib. 13 p. 420

ἄσσον ἰὼν; ὡς κεν θᾶσσον ὀλεθρίῃ πάρᾳ ἵκηαι:

Vade Aſſum, ut citius leti conſimia tanga.

Erat enim *Aſſus* natura & arte urbs munita, & ab ea parte, quæ mare ſpectat, arduum & difficilem habebat adfcenſum. Vid. Hadr. Iun. adag. 109, qui obſervat eſſe, qui hic *Aſſon* Lyciæ oppidum, & pro Stratonico nominet Nicoſtratum.

¶ Aſſius, *i*, m. lapis, qui & carnophagus, σαρκοφάγος appellatur, quem Plinius ſcribit 36, 17 in Aſſo Troadis nasci, biblii vena ſciſſum, qui corpora defunctorum in eo condita intra quadrageſimum diem abſumat, exceptis dentibus; & quæ alia ibi de hoc lapide ſequuntur. De quo præterea vide Plin. 2, 96. Dione 5, 95.

Aſſludo, Aſſuefco, aſſuetudo, Aſſula, Aſſultim, aſſultus, Aſſum, Aſſumo, &c. Aſſuo, Aſſura, Aſſurgo, vide *Sudo*, *Suefco*, *Aſſis*, *Salio*, *Sum*, *Sumo*, *Suo*, *Aſſis*, *Surgo*.

ASSUS, *a*, *um*, quaſi *arſus*, ab ardeo, idem quod *aſſatus*. gebraten. *Dictum* aſſum, *quod ab igne* aſſudeſcat, Varr. de L. L. 4, 22. conf Iſidor. 20, 2. Sic *Caro aſſa*, quam *aſſitatam* cum Vopiſco nonnulli dicunt, ein braten. Plaut. Curc. 2, 3, 38 *Hæc ſunt ventri ſtabilimenta, panis & aſſa bubula*. Horat. Sat. 2, 2, 73 *Aſſis miſcueris elixa*. Et Cell. 13 de Variet. temp. *Transeundam ab elixis ad aſſa*. Sic *Vulpis palmo recentiſſimus aſſus*, Id. 4, 7, 2. Cic. fam. 9, 20 *integram famem ad ovum aſſero, ita usque ad aſſum vitulinum opera perducitur*, al. *vitellinum*. Sed ſignificat carnem vitulinam, quæ inter fercula poſtrema in cœnis apponebatur, der kälber-braten. ¶ 2. Significat ſolum, merum, ut, *aſſa voce canere*, i. e. ſola voce, nullis admiſtis muſicis inſtrumentis, mit bloſſer vocal-muſic. v. Pedian. in Divin. Verr. p. 37; & ex Catone & Varrone Nonius 2, 70 & Feſtus. Viciſſim *aſſi tibiæ* dicuntur, quibus canitur ſine chori voce, Servio, cujus locum quære in *Antes*, bloſſe inſtrumental-muſic von pfeiffen. Vnde & *aſſare* dicuntur tibicines, cum ſolis tibiis canunt. v. Iof. Scalig. Conject. ad Varr. p. 121. *Aſſum autem*, inquit Nonius l. c. *eſtimandum eſt, ut in ſonitis ſine pigmento ſaporis alieni, quemadmodum merum dicitur ſolum*. Hoc vult: Sicuti *merum*, cum initio vinum notaret, ſignificare poſtea cœpit quodliber purum, quomodo vinum (puta ſibi relictum,) purum eſt ab aqua: ſic *aſſa*, quod nomen primo carnis fuit ad ignem toſtæ, translata eſt poſtea ad deſignandam eam cantilenam, quæ *ſola* voce conſtaret absque organorum veluti condimento; nam & caro talis, ſecus atque elixa, nihil habet additum ſaporis alieni. Verum huic ſimilitudini obſtat, quod *merum* alii volunt, (& rectius, opinor) prima ſignificatione purum, ſecunda demum vinum ſignificare nulla dilatum aqua, quod Græci ἀκρατές vocant, cum id olim duabus vocibus *vinum merum*, ein lauterer wein, fuiſſet dictum. Sepoſita vero iſta ſimilitudine plauſibiliorem dixerim Nonii etymologiam, quam illam aliorum ap. Voſſium ſ. 51 Etym. *aſſa* notionem iſtam derivantium ab ἄσσω, quod eſt *canere*. Non enim ideo *aſſa* vox, *aſſa* tibia vocabantur, quia *caneret*, ſed quia hoc faceret *ſola*, & absque ſocietate modulaminis alieni. Quo fere modo ¶ 3. *Aſſi* etiam *lapides* dicebantur ſicci, i. e. qui nullo arenario conglutinati ſunt; ſed alius ſuper alium poſitus, ut in macelliis vinearum fieri conſuevit. Vide Servii locum ſupra a nobis allegatum in voce *Antes*. ¶ 4. *Aſſas* vero *nutrices* ob eam proprietatem officii nuncupari cenſet Nonius 1, 280, *quod aſſint iis, quos nutriant, nec vel exiguo discedant*. Rectius Verus Interpres Iuvenalis ad Sat. 14, 207 (ubi pro *aſſum* legendum *aſſe*) notat, *Aſſum eſſe ſiccum nutricem, quæ lac non præſtat infantibus, ſed ſolum diligentiam & munditiam adhibet*. Et Iof. Scaliger l. c. p. 122 probat, *Aſſam* potius eſſe aſſiſtricem mulierem, ſive obſtetricem, quod Varro ap. Nonium 2, 80 dicat: *Aſſa nos multos, quod parere ea non poterat mulier, foras batere juſſit*, die beyfrau, wehmutter. Vid. & Muret. V. L. 15, 5. ¶ 5. *Aſſus Sol* eſt apricatio ſine unctione, *nitidus unctusque* contrarium, ubi Cic. ad Att. 6, 12 ſcribit: *Pro iſto aſſo Sole, quo ta abajas es in noſtro pratulo, a te nitidum Solem unctamque repetemus*. v. Græv. p. 301. ¶ 6. *Aſſus* oppidum, vid *Aſſos*.

¶ Aſſa, *orum*, n. pl. in balneis ſudaria ſunt (ſic enim Seneca vocat) die ſchwitz-ſtube, ſchwitz-banck. Cic. ad Q. Frat. 3, 1 *In balneariis aſſi in alterum apodyterii angulum promovi*. Ideo ſic dicta, quod tantum ibi ſudent, non etiam lavent. v. ſupra *Apodyterium*.

¶ Aſſo, *are*, coquere eſt, & torrefacere ad ignem, braten; ut, *Aſſare jecur*, Apic. 2, 1. ¶ 2. *Aſſare* dicuntur tibicines, cum ſolis

tibiis canunt; quod paullo ante monebamus in *Assus* n. 2. ¶ 3. *Assare* item contabulare est. vide *Asser* n. 2.

¶ Assatus, *a, um*, gebraten. Pro quo & *Inassatus*.

¶ Assārius, *a, um*, idem; ut, *Daps assaria*, Cato c. 132.

¶ Assātūra, *æ*, f. gebratens. Vopisc. in Aureliano c. ult. *Convivium de assaturis maxime fuit.* Conf. Apic. 7, 5.

¶ Assātor, *ōris*, m. Glossis est ὀπτανεὺς & ὀπταναέιος, ein Koch.

¶ Inassō, *are*, pro *assare*, abbraten. Hinc

¶ Inassātus, *a, um*, abgebraten. Plin. 30, 10 *In ligneis verubus inassatum.*

¶ Semiassus, *a, um*, halb gebraten. Cic. Tusc. 1, 44 *Reliquias semiassi regis* ex veteri poeta dixit.

¶ Subassō, *are*, modice aut lente assare, sachte braten. Apicius 4, 2 *Pisces curatos subassabis.* Conf. 7, 2 & 14; 8, 8.

¶ Subassātus, *a, um*, etwas gebraten; ut, *Caro elixa subassata*, Apic. 7, 5.

ASSŸRIA, *æ*, f. Ἀσσυρία, Asiæ regio, dicta ab *Assur* filio *Sem*: veluti Augustinus testatur de Civ. Dei 16, 3. Adde Cic. Fin. 2, 32.

¶ Assyrius, *a, um*, adject. Lucan. 4, 298 *Assyrii servitutor pallidus auri.* conf. Virg. ecl. 4, 25; & Georg. 2, 465; Et Cic. Divin. 1, 1. ¶ 2. *Assyrii* nomen pro ludæo, seu Ebræo apud Græcos interdum usurpari, Seldenus adnotavit 1 de Iur. nat. & gent. juxt. Ebr. 2 p. 18. *Assyrius* enim cum *Syrus* non raro confunditur. vid. *Syria.* ¶ 4. *Assyrius* enim cum *Syrus* non raro confunditur. vid. *Syria.* Quorsum etiam referenda forte funt, quæ de *Assyria purpura* interdum habent auctores. v. Drakenb. ad Sil. 11, 40.

Ast, vide *At.*

ASTA, *æ*, f. civitas Hispaniæ Bæticæ, quæ Plinio *Regia* cognominatur 3, 1. ¶ 2. *Asta* alia in Liguria est, cujus ager vulgo *comitatus Astensis* audit inter Pedemontium & Montferratum, Plin. 35, 13.

ASTĂCES, *is*, m. vel Astacenos, fluvius in Ponto, irrigans campos, in quibus pastæ nigro lacte equæ gentem alunt. Plin. 2, 103. ¶ 2. *Astaces* prætor Darii apud Curt. 4, 7, 4. Sed consule Freinshem. ad 4, 1, 28.

¶ Astăcus, *i*, m. ἄσακος, ein meer-krebs, see-krebs, (vide *Gammarus* & *Locusta.*) Plin. 9, 31. ¶ 2. *Astacus* seu *Astacum*, oppidum Bithyniæ apud Strab. l. 12 & Plin. 5, 32.

¶ Astācēnus, *a, um*, adj. ut, *Sinus Astacenus*, Plinio c. l. *Campi Astaceni*, Idem 2, 103.

ASTANDÆ, *arum*, m. Angari, grammatophori in Perside, sive tabellarii, qui certis itinerum spatiis permutabantur, Postilions. Suidas & Cæl. Rhod. 10, 8.

ASTĂPHIS, *idis*, Ἀσταφίς, uva passa, rosin, weintrâubleln. Plin. 23, 1 *Uva passa, quam Astaphida vocant*, &c. ¶ 2. *Astaphis agria*, sive *Staphis agria*, ἀσταφὶς ἀγρία & σταφὶς ἄγρια, herba, quæ & *uva silvestris*, & *herba pediculavis*, quod pediculos necet, & *pituitaria*, dicitur, bisemintz, wipemünze, Matth. speichel-kraut, läuse-kraut. Hadrian. v. *Staphis.*

¶ Astaphium, *i*, nomen ancillæ apud Plautum, quæ blande dicitur *Astaphilium*, Truc. 5, 5.

ASTARTE, *es*, f. Dea Syrorum: de qua vide Ioh. Seldenum de Dis Syris: & intra in SYRIA: Tertull. Apolog. c. 24, & adv. Gnost. c. 3. Minut. Fel. p. 6; P. Fabri Semestr. 3, 1. Taubm. in Plaut suppos. p. 1505. Apud Cic. N. D. 3, 23 *Astarte*, est *quarta Venus Syria.* Lunam putavit etiam Lucianus de Dea Syr. p. 657.

ASTEISMVS, *i*, m. ἀστεισμός, tropus est orationis scilicet urbana festivitas, aut, secundum Diomeden, quicquid simplicitate rustica caret, & faceta tatis urbanitate expolitum est, ut Virgilii illud ecl. 3, 90

Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Mævi, &c.

Item, cum decrevisset Philippus, Persas in suam redigere potestatem, & in hoc exercitum misisset, scripsit, *milites ideo a se missos, quod comperisset, Persas seditione vexari, & bonorum esse, tali tempore subvenire.*

ASTER, *ĕris*, m. ATTICVS, ἀστὴρ ἀττικός, herba, quam Amellum Virgilii putat esse Matthiolus, sed negat Hadrianus, sternkraut, bruchkraut, schartenkraut. Plin. 27, 5. ¶ 2. *Aster Samius*, genus terræ candidissimæ. Plin. 35, 16. ¶ 3. *Aster Amphipolites*, is qui Philippum Macedonem inscripta suo nomine sagitta oculo privavit. v. Palmer. Exercitat. p. 557 sq. sive ad Lucian. de Hist. scrib. p. 628 Grev.

ASTĔRIACE, *es*, f. ἀστεριακή, inter medicinas, quæ carnem nutriunt & ulcus impleant, Cels. 5, 14.

ASTĔRIAS, *æ*, m. ἀστερίας, pisc. is est ex rajarum genere: raja nimirum stellata, ein hermode. ¶ 2 Quod tamen nomen etiam Galeis piscibus, den hunden. ¶ 3. Et inter aves accipitribus, aquilis, & ardeis tribuitur, a punctorum & maculariun varietate. Cæsin. ein reiger. v. Plin. 10, 60. ¶ 4. Est & gemma *Asterias* seu *asteria*, quæ & *Astrie* & *Astroites* & *Astriobolus* dicitur. Ea conjecta in aceum verritur in orbem. Germani nomen ei a victoria fecerunt, sieglein. Agricol. Gesner. Nomen inde indepta est, quod sole contraria candicantes radios regerit, ut Plinius auctor est 37, 9.

ASTĔRICVM, *i*, n. ἀστερικὸν, herba folio similis ocymo, nascens in tegulis parietinisque, Plin. 22, 17 ein nacht, & ein peters-kraut.

ASTĔRIE, *es*, f. vel *Asteria*, olim nomen insulæ natantis Deli & Rhodi, Plin. 4, 12; & 5, 31. ¶ 2. *Asteria* Titanis filia, Latonæ soror, rapta a Iove in aquilam verso. Vid. quos copiose laudat Burm. ad Ovid. Met. 6, 108. ¶ 3. Mulieris nomen Horatio 3 od. 7.

ASTĔRION, *ōnis*, m. Cometæ fil. unus ex Argonautis, de quo Apollon. Argon. 1, 35 & Hyginus Argon. 7, 356. ¶ 2. *Asterion*, *i*, n. est fluvius Argolidis, apud Statium Theb. 4 v. 122 & 714. ¶ 3. Porro est & Thessaliæ civitas hujus nominis, apud Homerum Iliad. B. ¶ 4. *Asterion* denique arancus, cujus meritu genua labefactantur, Plin. 29, 4.

ASTĔRISCVS, *i*, m. ein sternlein, ἀστερίσκος ab ἀστὴρ, inter notas Criticorum, quas in lectione auctorum locis certis ad distinctionem scripturarum, ut Isidorus loquitur, cera miniatula varias appingebant. fuit stellæ figura, qua non eodem modo idem usi. Aristarchum stellulæ cum obelo, seu virgula jacente (÷) usum proprie in iis locis, qui non satis loco positi essent, Isidorus tradit 1, 20 S. Hieronymus ad August. epist. 89 c. 6 *Ubicunque virgulæ, id est, obeli sunt, significatur, quod septuaginta plus dixerint, quam habetur in Ebræo; ubi autem asteriski, id est, stellulæ præfixerint, ex Theodotionis editione ab Origene additum est.* Et Augustinus epist. 10 ad Hieron. c. 2 *Asteriscis notasti, quæ in Ebræo sunt & in Græco desunt: obeliscis autem, quæ in Græco inveniuntur, & in Ebræo non sunt.*

ASTĔRITES, *æ*, m. ἀστερίτης, i. e. *stellatus*; basiliscus, *qui quod viderit, aresecit & occidit.* Apul. de Herb. c. 128. ¶ 2. *Asterites* gemma candida est, inclusam lucem continens, veluti stellam intus ambulantem, Iidor. 16, 10. Eadem *Astrites* dicitur Mart. Capellæ 1 p. 19.

ASTHMA, *ătis*, n. ἆσθμα, anhelatio seu difficultas spirandi, das keuchen, der schwere athem, ἐσπνοια. v. Cell. 4, 42. *Suspirium* videtur Seneca vocasse, de quo suo loco.

¶ Asthmăticus, *i*, m. ἀσθματικος, qui id mali patitur, der einen kurzen athem hat, engbrüstig. Plinius *suspiriosum & anhelatorem* vocat 23, 7; illis utilia proponit 20, 21; & 26, 7.

Asticus, Astipulor, Astituo, Asto, vide *Astu, Stipula, Statuo, Sto.*

ASTŌMI, *orum*, m. pl. ἄστομοι, i. e. *sine ore*, populi Indiæ ore carentes, de quibus Plinius 7, 2.

ASTRĂBA, *æ*, f. ἀστράβη, *tabella ubi pedes requiescunt*, Gloss. Isidori, ein fuß-schemel, steigbügel. Item *clitellæ, sella equestris*, ein sattel. Vnde comœdia Plautina *Astraba* latine *Clitellaria* inscripta. vid. ejus Fragm. & Gell. 11, 7; & Nonius 2, 11. Sed Probus Grammaticus in vita Virgilii, *Astraba*, inquit, *vehiculum est παρὰ τὸ μὴ στρέφεσθαι, quo situlo & Plautus fabulam inscripsit, in qua mulieres in ejusmodi vehiculis inducit.* Hæc copiosius declarat Io. Schefferus de re vehic. 2, 2 p. 17 sq.

ASTRÆA, *æ*, f. Ἀστραία, dea justitiæ, quæ vi. iis hominum crescentibus in cœlum subvolasse a poëtis fingitur. Vide pulcherrimum locum in Arati Phænomenis v. 98 sq. Ovid. Met. 1, 149

Et virgo cede madentes
Vltima cœlestum terras Astræa reliquit.

Quod de Pudore & Nemesi Hesiodus etiam finxit. v. Octaviam Senecæ.

ASTRĂGĂLVS, *i*, m. ἀστράγαλος, talus est, ein knöchel, knorren, würfel. Sed in homine esse ἀστράγαλος negavit Aristoteles; vide infra *Talus.* ¶ 2. Et *Astragela* inter torulos sunt columnarum, die ringe oder reiffen um die seulen. Qua voce in fœminino juxta & neutro usus Vitruvius est. v. interpretes ejus, & Bald. in Lexico Vitr. qui rem ipsam pluribus explicant. ¶ 3. *Astragalus* & frutex parvus est, ciceri similis, flore purpureo, radice rotunda, Dioscor. 4, 47 erdmolsten. v. Plin. 26, 8, 12 & 14. ¶ 4. Verticillum, ein spinn-wirtel. v. Vitruv. 3, 3.

¶ Astragalīsmus, *i*, m. ἀστραγαλισμὸς, & Astragalisis, f. ἀστραγάλισις, ludus, talorum jactus, das würffel-spiel. v. Cæl. Rhod. 11, 27.

¶ Astragalizo, *are*, würffeln, ἀστραγαλίζειν. *Astragalizontes ex ære*, Polycleti opus apud Plin. 34, 8.

ASTRAMPSYCHVS, *i*, m. auctor vetus. Scripsit, Suida teste, librum medicum de cura canum, itemque Onirocriticon, h. e. de somniorum interpretatione. Ac posterius hoc quidem scriptum ad nos utcumque pervenit, versibus meris jambicis exaratum. Ediderunt Ios. Scaliger, Hadr. Iunius (Animad. 1, 18) Vinc. Opsopœus (cum oraculis veteribus,) Ioh. Meursius (sine Mantissæ suæ ad librum de luxu Romanorum). v. & Casaub. ad Suet. Cæs. c. 7 p. 20 itemque Io. Henr. Vitin. de Zoroastr. p. 62, qui *Astrampsychum* & *Zoroastrem* eumdem esse putat, inductus videlicet augurio nominis, cum utrumque nomen idem sonet, *astrum* nempe *animatum.* Sed hæc ratio parum videtur habere ponderis.

ASTRAPE, *es*, f. ἀστραπὴ, fulgur, der blitz. Plinius 35, 10 *Apelles pinxit & Astrapen.*

¶ Astrapias, *æ*, m. gemma, in qua fulminis discurrunt radii, Plin. 37, 11.

¶ Astrapopleĉta, *orum*, n. pl. ἀστραπόπληκτα, ex ἀστραπὴ & πλήσσω *percutio*, loca fulgure percussa, vom blitz gerührt. Sen. Nat. Qu. 1, 15.

Astreans, Astrictus, &c. Astricus, astrifer, &c. astriobolos, astrios, astroites, Astrites, Astrolabium, astrologia, &c. astronomia, &c. astrosus, vide *Astrum, Stringo, Astrum, Asterias, Asterites, Astrum.*

ASTRVM, *i*, n. ἄστρον, ignium stellis coactum, quod nos sidus vocamus. Macrob. in Somn. Scip. 1, 14 ein gestirn. Nam & Zodiaci signa *astra* dixit Virgil. Georg. 1, 231

Idcirco certis dimensum partibus orbem
Per duodena regit mundi sol aureus astra.

Differunt igitur a *Stella*, quæ solitaria est, *Astrum, sidus, signum*, tametsi & stellis appellationem illam Cicero alicubi tribuat. v. Vallam 6, 22. Censorin. de Die Nat. c. 23 *Babylonii a solis exortu, ad exortum ejusdem astri, dies statuerunt.* Dicitur inde *Cognitio astrorum*, die sternkunst. Cic. Divin. 1, 41 *Chaldei in Syria cognitione astrorum antecellunt.* sie sind berühmte sternseher. *Astra humentia*, Stat. Thebaid. 3, 2. *Tollere* aut *ferre ad astra*, bis an den himmel heben, hoch loben. Virg. eclog. 5, 51 *Daphnin tollemus ad astra.* Sic *astris se efferre*: Silius 13, 773 de Alexandro respondente apud inferos Scipioni, quibus artibus tantam sibi gloriam peperisset:

Audendo bella expeditas: pigra extulit astris
Haud unquam ja- victas &c. Sed

¶ 2. *Malo astro natus*, id est, infeliciter natus, sive homo infelix. Petron. c. 134, ubi ad genethliacam vanitatem respicitur. Vnde & Germanorum quorundam formulæ videntur ortæ, er hat weder glück noch stern. It. mistern pro infelicitate. ¶ 3. *Astra* pro Diis ponere aliquando, & iis maxime, qui ex hominibus confecrati ab obitu, & in Deorum numerum relati essent, ut imperatores seu principes, poëtæ solent. Eorum enim animas in astra abire, opinio tenebat. Vnde cum Iulio Cæsari patri Augustus ludos funebres celebraret, & medio die stella ap pareret, creditum fuit, animam Cæsaris esse cœlo recepti, ut Sueton. refert Cæs. c. 88. v. & Serv. ad illud Virg. ecl. 9, 47

Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum:

Eo enim in illo carmine respexit poëta. Vide & infra in SIDVS. Hinc declarandus etiam locus Statii Silv. 1, 1, 97

Ter bis ambitus natus, frustraque puerque
Et senex: una fovet cervix dulce onus astris.

Signi-

Significat enim filium Domitiani, & patrem Vespasianum, cum Tito fratre ac sorore Domitilla, lapsuros cœlo, quod tamquam Dii habitent, per noctem, & omni affectu profequuturos Domitiani statuam omnes. Nam cum dicit, *Una locum cervice dabit omnibus astris*, intelligit unam Domitiani cervicem in statua omnium Deorum Flaviæ gentis, quos paullo ante recensuit, amplexibus concessuram locum, sive patere. Huc refer illud Senecæ epist. 73 *Hæc itur ad astra*. Nam statim sequitur: *Non sunt Dii fastidiosi*, &c.

¶ Astrālis, *e*, himmlisch, zum gestirn gehörig. August.

¶ Astreans, *tis*, idem. Mart. Capella lib. 8 p. 273 *Astrecantem Vranien apparuisse vati.*

¶ Astricus, *a, um*, idem. Varro apud Nonium 6, 16 *Cum pictus aër fervidis late ignibus Cœli choreas astricas ostenderet.*

¶ Astrōtus, *i*, m. lunaticus, quasi malo sidere natus, ein mondsüchtiger. Isidor. Gloss. & Orig. 10. A. v. Barth. Adversar. 19, 22.

¶ Astrifer, *a, um*, gestirnt, poëticum. Statius Theb. 8, 83 *Astriferos inclinat Iupiter axes.* conf. Martial. 8, 28.

¶ Astrīfĭcus, *a, um*, idem. Mart. Capella lib. 1 pr. p. 24 *Astrificis cælum scandebat habenis.*

¶ Astrĭfico, *are*, sternen bilden. Idem Capella lib. 6 p. 191 *Archimedea astrificante manu.*

¶ Astrĭger, *a, um*, gestirnt. Stat. Theb. 10, 828 *Cominus astrigeros Capaneus tollendus in axes.* Claud. B. Get. v. 245 *Qua micat astrigera fonior cum conjuge Cepheus.*

¶ Astrilŏquus, *a, um*, von sternen redend; ut, *Astriloquæ commenta puellæ*, Mart Capell. 8 p. 273.

¶ Astrilūcus, *a, um*, lucens ut astra, hell-leuchtend. Mart. Capella lib. 9 p. 322 *Astriluci divi.*

¶ Astrisŏnus, *a, um*, himmlisch klingend; ut, *Astrisonus Iupiter*, Mart. Capella lib. 9 p. 328.

¶ Astrolăbium, *i*, n. ἀστρολάβιον, Mathematicorum instrumentum, quo ad vestigandos stellarum aut siderum motus utuntur; quin & ad angulos quosvis dimetiendos, ein winckel-messer.

¶ Astrŏlŏgia, *æ*, f. ἀστρολογία, die stern-kunst; præclara illa scientia, quæ motus cœlestes sub demonstratas rationes redigit. Cicero Divin. 2, 42 ita ample vocabulo usus est, ut Archelaum & Cassandrum *summos astrologos* laudet, qui *cum in exteris astrologiæ partibus excellerent, hoc prædictionis genere usi non fuerint.* Ibidem de Scylace Halicarnassæo: *excellens in astrologia tetigit hoc Chaldaicum prædicendi genus repudiavit.* Omnem ergo astrorum scientiam & motuum rationes Astrologia significabat, nondum, ut hodie fit, ad vanam & incertam prædicendi ex astris opinionem redacta, stern-deuterey. Nam id vanitati fuæ plerumque prætexerunt, qui ex certo siderum positu fata hominibus pandere præsumunt, qui & honestissimum *Mathematicorum* vocabulum sibi olim vindicarunt. Hinc factum est, ut male audirent astrologi, & ipsius artis vocabulum in contentioribus poneretur. Quamquam non vana tantum; sed perniciosa etiam reipubl. & impia sapientissimis quibusvis omnis ævi visa est: quippe quæ homines, dum addit spes animis, aut facit merum, in cupiditates improbas nefariaque consilia impellere valeat; tum ab religione & cultu abducere Numinis. Quare non modo hoc Astrologiæ genus & improbatum & vetitum semper Romanorum legibus; sed patribus quoque ecclesiæ veteris conciliisque damnatum fuit: adeo, ut tamquam idololatricam artem, & ipsis a Dæmonibus inventam alienam penitus Christiano, nec cœlum sibi promittere posse existimarent, *cujus radius*, ut Tertullianus loquitur, *cælo abuteretur. Cælo* autem *abuti* credebatur, qui inde futura prædiceret. v. Tertull. de Idolol. c. 9. Hinc Augustinus, quod aliquando huic arti attendisset, se commisisse in eo peccatum grande, & cujus nomine Dei exoranda sibi venia esset, Confess. 4, 3, & 7, 6 agnoscit. GENETHLIOLOGIAM Vitruvius vocat 9, 7, ubi de origine & progressu ejus etiam breviter docet. Conf. de inventore Astrologiæ Plin. 6, 26; & 7, 56; deque ejus excellentia atque utilitate eundem 7, 37; & 18, 28. Origines artis etiam profecutus est Lucianus de Astrologia, libello eleganti.

¶ Astrŏlŏgus, *i*, m. ἀστρολόγος, ein sternkündiger, sterndeuter. Cic. Divinat. 1, 39, & paullo ante citato loco hac voce usus est. Ennius vocat *de circo astrologus*, vid. ibid. Cic. 1, 58 & infra *Circus*. Iuvenalis 6, 552 *Chaldæis sed major erit fiducia, quicquid Dixerit astrologus, credent a fonte relatum Amnonis, quoniam Delphis oracula cessant.*

¶ Astrŏnŏmia, *æ*, f. ἀστρονομία, die sternseh-kunst. Scientia, quæ ex ratione motus siderum aliquid colligit, & ad vitæ usum transfert: puta ad rationem temporis, dierum, mensium, anni, constituendam; item ad navigationem &c. quatenus huic scientiæ dandam operam existimabat Socrates: quamquam Xenophon *Astronomiæ* vocabulum ad accuratiorem illam & subtiliorem stellarum cognitionem transtulerit lib. 4 Memorabilium. Videturque *Astronomia* Veteribus utramque partem fuisse complexa, & ab *Astrologia* nihil fuisse diversa. Nam & Aristoteles Analyt. Post. 1, 1 *Astrologiæ* nomine utrumque comprehendit. In Isidori Orig. 1, 2 inter septem liberales disciplinas *septima* est *Astronomia, quæ continet legem astrorum.* Conf. lib. 2, 23 seqq. Vsi sunt hac voce etiam Petron. c. 88; & Sen. epist. 95.

¶ Astrŏnŏmus, *i*, m. ἀστρονόμος, ein sternseher; astrorum mensor, qui stellas stellarumque cursus & dimensiones contemplatur. vide Ger. Io. Voss. de Artibus Mathemat. & Salmas. ad Solinum p. 460.

¶ Astronomĭcus, *a, um*, adjectiv. ut, *Astronomica præcepta, Astronomici libri*, quibus de Astris agitur, quales sunt Manilii & Hygini.

ASTV, vel Asty, n. ἄστυ, *urbem* significat, eine stadt: quo nomine urbem suam peculiariter, & ἐξοχήν, ritu Athenienses appellabant, Donato auctore. Ter. Eun. 5, 6, 17 *An in Astu venit?* Nepos 2, 4, 1 *Protinus accessit ASTV, idque nullis defendentibus incenito delevit.* Id. 7, 6, 4 *Postquam astu venit.* Conf. Cic. de Leg 2, 2. Cæterum eo nomine Piræum non continetur: in quo velut nova & peculiaris urbs a Themistocle instituta fuit. Quare & Athenarum nomine non comprehendit idem Nepos 9, 4, 5 ubi *Athenarum* nomine *Astu* seu veterem illam urbem intelligit. Et inde Donatus ad supra citatum Terentii locum; IN ASTV, inquit, *de Piræo in urbem.* Vide & infra Stephani Byzant. locum, in *Urbe*; itemque Savaron. ad Sidon. 1 epist. 6.

¶ Astycus, sive Asticus, *a, um*, ἀστυκὸς, i. e. *urbanus*, städtisch; ut, *Astyci ludi*, Suet. Cal. c 20, quasi urbani, quia sunt etiam rustici, stadtspiele; vel quasi Attici sive Athenienses, qui a Græcis instituti fuere, qualia Athenis Dionysia. v. Scalig. de Emend. Temp. 5 p. 449. Quamvis Torrentii quoque conjectura elegans satis videatur, *Asticos ludos* legentis, quorum Suetonius Tib. c. 6 extr. meminerat.

¶ Astus, *ūs*, m. πανουργία, list, behendigkeit, schalckheit. Festus: *Origo ex græco ab oppido ἄστυ deducitur, in quo qui conversari assidue sunt, cauti atque acuti esse videntur.* Ter. Eun. 5, 4, 2 *Quod si astu rem tractavit*, &c. im fall er listig verfahren. Plaut. Capt. 2, 1, 26 *Doli non doli sunt, nisi astu colas*; i. e. fallendi & decipiendi animo. Et recto casu Silius 16, 32 *Non ars, aut astus belli, vel dextera decrat.* Conf. Cic. Off. 3, 16; & Virg. Æn. 10, 522. Prudent. in Symm. 1, 74 *Astus multiplices variosque dolos texere.*

¶ Astūtus, *a, um*, plenus astu, schlau, verschlagen, listig; itidem ab *astu*, quod urbem significat. Sunt enim urbani homines callidiores & ad fallendum magis docti: at rustici contra simpliciores & procul dolis. Asconius in Proœm. Act. in Verrem: *ASTVTA, i. e. urbana: eruntm urbs ἄστυ dicitur.* Horat. 2 Sat. 3, 186 *Astuta ingenuum vulpes imitata leonem*; in quo stultitiam eorum accusat, qui, cum a natura ad fraudem dolosque nati sint, magnitudinem quamdam animi affectent, leonesque videri velint, cum sint astutæ vulpes. Itaque *Astutus* est, qui fingendo & simulando aliud, quam est, aut gerit, aut loquitur, decipit alios & circumscribit, ut sibi consulat. Vnde idem Horatius 1 Sat. 3, 62 *Fictum astutumque*, Cic. 3 ad Fam. 10 *astutum* & *occultum* (qui idem & *fictus* dicitur) conjungit. Idem cad. Ep. *Quod si id est maxime astuti hominis, omnia ad suam utilitatem referre*, &c. Sic *non astutus* est apertus, Tac. Germ. 22, 5; *Gens*, inquit, *non astuta, nec callida, aperit secreta pectoris licentia loci.* Compar. Cic. fam. 3, 8 *Quod si quis me astutiorem fingit.* Superl. *Astutissimus adversarius*, Augustin. Serm. 17 de Sanctis c. 3; & *Astutissima calliditas*, Idem de Civ. Dei 21, 6.

¶ Astūtulus, *a, um*, diminut. etwas listig; ut *Astutula anus*, Apul. Met. 6 p. 184.

¶ Astute, adverb. callide, listig. Cic. ad Quint. fr. 1, 2 *Astute retexere*, hinter dem berge halten. Varro L. L. 9, 1 *Sed ne astutius videar posuisse, duo genera esse similitudinum &c.* Gell. 18, 4 *Levia inaniaque pro gravibus & veris astutissime componentes.* Et Lactant. 1, 22 *Quod ille astutissime excogitavit.* Etiam Augustin. de Civ. Dei 19, 5 *Astutissime fingitur.*

¶ Astūtia, *æ*, f. ab astu differt, ut ab ira, iracundia, die listigkeit. Ipse habitus scilicet, sive perversa & nequam illa ingeniositas, quæ in inveniendis dolis atque fallaciis posita est, betrügerey, arglistigkeit. Vnde & *Sapientiæ* opponitur. Cic. fam. 3, 8 *Quæ ego omnia ita expetenda amicitia tua, non ASTVTIA quadam, sed aliqua potius SAPIENTIA sensus sum.* Plaut. Capt. 3, 4, 4 *Astutiam atrocem sibi reperire.* Ter. And. 3, 4, 25 *Hem astutias!*

¶ Perastutus, *a, um*, cum intendendi particula, sehr listig. Hinc

¶ Perastūtulus, *a, um*, sehr listig, durchtrieben. Apul. Met. 9 p. 219 *Mulier callida & ad hujusmodi flagitia perastutula.*

¶ Perastute, adv. idem. Plaut. Truc. 2, 2, 43 *Vt perastute cum injiciatis in malam fraudem.* Sic Aldus & alii: recentiores quidem aliter.

ASTVLA, *æ*, f. a tollendo nuncupata *quasi abstula*, ein span. Isidor. 17, 6 al. *Astula* & *Hastula*; in Gloss. κάρφος. ¶ 2. *Astula regia* radix, quæ & *Asphodelus*. Plin. 21, 17. conf. Salmas. in Solin. p. 356.

Astulosus, *a, um*, von spänen. Marc. Empir. c. 35 *Astulosa vesima*, fien-harn.

ASTVR, *ŭris*, m. qui est ex Asturia, Sil. 16, 347. Ita enim *Exercitus Astur*, ubi τὸ ἄπλουν ἀντὶ τοῦ κτητικοῦ, simplex pro possessivo ponitur, Sil. 1, 252 cum not. Drak. & Cell. *Astur equus*, i. e. *Asturco*, ein zelter-pferd; de quo Martial. 14, 199 *Venit ab auriferis gentibus Astur equus.*

¶ Astŭres, *um*, m. pl. Hispaniæ populi, proximi Gallæcis. vid. Sil. 1, 231.

¶ Asturia, *æ*, f. horum regio, Plin. 33, 4 *Plurimam auri fodinit.*

¶ Astura, *æ*, fluvius ejus regionis, unde procul dubio & genti nomen: cujus, ut & gentis mentio apud Florum 4, 12, 54. ¶ 2. *Astura* urbis quoque nomen est, ubi Cicero villam habuit maritimam. vid. fam. ep. 6, 19 & Victor. Schol. in 2 ad fam. 16.

¶ Asturicus, *a, um*, adj. ut, *Asturica gens*, Sil. 16, 583.

¶ Asturco, *ōnis*, m. plur *Asturcones*, ab Asturum gente Hispanica, equi sunt, quos Latini alias a molli & glomerato incessu, *Tolutarios* vocant: ipsi Hispani *Thieldones* dixerunt, unde nostrum zelter. Senèca epist. 87 *Non omnibus obesis mannis, & asturconibus, & tolutariis præferret unicum illum equum, ab ipso Catone defritum?* Adde Aut. ad Herenn. 5, 50; & Plin. 8, 42 extr. qui Asturcones in eo distinguit, quod minori forma sint. Sic *Asturco Macedonicus* dicitur, pari habitu gressuque præditus, apud Petronium c. 87 p. 422. Vid. Burm. & Gron. ad h. l. & quos laudat Drak. ad Sil. 3, 330 & intr. ad Grat. Cyneg. 514.

¶ Asturio, *pĭcis*, vide *Acipenser*.

Astus, astutia, astutus, vide in *Astu*.

ASTYĂGES, *is*, m. Ἀστυάγης, Cyaxaris Medorum Regis filius, ultimus Assyriorum & Medorum rex, quem Cyrus regno spoliavit, de quo Herodotus & Iustinus 1, 4 seqq.

ASTYĂNAX, *actis*, m. Ἀστυάναξ, quasi urbis rex: proprio enim nomine *Scamandrius* dicebatur; Hectoris fuit filius, quem in deductione Trojæ ex turri præcipitem dedit Ulysses. Vide Ovid. Met. 13, 415. Virg. Æn. 3, 489 *O mihi sola mei super Astyanactis imago.* ¶ 2. Alius *Astyanax* Milesius, miri homo roboris & edacitatis, ut qui solus (uno prandio) posset occoginta placentas absumere, ut est apud Scholiasten Theocriti ad Idyll. 6. quamquam hoc Ægoni cuidam Theocritus tribuit.

Astycus, vide in *Astu*.

ASTYDAMAS, *antis*, m. nomen tragicorum duorum Athenien-

Isocratis auditor fuit, sed ab eloquentiæ studio se ad scribendam tragœdiam convertit. ¶ 2. *Astydamas* histrio, Morsini filius, cui statua in theatro ponenda decreta fuit, quod in agendo Parthenopæum tam feliciter gesserit. Itaque titulum conscripsit, quo suas ipse laudes complecteretur. Vnde natum proverb. *Laudas tecipsum Astydame in theatro.* vid. Erasm. in adag.

ASTYLIS, *idis*, f. lactucæ genus, minima radice, latis foliis, breiter lattich. vid. Plin. 19, 8.

ASTYLVS, *i*, m. unus e Centauris, qui futura prænoscens, fœtribus dissuasit bellum adversus Lapithas. vid. Ovid. Met. 12, 307. ¶ 2. *Astylus* vel *Astyllus*, Crotoniata, cursu & perpetua virginitate clarus apud Pausan. lib. 6 & Plut. in legg. cont. Plin. 34, 8.

ASTYNŌMI, *orum*, m. pl. curatores viarum & ædificiorum & ut in urbe munda essent omnia. Tales Athenis decem fuisse traduntur. Ædiles vocantur l. unica ff. de via publ. &c baumeister.

ASTŸPĂLÆA, *æ*, f. Phœnicis filia fuisse dicitur, a qua nomen accepit ¶ 2. *Astypalæa*, insula una Cycladum, unam habens urbem ejusdem nominis. Plin. 4, 12. Ovid. de Arte 2, 82

Cinctaque piscosis Astypalæa vadis.

¶ Astypaleius, *a*, *um*, adject. Idem Met. 7, 461 *Regna Astypaleia.*

¶ Astypaleicus, *a*, *um*, idem; ut *Cochleæ Astypaleicæ*, Plin. 30, 4. conf. c. 6 & 14.

ASŸLA, *æ*, f. oppidum in agro Brixiano; unde

¶ Asulāni, *orum*, m. populi apud Plin. 3, 5.

ĂSŸLA, *æ*, f. herba, hünerdarm, vogelkraut, Plin. 25, 13.

¶ Atylas, *æ*, m. vates in Virg. Æn. 10, 175; & 11, 615.

ĂSŸLVM, *i*, n. ἄσυλον, locus refugii, eine freyſtadt; ut, *In Asylum confugere*, Cic. Verr. 1, 33. *Asyli jus firmare*, Tac. An. 4, 14, 1. Servius dictum putat quasi ἄσυτον, quod ex eo neminem, qui in id confugisset, liceret per vim extrahere; ab α segnitiæ & σύω, *trabo*. Rectius a συλάω, quod non tantum *spoliare* notat, sed in genere quoque *lædere* vel *violare*. Vnde & homines ἄσυλοι Græcis iidem, qui Latinis *inviolabiles* & *sacrosancti*. Est ergo *Asylum* proprie locus, in quo neminem lædere liceret, aut violare, eine freyheit, freyſtadt, ſichere zuflucht. Cui rei quidem olim præcipue sanciebantur templa. Liv. 35, 51 *Et in fano locoque, ea religione & eo jure sancto, quo sunt templa (asyla Græci appellant) Menippus palatos cecidit.* Ac tale templum libertatis primum Athenis institutum ferunt ab Hercule, deinde & Ephesi, ut Strabo notat, & Romæ: Quod Romulus aperuit, *veteri consilio, ut Livius 1, 8 scribit, condentium urbes, qui obscuram atque humilem filio*, ut Livius 1, 8 scribit, *

ventus Apuliæ frigidissimus, plantas frigore adurens, qui & *Apulus* dicitur vid. Plin. 17, 24. Horat. 1 Sat. 5, 77 *Quos torret Atabulus.* Ideo ventum hunc *Horatianum* vocat Gellius 2, 22. Meminit ejusdem Quint. 8, 2 p. 674.

ĀTĂBȳRIS, *is*, m. mons Rhodi insulæ altissimus, in quo templum Iovis fuit, inde *Atabyrii* cognominati. Strab. lib. 14 p. 430. Lactantius quoque 1, 22 *Iovis Atabyrii* mentionem fecit. Insula etiam Rhodus *Atabyria* dicta, ut Hesychium emendat Bochartus in Chanaan 1, 7, quod nomen etiam apud Plinium legas 5, 31, licet hic ab rege *Atabyrio* potius, quam a monte, illud derivet.

ĀTĂLANTA, *æ*, f. Ἀταλάντη, Schœnei regis in Scyro filia, cursu nobilis, & poëtis cantatissima, de qua Ovid. Met. 10, 505. ¶ 2. Alia fuit Arcadia Iasonis filia, quam Ovid. de Arte 1, 185 *Atalantam Nonacrinam* vocat, & Met. 8, 317 sq. *Nonacriam* & *Tegeæam*. Hanc *Minaïden* (aliis Melanion) duxit. Vide Propert. 1, 1. De ea & Ælianus Hist. var. 13, 1; & Periz. ad h. l. conf. Hygin. fab. 99. ¶ 3. *Atalanta* insula Archipelagi tota submersa Olympiade 88, auctore Thucydide, adeoque non avulsa tantum Eubœa, quod post Diod. Siculum Plinius & Strabo dixerant, male intellecto Thucydide. Docet hoc Hard. ad Plin. 2, 88 nota maj. 76.

¶ Atalantæus, *a, um*, adj. Stat. Theb. 4, 309

Iamque Atalantæas implorat nuncius aures.

ATANVVIVM, *i*, n. poculi fictilis genus, *quo in sacrificiis Rom. utebantur sacerdotes Potitii*, Festus. vid. Reinel. lect. var. 6, 14 p. 238.

ATARGATIS, *is*, f. Syrorum seu Assyriorum Dea, cujus nomen varie scribitur, *Adagartis* apud Petr. Crinit. de hon. discipl. 14, 8, ac præterea *Atergatis*, *Adergatis*, *Adargatis*, *Atargata*, *Anargidis*, quin & *Derceto*, seu *Derce*. Quæ omnia vocabula corrupta esse ab *Adirdaga* (Ebraice אדיר דג est piscis magnificus seu potens) pronunciat Selden. de Diis Syr. 2, 3, inque hanc Deam Dagonem Deum demigrasse ostendit, simul Macrobium arguens, qui figuram hujus Deæ pingens 1 Sat. 23 ipsissimam *Astartem* Matrem Deum, sive Deam illam Luciani Hierapolitanam delineaverit.

ĀTARNA, *æ*, f. urbs Mysiæ in Asia; unde

¶ Atarnides, *æ*, m. Hermias, eunuchus, Atarnæ tyrannus in potestatem regis Persarum redactus, de quo Turnebus Advers. 9, 26 intelligit illud Ovidii in Ibin v. 319

Aut ut Atarnidis infatus pelle juvenci.

Atat, Atavia, atavus, vide *At*, *Avus*.

ĀTAX, *ācis*, m. Galliæ Narbonensis fluvius, *Aude* hodie. Tibull. 1, 7 v. 4

Quem tremeret forti milite victus Atax.

Vbi Scaliger *Atur* omnino legendum statuit, qui Aquitaniæ est. *Atacis* tamen & apud Plinium mentio est, qui 3, 4, *Atax*, inquit, *e Pyrenæo Rubrensem permeans lacum.* Lucanus 1, 403

Mitis Atax Latias gaudet non ferre carinas.

Et Sidonius carm. epist. 9, 15 *Atacem tonare cum suis oloribus.*

ATE, *es*, f. ἄτη, noxa, dæmon, humano generi infensus & omnes lædens, quemadmodum Homerus scribit, qui & propterea, quod Iovem offendisset, e cœlo eum deturbatum, sive naturæ suæ excellentis beneficio, sive quod verisimilius est, ex Mosis scriptis, prodidit, vide locum lib. 19 Iliad. 91, ein plage-teufel.

Atechnia, atechnos, vide infra *Techna.*

ĀTELLA, *æ*, f. Oscorum urbs in Campania: ab ea dictæ

¶ Atellanæ, *arum*, f. pl. Latini Dramatis genus, omnium maxime jocosum & dicax, ein possen-spiel. v. Scalig. Poët. 1, 7; Turneb. Advers. 3, 17; & 10, 27. Ceterum Atellanæ extra argumentum fere exodii loco adhibebantur, ut apud Græcos Satyræ, quod Turnebus observat; & suadet Iuvenal. 6, 71

Vrbicus exodio risum movet Atellanæ Gesilius Autonoes.

¶ Atellānus, *a, um*, adject. furtzweilig, Liv. —, 2 *Iuventus histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus jactitare cœpit: quæ inde exodia postea appellata, consertaque fabellis postilissimum Atellanis sunt: quod genus ludorum ab Oscis acceptum tenuit juventus.* Mox recenset privilegia, quibus *actores Atellanarum*, ne vocati, usi sint. Manutius ad Cic. fam 9, 16, quid a mimis differrent, docuit.

¶ Atellanus, *i*, m. subst. auctor vel actor fabularum Atellanarum. Suet. Galba c. 13 *Atellanis notissimum canticum exercitis.*

¶ Atellanicus, *a, um*, adject. aliud, schertzhaft; ut, *Atellanicus versus*, Cic. de Divin. 2, 10. *Atellanicum exodium*, Suet. Tib. c. 45.

ĀTER, *atra, trum*, schwartz, finster. *Nox atra*, Virg. Æn. 1, 89. *Atra tempestas*, Æn. 5, 693. *ater imber* Val. Flacc. 1, 82 *atri timores* Stat. Theb. 3, 122. pro lacrymis. *Ex jure paris ater*, Ter. Eunuch. 5, 4, 17, i. e. furfuraceus, vel verustate mucidus, schimmlicht; ut qui dam apud Donatum volunt. Melancholia dicitur, ubi *atra bili mens movetur*, Cic. Tusc. 3, 5. Poëtis varie usurpatur: Vt ¶ 1. pro fœdo, turpi & odioso; quemadmodum *atrum timorem* Virg. dixit Æn. 9, 719. Et Horat. Arte Poët. v. 3

Tunc ter atrum Desinat in piscem, mulier formosa superne.

Idem Virgilius & *atrum odorem* similiter potuit dixisse Æn. 12, 591 pro gravi & inimico: quamquam Servius aliter interpretatur. Sed ita apud Horatium & *atras curas* legimus 3 od. 1, 40, nisi quis infelices aut læras interpretari malit. ¶ 2. Namque & ita τὸ *ater* usurpatur. *Atri dies*, unglückselige tage; nefasti, funesti, Gell. 5, 17 ex Verrio Flacco. Virg. Æn. 3, 64 *Cæruleis mœsta vittis atraque cupressus*: i. e. funesta & infelici. Erat enim Diti cupressus sacra, & ideo funebri signo ad domus posita, ut Plinius 16, 33 docet. ¶ 3. Idem Virg. Georg. 4, 407

Fiet enim subito sus horridus atraque iuvis:

Atra, id est, læva, ut Servius interpretatur: vel infesta, noxia & metuenda. Ita enim & *viperes atras*, Horat. dixit 3 ode 4, 17. ¶ 4. *Ater*, dunckel, etiam de scriptoribus dicitur, qui obscuri & intellectu difficiles. Statius 5 Silv. 3, 157 *Tu pandive dubias*

Carmina Battiadæ latebrasque Lycophronis atri.

Nam & *atra species*, Virg. Æn. 8, 258 pro tenebricosa, sive umbrosa: *atræ nubes*, Æn. 12, 864. ut & *atrum nemus*, Æn. 1, 164 dicitur. ¶ 5. *Albus an ater sis, nescio*: Proverbiale Cic. Phil. 2, 16 & aliis, de homine prorsus ignoto. Catull 94, 1 *Nil nimium studeo Cæsar tibi velle placere,*

Nec scire, utrum sis albus an ater homo.

Etiam Apulejus Apolog. p. 284 *Libenter te nuper usque, albus an ater esses, ignoravi.* ¶ 6. Comparativus *atrior* apud Plautum Pœn. 5, 5, 11 Vide mox *Atritas.* Et Lactant. 5, 3 *Oceanum*, inquit, *pectus lamentem Cimmerium, ut ajunt, tenebris atriorem!*

¶ Atrātus, *a, um*, atri coloris, geschwärzt; ut, *Fluvius atratus sanguine*, Cic Divin. 1, 43. conf. Varr. de L. L. 7, 7. ¶ 2. Item atras, sive lugubres vestes indutus, der die trauer anleget, leid trägt. Cic. in Vatin. c. 13 *Quem atratum accumbere videras*, nempe cum toga pulla conf. c. 12. Macrob. 3, 15 de Hortensio: *Muræna in piscina domus suæ mortuam atratus, tanquam filiam, laxit.*

¶ Atrāmentum, *i*, n. μελάντριξ, schwärtze, dinte. Horat. 2 epist. 1, 235 *Tredata notam labemque reliquunt atramenta*, schwartz macht schwartz: wenn man umgeht, das bleibet kleben. Aliud autem *atramentum scriptorium* sive *librarium*, quo utimur ad scribendum in charta; aliud *atramentum tinctorium* est, quo rectores parietes inducunt. Illius Cicero meminit ad Qu. fratr. 2, 15, & Celsus infra in *Scribo*; hujus Vitruvius 7, 10. Est & *Atramentum sutorium*, sed uster schwärtze. Cic. fam. 9, 21; & Plin. 20, 12. Idem 35, 5 ex instituto de atramenti generibus agens *librarii* præsertim & *tectorii* mentionem facit. ¶ 2. *Atramentum* etiam *Sangeris sepiæ* a colore videtur dicitur. Cic. Nat. D. 2, 50 & Plin. 9, 19. Et eo Afri pro atramento ad scribendum fuerunt usi: nam ceteri ex fuligine conficiebant; de qua ratione Vitruvius laudato loco. Vetus Scholiastes Persii ad Sat. 3, 13 *Nigra quod infecta vanescat sepia lympha*: SEPIAM, inquit, *pro atramento a colore posuit: quamvis non ex ea, ut Afri; sed ex fuligine ceteri conficiunt atramentum.* Exstat Pet. Mariæ Caneparii de atramentis cujuscunque generis opus, quo tamen facile carebit, qui Mabillonii & Montfauconii de re diplomatica & palæographia Græca libros inspiciendi facultatem habebit.

¶ Atrāmentārium, *i*, n. vasculum, in quo reponitur atramentum, ein dinten-faß, schreib-zeug. Vulg. Interpr. Ezech. 9, 2. Gloss. lat. gr *Atramentarium*, μελανθήκιον. v. Valla 1, 6.

¶ Atrītas, *atis*, f. nigredo, die schwärtze. Plaut. Pœn. 5, 5, 11 *Repleho atritate, atrior multo sit quam Æthiopis.*

¶ Atrītūdo, *inis*, f. idem in Gloss. gr. lat. μελανία.

¶ Atror, *ōris*, m. idem. Gellius 2, 26 *Rubidus est rufus, atrore & nigrore multo mixtus.* Sed Gronov. legit *atrior.*

¶ Atricapillus, *a, um*, schwartzhärichț. Gloss. lat. gr. *Atricapillus*, μελανόθριξ μελάνθριξ.

¶ Atricapilla, *æ*, f. avis est magnitudine currucæ, colori cinericio, vertice nigerrimo, ein münch oder münchlein, ein schwartzkopff. A *Ficedula* tempore tantum Aristoteli differt. Gesner.

¶ Atricŏlor, *oris*, adj. atro colore qui est, schwärtzlicht. Auson. epist. 7, 52 *Pingens aridulæ subdita paginæ Cadmi filiolis atricoloribus*, hoc est, literis atramento scriptis, conf. Ovid. Met. 11, 611; Plin. 7, 2.

¶ Obāter, *tra, trum*, schwärtzlicht, dunckel. Plin. 13, 35 *Luna si cornu superiore obatro surget.*

¶ Obatresco, *ĕre*, schwartz werden. Iul. Firmicus præfat. Astrol. *Lacus liventibus spumis obatrescit.*

¶ Semiatrātus, *a, um*, in halber trauer. Varr. ap. Nonium 2, 298 *Ipsum liberti semiatrati exsequantur.* vid. Turneb. Adv. 28, 12.

¶ Subater, *a, um*, idem ac subniger schwärtzlicht. apud Plautum.

ATERAMNA, *orum*, n. plur. ἀτέραμνα, i. e. *indomita.* Ita Theophrastus cibaria vocat, quæ concoqui nequeunt, was sich nicht verkochen läst.

¶ Ateramnos, *i*, ἀτέραμνος, scil. herba in pingui solo, qua faba necatur, Plin. 18, 17.

Atergatis, vide *Atargatis.*

ATERIVS, *i*, m. Labeo prætorianus inter pictores Romanos, Plin. 35, 4. ¶ 2. *Aul. Aterius* Consul anno ab V. C. 298. *Æternius* corrupte dicitur Plin. 7, 28. Hinc

¶ Aterinus, *a, um*, adj. ut, *Lex Aterina*, de æstimatione multæ, de qua Gellius 11, 1. ubi tamen meliores editiones *Ateria* præferunt, & Gronov probat. *Iuris Ateriani* meminit Cic. fam. 9, 18.

ĀTESTE, *es*, f. civitas Venetorum. Plin. 17, 17 *Cornelius Atestæ genitus.* Idem 3, 18 Coloniam Romanorum fuisse docet. Hinc

¶ Atestinus, *a, um*, adject. ut, *Atestina Subina*, Martial. 10, 93.

ĀTHA, æ, m. apud Martialem 4, 19 boni curioris aut fictum aut verum nomen: *Sive levem cursu vincere quæris Athan.* Forte repexit *Athanatum*, de quo Plin. 7, 20. Aliud est *Atta*, de quo s. l.

ĀTHĂMAS, *antis*, m. filius Æoli, rex Thessaliæ, in furias actus ab Iunone, Hygin. fab. 1 & 5. Ovid. Met. 4, 467 sq. Idem Fast. 6, 489

Hinc agitur furiis Athamas, & imagine falsa.

¶ 2. *Athamas* sæpe scribitur in libris, ubi debebat *Acamas*, ubi vid.

¶ Athamantēus, *a, um*, adject. ab Athamante. Ovid. Met. 4, 496 *Sinus Athamanteos pererrant.*

¶ Athāmantiădes, *æ*, m. Palæmon, antea *Melicerta* dictus, filius Athamantis, deus marinus. Idem Ovid. Met. 13, 919.

¶ Athamantis, *idis*, f. Helles cognomen patronymicum ex patre Athamante. Ovid. Fast. 4, 903

Et fraterna pecudem quæres Athamantidos Helles;

h. e. Arietem, Phrixi & Helles vectorem. conf. Ovid. Met. 4, 120.

ATHĀNASIA, *æ*, f. ἀθανασία, i. e. *immortalitas*, die unsterlichkeit. Vt virginem, *Deorum omnium mendique cessadam.* filit Marr. Capella lib. 2 p. 34. ¶ 2. Herba officinis eadem, quæ *Tanacetum* iisdem est, *Parthenium mas*, putatur esse, rainfahren Hadrianus.

ATHANASIVS, *i*, m. Alexandrinus episcopus celeberrimi nominis, seculo Christiano quarto vixit, imperantibus Constantino filiisque ejus, item Iuliano ac Valente. Acerrimus veræ doctrinæ propugnator adversus Arianos; ab his vicissim gravissimas persecutiones passus est. Distinguendus autem ab hoc est ¶ 2 *Athanasius* episcopus in Syria, auctor historiæ de imagine Christi mirandæ, sanguinem & aquam fundentis Beryti, v. Baron. Martyrol. ad 9 Nov. Lambec. Bibl. Cæs. f. 125, 126.

Athara, Atheismus, vide *Athera*, *Atheus.*

ĀTHĒNÆ, *arum*, f. plur. Ἀθῆναι, Græciæ civitas nobilissima inter Achajam & Macedoniam, a Cecrope Ægyptio condita juxta amnem Ilissum,

Idiſſum, de qua ſatius eſſe videtur ſilere, quam pauca dicere, quemadmodum de Carthagine Salluſtius dixit. Nomen ſuum Athenæ acceperunt a Pallade, quam Ἀθήνην Græci dicunt. Fruges primum ibi inventas, aut invectas Diod. Siculus auctor eſt: inde *frugum parentem* Florus vocat 3, 5, 10. v. & Lucret. 6, 1 ſqq. Sed major laus, omnis generis liberas atque doctrinas inventas ibi, & toto orbe præcipue cultas; ut ea urbs communis quaſi magiſtra & haberetur ab omnibus & celebraretur. Unde *antiquitate* non tantum, ſed *humanitate atque doctrina omnes alias urbes præſtare*, C. Nepos tradit 25, 3, 3. Cic. de Orat. 1, 4. *Vt omittam Græciam, quæ ſemper eloquentiæ princeps eſſe voluit, atque illos* OMNIVM DOCTRINARVM INVENTRICES ATHENAS, *in quibus ſumma dicendi vis & inventa eſt & perfecta: in hac ipſa civitate profecto nulla unquam vehementius, quam eloquentiæ ſtudia viguerunt.* v. Barth. ad Æn. Gazæum p. 89; Meurſii Attica; Auguſtin. C. D. 18, 9 & ibi comment. Quamquam & in ea nati homines vitiis teterrimis, v. Barth. ad Theb. Statii 2, 159 & recepti, v. Nep. Epam. 6. De Athenarum urbe apud Dicæarchum Lyſippi Græci Comici verſus exſtant, quos ita paullo liberius convertimus: *Si nunquam Athenas videris, nec ſtipes es: Si viſa te urbs haud traxerit, aſinus merus: Si viſa abire poteris, es cantherius: Hæc namque vere urbs Græca.* conf. Cic. pro Flacco c. 26. ¶ 2. Translatum urbis nomen ad alias quoque doctrinæ ſedes. Hinc Iuvenalis 15, 110 *Nunc totus Grajas noſtrasque habet orbis Athenas*, id eſt, *Romanas literas & Græcas*, ut recte Scholiaſtes vetus interpretatur. Hinc eſt, quod vetus inſcriptio Mediolanenſis habet ap. Gruter. p. 177 AQVÆ DVCTVM IN NOVIS ATHENIS COEPTVM A DIVO HADRIANO PATRE SVO CONSVMMAVIT DEDICAVITQVE. De Mediolanenſium ſtudiis Plinius 4 ep. 13 conſulatur. Adde quæ ibi n. 3 commentatus eſt Cellarius. ¶ 3. Varro de L. L. 7, 18 *Cum trinæ fuerint Athenæ, ab una dicti Athenæi, ab altera Athenienſes, a tertia Athenæopolitæ.*

¶ Athenienſis, *e*, adj. & ſubſt. Cic. pro Flacco c. 26 *Adſunt Athenienſes, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges ortæ atque in omnes terras diſtributæ putantur.* Hos *humanos natura & miſericordes*, Plutarchus Pelopida p. 280, eosdem *iracundos, ſuſpicaces, facetos, ſuarum laudum cupidos*, Præceptis Politicis idem tradit: *celeres & ſupra vires ad covandum audaces*, legati Rhodiorum ap. Livium arguunt 45, 23. v. & Dicæarchum de moribus atque ingenio Athenienſium. Vanitas quoque ipſis & loquacitas objiciebatur, unde proverbium ap. Sidon. 8 epiſt. 6 *Athenis loquacior: Amyclis taciturnior.* Vt ſe ἀυλόκχθονας eſſe declararent, capillum habebant congeſtum in conum, cui cicadas (ex auro fere) innectebant. Cicadas enim e terra procreari volunt. v. Taubm. ad Plaut. p. 17 & χαλεπὸν Ἀθηναίοις ἐν Ἀθήναις ἐπαινεῖν, *Athenienſes Athenis laudare haudquaquam difficile*, Ariſt. lib. Rhet. 1. v. in Chiliad. adagii occaſionem & ſententiam.

¶ Ἀθηνæum, *i*, n. locus erat Athenis, Minervæ dicatus, ubi ſtudia ſua profeſſores exercebant. Hinc omnes ludi literarii ſive gymnaſia hoc nomine appellata. Capitol. Pertinace c. 11 *Proceſſionem ad Athenæum paravérat, ut audiret poëtam.* Lamprid. in Alexandro Sev. c. 35 *At* ATHENÆVM *audiendorum & Græcorum & Latinorum poëtarum vel rhetorum cauſſa, frequenter proceſſit.* Aur. Victor de Hadriano: *Gymnaſia doctoreſque ſuare occepit: adeo quidem ut etiam ludum ingenuarum artium, quod* ATHENÆVM *vocant, conſtitueret.*

¶ Athenæus, *a, um*, adject. ut, *Athenæis in mœnibus*, Lucret. 6, 749. Conf. Varronis locum in *Athenæ* n. 3.

¶ Athenica, *orum*, n. pl. ſunt bibliothecæ, quaſi loca Athenæ, hoc eſt, Minervæ, dicata, in quibus cuſtodiuntur literaria monumenta. Ideo Treb. Pollio in XXX tyrannis c. 10 epiſtolam Claudii *repertam in Athenicis, inſerendam putavit.* Alii legunt *in archivis.* v. ibi Salmaſium.

¶ Panathenæa, *orum*, n. pl. πανaθήναια, ludi ab Athenienſium communione nuncupati, qui prius Athenæa dicebantur, & apparatius facti ſunt, cum Theſeus populum antea vicatim habitantem in unam civitatem coëgiſſet. v. Pauſan. in Arcad. Singulis luſtris fiebant, in quibus ſolenni carmine per tibicinem & præconem ludicrum indicebatur, &c. v. Alex. ab Alex. 6, 19. Cælius ant. lect. 11, 27.

¶ Panathenaicus, *i*, m. liber Iſocratis, continens Athenarum & Athenienſium encomium in Panathenæis recitandum. v. Cic. in Bruto c. 12 & de ſenect. c. 5 & 7.

¶ Panathenaicon, *i*, n. unguentum, *quod Athenæ perſeveranter obtinuerunt.* Plin. 13, 1.

ATHENÆVS, *i*, m. grammaticus Naucratita fuit M. Aurelii Antonini temporibus, ſi a Suida ſtare volumus. Sed usque ad Pertinacem, imo Severum extendiſſe vitam, ex ipſo Voſſius docet. Scripſit vere philologicum opus librorum 15, quos DEIPNOSOPHISTARVM appellavit, admirabili ſcitu digniſſimarum rerum & vocabulorum, tum hiſtoriarum ex omnium gentium ſcriptoribus excerptarum varietate, magni merito æſtimandos, & in primis ab Iſ. Caſaubono docte illuſtratos. Scripſit idem de *Regibus Syriæ* librum: cujus lib. 5 meminit. Nam liber ipſe non exſtat. ¶ 2. Fuerunt & alii hoc nomine; unus philoſophus Peripateticus; alter medicus, & tertius hiſtoricus. v. Voſſ. de hiſt. Gr. 2, 15; & Fabric. Bibl. Gr. 4, 20, ubi & de Deipnoſophiſtarum auctore & de novem aliis agit.

ATHENAGORAS, *æ*, m. Græcus Perſico bello Darii partes amplexus & tandem proditus. v. Curt. 4, 5, 15 & 8, 5, 17. ¶ 2. Alius ſcripſit librum de Agricultura, teſte Varrone 1, 1. ¶ 3. Alius philoſophus Chriſtianus inſignem Apologiam pro Chriſtianis M. Aurelio Antonino & Aurelio Commodo obtulit.

ATHENION, *ōnis*, m. pictor inſignis, Glaucionis diſcipulus, Plin. 35, 11. ¶ 2. *Athenio* alius Siculus, fugitivorum dux. Vnde Cicero Att. 2, 12 p. 234 Gr. ſigniferum Athenionem vel Clodium vocat, vel Vatinium. v. Commentt.

ATHENIS, *idis*, & Bupalus, ſtatuarii fuerunt, qui, cum Hipponactis imaginem cum ludibrio effinxiſſent, ſtilum ejus in ſe acuerunt, ut e Suida diſcimus verbo ἱππώναξ. Hinc Ovidium emendat Andr. Alciatus V Pareg. 18, apud quem in Ibin v. 523 ſic vulgo legitur: *Vtque parum ſtabili qui carmine læſit Athenas, Inviſus pereas deficiente cibo. Parum ſtabile carmen* Scazon eſt, tale enim ſcripſerat Hipponax; pro *Athenas* autem legendum *Athenin*, quod & Turnebo venit in mentem 9 Adverſ. 25, quamquam is receptam lectionem delere non audet: certius autem de emendatione hac ſtatuit Dionyſ. Salvagn. Boeſſius commentario in Ibin Ovidii. Statuarii hujus nomen etiam Plinio 36, 5 pr. reddit Alciatus, cum vulgo *Anthermus* vel *Anthemus* legatur. E quo alias diſcimus, & *Bupalum* & *Athenin* fuiſſe filios *Anthermi*.

ATHENOCLES, *is*, m. hiſtoricus, qui una cum Beroſo & Simaco antiquiſſimas Aſſyriorum Medorumque res conſcripſit, teſte Agathia lib. 2 Hiſt. ¶ 2. *Athenocles* alius dux machinarum contra oppugnantes adhibendarum peritiſſimus, memoratur Polyæno 6, 3.

ATHENODŌRVS, *i*, m. Philoſophus cum Cæſare aliquamdiu fuit, ſed copiam domum redeundi ab eo nactus, eique valedicens, hoc præceptum reliquit: *Cum iratus fueris, nihil neque dixeris, neque feceris, priusquam XXIV literas tecum ipſe percurreris:* ὅταν ὀργισθῇς, Καῖσαρ, μηδὲν ἄπῃς, μηδὲ ποιήσῃς πρότερον, ἢ τὰ ἑικοσιτέσσαρα γράμματα διελθεῖν πρὸς ἑαυτόν. Plutarch. in Apophth. De quo Strabo lib. 14, ubi & alios *Athenodoros* commemorat. ¶ 2. Meminit & *Athenodori* cujusdam philoſophi Plinius 7 ep. 27, qui contra ſpectrum, a quo domus infeſtabatur, animum mirabiliter obfirmavit. ¶ 3. *Athenodori Rhodii*, qui contra Oratoriam dixerit, mentionem facit Quintil. 2, 17. v. Burm. p. 193.

ĂTHĒRA, vel Athăra, *æ*, f. ἄθήρα & ἀθάρα, puls ex olyra vel ſiligine, ein brey, semmel-mus. *Medicamentum infantibus utiliſſimum* vocat Plin. 22, 25. conf. Dioſc. 2, 83.

¶ Athērōma, *atis*, n. Ἀθήρωμα, tumor ſine dolore, Celſo 7, 6, ein geſchwür, ſchwär; ab *athera*, ἀθήρας, quod tenuem pulticulam ſignificat, *cujus ſimilem humorem atheroma continet*, idem.

ĂTHĔSIS, *is*, m. Ἄθεσις, fluvius, qui ex Tridentinis Alpibus Tridentum alluit & per Veronam in Adriaticum labitur, die Etſch. Virg. Æn. 9, 681 *Sive Padi ripis, Athefim ſeu propter amœnum Conſurgunt geminæ quercus*, &c.

ATHEVS, *i*, m. ὁ ἄθεος, qui ſine Deo & irreligioſus eſt, ein atheiſt, gottloſer, der keinen Gott gläubet; quales Callaicos, gentem Hiſpanam, fuiſſe memorat Strabo lib. 3; qualis etiam fuit Diagoras Melius, cognomento ἄθεος, apud Cic. de N. D. 1, 23. Epiphan. in hæreſi Maſſilianorum. Cicero c. l. de Diagora, Latine ſcripſit *atheos*, Græca quamvis terminatione: & Arnobius lib. 5 p. 178 calu Latino: *Solitus ſum miravi, audere vos dicere, quemquam ex his* (Chriſtianis) *atheum, irreligioſum, ſacrilegum, qui deos eſſe omnino aut negent, aut dubitent.* ¶ 2. Idem Arnob. lib. 1 p. 16 de ſe & aliis Chriſtianis: *Infauſti & athei nuncupamur.* Hoc convicium inde ortum, quod paganorum Deos deſtruerent. Hinc ſolennis exclamatio in amphitheatris: ἄιρε τοὺς ἀθέους, *tolle atheos*: quod & Polycarpus pronunciare juſſus, exclamavit quidem, ſed ſententia plane contraria. v. Herald. Animadv. ad l. c. p. 31.

¶ Atheiſmus, *i*, m. frivolus religionis omnis contemtus & neglectus, die atheiſterey, gottloſigkeit. *Theoreticus* alius, alius *practicus*; uti Theologorum ſcholæ docent. Vide mutuas Spizelii & Reiſeri de Atheiſmo Epiſtolas.

Athleta, Athletica, vide in *Athlos*.

ATHLOS, *i*, m. ἆθλος, certamen, ein kampf. Latine Hyginus ſcripſit fab. 91 *In athlo funebri.*

¶ Athlon, *i*, n. ἆθλον, proprie præmium certaminis, der preis oder gewinſt im wettſpiel. Sed Manilius aliquoties lib. 3, 160, 172, 193, 201 *Athla* vocat opera, ſtudia & artes, & XII domicilia horoſcopi. v. ibi Scalig p. 193 ſeqq.

¶ Athlēta, *æ*, m. ἀθλητής, gladiator, ein fechter, ringer. Cic. de Sen. c. 9 *Cum Milo jam ſenex eſſet, athletaſque ſe in curriculo exercentes viderat, adſpexiſſe lacertos ſuos dicitur, illachrymanſque dixiſſe: At hi quidem jam mortui ſunt.* C. Nepos 15, 2, 4 *Magnitudo virium ad athletarum uſum pertinet.* conf. Horat. epiſt. 2, 1, 96.

¶ Athlētĭcus, *a, um*, ἀθλητικὸς, fechteriſch; ut, *Athleticus victus*, Celſ. 4, 6 extr. pro ſagina gladiatoria, fechter-diät; cum viribus firmandis ſervitur, evitatis omnibus, quæ robur corporis debilitant. v. Lipſ. Saturn. 1, 14. De athletarum voracitate explicat eiam P. Faber Agoniſt. 3, 1 & ex eo Taubm. in Plaut. p. 476. *Athletico certamine*, Rein. Inſc. 27, 44.

¶ Athletica, *æ*, f. ſubſt. ars pugilum & gladiatorum, ſeu ipſum certamen atque ludi, die fecht-kunſt, fecht-ſchule. Plin. 7, 56 *Herculis Olympiæ athleticam inſtituit.*

¶ Athletice, adv. nach fechter-art. *Sic Athletice valere*, i. e. optime, firmiſſime, baum-ſtarck ſeyn. Plaut. Bacch. 2, 3, 14; & Epid. 1, 1, 19.

¶ Athlothĕta, *æ*, m. ſubſt. ἀθλοθέτης, curator erat gymnicorum certaminum, qui præmia certantibus proponebat, der kampff-richter. Idem & *Agonotheta*; Brabeuta Suet. Ner. c. 53. v. P. Fabri Agnoſticon 1, 18 & 23.

¶ Pentathlum, *i*, n. πένταθλον, ita *antiqui quinquertium dixerunt: id autem genus exercitationis, ex his quinque artibus conſtat, jactu diſci, curſu, ſaltu, jaculatione, luctatione.* Feſtus.

¶ Pentathlus, *i*, m. πένταθλος, quinquertio, quinque artium ſive certaminum profeſſor. Sic *Delphici pentathli* ex ære per artifices facti, apud Plinium 34, 8. conf. *Quinquertio* in *Ars*.

ĂTHOS, m. Ἄθως, *glacialis, præruptus, nivibus profundus, vaſtus*, Claudiano & Senecæ; mons Thraciæ, Lemno Inſulæ oppoſitus. Virg. Æn. 12, 701 *Quantus Athos, aut quantus Eryx*, &c. Idem 1 Georg. 332 *Aut Athos, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia*, &c. Sic & Val. Flacc. 1, 664. Eſt accuſativus Græcus Atticus. v. Erythr. Ind. Virg. Hunc perforaſſe montem Xerxes, & mare feciſſe pervium, Herodoto ſcribitur lib. 7 & ap. Melam 2, 2. Quod inter celebriorum ſophiſtarum materias aſſumtum, ex Hermogene, & Luciani dialogo ῥητόρων διδασκάλῳ, licet colligere. Pro falſo habuit Iuvenalis, cum Sat. 10, 174 ſcriberet: *Creditur olim Velificus Athos, & quicquid Græcia mendax Audet in hiſtoria.* Cum Staſicrates architectus, (ut Plutarchus refert Orat. 2 de fortun. Alex.) eum ſe montem artificio ſic tractaturum promitteret, ut imago Alexandri & eſſet & diceretur, audaciam artificis admiratus Alexander laudavit: *Tu tamen*, dixit, *Atho montem intactum relinque. Satis eſt eum eſſe monumentum petulantiæ, quam unus in eum rex exercuit.*

ĂTĪLIA, fuit apud Romanos plebeja quidem, ſed eadem antiqua tamen gens, & præſtantiſſimorum quorundam virorum ferax; etiam patricia ejusdem nominis, ex plebeja origine, ut fit, enata. De *Atilii* multa Cicero. Vide Patin. Famil. Rom. p. 42.

¶ Alii

¶ Atiliānus, *a, um*, adj. ut, *Atiliana prædia*, Cic. Att. 5, 1. *Atilianus tutor*, ex lege ſcil. Atilia, l. 2 ff. de orig. Iur.

ATĪNA, *æ*, f. oppidum Volſcorum in extremo Latii Novi ſub Apennino. Virg. Æn. 7, 630 *Tela novant Atinæ potens Tiburtus ſuperbum.* Sil. 8, 398 *Nec monte nivoſo Deſcendens Atina aberat.*

¶ Atīnas, *ātis*, m. plur. *Atinātes*, incolæ hujus oppidi apud Ciceronem pro Plancio c. 8; de Div. 1, 28; & Plin. 3, 5. Sed

ATĪNVM, *i*, n. Lucaniæ oppidum in dextra Tanagri ripa, hodie Atēno, correpta media, unde pariter

¶ Atīnas, *atis*, adj. & plur. *Atinates*, incolæ. Plin. 2, 103 *In Atinate campo fluvius merſus poſt* XX M. *paſſuum erit*: Tanagrum intelligit.

¶ Atinia gens plebeja Romanorum. °C. Atinii meminit Cicero pro domo c. 47. ¶ 2. *Atinia lex* ab *Atinio*, Trib. pl. lata. v. Gell. 12 c. ult. & 17 c. 7 & Cic. Verr. 1, 47. ¶ 3. *Atinia* ultimi generis Colum. 5, 6; & ruſtica appellatione *Atinea*, Id. de Arborib. c. 16 & Plin. 16, 17.

ATIZOES, *ἀτιζώης*, gemma odoris jucundi. v. Plin. 37, 10.

ATLAS, *antis*, m. Ἄτλας, Vrani filius, rex Mauritaniæ, aſtronomiæ inventor; quæ occaſio fuiſſe videtur fabulæ de Atlante, cœli totius machinam humeris ſuſtentante: ut Diod. Siculus 3, 5; Cic. Tuſc. 5, 3 & Vitruv. 6, 10 prodiderunt. add. quos laudat Elmenh. ad Arnob. 2 p. 64. Hinc Virgilius cum Æn. 1, 741 Iopam de ſole, luna & ſtellis canentem inducit, *docuit*, inquit, *quæ maximus Atlas*. Et hanc ob cauſſam aſtrologiæ inventionem Æthiopibus Lucianus tribuit de Aſtrologia. Hunc nonnulli eundem cum Enocho crediderunt. v. Dratium peculiari lib. de eo Patriarcha c. 17. ¶ 2. Servius ad 7 Æn. annotat, *tres Atlantes* fuiſſe: unum Mauritaniæ, alterum Italiæ, tertium Arcadiæ regem, patrem Majæ, ex qua Mercurius natus eſt (cujus & Dionyſ. Halicarnaſſ. mentionem fecit) qui tamen ſæpe a poëtis confunduntur. ¶ 3. *Atlas* nanus quidam, & in quem luſit Martialis 6, 77

Non aliter videtur Atlas cum compare mulo:

ubi Farnab. & Raderi notas vide f. 474 ex Politian. c. 23 miſcell. ¶ 4. *Atlas mons* primo eſt Mauritaniæ Tingitanæ, haud procul a mari, quod inde Atlanticum appellatur: & hic eſt *Atlas minor*, majoris pars ſive excurſus. Secundo in interiore Libya, a cujus cacumine nubes nunquam recedunt: eum incolæ *columnam cœli* vocant, autor Herodotus 4, 184. Hinc Cic. pro Sext. c. 8 *Illo ſupercilio reſp. tanquam Atlante cœlum niti videtur*; Sed conf. Turneb. Adv. 20, 3. ¶ 5. *Pro mari Atlantico* apud Avienum Deſcr. Orb. v. 19 *Terrarumque cavis inhibitur arduus Atlas*: ad quem loc. v. Not. in Miſc. Obſ. 5, 64.

¶ Atlantes, *um*, m. Libyæ populi, degeneres humani ritus, quibus nec nominum inter ſe appellatio: & mos præterea eſt, ſolem orientem & occidentem diris imprecationibus, ut exitialem ipſis agrisque, devovere. v. Plin. 5, 8. Adde de ſomniorum defectu Ammianum 15, 4 extr. & Scholiaſten Dionyſii Periegetæ ad v. 66. Iidem neque inſomnia viſere, ut reliqui mortales, perhibentur: ſed de inſomniis quod traditur, id vero Tertullianus de anima c. 49 irridet. ¶ 2. Sunt & *Atlantes*, quos *Telamones* dixit Vitruvius 6, 10, ſigna ſcilicet virili forma, quæ in ædificiis mutulos ſeu proceres, aut coronas, aut aliud quid ſuſtinent, die rieſen auswendig an den häuſern, träger und ſeulen wie mannsbilder. ¶ 3. Item ſigna vel ſtatuæ puteorum, ex quibus aqua proſilire ſolet, bilder an den ſpringbrunnen. v. Comment. ad Petron. c. 36 p. 151 Burm.

¶ Atlantiades, *æ*, m. *Mercurii* cognomen eſt, Atlantis nepotis ex Maja filia. Ovid. Met. 1, 682 *Sedit Atlantiades* &c. Idem 8, 627

Venit Atlantiades poſitis caduceifer alis.

¶ Atlantis, *ĭdis*, fœm. patronymicum aliud. Tibull. 4, 1, 77

Fœcunda Atlantidos arva Calypſus,

duo funt genitivi *Atlantidos Calypſus*. ¶ 2. *Atlantis* inſula, vide paullo poſt, *Atlantica inſula*. ¶ 3. *Atlantides*, Vergiliæ ſeu Pleiades, vel Atlantis, vel fratris ejus Heſperi, filiæ. Virg. Georg. 1, 221

Ante tibi oræ Atlantides abſcondantur,

hoc eſt, coſmice occidant ſeu maturino occaſu.

¶ Atlantēus, *a, um*, adject. ut, *Pleiades Atlanteæ*, Ovid. Faſt. 3, 105. Horat. 1 od. 34, 11 *Horrida Tenari Sedes Atlanteusque finis Concutitur.*

¶ Atlantius, *a, um*, idem. Silius 15, 37 *Atlantia regna*. Plin. 28, 8 *Atlantius nodus*, primus ſpinæ articulus, forte ſic dictus, quia reliquam ſpinam quaſi ſuſtinet. Dicimus &

¶ Atlantiacus, *a, um*, eodem ſenſu. Auſonius Moſella v. 144

Talis Atlantiaco quondam balæna profundo.

¶ Atlanticus, *a, um*, uſitatius; ut, *Mare Atlanticum*, das Atlantiſche oder Abendländiſche meer. Cic. ſomn. Scip. c. 7 *Omnis terra, quæ colitur a nobis, parva quædam inſula eſt circumfuſa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod oceanum appellatis in terris.* Horat. 2 od. 31, 14 *Reviſens æquor Atlanticum.* Add. Drakenb. ad Sil. 15, 37. ¶ 2. *Atlantica inſula*, quæ & *Atlantis*, Libya ſimul & Aſia major, ſed quam ingens terræ motus, jugisque diei unius & noctis illuvio abſorpſit, ſi Platoni credimus, cujus Timæum & Critiam, (qui Dialogus & *Atlanticus* vocatur) vide. Meminit & Philo prope finem libri, quod mundus ſit incorruptibilis. Adde Plin. 2, 90. Sed hæc narratio fabulam ſapit, licet veri fortaſſe aliquid ſubſit. Plura quære apud Keckerm. contempl. de Terræ mot. probl. 4; Petr. Opmeer. Chronogr. p. 13; Paul. Ben. lib. 7 in Tim. Plat. p. 498 ſqq: Læl. Biſciol. Tom. 1 ſubſec. 19, 13 f. 1465; Gonſal. de duplici viventium terra p. 95 ſqq Malinc. Paralip. hiſtor. p. 95. ¶ 3. *Atlanticæ* etiam *inſulæ* ſeptem dicuntur, anguſto freto divulſæ in Atlantico ſitæ, ubi & cœlum clementiſſimum, & terra adeo fertilis, ut ſponte omnia gignat: unde eædem & *Fortunatæ* appellatæ: creditumque ibi Elyſios campos eſſe, & beatarum animarum ſedes, ut Plutarchus in Sertorio auctor eſt p. 571. Vide & infra *fortunatæ inſulæ* in *Fortuna*.

Atmoſphæra, vide *Sphæra*.

ĀTŌCIVM, *i*, n. Ἀτόκιον, medicamentum, fœtum conceptum pellens: abtreiben, ſo die frucht abtreibet. Plin. 29, 4.

ĂTŌMVS, *i*, f. ἡ ἄτομος, ſubintelligitur ἰδέα ſive ἰδέα: per ſe adjectivum eſt, & *individuum* ſignificat, quod nimirum ob exiguitatem dividi non poteſt, ἀ τέμνω, *ſeco* & α privativo, ein ſtäubleins, ſo untheilbar iſt. Lactantius & Laertius uti hoc nomine in genere maſculino: Cicero & Plutarchus in feminino: Epiphanius, Suidas & Ariſtoteles in neutro, quaſi τὰ ἄτομα intelligerent. Sunt autem Atomi *corpora individua propter ſolliditatem*, Cic Fin. 1, 6; ſive *inſecabilia & ſolida corpora*, ut Lactantius de Opificio DEI c. 2 extr. appellat; *minutiſſimæ partes, quæ τομὴν, hoc eſt, ſectionem non recipiunt*, Servio in Ecl. 6. Idem Lactantius ibid. c. 4 *minuta ſemina* vocat. Ac ſemina quidem, quod ex iis omnia, juxta Epicurum, orta. Quo illud Virgilii pertinet Ecloga 6, 31

Namque canebat, uti magnum per inane coacta
Semina (atomi ſcilicet) *terrarumque animæque marisque fuiſſent,*
Et liquidi ſimul ignis, & his exordia primis
Omnia, & ipſe tener mundi concreverit orbis.

Vbi cum *His primis* ait, has ipſas atomos intelligit, in quibus Epicurus rerum principia ſtatuebat. *Prima* enim τὰ πρῶτα ſive *principia* ſunt. Quo nomine *atomos*, ex Epicuri mente, & ipſe Lactantius inſignit, ejusdem libri c. 6 ſub finem. Atomorum doctrinam primus Democritus inveniſſe Ciceroni traditur de Fato c. 10. Lactantius tamen 3, 17 & lib. de Ira DEI c. 10 Leucippum atomorum auctorem facit, cujus auditor Democritus fuit. Singulari numero vox occurrit Cic. de fat. c. 11 & 20. ¶ 2. Ad temporis momentum transtulit Tertullianus 3 contra Marc. c. ult. *Demutatio in atomo in angelicam ſubſtantiam.* ¶ 3. *Atomus* ſpecies thuris. Dioſc. 1, 72.

Atque, atqui, Atracis, atracius, quære in *At*, *Atrax*.

ATRACTŸLIS, *ĭdis*, f. ἀρκτάντυλις, ſpina eſt cnico ſimilis, veluti Dioſcorides 3, 98 indicavit. Theodorus in Theophraſti verſione *Fuſum agreſte* interpretatus eſt, eine ſpindel; quod genus inſtrumenti fœminæ priſcæ fuere inde conjicere ſolitæ, quod & Dioſcorides l. c. admonuit. conf. Plin. 21, 15 & 16. Matthiolus ſibi nondum cognitam hanc plantam affirmat, & aliorum opiniones, qui vel *cnicum ſilveſtrem*, vel *carduum benedictum* (cardobenedicten) *atractylida* eſſe putant, refutat.

Atramentarium, atramentum, atratus, vide *Ater*.

ATRAPHAXIS, *is*, f. ἀτραφαξίς, i. e. atriplex, Colum. 11, 3.

ATRATĪNVS, *i*, m. Sempronii cognomen. vid. Burm. ad Quintil. 11, 1 p. 976.

ATRAX, *ăcis*, m. princeps Theſſaliæ, Ætoli filius, Hippodamiæ pater, inventor artis magicæ. Ab eo cognominatus ¶ 2. *Atrax* fluvius Ætoliæ ſ. Theſſaliæ. ¶ 3. Item urbs Theſſaliæ, v. Geograph.

¶ Atracius, *a, um*, adj. ut *Atracia ars*, id eſt magica, quæ in Theſſalia valde viguit, Stat. Theb. 1, 106. v. ibi Barth. *Atracium venenum*, Val. Flacc. 6, 447. *Atraciæ oræ*, Propert. 1, 8, 25.

¶ Atracis, *idis*, f. patronym. Ovid. 1 Amor. 4 de Hippodamia v. 8

Atracis ambiguos traxit in arma viros.

conf. Heroid. 17, 248. *Atrăcides* vocatur Cæneus Theſſalus Ovid. Met. 12, 209.

ATRĔBĀTES, *um*, m. Galliæ Belgicæ populi, apud Cæſ. B. G. 2, 4 & 23 Ambianis & Morinis finitimi, in loco fere, ubi nunc eſt Arteſia, *Vrbs Atrebatum* hodie. Sidon. carm. 5, 212

Francus qua Cloio patentes Atrebatum terras pervaſerat.

Atrebas in ſing. invenitur apud Cæſ. B. G. 4, 27.

¶ Atrebatĭcus, *a, um*, adject. ut, *Atrebaticæ veſtes*, Vopiſc. in Carino c. 20. v. ibi Salmaſ. & Cæl. Rhodig. 9, 10.

ATREVS, duabus ſyllab. *ei, ea, m.* Ἀτρεύς, *nefarius, truculentus*, Horatio Art. P. v. 186 & Senecæ Thy. v. 545, quod fratri Thyeſtæ filios epulandos appoſuit. Pelopis fuit filius, & rex Mycenarum totiusque Peloponneſi. v. *Thyeſtes*.

¶ Atrēus, *a, um*, tribus ſyllabis adject. Stat. Theb. 8, 743

I, precor, Atrei ſi quid tibi ſanguinis unquam.

¶ Atrīdes, *æ*, m. *Agamemnon*, Atrei filius; *Trojæ populator Atrides*, Ovid. Met. 13, 655. *Atrida* etiam pro *Atrides* dici ut *Anchiſa*, docet Burm. ad Quint. 1, 5 p. 68. ¶ 2. Plur Atrīdæ, *arum*, *Agamemnon & Menelaus*, quos *ſuperbos* dixit Horat. 1 od. 10, 13. Virg. Æn. 1, 458

Atridas, Priamumque & ſævum ambobus Achillem.

Atriarius, atrienſis &c. Atricapillus, atricolor, Atrides, vide *Atrium*, *Ater*, *Atreus*.

ĀTRĬPLEX, *plĭcis*, f. herba eſt ſilveſtris & ſativa, ſeu olus potius atrum, vulgo melden. Neutro genere Plin. 20, 20 *Atriplex acuſatum eſt a Pythagora, tamquam faceret hydropicos, morboſque regios & pallorem.* Fœminino autem genere ab aliis ſæpius effertur; ut, *Atriplex ſativa, maritima* &c. χενσολάχανος a Græcis dicitur, à colore viridi in luteum langueſcente, & auri æmulo. Sed & ἀτρεφάξις, ἀπὸ τῦ ἀλεῶς ἀυξην, quod in altum celeriter adoleſcat. Vid. Macer 1, c. 24; Colum. 10, 377; item 11, 3; Pallad. Apr. t. 3. ¶ 2. *Atriplici* cognatum eſt olus alterum, quod *Spinachiam* dicunt, & *atriplicem viridem*, ſpinat, binet. Vide ſuo loco. *Atriplex ſilveſtris*, miſtmelden, ſchweinsmelden, quod in ſimo & ſtercorum acervis naſcatur.

¶ Atriplexum, *i*, n. *eadem herba, quæ nunc atriplex dicitur*, Feſtus. Atritas &c. vide *Ater*.

ĀTRIVM, *i*, n. quod proximum januæ, interiori puta; nam extra, viam verſus, veſtibulum eſt, diverſum ab atrio, ut Gellius docet 16, 5 & Vitruv. 6, 8, der ſaal, das vorgemach. Virg. Æn. 2, 483

Apparet domus intus, & atria longa pateſcunt.

Vnde & *primum locum ædium* Nepos vocat Præfat. n. 6, quem *materfamilias tenet*: Quod eo dicit, quod Romanæ mulieres in atrio, in lecto ab adverſo ſedere & lanam facere ſolerent, ut ex Laberio, Aſconio, Arnobio & aliis Lipſius Electorum 1, 17 docuit. In his atriis ponebant veteres imagines majorum ſuorum, de quibus Juvenalis 8, 19. ¶ 2. *Atrium* eſt, quod *impluvium* ſive *compluvium* alias dicebatur. Hoc eſt area ſubdivalis, *genus ædificii ante ædem, continens mediam aream, in quam collecta ex omni tecto pluvia deſcendit*, ut Feſtus exponit: der hof, vorhof. Conf. Varro de L. L. 4, 33. Vetus Gloſſator: μέσαυλον *Atrium*, *Compluvium*: Item: ἀυλὴ *Atrium*. Sane & ἀυλὴ Græcis proprie locus ſub dio & vento apertus undique, ſive διαπεπομένος dicitur, ut Athenæus auctor eſt lib. 5. Quare

& Horatius *Aulam* pro *atrio* dixit 1 epist. 1, 87 *lectus genialis in aula est*. Nam *lectus genialis* in atrio sternebatur. Hinc patet, *atrium*, non ab *Atriatibus Tuscis*, unde petita hæc ratio, quod Varro censuit: neque ab *atro*, quod ibi culina esset, ut Servio videbatur; sed ab ἄθριον Græco dicti, quia sub *æthere*, seu *dio*, esset: Vnde Tertulliano etiam *Subdivalis* vocatur: quod præclare Casaubono in mentem venit. Erat igitur *atrium* area columnis atque porticibus cincta, ubi tablina & pinacothecæ, atque triclinia erant; Sive spatiosissima planities intra ædes, ubi congregabantur Romanorum moribus optimates mane salutaturi clientes, ita artificiose porticibus inclusa, ut nunquam sole careret. v. Barth. ad 1 Theb. Statii p. 44. ¶ 3. Alia etiam conclavia five domus membra non raro *atrii* nomine appellantur. Sane Virg. Æn. 1, 725 cum ait: *Fit sceptrum sectis vocemque per alta volutant Atria*. Per *atria* triclinium intelligit, quod ad atrium erat. Vnde Servius; *Morem*, inquit, *tangit Romanum. Nam ut ait Cato, & in atrio & duobus fercutis epulabantur antiqui*. Sic, *Atria auctionaria*, der platz zur auction, Cic. Agr. 1, 3. ¶ 4. Quin & pro toto ædificio ac tecto sumitur. Plane ut apud Græcos αὐλὴ pro ipsis palatiis etiam regum & procerum dicebantur, quod Athenæus supra citato loco observat. Ita *Atria marmore tecta*, Ovid. Met. 14, 260. v. & Casaub. ad Suet. Aug. p. 68, & Laurent. Pignor. de Servis p. 228.

¶ Atriolum, *i*, n. minus atrium, ut Vitruvius vocat 6, 4. Cic. 3, 1 ad Qu. Fratr. *In porticu te scribere ajunt, ut atriolum fiat, mihi, ut est, magis placebat; neque enim satis loci esse videbatur atriolo: neque fere solet, nisi in his ædificiis fieri, in quibus est atrium majus.*

¶ Atriensis, *is*, m. servus cui cura & tutela atrii commissa erat, qui & ATRIARIVS; item AB ATRIO CVRANDO; vel AB ATRII CVRA dicebatur; eratque honestiore loco, & supra cæteros potens, ein aufseher im hause, schloß-vogt. v. Plaut. Asin. 2, 2, 85 & 101; item 2, 1, 16; Pseud. 2, 2, 15; Colum. 12, 3; Inprimis Cic. Parad. 5, 2; & in Pison. c. 28. Adde Interpr. præfertim Gonsal. ad Petron. c. 29 p. 108; & l. 15 § 1 ff. de usufr. & quemadm item l. 103 ff. de verb. signif. Vet. Gloss. *Atriensis* Διαπτάριος Διαπτάρχης. Phædrus 2, 6, 11 *Ex alticinctis unus atriensibus* Plin 3 epist. 19 *Sumtus atriensium*. Vide Pignorium supralaudato loco, & Ant. Welseri epist. ad Hieronym. fratrem medicum de *Zeta* & *Zetario* sive *Dieta* & *Dietario*.

¶ Atriārius, *i*, m. idem, sed minoris dignitatis, ein hausknecht, pförtner. *Atriarios & focarios* conjungit Vlpian. l. 1 § 5 ff. naut. caup. stab.

¶ Atrilicium, *i*, n. ea atrii pars, in qua olim licia texebantur, apud Ascon. Pedianum.

Atrocitas, atrociter, Atrophia, atrophus, vide *Atrox*, *Trophetes*.

ATRŌPOS, *i*, f. ἄτροπος, *ignara moveri*, Stat. Theb. 3, 67, hoc est, inexorabilis, una ex Parcis, deabus fatalibus, quæ finem vitæ in potestate habere putabantur. Idem Stat. 4 Silv. 8, 18

His fenium longæque decus virtutis, & alba
Atropos, & patrius lauros promisit Apollo. conf. ib. 4, 56.

Martial. 10, 44 *Gaudia tu differs, at non & stamina differt*
Atropos, atque omnis scribitur hora tibi.

ATROX, ōcis, o. ἀτρωξ, ῶγος, proprie quod crudum & nondum maturum esui, roh, frisch. Nævius ap. Nonium 2, 62 *Simul exta porricerent atrocia ministratores*. Festus: *Atrices appellantur ex Græco, quia illi atrocia appellant, quæ cruda sunt.* Plauto Capt. 3, 4, 7 *Atrox astutia*, quæ, nisi fallor, nova ac recens, & ita plena vigoris ac succi veluti; atque sic cruda quasi & viridis est. *Crudum* enim est, quod maturitate ac vetustate nondum exaruit: de quo infra suo loco. ¶ 2. Deinde *atrox* crudelis, immitis, grausam; ut, *Incredibilis res atque atrox*, Ter. Hec. 3, 3, 17. *Inimicus atrox*, Virg. Georg. 1, 407. *Atrocior cædes*, Liv. 24, 16. *Atrocior rabies*, Tac. Hist. 5, 25, 5. *Atrocissime literæ*, Cic. fam. 9, 25, schreckliche briefe, böse zeitung. *Atrocissima pestis*, Cels. præf. *Atrocissimum bellum*, Sall. Iug. c. 5; *certamen*, Liv. 2, 6. ¶ 3. *Atrox* etiam constans est & inflexibilis, atque in bonam partem sumitur, steif, unbeweglich. Horat. 2 oda 1, 24 *Prater atrocem animum Catonis*. Sil. 6, 378 de M. Atilio Regulo: *Atrox illa fides*. Et in malam, Tac. An. 12, 22, 1 *Atrox odii fœmina*.

¶ Atrociter, adverb. greulich, scharf; ut, *Atrociter minitari*, Cic. Verr. 5, 62. conf. Sallust. Iug. c. 37. *Atrocius accipi*, Tac. Hist. 1, 23, 3 *Atrocissime leges exercere*, Suet. Tib. c. 58. Et Cic. ad Qu. Fr. 2, 16 *De ambitu cum atrocissime ageretur in senatu.*

¶ Atrōcitas, ātis, f. crudelitas, die grausamkeit. Cic. Catil. 4, 6 *Non atrocitate animi moveor*. Sallust. Cat. c. 22 *Atrocitas sceleris*. Quintil. 6, 1 *Atrocitas crescit ex his* &c. Suet. Tib. c. 48 *Ad mitigandam temporum atrocitatem.*

ATTA, m. cognomen Claudiæ gentis principi; item Quintio poetæ, cujus Horatius meminit 2 epist. 1, 79, ex pedum vitio inditum hæsit. ATTÆ enim, ut Festus scribit apud Sigon. L. de Nom. Rom. *appellantur, qui propter vitium crurum aut pedum plantis primis insistunt, & attingunt magis terram, quam ambulant*. Vetus Sabina vox est; ex Græco ἄττης: quod *subsilire* significat, & nusquam ferme pedem figere: ut Casaubonus nos ad Suet. Tib. c. 1 docet. ¶ 2. In lingua Gothica veteri *Atta* significat patrem. Et sane Festus, *Attam*, ait, *pro reverentia seni cuilibet dicimus, quasi eum avi cognomine appellemus.* Conf. supra *Atib*, infra *Tata* & Reines. in Petron. Fragm. p. 68.

ATTABAS & Numenius, latrones famosissimi, adagio locum fecerunt, quoties improbus aggregatur improbo: *Convenerunt Attabas & Numenius*, ein paar schelmen. v. Erasm. Chil.

ATTACHVS, *i*, m. nomen insecti, Vulg. Int. Lev. 11, 22, rectius *Attacus*, ex gr. ἀττακὸς, i. e. bombyx, ein seidenwurm.

ATTACINVS, *i*, m. cognomen Varronis; unde tractum sit, disputant viii docti ad Quintil. 10, 1: v. Burm. 905.

Attactus, vide in *Tango*.

ATTĂGEN, ēnis, m. ἀτταγὴν, ein haselhun, birckhun. Horat. Epod. 2, 53 *Non Afra avis descendat in ventrem meum, Non Attagen Ionicus*. Apud Aristophanem ἀτταγᾶς, apud Athenæum ἀττα-γήνος, vulgo *gallina corylorum*, Alberto *Bonosa*.

ATTAGĒNA, æ, f. idem. Martialis 13 epigr. 61 *Inter sapores fertur alitum primus Ionicarum gustus attagenarum.*

¶ Attăgēnus, *i*, m. ἀτταγηνὸς, piscis etiam nomen est lautioris apud Athenæum, qui & *Scepinus* σκεπῖνος dicitur. Gesnerus.

¶ Attagus, *i*, m. hircus in Phrygia, Arnob. lib. 5 p. 159.

ATTĂLVS, *i*, m. Ἄτταλος. Tres hujus nominis celebrantur reges Asiæ Pergamenæ; pater, & filius, Eumenis frater, tutor pupilli sive Attali nepotis, Eumene geniti: & ipse nepos Attali majoris, sive Eumenis filius: omnes amici Romanorum adeo, ut ultimus sive nepos, quia liberos non haberet, in testamento scriptum reliquerit: POP. ROMANVS BONORVM MEORVM HERES ESTO: quod larga & liberali interpretatione Romani a privato instrumento regis, ad regnum ipsum extenderunt: quod alias sine consensu populi transire valide haud possit. Ideoque cum ait Horatius 2 od. 18, 5 *Neque Attali Ignotus heres regiam occupavi*: notasse poetam Romanos, non jure factos hæredes Attali, vetus Scholiastes observat. ¶ 2. Alius, de quo Aristot. Polit. 10, 5, *Philippum* (regem Macedoniæ, Alexandri M. patrem) *Pausanias idcirco interemit, quod illum contumeliis Attali vexari sineret.* ¶ 3. Alius *Attalus* philosophus de Stoicorum familia, præceptor Senecæ: uti docere ipse videtur epist. 108, qui & aliis pluribus locis ejus meminit. Seneca pater Suasoria 2 *Virum magnæ eloquentiæ, ex philosophis, quos sua ætas vidit, longe & subtilissimum & facundissimum* vocat; *Solum vertit a Sejano circumscriptus.*

¶ Attālicus, *a, um*, adject. splendidus, herrlich, prächtig; ut, *Attalica aulæa, Attalicæ vestes*, Propert. 2, 32 & 3, 17, quibus aurum intextum est, güldenstück, brocad. Plin. 8, 48 *Aurum intexere in eadem Asia invenit Attalus rex: unde nomen Attalicis.* Et 33, 3 *Attalicis aurum jam pridem intexitur, invento regum Asiæ.* Sic *Attalicæ conditiones* pro ampliss. & opulentiss. Horat. 1 od. 1, 12; & *Attalicæ urbes*, Idem 1 ep. 11, 5.

Attamen, Attamino, vide *At*, *Tamino*.

ATTĂTE, *interj.* in re subita & timida, Plaut. Epid. 3, 4, 21; & 2, 3, 31. & Merc. 2, 3, 31. Taubmanno vox increpantis est in Calina 3, 1, 14.

ATTĔGER, *a, um*, f. Adreger, i. e. attactus & diminutus, ab antiquo *attigere*, pro *attingere*; ut contra *Integer* intactus. *Attegrum* est minus factum. Hinc

¶ Attegro, f. Adtegro, *are*, est *vinum in sacrificiis augere*, ut Festus docet. Nam *adtegratur*, cum libatur, adeoque minuitur, cum sacrificium augetur; *integratur* vero, cum in statum redigitur.

Attegiæ, vide in *Tego*.

ATTĔLABVS, *i*, m. ὁ ἀττέλαβος, eine kleine heuschrecke. Plin. 29, 4. Attella & Attellanus, vide supra *Atella*.

Attempero, Attendo, attentio, attentro, &c. Attenuatio, attenuo &c. Attero, Attes, Attestor, Attexo, Atthin, vide *Tempero*, *Tendo*, *Tenuis*, *Tero*, *Attii*, *Testis*, *Texo*, *Attin*.

ATTHIS, vel Attis, ĭdis, f. quasi Attica avis, Martiali luscinia esse videtur aut hirundo, in quam Progne, Pandionis regis Atticæ filia, conversa, 1 epist. 54 *Sic ubi multisona fervet sacer Attidis lucus.* conf. 5, 69. ¶ 2. Et *Atthis* tragœdiæ Philochori de Philomela nomen fuit. ¶ 3. *Atthis* regio Græciæ (quæ & *Attica*) Pomponio Melæ 2, 3.

ATTĬCA, æ, f. Ἀττική, regio Græciæ inter Achajam & Macedoniam, in qua Athenæ sitæ erant: Olim *Actæ*, seu *Acticæ* dicta; das Athenienser gebiete. Plin. 4, 7. Vnde

¶ Atticus, *a, um*, adj. ut, *Attica dialectus*, apud grammaticos. *Atticus lepos*, Hieronym. de Opt. gen. interp. five epist. 101 sub fin. Sic *Attico stilo scriptæ orationes*, Cic. de Clar. Or. c. 45. Ibidem c. 17 *Ea subtilitas, quam Atticam appellant.* conf. c. 83 & 91; Quintil. 12, 10 p. 1089. *Attica eloquentia*, est summa. v. Burm. ad Quint. Procem. lib. 6 p. 497. *In eo est Attica elegantia*, Ter. Eun. 5, 8, 63. Et, *Attica fides*, id est sincera, auctore Vellejo 2, 23, 4. *Attica Musa* dictus fuit Xenophon a suavitate sui sermonis. *Atticus moriens porrigit manum*, er hat nimmer genug, de inexplebili avaritia. *Atticus in portu*, der hatt auf seinem mist. Item *Atticus aspectus*, ἀττικὸν βλέμμα, perinde est quam dicas *o impudens*, ein unverschämter. v. Chiliad. ¶ 2. Fuit & Tito Pomponio, equiti Romano, cognomen *Attici*, ad quem 17 epistolarum libros Cicero scripsit. Datum id ei, quod & diu Athenis vixit, & Græce peritissimus fuit, ut Athenis natus videretur, quod Nepos de eo in vita ipsius c. 4 prodidit. ¶ 3. Alium fui temporis *Atticum* Martialis celebrat 7 epigr. 32, quem etiam Græce doctissimum, & ejusdem gentis studus deditum fuisse, carmen ipsum arguit. Atticus Platonicus (quem tamen mixtæ philosophiæ studiis adnumerat Patricius Pom. 1 Discuss. Peripat. lib. 10 f. 139.) fuit sub Nerva: Plutarcho Chæronensi æqualis. Egregia ejus fragmenta adfert Eusebius: Ionsius 3 de Script. Hist. Philos. 6 p. 240. Consule & Barth. notis ad Æneam Gaz. p. 138.

¶ Attici, m. pl. oratorum genus, qui Attico dicendi genere utebantur, hoc est, quod Athenis florebat: in quo nihil ineptum, absurdum, alienum, redundans: nihil subinsulsum, abjectum, inquinatum, aut durum inerat, *credantque Attice dicere esse optime dicere*, ap. Quintil. 12, 10. Cic. in Orat. c. 7 *Qui dici se desiderant Atticos, aut ipsi Attice volunt dicere* &c. Et c. 9 *At Atticorum aures teretes & religiosas qui se accommodant, ii sunt existimandi Attice dicere.* Ac id omnino existimandum, cum non tam Lysiæ atque Hyperidis, qui polite quidem ac eleganter, cæterum submisse atque subtiliter tantum dixerunt; quam Demosthenis exprimitur oratio ac forma; qui non facere atque tenuiter tantum, ut illi; verum elate quoque ac splendide dixit, quod illis defuit. Itaque oratores illi quidem & Attici, non optimi oratores tamen, sicut Demosthenes, fuerunt. Id enim optimum est, quod omnes laudes habet. Interim propria velut hujus characteris laus, presse & subtiliter dicere, unde etiam qui sicce ac humiliter dicebant, *Attice* dicere volebant videri. Itaque opponebantur Asiaticis oratoribus, quorum dicendi genus pingue, tumidum atque redundans. v. Cic. de Claris Orat. c. 82, item in Orat. c. 26, denique de opt. genere Orat. c. 3 & 4. Quint. 12, 10 *Attici limati & emuncti, nihil inane aut redundans ferebant: Asiana gens tumidior alioqui & jactantior, vaniore etiam dicendi gloria inflata est* &c. Lege plura ibidem & vide supra in *Asiaticus.*

¶ Attice, *es*, f. subst. i. e. Ochra, berggelb. Cels. 5, 18, 19.

¶ Attice, adverb. id est, more Attico. Cic. de Opt. gen. Or. c. 4 *Attice dicere.* Adde dicta in *Attici.*

¶ Atticismus, *i*, m. ἀττικισμὸς, *phrasis* vel *locutio Attica*. Cic. Att. 4, 17 *Ille Latinus* ἀττικισμὸς *ex intervallo regustandus.* Quintil. 6, 3 al. 4 *Atticismus ille, redolens Athenarum proprium saporem.* conf. Idem 1, 5.

¶ Atti-

¶ Atticiſſo, *are*, pro curioſius & Attice eloqui, imitari Atticos; apud Plaut. Menæchm. prolog. v. 12.

¶ Atticurges, *is*, ἀττικουργής, i. e. Attico opere & more factus, Vitruvius 3, 3; & 4, 6.

¶ Attigo, attigius, ab antiquo *Tago* in *Tango*.

ATTILA, Attyla, *æ*, m. Ατυλας, flagellum illud Dei, rex fuit Hunnorum, vaſtator violentiſſimus *Pannoniæ*, *Italiæ* atque *Galliæ*; imo & eccleſiæ perfecutor immaniſſimus. Cum puellam duxiſſet, hauſto largius mero vomitu ſanguinis periit A. C. 454. De quo Iornandes & Marcellin. Chron.

Attilanus, *a*, *um*, adject. Novella 11 *Attilanis temporibus*.

Attilia, Attilianus, v. *Atilia*.

ATTILVS, *i*, m. piſcis, Padi ſolius alumnus, inter porcos fluviatiles numerari poteſt; *Ladano* vulgus Italicum vocat, it. *Adilo* vel *Adillo*. Vide deſcriptionem Calcagnini apud Gesner. & Plinium 9, 15.

ATTIN, vel Atthin, *inis*, m. qui & Attis, *is*, vel *idos*, Atys, Attys, *yos*, item Attes, *æ*, ſcribi flectique ſolet, quod apud Catullum carm. de Berecynthia & Aty (hic enim in pleriſque eſt vulgatis) notis ad eum Scalig. (ubi & Hilpanam inſcriptionem vide) Natal. Com. 2 Mythol. 1, & Voſſ. de Orig. Idolol. 1, 20 deprehendes. Cum Cybele cultus fuit a Phrygibus. Hiſtoria non uno a veteribus modo narratur, ita quidem, ut Mureti judicio (ad Catull. p. 158) infiniti, legentibusque non nimium jucundi laboris foret, quæ à Diodoro, Pauſania, Euſebio, Arnobio, Auguſtino, Ovidio, aliisque de Atti varie ſcripta ſunt, congerere. Summa tamen, in quam & plerique fere conſentiunt, hæc eſt: Adoleſcentem fuiſſe Phrygium, cujus amore exarſerit Cybele, quam magnam Deûm matrem eſſe voluerunt gentiles. Cæterum eviratum eum poſtea mortuumque gravitiſſimi luctus cauſſam Cybele fuiſſe, & factum inde, ut in honorem ejus nec locus eſſet cuiquam inter magnæ matris ſacerdotes, niſi qui ejus inſtar fuerit eviratus, & in ſacris Cybeles lugentem eam hi ſacerdotes, (Galli vocabantur) ejulando pectusque palmis cædendo imitarentur. Reineſ. ad Inſcript. Cl. 1, 40 p. 74 probat, etiam mares, itemque fœminas inter ſacerdotes matris Deum fuiſſe. Conf. Pignorii Magnæ Deum matris Idææ & Attidis initia. Macrobius Sat. 1, 21 matrem Deum terram interpretatur, Attinem ſolem. Mentio ejus & in oraculo quodam, quod recitat Socrates 3 Hiſt. Eccl. 19. *Cybeleius*, *Atys*, Ovid. Met. 10, 104. ¶ 2. *Atys* ex India in Andromedæ nuptiis occiſus a Perſeo, Idem Ovid. Met. 5, 7. ¶ 3. *Atys* Ismenes ſponſus ante nuptias occiſus, Stat. Theb. 8, 598. ¶ 4. Scribit in Bithyniacis Arrianus, (citatus Rhodigino Lect. antiq. 11, 21 f. 594.) conſueviſſe Bithynos montium cacumina conſcendere, ac Iovem *Pappam* conſalutare, atque item *Attin*. Hinc innile, quod Diodorus Siculus 3, 5 *Attin* poſtea *Papam* dictum fuiſſe refert. *Atta* & *Pappa* notum eſt, puerorum eſſe balbutientium vocabula, cum patrem nominare volunt.

ATTINÆ, *arum*, f. pl. grenz-ſteine. Sic Placcus Gœſ. p. 4 inter terminos numerat, dicens, *Allios in ſpecie maceriarum congerere lapides & Attinas appellare*; nempe quia ſe *attingant*, vel quod *attineant*.

Attineo, Attingo, Attitulo, Attis, Attius, vide *Teneo*, *Tango*, *Titulus*, *Attin*, *Accius*.

Attollo, Attondeo, &c. Attonitus, attono, Attorreo, vide *Tollo*, *Tondeo*, *Tono*, *Torreo*.

Attractio, attraho, attrecto, &c. Attremo, Attrepido, Attribuo, &c. Attritio, &c. vide *Trabo*, *Tremo*, *Trepidus*, *Tribuo*, *Tero*.

Attubus, Attumulo, vide *Atypus*, *Tumulus*.

ATVACVM, *i*, n. Ατβακιτον, Ptolemæo urbs eſt Galliæ Belgicæ, caput Tungrorum. vide ſupra *Aduatici*.

ATYPVS, *i*, m. ἄτυπος, ex quo Latini primo *atubus*, mox *attubus* fecere. Eſt autem impeditæ homo linguæ, ein ſtammeler, dem die zunge nicht wohl geloſet iſt. Sic enim vetus Gloſſarium: *Attubus*, μογιλάλος, μόγγος, ἄτυπος, apud Ioſ. Scal. 2 Lect. Aut. 9, qui inde hanc vocem Auſonio reddit epiſt. 22 *Canus*, *comuſus*, *biſpidus*, *trux*, *attubus*. cum alias perperam legeretur, *artubus*. *Atypus* autem eſt apud Gellium & Vlpianum. Gellius 4, 2 hæc profert Cæcilii Sabini: *Balbus & atypus vitioſi magis, quam morboſi ſunt*. Vlp. l. 10 § ult. D. de ædil. ed. ita loquitur: *Quæſitum eſt, an balbus & blæſus, & atypus, itaque qui tardius loquitur, & varus, ſanus ſit?* Vbi quidem dictu mirum, quam ea vox exerciuerit eruditos, præſertim codicum accedente depravatione. Itaque *aphthiphum* alius ab aphtha, alius *alphicum* (ab alpho cutis vitio) alius *tripheron*, vel τυφερόν, (ut ſignificetur mollitie quadam blæſus,) alius *athyrophonum*, vel *athyrotum* (quod feſtinatam nimis in loquendo celeritatem notet,) ſubſtituendum putavere. Vid. Phil. Carol. Animadv. in Gell. p. 245; Gyrald. Dialogiſm. 22; Alciat. 2 præcerniſſ. ad l. de æd. ed. Cod. Rhodig. 16 Lect. ant. 20 Rectius Budæus Annotat. prior. in Pand. p. 492 e Pliauis Pandectis τὸ *atypus* retinens, ab etymologia vocabuli eos eſſe dictos atypos cenſet, *qui non ſatis expedite plectro linguæ uterentur, quaſi aversi non ferientes, vel quaſi non ſatis verba exprimentes, conformantesve*, nempe reſpexit ad græcum τύπτω *ferio* & τύπος *forma*. Camerario Comm. utr. linguæ f. 210, ἄτυπος eſt *ſonos confundens*. Petri vero Molellani expoſitio, cui (ad Gellii locum) *atypus* eſt, *qui decenti & apta membrorum forma carens vel at monſtruoſus eſt*: minime audienda. Planum enim, & Gellio, & Vlpiano de vitio linguæ ſermonem eſſe.

ATYR, fluvius Galliæ, *P. Ador*. v. Scalig. Lect. Auſon. 1, 5.

¶ Atyrenſium civitas indicata ab eodem 2, 7. Add. Broekh. ad Tibull. 1, 8, 4.

ATYS, *yos*, m. rex Lydorum, pater Lydi & Tyrrheni, quorum ab altero Lydi, ab altero Tyrrheni appellati. v. Strabo lib. 5; Herodot. 1, 7 & 94. De diverſis hujus nominis regibus v. Spanh. de præſtant. num. 1 part. ¶ 2. Alius hoc nomine Cretenſium, non natus ille, (ut ex in Dictionario Caroli Stephani) ſed rater matri, qui damnatam infectatur, Adraſti jaculo per imprudentiam letaliter ictus, ſomnii paterni fidem implevit: Idem Herod. ibid. c. 34, 43. ¶ 3. *Atys*, Phrygius puer, a Cybele adamatus. Conf. ſupra in *Attin*.

AV, interjectio apud Terent. And. 4, 5, 12 conſternatæ mulieris, ſive dolentis; auweh! *Eſurio hercle, atque adeo av ſitio*, Plaut. Caſ. 4, 3, 4. *Au, au!* Petron c. 67. ¶ 2. Deinde & ſilentium injungentis, Ter. Eun. 4, 4, 14 *Au, ne comparandas hic quidem ad illam eſt*, ach ſchweig ſtill. Eſt etiam Eun. 4, 3, 5 *Au obſecro*: & 5, 2, 60 *Au, tace, obſecro*, quod a Calepino, Stephano in Foto R. & eorum excriptoribus *Abu* citatur. Sic & Plautus in metu & perturbatione: *Au terreo meo!* Men. 2, 2, 3; Mil. 2, 2, 62 &c. ¶ 3. *Præpoſitio* (au) *præter hæc duo verba* (Aufugio, Aufero) *nullo alio in verbo reperitur*, Cic. Orat. c. 47. conf. Gell. 15, 3. ¶ 4. Sylabam *av* in *o* tranſiiſſe librariorum conſuetudine, vid. Burm. ad Calpurn. 2, 48.

AVAR, plur. Avares, Scythiæ populus, Romanum imperium Iuſtiniani temporibus & proximis infeſtans. Corippus de laudibus Iuſtini 3, 8, 170

Crudus & aſper Avar dictis ſic cœpit acerbis:
Rex Avarum Cagan, debellans intima mundi, &c.

¶ Avaricum, *i*, n. oppidum in finibus Biturigum, Cæſ. B. G. 7, 13. Oroſio *Bituriga*.

AVARVS, *i*, m. (ita dictus, quaſi *avens æris* vel *auri*,) φιλάργυρος, ein geitzhals. v. Gell. 10, 5. Et adjective Avarus, *a*, *um*, geitzig. Hor. 1 epiſt. 2, 56 *Semper avarus eget*. Id. Epod. 1, 33 *Ha! ſi parcere, Quod aut, avarus ut Choremes, terra premam*. Quintil. 8, 5 *Tam deeſt avaro quod habet, quam quod non habet*. ¶ 2. Transfertur a divitiis ad alias quascunque res; ut, *Avarus laudis*. Idem Horat. 2 epiſt. 1, 179. *Avarus cædis miles*, Claudian. B. Get. v. 606. *Avarus adulationes*, intereſſirte ſchmeicheleyen. Plin. Paneg. c. 41. Compar. Horat. 2 epiſt. 2, 157 *Viveret in terris te ſi quis avarior uno*: Superl. Gell. 5, 5 *Satis eſſe credo Romanis hæc omnia, etiamſi avariſſimi ſint*. Etiam Cic. Verr. 3, 37 *Homo avariſſime, redde bona ſodalis filio*.

¶ Avare, adverb. geitzig. Cic. Off. 3, 8 *Nihil avare, nihil injuſte, nihil incontinenter eſt faciendum*. Ter. Heaut. prol. v. 48 *Avare pretium ſtatuere arti ſuæ*, die arbeit theuer anſchlagen. Comp. Col. 1, 7 *Avarius opus exigat, quam penſiones*. Superl. Seneca de Otio Sap. c. 32 *Horas ſuas avariſſime ſervat*, er läſt keine ſtunde vergeblich hinſtreichen.

¶ Avariter, idem. Plaut. Curc. 1, 2, 35 *Ingurgitat impura in ſe merum avariter faucibus plenis*. Add. Non. 11, 11.

¶ Avaritia, *æ*, f. ſtudium pecuniæ, φιλαργυρία, πλεονεξία, geitz. Cic. Fin. 3, 11 *Ardere avaritia*, ſehr geitzig ſeyn. Id. Off. 2, 22 *Nolli m vitium eſt tetrius quam avaritia, præſertim in principibus & rem. gubernantibus*. Id. Tuſc. 4, 11 *Illi morbo qui permanat in venas, & inhæret in viſceribus, nec inveteratus evelli poteſt, nomen eſt avaritiæ*. Salluſt. B. Cat. c. 10 *Avaritia fidem, probitatem, cæteraſque artes bonas ſubvertit*. Apoſtolus *malorum radicem* vocat 1 Timoth. 6, 10. conf. Coquej. ad Auguſtin. de C. D. 1, 10. ¶ 2. Pro affectu Lactantius uſurpavit c. 16 de Opif. Dei: *Quia ſunt alia paſſiones, qui non cadunt in Deum, ut libido, timor, avaritia, mœror, invidia*. Sic, *Avaritia gloriæ*, ehrbegierde. Curt. 9, 2, 9.

¶ Avarities, *ei*, f. idem quod *Avaritia*. Lucretius 3, 59

Denique avarities & honorum cœca libido.

AVCEPS, *aucupis*, m. (quaſi *aviceps*, ab avibus capiendis) ὁ ὀρνιθοθήρας, ein vogler, vogelſteller. Colum. 8, 10 *Tardi ad aucupium nutriti, quaſi allectores ſint captivorum*. Adde Plaut. Amn. 1, 3, 64; Ter. Eun. 2, 2, 26; Ovid. de Arte 1, 47. ¶ 2. Translate uſus eſt Plaut. in Mil. Glor. 4, 1, 9 *Circumſpicito dum, ne quis noſtro hic auceps ſermoni ſit*, i. e. inſidiator, lauſcher, ſpion. Idem Stich. 1, 2, 45 *Numquis hic eſt alienus noſtris dictis auceps auribus*. Cic. de Orat. 1, 55 *Auceps ſyllabarum*, qui quærit & captat ſyllabas.

¶ Aucupium, *i*, n. der vogelfang. Cic. de Fin. 2, 8 *Piſcatu, aucupio, venatione*. conf. ibid. 5, 11; Sen. de Provid. c. 3; Propert. 4, 2, 32. ¶ 2. Pro ipſis avibus captis Seneca potuit de Provid. c. 3 *Felicior eſſet, ſi in ventrem ſuum longinqui litoris piſces, & peregrina aucupia congereret?* feder-wildpret. Conf. Cic. fin. 5, 11. Similiter *Venatio*, pro feris, ave ferina, quæ in eibum apponitur, dicitur de quo infra ſuo loco. ¶ 3. Metaphorice apud Ter. Eun. 2, 2, 16 parantus dixit: *Hoc novum eſt aucupium*, dieſes iſt eine neue handthierung. Plaut. Mil. 4, 1, 43 *Aucupium aerium facere*, die ohren ſpitzen, horchen. Cic. in Orat. c. 58 *Delectationis aucupium*. Id. pro Cæcin. c. 23 *Aucupia verborum*.

¶ Aucupor, *atus ſum*, *ari*, vogel fangen. vid. Varr. de R. R. 1, 23. Sic Colum. 9, 8 *Spes aucupandi examina apum*. ¶ 2. *Aucupari* præter nativam ſignificationem eſt, ſolertia quadam quærere & captare; quæ metaphora in verbo etiam *Venari* frequens eſt, nach etwas trachten, es jagen und erjagen wollen. Cic. fam. 5, 12 *Aſſentiuncula quadam aucupari gratiam*. Id. in Pil. c. 24 *Levitati eſt inimicum aucupari favorem, & omni modo ſtudium fallæ gloriæ conſectari*. Et de Orat. 2, 14 *Auceps captat utilitatem*, ſuchet vortheil ſuchen; *delectationem deceptio*, Idem in Orat. c. 19; Plin. 2, 7 *famam*. Plaut. Rud. 4, 4, 49 *Vitæ ſuæ ſtudium aucupari*, wie es ſcheinet.

¶ Aucupo, *avi*, *atum*, *are*, activa forma Plautus ſæpe dixit; ut, *Aucupare ſermonem*, Amn. 5, 2, 32. *Lepide aucupavi, atque ex mea ſententia*, Truc. 5, 1, 13. conf. Moſt. 2, 2, 42; Mil. Gl. 4, 2, 5; &c.

¶ Aucupatus, *a*, *um*, paſſive, aufgefangen, erſchnappet; ut, *Aucupata per cunctationem*, Lactant. Inſtit. 5, 23.

¶ Aucupatus, *us*, m. der vogelfang. Capitol. Anton. Philoſ. c. 4 *Amavit jugulationem, luctationem, & curſum, & aucupatus*.

¶ Aucupatio, *onis*, f. ipſe actus aucupandi, das vogelſtellen, die nachſtellung. Quintil. Decl. 13 *Mollia, quæ libera ſuevant, transeunt in ſpe occupationis, ſicut venatio & aucupatio*: Ita Burm. p. 281 pro præda aucupii parva. al. male *auceps*.

¶ Aucupatorius, *a*, *um*, ad aucupationem pertinens, zum vogelſtellen dienlich. Plin. 16, 36 de calamis aquaticis. *Proficiunt in aucupatorium amplitudinem*, id eſt, cratli adeo fiunt, ut uſu poſſint aucupio eſſe. conf. tit. Martial. 14 ep. 218.

¶ Aucupabundus, *a*, *um*. Tertull. de Anima c. 39 *Spiritus nequam, ab ipſa ſanctificatione animas aucupabundus*.

AVCHATÆ, *arum*, m. Scythæ ad os Bospori, ubi Hypanis oritur. Val. Flacc. 6, 112 in fine.

Dotlus & Auchates paſulo vaga vincula gyro Spargere.

Aurilla, Auctarium, auctio, auctiro, aucte, &c. Auctolycus, qüere *Avis, Augur, Auteleus.*

AVCTOR, ōris, m. ein urheber, vermehrer. Sic potius dicendum, scribendumque est, quam *Autor*, ut Valla scripsit, vel cum aspiratione *Authos*, ut alii. Vide, quæ Nic. Heinsius ad Vell. Paterc. 1, 13 notavit. Nam qui ex Græco ἀυτος, vel ἀυθεντης deducunt, paucis rationes suas probant. Vossius quidem de Analogia 1, 27 ab *avco* & ejus inusitato supino *auctum* & per contractionem *autum*, ad *autor*, deduci posse existimat: sicut a *favco, favitum & fautum, fautor*, derivatur. *Nam qui fovet*, inquit, *quid auget, fundendo ejus fit* AVTOR. Sed ea conjectura acutior quam verior est: quare nec ipsa pro ea quidquam pertendit: imo vero postea in Etymol. f. 53 eam non obscure deseruit. Ab *Augeo, auctorem*, quomodocunque accipiatur vox, appellari & testantur grammatici veteres, & ipsa scribendi ratio ostendit. Neque enim aliter temere, quam per CT, in libris antiquis vetustisque Inscriptionibus exaratum invenitur. Quid? quod & Dio Cassius, cum lib. 55 explicaret, quid AVCTORITAS SENATVS diceretur, atque id una voce Græca haud posse exprimi significasset; eamque ob caussam Latino vocabulo ipso uteretur: non ἀυτωριτας aut ἀυθωριτας, sed ἀυκτωριτας dixit: certissimo documento, hanc vocem sic a Romanis scribi solitam, etiam cum nullam augendi vim manifeste præferret. *Mihi vero placet, ut in latino fermone antiquitatis religio servetur*, quæ Velii Longi in simili plane negotio verba sunt. Caterum *auctor* ¶ 1. dicitur, qui reperit aliquid atque instituit primus: quod qui facit, utique auget, ein urheber, erfinder, anfänger. Sosipater lib. 1 AVCTOR, inquit, *propterea dicitur, quod augeret & generaret.* Sic *Auctor generis* Venerem *Martemque fatemur.* Virg. 6 Æn. 650 *Illusque Assaracusque & Troje Dardanus auctor*: id est, conditor, der stiffter, erbauer. Ilium enim Dardanus condidit. Vnde Idem Æn. 8, 134 *Dardanus Iliace primus pater urbis & auctor*: Lucanus 9, 661 Mercurium, *Auctorem citharæ*, id est, repertorem appellat. Perinde librorum conditores, *Auctores* vocamus. Sall. Cat. 3, 2 *Scriptor & auctor rerum*, h. e. historicus. Iuvenalis Sat. 7, 231

Vt legat historias, auctores noverit omnes
Tanquam ungues digitosque suos, &c.

Cic. in Orat. c. 5. *Aristotelen auctor optimus.* Et Off. 3, 26 *Apud Homerum, optimum auctorem.* Liv. 2, 8 *Apud quosdam veteres auctores non invenio.* Id. 29, 25 *Inter auctores discrepat*, die schriebenten sind nicht eins. Quint. 1, 6, p. 81 *Etymologiæ auctor.* Adeoque non est, quod Manutius *auctoris* vocem pro *scriptore* usurpatam improbet. vid. Morhof. Polyh. 1 præf. & Cellar. Cur. post. p. 80. ¶ 2. *Auctor*, cujus auctoritate atque imperio, item consilio, opera, impulsu, & suasu, vel & periculo atque exemplo aliquid suscipitur, geriturque; ein anführer, vorgänger, rathgeber. Tac. Agric. c. 8 *Nec Agricola unquam in suam famam gestis exstitit: ad auctorem & ducem, ut minister fortunam referebat.* Suet. 3, 27 Tiberium aversatum adulationes significans: *Alium*, inquit, *dicentem, sacras ejus occupationes: & rursus aliam, auctore eo senatum se adiisse, verba mutare, & pro auctore suasorem: pro sceleris laboriosa dicere coegit.* Vbi nota AVCTOREM, plus esse quam SVASOREM. Nam auctor est, qui non suadet tantum, sed imperare etiam potest, cujusque consilia quasi jussa sunt. Ita ap. Liv. 2, 56 *Auctor legis* & *inventor* distinguuntur. v. ibi Gronov. Sed 6, 36 *Auctor legis* est inventor, & qui alias auctor, hic *suasor*. Adde Græv. ad Cic. Att. 1, 19 p. 149. Eadem fere ratione ap. Plin. 36, 15 f. 24 *artifex* & *auctor* distinguuntur. Hic nimirum jubet sumptu suo fieri, quod ille invenit. Tac. Hist. 3, 71, 1 *Aderat furens miles nullo duce, sibi quisque auctor.* Ter. Prol. Andr. v. 19 *Accusant, quos hic noster auctores habet*, id est, quorum exemplum sequutus est, idem sibi jus fore ratus, quod ipsis fuit. Cic. Acad. 3, 2 *Nec literarum Græcarum nec philosophiæ jam ullum auctorem requiro*, ich habe nicht nöthig, mich auf ein ander exempel zu beruffen. Cic. de finib. 4, 17 *Cum Catone omnium virtutum auctore disputare*; ubi v. Davis. Vellej. 13, 3 *Omnis doctrinæ & auctor & admirator fuit.* Liv. 1, 17 *Id si ratum est, si patres auctores sint*, wenn es der Rath ratificirt. Sic, *Auctor pacis*, der zum friede, *auctor belli*, der zum kriege rathet. Liv. 4, 16. Et Cic. Att. 15, 11 *Auctor non sum, ut te urbi committa*, ich rathe dirs nicht. Id. ad Cæs. sub 9 Att. 11 *Pompejo semper & senatui pacis auctor fui*: & paucis interjectis: *non modo ipse fautor dignitatis tuæ fui, verum etiam ceteris auctor ad te adjuvandum.* Id. Off. 3, 30 *Hujus deditionis ipse suasor & auctor fuit.* Id. fam. 10, 6 *Præsto se auctorem, principem & ducem senatui.* Sic, *Auctor legis*, Id. pro Cluent. c. 27; *consilii*, Id. de Orat. 1, 43; *societatis*, pro Planc. c. 13; *profectionis*, Cæs. B. G. 5, 33; *audendi*, Virg. Æn. 12, 159. ¶ 3. Non soli primo fundatori, sed & instauratori & innovatori attribuitur. v. Freinsh. ad Curt. 5, 1, 24; & Barth. ad Claudian. p. 702, 1309. ¶ 4. Nuncii sæpe auctores vocantur, quibus creditur vel fides negatur, Liv. 10, 14 *ab Sutrio — auctores, concilia — de pace haberi.* Iustin. 11, 2 *Proculo in concionem auctori.* Liv. 16, 5 *Gravi, ut traditur, quamvis magnæ rei, auctor*: 28, 25 *Cum alios nuncios expectarent, neque supervenirent quisquam, tunc primi auctores requiri cœpti.* Plin. H. N. L. 5 c. 1 *Haud alio fidei promerentur lapsu, quam ubi fessis rei gravis auctor exsistit.* Liv. L. 5 c. 15 *Auctorem levem nec satis fidum super tanta re patres vati.* Hinc apud poëtas quivis etiam inter bruta index aut nuncius, ein anzeiger, anfündiger, *auctor* nomen accipit. Propert. 4, 3, 32 de gallis gallinaceis: *Lucis & auctores non dare carmen, aves.* Ita Ovid. Amor. 2, 6, 34 *Plectris garrula cultor aquæ.* ¶ 5. Franc. Hotomannus Comment. Verb. Iuris: AVCTOR, inquit, *is dicitur, a quo quis auctoratur*, id est, *ju dominii in rem quampiam accipit. Inclinatum autem vel turpe servorum ab* AVCTIONARIVS, *in quibus ei, qui plus mercatur, res addicitur: & ex ea auctione atque adjectione sua auctoritatem ipsa in rem emtam comparat.* Cic. Verr. 5, 21 *Tum illi intellexerunt, se id, quod a malo auctore emissum, diutius obtinere non posse.* Paullus ICtus 1 Si fundo 23 D. de evict. *Si, cum posset contra auctorem denunciare, denunciasset, ideoque victus fuisset* &c. Auctor 1 est vel qui rem suo periculo vendit, der im verkauff die gewähre thun soll. Sic Cicero *auctorem vendi* pro Cæcina dixit c. 10. Plaut. Curc. 3, 3, 12 *Nec vobis auctor ullus est, nec vosmet estis ulli.* v. Parei Lex. Crit. p. 126. ¶ 6. Antiqui in utroque genere *Auctoris* nomen efferebant: quippe quibus & reliqua verbalia in TOR communis genetis erant. Quod cum durius & insolentius quibusdam videretur, fœminina in TRIX terminarunt. Iuno apud Virg. Æn. 12, 159 *Auctor ego audendi.* Ovid. Fast. 5, 192 *Optime tu proprii nominis auctor eris.* Et Her. 15, 3 *Auctoris nomina Sapphus.* Seneca Medea v. 979 *Ipsam scelveris auctorem horvidi Capiamus.* conf. Festus; & illud Cic. de Divin. 1, 15 *Eas aves, quibus auctoribus officium secutus essi, bene consuluisse.* ¶ 7. Auctorem etiam dici, qui agit aliena, Corradinus de Allio in Lex. Crit. p. 9 ex Festo concludit, qui, *Procurator*, inquit, *absentis nomine, auctor est.* Sed ibi *actor* eruditi legere malunt.

¶ Auctrix, *icis*, f. Tertull. de Corona mil. c. 3 *Traditio tibi prætendetur auctrix.* Id. adv. Hermog. c. 5 *Materia auctrix omnium.* Et c. 7 *Quomodo audebis Hermogenes subjicere Deo materiam, æternam æterno, innatam innato, auctricem auctori?* Id. adv. Marc. 2, 12 *Auctrice omnium bonitate*: & 5, 10 *Anima auctrix operum carnis.* Nec dubito, eruditissimum Patrem alios auctores ejus terminationis habuisse. Vt male Servius Æn. 12, 159, itemque Sosipater lib. 1 p. 30, nec non Val. Probus lib. 2 p. 1452 negarint *auctricem* dici, quando videlicet principem significat, ut Valerius loquitur, seu ad auctoritatem refertur, ut Sosipater. Sic enim distinguunt hi grammatici, quæ nomina in *tor* desinentia deseendunt a verbis, horum fœminina in *trix* formant: quæ a verbis non deseendunt, sub eadem terminatione genus utrumque complecti. Itaque concedunt, recte *auctricem* dici, cum ab *augendo* trahitur, ut si dicas, quod est apud Servium: *auctrix patrimonii.* Quod ergo illi dant, accipiamus, & in rem nostram vertamus: confirmatum enim supra est, quocunque hanc vocem sensu exaudias, ab augendo duci: licet illi hoc negent. Quod autem Servius ait, eo sensu, quo Virgilius usurpat, *ab auctoritate descendere*, si hoc vult, quod Sosipatro erat *ad auctoritatem referri*, jam responsum est ipsi: sin illud, ipsum auctoris vocabulum ab auctoritate duci, manifeste fallitur. Quasi vero *auctor* & *auctrix* ab *auctoritate* potius, quam *auctoritas* ab *auctore* descendat. *Auctrix* etiam lege 16 Cod. de evictionibus legitur: *auctricem conveniri consequens est.*

¶ Auctoritas, *ātis*, f. factum aliquod aut dictum, quod aliis deinceps pro consilio, exemplo, jure, aut testimonio est, alles vorauf man sich berufft oder andere verweiset. Sic Vitruvius Præf. ad August. *Ædificiorum publicorum auctoritates egregias*, id est, exempla dixit, die muster. Cic. pro Cluent. c. 50 *Illa oratio potius temporis mei, quam judicii & auctoritatis fuit*: id est, ita comparata fuit, ut tempori meo inserviret potius, quam ulli ut præjudicium faceret, sive exemplum ad judicandum daret. Sic *Auctoritatem alicujus sequi*, Id. Fin. 2, 13; Cæl. B. Civ. 1, 35; & Curt. 7, 6, 14. *Aliquem ad suam auctoritatem adducere*, est tuæ sententiæ, suarum partium facere, einen auf seine seite und meynung bringen. Cic. pro Dejot. c. 10. Conjunxit etiam cum *exempli* vocabulo, pro Balbo c. 13 *Cujus auctoritate & exemplo nunquam inscii missi est largitio.* ¶ 2. Sic testimonia, item sententiæ ac dicta, quibus nimirum rem, *auctoritates* passim appellantur, zeugnisse. Vide Franc. Flor. Sabin. Lect. subsec. 1, 3 p. 1026 Tom. 1 Lamp. Grut. ubi disputat adversus Steph. Doletum, qui præfat. in librum suum de re navali barbariem vocaverat, cum *auctoritates* pro exemplis vel locis appellantur. Quo nomine & literæ publicæ seu instrumenta sæpius veniunt. Cic. Verr. 2, 3 *Legationes cum publicis auctoritatibus ac testimoniis convenisse* dicit. Sen. 4 Controv. 22 AVCTORITATIS TABELLAS appellat, quas *emtionis* paullo ante dixerat; ICti *Instrumenta auctoritatis* vocant, quibus origo rerum & probatio juris nostri continet, (Nam qui vendit rem; auctor appellatur) kaufbriefe. Ad testimonia & probationes quoque refert Cicero Verr. 5, 39 *Testibus, auctoritatibus convincere.* Plaut. Trin. 1, 2, 180 *Quod si exspiratur usque ab stirpe auctoritas*, wenn man solte nach ersten beweis fragen. De quo ita Alciatus Parerg. Iuris 6, 6 *Plautus*, inquit, *hic* AVCTORITATEM *appellat sententiam, quam quis primus est commentus, tametsi deinde per tradaces in quamplurimos dimanaverit.* Nimirum fontem ipsum & originem, unde manavit rumor, *auctoritatem* appellat, den ursprung. Sic Cic. Divinat. 1, 1 *Assyrii, ut ab ultimis auctoritatem repetam*, &c. ¶ 3. Decreta etiam Senatus Romani dicebantur *auctoritates*, gutachten, beeonclen, it. befehl, anordnung. Nam cum senatum penes tantum primæ sententiæ dictio esset, ac suadendi jus; jubendi & statuendi potestas penes populum: idcirco decreta senatus, quæ intercedentibus tribunis plebis non approbasset Populus, AVCTORITATES tantum SENATVS, non SENATVS CONSVLTA appellabantur: v. Cæl. ad Cic. Fam. 8; item Dio Cass. lib. 55; & Manut. ad Cic. fam. 1, 2 p. 27 Iq. Græv. Magistratuum etiam edicta, quæ promulgantur seu proponuntur publice, non raro *auctoritates* appellantur apud ICtos veteres. Sic idem Cic. fam. 6, 1 *Pilis & gladiis, non consilii neque auctoritatibus nostris de jure publico disceptatur.* Id. pro domo c. 19 *Ale non ementitum esse auctoritatem ejus ordinis.* Ipsa quoque nomina senatorum, qui adfuissent scribendo SCto, *auctoritates* dicebantur. v. Manut. ad Cic. fam. 5, 2 p. 208 Gr. Sic apud Ter. Eun. 2, 3, 96 Parmenio servus Chæreæ adolescenti efflictim amanti Pamphilam, consilium dat, ut pro eunucho ad eam se patiatur deduci: ita occasionem fore, ut puella potiatur. Approbat Chærea, & ut ornetur pro eunucho & deducatur, vehementer instat. Servus perpendens secum, quid futurum de se, si id flagitii resciscat pater, se per jocum dixisse, ut dissuaderet scilicet, & plenum periculosæ aleæ opus esse, subjicit. Sed cum pertenderet Chærea, & hanc omnino instructam vellet machinam, ait servus: *Si certum est facere, facias, verum ne pist conferas culpam in me.* Respondit Chærea: *Non faciam*, tum rursus servus, *Iubesne?* Respondet Chærea: *jubeo, cogo, atque impero. Nunquam defugiam auctoritatem.* In quo significat, quomodocunque eeciderit, aut quemcunque res fortitura eventum sit, nullam Parmenioni præstandam culpam luendamve fore, quin omne periculum illud se recepturum in se, neque iturum unquam inficias, id suo jussu, suo imperio factum esse. Itaque *auctoritatem defugere*, est inficiari five negare, se auctore ac impulsore quid factum esse, den kopf aus der schlingen ziehen, sich zur gethanen ertat nicht bekennen; quemadmodum & Cic. pro Sulla c. 11, & Plautus Pœn. 1, 1, 19 locuti sunt, quorum exempla Muretus & Daceria h. l. producunt. ¶ 4. Fit & *Auctoritas* amplitudo quædam ac vis, quæ alicui per eminentiam aliquam ex genere, ætate, meritis, opibus item, & dignitate incst, ad movendum respec-

reſpectum, obſequium & reverentiam apud alios nonnunquam cum metu aliquo conjunctam, würde, reſpect, anſehen, achtung. Nepos 9, 2, 1, *Valere auctoritate apud aliquem*, wohl gelehen ſeyn. Id. 13, 3, 2 *Auctoritas eſt in illo*. Cic. de Orat. 1, 39 *In auctoritatibus verſari* Quocirca quod in regnantibus *Majeſtas* eſt, illud in cæteris *Auctoritas* appellatur. Cic. Phil. 3, 5 *Omnes ad* AUCTORITATEM, MAIESTATEMQVE *pop. Romani defendendam conſpiraſſe videntur*. Tac. de Germ. 11, 6 *Rex vel princeps audiuntur auctoritate ſuadendi magis, quam jubendi poteſtate*. Interdum tamen pro *majeſtate* etiam ponitur. Id. Hiſt. 1, 29, 3 *Auctoritas principis majoribus remediis integra ſervanda*. Cic. de Seu. c. 18 *Non cani, non rugæ repente auctoritatem offerre ſolent*. Idem Divin. 2, 67 *Dicere majori auctoritate*. Et in Orat. 34 *Hoc & auctoritatem orationi eſſent & fidem*, es macht die rede nachdrücklich und glaubhafftig. Idem contra Rullam 2, 17 *Homines auctoritate tenui*. Quinct. 3, 8 *Plus mum valet in conſiliis auctoritas*. Sic, *Auctoritatem alicui dare*, Cic. Nat. D. 3, 38; *attribuere*, Id. Div. 1, 3; & Cæſ. B. Civ. 1, 32; *detrahere*, Quintil. 1, 7; *alicujus imminuere*, Cic. de Orat. 2, 37. *Ejusmodi virit auctoritas*, Id. Att. 10, 1 Apud Liv. 4, 56 *Primores patrum nequicquam conqueſti, non eſſe in auctoritate ſenatus tribunos militum*, daß jetzo den Rath nicht reſpectirten. ¶ 5. Neque vero perſonis tantum, verum & rebus tribuitur *Auctoritas*, nachdruck. Cic. pro Flacco c. 4 *Totius hujuſce rei quæ ſit vis, quæ auctoritas, quod pondus, ignoratis*: Vbi nota Synonyma, *vim, pondus*. Plin. 12, 4 *Tanta arbori auctoritas erat*, ideſt, tanti fiebat. Sic *in auctoritate eſſe*, de rebus, quæ in honore bey einem ſeyn, hoch und werth ſeyn, Idem 34, 6. Suetonius etiam de formæ ſpecie ac dignitate in Claudio c. 30 *Auctoritas*, inquit, *dignitasque formæ non defuit vel ſtanti, vel ſedenti*. Quod Eginhartum in Caroli M. Radevicum in Friderici I vita imitatum Caſaubonus ibi obſervat. Sic Vitruvio quandoque idem eſt ac decus, elegantia, zierlichkeit; c. g. 3, 2 *Ut æſpectus habeat auctoritatem*. Et 5, 4 *Cantio harmonia maxime gravem habet auctoritatem*. conf. 6, 11. Et Quintil. 11, 13 p. 1015 *Non auctoritas modo verbis, ſed etiam fides deſit*. ¶ 6. In lure AUCTORITAS etiam dicitur jus vindicandæ rei ſuæ adverſus eos, qui in præſenti poſſident, cigenthums recht. Lex Attinia apud Gell. 17, 7 *Quod ſubreptum erit, ejus rei æterna auctoritas eſto*: Qua ſignificatur, legitimum dominum rem ſibi ſubreptam nunquam non vindicare & uſucapere poſſe. In Lege XII Tabularum apud Cic. Top. c. 3 & pro Cæc. c. 19 *Vſus, auctoritas fundi biennium: cæterarum rerum annus eſto*. Vbi *auctoritas* nihil aliud, quam *Jus legitimi dominii* eſt. Cicero de Ar. reſp. c. 7 *Jus auctoritatis* appellat.

¶ Auctoro, *avi, atum, are*, eſt accepta mercede operam ſuam vendere: dicebantque præcipue de gladiatoribus: qui liberi cum eſſent, pretio tamen in ludum gladiatorium ſe addicebant, verbindlich machen, verenden, verſchlieſſen. Tertull. ad Nation. 1, 18 *Non vitæ amore gladio ſe auctorati, ſed mortis nomen militiæ datis*. Quint. Decl. 302 *Auctorare ſe gula*, h. e. vendere vitam tuam laniſtæ explendæ ad tempus gulæ cauſſa. Multa de hoc verbo præter Lipſium Saturn. 2, 5, Turnebus Adv. 2, 20, itemque Torrentius ad Horatii Sat. 2, 7, 59. ¶ 2. A gladiatoribus ad alios quoque translatum hoc verbum, qui te ad flagitioſas præcipue res conduci patiebantur: ut *proditores, ſicarii* ſeu *percuſſores*. Exempla apud laudatos auctores invenies. Liv. 37, 10 *Eo pignore velut auctoratos ſibi eſſe proditorum ratus*. conf. Tertull. ad Martyr. c. 5. De militibus quoque ſtipendio conductis (die ſich haben werben laſſen) uſurpatum, compoſitum *Exauctorare* arguit, de quo infra. ¶ 3. *Auctorare aliquem* etiam eſt auctoritatem commodare, bevollmächtigen, beſtätigen, autoriſiren. Pompon. ICt. l. 4 ff. de auctor. tut. *Si tutor auctoretur* &c. Sed Vellej. 2, 30, 1 *Partibus ſuis excidium, ſibi turpiſſimam mortem peſſimo auctoravit facinore*, ſimpliciter eſt conciliavit.

¶ Auctoror, *āri*, deponentis forma Apul. Met. 9 p. 353 *Mulier execrandis meretrix pulchrum ſuum protinus auctorata eſt*, i. e. mancipavit, operi generavit, vendidit.

¶ Auctoratus, *a, um*, verkunden, verdungen, beſtellt. Horat. 2 Sat. 7, 59 *Auctoratus eas*, ubi vetus Interpres: *addictus, condemnatus: Q. i ſe vendunt lude, auctorati ſe eantur*. Sen. de morte Claudii: *Novi auctorati*, neugeworbene. Plin. 14, 1 *Vindemiator auctoratus*. Apul. 2 Met. p. 125 *Hic auctoratus ad cuſtodiam mariti ſui fideuter acceſſit*. ¶ 2. Tertull. de Corona c. 2 *Obſervatio ſuo jam vindicanda nomine, & ſatis auctorata conſenſus patrocinio*, id eſt, probata, confirmata.

¶ Auctoramentum, *i*, n. & ipſe actus paciſcendi, & inde nata obligatio: tum merces & commodum, quod ſequitur, verbindung, beſtallung, beſoldung, lohn, trinckgeld, genieß. Sen. epiſt. 69 *Nullum ſine auctoramento malum eſt*: (kein laſter iſt ohne intereſſe) &c. *mercede te vitia ſolicitant*, hoc eſt, nullum eſt vitium, quod non aliquid utilitatis ac commodi promittat. Id Benef. 4, 37 *Philippus rex hominem venalis animæ crebris auctoramentis accendebat*. Vbi *auctoramenta*, dona, præmia ſunt. Eodem modo Vellejus 2, 66, 3 *Auctoramento funebri ad necem irritare*. conf. 2, 28, 3; & Suet. Tib. c. 7. Ipſe Cic. Off. 1, 42 *In mercenariis ipſa merces auctoramentum ſervitutis*. Eleganter itaque Eraſmus in loco Pauli ad Rom. 6 extr. *τὰ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας θάνατος*, vertit: *Infernorum peccati mors*, der ſünden ſold.

¶ Auctoratio, *ōnis*, f. *Venditio*, ut Iſidorus in Gloſſis exponit. Veteri Horatiano Interpreti dicitur *venditio gladiatorum cum conditione emtoris*, ad lib. 2 Sat. 7, 59.

¶ Auctoratitius, *a, um*, Gloſſ. gr. lat. *ἀνθεντικὸν auctoraticium*.

Compoſita:

¶ Adauctor, *ōris*, m. der vermehrer. Tertull. de Teſtim. Animæ c. 2 *Anima clari rerum ſui novit, & tandem poſtremo adauctorem*.

¶ Exauctor, *ōris*, m. laudatur ex Lucil. ap. Nonium 2, 324 *Luporum exauctor*. Sed Lipſius *Exactor*. conf. Turneb. Adv. 29, 23.

¶ Exauctoro, *are*, contrarium *τῷ auctorare*, abdancken, ausmuſtern. Eſt enim *a militia removere, & caſſis ejicere*: ut Arrius Menander ICtus l. 29 Dig. de liberali cauſſa exponit. Vlpianus l. 2 §. 2 Dig. de his, qui notantur infamia: EXAVCTORARE, *militaria inſignia detrahere*, & ad ignominioſam miſſionem interpretatur. Nec aliter Arrius laudat Lege & l. 4 § 8 Dig. de re militari accipit: ubi tamen ſpeciem aliquam excipit, quæ in ſuam haud afferat. Sed & Livii loca, quæ hic afferuntur, ad ignominioſam miſſionem reſpiciunt. Nec aliter Lampridius c. 12 Alexandrum Severum *tumultuantes legiones exauctoraſſe*, dixit. conf. & c. 52. Quemadmodum etiam Trajanus adulterii reum centurionem *exauctoravit atque etiam relegavit*, apud Plin. 6 epiſt. 31. conf. Suet. Aug. 24, 4. ¶ 2. Lipſius tamen 5 de Mil. Rom. Dial. 19 EXAVCTORATIONEM illam miſſionem dicit, cum expletis ſtipendiis ſolverentur militantes onere omni militiæ. v. Liv. 8, 34; Front. Strat. 4, 6, 4. Videturque Suetonius hoc verbo ea notione uſus Tib. c. 30. *de Legenda vel exauctorando milite*, &c. Nec aliter, quam de honeſta miſſione Tac. An. 1, 36, 4 ubi eundem Lipſium vide, ehrlichen abſchied geben. Sic Alexander M. *bello inutiles exauctoravit magnificentiſſimeque donatos dimiſit*, ap Curt. 10, 4, 7. Vid ſtatim

¶ Exauctoratus, *a, um*, abgedanckt. Sic *Exauctorati tribuni*, Tac. Hiſt. 1, 20, 5. Exempla Livii ſunt de honeſta miſſione 25, 29 *Vlonum exercitus, qui vivo Graccho ſumma fide ſtipendia fecerat, exauctoratus morte ducis, abſque ullo recepto*. Idem 3, 40 extr. *Poſtero die concione advocata de reus ab ſe geſtis quæ ibi dixiſſet, milites exauctoratos dimiſit*. conf. Quintil Decl. 3 & Sen epiſt. 22.

¶ Exauctoratio, *ōnis*, f. actus exauctorandi, vulgare eſt: pro quo

¶ Exauctoratus, *ūs*, f. l. 35 Cod. Theodoſ. de Curſu publico: *Militans exauctoratum ſubibit*.

¶ Proauctor, *ōris*, m. plus quam auctor, aut antiquior; ut, *Generis proauctor*, ac dictus, ut *proavus* dicimus, ein ſtammvater. Suet. Claud. c. 24.

Auctumnus, Auctus, Aucupor, &c. Audacia, audax, &c. vide *Autumnus, Augeo, Auceps, Audeo*.

AVDENA, *æ*, leine amnis, memoratus Livio 41, 19, in ſiniſtram Maciæ ripam deſluens. Ad Etruriam itaque pertinet, aut Liguriam.

AVDEO, *auſus ſum, audēre*, kühn ſeyn, ſich unterſtehen, wagen. Quod licet abſolute ſæpius ponatur, tamen activum exiſtimandum: ſemper enim aliquid intelligitur. Tac. Hiſt. 2, 25, 5 *Medica ſpicu adhorreo: unde cruſus auſi* &c. Iubendi, prorumpere & integrare ſunt nonnulla. Ibidem c. 71, 4 *Ingratus principi, ut odiverſus Neronem auſus*. Iubaci, accusas res. Ita Virg. Æn. 2, 347 *Audere in prælia*, fcilicet progredi. Integre Id. ecl. 3, 16 *Qui domini fiant, audent cum talia fures?* Sic *Audere aliquid*, Liv. 3, 23; Virg. ecl. 3, 16. Sic *pugnam, actum, ſcelus*, &c. *audere* Tacitus dixit. Ter. Eun. 5, 5, 16 *O audacia tantam facinus auſam?* Horat. Art. Poët. v. 9 *Pictoribus atque poetis Q. iditum audendi ſemper fuit æqua poteſtas*. Liv. 3, 2 *Audere ultima*, das äuſſerſte dran ſetzen. Cic. epiſt. 10 ad Brut. *Audere aliquid*, bitt du kühn, ſo leugne es. Nep. 2, 3, 3 *Non ſunt auſi manu vi*, ſie haben ſich nicht getrauet. conf. 3, 2, 5 & 17, 6, 3. ¶ 2. Idem etiam *audere ac poſſe, velle*. Plaut. Truc. 4, 3, 44 *Lapideus ſum, commovere me miſer non audeo*. conf. Men. 1, 2, 40 & 4, 3, 28. ¶ 3. *Auderi* paſſive & imperſonaliter legitur in Nep. 1, 4, 5; Vellejo 2, 56, 4; & Livio 21, 4; & 35, 35. ¶ 4. *Auſim* pro *auſirem* vid. poſt *Audaſſo*.

¶ Audendus, *a, um*, participium paſſivum, das man wagen muß. Vellej. 2, 56, 4 *Omnia audendis paratiſſimus*. Liv. 38, 35 *Res eſt ex multa audendoque*. Conf. 21, 4, ubi tamen alii *videnda* pro *audenda* legunt.

¶ Audens, *tis*, kühn, wagend. Ovid. Met. 10, 586 *Audentes Deus ipſe juvat*. A. A. 1, 608 *Audentes forſque Venuſque juvant*; al. *auduces*. Sed oſtendit Burm. *audentes* in laude eſſe, in vitio *audaces* Virg. Æn. 10, 283 *Audentes fortuna juvat* Idem Æn. 6, 95 comparative: *Tune cede malis, ſed contra audentior ito*. Sic *oratio audentior* Dial. de Orat. c. 14 dicitur, quæ poëtarum, quam oratorum, ſimilior eſt. Superl. Tac. Agric 37, 2 *Audentiſſimi cujuſque proeurſu*. Et Gell. 7, 2 *Annibal ille audentiſſimus*.

¶ Audenter, adv. kühnlich, ut, *Audenter dicere*, l. 29 §. 14 de lib. & poſthum. Compar. Tac. Ann. 4, 47, 1 *Quidam audentius apertis in collibus viſebantur*: & Hiſt. 2, 78, 1 *Audentius circumſtere*. Stat. Theb. 11, 668 in melioribus codicibus: *cæcumque audentius hoſtem increpitans*.

¶ Audentia, *æ*, f. kühnheit. Plin. 8 epiſt. 4 *Cur tibi ſimilis audentia, præſertim non delicata, ſed neceſſaria negetur?* Add. Tac. An. 15, 53; 3 & de Germ. 34, 4 & Quint. Trib. Mar. c. 3 p. 77 Burm. conf. Non. 5, 84.

¶ Audācia, *æ*, f. θράσος eſt; ſignificat enim in bonam partem fiduciam ſeu animum intrepidum, ein unverzagter, beherzter muth. Propert. 2, 10, 5 *Quod ſi deſiciant vires, audacia certe Laus erit: in magnis & voluiſſe ſat eſt*. Sed plerumque ſignificat in malam partem, eique cognata ſunt confidentia & temeritas, vermegenheit, vermeſſenheit; ut, *Armari audacia*, Cic. c. 55 pro domo. *Audaciæ experte homo*, ein waghals? Liv. 38, 25. *Audacem* quidam ab *audentia* ita diſtinguunt, ut, *audacia* temeritas ſit: *audentia* fortitudo. v. Non. 5, 84 & quæ dicta ſunt modo in *Audens*. *Audacias* plur. dixit Cic. 9 Att. 7. conf. Feſtus.

¶ Audax, *ācis*, kühn, verwegen. Cic. de Invent. 2, 3 *Cum ad gubernacula reip. temerarii atque audaces homines acceſſerant*. Id. Cat. 2, 5 *In ludo gladiatorio paullo ad facinus audacior*. Et pro S. Rosc. c. 1 *Audaciſſimus ergo exſtiterat?* Claud. Rapt. 2, 4 *Audax animi*: Stat. Sylv. 2, 6, 4 *ingenii*. Virg. Æn. 5, 67 *Virtute audax*, der ſich auf ſtärcke verläßt. In vitio eſt *audax*, ſed *audens* laudatur, ubi vide.

¶ Audāculus, *i*, diminut. Gell. 5, 21 *Reprehenſor audaculus verborum* & 15, 5 *Verba audaculus*.

¶ Audāciter, & per Syncopen

¶ Audācter, adv. kühnlich, dreiſt. Quintilianus quidem 1, 6 reprehendit *Audaciter*: Gronovius autem Livio 22, 25 & 4, 45 non ſolum reſtituit ex vetuſtis libris: ſed auctoritate etiam utriusque Senecæ, Controv. 20 & de Provid. c. 4 comprobavit. Quid? quod Priſcianus lib. 15 ex Cic pro Roſc. c. 36 *Audaciter* profert, ubi vulgo *Audacter* legitur, fed Gruterus etiam *Audaciter* edidit, non ſecus ac pro Font. c. 1. ¶ 2. Audaſter a nonnullis artarius eſt; vt, *Audaſter quem monare*, Ter. Heaut. 1, 1, 6. *Iurare audaſter*, Plaut. Amph. 2, 2, 206. Comp. *Audacias inſtare beſti*, Nepos 15, 7, 1. *Audacius exſultavit*, Cic. in Orat. c. 8. *Audacius inſidere*, Cæſ. B. Gall. 1, 15. *Dicit libertas atque audacia*, ibidem. c. 18 Summus gradus eſt apud Cæſ. B. Gall 2, 19 *Audaciſſi-*

me transire conantes. Et 5, 15 per medios audacissime proruperunt. Et Liv. 30, 30 *Omnia audacissime incipere.*

¶ Ausim, *sis, sit, sint*, defectivum pro *ausverim*; uti Vossius monet de Analog. 3, 41 p. 144. Livius Præf. lib. 1 *Nec si sciam, dicere ausim.* Virg. ecl. 3, 32 *De grege non ausim quicquam deponere tecum.* Festus etiam *Ausis* exponit *Audeas.*

¶ Ausus, *a, um*, participium activæ significationis, der sich getrauet, erkühnet. Virg. Æn. 1, 456 *Sperare salutem ausus.* Horat. Arte v. 287 *Vestigia Græca ausi deserere.* Liv. 26, 4 *Ausus capitalia.* Plin. præf. ad Vesp. *Nihil ausus promittere, hoc ipsum tu præstas* &c.

¶ Ausum, *i*, n. passive, factum, quod quis audet, seu sustinet aggredi, das fürnehmen, wagniß. Virg. Æn. 9, 281 *Ausa fortia.* Id. Æn. 6, 624 *Ausi omnes immane nefas, ausique potiti.* Ovid. Met. 2, 328 *Quæ si non tenuit, magnis tamen excidit ausis.* Id. Heroid. 14 v. 49 *Crudelia ausa.* Apul. Flor. 1 p. 10 *Alexandri vel belli ausa vel domi provisa.* Aur. Vict. de Cæs. c. 3 *Ausum comprimere.*

¶ Ausus, *us*, m. die unternehmung. Cod. lib. 1 t. 2 l. 14 *Qui protervo ausu ecclesiastica prædia acquirere tentarit* & C. lib. 8 t. 17 l. 8 auct. *Statutum ausu temerario violare*

¶ Inaudax, *acis*, id est, timidus, feig. Horat. od. 3, 20, 3 *Dura post paullo fugiens inaudax Proelia raptor.*

¶ Inaulus, *a, um*, quod quis non audet, ungewagt, unversucht. Sen. ep. 92 *Nihil esse fortunæ inausum.* Virg. Æn. 8, 205 *Ne quid inausum Aut intentatum scelerisque dolique fuisset.* Martial. 2 epigr. 14 *Nil intentatum Selius, nil linquit inausum.* Absolute Sen. Thyest. v. 20 *Inausa audeat.*

Audiens, audientia, quære mox in *Audio.*

AVDIO, *ivi, itum, ire*, quasi *auribus dare*, hören. Valla 3, 66 *Audivi a patre meo, & audivi ex patre meo, & audivi de patre meo, idem significare inveniet, qui bonos libros evolvet: Cicero tamen sic præcipue locutus est:* fam. 3, 11 *cum de te ex ipso audiebam.* Et Att. 5, 17 *Hoc te ex aliis audire malo.* Ter. Eun. 1, 2, 34 *Mercator hoc addebat, e prædonibus, unde emerat, se audisse.* Cic. de Senect. c. 13 *Sæpe audivi a majoribus natu, qui se puero a senibus audisse dicebant.* Id. de Orat. 3, 33 *Sæpe hoc audivi de patre & de socero meo*, hoc est, *a patre* &c. Rursus Ter. And. 2, 1, 2 *Apud forum modo de Davo audivi.* Plin. 10, 70 *Audire clarissime*; & 10, 69 *liquidius.* Tac. An. 4, 21, 3 *Copiæ ex longinquo in magus audiebantur.* Liv. 1. 8 c. 5 *Audi, Iupiter, hæc scelera, audite jus fasque*; 3, 25 *Hæc sacrata queruens & quicquid Deorum est, audiant foedus a vobis ruptum.* De formula *Audire aliquem aliquid*, scilicet, *dicere*, vid. Periz. Animadv. 1, 7 p. 173; Burm. ad Petron. c. 33 p. 132. ¶ 2. *Audire* malle homines *mala* quam videre, Cicero etiam docet fam. 4, 4 extr. & 6, 4. Nam & huc pertinet Horatianum illud Art. P. v. 180 *Segnius irritant animos demissa per aures* &c. ¶ 3. *Audire* etiam discentium est, cum præcipienti magistro operas navant, aufmercken, zuhören, anhören, discipel seyn. Cic. Nat. D. 1, 14 *Cleanthes Zenonem audivit.* Idem Acad. Qu. 1, 9 *Iam Polemonem audiverat assidue Zeno & Arcesilas.* Nep. 15, 3, 2 *Audiendi studiosus, ex hoc enim facillime disci arbitrabatur.* Et inde *Auditor* pro *Discipulo* ponitur. ¶ 4 *Audire* etiam assentire est, beystimmen. Cic. pro Marcello c. 8 *Sæpe venit ad aures meas, te illud nimis crebro dicere,* SATIS TE TIBI VIXISSE. *Credo: sed tum id audirem, si tibi soli viveres*, &c. Ter. Eun. 2, 3, 79. PAR. *Pro illo te ducam.* CH. *Audio.* PAR. *Te esse illum dicam.* CH. *Intelligo*: Vbi Donatus: Audio, *id est, libenter hoc admitto & consentio, ut in Phormione* 1, 5, 6. Audio & fateor, *& contra*; Non audio. AVDIO & INTELLIGO *vim modo non usitatam exprimant, scilicet consentientis immodicum affectum.* Ita nos in illis, quæ vehementer probamus: es läst sich wohl hören. Cic. Tusc. 1, 26 *Nec Homerum audio, qui Ganymedem a Diis raptum ait.* ¶ 5. Hinc *audire* ponitur pro exaudire, locum admonitioni vel precibus dare, erhören, folgen. Virg. Æn. 9, 631 *Audiit, & cœli genitor de parte serena Intonuit.* Cic. in Pis. c. 19 *In quo Dii immortales preces audierunt.* Horat. od. 4, 13, 1 *Audivere, Lyce, Di mea vota: Di Audivere, Lyce.* Liv. 4, 30 *Cum eorum, qui res repeterent, verba non essent audita, de bello deliberatur.* ¶ 6. *Audire* etiam est obsequi, parere, quod ipsum ab *audio* est, gehorchen. Cic. Fam. 2, 7 *Tecum loquere: te adhibe in consilium: te audi: tibi obtempera.* Id. fam. 2, 18 *Si me audies, vitabis inimicitias.* Ter. Phorm. 3, 2 pr. *Non audio*, ich thue es nicht. Sic *audiens dicto, audiens edicto*, qui obedit dicto atque edicto; vide mox *Audiens.* Et ad formam hujus participii verbo etiam cum dativo usus est Pacuv. ap. Cic. de Divin. 1. 57 *Nam ipsis magis audiendum, quam auscultandum censeo.* & Apul Apol. 2 p. 208 *Falsum facere tentanti ne auscultarent, sibi potius audirent.* Nonnulli huc trahunt & Plaut. Capt. 2, 2, 53 *Dicto haud audiebat*, &c. Sed est aperte *audebat.* ¶ 7. Obsequendi notione vox hæc etiam ad res transfertur inanimatas. Claudian. de Conf. Mal. Theod. v. 184 *Desidis aurigæ non audit verbera currus*, giebt nichts drauf. Quo loco Barthius p. 156 alia scriptorum loca similia advocat, ut illud Virg. Georg. 1, 514 *Fertur equis auriga, nec audit currus habenas*, quod præ oculis habuit Claudianus. Alterum idem Ovidii Met. 5, 380 *De mill sagittis Vnam sepositi: sed qua nec acutior ulla, Nec minus incerta est, nec quæ magis audiat arcum* &c. ¶ 8. *Audio* tamen videtur etiam contemnentis, nec ad animum dicta revocantis. vid. Stolberg. ad Sophocl. Ajac. p. 125 ex Heinsio, qui videri inprimis jubet Ter. Phorm. 1, 3, 8, & ibi Donatum. Nostri, ich höre es wohl. ¶ 9. *Audire, bene, male*, i. e laudari, vituperari, im guten oder bösen ruf seyn. Ter. prol. Phorm. v. 21 *Benedictis si certasset, audisset bene.* Cic. Leg. 1, 19 *Vt bene audiant, ut rumorem bonum colligant, erubescunt.* Id. Fin. 3, 17 *Ist hominis ingenui velle bene audire ab omnibus*, einen guten namen bey iedermann haben. Id. 6 Att. 1 *Me idcirco putant bene audire velle, ut ille male audiat.* Ter. Phorm. 2, 3, 12 *Si horum insolentiabis avaritiæ, male audies*, man wird dich schelten. Nep. 12, 7, 3 *Infectus male audiendi*, übel von sich reden zu lassen. conf. Cic. Tusc. 5, 40 pr. Horat. 1 epist. 16, 17 adverbiis omissis dicit: *Tu recte vivis, si curas esse, quod audis*, hoc est, *diceris, perhiberis.* Idem 1 epist. 7, 37 *Rexque paterque Audisti*, id est, appellatus es. ¶ 10 *Audiri* nonnunquam idem est, quod intelligi, seu, ut vulgo amant loqui, subaudiri. Quintil. 8, 5 *In eum quem sæpius alludo* (lanistarum puta, seu gladiatorum) *redemerat soror, agentem cum ea taliones, quod ei pollicem dormienti recidisset*: Eras dignus, ut haberes integram manum. *Sic enim auditur*: ut depugnares. *Auditur*, es wird drunter verstanden, intelligitur. Ponit Quintilianus hoc exemplum τοῦ ματος, *quo nomine donarunt ea, quæ non dicunt, verum intelligi volunt*, ut ipse loquitur. Rem totam ut recte capias, fiendum, si quos pugnæ vellent olim inhabiles reddere, iis consuevisse pollicem recidere. Id ergo fratri soror fecerat optimo consilio, ne ad lanistas denuo recurreret, a quibus ipsum toties redemisset. ¶ 11. *Audire* dicitur alterum, qui legit illius epistolam. Cic. fam. 3, 11 pr. *Magis tibi videbar gratulari cum de te ex te ipso audiebam.* Ita Cælius ad Cic. 8, 11 extr. *malo in hanc partem errare, ut quæ non desideras, audias.* Sermo est de legendo commentario; præcesserat, *multa transi.* ¶ 12. *Audibo, bis, bit*, antique pro *Audiam, es, et*, Plaut. Capt. 3, 4, 86 & Pœn. 1, 2, 97.

¶ Audiens, *tis*, aufmercksam. Horat. od. 1, 2, 27 *Fatigare minus audientem carmina Vestam.* Apud Tertull. de Pœnit. c. 6 & 7 *Audientes* sunt *catechumeni*, catechismus-schüler. Substantive Plaut. Truc. 1, 2, 25 *Tibi servio atque audiens sum imperii.* ¶ 2. *Audiens dicto*, gehorsam. Plaut. Amph. 3, 4, 6 & 8; Asin. 3, 1, 4; Men. 2, 3, 89; Trin. 4, 3, 55. Sed hic notandum, cum persona addenda est, cui obeditur, eam ipsam tertio casu exprimendam. Ita enim optimi quique auctores consueverunt loqui. Cic. Verr. 4, 12 *Respondit id, quod necesse erat, scilicet dicto audientem fuisse prætori.* conf. Verr. 1, 44. Nepos 6, 1, 2 *qui quod dicto audientes imperatoribus non erant.* Idem 11, 2, 1 *Vt nullæ unquam in Græcia copiæ magis dicto audientes fuerint duci.* In Dativo quidem c. 2, 2 legimus: *Is regis dicto audiens non erat.* Sed ibi Schottus ex Vltrajectino: *Is regi* &c. malit legere. Optime. Nam *dicto-audiens* per ὑφὲν dicitur, ut ex *re vitilitigare* cognoscitur: id enim est *vitio-litigare.* Vt itaque *vitio-litigare*: ita & *dicto-audire* potuerunt dicere, unde *dicto-audiens* est. Id plane astruit alius Nepotis locus 17, 4, 2 *Timæ modestia dicto audiens fuit justis absentium magistratuum.* Vid. Gronov. ad Liv. 29, 20.

¶ Audientia, *æ*, f. vulgo die audienz, gehör. Cic. Verr. 1, 13 *Quantam audientiam orationi meæ Verris improbitas facllura est?* Conf. Id. in Cat. Majore c. 9; & Plaut. Pœn. Prol. v. 11. Sic Liv. 43, 16 *Audientium facere præconem jussit.* Auct. ad Herenn. 4, 54 *Illi præco faciebat audientiam.* Quint. Trib. Mar. c. 9 Burm. p. 82 *Ad audientiam admittere.* Vius & Sulp. Severus 2 Hist. S. c. 49; & Hilarius lib. ad Constantium, quem ipse Constantio tradidit pr.

¶ Auditus, *a, um*, gehört, erhört. Nep. 2, 4, 5 *Hac re audita.* Id. 25, 13, 7 *Hoc non auditum sed cognitum prædicamus.* Horat. 3 od. 1, 3 *Carmina non prius audita canto.* Vellej. 2, 25, 3 *Audito crudelior*, unerhört grausam. Plautina de *audito, ex audito*, quibus neutrum substantive ponitur, v. in *Auditus.* Subst. De adjectivo participii usu notetur, non solum dici *re audita* vel *eo audito*: sed & simpliciter *audito.* Sallust. fragm. hist. lib. 5 *Audito regem in Ciliciam tendere*: i. e. postquam auditum est vel audito regis itinere in Ciliciam. Liv. 27, 7 *Audito, Machanidam fama adventus sui terrorem refugisse*; id est, audito Mechanidæ refugio. Conf. 34, 9. Sic Tac. An. 2, 7, 1 *Audito castellum Luppiæ obsideri*: Conf. An. 14, 7, 6. De ejusmodi participiis absolute positis v. Voss. de Construct. c. 49 & And. Borrichii Vind. Lat. p. 182.

¶ Auditus, *us*, m. subst. audiendi sensus, das gehör. Cic. N. D. 2, 57 *Auditus semper patet*, &c. Plin. 8, 28 *Animal feroci auditu.* Id. 21, 4 *Olim amygdalinum gravitatem auditus discutit.* Id 10, 69 *Auditus cui hominum primo negatus est, hic & sermonis usus ablatus*; *nec sunt naturaliter surdi, ut non iidem sint & muti*, wer nicht natur taub ist, der kan auch nicht reden. Hinc Græci κωφὸν eodem vocabulo *surdum* & *mutum* dicunt. Plaut. Merc. 5, 2, 62 *De auditu narrias*, du hast es vom hörensagen. Ita Sambucus, Lambinus, Taubmannus: sed Iacobus Operarius Parisiensi editione, *de auditu*, quod in simili loco Bacch. 3, 3, 63 (*non ex auditu arguo*) præter Operarium etiam Pareus Lex. Crit. & Gronovii editio probat, & quidem ex consensu omnium MSS. librorum.

¶ Auditio, *ōnis*, f. actus audiendi, das anhören. Cic. de Fin. 5, 15 *fabellarumque auditione ducuntur.* ¶ 2. Rumor, fama, ein gerücht. Cæl. Cic. fam. 8, 1 *Ne tenuissimam quidem auditionem de ea re accepi.* Id. Nat. D. 2, 38 *Fama & auditione aliquid accipere.* Cæs. B. G. 7, 42 *Levem auditionem habet pro re comperta.* Id. B. G. 4, 5 *Rumoribus atque auditionibus permoti.* Sic, *Auditiones falsæ*, Cic. pro Planc. c. 23; *falsæ*, Tac. An. 4, 11, 6. ¶ 3. Schola, diatribe, dissertatio, seu acroasis, die lection, anhörung, das collegium. Quintil. 2, 2 *Contingat auditione judicium.* Id. 10, 1 *Multa lectione atque auditione assequi.* Gell. 14, 1 *Egressus ibi ex auditione propere annotavi.* Sen. Suas. 3 fub f. *Mominimus ab auditione Nicetis ad Messium venisse.* Et mox: *Ipse Messala nunquam aliter eum ab hominis auditione venientem interrogabat*, &c. Vbi *auditio* recitatio est. Gell. rurfus 18, 2 *Qui Romani easdem auditiones, eademque doctores colebamus.* Et 19, 8 *Quanto erat e magistris auditionibusque obeundis otium.* v. & supra *Acroasis* in *Acroama.*

¶ Auditiuncula, *æ*, f. diminut. idem, ut, *Auditiuncula quadam de re aliqua auspersum esse*, etwas neuines gehört haben, Gell. 1, 18.

¶ Auditor, *ōris*, m. ein zuhörer, schüler, Cic. N. D. 3, 1 *Præbebo me tibi attentum auditorem*, ich will dir fleissig zuhören Id. Divin. 2, 42 *Eudoxus Platonis auditor.* Sen. Controv. 25 *Initio contumeliæ caussa a deridentibus discipuli Latronis AVDITORES vocabantur: deinde in ipsa verbum esse cœpit, & promiscue poni pro discipulo Auditor.* Ait *contumeliæ caussa*, quasi tantummodo audiant præceptorem: nunquam autem ipsi audiantur, & se declamando exerceant. Ovid. Pont. 4, 2, 35 *Excitat auditor studium.* ¶ 2. Varro de L. L. 5, 1 pr. *Potius cognationi verborum quam auditori calumnianti generibus morem*: ubi quidam putant *auditorem* pro *lectore* accipi.

¶ Audito, *are*, frequenter audire, offt hören. Festus: *Auditavi, sæpe audivi*, male scribitur *audivitavi.*

¶ Auditōrius, *a, um*, zum gehör dienlich; ut, *Auditoria cavernæ*, die ohren-winckel, Cæl. Aurel. Tard. 2, 3.

¶ Audi-

¶ Auditorium, *i*, n. subſt. locus eſt, ubi audimus præceptorem aut orantem, die Vorleſehr-oder ſchul-ſtube. Quintil. 2, 11 *Plenum fit auditorium.* Idem 10, 1 *Ijcerates auditoriis ſe, non judiciis comparavit.* Et Dial. de Orat. 9, 6 *Et domum mutuatur & auditorium exſtruit, & ſubſellia conducit.* vide & 10, 7 &c. & Suet. de Clar. Rhet. c. 6. ¶ 2. Ipſe cœtus auditorum, die zuhörer. Plin. 4 epiſt. 7 *Ipſe nuper, adhibito ingenti auditorio, librum de vita ſilii recitavit.* Apul. Apol. p. 310 *Mox auditorio miſſo, Pontianus me adortus* &c.

Compoſita:

¶ Conauditus, Coauditus, *a, um*, i. e. undiquaque auditus, erſchollen, ſuppeditat Feſtus.

¶ Exaudio, *ivi, itum, ire*, hören, vernehmen. Cæſ. B. Gall. 5, 30 *Vincite, inquit, & id clariore voce, ut magna pars militum exaudiret:* ubi ſimpliciter audire eſt; quemadmodum Cic. ad Att. 4, 8 *Dic, oro te, clarius. Vix enim mihi exaudiſſe videor.* conf. Catil. 4, 7 pr. ¶ 2. Contra eſt etiam aliquando adhuere precibus, erhören. Ovid. Met. 13, 156 *Precesque Supplicis exaudi.* Adde ex Virg. Æn. 11, 165; & Cellarii Curas Poſt. in fine: & Diſcuſſ. Appendic. ad eas p. 57 ed. prim. Item Ol. Borrich. Anal. p. 35 ſq.

¶ Exauditus, *a, um*, erhört, erſchollen. Cic. ad Att. 1, 14 *Sonitus usque iſtinc exauditos putem.* Ovid Met. 11, 18 *Tum denique ſaxa Non exaudita rubuerunt ſanguine vatis.* conf. Stat. Theb. 11, 616.

¶ Exauditio, *ōnis*, f. die erhörung. Auguſtinus de Civ. Dei 21, 24 pr. *Oratio exauditione Dei dignior.*

¶ Exaudibilis, *e*, erhörlich. Idem Auguſtinus Soliloq. 1, 1 *Qui nos* (Deus) *exaudibiles facis.*

¶ Inaudio, *ire*, idem quod audire, vernehmen, erfahren; niſi quod non niſi de rebus occultis uſurpetur hoc verbum; quam obſervationem debemus Manutio Comm. in Cic. ad Att. 6, 1 p. 234. Cic. ap. Nonium 2, 442 *Illa vox, de qua ego ex te primum inaudieram.* Plaut. Moſt. 3, 1, 11 *Metuo, ne de hac re quidpiam inaudierit.*

¶ Inauditus, *a, um*, non auditus, novus, unerhört; ut, *Inaudita crudelitas verborum*, Cic. pro Rab. c. 4 die erhörte grauſame worte. *Pompejus incredibili quadam, atque inaudita gravitate, virtute, conſtantia, præditus*, Cic. pro Corn. Balbo c. 5. *Frater optimus, incredibili pietate, amore inaudito*, pro P. Sext. c. 69. ¶ 2. Indicta cauſſa, unverhört ſache; ut, *Statuere aliquid parte inaudita altera*, Sen. Medea v. 199 *Inauditus & indefenſus*, Tac. An. 2, 77, 3. *Claros viros, ſuſpicione minima, inauditos condemnavit*, Suet. Galb. c. 14. ¶ 3. *Inauditum* idem ac *incuriosum*, active certe ſumitur pro eo, quod non audiat, taub. Nonius 2, 463 *Quædam animalium gignuntur aut invisa, aut inaudita:* rectius *inauria*, ut eſt ap. Gell. 7, 6.

¶ Inauditatus, *i, um*, idem. Tertull. adv. Marc. 4, 24 *Regnum Dei neque non in neque inauditatum.*

¶ Inaudientia, *æ*, f. inobedientia, ungehorſam. Cyprian. epiſt. 28 *Perniciem filii provocare per inaudientiam.*

¶ Inauditiuncula, *æ*, f. Sic *Inauditiunculas diſciplinæ grammaticæ*, Gell. 5, 21 ſpöttiſch, ſchulpoſſen: ubi de audacito quodam reprehentore loquitur, qui *nonnullas* ejusmodi *inauditiunculas, quaſi polverem ob oculos, cum adortus quemque fuerat, adſpergebat.* Gr. πυκάσματα, ut Porphyr. in vita Plotini v. Fabric. Bibl. Gr. 4, 26 p. 1, 4. no. r.

¶ Inaudibilis, *e*, qui nequit audiri, den man nicht höret. Cenſorinus c. 13 pr *Septem ſtellæ dulciſſimum quidam concinunt melodiam, ſed nobis inaudibilem.* Quod vero ex Cic. Att. 15, 26 pr. profertur: *An ſidem infirmet filio inaudibili*, mendoſum eſt. Recte Boſius: *An ſidem infirmet Silio. Inaudivi* &c.

¶ Obaudio, *ire*, gehorchen. Ita veteres aliquando pro *Obedio*, quod ex illo eſt, dixerunt. Tertull. adv. Marc. 2, 2 extr. *Adam non obaudiit.* Et 5, 18 *Obaudiant parentibus ſilii.* Apul. 3 Met. p. 136 *Secreta quibus obaudiunt Manes.* Sed uſitatius eſt

¶ Obœdio, *ivi, itum, ire*, ab *ob* & *audio*, parere, obtemperare, gehorchen, folgen. *Obedire & parere voluntati Dei*, Cic N. D 1, 8; *temporibus*, Id. pro Cluent. c. 69. *Obedit rex illis maxime*, i. e. horum conſilio potiſſimum utitur, Nepos 14, 5, 4. Paſſ. Liv. 4, 26 *Enixe obedituri dictatori eſt.*

¶ Obediens, *tis*, adject. gehorſam, folgſam. Cic. Off. 2, 5 *Homo naturæ obediens, homini nocere non poteſt.* Liv. 8, 8 *Fecit atrocitas pœnæ obedientiorem duci militem.* Id. 7, 13 *Imperiis obedientiſſimus miles.* ¶ 2. Tralate Plin. 16, 43 *Obedientiſſima quæque in opere fraxinus*, das holz läſſet ſich wohl arbeiten. ¶ 3. Dicitur etiam ſecundum originem ſuam *Obaudiens*; v. g. Ambroſius orat. quæ epiſtolæ 32 ſubnexa eſt: *Quid obaudientius poteſt eſſe, quam ut Chriſti ſequamur exemplum?*

¶ Obeditūrus, *a, um*, idem fere. Plin. 17, 19 *Ramus oleæ quam maxime ſequax atque obediturus.*

¶ Obedienter, adv. obſequenter, willig, gehorſamlich; ut, *Obedienter imperata facere*, Liv. 21, 34. *Obedienter venire*, Id. 3, 39. Compar. Id. 38, 34 *Nihil obedientius fecerunt.* Et Superl. Auguſt. Civ. Dei 22, 8 *Obedientiſſime paruit.*

¶ Obedientia, *æ*, f. gehorſam; quam matrem felicitatis dixit eſſe Æſchylus, Παιδαρχία γάρ ἐστι τῆς εὐπραξίας μήτηρ. Cic. Parad. 5, 1 *Si ſervitus ſit, ſicut eſt, obedientia fracti animi, & abjecti, & arbitrio carentis ſuo.* Id. Off. 1, 29 *Obedientiam relinquere & abjicere*, ungehorſam werden.

¶ Obaudientia, *æ*, f. idem. Tertull. Exhort. Caſt. 2 *Voluntas Dei in obaudientiam venerat.*

¶ Obeditio, *ōnis*, f. idem. Ambroſius epiſt. 19 media, interpretatur Berthaniam *locum obeditionis.* Vſus eſt & vetus Interpres ad Rom. 5, 19.

¶ Inobedio, *ire*, non obedire, ungehorſam ſeyn. Ambroſius Serm. 1 Epiphaniæ: *A paradiſo recceſſiſtis ſuperbiendo, inobediendo, & cibum prohibitum comedendo.*

¶ Inobaudio, *ire*, idem. Tertull adv. Marc 3, 16 *Exaudi eum, ne inobaudieris eum.*

¶ Inobediens, *tis*, ungehorſam. Vulg. Interp. Deut. 8, 20 *Peribitis, Si inobedientes fueritis voci Domini.* Idem Tit 1, 10 *Sunt multi inobedientes.*

¶ Inobedus, *a, um*, idem; ut, *Inobeda ceſſatio*, Arnob. lib. 7 p. 248. conf. Salmaſ. in Solin. f. 24.

¶ Inobedienter, adv. idem. Auguſt. Civ. Dei 14, 17 *Adverſus damnatam culpam inobedientiæ, voluntatem libido inobedienter movebat.*

¶ Inobedientia, *æ*, f. der ungehorſam. Hieronymus Quæſt. Ebr. in 2 Reg 1 *Saulum per inobedientiam ſuam periiſſe* dicit. Salvian. de Gubern. Dei 1 p. 20 *Pharaonis inobedientia verberatur.* conf. Idem adv Avarit. 4 p. 299.

¶ Inobaudientia, *æ*, f. idem. Tertull. adv. Marc. 4, 17 *Qui & inobaudientiam illis exprobrare poteſt.*

¶ Peraudiendus, *a, um*, das anzuhören iſt. Plaut. Mil. Glor. 1, 1, 34 *Auribus pei audienda ſunt* v. Gronov.

¶ Præauditus, *a, um*, vorher gehört. Ulpian. l. 6 pr. Dig. de off. Proconſ. & Legati: *Solent* (Proconſ.) *ceſſionarium cognitionem mandare legatis, ſcilicet ut præauditus cognitus ad ſe remittant.*

¶ Subaudio, *ire*, ſub quo intelligere, drunter verſtehen. Aſconius in Verrinam, quam Proœmium vocant: *Ad singula ſubaudiendum eſt* &c. Idem in Verr. de Prætura urb. *Subauditur* ACCESSI ἀπὸ κοινοῦ.

¶ Subauditus, *a, um*, ſubintellectus, drunter verſtanden. Ulpian. fine Legis 1 Dig. de Hæred. inſtituend. *Non putavit valere, quoniam deeſt aliquid: ſed & ipſa valebit, ſubaudito* IUBEO. Hinc

¶ Subauditio, *ōnis*, f. Hieron. Quæſt. Ebr. in 2 Reg. c. 3 *Eſt hic defectus, & neceſſaria ſubauditio*, h. e. ſubaudiendum eſt aliquid.

AVE, (Have,) *avēto, avēte, avēre*, grüſſen, verbum eſt defectivum, idem quod χαῖρε & χαίρειν, Græcorum, & quod *ſalve, ſalvere*, de quo infra in *Salus*. Vtebantur his verbis in matutinis ſalutationibus; ut verbo *Valere*, ὑγιαίνειν, in veſpertinis. v. Suet. Galba c. 4. Martialis 1 ep. 56 *Et matutinum portat ineptus ave*, den morgengruß. conf. 1 epigr. 109, & 9 epigr. 8. Sall. Cat. c. 35 *Aveto*, in fine epiſtolæ eſt ut *vale*. In MSS. eſt *habeto* ex *haveto* Cæl. Cic. fam. 8, 16 *Simul atque have mihi dixit.* V. Quintil. 1, 6 Burm. p. 76. Lege Luciani Apologiam pro eo, qui inter ſalutandum verbo lapſus fuerat: item Artemidorum 1 Onirocrit. c. ult. ¶ 2. Quamquam autem hoc verbum defectivum ſit; & præter imperativum *ave, avete, avete:* & infinitivum *avere*, de eo in uſu nihil manſerit: tamen omnino apud veteres *Aveo* etiam, pro *ſalvus ſum*, in uſu fuiſſe neceſſe eſt, & ſatis indicat Manertini locus Paneg. Iuliani c. 29. Ibi enim ita legere licet: AVEO *plane Imperator &* AVEBO: *negare enim eventus eſſe poteſt hujus optati ambiguus: cum hic* AVERE *jubeat, qui jam facit, ut* AVEREM &c. Reſpicit Panegyrites ſalutationem Imperatoris, qui dixerat, AVE CONSVL AMPLISSIME. ¶ 3. Aliter comparatum verbum AVEO, pro *cupio* ſive *expeto*, de quo vide paulo poſt.

AVEIA, *æ*, Veſtinorum oppidum, v. Drakenb. ad Sil. 8, 520.

AVELLANA, *æ*, f. nux eſt colurna, pontica, eine haſelnuß, ab oppido Campaniæ *Avella*, olim *Abella*, de qua ſupra. Silius 8, 45 *Et pauper ſuci Corallia avella.* Eſt itaque *Avellanus* vere adjectivum; ut, cum *Avellana* abſolute dicimus, *nux* intelligatur; & integrum ſit *nux Avellana*: perinde ut in *Cæſanea.* Plin. 37, 4 *Avellanæ nucleo ſimiles.* conf. 15, 22

AVENA, *æ*, f. βρόμος, frumentum, haber, haſer; ut, *Avena ſterilis*, αἰγίλωψ, *egilops*, teufel über haber, windhaber, vatium avenæ. v. Voſſ. de Analogia 1, 38. Virg. Georg. 1, 153 *Intereque nitentia culta Infelix lolium & ſteriles dominantur avenæ.* conf. Cic. Fin. 5, 30. ¶ 2. *Avena* pro culmo & fiſtula. Virg. ecl. 1, 2 *Silveſtrem tenui Musam meditaris avena.* ¶ 3 *Avena* & *habena* confunduntur a librariis, Drakenb. ad Sil. 16, 209.

¶ Avenaceus, *a, um*, vom haver; ut, *Farina avenacea*, habermehl, habergrütze; apud Plin. 29, 6.

¶ Avenarius, *a, um*, das im haber iſt. Plin. 11, 26 *Avenaria cicada.*

AVENTĪNVS, *i*, m. Ἀβεντῖνον ὄρος, mons Romæ, appellatus vel ab *avibus*, vel ab *Aventio* fluvio, vel ab *Aventino* rege, vel ab *adventu* hominum, v. Varr. L. L. 4, 7. Subſtantivum eſt Horat. epiſt. 2, 2, 69 *Extremo in Aventino.* ¶ 2. *Aventinus* Aboriginum rex, Romuli Silvii filius, qui in monte Aventino ſepultus fuit, quæ opinio Livii eſt 2, 3. Idemque ab Iul. Cæſare proditum, Aur. Victor auctor eſt de Orig. gentis Rom. c. 18. ¶ 3. Ab hoc monte nomen accepit Herculis filius, de quo Virg. Æn. 7, 656 *Satus Hercule pulchro Pulcher Aventinus, clypeoque insigne paternum*, &c.

¶ Aventīnus, *a, um*, adject. ut, *Aventina arx*, Ovid. in Faſtis 6, 728. *Silva Aventina*, ibid. 3, 329.

¶ Aventinienſis, *e*, idem. Val. Max. 7, 3, 1 *Aventinienſis Diana.*

XVEO, *ēre*, veteribus placuit pro *cupere* ſeu *expetere*, verlangen, begierig ſeyn. Horat. 1 Sat 4, 87 *E quibus unus avet quavis aſpergere cunctos.* Id. Sat. 1, 1, 93 *Parto quod avebas.* Cic. Off. 1, 4 *Cum ſumus negotiis curioſe vacui, tum avemus aliquid audire & diſcere.* Id. ad Att. 2, 1 *Intellexi, quam deſperato animo ſcire averes, quid eſſet novi:* & ep. 15 *Valde aveo ſcire, quid agas.* ¶ 2. *Aveo* pro *ſalvus ſum* vid. Ave n. 2. ¶ 3. *Haveo* interdum pro *Aveo*; e. g. Cic. Att. 1, 15 extr. v. ibi Lambin.

¶ Avens, *tis*, pro libens, willig. Nævius apud Gellium 19, 7 dixit. Horat. ſat. 2, 1 *Avens ponere ſigna novis præconi*, i. e. deſiderans. Aur. Vict. de Cæſ. c. 3 *Caligula avens bonis cunctis delectatur.*

¶ Aventer, id eſt, cupide, gern. Ammianus 18, 5 & 29, 13 ed. Grut. & Sidon. 2 epiſt. 2.

¶ Ăvidus, *a, um*, appetens, avarus, begierig; ut, abſolute pro avaro, apud Terent. Heaut. 3, 2, 15. Cic. pro Roſcio c. 7 & Phil. 5, c. 8. *Aures avidæ*, Tac. An. 13, 6, 2. Sic, *Avidus cibi*, Ter. Eun. 5, 4, 16, freſſig, hungerig. Id. Eun. 1, 2, 51 *Ejus frater aliquanto ad rem eſt avidior.* Liv. 22, 21 *Avida in novas res ingenia.* Cic. Leg. Man. c. 3 *Avidos laudis*; & pro Marcell. c. 8 *Avidiſſimus gloriæ.* Liv. 4, 54 *avidiſſimus ad ea populus*, vulgo *a adeo pop.* Plin. 12, 1 *Vi eſt natura hominum novitatis avida*, neugierig. *Avidior pœnæ*, Liv. 39, 50. *Avidus cædis*, blutgierig, Ovid. Met. 1, 161. *Avidus voluptatis*, wohl-

wohllüſtig, Cic. de Senect. c. 12. *Sermonum avidus*, glatſchhäfftig, Tac. An. 13, 6, 2. *Memoriae subitis avidae*, i. e. ad res ſubito rapiendas, Id. H. 1, 7, 4. Nam *avidum* ut *cupidum* quocunque affectu concitatum & quaſi exacerbatum dicimus. v. Burm. ad Quint. Decl. 1 p. 3. ¶ 2. Lucretius nova & inſigni tralatione videtur aliquoties vocabulo *avidus*, pro vaſto & ingenti uſus, quod avidi & avari parvis & paucis rebus non acquieſcant: Vt lib. 5, 1262

Inde avidam partem montes, ſilvaeque ferarum
Poſſidere.

Et eodem l. de cœlo v. 471

Omnia ſic avido complexa cetera ſopit.

¶ Avide, adverb. begierig, mit luſt, mit verlangen; ut, *Avide aliquid arripere*, Cic. Senect. c. 8. *Avide expedio literas tuas*, Id. Att. 5, 6 & 16, 10. Gradus quoque admittit Cart. 3, 6, 17 *Avidius quem intueri*. Cic. Phil. 14, 1 *Avidiſſime expectare*. Plin. 5, 1 *Avidiſſime credere*. Lactant 6, 23 *In afferas aviditſſime ruere*.

¶ Aviditer, idem quod *Avide*, Arnobio lib. 5 ſub init. *Inraſiſſe aviditer dulcedine potionis captos*.

¶ Aviditas, *ātis*, f. die begierde: ut, *Aviditas pecuniae*, geldgierigkeit. Cic. Parad. 6, 3. Id. Fin. 3, 2 *Erat in M. Catone inexhauſta aviditas legendi, nec ſatiari poterat*. Id. de Sen. c. 14 *Senectus aviditatem ſtudii auxit*.

ĀVERNVS, *i*, m. plural. neut. *Averna*, lacus Campaniae Plutoni dicatus, graviſſimi & exitialis fœtoris, quo & aves ſupervolantes exſtinguebantur, quem Auguſtus ſilvis, quae circum eum eſſent, dejectis tutus fecit. Servio teſte, e. g. *Gravedus Avernus*, Virg. Æn. 6, 201 & *Avernalia ſilvis*, Æn. 8, 442. Vnde nomen acceperit, nemo adhuc explicavit. quod aves impune transvolare non poſſint; docet Lucretius 6, 740. & Virg. Æn. 6, 242. ¶ 2. Hinc pro lacu infernali a poëtis frequenter uſurpatur, der höllenſchlund. v. g. Statio Theb. 11, 588

Pigri judicator Averni, id eſt Charon.

¶ Avernus, *a, um*, adjective, hölliſch. Ovid. Met. 10, 51 *Avernas exire domos*. Id. 13, 66. *Conius Inonis Avernae*, i. e. Pluto: *Iano Avernum* apud Virgilium Iunonem *infernam* vocat Æn. 6, 138; Claudian. *Averna Proſerpina*. Rapt. 1, 2, i. e. Proſerpina. Idem Sil. 15, 76

Auguſti ſanctis animas dammavit Averni.

Lucretius *Averna loca*, vocat peſtilentia odore, quae Cicero *Averna loca*. Vide ipſum lib. 6, 738 ſeqq.

¶ Avernalis, *e*, aliud adjectiv. idem; ut, *Aquae avernales*, Horat. Epod. 16, 60. *Avernalia arma*, Propert. 4, 1, 49.

Averruncare, *averruncus*, Averſatio, averſio, averto, &c. Auferre, *averruncare*, *averruncus*, *Faun*.

AVIENVS, *i*, m. Rufius Apidiae in prœlii Cannenſis deſcriptione ſeme[illegible] Horat. 3 od. 30, 10 *Qua violens obſtrepit Aufidus. Aviena Aufidus* Virg. Æneid. 11, 405. ubi male *Appulus* Tanaq. Faber reponit.

¶ Aufidus, *a, um*, etiam adjective; ut, *Aufida ſtagna*, Sil. 10, 171.

¶ Aufidus, *i*, m. nomen Romanum. ¶ 1. *Aufidius Baſſus*, hiſtoricus tempore Quintiliani ſcripſit de rebus Germanicis. vide illum 10, 1 p. 910. Hic deſit, continuavit hiſtoriam Plinius major, quod de avunculo ſuo teſtatur junior 3, 5. Is forte eſt, quem Plinius ſignat 6, 9, & forte eumdem, vel filium Seneca ep. 30. ¶ 2. *Aufidius Chius*, matronarum corruptor, de quo Juvenal. Sat. 9, 25 & Martial. 5 epigr. 62. ¶ 3. *Aufidius Cnejus*, cœcus egregia opera edidit: v. Plin. 6, 9; & Cic. Tusc. 5, 39. ¶ 4. *Aufidius Lurco*, primus pavones ſaginare aggreſſus, Plin. 10, 20. Ejus meminit Horat. 2 Sat. 4, 24. ¶ 5. *Aufidius Lurco*, praetor. v. Horat. 1 Sat. 5, 34. ¶ 6. *Aufidius Modeſtus*, grammaticus, Maronem interpretatus. v. Philargyr. 2 Georg. &c.

¶ Aufidia, *ae*, f. uxor Cervini, apud Martial. 3 epigr. 69.

¶ Aufidianus, *a, um*, adj. ut, *Aufidianum nomen*, Cic. 16 fam. 19.

¶ Aufidena, *ae*, f. urbs Italiae Caracenorum, Liv. 10, 12.

¶ Aufidenates, *um*, populi Italiae inter Samnites, Plin. 3, 12.

¶ Aufidienus Rufus, infelix caſtrorum praefectus, Tac. An. 1, 20, 3. Aufugio, vide *Fugio*.

AVGEAS, vel Augias, *ae*, m. rex Elcorum ab Hercule interfectus, cujus ſtabulum uno die repurgavit flumine Alpheo ſuperinducto, ut Servius in Æn. 8, 300 tradit: Pauſanias autem non Alphei, ſed Minyeji flumine peractam purgationem ſcribit lib. 1 Phacor. poſt initium: Hyginus fab. 30 ſimpliciter *immiſſo flumine*, nomine illius haud expreſſo. *Augiae bubile*, Αυγίου βουκόλιον, Proverb. in hominem aut rem maxime inquinatam, Lucianus. *Ad Augiae ſtabulum repurgare*, recenſetur inter labores Herculis; den alten miſtat ausfegen. v. Chil. Adde, quae ad P. Cunaei Satyram Menipp. commentatus eſt Cellarius p. 611.

AVGEO, *auxi, auctum, ēre*, ab αὔξω, amplificare, vermehren, beſſern; ut, *Augere quem divitiis*, reich machen. Cic. Agr. 2, 26 *Augere vemp. agris & urbibus*, Id. pro S. Roſc. c. 18. *munus verbis*, Id. Off. 2, 20; *animum alicujus*, Id. Att. 10, 16; *dignitatem*, Id. fam. 11, 6; *ſuſpicionem*, Id. Verr. 4, 15; *alicui ſpem*, Cæſ. B. C. 2, 31; *terrorem*, Id. B. C. 3, 64; Sall. Jug. c. 20. Sic Ter. Heaut. 4, 1, 15 *Heus damno auctus eſt*, der herr hat den groſſen ſchaden. *Auctus damno, ut auctus infortunio*, apud Plautum. Auctus eſt valde auctus. *Augeri libris*, under bekommen, Cic. 1 Att. 1 extr. vel potius 2 pr. *Honoribus augere quem*, Plin. 3 epiſt. 8 n. 2 befordern. Qua ratione & abſolute hoc verbo utimur, quod Barthius ad Claudianum obſervavit. Plaut. Men. 3, 3, 27 *Dii me equidem adjuvant, augent, amant*. Nepos 19, 2, 3 *Augeri adjuvarique ab aliquo*, i. e. promoveri ad majora, ope conſilioque alicujus. Cic. fam. 7, 17, 5 *Semper te non modo tuendum mihi, ſed etiam augendum atque ornandum putavi*. Suet. Claud. c. 12 *In ſemet augendo parcus atque civilis, nomine Imperatoris abſtinuit*, i. e. in ſemet ornando, evehendo, amplificando &c. ¶ 2. Eſt & AVGERE ſacrorum verbum. Nam cum male ſaſſa res pergebatur hoſtia & faciebatur, rum dicebatur, *augeri*; item *mactari*, de quo ſuo loco. Suet. Aug. c. 96 *Circa Peruſinam ſacrificio non litantes, cum AVGERI hoſtias juſſiſſet*. Sed hoc ambigui ſenſus eſt; & potius hic numerum hoſtiarum multiplicari voluit. Vetus Inſcriptio: SI QVIS HVIC ARÆ DONVM DARE AVGEREQVE VOLET, LICETO. Nec aliunde AVGVSTI nomen, de quo infra diximus. ¶ 3. Rem dicendo exaggerare. Auctor ad Herenn. 4, 6 *Deinde cum diu rem auxerimus, nihil ſimile a nobis factum oſtendemus*. Id. lib. 1 de orat. c. 21 *Hoguentum vero* (ſtatuebam,) *qui mirabilius & magnificentius augere poſſet, atque ornare, quae vellet*. v. Cl. Menckenii obſ. L. Lat. p. 81 ¶ 4. Neutro-paſſive uſus eſt Cato ap. Gellium 18, 12 *Convenae complures acceſſitavere: eo res eorum auxit*, i. e. aucta eſt. Et Salluſt. in Fragm. c. 8 *Ignoſcendo populi Romani magnitudinem auxiſſe*, i. e. creviſſe, auctam eſſe. ¶ 5. *Bonis auctibus auxit is*, pro *augeatis*, apud Livium 29, 27.

¶ Augens, *tis*, Cic. de Fato c. 1 *Augens linguam Latinam*. Idem in Arat. v. 116 *Augens anima*.

¶ Augenter, adv. idem. Frontin. de Limit. 2 p. 308 *Quod augenter ipſa ſubjecit*.

¶ Auctus, *a, um*, cumulatus, prœditus, vermehrt, begabt Cic. Catil. 4, 9 *Deorum benignitate auctas exaggeratasque fortunas nox una pene delevit*. Nepos 19, 2, 3 *Auctus adjutusque a Demoſthene cum gradum adſcenderat*. Ter. Heaut. 4, 6, 50 *Bene auctis*, i. e. juſtis rationibus ditati. Sic *Amplis honoribus auctus*, Horat. 1 Sat. 6, 11 *Liberis auctus*, Plaut. True. 2, 6, 35. *Tadis felicibus auctus*, Catull 63, 25. conf. 67, 11. Comp. Apul. Apol. p. 283 *In tumidis & globoſis ſpeculis omnia defectiora: at conti a in cavis auctiora*, vergröſſert. Lucret. 3, 451 *Auctior eſt animi vis*. Et Liv. 4, 2 *Majeſtatem auctiorem ampliorem que eſſe*.

¶ Aucte, adverb. häuffig; cujus comparativo uſus Apulejus 4 p. 153 *Puella auctius ejulans ſeſe*, &c. Quin & Horat. 2 Sat. 6, 3 *Auctius atque melius Dii fecere*.

¶ Auctus, *us*, m. ſubſt. & Auctum, *i*, n. pro incremento, die vermehrung, der anwachs. Varro L. L. 4, 16 *Auxilium appellatur ab auctu*, &c. Gell. 20, 8 (al. 7) *Solum cepe olerum omnium contra hanc* AVCTA & DAMNA *vices minuendi & augendi habet contrarias*. Quamquam ibi Goldaſto non diſplicet, ſi *lucra* pro *aucta* legas ad Valer. Cimel. de bon. Diſcipl. p. 58. Plin. 4, 12 *Auctu immenſo aquarum*. Lucret. 2, 480

Surſum jam femina quædam Eſſe infinito debebant corporis auctu.

Liv. 4, 2 *Maximis auctibus crevere*. conf. Id. 29, 27. Vellej. 2, 40, 4 *Hujus faſtigium fortuna tantis auctibus extulit*. Sen. epiſt. 38 *Leniminio in maximos auctus diffundi*.

¶ Auctio, *ōnis*, f. augmentum, die vermehrung, das zunehmen. Græce ἄυξησις, *rerum creſcentium auctio*, apud Feſtum in *Auxiliares*. Macrob. Sat. 1, 14 *Modo auctio modo vetractio dierum proveniebat*. ¶ 2. Eſt venditionis ſpecies, inde appellata, quod res vendenda illi, qui ultimo auxit pretium, vel plus obtulit, addicitur, eine auction. Plaut. Men. 5, 9, 91 *Auctionem hic faciam, & vendam, quidquid eſt*, ich will alles losſchlagen. conf. v. 95. Suet. Cæſ. c. 50 *Auctio haſtae*, i. e. venditio, quae haſta poſita (quamquam etiam non poſita) per praeconem fiebat; etiam, qua damnatorum bona veniebant, quae tamen proprie SECTIO appellata. Ejus ratio haec erat. Praeco proclamabat diem auctionis & res venales, deſignato pretio; (Plaut. Sticho 1, 3, 48 & 56 *auctionem praedicare* dixit: nos ausrufen.) Tum licebantur emtores, (h. e. dicebant pretium, quo ſibi vellent redimere: ſie boten darauf;) qui plus offerebat, ei addicebatur. v. Plaut. dictis locis, & Suet. Cal. c. 38. Item Briſſon. 6 Formul. ſolemn. p. 510. *Auctionem facere*, Cic. 12 Att. 3; *praeſcribere*, ibid. 13, 5; *conſtituere*, Id. Agr. 1, 3. Sic Id. pro Quintio c. 4 *Auctionem in Gallia ſe fuiſſe rum eſſe praeſcribit*. Et pro S. Roſc. c. 8 *Bona, conſtituta auctione, vendebat*.

¶ Auctionor, *atus ſum, ari*, eſt auctionem facere vel vendere per praeconem, haſtae ſubjicere, vendere ſub corona, in propatulo vendere, öffentlich ausrufen laſſen. Cic. pro Quint. c. 3 *Homines multis verbis deterret, ne auctionetur*. conf. pro Dejot. c. 9; & Phil. 2, 29.

¶ Auctionans, *tis*. Cic. cont. Rullum 2, 20 *Ponite ante oculos vobis Rullum, haſta poſita, auctionantem*.

¶ Auctionārius, *a, um*, quod ad auctiones pertinet, zur auction gehörig; ut, *Auctionaria tabula*, der anſchlag. Cic. Catil. 2, 8, quas Agrar. 2, 25 *Auctionis tabulas* appellat. Nam & propoſitis publice tabulis indicebantur auctiones: quod *auctiones proſcribere* idem Cicero ad Att. 13, 5 dixit, anſchlagen. Idem Agrar. 1, 3 *In atriis auctionariis potus auctionentur*, ubi auctio fiebat.

¶ Auctiōnālis, *e*, idem; ut, *Auctionalia* Vlpianus vocavit tabulas & inſtrumenta auctionis, l. 1 § Officio, Dig. de Tutel. & Rat. diſtr.

¶ Aucto, *are*, frequent. ſehr mehren. Plaut. Amph. Prol. v. 6 *Res ſuas bono atque amplo auctare lucro*, i. e. locupletare, bereichern. Catull. 68, 2 *Te bona Jupiter auctet ope*. Lucret. 1, 51 *Res auctet alatque*.

¶ Auctito, *are*, idem; ut, *Auctitare pecunias fœnore*, Tac. An. 6, 16, 1. *Potentias auctitare*, Arnob. 7 p. 218.

¶ Auctarium, *i*, n. ἐπίμετρον, quidquid ſupra menſuram, aut pondus juſtum adjicitur, die zugabe. Plaut. Merc. 2, 4, 22 *Auctarium adjicito*.

¶ Auctor, &c. vide ſuo loco: Auctumnus in *Autumnus*.

¶ Augeſco, *ĕre*, wachſen, gröſſer werden. Ter. Heaut. 3, 1 *Mihi quidem quotidie augeſcit magis de filio agritudo*. Cic. Nat. D. 2, 10 *Temperatione caloris oriri & augeſcere*. Sall. Jug. c. 37 *Illis animi augeſcunt*. Liv. 27, 17 *Res hoſtium tacitis augeſcunt incrementis*.

¶ Augmen, *inis*, n. die vermehrung. Lucret. 3, 269

Omnibus eſt unum perfectum corporis augmen.

Id. 2, 188 *Augmina ſumere*, wachſen. Arnob. 7 p. 249 *Eſculapius magni augminis coluber*. ¶ 2. *Augmina*, farciminum ſpecies, ibid. p. 230.

¶ Augmentum, *i*, n. zuſatz, wachsthum, vermehrung. Prudent. in Vincentio v. 550 *Honoris augmentum tui*. Symmach. 7 epiſt. 112 *Hic propriis bonis etium meae preces in augmentum commendationis accedunt*. Et ep. 123 *Ut illi honor teſtimonii mei concilet apud vos amoris augmentum*. Apul. 1 Dogm. Plat. p. 6 *Multiplicatis augmentis incrementisque*. Lege 31 § 1 ult. Dig. ſolut. matrim. *dotis augmentum*. Et l. 40 § 1 Dig. de Hæredit. petit. *Augmenta hæreditatis* Vetus Gloſſ. *Augmentum, προσθήκη, ἐπιθεματισμός, προσοδος*. ¶ 2. Sicut *Augere* ſacrorum verbum erat, ut modo diximus: ita etiam nomina *Augmen* & *Augmentum*. Vtraque hac notione uſus eſt Arnobius 7 p. 230, 331; & Varro de L. L. 4, 32. *Augmentum* vocat, *quod ex immolata hoſtia defectum*, quod Scaliger in Conjectan p. 48 legit *Augumentum*.

¶ Augmen-

¶ Augmento, *are*, idem quod augere, mehren. Iul. Firm. 5, 6.
¶ Augmentarius, *a, um*, vermehrend. Gloss. gr. lat. αὐξητικός.
¶ Augustus, *a, um*, vide mox seorsum.
¶ Augifico, *are*, idem quod *augere*, apud Nonium 2, 61, ubi Ennius: *Tabesne an numeros augificat suos.*
¶ Auctifico, *are*, idem apud Arnob. sæpius, v. g. 7 p. 224 *Cibis novis auctificatis.* Et p. 233 *Auctificat dignitates.*
¶ Auctificus, *a, um*, vermehrend; ut, *Genitales auctificique motus*, Lucret. 2, 571.
¶ Auctifer, *a, um*, fruchtbar. Augustin. de C. D. 5, 8 & Nizolius ex Cic. *Iupiter auctiferas lustravit lampade terras.* Forte legendum *auctifera*, ut soli auctus plantarum tribuatur.

Compositа:

¶ Adaugeo, *ēre*, idem quod simplex *Augere*, vermehren, vergrößern. Cic. pro Rosc. Am. c. 11 *Hæc maleficia aliis nefariis cumulant atque adaugent.* Auctor ad Herenn. 2, 25 *Hujusmodi signa adaugent suspicionem.* Ter. Heaut. 3, 1, 26 *Ne tua duritia adaucta sit.*
¶ Adauctus, *us*, m. das zunehmen. Lucret. 2 v. 1123 *Hilari grandescere adauctu.* Solin. c. 36 (Salm. c. 23) *Respicere adauctus lunæ vel defectiones.*
¶ Adaucto, *are*, frequent. sehr vermehren. Accius apud Nonium 2, 52 *Adauctare patriam re aliqua.*
¶ Adauctor, *oris*, vide paullo ante *Auctor.*
¶ Adaugesco, *ere*, wachsen, zunehmen. Lucretius 2, 296

Nam neque adaugescit quidquam, nec deperit inde.

Cic. de Divin. 1, 7

Ortus adaugescit scopulorum sæpe repulsu.

¶ Coaugeo, *ēre*, häufen. Hinc
¶ Coauctio, *ōnis*, f. die häufung. Cic. Verrina Frumentaria c. 81 fin. *Ex coauctione annonæ augere æstimationi.*
¶ Coaugmentatus, *a, um*, zusammen gehäuft; ut, *Constructio coaugmentata*, Mart. Capella lib. 5 p. 167. Sed alii *coagmentati.*
¶ Exaugeo, *ēre*, valde augere, sehr vermehren. Plaut. Stich. 2, 1, 9 *Beneficia majorum tuorum exaugeo.* Ter. Heaut. 2, 2, 2 *Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant*, die mich in meinen gedanken verwirren.
¶ Inaugeo, *ēre*, idem. L. 27 § 2 ff. de liber. causa: *Melius erit inaugeri causam ejus sententiamque proferri.*
¶ Exauctor, &c. Prouctor, vide supra *Auctor.*
Augias, Augifico, vide *Augeas, Augeo.*
AVGĪNOS, *i*, m. alias hyoscyamos, bilsen-kraut. Apul. de Herb c. 4.
AVGITES, *æ*, m. ἀυγίτης ab ἀυγὴ *splendor*, gemma, Plin. 37, 10.
Augmen, augmento &c. vide *Augeo.*
AVGVR, *ūris*, m. divinator, qui futura prævidet, ein weissager, wahrsager. Ita autem dicebantur, qui ex volatu, cantu & gustatu vel cibatu avium de futuris pronunciabant: quamquam nomen ab garritu tantum avium petitum videatur. Hos proximos pontificibus, itaque fecundæ dignitatis inter sacerdotes fuisse, Gutherius ostendit de jure Pontificio 1, 3. Summa auctoritate & potestate, Cic. de LL. 2, 12; quam iis ab Accii prædictionibus accessisse Livius 1, 36 indicat. Nam cum recensuisset de disfecta a Tarquinio cote, itaque augurii ab Accio facti stetisse fidem, non modo statuam positam Accio, memorat; verum hoc quoque subjicit: *Augurii certe sacerdotioque augurum tantus honos accessit, ut nihil belli domique postea, nisi AVSPICATO gereretur, consilia populi, exercitus vocati, summa rerum, ubi AVES NON ADMISISSENT, dirimerentur.* Breviter Florus in eadem narratione 1, 5, 4 *Inde*, inquit, *Romanis sacer auguratus.* Hinc & cum summis magistratibus conjungit Serv. Sulpicius ad Cic. 4 epist. 5 *Tulliolum te patrem suum, prætorem, consulem, augurem vidisse.* Idem autem AVGVRES & AVSPICES: AVGVRIVM & AVSPICIA ERANT. Vetus Glossar. Οἰωνοσκοπία, *Augurium, Auspicium.* Item: Οἰωνοσκόπος, *Auspex, Augur*, v. mox *Augurium*, & infra AVSPEX. Cic. Phil. 1, 10 *Dicere de futuris est augurum.* Id. fam. 7, 18 *Augures* appellat *amplissimi sacerdotii collegium.* ¶ 2. De fœmina auguratrice Stat. Theb. 9, 629 *Simque augur cessa fauri.* Sic Horat. Od. 3, 17, 12 *Aquæ* (i. e. pluviæ) *augur annosa cornix.*
¶ Augūrālis, *e*, zum weissagen gehörig; ut, *Ius augurale*, quod continet formulas & observationes augurum: Cic. de Clar. Or. c. 77 *Appius Claudius tum auguralis, tum omnis publici juris antiquitatis quæ peritus.* Et *Auguralis cœna*, quam dabant augures in sacerdotii introitu, Varr. Re rust. 3, 6, quæ & *adjicialis* dicebatur: quamquam id nominis omnibus sacerdotalibus cœnis commune erat. Vide infra in IACIO. *Augurales libri*, quibus augurиorum disciplina continebatur, Cic. Divin. 1, 33.
¶ Augurale, *is*, n. subst. idem quod *Auguraculum* s. *Auguratorium*, locus in castris, ubi auguria capiebantur sive auspicia, meminit Tacitus Ann. 2, 13, 1 & 15, 30, 1. v. ibi Lipsium & 5 de Militia Rom. Dial 5, simulque ad illum locum animadversionem Rutgersii Var. Lect. 3, 20. Adde Scalig. ad Varron. de L. L. p. 24. Ille locus augurii sive auspicii etiam *Templum* vocabatur, de quo suo loco. ¶ 2. Tabernaculum ducis *Augurale* dictum docet Quintil. 8, 2, das hauptquartier. v. Burm. p. 671 sq. ubi copiose de hoc vocabulo disputat. ¶ 3. Aliud AVGVRALE apud Senecam de Tranqu. an. c. 12 *Quæ dignitas cujus non prætextam & augurale & loca patricia & sordes coluerunt?* Ibi AVGVRALE insigne augurum est, ut *Lituus.* Nisi *auguralem* legere debeamus, ut vestis ac purpura sacerdotum intelligatur; quod Lipsio in mentem veniebat.
¶ Augūrāculum, *i*, n. locus augurii, der weissagungs-platz. Festus: *Auguraculum appellabant antiqui, quam nos arcem dicimus: quod ibi augures publice auspicarentur.*
¶ Augurius, *a, um*, idem quod *augurālis*; ut, *Cognitio juris augurii*, Cic. fam. 3, 9. *Scientia juris augurii*, Id. de Sen. c. 4. conf. Gell. 6, 6, & præf.
¶ Augūrium, *i*, n. subst. divinatio, oraculum, wahrsagung, zeichendeutung. Virg. Æn. 3, 89

Da Pater augurium, atque animis illabere nostris:

Thu uns ein zeichen. Cic. Tusc. 1, 15 *Augurium quoddam futurorum in mentibus horat.* Homerus Iliad. μ v. 243

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης,

Augurium unum optimum pro patria pugnare:

Quemadmodum & apud Cic. de Senect. c. 4 Q. Fabius Maximus ait: *Optimis auspiciis ea geri, quæ pro reipublicæ salute fiant.* Varro de L. Lat. 5 *Augures augurium agere dicuntur, cum ideo plura dicant, quam faciant.* v. de formula, *augurium agere*, Menck. Observ. L. L. v. *Augurium.* Fuerunt eadem & apud Græcos, barbarosque in pretio. ¶ 2. *Auguriam capere* dicebantur non magistratus, cum nocte, ante quam magistratum inirent, sub dio extra urbem cubantes, dein solida sella sedentes, in loco ei rei destinato, exspectarent, dum ipsis Deus aliquod bonum signum mitteret. Casaubonum, qui illud Suet. Aug. c. 95 *Primo consulatu ei augurium capienti, duodecim se vultures, ut Romulo, ostenderunt*, de Candidatis explicaverat, refellit H. Valesius ad Dionem, cujus verba suæ etiam editioni adjecit Græevius. Captabantur autem auguria, ex *involatu avium, cantu ossium*, & *tripudiis solistimis*, ut breviter complexus Cicero est fam. 6, 6. Quid *Oscines*, item *Tripudia solistima* sint, vide suis locis. Cæterum inter *auguria auspiciaque* hoc est discriminis, quod *Auspicia* in agris: in urbe *Auguria* fierent, si Gutherium audimus de Vet. Iure Pontificio 3, 3. Quidam ita distinguunt: ut *auspicium* sit avium conspectio, & quod ex volatu avium, & vocibus significatur: *augurium* vero, quod rerum omnium conjecturas prudenter ac diligenter complectitur: & tamen *augurium* quoque ab *avibus*, ac *gerendo* dicitur, quasi *avigerium*, sive ab *avium garritu* secundum Festum. Quibus avibus ad quas res uterentur, vid. præsertim Cuper. ad Cic. fam. 6, 6: ed. Verb.
¶ Augūro, *avi, atum, are*, i. e. divinare, prophezeyen, weissagen. Plaut. Cist. 4, 2, 26 *Oculis investigans astute augura.* Cic. de Rep. apud Nonium 7, 7 *Vtinam vere, fideliter, abunde ante auguraverim.* Virg. Æn. 7, 273 *Si quid veri mens augurat.*
¶ Augŭror, *atus sum, ari*, idem. Cic. Divin. 1, 33 *Calebas ex passerum numero belli Trojani annos auguratus est.* conf. Id. fam. 6, 6. Curt. 10, 5, 13 *Bella, quæ secuta sunt, mentibus augurabantur*, sie sahen sie im geist vorher. ¶ 2. *Augurari* idem ac existimare, judicare, urtheilen, dafür halten. Hinc utitur Cicero his formulis, *Augurari opinione*, pro Muræn. c. 31; *conjectura*, de Orat. 1, 21; *ex nomine*, Verr. 2, 6. Ovid 3 Pont. 4, 80 *Contentos auguror esse DEOS*
¶ Augurandus, *a, um*, das man weissagen kan. Cic. Nat. D. 2, 64 *Aves quasdam rerum auguurandarum caussa esse natas putamus.*
¶ Auguratus, *a, um*, passive, geweihet. Cic. in Vatin. c. 10 *In illo augurato templo ac loco.* Et hinc absolute
¶ Augurato, licet auspicato, adverbii significatione, zur guten stunde, mit glückseligen zeichen. Liv. 1, 18 *Augurato regnum adeptus est.* Id. 5, 54 extr. *Cum augurato liberaretur Capitolium*, (i. e. reliquorum Deorum religionibus, quibus inauguratum fuerat) *Iuventas Terminusque moveri se non passi.*
¶ Auguratus, *us*, m. subst. munus auguris, das wahrsager-amt; ut *Auguratu præditus.* Tac. An. 1, 62 extr. Et Plin. 4 epist. 8 *Ob hoc maxime delectat auguratus meus, quod Marcus Tullius augur fuit.* Et ipse Cic. Divin. 1, 17 *Lituus clarissimum est insigne auguratus.* Conf. fam. 2, 17; & Flor. 1, 5, 4.
¶ Auguratio, *ōnis*, f. vaticinium, die wahrsagung. Cic. Divin. 2, 30 *Quæ ista auguratio est ex passeribus?*
¶ Augurator, *ōris*, m. ein weissager. Hinc
¶ Auguratrix, *īcis*, f. eine weissagerin; ut, *Mulier auguratrix*, Fest. in *Lingulaca.* conf. Vulg. Int. Es. 57, 3.

Compositа:

¶ Exauguro, *are*, τῷ *inaugurare* contrarium est! ex sacro facere prophanum, entweihen, secularisiren. Liv. 1, 55 *Exaugurare fana sacellaque statuit.* Capitol. in Marco c. 4 *Multos inauguravit & exauguravit.*
¶ Exauguratio, *ōnis*, f. actus exauguandi, die entweihung, secularisation. Liv. 1, 55 *Quum omnium sacellorum exauguraliones admitterent aves.*
¶ Inauguro, *are*, idem quod *augurare*, vel *augurari*, weissagen. Plaut. Aul. 2, 1, 11 *Impetrium, inauguratum est: quovis admittunt aves.* Quod Plautus *inauguratum*, id Accius, simplici usus, *auguratum* dixit in eo, quem Cicero Divin. 1, 22 allegat, vers. 11

Auguratum est, rem Romanam publice feminam fore.

Liv. 1, 7 *Palatinum Romulus, Aventinum Remus, ad inaugurandum capiunt*, id est, ad capiendum augurium. ¶ 2. *Inaugurare locum* est capto augurio locum rei gerendæ auspicatum deligere, einweihen, einsegnen. Liv. 3, 20 *Augures jussi adesse ad Regillum lacum locumque inaugurari, ubi auspicato cum populo agi posset.* Florus 1, 7, 8 *Templum erexit: quod cum inaugurare tur, cedentibus ceteris diis restitere Iuventas & Terminus.* Cum destinassset Tarquinius in monte Tarpejo Iovi ædem condere, locus structuræ augurio capiendus erat. Non enim ædes sacra, nisi in *templo*, hoc est, loco augurato capto & ita consecrato, exstrui poterat. Hic cum in area futuri templi aliorum jam ante Deorum essent sacella, perque augurium consulerentur dii illi, vellentne Iovi concedere; in reliquis addixerunt aves, sive significarunt cessuros deos; in Termini vero & Iuventæ fano non admiserunt aves, ut Livius in hac ipsa re loquitur 5, 54. ¶ 3. Hinc simpliciter pro *consecrare, dedicare* sumitur: transferturque ad homines ipsos etiam, cum in provinciam aliquam ac munus solenniter immittuntur, in ein amt anweisen, investiren. Cic. Phil. 2, 43 *Quid igitur cessas? cur non inauguraris? Iame diem: vide qui te inauguret.* Suet. Cal. c. 22 *Augur in locum fratris sui destinatus, prius quam inauguraretur, ad pontificatum traductus est.* Cæterum reges etiam antiquissimos inauguratos esse, testis Numa Liv. 1, 18. Et, *Inaugurare in locum alterius aliquem*; Idem dixit 30, 26.
¶ Inauguratus, *a, um*, eingeweihet, eingewiesen. Cic. de Claris Orat. pr. *Cooptatum me ab eo in collegium recordabar*, & INAVGVRATVM *ab eodem* &c. Liv. 1, 43 *Centuriæ inauguratæ.* Tralate Apul. Met. 7 p. 191 *Cœna poculisque magnis inauguratus.* ¶ 2. *Inauguratus* contraria notione idem est ac inauspicatus, & mali ominis Vet. Gloss. *Inauguratus* ἀκατασκεύαστος.

¶ Inaugurato, pro auſpicato, i. e. capto & impetrato augurio: ſive feliciter, mit heiligem gebrauch. Liv. 1, 44 *Inaugurato conſecrabant.* Et 1, 36 *Id inaugurato Romulus fecerat.* conf. 5, 52.

¶ Inauguratio, *onis*, f. die einweihung, einſegnung. Tertull. adv. Valent. 11 *Inauguratio quædam dividendæ doctrinæ.*

¶ Inauguralis, *e*, adj. uſu receptum, zur einführung gehörig.

AVGVSTVS, *a, um*, majeſtätiſch, herrlich, heilig, geweiht. Non ab *avium* geſtu guſtuve, ut volunt grammatici, ſed ab AVGEO, *Auguſtus* eſt. Neque enim ultima terminalis TVS magis aliquid ſignificat, aut aliunde habet originem, quam in *Veneſtus, Robuſtus* ſit: quorum alterum a *Venere*, alterum ab *robore* venit. AVGERE, verbum ſacrorum fuiſſe; ut *immolare, mactare, adolere*; cumque iis eamdem habuiſſe vim, ſupra annotatum nobis eſt. Quoniam itaque hoſtiæ cum reſpergerentur mola ſalſa, quod *augeri* dicebant, conſecrabantur, ſeu ſacræ fiebant: hinc *Auguſtus*, ſacer ſanctusque & conſecratus quaſi eſt. Ver. Gloſſ. *Auguſtus* Σεβαστός, ἱερὸς, σεβάσμιος. Vnde Livio Præfat *Auguſtiora principiis urbium facere*, & *conſecrare origines*, idem eſt. Ovid. Faſt. 1, 609

Sanctæ vocant Auguſta patres: Aug ſta vocantur
Templa ſacerdotum rite dicata manu.

Suet. Aug. c 7 *Loca quoque religioſa, & in quibus augurato quid conſecratum, AVGVSTA dicuntur, ab* AVCTV: addit ſtatim: *vel ab avium geſtu, geſtare: ſicut etiam Ennius docet ſcribens:*

Augurio augurio poſtquam inclyta condita Roma eſt.

ut adeo dubitaverit ipſe Suetonius, utra ſit verior etymologia *Auguſti*, illane ab *augendo*, an hæc ab *augurio, avium*ve *geſtu, geſtare*. Ac hanc poſteriorem Voſſio ſe magis hic probat Etym. f. 55, 56, niſi quod ſimpliciſſime ab *augurio* deducit illudque *ſtus* non niſi pro terminatione habet, perinde ut 11, quibus ab *augendo* dictus videtur Auguſtus. *Num erit*, inquit, *ab augurio Auguſtus, quomodo (ut in conjectaneis ſcripſit Scaliger,) ab unco eſt ungſtus, a ſale ſalſtus, a vero verbaſtus, at cauo verbaſtus apud Pacatum, & ſi Varronem ſequimur, a cocio coruſtus, & per ευχωπὴν cruſtus.* Veracunque vero ſententia placeat, eo tandem res abit, ut *Auguſtus* propriè ſit (ſive augurio, ſive in modum hoſtiæ, mola ſalſa) conſecratus. v. Bernegg. ad Suet. Cæſ. c. 7, 5. Vir doctus in Mitc. Obſ. 6, 598 verba illa non Suetonii, ſed grammatici Gloſſema eſſe, conjicit. Denique ſi ad analogiam, aliquam res omnino revocanda eſt, ut a *robur rob ſtus*, ita ab *augur augſtus* commodiſſime derivabitur. ¶ 2. Adjective autem *Auguſta* dicebantur, non ſancta ac religioſa tantum conſecrataque; ſed omnia, quæ ſpecie magnifica venerabilia erant & excellebant. Virg. Æn. 7, 170

Tectum auguſtum, ingen., ſ, ostem ſublime columnis.

Sic *Auguſtiore forma vir*, Flor. 1, 1, 18, von majeſtätiſchem anſehen. *Gravitas auguſta*, Ovid. Met. 6, 73. Catull. 63, 80 *Auguſta mœnia* dixit ex eo, quia auguſto augurio (ut ex Ennii verſu ſupra citato intelligimus) ponebantur mœnia, quomodo Scaliger ad Catull. p. 73 interpretatur. Græcibus etiam attelliſur hoc adjectivum. Liv. Præf. *Auguſtiora primordia*. Id. 1, 8 *Cetero habitu ſe auguſtiorem fecit*. Sic *Auguſtiores aræ*, Plin. Paneg. c. 52. Id. 2 epiſt. 11 *Dilata res in proximum ſenatum, cujus ipſe conſpectus auguſtiſſimus fuit*. Vopiſc. Tacito c. 7 *Vir auguſtiſſimus*. Pacatus Theodoſ. c. 6 *Auguſtiſſima quæque ſpecies pluviam creditur trahere de cælo*. Stat. 4 Silv. 8, 20 *Auſonia pater auguſtiſſimus urbis*. conf. Liv. 5, 41

¶ Auguſtus, *i*, m. ſubſtantive & olim & hodie imperatoris titulus, der Kayſer. vid. Tac. Hiſt. 1, 47, 2; 2, 80, 2; 4, 9, 2; &c. Primus *C. Cæſar Octavianus*, qui Iulio Cæſari ſucceſſit, & principatum imperii Romani inſtituit, appellatus AVGVSTVS eſt, id eſt, ſanctus, &, ſupra communem naturam, Diis ipſis proximus æſtimandus. Dio Caſſius lib. 53 cum de hac ipſa appellatione Cæſa is agit, ἄλλα, inquit, ἄλυπρα ἦν, ὡς γε ἐμοὶ δοκεῖν, πλέον τι ἢ κατὰ ἀνθρώπους ὄν, ἐτετιμήθη. πάντα γὰρ τὰ ἐντιμότατα καὶ τὰ ἱερώτατα, ἅσσα ἡμῖν παραγγέλεται: *AVGVSTVS, quaſi omnium natura amplior ipſe, cognominatus eſt: AVGVSTA enim ea, quæ humana dignitatem & ſanctiſſima ſunt, dicuntur.* Oprime totam rem explicat Florus 4, 12, 66 *Tractatum etiam in ſenatu; an quia conditoſſet imperium, ROMVLVS vocarıtur. Sed ſanctius ac venerabilius viſum eſt nomen AVGVSTI: ut ſolicet jam tum, dum colit terras, ipſo nomine & titulo conſecraretur.* Patet hinc eorum error, qui ab augendo, ſeu amplificando imperio, id principi maximo inditum primo, & poſtea ſucceſſoribus commune factum, exiſtimarunt. Ex quo & hodieque imperatores, ju allen ſetten mehrer des Reichs appellentur. Circa quod & illud notandum eſt, falſos eſſe & hos, qui illud SEMPER AVGVSTVS, ab Accuſio deum inventum factumque putaverunt. Longe enim vetuſtius eſt: quippe quod apud Symmachum 2 epiſt. 30 & lib. 10 in plurimarum epiſtolarum præſcriptionibus, nec non apud Auctorem Panegyri. i Maximo & Conſtant. Augg. inque plurimis inſcriptionibus antiquis legitur. Vbi & AETERNI PRINCIPES AETERNI IMPERATORES appellantur. Nos hanc unam nunc adduxiſſe erimus: conſenti: AETERNO PRINCIPI D. N. FLAVIO CLAVDIO IVLIANO VBIQVE VENERANDO. SEMPER-AVG. BONO REIPVBL. NATO. Ita enim *Saturnus, Iupiter, Mars, Auguſti* occurrunt in Inſcriptionibus adulationis cauſſa, ut ſupplicantes Diis etiam ſuorum temporum Auguſtos adorarent. vid. Reineſ. Inſcript. 1, 44 p. 88. De titulo autem Auguſtorum more ſuo agit Spanh. de uſu & præſt. num diſſ. 12 p. 371-385. ¶ 2 Ceterum de ipſo *C. Iulio Cæſare Auguſto*, qui primus hoc nomen familiæ ſuæ & ſucceſſoribus intulit, præſtat nihil quam pauca dicere, ex Suetonio præſertim & Dione Caſſio hauriendo. Fragmenta operum AVGVSTI collegit ac notis illuſtravit Rutgerſ. Var. Lect. 2, 14 repetiitque & auxit I. A. Fabricius. ¶ 3. *Iulius ſtus* appellatus mons Cælius, Tac. An 4, 65, 4 ¶ 4. *Auguſti* nomen & menſi datum, qui antea *Sextilis* appellatus fuerat; quod ſextus eſſet a Martio, qui ſub Romulo principium anno dedit, der anfangsmonat. Datum id fuit Auguſti honori, qui conſulatum primo hoc menſe inierat, & tres triumphos intulerat in urbem, ſinemque fecerat civilibus bellis, ut Macrobius auctor eſt Sat. 1, 12.

¶ Auguſta, *æ*, f. nahl. die Kayſerin. Nam *Auguſtæ* etiam conjuges imperatorum appellatæ, Tac. An 1, 8, 2; 12, 26, 1: leg. 31 ff. de legibus &c. Item, matres, aviæ, filiæ, neptes, fororesſ licet nunquam auguſti conjugii conſortes. v. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 11 p. 263. ¶ 2. Eſt & *Auguſta* civitatum nomen, ut *Auguſta Caſarea* (Saragoſſa), *Auguſta Emerita*, (Merida) civitates ſunt Hiſpaniæ: *Auguſta* vero *Trevirorum*, Trier; *Auguſta Vindelicorum*, Augſburg; *Auguſta Rauracorum*, Augſt bey Baſel; *Auguſta Taurinorum*, Turin in Piemont; (Tac. H. 2, 66, 3.) *Auguſta Sueſſonum*, v. infra *Sueſſa*. De ſingulis & aliis pluribus, conſule geographos. Ejusdem dignitatis erant, quæ *Sebaſtæ*, Græco nomine, in oriente maxime, itidem in Auguſti imperatoris honorem fuerunt appellatæ. v. g. in Ponto, Samaritide &c. Auguſtus enim σεβαστὸς vertitur, ut ſupra dictum fuit.

¶ Auguſte, adverb. heilig. Cic. Nat. D. 3, 21 *Auguſte & ſancte venerari Deos*. Id. de clar. Orat. c. 21 *Dicere de religione auguſtius.*

¶ Auguſtalis, *e*, adj. kayſerlich, herrſchaftlich; ut, *Ludi Auguſtales*, honori memoriæque Auguſti dicati, Faſtisque additi, de quibus Tac. An. 1, 15, 3 & c. 54, 2. Erat & facerdotum collegium inſtitutum honori cultuique Auguſti, qui *Sacerdotes*, item *Sodales Auguſtales* appellabantur, quorum Suetonius & Tacitus non ſemel meminerunt; qui abſolute ita vocabantur. Tac. Hiſt. 2, 95, 2 *Fuere* AVGVSTALES *ſubditerum: quod Sacerdotium, ut Romulus Tatio regi, ita Cæſar Tiberius Iulia Gemi ſacravit*. Appellati *Auguſtales* & milites fuerunt; quos ordinariis junxit Auguſtus, de quibus Vegetius de Re mil. 2, 7. Sic in Inſcript. ap. Fabrettum p. 90 M. NOMEICIVS. M. F. PAL. NOMESIANVS. MAGISTER. AVGVSTALIS. COLONIAE. & p. 183 DECVRIONES. AVGVSTALES.

¶ Auguſtale, *is*, n. ſubſtantive, tabernaculum imperatoris appellatur, das hauptquartier. Quintil 8, 2 de abuſione, ſeu catachreſi agens; *Carmen funebre propriæ* NENIA: & *tabernaculum ducis* AVGVSTALE. Quod apud Tacitum Ann. 2, 13 Muretus quoque agnoſcit; ſed ibi *Augurale* legendum eſt.

¶ Auguſtalitas, *ātis*, f. dignitas militum Auguſtalium. Inſcriptio vetus apud Gruterum p. 215 n. 2 QVI AD MVNVS AVGVSTALITATIS COMPELLENTVR. Et p. 354 n. 7 HVIC ORDO DECVRIONVM OB MERITA EIVS HONOREM AVGVSTALITATIS GRATVITVM DECREVIT. conf. Cod. Theod. l. 13 t. 11.

¶ Auguſtalicus, *a, um*, ad Auguſtales pertinens. Vetus inſcriptio apud Fabrettum p. 486 EX TESTAMENTO EIVS DECVRIONIBVS SING. IIII. AVGVSTALICIS III. PLEBEI INTRA MVRVM HABITANTIBVS DEDERVNT.

¶ Auguſtalianus, *a, um*, idem ac *Auguſtalis*; ut, *Auguſtalianum officium*, Cod. lib. 11 t. 5.

¶ Auguſtanus, *a, um*, kayſerlich, vom Kayſer oder König her; ut, *Auguſtani equites*, Tac. An. 14, 15, 5. *Auguſtana lex*, Frontin. de Col. ed. Gœſ. p. 126 & 139. *Auguſtana colonia*, l. 1 ff. de Cenſib.

¶ Auguſtanicus, *a, um*, aliud adject. ut, *Auguſtanicæ foveæ*, Auct. de Limit Gœſ. p. 265.

¶ Auguſtiānus, & Auguſteānus, *a, um*, idem. Suet. Ner. c. 25 *Sequentibus carmen ovantium ritu plauſoribus, Auguſtianos, militesque ſe triumphi ejus clamantibus.* Sic *Auguſtianum bellum*, Front. de Col. p. 106 & 139. Et *Auguſteani limites*, ibid p. 139.

¶ Auguſtinus, *a, um*, etiam ab *Auguſtus* eſt, ut a *Criſpus, Criſpinus*. Agg. Vibicus Gœſ. p. 72 *Silvæ & paſcua publica Auguſtinorum*, i. e. colonorum in colonia Auguſta. Vſus & Suet. Claud. c. 11 *Circenſi pompa currum elephantorum Auguſtino ſimilem decernendum curavit*. Pro quo in Codd. quibusdam *Auguſteo* legi, Heroaldus obſervat. Nam &

¶ Auguſtīnus, *i*, m. Hipponenſis epiſcopus, maximæ inter patres Latinos auctoritatis. Medio fere ſeculo Chriſtiano quarto parentibus Patricio & Monica natus eſt, tenuioris fortunæ hominibus, receus ad fidem convenis. Patria ipſi Tagaſte fuit, Africæ oppidum. Annum ætatis vigeſimum prætervectus in Manichæos incidit, quorum erroribus per integrum fere decennium implicitus hæſit, non ſine maximo Monicæ matris dolore. Quæ lacrymari ad Deum non deſiit, donec filium videret reverſum ad orthodoxos: non leve converſioni ejus momentum addente Ambroſio Mediolanenſium epiſcopo, quamquam huic non ex propoſito hauriendæ veritatis, ſed ex admiratione eloquentiæ aures accommodaviſſet. Reverſus ad Chriſtianam religionem profeſſione rhetorices, qua Mediolani functus erat, abiit, factus tandem præſul Hipponæ: qua in urbe & vivendi finem fecit anno Chriſti, ſi Baronium ſequimur, 430. Inter quatuor Latinos eccleſiæ patres, ut vocantur, cardinales, (cæteri ſunt Hieronymus, Ambroſius, Gregorius,) magnum imprimis nomen ejus reddidit ingenii ſubtilitas, & in diſputando robur ac ſolertia. Quibus quidem dotibus in gloriam Dei uſus eſt adverſum ſui ſeculi hæreticos, Manichæos inprimis, Donatiſtas & Pelagianos, cum quibus acerrimæ ipſi contentiones fuere.

¶ Auguſteus, *a, um*, adj. in uſu eſt apud Frontin. de Colon. p. 119, 121, 122. ubi *limites & terminos*, rotundos in effigiem columnæ, *Auguſteos* vocat.

¶ Auguſto, *are*, anſehnlich und herrlich machen. Arnob. lib. 6 p. 201 *Dii, quos exterior tenuitas lenocinio fulgoris auguſtat.*

¶ Auguſtodūnum, *i*, n. Æduorum urbs in Gallia, quam Auguſtus reſtauravit; vulgo *Autun*, vel melius *Auſun*. Meminit ejus Mela 3, 2: Tac. A. 3, 43, 2; &c.

¶ Auguſtodunenſis, *e*, gentile; ut, *Auguſtodunenſium oppidum*, Eumenii Paneg. pro reſtaur. Schol. c. 14.

¶ Exauguſtus, *i*, m. ab imperio depoſitus; ut, *Fridericus exauguſtus*, Sarisb. 2, 18.

Avia, Aviarium, avicula, Aviditas, avidus, vide *Avus, Avis, Aveo.*

AVIENVS Feſtus, poëta ſub Gratiani ac Theodoſii tempore vixit, de quo Servius in 10 Æn. Virg. Vertit Latine Arati Phænomena & Dionyſii Periegeſin

AVILLA, *æ*, f. quaſi ovilla, *agna recentis partus*, Feſt.

AVIS, *is*, f. ein vogel; cujus varia apud poëtas epitheta; ut *Aëria*, Ovid. de Arte 1, 26; *Vaga*, Horat. 4 od. 4, 2. *Varia plumæ veſticium*, Propert. 3, 12, 31. Avium aliæ *oſcines* ſunt, quarum e voce auguria captabantur, aliæ *præpetes*, e quarum volatu, in quantum ille felix eſt: ſi enim adverſus, vocantur *inhibæ*. vid. Serv. ad Æn. 3, 246, add.

Gic.

Cic. N. D. 2, 64. Aliæ *altiles*: quæ & *cortales* vel *cohortales* sunt Columellæ, Plinio etiam *fartiles*, quæ faginantur. Aliæ *Palmipedes* Plinio, quæ & *solidipedes*, ut anseres, anates. Aliæ *fissipedes*. *Inferæ* vocantur, quæ in vicinia terræ manent, ut passeres, hirundines, auctor laudatur Servius. Varro de Re rust. 3, 5 *Intra vetem aves sunt omne genus: maxime cantrices, ut luscinioles, ac merulæ*, &c. Ovid. de Arte 1, 627 de pavone

Laudatas ostendit avis Junonia pennas &c.

¶ 2. De avaris, literas laudantibus quidem, sed nullis officiis juvantibus, Iuvenalis Satyr. 7, 30

Didicit laudator avarus
Tantum admirari, tantum laudare disertos,
Vt pueri Iunonis aves. &c.

Avis alba de re rara & inusitata, quod de corvo extulit Iuvenalis Sat. 7, 202 *Corvo quoque rarior albo*. Cic. fam. 7, 28 *Quasi albam avem videntur bene sentientem civem videre*. ¶ 3. *Bonis avibus, fecundis avibus*, notæ locutiones sunt pro auspicio & omine fecundo, mit guten zeichen, zur glückseligen stunde. Liv. 6, 12 *Dii, qui fecundis avibus in præsium miserint*. Ovid. Fast. 1, 513 *Esse bonis avibus visi natoque mihique*. Huic contrarium *mala avis*. Horat. 1 od. 15, 5 *Mala ducere avi domum*, mit allem unstern. Id. Epod. 10, 1 *Malâ soluta navis exit alite*, &c. id est, *malo auspicio*. ¶ 4. Sermocinari aves nonnulli veterum crediderunt: earumque voces atque sermones Melampum, Tiresiam, Apollonium Tyaneum aliosque intellexisse, Porphyrius auctor est lib. 3 περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων. Peritiam istam cujusdam anguium generis esu parari, ex Democrito tradit Plinius 10, 49; & 29, 4; quo referenda etiam Philostrati lib. 3 de Vita Apollonii de incolis Paeuræ Indorum urbis narratio. Sed ista omnia merito fabularum loco Pisides habuit. Vide, quæ super ista re ad Venantii Fortunati Elegiam, de Resurrectione Christi observavit Buchnerus, itemque Vossius de Idololatr. p. 961. Certum quidem est, aves loquaces, psittacos & picas, vel singula verba, vel paullo plura edoctas. Sed id arte factum, docet Greg. Nazianzenus pulcherrimis versibus, quos habes apud Casaubonum ad Persii prologum p. 22. De Psittacis vid. Athenæus l. 9, de sturno & luscinia Cæsarum Plin. 10, 42, de perdice Plutarch. in Sympos. de corvis Augustum salutantibus Macrob. Sat. 2, 10. Avium volatu literas quaqua versum deletas memorat Lipsius Saturn. 2, 5. Adde Plin. 10, 37.

¶ Avicula, æ, f. minor avis, dimin. ex Gellio 2, 29.

¶ Avicella, vel Aucella, æ, f. idem; ut, *Avicellas coquere*, Apic. 4, 5. Alii legunt *Aucellas*. conf. ibid. 5, 3; & 8, 7; & Varr. L. L. 7, 40.

¶ Aucilla, æ, f. aliud diminut. Apul. 9 Met. p. 232 *Bona & satis fæcunda aucilla*. v. Meurf. part. 2 Exerc. Crit. l. 4 c. 8. Reinef. 2 V. L. 8.

¶ Aviarium, *i*, n. ὀρνιθοτροφεῖον, ein vogel-haus, vogelbauer. Colum. 8, 1; & Cic. ad Q. Frat. 3, 1. ¶ 2. *Aviaria* in plurali dixit Virgilius Georg. 2, 430 de silvestribus arboribus, avium domicilibus, loquens:

Sanguineis inculta rubent aviaria baccis.

¶ Avitium, *i*, n. geflügel, federvich. Pro multitudine avium dixit Apul. in Floridis extremis p. 366 *Tam pulchra ales, quæ ex omni avitio longe præcellit*.

¶ Aviárius, *i*, m. qui aviario præest, ein vogler, vogelwärter; apud Colum. 8, 3. In Vet. Gloss. & ὀρνεοτρόφος, *Aviarius*. Murat. Inscr. 971.

¶ Aviculárius, *i*, m. idem; ut, *Fistula aviculárii*, Apic. 8, 7.

¶ Avigerulus, *i*, m. idem; vel qui vendit aves. Cathol.

Avite, avitus, Avius, vide *Avus, Via*.

AVLA, æ, f. αὐλή, propriæ *atrium*, & locus subdialis, quo significatu Æpissime Homerus usus voce ἀυλῆς, vide supra, *Atrium*, der saal, hof. Romana simplicitas ad ovile transtulit; ut, *Vacuam pastoris in aulam reducere oves*, Propert. 3, 12, 38. Virg. Ge. 4, 202 apum cellulas vocat *aulas & cerea regna*. conf. Ibid. v. 90. Adde Petron. Burm. p. 679. ubi *aurata cella* tigidis est cavea portatilis. Ita alia consepta animalium *aulæ* passim dicuntur. vid. Vlit. & Burm. ad Grat. Cyneg. 169. ¶ 2. Deinde regia, ein fürsten-hof, herren-hof. Vet. Gloss. *Aula, οἶκος βασιλικός*. Curtius 8, 2 *Hanc quamquam aulæ & usui tantum accommodatus ingenio*, der sich nicht nach hofe schickt. Lucanus 8, 494

Exeat aula,
Qui volet esse pius; virtus & summa potestas Non coëunt.

Seneca in Hippol. v. 981 *Fraus sublimi regnat in aula*. ¶ 3. Veteres pro *ullo & aulam* dicebant, quod apud Plautum non semel legitur. Inde etiam *Aulularia* Plauti fabula nomen habet, de qua statim. add. Curc. 2, 3, 89; Rud. 1, 2, 47. vid. etiam Fest. & Nonius 15, 1; & Cato R. R. c. 85. Hinc &

¶ Aular, vel Ollar, operculum aulæ vel ollæ, eine stürtze. Varro de Re rust. 3, 15 *Aular impositum*.

¶ Aulula, æ, f. dimin. ein töpflein. Hinc

¶ Aululária, fabula Plauti, ab olla plena auri, quam Euclio repepit in domo patris sui. v. argumentum fabulæ.

¶ Auxilla, æ, f. aliud dimin. ab aula vel olla, ein töpflein. *Auxilla parvula olla*, Festus.

¶ Aulion, *i*, n. ἀυλιον, aliud diminut. ein behältniß. Cato apud Varr. de R. R. 2, 4 de magnitudine fuccidiarum: *In Italia in scrobes, terna atque quaterna millia aulia, faccidia*.

¶ Aulícus, *a*, *um*, adject. zur hofhaltung gehörig; ut, *Apparatus aulicus*, hof-geräthe. Suet. Domit. c. 4. *Lictatores aulici*, Idem Nerone c. 45. *Reverentia domus aulicæ*, Spartian. Hadriano c. 11. *Aulici, ministri*, Capitolin. Pio c. 10. *Aulica convivia*, Sedulius lib. 1, 193

Aulica depasto mutans convivia fœno:
Nebucadnezarem mente captum intelligens. ¶ 2. *Aulica suavitas*, vide *Auleticus* in *Auletes*.

¶ Aulicus, *i*, m. subst. ein hofmann, hof diener. Nepos 14, 5, 2 *Datames non minorem invidiam aulicorum excepit*, i. e. purpuratorum. Suet. Cal. c. 19 *Caussa ab interioribus aulicis prodita*. Et Aur. Vict. Cæs. c. 5 *Aulicis canentibus*. Add. Mamertin. Grat. act. ad Iul. c. 11 & 19.

¶ Aulárius, *i*, m. in Gloss Isid. redditur *Aulicus, palatinus*, ein hof-cavalier.

¶ Aulæum, *i*, n. & *Aulæa* pluraliter, tapiche, fürhänge, ἀυλαία, sic dicta, quod aularum essent ornamenta. Virg. Georg. 3, 25 *Purpurea intexti tollant aulæa Britanni*. Propert. 2, 32, 12 *Porticus aulæis nobilis Attalicis*. Martialis 8 epigr. 28 sunt *Babylonica picta superba Tecta Semiramia quæ variantur acu*, de quibus eleganter Hadrianus: *Vidi est Pestine Flandrico jam Babylonis acu*, &c. tapeten, gewürckte oder, gestickte decken? *Vela picta* interpretatur Servius *Aulæa* in Virg. Æn. 1, 701, & nomen inde factum fetibit, quod in regis Attali aula primum inventa fuerint. Quod & ad illum supra c. 3 Georg. adjectum a nobis versum notat. Nisi potius sic a Romanis dicta hæc vela, quod primum in urbem ex aula Attali, cum ejus hæreditate crevisset populus, allata fuerunt. *Suspensa aulæa*, Horat. Sat. 2, 8, 54. ¶ 2. Donatus de Tragœdia atque Comœdia sub finem: *Aulæa quoque*, inquit, *in scena intexta sternuntur: quæ picturas ornatus exarat, ex Attalica regia Romam usque perlatus: pro quibus* SIPARIA *ætas posterior accepit. Est autem minimum velum, quod populo obsistit, dum fabularum actus commutantur*. De *Aulæo* theatrali seu mimico Cicero pro Cælio c. 27 ita meminit: *Mimi ergo est jam exitus, non fabulæ; in quo cum clausulæ non inveniuntur, fugit aliquis e manibus: deinde fabulæ cecidêre panni, aulæum tollitur*. Vbi singulari orator usus est. Ex Ovid. Met. 3, iii tq. apparet jacuisse humi vel in canali quodam involuta aulæa, quæ deinde tublata primum capita signorum ostenderent spectatoribus, deinde humeros &c. v. Nic. Loënt. misc. epiphyll. 2, 21. Adde Non. 14, 4.

¶ Aulæatus, *a*, *um*, aulæis exornatus. Mantuanus:

Aulæata domus, stratis asarota superbis.

¶ Aulicòquus, *a*, *um*, i. e. clixus, gesotten im topf. Festus: *Aulicoqua (aulicocta) cocta, quæ in aulis coquebantur, dicebant, id est, elixa* conf. Turnebi Adv. 22, 2.

¶ Diaulus, *i*, m. διαυλος, spatium duorum stadiorum, Vitruv. 5, 2. ¶ 2. Vir quidam ex medico factus vespillo apud Martial. 1 epigr. 31 & 48. ¶ 3. *Diaulus* vocat Apulej. de Herb. c. 93 nepetam montanam, die bergnäßte.

AVLAX, ăcis, c. ἀυλαξ, fulcus sive longa illa fossa, quæ aratro fit per terram tracto, die furche. Auson. epist. 10, 10 *Phœbus nunquam ipse torquet aulaca*.

¶ Aulix, ĭcis, idem esse videtur in Veget. de Re Veter. 1, 57 *In aulices offendere*.

AVLERCI, *orum*, m. pl. populi Galliæ, quorum alii *Brannovii*, alii *Cenomani*, alii *Eburones*, Cæs. B. G. 7, 75 &c.

AVLETES, *æ*, m. ἀυλητὴς, idem est ac tibicen, ein pfeiffer, schalmeyer, hautboist; ab ἀυλος, *tibia*. ¶ 2. *Auletes* est & proprium cognomen regis Ægypti, patris Cleopatræ, apud Strabonem lib. ult. De alio v. Virg. Æn. 10, 207.

¶ Auletris, *ĭdis*, f. eine pfeiffern, Gr. ἀυλητρὶς.

¶ Auléticus, *a*, *um*, ἀυλητικὸς; ut, *Auleticus calamus*, Plin 16, 36. Quam vocem non peccabit fortasse, si quis Martiano etiam Capellæ reddat lib. 9 p. 314 *Ichiadas quis nesciat cupolli auletica suavitate*. Vbi edit. Basil. a. 1577 l. 209 habet *aulica*. Sed tamen hoc ipsum, *aulica*, in sua quoque retinet Hugo Grotius p. 314 possisque defendere ex usu Græcorum, qui ut ab ἀυλητὴς dicunt ἀυλητικὸς, ita ab ἀυλὸς, tibia, ἀυλικὸς. ¶ 2. Mendose etiam scribitur *Auliticus*; unde

¶ Aulitica, *æ*, f. herba, quæ *Chamæmelum* dicitur, die camillen-blumen. Apul. de Herb. c. 23.

¶ Aulocrēne, *es*, f. ἀυλοκρήνη, regio minoris Asiæ, ubi plaranus ostenditur, qua pependit Marsyas tibiarum cantu victus ab Apolline Plin. 5, 29 & 16, 44.

¶ Aulœdus, *i*, ἀυλωδὸς, qui tibias inflanti alteri accinit. Cic. pro Mure. c. 23 *Ajunt in Græcis artificibus eos aulœdos esse* (ita legendum, non *auletas*) *qui citharœdi fieri non potuerint. Sic nonnullos videmus, qui oratores evadere non potuerunt, eos ad juris studium devenire. Aulœdos* legendum non *auletas*. Qui simul canere & citharam tractare, quod citharœdorum est, non possunt, accinunt alii tibicini vel auletæ. Auletas ab aulœdis ita differre, discere licet ex Pausa. Phoc. p. 322.

¶ Choraules, vide in *Chorus*; *Monaulus* in *M*.

Aulicoquus, aulicus, vide *Aula*.

AVLIS, *ĭdis*, f. Αὐλις, portus ingens navium quinquaginta capax insulæ Eubœæ, Agamemnonis Grajorumque cladis in Trojani conjurantium fracto, quemadmodum Pomponius inquit. Virg. Æn. 4, 426

Non ego cum Danais, Trojanam exscindere gentem
Aulide juravi, &c.

Difficilem navibus inde egressum fuisse, noto flante cumprimis, Strabo lib. 9 Geographiæ annotat. Hinc *iniquam classibus* Lucanus dixit 5, 236. conf. Propert. 4, 1, 109.

Aulix, Aulocrene, aulœdus, vide *Aulax, Auletes*.

AVLON, *ōnis*, m. urbs & portus Græciæ ad Adriaticum mare, e regione Safonis insulæ. Ptolem. hodie *Valona* appellatur. Vide Iac. Palmerii Græc. Antiq. 1, 32. ¶ 2. *Aulon* alia urbs Laconica est Stephano. ¶ 3. *Aulon*, qui & Caulon, oppidum vel mons est Calabriæ,

Nobilis & lanis & felix vitibus Aulon,

ut Martialis describit 13 epigr. 125. ¶ 4. *Aulon* Cilicius, maris pars, Plin. 5, 31.

AVLVS, *i*, m. pronomen erat Romanis familiare, quod prima tantum scribebatur litera, ut *A. Gellius*, &c. vide supra A. *Auli dicti, qui Diis alentibus nascantur*, ait Probus & Sigon. de Nom. Rom. ¶ 2. *Aulos* piscis genus Plin. 32, 9 & 11.

AVMĀRIVM, *i*, n. occurrit in Petronii Fragm. Burm. p. 673 *In aumarium memet conjeci*. De lectione certant critici. Fulgentio est *locus secretus publicus, sicut in theatris aut circo*. Hinc prorsus Laurenbergio in Antiqu. est *latrina publica*, ein gemeiner abtritt. Quid si dictantis balbi vitio ita scriptum est pro *armarium*? Legunt etiam *aumatium*.

Avocatio, avoco, &c. Avolo, vide *Vox, Volo*.

AVRA, *æ*, f. ἄυρα. flatus levis vel spiratio, ventulus matutinus, gelinde und liebliche luft. Quam alii παρὰ τὸ ἀεὶ ῥεῖν, dictam volunt, quod sit spiritus fluens, alii a Dorico, Ἀὼς, i. e. *Aurora*. Nam ab aurora maxime furgit: ut paullo post in *Aurora* dicemus. Suet. Aug. c. 97 *De nocte ad occasionem auræ evectus*; id est, furgentis auræ occasione usus. Virg. Æn. 4, 176, &c. *Attollere se in auras*, sich in die höhe schwingen. Horat. Sat. 2, 2, 79 *Divinæ particulam auræ* vocat animum.

anigum. Pro vento tamen magno etiam ponitur. v. Sil. 9, 501 & 522. Curt. 9, 4 *Perfiare ad ipſos auram maris.* ¶ 2. *Aura ſecunda*, pro ſucceſſu, a navigatione petita metaphora, das glück. Ovid. 2 de Ponto 3, 25

En ego non paucis quondam munitus amicis,
Dum flavit velis aura ſecunda meis &c.

Cicero paullo dixit diverſius in Verrem 1, 13 *Sperat ſibi auram aliquam poſſe afflari in hoc crimine*, id eſt, oſtendi ſpem aliquam, er könne noch etwa gnade erlangen. Cujusmodi & illud eſt pro Sextio c. 47 *Quem neque periculi tempeſtas, nec honoris aura potuit unquam de ſuo curſu dimovere.* Apud Livium 42, 39 pr. eſt *ſpei aura*, id eſt ſpes inſtar venti adſpirans: *Perſeus*, inquit, *in interiora regni recepit ſe, levi aura ſpei objecta.* Idem 3, 37 pr. *Libertatis captare auram*, i. e. ipem anſulgentem. ¶ 3. Format hac vox nonnullas phraſes poëticas: ut, *Carpere vitales auras, Veſci aura aetherea*, pro eſſe ſuperſtitem, leben. Virg. Æn. 1, 392 & 550; & 3, 355. Sic & *Auram commanem hauſire*, Quintil. Proœm. lib. 6. ¶ 4. *Aura popularis*, ſignificat applauſum vel favorem vulgi, die gunſt bey dem pöbel; ut, *Homo popularis auræ*, pro eo, qui populo placere ſtudet, der dem gemeinen volcke ſchmeichelt. Liv. 42, 30. Id. 3, 33 *Adeo novum ſibi ingenium induerat, ut plebicola repente omniſque auræ popularis captator evaderet, pro truce ſævoque inſectatore plebis.* Id. 6, 11 *Iam aura non conſilio ferri.* Id. 22, 26 *Auram favoris popularis ex invidia petiit.* Conf. Drakenb. ad Sil. v. 618, & Liv. 6, 11. Virg. Æn. 6, 815

Sequitur jactantior Anchiſes,
Nunc quoque jam nimium gaudens popularibus auris:

Vbi Servius; *AVRIS*, i. e. *favoribus. Vnde & AVRARII dicuntur Favitores.* Tacitus *Rumorem plebis* vocat Hiſt. 2, 91, 2. ¶ 5. Idem Virgilius Æn. 6 de ramo aureo agens v. 204

Diſcolor unde auri per ramos aura refulſit:

Vbi Servius: *AVRA AVRI ſplendor auri.* vide *Aurum.* Horat. 2 od. 8, 23 *Tua ne retardet aura maritos*, i. e. tua venuſtas. Sed poſſumus hic etiam *auram* pro rumore & celebratione accipere, qua Barine per urbem ferebatur. Ita enim & Virgilius *auram famæ* dixit Æn. 7, 646

Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura.

¶ 6. *Aura* & *umbra* a librariis permutantur. v. R. Bentl. ad Hor. L. 1 od. 22.

¶ Aurula, *æ*, f. dimin. Hieronym. epiſt. 141 ad Marcellam: *Græcarum literarum quamdam aurulam ceperat*, er war im Griechiſchen nicht weit gekommen. Et Tertull. de Anima c. 28 *Quid ſi ſuperſtites aliquas famæ aurulas hauſit?*

¶ Aurarius, *i*, m. aurę captator, vide ex Servio in *Aura* n. 4.

¶ Aurivolus, *a*, *um*, per auras volitans, in der luft fliegend. Gu. Brito Phil. 10 v. 380 *Aurivolis replicantes aëra ſignis.*

Auramentum, aurarius, *a*, vide *Aurum.*

AVRATA, *æ*, f. Græce χρυσοφρυς, variolus piſcis, die forelle, quem omnium piſcium guſtus ſuaviſſimi eſſe ſcripſit Athenæus. Appellatio Germanica, forellen, videtur eſſe facta ex Latina *variolus.* Sed *variolum* eſſe *auratam*, multis certe ex rationibus dubitari poſſit, cum piſcis ille, quem *auratam* dicunt, in capite tantum & ore aurei quiddam coloris habeat; *Variolus* autem *tratta* ſit vel *truta.* Vide ſuo loco. *Aurata* igitur, ein güldenbrachſme oder ſeebrachſme: *Aurata fluviatilis*, ein monſiſch, goldfore. Geſner. De hac Martialis 13 epigr. 90

Non omnis laudem pretiumque aurata meretur,
Sed cui ſolus erit concha Lucrina cibus.

Eleganter Hieronymus epiſt. 28 ad Lucinum: *Piſcator hominum, miſſo rete apoſtolico, te quoque quaſi pulcherrimam auratam inter innumera piſcium genera traxit ad littus.* ¶ 2. Ab hoc piſce, quod ei cariſſimus fuiſſet, cognomen invenit Sergius quidam, ut *Aurata* vel *Orata* (ſolebant enim veteres pamm *o* & *au* promiſcue uſurpare; quod mox & in *auricbalcum* apparebit,) diceretur, de quo Macrobius 3 Sat. 15 atque alii, quos in Onomaſtico citat Glandorpius f. 789.

Auratilis, aurator, auratura, auratus, Aurea, aureax, vide *Aurum, Auris.*

AVRELIA, *æ*, f. civitas Galliæ; & *Aurelianenſis urbs*, Orleans, Sidon ep. 8, 15.

AVRĒLIVS, *a*, familiæ nomen, e. gr. *M. Aurelius Cotta*, *Aurelia Oreſtilla*, Catilinæ uxor. ¶ 2. *Aurelia via*, maritima, Roma Piſas ferens. Cic. Catil. 2, 4 *Demonſtrabo iter: Aurelia via profectus eſt.* Rutil. Itiner. 1, 39 *Poſtquam Tuſcus ager, poſtquamque Aurelius egger &c.*

¶ *Aurelii gradus* Romæ, turba Iudæorum aliusque colluviei locus refertus, quod apparet ex Cic. pro Flacco c. 28 pr.

¶ Aurelii plures fuerunt. *Sext. Aurelius Victor*, qui ſub Conſtantio floruit, Afer vulgo, & auctor creditur libri de Viris illuſtribus urbis Romæ & de Cæſaribus, nec non libelli, de origine gentis Romanæ. Sed alius junior ejusdem nominis Epitomen vitæ imperatorum ſcripſiſſe dicitur. v. Voſſ. de Hiſt. Lat. 2, 8 & 15, & Hankius de Rom. Rer. ſcript. 1. 1 p. 151. ¶ 2. Multorum etiam Imperatorum hoc nomen fuit, poſtquam ab Hadriano *T. Aurelius Antoninus*, cui *Pii* poſtea cognomen hæſit, adoptatus eſſet. Inde enim tum Divi fratres, quos ipſe adoptavit, *Antoninus Philoſophus* & *L. Verus*, tum *Commodus*, *Caracalla*, *Elagabalus*, multique alii, *Auſelii* ſunt appellati. vid. qui de familiis Romanis ſcripſere: v. gr. Ant. Auguſtinus, &c.

¶ Aurelianus, *i*, Imperatoris Romani & aliorum etiam nomen.

Aureolus, aureleo, aureus, vide *Aurum.*

AVRĪCHALCVM, & Orichalcum, *i*, n. *æs cyprium* eſt, luteo infectum & mutatum colore, meſſing, ὀρείχαλκον: *æs coronarium* dicunt etiam. Horat. Arte v. 202 *Tibia non ut nunc orichalco vincta* &c. ubi Vet. Schol. *Ære*, inquit, *græce mone eſt latine*, χαλκὸς *æs: ὀρείχαλκος, æs montanum, quod in montibus colligitur, vel Auricbalcum quaſi æs auri.* conf. Servius in Virg. Æn. 12, 87. Factum itaque nomen creditur ex *auro*, & Græca voce χαλκὸς, quæ æs ſignificat: quod vulgo opinio teneret, id genus metalli ex *auro* & *ære* conflari terra Cadmia addita, quemadmodum electrum ex auro atque argento componebatur. Sed *Auricbalcum* ejusmodi in rerum natura inveniri negat ad l. eſtum Scaliger, auctoritate Ariſtotelis maxime fretus. Nec probabile, ex Græco & Latino verbum unum conflari, ut ſimilius vero ſit, ex ὄρος *mons*, eſſe priores ſyllabas, unde etiam correpta prima Horatio. Interim tamen fictitium iſtud *auricbalcum*, quamvis nusquam eſſet, quaſi eſſet tamen, pluris, quam aurum ipſum, veteres æſtimarunt. Plaut. Cure. 1, 3, 45. PH. *Auro contra cedo modeſtum amatorem: a me aurum accipe.* P. *Cedo mihi contra auricbalco, cui ego ſame ſerviam.* Add. Mil. gl. 3, 1, 64. Et Pſeud. 2, 3, 22 tamquam de re ſummi pretii, *auricbalco*, inquit, *contra carum non fuit.* Ipſum vero auricbalcum vel orichalcum, quod initio deſcripſimus, ſatis vili erat pretio. Cic. Off. 3, 23 *Si quis aurum vendens orichalcum ſe putet vendere.* conf. Lactant. Epit. c. 1. Et Suet. Vit. c. 5 *Pro auro & argento ſtannum & orichalcum ſuppoſuiſſe.* Sed poteſt *auricbalcum* non ab auro quidem, ſed ideo dici, quod apud Veteres o & AV mutuas operas præſtarent, & alterum pro altero poneretur. Ita enim *pluſtrum* & *plauſtrum*, *olla* & *aula*, *orea* & *aurea* dicebant. Vnde & *Orichalcum.* Nec tamen damnanda eſt ſcriptura *auricbalcum*, ſi eruditis *orichalcum* magis forte placuerit. Nam & iſtam reperire licet in Pandectis Florentinis Lege 45 de contrah. emt. & alibi. v. Torrent. ad c. 1. Suetonii.

Auricilla, Auricoctor, auricolor, auricomus, Auricula, &c. Aurifer, aurifex, auriflluus, aurifodina, vide *Auris, Aurum, Auris, Aurum.*

AVRĪGA, *æ*, m. ἡνίοχος, gubernator currus, ein fuhrmann, kutſcher, quaſi *Aureiga*, qui aurea, i. e. freno, (de quo mox in *Auris*) equos regit vel agit. Vel ab ἀωρα, quod eſt penſile vectabulum: Latini exulerunt *aura*, indeque qui curriculum hoc ageret, *aurigam* dixiſſe videntur. Ovid. de Phaethonte Met. 2, 327 *Currus auriga paterni.* Claudian. de Mall. Theod. conf. v. 187

Deſidis aurigæ non audit verbera currus, &c.

¶ 2. Strictius ſumitur pro iis, qui in Circenſibus ludis bigis, trigis, quadrigisve decertabant, unde *bigarii*, *trigarii*, *quadrigarii* dicti: qui alias *agitatores* apt eliabantur tenuer. Suet. Cal. c. 54 *Sed aliorum generum artes ſtudioſiſſime exercuit, Thrax & Auriga, idem cantor & ſaltator.* Propertius 4, 2, 35

Eſt etiam auriga, ſpecies Vertumnus, & ejus
Tragicus alterno qui leve pondus equo:

In quo ſignificat, agitatorum genus quoddam *Vertumnos* appellari: de quo alibi neque Scaligero neque Paſſerato quicquam eſt lectum. Vet. Gloſſ. *Auriga, Agitor* (Lege *Agitator*) ἡνίοχος, ἐλάτης. Aliæ Gloſſæ Græco-Latinæ, ἐλατης ἵππων *Agitator.* Erant autem Aurigæ illi in quatuor factiones, diverſorum colorum pannis, viridis puta, ruſſi, veneti ſeu cinerittii, & albi pro quatuor anni temporibus, diſtincti. Singulis autem factionibus ſui *præfecti* ſeu *præſides* erant: quos *Dominos* appellatos, ex Suetonii Nerone c. 5 & veteri inſcriptione, quam ad eum locum Torrentius produxit, abunde poteſt conſtare. ¶ 3. Pro gubernatore navis, exſtat ap. Ovid. Trift. 1, 3, 118 *Aurigam vidoe vela dediſſe rati.* ¶ 4. *Auriga*, ſignum cœleſte, Cic. Nat. D. 2, 43; & Vitruv. 9, 6; alias *Erichthonius.* ¶ 5. Adjective *aurigis coloribus*, Tertull. de Spectacul. c. 9; *aurigamque ſororem*, Virg. Æn. 12, 918, ad quem locum vide, quæ de la Cerda notavit.

¶ Aurīgo, *are*, ἡνιοχῶν, kutſchen, mit dem wagen oder karren fahren. Suet. Cal. c. 54 *Aurigabat exſtructo pluriſariam circo.* Loquitur de aurigatione Circenſi. Habes idem verbum & in Nerone c. 22 & 24.

¶ Aurīgor, *ari*, deponentis forma, idem. Varro apud Nonium 2, 14 *Aſſe vinum, aſſe pulmentarium: ſed eo, quo natura æurigatur non neceſſitudo.* Vbi Nonius *aurigari*, pro *moderari, regere*, honeſte poſitum interpretatur.

¶ Aurigans, *tis.* Suet. Cal. c. 18 *Nec ullis, niſi ex ſenatorio ordine aurigantibus.* Gell. 14, 1 *Ducentiens & aurigantibus ſtellis.*

¶ Aurigātio, *onis*, ſ. ἡνιοχία, das fahren, fuhrwerck. Gell. 7, 8 *Delubrici conjectationes, haſtæ, geſtationes, aurigationes refert.* Suet. Ner. c. 35 *Ex aurigatione ſero reverſus.*

¶ Aurigātor, *oris*, m. auriga, der fuhrmann. Gloſſ. lat. gr. *Aurigator*, ἱπποκόμες. Avienus Phaenomen. v. 405 de ſigno cœleſti:

Aurigatorem par ſit quoque cura videre.

Reineſ. Inſcr. 10, 12 *Colleg. Aurigatorum.*

¶ Aurigārius, *i*, m. qui aurigatur in Circo; item, qui aurigas ſeu agitatores inſtruit: ut Torrentius interpretatur ad Suet. Ner. c. 5 ein fuhrmann, wagenmeiſter, geſchirrmeiſter.

Aurigena, auriger, aurigineus, vide *Aurum.*

AVRĪNIA, *æ*, f. veterum Germanorum fatidica olim ac facerdos fœmina, eoque ſumma ipſis in veneratione habita. Contule Tacitum Germ. 8, 5. Vbi Lipſius *Aurinium* ſubtituit, Jornandemque citat, qui commune omnium fagarum nomen fuiſſe *Aliorunas*, auctor eſt; Quod quidem nomen, Alraun, & ſuperſtitio nec hodie plane exolevit. Sed contradicit Lipſio Cluverius Germ. antiq. 1, 24 f. 202, atque ex hoc ipſo, quia commune id olim fuerit omnium fagarum nomen, cum *Aurinia* permutandum negat, quod videlicet non minus proprium ſit quam alterum *Velleda*, de qua præceſſerat apud Tacitum.

Auripigmentum, vide *Aurum.*

AVRĪS, *is*, f. 83, ein ohr. Latinum ab aura eſt, per quam ſonos recipimus. Sed e Lactantii ſententia de Opificio Dei c. 8 auribus *ejus inditum nomen a vocibus hauriendis, unde Virgilius: vocemque his auribus hauſi, aut quia vocem ipſam Græci* ἀυδὴν *vocant, ab audita per immutationem literæ aures velut audes ſunt nominatæ.* Scaliger ex Græco derivat in conjectaneis ad Varronem. Nimirum Cretice & Tarentine eſt ἄυς: hinc primum *auſis*, (cujus veſtigium in *auſculto*,) deinde *auris.* vid. quæ de permutatione literarum r & s dicemus ad R. n. 4. Ter. Andr. 5, 4, 31 *Arrige aures Pamphile*, ſpitze die ohren. Plaut. Bacch. 4, 9, 72 *Aurium operam dicare*, einen zuhören gönnen. Seneca Hippol. v. 413 *Dare aures facile.* Quintilian. 6, 6 *hauire.* Sic, *Horrere aures teretes*, Cic. de opt. gen. or. c. 4; *hebetes*, Id. pro Planc. c. 27; *ſordas*, Gell. 1, . Auct. ad Herenn. 4, 23 *Auriumſenſus ſuſtiliſſimus.* Cic. in Orat. c. 44 *Aurium judicium ſuperbiſſimum.* Id. de Orat. 1, 50 *Eſt boni oratoris, multa auribus accepiſſe, h. e.* audiſſe. Et ad Q. Frat. 1, 1 *Regum aures patere debent quorelis omnium.* Plutarchus lib. de audiendo, τὸν φύσιν ἡμῶν ἑκάστου λεγθαι, δύο μὲν ὥτα ὄσγαι, μίαν δὲ γλῶτταν· ὡς ἐλαττονα λεγει· ἢ ἀκόειν ὀφελοντα, id eſt, *Naturam tradunt cuilibet geminas præbuiſſe*

aures,

aures, & linguam unam, quod plura expediat hominem audire, quam loqui. Nazar. in Constant. c. 32 *Ad animum languidius accedunt, quæ auribus via manent, quam quæ oculis hauriuntur.* Quod est ipsum illud Horat. Art. P. 180 *Segnius irritant animos demissa per aurem, Quam quæ sunt oculis commissa* &c. Herod. τὰ μὲν ὦτα τῶν ὀφθαλμῶν ἀπιστότερα ἐόντα ἐγγράφεται. Adde locum Plauti mox in *Auritus*. Ter. Heaut. 2, 3, 101 *Dormire otiose in utramvis aurem*, ohne alle sorge schlafen. Cic. pro Cluent. c. 24 *Dicere aliquid auribus dignum*: Et, *Efficere dignam aliquid auribus hominum*, de orat. 1, 26, *aures capere*, delectare, auribus jucunda perferre. Ovid. Metam. 4, 271. Phædr. l. 2 prol. 5, 6. Cic. Orat. c. 51. Ibid. 2, 84 *Ferire aures*, den ohren weh thun. Nepos 1, 3, 6 *Ad aures regis perventura consilia.* Cic. fam. 12, 16 *Dare auribus*, nach dem maul, oder zu gefallen reden. Pro quo Cæsar Bell. C. 2, 28 *Servire auribus*, dixit, i. e. adulari. *Aures obstruere*, Virg. Æn. 4, 440 nicht hören wollen, Prov. *Aures scalpere*, de maxime occupatis. Catull. 63, 14 *Alio mentes, alio dividere aures*, die gedancken nicht beysammen haben. Cels. 6, 7, 8 *Cum aures intra se ipsæ sonant*, das ohren-brausen. Apulejo apol. p. 294 sunt *Aures sonoræ.* ¶ 2. *Aurem vellere*, erinnern, vermahnen, warnen. Virg. ecl. 6, 3 *Cynthius aurem Vellit & admonuit* &c. Sen. 4 de Benef. 36 *Aurem mihi pervellam*, ich will mirs hinter ein ohr schreiben. Tractum ab antestantibus, qui antestanti imam auriculam tangebant, cum hoc verbo, *Memento*. Propterea, quod auris memoriæ sacra sit, ut ad Virg. l. c. Servius annotat. Plin. 11, 45 *Est in aure ima memoriæ locus, quem tangentes attestamur.* Ac videlicet se Muretus 1 Var. Lect. 12, 5 testatur veteres nummos æreos, in quibus viri duo insculpti erant, quorum unus alteri aurem vellebat; in orbem autem scriptum erat: MNHMONEYE. ¶ 3. *Aures* quoque notant judicium, ab recitatione contueta. Tot enim judices ibi, quot auditores. Horat. Arte Poët. v. 386

Si quid tamen olim Scriptoris, in Metii descendat judicis aures:

hoc est, ab eo probabitur. Martiali 6 epigr. 1 *Libellum aure diligenti tergere*, est pensiculate examinare. *Doctæ aures*, subactum judicium, Sulp. Severo, Dial. 3. Plura vide apud Barth. in Claud. cujus hæc est observatio p. 63. ¶ 4. Egregios ministros, significantes Imperatoribus, quod scitu erat opus, *Aures ac Oculos* vocitatos fuisse, ex eleganti loco Apuleji de Mund. aperit Corn. Tollius not. ad Palæph. p. 232. ¶ 5. *Aures* inter Deas antiquis habitas fuisse, vult Boxhornius Embl. 9. Sed deceptum inscriptione Patavina, quam apud Gruterum p. 89 legisset, indicat Reinesius Epistola quadam ad Gronovium Anno 1648 scripta, hactenus, quod sciam, nondum edita. Pro AVRIBVS enim legendum MATRIBVS. ¶ 6. *Lupum auribus tenere.* v. *Lupus* n. 3.

¶ Auricula, æ, f. diminut. Horat. 1 Sat. 9, 20 *Demittere auriculas.* Et sic sæpe alibi. *Auriculas asini quis non habet?* Pers. 1, 121. De cæli vel *cilli summis auriculis*, quas adorari a Iudæis dicit epigramma Petronianum, vid. præter cæteros interpretes Th. Wybinga p. 683 ed. Burm & Hafæus de Ὀνολατρείᾳ Iudæor. *Auricula infima melior*, de homine leniissimo ingenio prædito. Cic. ad Qu. frat. 2, 14. 3, 4. Vfurpavit & Ammianus, ut Erasmus eo in proverbio, quod est Cent. 7, 36 observat. Quin & Catullus, sed jubente versu, pro *ima auricula*, dixit, *imulam oricillam.* Nam *Oricilla*, sive

¶ Auricilla, æ, f. est alterum ὑποκορισικὸν, seu diminutivi diminutivum. Sic autem emendavit Scaliger ad Catull. p. 25. Nam vulgo legitur, *bimula tenella.* locus est epigr. 25, 1

Cinæde Thalle, mollior cuniculi capillo,
Vel anseris medullula, vel imula oricilla.

Oricilla pro *auricilla* dictum, ut Celso 6, 7, 3 *oricularius clyster*, h. e. ὠτεγκύτης, ut ibidem Scaligero adnotatum.

¶ Auricŭlāris, e, zum ohr gehörig; ut, *Digitus auricularis*, der ohrfinger, oder der kleine finger.

¶ Auricularius, a, um, idem; pro quo Celsus 6, 7, 3 etiam *Oricularius* scribit, ut jam dictum fuit. Sic *Auricularius medicus*, l. 1 §. 3 ff. de extraord. cogn. *Auricularii vel oricularii servi*, qui domino semper in aurem garriunt, Petron. c. 43. vide infra *Os, oris.* ¶ 2. Substantive Gloss. gr. lat. ὠτακουστὴς, *auricularius*, ein laurer, horcher. Item, secretus consiliator, ein geheimder Rath. Vulg. Int. 2 Sam. 23 v. 23 *Fecitque eum David sibi auricularium.*

¶ Auriculosus, a, um, das ohren hat. Gloss. gr. lat. ὠταρὸς, *auriculosus.*

¶ Auritus, a, um, aures habens magnas & arrigens, langöhricht. Virg. Georg. 1, 308 *Auriti lepores.* Nam & Afranius ex persona Priapi ap. Macrob. Sat. 6, 5 *Prædicant aurito me parente natum*, i. e. lepore. ¶ 2. Auribus urens, jubhrend, Plaut. Ann. prol. 4 *Facere auritum populum*, i. e. auribus attentum. Id. Truc. 2, 6, 8 *Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem; Qui audiunt, audita dicunt, qui vident, plane sciunt.*

¶ Auritus, i, m. substantive pro lepore. Avienus dixit Arateorum v. 788 *Auritum primis emittit gurges ab undis.*

¶ Auritulum pro *Asino* Phædrum Fab. 11 dixisse Rigaltius existimabat; cum quo Pet. Burmannus comment. ad h. l. & Allio in Lexico Crit. consentiunt. Sed nihil mutandum, & illud vulgatum, *Nec auricubas*, retinendum, Gebhardus statuit Crepund. Crit. 3, 10.

¶ Aurea, æ, f. ein ohrenband. Festus: AVREA *dicebatur frenum, quod ad aures equorum religabatur: Orea, quo ora coërcebantur.* Sed ineptit Grammaticus: neque enim aliud frenum ad aures equi religatur, aliud ad coërcendum imponitur ori. Sicut igitur σαμὶς, quod frenum Græcis est, ἀπὸ τῦ σώματος, ab ore dicitur: Ita Latinis ab ore, *Orea.* Et quia iisdem o fere in AV commutatur, ut paullo ante monebamus, ideo *orea* & *aurea* dici cœptum est, ut ad Vopiscum in Carino c. 19 recte observavit Salmasius. Hinc

¶ Aureax, *auriga* apud eundem Festum; & in Gloss. Isid. *equus solitarius.*

¶ Auremētnus, id est, usque ad aurem, zu ohren. Claud. Mamert. 1, 26 *Dum loqueris, obsequium vocis auremtenus meat.* Sed scribendum erat divisim.

¶ Auritcalpium, i, n. ein ohrlöffel. Martial. 14 epigr. 23 in tit. Et Scrib. Largus Compos. 41 *Medicamentum ad ulcus per fistulam & auricalpium injicitur* Id. Compos. 56 *Auricalpium lana molli involvitur* &c.

¶ Inauris, is, f. ornamentum quod ab aure dependet, ein ohrring, ohren-gehäng. Plaut. Men. 3, 3, 17. Et Paulus Dig. l. 32 § 8 de Auro, argento, mundo &c. *Quum in aures, in quibus duæ margaritæ, elenchi, & smaragdi duo, legasset: & postea elenchos eisdem detraxisset: & quæreretur, an nihilominus, detractis elenchis, inaures deberentur* &c. Margaritis usas esse mulieres ad inaures docet Drakenb. ad Sil. 12, 231; & interpres ad Petron. c. 55 p. 271.

¶ Inauritus, a, um, ἄωτος, taub, ohne ohren. Gell. 7, 6 *Quædam animalia cæca natura gignuntur, aut inodora, inaurituve.* cont. Non. 2, 463.

AVRO, ōnis, m. abrotonum, stabwurtz. Plin. 17, 24 *Nec auro prodest, quod alimon vocant Græci.* ¶ 2. *Auro, are*, vid. *Aurum.*

AVRŌRA, æ, f. ἠώς: diluculum, die morgenrothe. Iul. Cæs. Scaliger Exercit. 78 AVRORA, inquit, *est tota Græca vox. Cujus postrema pars adhuc in usu est Græcis ipsis ὠέα. Prior autem nobis tantum,* AVRVM. Idem de Lingua Lat. c. 91 *Metallo*, inquit, (*auro*, puta) *& præviæ diei parti fulgoris nomen inditum est, Græca voce, ἀυγὴν* &c. Nec aliter Veteres: ut Varro de L. L. 6, 5. Sed potest aurora non magis ab aureo illo fulgore, quo tum *aurescit aer*, ut Varro loquitur; quam ab auris illis, quæ sub aurora maxime furgunt, appellata videri. Quo Prudentius respicere potuit, cum Hymno 1, 21 scriberet: *Vt cum coruscis flatibus Aurora cælum sparserit*, &c. Vt intelligat Auroram sinul & cœlum spargere lumine, & flatus istos aperire, quos *Antelucanos* Seneca vocat Qu. Nat. 5, 7. Idem paullo ante c. 3 *Nullum tempus magis, quam nebulosum, vento caret. Adjice nunc, quod e contrario venit, ut sol matutinum aëra spissum & humidum ortu suo tenuet. Tunc fugit aura, cum datum est laxamentum corporibus, & stipatio illorum ac turba resoluta est.* Hæc Seneca. In quibus causa ipsa aurarum hujusmodi redditur. *Aurora lutea, purpurea, rosida*, poëtis appellata. Virg. Æn. 3, 521

Iamque rubescebat stellis aurora fugatis. conf. 5, 584 sq. Plaut. Pœn. 1, 2, 8 *Nos usque ab aurora ad hoc, quod diei est, ex industria ambæ nunquam concessavimus.* ¶ 2. *Aurora* poëtis Dea, Tithoni conjux, amica Cephali.

¶ Aurōrans, tis, in Gloss. Isid. idem ac *illuminans*, erleuchtend.

¶ Aurōresco, ere, recentior vox, anbrechen wie der morgen. Adelhelm. de Virg. c. 30 *Cum Evangelii splendor aurorescceret.*

AVRVM, i, n. gold, quod χρυσὸς Græce dicitur, a splendore nomen habet, a quo poëtis etiam, *fulvum, nitidum, rutilum* appellatur: ἀυγὴ enim fulgor est; ex quo & *Aura* appellata. Qua voce doctissimus Poëta in Æn. 6, 204 de auro usus est, cum ait:

Discolor unde auri per ramos aura refulsit.

Vbi Servius: AVRI AVRA, *splendor auri. Hinc & aurum dicitur a splendore, qui est in eo metallo:* Et vere ἀυγὸς ex Chaldaico OR *Lux, Lumen, Sol*, Vossius deducit de Idololatria 2, 27 & 64. Vide & Reines. 3 Var. 13 p. 557. *Aurum coronarium* sunt coronæ aureæ, *quæ imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur*, ut Gellius describit 5, 6. Meminit jam Cicero in Pisonem c. 37. Sed mutata republica ad alia munera diversis temporibus offerenda, hæc appellatio traducta est. Est in Codicis tuni Theod. 12, 13, tum Justin. 10, 75, *de auro coronario* titulus, ubi vide quæ uterque Gothofredus, Iacobus inprimis ad Theodosianum notavere. Hic quicquid dici potest, ad l. 1 tituli laudati congessit. Sic, *Aurum coronatum*, Stat. Sylv. 3, 4, 2; *gemmatum*, Ibid. v. 94; *textile*, gold-drat, Plin. 8, 33; *obryzum*, ibid. ubi Harduinum consule, qui quidem *obrussum* legit, alterum tamen ex Thucydidis Scholiaste simul probat, fein, rein gold. *Auri sanies*, hoc est, *Chrysocolla*, apud Plin. procem. lib. 33. Sed Virg. Æn. 3, 57

Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames?

Propert. 3, 12, 48 *Aurum omnes victa jam pietate colunt; &c.*

Auro pulsa fides, auro venalia jura, Aurum lex sequitur, &c. *Aurum rude*, in massas constatum, *Aurum factum*, in opera fusum dicitur, verarbeitet gold. *Aurum signatum*, in nummorum formas conflatum, vermünztes oder gepräates gold. Hujus primis reip. Rom. temporibus tenuem fuisse copiam, constat v. g. ex Liv. 5, 25, *ubi pecunia aurea coëmitur, & cum ejus copia haberi non posset, matronæ ornatum suum conferunt.* Id. Liv. 34, 6 *Cautum erat, quo ne plus auri & argenti fieri, quo ne plus signati argenti, & æris domi haberemus.* Idem 34, 52 *Aurum infectum.* Vide & Virg. Æn. 10, 527 sq. & supra in *Argentum.* Aurum passim derestantur scriptores, cum severe philosophari volunt videri. v. g. Plin. 33, 1; Tibull. 1, 11, 7 seqq. & quos magno numero laudat Cerda ad Virg. Æn. 3, 56.

¶ Aurārius, a, um, aus gold bestehend: ut *Metallum auratium*, gold-ertzt; Plin. 34, 18 & 37, 12. *Negotium auratium*, ein goldhandel, Plaut. Bacch. 2, 2, 51. *Statera auraria pendere*, Varr. ap. Nonium 6, 41. *Aurarius canon, auraria pensitatio* &c. in Legibus occurrunt. Vide Brisson. de V. S. ¶ 2. Alia *Aurarii* significatio supra in *Aura* n. 3.

¶ Auraria, æ, f. subst. die goldgrube, v. Isidor. 16, 17. Quas Tacitus Ann. 6, 19, 1 *Aurarias* vocat, intellige fodinas. Sed quæ Justinus 8, 3, 12 *Auraria* dicit, intellige metalla.

¶ Aureus, a, um, χρυσοῦς χρυσᾶος, non tantum quod ex auro est, güldẽn, verum etiam auratum notat, vergüldet; ut, *aurea sella*, Cic. Phil. 2, 34 i. e. multo auro obducta. Sed *Aureus nummus*, Id. Phil. 12, 8. ¶ 2. Per transitionem omnia eximie pulchra ac splendida *aurea* vocantur. Nam & *aurea forma* apud poëtas invenitur, schöne gestalt, & *Venerem auream* Virgilius dixit Æn. 1, 16. Sed Manilius 5, 379 de iidem, *ubere aurea*, loquens non tam ad magnem & exuberantem candorem, quam ad nitorem corporem respexit. *Aurea* autem fides perpetuo vocant poëtæ, v. g. Virg. Æn. 2, 488. Cæterum in laude pulchritudinis olim erat *aurea ætas*, ut apud nostros majores, gold-geth haar, Id. Æn. 8, 659. ¶ 3. *Aurea* etiam dicuntur, quibus nihil melius, præstantius potiusque est, herrlich, fürtrefflich. Quemadmodum Horatius od. 2, 10, 5 *Aurea mediocritatem*: & 4, 2, 22 *aureos mores*: Lucretius 3, 12 *Aurea dicta*: Catullus 64, 59 *Aureas horas* appellare dicitur. Sed meliores libri (vid. Græv. & Is. Voss.) habent *oris aurei sol* pro *doris auratis sol* &c. quod in vulgaribus est. Sic etiam *libertas aurea, pax aurea*, sæpe legitur. Etiam

Virgilius Æn 6, 792 *Secula aurea* de optimis & felicissimis dixit. Nec alio nomine Pythagoræ *carmina aurea* appellantur: de quo & Hieroclis monuit. Sic *ætas aurea*, Ovid. Met. 1, 89, ubi omnia fuere communia; cujus descriptores enumerat Winsemius in Sirio not. p. 3; Barth. ad Stat. Silv. p. 1511 Salmas. de Vsuris p. 658; Brouckh. ad Tibull. 1, 3, 35. Hæc ætas carne abstinuisse dicitur Ovid. Met. 15, 96 seqq. Lepide Idem Art. am. 2, 277 *Aureamque vere sunt secula, plurimus auro Venit honos* &c. ¶ 4. *Aurea bulla*, singulare ornamentum, Plaut. Rud. 4, 4, 127. v. *Bulla* n. 3. Sic *aurea bulla*, solennis & firma lex, a Carolo IV Imper. lata, cujus celebris apud Germanos memoria, qua Electorum potissimum dignitas, salusque in solido locata est. v. Iac. Gothofr. diss. histor. ad L. Quisquis C. ad L. Majest. c. 2 p. 6. ¶ 5. *Aureum vellus*, das güldene vließ, nobilitatum poëtarum fabulis, per quod magnam auri vim apud Colchos a Iasone repetitam intelligunt. Nam regio Colchorum propter vicinitatem Caucasi montis abundat auro, teste Strabone l. 10, qui scribit, multos fontes ex Caucaso manare scaturientes aurea arena, eamque ab accolis colligi lanosis pellibus in aquam positis; quæ pelles subsidente in iis arena, præ te ferunt speciem aurei velleris. Atque ea est occasio fabulæ. v. Val. Flacc. in Argonaut. Suidæ in Hist. col. 218 *aureum vellus* est liber, scriptus in pelle ovina, & tradens artem Chymiæ, i. e. conficiendi auri, vel transelementationis, seu transmetallationis, quando unum metallum in aliud, v. g. cuprum in aurum, transmutatur. Vt simplicissima est, ita maxime probabilis virum, transmutatur. Vt simplicissima est, ita maxime probabilis virorum, transmutatur. Vt simplicissima est, ita maxime probabilis virorum, transmutatur. Vt simplicissima est, ita maxime probabilis viror

ratores. Vetus inſcriptio apud Grut. p. 1074 n. 12 CONCORDIA COLLEGII BRACTEARIORVM ET INAVRATORVM.

¶ Obauratus, *a, um*, ſtarck vergüldet. Apul. Met. 11 p. 260 *Aſinus foceis obauratis, indutus ſerica veſte.*

¶ Subauratus, *a, um*, etwas vergüldet. Petron. c. 32 *Habebat in minimo digito annulum grandem ſubauratum:* cui opponitur *totus aureus.*

¶ Superauratus, *a, um*, übergüldet. Auctor in Fragm. Halieut. v. 106 *Et ſuperaurata ſparulus cervice refulgens.*

AVRVNCA, *æ*, f. Latii civitas: a qua *Aurunci*, veteres Latii populi appellati; quorum non ſemel Virgilius meminit. Habes de iis & ap. Plin. 3, 5. Auruncam patriam habuit Turnus, ſatyrarum poeta, cujus Rutilius ſub finem lib. 1 Itinerarii meminit: quo & Iuvenalis illud pertinet 1, 19

Cur tamen hoc potius libeat decurrere campo,
Per quem magnus equos Auruncæ flexit alumnus.

Quamquam ibi & Livius, itemque Silius, & ipſi poetæ ſatyrici intelligi poſſunt: qui æque ex Aurunca fuerunt, ut vetus Scholiaſtes obſervat. Lucilium deſignari vult Scalig. Lect. Auſon. 2, 11 p. 115.

AVSCARIPĒDA, *æ*, f. idem ac ſcrupeda, *vermiculus piloſus, qui ſolet eſſe in fronde cum multis pedibus*, eine raupe. Varr. de L. L. 6, 3.

AVSCI, *orum*, m. pl. gens Aquitaniæ, & quidem partis ejus tertiæ, (in tot enim Auguſtus diviſit,) Novempopulaniæ ſcil. ſeu Vaſconiæ, cujus caput *Auguſta Auſcorum*, hodie *Aux*, urbs archiepiſcopalis. Plin. 4, 19.

AVSCVLOR, *ari*, herſten. Feſtus: *Auſculari dicebant antiqui pro oſculari, quod eſt os cum ore conferre.* conf. Plaut. Merc. 3, 3, 10 & 14; & 4, 4, 5.

AVSCVLTO, *avi, atum, are*, i. e. audire, quaſi *aure occultare*, aufmerken, zuhören. Veteres enim & *Audes* (unde audio) & *Auſus* & *Aures* dicebant. *Auſcultamus* igitur, quæ in auribus velut defigimus ac condimus: h. e. quæ ſedulo atque attente audimus. Quare & magis eſt, quam *audire*: nam & quæ leviter ad aures admittimus, *audire* dicimur. Cato ap. Gell. 1, 15 *Itaque auditis, non auſcultatis, tanquam pharmacopolam.* ¶ 2. Quid? quod *auſcultare* dicimur iis, quibus obtemperamus, gehorchen. Varro L. L. 5, 8 *Hi auſcultare dicuntur, qui auditis parent. A quo dictum poëta: Audio, haud auſculto.* Suffragatur Cæcilius ap. Nonium 4, 36 *Audire ignoti quid imperant, ſolco, non auſcultare.* ¶ 3. Verumque autem dicimus, *auſcultare aliquem & alicui*: ſed *alicui*, cum obedimus. *Auſcultare aliquem*, Plaut. Trin. 3, 2, 36; & Pœn. 4, 2, 19. *Auſcultare crimina*, Id. Aul. 3, 5, 22; & Pſeud. 1, 5, 12. Contra Idem Curc. 2, 1, 8 *Auſcultes mihi.* Ter. Andr. 1, 3, 4 *Nec quid agam, certum eſt: Pamphilumne adjutem, an auſcultem ſenî?* Pacuv. ap. Cic. Divin. 1, 57

Nam iſtis, qui linguam avium intelligunt,
Plusque ex alieno jecore ſapiunt, quam ex ſuo,
Magis audiendum, quam auſcultandum cenſeo.

Imperf. paſſ. Plaut. Merc. 2, 3, 127 *Auſcultabitur.* ¶ 4. Eſt & *Auſcultare*, clam & ex inſidiis audire, atque captare aliorum ſermones, behorchen. Sic *Auſcultare ab oſtio*; *ad fores*, Plaut. Merc. 2, 4, 9 & Truc. 1, 2 pr.

¶ Auſcultatio, *ōnis*, f. auditio, die aufmerckung. Plaut. Rud. 2, 6, 18 *Qui ſcibi ſcelſo tibi erat auſcultatio?* warum habe ich dir denn gehör geachen? Gloſſ. Cyrilli: *Auſcultatio, ἀκρόασις.* ¶ 2. Seneca ad vitium tranſtulit vocem, de quo paullo ante, de Tranq. an. c. 12 *Ex hoc malo dependet teterrimum vitium* AVSCVLTATIO, *& publicorum ſecretorumque inquiſitio, & multarum rerum ſcientia, quæ nec tuto narrantur, nec tuto audiuntur.*

¶ Auſcultatus, *ūs*, m idem. Apul. Met. 6 p. 178 *Nec auſcultatu pœnitendo diligenter inſtructa illa, ceſſavit.* Fulgent. de Contin. Virg. p. 142 *Quæ grammatici diſtribuant puerilibus auſcultatibus.*

¶ Auſcultator, *ōris*, m. auditor, ein zuhörer. Cic. Partit. c. 3 *Auſcultator eſt modo, qui audit.* Apul. Met. 7 p. 195 *Servius mandati auſcultator.*

¶ Subauſculto, *are*, heimlich achtung geben. Cic. Att. 10, 18 *omnes κωφῶκαὶα vid ntur ſubauſcultare, quæ loquor*, auffangen. conf. Plaut. Aſin. 2, 2, 40 & Mil. glor. 4, 2, 3.

Auſer, vid. *Aeſar* n. 3.

Autim, auſo, vide *Audeo.*

AVSONIA, *æ*, f. omnis Italia dicta eſt, quæ Apennino finitur, ab *Auſone* duce, Ulyſſis filio & Calypſus, v. Feſt. & Stat. 3 Sylv. 2, 20.

¶ Autonius, *a, um*, adject. ut, *Terra Auſonia*, Virg. 4 Æn. 349 *Mare Auſonium*, quod pars maris eſt Tyrrheni. Plin. 3, 10. Virg. Æn. 5, 83

Non licuit fines Italos fataliaque arva,
Nec tum Auſonium, quicunque eſt, quærere Tibrim.

¶ 2. *Auſonii*, ſubſt. Itali populi, qui & *Aufones.* Virg. Æn. 12, 834

Sermonem Auſonii patrium moresque tenebunt.

¶ 3 Ausonius, ſeu *Decius Magnus Auſonius*; medicus & poëta, ſub *Valente* & *Valentiniano* vixit *Auguſtis*, Græce & Latine fuit peritiſſimus. Scripſit eleganter, ingenioſe & acute, ſtilo vero duriuſculo, multa & varia, partim probanda, partim improbanda, quæ quia exſtant, videantur. Conf. Barth. ad 4 Theb. Stat. p. 921, ubi eum Atheiſmi arguit: item Crinit. lib. 5 & Voſſ. de Poët. Lat. c. 4.

¶ Auſonid e, *arum*, m. pl. idem qui *Auſonii.* Virg. Æn. 10, 563

Diviſſimus agri Qui fuit Auſonidûm. Et alibi.

Pro Romanis poſuit Lucanus 9, 599.

¶ Ausonis, *idis*, fœm. tam de rebus, quam perſonis. Silius 9, 187

Pater ipſe ſuperbus aquarum Auſonidum Eridanus.

Avienus Perieg. 308 *Auſonis hæc dura veſtavit dextera bello,*
Auſonis invicti gens roboris. Adde Ovid. Faſt. 2, 94

AVSPEX, *icis*, m. a ſpeciendis ſive inſpiciendis avibus dicitur; quaſi *avium ſpex*, ſive ſpectator: quemadmodum & *Haruſpex* quaſi *Harugæ ſpex* appellatus, ein vogelſeher, weiſſager. Etiam Germani divinatores, hoc eſt, qui futura prævident atque prædicunt, vocant, ſeher. *Auſpices* itaque dicebantur Romanis, quos Græci (ad quos hoc divinationis genus translatum a barbaris eſt) οἰωνοσκόπους appellabant, qui ex inſpectione & obſervatione avium, earum nempe volatu & cantu, de futurarum rerum eventu conſulentibus reſpondebant. Perſuaſum enim vulgo erat paganis, notitiam quamdam futurorum ineſſe ideo avibus, quod propiores ſuperis eſſent, eoque mentem illorum intelligerent. Quam ſuperſtitionem Ovidius Faſt 1, 444 tangit. Prudentiores vero ad benignitatem Deorum referebant; qua erga humanum genus affecti voces pennasque avium ita dirigerent, ut eventura quæ eſſent mortalibus, poſſent ſignificare. De quo legendus Xenophon eſt initio lib 1 de Memorabilibus Socratis; item Sen. Qu Nat. 2, 32, & Amm. Marcell 21. 2. Et cum auſpiciis iſtis ſæpe eventus reſponderet, tanto facilius credebant homines, divini aliquid interveniſſe. Prudentius contra Symmachum 2 v. 891 Dæmoni hæc & reliqua divinationum genera aſſcribit:

Illicit & volucrum linguas & auſpice fallit;
Inſtigat bacchantis anus ambage Sibyllæ;
Inwolvit Matheſi, magicas impellit ad artes;
Omine ſolicitet, capit augure, territat extis.

Per Matheſin enim aſtrologiam, quam dicebamus, intelligit. Porro iidem *auſpices* & *augures* erant. Qua de cauſſa Cicero de N. D. 1, 44 *augures auſpicii præfuiſſe* ſcribit. Quorum tanta auctoritas, ut nihil majoris rei, niſi iis adhibitis, ne privatim quidem gereretur, ut Cicero de Divinat. 1, 16; itemque Val. Maximus 2, 1, 1 & Servius ad Æn. 1, 349 judicant. ¶ 2. Quoniam itaque pro re ipſa omnis augurum ſive auſpicum vel ſuſcipiebantur ac gerebantur, vel omittebantur res; ideo *Auſpicum* nomen ad omnes eos transferri eſt cœptum, quorum auctoritate, inſtinctu ac monitu aliquid inciperetur, anführer, rathgeber. Horat. od. 1, 7, 27 *Teucro duce & auſpice Teucro.* Ad quem locum videndus Bentlejus, qui negat, auſpicem umquam de homine uſurpari, niſi de eo, qui proprie eo verbo ſignabatur. Idem 1 ep. 3, 13

Thebanos aptare modos ſtudet auſpice Muſa.

Virg. Æn. 4, 45

Diis equidem auſpicibus reor & Junone ſecundæ
Hunc curſum Iliacas vento tenuiſſe carinas.

Cic Att. 2, 7 *Latores & auſpices legis*, geſetzgeber. Vetus Gloſſ. *Auſpice, audite, audite.* ¶ 3. *Auſpices* etiam dicebantur, qui nubentibus aderant conciliatores atque interpretes: qui & *proxenetæ* appellabantur & *paranymphi*, freywerber, braut und bräutigams beyſtande. Quippe qui præſentiam ſuam commodabant ſponſis, cum conſignarentur dos, & nuptiales tabulæ præſcriberentur. Cic. pro Cluent. c. 5 *Nubit genero ſocrus nullis auſpicibus, nullis auctoribus.* Plaut. Caſ. prol. v. 86 *Ultro ibit nuptum, non manebit auſpices.* Vet. Gloſſ. *Auſpex: Pronubus, παράνυμφος.* Sed *auſpices*, tantum viri dicebantur. Nam fœminæ, quæ conciliandis adhibebantur nuptiis, *Pronubæ* appellatæ; ut Hotomannus de ritu Nuptiarum c. 2 obſervat. Vide & Nic. Mercerii Animadv. in Alex. ab Alexandro 2, 5.

¶ Auſpicium, *i*, n. ipſa actio & obſervatio auſpicum, die weiſſagung; itemque ſignum ſeu omen, quod obſervanti auſpicii offerebatur: οἰωνοσκοπία, οἰωνισμός, οἰωνός. Sic *bonum, lætum, ſecundum, felix, egregium*: & contra *malum, triſte, infelix auſpicium* dicebatur, ein gutes, ein böſes zeichen. Cic. de Senect. c. 4 *Optimus auſpiciis eo geri, quæ pro reip. ſalute fierent? quæ contra remp. fierent, contra auſpicia fieri.* Ex illo Græco ὡς οἰωνὸς ἄριστος ὑπὲρ πατρίδος ἀμύνεσθαι. Tac. An. 2, 14, 2 *Audientibus auſpiciis.* Plauto Pſeud. 2, 4, 72 eſt *Liquidum auſpicium*, quod ſereno puroque cœlo fiebat, ita, ut nihil obſcuritatis ineſſet: Ciceroni *certum, promptum, facile* eſt. *Siniſtra & dextra auſpicia* aliter apud Græcos, aliter apud Romanos accipiuntur. Illis *dextra*, auſpicata; *ſiniſtra*, triſtia & infelicia habebantur: quæ apud Romanos contra obtinebant, de quo vide infra in SINISTER. Plura de *Auſpiciis* eorumque *ſex generibus* Hotomannus obtervat 6, 11, & Polyd. Virgil. lib. 1 de Prodig. p. 103; deque eorundem vanitate Freinshem. ad Curt. 7, 7, 10: & 9, 4, 29; atque Rupert. ad Flor. p. 319. ¶ 2. Cæterum *auſpicia* non tantum de avibus, (quamquam proprie) ſed & aliis rebus petita κατ' ἀχρηματισμὸν dicebantur, de quovis omine. Namque & diadema alligandi vulneris cauſſa impoſitum *auſpicium primum regalis majeſtatis Lyſimacho fuit*, Iuſtin. 15, 3, 14. Et fulminum ſigna, & quæ a quadrupedibus animantibus cap iebantur, ſic appellari exemplis conſtat. Ita Darii equus hinnitu ſuo *felix auſpicium domino primus emiſit*, Iuſtin. 1, 10, 8. conf. Turnebi Adverſ. 30, 29. Ita Suetonius hanc vocem ad ſpeciem monumento inſculptam, quam in itinere annotarat Nero, refert, ejus principis vita c. 41. Servii ad 3 Æn verba ſunt: AVSPICIA *omnium rerum ſunt; auguria certarum. Auſpicari enim civis, etiam peregre licet; augurium agere, niſi in patriis ſedibus, non licet.* Ex quibus dicrimen *auguriorum auſpiciorumque* patere poteſt. Quo pertinent, quæ Iac. Gutherius de Vet. Iure Pontificio 3, 3 ad Varronis locum de Tuſcis obſervat. Quamquam autem Cicero quod ſupra notatum a noſtris eſt, augures præ ruſſe auſpicis dixerit: eadem tamen & ad magiſtratus pertinuiſſe certum eſt: Quin latius potuiſſe horum in auſpicando poteſtatem, quam ipſorum augurum: quorum auſpicia diverſa & minora etiam erant; de quo legendus Aldus Manutius eſt in per epiſt. Quæſtris 1, 9. Penes patricios certe fuere auſpicia antiquis temporibus, & hoc ipſo argumento a conſulatu excluſi plebeji. v. Liv. 6, 41 & 48; item 4, 6 pr. Et hanc ob cauſſam ¶ 3 AVSPICII vox frequenter pro imperio ac poteſtate, quam magiſtratus habebant, uſurpata Romanis auctoribus legitur, & poſt deinceps ad imperatores ipſos ac principes ſingulari quadam & profundiore ratione translata, quam omnium optime Bœclerus peculiari libro, quem *de auſpicio regio* inſcripſit, explicavit; das commando, die regierung der befehl. Hinc Gloſſæ veteres *auſpicium* per ἀρχὴν quoque interpretantur. Quamquam Græca vox, non *imperium* tantum; ſed & *principium* ſignificet: qua notione & *auſpicii* vox Latinis venit, ut paullo poſt docebimus. Virg. Æn. 4, 102

Communem hunc ergo populum paribuſque regamus Auſpiciis,

id eſt *æquali poteſtate*, ut Servius interpretatur. Præcipue vero de militari imperio uſurpatur vox. Plaut Amph. 1, 1, 36 *Expugnatum eſt oppidum imperio atque auſpiciis heri mei.* Et aliquanto poſt: *Vi geſſerit remp. ductu, imperio, auſpicio ſuo.* Liv. 41 extr. *Tiberii Gracchi conſulis imperio auſpicioque legio exercitusque Pop. Rom. Sardiniam ſubegit.* Quamvis autem in his & infinitis exemplis DVCTVS, IMPERIVM, & AVSPICIVM, tamquam ſynonyma conjungantur: *auſpicium* tamen quoddam majus & auguſtius notat, atque non raro a cæteris diſtinguendum eſt. Nam poſſunt imperium habere ac ductum, qui non habent auſpicium; & poſſunt auſpicio ſuo rem gerere, cum ductus impe-

riumque penes alios est. Nempe ducendi belli & imperandi exercitibus potestatem legati ducesque, quos in expeditionem aliquam princeps mittit, obtinent: at ipsum *auspicium*, hoc est, summa rerum gerendarum potestas ac dispositio (die anstalt, anordnung, das ober-commando,) penes principem absentem etiam manet. Tum itaque res legatorum quidem ductu imperioque; cæterum auspicio principis geri dicitur, qui belli gerendi auctoritatem legato dedit. Quod si ipse ad exercitum est, & administrat bellum princeps, tum ductu, imperio, auspicio suo rem dicitur gerere. c. g. Liv. 41, 17 *Ob res ductu auspicioque Tib. Sempronii prospere gestas.* Quod *per se bellum gerere*, Suetonius dixit Aug. c. 20. & Vellej. 2, 115, 3 *Aliquid proprii gerere auspiciis.* Clara res ex verbis Taciti An. 2, 41, 1 *recepta signa cum Varo amissa, ductu Germanici, auspiciis Tiberii* &c. Nam Germanicus legatus imperatoris bellum duxerat, (exprimit satis feliciter hanc rem Gallorum illud *General-Lieutenant*) cæterum Tiberii auctoritate consilioque suscepta res; ad quem & summa ipsa rerum pertinebat. Sic *ductu Antonii confectum bellum*, Id. Hist. 4, 80, 3 dixit: quia tantum dux erat, non ipse imperator summus. Contra *bellum auspiciis consiliisque Tiberii sepultum esse* dicit Vellej. 2, 129, 5. Ita Nabarzanes monet, ut Darius *auspicium & imperium alii tradat*, v. Curt. 5, 9, 4. Ita *Alexandri auspicium atque imperium secuti amici ejus*: Id. 9, 6, 9 *Ipse Alexander alia ductu fecit, alia imperio auspicioque perdomuit*: Id. 6, 3, 2. conf. Freinsh. Comm. ad h. l. & Lipf. de Milit. Rom. 2, 12. Tribui tamen nonnunquam *Auspicium* iis, quorum ductu tantum res gestæ, monet Perizon. Animadv. c. 7 p. 262 sq. ¶ 4. Ad privatum cujusque statum & constituendi de rebus suis potestatem Virgilius hanc vocem transtulit, cum sub Æneæ persona Æn. 4, 340 scriberet:

Me si fata mei paterentur ducere vitam
Auspiciis, & sponte mea componere curas:

hoc est, si mei arbitrii res esset, & pro libertina animi voluntate agere mihi integrum foret, &c. so ich mein eigener herr wäre ꝛc. ¶ 5. Ac quoniam neque privatæ nec quicquam publicæ rei incipieretur olim, nisi abhibitis auspiciis: idcirco *auspicii* vox pro rei cujusque initio primordiove etiam usurpari est cœpta, der anfang, antritt. Claud. Conf. Honorii 4, 1

Auspiciis iterum sese regalibus annus
Induit, & nata fruitur jactantior aula:

id est, annus iterum auspicium sive initium a consulatu imperatoris ducit, &c. Consules enim ineunte anno, h. e. Kalendis Ianuariis magistratum inibant. Sic *Castrorum auspicium*, Stat 5 Silv. 2, 9. Sic *a parricidio incipere auspicia belli, auspicia regni*, Justin. 26, 2, 2; & 27, 1, 1. In quibus tamen omnibus ad boni simul malive eventus præsignificationem respicitur. ¶ 5. *Malum auspicium* Ciceroni in Vatin. c. 16 usurpatur ut ἀποφράς Luciano pro homine detestando, cujus etiam conspectum homines fugiunt.

¶ Auspicor, *atus sum*, *ari*, id est, auspicia captare, σημοσκοπεῖν, auf die vogel acht haben. Cic. Divin. 2, 34 *Cum ita imperavit is, qui auspicatur, dicito, si silentium esse videbitur*, &c. Liv. 27, 16 *Fabio auspicanti, prius quam egrederetur ab Tarento, aves simul atque iterum non addixerunt* Add. Suet. Ner. c. 40. ¶ 2. Incipere, inchoare, anfheben, anfangen Plin. Procem. lib. 7 de miseria hominis conquerens: *Incet fiens, animal cæteris imperaturum: & ab supplicio vitam auspicatus, mane tantum ob culpam, quia natum est.* I a Militium auspicari, Suet. Aug. 38 *Culturarum officia auspicari*, Colum. 11, 2. Et, *auspicari principia carminis*, Id 3, 1. ¶ 3 Porro teneoat superstitio apud veteres, quicquid inchoarent operis anni initio, Kalendis pura Ianuarius, id sibi per totum annum feliciter processurum esse. Quare quisque artem suam eo die leviter & tantum boni ominis caussa tractare solebat. Ovid Fast. 1, 64

Post ea mirabar, cur non sine litibus esset
Prima dies. Caussam percipe, Ianus ait,
Tempora commissi nascentia rebus agendis,
Tetus ab auspicio ne foret annus iners, &c.

Cum igitur omnes solitum opus facerent, *auspicari* dicebantur. Colum. 11, 2 *Per hos quoque dies abstinent rerinonis operibus religiosiores agricolæ: ita tamen ut ipsis Kalendis Ianuariis AVSPICANDI caussa omne genus operis inchoarint.* Sen. epist. 83 *Ille tantus Pythagoreles, qui Kal. Ianuariis in Lucinam saltabant, qui anno novo, quemadmodum legere, scribere, discreudi puli, sic* AVSPICABAR *in virginem destituere*, &c. Neque vero Kal. Ianuariis tantum leviter aliquid delibabant de suis operibus, auspicii caussa: sed & primis diebus, quibus magistratus aut munera capiebant. Ita Drusus, præfectus urbis, *auspicandi gratia tribunal ingressus*, Tacito teribatur An. 4, 36, 1; ad quem locum, quæ annotavit Lipsius, operæ pretium erit videre. Sic Vulcanalibus, quæ mense Augusto peragebantur, cum lucubrationes nocturnæ incipierent, leviter saltem & tantum auspicii caussa tractari studia solita. Quamquam contrariam rationem avunculum suum renuisse, & feriam operam tum dare literis solitum Plinius Secundus scripsit. 5 prob. ibi erit *Lucubrationibus*, inquit, *a Vulcanalibus incipiebat: non auspicandi caussa, sed studendi.*

¶ Auspico, *avi*, *atum*, *are*, activa forma quoque invenitur. Gell. 3, 2 *auspicaverunt*: & 13, 14 *auspicaverit*. Venel. iterumque Plautus ita usus est, ut Pers. 4, 6, 7. Stich. 2, 3, 46; & Rud. 3, 4, 12. conf. Non. 7, 5.

¶ Auspicātus, *a*, *um*, active est suscipiens, aggrediens. Vellej. 2, 101, 3 *Quem militia ornatum a patre tuo auspicatum in hunc modum &c. perfunor.* ¶ 2. Passive exactivo verbo *auspicare*, idem ritus prosperi, feliciter, consecratus. Cic. pro Rabir. c. 4 *auspicato in loco*, an einem geheiligten orte. Justin. 4, 5, 3 *In bello male auspicato amplius persevirare*, unglücklich angefangene ꝛc. ¶ 3. Id. 18, 5, 16 *Auspicatus*, *dem*, glücklich ausersehener platz. Cum enim feliciter geri putarent, quæ secundum auspicia fiunt, *auspicatum* pro felici lege ponitur. Per gradus etiam movetur. Catullus 46, 25 *Quis hoc beatior Videtur quis Veneris auspicatior?* Quintil. 12, 1 *Ut apud illos Homerus, sic apud nos Virgilius auspicatissimus ducitur exordium.* Et Tac. Germ 11, 2 *Agendis rebus hæc auspicatissimum initium creditur.* Et Justin 18, 5, 7 *Vbi tuto urbe auspicatissima.*

¶ Auspicato, adv. bono auspicio, avibus addicentibus, mit guten zeichen. Cic. Divin. 1, 2 *Romulus auspicato urbem condidit.* Liv. 1, 36 *Nihil belli domique nisi auspicato gerebatur.* Cic. pro Muræna c. 1 *Illo die, quo auspicato, comitiis centuriatis, L. Murænam consulem renuntiavi.* ¶ 2. Idem ac feliciter, glücklich, zu gutem glück. Ter. Andr. 4, 5, 12 *Haud auspicato huc me appuli*, ich bin zur unglückseligen stunde hergekommen. Plin. 7, 9 *Auspicatius enecta parente gignuntur.*

¶ Auspicābĭlis, *e*, idem quod *auspicatus*, glückselig. Arnobius 4 p. 129 Et *auspicabile ducitis, & optatis.*

¶ Auspicālis, *e*, quod ad auspicia pertinet; sic *Auspicalem piscium*, pro ominoso, & qui portendit aliquid, Plinius dixit 32, 1. Panegyristes vetus Maximiano Aug. c. 6 *Illum tamen primum consulatus tui auspicalem diem tacitus præterire nullo modo possum* &c.

¶ Auspicaliter, idem quod *Auspicato*. Hyginus de Limitibus p. 135 *Posita auspicaliter groma*, id est, auspicio habito.

¶ Exauspico, *are*, id est, malo auspicio agere. Plaut. Capt. 3, 5, 108 *Exauspicavi ex vinclis*, &c. v. *Redauspico*

¶ Inauspicatus, *a*, *um*, unglücklich, von böser bedeutung; ut, *Inauspicatum sanguinis pignus mei*, Sen. Oedip. v. 1023. *Inauspicatum nomen*, Plin. 3, 23. *Res inauspicati exempli*, Id. 7, 16. *Cornix ales inauspicatæ garrulitatis*, Id. 10, 12. Superl. Idem 28, 2 *Bibente conviva mensam vel repositorium tolli, inauspicatissimum habetur.*

¶ Inauspicato, sine auspiciis. Cic. de Divin. 1, 17 *Quod inauspicato pomœrium transgressus esset.*

¶ Redauspico, *avi*, *atum*, *are*, hoc est, de novo auspicari, item es von neuem anfangen. Plaut. Capt. 3, 5, 108 *Nunc intelligo*, *Redauspicandum esse in catenas denuo. Redauspicari* autem dicebantur duces, cum male gesta re, reverterentur ad nova petenda auspicia: quod *auspicia repetere* Livius & Tacitus dixerunt: *omina repetere*, Virg. Æn. 2, 178, ubi vide Servium; item Lipsium ad Tac. An. 3, 19.

AVSTER, *austri*, *i*, m. νότος, ventus meridialis, der südwind. Varia epitheta habet, ut Ovid. Met. 1, 66 *pluvius*, Horat. 2 epist. 2, 202 *Adversis austris.* Cic. Att. 7, 2 *Ita belle nobis flavit ab Epiro lenissimus Auster & mitis.* Virg. Georg. 4, 261 *Frigidus silvis immurmurat Auster.* Id. Æn. 1, 540 *Procacibus austris.* Plaut. Merc. 5, 2, 35 *Hic Favonius serenus, illic Auster imbricus*; quia imbres movet: unde & *Imbricitor*, quod imbres cieat, Ennio appellatus. Hunc Aristoteles, 2 Meteor. a mundi parte, quæ antarctico polo subjecta est, flare negat, quod tam procul ad nos usque flatus pervenire non possit: cum in Problem. & lib. de Mundo ad Alex. illinc flare tradat. Ovidius certe Pont. 4, 10, 43 *ab ortu suo procul digressum*, *languidum accedere* scribit.

¶ Austellus, *i*, m. dimin. Lucil. ap. Nonium 2, 229 *Ex nimbo austellos nec nosse nec esse putare.*

¶ Austrālis, *e*, meridialis, mittägig, gegen mittag, südwerts. Ovid. Met. 2, 132 *Polumque effugit australem.* Et de Ponto 4, 4, 1 *Dies australibus humida nimbis.* Cic. Tusc. 1, 28 *Australis ora.* conf. Somn. Sc. c. 6.

¶ Austrīnus, *a*, *um*, idem; ut, *Austrinus dies*, Columell. 11, 2. *Austrinus flatus*, Plin. 17, 2. *Austrini colores*, Virg. Georg. 2, 271. *Austrinus vertex*, Plin 2, 68, hoc est, *Polus antarcticus* Idem 16, 26 *Etiamsi non plaut, sed pat austrinum cælum aut nubilum.*

¶ Austrātus, *a*, *um*, i. e. humectatus, befeuchtet. Tribuitur Plauto: *Austrati ad ignem sedent.*

¶ Austrifer, *a*, *um*, austrinos flatus ciens: poëtarum verbum, windig. Silius 12, 2

Austrifero nebulosam vertice frontem
Immitis condebat hiems.

¶ Austroafricus, *i*, m. ventus junctus hinc inde Austro & Africo, sud-sud-west; Isidor. 13, 11.

¶ Austronotus, *i*. m. sphæræ cœlestis motus & polus australis, qui nunquam videtur. Isidor. 3, 32 & 36.

¶ Transaustrīnus, *a*, *um*, Mart. Capella lib. 6 c. de Zonis: *Alteræ regio transaustrini habitus defertione contrahitur.*

AVSTĒRVS, *a*, *um*, totum Græcum est ex αὐστηρός, quod Ver. Gloss. *austerum*, *severum* interpretatur; itaque suavi & comi opponitur, streng, unfreundlich, herbe; ut, *Vinum austerum.* Cels. 3, 6 extr. *Gustus austerior*, Colum. 12, 12 & 39. *Austerrimo vegi*, Messala Corv. p. 4 Sed *Vinum austerissimum*, Scrib. Largus Compos. 142; & Apul. de Herb. c. 39, 2. *Labor austerus*, id est, gravis ac molestus, Hor. 2 Sat. 2, 12 *Asperus homo*, id est, *severus & acerbus*, Cic. de Orat. 3, 25. Id. pro Cælio c. 14 *More austero cum aliquo agere*, unfreundlich und sperrisch mit einem umgehen. ¶ 2. *Austeri colores*, etiam dicebantur lucentes obtenuis: βαφαὶ; Græci appellant, dunckle farben, quibus opponuntur *floridi*, eximie fulgentes, hohe und lichte farben, οἷς vocati Græcis. vid. Plin. 35, 6 & quæ ad eum locum animadvertit Salmasius Exercit. Plin. p. 199 sq.

¶ Austerālis, *a*, *um*, dimin. etwas herbe. Apul. 4 Florid. Elmenh. p. 363 *Crateras bibi: nusice dulcem, dialecticæ austerulum.*

¶ Austērē, adverb. ernsthafft. Cic. pro Muræna c. 35 *At enim agit mecum austere & severe Cato.*

¶ Austēritas, *ātis*, f. severitas, das sauersehen, die unfreundlichkeit. Quintil. 2, 2 de præceptore differens: *Non austeritas ejus tristis, non soluta sit comitas*, conf. Plin. 2 epist. 5. ¶ 2. Alter Plinius etiam ad colores translatitie vocem non semel: e. g. 35, 10 *Dare colorious austeritatem.*

¶ Austerālis, *e*, idem ac *austerus*; ut, *Austeralis herba*, sisymbrion, brunnkresse. Apul de Herb. c. 105.

¶ Subaustērus, *a*, *um*, nonnihil austerus, säuerlich. Celsus 3, 6 extr. *Vinum austerum, vel certe subaustērum.* Et 6, 6 n. 8 *Vinum bibere lene subaustērum, modice vetus.*

Australis, vide *Auster.*

AVSTRASIA, *æ*, f. regio Germaniæ superioris, ubi Lotharingia cum parte Alsatiæ & Palatinatus, &c. Vastum regnum Francorum fuisse dicitur, quod olim Austrasiæ regibus paruit; quo abolito Lotharii regnum ortum. Vnde Lothringia adhuc Latine Austrasia nominatur; Westrich, Lothringen.

AVSTRIA, *æ*, f. Oeſterreich, provincia Germaniæ nobiliſſima, cum parte Pannoniæ ſuperioris, ſic dicta a mundi cardine orientali, qui Germanis oſt dicitur.

¶ Auſtriacus, *a, um*, adject. öſterreichiſch; ut, *Domus Auſtriaca*, quæ dedit Imperatores & Reges Hiſpaniæ.

Auſtrifer, auſtrinus, Auſus, um, vide *Auſter*, *Audeo*.

AVT, ȳ, conjunctio disjunctiva, entweder, oder. Horat. Arte v. 333

Aut prodeſſe volunt, aut delectare poëtæ.

Sæpius repetitur in diſtributione. Sic Cic. 1, 9 *Deſerendi officii plures ſolent eſſe cauſſæ. Nam aut inimicitias, aut laborem, aut ſumtus ſuſcipere nolunt: aut etiam &c.* conſ. Partit. c. 14. Ad *aut* reſpondet *vel* apud Martial. epigr. 4, 63 *Aut appone dapes, Varre, vel aufer opes.* Sed habet iſta Conjunctio & plures alias qualitates, quas Diomedes lib. 1 ſub finem fuſius perſequitur. nos in compendio perſtringemus ejus filum ſecuti. ¶ 1. Si geminatur, *dubitativa* eſt. Virg. Æn. 2, 36

Aut pelago Danaûm inſidias ſuſpectaque dona
Præcipitare jubent, ſubjectîve urere flammis:
Aut terebrare cavas uteri & tentare latebras.

¶ 2. Si ſemel pronunciatur, *diminutiva* eſt, & gradum habet ad inferiora tendentem, & redditur oder. Idem Æn. 1, 69

Incute vim ventis, ſubmerſasque obrue puppes:
Aut age diverſas, & diſjice corpora ponto.

¶ 3. Eſt & *cominutiva*; ut in illo Virg. eclog. 7, 21

Nymphæ noſter amor Libethrides, aut mihi carmen,
Quale meo Codro, concedite (proxima Phœbi
Verſibus ille facit) aut (ſi non poſſumus omnes)
Hic arguta ſacra pendebit ſiſtula pinu.

¶ 4. *Hortativa*: Vt Æn. 9, 495 *Aut tu, magne Pater Divum miſerere.* Ita quidem interpretatur Diomedes 1 p. 412; Sed ſi locum ipſum inſpicimus, apparet, disjungendi vim retinere. ¶ 5. *Conjunctiva*: Vt Æn. 1, 414 *Molirive moram, aut veniendi poſcere cauſſas. Copulativam* etiam Priſcianus agnoſcit, cum lib. 18 p. 1170 ſcribit: γε *conjunctionem illi* (Græci) *& pro* γὰρ, *& pro* γᾶν *ponunt: quomodo & apud nos*, AT, *&* VEL, *&* AVT *pro* ET, *&* SALTEM, *vel* AVTEM *etiam pro* VALDE *invenitur.* ¶ 6. Conjungitur aliquando cum particulis *vero, etiam*, non tam ſenſus, quam elegantiæ cauſſa. Neque enim addere neceſſe eſt. Lucretius 4, 937

Propterea que fere res omnes, aut corio ſunt,
Aut etiam conchis, aut callo, aut cortice factæ.

Cic. de Orat. 1, 17 *Sed ſi quis eſſet, aut etiam faiſſet, aut vero ſi poſſet: tu eſſes unus profecto* &c. Eleganter Id. Acad. qu. 4, 32 *Aut etiam aut non reſpondere*, ja oder nein. ¶ 7. *Aut*, duas partes disjungens, etiam priori parti inverſo ordine additur a Cic. Att. 10, 13; & fam. 8, 17, 1. ¶ 8. *Aut* & *haud* a librariis commutari, notant Pier. in Æneid. 3, 43; Rutgerſ. Lection. Venuſin. Brouckh. ad Propert. 4, 1, 7; Burm. ad Valer. Flacc. 1, 187. *Aut* & *ac*, Bentley. ad Hor. 1 Sat. 6, 68; Suetonii interpr. Aug. 10, & Calig. 12; Drakenb. ad Liv. 21, 53.

AVTEM, adverſativa Conjunctio, quæ ſemper poſtponitur, aber. Ter. Eun. 5, 2, 10 *Quid meâ autem?* ubi indignationem ſignificat. Ibidem ſc. 5 v. 22 *Atque adeo autem, cur non egomet intro eo?* und warum gehe ich denn nicht ſelbſt hinein? Id. Heaut. 2, 3, 19 *Quæ res te ſolicitat autem?* ¶ 2. *Ecce autem, Porro autem, Tum autem*, id eſt, *præterea*, zu dem. Vid. Ter. Phorm. 1, 5, 34; Adelph. 3, 3, 66; & Eun. 5, 9, 7. ¶ 3. Iungitur eleganter particulæ *Et*, ac tertio vel quarto loco poſitum. Lucret. 1, 1077

Et quod inane autem eſt, ſmiri corpore cogit.

Quint. 4, 1 *Et Demoſthenis autem ad Æſchinem orationem in proœmio convertit.* Suet. Aug. c. 73 *Et forenſia autem & calceos nunquam intra cubiculum habuit.* ¶ 4. *Neque autem* habet Cic. fam. 5, 12 *Neque autem ego ita ſum demens.* Et Apul. 1 Florid. prope fin. *Sententia ſemel lecta neque augeri litera una, neque autem minui poteſt.* ¶ 5. Inſervit ſæpe connexioni. Nep. 25, 17, 1 *De pietate autem Attici quid plura commemorem.* Dixerat de aliis ejus virtutibus; de pietate autem ſic incipit. ¶ 6. Poſt negativam omittitur; licet Germani dicant nicht aber. Cic. de Sen. c. 18 *Hæc morum vitia ſunt, non ſenectutis.* Quint. Decl. 17 *Pro patre mori poſſum, coram patre non poſſum.*

AVTHENTA, *æ*, m. αὐθέντης, ein Fürſt. Fulgent. de contin. Virg. *Ovatum Latiaris authenta.*

¶ Authenticus, *a, um*, αὐθεντικὸς, quod ab auctoritate conſpicuis & valentibus profectum & comprobatum eſt, glaubwürdig, gültig; ut, *Authenticæ literæ*, Tertull. de Præſcr. adv. Hæret. c. 36. ¶ 2. *Authenticum*, primigenia ſcriptura, quæ exemplo opponitur. Vlpianus l. 4 Dig. Famil. ercifcund. *Labeo ſcribit, vendita hæreditate tabulas teſtamenti deſcriptas deponi oportere: hæredem enim exemplum debere dare, tabulas vero authenticas ipſum retinere, aut in æde deponere.* Igitur *Tabulæ authenticæ*, das original; *Exemplum* vero die abſchrift, copey. Sic & ibid. l. 8 *Authenticæ rationes.* Subſtantive etiam Tertull. de Monog c. 11 *Sciamus non ſic eſſe in Græco authentico*, in dem grundtext.

¶ Adverbium hinc Græcum αὐθεντικῶς, in uſum quoque Latinorum venit. Nam *αὐθεντικῶς loqui*, id eſt, cum auctoritate, Cic. ad Att. 9, 14 & *αὐθεντικῶς nunciare*, 10, 9, zuverläſſige nachricht bringen.

AVTHEPSA, *æ*, f. αὐθέψα. olla per ſe elixans, pauciſſimo & fere nullo igne ſuppoſito, unde ipſi nomen videtur eſſe factum; ἕψω, enim *elixo* eſt; ein künſtlicher koch-topf. Tale vas nunc quoque adhibetur ad ſorbitionum delicias, cum in ſuperiore parte contineat eas coquendas, in inferiore ignem, eine caffee- oder thee-küche. Legerunt alii *Anthepſa*, ſed *Authepſe* lectio probabilior eſſe videtur. Cic. pro Roſc. Amer. c. 46 *Domus referta vaſis Corinthiis & Deliacis, in quibus eſt authepſa illa, quam tanto pretio nuper mercatus eſt* &c. Lamprid. in Heliogab. c. 19 *Primus authepſas argenteas habuit, primus etiam cacabos.*

Author, authoritas, perperam ſcribitur, vide *Auctor.*

AVTÖCHIR, αὐτόχειρ, ein ſelbſtmörder.

¶ Autochiria, αὐτοχειρία, der ſelbſt-mord. Græca ſunt, quibus vulgo cædes voluntaria & propria manu facta deſcribitur. Licitum hanc putabant ethnici: e. g. Plin. 28, 1 extr. *Id in morte optimum, quod eam ſibi quisque præſtare poterit.* conſ. Sen. epiſt. 70. Legibus Rom. non prohibitum, niſi quis pœnæ ſe ſubduceret, oſtendit Bynkersh. Obſerv. Cur. Rom. 4, 4.

AVTOCHTHONES, *um*, m. pl. αὐτόχθονες, *indigenæ, minimeque aliarum gentium adventibus & hoſpitibus mixti*, ut Tacitus Germ. 2, 1 deſcribit: velut nati ex ipſa terra. Cum enim perſuaſum eſſet gentilibus, homines initio paſſim terrarum ex ipſa tellure, licet alios aliis ferius, fungorum inſtar erupiſſe, αὐτόχθονες appellati ſunt *primo* hi ipſi, quos ita crederent in quavis regione primos ex utero terræ proſiliſſe. Cenſorin. c. 4 *terrigenas*, itemque *indigenas* vocat. Γηγενῆς nominant Græci & ἐγχωρίους. Iis *adventus* opponit Tacitus Agric. 11, 1 *Britannicam qui mortales initio coluerint*, indigenæ *an* advecti, *ut inter Barbaros, parum compertum.* Porro ἀυτόχθονες etiam *Aborigines* dicti. Gloſſ. Vet. αὐτόχθων, *Aborigo, Indigena. Gaji* quoque Latinorum (qui poſtea Caji,) & *Opici* ad Græcorum αὐτόχθονας alludunt. τὸ enim & *Op*, terra eſt. Vide Scal. c. 38 de cauſ. Lat. ling. Voſſ. de vit. ſerm. p. 166. ¶ 2. *Poſtea* terrigenarum talium poſteri etiam αὐτόχθονες appellati, ſed ii tantum, qui a primis illis oriundi, nec mutaſſent patriam terram, nec alienas gentes ſuæ miſciuiſſent. Et huc reſpicit locus ille Taciti deſcriptus initio. Nec alio ſenſu *indigenitalis* dici videtur apud eund. de Or. 3, 38 Pet. Fabro in Comm. ad eum loc. p. 80. (Sed optimi libri, etiam Pearc. *Dii genitales* legunt.) Tales autem cenſeri ſe inter Græcos inprimis cupiebant Athenienſes, ea ex re nobilitatem ſuam metientes. Vid. Auſon. de claris urbibus, tit. de Athenis, & Juſtin. 2, 6. Atque hujus rei velut inſigne volebant ipſi quondam eſſe Cicadas aureas, quas implexas capillis gerebant: nam e terra ajunt cicadas procreari. Vid. Ioſ. Scalig. in Cir. Virg. p. 56 & Ian. Parrhaſ. apud Grut. Tom. 1 Lamp. p. 836. ¶ 3. Per metaphoram 70 Interpretes αὐτόχθονας vocant Iudæos nativos, & opponunt τοῖς γειώραις, qui alias & *proſelyti* vocantur, quomodo Græcis alias oppoſita ſunt αὐτόχθονες & ἐπήλυδες, Latinis *indigenæ* & *advenæ*, laudeß finder, einheimiſche. Locus eſt Exod. 12, 19 *Qui comederit fermentatum, peribit anima ejus de cœtu Iſrael.* ἔντε τοῖς γειώραις, καὶ αὐτόχθοσι τῆς γῆς: Latin. *tam de advenis, quam de indigenis terræ*: Lutherus: es ſey ein fremdlinger, oder einheimiſcher im lande. De Iudæorum hac diſtinctione v. Hotting. Theſaur. philol. p. 12 & 17. ¶ 4. Adjective Cic. ad Att. 7, 2 *urbanitas* αὐτοχθων, i. e. nativa, angebohren, natürlich, unaffectirt.

AVTÖDIDACTVS, *i*, m. αὐτοδίδακτος, per ſe doctus, citra doctoris inſtitutionem, ſelbſtgelehrig. Talis Heraclitus Epheſius, & in Homeri Odyſſ. χ. v. 347 citharœdus quidam.

AVTÖGRÁPHVS, *a, um*, αὐτογραφος, manu propria ſcriptus, eigenhändig. Suet. Aug. c. 71 *Nec id dubium eſt autographa quadam epiſtola.* Et mox c. 87 *Literæ ipſius autographæ oſtentant.* ¶ 2. *Autographum* ſubſtantive eſt exemplar auctoris manu ſcriptum, das original, die eigene handſchrift. Symmach. 3 epiſt. 11 *Me juvat vetuſtatis exemplar de autographo tuo ſumere. Idiographum librum* vocat Gellius 9, 14, de quo ſuo loco.

AVTÖLÖLÆ, ſive Autololes, m. pl. populi Mauritaniæ, curſus celeritate celebres, quos vagos vocat Lucanus 4, 677. Silius 3, 306

Nec non Autololes levibus gens ignea plantis &c.

Quia Getulis oriundi, *Getulos* eos vocat Plin. 5, 1 & 2

AVTÖLŸCVS, *i*, m. αὐτόλυκος, Mercurii filius, & avus maternus Ulyſſis, artificiis furtorum clarus. Ovid. Met. 11, 313

Alipedis de ſtirpe Dei verſuta propago
Naſcitur Autolycus, furtum ingenioſus in omne: &c.

Martialis 8 epigr. 59 quod inſcribitur, in Luſcum furem:

Non fuit Autolyci tam piceata manus.

conf. Colum. 1, 3. Corrigendus ea in voce Servius ad Æn. Virg. 2, 79 *Auſtolicus* (lege Autolycus) *quidam fur fuit, qui ſe variis formabat in ſpecies: Hic habuit liberos, Siſyphum, unde natus eſt Sinon: & Auctoliam, unde Ulyſſes.* Neque *Auctoliam* hanc, opinor, peccabit, qui reformabit in *Anticleam.* Sic enim Homerus vocat Odyſſ. λ. v. 85

Αὐτολύκῃ θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἀντίκλεια.

AVTŎMĂTON, *i*, n. αὐτόματον, proprie adjectivum, intell. ὄργανον, opus mechanicum, ita elaboratum ſubtiliter, ut ſua ſponte nulla apparente cauſſa, moveatur, ut ſunt horologia automata, uhrwercke; itemque verſatiles machinæ, ut, *Verus automaton*, ein bratenwender ꝛc. *Automati* vox Latinis literis exſtat in Suet. Claudio c. 44. Vitruv. 9, 9 *Aquarum expreſſiones* αὐτόματοι.

¶ Automatia, *æ*, f. Αὐτοματίας nomine Timoleon coluit *Fortunam*, ad quam omnia ſua referebat bene geſta, ut Plutarchus περὶ εὐμοιρίας & Nepos 20, 4, 4 prodiderunt. v. Torrent. ad Horatii 1 Sat. 7, 82 & Gyrald. in Hiſt. Deor. ſyntagm. 16. Per αὐτοματίαν illam Lambinus intelligit *eajum fortuitum*; ſed melius Xylander *fortem fortunam*, quæ omnium actionum laborumque humanorum domina & moderatrix credita eſt, cui multa Græci Romanique monumenta conſecrarunt. Conf. Selden. de Diis Syr. Synt. 1 c. 3.

¶ Autŏmătārius, *a, um*, adject. Ita Vlpianus D. l. 41 § 11 de Legatis & fideic. *automataria* dixit, ſubintellige *opera*, was ſich ſelbſt bewegt. *Automatarius faber*, in veteri lapide Romæ (cujus inſcriptionem Torrentius, ad ſupra citatum locum Suetonii produxit, etiam p. 642 Gruterus) reperitur. *Automatarius klepſydrarius* in lap. ap. Murat. p. 935. Hodie ita vocetur ein uhrmacher.

AVTŎMĔDON, *ontis*, m. αὐτομέδων, auriga Achillis. Virg. Æn. 2, 477 *Equorum agitator Achillis, Armiger, Automedon.* Ad hunc alluditur apud Iuvenal. 1, 61; & Cic. pro Roſc. Am. c. 35. Ovid. A A. 1, 5 *Curribus Automedon lentisque erat aptus habenis.* ¶ 2. *Automedon* fuit etiam Græcus auctor, cui hoc tribuitur epigramma:

Εὐδαίμων πρῶτον μὲν, ὁ μηδεν μηδὲν ὀφείλων,
Εἶτα δ' ὁ μὴ γήμας· τὸ τρίτον, ὅστις ἄπαις.
Qui nulli debet, fortunatiſſimus hic eſt,
Proximus huic cælebs, tertius orbus erit.

Vid. in Chiliad. Eraſ. *Felix qui nihil debet.* Vide etiam Plutarch. lib. περὶ τῦ μὴ δεῖν δανιζε θαι.

AVTŎMŎLÆ, vel Automoli, m. pl. αὐτόμολοι, i. e. *profugi*, Æthiopes, qui ex Ægypto venere, Mela 3, 9.

AVTŎNOE, *es*, f. Cadmi filia, Ariſtæi conjux, Actæonis mater. v. Iuvenal. Sat. 6, 72.

¶ Autonoëius, *a, um*, adject. Sic, *Autonoeius heros* venator Actæon apud Ovid. Met. 3, 198.

AVTŌNŌMVS, *i*, m. ἀυτόνομος, qui est sui juris, qui nullius imperio subest, der sein eigen herr ist.

¶ Autonomia, *æ*, f. ἀυτονομία, libertas suis utendi legibus, Cic. ad Att. 7, 7 & 2.

AVTŌPHŌRVS, *i*, m. ἀυτόφωρος, i. e. *fur manifestus*, ein öffentlicher dieb, ex ἀυτὸς & φὼρ, qui in ipso furto, aut cum re furtiva deprehenditur. v. Vlpian. l. 3 pr. ff. de Furt.

AVTOPHYES, n. τὸ ἀυτοφυὲς, sponte natum, non adscititium, item proprietas naturæ, etwas natürliches, l. 70 ff. de Leg. & fideic. 3. Sed incerta lectio. ¶ 2. Æon hæreticorum, Tertull. adv. Valent. c. 8.

AVTOPSIA, *æ* f. ἀυτοψία, occulta fides, experientia per inspectionem, der augenschein.

AVTŌPŸROS, *i*, m. ἀυτόπυρος, vel ἀυτοπυρίτης, panis ex tritici farina a furfuribus non expurgata, grob weißen-brodt. Cicero Tusc. 5, 34 *Cibarium panem* vocat, gesiebe-brodt; dictus quasi ὅλος ἀυτὸς ὁ πυρὸς, hoc est, totum ipsum triticum nulla sui parte adempta, ut Galenus vult lib. 1 de Alimentis. conf. Colf. 2, 13; Plin 22, 25.

Autor, autoritas &c. Autumnalis, vide *Auctor, Autumnus.*

AVTVMNVS, seu potius *Auctumnus, i*, m. quarta pars anni ab accessione vel *augmento* fragum dicta, der herbst. Festus: *Auctumnum quidam dictum existimant, quod tunc maxime augeantur hominum opes conflis agrorum fructibus.* Quod etiam Vossius Etymol. probat, quamvis ultimator literæ *C* cliso sit. Horat. 4 oda 7, 11 *Autumnus pomiferum* vocat; *pampineum* Virg. Georg. 2, 5; *gravem*, id est, noxium, morbiferum Cæsar B. Civ. 3, 2; & Horat. 2 Sat. 6, 19; ubi & *Libitinæ quæstum* appellat ex funerum frequentia, quæ infamare hanc partem anni plerumque solet. Nam ex temporibus anni autumnus periculosissimus est; caussa tempestatum inæqualitas. Celsus 2, 1 *Ex tempestatibus optime æquales sunt, sive frigidæ, sive calidæ: pessime quæ variant maxime: quo fit, ut autumnus plures opprimat* &c. Ovid. Art. am. 2, 315, 318 *Sæpe sub autumno, cum fas maxime annus &c.*

Aere non certo corpora languor habet. Hinc descriptio multitudinis est luven. 10, 221 *Quot Themison ægros autumno occiderit uno.* De *Autumno novo, adulto, præcipiti*, v. Servium supra in Æglas. *Pulcherrimum etiam autumnus bonus est, τῶν γὰρ καλῶν καὶ τὸ μετ' ὀπώρας καλὸν*, de Agathone & Euripide Plutarch. v. Chil. ¶ 2. *Autumnus* pro autumni fructibus quandoque occurrit. Martialis 3 epigr. 57 *Et multa fragrat tesla senibus autumnis:* i. e. autumnali vini veteris copia.

¶ Autumnum, *i*, n. idem quod *Autumnus.* Varr ap. Nonium, 2, 22 *Autumnum ventosum fuerat.* Cyprian. in epist. *Arboreis fœtibus autumna fœcunda.* Subintellige *tempora* vel *tempus.* Nam

¶ Autumnus, *a, um*, usurpatur & adjective. Sic *Autumnum frigus*, Ovid. Met. 3, 728: *Autumnam tempestatem*, herbstwetter, Gell. 19, 7. *Autumnos dies*, Theodos. & Arcad. Impp. L. 7 C. de feriis: *Autumnas pruinas*, Ausonius Eidyll. 8 v. 10; *Autumnam temperiem*, Cyprianus lib. 1 contra Demetrianum dixerunt. *Autumnus imber* vid. Gronov. Observ. 3, 24; Gesner. ad Caton. R. R. 5, 8. Miscell. Observ. 7, 281; 8, 318.

¶ Autumnalis, *e*, herbstlich, zur herbst-zeit; ut, *Æquinoctium autumnale*, Varr R. R. 1, 28; & Liv. 31, 47. *Autumnalia pyra*, Plin. 2, 41; *cornu*, Ovid. Met. 13, 817. *Putatio autumnalis*, Columella 3, 9 extr.

¶ Autumnal, *e*, idem; Sic *Æquinoctium autumnal* dediste putatur ex Varrone Solinster lib. 1 p. 94 & 95.

¶ Autumnitas, *ātis*, f. i. e. proventus autumni, die herbst-erndte, meinlese. Arnobius 1 p. 12 *Ex olivis vestris atque vinetis plenam faciant autumnitatem fandi.* Sic & Symmachus 3 epist. 23 *Nos hic in otio rusticamur, & mulsimodis autumnitate defruimur:* Vindemiam intelligit & vini proventum, ut, quæ sequuntur, verba ostendunt. ¶ 2. Pro ipso autumno sive tempore autumnali, die herbstzeit, herbstwetter. Cato R. R. c. 155 *Prima autumnitas: cum pluvia est.* Idem c. 5 *Circum oleas autumnitate ablaqueato.* conf. Varr. ap. Nonium 2, 22.

¶ Autumno, *are*, ut hiemare, vernare, dicimus, herbst machen. Plin. 2, 50 *Qua ratione crebra & in Italia fulmina: quia nobilior aër mitiore hyeme & æstate nimbosa semper quodammodo vernat vel autumnat.* Idem 2, 47 *Cœnus autumnat*, er bringt den herbst mit sich.

¶ Autumnesco, *ĕre*, sich zum herbst anlassen. Mart. Capella l. 6.

AVTVMO, *avi, atum, are*, meinen, dafür halten. Non est ex *ab* & *æstimo*; sed idem est ac *autor sum.* Priorem derivationem Nigidii rejicit Gellius 16, 3 additque: *AVTVMO non solum significat* totum æstimo, *sed* & dico, & opinor, & censeo &c. Cic. in Orat. c. 49 *Bene quam meritam esse autumas.* Catull. 45, 2 *Te esse Tiburtem autumat.* Ter. Prol. Heaut. v. 19 *Neque se id pigere, & deinde facturum autumat*, er sagt auch, es gereue ihn nicht ꝛc. Plaut. Capt. 4, 2, 104 *Quia enim item ædipsi sint, Ut tuum vitium autumabas.* Et v. 110 *Si vero autumas*, i. e. dicis, prædicas. Et hic alibi sæpius. Apul. Apol. p. 276 *Eum quoque Zenonem longe decorissimum fuisse, ut Plato autumat*, id est, dicit, scribens, seu prodit. Vet. Gloss. *Autumat*, λεγει. ¶ 2. Æstimandi seu ponderandi significatio videtur esse in illo Plauti Menæch. 5, 2, 7 *Res plurimas possimas, cum advenit, adfert, Quas si autumem omnes, nimis longus sermo sit.* Id. Pœn. 1, 2, 32 in passivo: *Quasi falsa muriatica esse autumantur.* Sed in his ipsis etiam dicendi significatio locum habere videtur. ¶ 3. Nonius 4, 7 etiam explicat per *sperare* ex isto Pacuvii: *Aut hic est, aut hic adfore certum autumo.*

Avulsio. Avunculus, quære in *Vello, Avus.*

AVVS, *i*, m. patris matrisve pater, der großvater, auherr. Sic *Avus paternus, maternus*, der auherr vom vater, mutter. Horat. 1 Sat. 6, 3. Cic. pro Mur. c. 7 *Et proavus & avus prætores fuerunt.* Virg. Georg. 4, 209 *Avi numerantur avorum.* Per catachresin ponitur pro abavo. v. Rupert. ad Pomp. Enchirid. p. 436 seq. De origine v. Festum.

¶ Avia, *æ*, f. die großmutter. Cic. de Aruspic. resp. c. 11 *Illa mater dea te, Cn. Lentule, cujus ab avia manibus esset accepta, spectatorem eh. vidit.* ¶ 2. Metonymice Persius Sat. 5, 92 *veteres avias* anules fabulas & deliramenta appellat.

¶ Aviarius, *a, um*, quod ab avo aliisque majoribus venit, vom großvater her, großväterlich, everbt von voreltern. Cic. in Verr. 2, 5 *Avita & patria res.* Et pro Cæl. c. 14 *Bona avitæ.* Liv. 1, 6 *Avitum malum, regni cupido*, hoc est, non aliter certamen inter Romulum & Remum fuit de regno, quam fuerat avo horum cum fratre Amulio. Virg. Æn. 7, 169 *Solio medius consedit avito.* Etiam de jumentis habet Columella 6, 37 *Celeritatem avitam mulus refert.*

¶ Avĭte, adverb. idem. Tertull. adv. Valent. c. 39 *Filium hominis avite pronunciatum* dixit. Ita Frobenius, Fr. Junius & Pamelius; at Rigaltius *ajunt* pro *avite.*

¶ Avunculus, *i*, m. μητρὰδελφος, matris frater, der mutter bruder, oheim. Cic. Fin. 3, 2 *Eam controversiam dijudicabis, quæ mihi fuit cum avunculo tuo.* Plin. 5 epist. 8 *Avunculus meus, idemque per adoptionem pater*, Plinius scil. Veronensis, historiæ naturalis conditor, cujus soror erat mater Plinii junioris. v. lib. 6 epist. 20 n. 10. Festus clarissime: *Avunculus, matris meæ frater, traxit appellationem ab eo, quod æque tertius a me, ut avus est, sed non ejusdem juris, ideoque vocabuli facta diminutio est: sive avunculus appellatur, quod avi locum obtineat, & proximitate tueatur sororis filium.* Adde Stat. Sylv. 4, 8, 12. Aliquando maritus fororis matris ita appellatur: ut ap. Senecam Conf. ad Helviam c. 17 *Sic fratris* vocabulum ad patrueles etiam transfertur. ¶ 2. *Avunculus magnus*, aviæ frater est, der großmutter bruder. Cic. de Clar. c. 62. Item *Avunculus major*, Vellejo 2, 3, 59 & Suet. Aug. c. 7 Julius Cæsar vocatur, ex cujus sorore, Julia, nata fuit Atia, Augusti mater. ¶ 3. Apud ICtos *Avunculus major* proaviæ frater; qui & *Proavunculus*; *Avunculus maximus* frater abaviæ, v. Paulum ICt. l. 10 § 15, 16, 17 D. de gradibus.

¶ Abăvus, *i*, m. des großvaters oder großmutter großvater, der urraltvater, oder voreltervater. Cic. de Clar. c. 58 *Abavorum illustre nomen.* conf. Plaut. Mil. 2, 4, 20; Plin. 18, 6; Sen. de Clem. 4, 10; Sidon. carm. 15, 153.

¶ Abavia, *æ*, f. die uralt-mutter, großmutter des großvaters oder der großmutter. Instit. Jur. lib. 3 t. 6. conf. Dig. lib. 38 t. 10 l. 3 & 10.

¶ Abavunculus, *i*, m. der großmutter mutter bruder. Cajus in Dig. lib. 38 t. 10 l. 3 & 10 § 17. conf. Isidor. 9, 7.

¶ Ătăvus, *i*, m. abavi pater, der vater im fünften grad, groß-elters vater. Cic. pro Cæl. c. 14: vide *Proavus.* Ter. Phorm. 2, 3, 48 *Progeniem vostram usque ab avo atque atavo proferens.* Adde Hor. od. 1, 1, 1.

¶ Prŏăvus, *i*, m. avi pater, der großvaters oder großmutter vater, der alt-vater, elter-vater, ur-großvater. Cic. pro Cæl. c. 14 *Non avum, proavum, atavum audieras consules fuisse?* conf. Id. pro Mur. c. 7; Virg. Æn. 3, 129.

¶ Proavus, *a, um.* Ovid. Her. 4, 158 *Quod veniunt proavæ fulmina missa manu*, elegantissime scriptum ait in Francofurtensi cod. Burm. & confert *proavæ tropæa*, quæ Propertio 4, 11, 29 asserebat Barthius, invito licet Brouckhusio.

¶ Proavia, *æ*, f. avi vel aviæ mater, die elter-mutter. Suet. Calig. c. 10 *In Livia Augustæ, proaviæ suæ, contubernio mansit.*

¶ Prŏăvitus, *a, um*, quod a proavo est, von voreltern geerbt; ut, *Rura proavita*, Statio Silv. 4, 4, 83. *Proavita regna*, Ovid. Met. 13, 416. Et Sil. 5, 79. *Proavitæ insignia pugnæ*, de Corvini alite. Idem 16, 253 *Proavita potentia.*

¶ Proavunculus, *i*, m. der großmutter bruder. Caj. ICt. D. l. 38 t. 10 l. 1.

¶ Trităvus, *i*, m. abavi avus, der vater im sechsten glied, urelters vater; postea dicuntur *majores*, die vorfahren, v. Plaut. Perf. 1, 2, 53 & Paul. ff. l. ult. de grad. & affinit.

¶ Tritavia, *æ*, f. die urelter-mutter.

AVXĒSIS, *is*, f. ἄυξησις, auctio, amplificatio, die erweiterung; est pars orationis. v. Cic. Orat. c. 36. conf. Voss. 2 Rhet. p. 336.

AVXĬLIVM, *i*, n. militaris vox, qua denotabantur sociorum copiæ, ac opes, quæ belligerantibus subsidio sunt, hülffs-völcker, succurs, auxiliar-truppen. Varro L. L. 4, 16 AVXILIVM, inquit, *appellatur ab* AVCTV, *cum accesserant, qui adjumento essent, alienigenæ.* Et recte dixit *Alienigenæ*, nam in Romana militia discrimen erat inter *Socios* atque *Auxilia: Socii* dicebantur Itălici, *Auxilia* de gentibus externis. v. Lipsi. 1 de Militia Rom. Dial. 7; Veget. de Re mil. 2, 2. Atque in hac significatione frequentius in plurali numero usurpatur. Sallust. Iug. c. 8 *Dimittere auxilia.* Cæs. B. G. 3, 10 *Auxilia ex Britannia accersunt.* Justin. 1, 7, 9 *Auxilia confluebant.* Sic servi dicuntur *Servitia*; legati *legationes. Auxilium* pro auxiliariis ap. Ovid. Metam. 11, 381 occurrit. ¶ 2. Hinc igitur ad quamvis opem aliam, quæ nobis præstatur, translata vox: frequenter eam, quam ægrotantibus medici ferunt: beystand, hülfe. Stat. Silv. 4, 111 *Adjuvat ipse DEVS, morbosque valentior omni Occupat auxilium*, er kommt mit hülfe zuvor. conf. Propert. 1, 1, 26. Cato, melior auctor, quam quibusdam videtur, lib. 2 Disticho 23

Corporis auxilium medico committe fideli.

Et lib. 4 Dist. 14 *Auxilium a notis petito, si forte laboras:*

Nec quisquam est melior medicus quam fidus amicus.

De valetudine enim poëta loquitur: & *utiliorem medicum amicum esse, quam extraneum*, Celsus etiam docet Præfat. extrema, apud quem ea ipsa Præfat. *auxilia vulnerum morborumque* in principio legas, nec non *auxilium adversæ valetudinis.* Sic & *Auxilium viæ*, Virg. Æn. 1, 362. *Auxilia nauta, cum mare tumet*, Ovid. Art. 3, 260. *Auxilii copiam non habeo*, Ter. Andr. 2, 7, 20. Et Cic. Cat. 2, 9 *Auxilium cui ferre contra quem*; Nepos 25, 11, 1 *Auxilio cui esse*, helfen, behülflich seyn. Id. 8, 3, 1 *Auxilio venire*, beyspringen. Cic. pro Rosc. Am. c. 40 *Auxilium sibi adjungere*, sich hülfe schaffen. Et pro Rab. c. 2 *Ope & auxilio deorum gubernantur respublicæ.* Virg. Æn. 4, 617 *Auxilium alicujus implorare.* Sall. L. 6 Hist. in Orat. Cottæ: *Quorum alia toleravi, partim repuli Deorum auxiliis & virtute mea.*

¶ Auxĭlior, *atus sum, ari*, adjuvare, opem & auxilium ferre, helfen. Ter. Adelph. 2, 4, 9 *Si omnes cuperent, nihil tibi possent auxiliarier.* Ovid. 1 de Pont. 3, 23 *Tollere nodosam nescit medicina podagram, Nec formidatis auxiliatur aquis.* Plin. 24, 12 *Spina albæ semen contra scorpiones auxiliatur.*

¶ Auxilio, *are*, idem apud antiquos. Gracchus apud Diomedem lib. 1 p. 395 *Quibus ego primus quomodo auxilio?* conf. Prisc. lib. 3 p. 797. Et apud eundem Lucilius p. 791 *A me auxiliatus si est.* Hinc

¶ Auxi-

¶ Auxiliātus, *a, um*, pass. geholffen, gefördert. Virtuv. 5, 8 *Vox ab imis auxiliata & incremento ſpatiosa.* ¶ 2. Active, der hilfft. Stat. 5 Silv. 1, 198 *Nil ex operoſa meditatum Auxiliata malis.* Sidon. 9 epiſt. 16 *Quos provexi auxiliatos mihi per labores auxiliatos.*

¶ Auxiliātus, *ūs*, m. vel Auxilium, *i*, n. hülff, beyhülffe. Lucret. 5, 1038 *Et tuum parvo genus ab omni auxiliatus*

Vivere & a pœnis tremulum procul eſſe timorem.

¶ Auxiliārio, *avis*, t. idem apud Nonium 4, 440. Vel quid ſit *rumor* explica. Liv. 2, 33 *Quibus auxiliatis, adverſos conſules eſſet*; ſed al. *auxiliati lare*.

¶ Auxilior, *ōri*, m. ein helffer, beyſtand. argt. Quintil. 12, 3 *Litigantium auxiliator, ac ſubinde arbiter.* Tac. An. 6, 37, 4 *Haud ingloria auxiliator.* De Auxilio medicinæ Deo Statius 3 Silv. 4, 23 *Vbi machinas agit . . . tu ſalutor adeſto.*

¶ Auxiliōſus, *a, um*, i. q. auxilians: & adjective, hülffreich. Caſſiodorus ep. 2. *Hoſpitale officium ſalutiferæ auxiliationis exhibere.*

¶ Auxilium varia ſignificatione. Apul. de Deo Socratis. Cæl. Rhodig. Plinenth. *Virgiliana hoc vocabulum multis exemplis adſtruere, ſuperflua eſt operatio.*

¶ Auxilla, ōrum, idem. *Duo auxilla vitrea* inquit Lucina Ovidio Met. 9, 698. Auxilla eundem ſignificatum habent apud Cæſ. B. Gall. 3, 24, 3, & Auct. B. Hiſp. 7, 2. Veſtus optime: *Auxiliares dicuntur in bello illi milites, qui ſecundum aciem collocantur: dicti ex Græco vocabulo ἄυξω, quod nos dicimus recta crescendi auctionem.*

¶ Auxiliarius, *a, um*, idem; ut, *Auxiliarie cohortes*, Cic. de Prov. conſ. c. 5. *Auxiliarie Alex.* c. 62. *Equiti auxiliarii*, Sallust. Iug. c. 46. *Auxiliarii milites*, Liv. 40, 40. *Auxiliaria auxilia*, Plaut. Truc. 2, 1, 6.

¶ Auxiliāris, *e*, idem in Ioh. a Janua Cathol.

¶ Auxilis, *is, i, um*, hülffloſe; ut, *Animæ inauxiliatæ*, Vulg. Int. Sap. 12, 12.

Auxilla, vide *Aula*.

AVXIMUM, *i*, n. urbs Piceni in Italia; quæ olim colonia facta Romanorum. v. Vellej. 1, 15, 3. Vrbiote *Oximum* dicitur apud Liv. Iohnſon. 40. *Auximi* metri cauſſa eſt apud Lucan. 2, 466.

AVXO, nomen unius e Gratiis apud Pauſaniam & Clementem Alexandrinum. v. Theoph. Raynaud. Theol. nat. diſt. 7 n. 31.

Axamenta, axare, vide *Axis*.

AXANTOS, inſula in oceano ſeptemtrionali poſt Hiberniam, Plin. 4, 16.

Axedo, Axenus, Axiculus, Axilla, quære *Axis, Xenium, Axis, ala.*

AXIM, *is, it*, pro *egerim, is, it*. Nam antique *Axo, axi*. Pacuv. ap. Nonium 10, 7 *Vt quæ egi, axo, vel axim, vere ancoit bene.* Feſtus: *Axit antiqui pro dixiſſe: pro egerit, manifeſtum eſt.* Hinc

¶ Axies, pl. *mulieres ſive dii dicebantur una agentes*, Feſt. alii legunt *axones*. conf. Turneb. Adv. 23, 18.

¶ Axitiōſus, *a, um*, geſchäfftig; ut, *Axitioſa mulier*, quæ curioſe omnia ſatagit. Varr. de L. L. 6, 3 ex Plauto: *Axitioſæ annonam cavam e vili concinnant viris.* v. Taubm. p. 1464. Feſtus: *Axitioſi faciendi dicebantur, cum plures una quid agerent facerentque.*

¶ Adaxim pro *adegerim*, Feſt. & Non. 2, 53 ex *adaxint* Plauti Aul. 1, 1, 11.

AXINOMANTIA, *æ*, f. magica ſive divinationis ſpecies fuit, quæ per ſecures fiebat. Græce ἀξινομαντεία ab ἀξίνη, ſecuris. Plin. 36, 19 vocabulo Latino uſus eſt. Id. 30, 2 incuſare dicit, *Securibus divina promittere.*

AXIOMA, *atis*, n. ein ſpruch, ausſpruch, lehre, regel, ἀξίωμα, Dialecticorum vox. Eſt autem ἀξίωμα, ut Donatus in Ter. Andr. 1, 1, 18 deſcribit, *Sententia vel enunciatio una verbo nexum continens & perfectam intelligentiam. Conſtat enim ex nomine & verbo.* Hinc & *Verbum* a veteribus appellatum. Idem ad Eun. 1, 2 obſervat. Cic. Top. 1, 7 *Propoſitionem* in Acad. 4, 29 *Effatum* dixit: Varro *Præfatum*; item *Prolquium*: v. Gell. 16, 8, & Apul. de Syll. Cat. p. 29. ¶ 2. Recentiores etiam *Axioma* vocant dignationem & prærogativam honorationem, die würde, cum a Bud. ἀξίωμα explicet, quod proprie ſit *dignitas & amplitudo honores geſtos & magiſtratum, exiſtimatio, majeſtas, commentatio.* Hinc

¶ Axiomāticus, ἀξιωματικός, præceres, magnates, qui ſunt in dignitate atque & publica functione.

AXIOTHEA, *æ*, f. Philtaia, Platonis diſcipula, quam & Speuſippus audiiſſe fertur: Laërt. init. lib. 4.

AXIS, *is*, m. ἄξων, die achſe, ab ἄγω, *ago*. *Plures*, ut Feſtus notat, *habet ſignificationes: Nam & pars eæ ſeptemtrionalis: & ſtipes teres, circa quem rota vertitur: & tabula ſcitilis AXIS appellatur.* Media, quæ propria notio, uſu probatiſſima. Plin. 8, 2 *Axes amurca ungi.* Virg. Georg. 3, 172 *Nitens ſub pondere Axis.* Ovid. Met. 2, 317 *Temone revulſus axis*, Martial. 2 epigr. 77 *Vtilis ungendis axibus eſſe potes.* Hinc ſæpe *Axis* pro toto curru: ut, *ſinuare axem, propellere axem*, Sil. 16, 360 & 407. *Pœnibus axis*, der ſonnen-wagen. Sen. Herc. Oet. v. 1442, item *Purpureus axis*, Ovid. Heroid. 4, 160. Ita *Axis*, qui tympanum verſat, die welle, der wellbaum an mühl- oder andern räderw. Vitruv. 9, 9: & 10, 9. Sic & *axes volutarum*, die ſpindeln, Idem 3, 3. ¶ 2. Prima Feſti ſuperias adducti ſignificatio, ſive ad cœlum translata, ſatis etiam recepta, ut ex illo Manilii 4, 589 conſtat:

Aper ab axe rati Boreæ, venit Eurus ab orto.

¶ 3. Atqui non pars ſeptemtrionalis tantum, ſed & antarctica ad axem pertinet. Nam *axis cœli* totus ille trajectus dicitur, qui polis duobus terminatur, die himmels-achſe. Cic. de Vniverſ. c. 10 *Iam vero terram axicem noſtram, quæ traj. do axi ſuſtinetur.* Proclus de Sphæra ρι ἄξων τῆς σφαίρας, ἀφ' ὃ ἄρξαι ος ἀκτῆς, τῆς τὴν σφαῖραν. conf. Manil 1, 784 ſqq. Virtuv. 6, 1 & 9, 4. Sic *Thracius axis*, der himmel. Ovid. Met. 6, 175. conf. ibid 2, 298. Sic *Fabricius axis*, Claud. de Raptu 1, 116. Et plur. *Aſtrifori axes*, Lucan 9, 5. Prudent. de martyrio interitu Hymno 11 Cathem. v. 101. *Quam ſcelſus axis cardinem Mundi rucntis ſuſtinet.* ¶ 4. Impropriè verò quotlibet is mundi plaga ſeu climate, auctoribus ac poëtis maxime, uſurpatur. Lucanus 3, 259

Quamvis Heſperium mundi properemus ad axem.

Et ita accipienda Statii 1, 190 *Hi ſpectant tellus pomœria ſub axe.* Immo & Ovid. Met. 4, 229 *Axe ſub Heſperio ſunt poſcia ſortis equorum.* ¶ 5. Sed & pro monte ſeu clivo *Axis* dicitur. Claudianus Præfat. in Paneg. de Conſ. Mallii: *Conſulis alterius Pythius a cis aves. Pythius avis*, Parnaſſus dicitur, Apollini Pythio & Muſis ſacer. Propert 4, 1, 125 *Scandentes curvi cingit ſinuoſus vertice murus.* Vbi *vertex axis*, collis ſeu clivus eſt, ut Scaliger interpretatur, & multis defendit Donnola de patria Propertii & hujus editor Schurzfleiſchius. Sed Palleratius *arcis* pro *axis*, ex veteri libro reſtituit. ARN enim monuit, ut ſupra docuimus. In illo autem Iuvenalis Sat. 4, 117 *Dignus Arcinio qui mendicaret ad axes*, non opus eſt cum vetere ſcholiaſte clivum intelligere. Proximus enim vertus ſatis offendit *axem* ſyneedochice pro curru poni vel rheda. ¶ 6. *Axes* pro aſſeribus ſeu tabulis ſectilibus leginus ap. Vitruv. 4, 2. boten, bretter, tafeln. Et Gell. 2, 12 *Solenis: & axibus ligneis incoja.* Colum. R. R. 2, 19 *Roboreis axibus ſolum compingere*; & c. 30 *Stricata roboreis axibus conſtrata. Axes aſſedimi, quæ ni*, apud eumdem Vitruv. 7, 1. In hominino genere *axes genuum* Palladius dixit 1 Tit. 9. v. ſupra in *Aſſer*. ¶ 7. *Axes adjecerati*, univerſi frantes, i. e. cohortibus aut legionibus. Feſt. ¶ 8. *Axis* quoque ſera eſt in India, Plin. 8, 21. ¶ 9. *Aſſer* pro *axibus* frequens eſt. vid. Scheff. de re vehic. 2, 7 p. 158 & Bald. Lex. Vitruv.

¶ Axiculus, *i*, m. diminut. der pfleck, zapffe, daran etwas herum läufft. Vitruv. 10, 21 *Axiculi e quibus funes alligari, retinebant arietem.* Adde ibidem c. 14: & Colum. 6, 19.

¶ Axedo, *ōnis*, f. Marc. Empir. c. 33 *Axedonem figere ſuper lotium.*

¶ Axo, five Aſſo, *are*, Feſto eſt *asſimare*, ut proprie ſignet, ad axem, ſive aſſerem, ſive tabellam, decrectum aliquod adſcribere, ut publicirus innoteſcat. Vnde

¶ Axamenta, ſive Aſſimenta, *orum*, n. pl. ab ipſa *aximi* ſeu *aſſum* voce n. 7, dicebantur carmina ſaliaria, a ſatis ſacerdotibus in univerſos homines & in Deos ſingulos compoſita, in axibus vel tabulis deſcripta. v. Feſt. & Voſſ. Etymol p. 59: & Nonni Anc. Rom. 3, 20.

¶ Axungia, *æ*, f. adeps ſuillus inveterata, ſchmeer, wagenſchmiere. Plin. 28, 9 ſect. 37 *Adipi laus eſt, maxime ſuillæ: quæ vetuſtior, quanto vetuſtior. Axungiam Græci etiam appellavere in voluminibus ſuis*; quamvis Latinum origine vocabulum. Et hinc ipſe autor pergit, paullo poſt: *Antiqui axibus orbiculorum perungendis ad faſtidium eli camaclum rotarum utebantur, unde nomen.* Vſum in medicina ibidem oſtendit. Iſidoro 20, 2 *Axungia ab unctione vocata.* conf. Plin. 23, 33.

¶ Axungitrius, *i*, m. axungiam vendens, Cathol.

¶ Axibaxioqui, pl. Feſtus ait *Axibaxioquos* apud *Catonem.* Scaliger putat legendum *Axonavi, qui* &c. Voſſius: *Axinavitæ* vel *Ambaxiæ.*

¶ Coaxo, Coaxatio, vide *Coaſſ*, *Coaſſatio*, in *Aſſer*.

¶ Semiaxii, Chriſtiani olim dicti, quod ad ſtipitem dimidii axis revincti exurerentur. v. Tertull. Apol. c. 50.

Axitioſus, vide in *Axim*.

AXIVS, *i*, m. fluvius ex Scardo monte ortus, per Mygdoniam fluit, & in Sinum Thermaicum labitur. Plin 4, 10. & Herodot. 7, 123.

AXON, *ŏnis*, m. ἄξων, *axis*, linea in delineandis horologiis occurrens ap. Vitruv. 9, 8. Item membrum baliſtæ, ibid. 10, 17. ¶ 2. *Axones* Suidæ leges Solonis, quod inſcriptæ eſſent ligneis axibus. conf. Gell. 2, 12. v. Lindebrog. ad Ammianum 16, 5: Is enim latine uſus voce eſt. conf. Bochart. Geogr. p. 494. ¶ 3. *Axon* Cariæ flumen, Plin. 5, 12.

AXŌNA, *æ*, m. Galliæ Belgicæ flumen, der Aine-fluß. Cæſ. B. G. 2, 5. Hinc *Axones* dicti accolæ illius fluminis ap. Lucan. 1, 423; ubi tamen alii ſubſtituunt *Sueſſones.*

Axungia, Axur, Axurus, vide *Axis*, *Anxur.*

AZAN, *ānis*, m. mons Arcadiæ, Cybeli Deorum matri ſacer. De eo Statius Theb. 4, 292 *Ideis ululatibus Azan.* v. Barth. & Bur. ad Ovid. Met. 2, 599.

¶ Azania, *æ*, f. pars Arcadiæ, cujus incolæ *Azanes*. v. Steph. Byz.

AZONAX, *acis*, Zoroaſtris præceptor in magicis; Plin. 30, 1.

Azoni, Azymus, azymitæ, vide *Zona, Zyma.*

AZZALVM, *i*, n. ferri genus, quod *Seriçum* appellatur. Plin. 34, 14; & *Indicum* l. ult. § ſpecies ff. de publ. & vectig. v. Panciroll. Rer. memor. P. 1 t. 13. vid. *Ferrum* Indicum.

B LITERA muta, quam, ut Capella dicit 3 p. 58, *labris per ſpiritus impetum recluſis edicimus*, poteſtatem mediam quamdam habet inter *p* & *ph*. π & φ: unde quædam commutatio vocum Græcarum apud Latinos: ut, πῶξις *Buxus*: ἄμβω, *Ambo*, θριαμβεύω, θριαμβεύσω, *Triumphus, Triumpho, nubo, ſcribo, nupſi, ſcripſi*, &c. Quintilianus etiam 1, 4, *Byrrhum*, pro Pyrrho, & *Belenam* pro Helena, antiquos ſcripſiſſe monuit. vid. *Burrus, Brages.* Quin & quod Βασκανίαν Græci, Latini *Faſcinum* ſcribunt. ¶ 2. In compoſitione verborum in *V* interdum mutatur, ut *ab* in *aufero, aufugio.* ¶ 3. Sequente vero litera *f*, in eandem quoque tranſit, ut ab *ob Officio*, a *ſub Suffitio, Suffio.* Mutatur & in *c*, ut *occurro.* In *g*, ut *Suggero.* In *m*, ut *Summitto.* In *r*, ut *Surripio.* In *s*, ut *Iubeo, juſſi.* ¶ 4. In literis antiquis B. *Brutum* vel *Balbum* indicat. Item *Bonum*: ut B. A V. *bonis auſpiciis*, ſeu *bonis avibus*, B. I. I. *Bonum judicis judicium*, B. F. *Bonum factum*, qua formula in edictis proprie uſi. v. Turneb. Adv. 3, 22; & Briſſon. de form. p. 175. Græce ἀγαθῇ τύχῃ. v. Lucian. Deor. conc. p. 715 Gr. ¶ 5. In antiquis & manuſcriptis codicibus & monumentis B pro v ſæpe invenitur poſitum: ut, *Abei, Atabi, Probincia, Serbus, Viba*, &c. pro *Avei, Atavi, Provincia, Servus, Viva*, &c. v. Lipſium Var. lect. 2, 28, ubi inter alia vidiſſe ſe affirmat Adamantii Martyrii (Martyrii legit Ludov. Carrio Antiq. Lect. p. 32) libellum de Affinitate v & B. vid. etiam Lambin. ad Cic. Att. 1, 15 extr. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 2 p. 120, & Alios in Lex Cric. p. 9. In Pandectis Florentinis hoc præſertim obſervat. ut viri docti: unde perpetua fere in verborum quorundam præteritis & futuris confuſio. ¶ 6 Elegans exſtat epigramma apud Martial. de hac litera 5, 27

Quod Alpha dixi, Codice pandectarum:
Te nupſi, ali pta cum jacerer in charta:
Si forte bilem movit hic tibi verſus,
Dicas licebit beta me togatorum.

Non minus etiam elegans eſt epigramma ænigmaticum de hac litera in Sympoſio Lactantiano n. 42:

Tota vocor Græce, ſed non ſum tota Latine:
Ante tamen mediam cauponis ſcripta tabernam:
In terris naſcor; lympha lavor, ungor olivo.

Breviter expositit Gesnerus p. 186 ed. Heum.: Versu primo innuitur βῆτα, *be*; altero B litera, quæ notat *bonum*, testibus, qui de notis scripsere; tertio *beta* olus.

BA! item BAT! Interjectio est avertentis, sive ejus, qui alterius interpellationem inhibere cupit apud Plautum Pseud. 1, 3, 6; & Asin. 1, 1, 24 Charisius lib. 2 p. 213 Edit. Putsch. laudans priorem locum, ex sententia Cæcilii Vindicis ait, *sonum esse cornicis ex ore litum eximentis.* vide mox BABAE.

BAAL, βααλ, nomen fuit idoli gentium, quo Tyrii Iovem coluere, ut tradit Augustinus Tom. 4 super Iudicum lib. 7 quæst. 16. Idem Βαλαιος in Chron. Alexandrino appellatur, de quo v. Miscell. Obs. Vol. 2 p. 172 sq. ¶ 2. Vocabulum Punicum est, *Dominum* vel *dominantem* significans; unde etiam duces eorum id cognomenti loco sibi assumere, ut, *Hannibal, Hasdrubal* &c. Chaldæis sive Assyriis *Bel* dicebatur: Vnde Græcorum Βῆλος, & Latinorum *Belus*. v. Selden. de Diis Syris 2, 1; Voss. de Idolol. pluribus locis. Adde propter usum poëticum Sedul. 4, 147; & Prudent. Apoth. v. 393.

BABAE, interjectio hominis cum admiratione approbantis, vel negligentis, aut etiam læce alterius dicta ferentis, apud Plautum Pseud. 1, 3, 131; Stich. 5, 5, 30; Pers. 5, 2, 25; & Petron. c. 37.

BABAS, homo fuisse videtur notissimæ fatuitatis, a βα vel *bat* voce inarticulata, infantibus, & blæsis familiari, unde βαβίζω, *inarticulate loqui.*

¶ Babiger, *a, um*, & Baburrus, *a, um*, id est, *fatuus, stultus, ineptus.* Glossæ Isidori: *Baburrus, babiger, a, stultus, a.* conf. Isidor. Orig. 10 Lit. B.

BABECALVS vel Babæculus, *i*, m. dicaculum videtur signare, ein schwätzer. Arnobius 4 p. 141 *ut babeculi adolescentes solent.* Fragm. Trag. Petronii p. 14 *quomvis ex ipsi, babaecalis.* conf. ibi Burman c. 3.

BABEL, βάβηλ, f. nomen civitatis Assyriæ, quod a confusione linguarum accepit. Ioseph. Ant Iud. 1, 5 Ἐν ᾗ φασι τὴν σύγχυσιν βαβὲλ καλεῖσθαι. Latine *confusio* seu *commutio.* In sacris transfertur vox mystice ad ecclesiam corruptam. v. Hieron. c. 26 in Matth. Augustin. de C. D 16, 3 & 11. Clemens 1 Strom. & Epiph. 1 Hæres 39. Græcis & Latinis vocatur

¶ Babylon, *ōnis*, f. Βαβυλών, urbs maxima fuit & potentissima, *Chaldaicarum gentium caput*, quemadmodum Plinius vocat 6, 26, quamquam Aristoteles *gentis sive provinciæ potius, quam civitatis ambitum habuisse* censet Polit. 3, 2. *Superba Babylon*, Lucan. 1, 10. Ejus conditores traduntur varii. Nec mirum: quippe quæ a multis regibus aucta & amplificata. Initium a Nohæ posteris Nimrodoque est, qui nonnullis idem Græcorum Belus est, quem Babylonis conditorem Sidonius antiquus poëta Græcus, celebravit, ut Vossius de Idololatria 1, 24 observat, quem vide. Sed quia magnum cultum atque ornatum Semiramis addidisse creditur, ideirco & ejus auctor celebrata Propertio est, 3 eleg. 11. Nec aliter Strabo, Diodorus, Curtius, Iustinus sentiunt. v. & Augustin. de C. D. 16, 4 & 18, 2; & Conring. Adverf. Chronol. c. 8 p. 41. Ambitus ejus *trecentorum & sexaginta quinque stadiorum* fuit; muri vero altri 50 *cubitos*, lati *pedes* 32, in hisque viæ tam spatiosa, ut quadrigæ mutuo sibi occurrentes pertransire facile possent, ut Curtius 5, 1 auctor est. Plinius 6, 26 altitudinem ducenis pedibus, latitudinem quinquagenis definit, Herodotum secutus. Vide supra nominatos auctores, itemque Philostratum de Vita Apollonii 1, 18; & Cic. Div. 2, 67. Florentissimum in ea fuit regnum sub Nabuchodonosore illo, qui Syriam maximo exercitu ingressus Iudæam sævissima captivitate exhausit. Capta tandem a Cyro est & Dario, regno ad Medos prius, mox ad Persas translato. Pars, quæ Euphrati adjacet, admodum fertilis est; v. Plin. 18, 17. Scripsit alicubi D. Hieronymus, sua ætate, hoc est, Honorio imperante, vix e ruderibus loci deserti inculti que vestigia exstitisse, quæ urbis situm indicarent. Idem tamen in c. 13 Esaiæ, quo Vates divinus excidium urbis prædicit, ex relatione quadam alterius refert, venationes regias haberi in Babylone, & omnis generis bestias murorum ejus tantum ambitu coërceri. Adde Sis Cellarii programma de ruinis illustrium rerump. quod in Fasciculo XLIX est. *Nihil urbis ejus moribus corruptius, nec ad pervertendas, illiciendasque voluptates instructius* Alexandri ætate *fuisse* Curtius scribit 5, 1. De hac urbe videndus omnino Humfredus Prideaux Hist. Iud. ad A. 570 ante C. N. it. ad A. 293, ubi de recentiore ejus statu & urbibus aliis, quæ hoc nomen habuerunt. ¶ 2. *Babylon* alia Ægypti fuit ad Nilum, e regione Memphis, cujus rudera haud longe absunt a magna urbe Cairo. Strabo, Ptolemæus, & Byz. Stephanus memorarunt.

¶ Babylōnia, *æ*, f. regio circa Babylonem, Arabiæ, Mesopotamiæ & Assyriæ terminis circumscripta: alias *Chaldæa* vocitata. ¶ 2. Interdum *Babylonia* pro *Babylone* ponitur, e. g. apud Iustin. 1, 2, 7 &c. vide Salmas. in Solin. p. 1225.

¶ Babylonius, *a, um*, gentile nomen substantive & adjective usurpatur, subst. Cic. Div. 2, 46. *Babylonii*, Curt. 5, 1, 37 *Babylonii maxime in vinum, & quæ ebrietatem sequuntur, effusi sunt.* Adject. Ibid. n. 6 *Babylonii mures.* Lucan. 6, 50

Mœnia mirentur regis Babylonia Parthi.

¶ 2. *Babylonius*, idem, qui Tertulliano *genethliacus* est seu *Mathematicus*, ein nativität-steller, sternseher. Chaldæos enim seu Babylonios magna cura astrologiam coluisse, plures auctores referunt. Quin *ibi inventam sideralem scientiam* Plinius tradit 6, 26. Claud. de Cons. Hon. 4, 146 *Inspectis Babylonius horruit astris.* Eidem de ejusdem Consul. 6, 18

Namque velut stellas Babylonia cura salubres
Optima tum spondet mortalibus edere fata, &c.

Babylonia cura, id est, astrologorum curiositas, sive curiosa genethliacorum ars Hinc Horat. od. 1, 11, 1

Tu ne quæsieris scire (nefas) quem mihi, quem tibi
Finem Dii dederint, Leuconoë, nec Babylonios Tentaris numeros.

Numeros Babylonios, astrologorum rationes seu supputationes dixit. *Contemnamus* (inquit Cic. Divin. 1, 19) *Babylonios, & eos, qui e Caucaso cœli signa servantes numeris & orbibus stellarum cursus persequuntur.*

¶ Babylōnicus, *a, um*, adject. aliud: ut, *Babylonica doctrina*, i. e. astrologia, Lucret. 5, 726. *Babylonica triclinaria*, Plin. 8, 48. *Babylonica peristromata conpagine tapetia adnexit*, Plaut Stich. 2, 2, 54. *Babylonica palla superbe texta*, Martial. 8, 28.

¶ Babylonicum, *i*, n. subst. vestis babylonica, tapezerey, kostbar tuch. Lucret. 4, 1023 *Babylonica magnifice splendore.* Laberius ap. Petron. c. 55 *Plumato amictus aurco Babylonico.* Vet. Gl. *Babylonicum, ψιλὴ πολύμιτος.* Vlpianus l. 25 § 3 de auro arg. *Stragulas & babylonica, quæ equis insternii solent, non puto vestes esse.* conf. Festus in *Solla*; & de pretiosis pellibus Babylonicis Busbeq. Legat. Turc. ep. 3 p. 156.

¶ Babyloni icus, *a, um*, aliud adject. Manil. 4, 573 de Cytherea: *Babyloniacas Iunonis professa per undas.*

¶ Babylonienſis, *e*, gentile, quo Plautus aliquoties usus est. Truc. 1, 1, 66; & sc. 2 v. 100 *Babylonienſis miles.*

BABYS, frater Meriyæ fabulis est. Vide Proverb. in Chiliad. παίδιον βαβυς ἀυλεῖ, *pejus Babys cantat*: quod in eos dicitur, quorum exercitatio semper in pejus vergit, ut quidam oratores, quo longius dicunt, eo dicunt indoctius.

Baca, vide *Bacca* n. 6.

BACALVSIA, *æ*, f. vox insolita, a viris eruditis varie tentata apud Petron. c. 41 *Omnes bacalusias consumpsi.* Sed M. Nodot p. m. 200 legit *betelogias.* v. infra *Betrelogia.*

BACAR, *āris*, n. vas vinarium, simile bacrioni. Festus a Baccho deduxit, quasi *bacchar.* Notæ & vas aquarium. v. Gloss. Isid.

¶ bacario, *ōnis*, m. urceoli genus. ¶ 2. Παιγνιδιάκονος, qui aquam meretricibus ministrat, ex Gloss. lat. gr.

BACCA, *æ*, f. (scribitur etiam *baca*. v. n. 6.) parvus fructus est lauri, olivæ, corni, cine beer; ut, *Bacca lauri*, Virg. Georg. 1, 306, lorbeern. *Bacca juniperi*, Plin. 12, 7, wacholder-beer. *Bacca myrti*, ibid. c. 17. *Bacca pistaci*, Idem 15, 7. Dicuntur *bacca* ab *acino*, quod isti proprie uvarum grana; quamquam & *acinus* pro baccis, ut sambuci & hederæ, usurpetur. Cic. Divin. 2, 6 *Agricola cum florem olee videt, baccam quoque se videre putat.* Sed *Mora* ipsius sunt mori &c. ¶ 2. Etiam aliarum arborum fructus *baccæ* dicuntur. Cic. Div. 1, 51 *Nec fruges terræ baccasve arborum cum utilitate ulla generi humano dedisset natura.* Id. de N. D. 2, 51 *Semen inclusum est in intima parte carum baccarum, quæ ex quaque florę fundantur.* Vitruv. 8, 3 *Bacce piperis*, pfeffer-körner. Ovid. Met. 10, 98

Et bicolor myrtus, & baccis cærula tinus, (al. *pens.*)

Conf. Virg. Georg. 2, 183 & Cic. de Leg. 1, 8. ¶ 3. Margaritæ seu uniones *baccæ* dicuntur a similitudine. Virg. in Culice v. 67 *Conchæ bacca maris pretio est.* conf. Horat. Sat. 2, 3, 241. *Bacca Indica*, Petron. c. 55, eine perle. v. Interpr. p. 271 Burm. ¶ 4. Transfertur vox ad pecudum stercus, ovium puta, caprarumque. Pallad. 2 tit. 14 *Si caprini stercoris baccam subula subtiliter excavaveris*, &c. Ita nos schafs-lorbeern, ziegen-lorbeern, dicimus. ¶ 5. *Bacce* sunt etiam quiliber nodi, globuli, orbiculi, annuli; ut catenarum, &c. Prudentius περὶ στεφ. hymn. 1, 46 *Carcer illigata duris colla baccis impedit.* Et præf. Psychomachiæ v. 33 *Attrita baccis colla liber erigit*, ad quem locum Nic. Heinsium consulas. ¶ 6. Idem Heinsius *Bacas* ubique scribi vult, non *baccas*. 8, 134. v. Drakenb. ad Sil. 8, 134.

¶ Baccula, *æ*, f. diminut. Plin. 25, 8 de aristolochiæ generibus: *Fermit baculus parvas, ut capparis.*

¶ Baccalia, *æ*, i. eine art des lorbeer-baums. Plin. 15, 30.

¶ Baccans, *tis*, flugticht, rund: ut, *Baccantia ubera*, Ovid. Met. 6, 342. Sed *lactantia* plerique omnes legunt.

¶ Baccatus, *a, um*, voll beere. Virg. Æn. 1, 654 *Colloque monile Baccatum*, id est, baccis seu gemmis distinctum, ein kragen mit perlen gestickt. Imitatus est Silius 8, 134.

¶ Baccina, *æ*, f. herba Apollinaris. Apul. de Herb. c. 22.

¶ Baccifer, *a, um*, das beere trägt: ut, *Hedera baccifera*, Sen. Oedipo v. 414; *Fudas*, Ovid. Amor. 2, 16, 8. Et Sil. 3, 596 *baccifer Savinus*, quod olivæ ferax ager Sabinorum. *Bacifer* ibi legit Heinsius Plin. 16, 10 *Taxus baccifera.*

¶ Baccalaureus, *i*, m. item Baccalarius & Bacularius, eruditæ militiæ tiro in Academiis, qui primum studii sui testimonium consecutus est, & ad doctoratum adspirare potest. A *bacca laurea* hoc nomen esse, Alciatus ad l. 57 de verb. signif. & alii contendunt, quia olim hujus gradus candidatis, tanquam victoriæ insigne, frondes laureæ bacciferæ, auro & argento decoratæ, sive corollæ baccis lauri nexæ, solebant offerri: qui ritus, solo nomine relicto, hodie desit. vid. Erasmi dial. de pronunciat. p. 34 sq. Lud. Vives, & qui ejus sententiæ suffragatur, Pontanus, *Baccalaureum* a militia profectum esse statuunt. Quemadmodum enim, qui castra sequi ac velitari cœpissent, semelque cum hoste conflixissent, a veteri Gallorum vocabulo *Battala*, prælium significante, appellati sint *Battalarii*; ita successu temporis contigisse, ut in pervetusta Parisiorum universitate *Battalariorum* nomen imponeretur & illis, qui in disciplinis humanioribus rudimenta & quasi tirocinium potuissent, & disputatione publica eruditionis suæ dedissent specimen. Ignorantia vero vel consuetudine evenisse, ut voce *Battalarii* depravata, pro eo primum quidem *Baccalarius*, dein *Baccalaureus* latinum in sermonem induceretur. Ast huic derivationi contrariatur cum aliis B. Rhenanus in Tertull. Schol. p. 119, dum scribit, se in vetustioribus Parisiensis Academiæ codicibus legisse *Bacillarios*, a *Bacillo* scil. deducto vocabulo, qui quoddam mancipationis signum fuisset, quo ab aliis distinguerentur. Vnde & Wendelinus L. 2 Inst. Polit. p. 259 inquit: *Baculariam a baculis alii derivant, quia olim porrecto baculo, tanquam mancipationis in studium signo, primam studii auctoritatem judicabantur consecuti.* Hujus sententiæ etiam est Conr. Mutius in epistola quadam apud Sagittarium in Historia Gothana. Claud. Falchetus in Antiquitatibus Gallicis prodit, apud Gallos olim *Baccalarios*, inferiores dignitate militibus *Banneretis*, dictos fuisse *Bacheliers* quasi *bas Chevaliers*. Vnde, ut verosimile est, in Academiis *Baccalarei*, seu *Baccalaurei* dicti sunt, qui in ea dignitate erant, ut ad doctoris munus adspirare possent, sicut in militia *Baccalarei* ad *Banneretorum* gradum. Sic Theologi Parisienses in quatuor olim ordines, *Magistrorum, Licentiatorum, Baccalariorum formatorum & cursorum* divisi erant, de quibus Balæus de Acad. Paris. T. 4 p. 391. vid. Seldenus de titulis honorariis P. 2 c. 3 n. 24.

¶ Ba-

¶ Tribacca, æ, f. de margarita tribus baccis constante Petron. c. 55 *Margarita cara tribacca Indica.*

BACCAR, *aris*, n. sive Baccharis, f. βάκχαρις, radix odorata est odore proxima cinnamomo, coronaria, reperta in Italia, quemadmodum scripsit Matthiolus Basilienſis. Conf. Plin. 21, 6 & 19. Virg. Ecl. 4, 19

Errantes hederas paſſim cum baccare tellus, Fundet &c.

Vbi Servius: BACCAR, inquit, *herba eſt, quæ faſcinum depellit.* Virg. Ecl. 7, 27

Baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

Baccatus, vide *Bacca.*

Bacchabundus, Bacche, Baechanal, Bacchanalia, Bacchatio, Baccheus, Bacchiadæ, Bacchius, Bacchor &c. vide *Bacchus.*

BACCHVS, *i*, m. Διόνυσος Græcis, Iovis & Semeles filius, vini non modo, verum & zythi, ut Diod. Siculus auctor eſt, inventor. Vnde multa cognomina habuiſſe teſtatur Ovidius Met. 4, 11 ſeqq.

Thyoneque dant, Bacchen vocat, Bromiumque Lyæumque,
Ignigenumque, Satumque iterumque, genitumque Bimatrem.
Additur his Nyſæus, indotatoque Pyronæus,
Et cum Lenæo genialis conditor æui,
Nyctheliusque Elelleusque parens, & Iacchus & Euan &c.

De Bacchi nominibus, veſtitu, imitatoribus, vid. quos laudat Burm. ad Petron. c. 4 p. 182 ſq. χοιροθυλακης, h. e. *Contrectator naturæ muliebris*, vocatur ap. Clem. Alexandr. Protrept. p. 33. Fingebatur juvenili ſpecie, corpore tenero & delicato, vt virginem referret. Vnde Poëta Phallicus carmine 36

Trahitque Bacchus virginis tener formam.

Quam ob cauſſam inter Deos famoſos eidem connumeratur carmine alio:

Forma, inquit, *Mercurius poteſt placere,*
Forma conſpicuendus eſt Apollo.
Formoſus quoque pingitur Lyæus (hic Bacchus eſt)
Formoſiſſimus omnium Cupido.

Quæ ad hodiernam Bacchi picturam male reſpondent: niſi abdomen & ventrem in pulchritudinis partibus velimus cenſere. Reprehendit eum errorem copioſe Brouckh. ad Tib. 2, 3, 35. Diod. Sic. lib. 4 Biblioth. ubi totam Bacchi hiſtoriam habes. Ejus hoſtiæ *taurus & hircus*: colebatur caprite taurino, ratione reddita vel a ferocia ebriorum, vel a veſtuſto more ex cornibus bibendi. vid. Barth. ad 2 Theb. Statii p. 575; Voſſ. de Hiſt. Græc. p. 383; Cameran. cent. 1 Hor. Subc. c. 93 p. 436. *Bacche! io Bacche!* vox bacchantium in Plaut. Curc. 5, 2, 10. ¶ 2. *Bacchus* per metonymiam pro vino poëtis paſſim ponitur. Tibull. 1, 8, 41

Bacchus & afflictis refovilem narrat in eſſeri,
Cratera inter opus cum comperit ipſa ſoror.

Virg. Georg. 2, 143 *Feraxque Bacchi tellus*, eam nempe Italiam. Sen. Herc. fur. v. 607 *Pernicioſi baccho nocem dicere.* ¶ 3. Imo inſano ac furenti. *Incitat* enim, *Luna & Ceres* furoris præſides credebantur: unde *Bacchi* Lunatici Ceritique dicti. Plaut. *Tu Bacchaberis*, du raſeſt; quæ verba ſunt ex Amphitr. act. 4, ſed ejusmodi ſcena, quæ ſuſpecta eruditis eſt.

¶ Bacchæ, *arum*, f. quæ & *Mænades*, & *Thyades*, & *Miniallonides*, mulieres Bacchum in expeditione Indica comitantes, & ejus ſacra celebrantes, Orgia tertio quoque anno magno ululatu celebrantes, velut nud tolle weiber. Horat. 3 od. 25, 15 *Bacchæ valentes proceras manibus vertere fraxinos.* Plaut. Mil. Glor. 4, 2, 25 proverbialiter dixit: *Cede, ſegnum, ſi harum Bacchanum es.* Quarum habitum ita deſcribit Ovid. Met. 6, 592.

Vite caput tegitur, lateri cervina ſiniſtro
Velleya dependent, humero levis incubat haſta.

Liv. 39, 13 *Bacchanum habitu decurrere.* conf. Cic. fam. 7, 23; & Propert. 3, 21, 28. ¶ 2. In ſingulari etiam *Bacche* eſt infana & furioſa mulier. Plaut. Amph. 2, 2, 71 *Bacche bacchanti ſi velis adverſari, ex infana infaniorem facies.*

¶ Bacchanal, *ălis*, n. locus, in quo Bacchæ bacchari, i. e. orgia ſive feſta Bacchi celebrare ſolebant. Gloſſ. Iſid. *Bacchanal ſacrarium Liberi patris.* conf. Plaut. Aul. 3, 1, 6. ¶ 2. Feſtum ipſum in Bacchi honorem fieri ſolitum. Vnde *Bacchanal facere, Bacchanal evocare*, Plautus dixit pro furere, ſchwärmen. Mil. Glor. 3, 2, 43 *Vos in cella vinaria bacchanal facitis.* Adde Amm. Ic. *Fundamentum* v. 12. ¶ 3. Plautus etiam pro ganeo in genere ſumitur, ut *Bacchis* 1, 1, 19 &c.

¶ Bacchanalia, *ium*, & *orum*, n. pl. Bacchi feſta, quæ & *Dionyſia*, das Bacchus-feſt. Cum his magnam cognationem habent illi dies inter bonam partem Chriſtianorum, qui anniverſariam dominicæ paſſionem præcedunt, das Faſtnacht, die faſtnacht. Eorum pompam & feſtivitatem breviter deſcribit Plutarchus περὶ φιλοπλουτ. p. 707. Conf. Barth. ad 2 Theb. Statii p. 294. De fœditate eorum Livius 39, 8. Et Iuvenal. Sat. 2, 3. *Q. Cariſſa ſimulant, & Bacchanalia vivunt*, h. e. qui continentiam ſimulantes aliorum vitam cenſent, cum nihil ſit ipſis luxurioſius.

¶ Bacchanālis, e, adject. ſchwärmeriſch; ut, *Chorus bacchanalis*, Aur. Vict. de Cæſ. c. 3. conf. epit. c. 3.

¶ Bacchēius, *a, um*, adject. quatuor ſyllabis; ut, *Baccheia dona*, Virg. Georg. 2, 454. Et Auſon. Moſella v. 153 *Baccheia munera.*

¶ Baccheus, vel Bacchæus, *a, um*, triſyll. idem. Ovid. Faſt. 2, 313 *Bacchea vineta.* Et Statius 12 Theb. v. 791 *Bacchea ad bella vocatæ Thyades amentes.* Calpurn. ecl. 4, 56 *Modo te Baccheis muſa corymbis munerat* h. e. hedera Baccho ſacra. Sed *Bacchæa cornua*, Stat. Theb. 9, 435. *Bacchei ululatus*, Ovid. Met. 11, 17.

¶ Bacchicus, *a, um*, idem Ovid. 1 Triſt 6, 2

Deme meis hederas Bacchica ſerta comis.

¶ Bacchius, *a, um*, idem. Vid. Heinſ. & Bur. ad Ovid. Met. 3, 517.

¶ Bacchĭs, *ĭdos*, f. Stat. 2 Silv. 2, 34

Qualis ſi fulvæas Ephyres Baccheidos altum Culmen &c.

Vbi Corinthus *Ephyres* nomine notatur, cujus epitheton *Baccheis* eſt, a Bacchiadibus ſumtum, quos jam explicabimus.

¶ Bacchiadæ, *arum*, gens vel familia Corinthiaca, quæ per CC fere annos tyrannidem in patria exercuit, a Cypſelo tandem expulſa. Strab. lib. 8 p. 262 Ovid. Met. 5, 407

Et qua Bacchiadæ, bimari genus orta Corintho,
Inter inæquales poſuerunt mœnia portas:

hoc eſt Syracuſas condiderunt. vid. Burm.

¶ Bacchor, *atus ſum, ari*, βακχεύω, de bacchari, furere, ſchwärmen, uniſonum ſeyn, winken Cicero Cat. Or. c. 3 *Negavit, quod ei ſuppetias ab ipſo oratio, a ſoloque & tecto & bacchari arbitraretur.* Virg. Æn. 4, 300 *Per urbem bacchatum* &c. Idem v. 666 *ſonat bacchari* dicitur, cum tumultum movet. Quibus tamen in locis *bacchari* non furere, ſed *clamitare* eſſe, ea ipſa vis, quæ βακχεύω vocibus defendere, Allio contendit in Lex. Cur. ¶ 2. Statius de poëtis alius eſt, cum moto ingenio, & velut furoris correpti genere, tundunt camœna, 1 Silv. 2, 257

Temon ſimiles junctegue Camœnæ,
Stella, mihi, multumque pares bacchamur ad aras.

Vid. Herald. ad Arnob. p. 5. Eminenti ibi 1 p. 1, 2 conf. de Vate Virg. Æn. 6, 78. ¶ 3. Horat. od. 2, 7, 23 pro impotenter immodice lætari potuit: *Non ego ſanè bacchabor Deorum* Namque excedit modum affectus, quo dammodo in furorem tranſit. Vnde & hoc eodem loco addit: *recepto Dulcem mihi furere flamma.* Cic. Cæcil. 1, 10 *Quanto is voluptate bacchabere?* Colum. 10 v. 198 *Bacchari Veneri.*

¶ Bacchans, *tis*, tic, *Bacchi bacchans*, Plaut. Amph. 2, 2, 71. *bacchantium vita*, Ovid. Met. 7, 258. Et *bacchantium more*, Curt. 9, 10, 24 conf. 8, 10, 16. Sic *Bacchans ventus*, Horat. od. 1, 25, 11, i. e. fevien, rotend. Et Cic. Cat. 4, 6 *Furor in cæde bacchans.*

¶ Bacchatus, *a, um*, paſſive uſurpavit Virg. Georg. 2, 487

Virginibus bacchata Lacænis Taygeta.

Conf. Æn. 3, 125. Bacchata tamen non eſſe a bacchantibus uſurpata, ſed clamore virginum concuſſo, Allio cenſet.

¶ Bacchatim, adverb. βακχικῶς, more Bacchantium, ſchwärmeriſch Apul. lib. 1 Mil. p. 108 *Quin igitur hunc bacchatim diſcerpimus?*

¶ Bacchatio, *ōnis*, f. Cic. Verr. de Præt. urb. 3, 12 *Nefandæ bacchationes*, das nacht-ſchwärmen.

¶ Bacchabundus, *a, um*, ſchwärmend; ut, *Bacchabundum agmen inceſſit*, Curt. 9, 10, 27. Et Apul. Apol. p. 326 *In medio foro bacchabundus.*

¶ Bacchia, *æ*, f. poculi genus, primum a Baccho nominata, Iſidor. 20, 5.

¶ Bacchius, *i*, m. βακχεῖος, pes metricus, qui & *Periambus* dicitur, conſtat ſyllabis tribus, priore brevi & duabus poſterioribus longis, ut *Xthēnē.* v. Quint. 9, 4. Nomen accepit, quod hymnis in Bacchum frequentaretur, vel quod Baccharum ſaltationi conveniret. Sed ¶ 2. *Bacchius* penult. correpta, & *Bithus* gladiatorum nomina, celebrata ſub Auguſto. vid. in Chil. Eraſmi, *Bithus contra Bacchium*; & Interpretes Horatii 1 Sat. 7, 20 *Compoſitus melius cum Bitho Bacchius.*

¶ Antibacchius, *i*, m. qui & *Palimbacchius*, pes Bacchio contrarius, conſtans duabus longis prioribus & brevi ultima; ut *nātūrā.* v. Quintil. l. c. & Iſidor. 1, 16 *Antibacchum* vocat Auſonius epiſt. 4, 91.

¶ Debacchor, *atus ſum, ari*, valde bacchari vel furere, es ſehr treiben; it. deſinere bacchari, ausſchwärmen. Ter. Adelph. 2, 1, 30 *Si ſatis jam debacchatus es leno, audi, ſi vis, nunc jam.* SA. *Egon' debacchatus ſum autem; an tu in me?* ubi vehementiorem increpationem notat, habe ich gerafet oder du? ¶ 2 Ad inaniora Horatius traxit 3 od. 3, 37 *Qua parte debacchentur ignes*, id eſt regio auſtralis, ſive torrida Zona.

¶ Debacchatio, *ōnis*, f. immanis bacchatio, raſerey. Salvian lib. 7 de Gubern. Dei poſt princ. *Fervidæ libidinis debacchatione graſſantes.*

¶ Ebacchor, *ari*, toll ſeyn, raſen. Lampr. Heliog. c. 7 *Adeo ebacchatus eſt, ut typum eriperet*; Sed in MSS. *inarcheliatus eſt.*

¶ Perbacchor, *ari*, idem quod debacchari. Cic. Phil. 2, 41 *At quam multos dies in ea villa ſturpiſſime es perbacchatus?*

BACCHYLĬDES, *is*, m. poëta Græcus, lyrico carmine præcipuus; cujus pater Milo; patria Iulis Ceæ inſulæ oppidum fuit. Scripſit hymnos Apopempticos, ſive Apodemicos, qui Dei cujuſpiam peregrinationem continent. Iulianus imperator ejus carminibus adeo delectatus eſt, ut inde vivendi præcepta petierit. Pindaricis ea prætulit Hiero Syracuſanus. Floruiſſe dicitur circa Olympiadem 81, vid. Alex. ab Alex. 5, 5; Lil. Gyraldus de Poëtarum Hiſt. Dial. 9; & imprimis Fabric. Bibl. Gr. 2, 15 § 21.

Baccifer, baccina, baccula, vide *Bacca.*

BACEŎLVS, *i*, m. pro ſtulto, thöricht, ficta ab Auguſto procul dubio vox, & forte ex Græco βάκκαλος: v. Suet. ejus vita c. 87 & ibi Caſaub. nec non proverbium *Baceli ſimilis* in Eraſmi Adag. & commentt. Petron. c. 37 extr. p. 160 ſq. ed. Burm.

Bacillum, vide *Baculus.*

BACIS, *ĭdis*, m. unus ex iis, quos χρησμῳδοὺς velut fatidicos Græci nominant: ut in Theage oſtendit Plato. χρησμολόγων oraculorum concentorem appellat Suidas. Hinc inter proverbia Λαβέσθαι τῶν σιβύλλης ἢ βάκιδος, *Veriora Sibyllinis aut Bacidis oraculis.* v. Chil.

BACRIO, *ōnis*, m. genus vaſis longioris manubrii; hoc alii *trullam* appellant; Feſtus.

BACTRA, *orum*, n. βάκτρα, provinciæ Bactrianæ, ultra Parthiam & mare Caſpium ſitæ, caput, a flumine *Bactro* ſic appellata: Plin. 6, 16. Virg. Georg. 2, 138 *Laudibus Italiæ certent, non Bactra, neque Indi.* Curtius 7, 4, 31 poſtquam terræ Bactrianæ naturam deſcripſiſſet, *ipſa Bactra*, inquit, *regionis caput, ſita ſunt ſub monte Paropamiſo. Bactras amnis præterit. Is urbi, & regioni dedit nomen.*

¶ Bactri, *orum*, m. incolæ, Scythis proximi, divites omnium rerum copia, & ſmaragdi cum primis nobilitate. Lucanus 3, 267

Errantes Scythiæ populi, quos gurgite Bactros
Includit gelido, vaſtisque Hyrcania ſilvis.

¶ Bactrianus, *a, um*, adject. ut, *Bactriana arma*, Curt. 9, 7, 21; *regio*, 6, 6, 18. Hinc incolæ *Bactriani*, quos deſcribit Curtius 4, 6, 3. Hinc

¶ Bactrianum, *i*, n. pro regno Bactrianorum, ſive provincia, Tacitus dixit Annal. 2, 60, 4.

BACTRŌPERITA, *æ*, m. pl. ir. *Bactroperitæ* philoſophi per jocum, quod præter baculum Gr. βάκτρον & peram nihil haberent, appellati. B. Hieron. in Matth. 11, 19 *Ex hoc præcepto arguit philoſophos, quod vulgo BACTROPERITÆ appellantur, quod contemtores ſeculi & omnia pro nihilo ducentes, cellarium ſecum ferant.* Huc pertinet Luciani illa parodia Homerica τοὺς πάνυ σκληροὺς καὶ βακτροφόρους βακτρίους.

BACŬLVS, *i*, m. βακτηρία, ein Rab, Stecken, ſtock. Effertur duobus generibus *baculus & baculum* Ovid. Met. 15, 655

Baculongus versus agrestis sinistra. Id. Met 2, 789 in MSS.

Baculongus, ut ait, quod spinae totam Vinetis eingebant,

Baculongus versus legunt. Ibid. v. 681 ex omnibus MSS. ubi vulgo, *quem spinea tortum* legunt. Ibid. v. 681 ex omnibus MSS. *Omnique fuit haec in silvestre sinistra.* A Ii Hemistam & Io. Fr. Gronov. ad Plin. 32, 14. Silius quosque 13, 334 *Pastorale duro baculum*, Pani sciliad Plin. 32, 14. Silius quosque 13, 334 *Pastorale duro baculum*, Pani scilicet. Florus 4, 11, 3 *Arrepto in manu baculo, ad latus astitere.* Vid. *Baculum*. Ibid. *Arrepto in manu baculo, ad latus astitere.* Vid. *Baculum*. Ibi cet. Florus 4, 11, 3 *Arrepto in manu baculo, ad latus astitere.* Vid. *Baculum*. Ibi cet. Curt 9, 1, 30. Apul. 1 Mlet. p. 104 *Dibaculum*, ub

¶ Bajulator, *oris*, m. idem qui *bajulus*. Glossæ Cyrilli: *Bajulator*, βαστακτὴς, ἐχθοφόρος. Laudatur etiam Ulpianus l. 15 § 1 Dig. de usufructu & quemadm. *Si bibliothecæ bajulatorem faciat.* Sed Gothofredus aliique habent *balneatorem*.

¶ Bajulatórius, *a, um*, zum tragen dienlich; ut, *Bajulatoria sella*. Cæl. Aurel. Acut. 1, 11 ein tragsessel, tragstuhl.

¶ Bajulus, *i*, m. operarius, ein träger, tagelöhner, handlanger. Cic. de Clar. Or c. 73 *Operarii aut bajuli deesse non possunt*, conf. Id. de Orat. 2, 10. Gell. 5, 3 *Protagoram ajunt adolescentem vecturarum onerum corpore suo facilitatisse, quod genus Graeci βαστάζοντας vocant: Latine* BAIVLOS *appellamus.* Horat. 2 epist. 2, 72 *Geradam* dixit, de quo infra in *Gero*. Symm 5 epist. 7 *Literarum bajulus*, ein briefträger. ¶ 2. *Bajuli* etiam dicti, qui mortuos efferunt, leichenträger. Sic ap. Ammianum 14, 7 *Bajulorum praecitor* ille dicitur, qui vespillonibus praecinebat. Chrysol. Serm. 121 *Pauperem* (mortuum) *duorum portat miserabile bajulorum.* ¶ 3. *Bajulus* praetorem notabat sequiori ævo. Inde enim Gallicum *Baillif*, *Baillis*. Hinc Plinio eam vocem restituere conatus est Hardouinus 20 f. 76, ubi *Bavili* ante legebatur. Vt adeo *Hispaniæ bajulus* dicatur, qui mox *princeps* vocatur. vid. not. maj. 29.

¶ Bajonúla, *æ*, f. est lectus portatilis, ein trag- oder reise-bette. Isid. 20, 11 sive, ut ipse loquitur, *qui in itinere portatur.*

¶ Subbajúlo, *are*, sufferre, ertragen. Vet. Interp. Irenæi 5, 11 *Altera unguis subbajulat aliam.*

BĂLÆNA, *æ*, f. φάλαινα, bellua marina, quæ & cetus, ein wallfisch. v. Fest. & Plin. 9, 3 & 6. Iuvenal. 12, 12

Delphinis balæna Britannica major.

Auson. Mosella v. 144.

Talis Atlantiaco quondam balæna profundo &c.

¶ Balænatus, *a, um*, vom wallfische, vom fischbein. Petron. c. 21 *Balænatam virgam gerens.* Alii legunt *balenatiam*. Putant viri docti, fuisse e cartilagine balænæ confectam, cujus generis virgis athletarum ac gladiatorum certamina dirimerentur; vel quibus cymbala aut fistra quaterentur.

Balanatus, balaninus, vide *Balanus*.

BALANIS CVS, *i*, m. βαλανισεύς, i. e. *balneator*, ein bader; ita legit Reinesius ad Petronii Fragm. p. 62, & retinuit M. Nodot. p. 204, ubi fuit: *Balitcus fullo est.* conf. Burm. p. 188, qui proprium nomen putat.

BĂLANVS, *i*, fœm. βάλανος, significat vel *glandem* vel *palmulam* seu *dactylum*, vel *nucem castaneam*, eine eichel, dattel, castanie. Est enim vox, quæ multarum fructibus arborum accommodatur, quos epithetis Dioscorides discernit, & palmarum fructus appellat φοινικοβάλανους, 1, 129, castaneas σαρδικὰς βαλάνους vel διὸς βαλάνους 1, 176, & βαλανοειδὲς ὑποκύστιδος, *hoc est glandem unguentariam* 4, 154, de qua & Plin. 12, 21 Conf. Id. 13, 4; & 15, 23; & Spanh. de usu & præst. num. diss. 6 p. 348. ¶ 2. Myrobalanus, sive glans unguentaria, de qua postea. De ea Horatius 3 od. 20, 4 *Pressis tuis balanus capillis.* conf. Dioscor. 4, 154. ¶ 3. Et a glandis similitudine *Balanum* id vocant, quod ad subducendam alvum in podicem manu indiitur. Vulgus *Suppositorium* vocat, ein zäpflein zum stuhlgang. ¶ 4. Denique piscis marinus *Balanus*, Plinio est 32, 11, sic appellatus a similitudine fructuum quercus seu glandis quernæ, auctore Athenæo. Est autem ex concharum genere, meereicheln. Gesner.

¶ Bălánicus, *a, um*, adject. aus eicheln. Plin. 23, 4 *Balanicum oleum*, id est, ex balanis expressum.

¶ Bălánitus, *a, um*, oleo balanino unctus, gesalbt. Pers. Sat. 4, 37.

¶ Balanítes, *æ* m. βαλανίτης, gemma. Plin. 37, 10 *Balanitæ genera duo habent*, &c.

¶ Balanítis, *ĭdis*, f. βαλανίτις, castaneæ genus in forma balani, eine runde castanie. Plin. 15, 23.

¶ Myrobalănus, *i*, f. μυροβάλανος, *glans unguentaria*, & glans Ægyptia, Indis tantum nota: fructus est arboris cujusdam myricæ similis, magnitudine nucis avellanæ, Plin. 12, 21. Dioscor. 1, 129 *Ex officinis* dicitur. Cels. 4, 12 *Fit ex unguentariis glandibus, quas quidam* βαλανους Graeci *vocant.* ¶ 2. Est & *Myrobalanum*, unguentum odoratum, quo tingebantur capilli, de quo sic lusit in Apophoretis suis Martialis epigr. 57

Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus,
Hoc ex unguento conficiat & ex balano.

Vox enim *myrobalanum* versum heroicum ingredi non potest.

¶ Phœnicobalanus, vide in *Phœnice*.

BĂLĂRVS, *i*, m. nomen strategi apud Silium 3, 378.

BĂLĂTRO, *ōnis*, m. a *balando* dictus homo nihili, ein nichtswürdiger. Varro R. R. 2, 5 *Videbo jam vos balatrones, & hic afferam meum eorium & flagra.* Nomen a *blateis* & *balatronibus*: quibus vocibus designabantur bubæ luti ex itineribus, aut quod de calceamentorum soleis deraditur, ut Festus auctor est. vid. Scal. ad l. c. Tribuitur hominibus nihili, ut sunt scurræ, parasiti, & alii hujus generis, unnütze schwätzer, plauderer, κοτζολόγοι, ἀπεμπλόγοι. Horat. 2 Sat. 8, 64 *Balatro suspendens omnia naso.* Et 1 Sat. 2, 2 *Mendici, mimæ, balatrones.* Vbi Porphyrion a *balatu* seu vaniloquentia eos dictos autumat. Acron vero a *Servilio Balatrone*, homine luxuria perdito & profusore, nunc patos rectius sentit. conf. Horat 2 Sat. 7, 21 sqq. Vid. Franc. Lusini parerg. 1, 6. & Miscell. Observ. Vol. 6 p. 581. ubi a *balando* & *latrando* componi dicitur. Nonnullis *Balatro* idem est qui *Barathro*, de quo infra in *Barathrum*.

Balatus, vide in *Balo*.

BĂLAVSTIVM, *i*, n. βαλαύσιον, flos est mali Punici, Plin 12, 19 die blüt des granat-apffels. Est in *cytino* qui primus pomi hujus patus, florere incipientis: id Plin. 23, 6 prodidit. Dioscor. 1, 132 distinguit *balaustium* a *cytino*, ut illud sit Punicæ silvestris flos, hoc sativæ Punicæ. De balaustio in nummis Rhodiorum copiose Spanh. de usu & præst. num diss. p. 215.

¶ Balaustium, *i*, idem esse videtur: de one Colum. 10, 297

Carpite narcissique comas, violæque quot halauſii.

Potest tamen esse genetivus contractus.

¶ Balaustínus, *a, um*, adject. ut, *Color balaustinus*, similis flori mali Punici, Plin. 13, 19

BALAX, *ăcis*, & Balux, *ăcis*, Plinio dicuntur minuta ramenta auri. Vid. Salmas. Exerc. Plin. p. 277. Plinii verba exstant 33, 4 *Hispani aurum, quod minutum est, balucem vocant.* Salmasius scribit *balluca*, & a βαλλάζ deducit p. 230 fin. ed. poster. v. *Balluca*.

BALBVS, *a, um*, βλαισός, qui difficulter loquitur, lispelnd, stammelnd. De Demosthene Cic. de Orat. 1, 61 *Cum ita balbus esset, ut ejusdem artis, cui studeret, primum literam non posset dicere, perfecit meditando, ut nemo planius eo locutus videretur.* Horat. 2 Sat. 3, 274 *Balba senectus ipsa verba palato.* Erasmus ex D. Hieronymo parœmiam citat: *Balbus balneum vetustum intelligit*, h. e. inerudite magis tum nota sunt, tum placent inerudita. Puerilis præsertim ætatis vitium hoc est. Tibull. 2, 5, 94 -

Nec tu dedisti avum parvo advigilare nepoti,
Balbaque cum puero dicere verba senem. v. ibi Broukh.

¶ 2 Hinc quidam Romani cognomina acceperunt; ut *Cornelius Balbus*, Cic. Ium 3, 6 & 11; *C. Valerius Flaccus Setinus Balbus*, qui Argonautica scripsit: *Balbillus*, ad Art. 15, 13: *Balbianus*, ibid. 13, 21, *Balbatius* pro Client. c. 61, *Cæcilia Balbilla* in vet. mann. Murat. T 1 p. 920.

¶ Balbe, adverb. idem. Nonius 2, 89 ex Varrone: *Scriptum balbe*, i. e. obscure. conf. Lucret. 5, 1021.

¶ Balbútio, *īvi, ītum, īre*, est cum quadam linguæ hæsitatione & confusione trepidare, secundum Nonium 2, 91 lallen, stottern, stammeln. Horat. 1 Sat. 3, 48 *Balbutit Scaurum*, i. e. balbutiendo appellat. *Balbutit & ait*, Plin. 10, 29, ubi *canere* opponitur. ¶ 2. Transfertur & ad imperfectas & vix qualescunque de rebus explicationes. Cic. Tusc. Q. 1, 26 extr. *Mequidem audire etiam peripatetici, veteresque Academici balbutire aliquando desinant.*

¶ Balbutiens, *tis*, inepte loquens. Cic. Acad. qu. 4, 45 *Stoicos perpauca balbutiens.* Id. de Divin. 1, 3 *Epicurus balbutiens de natura deorum.*

¶ Balbúties, *ei*, f. pro *hæsitantia linguæ*, quam Cicero vocat Phil. 3, 6, est pervulgatum, tamen barbarum est. v. Voss. de vit. L. L. 3, 2 & Cellar. Antibarb. p. 10.

¶ Subbalbus, *a, um*, paullulum balbus, unde

¶ Subbalbe, adv. idem. Spartian. Geta c. 5 *Subbalbe canorus.*

BĂLEĂRES, *ium*, m. pl. insulæ duæ Hispaniæ in mari mediterraneo, *Cyrnus seu γυμνασίαι* a Græcis dictæ, quod in iis incolæ nudi ætatis tempore fundarum jactu fere exercent. *Balearium* autem nomen ἀπὸ τῆ βάλλειν, a *jaciendo*: optimi enim sunditores Baleares erant. v. Plin. 3, 5 f. & Polyb. lib. 3. Narrant Historici, talem in hisce insulis observatam fuisse consuetudinem, ut esurientibus filiis, a matribus jentaculum in sublimi trabe proponeretur, quod illi contingere non poterant, nisi prius fundis dejecissent. v. Interpretes Silii 3, 365. Nonnulli tamen a Baleo, Herculis comite, nomen deducunt. v. Liv. 28, 37; & Liviana Epitome lib. 60. De summa gentis in lapidibus jaciendis peritia, & quomodo eam comparare sibi soliti, lege Strab. lib. 14; Flor. 3, 8. Veget. 1, 16. Hodie insulæ *Mejorica* & *Minorica*, a quantitate dispari appellantur, *Baleares major*, & *minor*.

¶ Balearis, *e*, adject. gentile, de incolis & de rebus usurpatum. Cæl. B. G. 2, 7 *Sagittarios, & funditores Baleares subsidio opidanis mittit.* Sil. 9, 23; *Ac torto missens Balearis praelia plumbo.* Virg. Georg. 1, 309 *Balearis verbera fundae* Sil. 7, 297 *Telum Baleare.* Est enim vere adjectivum, & quando de insulis absolute dicitur, *insularum* vocabulum subauditur. ¶ 2. Scribitur *Baliaris*. v. Drakenb. ad Sil. 3, 365.

¶ Bălearícus, *a, um*, idem; ut, *Balearica fundæ* apud Ovid. Met. 2, 727. *Mare Balearicum*, quod & Ibericum & Hispanum est, Plin. 3, 5. *Balearica oliva*, ibid. 14, 6. *Balearica regna*, Manil. 4, 658. In *bello Balearico*, Metellus *Balearicus* vocatus, Flor. 3, 8, 1.

Baleatus, Balenæ, Balenarius, Balenea, Balineum &c. vide *Balteatus* in *Balteus*, *Balena*, *Balloca*, *Balneæ*.

BALIOLVS, Balliolus, *i*, m. idem Afer, sic dictus peculiariter a colore balio, qui est color tritici, Plaut. Pœn. 3, 5, 22. v. *Balius*.

BALIS, *is*, f. herba salutifera Plin. 25, 2.

BĂLISTA, *æ*, f. seu rectius tortalis Ballista, (est enim a βάλλω, *jacio*) militaris machina, qua muri concutiuntur, ingentibus inde emissis faxis, ein geschütz, oder maurbrecher. Caesar 2 Civ. 9 *assibus pedum 12 cuspidibus praefixi, atque hi maximis ballistis missi.* v. Vitruv. 10, 16 *De ballistarum rationibus variis.* Lipsius 3 Poliorcet. cap. 3, duplex instrumentum eo nomine significari notat: unum quo tela, & grandiores sagittas: alterum, quo lapides & faxa in hostes jaculantur; priùs *catapultam*; posterius *Ballistam* dixere. Vide *Tela & lapidem* Cic. Tusc. 2, 24. Silius 1, 335 *Phocaïs effundit vasto ballista molares.* ¶ 2. Metaphorice *Ballista infortunii*, Plaut. Poen. 1, 1, 73; & Capt. 4, 2, 16. Ergalilus parasitus inquit: *Meus est ballista pugnus, cubitus catapulta est mihi; humerus aries.* Sic & allegorice Idem Bacch. 4, 4, 58 *Ballistam intendere in aliquem: ballista pervertere earum & propugnacula.* Vim earum Lucan. 3 v. 465 sqq declarat. vide & *Catapulta* & *Mangonum*.

¶ Ballistárium, *i*, n. apud Plautum Pœn. 1, 1, 74 vel *pro* loco ballistarum, vel pro ipso tormento.

¶ Ballistárius, *i*, m. der mit geschütz umgehet. Pollux sane ita dicere, qui hodie artillerie-bedienter, constabel. Gloss. Vet. *Ballistrari, σφενδονᾶσθαι*, lege *Ballistarii*, sicut in iisdem Glossis *ballistra* & *ballista* scribitur. *Collegium ballistariorum* in lapide vetere apud Reines. 10, 6. Hos ideirco pro funditoribus habet Lipsius 3 Poliorc. Dial. 3 extr. quos & Vegetius 2, 2 in locis armaturæ militaris separat, & cum funditoribus ac ferentariis committit. ¶ 2. *Ballistarii* numerus & ordo militaris fuit in Notitia Imperii utriusque, quo Valesius Ammianum 16, 2 refert, qui *catapultarios* & *ballistarios* conjungit.

¶ Ballistea, sive Ballistea, *orum*, n. pl. (a βαλλίζειν) carmina ludicra inter falcandum cantari solita, tanzlieder. Vopisc. in Aurel. c. 6 *Unum ballistea puer & saltatiunculas in Aurelianum componebant.*

¶ Catapĕltis, *æ*, vide *Carrus*.

¶ Ex ballísta.

¶ Exballisto, *are*, i. e. ballista expugnare, prosternere, brescbe schieſſen. Trinate Plaut. Pseud. 2, 1, 10 *Inimicum lepide exballistare*, i. e. decipere.

Ballito, *are*, vide *Balo*, *are*.

BALIVS, *i*, m. idem quod *Badius*, de quo supra, castanien-braun. ¶ 2 Vnus ex equis Achillis apud Homer. Il. 16 v. 149 a balio colore, unde & *Baliolus*, de quo paullo ante. Claudian. epigr. 21, 9 *Frenaque quæ volverem Xanthum Baliumque decerent.*

BALLÄNÖTI, Scythiæ populi apud Val. Flaccum 6, 161.

BALLIO, *ônis*, m. prodigiosæ nequitiæ & perfidiæ lenonis nomen in Pseudolo Plautino, v. 1, 2, 59; deditque locum proverbio, ein huren-wirth. Cic. pro Rosc. Com. c. 7 C. Fannium Chæream hoc nomine suggillat: *Ballionem illum, improbissimum & perjurissimum lenonem cum agit, agit Chæream.* Et Phil. 2, 6 *Antonius dat natalitia in hortis. Cui? Neminem nominabo. Putatote eum Phormioni alicui, tum Gnathoni, tum Ballioni.*

¶ Subballio, *ônis*, m. vicarius Ballionis, jocose Plaut. Pseud. 2, 2, 13 HA. *Tune es Ballio?* PS. *Imo vero ego ejus sum Subballio.*

BALLISTA, *æ*, m. latro fuit: cui lapidato Virgilius hoc condidisse fertur Epitaphium:

Monte sub hoc lapidum tegitur Balliſta ſepultus:
Nocte, die tutum carpe viator iter.

v. Phocam in vita Virgilii. ¶ 2. *Balliſta*, machina bellica, v. *Baliſta*. Ballistea, Ballonymus, vide *Baliſta*, *Abaddonimus*.

BALLOTE, *es*, f. βάλλωτή, herba est, quæ & *marrubium cantherinum*, & *marrubiastrum*, & *marrubium nigrum*, & *ulcerata*, in officinis vulgo *prasium fœtidum* dicitur, ſchwartzer andorn. Plin. 27, 8.

BALLŪCA, *æ*, f. apud ICtos aurum est ex aurifodinis modo extractum, nondum purgatum, quod distinguitur ab *obryza*, id est, aurum excoctum & purgatissimo l. 11 C. t. 6 l. 1 de Metallariis. Scribitur & *Baluca*; goldſand. Plinio 33, 4 *Balux*, *ūcis*, dicitur. vide supra *Balux*. Itaque Turnebus 30, 26 apud Martialem 12 epigr. 57 corrigendum putat: *Illine baluca malleator Hiſpana.*

Vbi in vulgatis est *paluda*. Græce χρυσαμμος appellatur.

BALNEÆ, *arum*, f. pl. magis publicæ quam privatæ, gemeine bäder, badſtuben, badhäuſer. Hoc notatur discrimen inter *Balneum* & *Balneas*, quod *balneum* esset privatum, *balneæ* publicæ. v. Cic. pro Cæl. c. 26, & Vitruv. 5, 10, ubi agit *de Balnearum diſpoſitionibus & partibus. Non ſingulari ſpecie dicitur Balnea*, ait Varro de L. L. 7, 25. Sic *Balneæ palatinæ*, Cic. pro S. Rosc. Am. c. 7; *Senïæ*, an *Xenïæ*? pro Cælio c. 25; *viriles*, Gell. 10, 3; *fœminarum*, Lamprid. Alex. Sev. c. 23. conf. Nonium 3, 24; Cic. de Orat. 2, 55; Aur. Vict. Epit. c. 60: & l. 91 § 4 ff. de legat. 3.

¶ Balneum, *i*, n. locus, in quo quisque domi suæ lavatur, die eigene badſtube; & actus lavandi, das bad; βαλανεῖον Græcis dictum, quod anxietatem ex animo pellat, ut Eustathius ad Homeri Iliados K. observat: quo & Augustinus Confess. 9, 12. Alii παρὰ τὸ πάς βαλάνες ἔνειν ita dictum volunt. Suidas enim glandibus veteres vesci solitos fuisse, earumque putamina succendisse docet. vid. Cæl. Rhodig. Lect. Antiq. 16, 45. Cic. Att. 13, 52 de Cæsare: *Ambulavit in litore: poſt horam VIII in balneum.* Et pro Dejot. c. 6 *Hic te e balneo, priusquam accumbere, ducere volebat.* Celsus 3, 15 *Balneum experiri, tentare.* Tac. An. 14, 64, 3 de Octavia: *Præfervidi balnei vapore enecatur.* Hæc ex Grut. Gronov. Ryckii emendatissimis libris; quod addo, quia alibi Cicero etiam *balineum*, de quo mox dicturi sumus, scripsit. *Quid cani & balneo?* vel, *Quid cani commune cum balneo?* was ist ein hund mit einem bade? proverbium est in eos, quid ad rem quampiam sunt inutiles; citat ex Luciano Erasmus, & Cælius 16, 43. *Senecta hominum balnea balida*, wer viel badet, wird alt, Philostrati est, γῆρας ἀνθρώπων τὰ βαλανεῖα. Cæterum promiscua olim virorum & mulierum balnea erant, quorum turpitudo tandem legibus interdicta, mulcta in transgressores constituta. v. Camerar. Cent. 1 Hor. subs. c. 33; Casaubon. ad Spartiani Hadrianum p. 34. De balneis veterum præter cæteros commendanda Oct. Ferrarii dissertatio. Reliquos laudat Fabric. Bibliogr. antiqu. 22, 14. ¶ 2. In multitudinis numero *balnea dici* negat Varro. Verba ejus de L. L. 7, 25 ista sunt: *Neque ab eo, quod dicunt balneum, habet multitudinem conſuetudo* &c. Sed contrarium auctorum usus arguit: & *balnea* etiam in multitudinis numero grammatici veteres Sosipater & Diomedes agnoscunt. Sic *Mutare balnea*, Horat. 1 epist. 1, 92; *laudare*, epist. 11; *optare*, 18 p. 14; *vitare*, Idem Art. Poët. v. 298. *Balnea tuta*, Ovid. Art. am. 3, 640. Ita sæpe Martialis. ¶ 3. Observent tirones, ἰδιολογίας, sive balnea & lotiones calidas, Græcos pariter atque Romanos ad voluptates luxuriamque interpretari solitos; de quo aliquid Casaubonus ad Suet. Aug. c. 82 observat. Et eo nomine Cajum quoque Philo perstringit. Legat. ad Cajum p. 770 & Romanos milites Alexander Severus ap. Lamprid. c. 53. Quæ causa, ut in luctu atque justitio publico claudderentur balneæ, atque lavare nefas esset: de quo Plutarch. Consol. ad uxorem p. 610; Tertull. adv. Psychicos c. 17; Suet. Calig. c. 23 &c. Idque apud Judæos, quibus frequens lavandi usus, fieri solitum ex Nehemiæ c. 4 constare potest. Pœnitentes quoque abstinuisse balneis, illotosque fuisse, ex Tertulliano, Sozomeno & Cypriano observat Heraldus Digress. 2, 14.

¶ Bälinēum, *i*, n. idem quod *Balneum*. De penultima ambigitur: sed pronius est longam esse quam corripi. Varro enim de L. L. 8, 41 *balineum novum & Græcum introit in urbem.* Quod si a Græcis adsumtum, illi autem βαλανεῖον scribunt; utique *balineum*, Latinum ex Græco factum, accentum Græcorum sequitur. Cic. fam. 14, 20 *Labrum ſi in balineo non eſt*; *ut ſit.* Et Att. 2, 3. *Balineum calefieri jubeo.* Sic Græv. & Gron. Et Plin. 2 epist. 17 *Balinei cella frigidaria*: & 5 epist. 6 *Apodyterium balinei*: ac 7 epist. 1 *Cum balineo præpararer*: & mox *ſpe balinei, cui jam videbar inferri, dimiſſa* &c. conf. 1 epist. 3 & 4; & 3 epist. 5; & Suet. Aug. c. 76. Vet. Gloss. *Balineum*, βαλανεῖον.

¶ Balineæ, *arum*, f. & Balinea, *orum*, n. pl. inveniuntur non secus ac *Balneæ*. Sed Varro de L. L. 8, 42 *dicantur multitudinis nomine* publicæ balineæ, *non*, balinea. *Contra quod privati dicant*, unum balineum, *quod plura*, balineas, *dicant*. conf. Charisium p. 76. edit. Putschii. Ne autem putes *balinea* plur. neutro non dici, ipse mox Varro: *& quod non erant duo*, (scil. conjuncta ædificia) *balinea dicere, non conſueverunt.* Sic Plin. 2 epist. 8 *Si concupiſco, ut ægri vinum, balinea, fontes.* Et 2 ep. 17 *Balinea meritoria*, ubi pretium pro lotione solvendum, gemeine badſtuben. Sed quod de publicis plurativo numero, de privato balneo singulari uterentur, hanc ibidem rationem affert Varro, *quod publice bina essent conjuncta ædificia lavandi causſa: unum ubi viri, alterum ubi mulieres lavarentur: ab eadem ratione domi ſuæ*, inquit, *quisque ibi lavatur*, balineum *dixerit: &c.* Plaut. Rud. 2, 3, 52 *Ire lavatum in balineas*, ins bad gehen. conf. Asin. 2, 2, 90; & Merc. 1, 2, 17. Sic & Sven. Ner c. 31 *Balineæ marinis & alluvii fluentes aquis.* De partibus balinearum seu membris vide infra in *Cella*.

¶ Balneŏlum, *i*, n. diminutivum. Iuvenalis Sat. 7, 4

Balneolum Gabiis, Romæ conducere furnos.

Cic. ap. Nonium 3, 24 *Primus balneola ſuſpendit: incluſi piſces.* In Nizolii & Gruteri opere *balneolas* fœminco genere legimus.

¶ Balneāris, *e*, zum bad gehörig; ut, *Veſtis balnearis*, ein bade-tuch, bade-mantel. Absolute *Balnearia*, bade-zeug. Apul. Met. 3 *Milonem juſſit cum balnearibus aſſequi.* Et l. 32 § 7 Dig. de aur. arg. mund. *argentum balneare.* Sic *Vrceus balnearis*, *ſolium balneare*, ut Charisius observat l. 1 p. 59.

¶ Balneārius, *a*, *um*, idem: ut, *Fur balnearius*, Catull. 34, 1; Vlpian. l. 1 ff. de *Furibus balneariis*, *Furtum balnearium*, Paullus ibid. l. 3. Et *Inſtrumentum balnearium*, l. 17 ff. de instruct. vel instrum. legat.

¶ Balneārium, *i*, n. pars villæ, hoc est balneum, die bade-ſtube, das bad-haus. Cic. Att. 13, 29 *Balnearia majora*: & ad Quint. fratr. 3, 1 c. 1 *In balneariis aſſa in alterum apodyterii angulum promovi.* Colum. 1, 6 *Balnearia occidenti æſtivo advertantur.* Sen. Q. N. 3, 24 *Quem non falli credent ii, quibus balnearia ſine igne caleſiunt.* Ex quibus apparet, pluraliter maxime hoc nomen in usu fuisse: singularem vel rarum, vel inauditum prorsus.

¶ Balneo, *are*, baden, täuffen, barbarum: quo usus Scribanius de Passi. Christi c. 23 *Aqua & igni balneandi.* Sed inde quædam derivata sequuntur.

¶ Balneātĭcum, *i*, n. pretium, quod pro lotione in balneis solvitur, bade-geld. Vet. Gl. *Balneaticum*, βαλανικόν. Vetus Scholiastes Iuvenalis ad illud Sat. 2, 52 NISI QVI NONDVM ÆRE LAVANTVR, id est, infantes: *Qui pueri non dant balneaticum.*

¶ Balneātor, *ōris*, m. ein bader, Græce βαλανεύς. Cic. Phil. 13, 12 *Temperantem fuiſſe ferunt Iſauri balneatorem.* Plin. 18, 17 *Ajunt in Aſia & Græcia balneatores, cum velint turbam pellere, carbonibus id ſemen* (æræ vel ſolii) *injicere.* Lamprid. Commodo c. 1 *Cum tepidius forte lotus eſſet, balneatorem in fornacem conjici juſſit.* Adde Plaut. Pœn. 3, 3, 90; Petron. c. 52. Inſer. ap. Spon. p. 220 *C. Aſinio Fabro Balneatori.*

¶ Balneatrix, *ĭcis*, f. eine baderin, bade-magd. Petronius in fragm. p. 670 dixit apud Servium Æn. 12, 159. Ipse ibi Servius etiam communi genere *hic & hæc balneator* dici posse autumat.

¶ Balneatorius, *a*, *um*, idem quod *Balnearis*. Sic Martianus ICtus l. 17 § 2 D. de Instruct. & Instrumento leg. æque *balneatorium* & *balnearium inſtrumentum* dixit.

¶ Imbalnities, *ēi*, f. wuſt, unflätigkeit. Lucil. 26 reliqu. ex Sat. v. 69 *Hic cruciatur fame, frigore, illuvie, imbalnitie* &c. conf. Voss. Etym. p. 61.

BĂLO, *avi*, *atum*, *are*, hoc verbo proprie ovium vox denotatur, blöcken. Ovid. Fast. 4, 740 *Tactaque fumanti ſulphure balet ovis.* Spartian. Geta c. 5 *Agni balant.* v. Quintil. 1, 5 ext. Varr. R. R. 2, 3 *Satis balaſti*, i. e. de ovibus locutus es. ¶ 2. *Belare* etiam in usu veteribus, a *bee*, quod sonare ovium vox videtur, Varrone de R. R. 2, 1 auctore.

¶ Balans, *tis*, ut, *agnus balans*, Phædr. 3, 16, 1. *Balantes* absolute pro ovibus ponit Virg. Georg. 3, 1, 272

Balantumque gregem fluvio merſare ſalubri.

¶ Bălātus, *us*, m. ovium vox est, das geblöcke. Plin. 20, 14. Sic, *Balatu pecorum*, Virg. Georg. 3, 554. Et Ovid. Met. 7, 541

Lanigeris gregibus balatus dantibus agros.

¶ Balĭto, *are*, frequent. ut, *Oves balitantes.* Plaut. Bacch. 5, 2, 20.

¶ Dibālo, *are*, deblaterare, effutire, ausplaudern. Cæcil. ap. Varr. de L. L. 6, 5 *Tantam rem dibalare*, &c. conf. Scalig. Conject. p. 155, qui eo propendet, ut potius credat significare abligurire, dilapidare, verschwenden.

BALSĂMVM, *i*, n. βάλσαμον, arbuscula odoratissima, in Iudæa sola nascens, quemadmodum Plinius testatur 12, 25 *Omnibus odoribus*, inquit, *præfertur balſamum, uni terrarum Iudææ conceſſum.* v. Solin. c. 38; Tac. Hist. 5, 6, 2. Ampliorem descriptionem habet Humfr. Prideaux Hist. Iud. ad A. 263 ante C. N. Add. Spanh. de usu & præst. num. diss. 6 p. 358 seq. Ex Iudæa in Ægyptum translatum, & ibi adhuc perseverare, Lipsius ad Tac. & Barth. ad Claudian. observat. ¶ 2. *Balſamum* quidem proprie de arbore, sed sæpius de lacryma sive succo arboris dicitur, balsam. Sic Claudianus in Epithal. Palladii v. 121

Gemmatis alii per totum balſama tectum
Effundere cadis, duro quæ ſaucius ungue
Niliacus pingui defudat vulnere cortex.

Eodem modo Iustinus 36, 3, 4 *Arbores opobalſami certo anni tempore balſamum ſudant. Balſamum* idem quod *Baal ſchemen*, quasi *dominus olei*, seu oleum præcipuum, aut dominus aromatum. v. D. Geier. de Luctu Ebræorum p. 387.

¶ Balsameus, *a*, *um*, von balsam. Auctor Carm. Phœnicis, quod Lactantio a quibusdam tributum fuit, *unguine balſameo condit*, &c.

¶ Balsămĭnus, *a*, *um*, idem; ut, *Oleum balſaminum*, balsam-öl. Plin. 23, 4.

¶ Balsamina, *æ*, f. herba quæ & *viticella*; cujus egregia descriptio apud Matthiolum in c. 177 de vite nigra lib. 4 Dioic. balsamkraut.

¶ Balsamōdes, *æ*, f. βαλσαμώδης, casiæ genus ab odore simili sic appellatum apud Plinium 12, 19.

¶ Car-

¶ Carpobalsámum, *i*, n. καρποβάλσαμον, fructus balsami aut semen dicitur Dioscor 1, 18. Nam καρπος fructus est

¶ Opobalsámum, *i*, n. ὀπόβαλσαμον, liquor, qui manat ex arbore, quasi ὀπος τῦ βαλσάμυ, succus balsami, balsam-öl. v. Plin. 12, 25. Dioſc. l. c. & Iuſtin. 36, 3, 1. Servius in Georg. 2, 219. BALSAMVM *eſt arbor ipſa*: OPOBALSAMVM *ſuccus collectus ex arbore.* Statius 3 Sylv. 2, 141 *Candida felices fudent opobalſama virgæ.*

¶ Opobalſámetum, *i*, n. locus balſamiferis arboribus conſitus, balſam-wald. Iuſtin. 36, 3, 3.

¶ Xylobalſámum, *i*, n. ξυλοβάλσαμον, balſami materia vel lignum, balſam-holz. vide late Plinium laudato loco, & Columell 12, 51.

BALTEVS, *i*, m. & Balteum, *i*, n. ein gürtel, wehrgehenck, riemen. Scribunt etiam *Baltheus* & *Baltheum*, ſed nec ſio an recte, quod originem ejus ex Græcia, cujus eſt litera *TH* ſive Θ, non facile aliquis aſſeruerit. Conſule Voſſ. Etym. qui ſimplici T ſcribit; de *TH* nihil habet. Virg. Æn. 5, 312 de pharetra.

Lato quam circuma ſpheſtlitur auro
Balteus, & tereti ſubnectit fibula gemma

Stabilis balteus, Id. 12, 274. conf. v. 942. Liv. ap. Nonium 3, 25 *auratæ vaginæ, aurata baltea illis erant.* Ibid. Varro: *Tragica vincula baltea ſunt.* Propert 4, 11, 22 *Prædabant caſſi baltea picta duces.* Apul. Met. 11 p 260 *Incinctus balteo militari gerebat.* Adde Vat. L. L. 4, 24. Vet. Gl. ζωστήρ, *Cingula, Balteum, Cingulum, Balteus.* Charisius ex Plinio diſcrimen adfert, quod *Balteus* vinculum ſeu cingulum; *Baltеum* lora ad ligandum apta ſignificet Sed id non attenderunt auctores, ut Vossius de Analogia 1, 36 obſervat Recte igitur Servius in 5 Æn. BALTEVS *dicitur non tantum, quo cingimur; ſed etiam a quo arma dependent.* Ordinis equeſtris ornamentum & geſtamen erat. Et quia plurimi dignitatis titulo & potentiæ umbraculo vitiorum ulcera velant, eo nomine principem enormi vitiorum ſcabie laborantem perſtringit Perſius 4, 44 *Illa ſubtor Cæcum vulnus habet, ſed lato ſcitetur auro Prætexit.* ¶ 2 Sumitur pro quavis cinctura: ut, *Balteus placentæ*, der rand am kuchen Cato R. R. c. 75. Conf Barth ad Nemeſ. Cyneget. p. 260, 273, 383. Manil. 1, 609 de Zodiaco: *Sed nitet ingenti ſtellatus balteus orbe.* Tertull. de Spectaculis c. 3

Vias vocant cardines balteorum per ambitum.

Ibi baltei ſ baltea funt altiores gradus, ubi honoratiores ſedent. vid. Cerda ad h.l. Cujusmodi balteus in amphitheatro *præcinctio* eſt apud Vitruv. 5, 3. v. Lipſ. de Amphit. c. 13 Hunc etiam intelligo apud Calpurn. ecl. 7, 47. *Baltei* etiam a Vitruv. 3, 3 vocantur cinguli in capitulis columnarum. v. Baldi Lex. p. 15.

¶ Balteólus, *i*, m. diminut. Capitolinus in Maximinis c. 2 *Severus militares habebat ludos, propoſitis præmiis argenteis, id eſt armillis, torquillis, balteolis.*

¶ Balteo, *are*, gürten. Iſidori Gloſſ. *Balteat, cingit.*

¶ Balteátus, *a, um*, cinctus, umgurtet. Mart. Capella lib. 5 p. 137 *Pectus exquiſitiſſimis gemmarum coloribus balteatum:* ita Grotius in Not. pro *baleatum.* Alii codices: *Subbalteatum.*

BALTIA, *æ*, f. inſula in mari Germanico. Volaterranus lib. 8 Geograph. ex Plin. 4, 13 & 37, 4.

¶ Baltícus, *a, um*, adject. ut, *Mare Balticum*, der belt, die oſt-ſee. Melæ *ſinus Codanus* dicitur.

Baluca, & Balux, vide *Balluca* & *Balax.*

BAMBACIO, *ónis*, n. & Bambagia, *æ*, f. βαμβάκιον ναὶ βαμβακὶς, ναὶ βάμβαξ, lana illa eſt candidiſſima in goſſipio ſeu xylo fructice naſcens, baumwolle. Forte a *Bombyx.* v. Plin. 19. 1; Rueil. 2, 150. *Bambagines* dixit M. Statilius in reſponſ. de Fragm. Petronii Traguriano p. 332 ed. Burm.

¶ Bambacínus, *a, um*, adject. baumwöllen.

BAMBALIO, *ónis*, m. vocabulum eſt ignominioſæ appellationis, uſurpatum his verbis a Cicerone Phil. 3, 6 *Tuæ conjugis, bonæ fœminæ, locupletis quidem certe, Bambalio quidam pater, homo nullo numero, nihil ille contentius, qui propter hæſitantiam linguæ ſtuporemque cordis, cognomen ex contumelia traxerit*, ein tölpel, einfältiger tropf. Caſſiodorus de Orthographia in Eclogis Adamantii Martyris; *Bambalium ὀξυτόνως; atque Bambalo ψελλισής, quæ per B mutam ſcribuntur.* Vri fortaſſe ſcribendum *Bambatio*: quod Græce ſit βαμβάλιον, ex βαμβάλων, ut, Turnebus Adverſ. 17, 19 contendit: quia βαμβάλειν, nihil aliud eſt, quam *tremere, & dentibus crepitare, & labiis balbutire:* quod & algentibus uſu venit, & ſtupentibus, & ore tumultuantibus, & in loquendo collectantibus; præterim tamen commiſſione labiorum balbum elidentibus ſonum: quod & βαμβαλύζειν & παμφαλύζειν dicitur. Quæ omnia per Onomatopœiam efficta, ut ſtrepitum declarent, non ſecus ac βομβαλοβομβάξ apud Ariſtophanem, & βόμβος Vet. Gloſſ ψελλισής, *Iambal.* V pro B poſitum: & ſcribendum procul dubio *Bambalio* vel *Bambalio.* De *Pſelliſmo* hoc videatur Cæl. Rhodig. 7, 23, ubi itidem nomen Bambalioni factum opinatur ex illo Ariſtophanico βομβαλοβομβάξ. ¶ 2. *Bambalio* etiam avis nomen eſt, gr. βάμβαλος, eadem, quæ ἀεδικλος, ardalio vel ardelio dicitur. Ita Salmaſius docet ad Vopiſci Saturn. c. 8 p. 724.

BAMMA, *ătis*, n. idem quod *Embamma*, a βάπτω, *tingo*, unde Germanorum banime. Apulej. Metamorph. 2 *Vijcus fartim conciſum & bamma compaſcue juralentum.* Sic Salmaſ. ad Solin. p. 265 emendat. Hinc

¶ Bambatus, *a, um*, (pro bammatus) eingetaucht, eingeweicht; volunt quidam apud Colum. 12, 34, ſed locus eſt corruptus. vid. Geſneri editio.

¶ Embamma, *ătis*, n. ἔμβαμμα, condimentum ex aceto, quod ad condienda ſit obſonia, eine brühe, tunck, tütſche. Dictum ab ἐμβάπτειν, intingere. Columell. 12, 55 *Sinapi ad embammata non ſolum idoneum, ſed etiam ſpeciosum.*

BAMPLVS, *i*, m. ein jaadſchiff. Fulgent. *Celocem dicunt genus navicellæ modiciſſimum, quod hamplum dicimus.* v. Barth. Adverſ 13, 11.

BANAVSVS, *i*, m. βάναυσος, a βαίνειν, *caminus*, & ἀυω, *incendo.* Denotat hæc vox proprie artificem, qui circa caminos & fornaces exercetur; deinde latius ad quasvis viliores & ſordidiores operas, quæ manuum opificio victum querunt, extenditur, ein hand-arbeiter, handwercks-mann. Vid. Cæl. Rhodig. 8, 38; & 13, 48.

¶ Banavſus, *a, um*, adject. mechanicus, kunſtgemäß. Vitruv. 10, 1 *Machinarum genus tractorium Græci* βάναυσον *vocant.* Hieron lib. 1 adv. Pelag. f. 182 *Artes, quas Græci* βαναυσος *vocant, nos ad opera manuum pertinentes poſſumus dicere.*

BANCA, & *bancam ruptam facere*, quid ſit vide in *Cedo.*

BANCHVS, *i*, m. ſed rectius fortaſſe *Bacchus*, quemadmodum Geſnerus cenſuit, piſcis eſt ex aſellorum genere, eine art ſtockfiſches. *Banchi* piſcis meminit Plinius 32, 7 & 11; ac *Mycona* etiam appellari ſcripſit, μύαινα vel μύαινον a μυξα, quæ vox muccoſum, & pituitoſum humorem ſignificat. Geſn.

BANCVS, *i*, m. tribunal eſt apud ſcriptores Anglicos; ut, *Bancus regius*, i. e. ſummum regni tribunal, die königsbanck. *Bancus communis*, i. e. ſedes judicum, qui lites civiles judicant. Ita bancorum adhuc uſus eſt in comitiis imperii Rom. Germanici, ubi die fürſtenbanck ꝛc.

BANDVM, *i*, n. vexillum, ein fähnlein. Gloſſ. lat. gr. *Bandum, σίγνον.* v Suidam in βάνδον. Procop. de Bello Vand. 2, 1. Hinc

¶ Bandéphori, vel Banderenſi, qui vexillis in bello utebantur, bannerherren.

BANIENES, pl. Populi municipales Luſitaniæ, quorum mentio fit in vet. lapide a Pancirollo T. III Grævii allato.

BANNANÍCA, *æ*, f. genus uvæ, de qua Plin. 14, 3 *Bannanica fallax eſt, amant tamen eam.*

BANNVS, *i*, m. & Bannum, *i*, n exilii ſpecies, quæ antiquis dicitur proſcriptio; Germ. der bann, die acht. Et

¶ Bannire, id eſt, proſcribere, aqua & igne interdicere; Et

¶ Banniti, id eſt excommunicati, bannirte, neoterica ſunt vocabula. v. Voſſ. de vit. L. L. 1, 1, & 2, 3. Apud Græcos olim, qui homicidium per imprudentiam commiſſent, ἀπενάυτισμὸς h. e. annui exilii pœnam ſubibant, quæ latine *abnunatio* dicenda eſſet. Ab hac voce *Bannitos* dici putat Alciatus Parerg. 2, 2. Rectius Zanus & Gailius deducunt a Germanico vocabulo ban ſive bahn, quod ſignificat viam tritam, publicam & regiam, quam Banniti amittunt cum libero rerum communium uſu. Longobardi vocem cum multis aliis in Italiam invexere. ¶ 2. *Bannus* Hungaris officii nomen eſt, præſidem vel gubernatorem regni denotans. v. Leuncl. Onomaſt. Turcico-Arab.

BANTIA, *æ*, f. oppidum Apuliæ paſcuis abundans; Liv. 27, 25.

¶ Bantínus, *a, um*, adj. ut, *Saltus Bantini*, Hor. 3 od. 4, 15.

BAPHIA, *æ*, f. βαφή, officina tinctorum, ein färb-haus. Lamprid. in Alex. c. 40 *Idcirco quod Aurelius Victus præfectus baphiis id genus muricis reperiſſet.* Sic in notitia Imperii utriusque ſub diſpoſitione Comitis ſacrarum largitionum, ſunt *Procuratores baphiorum*, iique varii, ut, *Procurator baphii Tarentini, Salonitani, Syracuſani* &c. Nam neutro genere

¶ Baphium, *i*, & plur. Baphia, *orum*, non femel in Cod ſcriptum legitur. l. ult. de Veſt. holoſer. & l. 18 Theodoſiani de Murilegulis hæc exſtant, *Ad baphia Phœnices per certum tempus mitti præcipimus.*

¶ Baphius, *i*, m. tinctor, ein färber; in lib. 11 C. t. 7 de Murileg. l. 2.

¶ Baphicus, *a, um*, adject. ut, *Coccos baphica*, κοκκὸς βαφικὴ, i. e. granum infectorium, ſcharlach-beer, apud Dioſcoridem.

¶ Dibáphus, *a, um*, δίβαφος, adject. *bis tinctus*, a βάπτω, ut: *Purpura Tyria dibapha*, Plin. 9, 39, ubi etiam ſubjicit: *Dibapha tunc dicebatur, quæ bis tincta eſſet, veluti magnifico impendio, quod ſit nunc omnes pene commodiores purpura tinguntur*, id eſt, bis tincta vel infecta purpura, zweymal durch die färbe gezogen. Subſtantive pro purpura legitur hæc vox ap. Cic. fam. 2, 16, & Attic. 2, 9 *Strumam Vatinii dibapho ſacerdotii veſtiant.* vid. Salmaſ. in not. ad Tertull. de Pallio c. 3, & Oct. Ferrar. de re Veſtiar. lib. 2 c. 7.

BAPTES, *æ*, m. βάπτης, gemma mollis, odore excellens, ſic dicta a tingendo. Eſt enim ſuccinum anchuſa tinctum. Plin. 37, 10.

¶ Baptæ, *arum*, m. pl. molles & effeminati Athenis ſacerdotes deæ Cotyttus, in quorum prodigioſam petulantiam Eupolis ſcripſit comœdiam *Baptas* dictam. Sic appellabantur, quod tincti fucatique ſacris intereſſent, inſtar mulierum. Omnem rem exponit Iuvenalis 2, 91 ſeqq.

Talia ſecreta colluerunt orgia tæda
Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotytto &c.

BAPTĪZO, *avi, atum, are*, βαπτίζειν, (a βάπτω, *mergo, tingo,*) taufen. Tertull. cont. Marc. 5, 10 *Quid facient, qui pro mortui baptizantur?* &c. ¶ 2. Pro lavare, waſchen, eſt in illo Priſciani 1, 21 *Vulnus ex aceto baptizare.*

¶ Baptizatus, *a, um*, getauft. Bernhard. ep. 322 de Chriſtiano uſuram exercente: *Baptizatus Iudæus.*

¶ Baptizatio, *ónis*, f. die taufe. Ambroſius Serm. 17 de Tempore p. 22 *Baptizatio Chriſti conſecratio eſt elementi.*

¶ Baptizator, *óris*, m. qui baptizandi munere fungitur, der taufer; ut, *Ioannes baptizator*, Tertull. adv. Iudæos c. 8; & de Baptiſmo c. 12; & de Anima c. 50. Auguſtin. epiſt. 23 *Ad horum, qua baptizatur, baptizator interrogat.* Adde epiſtol. 165.

¶ Baptiſta, *æ*, m. βαπτιστής, ein täufer. Orator in Act. Apoſt. c. 13

Clamavit virtute potens baptiſta Ioannes.

¶ Baptiſtérium, *i*, n. βαπτιστήριον, eccleſiaſtice, ein taufſtein. v. Prudent. Periſt. 8 tit. *Sic Baptiſterium fabricare, conſecrare*, Sidon. 4 epiſt. 15. ¶ 2. Etiam profanis uſitata vox Plin 5 epiſt. 6, & 2 epiſt. 17 eſt labrum ſive vas ad lavandum, eine bad-wanne, bad-fübel. Sed & Sidonio 2 epiſt. 2 eſt piſcina, ein teich, fiſchhalter.

¶ Baptiſma, *ătis*, n. βάπτισμα, lat. *immerſio, lotio*, die taufe. Tertull. de Reſurrect. carnis c. 48 *Vicarium baptiſma profuturum exiſtimant ad ſpem reſurrectionis, quæ niſi corporaliter, non alias ſic baptiſmate corporali obligaretur.* Conf. Id. de Corona mil. c. 3. Prudent. Ptychom. v. 103 *Abluens baptiſmate labem.*

¶ Baptiſmus, *i*, m. βαπτισμὸς, idem. vid. Tertull. de Baptiſmo, ubi ſtatim c. 1 vocat *felix ſacramentum aquæ, quia ablutis deliktis in vitam æternam liberamur.* conf. Hieron. epiſt. 83. Et Ambroſius de Spir. ſ. 2, 2 dicit *Baptiſmum conſilium Dei eſſe.*

¶ Baptiſmā-

¶ Baptiſmālis, *e*, zur taufe gehörig; ut, *Baptiſmalis aqua*, taufs waſſer. Scriban. de Paſſ. Chr. c. 10.

Abaptiſtus, *a, um*, ἀβάπτιστος, mergi neſcius, ſo ſich nicht läſt nies dertauchen. A Celſo 8, 3 deſcribitur, *terebra*, qua chirurgi in excidendis vitioſis oſſibus utuntur, & hæc *Abaptiſta terebella*, vocatur ab interprete Galeni l. 6 de Morb. cur. ein trepan. v. Cl. Io. Bapt. Morgagni epiſt. 3 in Celſum p. 595.

¶ Anabaptiſta, *æ*, m. ἀναβαπτιστής, ein Anabaptiſt, Wiedertäufer.

¶ Rebaptizo, *are*, wiedertaufen. Lege 2 Cod. Ne ſanct. bapt. *Si quis rebaptizare quempiam de minijtris catholicæ ſectæ fuerit detectus.* Auguſt. epiſt. 166 ad Donatiſtas: *Quicunque illis acceverunt baptiſmo Chriſti, eos rebaptizaverunt.*

¶ Rebaptizator, *oris*, ein wiedertäufer. Auguſt. epiſt. 165 *Extra Primianum baptizatores: poſt Primianum rebaptizatores damnavent.*

BARĂTHRVM, *i*, n. βάραθρον, abyſſus, vorago, eine grund- oder bodenloſe tiefe, ein abgrund. Feſto *locus præceps, unde emergi non poſſit, a græco βαθυς.* Vox deſperabundi apud Plaut. Bacch. 1, 2, 41 *O barathrum ubi nunc es? ut ego te uſurpem lubens.* Virg. Æn. 3, 420 *Dextrum Scylla latus &c. Obſidet, atque imo barathri ter gurgite vaſtos Sorbet in abruptum fluctus.* Vbi Servius: BARATHRVM *immenſæ altitudinis nomen. Vnde ſequitur* SORBET IN ABRVPTVM. Silius de Aetnæ cratere 9, 498 *Poſtquam Aetnæ merſit candente barathro.* ¶ 2. Ita vocabatur profundiſſima foſſa in agro Attico, in quam fontes & condemnati præcipitabantur: v. Suidas: & huc reſpexit Plaut. Rud. 2, 7, 12. conf. Cæl. Rhodig. 17, 17. Hinc pro inferno Val. Flacc. 2, 86 *Pœna barathri*, höllen-pein. Id. 2, 192 *Inferni ſub nocte barathri.* Claud. in Ruſin. 1, 379 *Imas barathri receſſus.* Ita non ſemel Prudentius poſuit, ut Hymno in Natali Chriſti v. 40 *Fumido vitam barathro immerſerant.* De manufactis profundiſſimis foſſis uſus eſt Vitruvius 10, 22. ¶ 3. Hoc nomen Horatius 1 epiſt. 15, 31 ad hominem majorem in modum edacem ac voracem detorſit, quem *barathrum macelli* vocavit. Pro ima voragine ventris uſurpat etiam Plaut. Curc. 1, 2, 29; & Martial. 1 ep. 88; apud quem eſt etiam *fœmineum barathrum*, 3 epigr. 80.

¶ Barathro, *ōnis*, m. gurges & vorago patrimonii, ein ſchlemmer, praſſer. Sic dictus, quod ventri, tanquam barathro, omnia donet. Vel, quod dignus ſit, qui in barathrum conjiciatur, ex Athenienſium confuetudine. Quæ Scaligeri opinio eſt. Acron, vetus Grammaticus, ad Horatil *balsbrones*, 1 Sat. 2, 2, *Legitur*, inquit, & *Barathrones, qui bona ſua lacerant, id eſt, in barathrum mittunt.* Conf. Rappolti Comm. p. 65 & Lambin. in Lucret. 3, 968.

BARBA, *æ*, f. *hominum* eſt & *quadrupedum*, Valla auctore 6, 14 ein bart. *Prima barba* dicitur renuis illa, & prima naſcens in adoleſcentibus lanugo a Suetonio Ner. c. 12, quam conſecrare Apollini, Iovi & Veneri ſolebant. v. Barth. ad Theb. Statii 8, 592 p. 896. *Barba promiſſa.* Nep. 14, 3, 1. *Barba prolixa*, Virg. ecl. 8, 34 ein langer bart. Silius 13, 310 *Propexis in pectora barbis Verrere humum*, quæ luctus ibi deſcriptio eſt. *Barbam tondere*, Cic. Tuſc. 5, 20; *demere*, Id. Nat. D. 3, 34; *abradere*, Plin. 6, 28; *ponere*, Horat. Art. Poët. v. 297; *metere* Iuvenal. 3, 186, den bart abnehmen. Idem 1, 25 *Quo tondente gravis juveni mihi barba ſonabat.* Ovid. Art. am. 1, 518. *Sic coma, ſic docta barba reſecta manu.* Contra *Barbam paſcere*, Horat. 2 Sat. 3, 35: *promittere*, Tac. An. 2, 39, 3. Petron. c. 102 *Barbam peregrina ratione figurare.* Id. c. 58 *Licet barbam auream habeas*, i. e. licet Deus ſis, cujus ſimulacro barba aurea additur. De *barbis* multa Camerar. Hor. ſubcif. 1, 36 p. 165. Heroes antiqui easdem ſubnectebant, auctore Ruperto ad Enchir. Pomponii p. 285. ¶ 2. *Barba hirquina*, ein bocks-bart, pro convicio olim eſt objecta. Plaut. Pſeud. 4, 2, 12 *Heus tu, qui cum hirquina barba ſtas, reſponde.* ¶ 3. *Barbam alicui vellere*, proverbialiter ex Horat. 1 Sat. 3, 133 dicimus, quem per contemtum ludo jocoque habemus, einen ſchimpfen, hohnen; quod Græci, τὸν πώγωνα τίλλειν τινι, vel ὑβρίζειν εἰς τὰς ἐπὶ τῷ γενειῳ τρίχας; dicunt, de quo præter Ernſm. Caſaubonius ad Perſii Sat. 1, 2, 133, & 28. Fuit aliud proverbium forte, *Leoni barbam vellere*, hoc eſt, illum afficere contumelia atque laceſſere, qui id inultum haud ſinat. Quod Martialis lepide invertit, ſed in obſcœnum ſenſum intorſit l. 10 epigr. 90, quod ita claudit: *Quare, ſi pudor eſt, Ligella, noli Barbam vellere mortuo leoni.* Nimirum vetulam ridet τὸ ἀᾶδὲς ſibi puellariter vellentem. Maximo quondam ad orientem ubique probro habebatur, vel unum barbæ pilum per vim evelli. Imo non ignominioſa tantum, ſed & pro pœna fuit maximorum flagitiorum, barbæ detonſio: cujus rei exempla aliquot in medium protulit Ioach. Camerarius in Chronologia Nicephori. ¶ 4. Lacon quidam interrogatus, cur barbam perquam longam haberet, reſpondit, *Ἵνα βλέπων τὰς πολιὰς, μηδὲν ἀᾴξιον αὐτῶν πράττω*, hoc eſt, *Vt canos videns nihil indignum ipſis committam*, Plutarch. in Apophth. Iuvenal. 8, 166 *Quædam cum prima reſecentur crimina barba. Barba tenus philoſophus* dicitur, qui philoſophi nihil habet præter barbam. πωγωνοτομία φιλοσόφου ἐ ποιεῖ, *alere barbam philoſophum non facit*, dixit Plutarchus de Iſide & Oſiride ſub initium. Exſtat in hanc ſententiam Græcum epigramma, quod hoc modo tranſtulit Morus:

Si promiſſa facit ſapientem barba, quid obſtat,
Barbatus poſſit quin caper eſſe Plato?

Ante barbam doces ſenes, Proverb. cujus non ita diſſimile Germani habent, das ey will klüger ſeyn, denn die henne. v. Chiliad. ¶ 5. *Barbam* ſingulariter de homine, *barbas* de animalibus dici, quidam putant. v. quos laudat Burmannus ad Petron. c. 99 p. 467, qui & ipſe ita ſentire videtur. Sed nullam eſſe hanc differentiam docet Drakenb. ad Sil. 13, 310.

¶ Barbula, *æ*, f. Hoc diminutivo Cic. uſus eſt pro Cælio c. 14. ¶ 2. *Barbulæ florum*, die faſern mitten in den blumen, Plin. 27, 11. ¶ 3. *Barbula hirci*, planta eſt, τραγοπώγων & τραγοπώγων, bocks-bart, gauchbrodt. v. Tabernæm.

¶ Barbus & Barbulus, vide mox in *Barbo*.

¶ Barbātus, *a, um*, bärtig. Cic. N. D. 1, 30 *Iupiter ſemper barbatus, Apollo ſemper imberbis.* Petron. c. 75 *Roſtrum barbatum habere.* Subſt. Idem c. 40 *Barbatus ingens*, ein alter geſell. Iuvenal. 13, 54

Credebant hoc grande nefas & morte piandum,
Si juvenis vetulo non aſſurrexerat, & ſi
Barbato cuicunque puer: licet ipſe videret
Plura domi farra & majores glandis acervos &c.

Pro hirco apud Phædr. 4, 8, 10 *Immiſit ſe barbatus. Fortuna barbata* in vetere lapide ap. Murat. T. 1 novi Theſ. ¶ 2. *Barbatos* pro antiquis. Cic. pro Muræna c. 12, item pro Cælio c. 14 dixit: nam illi vetuſtiſſimi Romani intonſi erant: unde *intonſos avos* Ovidius Faſt. 2, 30 vocat. Poſtea vero cum radi cœpiſſent, aut plane ponebant barbam, aut aliquam partem ſervabant & *ſubmittebant*, quod delicatuli ſolebant facere, ut ex Seneca epiſt. 114 colligere licet. Hanc *barbulam* vocat Cicero pro Cælio, laudato loco: & inde *barbatulos juvenes* loco mox producendo.

¶ Barbata, *æ*, ſic dicta aquila apud Plinium 10, 3.

¶ Barbātŭlus, *i*, m. diminut. der einen kleinen bart hat. Cic. 1 ad Att. 14 *Concurſabant barbatuli juvenes*, id eſt delicati. Id. Parad. 5, 2 *Barbatulos mullos exceptantem de piſcina*, barben.

¶ Barbāmentum, *i*, n gena, das kinn, in Gloſſ. vet. γένειον.

¶ Barbātōria, *æ*, f. barbæ raſura, das bartſcheren; ut, *Barbatoriam facere*, Petron. c. 73.

¶ Barbātōrium, *i*, n. i. e. tonſtrina; ſive officina tonſoris, die barbier-ſtube. Gloſſ. Latino-gr. & G. Lat. *Barbatoria*, πωγωνοκηρεῖα.

¶ Barbeſco, *ere*, bärtig werden. Cyrilli Gloſſæ: *Barbeſco*, γενειάζω

¶ Barbītium, *i*, n. idem quod *barba*. Apul Met. 5 p. 162 *Iuvenis ſpeciosus lenes barbitii genas inumbrans.* Id. Met. 11 p. 260 *Hircino barbitio philoſophum fingere.*

¶ Barbiger, *a, um*, barbatus, bärtig. Lucret. 5, 898 capras vocat *Barbigeras pecudes.*

¶ Barbaroſſa, *æ*, id eſt, ænobarbus, rothbart; propter barbam rufam ab Italis cognominatus Fridericus I Imp.

¶ Ænobarbus, vide ſupra in *Æs.*

¶ Imberbis, *e*, ohne bart. Cic. pro domo c. 14 *Adoleſcentulus imberbis*, der noch gar glatt um den ſchnabel iſt. Horat. de Arte v. 161

Imberbis juvenis, tandem cuſtode remoto,
Gaudet equis &c.

¶ Imberbus, *a, um*, idem. v. Nonium 8, 84 ex Lucil. 30, 19. Sic ap. Chariſ. p. 74 ex Varr. *Imberbi juvenes*; & Cic. *Imberba juventus.*

¶ Imbarbeſco, *ere*, barbarum fieri, einen bart bekommen. Feſtus. Barbare, Barbaria &c. quære in *Barbarus.*

BARBARVS, Philippus, ſervus fugitivus, qui tamen Romæ præturam petiit, & Prætor delignatus eſt: Vlpianus l. 3 *ff. de off. Prætor.* & Turnebus Adverſ. 7, 7.

BARBĂRVS, *a, um*, adject. βάρβαρος, barbariſch; & Barbarus, *i*, ſubſt. ein barbar. *Barbaros* vocatos a Græcis initio, qui craſſo atque difficili ore loquerentur, & nova præcipue ac facta recens aſpere duriterque pronunciarent, Strabonis in lib. 14 de Caria exponentis ſententia eſt. Ac ita nonnunquam acceptum vocabulum iſtud, arguere Ciceronis in Verrin. 3, 9 videtur locus, in quo *diſertum & barbarum* opponit. *Diſertus* etenim eſt, qui facile, prompte & expedite verba facit. *Tantam*, inquit, *habebat morum ſimilitudo conjunctionem atque concordiam, ut Apronius, qui aliis inhumanus ac barbarus, iſti uni commodus ac diſertus videretur.* Ita Vellej. 2, 73, 1 *Sermone barbarus. Barbara lexis* quid ſit vid. in *Barbarismus.* ¶ 2. Hoc oris itaque vitium, cum alienigenatum extraneorum commune ac proprium videretur, factum eſt, (ita ibidem cenſet Strabo,) ut illud nominis denique ad omnes eos, qui Græci non eſſent, transferretur, & quodam communi vocabulo in diviſione Gentium, *Barbari, Græcis* opponerentur. Hinc Medea apud Senecam in ſibi cognominte tragœdia v. 127 *Si quod Pelasga*, inquit, *ſi quod urbes barbaræ Novere facinus* &c. Simili ratione Romani, cum rerum eſſent potiti, omnes, qui Romani juris ac ditionis non eſſent, neque loquerentur Latine vel Græce, & habuerunt & vocarunt *Barbaros*, quod paſſim apud auctores obſervare licet. Feſtus: *Barbari dicebantur antiquitus omnes gentes exceptis Græcis* &c. ubi Epitomator Feſti addit: *Fortaſſe & hinc noſter Apoſtolus* (ad Rom. 1, 14) *Græcis ac Barbaris ſe debitorem eſſe fatetur.* Sic Ovidius Triſt. 5, 10, 28 *Graiis barbaram turbam*, ſcilicet Getarum, opponit. Ipſe Cicero *Græciam & Italiam* diſtinguit a *Barbaria*, locum vide mox in *Barbaria* n. 2. ¶ 3. Per contemptum etiam & conviciandi cauſſa *Barbarus* dictus eſt peregrinus atque extraneus, qui nec intelligat nec intelligatur. Noſtri interdum ita utuntur vocabulo welſch. Ovidius ſe, qui Romanus eſſet, & Getice non noſſet, Tomitanis, Latine loquentem non intelligentibus, *Barbarum* haberi Triſt. 5, 10, 37 queritur:

Barbarus, inquit: hic ego ſum, quia non intelligor ulli,
Et rident ſtolidi verba Latina Getæ.

¶ 4. Neque vero ad ſermonem & linguam tantum, ſed ad vivendi etiam rationes, & morum compoſitionem iſtud vocabulum referebatur. Nam cum Romani ac Græci præ cæteris plerisque gentibus ad omnem humanitatis cultum ac elegantiam morum eruditi eſſent, accidit, ut æque vocarentur *Barbari*, qui alia inſtituta vitæ ſequerentur, quam qui Latine aut Græce non intelligerent. Inde ergo inculti omnes atque agreſtes, indoctique ac inhumani *Barbari* dici cœperunt, grob. Sic apud Cic. pro Mil. c. 9 *Agreſtes & barbaros ſervos*; Et in Verr. 4, 51 *Tam barbari lingua & natione illi, quam tu naturæ & moribus.* conf. c. 50. Et plura hujusmodi alia apud illum & alios legimus. Plaut. Bacch. 1, 2, 13 *Nimium quam, o Lyde, es barbarus*: (id eſt, imperitus & ſtultus) *Quem ego ſapere nimio cenſui plus quam Thalem.* Similiter apud Ariſtophanem in Nubibus 1, 6 ἀμαθὴς & βάρβαρος conjunguntur. Verum autem hæc vox ficta a Græcis (unde acceperunt Latini) joculariter ſit; an peregrinam originem habeat, haud temere dixerim. Voſſius de Vitiis ſerm. 1, 1 ex Chaldaico *Bar*, quod *extra, foras*, ſignificat, deducit. Iul. Cæſ. Scaligeri Exercitat. 51 iſta verba ſunt: *Soli Numidæ legitima voce Arabica*, Elbarbar, *quod apud eos* murmur *ſignificat, nominantur. Quippe hoc eſt eis objectum ab Arabibus, propterea, quod utuntur inculto ſono. Quamquam equidem a deſertis ita dictos reor.* Bar *enim Arabice*

DESERTVM. Itaque Afros Numidas Scaliger non tam reſpectu vocis, quam pro conditione loci proprio quaſi nomine *Barbaros* appellatos, videtur velle. Nam & in Theophraſtum de Plantis ita ſcribit: *Solum in Africa ſubeſt ad mi, qua arvum eſt. Sola nempe ora maritima fertilis: cetera vaſta eſt. Unde &* BARBARIA. *Quia* BAR *eorum lingua* DESERTVM *ſignificat, more Ebræo* BARBAR, *valde deſertum.* Sed ſi a ſono incondito incultoque ab Arabibus Numidæ appellati *Barbari* ſunt, & Græcis primitus ab oris & pronunciationis vitio *Barbari* dicti, ut Strabo ſentit, non eſt abſurdum credere, hanc vocem Græcos ab Arabibus per commerciorum conſuetudinem accepiſſe. Vid. Hotoman. de Ritu nupt. C. V. p. 469; Coquejus ad Auguſt. de C. D. 1, 1 p. 6; & Bernegg. ad Suet. Aug. c. 21, 3. ¶ 5. Cæterum κατ' ἐξοχήν & proprie veluti, *Barbari* a Latinis vocati *Phryges* & *Perſæ*; unde *tibia Barbara* pro Phrygia Catull. 63, 264. v. Meurſ. ad Lycophr. p. 143. Et Curtius Perſas ſæpe *Barbaros* vocat: 3, 11, 16; 5, 12, 2 &c. Et etiam Amazones ſunt *Barbaræ* 6, 5, 29. ¶ 6. *Barbarior*, *us*. comparativus Ovidii eſt 5 Triſt. 1, 72 *Non ſunt illa ſuo barbariora loco.* conf. ex Ponto 3, 2, 78. ¶ 7. Barbarus. Nomen Cæcilii Nigri apud Hirt. de Bel. Hiſp.

¶ Barbare, adverb. grob, unhöflich; ut, *Barbare loqui*, id eſt aſpere & craſſe, Cic. Tuſc. 2, 4. ¶ 2. Latine, in oppoſitione ad Græcam linguam. Plaut. Aſin. prol. v. 11 *Fabulam Marcus vertit barbare.* Id. Trin. prol. v. 19 *Philemo ſcripſit* (græce,) *Plautus vertit barbare.* conf. Feſti verba in *Barbarus* n. 2. ¶ 3. Ruſtice, bäuriſch. Horat. 1 oda 13, 14 *Dulcia barbare laedentem oſcula.*

¶ Barbaria, æ, f. Barbarorum regio, vel ipſi Barbari, Barbarey. Cic. Catil. 2, 10 *Quale bellum nulla unquam barbaria cum ſua gente geſſit.* conf. Iuſtin. 1, 1, 31 & 12, 1, 5. Curt. 6, 3, 3 *Barbaria impotens*, i. e. Barbari aſperiores. Nazarius Paneg. Conſtantini c. 18 *Bellicum ſtrepent numina, & inmanitas barbariæ in ipſis vocabulis adhibet horrorem.* Et mox: *O vere cæca barbaria, quæ in illo vultu ſigna principis non videris.* ¶ 2. *Barbaria* opponitur Græcia & Italia. Cic. de Fin. 2, 15 *A quo non ſolum Græcia & Italia, ſed etiam omnis Barbaria commota eſt.* ¶ 3. Phrygia & Trojanum regnum. Horat. 1 ep. 2, 7 *Græcia Barbariæ lento collidet ſidera dentes.* ¶ 4. Pro Africana ora, quæ hodie *Barbaria* vulgo dicitur, accepiſſe videri poteſt. Cic. de Nat. D. 2, 50 pr. ubi de Pantherâ conf. Plin. 8, 27 med. ¶ 5. Significat & agreſtem ruſticitatem vel ruditatem, grobheit. Iuſtin. 43, 4, 1 *Galli diſpoſita & munita ſedis barbaria.* conf. 2, 2, 14, & 42, 1, 10. Ovid. 3 Amor. 8, 3 *Ingenium quondam fuerat pretioſius auro, At nunc barbaria eſt grandis, habet nubila.* Quint. 2, 3 p. 103 *Barbaria quædam mentis praduro ac rigente capite oſtentatur.*

¶ Barbaricus, a, um, f. de ipſis Barbaris. Cic. Nat. D. 1, 29 *Non Ægyptii, nec Syri, nec ferè cuncta barbarica.* Ita Sturmius & Lambinus: at vero *barbaria* Cruterus. Id. Nat. D. 2, 34 *Quod ſi in Scythiam, aut in Britanniam ſphæram aliquis tulerit hanc, — — quis in illa barbarie dubitet, quin ea ſphæra ſit perfectæ rationis?* Val. Max. 5, 5, 3 *Tiberius per modo devictam barbariem, Antabagum duce ſalvo & inlæſo contentus*, evaſit conf. Iuſt. 9, 5, 7; & Lucan. 8, 812. ¶ 2. De moribus barbaris & imperitia, tummheit, unverſtand. Flor. 4, 12, 20 *Tenuia barbaries eſt, ut paucis non intelligant.* Claudian. in Ruſin. 2, 78 *Ne qua in parte relinquat*

Barbariem, revocat fulvâ in pectora pelles, &c.

hoc eſt, ne aliquatenus omittat morem barbarorum, ſeptemtrionalium maxime & pellitorum. ¶ 3. De vitioſo barbaro ſermone Cic. de Clar. Or. c. 74 *Omnes, qui nec extra urbem hanc vixerant, nec cos aliqua barbaries domeſtica infuſcaverat, recte loquebantur.* conf. Petron. c. 6.

¶ Barbaricus, a, um, idem quod *Barbarus*, fremd, ausländiſch, item rauh, wild. e. gr. *Barbaricus ornatus*, Vitruv. 1, 1. *Barbarico vitæ ceſſi*, Plaut. Caſ. 3, 6, 19. *Veſtes barbaricæ*, i. e. Phrygiæ, Perſicæ, Babyloniæ, aeu pictæ & auro diſtinctæ, Lucret. 2, 499. *Aurum barbaricum*, h. e. Phrygium, Virg. Æn. 2, 504. *Barbaricæ alæ*, i. e. Gallicæ, Lucan. 1, 476. *Nomina barbarica*, Suet. Cal. c. 47. *Barbarica ſilva*, Col. 11, 2, 83 eſt conſeminea.

¶ Barbaricum, i, n. quaſi ſubſtantive poſitum, quamcunque regionem ſeu terram, quæ dictionis Romanæ haud fuerit, aliquando ſignificat. Amm. Marcell. 27, 4 *Vadit in barbarico miles, per Hortarii regna tranſibat intacta.* Siniliter locuti Imperatores in Codice etiam, itemque Eutropius 7, 5 *Albis fluvius in barbarico longe ultra Rhenum eſt.* Et 9, 4 Decius & filius ejus, *uterque in barbarico interfecti ſunt.* Id integrum eſt: *Barbaricum ſolum.* Iſidorus: RHEVBARBARVM, inquit, *ſive* RHEVPONTICVM: *illud, quod in ſolo Barbarico: Iſtud quod circa Ponticum colligitur, nominatum eſt.* ¶ 2. *Barbaricum* appellatur *clamor exercitus, quod eo genere Barbari utantur*, ein feld-geſchrey. Feſtus. ¶ 3. Barbaricum eſt barbare, barbarice; adverbialiter. Silius 12, 418 *Barbaricum atque immane gemens.*

¶ Barbarica, æ, f. ſubſt. i. e. baccar I. baccaris, haſelwurtz. Plin. 21, 6 *Quidam errore falſo barbaricam eam appellabant.*

¶ Barbaricè, adverb. auf barbariſche art. Capitolinus in L. Vero c. 10 *Barba prope barbaricè demiſſa.*

¶ Barbaricarius, i, m. qui & Phrygio, ein ſeiden-ſticker. Cod. Theod. I. 1 de Fabricenſ. & l. 2 de excuſation. artific. invenitur. *Miniſter barbaricarius*, Murat. Inſcr. p. 971. Donatus in Æneid. 11, 777 *Barbaricarii dicuntur, exprimentes ex auro & coloratis filis hominum formas, & diverſorum animalium, ſpecierum imitatam ſubtilitate veritatem.* Ita autem dicuntur, quia a barbaris, hoc eſt, Phrygibus, illa ars pingendi & inventa & exercita maxime fuit.

¶ Barbariſmus, i, m. βαρβαρισμός, vitium dictionis eſt, legem ac puritatem ſermonis corrumpens. Communiter *Barbariſmus* eſt in ſingulis vocibus, *Solœciſmus* in conjunctis, ein unförmlich wort. Suidas dicitur λεξις παρα το ἔθος των ευσχημονων: *vox præter conſuetudinem probatorum ſcriptorum uſurpata:* De eo Auctor ad Herenn. 4, 12, & Quintil. 1, 5 & 10, tum veteres grammatici Soſipater, Diomedes, Donatus & Iſidor. 9, 1, quibus jungendus & Voſſius eſt de Vitiis Serm. 1, 1 & 2, ubi etiam habes, quid *Barbariſmus* & *Solœciſmus*: item *Barbariſmus*, & *Barbara lexis* differant. Ille enim in voce Latina aut Græca fit, male figurata prolatave: iſta, tota peregrina eſt, & *Gloſſa* etiam appellatur, de quo infra ſuo loco. Martialis 6 epigr. 17 in Cinnamum hic ludit: *Cinnam, Cinname, te jubeo vocari Non eſt hic, rogo, Cinna, Barbariſmus? Tu ſi Furius ante dictus eſſes, Fur iſta ratione dixeris.* Illud hoc loco monere non fuerit fortean præter rem, in notandis Barbariſmis ſcriptorum remperamento & cautione valde eſſe opus. Neque enim ut barbara deculpanda ſtatim eſt vox, quæ apud Ciceronem, Terentium aut ſimiles non exſtet. Poteſt enim apud Vitruvium aut Columellam, aut Plinium, aut Senecam, aut alios inveniri. Hanc ipſam *Barbariſmi* vocem genuinam eſſe, quondam dubitavit Gellius 13, 6: *Itaque id vocabulum*, inquit, *quod vulgo Barbariſmus dicitur, qui ante Divi Auguſti ætatem pure atque integre locuti ſunt, an dixerint, nondum equidem inveni.* (conf. Id. 5, 20.) Eo tamen ante Auguſtum uſus eſt Cornificius, puriſſimæ Latinitatis autor, ad Herenn. loco modo citato.

¶ Semibarbarus, a, um, halb wild, faſt wild. Suet Cæſ. c. 76 *Quosdam e ſemibarbaris Gallorum recepit in curiam.* Eutrop. 1, 2 de Numa: *Leges Romanis moresque conſtituit, qui conſuetudine pratorum jam latrones ac ſemibarbari putabantur.* Pœanii metaphraſis ibidem: μιξοβαρβαροι.

Barbatus, Barbeſco, Barbiger, &c. vide *Barba.*

BARBITOS, i, maſc. & fœm. *Barbiton*, neut. perinde ut apud Græcos: ὁ καὶ ἡ βάρβιτος, καὶ τὸ βάρβιτον: citharæ genus, graviorem ſonum edens; Theocritus πολυχορδον vocat. Virili genere uſus eſt Horatius 1 od. 1, 34 *Lesboum refugit tendere barbiton.* Et 3 oda 26, 3 *Defunctumque bello Barbiton hic paries habebit.* Non enim neutro genere loqui, vocandi caſus 1 oda 32, 4 oſtendit: *Age dic Latinum Barbite carmen.* Fœminea forma dixit Ovidius epiſt. Sapphus 15, 8 *Non facit ad lacrymas barbitos ulla meas*; i. e. carmen lyricum. Neutro Auſonius epigr. 44 dixit: *Hoc genere & chordas, & plectra, & barbita conde.* Vulgo vertunt hackbret; aut aliud lyræ quodammodo ſimile, eine leyer. Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 7 p. 476 *Lyram chordarum ſeptem* interpretatur ex quorumdam mente: ſed interpoſita conjunctio καὶ videtur aliud inſtrumentum indicare. Κιθαριστὰς, inquit, λυρας ἑπταχόρδους ἐλεφαντίνας καὶ τὰ λεγομενα βάρβιτα πρέκοντες, *Cithariſtæ pulſantes eburneas ſeptem fidium lyras, & quæ vocantur barbita.* Etymologus ſcribit vocari, quaſi βαρύτονον, a βαρὺς *gravis*, & μίτος *filum.* Μίτης enim dictas fuiſſe τὰς νευρὰς, quod ante nervorum uſum ſtaminibus uterentur lineis. Neanthes apud Athenæum 4, 23 βάρβιτον Ἀνακρέοντος εὕρημα eſſe tradit. Adde Cæl. Rhodig. 9, 4.

BARBO, *ônis*, & Barbius, *i*, m. piſcis, qui & mulus ſeu mullus, Græce τρύγλη dicitur, eine barbe, barbel, barine, quem *mullum barbatum* & *barbatulum* epitheto dixit Cicero ad Att. 2, 1 & Parad. 5, 2. Auſonius Moſella v. 134 *Propexique jubas imitatus gobio barbi.*

¶ Barbulus, *i*, m. piſcis genus. Gloſſ. Vet. *Barbulus*, φάγρος, ἰχθύς. Diminutum a Barbus: nec aliud genus videtur eſſe.

BARCA, *æ*, f. navigii ſpecies, qui & *phaſelus* & *ſcapha*, quæ onerariis intervit, die barke. Græcis ἐφολκιον, eo quod navis eam aſſeclam trahat, v. Iſidor. 19, 1. Recentius vocabulum eſt. Paul. Nolanus ad Cytherium 21, 55

Vt mox ſalubri parca perfugio foret.

In paſſione S. Hilariæ &c. apud Welſerum: *Quæ rogaverunt deſcendentes de barca, ut ſe transferrent.* Gloſſ. vet. *Barca* σκάφος.

BARCE, *es*, f. βάρκη, nutrix Sichæi. Virgil. Æneid. 4, 632

Tum breviter Barcen nutricem affata Sichæi.

¶ 2. Eſt & *Barce* Ptolemais urbs in Cyrenaica regione. Plinius 5, 5 *Ptolemais antiquo nomine Barce.* Idem Strabo lib. 17 tradit. Sed Scylaci & Ptolemæo diverſæ ſunt urbes. Harduinus ad Plinium ita conciliat, Ptolemaidem non in loco Barcæ mediterraneæ, ſed, quo Barcæorum pprrus fuit, conditam fuiſſe.

¶ Barcæus, *a*, *um*, adject. quo etiam populus notatur Barcæorum, Virgilio Æn. 4, 43 memoratus, ubi nunc eſt regnum *Barca.*

BARCINO, *onis*, f. *Barcelona* vulgo, civitas Hiſpaniæ Tarraconenſis, ſive Cataloniæ, v. Plin. 3, 3. Auſon. epiſt. 24, 89

Tarraco & oſtrifero ſuperaddita Barcino ponto.

Adde epiſt. 24, 69, & Plin. 2, 3. Prudent. Periſt. 4, 33 eſt *Barcinon*

BARDÆI, *orum*, m. pl. Græce apud Ptolemæum in Codd. Palat. Οὐαρδαῖοι, fuerunt populi Illyrici, de quibus etiam Gloſſæ vet. Ἰλλύριοι δᾶλοι, οἱ δὲ ἀγωνιζόμενοι ὑπὲρ τῆς Ἰταλίας κατὰ Κίννα καὶ Μαρίου, &c. Plutarcho in Mario p. 787 H. Steph. Βαρδιαῖοι, Plinio 3, 2 & Cic. fam. 5, 9 *Vardei*, Straboni & Appiano (corrupte vel omiſſo digamma) Ἀρδιαῖοι. De quibus aliquid dicendum fuit, ut intelligatur, quid ſibi velit vox ab hac gente deducta.

¶ Bardaïcus, *a*, *um*, adj. ut, *Cuculli Bardaici*, Capitolinus in Pertinace c. 8; ubi pedum quoque tegumentum ſignificari poſſe, oſtendit Salmaſius, cui debentur fere, quæ hic dicimus. Huc referendus etiam Martial. 4 ep. 4 *Laſſi Bardeicus quod crucati*, ſcil. olet: i. e. calceus militis barbari & victi, qui longo itinere confecto ſudat. Neque enim opus conjectura Turnebi a Scriverio adoptata *Bardaicios.* Denique hinc lucem accipit Juvenal. 16, 13 *Bardaicus judex datur hæc punire volenti Calceus*, h. e. miles alius Bardaico calceo indutus, per metonymiam haud inſolitam, ubi crediderim Henninio, ſimul reſpici ad fœvitiam Bardæorum Marianæ crudelitatis fatellitum. vide viros doctos ad ll. cc. it. Turneb. Adv. 23, 25; & 25, 24. Qui *Bardaicus* legunt, ad Bardos, de quibus ſtatim dicetur, referunt, non minus ac *Bardocucullum*, quem tamen & ipſum haud abſurde fortaſſis a Bardæis derivaveris.

BARDI, *orum*, m. Strabo lib. 4 *Apud Gallos eximio in honore ſunt Bardi, Vates, Druidæ. Bardi* laudationibus rebusque poëticis ſtudent. *Vates* autem ſtudiis ſacrificiorum naturaliumque cauſſarum dediti ſunt. *Druidæ* præter cauſſarum naturalium ſtudia, morum diſciplinam exercent. Meminit & Ammianus 15, 24 (Valeſ. c. 9) qui, *Bardi*, inquit, *fortia virorum illuſtrium facta heroicis compoſita verſibus cum dulcibus lyræ modulis cantitarunt.* Adde quæ ibi Valeſius commentatus eſt. Idem confirmat Feſtus: *Bardus*, inquit, *gallice cantor appellatur, qui virorum fortium laudes canit, ita dictus a gente Bardorum.* Vnde quicunque virorum fortium egregia facinora canerent, dicti ſunt *Bardi.* Lucanus 1, 449 *Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi*, marckſchneer. ¶ 2. *Bardi* etiam dicuntur ſtupidi, heberes & tardi, tölpel. die nichts faſſen; ex Græco βραδὺς, per metathesin, eodem Feſto interprete, Plaut. Bach. 5, 1, 2 *Quicunque ubi ſunt, qui fuere, quique futuri ſunt peſtibac, ſtulti, ſtolidi, fatui, fungi, burdi,*

bardi, blenni, buccones. Cic. de Fato c. 5 *Zopyrus ſtupidum Socratem dixit eſſe & hardum*, &c. Compar. Tertull. adv. Hermog. c. 36 *Pictor te bardior non eſt.*

¶ Barditus, *us*, m. a Bardorum cantu, vide *Barritus* in *Barrus.*

¶ Bardiacus, vid. Bardaicus in *Bardæi.*

¶ Bardŏcucullus, *i*, m. veſtimentum Gallicum eſt, quod e Santonibus & Lingonibus Romam mittebatur. Dictum ita a *Bardis*, Galliæ gente, quod hæc eo genere veſtis præcipue uteretur; de quo Martial. 14 epig. 128

Gallia Santonico veſtit te bardocucullo.

Ex nonnullorum ſententia *Cucullus Bardaicus* vocatur Capitolino in Pertinace c. 8. v. paullo ante *Barduicus* in *Bardæi.* Obtinuit in vilibus ſervis, ut docet Lipſ. Elect. 1, 25.

¶ Bardocucullatus, *a*, *um*, hinc Mantuanus fecit. conf. Ferrar. part. 2 de Re veſt. p. 42.

BĂREAS, *æ*, m. proconſul Aſiæ, de quo Tac. An. 16, 23, 1; Iuvenal. 3, 116, & 7, 91.

BARGINNA, *æ*, m. homo vitioſæ gentis, uti grammatici exponunt. Veſpillones appellarunt etiam *Barginnas*, todtengräber. Sic enim diſtinĕte legendum in Gloſſario veteri: *Barginna, νεκροφόρος, βαστάκας, πεσσοφώνης; βαστάζει.* Vt adeo Veſpillo ſit *Barginna*, Barbarus *Barginna*, atque inſuper Barbarorum acclamatio ſit *Barginna.* v. Kirchmann. de fun. Rom. 2, 8 p. 110.

BĂRIA, *æ*, f. Sabinorum oppidum, Horat. 1 epiſt. 14, 3.

BĂRĪNE, *es*, f. meretrix perjurii rea apud Horat. 2 od. 8, 2.

Barippe, vide mox *Baroptenus.*

BĀRIS, *ĭdis*, f. βάρις, ιος & ιδος, navis. Eſt vox Ionica teſte Corintho. Ægyptii cymbam ita nominabant, qua ad ſepulcra cadavera vehebantur. Ejus deſcriptionem habes apud Herod. 2, 96. Vius eo eſt Propertius 3, 10, 44

Barides & contis noſtra Liburna ſequi.

Sed de ſignificationibus diverſis hujus vocis conſule Suidam & Lexica Græco-Latina.

BĀRIVM, *i*, n. urbs Apuliæ, de qua Horat. 1 Sat. 5, 97. *Barium*, inquit Feſtus, *appellaverunt conditores ejus expoſiti ex inſula Bara, quæ non longe eſt a Brundiſio.* conf. Tac. An. 16, 9, 2.

BĂRO, *ōnis*, m. olim erat contumeliæ verbum in quosvis ineptos. Nam *Barones* veterum nihil aliud ſunt, quam homines ſtolidi & bardi, qua in ſignificatione utius hoc vocabulo Cicero Fin. 2, 23 *Hæc cum loqueris, nos barones ſtupemus.* Adde Att. 5, 11 & Fam. 9, 26, 6; & Manut. atque Victor. ad ll. cc. Et Petron. c. 53 *Baro infaſſiſſimus.* Eadem vox bis occurrit c. 63. Ge. Fabric. ap. Manut. 13 ep. 57. ¶ 2. Item ſervi nullitum, & eſt Gallica vox. Vetus Schol. ad illud Perſii 5, 138

Baro rex ſtatum digito teſtabare ſalinum

Contentus porage, &c.

Lingua Galloram, inquit, *barones vel varrones dicuntur ſervi militum, qui utique ſtultiſſimi ſunt, ſervi videlicet ſtultorum.* Veteres Gloſſæ Stephani: *Baro*, βάκλος, id eſt, interpretibus Suida & Heſychio, fatuus ſimul & effœminatus. Vide & Petr. Pithœum Adverſ. 1, 8, & Iſidor. 9, 4, cui *Barones* iidem ſunt, qui *mercenarii, quod ſint fortes in laboribus*, a Græco nomine βαρύς, quod gravem & corporis robore valentem denotat. Tales autem vulgo cententur debiles judicio. Quidam etiam codices *Berones* in Hirtii B. Alex. c. 55 mutant in *Barones.* vid. ibi not. Daviſii. ¶ 3. Tandem vox tradŭcta ad viros nobiles, magnates & proceres. Itaque *barones*, Ban-nerherren, Fronherren, magnates inferiores comitibus, dignitas uſitata. Sed in hac ſignificatione non inventur apud probatos auctores. Eſt originis Francicæ, ſive Germanicæ, ex vocabulo BER, vel VAR, quod virum, & hominem liberum, item fatellitem; tum Vaſallum capitalem ſive majorem, itemque magnatem ſignificabat. De quo Henrici Speelmanni, equitis Anglo-Britanni, Diatribe in Archæologo, ſive Gloſſario ejus, videnda eſt. Barthius honoris nomen eſſe, & heroëm notare dicit ad Briton. Arem. p. 204. ¶ 4. *Baronem* mulierem philoſophiæ ſtudioſam quidam intelligunt Manutium ſecuti ad Cic. Att. 5, 11 p. 504 Græv.

BAROPTĔNVS, *i*, vel Baroptris, vel Barippe, *gemma nigri coloris, ſanguineis & albis notis diſtincta*, Plin. 37, 10.

BĂRŌSVS, *a*, *um*, ſtolz, närriſch. Gloſſ. gr. l. 60 βαρὺς, βάκλος.

Barrinus, barrio, barritus, quære mox in *Barrus.*

BARRVS, *i*, m. elephas dicitur, ein elephant, atque ita plerique interpretes Horatii verba epod. 12, 1 *Nigris digniſſima barris*, exponunt. Gloſſ. Cyrilli: *Barrus*, ἐλέφας. ¶ 2. Eſt & viri nomen apud eumdem 1 Sat. 6, 31, & Cic. Brut.

¶ Barrio, *ire*, ſchreyen wie ein elephant. Feſtus: *Barrire elephanti dicuntur, ſicut uves dicimus balare, utique a ſono ipſo vocis.* Gloſſ. Vet. *Barrit, τρίζει, ἐλέφας βοᾷ.* Spartian. in Geta c. 5 *Leopardi vitant, elephanti barriunt*, &c.

¶ Barrinus, *a*, *um*, pro elephantinus, vom elephant; ut, *Aures barrinæ*, Sidon. Apoll. 3 epiſt. 13.

¶ Barritus, *us*, m. das brummen, elephant-geſchrey. Apul. 3 Florin. p. 357 *Eſt taurorum gravis mugitus, luporum acutus ululatus, elephantorum triſtis barritus, equorum hilaris hinnitus.* ¶ 2. Quod nominis tamen & militari clamori, qui a Romanis inituris prælia tolli ſolitus, hæſit, ein feld-geſchrey. Veget. de Re mil. 3, 18 *Clamor*, quem barritum *vocant*, *priùs non debet tolli, quam acies utraque ſe junxerit.* Et nomen & ipſam rem, hoc eſt, quomodo ſolitus hic clamor fieri, Ammianus 16, 30 oſtendit; qui & alibi meminit. Tac. de Germ. 3, 1 *Sunt illis hæc quoque carmina, quorum relatu, quem* Barditum *vocant, accendunt animos, futuræque pugnæ fortunam ipſo cantu augurantur.* Vbi Lipſio *Baritum* legere placuit, a verbo Germanico *Beren* aut *Baeren*, i. e. clamare, vocem tollere: quod probat Cluverius, & ex hac diſciplina Germanorum, & rem & ipſum vocabulum mutuatos Romanos Antiq. Germ. 1, 51 cenſet. Sane non Romanum nomen *Barritum*: ſed barbarum eſſe ſupra laudatus Ammianus arguit 26, 22.

BARYCA, *æ*, f. plur. *Barycæ* apud Vitruvium 3, 2 ſunt ædes latæ quidem, ſed ob raritatem columnarum humiles, ut pondus ſuperimpoſitum facilius ſuſtineant columnæ.

¶ Barycephălæ, f. pl. apud eundem ibidem dicuntur ædes, quod pro columnarum paucitate ſatis grave onus ſuſtineant. A βαρὺς & κεφαλή, quaſi dicas *gravicipites*, vide Baldi Lex. Vitruv. p. 16.

BĂRYPICRON, *i*, n. βαρύπικρον, i. e. *nimis amarum*; ita Græcos abſinthium cognominare ait Apul. de Herb. c. 100.

BĂRŸTHON, *ōnis*, m. βαρύθων, alias *ſabina*, ſeben-baum. Apul. de Herb. c. 85.

BĂSALTES, *æ*, m. βασάλτης, marmor duriſſimum, Plin. 36, 7.

BĂSĂNĪTES, *æ*, m. βασανίτης, coticula, lapis Lydius, ein probierſtein, Plin. 36, 20 & 22.

BASCANIA, *orum*, n. pl. βασκάνια, ridicula ſunt. Solebant veteres ferrarii fabri ante fornaculam ridicularia quæpiam appendere, invidiæ avertendæ gratia; Ea dicebantur *Baſcania*, vid. Cæl. Rhodig. 11, 30.

¶ Băbaſcantos, *i*, m. eſt Æon hæreticorum, ab *α* privat. & βασκαίνειν, *invidere*, i. e. invidia vacuus, non invidus, nicht neidiſch, von abgunſt frey. Tertullian. cont. Gnoſt. c. 10.

BASCAVDA, *æ*, f. vas eſcarium apud Britannos. Martial. 14 epigr. 99

Barbara de pictis veni Baſcauda Britannis.

Conf. Iuvenal. Sat. 12, 46; & Voſſ. Lex. Etym. p. 65.

BASCŬLVS, *i*, m *non idoneus ad pecuariam* apud Varr. de R. R. 2, 10. *Baſculi* autem videntur iidem, qui *Baſcli* vel *Baſclones*, latrociniis infames in Baſclonia vel Viſcaia Hiſpanica. v. Geogr.

Baſiatio, baſiator, Baſella, baſiballum, vide *Baſium*, *Baſis.*

BĂSILĒA, *æ*, f. penult. producta. Græce enim Βασιλέα. Galliæ Belgicæ urbs, in Rauracis, quorum caput hodie eſt, Baſel, quam nonnulli a Baſiliana Iuliani imperatoris matre ſic appellatam volunt, ut Ioſias Simlerus lib. 1 de Rep. Helvetiorum obſervat. ¶ 2. *Baſilia*, eadem urbs Ammiano 30, 3. Sed *Baſilias* etiam libros regum vocat Tertullianus adv. Marc. 4, 14, die bücher der Könige.

¶ Panbaſilea, *æ*, f. παμβασιλεία, die Monarchie. Ariſt. Polit. 3, 11 & 12.

BĂSĬLĪCA, *æ*, f. ex Græco βασιλική, Latinitate donata vox: qua appellabantur ædes publicæ ad judicia & negociationes porticibus & ambulationibus magnifice exſtructæ, de quarum ratione Vitruvius 5, 1 cum paſſi, Fürſten-haus. v. Cic. Verr. 5, 58. Att. 2, 14, & 4, 16. *Baſilicis* veterum comparandæ apud nos ſunt, quæ in emporiis illuſtrioribus mercatorum publicæ habentur ædes, quas *Byrſas* appellant, tum quas Itali *Salas* vocant, die borſen, kauffhäuſer. Stat. 1 Silv. 1, 29 Latina voce uſus *Regiam*, quaſi interpretem agens, appellat:

Hinc Italia templa tuentur,

Illinc belligeri ſublimis regia Paulli.

Nam de Baſilica Paulli loquitur, quam inter magnifica urbis opera Plinius memorat 36, 13. Solebant enim Baſilicæ iſtæ a conditoribus ſuis nomina ſortiri. Sic *Iuliam*, *Porciam*, *Æmilium Baſilicas* leginus. Livius 26, 27 de temporibus Macedonici belli: *Neque enim tum baſilicæ* (Romæ) *erant.* Idem 39, 44 de Catonis cenſura: *Cato atria duo & quatuor tabernas in publicum emit, baſilicamque ibi fecit, quæ Porcia appellata eſt.* De *baſilica Iulia* Plinius 5 epiſt. 21 pr. & Suet. Calig. c. 37. De *judiciorum baſilicis*, Sen. de Ira 3, 33 conſulantur. De Baſilica Æmilia copioſe Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 186 ſqq. ¶ 2. Chriſtiani poſtea hoc nomen ædibus ſacris, quas *Eccleſias* etiam vocabant, tribuerunt, kirchen. Sulp. Sev lib. 2 de Helena Conſtantini matre exponens: *Mox uſi regni viribus*, Baſilicam *in loco Dominicæ paſſionis, & reſurrectionis & aſcenſionis conſtituit.* Ad quem locum Sigonius notat, *Baſilicas* appellatas majores Eccleſias, quæ aut Deo dicatæ, nominatæ *Dominicæ*, (unde Germanicum dom, dom-kirche, ſtift-kirche) aut martyribus, unde appellatæ *Martyria* eſſent. Minores autem *Titulos* & *Parœcias* vocatas. Vide & Onuphrii Panvinii Interpretationem Eccleſiaſticarum vocum, & Coquejum ad Auguſt. de C. D. 1, 1. ¶ 3. In *Baſilici* habebantur etiam olim orationes. Vid. Sen. procem. controv. 9; Quint. 9, 5; Plin. 6 epiſt. 33, & Apollejus, cujus hæc in Apolog. verba ſunt: *Diſſero aliquid poſtulantibus amicis publice, omnes, qui aderant, ingenti celebritate baſilicam, quæ locus auditorii erat, complentes* &c. Vbi puto, qui *locus auditorii erat*, eſſe gloſſam & interpretationem.

¶ Baſilicula, *æ*, f. diminut. Paulinus Nolanus epiſt. 32 n. 17 (ed. Pariſ.) *Hanc quoque baſiliculam, ac benedictis apoſtolorum & martyrum reliquiis ſacri cineres conſecrabunt.*

¶ Baſilicus, *a*, *um*, regius, ſplendidus, ſtattlich, fönialich. Plauto frequens, ut Perſa 1, 1, 32 *baſilico accipere victu.* Et Pſeud. 1, 5, 43 *Statum vide hominis quaſi baſilicum.* Sed *Baſilicus jactus* eidem Plauto Curc. 2, 3, 80 idem eſt, qui *Venereus*, der beſte wurff im ſpiele. v. Lipſ. Lect. Antiq. lib. 3 p. 106. *Baſilicæ ædificiones & imperioſæ*, herrengebäude, Plaut. Capt. 4, 2, 21. Idem uſurpat hanc vocem pro ſuperbo & faſtuoſo; Talis enim ferme, qui circa regem: Rud. 2, 4, 15 *At ego Baſilicus ſum: quem niſi oras, guttam non feres. Baſilica mux*, Plinio 15, 22 *juglans* eſt, die welſche nuß. *Baſilicum vitium genus*, Colum. 3, 9. *Baſilica uva*, Iſidor. 17, 5.

¶ Baſilicum, *i*, n. veſtimenti genus, haud dubie ex ſplendidioribus & rege dignis, ein Königs-habit. Plaut. Epid. 2, 2, 48 *Tunicam rallam, tunicam ſpicam, -- -- baſilicum, aut exoticum*, &c. v. interpretes.

¶ Baſilice, adverb. herrlich. Plautus aliquoties uſus eſt pro magnifice: ut Pœn. 3, 1, 74; & Perſ. 4, 2, 1 *Baſilice exornatus incedit.* ¶ 2. Pro vehementer, Epid. 1, 1, 54 *Interii baſilice.*

¶ Baſilicarius, vel Baſiliciarius, *i*, m. qui in baſilica miniſtrat, ein aufwärter. Gloſſ. lat. gr. *Baſiliciarius*, μαλακὸς, ἀγένειος. v. Caſaub. ad Theophr. Charact. p. 176.

¶ Subbaſilicānus, *i*, m. idem. Nam *Subbaſilicanos* dixit Plautus ſub baſilicis inambulantes in Capt. 4, 2, 35; quos *Subroſtranos* dixit Cælius Ciceroni 8 epiſt. 1, pflaſtertreter, müſſiggänger. ¶ 2. Ita dici poſſunt operarii, qui ſub baſilicis conductores expectant, taglöhner, die aufwarten, bis man ſie dinget.

BASILIDES, *æ*, m. Alexandrinus hæreticus anno Chr. 130, de quo Euſeb. 4, 8. Iren. 2, 23 de Hæret. & Epiphan. Hær. 23. Hinc gemmæ Baſilidianæ, de quibus Macarius libro ſingulari & Capelli Muſeum. ¶ 2. *Baſilidæ* populi Sarmatiæ, de quibus Mela 2, 1.

BĂSĪLINDA, æ, f. Βασιλίνδα, lusus, quo rex aliquis sorte lectus servis facienda præcipit, das könig-spiel, apud Pollucem 9, 7.

BĂSĪLISCVS, i, m. βασιλίσκος, ein basiliſk. Latine *regulus*, serpens sic dictus vel a candida macula, quam in capite habet diadematis instar, vel ab eo, quod sibilo suo serpentes omnes fugat, ut Plin. indicat 8, 21. Paria S. Hieronymus in Esaiæ c. 14. Nasci eum ex ovo galli gallinacei novem annorum per rubetam vulgo creditur ac fertur. Negat tamen id Lev. Lemnius de occult. nat. miracul. 4, 12. conf. Voëtius P. 1 Disp. Theol. p. 732 sq. Add: Solin. c. 40; & de tribus Basilisci generibus Apul. de Herb. c. 128. Exstant Calcidii cujusdam de basilisco & fragilitate humana versus, sententiæ quam compositionis melioris:

Debilis heu nimium subtili pendula filo,
Mortalis vita est undique pressa malis.
Mille habet hæc hostes, quibus est servitia leti,
Vsque adeo variis tradita plena modis.
Sibilo adest tectis rauco terrens basiliscus,
Virusque afflatu proxima quæque necans.

¶ 2. *Corium basilisci* in Dianæ templo hirundines arcet, ne intro volent. Scal. Exerc. 146 dist. 3, basiliſken-haut.

¶ Basilisca, æ, f. latine *regula*, est herba illis locis nascens, ubi fuerit serpens basiliscus. Ejus virtutes describit Apulejus de Herb. c. ultim.

BĂSĪLĪVS, i, m. pen. prod. Græce enim βασίλειος. Episcopus Cæsariensis, ad summum omnis doctrinæ fastigium progressus, cognomento *Magnus*. Suidas. ¶ 2. Seleuciæ Isauriæ episcopus, magni illius Chrysostomi amicus & contubernalis. Photius in Biblioth. ¶ 3. *Basilius* Imperator Græcus, qui κεφαλαια παραινετικα ad filium, principem futurum, scripsit. Libellus is probus, pius & dignus, quem principes legant. Lipsius ad Polit. 1, 9.

BĂSĪLVS, i, m. nomen Romanum occurrit de duce supperias ferente Antonio ap. Cic. Att. 7, 9; & 10, 5; & Lucan. 4, 416; & de oratore quodam ap. Iuvenal. 7, 146; & de prætore ejus nominis ibid. 10, 222.

Basio, are, basiolum, vide *Basium*.

BĂSIS, is, f. βάσις, a βαίνω eo, sustentaculum, inferior pars columnæ, fundamentum, cui quid innititur, der grund, darauf etwas stehet und ruhet, der fuß, das pestiment; e. g. Cic. Verr 4, 34 *Hæc statua erat posita Segestæ fame excelsa in basi.* conf. Idem Tusc. 5, 23; de N. D. 2, 49. Ovid. ex Ponto 3, 2, 50 *Stat basis urba Deo.* Sen. epist. 76 *Quare magnus videtur? Cum basi illum sua metiris. Non est magnus pumilio, licet in monte constiterit:* & Suet. Vesp. c. 23 *Paratam basim dicens.*

¶ Basella, æ, f. diminut. parva basis. Palladius de Re rust. 1, 18 *Basellis altioribus impositas capas collocare.*

¶ Basiballum, i, n. (vel *Basibolum* a βάσις *fulcimentum* & βάλλω *jacio*) vox Petroniana c. 61, quam retinet M. Nodot, & *pulcherrimum basiballum* accipit de eo, in quod insinuatur basis naturæ humanæ. Alii interpretes in alia abeunt. v. Burm. p. 398.

¶ Anabasis, is, f. ἀνάβασις, ab ἀναβαίνω *adscendo*, quod arbores scandat, alias *equisetum*, tannenkraut, tannenkraut. Plin. 26, 13.

¶ Anabasius, i, m. Hieronymo contra Rufin. idem quod *emissarius, qui rumorem disseminat*, ein courrier. Sic dictus ab adscensu, curruum scil. vel equorum.

¶ Anabathrum, i, n. ἀναβαθρον, gradus scansilis, subsellium, eine stuffe, banck, oberbanck. Iuvenal. Sat. 7, 46

Et quæ conducto pendent anabathra tigillo.

¶ Antebasis, & Antibasis, is, f. ἀντίβασις, i. q. quod basi opponitur, der gegenmund; apud Vitruv. 10, 15 & 17.

¶ Diabasis, is, f. διάβασις, transitus, transitio, trajectio, die überfahrt. Plin. 4, 12 *Appellatur insula Conopon diabasis.*

¶ Ecbasis, is, f. ἔκβασις, figura, quæ excursus seu egressio dicitur, ein ausschweiff. vid. *Parecbasis.*

¶ Hyperbasis, & Hyperbaton, ὑπέρβασις, ὑπέρβατον, transgressio seu confusio, id est, turbatus ordo syntaxeos, ut Virg. Æn. 1, 108 sqq. & Æn. 2, 348 seqq. occurrit, ubi ordo debitus evolvendus est. Plures habet species, ut *Anastrophen*, *Parenthesin*, *Tmesin*, σύγχυσιν, seu *Confusionem*, & *Hysterologiam* seu ὕστερον πρότερον, de quibus singulis vide suo loco. Ipsam vocem fistit Quintil. 8, 6 *Hyperbaton, verbi transgressio*, Plin. 8 epist. 7 *Non parvi longius hyperbaton facere.* Tertull. de Refurr. C. c. 43 *Quasi turbate per hyperbaton struxit* &c. conf Ascon de Iur. & prær. Sic. p. 114.

¶ Parecbasis, is, f. παρέκβασις, vel διέξοδος, digressio, cum ab oratione instituta excurritur ad alia, quod brevissime fieri Horatius præcipit in Arte poët. Rediius vero ad narrationem institutam ἐπάνοδος dicitur. v. *Digressio* in *Gradius*, & Quintil. 4, 3; & Auson. Edyll. 13.

BĂSIVM, i, n. φίλημα, ein kuß, a βάσις, quod sit amoris fundamentum, ut quidam nuganter. Donatus in Ter. Eun. 3, 2, 3 *Tria sunt osculandi genera*, Osculum *sceleris*, Basium & Suavium; Osculo *officiorum sunt*: Basia *pudicorum affectuum*: Suavia *libidinum vel amorum.* Sed hæc discrimina non ubique custodiunt auctores. Martial. 2 epigr. 10

Basia dimidio quod das mihi Postume libro, Laudo.

Sic & Catullus 5, 7 *Da mihi basia mille.* Et Carm. 16, 12 *Millia multa basiorum legistis.* Sic, *Basia jactare*, Phædr. 5, 8, 28

¶ Basiolum, i, n diminut. Apul. 10 p. 248 *Qualia in lupanari solent basiola jactari.* Petron. c. 86 *Basiolis invadere.*

¶ Basio, avi, atum, are, osculari, küssen. Catull. 8, 18 *Quem basiabis? quæ labella mordebis?* Id. 7, 9 *Basia multa basiare.* Vsus sæpe est Martialis, etiam passive, ut 1 epigr. 95 *Basiandus non es.*

¶ Basiatus, a, um, geherzt, geküsst. Martialis 12 epigr. 59 *Sutor modo pelle basiata.*

¶ Basiatio, ōnis, f. actus basiandi, das küssen. Martial. 2 epigr. 23 *Offendere basiationes, quæ se bene vindicare possint.* Catullus 7, 1 *Quæris quot mihi basiationes sint satis.*

¶ Basiator, oris, m. küssmarr. Martialis 11 epigr. 99

Effugere non est, Basse, basiatores, &c.

¶ Debasiator, oris, m. idem apud Apulejum, esse dicitur.

¶ Debasiatus, a, um, abgeherzt, apud eumdem.

¶ Embasicœtas, æ, ἐμβασικοίτης. Gloss. vet. *Qui vel quæ frequenter dat basia*, inepte. Est enim ἀπὸ τῆ ἐμβαίνειν εἰς τὰς κοίτας, adeoque incubi & libidinosi nomen ap. Petron. c. 24 & 26. Est vero etiam poculi genus, quod Embasicœtam nominant ap. Athenæum l. 2, quam inde amphibolium observat Gonsalius de Salas ad Petron. l. c. p. 95 ed. Burm.

¶ Perbasio, are, Petron. c. 41: Fr. Tragur. p. 19 *Puerum perbasiamus.* v. Heinf. ad h. l. p. 184 ed. Burm. ubi simili compositione *Perosculari* ap. Martial. 8, 81 & *Percolophare* ap. Petronium esse docet.

BASSĂREVS, ei, m. Bacchus dicitur Horatio 1 od. 18, 11, a vestibus baccharium, quas βασσαρας Thraces appellabant:

Non ego te, candide Bassareu, Invitum quatiam? &c.

Sed vid. Lambin. ad h. l. & 3, 25, 19; it. Brouckh. ad Tib. 1, 8, 46.

¶ Bassaricus, a, um, hoc est, Bacchicus. Propert. 3, 16, 30

Cinget Bassaricas Lydia nitra comas.

¶ Bassáris, idis, f. βάσσαρις, Bacchi sacerdos. Pers. Satyr. 1, 100

Et raptum vitulo caput ablatura superbo Bassaris.

BASSVS, a, um, a βάσσαρα, *prosandior*, dickleibicht. Gloss. lat. gr. *Bassus*, παχὺς ἐγκυλος. Inde Gloss *Bassus, pinguis, obesus.*

¶ Bassus, i, m. subst. cognomen Romanum, quod multis tribuitur. ¶ 1. *Cæsius Bassus*, poëta lyricus, ad quem Persius scribit Sat. 6; & forte is, ad quem scribit Propert. 1, 4, quod Brouckhusius in medio relinquit. ¶ 2. *Gabius Bassus*, ex cujus scriptis quædam affert Gellius 2, 4; & 3, 9 &c. conf. Voss. Hist. Lat. 1, 22. ¶ 3. *Iulius Bassus* orator, cujus meminit Seneca in præf. l. 5 Controv. ¶ 4. *Iunius Bassus*, homo dicax, idemque *Asinus albus* vocatus, teste Fabio 6, 3. conf. Turneb. 28, 35 & Voss. l. c. Burmannus etiam hunc *Iulium* esse putat. vide eum ad Quint. l. c. p. 545. ¶ 5. *Salejus Bassus*, sæpe memoratus Tacito. ¶ 6. *Aufidius Bassus*. v. supra *Aufidius* n. 1. ¶ 7. *Bassus* Cimædorum σοφιστὴς memoratur Luciano Adv. indoct. p. 391 pr. Græv. ¶ 8. *Bassus* etiam imus fonus in musica, der baß.

¶ Bassa, æ, f. nomen mulierbre apud Martialem; e. g. 1, 38 & 91; &c.

¶ Bassulus, a, um, dimin. etwas dick. Gloss. lat. gr. *Bassulus*, παχὺς ὑποκορισικῶς.

¶ Bassilitas, atis, f. die dicke. Gloss. gr. lat. παχύτης, *bassilitas.*

BASTĂGA, æ, f. βαστάγη, a βαστάζω, *bajulo*, onus jumentis impositum vel munus ferendi res principis, frohn-dienste, l. 3 C. de cohortat.

¶ Bastagārius, i, m. qui vecturæ rerum servit, vel necessaria portat, ein lastträger, frohner, l. 4 & 8 C. de murileg.

BASTARNÆ, sive Basternæ, *arum*, m. Germanica gens, *Peucini*, alias appellati. Tac. de Germ. c. 46. Meminit & An. 2, 65. Et Ovid. Trist. 2, 198 *Proxima Basternæ Sauromateque tenent.* Vide Cluver. Antiq. Germ. 3, 43; Cæl. Rhod. 16, 35; & 18, 23.

BASTAS, æ, m. Chius nequitiæ & impuritatis magister, citatur a Luciano T. 2. p. 434 ed. Græv.

BASTERNA, æ, f. genus vehiculi muliebris & tecti, forma nihil a lectica distans, quod a bardonibus, vel mannis vel mulabus portabatur, eine sänfte. Appellatio a βαστὸν, quo quidquid ferendo est, appellatur, ut docet Salmasius ad illud Lampridii Heliog. c. 21 *Dedit quadrigas, equos stratos, mulos, basternas & rhedas.* His similia esse pilenta dicit Servius in enarratione illius Maroniani Æn. 8, 666 *Pilentis matres in mollibus.* Meminit earum & Ammianus 14, 17 *Quo comitatu matronæ complures opertis capitibus & basternis per latera civitatis cuncta discurrunt.* Hieronymus ad Eustochium de custodia Virginitatis epist. 22 c. 6 *Præcedit caveas basternarum,* &c. Vid. Isidor. 20, 12; Beroaldus in Apuleji lib. 6 p. 465; Alex. ab Alex. Gen. dier. 2, 30. Schefl. de re vehic. ¶ 2. *Basternæ* sunt transennæ vel protecta, quæ habentur in ædibus transeundi vel spatiandi gratia. Gr. παστὸς ἢ ὕπαιθρος διάβασις. v. Cujac. Obs. 13, 30. ¶ 3. *Basternæ* populi, vid. *Bastarnæ.*

¶ Basternium, i, n. βαστέριον, spatium excurrendi cum vehiculis l. 12 § 4 C. de ædif. priv. Sed [illegible] est etiam ex altera significatione basternarum esse, ac idem quod *basternæ* dicuntur. Quin in Græco aperte βαστέρνια vocantur διαβάσεις ἐκ τοῦ πέρασιν μόνον χωρεῖν.

¶ Basternārius, i, m. qui sänfftenträger. Symmachus 6 epist. 15 *Basternarios præbere alicui.*

Bar, vide supra *Ba.*

BĂTALVS vel Battalus, i, m. Ephesius tibicen lascivus, qui adagio locum dedit, *Batalus es*, Βατταλος εἶ, de effeminatis dici solito ap. Lucian. Adv. indoct. p. 391 Græv. v. Cæl. Rhodig. 5, 13: & Wolff. T. 5 Operis Demosthenici, p. 335. Nimium etiam Demosthenes ab inimicis ita dictus est, quod Libanius ac Plutarchus in ejus vita pr. testantur. ¶ 2. Inde & βαταλίζεσθαι, h. e. turpiter atque effœminate vivere apud Græcos factum est. v. Chil.

BĂTĂVI, orum, m. Cattorum initio populus: post seditione domestica in eas sedes transgressi, in quibus pars Romani imperii fierent, Gallisque accederent, Rheni insulam occupaverunt: die Holländer, Niederländer. Tac. Germ. c. 29; & Hist. 4, 12. Media Syllaba dubii moduli est. Lucanus 1, 431 corripuit: *Vangiones, Batavique truces* &c. Produxit eum alius Sil. 3, 608 *Iam puer auricomo performidate Batavo.*

¶ Batavus, a, um, adj. holländisch. Martial. 6 epigr. 82 *Aurem qui modo non habet Batavam*, i. e. severam & abhorrentem a spurcis & fœdis jocis. v. not. Scriverii. Id. 8 ep. 33 *Et mutat Latias spuma Batava comas.*

¶ Batavia, æ, f. Batavorum regio, Holland. Cæs. B. G. 4, 10.

¶ Batavodurum, i, n. urbs antiqua in provincia Vltrajectina, cujus meminit Tacitus Hist. 5, 20, 1 & 5. hodie *Durostad.*

BATERNÆ, *arum*, m. pro *Bastarnis* Val. Flaccus 6, 96.

BĂTHYCLES, is, m. dives quispiam sibi vivens sibique bibens, ein geitzhals; unde *Bathycli poculum* de iis dicitur, qui nemini quicquam impertiunt. v. Chil.

BĂTHYLLVS, i, m. Samius puer, adamatus a Polycrate, Samiorum tyranno; itemque poëta Anacreonte: cui & carminibus celebratus, & quidem integro Odario vigesimo nono. Horat. Epod. 14, 9

Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo
Anacreonta Teium.

Statuam Bathylli, a Polycrate Samio ante aram dicatam, vivis coloribus

expreſſit Apulejus Flor. 2 p. 350. ¶ 2. Fuit hoc nomine & Pantomimus quidam, quem in deliciis Auguſtus habuit, Mæcenati effuſo in ejus amorem obtemperans, ut Tacitus An. 1, 54 auctor eſt. Phædr. 5, 7, 5 *Princeps tibicen operam Bathyllo ſolitus in ſcena dare.* Hic perinde ut Pylades quamdam ſaltandi ſectam inſtituit, quam celebrantes *Bathylli* omnes ab auctore appellabantur. v. Scalig. Animadverſ. Euſeb. p. 155; itemque Salmaſ. in Vopiſci Carin. c. 19.

BATHYPICRON, *i*, n. βαθύπικρον, i. e. abſynthium, **wermuth**, Dioſc. 3, 24.

BATIA, *æ*, f. piſcis, cujus fel auribus utiliſſimum, Plin. 32, 7.

Batiaca, Baticula, vide *Batiola, Batis.*

BATILLVM, *i*, n. & Batillus, *i*, m. inſtrumentum ferreum, quo prunæ componuntur, alias *bama*, eine feuer-ſchauffel, **feuer-zange.** Plin. 33, 8 *Batillis ferreis candentibus ramento* (argenti) *impoſito, quod candidum permaneat, probatur.* ¶ 2. Deinde *Batillum* foculi geſtatilis & anſata genus, quod pruna plenum principibus viris præferebatur ad odores incendendos, eine **feuer-pfanne.** vid. Horat. 1 Sat. 5, 36. ¶ 3. Atque hi omnes *batilli* ferrei; illi vero, quorum Varro 1, 30 de R. R. meminit, e ligno erant, quibus utebantur ad demetendas fruges. v. Cafaub. ad Treb. Poll. in Claudio c. 14. ¶ 4. Eidem Varroni 3, 6 *Batillum* eſt & aliud inſtrumentum ruſticum, **eine ſchippe, ſchauffel.** *Cum batillo circumire, ac ſtercus tollere.* ¶ 5. Cæterum *Batillus cubicularius* dici poteſt ignitabulum, in quod conjectis prunis candentibus excalefiunt lecti, **eine bett-pfanne, wärm-pfanne, bett-wärmer.** *Batillus menſarius*, **die kohlpfanne**, ſuffervefactorium. Bud.

BATINVS, *i*, fluvius Picenorum in Italia, Plin. 3, 13.

¶ Batinus, *a, um*, adj. ut, *Batini ſaltus*, Horat. 3 od. 4, 15.

BATIOLA, & Batiaca, *æ*, f. τὸ βάτιον, vas ex quo bibitur. Plaut. Strich. 5, 4, 12 *Batiolis bibunt.* Nonius 15, 19 ex Plauti Colace refert *Batiolam auream* Gloſſ. gr. lat. ποτήριον *batiola.* Gloſſ. Iſid. *Batioca*, patera. Rectius Arnob. 2 p. 59 *Batiaca.* nam & inter pocula βατιάκην & βατιάκιον refert Athenæus lib. 2.

BATIS, vel Battis, *is*, f. herba κρίθμον, *crithmum* ſeu *crithamum*, fœniculum marinum, empetron, herba S. Petri, **meer-fenchel.** Plin. 21, 15 & 27, Colum. 12, 7. Id. 12, 13 *olus, cordum, batim ſativam*, appellatum nonnullis, auctor eſt. ¶ 2. Batis, *idis*, etiam inter piſces exſtat apud Plin. 32, 11. ¶ 3. Batin inter veſtimenta ſacerdotalia refert Iſidorus 19, 21.

¶ Batícula, *æ*, f. vulgo herba eadem quæ *Batis.*

Batos, Batrachites, &c. vide *Batus, Batrachus.*

BATRACHVS, *i*, m. βάτραχος, rana, der froſch. Plin. 32, 11; Dioſc. 2, 25. Mantuan. ecl. 10, 3. ¶ 2. Βατραχοι Comœdia Ariſtophanis, in qua ranæ colloquuntur.

¶ Batráchium, *i*, n. βατράχιον, coloris ſpecies. Pauſ. ¶ 2. Herba Plinio, quam *ranunculum* dici putat 25, 13; ideo, ut videtur, quod limitibus humidis marginibusque opacis ranarum more naſci gaudeat, hanenfuß, froſch-pfeffer, ſpiegel-blumen. *Flammula* ob acrimoniam. Apulejus de Herb. c. 8 & 9 *Sceleratum* dici putat, quod mendici flagitioſi libi crura & lacertos hac ipſa dilaniare ſoleant. Vide *Ranunculus in Rana.*

¶ Batrachites, *æ*, m. βατραχίτης, genus gemmæ, Plin. 37, 10.

¶ Batrachomyomachia, *æ*, f. βατραχομυομαχία, ranarum & murium pugna Homeri ſcriptum elegans, ex βάτραχος, μῦς & μαχή. Statius Præf. ad Stellam: *Et Callicm legimus, & Batrachomyomachiam etiam agnoſcimus.* Adde Martial. 14 ep. 183. v. Reinet. Var. Lect. 3, 1. Homeri eſſe, dubitari ait Barth. ad Stat. Silv. p. 5. v. Henr. Stephani Schediaſm. 6, 22. Nunneſ. ad Phrynichi dictiones Atticas. Germanicum carmen **Rollenhagenii, der froſch-mäuſler**, imitationem habet ludi Homerici.

Battala, battalarius, vide *Baccalaureus* in *Bacca*, Battis, in *Batis.*

BATTOLOGIA, *æ*, f. βαττολογία, *multiloquium*, **unnütz geſchwätz, geſchwätze**; opponitur *Laconiſmo*, h. e. breviloquentiæ. *Battologia* a Batto quodam inepto poëta, fæpius eadem repetente, dicta eſt. Suidas in verbo βαττολογίᾳ· ἡ πολυλογία, ἀπὸ Βάττου τινὸς μακρὰς καὶ πολυσίχους ὕμνους ποιήσαντος, ταυτολογίας ἔχοντας. v. Cæl. Rhodig. 7, 22: & Vulg. interp. Matth. 6, 7. ¶ 2. Vbi alii in Petronii c. 41 *Bacaluſias* legunt, M. Nodot. habet *Batologias* & a βάδος derivat p. 200.

BATTVS, *i*, m. nomen proprium ejus, qui Cyrenas condidit, ut Strabo auctor eſt lib. 17 p. 576, qui κτίσμα Βαττου Cyrenas dixit, id eſt a Batto conditas. vid. Spanh. l. c. in *Silphium*, & ad Callimachum p. 93 ſq. ¶ 2. Paſtor a Mercurio in lapidem indicem mutatus, quod contra fidem datam furtum ejus proditurus erat. v. Ovid. Met. 2, 687. Add. Drakenb. ad Sil. 3, 253. ¶ 3. Alius poëta, de quo jam dictum in *Battologia.*

¶ Battiádæ, *arum*, m. qui a Batto oriundi, & ibi regnarunt. Silius 3, 258

Nec non Cyrene Pelopei ſtirpe nepotis
Battiadas pravos ſidei ſtimulavit in arma.

¶ 2. *Battiadem* quoque Callimachum poëtam Ovidius Triſt. 5, 5, 38; & in Ibin v. 53; & Statius 5 Silv. 3, id eſt Epicedio patris v. 157 dixerunt, quod a *Batto* Cyrenes conditore ſe genus ducere ipſe ſcripſerit, Strabone auctore laudato loco; vel ſimpliciter quod Cyrenæus. v. Burm. ad Ovid. am. 1, 15, 12.

BATVLVM, *i*, n. caſtellum Campaniæ, de quo Virg. Æn. 7, 739; & Sil. 8, 565

BATVO, (al. Battuo) *ëre*, ferulis ſeu rudibus velitari, **fechten.** Suet. Cal. c. 32 *Mirmillonem e ludo rudibus ſecum batuentem, & ſponte proſtratum confodit.* ¶ 2. Sed *ulcera batuere*, Plin. 31, 9 eſt comprimere, arcte ſtringere. ¶ 3. Percutere, **abſchlagen, abblauen.** *Vt iis batuatur tibi os*, Plaut. Caſ. 2, 8, 60. conf. Plin. 31, 9; & Apic. 4, 2. ¶ 4. De obſceno verbi uſu Cic. fam. 9, 22 *Batuit impudenter.* Nam Syracuſane βατεῦαν eſt cum fœmina coire.

¶ Batuator, *oris*, m. rudibus pugnans, **ein klopf-fechter, marckſ-bruder.**

¶ Batualia, locus ubi ita pugnabant, id eſt, ludus vel Gymnaſium, eine fecht-ſchule. Gloſſ. *Batualia*, γυμνάσιον τῶν μονομάχων. Vide Scalig. Conjectan. ad Varron. p. 64, & Lipſ. Saturn. 1, 15; itemque Salmaſium in Hadrianum Spartiani c. 26. Inde hodieque Gallis pugna ſeu prælium *Batalia* dicitur. v. Voſſ. de Vit. ſermonis 4, 2, & P. Victorii Var. Lect. 11, 8

¶ Battuarium, *i*, **ein ſtämpfel.** Gloſſ. lat. gr. κατανιπτήριον, *battuarium.*

¶ Debatuo, *ere*, **abſchmieren**; vel potius pugnando ſubigere, **überwältigen.** Petron. c. 69 (ex Fragm. Trag. p. 60) *Solebam ipſum Ammeam debatuere.*

BATVS, *i*, βάτος, genus menſuræ liquidorum, apud Hebræos, continens ſextarios 72, **ein maaß oder ohme von neun ſtübichen.** Joſeph. lib. 8 Antiq.; Budæus lib. 5. Æqualis amphoræ Atticæ. Camerar. ¶ 2. *Batus*, genus herbæ, rubus, **ein dornſtrauch**), apud Feſtum, Dioſc. 4, 37 & 38; Plin. 23, 14; & Macr. 4, 8.

BAVARIA, *æ*, f. hodie eſt provincia Germaniæ, quæ quondam fuit *Bojaria*, a Bojis dicta, ut & *Noricum*; **Bayern, Bayerland.** Vnde

¶ Bavari, **die Bayern, & Bavaricus**, *a, um*, **Bayeriſch.**

BAVBO, *are*; & *Baubor, ari*, βαύζειν, ὑλακτεῖν, factum verbum ex canum latratu, **bellen, buffen.** Vet. Gloſſ. *Baubantur*, ὑλακτοῦσιν: Item *Baubant, latrant*, ὑλακτοῦσιν. Lucret. 5, 1069

Longe alio pacto gannitu vocis adulant:
Et cum deſerti baubantur in edibus.

BAVCA, *æ*, f. patera, **eine ſchale, becher.** Anaſtaſius: *Baucæ exauratæ tres.* Et Gloſſ. vide Salmaſ. in Hiſt. Aug. p. 333.

BAVCALIVM, *i*, n. apud Alexand. Aphrodiſæum, vel ut alii, *Caucalium*, βαυκάλιον, vaſculum ſeu poculum anguſti oris. *Bocalium* Itali vocant. v. Alex. ab Alex. 3, 16; & Cæl. Rhodig. 15, 6.

BAVCIS, *idos*, f. nomen anus pauperculæ apud Ovid. Metam. 8, 631, 682 &c. Apud Perſium Sat. 4, 21 *Pannucea Baucis* pro quavis paupere muliercula ponitur, **eine arme frau.**

BAVLI, *orum*, m. villæ nomen inter Miſenum promontorium & Bajanum lacum. v. Tac. An. 14, 4, 2. Mentio ejus & apud Suet. Ner. c. 34. Servius in Æn. 6, 107 *Baulias* vocat: nomenque deducit a bubus Geryonis abactis ab Hercule & ibi habitis, quaſi *Boaulia.* Symmach. epiſt. 1, 1

Hinc Deos Alcides ſtabulandæ armenta covegit,
Erata Geryonis de lare tergemini.
Inde recens ætas corrupta Boaulia Baulos
Nunc caput, occulto nominis indicio.

BAVIVS, *i*, m. ineptiſſimus poëta, ut & *Mevius*, quorum uterque Virgilio ſuam invidit in carminibus ſcribendis felicitatem. De quibus ipſe ecl. 3, 90 *Qui Bavium non odit, amet tua carmina Mevi.*

BAXEÆ, *arum*, f. calceamenta, **ſchuh oder pantoffeln.** Plaut. Menæch. 2, 3, 40 *Quis is peniculus, qui extergentur baxeæ?* Apul. 2 Florid. p. 346 *Veſtem de textrina emere, baxeas de ſutrina præſtimare.* Et 2 Mileſ. p. 127 *Iuvenem pedes palmeis baxeis indutum*, dixit. Item 11 p. 260 *Pallio baculoque, & baxeis, & hircino barbitio philoſophum fingere.* Apud Tertullianum in ſing. & *Baxa* & *Baxea* occurrit, ut de Pallio c. 4 *Cur non & in baxia tyria calciare?* & de Idolol. c. 8 *Soccus & baxa quotidie deaurantur.*

BDELLÆ, *arum*, f. βδέλλαι, hirudines, **egeln.** Dioſc. 6, 32.

BDELLIVM, *i*, n. βδέλλιον, arbor in Bactriana Plinio 12, 9, cujus gummi hodie *bdellium* vocant Aromatarii. Arbor eſt nigra, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici. Hanc arborem Dioſcorides 1, 71 *Bdolchon* & corrupte *Bolchon* appellat. conf. Plaut. Curc. 1, 2, 7 & Iſidor. 4, 12. ¶ 2. Nonnulli per *Bdellium* intelligunt lapidem pretioſum, & quidem vel *Vnionem* cum Latinis patribus, vel cum LXX *Carbunculum*, vel cum Hebræis, R. Salomone in c. 11, 7 Numer. & Kimchio ad loc. c. 3, 19 *Cryſtallum.*

Bcare cum derivatis, ut Beatus, Beatitas, &c. vide *Bco.*

BEBELO, *onis*, f. Harduinus legit *Bebulo*, argentifodinæ nomen apud Plinium 33, 6.

BEBRA, *æ*, f. pili genus, quo Barbari uſi in prœliis, in quibus *binas ac ternas portabant bebras*, Veget. 1, 20.

Bebriacum, vide mox in *Bedriacum.*

BEBRYCES, *um*, m. alii, Aſiæ populus, in Bithynia, quæ *ante Bebrycia dicta*, Solino auctore c. 42: alii circa Pyrenæos montes in Galliæ finibus juxta Narbonem fuerunt Tzetzæ in Lycophron. v. 1305, vel apud Iberos Europæos, hoc eſt Hiſpanos, uti Stephanus Byzantius docuit. Vide quæ de iis ad Silii 3, 420 notavit Cellarius. Singulare *Bebryx* apud Val. Flaccum legitur 4, 261, 290, cujus *y* in obliquo produxit Silius 3, 423 *Sæva Bebrycis in aula:* ut in ſequenti gentili nomine corripitur: conf. Stat. Ach. 1, 190.

¶ Bebrýcius, *a, um*, gentile. Rurius Flaccus dicto lib. 4, 99 *Proxima Bebrycii panduntur litora regni*, id eſt Bithynia. Silius 3, 420 de Pyrenæis jugis: *Nomen Bebrycia duxere a virgine colles*, virgine Pyrenæ, ab Hercule compreſſa, & in montibus illis a feris direpta. Adde Virg. Æn. 3, 13.

¶ Bebrus, *i*, m. fiber ſive caſtor, quem *bebrum* dicit vetus Iuvenalis interpres ad ſat. 12, ein biber. A *Bebrycibus* Ponti accolis, quæ regio fibris nobilis, unde & *Bebrinæ pelles.* v. Salmaſ. ad Solin. f. 131, ubi vocem etiam in Claudiani epigr. legendam aſſerit.

BECABVNGA, *æ*, f. herbæ genus, **bachbungen.**

BECCĔSĔLĒNÆ, f. nugæ antiquæ, alte frauen. Plutarch. 1 de Placitis Philoſ. c. 7. Inde apud Ariſtophanem in Nubibus Strepſiades βεκκεσέληνος appellatur; quod per vecordiam animi olida rancidaque, neſcio quæ afferret, unde & *fatuus* ibidem vocatur. Nomen compoſitum ex *Beccus* & *Selene.* Σελήνη autem Græcis *Luna* dicitur. Ratio ex eo eſt: Hactenus Ægyptii ſe antiquiſſimos mortalium jactaverant; Mox Pſammerichus rex rei explorandæ cauſſa, duos pueros recens natos in caſa deſerta haberi ſeorſim, & educari ita juſſit, ne cujusquam mortalium ullam audirent vocem. Biennio facto cum iniroiſſet paſtor, cui alendi pueros cura data erat, ambo infantes porrectis manibus occurrentes *beccos* clamarunt. Intellecta igitur ea voce panes vocari Phrygibus pronunciatum, Phryges vetuſtiores Ægyptiis, & itaque primos hominum fuiſſe. Narrat Herodotus lib. 2 initio. Vide & Ariſtophanis Scholiaſten. Iam Arcades vel ante lunam ſe natos jactaſſe, ſupra notavi. Hujus itaque notæ fabulas & vetuſtate rancidas nugas, *Beccoſelenas*; & qui referrent, βεκκεσελήνους appellabant. Steph. Vinandus Pighius Hercule Prodicio p. 2 *Ne igitur a Saturniis lemis, aut a beccoſelenis Belgarum originibus incipiam.*

BĔCHION, *i*, n. βήχιον, herba, quæ *Tuſſilago* dicitur, quod adverſus tuſſim efficaciam habeat, Plin. 26, 6 **roßhuf, huflattich**, vulgo *ungula caballina* & *farfaria.*

BY̆DELLA, æ, f. eadem arbor, quæ *Bdellium* dicitur. Marc. Emp. *Baljama, Petrodamum, Spicam, crocum atque bedellam.*

BEDRIACVM, i, n. Tacito Hist. 2, 23, 5 *Vicus inter Cremonam Veronamque*, ubi victus est & vitam finiit Otho imperator. Iuvenal. 2, 106, & Eutrop. 7, 11 *Bedriacum* scribunt: Plutarch. Othone Βητριακόν, *Betriacum.*

¶ Bedriacensis, e, adj. ut, *Campi Bedriacenses*, ap. eundem Tac. Hist. 2, 70. 1 & *Bedriacenses aves*, Plin. 10, 49.

BEE, vox ovium apud Varronem R. R. 2, 1. Hinc

¶ Beelo, are, & extrita litera *Belare*, & tandem *Balare*, ibid.

BELIPHĔGOR, i. *Baalpeor*, Moabitarum numen: proprie *Beladoratus* in monte Phegor. v. Tertull. adv. Gnost. c. 3.

BEELZEBVB, sed *Baalsebub*, & *Beelzebul*, ŭlis, m. Deaster Acroniturum in Palæstina 2 Reg. 1, 2 sic dictus, quod in muscas imperium haberet. Hinc Iudæi principem dæmonum ita vocarunt, & per contemtum *Beelzebul*, quod in Chaldæa lingua est *Dominus stercoratus*. vide Isidor. 8, 11: & Tertull. adv. Marc. 4, 26 & Philologos sacros. Prudent. Ferist. 5, 297 *Sed Beelzebulis callida Commenta Cassias destruit.*

BELBĀNE, f. hoc nomen inter bestias refert Arnobius lib. 7 p. 223. Strewechio spurium videtur. Alii *Beluas*, tanquam nomen generale, substituunt, alii *Pyanas*, quas *Cynanas* vocant. v. Elmenh. Observ. p. 184.

BĚLĔNVS, i, m. fuit Aquilejensium Numen tutelare olim, quod indigenis summa cum veneratione coluerunt, & ipsum *Apollinem* esse crediderunt, uti copiose ex Herodiano, Iul. Capitolino, & Inscriptionibus antiquis id Pighius Hercule Prodicio p. 181 docet, & Philippus a Turre ad Monum. antiar. Tertull. Apolog. adv. gent. c. 24 *Vtinamque etiam provinciæ & civitati suæ Deus est — ut Norici Belenum.* v. Reines. Inscript. class 1, n. p. 98 sq. Add. Scalig. Aus. in Lect. 1, 9 extr.

¶ Belenum, i, n. ita Galli herbam, qua inungebant sagittas, vocabant v. Scalig. in not. Auson. p. 28.

BELGA, æ, neutr. g, m. plur. de quibus Cæsar B. Gall. 1, 1, ubi *Galliam omnem tres partes esse dicit, quarum unam incolant Belgæ, aliam Aquitani, tertiam Celtæ; horum omnium fortissimos esse Belgas*, populos nempe inter Sequanam & Rhenum late habitantes, die Niederländer. *Belgarum*, quæ *Belgicæ gentes*. Inscript. Lucan. 1, 426 *Et docilis vector reperti Belga cerebri.* Hinc

¶ Belgicus, a, um, adject. niederländisch. Virg. Georg. 3, 204 *Belgica vel molli melius feriuntur plaustra.* Plinius 4, 17 *Galliam comatam* non secus ac Cæsar dividit in *Belgicam, Celticam*, & *Aquitanicam*: & quoniam omnibus divisionibus, *a Scaldi ad Sequanam Belgica* esse dicitur, quamquam in Scaldi partes Batavi partem ponant ultra Scaldem. v. Geographos, & Cluverium. ad Tac. l. c.

¶ Belgicus, i, m. vinum Belgicum dicitur, Belgarum regio, & ab aliquot seculis Gelria nuncupata. Inscript. Sed *Belgarum* Cæsar B. G. 5, 24. sqq non universa Gallia Belgica: sed pars illius seu portio appellatur, ut docet Cluver. Antiq. Germ. 2, 2. Totum autem Belgium, ut hodie accipitur, complectitur 17 provincias, quarum septem, quas hodie unitas constituunt, anno 1567 ab Hispanis defecerunt. Inde orta atrocia bella, & diuturnum facta inter Belgium Hispanicum & Belgium Hollandicum seu fœderatum, cujus resp. toto orbe inclyta. v. Thuan. ad an. 1609: item. Grot. &c.

BELIAL, neutram & malignus spiritus, 2 Cor. 6, 15. Isidor. 8, 11 *Belial hebraice Bel dicitur, id est sine iugo. Belial hebraice Bel dicitur, id est sine nativitatem.* Tertullianus ilectit, *Belias, Beliæ*, de Hab. mul. 2 *Quod est commercium damnatoris cum damnandis? Opinor, quod Christo & Belial.* Proverbium apud Novatian. T 1 Adag. Eccl. p. 395 *In animo Belial recipere, in fronte Christum præferre*, den schalck im hertzen haben. De quantitate conf Prudent. Hamart. v. 520, & Pisch. v. 714

¶ Belides, æ, m. pro diabolo idem Prudent. Hamart. v. 610.

¶ Belfrus, a, um teutsch, ut, *Belialia Tartara*, Mantuan.

Belias, Belion, vide *Belus*, *Belio* in *Bellis.*

BELISAMA, in inscriptione veteri apud Seldenum de Dis Syris 2, 2 p. 246 בעלשמש *Regina Cæli* f. Astoreth.

BELISĀRIVS, i, m. fortissimus & clarissimus fuit ducum Iustiniani imperatoris qui bella Persica, & Vandalica in Africa, feliciter gessit. Hunc poetæ coetum memoriæ in trivis, Persas Chinitus & Volaterranus scripserunt; nulla auctoritate idonea: & contrarium ex Procopio constat, de quo ad ejus *Anecdota* Alemannum vide c. 18.

Bellarii, bellator, &c. quære in *Bellus*, *Bellum.*

BELLĔROPHON, ontis, vel Bellerophontes, æ, m. Βελλεροφόντης, Glauci regis filius, a *Bellero* Corinthiorum rege, quem interfecerat, ita appellatus, cum antea nomen ipsi esset *Hippomenes*. Fingitur Pegaso vectus, cum cœlo propior veniret, ab Iove percussus equo excidisse. v. Mythologos Horat. 4 oda 11, 27 *Exemplum grave prævet ales Pegasus, terrenum equitem gravatus Bellerophontem.* Ad hoc proverbiale est: *Bellerophontis literæ*, de commendatitiis ejusmodi, quæ contra adferentem iam scriptæ, quas ex facta historia *literas Uriæ* vocant, Uriasbriefe, v. Chil. Erasmi.

¶ Bellerophonteus, a, um, sex syllabarum, Propert. 3, 3 pr.

Bellerophonteique dabit hamor equi,

h. e. *Pegasi*: Intelligit autem Hippocrenem fontem, quem Pegasus ungula excitaverat. Sed & *Bellerophonteus morbus* pro animi morbo ponitur, schwermuth; quo scilicet morbo Bellerophontem laborasse ferunt. vid. Rutil. itin. 1, 450 sq. Scalig. not. ad Auson. p. 130.

Bellicus, bellifer, belligero, &c. quære in *Bellum.*

BELLIS, *bidis*, f. herbula cum flore coronario, trium & specierum & colorum, vulgo *consolidam minorem* vocant, flos ipse notissimus est; masslieben, tausendschön, v. Plin. 26, 5.

¶ Bellio, *ōnis*, m. vel Bellion, *i*, n. idem flos apud Plin. 21, 8, ubi & commode redditur, die gänseblume. *Bellion* legitur apud Apul. de Herb. c. 67, alias *Polium*

BELLIVS, *i*, m. familiæ Rom. nomen. v. Spanh. de usu & præst. num. diss. 10 p. 6.

BELLOCASSI vel Bellocasses, m. pl. populi Galliæ, qui & *Velocasses*, Cæs. B. G. 7, 75.

Bellona, *æ*, Bellona, dea belli, vide *Bellum.*

BELLŌVĂCVM, *i*, n. Civitas Galliæ Belgicæ: Episcopalis in provincia Rhemensi. Hodie *Beauvais*. Meminit Cæsar B. G. 7, 59 &c. etiam Cælius ad Cic fam. 8, 1.

¶ Bellovaci, *orum*, m plur ejusdem civitatis incolæ, quorum crebra mentio ap. Cæs. e. g. B. G. 2, 4 &c. Et *Duces Bellovaci*, adjective ibid. 8, 6.

BELLVA, æ, f. Θηρίον, quæ & *Belua* scribitur, fera immanis, sic dicta quasi minime bella, vel quia bella gerit cum aliis, ein groß wild thier. Cic. de N. D. 1, 27 *Belua delectatur sui generis bestia.* Id. Tusc. 4, 20 *Vt terra & immanis belua, sic gens agrestis.* Id. Off. 3, 6 *Feritas & immanitas beluæ.* Id. L. 3 de Nat. Deor. c. 16 *Singulas enim stellas numeras Deos, eosque aut beluarum nomine appellas, ut eoprum, ut lupum.* De omnibus animantibus idem ib. 2, 47 de Offic. 1, 4 &c. Conf. Menckenii Observ. Ling. Lat. hac voce. ¶ 2. Pro *elephantis* usurpat belluas Florus 1, 18, 10 *Iam quippe bellaurum terror exoleverat, & C. Minucius quartæ legionis bestiarius, unius proboscide elisciſſa, mori pessimas belluas ostenderat.* conf. Curt. 8, 9, 29; 8, 14, 33 &c. Sic & pro *hyæna* κατ' ἐξοχήν, aut *equo ferox* accipitur, quod docet Rupert ad l. c. Flor. p. 264 & Weitz. Indice in Diacont p. 48. ¶ 3. Est & convicium in hominem, quemmaxime detestamur. Ter. Eun. 4, 4, 37 *Age nunc, bellua.* Plaut. Most. 3, 1, 78 *Neque ego tetriorem belluam vidiſſe me unquam quæmquam, quam te, censeo.* Sic Cicero Pisonem, itemque Antonium *belluas* vocat. Conf. Id Att. 8, 4; & de Demosthene in Orat. c. 9. Horat. epist. 1, 1, 76 populum Romanum vocat *Belluum multorum capitum.*

¶ Belluinus, *a, um*, quod simile belluis, viehisch: ut, *Voluptates belluinæ*, Gell. 19, 2. Et Prudentius Cathem. 7 sive Iejunantium hymno v. 115 de Iona. *Exceptus unus belluinis faucibus.*

¶ Belluosus, *a, um*, belluis plenum; quemadmodum Horatius 4 ode 14, 47 *Bellauosum oceanum* dixit: & Avienus ora maritima v. 203.

¶ Belluotus, *a, um*, bestiæ similis, viehisch. Festus.

¶ Belluus, *a, um*, idem. Gloss. lat. gr. *Belluus*, Θηριώδης. Et Isid. Gloss. *Belluus, moribus bestiarum.*

Bellule, bellulus, vide *Bellus.*

BELLVM, *i*, n. πόλεμος, armorum sive hostilis disceptatio, frieg. *Bellum* autem ex *duellum* est: de quo infra in D. Festo *Bellum a bellis* dicitur, *quia bellarum ist perniciosa dissensio. Bellum intestinum ac domesticum*, Cic. Cat. 2, 13; it. Catil. 3, 8 *bellum civile ac domesticum*, ubi Catilinarium domesticum vocat, quod domi gerebatur, Pompejanum vero in Hispania, Africa & Græcia gestum, *civile. Bellum externum*, quod *hostile* Horatius appellat, & *Civili* opponit 3, 22; *Navale*, Nep. 2, 2, 3; *fœdifragi*: *finitimum, longinquum.* Iustini 1, 1, 7; *acerbum*, Cic. Verr. 3, 18 *Belli immunis*, Virg. Æn. 12, 559: *rudis*, Hor. 2 epist. 2, 47; *expers*, Ovid. Met. 5, 91: *inexpertus*, Tac. Hist. 1, 8, 1. *Bello expertus*, Æn. 7, 235; *durus*, Id. Ge. 2, 170; *habilis*, Ovid. Amor. 1, 9, 3; *strenuus*, Nep. 14, 1, 3; *exercitatus*, Id. 15, 5, 4. Liv. 10, 12 pr. *Bellum Samnitibus patres censuerunt, populus iussit.* Virg. Georg. 1, 509 *Hinc movet Euphrates: illinc Germania bellum.* Sic, *bellum adornare*, Liv. 10, 38. Nota ex Cicerone & aliis optimis sunt: *Bellum parare, comparare, apparare*, sich zum krieg rüsten. *Bellum indicere, denunciare*, krieg ansündigen. *Bellum suscipere*, anfangen. *Bellum inferre*, Cic. Verr. 1, 31: pro quo etiam *bellum alicui facere*, Id. Mil. c. 23; & Catil. 3, 9; Nepos 10, 4, 3; & 17, 2, 1; & Liv. 1, 38; (licet dictio hæc displiceat Senecæ epist. 114) mit kriege überziehen: *Bellum gerere*, krieg führen; pro quo Nepos 23, 8, 3 *Bellum agere*, dixit, quod paullo insolentius visum Lambino. Sed & sic Ovid. Art. am. 1, 182; Grat. Cyneg. v. 334; Eutrop. 2, 5; & 6, 7. conf. Gronov. observ. 1, 3; & 4, 14; & not. ad Liv. 28, 46. Sed *gerere bellum cum aliquo*, duplici ratione dicitur: Primo enim est, adversus aliquem bellum gerere. Virg. Æn. 1, 47 *Vna cum gente tot annos Bella gero.* Cic. fam. 12, 22 *Nos cum Antonio bellum gerimus.* Deinde est, in alicujus partibus esse, & contra communem hostem sociata opera viribusque gerere bellum. Nepos 12, 3, 1 *Legatos miserunt Athenas quæstum, quod Chabrias adversum regem bellum gereret cum Ægyptiis.* Chabriam enim, ut Nectanebum adjutaret, in Ægyptum profectum ex Græcia, paullo ante exposuerat. Vellej. 2, 104, 2 *Immensum exarsurat bellum: erat & ab eo quibusdam in locis gestum, quibusdam in locis sustentatum feliciter.* Vbi *gerere bellum* est, wenn man offensive, ut loquimur: *sustentare bellum*, wenn man nur defensive gehet. Vtrum alteri præstet, vide apud Rupert. ad Florum p. 377. *Bellis distringi, implicari, premi*, in kriege verwickelt seyn. Nep. 23, 13, 2 & 4, 4, 6; Cæs. B. G. 4, 1. *Aliquem bello lacessere.* Cic. pro L. Manil. c. 9; *petere*, Virg. Æn. 3, 603; *absistere*, Liv. 21, 6; Hor. Sat. 1, 3, 104. *Bellum redintegrare*, Cic. fam. 11, 9; *renovare*, ibid. 12, 8; *alere*, ibid. 10, 23; *ducere*, ibid. 7, 3; *prorogare*, Att. 12, 6; *exstinguere*, fam. 10, 25; *conficere*, dem kriege ein ende machen. Cic. Somn. Sc. c. 2. Nepos 7, 8, 6, *delere. Bellum vertere.* Liv. 22, 22 *Cum fama repens alio vertit bellum.* 28, 43 *avertisse eo bellum unde venerat, refers*, 31, 7 *Totum in Hispaniam avertari bellum sæpenumero Belli sedes*, locus, quo geritur, das kriegs-theatrum. Liv. 22, & Tac. Hist. 1, 65, 4, & 3, 32, 4. Florus 2, 15, 2 de bello Punico tertio scribit: *Atque si quis tristem temporum momenta consideret, primo commissum bellum, profligatum secundo, tertio vero confectum est.* Quod Livius 22, 38 *perficere bellum* dixit, ubi adde, quæ Io. Fr. Gronovius adnotavit. Insolentius est *patrare bellum*, hoc est, finire: Sallust. Iug. c. 21 *Vno die inter duos reges cœptum atque patratum foret bellum.* Florus 2, 15 pr. de Punico III, *quadriennio patratum est.* Insolentiam dictionis hujus, saltem, desuetudinem, Quintilianus quoque notavit 8, 3 p. 589. At *sopire bellum*: quod Vellejus 2, 75 & 89 dixit, ubi & *sopire arma* legis: & *componere bellum*, quod Nepotis est 7, 8, 3 & 22, 1, 5, est pactionibus aut intermissione finem bello imponere, non victoria, quod est *conficere & delere bellum*, licet Vellejus 2, 25, 1 etiam ad confectionem videatur, improprie tamen, adhibuisse. *Belli ornamenta*, pro summo imperio gerendi belli Nepos 16, 5, 3 dixit *Belli gerendi summa alacritas & cupiditas innata*, Cæs B. G. 1, 41. *Belli vel domi remp. augere*, Cic. Off. 2, 24. ¶ 2. Aliquando vocabulum *belli* non totam actionem, sed partem ejus significat, & pro *pugna*, seu *prælio* sumitur.

Florus

Flores 1. 18. 8 *Athenæ vat, nisi elephanti conversi in spectaculum bellipotentissimi* Id. 4, 2147 *Nec minus admirandum ille cursus belli-cosissimi de prælio Pharsalico*; quo vicis is a Cæsare Pompejus fuit. Cæsaris, 1. 11 que exempla ad Polybium notavit Casaubonus p. 120. Plura exempla vide as in Bernegger ani Vorstii Indice, & addas, si placet, Gulanii Observationes p. 25 & quæ Reuchenius ad Frontini Strategi. 1, 3, 8 notavit. Quare hæc ratio loquendi non deserenda Hieronymi ætate recepta fuit, quod Scaliger ad Eusebii Chronicon animadvertit p. 94. Brackenborchius tamen, *bellum* pro prælio vix, aut rarissime Livii ævo in usu fuisse putat, licet utrasque vox sæpe a librariis in membranis Livii ejus commutata sit, locoque a Casaubono ad Polybium allato, si diligentius examinentur, non probare, bellum ibi pro prælio poni, observat ad Liv. 3, 61. ¶ 3. *Bellum* interdum ut terar de inimicitiis & actione civili, v. Liv. 3, 24 pr. *Bello perfido triumphum bellum domi parere territat.* Et c. 25 pr. ubi *T. Quinctius Capitolinus fatsum ipsum bello pervicisse dicit* ¶ 4 Egregie de bello sententiæ sunt: Sen. Theb. v. 625, *Pertæsa belli semper incepti: in hoc est, das Kriegswesen ist nur gewiß*, Liv. 32, 30 *Nec quam minax, quam in bello eventus respondet.* Apud Sallust. Iug. c. 83 Metellus per legatos Bocchi Mauritaniæ regi indicat, *Omne bellum famæ fortibus civibus agitarique debere: non in eadem pacis initium & finem esse* Liv. 31, 6 *Bella ex bellis seri*, ein krieg verursacht den andern. Contra bella, brevia maxime & impia, præclare Seneca Controv. 9 *Neque enim inter se bella sunt, nec, si fuerint, eadem hominum decant. Iusticia procuratque divino genere.* Virg. Æn 11, 362 *Nulla fides belli, &c.* Prov. *Dulce bellum inexpertis*, ex Vegetio de R. mil 3, 12 & ex Pindaro, v. in Erasmi Adag. p. 295 cum longa digressione de pace bello præ.

¶ Bellicus, *a, um*, ad bellum pertinens, zum krieg gehörig: ut, *Disciplina bellica*, Cic. Nat. D. 2, 64; *Virtus*, Id. pro Muræn. c. 12: *laus*, Cæs. B. G. 6, 24; *nativi*, Propert. 2, 15, 43. Horat. od 4, 5, 6 *Quem res bellica clarat.* Plin. 16, 4 *Bellica corona.* De *Columella bellica* vid. in *Bellona*

¶ Bellicum, *i*, n. Id. q. fricus declarare, alarm. Cic. pro Muræn c. 14 *bellicum canere*, id est, ad pugnam accendere, das zeichen zur schlacht geben; item de indicta causa, ursache zu krieg und zwietracht geben, lärmen blasen. Cæs. Id. 7, 11, & 11 Orat. c. 12; Liv. 35, 18; Iustin. 12, 15, 11. Apul. de Mundo p. 71 *Cum tuba bellicum cecinit, militer clangente buccina, alius assignito signum, alius clypeum capiti &c.*

¶ Bellicōsus, *a, um*, streitbar, kriegerisch; ut, *Dalmatæ semper habiti sunt bellicosi*, Cic. fam. 5, 11. conf Hor od. 2, 11, 1 Compar. Liv. 9, 6 *Samnites cupisse non Romanis, sed, quod multo bellicosius fuerit, Romanam virtutem experiamque.* Et 10, 9 *Cupiditatem differre in bellicosiorem annum*, da es mehr zu kriegen gibt vid. *Imbellis* n. 2. Superl. *Bellicosissimæ gentes*, Nep. 25, 4, 1 & Cæs B. G. 4, 1; *Provincia*, Cæs. Civ. 1, 85; *nationes*, Cic. leg. Manil c. 10.

¶ Bellōtas, *a, um*, pro *bellicosus*. Cæcil ap. Nonium 2, 96 *Bellum cupitare contra bellatorem.*

Bello, *āvi, ātum, āre*, kriegen, im kriege seyn, zu felde ziehen. Cic. pro lege Manil c. 12 *Dat populus Pop. Rom. lege a domo bellare.* Nepos 2, 9, 2 *Mihi nec fas esse foli adversus patrem tuum bellare.* Et *aliquem bellatum mittere*, einen zu krieg schicken. Id. 9, 2, 2 *Cum aliquo bellare*, Id. 20, 2, 3 & Cic. pro Arch. c. 11; *alicui*, Stat. Theb. 8, 506. Pass. Liv. 1, 38 extr. *Hos bellum a Cæsare bellatum quidem auctores sunt.*

¶ Bellor, *āris*, deponens, quod notat Nonius 7, 32 ex Virg. Æn. 11, 660 *Ritu bellantur amazones armis.*

¶ Bellans, *tis*. Hirt. B. Afric. c. 61 *Gaudium bellantibus fortuna tribuit.* Adde Horat. Carm. sæc. v. 51.

¶ Bellātor, *ōris*, m. ὁ πολεμιστής, ein krieger; ut, *Bellator Deus*, Mars, Virg. Æn 9, 722. *Nec Graci terra, nec Romanus mari bellator erat*, Liv. 7, 29 extr. die Griechen waren zu land, und die Römer zur see keine gute soldaten. *Bellatores ensis*, ein schlacht-schwerdt, Sil. 13, 376 *Bellator equus*, ein reuter-pferd. Virg. Æn. 10, 891. Plura Burm. ad Quint. Decl. 326 p. 595; Broukkh. ad Tib. 1, 11, 40.

¶ Bellatrix, *īcis*, f. Virg. Æn 1, 493 de Amazone. Prudent. Psychom. v. 133 *Barbara bellatrix.* Interdum additur instar adjectivi. Cic. Tusc 4, 24 *Bellatrix iracundia*, der zum krieg geneigte zorn. Sil. 9, 577 *Bellatrix bellua*, id est, elephantus armatus.

¶ Bellātōrius, *a, um*, streitbar, frisserisch Plin. 7 epist. 9 *Non ideo pugnacem & quasi bellatorium stilum fassus sim.* Amminan. 23, 5 *Bellatoria jumenta.*

¶ Bellax, *ācis*, idem; ut *Bellaci confisus gente*, Lucan. 4, 406.

¶ Bellarium, *i*, n. pl. Bellaria, res bellis aptæ, kriegs-gerathe. Festus. Aliam notionem vide in *Bellus.*

¶ Bellōna, *æ*, f. ἐννώ, ἐνυώς, Martis soror, bellorum Dea, unde & dicta; quare *hastata*, tradit Barth. ad 2 Theb. Statii p. 642. Varr. L. L. 4, 10 *Bellona a bello nomen, quæ Duellona a duello.* Virgilius *e sanguineum flagellum* tribuit Æn. 8, 702. Horatius 2 Sat. 3, 225, *cruentæ verberatrix*, vocat, quia sanguine ac cædibus (hæc enim bellorum negotia sunt) delectatur. v. Acron ad h. l. Unde & sacerdotes ejus, qui *Bellonarii* dicebantur, strictis gladiis furibundi discurrebant, brachia & humeros sauciantes, ut suo sanguine placarent Deam: de qua fanatica ratione plures meminerunt; Tibull. 1, 7, 49 cum not. Broukkh. Lucan. 1, 565; Tertull. Apol. 9; Min. Felix p. 298; Lamprid. Commodo c. 9; & Lactant. 1, 21, qui etiam *Bellonam* & *Victoriam* eamdem habitam Romanis observat. Conf. Turneb. Adverf. 8, 23. De æde ab Appio ei extructa Ovid. Fast. 6, 201 Ante ejus templum erat *columella*, quæ *hastæ* vocabatur, *signo quam hostem jaciebant, cum bellum indicebatur.* Festus.

¶ Bellōnārii, *orum*, m. pl. sacerdotes Bellonæ; de quibus in *Bellona* dictum. Adde Casaub. ad Lamprid vita Commodi c. 9 & Misc. observ. Vol 4 p. 224.

¶ Belloneria, *æ*, f. herba Græci *Strychnon* vocant, nachtschatten. Apul. de Herb. c. 74.

¶ Bellicrepa, *æ*, f. saltatio cum armis, qualis a Romulo institura est. v. Festus. ein schwerdt-tanz.

¶ Belluter, *a, ari*, poëtice idem quod *Bellicosus*. Claudian. in Eutr. 1, 2, 5 *Quid bellifera communibus urunt Italiam mucronibus?*

¶ Belliger, *a, um*, idem. Ovid. Trist 3, 11, 13 *Belligeræ gentes.* Stat. Theb 12, 717 *Acies belligera.* Sil. 1, 38 *Belliger induit iras Hannibal.*

¶ Belligero, *āre*, bellum gerere, zu felde liegen, kriegen. Cic pro Font. c. 12 *Paratiori in belligerando.* Tac. An. 4, 46, 2 *Adversus accolas belligerare.* Plaut. Truc. 1, 2, 80 *Qui cum genio suis belligerant parcipse mi*, geitzhälse, die ihnen nichts zu gute thun.

¶ Belligeror, *atus sum, ari*, idem deponentis forma. Hygin. fab. 274 *Belus Neptuni filius gladio belligeratus est, unde bellum est dictum.*

¶ Belligerator, *ōris*, m. ein kriegsmann. Gloss. Vet. *Belligerator*, πολεμαρχης. Venantius Vita Martini 3, 369

Belligeratori vidcat ne femina jungi:
Avienus Periegesi v. 55 *Belligeratores nutrit tellus Arimaspas.*
Id. v. 583 *Attica tellus Belligeratorum genetrix memoranda virorum.*

¶ Belligorens, *tis*, mächtig im kriege, Martis epitheton, apud Virg. Æn. 11, 8. Ennius ap. Cic. Divin. 2, 56 *Audite belligorentes magis sunt quam sapientipotentes.* Adde Val. Flacc. 1, 529; Tertull. cont. Iudæos c. 9; Firmic. p. 27

¶ Bellisōnus, *a, um*. Paul. Nolanus 8 Natal. Felicis v. 423 *Bellisono venientes flumine pugnas De nostris averte locis.*

Composita cum præpositione.

¶ Adbello, *are*, bekriegen. Ammian. 16, 9 *Vi perduelles adbellaret assiduos.* Lindenbr. ex MS. habet *advolares.*

¶ Antebello, *are*, vorher kriegen. Gloss. gr. lat. προπολεμῶ, *antebello.*

¶ Debello, *are*, expugnare, überwinden. Virg. Æn. 6, 852 *Parcere subjectis, & debellare superbos.* Apud Livium *debellare* idem est, quod bello finem imponere, den krieg endigen: e. g. 37, 38 *Uno memorabili prælio debellatum*, durch ein einiges haupt-treffen ist man fertig worden. Et 7, 28 *Prima acie debellatum est.* Item 8, 36 *Debellari eo die cum Samnitibus potuisse.* Conf. Vellej. 2, 84, 1.

¶ Debellātus, *a, um*, victus, superatus, überwältiget. Liv. 8, 10 *Vi hostis debellatus.* Id. 30, 8 *Velut jam debellato, quod ad Syphacem Carthaginiensesque attineret.* conf. & 26, 21. v. Voss. de Constr. c. 49.

¶ Debellātor, *ōris*, m. ein überwinder: ut, *Debellator ferarum*, Virg. Æn. 7, 651; *cruenti gurgitis.* Stat. Theb. 9, 545. Et Tertull. Apol. c. 5 *Debellator Christianorum.*

¶ Debellatrix, *īcis*, f. Tertull. adv. Marc. 3, 13 *Roma sanctorum Dei debellatrix.* Lactant. 1, 9 *Libido pudoris ac famæ debellatrix.* Tertull. Apol. c. 25 *Gracia Phrygiæ debellatrix*, ubi Rigaltius *debellator* veterum librorum auctoritate, & exemplis tuetur.

¶ Imbellis, *e*, inermis, bello minus idoneus, wehrlos, schwach, friedsam; ut, *Cervi imbelles*, Virg. Georg. 3, 265; *Columba*, Horat. 4 oda 4, 32. *Imbellis inermisque fœminarum turba*, Liv. 28, 23. *Carmen imbelle*, quod nihil bellicum sonat, Stat. Theb. 10, 874. Compar. Tac. Hist. 4, 33, 7 *Cæsorum major numerus & imbellior.* ¶ 2. *Annus imbellis* dicitur, quo nullum bellum geritur, ein jahr ohne krieg. Liv. 10, 1 *Prorsus imbellem agere annum.* Id. 9, 45 *Æqui suo nomine complures annos imbelles egere*, &c. Ita *bellicosum* dici, ante observatum est. ¶ 3 *Imbellis* etiam ad delicias & otium pertinet. Ita *imbelles lyræ*, Propert. 4, 3, 36; ubi plura Broukh.

¶ Imbellis, *æ*, f. die wehrlosigkeit, zaghafftigkeit. Macrob. Sat. 2, 2 procul dubie ex vetere quodam auctore: *Pœnus illudens ignaviam imbelliamque militum, precioseque armatorum*, id est, imperitiam armorum & belli. Ante Macrobium eadem allegavit Gellius 5, 5. v. Fest.

¶ Rebello, *are*, iterum bellum movere, von neuem krieg anfangen. Liv. 33, 12 *Si elapsus Philippus foret, mox gravius cum rebellaturum.* Idem 34, 60 *Carthaginienses ad rebellandum compellere.* ¶ 2. Deficere a fide & obsequio, abtrünnig werden, sich empören, rebelliren. Idem 7, 27 *Volsci ferocior ad rebellandum, quam ad bellandum gens.* conf. Ovid. Fast. 6, 243. ¶ 3. Translate de *vulneribus & vitiis rebellantibus*, cum curata redeunt, Plin. 21, 20; 25, 13. Sic, *Rebellat humor*, Idem 13, 12.

¶ Rebellans, *tis*, Liv. 19, 9 *Bellum adversus rebellantes Æquos gestum est.* Conf. Suet. Aug. c. 21.

¶ Rebellātio, *ōnis*, rebellio, empörung, aufruhr. Tac. An. 14, 13, 3 *Commoti ad rebellationem.* Vax. Max. 7, 3, 9 ext. & 7, 4, 1 *Crebræ rebellationes.*

¶ Rebellator, *ōris*, m. ein aufrührer, unde fœmininum

¶ Rebellatrix, *īcis*, ut, *Provincia rebellatrix*, Liv. 40, 35. *Germania rebellatrix*, Ovid. 3 Trist. 12, 47, so immer wieder krieg anfanget.

¶ Rebellis, *e*, widersetzlich; *Rebellis amor*, Ovid. Rem. am. v. 246. *Regio rebellis*, Curt. 8, 1, 35. conf. Stat. Theb. 1, 35.

¶ Rebellio, *ōnis*, f. widerstrebung, aufstand, aufruhr, rebellion. Cæs. B. G. 4, 38 *Rebellionem fecerant*, conf. 3, 10. Et Suet. Cal. c. 51 *Audita rebellione Germaniæ.*

¶ Rebellio, *ōnis*, m. pro *Rebellis*, *rebellator*, ein aufrührer. Treb. Poll. in Gallieno Salonino: *fuisse & alios rebelliones sub eodem.* Ita ex vet. lib. restituit Salmasius. Sed & Vulcat. in Avid. Cassio c. 10 *Ipsos rebelliones acerrime prosequaris.* Glossæ: *Rebellio, ἀποστασις, ἀποστασις.*

¶ Rebellium, *i*, n. idem quod *Rebellio*, apud Liv. 42, 21. Verba sunt: *Qui pacatos ad rebellium incitassit.*

BELLUS, *a, um*, ὡραῖος. pulcher, præstans, fein, hübsch, artig, nett. Est diminutivum ab antiquo *benus*, unde adverbium supereſt, *benulus*, *bellus*, *ut vinulum*, a *vino villum*, a *vanno vannulus*, *vallus.* Nam & Cato *Pulchralia* dixit, quæ alias *bellaria* appellantur. Cic. ad Att. 4, 17 *Bella paullisper civitas.* Ovid. Amor. 1, 9, 6 *Bellapuella.* Varro ap. Nonium 4, 45 *Bellum ita geris, ut bella omnia domum feras*, i. e. pulchra & elegantia. Ter. Adel. 4, 2, 51 *Vnumquodque bellissimum earpam.* ¶ 2. Transfertur etiam ad morum venustatem & gratiam, ut *belli* dicantur, qui urbani, lepidi ac jucundi sint; aut blandi etiam, qui ἄρεσκοι appellantur Græcis: qui nihil patiuntur in se, quod aliis molestum & odiosum sit, annehmlich, gallant. Vet. Gloss. *Bellus*, Κομψὸς, Ἡδύς. Aliud Glossar. Græco-Lat. Κομψὸς, *scitus*, *bellus*, *facetus.* Cic. ad Att. 6, 4 *Cæciliæ bellissime salutem dicas.* Varro ap. Nonium l. c. *Quid enim est, quod homo masculus lubentius videre debeat, quam bellam uxorem?* Id. apud Non. 2, 74 *Veniv nunc ad alterum genus testamenti, quod dicitur Physicon, in quo*

Græci bellíores, quam Romani noſtri. Argute Martial. 1 epigr. 10 *Bellus homo & magnus vir idem Cotta videri: Sed qui bellus homo eſt, Cotta, puſillus homo eſt.* Nimirum bellus, ut vidimus, eſt diminutivum ex *benus*. Præterea τὸ ἀγαθὸν & τὸ εὐμενὸν vix in una fede morantur. Plura Caſaubonus ad Cic. ad Att. 1, 1.

¶ Belle, ſcite, eleganter, venuſte, ſuaviter: καλῶς, κομψῶς, wohl, lieblich. Cic. ad Att. 5, 11 *Cum ego me non belle haberem.* Idem ad Q. Fr. 3, 1 *Aquam non longe a villa belle ſane fluentem vidi.* Id. Att. 16, 3 *Belle adificata prædiola.* Id. 4, 16 *Belle ferre aliquid.* Et 13, 33 *Belle cecidit.* Id. Att. 12, 37 *Eo res tibi tum belle in mentem venit.* Id. de Orat. 3, 26 *BENE & PRÆCLARE quamvis nobis ſæpe dicatur: BELLE & FESTIVE nimium ſæpe nolo.* Habet igitur *belle* ut *bellus* diminutionis aliquam adjunctam ſignificationem. Scrib. Largus Comp. Med. c. 39 *Ad calculoſos herba* σκολοπένδριον, *quam nos cuſcutam appellamus, bellefacit contuſa* &c. i. e. prodeſt. Superl. *Belliſſime navigare*, guten wind haben. Cic. 1, 6 Fam. 9. *Belliſſime mecum eſſe poteritis*, ibid. 14, 14. Sen. præfat. lib. 3 Excerpt. Controv. *Id quod belliſſime Cenſorinus ajebat* &c.

¶ Bellulus, *a, um*, dimin. gar artig. Plaut. Caſin. 4, 4, 22 *Papilla bellula.* Adde Pœn. 1, 2, 134; & Mil. 4, 1, 42. Inſcr. Murat. 1514 *bellule puer.*

¶ Bellule, adverb. idem. Apul. Met. 10 p. 246 *Bellule ſuffarcinatur.* Id. Met. 5 p. 173 *Ætatem ponat bellule.* Feſtus etiam Plauto tribuit & ait a *bene* eſſe *belle & bellule.*

¶ Bellāria, *orum*, n. plur. ſignificant omne genus menſæ ſecundæ, Græci τραγήματα & πέμματα dixerunt, der nachtiſch, naſchwerck, zucker, kuchen, obſt ꝛc. quod Gellius 13, 11 ex Varrone probavit, quem omnino conſulas. Neque ſolum, ut ille docet, res eſculentæ, ſed & potulentæ ita dicebantur. Namque & *Liberi bellaria* pro vino dulciori dicebant, ſüſſer wein. v. Scalig. ad Feſtum p. 29. De variis bellariorum generibus multa etiam habet Macrobius Sat. 3, 18, 19 & 20. Allio in Lex. Crit. bellaria a cupediis diſtinguit, & cupedias eſculamenta & poculamenta, bellaria autem nuces, res mellitas & alia hujusmodi eſſe, ex Martiali probat.

¶ Bellātulus, *a, um*, Plauto Caſin. 4, 4, 28 idem quod *Bellulus.*

¶ Bellĭtūdo, *inis*, f. ſchönheit. *Bellitudinem ſicut magnitudinem Verrius dixit*, Feſtus.

¶ Bellĭficor, *atus ſum, ari*, pro gratificari, willfahren. Cælius Cic. fam. 8, 10 *Ne bellificatus alicui dicaris.* Alii tamen præferunt *Velificatus.* v. Grav.

¶ Perbellus, *a, um*, ſehr fein. Hinc

¶ Perbelle, adv. Cic. ad Att. 4, 4 *Perbelle feceris, ſi veneris.*

BĔLŌNE, *es*, f. Βελόνη, piſcis alio nomine dictus *Acus*, a roſtro oblongo quod habet. Plinius 32, 7 *Belonæ quos aculeatos vocamus*, hornfiſche. Geſner. Adde Plin. 9, 51 & 2, 11.

Belua &c. vide ſupra *Bellua.*

BĒLUS, *i*, m. pater *Danai* & *Ægypti*, tempore Cecropis vixit. v. Apollodor. 2, 4. Dicitur Aſtrologica ſcripſiſſe, quæ Berofus poſtea interpretatus eſt. Vide *Berofus*, & de vocis origine vide *Baal.* ¶ 2. *Belus* alter pater fuit Didonis. Virg. Æn. 1, 621. ¶ 3. Aſſyriorum antiquus rex, aut Chaldæorum potius, quia Babylone ejus plura, quam apud Aſſyrios, veſtigia, templum, religio, ſepulcrum &c. fuerunt. Sed quæ de Belis dicuntur, incertitudinis & confuſionis plena. v. Perizon. Orig. Babyl. c. 5 & 7. ¶ 4. *Belus* eſt etiam amnis, qui ex palude Cendabea juxta montis Carmeli radices oritur, & in mare profluit prope Ptolemaidem. Quo appulſa mercatorum nitri nave, cum ſparſi per litus homines epulas pararent, nec eſſet ad tollendas cortinas occaſio lapidum, glebas nitri e nave ſubdiderunt: quibus accenſis permiſta arena litoris, translucentes nobiliſſimi liquoris rivi fluxere, quæ *origo vitri* fuit. Plin. 5, 19 & 36, 26. ¶ 2. *Belus* gemma, de qua Plin. 37, 10 *Oculus albicans pupillam cingit nigram.* Noſtri Faßenaugen.

¶ Belias, *ădis*, f. Beli neptis, Danai filia. Seneca Hercule Oetæo v. 960 *Strictō cruenta Belias ferro ſtetit.* v. *Belis.*

¶ Bēlides, *æ*, Βηλίδης, patronymicum maſculum, Virg. Æn. 2, 81 *Si forte tuos pervenit ad aures Belidæ nomen Palamedis* &c. Vbi Palamedes *Belides* vocat, quod ſeptimo gradu a Belo originem duceret, uti ex Apollonio Servius notat. conf. Sil. 1, 75.

¶ Bēlis, *ĭdis*, Βηλίς, patronym. fœm. Ovid. Met. 4, 462 *Aſſidue repetunt quas perdant Belides undas;*

De pœnis, quas apud inferos dare inguntur filiæ Danai quinquaginta, quæ maritos ſuos prima nocte nuptiarum interfecerunt, vid. *Danaus, Belias.*

¶ Beloculus, *i*, m. & *Belioculus*, gemma ita appellata, quod Belo regi facrata eſſet & oculi effigiem referret; Germanicum Agricolæ eſt, Belockel. v. Plin. 37, 10, & Iſidor. 16, 10, ubi etiam *Beloculus* dicitur.

¶ Beloäcos, & Belotŏcos, herba. al. dictamnus, Poley. Apul. de Herb. c. 62.

BĔNĀCVS, *i*, m. lacus Galliæ Ciſalpinæ, ex quo Mincius fluvius excurrit in Padum, vulgo, *Lago de Garda.* Plin. 3, 19. Virg. Georg. 2, 160 *Fluctibus & fremitu aſſurgens, Benace, marino.*

BENDIS, *is*, f. Βένδις, *ίδος*, hoc nomine a Thracibus cultam Dianam ſive lunam, auctor eſt Heſychius. Add. Lucian. Iup. Trag. p. 221 Gr & quos laudat Voſſius de Theol. Gent. 2, 57 extr. Hinc

¶ Bendidium, *i*, n. Βενδίδιον, templum hujus Deæ ap. Livium 38, 41 pr. Ita etiam Lucian. Icaromen. p. 310 τὸ Βενδίδιον ἐν τῇ Θράκῃ commemorat.

BENEARNVM, *i*, n. Galliæ civitas, unde hodieque Bearnenſis principatus nomen habet. v. Scalig. Lect. Auſon. 2, 7 p. 107.

Bene, benedico, benefacio, beneficium &c. vide *Bonus.*

BĔNĔVENTVM, *i*, n. urbs Samnitum in Italia aut Campania ſecundum Servium, boni ominis gratia ita vocata, cum *Maleventum* prius diceretur, v. Feſtus. Horat. 1 ſatyr. 5, 71

Tendimus hinc recta Beneventum, ubi ſedulus hoſpes &c.

¶ Beneventānus, *a, um*, adject. ut, *Beneventanus ſutor*, Juven. 5, 46. Benevolus, Benignus &c. vide *Bonus.*

BENNA, *æ*, f. genus vehiculi lingua Gallica apud Feſtum, ein karren. Cato de R. R. c 23 *Bennæ emantur* Vid. omnino Scheff. de re vehic. 2, 21.

¶ Bennarius, *i*, m. ein kärner. Gloſſ. lat. gr. *Bennarius*, ἁμαξοδρόμος.

¶ Combennio, *ire*, zugleich fahren. Gloſſ. lat. gr. *Combennit*, συμαξᾶρχε.

¶ Combennōnes, *in eadem benna ſedentes*, Feſtus in *Benna.*

BEO, *avi, atum, are*, beatum facere, glücklich machen, beſeligen, Ter. And. 1, 1, 79 *O factum bene! beaſti:* Vbi nota elegantem formulam, in re lætæ jucundaque, quam impertitur alius. Das iſt eine erſtenliche poſt. Ita Eun. 2, 2, 48 *Liquid heu te?* Num quid jucundum & gratum eſt, quod audis ex me & tale prorſus, ut ideo beatus & felix tibi videaris? *Memore aliquem beare*, einen beſchencken. Horat. 1 epiſt. 18, 75; *cælo*, Id. 4 Od. 8, 29.

¶ Beātus, *a, um*, μακάριος, εὐδαίμων, cui bene eſt, felix, conſummatus, perfectus, geſegnet, ſelig, glückſelig. Cic. de Somn. Scip. c. 3 *His eſt definitus in cœlo locus, ubi beati ævo ſempiterno fruuntur.* Ovid. Met. 3, 135 ex Sophocle & Euripide *Ultima ſemper*

Expectanda dies homini eſt, dicique beatus
Ante obitum nemo ſupremaque funera debet.

Horat. 2 od. 16, 27 *Nihil eſt ab omni Parte beatum*, nichts iſt durchaus vollkommen. Cic. Tuſc. 1, 11 *Mors beatos nos efficit.* Ib 5, 10 *Beati dicuntur, qui ſunt in bonis nullo adjuncto malo.* Et de Nat. D. 1, 18 *Beatus eſſe ſine virtute nemo poteſt.* Compar. Id. Tuſc. 5, 8 *Quo beatus eſt, non intelligo, quid requirat, ut ſit beatior.* Superl. Id. de N. D. 3, 33 *Civitas beatiſſima & opulentiſſima.* Et Sen. epiſt. 9 *Miſer eſt, qui ſe non beatiſſimum judicat.* ¶ 2. *Beatus* pro ſumme *locupletе*, accipitur Plauti Pœn. 1, 2, 90 *Bonam ego, quam beatam me eſſe nimio dici mævolo*, ich will lieber fromm als reich ſeyn. Ovid. Amor. 1, 8, 23

Scis here te, mea lux, juveni placuiſſe beato.

Statius epithalamio Steilæ ſive 1 Silv. 2, 121

Hæc quamvis cenſus dederim largita beatos, Vincit opes animo:

Cenſus beatos, id eſt, ſummas divitias, ut Barthius interpretatur. Nepos 17, 3, 2 *Homo non beatiſſimus*, i. e. non admodum inſtructus copiis rei familiaris. Conf. Petron. c. 57 cum not. ¶ 3. Eccleſia *beatos* dicit pie vita defunctos. Vnde formula apud Hieronymum epiſt. 15 pr. & epiſt. 32 *beatæ memoriæ*, qua adhuc frequenter utimur. ¶ 4. At profani de viventibus etiam hoc verbum efferunt, principibus maxime. Gruterus Inſcript. p. 283 n. 11. D. N. FL. CONSTANTINO MAXIMO BEATISSIMO &c. & pag. 284 n. 1 CONSTANTINI ET CONSTANTI BEATISSIMORVM AC FLORENTISSIMORVM PRINCIPVM. Ita in Eccleſia Romana Pontifex vulgo vocatur.

¶ Beatulus, *a, um*, dimin. Perſius Sat. 3, 103 *Tandemque beatulus alto Compoſitus lecto* &c. Molliam aliquem delicatumque, qui ea ipſa cauſa beatus ſibi videbatur, tangit.

¶ Beate, adverb. feliciter, wohl, glücklich; ut, *Bene beateque vivere*, Cic. Parad. 1 extr. *Tibi ſit bene ac beate*, Catull. 23, 15. Compar. Sen. epiſt. 92 *Vivere beatius.* Superl. Idem de Benef. 7, 3 *Res quas natura beatiſſime fundit.* Id. ad Helv. c. 9 *Beatiſſime vivere.*

¶ Beātitūdo, *inis*, f. &

¶ Beātitas, *ātis*, f. utrumque felicitas eſt, glückſeligkeit, ſeligkeit. Conjunxit Cic. Nat. D. 1, 34 *At iſta ſive beatitas, ſive beatitudo dicenda ſit, (utrumque omnino durum, ſed iſta nobis verba molienda ſunt)* &c. conf. Quintil. 8, 3. Apul. de Philoſ. Morali p. 17 *Beatitas virtutum fructus eſt.* Et Macrob. Somn. Scip. 1, 9 *Delphici vox hæc fertur oraculi conſulenti, ad beatitatem quo itinere perveniret.* Loquitur de celebri dicto, γνῶθι σεαυτόν. Altera forma ſæpius Apulejus uſus eſt, ut dicto loco: *Beatitudo eſt virtutum exoptatiſſimus fructus.* Plur. Auguſtinus C. D. 22, 12 extr. *Falſas beatitudines promittere* dixit. Inſcr. Murat. p. 580 *Beatitudo urbis Romæ.*

¶ Beatifĭco, *are*, glückſelig machen. Auguſtini verbum, de Trinit. 14, 14 & de Geneſi ad lit. 8, 12. At

¶ Beatificus, *a, um*, ſeligmachend, antiquius eſt. Apul. de Habit. Doctr. Plat. 1 p. 3 *Deus beatus & beatificus.*

¶ Perbeatus, *a, um*, ſehr glücklich. Cic. de Orat. *Perbeati fuiſſe illi videri ſolent.*

BERBEX, *ĭcis*, m. antique pro Vervex, ein hammel. Gloſſæ πρόβατον, *berbex.* Hinc & pro homine ſtupido Petron. c. 57 *Quid rides, berbex?* vid. ibi Burman. & Salmaſ. ad Vopiſci Aurel. c. ult.

¶ Berbeculus, *i*, m. dimin. amplectitur Reineſius in Schol. ad Petron. Fragm. Trag. p. 57 & 97, ubi c. 37 & in Arnob. lib. 4 p. 141 *Babecali.*

BĔRĔCYNTHVS, *i*, m. Βερέκυνθος, mons Phrygiæ eſt, in quo mater deûm Cybele, quæ inde *Berecynthia* dicta fuit, priſcorum ritu colebatur. Plinius 5, 29 *Berecynthium tractum* vocat.

¶ Berecynthius, *a, um*, adject. apud Virg. Æn. 6, 742. Stat. Theb. 4, 782 *Berecynthia mater.* Horat. 1 ode 18, 13 *Sæva tene cum Berecynthio Cornu tympana*, id eſt, quo excitantur ad furorem Cybeles Berecynthiæ ſacerdotes. Et rurſum 3 od. 19, 18 *Cur Berecynthiæ Coſſant flamina tibiæ?* hoc eſt, Phrygiæ, & quæ in ſacris Cybeles adhibebantur, vel forſan buxeæ; in Berecynthio enim tractu plurima eſt buxus, teſte Plin. 16, 16. ¶ 2. Scribunt & *Berecyntus, Berecyntius*, ſine adſpiratione βερέκυντος. Vide de hac re expoſitionem Servii in illud Virgil. Æn. 9, 82

Ipſa deûm fertur genitrix Berecynthia magnum
Vocibus his affata Iovem.

¶ Berecynthiăcus, *a, um*, aliud adjectivum: ut, *Berecynthiacus ſacerdos*, Prudent. adv. Symmach. 2, 51.

¶ Berecynthiădes, *æ*, f. patronymica forma apud Ovidium in Ibin verſ. 508 *Venator Berecynthiades.*

BĔRĔNĪCE, *es*, f. Βερενίκη, quo nomine mulieres plures fuere. Prima Ptolemæi Lagi uxor, cujus Theocritus meminit. Quomodo hæc maritum, inter aleæ luſum ferentem ſententiam de capitibus hominum temere, corripuerit, Ælianus Hiſt. Var. 14, 43 refert. Super quo loco ejus (corruptus enim ex parte eſt) videndus Ianus Rutgerſ. Var. Lect. 1, 6; aut potius Iac. Perizonius ad l. c. ¶ 2. Altera Ptol. Philadelphi & Arſinoes reginæ filia, cujus capillum inter ſidera Cono Mathematicus, figmento gratiam regis Evergetæ mariti aucupatus, retulit, de quo elegia Callimachi & carm. 66 Catulli. ¶ 3. Tertia illius Herodis, qui & Agrippa major cognominatur, filia, uxor

patrui sui Herodis Chalcidici, & post illius mortem, Polemonis Ciliciæ regis. v. Iosephus 20, 5. Hæc cum fratre, Agrippa minore, Romam venit, ubi in deliciis Tito Vespasiani filio fuit, v. Tac. Hist. 2, 81, 3 & Suet. ejus vita c. 7 itemque Aur. Victorem, præcipue Dionem lib. 66. De ea accipiendus Iuvenalis 6, 155 & 157 cum ait:

Incestæ dedit hanc Agrippa furori.

Vbi meras nugas Vetus Scholiastes affert. Hæc est, de qua Actor. 25, 13, ubi vid. Grotius, itemque in Herodiadum historia Harduinus. ¶ 4. Quarta Græcorum fuit *Berenice*, Callipatra, quemadmodum Pausanias scripsit, cognominata, spectatrix certaminum Gymnicorum præ reliquis omnibus mulieribus sola, quod & mater & soror & filia esset Olympionicarum, veluti Plin. 7, 41 retulit. *Pherenicen* eam dixere Græci. conf. Val. Max. 8, 15 extr. 4. ¶ 5. Porro *Berenices crines* (de quibus v. ¶ 2.) sunt stellulæ ad caudam Leonis, veluti in triangulo collocatæ, numero undecim, secundum Keplerum.

¶ Bērĕnīcēus, *a, um*, adject. apud Catullum Carm. 66 de Coma Berenice v. 8 *E Berenicea vertice cæsariem.*

BĔRĔNĪCE, vel *Beronice, es*, vel *Berenicis, idis*, f. nomen est multarum civitatum, quarum una est in Libya Cyrenaica prope Syrtes, ex illis, quæ Pentapolin efficiunt. De hoc tractu Lucanus 9, 523

Nam quicquid pulvere sicco
Separat ardentem tepida Berenicida Lepti
Ignorat frondes. Conf. Sil. 3, 249.

Alia hujus nominis oppida in Ægypto & Troglodytice ad Arabicum sinum recenset Plinius 6, 23 & 29.

BERGŌMVM, *i*, n. oppidum Italiæ Transpadanæ, Plin. 3, 17. ¶ 2. Bergomates, incolæ, apud eumdem c. l.

BĔRȳNVS, *a, um*, a colore qui *berus* vel *birrus*, vel *burrus* dicitur, dunckelroth; ut, *Berinum vestimentum*, Plaut. Epid. 2, 2, 49. Sed alii legunt *Melinum*.

BĔRO, *onis*, pl. *Berones* servi Cassii in Hirtii B. Alex. c. 53. Hispaniæ Tarraconensis populos esse dicit Ptolemæus 2, 6. Aliqui legunt *Barones*. v. supra *Baro* n. 3.

BĔRŌE, *es*, f. Semeles Bacchi matris nutrix, de qua Ovid. Met. 3, 278

Ipsaque erat Beroe Semeles Epidauria nutrix.

¶ 2. *Beroe* alia, filiorum Priami nutrix, de qua Virg. Æn. 5, 620

Fit Beroe Ismarii conjux longæva Doryclı.

BEROEA, *æ*, f. oppidum Macedoniæ, Plin. 4, 10. ¶ 2. Alia *Berœa* in Syria, quæ hodie *Aleppo*, Plin. 5, 26. utraque urbs etiam *Berrhœa* dicitur. Hinc

¶ Berœensis, *e*, adj. pl. *Berœenses incolæ*, Plin. 5, 26.

BĔRŌSVS, *i*, m. *Βήρωσος*, Chaldæus fuit Babylonicus, Astrologus celeberrimus, & rerum scriptor antiquissimarum, cui Athenienles in Gymnasio statuam posuerunt lingua inaurata, ut Plinius retulit 7, 37. Sen. Nat. Quæst. 3, 29 *Belum interpretatum* tradit: hoc est, libros ejus de Astrologia, uti conjicio, vid. Voss. Hist. Græc. 1, 13. Viterbiensis Annii commenta Berosо supposita nemo hodie moratur.

¶ 2. *Berosus* Taurorum colfis, Plin. 2, 103.

BĔRȳLLVS, *i*, m. *Βήρυλλος*, gemma est una ex virentibus lucidisque nascens apud Indos, ein beryll, cujus speciem Plin. 37, 5 facit *Chrysoberyllum*, pallidum quidem, sed in aureum colorem exeuntem. Agricola *Choaspidem* dici etiam Chrysoberillum scribit lib. 6 fossilium, *Beryllus* paullo languidior, fulgore in aurum vergente. Curtius 9, 1,30 *Baculum beryllı distinguebant*. Primam longam habet Propert. 4, 7,9 & Iuvenalis 5 v. 38. Eandem corripit Prudent. Psych. v. 855.

BERŪLA, *æ*, f. herba græce Cardamine dicta, Marc. Emp. c. 36 bachbungen.

BĔRȳTVS, *i*, antiqua Phœniciæ metropolis præter Tyrum. v. Plin. 5, 20; & Spanh. de usu & præst. num. diss. 9 p. 594 sq. Studiis jurisprudentiæ celebris fuit. v. Barth. ad Zachar. Mitylen. p. 244 sq. & 250 & Iac. Hasæus de Schola ICtor. Berytensi. Hinc

¶ Berytius, *a, um*, ut, *Berytium vinum*, Plin. 14, 7. *Berytia uva*, Idem 15, 17.

BES, *bessis*, (& Bessis, *is*,) m. sunt octo unciæ, zwey drittel des gantzen, oder 8 theile von zwölfen. Plutarchus Grach. p. 1544 H. Steph. *διμοιρον* appellat. Festus: *Bes appellatum est, quod bis triens sit, quamvis dura compositio siat bessis ex triente. Bessis unciæ octo sint.* conf. Varr. L. L. 4, 36; Cic. Att. 4, 15. Sic, *Besses usuræ*, Iustin. 4 Cod. t. 32. l. 26. Adde Vitruv. 3, 1. ¶ 2. *Bes* quoque agrorum est in dimensione, & ibidem complectitur partes octo jugeri in duodecim partes æquales divisi. vid. Colum. 5, 1. ¶ 3. *Bessem bibere*. Martial. 11 epigr. 37. Vide paullo post in *Bibo*.

¶ Bessalis, *e*, adj. ut, *Bessalis scutula*, Martial. 8 epigr. 71; & *Bessales laterculi*, qui octo pollicum longitudinem habent, Vitruv. 5, 10, ziegelsteine acht zoll lang. *Comula bessalis* Petron. c. 58. v. Heins. & Burm.

¶ Semibessis, *is*, m. dimidia bessis pars, ein drittel.

BESSI, *orum*, m. Thraciæ gens, fera & latrociniis sueta, Strabo 7. Hinc Hieronymo epist. 3 *Bessorum feritas* memorata. conf. Ovid. Trist. 3, 10, 5; & 4, 1, 67. Et de calliditate in agendis cuniculis Veget. R. mil. 2, 11 & 4, 24. Paulinus ad Nicetam Dacorum episcopum, qui Bessos ad Christianam fidem convertit, poëmate 17 v. 206 *Et sua Bessi nive duriores Nunc oves fatli.* Et paullo post: *Num tenent versos monachi latrones Pacis alumnos.* Metallorum divites, & in effodiendis iis solertes admodum fuisse, Claudianus significat de Consul. Malli v. 41 *Quicquid luce procul venas rimata sequaces Abdita pallentis fodit solertia Bessi.* Idem Paulinus eodem carmine 17 v. 213 *Nunc magis dives pretio laboris Bessus exsultat, quod humi manuque Ante quærebat, modo mente cœlo Colligit aurum.* Vbi habitaverint, vide apud Bernegg. ad Suet. Aug. c. 3, 3.

¶ Bessicus, *a, um*, adj. ut, *Bessica gens*, Cic. in Pison. c. 34.

BESTIA, *æ*, f. animal rationis expers, plerumque crudele & noxium, qualis est *aper, lupus* &c. nam *Bellua* magnitudinis & monstrositatis nomen est, *Fera* vero opponitur cicuri, G. *θηρίον*: ein wildes böses thier. Cic. fam 7, 1 *Homo imbecillus a valentissime bestia laniatur.* Ibidem: *Venabulo bestiam transverberare*, ein wild fällen, fangen. Ibid. 10, 32 *Bestiis aliquem objicere.* ¶ 2. Est tamen etiam *Bestiæ* nomen generale, *θηρίον* apud Græcos, ein thier. Nam Cicero etiam ad volucres serpentesque transtulit Tusc. 5, 13 *Natura alias bestias nantes, aquarum incolas esse voluit: alias volucres, cælo frui liberos: serpentes quasdam, quasdam gradientes* &c. Sic Vetus Interpres *viperam*, a qua Apostolus ictus fuerat, *bestiam* vocat Act. Apost. c. ult. v. 4 & hoc Gr. *θηρίον*. ¶ 3. Inter sidera *simulacrum, quod bestiam ostrorum periti nominaverunt*, Vitruv. 9, 7. ¶ 4. Per convicium de mala fœmina usurpatur; *Mala tu es bestia.* Plaut. Bacch. 1, 1, 21. conf. Pœn. 5, 5, 14. A bestiis nutritos, Gr. *θηριοτρόφους*, qui per divinam providentiam magnis imperiis destinati, plures docuerunt. vid. Zevecot. & Rupert. ad Florum; illum quidem p. 181, hunc vero p. 473 Camerar. Cent. 1 H. S. c. 75; it. quos laudat Gesnerus Chrestom. Plin. n. 33 no. 9.

¶ Bestiŏla, *æ*, f. diminut. quo nomine Plin. 11, 6 apes & similia comprehendit. Cic. Nat. D. 2, 48 *His simillimis bestiolis communiter cibus quæritur.* conf. Idem Tusc. 1, 39. Scrib. Largus Comp. med. c. 39 *Audivi narrantes, nasci in lapidicinis bestiolas adnexentes saxis, quasi verrucas.*

¶ Bestiālis, *e*, adject. viehisch. Prudent. hymno jejunantium v. 153 *Impexa villis virgo bestialibus.* Sidon. 8 epist. 14 *Bestiale corpus.* Et 4 epist. 1 *Bestiales rigidæque nationes.* Comp. Saresber. Policr. 1, 1 *Quid eo bestialius?*

¶ Bestiālitas, *ātis*, f. *θηριότης*, vitium, quod hominem prorsus ferinum reddit & bestialem, Philosophis vocatur, viehische unzucht. Sed vox veterum auctoritate destituitur.

¶ Bestiārii, *ōrum*, m. olim sic dicebantur, qui ludis publicis in amphitheatro cum bestiis depugnabant, vel mercede conducti, vel in id damnati, quamquam nonnulli & sua sponte ostentandæ virtutis caussa in arenam descenderint. Auctor est Vlpianus, eos, qui operas locaverunt, ut cum bestiis depugnarent, notari infamia. Cic. in Vatin. c. 17 dicit, *Milonem gladiatoribus & bestiariis obsedisse rempublicam.* conf. Id. ad Q. Frat. 2, 6. Sen. Benef. 2, 19. *Leonem in amphitheatro spectavimus, qui unum e bestiariis agnitum protexit ab impetu bestiarum.* Græci *θηριομάχους* appellant. v. Torrent. in Suet. Claud. c. 34. Cælium ant. lect. 8, 8 & Alex. ab Alex. 3, 5.

¶ Bestiārius, *a, um*, adject. ut, *Ludus bestiarius.* Seneca epist. 70.

BĒTA, *βῆτα*, literæ nomen apud Græcos. Iuvenal. Sat. 14, 209

Hoc discunt omnes ante alpha & beta puellæ. conf. Martial. 5, 27.

¶ 2. *Beta, æ*, f. *σεῦτλον*, herba sic dicta, auctore Columella 10 v. 251 & 254, quod figuram literæ B referat: *Ceu litera proxima primæ,*

Deprimitur folio viridis, pede candida Beta.

Estque duplex: *beta nigra*, rothe rüben; seu beißkohl, mangolt, *beta alba*, weiß kohl. vid. Plin. 19, 8 & 30, 8. Adde & Cic. fam. 7, 26 & Petron. c. 66. *Fatuas betas*, dixit Martialis 13 epigr. 13, quia sunt insipidæ, unschmackhafter kohl. *Teneræ betæ* languorem tribuit Catullus 68, 21. Hinc molles & effœminatos *betas* dixit Diogenes ap. Cæl. Rhodig. 8, 32. vid. Epigramma Symposianum quod laudavimus in Litera B. n. 6. ¶ 3. Sed *Beta, βῆτα*, vestimenti genus est apud Suidam & Pollucem. vide in Chil. *Bæta cum hieme, tum æstate bona.*

¶ Betis, *is*, f. eadem herba, quæ *Beta* n. 2. Serenus v. 1013

Carica vel betis lento cum melle bibatur.

¶ 2. Sed *Betis* fluvius, potius *Bætis*, unde *Bæticola*, vide *Bætis*.

¶ Betāceus, *i*, m. asparagus, junge sprossen; it. wurtzel von dem mangolt; ut, *Betaceorum fasces* &c. Plin. L. 1 epist. 16 *Olivæ, betacei, cucurbitæ, bulbi.* Sic eo loco optimi Codd. pro quo vulgati *Baticæ.* Apic. 3, 2. conf. Arnob. 4 p. 133 & Voss. Analog. 2, 29. Est proprie

¶ Betaceus, *a, um*, adject. ut, *Pedes betacei*, Varr. de Re rust. 1, 2. *Pedes* hic sunt radices, rothe rüben. Ita Lister. ad Apic. 32 p. 76; & quem is laudat Salmas. ad Solin. p. 583.

¶ Betālis, *e*, id est, mollis instar betæ; ut, *Comula betalis*, Petron. c. 58, alii legunt *bessalis*.

¶ Betillo, vel Betizo, *are*, verbum a *Beta* Augustus apud Sueton. c. 87 finxit, illud vulgare *lachanissare* veluti vertens; est enim id Græcæ originis. Nam *λάχανον* Græcis *Beta* est. Ille autem solebat uti pro languere, seu languescere more betarum, matt oder hinfällig seyn. Caussam Torrentius explicat. Vid. Cæl. Rhodig. 8, 32.

BĔTO, *ēre*, & Bito, *ēre*, antique idem quod *Eo, ire*, gehen. Pacuv. ap. Nonium 2, 73 *Vos hinc defensum patriam in pugnam betite.* Varro apud eumdem: *Mulierem foras betere jussit.* Plautinis libris *bitere* scriptum, ut Merc. 2, 3, 127 *Ad portum ne bitas.*

¶ Adbito, *ere*, hinzugehen. Plaut. Capt. 3, 4, 72 *Si adbites propius.*

¶ Compita hinc nomen habere putamus. Sed vid. f. l.

¶ Ebito, *ere*, exire, ausgehen. Plaut. Stich. 4, 2, 28.

¶ Imbito, *ere*, ingredi, hineingehen. Plaut. Epid. 1, 2, 42 *Domum meam ne imbitas.*

¶ Interbito, *ere*, interire, vergehen. Plautus Most. 5, 1, 47 *Ne interbitat quæstio*, hoc est, ne vana sit, ne intereat.

¶ Perbito, *ere*, perire, untergehen. Livius Andr. *Ne fame puer perbitat.* Hoc, & plura Pacuvii, Ennii, Titinnii exempla habet Nonius 2, 654. Et *cruciatu maximo perbitere*, Plaut. Pseud. 3, 1, 12.

¶ Præbito, *ere*, est prævenire, vorkommen. Plaut. Pœn. 5, 3, 44. Sed Gronov. & alii *præterbitere*.

¶ Præterbito, *ere*, præterire, vorbey gehen. Plaut. Epid. 3, 4, 1. Add. quæ modo dicta sunt in *Præbito*.

¶ Rebito, *ere*, vel mutata forma, Rebitare, est redire, wiederkommen. Plaut. Capt. 2, 3, 20 & 49 & ibid. 3, 5, 89.

BĔTŌNĪCA, *æ*, f. herba quam *Serratulam* Itali vocant, betonien; herba innumeris utilitatibus prædita, adeo ut Itali laude maxima aliquem extollentes, *Tu pluribus*, dicant, *virtutibus præditus es, quam Betonica.* Dicitur & *Vettonica*, a Vettonibus Hispaniæ populis, qui invenerunt, Plin. 25, 8 & 9. De hac herba exstat peculiaris libellus, qui Antonii Musæ, a quo servatus Cæsar Augustus fuit, nomen præscriptum habet. vid. Macer 2, 14, 1. Serenus Sam. c. 46

Betonicam ex duro prodest assumere Baccho.

conf. Scrib. Largus Comp. Med. c. 39.

BĔTŬLA, *æ*, f. arbor illa est candida, *terribilis magistratuum virgis*, quemadmodum inquit Plinius 16, 18 & 27, eine meye, bircke, birken-baum. Harduinus scribit geminato L *Betulla*. Dicitur vel quasi *πετάλη*, i. e. *folium*; vel a *batuendo*, i. e. cædendo, vel a Celtica voce *Bedu*. v. Voss. Etym. p. 70.

¶ Betulus, *i*, m. ceraniæ species, similis securibus, Plin. 37, 9.

BEZOAR, lapis, cui adversus venena & pestem maxima vis est. Et hinc omne id, quod venenis adversatur, *Bezoardicum* dicitur.

BIÆON, *i*, n. *βιαῖον*, i. e. *violentum*; vinum ad plurimos valetudinum

num usus excogitatum, dicente Plinio 14, 8. vide ibi annot. Dalech. & Rhodig. 8, 26. *Abion* legit Turnebus 25, 26. ¶ 2. *Bion* vinum etiam occurrit apud Plin. 23, 1 & 14, 8 tot.

¶ Biothanatus, *i*, m. βιοθάνατος, *violenta morte necatus*, utitur hac voce Tertull. de Anima c. 57. v. *Biothanatus*.

BIĀNOR, *oris*, m. cognomento Ochus appellatus, fuit filius Mantûs fatidicæ, & Mantuæ conditor. Vt Servius in 9 Virgilii Eclogam auctor est. In qua extrema Lycidas ita est loquens:

Hinc adeo media est nobis via, namque sepulcrum
Incipit apparere Bianoris.

BIARCHVS, *i*, m. ὁ βιαρχος, ein proviantmeister, ab ἄρχειν *præesse* & βίος *victus*. Lege 3 Cod. de Agent. in reb. *Biarchorum nomen meritumque* memoratur. Et Hieron. ad Pammach. epist. 61 c. 5 *Ante primicerius, deinde senator, ducenarius, biarchus, circitor, eques*. Adde Legem 2 Cod. ϑ 19 de officio Pr. Præt. per Afric. ubi pariter *biarchi* & *circitores* conjunguntur. Erant enim in numero agentium in rebus.

¶ Biarchia, *æ*, f. βιαρχία, officium biarchi, die proviantverwaltung. Leg. 1 Cod. de officio magistri offic. *Ad biarchiam nemo suffragio, sed labore unusquisque perveniat*.

BIAS, *Biantis*, Teutamidæ filius, patria Prienæus, de numero septem sapientum. Cum ex patria capta fugeret, nihilque, ut cæteri, exportaret, roganti causam, vulgarium illud apud Cicer. in Paradoxis respondit, *Omnia mea mecum porto*, eruditionem & sapientiam intelligens. Biantis ex Scobæo multa restant sapienter dicta, quæ revolvi possunt. v. Sidon. Carm. 2, 161. Autonius in Sapientibus sic illa Latine reddidit:

Bias Prienæus dixit: οἱ πλεῖστοι κακοί.
Latine dictum suspicor: plures mali.
Dixisse nollem, veritas odium parit: &c. Et:
Quoniam somma bonis? mens est sibi conscia recti &c.

Bibacitas, bibax, bibitio, &c. vide *Bibo*.

BIBLION, *i*, n. Gr. βιβλιον, a βίβλος, de quo infra, est liber vel codex, ein buch. Sed ecclesiastici Græcis & Latinis usitatus inprimis est pluralis.

¶ Biblia, *orum*, n. κατ' ἐξοχήν, libri sacri, die bibel, die bücher heiliger schrift. Chrysost. κτῆσαι βιβλία, φασὶν, καὶ τῆς ψυχῆς τοῦτο τὸ μέρος πάντων ἐστὶν ἀσφαλέστατον τῶν κακῶν, τὸ μὴ ἄγνοιαν τῶν γραφῶν. *Biblia comparate, quæ medicina animæ sunt: hoc enim omnium malorum causa est, ignorare scripturas*.

¶ Bibliopegus, *i*, m. βιβλιοπηγὸς, librorum concinnator, ein buchbinder.

¶ Bibliŏpōla, *æ*, m. βιβλιοπώλης, ein buchhändler, buchführer. Plin. 9 epist. 11 *Bibliopolæ Lugduni esse non patiebam*. Et Mart. 14 epigr. 194

Sunt quidam, qui me dicant non esse poëtam:
Sed qui me vendit bibliopola, putat.

¶ Bibliopolium, *i*, n. βιβλιοπώλιον, ein buchhandel, buchladen.

¶ Bibliothēca, *æ*, f. βιβλιοθήκη, ein bücher-behältniß und bücher-vorrath. Veteres scripserunt etiam *Bybliotheca*, ut vides in inscriptionibus supra in *A* productis, cujus scripturæ rationem Dausquejus redditur Orthogr. p. 59, quod Græci antiqui βύβλος per *Y* scripserint. Vice mi plura. Sed nitidius, eodem certe tempore, per *I* simplex, ut vulgo receptum est, scribitur. Significantur autem hoc nomine & *libri ipsi, & armaria & loca, ubi reponuntur libri asservantur*, ut ICtus scribit lib. 32 ff. t. 1 l. 52 § 7. conf. Gothofr. not. ibid. Festus quoque perspicue: *Bibliotheca apud Græcos, & apud Latinos tam librorum magnus per se numerus, quam locus ipse, in quo libri collocati sunt, appellantur*. Gellius 5, 4 *Librariam* vertit, unde nostrum librarey. Quamquam magis est, ea voce tabernam capi, ubi libri proftant, ein buchladen. Ab *apotheca librorum* differt, de qua h. l. Cic. fam. 7, 28 *Abdo me in Bibliothecam*. Id. Divin. 2, 3 *Assidere in bibliotheca*. Id. Att. 4, 10 *Ego hic pascor bibliotheca Fausti*. Id. de Orat. 1, 44 & 57 XII. *Tabulas omnibus bibliothecis* anteponit. Adde Martial. 7 epigr. 16. Bibliothecam Athenis primus instruxit Pisistratus Tyrannus. In Ægypto autem singulari cura & diligentia libros bonos conquisiverunt reges Ptolemæi. Alexandriæ enim Bibliothecam instructam habuerunt millibus voluminum septingentis, sed ea in direptione civitatis a militibus incensa conflagravit vid. Gell. 6, 17. Salmuth. ad Panciroll. Deperdit. Tit. 22 p. 66. Sed & Attalici reges instructam egregie habuerunt Bibliothecam. v. Vitruv. præf. lib. 7. Strabo lib. 13 auctor est, Aristotelem coactis libris primum Bibliothecam composuisse, idque Ægypti docuisse reges. Romæ Latinas, Græcasque Bibliothecas instituit Cæsar, perfecit Augustus, eisque præfectos sive custodes præfecit. Suet. Cæs. c. 44; & Aug. c. 29. Incendio absumtas impensissime reparare curavit Domitianus, Idem in ejus vita c. 20. Cæterum non in urbe solum, haud procul a porticibus, in quibus sapientum erant congressus, & in templis maxime, Bibliothecas habebant antiqui, juxta Thomasin. de Donariis p. 29; & Gellium 16, 7; & 19, 5. Sed in villis etiam & prædiis, teste Plinio 3 epist. 7 n. 8. Hinc Martialis 7 epigr. 16 *Ruris bibliotheca delicati, vicinam videt unde lector Vrbem*. Diod. Siculus 1, 49 refert de Osymanduæ, antiquissimi regis, Bibliotheca in Ægypto, fuisse ejus inscriptionem ψυχῆς ἰατρεῖον, *animæ medicatorium*. Est elegans Lipsii Syntagma de Bibliothecis; post quem Lohmeierus egregium de Bibliothecis librum edidit. ¶ 2. Βιβλιοθήκης nomine historiam suam inscripsit Diodorus Sic. v. Gellii Epil operis & Plin. Præfat. ¶ 3. Βιβλιοθήκη ἔμψυχος καὶ πεποτατημένη, h. e. *Bibliotheca spirans & ambulans Museum*, a Græcis ob variæ eruditionis copiam Longinus appellatus est ille, cujus elegans περὶ ὕψους libellus adhuc superest, teste Eunapio in Porphyrio p. 12. Quo procul dubio Hieronymus respexit, cum de Nepotiano nostras, hoc est, Christianas literas egregie docto, Epitaphio ejus scriberet: *Lectione assidua, & meditatione diuturna pectus suum Bibliothecam fecerat Christi*. v. Io. Lohmeieri lib. de Bibliothecis.

¶ Bibliothecula, *æ*, f. diminut. Symmach. 4 epist. 18 *Sume ephemeridem C. Cæsaris, decerptam bibliotheculæ meæ, ut tibi muneri mitteretur*.

¶ Bibliothecālis, *e*, ad Bibliothecam pertinens. Sidon. 8 epist. 2 *Thesauris bibliothecalibus large refertus*. Mart. Capella lib. 4 *Bibliothecalis copia*.

¶ Bibliothecārius, *i*, m. qui Bibliothecæ præfect. Quod munera Romani fere grammatici subire solebant. Ita Hyginus Palatinæ; Melissus Octaviæ Porticus Bibliothecis præfuit, ut Suet. de Cl. Grammat. c. 20 & 21 prodidit. Cæsar quoque M. Varroni comparandi & digerendi Bibliothecas Græcas Latinasque negotium dedit, eodem auctore in Cæs. c. 44. Ipsum tamen *bibliothecarii* vocabulum viderur recentius esse, & quantum constat, nulli veterum usurpatum, nisi quod in Gloss. Isidori *Bibliothecarius* sit, *qui codices facit*: Scribe *servat*. Tales veteribus erant *a bibliotheca aliegati*, uti ex inscriptionibus patet. Vide supra in *A*. Possis etiam *præfectum bibliothecæ*, aut *custodem* interpretari.

¶ Monobiblion, *i*, n. & Monobiblos, *i*, m. μονοβίβλιον & μονόβιβλος, liber singularis, ein abhandlendes buch. Justinian. Confirm. Dig. epist. 2 § 5 *Tribus monobiblis congregare*. Olim liber primus Propertii dictus *Monobiblos*. v. Scalig. not. ad Propert. p. 190.

Biblis, vide infra *Byblis*, Biblo, *ere*, *Bibito*.

BIBLVS, *i*, f. βίβλος, planta Ægypti aquatica, quæ & *papyrus* vocatur, ex qua chartas facere instituere Ægyptii: unde postea contexti libri etiam appellari apud Græcos cœperunt. Lucan. 3, 222 *Nondum fluminea Memphis contexere biblos Noverat*. Explicationem hujus loci vide infra in *Charta*.

BIBO, *bibi*, *bibitum*, *ere*, πίνω, vel πιεῖν, trincken. Cic. Tusc. 5, 34 *Darius cum aquam turbidam bibisset, negavit unquam se bibisse jucundius, nunquam enim sitiens biberat*. Et c. 41 *Mihi quidem in vita servanda videtur illa lex, quæ in Græcorum conviviis obtinet: Aut bibat aut abeat: ἢ πίθι ἢ ἄπιθι*. Id. Verr. 1, 26 *Fit sermo inter eos & invitatio, ut Græco more biberetur*. Sen. epist. 122 *Videntur contra naturam vivere, qui jejuni bibunt*. Horat. 2 epist. 2, 214 *Lusisti satis, edisti satis, atque bibisti*. Plaut. Stich. 5, 4, 28 *Bibe, si bibis*, trincke, wenn du trincken wilst. Sic dixit in Pœnulo: *Ite, si itis. Bibere in ossibus capitum*, i. e. ex craniis, Flor. 3, 4, 2; *in auro*, Sen. Thyc. v. 451; *gemma*, Virg. Ge. 2, 506. *Nulla aconita bibantur Fictilibus*, Iuvenal. 10, 25. ¶ 2. Per allusionem a potione tumptam est pro *sufsipere*, annehmen, bekommen, ut, *Longam bibere amorem*, Virg. Æn. 1, 753; *luctum*, Plaut. Baech 1, 1, 15; *mœrorem*, (Gronov. *Malum* mœrore,) Id. Aul. 2, 3, 12; *Mores maternos*, Claud. Nupt. Hon. v. 231. *Bibere fuliginem lucubrationum*, bey nächt-arbeit viel dampf in sich ziehen, Quint. 11, 3, 1002. *Bibere nutricem*, pro fugere, Venus est Apulejana 2 Mil. p. 115. ¶ 3. *Bibere nomen alicujus*, Martialis 8 epigr. 51; Nimirum in honorem & jucundam amici aut amicæ memoriam tot bibebant cyathos, quot literis constaret nomen amici. Clare id docet Martialis 11 epigr. 37

Quinquiens & sex cyathos, bis septima bibamus
CAIVS ut fiat IVLIVS & PROCLVS.

Sed adhuc clarius 1 ep. 72

Natis sex cyathis, septem Festina bibatur;
Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus.

Conf. 9 epigr. 95; & Tibull. 2, 1, 31. ¶ 4. Per metaphoram *bibere* dicunt, *quæ haustus habent, & quibus haustus non est*. vid. Nonium 6, 28. Sic Plin. 8, 48 *Lanarum nigra nullum colorem bibunt*. Ovid. Pont. 1, 8, 60 *Hortus aquas bibit*. Virg. Ecl. 3, 111 *Sat prata biberunt*, die wiesen sind genug gewässert. vid. Cerda ad h. l. Id. Æn. 11, 804 *Hasta alte bibit acta cruorem*. Plaut. Perf. 2, 1, 3 *Mandata bibere*, den befehl wohl einnehmen. Hor. 2 oda 13, 32 *Aure bibere*, fleißig zuhören. Propert 3, 5, 8 *Sirenis auribus ista bibam*. Prudent. Symm. 1, 201 *Puerorum infantia primo Errorem cum lacte bibit*.

¶ Bibens, *tis*. Horat. 2 epist. 2, 9 *Canere dicebant. Martial.* 11 epig. 7 *Possum nil ego sobrius; bibenti succurrent quindecim poëtæ*.

¶ Bibitus, *a*, *um*, getruncken. Macer 3, 6, 10 *Bibitum vinum*. Plin. Val. 2, 18 *E vino bibitus*.

¶ Biber, est infinitivus nominascens pro *bibere*; nisi malis subst. n. ad formam *Verber*, &c. Charisius lib. 1 p. 99 ex Fannio, Catone & Titinnio: *Date illi biber*.

¶ Bibax, *ācis*, verbale, verseffen, κυλίκων ἔδεστης, Gellius 3, 12 *Bibacem ego, ut edacem, & plerisque aliis dictum lego*.

¶ Bibāculus, *a*, *um*, dimin. Onomast. vetus: *Bibaculus*, φιλοπότης. Plin. præf. p. 5, 3 Hard. *ut qui Bibaculus erat, & vocabatur*. Nimirum ¶ 2. Proprium etiam cognomen est Bibaculus. De *L. Furio Bibaculo* Prætore v. Val. Max. 1, 1, 9. De Poëta Quintil. 10, 1. vid. Hard. ad Plinii l. c. ex præf.

¶ Biberius, *i*, m. joculare est. Ita enim propter nimiam viui aviditatem appellatus Tiberius est, ut Suetonius prodit ejus vita c. 42.

¶ Bibesia, *æ*, f. Festo in *Peredia*, est, *cupiditas bibendi*.

¶ Bibilis, *e*, das sich trincken läßt. Cæl. Aurel. Acut. 2, 11 *Cibum dare vacuum & bibilem*, quem alias *forbilem* vocat.

¶ Bibibilis, *e*, adject. idem. Gloss. gr. lat. ποτίμον, *bibibile*. Nisi vitiosum est.

¶ Bibītor, *ōris*, m. ein trincker. Sidon. 1 epist. 8 *Bibitor Araricus*.

¶ Bibo, *ōnis*, m. rarius verbum apud Iul. Firmicum 5, 4 sub fin. *epulones & bibones*, freſſer und säuffer. ¶ 2. *Bibiones* vero, qui ex vino nascuntur, ex Afranio habet Isidorus 12, 8 wein-mücken.

¶ Bibonius, *i*, m. Vetus Gloss. *Bibonius*, πολυπότης, ein schlemmer.

¶ Bibōsus, *a*, *um*, verſoffen. Laberius apud Gellium 3, 12.

¶ Bibulus, *a*, *um*, durstig, ut, *Potores bibuli*, Horat. 1 epist. 18, 91. *Arena bibula*, quæ aquam facile forbet, trübsand. Virg. Georg. 1, 114; & Ovid. Met. 13, 901. *Aures bibulæ*, Perf Sat. 4, 50, quæ sunt avidæ laudationis, ohren die sich gern loben hören. *Charta* seu *papyrus bibula*, lösch-papier. Plin. 8 epist. 15; Lucan. 4, 136. *Bibulæ vestes unda trahit*, Val. Flacc. 1, 239. In Vet. Gloss. *Bibulus* Ebriosus exponitur. ¶ 2. De *M. Bibulo* Iulii Cæsaris collega in consulatu, vid. Suet. Cæs. c. 20.

Composita:

¶ Adbibo, *ere*, trincken. Ter. Heaut. 2, 1, 8 *Is mihi, ubi adbibit plus paullo, sua quæ narrat facinora?* wenn er ein wenig zu viel ge-

truncken hat. Metaphorice Horat. 1 epist. 267 *Nunc adhibe puro Pectore verba puer.*

¶ Combibo, *ere*, idem. Horat. 1 od. 37, 28 *Vt atrum corpore combiberet venenum*, h. e. *veneno inficeretur & corrumperetur.* Ovid. Heroid. 11, 4 *Cogor lacrymas combibere meas*, einſchlucken. ¶ 2. *Combibere artes*, Cic. de Fin. 3, 2 metaphorice, faſſen und einnehmen. Ex re tinctoria ſumptum verbum. vid. *Perbibere:* & add. Sen. ep. 71; & Caſaub. ad Perſ. p. 224.

¶ Combibŏnes, *um*, m. pl. compotores apud Cicer. fam. 9, 25 *Epicurei combibones:* & apud Nonium 1, 174 ex Lucilio, zechbrüder.

¶ Debibo, *ere*, ſchmecken, koſten. Solin. c. 12 *Quorum alterum ſi ovillum pecus debibat, pullum fieri coloris, quem induerit.*

¶ Ebibo, *ere*, ausſzechen. Ter. Heaut. 2, 3, 14 *quid comedent? quid ebibent?* Plaut. Curc. 1, 2, 65 *Ebibere ſanguinem alicui.* ¶ 2. Improprie Id. Plaut. Amph. 2, 1, 84 *Non ego cum vino ſimitu ebibi imperium tuum.* Et *Hurias ille ab alio ebibitur*, Plin. 5, 15, er ergeuſt ſich in einen andern, fällt in denſelben. ¶ 3. *Exbibere* etiam habet Plaurus Mil. 3, 2, 19 *Calidum exhibit in prandium.*

¶ Ebibitus, *a*, *um*, ausgetruncken. Sidon. Carm. 9, 39 *Fluminibus confeſtim ebibitis adhuc ſtiſſe.*

¶ Imbibo, *ere*, eintrincken. Plin. 24, 15 *Is nidor per infundibulum imbibitur in vetere veſſi.* ¶ 2. In animum inducere, annehmen. Cic. Verr. 2, 14 *Niſi de vobis malam opinionem animo imbibiſſet.* Et ſic Gell. 13, 4; Cic. pro P. Quint. c. 6; & Lucret. 3, 1012 *Qui petere a populo faſces, ſævaſque ſecures Imbibit:* ubi Creechius etiam Ciceronem ita locutum docet. Huc refero Liv. 2, 47 extr. *Nec immemor ejus, quod initio conſulatus imbiberat*, &c. v. not. ed. Gronov. & Mureti Var. Lect. 1, 6.

¶ Coimbibo, *ere*, mit einſaugen. Translate Arnob. 5 p. 178 *Si aperte hoc facere confeſſis maledictionibus coimbibiſſetis.*

¶ Interbibo, *ere*, darzwiſchen trincken. ¶ 2. Ebibere, exſiccare, ſicut intercipere, intervertere tollendi & auferendi notionem habent, gar austrincken. Plaut. Aul. 3, 6, 22 de bibaciſſima tibicina: *Quæ mihi interbibere ſola, ſi vino ſcatet, Corinthienſem fontem Pirenem poteſt.*

¶ Multibibus, *a*, *um*, vide *Multus.*

¶ Obbibo, *ere*, huc refertur ex Cic. Tuſc. Quæſt. c. 1, 40 *Theramenes cum venenum, ut fertur, obbibiſſet*; ſed Victorius & Gruterus *obduxiſſet* ex MSS. poſuerunt. Vide hujus annotationem, qua ad conſenſum tam Palatinorum, quam Vatican. Codd. provocat.

¶ Perbibo, *ere*, ausſaugen. Plaut. Stich. 2, 2, 16 *Cui laſſitudo medullam perbibit.* ¶ 2. Illuſtrioti metaphora Sen. epiſt. 36 *Perbibere liberalia ſtudia.* Et de Ira 1, 6 *Perbibiſti nequitiam, & ita viſceribus immiſcuiſti, ut niſi cum ipſis exire non poſſit.* Metaphora eſt a re tinctoria. Ita idem Sen. epiſt. 71 *Lana colores perbibit.*

¶ Perbibeſia, *æ*, f. ficta vox de provincia ubi ſtrenue potetur, ein ſauff land. Plaut. Curc. 3, 1, 74 *Perediam & Perbibeſiam ſubegit ſolus.* Germanus alliteratione ad Friſiam & Sabaudiam facta, dicere poſſet, Sieffland und Sauffſicten.

¶ Præbibo, *ere*, zutrincken. Apul. 10 p. 246 *Cantharum mulſo contempera, & offer paraſito meo, ſimul quod ei præbiberim, commoneto.*

¶ Rebibo, *ere*, wieder trincken, apud Theod. Priſc. de Diæt. c. 15.

¶ Subbibo, *ere*, aliquantulum bibere, koſten. Plaut. Truc. 4, 3, 58 *Qui improbus eſt, ſive ſubbibit, ſive adeo caret temeto, tamen ab ingenio eſt improbus.* Suet. Ner. c. 20 *Si paullum ſubbibiſſet.*

¶ Superbibo, *ere*, drauf trincken. Plin. 23, 1 *Aquæ potum interponere utiliſſimum, itemque jugi ſuperbibere.* conf. Tertull. adv. Gnoſt. c. 15.

¶ Transbĭbo, *ere*, verſchlingen. Cæl. Aurel. Tard. 4, 7, 105; & 4, 8, 128 *Dare quippiam transbibendum.*

BIBRAX, *ăcis*, f. Oppidum Rhemorum, Cæſ. B. G. 2, 6.

Bibrevis, vide *Brevis*, Bicenſus, *Cenſeo*, Biceps, *Caput.*

Bichordulus, vide *Chorda*, Bicirres, *Cirri*, Biclinium, *Clinice.*

Bicolor, vide *Color*, Bicomis, *Coma*, Bicornis, &c. *Cornu*, Bicorpor, *Corpus*, Bicoxus, *Coxa*, Bicubitalis, &c. *Cubo.*

Bidens, &c. vide *Dens*, Biduanus, biduum, *Dies*, Biennis, biennium, *Annus.*

Bifariam, &c. vide *Fari*, Bifax, *Facies*, Bifer, *Fero*, Bifeſtus, *Feſtus*, Bifidus &c. *Findo*, Biforis, &c. *Foris*, Biformis, &c. *Forma*, Bifrons, *Frons*, Bifureus, *Furca.*

Bigæ, Bigatus, &c. vide *Jugum*, Bigamus, &c. *Gamus*, Bigemmis, *Gemma*, Bigeneris, *Genus.*

BIGERRI, *orum*, vel Bigerrones, *um*, populi Galliæ Aquitanicæ ad mentem Pyrenæum. *Bigerri* ſcribuntur in Paullini epiſt. 1 ad Auſon. v. 143; ubi v. Scal. Auſ. Lect. 2, 7 p. 106. *Bigerrones* vero apud Cæſ. Bell. Gall 3, 27

¶ Bigerricus, *a*, *um*, adject. ut, *Bigerricus turbo*, Sidon. 8 ep 12. Et

¶ Bigerritanus, *a*, *um*, ut, *Patria Bigerritana*, Auſon. epiſt. 11 v. ult.

BIGERRIGA, *æ*, f. veſtis nigra & craſſior, ſicut exponunt. Quam nonnulli a *Bigerronibus* Aquitaniæ populo: alii, quaſi *bariegatam* ſive *variegatam*, ex Gallico *bigarré*, dictam volunt. Sed *Bigerra* eſt quaſi *Bicirra*, hoc eſt, quæ ex utraque parte villoſa eſt: ἀμφίμαλλος; ut Salmaſius ad Capitol. p. 124; & ad Solin. p. 689 docuit. *Cirra* enim μάλλος ſeu *villus* eſt. Et inde *birſata bigerrica* Fortunatus dicit lib. 7. Sulp. Severus Dialogo 2 de virtutibus Martini *A proximo ſibi militi bigerricam veſtem, brevemque atque biſſidam, quinque comparatam aureolis, rapit.*

Bignus, vide *Gigno*, Bigradum, *Gradus*, Bihorium, *Hora*, Bijugis, *Jugum*, Bilanx, *Lanx.*

BILBILIS, *is*, f. oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, ad fluvium Salonem, patria Martialis, qui ejus ſæpe mentionem facit: Vt lib. 12 ep 18 *Amet Bilbilis & ſuperba ferro.* Lib 10 ep. 104 *altam* appellat. Lib. 1 epigr. 49 *opes & armis nobilem.* Lib. 10 ep. 103 *auguſtam.* Et lib. 4 epigr 55 vocat *Sævo Bilbilin optimam metallo*, &c.

¶ Bilbilĭcus, ſive Bilbilĭtānus, *i*, m. a patria Martialis dicitur.

BILBIO, *ire*, verbum fictum a ſimilitudine ſonitus, qui ſit in vaſe, gurreln. Navius apud Feſtum: *Bilbit amphora.*

Bilibra, &c. vide *Libra*, Bilinguis, *Lingua*, Biliofus, *Bilis.*

BILIS, *is*, f. χολή, cholera, quæ *flava* proprie *bilis* dicitur, galle, choleriſche feuchtigkeit. *Atra bilis*, melancholia eſt, melancholiſch ſchwarz gebluͤt, Plaut. Capt. 3, 4, 64. Id. Amph. 2, 2, 95 SOS. *Quid tibi eſt?* AM. *Delirat uxor.* SO. *Atra bili pereita eſt. Nulla res tam deliri antes homines concinnat cito.* Nempe ſignificat, nihil aliud magis deliros reddere, quam atram bilem. Cic. Tuſc. 4, 10 *Redundante vitio morbi naſcuntur*, v. ibid. 1, 24. ¶ 2. *Bilis* appellatione pro indignatione ſæpius uſi poëtæ non rantum, ſed alii etiam auctores, unwillen, zorn, ungedult; ut *Bilis difficilis*, Horat. 1 od. 13, 4. *Mota fervet plebecula bile*, Perſ. ſat. 4, 6. *Calido ſub pectore bilis Intumuit*, Id. Sat. 5, 144 er iſt im harniſch, er iſt voll zorn. *Effundere bilem*, Juvenal. 5, 159 ſeinen zorn auslaſſen. *Bilem alicui movere*, Horat. 1 ep. 19, 20; & Martial. 5 ep. 26, einen entrüſten. Cic. Act. 2, 7 *Si, ut ſcribis, bilem id commovet.* Plaut. Amph. Sc. Divoſtr. *Vetus eſt adagium, fames & mora bilem in naſum conciant*, hungern und harren macht ungedultig. *Naſi* non fruſtra mentionem facit, quisquis autor eſt. v. *Naſus* n. 3.

¶ Biliofus, *a*, *um*, gallſüchtig, zornig; ut, *Biliofa alvus*, Celſ. 2, 8. id eſt, bile abundans. *Spatium bilioſum*, Id. 2, 6. Conf. 1, 3 de *vomitu utili biliofis.* Scrib. Larg. c. 54 *Subinde rejiciunt ſpumoſa, interdum biliofa aut ſanguilenta.*

Bilix, vide in *Licium.*

BILLIS, *apud Afros appellatur ſemen humanum humi profuſum.* Feſt.

Biluſtris, vide *Luſtrum*, Bilychnis, *Lychnus.*

Bimammia, vide *Mamma*, Bimanubriatus, *Manus*, Bimaris, *Mare*, Bimater, *Mater*, Bimatus, *Bis*, Bimembris, *Membrum*, Bimenſis, bimeſtris, *Menſis*, Bimeter, *Metrum*, Bimulus, bimus, *Bis.*

Binarius, binio, vide *Bis*, Binoctium, *Nox*, Binominis, &c, *Nomen*, Binus, *Bis.*

BION, *ōnis*, m. βίων, Borysthenites, philoſophus & ſophiſta fuit, cui hoc a Stobæo tribuitur, ἡ φιλαργυρία μητρόπολις πάσης κακίας, h. e. *Avaritia omnis improbitatis metropolis.* Diogenes Laërtius in Vita ejus hos inter alia multa apophthegmata verſus protulit:

Βίωνα τὸν Βοριϭθενίτην, Οὐ ἔξωθεν ἡ Σκυθὶς ἄλα,
Λεγειν ἀκέραιε θεὸς ἡς οὐκ ἐϭιν ὄντως.

hoc eſt: *Bionem Borysthenitem Scythica tellus genuit: quem dixiſſe audimus, Deos revera nihil eſſe.* ¶ 2. *Bion*, poëta Græcus Smyrnæus, ſcripſit Idyllia, quæ ſparſim una cum fragmentis extant apud Stobæum, ea omnia ſuo poëtarum Enchiridio inſeruit Ioh. Criſpinus, & ſolent cum Theocriteis conjungi communiter. ¶ 3. *Bion*, vini ſpecies, de quo Plin. 23, 1; item 14, 8.

¶ Biōnēus, *a*, *um*, adject. Bioni proprius, ad Bionem attinens. Hor. 2 epiſt. 2, 60 *Ille Bionei ſermonibus, & ſale nigro &c.* Bionei ſermones, amarulenti & ſatyrici ſunt, quia Borysthenites ille neque hominibus pepercit, & in deos contumeliolus fuit.

BIŌTHĂNĂTOS, *i*, m. βιοθάνατος, qui mortem ſibi infert, vel qui vi illata moritur, der eines gewaltſamen todes ſtirbt; ex βία, *violentia* & θάνατος, *mors*, Lamprid. de Heliogab. c. 33 *Prædictum eidem erat, biothanatum ſe futurum.* Ita apud Firmicum paſſim, etiam adjective *Mors biothanata.* Sic præcipue Chriſtiani a gentilibus dicti, quod ultro morti ſe exponerent. v. Acta S. S. paſſim. ¶ 2. *Biœothanatos* eſt apud Tertullianum de Anima c. 57. ¶ 3. *Biothanatos* eſt bis mortuus Iſidoro 10 in B.

Bipalium, vide *Pala*, Bipalmis, *Palmus*, Bipartior, &c. *Pars*, Bipatens, *Pateo*, Bipedalis, &c. *Pes*, Bipennis, &c. *Penna*, Bipes, *Pes*, Bipinella, *Pimpinella.*

Birēmis, vide *Remus*, Birota, birotum, *Rota.*

BIRRVS, *i*, m. veſtis genus, idem quod lacerna ſeu pænula; a colore ſic dictum; quod ruſſum eſſet, vel rufum: ex Græco πυῤῥός. Vnde & *byrrus* recte ſcribitur. v. Salmaſium & Caſaubonum in Hiſtoriam Auguſtam, & Dufrenii Gloſſarium, ubi Birrum antiquum epiſcoporum habitum fuiſſe, præter cætera obſervat. Mart. Capella lib. 4 de Vnivocis: *Et birrus, & tunica nomen veſtis habent.* v. infra *Byrrhus.*

¶ Birretum, *i*, n. magiſtrorum & doctorum in promotionibus inſigne, baret. vide Saubert. prodrom. Philolog. ſacræ p. 46.

BIS, adverb. numerale, zweymal. Ovid. Met. 5, 50 *Angebat, bis adhuc octonis integer annis.* Id. Met. 12, 188 *Vixi annos bis centum*, i. e. ducentos. Varr. ap. Probum in Eclog. 6 v. 31 *Bis ſex ſigna ſtellimicantia.* Cic. Att. 8, 4 *In eo bis falleris.* Virg. Æn. 1, 381 *Bis denis Phrygium conſcendi navibus æquor.* Lucan. 2, 577 *Ante bis exactum quam Cynthia conderet orbem*, i. e. antequam duo menſes effluerent. Ter. Hec. 3, 2, 8 *Bis ſtulte facere*, thun wie ein doppelter narr. *Bis naufragium facere*, Nep. 2, 7, 5. *Bis ter*, Hor. epod. 4, 8; *Bis quinque*, Id. 2 epiſt. 1, 24; *Bis ſex*, Virg. Æn. 11, 9; *Bis decies*, Martial. 1 ep. 12. Sic & *Bis quini dies*, Virg. Æn. 2, 126; *Bis ſeni*, Id. ecl. 1, 44; *Diebus bis ſeptenis*, Plin. 8, 36; *Bis denæ naves*, Virg. Æn. 1, 385. Prov. Δὶς κἀν τρὶς, τὸ καλόν, *Bis ac ter, quod pulchrum eſt*, ein gut lied mag man wol zween oder dreymal ſingen. *Bis pueri ſenes*, Varro, Plato & alii: alte leute ſind zweymal kinder. *Bis dat, qui cito dat*: & *Bis eſt gratum, quod opus eſt, ultro ſi offeras*, Publius. *Bis tanto amici ſunt inter ſe, quam prius*, noch eins ſo gute freunde. Plaut. Amph. 3, 2, 62. ¶ 2. Et latine dicitur *bis conſul.* Cic. Acad. Qu. 4, 5 *Flaminius poſtea bis conſul factus.* Id. de Amic. c. 11 *Bis una conſules.* Et Suet. Ner. c. 35 *Meſſalina Tauri, bis conſulis, abneptis.* Gruterus Inſcr. p. 171 n. 8 CENSOREM FECERE BIS. Sed tamen aliquid diſcriminis intereſt, quia *bis* utrumque honorem complectitur: *iterum* ſecundum per ſe reſpicit. German. *bis* zweymal; *iterum* zum andernmal.

¶ Bimus, *a*, *um*, duorum annorum, zweyjährig; ut, *Taurus unus anniculus, alter bimus*, Varro R. R. 2, 5. *Merum bimum*, zweyjährigen weins, Hor. 1 ode 19, 15. Cic. fam. 3, 8 *De hac quoque ſententia bima decedat*, hoc eſt, qua cenſuit, ut per duos annos provinciam adminiſtrarem. Sic *Bima lege*, Id. fam. 10, 24; *penſio*, Martial. 12 ep. 31.

¶ Bimulus, *a*, *um*, diminut idem. Catull. 17, 12 *Nec ſapit puer inſtar bimuli.* Suet. Cal. c. 8 *Prope bimulus perductus ab urbe.*

¶ Bimātus, *us*, m. duorum annorum ſpatium, zweyjahr. Plin. 5, 30

Neque bis bimatu longior vita. Varro R. R. 2, 5 *Castrare non oportet ante bimatum.* Macrob. Sat. 2, 5 *Herodes rex Iudæorum, pueros intra bimatum iussit interfici.*

¶ Bini, æ, a, je zween, beyde; numerale distributivum, significans *duo* non separatim, sed conjunctim intellecta. Ter. Phorm. 5, 3, 6 *Ex his prædiis talenta argenti bina statim capiebat*, hoc est, ex unoquoque prædio talenta duo. Singulis enim duorum vel plurium conjunctorum numerum eumdem distributiva adsignant, nisi quod poëtæ distributivis aliquando utuntur pro cardinalibus. Nonnunquam enim simpliciter accipitur pro *duobus*, & hic frequentius jungitur substantivis, singulari numero carentibus, ut, *Binas a te accepi literas eodem exemplo*, zween briefe gleiches lauts oder inhalts. Cic. fam. 10, 5. *Bina castra*, Val. Max. 1, 6, 2. *Binos codicillos*, Suet. Oth. c. 10. *Binæ hostium copiæ*, Cic. pro Lege Man. c. 4. Hoc elegans est: non autem perpetuum. Nam etiam *binas venationes, binas tabellarios*, &c. Cicero dixit. v. fam. 7, 1; & Att. 6, 1. *Bini reges*, Nep. 23, 7, 4. *Binæ aures*, Virg. Georg. 1, 172. *Binis annis*, Plin. 2, 8. Ovid. AA. 3, 764. *Nec quæ sint singula, bina vide*, Præceptum, ne ad ebrietatem bibere velis. vid. *Theba.*

¶ Binus, *a, um*, ling. pro duplex, est poëtarum, doppelt, zweyfach; ut, *binus honor*, Ovid. 4 Pont. 9, 64. *Bina supellex*, Lucret. 4, 453.

¶ Binio, *onis*, m. (ut *Ternio, Ternio*,) gr. δύας, ein paar; in lusu chartularum, ein daus, item genus monetæ apud Hegesippum lib. 3. Gloss. lat. gr. *Binio* δύασμος. *Biniones* δυάδια. Sic apud nos doppelthaler, doppelducaten.

¶ Bīnārius, *a, um*, gezwentes, ut ternarius, denarius &c. Sic *Binaria forma*, i. e. nummi binis aureis valentes, Lamprid. Alex. Sev. c. 39.

¶ Biceps, Bicolor, Bidens, Biennis, Bifariam, Bigemmis, Bilanx, Bilinguis, Bimaris, & alia plura cum *bis* composita inter simplicia sua potiora relata invenies: e. g. *Caput, Color, Annus, Fari*, &c.

¶ Biplex, *icis*, zweyfältig. Gloss. gr. lat. διπλᾶς, *biplex, duplex.*

¶ Combino, *are*, binos conjungere, paaren, zusammenfügen. Augustinus Confess. 8, 6 *Forte combinati spaciabantur.* Sidon. 9 epist. 8 *Obsequia combinante numeris æquata, non meritis.* Gloss. gr. lat. ζευγνύω *combino.* Gl. lat. gr. *Combinat* ζευγνύει συνάπτει.

¶ Combinatus, *a, um*, gepaart, apud Diomedem.

¶ Combinatio, *onis*, f. die zusammenpaarung. Gl. gr. lat. ζεῦξις κατὰ δύο *combinatio.* ¶ 2. Est & *combinatio* græce ἐπιζευξις, cum in oratione eadem dictio duplicatur; ut, *Me, me, adsum &c.* Virg. Æn. 9, 427.

¶ Subbini, æ, a, ut, *Subbina signa ecliptica*, i. e. alterna bina, Manil. Astron. 4, 839. v. Scalig. ad h. l. p. 329.

Bifaccium, vide *Saccus.*

BĪSALTÆ, *arum*, m. Macedoniæ gens fuerunt intra *Strymonem, & Ichnicum* sinum, Plin. 4, 10. Servius vero in illud Virg. Georg. 3, 461

Bisaltæ quo more solent, acerque Gelonus.

Bisaltas Scytharum vult esse populos, qui sanguine equino lacte permisto victitent. Sed haud dubie errat, quia Bisaltæ satis accurate in Æmilii Pauli oratione apud Livium 45, 29 describuntur, ut non longe a strymone abt sisse appareat.

¶ Bisaltica, æ, f. illorum regio. Livius 45, 29 *Trans Strymonem vergentia ad occasum, Bisalticum omnem cum Heraclea, quam Sinticen appellant.* ¶ 2. *Bisaltæ* eadem dicitur; ut, *Proxima Bisaltæ regio*, Val. Flacc. 6, 49.

¶ Bisaltis, *idis*, f. ira Theophane vocatur Bisaltidis filia, Ovid. Met. 6, 117. vid. Bur. conf. Hygin. fab 183.

Biselium, vide *Solle*, Bisetus, *Seta.*

BISON, *ontis*, & *bisontis*, m. βίσων, animal e boum silvestrium genere, jubarum prolixitate deformi, cervi figura, cornua habens inter aures media fronte, quod Sueci eleg sua lingua vocant, id est, ein wald-esel. Peucer. & Iber. *Bison minor*, ein vitter; major vero *bison urus* est, ein auer-ochse. Sed *Bisontes* ab *Vris* distinguit Seneca Hippolyto v. 64

Tibi villosi terga bisontes, Latisque feri cornibus Vri.

Vbi poëta *Vros* & *Bisontes* conjungit, ut unius generis animalia: nec aliter Martialis Spectac. libro, epigr. 23

Illi cessit atrox bubalus atque bison.

Nam *Bubalus* cum vulgo pro *Uro* dixit: de quo Plin. 8, 15, quod idoneis auctoritatibus Samuhis Exercit. Plin. p. 164 firmavit. Volunt nonnulli *Bisontem* apud Cæsarem de B. Gall. 6, 26 describi. Sed contra sunt allatæ Senecæ, Martialis, Plinii auctoritates; quibus Solinum quoque adjicere licebit c. 20. Et illa Cæsaris descriptio plane *Alci* convenit, quam *Equicervum* Albertus Magnus appellavit: nos vocamus ein elend. Perperam Oppianus 2 de Venatione, *bisontum* nomen a *Bistonide* regione Thraciæ ducit. Potius enim est ex Celtica voce *Wesont* vel *Wisant: Visontes* (quod in antiquis MStis libris inveniri docti observarunt) & *Bisontes*, appellatos: quæ conjectura Cluverii est 1 Antiq. Germ. c. 8. vid. de hoc animali Spanh. de usu & præst. num. Diss. 4 p. 2 seq.

Bispellio, vide *Pellis*, Bissenі, bissextus, *Sex* &c.

BISTON, *onis*, βίστων, Martis & Callirhoës filius, Bistoniæ urbis Thraciæ conditor, a qua *Thraces Bistones*, Plin. 4, 11; Lucan. 7, 569, ultimi scil. Thracum, auctore Seneca in Hercule Oet. v. 1042, & Thracia ipsa *Bistonia*, seu *Bistonis terra* dicta fuit. Sil. 2, 76 *Lunatis Bistones armis.*

¶ Bistŏnius, *a, um*, gentile, a Bistonibus ductum. Idem Sil. 1, 433

Quantus Bistoniis late Gradivus in oris.

Ovid. Met. 13, 430

Est, ubi Troja fuit, Phrygiæ contraria tellus, Bistoniis habitata viris. conf. Sen. Herc. fur. 226.

¶ Bistŏnis, *idis*, fœm. inde formatur. Adjective Ovidius epist. Paridis ad Hel. v. 344 *Et tuta a bello Bistonis ora fuit.*

Apud Horat. 2 od. 19, 20 Bacchus dicitur *nodo coërcere crines Bistonidum* (i. e. mulierum Thracicarum).

Bisulcus, &c. vide *Sulcus*, Bisultor, *Ulciscor*, Bithymum, *Thymus.*

BĪTHUS, *i*, m. nobilis gladiator, qui cum Bacchio congressus simul cum eo concidit. vide supra *Bacchius.*

BĪTHŸNIA, *æ*, f. Βιθυνία, regio minoris Asiæ, Thracum sua terra egressorum quondam sedes. Claud. in Eutrop. 2, 247

Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur.

Plin. L. 4 epist. 109 *Iulius Bassus fortissus Bithyniam rediit reus.*

¶ BĪthȳnus, *a, um*, adject. ut, *Bithyne civitates*, Plin. 10 epist. 109. *Bithyni equites*, Iuvenal. 3, 15. Absolute *Bithyni*, populus Bithyniæ, Tac. An. 12, 22 extr. *Accusantibus Bithynis.*

¶ Bithynicus, *a, um*, aliud adject. Vnde cognomen ejus, ad quem aliquot epigrammata Martialis scripsit; (Vide 2 epig. 26; 9 ep. 10 &c.) & Pompeji apud Festum & Sigonium.

BITIAS, æ, m. cum Pandaro fratre comes Æneæ in Italiam, a Rutulis cum fratre trucidatus. v. Virg. Æn 9, 672, & 11, 396. ¶ 2. *Bitias* inter proceres Didonis, Virg. Æn. 1, 742 &c. v. Drakenb ad Sil 2, 429.

BITITNSES, *ium*, m. pl. sic dicuntur, *qui peregrinantur assidue*, apud Festum, a *Bito.*

Bito, idem est ac *Beto*, quod supra cum compositis vide.

BĪTON, *ontis*, m. Argiæ lacerdotis filius, cui frater *Cleobis*; vide infra in C. *Cleobis*; & Martial. 2 epigr. 48.

Bituæ, vide infra *Tueor.*

BĪTŪMEN, *inis*, n. ἄσφαλτος, a πίττα *pix*, limus pinguis & sulfureus, (qualis in lacu Asphaltite Syriæ) liquidus tamen, fetter schwefel, jüdenteim, jüdisch berg-wachs, harz. Tac. Hist. 5, 6, 7. Vtuntur pro calce Assyrii & Chaldæi: hinc & Semiramis Babylonis muros bitumine struxisse scribitur. v. Plin. 35, 15; Vitruv. 8, 3; Iustin. 1, 2, 7; Curt. 4, 3, 2; & Servium in Virg. Ecl. 8, 82, qui ignem divinum bituminis nomine a poëta vult intelligi, quod illud ex sul nine procreetur; & propter fulminum frequentiam lacus circa Babyloniam illo abundare putat. Verius forte invertas, & ex bitumine copioso fulmina nasci dixeris.

¶ Bituminātus, *a, um*, geschwefelt; ut, *Aqua bituminata*, Plin. 31, 6.

¶ Bitumineus, *a, um*, schwefelicht. Ovid Met. 15, 350 de Ætnæ incendio: *Sive bitumineæ rapuant incendia vires.*

¶ Bituminōsus, *a, um*, idem: ut, *Bituminosi fontes*, Vitruv. 8, 3. *Carbones bituminosi*, stein-kohlen. Gesner.

BĪTŪRĪGES, *um*, m. Βιτυριγες, Galliæ Aquitanicæ populi Plin. 4, 19. Hi uno die viginti urbes incenderunt, ut Cæsarem commeatu & pabulatione prohiberent. v. Cæs. B. Gall. 7, 5 & 15. Eorum oppidum *Avaricum* fuit, cujus ibidem Cæsar meminit. ¶ 2. Lucanus singulariter protulit 1, 4: *Et Biturix longisque leves Axones in armis.*

¶ Biturīcus, *a, um*, adject. a Bituriges; ut, *Vincta Biturici generis*, Colum. 3, 9. *Vites Bituricæ fœcundius opimæ*; & mox: *Gessus meri Biturices*, Id. 3, 21.

Bivertex, vide *Vertex*, Bivira, *Vir*, Bivius, *Via*, Biurus, *Vrus.*

BLACTĔRO, *are*, blecken, ἀπο τῆς βλάκης, a voce ovium vel camelorum. Verbum est auctoris carminis de Philomela Ovidianis vulgo annexi v. 56 *Blacterat hinc aries, & pia balat ovis.*

¶ Obblactĕro, *are*, respondere modo importuno, wiederbellern. Prudent. Peristi. 10, 913 *Nil in Deorum obblacterauet dedecus.* al. *Blateraret*, de quo verbo vide paullo post.

BLÆSUS, *a, um*, βλωσός, qui difficili & impedita loquitur lingua, der mit der zunge anstößt, lispelnd. vid. *Balbus.* Ovid. Art am. 3, 294 *Blæsa lingua*, cujus vitium puellæ ibi dicuntur affectasse Id Amor. 2, 6, 24 *Reddere blæsa verba sono.* Mart. 10 epigr. 65 *Os blæsum tibi debilisque lingua est.* Adde Iuvenal. 15, 48. Cæl. Rhodiginus 13, 1 ex Aristotele tria vitiosæ linguæ genera observat; ἰσχόφωνον, τραυλόν, καὶ βλαῦον. Atque *Traulum* sive *blæsum* dici eum, qui literam aliquam, eamque non quamlibet, sed certam decenter pronunciare nequeat; *Pselum*, sive *balbum*, qui in enunciando literam præterit, aut syllabam. *Ischnophonum* vero latine dici hæsitantem, qui syllabæ syllabam cito connectere non possit. Quod si autem, velut in recessu oris, vox audiatur, id *Cœlosfoniam* nuncupari. Redit Cæliusc. 2 ad blæsum, & ait, a plerisque paralyticum dici: Alios *blæsum* accipere de eo, cui in exteriora sint obversa crura & prorsum assimilantia literam A. Quo ex vitio *Lamia* dicta fit Eerionis uxor, Cypseli Corinthii mater. Herodotus lib. 6 *Labda* scribit. ¶ 2. Est & *Blæsus* nomen viri apud Statium Silv. 2, 191 & de *Iario Blæso* vide Tac. Hist. 1, 59 &c.

BLANDIOR, *itus, sum, iri*, schmeicheln, sich freundlich stellen. Vox Ienæ ad pueliam ap. Ovid. Amor. 1, 8, 103 *Blandire meoque.* Cic. ad Qu. Frat. 2, 12 *Per se & per alios mirifice mihi blanditur.* Idem Acad. 4, 45 *Voluptas suaviter sensibus blanditur*, thut sanft und wohl. *Blandiri alicujus auribus*, Plin. 1 epist. 2 extr. zu oft allen reden. Nec dissimiliter Quintil. 10, 4 *Ne nobis scripta nostra, tamquam recentes fœtus blandiantur*, i. e. ne nimis placeant eo ipso, quod nostræ sunt. Tac. Hist. 2, 12, 1 *Blandiebatur cœptis fortuna*, das glück ließ sich anfangs sehr wohl an. De quo Publii mimus: *Fortuna cum blanditur, captatum venit.*

¶ Blandiens, *tis*. Iustin. 1, 4, 12 *In illo dulcis quidam blandientis risus apparuit.* Tac. Agric. 16, 4 *Blandientia vitia.* Eleganter Suet. Ner. c. 20 *Blandienti profecto proclive in jocum concipio:* id est, suaviter invitanti. Nempe significat, Neronem sibi jocum recte, quem in canendi arte feciffet, placuisse suaviter, atque sic gefallen prodire in scenam & ostentare.

¶ Blanditus, *a, um*, adject ἐπαγωγός, ut vereres Glossæ exponunt, schmeichelnd, liebreich, gefällig; ut, *Peregrinatio blandita*, Plin. 10, 83, i. e grata, jucunda, quæ principio abblanditur & arridet. Tibullus 1, 4, 71

Blandidis vult esse locum Venus ipsa querelis.

Propert. 4, 6, 72

Blanditæque fluant per mea colla rosæ

Verrius apud Priscia 8

- - - *Blanditusque labor molli curabitur arte.*

¶ Blanditim, adverb. idem. Lucret. 2, 173

Vt per res Veneris blanditim sæcla propagent.

¶ Blanditus, *us*, m. subst. die freundlichkeit. De complexu Venereo Lucretius l. c. ubi pro *blanditia* aliqui *blanditus* legunt, id quod sensus permittit.

¶ Blanditiæ, *arum*, f. süße, glatte schmeichel-worte, schmeicheley. *Blanditiis se in alicujus consuetudinem immergere*, Cic. pro Cluent.

c. 13; *nummulos extorquere*, Att. 1, 18; *flecti & capi*, Ovid. Heroid. 17, 91. *Blanditias alicui dicere*, Tibull. 1, 1, 72; *vendere*, Id. 1, 9, 77. Cic. de Amic. c. 17 *Benevolentiam civium blanditiis & assentationibus colligere turpe est.* Et c. 25 *Sic habendum est, nullam in amicitiis pestem esse majorem, quam adulationem, blanditias, assentationem.* Sic *Blanditiæ venales, tabernariæ*, vid. suis locis. Liv. 1, 9 *Blanditiæ maxime ad ingenium muliebre efficaces preces sunt.* Sen. 4 Qu. Nat. pr. *habent hoc in se naturale blanditiæ: etiam cum rejiciantur, placent; sæpe exclusæ, novissime recipiuntur.* Tac. Hist. 1, 15, 6 *Blanditiæ pessimum veri affectus venenum.* ¶ 2. Sed in singulari reperitur *blanditia*, quæ ἀρέσκεια Græcorum est, die gefälligkeit, etiam apud Ciceronem de Pet. Consul. c. 11; & de Amic. c. 25, verbis modo citatis secundum Gruter. & Gronov. Id. pro Plancio c. 12 *Blanditia popularis.* conf Propert. 1, 16, 16. Priscis Latinis etiam *Placentia* appellata & *Placor*, ut Casaubonus in Theophrastum περὶ ἀρεσκείας observat. Plaut. Bacch. 1, 1, 16 *Vitia nervus vestra est blanditia.* conf. Truc. 2, 2, 63; Et Cic. de rep. l. 4 ap. Nonium 3, 27.

¶ Blandities, *ei*, f. idem. Apul. Met. 9 p. 230 *Sermonis blanditie cavillatum deducebat puerum.*

¶ Blandimentum, *i*, n. quicquid blanditur, was wohl thut und annehmlich ist. Cic. pro Cæl. c. 17 *Multa nobis blandimenta natura ipsa genuit.* Liv. 2, 9 *Multa blandimenta alicui dare*, viel zu liebe thun. Plin. 2 epist. 19 *Blandimentis capi.* conf. Ovid. Met. 2, 815; & Petron. c. 141; Plin. 17, 13.

¶ Blandus, *a, um*, schmeichelhafftig, gar zu freundlich. Vet. Gloss. *Blandus, θωμὸς, δωμήσης, ἐπαγωγός.* Quare *blandus* est, qui flectendi habet vim, & deliniendi, quos velit. Sic apud Nepot. 7, 1, 3 *Alcibiades affabilis, blandus.* Cic. de Amic. c. 25 *Blandus amicus.* Horat. 1 Od. 12, 11 *Orpheæ blandum & auritas fidibus canoris Ducere quercus.* Id. 2 epist. 1, 135 *Cœlestes implorat aquas docta prece blandus.* Nim. huic nomini etiam in precibus deorum locus est. vid. Burm. ad Ovid. Her. 5, 60. Plaut. Casi. 3, 3, 21 *Blanda es parum.* Mantuan. 1 Parthen. *Blanda patrum indulgentia*, das verzärtelt der eltern. ¶ 2. Aristoteles 8 Nicomach. scribit ἀρέσκους vulgo appellari, quos ipse φίλους πολιτικῶς nominare soleret, eos scilicet, qui benigne & comiter cum omnibus versantur, veram amicitiam cum nemine colunt. Nec alii sunt, quos Latini *Blandos*: & Galli *Courtisans* appellant; Germani interdum, politisch. Cæterum nonnulli *blandi* sunt, non quidem ut grati sint, & placeant maxime; quam ut simplicitati aliorum illudant, qui *irrisores* appellati. Victorinus Iunior in Constantino; *Irrisor potius, quam blandus.* Ac tales veri parasiti sunt; exemplo Gnatho Terentianus est. Vid. infra in *Ridco, Irrisor.* Cic. ad Att. 12, 6 *Scis me minime esse blandum*, du weist, daß ich gar nicht heucheln kan. Comp. *Blandior soliro*, Ovid. Artis 2, 411. Et Plin. 1 epist. 8 *Medici salubres, sed voluptate carentes, cibos blandioribus alloquiis prosequuntur.* Superl. Ovid. Heroid. ep. 15, 27 *Blandissima carmina.* Petron. c. 126 *Oratione blandissima plenus.* ¶ 3. Plin. 9, 8 l. 9 de delphinibus: *Saltu*, quod est *altas blandissimum his, nullus conatur evadere*; ubi *blandissimum* est facillimum.

¶ Blandum, adverbialiter, liebreich. Petron. c. 127 *Delectata illa visa tam blandum.*

¶ Blande, adverb. id. schmeichelhafft; ut, *Amabo te, mi Attice (videsne quam blande?)* &c. Cic. Att. 16, 2. *Hominem blande alloqui*, Ter. Phorm. 1, 5, 22. *Fœmina blande tentata*, Ovid. Art. 1, 273. *Blandius petere*, Cic. de Orat. 1, 24. Et *Blandissime quem appellare*, pro Cluent. c. 26.

¶ Blanditer, idem. Plaut. Asin. 1, 3, 69 *Compellare blanditer*; & Pseud. 5, 2, 3 *Magis cogitu, faciter blanditerne alloquar.*

¶ Blandiculus, & Blandicellus, *a, um*, diminut. e. g. *Blandicella verba*, Festus.

¶ Blandĭdŭlus, *a, um*, diminut. occurrit in illo Hadriani dicto: *Animula vagula, blandula*, apud Spartian. c. 25. *Blandula* cognomen Sedaciæ cujusdam in vet. Iap. Murat. p. 51.

¶ Blandiculo, adverb. Apul. Met. 10 p. 252 *Blandicule respondere.*

¶ Blandificus, *a, um*, liebkosend. Plaut. Pœn. 1, 1, 10 *Nunc mihi blandificus es.*

¶ Blandĭfĭcus, *a, um*, ergötzend; ut, *Fax blandifica*, Mart. Capella lib. 9 p. 301.

¶ Blandifluus, *a, um*, lieblich; ut, *Blandifluæ uvæ*, Fortunat. Carm.

¶ Blandĭlŏquens, *tis*, idem; ut, *Oratio blandiloquens*, Laberius apud Macrob. Saturn. 2, 7.

¶ Blandĭlŏquentia, *æ*, f. die liebkosung. Cic. Nat. D. 3, 25 ex veteri poëta: *Ut ego illis supplicarem tanta blandiloquentia.*

¶ Blandĭlŏquus, *a, um*, freundlich mit worten; ut, *Vox blandiloqua*, Sen. Agam. v. 289. Plaut. Bacch. 5, 2, 54 *Vt blandiloqua est*: wie kan sie so gute worte geben. Conf. Paullin. 5, 91.

¶ Blandiloquentulus, *a, um*, diminut. apud Plautum Trin. 2, 1, 13 *Ab re consulit blandiloquentulus.*

¶ Blandiloquium, *i*, n. die schmeichel-rede. Augustinus epist. 19, 4 *In literis quæcunque posui, non me existimes infidioso blandiloquio posuisse.*

Composita cum præposit.

¶ Adblandior, *iri*, anlächeln, beliebig seyn, vulgus hoc compositio fæpe utitur absque auctoritate.

¶ Eblandior, *iri*, quod est blanditiis obtinere, erschmeicheln; ut, *Suffragia eblandiri.* Cic. pro Planc. c. 4. Et Capitoni suo ad Att. 12, 16 *Apud Plancum enitere, elabora, vel potius eblandire.*

¶ Eblanditus, *a, um*, erbettelt. Passive Cic. pro Planco c. 4 *Eblandita illa, non enucleata esse suffragia.* Paneg. Trajani c. 70 *Nec urbana conjuratione eblanditas preces, sed decreta allegat.*

¶ Interblandior, *iri*, darzu lächeln. Augustinus Confess. 9, 12 *Obsequiis meis interblandiens appellabat me pium.*

¶ Perblandus, *a, um*, valde blandus, überaus freundlich, höflich. Cic. ad Quint. fr. 1, 2 *Succeffiorem habes perblandum.* Liv. 23, 10 *Oratio perblanda ac benigna.*

¶ Perblande, adv. idem. Macrob. Sat. 1, 2 *Cum perblande salutavisset.*

¶ Præblandus, *a, um*, idem. *Tenuesque fovet præblanda vicissim Luna comas*, Strab. Gall. hort. præf.

¶ Subblandior, *iri*, sich anvettern. Plaut. Cas. 3, 3, 22 *Non matrovarum officium est, sed meretricium, Viris alienis subblandirier.* Id. Asin. 1, 3, 32 *Catulo meo subblanditur.*

BLANDŪSIA, *æ*, f. locus in agro Sabino, cujus fontem celebrat Horatius 3 od. 13.

BLAPSIGONIA, *æ*, f. βλαψιγονία, apum est morbus, quo fœtus deficiunt, wenn die jungen bienen nicht fort kommen; a βλάπτειν nocere & γόνος fœtus. Plin. 11, 19 *Sunt & operis morbi, cum favos non explent*, cleron *vocant, item* blapsigoniam, *si fœtum non peragant.*

BLASPHĒMIA, *æ*, f. βλασφημία, convicium, vituperatio, lästerung, gotteslästerung; ut, *Capti blasphemia monstri*, Prudent. Psych. v. 716. *Blasphemiam & Blasphemare* verbum in Græco etiam sermone proprie referri ad Domini injuriam, ex Menandro comico & Hierocle Pythagoreo ostendit Grotius ad Matth. 9 v. 3 & *blasphemare* sive βλασφημεῖν non semper esse, *maledicere DEO*: sed *arrogare sibi, quæ DEI sunt.* ¶ 2. Etiam contra homines *fieri blasphemiæ* dicuntur, Novell. auth. 77 c. 1 § 1. conf. August. de Mor. Manich. 2, 11. Vulg. Interpres sæpe usus est. v. Apoc. 13, 1 &c. ¶ 3. Si ex πλάσμα *figmentum* & φήμη *fama* vox componatur, scribendum *Blasphemia*, uti M. Aug. Henning in clave Lingv. Hebr. in Indice vocum Græcarum inserait πλασφημέω. Sed rectius malunt alii a βλαπτω *lædo* deducere.

¶ Blasphemium, *i*, n. idem, apud Commodianum Instr. 31, 7.

¶ Blasphēmus, *a, um*, qui blasphemat, lästernd; ut, *Blasphemus fatelles*, Prudent. Hymn. 1 Peristeph. v. 75. Substantive vide apud Tertull. de Resurr. c. 26. Hieronym. epist. 9 & Vulg. Interpr. Lev. 24, 14.

¶ Blasphēme, adverb. lästerlich, βλασφήμως.

¶ Blasphēmo, *avi, atum, are*, lästern. Hieronymus epist. 75 extr. *Diabolus nunquam plus, quam per os tuum deprehenditur blasphemasse.* Tertull. cont. Iudæos c. 13 *Nomen Domini blasphemant.* conf. Lev. 24, 16, &c.

¶ Blasphemans, *tis*. Hieron. in Ez. c. 37 *Scindunt vestes, qui audiunt blasphemantem.* Vulg. Iob. 15, 5 *Lingua blasphemantium.*

¶ Blasphematio, *ōnis*, f. die lästerung. Tertull. de cultu fœmin. c. 12 pr. *Optemus, ne justæ blasphemationis caussa simus*, h. e. ne Deus propter nos in gentibus blasphemetur, & propter vitam nostram.

¶ Blasphemābilis, *e*, lästerlich. Tertull. ibidem: *Quanto blasphemabile est, si, quæ sacerdotes pudicitiæ dicimini, impudicarum vitu procedatis cultæ aut expiste?*

BLASTUS, *i*, m. casiæ genus Dioscor. 1, 12. ¶ 2. *Blastus* nomen cubicularii, Act. 12, 20.

BLĂTĔRO, *āre*, est stulte ac percupide loqui, a Græco βλάξ; quod & de camelis dici solet, cum vocem edunt, ut Festus auctor est, viel unnütze worte machen, plaudern, plappern. Nonio 2, 79 *Blaterare* est confingere per mendacia. v. ibi exempla Afranii & Cæcilii. Horat. 2 Sat. 7, 36 *Equis audit, cum magno blateras clamore fugisque?*

¶ Blaterans, *tis*, plaudernd. Apul. Met. 8 p. 213 *Hæc & hujusmodi mutuo blaterantes.*

¶ Blaterātus, *a, um*, geplaudert. Apul. Apol. 1 p. 275 *Quædam futiliter blaterata.* Idem Met. 4 p. 153 *His & his similibus blateratis.*

¶ Blateratus, *us*, m. subst. das geplauder. Sidonius 9 epist. 11 extr. *Cujus abundante blateratu.* Mart. Capella p. ult. *Canini blateratus.*

¶ Blateratio, *ōnis*, f. idem Εαπλολογία. Apul. Met. 4.

¶ Blatĕro, *ōnis*, m. vaniloquus, inaniter loquax, ein wäscher, plauderer. Gell. 1, 15 *Veteres quoque nostri, hoc genus homines in verba provectos, Locutulejos & BLATERONES, & Linguaces dixerunt*, v. Scholiasten Horat. 1 Sat. 2.

¶ Blato, *onis*, m. idem. Vet. Gloss. *Blato* ματαιολόγος. Sed posset ibi & *Blatero* legi. ¶ 2. In Gloss. Isidori *Blato* est *cubicularius.*

¶ Blatio, *ire*, eadem notione qua *blaterare*. Plaut. Amph. 2, 1, 79; & Curc. 3, 82 *Nugas blatis.* Idem Epid. 3, 1, 13 *Tu mihi aliquid, aliquo modo alicunde ab aliquibus blatis.* v. Nonius 1, 210.

¶ Blato, sive Blatto, *are*, in Veteri Glossario legitur & exponitur φλυαρῶ. In alio Græco-Latino φλυαρῶ: *Arguto, Garrio, Blatto, Effutio.* Fortean ibi pro *Blatto, Blatio* legendum est.

¶ Adblatero, *are*, herplapperen; ut, *Affanias frustra adblaterantes*, Apul. Met. 9 p. 221 Elmenh. Aliter Pricæus & Iul. Floridus legunt. vide *Affaniæ* in *Aphanne.*

¶ Obblatero, *are*, vorplaudern, vide supra in *Affaniæ* sub *Aphannæ.*

¶ Deblatero, *are*, herplaudern. Plaut. Aul. 2, 3, 1 *Deblaterasti jam vicinis omnibus.* Gell. 9, 15 *Deblaterat multis versuum millibus.* vid. Fest.

¶ Deblteratio, *onis*, f. das geplauder, apud Apulejum.

BLATHEA, sive Blatea, *æ*, f. koth von schuhen. v. Festus & supra in *Balatrones.*

BLATTA, *æ*, f. insectum est lucem fugiens, ex humida materia natum, heimen, grillen. Virg. *lucifugas* vocat Georg. 4, 243. Plinius 29, 6 aliquot earum fecit differentias: *Molles*, μυλοίκας *mylæcos*, quæ circa molas nascuntur: Alias *fatore invisas*: aliæ dicuntur *virides*, σίλφαι, mehlwürme, brotwürme. ¶ 2. Est & aliud genus libris & vestimentis inimicum, schaben, motten. Martial. 6 epigr. 6 *Quum multi tineas pascunt blattasque diserti, Et redimunt soli carmina docta coci?* Horat. 2 Sat. 3, 118 *Cui stragula vestis, Blattarum ac tinearum epulæ putrescat in arca.* ¶ 3. *Blatta* etiam purpura sequioris ævi scriptoribus, a Græca voce βλάττειον, quod os anterius narium purpuræ, teste Actuario, significat. e. g. Sidon. 9 epist. 13 *Rutilas ferte blattas*, i. e. purpuram. Et Alcimus Avitus 4 v. 386 de Ninivitarum rege: *Pallia blattarum spreto diffibulat auro.*

¶ Blattea, *æ*, f. pro *blatta*; ut, *Serica blattea*, Fortunat. 2 poëm. 3.

¶ Blat-

Blatteus, *a, um*, purpureus, aus purpur. Eutrop. 7, 9 de Nerone: *Blatteis funibus* (retia aurea) *extrahebat*. Lamprid. Heliog. c. 33 vocat *fimes blatta & ſerico & cocco intortos*. Sic, *Tunicæ blattææ*, Vopiſc. Aurel. c. 46. conf. Sidon. 9 ep. 13; & 11 Cod. t. 7 l. 10.

¶ Blattiarii, *orum*, Cod. Theod. de Excuſ. artif. Lege 2 ſunt purpuram tractantes, purpurmacher. ¶ 2. Sed *Blattearius*, pro *bracteario*, ein goldſchlager, in Gl. gr. lat. πελαλεγός.

¶ Blattaria, *æ*, f. herba genus eſt verbaſci. Plin. 25, 9 & Matthiolo, eine art des wulfrauts, ſchabenkraut. Vide *Verbaſcum*.

¶ Blattarius, *a, um*, voll heimen oder grillen. Sen. ep. 86 *Blattaria balnea*, in quibus frequentes ſunt blattæ. Adde Lipſ. in Senec. qui *tenebroſa* interpretatur, quia blattarum genus lucem fugiat.

¶ Blattifer, *a, um*, der purpur trägt. Sidon. Apoll. 9 ep. 16 in ſubjuncto carmine Sapphico: *Blattifer ſenatus*.

¶ Blattoſericus, *a, um*, ſeiden; ut, *Pallium blattoſericum*, Vopiſc. Aurel. c. 45, ſicut ex prima editione legit Salmaſius, quem vide p. 388.

BLĂVIA, *æ*, f. urbs Galliæ, Blaye, Auſon. epiſt. 12, 6.

BLAX, *ăcis*, m. βλάξ, ſtolidus, qui ſe inaniter jactat, ein narr. v. Feſt. in *blateraret* & not. Dacerii. Gloſſ. gr. lat. *ἠνθρωπος, blax, ſimplex*.

BLECHNON, *i*, n. βλῆχνον, herba, quæ alias *filix*, farrenkraut. Plin. 9. Dioſcor. 4, 178.

BLECHON, *ōnis*, f. βλήχων pro γλήχων, ſilveſtre pulegium, wilder poley. Plin. 20, 14; Apul. de Herb. c. 92.

BLEMYES, ſeu Blemmiæ, m. pl. *Βλέμμυες*, populi fabuloſi in Æthiopia Plinio 5, 8, capitibus carentes, ore & oculis pectori affixis. Demtis fabulis de iisdem in confinio Æthiopiæ & Ægypti poſitis agunt Strabo lib. 17, Vopiſcus Probo c. 17, Zoſimus 1, 71. *Blemyas* vocat Claudianus in Nilo v. 19.

BLEMNĪTES, *æ*, m. lapis eſt metallicus *magnus & parvus*, coloris cinerei, ein groſſer und kleiner grauer alpſchoß. *Magnus* arenam, *parvus* terram in ſe continet, fœtentem & non fœtentem. *Candidus blemnites* lapidem in ſe continet nigrum & durum, optimique eſt odoris, non multum differentis ab odore albi ſuccini, gebrannter alpſchoß, der wohl reucht, quaſi uſtus eſſet, candet, Geſner. Reperiuntur hi *blemnitæ* omnes in foſſa Hildeshemii.

BLENNIVS, *i*, m. piſcis mugil. Plin. 32, 9 *Blenniorum cinis cum ruta*. Oppianus vocat *Belemnos*.

BLENNVS, *i*, m. βλέννος, mucoſus, rotzig; βλέννα enim mucus eſt. ¶ 2. Metaphorice pro ſtulto uſurpatur a Plauto Bacch. 5, 1, 2 *Stulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones*. Feſtus quoque in Plauti verbis de ſtultitia interpretatur. Imitatur Lipſius ad Dom. Baudium epiſt. (Cent. ad Germ. & Gall. ep. 51) *Proh Jupiter*, inquit, *blenni aliquot & buccones ad culmina honorum veniunt: meliora & altiora ingenia manent*. Blennus itaque, ein narr, phantaſt. ¶ 3. *Dentes blenni*, ſtumpfe zähne, v. Taubm. ad Plaut. Curc. 2, 3, 39, ubi I. Gruterus pro plenis legit *blennos*; quos & I. Wowerius exponit jejunio fœtentes. vide eum ad Sidon. 3 epiſt. 13.

BLĔPHĂRA, *æ*, f. βλέφαρα, flos Nymphææ, Dioſc. 3, 40. ¶ 2. *Blephara* ſupercilia; Hinc

¶ Blephăro, *ōnis*, m. ſuperciliоſus, ſeverus, ernſthafft, qualem judicem eſſe decet. Eſt nomen arbitri apud Plautum in Amph. Arg. v. 7 & ibi not. Gronovii, amtsgeſicht.

BLITVM, *i*, n. βλίτον, oleris genus inſipidi & fatui, mayer, factum putatur a Græco βλάξ, quod *ſtupidum* ſignificat. Plin. 20, 22 *Blitum ineris videtur, ac ſine ſapore aut acrimonia ulla. Vnde convicium fœminis apud Menanarum faciunt mariti*. Plaut. Pſeud. 3, 2, 26 *Apponunt rumicem, braſſicam, betam, blitum*.

¶ Bliteus, *a, um*, inſulſus, ſtupidus, tölpiſch, ungeſchickt. Plaut. Truc. 4, 4, 1 *Blitea & lutea eſt meretrix*. v. Erafmi Chil. & Nonium 2, 93.

BOA, *æ*, f. ſerpentis genus, a bubulo lacte, quo alitur, ſic dictum, ut Plinius auctor eſt 8, 14, eine unce. Aliter D. Hieronymus in Vita Hilarionis: *Draco*, inquit, *miræ magnitudinis, quos gentili ſermone* BOAS *vocant, ab eo, quod tam grandes ſint, ut boves glutire ſolcant, omnem late vaſtabat provinciam* &c. ¶ 2. *Boa* & *papularum morbus* dicitur Plinio 24, 28. Nomen inde eſt, quod ſimo bubulo tollitur, ut idem 28, 18 ſcribit; die maſern, rothe hitzblätterlein. ¶ 3. Et tumor crurum viæ labore collectus *boa* dicitur, v. Feſt. & ibi Scalig. & Dacerium.

Boatius, boatim, &c. quære *Bos*: & ibi Bobſequa in *Bubſequa*.

BOCĂ, *æ*, f. piſcis *a boando, id eſt, vocem emittendo appellatus*, Feſt. Sed eſt gr. βοαξ & βαξ apud Athenæum. ¶ 2. *Boccas dicunt etiam boves marinos quaſi boacas*: ita Iſidor. 12, 6.

BOCCHŌRIS, *is*, m. Ægyptiorum rex, de quo Plutarchus de vitioſo pudore p. 940 ed. H. Steph. taciturnitate hanc teſtatur jactatam fuiſſe fabulam, cum eſſet natura gravis & auſterus, ab Iſide illi aſpidem immittere ſolitam, quæ capiti circumvoluta ſuperne hominem inumbraret, ut oſtento territus non niſi de cauſa jam comperta & certis argumentis deprehenſa judicaret. Hinc exactum judicium vulgato proverbio βοκχόρεως κρίσις appellari cœpit, de quo idem Plutarchus in vita Demetrii & Suidas.

BOCCHVS, *i*, ſeu Bocchar, *āris*, m. nomen regum Mauritanorum, Liv. 29, 30; Salluſt. Iug. c. 19 &c. & Vellej. 2, 12; deque ejus ſævitia Plin. 8, 5. Tempore civilis Pompejani belli diviſum regnum erat, pars orientalis Bocchi; occidentalis Bogudis. v. Hiſt. Antiq. Cellarii p. 233. Claud. de Conſ. Honorii 4, 39 *Rabies Mauruſia ferro Cedit, & antiqui penetralia diruta Bocchi*.

BOCHO, *ōnis*, m. fatuus, Apul. Apol. 2 p. 206. Sed rectius legitur *Bucco*, de quo in *Bucca*.

BODO, *ōnis*, m. agri limes ſive terminus, quem convellere nefas, ein marck-ſtein, grentz-ſtein, vid. Pauli ſent. 5 t. 22, conf. *Botones*.

BOEBE, *es*, f. oppidum Theſſaliæ & palus Cretæ Strab. l. 9.

¶ Bœbēis, *idis*, f. lacus Theſſaliæ ad radicem Oſſæ. Lucan. 7, 176 *Ireper Oſſæam vapidus Boebeida ſanguis*. conf. Propert. 2 eleg. 2, 63; & Val. Flacc. 1, 449.

¶ Bœbēius & Bœbicius, *a, um*, gentil. Flacc. 3, 543; & Lucan. 6, 382.

BOEDRŎMIA, *orum*, n. pl. feſtum Athenis, ex eo inſtitutum, quod Xuthus Athenienſibus, quo tempore ſub Erechtheo rege ab Eumolpo Neptuni F. oppugnabantur, magno ſtudio tuliſſet opem. v. Suidas. At Plutarchus in Theſeo, ob victas a Theſeo Amazones menſe Boëdromeone *Boedromia* celebrata ſcribit. Nomen eſt ἀπὸ τῆς βοηδρομιῶνος, quod eſt *ſublato clamore, ut in pugna fieri ſolet, ſuccurrere*, teſte Heſychio.

BOEMIA, *æ*, f. Straboni *Bojæmum*, Tacito *Bojemum*, Vellejo *Bojohæmum*; vulgo hodie *Bohemia*, Böhmerland, das Königreich Böhmen. Fertiliſſima Germaniæ pars circa Hercyniam. Quam cum occupaſſent *Boii*, Gallica gens, ab novis incolis accepit nomen, atque retinuit etiam poſtquam pulſis Boiis, Marcomanni, deinde Slavicæ gentes occupaſſent, v. Cluver. Germ. Antiq. 3, 30. Quæ Cosmas in Bojemorum Chronicis de, neſcio quo *Boëmo*, ſeniore, unde terræ nomen, refert, fabulæ ſunt & meræ nugæ. Hinc

¶ Boëmi i. Bohemi, die Böhmen. Bohemicus, *a, um*, Böhmiſch.

I. BOĒTHI, m. βοηθοί; ab Imperatore adjutores ſcribarum dicuntur, gehülffen im ſchreiben, cancelliſten, copiſten; a βοηθεῖν, *juvare*, L. 4 Cod. de Tabulariis, ſcribis, &c. *Boëthos, logiſtas medographos, logographos* &c. *quæ vocabula publicis dicuntur ſubjacere neceſſitatibus*. ¶ 2. *Boëthus* ſculptor, Plin. 33, 12; & 34, 8. Inde &

¶ Boëthius, *ii*, m. non Boëtius, quemadmodum Alciatus admonet. *D. Severinus Boëthius*, vel, ut in multis vetuſtis ſcriptorum ejus habetur exemplaribus, *Anicius Manlius Severinus Boëthius*, Romanus ex nobiliſſima Torquatorum familia: Græce & Latine eruditus, qui philoſophiam cum oratoria profeſſione & poëſi conjunxit, atque honores ampliſſimos, Conſulatum etiam geſſit. Vixit ſub Zenone Imp. Sed a Theodorico Gothorum rege, ob neſcio quam ſuſpicionis & delationum cauſſam, Ticinum in exilium expulſus, libros ſuos *de Conſolatione Philoſophiæ*, qui ab aliis expoſiti hodie exſtant, in eo contexuit. Tandem vero creſcente Theodorici tyrannide ab eodem una cum ſocero ſuo Symmacho, ſupplicio ſupremo affectus eſt, anno Chriſti DXXIV. v. *Theodoricus*.

BOEOTIA, *æ*, f. Βοιωτία, Græcis regio inter Achaiam, Theſſaliam & Euripum, cujus metropolis Thebæ v. Cæſ. B. C. 3, 4. Dicta quondam fuit *Aonia* & *Mejapia* & *Cadmeis*: *Oggygia* etiam & *Hyantis*, a regibus *Oggye* & *Hyante*. Nomen *Bœotiæ* habet a *Bœo*, quo duce Cadmus in iſtum locum pervenit. Teſtis eſt Ovid. Met. 3, 10 *Bos tibi, Phœbus ait, ſolis occurret in arvis, Hoc duce carpe vias, & qua requieverit herba, Mœnia fac condas, Bœotiaque illa vocato*.

¶ Bœoti, & Bœoti, incolæ ejus regionis, *magis fimi tati corporis, quam ingenii inſerviunt*, ut Nepos ait 7, 11, 3. Eosdem ab Atticis craſſos, ſtupidos, ſtolidos, maxime ob voracitatem vocatos Plutarchus, Bœotus ipſe, auctor eſt, orat. 1 de uſu carnium p. 995 E. Horat. 2 epiſt. 1, 244 *Bœotum in craſſo jurares aëre natum*.

¶ Bœōtĭcus, *a, um*, adject. ut, *Auris Bœotica*: *Sus Bœotica*; *Ingenium Bœoticum*, *Ænigmata Bœotica*, &c. Vide de his omnibus Chiliad.

¶ Bœotus, & Bœotius, *a, um*, adjectiva alia apud Ovid. loco jam citato; & Metam. 12, 8 *Niſi æquora ſævi Invia feciſſent venti Bœotaque tellus* &c. conf. Lucan. 3, 174.

BŌGVS, *i*, m. Mauruſiorum rex, Antonii partes ſecutus, de quo Strab. lib. 8; Sil. 4, 151; & 5, 402.

Bohemia, vide paullo ante *Boemia*.

BOIÆ, *arum*, f. pl. vinculi cujusdam genus, collare, a βόειος *bubula*, quod ex corio bubulo olim fierent, bande, fetten, halseiſen. v. Feſt. & ibi Scalig. Plaut. Aſin. 3, 2, 5 *Carceres, numellas, pedicas, bojas, tortoreſque acerrimos*. Prudent. præfat. Pſychom. v. 33 *Attrita bojis colla liber erigit*. Idem Hymno martyrum Calagurritanorum v. 46 *Carcer illigata duris colla bojis impedit*. In ſing. ad collare quidem alludit Plautus Capt. 4, 2, 108 *Bojus eſt, Bojam terit*: ſed & ſignificat, Gallum cum Galla cubare; nam Boii ſunt Galli. v. ibi Taubm. & Gronov. Hinc ¶ 2. *Boja* regio forte Bojorum eſt in Gallia ap. Cæſ. B. G. 7, 14. Ita &

¶ Bojātes, *um*, m. pl. incolæ Vaſconiæ in Gallia. Hinc promontorium oſtiorum Garumnæ vocatur *caput Bojatum*, & depravatione Vaſconica *cap de Buzc*. Vrbs eſt *Bajona* quaſi *Bojona*: v. Scalig. Lect. Auſon. 2, 7 p. 108 & Tollii not. ad Auſon. p. 617. Nimirum

¶ Boii, *orum*, m. pl. Βόιοι, gens quondam Gallica, quæ Alpes transgreſſa in Ciſpadana regione Italiæ Gallicæ ſedem occupavit, Livio auctore 5, 35 infeſta Romanis, tandem ab eisdem ſubjugata. De origine gentis vid. Marcus Velſerus lib. 1 Rer. Boicar. Silius 4, 159 *Spiſſæque ruunt conferta per arma Vnde Bojorum*. ¶ 3. Germanica in Norico gens *Boji*, hodie *Bavari*, die Bayern.

¶ Boïcus, *a, um*, adject. Feſtus: *Boicus ager dicitur, qui fuit Bojorum Gallorum, Is autem eſt in Gallia circa Alpes*, &c.

Boo, *boare*, vide *Bos*.

BŌLA, *æ*, f. gemma, Plin. 37, 10. ¶ 2. Non ita nobile Italiæ oppidum, *Bola*, cujus mentio apud Virgilium fit Æn. 6, 775. Inde

¶ Bolānus, *a, um*, adject. apud Plin. 3, 5. vid. Sigon. ad Liv. 4, 49 pr. ubi *Bolani* f. *Volani Æquorum gentis populus* vocantur. vid. etiam *Bovillæ* in Bos. ¶ 2. Fuit & inter cognomina Romana. Namque Horatius cujusdam Bolani mentionem facit 1 Sat. 8, 10. Celebratus & Hiſtoricis eſt. ¶ 3. *M. Vectius Bolanus* 10 legionis legatus, qui ſub Corbulone militavit in Perſia, de quo Tac. An. 15, 3. Deinde præfuit Britanniæ, de quo idem Hiſt. 2, 65 & 97 it. in Agric. c. 8. Ejus laudes, ſed nimias, & autore verum apud Statium habes lib. 5 Silv. 2, quam ad Criſpinum filium ejus ſcribit: ubi & Aſiæ præfuiſſe auctor eſt.

BOLBĬTVM, *i*, n. βόλβιτον, ſimus bubulus, fuhmiſt, Plin. 28, 17.

BOLCHVM, *i*, n. βολχόν, idem ac *Bdellium* Dioſc. 1, 17.

BŎLE, *es*, f. gr. βολή *jactus*, a βάλλω *jacio*. Vnde Latine multa derivata & compoſita. ¶ 2. *Bola* vide *Bovillæ*

¶ Bŏlis, *idis*, f. βολίς, *cataporates* Lucilio, *linea* Plauto, perpendiculum nauticum, id eſt, pondus funiculo adfixum: quo profunditatem maris perten-

pertentant nautæ & explorant, der bleywurf, das lot, senckblen; dicta a βάλλω, id est, *mittendo*. v. Math. 27, 18. ¶ 2. Sunt & *Bolides* βολίδες, hastæ missiles, & trajectionum genus, lampades videlicet non priore tantum ardentes parte, sed integræ, brennende stäbe oder strich in der luft. Plin. 2, 26. vide Physicos de Meteoris. ¶ 3. Hodie *bolides pyriæ, ignitæ* vel *ardentes*, granaten, ragveten.

¶ Bŏlus, *i*, m. prima brevi, βόλος, *jactus*, fcil. aleæ, tesserarum, talorum, retis piscatorii, ein wurff. Plaut Curc. 5, 2, 13 *Si vis tribus bolis*, fcil. *ludamus*. Id. Rud. 2, 3, 30 *Nimis lepide jecisti bolum*. Sic *bolo aliquem tangere* est circumvenire, fallere, bevortheilen, betrügen. Plaut. Pœn. prol. v. 101 & Truc. arg. v. 3. Auson. Prof. 11, 26

Omnes, qui fuerant, enumerasse bolos.

¶ Bŏlŏter, ēris, m. βολητήρ, rete sive instrumentum aliud, ein fischer-netz, si audimus Gruterum & Casaubonum ad illud Treb. Pollionis in Claud. c. 17 *Misi boletera halieuticum*. Sed vide mox *Boletar*.

¶ Abŏlus, *i*, m. ἄβελος, pullus, qui nondum illos dentes emisit, ex quibus, in equis præsertim, ætas dignoscitur, ein junges füllen. Bud.

¶ Amphibŏlia, *æ*, f. ἀμφιβολία, ἀμφίβολον, ambiguitas in scripto vel voluntate, eine zweifelhafte, zweydeutige rede; ut, *Testamento quidam jussit poni statuam auream hastam tenentem*: ubi vel de statua, vel hasta aurea dubitari potest. *Acuta amphibolia*, Cic. fam. 7, 32. Amphiboliæ fuerunt oracula pleraque; ut:

Ajo te Æacida Romanos vincere posse. Item:
Cræsus Halym penetrans magnam pervertet opum vim.

Ex his primum Pyrrho, alterum Cræso datum memorat Cicero Divinat. 2, 56. Adde Aur. Vict. de Vir. ill. c. 35; & Quintil. 7, 9. Latine dicitur *Æquivocatio*.

¶ Amphibŏlŏgia, *æ*, f. ἀμφιβολογία, per syncopen pro ἀμφιβολολογία, idem apud Isidorum 1, 33 & Mart. Capella 5 p. 149.

¶ Amphibŏlus, *a, um*, ἀμφίβολος, ambiguus, anceps, zweydeutig; ut, *nomen amphibolum*, Mart. Capella l. c.

¶ Amĭcŏle, *es*, f. ἀναβολή, amictus, pallium, ein kleid, mantel. v. Athen. lib. 7; Synes. epist. 52. ¶ 2. Est dilatio s. rei gerendæ in aliud tempus rejectio. v. Suid.

¶ Anabŏlicus, *a, um*, ἀναβολικός, vestiarius, ad amictum pertinens; ut, *Anabolicæ species*, Vopisc. Aurel. c. 45. v. Salmas. p. 368. Turnebus Adverf. 18, 17 legit *Embolicas*, & interpretatur certum tributi genus ex Ægypto transvecti.

¶ Anabŏlium, *i*, n. ἀναβολάδιον, *amictorium lineum fœminarum, quo humeri operiuntur, al. fmdon*, ein mäntelgen, ein groß halstuch. Isidor. 19, 25.

¶ Catăbŏlum, *i*, n. κατάβολον, Græcis, ut Suidas docet, est navale, sive emporium, eine niederlage, da man auspacket. ¶ 2. In Actis Marcelli Papæ & Martyris, per Marcellum conscriptis, pro *Catabolum* vitiose ponitur *Catabulum*, & denotat stabulum, in quo feræ vel ad mansuetudinem vel ad crudelitatem in bestiarios erudiebantur. Vi originis a καταβάλλω, *dejicio, deorsum jacio*, est locus, ubi desuper aliquid jacitur. Hinc &

¶ Catabolensis, *is*, m. ein abläder. Ita accipi potest in loco Cassiodori 3 Epist. 10 *Marmora, quæ de domo Pinciana constat esse deposita, ad Ravennatem urbem per Catabolenses vestra ordinatione dirigantur*. Idem 4 epist. 47 *Quinquaginta solidorum mulctam jam non veredarius, sed catabolensis incurrat*. Nondum satis constat, quo sensu vox accipi debeat in rubr. C. Theod. de pist. & Catabol. l. 14 tit. 3. vid. ICtos & Voss. Etym. p. 117.

¶ Catabolicus, *a, um*, καταβολικός, der einen niederwirft. Tertull. de Anima c. 28 *Scimus Magos elicere expturandis occultis per catabolicos & paredros & pythonicos spiritus*; ubi Turnebus Adverf. 26, 21 per *catabolicos* intelligit infaustos genios, sæpe eum, in quo sunt, prosternentes ac dejicientes per furorem. Conf. Voss. l. c. & Salmas. in Aug. p. 40.

¶ Diăbŏlus, *i*, m. διάβολος, calumniator, criminator, ein verläumder; a διαβάλλω, *calumniari*. ¶ 2. In sacris literis ita dicitur, qui *Satan* Hebræis: unde & *Diabolum* Budæus *adversarium* exponit. Congruit enim utrumque nomen malitiæ pessimi Spiritus. *Operis nomen, non naturæ*, juxta Augustinum. Tertullianus Apol. c. 24 scripsit, in Norico Germaniæ cultum fuisse quondam idolum, cui *Tibileno* nomen fuerit, der teufel. Laudasse eum publice Witebergæ dicitur Io. Brunus, natione Italus. Quod tamen negat Chr. Aug. Heumannus Act. philos. T. 2 p. 390 sq. & alias. Chrysolog. Serm. 155 *Nemo cum diabolo jocatur impune*. ¶ 3. *Zabulus* pro *Diabolus* v. infra in *Z*.

¶ Diabolicus, *a, um*, teuflisch. Ambros. epist. 82 *Diabolico studio invident aliorum operibus bonis*. Paulin. Nol. epist. 29 (ver. ed. 10) c. 11 *Gravi seditione diabolicis facibus inflammata*.

¶ Ecbŏle, *es*, f. ἐκβολή, haud dubie jaculum est, ein wurfpfeil; ut, *Ecbolas quassant*, Pacuv. ap. Varr. L. L. 6, 6, i. e. ejiciunt.

¶ Ecbŏlia, *orum*, n. Ecbolinæ, *arum*, f. & Ecbolides, *um*, f. pl. ab ἐκβάλλω, *ejicio*, medicinæ ejectrices, quibus infantes in utero mortuos medici expellunt, quæ & *phthoria* dicuntur.

¶ Ecbolas, *ădis*, f. ἐκβολάς, vitis prodigiosa, de qua Plin. 14, 18 *Ægyptus & ecboladia habet abortus facientem*.

¶ Embola, *æ*, f. ἔμβολή, transvectio mercium, quæ in naves injiciuntur, die zufuhr; ut, *Felix embola*, l. 10 C. de SS. Eccles. *Sacra embola* solennis transvectio frumenti, quæ ex Ægypto Constantinopolin quotannis fiebat. Nov. 163 c. 2.

¶ Embŏlicus, *a, um*, transvectus, zugeführt. v. ex Vopisco *Anabolicus*.

¶ Embŏlum, *i*, n. ἔμβολον, & Embolus, *i*, m. ἔμβολος, paxillus, cuneus & omne id, quod inditur immittiturve in rem aliquam, ein pflock, zapfen, stümpfel oder stopfel. Sic in machina hydraulica *Embolus* ultro citroque ductus aquam attollit, de quo Vitruv. 10, 12. conf. ibi Italæ Lect. p. 43. Sic *Embolum* rotæ prægitur ne excidat, die lefze, eher iehp. v. Gloss. gr. lat. ¶ 2. *Embolum* pars adunca & arcuata in naui, Latinis alias *rostrum*, der schiffschnabel. Petron. c. 30 *Fuscum trium partium quasi embolum navis aneum finie-*

bat. Fr. Pithœi Collectanea ibidem: τὸ χάλκωμα τὸ περιτιθέμενον κατὰ τὴν πρῳραν.

¶ Embŏlium, *i*, n. ἐμβόλιον, quicquid in scenam ridiculi obiter immittitur, ut introductio saltatorum vel psaltriarum, kurtzweil, narrenspiel, nachspiel. Cic. pro Sext. c. 54 *Omnia fororis embolia novit*, ihre lächerliche possen. Id. ad Q. fratr. 3, 1, 7 *Mirificum embolium cogito includere*, i. e. insertum quoddam jucundum, partem ab argumento proposito sejunctam.

¶ Embolĭarius vel Embolārius, *a, um*, ad ludicra intermiscenda paratus, poßirlich; it. ein possenreisser; ut, *Emboliaria mulier*, i. e. scenica, Plin. 7, 48. v. Scalig. in Manil. 5, 27, & Salmas. in Hist. A. p. 384. ¶ 2. Nic. Alemannus ad Procopii anecdota c. 9 p. 53 putat dictam ab ἐμβολοις, i. e. porticibus, a quarum fornicibus *fornicariæ mulieres* dictæ sint. Omnes autem scenicas fuisse etiam fornicarias. Sed probari nequit 1) ἔμβολον etiam Plinii ætate significasse porticum; 2) scenicas omnes fuisse fornicarias. v. Harduin. ad Plin. l. c. emend. 132; ubi etiam Scaligeri sententiam contra Salmasium tuetur.

¶ Embŏlismus, *a, um*, Embolimæus, *a, um*, & Embolismālis, *e*, ἐμβόλιμος, ἐμβολιμαῖος, intercalaris, insertus, eingeschoben; ut, *Mensis embolismus*, qui intercalatur. *Dies embolismalis*, qui quarto quoque anno Februario suppletur. *Annus embolismalis*, qui tredecim est lunationum, ut loquuntur, ein jahr das dreyzehen mondenschein hat. vid. Scalig. lib. 1 de Emend. temp. Ausonius Eclog. de rat. dier. v. 13

Mense Numæ extremo nomen capit embolimæi.

¶ Embŏlismus, *i*, m. ἐμβολισμός, *intercalatio*; quæ insertio est vel diei in mensem, vel aliquot dierum in annum, das einschieben oder miteinrechnen eines tages oder mondenscheins. Vide Solin. c. 1 & Macrob. Sat. 1, 13 & Meursium ibi ac Gronovium, qui Ἐμβολιμος, demto Sigma, malunt. conf. & Salmas. in Solin. p. 14.

¶ Eubŏlus, *i*, m. εὔβολος, jactus in alea felicissimus, der beste wurff im spiel; alias dictus *Venereus* Cic. de Divin. 1, 13. conf. Pollux 9, 7.

¶ Eubolion, *i*, n. dictamnus, poley. Apul. de Herb. c. 62.

¶ Hўpербŏle, *es*, & Hyperbŏla, *æ*, f. ὑπερβολή, Latine *excessus*, formula orationis est, veritatis fidem excedens, übermaß. vid. Cic. Top. 10. A Fabio 8, 6 p. 751 vocatur *ementiens superjectio*. Sen. Benef. 7, 23 *Nunquam tantum sperat hyperbola, quantum audet*. conf. Isidor. 1, 36. An sit communis Troporum affectio, disquirit Corvinus in Dub. Rhetor. fasc. 8 dub. 4. An mendacii species, Hackspan. Miscell. p. 202 seqq. qui hyperbolicas locutiones etiam in sacris occurrere ostendit. v. Voss. 4 Instit. Orat. p. 229 seqq. Quintil. 8, 6 *audaciorem* vocat *ornatum*; ut, *Fugit ilicet ocior Euro*, Virg. Æn. 8, 223. Et lib. 7, 808 de Camilla:

Illa vel intactæ segetis per summa volaret
Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas &c.

¶ Hyperbŏlus, *i*, m. homo apud Athenienses improbissimus, & mirum in modum appetens litium. Meminit ejus Cic. in Bruto c. 62. Hinc adagium: *ultra Hyperbolum*. ¶ 2. *Hyperbolus* etiam apud eosdem lapis dictus, qui collis noxiorum aquis submergendorum suspendebatur, ut est apud Aristophanem. v. Cæl. Rhodig. 16, 21.

¶ Hyperbŏlicus, *a, um*, adject. übermäßig; ut, *Hyperbolica instrumenta*, Sidon. 7 epist. 2.

¶ Hyperbolice, adverb. ὑπερβολικῶς, id. Græce Cic. ad Att. 5 ep. ult. *Non ὑπερβολικῶς, sed verissime loquor*. Adde 6, 2.

¶ Metăbŏle, *es*, f. μεταβολή, mutatio, commutatio. Hinc

¶ Antimetabole, *es*, f. ἀντιμεταβολή, i. e. mutatio ex adverso, fcil. sensus & verborum: e. g. *Esse oportet, ut vivas, non vivere, ut edas*, Aut. ad Herenn. 4, 28. v. Quintil. 9, 3. Isidor. 2, 21; & Voss. Rhet. P. 2 p. 404.

¶ Mŏnŏbŏlon, *i*, n. μονόβολον, ludus, quo jactu se exercebant & certabant, Justin. in Cod. l. 3 tit. 43 l. 3.

¶ Parăbŏla, *æ*, f. παραβολή, similitudo, comparatio, Cicero *collationem* vocat, ein gleichniß. De ejus usu Quintil. 5, 11. conf. 6, 3 & 8, 3. Eleganter Seneca epist. 59 *Parabolæ necessariæ, ut imbecillitatis nostræ admicula sint, & ut discentem & audientem in rem præsentem inducant*. Adde Tertull. de Orat. c. 6; & de Præscript. c. 31; Isidor. 1, 36 & 6, 8. Παραβολὰς plurimas in Evangelio Christus attulit, quod tum vulgo essent usitatæ: inprimis Palæstinis, ut monuit Hieron. in Matthæi c. 18.

¶ Parabŏlicus, *a, um*, verblümt, apud Ecclesiasticos. Vnde

¶ Parabolice, adv. ut, *Parabolice & figurate dictare*, Sidon. 5 epist. 17 ext.

¶ Parabolus, *i*, m. παράβολος, ad audendum projectus, ein wagehals. Hist. tripart. 11 *In amphitheatro cœpit clamare populus, crudeli bestiæ artifex parabolus pugnet*. v. Turneb. Adv. 13, 23.

¶ Parabolānus, *i*, m. *ad curanda debilium ægra corpora deputatus*, ut definit lex 17 C. de Episc. & Cler. ein krancken-wärter. Sic dictus olim, quod suæ salutis immemor periculo sese ultro exponeret. Tales, qui in lue pestifera se totos aliis curandis addicunt, pestverordnete.

¶ Periböle, *es*, f. περιβολή, ambitus, variegatus, & inflexus sermo apud Hermog. periodus, ein umschweif.

¶ Peribolus, *i*, m. περίβολος, septum, vallum, eine schantze, wall, bollwerck. Vulg. Interp. Ezech. 42, 7. Capitur etiam pro corona domus, quæ *Lorica* est Vitruvio 2, 8, das geländer um das flache dach eines hauses.

¶ Prŏböle, *es*, f. προβολή, prolatio, emissio, editio, die hervorbringung, schaffung. Tertull. Præscr. adv. Hæret. c. 46 *Infinitæ angelorum editiones & probolæ*. Id. adv. Praxean c. 8 *Cognosce probolen veritatis*; ubi ipse exponit *prolationem rei alterius ex altera*.

¶ Symbŏla, *æ*, f. & Symbolum, *i*, n. συμβολή & σύμβολον, a συμβάλλω, *confero*, vulgo male confunduntur, quum longe distincta sint. If. Casaubonus Animadv. in Athenæum 3, 31 συμβολή, inquit, *est collatio eranistæ ad convivium: quisque enim quod ad mensam erat, conferebat. Ex partes dictæ συμβολαὶ & convivium hujusmodi ἔρανος, vel ὄπνον ἀπὸ συμβόλου. Mutato vero genere συμβολον vocabant annulum, vel quidvis aliud arrhæ loco solitum dari ei sodalium, qui jubebatur*

cænam parare. Ter. Eun. 3, 4, 1 Heri aliquot adoleſcentuli coiimus in Piræo. In hunc dieni ut de ſymbolis eſſemus. Chæream ei rei præfecimus: dari annuli. Locus, tempus conſtitutum eſt. *De hoc annuli agit Iosephus* Plin. 33, 1 Celeberrimi annuli unus &c. *Non ſolum autem annuli continentur appellatione contrariorum, ſigna alterius quidque arrhæ loco dantur* &c. *Quia & reſpectu ſymbolorum in contrariis uſus, loco præſentis pignoris, ſumitur. Sic apud Theophraſtum in Charact. ab eo, qui fecit, i. q. ſine, quod ludis & lucrionibus impendentur, ponere ſolebat. Ex quo excellentur σύμβολον. De his ſymbolis accipiendum Iſidori illud* 5, 24. Veteres *quando* aliquid ſibi promittebant, ſtipulam [illegible] quam iterum jungentes ſponſiones ſuas agnoſcebant. *Ut teſſeram ligneam, qualis olim fuit, interdum [illegible] ſpitalitatis colebant inter ſe. Plautus imaginem [illegible] ſimilem uſum refigiam vocat* Symbolum; *ſed [illegible]* 2, 2, 57. Hæc Canab. v. & Henr. Stephanum de [illegible] Græce & latine c. 1, ubi docet *Symbolas* Latinis dici, collectas ſeu [illegible], quæ ab iis, qui communi ſumtu erant una cenaturi, [illegible] ntur, non *Symbola*, das geſammlete ſchmaus- und zech-geld, die vereore. Latine Cic. de Orat. 2, 57 *Ego vero, inquit ille, quoniam collectam a convivis, Craſſe, exigis* &c. Sic *Symbolam dare*, Ter. Andr. 1, 1, 61 das geld zum ſchmaus oder ſeine portion erlegen. *Symbolarum exactor* qui colligit, der ſeccelmeiſter, Plaut. Cure. 2, 1, 13. ¶ 2. Tralate de plagis in dorſum conferendis a piratibus. Idem Epid. 1, 2, 22 *Paratæ jam ſunt ſcapulis ſymbolæ.* conf Strch. 3, 1, 25.

¶ Symbolum, *i*, n. σύμβολον, (ut nunc de eo ſermonem agamus) quemadmodum ex jam dictis liquet, eſt annulus & omne id, quod in rei proinde fidem pignoris vel ſigni loco confertur, ein pfand, unterſpand, merckzeichen. Plin 33, 1 *Annulum priſci magnum vocabant: Poſtea & Græci & noſtri ſymbolum.* Hinc in ipſa eccleſiæ doctrina externa ſigna rerum occultarum & cœleſtium *Symbola* dicuntur: ut *aqua* Baptiſmi, *panis* & *vinum* S. cœnæ. ¶ 2. *Symbola* dicuntur vulgo hodie vel apophthegmata, vel dicteria; vel adagia, vel dicta quæcunque implicita, ſed allegorica, quæ homines magni & eruditi ſemper nacent in ore, leid- wahl- und ſendſprüche. Quemadmodum Cicero ſcribit ad Qu. frat. 3, 5 ſe a puero adamaſſe illud Homeri: *ἀεὶ ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων*, h. e. *Semper optime agere aliisque præſtare.* Ejusmodi ſymbola ſunt: σπεῦδε βραδέως, Auguſti; *Pro lege & pro grege*, Alphenii. *Symbola Pythagoræ* vide in initio Chil. Erasmi. ¶ 3. *Symbolum* porro Græci, proprie in dictum ac telleram notat, quo vel milites dignoſcuntur ab hoſtibus, vel in pactis conventisque loco tabellarum ac ſyngraphorum adhibentur, ipſæque adeo ſyngraphæ, die inſigne, das wort, wahrzeichen. Sic Plaut. Bacch. 2, 3, 29 *Homini exemplo oſtendit ſymbolum, quod tute dederas.* Sic *Symbolum conſignare, obſignare*, die handſchrifft machen. Id. Pſeud. arg. v. 2: & 4, 6, 30. vid. Lucian. T. 1 p. 425 Grav. ubi recenſet Æacus, mortuos ſibi a Mercurio tradendos *ad ſymbolum* a Parca ſibi præmiſſum. Poſſis igitur *ſymbolum* etiam dicere die poſtcharte, aut quemcunque indiculum, ad cujus præſcriptum exiguntur ab aliquo res, quas perferendas accepit. ¶ 4. Denique *Symbolum* publica fidei confeſſio eſt, qua genuini cœleſtis doctrinæ confeſſores & invicem agnoſcuntur, & ab heterodoxis diſcernuntur, etin glaubens-bekenntnis. Varias vocis origines collegit & examinavit Voſſius differt. de Tribus Symb. c. 9 §. 16 ſeqq.

¶ Symbolus, *i*, m. σύμβολος, etiam; ro nota & libello chirographo, ein feuangzeichen, handſchrift. Plaut. Pſeud. 1, 1, 55 *Qui eps* (ſcil. expreſſæ ex annulo imaginis) *afferret ſimilem ſymbolum.* Id. Bacch. 2, 3, 32 *Symbolus adulterinus.* conf. Pſeud. 2, 4, 4 &c. item 2, 2, 57; & 4, 7, 15. Sic & Iuſtin. 2, 12, 2 *Symbolos proponi curat.*

¶ Symboleus, *a, um*, συμβολικός, figurativus, figürlich.

¶ Symbolice, adverb. i. e. allégorice, bildweiſe. Gell. 4, 11 *Operte atque ſymbolice.*

¶ Symbolium, *i*, n. diminut. Hier. ep. 28.

¶ Aſymbolus, *i*, m. ἀσύμβολος, qui a ſymbola immunis eſt & liber, qui nihil in medium confert, der nichts beyträgt, gefreyt. Fer. Phorm. 2, 2, 25 *Tene aſymbolum hominem venire atque lautari &c.* Dicitur *immunis.* Horat. 4 od. 12, 23 & Gellio 6, 13.

Bolenia, vide *Bolia*, bolerum, *Boletum.*

BOLETVS, *i*, m. βωλίτης, Latinis ex optimis illis, qui eſui ſunt, ein bilz, ſchwamm. meliperbi Indici [illegible]. *Tuber Cupræ Tulli Sabinæ HS. ducentis emavit pro alimento, in quo boleti, & pomi lac, & oſtreæ, & turdi cum vino indigerant*, Suet. Tib. c. 42 *Boleto mortiferi* Cæſar Claudius ab Agrippina conjuge interfectus eſt, Suet. c. 44 & Tac. 12, 22. Hinc eſt, quod Nero ap. Suet. c. 33 boleto *deorum cibum* vocavit, ad ἀποθέωσιν Claudii reſpiciens. Martialis epigr. 21 *Hic mihi, quis furor eſt turba ſpectante vocata Solus boletos, Cæciliane, voras? Quid dignum tanto mandique galeque precabor? Boletum, qualem Claudius edit, edas.* conf. Iuven. 5, 147.

¶ Boletar, *aris*, vel Boletarium, *i*, n. vaſis genus, in quo boleti apponebantur, unde nomen. Poſt pro quolibet eſcario vaſe uſurpari cœpit. Id quod ex Martialis 14 epigr. 101 liquet: *Cum nihil boleti dederint tam nobile nomen, Prototomis, pudet heu! ſervio cauliculis.* Titulus epigrammatis, *Boletaria*, pluralis numerus eſt, ſecus ac quidam pro [illegible] venditant. Apicius 2, 1 *Examinatio in boletari.* Sic ibi legendum, non *volutari*, quod nihil eſt. Theb. Pollio Claud. 17 *Boletar hellaticum argenteum librari in XX.* Halieuticum, cui cælo inſculptus piſcator erat, uti Salmaſius interpretatur, quem videas.

¶ Bolites, *æ*, m. ex Græco βωλίτης, idem ac *Boletus.* Plin. 21, 26 *Lychnidis radicem Aſiani boliten vocant.*

Bolis, *idis*, vide *Bole.*

BOLONA, *æ*, m. taberna cetaria: deinde redemtor tabernæ hujusmodi. Vide infra in *Cetarius*, ſub *Cetra*, ex Donato & Ispia. Gloſſ. lat. gr. *Bolonæ*, μεταπῶλαι, παραθαλάσσιοι, marcktleute. In Gloſſ. Iſid. *Bolonæ cetarii, qui diversa genera piſcium vendunt*, fiſch-händler.

BOLVS, *i*, m. prima longa, βῶλος, i. e. *glebæ*; ite offa, buccella, & metaphorice præda, i. emolumentum, ein biſſen, nutzen, vortheil; ut, *Bolum e faucibus eripere*, i. e. commoditatem aliquam intervertere & præripere, Ter. Heaut. 4, 2, 6, den biſſen für dem maul wegnehmen, das brodt aus den zähnen reiſſen. *Dare alicui grandes bolos*, gute broccken mittheilen, Plaut. Perſ. 4, 4, 106. *Hoc ego te muldabo bolo*, Id. Truc. 4, 3, 70. *Vt ad hanc bolum pervenias*, Varro R. R. 3, 2. *Magnum bolum deferunt aëris*, ibid. 3, 14, groſſen genuß. ¶ 2. *Bolus*, prima brevi, cum compoſitis vide paullo ante in *Bole.*

¶ Bolletia, *æ*, f. gemma, quæ in nimbo inventur glebæ ſimilitudine. Plin. 37, 10.

Bombarda, vide *Bombus.*

BOMBAX, interjectio hominis cum admiratione approbantis, vel late efferlas dicta ferentis Plaut. Pseud. 1, 3, 130.

Bombinator, bombio, bombito &c. vide *Bombus.*

BOMBVS, *i*, m. βομβος, ficta vox, qua Homerus ſonum remorum in aquas decidentium; Item ¶ 2. lapſæ de manibus galeæ expreſſit, das gerumple. ¶ 3. Frequentiſſime apum ſtrepitus ea denotatur, uetoſe. Varro R. R 3, 16 *Ex apibus conjecturam faciunt, ſi varius faciant bombum*, das ſummen. Quamquam ¶ 4. tubarum etiam & inſtrumentorum ſoni, ein ſchall, geſchwirre. Vnde *Organarium bombos* apud Sertam legas. Catullus de nuptiis Telei v. 203 *Multi cava ſigna tubæque ſonabant corna bombis*, c. inf. Pert. 1, 59. ¶ 5. Quin & nonitus tribuitur, ut Euſtathius ad Od. 9. obſervat, ein ſtuall, ſchlag. ¶ 6. Plauſuum quoque, ſeu laudis acclamationis genus Nero *Bombos* vocavit, ut Suetonius auctor eſt ejus vitæ c. 20.

¶ Bombulus, *i*, m. diminut. pro crepitu, lo. de Janua in Cath.

¶ Bombicus, *a, um*, ſchallend, plauend. Fortunat. lib. 4. de S. Mart. *Inexhibitam pro munere bombica pactam.*

¶ Bombōtus, *a, um*, ſummend, ſtuallend; ut, *Bombōſæ vocis magitus*, Adhelm. de Virgin. c. 10.

¶ Bombino, *are*, exercitiari interpretatur Papias. Hinc

¶ Bombinātor, *ōris*, der groß geroſe madt; item qui epicheton, cui ſe comparans *bombinat rem* ſe vocat Mart. Capella 5 [illegible].

¶ Bombio, *ire*, βρέμειν, ſummen. Vet. Gloſſ. *βομβῶ, Bombio.* Inde

¶ Bombitō, *āre*, idem. Auctor Carminis de Philomela v. 56

Bombitat ore legens munera mellis apis.

Ita enim legendum, non *Bombilat*, jamdudum Ciphanius ad Lucretium in voce PERFICE monuit.

¶ Bombitatio, *ōnis*, f. das geſumme. Feſtus: *BOMBITATIO eſt ſonus apum* ab ipſo *ſonitu* dictus, *ſicut Mugitus boum, Hinnitus equorum.*

¶ Bombarda, *æ*, f. a *Bombo* & *Ardeo*, quod cum ſonitu & flamma plumbeos aut ferreos globos emittat, appellata eſt; neque inepte, cum bombardarum exploſio tonitru ſonum, quem *bombum* appellari ſupra monuimus, referat, ut Voſſius cenſet Inſtit. Orat. c. 13, 7. ein feuer-rohr oder büchſe. Laſcaris τηλεβόλον vocat, id eſt, *procul jaculantem*, alii σφαιροβόλον. Non Lipſius tantum Poliorceticæ præfat. ſed Mariana etiam Hiſt. Hiſp. 19, 14 obſervat, hoc genus tormenti in Annalibus *Lombardas* vocari, non *bombardas. Fortaſſe*, inquit Mariana, *quod in Longobardia id genus machinæ invent on primo eſſet.* Bene autem dicit *Fortaſſe.* Neque enim Italorum, ſed noſtræ gentis inventum *Bombardæ* eſt; cui & Platina Italus tribuit in vita Vrbani vi. *Inventa*, inquit, *tum* (id eſt prœlio ad Cluſium a Genuenſibus Venetisque A. C. 1380 commiſſo) *primum a quodam Teutonico* bombardâ *fuit, a ſono & tonitru ſic dictâ* &c. Nec aliter ceteri Itali, qui *bombardarum* meminerunt: quin Galli etiam atque Anglici ſcriptores, qui omnes Germanis concedant hanc laudem. Neque Laonicus Chalcocondylas Græcus diſſimulavit, cum lib 5 de rebus Turcicis earum mentionem faceret. Gaſcalus de Silva brevario Hiſt. Hiſp. c. 59 inventi nem hujus machinæ Hiſpaniensibus Arabibus tribuit, eosque, qui vel Germanis vel alii genti hoc adſcribunt, ex eo arguit, quod cum Alphonſus XI Caſtellæ rex poſt A. C. 1340 Algeziras obſidere cœpiſſet, jam tum bombardis Agareni, qui urbem tenebant, magnas Hiſpanis intulerint clades. Sed Hieron. Magius Mifcell. 1, 1 obſervat, ab ea, qui res ab Alphonſo XI geſtas prodiderunt literis, (procul dubio Petrum Sublacenſem, quem paullo poſt & nominat, de igne: *ignivoma dolia*, non *bombardas* vocari, quibus tum Agareni ſe inst. Tum Rodericus Sanctius quoque, qui circa A. C. 1468 floruit, P. 4 Hiſt. Hiſp. c. 12 de Algezirana obſidione exponens hoc tantum refert, igne calliditate Maurorum conjecto incenſa Hiſpanorum caſtra. Hæc licet arguant, Algezıranos πυροβόλοις quibusdam fuiſſe uſos, minime omnium evincunt tamen, πυροβόλα ita *bombardas* fuiſſe. Neque enim cum *bombardis* demum πυροβολία primum cœpit, ſed longe ante Græcis Romanisque ingeniis celebrata fuit; quamquam a bombardaria ista noſtra (ut ita dicam) alia atque diverſa eſſet. Satis id poſſint reliari, quæ de incendiariis telis atque tormentis, *malleolis* puta *ſalerici*, & aliis hujus generis, apud Liv. Ammian. Veger. Heronem, ut alios taceam, legere licet. Manet igitur genti noſtræ hæc gloria: quam neque illi corrumpunt aut adimunt, qui in vetuſtiſſimo uſu Sinenſibus Indis hoc genus tormenti fuiſſe, ex Maffeii Hiſt. Ind. oggammiunt. Nam neque Trigautius quicquam hujus ex Riccii Comment. de Expeditione Sinenſi a Soc. Jeſ. ſuſcepta meminit; & Alex. Valignandis in admirandis regni Chinenſis, ut Lanſius obſervat, diſerte ſcribit ſclopetorum uſum Indos a Lusitanis accepiſſe. Ceterum ad Germanos ipſos quod attinet, incidit *hic* controverſia non una. Neque enim apud ſcriptores cum de auctore inventæ rei, tum & de loco & tempore convenit ſatis. Chymiſtam quidem & monachum fuiſſe, plerique omnes conſentiunt: ſed in perſona & nomine diſſenſio eſt. Voſſius Inſt. Orat. 4, 12, 7 *Conſtantinum Anclitzen Fribergenſem*, & *Bertholdum Suarzium* nominat, quorum alterutri commentum machinæ tribuendum ſit. Sed de priore nihil inveni hactenus: in *Bertholdo* Aventinus Annal. itemque Munſterus Coſmographiæ 5, Fabriciusque Orig. Sax. 6 p. 677 conſentiunt: cum quibus Specklinianus etiam in Archæologo facit. Cæterum Huldaricus Mutius inventas Norimbergæ *bombardas* lib. 19 Germ. Chron. literis prodidit. Ad tempus quod eſt, id Polydorus Virg. lib. 2 de rerum inventoribus in A. C. 1380 ponit, cum ad Clodiam foſſam a Venetis & Genuenſibus pugnatum fuit. Procul dubio ſecutus Platinam, cujus locum ſupra produximus. Sed erravit Platina, ſi tum inventam putavit machinam demum, cum Veneti & Genuenſes inter ſe armis diceptarent.

Nam ante notas fuisse, Petrarchæ auctoritate vincit Magius. Is enim meminit, quem tamen sex ante pugnam illam Clodianam annis diem obiisse constat. Accedit, quod Paulus Langius ex Chronica (ita tum loqueba[n]tur) Rudimenti in Chronico Citizensi notat A. C. 1360 Confictorium urbis Lubicensis per negligentiam illorum, qui pulveres pro bombardis conficiebant, combustum fuisse. Fabricius quoque supra laudato loco auctor est, hoc genus tormenti, non nisi ante his regionibus, habuisse Salzanos, cum a Friderico Strenuo Thuringiæ Landgravio obsiderentur, quod A. 1365 accidit. Recte itaque Machiavellus cum de bello isto inter Venetos & Genuenses commoto ob Tenedon insulam lib. 1 Hist. Florentinæ exponeret, non tum inventas *bombardas*: sed primum omnium conspectas in Italia refert: & *recens Germanorum inventum* vocat; quod superioribus seculis res ignota fuisset. Dono datum hoc a Germanis machinæ genus accepisse Venetos Volaterranus lib. 30 Comm. Vrb. c. de machinis bellicis, annotat. Ex Achillis Gassari Medici ad Seb. Münsterum epistola observat Speelmannus, primum ejus usum fuisse, ad mare Danicum A. C. 1350 (apud Münsterum 1354 legitur) non evasisse tamen celebrem, donec ad Clugiam a Venetis & Genuensibus pugnarum esset. Fabricius eodem, quem supra notavimus, loco ex annalibus refert, tormentum illud, quo usi fuerint Salzani, e plumbo fuisse conflatum; post ex compactis lignis, quibus circuli ferrei lati circumjecti erant, ferri capta, quam simpliciter[n]t sua demum mutaverit æras, artificiole ex ære instituens fundere. Cæterum de ipsa re ita non pauci sentiunt, nihil tam execrabile & perniciosum in genus humanum excogitari ac reperiri potuisse; dignumque fuisse auctorem, qui suo ipsius artificio periret, quod tot malorum exstiterit caussa. Contra ea Huldaricus Mutius lib. 28 Germ. Chron. non contemnendum censet hoc Dei donum: nisi quis diductum canis os, & dentes ad mordendum factos, damnandos putet; nisique quis cornua in bove, non bonum Creatoris opus existimet. Oftenditque, necessarium esse usum bombardarum potissimo hoc tempore, quod sine eo malorum turba coerceri legibus posse haud videretur. Conf. Salmuth. ad Pancirolli. noviter reperta c. 15; Guibert. in Polyhist. c. 9. Obs. Halens. 10, 12.

¶ Bombardīrius, *i*, m. qui bombardas conficit, ein büchſenſchmied, büchſenſchafter.

¶ Bombastes, fictum imperatoris nomen, Plaut. Mil. 1, 1, 14.

BOMBYX, *ycis*, m. βόμβυξ, ex infectis, bombitans in opere, ein ſeidenwurm. Origo ex vermiculo, ſive eruca. Fit deinde, quod vocatur *Bombylius*: ex eo *necydalus*, & ex hoc rursus sex mensibus *Bombyx*. Vide Plin. 11, 22 & 23; tum Aristotel. Hist. Animal. 5, 19. Isidor. 12, 5. Ex Plinianâ autem descriptione & Harduino manifestum est, nullum eorum bombycum cum nostris convenire; quæ ratio demum Procopii ætate (v. Goth. 4, 17) a monachis Indis ex Seribus advecta est. ¶ 2. *Bombyx* autem non modo vermiculum, qui illam lanuginem net; sed ipsam lanuginem, qua texuntur eo, & vestem, quæ inde conficitur, notat. Sed tum in fœminino genere pon[itur]. Virg. G. 2, 121 *Assyria texunt bombyce vellera fœminæ, ecl[ogæ] 10, 71 cultus erat nobis, & bombyce capillos nectere fœmineos.* Propertius tamen 2, 3, 15 illud migravit. Ait enim: *Nec si qua Arabio lucet bombyce puella.* Vbi *Bombycem* vocat ipsum vermiculum, qui illam lanuginem net; sed ipsam lanuginem, quæ inde netur ex

Cat. c. 14 pro juventute; cui opponitur *mala ætas*, hoc est senectus in versu Attami: *Mala ætas nulla delinimenta intenit.* Alio tenu Cicero formula *a bonis temporibus*, pro *a longinquis* Offic. 11, 16 utitur: *Quanquam intelligo, in nostra civitate inveterasse jam a bonis temporibus, ut splendor adhibitatum ab optimis viris postuletur.* v. Menck. Observat. I. L. Varro R. R. 2, 6 *bona natura*, Ter. Eun. 2, 3, 25; *forma*, i. e. pulchra, Id. Heaut. 3, 2, 13; *memoria*, i. e. tenax, Cic. Att. 8, 4; *mors*, pro facili ac placida, Plin. 2 epist. ult. & Seneca L. 1 Controv. 3. Sic *bona aves*, felices sunt, quæ boni quid nunciant. vide *Avis* n. 3. Vetus Formula precandi: Quod BONVM, FELIX AC FAVSTVM SIT. Formula laudandi: BONVM FACTVM, wohlgethan. Suet. Cæs. c. 80 & Vit. c. 14; Plaut. Pœn. prol. v. 16 & 45. Ita *bona verba*, i. e. bene ominata, feliciter precantia & prædicentia. v. Broukh. ad Tib. 2, 2, 1. Ita *Res bonæ*, quæ alias fecundæ, lætæ & prosperæ appellantur. Cic. Att. 12, 21 *Vnde etiam bonis meis rebus fugiebam.* Publius Syrus: *Bonarum rerum consuetudo pessima est.* Vbi *bonæ res* ea omnes dicuntur, quæ vitam jucundam & delectabilem efficiunt: ut sunt divitiæ & voluptates. Quibus quo magis affluentes debisque animam, eo magis dolebis & cruciabere, cum versa fortuna iis carendum erit. v. Hor. 1 epist. 10, 30. Sed Tac. An. 2, 14, 3 *Non campos militi Romano ad prælium bonos*, i. e. commodos. ¶ 8. *Bonus vir* etiam per ironiem dici solet. Ter. Andr. 3, 5, 10 *Ebodum bone vir.* Ibid. 5, 2, 5 ironica salutatio est: *O fatue, bone vir.* conf. Drakenb. ad Sil. 2, 240; & Planc. in Cic. fam. 10, 21, 9. ¶ 9. *Bonum* subst. vid. p. p. ¶ 10. *Bonus* & *unus* a librariis confusa. v. Schwartzius ad Plinii Paneg. c. 53.

¶ Melior, *us*, Comparativus ille irregularis, uti vocant; & hinc *Melioscules*, &c. vid. teorsum infra in M.

¶ Optimus, *a, um*, superlativus itidem irregularis: & hinc *Optimas*, &c. vid in primitivo suo *Opto*. Sed *bonius*, *boniissimum* deesse ait Varro de L. L. 7, 39. v. Barth. Adv. ef. 36, 6.

¶ Bona dea, quæ & *Fatua* & *Fauna* dicebatur, cujus sacris vitos interesse nefas erat. Vnde Clodius pollutorum sacrorum accusatus fuit, quod ad illas se ceremonias veste muliebri penetrasset. v. Suet. Cæs. c. 6. Sæpe meminit Cicero, ut pro Mil. e. 5 & 31; Parad. c. 4; Fam. 1, 9; Ovid. Art. am. 3, 637 *Cum faget e templis oculos Bona Dea virorum*, &c. Nimirum in sacrariis *Bonæ* hujus *Deæ*, quæ distinguenda sunt ab annua in domo consulis cerimonia, erat quidam quasi mercatus stuprorum. v. Broukh. ad Tib. 1, 7, 22, & Interpr. Iuvenal. 6, 313 sq. Adde Plutarch. in Cæs. p. 711, & Quæst. Rom. 19; Macrob. Sat. 1, 12. Lactant. 1, 22; Eutrop. præp. Evang. 2, 11; & Iunioribus Alexander Neap. 6, 8; Voss. de Hist. Græcis p. 511; Demster. in Rosin. p. 390; & omnino Reines. ad Inscripps. Class. 1, 125 p. 161.

¶ Bonum, *i*, n. subst **etwas gutes, glückſeligkeit**, quod eum, qui possidet, felicem facit. De definitione *Boni* v. Cic. de Fin. bonorum & mal. c. 10. Eorum tria genera Peripatetici faciebant: de quibus ita Id. Tusc. 5, 30 *Tria genera bonorum*, (inquit) MAXIMA *animi*: SECVNDA *corporis*: EXTERNA *tertia, ut Peripatetici, nec multum veteres Academici secus.* EXTERNA sunt, quæ ὑπάρχοντα Græci appellant, fortunæ seu opes. Vet. Gloss. *Bonorum*: ἀγαθῶν ὑπαρχόντων. Vid. Augustin. de C. D. 1, 18 & ibi Interpp. Quæ MAXIMA Cicero appellat, frequenter SVMMA nominantur *bona*, quæ in virtute animi posita sunt: & *Sola* Stoicis habebantur *bona*: quod nunquam nocent; & per se semper prosint; quod contra in secundariis illis Peripateticorum, atque externis se habet. multis enim opes, forma, gloria, exitio fuerunt. Itaque nec bona per se, nec mala, sed *ἀδιάφορα*, id est, prout quis iis utitur. Quo illud Comici pertinet Heaut. 1, 2, 19 *Habes, quæ quidem in homine dicuntur bona. Parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, divitias*, &c. *Qui uti scit, ei bona: illi, qui non utitur recte, mala.* Petron. c. 75 *Suadeo, bonum tum conzoguas*, i. e. felicitate tua utaris. v. ibi Burman. ex Cic. fam. 6, 5; Cels. 2, 2; Plin. 14, 14; &c. *Bonum ingenitum*, Quintil. 2, 8; *animi & corporis*, Cic. Acad. 1, 5. *Bonum naturale*, angebohrne geſchicklichkeit. Nep. 8, 1, 3. ¶ 2. *Bonum*, quicquid utile est, **der nutzen**. Sen. epist. 8 *Dari bonum quod patuit, auferri potest.* Vnde & *Bono esse* dicuntur, quæ prosunt. Cic. Phil. 2, 14 *Cui bono fuerit?* **wozu oder wem zu gut? wem dienet es?** Ita severus ille quæsitor Cassius ap. Cic. pro Rosc. c. 30 *in maleficiis quærere solebat, cui bono fuisset?* **wer vortheil davon gehabt?** Repetit pro Milo. c. 12 & Phil. 2, 14. conf. Verr. 2, 60. Sic Phædr. 3, 4, 12 *Paucis temeritas est bono, malis malo.* Pro beneficio etiam accipitur. Vetus Inscriptio Gruteri f. 787 n. 5, BAERIVS PARDVS OMNI BONO DE SE MERITAE FECIT. *Bona pacis*, i. e. utilitates & commoda, Tac. Hist. 3, 81, 1. *Bonum publicum*, **das gemeine beſte**. Sallust. B. Cat. c. 38; *commune*, Lucret. 5, 956. *Summum*, Ter. And. 4, 3, 2. *Bonum & æquum*, vid. *Æquum*. *Et bono cessit*, **es gereicht zu ſeinem vortheil**, Suet. Tit. c. 7. Apud Patres nihil frequentius occurrit: ut, *Bonum pudicitiæ: Bonum mortis: Bonum disciplinæ*, & alia hujus generis fexcenta. ¶ 3. Quicquid jucundum est & delectat. Plaut. Casin. 2, 8, 33 *Vt ego hodie Casinam deosculabor! ut mihi bona multa faciam!* id est, quam multas voluptates mihi procurabo! **was will ich mir zu gute thun?**

¶ Bona, *orum*, n. pl. id est, possessiones, **güter und vermögen**; ut, *Bona publicata*, Nep. 7, 4, 5. *Bona proscriptorum vendebantur*, Id. 25, 12, 3. vid. Cic. Parad. 2, ubi *requirit prudentiam majorum, qui hæc imbecilla & commutabilia pecuniæ membra verbo bona putaverint appellanda, cum re & factis longe aliter judicavissent. Bona vacantia*, Iustin. Cod. 10 t. 10 § 4; *caduca*, Cassiod. Var. 5, 24. *Bonorum possessio*, Vlp. 37 ff. t. 4 l. 1.

¶ Bonusculus, *orum*, n. diminut. Sidon. 9 epist. 6 *Quantum de bonusculis avitis paternisque sumptuosissas domesticæ charybdis abligurisset.*

¶ Bone pro *bene* adverb. est apud Lucretium 2, 7; 4, 573; 6, 996.

¶ Bonum per interjectionem, ut *malum*, Apul. Met. 10 p. 246 *Scisciatus, quid bonum videret familia.* Nisi tamen subſtantive ut nostri, **was ſie gutes zu lachen hätten.**

¶ Bonatus, *a, um*, idem esse videtur ac bonus, commodus, placidus, quietus, **ſtill und friedſam.** Petron. c. 74 *At ego, dum bonatus ago, & nolo videri levis.* Alii de loco corrupto queruntur.

¶ Bönitas, *ātis*, f. benignitas, **gütigkeit, frommigkeit, erbarkeit, glimpf**; ut, *Bonitas ingenii*, hoc est, dexteritas, felicitas, **ein guter kopf.** Cic. Off. 3, 3; *naturæ*, ibid. 1, 2. Sic *bonitas soli*, id est, fœcunditas, Quint. 2, 19, **die fruchtbarkeit des landes.** *Bonitas caussæ*, **gerechte ſache**, Cic. Planco sub 16 ep. 11 ad Att. Phædr. 3, 15, 17 *Facit parentes bonitas, von neceſſitas.* Cic pro Ligario c. 12 *Nihil est tam populare, quam bonitas*, id est, clementia, misericordia, de qua mox sequitur, **liebe, güte, freundlichkeit**; *populare*: id est, efficax ad promerendam benevolentiam & studia populi. Nepos 1, 8, 3 *Potestatem bonitate retinuit*, i. e. æquitate civilis imperii; & 25, 21, 1 *Multas hereditates nulla alia re, quam bonitate est consecutus*: id est, lenitate, modestia, obsequio, moderati cautique judicii constantia: iis enim maxime retinere hominum usum ac benevolentiam licet: quibus & Q. Cæcilium avunculum, difficillima asperaque natura hominem, ita delinit Atticus, ut adoptaret haredemque scriberet; de quo c. 5 Nepos exponit. Germani dicerent, **durch ſein gutes gemüth.**

¶ Bĕnĕ, ab antiquo *bonus* pro *bonus* adverb. καλῶς, ἀγαθῶς, **wohl, gut, recht.** Ter. Eun. prol. v. 7 *Qui bene vertendo, & eas describendo male.* Id. Adelph. 2, 2, 2 *Bene cum eo actum est*, **man hat noch gütig mit ihm verfahren.** Cic Off. 3, 15 *Inter bonos oportet bene agier*, **mit ehrlichen leuten muß man ehrlich handeln.** *Bene habitare*, Nep. 25, 13, 1; *emere*, **wohlfeil**, Cic. Att. 1, 10; *vendere*, **theuer**, Plaut. Curc. 4, 2, 34; *vestire, pascere*, Cic. Off. 2, 25. Id. de Fin. 3, 17 *Bene audire ab omnibus*, **bey jedermann belobt, in gutem credit ſeyn.** v. ſupra in *Audire* n. 7. Sic *Bene mereri de aliquo*, Cic. Brut. c. 72; & fam. 10, 5; Virg. Æn. 4, 317. *Bene ſit tibi*, Plaut. & Terent. ſæpe. *Bene ambula & sedambula*, Plaut. Capt. 4, 2, 129 **glück auf den weg, komm geſund wieder.** *Bene feliciterque vertat tibi*, id est, bene eveniat, **viel glücks darzu.** Plaut. Aul. 4, 10, 58; Contra *Non bene vertat*, imprecantis est Virg. ecl. 9, 6. Horat. 3 od. 27, 74 *Bene ferre magnam Disce fortunam*, id est, recte. Ibid. v. 57 *Potes hac ab orno Pendentem zona bene de secuta elidere collum.* Vbi *Bene* est opportune, **den darzu allem glück mitgenommen.** Prout *Bene aut secus cessit.* Plin. Paneg. c. 45. ubi vid. Schwartzius. ¶ 2. Est & *Bene* particula ἀνέχτικη, & pro vehementer, valde, ponitur, Lucret. 5, 706 *Donec eum contra plano bene lumine fulsit.* Cic. fam 5, 12 *Qui semel vereundiæ fines transiliverit, eum bene & naviter oportet esse impudentem.* Id. Att. 14, 7 *Literæ bene longæ.* Id. contra Rull. 2, 22 *Bene mammatus*, **ſehr reich.** Div. in Cæc. 15 *In clamando bene robustus.* Id. Att. 4, 10 *Bene mane*, **ſehr früh.** Id. Lib. 2 in Verr. c. 70 *Bene penitus in ipsius familiam itatem se dedit.* Id. Fusc. 2, 19 *Sed fecit tantus dolor, quantus Philoctetæ, bene plane magnus mihi quidem videtur:* BENE PLANE, id est, prorsus, **recht ſchaffen groß**; ut Græci εὖ & μάλα similiter conjungunt. Ita enim Molchus Epitaphio Bionis εὖ μάλα μακρὸν ὕπνον, *Bene valde magnum somnum* de morte dixit. Sic *bene potus: bene multas: bene doctus*, & alia dicimus. ¶ 3. *Bene* nota etiam approbationis, ut Græcis suum καλῶς. Nep. 8, 4, 2 *Bene ergo Pittacus ille.* Ter. Eun. 1, 2, 105 PH. *Faciundum est, quod vis.* TH. *merito amo te. Bene facis.* Et 3, 2, 9 *Ebem Parmeno: Bene feciſti.* Formula est laudandi & approbandi alterius studium & operam. Sic & elegans formula cum acquiescimus in aliorum responsis ad ea, quæ rogavimus, ap. Liv. 6, 35 BENE HABET, &c. Et Iuvenal. Sat. 10, 72 BENE HABET, *nil plus interrogo.* Contra BENE SIT, etiam blande aliquid abnuentium formula est: qua pro officio eorum, quo tamen uti nolint, gratias se debere significant. Plaut. Pseud. 2, 4, 23 CH. *Quinta, quicquid opus est, audacter imperasse* PS. *Tam gratia est*, BENE SIT *Cedrine: nolo tibi molestos esse nos.* Tale est illud in invitationibus: BENE VOCAS, *jam gratia est*, Plaut. Menæch. 2, 3, 30. Quasi dicat: beneficii loco habeo, quod vocas: sed in præsenti ago gratias. Similiter dicebant, BENIGNE: RECTE: de quibus suis locis. Græci in talibus: πάνυ καλῶς, item κάλλιστα ἐπαινῶ, dicere solebant, quod ad Diogenem Laërtium Casaubonus notat. ¶ 4. *Bene esse*, nec non *Bene habere*, *Bene vivere*, vitam hilarem & voluptariam complectitur, **ſich wohl befinden, luſtig ſeyn.** Plaut. Menæch. 4, 2, 39 *Hinc intro abeam, ut mihi ben. sit.* Id. Truc. 4, 2, 28 *De eo* (ex argenti minis) *bene fumus tua virtute*, **wir machen uns davon luſtig.** conf. Curc. 4, 2, 31; Casi. 2, 3, 37, & 3, 4, 18; Ter. Adelph. 1, 1, 9; Catull. 22, 15; Horat. 1 epist. 10, 88. Plaut. Aul. 2, 8, 2 *Vt bene habeam filiæ nuptiis.* Id. Mil. 3, 1, 127 *Qui & rem servat & qui bene habet.* Ter. Hec. 3, 5, 11 *Vixit, dum vixit, bene.* conf. Cic. Tusc. 5, 5. Petron. c. 34 *Ergo vivamus, dum licet esse bene.* ¶ 5. Etiam absolute *Bene* cum tertio & quarto Casu prisci erat hilaritatis indicium, & solemnis inter pocula bene precandi formula. Tibull. 2, 1, 13 *Sed* BENE MESSALAM *sua qui sape ad pocula dicat.* Plaut. Stich. 4, 5, 27 *Bene vos, bene nos, bene te, bene me, bene nostrum etiam Stephanium.* Id. Perſa 5, 1, 20 *Bene mihi, bene vobis, bene amicæ meæ!* &c. Ovid. de arte am. 1, 600 *Et* bene *dic domine*: bene, *cum quo dormiat illa.* Et Fast. 2, 637 *Et* bene *nos*, bene *te, patriæ pater optime Cæsar.* Ita autem concise loquebantur; pro eo esset: *Bene vos vivere precor: Bene valere.* Dixisse etiam *Bene vixis*, aut *viveris*; ut Græcos ζήσαις monet Scaliger in Culicem Virgilii. vide *Bibo*.

¶ Benignus, *a, um*, beneficus, liberalis, **gütig, milde, günſtig**; ut, *Terra benigna*, Tibull. 3, 3, 6. *Vena ingenii benigna*, Horat. 2 ode 18, 7, **ein guter kopf, gute einfälle.** *Vini somnique benigna*, der ſich mit wein und ſchlaf etwas zu gute thut. Hor Sat. 2, 3, 3. Sic, *Benignus alicui*, Plaut. Trin. 3, 3, 12; *in aliquem*, Ter. Hec. 3, 5, 22. *Ex ipsi sam benigno*, ibid 5, 3, 39. comp. *Benigniores quam res patitur*, Cic. Off. 1, 14. Summo gradu *Benignissimum inventum*, Plin. 33, 2. conf. Sen. Benef. 7, 14. ¶ 2. Item facilis, comis, humanus, **leutſelig, freundlich.** Cic. Off. 2, 14 *Benigna oratio.* Liv. 28, 26 *Benigna vultus.* Liv. 21, 19 *Benignitas verba.* Plaut. Trin. 2, 4, 58 *Benigniorem te mihi quam nunc experiri esse, confido fore.* ¶ 3. Copiosus, ut *malignus* parcus, avarus. Sen. de const. c. 18 pr. *Ipse materia vitus benignissima.* ¶ 4. Secundus, fertilis. Plin. major 18, 1 *Fruges & flores, quæque alia præter arbores aut frutices benigna tellure proveniunt.*

¶ Benigne, adv. idem; ut, *Benigne facere alicui*, Cic. fam. 13, 67 **gutes thun.** Catull. 74, 3 *Omnia sunt ingrata, nihil feciſſe benigne est.* Sic *Benigne attenteque audire*, Cic. pro Cluent. c. 3. *Benigne dicis*, Plaut. Truc. 1, 2, 27, **ich bin verbunden.** Nam responsio est ad cænam invitari. ¶ 2. Hoc adverbio eleganter uti licet, cum quid comiter atque urbane recusamus. Horat. 1 epist. 7, cum Dialogismum Calabri cujusdam & hospitis ejus refert, ipso principio statim: *Vescere sodes: Iam satis est: at tu quantum vis tolle. Benigne.* Petit Calaber, ut appositis pyris vescatur hospes; respondet hic, se satis gustasse: quod si nil amplius libeat, porro Calaber, ut quid pyrorum secum ferat: reculans hospes, *Benigne* dicit, quasi agat gratias. Idem ibi v. 61

Ad cænam veniat. Non sane credere Mœna:

Mirari secum tacitus: quid multa? BENIGNE, *Respondet. Negat ille mihi?*

Nempe cum Mena *Benigne*, dicit, negat se venire ad cœnam: unde Philippus, qui vocaverat, quasi indignabundus, *Negat ille mihi?* Similiter in hac re dicebant, *Bene vocas, jam gratia est:* de qua formula diximus in *Bene* n. 3. v. Turneb. Adverſ. 5, 13; & Caſaub. Lect. Theocr. c. 16. Compar. Mela 3, 6 *Benignius alere.* Curt. 8, 6, 19 *Rex benignius, quam alias, allocutus.* Superl. *Benigniſſime promittere*, reichlich verheiſſen. Cic. Verr. 4, 4. *Benigniſſime fovere*, Val. Max. 1 prologo & c. 8 n. 2.

¶ Benigniter, pro *benigne*. Nonius 11, 9 ex Titinn. *Nimium te patrociniari cenſeo benigniter.*

¶ Benignitas, *ātis*, f. liberalitas, clementia, güte, guttwilligkeit, willfährigkeit. Cic. Off. 1, 14 *Ne major benignitas ſit, quam facultates.* Sic, *Naturæ benignitas*, Id. de N. D. 2, 53 *Veſtra in me attente audiendo benignitas*, Id. pro Dom. c. 14. *Livor*, quia malignitas eſt, opponitur *benignitati* ap. Plin. 8 epiſt. 12. v. ibi Buchner. ¶ 2. Vſurpatur & de præſtito auxilio ap. Nepot. 20, 2, 2 *Cujus benignitatis memoriam volebat exſtare.* Horat. Epod. 1, 31 *Satis ſuperque me benignitas tua Ditavit.*

¶ Benignor, *ari*, gutes thun. Vulg. Interpres 2 Eſdr. 4, 39.

Compoſita:

¶ Bénèdīco, *xi*, *ctum*, *ĕre*, conſtruitur cum dativo, & in ſacris ſignificat, ſegnen, gutes wünſchen; ut Pſ. 112, 2 *Domui juſtorum benedicetur*; hoc eſt, Deus aderit & favebit domui juſtorum, & bonis omnibus eam cumulabit. ¶ 2. *Benedicere Deo*, celebrare eſt, Gott loben. Ita fere Cic. pro Sextio c. 52 *Cui benedixit unquam bono?* welchen ehrlichen mann hat er jemahls gelobet? Cont. Salluſt. B. Cat. c. 3; Ovid. Trift. 5, 9, 9. Quint. Decl. 336 *Vt hoc fratri benedicere etur.* Gell. 6, 11 *Eam indigniſſimum arbitror, cui a viris bonis benedicatur.* Sacri ſcriptores & cum accuſativo junxere, Tertull. de Orat. c. 3 *Plane benedici Deum omni loco ac tempore condecet, ob debitam ſemper memoriam beneficiorum ejus, ab omni homine.* conf. Lactant. 7, 14, 11. Sed & Apul. ad Aſclep. p. 101 *Benedicento Deum vrantesque.* ¶ 3. Iisdem non raro *benedicere* eſt factis precibus aliquid conſecrare, ſanctificare, einweyhen. Quemadmodum Græci ſuo εὐλογεῖν pro ἁγιάζειν uti ſolent, de quo Caſaub. Exerc. 16 contra Baron. Theor. 33; & Grotius in Matth. c. 26, 25; Sulp. Severus 1, 7 *Cum filium benedicere pararet.* Id. de Virt. Martini 2, 2 *Cum jam altarium, ſicut eſt ſolenne, benediceret, globum ignis de capite ejus vidimus emicare. Benedicit altarium* ſacerdos, cum liturgiam ibi peragit. Sic *fontem benedicere*, eſt aquam Baptiſmi conſecrare ap. Victorem Vtic. 2 de Perſec. Vandalica.

¶ Benedictus, *a*, *um*, geſegnet, ſelig, frequens in ſacris vocabulum. Sic *Benedictus panis*; *benedictum oleum*, Hieron. vita Hilarionis. Sed & Tertull ad Martyr. c. 1 *Benedicti martyres.* conf. de Bapt. c. 8 & de Anima c. 27. *Herba benedicta* quæ vocetur, docet Apul. de Herb. c. 61.

¶ Benedictum, *i*, n. ſubſt. ein gut wort. Ter. Phorm. prol. v. 21 *Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene.* conf. Cic. Brut. c. 93; Plaut. Perſ. 4, 3, 24; & Curc. 4, 2, 28.

¶ Benedictio, *ōnis*, f. lob, ſegen. Apul. Trismeg. p. 52 pro *Laude* poſuit; *Deus*, inquit, *ab hominibus frequentibus laudum præconiis benedictionibusque celebretur.* At ſicut apud Græcos res dedicatæ & conſecratæ εὐλογίαι dicebantur, ita eædem Latinis *benedictiones* conſuevere vocari. Ita enim Paullinus Nolanus epiſt. 12 (ed. nov. ep. 32 n. 8) particulam ſanctæ crucis *benedictionem de cruce* appellat.

¶ Benedīcus, *a*, *um*, χρησολόγος, qui benedicit & laudat, wohllautend, lieblich; ut, *Blanda & benedica dicta.* Nam hinc

¶ Benedīce, adv. εὐφήμως, bonis & lenibus verbis, freundlich, lobend. Plaut. Aſin. 1, 3, 54 *Illiciebas me ad te blande & benedice.* conf. Aulul. 4, 10, 57.

¶ Bènefacio, *fēci*, *factum*, *facere*, wohlthun, gutes thun, zu gut thun; ita etiam in uſu eſt *bona facere.* Hinc illud hominum voluptariorum: *Multa bona mihi faciam.* v. Taubm. ad Plaut. p. 12, 263 *Benefacere erga aliquem*, Plaut. Trin. 5, 4, 4 einem liebe und dienſt erweiſen. Ter. Adel. 3, 7, 20 *Dii tibi benefaciant.* Cic. 1 Invent. extr. *Malo tractari ab iis, quibus bene fecerimus.* Gell. 5, 3 *Ingenium benefaciendi habere*, i. e. ſolerter agendi, geſchickt ſeyn.

¶ Benefio, *ĕri*, paſſim. Plin. Paneg. c. 7 *Quicquid a quoque in provinciis beneferet, ferre*, was gutes geſchehen.

¶ Benefactum, *i*, n. beneficium, gutthat, wohlthat. Ennius: *Benefacta male locata malefacta arbitror*: uſurpavit Cicero Offic. 2, 18. *Cumulare benefacta*, Plaut. Capt. 2, 3, 64. Salluſt. Iug. c. 85 *Benefacta mea reip. procedunt.* ¶ 2. Recte vel honeſte factum, redliche that Cic. Tuſc. 2, 26 *Benefacta in luce ſe collocari volunt.*

¶ Benefactor, *ōris*, m. evergeta, ein wohlthäter; vulgo in multorum ore eſt: apud veteres vox inaudita, proque ea eſt *bene merens, bene meritus.* Quidni tamen liceat ut a *malefacio malefactor* (ap. Plaut. Bacch. 3, 2, 11,) ita a *benefacio* dicere *benefactor?* vid. Sciopp. in Voſſ. de Vit. ſerm. L. p. 9. Medio tandem ævo Corippus poëta de Laudibus Iuſtini Imp. 1, 12 *Communis benefactor alens*, &c.

¶ Benefactio, *ōnis*, f. die gutthätigkeit. Tertull. adv. Marc. 4, 12 *Benefactione ſua diem efficere ſanctiorem.*

¶ Bènefĭcus, *a*, *um*, benigne faciens, wohlthätig, gutthätig, milde. Cic. de Amic. c. 9 *Benefici liberalesque ſumus, non ut exigamus gratiam.* Sic *Beneficus in amicum*, Id. Off. 1, 14. *Beneficus eſt oratione*, Plaut. Epid. 1, 2, 14. Gradus irregulares ſunt, tamquam ex participio in ENS. Sen. Benef. 1, 4 *Tu me aliquid eorum doce, per quæ beneficentior gratiorque adverſus bene merentes fiam.* Cic. de Amic. c. 14 *Virtute præditi liberaliſſimi ſint & beneficentiſſimi.* Id. Nat. D. 2, 25 *Jupiter optimus, id eſt, beneficentiſſimus.* Cato apud Gell. 17, 5 habet *beneficentiſſimus.*

¶ Benefice, adverb. idem. Gell. 17, 5 *Benefice liberaliterque faciemus, non ut exigamus gratiam.*

¶ Beneficentia, *æ*, f. die gutthätigkeit. Cic. Nat. D. 1, 43 *Quid melius & præſtantius eſt bonitate & beneficentia?* Id. Off. 1, 7 *Juſtitiæ conjuncta eſt beneficentia.* conf. ibid. 2, 15. Plur. Id. fam. 1, 7 *Te emovec cum beneficentiis tuis tum amore concitatus meo.* Ita in meliori-

bus libris pro *beneficiis* h. l. legi fatetur P. Victorius. Grævius in Ciceronis libris, quos cum variorum ſuisque notis edidit, pro beneficentia ſemper *beneficientia* dedit, hanc formam analogiæ accommodatiorem, nec aliam vocum *despicientia*, *proſpicientia*, & ſimilium, rationem eſſe arbitratus. Sed errat; non enim a *beneficio beneficentia*, ſed a *beneficus*, *ut magnificentia* a *magnificus* deducitur, obſervante Menckenio in Obſ. L. L.

¶ Bènefĭcium, *i*, n. εὐποΐα, εὐεργεσία, die wohlthat. Sen. Benef. 3, 18 *Sunt, qui ita diſtinguant: quædam* BENEFICIA *eſſe*; *quædam* OFFICIA; *quædam* MINISTERIA. BENEFICIVM *eſt*, *quod alienus det. Alienus eſt, qui potuit ſine reprehenſione ceſſare.* OFFICIVM *eſſe filii, uxoris, & earum perſonarum, quas neceſſitudo ſuſcitat & ferre opem jubet.* MINISTERIVM *eſſe ſervi &c.* Sed in ſequentibus oſtendit, ſervos etiam *beneficium* dare poſſe. Rutilius Lupus lib. 2 in Iſocolo ex quodam veteri Oratore: *Servorum eſt, beneficium dare libenter & injuriam facere nolle. Nam dando beneficium exemplo benevolentiam acquirinus: non faciendo injuriam duntaxat odium vitamus.* Idem lib. 1 de figuris ſententiarum in Proſapodoſi ex Demetrio Phalereo: *Quod beneficium tempori & cupienti datur, gratum eſt. Vtilitas enim & voluntas accipiendum honorem damis facit ampliorem. At quod ſero & deſideranti datur, ingratum eſt. Amiſſo enim tempore utilitatis, cadit accipiendi cupiditas.* Cæterum BENEFICIVM *dare*, *collocare*, *deferre*, *ponere apud aliquem*: item *beneficio afficere*, *obligare*, *devincire*, *obſtringere*, *ornare*, *complecti aliquem*: *beneficium accipere*, *habere ab aliquo*, *debere*, *reddere*, Cicero & Terentius dixerunt. *Munerare alicui beneficium*, mit danck vergelten, Plautus dixit Capt. 5, 1, 15. *Eripere alicui beneficium ab alio conceſſum*, Suet. in Galba c. 14. *Fœneratum illi ipſud beneficium pulcre dices*, Ter. Phor. 3, 2, 8. *Beneficio illo legis nihil utor*, Cic. L. agr. 2, 23. ¶ 2. Eſt & caſtrenſis vox *Beneficium*, qua promotiones ad altiores ordines ac gradus ſignificantur. Plura hujus generis exempla obſervat notatque Lipſius ad 4 Hiſt. Taciti c. 48. Hinc *beneficii ejus* dicuntur eſſe, a quo promoti qui ſunt. Suet. Tib. c. 12 *Venit in ſuſpicionem per quosdam beneficii ſui centuriones*, h. e. quos ipſe ad hunc gradum promoverat. Tales alias *Beneficiarii* appellantur, de quibus infra. Sic *aliquem ſui beneficii facere*, eſt beneficio collato obnoxium ſibi reddere, verbunden machen. Sen. de Benef. 3, 18 *Adeo dominis ſervi beneficia poſſunt dare, ut ipſos ſæpe beneficii ſui fecerint.* Ovidius & Tacitus, *ſui muneris aliquem facere*, perinde dixerunt. v. Gruter. Suſpic. 1, 13. ¶ 3. Aliquando *Beneficium* de eo etiam dicitur, propter quod aliquid fit, ſive quod rei cauſſam præbet. Ter. Heaut. 2, 4, 14 *Hoc beneficio utrique ab utrisque devincimini*: hoc eſt, hac de cauſſa: nimirum qui ingenio, moribusque conſimilis, de quo præcedenti verſu dictum erat. Cic. fam. 13, 35 *Quem Cæſar, meo beneficio, in Novocomenſes retulit*; id eſt, propter me, me rogante, durch mich. Ibid. 11, 22 *Beneficio tuo.* Ita Quintil. 2, 11 *Beneficio ingenii præſtantes habiti.* Et rurſus 3, 1 *Is* (Gorgias) *beneficio longiſſimæ ætatis cum multis ſimul fuit.* conf. Val. Max. 4, 7, 5. Ita L. 40 § 1 ff. de damno infecto: *Damnum, quod beneficio* (i. e. opera) *ejus contigit, ipſum ſarcire debere.* Inſolens hoc videtur Eyckershoeckio Obſ. 4, 10 adeo quidem, ut legere malit, *pene vitio.* Sed parum puto feliciter, nec pro reliquo viri acumine. ¶ 4. *In beneficiis ad ærarium deferre*, Cic. pro Arch. 5, erat merus honor & commendatio alio tempore profutura. Conf. fam. 5, 20 verſ. fin. v. Gron. de P. V. 3, 17. ¶ 5. *Beneficium* etiam dicitur, quod Longobardis *feudum*, ſive *feodum* appellatur.

¶ Beneficiarius, *i*, m. ſubſt. dem wohlthat erwieſen wird, ein ſtipendiat, lehnmann, vaſall. Olim *Beneficiarii* dicebantur *milites beneficio tribunorum promoti*, ut Vegetius interpretatur 2, 7; vel ducum apparitores, ſatellites, corporis cuſtodes. Cæſar B. Civ. 1, 75 *Cum hac coborte barbarisque equitibus paucis, beneficiariis ſuis, quos ſuæ cuſtodiæ cauſſa habere conſueverat, advolat.* Add. Plin. 10 epiſt. 32. Quamquam non tribunorum tantum, ſed aliorum etiam magiſtratuum reſpectu ita appellabantur. Nam in Lapidibus veteribus *Beneficiarius Conſulum*, *Prætorum*, *Præfecti prætorio* legere licet, ut Lipſius ad Tacitum obſervat. Hi tales autem a militaribus muneribus vacabant, idcirco *muniſicibus* opponebantur, qui *a faciendo munere* ſic appellati, ut Feſtus docet. Gruter. Inſcript. p. 511 n. 4 BENEFICIARIVS LEGATI CONSVLAR. Vide & Cæſ. B. Civ. 3, 88; Tertull. de Fuga in Perſ. c. 13; Veget. 2, 7.

¶ Beneficiarius, *a*, *um*, adjective, ad benencia attinens; ut, *Res beneficiaria.* Senec. epiſt. 90.

¶ Benemereor, *itus ſum*, *eri*, ſich wohlverdient machen. Cic. fam. 10, 17 *Omnes, qui benemerentur.* Idem de Amic. c. 9 *Propenſior ad benemerendum.* conf. *Bene* n. 1.

¶ Benemerens, *tis*, qui beneficia nobis confert. Plaut. Rud. 5, 3, 36 *Benemerenti bene referre gratiam addecet.* Cic. pro Planc. c. 33 *Domi de patria benemerentes.* conf. Plin. 2, 7; Sen. Benef. 1, 4; & 5, 15; Hygin. fab. 25; Suet. Inſcript. ult. Gruter. & Reinef. in Inſcript. paſſim; ubi & ſuperl. *benemerentiſſimus.* v. *Merens* in *Mereor.*

¶ Benemeritus, *a*, *um*, wohlverdient. Cic. ant. iret in ex. c. 7 *Benemeritus de rep. civis.* Id. fam. 1, 9 *Memorem in benemeritos animum præſtare.* Adde Cæſ. B. C. 3, 13; Hirt. B. Alex. c. 65; Suet. Oth. c. 10; Val. Max. 5, 2, 3; Nepot. 18, 6, 5 & Lactant. 1, 15, 4.

¶ Beneolens, *tis*, wohlriechend; ut. *Beneolens flumen*, Propert. 3, 16, 27.

¶ Beneplacitum, *i*, n. ein wohlgefallen. Aliquoties habet Vulg. Interpres. e. g. Pſ. 146 v. 11 *Beneplacitum eſt Deo ſuper timentes eum.*

¶ Beneſuadus, *a*, *um*, der guten rath giebt; ut, *Beneſuada paupertas*, Apulej. Apol. p. 285.

¶ Beneſuaſor, *oris*, m. id. Gloſſ. gr. lat. ἀγαθοσύμβολος, *beneſuaſor.*

¶ Benevalens, *tis*, friſch und geſund; ut, *Cajus lætus & benevalens*, Gell. 15, 7 ex Auguſti epiſt.

¶ Benevelle, wohl wollen. Hæc vox (ut & aliæ hujus generis,) magis divellitur. v. Plaut. Pœn. 1, 2, 160; Truc. 2, 4, 87 & 92 &c.

¶ Bĕnĕ-

¶ Benevolens, *tis*, günſtig, geneigt, gutwillig. Plaut. Merc. 5, 2, 46 *Amicus advenio, multum benevolens.* Id. Mil. 4, 8, 41 *Dii benevolentes.* Auguſtus ep. ad Cajum apud Gellium 15, 7 *Spero lætam & benevolentem celebraſſe quartum & ſexageſimum natalem meum.* ¶ 2. Aliquando ſubſtantive ponitur pro amico & bene cupiente, ein gönner. Plaur. Cic. 2, 3, 42 *Ajebat: multorem quamdam ſuam benevolentem convenire.* Item Trin. 1, 2, 7 CA. *Cujas vox prope me ſonat?* ME. *Tui benevolentis.*

¶ Benevolus, *a, um*, idem; ut, *Animus benevolus*, Cic. Verr. 2, 8. *Indices facere benevolos*, Id. de Orat. 2, 79. *Facere auditorem benevolum*, Id. de Invent. 1, 15. Et Ter. Hec. 5, 1, 35 *Facilem benevolumque linguæ tuæ jam tibi me reddidit.* Plaut. Capt. 2, 2, 100 *Me eſſe ſibi ſeit erga ſe benevolum.* Rurſus Cic. fam. 3, 12 ſub fin. *Benevolentiæ tibi, quam fui, nihil ſum factus.* Et 5, 16 extr. *Officio fungi benevolentiæ tuæ atque amiciſſimi.* Et Apul. 3 Florid. *benevolentiſſimi principes.* ¶ 2. *Benivolus* etiam ſcriptum invenitur, & ſic ſcribi vult Priſcian.

¶ Benevole, adverb. idem Cic. Inv. 1, 16 *Quæ erga te amice & benevole colleginæ.* Superl. Auguſtinus epiſt. 28 ad Hieronymum: *mei commendationem benevolentiſſime facere dignatus es.* Id. ep. 64 ad Aurelium, *Benevolentiſſime accipere.*

¶ Benevolentia, *æ*, f. gunſt, gutwilligkeit; ut, *Benevolentia aliquem complecti.* Cic. fam. 2, 6. Et, *Benevolentiam alicui præſtare*, Id. fam. 4, 11 gutten willen erzeigen; *alicujus alicere*, Id. Off. 2, 14; *captare*, Agr. 1, 15; *colligere*, de Amic. c. 17; *ſibi adjungere*, pro Mur. c. 20. *Benevolentia gratia aliquid facere*, aus liebe, Id. Off. 2, 6. *Benevolentiam alicujus erga ſe perſpicere, experiri*, Id. fam. 1, 7, gutten willen ſpüren. Et 9, 16 *Ut aurum igne, ſic benevolentia jocis periculo adhibito perſpici ſolet.* Id. poſt red. ad Quir. c. 10 *Semiterna benevolentia colere memoriam beneficii alicujus.* Et Off. 2, 6 *Malas cujus diuturnitatis metus, contraque benevolentia fidelis vel ad perpetuitatem.* Nepos 10, 5, 4 *Nullam imperium tutum, niſi benevolentia munitum.*

¶ Bonifacies, adject. ſchön. Gloſſ. gr. lat. *ἐυπροσωπος*, *Bonifacies.*

¶ Bonifātus, *a, um*, in Gloſſ. gr. lat. *εὐμοιρος*, der glücklich iſt.

¶ Bonimōris, adject. in Gloſſ. gr. lat. *καλοτερπος*, ſittſam.

¶ Imbŏnĭtas, *ātis*, f. pro infelicitate apud Tertull. ad Martyr. c. 3 *Omnis duritia, imbonitas & injuravitas.*

¶ Perbŏnus, *a, um*, valde bonus. Cic. Verr. 4, 18 *Perbona toreumata.* Id. Att. 6, 1 *Perbono res loco eſt.*

¶ Perbene, id eſt, optime, ſehr wohl. Cic. Brut. c. 28 *Perbene latine loqui* Et Liv. 45, 3 *Fortunam perbene feciſſe.*

¶ Perbenigne, idem quod benigniſſime, Ter. Adelph. 4, 5, 68.

¶ Perbenevŏlus, *a, um*, ſehr günſtig. Cic. fam. 14, 4 *Peſcennius eſt perbenevolus nobis.*

Boo, vide *Bos.*

BOŌPES, *ĕdis*, *βοώπης*, herba, cerefolium, förbel-kraut. Apul. de Herb. c. 104.

BOOTES, *æ*, m. *βοώτης*, Arctophylax, ſidus ſeptemtrionale a *βοῦς*, *bos*, unde etiam *Bubuleus* vertitur. v. Cic. N. D. 2, 42. Ovid. Faſt. 3, 405

Sive eſt Arctophylax, ſive eſt piger ille Bootes.

Idem ſecundo caſu de Arte am. 2, 55 *Comesque Bootæ Enſiger Orion.* At Avienus Periegeſi *Bootis* format, ut v. 364 *Axe Bootis*: v. 456 *Plaga diva Bootis*; & v. 846 *Qua riget ora Bootis.*

BOPGYRVS, *i*, m. nomen piſcis marini, Plin. 32, 11 eſſe dicitur. Sed emendante Harduino ſ. 54 legendum *Bovem, cercyrum.*

BOREA, vel Boria, *æ*, f. gemma cælo autumnali ſimilis, Jaſpenſtein, Plin. 37, 8.

BOREAS, *æ*, m. *Βορέας*, aquilo, der nordwind; dictus vel a boatu, vel *ἀπὸ τῆς βοῆς*, quod ſit ſonorus. v. Plin. 2, 47. Virg. Georg. 1, 93. *Boreæ penetrabile frigus*: quia vis frigoris a ſeptemtrione eſt. *Borea ceſſante navigandum eſſe*, proverbiale eſt, ut indicat Ariſtoteles, de obſervanda opportunitate in rebus gerendis; ſimile illi, *Cumpluit molendum eſt.* ¶ 2. Antiquæ elegantiæ eſt, cum Nepos 1, 2, 4 ait, *Cum vento Borea profectus eo pervenijſſe*: Veteres enim non illiberter genus ad ſpeciem jungere ſolebant. Vt cum *hominem ſervum: hominem bipedem: mulierem mercatricem: lupum piſcem*, & alia hujus generis dicerent. Nepos eodem modo *Ventum aquilonem*: & *Iſtrum flumen, Nilum flumen*, dixit.

¶ Bŏrĕus, *a, um*, ſeptemtrionalis, nordiſch, mitternächtig. Ovid. 4 Trift. 8, 41 *Vita procul patria peragenda ſub axe Boreo.* vid. Hygin. Aſtr. 3, 29.

¶ Borealis, *e*, idem. Avienus Arat. v. 951 *Borealia flamina*: & v. 964 *Borealis tramite cæli.* Idem Periegeſi v. 84 *Boreali fuſus ab alto*: & v. 242 *Boreali rurſus in Arcto.* Iſidor. 3, 32 *Borealis motus.*

¶ Antiboreum, *i*, n. horologium, alias æquinoctiale dictum, quod in plano æquatoris boream reſpicit, Vitruv. 9, 9.

BORITH, herba ſaponaria, quod ſaponis vicem teneat, ſeiffen, ſeifenkraut. Hac de herba Iſidor. 16, 2 ex propheta, nimirum Ier. 2, 22 & Mal. 3, 2. Sed non agnoſcunt ultimam partem illius capitis, editiones antiquæ v. g. Baſ. 1489. f. quæ in Gothofredianis LL. autoribus ex MS. addita dicitur. Io. Mich. Langius 3 Diſſert. edidit, & ſaponem vel ſmegma eſſe contendit; Sed Ol. Rudbeckius purpuram vel coccum fuiſſe ſtatuit.

BORRĀGO, vel Borago, *ĭnis*, f. legitimum bugloſſum, burretſch, ochſenzungen. Matthiol. dicitur & *Corrago*, vide in C.

BORSYCITES, *æ*, m. gemmæ certa ſpecies; Plin. 37, 11.

BŌRVSSIA, *æ*, f. regio Germaniæ, quæ & *Pruſſia* & *Prutenia*, Preuſſen. v. Geogr.

¶ Boruſſi, *orum*, m. populi, qui & *Pruſſi*, die Preuſſen.

BŎRYPTES, *æ*, m. gemma nigra, ſanguineis & albis nodis, Plin. 37, 10.

BORYSTHĔNES, *is*, m. *Βορυσθένης*, Scythiæ fluvius maximus & uberrimus, de quo Herodot. 4, 53; Plin. 4, 12. ¶ 2. *Boryſthenes* equus Hadriani, cui mortuo ſepulcrum conſtituit cum epitaphio, v. Dio lib. 69; Rhodig. 21, 31; Caſaub. & Salmaſ. in Spart. Hadr. c. 20.

¶ Bŏryſthenius, *a, um*, adjectivum. Ovid. de Ponto 4, 10, 53

Cumque Boryſthenio liquidiſſimus amne Dryaſpes.

¶ Bŏryſthĕnĭdæ, *arum*, m. qui ad Boryſthenem habitant, quos *bibernos* Propertius dixit 2, 7, 18

Gloria ad bibernos lata Boryſthenidas.

¶ Bŏryſthĕnītes, *æ*, m. ita Græce gentile cognomen format Bionis, philoſophi & poëtæ, quem ſupra inemoravimus, Diogenes Laërtius principio Vitæ ejus: *βίων, τὸ μὲν γένος ἦν Βορυσθενίτης* &c.

BOS, *bŏvis*, c. *βοῦς*, taurum vaccamque comprehendit, ut indicat Valla 4, 42 ein rind, ochs oder kuh. Petron. c. 56 *beſtiæ laborioſiſſimæ boves*, &c. Horat 1 epiſt. 7, 87 *Bos cnetlus arando.* Sed *Bos fœrda*, eine trächtige kuh. Ovid. Faſt. 4, 631. Colum. 6, 24, 3. Livius quoque in fœminino genere *Bovem* non raro pro *vacca* poſuit: ut 1, 7 *Inde cum aſſa bovis quadam*: & rurſus: *Ibi tam primum bove exta ſua capta de grege.* Item c. 45 *Bos in Sabinis nata cuidam patri familiæ mirandæ magnitudine ac ſpeciæ.* Ita & Virg. ecl. 1, 9 *Ille meas errare boves* &c. Tacitus Germ. 40, 5 *ἀχαιῶς*, *Boves fœminas* dixit. *Bos locuta*, Obſequ. c. 103; & *Bos locutus*, idem c. 74. conf. Liv. 3, 10 pr. & 24, 10 extr. *Bos arator*, Suet Vesp. c. 5 ein ochſe, den man zum pflug braucht. Hunc lege Attica nefas fuit mactare, ut Ælianus auctor eſt Var. Hiſt. 5, 14. De *Bubus* Plin 38, 45. Bovem, quem vix decem viri domarent, facerdos fœmina ſola aure prehenium ad aram deduxit; 4 Æliun. Hiſt. Animal. 11, 4. De honore ei habito ab antiquis, vid. quos laudat Broukh. ad Tib. 2, 1, 8. *Bos Camurus, patulus, lævus, Licinus*, qui diceretur, Iunius Philargyrus ad Virg. Georg. 3, 55 ita explicat: CAMURI *boves ſunt, qui converſa introrſus cornua habent: quibus contrarii* PATULI, (Plauto, PATALES) *qui cornua diverſa habent.* LÆVI, *quorum cornua terram ſpectant. His contrarii* LICINI, *qui cornua ſurſum verſum reflexa habent.* Bos auratus ſæpe donum erat bene de republica meritis, ut ad ſolennem ſacrificium adhiberetur, quem morem Liv. 4, 16, 25, 12 illuſtrat. v. Miſc. Obſerv. Vol. 5 p. 211. ¶ 2. Horat 1 epiſt. 14, 44

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus:

hoc eſt, Nemo eſt, qui ſortem ſuam non faſtidiat, & admiretur alienam: Quod hoc modo breviter & ſimpliciter Terentius extulit Phorm. 5, 3, 20 *Noſtri noſmet pœnitet, das unſrige iſt uns nie gut genug.* Ovid. Heroid. 5, 116 *Littora bubus arare*, ut & *arenæ ſemina mandare*, de opera inani, nil profectura, ſich vergebens bemühen. *Si bovem non poſſis, aſinum agas*: vide Chiliad. *Multi ſunt boum ſtimulatores, pauci vero terræ aratores*, Πολλοὶ βεκέντωι, παῦροι δέ τε γῆς ἀρότηρες, anreger genug, wenig arbeiter. Ibid. *Bos laſſus fortius figit pedem*, müde ochſen treten übel. *Bos mortuus*, Plautino joco eſt, taurea, ein ochſenziemer. Prov. *Bos in lingua*: de eo dicitur, qui pecunia corruptus loqui non audet. v. Chil. Aliud *βοῦς ἐν γναθοις φερων, bovem in maxillis ferre*, de hominibus voracibus, qualis Hercules adeo edax, ut ſolidos boves uno devoraret convivio. Suidas. Dicitur etiam *Bos in civitate*, ubi quis ad novos honores evehitur præter meritum. Namque in vulgi jocum ceſſit, quod Lyſias bovis imaginem æream collocaret in arce Athenis, cum in agris boum uſus ſit, non in urbibus. v. Eraſm. *Bos ſeptimus* apud eumdem & Suidam in ſtoliditatis abiit proverbium, quod bovis ſimulacrum e farina fictum, quod pauperes pro ſex animalibus vivis immolabant, ſenſu vitaque careret. ¶ 3. In Dativo & Ablativo Pluralı & *bubus*, & *bobus* per craſin ex *bovibus* invenitur. Itaque prima longa erit. Lucret. 6, 1129

Conſimili ratione venit bubus quoque ſæpe
Peſtilitas etiam pecubus balantibus ægror.

Horat. Epod. 2, 3

Paterna rura bobus exercet ſuis.

In *bobus* tamen primam Auſonius corripuit etiam epigr. 62

Æs veluti ſpirans cum bobus exagites:

Quaſi non craſis ibi, ſed ſyncope eſſet. v. Poëtica Giſſenſ. p. 47 & Ciofi. ad Ovid. Her. 5, 116 *Non profectaris litora bubus aras.* Ita vult legi, non *bubus*, quod breve eſſe contendit. *Bubus* etiam v. ap. Plaut. Moſt. 1, 1, 59; Liv. 22, 10; Tac. Germ. 40, 5; &c. Cicero dicit *Bobus.* Genitivus Plur. *boum*, ejecto VI: ut, *fata læta boumque labores*, Virg. Æn. 2, 306. Adde Priſcian. lib. 7 p. 773. ¶ 4. Homericis temporibus *boves* quaſi eminens pretium rerum fuiſſe videntur. vid. Ilias. 703, 705; & Dan. Heinſ. ad Sil. 15, 259. ¶ 5. *Bos Luca* elephas dicitur, de quo infra in *Luca*. ¶ 6. *Bos*, piſcis, Ovid. Hal. 90 *βοῦς ὁ θαλάττιος* deſcribitur Ælia. H. A. 1, 19. add. S. *Bopgyrus.*

¶ Bŏvis, *ĕris*, antique pro *Bos* apud Varr. de L. L. 7, 38.

¶ Bŏvīnus, *a, um*, rindern; adject. Theodorus Medicus antiquus de diæta c. 15 *Vitilor*, inquit, *omnibus probatur medulla cervina, ſecunda bovina, & maxime de juvencibus.*

¶ Bŏvillus, *a, um*, idem; ut, *Caro bovilla*, rindfleiſch, Octav. Horat. 1, 6. Hinc *Bovillæ*, oppidi in Latio nomen, vid. infra feorſum. Et in Gloſſis, *Bovilla, βοοσφαῖα*. Hoc alias dicitur

¶ Bŏvīle, *is*, n. ein ſtuhſtall. Varro quidem L. L. 7, 30 tantum *bubile* non *bovile* admittit. Sed & ipſi & Catoni tribuit Chariſius p. 51. Phædr. 2, 8, 4 *Cervus ſe bovili condidit.*

¶ Bovīnor, *ari*, proprie eſt bovis ſtrigantis in arando, non autem ſulcum uno ductu peragentis, per metaphoram de homine tergiverſante dicitur, ſich ſperren, halsſtarrig ſeyn, ſchmähen. Feſtus: *Bovinatur, conviciatur.*

¶ Bovinator, *ōris*, m. qui ſe gerit more hominum bovinorum, id eſt, bubulcorum, ein boshafftiger, widerwärtiger kopf, ein teufel. Nonio 2, 48 eſt idem, *qui malitioſus & tergiverſator dicitur* Lucilius ibid. *Bovinator ore improbus duro.* v. & Gell. 11, 7. In Gloſſ. Iſid. eſt *inconſtans.*

¶ Bovinātio, *onis*, f. *βακχολία*, die reckelen, ochſenhafftigkeit.

¶ Bŭbălus, *i*, m. græce *βόβαλος* & *βούβαλος*, bos ſilveſtris, animal & robore excellenti & velocitate, ein büffel. Martial. de Spectac. epigr. 23

Illi ceſſit atrox bubulus atque biſon.

conf. Plin. 8, 15 & Miſc. Obſerv. Vol. 5 p. 253.

¶ Bubalīnus, *a, um*, adject vom büffel; ut, *Laridum bubalinum*, rindsfett, Vopiſcus in Probo c. 4. conf. Vlp. 34 ff. t. 2 l. 25 §. 5.

¶ Bubālis, *e*, idem; ut, *Bubale fruſtum*, Petron. c. 35, id eſt, fruſtum carnis bubulæ.

¶ Bubalion, *i*, n. cucumis ſilvaticus, Apul. de Herb. c. 113.

¶ Bubetii, *orum*, plur. dicti *bubus boum cauſſa celebrantes*, Plin. 13, 3.

¶ Bubile, *is*, n. idem quod *Bovile*, ein ochsen- ein vieh-stall. Usi eo vocabulo sunt scriptores de Re rustica, Cato c. 4. *Bubilia bona*: & Colum. 1, 6 *Domitis armentis duplicia bubilia sint*. v. Varr. de L. L. 7, 30.

¶ 2. *In bubilem* pro *in bubile* dixit Plaut. Perf 2, 1, 18.

¶ Bubōna, *æ*, f. Dea boum apud antiquos, Cæl. Rhodig. 1, 34.

¶ Bubtequa, *æ*, m. bubulcus, ein ochsentreiber. Sidon. 1 epist. 6 *Inter bubsequas rusticanos & subulcos*. Apul. 8 Met. p. 138 *Equisones opilionesque, & bubsequæ*. Scribitur & *Bobsequa*. v. Indicem Elmenhorstii.

¶ Bubulcus, *i*, m. ein kuh- oder ochsen-hirte, acker-knecht. v. Cic. Divin. 1, 27, Col. 1, 9. Virg. ecl. 10, 19 *Tardi venere bubulci*. Ovid. 3 Trist. 12, 30

Stridula Sauromates plaustra bubulcus agit.

conf. Plin. 18, 3; Colum. 1, 6, qui fere eum intelligit, qui bubus præest aratrum trahentibus.

¶ Bubulcārius, *i*, m. idem Gloss. gr. lat. *βοώτης, bubulcarius*.

¶ Bubulcitor, *ari*, kuh-hirte seyn. Plaut. Most. 1, 1, 50 *Decet me amare, & te bubulcitarier*. Nonius 2, 85 & hoc, & Varronis exemplum citat active *bubulcitare*, sed paragoge Plautina *bubulcitarier* repugnat. Nihilominus Apulejus lib. 1 Florid. p. 343 *Ijsi apud illos gens, quæ nihil amplius, quam bubulcitare noverc*, hoc est boves pascere. Ita Elmenhorstius & Julian. Floridus legunt.

¶ Būbŭlus, *a, um, βοικός*, rindern; ut, *Bubulum pecus*, Varr. R. R. 2, 5 rindvieh. *Lac bubulum*, kühmilch, Plin. 28, 13. *Caseus bubulus manu pressus*, Suet. Aug. c. 76. *Caro bubula*, Plin. 23, 7, rindfleisch. *Corium bubulum*, eine ochsen- oder kuh haut. Plaut. Pœn. 1, 1, 11. *Bubula* scil. caro, etiam absolute Plaut. Aul. 2, 8, 4; & Apic. 8, 5. ¶ 2. *Ad capita bubula*, Suet. Aug. c. 5, locus urbis sic appellatus, quod ea capita illic seu picta seu suspenta pro insigni, zum ochsenkopf.

¶ Bubularius, *a, um*, idem. Grut. p. 621, 4 MAGISTER VICI BVBVLARII.

¶ Bubulārius, *i*, m. qui offam bubulam parabat. Hieron. in testam. Grunii Porcelli: *Bubularii intestina*.

¶ Būcerus, *a, um*, aliud adject rindern. Festus: *Bucerum pecus de bubus dicimus*. Lucret. 6, 1240 *Lanigeras tamquam pecudes & bucera secta*. Ovid Met. 6, 395 *Armentaque bucera pavit*. Lucret. 2, 660 *Lanigeræ pecudes & equorum ducilica proles Bucerieque greges*: Vbi videtur per Epenthesin i interseruisse, ut *Bucerius* dixerit pro *Bucerus*: & quemadmodum alibi *alitamus* pro *alitum* dixerat: & alius Poëta vetus *Larvialis* pro *larvalis*: deinde *τὸ Grex* fœmineum fecisse, de quo suo loco. Sed & forte *Bucerie* substantive positum.

¶ Būcētum, *i*, n. vel plur. *Bucēta*, sunt boum pascua, viehweide. Gell. 11, 1 *Bucēta in ea terra* (Italia) *gigni, pastique solita sint plurima*. Tuetur hanc lectionem Gronovius ex MSS. Quidam *bucera* legunt. Sidon. 2 epist. 2 *Tintinnabulati greges per depasta bucēta reboantes*. Et his antiquior Lucanus 9, 185 *Calidi lucent bucēta Matini*.

¶ Būcŏlĭcus, *a, um, βυκολικός*, pastoralis, den hirten gehörig; ut, *Bucolicon poëma*, Colum. 7, 12. *Carmen bucolicum*, ein hirtenlied. Isidor. 1, 38. v. Voss. 3 Poët. Inst. p. 78. *Cæsura bucolica* vocatur, quæ in quintam regionem in carmine hexametro incidit. Ovid. Trist. 2, 538 de Virgilio:

Bucolicis juvenis luserat ante modis.

¶ Būcŏlĭca, *orum*, n. pl. hirten-gesprüch, qualia sunt Theocriti Idyllia, & Virgilii Eclogæ. ¶ 2. *Bucolicon* etiam herbam vocat Plin. 25, 4.

¶ Būcŭlus, *i*, m. dimin. pro *bovīculus*, ein stier, junger ochs. Colum. 6, 2 *Cum deinde buculos comprehenderis*, &c.

¶ Bucŭla, *æ*, f. vitula, juvenca, eine junge kuh, kalb. Cic. Verr. 4, 60; Virg. ecl 8, 86; & Georg. 4, 11; Arnob. 7 p. 224; Serenus 7, 5.

¶ Boo, *boare, βοᾶν*, mugire ut bos, brüllen. Plaut. Amph. 1, 1, 77 *Boat cælum fremitu virûm*. Eleganter Apulejus lib. 3 Flor. *Tragœdi, ni cotidie proclament, claritudo arteriæ obsolescit: igitur identidem boando purgant ravim*, sie schreyen die stimme aus. ¶ 2. Sed a *Boo, ere*, Nonius ex Pacuvio 2, 80 *Clamore & sonitu colles resonantes boant*. Et ex Varr. *Exeunt, strepunt, boant*.

¶ Boans, *tis*, ut, *Vox boans*, Ovid. Art. am. 3, 450. ¶ 2. Sed Varro L. L. 6, 5 ex Ennio: *Clamore bovantes*.

¶ Boātus, *us*, m. mugitus boum, das gebrülle. Apul. 3 Milef. p. 130 *Præconis amplo boatu citatus accusator*.

¶ Boatim, vel bovatim adv. more bovis, wie ein ochs. Nigid. apud Nonium 1, 190.

¶ Boārius, *a, um*, vor die ochsen; ut, *forum boarium*, ein viehmarckt. Plin. 28, 2; & 34, 2. *Lappa boaria*, grosse kletten. Id. 26, 11. v. Fest. Ut, *Arvum boarium*, Propert. 4, 10, 19.

¶ Bootes, *æ*, vide supra suo loco.

¶ Bŏvo, *are*, blocken wie ein ochs. vid. *Boans* n. 2.

¶ Bŏvicīdium, *i*, n. a *bos* & *cædo*, die schlachtung oder das opfer vom rindvieh. Solin. c. 2 *Inter ritus sacrorum factis bovicidiis*.

¶ Bucæda, vel Bucīda, *æ*, c. non active qui boves cædit, sed passive qui cæditur loris bubulis. Plaut. Most. 4, 2, 1 *Illi bucædæ erunt potius, quam ego sim restio*.

¶ Bucīta, *orum*, n. pl. *pascua, ubi boves cientur*, Isidori Gloss.

Bucephalus, Buceras, Buglossus, &c. vide suis locis.

¶ Reboo, *are*, remugire, entgegen brüllen, wiederschallen. *Reboant silvæ*, Virg. Georg. 3, 223. *Tympana reboant*, Catull. 64, 21. conf. & Hieron. Comment. II in epist. ad Gal. præf. *Ad similitudinem cœlestis tonitrui AMEN reboat*. Onomast. vet. *Reboo, ἀντιβοάω*. conf. Drakenb. ad Sil. 3, 439.

¶ Semibos, *ōvis*, m. ein halber ochs. Ovid. de Art. am. 2, 24

Semibovemque virum, semivirumque bovem.

BOSCAS, *ădis*, f. *βοσκάς*, pix visci modo lentescens, Dioscor. 1, 82. ¶ 2. *Boscas* avis, vide *Boschis*.

BOSCHIS, *ĭdis*, f. rectius *Boschas, ădis*, aut *Boscas, ădis, βοσκάς*, avis est aquatica anati similis, fed minor, eine mittel-ente, id est, mediæ magnitudinis anas. Apud Columell. 8, 15, *Boschides* legitur, ante Comment. qui *Boscides* edidit.

BOSPŌRVS, *i*, m. *Βόσπορος*, marisangustia; sic dicta a bovis meabili transitu, eine meer-enge. Duo autem memorantur hoc nomine: alter juxta Byzantium, qui *Thracius* dicitur; & alter in introitu Mæotidos paludis, qui *Bosporus Cimmerius* appellatur. Ovid. Trist. 3, 4, 49

Bosporus & Tanais superant, Scythicæque paludes,

qui est Cimmerius Bosporus. Plin. 4, 12 (sect. 24) *angustiæ, Thracius Bosporus, latitudine* D *passuum*. conf. Curt. 6, 2, 13.

¶ Bospŏrānus, *a, um*, adject. ut, *Mithridates Bosporanus*, Tac. An. 12, 15, 1; id est, imperitans gentibus juxta Cimmerium Bosporum.

¶ Bospŏrāni, *orum*, m. plur. accolæ Cimmerii Bospori. Sext. Rufus c. 16 *Pompejus Bosporanis regem imposuit*. Cic. pro L. Manil. c. 4 *Bosporanis, finitimis suis, bellum inferre*.

¶ Bosporius, *a, um*, idem quod Bosporanus, adject. Ovid. Trist. 2, 298

Egerit Ionio Bosporiique mari.

BOSTRA, *æ*, f. Arabiæ colonia Rom. ab Alexandri Severi ætate nobilis, v. Spanh. de usu & præst. num. diss. 13 p. 612.

BOSTRYCHVS, *i*, m. *βόστρυχος*, cincinnus, geflochten haar, haarlocke. Firmic. 4, 12.

¶ Bostrychites, *æ*, m. *βοστρυχίτης*, gemma crinibus mulierum similis, Plin. 37, 10. Marcell. Empir. c. 8.

BŎTĀNĬCVS, *i*, m. *ὁ βοτανικός*, ein kräutermann, a *βοτάνη, herba*.

¶ Botanice, *es*, f. *βοτανική*, ars herbaria, species Medicinæ.

¶ Botanicum, *i*, n. herbarium dicitur, quod ibi herbæ notentur, Isidor. 4, 11, ein kräuter-buch.

¶ Botanismus, *i*, m. runcatio, evulsio herbarum. Plin. 8, 18 *Pauci ruminant, quod botanismum vocant*.

Botellus, vide in *Botulus*.

BŎTHYNVS, *i*, m. cometa figuram foveæ habens, Apul. de Mundo p. 58 & 64.

BOTONES, *um*, & Botontini, *orum*, tumores aggesta terra excitati, hügel, erdhübel. v. Auct. rei agrariæ p. 225; 306 &c. Conf. Rigaltii Gloss. agrim. p. 294; & supra *Bodo*.

BŌTRVS, *i*, m. *βότρυς*, eine weintraube. Vulg. Interp. Mich. 7, 1; &c. *Botrus oppositus botro maturescit, βότρυς πρὸς βότρυν πεπαινεται*, adagium est de contagio consortii cum improbis. *Anacharsis Scytha* dixit: *Vitem ferre tres botros, primum voluptatis, alterum ebrietatis, tertium molestiæ*: v. Laërt. & Plutarch.

¶ Botruōsus, *a, um*, träublicht, voll trauben. Apul. de Herb. c. 67 *Botruosum semen*.

¶ Botronatum, *i*, n. ornamentum delicatum contextum *βοτρυδὸν*, cujus bacæ aliæ aliis adhærent, ut in botris, eine vorsteck-rose, bampelotte, apud Tertull. de cultu fœm. c. 10.

¶ Botrȳon, *ōnis*, diminut. *βοτρυών*, ein träublein. Martial. 11, 28

Nec dignam tuto te botryone putat.

¶ 2. Plinio etiam medicamentum *Botryon* est 28, 4.

¶ Botrys, *βότρυς*, herba est, raben-kraut, kröten-kraut, Matthiol. traben-kraut; forsan rectius, trauben-kraut. Sic enim Plin. *Botryn* describit 27, 4 *In ramulis semen est uvis dependentibus, odore vinoso: qua de causa botrys a quibusdam vocatur*. Hæc herba in Phrygia tantæ est magnitudinis, ut currum medium disrumpat. v. Voss. de Hist. Græc. p. 390, nisi racemus Botri hic potius intelligendus.

¶ Botrytes, gemma est, incipienti uvæ similis, Plinio 37, 10.

¶ Botryītis, *ĭdis*, f. *βοτρυῖτις*, cadmiæ species est in fornacibus metallicis, eine art kobald, galmey, eaque duplex, baccata seu racemosa, & nigra, cui bracteæ colore æris purissimi adhærent, Gesn. lib. de Fossilibus; Dioscor. 5, 84; Cels. 6, 6, 6. *Cadmia Botryitis*, Scrib. Larg. Comp. 24 ubi v. Rhodium.

BŎTŬLVS, *i*, m. genus farciminis duplex. Alii enim ex ovis, nucleis, cepa & porro concisis, thure item ac pipere vino perfusis: ut Apicius 2, 5 describit; alii ex sanguinis viscerumque infarctis confici ebantur, quod ex Festo & Tertulliano docemur. Festus: *Botulus, genus farciminis, propter connexionem a bolis sic appellatur*. Tertull. Apol. c. 9 *Botuli cruore distenti*, würste, blut-würste. Adde de Jejun. c. 1, ubi *botuli* homines bene farti: & Martial. 14 epigr. 72. Græcis a distentione *φύσκος* appellatur. Vetus Glossarium: *Botulus, φυσκος*. Gellius 16, 7 inter fordida, quibus Laberius usus, hoc nomen refert.

¶ Botellus, *i*, m. diminut. parvus botulus, ein würstlein. Martialis 5 epigr. 79

Et pultem niveam premens botellus.

Sidonius Apollinaris, carmine epistolæ 11 lib. 8 inferto, *Olet*

Baccas per geminas ruber botellus.

¶ Botulārius, *i*, m. botulorum confector seu venditor, ein wurstbereiter, apud Senecam epist. 56.

BOVIĀNVM, *i*, n. vetus Samnii oppidum Plin. 3 c. 12. Memoratur Livio, Straboni & aliis. Hinc

¶ Bovianius, *a, um*, adject. ut, *Boviania lustra*, id est, sylvæ circa Bovianum, Sil. Ital. 8, 565.

Bovicidium, Bovile, vide *Bos*.

BŎVILLÆ, *arum*, f. plur. inde dictæ, quia aliquando in Albano monte ab ara fugiens taurus jam consecratus, comprehensus est in vico illo, uti ait interpres Persii ad Sat. 6, 55. Hoc oppidum, quod non procul esset a Roma, *suburbanas Bovillas* vocant Ovid. Fast. 3, 667; & Propert. 4, 1, 33. Conf. Plin. 3, 5; Suet. Aug. c. 100, & Cluver. Ital. ant. 3 p. 917. Sic & *Bula* pro *bovillis*. Sæpe enim hæc nomina confundi, observat Sigon. ad Liv. 4, 49 pr.

Bovillus, bovinātor, bovinor, bovo, vide *Bos*.

BOX, *ŏcis*, f *βοαξ, βῶξ*, piscis marinus. Plin. 32, 11. Festo dicitur *Boca* & quidem a *boando*.

BRĂBĬVM, seu Brăbĕum, *i*, n. *βραβεῖον*, præmium victoriæ, ein kleinod, gewinn. Tertull. ad Martyr. c. 3 *Corona æternitatis brabium*. conf. Vulg. Interp. 1 Cor. 9, 24. Et Prudent. hymn. 5 Perist. v. 538 *Brabei duplicis palmam ferre*.

¶ Brabeutes, *æ*, m. & Brabeuta, *βραβευτὴς, βραβεῖον* seu præmium victori decernens, ein kampf-richter, der die gewinste austheilet, apud Suet. Ner. c. 53. Latini *Designatorem* appellabant, ut ex Vlpiano Lege *Athletas* 4 D. de his, qui notantur infamia, constare potest. Vide & Lipsium de Amphitheatro c. 29; & Petr. Fabrum Agonist. 1, 23.

BRABŸLA, *æ*, f. herba spissandi vim habens, Plin. 27, 8. Aliis *Brabyla*, n. pl. pruna communia f. Damascena, prunellen.

BRACA, & Bracca, *æ*, f. (quibusdam & *Bracha*, lenioris, ut videtur, soni caussa, Isidoro 16, 22 quod sit brevis, βραχὺς ἐσθὴς,) Græca vox a βάκος: qua Græci Asiatici ἀναξυρίδας Persarum: deinde Massilienses Græci Gallorum vicinorum femoralia nominarunt, beinkleider, hosen. Diod. Siculus quidem & Hesychius Gallicam vocem existimarunt; & sane *breeches* Anglorum, quod *nates* significat, & vestem eas tegentem, tenere aliquid illius originis videtur. Interim pro Græca origine Casaubonus est, quem operæ pretium erit videre ad illud Suet. Aug. c 82 *Hieme femoralibus & tibialibus munichatur. Bracce* enim vestimentum, quo femora tegebantur maxime. *Barbarum tegmen*, Tacitus vocat Hist. 2, 20, 2, quod Barbarorum proprium esset; earumque gentium, quæ in frigidioribus Arctoisque regionibus habitabant: ut Getæ, Sarmatæ, item Germani ac Galli. Persæ quoque, ut originitus Scythæ erant, ita & *bracce* fuerant usi: unde *Persicum braccem* Ovidius dixit 5 Trist. 10, 34. Receptæ tandem & in Italia fuerunt; & Romæ quidem earum usus sub Augusto cœpit: qui ita invaluit postea, ut legibus compescendus Honorio & Arcadio Impp. videretur, quod ex Theodosiano Codice constat. Indignum quippe videbatur, populum principem Barbarorum more vestiri. v. dauuviros literarium, Cesaub atque Salmas. ad Hist. Aug. Script. illum vero & ad Suet. l. c. Licebit Phil. Cluverium quoque iis addere de Ant. Germania; & Iuvenal. 2, 169 *Lacce bracce*, Lucian. 1, 420, bluder-hosen. v. Bernegg. ad Suet. Cæs. c. 80, 4 p. 202, 204. & Cel. Rhodig. 18, 21.

¶ Braccarius, *ii*, m. qui braccas conficit, ein schneider. Lamprid. in Alex. c. 24. *Vestigal pulberimum instituit, braccariorum, linteonum*, &c.

¶ Bracātus, vel Braccatus, & Brachatus, *a, um*, braccis indutus, der hosen trägt. Cic. pro Font. c. 11 *Has tibi provincias bracatosque versari.* Sic Transalpina Gallia *bracata* appellata; & Citalpinæ, quæ Togata nominabatur, opposita est: quod ibi Galli *braccis*, non togis Romano more, ut cis alpes, vestirentur: v. Plin. 3, 3 & 4; & Mela 2, 5. Id. 2, 1 de Sarmatis: *Ob frigora hominis adnexa affidue, de-*
mersis in humum sedibus, specus aut fornices habitant, totum bracati
corpus, & ubi quæ velint, etiam ova rupi &c. Videtur *bracce* ejusmodi vestimenti genus notare, quod femoralia, femoralia & tibialia uno contextu contineat: quemadmodum Suevorum rustici adhuc vestiri solent. Visiturque hoc habitu Orpheus in monumentis veteribus, quæ Romæ iubertiano exhibet. Propert. 3, 3, 17 *Bracati militis arcus.*

BRACARA, *æ*, f urbs Lusitaniæ olim *Augusta* cognominata. Auson de Urb 9, 5 *Quaque fines pelagi jacent & Bracara Augusta.*

¶ Bracārus, *a, um*, adject. ut *Bracarus convictus*, unus ſcil. e feptem illis, in quos Hiſpania citerior diviſa eſt, Plin. 3, 3 Et *Bracari* incolæ ibid.

Bracca, bracha, &c. vide *Braca*, Brachialis, &c. *Brachium.*

BRĀCHIVM, *i*, n. proprie pars illa, quæ eſt inter manum & cubitum, der untere arm bis an den elbogen: ab eo ad humerum usque *lacertus* eſt, qua in re diverſa ratio eſt Græci βραχίων, quod nomen alias *brachio* reſpondet. vid. Gorræi definitt. h. v. Cæterum Ovidius a digitis incipiens ita enumerat partes Met. 1, 500 *Laudat digitosque manusque, Brachiaque & nudis media plus parte lacertos.* Tota icaque Daphnes brachia patent, ſed medii tantum lacerti. A ſuperioribus partibus incipit Lucretius 4, 827 *Brachia tum porro validis exapta lacertis Infit, manusque duras utraque a parte miniſtras.* Cic. Tuſc 2, 16 *Scutum, gladium, galeam, in omere noſtri milites non plus numerant, quam humeros, lacertos, manus.* Ovid. Art. am. 3, 307 *Pars humeri tamen ima tui, pars ſumma lacerti Nuda ſit.* Ita uterque humeris proxime lacertos ſubjicit, & brachia lacertorum appellatione comprehendere videtur. Nimirum, ¶ 2. *Brachium* pro eo omni accipitur, quod extenditur a ſcapulis usque ad digitos. Feſtus: *Brachium dicebatur a βραχὺ, i. e. breve, eo quod ab humeris ad manus breviora ſint, quam a coxis plantæ. Evinctis attollat brachia palmis*, Virg. Æn. 5, 364. *Alterna brachia jactare*, die arme hin und wieder werfen. Ibid. v. 376. Et, *Exercere brachia*, die arme ausſtrecken. Ovid. Met. 2, 270 *Brachii projectio, contractio*, Cic. in Orat. c. 18 *Dirigere brachia contra torrentem*, wider den ſtrom ſchwimmen. Iuvenal. 4, 89, *Molli brachio & cum segnitie*, eſt leniter objurgare, einen kleinen verweis geben. Cic. Att. 2, 1. Remittunt enim lacertorum vim & frangunt quaſi, qui quem percutiunt leviter. Idem 4 epiſt. 16 *Aliquid levi brachio agere*, id eſt, negligenter, nicht mit rechtem nachdruck, nur obenhin. Per metaphoram ad multa alia transferrur hæc vox. Nam ¶ 1. κέρατα quæ vocant Græci, Latini *cornua* maris & fluviorum, quæ *diverticula* etiam dicuntur, *brachia* appellantur: auctor eſt de mœro und der ſtrome. Ineditus Geographus, qui penes Salmaſium fuit, de Nilo: *Ex hinc per diverſa camporum ſpatia, per octo brachia velut oſſa, tota Ægyptiorum terra irrigata.* Nos Germani etiam vocabula, des arms, ita utimur. Liv. 44, 35 extr. *Velati per devexum in mare brachium, transitum tentabunt.* Item 28, 32 *Brachia ſuorum objecta.* ¶ 2. Eſt & munitionum vocabulum. Nam projecti aggeres & foſſæ, quibus pinguntur caſtrorum opera, *brachia* appellantur, communicationis limites. Græcis σκέλη, *crura*, ut Caſaubonus ad Polybium pag. 180 obſervat. Hirtius, ſive Oppius de B. Alex. c. 5 *Caſtellum, quod rex in primo vico non longe a fide manebat, brachiisque cum opere caſtrorum conjunxerat.* Liv. 4, 9 *Muris brachium injunxerat.* Huc illud etiam munitionis genus, quod per foſſam ſtruunt hoſtes ad urbis oppidve muros, ne egredi, hoſtibus vocari poſſit. Lucan. 3, 385 *Fontesque & pabula campi Amplexus foſſa, denſas tollentia pinnas Cœpitibus, crudaque exſtruxit moenia terra.* Curt. 6, 4, 16 *Terræ brachia.* v. ibi not. & Burm. ad Rutil. itin. 1, 335. ¶ 3. Arborum rami *brachia* dicuntur, die äſte. Apul. lib. 11 p. 260 *Arbores elementa innata brachiorum & loca ſpecioſa oſtentabant.* Virg. Georg. 2, 296 *Tum ſcrobe lata reſolvat & brachia tendere.* Et rurſus de vitibus v. 361 *Tunc ſarmenta coma, tunc brachia tolle, die ranken.* conf. Colum. 5, 5. Prudentius quoque Hymno 3 Καθημ. v. 54 *Vitea brachia* de palmitibus dixit. ¶ 4 *Brachium* elephanti proboſcis, ein elephanten-rüſſel, ut, *Elephanto perfringere brachium*, Plaut. Mil. 1, 1, 25. Sed eſt jocus parasiticus, neſcio an facile imitandus. ¶ 5 *Brachia in piſcibus*, floſſedern. Plin. 9, 29. Sic *brachia cancri*, krebsſcheren. ¶ 6. *Brachia* in machinis, heuckel, handheben. Vitruv. 1, 1; & 10, 15. ¶ 7. Translate etiam notat facultatem & auxilium; ut, *Præbere ſceleri alicujus brachia ſua*, mächtiglich beyſtehen. Ovid. Heroid. 7, 126. Sic *Brachium ſeculare*, vulgo dicitur poteſtas magiſtratus politici, potiſſimum apud juris canonici ſcriptores, ubi agitur de exſequendis pœnis a clero decretis.

¶ Brachiŏlum, *i*, n. βραχίολον, diminut. ein kleiner arm. Catull. 62, 181 *Brachiolum teres*

¶ Brachiālis, *e*, adject. die arme betreffend; ut, *Brachialis craſſitudo*, dick als ein arm, Plin. 13, 11; & 17, 17. *In nervum brachialem condere ſe invicem*, einander umarmen. Plaut. Pœn. 5, 4, 99.

¶ Brachiāle, *is*, n. ſubſtantive pro ornamento brachii, ein armband. Plin. 28, 7 *Menſtruo in lana arietis nigri argenteo brachiali incluſo*, Valerianus epiſt. ad Zoſimionem ap. Treb. Poll. in Claudio c. 14 in maſculino *brachialem* dixit, per ellipſin: ſubaudi *torquem*. Ita Vopiſcus Aurel. c. 7 *Torquem brachialem & annulum apponat.* Quamquam Gruterus & Salmaſius malint *torquem* a *brachali* ibi diſtinctum. In altero autem *ornamentum* ſubintelligendum eſt. conf. Plin. 25, 10; & 32, 1.

¶ Brachiātus, *a, um*, in brachia compoſitus, das einen weiten umfang hat. Sic *Vinea brachiata*, quæ *capitata* opponitur, Colum. 5, 5. *Brachiata arbor*, mit viel äſten. Plin. 16, 30.

¶ Brachiofĭtris, *e*, am arm; item achenckelt: ut *Muſculi brachiofitres*, quod laudant ex Veget. 2, 25. Sed editiones emendatæ Stewechii & Scriverii hanc vocem non agnoſcunt.

¶ Brachiōnārium, *i*, n. ein armband. Gloſſ. gr. lat. ψελλίον ἀνδρὸς, *brachionarium.*

BRACHMĀNES, *um*, & Brachmānæ, *arum*, m. pl. *Indorum* dicuntur ſapientes præcipui, qui primum *Gymnoſophiſtæ* appellantur, tantumque ſtudio & contemplationi rerum cœleſtium dediti ſunt. Futuræ vitæ tantum tribuerunt, ut validi & quieto in corpore bene habentes, vitam tamen præſentem inviti tolerent, ac non raro nulla urgente cauſſa ultro ibi mortem conciverint. Strab. lib. 15. Clem. Alex. Strom. 1, 7.

BRĀCHYCĀTĀLECTON, βραχυκατάληκτον, ſcil. μέτρον ex βραχὺς *brevis* & καταλήγω *deſino*, verſus, cujus fini pes vel ſyllaba deeſt.

BRĀCHYLŌGIA, *æ*, f βραχυλογία, *breviloquium.* v. Quintil. 8, 3. Idem 9, ; *copulatam diſſimilitudinem* vocat, cum quid celerius & inſtantius dicitur; ut, *Qui inde venitis, eos vocari, conſiſtere, ſiſtantum adduci juſſi, in ſenatu ſunt poſiti* &c. ex Cic. cont. 2 Metell.

BRACTEA, (invenias etiam in libris parum emendatis Brattea) *æ*, f. ἀπὸ τῆς βρέχειν, quod eſt *illinere*: vel a βραχὺ *crepitare*: lamina tenuis eſt aurea aut argentea &c. Differt ſubtilitate a *lamina*, quæ craſſior eſt & armis apta. Vid. Valla 4, 74, ein dünnes blech, geſchlagen geld, ſilber, Plin. 37, 7 *Bracteæ argenteæ.* De *bracteis* Pæneſtinæ, quæ omnium craſſiſſimæ, & *quæſtoriæ*, proxima Plin. 33, 3 f. 19. Virg. Æn. 6, 209 *Leni crepitabat bractea vento.* Prudent. adv. Symmach. 1, 436 *Mollis ſi bractea ſyſſæ Texerat.* Martialis 9 epigr. 62 *Et linit Heſperium bractea viva pecus*, id eſt, oves ibi tam nitidam lanam habere, quaſi auro obducta ſit. Solin. c. 1 *Bracteæ eloquentiæ*, i. e. ornatus, zierrath der rede.

¶ Bractĕŏla, ſive Bratteola, *æ*, f. diminutivum. Iuvenal. Sat 13, 152 *Qui bracteolam de Caſtore dicat*, id eſt, tenuem laminam de Cyllaris ſtatua auferat. Arnobius lib. 6 p. 205 *Bracteolis frontes* dixit, überguldet, mit gold-blätgen übergogen. Et Prudent. Hycbom. v. 355 *Bracteolis crepitantia lora.*

¶ Bractĕārius, *i*, m. ein plattner, goldſchläger. Uſus eſt Iul Firmicus 4, 15; & 8, 26 *Inauratores, bracteatores, argentarios.* Add Leg. 1 Cod. de excuſ. artific.

¶ Bractĕātor, *ōris*, m. idem, & pariter Firmici eſt 8, 16 *Aurifices, bracteatores, inauratores.*

¶ Bractĕātus, *a, um*, vergüldet. Sidon. 2 epiſt. 10 *Bracteatum lacunar.* Translate Sen epiſt. 115 *Omnium illorum, quæ laudare ſolemus, bracteata felicitas eſt.* Et Auſonius in gratiarum actione: *O mentis aureæ dictum bracteatæ.* ¶ 2. *Bracteati* habiti dici ſolent nummi ibi ex tenuibus bracteis apud Germanos præſertim medio ævo cuſi, blechmünzen.

¶ Bractĕālis, vel Bratteālis, *e*, quod ex bracteis eſt, aus golde blättgen. Prudent. hymno Romani v. 1025 *Sctasque fulgor bractealis inſpicit.*

¶ Bractĕamentum, *i*, n. ſubtile figmentum, ut verus Gloſſator interpretatur. Fulgentius Virg. Continentia p. 140 ed. Munkeri, *Aſcrei fontis bractëamento jaturior.*

¶ Imbracteo, *are*, bracteis reducere, vergülden. Ammianus 14, 15 *Statuas auro curant imbracteare.* Lr 17, 8 (Vopiſc. c. 4) *Tacis imitamentum aveum, utidem auro imbracteatum.*

BRANCA, *æ*, f. (& *Branchia*) idem quod brachium vel ungula, der arm, die klaue; ut, *Branca lupi, Branca urſi*, eine wolffs-bären klaue Ver. auct de Limit Gœſ. p. 310. ¶ 2. In officinis *Branca urſina*, bären-wurtz.

BRANCI, *es*, f. genus farris, rocken, Plin. 18, 7.

BRANCHIÆ, *arum*, f. βράγχια, ſunt in piſcibus ſecundum cervicem follium more hiantes partes; quibus anhelitum reddere ac per vices recipere exiſtimantur, die kiemen oder fiſchohren, vid. Plin 9, 7 & 13. Vulg. Interpres etiam ſingulari numero uſus eſt Tob. 6, 4

BRANCHUS, *i*, m Apollinis filius, futurorum ſcientia nobilis, ideoque divinos honores conſecutus. Non ſemel ejus Statius Thebaide meminit: plenaque de eo ex Varrone Lutatius, interpres Statii ad l. 1 Theb. 3, 479 vid. etiam Lact. p. de Domo p. 463; & Boxat. de Genel. Deor. 5, 19 p. 125. ¶ 2 *Branchus* eſt præfocatio faucium a frigido humore, heiſcherkeit. Ulder 4, 7

¶ Brau-

¶ Branchidæ, *arum*, m. Apollinis Didymæi sacerdotes & oraculum, Plin. 5, 29. & Mela 1, 17. Lucian. Pseudomant. p. 719 & 734. De *Branchidis* populis Asiæ Curt. 7, 5, 28.

BRANNOVICES, *um*, vel Brannovii, *orum*, m. pl. populi Galliæ Narbonensis, Cæs. B. G. 7, 75.

BRASMA, *ătis*, βράσμα, ein bläſchen, a βράσσω ebullio; ita Græci vocant bullas aquæ feruentis, vel etiam ferventis ac bullientis, pultibus item ab igne in pane torrido factas. Hinc *Brasma* piper atrephum & inane dixit Plinius 12, 7.

¶ Brasmatiæ, *arum*, f. pl. βρασματίαι, terræ motus, *qui humum molliter fuscitantes, sursum propellunt immanissimas moles* &c. ita describit Ammianus 17, 7.

¶ Brastæ, *arum*, idem motus terræ Apul. de Mundo p. 246 & Strab. lib. 5.

BRASSICA, *æ*, f. kohl, krautt. Varroni de L. L. 4, 21 & Festo quasi *præsecta*, quod ex scapo præsecetur. Sic, *Brassica capitata*, ein krautkopf. Ejus genera tria recenset Cato: *lævem* (λάϐαν Græci appellant a foliorum ratione, qua crispæ opponitur,) latis & extentis foliis, de caule magno exeuntibus: *crispam*, quam *Apianam* vocat; & *levem, teneram*, minutis caulibus. Vide eum de Re ruſt. c. 156 & 157, ubi plura habes de miris virtutibus brassicæ: de quibus & Plin. 20, 9: qui tamen plura alia genera recenset, quæ apud ipsum vide 19, 8. conf. Cic. N. D. 2, 17. *Brassica Marina*, vulgo in pharmacopoliis *Soldanella*, exhibetur hydropicis, meerkohl. *Brassica Cumana*, quam Plinius *fissili folio, capite patulo*, describit, breiterother kohl.

BRATHYS, βράθυς, herba sabina, sevenbaum. Plin. 24, 11; Apul. de Herb. c. 85; Dioscor. 1, 69.

Brarus, vide infra *Bracta*.

Bravium habet Voss. Interpr. pro *Brabeum*.

BRAXEÆ, *arum*, f. pl. calceamenta comœdorum & mulierum, tanzſchuhe. Isidor. 19, 34; παρὰ τὸ βράσσω, quod crepent inter eundum.

BRECHMÆSIS, *is*, f. vox Indica significans *abortum*, cum piperis semina carbunculantur fiuntque calfa & insania, pfeffer brand, Plin. 12, 7.

BRENNUS, *i*, m. βρέννος, dux Gallorum fuit, cujus plurimam facit mentionem Livius 5, 38 &c. Nam is cum in hostium venisset, plebejam virginem adamavit, quæ proditionem Ephesi ei pollicita fuit, si magnum sibi monilem & manuum ornamenta tradaret. Brennus igitur, ut in avaritiam virginis inciderat, aurum, quod gestarent, omnes jubet conferre, jamque ita factum est, ut sub magna vi auri viva obrueretur, sicuti primo rerum Gallicarum Clitophon scripsit. Plutarch. in Parall. ¶ 2. Sunt & *Brenni* Norici populi: Horatius 4 od. 14, 11 vocat *Brennos veloces*. ¶ 3. Est & nomen in Germania, quem Philargyrius ad Virg. 4 Georg. *Brennæum* vocat, quemadmodum etiammum a Germanis appellatur brenner, vel brenner, ab *wenden*, ut aperatur cibus. Nam urere in media æstate expertum se, cum in Comitatu Tyrolensi eum aliquando superasset, scribit Ortelius in Thes. Geogr. add. Bernegg. ad Suet. Cæs. c. 25 p. 47.

BRĔVIA-TRÓPHIUM, *i*, n. βραχυτροφεῖον, locus, quo expositi & pauperes infantes publice aluntur, Lege 19 Cod. de Sacrosanct. Eccles. 836 pudelhaus.

BRĔVIS, *e*, quod Festus ex Græco βραχὺς deducit, kurz. Cic. pro Arch. c. 11 *Latinum & breve vita curriculum*, kurze lebenszeit. Absolute Id. Att. 11, 7 *Breve faciam*, ich will es kurz machen. Sen. de Brevit vitæ c. 1 *Illa maximi medicorum est, quæ negat esse artem brevem, longam autem*. Virgil. Æn. 10, 467 *Stat sua cuique dies, breve & irreparabile tempus Omnibus est vitæ, sed famam extendere factis Hoc virtutis opus*. Sil. Ital. 4, 774 *Pell mortis, brevis est magni fortuna laboris*. Juvenal Sat. 8, 185 *brevi ni, quod Jupiter audis*. ¶ 2. Sed non de tempore tantum dicitur, & longo ac diuturno opponitur verum ita usurpatur etiam, ut idem sit, quod parvum atque exiguum & magno ac amplo contrarium, klein. Quemadmodum *brevem rem*, parvas atque exiguas facultates Horatius 2 od. 15, 13; & *Breves pondere*, lat. 2, 2, 36; *Breves Cyaros*, id est, non magno spatio, Juvenalis dixit Sat. 1, 37. Avienus Ora maritima de Tarcello v. 270

Multa & opulens civitas Ævo vetusto, nunc egena, nunc brevis:

Brevem opponit *multæ*, quam ante vocaverat. Multam autem frequentem, & multis incolis celebratam dicit. Ergo *brevis* est parva, & in qua pauci ac rari incolæ sunt. Nep. 18, 8, 5 *Brevior via*. Cic. Att. 1, 9 *epistola*. Virg. Æn. 3, 507 *Cursus brevissimus*. Claud. de bello Gild. v. 107 ex persona Romæ *Brevior dextri jecuris evum: Ipsa nocet moles*. Pallad. de R. R. 5 t. 8 *Aliqui mellis brevissimum circa aquam vasculum ponunt &c.* id est, minimum. *Brevis cœna*, apud Horat. 1 epist. 14, 35 est, vel quæ raptim & celeriter sumitur: vel parca atque exigua. Trajanus apud Plin. 10 epist. 49 *Modo ne existimes, brevius esse ab Urbe mitti*, näher. *Brevis* de homine pusillo. Cic. de Or. c. 60 *Sedebat judex L. Antistius brevior etiam, quam ipse ipsius*. Ovid Ep. Heroid. 15, 33 *Sum brevis, at nomen quod teneat implebat omnes, Ut mihi*. Conf. Mencken. obsew. l. l. ¶ 3. *Ad breve*, subaudi *tempus*: nicht lange. Suet. Tib. c. 68 *Erat pragmaticus modi, & qui, quod mirum est, non tantum etiam & tenebris vigerent, sed ad breve*. ¶ 4. *Brevis* subst. v. mox *Breve*.

¶ *Brevi*, sine ablativo subintelligitur, quod Latinis usitatum est, kurz: *Brevi*, in kurzen. Cic. Verr. 5, 54 *Brevi postea mortuus est*. Id Fam. 2, 5 *Brevi ad te scribam*. Nep. 2, 4, 4 *Brevi intermissa pugna*. Liv. 1, 9 *Mirantur tam brevem dilationem exercitus*. Andr. Terent. 2, 1 *Ego eram: Sed hæc eorum brevi tempore licebit*. ¶ 2. Est & aliquando *breviter, paucis*, mit wenigen. Cic. fam. 3, 8 *Cum tot tamque multis verbis ad me impudentissime scripsisti, faciendum mihi nunquam est, ut ea, quæ tu vis, respondeam*. Id pro Cæcina c. 32 *Id tamen & breviter exsequi est, & eorum tamen brevi* 1 haudrus præf. lib. 3, 32 *Sunt & alia eorum fere, inter alia genus, brevi dicebo*.

¶ *Breve*, is, vel libellus genus, in quo nomina militum, vel aliorum describuntur, ein buch, ein zettel, register. Hinc, rebus Popilæ. In Aurel. c. 36 *Breve nominum conscripsit*. Id. in Bonoso c. 15 *Dabis ei juxta breve infra scriptum omnium, quæ præcipimus*. ¶ 2 Sed & in masculino *Brevis* dicitur: subaudi *libellus*. Lamprid. Alex. Sev. c. 21 *Milites suos sic ubique scivit, ut in cubiculo haberet* BREVES, *& numerum, & tempora militantium*. Post paullo *Pittacia* appellat: de quibus suo loco. Hieronymus epist. 6 ad Florentium: *Eos libros, quos me non habere* BREVIS SUBDITUS *edocebit, librarii mana in charta scribi jubeas*: wie aus beygefügtem verzeichnis zu ersehen. ¶ 3. *Brevia* speciatim pontificum Rom dici barbaris seculis cœperunt epistolæ. Quin ipsum Germanicum brief ex hoc fonte derivandum videtur.

¶ Brevia, *um*, n. pl. sunt vadosa loca maris, navigantibus insidiosa, quod ibi undæ *breves* sint, nec in altum assurgant, seichte oder im meer, sandbancke. Virg. Æn. 1, 110 *Tres Eurus ab alto In brevia ac Syrtes urget*. Tac. An. 1, 70, 2 *Neque diverti poterant incerta ab solidis, brevia a profundis*. Sen. ep. 22 *Cum viderit brevia, in quibus volutatur, incerta, ancipitia*.

¶ Breviculus, *a*, *um*, dimin idem quod *perbrevis*, sehr kurtz, sehr klein; ut, *Homo breviculus*, Plaut. Merc. 3, 4, 54. Apul 1 Milef. p. 107 *Gestabatulus aliquis breviculus, & uno pede mutilus*, &c.

¶ Breviculum, *i*, n. subst. libellus brevis, ein denckzettel, memorial. Ita Budæus aliique restituunt rubricam *C. de sententiis ex breviculo recitandis*.

¶ Brèviter, adv. kürtzlich; ut, *Breviter res declarare*, Nep. 25, 18, 6. *Breviter & absolute exponere*, kurtz und rund beſchreiben, Auct. ad Herenn. 1, 10. *Breviter & in transcursu aliquid dicere*, Plin. 3, 5. Vſurpatur & de tempore, & τῷ *diu* opponitur. Publ. Syrus: *Iratum breviter vites, inimicum diu*. Comp. Cic. Fin. 4, 10 *Quod ego pluribus verbis: illi brevius*. conf. Id. fam. 3, 8. Superl. Id. Nat. D. 2, 1 *Agam, quam brevissime potero*.

¶ Brevitas, *ātis*, f. die kürtze. Cic. Att. 1, 10 *Brevitate temporis tam pauca cogor scribere*. Nep. 15, 5, 1 *Brevitati respondendi*. Cic. in Orat c. 57 *Brevitas syllabæ*. Quint. 4, 2 *Brevita: Sallustiana vitande est*. ¶ 2. Pro parvitate, die kleinigkeit. Cæs. B. Gall. 2, 30 *Gallis præ magnitudine corporum suorum, brevitas nostra contemtui est*. Claud. epigr. 20

Augescit brevitas doni pietate Serenæ.
Paliadius de Inditionibus v. 157
Quin & amygdalides subeunt pistacia ramos,
Et meritum majus de brevitate parent:

Significat, quo minora pistacia amygdalis sunt, eo præstantiora esse.

¶ Brĕvio, *are*, verbum, verkürtzen, kurtz anziehen. Quintil. 1, 9 *Quæ* (paraphrasin, de qua hic agit, *& breviare quadam & exornare, suave poetæ semper permittitur*. Maximus 3, 361 Sedig. p. 70)

Ex illa totidem per partes fic breviantur.

Vet Gloss βραχύνω, *Brevio*. Lactant. Epit. 8, 6 *Tunc & annus & mensis & dies breviabitur*.

¶ Brevĭtus, *a*, *um*, abgekürtzt; ut, *Breviatis gradibus adjcendere*, Sidon 2 epist. 2.

¶ Breviatio, *ōnis*, f. die verkürtzung. Augustinus epist. 80 ad Hesych. *Quod dulcium est de dierum breviatione propter electos*.

¶ Brevĭātor, *ōris*, m. der etwas kurtz faſſet. P. Orosius Hist. adverſ. Pagan. 1, 8 *Pompejus hiſtoricus, ejusque breviator Justinus*.

¶ Brevĭarium, *i*, n. quod ἐπιτομὴν Græci dicunt, ein kurtzer auszug, begrif, inhalt. Suet. Aug. c. ult. *Fecit breviarium totius imperii*, er hat ein kurtz verzeichnis jenes gantzen regiments gemacht. Id. Vesp. c. 21 *Deinde pertædii epistolæ, officiumque omnium breviariis, amicos admittebat*. conf. Id. Galba c. 12. v. de his plura ap. Bernegg. ad Suet. Aug. c. 28. Boecler. ad Tac. An. 1, 11 p. 236, 237. Rupert. ad Florum p. 114 seqq. Zevecot. ad eumd. p. 197. Vulgare &, ut videtur, fordidum, nec satis Latinum Seneca habet epist. 4, 39 pr. *Vide*, inquit, *ne plus præstetur his oratio ordinata, quam hæc, quæ nunc vulgo* BREVIARIUM *dicitur: olim cum Latine loqueremur*, SUMMARIUM *vocabatur*. Vet Gloss. *Breviarium* ἐπιτομή. conf. Borrich. Cogit. p. 52.

¶ Brevĭārius, *a*, *um*, etiam adjective invenitur, ut, *Rationes breviariæ*. Lege ute Dig. de recullo legato.

¶ Brevigerŭlus, *i*, m. *qui breve gerit*, ein brieffträger, Gloss. Isidor.

¶ Brevĭloquens, *tis*, qui breviter loquitur, der nicht viel worte macht. Cic. Att. 7, 20 pr. *Brevilocuentem me tempus ipsum facit*.

Brĕvilŏquus is, *a*, *um*, idem; Sed Glossarium Labbæi utrumque, Græco-latinum & Latinogræcum, vertunt βραχυλόγος, *Brevilocuus*, quasi tertiæ esset inflexionis: nec aliter H. Stephani Glossarium p. 413. Ex Apollonio Strabonis Serm. 133 διηκριτικὸν τῶν ἀδιαφόρων βραχυλογώτατοι. *Opt mi brevilocuentissimi*.

¶ Brevĭlŏquentia, *æ*, f. die kürtze im reden. Cic. ap. Gell. 12, 2 *Brevilocuentium in dicendo colere*. Hujus quamobrem essent Lacedæmonii studiosi, interrogatus Lycurgus, respondit, *quia silentio finitimum est*.

¶ Abbrevio, *are*, idem quod *breviare*, abkürtzen. Vegetius prologo lib. 3 *Per diversos auctores libro quæ disparsa, imperator invicte, mediocritatem meam abbreviare jussisti*. conf. Vulg. Interpr. Marc. 13, 20.

¶ Abbreviatus, *a*, *um*, verkürtzt; ut, *Consummatio abbreviata*, Vulg. Ies. 10, 22 *Hebdomadas abbreviatas*, Id. Dan. 9, 24

¶ Abbreviatio, *onis*, f. die abkürtzung. Vulg. Ies 10, 23 *Abbreviationem Dominus faciet*. conf. c. 28, 22.

¶ Abbreviatura, *æ*, f. scripturæ compendium, vox recentior.

¶ Bibrevis, *e*, zweimahl kurtz; ut, *Pes bibrevis, Pyrrhichius*, duas breves habens syllabas, Dionied. p. 471.

¶ Debreviatus, *a*, *um*, idem quod *abbreviatus*, in Cod.

¶ Debreviatio, *onis*, f. idem quod *Abbreviatio*, in Cod.

¶ Perbrevis, *e*, sehr kurtz. Cic. Verr. 3, 9 *Ipsos inter se perbrevi tempore studiorum turpitudo similitudoque conjunxit*. Et eleganti tmesi, pro Cluentio c. 1 *Altera pars per mihi brevis videtur*. Liv. 28, 25 *Perbrevis evi Carthago*.

¶ Perbrevi, absolute ut adv nächstens. Cic. fam. 6, 12, 9 *Sed id erit perbrevi*, h. e. tempore.

¶ Per-

¶ Perbreviter, adv. auf das kürtzeſte. Cic. pro Domo ſua c. 15 *Quæ ego nunc peroreviter attingo.*

¶ Subbrevis, e, etwas kurtz, ziemlich kurtz. Plin. 21, 7 *Saliunca folio quidem ſubbrevi, & quod noſtri non poſſit.*

BRIA, æ, f. menſura, vas vinarium, ein weincaeſäß. Gloſſ. Iat. gr. *Bria* βρῖα, ἀγγεῖα. Arnob. 5 p. 235 *Scyphos, bria, paterasque deprimite.* Ab hoc nomine derivantur *Briare* & *Salvius*, ut ſuis locis dicetur.

BRIAREVS, i, m. βριάρεως, trityllabum, Gigas eſt, Cœli & Terræ filius. Cuſtos additus eſt Orci veſtibulo, ne Titanes rupris vinculis vim inferis faciant. v. Heſiod. in Theogon. & Homer. Iliad. 1, 403, ubi eum ἑκατόγχειρα facit, & ab Diis quidem *Briareum* dici, ab hominibus autem *Ægæonem*; cujus deſcriptionem vid. ap. Virg. Æn. 10, 565 *Ægæon qualis, centum cui brachia dicunt, Centenaſque manus &c.* Id. Æn. 6, 287 *Et centumgeminus Briareus, ac bellua Lernæ.*

¶ Briāreius, a, um, adject. quinque ſyllabarum. Claud. Rapt. Proſerp. 3, 188 *Appetiit centum Briareia turba lacertis.*

BRIGANTES, um, m. pl. numeroſiſſima Britanniæ civitas, ut Tacitus vocat Agric. c. 17. Meminit & in Annal. & Hiſt. libris: Et Iuvenal. Sat. 14, 196. ¶ 2. *Brigantes*, vermiculi, qui cilia arare & exulcerare ſolent, filtzläuſe. Marcell. Emp. c. 8.

BRIGANTIA, æ, f. oppidum Vindelicorum ad lacum Acronium, Bregenz. Strabo lib. 4 *Brigantium*, Βρίγαντιον, vocat. ¶ 2. Ipſe lacus, cui iſta urbs appoſita. Ammianus 15, 6. (Valeſ. c. 4) *Lacum* (Rhenus) *invasit rotundum & vastum, quem Brigantium accola Rhætus appellat.* den Bodenſee.

¶ Brigantii, orum, m. populi accolæ illius lacus, Strab. c. l. p. 142.

¶ Brigantīnus, a, um, adject. ut, *Lacus Brigantinus*, Plinio 9, 17, qui alias *Acronius*; noſtris, ut modo dictum, der Bodenſee, appellatur.

BRĪMO, ūs, f. βριμώ, Hecates vel Proſerpinæ cognomen, ἀπὸ τῦ βριμᾶν, hoc eſt, a *terrendo* impoſitum, eo quod nocturna terriculamenta immitteret v. Cæl. Rhodig. 11, 16; Stat. 2 Sylv. 3, 38; Propert. 2, 2, 64; Schol. Apollon. ad l. 3, & Mieyll. ad Bocat. Geneal. p. 273.

BRĪSA, æ, f. ἡ βρῖσα, eine getretene traube, die man keltern will. Columella 12, 39 *Subactam teſtam prelo ſubjicere.*

¶ Brīsæus, i, m. cognomen Bacchi, a *Briſa*, quod uvam invenerit & expreſſerit. Tribuit illud Perſius Sat. 1, 76 poëtæ Accio, quia Bacchus tragœdiam ſcripſit; vel quod poëtæ tragici in Liberi patris tutela eſſent.

BRĪSES, & Chryſes fratres fuerunt, ille Pediſum, iſte Chryſam incoluit. Ab hoc derivatur patronymicum *Chryſeis*, alias *Aſtynome* vero & genuino nomine dicta: ab illo

¶ Briſēis, idis, f. Βρισηΐς, alias *Hippodamia* appellata, uti ex Euſtathio docet Cælius 13, 5. Ea fuit Phrygia puella præſtanti forma, Achilli primum, deinde Agamemnoni in deliciis. Hom. Iliad. lib. 1. De hac Horat. 2 ode 4, 3 *Servæ Briſeis niveo colore Movit Achillem.* conf. Ovid. Heroid. 3, 1 ſeqq.

BRĪTANNIA, æ, f. inſula in oceano ſeptemtrionali, dicta ſic a *Britone* rege. Sita eſt, ſed maximis intervallis, adverſus Germaniam, Galliam & Hiſpaniam. Porrigitur in longum millibus paſſuum octingentis, in latum trecentis, Plinio auctore 4, 16. *Inde maximam inſularum, quas Roma notitia complectitur*, Tacitus Agric. 10, 2 vocat. *Britannie* nomine plures inſulæ continentur, ut *Anglia*, cum *Scotia*, *Hibernia*, *Orcades* &c. Καθ' ἑξοχὴν tamen *Britannia* appellata, quæ & *Albion*, nunc *Anglia* dicitur, quod Britannicarum inſularum nobiliſſima maximaque eſt. v. Plin. & Tac. ll. cc. Ante Cæſarem, qui ejus ſæpe meminit, ignota fuit. Igitur cum retexiſſet Iulius, *novus* & *alter orbis* exiſtimata. Florus 3, 10, 16 de expeditione Cæſaris in Britanniam loquens: *Reſpexit Oceanum, & quaſi hic Romanus orbis non ſufficeret, alterum cogitavit.* Similia ap. Velleĭ. 2, 46, 1, Plutarch. in Cæſare p. 719 & veterem Poëtam in Catalectis, Plin. 19, 1 itemque Tac. Agric. c. 30 & ibi Virdung. p. 184 ſeqq. Sed huc referri non vult Heumannus locum Virg. ecl. 1, 67, quem vid. in Britannus. Orbem intelligit inſulæ peripheriam. Vid. de Britannia quæ congeſſit Barth. ad Rutil. itin. 1, 500, ubi inter alia ex Xiphilino obſervat, Titi demum ætate compertum, Britanniam eſſe inſulam. Sed prior Mela & Claudii Imp. victoriæ. ¶ 2. Alia *Britannia* eſt Friſiæ, de qua in *Britannica*. ¶ 3. De *Britannia minore* v. in *Brito*.

¶ Britannus, i, m. incola Britanniæ: de Britannis ſæpe Cæſar & Horatius. & Virg. ecl. 1, 67 *Et penitus toto divisos orbe Britannos.* Ovid. Amor 2, 16, 39 *Viridesque Britannos* vocat. Lucretius producit 6, 1104. ¶ 2. Adjective Propert. 2, 1, 86 *Ilicida Britannus.*

¶ Britannicus, a, um, adject. Cæſ. B. G. 5, 4 *Britannicum bellum.* Iuvenal. 10, 14 *Quanto delphinis balæna Britannica major.*

¶ Britannica, æ, f. ſubſt. βριτανικὴ, planta eſt Dioſcoridi 4, 2; Plin. 25, 3 & Apul. de Herb. c. 29 leffelkraut. Aliis eſt *hydrolapathum*: Germ. roſs oder waſſer ampfer. Nomen videtur fortita a patria, Friſiæ regione circa Amiſum, quæ Lipſio auctore ad Tac. An. p. 30 *Britannica* adhuc vocatur.

¶ Brito, onis, pl. *Britones* idem, qui *Britanni*: item Galli ad Oceanum Britannicum ſiti: quorum regio nunc *Bretaigne*, *Britannia minor* nominatur. Gallos autem antiquiſſimis temporibus *Brit*, vel *Brith*, nominatos, eosque primum habuiſſe Britanniam, & inſulæ ab ſe dediſſe nomen, Camdenus in Deſcriptione Britanniæ idoneis rationibus & auctoritatibus approbat. Sane Auſonio *Brito* idem qui *Britannus*, epigr. 109 & 110 *An Britto hic meus eſt Silvius, aut malus eſt.* Ex quibus cognoſcere licet, *Britones* olim ob perverſum pravumque ingenium male audiſſe. Vnde idem Poëta ſtatim ſequenti epigr. 112 *Nemo Britto bonus.* Adde Iuvenal. 15, 124

BRITOMARTIS, is, f. Charmes ex love filia. Quæ, cum Dianæ perpetuam virginitatem voviſſet, ac ſe venandi curriendique ſtudio eliam ac nobilem reddidiſſet, Minois Cretenſis regis amorem erga ſe movit. Quem ut effugeret ſe confectantem, de præcipitio montis ſe objecit in mare, ipſe mons *Dicte & Britomartis*, a Cretenſibus *Dictynna*: ab Ægineris vero *Alphea* eſt appellata. Narrant fabulam Callimachus hymno in Dianam, v. 190. Diod. Siculus, Pauſanias, Strabo: atomigit quoque Virg. in Ceiri, v. 285. Vbi vide Scalig. Solinus auctor eſt c. 11, ipſam Dianam *Britomarten* Cretenſibus gentiliter appellatam.

BRIVAS, portus Galliæ, hodie Breſt. v. Scalig. Auſon. Lect. 2, 14 p. 126.

BRIXIA, æ, f. urbs Cenomanorum in Italia, *Breſcia*, Liv. 32, 30.

BRIZA, æ, f. βρίζα, frumentum, quod *ſavraginem* & *ſcale* Plinius vocat: ſchwartzer rocken. Sed *Briſa* ſeu *Briſſa*, uva quæ calcatur. v. ſupra.

BRIZO, ūs, f. βριζώ, apud Delios vaticiniorum, quæ ex ſemniis ſumuntur, dea habita, die traumgottin. Athen. lib. 8; Rhodig 7, 10.

BROCARDICVM, vox in ſcholis ICtorum hodie obvia. Originem refert Gravina de Orig. Iur. civ. 1, 149 ad Pyleum, ICtum Bononienſem, ſeculi XII ſcriptorem. Sunt autem, ut idem definit, *Brocardica enunciata illa, quæ uſum habent ancipitem, & in utramque partem flectunt*, peculiari libro ab illo comprehenſa.

BROCCVS, Brochus, & Broncus, i, m. dens eminulus, & in adverſum de ſerie procurrens five exertus. Varro R. R. 2, 8 de equis: *Cum dentes ſint faſti brocchi, & ſupercilia cana, & ſub ea lacuna, ex obſervatis dicunt, eum equum habere annos ſedecim.* Idem 2, 9 probat canem *mento ſuppreſſo, & ex eo enatis duobus dentibus, paullo eminulis ſuperioribus, directis potius, quam brocchis.* ¶ 2. Plinius *Brocchos* appellat homines ipſos ejusmodi dentibus, atque labratos improbius: unde ibidem & *Labeones* dicti, 11, 37. *Broncos* Lucilius dixit ap. Nonium 1, 102, qui eos, *producto ore & dentibus prominentibus* interpretatur, ein blöck-zahn. conf. Plaut. Mil. 3, 1, 128.

¶ Brochītas, ātis, f. ipſum vitium dentium apud Plin. 11, 37.

BROCHON, i, n. arbor nigra, *ex qua bdellium manat*, Plin. 12, 9. Brochus, vide *Broccus.*

BRŌMIVS, i, m. βρόμιος, Bacchi nomen, a βρόμω, *fremere*: a fragore tonitruum ſcilicet, quæ in nativitate ejus excitata fuerunt. Vt Diod. Siculus lib. 4 Bibliothecæ obſervat. Ovid. Met. 4, 11

Thyiasque dant, Bacchumque vocant, Bromiumque, Lyæumque.

BRŌMOS, i, m. βρῶμος (al. βρόμος) avena, haber. Plin. 21, 25 *Bromos ſemen eſt ſpicam ferentis herbæ: naſcitur inter ſegetes avenæ genere: folio & ſtipula triticum imitatur*; & 18, 11 *Bromos, filigo exceptitia, & tragos, externa omnia ab oriente invecta oryzæ ſimilia.* ¶ 2. *Bromus*, Centaurorum unus a Cæneo interfectus, Ovid. Met. 12, 459. ¶ 3. *Bromus*, odor gravis, fœtor, geſtanck. Dioſc. 1, 86. Hinc

¶ Bromōſus, a, um, i. e. graveolens, ſtinckend, unrein. Sic in Gloſſ. Iſidori *Bromoſa, immunda.* Zeno Veronenſis: *Sacrificium ex bromoſis pecudibus.* Cæl. Aurel. Acut. 2, 37 *Caro bromoſa*, i. e. fœtens, putida. Id. Tard. 3, 2 *In bromoſam tranſire qualitatem*, ſtinckend werden. ¶ 2. Legitur & *Bromoſus*, in Gloſſ. Iſid. & ex Theodoro Medico in Reineſii Var. Lect. 3, 12 p. 535 ſeqq. conf. Turnebi Adverſ. 28, 5.

¶ Exbromo, *are*, emundare, purgare, depurare, reinigen, ausſuchen. Apic. 6, 2 *Rapas, ut exbromari poſſint, levabis de ollu.* v. Salmaſ. in Solin. p. 255.

¶ Imbromūdo, *are*, in Gloſſ. *ſordidare*, beſudeln.

BRONCHŌCĒLE, es, βρογχοκήλη, morbus eſt, tumor nimirum gutturis & cervicis inter cutem & arteriam aſperam, ſeu hernia gutturis, Cello 7, 13, ein kropf.

Broncus, vide *Broccus.*

BRONTES, æ, m. βρόντης, Cyclops, Vulcani miniſter. Virg. Æn. 8, 424

Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro,
Brontesque Steropesque & nudus membra Pyracmon.

Brontes tonitru, *Steropes* fulgor, *Pyracmon* incus ignea. Vid. Barth. ad Stat. Silv. p. 14.

¶ Brontēum, i, n. βροντεῖον, machina, in quam conjecti ſub ſcena lapides veri tonitru ſimilitudinem imitabantur. *Claudiana tonitrua* appellat Feſtus ab inventore. v. Cæl. Rhodig 8, 8.

¶ Brontia, æ, f. gemma, de qua Plin. 37, 10 *Brontia capitibus teſtudinum ſimilis, & cum tonitruis cadens, fulmine icta reſtinguit*, ein donnerſtein, wetterſtein, frottenſtein.

BRŌTEAS, æ, & Ammon fratres pugiles, cæſtibus pugnantes. vid. Ovid. Met. 5, 107. ¶ 2. Alius *Broteas* vel *Byoteus*, Vulcani & Minervæ filius, propter deformitatem vultus contemtus, ſe in rogum ardentem conjecit. v. Ovidii Ibis v. 517, & Gell. 22, 11.

BRVCHIVM, i, n. Gr. πνευγεῖον, locus publicus Alexandriæ, in quo viri docti regum Ægyptiorum liberalitate nutriebantur. vid. Comment. ad Amm. Marcell. 22, 16, & qui de muſeo Alexandrino ſcripſere, de quo ſuo loco.

BRŪCHVS, i, m. vermiculus herbas erodens locuſtæ ſimilis, ſed ſine alis, Sipontino. *Populatorem bruchum* vocat Prudent. Hamart. v. 229. conf. Alcim. 5 v. 188. ¶ 2. *Bruchi* ſunt kraut-würmer, raupen, ἐρυσίβαι, Hieronym. in Ioel 1, 4.

BRVCTĒRI, orum, populi ſub *Cheruſcis* & *Longobardis* fuerunt in regione Brunſuicenſi ſub Goslaria, ubi adhuc reliqua eſt appellatio montis Bructeri, quem *Melibocum* dicunt appellatione veteri, den brocken, den brockesberg. Huic explicationi favet Claudianus de 4 Conſ. Honor. 449

Venit accola ſilvæ Bructerus Hercyniæ.

Alii ad Amiſiam ponunt & vicinis inferioris Germaniæ regionibus. v. Tac. An. 1, 60, 2 & 5. Id. Hiſt 4, 21, 4 *Civilis universam Batavorum gentem in arma vapit. Lingonesque Bructeri Tenſterique.* Sed pulſos ea ſede, aut exciſos, narrat Idem de German. 33, 1.

BRVGES, um, dixit Ennius pro Græco *Phryges*, teſte Cic. Orat. c. 48. Ita *Burrum* pro *Pyrrho.*

BRŪMA, æ, f. ſolſtitii hiemalis dies, der kürtzeſte tag, quo ſol ingreditur primum gradum Capricorni. Cic. N. D. 2, 7 *Solis accessus diſceſſusque ſolſtitiis brumisque cognoſci.* Sic *ante brumam*, Id. fam. 7, 20, 5; Et *poſt brumam*, 3, 7, 5. *Bruma* autem ex *brevima*: id eſt, *breviſſima*: antiqui enim pro *breviſſimo* & *brevimum* dicebant. Sic ab *imbecillis* & *imbecillimum*, & *imbecilliſſimum*, legimus. Ex *brevima* autem contracte *Bruma*: id eſt. *dies breviſſima.* Hinc Varro L. L. 5, 2 BRVMA, inquit, *dicta, quod breviſſimus dies.* Non itaque audiendus Feſtus eſt, qui ex Græco deducit: quod *Bruma* dicatur,

catur, quasi βραχὺ ἦμαρ. Cæterum de tempore *Brumæ*, quo fieret sive conficeretur, non conveniebat inter veteres. Hipparchus enim in primus signorum partibus; Eudoxus vero & Meton aliique in octavis solstitia fieri existimabant. v. Cellar. ad Prudent. de Natali Domini v. 2, & astronomos, specialim Ricciolum. ¶ 2. Poetis *Bruma* pro hieme ponitur, die winters-zeit. Martial. 7 epigr. 94 *Bruma est, & riget horridus December.* Id. 1 epigr. 50 *At cum Decembercanus, & bruma impotens Aquilone rauco magiet.* Horat. 4 ode 7, 12 *Mox bruma recurrit iners*, der winter kommt wieder. Virg. Æn. 2, 472 *Frigida bruma.* Ter. Phorm. 4, 4, 29 *Ante brumam.* Sed & adde Cæs. B. G. 5, 13; & Cic. Div. 2, 14. ¶ 3. Veteres sibi persuaserant, a solstitio brumali novum annum commodissime inchoari. Unde est, quod *Bruma* pro novo accipiatur anno; ut observat Scaliger 5 de Emend. temp. f. 412. Hujus rei rationem quærit ex Iano Ovidius, a quo sequens accepit responsum Fast. 1, 163

Bruma novi prima est, veterisque novissima solis:
Principium capiunt Phœbus & annus idem.

¶ Brumālis, *e*, adject. winter-; ut, *Brumale tempus*, Cic. in Arat. v 61. *Brumale frigus*, Virg. Æn. 6, 205; Martial. 13 epigr. 16. *Sol accedens ad brumale signum*, Cic. de Orat. 3, 45. Id. Div. 2, 14 *Brumalis dies.* Varro L. L. *Brumalis potus*, der nord-pol.

¶ Brumalia, *ium*, n. pl. Festum Romanorum, ἑορτὴ τῶν βρούμων, in Geoponicis 1, 1 & 5 nominatur; (ita enim ibi legendum; non βρουμῶν, ut Cælius Rhod. putabat, recte monente Rutgersio Var. Lect. 4, 8) quod bis in anno celebrabatur: quod tamen ad *Brumam* haud pertinebat, sed ad Bacchum, quem *Brumi* nomine Romani appellabant, das Bacchus-fest. v. fabulas ex Suida apud Cæl. Rhod. 28, 25. ¶ 2. *Bromalia, pluvia resinosa*, in Gloss. Iisd. ubi *resinosa* pro *rasis* dicitur, i. e. pro ea quæ non fluit.

¶ Brumāria, *æ*, f. herba, quæ & *Leontopodium*, Apul. de Herb. c. 7. Brumosus, vide *Bromosus* in *Bromos*.

BRVNDVSIVM, & frequentius in MSS. & lapidibus, Brundisium, *i*, n. Βρεντήσιον, portus & urbs Calabriæ, unde tuta olim Romanis in Græciam via fuit. v. Cæs. B. C. 1, 24 &c. Cic. ad Att. 4, 1. Celebris Iosus Pompeji a Cæsare obiecti fuga, & fama Appiæ viæ eo usque stratæ. Cretenses profugos ibi confedisse traditur: unde Lucanus 5, 406 *Minoia tecta* vocat. Idem 2, 608 *Profugasque per Appula rura*
Brundusii tutas concedit Magnus in arces.
Sil. 8, 576 *Nec non Brundisium, quo d. finit Itala tellus.* v. Drakenb.

¶ Brundisīnus, *a, um*, adject. ut, *Brundisinum fœdus*, Tac. An. 1, 10, 5, de quo Meibom. in Mæcenat. c. 9 n. 11 p. 63. *Brundisini nuntii*, Cic. ad Att. 8, 13. *Brundusinus portus*, 23, 33.

BRVSCVM, *i*, n. tuber in acere arbore Plinio 16, 16. ¶ 2. Plantam etiam illam, quæ *Ruscus* dicitur, officinæ *Bruscum* vocant. vid. *Ruscus*.

BRVTA, *æ*, f. arbor cupresso similis. Plin. 12, 17. Etiam *Brathus* scribitur: Et Salmasius in Solin. p. 667 & 670 prorsus eandem esse vult *Brutam* cum Sabina, quæ *Brathys* est.

Brutesco, vide *Brutum*, Brutius, *Bruttii*.

BRVTII, vel Brutii, *orum*, m. Italiæ populi, tractum Siciliam versus ultimum, quem nunc *Calabriam* vocant, occupant. Sing. *Brutius* vel *Bruttius* apud Silium 6, 15; & 11, 10. Ad priorem locum de orthographiæ hujus nomine disputat Drakenborgius.

¶ Bruttius, (Brutius) *a, um*, adject. ut, *Ager Bruttius*, & *Tellus Bruttia*, Sil. 16, 1; Colum. 10, 139. *Pix Bruttia*, Plin 24, 7. Rursus Silius 17, 437 *Sævior his Latios vastabat Bruttia signa*
Lælius increpitons.

¶ Bruttium, *i*, n. promontorium est Italiæ, quod *Scyllæum* Ptolemæus nominat, occiduæ Italiæ extimum.

¶ Bruttiāni, vel Brutiani, *orum*, m. pl. lictorum genus ex Bruttiis, qui quod primi in Italia ad Annibalem defeciverant, deinde ignominiæ caussa magistratibus in provinciis euntibus parere & servorum vice ministrare jussi, ut, quos illi juberent, vincirent aut verberarent, häscher, schergen. vide Gell. 10, 3 & Festum. Corrupta voce hodie apparitores & lictores in Italia *Bruti* & *Sbirri* dicuntur. v. Fulgos. 9, 10.

BRŪTVS, *a, um*, ἄλογος, unvernünftig, tumm, ohne witz; quod nomen proprie terræ tribuitur, quasi quæ sine sensu immota jaceat. Horat. 1 ode 34, 9 *Quo bruta tellus & vaga flumina*, ad quem locum Scholiastes Vetus: BRVTI, inquit, *graves, & tardi dicuntur, quod terræ perpetuum est.* Similia Festus, & Nonius 2, 75 *Brutum dicitur hebes & obtusum.* Ita Cicero voce *Stolidus* usus est, Top. c. 15 *Hujus generis caussarum, sine quo non efficitur, alia sunt quieta, nihil agentia, stolida quodammodo, ut locus, tempus.* Pacuv. citatus ad Herenn. 2, 23 *Fortuna bruta*, das blinde glück. Plin. 11, 37 *Bruta existimantur animalium quibus* (cor) *durum viget: audacia, quibus parvum est: pavida, quibus pragrande.* Idem 10 lib. 10 lit. B. *Brutus* est *quasi obrutus, quia sensu cavet. Est enim sine ratione, sine prudentia.* Sic *bruta fulmina* Plin. 2, 43 sunt *vana, quæ nulla veniunt ratione naturæ, omnesque irriti jactus. Illa vero fatidica ex alto* &c. *Brutum murmur* pro inani Avian. Fab. 24. *Brutum scitum Cæsaris*, Prudent. Perist. 2, 66. Comp. Saresber. Polycrat. 1, 1
Quid eo brutius?

¶ Brūtum, *i*, n. substantive, pro animali rationis experte, hodie pervulgatum est, non autem ex usu veterum, quamquam facile *animal* subaudiri possit. Fuere etiam ex Christianis, qui brutis animalibus rationem attribuerunt. vid. Lactant. 2, 10 & Arnob. 2 p. 55.

¶ Brūtesco, *ĕre*, brutum fieri, tumm werden, zum vieh werden. Sidon. 4 epist. 1 *Secundum belluas ineptit, brutescit.* ¶ 2. Sensum perdere. Lactant. 2, 5, 40 *Animal, quia sensu prædituum est, etiam membra ejus habent sensum: nec nisi a corpore avulsa brutescunt.* Sic Gronovius e MS. restituit: vulgo perperam *putrescunt* legebatur.

¶ Obbrutesco, *ĕre*, idem. Lucres. 3, 546 *Anima obbrutescit.* Prudent. Hamart. v. 651 *Ciaud. meatus obbrutescentis capitis.* Afran. ap. Festum: *Non possum verbum facere, obbrutui.* v. Turnebi Adv. 10, 8.

¶ Obbrutescentia, *æ*, f. die verwilderung, apud Augustinum.

BRŪTVS, *i*, m. subst. familiæ Romanorum nomen. Brutorum primus fuit *L. Iunius*, fororis Tarquinii filius, qui quod stultitiam simulasset, ne ab avunculo occideretur, *Bruti* nomen adeptus fuit. Ad quod Ovidius alluxit Fast. 2, 717 *Brutus erat stulti sapiens imitator, ut esset Tutus ab insidiis, dire Superbe, tuis.* V. Liv. 1, 56 & Zevecot. ad Flor. p. 202. ¶ 2. Ex hoc qui deduxerunt genus alii quoque celebrantur *Bruti*; sed nobilissimus omnium *Marcus* est: (cujus patrem 3 de Iure Civili scripsisse libros, Cicero 2 de Orat. auctor est) amicissimus Ciceroni, cujus nomine & librum de Claris Oratoribus Tullius inscripsit, qui eidem & alium, *de perfecto Oratore*, consecravit; habenturque ejus ad Ciceronem, & hujus ad illum non paucæ epistolæ: Plutarchus quoque peculiarem librum in parall. de vita ejus nobis reliquit. V. historiam civilis belli, & cædis Cæsarianæ. Hic enim præcipuus fuit ex percussoribus Cæsaris.

¶ Brūtīnus, *a, um*, adject. ut, *Consilia Brutina*, id est, Bruti. Cicero ad Brut. epist. 15.

¶ Brutiānus, *a, um*, idem. Lactantius 2, 7 sub fin. *Cæsar Augustus bello civili Brutiano implicitus gravi morbo:* hoc est, Cassii & Bruti bello Philippensi. Sic *Brutiana castra, Brutianæ partes*, Vellej. 2 c. 72 & 74. *Brutianæ parmæ* sunt *sexta, quibus Brutiani usi*, Fest. *Brutiani* caulis species, Plin. 19, 8. ¶ 2. De *Brutianis*, qui ex Brutiis erant, vide paullo ante *Brutii*.

BRVXELLA, *æ*, f. Brüssel; urbs Brabantiæ præcipua.

BRYA, *æ*, f. frutex gallæ similem fructum ferens, Plin. 13, 21.

BRYON, *i*, n. βρύον, herba corallina, & muscus in arboribus odoratus, in quercubus nimirum, piceis & populis albis, moos. Plin. 27, 8.

¶ Bryōnia, *æ*, f. herba, quæ & *vitis alba* dicitur, stickwurz, hundskürbis, gichtrüben. Colum. 10 v. 250. Græca terminatione Bryonias dicitur, conf. Apul. de Herb. c. 66. ¶ 2. Est & *Bryonia nigra*, βρύωνος μέλαινα, schwarze stickwurz. v. Plin. 23, 1; & 24, 6. Proprie *viti nigræ* tribui nomen Bryoniæ vult Plin. 23, 1, f. 16 & 17.

BV, βῦ, particula epitatica, a magnitudine bovis, ap. Festum in *Bulima*. conf. infra *Butyssia*.

BVA, *æ*, f. potio parvulorum, kinder-getränke, ex Varrone vel Catone de liberis educandis apud Nonium 2, 97.

Bubalus, bubalinus &c. vide *Bos*.

BŪBASTIS, *is*, f. Herodoto; *Bubastus* (βούβαστος) Straboni, Ægypti civitas, ubi Diana eximio templo celebrabatur, quod & ipsum *Bubastis*, a Dea, (namque & illi hoc datum nominis fuit) appellatum. v. Herodotus 2, 137. Et Ovid. Met. 9, 692 *Cum qua latrator Anubis Sanctaique Bubastis, variisque coloribus Apis.*

¶ Bubastia, *orum*, n. pl. Sacra, quæ in honorem Dianæ apud Bubastum celebrabantur quotannis, quorum Herodotus meminit. Gratius Cyneg. v. 42
Vix operata suo, sacra ad Bubastia, lino
Vestitur sonipes æstivi turba Canopi.

BŪBĀSVS, *i*, Cariæ regio. v. Plinius 5, 18.

¶ Bubalis, *idis*, f. patronymicon. Ovid. Met. 9, 645
Byblida non aliter latos ululasse per agros
Bubasides videre nurus: i. e. Cariæ nurus.

BVBBĀTIO, *ōnis*, lapis, Plin. 34, 14. Harduinus legit *Bullatio*.

Bubetii, bubile, vide *Bos*.

BŪBINO, *are*, est *menstruo mulierum sanguine inquinare*. Fest. βοῦβων, *inguen*. In Gloss. Iisd est *Bavinare*.

¶ Imbubino, *are*, idem. Lucil. ap. Fest. *Hæc te imbubinat &c.*

¶ Imbubinatus, *a, um*, in Vet. Fragm. poët.

BVBLEVM, vel Bublinum, *i*, n. genus quoddam vini. Fest.

BŪBO, *ōnis*, m. βοῦας, eine uhu, nacht-eule, a bovis mugitu dicta, avis *monstrosa, funebris, dira & abominata, funerea, Stygia, feralis, infanda*, (his enim a Poëtis ornatur epitheris) funeris aut æterius calamitatis, ut nugantur poëtæ, nuncia. v. Plin. 10, 12. Ovid. Met. 5, 550 *Ignavus bubo, dirumi mortalibus omen.* conf. 6, 432 Hinc *Bubonem funereum* Ovid. Met. 10, 453 dixit; & *luctiferum* Sen. Herc. Fur. v. 687. Apulej. 3 Milet. p. 139 scribit, *ipsas nocturnas aves, cum penetraverint Larem quempiam, solicite prehensas foribus affigi, ut, quod infaustis volatibus familiæ minantur exitium, suis luant cruciatibus*, v. Plin. 13, 7. In citatis & aliis locis *Bubo* virilis generis est; Seli Virgino Æn 4, 462 est *fola bubo*, sexu sequiore: sed *avis* subaudirur, ut Servius ibidem observat. ¶ 2. Dicuntur *Bubones* etiam & inguina ipsa, & ¶ 3. Inflammationes inguinum βουβῶνες, schlieren, beulen, geschwür. v. Suid.

¶ Būbŭlo, *āre*, βουάζειν, heulen. Auctor carminis de Philomela v. 37
Babulat horrendum ferali carmine bubo.

¶ Bubo, *ĕre*, simile verbum pro Bubonis vel Butionis voce exprimenda. Idem Philomelæ auctor v. 42
Inque paludiferis butio bubit aquis: Alii *butit* legunt.

¶ Bubōnium, *i*, n. Plinio 27, 5 herba est sic dicta, quod præsentaneum inguinum sit remedium. Βουβώνιον, ἀπὸ βουβῶνος Græcis est, After Atticus: sternkraut, schartenkraut, wegstroh. Iunio.

¶ Bubōnĕcēle, *es*, f. βουβωνοκήλη, hernex inguinum, cum intestinum vel omentum in inguina descendit & subsidit, ita tamen, ut in scrotum non perveniat. Herniæ species, ein bruch. Cornel. Celf. 7, 18 extr.

Bubona, bubsequa, bubulcitor, bubulcus, bubulus, bucæda, vide *Bos*.

BVCARDIA, *æ*, f. gemma bubulo cordi similis. Plin. 37, 10.

BVCCA, *æ*, f. γνάθος, proprie malarum pars, quæ inflatur, der backen. Plin. 11, 37 *Infra oculos male, homini tantum, quas prisci GENAS vocabant; XII Tabularum interdicto radi a fœminis vetantes. Infra ea hilaritatem ridentque indicantes BVCCAE*, das weiche oder hohle im backen. *Buccæ purpurissatæ*, Plaut. Truc. 2, 2, 35, geschminckte backen; *fluentes*, hangende. Cic. de Orat. 2, 66. Alibi *buccas* fluentes pro *cerussatis, fuco illitis*, Ciceronem dixisse, Cl. Menckenius notat, ut Orat. post red. in Sen. c. 8 *Vini, somni, stupri plenus, madenti coma compositoque capillo, gravibus oculis, fluentibus buccis, pressa voce & temulenta.* Conf. or. in L. Pison. c. 11. Quæ tamen loca, si diligentius perpenduntur, alteram quoque notionem admittunt. *Buccas inflare*, sive, ut Græci loquebantur, φυσᾶν τὰς γνάθους, de superbis, & fastuosis dici, Suidas notat: probaruntque id eruditi ex Demosthene. Quo fere illud Persii referri poterit ex Sat. 5, 13 *Tumidas intendis rumpere buccas.* Idem tamen & ad iratos pertinet.

Horat.

Horat. 1 Sat. 1, 27 *Quid causse est, merito quin illis Iupiter ambas Iratus buccas inflet?* Plaut. Stich. 5, 6, 7 *Age, jam inflа buccas*, blaſe auf. conf. 5, 4, 42 ¶ 2. *Bucca*, ae, ex quo vox prodit, der mund. Cic. Att. 1, 12 extr. *Si rem nullam habebis, quid in buccam venit, ſi fato*, was dir einfällt, oder ins maul kommt. conf. 7 epiſt. 10: & 14, 2 extr. Sic Martial. 12 epigr. 24 *Quicquid in buccam tibi venerit, loquaris.* Lib. 11 epigr. 7 dixerat in eamdem ſententiam: *Quicquid venerit in buccam, loquamur Moreſa ſine cogitatione.* ¶ 3. Ipſi quoque, qui inflent buccas, ita vocantur poëtice: *Notaque per oppida buccæ*, Iuvenal. Sat. 3, 35, i. e. tibicines.

¶ Buccula, ae, f. diminutivum. Suet. Galba c. 4 *Complet, Augustum puero adhuc ſaluanti ſe inter aequales approbra buccula objecta*, &c. Apul. 6 Met. p. 180 *Iupiter preſſa Cupidinis buccula mutuaque ad ea ſenum relata conſpexit.* Et lib. 3 p. 137 *Tres iſti nitentibus oculis, & rubentibus bucculis*, &c. Sic Arnob. 2 p. 73 *Buccellis inflantibus tibias diſtendere.* ¶ 2. De *Buccellis* in catapulti vide Vitruv. 10, 15, & Baldi Lex. p. 17. ¶ 3. *Buccula* etiam dicitur cuſſidis pars, qua buccas tegit, das viſier, der bart am helm. vid. Liv. 44, 34. Et Iuvenal. 10, 134

Lorica & fractа de caſſide buccula pendens.

¶ Buccea, ae, f. a bucca, fruſtulum alicujus rei eſui aptum, ein mundbiſſen; ut, *Panis buccea.* Vſus ea voce Auguſtus apud Suet. 2, 76 *Duas buccеas manducavi.*

¶ Buccella, ae, f. diminut. Onomaſt. Vet. *Buccella*, ψώμιον, Apic. 7, 6 *Buccellæ macerатæ*, panis puta. Ibid. c. 11 *Buccellæ majores.* conf. 8, 6: & 7, 9; & Martial. 6, 76.

¶ Buccellāris, e, a ſubſt. ut, *Buccellaris farina*, Plin. Valer. 1, 6.

¶ Buccellare ſubſtantive vas chymicorum eſſe videtur. Marcell. Emp. c. 23 *In buccellari decoquere.*

¶ Buccellārius, i, m. qui eſt in familia patroni, ejusque pane enutritur, ein tiſch-genoß, koſtgänger. Item paraſitus & aſſecla, qui aliena buccea vivit, ein ſchmarutzer. vid. Iſidori Glott. in *Aſſecla & Aſſecula*: & Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p. 225 ¶ 2. Sunt & *Buccellarii* domeſtici ſtipatores, & cuſtodes corporis, leibtrabanten, einſpänniger: qui tuis dominis adhuc ſemper I. 12. C. ad leg. Iul. de vi publ. Suidæ *Buccellarii* ſunt Gallogræci, quod illi huic potiſſimum miniſterio admoverentur. Adde Turneb. Adverſ. 24, 16; & 26, 15.

¶ Buccellatum, i, n. panem bis coctum dixit Ammianus 17, 17 (Valeſ. c. 8) zwieback. Verba Ammiani. *Frumentum ad uſus diuturnitatem excoſtum, buccellatum, ut vulgo appellant, humeris impoſuit libentium militum.* Spartianus in Nigro c. 10 *Diſſimulato ſequi expeditionem prohibuit, buccellato juvenes milites & omnes contentos eſſe.* Seneca epiſt. 83 *Panem ſiccum* vocat.

¶ Bucco, ōnis, m. ein pausback. Buccones amplas buccas habent; quos Phyſiognomici fatuitatis arguere ſolent. Et vero Plautus inter ejus notæ homines commemorat Bacch. 5, 1 pr. Quo nomine Apuleius Apol. p. 325 *maceros & buccones* conjungit. vide *Macer.* ¶ 2. Vetus Gloſſator & *Paraſitos* interpretatur. *Buccones*, παράσιτοι, βακκίωνες. Nec mirum: namque iidem & γναθῶνες, a γνάθος; ſeu buccis appellati. Nam cum tria paraſitorum genera ſint: unum eorum, quos Plautus feſtive, *plagipatidas* vocat; tertium adulatorum ſive aſſentatorum, quod primum inducuſſe Terentianus Gnatho gloriatur: *Buccones* ad altertum genus pertinent: in quibus Nicolaus apud Stobæum, γναθον ἀκαμπτον ἐυδυς, δυναμενην πληγὰς φέρειν, *buccam indefeſſam, quæ continuas alapas ſuſtinere poſſit*, requirit: die aufblaſen. ¶ 3. *Bucco* Iſidoro lib 10 in B. eſt *garrulus, qui cæteros ſuis loquacitate, non ſenſu exſuperat*, ein ſchwätzer.

¶ Bucculentus, a, um, cui tumidæ ſunt buccæ, großmäulig, pausbäckicht. Plaut. Merc 3, 4, 54.

¶ Debuccellatus, a, um, abgebiſſelt; ut, *Penicilli debuccellati*, Plin. Valer. 1, 6.

BVCCINA, ae, f. *calpiſ*, a *buccis*, vel ſecundum Varr. L. L. 5, 7 a *ſono* ĕĭ & *cano*: Manutius *Bucina* quaſi *Vocina*, cum Iſid. 18, 4: eſt inſtrumentum, *quo datur ſignum* in hoſtes ad pugnam, eine trompete. vid. Cic. Verr. 4, 44. Et Ovid. de Tritone Met. 1, 335 *Cava buccina ſumſit illi tortilis*, &c. Hujus ſono etiam vigiliæ olim committebantur, ſeu inchoabantur: quo reſpiciens Propertius dixit 4, 4, 63

Et jam quarta canit venturam buccina lucem.

Nam cum nox in quatuor vigilias eſſet diſtributa; ſingulæ autem vigiliæ trium horarum eſſent; idcirco quarta vigilia ſub 3 matutinam noſtram inibat, quod tempus Propertius *quarta buccina* deſignat. ¶ 2. Fit & Paſtorum *buccina* Colum. 6, 23; & Varr. de R. R. 2, 4, ein hirten horn. v. Broukh. ad Propert. 4, 10, 2.

¶ Buccinum, i, n. Plinius dixit in eadem ſignificatione de apibus ad opus excitandis lib. 11, 10 ¶ 2 Quo in genere etiam conchæ minoris nomen eſt, ſic dictæ a ſimilitudine buccini, quo ſonus editur Plin 9, 36, eine ausgeſpitzte meerſchnecke. ¶ 3. Hyacinthum Romani vocant *Buccinum*, Dioſc. 3, 77.

¶ Buccinus, i, m. ipſe clangor tubæ, der trompeten-ſchall. vid. ex Iſidoro Barth. Adverſ. 39, 6; & Vel. Longus de Orthogr. p. 2243. ¶ 2. *Buccinus*, cantus & vox galli gallinacei ap. Petron. c. 74 *Hic buccinus ſignum dedit.*

¶ Buccino, avi, atum, are, blaſen, trompeten. Varro R. R. 2, 4 *Cum buccinatum eſt.* Sen. Controv. 3 præf. *Ter buccinatuſi*

¶ Buccinātor, ōris, m. ein trompeter, horn bläſer. Cæſar B. Civ. 2, 35. ¶ 2. Item prædicator, laudator, ein ausrufer, lobſprecher, per Metaphor. Cic. filius ad Tironem 16 epiſt. 21 *Quod pollicеris, te buccinatorem fore exiſtimationis meæ, firmo id conſtantique animo facias licet.*

¶ Debuccinō, are, ausblaſen, ausposaunen. Tertull. de Virg. vel. c 12 *Nihil debuccinemus eorum*, &c i e promulgemus.

¶ Debuccinatus, a, um, ausgeblaſen, apud Mart. Capell.

¶ Debuccinator, ōris, m der einen erhebet, apud Auguſtinum

¶ Dibuccino, are, divulgare, kundbar machen. Velius Longus de Orthogr. p. 2227, ubi *Di* ante *b* in compoſitione, *Di* ſcribi, *S* abjecto, hoc exemplo probat, ut *bucinat* nam etiam *Bucina* ſcribunt a βυκάνη. Papirianus, æque veruſtus grammaticus, niſi prior, idem tradit de verbo *dibucinare*, p. 2294. Putſch. ed.

¶ Ebuccino, are, eodem ſenſu recentiores formant, ſed absque auctoritate.

Bucco, quære in *Bucca*

BVCCONIATIS, ĭdis, f. genus uvæ, quæ *in Tiburinis collibus non ante demetitur, quam gelaverit*, Plin. 14, 3.

Bucculа, Bucentaurus, vide *Bucca, Centaurus.*

BVCĔPHALVS, i, m. βουκέφαλος, Alexandri magni equus, de quo hoc modo Plin. 8, 42 *Alexandri equi magna varietas contigit, Bucephalon eum vocarunt, ſive ab aſpectu torvo, ſive ab inſigni taurini capitis arma impreſſi. Sedecim talenta ferunt ex Philonici Pharſalii grege emptum. Neminem hic alium quam Alexandrum regio inſtratus ornata recepit in ſedem*, &c. *Sine ornamentis vero & nudus cuilibet equiſoni ſe dedit conſcendendum*, ut Plutarchus ſcripſit. Fertur & Iulio Cæſari ejusmodi fuiſſe equus, qui ſeſſorem alium nullum paſſus ſit, præter Cæſarem ipſum. Gell. 5, 2 *Equus Alexandri regis & nomine & capite Bucephalus fuit.* v. & Curt. 6, 5, 18. ¶ 2. Neque vero Alexandri ille ſingularis equus *Bucephalus* appellatus tantum, ſed apud Theſſalos omnes illi id tulere nomen, quibus taurini capitis inſigne inuſtum eſſet, ut Scholiaſtes Ariſtophanis & Heſychius nos docent. Conf. Salmaſ. in Exercit. Plin. p. 893. Voſſ. 4 Inſtit. Orat. p. 132. Gronov. ad Stat. Silv. p. 31, & Mich. Piccarti Periſcul. Crit. lib ſing. c. 1. ¶ 3. *Bucephalus* dicitur urbs, quam Alexander Bucephalo equo condidit: quæ *Bucephale*, & *Bucephala*, & *Bucephalea*, aliis appellata. vid. Plin. l. c. & Curt. 9, 1, 6.

BVCĔRAS, ātis, n. βύκερας, herba, quam fœnum Græcum vulgo vocant, auctore Plinio 24, 19 propter ſemen corniculis inclusum ita appellatum: bockshorn.

Bucĕrus, bucetum, bucida, vide *Bos.*

BVCŌLĒSIA, ae, f. βουκολησία, inanis & falſus conceptus, vana imaginatio, falſche einbildung. Ita in Petronii c. 41 pro *Bacalisiæ* legit *Bucoleſiæ* Reineſius ad Petr. Fragm. Trag. p. 60.

Bucolicus, &c. vide *Bos*, Bucranium, *Cranium*, Bucula, us, *Bos.*

BVDA, ae, f. forte Ptolemæi Κόστα, *Curta*, Hungariæ metropolis, capta & direpta a Turcis anno Chriſti 1526, recuperata a Chriſtianis 1686, vulgo Ofen. ¶ 2. *Buda* vel *Puda* eſt papyrus, ut ostendit Voſſius ad Melam 3, 9 p. 307 ſq.

BVFO, ōnis, m. rana rubeta, veneni plena, eine kröte. Virgil Georg. 1, 184

Inventuſque cavis bufo, &c.

Diſſidium bufonibus eſt cum araneis: ſed ab his icti bufones plantagine admoria ſibi medentur. v. Eraſ. in Dialogo de Amicitia.

¶ Bufonītis, ĭdis, f. bufonius lapis, ein krötenſtein; de cujus virtute adverſus venenum Aldrov. de inſectis 4, 4; & 5, 12.

BVGILLO, *onis*, herba forte eadem quæ *Bugula.* Marcell. Emp. c. 3 *Bugillonis ſuccus.*

BVGLOSSA, ae, f. βούγλωσσος, & *Bugloſſon*, i, n. *lingua bubula* latine, herba eſt quam *borraginem* vocant, bürretſch. *Bugloſſum vulgare* anchuſa eſt, ochſenzung; Plin. 25, 8. *Capparis atque apium bugloſſumque*, &c. Seren. v. 421. Macer primam corripit lib. 2 c. 20 v. 1 & 10.

BVGŌNES, *um*, f. βυγενεῖς, apes natæ ex putrefacto bove, unde & nomen illud acceperunt. Varro Re ruſt. 2, 5.

¶ Bugonia, ae, f. apum illa ex bove putrefacto generatio. Varro l. c.

BVGVLA, ae, f. officinis dicta a ſimilitudine Bugloſſæ, güldenzünſel.

Bulapathum, vide *Lapathum.*

BVLARCHVS, i, m. pictor antiquiſſimus, de cujus tabula auro repenſa Plinius H. N. 35, 8.

Bulbaceus, bulbine, vide *Bulbus.*

BVLBĪTVM, i, n. βόλβιτον, ſimus, miſt, koth. Plin. 28, 17. Hinc ex mente Feſti in *Bubinare* eſt

¶ Bulbīto, are, vel potius compoſitum

¶ Imbulbito, are, ex Lucilio, puerili ſtercore inquinare. v. Feſt. l. c. & Douſa p. 7.

BVLBVS, i, m. βολβός, pro plantæ peculiari ſpecie ſumtus, quid ſit, ignorari hodie putat Matthiolus. Fuerunt autem varia *bulborum* genera, de quibus Plin 19, 5. Excitandæ Veneri facere Ovidius de Remedio amoris 2, 797 ſignificat. Vnde *ſalaces bulbos*, Martialis dixit 3 epigr. 75. Præcipue autem de Megaricis id celebratur. Plin. 20, 9 *Venerem maxime Megarici ſtimulant.* Colum. 10 v. 106

Iam Megaris veniant genitalia ſemina bulbi.

Adde Martialis 13 epigr. 34, cui *Bulbi* titulus eſt. ¶ 2. Alioqui *Bulbi* & *bulbuli* apud auctores idoneos dicuntur radices omnes rotundæ & tunicis conſtantes pluribus, vel florum vel herbarum, vel olerum, ut lilii, croci, narciſſi, item arundinum, zwiebeln an blumen, kräutern. Plin. 2, 5 de lilio: *Nihil eſt fœcundius, una radice quinquagenos ſæpe emittente bulbos.* Eſt autem *Bulbus* alius *eſculentus*, βολβὸς ἐδώδιμος, eſchlauch; alius *vomitorius*, ἐμετικὸς, qui & narciſſus, narciſſen oder roſelem; alius denique *agreſtis*, qui vulgo *Hermodactylus* eſt, zeitloſen, herbſt-blumen. Matth. Iun.

¶ Bulbulus, i, m. dimin. Pallad. Febr. t. 21 *Liliorum minoris bulbulos ſauciare.*

¶ Bulbāceus, a, um, kolbicht. Plin. 21, 26 *Radix bulbacea.*

¶ Bulbōſus, a, um, idem: ut, *Radix bulboſa*, ſo viel ſchalen hat, und den zwiebeln gleichet. Plin. 21, 17 & 21.

¶ Bulbīne, es, f. βολβίνη, etiam herba eſt ex bulborum genere. Plin 19, 5 & 20, 9

BVLCOLACCA, f. vel *Burculacca*, aut *Buthrolacca*, Græcis eſt cadaver excommunicati, quod alio nomine τυρκολάκκα vocant: de cujus vocis etymo vid. Leo Allatius lib. *de quorum. Græcorum opin.* § 12 p. 142, qui deinceps, quæ ipſe circa talem Burculaccam contigiſſe vidit, recenſet. Rem vero quod ſpectat, ſciendum eſt, exiſtimare Græcos eorum, quos durante excommunicatione mors

corripuit, corpora non resolvi in pulverem, sed instar tympani intumescere, ac noctu potissimum a Satana ad terrendos homines indui, neque in cineres prius resolvi, quam a vinculo excommunicationis solutus sint. Conf. Anton Legerum apud Hotting. part. 3 Hist. Eccles. sect. 1 p. 178. Ex hoc fonte manasse videntur, quæ circa annum 1732 de *Vampyris* s. sanguisugis narrata ac disputata sunt.

BVLE, es, f. Græca vox, βουλή, qua decurionum collegium, seu senatum in Græcis civitatibus appellabant, der rath. Plin. 10 epist. 117 *Solent totum bulen, atque etiam e plebe non exiguum numerum vocare.* Idem 1 ep. 111 & 115 *In bulen legi*, in rath kommen. Hinc

¶ Bulæus, βουλαῖος, Jupiter, & *Bulæa*, Pallas, in nummis apud Spanhem. de usu & præst. num. diss. 3 p. 133.

¶ Bulευta, æ, m. ὁ βουλευτής, quo designabatur consiliarius publicus civitatum in Græcia Asiaque, qui latine *Decurio* (nam Romæ *Senator* dicebatur) appellatus, ein rathsherr. Reperitur hæc vox in libris juris, & apud Plinium 10 ep. 48, 113 ac 115, & Spartian. Severo c. 17.

¶ Buleutērium, *i*, n. βουλευτήριον, ein rath-haus. Plin. 36, 15 *Cyzici & Bulenterium vocant ædificium amplum*, &c. Cic. 2 Verr. de Sicil. jurisd. c. 21 *In curia Syracusis, quem locum illi Buleuterium vocant.*

¶ Buleutĭcum, *i*, n. erat locus in theatro, ubi senatores sedebant, spectandorum ludorum caussa; juvenes ex *Ephebico* spectabant. vid. Cal. Rhodig. var. lect. 8, 8; Iul. Pollux 4 Onomast. c. 19; Dempster. Paral. ad Rosin. 5, 10 p. 480.

BVLGA, æ, f. apud Festum fasciculus feorteus, pellaceus, crumena. v. Dacer. ein wadsack, tauschen, reit-tasche. Lucil. apud Nonium 2, 76

Cui neque jumentum est, nec servus, nec comes ullus,
Bulga, & quicquid habet nummorum, secum habet ipse.
Cum bulga cænat, dormit, lavat: omnis in una
Spes hominis bulga, hac devincta est cætera vita.

¶ 2. Pro loco muliebri, idem Lucil. ap. Non. l. c. *Quisque nostrum e bulga matris est in lucem editus.* conf. Elmenh. not. ad Arnob. p. 111.

BVLGĀRI, *orum*, m. pl. Scythica gens, quæ Mœsiam inferiorem occupavit ad Bulgari s. Volgam fluvium.

¶ Bulgaria, æ, f. regio inter Danubium fl. Serviam, Thraciam & Pontum Euxinum; Mœsia inferior ævo posteriori appellata.

BVLĪMA, vel Bulimia, æ, f. βούλιμος, vel βουλιμία, magna fames & vis ejus intolerabilis, die freß-krancheit. v. Festus ibique Scalig. & Dacer. Gellius, 16, 3; Rhodig. 13, 19 & 14, 1.

¶ Bulīmo, *are*, freßig oder unersattlich seyn. Theod. Prisc. c. 2, 29 *Edaces bulimantes.*

BVLLA, æ, f. a βολή, *jactus*, πομφόλυξ, eine wasser-blase. Ovid. Met. 10, 533 *Sic, ut pluvio perlucida ære, vel ore*
Surgere bulla solet. De fragilitate & fugacitate vitæ humanæ Petronius c. 42 *Nos non plus sumus quam bullæ.* Varro Re rust. 1, 1 *Si est homo bulla, eo magis senex.* Eobanus Eidyll. lib. 10 *Quam cito bulla perit, tam flos cadit ille juventæ.* ¶ 2. A similitudine *Bullæ* dicebantur globi illi, quos triumphantes Romæ, puerique ingenui de collo suspensos auro conflatos gestabant, güldene knöpffe. Nam libertinis *scortæ* erant, ut Aconius in Cic. Verr. de Præt. Urbana observat, l. ad Verr. 1, 58, ubi *sine bulla* in judicium venit pupillus Iunius, quem spoliaverat Verres. Queritur itaque Cicero, *quod ornamentum pater dederat in judicium atque insigne fortunæ, hoc ei ereptum esse.* Festus: *Bulla aurea insigne erat puerorum prætextatorum, quæ dependebat eis a pectore, ut significaretur, eam ætatem alterius regendam consilio. Dicta autem est a Græco sermone* βολή, *quod consilium dicitur Latine: vel quia eam partem corporis bulla contingat, id est, pectus, in quo naturale manet consilium.* conf. ibi Dacer. & Coler. c. 4 Parerg. & Rupert. ad Flor. p. 361. Huc pertinet Iuvenalis 5, 134. Vbi *Etruscum aurum* bulla ista aurea est. *Etruscum* dicitur, quod iste mos ab Etruscis Romam derivatus. Vetus Scholiastes: *Antiquitus nobiliam pueri bullas aureas habebant: pauperum de loris, signum libertatis.* Vid. Plin. 33 epist. 1; Macrob. Sat. 1, 6. Bullas ejusmodi, & prætextas deponebant, Laribusque consecrabant, pueri ex ephebis egressi, decimo septimo ætatis anno, ut ostendit Persius Sat. 5, 30

Cum primum pavido circumdata colla nitebat
Bullaque succinctis Laribus donata pependit.

Videatur Hercules Prodicius Pighii p. 424 seqq. Editus est de hac bulla liber Italicus Fr. Licoroni Romæ 1732 ¶ 3. *Bullæ* etiam dicebantur olim ornamenta ad Bullæ similitudinem quodammodo facta, buckeln, spangen, ut cingulorum & velarum. v. Sagittar. de Ianuis veterum p. 175. Apul. 6 Milet. p. 185 *Bullis aureis inoculatus, veluti stellis fulgentibus relucet.* conf. Plaut. Rud. 4, 4, 127; & Cic. Verr. 4, 57. Virg. Æn. 9, 359

Phaleras Rhamnetis, & aurea bullis Cingula.

Et 12, 942

Notis fulserunt cingula bullis Pallantis pueri.

vid. Erhard. & Burm. ad Petron. c. 30 p. 113 sq. De *Bullis*, quibus exornatæ januarum fuerunt fores, v. Taubm. ad Plauti Asin. 2, 4, 20. De *bulla in horologio sub imagines tenente*, Vitruv. 9, 9, & de *bulla in tabula dies distinguente, quibus quique lavarentur*, Petron. c. 30. ¶ 4. Sequioris ævi scriptores, sigilla, quæ literis, principum maxime, appendebantur, *bullas* vocarunt. Quo nomine & ipsæ illæ literæ sive diplomata venibant. Alexii Comneni Constitutione: *De monasteriorum beneficiis aureæ tres bullæ emissæ sunt.* Vnde & nobilissima illa Constitutio Caroli IV Imp. *Bulla aurea* vulgo vocatur. v. supra in *Aurum*, & de *bullis* istis copiose Kirchmann. de Annulis c. 8, ubi docet, χρυσόβουλλον vel χρυσοβούλλιον imperatorum Constantinopoleos fuisse, & regum Siciliæ, μολιβδόβουλλον patriarcharum, interdum etiam imperatorum, κηρόβουλλιον omnium.

¶ Bullula, æ, f. dimin. Cels. 2, 5 *Si urina bullulas excitat.*

¶ Bullo, *are*, & Bullio, *ivi, itum, ire*, verba duo activa, idem significantia. Neque enim *bullire*, fervere tantum ita liquida, ut bullas mittant; sed & *bullare*: Nec *bullare* tantum, excitari in spumas bullasque, verum *bullire* etiam dicuntur, auffsieden, brudeln, wallen, blasen werffen. Plin. 38, 6 de urina: *Mala signa rubræ, pessima nigræ mala bullantis & crassæ.* Et 18, 35 *Maris ipsius tranquillus sonitus, spumæve dispersæ, aut aquæ bullantes.* Calpur. ecl. 1, 11 *Bullantes ubi fagus aquas radice sub ipsa Protegit.* Cato R. rust. c. 105 *Vbi bullabit vinum, ignem subducito.* Cels. 5, 19 *Ex olei hemina & aquæ marinæ altera cocta donec bullire desinat.* Apic. 4, 4, 4 *Vbi probe bullierit:* & c. 5 *Bullire sinas.* Pers. Sat. 3, 34 *Demersus summa rursus non bullit in unda.* Vet. Gloss. *Bullit*, καχλάζ, ζεῖ. ¶ 2 Translate Apul. 10 Met. p. 250 *Indignatione bullire*, schnauben. Id. 1 Met. *Bullire spiritum*, rächeln.

¶ Bullatus, *a, um*, bulla insignitus, Iuvenal. Sat. 14, 4 *Si damnosa senem juvat alea, ludit & hæres Bullatus, parvoque eadem movet arma fritillo. Bullatus hæres*, id est, filius adhuc puer bullam & prætextam gestans. Germani dicunt: wie die alten sungen, so zwitscherten die jungen. Val. Max. 3, 1, 1 *statua* (pueri) *bullata.* Pers. Sat. 5, 19

Non equidem hoc studeo, bullatis ut mihi nugis
Pagina turgescat:

Bullatæ nugæ sunt argumenta inania, in quibus nihil frugi inest: Vbi multum verborum, nihil solidæ rei, hochtrabendes gewäsche. *Nugas canoras* Horatius de arte poët. v. 322 dixit: groß geschrey, wenig wolle. In manuscriptis libris tamen non *bullatis*, sed *pullatis* legitur, ut Casaubonus observat.

¶ Bullītus, *a, um*, fervefactus, aufgesotten. Veget. 1, 45.

¶ Bullītus, *us*, m. subst. das gebrüdel, der sood. Vitruv. 8, 3 *Aquæ bullitus.*

¶ Bullatio, *ōnis*, f. idem. Hoc substantivum Harduinus ex MSS. libris Plinio vindicavit 34, 14 sub fin. *Lapis hic & in Cantabria nascitur, non ille magnes verus, caute continua, sed sparsa bullatione, ita appellant:* hoc est, magneticos lapillos bullarum instar in agros sparsi, non e continua rupe excidi. Vulgo *bubbatione* legitur.

¶ Bullesco, *ere*, brudeln. Ampelius de Miracul. mundi pr. *Pix alte attollitur, & quasi ab aqua bullescit*

Composita a *Bullare* & *Bullire.*

¶ Combullio, *ire*, zusammen auffsieden. Apicius 8, 8, 10 *Diutius combulliant, quoad spissa ebullire indicantur.*

¶ Debullio, *ire*, versieden. Hinc

¶ Debullitio, *onis*, f. die ausbrausung, apud Augustinum.

¶ Ebullo, *are*, herfürquellen, ex Persii Sat. 2, 10 probant, ubi malæ mentis votum,

O si ebullat patrui præclarum funus!

id est erumpat, subito veniat. Alii vero legunt hoc loco *ebullit*, quasi contractum ex *ebullierit*, seu *ebulliat.* v. Casaub. Cæterum Tertull. de Pall. c. 2 *Pontium venæ ebullant.*

¶ Ebullio, *ire*, fervendo bullas emittere, aufwallen, heraus brudeln. Cato R. Rust. c. 105 *Vbi ebullibit vinum, ignem subducito.* Sic libri Basileæ & Coloniæ impressi: ar Iunta, Gryph. & Commelin. *bullabit.* ¶ 2. Metaphorice jactare, crepare est, Cic. Tusc 3, 18 *Qui si virtutes ebullire volent & sapientias*, wenn sie davon auffschneiden. Metaphora aliquidis, quæ spumam vel feces projiciunt. Ipse Cicero l. c. idem sic expressit: *Si vellent voces inanes fundere.* Idem de Fin. 5, 27 *Dixerit Epicurus, Semper beatum esse sapientem: quod quidem solet ebullire nonnunquam.* ¶ 3. Alia translatione invenitur in Petronii c. 42 & 62 *Animam ebullire*, id est mori, den geist ausgeben.

¶ Ebullitio, *ōnis*, f. das aufwallen, das überstieden.

¶ Rebullio, *ire*. Apul. l. b. 5 p. 170 (Elmenh. ed.) *Lucerna fervens oleum rebullivit in ejus humerum.*

¶ Subbullio, *ire*, sachte sieden. Plin. Val. 1, 11 *Levi calore subbullire.*

BŪMAMMA, æ, f. βάμαμμα, Varroni de Re Rust. 2, 5, & Macrobio 2 Sat. c. ult. genus quoddam uvæ est grandioris, quod tumeat ad similitudinem mammarum bovis. Eadem &

¶ Bumastus, *i*, m. βόμαστος dicitur ex μαστὸς quod uber sive mammam significat. v. Plin. 14, 3; Colum. 3, 2. Et Virg. Georg. 2, 101

Non ego te, mensis & diis accepta secundis
Transferim Rhodia, & tunidis Bumastie racemis.

BŪMELIA, æ, f. βουμελία, fraxini Macedoniæ species Plinio 16, 14 eine art eines eschen-baums.

BŪNIAS, ădis, f. βουνιάς, napi illud genus, quod rapo & raphano simile est, grosse rüben, rettig. Plin. 20, 4; Dioscor. 2, 103; Colum. 10, 422.

¶ Bunium, *i*, n. βούνιον, diversum napi genus, Plin. l. c. steck-rüblein. v. Paul. Eberus. Napum silvestrem, *bunium* credit esse Matthiolus.

¶ Bunītes, æ, m. βουνίτης, scil. οἶνος, vinum ex napis, Dioscor. 5, 38. Meminit hujus vini Plinius 24, 16.

¶ Pseudobunium, *i*, n. ψευδοβούνιον, bunium mentiens; Dioscor. 4, 120.

BŪPĂLVS, *i*, m. Anthermi, seu Antherini filius, Chius, marmorarius: vel ut alii volunt, plastes, aut etiam pictor: qui fratrem Anthermum seu Antherinum habuit ejus artis. Hos, cum imaginem Hipponactis poëtæ, fœditate vultus notabilis per lasciviam propositissent ridentium circulis, Hipponax indignatus tam amaro persecutus est carmine, ut ad laqueum compulerit. Quo Horat. Epod. 6, 13 respiciens canit:

Qualis Lycambæ spretus infido gener
Aut acer hostis Bupalo.

Ibi enim priori versu Archilochum, altero Hipponactem poëtam circumscribit. Sed hanc de Bupalo atque Anthermo historiam, vanam arguit Plinius 36, 5. Scribit Pausanias in Messenicis, Bupalum hunc omnium primum finxisse Fortunam, capite polum, altera manu Amaltheæ cornu tenentem. Add. Lucian. T. 2, 1 p. 433.

BŪPHĂGVS, *i*, m. βουφάγος, ein vielfraß. Herculis epitheton, integros boves comedentis. ¶ 2. Est & Arcadiæ fluvius, a Buphago lapeti filio dictus, quem Diana peremit. v. Rhodig. 14, 2.

BŪPHŌNIA, *orum*, n. pl. βουφόνια, festum Athenienſium, quod post mysteria celebrabant per immolationem bovis, quo occiso, reliqua omnia a cæde libera pronunciabant. v. Pausan. lib. 1; Ælian. Var. Hist. 8, 3; & Rhodig. 7, 6.

BŪPHŌNVM, *i*, n. herba sic dicta, quod boves necet ab iis comesta, ἀπὸ τῆ φόνος cædes, mors. & βοῦς bos. Alii *Chamæleontem* vocant, alii *Ixiam* seu *Ixiam* potius. Est autem *Chamæleon niger*, Matthiolo elvermurtz.

BVPHTHALMVS, *i*, m. βούθαλμος, planta caulibus tenuibus mollibusque, foliis fœniculi vel anethi, flore luteo, anthemide major, oculi similitudine, unde nomen traxit, rindsaug, fuhtill. vid. Tim. 25, 8.

BVPLEVRVS, *i*, βούπλευρος, seu βουπλευρον, herba Plin. 22, 22, seu olus potius ipsorte nascens, caule cubitali, foliis multis longisque capite anethi. Græcis notum & laudatum in cibis ab Hippocrate, wilder paſtinack.

BVPRESTIS, *is*, f. βούπρηστις, species est cantharidum, similis scarabæo longipedi, fallit inter herbas boves devorataque ita inflammat, ut rumpat, unde & nomen accepit, παρὰ τὸ πρήθειν τὰς βόας, hoc est, ab inflando & rumpendo boves, ein qualfter, Ebero, vel grüner ſtinkender käfer. v. Plin. 30, 4. ¶ 2. Est & *Buprestis* herba inter olera, Iachani species, Theophrasto Hist. plant 7, 8, & Galeno: quod vero Plinium fugit 22, 22. Quidam esse volunt auriculam leporis descriptam a Dodonæo nomine Bupleuri. Hesychio βουπρηστις, *clus*; sed βουπρηστις *inscitiam* notat. v. Dalechamp. ad Plin. loc. cit.

BVRA, *æ*, sive Buris, *is*, f. dicitur pars aratri posterior curvata, qua aratrum regitur, βοῦς quasi βοῦς ἄρα. quod similitudinem habeat caudæ bovis, ire handhabe des pflugs, pflugſterze. Ita vulgo quidem habetur & confunditur: *buris* & *ſtiva* significatio, cum pflugſterze, tamen potius sit *ſtiva*, non *buris*, sitque buris curvamen aratri illud, quod vomerem excipit. Varro de Re rust. 1, 19 *S. pro traſtla aut a retinendo vomere in arvo.* Virg. Georg. 1, 169 *Continuo in ſulcis magna vi ſtiva domatur. In binis, curvi formam accipit vomeris aratri* ¶ 2. *Bura*, etiam urbs Achaiæ mari hausta, Plin. 2, 92: Ovid. Met. 15, 293. Pausanias in Achaicis eam dictam a Bura, Iovis & Helices filia, tradit. *Buræ* vero ædes est Cereris, Veneris, Liberi Patris & Lucinæ ibid.

¶ Imburum, *i*, n. vide infra in *Vrbo*, *are*.

BVRDEGALA, *æ*, f. & Burdigala, βουϊγάλα, Suidæ, *Burdigalla*, Straboni, Galliæ civitas, Aquitanorum nobilissimum emporium, vulgo *Bourdeaux*. Ausonii patria, quam in Claris Urbibus c. 14 vocat *Insignem Baccho, flavisque virisque, Moribus, ingeniisque hominum, procerumque senatu.* Et epist. 24, 79 *Santonas ut ſibi Burdigalam, mox jungit Aginnum.*

¶ Burdigilus, *i*, m. pro Burdegalensi Martial. 9 epigr. 33.

¶ Burdegalensis, *e*, adj. Sidonius carmine sub epist. 13 lib. 9 *Coram discipulis Burdegalenſibus.* Et Venantius Fortunatus lib. 1 carm. in Leontium episc. *Burdegalense premium.*

BVRDO, *ōnis*, m. ein mauleſel. Ulpianus l. 49 de legatis & fideicommissis lib. 3 *Item* (legato continentur) *jumenta, vel leſſica, vel ſella, vel burdones.* Et Eugenius Episcopus Toletanus carmine 22 *Burdonem ſonipes generat commixtus aſellæ.* Visus & vulgarus interpres 2 Reg. 5, 17.

¶ Burdubaſta, *æ*, m. id est, *aſini ſtratum*, sive *aſinus gibbosus*. Hæc equitis inepti appellatio est apud Petron. c. 45; ubi Scheffer. legendum suspicatur *Battubata*, & M. Nodot habet *gurdus atta*. vid. omnino Burmann.

¶ Burduncŭlus, *i*, m. herba, alias lingua bovis dicta, ochſenzung. Marcell. Emp. c. 5.

BVRGVS, *i*, m. id est, castrum, die burg: vox posterioris latinitatis. Veget. 4, 10 *Caſtellum parvulum, quem Burgum vocant.* Videtur a Græco πύργος esse, quod latine etiam scribi cœpit, ut infra dabimus. Inde haud dubie est nostrum burg, & bürger. Ex burgis enim sive arcibus limitaneis tractu temporis urbes factæ. Gloss. gr. lat. πύργος, *turris, burgus.* Adde l. 6 Cod. de fundis rei priv. & Sidonii Carm. 22 *in Burgum Pontii Leontii*; & Ios. Scalig. lect. Auson. 2, 9 p. 112.

¶ Burgarius, *i*, m. qui est ex castro vid hujus nominis titulus Cod. Theod. 7, 14. Hos *Burgarios* quondam subacta Germania Romani per castra dispoſuerunt. Vnde &

¶ Burgundiones, *um*, gentis nomen ex locis illis municis sumtum, postquam præfidiarii in magnam creverunt multitudinem. v. Isidor. 9, 2 & 4. *Burgundio trux*, in sing. dicitur Sidon. carm. 7, 234. v. ibi not. Sirmondi.

BVRĬCVS, sive Burichus, *i*, m. mannus, mannulus, minor equus. Paulinus Nolanus epist. 29 c. 12 *macro illam & viliore aſellis burico ſedentem* &c. Verus Horatii interpres ad Epod. 4, 14 *Manni qui ſunt, quos vulgo burdones vel burichos nominamus.* Vetus Gloss. *Mannis, βαρίσκος.*

Buris, vide *Bura*, Burra, &c. *Burrus*.

BVRRÆ, *arum*, f. quisquiliæ, gewirre. Ausonius Præfat. ad Latinum Paeatum: *At nos illepidem rudem libellum, Burras, quisquilias, inepriasque, Credemus gremio cui fovendum?* Ad quem locum Scaliger Auf. Lect. 2, 13 p. 123 *Vſus eſt vocabulo Apuleiano. Nam hodie majores pars Aquitanicarum nationum quisquilias vocat burras*, narrenpoſſen.

¶ Burrio, *ire*, murmeln, wimmeln. Apul. lib. 8 p. 211 *Formicarum nidificia in carioſo ſilice burrichant.* Ita & Pricæus expressit p. 168. Ajunt autem fictum vocem esse, quæ susurros referret formicarum, qui quod inaudiri sunt, mavult idem Pricæus in Notis p. 454, secutus vestigia Oxoniensis codicis, *oberrabant*, quod propius est, quam Beroaldi *bulliebant*.

BVRRHINON, *i*, n. herba, alias antirrhinum, orant. Apul. de Herb. c. 86.

BVRRVS, *i*, m. Festo auctore antiquis erat *rufus*, feuerroth. *Pari modo rubens cibo ac potione ex prandio Burrus appellatur*, idem. Salmasius in Spartiani Hadrian. c. 3 quasi πυῤῥὸς dici vult, idemque esse quod *Byrrus* suppresso χειῶνος nomine, de quo supra in *Birrus*. Vid. omnino Cic. Orat. c. 48 laudatus a nobis, ubi de litera *H* agimus. Hinc

¶ Burra, *æ*, f. *bucula, quæ roſtrum habet rufum*, &

¶ Burranica, *æ*, f. *potio, a rufo colore, lacte commixta*, &

¶ Burranicum, *i*, n *genus caſei*, apud eundem Festum.

BVSĔLĪNVM, *i*, n. βουσέλινον, herba non multum differens ab apio sativo. v. Plin. 20, 12.

BVSĪRIS, *idis*, m. Neptuni filius, Ægypti rex fuit. Qui quod Diis suis hospites immolare soleret, ab Hercule, quem ipsum quoque interficere parabat, superatus exstinctusque est. Virg. Georg. 3, 4 *Quis aut Euryſthea durum, Aut illaudati nescit Buſiridis aras?* Ovidius r Art. Am. illaudatum hunc & Phalaridem *juſti* titulo mactat. vid. a v. 649 usque ad v. 656. Integra oratione encomium contexuit Isocrates quoque Busiridis tyranni crudelissimi, consilio haud temerario, quia ingenia nobilia hunc habent morem, ut aliquando in argumento vili, ridiculo & παροιδοῦς vires suas peri litentur, & ludo quasi seria atque ordinaria fallant. conf. & Stat. Theb 12, 155. ¶ 2. *Buſiris* urbs Ægypti, ubi Osiris sepultus erat. Plut. de Is. & Osir. p. 34.

BVSTEVS, buſtum, &c. vide *Vro*.

BVSTVCON, *i*, n. βούστακον, ficus insignis magnitudinis, sed sapore faruo; alio nomine *Marisca*. Fest. in *Bulimo*, & Varr. de Re rust. 2, 5.

BŪTEO, *ōnis*, m. avis infausta, quæ, Festo auctore, vaticinatis est causſa his locis, quæ intraverit, ut bubo. Plinio *Triorches* (τριόρχης, a testium numero) genus est accipitris, ein buſſahrer, maußweg; id est, *milvus paluſtris*, maußhu, id est, *bubo paluſtris*. Saxones ein rutelwey vocant, a milvi similitudine. v. Plin 10, 8; & 11, 49. ¶ 2. *Buteo* est etiam familiæ Romanæ cognomen. Florus 2, 2, 30 *M. Fabio Buteone Conſule.* Conf. Plin. 10, 8. Sed

¶ Botaurus, (*bos taurus* Plinio) Butorius, vel

¶ Butio, *ōnis*, f. ardea stellaris minor est, eine rohrdommel, waſſerochs, de quo verum ex auctore Philomelæ vide in *Bubo*, *ere*.

¶ Subbuteo, *ōnis*, ὑποτειόρχης, ein habicht. Eber.

BŪTES, *æ*, m. (βοὺτης *bubulcus*) Amyci, Bebryciorum regis filius, pater Eryces ex Lycaste Sicula; de quo Virg. Æn. 5, 5, 2. ¶ 2. Alius Trojanus a Camilla occisus, ibid. 11 v. 691.

Buthrotum, vide mox *Bvtrotum*.

BVTHYREVS, *i*, m. statuarius insignis, Plin. 34, 8.

BŪTHYSIA, *æ*, βούθυσία, qu. *bovis immolatio*, maximum sacrificium, quale hecatombe etiam fuit, ein ochſenopfer. Græci enim non raro particulam *Bu* præponere rerum vocabulis fuerunt soliti, quas magnas demonstrare volebant, a boum magnitudine scil. Ita enim grandes pueros βούπαιδας: & ficum maricam, quæ grandior, βούκον, appellarunt, quod modo ex Festo & Varrone observatum in *Bujycon. Buthyſiæ* Suetonius meminit in vita Neronis c. 12.

Butio, vide paullo ante sub *Buteo*.

BVTRŌTVM, vel Butrotus, *i*, βούτροτον, oppidum Thesprotiorum, potissimæ Epiri gentis; Plinio 4, 1 colonia Epiri, non longe ab Ambracio sinu. conf. Virg. Æn. 3, 293; & Ovid. Met. 13, 722.

¶ Buthrotii, *orum*, m. gentile. Cic. Att 16, 16 *Cauſſa Buthrotiorum.*

BVTŪBĀTA, *orum*, n. pl. *nugatoria*, h. e *res nullius dignationis*, Festus ex Nævio vocat, unnutze ſeng, lapperey. Ficta vox ex primis infantiæ vocibus *bu*, *ta*, *ba*, *ta*, conf. Charis. 2 p. 216, & Dacer. ad Fest.

BŪTȳRVM, *i*, βούτυρον, butter. Dictum inde, quod ex lacte bubulo coaguletur, teste Plin. 28, 9. *Butyrum recens*, friſche butter. Adde Plin. 11, 41; Colum. 6, 12; Tertull. adv. Iudæos c. 19; & adv. Marc. 3 c. 13. Secunda aliis corripitur, aliis producitur. Sidonius Carm. 12 Phalæcio v. 7 *Infundens acido comam butyro*, ubi porrecta syllaba est, quemadmodum in τυρὸς, *caseus*, Odyss. Iota, v. 232; unde & vocabulo βοῦς, *bos*, compositum videtur. Corripuit Macer, herbarius poëta, 1, 12 v. 48 *Cum Butyro, modicoque oleo decoſta tumorem*, quod ætas Macri excusare potest, quæ multa Græca contra naturam corripuit, ut, *Idŏla*, *Eccleſia* apud Christianos poëtas. v. Pincieri Parerga 2, 20. Henr. Stephanus in Foro R. etiam Valgii, veteris poëtæ, versum allegat: *Lac niveum butyri unque novum cum melle comedit*, sed dubitatur, an vetusti illius Valgii sit, quippe in fragmentis ejus, ab eodem Stephano editis, nequaquam conspicitur. Τυρὸς quoque correptum affertur ex Homeri Batrachom. v. 38, sed Labbæo corruptus ille versus videtur. Vide Borrichii Profod. in hac voce, ubi simul miratur, quare prima correpta sit, si a βοῦς originem ducat.

¶ Butyrăceus, *a*, *um*, adj. ut, *Vas butyraceum*, ein butter-faß.

BVXVS, *i*, f. & Buxum, *i*, n. Græce πύξος & πυξόν, pro arbore & ligno, buchsbaum. Virg. Georg. 2, 449 *ex torno raſile buxum.* Martialis 1 epigr. 89 *Sed fragiles buxos, & opacas palmitis umbras.* ¶ 2. Trochus e buxo, quo pueri ludunt, ein kreiſel. Virg. Æn. 7, 382 *Volubile buxum.* Et Pers. 3, 51 *Cullidior buxum torquere flagello.* ¶ 3. Poëtis vero *Buxus* pro tibia buxea frequens est. Claud. Rapt. Pros. 3, 130 *Buxos inflare*, auf der flote ſpielen. Ovid. Met. 14, 542 *Inflati murmure buxi.* Conf. Virg. Æn. 9, 619; & Propert. 4, 9, 14.

¶ Buxeus, *a*, *um*, buchsbäumern, oder dem buchsbaum gleich. Petron. c. 74 *Mola buxea.* Plin. 8, 20 *Buxeus color.* Martialis 2 epigr. 41 *Dentes, plane piceique buxeique*: ſchwarze und gelbe zähne. ¶ 2. Substantive *buxeas* dixit, intellecto *crepidas*, Apul. Florid. 2. p. 336.

¶ Buxĭnus, *a*, *um*, vide *Byſſinus* n. 3 in *Byſſus*

¶ Buxans, *tis*, idem. Apul. Met. 8 p. 211 *Buxanti pellore trepidus.*

¶ Buxōsus, *a*, *um*, idem. Plin. 12, 25 de ligno bathmi: *buxoſum eſt optimum*, id est buxo simile, ſo gelb wie buchs.

¶ Buxētum, *i*, n. locus buxis consitus, ein buchsbaum-wald. Martial. 3 ep. 58 *Vidisque platano topiſque buxeto.*

¶ Buxĭfer, *a*, *um*, Catull. Carm. 4 de Phatello v. 13 *Amaſtri Pontica, & Cytore buxifer.*

BVZYGES, *is*, m. Athenienſis quidam, ab ipsa re, ut apparet, dictus, quam ita narrat Plinius 7, 56 *Bovem & aratrum Buzyges Athenienſis, ut alii, Triptolemus* scil. invenit. v. Auson. epist. 22, 47; & Brouckh. ad Tib. 1, 8, 28.

BYBLIS, *idis*, f. βύβλις, insula parva & rotunda est cum oppido, Plinio 4, 12; quam & *Melon* & *Zephyrium* & *Mulleia* & *Siphum* & *Aegyron* dictam, ibidem indicat. ¶ 2. *Byblis* & filia Mileti dicta, quæ nefando & execrabili amore in fratrem, Caunum exarsit; quo cum potiri non posset, in fontem desiliit, ut Ovidius Met. 9, 662 narrat; quam tamen de Arte amandi 1, 283 laqueo sibi finisse vitam scribit. Quod & Eustathius Dionysii Scholiastes prodit.

BYBLVS, *i*, f. Βυβλος, urbs Syriæ Phœniciæ, Beryto vicina, in qua Adonidis templum fuit. Strabo lib. 16.

¶ Byblinus, *a, um*, adj. ut, *Byblinum vinum*, sic dictum a montibus Byblinis ad Libanum. v. Athenæus 1, 24; & Hesod. εργ. v. 587.

BYNE, *es*, f. βυνη, hordeum, quod madefactum, posteaquam germinavit, cum ligulis enatis torretur, malts. v. Aetius Serm. 10, 29.

BYRRHVS, *i*, m. Latronis nomen apud Horat. 1 Sat. 4, 69.

BYRRVS, *i*, m. lacerna, vestis genus. vide supra *Birrus* & *Burrus*.

BYRSA, *æ*, f. Βυρσα, arx fuit in media Carthagine, a corio bubulo sic dicta, quod & Virgil. indicavit Æn. 1, 371

Mercatique solum, facti de nomine Byrsam
Taurino quantum possent circumdare tergo.

Vide in eumdem locum expositionem Servii. Florus 2, 15, 11, quo bellum Punicum tertium excidiumque Carthaginis perstringit: *Operis*, inquit, *portus nudatus, & primus & septimus, jam & tertius murus; cum tamen* BYRSA, *quod nomen arci fuit, quasi altera civitas, resistebat.*

BYRSAM a corio bubulo accepisse nomen, Strabo quoque lib. 17 & Justinus 15, 5 consentiunt. Βυρσα enim Græcis *corium* sive *pellis* est, leder. v. Drakenb. ad Sil. 1, 15. Sed aliam causam Scaliger Animadv. Euseb. affert n. 803 p. 48, qui *Byrsam* (unde postea *Byrsa*) a Phœnicibus conditoribus appellatam scribit: quod ἀκρον sive *arcem*, quod erat, significat. Vide eumdem Appendice Operis de Emendat. temp. sive Notis in Fragmenta Selecta Græcorum p. 28, & Hist. Academ. regiæ Inscript. T. I p. 182.

BYSSVS, *i*, f. βυσσος, genus lini subtilissimi, delicatissimi & pretiosissimi, subtile und köſtliche leinwand. Plinius 19, 1 *Byssum* in deliciis fuisse mulierum memorat, & natam primum in Achaia circa Elim. Vid. Lud. Vives ad Augustin. de C. D. 1, 11 p. 40. Pausan. lib. 1 Eliacorum inter Elei agri miracula byssum numerat, aitque in Achaicis, fœminas Patris e bysso Eliaca texendis reticulis & alia veste victum sibi potissimum quærere. Fila byssi, sparteis funibus firmiora habita, Paullinus auctor Iambo ad Cythericum v 779 *Contexta bysso vestis irruptam fidem Signat valente stamine. Nam fila byssi fortiora & sparteis Feruntur esse funibus.* De pretio eorum Plinius d. l. sub finem capitis. Hinc

¶ Byssinus, *a, um*, ex byssо factus, aus zarter leinwand; ut, *Linum Byssinum*, Plin. 19, 1 *Byssina & floride depicta vestis*, Apul. lib. 11 p. 269. Lipsius ad 2 Annal. Taciti observat: *Byssina, serica* & *bombycina* non raro ab auctoribus profanis confundi. hoc autem interesse, quod *byssina* e terra nascantur, ut linum, *sericum* de illorum sententia, falsa quidem, sana in arborum, quam Seres in sylvis depectant: *bombycina* denique tela esse, vermium. hæc ille p 50. Sed rectius posteriora duo conjunxisset. ¶ 2. *Verba byssina*, mollicula & blanda sunt, Germanis quibusdam etiam seidene oder jammrne wörtlein. v. Chil. Tertull. de Cultu fœm. c. 13 *Vestite vos serico prohibitis, byssi no sanctitatis.* ¶ 3. Apud Paullum l. 3 sent. tit. 6, 6 supellectile 67 *Byssina* Bynckershœckius interpretatur *bussina* vel *buxina*, Gr. πυξινα, i. e. pyxidas, etiamsi non essent ex buxo, unde nomen, sed ex argento.

¶ Byssicus, *a, um*, idem; ut, *Opus byssicum*, l. 16 § 7 ff. de Public.

BYTHOS, *i*, m. βυθος, *profundum*, æon Valentini hæretici, Tertull. de Præscript. c. 49. Sed & *Bythio* Eidem adv. Valentin. c. 8.

BYTVRVS, *i*, m. animal vites rodens, Plin. 30, 15.

BŸZACIVM, *i*, n. Africæ regio centena & quinquagena fruge fertilis. v. Plin. 5, 4; 17, 5; 18, 10; & Varr. de R. R. 1, 44.

¶ Byzacius, *a, um*, adject. ut *Byzacia rura*, Sil. 9, 204.

¶ Byzacēnus, *a, um*, idem; ut *Byzacenus ager*, Solin. c. 40.

BŸZANTIVM, *i*, n. Βυζαντιον, Thraciæ longe clarissima & maxime memorabilis urbs, contra Asiam sita, post a Constantino Imperatore magnifice exstructa atque munita, & *Constantinopolis* appellata, quamquam ipse *Novam* vocari *Romam* mallet. *Byzantium* liberæ conditionis oppidum, antea *Lygos* dictum, Plinius auctor est 4, 11. Nomen a *Byzante* conditore est, cujus & Claudianus meminit in Eutrop. 2, 83 *Hoc Byzas, Constantinusque videbunt.* Vide Eustathium in Dionysii περιηγησιν, sive orbis terræ descriptionem. De conditu ejusdem Tac. An. 12, 63. Ipsius urbis descriptionem habes apud Dionem in Severo, quam Zonaras in suam Historiam de Constantino M. transcripsit, quam Tomo 3 initio dedit. Celebre fuit Byzantium, non modo imperatoribus res in oriente gerentibus, (quorum & fides fuit) verum etiam ecclesia atque episcopis dignitate eminentibus & auctoritate præstantibus, non in Thracia solum, sed Asia vicina & Græcia pæne omni. Quo quidem honore cum multis seculis excelluisset, demum A. C. 1453, cum Fridericus III imperare cœpisset, a Mahomete Turcarum principe Constantinopolis capta est, 3 Calend. Iunii (alii 4 Calend. Iulii) die obsidionis quinquagesima quarta. Historiam exposuit Chalcocondylas lib. 8 Rerum Turcicarum. Exstat & ab aliis recitata.

¶ Byzantius, *a, um*, gentile & adject. Cic. de provinc. conf. c. 3 *Urbs Byzantiorum.* Id. pro domo c. 50 *Byzantii Exsules.* Ovid. 1 Trist. 9, 31 *Quaque tenent ponti Byzantia littora fauces.*

¶ Byzantiăcus, *a, um*, idem. Stat. 4 Silv. 9, 13 *Aut Byzantiacos colunt lacertos.*

¶ Byzantīnus, *a, um*, aliud gentile; ut, *Exitus Byzantinus*, Tertull. ad Scapul. c. 3. Et Ausonius de Constantinopoli & Carthagine v. 13

Byzantina Lygos, tu Punica Byrsa fuisti.

BYZEA, *æ*, f. Scythiæ civitas Stephano; unde incolæ

¶ Byzēni, *orum*, quibus adeo peculiare fuit intrepide loqui, ut proverbio dicatur Βυζηνα παρρησια, *Byzeni libertas*, freye rede; si quis audacius liberiusque loquitur; qui mos etiam *Byzeno*, cuidam Neptuni filio, fuisse dicitur. v. Erasm. Adag.

BŸZĒRES, *um*, m. pl. Ponti populi, quos *vagos* vocat Val. Flacc. 5, 153. *Buzeri* Plin. 10, 6, 4 & Mela 1, 9, 58.

BYZES & Byza, *æ*, m. lapicida Naxius, qui primus e lapidicinis Pentelicis ad regulæ formam marmor secuit: συγχρονος fuit Aliattæ Lydi & Medi Astyagis. Ejus statuæ Naxi cum inscriptione fuerunt: quam Frid. Sylburgius in hunc modum vertit:

Naxias Evergus me Latoidæ dedit, ortus
Byza, cui primum de saxo tegula fissa est.

Vid. Pausanias in Eliacis.

BYZIA, *e*, f. castelli nomen apud Corn. Nep. 7, 7, 4. Sed ibi Ortelius, & Vossius legunt *Bysanthen.* Meminit & Plin. 4, 11 & Ptolemæus *Byziæ*, urbis Thraciæ.

C quæ dicente Capella 3 p. 38 *molaribus super linguæ extrema appulsis exprimitur*, ex inverso hebraico semi-circulo כ *Kaph* vel græco Κκ *Kappa*. Etiam ex Γ deduci potest, angulo recto in semi-cyclum transeunte, cui literæ in ordine alphabetico C respondet: *Prævaluit postquam Gammæ vice fungeta prius* C, ut Ausonius indicat Edyll. 12. Fuit enim, cum C Latini pro G ponerent; ut *Cabino* pro *Gabino, Lece* pro *Lege, Acna* pro *Agna* &c. teste Mario Victorino de Orthogr. p. 2459. Nihilominus C vim ac potestatem κ k habet, & cum Latine *Cæsar, Cicero*, Græce Καισαρ, Κικερων scribitur. ¶ 2. Litera sic polita prænominis nota est & significat *Cajus*, & inversum ↄ *Caiam* ubi vid. Legitur autem Servio teste etiam per *g*, ut *G. Iulius Cæsar*, Cajus Iulius &c. vide *Cajus.* Cn. *Cneum* notat & legitur eodem modo per *g*, ut *Gn. Pompejus Magnus*, Gneus Pomp. &c. Sed CÆS. Cæsar, COS. Consul. CÆSS. Cæsares, COSS. Consules. Sic COS. DES. Consul Designatus. ¶ 3. *Trijtis* hæc litera appellabatur, quod nota condemnandi esset. Asconius Pedianus in Divinat. Ciceron. *In divinationibus*, inquit, *& in aliis causis majoribus universi judices in cistam tabulas simul conjiciebant suas, easque insculptas literas habentes: A absolutionis: C. condemnationis, si de alicujus capite agebatur:* N. L. *Ampliationis: his enim literis significabatur* NON LIQVERE. Sed CD. nota est contradictionis. Vide Ærodium ad Declamat. Quintil. 254. ¶ 4. In numeris C. ex *Centum*, idem valet ac 100: CC. 200; CCC. 300; CCCC. 400; Ↄ vel D 500; CIↃ 1000; IↃↃ 5000; CCIↃↃ 10000; IↃↃↃ 50000; CCCIↃↃↃ 100000. ¶ 5. C. cum *g* t aliquando commutatur, & propter cognationem quandam cum iisdem literis mutuas præstat operas. Hinc dicimus e. g. *Vicesimus & Vigesimus: amarca ab* αμαργη; *auctio* ac *augeo*; a *centum quadringenti, quingenti*, licet non item *duginti, treginti*: Sic *cum & quam: cotidie & quotidie: Cocus & Coquus: Secatus & sector a sequor: Percutio a Quatio*: ab *incolo, inquilinus*; Sic *Patricius & Patritius*, & plurima hujus formæ, ubi similis pronunciatio, & ubi nescias fere, utrum in scriptione sit præterendum. Sæpe etiam *c, & t*, quæ in Scriptura Longobardica eandem fere formam habent, a librariis permutantur. Sic *cantus & tantus, concinentes & continentes, crux & crux*, atque alia, quæ Drakenb. ad Liv. 6, 34 notavit, confunduntur.

Cabæsus, vide *Cabus*, Cabala, *Cabbala.*

CABALLVS, *i*, m. Καβαλλης, equus, ein roß, pferd. Proprie de jumentis dossuariis; seu illis equis dicitur, qui onera gestant, aut alia causa viles maxime essent. Et Græcis Grammaticis Καβαλλης dicitur ἀπὸ τῦ καβεβαλλαν uti soliti; ab *injiciendis oneribus* scilicet. Isidorus 12, 1 a *cavando* deducit, quod gradiens ungula impressa terram concavet. v. Nonius 2, 134. Horat. 1 ep. 18, 36

Thrax erit, aut olitoris aget mercede caballum:

Caballum vocat, quo hortenses copiæ vectabantur in forum. Ausonius de iis ufurpavit hoc nomen, qui molas versant. Petronius c. 134 *Mollis, debili, tamquam caballus in clivo.* Horat. 1 ep. 14, 43

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus:

h. e. nemo sua sorte contentus est. ¶ 2. *Caballus* cognomentum Romanum. Nam *Sextium Caballum* ap. Martial. legimus 1 epig. 41.

¶ Caballinus, *a, um*, adject. pferd, ut, *Caro caballina*, Plin. 28, 20. *Caballinum simum*, Id 29, 5. Persius *Aganippen*, seu *Hippocrenen, Caballinum fontem* dixit prologo Satyr. v. 1

Nec fonte labra prolui caballino.

Nimirum Pegasus equus hunc Musarum fontem pede exsculpsit.

¶ Caballārius, *i*, m. eques, ein reuter; Gloss. lat. gr. κελης ἱππευς. Gl. Iisd. *Caballarius alaris*, i. e. qui in ala sive turma equitum est. Firmico etiam sub equi cælestis fidere nati *Caballarii* dicuntur. Item qui equos curat *Caballarius* in Gloss. vet. ἱππικόμος, ein ſtallknecht.

¶ Caballātio, *onis*, f. munus alendi caballos sive equos publicos, die marſtallerey, l. 14 C. Iust. de erog. mil. annon. & Cod. Theod. 7, 4.

¶ Caballico, *are*, caballo vehi, equitare, reuten, novum

¶ Caballion, *i*, n. herba, splenion, hirſchzunge. Apul. de Herb. c. 96.

CABATORES, *um*, m. pro *Cavatores* dici quidam opinantur, Inscript. antiq. Gruteri p. 622 n. 1; vid. infra *Cavus.*

CABBĂLA, *æ*, f. vi vocis est doctrina orerenus tradita. In specie est scientia abstrusior rerum arcanarum, quas partes Synagogæ Iudaicæ in Mosis & Prophetarum scriptis investigarunt, inprimis per literarum & syllabarum numerum, collationem & transpositionem. v. Io. Reuchlin. de arte Cabbalistica, & Pet. Galatinus de arcan. cath. verit. 1, 6.

¶ Cabbalista, *æ*, m. peritus Cabbalæ, ein cabbalist.

CABELLVM, *i*, n. legitur apud Aug. de mus. 3, 1 *velut cum a Symphoniacis cabella & cymbala pedibus feriuntur.* Sed leg. *scabella*, de quo in *scamnum.*

CABĪRVS, *i*, m. numen, quod summa veneratione coluerunt Macedones. Lactant. de falsa rel. 1, 15, 8. Rhodig 8, 52. Alii *Cabiri* Dii, de quibus idem Rhodig. 9, 20. Vid. de DIs Cabiris Commentat. ad Athenagoræ legationem pro Christianis c. 5 p. 19 Dechair. inprimis Schol. Apollon. l. 1 p. 69 Rotmar. Pausan. Bœot. p. 5, 3 extr. Wech. Huet. Demonstr. Evang. 4, 7, 1. Θεοι μεγαλοι διοσκοροι καβειροι per appositionem in Inscript. ap. Sponium de aris ignotorum Deorum in Thesauro Antiq. Gronov. T. VII p. 265.

CABYRA, *æ*, f. *Vinus in toto orbe traditur fons aquæ jucunde olentis in Mesopotamia Cabyræ. Fabulæ rationem afferunt, quoniam eo Iuno per fuga fit*, Plin. 31, 3

CABVS, *i*, m. mensura Hebræorum frumentaria. v Rhodig. 9, 20.

CĂCA, *æ*, f. Dea culta, quia fratrem Cacum furem boum Herculi prodidit. v. Lactant. de fals. rel. 1, 20, 36. v. infra *Cacus.*

CĂCĂBO, *are*, sonum edere perdicum, t ſelbſt ein tuhn. Auctor Philom. v. 19 *Cacabat hinc perdix*, &c. conf. Nemes. de Aucup. v. 13.

CĂCĂBVS, & Caccabus, *i*, m. καβαβος & καβαβη, olla, ein topf, topf, bren-tiegel, keſſel. Leg. 18 § 2 ff. de instruct & instr leg. *In cacabis pigmentarium coquitur.* Varro de L. L. 4, 22 *Sunt, ubi cibum coqui*

coquebant, CACABVM *appellarunt*. Vet. Gloss. *Cacabum*, χύτρεν. Laberius apud Petronium c. 55 de Ciconia:

Pictat'que cultrix, gracilipes, crotaliſtria,
Nequitiæ nidum in cacabo feci tuo.

Perſtringit luxuriam Romanorum, qui Ciconiam quoque piam illam, & bene meritam avem (quam apud quasdam gentes, ut Plinius 10, 23 auctor eſt, capitale fuit occidere) in cibum conficiunt. Hoc enim vult, nequitiam ſive luxuriam effecisſe, ut Ciconia in cacabo nidum faciat, h. e. in cacabum commigret, quo in cibum coquatur. Fuerunt autem *cacabi* & *fictiles*, puto & *aenei*: quorum mentio apud Colum. 12, 46. Argenteorum mentio ſit apud ICtos. Apud Siracidem 13, 3, quod LXX χυτραν & λέβητα dixerunt, Vet. Interpres *Cacabum*, & *ollam* convertit. Nam & *ollae* ahenae erant. Adde Stat. 4 Silv. 9, 43.

¶ Cacabŭlus, *i*, m. vel Cacabulum, *i*, n. vaſis genus, ein klein gefäß. Tertull. Apol. c. 13 *Domeſticos Deos, quos Lares dicitis, domeſtica poteſtare traſtatis, pignorando, vendendo, domum nostram aliquando in cacabulum de Saturno, aliquando in trullam de Minerva, ut quisque contritus & contusus eſt.* Videri ſic potest diminuta forma a *Cacabus*: ſed Lacerda a *Cacando* derivat, ut ſit vas ſpurcitiarum, in quod venter exoneratur, quia Saturnus ex caudice ut plurimum exculptus fuerit. De *Cacabalis* & *olludis* simul agit Arnobius p. 200. De vate tamen coquinario habet Apicius 4, 1 & 2: item 6, 9.

¶ Cacabāceus, *a*, *um*, adject. raufsend. Tertull. adv. Hermog. c. 41 *Motus non turbulentus, nec cacabaceus*, (ad ollae undique ebullientis ſimilitudinem) *ſed compoſitus & temperatus.*

¶ Anacacabea, *ae*, f. arbor quae & *lotus* dicitur, ein zirbelbaum. Aetius.

CACALIA, *ae*, f. κακαλία, ſive *Icontice*, herba Dioſcoridi 4, 118 in montibus naſcens, foliis albis, oleaginis ſimilibus, reperitur in Alpibus Apennini, Matthiol. wild thymmich. v. Plin. 25, 9, & 26, 6.

Cacaturſio, &c. vide *Caco*, Caccabus, *Cacabus*.

CACCABE, es, f. ita dicta Carthago. Significat autem haec vox proprie *caput equinum*, quod omen fuit futurae magnitudinis. v. Drakenb. ad Sil. 2, 410.

CACEMPHĀTON, κακέμφατον & κακόφατον, i. e. *male ſonans*: aut compoſitio eſt injucunda, ut: *Numerum cum navibus aequat.* Item:

Rem repetunt regnumque petunt, vadunt ſolida vi,

Ennius. ¶ 2. Aut deforſio ſermonis vel dictionis in ſenſum obſcenum, ut; *ſi qua latent, meliora putat*, Ovid. Met. 1, 502. v. Quintil. 8, 3; Iſidor. 1, 33. *Cacophaton* vocat Mart. Capella l. 5 p. 168, ubi plura exempla.

CACHECTES, ſeu Cachecta, *ae*, m. καχέκτης, qui cachexia laborat, ein ſchwindſüchtiger, ſiecher. Plin. 28, 9 *Phthiſici & cachectae.*

¶ Cachecticus, *i*, m. idem. Itidem Plinius 32, 10 *Cachectici, quorum corpus macie conficitur.*

¶ Cachexia, *ae*, f. καχεξία, Celſo 3, 22 *malus corporis habitus eſt, unde omnia alimenta corrumpuntur*: ſitque, cum cui longo morbo corpus non reficitur, aut malis medicamentis affectum eſt, aut maligno victus diuturnus uſum eſt, die leibes ſchwachheit, ſchwinde ſucht.

CACHINNVS, *i*, m. riſus ſolutus & immoderatus, ein groß gelächter. Suet. Octavio c. 98 *Cachinnum ſuſtulit, atque in jocos effuſus eſt*, er hat überlaut gelacht. Cic. de Clar. Orat. c. 60 *commovere cachinnos inverecundum.* Juvenal. Sat. 3, 100 *Cachinno concuti*, lachen, daß man ſchüttert. ¶ 2. Dicitur & de undarum ſono: Catull. 63, 272

Quae tardè primum clementi flamine paſſa
Procedunt, leni reſonant plangore cachinni.

¶ Cachinno, *are*, neut. & Cachinnor, *ari*, deponens, καχχάζω, efficere videre überlaut lachen. Cic. Verr. 3 c. 25 *Ridere, convivae cachinnare, ſaltare.* Apul. 3 Milet. p. 152 cum Accuſandi caſu exulo. *Ut ſuorum contemnat, quod nihil nec adſciſcendi ſolertiam perhibuit, nec per ſodalium mentes cachinnat.* Lucret. 2, 1169 *Tantumque cachinnant.* Demari uſurpavit Accius apud Nonium 6, 86 *Simul & circum muralia ſaxa Lucilia jactis faxa ſonando, Crepita clangente cachinnant*, ſie brauſen.

¶ Cachinnātus, *ūs*, m. *Potulentius cachinnatus*, Aur. Vict. Epit. c. 28. *Cachinnatum jactitem*, quis dixerit, & quanam illa ſit, vide in Sueto.

Cachinnatio, *onis*, f. das grobe gelächter. Cic. Tuſc. 4, 31 *Si videre conceſſum ſit, vituperetur tamen cachinnatio.*

¶ Cachinno, *are*, m. ein ſpott-wort. Perſ. Sat. 1, 12

Quo cachinno? Si ſum petulanti ſplene cachinno.

¶ Cachinnābilis, *e*, lächerlich. Apul. 5 Milet. p. 132 *Populus riſu cachinnabili diſſilens*, das ſich zu tode lachen will.

¶ Cachinnōſus, *a*, *um*. Cael. Aurel. Acut. 1, 3 *Hilares natura & cachinnoſi*, die gern lachen.

¶ Decachinno, *are*, deridere, auslachen. Tertull. ad Nation. 1, 19 *Quae reſpolutius decachinnatis.* Idem Apol. 47 *Gehennam ſi commineman, decachinnamur.*

CACHLA, vel Calcha, *ae*, f. herba, alias *Bophthalmos*, Plin. 25, 8.

CACHRYS, *yos*, f. κάχρυς, fructus roboris. abieris &c. hyeme durans, poſtquam folia cecidere, Plin. 16, 8. Eſt & talis fructus roſmarini &c. ibid. 24, 11.

CACIZOTECHNOS, *i*, m. κακιζότεχνος, a κακίζω *improbo*, & τέχνη *ars*, quaſi *improbans artificium*: ita appellatus Callimachus artifex, *ſemper calumniator ſui, nec finem habens diligentiae, &c.* Plin. 34, 8.

CACO, *avi*, *atum*, *are*, alvum dejicere, ſich leichter machen, zu ſtuhle gehen. Pueri cacaturientis vox apud Ariſtoph. nub. 1387 κακᾶν. Martialis in luxum fœminarum ſui temporis, quae ſordibus ſuis aurea vaſa parabant, ſub Baſſae perſona invehitur 1 epigr. 38 *Ventris onus miſero, me te pudet, excipis auro, Baſſa: bibis vitro: curias ergo cacas.*

Cācātus, *a*, *um*, beklecks, beſchiſſen. Catull. carm. 37, 1 *Annales, Voluſi, cacata charta.*

¶ Cācātum, *i*, nothdurfft mercken. Martial. 11 epigr. 78 *Caenaturit Vaccera, non cacaturit.*

¶ Cacchulus. vide in *Cacabus*.

¶ Conacco, *are*, beſtuhlgängeln, apud Senecam de morte Claudii Iuſ. c. 4 *Omnia certe conacavit.* Et paullo ante: *Vltima ejus vox, cum majorem ſonitum emiſiſſet illa parte, qua facilius loquebatur: Vae me: puto conacavi me.* conf. Phaedr. 4 fab. 17, 11.

CACOCHYMIA, *ae*, f. κακοχυμία, vitium naturalium humorum in corpore, ſchädliche feuchtigkeit, ap. Medicos.

¶ Cacochymus, *a*, *um*, κακόχυμος, malum praebens ſuccum, das ſchlimmen ſafft giebt. Sic apud Celſum 2, 19 ea, quibus veſcimur, *ſunt cacochyma & cacochyma.* Sed Graecis literis talia etiam feribuntur. Editio Aldi plane κακόχυλα.

CACŌDAEMON, *onis*, m. κακοδαίμων, daemon noxius, genius malus, ein böſer geiſt, teufel. Valer. Max. 1, 1. ¶ 2. Aſtrologis *Cacodaemon* duodecimus ab Horoſcopo locus dicitur: de quo lui Firmicus lib. 2 c. 20, & c. 22 extr.

CACŌĒTHĒS, *is*, n. κακοήθες, conſuetudo mala, böſe gewohnheit, ex κακὸς & ἦθος. Juvenal. 7, 51

Tenet inſanabile multos
Scribendi cacoethes, & aegro in corde ſenescit.

id eſt, multi laborant cupiditate ſcribendi, ut morbo inſanabili. ¶ 2. Vlcus ex illo genere, ex quo eſt *carbunculus* aut *cancer*, ein unheilſames geſchwär, erbgrind. Plin. 22, 25; Celſ. 5, 27.

CACOSTOMĀCHOS, *i*, κακοστόμαχος, qui debilitato laborat ventriculo, der einen ſchwachen magen hat. Graece Cicero ſcripſit ſam. 16, 6.

CACOMEMNON, *ōnis*, m minus ita dictus Laberii, Gell. 16, 7. Cacopharon, vide *Cacemphaton*.

CACOSYNTHĒTON, *i*, n. κακοσύνθετον, deformis & vitioſa compoſitio, male collocatum, ut apud Virgil. Æn. 9, 609

Omne aevum ferro teritur, verſaque juvencum,
Terga fatigamus haſta, &c. conf. Quint. 8, 3 p. 701; Iſidor. 1, 33. Lucil. ap. Velium Long. Putſchii p. 2214 & Douſam in Reliqu. p. 44 *At non malum abit hoc cacoſyntheton.*

CACŌTECHNIA, *ae*, f. κακοτεχνία, ars prava, perniciosa, eine arge ſchädliche kunſt. Quintil. 2, 20 p. 202; Hanc eis tribui poſſe dicit, *qui facultatem dicendi ad hominum perniciem converterunt.*

CACOZĒLIA, *ae*, f. κακοζηλία, mala affectatio vel imitatio, eine affectirung, nachäffung, nachahmung, ut ſi quis copiam affectans differtam, in ſtultam incidat loquacitatem, Quintil. 8, 3 *Tumidos & corruptos, & timidos, & quocunque alio cacozelis genere peccantes, certum habeo non virium, ſed infirmitatis vitio laborare.* Et 8, 3 Κακόζηλον, *id eſt mala affectatio per omne dicendi genus peccat.* Adde Sen. Controv. 25 f & Suaſor. ult.

¶ Cācōzēlus, *i*, m. qui hoc genere vitii laborat, ineptus imitator, ein affectirter menſch, der auf abgeſchmackte art nachfeut. Suet. Aug. c. 86 *Cacozelos & antiquarios, ut diverſo genere vitioſos, pari faſtidio ſprevit.*

CACTVS, *i*, f. κάκτος, artiſchock. Plin. 21, 16. Hinc Tertull de Pallio c. 2 *Eradicato omni aconito hoſtilitatis, & caclo & rubo ſubdolae familiaritatis.*

CACVBĀLVM, *i*, n. herba, quae ſtrumis medetur. *Strumam* etiam inde appellatum, Plin. 27, 8. al. *Cucubalum* & *Colicalum.*

CĂCŬLA, *ae*, m. ſervus militis, quaſi ἀκόλαθος, ein troßbube, ſoldaten-junge. Plaut. Trin. 3, 2, 95 *Video caculam militarem me futurum haud longius.* Feſto dicitur a κάλον, *quod faſtibus clavi ac ligneis ad tutelam dominorum armari ſoliti ſint.* Sed hi ſunt *Calones*, de quibus infra.

¶ Caculatum, *i*, n. ſervitium ipſum, der jungen-dienſt. Feſt.

CĂCŪMEN, *inis*, n. vertex vel ſummitas cujuscunque rei, der gipffel, die höhe oder ſpitze; ut, *Cacumen montis*, Plin. 6, 7; *Alpium*, Id. 3, 16 pr. *Arborum aut vitium praecuta cacumina*, Cæſ. B. G. 7, 73. Sic & Plin. 10, 53 *Turdi in cacuminibus arborum nidificantes.* Et ſine antecedentis cap. *Vitalibus ovis a cacumine in ſi*, das ſpitzige theil am ey. Elegantiſſime Laberius apud Macrob. Sat. 2, 7

Si tibi erat labium literarum laudibus
Floris cacumen famae noſtrae frangere, &c.

¶ Cācūmino, *are*, zuſpitzen. Ovid. Met. 3, 155

Dat ſpatium collo, ſummaque cacuminat aures.

¶ Cacuminatus, *a*, *um*, geſpitzt; ut, *Ova faſtigio cacuminata*, Plin. 10, 52

Apex in conum cacuminatus, Sidon. 2 epiſt. 2.

¶ Decacumino, *are*, abkoppen. Colum. 4, 7 *Si exceſſerit pedalem longitudinem, decacuminare conveniet.* Id. 5, 6 *Arbor decacuminanda eſt.*

¶ Decacuminatio, *ōnis*, f. die abköppung. Plin. 17, 24 *Decacuminatio cupreſſi, piceae, cedri.*

¶ Decacuminator, *oris*, m. ein abkipper, apud Tertullianum.

CĂCUS, *i*, m. levandri neguiſſimus ſervus, & latro, vomens ignem, id eſt, vaſtans & exurens agros, Virg. Æn 8, 190; Ovid Fast. 1, 551; & Aur. Vict. de Orig. Rom. c. 6. Poetae tradant, Vulcani filium fuiſſe, ſemihominem, in vaſta ſpelunca habitantem. Livius ſcribit 1, 7 *Herculem interempto Gerione, boves mirae ſpeciei in ea loca, ubi nunc Roma eſt, prope Tiberim fluvium abegiſſe: Cacumque accolam loci, pulchritudine boum captum, avertere eam praedam ſtatuiſſe, avertiſſe quae boum pulcherrimos caudis in ſpelunam traxiſſe. Cum vero boves in ſpelunam ejus ab deſiderium relictarum progiſſi ſint, Herculem ad ſpelunam properaſſe: quem eum prohibere aditu Cacus conaretur, clava ab Hercule ictum, & poſſarum fidem nequicquam invocantem, occiſum fuiſſe.* Juvenalis Sat. 5, 125

Daceris planta, velut ictus ab Hercule Cacus. Conf. Propert. 4, 5.

¶ Caca, *ae*, f. Soror Caci, quae juxta alios fratris furtum prodidit Herculi, eaque exre divinos honores conſecuta eſt. Lactant. 1, 20; & Servius 8 Æn.

Cadaver, cadaveroſus, &c. vide *Cado*, Cadetum, *Candetum*, Cadiſcus, *Cadus*, Cadivus, *Cedo*.

CADMEA, f. Cadmīa, *ae*, f. καδμεία, *lapis aeroſus*, ungeſchmelzt erz. *Cuadilum* vulgo vocant, kobalt. Eſtque duplex, nativa eaque diverſorum colorum, quae in fodinis reperitur; ut, *nigri, cineracei, & aeruginei. Cadmia* illa nativa non differt multum a *pyrita*, von dem ſieb oder kupferſtein. *Cadmia factitia*, reperitur in officinis, ubi coquuntur metalla. Plin. 34, 10 *Ipſe lapis, ex quo ſit ea, cadmia vocatur.* Quem c. 1 ejusdem libri *lapidem aeroſum* appellaverat: *Fit, inquiens, e lapide*

e lapide æreſo, quem vocant cadmiam. Cadmea, inquit Feſtus, *terra eſt, qua in æs conjicitur, ut fiat oricha'cum*: ubi Dacerius notat, ſic dictum a Cadmo, qui metallorum fuſuram invenuiſſe dicatur.

¶ Cadmitis, f. gemma, *quam cæruleo tingunt bulli*, Plin. 37, 10.

CADMVS, i, Κάδμος, quod nomen quidam ex oriente arceſſunt a קדם quod tum plagam orientalem, tum antiquitatem notat. Fuit autem Cadmus nobilis ille Thebarum in Bœotia conditor, Phœnicius, Agenoris filius, ſeu potius, quod Marshamus non ine ratione tuetur, Ægyptius; Inde primo in Phœniciam, deinde claſſe Phœnicia in Græciam delatus: unde *συφοίνικα ἄμαρον* vocat Lucianus in Deor. Conc. p. 710; & *Phœnicem*, quicunque fere veterum mentionem illius faciunt. Fabulam ejus totam, in qua eminet interfectus ab ipſo ſerpens, e cujus dentibus prognati armati mutuæ te cæde confecerint, vide ap. Ovid. Met. 3 init. Nobiliſſimum illius opus eſt inventio literarum Græcarum, quas e Phœnicia vel Ægypto fertur attuliſſe. vid. Plin. 7, 56, & quos magno numero laudat Fabric. Bibl. Gr. 1, 23, 2 p. 147: ubi etiam de aliis Cadmis. Copioſas imprimis eſt in rebus geſtis Cadmi Marsham. Can. Chron p. 121 ſq. Add. Mack. Demonſt. Evang. Vxorem ipſi tribuunt *Harmoniam* vel *Harmonem*; e qua filias habuit *Semelem* Bacchi ex Jove matrem, *Agaven* Echionis uxorem, matrem Penthei, *Autonoen* ex Ariſtæa matrem Actæonis, ac *Ionem*, quæ Athamanthi Melicertem ſ. Palæmonem peperit. Sed literæ ab ipſo inventæ Auſonio epiſt. 29 vocantur *Cadmi, dicta atricolores*; & epiſt. 21 *Cadmi nigellæ ſtilus*. ¶ 2. *Cadmus* Milenius, orationis proſæ primus auctor, ſecundum Plin. 5, 29. Scripſit hiſtoriam Milefiorum. v. Salmaſ. Exercit. Plin. p. 590 ſq. ¶ 3. Apud Horatium 1 ſat. 6, 39 *Cadmus*, vel carnificis vel lictoris nomen eſt, ut Vetus Scholiaſtes interpretatur.

¶ Cadmēa, æ, f. Thebarum arx, a conditore ſic appellata. v. C. Nepos 15, 10, 3; & 16, 1, 2.

¶ Cadmēus, a, um, adject. ut, *Cadmea juventus*, Stat. Theb. 8, 601, hoc eſt Thebana. *Thebæ Cadmeæ*, Propert. 1, 7, 1. Scribitur etiam *Cadmæus*, per diphth. ſed male, quia κάδμεος Græce. v. Dauſq. in Sil. p. 749; apud quem poetam 1, 5 & alias *Gens Cadmea* ſunt Poeni, ex Phœnicibus, unde & Cadmus oriundi. De *fratricus Cadmeis* fatu dentium Draconis exortis ſ. *Spartis* vid. diſſentientes poëtarum narrationes ap. Bur. ad Ovid. Met. 3, 126.

¶ Cadmeius, a, um, quadriſyllabum, idem. Statius Theb. 8, 520 *Levius Cadmeias Amon Tela rotat.*

¶ Cadmēïs, ĭdis, f. patronym. a Cadmo. Ovid. Metam. 4, 544 *Cadmeida palmis Diplanxere domum.* Et Seneca Herc. Fur. v. 758 *Impiæ Cadmeides*, i. e. Cadmi neptes.

CĂDO, cĕcĭdi, cāsum, *cadĕre*, ruere, labi, fallen. *Cadere* autem & *conſiſtere* contraria ſunt: Cic. in Orat c. 28 *Si ſemel conſtiterit, nunquam cadet.* Nota ſunt etiam, *Cadere ex equo, ab alto*: id ruſus Cic. pro Cluent. c. 62; hoc Plinius 10, 38 dixit. Sen. epiſt. 8 *Eminentis vitæ exitus cadere eſt.* Labenus apud Macrobium Sat. 2, 7

Non poſſunt primi eſſe omnes omni tempore:
Summum ad gradum cum claritati veneris,
Conſiſtes ægre, & quam deſcendas, decides.
Cecidi ego: cadat qui ſiquitur. Ianſ ſi publica.

Tertio verſu eſt ellipſis verbi *magis* aut *potius*. Non deſcendes molliter, ſed decides cum impetu. Viro docto aliquando viſum eſt emendare, *quam de deſcendas* h. e. quantum aſcenderis. Add. Scaligerana emendatio in *decido*. Itaque *cadere* dicuntur, qui fortunas aut dignitatem ſuam amittunt: ſicut contra felices, *ſtare* dicuntur. Cic. Att. 16, 15 extr. *Turpius eſt privatim cadere quam publice.* Boëthius. *Qui cecidit, ſtabili non fuit ille gradu.* Similiter & *Cadere* dicitur, quem animus deſerit, aut qui deſperat. Cic. fam. 6, 12 Id. 6 epiſt. 1 *Non debemus ita cadere animis*, verzagt ſeyn. Liv. 1, 11 *Alienis cladibus ceciderant animi*, der muth war entfallen. Et *Cecidit majeſtas*, i. e. everſum eſt imperium, das Reich iſt zu grunde gangen. Nep. 16, 2, 4. ¶ 2. Sæpe ad aleæ luſum transfertur hoc verbum. *Cadere* enim ibi dicitur, quod jactis teſſeris proſilit. qua ratione Germani quoque verbo fallen utimur. Ter. Adelph. 4, 7, 11

Ita vita eſt hominum, quaſi cum ludas teſſeris:
Si illud, quod maxime opus eſt jactu, non cadit,
Illud, quod cecidit forte, id arte ut corrigas.

Talis luſus erat ſcirporum vel ſcruporum, ubi caſus & ars concurrebant. v. Geſner. Chreſtom. Plin. p. 155. Hinc alia quoque, quæ veniunt uſu atque contingunt, *Cadere* dicuntur. Cæſ de B. C. 3, 73 ad illum Terentii locum non obſcure reſpiciens, monet ſuos adverſo caſu turbatos: *Si non omnia cadorent ſecunda, fortunam eſſe indulſiſſe lubricam.* Plin. Paneg. c. 31 *Si quid adverſi cadat.* Cic. pro Quint. c. 16 *Faciunt, ut nihil ipſis iure incommodi cadere poſſit.* Nepos 1, 2, 5 *Præter opinionem ceciderat res.* Idem 18, 1, 2 *Ætas eius cecidit in ea tempora*, i. e. contigit ei tunc vivere. Cic. ad Att. 3, 1 *Nihil mihi optatius cadere poteſt*, mir kan nichts gewünſchters wiederfahren. Id Fam. 2, 19 *Verebar, ne ita cadaret*, ich muſte ſorge ſo machte alſo gerathen. Id. Verr. 1, 2 *Hoc adhuc percommode cadit*, &c das iſt noch ein glück. Id. Att. 8, 3 *Quoquo modo ea res hic quidem cecidit*, es mag abgeciauffen ſeyn, wie es will. *Cadere in ſuſpicionem*, in verdacht kommen. Nepos 4, 2. 6. ¶ 3. *Cadere in deliberationem*, in bedencken genommen werden. Cic. Off. 1, 3. *Cadere in diſceptationem*, diſputirlich ſeyn, Id. de Orat. 2, 2. ¶ 4. Interdum pro mori accipitur: Virg. Æn. 2, 426 *Cadit & Ripheus.* Sic *Cadere in bello*, Nep. 14, 1, 4 *Cadere prælio* vel *in prælio*, Id. 4, 1, 2; & 14, 6, 1 *Cadere in acie*, Curt. 4, 1, 28 i. e. occumbere, in der ſchlacht bleiben. *Cadere ſua manu*, Tac. An. 15, 71, 3. Plaut. Amph. 1, 1, 79 *Cadunt vulneri, vi & vitium.* Grat. 315 *Sic & Achemenio cecidiſti Lydia Cyro* cum dativo, pro a Cyro, vid. Burm. ¶ 5. Obſceno intellectu fumitur in illo Plauti Perſ 4, 4, 104 *Libera eris, ſi crebro cades*, i. e. viris ſuccumbes. ¶ 6. *Cadere fabula*, dicitur, quæ diſplicet & exigitur: *Stare* contra, quæ placet & perſpectatur. Vide infra STO. ¶ 7. Inſervit etiam formulis pluribus. Cic. Att. 8, 3 *Cadendum eſt in unius poteſtatem*, in eines gewalt gerathen. Ibid. 20, 15 ext. *In eam diem cadere nummos, quia Quinto debentur*, das geld iſt den tag gefällig. Et paullo poſt *Sed id ex prædiis ut cadet, ita ſolvatur.* Sic, *Cadere cauſſa*, eſt cauſſæ ſuccumbere, die ſache verlieren. Id. fam. 7, 14. *Ceciderunt formula*, Quintil. 3, 6. *Spes cadit in irritum*, die hoffnung fällt in brunnen, Liv. 2, 6. *Non cadit in virum bonum, mentiri emolumenti ſui cauſſa*, Cic. Off. 3, 20. Paullo diverſius Plinius 35, 10 *Non cadit in aliquem tam abſolutum opus*, ein ſolch vollkommen werck iſt einem andern zu machen unmüglich.

¶ Caſus, *ūs*, m. ein fall. Proprie Liv. 21, 35 *Feſſis tadio tot malorum, nivis etiam caſus, occidente jam fidere Virgiliarum, ingentem terrorem adjecit*, der gefallene ſchnee. Sic etiam *Caſus urbis Trojanæ*, id eſt ruina, der untergang. Virg. Æn. 1, 623. ¶ 2. Significat fortunam, inopinatum eventum, & calamitatem, zufall, glückfall, begebenheit. Curt. 4, 7, 13 *Sive illud deorum munus, ſive caſ ſuit*, eine ſchickung Gottes, oder ohngefehrer zufall. *Caſus horribilis, gravis, repentinus*, Cic. pro P. Sextio c. 24. *Caſus adverſos ſapienter ferre*, im unfall ſich zu ſchicken wiſſen, Idem 2, 85. Contra, *Accipere gravius caſum alicujus*, ibidem c. 52. *Caſu acerbo concuti*, Virgil. 5, 700. *Caſus fatalis*, ein ſonderlich verhängniß. Cic. Phil. 6 extr. Planc. Ciceroni 10, 8 *In eum caſum me fortuna demiſit*, ich bin darein gerathen. Cic. Att. 6, 1 *Propter caſum navigandi miſi literas*, wegen eines zufalls zur ſee. *Rem in caſum dare prælioque experiri*, eſt fortunæ permittere, ſive periclitari rei fortunam, eine ſchlacht wagen. Tac. An. 12, 14, 3. Id. An. 1, 47, 1 *Non omittere caput rerum; neque ſe remque publicam in caſum dare*: Ita locutus & Livius eſt 42, 62. Paullo ante c. 59 extr. *In aleam ſe dare*, ſimiliter dixit, hoc eſt, in periculum. Quo etiam illud Maronis pertinet Æn. 4, 560 *Potes hoc ſub caſu diucere ſomnos?* Salluſt. Iug. c. 25 *Sperabat ſeſe caſum victoriæ inventurum*, id eſt occaſionem, gelegenheit zu ſiegen. Sen. Hercule fur. v. 325 *Iniqua raro maximis virtutibus Fortuna parcit: nemo ſe tuto diu Periculis offerre tam crebris poteſt: Quem ſæpe tranſiit caſus aliquando invenit.* Quod Germani non ineleganter dicunt, der krug geht ſo lange zum waſſer, bis er einmahl zerbricht. Cæſ. B. C. 1, 78 *Plures caſus res recipere poteſt*, dabey kan ſich viel zutragen. Et omnia veteres aut *Deo*, aut *Caſui* ſive *Fortunæ* adſcribebant. Virg. Æn. 12, 321 *Qui tantam Rutulis laudem Caſusne Deusne Attulerit?* Cic. fam. 16, 12 *In eum locum res deducta eſt, ut, niſi quis Deus, aut Caſus aliquis ſubvenerit, ſalvi eſſe nequeamus. Magnum Caſum*, Manilius dixit 1, 530 *Sed clinamina ſuis conſumere ſidera ſignis Non opus eſt magni Caſus, ſed Numinis ordo.* Nempe omnia Fortunæ Epicurei tribuebant negata Providentia: itaque iis ſemper erat in ore τυχαῖος τυχή. Huc reſpiciens, *magnum Caſum* dixit, ex eorum opinione ſollicet, qui maximam vim Fortunæ adſcriberent. Ovid. Art. am. 3, 425 *Caſus ubique valet*, &c. ¶ 3. *Caſus* apud Grammaticos certas vocabulorum formas notant, *quia in altam atque aliam cadant officiam*, Feſt. Hos *caſus* vocabulorum inter *jocularia negotia* refert Gellius 4, 1. Sic *Vocabulum caſu recto*, Idem 5, 21; *obliquo* &c. Varr. de L. L. 7, 23. conf. Sen. Nat. qu. 5, 17.

¶ Caſu, id eſt, temere, præter opinionem, præter exſpectationem, forte, fortuna, ohngefehr. Cic. Fam. 1, 2 *Eo die caſu apud Pompejum cœnavi.* Id. fam. 5, 2 *Caſu potius quam conſilio fortum eſſe.* Id. Divin. in Verr. c. 15 *Non conſulto, ſed caſu.* Nepos 23, 12, 1 *Accidit caſu.* Sen. epiſt. 7 *Caſu in id incidi.* Ovid. 3 Triſt. 1, 1 *Hac mea, ſi caſu miraris, epiſtola quare Alterius digitis ſcripta ſit, ager eram. Si caſu miraris*, id eſt, ſi forte miraris, erwa, vielleicht. Cæſ. B. C. 2, 19 *Cum eo caſu veniſſet.* Et 3, 3 *Ibi ceſ. Rex erat Ptolemæus.* Huic *data opera*, item *conſilio*, opponitur. Phædrus 5 fab. 4, 11

Hoc argumentum veniam magis dari docet,
Qi CASV peccet, quam qui CONSILIO eſt nocens.

¶ Caſuālis, e, quod caſu fit, ſine ratione certa, zufällig, ut, *Caſualis conditio*, quæ ab incerto eventu pendet, leg. ult. Cod. de neceſſar. ſerv. ¶ 2. Grammaticis Caſus declinationum reſpicit: ut, *Genus caſuale*, Varr. L. L. 7, 29. Et, *Pars caſualis*, 9, 2. *Formæ caſuales*, Priſcian. 5 p. 672; Et, *Præpoſitiones caſuales*, Probus 1 p. 1427.

¶ Caſualiter, adverb. fortuito, zufälliger weiſe. Sidonius 9 epiſt. 11 *Si quid ibi vel caſualiter placet.*

¶ Cāſo, *are*, frequentat. a *Cado*, nutare, inclinare, wackeln, im fallen ſeyn, umſtürtzen. Plaut. Mil. 3, 2, 37 & 42 *Valide caſabant cadi.*

¶ Caſans, *tis*, demiſſus, hinfällig herunterhangend Plaut. Aſin. 2, 3, 23 *Cadmi capite incedit.* Sic Lambin. & Pareus: alii *quaſſanti.* conf. Bacch. 2, 3, 71.

¶ Cāsito, *are*, ſæpius cadere, offt fallen, trepſeln. Paul. ICt. l. 20 § 4 ff. de ſervit. urb. præd. *Si ex tegula caſitaverit ſtillicidium.* conf. § 3.

¶ Caſabundus, *a, um*, Feſto *crebro cadens*, taumelnd, fallend. Macrob. Sat. 5, 21 *Hercules ſictores cum poculo fecerunt, & nonnunquam caſabundum & ebrium*, conf. Næv. ap. Varr. de L. L. 6, 3.

¶ Cādax, ācis, *claudus, qui ſæpe cadit*, lahm, fallend. Gloſſ. Iſidori. vid. Barth. Adverſ. 35, 9.

¶ Cādīvus, *a, um*, caducus, abfallend; ut, *Poma cadiva*, quæ ſua ſponte decidunt, Plin. 15, 16. v. & *Decadivus* infra.

¶ Cādūcus, *a, um*, quod vel ruit, vel ruinæ vicinum eſt, vergänglich, hinfällig. Cic. Somn. Scip. c. 4 *Infra lunam nihil eſt niſi mortale & caducum.* Id. de Amic. c. 27 *Res humanæ fragiles caducæque ſunt.* ¶ 2. Sed & quod cecidit, *Caducum* dicitur. Virg. Æn. 6, 481 *Belloque caduci Dardanidæ*, die Trojaner, ſo im krieg umkommen ſind. Ita Horatius *Lignum caducum* 2 od. 13, 11 *Fulmen caducum* 3 od. 4, 44 pro jam immiſſo dixit. Sic *Olivam caducam* Columella dixit 12, 50. Et Cajus IC. Silva 30 Dig. de Verb. Sign. *Glandem caducam, quæ cecidit*, interpretatur, abgefallene eicheln. Martial. 7 epigr. 64 *Sit moro coma nigrior caduco*: reiffe maulbeer. ¶ 3. *Morbus caducus*, qui hominem cadere facit, die böſe kranckheit, ſchwere noth. vide *Epilepſia.* ¶ 4. *Caduca auſpicia* dicuntur, *cum aliquid in templo excidit, veluti virga e manu*, ungültig, Feſt. ¶ 5. *Caduca hæreditas*, Cic. 10 Phil. c. 5. Et *Caduca bona*, i. e. vacua hærede ſuo & poſſeſſore. Caſſiod. 5 epiſt. 24 *Caduca bona fiſco noſtro competere legum cauta decreverunt*, heimfallende güter. Sic Iuvenalis 9, 87 *Iura parentis habes, propter me ſcriberis hæres, Legatum omne capis nec non & dulce caducum. Commoda præterea jaunguntur multa caduca*: &c.

¶ Cadu-

¶ Caducārius, *a, um*, idem fere quod *caducus*, & de hominibus usurpatur. Augustinus de Beata Vita col. 488 ed. Froben. *Isti homines caducarii sunt, quo nomine vulgo apud nos vocantur, quos cupiditatis morbus subvertit*, die die fallende sucht haben. ¶ 2. Apud Ictos *caducarii*, qui hæreditatem caducam adeunt. Sic Indoro in Gloss. *Caducarius* est, *ad quem pertinent, quæ cadunt defuncto aliquo, cui non est qui succedat*, der da erbet, weil sonst niemand da ist.

¶ Caduciter, adverb. Nonius 2, 172 exponit præcipitanter ex Varrone, cui *nimbi caduciter ruere* dicuntur, hinfällig.

¶ Cadāver, *ĕris*, n. a *cadendo* dictum, corpus est exsanimatum, ein todter cörper, leichnam, aas. Hieronymus in c. 24 Matth. v. 28. *Per quas autem corpus, id est πτῶμα, quod significantius latine* CADAVER, *ab eo, quod per mortem cadat, Christi passionem intelligere &c. Cadaver cruentum, semianimatum*, Cic. pro Mil. c. 13 *Cadaveribus morientium hominum* vivos alligare supremæ crudelitatis est. Mezentius id fecit apud Virg. Æn. 8, 485, ubi plura dabit Cerda. ¶ 2. Sic et horice, *Tot oppidorum cadavera projecta jacent*, Sev. Sulpic. Cic. 4, 5 verwüstete städte. *Vivum cadaver*, proverbialiter dicitur in eum, qui nihil agit vita dignum. Apulejus 4 Milef. p. 145 *An ea quam arripui vivi senis curvatam, hasti cadaver extremum, & vitæ dulcedo primam, & orci fastidium* appellat.

¶ Cadāverīnus, *a, um*, vom aas. Tertull. de Anima c. 32 *Ruminare cadaverinam & humanam* scil. carnem.

¶ Cadāverōsus, *a, um*, todfaulicht; ut, *facies cadaverosa*, Ter. Hec. 3, 4, 27.

Composita a *Cado* sunt:

¶ Accīdo, *idi, ĕre*, hinzufallen, auf etwas fallen. Cæsar B. Gall. 3, 14 *Tela* (e loco superiore) *missa gravius accidunt*. Quo pertinet etiam formula, *Accidere ad genua, vel genibus alicujus*, id est, supplicem fieri alicui, einen fußfall thun. Suet. Cæs. c. 20, 9 *Lucullo metum injecit, ut ad genua ultro sibi accideret*. Liv 44, 31 *genibus prætoris accidens*. ¶ 2. Evenire, sich zutragen, begeben. Cic. fam. 3, 10 *Nihil tam præter opinionem accidere potuit*. Cic. de Or. 2, 49 *Nihil mihi ad dolorem accidit acerbius*. Nepos 17, 6, 1 *Interim accidit illa calamitas Lacedemoniis*. Rursus Cicero epistola jam laudata: *Nolim accidisset tempus, in quo* &c. Atque ita sæpe impersonaliter, eriam eleganti pleonasmo. Nepos 7, 3, 2 *Priusquam classis exiret, accidit, ut Hermæ dejicerentur*. ¶ 3. Quadrare, convenire in quem, eintreffen. Ter. Andr. 5, 3, 14 *Eodem die istuc verbum vere in te accidit*, id est, quadravit in te, locum in te invenit. ¶ 4. Eleganter de illis adhiberur, quibus aliquid gratum jucundumque fuit. Cic. Att. 1, 5 *Mihi omnia, quæ jucunda ex humanitate aliorum & moribus homini accidere possunt, ex illis accidebant*, mir wiederfuhr von ihm ꝛc. Tac. An. 2, 5 *Tiberio haud ingratum accidit*. ¶ 5. *Accidere ad aures*, zu ohren kommen, Liv. 8, 24. Et *Clamor accidit auribus nostris*, Plin. Paneg. c. 92 § 5. Simile illud Cic. Att. 3, 20 *Quod me vetas quidquam suspicari accidisse ad animum tuum, quod secus a me erga te commissum videretur* &c. du hättest dir etwas zu gemüthe gezogen.

¶ Accidens, *tis*. Liv. 24, 46 *Strepitus accidens auribus*.

¶ Accidens, *tis*, n. subst. ein zufällig ding; ut, *Accidentia uniuscujusque substantiæ*, Tertull. adv. Praxean c. 26. *Contingit claritas etiam ex accidentibus*, Quintil. 8, 3. conf. Idem 3, 6, ubi *Accidentia* συμβεβηκότα vocat. Item Sen. de Const. Sap. c. 9; & Macrob. Saturn. 1, 4. ¶ 2. Plur. *Accidentia* apud Quintilianum varios casus denotant & maxime adversos, begegnisse. Sic Decl. 5; ubi mox pr. *Jam poteram nihil ex accidentium meorum novitate mirari* &c. Ibid. c. 3 p. 106 *Non molliri prosperis facile, non accidentibus frangi*, i. e. rebus adversis. conf. c. 23 p. 126; & Decl 17 c. 12 p. 342.

¶ Accidentia, *æ*, f. ein zufall. Plinius 32, 2 *Esse vero illam naturæ accidentium, appositio occurrit exemplo*. Et Tertull. de anima c. 11 *Accidentium spiritus passus est. Cecidit enim ecstasis super illum, sancti Spiritus vis*, entzückung. conf. ibid. c. 21.

¶ Accidentālis, *e*, accidens, zufällig; a philosophis *essentiali* opponitur; sic & *Accidentarius*, *a, um*. *Accidentali prævalet naturale* a Schardio & Calv. laudarur ex l. 3 ff. de tutel. sed frustra. In solis notis Gothofredi ibi & ad l. 5 ff. de fidejuss. usurpatur.

¶ Præaccidens, *tis*, n. plur. *præaccidentia*, vorher geschehene dinge. Theod. Prisc. 2, 32.

¶ Concido, *idi, ĕre*, niederfallen, über einen haufen fallen. Cic. 1 de Div. 35 *Et ipse & equus ejus ante signum Jovis statoris sine caussa repente concidit*. Id. Att. 1, 16 *Senatus auctoritas concidit*, sie ist dahin. Id. 7, 25 *Pompejus malas caussas semper obtinuit, in optima concidit*, da hat er verspielt. Cæs. B. G. 8, 19 *Hostes concidunt animis*, der muth entfällt ihnen. Horat. 1 od. 12, 30 *Concidunt venti*, die winde legen sich. ¶ 2. *Concidere* pro *mori* Ovid. ep. her. 7, 196 *Ipsa sua Dido concidit usa manu*.

¶ Superconcido, *ere*, drüber hinfallen, Apicius 5, 5.

¶ Decīdo, *ere*, herab fallen. Cic. de Offic. 2, 12: *Ficta omnia celeriter, tanquam flosculi, decidunt*. Sic de Senect. c. 19 &c. conf. Menkenii Observata h. v. qui & Livii locum ex 37, 26, ubi huic verbo præpositionem *a* conjungit, notat. Laberius, quem paullo ante laudavimus, (vide *Cado*) apud Macrob. Sat. 2, 7 *Consistes egre: & citius, quam ascendas, decides*. Ita enim legit Scaliger in Catalectis. *Decidere Cassi caput*, der kopf war herunter, Vellej. 2, 70, 3. ¶ 2. *Decidere* pro *mori*. Plaut. Trin. 2, 4, 143 *Ita cunctis sulstitiali morbo decidunt*. Stat. de Leone Theb. 8, 125 *Si decidat hostis, Ire super satis est*. Claud. Præf. in Rufin. 1, 1 *Phœbeo domitus Python cum decidit arcu*.

¶ Decadivus, *a, um*, abfällig. Vetus Poeta in Pervigilio Veneris v. 17 *Et micant lacrymæ tremente decadive pondere*. Ita enim corruptissimum locum feliciſſime, ut ego quidem censeo, Lernutius restituit.

¶ Deciduus, *a, um*, idem. Plin. 11, 37 *Cervis fulida cornua, & omnibus annis decidua*. Prudent. Hymno 3 Καθημερ. v. 78 *Arbor onus tremefacta suum Deciduo gravis imbre pluit*.

¶ Decīdium, *i*, n. der fall. Sen. ep 30 *Fortiter ferre decidium sui*.

¶ Excīdo, *idi, ĕre*, elabi, entfallen. Cic. Bruto epist. 10 *Excidit e manibus victoria*, entwischet aus den handen. *Excidere animo, ex animis*, aus dem sinn kommen, Virg. Æn. 1, 30. *Excidere e memoria*, ausfallen, vergessen werden, Liv. 27, 3. Etiam absolute, posthabita *memoriæ* voce, *Excidere* ita usurpatur. Cic. fam. 5, 13 *Quæ cogitatio cum mihi non omnino excidisset* (*etenim penitus insederat*) &c. Tac. Hist. 2, 9, 6 *An excidit truncatas Corbulo?* ist er schon vergessen? Plin. Paneg. c. 53 *An excidit dolori nostro modo vindicatus Nero*, ubi vid. Schwartzius; Cic. in L. Pison. c. 9 *Omnes furii gladii de manibus crudelissimis exciderunt*. ¶ 2. *Excidere aliqua re*, est non potiri, hinter etwas hingehen. Ovid. Met. 2, 228 *Quæ si non tenuit, magnis tamen excidit ausis*. Ter. Andr. 2, 5, 12 *Herus, quantum audio, uxore excidit*, er kriegt den korb. Ita *Fine excedere* Quintil. dixit 2, 17 des zweks verfehlen. ¶ 3. Absolute Ovid Art. am. 1, 539 *Excidat illa metu*, h. e. vehementer commota & perturbata est, ut abrumperet sermonem. Ita A. A. 2, 430 *Excidit, & misera voxque colorque fugit*. ¶ 4. *Excidere* in sortibus ea dicitur, quæ ex hydria educitur, Liv. 21, 42 *Vecujusque sors exciderat, alacer animi raptim capiebat*. Sic 22, 1; 25, 3.

¶ Excidium, *i*, n. vide in *Scindo*. Huc pertinere videtur pro occasu positum apud Prudentium in Apoth. v. 627 *Rota lurida solis Hæret, & excidium sentit jam jamque futurum*.

¶ Incīdo, *idi, ĕre*, einfallen, fürfallen. Cic. fam. 5, 15 *Casu, nescio quo, in ea tempora nostra ætas incidit, ut, cum maxime florere nos oporteret, tum vivere etiam puderet*, wir haben so böse zeiten erlebet. Id. Divin. in Verr. c. 15 *Non confecto, sed casu in eorum mentionem incidi*, ich habe ihrer ohngefehr erwehnet. *Incidere in vituperatores alicujus*, jhnen aufs stossen, begegnen. Id. fam. 7 ep. 3, *Incidere in morbum*, in ep. 29 in eine krankheit fallen. *Incidere in cogitationem*, Sulpic. Cic. fam. 4, 5; *in opinionem*, Dolabella eidem 9, 9 auf die gedancken kommen, *in manus hostium*, Sen. epist. 4 den feinden in die hände gerathen; *in servitutem*, in der leute händen, Cic. fam. 9, 3, 3. Sed *ad* pro *in* observes in illo Cic. fam. 5, 8 *Non me fortuito ad tuam amplitudinem meis officiis amplectendam incidisse*. Et Virg. Æn. 12 v. 926 *Incidit ad terram*. Apud Senecam ep. 87 *Incidere rebus*, est in res ferri temere. Ter. Heaut. 3, 3, 38 *Incidit aliud exilio*, es fället eines nach dem andern bey. Id. Andr. 3, 2, 2 *Qui istuc tibi incidit suspicio?* ¶ 2. *Incidere* pro *accidere* sæpe apud Livium occurrit: 1, 46 *Forte ita incideras, ne duo violenta ingenia matrimonio jungerentur*: 10, 18 *Malle frustra operam insumtam, quam quidquam incidisse*, ad quem locum Drakenborchius plura exempla congessit.

¶ Incidens, *tis*. Plin. 11, 37 *Pupillæ tueri in lumine facile dicuntur incidens*.

¶ Incidenter, adv. beyläufig, zufälliger weise. Sarisb. præfat. *Quæ incidenter dicta sunt*.

¶ Incāsūrus, *a, um*, zufällig, zukünftig. Plin. 2, 27 *Hæc ideo facta, quia incasura erant illa*.

¶ Superincido, *ere*, über einander oder oben herein fallen. Liv. 23, 15 *ruina superincidentium virorum*. Colum. 4, 9 Plaga (putandæ vitis) *obliqua falce fit, ne si transversa fuerit cicatrix, cæsibus superincidentem aquam contineat*. Alii legunt *supercidentem*.

¶ Intercido, *idi, ĕre*, darzwischen fallen, drein kommen. Liv. 3, 10 *quod intercidit*, was darzwischen herunter gefallen. Cic. fam. 5, 8 *Sinus intercidere, non tantus, quam suspicione vi lata*. ¶ 2 *Intercidere*, verfallen, vergehen; ut, *Intercidit gratia beneficii*, Sen. Benef. 3, 1. *Memoria intercidere*, vergessen werden Liv 2, 8. Conf. Justin. 2, 4, 33.

¶ Occīdo, *idi, āsum, ĕre*, untergehen, niedersinken, it. zu grunde gehen, verderben. Liv. 39, 26 *Nondum omniam dierum sol occidit*, es ist noch nicht aller tage abend. Catull. 5, 4 *Soles occidere & redire possunt: Nobis cum semel occidit brevis lux* &c. Plaut. Most. 2, 1, 3 *Occidit spes nostra*. Cic. de N. D. 2, 9 *Refrigerato & exstincto calore occidimus ipsi & exstinguimur*, wir sterben alsdenn. Val. Flacc. 7 v. 282 *Occidere æterna morte*. ¶ 2. *Occidi*, desperantis sermo apud Comicos; ut, *Fui, nullus sum, perii*; v. Ter. Andr. 3, 4, 13 & 26. Et Plaut. Cal. 3, 5, 1 *Nulla fam, nulla sum: tota, tota occidi*, es ist mit mir aus. Id. Stich. 2, 3, 75 *Occidi planissime* & alibi sæpius.

¶ Occidens, *tis*, adj. ut, *Vita occidens*, Cic. Tusc. 1, 45. Id. fam. 4, 1 *Aliquid opis occidenti reipublicæ ferre*.

¶ Occidens, *tis*, m. subst. pro ea parte mundi, in qua sol occidit, der abend, abend gegend, untergang; ut, *Qui terras ab oriente ad occidentem colunt*, Cic. Nat. D. 2, 66. *Ultima occidentis insula*, Catull. 30, 13.

¶ Occidentālis, *e*, adject. gegen abend gelegen. Plin 18, 34 *Ab occidentali latere septentrionis*.

¶ Occiduālis, *e*, idem. Prudentius 2 adv. Symmach. 597 *Omnibus in terris, quas distinet occidualis Oceanus, roseoque aurora illuminat ortu*.

¶ Occidāneus, *a, um*, idem: ut, *ventus occidaneus*, der abend-wind. Innocent. de Calis p. 228 ad Gœs.

¶ Occĭduus, *a, um*, untergehend; ut, *Sol occiduus*, Ovid. Met. 1, 63. *Orbis occiduus*, das land gegen abend. Claudian. Præf. Rapt. 2, 38 *Senectus occidua*, Ovid. Met. 15, 227.

¶ Occĭdium, *i*, n. pro occasu, der untergang. Prudent. Apoth. v. 27 *Hæret & occidium sentit jam jamque futurum*. Alii legunt, *excidium*. conf. Barth. Adversar. 47, 13.

¶ Occāsurus, *a, um*, ut, *Beneficia in ejus exitio occasura*, Cic. pro Mil. c. 36.

¶ Occāsus, *a, um*, particip. pass. ut, *Sol occasus*, antiquorum formula, pro *Solis occasus*. Plaut. Epid. 1, 2, 41 *Ante solem occasum*. Id. Met. 5, 7, 33 *Ad solem occasum vivere*. Et in Leg. XII Tabul. *Sol occasus suprema tempestas est*; ap. Gellium 17, 2, qui ibidem etiam ex Novii Atellana adfert, *Sole occaso*, quod ait, non infuvi vetustate dici. Ipse Gellius 3, 2 etiam ita locutus est, *post solem occasum*: & mox, *a sole occaso*. Conf. Voss de Analogia 4, 13 p. 201.

¶ Occāsus, *a, um*, subst. der untergang, de sole proprie: Cic. Nat. D. 2, 19 *alterum sidus spatiis immutabilibus ab ortu, ad occasum commeans*. ¶ 2. Interitus quarumvis rerum; ut, *Totius Urbis atque imperii occasum oppropinquare dixerunt*, Cic. Catil. 3, 8. ¶ 3. Pro morte & obitu etiam ponitur. Nepos 18, 13, 3 *Post hujus* (*Eumenis*) *occasum*. Cic. Acad. Qu. 1, 2 *Post L. Alii nostri occasum*. Plur. Apul. de mundo p. 67 *Nec occasibus fatigari*, durch todes-fälle. ¶ 4 Apud Ennium aliquoties pro occasione legitur: e. g. *Heic datus est occasus*. Et *Occasus juvat res*. Et *Ast occasus ubi tempusque audere repressit*, v. Festum.

¶ Occāsio, *ōnis*, f. rempus actioni opportunum, actionum anima, Græci ἐυκαιρίαν, dicunt, quæ omnium consilia superat, die gelegenheit, vorfallenheit. Hippocrates παροιμίας initio: χρόνος ἐστὶν, ἐν ᾧ πράξαι, καὶ καιρὸς, ἐν ᾧ χρόνος ἐστὶ πολύς; *Tempus est, in quo occasio: Occasio, in quo non multum temporis est*. Cæsar *temporis opportunitatem* vocat. aliquando & absolute & κατ' ἐξοχὴν *Tempus*, de quibus infra. Recense

fetis εὐκαιρία dicatur nonnullis, disputat Scaliger Exercit 364 sect. 2. Simulacrum Occasionis pingunt Himerius apud Photium Biblioth. Cod. 353 p. 1127. Callistratus apud Philostratum de Statuis, & Posidippus in Anthologia, quod Epigramma Ausonius epigr. 12 latine vertit. Qui omnes fronte capillatam, postica parte calvam fecerunt: significantes, cum adest præsto, prehendi posse; cum elapsa tergum vertit, reprehendi haud posse. Quo illud Catonis in distichis pertinet: *Rem, tibi quam nosces aptam, dimittere noli: Fronte capillata est, postica occasio calva.* Vide & Phædrum Fab. 5, 9. *Occasionem arripere*, sich der gelegenheit bedienen, Liv. 35, 12; & ibid. *habere, præterm ittere.* Curt 5, 11, 2 *Occasioni imminere.* Plin. 2 epist. 13 pr. *Tu occasiones obligandi me avidissime amplecteris.* Et, *Occasionem amplam nancisci*, Cic. 2 Verr. 25. *Occasionem opprimere*, id est, occupare, Plaut. Asin. 2, 2, 15. Ita possis dicere, *Occasio promenda est. Occasionem amittere*, Cic. pro Cæcin. c. 5; *a fortuna datam dimittere*, Nepos 1, 3, 3; *Ex incommodo alieno suam peteve*, Liv. 4, 58. *Belli maxima momenta in occasionibus sunt*, Sen. de Ira 3, 21. Et Portius Latro decl. in Sallust. *Num in gerendis negotiis ignoras sequendas esse temporum opportunitates. Et in occasione veram deprehensam & tarditatem omnem quam diligentissime fugiendam?* Liv. 1, 47. *Per occasionem eum incautus invasaram*; 7, 7 *Res per occasionem gestas, egregia cjl.* Conf. Drakenborchius ad 5, 26 & 31, 48. ¶ 2. Interdum idem notat, quod copia vel potestas, ut, *Petræ est vera occasio*, Colum. 8, 17 man kan gar felten felsen haben. *Ad excutiendam ignem non semper lapidis occasio est*, Plin. 16, 41.

¶ Occasiuncula, æ, f. dimin. Plaut. Trin. 4, 2, 132 *Nimis argute obrepsisti in capse occasiunecla.*

¶ Occasivus, *a, um*, ad occasum spectans. Saxo Gramm. prolog. 5. Gloss. gr. lat. ὀυτικὸς, *occasivus.*

¶ Occido, *ĕre*, vel Occaso, *ire*, zu grunde gehen. Plaut. Cas. 3, 4, 8 *Propter te pereo ego atque occido.*

¶ Inocciduus, *a, um*, non occidens, nicht untergehend, bleibend. Lucan. 8, 174 *Qui non mergitur undis Axis inoccidui genitos clarissimus Arcto.* Stat. Theb. 6, 277 *Spectat inoccidui sidentem vultibus Arcton.* Sic Arnob. 2 p. 68 *Continua & inoccidua vita.* Nemes. Cyn. 105 de Iano *Pandit inocciduam bifrontis mortibus aeuum.*

¶ Præoccido, *ĕre*, vorher untergehen. Plin. 18, 29 *In IV Calend. Maii Canis occidit, sidus per se vehemens, & cui præoccidere Canicularem necesse sit.* Quod Salmasius in Solinum p. 305 de Canis minoris prævio occasu interpretatur: cui repugnat Jo. Hardouinus in Plinium Emendatione 39 de præcedente sacrificio exponens, ut dubium sit, annon a *cado* potius, id est, macto, quam a *cado*, quo Solinus referebat, velit derivatum.

¶ Superoccido, *ĕre*, nächster untergehen. Macrob. Somn. Sc. 1, 18 *Luna novata secundo fere die cœli marginem tenet, antecedenti soli superoccidens.*

¶ Procido, *idi, ĕre*, niederfallen. *Procidere ad alicujus pedes*, zu jemem zu fuß fallen. Horat. Epod. 17 v. 13. conf. 4 od. 6 v. 11. Et Liv. 26, 39 *Præceps cum armis procidit ante proram.*

¶ Procidens, *tis*, ut, *Glans in alienum fundum procidens*, Plin. 16, 5.

¶ Procidentia, *um*, n. plur. subst. der vorfall. Plin. 23, 1 *Acetum sistit procidentia sedis vulvaque.* Id. 24, 11 *Radix* (rorismarini) *vulnera sanat viridis imposita, & sedis procidentia & hæmorrhoides.*

¶ Procidentia, *æ*, f. sing. idem. Plin 34, 18 *Vires* (plumbi usti) *in oculorum medicamentis, & maxime contra procidentiam eorum.* Et 23, 9 *Utilis* (myrtus) *procidentiæ vulvarum.*

¶ Procliduus, *a, um*, adject. Sidonius Carm. 23, 415 *Turpans procliduum cuvore frontem.* Plin. 21, 20 *sedes procidua*, das herausgehen des mastdarms.

¶ Recido, *idi, ere*, wieder zurück fallen, zurück schlagen. *Recidere in eamdem fortunam*, Cic. pro Sext. c. 70. *Recidere in graviorem morbum*, Liv. 24, 29. Idem 36, 29 *Prava consilia in auctoris semper caput recidant*, untren schlägt ihren eignen herrn. Plaut. Menæch. 3, 2, 54 *In te recidant hæ contumelia*, diese schmähworte werden dir wieder zu hause und hofe kommen. Cic. Phil. 13, 9 pr. *Quicumque falso is dicerct in sanctissimam adolescentem, ea vere recidere in memoriam pueritiæ suæ.* Nep. 7, 7, 1 *In invidiam recidit*, i. e. rursus cecidit. Ovid. Rem. Am. v. 611 *Recidit, ut cupidos inter devenit amantes.* Sermo est de juvene, qui *in suæ portu pene salutis erat.* v. Heins. ¶ 2. Translate, sed eleganter, pro reduci vel redigi, Tac. in prolog. Hec. v. 46 *Nolite sinere, per vos artem musicam recidere ad paucos*, daß se wenige sich darauf legen. ¶ 3. Pro mori, ut *cadere* n. 4. Rutil. Itin. 1, 312 *Quod Lepidum totiesrecidit-ense malum*, h. e. ense amputatum decidit: *malum Lepidum* pro *malis Lepidis* dixit, ¶ 4. Prima in hoc verbo sæpe producitur. vid. Heins. ad Ovid. Her. 14, 46 & Rem. Am. 611.

¶ Recrudesco, *a, um*, das wieder fallen wird. Cic. ad Att. *Idego ad nihil recrudescam puto*, es wird nichts daraus werden. Suet. Aug. 96 *Adversa cuncta in illos recrudescunt.*

¶ Recidivus, *a, um*, ex casu suo restitutus, redintegratus, wieder hergestellig, von neuem erfert. Ita *Recidiva Pergama*, aliquoties dixit Virgilius, quæ iterum ab his, qui superstites sunt Trojanis pericula, sive, ut Servius in Æn. 4, 344 interpretatur: *post casum restituta*: vid. interpretes Sil. 1, 106; & Nic. Heins. ad Claud. Phœnic. qui ostendunt, male pro illo *redivivus*, cognatæ significationis vocabulum substitui. Ita *Recidivas febres*, Plinius dixit 30, 21, & Cels. 3, 4, quæ quum omnino aliquamdiu, redeant, sive, ut quidam volunt, quia in eas recidimus. Sic, *Recidiva femina*, i. e. iterum nascentia, Prudent. in Symm. 2, 821. Et, *Recidiva substitutio*, Arnob. lib. 2 p. 104. v. Auson. Popm. in differentiis Verbor. & Kunerus ad Virg. d. l. conf Virg. Æn. 7, 322.

¶ Recidivatus, *us*, m. die wiederherstellung, erstattung, quo quid post casum redit atque instauratur. Tertull. de Resurr. carn. c. 18 *Servatur carnis recidivatum pollicitur*, die auferstehung des fleisches. Conf. lib. 1. c. 1 & de Anima c. 28.

¶ Succido, *di, ĕre*, sinken, hin- oder niederfallen. Plaut. Curc. 2, 3, 1. *genua infirma succidunt.* Et Curt. 9, 5, 7 *Genua labore succiderent.* Lucret. 3 v. 127 *Succidere artus*: & lib. 5, 110 *Succidere horrisono posse omnia tella fragore.*

¶ Succidus, *a, um*, subst. der untergang. Varro apud Nonium 6, 21 *Ventus incassum vehementius assurgere.* Lips. *Occasio.*

¶ Succidus, *a, um*, sinkend, hinfällig; ut, *Gressus succidui*, ungewisse tritte, die da wancken, und fallen wollen, Claudian. Rapt. 3, 153. Ovid. Heroid. 13, 24 *Succiduo dicor procubuisse genu.* Id. Met. 10, 458 *Poplite succiduo genua intremuere.* Alc. Avitus 1, 8 *Succidua proles.* Sidon. 7 ep. 6 *Succidua benedictio.*

CĂDŪCĔVM, *i*, n. & Caduceus, *i*, m. Mercurii sceptrum sive virgula; videtur tamen Apulejus Met. 10 p. 253 distinguere; *quem*, inquit, *caduceum & virgula Mercurium indicabant*: nisi alterum explicationis caussa adjectum esse credideris. ¶ 2. Est insigne Caduceatorum, qui legati pacis sunt, ein herold- und friedens-stab, friedscepter. Id duobus anguibus circumdatum erat: quod *sicuti illi obliti veneni sui in se coeunt; ita hostes contentis & depositis inimicitiis in amicitiam revertantur*, ut Servius explicat in Æneid. 8, 138. vid. Plin. 29, 3; Nepos 23, 11, 1; Macrob. Sat. 1, 19; Et Cic. de Orat. 1, 46 *Caduceo ornatus incolumis vel inter hostium tela.* Defigebatur aliquando in prora navis: ἰqua de re Schefferus de Milit. Nav. p. 335. *Caduceum & hastam simul mittere*, ist optionem facere belli & pacis, die wahl geben, ob man friede oder krieg haben wolle, Gell. 10, 27. ¶ 3. *Caduceus*, virili forma, dixit Hyginus Astron. c. 7 *Nonnulli faciunt caduceos, duos dracones implicatos virgula faciunt, quod initium Mercurii fuerat pacis.* Et Nonio 12, 37 *Caduceus* ex Varrone est *pacis signum.* ¶ 4. Quanta penalitima sit, dubitari potest. Si ex κηρύκιον deductum est, R & D permutatis, videtur porrigenda, quod certius esset, nisi Philoxenus etiam κηρύκιον scripsisset. Olaus Borrichius Profod. in Caducifer: *Est a Caduceo, Mercurii virga, penult. brevi, qua ast vox Latina, carens diphthongo.*

¶ Caduceator, *ōris*, m. qui pacis petendæ caussa mittitur, ein herold, friedens-bote. Curtius 3, 1, 6 *caduceatorem præmisit*: & 4, 2, 15 *caduceatores, qui ad pacem compellerent, misit.* Livius 32, 32 *Caduceator ab rege venerat.* Talem designat Nepos 23, 11, 1 his verbis: *Tabellarium in scapha cum caduceo mittit.*

¶ Caduceātus, *a, um*, i. e. caduceum ferens, der ein friedens-zeichen hat. Ita exstat Romæ in majori urna: ABITE HINC VESTRO CVM MERCVRIO PETASATO CADVCEATOQ. v. I. B. Ferretii Mus. lapid. p. 5 ubi Autor p. 6, *Caduceum* a *cadendo* dici existimat, quod dissensiones & bella cadere faciat.

¶ Căducifer, *ĕri*, m. pro Mercurio, apud Ovidium Met. 2, 708

Hinc se sustulerat patribus caducifer alis. conf. Fast. 5, 449.

Caducarius, Caducus, quære in *Cado.*

CĂDVRCI, *orum*, m. pl. populi Galliæ Narbonensis, quos memorat Ptolemæus 2, 7. Regio eorum hodie vocatur *Chersy*, cui caput *Cadurcum*, hodie *Cahors, Caors.* Inde

¶ Cadurcus, *a, um*, adject. ut, *Natale puer horrit Cadurcos*, Sidon. Carm. 9, 282. *Sedes Cadurca*, Auson. Profess. 17, 15. Ita *Cadurca fascia*, lineæ apud Subpiciam. v Lindebrog. ad Catul. Virg. p. 535.

¶ Căducrum, *i*, n. subst. velum seu culcitra ex lino candidissimo, ein weisser pfuhl, polster, deckbette. v. Plin. 1, 19. Iuvenalis Sat. 7, 221

Insitor hibernæ tegetis niveique cadurci. Item 6, 537

Magnaque doletur violato pœna cadurco, h. e. lecto illo per concubitum mariti violato, in quo secubare mulierem sacrorum caussa decuerat, & a conjugis amplexibus abstinere. ¶ 2. Scholiasta vetus ad h. l. Iuvenalis, per *Cadurcum* intelligit *membrum mulieris, cum sit membri velamen*, ut auguratur: Qui error in glossas Isidori propagatus est, ubi insuper vitiose *Cadurdum* legitur. ¶ 3. Item Vas, aquam ex piscina aut puteo hauriens, ein grosser kunst-eymer. Valla auctore in Rudens. ¶ 4. *Cadurcum* tabernaculum institorum esse volunt, eine kramer-bude.

CĂDVS, *i*, m. Κάδος, vatis vinarii genus, decem congios continens, idem quod metreta, ein wein-gefäß von 30 kannen, ein halber eymer. Vsurpatur & pro quovis vase ac mensura. Horat. 1 ode 35, 26 *Diffugiunt cadis Cum fece siccatis amici.* Sic *mella sub niveo cado*, Ovid. fast. 2, 196, eine honig-tonne. Sic *Cadus sassamentarius*, ein faß zum einsalzen. Plin. 32, 8, quem *Orcam* dixit Persius Sat. 3, 76. conf. Martial. 6 epigr. 27.

¶ Cadillis, *e*, cadis abditus & advectus; ut, *Resina cadilis*, Cæl. Aurel. Tard. 2, 7.

¶ Cadiscus, *i*, m. vasculum, quo suffragia colligebantur. *Duo erant cadisci*, alter κύριος, in quem *Condemnationis*; alter ἄκυρος, in quem *Absolutionis* calculos mittebant Judices: Hic καδίσκος ἔλεως, id est, *misericordiæ* dicebatur, in quem αἱ σωζούσαι mittebantur, alter θανάτου, hoc est, *mortis* erat, priore loco posita. Bud. ¶ 2. *Cadiscus*, Plinio 4, 12 mons est Cretæ.

CADVSII, *orum*, m. pl. gens juxta mare Caspium in Mediæ finibus. Meminit Nepos 14, 1, 4; & Plin. 6, 17: & Curt. 4, 12, 4.

CADYTAS, *æ*, m. καδύτας, herba arboribus & vepribus innascens, Plin. 16, 44.

CADYTIS, *is*, f. urbs Palæstinæ apud Herodotum 2, 159, quam Hierosolymas interpretantur communiter. Esse enim ex קדש בית vel קדושה i. e. *sanctla.* v. Humphred. Prideaux Hist. Iud. ad A. 610 ante N. C. Sed Perizon. Orig. Ægypt. p. 417 Kades vel Kades barnea intelligere ex rationibus geographicis mavult.

Cæa, vide *Cea*, Cæcatus, *Cecus.*

CÆCIAS, *æ*, m. Καικίας, ventus inter aquilonem & exortum, attrahens nubes, nord-ost, Gell. 2, 22; Veget. de Re Mil. 5, 8 *Huic a dextra jungitur Cæcias.* Inde locus factus proverbio, *Mala ad se attrahit, ut Cæcias nubes*, er bindet ihm selbst eine ruthe auf seinen rücken. Item, *Pecunias ad se attrahit, ut Cæcias nubes.* Erasmus.

Cæcigenus, Cæcilius, Cæciliu, vide *Cæcus.*

Cæcina, vide *Cecinna*: quamquam melius *Cæcina.*

Cæcitas, cæco, *are* &c. vide in *Cecus.*

CÆCVBVS, *a, um*, Colum. de Re rust 3, 8 *Neque enim dubium est Cæcubi agri vites, omnium, quas terra sustinet, in nobilitate vini principes esse.* Sic *Cæcuba vindemia* Martial. 6 Epig. 27 *Cæcubæ vites*, Plin. 17, 3.

¶ Cæcŭbum, *i*, n oppidum Campaniæ in Italia vino nobile, quod & ipsum *Cæcubum* appellatur. Horatius 1 ode 37, 5 *Antehac nefas depromere Cæcubum Cellis avitis.* Id. Epod. 9, 35 *Vel, quod fluentem nauseam coërcuit, Metire nobis Cæcubum.* Martial. 13 ep. 115 *Cæcuba Vandalis generosa cognantur Amyclæ.*

Cæculto, cæculus, cæcutio, vide *Cæcus.*

CAECVS, *a, um,* τυφλὸς, lumine captus, ſive viſu, blind; ut *Appius cæcus*, quem Livius 9, 29 vocat *luminibus captum*. Vellej. 1, 5, 4 *Homerum ſi quis cæcum genitum putat, omnibus ſenſibus orbus eſt.* Vocis originatio plane cæca eſt atque occulta, quamquam Iſidorus 10 in C eſſe putet a *cærendo*, quod cæcus oculis careat. Perottus a *cædendo*, quod ſit oculis conciſus; & Martinius a καιειν, *urere*, quod ignis maxime & fumus viſum impediat. Compar. *Hypſæa cæcior*, Horat. Sat. 1, 2, 91. ¶ 2. Transfertur ad animum, & alias res temeritatis arguendas, Cic. c. 26 pro Quint. *Cæcum cupiditate & avaritia fuiſſe*: & c. 15 de Amic. *Non ſolum ipſa fortuna cæca eſt, ſed eos etiam plerumque efficit cæcos, quos complexa eſt.* Id. in Piſon. c. 24 *Cæca cupiditate rapi*, & Agr. 2 c. 25 *Obſcura ſpe & cæca exſpectatione pendere*, im zweifel ſtehen. Gell. 12, 13 *Cæcus animi forem*, i. e. imprudens, unverſtändig. Lucret. 2, 14 *O miſeras hominum mentes! o pectora cæca!* Liv. 9, 5 *Belluarum modo cæcos in foveam miſſos.* ubi v. Drakenb. Silius 2, 299 *Novi cæcus caligine regni.* ¶ 3. *Quid cæco cum ſpeculo? Id vel cæco appareat*, locutiones ſunt proverbiales. v. Chil. & apud Liv. 32, 34 Philippus; *Apparet id quidem cæco*, das giebt ſich von ſich ſelbſt. Ita Quint. 12, 7 p. 1075 *Cæcis hoc, ut ajunt, ſatis clarum eſt.* Aliud proverbium apud Græcos erat in uſu: Μητε τυφλὸν ὁδηγὸν, μητε ἀνόητον σύμβουλον, de non adſcifcendo cæco duce, nec adhibendo ſtulto in conſilium: quo reſpexiſſe Horatius videtur 1 ep. 17, 3 *Diſce docendus adhuc, quæ cenſet amiculus, ut ſi Cæcus iter monſtrare velit.* De cæcis, qui munera obierint & jus dixerint, v. Cic. Tuſc. 5, 38, 39. ¶ 4. Sæpiſſime *Cæcum*, pro occulto, & quod latet ac fallit, uſurpatur, quod κεκρυμμενον Græcis eſt, *inſidioſum* Nonio 6, 7. Vet. Gloſſ. Κεκρυμμενον, *Obductum, occultum, celatum.* Plinius 4 epiſt. ult. *libramentum abditum & cæcum.* Manilius 4, 300 *Et verum in cæco eſt, multaque ambagine rerum.* Sic *Cæcum vallum* milites Romani vocabant, quod ſpecie ignota falleret, de quo vide Feſtum. Cæſ. Bell. C. 2, 28 *Milites moniti a Brundiſinis, ut vallum cæcum foſſasque caveant, ſubſiſtunt.* Silius 5, 3 *Silvarum anfractus cæcis inſederat armis.* Id. 10, 414 *Et ſtilus occultiur, cæcum in veſtigia telum.* Stat. 2 Silv. 5, 10 *Cæco foveæ deceptus hiatu.* Similiter Apul. Apol. *Pernicium cæcam & inevitabilem* veneficiis tribuit: Idem *Cæca ratione tentatum ærra* dixit. Virg. Æn. 2, 453 *Limen erat cæcaque fores*: id eſt, non omnibus notæ, ut Servius interpretatur. Eidem Æn. 3, 200 *Cæcæ undæ* ſunt incertæ & incompertæ. Sic Colum. 1, 5 *Cæcos morbos* vocat, *quorum cauſſas*, ut ipſe pergens dicendo interpretatur, *ne Medici quidem perſpicere queant.* Tac. Hiſt. 1, 82, 2 *Cæcum pavorem*, cui nec ratio, nec modus conſtat, dicit. Similiter & Virg. Æn. 2, 355 *Et cæco Marte reſiſtunt.* Vbi Servius *Aut confuſa pugna*, inquit, *aut nocturna: aut epitheton Martis eſt, cujus exitus ſemper incertus eſt.* Plurima his ſimilia collegere Heinſ. & Drakenb. ad Sil. 6, 7. ¶ 5. Idem Virg. Æn. 5, 589 *Parietes cæcos*, de Labyrintho dixit, eos intelligens, qui nullis feneſtris aperti ſint; quemadmodum Harmenopulus τυφλὸν τοῖχος etiam dixit, ut Cujacius obſervavit Obſervat. 1, 31. Similiter Salluſtius, *cæcum corpus*, de averſa corporis parte dixit, quod nulli ibi oculi, ſicut in adverſa, ſive anteriore, exſtent. Verba ejus ut a Lutatio Scholiis in 7 Theb. Statii p. 327 citantur, iſta ſunt: *In maximo omnium metu & nudum & cæcum corpus ad hoſtem vertere*; id eſt, quod *nec oculi, nec lorica munichat*, ut ipſe Lutatius explicat. Nam vetus conſuetudo erat, ut lorica non niſi pectus tegeret, quod idem obſervat. Vide & Scalig. apud Lindebruch. in Obſervatt. Statianis ad eumdem Poëtæ locum. Vide & infra in *Lorica*. ¶ 6. Metaphora eſt, cum apud Plin. 16, 30 ext. *Rami cæci* dicuntur, qui non germinant. v. *Excæcare*.

¶ Cæculus, *a, um*, diminut. der ein blod geſicht hat. Ita appellatus Vulcani filius, Virg. Æn. 7, 681; & 10, 544. Sic *Cæcula ſerpens*, eine blindſchleiche. Et

¶ Cæcilia, *æ*, f. ſerpentis genus, die blindſchleiche, Colum. 6, 17 pr.

¶ Cæcilius, *i*, m. familiæ Romanæ nomen, quod a Cæculo Vulcani fil. ortum eſſe dicitur. conf. Feſtus. *Quintus Cæcilius* Grammaticus Romæ fuit, qui primus Virgilium & Poëtas alios diſcentibus propoſuiſſe fertur, ut Suetonius tradit de illuſtr. Gramm. c. 16. Meminit ejus & Macrob. Sat. 2, 10. ¶ 2. *Cæcilius* alius *Statius* poëta comicus fuit, quem Cicero ad Att. 7, 3 *malum* appellavit *Latinitatis auctorem*. Horat. 2 epiſt. 1, 59 *Vincere Cæcilius gravitate, Terentius arte.* Fuit Ennii contubernalis. Sententias ejus aliquas Gellius 15, 9; & Cicero Tuſc. 3, 23; & 4, 32; & de Senect. c. 11 &c. annotarunt; ut, *Is demum miſer eſt, qui ærumnam ſuam nequit occultare.* Et, *Ædepol ſenectus ſi nihil juicquam aliud vitii apportet ſecum, cum advenit, unum id ſatis eſt, quod diu vivendo multa, quæ non vult, videt.* Et, *Tum etiam in ſenecta hoc reputo miſerrimum, ſentire, ea ætate eſſe odioſum ſe alteri.* Et, *Sæpe eſt etiam ſub palliolo ſordido ſapientia.* vide *Palliam*. Et, *Vivas ut poſſis, quando non quis, ut velis*, refert ex Cæcilii Plotio Donatus. Et, *Hi ſunt inimici peſſimi, fronte hilari, corde triſti*, &c. ¶ 3. Alius *Cæcilius, Quinctii* pronomine, T. Pomponii Attici avunculus fuit, Eques Romanus difficili natura: C. Nepos 25, 5, 1; & Val. Max. 7, 8, 5. ¶ 4. *Cæcilii* & *Cælii* nomina ſæpe confundi monet etiam Burm. ad Quintil. 8, 3 p. 692.

¶ Cæcilia, Metelli uxor, de qua v. Val. Max. 1, 5, 4. *Cajam Cæciliam* Tarquinii Priſci uxorem Plutarchus nominat Quæſtion. Rom.

¶ Cæcilius, *a, um*, adject. ut, *Cæciliæ Familiæ claritudo*, Vellej. 2, 11, 3.

¶ Cæciliānus, *a, um*, idem; ut, *fabula Cæciliana*, Cic. ad Att. 1, 16.

¶ Cæcĭtas, *ātis*, f. viſus orbitas, die blindheit; ut, *Horribilis cæcitas*, Cic. Tuſc. 5, 38. Id. Ar. reſp. c. 18 *An luminis obeſſet cæcitas plus quam libidinis?* Cæcitatis laudem Paſſeratius ſcripſit, & citatus modo locus Cic. Tuſc. 5, 38 nihil in ea mali eſſe oſtendit. ¶ 2. Idem Cicero ad animum retulit, pro domo c. 40 *Cæcitas mentis*. Et c. 50 *Furor animi & cæcitas*, unvorſichtigkeit, unverſtand.

¶ Cæcĭtūdo, *ĭnis*, f. idem. Gloſſ. gr. lat. ἀβλεψια, *cæcitudo*. Feſtus in *Nuſcitioſus* ex Popilio Aurelio urget, *Nuſcitiones eſſe cæcitudines noctiurnas.*

¶ Cæcĭgĕnus, *a, um*, qui cæcus natus, blind gebohren. Lucret. 2, 740 *Nam cum cæcigeni, ſolis qui lumina nunquam Adſpexere.*

¶ Cæcigena, *æ*, c. idem. Gloſſ. gr. lat. τυφλογενὴς, *cæcigena*.

¶ Cæco, *avi, atum, are*, verblenden, blind machen. Cic. pro Sect. c. 66 *Largitione cæcarunt mentes imperitorum.* Id. Tuſc. 5, 13 *Cæcari erroribus.* Lucret. 4, 325 *Sed etiam cæcat, contra ſi cernere pergas*, &c. die ſonne blendet. Aur. Vict. c. 34 refert, *Appius Claudius unde cæcatus ſit.* ¶ 2. Pro obſcurare Avienus Perieg. v. 500 *Denſo cæcantur ſtipite ſilvæ.* Metaphorice Palladius 1, 6 *Cæcabitur ſpes vindemiæ.*

¶ Cæcātus, *a, um*, geblendet; ut, *Libidinibus cæcati velut domeſticis vitiis*, 1 Tuſc. c. 30.

¶ Cæcūtio, *ire*, blinken, blind ſeyn; ut, *Oculi cæcutiunt*, die augen ſehen ſtumpff, Varro apud Nonium 2, 133. Plauto id

¶ Cæculto, *are*, eſt in Fragm. apud Feſtum, cujus verba ſunt: CAECVLTANT, *cæcis proximi ſunt, oculorum acie obtuſa. Plautus: Numnam mihi oculi cæculcant? Eſtne hic noſter Hermio?* Rurſus idem Feſtus: *Cæculture eſt cæcos imitari.* Quid? quod non nemo apud Livium invenit 27, 3 *Inter multas magnasque res, quæ nunc ſecundæ, nunc adverſæ, cæcultabant cogitationes hominum.*

Compoſita cum præpoſit.

¶ Abcæcatio, *onis*, f. die blendung. Gloſſ. gr. lat. ἀποτύφλωσις, *abcæcatio, eluſcatio.*

¶ Excæco, *are*, blenden, verblenden, des geſichts berauben. Cic. Acad. 4, 23 *Non ergo is excæcat nos, aut orbat ſenſibus?* Petron. c. 141 *Excæcabat ingens fama oculos animosque.* ¶ 2. Translate Ovid. 4 de Ponto eleg. 2, 17 *Scilicet ut limus venas excæcat in undis.* Vbi venas aquarum excæcare idem eſt ac oblimare, exſiccare, obſtruere, verſtopfen. Sic Petron. c. 128 *Numquid ab aliquo naturali vitio formam excæco?* Add. Heinſ. ad Ovid. Met. 15, 272. Plin. 17, 22 *Excæcare palmitem, ſupino falce auferendo oculos*, die augen abnehmen. Similiter Colum. 2, 3, 45.

¶ Excæcatus, *a, um*, verblendet; & impropriе iterum Ovid. Met. 15, 272 *Flumina proſiliunt, aut excæcata reſidunt*: ſie verſtopffen ſich. Nempe cum a terra obruta fuerint. Simili modo Celſius 9, 7 dixit *excæcata itinera pituitæ*, verſchleimt.

¶ Excæcatio, *ōnis*, f die verblendung, ap. Arnobium.

¶ Excæcātor, *ōris*, m. ein verblender, apud Plinium.

¶ Obcæco, *are*, verdunckeln, zudecken. Cic. de Orat. 2, 80 *Obſcura narratio totam obcæcat orationem.* Colum. 2, 2 *Quædam foſſæ obcæcantur*, h. e. obteguntur ne pateant. Virg. in Cul. v. 197

Timor obcæcaverat artus.

¶ Obcæcatus, *a, um*, verblendet, eingenommen. Cic. fam. 15, 1 *Obcæcatus ſtultitia.* Colum. 6, 36 *Inceniſus & obcæcatus cupidine.* Idem 3, 7 *Deſidia velut ignorantiæ tenebris obcæcata, luce veritatis caret.*

¶ Occæco, *are*, idem ut *obcæcare*. Liv. 33, 7 pr. *Denſa caligo occæcaverat diem.* Metaphorice Idem 5, 37 *Occæcat animos fortuna.* ¶ 2. Sed *Occæcare ſemen*, eſt occultare live obruere terra, verſcharren. v. Cic. de Senect. c. 15. Vnde *Oscare* & *Occatio* contractum videtur. v. *Occo*.

¶ Occæcatus, *a, um*, verfinſtert. Cic. de fin. 1, 10 *Occæcati cupiditate non provident.* Plaut. Men. 1, 2, 67 *Solem vides ut occæcatus præ hujus corporis candoribus.* Cic. de Senect. c. 15 *Terra ſemen occæcatum obſidet.*

¶ Occæcatio, *ōnis*, f. die verblendung. Serenus ap. Nonium 1, 306 *Occatio occæcatio eſt.* Et alibi ipſe Nonius: *Occationem ab occæcatis ſeminibus, qua id efficitur, dici M. Tullius voluit.* conf. Iſidor. 17, 2.

¶ Semicæcus, *a, um*, halb blind, Io. de Ianua in Cath.

Cædecula, cædes, vide in *Cædo*.

CAEDICVS, *i*, m. nomen cujusdam divitis apud Virg. Æn. 9, 362.

¶ Cædicius, *i*, m. judicis ſeveriſſimi nomen apud Juvenal. Sat. 13, 197. ¶ 2. Miles Rom. vide *Ceditius*.

¶ Cædicius, *a, um*, adject. ut, *Cædiciæ tabernæ* a domini nomen vocatæ, qui eas in via Appia exſtruxit. v. Feſt.

CAEDO, *cēcīdi, cæſum, cædere*, percutere, hauen, ſchlagen. Cic. Verr. 3, 29 *Virgis ad necem cædi*, auf den tod geſtrichen werden. Id. Phil. 8, 8 *Eum ſervi publici loris cecidérunt*, ſie haben ihn gepeitſcht. *Cædere exercitum*, erlegen, niederhauen, Id. Phil. 14 pr. *adverſarios*, Nepos 14, 6, 4. Horat. 1 Sat. 3, 120 *ferula cædere.* Perſius Sat. 4, 42 *Cædimus inque vicem præbemus crura ſagittis*, id eſt, carpimus & carpimur, ridemus & ridemur. *Silvas cædere*, Cæſar 3 Gall. c. ult. *Vt vineta egomet cædam mea*, id eſt, ut de me loquar, Horat. 2 ep. 1, 220. *Bidentes cædere*, i. e. immolare, Virg. Æn. 5, 96. ¶ 2. *Cædere ſermones* pro *colloqui*, ſich unterreden, de duobus aut pluribus ſermocinantibus inter ſe videtur dicendum, quod Terent. Heaut. 2, 2, 1 Græcanica phraſi dixit. Græci enim κόπτειν ῥήματα pro *diſſerere* dicunt, ut Priſcianus obſervat lib. 18. ¶ 3. *Cædi teſtibus*, de iis, qui ita teſtibus urgentur, ac premuntur, ut crimen amplius negare non poſſint, Cic. dixit Lib. 3 ad Qu. Frat. Ep. 3.

¶ Cædes, *is*, f. trucidatio ſive mors ferro, aut alia vi illata, præſertim ab eo, qui occidere vel ferire volebat, mord, todtſchlag, niederlage; ut, *Cædem committere*, Ovid. Heroid. 14, 59. *Cædes facta eſt*, Cic. pro Mil. c. 5. *Spectat res ad cædem*, Id. Att. 15, 18. *Cædes ſunt futuræ*, Id. pro S. Roſc. c. 4. *Cædes & ſanguis* ſæpe conjunguntur, ut illa voce interfecti notentur, hac vulnerati. v. Gronov. ad Liv. 2, 64; add. 4, 28; 7, 8; 39, 4; 44, 22. *Cædes* ſingulari numero ἐμφατικῶτερον. v. *Cinis* n. 1. ¶ 2. Et quia ligna dicuntur *cædi*, idcirco etiam *ligni cædes* dicitur. Gell. 19, 12 *Ligni atque frondium cædem facere*, holtz und zweige abhauen.

¶ Cædecula, *æ*, f. parva cædes, Cathol.

¶ Cæduus, *a, um*, das man hauet; ut, *Silva cædua*, Plin. 16, 26; & minor 5 epiſt. 6, ein wald darinnen man holtzet. Servius l. 30 ff. de Verb. S. *ſilvam cæduam* eam eſſe dicit, quæ fucciſa rurſus ex ſtipitibus aut radicibus enaſcitur. *Arbores cæduæ*, L. 7 Dig. Soluti matrim. § Si fundum 12. *Frutex cæduæ naturæ*, Plin. 12, 19.

¶ Cæſus, *a, um*, geſchlagen, abgehauen, geſchnitten; unde ſuperlativus *cæſiſſimus* apud Varronem de Lat. L. 7, 39. Ter. Andr. 1, 2, 28 *Verberibus cæſum te in piſtrinum dedam.* Cic. Phil. 14, 1 *Exercitus hoſtium cæſus fugatusque.* Quintil. 11, 3 *Tuga aptecæſa* ¶ 2. *Orationem cæſam* auctor ad Herenn. 4, 19 dixit, cujus partes non cohærent, addita copula, & ob id, quod copula deſtitutæ ſunt, quaſi diſciſſæ videntur, obſervante Cl. Menck. voce *Cæſus*. ¶ 3. *Ruta cæſa* in venditionibus appellantur, quæ venditores domuum aut fundorum excipere ſolent, quæque terra aut opere ſtructili tectoriove non continentur, was nicht erdniet- und nagel-feſt iſt. Cic. Topic. extr. *Cum ædes fundumve vendiderint, rutis cæſis receptis.* Pomponius l. 66 Dig. de contrah. emtione: *Ruta cæſa ea ſunt, quæ neque ædium, neque fundi ſunt.* De appellationis ratione ita Feſtus: *Ruta cæſa dicuntur, quæ venditor poſſeſſionis, ſui uſus gratia concidit ruendoque contraxit.* Vide plura infra in *Ruo*.

¶ Cæſum, *i*, *n.* subſt. **gehacktes.** Cic. de Orat. 2, 65 diſtincte *ruta & cæſa* proponit, & per *cæſa* res cæſas, arbores & virgulta, intelligit. Sed eum Idem ſcribit ad Att. 5, 18 *Ne quid inter cæſa & porrecta, ut ajunt, oneris mihi addatur:* Sumpta eſt proverbialis locutio a ſacrificiis, cum inter exta jam cæſa & porrecta ſiniſtri quid accideret, ne litari poſſet, eben, oder juſt zur unzeit. ¶ 2. *Cæſum*, κόμμα, diſtinctionis nota, ein abſchnitt, apud Mart. Capellam lib. 5 p. 173.

¶ Cæſim, id eſt, *cædendo*, vel per *inciſiones*, auf den hieb, cui opponitur *punctim*, auf den ſtoß. Liv. 22, 46 *Hiſpano punctim magis, quam cæſim aſſueto petere hoſtem.* Suet Calig. c. 58 *Alii tradunt alloquenti pueros a tergo Chæream cervicem gladio cæſim graviter percuſſiſſe: debinc Cornelium Sabinum ex adverſo trajeciſſe pectus.* Itaque Chærea *cæſim* Caligulam, Sabinus *punctim* petiit, jener hat ihm einen hieb, dieſer einen ſtoß gegeben. ¶ 2. Cic. in Orat. c. 67 *Membratim adhuc, deinde cæſim diximus*, i. e. per inciſa vel commata, abſchnittsweiſe.

¶ Cæſio, *ōnis*, f. apud Columellam 1, 33 pro inciſione, der ſchnitt.

¶ Cæſo, *ōnis*, m. Apud Feſtum ex utero matris exſectus, ein aus mutterleibe geſchnittener. Plin. 7, 9 *Primus Cæſarum a cæſo matris utero dictus: qua de cauſa & Cæſones appellati.* v. poſt paullo *Cæſar.* Ejusmodi exſectos auſpicatius nasci cenſet Plinius. ¶ 2. *Quintius Cæſo*, ferox juvenis, Liv. 3, 11, &c.

¶ Cæſenius, *i*, m. a Cæſone nomen Romanum. v. Martial. 7 epigr. 43.

¶ Cæſonia, *æ*, f. uxor Caligulæ, Suet. Cal. c. 50; Iuvenal. 6, 616.

¶ Cæſoni-nus, *a*, *um*, adject. ut, *Cæſonianum præceptum.* Col. 1, 4.

¶ Cæſor, *ōris*, m. Hieron. epist. 103 c. 6 *Cæſores lignorum*, holtzhauer. conf. Val. Probum Grammat. p. 1458.

¶ Cæntius, *a*, *um*, vide *Cæſius.*

¶ Cæsura, *æ*, f. in arboribus idem ac cæſio vel inciſio, der ſchnitt; ut, *tempeſtivam habere cæſuram*, Plin 17, 20. Gloſſ. gr. lat. ὄκκοπή, *cæſura.* ¶ 2. *Cæſura* in carmine eſt certa ſectio dictionis, der abſchnitt des worts, ut ſunt: *penthemimeris*, i. *ſemipentaria*, *trochaica hephthemimeris*, ſive *ſemiſeptenaria*, & *hæcdecas*, de quarum ſingulis ſuis vide locis. Rationem *Cæſurarum* ex auctoribus diverſis diligentiſſime Fabricius de Re poët. 7 p. 768 expoſuit, & plenius Vrsinus Inſtitut. L. L. T. 2 p. 234 ſq. Hoc ſolum univerſim tenendum, *hemimeridæ* q. d. dimidiam partem, ſignificare in his cæſurarum nominibus *ſemipedem*, h. e. ſyllabam unam longam, vel duas breves. Ita ſemiquinaria cæſura vel *penthemimeris* eſt, cum vox deſinit poſt quantum ſemipedem, h. e. in medio pede tertio; ut, *Omnia vincit amor.* Conf. inter Grammaticos Bedam p. 2368 Putſchii.

¶ Cæſurātim, adverb. ſchnittweiſe. Sidon. 4 epiſt. 3 *Dictio cæſuratim ſuccincta.*

¶ Cæſtrum, *i*, n. veruculum ſive ferramentum, quo ebur cæditur & cavatur, grabmeiſſel, hohlbohrer. Plin. 33, 11, f. conf. *Ceſtron.*

¶ Cæſtus, *us*, m. & plur. *Cæſtus*, pugilum arma, duplicis generis, hoc eſt, non modo clava, plumbeas pilas bubulis loris appenſas habens: ſed & laminæ ferreæ, vel annuli connexi, quibus vel alterutrum vel utrumque brachium armabatur, ſtreit-riemen, ſtreit-kolben, fechter-handſchuhe. Cic. Tuſc. 2, 17 *Pugiles cæſtibus contecti ne ingemiſcant quidem.* De altero genere Propertius 3, 13, 9 *Nunc ligat ad cæſtus gaudentia brachia loris.* Vide de iis Turneb. Adv. 4, 4 & Mercurialem de Arte Gymnaſtica. Certamen ejusmodi deſcribit Virgil. 3 Æn. & Statius 6 Theb. Atque ita proj ugilum armis per diphthongum *Cæſtus* ſcribitur, quia a *cædendo* eſt, & a *cæſto*, de quo infra, multum differt. v. Voſſ. Etymol. p. 90. Apud Feſtum quidem diſtinctio inter *Cæſtum* & *Ceſtum* non eſt, nec apud Taubm. in 5 Æn. v. 69, ubi Poëta:

Seu crudo fidit pugnum committere cæſtu:

Sed vocat *crudum*, quod e corio bubulo crudo fieret; & *Cæſtu* dixit, ut aperte diſtinguat a *Cæſto* virgineo. Lege inſuper, quæ Iul. Cæſ. Scaliger Poët. 1, 22, & Nic. Rigaltius ad Onoſandri Strateg. de *Cæſtu* diſſerunt.

I. Compoſita cum nominibus:

¶ Animicida, vide *Anima*: Bucida, *Bos*; Cibicida, *Cibus*; Fratricida, fratricidium, *Frater*; Homicida, homicidium, *Homo*: Infanticida, infanticidium, *Infans*; Matricida, matricidium, *Mater*: Parricida, parricidium, *Pater*; Tyrannicida, tyrannicidium, *Tyrannus.*

II. Compoſita cum particulis:

¶ Abſcīdo, *īdi*, *īſum*, *ere*, abſchneiden, abhauen. Diſtinguendum eſt ab *Abſcindo*, vel ſola præteriti quantitate, utut in vetuſtis etiam libris non raro miſceantur *Abſcindo* & *Abſcido*: *Abſciſſus* & *Abſciſus.* Vide Gronov. ad Liv. 44, 5; Nic. Heinſ. ad Prudentii Apoth. v 1060, & Parei Lex. Crit. p. 11; & Io. Rhodius ad Scribo. Larg. c. 100 p. 164 ſq. Exempla noſtri verbi indubitata ſunt. Ovid. Met. 12, 362

Abſcidit jugulo pectusque humerumque ſiniſtrum.

Martialis 3 epigr. 66

Abſcidit vultus enſis utrosque ſacros.

Seneca Phœniſſ. v. 194

Vitæ bona Projecit atque abſcidit.

Addit Gronovius ex MSS. Lucanum 4, 503, ubi editum eſt *abſcindit.* Prudent. Hippol. v. 65

Huic abſcide caput: crux ipſum tollat in auras.

¶ Abſcīſus, *a*, *um*, ut, *lunes abſciſi*, Cæſ. B. G. 3, 14. *Caput abſciſum*, Liv. 4, 19. *Saxum abſciſum*, Id. 32, 4. Comp. *Abſciſior juſtitia*, id eſt, rigidior, Val. Max. 6, 5, 4 ext. Id 3, 8, 3 *Abſciſo reſponſo*, h. e. præciſo, mit kurtzer antwort. v. Drakenb. ad Sil. 15, 473.

¶ Abſcīſe, adverb. idem quod *breviter*, kurtz. Valer. Max. 3, 7 ext 6 *Si verba numeres, breviter & abſciſe: ſi ſenſum æſtimes, copioſe & valenter.*

¶ Abſcīſio, *ōnis*, f. die abkürtzung. Aut. ad Herenn. 4, 54 *Per abſciſionem, ſi cum incipimus aliquid dicere, præcidimus*, al. *abſciſſio.*

¶ Accīdo, *īdi*, *īſum*, *ere*, verſchneiden, abbruch thun. Liv. 8, 29 *Accidit uno prælio res Veſtinorum.* Hinc

¶ Accīſus, *a*, *um*, verſchnitten. Tac. de Mor. Germ. 19, 2 *Acciſis crinibus mutatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit. Acciſæ res*, Liv. 3, 10 ſunt extenuatæ, imminutæ.

¶ Ancīſus, *a*, *um*, id eſt amputatus, abgeſchnitten, nam *an* ſive *am* eſt *circum.* Lucret. 3, 660 *Omnia jam ſeorſum cornes anciſa recenti Vulnere tortari:* de ſerpente in partes ſecto. Sed &

¶ Ancæſa, *orum*, n. pl. Feſto *vaſa cælata* appellantur, *quod circumcædendo talia fiant.*

¶ Ancīſus, *us*, m. ſubſt. die beſchneidung. Varro L. L. 6, 3 *Anicilia dicta ab anciſu.*

¶ Bucæda, *æ*, vide ſupra in *Bos.*

¶ Concædes, *is*, f. plur. *Concædes*, *ium*, cum multæ arbores ſimul cæduntur ad impediendas vias, wenn man den wald verhauet. Veget. de Re milit. 3, 22 *Multi cum ab hoſte diſcedunt, ſi per ſilvas ituri ſint, præmittunt, qui anguſta vel abrupta occupent loca, ne ibidem pateantur inſidias. Et rurſus poſt ſe præciſis arboribus vias claudunt, quas* CONCAEDES *vocant; ut adverſariis facultatem adimant perſequendi.* Tac. An. 1, 50, 2 *Caſtra in limite locat, frontem ac tergum, vallo; latera, concædibus munitus.* Et Ammian. 16, 25 *Concæde arborum denſa undique ſemitis clauſis.* Et 17, 20 *Ceſſarum arborum diſſidente concæde.* Hujus rationis meminit Cæſ. 3 de Bell. G. c. ult. Alexandro Sulpicio apud Gregorium Turonenſem 2, 9 *Concides* vocatur: quod & in MSS. Vegetianis Stewechius obſervavit.

¶ Concīdo, *īdi*, *īſum*, *ere*, zerhauen, in ſtück zertheilen; it. niederhauen, niedermachen. Nepos 10, 10, 1 *Nonnulli ab inſciis, pro noxiis, conciduntur.* Id. 14, 8, 3 *Adverſariorum multa millia concidit.* Id. 14, 6, 7 *Celeriter ſunt conciſi.* ¶ 2. Eſt convellere, labefactare, zernichten. Cic. de Orat. 3, 1 *Cum omnem auctoritatem ſenatus in conſpectu populi Romani concideres.* Item refutare aliquem & conviciis proſcindere, einen herunterreiſſen. Cic. 1 de Nat. Deor. 33 *Cum Epicurus -- -- Timocratem quia, neſcio, quid in philoſophia diſſentiret, totis voluminibus conciderit.*

¶ Conciſus, *a*, *um*, zerſchnitten, zerſtückt, it. niederhauen; ut, *Ligna conciſa*, Ovid. Faſt. 2, 647. *Conciſus exercitus*, Cic. de Div. 1, 35. *Conciſæ ſententiæ*, *interdum etiam non ſatis aperte*, kurtzgefaßte ſprüche, Id. in Brut. c. 17. Compar. Vulg. Interpr. Ioſ. 6, 5 *Vox tubæ conciſior.*

¶ Conciſe, adverb. kurtz. *Minute & conciſe*, Quintil. 2, 21.

¶ Conciſio, *ōnis*, f. ut, *Conciſio verborum*, die kürtze der worte, i. e. brevitas, Cic. de part. orat. c. 6.

¶ Conciſor, *ōris*, m. qui concidit, ut, *nemorum*, apud Creſcon. Corippum 4 v. 22, ein holtzhauer.

¶ Conciſōrium, *i*, n. ein ſchnittmeſſer. Veget. 1, 56.

¶ Conciſūra, *æ*, f. eine ſpaltung, ut, *Conciſura aquarum*, Sen. ep. 101.

¶ Superconcīdo, *ere*, drüberher ſchneiden. Apicius 5, 5 extr. *Coliculorum minutias ſuperconcidito.*

¶ Circumcīdo, *īdi*, *īſum*, *ere*, umher beſchneiden, umher abhauen; ut, *vitem circumcidere*, Plin. 17, 15. ¶ 2. Metaphorice eſt ſuperfluum removere, ad brevitatem redigere; ut, *Circumcidere & amputare multitudinem ſententiarum*, Cic. Acad. 4, 45. ¶ 3. Tollere, prohibere, minuere. *Circumcidere impenſam funeris*, Phædr. 4, 19. *Civitati imputata ſunt terna millia. -- Hæc ego impoſterum circumcidenda exiſtimavi.* Plin. 10 ep. 52. Celſ. 6, 9 pr. *In dentium dolore vinum ex toto circumcidendum eſt*, in zahnſchmerzen ſoll man ſich des weins gäntzlich enthalten. ¶ 4. Sacra & eccleſiaſtica notio apud Patres & Theologos legatur.

¶ Circumcīſus, *a*, *um*, beſchnitten. *Circumciſas ad medullam arbores aliqui non inutiliter relinquunt*, Plin. 16, 39. *Delectationis cauſſa, quantam juvat, ambulare debet*, (ex morbo qui convaleſcit) *circumciſæ omni negotioſa actione*, er muß ſich aller geſchäffte entſchlagen. C. Celſus 4 extr. *Circumciſa & brevis oratio*, eine kurtz gefaßte rede, Plin. 1 epiſt. 20; & Quintil. 4, 2 p. 329.

¶ Circumcīſe, adverb. breviter, abjectis verborum ornamentis, kürtzlich. Suet. de Clar. Rhet. c. 6 *Circumciſe & ſordide, & tantummodo trivialibus verbis declamabat.*

¶ Circumcīſio, *ōnis*, f. ſignaculum Iudæorum, die beſchneidung. Suet. Domit. c. 12 *circumciſionem* appellat. Crebra vox ſacris ſcriptoribus, qui diſpeſcunt in *circumciſionem carnis & cordis.* vid. Lactant. 4, 17.

¶ Circumcīſura, *æ*, f. circumſectio, die umſchneidung. Plin. 16, 40 extr. *Stantes* (arbores) *a circumciſura ficcatæ, fideliores:* id eſt, firmiores ſunt & ædificationi aptiores, ſi humor eo modo, quem ſupra in *Circumcidere* deſcripſit Plinius, eliciatur.

¶ Circumcæſura, *æ*, f. die umſchränckung. Arnobius 3 p. 107 *Vos Deos terrenorum corporum circumcæſura finitis.* Videtur ex illo Lucretii hauſiſſe 4, 651 *Extima membrorem circumcæſura coërcet.*

¶ Circumcīdāneus, *a*, *um*, &

Circumcīſitius, *a*, *um*, adjectiva, umſchnitten, it. nachgekeltert. Nam de vini aut muſti genere poſtremum expreſſo leguntur: illud apud Catonem R. R. c. 23: hoc apud Varronem de R. R. 1, 54, quamquam in hoc libri variant. Vide P. Victorium.

¶ Circumcīſōrium, *i*, n. inſtrumentum chirurgicum, eine balbierſcheere, oder wund-meſſer. Veget. 1, 26.

¶ Incircumcīſus, *a*, *um*, non circumcīſus, unbeſchnitten. Tertull. adv. Iudæos c. 2 & 3, & Prudentius Pſychom. v. 390 de Samuele:

Nec victum vivere regem Incircumciſum patitur.

¶ Decīdo, *īdi*, *īſum*, *ere*, abhauen. Plaut. Merc. 2, 2, 37 *Decidemihi collum, ſi falſum ad te loquar.* ¶ 2. Eſt & *Decidere*, definire, & certum quid de re ſtatuere, etwas verabſcheiden, abhelffen, abhandeln, ausmachen. Sic *Quæſtionem decidere*, Papinian. l. 32 D. de jure fiſci. Ita *cauſſam*, item *dubitationem decidere* reperitur. vide mox *Decipas.* ¶ 3. Hinc & pro *pacifci* ac *tranſigere* ſumitur: ſich mit einem vergleichen, eins werden. Sic *decidere cum creditore*, eſt ſuper debito tranſigere, ſich mit ihm abfinden. Cic. Verr. 4, 22 *Qui cum reo tranſigat, cum accuſatore decidat.* Idem imperator jocoſe ad Att. 5, 15 p. 520 *Vt cum Mœrogene ſignis collatis, ſi poſſim, de ſervo tuo deciderem.* Et Verr. 3, 28 *Conflictari malebant, quam quidquam cum iſto ſua voluntate decidere*, ſie wollen es lieber uns recht kommen laſſen, als ſich gütlich vertragen. Sen. epiſt. 96 *Decidere pro libertate.* Id. Conſol. ad Helv. c. 16 *Ideo majores decem menſium ſpatium lugentibus virorum dederunt, ut eum pertinacia muliebris mœroris publica conſtitutione de-*

re deciderent, damit ſie mit der hartnäckigen betrübniß gleichſam accordireten. Add. Burm. ad Quinctil. decl. 12, 12 p. 263.

¶ Decîſus, *a*, *um*, abgehauen, abgeſchnitten. Hinc *decîſas pennas* Horatius: epiſt. 2, 50: *decîſas nimis* Tacitus dixit An. 12, 14, 6. ¶ 2. Item, abgethan, entſchieden. Suet. Vesp. c. 21 *Poſt decîſa quæcunque ordinis & negotia, geſtationi & hortis quieti vacabat.* Et Horat. 1 epiſt. 7, 58

Gaudentem parvisque ſodalibus & lare certo,
Et ludis, & poſt decîſa negotia, campo.

Id eſt, poſt confecta negotia, nach vollbrachter arbeit.

¶ Decîſio, *ônis*, f. proprie, der abſchnitt, abbruch. Apul. de Mundo p. 81 *Incrementi & globi ſol deciſione, quæ Latinis meſtrua tempora luna ſignificat.* ¶ 2. Transactio, der vergleich, vertrag, entſcheidung. Sic *Facere deciſionem*, eſt convenire de ſumma aliqua, Cic. pro Roſc. Com. c. 15. *Deciſionis arbiter*, Id. pro Flacco c. 26. *Deciſio cauſſæ*, der abſchied.

¶ Deciſus, *a*, *um*, ungebauen. Nonnulli legunt in illo Ovid. Met. 8, 758 *Centumque domi, genitumque deſit deciſus queretus.*

¶ Diciſio, *ônis*, f. der verdacht. Frontin. de Colon. ed. Gœſii p. 113, Keuchenii p. 333 *Pueri diciſionis cauſſa inter ſe jam cenſiti.* Forte leg. *deciſionis.*

¶ Excido, *idi*, *iſum*, *ere*, ausrotten, zerſtören. *Excidere lucum*, id eſt, ſilvam, Cic. fam. 7, 20, umhauen. *Excidere urbe, hoſtium*, verwüſten. Id. pro Domo c. 23. *Patriam ego excidi mam*, Plaut. Trac. 2, 6, 51.

¶ Excîſus, *a*, *um*, ungehauen, ungerottet; ut, *Excîſæ truncis*, Virg. Æn. 2, 481. *Excîſa Troja*, ibid. v. 637. *Excîſum caput*, Plin. 33, 3.

¶ Excîſio, *onis*, f. die zerſtörung, ausrottung, verwüſtung: ut, *Excîſio teſtorum*, Cic. pro Domo c. 58. Gloſſ. vet. *Excîſi*, ἐκπεπολεμωμένος, ἐκπεπτωκώς.

¶ Excîdio, *ônis*, f. idem. *Excidionem urbis a cædendo dictam maſculinum eſſe* Feſto. *Excidionem facere oppidis*, Plaut. Curc. 4, 3, 2.

¶ Excîdium, *i*, n. idem: quamquam fortaſſis ita poſitum apud poëtas non exſtet; illi enim ſemper alterum corripiunt, ut ſit ab *excido*, vel *Exſcindo*, *exſcidi*: vide *Scindo*.

¶ Excîtor, *ôris*, m. ein zerſtörer. Gloſſ gr. lat ἐκκοπεὺς, *excîſor*.

¶ Excîſorius, *a*, *um*, ausſchneidend; ut, *Excîſoria ſcalper*, quo caro vitioſa tollitur, Celſus 8, 3 ein ſchurmmeſſer.

¶ Excîſo, *are*, laniare, vulnerare, zerfleiſchen. Nonius 2, 309.

¶ Excîſatus, *a*, *um*, laceratus, ausgeriſſen, zerſtümmelt. Plaut. apud Nonium l. c. *Capillo ſciſſo & excîſatis auribus.*

¶ Incîdo, *idi*, *iſum*, *ere*, proprie einſchneiden, einen ſchnitt hinein thun. Plin. 12, 23 de balſamo: *Incîditur vitreo, lapideo, oſſiſque cultellis: ferro lædi vitalia odit.* Idem 16, 9 *Incidere literas cortici arboris* De ære, ſcalpere ſonat, ut, *Leges in æs incîdere*, Cic. Phil. 1, 10 in ehrne tafeln graben. *In ære incîdere*, Lib. 4 in Verrem 65. Sic etiam Plin. Paneg. 75, ubi vide quæ contra Valam. Schwartzius diſputat. Item præſecare, verſchneiden. Id. Att. 4, 2 *Qui mihi pennas incîderant, nihil eaſdem remiſi*, die mir die flügel verſchnitten. *Incîdere nervos populi Rom.* ſchwächen, lähmen. Id. cont. Rull. 2, 18. *Incîdere venam*, eine oder ſchlagen, Cic. Ar. Reſp. c. 16. ¶ 2. Pro *Fodere* Horat. poſuit 1 epiſt. 14, 36 *Nec hoſtiſſe pudet, ſed non incîdere ludum.*

¶ Incîſus, *a*, *um*, eingegraben. Cic. de Sen. c. 17 *Notum eſt totum carmen incîſum in ſepulcro. Spes incîſa*, die abgeſchnittene hoffnung, Liv. 5, 58. *Incîſa vena*, die geöffnete ader, Tac. An. 16, 19, 2.

¶ Incîſum, *i*, n. ſubſt. κόμμα, membrum periodi minus, ein abſchnitt. Cic. in Orat. c. 62 *Neſcio cur, cum Græci κόμματα & κῶλα nominent, nos non recte incîſa & membra dicamus.* Conf. c. 66.

¶ Incîſe, & incîſim, id eſt, per incîſa, ſchnitt-weiſe, mit kurtzen abſchnitten. Cic. c. l. c. 63 *Quo pacto deceat incîſe membratimve dici.* Et mox c. 62 *Incîſim, dein membratim.*

¶ Incîſio, *ônis*, f. actus ſecandi, das ſchneiden, ein ſchnitt. Onomaſt. vet. *Incîſio*, διακοπή. ¶ 2. Oratoribus diſtinctionem membrorum ſignificat. Cic. Orat. c. 61 *tamquam incîſionibus, diſſerendum eſt.* adde c. 64.

¶ Incîſus, *ûs*, m. idem. Plin. 16, 12 *ab incîſu.*

¶ Incîſura, *æ*, f. idem: ut, *Incîſuræ in manu*, Plin. 11, 52, die linien in der hand. Et *malæ cotonea incîſuris diſtinctæ*, Id. 15, 11.

¶ Incîſor, *ôris*, m. ein zerſchneider. *Incîſores dentes* Medici vocant, quod incidant cibos, beiſſende. v. *Præſecor*.

¶ Incîſorium, *i*, n. ein ſchnittmeſſer. Sarisb. 5, 10 *Si incîſorium aptius fuerit.*

¶ Incæduus, *a*, *um*, unabgehauen; ut, *Locus incæduus*, quem incidere non licet, Ovid. Faſt. 2, 435.

¶ Incîduus, *a*, *um*, idem quod *Incæduus*. Ovid. princip. 3 Amor. ubi tamen alii etiam *incædua ſilva* legunt.

¶ Superincîdo, *ere*, drüber wegſchneiden. Celſ. 7, 31 *Cutis ſuperincîditur.*

¶ Intercîdo, *idi*, *iſum*, *ere*, diſſecare, mitten entzwey ſchneiden, reiſſen. Plin 6 epiſt. 22 *Corrupto ſcribæ ferro intercîdat commentarios, interciderat que.* Et Auguſt. de Civ. D. 19, 8 *Mœſtitudinem qui prohibet; intercidit affectum humanarum neceſſitudinum.*

¶ Intercîſus, *a*, *um*, zerſchnitten, unterbrochen: ut, *Dies intercîſi*, ſunt partim *feſti*, partim *præfeſti*, halbe feyertage, Macrob. 1 Sat. c. 16 pr. *Iugum intercîſum*, Cæſ. B. Gall. 8, 14.

¶ Intercîſe, adverb. mit unter. Cic. de Partit. c. 7 *Deinde idem intercîſe dicatur & pertexte.* Gell. 11, 2 *Sparſim & intercîſe.*

¶ Intercîſio, *ônis*, f. der durchſchnitt. Sic *Intercîſiones ſtomachi*, (alii leg. *item roſiones*) Plin. 20, 14 das ſchneiden im magen. Sed & Varro in Fragm. p. 48 ex Auguſt. C. D. 6, 9 *Scenris intercîſio*

¶ Intercîſimen, *inis*, n. idem. Gloſſ lat gr. *Intercîſimen*, διακοπή.

¶ Intercîſivus, *a*, *um*, unterſchieden, abgetheilt; ut, *Intercîſivi limites*, qui ſcil. in agris ſervantur, Frontin. de Colon. p. 112 & 124 ed. Gœſ.

¶ Intercîdôna, *æ*, vel Intercîdo, *ônis*, Deus cuſtos mulieris fœtæ, *nuncupatus a fœcuris interciſione*, Auguſt. de C. D. 6, 9.

¶ Obcædes, *is*, f. pl. *obcædes*, (ut *concedes*) cruenta facta, niederlage, blutbad. Plaut. Stich. 5, 4, 52 *Nolo obcædes.*

¶ Occîdo, *iſſi*, *iſum*, *ere*, morte afficere, eadem facere, tödten, erwürgen. Cic. pro Mil. c. 3 *Negant intueri lucem eſſe fuſci, qui a ſe hominem occîſum eſſe fateatur.* Et c. 27 *Occîdi, occîdi non Sp. Mælium* &c. *ſed lucem* &c. Liv. 3, 23 *Adunum omnes occîdit*, er hat keinen quartier gegeben.

¶ Occîſus, *a*, *um*, getodtet, todt geſchlagen; ut, *Spolia occîſi direpta*, Virg. Æn. 11, 193. *Occîſione propinqui*, Liv. 3, 10. Hinc in ſuperlativo: *Occîſiſſimus omnium ſum, qui vivunt*, ich bin ganz hin. Plaut. Caſ. 3, 5, 52. Sic *Occîſa res eſt*, i. e desperata, perdita eſt, actum eſt de hac re, es iſt verhauſt. Plaut. Capt 3, 4, 7; & Menæchm. 3, 2, 45.

¶ Occadio, *ônis*, f. die ertödtung. Tac. An. 13, 57 *Veteres diverſam aciem Martis & Mercurio ſacravere, qui voto cui, viri, cuncta bella occidioni dantur*, alle wieder demacht werden. Ita lectum 2, 12, & *Fama ad exercitum venit, victiſſe Græcos, & Macedonii copias occidione occidiſſe.* conf. 22, 7, 2; & 28, 4, 12; & Gell. 5, 17.

¶ Occîſio, *ônis*, f. idem. Cic. pro Cæcin. c. 14 *Tu vim nobis eſſe factam, ſi cædes & occîſio facta non erit?* Id. Phil. 14, 14 *Cum M. Pauſa Antonii copias occîſione occiderit.* Ita utroque loco Gruterus. Et Apul. Met. 6 p. 144 *Vulnera & forriſſimorum occîſiones.*

¶ Occîſor, *ôris*, m. ein mörder, todſchläger. Plaut. Mil. 4, 2, 64 *Occîſor regum*, ein Königs-mörder.

¶ Occîſorius, *a*, *um*, zum tode beſtimmt; ut, *Occîſoria animalia*, ſchlachtvieh. Tertull. de Anim. c. 33.

¶ Occîſito, *are*, ſepe occidere, häuffig tödten. Feſtus ex C Gracho: *Homines liberi nunc in oppido occîſitantur.*

¶ Pereido, *idi*, *iſum*, *ere*, cædere, perprandere, zerhauen, zerfetzen. Plaut. Perſ. 2, 4, 12 *Non ſi os perciderem tib. non am.* Sed *Exercitum percîdit*, Flor. 3, 20, 10; Et *turpa hoſtium*, 4, 12, 7.

¶ Percîſus, *a*, *um*. Martialis epigr. 72 *Os tibi perciſum*, aliquid obſceni jonat, ut in ejusdem lib. 4 epigr. 48 *Percidi gaudet, percîſas plorat*, ut Lipſius obſervavit ad Senecæ de Providentia c. 5, ubi legi eodem ſenſu vult *perciſos & profeſſos impudicitiam*, vel ſaltem *præciſos*, quod alii legunt, ita explicari.

¶ Præcido, *idi*, *iſum*, *ere*, verkürtzen, abſchneiden; ut, *Aures præcidere*, Iuſtin. 1, 9, 17; *medium*, Liv. 5, 24; *amicitias*, Cic. Off. 1, 33; *radice tenus vitem*, Colum. de Arbor. c. 8; *manum gladio*, Cic. Invent. 2, 20. Sic, *ſpem, belli cauſſam præcidere*, abkürtzen, benehmen. Id. in Verr. c. 7; Horat. epiſt. 1, 2, 9. conf. Lucret. 3, 637. *Præcidere medium mare*, eſt per brevem curſum & compendium quam ire recta ad locum petitum, Quint. Decl. 12, 22 p. 263 cum not. Burm. ¶ 2. Negare, rund abſchlagen. Vide locum Cic. Att. 8, 4 in *Præcîſe*. Et ſic Att. 10, 16 pr. *Cupiebameum eſſe nobiſcum, quod quia plane præciderat*, &c. utroque loco de Dionyſio loquitur, ſecum manere recuſante. ¶ 3. Breviter rem exponere. Cic. Catone maj. c. 16 *Quid de pratorum viriditate dicam? Brevi præcidam.*

¶ Præcîſus, *a*, *um*, verſchnitten. Cic. ad Brut epiſt. 15 *Oppreſſa ab impiis civitas, opitulandi poteſtate præciſa.* Plin. 11, 37 *Præciſam caput.* Obieqv. c. 10 *Digiti ferro præciſi*, abgehauen. Liv. 40, 6 *Canis media præciſa*, entzwey geſchnitten. ¶ 2. *Præciſa* dicuntur omnia brevia, conciſa, abrupta, was abgekürtzt iſt; v. Burm. ad Quint. Decl. 12, 22 p. 264. Sic, *Vultique præciſa narratio*, Quinc. Inſt. 4, 2 p. 343 *Præciſa comprehenſio*, Id. 7, 3 p. 617. *Commeantes præciſo itinere*, Plin. 8, 22. ¶ 2. *Terra præciſa*, quæ ex inculti primum ad culturam aptata eſt, v. Gœl. Aurt. agr. c. 8 p. 71, ubi explicat l. 30 ff. de V. S. v. *Præciſura.*

¶ Præciſum, *i*, n. ſubſtantive Lucilio ap. Nonium 2, 633 eſt pars viſcerum, das geſchlincke: *Illi præciſo atque opulis capiunt or opinis.*

¶ Præciſe, adv. kurtz, opponitur adverbiis *plane*, *perfecte*. Cic. Att. 8, 4 *Nam quam cuiquam tam præciſe negavi, quam hic mihi plane ſine ulla exceptione præcidit*, ſo kurtz und rund habe ich es noch nie einem abgeſchlagen. Id. de Nat. D. 2, 29 *Sed ſi præciſe dicitur: - - - plene autem & perfecte ſic dici exiſtimato.* ¶ 2. Non autem toleranda illa notio eſt, quæ hodie adverbio huic adfingitur, quaſi idem ſit, quod accurate, diſerte, puncto rei vel temporis obſervato.

¶ Præciſio, *ônis*, f. die abkürtzung, abſchneidung. Vitruv. 4, 2 *Præciſiones ſignorum.* Idem 5, 7 *Præciſio inferiorum ſedium.* ¶ 2. Cic. de Orat. 3, 53, & Quintil. 9, 1 in ornamentis & virtutibus orationis ponunt *Præciſionem*, quum id, quod dicebamus, repente omittimus.

¶ Præciſura, *æ*, f. idem. Apic. 4, 2 *Aſparagorum præciſura.* Frontin. de Col. p. 102, 126, 140 *Ager in præciſuras aſſignatus.* quod explicat Gœſ. Aurt. agr. c. 8 p. 71.

¶ Præciſor, *ôris*, ein wegnehmer. Iſidor 11, 1 *Præciſores dentes*, qui prius incidunt, quod accipitur, die vorderzähne.

¶ Præcidaneus, *a*, *um*, quod præciditur, i. e. vor geſchlachtet; ut, *Præcidanea agna*, vel *porca*, quæ fuerit, Feſtus interpretatur, *quæ cædebatur ante alias* &c. Item, *quaſi immolare erant ſoliti ante, quam novam frugem præciderent.* conf. Gell. 4, 6. Cato de R. R. 134, 1.

¶ Comprædo, *ere*, zugleich abſchneiden. Hygin. de Limit. p. 177 *Hæ duæ lineæ altera alteram comprædent.*

¶ Reprædo, *ônis*, f. die abſchneidung, damit man einem übel zuvor kömmt. Apul. 1 Met. p. 78. Stew. & Elmenh. not. p. 132 *Ceſſor ſe repræciſione genitalium liberat.*

¶ Recido, *idi*, *iſum*, *ere*, verkürtzen: ut, *Recidere ungues*. Cato R. R. c. 2, dornen ausſchneiden. *Recidere comas*, Mart. 1 epigr. 32 haar verſchneiden. *Ambitioſa ornamenta recidere*, Flor. Art. v. 44. *Immodicæ vobis vultus eſſe recidendum*, Ovid. Met. 1, 190. ¶ 2. Translate *recidere* idem eſt ac potentiam infringere, terris ac opibus privare. Cic. Or. de prov. Conſular. c. 12 *Nationes eas ad eoſdem eſſe partim recîſas, partim repreſſas.* Conf. Mencken. Obſervat. ¶ 3. Plin. Paneg. 51 *Mavis magnam rejicere a quaſi & amputare*: ubi pro *rejicere*, Gronovius *recidere* legit, ſed vulgatam non ſollicitandam eſſe, Schwartzius oſtendit.

¶ Recîſus, *a*, *um*, ausgeſchnitten: ut, *Scopulorum a ſtirpe recîſum*, Virg. Æn. 12, 228. *Recîſus tempus* brevius eſt l. 2 Dig. de termino moto.

¶ Recîſamentum, *i*, abſchnitt, feil staub, feine: *oxyſſime ferruginem contrahit recîſamentis in eorum additi*, Plin 34, 11.

¶ Recîſio, *ônis*, die verſchneidung. Plin. 21, 4 *Unuis* (de roſis loquitur) *recîſione & uſtione proficit.*

¶ Succīdo, *īdi, īsum, ere,* ab- oder umhauen, ut, *Succidere arbores,* Plin. 16, 2; & Colum. 11, 2. Id. 2, 16 *Succidi lignum oportet,* ſc. vomere vel ligone.

¶ Succīsus, *a, um,* abgehauen; ut, *Frumenta ſucciſa,* Cæſ. B. Gall. 4, 19. *Succiſum nemus,* Lucan. 4, 138; & Colum. 2, 1. *Vivi ſucciſis feminibus poplitibusque,* Liv. 22, 51.

¶ Succīſio, *onis,* f. die abſchneidung. Sidon. 1 epiſt. 2 *Pilis intra narium antra fruticantibus quotidiana ſucciſio.* conf. Vulg. Deut. 19, 5.

¶ Succiſivus, vel ſubciſivus, *a, um,* (quamquam alii *ſubſecivus* malint, de quo infra in *Seco*) abgebrochen; ut, *Tempus ſucciſivum,* quod a negotiis neceſſariis ſubtrahitur & ſuccidítur, zeit die man von andern nothigen geſchäfften abbricht, gleichſam ſtielet. Cic. de Orat. 2, 89 *Quæ ego fero, quæ curſim arripui, quæ ſucciſivis operis, ut ajunt; iſte a puero, ſummo ſtudio, ſummis doctoribus.* Et hic Gruterus *ſubciſivis* ex Palatinis & aliis legit. *Succiſivis temporibus iſta curamus,* Plin. in Præf. H. N. conf. Plin. 3 ep. 15. Sed, *Quid conſtituerim de ſubſiciviis,* Gruter. inſcript. p. 1081 n. 2.

¶ Succīdāneus, *a, um,* quod ſuccidítur, nachgeſchlachtet. Sic *Succidanea hoſtia dicebatur, quæ ſecundo loco cædebatur,* Feſt. conf. Gell. 4, 6. Plaut. Epid. 2, 1, 37 *Tergum ſtultitiæ alterius ſubdere ſuccidaneum,* id eſt, pro culpa alterius cædi, vor einen andern ſchläge bekommen.

¶ Succīdia, *æ,* f. pars ſuilla, ſalita & fumo durata, vel laridum, ein ſchincken, ſpeckſeite; ſed non a *ſuccidendo,* ſed a ſuibus *cædendis* dictam putat Varro L. lat. 4, 22; & de R. R. 2, 4. ¶ 2. Transfertur etiam ad alia. Cic. de Senect. c. 16 *Hortum ipſi agricolæ ſuccidiam alteram appellant*; ubi Nonius 2, 782 interpretatur per ſucceſſionem neceſſariam. Cato ap. Gell. 13, 24 *Succidias humanas facere,* i. e. homines concidere, die leute maſſacriren.

¶ Succīdus, *a, um,* ut, *lana ſuccida,* id eſt, recens tonſa & adhuc ſordida ac nondum lota, rectius a *ſucco* deducitur, præcipue quum alteram correptam habeat. Quære ergo *Succidus* infra in *Sugo.*

Cæl, vide *Cælum,* Cælamen, cælator, cælatura, *Cælo.*

CÆLEBS, *ĭbis,* c. ἄγαμος, der ohne weib lebet, ehelos, tam qui uxore ſemper caruit, quam qui amiſſa ea, nondum denuo nupſit. Martial. 12 epigr. 63 *Corrumpit ſine talione cælebs.* Suet. Galba c. 5 *Amiſſa uxore Lepida duobusque ex ea filiis, remanſit in cælibatu, neque ſollicitari ulla conditione potuit, ne Agrippinæ quidem viduatæ morte Domitii, quæ maritum quoque adhuc, necdum cælibem Galbam, omnibus ſollicitaverat modis, &c. Cælibem* quaſi *cœlitem* dictum, Cajus Granius *ſenſit,* quod onere graviſſimo vacet: de quo & aliis etymologiis Quintil. 1, 6. Feſto etiam *Cælebs* eſt, *qui dignam cælo vitam agat.* Lege & Donatum, ſi lubet, ad illud Ter. Adelph. 1, 1 *& quod fortunatum iſti putant, Vxorem nunquam habui.* Contra Auſonius Eidyll. 15, 6 *Pœnæque graves in cælibe vita.* ¶ 2. Additur ſubſtantivis adjectivorum more; ut, *Platanus cælebs,* Horat. 2 od. 15, 4. *Truncus cælebs,* Ovid. 14 Metam. 663. *Lectus cælebs,* Catull. 69, 6. *Vitam agere cælibem,* Gell. 5, 11. Cælibes Lycurgus a ſpectaculo ludorum Gymnicorum prohibuit, ac omni honore, & ſi ſenes eſſent, juniorum etiam reverentia privavit. Plutarch. in Apophth. De pœnis cælibatus, & orbitatis apud Romanos, Lipſ. ad 3 Ann. Taciti p. 60. Bernegg. ad Suet. Cæſ. c. 20, 5.

¶ Cælĭbatus, *us,* m. ipſa vita & profeſſio cælibum, ein unehelich leben. Suet. Galba c. 5 *Remanſit in cælibatu.* Sen. Benef. 1, 9 *In conſenſu viduj cælibatus,* conf. Quint. Trib. Mar. c. 3.

¶ Cælĭbāris, *e,* adj. *Cælibaris haſta,* qua caput nubentis comabatur. Feſt. v. Elmenhorſt. in Arnob. p. 102 & Briſſon. de ritu nupt. p. 218.

Cæleſtis, cæli, cælicola, cælicus, cælifer, vide *Cælum.*

Cælimontanus, quære mox in *Cælius.*

CÆLIUS, *i,* (quod nomen nummi & plures inſcriptiones per OE referunt, quædam tamen etiam per AE. v. Manut. Orthogr.) diſcipulus Ciceronis, orator, notus ex Ciceronis defenſione, ſeu pro eo Oratione; *dignus,* ut Quintil. retulit 10, 1, *longiore vita & mente meliore.* Iuvenis enim admodum deceſſit. v. Burm. ad Quint. 8, 3 p. 692, ubi cum Cæcilio ſæpe confundi hoc nomen docet. ¶ 2. Alius *T. Cælius,* Tarracinæ ſplendido loco natus, cum in cubiculo quieſcens, filius altero cubantibus lecto, peremtus in lectulo eſſet, nec eſſent alii, ad quos ſuſpicio cædis pervenire poſſet, duo fratres cauſam dixere parricidii. Poſtquam vero conſtitit, eos inventos eſſe dormientes aperto oſtio, abſoluti ſunt, quoniam in tanto facinore veriſimile non fuiſſet, eos quietem capere potuiſſe. v. Val. Max. 8, 1, 13; Cic. pro Rofc. Am. c. 23. ¶ 3. *Cælius,* unius e ſeptem montibus nomen, quibus incluſa Roma fuit; eum adjecit Tullus Rex, & regiæ ſedem conſtituit, ut Livius auctor eſt 1, 30. Vnde nomen acceperit, oſtendit Varro de L. L. 4, 8. Inde eſt

¶ Cæliolus, *i,* m. dimin. locus urbis Romæ, in quem traducti ſunt principes quidam de Cælianis. vid. Varro l. c. Et

¶ Cælimontānus, *a, um,* adject. ut, *Porta Cælimontana,* cujus Cicero in Piſon. c. 23 & Livius 35, 9 meminerunt. Alii hunc montem & portam per OE ſcribunt.

CÆLO, *avi, atum, are,* a *cælo* inſculpere eſt, graben, ausſtechen, aushohlen, bilden. Cic. Divin. 1, 36 *Hanc ſpeciem Praxiteles cælavit argento,* er hat es in ſilber geſtochen. *Cælare in poculis,* Plin. præf. lib. 33. *Cælare craterem longo argumento,* viel hiſtorien auf einen becher graben, Ovid. Met. 13, 635. ¶ 2. Aliud eſt *Cælare,* de quo infra.

¶ Cælatus, *a, um,* ausgegraben, ausgeſtochen. Virg. ecl. 3, 37 *Cælatum opus.* Cic. Tuſc. 5, 21 *Aurum & argentum cælatum,* id eſt, cælata vaſa aurea & argentea, golde und ſilber-geſchirr. Horat. 2 ep. 2, 92 *Cælatum novem Muſis opus* vocat poëma artificioſum & varie quaſi pictum.

¶ Cælātūra, *æ,* f. erhobene oder getriebene arbeit. Hanc *Sculpturæ* partem Quintilianus facit 2, 21, & utriusque diſcrimen in materia ponit: *Cælaturam* dicens in auro, argento, ferro, ære, hoc eſt, metallis operari tantum; *Sculpturam* vero in ligno etiam, ebore, marmore, vitro, gemmis. Sed quia cum his ipſis quoque *cælaturam* Virgilius, Plinius, Apulejus communicant; non inepte Aldus Manutius exiſtimavit, harum artium operumque diſcrimen non in materia, ſed forma ſtatuendum: *Cælatumque opus* dici, in quo eminent figuræ & ſigna, & de materia, quam habent ſubjectam, exſtant. *Sculptum* vero, ſive *Sculpturam,* quæ depreſſa in cavum, imagines ſolidas non exprimunt: eingegrabene arbeit. Vide ipſum Quæſitorum per epiſt. 2 ep. 9. Confirmat hanc ſententiam locus Ambroſii in *Cælum* laudandus. Add. Commentt. Quint. l. c. p. 206 Burm. Vſus & Plinius 19, 4 *cælaturæ* verbo. Et Sen. epiſt. 5 *In quod ſolidi auri cælatura deſcendit,* mit gold ausgelegt.

¶ Cælamen, *ĭnis,* n. idem. Ovid. Met. 13, 291 *clypei cælamina novit.*

¶ Cælator, *ōris,* m. qui imagines argento &c. incidit, ein bildſtecher, ut, *Argenti cælatores,* Plin. 34, 8. *Artifices omnes, cælatores ac vaſcularios convocari jubet,* Cic. Verr. 4, 24.

¶ Cælum, *i,* n. das grabeiſen, γλυφῖον, *inſtrumentum cælatorum.* Juvenal. 2, 21 *Cælator cælum deſiderat, & pictor penicilla.* Stat. 4 Silv. 6, 26 *Praxitelis vivunt marmora cælo.* Auſonius Epigr. 5, 6 *Talem fecerunt ferrea cæla Deum.*

CÆLUM, *i,* n. machina vel mundus ſuperior, cujus ambitu teguntur omnia, der himmel. Scribitur per *ae* & *oe,* pro diverſitate originis & derivationis. Qui *ae* amant, antiquos ſecuti, deducunt a *cælando,* quod ſideribus *cælatum* & exornatum ſit. Varro de L. L. 4, 3 *Cælum dictum ſcribit Ælius Gallus, quod eſt cælatum.* Idem in Sat. Menipp. *Appellatur a cælatura cælum, græce ab ornatu* κόσμος. v. Varr. Frag. Scalig. p. 96. Hinc Plin. 2, 4 *Cælum haud dubie celati argumento dicimus, ut interpretatur M. Varro.* Ambroſius Hexaëmer. 2, 4 *Cælum Latine, quia impreſſa ſtellarum lumina velut ſigna habeat, tamquam cælatum appellatur, ſicut argentum, quod ſignis eminentibus refulget, cælatum dicimus.* Iſidor. 13, 4 *Cælum vocatum eſt eo, quod tamquam cælatum vas impreſſa lumina habeat ſtellarum veluti ſigna.* v. plura ibi. Hos ex recentibus Lipſius & Aldus Manutius ſequuntur, atque hic in Orthograph. vetuſtos libros atque lapides ſequuntur, quibus non aliter quam per *AE* hoc verbum expreſſum ſit. laudat, quibus non aliter quam per *AE* hoc verbum expreſſum ſit. Contra qui *OE* tuentur, a κοῖλον, hoc eſt, *cavum* vel *concavum,* deſumunt, præeunte ipſo Varrone l. c. ubi ait: *Ego magis puto a Chao Cavum, & hinc Cælum, &c.* v. Voſſ. Etymol. Dausquejum in Orthographia, & Scalig. ad Varr. qui OE, quam AE, in hac voce malunt, partim etiam propugnant. Exempla primæ notionis ſunt ouvia. e. g. Cic. Somn. Scip. c. 5 *Summus ille cæli ſtelliferi curſus.* Ennius ap. Varr. L. L. 6, 2 *Tollere in cærula cæli templa.* Cic. fam. 9, 26 *Te putabat quæſiturum, unum cælum eſſet, an innumerabilia.* Gell. 14, 1 *Cæli inclinatio,* i. e. clima, cæli regio, devergentia, convexio, curvamen. ¶ 2. Vſitato deinde modo *cælum* etiam *Aëra* dicimus, die lufft. Plin. 2, 38 pr. *Namque & hoc cælum appellavere majores, quod alio nomine æra.* Virg. Georg. 1, 51 *Et varium cæli prædiſcere morem,* id eſt, aëris: quemadmodum & in S. Scriptura ſæpiſſime: ut, *volucres cæli,* die vögel oben in der lufft. Sic *cælum caliginoſum,* dunkel wetter, trübe lufft, Cic. Tuſc. 1, 19. *Cælum molle,* Flor. 1, 16, 4. *Nihil mollius cælo,* ſcil. Campano, cui opponitur ab eodem *Cælum atrox,* 3, 2, 2. *Cælum grave,* i. e. noxium, inſalubre, Suet. Tib. c. 36. *Cælum turbatum* eidem, cum tonat, eod. libro c. 69. Liv. 22, 2 ext. *Nocturno humore & paluſtri cælo gravante caput - Annibal altero oculo capitur.* ¶ 3. Vitam ſignificat & uſum aëris atque cæli, Sammon. v. 4 *In cælum manes revocare ſepultos.* Ita *lace & cælo frui,* de vivente Sen. Oedip. 854. ¶ 4. Accipitur pro *Climate* ſive regione cæli, die himmels-gegend. Flor. 4, 12, 62 *Ipſe hominum color ab alio venire cælo fatebatur.* Loquitur de Indis Romam venientibus peregre. Sic Horat. 1 ep. 11, 27

Cælum, non animum mutant, qui trans mare currunt.

¶ 5. *Cælo delapſi,* vel *miſſi* dicebantur, tum qui virtute ſingulari eſſent, & quaſi divina, tum qui inſigniter & præter ſpem, vel privatim de aliquo, vel publice de omnibus eſſent meriti, & impendentia mala avertiſſent. Apul. 9 Mileſ. 218 *Sed unus ex his, de cælo miſſus mihi ſoſpitator, argumentum explorandæ ſanitatis meæ tale commonſtrat cæteris.* Cic. pro L. Manil. c. 14 *Itaque omnes quidem nunc in his locis cn. Pompejum ſicut aliquem non ex hac urbe miſſum, ſed cælo delapſum intuentur.* Adde Liv. 10, 8. Sed de inopinato quosvis apparentes, cælo ſupervenire creditos dictosque, Tertullianus Apol. c. 10 notat. Et Minucius Felix Octav. c. 22, 11 *In hodiernum, inopinato viſos, cælo miſſos; ignobiles & ignotæ terræ filios nominamus.* Iuvenal. ſat. 2, 40 *Tertius e cælo cecidit Cato.* -- Tibullus 1, 3, 89

Tunc veniam ſubito, nec quisquam nunciet ante,
Sed videar cælo miſſus adeſſe tibi.

Plaut. Perſ. 2, 2, 6 *Occaſio ea nunc quaſi decidit de cælo.* Vid. & Barth. ad Script. Venat. p. 192; Caſſiodor. 2 epiſt. 40; Pareus ad Quintil. 1, 6 p. 75 Burm. ¶ 6 *Quid ſi cælum ruat?* proverbium in eos, qui putide & inaniter timent. Perſuaſi enim veteres erant, & ab æterno fuiſſe mundum, & fore perpetuo: neque venturum tempus, quo ſolveretur hæc moles: quæ Ariſtotelis quoque opinio fuit. Ter. Heaut. 4, 2, 41 *Quid ſi redeo ad illos, qui dicunt: quid ſi nunc cælum ruat?* ¶ 7. *Cælum vertice, digito,* quin *plantis & pedibus,* dicuntur *tangere,* qui beatiſſimi ſibi videntur: ἅπτεσθαι τῇ κεφαλῇ τοῦ οὐρανοῦ, Syneſius dixit. Auſonius Edyll. 8, 52

Tunc ero bis Conſul, tunc tangam vertice cælum.

Propert. 1, 8, 43

Nunc mihi ſumma licet contingere ſidera plantis:

id eſt, cælo incedere. Similia v. in Ovid. Met. 7, 60; & in Horat. 1 od. 1, 36. Ita Stat. 1 Silv. 2, 212

Ire polo videar, nitidosque errare per axes.

In Petron. c. 37 p. 156 de Fortunata, Trimalchionis uxore, eodem ſenſu dicitur, *in cælum abiit.* v. Burm. Cic. Att. 2, 1 *Noſtri autem Principes digito ſe cælum putent attingere,* (i. e. beatiſſimos ſe æſtiment,) *ſi mulli barbati in piſcinis ſint, qui ad manum accedant.* Id. Phil. 4, 3 *Ferre in cælum,* hoch loben. Et Att. 2, 20 *Bibulus hominum admiratione & benevolentia in cælo eſt*; quod ep. 19 ſimpliciter dixerat, *in cælo eſt,* q. d. er wird vergöttert. Idem eodem lib. 2 ep. 9 *Si quæ de me pacta ſunt, ea non ſervantur, in cælo ſum,* i. e. beatiſſimus. ¶ 8. *Cælum terramque miſcere,* i. e. ſumma imis miſcere, omnia perturbare, das oberſt zu unterſt kehren.

febren. Virg. Æn. 1, 137. ¶ 9. *Cælum* per metaphoram funerius conclavis lectnar dicitur, die decke. Vitruv. 7, 3 *Imum cælum camerarum tudiffecar.*

¶ Cæl, id est, *Cælum*, per apocopen poëticam, qua & Græci ἄν pro ἄνω dicunt, Ennius apud Ausonium in Monosyll. ult. *Diveum domus altisonum Cæl.*

¶ Cælus, *i*, antiqui in masculino dixerunt a *Cælo*, Saturni patre, qui DEVS cæli antiquis creditus. Quo illud Ennii ap. Nonium 3, 44 pertinet. *Saturnu, quem Cælu' genuit. Cælu'*, pro *Cælus*: antiqui enim S in fine elidebant. Idem Ennius apud Sosipatrum, & Nonium *Cælique profundus.* In illo loco *Cælus* æther est. S. I & Varro ap. Nonium l. c. *Pater magnus Cælus, mater magna hic g. tellus.* Et apud Gruterum in Vet. Inscript. p. 49, n 12 OPT MAX. CAELVS AETERNVS. Etiam Arnobius 1 p 36 Cælus & cælum dici observat.

¶ Cæli, *orum*, plur. die himmel; quo Lucretius usus est 2, 1076, quod ad poeticam licentiam Vossius interpretatur de Analogia 1, 27. Vide Caras 1 oft. Cellarii p. 333, ubi Ciceronis aliquot ait verba: *Ipsarei pontus vetant ess cæles.* Sed Bortichius Vindic. Latin. p 26 defendit usum Christianum, quo dicitur *regnum cælorum, in cælis*, &c licet Cæsar apud Gell. 19, 8 neger, *Cælum multitudine numero appellari.* Adde magnem locum Varronis l. l. 4, 3 *Cæli dicuntur loca supera, & ea Deorum: Terræ hoc infera, & ea hominum.*

¶ Cælestis, *e*, ἐπουράνιος, himmlisch: ut, *Cælestis aqua*, quæ & pluvialis, quod de cælo cadit, regen-wasser, apud Horat. 2 epist. 1, 135; Liv. 4, 30 & Plin. 17, 22. huic *aquæ* opponitur, quæ & *fontana* est. Vitruvius l. II. de aqua, & aqua pluvia arcenda: AQVAM, inquit, PLVVIAM *dicimus, quæ de cælo cadit, atque imbre coacta fit; sive per se hæc aqua cælestis nascitur, sive cum mixta sit &c.* Column. 3, 13 *cælestibus imbribus.* Comparative Sen. epist. 66 *Nihil est divius divinius, cæsti cæstius.* Superlativum, sed alia notione, mox proferemus. ¶ 2. *Cælestia* etiam dicuntur omnia, quæ aliqua laude atque præstantia eximie pollerent: fœtus & *arbores*, appellari solebant, de quo mox loco. Frequentissime ita hac voce Velleius est usus. Vt cum *Cælestia præcepta: cælestissima ex Ciceronis*; *Cælestissima Tiberii opera* dixit. Vide lib. 2 c 66, 3 & 124. Non secus principes Dei proximi, & sic *cælestes* habebantur: ita omnia corpora, *Cælestia & cælestia* appellabantur. Quemadmodum & Neronis vocem *cælestem* vocavit Rom. Pop. ut Suet. ejus vita c. 21 refert. Quintil. Præfat. Lib. 4 *Cum inter Domitianos hos ejus fœminis suæ nuptum deposcerit eunuch, non satis horrendum cælestium quidquam intelligam, nisi ex hoc quoque omnis magnitudinem metiar.*

¶ Cælestis, *is*, subst. Dea Africorum: quamquam alii Deum habuerint, ac *Cæl stem* appellarint. Nec mirum, cum *Luna* & *Lunus* utraque terminatione & Dea credita & Deus; *Lunum* autem *Cælestis* nomine cultam plerique eruditorum consentiunt. Leges de ea Petr. Pithœum Subsecivorum 1, 4; Fullerum Miscell. Sacr. 1, 1; Selden. de Diis Syris 2, 2. Lipf. Epist. Quæst. ep. 22. Notavit nonnulla de ea & Calaub. ad Hist. Aug. p. 104 &c; it. Havercamp. ad Tertull. Apol. c. 12, 23 & 24.

¶ Cælestes, *ium*, m. plur. substantive, pro Diis, post poëtas Val. Maximus potuit 1, 15 *Magnus cælestibus impellas ostentus, alterius adversus eam fœvitudi genitem.* Et Tac. de Germ. 3, 3 *Nec cohibere parietibus Deos, neque in ullam humani oris speciem assimilare, ex magnitudine cælestium arbitrantur.* Quamquam ibi *cælestium*, non a *cælestis*, sed a *cælestia* dixisse potuit, atque *inferna* opponuisse; ut Hist. 5, 5, 7 *Eademque cura*, inquit, *& de infernis persuasio, exsequias omnia.* Namque eodem libro c. 4, 6 *Pterique cælestium*, inquit, *vim fatum & carum septimos per numeros conficiunt.* Et hic apertæ Cic. Somn. Scip c. 6 *Cælestia semper spectata, illa humana contemnito.*

¶ Cælicus, *a, um*, pro *cælestis*, amant hodierni versifices: qua veterum auctoritate, ignoramus. Cum jam cecidisset Latinitas, Caroli Magni temporibus, crebro usus est Theodulfus Aurelianensis, ut Carm. 1, 564 *Cælica origo*: & 2, 134 *Cælicæ regna*: ac ibidem v. 315 *Cœtus cælicos*, & alibi. Et Carmine de Nomine Iesu, quod Bartholo Advers. 34, 1 vulgavit & cui nemo adscripsit, sed posterius videtur, v. 63

Solus, quod omnes cælos, medios, infros
Nomen genu flexo cælicum.

Obscura horum auctoritas &, nisi antiquior accesserit, improbanda.

¶ Cælites, *um*, m. Plur. θεοῦσαι, qui cælum habitant, die götter, & ex disciplina Christiana, die himmels-bürger, die heiligen. Cic. Somn. Sc. c. 1 *Gratus tibi ago, summe Sol, vobisque reliqui cælites.* Apul. Met. 3 p. 139 *Ame fœdus deplicant cælites*, Gott behüte mich darvor. Horat. Epod. 16, 56 *Rex cælitum*, i. e. Iupiter. Vsus & singulari Ovid. 4 Pont. 6, 7

Quale tamen potui de cælite, Brute, recenti,
Vix ima tenuis pectus carmen inora dedi. conf. 3, 9, 132.

Atque sic etiam adjective Paulinus Nol. Natal. Felic. 9, 403 *Sub cælite mensis*: & Natali ejusd. 15, 25 *Opes cælite præstans*: Et Mart. Capellar p. 12 *Cui cælicolum cultum veneris*, quem admodum & pluraliter adjectiva forma *cælitibus regnis* Ovidius dixit Fast. 1, 236.

¶ Cælitus, adverb. de cælo, θεοθεν, vom himmel her. Posteriorisævi scriptores usi sunt; non item antiqui. Lactant. 4, 2 *Statuerat Deus, appropinquante ultimo tempore, ducem magnum cælitus mittere.* Et Hieron. Vita Pauli eremitæ post pr. *cælitus inspiratus.* Ammianus 23, 1 *ignis cælitus lapsus.* Et Prudent. Hymno Epiphaniæ v. 79 *Bethlem, cui contigit Ducem fatalis cælitus Incorporatum gignere.*

¶ Cælicolæ, *arum*, m. pl. Cælicolæ, idem ac Cælites, cœlum tenentes, Virg. Æn. 2, 641

Me si cælicolæ voluissent ducere vitam.

Idem 3, 21 *Cælicolûm regi*, id est Iovi. ¶ 2. Etiam *Cælicolæ* secta apud Iudæos. Effenorum portio, quo pertinet Tiburius God *delatdæi. & Cælicolæ.* Vid. Scalig. Elench. Trihæres Scaligeriani c. 12. Sed a paganis Iudæi per convicium vocabantur *Cælicolæ*, cum sæpe eos audirent cœli terræque conditorem colere. Quin & ipsum Deum ejus nomine appellare, quod Rabbinis hodieque frequens est. v. Barth. Advers. lib. 59 p. 2795.

¶ Cælifer, *a, um*, der den himmel trägt. Virg. Æn. 6, 796 *Cælifer Atlas.* Sen. Here. Fur. v. 528 *Mensis exagitet cæliferam manum.*

¶ Cæligenus, *a, um*, cælo genitus, himmlisch. Apul. de Mundo p. 57 *Cæligena sidera.* Est & Saturni epitheton.

¶ Cælilŏquus, *a, um* Commodian. Instruct. 60 *Cæliloquus Esaias.*

¶ Campŏtens, *tis.* Plaut. Pers. 5, 1, 3 *Iupiter, Cæque alii omnes cælipotentes.* Prudent Apoth. v. 660 *cælipotens aquilonum conditor.*

¶ Cælipex, *icis*, vocatur Apollo hoc nomine apud Sext. Rufum & Publ. Victor. in 2 regio orbe.

¶ Subcælestis, *e*, unter dem himmel, ut, *Hebdomas subcælestis*, Tertullian. cont. Valent. c. 31.

¶ Supercælestis, *e*, über dem himmel, ἐπουράνιος, ecclesiasticis quam aliis notior vox Tertull. de anima c. 23 *De superexistitis secretius.* Conf Id de Resurr. C. c. 49: & adv. Marc 5, 18

CAEMENTVM, *i*, n plur. *Cæmenta* a *cædendo* sunt lapides cæsi rudes & informes, bruchsteine: of penultimo primitivus seu quadratus, quaderstein. Liv. 21, 11 *Cæmenta dissoluta imbre fluere, quia cæmenta non calce durata erant, sed interlita luto, sicuti ex antiquo genere.* conf. Nonius 2, 179

¶ Cæmenta, *æ*, f. idem ut, *Cæmenta labat*, Ennius in Nonii 3, 42.

¶ Cæmentarius, *i*, m. ein mauer. Hieronymus Fadino epist. 103 c. 6 *Cæmentarii, fabri metallorum, lignorumve cæsores.*

¶ Cæmentitius, *a, um*, gemauert, steinern: ut, *Cæmentitium fundamentum*, L. 57 Dig. Locati Conducti. *Cæmentitii structura, muralis*, Solin c. 41. (Salm. 26) *Cæmentitia structura*, Vitruv. 2, 7.

Cæna, vide *Cœna*, Cæparius, cepe, cæpera, cæpitius, cepe.

CAERE, neut. indeclinab. & *Cære, ētis*, & *Cæres, ĭtis*, oppidum fuit Tusciæ non longe a Tarquiniis, celebre ob receptæ a multis primo Gallico sacra, Liv. 5, 40 ext. quo nomine hospitium cum illis constitutum, eorum auctore 5, 50 pr. & veterum fœderum data, 7, 20. conf. Festus in *præfectura*. Virg. Æn. 8, 597

Ipse Caleti ad limen hæret postes Cæritis annum.

Sed idem Æn. 10, 183 *Et Cæretes Amasenus* &c.

¶ Cæres, *itis*, adjectivum. Sic Liv. 7, 10 *Pax populo Cæriti data.* Cur Romani ignominia & contumelia dignos fugitivi scirent, *Cæritum cera eos dignos* dixerint, vide mox ex Gellio & Aconio. Horat. 1 epist. 6, 62

Quid deceat, quid non, obliti, Cærite cera Digni.

¶ Cærites, *um*, m. pl. incolæ. Hos primos municipes sine suffragii jure factos; & inde TABVLAS CÆRITES appellatas, in quas Censores referri jubebant, quos notæ causa suffragiis privabant, ellipsi dicebant 16, 13. Aconius in Divin. Cic. p. 2 *Quæ tabulas ærituas referretur, etiam si aliter fierent, de perditis rebus ad eos centuria fuit sed adhuc effici civis tantum, ut præcepta sua tribuni nisi nisi ære sentirent.* Adde Festum in *Municipium.*

¶ Cæretanus, vel Ceretanus, *a, um*, adject. ut, *Annus Cæretanus*, Plin 2, 7, qui oppidum præterluit. ¶ 2. Sed de *Ceretanis* hac diphthongo, vide in *Cerete.*

CAERĒMONIA, *æ*, f. plur. *Cæremoniæ*, (& in veteri lapide apud Manut. *Cærimonia*) sacri ritus, fit quæ observandæ cæremoniæ; ab oppido Tusciæ Cære vel Carite appellatæ, recum Festum, & Val. Max. 1, 1, 10. Alii tamen (quos inter & Ios. Scaliger Coniect ad Festum) ab antiquo *Cæres* derivant, quod *pontifices* significat, *Cæres* enim *E* feribunt. Nam ut a *Sanctos Sanctimonia*, ita a *Cæres Cærimonia* est. Comprehenditur hoc nomine omnis religio & cultus: unde *Cærimonias sepulcrorum* Cicero dixit Tusc. 1, 12. Idem pro Rab. c. 10 *Flaccus homo in sacerdotio earum aliquas, quibus præerat, leges sanctissimas.* C. Nepos 2, 8, 4 *Se in sacrificiis, quod sanctæ existimantur cæremoniis, negotiis.* Cæsar apud Suet. 1, 6 *Ipse ergo in genere & sanctiones negotiam & cæremonia Deorum.* Ite mox *publicas cæremonias.* Ibidem Suetonius publica sacra sive religiones publicas vocat. Cic. pro Rosc. Am. c. 19 *Cæremoniam legationis*, pro sanctitate & religione. Sic Ovid. Fast. 1, 640 de B. G. 7, 2 *gravissimæ cæremoniæ jusjurandi* civit. Vetus Glossator ad Ceteris sacra refert: *Cæremoniæ, ἀναθήματα, donaria.* Nempe hæc sacra antiquissima omnium, & prima, ex quo *Cæritis* etiam appellata. Sane & Cicero in Verrem 2, 47 CERĒMONIAS *antiquissimas, religiosissimasque omnium sanctissime, & quasi publicas gentium* appellat. Vt non absurde *Cæremonias* a Cære ad literas putare possis. Certe primam corripuit Prudentius in Symmach. lib. præf. 1, 5 *Immansueta sunt ea cæremonias.* Conf. Gl. Bortichii Cogitat. p. 191 & Fest. cum not. Dacerii p. 61.

¶ Cæremoniālis vel Cærimoniālis, *e*, feierlich. Arnob lib. 2 p. 237 *O Deorum sublimitas propitia es, quam venerari, quam colere officiis omnibus cæremonialibus debeas.*

¶ Cæremoniosus, *a, um*, idem. Ammianus 22, 12 *Dies festos cæremoniosos duos, quibus sacerdotes Memphi natales celebrant sepulcrales* ita etiam Valerius p. 336.

CAERINTHES, *æ*, m. rosmarinus, apud Apul. de Herb. c. 70.

CAERVLEVS & Cærŭlus, *a, um*, dunkelblau, oder see grün, ut, Virgil. Georg. 1, 453 *Color cæruleus* lib 4, 2, 2 *Cæruleus* Ovid. Metam. 1, 9 *Cæruleus habet undas deus.* Sed *Cæruleus aquæ*, Sen. epist. 53, 2 *Pelle cæruleus*, Virg. Æn. 7, 198. ¶ 2. Et quod *Cæruleus* dicere possunt dicunt vel maria, ut *Cæruleus aquæ*, Virg. Æn. 3, 268. *Spumant cærula*, lib. 8, 672. ¶ 3. *Cæruleus* & *Cærulus* pro nigro sumuntur, ut Fest. Dan. Huetius ad Manilium lib. 1, 1 [illegible] bavir. v. g. Pedo ad Liviam v. 93 *Cærulea morte.* Vide plura laudato loco. Huc etiam pertinet locus Catonis laudatus Scalig. ad Varr. 3, 64 *cæruleis vestis præparea, feminas ujas cærulea, cum lugeant*, & ipsa Servii disputatio.

Cæruleum, *i*, n. tiefs blaue farbe, Iuv. Plin. 33, 12 *Ie augenni & anni vocabulis nuncupatur etiamnum pigmenta, sicut cæruleum* Conf Dioscor. 5, 62.

¶ Cærŭlans, *tis*, blaulicht. Fulgent 1 Myth. *Cærulantis populo.*

¶ Cærŭlĕus, *a, um*, cærulei colore tinctus, blau gefärbt. Vellej. Pat. 2, 1 *Cærulatus & nitidus, capitique accommodatus amictus* &c

¶ Cærŭlĕus, *a, um*, parum cæruleus, blaulicht. Cels. 6, 5 extr. *cæruleus color.*

Cæsa, *æ*, Schlesien; vide *Cæsia*, ut scribi debeat.

CAESAIPON, *i*, n. genus lactucæ. Plin. 20, 7, al. *Lycopon.*

CAESAR *ăris*, m. Καῖσαρ, In antiquis numiſmatibus ſcribitur *Caiſar*. Sic Cornelius Amilius, & alia ejusmodi Græca diphthongo protulerunt antiqui, Græcam ſcribendi rationem ſecuti. v. Fulvius Vrſinus de fam. Rom. p. 114. Fuit autem Iuliæ gentis cognomen, in qua clariſſimus omnium *Iulius Cæſar* Dictator fuit, qui convertit rempubl. jactis principatus fundamentis, quem ſucceſſor conficeret. Hunc primum appellarunt *Cæſarem*, quod cæſo matris mortuæ utero natus eſſet, quod Græculi tradunt, imperitum & falſum. Nam plurimos ante ex Iulia gente ſic appellatos ex monumentis literarum conſtat. vid. n. 4. Certum etiam eſt, Aureliam matrem Cæſaris adhuc viviſſe, cum filius quinquagenario propior eſſet. Obiit Aurelia, cum Gallico bello implicitus Cæſar amiſiſſet legionem ad Gergoviam cæſis legatis, ut Suetonius 1, 26 auctor eſt. Id circa annum V. C. 700 accidit: cum 48 ætatis ageret Cæſar, quippe qui A. V. C. 652 natus fuerat. ¶ 2. Ab eo Imperatores omnes deinceps appellati *Cæſares*: ſicut ab *Auguſto* poſt & *Auguſti* dicti fuerunt. Solebatque hoc nominis vel teſtamento ad fuccedentes hæredesque tranſire. Itaque *Cæſaris* ſummæ & eminentiſſimæ principum poteſtatis nomen proprium erat. Horat. 4 Od. 15, 17 *Cæſtos rerum Cæſar*. Vnde etiam Germanicum Kayſer deſcendit. ¶ 3. Hoc poſtea tamen mutatum fuit, cum ſecundo proximoque ſaſtigio hærere cœpiſſet; ita tamen, ut nihilominus quoque penes principem ii ſum maneret. Nam *Cæſares* qui audiebant tantum, non *Imperatores Cæſares Auguſti* non ipſum imperium, ſed comes quidem illius ipſum atque jus aliquod, habebant tantum; Caſſiodori quidem imperii & deſtinati hæredes: quo loco hodie *Romanorum Regem* ſaluramus. Spartianus in Ælio Vere c. 2, AEL. VERVS, inquit, *quem ſi Hadrianus adoptaſſet, nihil habet in ſua vita memorabile, niſi quod tamen* CAESAR *eſt appellatus: non teſtamento, ut antea fuerant, neque eo modo, quo Trajanus eſt adoptatus; ſed eo progenere, quo nunc imperatores a majore clementia Mauritaniam aut Conſtantinum* CAESARES *dicti ſunt: qui ſi quidam principum filii & deſignati Auguſti fuiſſent hæredes*. Item *Cæſarem cum filio nominare*: pro, de ſecundum dignitate Cæſarum ad ſummam principis ſeu Imperatoris me certum tranſire. Claudianus dixit Panegyr. de 4 Conſulatu Honorii v. 214. *Inquirit obligentia de Cæſaris appellatione diſputat ſpontaneum de ritu & præſumptum*. diſſ. 12 p. 302 ad 350. ¶ 4. Vnde origo cognominis *Cæſarum* fluxerit, & qua de cauſſa acceperit ille, omnium fere mortalium notitia conſtat: & variæ afferuntur hominum quidem compendio veluti exceptus idem Spartianus in iis eſt, quæ proxime verba eaque paullo ante adducimus. conſequantur *Cæſones a cæſo utero dictos (qui lingua Mauretana Cæſar dicitur) vel a cæſarie capitis, qua ori nascitur, ſic appellatos ſi diſſentiat Varro, diſſimili ratione dictos, vel quia mortua matre, ventre cæſo ſit natus: vel quod cæſariem virilem primus omnium retulerit: vel quod oculis cæſis & ultra communem modum micantibus ſit*. Conf. Feſt. & Plin. 6, 9.

¶ Cæſarius, *a, um*, vel Cæſarius, variatur enim, kayſerlich; ut, *Domus Cæſarea*, Ovid. 1 Triſt. 1, 70. *Numen Cæſarem*, Idem 5 Triſt. 3, 46 Kayſerliche Majeſtät. *Cæſarei vultus*, Idem 2 Pont. 8, 13.

¶ Cæſariānus, *a, um*, idem: ut, *Nomen Cæſarianum: decretum Cæſarianum*, i. e. Cæſaris; Nepos 25, 7, 1 *Incidit Cæſarianum civile bellum*. Cic. Att. 16, 15 *Cæſariana ati celeritate*; ubi cum Grævio Gronovius *Cæſarina*. Martial. 9 ep. 79

Nomen ſine. (hæc eſt aulæ natura potentis)
Sed domini mores Cæſarianus habet.

Conf. 11 epigr. 6: & 9 epigr. 61. ¶ 2. *Cæſarianum* eſt collyrium ita appellatum Celſ. 6, 6.

¶ Cæſarea, æ, f. Καισαρέα, urbs alia in Mauritania, alia in Cappadocia, quæ alias *Mazaca*: & in Paleſtina alia. *Neo-Cæſarea* una Ponti metropoleos, de qua hoc nomine Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 9 p. 601.

¶ Cæſaraugusta, æ, f. vel *Auguſta Cæſarea*, clariſſima Hiſpaniæ civitas (*Saragoſſa* hodie) ab Auguſto ad Iberi amnis ripam eo loco fundata, quæ *Sedeba* oppidum ante ſitum erat. Qui *Numantinum* ante fuiſſe putant, hos negligenter lectus Melæ de ea locus decepit. Hæc Aurelii Prudentii Clementis, quem Chriſtianorum poëtarum longe principem habemus, patria fuit ex communi ſententia, cui recte contradixit Cellarius in præfat. ubi Calagurritanum fuiſſe oſtendit.

¶ Cæſaraugustānus, *a, um*, adj. ut, *Cæſaraugustanus conventus*, Plin. 3, 3.

¶ Cæsarodunum, *i*, urbs Galliæ, al. *Turonum*, Tours.

CAESARIES, *ei*, f. ein zierlich ſchön haar, in qua nutrienda plurimum ſtudii poſuit antiquitas, non delectata calvitiis: quæ & deformitatem magis, quam ornamentum conciliant, & valetudini pernicioſiſſima ſunt. *Promiſſa cæſaries*, Liv. 28, 35, ein lang manns-haar, (nam *Coma* mulierum eſt) Plaut. Mil. 1, 1, 64 *Vide Cæſaries quam decet*. Horat. 1 od. 15, 14 *Pectere cæſariem*. Servius ad illud Virgilii: *Cæſariem nato genitrix*, Æn. 1, 590 *I cædendo*, inquit, *dicta cæſaries: ergo tantum virorum eſt*. De intonſo crine *Coma* proprie dicitur: itaque & mulierum propria eſt. Multa huc ſpectantia Salmaſius Epiſtola de *Cæſarie* virorum, & mulierum *coma*. Tribuitur ſane & fœminis cæſaries a poëtis: e. g. Virg. Georg. 4, 337 de Nymphis: *Cæſariem effuſæ nitidam per candida colla*. Quin canibus, Grat. 273.

¶ Cæsariātus, *a, um*, comatus, behaart. v. Feſt. Plaut. Mil. Glor. 3, 1, 173 *Miles usque cæſariatus*, i. e. egregie comatus. Metaphorice Apul. de Mundo p. 67 *Vbique viridantibus comis cæſariatam eſſe terram*.

CAESĒNA, f. oppidum Galliæ Ciſpadanæ in Italia, in Senonibus, inter Ariminum & Faventiam, haud procul fluvio Rubicone: a qua

Cæsēnas, *ātis*, adject. *Cæſenates*, incolæ; *Cæſenatia vina*, generoſa Plin. 14, 6.

Cæsennius, vide in *Cædo*, Cæſitius, *Cæſius*.

Cæsius, *a, um*, color, quasi *cæſius*, alias glaucus, γλαυκὸς, hell. himmelblau, blau; ut, *Cæſii oculi*, quos ingenii felicioris putant eſſe noſtri, *Cæſios oculos* Minervæ tribuentur, blaue augen: vide Vitruv. 6, 1. Cic. Nat. 2, 12, 33. *Cæſii cuculli*, Lucret. 4, 1156: & Ter. Heaut. 5, 5, 18. Inde *Cæſii* dicti, qui tales oculos haberent. vid. Ter. Hec. 3, 4, 26: Gell. 2, 26. Quam ob cauſſam Catullus leones quoque *Cæſios* appellavit Carm. 45, 11. *Cæſia leonum obvias Leoni*. Hinc *Cæſiſſimus*, ſine ullo comparativo, formari, Varro auctor eſt de Lat. Ling. 9 p. 39.

¶ Cæsitius, *a, um*, ut, *Linteolum cæſitium*. Plaut. Epid. 2, 2, 46, i. e purum & candidum, & cæſii coloris. Sed Nonius 14, 17 ſic dictum ait, quod vel cædendo ad candorem perveniat, vel quod oras circumciſas habeat. Scilicet neſcivit æque ac nos.

¶ Cæſuliæ, γλαυκῶπιδες, a veteſtiſſimis dicti ſunt, qui cæſiis ſunt oculis, Feſt. blauäugicht.

Cæſo, *ōnis*, cæſor, vide *Cædo*.

CAESPES, *ĭtis*, m. (a *cædo*, alii *Cæſpes* ſcribunt) raſen. Feſtus: *Cæſpes eſt terra in modum latericii* (vel pedis) *cæſa, cum herba*. Inde diphthongus eſt: quamquam non minus recepta per E ſimplex ſcriptura. *Vivus cæſpes*, ein grüner raſen. Horat. 3 od. 8, 4; & 1, 19, 13. *Non eſſe arma cæſpites neque glebas*, Cic. pro Cæc. c. 21. *Sedens in cæſpite*, Suet. Tib. c. 18. *Aggerere cæſpites*, Tac. An. 1, 19, 1. *Hanc domum cæſpes erexit*, Seneca epiſt. 8. Virg. ecl. 1, 69

Tuguri congeſtum cæſpite culmen.

¶ 2. Etiam *cæſpites* aris ſtruendis adhibebantur. Ovid. 5 Triſt. 5, 9

Araque gramineo vivida cæſpite ſtat.

quas idcirco *gramineas aras* Silius dixit 4, 703. Prudent. Apoth. 255 (Heinſ. 187) *Ridiculosque deos venerans ſale, cæſpite, thure.* Lege 12 Cod. Theod. de Pagan. ſacrif. & templ. *Erecta effoſſis ara cæſpitibus*. Silius 16, 263 *Inſpectis cæſpes ſurrexerat aris.*

¶ 3. Deinde *cæſpites* etiam inſerviebant tribunali caſtrenſi. Tac. An. 1, 18, 2 *Congerunt cæſpites, exſtruunt tribunal*. Plin. Paneg. c. 56 *Multo poſt ſæcula tribunal viridi cæſpite exſtructum*. Adde Lipſii ad utrumque locum commentationem. ¶ 4. *Cæſpes* etiam ſepulcrum ſignificat, ein grab. Virg. Æn. 3, 304

Hectoreum ad tumulum: viridi quem cæſpite inanem Sacraverat.

Hieronym. epiſt. 49 ad Innocentium de muliere ſepties icta: *Recens a clericis cæſpes oſtenditur*, &c. Lege 5 Cod. Theod. de Sepulcr. violat. *Cæſpitem evellere*, violationem illam ſignat. Sidon. 3 epiſt. 12 *Iam niger cæſpes ex viridi: jam ſupra antiquum ſepulcrum glebæ recentes*. Vbi vid. Savaro. ¶ 5. *Cæſpes* Avieno in Periegeſi ſæpe tractus & regio eſt, ut v. 227 *Cæſpite Paphiaco prodit ſaxoſa Carambis*.

Et v. 388 *Iſtic extenti ſola cæſpitis undique ſolcant Cantes innumeræ.*

¶ Cæſpiticius, vel Cæſpititius, *a, um*, adject. von raſen: ut, *Murus cæſpiticius*, Capitol. in Pio c. 5 eine ſchanze. *Cæſpiticia area*, idem Balbino c. 11. *Cæſpititium tribunal*, Vopiſc. in Probo c. 10.

¶ Cæspōſus, *a, um*, cæſpite plenus, voll raſen. Columella 10, 130 *Cæſpoſo litore Cumæ*. Sed lectio dubia. v. edit. Geſneri.

¶ Cæspito, *are*, pro vacillare, hallucinari, ſtrauchen, ſtolpern, novum eſt, non tamen in mere barbaris ſcribendum, quoniam &

¶ Cæſpĭtātor, vel Incæſpitator, *ōris*, m. equus caſurus dictus eſt, teſte Servio in Æn. 11, 671; Lectio enim variat, eas da ſtolpert. vid. Voſſ. Etym. & de Vit. Serm. 1, 23.

Cæstrum, cæſtus, v. *Cædo*, Cæſuliæ, *Cæſius*, Cæſura, cæſus &c. *Cædo*.

CAETĀBŬLUM, *i*, n. adferturex Catone R. R. c. 122 *Melanthii catabulum, medici vocant Smyrneum*. Et fuit, qui intelligeret, ipſum Smyrnium vocari a Catone *catabulum*, interpretareturque adeo liebſtöckel. Sed, quod obſervat Geſnerus in indice ſcriptorum rei ruſticæ, nihili vox eſt, quod irrepſit pro *acetabulo*, ubi vid.

CAETĔRUS, *a, um*, Sing. ſed Cæteri, *æ, a*, uſitatiora plurali; (etiam *Ceteri*) andere, übrige, quamquam & Cato in ſingulari dixit *Caterum exercitum*, ap. Gellium 3, 7; quod & alii poſtea imitati, Liv. 1, 48 *Nos abhorret a cætero ſcelere*; & 6, 8 *Oſtentans vincentem cæterum aciem*. Suet. Galba c. 20 *Argius & hoc & cæterum truncum in privatis ejus hortis ſepulturæ dedit*. Quid? quod Ciceronis ſunt *cætera jurisdictio*, 6 Att. 6, 2; &, *Pro cætera ejus audacia*, Verr. 1, 2; *Cæterum ornatum mulierem*, de Invent. 1, 31; & C. Nepotis 4, 2, 4 *Cæteram Græciam*, nec non 14, 3, 1 *Ornavit cætero regio cultu*: Horat. 2, 8, 26 *Cætera tacebo*; ut de reliquis exemplis Livii 21, 7 & 35, 30; & Curtii 5, 9, 11 taceamus. Primo caſu *Caterus ornatus*, Cato dixiſſe fertur R. R. c. 22. Sed bonæ editiones illa verba l. c. non agnoſcunt. *Ceteri*, a Græco κῆτεροι videtur eſſe, quamquam veteres plerumque ſine diphthongo ſcripſiſſe conſtat. Vid. Orthogr. Manutii. Ter. Hec. 4, 2, 25 *Quam fortunatus cæteris ſim rebus*, in andern ſachen. Cic. de Invent. 2, 1 *Zeuxis longe cæteris excellere pictoribus exiſtimabatur. Is & cæteras complures tabulas pinxit.*

¶ Cætera, abſolute, pro *quantum ad cætera attinet*, Græciſmus eſt non inelegans. Liv. 1, 35 *Virum, cætera egregium, ſecuta ambitio eſt*, ſonſten, übrigens, ſo viel ſein ander thun betrifft. Virg. Æn. 3, 595

Dira illavies, immundique cruda, Cætera monſtrorum!

Confertum tegmen ſpinis: at cætera Grajus.

Horat. de bove 4 ode 2, 39 *Qui notam dixit niveus videri Cætera fulvus*. Suet. Calig. c. 50 *Capillo raro ac circa verticem nullo: hirſutus cætera*. Vellej. 2, 46, 2 *Craſſus vir cætera ſanctiſſimus*. conf. Salluſt. Iug. c. 89. ¶ 2. Solet hæc vox conciſe & abſolute etiam in partitionibus eleganter poni, cum poſt enumeratas aliquot res ſermonem abrumpimus, pro quo vulgo & *cætera* dicimus. Lucret. 2, 857

Nec frigus, neque item calidum, tepidumque vaporem; Cætera:

Cic. in Topicis c. 7 *In partitione quaſi membra ſunt, ut corporis, caput, humeri, manus, latera, crura, pedes, cætera*. Hoc elegans, & antiquum: quamquam impreſſi libri vulgari more *Et cætera* referant, eriam qui a Lambino & Grutero caſtigati ſunt. ¶ 3. Præpoſitio *ad* adjecta eſt ab Horat. 1 ep. 10, 3 *Hac in re multum diſſimiles, ad cætera pene gemelli.*

¶ Cæterum, adverbiale, τὸ λοιπὸν, quod reliquum eſt, ſonſt, im übrigen. Plaut. Menæch. 2, 4, 6 *Hocuta ſum convivas: cæterum cura*, &c. id eſt, quod reliquum, des übrigen halben wirſt du zuſehen. ¶ 2. Item, *Sed*, aber. Ter. Eun. 1, 2, 7 *Cæterum de excluſione verbum nullum*. Nepos 18, 8, 5 *Via brevior, cæterum dierum erat fere decem*. ¶ 3. Item, *Aliquin*, aber doch, ſonſt. Cic. ad Qu. Frat. 2, 14 *Ego me in Cumano, præterquam quod ſine te, cæterum ſatis commode oblectabam*. Apul. in ipſo fine l. 8 *Qua cacitate atque fœtore tandem fugata eſt a me pernicies; cæterum titione delirantis Althææ Meleager ſimus interiiſſet*

¶ Cætero, pro, quod reliquum eſt, præterea, übrigens, überdas, hiernächſt: dictio Plinio valde familiaris eſt, ut 10, 58 *Palumbes fœmine*

mina incubat post meridiana in matutinum, cætere mas. conf. 10, 1; 11, 19; 13, 4 & 42; 19, 6; & alibi frequenter. Etiam *de cætero* pro *Cæterum* habet Curtius 4, 1, 14; & Iustinian. præf. C. de novo codice fac. § 3.

¶ Cæteróqui, vel Cæteroquin, pro alioqui, sonsten, apud Cic. aliquoties: de Nat. D. 1, 22 *Cæteroqui doctus* in Orat. 1, 25 *Cæteroquin recte*. Adde fam. 6, 19, 1; 9, 10, 7; & dicta in *Alioquin*.

Cætra, vide *Cetra*.

CAEYX, vel potius Cēyx, *Cēycis* Plinio 32, 9 avis genus, ut videtur, matinæ, de medicamentis faciei: *Fit in mari, halcyoneam appellatam, ex nidis halcyonum & cygnum.* Fingitur in hoc avis genus mutatus *Ceyx*, Luciferi filius, postquam in mari periisset. v. Ovid. Met 11, 321 sqq. ¶ 2. Sunt qui mare in Halcyona, *Ceyca* vocari affirment, eumdemque & *Cerylon* Κήρυλον.

Caja, vide *Cajus*, Cajata, cajatio, *Cajo*.

CAICVS, *i*, m. Κάϊκος, Phrygiæ aut Æoliæ fluvius est, ex Mysia veniens. Virg. Georg. 4, 370

Saxosamque sonans Hypanis Mysusque Caicus.

¶ 2. Fuit & inter socios Æneæ *Caicus*. Id. Æneid. 1, 183

Aut Capyn, aut celsis in puppibus arma Caïci.

CAIĒTA, *æ*, f. urbs & portus in Latio, prope Campaniæ fines, sic a nutrice Æneæ dictus. Virg Æn. 7, :

Tu quoque litoribus nostris, Æneia nutrix,
Æternum moriens famam Caiete dedisti &c. conf. 6, 890.

CAIO, *ĕre*, apud veteres erat *cubibere, cuërcere, compescere*. Unde *Cai* seu *Kai* in vet. Gloss. sunt *cancelli*. v. Fulg. & Scalig. Auson. Lect. 2, 22 p. 149.

¶ Cajaca, *æ*, f. Fulgentius Contin. Virg. p. 162 *Cajata coarctrix ætatis.*

¶ Cajatio, *ōnis*, f. puerilis cædes, die jüchtigung, ibidem. De singulis vid. Scaliger lect. Auson. 2, 22 (ad epist. 2 Ausonii v. 13.)

CAIVS, & Cāius, *i*, m. prænomen fuit apud Romanos; sed veteres *Gajus* dicebant; qui multum delectati fuerunt litera G; ut auctor libelli de Nominibus, qui Valerio Maximo tribuitur, atque cum eo edi consuevit, observat; & nomen *Gaji*, seu *Caji* a *gaudio parentum*, factum, scribit. Nimirum a γαίω, *Gaudeo*, derivatum significat. At Scaliger Pater *Cajum* ab antiquitate dictum censet: ἀπὸ τῆς γῆς, a *terra* scilicet, c. 29 de Lingua Lat. Cajum invenio in Graecorum monumentis appellatum ab Italis & Tarentinis *Mercenarium*, aut etiam *rudem hominem* ac *plane brutum*, quia a γέα, quæ terra est, derivetur γειώς, a γαία γάιος, verba sunt Cæl. Rhodigini 13, 5. Vtrumque autem dicebatur, *Cajus, Caja*: ita ut C. rectum, *Cajum*; C. inversum *Cajum* fœminam notaret. Quintil. 1, 7 *Cajus C. litera notatur: quæ inversa Ɔ mulierem declarat. Quia tam Cajas esse vocitatas quam Cajos, etiem ex Nuptialium Sacris apparet.* Quod de *nuptialibus sacris* dicit, Plutarchus explicat Quæstionibus Romanis p. 271 E. Wech. *Cur sponsam*, inquit, *introducentes dicere jubent*, VBI TV CAIVS, EGO CAIA? *An quia hac conditione pacta intrat, ut particeps rerum omnium & gubernandæ familiæ sit? Itaque hæc verba id significant*, VBI TV DOMINVS ERIS ET PATERFAMILIAS. EGO DOMINA ERO ET MATERFAMILIAS. *Nomine autem* Caji & Cajæ *communibus, usi sunt peculiariter: quomodo ICti* Cajum, Sejum, Lucium, Titium *nomen ei, de quo agitur, imponant. Et philosophi* Dionis *aut* Theonis voces *usurpant.* Hæc Plutarchus; ex quibus etiam notice, *Caji* nomen hypotheticum fuisse, sicuti Seji, Lucii, Titii, quibus ICti, cum juris casus figurarent, ad distinguendas personas exempli gratia fuerunt usi. de quo & Scaliger ad Tibullum, nec non Cujacius Observat. 2, 11 monuerunt. ¶ 2. *Caji* nomen interdum ominosum. Suet. Calig c. 10 *Observatum notatumque est, in primis Cæsares omnes, quibus Caji prænomen fuit, ferro periisse* &c. ¶ 3. *Cajus* interdum fit trisyllabum ex disyllabo. Martialis 9 epigr. 93

Caius a prima tremebundus luce salutat.

Idem vocativum extulit lib. 2 epigr. 30

Quod peto, da Cai, non peto consilium.

¶ Caja, *æ*, f. eine frau, hausmuttter, pro quavis hera vide in Cic. pro Muræna c. 12; & apud Plutarchum paullo ante in *Cajus*, & Festum in *Gaja*, ubi *Gajum Cæciliam uxorem Tarquinii Prisci tantæ probitatis fuisse* scribit, *ut id nomen eminis boni caussa frequentarint nubentes.*

¶ Cajānus, *a, um*, adject. ut, *Assis Cajanus*, Stat. 4 Silv. 9, 22

Fortasse plus minus asse Cajano. (Est Phalœcius.)

Quem assem Caianum dixerit, docet Turnebus Adverf. 20, 32. vide supra in AS. Et Suet. Tito c. 1 *Insignis annus Caiana nece*, id est, Caligulæ.

¶ Cajŭlus, *i*, m. diminut. a *Cajus*, i. e. puerulus, ein knäbgen. Stat. 1 Silv. 6, 17 *Molles Cajoli Lagunculique.* Sed lectio dubia.

CAL, *is*, *æ*, f. Κάλον, fustis vel vallus, ein ſtock oder pfahl. Lucil. ap. Servium Æn. 6, 1 *Scinde puer calam, ut caleas*: id est, ut Servius explicat, *frange fustes & fac focum.* Hinc *Calo*. Add. Heinf. ad Sil. 2, 155.

CALABER, *bri*, m. *Quintus Calaber*, seu potius *Cointus*, sic enim seipsum nominat, ut indicavit Tzetzes, Homeri Paralipomena scripsit libris quatuordecim, ab Hectoris scilicet obitu ad Vrbem usque captam & excifam. Dictus autem Calaber est, quod ejus opera in bibliotheca monasterii D. Nicolai, quæ in Calabria conservatur, primum reperta sint. v. Tafurus in nor. ad Galateum de Situ Iapygiæ p. 97. ¶ 2. *Calaber* gentile v. in *Calabria*.

CALABRA, *æ*, f. curia Romæ, ad quam plebi convocatæ, pronunciabatur numerus dierum a Calendis ad Nonas, Macrob. Sat. 1, 15 a καλῶ. Ibi tantum ratio sacrorum gesta. Fest.

¶ Calabarrio, *onis*, vel Calabarriunculus, *i*, m. præco, qui concionem advocat in curiam Calabram. Hanc vocem fictam a Laberio refert Gellius 16, 7.

CALABRIA, *æ*, f. Καλαβρία, ora Italiæ proxima Græciæ, peninsulæ formam habens, feracissima, in qua urbes sunt celebres, *Tarentum, Brundusium, Hydruntum.* v. Horat. 1 od. 31, 5.

¶ Caliber, *ăbris*. Sisus Iasonius 22, 396 de Ennio poëta:

Misserunt Calabri, Rudiæ genuere vetustæ.

Et *Calabri hospitis xenia foedera*, pro exiguis & rusticis muneribus, in proverbium abiere, quoniam Calabri pyra hospitibus affatim apponebant, cum majora non haberent. Elegantem dialogismum inter peregrinum & Calabrum introducit Horat 1 epist. 7, 14 seqq. *Non quotannis pyris vescî Calabri jubet hospes* &c. Vide Chiliad. *Calabri montes*. Colum. 7, 2 *Calabræ oves*.

¶ Calabrĭcus, *a, um*, adjectivum: ut *Olea Calabrica*, apud Columellam 12, 49. ¶ 2. *Calabrica* etiam genus sacrarum vocatur, windeln. Vid. Reinef. var. lect. 2, 8 unde

¶ Calabrico, *are*, einwickeln, windeln. Plin. Valer. 3, 13 *Lanis involvere & calabricare.*

¶ Calabrix, *ĭcis*, f. spina silvestris, cui tuberes inseruntur, Plin. 17, 10. conf. Pallad. Sept. 1, 14.

CĂLĂGVRRIS, *is*, f. civitas Hispaniæ in Vasconibus, patria Quintiliani, quod tamen negat auctor vitæ ejus operibus præfixæ. Certius est fuisse patriam Prudentii, quod ipse testatur. vid. Cellar. præf. operum; Idem Prud. de Cæsaraugustan. martyrio v. 21

Nostri gestabit Calagurris ambos. conf. Auien. Prof. 1, 7.

¶ Calagurritānus, *i*, incolæ ejus urbis, & gentile nomen. Val. Max. 7, 6 ext. 2 *Calagurritani rem exsecrabilis imitatus*, ad quam extrema fame Sertoriano bello adacti fuerant. Vide plura ibidem.

CALAIS, *ĭdis*, m. Boreæ & Orithiæ filius, Zetæ frater, quos alatos Poetæ fabulati sunt. Vide Ovid. Met. 6, 716; & Scholiastem Sophoclis. ¶ 2. *Calais* gemma, quæ & *Augites*, Plin. 37, 10.

Calamarius, calametum, vide *Calamus*.

CALAMĪNI, *ārum*, f. insulæ natantes in Lydia, Plin. 2, 95; Plaut. Pœn. 5, 3, 45.

CĂLĂMINTHA, *æ*, f. καλαμίνθη, herba, pulegium silvestre. *Calamentum* officinæ vocant, wilder polen, acker-minße. vide *menta*, vel *mintha*: & inprimis Plin. 19, 10; Apul. de Herb. c. 76; Dioſc. 3, 43.

CĂLĂMIS, *ĭdis*, m. egregius cælator & fusor. Plin. 34, 7 & 8: Quint. 12, 10; Propert. 3, 8, 10; Ovid. Pont. 4, 1, 33.

CĂLĂMISTER, *i*, m. vel Calamistrum, *i*, n. instrumentum est vel acus, qua calefacta capilli ornantur & crispantur. Vid. Varro de L. L. 4, 29; & Nonius 15, 27. Græce καλαμίς vel κάλαυρος, ein haar-eiſen, kräuſel-eiſen. *Calamistro crines convertere*, i. e. flectere & contorquere, Petron. c. 102. Quo pertinent in Virg. Æn. 1, 59 *Crines vibrati ferro calido.* ¶ 2. *Calamistros adhibere*, pro, fucatum cultum sive ornatum orationi addere, Cicero dixit in Orat. c. 23. Id. de Clar. Orat. c. 75 *Volunt illa calamistris inurere*, aufbrennen.

¶ Calamistro, *are*, crispare in annulos, kräuſeln. Hinc

¶ Calamistrātus, *a, um*, gekräuſelt; ut, *Calamistrata coma*, Cic. pro Sextio c. 8. Et *Calamistratus saltator*, Id. post red. in Sen. c. 6. conf. Plaut. Asin. 3, 3, 37, qui de molli usurpat.

Calamita, vide *Calamus*.

CĂLĂMITAS, *ātis*, f proprie est labes, quæ vi tempestatis infertur segeti, ein wetter-ſchade. Hinc Ter. Eun. 1, 1, 34 *Sed ecce ipsa egreditur: fundi nostri calamitas.* Vbi Donatus: *Proprie*, inquit, *calamitatem rustici grandinem dicunt, quod comminuat culmum seu culmum ac segetem.* Cic. Verr. 1, 38 *Calamitosam temeritatem* appellat, etiam Vlpianus l. 15 Ex conducto § 1 Si vis Dig Locati conducti. Plaut. Cas. 5, 2, 34 *Quicquid erat* (sc. olerum) *calamitas profecto attigerat nunquam.* ¶ 2. Deinde *Calamitatem* dicimus quamcunque perniciem, incommodum & miseriam, ſchade unrath, unfall, unglück, Συμφορὰ, Δυσχέρεια. Ter Heaut. 2, 4, 15 *Vt nulli unquam amori vestro incidere possit calamitas.* Cic. Catil. 1, 5 *Videbam perniciem meam cum magna calamitate reip. esse conjunctam.* Idem subinde, *Accipere calamitatem*, ſchaden nehmen. *Calamitate affici, Calamitatem inferre.* Nep. 14, 6, 6 *Magna esse calamitati*, viel ſchaden, ſchädlich ſeyn. Id. 32, 1, 4 *Calamitates belli ferre amplius patria non potest.* Apud eumdem 20, 4, 1 *Calamitas* pro cæcitate ponitur. Cic. pro domo ſua c. 32 *In omni vita nihil est ad laudem illustrius, quam calamitas*, quia ἡ συμφορὰ συνέπεται τῷ πόνῳ σωφρονέστερος, hoc est, *Calamitates eruditunt & modestiores reddunt*, ut Isocrates dixit. Et Xenophon lib. 5 de expedit. Cyri: ἐν μὲν πόνοις ἀνθρώπους παιδεύεσθαι μάλιστα ἔοικε, *Calamitatibus homines maxime prudentiores fieri verisimile est.*

¶ Calamitōsus, *a, um*, qui calamitatem infert, ſchädlich, ſchädlich, quemadmodum *calamitosam tempestatem* Vlpianus dixit supra laudato loco: *Si vis*, inquit, *tempestatis calamitosæ contigerit.* Sic & *Otium calamitosum*, Cic. Fin. 5, 19. Et, *Fuga patriæ calamitosa*, Id. Divin. 1, 28. ¶ 2. Qui calamitati obnoxius est, der wetter-ſchaden hat. Cic. adv. Rull. 2, 29 *Calamitosus ager exili ac levi.* Plin. 18, 7 *Hordeum ex omni frumento minime calamitosum* &c. darf dieſes niaſſe nicht ausſehen. ¶ 3 *Deumosus, calamitate affectus*, arm, elend, unglücklich. Vellej. 2, 53, 2 *Quis ullum calamitosum dici putat gratiosum?* Cic. pro Rosc. Am. c. 28 *O rem miseram & calamitosam!* Id. fam. 6, 21 *atque ejusmodi viros, ut hujus cohortis illum velli videbatur.* Auctor epistolæ ad Octavium, Ciceronianis subjunctæ: *Quæ non insequens hora omnes pene calamitosos populo R. illaxit?* Sen. epist. 91 *calamitosissimus omnium Regulus.*

¶ Calamitose, adverb. jämmerlich; ut, *Calamitose vivere*, ein unglückſeliges leben führen, Cic. Off. 3, 29.

¶ Calamĭto, *are*, calamitosum reddere, Cathol.

CĂLĂMVS, *i*, m. Κάλαμος, frutex aquaticus, arundo gracilis, rohr. Hinc *Calami paluſtres*, Ovid. Met. 1, 706. Plin. 16, 36 ita describit: *Nostratibus calamis fungosior subest natura, cartilagine bibula, quæ cavo corpore intus, superno tenui inarescit lingua: fissilis præacuta semper acie: geniculata.* ¶ 2. Fistula ex calamo, eine ſchalmeye. Virg. ecl. 5, 2 *Tu* (sc. *bones*) *calamos inflare leves.* Idem ecl. 2, 34 *Calami trivisse labellum.* Item ecl. 5, 48

Nec calamis solum aequiparas, sed voce magistrum.

¶ 3. Item virga viseo illita, qua aves capiuntur, eine leim-ruthe. Propert. 11, 15. Martialis 13 epigr. 68

Gallula dat pœnas calamis & retibus altis.

¶ 4. *Calamus*, eine ſchreibfeder. *Calamum temperatorium* vocat Celsus 5, 28 *Temperare calamum*, die federn ſpitzen, zurichten. Græci τορεύειν

φή, a γλύφω, *scalptura.* Vet. Gloss. *Temperat, γλύφα κάλαμον* &c. Cic. Att. 6, 8 pr. *Cum instituissem ad te scribere, calamumque sum-sissem.* Et ad Quint. fratr. 2, 15 *Calamo & atramento temperato charta etiam dentata res agetur*; & mox: *quicunque calamus in ma-nus meas venerit. Calamus temperatus,* est ita concinnatus & acumi-natus, ut bene & expresse scribat: quales sunt recentes a scalpro. Nam usu triti & obtusi male pingunt literas. *Dentata charta* est polita, vide in *Dens.* Huc pertinent Plinii verba 16, 36 *Chartis serviunt calami, Ægyptii maxime, cognatione quadam papyri.* Quæ illustrantur illo Persii Sat. 3, 11

Inque manus charta, nodosaque venit arundo.
Tum queritur, crassus, calamo quod pendeat humor.

¶ 5. *Calamus aromaticus,* vel *calamus* seu *juncus odoratus,* **kalmus.**

¶ 6. Poëtis etiam *sagittæ* calami dicuntur. Ovid. Met. 8, 30

Impositoque calamo patulos sinuaverat arcus,
Sic Phœbum fumti jurabat stare sagittis.

¶ 7. Apud Plinium 17, 14 *Calamus* etiam dicitur furculus, qui ramo inseritur, ein **pfropfreis**; ut, *Calami exacutio medullam ne nudet.* Item: *Calamus ad corticem usque sum deprimatur.* Plura exempla dicto capite invenies. ¶ 8. Accipitur pro *stipula,* & quacun-que re tereti, ac fistulosa, ac similitudinem arundinis, ein **halm.**

¶ 9. Fabulam *Calami,* Mœandri fluvii, filii, qui in arundinales sive palustres calamos versus, Servius refert ad Virgilii ecl. 5, 48.

¶ Calamārius, *a, um,* **zum rohr oder feder gehorig.** Vt *Theca calamaria,* Suet. Claudio c. 35, eine **feder-büchse, pennal.** *Calamarium* absolute atramentarium, in quo tingitur calamus, ein **schreibzeug.**

¶ Calamētum, *i,* n. proprie locus calamorum, ein **röhrig, rohrgebüsche.** Ab arboribus enim & fruticibus facto in *etum* nomine lo-ca iisdem consita signantur. ¶ 2. Fragmenta calamorum & arundinum. Colum. 4, 27 pr. *Sic deinde ordinata vineta festinabi-mus emundare, sarmentisque & calametis liberare, quæ sicco tamen solo legenda sunt.*

¶ Calamita, vel Calamites, *æ,* m. καλαμίτης **ein laubfrosch.** Plin. 32, 4 & 6.

¶ Calamochnus, *i,* m. καλαμόχνης, lanugo in locis palustribus ca-lamis adnascens, alio nomine *Adarca,* μοῦς. Plin. 32, 10.

¶ Vnicalamus, *a, um,* **das nur einen halm hat**; ut, *Frumentum uni-calamum,* Plin. 18, 8.

CALANTICA, *æ,* f. tegumentum capitis muliebre, **ein haartuch, haube, schleier.** Cic. ap. Nonium 14, 2 *Cum calanticam capiti accom-modares.* Auson. Periocha 5 Odysseæ: *Vijsse, ab Ino dea misericorde ve-latur: quæ calanticam capiti suo demtam natanti accommodat: cu-jus ide sustentatu ad usque Phæacum litus evadit,* κρύφεμνον dixerat poeta Odysseæ lib. 5. Alii scribunt *Calautica,* per V. ut Vlpianus l. 25 §10 Dig. de auro, arg. mundo: alii *Calatica,* sine V vel N. Adi Vinetum ad Auson. c. l. qui ex antiquis libris diversas protulit; & Voss. Etym. p. 91.

¶ Decalantico, *are,* apud Nonium 2, 218 ex Lucilio, est calanti-cam detrahere, ut explicat Turneb. Adverss. 29, 22, quod etiam in aliarum rerum spoliatione ponitur, **entblossen.**

CALANVS, *i,* m. Indus, ex Gymnosophistarum genere, quem Philo, *omnium ejus sæculi patientissimum,* libro illo appellat, quo do-cet, *Probos omnes liberos esse* p. 680. Vbi & eruditionem ei tribuit: quem tamen Cicero Tusc. 2, 22 indoctum vocat, respectu ad Græ-cos, qui cum doctrina rerum elegantiam & eloquentiam conjunge-bant, quam sapientes illi spernebant. v. Philo l. c. nec non Strabo lib. 15. Hic se more gentis accedente morbo, quem ferre turpe exi-stimabat, vivum comburi voluit. Qui cum in rogum ardentem ascenderet: *O præclarum,* inquit, *discessum e vita, cum, ut Herculi contigit, mortali corpore exsumato, in lucem animus excesserit!* Refert Cic. de Divin. 1, 23. Ejus in honorem postea Alexander M. certa-mina musica, equestria & pugilatus instituit. v. Ælianus Var. H. 2, 41. Arrianus de R. G. Alexandri.

CALARIS, *is,* f. urbs Sardiniæ magna & antiquior omnibus, Stra-bone teste lib. 3; quæ & *Caralis,* v. supra, & Plin. 2, 108. *Vrbem ur-bium* vocat Florus 2, 6, 25. Bis vocat *Carales* Hirtius B. Afr. c. 98.

¶ Calaritani vel Caralitani, plur. incolæ. v. Cæs. B. C. 1, 30.

CALASIS, *is,* f. *tunicæ genus, quod Græci* καλάσιριν, *dicunt. Aliis nodus est tunicæ muliebris, qua connexa circa cervicem tunica submit-titur,* Festus. conf. Voss. Etym. p. 91.

¶ Calathīcus, *a, um,* adject. Th. Prisc. de Diæta c. 9; Octav. Ho-rat. 1, 7 &15.

CALASTER, *stri,* m. apud Vitruv. 8, 4, & Rhodig. 10, 55, qui sic dici vult *pueros canoræ vocis,* discantistes; quod Vitruvius dicat, ex *transmarinis calastris nasci, qui & voce sint egregia & forma ve-nusta.* Videtur autem esse a καλὸς, *Calaster,* ut a furdus *Surdaster.* Alii aliter legunt. vide infra *Catlaster.* Philander legit *Catastas* & interpretatur servos ex *Catasta,* quod videtur optimum.

CALATHVS, *i,* m. κάλαθος, Latine *quasillus,* **ein handkorb.** Virg. ecl. 2, 45 *Tibi lilia plenis*

Ecce ferunt Nymphæ calathis &c. conf. ecl. 5, 71.

Forma eorum, ex angusto orbe in ampliorem surgens, qualis turbi-nis est, sed ut supremæ partes eminulæ essent. Hinc lilio Plinius eorum formam tribuit: cujus verba lib. 21, 5 ista sunt: *Candor ejus* (lilii) *eximius: foliis foris striatis, & ab angustiis in latitudinem paullatim sese laxantibus, effigie calathi, vespuinis per ambitum la-bris &c.* Fœminarum fuit, uti ex Silii 2, 70 manifestum,

Nec calathis adfacta manus, operataque fuso.

¶ 2. Vas quo lac vel caseus asservatur, **ein milchnapf, käsenapf.** Virg. Georg 3, 400

Quod fugiente die mulsere horisque diurnis,
Nocte premunt: quod jam tenebris, & sole cadente,
Sub lucem exportans calathis, adit oppida pastor.

Conf. Colum. 7, 8. ¶ 3. Sane & pocula *Calathi* appellantur, seu calices: Virg. ecl. 5, 71 *Vina novum fundum calathis Arvisia nectar.*

Propert. 2, 15, 50 *At velati folia aventes liquère corollas,*
Quæ passim calathis strata natare videt.

Martial. 9 ep. 59 *Expendit veteres calathos, &, si qua fuerunt,*
Pocula Mentureâ nobilitata manu.

¶ Calathiscus, *i,* m. diminut. **ein körblein.** Petron. c. 41 *Cala, thisco uvas circumtulit.* Catull. 65, 310

Vellera virgati custodibant calathisci.

¶ Calathiāna, *æ,* f. *violæ genus,* a calathi figura, Plin. 21, 6.

GALATIA, *æ,* f. oppidum Campaniæ. Liv. 9, 2 *Ad Calatiam consules Romanos castraque esse audiebat.* Silius 8, 543 *Nec parvis aberat Calatia muris.*

¶ Calatinus, *a, um,* gentile & possessivum. Livius 22 c. ult. *De-fecere ad Pœnos hi populi, Atellani, Calatini, Hirpini &c.* Eodem libro c. 13 *Per Allifanum, Calatinumque, & Calenum agrum.* ¶ 2. *A. Attilius Calatinus,* ab aratro ad summos honores vocatus, de quo Cic. de Senect. c. 17 & de Fin. 2, 35.

Calatōr, calatus & calata comitia, vide *Calo* & *Comitia.*

CALAVREA, vel Calauria, *æ,* f. καλαυρία, insula maris mediter-ranei in sinu Argolico contra Trœzenium, quam in permutatione cum Latona Neptunus Delo neglecta habitavit. Vnde origo pro-verbii, *Pro Delo Calauria,* in mutui beneficii memoria, similis illi, *Alanus manum lavat.* v. Chiliad. & Plin. 4, 12. Morte Demosthenis nobilitata.

¶ Calaurītis, *idis,* f. καλαυρῖτις, *spuma argenti,* **silberschaum.** Dioscor. 5, 156.

Calautica, vide *Calantica,* Calbei, *Galbei.*

Calcaneus, Calcar, Calcaria, *us,* Calcatus &c. Calceamen, calcea-tus &c. vide *Calx,* ferse, & *Calx,* kalck, & *Calceus.*

CALCEVS, *i,* m. ὑπόδημα, ein schuh, a κάλον, *lignum,* est qui de-rivat, quod ex ligno primitus calcei fierent; vel simplicius a *Calx,* die ferse, quia calcem munit. *Redire cum calceis & toga,* Cic. Phil. 2, 30; *Calceus pede major subvertit, minor urit,* Horat. 1 epist. 10, 43. Vsi Romani calceis duplicibus, *mulleolis,* & *puris* sive *peronibus. Mul-leoli* ex alutis, *perones* ex puro corio; qua de re Rævard. Var. Lect. 1, 8. Phœnicum vatibus *linei* in usu erant *calcei.* Herodian. 5, 5 extr. ὑπόδημασί τε λίνῳ πεποιημένοις ἐχρῶντο, *lineis calceamentis utebantur.* Sed *Calceos mutare,* est fieri senatorem, vel in equestrem or-dinem ex plebejo transire: Cic. Phil. 13, 13 *mutavit calceos: pater conscriptus repente factus est.* Alii enim erant magistratuum ac no-bilium, alii plebejorum calcei. *Forma calcei,* ein schuhleiste. v. *For-ma.* Porro quod de calceo premente a Germanis proverbialiter di-citur, apud Plutarch. reperitur in præceptis connubialibus, p. 141. Cum enim Romanus quidam, Æmilius Paulus, ab amicis reprehen-sus fuisset, quod uxorem pudicam, locupletem & formosam repu-diasset, calceum protendit: *Et hic,* inquit, *novus est & pulcher, sed nemo vestrum novit, quo loco pedem meum urgeat*; ἀλλ' οὐδεὶς οἶδεν ὅπου με θλίβει, es weiß keiner, wo den andern der schuh drücket. Hieronymus similiter adv. Iovinian. 1, 29 *Nemo scit, præter me, ubi me succus premat.*

¶ Calcĕŏlus, *i,* m. diminut. ut, *Calceoli repandi,* Cic. Nat. D. 1, 29. *Ligulæ calceolorum,* Scrib. Larg. Comp. 208.

¶ Calceo & Calcio, *are,* calceis vestire, calceos induere sive in-ducere, beschuhen, schuhe anziehen. Suet. Vesp. c. 21 *Calceabat ipse se.* Phædr. 1, 14, 15 de futore medico spurio: *Qui capita vestra non dubitatis credere, cui calceandos nemo commisit pedes.* ¶ 2. Sed Plin. 7, 53 *Obiere dum calciantur.* Conf. Plin. 36, 5; Pallad. 1, 24; Tertull. adv. Marc. 3, 14. ¶ 3. Ad jumenta etiam transfertur. Sic *Calcare mulas* Suet. Vesp. c. 23 dixit. Et sæpe Vegetius in Mu-lomedicina. Sed hic intelligenda non esse ferra (hufeisen) sed po-tius calceos ex sparto, corio crudo &c. factos, ostendit contra Is. Voss. ad Catull. p. 48. Gesnerus in Ind. Scriptt. rei rust. v. *Solea.*

¶ Calceator, *oris,* idem ac Calceolarius. Murat. Inscr. p. 909.

¶ Calceātus, & Calciatus, *a, um,* beschuhet. Cic. pro Cæl. c. 26 *Non satis commode calceati & vestiti.* Plaut. Capt. 1, 2, 84 *Calceati dentes,* i. e. expediti & ad convivium parati, qui scrupulos cibos possunt conterere. ¶ 2. Sed Pallad. Mart. t. 13 *Altius calciatus.*

¶ Calceatus, *us,* m. usus calceorum, die tragung der schuhe. Suet. Calig. c. 52 *Vestitu calceatuque & cætero habitu neque patrio, neque civili usus.*

¶ Calceamen, *ĭnis,* n. idem quod *Calceus.* Plin. 19, 2 de Sparto Hispaniæ citerioris: *Hinc strata rusticis eorum, hinc ignes facesque, hinc calceamina & pastorum vestis.*

¶ Calceamentum, *i,* n. idem. Plin. 28, 24 *Induere calceamentum.* Suet. Aug. c. 73 *Vsus est calceamentis altiusculis, ut procerior, quam erat, videretur.* Eutrop. 9, 16 de Diocletiano: *Ornamenta gemma-rum calceamentis indidit.* Vlpian. l. 25 § 4 ff. de aur. arg. leg. *Cal-ceamenta* vestibus adnumeranda esse negat. ¶ 2. Sed Colum. 12, 3 *Calceamenta utrique sexui convenientia.* conf. Cic. Tusc. 5, 32.

¶ Calceamentārius, *i,* m. qui calceos conficit, ein schuhmacher, schuster. Gloss. gr. lat. ὑποδηματάριος, *calceamentarius, caligarius.*

¶ Calceārius, *i,* m. idem; Vetus interpr. Iuvenal. ad Sat. pro quo

¶ Calceōlārius, *i,* m. idem apud Plautum Aul. 3, 5, 38.

¶ Calcearium, *i,* n. pecunia quæ ad calceatum, sive ad parandos calceos datur, schuhgeld. Suet. Vesp. c. 8. *Calcearium* habet Vl-pian. l. 21 Dig. de alim. & cibariis, & l. 8 §14 D. de transact. Simi-liter *vestiarium, vasarium* dicebatur. v. Torrent. ad Suet. l. c.

¶ Discalceo, *are,* idem quod *excalceare.* Gloss. Cyr. ὑπολύομαι, *discalceor* Hinc

¶ Discalceatus, *a, um,* nudipes, ohne schuhe, barfuß. Suet. Ner. c. 51 *Sine cinctu & discalceatus.* Sed Vulg. Interpr. Is. 20, 2 *Nudus & discalceatus.*

¶ Discalceatio, *onis,* f. die ablegung der schuhe.

¶ Excalceo, *are,* calceos detrahere apud Suet. Vesp. c. 8 & Vi-tell. c. 2 die schuhe ausziehen. Pass. Vellej. 2, 41, 3 *Neque aut nocte aut die excalceari.*

¶ Excalceor, *ari,* idem ut deponens. Varro ap. Nonium 7, 86 *Qui ad Herculis ædem introeat, nemo se excalceetur.*

¶ Excalceātus, *a, um,* der keine schuhe anhat. *Excalceatos cothur-natis* opponit Seneca epist. 8: illi focco utebantur, hi cothurno. conf. Martial. epigr. 89. Sic &

¶ Excalceus, qui calceatus haud est, barfuß. Paullinus ad Cy-therium v. 321 *Qui maluisset confovere excalceus, Quam calceari frigidus.*

CALCHAS, *antis*, m. Theſtoris filius, vates Græcorum nobilis, de quo Homerus Iliados 1, 69 ſeq. Silius 13, 38. Poſt expugnatam & deſolatam Trojam domum itinere terreſtri repetens incidit in Mopſum augurem præſtantiſſimum prope Colophonem, ſuperatusque artis peritia (hariolari enim, quot ſues a Mopſo ſibi propoſita haberet caprificus, juxta Heſiodum; aut ſiculos ſus gravida, ex Pherecydis ſententia, non poterat,) animi ægritudine vitam finivit.

Calciatus, calcio, calcitro, calco, Calciſraga, calculator, &c. vide *Calx* ferſe & *Calculus*.

CALCVLVS, *i*, m. lapillus, ein ſand-ſteinlein, diminutivum a *Calx*. v. Scalig. ad Varr. p. 186. Cic. de Orat. 1, 61 *Demoſthenes, conjectis in os calculis ſumma voce verſus multos uno ſpiritu pronunciabat. Superavit enim Demoſthenes impedimenta naturæ diligentia induſtria que*, quemadmodum ibidem de eo Cicero ſcribit. ¶ 2. Eſt & ponderis nomen. Excerpta Veterum de menſuris, quæ in Gromaticorum Scriptorum corpore Rigaltius edidit: *Pondorum pars minima* CALCVLVS *eſt, conſtat ex gramis ciceris duobus & apud quosdam ſiliqua penſante, qua tribus gramis horduei declaratur. Duo calculi* CERATIVM *faciunt*, &c. ¶ 3. *Calculus*, der ſtein, morbus maximis eruciatibus affligens corpora, exercitium & diſciplina ſummorum nonnunquam virorum. ¶ 4. Sunt & *calculi*, quos *Latrunculos* alioqui vocamus. Item *ſcriptula*, aut *ſcrupula*, de quo ludo plura obſervatu digna Salmaſius ad Vopiſci Proculum c. 13 p. 737 ad 760; qui peculiari libro a ſe de hoc argumento actum eſſe docet. ¶ 5. Et pro rationibus quidem uſitate *calculi* accipiuntur, zahlpfennig, rechenpfennig, rechnung, ut, *Subducere calculos*, Cic. de Fin. 2, 19. *Ponere calculos*, Colum. 3, 3; & Plin. 2 epiſt. 19 extr. die rechnung überſchlagen. Sic L. 5 epiſt. 2 *Accepi pulcherrimos turdos, cum quibus parvem calculum ponere non poſſum.* Egregie Idem Paneg. c. 20 *Affuiſſet imperator calculum cum imperio ponere:* id eſt, rationem impenſarum habere, ne reditus excedant, & imperium gravent. Cic. de Amic. c. 16 *Nimis exigae & exiliter ad calculos vocare amicitiam, ut par ſit ratio acceptorum & datorum*, gar zu genau überrechnen, ausrechnen. Id. Att. 8, 12 *Ad calculos reverti.* ¶ 6. Sed & ſuffragia *calculis* notabantur. Hinc *Calculum atrum vel album demittere in urnam*, Ovid. Met. 15, 44. *Adjicere cui album calculum*, beyfallen, ſein jawort darzu geben. Plin. 1 epiſt. 2. Cujus etiam illud eſt lib. 6 epiſt. 11 *O diem lætum notandumque mihi candidiſſimo calculo!* Solebant enim Thraces dies proſperos & lætos notare calculo albo in urnam conjecto, infelices vero atro, ut ſcirent anno exacto, quot & quos dies lætos, quos triſtes habuiſſent. vid. Plin. 7, 40, & Martial. 12 epiſt. 34. Apud Quintil. 8, 3 p. 682 *Cauſſit paucorum calculorum* eſt non magni momenti, ubi pauci judices vel arbitri.

¶ Calculōſus, *a*, *um*, ſteinicht, ut, *Ager calculoſus*, Colum. 3, 11. ¶ 2. Item qui ex calculo laborat, der den ſtein hat. Plin. 21, 18.

¶ Calculōſitas, *ātis*, f. ſtein-beſchwerung. Gloſſ. gr. lat. λιθίασις *Calculoſitas.*

Calculo, *are*, rechnen, ausrechnen. Prudent. hymno Laurentii v. 131 *Nam calculanda eſt primitus, Tum ſubnotanda eſt ſummula.* Vſus etiam verbo hoc eſt Sidonius 9 epiſt. 7 antiquiores non facile repereris, ſicut nec majorem auctoritatem habet nomen ſequens.

¶ Calculātio, *ōnis*, f. die rechnung, quod eſt Caſſiodori 1 epiſt. 10, & Fortunati 5 epiſt. proſa 6 ad Syagrium. ¶ 2. *Calculatio*, die ſtein-beſchwerung. Cæl. Aurel. Tard. 4, 5 *Calculatio, quam lichoſin vocant.*

¶ Calculātor, *ōris*, ein rechenmeiſter, rechnungs-beamter, auctorem habet Martial. 10 epigr. 62 *Nec calculator, nec notarius velox.* Adde Vlpian. D. 38 t. 1 l. 7 § 5; & D. 50 t. 13 l. 1 § 6: & Modeſt. D. 27 t. 1 l. 15 § 5.

¶ Calculo, *ōnis*, m. idem. Rufus Feſtus Breviario Rerum Rom. pr. *Morem ſequutus calculonum, qui ingentes ſummas æris brevioribus explicant.* Plures & hic *calculatorum* legunt.

¶ Calculārius, *a*, *um*, zum rechnen gehorig, ut, *Calcularius error*, ein irrthum im rechnen, Modeſtin. ICt.

¶ Calciſraga, *æ*, f. herba a calculis frangendis dicta. Plin. 27, 9; Scrib. Larg. Compoſ. 150 & 153.

Caldarium, caldarius, caldus, &c. vide *Caleo.*

CALEA, *æ*, f. herba eadem quæ *Doryenion*, Dioſc. 4, 73.

CALEDŌNIA, *æ*, f. Καληδονία, Dioni, Britanniæ pars, Scotia hodie, de qua non ſemel Tacitus in vita Agricolæ refert, v. 11, 2.

¶ Caledōnius, *a*, *um*, adject. Val. Flacc. 1, 8 *Caledonius oceanus.* Martial. Spectac. 7

Nuda caledonio ſic pectora præbuit urſo.

conf. 10 epigr. 44.

Calefacio, &c. vide *Caleo.*

CALENDAE, *arum*, f. pl. Κάλανδαι, primi dies menſium, dictæ a convocatione popularium: καλεῖν enim *vocare* eſt; Ex quo Latini veteres *Calo*, *Calare* fecerunt. Convocabatur autem primo quoque menſium die populus, & quæ feriæ toto menſe eſſent futuræ, quidque in religione peragendum, ſignificabatur. v. Polyd. Virgil. 2, 5. Calendis etiam pecuniæ dabantur fœnori, & iisdem cum uſura exigebantur. Horat. 1 Sat. 3, 87 *Cum triſtes miſero venere calendæ.* Ovid. de Rem. am. v. 561 *Qui puteal Ianumque timet, celeresque Calendas*, den zahltag. Id. Faſt. 1, 55 *Calendas Auſonias* dicit, quia Latinorum propriæ ſunt, iis vero Græci carent. Vnde Proverbium: *ad Calendas Græcas*, quo aliquid nunquam futurum ſignificatur: quod ab Auguſto inſtitutum eſt, qui, ut erat faceto ingenio, cum aliquos non ſoluturos, quod debebant, exiſtimabat, *ad Kalendas Græcas* ſoluturos ajebat. vid. Suet. vita c. 87.

¶ Calendālis, *e*, ad calendas pertinens; ut, *Calendalia tributa*, quaſi in ſtrenam ſolvi ſolita calendis Ianuarii, neujahr-geſchencke, Iuſtin. edict. 13.

¶ Calendaris, *e*, adject. idem. Sic *Calendarem Iunonem* vocarunt, quod ei omnes Calendæ dicatæ eſſent, Macrob. 1 Sat. c. 15.

¶ Calendārium, *i*, n. ſeu Kalendarium (ut veteres ſcribebant,) liber fœnebris dicebatur, id eſt, in quo perſcribebantur uſuræ in Calendas ſingulas petendæ & exſolvendæ, ein zins-regiſter, ſchuld-buch. Sen. de Benef 7, 10 *Quid fœnus, & kalendarium & uſura, niſi humanæ cupiditatis extra naturam quæſita nomina?* Id. epiſt. 14 *Adjicere illis* (divitiis) *aliquid ſtudet: dum de incremento cogitat, oblitus eſt uſus. Rationes accipit, horam conterit, Kalendarium verſat, fit ex domino procurator.* Rurſus ep. 87 *Divitem illum putas, quia aurea ſupellex etiam in via cum ſequitur, qui in omnibus provinciis erat, quia magnus kalendarii liber volvitur.* Ejusdem eſt & illud de Benef. 1, 2 *Beneficiorum ſimplex ratio eſt:* &c. *Nemo beneficia in calendario ſcribit:* Id eſt, Nemo locat beneficia, ut pecuniam collataque in calendario ſcribat, ut inoblitus poſſit repoſcere. Recte vero hoc mox ad bonos viros tantum reſtringit: nam multi comparati aliter, beneficia ſua non conferunt, ſed credunt, & ferunt expenſa, quos & hic & ſupra dicta epiſt. 87 perſtringit. Sic *pecuniam in calendarium convertere*, Leg. 39 § 8 Dig. de adminiſtr. & peric. tut. Papinianus dixit, quod eſt, geld anlehen, in die rechnung ſchreiben. ¶ 2. *Calendarium* etiam eſt hemerologium, ſeu rationarium dierum omnium diſtributorum per menſes unius anni: qui quidem initio per octoadas; poſtea vero Iudæorum more, per hebdomadas ibi fuerunt deſcripti: quod poſt tempora Theodoſii factum, Scaliger lib. 4 de Emendatione temporum obſervavit, der calender, das tage-buch, almanach. Cæterum Principalis potius, quam Pontificii muneris eſſe *Faſtos* (quæ *Kalendaria* vulgo) *corrigere*, non ignorarunt ii, qui correctioni Kalendarii a Gregorio XIII P. M. ſuſceptæ reſtituerunt, qua de re Thuanus lib. 76 Hiſt.

¶ Calendarius, *i*, m. ein buchhalter. Sic *Calendariorum*, in quadam Inſcriptione Veteri, quam cum cæteris in Hiſpania repertis Adolphus Occo Medicus Auguſtanus edidit, p. 2 n. 9 mentio fit; quos non alios fuiſſe exiſtimo, quam qui in Theodoſiano Codice lib. 12 tit. 11 *Calendarii Curatores* appellantur, & quorum munus *Kalendarii Curatio*, Arcadio IC. L. 18 § 2 D. de muneribus & honoribus dicitur. Vetus huc Inſcriptio pertinet apud Grut. p. 446 n. 7 CVRATORI CALENDARI. Vide Pithœum Adverſ. Subſec. 2, 4, & Henr. Noris Cenotaph. Piſan. p. 37.

¶ Calendula, *æ*, f. herba ſingulis calendis floreſcens, alias *caltha*, die ringel-blume.

¶ Calendariographus, *i*, m. qui calendaria facit, ein calender-ſchreiber.

¶ Quotcalendis, eleganter ut *quotannis, quotidie*: & idem eſt ac ſingulis calendis, vel *quotmenſibus*, monatlich. Plaut. Stich. 1, 2, 3

Quotcalendis petere demenſum cibum.

CĂLĒNVM, *i*, n. quod & *Calus* appellatum ex Strabonis lib. 5 conſtat, Campaniæ oppidum, vino nobile, quod non ſemel commendat Horatius, cum alibi, tum lib. 4 ode 12, 14 cum ait: *Sed preſſum Calibus ducere Liberum Si geſtis.* v. Marcellum Donat. ad Tac. An. 4, 27. Cic. Att. 7, 11 pr. *Capuam Calibus proficiſcens.* ¶ 2. Aliud oppidum eſt, quod nonnunquam cum hoc confunditur, *Callis*, de quo ſuo loco.

¶ Calenus, *a*, *um*, adject. ut, *Ager Calenus*, Plin. 3, 5; & *Vinum Calenum*; quod abſolute etiam *Calenum* Horatio appellatur: qui & *falernum Calenum* dixit 1 ode 31, 9. ¶ 2. *Calenus*, i, nomen vatis in Hetruria celeberrimi, de quo Plinius 28, 2.

CĂLEO, *ui*, *ere*, fervere, æſtuare calore contracto, heiß, warm oder erhitzt ſeyn. Virg. Æn. 1, 417 *Thure calent aræ.* ¶ 2. *Calere* etiam dicuntur, qui magno ſtudio & conſtantia in aliquid incumbunt. Auctor ad Herenn. 6, 15 *In re frigidiſſima cales, in ferventiſſima friges*, woran nichts gelegen, da biſt du fleißig und eifrig; Ovid. Met. 8, 300 *Lecta manus juvenum caluere cupidine laudis.* Sed *coiere* Heinſ. Sic *Calere ſcribendi ſtudio*, Horat. 2 epiſt. 1, 108. *Calent ſpe animi*, Curt. 4, 1, 29. Ita etiam *calere* dicuntur, qui rebus dubiis ſatagunt rerum ſuarum. v. Cic. Att. 7, 20 p. 372 Gr. add. Manut. Cum quarto caſu Prudent. in Symmach. 219 *Exempla domi congeſta calentem*, ubi v. N. Heinſ. *Calere convivium*, Minut. Fel. cap. 9 & Sulp. Sev. H. S. 2, 13. ¶ 3. *Calere* res dicitur, quæ magna vi agitur ſeu exercetur, quemadmodum & *Fervere opus* dicitur, quod ſumma contentione celebratur. Tibull. 1, 11, 53 *Sed Veneris tunc bella calent.* Sic Cic. Att. 4, 16 *Iudicia calere* dixit. *Calere rumores*, Cælius Cic. Fam. 8, 1 *Calent loca*, quæ frequentantur, Suet. Octav. c. 71. ¶ 4. *Caletur*, imperſonaliter, calor eſt. Plaut. Capt. 1, 1, 12 *Quaſi, cum caletur, cochleæ in occulto latent.* conf. Truc. 1, 1, 46.

¶ Calens, *tis*, heiß, warm, ut, *Calens lacryma*, Hor. 2, 6, 22. *Terræ calentes ſole*, Id. 2 od. 16, 18. *Pueri ætate & amore calentes*, Ovid. Art. am. 3, 571. *Calentes adhuc ab recenti pugna*, i. e. feroces, hitzig vor der ſtirne, Liv. 26, 39.

¶ Calenter, adverb. eſſe dicitur apud Apulejum.

¶ Calefco, *ĕre*, warm werden. Curt. 4, 7, 22 *Aqua caleſcit.* Ovid. Faſt. 6, 5 *Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo.* Ter. Eun. 1, 2, 5 *Accede ad ignem hunc, jam caleſces plus ſatis.*

¶ Călĭdus, *a*, *um*, θερμὸς, heiß, warm. Cic. Nat. D. c. 9 *Omne quod eſt calidum & igneum, cietur & agitatur motu ſuo.* Plin. 16, 40 *Molliſſima tilia: eadem videtur & calidiſſima.* Vitruv. 2, 1 *Hiems calidiſſima.* Colum. 12, 50 *Calidiſſima lixivia.* Cic. Tuſc. 1, 18 ex hypotheſi eorum, qui animam ignæ naturæ ſtatuebant. *Calidior eſt, vel potius ardentior animus, quam eſt hic aër, quia corpora noſtra terreno principiorum genere confecta ardore animi concaleſcunt.* ¶ 2. *Calidi* etiam dicuntur, qui facile commoventur & excandeſcunt, hitzig vor der ſtirne, zornig. Hor. 3 od. 14, 27 *Non ego hoc ferrem calidus juventa.* Ter. Eun. 2, 3, 88 *Vide ne nimis calidum hoc ſit modo:* id eſt, præceps, & audax; ſubaudi conſilium, vel inſtitutum. Cic. Off. 1, 24 *Reperies multos, quibus periculoſa & calida conſilia quietis cogitationibus & ſplendidiora & majora videantur.* Hirt. ſub Cic. Att. 15, 6 *Ne quod calidius ineant conſilium.* Et extr. *Nihil illos calidius cogitare.* ¶ 3. *Calidum mendacium* Plautus dixit Moſt. 3, 1, 135, hoc eſt ſubitum, recens ac novum. Sic *Calidum conſilium*, Id. Mil. 2, 2, 71; & Cic. Att. 15, 6. *Calidos pedes* apud Varr. veloces & concitatos Nonius 4, 76 interpretatur. Recte: nam calor agilitatem & impetum præſtat: frigus tardat gravatque. ¶ 4. *Calidus* & *validus* ſæpe a librariis permutari, notat Burman. ad Ovid. Metam. 7, 123; 15, 324; & ad Valer. Flacc. 1, 260.

¶ Calida, f. abſolute *aquam calidam* ſignificat. Sen. epiſt. 77 *Calida ſubinde ſuffuſa.* Apul. Met. 4 p. 145 *Calida tumultua-*

vio lavacro præparata, warm waſſer. Ita etiam *frigida* abſolute dicitur.

¶ Calide, adverb. hitzig, eifrig. Plaut. Epid. 2, 2, 100 *Calide agere*, i. e. fine mora.

¶ Caldus, *a, um*, pro *Calidus* veteres per ſyncopen dicebant: quamquam & apud Horatium, Iuvenalem, Martialem reperiatur. Et vero Auguſtus *Caldum* prætulit: non quod illud non Latinum eſſet; ſed quod hoc mollius & minus odioſum: de quo Quintilianus 1, 10 obſervat. Scholaſticos declamatores quosdam *Caldos* appellaſſe, auctor eſt Seneca Suaſ. 3 ſub finem. *Caldior* pro *Calidior* ap. Horat. exſtat, 1 Sat. 3, 53; quamquam Varro de L. L. 7, 39 de *Caldius* & *Caldiſſimum* videatur dubitaſſe. *Ager caldus*, Cat. R. R. c. 6. *Cum ſole caldo*, Varr. R. R. 3, 2. *Calda aqua*, Martial. 8 ep. 67, & abſolute Plin. 23, 4 *Cum pari caldæ menſura*.

¶ Calidarius, & Caldarius, *a, um*, quod ad ignem liquefit ac funditur, ſchmeltzend, leicht zu erhitzen; ut, *Maltha calidaria*, fleiſſig, Pallad. 1, 40. *Caldarium æs*, Plin. 34, 8 extr.

¶ Caldarius, *i*, m. ſubſtantive, qui calidam præbet. Ita forte dicatur, ein bader-geſell; item ein coffee-ſchencke. Veteres Gloſſæ: *Caldarius*, θερμοδότης. Aliæ Græco-Latinæ: Θερμοφόρος.

¶ Caldaria, *æ*, f. ſubſt. ein keſſel. Apul. de Herb. c. 59 n. 4 *In caldaria decoquere*. Marcell. Emp. c. 25 *In roſta caldaria commorari*. Et Vulg. Int. 1 Sam. 2, 14 *Mittere in caldariam*.

¶ Caldarium, *i*, n. ſubſt. balnei pars ſive membrum, eine ſchwitz-ſtube. Plin. 5 epiſt. 6 *Cellam caldariam* vocat: quam 2 ep. 17 *Vnctuarium hypocauſtum* appellare videtur. Vitruv. 5, 10 *Ipſa caldaria tepidaria*que *lumen habebunt ab occidente hiberno*. ¶ 2. *Caldarium* etiam ahenum eſt, ubi aqua caleſt, apud Vitruvium eodem loco, ein keſſel. ¶ 3. *Caldarium* vas dici poteſt, in quo metallum coquitur, ein ſchmeltz-tiegel, ſchmeltz-ofen. Sed Plinio 34, 8 extr. eſt æs, quod, ut ipſe deſcribit, *fundi tur tantum*, cum aliud ſit, *malleis fragile* aut *ductile*.

¶ Caldariola, *æ*, f. dim. apud Schol. Iuven. ad 5, 48. Sed vid. *Calvariola* in *Calva*.

¶ Caldamentum, *i*, n. ein warmer umſchlag. Marcell. Emp. c. 5 *Caldamentis adhibitis ſopiri*.

¶ Caldor, *oris*, m. pro *Calor*, die wärme, obſoletum cenſetur. Varro de Re ruſt. 1, 55 *Olea lecta ſi nimium diu fuit in acervis, caldore fracceſcit*. Vſus & 1, 41; & 3, 9; & Gell. 19, 4. Arnob. 7 p. 240 *Lavacrorum caldoribus ſe refovere*, warme bäder gebrauchen. Sed uſitatius dicitur

¶ Calor, *oris*, m. καῦσος, die hitze, wärme; ut, *Calor ſolis*, *calor febrium*, &c. *Maximis caloribus & omni tempore graviſſimo*, Cic. ad Quint. Fr. 2, 16. Id. de Orat. extr. *Nunc & Scævolæ, quoniam in Tuſculanum ire conſtituit, paullum requieſcet, dum ſe calor fræugat*, bis die groſſe hitze vorbey. *Vitandi caloris cauſſa Lanuvii tres horas acquievera*m, Id. Att. 13, 34. Pluraliter *calores fervidos* Vitruvius dixit 8, 2. ¶ 2. Impetus, fervor, præcipitantia, (quæ juvenilem ætatem ob copiam incalescentis ſanguinis infeſtat maxime) vehementior cupiditas &c. die hefftigkeit. Quintil. 2, 25 *Iuvenili calore Polus inconſideratior*. Paullus ICtus L. 9 D. de Public. & Vectig. *Locatio vectigalium, quæ calor licitantis ultra modum ſolitæ conductionis inflavit, ita demum admittenda eſt*. Plin. Paneg. 3 *Quod temperamentum omnes in illo ſubito pietatis calore ſervavimus*. Lucan. 8, 103 *iræ calorem* dixit. Virg. Georg. 1, 109 *Magnaque cum magno veniet tritura calore*: Vbi Servius: *Aut æſtus animos futuros ſignificat, tritura calore: cum abundantia frugum: aut certe per* calorem *feſtinationem operis ſignificet, ut alibi: Fervet opus*. Poteſt & hoc ſignificare: Magnas meſſes, ſive magnam frugum abundantiam, quam per *magnam triturama* deſignat; magnum calorem, id eſt, laborem ſudoremque allaturas. Motus terentis calorem accendit: & ex calore ſudor eſt laboris comes.

¶ Calōratus, *a, um*, calidus, calefactus, erhitzt. Apul. Met. 6 p. 182 *Primæ juventutis caloratos impetus fræno quodam coërcendos exiſtimavi*. Fulgent. Mythol. 3, 4 extr. *Omnis caloratæ juventutis igniculus torpidæ veternoſitatis algeſcit ſenio*.

¶ Călefăcio, *feci, factum, ere*, warm machen, wärmen. Claud. de bello Get. v. 515

Sanguine quam largo Grajos calefecerit amnes.

Metaphorice ad animum tranſtulit Tullius ad Quint. frat. 3, 2 *Gabinium luculente calefecerat Memmius*, id eſt, exagitavit, ad iram commovit. Sæpe dicunt contractius pro eo

¶ Calfacio, *ere*, non poëtæ modo, metri cauſſa, ſed oratores etiam & hiſtorici. Ovid. Faſt. 4, 698 *Calfacit igne focum*. ¶ 2. Tralate Auguſtus ap. Suet. c. 71 *Luſimus per omnes dies: forum alcatorium calfecimus*, id eſt, aſſidue trivimus. ¶ 3. Pro commovere, excitare. Cic. 16 ep. 18 ad Fam. *Calface hominem*.

¶ Calefio, *eri*, warm werden. Cic. 2 Att. 3 *Balneum calefieri jubeo*. Etiam exercendo & agitando apud Nepotem 18, 5, 4 de equis militaribus, *junctimque calfieri*. ¶ 2. *Calefaciuntur* pro *calefiunt* dixit Vitruvius 5, 10. vid. mox *Concalefio*.

¶ Calefactus, *a, um*, erhitzt. Claudian. Bello Gildonico v. 182

Vt vino calefacta Venus.

¶ Calfactus, *a, um*, idem. Ovid. in Ibin v. 46

Nondum calfacti Velitis baſta.

¶ Calfactus, *us*, m. die erwärmung. Plin. 29, 3 *Calfactu fovere*. Lactant. Opif. Dei c. 14 *Iecoris officium eſt, ut cibos concoquat amplexu & calfactu ſuo*.

¶ Calefactio, *onis*, f. die einheitzung, erhitzung; ut, *Calefactiones thermarum*, l. 1 § 2 ff. de muner. & honoribus.

¶ Calefactor, *oris*, m. qui calefacit, vulgo ein ſtuben-heitzer.

¶ Calefactō, *are*, idem quod calefacere. Horat. 2 ep. 2, 169 *Lignis calefactat aheneum*. Macrob. Sat. 7, 12 *Num oleum minus ignitum eſt, aut minorem vim in corporibus calefactandis habet?*

¶ Calefactōrius, *a, um*, wärmend; ut, *Calefactorium acopum*, Plin. Val. 1, 38. conf. Th. Priſc. de Diæta c. 10.

¶ Calefactorium, *i*, n. ſubſt. hypocauſtum, in ore vulgi eine ſtube.

¶ Calorificus, *a, um*, wärmend, hitzend. Gellius 17, 8 *Oleum calorificum eſt*.

Compoſita ab initio.

¶ Concaleo, *ēre*, & Concalefco, *ēre*, erwarmen, hitzig werden. Ter. Heaut. 2, 2, 108 *Concaluit*. Cic. Tuſc. 1, 19 *Ardore animi concalescunt*. Prudent. Paſſ. Calagurr. v. 52

Hinc duorum cara fratrum concalescunt pectora.

Proprie Vitruvius 6, 9 *Frumenta concalescunt*. Rurſus Prudent. Hamartig. v. 190

Viderat argillam, ſimulacrum & ſtructile, flatu
Concaluiſſe Dei.

¶ Concalefacio, *ere*, mit erwärmen. Nonius 2, 182 *exponit excitare, incendere, hortari*, ermuntern; ubi Cic. de Orat. 2, 78 *Cum brachium concalfecerit*, &c. & ad Panſ. *Nos Venditianis rumoribus concalfecimus*.

Concalefio, *eri*, zugleich erwarmen. Varro de R. R. 3, 9 *Ova æquabiliter concalefiant*. Vitruv. 4, 7 *Concalefaciuntur* pro *Concalefiunt* dixit, id quod in hujusmodi vitiis Vitruvio indulgendum.

¶ Concalefactus, *a, um*, erwärmet. Cic. Tuſc. 1, 18 *Democritus individuorum corporum concurſionem concalefactam & ſpirabilem, id eſt, animalem eſſe voluit*.

¶ Concalfactorius, *a, um*, wärmend. Plin. 31, 20 *Vis ei concalfactoria*.

¶ Decalefco, *ere*, heiß werden. Gloſſ. Cyr. *Decalefco*, ἐκθερμαίνομαι.

¶ Decalefacio, *ere*, wärmen. Gloſſ. Vet. *Decalefacio*, ἐκθερμαίνω.

¶ Excaldo, *are*, calida perfundere, calida lavare, ἐκθερμαίνειν, brühen, warm baden. Vulcat. Gall. Caſſio c. 5 *Legiones totæ excaldantes*, v. Caſaub. ad h. l.

¶ Excaldatus, *a, um*, gebrühet; ut, *Amygdalæ excaldatæ*, Marc. Emp. c. 26. ¶ 2. Loco calido exemptus, abgekühlt; ut, *Excaldata caro*, Apic. 8, 6. *Excaldatus cafeus*, id. 4, 2.

¶ Excaldatio, *onis*, f. θερμολογία, ablutio in calida, die abbrühung, das warme bad. Vulcat. l. c. & Capitol. Albino c. 5 *Excaldationes pueriles*.

¶ Excalfacio, *ere*, vehementius calfacere, erhitzen. *Ex* enim auget ſive intendit. Vſus Plinius 24, 7 *Picis natura excalfacit*. Et paſſive eodem capite, *Cum quid ſiccari excalfierive opus ſit*.

¶ Excalfactus, *a, um*, erwärmet. Hyginus fab. 197 *Columbas ovum excalfactum excluſiſſe*.

¶ Excalfactio, *onis*, f. die erhitzung. Plin. 21, 9 extremo: *Sel additur ad excalfactiones*.

¶ Excalfactorius, *a, um*, wärmend. Plin. 23, 4 *Vis olei laurini excalfactoria*. Idem 25, 13 *Vini natura excalfactoria*.

¶ Incaleo, *ēre*, & incalefco, *ēre*, warm werden, erwarmen. Colum. 2, 4 *Tempore jam incalescente*. Liv. 1, 57 *Incaluerant vino*. Sic etiam Curt. 8, 1, 22 *Rex cum multo incaluiſſet mero*.

¶ Incalfacio, *ere*, wärmen. Ovid. Faſt. 4, 919

Si culmos Titan incalfacit udos.

¶ Obcaleo, *ēre*, & Obcalefco, *ēre*, ſich um und um erhitzen. Celſ. 4, 27 *Intereſt, an tumor jam etiam obcaluerit*. Et brevi poſt: *Si tumores obcaluerunt & dolent*.

¶ Percaleo, *ēre*, & Percalefco, *ēre*, durchwarmen. Ovid. Met. 1, 417 *Poſtquam vetus humor ab igne Percaluit ſolis*.

¶ Percalefacio, *ere*, ſehr warm oder heiß machen. Vitruv. 8, 3 *Fontes reficiunt percalefaciendo*, &c. Et paſſive ibid. *Percalefieri cogit aquam*.

¶ Percalefactus, & Percalfactus, *a, um*, durchwärmet, erhitzet. Vitruv. l. c. extr. *Saxa ab igne percalefacta*. Id. 8, 2 *Aër ab ſole percalefactus*. Et eodem c. extr. *Aqua percalefacta*. Val. Max. 9, 12, 4 *Multo igni percalfacto cubiculo*. Lucret. 6, 176

Omnia motu Percalefacta vides ardeſcere.

¶ Præcalidus, *a, um*, valde calidus, ſehr heiß. Tac. An. 13, 16, 3 *Præcalida potio*. Prudent. contra Symmach. 2, 320

Sanguine præcalido fervet nervoſa juventa.

Ita conjunctе *præcalido*, non diviſe, ſcribunt Fabricius, Weitzius, Heinſius, Chamillard. Et clarius præf. lib. 1 in Symm. v. 47 *Præcalidos igniculos ſibi adolent*.

¶ Præcalefactus & Præcalfactus, *a, um*, vorhergewärmt. Cæl. Aurel. Acut. 1, 17 *Præcalefacta apponere*. Scrib. Largus Compoſ. 156 *Focus flamma præcalfactus*. Et Compoſ. 238 *Cera præcalfacta*. conf. Marc. Emp. c. 25.

¶ Pſeudocalidus, *a, um*, calorem mentiens, warmſcheinend. Marc. Emp. c. 8.

¶ Recaleo, *ēre*, wieder erwarmen. Ammian. 28, 1 *Recalebant auribus ejus parentis effata*; conf. lib. 22 c. ult. Virg. Æn. 12, 35

- - Recalent noſtro Tiberina fluenta Sanguine adhuc.

Paulinus Natal. Felic. 8, 397

Exſtinctæ recalent veſtigia flammæ.

Prudentius hymno Hippolyti v. 143

Si quis & in ſudibus recalenti adſpergine ſanguis Inſidet.

¶ Recalefco, *ēre*, wieder warm werden. Cic. Nat. D. 2, 10 *Corpora motu atque exercitatione recalefcunt*. Prudent. Pſychom. v. 59 *Recalescere ſtatu*. Et hymno Exequiarum v. 95

Nec poſt obitum recalescens Compago fatiſcere novit.

¶ Recalfacio, *ere*, wieder warm machen. Ovid. Metam. 8, 444 *Calidumque priori Cæde recalfecit conſorti ſanguine telum*.

¶ Recalfio, *eri*, paſſive. Scrib. Largus Compoſ. ult. *Rurſus recalfiunt*.

¶ Recalefactus, *a, um*, wieder erwärmt. Cæl. Aurel. Acut. 2, 10 *Statim recalefacto corpore*.

Cales, vide in *Calenum*.

Calicatus, vide *Calx*, Caliculus, &c. *Calix*, Calidus, &c. *Caleo*.

CĂLIENDRVM, *i*, n. quod vetus Gloſſator κοσμιον κεφαλῆς interpretatur, *ornatum capitis*. Horat. 1 Sat. 8, 47

At illæ currere in urbem,
Canidiæ dentes, altum Saganæ caliendrum Excidere.

Solebant vetulæ edentulæ & calvæ, ut fœditatem ſuam tegerent, arte factos dentes inſerere, & falſam comam apponere, ſive crinem hypocriticum. Hunc ergo Horatius hoc loco *Caliendri* voce ſignificat: Vnde & veteres Scholiaſtæ Horatii, *galericulum: capillamentum*: ψευδομη ſive *emitiæ & adulterinæ comæ Juggeſtum* interpretantur. Male autem

autem in Porphyrione explicante hunc locum Horatii, *altera quod gibba fuerit*, legitur: *glabra* enim legendum est, ut præclare Marsilius conjecit. *Calendri* vocem & apud Arnobium observavit Turnebus 7, 20. Exstat autem sub finem lib. 6 p. 209. Duci videtur a Græco καλλυντρον, *ornamentum*, quod est a καλυνω, *orno*.

CALĪGA, *æ*, f. calceamentum militare; sicut & Dio στρατιωτικὸν ὑπόδημα vocat, ſoldaten-ſchuh, knie-ſtiefel. Vnde & Cajus Cæſar Germanici filius, & ab exercitu Tiberii imperator, quod natus in castris militari habitu educaretur, *Caligula* appellatus est, ut idem Dio, nec non Tacitus, Suetoniusque & Victor testantur. Conf. Auſon. Cæſ. v. 9; & Sidon. Carm. 7, 105. Quod cognominis tamen postea pro convicio habuisse, videtur Senecæ de Conſt. Sap. c. 18, quod *cothurnatus* potius, quam *caligatus* maluit conſpici. Male autem hoc nomen *Caligæ* de femoralibus, seu braccis; sive *hoſe* noſtris, accepit est: non vulgo tantum, verum eruditis etiam & doctis, quos merito Casaubonus ad Suet. Augustum, Salmasiusque ad Vopiscum redarguunt; & Iulius Nigronius peculiari libro *de Caliga* confutavit infinitis auctoritatibus in id productis. Vt mirer, post illos inventos fuisse, quibus aliter videretur. Recte Vetus Glossator: Σκελέλαιον, *Caliga*: Recte Vetus Interpres Latinus Act. c. 12, 8 πτερονδαλίαι *caligas* vertit. Rursus Veteres Glossæ *Solum caligarium*, κάσσυμα. *Solum* in calceis non nescimus: at quod braccarum esse possit, velim, illi commonstrent. Iam de *clavis caligaribus* res adhuc apertior. Vide quæ ibi notamus. Vetustum admodum esse errorem, pro femoralibus accipere *Caligas*, videtur suadere D. Hieronymi locus in vita Malchi, cum de Saracenis ita est loquens: *Et ecce subito equorum camelorumque sessores Ismaelitæ irruunt, crinitis vittatisque capitibus ac seminudo corpore, pallia & lutas caligas trahentes.* Sane videntur calcei palliis male jungi; & *caligæ latæ* potius dici, quos *laxas braccas* Ovidius dixit. Altius autem municbant pedem caligæ; ita, ut tibias etiam tegerent, stiefel. Quare & eas proficiscentes solebant sumere. Iuvenal. 3 extr. *Satyrarum ego, ni pudet illas, Adjutor gelidos veniam caligatus in agros.* Nec alia causa milites quoque, puto, utebantur, quam ad majorem pedum tutelam. *Caligæ speculatoria*, Suet. Calig. c. 52. ¶ 2. Hinc sæpe *Caliga* pro militia seu militari professione sumitur. Sen. de Brevit. vitæ c. 17 *Marium caligæ dimisit? consulatus exercet*: hoc est, quamvis relicta militia pervenerit ad consulatum, tamen in eo suas habet molestias. Id. de Benef. 5, 16 *Ingratus C. Marius ad consulatum a caliga perductus*; id est, ab infimo militiæ ordine ad summam reipublicæ dignitatem ascendit. Et Inscriptio vetus: C. OPPIO C. T. VEL OMNIBVS OFFICIIS IN CALIGA FVNCTO. Hic *in caliga* perinde est ac si diceretur *in militia*.

¶ Caligārius, *a*, *um*, & Caligaris, *e*, ad caligas pertinens, stiefel-, utrumque apud Plinium legitur, ut, *Clavi caligarii*, 34, 14; & *caligares clavi*, 9, 18. Clavis enim supparum erat hoc calceamenti genus, de quo plura Nigronius, nägel, womit die stiefel beſchlagen. Vetus ænigma ex Lactant. Sympoſio n. 57 lemma habet *Clavus caligaris: In capite ingredior, quia de pede pendeo solo* &c. conf. Brillonii Antiquit. Iuris ſelect. 2, 5. Ad locum Plin. 9, 18 f. 33 Harduinus notat: *Caliga militaris solea fuit sine obstrugulo* (tutores Galli *empeigne* hodie *obstragulum* dicunt) *habenis alligata pedi, multis minutisque clavis inferne fixa. Si clavos demas, similes sunt calceis PP. Capucinorum.* De clavis Iuvenal. 3, 247. Nigronius in calce operis effigiem habet caligæ clavatæ.

¶ Caligarius, *i*, m. ſubſtantive, qui conficit caligas, ein ſchuſter. Lampridius Alexandro c. 33 *Corpora omnium constituit vinariorum, popinariorum, caligariorum, & omnino omnium artium.* Reinesius 15, 116 *Caligarius de vico Cyprio.*

¶ Caligatus, *a*, *um*, caligis indutus, geſtiefelt; ut, *caligatus miles*, qui Suetonio *manipularis* sive *gregarius* dicitur: Vide Torrent. ad Vitam Aug. c. 25 & Lipſ. ad Tac. An. 1, 41. Inscriptio sub Diocletiano apud Gruter. p. 279 n. 3 NVMERVS MILITVM CALIGATORVM. Sic & in l. 10 D. de excuſat. *Caligatæ militiæ* vocantur eæ, quæ sunt gregariorum & tironum, a quibus differunt *Palatinæ*. Etiam absolutæ *Caligatum* pro *milite* ICtus dixit l. 6 D. de re milit. CALIGATVS, *qui metu hoſtium languorem simulavit*. Iuvenalis sat. ult. c. 24 *Offendere tot caligatos Millia clavorum* &c.

¶ Caligula, *æ*, m. Cajus Imp. Germanici ex Agrippina filius & Tiberii nepos, sic dictus a caliga militari, qua ad conciliandos militum animos puer usus est. v. Dio, Suet. Aurel. Vict. in ejus vita; & paullo ante *Caliga*.

CALĪGO, *inis*, f. obſcuritas, tenebræ, dunckelheit, finſterniß; ἀχλὺς ὁμίχλη. *Tenebræ tetræ & caligo*, Cic. Agr. 2, 17. Plur. Plin. 20, 7 de quodam lactucæ genere: *Sanat omnia oculorum vitia cum lacte mulierum, præcipue caligines.* Quod vitium etiam singulariter ita appellat cod. lib. c. 23 *Hominum caliginem fæniculo levari.* Ovid. Met. 1, 599 *Inducta caligine terras occulere*, nacht werden laſſen. ¶ 2. Metaphorice Cic. pro Planc. c. 40 *Caliginem istorum temporum vide*, die elenden zeiten. Catull 65, 206 *Cæca mentis caligine consitus*, verblendet, unverſtändig. Virg. Æn. 6, 267 *Res alta terra & caligine mersæ*, verborgene dinge. ¶ 2. Ipse vapor crassus *caligo* vocatur, der dicke dampf. Lucret. 6, 797 *Pingues mutu caligine tedæ.* Plin. 2, 42 *Humidam a terra, alias vero propter vapores* (Iolis) *fumidam exhalari caliginem certum est.* Plin. epiſt. 6, 16 de morte avunculi sui: *Statim concidit crassiore caligine spiritu obstructo.*

¶ Caliginōsus, *a*, *um*, dunckel, finſter: ut, *Nebulosum & caliginosum cælum*, Cic. Tuſc. 1, 25 *Caliginosa stella*, Id. Div. 1, 57. Horat. 3 od. 29, 29 *Prudens futuri temporis exitum Caliginosa nocte premit Deus.* Superl. Auguſtin. epiſt. 7 *De animæ exortu caliginosissima quæstionis obscuritas.*

¶ Caliginēus, *a*, *um*, adject. aliud. Gratius in Cynegetico v. 56

Vel caligineo laxanda reponito fumo.

Caligīno, *are*, obscurum & inutitatum verbum, quod Fulgentio Contin. Virg. p. 162 tribuunt. Sed præstat ibi *Caligare* legere, uti jam in hoc verbo dicemus.

¶ Caligo, *avi*, *atum*, *are*, cæcutire, gar nicht oder dunckel ſehen, finſter ſeyn. Cels. 2, 7 *Caligant oculi ex somno.* Colum. 1, 5 *Annes hieme frigidis nebulis caligant.* Virg. Æn. 2, 606 *Caligat nubes.* Plin. 11, 37 *Caligat animus illius.* Id. 32, 1 *Adjutus* (res) *caligat humanum genus*, es iſt verblendet. Sed *Caligare in sole*, proverbialis locutione dixit Quintil. 1, 2 pro cæcutire in clarissima luce. ¶ 2. Posteriori ætate active significabat obscurare, caligine obducere, verdunckeln, verfinſtern. Per. Chrysologus Serm. 41 *Sicut tetræ nubes caligant cælum: sic obscurant animas intemperata convivia.* Et Serm. 7, 4 *O si tetra nubes letalis pomi speciem caligasset!* Sic & Leidenſis MS. codex Fulgentii in Contin. Virg. *luculentæ sapientiæ funalia caligare!* ubi alii *caliginare* legunt.

¶ Caligans, *tis*, dunckel, finſter, blind; ut, *Caligans nigra formidine lucus*, Virg. Ge. 4, 468. *Oculi caligantes*, Plin. 20, 22. *Caligantes fenestræ*, quæ parum lucis transmittunt, Iuvenal. 6, 31. Rurſus Plin. 11, 37 f. 53 *In morbo comitiali aperti oculi nihil cernunt, animo caligante.* Sed &

¶ Caliginans, *tis*, idem. Th. Priſc. 1, 19 *Caliginantes oculos curare.*

¶ Caligatio, *ōnis*, f. idem quod *caligo*. Plin. 29, 6 *Caligationes oculorum.*

CALIM, antiqui dicebant pro *Clam*, Feſt.

Calptra, vide *Calyptra*; Calisto, *Callisto*.

CĂLIX, *icis*, κυλιξ, ein felch, becher. A *calido* derivat Varro de L. L. 4, 27 *quod in eo calida puls apponebatur*, & *calidum eo bibebant.* Horat. 1 ep. 5, 19 *Fœcundi calices quem non fecere disertum?* At illud vulgatum *Multa cadunt inter calicem supremaque labra* est ex Græco, πολλὰ μεταξὺ πέλει κυλικος καὶ χείλεος ἄκρου, unverhofft kommt offt. Auctor hujus versiculi Alcæus Samiorum Rex Heraclidi in Politiis traditur. Simile huic Latinorum illud *inter os & offam* fuisse, Gellius auctor est 13, 17. *Calices murrhini*, item *crystallini* sunt apud Plin. 37, 2. *Calix vitreus*, ein glas. Martial. 14, 15. ¶ 2. *Calix* vas est, ubi cibum coquebant, ein topf; ut, *Calices in una fornace cocti*, Vitruv. 6, 1. conf. Ovid. Faſt. 5, 509. Sic, *Calix modus matulæ*, Varr. ap Nonium 15, 20. *Calix mulsi*. Cic. Tuſc. 3, 19. ¶ 3. Et *Cochlearum calices* sunt Plin. 9, 56 extr. muſcheln; niſi tamen hic potius *calyces* legendum, de quo suo loco. ¶ 4. *Florum* Id. Plin. de roſa 21, 4 *Germinat omnis primo incluso granoso cortice, quo nox tumescente & in virides alabastros fastigiato, paullatim rubescens debiscit ac sese pandit, in calicis medio sui stantes complexa luteos apices: Calix* est depreſſa in medio cavitas, unde ſe ſolia rotundo ambitu explicant, & apices lutei emicant. Auſonius in Roſis sive Edyll. 14, 31 *Calathum* vocat: *Nec mora, ridentis calathi patefecit honorem, Prodens inclusa semina densa croci*: Vbi quos *luteos apices* Plinius appellat, *semina densa croci* vocantur. Plinius de lilio etiam *calicem* dixit 21, 5. Sed & hic *calyces* habent libri. Græcum haud dubie est κυλιξ. Quæ omnia translata sunt, ut propriorum inopiæ conſulereture.

¶ Călĭculus, *i*, m. diminut. Cato R. R. c. 108 *in caliculum novum indito vinum* &c. Pallad Nov. tit. 7 de pinu: *Multa femina in caliculis terra & fimo repletis obruunt.* conf. Celſ. 2, 11. Apulej. Met. 9 p. 183 *Plerique insontes homines periclitantur propter unicum caliculum*: Sic enim ibi vetuſtæ editiones. ¶ 2. Sunt & Glandium & Caſtanearum caliculi, vel calyculi a *calyx*, ubi vid.

¶ Calicellus, *i*, m. aliud diminut. idem; ut, *Calicellus passi plenus*, Oct. Horat. 4.

¶ Calicularis, *e*, hülſicht; ut, *herba calicularis*, qualis hyoſcyamus, apud Apulej. de herb. cap. 4.

¶ Caliclarium, *i*, ein treſur, credenz-tiſch. Gloſſ. gr. lat. ποτηριοθήκη, *Caliclarium*. v. Salmaſ. de I. A. & R. p. 488.

¶ Dēcălĭcātor, *oris*, m. calicum exhauſtor, ein becherſtürtzer, auszſäuffer. Gloſſ. lat. gr. *Decalicator*, Καταποτης.

CALĬA, *æ*, f. herba aro ſimilis, ἡ καλλος i. e. *pulchritudine* dicta, Plin. 27, 8. Alii *Calſa* legunt.

CALLAĪCVS, *i*, m. pl. *Callaici* bellicoſi Luſitaniæ populi, Strabo lib. 3 vide ſupra in *Atheus*.

¶ Callaicus, *a*, *um*, adjectivum. Ovid. Faſt. 6, 461 *Tum sibi Callaico Brutus cognomen ab hoste Fecit, & Hispanam sanguine tinxit humum.* Vbi *Callaicum hoſtem* pro Hiſpano videtur dixiſſe: quemadmodum & Martialis 10 epigr. 16 *Callaica arva*; & epigr. 37 *Oceanum Callaicum* pro Hiſpanico poſuit.

CALLAIS, *idis*, f. gemma e viridi pallens, oculi figura extuberans, leviterque adhærens rupibus, nec ut agnata petris, ſed ut oppoſita, ein türckis. Plin. 37, 8 & 10.

Callaïnus, *a*, *um*, blau wie ein türckis. Ita *Capnites Callainus* videtur esse, qui callaidis colorem referat Plin. 37, 10. Ita *Lacernæ Callainæ*, Martial. 14 epigr. 139 cum not. Farnabii.

CALLARIAS, *æ*, f. piſcis minor ex aſellorum genere, Plin. 32, 11. Calleo, calleſco, vide *Callus*.

CALLIAS, *æ*, m. Athenienſis poëta comicus, *Schœnion* cognominatus, quod funes ob paupertatem torqueret. ¶ 2. Alter dux Athenienſium, contra Artaxerxem miſſus, v. Suid. ¶ 3. Fuit & Grammaticus eopſe nomine, ſed Methymnæus, Strabo. vid. Gronov. Obſ. 4, 5. ¶ 4. *Callias* quidam fuit, qui per luxum atque libidinem patrimonium abligurierat. In eum vulgaris jocus exſtitit: Καλλίας πτεροῤῥυῆ, i. e. *Calliæ defluunt pennæ*. Ejus meminit Athenæus Dipnoſ. 4 & 12.

CALLIBLĔPHĂRVM, *i*, n. καλλιβλέφαρον, medicamentum oculorum, Plin. 23, 6 augen-ſalbe. conf. 21, 19; & 35, 16; nec non Tertull. de Cultu fœm. c. 10. Inde dictum, quod palpebras & ſupercilia venuſtet.

CALLICIA, *æ*, f. herba, qua Pythagoras aquam glaciari tradidit, Plin. 24, 17.

CALLĪCLES, *is*, m. ſtatuarius nobilis Plinio 34, 8. ¶ 2. *Callicles* alterius meminit Quintil. 2, 16, ubi hoc ei tribuit: τὸν μέλλοντα ὀρθῶς ῥητορικὸν ἔσεσθαι, δίκαιον ἄρα δεῖ εἶναι καὶ ἐπιστήμονα τῶν δικαίων; id est: *Rhetorem esse volentem recte, justum quidem jeu bonum esse oportet, eorumque quæ bona sunt, gnarum.*

CALLĪCRĂTES, *is*, m. Lacedæmonius, artifex in marmore ſculpendo, qui formicas tanta fecit ſubtilitate, ut partes earum perſpici non poſſent, Plin. 36, 5 extr. Idem in Seſamo diſtichon elegeium literis aureis inſcripſit. Ælian. V. H. 1, 17.

¶ Callicratēa, *æ*, f. viginti ac novem liberorum genetrix & inter matrobios, Auſon. Epitaph. 34.

¶ Callicratidas, *æ*, m. dux & præfectus claſſi Lacedæmoniorum. Cic. de Offic. 1, 30.

¶ Callicratides vero fuit Laco, philoſophus Pythagoræus: Eum Stobæus Serm. 68 περὶ μητρὸς καὶ γάμου allegat.

Callide, Calliditas, Callidus, vide *Callus.*

CALLIGONON, *i*, n. καλλίγονον, genus herbæ, **wegtritt, weggras.** Plin. 27, 12.

CALLIGRAPHIA, *æ*, f. καλλιγραφία, a Grammaticis vocatur ars eleganter pingendi & scribendi literas, die ſchreib-kunſt; unde

¶ Calligraphus, *i*, m. ein kunſt-ſchreiber; quales laudantur Atticus & Callimas apud Lucianum Adv. indoct. p. 391 ext. & p. 379 pr. Græv.

CALLIMACHVS, *i*, m. Καλλίμαχος, poëta Cyrenæus fuit apud Ptolemæum Philadelphum, regis præfectus bibliothecæ. Scripſit elegias, hymnos & epigrammata, quorum tamen minima pars ad nos pervenit. Quæ ſupertunt, poſt alios euidit, & quibusdam ineditis auxit, notisque illuſtravit poſt alios plenis commentariis Graec. Spanhemius. ¶ 2. *Romanum Callimachum* ſe dixit Propertius, quod & ipſe elegiarum poëta eſſet, ſicut Callimachus 4 eleg. 1, 64 *Umbria Romani patria Callimachi.* ¶ 3. *Callimachus* ſictor in arte marmorea, Vitruv. 4, 1; Plin. 34, 8. ¶ 4. His omnibus longe antiquior dux Græcorum cum Cynægiro & Alcibiade conjungitur a Plinio 35, 8 f. 34.

CALLIMĔDON, *ontis*, m. orator Athenienſis, quem proditionis accuſat Lucian. Demoſt. Enc. T. 2 pag. 706. Gr.

CALLĬMVS, *i*, m. καλλιμος, lapis in alvo aëtitæ lapidis, qui reperitur in nidis aquilarum. Plin. 36, 21.

CALLINĪCVS, *i*, m. Καλλινίκος, ſophiſta Syrus fuit. Docuit Athenis. Scripſit de *Caſtoribus*, *de Rhetorica* ad Cleopatram, *de rebus geſtis Alexandri*, & alia. Suid. ¶ 2. *Callinicus* etiam cognomen Seleuci II, Syrorum quarti ab Alexandri exceſſu regis, cui vere, an per deriſionem hoc nomen impoſitum fuerit? vide in Vaillantii hiſtoria regum Syriæ, ex nummis deducta, p. 52.

CALLION, *i*, n. herba ſoporifera, alias *Halicacabum*, Plin. 21, 31.

CALLIONȲMVS, *i*, m. Καλλιώνυμος, piſcis idem qui *Uranoſcopus*, ὠρανόσκοπος, vide *Uranoſcopus.* Plin. 32, 4 & 7.

CALLIŌPE, *es*, f. Καλλιόπη, Muſarum una dicta a καλὸς & ὄψ, ob vocis ſuavitatem. Lucret. 6, 93 *Calliope requies hominum, divumque voluptas.* Præſtantiſſima eſt Muſarum, quæ & *Calliopea* dicitur Virg. ecl. 4, 57

Orphei Calliopea, Lino formoſus Apollo.

¶ Callĭpicus, *i*, m. καλλιστικός, i. e. *excellens cantu*, **ein guter ſänger**, apud Firmicum.

CALLIŎPIVS, *i*, m. grammaticus ſeu criticus, qui Terentii comœdias recenſuit. Et eæ tantum admiſſæ fuere, quas ille probaret. Ita Ioſ. Scaliger opuſculo poſthumo epiſt. 9, nec aliter Lindebrog. Obſervat. Teient. Andr. extr. Barthius Adverſ. 6, 20 hunc *Calliopium* non alium, quam *Alcuinum* fuiſſe conatur probare, quem vide. Eugraphius ſcholiaſtes vetus Terentii, *Calliopium* non criticum & recognitorem fabularum Terentii, ſed recitatorem ſive actorem agnoſcit Andria extr.

CALLIPĔTĂLON, *i*, n. id eſt, quinque folium, **fünffinger-kraut**, Apul. de Herb. c. 2.

CALLĬPHRON, *ōnis*, m. ſaltatoriæ artis magiſter in Nepote 15, 2, 1.

CALLIPIDÆ, *arum*, Pomponio populi ſunt Europæi ad Hypanim fluvium, Græco-Scythæ eidem, Solino vero c. 24 *Callipodæ.*

CALLIPĬDES, & Callippides, *is*, m. hiſtrio Tragœdiarum fuit Ageſilai tempore. ¶ 2. Vſurpatur proverbialiter pro tardo & cunctatore. v. Chil. Cicero ad Att. 13, 12 *Biennium præteriit, cum ille Callippides aſſiduo curſu cubitum nullum proceſſit.* Varronis cunctationem acculat. An voluit *Philippidem* vel *Phidippidem?* de quo ſuo loco.

CALLIPOLIS, *is*, f. oppidum ad Helleſpontum in Europa, Plin. 4, 11, quod hodieque nomen retinet. conf. Sil. 14, 250.

CALLĬRŌE, *es*, Καλλιρόη, Stat. Theb. 12, 629 *Et quos Calliroë novies errantibus undis Implicat.* Fons Atticæ eſt, cujus aquæ ductus vel ſcaturigines novem ſunt. Plinius 4, 7 *In Attica fontes Cephiſſia, Calliroë Panacrunos.* Quod a Thucydide videtur acceptum, qui l. 2 p. 112 τῇ κρήνῃ, inquit, τῇ νῦν μὲν ἐννεακρούνῳ καλουμένῃ, τὸ δὲ πάλαι καλλίρροῃ ὠνομασμένῃ, ἐχρῶντο. Quidam duos fontes faciunt Callirroen & Enneacrunon, quos confutat Harduinus ad d. l. Plinii, Emendatione 32. Adde Barthium ad d. l. Thebaidos. ¶ 2. Eſt & *Calliroë* fons ad Edeſſam, Plin. 5, 24; & alius in Iudæa, ibidem c. 16. ¶ 3. *Calliroë* etiam dicta Lyci crudeliſſima filia apud Ovid. Met. 9, 414. ¶ 4. *Calliroë* Acheloi filia Alcmæoni amata. vid. intt. ad Ovid. R. A. 456.

CALLIS, *is*, m. ſemita tenuior, ein ſteig, ſteig, fußpfad. Virg. Æn. 4, 404 *Prædamque per herbas Conſectant calle anguſto.* Cic. pro Sext. c. 5 *Italiæ calles. Callis* autem appellatur ex eo, quod pecudum callo præduretur, ut explicat Servius ad h. l. Turneb. Adverſ. 2, 9; & 3, 22. vel potius quod pedibus tritus calleat. Vnde in Gloſſ. Iſidori *Calles vie trite pecorum veſtigiis.* vide Varr. R. R. 2, 9, 16 & 2, 10, 1 & 3. *Dureſcunt calles*, Lucan. 4, 129 ubi al. codd. *colles.* Ita apud Liv. 40, 54 pro vulgato: *per invios montes, vallesque, ſaltus, callesque* vir doctus in Miſc. obſerv. Vol. 2 p. 307 reponit. Sic *Calles occulti*, Virg. Æn. 3, 83. Apud Curtium 5, 4 *ſi vestros calles*; & c. 6 *invii*; & 4, 16 *ignoti* &c. dicuntur. ¶ 2. Fœmin. genere uſus eſt Livius 22, 14 *Pecorum modo per æſtivos ſaltus deviasque calles exercitum ducimus.* Idem ſic frequenter; quod & Nonius 3, 46 notavit. ¶ 3. Oppidum Vmbriæ hujus nominis etiam fuit. v. Græv. ad Cic. Att. 8, 9 p. 780.

Calliſco, vide *Calleſco* in *Callus.*

CALLISTHĔNES, *is*, m. Καλλισθένης, philoſophus, propinquus & auditor Ariſtotelis, Alexandri comes, a quo, quod non, ut cæteri aſſentatores, adorandum eum putaviſſet, indignis modis interfectus eſt. Vide Plutarch. in Alexandro, & Curtium 8 c. 5 & 8.

CALLISTO, *us*, f. Καλλιστώ, Lycaonis regis Arcadiæ filia, Dianæ comes, a Iove compreſſa, a Iunone vero in urſam mutata, & tandem inter ſidera relata a Iove. v. Ovid. 2 Met. & Faſt. 2, 155; & Colum. 11, 2.

CALLISTRĂTVS, *i*, m. ſtatuarius Plinio 34, 8. ¶ 2. Græcus ſcriptor alius fuit *Calliſtratus*, cujus exſtant icones pulcherrimæ ſeu hypotypoſes, adjunctæ iconibus Philoſtrati. ¶ 3. Fuit & ICtus hoc nomine. ¶ 4. Item, Atheniensis orator, apud Nepotem 15, 6, 1. v. Meurſ. Bibl. Att. lib. 2.

CALLISTRVTHVS, *arum*, f. ficorum omnium frigidiſſimæ, Plin. 15, 18, tamen in deliciis Romanorum. v. Capitolin. in Albino c. 11: Athenæus 3, 3 p. 75 Colum. 5, 10, 11. Sed

¶ Calliſtruthis eadem vocatur Col. 10, 416.

CALLISTVS, *i*, m. unus ex comitibus expeditionis Iuliani principis, cujus hiſtoriam verſibus ſcripſit. v. Socrat. 3, 21. ¶ 2. Vnus ex potentiſſimis libertis Claudii Cæſaris. Vid. Plin. 36, 7; Tac. Ann. 11, 29 &c. ¶ 3. Cognomen Nicephori, hiſtoriæ eccleſiaſticæ ſcriptoris vel compilatoris.

¶ Calliſtianus, *a, um*, ad Calliſtum ſpectans, in lap. Murat. 835.

CALLITRIX, *ĭchis*, f. ſpecies ſimiæ καλλίθριξ, qs. *pulchrum habens crinem*, Plin. 8, 54. conf. Id. 25, 11 & 26, 14; Iſidor. 12, 2.

¶ Callitrĭchon, *i*, n. καλλίτριχον, quod capillum nutriat & pulchrum reddat; herba eidem, quæ *Polytrichum*, & τὸ τριχομανὲς, **ſteinbrech**, vide Plin. 26, 8, & *Polytrichon*, v. Plin. 22, 21; ubi *Callitricha*, f. dicitur. conf. Apul. de Herb. c. 47.

Callor, calloſitas, calloſus, vide in *Callus.*

CALLVS, *i*, m. & Callum, *i*, n. cutis denſior ex frequenti labore & itinere, qualis eſt in pedibus aut manibus, eine ſchwiele, ſchwarte. Vetus Gloſſa: *Callus, τύλος*: aliæ Græco-Latinæ: *τύλος, Callum.* Suet. Aug. c. 80 *Sed & callis quibusdam ex prurigine corporis, aſſiduoque & vehementi ſtrigilis uſu, plurifariam concretis, ad impetiginis formam.* ¶ 2. *Callum* in ſuibus agnoſcit Plautus Capt. 4, 3, 4, quod in Perſa 2, 5, 4 & Pœn. 3, 2, 2 *callum aprugnum* vocat. In deliciis menſarum fuiſſe Catonis locus, Plinio 8, 51 citatus indicio eſt. *Lumbum aprugnum* callum dictum eam ob cauſſam Hieron. Mercurialis Var. Lect. 2, 22 cenſuit, quod teneram ſed compactam carnem habeat, palato ac dentibus gratam. *Callum in manu elephanti expetiti ſaporis*, ait Plin. 8, 10 f. 10. ¶ 3. Cicero Metaphorice dixit, *Callum obducere*, pro eo, quod eſt *aſſuefcere alicui labori multo exercitio*, eines dinges gewohnen, und darzu gehärtet werden; ut Qu. Tuſc. 2, 15 *Ipſe labor quaſi callum quoddam obducit dolori*, wer viel arbeitet, der fühlet nicht daß es ihm wehe thut.

¶ Calloſus, *a, um*, hart von ſchwielen, dickhäutig: ut, *Manus calloſa*, id eſt, callis obducta & durata. Auctor panegyrici ad Piſon. v. 17

Humida calloſâ cum pinſeret bordea dextra.

Sic *Vlcus calloſum*, Celſ. 6, 3. *Calloſa ova.* Horat. 2 Sat. 4, 14 de melioribus & longis dixit: quod marem contineant, ideoque ob calorem denſioris albuginis ſint, & ſucci melioris, ut Torrentius interpretatur. Vid. & Mercurial. l. c. Compar. *Craſſior calloſiorque cutis in homine*, Plin. 11, 39 pr. *Cucurbitæ calloſiores ad guſtum*, i. e. firmiores eſui, Apic. 3, 4.

¶ Callŏſitas, *ātis*, f. induratio, die härte, harthäutigkeit, verharſchung; ut; *Calloſitas palpebrarum*, Scrib. Larg. Comp. 36. v. Nonius 4, 66. ¶ 2. Dein conſuetudo malorum, wenn man ausgehärtet iſt. Tertull. de Teſtimonio animæ c. 5 *exiſſe hæc in uſus communis calloſitatem*, id eſt, conſuetudinem, interprete Rigaltio.

¶ Callor, *ōris*, m. idem adfertur ex Caſſiodoro 1 epiſt. 35. Sed legitur *Terrenis viſceribus nimio calore*, h. e. ardore, *duratis.*

¶ Calleo, *ŭi*, *ēre*, eſt callum obduciſſe, verharſcht, harte und ſteif ſeyn. Plaut. Pſeud. 1, 2, 4 *Plagis coſtæ callent.* Ser. Sulpicius Cic. fam. 4, 5 *In illis rebus animus exercitatus callere jam debet.* ¶ 2. Multa experientia doctum eſſe, penitus quid notum habere ac intelligere, wiſſen, kundig ſeyn, gelernet haben. Horat. 4 od. 9, 49 *Qui duram callet pauperiem pati.* Ter. Heaut. 3, 2, 37 *Quo pacto id fieri ſoleat, calleo.* Et Adelph. 4, 1, 18 *Ego illius ſenſum pulchre calleo.* conf. Nonius 4, 66; Plaut. Pœn. 3, 1, 71; Cic. pro Balbo c. 14; Horat. Art. P. v. 274. Sic & *Fidibus apprime callere*, Apul. Florid. p. 358.

¶ Callens, *tis*, kundig, erfahren. *Virtusque linguæ callens*, Gellius 17, 5. *Bellandi uſu diutino callentes*, Ammian. 16, 12.

¶ Callenter, adverb. klüglich. Apul. 4 de Aſino p. 150 *Quorum ſatis callenter curioſos adſpectus Thraſyllum noſter impeta minaci frequenter inhibebat.* Iulian Floridus interpretatur p. 119 *aſtute.*

¶ Calleſco, ſive Calliſco, *ere*, i. e. occalleſcere, hart werden, gewohnen. Cato apud Nonium 2, 162 *Aures nobis callifcant ad ingurias.*

¶ Callidus, *a, um*, ſciens, peritus, intelligens, doctus, ſolers, erfahren, wiſſig, liſtig. Nep. 18, 5, 4 *Callidam inventum.* Lucret. 6, 92

Currenti ſpatium præmonſtra callida Muſa.

Ita *Teſtudo reſonare callida nervis*, Horat. dixit 3 od. 11, 3. Comp. Tac. Hiſt. 2, 31, 4 de Suetonio Paulino: *Nemo ea tempeſtate callidior rei militaris.* Superl. Colum. 7, 3 *Ariſtoteles callidiſſimus rerum naturæ*, id eſt, ſcientiſſimus, prudentiſſimus. Quemadmodum idem Tacitus An. 4, 33, 2 *temporum callidos* dixit. Et inde *dementem & callidum* opponit Nepos 4, 3, 1 *Non callida, ſed dementi ratione cogitata patefecit.* Cic. Tuſc. 1, 20 *callidiſſimum artificium* dixit ſolertiſſima & ſapienti perquam ratione effectum. Id. de Nat. D. 3, 10 *Callidos appello, quorum tamquam manus opere, ſic animus uſu concalluit.* Nepos 14, 10, 1 *Callidus vir*, id eſt, qui conſilio pollet. ¶ 2. Et quia *Callidus μέσον* vocabulum eſt, idcirco in malam etiam partem vſurpatur pro eo, qui ingenio ad fraudes dolosque abutitur, verſchlagen, argliſtig, verſchmitzt. Vet. Gloſſ. *Callidus, πανοῦργος, δολερός.* Item: *πανοῦργος Callidus, aſtutus, verſutus.* Martial. 5 ep. 43

Callidus effracta nummos fur auferat arca.

Florus 3, 1, 2 de Iugurtha: *Rex callidiſſimus.* conf. Nep. de Hannibale, 23, 5, 2; & 9, 2. Cic. Fam. 3, 8 *Quid poteſt eſſe callidius?* ſic enim legendum ex MSS. eſt. Sic *Callidam liberalitatem* pro inſidioſa & captatoria Nepos dixit 25, 11, 3. Cic. de Off. 2, 3 *Quod qui parum perſpiciunt*, (honeſtum, juſtum, utile idem eſſe) *hi ſæpe verſutos homines & callidos admirantes, malitiam ſapientium judicant.* Et hinc *malitiam* & *calliditatem*, tamquam Synonyma conjungit pro Roſc. Com. c. 7. Id pro Cluent. c. 65 *Ad fraudem callidus.* Et Plaut. Aſin. 2, 1, 9 *Ad fraudationem callidum ingenium.*

¶ Callidulus, *a, um*, diminut. ſpitzfündig; ut, *Fraus callidula*, Arnob. lib. 2 p. 91.

¶ Callide, adverb. klüglich; ut, *Callide noviſſe*, Plaut. Aſin. 2, 2, 82 id eſt, pernoviſſe. *Callide cogitans.* Nep. 14, 8, 4 *Callidiſſime de futuris conjicere*, id eſt, perite, ſolerter, ſapienter, ut nihil lateat fugiatque, Id. 2, 1, 4; quemadmodum *Callide intelligere*, Terent.

Terent. Andr. 1, 2, 27. Et Cic. de Orat. 2, 8 *Propter exercitationem aut consuetudinem callidius id faciunt.* Tac. An. 6, 37, 3 *Quidam callidius interpretabantur.*

¶ Calliditas, *ātis*, f. die verſchlagenheit, liſtigkeit. Cic. Off. 1, 19 ex Platone: *Scientia, quæ eſt remota ab juſtitia, calliditas potius, quam ſapientia eſt appellanda.* Et 3, 32 *Stulta calliditas perverſe imitata prudentiam.* Plur. Ter. Heaut. 5, 1, 14 *Servi calliditates.* Et Lactant. 2, 12, 17 de Satana: *Omnes fallacias & calliditates ſuas ad decipiendum hominem intendit.*

Compoſita:

¶ Concalleo, *ui, ēre*, & Concalleſco, *ĕre*, hart werden, harſchen. Cic. de N. D 3, 10 *Manus opere, animi uſu concalluit.* conf. ad Att. 4, 16.

¶ Incallidus, *a, um*, albern, einfältig. Cic. pro Cluent. c. 16 *Servus non incallidus.* Tac. An. 3, 8, 4 *Incallidus aliqui & facilis juventa.*

¶ Incallide, adverb. idem. Cic. offic. 3 c. ult. *Non incallide tergiverſantur.* Et Gell. 7, 3 *Ita non incallide conquiſivit:* & 12, 13 *Nec incallide oppoſuiſti hoc Tullianum.*

¶ Incallo, *are*, dick und hart machen. Veget. rei Veter. 2, 27 *Humor carnem indurat & incallat.*

¶ Obcalleo, *ēre*, & Obcalleſco, *ēre*, verharſchen. Sic *Tumor obcalluit*, & *Tumores obcalluerunt*, apud Cellum 4, 24, ubi tamen I ſimplex priore loco facit, ut potius inter Compoſita verbi *Caleo* referatur. Translate Colum. 8, 16 *Obcalluere mores.* Idem autem eſt

¶ Occalleo, *ēre*, & Occalleſco, *ēre*, harthäutig werden, gewohnen. Ovid. Met. 14, 282 *Osque meum ſenſi pando occalleſcere roſtro.* Cic. Att. 2, 18 *De aliis rebus angor quidem, ſed jam prorſus occallui.* Plin. 2 epiſt. 15 *Longa patientia occallui.*

¶ Occallatus, *a, um*, ausgehärtet, fühllos; participium ex alia forma. Seneca extremo lib. 4 Qu. Nat. *Fauces occallatæ cibis ardentibus.*

¶ Percalleo, *ēre*, & Percalleſco, *ēre*, wohl wiſſen und verſtehen; ut, *Uſum rerum percallere*, Cic. de Orat. 2, 34. Sed pro Mil. c. 28 *Iam uſu obdurueràt & percalluerat civitatis incredibilis patientia*, war unempfindlich worden.

CĂLO, *are*, antiquum verbum, quod idem eſt ac *vocare*, ex Græco καλῶ, unde & *Calendæ* & *Curia Calabra* appellata, ut auctor Macrobius eſt Sat. 1, 15, quia priſcis temporibus, antequam faſti in omnium notitiam proderentur, primo cujuslibet menſis die, pontifex ad curiam Calabram *calando*, id eſt, aliquoties repetito verbo καλῶ toto menſe obſervanda pronunciabat. De *Calabra* & *Calendis* vid. ſeorſum Hinc &

¶ Calatus, *a, um*, ausgeruffen, beruffen; ut, *Culata Comitia*, apud Macrob. l. c. Conſule quoque Gellium 15, 27.

¶ Calatio, *onis*, f. i. e. vocatio, die beruffung. Varro L. L. 4, 1 extr. *Nec curia Calabra ſine calatione poteſt aperiri.*

¶ Calător, *ōris*, m. ein diener, aufwärter. Vet. Gloſſ. *Calatores*, διάκονοι ἱερέων. Iſidor. Gloſſ. *Calator, miniſter ſacrorum.* Suet. de Gramm. c. 12, & Guther. de Iure Pontificio 1, 5; & 2, 13 extr. ¶ 2. Feſtus in genere omnes ſervos *Calatores* dictos putat: quia ſemper vocari poſſent ob neceſſitatem ſervitutis. Et ita Pallio Plautinus, Harpaceen ſervum, ſuum *Calatorem* dicere potuit Pſeud. 4, 2, 51. Adde Rud. 2, 3, 5; & Merc. 5, 2, 11. *Calator* etiam, qui nomina dictat domino ſuo. Inde eſt ¶ 3. *Nomenclator*, apud Martialem 10 epig. 30, de quo infra in *Nomenclator.*

¶ Calatorius, *a, um*, adject. apud Fabrettum p. 435, PERMISSV KALATORIO ET FLAMINVM.

¶ Apocălo, *are*, ἀποκαλῶ, i. e. *avocare*, beyſeitruffen; ut, *Ego me apocalo*, i. e. recedo, abeo, Petron. c. 67. *Apocalemus nos*, Idem c. 62. Ita Nodot legit & explicat. Alii aliter his locis ſentiunt.

¶ Incălo, *are*, pro *invocare*, anſchreyen, Et

¶ Incalatio, *ōnis*, f. i. e. *invocatio*, die anſchreyung; Et

¶ Incalative, adverb. pro *Vocative*, apud Feſtum.

¶ Intercălo, *are*, inferre eſt, ſeu interponere, mit einſchieben, darzwiſchen einſetzen; habetur fere impersonaliter. Cato R. R. c. 150 *Si intercalatum erit cal. Majis.* Plin. 18, 25 *Ita ut 12 annis continuis non intercalaretur.* Macrob. Sat. 1, 13 *octavo quoque anno intercalantes.* ¶ 2. Eſt differre, prorogare, verziehen, aufſumb nehmen. Cic. Att. 5, 21 extr. *Cum ſcies, Romæ intercalatum ſit nec ne.* Ibid. ep. 9 *Pugnes ne intercaletur.* conf. Id. fam. 7, 2; & 8, 6.

¶ Intercalātus, *a, um*, eingeſchoben; item aufgeſchoben. Plin. 2, 47 *Principium luſtri ſemper intercalati.* Ita *Pœnæ intercalatæ uſura*, i. e. dilatæ, Liv. 9, 9 pr.

¶ Intercalāris, *e*, quod interponitur, eingeſchoben; ut, *Menſis intercalaris*, Liv. 1, 19. hodie ita Februarius dicitur, cui quarto quoque anno dies inſeritur. Ante Iulianam faſtorum reformationem integer menſis, ſupplemento temporum inſertus, ita vocabatur, ſive *menſis intercalarius*, ut mox ex Livio dabimus, cujus *calendæ* Ciceroni *intercalares* ſunt pro Quint. c. 25 & fam. 6, 15. vid. Cenſorin. c. 18, & Macrob. Sat. 1, 13, *Dies intercalaris*, ἐμβόλιμος & ἐμβολιμαῖος dies ipſe, qui interponitur, der 29 tag Februarii, vide *Embolismus. Annus intercalaris* biſextilis, das ſchaltjahr. Plin. 2, 8 *Quinto anno unus intercalaris dies additur*, hoc eſt primo & extremo ſimul computatis. *Verſus intercalares*, qui frequenter in poëmate interponuntur, ut in Virgilii Pharmaceutria:

Incipe Mœnalios mecum mea tibia verſus. Et
Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnin.

Servius ad dictam eclog. 8, 21 *Dicitur hic verſus intercalaris, qui frequenter poſt aliquantulos interponitur verſus: ſicut intercalares dies & menſes vocantur, qui interponuntur, ut ratio lunæ ſolisque conveniat.*

¶ Intercalarius, *a, um*, idem. Liv. 39, 59 *Triumphavit menſe intercalario pridie Calendas Martias.* Plin. 18, 25 *Intercalarius dici quadrans.* ¶ 2. *Intercalarium* ſubſt. pro tempore, quod intercalatur, Cic. 2 Verr. 52 *Decreverunt intercalarium 45 dies longum.*

¶ Intercalatio, *ōnis*, f. die einſchaltung. Macrob. Sat. 1, 13 *Omni intercalationi menſis Februarius deputatus eſt.* Et Plin. 1, 47 *Per ſingulas intercalationes uno die* (venti) *anticipant.* v. Harduinum ſcite interpretantem.

¶ Procălo, *are*, Feſtus: *Procalare, provocare*, ausruffen. Et mox: *Procalato, provocato.* Forte rectius *Procalatio.*

CĂLO, *ōnis*, m. plur. *Calones*, militum miniſtri, *a ferendis lignis paliſque ad uſum militiæ* ſic appellati: quippe Servius ad Æn. 6, 1 *Calas dicebant majores noſtri faſtes, quos portabant ſervi, ſequentes dominos ad prælium, unde etiam Calones dicebantur*; vel quia *ligneas clavas* (unde & *Clavatores* dicebantur) gerebant, quæ Græci κάλας vocant, ut Feſtus prodit, & Nonius 1, 310 ſoldaten-jungen, troßbuben. Cic. Nat. D. 3, 5 *Nullis calonibus obviam venire.* ¶ 2. Vetus ſcholiaſtes Horatii *Calonum* vocabulum de omnibus vilioribus ſervis urbanis juxta & ruſticis, ad imitationem *Calonum*, qui in exercitu erant, interpretatur (knechte, jungen) ad illud Horatii 1 Sat. 6, 102

Ne ſolus rure peregreve
Exirem, plures calones atque caballi Paſcendi.

Et vero hic minime poëta de militaribus ſervis ſeu *Caculis* (ita enim & appellabantur) loquitur. Sed & epiſt. 14 lib. 1, 42 *Calonis* voce, qua ibi in ſingulari utitur, miniſterium urbanum deſignare Torrentio videtur, quem vide. Seneca lecticarios ſervos *Calones* appellat epiſt. 110 ſub fin. *Quotiens occurrit domus ſplendida, cohors culta ſervorum, lectica formoſis impoſita calonibus.* In ſingulari etiam eſt apud Perſium Sat. 5, 95 *Sambucam citius caloni aptaveris alto.* ¶ 3 Aliam ſignificationem pro calceamentis ligneis, vide mox ex Feſto in *Calopodium.*

¶ Călŏbătarius, *i*, m. græce καλοξάτης, h. e. grallator, qui ligneis perticis incedit, der auf ſtelzen, oder an krücken geht; a κάλον *lignum* & βάω *incedo.* Ita Nonio 2, 361 *Grallatores* ſunt *Calobatarii*; ubi corrupte *collobathrarii.*

CĂLOENVM, *i*. n. quaſi κάλοινον *bonum vinum*, a καλὸς & οἶνος, gutter wein. Plin. 14, 6. vide ſupra *Calenus.*

¶ CĂLŏPHANTA, *æ*, m. καλοφάντης, ein ſpottvogel. Sic in Plauti Curcul. 4, 1, 2 pro *Halophantes* ex MSS. legendum ducunt Pareus in animad. & Alciatus Pererg. 7, 4. v. infra *Halophanta.*

CĂLŏPŎDIVM, *i*, n. καλοπόδιον, (Feſtus *calonem* vocat, *Calones*, dicens, *calcei ex ligno facti*) ein holtz-ſchuh, ſchritt-ſchuh, leiſten. *Vno calceare omnes calopodio*, proverb. eſt in ignavos & ignaros, qui unam & eamdem rem multis accommodant. Quod Eraſmus ex Galeno ita retulit, *humdem calceum omnium pedibus inducere.* Noſtri, alle ſchuh über einen leiſten ſchlagen.

CĂLŏPVS, *ŏdis*, m. καλόπους *pulchripes*; plur. *Calopodes* boni felicisque pedis homines, & ſervi præcipue, läuffer. Cæl. Rhodig. 6, 38.

Calor, caloratus, &c. vide ſupra *Caleo.*

CALPAR, *āris*, n. vinum novum & genus vaſis fictilis apud Feſtum. Nonius 15, 31 dolium vocat ex Varr. quod antequam nomen dolii prolatum eſſet, cum id genus vaſorum *Calpar* diceretur, id vinum *Calpar* appellatum.

CALPĒ, *es*, f. κάλπη, *mons concavus inſtar vaſis*; Hiſpaniæ promontorium ad fretum Herculeum, una ex Herculis columnis. v. Plin. 3 præfat. & c. 1; & Iſidor. 14, 8. ¶ 2. Oppidum ad iſtum montem Straboni eſt, Cadix oder Gibraltar. Vide Geograph. & Spanhem. de uſu & præſt. num. diſſ. 13 p. 600. ¶ 3. *Calpes*, pl galeæ militum, bickelhauben. Iſidor. Gloſſ. ¶ 4. *Calpe* certum equis certandi genus apud Pauſaniam de ludis Olympicis. Vid. Salm. ad Capitoli. Maxim. p. 1.

CALPVRNIVS, ſive Calphurnius, *i*, m. cognomine *Beſtia*, veneno uxores ſuas dormientes interemiſſe dicitur, Plin. 27, 2. ¶ 2. Alius *Piſo* cognomine, memorabilis continentiæ apud Val. Max. 4, 3, 10. ¶ 3. *T. Calphurnius* Siculus, bucolici carminis auctor, qui ſub Caro & Numeriano vixit. v. Crinit. de Poët. Lat. c. 83; & Voſſ. de iisd. c. 4. ¶ 4. Plures alii in hiſtoria Romana. *A Calpo* autem *Nomæ regis filio ſunt oriundi*, Feſt. Cic. pro Muræna c. 23 *Familia Calpurnia*, Id. in Piſ. c. 23. *Lex Calpurnia, Domus Calp.* Ovid. ad Calp. Piſ. v. 15. Calpurnia, *æ*, f. uxor I. Cæſaris, Suet. Cæſ. c. 77. Taceo plures.

¶ Calphurnianus, *a, um*, ad Calphurnium ſpectans. Lapis Murat. f. 155.

CALTHA, *æ*, f. κάλθη, viola autummalis, colore luteo. Facile putaverim eam eſſe, quam vocant officinæ *calendam* vel *calendulam*, ringel-blumen, gold-blumen. Hæc Ruellus. Virg. eclog. 2, 50 *Mollia luteola pingit vaccinia caltha.* Prudentius Cathem. 5 ad incenſ. lucernæ v. 114 neutro genere dixit *Calthaque pinguia.*

¶ Calthula, *æ*, f. veſtis genus eſt Plauto Epidic. 2, 2, 47 dictæ fortaſſis a colore calthæ luteo, ein gelb kleid. Conf. Varr. ap. Non. 16, 4.

¶ Calthulārius, *i*, m. qui calthulas conficit. *Calthularios* nonnulli reponi volunt pro *Carinariis* in Plaut. Aul. 3, 5, 36.

CALVA, *æ*, f. idem quod *Calvaria*, der hirnſchedel, die hirnſchale. Onomaſt. Vet. *Calva*, κεφάλιον. Martialis 3 epigr. 74

Pſilothro faciem lævas, & dropace calvam.

Et ibidem: *Miſeram traducere calvam.* Id. 12 epigr. 45 *Hedina pelle nudæ verticem calvæ contegere.* Liv. 23, 24 *Galli L. Poſtumii calvam auro cælavere, idque ſacrum vas iis erat, quo ſolennibus libarent*, &c.

¶ Calvāria, *æ*, f. idem. Cell. 8, 1 *Calvaria incipit, ex interiore parte concava, extrinſecus gibba, utrimque lævis* &c. Scrib. Larg Compoſ. 16 *de calvaria defuncti.* Plin. 28, 1 *Calvaria interfecti.* Sed *Vbi ſenis aſtaphis calvaria*, ἀνδρὸς γέροντος ἀσκφὶς τὸ κρανίον, proverb. de invalidis ſenum viribus. v. Chiliad. conf. Tertull. Carm. adv. Marc. 3, 196.

¶ Calvārium, *i*, n. quod agnoſcit Gloſſarium vetus Et videtur hoc nomen vere adjectivum. ¶ 2 *Calvaria pinguia Atarnæ*, falſamenta forte ex thynni capite facta, apud Ennium in Apul. Apolog. p. 299; ſive piſces ita dicti.

¶ Calvariŏla, *æ*, f. parvus caliculus inſtar minoris calvariæ, ein kleiner becher. Vetus interpres Iuvenal. Sat. 5 *Calices fractos vel calvariolas componere.* Ita Pithœi editio Sed Hennin. *caldariolas.*

¶ Calveo,

¶ Calveo, *ere*, kahl ſeyn. Plinius 11, 37 (Hatd. 47.) *Quædam animalium naturaliter calvent.* Hinc

¶ Calveſco, *ere*, kahl werden. Plin. 10, 29 *Proprium his* (picis avibus) *calveſcere omnibus annis.* Metaphorice Columella 4, 33 *Novella caſtanea calveſcunt.*

¶ Calveſio, *ire*, idem apud Varronem de R. R. 1, 37.

Calvitium, *i*. n. kahle Glatze. Accedit capiti ſua ſponte ex ſuis cauſſis: Sed raſura peruiantet accerſitur, magna cum læſione capitis propter cranium tenuiſſimum & commiſſuras in eo molles ac fabriles. Cic. Tuſc. 3, 26 *Studioſiſſimus Rex in lucta capillum ſibi evellebat, quaſi calvitio mœror levaretur.* Tertull ad Nation. 1, 10 extr. *Mo, ca, to. in calvitio pennatulus*, ideſt, galero pennato indutus. conf. Auſon. Epigr 72. v. 2. ¶ 2. *Calvitium loci.* Columella dixit 4, 29, wenn es kahl ausſiehet, wenn die geſetzten Bäume auſſen bleiben.

¶ Calvicies, *ei*, f. idem quod *calvitium.* Petronius Satyr. c. 108 *Superciliorum æqualis cum fronte calvities.*

¶ Calvo, *are*, calvum facere, kahl machen. Hinc

¶ Calvatus, *a, um*, kahl gemacht, geblest; ut, *Vinea calvata* apud Catonem c. 33; & Plin. 17, 22 ein wüſter weinberg.

¶ Calvus, *a, um*, kahl: ut, *Raſo capite calvus*, Plaut. Amph. 1, 1, 306. *Mœchum calvum adducimus*, Suet. Cæſ. c. 51. *Calva Venus*, Lactant. de falſ. rel. 1, 20, 27. *Calvum vellere*, proverb. de fruſtrata opera, rauffen da kein haar iſt. Chryſippus affectus convicio a calvo quodam, *Tibi*, inquit, *contumeliam non dico, ſed capillos tuos laudabo, quod improbum caput refugerint*, σὲ μὲν οὐχ ὑβρίσω, τὰς δὲ τρίχας ἐπαινέσω, ὅτι κακὸν ἐξέφυγον κράνιον. v. Stob. Et Martial. 10 epigr. 83 *Calvo turpius eſt nihil comato.* In conviciis fuiſſe, ut *calvum* dicerent, quem fruſtum & improbum ſignificare vellent, monet etiam Caſaub. ad Perſ. p 100. Add. quos laudat Geſnerus ad Luciani Philopatrin p. 191. ¶ 2. *Calvus* proprium poëtæ nomen. Fuit ille æqualis & amicus Catulli, ad quem ſic ſcribit in epigram. 14 *Ni te plus oculis meis amarem, Iocundiſſime Calve.* Horat. 1 Sat. 10, 19 *Nil pater Calvum & doctas cantare Catullum.* ¶ 3. De Calvo oratore Quint. 10, 1 p. 917.

¶ Calvaſter, *ſtri*, kahl, ohne haar. Vnde *Recalvaſter.*

¶ Decalvo, *are*, kahl machen. Vegetius de Re veter. 2, 48 *Piſtibro decalvare.* Vius & Vulg. Interpres 1 Corinth. 11, 5. Vet. Gloſſ *Decalvo*, φαλακρῶμαι.

¶ Decalvatus, *a, um*, abgeſchoren. Hieron. 1 adv. Iovin. c. 13 pr. *Samſon a mulicre decalvatus.*

¶ Præcalvus, *a, um*, in parte anteriore calvus, vornen kahl. Sueton. Galb. 21 *Caput præcalvum.*

¶ Recalvus, *a, um*, retro calvus, recalvaſter, hinten kahl. Plautus Rud. 2, 2, 11 *Ecquam recalvam ac ſilonem ſenem!*

¶ Recalvaſter, *ſtri*, qui fronte, non capite toto calvus eſt, der kahl an der ſtirn iſt. Vſus eſt interpres Vulg. Levit. 13, 41. Et Seneca epiſt. 66 *Comatum & criſpulam malis, quam recalvaſtrum*, einen kahlkopf. Sed abeſt hæc apodoſis ab nominalis codicibus.

¶ Recalvatio, *onis*, f. die abſcherung der haare. Vulg. Interpr. Lev. 13, 42.

Calvitas, vide *Calvo, ere*, Calvities, calvitium, *Calva.*

CALVMNIA, *æ*, f. διαβολή, callida & malitiola juris interpretatio, ad deferendos accuſandosque ac evertendos alios inventa, verdrehung des geſetzes, falſche beſchuldigung; vel ut magis adæquate Manut. ad Cic. fam. 1, 1 verſuta quædam vel callida fallendi ratio, ut Cicero l. c. *religionis calumnian* dicit malitioſam & fictam de Sibyllinis verſibus orationem, betrügeriſch vorgeben. v. Manut. etiam ad 1, 4. Suet. Calig. c. 38 *Ludovicus atque ejus ad repetas convertit animum, vario & exquiſitiſſimo calumniarum & actionum & vectigalium genere.* Exempla hujusmodi *Calumniarum* ibidem in ſequentibus lege. Id. Vitell. c. 7 *Creditorum turbam non niſi terrore calumniæ amovit.* Sic *fiſcales calumniæ*, quibus fiſcus augetur, Domitiano c. 9 extr. dixit. Huc etiam pertinet Nervæ nummus, *Fiſci Iudaici calumnia ſublata*, de quo poſt Patinum ad Suet. c. 12 Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 13 p. 570. Id. Suet. Calig. c. 16 *Legata ex teſtamento Tiberii, quamquam abſolita, cum fide ac fine calumnia repræſentata perſolvit*: SINE CALVMNIA, id eſt, nihil juris proſe per retinendi cauſſam callide allegans. Cic. de Off. 1, 10 *Exiſtunt etiam ſæpe injuriæ calumnia quadam, & nimis callida & malitioſa juris interpretatione* &c. ubi etiam habes exempla. conf. Menckenii Obſerv. L. L. v. *Calumnia.* ¶ 2. Sed & quævis ex falſo fictoque crimine infamatio *Calumnia* eſt, verläumdung, ſchmach, läſterede. Priſcianus lib. 10 ab inuſitato Supino *Calumum* a *Calvo* (de quo poſtea) derivat. *Calumniam ferre*, Cæl. Cic. fam. 8, 8; *effugere*, Cic. pro Cluent. c. 59. *Cæſar Lucullo calumniarum metum injecit*, Suet. Cæſ. c. 20 i. e. minatus eſt ſe eum traductarum vel proditurum. *Calumniam jurare*, eſt teſtari juramento, ſe ad litem vel recuſationem non accedere calumniandi ſtudio, ſchweren, daß man nicht jemand betrüglich zu beleidigen, klage anfangen. Cæl. Cic. fam. 8, 8. Sic etiam Seneca Controv. 19 *Se in eum juraturum calumniam.* Calumnia quomodo excipienda ſit, docet Dion. apud Meibom. Mæcen. c. 20. 1. 14. Huc trahe etiam Ovid. Amor. 1, 2, 12. ¶ 3. Cæcina ad Cic. fam. 6, 7 ext. *Calumniam timori* dixit pro timore, qui ſibi fingit, quæ non ſunt vera. Valer. Max. L. 3, 7 *Reſtabat, ut deſertus inſons, calumniæ ſuæ ludibrio ſolus moriretur.*

¶ Calumnior, *atus ſum*, *ari*, läſtern, falſch anreden. *Me, ſi diutius calumniarentur, redire juſſiſſis*, Cic. poſt Red. c. 11. Phædr. 1, 1, 5 *Calumniam, ſi quis volverit, quid* &c. Suet. Aug. c. 12 *Dicta factaque quæ vindicari calumniatus.* *Calumniare audacter, ſemper aliquid hæret*: Sic dixit fragitioſiſſime Medius, Alexandri parafitus: admonens, ne quis timeret, quodvis crimen intendere: *Vt enim maxime ſimet, inquit, innocuus, qui delatus eſt, tamen tamen cicatrix.* v. Erasm. Apophth. l. 9. ¶ 2. Cic. fam. 9, 7 pr *Nam quod antea calumniatus ſum*, ſe explicuiſſe videri, falſo prætexta uſus ſum. ¶ 3. *Calumniantur* dicuntur, qui inter ſeria dum nimis anxie inquirunt ad ſingula, & quæ prodeſſent, etiam damnant, v. Quint 10, 3 p. 932 Burm. vid. Lexicon Cæſarianum tam in *Calumnia* n. 3. ¶ 4 Paſſive auctor quidam apud Fulgentium 3 p. 793 *Poſitiones, a quibus analogia calumniatur.*

¶ Calumniatio, *onis*, f. Accuſ. Ped. in Divin. Cic. p. 32 *Calumniationes & hoc genus argumenti complexio dicitur.*

¶ Calumniator, *oris*, m. ein verläumder, läſterer. Vet Gloſſ. *Calumniator* κακοπαράγγελος. Cic. pro Cæcin. c. 23 *Scriptum ſequi, calumniatoris eſſe, boni judicis, voluntatem ſcriptoris auctoritatemque defendere.* Phædrus 1 Fab. 18, al. 17 v. 2 *Calumniator ab ove cum peteret canis.*

¶ Calumniatrix, *icis*, f. Vlpianus L. 1 § Si ea quæ 14 Dig. de Ventre in poſſeſſ. mittendo: *Niſi manifeſta ſit calumniatrix mulier.*

¶ Calumnioſus, *a, um*, ſchmähſüchtig, verläumderiſch. Iul. Paulus lib. 1 Recept. Sent. Tit. 5 Sent. 1 CALVMNIOSVS, inquit, *eſt, qui ſciens prudensque per fi audem negotium alicui comparat.* conf. Vlpian. l. 6 § 2 ff. de Offic. præſ. Caj. l. 11 § 1 ff. de Iurisd. & alibi paſſim. Arnobius princ. operis: *Calumnioſas diſſolvere criminationes.* Superl. Auguſtin. epiſt. 152 *In qua cognitione illos calumnioſiſſimos judicavit.*

¶ Calumnioſe, adverb. idem. Aggenus Vrbicus de Limit. c. de Aqua pluv. *Calumnioſe fines defendere.* Lege 8 Dig. de Stipulat. prætor. *Calumnioſe petere.* Auguſtin. epiſt. 48 *Innocentem calumnioſe appetere.* Et epiſt. 152 *Calumnioſe diſſiſſe.* Superl. Symmach. 10 epiſt. 76 *Ambe partes calumnioſiſſime crediderunt.*

CALVO, *calvi, ere*, antiquum verbum, ſignificat decipere, fruſtra habere, betrügen. Ter. Adelph. 4, 3, 16 *Propter ſuam impotentiam ſe ſemper credunt calvier.* vulgo *negligi.* Vide Priſc. l. 5 & Nonium, qui c. 11 n. 20 complura exempla ex Pacuvio, Lucilio & Salluſtio protulit, & a calvis mimis deduxit, quod illi ſint omnibus fruſtratui. Inde & Gajus ICtus l. 233 de verb. ſign. *Calumniatores* appellatos ait, quia per fraudem & fruſtrationem alios vexarent litibus. ¶ 2. Plautus deponenti forma extulit Cæſ. 2, 3, 4 *Vbi domi ſola ſum, ſopor manus calvitur.* Ita & Gajus ICtus l. c. *Si calvitur*, inquit, *& moretur & fruſtretur* &c. Ver. Gloſſ. *Calvor* ἐξαπατῶ.

¶ Calvitas, *atis*, f. deceptio, fraus, betrug. Vlpianus Dig. lib. 17 t. 1 l. 29 § 5. ut vult Halcand.

Calvus, vide *Calva.*

CALX, *cis*, m. & f. pedis ima pars, die ferſe. *Fores calcibus inſultare*, Ter. Eun. 2, 2, 54, wider die thür lauffen. *Calce ferire*, Quint. 2, 8. *Calcibus aliquem cædere*, Plaut. Pœn. 3, 3, 71; *incurſare*, ibid. 4, 1, 33; *conſcindere*, Cic. Verr. 3, 23; *petere*, Horat. ſat. 1, 1, 55, mit füſſen ſtoſſen. *Contra ſtimulum calces*, ſcilicet, *jactare*, Ter. Phorm. 1. 2, 28 wider den ſtachel lecken, πρὸς κέντρα λακτίζειν. Vide infra in *Stimulus. Calces remittere* equus dicitur, wenn es ausſchlägt, Nepoti 15, 5, 5. Aliis *rejicere calces.* Virg. Æn. 5, 324 *Calcem tetere calce*, auf dem fuß oder ſporenſtreiche nachlauffen. Id. Æn. 11, 714 *Equum fervata calce fatigare*, das pferd anſtrengen. v. de hac formula Drakenb. ad Sil 7, 606. Canibus etiam *ſolidos in certamine calces* tribuit Grat. 278. ¶ 2. Et quia Calx ultima in homine, ultimum quodque *calx* dicitur. Vnde *a capite ad calcem* ultra formula eſt, vom anfang bis zum ende. Sed apud Cic de Senect. c. 23 *A calce ad carceres revocari*, id eſt, a fine ad principium. *Calx* pro linea poniur, ad quam conſiſtebant equi, quæ calce, ſive creta, notabatur: unde Lucretius 6, 91 *Præſcripta ad candida calcis.* Et Sen. epiſt. 108 *Hanc quam nunc in circo cretam vocamus, calcem antiqui dicebant.* Et Varro apud Nonium 3, 60 *Nemini fortuna currum, a carcere emiſſum intimo, Labi inofſenſum, per æquor candidum ad calcem finit.* Vide Scaligerum ad Propertii 4, 2, 57, ubi legit *Non moror, hæc ſpatiis ultimo creta meis*, al. *meta.* Add. Lipſ. Antiq. Lect. 5, 10. Cic. Tuſc. Q. 1, 8 *Nunc video calcem, ad quem cum ſit decurſum, nihil ſit præterea extimeſcendum.* ¶ 3. Vitruv. 9, 2 imas partes columnæ, cui ſcalarum gradus adhærent, *inferiores calces ſcaporum* vocat, der fuß, da die treppe aufſteht. ¶ 4. Pro parte ſtirpis una cum furculo avulſa. v. *perna* n. 4. ¶ 5. *Calx* pro lapide & materia, vide poſtea feorſum.

¶ Calcaneus, *i*, m. & Calcaneum, *i*, n. idem, die ferſe. Virg. in Moreto v. 36 *Continuis rimis calcanea ſciſſa rigebant.* Hieron. ep. 41 ad Ruſinum: *Mihi concede, ut inter ſanctorum calcanea caput poſſim levare*, i. e. poſtremus eſſe. ¶ 2. *Calcaneum camelorum* in cupediis erat Apicio & Heliogabalo. v. Lamprid. in hujus Vita c. 20.

¶ Calcar, *aris*, n. ein ſporn, quod *calcibus* alligetur; ut, *Equis ſubdere calcaria*, anſtechen. Curt. 3, 13, 8 *Calcari concitare equum*, Id. 7, 4, 18 *Addere calcar*, eſt incitare, anreizen, antreiben. Plin. 1 epiſt. 8 *Addidiſti calcaria ſponte currenti.* Cic. ad Att. 6, 1 *Cicerones pueri amant inter ſe, dicunt, exercentur, ſed alter frenis indiget, alter calcaribus*, vid. de hac formula Cic. de Orat. 3, 9. Ovid. 4 ex Ponto 2, 35 *Excitat auditor ſtudium, laudataque virtus Creſcit, & immenſum gloria calcar habet. Calcaribus ictus amoris*, id eſt, ſtimulis elegianti tralatione Lucretius dixit 5 v. 1074; & ex Varrone apud Nonium 6, 21 *Ventus calcar* (i. e. impetum) *admovere* dicitur.

¶ Calcarius, *i*, m. qui calcaria conficit, ein ſporer.

¶ Calceus, cum derivatis, vide ſuperius ſuo loco.

¶ Calco, *avi, atum, are*, mit füſſen treten. Iuvenal. Sat. 10, 86 *Dum jacet in ripa, calcemus Cæſaris hoſtem.* Lucan. 7, 749 *ceſos calcare duces*, Burmann. ad Lucan. l. c. De more calcandi colla devictorum ad oſtentationem perfectæ victoriæ vid. Barth. ad 2 Theb. Statii p. 632 ſqq. & *Calcare uvas*, wein keltern, Varr. R. R. 1, 54 *calcare in mortario.* Apic. 2, 3, Pallad. 2, 20 *Calcare æquor*, Ovid. Triſt. 3, 10, 39. *Calcare manibus*, eindrücken, Cato R. R. c. 117. *Pedibus calcamus amorem*, Ovid. Amor. 3, 11, 5 *Calcanda ſemel via lethi*, wir ſterben nur einmahl. Horat. 1 od. 28, 16 *Calcat jacentem vulgus*, wo der zaun am niedrigſten, da ſpringt ein jeder drüber, Sen. Oct. v. 445. Δυοῖν πεσόντοιν πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται. ¶ 2. Quint. 5, 13 p. 465 Burm. *Simulatio hucusque procedit, ut quæ dicendo refutare non poſſumus, quaſi faſtidiendo calcemus*, wir ſchlagen es nieder. Claud. de Laud. Stil. 3, 109 *Magnos calcat honores*, i. e. contemnit. Sic Apulejus Metam. L. 5 *Beatos illos, qui ſuper gemmas & monilia calcant.* Id. ib. *Dominæ præcepta calcare.*

¶ Calcatus, *a, um*, getreten, gekeltert; ut, *Vva calcata*, Ovid. Faſt. 4 v 897 *Calcata uſſi*, Plin. 25, 11 *Calcatus pes*, i. e. ſuppreſſus, Claud. in Eutrop. 2 v. 124. Sic, *Spretis atque calcatis divinis numinibus*, Apul. Met 9 p. 223. ¶ 2. Item, tritus, ulitatus, zu gemein; ut, *Calcata queſtio* apud Senecam. Hirtius de bell. Hiſp. c. 16 abſolute dicit, *Efferre calcatas ad foſſas complendas*: ſubintellige *crates*, uti in plerisque exemplaribus adſcriptum eſt ad marginem.

¶ Calci-

¶ Calcābilis, *e*, das ſich treten läſt. Sidonius 1 epiſt. 5 *Agger calcabili ſilice cruſtatus.*

¶ Calcātor, *oris*, m. qui calcat, ein treter, keltertreter. Gloſſ. Vet. *Calcator*, ληνοβάτης, πατητής. Calphurn. ecl. 4, 124
Vt nudus ruptas ſaltat calcator in uvas.

¶ Calcatrix, *icis*, f. die tretern. Prudent. Pſychom. v. 589 *Calcatrix mundi*

¶ Calcatorium, *i*, n. locus ubi calcatur, die preſſe kelter. Gloſſ. Vet. *Calcatorium*, ληνός. Ita etiam Palladius 1, 18 de cella vinaria: *Calcatorium loco habeat altiore conſtructum.*

¶ Calcatura, *æ*, f. die tretung. *Pinnæ rotarum, ſine operarum calcatura, flaminis impulſu ſunt verſatæ*, Vitruv. 10, 12, 1. e. ungetreten.

¶ Calcatus, *ūs*, m. idem. Pallad. jan. tit. 13 *Ne calcatu aſſiduo terra effuſſa ſolidetur.*

¶ Calcatio, *onis*, f. uti *proculcatio*, die zertretung.

¶ Calcītro, *āre*, calcibus petere, hinten ausſchlagen. Prov. *Adverſus ſtimulum calcitrare*, eſt fruſtra repugnare, wider den ſtrom ſchwimmen. Plin. 30, 16 *Mulas non calcitrare, cum vinum biberint.* ¶ 2. Tralate, unaehorſam ſeyn. Cic. pro Cælio c. 15 *Filium filiumfamilias patre parco ac tenaci habere tuis copiis devinctum non potes: calcitrat, reſpuit, non putat tua dona eſſe tanti.*

¶ Calcitrātus, *ūs*, m. das geſtrampel. Plin. 8, 44 *Mulæ calcitratus inhibetur vini crebriore potu.*

¶ Calcītro, *ōnis*, der hinten ausſchlägt, qui calcibus ferit. Gell. 4, 2 *Equus mordax & calcitro.* conf. Nonius 1, 214. Plaut. Aſin. 2, 3, 10 *Exemplo ſanitorem clamat, procul ſi quem videt ire ad ſe calcitronem.*

¶ Calcitrōſus, *a, um*, idem. Columella 2, 2 de bove recalcitrante, ein ochs, der hinten ausſchlägt. Ulpian. Dig. 9 t. 1 l. 1 § 4 *Si equus calcitroſus calce percuſſerit.*

Compoſita a *Calx* & *Calco*,

quorum nonnulla A in V mutant, quaſi ſimplex eſſet *culco*.

¶ Circumcalco, & Circumculco, *are*, ringe umher eintreten. Columella 5, 6 *Radices ſino bidello ſarbiculis depone, ac diligenter circumculcari.* Et ibid. *Radices operiamus & circumcalcemus ipſum ſeminis codicem.*

¶ Conculco, *are*, zertreten. Ovid. Met. 12, 374
Pedibuſque virum conculcat equinis.
Metaphorice Cic. Att. 8, 11 *Conculcari miſeram Italiam videbis proxima æſtate.* Id. pro domo c. 42 *Ad pedisſequis conculcari.*

¶ Conculcatus, *a, um*, zertreten; ut, *gens conculcata*, Vulg. Interpr. Eſ. 18, 2. Et *ſemen conculcatum*, Luc. 8, 5.

¶ Conculcatio, *ōnis*, f. die zertretung. Plin. 8, 18 *Bibunt cameli obturbata conculcatione prius aqua: aliter potu non gaudent.*

¶ Conculcatus, *ūs*, m. idem. Tertull. de Reſurr. c. 22 *Tunc erit Hieruſalem conculcatui nationibus*, wird zertreten werden.

¶ Deculco, *are*, niedertreten. Plinii eſt 17, 10: Statii Theb. 1, 623. Et Avieni Arateis, in Hercule v. 193 *Tempora deculcat maculoſi prona draconis.* Et Tertull. Apolog. c. 46 *Luculentis pedibus deculcare.*

¶ Exculco, *are*, austreten, ausſtampfen. Plaut. Capt. 4, 2, 30 *Furfures exculcare.* Cæſar B. Gall. 7, 73 *Singuli ab imo ſolo pedes ærea exculcabantur.* Vbi interpretes conſulas. Hinc

¶ Exculcatus, *a, um*, metaphorice obſoletus eſt, ausgemergt. Gellius 11, 7 *Verbis uti nimis obſoletis exculcatisque.*

¶ Exculcator, *ōris*, m. In Notitia imperii occid. ſub diſpoſitione magiſtri peditum præfentalis memorantur inter auxilia Palatina p. 24, *Exculcatores ſeniores, Exculcatores juniores, Exculcatores jun. Britanniciani*, quod vocabulum etiam Vegetio 2, 15 reſtituitur. Vide Stewechium. Sunt autem iidem atque excurſatores, qui inſultum hoſtium explorabant: kundſchaffer. Adde mox in *Proculcator* dicenda.

¶ Inculco, *are*, proprie, eintreten, eindammen. Colum. 2, 20 *Area molieri lapide condenſetur, & ruſtis ſubjectis paleis inculcetur.* ¶ 2. Docendo imprimere, einbläuen, eintrichtern, oft vorſagen. *Animis inculcare aliquid*, Cic. Nat. D. 1, 39. conf. Verr. 3, 67. *Græca verba inculcantes*, Id. Off. 1, 31. ¶ 3. Vſurpatur & de iis, quæ dantur; ubi pro *obtrudere* ponitur, aufdringen, aufbringen. Gell. præf. 1 *Antiquiores medici quodlibet egris haud inculcabant.* Cic. de Orat. 2, 5 *Qui ſe inculcent auribus noſtris.* Sen. de Vita beata c. 24 *Oribuſdam offeram munus, quibusdam etiam inculcabo.* conf. Reinef. Var. Lect. 3, 4 p. 397. ¶ 4. Simpliciter pro *calcare* uſurpavit Minut. Fel. c. 37 *Cum ſtrepitum mortis & horrorem carnificis inculcat.*

¶ Inculcatus, *a, um*, eingedrungen. Cic. Att. 16, 3 *Miſi ἀφηγητικὸν ipſum crebris locis inculcatum & refectum*, i. e. cui multa a me inſerta & retractata. Brut. ad Cic. ep. 16 *Hanc ego civitatem odore velim, aut putem ullam, quæ ne traditam quidem atque inculcatam libertatem velit recipere.* Id. in Orat. c. 69 *Apud alios inculcata reperias inania quædam verba*, quaſi complementa numerorum, flickwörter. Sic *Lapides inculcati*, Colum. 8, 15; *Pavimenta inculcati*, Id. 6, 12. Sed

¶ Incalcatus, *a, um*, unbetreten. Scriban. in Med. Reg. *Dumeta & incalcata nemora.*

¶ Inculcatio, *ōnis*, f. Idem Tertullianus Apol. c. 39 *Diſciplinam præceptorum inculcationibus denſamus.*

¶ Inculcator, *ōris*, m. qui inculcat, pedibus proculcat, ein zertreter. Tertull. Scorpiaco c. 6 *Deus evulſum hominem de diaboli gula per fidem, jam & inculcatorem ejus voluit efficere per virtutem* &c.

¶ Interculco, *are*, dazwiſchen ſtopfen. Columella 12, 43 *Ollæ ita diſtantes, ut intercalari poſſint vinacea.*

¶ Occulco, *are*, idem quod inculcare, eintreten. Cato de R. R. c. 49 *Ponito in ſcrobe, aut in ſulco, operitoque & bene occulcato.*

¶ Oconlcatus, *a, um*, zertreten. Liv. 27, 14 *Partim occulcatis partim diſſipatis terrore, qui circa erant.*

¶ Præculco, *are*, antea inculcare, vorher einkäuen. Tertull. de Monogamia c. 10 pr. *Ad ſenſum facilius perſpiciendum, tanto inſtantius præculcandum eſt.*

¶ Proculco, *are*, proterere, zertreten; ut, *Aper proculcat ſegetes*, Ovid. Met 8, 290 *A pecudibus legumina proculcantur*, Colum. 2, 20.

¶ Proculcatio, *ōnis*, f. die zertretung. Plin 8, 18 *Obturbata proculcatione aqua*: alii legunt *conculcatione*. Sen. de Tranq. an. c. 11 *Quod regnum, cui non parata ruina & proculcatio.*

¶ Proculcator, *ōris*, m. qui proculcat, ein zertreter. Deinde in militia idem qui procurſator. Ammianus 27, 23 *Inveniri poſſe aliam viam, præter eam, quam inſpexere proculcatores* Ita Flor. & Colbert. codd. & editio Auguſtana, quos Valeſius ſequitur p. 439, quia etiam Vegetio 2, 15 *exculcatores*, hoc eſt excurſores reſtituantur. Sunt autem *proculcatores* iidem, qui *procurſatores*, (quod quidam Ammiani libri habent) qui agmen præeuntes, incurſum hoſtium explorabant. vide *Exculcator.*

¶ Recalco, *are*, wieder betreten. Prudent. καθ 9, 75 *Limen recalcandum patet* Apul. 6 Mileſ. p 181 *Tranſito fluvio recalcans priora veſtigia.* Colum. 2, 2 *Scrobibus egeſtam humum recondere & recalcare.*

¶ Recalx, *alcis*, widerſpenſtig. Commodian. Inſtr. 38 *Improbi ſemper & dura cervice recalce.*

¶ Recalcitro, *are*, repugnare, widerſpenſtig ſeyn. Horat. 2 Sat. 1, 20 *Cui male ſi palpere, recalcitrat undique tutus.*

¶ Supercalco, *are*, drauf treten. Colum. 12, 19 *Vinum vetus conſpergito: poſtea alterum ſupercalcato.* Et Prudent. Pſychom. v. 257
Dejectamque ſupercalcare ruinam.

CALX, *calcis*, f. pro materia lapidis cocti, fœm. tantum κονία, kalck. *Calx viva*, nondum intincta, unaleſchter kalck, ἄσβεστος, Plin. 29, 3. *Calx macerata*, geleſchter, einmementer kalk, Id 36, 23. ¶ 2. *Calces* etiam ſunt in ludis, pro quo tamen diminutiva forma frequentior eſt, die ſteine im bretſpiel. v. Scalig. append. Conject. in Varr. 6 p. 186. ¶ 3. De calce theatri vel circi præcepimus dicere ſupra in *Calx* pro parte pedis n. 2, licet proprie huc pertineat.

¶ Calcārius, *a, um*, kalck. Plin. 17, 9 *Cinis e calcariis fornacibus*, aus kalckofen.

¶ Calcarius, *i*, m. ſubſt. calcis coctor, ein kalckbrenner Cato R. R. c. 16 *Calcarius perficit, & coquit, & ex fornace calcem eximit.*

¶ Calcaria, *æ*, f. abſolute, ubi aut coquitur calx, aut aſſervatur, aut venditur, der kalckofen, die kalckhütte. Ammianus 17, 4 *Calcarias exſtinguere.* Ulpian. l. 8 ff. de pœnis: *In calcariam quoque vel ſulphurariam damnari ſolent.* Notatur autem calcis fodina. De *calcaria in carbonariam pervenire*, i. e. de loco impuro in nihilo puriorem venire; Hoc proverbio uſus Tertullianus de Carne Chriſti c. 6.

¶ Calcarienſis, *is*, m. calcis excoquendæ miniſter, ein kalckbedienter. Theod. Cod. lib. 12 t. 1 *Hoc in calcarienſibus & fabricienſibus obſervetur.*

¶ Calico, *are*, calce polire, mit kalck tünchen. Hinc

¶ Calicātus, vel Calcatus, *a, um*, adject. eckalcket, getünchet; ut, *Paries calcatus.* Antiquis, qui & *Calex*, pro *Calx* dicebant, *Calecatus* eſt. Feſtus: *Calicata ædificia calce polita.* Vide ibi Scalig.

¶ Calculus, *i*, diminut. cum derivatis vide ſeorſum ſupra.

¶ Decalco, *are*, weiſſen, tünchen. Ver Gloſſ. κονιῶ, *decalco, albo.*

¶ Decalicatus, *a, um*, idem quod *Calicatus.* Feſtus: *Decalicatum calce litum.*

CĂLȳDON, *ōnis*, f. Καλυδών, oppidum Ætoliæ, Oenei regis Meleagri patris regia. Virg. Æn. , 305 *Conceſſit in iras*
Ipſe deûm antiquam genitor Calydona Dianæ.

¶ Călȳdōnius, *a, um*, adject. ut, *Aper Calydonius*, in titulo fabulæ 4 lib. 8 Metam. Ovidianæ. *Sus Calydonius*, Martial. 11 epigr. 19. *Calydonius heros*, Meleager, Ovid. c. 1. v. 325 Male a nonnullis & *Calydonii ſylva* in Britannia ponitur: *Caledonia* enim illa ſcribenda, non *Calydonia*. eſtque ſecunda ibi producta propter η Græcum; & tertia correpta propter ο parvum; quæ hic contra habent. Vide ſupra *Caledonia.*

¶ Calȳdōnis, *ĭdis*, f. gentile. Ovid. ibidem v. 529
Plangunt ora ſimul matres Calydonides.

CĂLYMNE, vel Calydne, *es*, f. inſula circa Rhodum, mellis ferax. v. Ovid. Met. 8, 222, & de Arte am. 2, 81.

CĂLYPSO, *us*, (*ōnis*) f. Καλυψώ, nympha, Oceani & Tethyos filia, cujus hoſpitio Vlyſſes utitur, & a qua difficulter dimittitur, apud Hom. in Odyſſea. Alii Atlantis filiam dixerunt. Tibull. 4, 1, 77
Fœcunda Atlantidos arva Calypſus.
Quintil. 1, 5 *Neque tamen Calypſonem dixerim, ut Iunonem.* Dixit Apulejus tamen, auctor nec inveniuſtus, nec ineruditus, 1 Mileſ. p. 107 *At ego vice Calypſonis æternum ſolitudinem flebo.* vid. omnino Priſcian. p. 685.

CĂLYPTRA, *æ*, f. καλύπτρα, genus veſtimenti, quo capita operiebantur, eine mütze, haube. Feſtus ſcribit *Caliptra*.

¶ Anacalypteria, *orum*, n. ἀνακαλυπτήρια, dies feſtus poſt nuptiarum diem, quo nova nupta revelata facie ſe omnibus conſpiciendam præbebat. Item munera, quæ eo die conferebant hoſpites, hochzeitgeſchenck. v. Alex. ab Alex. 2, 5, & Cæl. Rhod. 11, 60.

CĂLYX, *ȳcis*, m. a καλύπτω, hoc eſt, *abſcondo, operio.* Sunt enim *Calyces* oculi ſive gemmæ florum prodromi, & mox folliculi ſeminis, knoſpen, hülſen, ſchalen. Plin. 15, 22 *Operimentum pulvinati calycis*; & c. 23 *Echinato calyce vallum.* ¶ 2. *Calyces* etiam ſunt ovorum dura putamina vel teſtæ v. Plin. 28, 2 vid plura in *Calix*, quo cum *Calyx* confundi ſolet

¶ Calyculus, *i*, m. diminut. cui reſpaen Plin. 16, 44.

CAMA, *æ*, f. lectus brevis & circa terram, ex gr. χαμαί, *humi*, Iſidor. 20, 11; & Ambroſ. in Offic.

CAMACVM, *i*, n Cinnamum in Syria, Plin 12, 28.

CĂMĂRA, *æ*, f. genus navigii Gellio 10, 25, καμάρας genus ſtructuræ oblongæ & in arcum curvæ eſſe, docet Philander ad Vitruv. 7, 3. conf. Tac. Hiſt. 3, 47, 5; & infra *Camera* n. 2, & *Camurus*.

CĂMĂRĪNA, vel Camerina, *æ*, f. oppidum & palus Siciliæ. A loco illo impuro dici ſolet: *Movere Camarinam*, einen alten dreck rühren, daß er ſtincket, prov. Eſt &, ſibi ipſi periculum aut malum aliquod arceſſere. Stephanus Byzantius adagium affert: μὴ κινεῖν Καμάριναν, ἀκίνητος γὰρ ἄμεινον: *Ne moveas Camarinam, etenim non tangere præſtat.* v. Chil. Eraſmi. Virg. Æn. 3, 700

Fatis nunquam conceſſa moveri
Apparet Camarina procul.

Adde Servium in hunc locum, & Sil. 14, 198, & ibi interpretes. Nempe cum Camarinæi ex vicina urbe, paludem alio derivaturi eſſent, oraculo moniti ſunt, ne facerent: cui cum non obtemperaſſent, damnum ſibi intulerunt. ¶ 2. Alii *Camarinam* fœtidam ſtirpem eſſe dicunt, cujus rami agitati pejus etiam olent. Suid. Hiſt. p. 610.

CAMBIO, *pſi*, *ire*, citat Priſcian. 10, p. 906 ex Chariſio p. 219 & 233, ſignificat *permutare*, wechſeln, vertauſchen. Apul. Apol. p. 284 *Tu an habeas ad agrum colendum, an ipſe mutuarias operas cum vicinis tuis cambias, neque ſcio, neque laboro.* v. ibi Caſaub. & Andr. Alciatum Parergon 1, 44. Cujacius comm. de pactis, officium argentariorum deſcribens: *Fuit*, inquit, *olim in civitatibus certum corpus ſive σύσημα argentariorum, quorum erat publicum officium. Tabernas & menſas cum ære in foro poſitas habebant. Apud menſas pecuniæ deponebantur, permutabantur, emebantur, vendebantur. Quod latine eſt* Cambire, *græce* ἀνταμείβεσθαι. *Per eos plerique pecuniam credebant, & fœnori explicabant, emebant, vendebant, auctionem & omnia negotia exercebant; deque his omnibus rationem conficiebant. Ex eorum ſcriptura naſcebatur obligatio nominum ſine ſtipulatione* &c.

¶ Campſo, *are*, pro *Cambire* antiquiſſimi dixerunt, ut idem Priſcianus notat l. c. Hoc verbum ἀπὸ τῦ κάμπτω ἐκαμψα, eſſe videtur. Vnde apud Priſc. Ennius: *Leucaten campſant*, i. e. permutant, flectunt.

¶ Campſor, *ōris*, m. ein wechsler; vulgo vocatur collybiſta atque trapezita, ſive numularius. vid. Alciat. Parerg. 1, 46.

¶ Cambium, *i*, n. der geld-wechſel; pro permutatione rei ad rem, veteribus incognitum, ſed vulgi uſu nunc receptiſſimum.

¶ Cambĭtas, *ātis*, f. idem. Gloſſ. gr. lat. ἀντικαταλλαγή, *cambitas, permutatio.*

¶ Cambiālis, *e*, wechſel-; ut, *Cambiales literæ*, wechſel-briefe; *cambiale jus.* ICt.

¶ Ăntĭcampsĕros, *ōtis*, m. ἀνακαμψέρως, herba cui a magis ea vis tribuitur, *ut ejus tactu redeant amores*, Plin. 24, 17; ex ἀνακάμπτω, *reflecto*, & ἔρως, *amor*.

CAMBŎDŬNUM, *i*, n. Καμβόδυνον, urbs Vindeliciæ Ptolemæo, quæ Welſero & Cluverio videtur eſſe Kämpten.

CAMBȳSES, *is*, m. Καμβύσης, Cyri, Perſarum regis filius, exemplum omnino ejus, quod vulgo fertur, *Herodum filii noxæ*. Falſa ſuſpicione motus fratrem interfici juſſit, ſororem ſuam duxit, ac poſtea propter fratris necem lacrymantem gravidam interfecit temulentus. Aliquanto poſt divinitus punitus eſt. Cum enim in equum aſcenderet, decidens ex vagina gladius ferit ei femur, ex quo vulnere paullo poſt mortuus eſt, cum regnaſſet annos ſeptem, menſes quinque. Laudatur unum ipſius factum, quod Herodotus narrat 5, 25, quamquam inhumanum & tyrannicum ſatis. Præſidem Siſamnem, qui pecunia corruptus injuſtam ſententiam tulerat, interfecit & toti corpori cutem detraxit, eamque inſtravit tribunali. Poſtea filium Siſamnis Otanen in eam ſedem collocavit, ac juſſit eum intuentem patris exuvias juſte judicare, ne ſimili ſupplicio afficeretur. vid. Val. Max. 6, 3 exter. 3, & Juſtin. 1, 9.

CĂMĒLAE, *arum*, f. pl. virgines Deæ, *quibus nupturæ ſupplicare ſolitæ*. Feſtus: γαμήλιαι θεαί.

Camelarius, camelaſia, vide *Camelus*.

CĂMELLA, *æ*, f. vaſis genus. v. Gell. 17, 7. Vtitur eo Ovid. Faſt. 4, 779

Tum licet, appoſita veluti cratere camella,
Lac niveum potes &c.

Petron. c. 137 *Infra manus meas camellam interpoſuit.* conf. c 64 & 135. Comparatis inter ſe locis apparet, poculi genus fuiſſe tenue, & pauperculum, ligneum, in facrificiis etiam uſurpatum.

CĂMĒLUS, *i*, m. & f. κάμηλος, animal eſt grande, longo & gracili collo, capite exili, altis cruribus, amplo pectore & villoſo, tuberibus in dorſo binis, ut ephippia, eminentibus, colore fuſco (qui & *camelinus* dicitur) vergente ad flavedinem: inimicum & infenſum equis, alieniſſimumque ab inceſto coitu. Plin. 8, 18 ſcribit, ſitim hoc animal tolerare poſſe quatriduo, unde & *ſitiens* a Perſio dicitur Sat. 5, 136, ein kameel oder kameel-thier. conf. Curt. 5, 6, 9. *Camelus ſaltat*, proverbiale eſt, de indecore aliquid facientibus, die kuh geht auf ſtelzen. *Camelus deſiderans cornua, etiam aures perdidit*, proverbium in eos, qui dum peregrina ſectantur, ne ſua quidem tuentur, wer zu viel haben will, behält gar nichts. v. Chiliad. In nummis *camelos* conſiderat & egregia multa ea occaſione docet Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 4 p. 184. ¶ 2. *Camelus* etiam funis nauticus dicitur, das dicke ſchiff-ſeil, ancker-ſeil. Sunt qui huc referant illud Lucæ 18, 25 εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυμαλιᾶς ῥαφίδος εἰσελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τῦ Θεῦ εἰσελθεῖν. Hoc eſt, *Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quam divitem intrare in regnum Dei.* v. Roſin. Ant. Rom. 10, 20 p. 988. Hackſpan. Miſcell. p. 203. Scribunt & ſic κάμιλος.

¶ Camēlīnus, *a*, *um*, vom kameel; ut, *Lac camelinum*, Plin. 28, 9.

¶ Camēlārius, *i*, m. qui præeſt camelis, cosque paſcit, ein kameel-wärter, d. l. ult. ff. de muner. & hon. § 11.

¶ Camēlāſia, *æ*, f. καμηλασία, vel *Camelaria*. Ammiano & ICtis (l. ult. Dig. de muner. & honor) dicitur camelorum curatio & præfectura, ſive etiam pecunia, quæ pro alendis camelis datur, die kameel-pflege. Notat Torrentius ad Suet. Veſp. c. 8. Ammiani locus eſt 17, 5, ſed notat Valeſius tam a MStis, quam primitus editis hoc verbum abeſſe.

¶ Camelopardālis, *is*, f. aliud animal, ſic dictum, quod capite Camelo ſimile ſit, & ſparſo maculis corpore Pardalim referat, cui & *ovis feræ* nomen hæſit. Viſum eſt primum Romæ Ludis Circenſibus, quos Cæſar Dictator exhibuit. v. Plinius 8, 18, & Dio Caſſius lib. 43. De proceritate ejus, elephantem ſuperante, nec non variis per diverſas linguas nominibus, conſule Ludolfi Hiſt. Æthiopicam 1, 10 § 33, & C. Schotti Phyſ. Cur. 8, 16. *Nabum* apud Æthiopes dici Plinius jam prodidit l. c.

¶ Camēlŏpŏdium, *i*, n. καμηλοπόδιον, herba, ander-ohr. Apul. de Herb. c. 45.

¶ Hippŏcămēlus, *i*, m. ἱπποκάμηλος, ex equo & camelo compoſitus: vel magnus aliquis camelus e montibus Caſpiis, cum in compoſitione ἵππος non ſemper equum, ſed interdum ἐπίτασιν tantum ſignificet. Auſon. epigr. 70, 9.

CĂMĒNAE, *arum*, f. pl. Muſæ, ſic dictæ a *canendo*, quaſi *Canenæ*, Macrob. in ſomn. Scip. 2, 3. Eadem & Varroni L. L. 5, 7 etymologia eſt. Et Feſtus: *Camenæ Muſæ a carminibus ſunt dictæ, vel quod canunt antiquorum laudes.* v. ibi Dacer. Virg. eclog. 3, 59

Alternis dicetis, amant alterna Camenæ.

Camenis lucum Romæ ſacravit Numa, Liv. 1, 21. Singulariter Horatius 1 oda 12, 39 *Gratus inſigni referam Camenâ*. Id. 4 oda 6, 27 *Dauniæ defende decus Camenæ*. conf. Id. epiſt. 1, 18, 47. Et Sen. Medea v. 625 *Ille vocali genitus Camenâ*. Vulgo *Camœna* ſcribunt per OE. Verum ſi Varronis, Feſti, Macrobii, & Servii in eclog. 3 etymologia ſtat, non opus diphthongo eſt. Daufquejus in contrarium nititur, ſed fruſtra ad Feſtum provocat & Varronem. Varro autem c. l. *canere* a Camena inverſo ordine ducit, quod nobis perinde eſt. Adde Voſſ. Etym. p. 102.

¶ Camenālis, *e*, adject. Sidonius 2 epiſt. 3 *Nunc oratorio ſtilo, nunc etiam Camenalibus modis imbuebatur*. Avienus Phænom. v. 495 de Pegaſo:

Illiſiſſe pedem, cornuque excita repente
Lympha Camenalem fudit procul Hippocrenem.

CĂMĔRA, ſive Camara, *æ*, f. arcus, teſtudo, fornix, κάμαρα, ein gewölbe oder gewölbte decke. v. Vitruv. 7, 3. Propert. 3, 2, 11

Quod non Tænariis domus eſt mihi fulta columnis,
Nec camera auratas inter eburna trabes.

Suet. Ner. c. 34 *Solutilem navem, cujus vel naufragio, vel cameræ ruina periret, commentus eſt.* Vbi *Camera*, tectum arcuatum eſt. Nomen *a curvitate* eſt, ex græco καμάρᾳ, ut ait Feſtus. Et Nonius 1, 126 CAMERVM, inquit, *obturtum: unde* CAMERAE *tecta in curvitatem formata.* conf. Iſidor. 15, 8. Cameras appellarunt ſola culmina arcuata ſive ex lapide, ſive ex contignatione eſſent. v. Vitruv. 5, 10. Diſtinctæ autem erant a lacunaribus ſive laquearibus. Salmaſio videtur eſſe vox Gallica. v. Thyſ. ad Salluſt. B. Cat. c. 55, ubi dicitur *Cameræ lapideis fornicibus vinctæ*. Cæterum Burmannus cum Salmaſio adſtruit *Camaræ* lectionem ad Petron. c. 30 p. 112. conf. ibi c. 40 & 73. Et ſic Cic. ad Qu. Fratr. 3, 1 *Camaras quasdam non probavi, mutarique juſſi*. Varro R. R. 1, 59 *Camaras marmorato faciunt*. ¶ 2. Eſt & navigii genus *Camera*, Dacis uſitatum: arctis lateribus, lata alvo ſine vinculo æris aut ferri connexa: quod tumido mari, prout fluctus attollitur, tabulis augetur in ſummis partibus, donec in modum tecti claudatur, ut Tacitus Hiſt. 3, 47, 5 deſcribit. conf. *Camara*. ¶ 3. *Cameras* etiam vocant receſſus, vel terra, vel mari ſinuoſos. & ¶ 4. In ædibus reductiora conclavia & receſſus: & ita quidem fœculentior latinitas, kammern, zimmer. ¶ 5. Reges quoque & populi, quibus in corpore ſuo plurimum ſitus & celebritatis ergo, tribuere membris, *Camerarum* ea dignoſci, cenſerique voluerunt appellatione. Sic Londinum *Angliæ regis Cameram* a vetuſtis ſeculis dictum teſtatur Seldenus Mar. Clauſ. 2, 20. Sic Leyda *Hollandiæ Camera*, Petr. Scriverius in Antiquit. Leydenſ. Adde de *Laureta*na *Camera* Bernegg. in Hypobolimæa D. Mariæ camera, & pro ea ſtabilienda Baron. ad A. C. 9 n. 1 p. 115.

¶ Camero, *are*, in curvitatem formare, wölben; unde

¶ Cămĕratus, *a*, *um*, gewölbt; ut, *Camerata arca*: & hæc putatur, in Dig. l. 19 t. 2 l. 19 § 5 inveniri, ſed meliores libri ibi habent *arata*. Sic

¶ Bicameratus, *a*, *um*, das zwey boden hat. Hieronymus 1 adv. Iovinian. c. 9 extr. *Arca bicamerata*. Et

¶ Tricameratus, *a*, *um*, Hieronymus ibidem: *Arca tricamerata*. Agit autem de Arca Noæ, quæ plures contignationes habuit.

¶ Cameratio, *ōnis*, f. fornix, das gewölbe. Spartianus in Caracall. c. 9 *Cancelli, quibus cameratio tota concredita eſt.*

¶ Camerārius, *a*, *um*, ut, *cameraria cucurbita*, apud Plinium 19, 5, quæ in cameras pergularum ſubrepit & eas umbra ſua operit, die eine laube macht. ¶ 2. *Camerarius*, ſubſt. dignitatis & officii nomen eſſe cœpit, ſicuti etiam regis aut reip. fiſcum *Cameram* hodie dicunt, ein kammerer, kammer-bedienter.

¶ Concamero, *are*, uſitatius quam *Camerare*, wölben. Plinius 34, 14 extr. *Dinocharen architectus Alexandriæ Arſinoes templum concamerare inchoaverat.* Vitruv. 3, 3 *Parietis intervalla concameranda.*

¶ Concameratus, *a*, *um*, gewölbt. Suet. Aug. c. 90 *in abditum & concameratum locum ſe recipere.*

¶ Concameratio, *ōnis*, f. i. e. ſtructura ex lapide vel contignatione facta, Vitruv. 5, 10 das wölben, gewölbe, ſchwiebbogen. Idem Vitr. 2, 4 *Neque concamerationes recipit.* Et 6, 11 pr. *Sin hypogea concamerationes qui inſtituentur, fundationes eorum fieri debent craſſiores.*

CĂMĔRĀCVM, vel Camarācum, *i*, n. urbs Galliæ Belgicæ, vulgo Camerick.

Camerina, vide *Camarina*.

CĂMĔRĪNVM, *i*, urbs Vmbriæ præclara a curvitate ſitus dicta, olim fida Romanis, cujus mentio apud Liv. Cæſ. Plin. Strab. & alios.

¶ Cāmers, *tis*, plur. *Camertes*, ſive *Camerinenſes*, Vmbriæ ſunt populi incolentes montes, quibus a Picenis Vmbri ſeparantur. ¶ 2. Apud Virgil. *Camers* & viri nomen eſt, Æn. 10, 562. v. Drakenb. ad Sil. 8, 463. ¶ 3. *Camers*, adject. ut, *In agro Camerti, Piceno, Gallico*, Cic. pro Syll. c. 19.

¶ Cāmertīnus, *a*, *um*, adjectivum aliud; ut, *Fœdus Camertinum*, apud eumdem pro Corn. Balbo c. 20.

¶ Cāmeri-

¶ Cimerinus, *a, um*, idem; ut, *Conditum Cimerinum*, cujus loco *absinthiatum Romanum* commendat Apicius 1, 3. *Cum P. Claudius Cimerinos sub hasta vendidisset*, Val. Max. 6, 5. ¶ 2. *Camerini* inter nobiliores apud Iuvenal. 7, 90, & 8, 38. ¶ 3. *Camerini*, poëta, meminit Ovid. Pont. 4, 16, 19.

CAMERIVM, *i*, n. urbs Italiæ ad Collatiam. v. Plin. 3, 5; Tac. An. 11, 24, 3.

CAMILLA, *æ*, f. Καμίλλη, Volsca, venit suppetias Turno contra Latinos & Æneam, in quo etiam bello perit. Virg. Æn. 7, 803

Hos super advenit Volsca de gente Camilla. conf. 11, 432.

¶ Camillus, *i*, m. Romanus nobilissimus fuit, Vejorum expugnator, & post damnationem in ipso exilio bene meritus de patria tua; quippe Gallos Senones, qui rum Romam tenebant, inopinato oppressit, & omnem ademit; redam eripuit. Vide *Secundus Romulus* appellatus fuit. v. Liv. lib. 5 & Eutrop. 1 c. ult. De eodem Virg. 6 Æn. 825

Aspice Torquatum & referentem signa Camillum.

¶ 2. *Camilli* dicebantur Romæ pueri ingenui, quorum ministerio in sacrificiis utebantur. Talem Ovidius Fast. 2, 650 intelligit, quum ait: *Stat puer, & manibus lata canistra tenet.* Vide Festum in *Camilos* & in *Flaminius*. & ibi Scalig. & Dacer. Et Scal. Conject. ad Varr. item Casaubon. in Propert. lib. 4; & Plin. 19, 18. Ita in illa cantilena rusticorum veteri, quam nescio unde tumtam laudat Salm. ad Solin. 33 p. 363 *hiberna pulvere, verno luto grandique farra, Camille, metes.* Hinc poeta aliquis, sed merito ea caussa inusus, apud Quinct. 8, 3 p. 684 *mures camillos* dixit. Sane & Tusci Mercurium, quod minister Deorum esset, *Camillum* vocarunt, quod Macrobius observat Saturn. 3, 8. Itemque Servius ad illud Virgilii Æn. 11, 542

Matrisque vocavit
Nomine Casmillæ, mutata parte Camillam.

¶ Camillum, *i*, n. idem esse videtur quod *Camella*. Vitruv. 10, 15 *Crassitudo buccalis, quæ affigitur, vocatur Camillum, seu loculamentum.* Catillum iunui Baldus suspicatur in Lex. Vitr.

¶ Camillianus, *a, um*, ad Camillum spectans. v. Murat. Inscr. 505.

CAMINVS, *i*, m. Graecum est κάμινος, & Germanicum ein camin, schorstein, ofen, fornax & structura, quæ dumum excipit, frequens in Italia, ubi vaporaria, quæ nos dicimus, propterea quod officere credantur valetudini, minus in usu sunt. Virg. Æn. 6, 630

Acceleremus ait, Cyclopum educta caminis
Mœnia conspicio, &c.

Adde Ovid. Met. 7, 106. Cic. fam. 7, 10 *Valde moveo, ne frigeas in hibernis, quamobrem camino lucubrio utendum censeo*; ubi Manutio de caminis veterum notata legas. *Addere oleum camino*, est ap. Horat. 2 Sat. 3, 321 malo alicui fomentum & materiam adjicere:

Adde pecuniæ nunc, hoc est, oleum adde camino.

Pro eo *Flammæ oleum adjicere*, dixit Hieronymus ad Eustochiam virginem epist. 22, 4, *Vinum & adolescentia, inquit, duplex incendium voluptatis est, quid oleum flammæ adjicimus?*

¶ Camino, *are*, usurpat Plin. 16, 6 *Acervi luto caminantur*, id est, in camini formam oblinuntur.

CAMISIA, *æ*, f. vestis linea, subucula, supparus, ein hemd, unterhemd, inde ortum, Festus in *Supparus*; Isidor. 19, 21 & 22; & Hieron. epist. ad Fabiolam.

CAMMÀRVS, *i*, m. Κάμμαρος, piscis marinus. v. Plin. 31, 8; Columell. 8, 16; Varr. R. R. 3, 11; Iuvenal. 5, 84, ein meer-krebs. Et Martial. 13, 93 apparet, cibum fuisse tenuiorum. Vide *Gammarus*. ¶ 2. *Cammarus*, aconitum sive herba venenata *bulbis radicum similem camaro maximo*, Plin. 27, 3. Rectius *Cammarus*, κάμμορος, qu. κακόμορος, ut negatur aliquis, hominem κακῷ μόρῳ malo fato perimens. v. Dacier. 4, 27.

CAMMATIDES, *um*, f. pl. καμματίδες, *folia laevia*, cum quibus una comedebant bellaria seu tragemata, Cæl. Rhod. 14, 50.

Camœna, *æ*, vide *Camena*, Campa, *Campe*.

CAMPAGVS, *i*, m. calceamenti regii genus apud Capitol. in Maximino c. 2 *Campagi rotiticus appellavit* Gallienus, ait prodit Treb. Pollio ejus vita c. 16.

CAMPANA, f. ὁ κώδων, eine glocke. Onomast. Vet. *Campana*, κώδων. Est autem campanarum usus antiquus, & varius in sacris & profanis. Sed vox, prout hodie fumitur, veteribus incognita. Aliquid vero sabinteelligas necesse est, ut *nola*, vel simile. Nam ducitur, ut facile apparet, a *Campanus, a, um*, ab oppido Campaniæ Nola, ubi primum inventa esse creditur. v. Iul. Animadv. 3, 11. Turneb. Adver. 23, 6, & Middendorp. de Academ. 1, 2. Campanis indicebantur divinorum officiorum celebrationes, his excipiebantur principes: aliquando etiam summæ ignominiæ caussa fonabant: alio modo inhibebantur in ignominiam campanæ. Vid. Barth. ad Brit. Aremor. p. 720, & Hieron. Magius de Tintinnabulis.

¶ Campanula, *æ*, f. diminut. Hieron. ad Eustoch. ¶ 2. Herba est, *Campanula* silvestris, singerhut, klocke.

¶ Campanarius, *i*, m. ita vocatur vel qui campanas conflat ex ære, ein glockengiesser; vel qui pulsat, ein glockner.

CAMPÀNIA, *æ*, f. Καμπανία, Italiæ regio, cujus caput *Capua*; vini atque frumenti fertilissima, unde & *Bacchi Cererisque* vocata *certamen*. v. Polyb. lib. 3 p. 242; Plin. 3, 5; Flor. 1, 16, 3. Quoniam igitur abundaret omnibus rebus, fertilis, amœna, salubri cœlo esset, inde incolæ superbi fere erant; vide locum Ciceronis, quem mox laudabimus in *Campani*. Eadem caussa etiam luxuriosi principes fecessus ejus & litora petere solebant, Tiberius, Caligula &c. Lege Suet. eorum vitis. Nomen fortita a locis campestribus est, ut Livius tradit. Ausonius de claris urbibus ex emendatione I. Lipsii:

Mox ut in occasum vitiis commantibus acti
Corruerunt, Pœni luxu, Campania fastu.

¶ Campanus, *a, um*, adject. ut *Civis Campanus, Mulier Campana*, Liv. 26, 12. *Campana luxuria*, Id. 23, 45. *Urbs Campana*, i. e. Capua, Virg. Æn. 10, 145. *Litus Campanum*, Stat. 3 Silv. 3, 162. *Supellex Campana*, Horat. 1 Sat. 6, 118.

¶ Campana, *æ*, f. subst. vide suo loco.

¶ Campani, *orum*, pl. subst. Capuæ & Campaniæ incolæ. Cic. de Leg. Agr. c. 35 *Campani semper sunt perbi laudatique agrorum & fructuum, magnitudine urbis & salubritate*, &c. vide locum.

¶ Campānicus, *a, um*, idem; ut, *Campanica peristromata*, Plaut. Pseud. 1, 2, 12; & Stich. 2, 3, 53. *Campanicæ ficus*, Cato RR. 115, 3; *arator*, ibid. f. 2; *sorta*, Cato RR. 107, 1. v. Pontedera ad Colum. 12, 20, 5.

¶ Campanianus, *i*. Lapis Romæ in æde Mafforum: *Iu. Felix Campanianus præf. Urbis.*

¶ Campas, *ātis*, m. pro Campano molli & effeminato, apud Plautum legitur Trinum. 2, 4, 144. Nonius 8, 23 legit *Campanus*.

CAMPE, *es*, sive Campa, *æ*, f. κάμπη, eruca, eine raupe, a καμπὴ, *flexura*. Columella 11 sub fin. *Quæ nobis* (Latinis) *appellantur* eruceæ, Græce κάμπαι *nominantur*. Idem 10 v. 324 *Hirsuta campe*. Sed apud Plaut. Truc. 5, 1, 44 *Campas dicere* est nugari. ¶ 2 *Campæ* etiam equi marini, delphini, & omne genus cetaceum, quod caudam flectit, meerfische. Martial. 9 epigr. 43 *Campis dives Apollo marinis*, i. e. delphinis, Apollini sacris.

Campester, campestratus, &c. vide mox *Campus*.

CAMPHÒRA, *æ*, f. kampfer. Matthiol. 27

¶ Camphocata, *æ*, f. kampfer-traut, Tabernæmont. p. 57.

Campicurrio, campidoctor, campigenus, vide *Campus*.

CAMPÒLVS, ex Varrone & hinc *Campolatim* ex Apulejo, habet Laurenbergii Antiquarius p. 64; Sed legitur *Capreolus* & *Capreolatim*, de quibus in *Caper*.

CAMPSANÊMA, *ātis*, n. rosmarinus. Apul. de Herb. c. 79.

Campso, *are*, & Campsor, vide *Cambio*.

CAMPTAVLES, *æ*, m. καμπταύλης, qui inflexa canit tibia, waldhornist. Vopisc. in Carino c. 19 *Exhibuit centum Camptaulas*.

CAMPTER, *ēris*, m. καμπτὴρ, flexus circa metam in circo, vel ipsa adeo *meta*, ubi vide dict. fatc, trumme. Pacuv. apud Non. 1, 328 *Extremum intra camperem* conf. Pollux 3, 30 f. 147, ubi metam reddi posse, ait Kuhnius in edit. Hemsterhusiana.

CAMPVS, *i*, m. planities terræ, spatium, feld, ebene. Vide Varr. de L. L. 4, 4. Nepos 23, 5, 4 *In campo cassra ponere*. Propert. El. 8, 5 *Campum equo dare*, de quo loco conf. Misc. Observ. Vol. 1, 433. ¶ 2. Tralate Cic. ad Att. 5, 15 *Non habet satis magnum campum ille tibi non ignotus cursus animi mei*. Id. pro Mur. c. 8 *Nullum vobis fors campum dedit, in quo excurrere virtus cognoscique posset*. Id. in Acad. 4, 35 *Cum sit campus, in quo possit exultare oratio, cur eam in tantas angustias compellimus?* eine reiche materie und gelegenheit zu reden. ¶ 2. *Campi* nomine absolute non raro venit *Campus Martius* Romæ: qui initio ager Tarquiniorum, post, exactis regibus, consecratus Marti, & inde *Martius* appellatus fuit, ut Livius 2, 5 docet. Adde Plutarch. Poblic. p. 183. Ibi autem Comitia haberi, item juventutem exerceri solitam, Omnes etiam notavit 2, 2 & 16; & Horat. 4 oda 1 extr. Id. 3 od. 1, 10 *Hic generosior Descendat in campum petitor*. Cic. Cat. 1, 5 *Comitiis consularibus me consulem in campo & competitores tuos intuepere voluisti*. Cic. in Pis. c. 21 *Omitto, inquit, ut sit factus, atque nostrum Consul: Sit sane fors dominæ campi. Magnificentius est dicere, quemadmodum cesserimus consulatum*. Innuit enim in comitiorum suffragiis plurimum posse fortunam, quæ sæpe immeritos ad dignitates evehat, dignioribus rejectis, wer das glück hat, führet die braut heim. Sed, *Campi nota*, est repulsa in honorum petitione. Val. Max. 6, 9, 14 *Campi notam experius*, der den korb bekommen. ¶ 4. *Campus* etiam locum pugnæ, castrorum & expeditionum designat, cum sub dio ac pellibus habetur miles, das feld. Ammian. 20, 10 *Edicto ut futura luce cuncti convenirent in campo, progressus princeps ambitiosis solito tribunal ascendit*. P. Chrysologus Serm. 13 *Ecce tempus, quo miles procedit ad campum*, id est, in expeditionem, ἐκ τὴν ὕπαιθρον, ut Casaubonus ad Polyb. interpretatur p. 122. Vide & Salmas. Hist. Aug. p. 232. *Campum tenere*, phrasis sequiorum temporum: de qua Barth. ad 2 Theb. Statii p. 627. Convenit Germanorum formula: das feld behalten. ¶ 5. *Campus* etiam dicitur locus, ubi trunes exercebantur, & usum armorum discebant, die rennbahne; ex quo *Campidoctor* magistri ipsi appellati, de quibus infra. Sic *Decursio campi*: seu *campicursio*, (ut militari vocabulo dicebatur) genus militaris exercitationis, appellata est. v. mox *Campicursio*. ¶ 6. Vel aquor pro campo & agro: ita vicissim *campus* pro mari etiam & aqua usurpatur, Ovid. Met. 1, 41 mare vocat *campum liberioris aquæ*. conf. ibid. v. 311 & lib. 11, 356. Sic & invenimus ap. Virg. Æn. 6, 724 *Campos liquentes*: & Æn. 10, 214 *Campos salsos* ap Plaut. Trin. 4, 1, 15 *Campos cæruleos*.

¶ Campester, & Campestris, *e*, flach, eben; ut, *Capua a campestri agro appellata*, Liv. 4, 37. Sed eidem 7, 1 pr. *Campestris gratia* est, quæ in campo martio comitiisque adeo floret. Varro R. R. 1, 6 *Campester locus*. Cic. pro Cæl. c. 5 *Campestris ludus*. Sic, *Arma campestria*, rüstung die man zu felde braucht, Horat. de Arte v. 379. *Prælia campestria*, apud eumdem 1 epist. 18, 54. *Scythæ campestres*, 3 oda 24, 9. *Iter campestre*, Cæl. B. Civ. 1, 66.

¶ Campestre, *is*, n. subst. pannus, quo nude exercentes ephebi pudenda velabant, quod & *Subligaculum* & *Succinctorium* dicebatur, eine schürtz. Horat. 1 epist. 11, 17

Inculum Rhodios & Mitylenæ pulchra facit, quod
Penula solstitio, campestre nivalibus auris.

Augustin. de C. Dei p. 143, 17 de nuditate primorum hominum differens: *Confusis inobedientia carnis suæ, tamquam teste pœna inobedientiæ sua, consuerunt folia fici; & fecerunt sibi* campestria: *id est*, succinctoria genitalium. *Nam quidam interpretes* succinctoria *posuerunt. Porro autem* Campestria, *latinum quidem verbum est: sed ex Hebræo, quod juvenes, qui nudi exercebantur in campo, pudenda operiebant. Quod qui ita facienda putat*, campestratos *vulgus appellat.* conf. Not. Vir. ad h. l. Augustini, & Turneb. Adv. 27, 22. Vix nonnulli etiam sub vestibus, ne verenda nudarent, cum braccati haud essent. v. Casaub. ad illud Vulcatii in Avidio Cassio c. 4 *Campestri solo tectus*.

¶ Campestratus, *a, um*, quis dicatur, ex modo datis Augustini verbis liquet.

¶ Campicellus, *i*, m. diminut. ein klein feld; apud Innocent. de Casis inter Auct. rei agrariæ Gœsii p. 221.

¶ Campaneus, & Campanius, *a, um*, idem ac *campestris*. Innocentius ibid. p. 239 *In campaneis locis*, & p. 240 *In campanii locis*. ¶ 2. In Gruteri Inscript. p. 297 *Campanei* iidem sunt qui *Campani*.

¶ Camparius, *i*, m. ein landmann, bauer. Gloss. *Camparius*, ἀγροφύλαξ.

¶ Campicurſio, *onis*, f. exercitatio militaris, quæ currendo fiebat. Veget. 2, 4 *Campicurſionem, ut ipſi appellant, aſſidue faciant.* conf. 2, 22 & 319, & vid. *Campus* n. 5.

¶ Campidoctor, *öris*, m. qui tirones in campo exercet, armorum uſum condocens, ſive *armaturam*: ita enim hoc genus meditationis vocatum Vegetius ſignificat 1, 13; & 2, 22. Male Stewechius *Campidoctorem* apud Vegetium & cæteros, qui meminerunt, malit reſtitui: neque enim a *docendo* ſed a *docendo* dictos, Lampridii locus in Alexand. c. 53 *campidoctores vos docuerunt*, &c. perſuadet facile; & illud quoque argumento eſt, quod iidem & *armidoctores* & *armorum doctores* appellati, quod Salmaſ. ad Lamprid. obſervat. conf. Miſc. Obſerv. Vol. 6, 568, & 8, 255. Recte igitur Vet. Gloſſ. *Campidoctor*, ὁπλοδιδακτής, & ὁπλοδιδάσκαλος. Ammianus 15, 3 *Tribunus ex campidoctore.* v. ibi Valeſii f. 71 & ad eumdem locum Lindebrog. p. 32, qui inſcriptionem exantiqua Roma profert, in qua eſt CAMPIDOCTOR COH. I. quam etiam Gruterus f. 80 n. 2 exhibuit, & apud eumdem Gruterum f. 565 n. 5 CAMP. DOC. COH. VII. PR.

¶ Campiductor, *öris*, m. nonnullis idem qui *Campidoctor*; vid. quæ modo diximus.

¶ Campidunum, *i*, n. & Campidona, *æ*, f. urbs Sueviæ, Kempten; hinc *Abbatia Campidunenſis* illuſtris.

¶ Campigĕnus, *i*, m. quaſi *in campo genitus.* Plur. *Campigeni anteſignani, ideo ſic nominati, quia eorum opera atque virtute exercitii genus creſcit in campo*, Veget. 2, 7.

CAMVM, *i*, n. ſpecies cereviſiæ ſive potionis ex hordeo & aliis frugibus confectæ. Vlpian. l. 9 ff. de trit. vin. ol. vide *Zythum.*

CĂMŬRVS, *a*, *um*, curvus; Veteribus Latinis, licet proprie de cornibus dicatur, eſt τὸ ἐπικαμπὲς, tortum, quod anguium eſt proprium, krumm, gebogen, gewunden. Virg. Georg. 3, 55

Pes etiam & camuris hirtæ ſub cornibus aures;

Vbi Servius: CAMVRIS, *id eſt, curvis: unde &* Cameræ *appellantur.* Feſtus: *Camura, & Camuri boves, a curvatione ex Græco* Καμπὴ *dicuntur.* Sed Nonius 1, 126 apud Virgilium *Cameris*, non *Camuris* legit. Vide ſupra & *Bos.* conf. Macrob. Sat. 6, 4.

CAMVS, *i*, m. κάμος, ein Kahn; um. Plaut. Caſ. 2, 6, 37 *Hodie tu camum & furcam feras.* Hanc lectionem Meurſius proponit; alii legunt *canem.* Vt docet Iſidorus 20, 16 *Camus genus aſperi freni eſt, quo caballi ſuperbi coërcei i ſolent.* conf. Voſſ. Etymol. p. 100.

Cana, vide *Caniſtrum*, Canabis, canabinus, *Cannabis.*

CĂNĂBŬLA, *orum*, n. & Canabulæ, *arum*, f. pl. loca inculta & aſpera, quæ & *Novercæ* dicuntur. vide ex Frontino & aliis Rigaltii Gloſſ. agrimenſ. a Goeſio edit. p 294, & Ian. Guil. Lauremb. Antiqu. p. 65.

CĂNACE, vel Canache, *es*, f. nomen canis a κανάχη *ſtrepitus*, Ovid. Met. 3, 217. ¶ 2. *Canace* Æoli filia amore fratris ſui infelix, Ovid. Triſt. 2, 384 & in lb. v. 357.

¶ Canachēnus, *i*, m. ein Dieb. Cum furibus enim *obſervata pandentes canachenos* conjungit Arnobius 6 p. 278. Sed nemo interpretum docet, unde revera deſcendat, vel ubi præterea legatur.

CĂNALIS, *is*, m. & f. ein Rinne, Röhre; lignum ſcilicet excavatum, in ſimilitudinem cannæ, per quod aqua deducitur. Virg. Georg. 3, 330 *Currentem ilignis potare canalibus undam.* Vitruv. 8, 7 pr. *Canales ſtructiles* vocat, quos ſiſtulis plumbeis & tubulis fictilibus ibidem opponit. Improprie Quintil. 11, 3 *Pleniore hæc canali fluunt.* ¶ 2. *Canalis* lignum excavatum erat, in quo tractum crus aut femur reponebatur, pro quo chirurgi noſtri aſſulis utuntur, quas ſcheinen vocamus. Celſus 8, 10, 5 *Vbi deſignatum eſt* (crus vel femur,) *in canalem conjiciendum eſt*, &c. Vbi forma ejus & ſtructuræ modus deſcribitur.

¶ 3. canaliculus, *i*, m diminut. Vitruv. 10, 14 extr. *Emittet per canaliculum.* conf. Varr. R. R. 3, 5. Etiam in medicina adhibuit Celſus 8, 20 extr. cui articulus luxatus includitur. ¶ 2. Eſt etiam *Canaliculus* cavitas exterior in columnis Vitruv. 4, 3, eine Rinne. Et

¶ Semicanaliculus, *i*, m. apud eumdem d. l. eadem notione.

¶ Canalicula, *æ*, f. idem. Gell. 17, 11 *Eſſe quaſi canaliculas quasdam vel ſiſtulas.* conf. Lucil. ap. Nonium 3, 50.

¶ Canaliculātus, *a*, *um*, quod canalis figuram habet, gleich einer Rinne; ut, *Planta ad radicem canaliculata*, Plin. 27, 9.

¶ Canaliculātim, adverb. per canaliculos quaſi, wie mit kleinen Rinnen. Plin. 9, 33. v. Barth. in Statii Achill. p. 1609, ubi locum Plinii emendat, & *canaliculatim*, non caniculatim legendum docet.

¶ Canalītius, *a*, *um*, & Canalienſis, *e*; ut, *Aurum canalitium*, ſeu *canalienſe*, quod puteis vel canalibus foditur, apud eumdem 33, 4.

¶ Canalīcŏla, *æ*, c. ἀγοραῖος, homo nauci, ein ſchlechter, müßiggänger. *Canalicole* ſic dicti, quod in foro medio ad canalem deambularent deſiderentque & nugarentur. Gell. 4, 20 *Qui jurabat, cavillator quidam & canalicola & ridicularius fuit.* De his Plaut. Curc. 4, 1, 14 *In foro inſimo boni homines atque dites ambulant, In medio, propter canalem ibi oſtentatores meri.* Feſtus: CANALICOLÆ, *forenſes, homines pauperes dicti, quod circa canalem fori conſiſterent.* Hujus commatis erant *Subroſtrani*, *Subbaſilicani*, de quibus Cafaubonus ad Theophraſtum περὶ ἀηδονίας p. 179. De *canalicolis* vero omnium optime Salmaſius ad Vopiſci Carinum p. 483.

CANĂNÆA, *æ*. f. Syriæ regio, quæ & *Paleſtina.*

¶ Cananæus, *a*, *um*, adject. apud Prudent. Hamart. v. 410.

Canaria, canarius, vide *Canis*, Canaſter, *Canus*, Canatim, *Canis*, Canax, *Canus.*

CANCAMVM, *i*, n. κάγκαμον, Arabicæ arboris lacryma ad odorem incendendus, Dioſc. 1, 23. Plin. 12, 20.

Cancellarius &c. vide ſequens verbum *Cancelli.*

CANCELLI, *orum*, m. pl. ſepta reticulata, ſeu feneſtrata; ſive de ligno, ſive de ferro aut ære eſſent: nam *æreorum cancellorum*, diſerte Columella meminit 8, 17, gegittert, gatter, ſchranken. Rariſſimus ſingularis numerus, ut L. 9 Dig. Quod vi aut clam: *Si ferra, vel clavis, vel cancellus, vel ſpecularium ſit ablatum.* Ejusmodi *cancelli*, ſeu ſepta in foro, in circo, in tribunalibus, templis, item ædium januis, feneſtris &c. ad excludendam turbam, vel ut repaguli vice eſſent, fuiſſe, jam olim notatum ab eruditiſſimis viris eſt, quos infra, cum de *Cancellariis* nonnihil dicendum erit, indicabimus. Varr. R. R. 3, 5 *Perticæ modicis intervallis annexæ ad ſpeciem cancellorum ſcenicorum.* conf. Ovid. Amor. 3, 2, 64. ¶ 2. Sed & in agris *Cancelli* pro limitibus erant: termini ſcilicet, ſeu lapides, quibus agrorum fines deſcribebantur, die grenzen. Vnde & *Cancellatio* pro limitatione vel metatione, & *regio cancellata*, apud Gromaticos invenitur. Et hinc petitæ illæ translationes; *Cancellis circumſcribere: Cancellos circumdare:* id eſt, certis finibus terminisque includere, einſchränken. Cic. pro Quintio c. 10 *Si extra hos cancellos egrediar, quos mihi ipſe circumdedi.* Id. de Orat. 1, 12 *Cancellis circumſcripta ſcientia.* Huc pertinet Vetus Gloſſa, *Cancellus*, κιγκλίδα. Καγκέλλα autem *fuſſi* eſt. Nam foſſas quoque finales fuiſſe, hoc eſt, ad diſcernendos fines factos, ex Siculo Flacco & aliis Agrimenſoribus priſcis conſtat. ¶ 3. Haud dubie *Cancelli* forma diminutiva dicuntur a cancris. Nam ipſos *Cancellos* etiam *Cancros* dici, quamquam rarenter admodum, animadvertimus. Inde ſcitu dignum prorepſit adagium, ut *inter orci cancros adhæſiſſe* dicatur, qui ita irretitus, illaqueatusque tenetur ac impeditus, ut nusquam pateat effugium, ſcribente Cæl. Rhodig. 5 extr. quoniam Plutonis ſepta & cancros tranſilire opis humanæ non eſt. Auctor ejus Adagionis ſine dubio eſt Apulejus, qui 6 Mil. p. 176 unam de famulatione *Veneris*, nomine *Conſuetudinem* ita *Pſychæ* oggannientem introducit: *Tandem ancilla nequiſſima dominam habere te ſcire cœpiſti? An pro cetera morum tuorum temeritate iſtud quoque miſcere te fingis, quantos labores circa tuas inquiſitiones ſuſtinuerimus: Sed bene, quod meas potiſſimum manus inciſiſti, & inter Orci cancros jam ipſos adhæſiſti! datura ſcilicet actutum contumacie tantæ pœnas.* Feſtus quoque auctor eſt, *Cancros* appellatos veteribus, quos diminutive *Cancellos* dicimus. Κιγκλίδες ὀρυκτοί.

¶ Cancello, *are*, cancellis includere, vergittern, in einander ſchränken. Colum. 4, 2 *Hæc autem* (vitis) *que toto proſtrata corpore, cum inferius ſolum queſi cancellavit atque irretivit*, &c. ¶ 2. Apud Ictos *Cancellare* eſt delere, expungere: quod multis decuſſatim vel cancellatim lineis tractis fieri ſolet: wenn man etwas creutz weiſe durchſtreicht und auscioſcht. Vel plane concerpere atque concidere, ſciſſuris in decuſſem ſcalpello factis. Vnde Iſidorus in gloſſis: CANCELLAT, *concidit, battuit.* Sic, *Cancellare teſtamentum*, L. 15 § 1 Dig. de teſtam. mil.

¶ Cancellātus, *a*, *um*, gegittert, in einander geſchränckt oder geſchloſſen; ut, *Cancellatus brachiorum implexus*, Plin. 9, 51. Idem 8, 10 *Elephantorum cutis cancellata*, creutzweis mit runtzeln durchzogen. Solin c. 1 *Cancellatis manibus.* ¶ 2. Limitatus, eingeſchränckt; ut, *Cancellata regio*, id eſt, terminis ſuis circumſcripta apud Autores de Limitibus. ¶ 3. Expunctus, der auf der Schrifft: ut, *Cancellatum chirographum*, L. 22 Cod de Solutionibus: *Tabulæ cancellatæve cancellatæ*, L. 82 Dig. de Furtis.

¶ Cancellatim, adverb. decuſſatim, in morem cancellorum, creutzweis gegittert; ut, *Cancellatim reticulata*, Plin. 9, 33. Et Sidon. 5 ep. 17 *Stipitibus cancellatim pendentibus.*

¶ Cancellatio, *ōnis*, f. limitatio agrorum, die grentzſcheidung, vid. ex Siculo Flacco & Frontino in Rigaltii Gloſſ. agrimenſ. p. 295.

¶ Cancellārius, *i*, m. ein cantzler. *Cancelli* ii a cancellis dicti, longe alii veteribus, quam hodie ita qui appellantur; de quibus multa & nonnihil diverſa, præter ICtos, Turnebus, Pithœus, Lazius, Cataubonus & Salmaſius ad Hiſt. Aug. p. 482 &c. nec non Kirchmannus de Annulis c. 9 tradiderunt & obſervant. Attigit & Paullus Æmilius lib. 3 de geſtis Francorum in Philippo I ſub finem, & Barth. Adverſ. 50, 5. Eſt etiam peculiare atque eruditum opus Malincrot. de cancellariis. Vt breviter explicemus negotium; notandum, *Cancellarios* veterum duplicis generis fuiſſe: alios in domo Auguſta procerumque, alios in tribunalibus & judicialibus, ut appellabantur, ſecretis. Imperatoriæ & procerum ædes atque cubicula, qua patebant, non vela tantum habebant ad fores, ſed & cancellos, ſive *feneſtratas januas*, ut Caſſiodorus appellat. His igitur qui præfecti erant, non tantum *a velis*, *a cancellis*; ſed & *Velarii* & *Cancellarii* appellabantur: quorum munus erat, ſtare pro foribus & admiſſiones curare. Itaque nihil aliud erant, quam *Oſtiarii*, qui aut nullam, aut parvam perquam dignitatem habebant. Quam ob cauſſam Vopiſcus c. 16 in Carino pr. rem indigniſſimam ſtatuit, *quod unum ex cancellariis præfectum urbi feciſſet*: hoc eſt, publici & ſummi muneris dignitatem in miniſterium aulicum ignobile contuliſſet. Codex Theodoſii cum *domeſticis*, qui & *protectores*, ſive *cuſtodes corporis principis* ſunt, Σωματοφύλακες Græcis appellati, conjungit: quorum aliquos non meros oſtiarios fuiſſe, hoc eſt, admiſiſſe & dimiſiſſe tantum, qui principem aut herum conventum vellent; verum & chartas dominorum ſeu *tabularia* tractaſſe, videtur ſuadere Agathiæ locus lib. 1 de imperio & geſtis Juſtiniani, qui *cancellarios* iſtos, vel *a cancellis*, τὰ δεσμὰ Narſetis curaſſe diſerte tradit. Fuerunt itaque tales, qui nunc in aulis kammerdiener, appellantur. Sed tribunalia etiam habebant ſepta cancellata, quibus excludebantur turbæ, quibus & ipſis qui præpoſiti erant *Cancellarii* appellati. Quorum alios puto oſtiarios tantum fuiſſe, & qui hodie cantzeley-diener, appellantur; quorum erat, ingreſſus ad judicem curare, & exſecutioni mandare judicum reſponſa; alios vero, ipſius ſecreti judicialis geſtiſſe curam, ſcribendoque navaſſe operam, unde Codice Theodoſii *Tabellio*, *Amanuenſis*, *Cancellarius* de uno atque eodem miniſterio dicuntur, (cancelliſten, copiſten,) quorum tamen alii digniores, atque a *Scribis* ſive *Notariis* diſtincti, edictis epiſtolisque dictandis ſignandisque navabant operam, atque eodem fungebantur munere, quod illorum hodie eſt, qui a *Secretis*, ſeu *Secretariis* appellantur. Vnde in edicto Turci Aproniani, *Cancellarius* ante *Scribam*, & diverſus ab eo nominatur. Hodie qui hiſce omnibus ſumma dignitate præeſt, κατ' ἐξοχὴν *Cancellarius* appellatur: apud Romanos olim *Quæſtor Sacri Palatii*: in Conſtantinopolitana Aula, ὁ μέγας λογοθέτης nominatus fuit: conf. de *Cancellario & Scriba* Gruteri Inſcript. p. 647 n. 6, de *Conſtantini Cancellario* Symmachi epiſt. 10, 79; & de *Cancellario eccleſiæ Romanæ* Bernard. ep. 313.

¶ Cancellaria, *æ*, f. ſcil. domus, ubi cancelli ſunt, die cantzeley; & ¶ Cancellariatus, *us*, m. officium cancellarii, cantzlers-amt, nova ſunt.

CANCER, *cri*, m. Καρκῖνος, ein Krebs, piſcis genus teſta muniti: cujus ſpecies ſunt *carabi, aſtaci* &c. Plin. 9, 31 relati. Virg. Georg. 4, 47 *Rubentes Vre foco cancros.* Vbi notandum, non loqui poëtam de coquendis, ſed proprie de urendis vel cremandis. Hoc enim ſæpe fieri ſolitum medicinæ variæ cauſſa, ex Plinio & Apulejo oſtendit Geſnerus Chreſtom. Plin. p. 504. ¶ 2. *Cancer* ſignum Zodiaci. Ovid. Faſt. 1, 313 *Octipedis fruſtra quærentur brachia cancri.* Vid. ad Col. 10, 313. Occaſus cosmicus ſignatur, ſole exiſtente in XVII parte capricorni. ¶ 3. Morbus, ejusdem & generis & appellationis, der Krebs. Tumor eſt durus, inæqualis, adjpectu teter, venis in ambitu turgentibus colore liveſcens. *Gangræna* etiam dicitur. Ovid. Met. 2, 827 *Vtque malum late ſolet immedicabile cancer Serpere, & illæſas vitiatis addere partes.* ¶ 4. *Cancros* antiqui dixerunt, qui nobis ſunt *cancelli*, gitter. Vide ex Apul. paullulum ſupra in *Cancelli* n. 3.

¶ Cancer, *ĕris*, m. declin. tertiæ, pro ſigno cæleſti Lucretius 5, 616 *Canceris ut vertat metas ad ſolſtitiales.* Etiam de morbo hac forma Arnobius lib. 1 p. 30 *Contumaciam canceris ſævi ad ſubeundam cicatricem circumſcriptis evaginationibus compulerunt.* Conf. Priſcian. lib. 6 p. 697.

¶ Cancĕro, *avi, atum, are*, faulen, den Krebs haben. Plin. Valer. 1, 10 *Si intrinſecus canceraverit auris.* Apul. de Herb. c. 36 *Vulnera etiamſi canceraverint*, i. e. in cancri naturam tranſierint.

¶ Canceratus, *a, um*, krebs-frefſig; ut, *Cancerata facies.*

¶ Cancerāticus, *a, um*, vom Krebs. Veget. 2, 43 *Canceraticus fætor.*

¶ Cancĕrōma, *ătis*, n. gr. καρκίνωμα apud Celſum 5, 28, 2 ein böſes geſchwür, um ſich freſſender Krebs; ut, *Canceromata, quæ in naribus naſcuntur*, Apul. de Herb. c. 19 n. 7. conf. c. 31 n. 3.

¶ Cancrōma, *ătis*, n. idem. Salvian. adv. Avarit. 1 p. 232 *Si plagas cancroma ſequitur, cancrum neceſſe eſt conſequatur occaſus.*

¶ Canchrēma, *ătis*, n. todtes Fleiſch, Fäulniß. Veget. 2, 22.

¶ Cancrōſus, vel Cancroſus, *a, um*, krebs-freſſig, voll Aufſprung. Sarisb. 3, 6 *Scripit morbus cancroſus in omnes.* Sext. Placit. c. 11 *Cancroſa vulnera.*

¶ Cancrīnus, *a, um*, retrogradus, rückkehrig. *Cancrinus verſus* dicitur, qui retrogrado ordine legi poteſt: ut, *Roma tibi ſubito motibus ibit amor.*

CANDĂCE, *es*, f. commune reginæ Æthiopiæ nomen fuiſſe docet Plin. 6, 29, notavitque Beda ad Acta Apoſt. c. 8. Ab illa autem Candace, cujus in actis mentio fit, antiqui tum Chriſtianitmi hodierni jactant Æthiopes; falſo, ut Scaliger l. 7 de Emend. temp. p. 639 cenſet.

CANDĂCVS, *a, um*, i. e. ſuavis, lieblich. Varro de L. Lat. 6, 6.

CANDĀVIA, *æ*, f. rerio & mons Epiri, Plin. 3, 20; Lucan. 6, 331. vid. Græv. ad Cic. Att. 3, 7 p. 296.

CANDAVLES, *is*, m. quem Myrſilum Græci vocant, Sardium tyrannus fuit, cujus meminit Juſtinus 1, 7, ubi a Gyge interfectum refert, cui uxorem nudam is ante oſtenderat.

Candefacio, vide *Candeo.*

CANDĒLA, *æ*, f. a candore luminis, quo candet, eine Kerze oder Licht. Iuvenal. Sat. 3, 286 *Vel breve lumen Candelæ, cujus diſpenſo & tempero ſtilum. Candelas ſebare*, i. e. ſebo vel ſevo inducere ellychnium, & in candelam concinnare, lichte ziehen. Columella dixit 3, 21. *Filum candelæ* der Docht, ἐλλύχνιον. In Iuvenalis verſu laudato *Filum* vetus Scholiaſtes *papyrum* interpretatur: *ſcirpum* nempe intelligens, quod illi Ægyptiacæ plantæ, *Papyro* puta, ſimilis eſſet, eumdemque uſum præſtaret. Plin. 16, 37 *Et mapalia ſua Mauri* (ſcirpis ſive ſirpis) *tegunt: proximeque æſtimanti hoc videantur eſſe, quo inferiore Nili parte* papyri *ſunt, uſu.* Et ex medulla ſcirporum cera circumdata *candelas* factas Plinius proxime antecedentibus verbis auctor eſt. Prudentius Hymno ad incenſum lucernæ de diverſis generibus luminum agens, Cathemer. 5, 15 *Quin & ſila favis ſcirpea floreis Preſſo melle prius collita fingimus.* Vbi obſerva, ἐλλύχνια item *ſila* appellari. Apud Plinium 13, 13 legimus, Caſſium Heminam prodidiſſe literis, in ara quadrati lapidis, vincti *candelis* quoquo verſus, libros Numæ impoſitos duraſſe annis 535 infoſſos. Vbi, quæ hæ *candelæ* fuerint, non temere habeo dicere. Hermolaus quidem ad eum locum ſcribit, quæcumque materia, ſcirpis, tæda, ſevo, cera, conſtet, *candelam* eſſe. Vnde mirum non ſit, libros Numæ candelis involutos tradi. Sed ego vellem auctoritatibus commodis id confirmaſſet.

¶ Candelābrum, *i*, n. *in quo candelæ ſiguntur*, Feſt. ein Leuchter; ut, *Candelabrum aneum*, Cic. Verr. 4, 26. *Candelabrum ligneum*, Petron. c. 95. Adde c. 64 & 75; Vitruv. 7, 5; Quintil. 6, 3. Sic & Martialis de *Candelabro Corinthio* 14 epigr. 43 *Nomina candelæ nobis antiqua dederunt.* Candelabrum *Lychnuchus* etiam dicitur, λυχνοῦχος a λύχνος & ἔχω. *Lychnuchus penſilis*, candelabrum eſt de laquearibus pendens, ein cronen-leuchter. Dionyſius Iunior Siciliæ Tyrannus in Prytaneo Tarentino *candelabrum* dicavit, in quo totidem ſuccendebantur lychni, quot in anno dies. v. Cæl. Rhod. 6, 18.

¶ Candelabrus, *i*, m. antique idem. Ex Cæcilio Nonius 3, 74 *Candelabrus ligneus ardens.* Et Petron. c. 75 *Tam magnus quam hic candelabrus eſt.*

CANDEO, *ui, ēre*, candidum eſſe, λευκαίνεσθαι, weiß ſeyn, glänzen. Catull. 65, 45 *Candet ebur ſoliis.* conf. Ovid. Pont. 3, 3, 98. Et Horat. 2 Sat. 6, 103 *Tincta candet veſtis.* ¶ 2. Igneum eſſe & ferveſcere, glühen, heiß ſeyn. Ovid. Art. am. 2, 440 *Candet in igne cinis.* Id. Met. 1, 119 *Aër fervoribus uſtus canduit.* Colum. 1, 4 de æſtuoſis & vapore torridis regionibus: *Sunt loca, quæ tepent hieme, ſed æſtate ſerviſſime candent, ut aſſerunt Eubœam Chalcidem.*

¶ Candens, *tis*, candidus, ſplendens, weiß, glänzend. Virg. Æn. 5, 61 *Candens vacca.* Plin. 2, 18 *Candens color.* Ovid. Met. 11, 315 *Facere Candida de nigris, & de candentibus atra*, i. e. pervertere jus & æquum; quanquam proprie Ovidius de furtis & fraudibus Autolyci. Etiam Germani: weiß aus ſchwarz und ſchwarz aus weiß machen. ¶ 2. Ignitus, feurig, heiß, glühend; ut, *Ferrum candens*, Ovid. Faſt. 4, 287. Cic. Off. 2, 7 *Dionyſius tyrannus cultros metuens tonſorios, candente carbone ſibi adimebat capillum.* ¶ 3. Transfertur & ad alia, quæ non igneſcunt quidem, ut *ferrum & prunæ*: fervent tamen & liquefiunt admoto igne, ut, cera, ſevum, & aqua. Colum. 7, 5 *Candentem lubrum diligenter circumcideris, candens ſevum vulneri per ardentem tædam inſtillato*: id eſt, liquefactum. Id 12, 53 *Sues*, inquit, *mutilantur, aqua candente glabrentur.* Comper *Candentior Phœbus*, Val. Flacc 3, 481. Et *Candentiſſimum ſidus*, Solinus c. 52 Salm.

¶ Candentia, *æ*, f. candor, der glanz, der weiſſe ſchein; ut, *Candentia lunæ*, Vitruv. 9, 4.

¶ Candeſco, *ĕre*, weiß, heil werden. Ovid. Met. 6, 49 *Silet aër candeſcere ſolis ab ictu.* Et Tibull. 1, 9, 43 *Candeſcere canis*, grau oder alt werden. conf & Vitruv. 7, 9.

¶ Candĭco, *are*, candidum eſſe, weiß ſeyn, glänzen. Solinus de Taprobane c. 53 Salmaſ. *Candicant orbiculi lapilloram.* Apul. 5 Mil. p. 168 *Pinnæ micanti flore candicant.*

¶ Candĭcans, *tis*, weißlicht, ſchimmernd; ut, *Candicans crus*, Plin. 12, 13 leibfarb. *Superne candicans*, Plin. 16, 23. *Nivibus candicans*, Solin. c. 63 Salm. 49.

¶ Candĭcantia, *æ*, f. der glanz. Plin. 37, 13 *Candicantiam faciunt.*

¶ Candor, *ōris*, m. die weiſſe, der glanz. Petron. c. 126 *Pedem candor Parium marmor exſtinxerat.* Virg. Æn. 3, 538 *Ligni candore nivali.* Et plur. Arnob. 4 p. 141 *Vbarum* (Iunonis) *nivei marmoreique candores:* λευκώλενος ἥρη Homero. ¶ 2. Splendor, ut, *Solis candor*, Cic. Nat. D. 2, 15 *cæli candor*, Id. Tuſc. 1, 28. Sic & de formæ pulchritudine ſive ſplendore uſurpatur. Cic. pro Cælio c. 15 *Candor hujus te & proceritas, vultus oculique perdiderunt.* ¶ 3. Transfertur etiam ad animum, & puritatem ejus ac ſimplicitatem ſignificat, aufrichtigkeit. Ovid. 2 Ponto 5, 5 *Candor in hoc ævo res intermortua pæne.* conf. Triſt. 3, 6, 7.

¶ Candĭdus, *a, um*, weiß. Ovid Art. am. 1, 723 *Candidus in nauta turpis color. Albus color*, nativus lanæ eſt: *Candidus* propriè ſplendens ille, & qui eſt ab arte. v. Lipſ. Electt. 1, 13. ¶ 2. Purus, clarus, intemeratus, klar, hell. Plaut. Amph. 1, 3, 49 *Luce clara & candida.* Lactant. 6, 2 Deus *ipſe in uſum hominis tam claram, tam candidam lucem dedit.* Cic. in Orat. c. 16 *Purum & candidum genus dicendi.* Sed & *candidam vocem* dixit Quintil. 11, 3, quæ *fuſcæ* opponitur, eine reine, helle ſtimme. Vide infra *Vox.* ¶ 3. Sæpe & formoſum & pulchrum notat. Sen. Medea v. 110 de Hymenæo: *Candida ſyrrſigeri proles generoſa Lyæi.* Id. in Oedipo v. 528 *Candida formoſi venerabimur ora Lyæi.* Horatius de puero formoſo, 2 epiſt. 2, 4 *Candidus & talos a vertice pulcher ad imos.* ¶ 4. Transfertur & uſitate ad animi puritatem & ſimplicitatem: Virg. Æn. 9, 432 *Pectora candida*, id eſt, ſincera, ohne fuco und malevolentia, aufrichtig, ohne falſch, unpartheyiſch. Ovid. 4 Triſt. extremo: *Iure tibi grates, candide lector, ago.* Id. Pont. 4, 14, 43 *Tam felix utinam, quam pectore candidus, eſſem!* ¶ 5. Transfertur & ad felicitatem ac proſperitatem ſignificandam. Tibull. 1, 7 (al. 8) extr. *At tu natalis multos celebrande per annos Candidior ſemper, candidiorque redi.* Et 3 eleg. 6, 30 *Sis felix, & ſint candida fata tua.* ¶ 6. Inter Deos relati etiam candidi dicuntur. Virgil. Ecl. 5, 56 *Candidus inſuetum miratur limen olympi.* conf. Horat. od. 1, 18. Iuvenal. 6, 526. ¶ 7. *Candidus* eſt jam canus, grau. Virg. ecl. 1, 29 & ibi Taubm. p. 9 *Candidior barba.* v. ſupra *Albus.* ¶ 8. De Graiis nos ne dubites. Præter modo laudatos Virg. ecl. 7, 38 *Candidior cygnis.* Horat. 1 Sat. 5, 41 *Animæ, quales neque candidiores - - Terra tulit.* Varro de L. L. 7, 7 *Sunt diſcrimina propter incrementum, quod majus vel minus in his eſſe poteſt: acceſſit declinationum genus, ut a Candido Candidius, Candidiſſimum.* Vitruv. 10, 7 & Pallad. 4 (Martio) t. 13 *color candidiſſimus.*

¶ Candida, *æ*, f. ſubſt. eſt terra ex quodam argillæ genere, *Glareæ mixta, candidam vocant, prope inexpugnabilis*, Plin. 33, 4.

¶ Candidulus, *a, um*, dimin. weißlicht; ut, *Candiduli dentes*, Cic. Tuſc. 5, 6. *Græx candidulus*, Prudent. καθ. 3, 157.

¶ Candide, adv. weißlicht; ut, *Candide veſtitus*, Plaut. Caſ. 4, 1, 9. ¶ 2. aufrichtig. Cæl. Cic. fam. 8, 6 *Cavendum tibi erit, ne parum ſimpliciter & candide poſſiſſe inimicitias videaris.* conf. Petron. c. 107.

¶ Candidule, diminut. idem. Arnob. 2 p. 50 *Qui ſermonem candidule promſit.*

¶ Candido, *are*, dealbare, glänzend machen. Tertull. adv. Gnoſt. c. 12 verba Apocal. 7 exprimens: *Lavarunt veſtimentum ſuum, & candidaverunt ipſum in ſanguine agni.* Auguſt. epiſt. 168 *Albis veſtibus candidatur*, ſcilicet baptizatus. ¶ 2. Intranſitive, candidum eſſe. Solinus de Sardonyche c. 46 *Medicas circunitur limite candidante.* Sic edidit ex antiquo libro Salmaſius, ubi vulgo legitur *candicante.*

¶ Candĭdātus, *a, um*, candida veſte indutus, weiß bekleidet. Plaut. Caſ. 2, 8, 10 *Candidatus hic maſtigia.* conf. Rud. 1, 5, 12. Sic *nautæ candidati coronatique*, Suet. Aug. 98, 3. *Candidatæ cohortes*, Prudent. Periſt. 1, 67.

¶ Candidatus, *i*, m. ſubſt. a toga candida dicebatur, qui magiſtratum & honores petebat, der ſich um ein amt bewarb. Petrones enim non contenti inſito lanæ colore, cretam addebant in veſtem, ut candeſceret, immo ſplenderet. Inde enim λευκηγεῖν ejusmodi veſtem Græci vocant, ut Polybius, cum 10, 4 de Scipionis petitione Ædilitatis narrat. Vbi obſervat etiam, Romanos in veſte hujusmodi candida honores petiiſſe. Hac ergo nota diſcreti a vulgo, & κατ' ἐξοχὴν *Candidati* dicti. v. Lipſ. Electt. 1, 13. Aliquando cœptum eſt hunc talli morem, invaleſcente ambitione. Liv. 4, 25 *Placet tollendæ ambitionis cauſſa tribunos legem promulgare, ne cui album in veſtimentum addere petitionis cauſſa liceret.* Sed nihil actum eſſe, ſequentium temporum recepta conſuetudo oſtendit. *Candidatus prætorius, Candidatus conſulari*, id eſt, præturam, conſulatum petens. Cic. pro Mur. c. 27 & Plin. Paneg. c. 95. Ita Liv. 4, 6 ext. *Tribunitii candidati.* De Candidatis Cæſaris & Principis, deque aliis, ad quæ vox iſta trahitur, agit copioſe Rhodiginus 8, 16. Ad illos h. e. qui a Cæſare commendati populo negligentius petebant, pertiner jocus Gallæ apud Quint. 6, 3 p. 547, qui negligenter petenti pilam dixit *Si petis, tamquam Cæſari candidatus.* v. Burm h. l. Add. Cic. pro Mil. c. 16; Suet. Aug. c. 56.

Sen. epist. 8; & de Benef. 7, 28. *Confiteri candidatum*, sich als einen candidaten angeben, Suet. Aug. c. 4. ¶ 2. Aliarum quoque rerum sectator *candidatus* dicitur. Sic *Candidatus eloquentiæ*, Quintil. Procem. lib. 6 pro eloquentiæ studioso; *philosophiæ*, Symmach. 1 ep. 41; *gloriæ & immortalitatis*, der nach ewigem nahmen und ruhm trachtet. Plin. Paneg. c. 63; *destinatæ crucis*, Apul. Met. 1, 108. Similiter Tertull. Christianos *restitutionis candidatos* appellat adv. Marc. 2, 25: & Enochum atque Eliam *æternitatis candidatos*, de Resurr. c. 58.

¶ Candidatōrius, *a, um*, ad candidatum pertinens. Cic. Att. 1, 1 *Nos in manere candidatorio fingendo summam adhibebimus diligentiam.*

¶ Candidarius, *a, um*, *Pistor candidarius*, qui panem candidum vendit, Lapis Murat. p. 304.

¶ Candefacio, *feci, factum, ĕre*, weiß machen, glühend machen. Sic *Ebur atramento candefacere*, id est, nativæ formæ inducere fucum deformantem magis, quam ornantem, Plaut. Most. 1, 3, 102.

¶ Candefio, *eri*, weiß werden. Plin. 33, 3 *Marmori & iis, quæ candefieri non possunt, illinitur.*

¶ Candefactus, *a, um*, weiß, glühend, ut, *Lapides candefacti*, Plin. 34, 8. conf. 25, 10.

¶ Candifico, *are*, idem quod *candefacere*. Augustin. C. D. 21, 7 *Lapides coquendo candificet.* Nævius: *Poltens sese & succis herbarum candificans cutem.*

¶ Candificus, *a, um*, weißmachend. Apul. Apol. p. 277 ex Catullo: *Pulvisculus candificus*, quo dentes fricantur, zahnpulver.

I. Composita a *Candeo* & *Candidus.*

¶ Excandesco, *ĕre*, proprie erhitzen, brennend oder glühend werden. Cato R. R c. 95 *Coquito sub dio. Nam si in tecto coquas, cum bitumen & sulphur additum est, excandescet.* ¶ 2. Metaphorice de ira dicitur, zornig werden. Cic. Tusc. 4, 19 *Hæc nullam habent vim, nisi ira excanduit fortitudo.* Et absolute Cælius Cic. fam. 8, 12 *Id postquam resciit, excanduit, & me caussam inimicitiarum quærere clamitavit.*

¶ Excandescentia, *æ*, f. ein behender und jäher zorn. Cic. Tusc. 4, 9 *Excandescentia est ira nascens.*

¶ Excandefactio, *ere*, incendere, entzünden. Varro de R. R. 3, 2 *Triumphus* (Scipionis Metelli) *& collegiorum cœnæ, quæ tunc innumerabiles, excandefaciebant annonam macellis*, sie machten theurung. Item mox c. 4 *Excandefacere aliquem cupiditate*, einen begierig machen.

¶ Incandeo, *ĕre*, & Incandesco, *ĕre*, entbrennen, auffammen, heiß werden. Sen. Qu. Nat. 3, 16 *Ætias suo tempore incanduit*: al. *incaluit.* De terra caloribus exsiccata Plin. Paneg. c. 30 *Magna pars terrarum* (Ægypti) *alto pulvere incanduit.* Ovid. Met. 12, 12 *Accensis incanduit ignibus ara.* Idem Met. 2, 729 *Balearica plumbum Funda jacit: volat illud & incandescit eundo.*

¶ Incandidus, *a, um*, nicht weiß. Gl. gr. lat. ἀλεύκαντος *incandidus.*

¶ Incandido, *are*, idem quod *Candidare.* Iul. Firmicus de Error. Relig. profanæ p. 57 *Maculas Christi sanguis incandidat.*

¶ Percandidus, *a, um*, sehr weiß. Cels. 5, 9 n. 24 *Percandida compositio.* Solin. c. 50 (al. 37) *Gemma percandida.*

¶ Percandefacio, *ere*, durchwärmen, durchwarmen. Vitruv. 8, 3 pr. *Ignis ardore suo percandefacit terram.*

¶ Recandesco, *ere*, wiederum heiß werden. Ovid. Met. 1, 435 *Tellus solibus æthereis altoque recanduit æstu.*

¶ Subcandidus, *a, um*, aliquantum candidus, weißlicht. Plin. 27, 8 & 12 *Folia subcandida.*

II. Composita a *Cando* pro *Candeo.*

¶ Cando, *ĕre*, olim significasse candefacio, quemadmodum *pendo* significat facio ut *pendeat* aliquid, ex compositis, quæ superſunt, apparet, nempe:

¶ Accendo, *di, sum, ĕre*, anzünden: ut, *Accendere ignem*, Virg. Æn. 5, 4. Et Cic. de Vniverſ. c. 9 *Deus ipse solem, quasi lumen accendit.* Et in Pison. c. 2 *Ego faces jam accensas ad hostes urbis incendium exstinxi.* De sacrificiis Quint. 6, 3 p. 554 *Augustas narrantibus Tarraconenſibus, pahmam in ara ejus enatam, apparet, inquit, quam sæpe accendatis.* ¶ 2. Ad animum transfertur, notatque sæpius incitare, commovere, anregen, antreiben: ut, *Accendere animum*, Curt 7, 11, 6; *animum oratione*, Sallust. Iug. 81. conf. Misc. Obſerv. 6, 326; *alacritatem*, Id. 4, 2, 20. *Desiderium humoris accensum est*, Id. 7, 7, 7. Sic, *Accendere eorum alicui*, Sil. 7, 529; *sitim*, Cels. 3, 6; *febrim*, Id. 3, 9; *pretia vestium*, Plin 18, 25; *affectus in mei amorem*, Tac. Hist. 1, 83, 3: *offensiones*, Id. Annal. 2, 57; *invidiam*, Sallust. Iug. c. 15: *Ingenium cupidum pacis vehementius*, ibid. c 102; *equum stimulis*, Srat. Silv. 1, 1, 39. *Accendis vitia irritasque vetando*, Ovid. Rem. am. v. 133. Constructur cum AD & IN. Vellej. 1, 17, 7 *Ad consequendos, quos priores ducimus, accendimur*: wir werden begierig. Id. 2, 98, 1 *Omnibus ejus gentis nationibus in arma accensis.* Sil. 4, 169 *In prælia mentes Accendit.* Sallust. Or. pro Rep. 1, 5 *Animus fertur accensus in socios.* Id. B. Iug. c. 31 *Illi ad dominationem accensi sunt.* Sic & Id. c. 64 *Quæ res Marium contra Metellum vehementer accenderat.* ¶ 3. Pro illustrare poni viderur. v. g. Sil. 15, 678. *Clypeumque accenderat auro.* Id. 3, 671 *Medium cum sol accendit olympum.* v. Drackenb. ad Sil. 14, 26.

¶ Accensus, *a, um*, angezündet, entzündet; ut, *Teda accensa*, Lucret. 6, 881. *Accensi rogi*, Virg. Æn. 11, 188. *Accensus lapis*, h. e. candens, Samon. 393. Translate idem quod incitatus: ut, *Accensus Furiis*, Virg. Æn. 12, 946. *Gloria accensus*, Liv. 2, 20; *ira & in iram*, Plin. 17, 4; *odio*, Id. 17, 1. Plura in *Accendo.*

¶ Accensus, *i*, m. pro ministro, quære in *Accensei* sub *Censeo.*

¶ Accensus, *ūs*, m. subſt. quo ἔκκαυσις interpretantur, die anzündung. Plin. 37, 7 *Lucernarum accensu.* Ita legit Harduinus. conf. Symmach. 3, 48.

¶ Accensio, *ōnis*, f. in Glossis vet. reperitur: etiam diminutivum

¶ Accensiuncula, *æ*, quæ ἐπιληψία, ἡ νόσος, explicatur, entzündung des geblüts. Sed dubium, an ab *Accendo* deducant, nec potius ab *Accenseo.*

¶ Accensor, *ōris*, m. βλαχος, ἐσαγωγεύς, hoc est impulsor, incitator. conf. Val. Max. 5, 7, 1, ubi al. *accessor.*

¶ Accensibilis, *e*, brennend. Vulg. Interpres Hebr. 12, 18 *ad accensibilem ignem.*

¶ Accendium, *i*, n. incendium, der brand. Solinus c. 5 (al. 11) de Sicilia: *Si adest Deus, si sacrum probatur, sarmenta licet viridia, sponte concipiunt, & nullo inflagrante halitu, ab ipso numine fit accendium.*

¶ Accendōnes, id est instigatores. Salmasius Tertulliano c. ult. de Pallio, ex vet. lib. restituit, pro quo vulgo erant *cerdones.* Is autem lanistas ibi intelligit, qui gladiatores ad pugnam excitant, anreger.

¶ Inaccensus, *a, um*, non accensus, unangezündet. Silius 1, 96 *Inaccensi flagrant altaribus ignes.* v. ibi Drakenb. Claudianus de Raptu Proserp. 1, 225 *pectus inaccensum Veneri* dixit, i. e. amoribus intactum. Vtrumque Heinsius ex vetustis libris restituit.

¶ Redaccendo, *ĕre*, wieder anzünden. Tertull. de Anima c. 30 extr. *Commeatus vitæ brevior, & facilior ante exstingui, quam redaccendi.* Hieron. epist. 6 ad Florent. pr. *Redaccensus est animus Hierosolymam proficiscendi.*

¶ Incendo, *di, sum, ĕre*, incendium facere, inflammare, anzünden, anstecken; ut, *Vrbem incendere*, Cic. Catil. 3, 3; *naves*, Id. ad Att. 9, 6; *tura & odores*, Id. Verr. 4, 35. ¶ 2. Ad animum quoque, ut *Accendo*, refertur. *Incendere cupiditatem, animum* alicujus, einen begierig machen. Cic. 15 fam. 21 *Cum incendisses cupiditatem animum consuetudinis augendæ.* Id. Att. 2, 16 *Si ulla res est, quæ bonorum animos vehementius possit incendere, hæc certe est.* Id. Tusc. 1, 2 *Omnes incenduntur ad studia gloriâ.* Ter. Hec. 4, 1, 47 *Incendi ira*, zornig werden. Virg. Æn. 4, 360 *Desine meque tuis incendere teque querelis*, id est, commovere, incitare, den kopf warm machen. Lucan. 9, 407 *Incendere virtute animos.* Virg. Æn. 9, 500 *Illam incendentem luctus*, i. e. incitantem, augentem. Qua ratione & Varro de R. rust. 3, 2 *annonam* dixit *incendere*, die theurung groſſer machen. v. Ios. Scalig. in Æm. p. 102. Et Plaut. Trin. 3, 2, 49 *Genus suum incendere*, i. e. celebrius reddere.

¶ Incensus, *a, um*, angezündet; ut, *Incensa urbs*, Virg. Æn. 2, 327. *Incensus dies*, Lucan. 9, 499. conf. Interpp. ad Virg. Georg. 3, 459. *Incensum pectus amore*, Virg. Æn. 3, 298. *Incensus miles*, Sil. 9, 252. *Virtus incensa virorum*, Lucan. 3, 484 al. *incerta. Incensus ad reipublicam bene gerendam*, Cic. de provinc. c. 14. *Incensus studio utriusque*, Id. de Or. 1, 21. Cic. Verr. 2, 36 *Vehementer Sthenio incensus.* Sed al. *infensus.*

¶ Incensum, *i*, n. subſt. ein brandopffer. Tertull. contr. Iudæos c. 5 ex Ez. c. 1 *Incensum abominatio est mihi.*

¶ Incensio, *ōnis*, f. der brand, die anstekung; ut, *Annus post Capitolii incensionem vigesimus*, Cic. Catil. 3, 4. Id. pro Sylla c. 11 *Incensione urbem liberavi.*

¶ Incensor, *ōris*, m. ein anzünder, mordbrenner. L. 16 § penult. D. de pœnis: *Messium incensores*; & Paulus lib. 5 Recept. sent. tit. 20 *Messium per dolum incensores.* Et metaphorice Ammianus 31, 15 *Per cœtus incensore turbarum*, aufrührer.

¶ Incense, adverb. vehementer, hitzig. Gellius 10, 3 *Cicero odium in Verrem detestationemque apud cives Romanos incense atque acriter atque inflammatæ facit.*

¶ Incensivus, *a, um*, entzündend. Macer de Iunipero 4, 10 *Iuniperi virtus est, incensivaque & acris.*

¶ Incendium, *i*, n. ein brand, feuersbrunſt. *Incendium extinguere*, ein feuer loschen, Sallust. Cat. c. 31. *Incendium facere*, Cic. in parad. 4. *Et neglecta solent incendia sumere vires*, Horat. 1 epist. 18, 85. ¶ 2. Improprie Cic. Catil. 1, 11 *Invidia incendio conflagrare*, auf das äuſserſte verhaſt werden. Et Catilina apud Cic. Mure. 25 *Si quod effet in fortunas suas incendium excitatum, id se non aqua, sed ruina restinguturum.* Quint. Decl. 12 *Ad incendium annonæ supprimere fructus*, theurung machen. Pari tralatione *Belli incendia*, kriegsfeuer. Virg. Æn. 1, 566.

¶ Incendiarius, *i*, m. ein mordbrenner. Vtuntur Quintil. Decl. 9; Tac. An. 15, 67, 2; Suet. Vitell. c. 17.

¶ Incendiarius, *a, um*, anzündend. Ammian. 20, 29 *Incendiaria tela.* Plin. 10, 13 *Incendiaria avis.* Conf Lamprid. Commod. c. 16.

¶ Incendiōsus, *a, um*, hitzig. Fulgent Mythol. 1, 15 *Solis fervor Iunio Iulioque mensibus incendiosior.* Apul. de Herb. c. 58 *Folia gustu remordentia & incendiosa.*

¶ Incendefacio vel Incendifacio, *ere*, anzünden. In Trebellii Claudio c. 8 amplectitur Salmasius H. A. p. 330.

¶ Superincendo, *ere*, decompositum. Val. Flacc. 2, 126 *Hanc superincendit Venus.*

¶ Obcensus, *a, um*, pro *Accensus*, Ennius ap. Festum in *Ob: Omnes occisi obcensique in nocte serena.*

¶ Succendo, *di, sum, ere*, anzünden, in brand stecken. Sen. Nat. qu. 7, 12 *Sol est, qui ista succendit.* Lucan. 6, 178 *Flamma crinesque genasque succendit.* Ovid. Met. 5, 442 *Flammifera pinus succendit ab Ætna.* ¶ 2. Improprie est incitare, anregen. Lucan. 6, 172 *Primo succendunt claſſica cantu.*

¶ Succensus, *a, um*, angezündet, entbrannt; ut, *Succensus rogus*, Liv. 28, 23; & Quint. Decl. 329. *Ignibus succensis torreri*, von angelegtem feuer gebraten werden, Cic. in Pison. c. 18. ¶ 2. Metaphoram eamdem recipit, quam superiora composita: ut, *Succensus amore*, Ovid. epist. 15, 167. *Ira succensus*, Sil. 1, 169. Et Sen. Herc. fur. v. 779 *Lapithæque multo in bella succensi mero.*

¶ Succensio, *ōnis*, f. die anleaung des feuers. Ammian. 31, 1 *Lavacri succensio*: quæ l. 32 Cod. Theod. de operibus publicis, *subustio* dicitur, quia ex inferiore loco lavacra calefiebant. conf. Ammian. 25, 18; & Tertull. de Resurr. c. 12. ¶ 2. Aliam notionem vide in *Censeo.*

CANDETVM, *i*, n. genus mensuræ agrorum. *Galli Candetum appellant in arcis urbanis spatium centum pedum, quasi centetum*, Isidor. 15, 15; & Gœsii Auct. rei agrar. p. 292. *Aratores Cadetum nominant*, Colum. 5, 1.

CAN-

CANDOSOCCVS, *i*, m. a candido ſucco vel ſocco, weiß-fechſer. Colum. 5, 5 *Prolixus palmites quaſi propagines ſummo ſolo adobruere, deinde curſus ad arandinem erigere, & in fructum ſummittere, quos noſtri agricolæ mergos, Galli candoccos vocant.*

CANDYS, *yos*, f. regius Perſarum veſtitus. v. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 8 p. 454 ſq. & in primis Pollux 7, 13, qui triplicem Candyn deſcribit.

CANENTAE, *arum*, f. pl. *capitis ornamenta*, Feſt.

CANĒPHŌRA, *æ*, f. κανηφόρος, *mulier, quæ fert canum, id eſt qualum, quod eſt veſtis genus*, Feſt. ein weib mit einem korbe auf dem haupt. Erant autem *Canephoræ* Virgines Cereris aut Palladis ſacerdotes, quæ more Attico ſacra in ciſtulis repoſita ferebant. v. Ovid. Met. 2, 711. Illæ poſtea a ſtatuariis & artificibus cœptæ ſunt formari e marmore, ære, vel alia materia pretioſa, locarique in ædibus & atriis ornamenti cauſſa. Bina capite caniſtra ſuſtinuiſſe dicuntur, quorum in altero flores, ver ſimulantes; in altero ſpicæ erant æſtatem præ ſe ferentes. Cic. Verr. 4, 3 *Erant enea præterea duo ſigna, non maxima, verum eximia venuſtate, virginali habitu atque veſtitu, quæ manibus ſublatis ſacra quædam more Athenienſium virginum repoſita in capitibus ſuſtinebant. Canephoræ ipſæ vocabantur.* Et in eadem c. 8 *Tibi habe Canephoras: deorum ſimulacra reſtitue.* Symmach. 1 epiſt. 29 *Polycleti Canephoras rudis ejus artis hominum pars magna mirata eſt.*

¶ Canēphŏrus, *i*, m. hic Veſtæ erat miniſter, non Cereris, Plin. 36, 5.

Caneſco, cani, vide *Canus.*

CĀNIA, *æ*, f. quaſi *Canina*, urticæ ſilveſtris genus, brenneſſel. Plin. 21, 15.

CĀNĪCAE, *arum*, f furfures de farre, a cibo canum vocatæ, kleyen Feſtus & Nonius 2, 150. Lucil. 27, 42 *Quanti vellet, quam canicis a pulte.*

¶ Canicaceus, *a, um*, furfuraceus, aus kleyen gemacht. Pacuv. *Qui apud te quaſi ſervos eſt canicaceum panem*, hunde-brodt. v. Scalig. in Feſt. & Gatak. Adverſ. miſc. poſth. c. 43.

Caniceps, canicula, &c. vide *Canis.*

CĀNĪDIA, *æ*, f. veneficæ nomen, Horat. epod. 3, 8; & Sat. 2, 1, 48.

CANINEFAS, plur. *Caninefates*, natio Gallica: coluit partem Batavorum inſulæ, origine, lingua, virtute par Batavis, numero inferior, ut Tacitus deſcribit Hiſt. 4, 17, qui & alibi ſæpius meminit.

CĀNIS, *is*, c. animal latrans, domeſticum, κύων, ein hund. *Canis venaticus*, Nepos 16, 2, 5 ein jagd-hund. Sic *Canes ad venandum*, Ter. Andr. 1, 1, 30. *Canes veſtigatores*, κύνες ἰχνευτικοί, ſpür-hunde. *Odora canum vis*, Virg. Æn. 4, 132. *Canis pecuarius*, Colum. 7, 12, ein hirten-hund, ſchaf-hund. *Moloſſi canes*, a gente dicti, Horat. 2 Sat. 6, 114, groſſe engliſche docken. *Canis villaticus*, ein haus- oder ketten-hund, Colum. 7, 12, quod integrum caput de canibus eſt, eorumque officiis & generibus. *Canis rabidus*, Seneca Oedipo, v. 932, ein toller hund. *Canis domeſticus*, ein haus-hund, cui opponitur *extraneus*, ein fremder hund: Suet. Veſp. c. 5 *Canis extrarius e trivio manum humanam intulit. Canis armillatus*, vide *Armilla. Canis fœmina*, eine betze. Juſtin. 1, 4, 10. Eſt obſervatio Heinſii ad Ovid. met. 3, 140 *Canes* ubi de venatu ſermo eſt, fere fœminino genere poëtis dici, quem etiam v. ad Claudian. in Rufin. 1, 298. Lucret. 5, 862 *Et leviſſonna canum ſido cum pectore corda.* Canum fidelitatis exempla egregia multa apud Plutarch. de Induſtr. animalium; Plin. 39, 40; Cael. Rhodig. 17, 23; Alex. Neapol. 3, 1; & Lipſ. Cent. 1 ad Belgas, epiſt. 44, ubi & alia plura de canibus. *Vitare cane pejus & angue*, ſprichwort ſeyn. Horat. 1, ep. 17, 30. *Stultitia eſt venatum ducere invitas canes*, Plaut. Stich. 1, 2, 82. *Canem timidum vehementius latrare, quam mordere*, proverbialiter apud Bactrianos jactatum, Curtius 7, 4 notat. Ovid. Rem am. v. 421 *Parva necat morſu ſpatioſum vipera taurum: A cane non magno ſæpe timetur aper.* Seneca ludo de morte Claudii: *Tam facile homines occidebat, quam canis exta edit.* Canum & catulorum imprimis caro in cibo ſanitatis, præſertim vero ſacrorum cauſa adhibita. v. Plin. 29, 4 ſ. 14 & ibi Hard. ¶ 2. Vtus hujus nominis creber in conviciis eſt: ut apud Ter. Eun. 4, 7, 33 GH. *Diminuam ego caput tuum hodie, niſi abis.* GN *ain vero Canis?* Sic David ſe Siuli regi collatum *canem*, & *mortuum* quidem, ut magis extenuaret ſe, 1 Reg. c. 24, 15 appellat. De impuro Plautus eſt uſus Moſt. 1, 1, 40. Et plura alia vitia notata priſcis hoc nomine, Romanis juxta ac Græcis, Claudius Dausquejus ad Baſil. Seleuc. Orat. 20 de Chananæa obſervat. Apud Græcos hoc nomine frequenter verberabantur mulieres, notante Boxhorn. ad Plaut. Caſin. p. 282, ein beiſshund, böſes weib. ¶ 3. *Canes* etiam appellantur accuſatores delatoresque, quibus tyranni & impotentes homines ad opprimendum optimum quemque & ſibi formidoloſum uti ſolent. Sen. ad Marciam c. 22 *Acerrimi canes, quos ille, ut ſibi uni manſuetos, omnibus feros haberet, ſanguine humano paſcebat, circumlatrare etiam hominem, & illum imparatum incipiunt.* Quos hic *canes*, non ſemel poſt paullo, *accuſatores* ſine ſchemate vocat. Cic. Verr. 1, 11 *Quid? iſta cohors, quorum hominum eſt? Voluſii haruſpicis, & Cornelii medici, & horum canum, quos tribunal meum vides lambere.* ¶ 4. Sic & *Maledici* & *Obtrectatores* frequenter appellantur *Canes.* Horat. Epod. 6, 1

Quid immerentes hoſpites vexas, canis, &c.

Suet. Veſp. c. 13 *Demetrium Cynicum obvium ſibi itinere poſt damnationem, ac neque aſſurgere, nec ſalutare ſe dignantem, oblatrantem etiam neſcio quid, ſatis habuit* CANEM *appellare.* B. Hieron. Præfat. in Iob. *Quocirca audiant canes mei, me laboraſſe in hoc volumine* &c. Quos hoc in loco *canes* vocat, hos paullo ante *Obtrectatores* dixerat Hecubam quoque canem appellatam Græcis, *quod mala omnia ingereret, quemquem adſpexerat*, Plautus auctor eſt Men. 5, 1, 16. Vid. & vet. Iuvenalis Scholiaſt. ad Sat. 10, 271. Zoilus etiam, quod idem & ſophiſta & obtrectator omnium foret, *Canis rhetoricus* appellatus eſt, Ælian. H. V. 11, 10, de quo infra ſuo loco. ¶ 5. In luſu talorum certus etiam jactus *Canis* appellabatur, das eß auf dem würffel: quem qui jeciſſet, perdebat: unde *damnoſos canes* Propertius dixit 4, 9, 17: & Perſius Sat. 3, 49 *Damnoſa canicula quantum Roderet*: id eſt, illato damno minueret rem. ¶ 6. *Canis* & vinculi ferrei genus fuit. Vnde apud Plautum Caſ. 2, 6, 37 *Canem ferre*, eſt vinctum eſſe. Vide ibi, & Feſt. in *Catulus.* ¶ 7. Sidus etiam cæleſte eſt octodecim ſtellarum, in cujus mandibula eſt Sirius, *canis* & ipſe dictus, der hundsſtern, alio nomine *Sirius*, de quo infra. Virg. Georg. 1, 218

Taurus & adverſo cedens Canis occidit aſtro.

Horat. 1 epiſt. 10, 15

Gratior aura lenit rabiem canis.

¶ 8. Eſt denique cognomen viri. Horat. 2 Sat. 2, 56 de Avidieno:

Cui Canis ex vero dubium cognomen adhæret.

Canes autem vocabantur olim, qui cuſtodiæ præfecti erant. v. Taubm. in Plaut. Mil. p. 801. ¶ 9. Adnotat Varro de L. L. 6, 3 *Canes* appellatas, quod latratu ſigna dent & quaſi *canant*: Item, veteres in Sing. *Canes* pro *Canis* dixiſſe. Lucilius 1, 23 de litera R:

Irritata canes quod, homo quam, planiu' dicit.

It. Ennius in fragm. *Tantidem quaſi fœta canes ſine dentibu' latrat.* ¶ 10. *Canes* apud poëtas Proſerpinæ comites, vel Furiæ. Horat. 1 ſat. 8, 35 *Infernæ canes.* Virg. Æn 6, 257 *Viſæque canes ululare per umbram* Ovidius Art. am. 3, 322 Cerberum ipſum vocat *tergeminum Canem.* Conf. Amor. 3, 12, 26; & Sen. Herc. fur. 649 &c.

¶ Cănicula, *æ*, f. ein hündlein, diminutivum a *Canis*, quocum omnes etiam ſignificationes communes habet. ¶ 2. *Canicula* convicium in mulierem ap. Plaut. Curc 5, 1, 8 eine beße, hure. ¶ 3. *Poſt ſolſtitium canicula exoritur*, Cic. Divin. 2, 44, der hundsſtern. conf. Plin. 18, 28. *Sitiens canicula*, Ovid. Art. am. 2, 231. *Flagrantis atrox hora caniculæ*, Horat. 3 od. 13, 9, die hunds-tage. Plur. *Fructus canicullis intereunt*, Aut. de Limit. Gœſ. p. 259. ¶ 4. Pro jactu infelici ex Perſio vid. *Canis* n. 5. ¶ 5. *Canicula* piſcis, Plin. 32, 11, & inprimis 9, 46 f. 70, ubi Harduinus interpretatur *galeum canem*, obſervatque a Maſſilienſibus dici *Cagnot* & *Milandre.* Idem Hard. ad l. 9 no. maj. 14 καρχαρίαν Græcorum eſſe *caniculam* docet. ¶ 6. *Canicula* de homine mordaci. Gell. 4, 20 *Cavillator quidam & canicula & nimis ridicularius fuit.*

¶ Caniculāris, *e*, ut, *Dies caniculares*, die hunds-tage. Sic Sidonius 2 epiſt. 2 *Fallis clementiſſimo receſſu inclementiam caniculærem.*

¶ Caniculātus, *a, um*, aliud adject. ut, *Herba caniculata*, Macer 2 c. 35. *Caniculata uva*, Marc. Emp. c. 13.

¶ Caniceps, *ipidis*, laudabatur ex Plin. 7, 2. At is commemorat quidem *genus hominum capitibus caninis*: Sed nomen Latinum e Græco *cynocephalorum* videtur recentiori ætate formatum.

¶ Cănārius, *a, um*, von hunden; item hunden gehörig; ut, *Augurium canarium*, Plin. 18, 3. *Canaria lappa*, hundsgras, Id. 24, 19. *Canarium ſacrificium*, Arnob. 6 p. 196. Sic *Fortunatæ* olim dictæ hodie omnes *Canariæ inſulæ* appellantur a canibus eximiis ibi repertis. v. *Fortuna.*

¶ Canaria, *æ*, f. ſubſt. etiam herba, hundsgras. Plin. 25, 8. ¶ 2. *Canaria* inſula una ex Fortunatis, Plin. 6, 32. v. *Canarius.*

¶ Canārii, *orum*, m. pl. Mauritaniæ populi, quibus canum victus promiſcuus eſt, Plin. 5, 1.

¶ Canātim, adv. more canis, wie ein hund. Nigid. ad Nonium 1, 190, *Canatim* inter *dicta*, *quæ ab animalibus ſumuntur.*

¶ Cănīnus, *a, um*, hündiſch; ut *Dentes canini*, die ſpitz-zähne, vide *Dens. Canmus appetitus*, βουλιμία vel κυνώδης ὄρεξις, Medicis morbus eſt, ein hunds-hunger. *Prandium caninum* dicitur, in quo nihil potatur vini, quippe quo carent canes, da man gänſe-wein trincket. Ita proverbiale iſtud, quo uſus eſt Varro, Gellius explicat 13, 29 extr. *Canina facundia* dicitur, cujus omnis vis in criminando & conviciando poſita eſt, & obtrectatoribus, accuſatoribus, rabuliſque forenſibus tribuitur: qui non agunt cauſſas, ſed latrant: quemadmodum Cicero alibi dixit; *Latrare jam oratores quo dam, non loqui*: Primum autem ſic appellatum ab Appio, præter Salluſt. fragm. c. 32, 3, Quintil. 12, 9 ſuadere poterit: rum & 8. Hieron. pr. epiſt. 94 ad Auguſt. *Incidit tempus difficillimum, quando mihi tacere melius fuit, quam loqui, ita, ut noſtra ſtudia ceſſarent, & juxta Appium* CANINA *exerceretur* FACVNDIA. Appii autem ſententiam ab Salluſtio accepit Hieronymus, ut ex Lactant. 6, 18 apparet. Pariter Prudent. Hamart. v. 402 *Inde canina foro latrat facundia toto.* I. Firmicus Præf. lib. 4 Mathet. *Patrocinia*, inquit, *tractantes tenuerunt nos cauſſarum conflictationes, & caninæ* (*ut ita dicam*) *contentionis jurgioſæ certamina*, das hunde-gebeiſſe. Colum. lib. 1 præf. *Caninum ſtudium locupleti ſſimum quemque allatrandi, & contra innocentes in foro latrocinium* conjungit. Hinc Petronius in Fragm. p. 687 *Cerberum forenſem* pro Caulidico dixit. v. *Cerberus.*

¶ Canina, *æ*, f. ſubſt. pro pelle vel carne canina, hundefell, hundes fleiſch. Prov. Varr. de L. L. 6, 3 *Canis caninam non eſt.*

¶ Cătulus, *i*, m. a *canis*, v. Scalig. de cauſſ. L. L. c. 31, ein junger hund, hündlein. Cic. Nat. D. 2, 14 *Omnia meliora in cane, quam in catulo.* Virg. ecl. 1, 23 *Sic canibus catulos ſimiles.* Plaut. Aſin. 1, 3, 32 *Catulo ſubblandiri.* ¶ 2. Multorum item animalium fœtus, ut, *luporum, leonum, ſimiarum, tigridum, vulpium, quin & ſerpentum, draconum, viperarum*, Plinius. Vide 10 c. 72 & 11, 37 ſect. Hard. 55 &c. Sic & *ſuis catuli* apud Plaut. Truc. 2, 2, 13 & *felis catuli* ap Phædrum 2 fab. 5, 24. ¶ 3. *Aliter catuli, luge olent, aliter ſues*: Proverbium in diverſos ac diſpares, apud Plaut. Epid. 4, 2, 9. ¶ 4. *Catulus, genus quoddam vinculi, qui interdum canis appellatur*, Feſt. Conf. ex Lucilio Nonius 1, 162, & quæ in *Canis* dicta n 6. ¶ 5. *Catulus* etiam nomen celebrium Romanorum. Vide infra ſeorſum.

¶ Catula, *æ*, f. eine hündin, betze. Aur. Vict Epit. 32 *Indomitæ & rabidæ libidinis catula.* Et Eugenius Toler. Carm. 22

At lupus & catula formant coëundo lyciſcam.

¶ Cătellus, *i*, aliud diminut. Cic. Divin. 1, 46 *Catellus mortuus.* μελιτταῖα κυνίδια, *Melitæi catelli*, qui in deliciis habentur, ſpiel-oder ſchooß-hündlein. Plin. 3, 26.

¶ Cătu-

¶ Cătŭlinus, *a, um*, vom hund: ut, *Caro catulina*, Plin. 29, 4 *Catulinam carnem ostitavisse Romanos* Festus ex Plauto refert.

¶ Cătularius, *a, um*, aliud adject. ut, *Catularia porta*: a qua non longe Romæ ad placandum caniculæ sidus frugibus inimicum rufæ canes immolabantur, &c. vid. Festus.

¶ Catulaster, *stri*, m. aliud diminutivum apud Prisc. p. 610, 618 et 628. v. *Calaster*.

¶ Catulastra, *æ*, esse dicitur Dracont. L. 2 extr.

¶ Catulio, *ire*, verbum, quo pruritus canum & libido significatur, läuffig ſeyn, wie hunde. Varro 2, 9 de R. R. *Veris principio dicuntur canes catulire, id est, ostendere velle se maritari.* Ad lupam transtulit Laberius apud Nonium 2, 171 *Lupa catuliens*, eine läuffige hexe.

¶ Cătulītio, *ōnis*, f. pruritus canum, die lauff-zeit. Plinius 16, 25 ex fermone rusticorum ad luxuriam terra nascentium applicavit: etiam Germ. geilheit.

¶ Canicīda, *æ*, m. qui cædit canes, ein hundeſchläger.

¶ Caniformis, *e*, geſtalt wie ein hund. Prudent. Apoth. v. 195 *Caniformem latrantemque Anubem throno cœli præponere.*

¶ Antĕcănis, *is, m.* πρόκυων, ſtella quæ ante majorem canem exoritur: *Minusculus canis* Vitruvius 9, 7. Eſt enim multo minor *Sirio*, qui tamen *canicula* dicitur. conf. *Procyon.* Cic. de N. D. 2, 44

Antecanis, Graio Procyon qui nomine fertur.

CANISTIVS, *i*, m. curſor Lacedæmonius, & Philonides Alexandri M. a Sicyone Elin uno die mille & ducenta ſtadia cucurrerunt. Plin. 7, 20. Sed habent libri meliores *Anysti*.

CĂNISTRVM, *i*, n. κάνεϱον, ſicella, ein korb, brodt-korb. *Cana* dicunt Græci, nos *canistra*, Fest. Virg. Æn. 1, 705 de convivio Didonis *Dant manibus famuli lymphas, Cereremque canistris Expediunt*, ſie leaen brodt auf aus den korben. Cic. L. 6 ad Attic. ep. 1 *In splendidissimis canistris oluscula nos sotes pascere.*

¶ Canister, *tri*, m. idem. Sic *Saliguis canistros feri debere virgultis*, præcipit Palladius menſe Novemb. c. 17 de oleo faciendo.

¶ Canistĕllum, *i*, n. diminut. in Gloſſ. Cyrilli. Symmach. 2 epiſt. 81 *Amicos canistellis argenteis honoravi.* Adde 7 ep. 76 & Feſtum in *Cana*.

Canities, &c. vide *Canus*.

CĂNIVS, *i*, Romanum nomen: ut *C. Canius*, eques Romanus *nec inficetus, nec illiteratus, locuples præterea*, ut Cicero de Off. 3, 14 eum deſcribit: ubi & refert, quam lepide is a Pythio argentario Siculo vendendis illi hortis ſuis deceptus ſit. ¶ 2 *Q. Gellii Canii* Nepos in vita Attici c. 14 & ſeq. meminit. Vbi rectius tamen *Canus*, ut puto, quam *Canius* legitur. Hic enim *Canus*, ut arbitror, ille eſt, cujus non ſemel Cicero epiſtolis ad Atticum mentionem facit. ¶ 3. *Canius Rufus*, Hiſpanus poeta, æqualis & amicus Martiali, cui & aliquot epigrammatibus celebratur. ¶ 4. Alius *Julius Canius* ſub Caligula fuit: a quo cum juberetur ad ſupplicia duci: *Gratias*, inquit, *ago, optime Princeps.* Id autem quo ſenſu dixerit, explicat Seneca, ipſumque ex eo *virum ingentis animi magnum* vocat, de Tranquill. an. c. 14. Sed ibi Lipſius tamen ex MSS. *Canus* non *Canius* legendum cenſet.

CANNA, *æ*, f. κάννα, rohr, ſchilff, arundo degenerans, ſecundum Columellam 7, 9. Ovid. de Remed. am. v. 141 *Quam platanus vino gaudet, quam populus unda, Et quam limosa canna palustris aqua: Tam Venus otia amat*, &c. ¶ 2. Fiſtula ex canna, eine rohr-pfeiffe. Ovid. Met. 2, 682. Silius 7, 439 *Auguia revocans ad roscida pascua canna.*

¶ Cannula, *æ*, f. dimin. Apul. Met. 4 p. 145 *Parva cæsula cannulis temere contecta*, eine hütte mit ſchilff gedeckt. Et quia perforata canna eſt inſtar tibiæ, etiam ad alios uſus *cannula* adhibetur. Mart. Capella lib. 3 ſub initium: *Pulvere per cannulas* (in vulnus) *illato.*

¶ Canneus, *a, um*, ex canna, vom ſchilff; ut, *canneæ vegetes*, ſchilff-decke, ſeienten, apud Columell. 12, 50.

¶ Cannētum, *i*, n. apud Pallad. 3, 25 ein röhrig, rohr-buſch.

¶ Canniciæ, *ārum*, f. pl. locus cannis obſitus. Innocent. edit. Gœſii p. 225 *Suo se cannicias & res palustres habet.* Apud Palladium 1, 13 adjective *Cannicia camera*, ex cannis factæ.

CANNĂBIS, *is*, f. κάννᾰβις, & Cannabum, *i*, n. hanff, σχοινοσόβον Græci vocant cannabem ſativam, eo quod rexendis funibus, quos σχοίνους dicunt, ſit idonea. Plin. 19, 9 *Utilissima funibus cannabis.* Varro quarto caſu format *cannabim*; de R. R. 1, 23. At Perſius *cannabe* in ſexto, Sat. 5, 146 *Tibi torta cannabe fulto.* Altera forma *Cannabum* ejusdem Varronis eſt apud Gellium 17, 3. *Graci*, inquit, *naves cannabo ſuebant & ſtupa, cæterisque ſativis rebus.* Palladius Febr. c. 5 *Hoc menſe ultimo cannabum ſeris.*

¶ Cannăbĭnus, *a, um*; ut, *Cannabinus funis*, ein häuffener ſtrick; Columell. 6, 2. Id. 12, 57.

¶ Cannabius, *a, um*, idem, apud Gratium Cyneget. v. 47. Locum ipſum adſcribere placuit Buchnero, ut conjecturam ſuam ſuper eo explicaret, quam relinquimus tanto magis, quod illa eſt a Burmanno præterminſſa:

At pauper vigui cultus Alabandicus horti
Cannabias natrit silvas, quam commoda nostro
Armamenta operi: gravis est tutela sed illis.
(Tu licet Æmonios includas retibus ursos,) &c.

Nemo non videt illud; *Gravis est tutela sed illis*, turbare admodum ſenſum, atque difficilem reddere. Vitium itaque fuit, hunc ipſum cum inſequente verſu locatos male, & ita trajiciendos eſſe, & commutandos inter ſe, ut præcedat poſterior inclusus parentheſi, alter vero, qui prior haſtenus fuit, conſequatur. Dicit ergo optimum cannabum apud Alabandas Cariæ naſci: indeque firmiſſima retia (licet urſos ipſos, valentiſſimas beſtias, illis includere velis) fieri. Hæc ipſa tamen varie corrumpi: quo fieri, ut gravis eorum tutela ſit: hoc eſt, ut ſarta tectaque cuſtodire difficile ſit. Cæterum nulla re magis vitiari, quam humore, &c. Sane ad iſtum modum optime, & commodiſſime expediri ſenſus poteſt. Reliquas ſententias dabit editio Burmanni.

¶ Cannabifer. Lapis Murat. p. 70, 6 Sylvano Sancto Cannabifero.

¶ Cannabĕrum, *i*, n. locus cannabe conſitus, hanff-land. Vet. Inſcriptio apud Gruter. f. 896 n. 14 VSQ. AD CANNABETVM HVIC AREAE CEDET.

Cannacus, vide infra *Nannacus*.

CANNAE, *arum*, f. pl. vicus Apuliæ ignobilis, ſed Romanorum clade, hoc eſt, quadraginta millibus ab Hannibale cæſis, clarus. Florus 2, 6 Vbi *Capuam Annibali Cannas fuisse*, oppido ſcite etiam dixit. vide Plin. 15, 18.

¶ Cannensis, *e*, adject. ut *pugna Cannensis*, anno tertio ſecundi belli Punici ad *Cannas* pugnata, Nep. 23, 5, 4, quam Cicero de clar. orat. c. 3, *Cannensem calamitatem* vocat. Sic *Cannensem cursorem* Titinius pro piſtore dixit, Feſto referente.

CĂNO, *cĕcĭni*, (*canui* vid. in *Oscano*) *cantum*, *canĕre*, proprie eſt voce modulari, cantare, ſingen. *Mihi cane & Musis*, Antigenidas diſcipulo ſuo magni profectus, ſed parum feliciter populo ſe approbanti dixit apud Valer. Max. 3, 7 extr. 2. *Cantilenam eamdem canere*, Ter. Phorm. 3, 2, 10 eſt idem fæpius cum moleſtia inculeare, immer einerley vorbringen. *Laudes heroum ac deorum ad citharam canebantur*, Quintil. 1, 10, in die harffe ſingen. Ita etiam *Canere ad tibiam*, Cic. Tuſc. 4, 2. Sed *Canere fidibus*, ibid. 1, auf ſaiten ſpielen. *Classicum canere*, Cæſ. B. Civ. 3, 82 lerm blaſen. *Receptui canere*, zum abmarſch blaſen. Cic. Phil. 12, 3 extr. *Quis enim, revocante & receptui canente senatu, properet dimicare?* Proverbiale eſt, *Canere ad myrtum*, bey den gemeinen liedern bleiben, quod in conviviis ii facere cogebantur, qui citharæ & muſices ignari eſſent: vide Eraſm. Chil. *Canere palinodiam*, παλινῳδίαν, wiederruffen, einen wiederruff thun. *Intus canere*, quidlit, ita Aſconius explicat ad Cic. Verr. de præt. Vrbis p. 84 *Cum canunt citharistæ, utriusque manus fungitur officio. Dextra plectro utitur: & hoc est* FORIS CANERE. *Sinistra digitis Chordas carpit: & hoc est* INTVS CANERE. Apul. 3 Florid. p. 358 *Qui pueris, adolescentibus & senibus utile carmen promptumve est, is in mediis millibus hominum canat.* Sed *sibi canere* dicitur, qui non ad alienum arbitrium facit quidpiam, ſed animo obſequens ſuo. *Haud canit paternas cantiones*, de eo dicitur, qui a paternis moribus degenerat. ¶ 2. Sæpe hoc verbum Poëtæ ſibi vindicant, beſingen, in verſen beſchreiben. Virg. ecl. 6, 3 *Cum canerem reges & prælia, Cynthius aurem Vellit, & admonuit.* Ll. principio Æn. *Arma virumque cano* &c. Præcipue autem *canere* ſeu *cantare* dicuntur, cum in fabulis verſantur. Iuvenal. 4, 34 *Incipe Calliope, licet hic consedere. Non est Cantandum, res vera agitur. Narrare puellæ Pierides.* Vbi *Cantare*, fabulas conſerere: *narrare*, res veras exponere, eſt. ¶ 3. Tribuitur & vatibus oraculisque, & nihil aliud eſt, quam futura prædicere, vaticinari, weiſſagen, vorher ſagen. Virg. 2 Æn. 124 *Mihi jam multi crudele canebant Artificis scelus.* Cic. Catil. 3, 8 *Fulminum jactus, terræ motus, cæteraque, quæ ita multa nobis consulibus, facta sint, ut hæc, quæ non fiunt, canere Dii immortales videantur.* Nepos 25, 26, 4 *Non enim Cicero ea solum, quæ vivo se acciderunt, futura prædixit; sed & quæ nunc usu veniunt, cecinit ut vates.* Liv. 1, 7 *Te mihi mater veridica, interpres Deum, auctarum cælestium nuncupum cecinit.* Itaque hoc verbo Tacitus, Florus & alii uſi. ¶ 4. Et inde, qui ſanctas & venerabiles res atque divinas docendo proponunt, auguſtiore velari verbo, *Canere* dicuntur, non *Dicere*. Ita Boethius cum lib. 3 in finem usque diſputationem philoſophiæ de DEO & ejus bonitate retuliſſet, quartum his verbis auſpicatur: *Hæc cum philosophia lenitor soavisque cecinisset* &c. Plutarchus de Animæ procreatione e Timæo Βέλτιον δ' Πλάτωνι πειθομένῃ, τὸν μὲν κόσμον ὑπὸ θεοῦ γεγονέναι λεκτέον καὶ ψυχαῖς: *Præstat itaque Platonis sequi sententiam atque hæc dicere & canere, mundum a DEO esse factum.* ¶ 5. *Canere* etiam ſive *Cantare* recitatores ſeu declamatores dicebantur, propter fractum pronunciationis genus & histrionales, quos exprimebant, modos: quibus fiebat, ut orationes illæ cantari ſaltarique, iisque ad cantica non niſi cymbala tympanaque viderentur deeſſe: ut iſtud vitii genus Plin. 2 epiſt. 14 & Auctor Dialogi de cauſſis corruptæ Eloqu. c. 26 perſtringunt; de quo & Lucianus Ῥητόρων διδασκάλῳ, nec non Criſollius Theat. Rhet. 3, 18 legi poſſunt. Iuvenal 10, 178 *Madidis cantet quæ Sostratus alis. Sostratus* enim ibi Declamator eſt, non Poëta, ut vetus Scholiaſtes interpretatur. Etiam Germani de oratore præterim monotono, er ſinget. vid. mox. *Canto.* ¶ 6. De cantu denique avium accipitur. Ter. Phorm. 4, 4, 27 *Gallina cecinit*, die henne hat gekrähet, wie ein hahn. id quod pro ſigno inauſpicato habebatur.

¶ Cantus, *ūs*, m. ein geſang, eine weiſe, melodey. Cic. de Leg. 3, 14 *Plato ait, musicorum cantibus mutatis mutari civitatum status.* Apul. 2 Florid. p. 349 *Natura quibusdam avibus brevem & temporarium cantum commodavit*; &c. Horat. 3 Od 1, 20 *Avium citharæque cantus somnum reducent.* Mela 2, 2 apud Thraces *funera cantu lusque celebrantur.* Ovid. Met. 5, 334 *Præbere cantibus aurem.* De cantu magico v. ibid. 7, 195 & 201; & Tibull. 1, 8, 19 &c.

¶ Cantio, *ōnis*, f. idem. Plaut. Stich. 5, 5, 19 *Lepida & suavis cantio.* Ita Lambin. edidit: Taubm. & Operarius *cantatio.* Apul. 2 Florid. p. 348 *Corvus & psittacus nihil aliud, quam quod didicerunt, pronunciant. Si convicia docueris, conviciabitur, diebus ac noctibus perstrepens maledictis; hoc illi carmen est, hanc putat cantionem. Vbi omnia quæ didicit maledicta percensuit, denuo repetit eamdem cantilenam.* ¶ 2. Venefica cantatio, zauberey, ſegenſprecherey. Cic. clar. orat. c. 60 *Veneficiis & cantionibus Titiniæ factum esse.* conf. Apul. Met. 1 p. 106.

¶ Cantiuncula, *æ*, f. diminut. ein liedlein. Cic. de Fin. 5, 18 *Si cantiunculis tantus vir irretitus teneretur.* De Sirenibus loquitur.

¶ Cantilēna, *æ*, f. ein lied. Cic. Att. 1, 19 *Ita tamen novis amicitiis implicati sumus, ut crebro mihi vafer ille Siculus insusurret Epicharmus cantilenam illam suam*, τῷδε τῷ μέτρῳ ἄπισθι, &c. Brutus ad Cic. 11 fam. 20 *Totam istam cantilenam ex hoc pendere, ut quamplurimum luci faciant*, das mir die gantze dem liede ſeyn. ¶ 2. *Cantilenæ librorum* pro ineptiis & nugis Hieronymus epiſt. 53 extr. dixit; ad nutricum, & præſcarum rugatoria cantica reſpiciens. Vide infra in *Nenia*, & Feſt. in *occentare*.

¶ Cantilenōsus, *a, um*, melicus, ad musicam compoſitus, muſicaliſch. Sidoni-

Sidonius 3 ep. ult. *Poëtarum ſtylo cantilenoſæ nugæ.* Et 4, 1 *Si quid Lyricus cantilenoſum condidit.*

¶ Cantĭcus, *a, um,* im ſingen beſtehend, muſicaliſch. Macrob. Somn. Sc. 2, 3 *Delinimentis canticis muſica occupatur.*

¶ Cantĭcum, *i,* n. ſubſt. ein lied, geſang, & ſpeciatim ein buhlerlied. Volunt enim cantionem eſſe laſcivam. Præcipue vero recitationes comœdorum tragœdorumque ſic vocabantur; quod ad modos muſicos canerentur, ut Donatus Proleg. in Ter. monet. Vide infra *Diverbium* in *Verbum.* Ex eo & ipſi actores & hiſtriones, *cantores* dicti, de quo paullo poſt Suet. Ner. c. 39 *Datis Atellanorum hiſtrio in cantico quodam, ὑγιαινε πάτερ.* Id. Galba c. 13 *Si quidem Atellani notiſſimum canticum exorſis* &c. V. Diomedem 3 de Orat. p. 489 & Scalig. in Manilii 5 p. 367. Quem contra tamen Scaurius ad Vopiſcum p. 384 diſputat, & *Cantores* de tragœdis tantum accipit: eoque *Cantica* etiam refert. Quamquam Scaliger l. c. eosdem & Atellanis tribuat. *Cantica* proprie hiſtrionum fuiſſe, inde etiam patet, quod illorum originem deſcribens Liv. 7, 2, hiſtrionem *canticum egiſſe* oſtendit. Vide mox *Cantor.*

¶ Cantĭcŭlus, *i,* m. dimin. Septimius Afer ap. Terentianum: *Pinea brachia cum trepidant, Audio canticulum Zephyri.* Nonius 7, 113 ex Pomponio: *Hæc Marſa in colubras callet canticulum.*

¶ Cantĭco, *are,* ſingen. Apul. 6 Met. *Quæ dulce canticant aves melleis modulis, ſuave reſonantes.* Elmenh. p. 175 leg. *cantitant.* conf. ejus Emend.

¶ Cantor, *ōris,* ein ſänger, ſinger. Horat. 1 Sat. 3 principio: *Omnibus hoc vitium eſt cantoribus, inter amicos, Ut nunquam inducant animum cantare rogati &c.* Cic. de Or. 1, 55 *Cantores fabularum.* ¶ 2. *Cantor* pro hiſtrione & actore comico, ein comödiant. Horat. ad Piſones v. 155 *Donec cantor, vos plaudite, dicat.* Sane illud *Plaudite* non ad Tragœdias, ſed vere Comœdias pertinet. Eodem ſenſu uſurpat Suet. Calig. c. 54 *Aliorum generum artes ſtudioſiſſime exercebat. Thrax, & auriga, idem cantor atque ſaltator.* Adde Cic. Or. pro P. Sext. c. 55. Tuſcul. Qq. 3, 19 Singulos geſtus heroum, eosque cum canticis reddebant hiſtriones, ut laudes ita attollerent. vide Liv. 7, 2, ubi rem ab origine habes.

¶ Cantrix, *īcis,* f. eine ſängerin. Plaut. Trin 2, 1, 23. *Cantrices aves,* ſing-vögel. Varr. R. R. 3, 5. Et Tertull. adv. Marc. 3, 5 *Monſtroſæ fabuloſæque cantrices Sirenes. Pelorinis Cantricis,* Reinef. 11, 58.

¶ Cănor, *ōris,* m. conſonantia, ein lieblicher laut, ein getöne. Ovid. de Arte am. 2, 315 *Res eſt blanda canor: diſcant cantare puellæ.* Idem Met. 5, 561 *Ne tamen ille canor mulcendas natus ad aures* &c.

¶ Cănōrus, *a, um,* wohlklingend. Cic. de Cl. Orat. c. 56 *Vox ſuavis & canora.* Sic *aves canoræ,* Virg. Georg. 2, 328. *Fides canoræ,* Id. Æn. 6, 120.

¶ Canore, adverb. idem. Apul. Doctr. Plat. p. 6 *Muſice mundus & canore movetur.*

¶ Cănax, *ācis,* o. idem. Hinc *canacius,* Adv. i. e. ſonorius. Apul. 3 Florid. p. 312 *Canacius & plenius libro mandare.*

¶ Canto, *avi, atum, are,* ſingen. Virg. ecl. 10, 32 *Soli cantare periti Arcades.* Nepos 15, 2, 1 *Cantare ad chordarum ſonum,* ins ſaitenſpiel ſingen. *Carmina cantare tibiis,* ibidem. *Ante fores alicujus cantare,* ein ſtändgen machen, muſic bringen. Perſ. Sat. 5, 166. De voce effœminate flexa Cæſar ap. Quint. 1, 8 p. 94 *Si cantas, male cantas: Si legis, cantas.* Hunc cantandi morem in ſui temporis oratoribus vehementiſſime perſtringit Idem Quint. 11, 3 p. 1910. Adde in *Cano* n. 2. ¶ 2. Sæpe dicere, oft vorſagen. Ter. Heaut. 2, 1, 19 *Qui harum mores cantabat mihi,* h. e. ſæpius mihi inculcabat. Plaut. Trin. 2, 2, 10 *Hæc dies noctesque tibi canto, ut caveas,* & v. 68 *Sed civi immunifico ſcis quid cantari ſolet?* id eſt, vulgo & ore omnium ſubinde objici. ¶ 3. *Cantare* etiam pro *incantare,* ſive *excantare,* i. e. magicis carminibus obligare, ponitur, beſchweren, bezaubern. Virg. ecl. 8, 71 *Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.*

¶ Cantātus, *a, um,* beſungen, belobt. Martial. 7 epigr. 13 *Amica cantata.* Idem 9 epigr. 50 *Toga cantata.* Item gehext, bezaubert. Propert. 4, 5, 13 *Audax cantate leges imponere lunæ.* Seneca Medea v. 729 *At hujus ungue ſcelta cantato ſeges.* Ovid. Heroid. 6, 84 *Diraque cantata pabula falce metit. Canta* enim pro *Cantata* potuiſſe veteres, teſtatur Feſtus.

¶ Cantātus, *ūs,* m. ſubſt. der geſang. Alcimus Avitus 5, 157 de plaga Ægyptiaca: *Ranarum fœdis texit cantatibus urbes.*

¶ Cantātio, *ōnis,* f. das ſingen. Apul. 2 Met. p. 125 *Animum permulcere cantationibus.* Sed & Plaut. Stich. 5, 5, 19 *Lepidum & ſuavem cantationem accipio.*

¶ Cantator, *ōris,* m. idem qui *cantor.* Martial. 13 epigr. 77 *Cantator cycnus funeris ipſe ſui.*

¶ Cantatrix, *īcis,* f. eine ſängerin, & adjective ſingend; ut, *Avis cantatrix,* Varro R. R. 3, 5. *Cantatrices choreæ,* Claud. B. Gildon. v. 448. ¶ 2. Ex incantandi ſignificatione Apul 2 Met. p. 128 *Cantatrices anus,* alte hexen. Et p. 123 *Cantatrix anicula,* i. e. ſaga.

¶ Cantāmen, *ĭnis,* n. ein zauber-lied. Propert. 4 eleg. 4, 51 *O utinam magicæ noſſem cantamina Muſæ.* Et Prudentius adv. Symmach. 2, 176 *Longævam perimam magico cantamine matrem.* Vterque ſic altera incantandi notione, quam in *cantare* modo obſervavimus, accepit *cantamen.* Sic & Apul. 2 Met. p. 114 *Artis magicæ nativa cantamina.*

¶ Cantabilis, *e,* das man ſingen kan. Vulg. Interpr. Pſ. 118, 54.

¶ Cantabundus, *a, um,* ſingend; ut, *Gallus cantabundus,* Gell. 9, 13. conf. Petron. c. 62.

¶ Cantĭto, *are,* aliud frequentativum, oft, viel ſingen. Cic. de Clar. Orat. c. 19 *Carmina in epulis eſſe cantitata a ſingulis convivis de clavorum virorum laudibus.* Obſeq. c. 106 *Per virgines cantitatum.* Apul. Met. 6 p. 175 *Dulce cantitant aves.*

¶ Cantillo, *are,* ſubmiſſe canere, leiſe und mählich ſingen. Apul. 4 Met. p. 146 *Clamore ludunt, ſirepitu cantillant.* Id. Florid. 3 p. 358 *In ſolitudine cantillavit Orpheus* &c.

¶ Canturio, *ire,* gern ſingen. Feſtus in Dagnades: *Dagnades,* inquit, *ſunt avium genus, quas Ægyptii inter potandum cum coronis devincire ſoliti ſunt, quæ vellicando morſicandoque & canturiendo aſſidue non patiuntur dormire potantes.* Adde Scalig. ibi. Vetus Gloſſ. Cyrilli: *Canturit, ψιθυρίζει.* Sed & Petron. c. 64 *Canturire belle.*

TOM. I.

I. Compoſita cum nominibus:

¶ Tricĭnium, *ii,* n. trium vocum cantio, ein dreyfacher geſang. Symmachus 1 epiſt. 47 (Iuret. 41) *ſuada Circæ pocula, & tricinium ſemivolucrum puellarum,* hoc eſt, Sirenum.

¶ Sunt alia cum nominibus compoſita, ſed in prioribus illorum membris quærenda; ut Cicuticen, in *Cicuta:* Docticanus, in *Doceo:* Gallicinium, in *Gallus:* Liticen, in *Lituus:* Pſalmicanus & Pſalmicen, in *Pſallo:* Siticen, in *Situs;* Tibicen & Tibicinium, in *Tibia:* Vaticinium in *Vates.*

II. Compoſita a *Cano* cum præpoſit.

¶ Accĭno, *ĕre,* anſtimmen, zuſtimmen. Vnde

¶ Accentus, *ūs,* m. legitima pronunciatio eſt, vel pronunciandi ratio, qua ſyllaba vel attollitur, vel deprimitur, der ton oder accent eines worts. Suntque numero tres, *acutus, gravis & circumflexus.* Vide Diomedem lib. 2 c. de Accentibus. De quibus libros magnos ſcripſiſſe Apollonium & Herodianum inter Græcos, inter Latinos Cenſorinum, Priſcianus teſtatur lib. 15. Quintil. 1, 5 *Accentus Græci προσῳδίας vocant.* Ciceroni in Orat. c. 17 *ſonus vocis* vocatur, itidem tripliciter diſtinctus: *Mira,* inquit, *eſt quædam naturæ vocis, cujus quidem e tribus omnino ſonis, inflexo, acuto, gravi tanta ſit & tam ſuavis varietas perfecta in cantibus.* ¶ 2. Hæc voce magis proprie videtur Ammianus uſus 16, 12 ſecundum Valeſium: aut c. 29 ed. Gruter. *Abenatorum accentu ſigno dato.* Ita Valeſius: at *accentu* Lindebrogius.

¶ Accentiuncula, *æ,* f. dimin. Gell. 13, 6 dixit, qui *προσῳδίας ita appellatas a veteribus,* itidem memorat.

¶ Accentor, *ōris,* m. vide apud Iſidorum mox in *Incentor.*

¶ Concĭno, *ĕre,* ſingen, zuſammen ſingen. Cic. 1 Tuſc. 44 *Hæc preſſis & flebilibus modis concinuntur.* ¶ 2. Vſurpatur & de voluntate ac animo conſentientibus invicem. Feſtus: CONCINERE, *convenire.* Cic. de N. D. 1, 7 *Antiocho enim Stoici cum Peripateticis re concinere videntur, verbis diſcrepare,* in der that ſind ſie eins. Minutius 1, 3 *Cum & ipſe tanto noſtri ſemper amore flagraverit, ut in ludicris & ſeriis pari mecum voluntate concineret.*

¶ Concinentia, *æ,* f. die zuſammenſtimmung. Mart. Capella lib. 3 de mutis literis extr. *Sub oris concinentia.* Et lib. 9 poſt 3 carmen, *Omnium modorum concinentiam perſonabat.* ¶ 2. Pro ſymmetria, qua partes omnes inter ſe concinunt, & quadam modulatione reſpondent, legitur apud Macrob. Somn. Scip. c. 2 extr. & c. 3 pr.

¶ Concentus, *ūs,* m. diverſarum modulatio vocum, geſang, gleichförmigkeit, einigkeit. Cic. Off. 1, 14 extr. *Major & melior actionum, quam ſonorum concentus eſt,* übereinſtimmung. Id. de Orat. 3, 6 *Omnium doctrinarum quaſi conſenſus concentusque.* Horat. 1 epiſt. 14, 31 *Nunc age quid noſtrum concentum dividat, audi.* Plin. Paneg. 4, 6 *Principi noſtro quanta concordia, quantusque concentus omnium laudum contigit.* conf. Schwartzius ad 46, 3.

¶ Concentio, *ōnis,* f. idem. Apul. de Mundo p. 20 *Divina mens mundanas varietates ad inſtar unius concentionis relevat.* Ipſe Cic. pro Sext. c. 55 *Caterva tota clariſſima concentione concionata eſt.*

¶ Incĭno, *ĕre,* anblaſen, ſingen. Propert. 2, 22, 6 *Varios incinit ore modos.* Sic *Tibicen incinit,* ap. Gell. legitur 1, 11.

¶ Incentor, *ōris,* m. cantor, qui incinit, der vorſänger. Iſidor. 6, 19 *Tres gradus ſunt in cantando, primus ſuccentoris, ſecundus incentoris, tertius accentoris.* Nimirum *ſuccentor* eſſe videtur, qui alium canentem ſubſequitur: *incentor,* qui alta voce cantum incipit: *accentor,* qui ſubmiſſa licet voce tonum indicat, quod ipſius magiſtri & choragi eſt. ¶ 2. Pro auctore apud Paullinum Natali Felicis 4 *Carminis incentor Chriſtus mihi.* Et apud eundem epiſt. 29 n. 8 *Incentor potius, quam conſolator lacrymarum.* Ambroſius 5 epiſt. 35 *Referebam in meo aure eſſe, ut non excitarem DEI manus ut mitigaret. Poſtremo ſi me incentorem putarent, jam in me vindicari oportere.* Et Ammianus principio lib. 15 *Igneus turbarum incentor,* ein lärmenbläſer, urheber. Adde Symmach. 5 ep. 32, & Oroſ. 5, 20.

¶ Incentio, *ōnis,* f. das anſtimmen; ut, *incentiones tibiarum,* Gell. 4, 13 tit. Idem 16, 11 *Incentiones herbarumque ſuccis facere medelarum miracula.* Vbi pro *incantamentis* poſitum eſt.

¶ Incentivus, *a, um,* anreitzend, anſteckend; ut, *Tibia incentiva,* Varro 1 de R. R. 2. *Lues incentiva,* Prudent. Hamartig. 250.

¶ Incentīvum, *i,* n. ſubſt. pro ſtimulo, eine anreitzung. Panegyr. dicto Conſtantino, Conſtantii F. c. 1 *Spartanæ tibiæ incentivum aliquod feruntur habuiſſe.* Frequens vox ſequioris ævi ſcriptoribus. Prudent. Apoth. v. 929 *Incentivum peccaminis.* Et Hieronymus epiſt. 2 Nepotian. *Incentiva vitiorum.* Ammianus 14, 1 *Cujus acerbitati uxor grave acceſſerat incentivum.* Add. Drakenb. ad Sil. 5, 13.

¶ Intercĭno, *ere,* darzwiſchen ſingen, mit zuſingen. Horat. de Arte v. 194 *Neu quid medios intercinat æſtus.*

¶ Occăno, *ere,* & Occĭno, *ere,* entgegen ſingen. Liv. 6, 41 *Si occinuerit avis.* conf. Id. 10, 40. Salluſt. 1 Hiſt. 10, *Juſſu Metelli cornicines occanuere* apud Priſcian. 10 p. 898 ed. Putſch. qui hanc formam per A defendit æque, ac alteram per I. Tac. An. 2, 81, 2 *Sentius occanere cornua tubasque juſſit.*

¶ Occentus, *ūs,* m. der geſang, das pfeifen. Val. Max. 1, 1, 5 *Occentus ſoricis auditus.* Ammian. 16, 12 pr. *Super occentu ſoricis peritum conſulere.* Et c. 19 de cujus diverſa lectione ſupra in *Accentus* monuimus. At priore loco, jam indicato (*occentu ſoricis*) conſtans librorum ſcriptura eſt.

¶ Occento, *are,* anſingen, anſtimmen; frequentativo uſus eſt Plautus Merc. 2, 3, 73 & Perſ. 4, 4, 20 *Occentave oſtium,* id eſt, convicium dicere ante oſtium. Nam de probroſis canticis maxime dicitur. Hinc in Leg. 12 Tabb. *Si quis carmen occentaſſit, quod alteri flagitium faxit, capital eſto.* conf. Feſtus in hac voce. ¶ 2. Sed & in bonam partem Plaut. Circ. 1, 2, 57 *Quid ſi adeam ad fores, atque occentem.*

¶ Occentans, *tis;* ut, *Bubo occentans funebria,* Ammian. 30, 21.

¶ Præcĭno, ĕre, vorſingen. Cic. Tuſc. 4, 2 *Fpulis fides præcinunt.*

¶ Præcano, ere, prophezeyen. Sic ſcripſit Tertull. 4 adverſ. Marc. *Hieremias præcanit.* Et adv. Iudæos c. 10 *Moyſes præcanebat* &c.

¶ Præcentio, ōnis, f. eſt vocum illa modulatio, quæ ante initium cantus fieri ſolet, quaſi præludium, das präambel; item ipſe cantus ſacris adhiberi ſolitus, ut Cic. Aruſp. Reſp. c. 10. It. cantus tibiarum ante prælium, ut Gell. 1, 11.

¶ Præcentor, *oris*, m. ein vorſinger. Apul. de Mundo p. 74 *Quod præcentor in choris, lex in urbe, dux in exercitu; hoc eſt in mundo Deus.*

¶ Præcentorius, *a, um*, zum vorſingen gehörig; ut, *Præcentoria tibia*, Solin. c. de Sicilia (Salmaſ. c. 5 al. 11.)

¶ Præcantrix, vide in *Præcantatrix*, in Compoſitis ex *Canto*.

¶ Recĭno, *ere*, herſingen, nachſingen. Horat. 1 epiſt. 1, 55 *Hæc recinunt juvenes dictata ſenesque.* Scribitur etiam *Recanere* prima vocali. Plin. 10, 33 ſub fin. *ut recanat revocetque.*

¶ Succĭno, *ere*, eſt canendo invicem reſpondere, auf einander ſingen, nachſingen. Petron. c. 69 *Succinente Habinna.* Horat. 1 epiſt. 17, 48 *Clamat, victum date: ſuccinit alter* &c.

¶ Succentus, *us*, m. der nachklang, die beyſtimmung. Mart. Capella 1 p. 6 *Ratis per annexa ſuccentibus duplis* &c. & mox: *Succentibus convenire.*

¶ Succentor, *ōris*, m. Ammian. 19, 28 *Paullo ſuccentore fabularum crudelium:* ubi idem eſt ac incentor & inpulſor, ut tamen ad cantum fabularum alludatur. Vid. ſupra locus Iſidori in *Incentor.*

¶ Succentīvus, *a, um*, einſtimmig; ut, *Tibia ejusdem carminis ſuccentiva.* Varro de R. R. 1, 2.

III. Compoſita ex frequentativo *Cantare.*

¶ Accanto vel Adcanto, *are*, accinere, juxta una cantare, beſingen, anſingen. Stat. 4 Silv. 4, 35 *Magni tumulis adcanto magiſtri.*

¶ Accantus, *us*, m. beyklang, beyſtimmung. Mart. Capella 3 p. 60 *Accentus quaſi accantus dictus eſt.*

¶ Accento, *are*, einen accent machen, eſt in Gloſſ. gr. lat. τονίζω, *accento.*

¶ Antecantamentum, *i*, n. cantio ſolennioribus præmiſſa, ein präambel. Apul. 11 Met. p. 261 *Inter majorum antecantamenta votorum ibant & dicati magno Serapi tibicines.* Ita Iul. Flor. p 370 cum Stewechio: Et Elmenhorſtius etiam *antecantamenta*, quamvis aliter in cæteris diſtinguat: Pricæus vero p. 245 *ante cantamina*, quæ ſi vera lectio eſt, ejus auctoritate & alteram formam apponimus.

¶ Antecantāmen, *inis*, n. idem quod antecantamentum, quod vide.

¶ Decanto, *are*, herſingen. Cic. 2 de Orat. 17 *Nec mihi opus eſt Græco aliquo doctore, qui mihi pervulgata præcepta decantet:* ubi ad contemtum pertinet. Ita Quint. 12, 8 pr. de ineptia oratorum: *Cum multa & diſerte, multisque clamoribus, quæ neque ad judicem, neque ad litigatorem pertineant, decantaverunt.* ¶ 2. Finire cantum, abſingen. Cic. 3 Tuſc. 22 *Sed & jam decantaverant fortaſſe.*

¶ Decantatus, *a, um*, beſungen, abgeſungen. Cic. 13 Att. 34 *Decantata fabula.* conf. & Symmach. 3 ep. 5. ¶ 2. Item bezaubert. Apul. 3 Miſet. p. 138 *At ego nullo decantatus carmine.* conf. Id. 5 p. 165.

¶ Ecanto, *are*, ausſingen. Gloſſ. gr. lat. ἐξᾳυλῶ, *ecantare.*

¶ Excanto, *are*, bezaubern, beſchweren, beheren. Plaut. Amph. 4, 3, 71 *Præſtigiator forte aut veneficus Hæc excantat tibi familiam.* Plin. 28, 2 ex XII Tabulis: *Si quis fruges excantaſſet*, h. e. carmine magico foras elicuiſſet. Ita Propert. 3, 2, 49 *Claſſas excantare puellas.* vide ibi Brouckh. Adde Cat. R. R. c. 160; Sen. Nat. Qu. 4, 5; & plures apud Nonium 2, 260.

¶ Excantatus, *a, um*, bezaubert, beſchworen. Nam veneficia & magicæ artes per carmina ſive cantica ut plurimum exercebantur. Horat. Epod. 5, 45 *Quæ ſidera excantata voce Theſſala Lunamque cælo deripit* Lucanus 9, 931 *Peſtis excantata fugit.* Tertull. ad Martyr. c. 1 *Tanquam coluber excantatus.* Hinc

¶ Excantatio, *onis*, f. die beſchwerung. Apulejo, &

¶ Excantator, *oris*, m. ein beſchwerer. Auguſtino tribui ſolet.

¶ Incanto, *are*, pro *cantare*, vorſingen. Apul. Met. 8 p. 210 *Paſſerem incantantem ſepiculæ conſectatur arripere.* ¶ 2. Idem quod *excantare.* Plin. 28, 2 ex XII tabulis: *Qui fruges excantaſſet*; & alibi: *Qui malum carmen incantaſſet.*

¶ Incantatus, *a, um*, bezaubert. Horat. 1 Sat. 8, 49, ubi fugienti veneficæ ait *excidere incantata lacertis Vincula.*

¶ Incantatio, *ōnis*, f. zauberey. Tertull. 1, 2 de cultu fœm. *Incantationum vires provulgaverant.* Firmicus 5, 4 *Magicas inſequentur incantationes.*

¶ Incantator, *oris*, m. ein zauberer. Tertull. de Idolol. c. 9 *Nusquam invenias aut ſophiſtas, aut Chaldæos, aut incantatores* &c. conf. Firmicum; & Iſidor. 8, 9.

¶ Incantamentum, *i*, n. veneficium, zauberey. Plin. 28, 2 *Quæſtionis incertæ eſt, valeantne aliquid verba & incantamenta carminum.* ibid. *Incantamentorum imitatio.*

¶ Obcanto, *are*, pro *incantare*, beheren. Paul. ICt. Sentent. 5 t. 23 *Qui ſacra impia nocturnave, ut quem obcantarent, fecerint* &c. Hinc.

¶ Obcantatus, *a, um*, verzaubert. Apul. Apol. p. 327 *Obcantata mulier.*

¶ Præcanto, *are*, ut *Præcinere*, vorſingen. Lucil. ap. Nonium 2, 260 *Quæ ego nunc Æmilio præcanto.* Hinc

¶ Præcantatus, *a, um*, bezaubert; ut, *Præcantati lapilli*, ap. Petron. c. 131 in incantandi notione. De anicula enim agit virilitatem carminibus reſtituente.

¶ Præcantatio, *onis*, f. zauberey. Quintilian. Declam. 14 *Virus diris carminibus & feralium præcantationum terrore permiſtum.* Solinus cap. de Africa: *herba præcantationibus legitimis conſecrata.*

¶ Præcantator, *ōris*, m. ein herenmeiſter, zauberer, qui ſuis incantamentis mala ab hominibus amoliri poſſe creditur. vid. Gronovii Obſerv. p. 94.

¶ Præcantatrix, *ĭcis*, f. eine hexe, zauberin. Plautus Mil. 3, 1, 99 conjungit conjectrici, aruſpicæ. Has *præcantrices* vocat Varro apud Nonium 8, 92.

¶ Recanto, *are*, παλινῳδῶν: quod eſt, non *iterum cantare:* ſed *contrarium canere*, widerruffen, exempli cauſſa, cum quis pro conviciis atque opprobriis congeſtis in aliquem, contraria laudes eidem rependit. Cujusmodi Palinodias exemplum Horatius nobis reliquit fine Epod. Idem 1 Carm. 16 *Dum mihi Fias recantatis amica Opprobriis animumque reddas.* ¶ 2. *Recanto, are*, in veneficiis, eſt ſolvere aliis carminibus, quæ obligaveris excantando ante, das bezauberte auflöſen. Ovid. de Rem. Amor. 1, 260 *Nulla recantatas deponent pectora curas: Nec fugiet vivo ſulphure victus amor.* Significat enim, amorem fuum neque carminibus magicis, neque ullis expiationum ritibus exſtinguendum. ¶ 3. Interdum idem eſt ac repetere, wiederholen, nachſprechen. Martial. 2 epigr. 86 *Carmen nusquam Græcula quod recantat Echo.*

¶ Recantatus, *a, um*, widerruffen, jam adfuit in *Recantare.*

¶ Canōbus, vide poſt *Canon* in *Canopus*, quod idem eſt.

CĀNON, *ōnis*, m. κανών, norma, regula, die richtſchnur, lineal. Plin. 34, 8 *Fecit & quem canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut a lege quadam.* Græce Cic. fam. 16, 17 *Heus tu, qui κανὼν eſſe meorum ſcriptorum ſoles.* ¶ 2. Erat & penſitationis annuæ & ordinariæ genus, quod in frumento & oleo perſolvebatur, ſteuer, zinſe. De quo Aſconius Divin. in Verr. & de Præt. Vrbana legatur. Spartianus in Severo c. 8 *Rei frumentariæ ita conſuluit, ut excedens vita ſeptem annorum canonem P. R. relinqueret.* Et ſub finem: *Moriens ſeptem annorum canonem, ita ut quotidiana ſeptuaginta millia modiorum expendi poſſent, reliquit: olei vero tantum, ut per quinquennium non ſolum Vrbis uſibus, ſed & totius Italiæ, quæ oleo indigeret, ſufficeret.* ¶ 3. Certum quoque modium numerumque frumenti, quo opus eſſet ad alendam urbem aliquam per annuum uſum, *Canonem* dictum: & ita *Canonem Vrbis Romæ*, apud ICtos inveniri, Lipſius Elect. 1, 8 obſervat. Vide Cod. tit. de Canone frumentario Vrbis Romæ. ¶ 4. *Canon* etiam videtur dici demenſum diurnum ſervorum, five cibus in unum diem, hoc eſt *Diarium*, ut alias appellatur. Salvian. 4 de Gub. Dei p. 67 *Servi ſi fures ſunt, ad furandum forſitan egeſtate coguntur: quia etiamſi eis ſtipendia uſitata præſtentur, conſuetudini hæc magis, quam ſufficientiæ ſatisfaciunt: & ita implent canonem, quod non explent ſatietatem.* ¶ 5. Vid. de hujus vocis ſignificatione Architectonica, uſu in aliis negotiis, & acceptione Eccleſiaſtica C. Ziegler. diſſ. de Orig. & increment. Iur. Canon. p. 1 & 2. ¶ 6. *Canon* Theologis dicitur verbum Dei, tanquam norma fidei & morum. ¶ 7. *Canon* etiam eccleſiaſtice & philoſophice præceptum quodvis dicitur, ideo propoſitum, ut ſecundum illud ſtatuatur atque agatur.

¶ Canōnĭcus, *a, um*, κανονικός, regularis, ſchnurgleich; ut, *Canonica Mathematicorum ratio*, Vitruv. 5, 3. Etiam Plin. 2, 17 *Ratio canonica fallit.* ¶ 2. Ex notione Canonis frumentarii *canonicum* eſt, quod ad annuam illam penſitationem pertinet. Vt, *Indictio canonica*, l. 4 Cod. de prox. ſacr. ſcrin. Et *canonicæ penſitationes*, l. 2 Cod. de lucr. advocator. ¶ 3. In Eccleſia *Canonici* dicuntur clerici, non quod ſub canone, ſeu regula viverent, ſed quod in canone Eccleſiæ, five catalogo eſſent adſcripti, Dom-herren. *Canonicorum collegium*, das Dom-capitel, v. plura apud Salmaſ. de Cæſarie & Coma p. 432 & ſeq. Hopfner. in Saxon. Evang. p. 597 ſeqq. Himmel. peccul. Tract. ¶ 4. *Canonici* ſcripturæ ſacræ libri ſunt Theologis, qui canonem conſtituunt, h. e. agendorum & credendorum normam: unde & *normales* a quibusdam dicuntur. Fulgent. cont. Arianos p. 72 *Scriptura canonica.* ¶ 5. *Canonicum jus* vulgo vocatur, das geiſtliche recht, quemadmodum jus civile, das weltliche.

¶ Canonice, *es*, f. ſubſt. κανονική, apud Gell. 16, 18 eſt pars geometriæ, quæ ad aures pertinet, longitudinesque & altitudines vocis emetitur, h. e. βάθους & μέλος.

¶ Canonicarii, *orum*, ICtis ſunt, qui principis nomine ac mandato canonem exigebant, ſteuer-einnehmer, leg. 9 Cod. de exact. tribut

¶ Canoniſatio, *ōnis*, vox barbara, qua receptionem in numerum ſanctorum exprimunt, vel confectionem, die erhebung unter die heiligen.

¶ Concanonicus, *i*, m. mit-Canonicus. Sarisb. ep. 168 *Concanonicus noſter Laurentius.*

CANŌPVS, *i*, m. ſive *Canōbus*, (utroque enim modo ſcribi videas ex Quint. 1, 5 p. 54.) nomen inſulæ oppidique Ægypti. Appellatio a *Canobo* Spartano, Menelai regis gubernatore, morſu ſerpentis ibi extincto, ut Strabo, Euſtathiusque Dionyſii ſcholiaſtes, nec non Plin. 5, 31 & Tac. 2 Annal. 60 referunt. Vnde & *Amycleus Canopus* dicitur ap. Sil. 11, 433. v. ibi Drakenb. Iuvenal. 15, 46 *Barbara famoſo non cedit turba Canopo. Famoſum Canopum* ob profligatam luxuriam vocat, qua populus ille male audiebat. Eſt illa parte fertiliſſima Ægyptus: quo illud Virgilii pertinet Georg. 4, 287 *Pellæi gens fortunata Canopi.* Ex ea abundantia igitur laſcivia & voluptatis ſtudia ſine modo vigebant: qua de cauſſa Pacatus Theodoſii paneg. c 33 *Nollem Canopum*; & *laſcivire Canopicorum*, Statius 3 Silv. 2 v. 111 dixit. v. Strabo lib. 17 & Sen. ep. 51. ¶ 2. Ab eo quoque *Canobus*, five *Canopus*, *ſidus ingens atque clariſſimum*; ut Plinius appellat, quod ibi, & in Taprobane conſpicitur, appellatum; quod Procius in ſummo gubernaculo Argus navis collocat. v. Euſtath. ad Dionyſ. & Plin. 6, 22.

¶ Canōbicus, & Canōpĭcus, *a, um*, adject. ut *Oſtium Nili Canopicum* apud Plin. 5, 10 & Geographos.

Canor, Canorus, vide *Cano.*

CANTĀBER, *bri*, m. Hiſpaniæ Tarraconenſis populus: ut *Cantaber bellicoſus*, Horat. 2 od. 11, 1. Iuvenal 15, 108

Pro vita facienda putat, ſed Cantaber unde?

¶ Cantābrĭcus, *a, um*, adject. ut *Bellum Cantabricum*, Hor. 1 ep. 18, 55

Militiam puer & Cantabrica bella tuliſti.

¶ Cantā-

¶ Cantăbrica, æ, f. herba a Cantabris reperta, Plin. 25, 8.

CANTABRA, orum, n. pl. ſigna, ſive vexilla quædam militaria appellata, fahnen. Tertull. Apol. c. 16 *Sipara vexillorum, & cantabrorum ſtolæ crucum ſunt.* Quibus gemella Idem ad Nationes habet 1, 12 extr. *In cantabris atque vexillis ſipara illa veſtes crucum ſunt.* Min. Felix Octavio c. 29 *Nam & ſigna ipſa & cantabra & vexilla caſtrorum, quid aliud, quam inauratæ cruces ſunt & ornatæ?* Ratio nominis unde ſit, in obſcuro admodum eſt. Turnebus exiſtimabat, non tam *Cantabra*, quam *Contabra* a *contis*, perticis puta, unde ſuſpendebantur parva vela, in ſignum militibus appellanda. Sed damnata mox ea conjectura, apud Tertullianum juxta atque Minucium, (ipſe Arnobium vocat, pro recepto illius ætatis errore, quo hic Dialogus Arnobii libris connectebatur, ut octavum faceret) *labarorum* vocem, pro cantabris ſubſtituendam cenſuit, quam Adverſ. 15, 16 videre licet. Sed in antiquis Codicibus dictorum auctorum *cantabra* conſtanter exſtare, eruditiſſimi viri jam olim notarunt. Cujacius etiam Obſervat. 11, 20 in Cod. Theod. lib. 14 t. 7 l. 2 a *Cantabris, Cantabrariis*, pro ſigniferis appellatos, obſervat. vid. & Lipſ. Quæſt. epiſt. 9; & imprimis Jac. Gothofr. ad l. c. Cod. Theod. quem merito ſequitur Haverc. ad Tertull. l. c.

CANTABRVM, i, n. pro furfure apud Apicium & Cæl. Aurelianum obſervavit Turnebus Adverſ. 15, 16. Apicii verba ſunt 7, 1 *Vulvam ut toſtam faciæ in cantubro involve & poſtea in muriam mitte, & ſic coque*; ubi Hummelb. *Cantabrum eſt furfur tritici vel hordei.* vid. Cæl. Aur. Acut. 3, 3, 16, & Chron. 3, 4, 63. Appellationem alii derivant a Cantabrorum gente; quod furfuraceus panis captivis Cantabris præbere ſolitus odio gentis, quæ tamdiu exercuiſſet Romanos; vel quod Cantabri, durum & aſperum genus, hujusmodi furfuraceo & ſordido pane uſi ſint. Alii *Cantabrum* a caninis pultibus, quaſi *Canabrum* dictum volunt. v. Laur. Pignor. de Servis p. 258 ſeqq. & Reinef. 2 Var. 14. Iuvenal. 5, 9 *Tantine injuria cœnæ? Tam jejuna fames? cum poſſit honeſtius illic Et tremere, & ſordes farris mordere canini.* Vbi vetus Scholiaſtes: FAR CANINVM *panem ſordidum canum* interpretatur. *Apludam* veteres frumenti furfurem dixiſſe, Gellius obſervat 11, 7 kleyen oder hunde-brot.

Canterius, vide *Cantherius*, n. 2.

CANTHĂRIS, ĭdis, f. κανθαρίς, muſca viridis, ein gold-käfer, eine ſpaniſche fliege. Eſt vermiculus minutorum ſcarabæorum forma, in ſummitate ramorum fraxini aut olivæ naſcens venenatiſſimus. vid. Plin. 11, 363; Dioſc. lib. 2 & 7. Cic. Tuſc. 5, 40 & ex eo Val. Max. 6, 2, 3 ext. ait, Theodorum Cyrenæum Lyſimacho regi mortem ſibi minitanti contemtim dixiſſe: *Eninvero, magnifica res tibi contigit, quia cantharidis vim aſſecutus es.* ¶ 2. Plin. 18, 17 *Eſt & Cantharis dictus Scarabæus parvus, frumenta erodens.* ¶ 3. Potio venenata ex ſucco *Cantharidum* enecat. Hinc in Cic. fam. 9, 21, 8 *C. Carbo cantharidas ſumpſiſſe dicitur.* Sic & Ovid. in Ibin v. 308 *Cantharidum ſuccos dante parente bibas.*

¶ Canthărias, æ, m. gemma, quæ ſcarabæorum habet effigiem, Plin. 37, 11.

¶ Cantharolethrus, i, m. eſt locus parvus in Thracia, juxta Olynthum, in quo ſcarabæi exanimantur, & ea propter ſic appellatus. vid. Plin. 11, 28.

CANTHĂRVS, i, m. κάνθαρος, eine kanne. *Planis cantharis bibere*, Plaut. Perſ. 5, 2, 40, zu ganzen trincken. Val. Max. 3, 6, 6 *Marius poſt lugurthinum, Cimbricumque & Teutonicum triumphum cantharo ſemper potavit: quod Liber Pater inclytum ex Aſia ducens triumphum, hoc uſus poculi genere ferebatur.* Vti enim *Herculis* proprium poculum *Scyphus* eſt, ita *Liberi Patris, Cantharus*, Plin. 11, 33; unde Virg. ecl. 6, 17 *Et gravis attrita pendebat cantharus anſa.* vid. de ejus figura quæ diſputat Drakenb. ad Sil. 7, 196. Adde Scalig. Lect. Auſon. 2, 28 p. 166. ¶ 2. Nodus ſub lingua Ægyptii bovis, quem Apim vocant, quod niger & ſcarabæo ſimilis, Plin. 8, 46. ¶ 3. Aquæ conceptaculum ludicris formis elaboratum, per quas aquas ſalit. L. 41 § 11 Dig. de Legat. 1 *Si qui cantharos, per quos aquæ ſaliunt, poterunt legari, maxime ſi impoſititii ſint.* Auſon. epiſt. Centoni ſive Idyllio 13 præmiſſa: *Harum verticularum varii congmentis ſimulantur ſpecies mille formarum: elephantus bellua, aut aper beſtia, anſer volans, & mirmillo in armis, ſubſidens venator, & latrans canis, quin & turris, & cantharus, & alia hujusmodi innumerabilium figurarum, quæ alius alio ſcientius variegant.* ¶ 4. Navigii ſpecies, Macrob. Sat. 5, 21. ¶ 5. Piſcis, Ovid. hal. 103 *Cantharus ingratus ſucco.* Plin. 32, 7. ¶ 6. Scarabæi pilularii nomen *Cantharus* eſt, qui naſcitur in fimo, quem volvit, vermiculi primum forma, qui vere redeunte in ſcarabæum exit, ein roß-käfer, dreck-käfer. *Cantharus pilularii*, ſubaudi *volvit vel exercet*: Cæl. Rhodig. 5, 5 proverbiale admonet eſſe in eos, qui pertinaciter fovent, quod ſemel arripuere, ſeu ad quod natura & ingenio ſuo ducuntur. v. Lucian. T. 2 p. 433 Gr. item infra *Scarabæus.* ¶ 7. Marculus, i. e. malleolus pultandis foribus adpenſus hoc etiam nomine indigitatur. v. Plaut. Men. 1, 2, 64. ¶ 8. Zenodotus ait, Arhenis cauponem fuiſſe, nomine *Cantharum*, quem ob impoſturas & maleficia capitis affecerint ſupplicio. Proinde vulgo receptum, ut in verſutos ac impoſtores diceretur; *Cantharo aſtutior.* v. Eraſm. Adag. ¶ 9. De *Cantharo* ſtatuario, Plin. 34, 8.

¶ Canthărulus, i, m. diminut. id eſt, parvus cantharus, Bacchi inſigne, apud Arnobium lib. 6 ſub fin. vid. *Cantharus.*

¶ Cantharites, æ, m. vini transmarini genus. Plin. 14, 7.

CANTHERIVS, i, m. equus caſtratus, ein wallach, ein münch; quaſi carentarius, quod ſemine careat, auctoribus Catone & Varrone de Re R 2, 7. Quod ſi eſt, ſine adſpiratione ſcribatur. Alii vero deducunt a κανθήλιος, jumenti genere, λ in ρ mutato. v. Voſſ. Etymol. Vtroque ergo modo ſcribi potuit inventum. Cic. 9 Fam. 18 *Potes mulo illo, quem tibi reſignatum eſſe dicis, cum cantherium conſediſti, Romam pervehi: Cantherio vehi*, Sen. epiſt. 87. *Cantherius in foſſa*, Livius 23, 47 in proverbium jam abiiſſe dicit de re impedita & periculoſa. v. Chiliad. Germ. die ochſen ſtehen am berge. Sed Gronovius ad Liv. l. c. indicat, quadrare in omnes, qui ſuo damno alienas opes aluntur, &c. *Cruciatus cantherius*, Plaut. Capt. 4, 2, 34; & ibi Taubm. p. 288. ¶ 2. Eſt & *Cantherius* ſive *Canterius* jugi genus Columellæ 4. 12 & 14, quo quieſcit vinea, nec non pedamentum vitium inſtar furcæ & patibuli humilioris, ein wein-gerüſte, wein-pfahl, reben-gezelte. Quomodo fiant canterii, docet idem Col. 11, 3, 62. Vide *Iugum*, *pedamentum.* ¶ 3. *Cantherii* etiam dicuntur ligna tecti oblonga a culmine ad extremum tectum ducta, quæ ibi longius prominent, ac efficiunt ſuggrundam, id eſt, tecti porrectiorem partem, ubi ſit ſtillicidium; die ſparren, latten. Vitruv. 4, 2. ¶ 4. Apud Veget. Mulom. 2, 47, 3 videtur machina, duobus tignis conſtans, e qua ſuſpendi equus poteſt, ne pedibus terram contingere & offendere pedem fractum poſſit.

¶ Cantheriŏlus, i, m. diminut. ein pfahl, ſtütze. Colum. 11, 3 de cepinis: *Cum fecerint caulem, humiliorius quaſi cantheriolis interpoſitis, rigorem ſtilorum conſervato.* Vid. Cæl. Rhodig. 8, 4.

¶ Cantherīnus, a, um, pertinens ad cantherium. Plaut Men. 2, 3, 44 *Cantherino ritu ſomniave*, ſtehend ſchlafen, und träumen. Equi enim ſtantes ſomniant. ¶ 2. *Cantherinum hordeum*, Colum. 2, 9; & Pallad. 10 Sept. t. 4 & 11 t. 1, winter-gerſte. ¶ 3. *Cantherinum marrubium*, i. e. nigrum, ſchwartz andorn. ¶ 4. *Cantherinum lapathum*, h. e. rumicis genus, quo valde cantherii delectantur, Plin. 20, 21.

¶ Cantheriatus, a, um, cantheriis ſubnixus, gepfählt; ut, *Arbuſcule*, ſive *vites cantheriatæ*, Colum. 5, 4.

CANTHVS, i, m. κανθός, lamina ferrea, qua extremitates rotæ muniuntur & firmantur, das eiſen um das rad, rad-ſchiene. *Vertentem ſeſe canthum*, pro ipſa rota poſuit Perſius Sat. 5, 71. Hiſpanicum vocabulum eſſe ait Quint. 1, 5. v. Burm. p. 52. ¶ 2. *Canthus ocuſi*, der augen-winckel. Galen.

¶ Encanthis, ĭdis, f. ἐγκανθίς, tuberculum, quod palpebras parum diduci patitur. Cell. 7, 7, 5.

Canticum, Cantilena, Cantio, Canturio, vide *Cano.*

CANTIVM, i, n. Κάντιον, Britanniæ promontorium, vulgo Kent. ¶ 2. Regio Britanniæ juxta illud promontorium, inter Iretum & Tameſin ſita.

¶ Cantuaria, æ, f. civitas inſignis ejus regionis, & Archiepiſcopalis, incolis *Canterbury*: Germanis Cantelberg.

Canto, Cantor, Cantus, vide *Cano.*

CĀNVS, a, um, πολιός, grau. *Canus* autem *dictus* apud Iſidor. 12, 1 *Quia ex candido colore & nigro eſt.* Virg. Æn. 1, 29 *Cana Fides & Veſta, Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt.* Vbi Servius: CANAM FIDEM *dixit, vel quod in canis hominibus inveniatur: vel quod ei alibo panno involuta manu ſacrificabatur, per quod oſtenditur, fidem debere eſſe ſecretam.* Nempe quod manus panno tegeretur. Cæterum albus color ſinceritatem fidei nobis videtur ſignificaſſe. Poſſis & *canam fidem* priſcam & veterem interpretari: quemadmodum & Varro *Canum veritatem Atticæ philoſophiæ alumnam* Eudæmonibus dixit. Virg. Georg. 1, 43 *Cani montes*, weiß von ſchnee. Plin. epiſt. 6, 31 *Canum mare*, h. e. albeſcens ſpumis, quas concitatum agit. Sic *canos ſpumoſoque fluctus*, Minuc. Fel. c. 3 dixit. Ovid. 5 Triſt. 13, 21 *Canum abſinthium*, quia alba habet folia. Id. Faſt. 5, 57 *Magna fuit quondam capitis reverentia cani.* ¶ 2. Eſt & *Canus* nomen Choraulæ apud Suet. Galba c. 12. conf. ſupra *Canius.*

¶ Cāni, orum, m. pl. per ellipſin ſubſtantivi, πολιοί ſc. τρίχες, capilli candentes, graue haare. Cic. de Senect. c. 18 *Non cani, non rugæ repente auctoritatem afferre poſſunt.*

¶ Canōſus, a, um, idem quod *Canus*, grau. Vopiſcus in Probo c. 5 *Mihi eo tempore credita* (illa legio) *canoſa, quo & me canoſum, qui credebat, cum gratulatione vidit.*

¶ Canŭrus, a, um, idem. Gloſſ. gr. lat. πολιός, *canus, canutus.*

¶ Canaſter, ri, m. der anfängt grau zu werden. Gloſſ. gr. lat. μιξοπόλιος, *canaſter.*

¶ Caneo, ēre, grau ſeyn, weiß ſeyn. Virg. Georg. 3, 325 *Carpamus dum mane novum, dum graminea cacumina, weil das gras noch bereift iſt.* Id. Æn. 5, 416 *Temporibus canebat ſenectus.* Sil. 1, 205 *Canat barba gelu.* ¶ 2. Verbo *canēre* in tertia flexione uſus eſt Propert. 2, 14, 7 *Quid ſi jam canis ætas mea caneret annis*; quod retinet etiam ac tuetur Brouckhuſius. al. *candeat.*

¶ Canens, tis, grau, weiß, bereift: ut, *Canens ſenecta*, Virg. Æn. 10, 191; & Silius 13, 69 *Ramus canentis olivæ.* Virg. Georg. 2, 13 *Glauca canentia fronde ſalicta.* Sil. 3, 35 *Pruinæ canentis facies.*

¶ Cānēſco, ĕre, canum fieri, grau werden, bereiffen. Ovid. Amor. 1, 8, 52 *Situ caneſcunt teſta.* Id. Her. 3, 65 *Caneſcunt æquora remis.* Lucan. 10, 321 *Caneſcit fluctibus amnis.* ¶ 2. Cicero de clar. Or. c. 2 eleganti metaphora *orationem* dixit *caneſcentem, habentemque ſuam quamdam maturitatem & ſenectutem*, eine reiffe, aus erfahrung hergeſtoſſene rede.

¶ Cānĭties, ēi, f. graues haar. Plin. 11, 37 *Canities homini tantum & equis.* Horat. 2 oda 11, 8 *Avida canities.* Id. 1 od. 9, 17 *Morioſa canities.* Eſt apud Ovid. de Arte 3, 163 *Canitiem inſicere*, hoc eſt, canos tinctura occulere; Quod in Ceo quodam ſene, cum ad Lacedæmonios verba faciens caput aperuiſſet, canosque infectos oſtendiſſet, reprehendit rex Lacedæmoniorum Archidamus, dicens: *Quid hic ſane diceret, cujus non ſolum animus, verum etiam caput ſuco cantaminatum eſt?* Ælianus 7, 20. Cæterum in canitiem & juvenes aliquando incidiſſe teſtantur Hiſtoriæ. De Numæ feſtinatis canis ſupra notabamus ex Servio. De Pſammide & Ergeno, Clymeni filio, eadem diſcere ex Pindari ode 4 Olymp. poſſumus. Mature etiam Trajanum canuiſſe, Plinius Paneg. ejus c. 4 ſignificat. Nam *feſtinata ſenectutis inſignia*, quæ elegantiſſime ibi nominat, maturam illam, & ante tempus ei, quæ contigit, canitiem notant. De cauſſis canitiei legendus Ariſtoteles eſt Hiſt. Animal. 3, 11, & de Generat. Animal. 5, 2.

¶ Cānitudo, ĭnis, f. antiquum eſt: Varro ap. Nonium 2, 106 *Sed neque virtutis Cantherius, quam novellus melius: neque canitudinis comes virtus*: alter hilft vor thorheit nicht. Ita Plautus apud Feſtum: *Stultus eſt adverſus autem & canitudinem*, er iſt ein alter narr.

¶ Incānus, a, um, id eſt, *valde canus*, ſehr grau. IN enim h. l. ἀυξητικὴ eſt. Virg. Æn 6, 809 *Noſco crines incanaque menta regis Romani.* Loquitur de Numa Pompilio, quem a prima ætate canum fuiſſe, & eo hic alluſiſſe poëtam, Servius notat. Catullus 96, 6 de Smyrna Cinnæ:

Smyrnam inconta dia secula pervolvent.

Suet. Domit. c. 20 *Cujusdam capiti varietate capilli fulvutilum & incanum*, perfusam nivem mullo *dixit*.

¶ Incanesco, *ere*, idem quod *canescere*. Catullus 65, 13

Toteque remigio spumans incanuit unda.

Virg. Georg. 2, 71 *Ornusque incanuit albo Florepyri.*

¶ Præcanus, *a, um*, vel idem quod incanus, vel ante tempus canus, sehr oder vor der zeit grau. Horat. 1 epist. 20, 24

Corporis exigui, præcanum, solibus aptum.

¶ Semicānus, *a, um*, halb grau. Apuleius 8 p. 212 *Senex calvus quidam, cincinnis semicanis & pendulis capillatus.* Et lib. 9 p. 231 *Discerptæ comæ semicanæ.*

CĀNŪSIUM, *i*, n. Κανούσιον, urbs Apuliæ, a Diomede condita, ut præter alios, Horatius quoque indicat 1 Sat. 5, 92

Nam Canusi, inquit, *lapidosas: aquæ non ditior urna*
Qui locus a forti Diomede est conditus olim.

Circa Canusium Tarentumque laudatissimam & nobilissimam lanam fuisse, Plinius notat 8, 48. Fuit autem coloris rutili, qui auxit pretium: unde *Canusinæ rufæ*: & *Canusini birri*, celebrati auctoribus inter pretiosas vestes, de quibus mox annotabimus.

¶ Canusīnus, *a, um*, quod indidem est. Horat. 1 Sat. 10, 29

Patriis intermiscere petita
Verba foris malis Canusini more bilinguis:

Bilinguis, id est, qui latino fermoni Græcanica admiscent. *Birros Canusinos* pro optimis & præstantissimis lacernis rufo colore Vopiscus dixit Carino extremo. *Birri* enim lacernæ rutæ sunt. Martialis *Canusinas rufas* appellat 14 epigr. 129. Paulinus Nolanus ad Nicetam Sapphico v. 23

Quæ Canusino medicata flagrant Vellera fuco.

¶ Cānusinātus, *i*, subst. m. Martiali 9 ep. 22, & Suetonio Ner. c. 30 dicitur, qui ejusmodi rufa veste de Canusina lana indutus est.

Capacitas, vide *Capio*.

CĀPANEUS, *ei*, m. tribus syllabis, Καπανεύς, unus fuit e septem ducibus, qui Thebas expugnarunt: fuperbus & Deorum contemtor, ut Statio describitur. Invenit utum scalarum in urbium oppugnationibus. Cujus rei etiam meminit Vegetius de re militari 2, 24. *Qui scalis*, inquit, *in celsissimæ urbium ruuntur, frequenter periculum fortissimi exemplo Capanei, a quo primum scalarum oppugnatio perhibetur esse inventa: qui tanta mole lapidum fuit obrutus a Thebanis, ut fulminibus dicatur exstinctus.* Vide Ovid. 4 Trist. 3, 63, & Plin. 35, 11.

¶ Capāncus, *a, um*, adject. Stat. Theb. 12, 764

Capaneaque maximus umbris Pectora.

¶ Capinctus, *a, um*, aliud aject. quinque syllabarum, apud eundem Theb. 12, 545

Aujo ante alias Capaneia conjunx.

Capax, vide *Capio*.

CĀPĒDO, *inis*, f. spatium, a capiendo, ein raum, unde *Intercapedo* est, de quo proxime dicemus. ¶ 2. Vas sive poculi genus, κυλικεῖον, ein trinckgefäß oder schencksgelte. vid. Turneb. Advers. 20, 20 ext. Vi sunt hoc vasis genere veteres in sacrificiis Deorum. Cic. Paradoxo 1, 3 *Minusne gravitas diis capedines ac scyphos omnes fuisse, quam delectatas aliorum pateras arbitramur?* Vas illud a capiendo vel capacitate dictum, antiquum, ut facile prehendi possit.

¶ Capeduncula, *æ*, f. Vius Cic. est de N. D. 3, 17. Plinio simile quiddam est *Capis*, *Capidula* & *Capula*, de quibus paullo post.

¶ Dīscapēdino, *are*, disjungere, von einander thun, verbum est apud Apulejum Floridis p. 341, ubi de Hyagni tibicine agit. *Primus*, inquit, *Hyagnis manus discapedinavit*, id est, diduxit, distraxit, ut aliquod spatium intercederet, cum duas tibias simul applicavit ori, & alteram dextra, alteram sinistra moderaretur.

¶ Intercapēdo, *inis*, f. spatium, vel tempus, quod intercedit, vacuum, zeit und raum, so darzwischen ist, lücke, fuit. Mart. Capella lib. 8 p. 281 *Inter circulos universos quid interstitii intercapedo naturalis immiserit, æquum est explicare.* conf. p. 274. Quintil. 8, 3 *Sine intercapedine*, i. e. intervallo, ohne unterlaß. *Pest longam intercapedinem*, nach langem verzug, Suet. Aug. 28. *In vita nulla est intercapedo molestiæ*, Cic. de Fin. 1, 18 die leben ist nimmer ohne mühe und arbeit. Similiter *Intercapedinem scribendi facere*, das schreiben eine weile unterlassen, Idem fam. 16, 21, 2. *Intercapedinem jurisdictionis*, Suet. Vesp. c. 10 dixit, cessationem nimirum a jure dicendo. Apulej. Apol. p. 282 *Quod fato factum, vel ære infusum*, &c. *non multa intercapedine temporis dissimile redditur.* ¶ 2. Inter obscenas habita hæc vox tantum nominativo singulari propter duas ultimas syllabas, uti propter tres posteriores *divisio*. Nimirum *pedo* & *visco* idem quod Græcum βδέω significant. vid. Cic. fam. 9, 22; & qui hunc hac parte illustrat, Quintil. 8, 3 p. 696 Burm.

¶ Intercapedino, *are*, darzwischen kommen. Fulgent. 1 Myth. *Intercapedinante pavoris prolixitate.*

¶ Intercapedinatus, *a, um*, langweilig, darzwischen kommend. Mart. Capella l. 9 *Emersa terris virgo nuptura, vanescentia intercapedinatæ prolixitatis oblivia jam supero debet vigore discutere.*

CAPELLA, *æ*, f. apud scriptores sequiorum feculorum ita vocatur fanum minus, seu oratorium Templo majori adjunctum, eine capell. Vid. Barth. ad Briton. Armor. p 522. ¶ 2. *Capella*, poëta, de quo Ovid. 4 de Ponto 16, 36. ¶ 3. *Martianus Capella* est ætatis inclinatæ scriptor, styli barbarie & allegoriæ studio facile inter alios noscendus, non contemnendæ tamen industriæ: quo nomine Hugo Grotius adolescens recensitum edidit. Scripsit Mercurii & Philologiæ nuptias. v. Voss. de Hist. Lat. 3 p. 655. Vide & *Capella* in *Caper*.

¶ Capellānus, *i*, m. dictus, qui Capellam curabat & sacris ministrabat, ein capellan. v. Spelmanni Gloss. Archæol.

CAPENA, *æ*, f. oppidum Tusciæ. Inde & portam *Capenam* Romæ appellatam Servius vult: quamquam alii alios pro appellationis causas adducent. Fuit non longe post Latinam, ipso principio viæ Appiæ, ut ex Frontino constat: v. de Aquæduct. p. 14, 16 & 70 Poleni. Hodie D. SEBASTIANI appellatur. Aquam Anpiam olim Appius Claudius subterraneo rivo, substructione & arcuato opere supra terram, proxime ad portam Capenam in Urbem duxit. v. Frontin. l. c.

Huc respiciens Juvenal. scribit 3, 11 *Substitit ad veteres arcus, madidamque Capenam.* Vbi vetus Scholiastes: MADIDAM *ideo; quia supra eam aquæductus est, quem nunc appellant* ARCVM STILLANTEM. Potest & inde Martialis carmen intelligi, cum 3 epigr. 47 ipso initio statim scribit: *Capena grandi porta qua pluit gutta, Phrygiumque matris Almo qua lavat ferrum.* Adde Ovid. Fast. 4, 343, & Fast. 6, 192.

¶ Capenātes, *ātis*, m. fluviolus ejus loci. Sil. 13, 85

Et facer humectat fluvialia rura Capenas.

¶ Capenātes, Italiæ populus Clausinis vicini. Plin. 3, 5.

¶ Capenus, *a, um*, adject. ut, *Luci Capeni*, Virg. 7, 697.

CĀPER, *pri*, m. a *carpendo* dictus, τράγος, ein ziegenbock, geschnittener bock. v. Isidor. 12, 1. *Hircus* mas est, & integer. Martial. 3 epigr. 24

Sic modo qui Tuscus fueras, nunc Gallus haruspex,
Dum jugulas hircum, factus es ipse caper.

Gallum cum dixit, castratum intelligit: alludens ad *Gallos*, Matris Deûm sacerdotes, exsecti qui erant: unde & *Semivirі* appellantur Poëtis. Sed totum legendum est epigramma, ut clausulam istam recte intelligas. Virgilius tamen *Caprum* pro hirco in illo Eclogæ 7, 7

Vir gregis ipse caper deerraverat;

ἀκέφως dixit. Nam *vir gregis*, non caper, sed hircus est. Hic enim fallit. Cur hostia fuerit, docet Ovid. Met. 15, 114

Vite caper morsa Bacchi mactatus ad aras
Dicitur ultoris. Nocuit sua culpa, &c.

¶ 2. Non mirum est capros vulgo dici homines libidinosos, si verum est, quod Columella tradit 7, 6 *Fiat caper mensium septem satisfabilis ad procreandum, quoniam immodicus libidinis, dum adhuc uberibus elitur, matrem fupro supervenit.* Vtitur hoc loco ad defendendum Plinium 8 l. 76 Harduinus ab emendatione Dalechampii. ¶ 3. De caprini generis animalibus in nummis vid. Spanh. de usu & præst. num. diss. 4 p. 199 sqq. ¶ 4. *Caper* etiam dicitur fœtor alarum, qui ex sudore ibi collecto inde nascitur, quod illa corporis pars vento spirituque agitari haud queat, ut Aristoteles docet, der bock. Gatull. 70, 5 *Ledit te quædam mala fabula, qua tibi fertur Valle sub alarum trux habitare caper.* Post paullo v. 9 *naforum pestem* elegantissime vocat. Horat. Epod. 12, 5 *hircum*: epist. 1, 5, 29 *olidam capram* appellat.

¶ Capra, *æ*, f. eine ziege, geiß. Plinius 8, 50 *capras perpetua* scripsit *laborare febri*, & Varro de R. R. 2, 3. Idem Plin. l. d. *Solertiam ejus animalis* (capræ) *Mutianus visam sibi prodidit in ponte pertenui, duabus obviis e diverso, cum circumactum angustiæ non caperent, nec recipro cationem longitudo in exilitate cæca torrente rapido minaciter subterfluente, alteram decubuisse, atque ita alteram proculcatæ supergressam. Quod si ab hominibus in communi vita observaretur, minus esset contentionum, turbarum, aliorumque multiplicium incommodorum.* ¶ 2. *De capris feris in Creta*, Cic. de Nat. D. 2, 50. ¶ 3. De fœtore alarum dici modo observatum est in *Caper* n. 4. ¶ 4. *Capram cælestem orientem conspexerunt*, proverb. est dici solitum de iis, quibus omnia prospere succederent, sie sind sonntags oder glücks-kinder. v. Chiliad nam & inter sidera *capra* est, eo quod Amaltheæ capræ uberibus Jupiter educatus. v. Plin. 4, 5. conf. Colum. 11, 2 & Horat. 3 od. 7, 6, qui *insanæ capræ sidera* vocat, quia occasu solet noxias tempestates excitat. ¶ 5. *Capra* denique seu *capella* avis est, quæ *Vanellus* alio nomine appellatur, ein gimitz, kiwitz, dicta inde, quod capræ vocem imitetur. ¶ 6. Est & *Capra* meteori igniti nomen: de cujus appellationis ratione sibi non liquere, Seneca Quæst. Nat. 1, 1 ait. Quidam hanc tradunt, quod quasdam quasi barbulas in morem caprarum pendentes habeat. ¶ 7. *Capram* & in hirsutos fuisse convicium, Suetonius videtur significare in Calig. c. 50. Ammian. 17, 22 *Recte consulta prosperequæ completa vortebant in deridiculum, talia sine modo strepentes insulse*, in odium venit eum victoriis suis capella, non homo: *ut hirsutum Italianum carpentes.*

¶ Caprāgo, *ĭnis*, f. Herba, certa tithymalli species, geißkraut. Apul. de Herb. c. 108.

¶ Capreida, *æ*, f. planta. Cat. c. 122 *Capreidam vel juniperum contundito in pila.*

¶ Capella, *æ*, f. dimin. ein zieglein, junge ziege, ein böcklein, ex bucolicis notum; ut Virg. Ecl. 7, 3 *Distentas lacte capellas.* Cic. 2 in Verr. c. 35 *Capella quidem est, ea quidem mire - - - scite facta, & venuste.* ¶ 2. Sidus cæleste, seu potius stella una primæ magnitudinis in sinistro humero Aurigæ. Plin. 18, 26 & 31. Ovid. Fast. 5, 113. ¶ 3. Plures hujus vocis significationes quære supra in *Capella* seorsum posita.

¶ Capellīnus, *a, um*, den ziegen dienlich; ut, *Rutæ folium capellinæ*, i. e. caprariæ, quam capreæ fectentur, Martial. 11 epigr. 32.

¶ Capēro, *are*, runzeln. Plaut. Epid. 5, 1, 3 *Illi caperat frons severitudine*, i. e. rugis contrahitur & asperatur, er fürt die stirne.

¶ Caperatus, *a, um*, geruntzelt, runtzlicht, schrumpfficht. Apul. Met. 9 p. 224 *Infuavis & odiosi mariti caperatum supercilium perhorresci.* Tractum a caprorum frontibus crispis, auctore Nonio 1, 27. Adde Varr. L. L. 6, 6.

¶ Caprārius, *i*, m. ein ziegen-hirte. Varro 2 de R. R. 3. ¶ 2. Item, der mit ziegen handelt. Vet. Gloss. *Caprarius*, αἰγοτρόφος. ¶ 3. Adjective est apud Solin. c. 6 *Locatus est ad caprarios pastus a matre*, die ziegen zu hüten.

¶ Caprāsia, *æ*, f. insula, propter Italiam, a capris dicta, apud Varron. de R. R. 3, 3. Meminit & Rutilius Itin. 1, 439.

¶ Caprēæ, *arum*, f. pl. insula juxta Neapolin: cujus secessu delectatus Tiberius est. Tac. An. 4, 67, 1.

¶ Caprea, *æ*, f. ein reh. Martial. 13 epigr. 99

Pendentem summa capream de rupe videbis,
Casiram speres: decipit illa canes.

Prov. de re impossibili Horat. 1 od. 33, 8 *Prius jungentur capreæ lupis.* ¶ 2. Vitis etiam pars *Caprea* dicta. Vide locum Varronis jam statim laudandum in *Capreolus*, n. 3. ¶ 3. *Capreas* pro fourchs vid. in *Copries*.

¶ Caprĕŏlus, *i*, m. ein rehböcklein. v. Virg. ecl. 2, 41. Colum. 9, 2. ¶ 2. Capreolus est etiam exterior auriculæ ambitus, der kreis am ohr, ut interior *Scapha*. ¶ 3. Sunt & in vitibus *capreoli*, qui *de Caprea* (ita enim vocabatur illa vitis pars) prode-

prodeunt, *coliculi intorti, sicut cincinni; qui ut teneant vitem, serpunt ad locum capiundum; ex qua a capiendo* Capreoli *appellati*, ut Varro describit 1 de R. R. 51 die gäbelein, faseln, zwicklein an den weinreben, damit sie sich anhängen. ¶ 4. Inde & claviculæ illæ, quæ cantherios & columellas complectuntur, sive divaricata ligna, quæ fastigium tecti, item columellarum latera continent, *Capreoli* appellantur, die creutz-bänder, welche das sparr-werck und die säulen zusammen halten, apud Vitruv. 4, 2 & 10, 19. Cæsar 2 B. Civ. 10 de *Musculi* forma exponens, *Duæ*, inquit, *primum trabes in solo æque longæ, distantes inter se pedes IV collocantur: inque eis columellæ pedum in altitudinem V designantur; has inter se capreolis molli fastigio conjungunt, ubi tigna, quæ musculi tegendi caussa ponant, collocentur* &c. vid. *Aries* n. 3. ¶ 5. *Capreolus* & ferramentum bicorne est, quo terra commovetur, apud Columell. 11 de R. R. 3, eine hacke mit 2 zincken.

¶ Capreolatim, adverb. verwirrt, quod Elmenhorstius *implicate* interpretatur. Apul. Met. 11 p. 268 *In modum rotæ tortuosis, capreolatimque condensis apicibus:* id est, litteris vario & inconsueto ductu in se implicatis, mit verzogenen buchstaben.

¶ Caprile, *is*, subst. n. ziegen-stall. v. Colum. 7, 6. Varr. 2, 3.

¶ Caprinus, *a, um*, von ziegen; ut, *grex caprinus*, Liv. 22, 10. *Lana caprina*, apud Horat. 1 epist. 18, 15 *Alter rixatur de lana sæpe caprina:* hoc est, litem movet de re frivola: lanane dicenda sit, an pili. (Simile illi, *Contendere de asini umbra*). Sic, *Pellis caprina*, ein ziegen-fell. Cic. Nat. D. 1, 19.

¶ Caprina, *æ*, f. subst. sc. *caro*, ziekel-fleisch. Vopisc. Probo c. 4.

¶ Caprotinus, *a, um*, aliud adject. ut, *Ianus caprotinus*, cui sacrificabant festo ancillarum sub arbore caprifico, Macrob. 1 Sat. 11. Hinc & Auson. de feriis Rom. v. 9

Festa caprotinis memorabo celebria nonis.

Vid. Heinf. ad Ovid. A. A. 2, 257. Varr. de L. L. 5 p. 47 *Nonæ Caprotinæ, quod eo die in Latio Iunoni Caprotinæ mulieres sacrificant.*

¶ Capriffo, *are*, meckern wie die ziegen. Accius in Fab. Æsop. 29

Sta procul, Hædus ait, capriffas guttura falso.

¶ Caprugineus, & Caprugnus, *a, um*, vom bock oder geiß; ut, *Caprugnei lumbi*, ex Macrobio Salmas. ad Solin. p. 513. Vtramque vocem fictitiam Allio in Lex. Crit. vocat, & postquam MSS. Macrobii *lumbos capregines apragnos* exhibere, notavit, *capregines* a κάπρος, *aper*, & γένεσις, *fio*, *apragnos* vero explicationem verbi: *capragines*, esse, docet, ne feliciter aprum piscem, sed agrestem intelligamus; capraginem porro recte de lumbis dici, contendit.

¶ Capricornus, *i*, m. signum cœleste, steinbock; in quod Sol ingressus efficit solstitium brumale. v. Cic. in Arateis, & Horat. 2 od. 17, 20.

¶ 2. De capricorno in nummis v. Spanh. de usu. & præst. num. 5 p. 237.

¶ Caprificus, *i*, m. cum derivatis vide in *Ficus*.

¶ Caprigenus, *a, um*, ziegen-art. Plaut. Epid. 1, 1, 16 *Caprigenum hominum genus*, de iis, qui semper febricitant. Sic *Caprigenum pecus*, ex Cornificio & aliis Macrob. Sat. 6, 5 & Auson. epigr. 76.

¶ Caprimulgus, *i*, m. qui capras emulget. Pro convicio est Catullo 22 ad Varum:

Bellus ille & urbanus
Suffenus, unus caprimulgus aut fossor Rursus videtur.

¶ 2. Quo nomine avis etiam appellatur ægithalus, noctu stabula intrans, & lac capris exfugens, quod cum factum est, ubera earum emoriuntur, ipsique cæcitas oboritur. Avis est merulâ minimâ major, & cuculo minor, ein pfaff, ein nacht-rab. Apud Aristot. 4 Hist. anim. 30 αἰγοθήλας nominatur. Consule Plin. 10, 40.

¶ Capripes, *pĕdis*, cui pedes sunt caprini, bockfüßig; ut *Capripedes Satyri*, apud Horat. 2 od. 19, 4. Et Propert. 3, 16, 34

Capripedes calamo Panes hiante canent.

¶ Rupicapra, vide infra *Rupes*.

¶ Sēmicāper, *pri*, m. Panis & Faunorum cognomen. Ovid. Met. 14, 515 *Semicaper Pan.* ... Et Fast. 5, 101

Semicaper coleris cinctutis Faune Lupercis.

Capesso, vide in *Capio*.

CĂPHĂREVS, *ei*, m. trisyll. Mons Eubœæ altissimus Hellespontum versus: apud quem plurimum Græcorum classis afflicta est propter Palamedis necem: ex quo Virgilio 11, 260 *ultor* appellatur. Vide ibi Servium; ex quo addices etiam, cur *fallax* Senecæ in Agamemnone v. 556 appelletur, & intelliges Ovid. R. A. 735 sq. Nimirum Nauplius Palamedis pater fublata noctu face, portus opinione illexit classem in scopulos.

¶ Caphăreus, *a, um*, quadrisyll. adject. Propert. 3, 6, 39

Saxa triumphales fregere Capharea puppes.

CĂPILLVS, *i*, m. θρὶξ, πλόκαμος, est capitis pilus, haupt-haar; unde ineptiunt, qui dicunt *capitis capillus*. Neque tamen de hominibus tantum, sed & de pilis brutorum usurpatur. Catull. epigr. 25, 1

Cinede Talle mollior cuniculi capillo.

Gell. 2, 1 *Si ovium lacte hedi, aut caprarum agni alantur, constat ferme in his lanam duriorem, in illis capillum gigni tenuiorem*, v. Broukh. ad Tib. 1, 10, 68. *Mollem* vocat Horat. de Arte P. v. 33. *Passus*, *solutus*, *lapsus*, *sparsus*, *fluens*, *fusus capillus*, freyes fliegendes haar: cui opponitur *nexus*, *colligatus*, *vinctus*, *tortus*, *flexus*, gebunden, geflochten haar. *Capilli ingenio suo flexi*, die von natur kraus sind: cui *calamistrati*, *ornati*, opponuntur, aufgekräuselt haar. *Demissus capillus*, Ovid. Heroid. 15, 127 das man lang wachsen lassen. *Horrens capillus*, vel *horridus*, ap. Plin. 7 epist. 27 & Cic. pro Sextio c. 8, quem *rigidum* Ovid. Met. 10, 425; *Erectum* Iuvenalis dixit 11, 149, struppicht und in die höhe stehendes haar. *Capilli vari & cedentes*, Plin. 3 epist. 6, dünne ausfallende haar. Ovid. de Arte 3, 133 *Non sint sine lege capilli.* Id. de Medic. fac. v. 19 *Vultis odoratos positu variare capillos.* Apul. Apol. p. 276 *Capillus incredibilis flexionis incuria*, verwirrte haare, zu denen zopf. Moris etiam reis erat, capillum submittere, de quo Plin. Epist. 7, 28, ubi v. Interpp. Capillos in mortui gratiam tondebant veteres, crinesque sectos in eum conjiciebant. v. Dausquej. ad Coinct. Calabr. p. 40. Publii minus est: *Etiam capillus unus habet umbram suam*, id est: Nihil est tam minutum, quod non possit aliquid. Apul. 2 Milet. p. 118 *Si cujuslibet eximie pulcherrimæque feminæ caput capillo exspoliaveris, & faciem nativa specie nudaveris; licet illa cælo dejecta, mari edita, fluctibus educata: licet, inquam, Venus ipsa fuerit, licet omni Gratiarum choro stipata & toto capidinum populo comitata, & baltheo suo cincta, cinnama fragrans, & balsama rorans; calva processerit: placere non potevit, nec Vulcano suo.* Et post pauca: *Tanta denique est capillamenti dignitas, ut, quamvis auro, veste, gemmis, omnique extero mundo exornata mulier incedat: tamen nisi capillum distrinxerit, ornata non possit abire.* Quibus rebus commendetur capillus, docet Iunius de pict. Vett. 3, 9, 6. ¶ 2. *Capillus* pro barba. Cic. Off. 2, 7 *Dionysius cultros metuens tonsorios candenti carbone sibi adurebat capillum.* ¶ 3. *Capillus Veneris*, τὸ ἄδιαντον, maurrauten. vid. *Adiantum*, & Apul. de herb. c. 47.

¶ Capillulus, *i*, m. dimin. Lyricum, quod vulgo Corn. Gallo tributum fuit:

Pande puella, pande capilulos
Flavos, lucentes ut aurum nitidum, &c.

¶ Cāpillamentum, *i*, n. τρίχωμα, capillorum complexus arte factus. Quare & illæ fictitiæ & supposititicæ comæ hoc nomine veniunt: quarum aliæ nunc totum verticem galeæ atque operculi instar, (perruquen,) aliæ cervicem tegunt, (touren). Tertull. de Cultu fœm. c. 7 *Adfigitis præterea nescio quas enormitates fictilium & textilium capillamentorum, nunc in galeri modum, quasi vaginam capitis, & operculum verticis, nunc in cervicem retro suggestum*, id est, *suggestum*. Adde alium ejus locum, quem laudamus in *Supparo* ex *Pario*. Suet. Calig. c. 11 *Cuneas atque adulteria capillamento celatus & veste longa noctibus obibat.* Polyb. 3, 78 auctor est, Hannibalem Gallorum levitatem veritum metuentemque, ne vitæ suæ insidiarentur, capillamenta (περιθέτους τρίχας ipse appellat) concinnasse omnium ætatum formis convenientia iisque ita usum, ut alia aliis subinde mutaret, & ita falleret. Quod procul dubio recogitavit Barclajus, cum in Argenide sua 1, 9 simile quoddam capillamentum latrones cujusdam fingeret. Vide infra in *Galerus*. ¶ 2. *Capillamenta* etiam dicuntur de feminibus & radicibus, die faser an wurtzeln und samen. Plin. 19, 6, ubi de plantis agit, quæ in radices excrescunt, de radicibus capillatis hoc fert judicium: *Quæ rectam non habent radicem, statim plurimis nascuntur capillamentis.* Et Colum. 4, 11, 1 *Capillamenta seminum.* Add. 4, 22, 4 *Ex minimo capillamento vitis potest fieri farculus.*

¶ Capillor, *ari*, haare haben. Plin. 37, 11. Hinc

¶ Capillātus, *a, um*, haaricht; ut, *Occasio fronte capillata*; vide Occasio in *cado*: *Bene capillatus*, der sehr viel haare hat, Cic. 2 Agr. 22, qui ante paullo c. 5 etiam comparativo usus erat: *Capillatior quam ante, barbaque majore.* ¶ 2. *Capillati* absolute sunt pueri nobiles, quibus coma alitur, apud Martialem 3, 57; & 10, 62. ¶ 3. Etiam de aliis rebus, ut, *Capillatæ radices*, Plin. 19, 6, fäsichte wurtzeln.

¶ Capillatio, *ōnis*, f. ein haar-busch, haar zierde. Paullinus Nolan. ep. 23 n. 23 ad Severum: *Honori fuit capillatio*, viel haar haben stund erbar. ¶ 2. Morbus veliceæ proprius, der haarfall. Cæl. Aurel. Var. 5, 4 *Scabies, capillatio, debilitas.*

¶ Capillatura, *æ*, f. das haar, haarschmuck. Cæl. Aurel Acut. 2, 9 *Manente capillatura.* Id. 1, 11 *Præreptâ capillatura.* conf. Tard. 1, 1, 35 & 2, 1, 36. *Structores capillaturæ*, Tertull. de cultu fœm. c. 7, haarschmücker, perruquenmacher.

¶ Capillīgo, *ĭnis*, f. *capillus*. Tertull. de Anima c. 51 *Pro cerebri ubertate vel affluit capillago, vel deserit.*

¶ Capillitium, *ii*, n. idem. Apul. 2 Milet. p. 115 *Flavum & inaffectatum capillitium*, schön gelbes haar, daran nichts gekünstelt ist.

¶ Capillāre, *is*, n. eine haar-haube; reticulum quo capilli involvuntur; aut unguentum capillorum. Martial. 3 epigr. 82.

¶ Capillaris, *e*, hörin; adject. ut, *Herba capillaris*, Apul. de Herb. c. 47. *Capillaris arbor*, seu *capillata*, arbor antiquissima Romæ, ad quam capillum tonsum virgines Vestales suspendebant, Deo consecrantes. Fest. & Plin. 16, 44.

¶ Capillaceus, *a, um*, idem vel tenuitatem, vel similitudinem capilli significat; ut, *Coma capillacea*, Plin. 12, 25. *Folium capillaceum*, Id. 13, 25.

¶ Capillōsus, *a, um*, voll haar. Cæl. Aurel. 5, 4 *Capillosum sedimen.*

¶ Atricapillus, vide supra *Ater*.

CĂPIO, *cēpi*, *captum*, *capĕre*, λαμβάνειν, haben, fangen, fassen, nehmen; verbum est fœcundissimum plurimis bonis formulis. Habet autem reciprocum quemdam usum, ut Valla admonet lib. 6, qui diligenter observandus & discernendus est. Rectum enim utrumque est, *Capio voluptatem*, & *cepit me voluptas*, v. Cort. ad Sall. Iug. 85, 1. *Capio desiderium*, & *cepit me desiderium*, ich habe verlangen. Ter. Hec. 1, 2, 12. Neque tamen eadem plane in talibus significatio. Nam *cepi somnum, delectationem* &c. significat nos illos esse habitos; *sed captus sum somno, voluptate*, nos ab iis victos. *Capere animo* vel *cum animo*, etwas gutes lernen. Plaut. Trin 3, 3, 24. *Capere animum*, Cæsar. 1, 6, zur wehr ermuntern, sich rüsten. *Capere cibum*, essen. Ter. Eun. 2, 2, 24. *Capere fractum*, confessen, Cic. fam. 10, 5. *Capere veniam*, um verzeihung bitten, abbitten, Id. pro Mur. c. 4. *Metus, quod non facile capiebare possumus*, die von uns nicht leicht zu fassen sind, Cæsar 1, 14, 12. Sed Offic. 2, 5 *Capiendi* capere significat conjulere, recte Manut. ut interpretatur Hemr. Stephanus Sched. 2, 25. *Capere detrimentum*, schaden nehmen. Nota formula. *Videant consules, ne quid respublica detrimenti capiat*, Cic. Cat. 1, 2; Sallust. Cat. c. 29; Liv. 3, 4. Hac armati COSS. majorem & extraordinariam agendi potestatem accipiebant. *De aliqua exemplam capere*, Ter. And. 1, 1, 77. *Capere quem sua humanitate*, i. e. afficere, einen gewinnen. Nep. 7, 3. *Capit me tadium istius rei*, Liv. 8, 2, ich bin des dings ungeduldig. *Capere nutum*, mändelbar werden, gehorchen. Colum. 3, 12 de vitibus ponendis: *Torta & recurvata quum deponeretur, coperat vitium.* Ovid. 1 Pont. 5, 5 *Cernis, ut ignavum corripuerit ortus agrum, Vt capiat vitium, ni moveatur, aqua.* ¶ 2. *Capere honores*, dignitates, ämter erlangen, consequi, impetrare, erlangen, Nep. Attic. 7, 2. *Capere pœnam de aliquo*, punire est, Liv. 2, 5. *Sed Pœnam capere*, est invehi. Cæs. 6 C. 43 &

Onerariæ duæ eosdem portus capere non potuerunt. ¶ 3. *Capere* etiam pro eligere & deſtinare, erkieſen, erwehlen, annehmen. Ter. Hec. 4, 1, 22 *De hac re locuta es, cum illum generum cepimus.* Vellej. 2, 74, 3 *Fulvia belli ſedem Præneſte cepevat.* Sic, *Capere aliquem judicem*, Plaut. Merc. 4, 3, 34; *arbitrum*, Ter. Heaut. 3, 1, 94. ¶ 4. Speciatim *Capere* verbum pontificiale eſt, cum virginem legit, quæ ſacra Veſtæ adminiſtret. Itaque cum ſacerdotio iſti deſtinaretur virgo aliqua, tum *capi* proprie dicebatur. Prehenſa enim pontificis maximi manu a parente, in cujus poteſtate erat, velut capta bello, abducebatur. Quamquam & ipſi pontifices flaminesque & augures *capi* dicebantur: lege Gellium 1, 12. Tac. an. 15, 22 extr. *Defuncta-que virgo Veſtalis Lælia, in cujus locum Cornelia ex familia Coſſorum capta eſt.* ¶ 5. *Capere* eſt decipere, fraudare, fangen, berücken. Cic. in Acad. 4, 20 *Sapientis eſt cavere, ne capiatur; ne fallatur, videre.* Id. pro Mur. c. 10 *ICti eſt cavere, ne ſui conſultores capiantur.* Id. pro Cæcina c. 29 *Æquitatem rei verbi laqueo capi non oportet.* ¶ 7. *Capere* pro occupare, einnehmen. Virg. Æn. 6, 754 *Tumulum capit.* Curt. 6, 3, 10 *Aut quæ cepimus, amittenda ſunt, aut quæ non habemus, occupanda.* Liv. 3, 71 *Quem agrum miles pro virili parte manu cepiſſet.* Cic. pro Sext. c. 5 *Capere otii portum*, ſich zur ruhe begeben. ¶ 7. *Capi*, id eſt, delectari, ineſcari, irretiri, beluſtiget oder eingenommen werden, ut, *Capi dulcedine vocis.* Ovid. Met. 1, 709. *Capi pictura*, vel *capit me pictura*, id eſt, voluptate & delectatione afficit, Horat. de arte v. 361. *Hoc capit aurem*, es iſt lieblich zu hören, Phædr. 2, 1, 6. ¶ 8. *Capere* pro continere, complecti, begreiffen. Ter. Heaut. 2, 3, 13 *Dii boni, quid turbæ eſt, ædes noſtræ vix capient, ſcio*, ein ſo groſſer hauſe geht kaum in unſer haus. Ad eumdem modum Curt. 7, 8, 12 *Orbis te non caperet*, die welt würde dir zu enge ſeyn. Virg. Æn. 9, 644 *Nec te Troja capit.* Sic *capere* dicimur, quæ in natura noſtram, ſenſum & vires cadunt, quibusque comprehendendis aut ſuſtinendis pares ſumus. Curt. 7, 8, 13 *Concupiſcis, quæ non capis*, was dir zu hoch iſt. Id. 3, 13, 20 *Magnitudinem fortunæ non capit.* Et 9, 3, 7 *Quidquid mortalitas capere poterat, implevimus.* Plin. Paneg. Traj. c. 46 *Ex quo manifeſtum eſt, principum diſciplinam capere etiam vulgus.* Capitol. Vita Veri extr. *Nota eſt fabula*, quam *Marci vita non capit*: id eſt, quæ non cadit in Marci vitam, quæ aliena eſt a ſecta & inſtituto Marci. Idem Plin. Paneg. c. 61 *Magnus memorandusque qui tantum præmium* (de Conſulatu loquitur) *cepit. Sed major qui capienti dedit*: Vbi *Capere* non eſt ſimpliciter accipere delatum; ſed quatenus menſuram ejus implere poteſt; quatenus capax eſt quaſi; ſive dignus conſulatu, & ei adminiſtrando cum laude par. Prudent. Apoth. v. 86 de Deo intelligens:

Nec capit humanis angoribus excruciari,

i. e. naturæ ejus adverſum eſt. ¶ 9. *Capere* eſt etiam intelligere, verſtehen, ſich dareit finden. vid. quos laudat Burm. ad Quint. decl. 382 p. 780, ubi *Capere libertatem publicam*, eſt noſſe quanta ſit libertas. Sic Prudent. Apoth. v. 783

Objicit: anne fides capit, ut ſubſtantia ſtante
Inſpirata Deo cruciatum ſentiat?

id eſt, poteſtne hoc capere, ſeu intelligere fides, & perſuadere ſibi deinceps &c. Sic *Aliquem intelligere & capere*, einer weiſe wiſſen, inne haben; Plin. 8 ep. 23. Singulare exemplum illud Ovid. Triſt. 3, 4, 30 *Cepiſſet genitor ſi Phaëthonta Merops*, i. e. ſi ille pater filii iſtius, qui ad majores aſpirabit, fuiſſet capax. Plin. 16, 16 *Si magnitudinem menſarum caperet*, wenn es zureichte tiſche daraus zu machen. ¶ 10. *Capſo, is, it* &c. pro *cepero, ris, it*, antique Plaut. Bacch. 4, 4, 61; Pſeud. 4, 3, 6; & Rud. 2, 1, 15. vid. *Capſis* poſt *Captivo*. ¶ 11. *Capere* & *rapere* ſæpe ab indoctis librariis permutari, Drakenb. ad Liv. 6, 23, Burmann. ad Lucan. 4, 149, oſtendit.

¶ Captus, *a, um*, idem ac occupatus, victus, captivus, erobert, gefangen. Nep. 11, 2, 5 *Urbem captam incendio delere.* Id. 7, 5, 6 *In captos clementia uti.* Cic. Cat. 3, 7 *Belli duces captos jam & compreheuſos tenere.* Florus 1, 11 *Captum oppidum, captam hoſtium claſſem, capta caſtra* dixit. Terent. Heaut. 3, 3, 47 *Dicam hanc eſſe captam e Caria Ditem, nobilem: Captam*, id eſt, *Captivam.* Virg. Æn. 2, 64 de Sinone: *Certantque illudere capto.* & v. 75 *Quæ ſit fiducia capto.* Vopiſc. in Aurel. c. 20 *Cujuslibet gentis captos non abnuo.* Ita enim in Palatino MSto & editione veteri invenit Salmaſius. Nam vulgo *Captivos* legitur. Conf. Drakenb. ad Liv. 6, 22. Proverbium ſapit, & translationem a venatu ferarum in illo Terentii And. 1, 1, 55 *Captus eſt, habet.* Cæl. Cic. fam. 8, 2 *Obſtupui & mihi viſus ſum captus eſſe.* ¶ 2. Affectus, motus, bewogen, eingenommen. Sic ſæpe Nepos, ut, 1, 2, 5 *Non dicto, ſed ſecunda fortuna adverſariorum capti, reſiſtere auſi non ſunt.* Id. 2, 8, 7 *Viri captus miſericordia*, aus mitleiden. Id. 25, 4, 1 *Adoleſcentis captus & humanitate & doctrina*, i. e. delectatus & quaſi conſtrictus. Sic & Ter. Adelph. Arg. v. 3 *Cithariſtriæ lepore captus.* Horat. 2 od. 18, 36 *Auro captus*, i. e. corruptus. ¶ 3. Suſceptus, electus, conſtitutus, gefaßt, erwehlt. Plaut. Stich. 4, 1, 72 *Capti conſilii memor.* Id. Menæch. 1, 2, 54 *Captum ſit colloquium augurum.* Sic *captus augur, captus judex, captus arbiter.* vid. Turneb. 30, 29: & Meurſ. Exerc. Crit. 1, 3. Feſtus: *Captus dicebatur locus ad ſacrificandum legitime conſtitutus.* ¶ 4. Obſerva & privationis formulas: ut, *Captus mente*, Cic. Off. 1, 27; & *Animo captus*, Sen. Herc. Fur. v. 107, wahnwitzig. *Captus auribus & oculis*, id eſt, auditu & viſu orbatus, Cic. Tuſc. 5, 40. *Luminibus captus*, id eſt cæcus, Liv. 9, 29 extr. dixit.

¶ Captus, *ſis*, m. ſubſt. proprie actus capiendi, apprehenſio, der begriff, die faſſung. Val. Max. 3, 3 extr. *Virtus in captu bonorum ſuorum tibi ipſi pondus examinandum relinquit.* ¶ 2. Eſt vis ingenii ac menſura, ſive conditio. Ter. Adelph. 3, 4, 34 *Vt captus eſt ſervulorum*, ſo weit ſich ihr verſtand erſtreckt. Cic. Tuſc. 2, 27 *Græci prudentes, ut eſt captus hominum, ſatis, hoſtem adſpicere non poſſant.* Apul. Apol. p 277 *Ego certe pro meo captu dixerim.* Gell. 1, 9 *Pro captu ſolertiæ.*

¶ Captūra, *æ*, f. der fang; ut, *Piſcium captura*, fiſchung; *Aviumcaptura*, vogelfang; *Ferarum captura*, wildfang. Plin. 19, 1 *Eſt ſua gloria & Cumano lino in Campania, ad piſcium & alitum capturam.* Frontinus 3 Strateg 3, 6 *Apros ſubminiſtrabam, quos ille, tamquam ex captura, Livio offerret.* ¶ 2. *Capturæ* etiam dicebantur fordidarum & obſcenarum mercedes, huren-lohn. Sen. Controv. 1, 2 *Manus capturas tulit*; modo dixerat: *pretia ſtupri accepiſti.* Suet. Calig. c. 40 de vectigalibus ab eo fœdiſſime & inſtitutis & exercitis: *Ex gerulorum*, inquit, *diurnis quæſtibus pars octava, ex capturis proſtitutarum quantum quæque uno concubitu mereret, exigebatur.* v. ibi Caſaub. & Taubm. ad Plaut. p. 1051, qui mendici etiam ſtipem, & mercenarii vilem mercedulam ſignificare annotat. Sic *Inhoneſti lucri captura invitatus*, Val. Max. 9, 4, 1, durch ſchändlichen genuß.

¶ Captio, *ōnis*, f. ein fang; *Piſcium, alitum captio.* ¶ 2. *Captio*, deceptio eſt vel argutia, berückung. Cic. Acad. 4, 14 *Ab illis, quæ clara per ſe ſunt, quaſi præſtigiis quibusdam & captionibus depelli.* Et c. 15 *Captiones diſcutere*, verfängliche ränke entdecken, widerlegen. Id. Att. 10, 15 *Servio omnes captiones in omni ſententia occurrunt*, id eſt, multa ei in mentem veniunt, quæ in contrariam partem diſputet. Nam Servius erat ICtus, cujus eſt cavere clientibus, ne capiantur. Id. Divin. 2, 17 *Indultis vos in captiones, quas nunquam explicabitis*, ihr verwickelt euch allzuſehr. ¶ 3. Accipitur etiam pro jactura. Id. Cic. Att. 5, 4 *Mea captio eſt*, ich leide ſchaden. Plaut. Moſt. 3, 3, 19 *Ne quid captioni mihi ſit.* Vlpian. 4 Dig. t. 1 l. 1 *Inciderunt in captionem.*

¶ Capio, *onis*, f. vox juridica, quæ, ut Gell. 7, 10 explicat, *eſt quaſi captio*; unde *uſus capio, pignoris capio*, de quibus ſuis locis. Sic & *Dominii capio* in l. 18 § 1 ff. de Damn. infect. integer quoque titulus in Iure civili, in ff. *de mortis cauſſa donat. & capionibus.*

¶ Captiuncula, *æ*, f. diminut. ein wörtgen, damit man einen fängt. Cic. Att. 15, 7 *Servius videtur omnes captiunculas pertimeſcere.* Gell. 16, 2 *Quid in illa captiuncula facient, in qua herere eos neceſſum eſt &c.*

¶ Captensŭla, *æ*, f. idem. ut, *Captenſulæ illigantes*, i. e. ſophismata, apud Mart. Capellam l. 4 p. 135.

¶ Captiōſus, *a, um*, betrüglich, verfänglich; ut, *Fallax & captioſa interrogatio*, Cic. Acad. 4, 15. Id. pro Q. Roſc. Com. c. 17 *Quo nihil captioſius dici poteſt.* Et Acad. Qu. 4, 16 *Captioſiſſimo genere interrogationis utuntur.* Gell. 16, 2 *Non eſt captioſis interrogationibus reſpondendum.* Abſolute Cic. Fin. 1, 7 *Qua via captioſa ſolvantur, oſtendit.* ¶ 2. Aliquando idem eſt ac damnoſus, ſchädlich, nachtheilig. Cic. pro Cæc. c. 14 *Eſt captioſum omnibus, rem ullam conſtitui ejusmodi.* Id. de Cl. or. c. 52 *Quam captioſum eſt populo!*

¶ Captioſe, adverb. idem. Cic. Acad. Q. 4, 29 *Nec captioſe interroganti reſpondebo.*

¶ Captīvus, *a, um*, gefangen, & ſubſt. ein gefangener. *Captivi ſive dedititii*, Cic. ad Brut. 3, 1, die ſich ergeben haben. Et Iuvenal. 7, 201 *Servis regna dabunt, captivis fata triumphos.* Iidem & *Capti* dicuntur, ut ſupra oſtenſum. *Captivos libertate atque immunitate donare*, die gefangenen pardoniren, Curt. 5, 3, 15. *Captivum aurum*, i. e. captum, das erbeutete gold, Id. 8, 7, 11. Et *Ingens pecuniæ captivæ modus*, Id. 5, 6, 8. *Captiva navis*, Liv. 23, 39; *captivus ager*, Id. 6, 22; *veſtis*, Virg. Æn. 2, 765.

¶ Captīvĭtas, *ātis*, f. die gefangenſchafft. Cic. pro C. Cornel. apud Aſcon. *Omnibus gentibus finem diuturnæ captivitatis afferre.* Sen. epiſt. 85 *Deſcribe captivitatem, verbera, catenas* &c. Tac. An. 12, 51, 2 *Morte contumeliis captivitatis eximi.* Id. Hiſt. 3, 70, 4 pluraliter: *Dum inter Veſpaſianum ac Vitellium prælii legionum, captivitatibus urbium, deditionibus cohortium judicatur.*

¶ Captīvo, *are*, captivum ducere, gefangen nehmen, führen, inferioris latinitatis eſt in Gloſſis, & apud Vulg. Interpr. Rom. 7, 23. Etiam Auguſtin. Civ. D. 1, 1 *Captivandi cupiditas.* Hinc

¶ *Captīvātor, *ōris*, m. in Gloſſis Lat. Græcis, & Auguſtin. ep. 199 *Captivatores tuos & depræ datores.* Sed veteres, & quicunque elegantioris notæ ſunt, tam verbum, quam derivata nomina abhorrent.

¶ Captivatio, *ōnis*, f. ejusdem cenſus eſt. vid. Cellarii Antib. p. 15.

¶ Captor, *ōris*, f. ein fanger, in Pſeudepigraphis Petronii p. 220

Et ſatur eſcali vulnere captor obit.

¶ Captrix, *icis*, f. Cæl. Aurel. Acut. 2, 39 *Injectiones* (h. e. *Clyſteres*,) *virium captrices*, h. e. minuunt & carpunt vires.

¶ Captatēla, *æ*, f. ut, *Captatela pallii*, Tertull. vide Salmaſ. de pallio p. 367.

¶ Căpax, *ācis*, weit, fähig; ut, *Vrna, vas capax*, ein gefäß darein viel gehet. Cic. in Orat. c. 29 extr. *Demoſthenes non ſemper implet aures meas, ita ſunt avidæ & capaces.* Superl. *Capaciſſima omnis ſecreti uxor*, Plin. 1, 12 die heimlichkeit verſchweigen kan. *Cibi vinique capaciſſimus*, Liv. 9, 16. Compar. Plin. 11, 37 *Capaciora inteſtina ad alvum.* Et Ovid. Met. 1, 76 *Mentis capacius altæ animal.* ¶ 2. *Capax*, paſſive, hoc eſt *capiendus*, poſteriori ævo inventur. Pet. Chryſol. Serm. 160 *Vniverſo ſeculo non capacem concludi corpore perpuſillo.* Et Serm. 6 *Deus incunabulis noſtris capax.*

¶ Capăculus, *a, um*, aliquantum capax, etwas fähig. Cathol.

¶ Capācĭtas, *ātis*, f. amplitudo, die weite, geraumigkeit, fähigkeit. Colum. 12, 43 *pro capacitate vaſorum.* Cic. Tuſc. 1, 25 *Vtrum capacitatem aliquam in animo putamus eſſe, quo tanquam in aliquod vas, ea quæ meminimus, infundantur?*

¶ Capacĭter, adverb. geräumlich, Auguſtin. de Trinit. 11, 2 *Primordia ſeminum efficaciter & capaciter ſequuntur intentionem maternæ animæ.*

¶ Capābĭlis, *e*, fähig, novum & vulgare. vide *Incapabilis.*

¶ Capeſſo, *ivi, itum, ĕre*, annehmen, antreten, jungitur cum multis, cum-quibus & *capio*: ut, *Capeſſere arma*, Virg. Æn. 4, 234; *cibum*, Cic. Nat. D. 2, 47; *magiſtratum, rempublicam*, ein amt, das regiment antreten. Salluſt. B. Cat. c. 52 *Expergiſcimini aliquando, & rempubl. capeſſite*, hoc eſt, defendite. *Libertatem capeſſere*, die freyheit ergreiffen, Cic. Phil. 10, 9. *Capeſſere pugnam*, Liv. 2, 6. *Capeſſere fugam*, Id. 1, 25, die flucht nehmen. Liv. 21, 4 *Plurimum*

mum audaciæ & periculæ capeſſenda, gefahr über ſich zu nehmen. *Domum capeſſere*, ſich nach hauſe machen. Plaut. Amph. 1, 1, 106.

¶ Capto, *avi, atum, are*, petere eſt; ſive quærere aut dare operam, ut capias nach etwas trachten, greiffen, ſchnappen. Plaut. Pſeud 5, 1, 6 *Vinum doloſus ſit lucrator, pedes captat primum.* Sic, *Captare canas divitum*, Petron. c. 3 *Captare favorem*, ſich inſinuiren. Quintil. 6, 1. Plin. Epiſt. 2, 20 *Regulus qui nuper eam captare coeperat*, h. e. delinire, per illecebras venari. Cic. in Piſon. c. 25 *Inania ſunt iſta, mihi credè, delectamenta pœne puerorum, captare plauſus, ſpectari per urbem, conſpici velle.* Plura ad eumdem modum, ut, *Captare occaſionem*, gelegenheit ſuchen. Cic. Aruſp. c. 25 &c. *Captare umbras, frigora*, nach einem kühlen ort ſich umſehen. Virg. ecl. 1, 53 *Captare omnibus aliquid*, id eſt, de alicujus rei eventu omina five præſagia colligere, Suet. Tib. c. 14. *Captare teſtamenta*, Horat. 2 Sat. 5, 23 dicitur, qui fictis obſequiis ſenes orbos ambit, ut in ſuprema teſtamenti tabulis aut hæres, aut inter legatarios ſcribatur. Ita *Captare hereditates, legata*, apud ICtos leguius Iuvenalis, ſive quicunque alius auctor ſit, Satyræ de militiæ bonis, quæ Iuvenal. 16 eſt, v. 54 *Ergo Coranum,*

Signorum comitem caſtrorumque æra merentem
Quamvis jam tremulus captat pater.

Vbi *Captare* abſolute pro *hereditatem petere* ſive *captare* ponitur. Vnde & *Captatores* κατ' ἐξοχὴν hæredipetæ, hoc eſt, qui hæreditates captioſe ambiunt, appellantur. Nempe *Captare* eſt callide & inſidioſe petere. Vide Plautinos interpretes ad illud Moſt. 5, 1. 21 *Dole atque aſtute mihi captandum eſt cum illo, ubi hic advenerit*, ich muß es künſtlich mit ihm anfangen. Id. Amph. 1, 1, 266 *Quid me captas carnifex?* was ſuchſt du mich zu betauſchen? Et 2, 2, 163 *Me captas*, du willſt etwas auf mich bringen, & v. 189 *Sime impudicitiæ captas, non potes capere*: id eſt, ſi me decipere quæris, ut impudicitiæ arguas &c. Hæc ex foro Græcorum petita videntur, ubi ὁ ὠνούμενος actor eſt, ὁ Φεύγων reus, qui ἁλώνυι, i. e. capi dicitur, quando convincitur & damnatur. Ter. Hec. 1, 1, 15 *Injurium eſt autem, ulciſci adverſarium; aut qua via captent te illi, eadem ipſos capi?* Sæpe hoc verbum Infinitivo jungitur: Phædr. 4, 7, 6 *Quid me, ſtulta dente captas lædere* v. Menecken. Obſerv. L. L. p. 94.

¶ Captătio, *ōnis*, ſ. prehentio, ut Cicero vocat, das trachten oder nachjagen; ut, *Captatio teſtamenti*, Plin. 20, 14. *Captatio verborum*, quæ verbis fit, Cic. Partic. Orat. c. 23, diſputandi prudentiæ opponitur, eſtque adeo nihil aliud quam λογομαχίας ſpecies, wenn man einander die worte auffänget.

¶ Captător, *ōris*, m. ein laurer, der nach etwas ſtrebet. *Captator auræ popularis*, Liv. 3, 33. Prudent. in Vincent. v. 19 *Captator ut vitulum lupus Rapturus alludit prius.* ¶ 2. Κατ' ἐξοχὴν & abſolute *Captatores* dicuntur, qui hæreditates ac legata ambiunt, ein beſchleicher; eamque ob rem ſenes orbos & divites ſectantur, & ſimulato obſequio inſidioſique munuſculis conciliare ſibi ſtudent, omnis injuriæ non ſine fœdiſſima humilitate patientes: quo nomine eos & Tertullianus perſtringit de Patientia extr. item S. Hieronymus ad Nepotianum de Inſtitutione Clericorum: namque hos ipſos ſcabies iſta jam tum infeſtabat. Vide & Horat. 2 Sat. 5, 77 & Martial. 4 epigr. 63. Iuvenal. 10, 202

Vique adeo gravis uxori gnatisque ſibique,
Vt captatori moveat faſtidia Craſſi.

Extrema reliquiarum Petronii c. 141 etiam ad deſcribendos *captatorum* dolos ac miſerias pertinent. conf. c. 124, 125.

¶ Captatrix, *īcis*, f. die nach etwas trachtet. Apul. Doctr. Plat. 2 p. 16 *Adulandi ſcientia, captatrix veriſimilium.*

¶ Captatorius, *a, um*, ſchleicheriſch, ſchmeichelhafft; ut, *Captatoriæ ſcripturæ & inſtitutiones*; id eſt, tubdole expreſſæ. Vide ICtos.

¶ Captĭto, *are*, aliud frequentativum ejusdem Apuleji de Deo Socratis p. 52 *Omina vulgo loquentium captitaſſe*, i. e. ex ſermone temere loquentium aliquid arripuiſſe, quod in omen verteret v. *Omen.*

¶ Capſis, antique pro *capeſſis*, apud Cic. in Orat. c. 45: Quintil. 1, 5. v. *Capſo, ſis, ſit*, in *Capio* n. 9.

¶ Alia derivata: ut, *Capis, Capiſtrum, Capſa, Capula, Capulus*, &c. paullo poſt ſingulatim expoſita habebis, & *Capedo* paullo ante.

Compoſita a Capio & Capto:

¶ Accĭpio, *cēpi, ceptum, cipĕre*, nehmen, annehmen, empfangen. *Beneficium accipere, libertatem vendere eſt*, Publii eſt. *Quod dat, accipimus*, Cic. fam. 1 ep. 1. ¶ 2. Eſt & diſputantium verbum cum concedunt & velut admittunt & approbant aliquid, quod alter poſuit ante: pro quo alii & *Dare* & *Suſcipere*, dicunt, de quibus infra, zugeben. Gellius 18, 1 cum diſputationem quamdam a Stoico & contra a Peripatetico, arbitro Phavorino, factam refert: *Rogo te, inquit*, (Peripateticus) *cum bona venia reſpondeas, an exiſtimes vini amphoram, cum abeſt ab ea mus congius?* *Hoc ubi* accepit *Stoicus: Minime, inquit, vini amphora dici poteſt, ex qua ab ſit congius. Hoc ubi* accepit *Peripateticus: Vnus igitur, inquit, congius amphoram facere dici debebit* &c. Hinc & communiter huic verbo in aſſenſu eſt locus. Ter. Eun. 3, 5 v. 48 ex perſona Chæreæ, qui pro Eunucho deductus erat Dori nomine: *Vbi nos laverimus, ſi voles, lavato: accipio triſtis*: id eſt, annuo, triſtior tamen atque invitus. Sed ad ſtabellum, quod illi ſimulabatur, refert Daceria. Id. Heaut. 2, 2, 96 *Nihil fati firmi video, quamobrem accipere nunc mihi expediat meam*, id eſt, quamobrem mihi expediat admittere, & approbare hoc meum plenum conſilium. Sic *Accipere conditiones*, dixit Cic fam. 16 12. *Exceſſationem accipere*, Id. 4 ep. 4 *Verbum in deditionem accipere*, eine ſache durch Herolds übergabe einnehmen. Cæſ. B. G. 2, 13 *In deditionem Sueſſones accipit* ¶ 3. Interdum *Accipere* idem eſt quod *audire, intelligere*, vernehmen: ut & contra *dare* pro *dicere*, uſurpatur. v. Nep. 23, 2, 4. Virg. Æn. 2. 65

Accipe nunc Danaûm inſidias, & crimine ab uno
Diſce omnes.

Ter. Hec. 4, 3 pr. *Quem eum iſthoc ſermonem habueris, procul hinc ſtans accebi*, ich habe es von ferne gehöret. Cic. de Divin. 1, 5 *Si ſint ea genera divinandi vera, de quibus accipimus.* Epiſt. ad Div. 1, 6 *Quæ gerantur accipies ex Pollione. Scire & accipere* Pomp. Mela Prooem. Sic *Auribus aliquid accipere*, anhören, Cic Phil. 8, 1 3: Nep. 20, 2, 2. Tac Hiſt. 3, 1, 4 *Obtrectatio & livor pronis auribus accipiuntur. Graviter accipere.* Plin. epiſt. 8, 10. Ter. And. 2, 3, 23 *Sed ſi te æquo animo ferre accipiet*; hoc eſt, animadverſet vel intelliget, wird er mercken. Id. Adolph. 4, 3, 15 *Accipere omnia ad contumeliam*, alles vor ſchimpf aufnehmen. Et Eun. 1, 2, 2 *Accipere aliorſum*, id eſt, in aliam partem interpretari, anders deuten. *Accipere aliter atque* &c. Id. Heaut. 2, 3, 23. Quemadmodum & *in bonam* vel *malam accipere partem*, apud Cic. Att. 11, 7 & fam. 10, 6 für gut oder ungut annehmen, wohl oder übel auslegen. *In eam partem accipio*, ich will es alſo verſtanden haben, Ter. Eun. 5, 2, 37 ¶ 4. Eſt & invitatorum, vel hoſpitum, verbum, cum vocatos aut hoſpites ſuos *bene* vel *male* dicuntur *accipere*, wohl oder übel pflegen, bewirthen, tractiren. Virg. Æn. 3, 353

Illos porticibus rex accipiebat in amplis.

Vbi Servius: ACCIPIEBAT: *Paſcebat.* Vt Ter. Eun. 5, 3, 52 *Accipit homo melius nemo, neque prolixius.* Ovid. Faſt. 2, 725

Tarquinius juvenis ſocios dapibusque meroque Accipit.

Plaut. Ciſt. 1, 1, 11 *Ita in prandio nos lepide atque nitide Accepiſti apud te, & aquam quoque large adminiſtrabit, & dicet,* ECQVID BENE ACCEPTVS ES? A convictibus hic ſermo ad mala verba & plagas ipſas etiam transfertur: quemadmodum & nos dicimus, einen übel empfangen, bewillkommen, tractiren, in quem verberibus aut maledictis ſævimus. Plaut. Amph. 1, 1, 129 *Ego pol te iſtis tuis pro dictis, & malefactis furcifer accipiam.* Cic. Verr. 1, 54 *Male accepit verbis Rabonium.* Sic & Brutus ad Cic. fam. 11, 13 *Copiole noſtræ ſunt extenuatiſſimæ & inepta omnium rerum peſſime acceptæ.* Et Nepos 18, 8, 1 *Male acceptum eſſe* dicit, qui prælio fuſus fugatusque eſt. Cic. Att. 10, 7 *Quintum puerum accepi vehementer*, ich habe ihn hart angelaſſen. Sic *Accipere bene, commode, clementer, comiter*, ſich gegen einen freundlich ꝛc. erzeigen. ¶ 5. Sicut *Dare* Medici dicuntur, cum medicamenta exhibent; ſic contra ægroti *Accipere*, cum ſumunt. Quo verbo frequenter uſus Plinius. Sicut & nos dicimus, arzney nehmen, oder einnehmen. Iuſtin. 12, 10, 3 *Per quietem regi monſtrata in remedia veneni herba eſt, quam in potu accepta, ſtatim periculo liberatus eſt.* v. Burm. ad Quint. decl. 15, 6 p. 312. ¶ 6. Sæpe & pro *conſequi* ſive *impetrare* ponitur; ut, *Accipere ventam*: *accipere provinciam*, & alia; überkommen, erhalten. Iuſtin. 5, 4, 4 *His malis fratri, pacem petierunt: quam ne acciperent, opera eorum effectum eſt, quibus ea res quæſtum præſtabat.* Nep. 22, 3, 3 *Hannibal ab exercitu accepit imperium.* Id 9, 1, 3 *Calamitatem accipere*, unglück haben. Cic. 5 Tuſc. 19 *Accipere quum facere præſtat injuriam*, unrecht leiden. ¶ 7. Acceptŏ, *are*, antiquum pro *accepero*. Nonius 2, 51 ex Pacuvii Teucro: *Haud ſinam quicquam profari, priusquam acceptſo, quod peto.* ¶ 8. *Accipere* & *Aſſpicere* ſæpe permutantur in MSS. v. Burm. ad Quint. decl. 15, 14 p. 321; & Drakenb. ad Sil. 5, 573.

¶ Acceptus, *a, um*, erlangt, erhalten, empfangen. Nep, 13, 1, 1 *A patre accepta gloria.* Id. 21, 1, 5 *Arma a patria accepta adverſus hoſtes.* Id. 18, 8, 1 *Male acceptus.* ¶ 2. Idem quod gratus, probatus, lieb, gefällig, angenehm. Nep. 23, 7 *Munus gratum acceptumque.* Cæſ. B. G. 1, 3 *Maxime plebi acceptus erat.* Et Liv 3, 69 *Ravo alias oratio acceptior plebi* Idem 1, 15 extr. *Romulus acceptiſſimus militum animis.* Et Iuvenal. 3, 58 *Divitibus gens acceptiſſima noſtris.* ¶ 3. Eſt & elegans loquendi modus: *Acceptum referre*, quo in utramque utimur partem; ut in bonam: *Omnem tranquillitatem & quietem ſenectutis acceptam refert clementiæ tuæ*, Cic. pro Dejot. c. 13, das hat er dir zu danken. *Cbærilus retulit acceptos Philippos ineptis verſibus*, i. e. gloriatus eſt, ſe beneficio verſuum numnos imagine Philippi ſignatos obtinuiſſe, Horat. 2 epiſt 1, 234. In malam: *Omnia quæ vidimus (quod autem mali non vidimus?) ſi recte rationem habemus, vni accepta referemus Antonio*, wir haben ihm alles zuzuſchreiben, Cic. Phil. 2, 23. *Facere acceptum*, hoc eſt, ab *aliquo acceptum profiteri.* Catull. 36, 16 *Acceptum face, redditum ac notum.* Vim L. 2 ep. 4 *Quicquid mihi pater tuus debuit, acceptum ei fieri jubeo.* v plur. ap Menecken. Obſ. L. L. p. 8. Eſt autem hæc forma loquendi a rationibus ſumta: quarum aliæ *accepti* ſunt, aliæ *expenſi rotuli*. ¶ 4. *Acceptum* enim in neutro abſolute dicitur, quicquid ab aliis dono, mutuo aut alio modo accipimus. Itaque in rationibus alterum caput *acceptorum* eſt, (die einnahme) alterum *expenſorum* (die ausgabe,) ſive *datorum*: nam & ita aliquando vocatur. Cic. de Amic. c. 16 *Hoc quidem eſt nimis exitiale & exiliter adeodatus revocare amicitiam, ut par ſit ratio acceptorum & datorum.* Idem pro Roſc. Com *Tabulas accepti*, & *tabulas expenſi* dixit principio ſtatim. Cum autem ab eo qui expendit, initium hujus actionis ſiat, cui deinde ab altera parte reſpondet, & viciſſim in tabulas ſcribit, qui accipit: hinc *expenſum ferre* dicunt, ſed *acceptum referre* boni & antiqui auctores, ut *dare epiſtolam* de eo, qui ſcribit, *reddere*, de eo, qui perfert. Cic Verr. de Prætura Vrb. 1, 39 *Satis te elatſarum omni ſuſpicione arbitrabere, ſi quidem pecuniam credebas, iis expenſam non referres, cum tot tibi nominibus acceptum Cæcili referrent? Quod prædicat tibi, te expenſum illis non tuliſſe?* quem locum cum aliis explicamus in *expenſum* in *Pendo*. Nec tamen *acceptum ferre* inauditum plane in Latio fuit. Val. Max. 2, 7 ext. 2 *Futurum, ut ſpiritum pœne imponderent, quem pugne acceptum ferre dubitaſſent.* Et Sen. ep. 78 *Philoſophiæ acceptum ferre quod ſurrexi.* Et Plin. 2 ep. 2, 2 *Quidquid mihi pater tuus debuit, acceptum tibi ferri jubeo.* Conf. Bornich. Cogit. de LL. p. 270. Sed ſi etiam *Acceptum ferre* dicunt, unde iisdem & *Accepti latio*, ſive *Acceptilatio* dicitur. Vernaculas Lulc pr D quæ in fraudem creditor. im &c. *Si fraudator ſid paſſus ſit ſe ſciente acceptum tubere* Scævola L. 27 D de adminiſtr. & per tutor. *Tutor pupilli mercatoribus pupilli acceptum tulit.* In L. 89 D. de ſolutionibus &c. *Titius Mævias dixit, me accepiſſe & habere, & accepto te ſolvere Gaio Titio reliquum omne* Vbi *accepto ferre*, eſt *pro accepto ferre*, als empfangen rechnen Sic Vulg Interpr. Rom. 4, 6 *Deus hominem accepto ferat juſtitiam.* Sed & *in acceptum ferre* & *referre* dicimus. Cic. in Verrem de Prætura Vrb c. 57 *Opus in acceptum retulit quadriennio poſt, quam diem operi dixerat.* Æmil. Macer. l. 7 § 1 D. ad L. Iul repetund. *Illud quo que cavetur, ne in acceptum feratur opus publicum faciendum.* Vbi *acceptum* ratio accepti appellatur, ſive tabulæ accepti Nisi *acceptum* dixit, ut pro *accepto* habeatur. Vt Plaut Aſin 3, 2, 10 *Age ſis, ta in partem nunc jam hunc delude: Inquantum*, id eſt, pro ea parte.

¶ Acceptæ, *arum*, f. pl. etiam abſolute dicuntur agri portiones viritim aſſignatæ, aut quæ ſortito unicuique obtigerunt, das antheil.

v. Rigaltii Gloſſ. agrimenſ. p. 290. Hyginus de limit. conſtit. p. 190 edit. Gœſii *Acceptum* & *acceptas* diſtinguit.

¶ Acceptio, *ōnis*, f. die annehmung, der empfang. Cic. Top. c. 8 extr. *Neque deditionem, neque donationem ſine acceptione intelligi poſſe.* ¶ 2. *Acceptio* veteribus philoſophis eſt propoſitio, quæ concedi tur a reſpondente ex quæſtione propoſita, v. g. *Eſtne omne honeſtum bonum?* Propoſitio eſt: at *Omne honeſtum eſt bonum*, Acceptio. vid. Apul. 3 doctr. Plat. p. 34. & adde ſupra in *Accipio* n. 2 dicta. ¶ 3. *Acceptio vocis* eſt interpretatio ex mente ejus, qui excipit, der verſtand, die bedeutung eines worts. Ita Siculus p. 18 ex edit. Gœſii: *Acceptiones in centuriis explicandæ ſunt.* ¶ 4. *Acceptio perſonarum* an latine dici poſſit προσωπολψία, diſputatum eſt aliquando. v. Guntheri Latin. reſtit. p. 440. Veteres potius dixere *diſcrimen aut contemplatio perſonarum.*

¶ Acceptor, *ōris*, m. qui accipit. Plaut. 1, 2, 167 *Qui illorum verbis falſis acceptor fui*, i. e. approbator, der ich ihren reden gehor gegeben. Hieronymus ep. 89 c. 2 & Vulgatus Act. Ap. 10, 34 *acceptor perſonarum*, Græc. προσωπολήπτης. ¶ 2. *Acceptorem* dictum olim, qui poſt *accipiter*, obſervat Rutgerſ. Var. Lect. 4, 13.

¶ Acceptrix, *īcis*, f. quæ accipit. Plaut. Truc. 2, 7, 18 *Des quantum vis, nusquam apparet, neque datori, neque acceptrici:* Meretricem intelligit, cui quæ dantur, diſparent, perdita ſunt.

¶ Acceptōrius, *a, um*; ut, *Acceptorius modulus*, qui opponitur *erogatorio*, apud Frontinum de Aquæduct. 1 p. 233 (Pole. art. 34 extr.) Nimirum fraudulenti aquarii alia menſura ex aquæductibus ipſi accipiebant aquas, alia (minore) erogabant, ut imputare plus poſſent, quam ipſi accepiſſent. Vid. doctiſſimus Polenus ad art. 33, 1, 4. *Acceptorium* forte etiam dicas urceum, qui puteo immerſus aquam haurit, *Erogatorium*, qui in altum elatus refundit.

¶ Acceptilatio, *ōnis*, f. ipſa relatio in acceptum, quemadmodum & *Expenſilatio* dicitur eadem forma apud Gell. 14, 2. Peculiari modo nihil aliud eſt, quam ficta & imaginaria ſolutio. Ita ſumitur hoc vocabulum a ICtis. vide Modeſt. leg. 46 D. de Acceptil. & Voſſ. de Vit. L. L. 1, 3.

¶ Accepto, *avi, atum, are*, idem quod *accipere*, annehmen; ut *Acceptare jugum*, Sil. 7, 41. *Acceptare argentum*, Plaut. Pſeud. 2, 2, 32.

¶ Acceptātor, *ōris*, m. qui acceptat. Tertull. de Pœnit. c. 2 *Deus quam auctor & defenſor ſit* (bonorum,) *neceſſe eſt proinde & acceptator: Si acceptator, etiam remunerator.* Adde eumdem de Jejuniis c. 11.

¶ Acceptābilis, *e*, angenehm. Lactant. Epit. c. 1 extr. *Acceptabilis victima.* Conf. Vulg. Interpr. 2 Cor. 6, 2. Gloſſ. gr. lat. εὐπρόσδεκτος, *acceptabilis.* adde Tertull. de Orat. 7 & adv. Iud. c. 5. Salvian. de Gub. Dei p. 127.

¶ Acceptatio, *ōnis*, f. die annehmung. Apul. de Syllog. p. 382 *Huic junge alteram acceptationem.* conf. ibid. p. 389.

¶ Acceptābŭlum, *i*, n. ein gefäß. Herm. Barbarus in Plin. 19 c. ult. *acetabulum* dici ait, quaſi *acceptabulum*; ſimiliterque *acetaria*, quaſi *acceptaria*; Improbat hanc ſententiam Voſſius Etym. p. 5; ut & Beroaldus Tom. 1 Theſ. Crit. p. 306, ubi ille *acceptabula* apud Plinium legit, uti & apud Sen. epiſt. 45, ubi *acetabula* præſtigiatorum caliculi, ſeu vaſcula ſunt; ſed & Cæſar Scaliger de Hiſt. Anim. 10, 3 κοτυληδόνας, *acceptabula* & ipſe appellat. *Acceptabulum* etiam habent primæ editt. Cato. R. R. c. 102. Vid. Geſn. Ind. conf. *Acetabulum* in *Aceo*.

¶ Acceptīto, *are*, pro *accepto*. Plaut. apud Nonium 2, 508 *Qui apud regem in latrocinio fuiſti, ſtipendium acceptitaſti.*

¶ Accipiter cum derivatis vide ſupra ſuo loco.

¶ Antecāpio ĕre, quo compoſito Salluſt. delectatus fuit, eſt prævenire, vel ante aut prius, quam alii, occupare, zuvorkommen, vorhernehmen; ut, c. 55 Catil. B. *Conſul optimum factu ratus noctem, quæ inſtabat, antecapere, ne quid in eo ſpatio novaretur.* Et ibid. c. 13 *Non famem aut ſitim, neque frigus, neque laſſitudinem opperiri, ſed ea omnia luxu antecapere.* Et *Tempus legatorum antecapere.* id eſt, legatos prævenire, den legaten zuvorkommen, Id Iug. c. 21. Imitatus Dictys Cret. lib. 2 *Tempus profectionis antecapere.* Hinc

¶ Anteceptus, & Antecaptus, *a, um*, vorhergefaßt. Cic. Nat. D. 1, 16 *Appellat πρόληψιν Epicurus anteceptam animo rei quamdam informationem.* Ita meliores libri, etiam Gruteri. Quod autem ex Liv. 5, 38 *antecaptus* producunt, id diviſe ſcribendum eſt, quemadmodum etiam Gruterus & Gronovius diviſerunt: *non loco caſtris ante capto.* Sed Apul. 4 Met. p. 144 *Antecaptus cogitatus alterius.*

¶ Antecapio, *ōnis*, f. eſt *antecepta animo rei informatio*, die vorgefaßte meinung. Cic. de Nat. D. 1, 16 oſtendit, quod Epicurus appellet πρόληψιν. Icti vocant *præſumptionem.*

¶ Anticīpo, *avi, atum, are*, eſt antecapere, prævenire, προλαμβάνειν, vorauswegnehmen, vorziehen, nec dubium, quin ab *ante* ſit & *capio*. Cic. Att. 8, 14 *Quid igitur proficis, qui anticipes ejus rei moleſtiam, quam tridui ſciturus es?* ſich vor der zeit betrüben. *Anticipare mortem*, Suet. Tib. c. 61. Auſonius epiſt. 4, 65

Accipe congeſtas myſteria frivola nugas:
Quas tamen explicitis nequeas deprendere chartis,
Scillite decies ſi cor purgeris aceto;
Anticipesque tuo Samii Lucumonis acumen.

Loquitur de ænigmatis ſuis Poëta, quæ adeo obſcura eſſe indicat, ut, ad quem hoc ſcribit, non intellecturus ſit, ſi vel decies cor ſcillite aceto purgetur; aut ipſe ſuo acumine Pythagoram ſuperet. In ultimo autem verſu Salmaſii emendationem ſequuti ſumus *tuo* pro *tuum* referibentis ad Flavii Vopiſci Aurelianum. Nam Scaliger hic audiendus non eſt.

¶ Anticipātus, *a, um*, vorhergefaßt, vorausgehalten. Cic. N. D. 1, 27 *Ita eſt informatum, anticipatumque mentibus noſtris.* Suet. Claud. c. 21 *Ludi quaſi anticipati ab Auguſto, nec legitimo tempori reſervati.*

¶ Anticipatio, *ōnis*, f. die vorausnehmung, der vorſchmack. Cic. Nat. D. 1, 16 *Quæ eſt gens, aut quod genus hominum, quod non habeat ſine doctrina anticipationem quandam Deorum? id eſt*, ut ipſe explicat, *anteceptam animo informationem*; ſive ut mox appellat, *prænotionem.* Arnob. 1 p. 107 in pedum officiis numerat *ſuggerere anticipationes itionum.* ¶ 2. Et figura eadem quæ *Prolepſis*, προλήψις. Vide *Prolepſis.*

¶ Anticipator, *ōris*, m. der zuvorgekommen. Oratione ad Deum, quæ in Ephemeride Auſonii habetur, ab aliis Paulino Nolano tributa, v. 9

Ipſe Dei Verbum, Verbum Deus, anticipator
Mundi, quem facturus erat.

¶ Concīpio, *ĕre*, comprehendere, ergreiffen, abfaſſen, ausfinden; ut, *Spem concipere*, hoffnung ſchöpffen. Ovid. Faſt. 1, 485

Conſcia mens ut cuique ſua eſt, ita concipit intra
Pectora pro facto ſpemque metumque ſuo.

Sic *Animo concipere*, im ſinn fürſehen. Cic. Leg. 1, 22 *Quod enim ita juratum eſt, ut mens conciperet fieri oportere, id ſervandum eſt.* Id. Off. 3, 29 *Odium in aliquem concipere*, Id. poſt Red. ad Quir. c. 1; *ſcelus*, Id. Cat. 1, 4; *flagitium*, Id. 1 Nat. D. 24; *fœdus*, Virg. Æn. 12, 158, entwerffen. *Dolorem* Cic. de Nat. D. 3, 38. Tac. Hiſt. 4, 31, 3 *Cum cætera juris jurandi verba conciperent.* vid. mox *conceptis verbis.* Quintil. 2, 20 *Rei imaginem concipere animo*, die ſache ſich wohl einbilden. Curt. 3, 2, 12 *Id animis concipere non poſſunt*, es iſt ihnen unbegreiflich. *Concipere ignem, flammam*, feuer fangen. Lucret. 6, 880; Cæſ. B. Civ. 2, 54. *Medicamentum concipitur venis*, es wircket, Curt. 3, 6, 11. ¶ 2. *Concipere*, ſich einbilden. Vellej. 2, 117 *Concepit eſſe homines, qui nihil præter vocem membraque habent hominum.* v. Mencken. Obſ. L. L. h. v. ¶ 3. *Concipere*, empfangen, ſchwanger werden: ut, *Concipere ex marito, ex mœcho*, &c. Cic. pro Cluent. c. 11. Adde Plin. 10, 33. Ovid. Art. Am. 2, 23. Et Lucret. 1, 4 *Per Venerem genus omne animantum concipitur.*

¶ Conceptus, *a, um*, gefaſſet, abgefaſſet. Cic. pro Syll. c. 24 *Furor biennio ante conceptus erupit in meo conſulatu.* Id. Nat. D. 1, 24 *Jurare conceptis verbis*, einen cörperlichen eid ablegen. Petron. c. 113 *Iurat Eumolphus verbis conceptiſſimis.* Cornelia ap. Nepotem in Fragm. 12, 3 *Verbis conceptis dejerare auſim.* Val. Max. 4, 1, 10 *Dixit ſe ſcire, illum verbis conceptis peje raſſe.* Sed *conceptæ feriæ* ſunt indictæ & præſcriptæ, Varr. de L. L. 5, 3.

¶ Conceptum, *i*, n. ſubſt. der begriff, umfang. Legunt quidam Colum. 1, 6 pr. *Modus membrorumque numerus aptetur univerſo concepto*, ſed *conſepto* legendum.

¶ Conceptus, *us*, m. pro ipſo fœtu, die leibesfrucht, Plin. 20, 22 *Mortuo conceptu.* ¶ 2. Deinde actus concipiendi, die ſchwängerung. Cic. de Div. 1, 42 *Ex hominum pecudumve conceptu & ſatu.* Transfertur quoque ad incendium. Suet. Vitell. c. 8 *Flagrante triclinio ex conceptu camini*, durch entzündung des camins. ¶ 3 Collectio, eine ſammlung, Sen. Nat. qu. 5, 15 *Conceptus aquarum inertium veſti.* ¶ 4. Philoſophis *Conceptus* eſt aſſimilatio rei conceptæ in intellectu, ein concept.

¶ Conceptio, *ōnis*, die empfängniß. Cic. de Divin. c. 22 *Conceptio mulæ contra naturam.* Plin. 22, 22 *Conceptionibus conferre*, id eſt, adjuvare illas. Vitruv. præf. lib. 8 *Terra cæleſtium imbrium conceptionibus inſeminatur.* ¶ 2. Comprehenſio, die zuſammenfaſſung. Id. Vitruv. 9, 4 *Mundus eſt omnium rerum conceptio ſumma.* ¶ 3. De formulis, die abfaſſung, der aufſatz. Cic. de Invent. 2, 19 *In jure conceptio privatorum judiciorum conſtituitur.* Sic *Formularum conceptio*, Paul. ICtus l. 47 de negotiis geſtis.

¶ Conceptor, *ōris*, m. qui concipit. Arator in Act. Apoſt. c. 16

Peccati conceptor erat.

¶ Concepto, *are*, frequent. idem quod *concipere*. Arnob. 4 p. 141 *His in lucem prodeunt generationibus dii veſtri, quibus aſini, porci, canes, quibus immunda hæc omnis conceptatur & genitur terrenarum probrivies beſtiarum.* Ammian. 31, 26 *Majora conceptantes.*

¶ Conceptaculum, *i*, n. quod concipit aliquid, ὑποδοχεῖον, die geburts-ſtätte, behältniß, ſammelplatz; ut, *Conceptacula ſpiritus in corporibus*, Macrob. Sat. 7, 12. *Vena eſt conceptaculum ſanguinis*, Gell. 18, 10. Et Plin. 11, 37 *Superbia alicubi conceptaculum, ſed hic* (ſc. in ſuperciliis) *ſedem habet, in corde naſcitur, hic ſubit, hic pendet.* Solin. c. 15 (al. 25) de regione aquilonali: *Damnata pars mundi, ipſiſque prorſus aquilonis conceptaculis rigentiſſima.* Prudent. Pſych. v. 742 *Nullæ latet pars mentis iners, quæ corporis ullo Intercepta ſinu per conceptacula ſeſe Degeneri languore tegat.*

¶ Conceptēla, *æ*, f. idem quod *conceptaculum*. Sic Frontinus lib. 1 de aquæduct. p. 229 *conceptelas* appellat aquarum conceptacula, quas *conceptelas* ipſemet *piſcinas* interpretatur, teiche.

¶ Conceptivus, *a, um*, angeſetzt; ut, *Conceptivæ feriæ*, quæ in certis diebus quotannis ſervantur, Feſtus; vel ut Macrob. 1, 16 deſcribit, quæ quotannis a magiſtratibus vel a ſacerdotibus concipiuntur in dies certos vel etiam incertos. Adde Varr. de L. L. 5, 3.

¶ Concaptivus, *a, um*, mitgefangen. Gloſſ. lat. gr. *Concaptivus* συναιχμάλωτος. Adde Hieron. ep. 199 & Vulg. Interpr. Tob. 1, 4.

¶ Præconceptus, *a, um*, vorher gefaßt, zuvor geſchöpfft. Plin. 2, 82 *Præconceptum ſpiritum exhalare.*

Dēcipio, *ĕre*, fallere, betrügen. Horat. de Art. v. 25 *Decipimur ſpecie recti.* Cic. 2 de Orat. 71 *Decipere exſpectationem alicujus*, einen vergeblich warten laſſen. Ter. Andr. 4, 1, 45 *Deceptus ſum, at non defatigatus. Decipere diem*, Ov. Triſt. 4, 10, 114, *noctem* Id. epiſt. Her. 19, 55; *laborem*, Triſt. 4, 1, 14, in quibus locis *Decipere* idem eſt, ac efficere, ne ſentiamus incommoda alicujus rei. conf. Mencken. Obſ. L. Lat. h. v.

¶ Deceptus, *a, um*, betrogen. Liv. 1, 9 *Per fas ac fidem decepti venerunt.* Vell. 2, 69, 1 *Fraude deceptus.* Horat. 1 Sat. 1, 61 *At bona pars hominum decepta cupidine falſo.* conf. Nep. 14, 9, 4; & Cic. fam. 5, 16, 6.

¶ Deceptus, *us*, m ſubſt. die betrüglichkeit. Tertull. adv. Marc. 3, 6 *Conditio deceptui obnoxia.* Et de Anima c. 18 *Deceptui facilis.*

¶ Dece-

¶ Deceptio, *ōnis*, f. actus decipiendi, betrug. Vitruv. 2, 8 fub fin. *Quoniam impendentis loci deceptio cogit.* Quod oſtendit antiquum vocabulum eſſe, quamvis non crebro uſurpatum. Auguſtin. Confeſſ. 8, 2 *Philoſophorum ſcripta plena fallaciarum & deceptionum.* Id. de Civ. Dei 22, 22 *Deceptiones & mendacia.* Mart. Capella ſub fin. lib. 4 in metro: *quæ ſunt fraude multa conſita, Queis falſa captos circuit deceptio.*

¶ Deceptor, *ōris*, m. ein betrüger. Sen. Thyeſte v. 139 *Proditus occidit Deceptor omini Myrtilus.* Tertull. adv. Prax. c. 11 *Deceptor fidei.* Auguſtin. Serm. 67 *Deceptorem ſequi, quam Deum, maluiſti*

¶ Deceptrix, *īcis*, f. eine betrügerin. Lactant. Epitom. c. 6 extr. *Perniciosa eſt ac deceptrix adulatio.* Alcimus Avitus 3, 111 *Nec contenta tuo deceptrix fœmina caſu.* Eleganter id nominis Fortun. Mantuanus oppoſuit Carm. de pugna Virtutis & Fortunæ:

Deſine deceptrix hominum Fortuna minari.

¶ Deceptioſus, *a, um*, betrügeriſch. Ennod. 1, 7.

¶ Decepto, *are*, oft betrügen. Gloſſ. gr lat. *Deceptat, ἀπατᾷ.* conf. Sarisb. 7, 12 *Aut fabulandum aut deceptandum eſt tibi.*

¶ Deceptorius, *a, um*, betrüglich. Auguſtin. ep. 255 ad Macrobium, *Deceptoria laude falli.*

¶ Decĭpula, *æ*, f. inſtrumentum ad decipiendas aves & feras, eine falle. Sidon. 8 ep. 10 *Decipula male blandientis eloquii.* Tralate Mart. Capella 4 p. 135 *Fies profectò decipula, ſi adſtruxeris*, ein ſophiſt.

¶ Decipulum, *i*, n. idem. Apul. Met. 8 p. 202 *Nactus fraudium opportunum decipulum.* Id. 10, 250 *Fraudis extreme lapſa decipulo.* Id. Florid. p. 360 *Decipula adverſantium perdidicit.*

¶ Diſcepto, *are*, ſtreiten, zanken, diſputiren; ut, *Diſceptare controverſiam*, Cic. Tuſc. 4, 3 von einer ſache handeln. *Armis de jure publico diſceptare*, id eſt, decertare, Cic. fam. 4, 4. *Diſceptare armis de controverſiis*, mit dem ſchwerdt ausführen, Cæſ. Civ. 3, 107. ¶ 2. *Diſceptare cauſſam*, judicare ſive cognoſcere eſt, unterſuchen. Cic. pro Dejot. pr. *Hanc C. Cæſar cauſſam ſi in foro dicerem, eodem audiente & diſceptante te* &c. Imperf. Gell. 20, 10 *De qua re diſceptatur.* ¶ 3. Intranſitive adhibetur a Cic. fam. 10, 10 pr. *In uno prælio omnis fortuna reip. diſceptat*, auf eine ſchlacht kommt alles an.

¶ Diſceptatio, *ōnis*, f. die überlegung, ſtreitigkeit; ut, *Cauſſa in diſceptatione verſatur*, die ſache iſt noch ſtreitig, Cic. pro Dejot. c. 2. *Rem in dicendi diſceptationem & controverſiam vocare*, Id. de Orat. 2, 72. conf. Id. fam. 5, 2, 22.

¶ Diſceptatiuncula, *æ*, f. diminut. Gell. 20 c. ult. quæ aliis Præfatio eſt: *Tempus ad colligendas memoriarum diſceptatiunculas conferre.*

¶ Diſceptator, *ōris*, m. eſt rei ſententiæque moderator, auctore Cic. Partit. c. 3 ein ſchiedsmann; ut, *Diſceptator de pace*, Val. Max. 2, 10, 4, quem vulgo *Mediatorem* dicunt. Liv. 35, 45 *Diſceptator de iis, quæ in controverſia cum P. R. eſſent.* Apul. Florid. 2 p. 349 *Diſceptator atque arbiter.* Aur. Vict. Epit. c. 12 *Iurgiorum diſceptator.* Adde Plaut. Moſt. 5, 2, 16; & Cic. fam. 13, 26, 4.

¶ Diſceptatrix, *īcis*, f. Cic. Acad. 4, 28 *Dialecticam inventam eſſe dicitis veri & falſi quaſi diſceptatricem & judicem.*

¶ Endoceptus, *a, um*, i. e. *inceptus*, angefangen. Nævius: *Endocepta miſſa facere.* vide Laurenb. Antiqu. p. 153.

¶ Excipio, *ere*, prima & propria ſignificatio eſt alicunde capere, extrahere, herausnehmen. Ita Cic. ap. Nonium 4, 158 *Quod inſepultos reliquiſſent eos, quos ex mari propter vim tempeſtatis excipere non potuiſſent*, herausfiſchen. Cell. 7, 12 *Dentes excipere*, zähne ausreiſſen, ausbrechen. v. *Exceptare.* ¶ 2. Senſu quodam morali *Excipere* ſignificat, de genere toto aliquid eximere & ſub illo non comprehendere, ausnehmen. Cic. ad Qu. Frat. 1, 1 *Omnes ita de tua virtute commemorant, ut in ſomnis tuis laudibus unam excipiant iracundiam.* Idem ante paullo, eadem ep. 1 *Cum lex nominatim excipieret, ut liceret* &c. Id. Agrar. 2, 9 *Id legibus excipitur.* Virg. Æn. 9, 270 *Clypeum criſtaſque excipiam ſorti.* Tac. Agric. 15, 4 *Nihil jam cupiditati, nihil libidini exceptum.* Quo & formula *Excepto, quod*, pertinet: Plin. 8 epiſt. 1 pr. *Iter commode explicui, excepto, quod quidam ex meis adverſam valetudinem contraxerint.* ¶ 3. Interdum non tam ſignificat eximere a regula vel lege communi, quam nominatim includere. Plin. 29, 1 f. 8 *Et cum Græcos Italia pellerent, excepiſſe medicos*, h. e. nominatim indicaſſe, interpretante Harduino, qui etiam laudat 14, 1 f. 3, ubi narrat Plinius, in Campania ad eam altitudinem crevere vites, *ut vindemiator auctoratus rogum ac tumulum excipiat*, i. e. ſtipuletur ſibi, ſi periculoſo labori immoriatur, rogum ac tumulum domini ſumptibus præſtandum. Sed quem addit Harduinus locum ex Cic. ad Qu. Fr. 1, 1, 12 *nominatimque lex excipere* &c. ad alteram potius ſignificationem referendum eſſe, qui conſideraverit, videbit. ¶ 4. Ponitur pro *recipere*, & ad cadentia, profluentia & ſimilia pertinet, auffangen, auffaſſen. Ita Liv. 4, 19 pr. *Excipere ſe in pedes*, herab ſpringen, daß man zu ſtehen kommt, quod v. g. de felibus dicere poſſis. Apul. Met. 1 p. 118 *Sanguinis eruptionem utercule admoto excipere diligenter.* Huc refero etiam ex Cæſ. B. C. 3, 11 *Qui omnes ſcaphis excepti refugerent.* Et c. 101 *Sed Caſſius ſcapha exceptus refugit.* It. Quint. 2, 1 pr. *Hi non ſatis credunt, excepiſſe quæ relicta erant.* ¶ 5. Ad verba ſpeciatim refertur, cum audiuntur cupide. Cic. pro Planc. c. 23 *Maledicto nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur*, man fängt nichts eher auf. Ita *excipere* dicuntur, qui alio dictante ſcribunt aliquid, nachſchreiben. Manil. 4, 199 de notario; *Excipiens longas nova per compendia voces.* Suet. Tit. c. 3 *Notis quoque excipere velociſſime ſolitus.* Id. Ner. c. 52 *Verſus dictante aliquo excepti*, nachgeſchriebene verſe. ¶ 6. Similiter qui auſcultant clanculum & aliorum captant ſermones & ſubſegunt furto, dicuntur *excipere*, erſchnappen. Cic. pro Dejot. c. 9 *Mittebat, qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad ſe referrent.* Tac. Hiſt. 3, 73, 6 *Fuere qui excepto Vitellianorum ſigno*, (loſung) *quo intra ſe noſcebantur, ultro rogantes reſpondenteſve, audaciam pro latebra haberent.* ¶ 7. Interdum eſt interpretari, aufnehmen, auslegen. Suet. Cæſ. c. 14 *Silanum non piguit ſententiam ſuam, quia mutare turpe erat, interpretatione lenire, velut gravius atque ipſe ſenſiſſet, exceptam.* ¶ 8. Quando ad homines refertur, hoſpites & invitati, ſicut *accipi*, ita *excipi* etiam dicuntur, empfangen oder gaſtiret werden. Plin. 25, 6 *Excipere aliquem hoſpitio.* Sen. ep. 21 *Hic hoſpes te polenta excipiet.* Tac. de Germ. c. 21 *Convictibus & hoſpitiis non alia gens effuſius indulget. Quemcunque mortalium arcere tecto, nefas habetur: pro fortuna quisque apparatis epulis excipit.* ¶ 9. Eſt & incautos & imprudentes ex inopinato opprimere & capere, erhaſchen, fangen. Hirt. de B. Gall. 8, 6 *Equitum turmas dimittit in omnes partes ad aliquos excipiendos, ex quibus hoſtium conſilia cognoſcerent.* Cæſ. de B. Civ. 3, 38 *Duas hoſtium turmas nacti exceperunt*, ſie haben ſie ertappet, angetroffen, gefangen. Ita idem fæpius & Curtius, & alii. v. Drakenb. ad Liv. 5, 41. Cic. Att. 7, 21 *De Pompejo ſcio nihil: eumque niſi in navim ſe contulerit, exceptum iri puto.* Celſus Præf. *Viator a latronibus exceptus*, Virg. ecl. 3, 18

Non ego te vidi Damonis, peſſime, caprum
Excipere inſidiis?

id eſt, *dolo capere*, ut Servius interpretatur: ſive per inſidias capere. ¶ 10. Eſt & venatorium verbum: cum ferro ſiſtitur fera atque conficitur. Horat. 3 od. 12, 12 *Celer alto latitantem fruticeto excipere aprum.* Sen. de Ira 1, 11 *An tu putas venatorem iraſci feris, vel cum & fugientes perſequitur, & venientes excipit?* Spartian. Car. c. 5 *Excepit apros frequenter, contra leonem etiam ſtetit: Excepit*, venabulo puta. Ita enim integra ſit oratio. Sen. de Provid. c. 2 *Nobis interdum voluptati eſt, ſi adoleſcens conſtantis animi irruentem feram venabulo excepit*, er hat einen fang gegeben. conf. Curt. 7, 5, 41. Inde ad pugnas militares transfertur. Id. Curt. 9, 5, 8 *Duos gladio ita excepit, ut ante ipſum exanimes procumberent.* ¶ 11. Porro aliis etiam formulis inſervit; ut, *Vulnera excipere*, wunden bekommen, Suet. Aug. c. 20. *Invidiam excipere*, verhaßt werden, Nep. 14, 5, 2. *Excipere labores magnos*, über ſich nehmen, Cic. de Cl. or. c. 69. *Dolores & moleſtias*, Id. Fin. 2, 13; Tuſc. 2, 5; *laudem ex aliqua re*, Id. Att. 1, 14. Quo ſenſu Id. de Prov. Conſ. c. 17 *Excipere fortunam, ſubire vim atque injuriam.* Porro, *Excipere aliquem amplexu*, einen umarmen, Ovid. Heroid. 18, 101. *Excipi plauſu*, Virg. Æn. 5, 575; *clamoribus*, Plin. 2 ep. 14, 12. ¶ 12. *Excipere*, etiam eſt *ſequi*, folgen; ut Cic. pro Sextio c. 68 *Herculis vitam & virtutem immortalitas excepiſſe dicitur*, Liv. 2, 61 pr. *Turbulentior inde annus excepit.* Id. 5, 42 *Nox diem excipit.* conf. Curt. 7, 7, 4. Plin. Epiſt. 2, 17: *Utramque (viam) excipit iter aliqua ex parte arenoſum.* Idem Paneg. c. 92 *Nec continuatus tantum, ſed geminatus eſt honor, ſinemque poteſtatis alterius, tanquam parum eſſet excipere, prævenit.* Sic eleganter progreſſionis ſeriem exprimit Vellej. 2, 55, 2 *Excepit Cæſarem gravius bellum.* Id. 2, 15, 2 *Cum id malum ab Aſculanis ortum eſſet, ac deinde a Marſis exceptum, in omnes penetraſſet regiones:* es iſt die reihe des übels an ſie gekommen. ¶ 13. Singulare videtur illud Livii 5, 14 pr. *Ipſi cuncta experientes non homines modo, ſed Deos* etiam excipiebant: i. e. allegabant, & captabant inde occaſionem urgendi conſilia ſua. ¶ 14. Apud Quintil. 1, 12 p. 124 Burm. *Muſicis modis cantica excepere*, idem eſſe videtur ac cantici modos notis muſicis exprimere, lieder componiren, in noten verſetzen, quod non poteſt niſi aliquod muſicæ artis faſtigium adeptus. Conveniet itaque hæc phraſis cum illa, ubi *dictata calamo excipere* dicimus. Neque adeo opus fuerit *expediat* legere aut *expendat.*

¶ Excapio, *ĕre*, idem. Habet Ennius ap. Nonium 2 n. 702 & 769.

¶ Exceptus, *a, um*, aufgenommen, ausgenommen. Curt. 8, 10, 2 *Rex benigne exceptos ſequi juſſit.* Petron. c. 2 *Excepti pluribus ferculis.* Cic. de Orat. 1, 9 & Nep. 14, 1, 1 *Exceptis duobus.* Plura exempla apud Curtium, & paullo ante in ipſo verbo invenies.

¶ Exceptio, *ōnis*, f. eine ausnahme, bedingung. Cic. fam. 6, 5 *Quotiescunque filium tuum video, polliceor ei ſtudium quidem meum, & operam ſine ulla exceptione aut laboris, aut occupationis, aut temporis.* Florus 2, 18, 12 *Victoria ſine exceptione:* De Numantinorum deditione tentata agit, quam niſi abſolutam (auf diſcretion) Scipio negavit. Sen. ep. 6 *Cum hac exceptione datur*, mit dem vorbehalt.

¶ Exceptiuncula, *æ*, f. diminut. Sen. ep. 20 *Licet illam exceptiunculam non adjicias, ut rectum ſit, quod velis.*

¶ Exceptor, *ōris*, m. qui dictata excipit, Notarius, der nachſchreiber. Vita & Paſſio S. Geneſii, quæ epiſtolis Paullini ſubjungitur, n. 2 *Cum ante tribunal exceptoris fungeretur officio*, als er des Actuarii ſtelle vertrat. Gregorius M. prologo Homil. in Evang. *Sicut & me diverſis temporibus dictæ ſunt: ita quoque ſunt ab exceptoribus in codicibus affixæ.* Et Auguſtin. ep. 152 ad populum factionis Donatianæ: *Vt notarii bini cum exceptoribus judicis alternarent.* Mentionem quoque *exceptoris* Vlpianus fecit l. 19 § penult. D. Locati conducti: & l. 5 Cod. de prox. ſacr. ſcrin. *exceptores* in ſcriniorum officiis numerantur.

¶ Exceptōrius, *a, um*, ad excipiendum aptus, zum auffaſſen dienlich; ut, *Quali vindemiatorii exceptoriique, in quibus uvæ comportantur.* Vlpian. l. 8 ff. de inſtruct. vel inſtr. leg.

¶ Exceptorium, *i*, n. vas ad aliquid excipiendum, Subſt. ein gefäß. Vet. Gloſſ. Ἐκδοχεῖον, *exceptorium, excipulum, conceptaculum.* Vet. Interpr. Irenæi 4, 24 *Homo exceptorium bonitatis Dei.* Idem: *Homo ingratus exceptorium juſti judicii Dei.*

¶ Excepto, *are*, extrahere excipiendo, heraus-herfürlangen. Sicut τῷ *excipere* etiam uſus Cicero eſt, auctore Nonio, de quo paullo ante. Cic. in Parad. 5, 2 *Barbatulos mullos exceptare de piſcina*, aus dem teiche fangen. Virg. Georg. 3, 273 *Ore exceptare leves auras*, nach der luft ſchnappen. ¶ 2. Ab alio quid in ſe recipere, übernehmen. Sil. 9, 368 *Per pectora ſævas Exceptat mortes.*

¶ Exceptans, *tis*. Cæſ. B. G. 7, 47 *Eos ipſe rurſus ſingulos exceptans in murum extulit.*

¶ Exceptāculum, *i*, n. idem quod exceptorium. Tertull. de Spectac. c. 2 *Non ſanſimus* (i. e. accepimus) *aures ad exceptaculum maliloquii.*

¶ Exceptītius, *a, um*, quod excipitur, ausgenommen. Plin. 18, 11 *Siligo, quæ in cribro remanſit, exceptitia appellatur.*

¶ Excĭpium, *i*, n. *Exceptio*, die ausnahme, Feſtus.

¶ Excĭpulum, *i*, n. & Excipula, *æ*, f. (utroque genere in Vet. Gloſſ. legitur, & utrobique ἐκδοχεῖον redditur: Græcius *Excipulus*, virili genere, in ora libri adnotaverat) vas eſt ſeu utriculus, quo aliquid excipitur, liquor præſertim, ne in terram defluat; ein gefäß

das man unterhält. Plin. 25, 7 *Vis tanta* (herbæ,) *est, ut e longinquo succus excipiatur: Incisæ conto* (herbæ) *subditis excipulis, ventriculo hædino, humor lactis videtur effluere.* ¶ 2. Eſt machina ſeu inſtrumentum in flumine fabricatum, aut foſſa depreſſior in ripa, qua piſces excipiuntur, fiſchreuſſen, ahlfang. Idem 9, 22 de anguillis Benaci lacus & Mincii fluvii: *Hiemato lacu, fluctibus glomeratæ volvuntur, in tantum mirabili multitudine, ut in excipulis ejus fluminis, ob hoc ipſum fabricatis, ſingulorum millium globi reperiantur.*

¶ Excipuus, *a, um, quod excipitur, ut præcipuum, quod ante capitur*, Feſtus.

¶ Excipiäbülum, *i*, n. venabulum, ein jägerſpieß. Ita *Excipiabula* uſurpata obſervat Servius Virg. Æn. 4, 131, & quos laudat Burm. ad Quint. 2, 12 p. 168.

¶ Incapax, *ācis*, non capax, unfähig. Prudent. in Romano v. 588 *Scio incapacem te ſacramenti, impie, Non poſſe cæcis ſenſibus myſterium Haurire noſtrum.* Id. v. 348 *Ædes incapax ſolvi*, quæ deſtrui nequit. Et Salvianus lib. 5 pr. *Veritatis divinæ incapaces.*

¶ Incapabilis, *e*, unbegreiflich. Ariani ita Deum dixere tamquam incomprehenſibilem. v. Auguſtin. epiſt. 174. Gloſſ. gr. lat. ἀχωρητος, *incapabilis.*

¶ Incipio, *ĕre*, ordiri, inchoare, anfahen, anheben. Ter. Adel. 2, 2, 19 *Hæc ſpe illi hoc inceperunt.* Cic. de N. D. 2, 3 *Tum bella gerere noſtri duces incipiunt* &c. Auſon. epigr. 81 *Incipe: dimidium factiſ eſt cœpiſſe.* Cic. Off. 1, 37 *Ut incipiendi ratio fuit, ita ſit deſinendi modus.* ¶ 2. Interdum neutraliter eſt initium habere, angehen; ut in illo Virg Æn. 3, 8 *Vix prima inceperat æſtus.* Cic. Verr. 5, 10 *Ver incipit.* Ovid. Faſt. 1, 149 *Frigoribus novus incipit annus, Qui melius per ver incipiendus erat.*

¶ Inceptus, *a, um*, angefangen, anaehoben. Cic. Aruſp. R. c. 1 *Duobus inceptis verbis impetum compreſſi.* Virg. Georg. 2, 39 *Laborem inceptum decurrere.* Id. Æn. 8, 90 *Iter inceptum celerare.* Ter. Andr. 3, 3, 7 *Amicitia, quæ incepta a parvis, cum ætate accrevit ſimul.*

¶ Inceptum, *i*, n. das vorhaben; ut, *In incepto permanere*, Lucceï. ad Cic. fam. 5, 14, 7. *Abſiſtere incepto*, Liv. 31, 26, & Sil. 11, 334. *Incepto deſiſtere*, Virg. Æn. 1, 37. *Incepto pari ſimilis fortuna fuit*, Vellej. 2, 68, 2. *Inceptum conatumve deprehendere*, Cic. Cat. 2, 12.

¶ Inceptus, *us*, m. idem. Nep. 11, 2, 5 *Epaminondæ retardavit inceptus.* Ita Schottus legit e membranis ſuis. al. *impetus. Fœdum inceptu*, Liv. præf.

¶ Inceptio, *ōnis*, f. die unterfangung, das beginnen, unternehmen, der anfang. Cic. 4 Acad. 38 *Præclari operis inceptio.* Ter. Andr. 1, 3, 14 *Inceptio eſt amentium, non amantium:* Infra ſc. 5 pr. ſtatim *Inceptum* vocat. Apul. Apol. p. 317 *Inceptio patruciniorum.*

¶ Inceptor, *ōris*, m. ein anfänger. Ter. Eun. 5, 9, 4 *O mearum voluptatum omnium inventor, inceptor, perfector.* Vbi Donatus: *Invenire, ſapientis eſt: incipere, audacis: perficere, conſtantis: ergo perfecta laudatio eſt.* Sic *Carminis inceptor mihi Iupiter*, id eſt, auctor, a quo auſpicium ſumitur, apud Avienum principio Arateor.

¶ Inceptīvus, *a, um*, i. e. initialis. Diomed. Gramm. *Inceptiva litera*, ein anfangs-buchſtabe.

¶ Incepto, *are*, frequent. ut, *Inceptare facinus*, Ter. Heaut. 3, 3, 39. Id. Andr. 5, 4, 22 *Fabulam inceptat.* Id. Eun. 6, 8 *Quid inceptas Thraſo?* Vbi Donatus: INCIPERE, *magnorum facinorum eſt audacia.* Et alibi: FACIMVS, ait, *mediocria:* INCIPIMVS *ingentia.* Plane ut nos coarguentes, qui periculoſa & ardua audent, dicimus: was fängeſt du doch an? Plaut. Truc. 1, 2, 28 *Quo iter inceptas?*

¶ Inceps, Feſtus interpretatur *deinceps*, quod inde compoſitum eſt. Sed etiam adjective invenitur. Apul. 3 Florid. p. 353 *De incipiti die perrecturum.*

¶ Incipiſſo, *ere*, ut *capeſſo*, antique dixit Plautus, ût Capt. 3, 3, 17 *Nugas ineptiasque incipiſſo.* Id. Trin. 4, 2, 42 *Magnum facinus incipiſſis petere.* Id. Mil. 2, 2, 82 *Nunc ſic rationem incipiſſam.* Conf. Capt. 4, 2, 22 ex recenſ. Gronovii, ubi alii legunt *incipiſcit.*

¶ Intercipio, *ĕre*, auffangen, für dem maule hinweg nehmen. Ter. Eun. 1, 1 extr. *quod nos capere oportet, hoc intercipit.* Liv. 3, 71 extr. *Agrum ſe a populo Rom. intercepturos ſperant.* ¶ 2 Sed *intercipere iter*, einem den weg verlegen. Curt. 4, 2, 9 *Præceps in ſalum murus pedeſtre interceperat iter*, (Livio 6, 9, id eſt *interſeptis itineribus*, ut Frobenius, Gruterus, Gronovius ediderunt, pro quo in Aldi Veneta, & huic æquali, Scheferi Moguntina, eſt *interceptis itineribus.*) *Intercipere literas*, briefe auffangen. Caſſius Ciceroni 12 ep. 12. *Intercipere pecuniam*, unterſchlagen, Suet. Domit. c. 17. ¶ 3. *Intercipere* etiam *excipere*, ſive incautum opprimere ac interficere eſt. Suet. Aug. c. 14 *Circa Peruſinum autem murum ſacrificans pene interceptus eſt a manu gladiatorum, quæ oppido eruperat.* Sic *intercipere exercitus* eſt præoccupare & fundere atque delere. Tac. Agric. c. 5, 4 *Trucidati veterani, incenſæ coloniæ, intercepti exercitus*, id eſt, deleti. Nepos 11, 2, 3 *Hoc exercitu moram Lacedæmoniorum intercepit.* v. infra *Mora.* Donatus INTERCIPERE, quaſi *totum capere* interpretatur.

¶ Interceptus, *a, um*, aufgefangen, entzogen; ut, *Epiſtola intercepta*, Curt. 6, 9, 13. *Te interceptum fortuna ſervavit*, Id. 9, 6, 12. *Interceptus vex mortalitate* Plin. 10 ep. 50, durch den tod hingeriſſen.

¶ Interceprus, *us*, m. ſubſt. der betrug. Fulgent. 3 Myth. *aſtutiæ interceptu transmigrare.*

¶ Interceptor, *ōris*, m. der etwas hinweg nimmt, oder weafiſchet; ut, *Interceptor litis alienæ*, Liv. 3, 72 (v. Alex. ab Alex. 4, 15;) *Interceptor prædæ*, Liv. 4, 50. *donativi*, Tac. Hiſt. 3, 10, 3.

¶ Interceptio, *ōnis*, f. die entziehung. Cic. pro Cluent. c. 60 *Interceptio poculi*, quod veneno infectum alteri aliquis daturus erat.

¶ Intercapēdo, vide ſupra in *Capedo.*

¶ Occipio, *ĕre*, incipere, anfangen. Ter. Andr. 1, 1, 52 *Accepit conditionem, dein quæſtum occipit*, macht ein handwerck draus. Id. Adelph. 3, 1, 2 *Dolores mei tum occipiunt primum.* Sæpiſſime hoc verbo utitur Plautus, cujus etiam eſt *occepſo* antique pro *occepero*, Amph. 2, 2, 41 &c.

¶ Occepto, *are*, frequent. idem. Plaut. Menæch. 5, 5, 18 *Iam hercle occeptat inſanire.*

¶ Occupo, *avi, atum, are*, id eſt, ex adverſo capere, einnehmen, überfallen, ſich etwas mit gewalt anmaſſen. *Occipere* & *occupare* variant, ut ſupra *antecapere* & *anticipare*, vel ut *cumbere*, & *cubare.* Sic *occupare regnum, regiam, locum, primum locum*, Cicero. *Occupare honores*, Horat. 1 od. 12, 19. Cæſ. 1 Gall. 39 *Tantus ſubito timor omnem exercitum occupavit*, hat eingenommen. Curt. 7, 5 *Cujus feræ rabies occupavit animum tuum?* Vellej. 2, 6 *Idem Cajum fratrem ejus occupavit furor. Occupari in aliqua re*, vel, *ſtudio*, elegans locutio eſt, über etwas begriffen ſeyn. Cic. 1 Off. c. 17 *In eadem funditus delenda occupati fuerunt.* Terent. Prol. Hec. v. 4 *Populus in funambulo animum occuparat*, er war erpicht auf den ſeiltänzer. Et Cæſ. 3 B. C. 109 *Quorum alter accepto vulnere occupatus, per ſuos pro occiſo ſublatus, alter interfectus eſt:* OCCVPATVS vulnere, id eſt, oppreſſus; vel ante alterum, atque ſic prior dejectus eſt. Nam *occupare* & prævenire alium eſt: de quo mox ſequitur. *Ne quod te ad aliud occupes negotium*, id eſt, prius applices, nimm nichts anders vor, Plaut. Pſeud. 1, 5, 135. ¶ 2. Significat & antevertere, prævenire, zuvor kommen. Plaut. Moſt. 3, 1, 39 *Occupabo adire.* Liv. 1, 14 *Occupant bellum facere.* Et ibid. c. 30 *Occupat Tullius in agrum Sabinum transire:* Hor. 2 od. 12, 28 *Occupat rapere oſcula.* Vide & Nonium 4, 328. Itaque *præoccupare*, & *occupare ante*, quo Plautus uſus, per pleonaſmum dicitur. Quo & pertinet illud Horatii 1 ep. 7, 65

Vultejum mane Philippus Occupat & ſalvere jubet prior.

Nam *το prior* addere, neceſſe haud erat. Eleganter Columella proœmio operis: *Vereor, ne ſupremus ante me dies occupet, quam univerſam diſciplinam ruris poſſim cognoſcere*, der tod möchte mich eher überfallen. ¶ 3. *Occupare pecuniam* elegantur dicimus, pro fœnori locare, ausleihen. Cic. Verr. 1, 36 *Præterea pecunias occuparat apud populos & ſyngraphas fecerat*, unterbringen. Auſon. ep. ad Symmach. Gripho præmiſſa: *Improbum nummum malui occupare, quam condere* &c. *Id non decem occupatum tibi erit argentum dies*, Plaut. Epid. 2, 2, 13. Contra *pecunia vacua* dicitur, quæ nullas uſuras confert, l. Q. Cæcilius 28 Dig. depoſiti. Sic & *otioſa*, v. in *Otium.* Neque vero *pecunia occupari* tantum dicitur, quæ in fœnore ponitur, ſed quæ impenditur etiam in promercalibus rebus, unde aliquid acquiras, wenn man geld anlegt, und damit wirbt. Colum. 11, 1 de villico: *Pecuniam domini neque in pecore, neque in aliis rebus promercalibus occupet* &c.

¶ Occupatus, *a, um*, qui negotio aliquo detentus, non poteſt negotio alterius operam dare: Sic Valla exponit 5, 57, unmüßig, geſchäftig. Contrarium *otioſe.* Sic Cato proœmio: *In eo* (agriculturæ) *ſtudio occupati.* Cic. pro Cælio c. 19 *Occupatum & impeditum nunquam hunc tenuerunt amores.* Et 1 de Invent. 22 *Animum in aliqua re occupatum habere*, in thun haben. Et Cæl. Cic. fam. 8, 46 *Comitiorum dilationes occupationem me habebant*, ſie gaben mir viel zu ſchaffen. *Non dubito, quin occupatiſſimus fueris* &c. Id. Att. 12, 38. ¶ 2. Interdum *Occupatus* non ſecus ac verbum eſt præventus, oppreſſus, überraſchelt, überrumpelt. Juſtin. 2, 12, 21 *Græci adventu hoſtium occupati prælium capeſſunt.* Id. 5, 9, 14 *Miſerunt, qui eum interciperent, a quibus occupatus, vivus in cubiculo crematus eſt.* Curt. 9, 7, 22 *Occupatum complexu arietavit in terram.* vide plura in *Occupo.*

¶ Occupatus, *us*, m. ſubſt. eſt *occupatio.* Claud. Mamertus ad Sidonium (in hujus 4 epiſt. 2) *Æquo tamen occupatu unquam uſpiamve implicabere, quin illud in aliorum commoda revergat?*

¶ Occupatio, *ōnis*, f. diligens vacatio, geſchäft, mühwaltung, verrichtung. Cic. in Orat. c. 10 *In maximis occupationibus nunquam intermittere ſtudia doctrinæ.* Et, *Occupatione diſtineri*, ad Att. 2, 23. *Maximis occupationibus impediri*, Id. fam. 10, 28. Plura ex Cic. exempla Menckenius in Obſ. L. L. ¶ 2. Hoſtilis eſt invaſio, eroberung, einnehmung. Cic. pro domo c. 3 *Obſeſſio templorum, occupatio fori, oppreſſio curiæ.* Idem legitimam rem quamcunque occupandi rationem hac voce notavit de Offic. 1, 7 *Sunt autem privata nulla natura, ſed aut veteri occupatione, ut qui quondam in vacua venerunt.* ¶ 3. *Occupatio*, προκατάληψις, figura rhetorica eſt, cum reſpondemus tacitæ objectioni, hoc eſt, cum ipſi animadvertentes, quid obſit nobis, prius diluimus, quam objici poſſit, die beantwortung eines möglichen einwurffs. v. Rhet. ad Herenn. 4, 27 pr.

¶ Occupātōrius, *a, um*, de agris dicitur, qui deſerti a cultoribus propriis, ab aliis occupantur, in beſitz genommen; ut, *Agri occupatorii*, i. e. quos quisque ut occupavit, tenet. Sic Flaccus p. 3. *Occupatorii conditio.* ibid. p. 15. cum not. Guil. Goeſii p. 127. conf. Aggen. Vrb. p. 45 & 48.

¶ Occupāticius, *a, um*, idem. Vide Feſt. in *Occupaticius.* Adde in *Arciſinalis* ſub *Finis* dicta.

¶ Occupo, *ōnis*, f. cognomentum Mercurii, quo furum ille Deus velut mitiore ac honeſtiore celebratus. *Occuponem propitium* ſcil. *opto*, Petron. c. 58; ſive fragm. p. 30. v. Schefferi not. p. 131.

¶ Anteoccupo, *are*, ut præoccupare, vorbauen. Cic. in Orat. c. 40 *Vt anteoccupet, quod putat opponi.*

¶ Anteoccupatio, *ōnis*, f. præoccupatio, die vorbauung. Cic. de Orat. 3, 53 *In hilaritatem impulſio, anteoccupatio.*

¶ Exoccupo, *are*, müßig machen. Saresb. 1, 4 *Si majores eos exoccupare contigerit.* Ioh. de Ianua *exoccupo* reddit *expedio.*

¶ Exoccupatus, *a, um*, müßig, auſſer arbeit. Saresb. 1, 8 *Exoccupatis mentibus ſarrepant tædia.*

¶ Præoccupo, *are*, prævenire, vorher einnehmen, überſchnellen, zuvor kommen. Cic. Phil. 10, 1 *Præoccupare alterius partes.* Cæſ. B. G. 6, 40 *Præoccupavit animos timor.* Nep. 10, 4, 1 *Ne, cum inter ſe timerent, alteruter alterutrum præoccuparet.* Id. 14, 7, 2 *Hic ne intrare poſſet, ſaltum Datames præoccupare ſtudet.* In quibus pleonaſmus eſt, ut ſupra monebamus in *Occupo* n. 2. Liv. 21, 20 *Præoccupatos jam ab Hannibale Gallorum animos eſſe.*

¶ Præoccupatus, *a, um*, valde occupatus, ſehr bemühet. Sen. ep. 15 *Omnes præoccupati ſumus virtutes diſcere.* Item vorher eingenommen. Liv. 6, 21 *Præoccupati beneficio animi.* Vellej. 2, 69, 2 *Præoccupata Aſia.*

¶ Præoc

¶ Præoccupatio, *ônis*, f. προλῆψις; ut, *Locorum præoccupatio*, Nepos 18, 3, 6. ¶ 2. Figura syntaxeos, & schema. Beda Presbyter de Schem. & Tropis, pr. σχοληφίς. *Præoccupatio sive præsumtio dicitur, Figura est, quando ea, quæ sequi debent, antepommuntur.*

¶ Percipio, *ère*, erlangen einsammlen: ut, Cic. de Senect. c. 8 *Nonquam in agro majora opera pastorum leguntur, quæ percipiendis fructibus, non contendebis.* ¶ 2. Item, bestreiffen, verstehen; ut, Cic. de Orat. 1, 51 *Philosopoia oratori necessario percipienda est. Percipere voluptatem*, empfinden, Id. 1 de Fin. 11. *Indoc, dolores, miserias*, Id. fam. 14, 1, 2. ¶ 3. Affectus etiam hominem *percipere* dicuntur, h. e. capere vel occupare, einnehmen. Sic Ter. Eun. 5, 6 pr. *Neque agri, neque aris odium meamquam percipit*, ich werde dessen nicht überdrüssig. *Percipit*, quasi totum capit, aut penitus occupat, ita ut vel urbanam vitam plane detestet & fugiam aversus, vel rusticam. Plaut. Amph. 5, 1, 66 *Mihi horror membra misero percipit dictis suis*, es überfällt mich ein schauer. Huc etiam referas illud Lucretii 5, 603

Est etiam quoque, uti non magno solis ab igni,
Aera percipiat calidis fervoribus ardor.

¶ Perceptus, *a, um. Brevis est percepta voluptas*, Ovid. Pont. 1, 2 v. 53. ¶ 2. Item, verstanden. *Philosopharum percepta habere præcepta*, Nepos 25, 17, 3.

¶ Perceptum, *i*, n. subst. ein lehrsatz. Cic. de Fato c. 6 *A perceptis artis proficiscitur. Perceptæ appello, quæ dicuntur græce θεωρήματα.* Et Gell. 14, 1 *Pro pervepto liquere*, id est, clarissimum apparere.

¶ Perceptio, *ônis*, f. die geniessung; ut, *Perceptio frugum*, Cic. Off. 2, 3. ¶ 2. Item, der verstand. Cic. Acad. 1, 12 *Turpe est cognitionis & perceptioni, assertionem approbationemque præcurrere*, beyfall geben, ehe man die sache recht verstanden und eingenommen.

¶ Perceptor, *ôris*, m. qui percipit, ein geniesser. Augustin. Soliloqu. 1, 1 *Iubeas me esse perfectum amatorem perceptoremque sapientiæ tuæ.*

¶ Perceptibilis, e, empfindlich. Saresb. 2, 18 *Sensuum perceptibilis.*

¶ Percapabilis, e, sehr tähig. Vet. Irenæi Interpr. *Percapabilis vitæ.*

¶ Imperceptus, seu Imperceptus, unbegriffen. Ovid. Met. 9, 710 *Imperceptæ mendacia.* Gell. 14, 1 *An minora majoribus imperceptiora sunt?*

¶ Posticipo, *are*, hernach wegnehmen. Claud. Mamert. 1, 21 *Nec anticipare vitam, nec posticipare.*

¶ Præcipio, *ere*, præoccupare, antecapere, præsentiscere, vorher nehmen, zuvor bedencken, vorher mercken. Sic *Præcipere fata, mortem, venenum*, Flor. 3, 9 & 4, 12 dixit. Cic. Off. 1, 23 *Ingenii magni est, præcipere cogitatione futura.* zukünfftige dinge vorher bedencken. Tac. Hist. 3, 15, 3 *Antonius festinato prælio victoriam præcepit*, h. e. ante reportavit, quam sperata hostibus auxilia venire possent. Liv. 7, 26 *Eventum atque acies animis præceperat.* ¶ 2. Est & *præcipere* monstrare, docere, quid faciendum discendumve sit, vorsagen, lehren, & magistrorum proprium est, qui inde & *Præceptores* appellati. Horat. 1 od. 24, 2 *Præcipe lugubres Cantus Melpomene.* Alloquitur enim Poeta Musam, ut magistram canendi. Id. 2 Sat. 2 pr. *Nec meus hic sermo est, sed quem præcepit Ofellus*: id est, quem me Ofellus docuit. Et de Arte P. v. 335 *Quicquid præcipies, esto brevis! ut cito dicta Percipiant animi dociles teneantque fideles.* Plin. Paneg. Traj. c. 15 *Iam tum præmonente fortuna, ut diu penitusque perdiscerес, quæ mox præcipere debe es.* Colum. 10 Præf. *Quare cultus avorum, quoniam & fructus magis in usu est, diligentius nobis, quam tradiderunt majores, præcipiendus est.* Hinc & ¶ 3. *Præcipere* absolute est, magistrum, doctorem, seu præceptorem esse. Suet. Ner. c. 7 *Tertium Senecam proxima nocte vitam sibi per quidam C. Cæsari præcipere.* Id. de Illustr. Gramm. c. 16, quo de Quinto Cæcilio exponit: *Scholam aperuit: fabula ut paucis, & tantum adolescentibus, præciperet.* ¶ 4. Inde ad alios quosvis transfertur, qui aliquid mandant, & faciendum monent ac monstrant, belehren, instruiren. Nepos 2, 6, 5 *Reliqui legati ut rem exirent, cum satis altitudo mari exstructa videretur, præcepit.* Cic. Catil. 3, 5 *Orare at item illi facerent, quæ sibi legati præcepissent.* ¶ 5. *Præcipere & Præripere* tape a librariis permutari, Drakenb. ad Liv. 22, 41 observat.

¶ Præcipiens, *tis*, ante capiens, Curt. 9, 6, 2 *Aliquantum intervalli a cætera classe præcipiens.*

¶ Præceptus, *a, um*, vorher genessen: ut, *Possessa præceptaque gaudia*, Ovid. Heroid. 17 v. 107. *Præcepta beneficia*, Nepos 25, 11, 5. Notabilis locus est Liv. 1, 7 *Priori Remo auguriam venisse fertur sex vultures; jamque nunciato augurio cum duplex numerus Romulo se ostendisset, utramque regem sua militudo confudaverat. Tempore ibi præcepto, at hi nuncio avium regnum trahebant*, jene drungen auf den vorzug der zeit, diese auf der vögel menge.

¶ Præceptum, *i*, n. subst. traditio, disciplina, lehre, unterricht, regel. Cic. de Fin. 5, 4 *Disserendi ab iisdem præcepta sunt tradita.* Et de Orat. 2, 36 *Philosophi nulla dant præcepta dicendi.* Horat. 2 ep. 1, 128

Mox etiam pectus præceptis format amicis.

¶ 2. Mandatum, jussum, imperium, befehl, ordre. Virg. Æn. 9, 45 *Obsident portas tomen & præcepta faciebant.* Nepos 15, 9, 5 *Quibus imperatum erat, diligenter præcepta curant.* Tacit. Agric. 37, 2 *Transvellæque præcepto Ducis.* Veget. Prol. L. 11 *Imperatoris non obedire præceptis*; ubi vulgo *mandatis* excuditur, quod ex glossa est.

¶ Præceptio, *ônis*, f. actus præcipiendi, die unterweisung. Cic. Off. 1, 2 *Propria est ea præceptio Stoicorum.* Et Nat. D. 1, 31 *Lex est recti præceptio, pravique depulsio.*

¶ Præceptor, *oris*, m. qui docet & artes scientiasque infundit, ein lehrer, unterweiser, lehrmeister. Cic. Phil. 2, 6 *Hunc tu auctorem & præceptorem omnium consiliorum totiusque vitæ debuisses habere.* Iuvenal. 7, 209

Di præceptorem sancti voluere parentis Esse loco.

Sic Alexander dicebat, *se Aristoteli præceptori non minus debere quam patri, quod a patre vivendi, a præceptore bene vivendi initium accepisset*, ὅτι ἐκείνου μὲν ζῆν, διὰ τοῦτο δὲ καλῶς ζῆν, Plutarch. in vita Alex. fol 668. Rursus Iuvenal. 7, 230 *Ut præceptori verborum regula constet* &c. Ovid. de Art. 1, 17 de se ipso: *ego sum præceptor amoris.* Construitur etiam cum gerundio. Cic. de Invent. 1, 25 *Quos habuerit artium liberalium magistros, quos vivendi præceptores.* Sic *præceptor aranai*, Ovid Fast. 6 v 18 Et *Latini dicendi præceptores*, Quinctil. 2, 4, 39 Quod discrimen a veteribus obtervatum sit inter *Præceptorem* & *Pædagogum*, apparet ex Sen. de Ira 2, 22 Vide ibi Lipf. & supra *Pædagogus.*

¶ Præceptrix, *icis*, f. eine lehrmeisterin. Cic. de Fin 1, 13 *Sapientia præceptrice in tranquillitate vitæ posita.* Vitruv. 12, 1 *Præceptrice & magistra manuali operatione omnis mechanicis inest.* 12 *eff.*

¶ Præceptivus, *a, um*, vox philosophica, qua Seneca epist 95 pr. usus est, philosophiæ partem *rationalem* vertens *præceptivam.*

¶ Præceptive, adv. gebrtieuse, Terentianus est apud Mare 5, 10.

¶ Præcepto, *are*, sape percipere, ex Salustii carmine Festus.

¶ Præceptorius, *a, um*, die lehrmeister betreffend; ut, *Præceptoria epistola*, Plin. epist. 4, 13.

¶ Præcipuus, *a, um*, singulare, non vulgare, contrarium communi, a *præ* & *capio*, sonderlich, vor andern. Cic. fam. 4 ep. ult *Nondebeo aut propriam fortunam aut præcipuum postulare, aut communem recusare*, was besonders vor andern. Ter. Adelph. 2, 3, 5 *Vnam hanc mihi habere præter alios præcipuam arbitror.* Et *Vir in eloquentia præcipuus*, sonderlich berebt, Quintil. 6, 3. *Partes meas in ea causa præcipuas fuisse*, in dieser sache habe ich das beste müssen thun, Cic. pro domo c. 5. *Eo prælio præcipua equitum gloria fuit*, sie hatten das grosste leb. Liv. 1, 37. ¶ 2. *Præcipua* vel *producta* Stoicorum, προηγμένα, quæ bona aliis, vid. Cic. Tusc. 5, 16. ¶ 3. Apud Ictos *Præcipuum* dicitur, quod per præceptionem singularem & præter hæreditariam portionem legatum est, etwas zum voraus. Sidon. Apoll. 1. 6 epist. 12 *Illud debet i tibi quodem, ut dicunt Iureconsulti, præcipui titulo, nec tanı poterit ire pudor inscitiæ.*

¶ Præcipue, adverb. potissimum, furnemlich, zuforderst. *Diligentia præcipue nobis colenda est*, Cic. de Orat. 2, 33 *Præcipue aliquem observare*, besonders hochachten, respect erweisen. Brut. Cic. fam. 11, 19. *Præcipue* idem, quod *præ aliis* ap. Cic. Or. 2 c. Rull. 23 *Nihil sibi appetit præcipue Pompejus, nihil.* v. Menck. Obl. L. L. hac voce.

¶ Recipio, *ère*, idem quod simplex *capere*, nehmen. Cic Or 1 contr. Rull. 4 *Si qua* (pecunia) *post nos Consules ex nostris vectigalibus recipiatur.* Conf. Or. 2 c Rull. 18. ¶ 2. *Recipere*, wieder erlangen, wieder einnehmen, ut, *Tarentum recipere*, Cic. de Orat. 2, 67. *Res amissas recipere*, Liv. 3, 63. *Cænatio epulum receptui*, ein speise-saal, gastmale darinnen zu halten, Sen. epist. 90. ¶ 3. *Recipere in amicitiam, familiaritatem, gratiam, fidem*, aufnehmen. Cic. Phil. 2, 32 *Hunc in familiaritatem libentissime recipiebas.* Et fam 13, 19 *Lysonem in fidem necessitudinemque tuam recipias.* It. Catil. 4, 10 *Quod hostes -- receptibeneficio & obligatos putant.* Ter. Eun. 5, 8, 54 *Recipite me in gregem*, nehmet mich in eure compagnie. ¶ 4. *Recipere se aliquo*, sich verfügen, sich begeben: ut, *Domum se recipere*, Ter. Phorm. 5, 4, 7 nach haus gehen. Sic & *in urbem.* Cic. 5 Att. 20 *Ipse me Lentulum recipiebam.* ¶ 5. *Recipere se*, militare verbum, pedem referre, sich zurück ziehen, sich retiriren. Cæs. B. G. 1, 25 *Tantum vulneribus fessi, & pedem referre, & quadrimum sustinere celeriter clypeum possunt, eo se recipere cœperant.* Et mox: *quo in montem sese receperant.* Id. B. C. 3, 45 *Non recusare se*, (Pompejus dicebat) *quin nullius ejus Imperator cedere videretur, si sine maximo detrimento legiones Cæsaris sese recepissent inde, quo temere essent progressæ.* Et c. seq. *Nostri, qui satis habebant sine detrimento discedere, quietissime se receperunt.* Id. de B. G. 1, 43 *Si qui erat longius prodendum aut celerius recipiendum.* ¶ 6. Est & antiquum juris verbum, & idem est, quod *Excipere*, ausnehmen, bedingen. Plaut. Trin. 1, 2, 157 *Portiendam hoc recipit, cum ædes vendidit*: er hat das ausgezogen, als er das haus verkaufft. Vide Nonium 4, 309, & Gell. 16, 6, & infra *Rota Cæsa*, in *Ruo.* *Alicujus nomen recipere* Prætor dicitur, cum accusatum aliquem in reorum numerum refert. Cic. L. 2 in Verr. c. 38; Lib. 8 ad Div. Ep. 8. conf. Menckenio notata hac voce. ¶ 7. *Recipere se ad bonam, melioremfrugem*, Cic. pro Cælio c. 12, frumm werden, sich bessern. Est autem proverbialis locutio, ut ipse Cic. c. l. indicat: *Equidem multos*, inquit, *audivi, & audivi, qui totam adolescentiam voluptatibus dedidissent, cum essent ali quando, & se ad frugem bonam*, VT DICITVR, *recepisse.* ¶ 8. *Recipere*, promittere cum obligatione, angeloben, zusagen. Cic. fam. 13, 3 *Vt mihi coram recepisti.* Ter. Phorm. 5, 7, 9 *An vereabamini, nemon id facerem, quod recepissem semel?* wozu ich mich einmal verstanden. Planc. Cic. fam. 10, 17 *Recipio vobis, celeriorem mei gratium ex sententia confectarum*, ich sage euch zu, daß ich je. Cic. Att. 2, 22 p. 271 Gr. *Eidem recepisti sini & ipsum & Appium de me.* Lambinus emendat *dedisse.* Certe hoc significat, sie hätten versprochen. ¶ 9. *Recipere* etiam est pro alio spondere, gut davor werden. *Tibi spondeo in me que recipio*, Idem fam. 13, 17. Et Ter. Heaut. 5, 5, 11. CL. *Pater, omnia faciam; impera.* CH. *Vxorem ut ducas.* CL. *Pater.* CH. *nihil audio.* ME. *ad me recipio: Faciet*: ich garantire vor ihn. ¶ 10. *Recipere* etiam medicorum est, quibus partibus compositum sit medicamentum, judicantium. Exempla Scrib. Largi Menekenius in Observ. hac voce, collegit. ¶ 11. Tandem notetur gladiatoria vox *Recipere ictum*, vel *ferrum*, quod jubebantur gladiatores jacentes & missionem petentes, sed non impetrantes. v. Cic. pro Rosc. Am. c. 12; & pro Sext. c. 37; & Gronov. ad Sen. epist. 7 p. 19.

¶ Receptus, *a, um*, aufgenommen. Nepos 2, 8, 4 *Majore religione ne receptum tueri.* Cic pro Rabir. c. 8 *Ex magnis inimicitiis receptus in gratiam*, ein ausgesöhneter. ¶ 2. *Receptum* etiam dicitur, quod usitatum est, üblich, bräuchlich, gewohnlich. Plinius 28, 2 ubi de saperstitionibus agit, *Quin &*, inquit, *absentis timitu animum præsentire sermones de se, receptum est*, es ist etwas bekanntes. Quo sensu etiam per gradus attollitur. Tertull. adv. Marc. 4, 5 *Auctoritas receptior.* Et Solinus præfat. *Scriptores receptissimi.*

¶ Receptum, *i*, n. subst. idem quod promissum, eine zusage, ein versprechen. Sic *Promissum & receptum intervertere*, Cic. Phil. 2, 32 umstossen, nicht halten. *Promisso ac recepto fuo satisfacere*, Id. Verr. 5, 53.

¶ Receptus, *us*, m subst ipse recipiendi actus, die zurücknehmung. Liv. 4, 57 pr. *Dare tempus ad receptum nimis pertinacis sententiæ.* ¶ 2. Diffessio, der abzug die retirade. Cæs. B. C. 3, 46 *Cæsar receptui suorum timens, crates ad extremum tumulum contra hostem proferri jussit.* Hinc *Receptui canere*, Cic. Phil. 12, 3 zum abmarsch blasen. *Receptui signum dare*, Curt 4, 6, 10. ¶ 3. Est & *Receptus* ipse locus, quo fit receptio. Planc. Cic. fam. 10, 11 *Animadverti, nullum aliud receptum Antonium reliquiatque, quæ cum eo essent,*

essent, habere keine andere zuflucht. Cæs. B. C. 1, 82 *Propinquitas castrorum aderam sperantis ex fuga receptum labat.* ¶ 4. Nidum avium *Receptus* denotat apud Solinum c. 12 *Spineis fruticibus ac sarcalis receptas sues* nutriunt. conf. c. 8.

¶ Receptio, *ōnis*, f. die aufnahme. Plaut. Asin. 5, 2, 70 *Quid tibi hæc receptio ad te est meum virum?* id est, quamobrem virum meum huc ad te recipis? Verbale nomen cum caluverbi junxit, ut alias: *Quid tibi meam tactio est*, &c. De his Plauto non infolitis Pareus Mentill. Lex. Crit. p. 183.

¶ Receptor, *ōris*, m. qui recipit. Tac. An. 4, 23, 3 *Prædarum receptor*, der hehler. Prudent. hymn. Epiphan. v. 144 *Moysis receptor civium.* Eutrop. 9, 9 de Aureliano: *Receptor orientis occidentisque.*

¶ Receptrix, *īcis*, f. Cic. Verr. 5, 62 *Vrbs furtorum receptrix*, Meſſanam Siciliæ intelligens, die den diebſtahl verhelt. Apul. de Mundo p. 66 *Receptrix naturarum ad diversa tendentium.* Id. ad Aſclep. p. 37 *Terra omnium receptrix.*

¶ Receptibilis, *e*, das man wieder bekömmt. Auguſt. de Trinit. 5, 13 *Nostra scientia amissibilis est & receptibilis.* Vulg. Interpr. Sirac. 2, 5 *Homines receptibiles probantur in camino humiliationis.*

¶ Receptitius, *a, um*, qui receptus eſt. Cato apud Gell. 17, 6 *Receptitium servum* vocat, qui interprete Gellio, venum datus, ſed redhibitus ob aliquod vitium receptusque eſt; puta nequam, nullius pretii. Sed *Dos receptitia*, Vlpiano eſt l. 31 Dig. de mortis cauſſa don. § 2, *quam quis in mortem mulieris a marito stipulatur*, ut ipſe expliceat.

¶ Recepto, *are*, idem quod *recipere*. Varro ap. Probum in Virg. Ecl. 6, 31 *Lunæ litigas solique receptat.* Tac. An. 3, 60, 2 *Oberati adversum creditores receptabantur*, wurden in ſchutz genommen. Virg. Æn. 10, 383 *Hastamque receptat Ossibus herentem*, id eſt, retrahit. Ter. Hec. 5, 1, 16 *Meum receptas filium ad te*, du zieheſt meinen ſohn an dich.

¶ Receptatio, *ōnis*, f. die aufnehmung. Ammian. lib. 20 ſub fin. in Iridis deſcriptione: *Punicea tertia, quod solis obnovia claritudini, pro receptatione sui ritus, fulgere ejus purissimi e regione defleret.* Sed MSS. aliter. Vid. Valeſ. in h. l. p. 259.

¶ Receptator, *ōris*, m. idem qui *Receptor*, ein hehler. Cic. pro Mil. c. 19 *Hæ latronum ocultator & receptator locus*, ein mordernest. Flor. 3, 10, 9 de Rheno: *Receptator hostium atque defensor.*

¶ Receptāculum, *i*, n. ein aufenthalt. Cic. Verr. 5, 23 *Illud tibi cryptam receptaculum præda fuit*, in dieſe ſtadt haſt du geflüchtet, was du geraubt haſt. *Sic alicui receptaculum est corpus*, die herberge, das behältnis, Cic. Tusc. 1, 22. Et Sen. ep. 92 ex r. *Ide divinus animus cogitationes hominum, quo receptaculum suum convertatur, ignis illud exuret, an fœtus alturum, et terra contegat; non magis ad se judicat pertinere, quam secundas ad ortum infantem.* Bis etiam occurrit in epiſt. 90. Cant. 8, 2, 15 *Receptaculum evidam.* Liv. 1, 33 *Hostium receptaculum*, die retirade der feinde. conf. Iuſtin. 2, 4, 31.

¶ Receptātius, *a, um*, zur aufnahme dienlich; ut, *Receptorius locus*, Tertull. de Reſurr. carn. c. 27 eine herberge.

¶ Receptorium, *i*, n. ſubſt. locus, quo nos recipimus, & idem ac *receptaculum.* Speciatim Sidonio 5 epiſt. 17 in templo vel eccleſia locus pro lecerdotibus: *Nunciatum est, hora monente, progredi episcopum de receptorio*, aus der ſacriſtey.

¶ Receptivatus, *a, um*, wieder gefangen. Vet. Interpr. Irenæi: *Iuste a Deo receptivatus.*

¶ Recupero, vel Recipero, vide in *Paro.*

¶ Satisaccipio, *ĕre*, quod tamen ſeparatim etiam ſcribitur, verſicherung oder caution annehmen. Cic. pro Quint. c. 13 *Si veretur, ut res judicio facto, parata sit, judicatum solvi satisaccipiat.*

¶ Satisaceptio, *ōnis*, f. ſtipulatio, die annehmung der caution. L. 5 § 2 Dig. de Verb. obligat.

¶ Sucipio, *ĕre*, auf ſich laden, auf ſich nehmen. Cic. Off. 3, 2 *Omnia græce sustipere.* Sen. de Benef. 6, 15 *Labentem domum sustipere*, i. e. fulcris excipere. v. Ramir. ad Martial. 1, 1. *Actiones periculosas sustipere*, Cic. Off. 1, 24. *Sustipere scelera, facinus, fraudem, severitatem*, idem dixit, notante Menck. Obſ. L. L. hæc voce. *Sustipere bellum*, krieg anfangen, Curt. 4, 1, 12. *Sustipere libertatis caussam*, ſich der freyheit annehmen, Cic. 12 ep. 24. *Pro salute alicujus sustipere vota*, vor einen bitten, Vellej. 2, 43, 2. ¶ 2. *Sustipere liberos, sobolem*, eſt procreare, kinder zeugen. Cic. fam. 5, 16 de calamitoſis reipubl. temporibus: *Beatissimi sunt, qui liberos non sustuperant.* Id. Att. 11, 9 ext. *Hæc ad te die natali meo scripsi, quo animam sustepisse non essem.* Quæ forma loquendi inde nata eſt, quod recens editi infantes deponerentur in terra: quos ſi probaſſet, & educare decreviſſet pater, levabat & incipiebat. Vnde & *Tollere liberos*, ſimiliter procreare eſt; conſequens pro antecedente. Vide infra in *Tollo.* ¶ 3. Hinc Chriſtiani etiam, *sustipere quem de fonte*, dicunt; qui in baptiſmo pro infantulo ſpondent fidem & excipio. de patrino, die ein kind aus der taufe heben: qui inde etiam *Sustiptores* appellati ſunt. Victor Vticenſis de Perſecut. Vandal. *Hic* (Dyſcholius) *fuerat apud nos* (orthodoxus) *in Ecclesia: postea baptizatus, quam Venerabilis Maritta Diaconus de alveo fontis sustiperat.* Gregorius Papa 4 Dial. 32 *Quidam Curialis illic sacratissimo Paschali Sabbato, juvenculam cujusdam filiam in baptismate sustipit.* ¶ 4. *Sustipere* idem eſt ac *sustinere* apud Cic. pro L. Manil. c. 2 *Adhuc pœnam nullam, quo dignam sustere, sustipit.* ¶ 5. Idem pro *constituere* hoc verbo uſus eſt de Nat. Deor. 2, 24 *Sustipit vita hominum, consuetudoque communis.* ¶ 6. Eſt & diputantium verbum, ſicut *accipere*, de quo ſupra. Cic. Tuſc. 1, 32 *Illos vero, qui, quod tam in hac caussa difficillimum est, sustipiant, posse animum manere corpore vacuatum*, die das annehmen und zugeben. ¶ 7. Idem ac *respondere* Virg. Æn. 6, 725 *Sustipit Anchises*, id eſt, respondendi officium in ſe recipit, & reſpondet dare geden. Et Apul. Met. 5 p. 163 *Sustipit alia: Ego vero* &c. hoc eſt, Alterum vero reſpondet, non ordine ſi ea ad ea, quæ ſoror prius dixerat. ¶ 8. *Sustipit* Leo himerius c. 1 hist. in Ducrit. 5, 483 *Æternam sustipit lampadi mentis*, id eſt, excepit, recepit vice alterius, al. *suscepit.* ¶ 9. *Sustipere* & *Suspicere* nonnunquam in Codicibus permutari, notat Drakenb. ad Liv. 28, 6, 12.

¶ Susceptus, *a, um*, übernommen; ut, *Susceptum flagitium ac dedecus*, Cic. pro Mur. c. 5. ¶ 2. Item, erzeuget. Iuſtin. 11, 10, 2 *A captiva susceptum puerum Herculem vocavit.* Id. 9, 8, 3 *Liberi ex variis matrimoniis susceptis*, zuſammen gebrachte kinder. ¶ 3. In Codice pro Cliente *susceptus* ponitur, quod in patroni tutelam ſuſcipiatur. Vſus & Ammian. 17, 20, ubi vide Lindebrog. p. 70. Servius ad illud Virg. Æn. 6, 609 *& fraus innexa clienti, Vult*, inquit, *intelligi prævaricatores, qui patroni sunt clientium, quos nunc* SVSCEPTOS *vocamus.* Adde Wowerium & Elmenh. ad Minuc. Felic. c. 28, 4.

¶ Susceptum, *i*, n. ſubſt. i. e. inceptum, ein vorhaben. Ovid. Metam. 11, 200 *Susceptaque magna labore Crescere.*

¶ Susceptio, *ōnis*, f. die auf- und annehmung; ut, *Susceptio caussæ*, Cic. pro Mur. c. 1. *Laborum dolorumque susceptio*, Id. Acad. 1, 6.

¶ Susceptor, *oris*, m. qui ſuſcipit, ein aufnehmer. Apud Iuſtin. 8, 3, 8 *Susceptores solicitare*, eſt homines quærere, qui opera facienda conducunt; qui & *redemptores*, & in l. un. C. de monop. *exgoulabi* dicuntur, pachter, denen etwas überhaupt verdungen wird. ¶ 2. *Susceptores* etiam ſunt, qui annonis & tributis ærarii recipiendis præpoſiti ſunt, einnehmer. vid. tit. C. de ſuſcept. & Liv. 8, 3. Sic *Verris pecuniarum susceptor*, Aſcon. Ped. p. 97. ¶ 3. Non raro ſunt, qui clam aliquos ſuſcipiunt, & parum licite. Ita *Susceptores* dicuntur, qui aleæ, prohibitæ legibus, luſores recipiunt, & facultatem ludendi concedunt, L. 1 § 2 D. de aleat. ¶ 4. *Susceptorem* Erasmus dixit, qui vulg. *Compater*, item *Patrinus* appellatur, eine pathe. *Ἀνάδοχος* Dionyſio Areopagitæ dicitur. Tertull. de Bapt. c. 18 *Sponsorem fidei*: Auguſtin. ep. 25 *Offerentem* vocat, ut Voſſius obſervat. Vide quæ proxime præcedunt in *Suscipio* n. 3.

¶ Susceptibilis, *e*, ad ſuſcipiendum aptus. Saresb. Polier. 3, 2 *An omnia susceptibilia sint contrariorum.*

¶ Susceptro, *are*, frequent. idem fere quod *Susscipere*, ſed rarioris uſus. Apul. 2 Met. p. 128 *Vicariam pro me lanienam susceptavit.* Id. lib. 11 ſub fin. *Tertiam scletam susceptare*, uti Wower. reſtituit, quem Iul. Flor. p. 394 ſequutus eſt; alii *suscitare.*

¶ Resuscipio, *ĕre*, wieder aufnehmen. Arator: *Resuscipere usum rei alicujus.*

¶ Insuceptus, *a, um*, non ſuſceptus, unangenommen. Ovid. vel quicunque autor eleg. de morte Druſi v. 197 *Vota insuscepta reliquit.*

CAPIS, *idis*, f. poculi genus, in ſacris uſitatum a capiendo dictum, ut Feſtus auctor eſt. Liv. 10, 7 *Cum capide ac lituo victimam cædat.* Leges & apud Plin. 37, 2. Vide Bturn. ad Petron. c. 52 p. 253 ſeq. it. Havercamp. ad Tertull. Apol. p. 147. Add. infra *Capula.*

CAPISTERIVM, *i*, n. vel cribrum eſt, vel aliud quiddam, quo femina expurgantur, apud Columell. 2, 9 *Semen quod exteritur, capisterio expurgare*, ein ſieb, mulde oder ſchwinge, darinn man den ſaamen feget.

CAPISTRVM, *i*, n. vel a *capiendo* dictum, quod eo jumenta comprehendimus; vel a *capite*, ut habet Iſidorus 20, 16, quia eſt capitis vinculum, quo jumenta adſtringimus, ein zaum oder halfter. Varro R. R. 2, 6 de anniculis pullis aſinarum: *Leniter capistris habent vinctos.* Virg. Georg. 3, 399 de hædis: *Primaque ferratis præfigunt ora capistris.* ¶ 2. Columella 4, 20 ad vincula etiam, quibus alligantur vites, traduxit. Nam ita ſcribit: *Cum ad summum palum recta vitis extenta est, capistro constringitur.* Iuvenal. 6, 43 *Maritale capistrum*, ſatyrice, das joch der ehe.

¶ Capiſtro, *are*, capiſtrum induere, zäumen, halftern. Plin. 18, 19. *Boves pecellis capistrari oportet.* Item, *capistris alligare*: Colum. 6, 19 *Primis autem laubas statuminibus imponitur primum jugum, ad quod jumenta capistrantur.*

¶ Capiſtratus, *a, um*, gezäumt. Ovid. Heroid. 2, 80 *Inque capistratis tigribus alta sedes.*

¶ Incapiſtro, *are*, illaqueare, verſtricken. Apul. Met. 11 p. 266 *Cum me malis incapistrassit erroribus Fotis*, cum reſpectu ad formam aſini, quam ei conciliarat. Gloſſ. *Incapistro* Φιμόω.

Capitalis, Capitium, capito, &c. quære in *Caput.*

CAPITOLIVM, *i*, n. arx Romana & templum in monte Tarpejo, vel Saturnio, a *capite* humano, ibi, cum exſtrueretur, invento, ſic appellatum. Quamquam non deſint, qui ſic dictum volunt, a *capite Toli* cujusdam, ibidem ſepulti. vid. Arnob. 6 p. 194, & ibi Elmenh. Omnium dæmonum conſiſtorium vocat Herald. ad Arnob. 6 p. 234. Ejus Hiſtoriam breviter habes apud Plut. Public. p. 188 ſq. H. Steph. item Liv. 1, 38 & 55; & Tac. Hiſt. 3, 72, 3, quam copioſius & juſto ac peculiari Commentario Iuſtus Ryckquius exſecutus eſt. Conf. Lipſ. in Admirand. 3, 5, & de Magnit. Rom. 11, 5. Pigh. Annal. Rom. 1 p. 52. Fabricii Antiqu. Rom. lib. 3 &c. Cæterum poſt affectatam a M. Manlio Capitolino regnum lex lata eſt, *ne quis patricius in arce aut capitolio habitaret*, Liv. 6, 20 pr. Et jam ante invidiæ fuerat M. Valerio Publicolæ, quod & ipſe habitaret in Capitolio. Liv. 2, 7. conf. Plut. in ejus vita p. 185 ſq. H. Steph. ¶ 2. Hinc & aliarum urbium magnifica templa arcesque *Capitolii* nomen acceperunt. Sic *Capitolium* Capuæ Suetonius memorat Calig. c. 57, ubi Caſaub. inſpicias; *Augustodunense* Eumenius Rhetor 5; *Tolosanum* Sidon. 9 ep. ult. in Carmine v. 67; *Narbonense*, Id. Carm. 23, 14. ¶ 3. Poëtæ etiam pluraliter *Capitolia* de uno dicunt. Ovid. 1 Triſt. 3, 29 *Hanc* (lunam) *ego suspiciens, & ab hac Capitolia cernens.* Sidonius carmine Sapphico ultimæ epiſt. ſubjecto: *De gradu summo Capitoliorum præcipitatus.*

¶ Capitōlīnus, *a, um*: ut, *Iupiter Capitolinus, Clivus Capitolinus.* Cic. pro Rabir. extr. *Capitolini ludi*, in honorem Iovis Capitolini pro ſervato Capitolio ab hoſtibus. Gallis Senonibus inſtituti, & celebrati, Liv. 5, 50. Add. Scalig. Lect. Auſon. 1, 10 pr. Et *Ælia Capitolina*, in Iovis Capitolini honorem condita urbs Palæſtinæ, in ruderibus ferme Hieroſolymo-

rosolymorum exstructa, apud Xiphilinum in Hadriano, & Prolemæum 8, 4 ¶ 2. *Capitolini* absolute dicti collegium hominum in Capitolio habitantium & ludos Capitolinos celebrantium. vid. Liv. 5, 50 pr. it. Turnebi Adverf. 5, 28.

Capitofus, capitulatim, capitulo, &c. vide *Caput*.

Capnia, capnias, capnites &c. vide *Capnus*.

CAPNVS, *i*, m. a καπνός, *fumus*: herba, latine *fumaria*, vulgo *fumus terræ*, erdrauch, taubenkropf, wilde rauten. Plin. 25, 13.

¶ Capnîris, *idis*, f. καπνῖτις, eadem herba, Plin. 34, 10.

¶ Capnia, *æ*, f. vitis a fumi colore dicta, Plin. 14, 3.

¶ Capnias, *æ*, m. καπνίας, gemma ex genere lapidum, quodam veluti fumo infecta, unde & nomen accepit. Plin. 37, 9.

¶ Capnîtes, *æ*, m. καπνίτης, gemma pluribus ſpiris fumida. Plin. 37, 10.

¶ Capnion, *i*, n. herba eadem, quæ *capnus*. Plin. 25, 13.

¶ Capnomantes, dicti divinatores ex fumo ſuper aras. Vid. Alex. ab Alex. 4, 17.

¶ Capnumargus, *i*, m. argilla ruſſa, qua arva pingueſcunt, Plin. 17, 7, quaſi fumi ruſſo & fuſco colore imbuta.

¶ Capo, *ônis*, vide *Capus*.

CAPPA, n. indecl. litera Græca. *Duplex Cappa*, διπλοῦν κάππα, id eſt, melius vel malum, κακόν. *Tria cappa poſſuma*, τρία κάππα κακίας, videlicet *Cappadox, Cretenſis & Cilix*: vel *Cornelius Sylla, Cornelius Cinna, Cornelius Lentulus*, vide Chiliad.

¶ Cappa, *æ*, f. pilei genus, eine kappe; *vel quod duos apices, ut* Cappa *litera habeat, vel quia capitis ornamentum eſt*, Iſidor. 18, 31. ¶ 2. *Cappa*, marinus equus, Feſto.

CAPPADŌCIA, *æ*, f. Καππαδοκία, Aſiæ regio frumento & pecudibus abundens. Cic. fam. 15, 4 *Evocetur nobis discendum per Cappadociæ regionem patavi*. Nomen a *Cappadoce* amne eſt: ante *Leucoſyria* appellata, ut Plin. indicat 6, 3. Nep. 14, 1, 3 *Habuit provinciam Ciliciæ juxta: Cappadociam, quam incolunt Leucoſyri*.

¶ Cappadox, *ôcis*, m. qui ex Cappadocia eſt. Lucan. 7, 225 *Cappadocum montana cohors*. Nobiles equitatu fuerunt olim; unde & *Equites Cappadoces* olim in comitatu principum habiti; quod ad Suet. Torrentius obſervat. Multa & inde venalia mancipia adducta Romam. Cic. poſt reditum c. 6 *Cappadocum modo abreptum de grege venalium duceris*. Meminit & Perſ. Sat. 6 extr. & Martial. 6 epigr. 77. Sane Cappadoces tam ſervili ingenio fuiſſe, Strabo l. 12 refert, ut oblatam a Romanis libertatem recuſaverint. Quis ſit *egens æris Cappadocum rex* apud Horat. 1 ep. 6, 39 vide in *Ariobarzanes*.

¶ Cappadōcus, *a*, *um*, adject. ut, *Cappadoca lactuca*, Plin. 19, 8. Et Martial. 10 ep. 76 *Nec de Cappadocis equus cataſtis*.

¶ Cappadŏcius, *a*, *um*, idem: ut, *Gemma Cappadocia*, Plin. 37, 10. Sed & Zizipha *Cappadocia* vocantur, Plin. 21, 9.

CAPPĂRIS, *is*, f. καππαρις, frutex ejusque fructus, vulgo kapern. Columell. 10, 118 *Capparis & triſtes inulæ ferulæque minaces*. Martial. 3 ep. 77

Capparin & putri cepas alcee natantes,
Et pulpum dubio de proſapone vuras.

¶ Cappar, *ăris*, n. idem. Pallad. oct. t. 11 *Scritur & cappar menſis initio*.

¶ Cappăra, *æ*, f. eadem, quæ portulaca. Apul. de Herb. c. 103.

¶ CAPPĂRVS, *i*, m. canis in Athenienſium templo Æſculapii, qui templi cuſtodes latratu excitare haud valeus, perſequebatur ſacrilegos, donec illi apprehenderentur. vid. Plutarch. T. 3 Var. lib. utrum animant. plus rat. &c. p. 313.

Capra, caprago, caprarius, caprea, capreolatim, capreolus, capricornus, vide *Caper*, Caprificus, &c. *Ficus*, Caprimulgus, caprina, capriſſo, &c. *Caper*.

CĂPRŌNÆ, vel Caproneæ, *arum*, f. pl. πρόκομιον, jubæ ſunt equorum in frontem propendentes, *dictæ quaſi a capite pronæ*, der ſchopff, ut Feſtus interpretatur. Nonius 1, 81 in genere *comas, quæ ante frontem ſunt*, exponit: eoque producit Lucilii verſus ex l. 7 Sat.

Aptari caput, atque comas ſtultare caproñas,
Altas, frontibus immiſſis, ut mos fuit illis.

Sane & de homine dici, Apulej. Florid. 1 oſtendit, de Apollinis facie loquens: *Promiſſi capronis antevenuli* (crines) *propenduli*. Elmenhorſt. p. 342 *caproneis* legit. v. ejus Ind. Vulgo *Antiis*, haarlocken.

Caprotînus, vide *Caper*.

CAPRVNCŬLVM, *i*, n. vas fictile, ſic dictum, quod ſit capax, ein napf. Feſtus.

CAPSA, *æ*, f. Κάψα, κιβώτιον, kaſten, kiſte. Cic. Div. in Verr. c. 16 *Si te ſemel ad meas capſas admiſero*. Horat. 2 epiſt. 1, 268 *Capſa aperta*. conf. 1 Sat. 4, 22 & Sat. 6, 36. Martial. 11 epigr. 9

Poma quod hiberna matureſcentia capſa.

¶ Capsŭla, *æ*, f. dimin. *Totos de capſula*, Seneca ep. 115 pr. dixit, qui ita munditiæ ſtudent, ut ne minimum relinquant, quod ad ſordes neglectumque intelligi poſſit. v. ibi Lipſ. Ita Germani quidam de hujusmodi hominibus dicunt: als wenn ſie aus dem kaſtlein geſchnitten wären. Gell. 10, 15 ex Fabio Pictore: *Capſulam eſſe cum ſtrue atque ferto oportet*.

¶ Capſula, *æ*, f. al. dimin. Vlpian. l. 12 § Conſervandi, Dig. de Inſtruct. & inſtrum.

¶ Capſarius, *i*, m. ſervus, qui nobiliorum civium filiis ir ludum euntibus libros in capſula deferebat, buchträger. Vlp. l. ſi collectaneus D. de manumiſſ. vindicta; CAPSARIVS, *id eſt, qui libros portat*. Suet. Ner. c. 56 *Conſtat, quosdam cum pædagogis & capſariis uno prandio pariter necatos*. Idem *librarium* appellat in Claudio c. 35 *Servo ac vix remiſit, ne fœminæ prætectatique puerive per illa contrectarentur, & ne cuivis comiti aut librario calamario aut graphiario thecæ admerentur*. Quem enim Ner. l. c. *pædagogum*, hic *comitem*; quem ibi *capſarium*, hic *librarium* vocat: a libris ſcilicet, quos portabat in capſa. Juvenali 10, 116, eſt *e ſius capſis*. Sic Auguſtinus Judæos vocat, *Capſarios Chriſtianorum*, quod aſſervandis Vet. Teſt. libris admodum intenti fuiſſent, quorum etiam opere ad illos pervenirent. ¶ 2. Idem quod ſcrinarius. ein ſchreiber, trager. Tarrunda nus Paternus l. 1 Militarium ita inquit: Vide Joach. Zehneri Nomencl. c 51. ¶ 3. *Capſarii* etiam, qui mercede ſervanda in balneis veſtimenta ſuſcipiunt. *I*, § 5 Dig. de off præf. vigil. Add. Wower. ad Petron. c. 29 p. 115, Barth. ad Schol. Juvenal 3, 263.

¶ Capſarius, *a*, f. Murat. Inſcr. p. 899 *Capſaria Lavia*.

¶ Capsĭcum, *i*, n. καψάκιον, vola alum. Hier nym ep. 10 ad Furiam, *Capſaces olei*: & ep. 22 ad Euſtoch. de cult virg. c. 14 *Capſace completo*.

¶ Captus, *i*, m. eſt ſepram ſudibus factum, ein ſtall. Veſſej 1, 16, 2 *Clauſa capio animalia*. Græcæ eſt originis. Hetychius, Καφεῖον, τοῦτο. vid. Salmaſ. ad Spartiani Hadrian. c. 12, & ad Vopiſci Procul. ¶ 2. Sed & *capiendo capſum*, ait Philander, *obſcœnum eſſe, ubi qui verbantur ſedent*, der ſtuhl einer chaiſe oder ſänfte darinnen man ſitzt. Vitruv. 10, 14 *Ad capſam rhedæ hoc modo temonem oportet figatur*. Iſidor. 20, 12 *Capſus* eſt *carri ex indique contexta quaſi capſa*.

Captatio, captiosus, captivus, captivitas, captio, &c. vide *Capio*.

CAPVA, *æ*, f. Καπύη & Καπύα, Stephano & Ptolemæo, ibi Campaniæ clauſima, *altera Roma*, ut cap. 1 vocat Cic. Phil. 12, 9, qui Annibalem victorem luxu atque otio perdidit. Quamquam ea non ſine conſilio fecit: quod prudentiſſimus ſcriptor Polybius cap. 11, 31, quem operæ pretium erit videre. Condita fuit a Tuſcis ante Trojanis. Virg. Æn. 10, 145 *Et Capys, hinc nomen Campanæ ducitur urbi*. v. Liv. 3, 37 f. r. Hinc Lucan. 2, 893 circumeri, turris hanc urbem: *Mœnia Dardanidi petiit Campana colonæ*. Sunt qui quafi *Campuam* dici velint: incolæ certe & ager *Campani* vocantur *a camporum fœcundate*. v. *Campania*.

¶ Capŭanus, *a*, *um*, adject. Καπυανός. Stephan. Byzant. Vide ad eum Notas Holſtenii. Sic *Capuana urbs*, Servius ad Virg. Æn. 10, 145.

¶ Capŭenſis, *e*, idem. Inſcript. vet. apud Grut. p. 459 n 1, & Sponium Miſcellan. antiq. p. 162, ORDO CAPVENSIS.

CAPVLA, *æ*, f. pocali genus fuiſſe, teſtatur Varro ap. Nonium 15, 33. Varro l. l. 4, 26 CAPVLA a capiendo: *quod amittere, ut perbendi poſſint, idcirco, capi. Harum figuræ in veſtigio ſic ſi ſignatæ & fictiles antiquas ex aere nunc videmus*. ¶ — Videtur & vas hydriformibus hauriendis ſic appellatum: ein ſchöpff-topff, ſo eine enge form leffel. Inde enim verbum

¶ Capulo, *are*, i. heft, capulus deplere, mit dem ſchöpff-topf abſchöpffen, abſcimen. v. Cato in *capulator*. ¶ 2. *Capulo* verbum eſſe antiquum videtur a *capio* derivatum, ut a *jacio jaculo, ſive dim. appendix* ſignificatque *capio* h. e. capere volo, quod etiam in laudato modo verbis ira eſſe apparet. Occurrit apud Melam. 3, 5 ſub fin. *pilei vertex ita minus lecta capulamine extrahitur inter ſecta*, ut legi jubet etiam II. Voſſius. Colum. 6, 2, 4 *jaculi, quibus capulantur* vituli, ſunt lapides, quibus injectis capiuntur & ligantur. vid. Gesnerus ad h. l.

¶ Capulator, *ôris*, m. dicebatur, qui curabat & cuſtodiebat oleum: quod inter præcipuas ejus partes effet, frequenter deplere oleum & ab amurca purgare, quæ oleo inimiciſſima eſt. Cato R. R. c. 64 *Oleum, ſi poteris, bis in die depleto*, &c. Id. c. 67, ubi cuſtodis officia recenſet: *Oleum frequenter capulent*. In c. 66 tamen *capulatorem* a *cuſtode* videtur diſtinguere. Nam *capulator* eſt, qui quod factores exprefſerint oleum, tollit & deplet. Qui tamen ubi non *capulus* nominat, quibus hauriatur ſeu deplcatur oleum; ſed *cados*. Et ita Columella 12, 52 *Cunctæ ferreæ, quibus deplctur oleum*. Qui ibid. & *Capulatoris* meminit his verbis: *Quod primum defluxerit in rotundum labrum, protinus capulator deplcat, & in ſcifilia labra hinc ejici præparata ſundat*.

¶ Decapulo, *are*, abſchäumen. Plin. 15, 6 *Oleum ſapius decapulandum*, ubi nonnulli legunt tantum *capulandum*.

CĂPVLVS, *i*, m. & Capulum, *i*, n. gladii manubrium eſt, a *capiendo*, das gefäß, der griff oder heft am degen. Virg. Æn. 2, 556 *Lateri capulo tenus abdidit enſem*, bis an den hefft. Apul. 1 Milet. p. 190 *Per ſinistram ſiſtrum capulo tenus gladium totum ei demerſit*. ¶ 2. Deinde ad alias quoque res applicatur, ſicut Ovid. 1 Pont. 8, 57 pro *ſitella* poſuit: *Ipſe mane capulum preſſi moderatus aratri*. ¶ 3. *Capulus* etiam dicitur area lignea, in qua efferuntur mortui, quæ & *Sandapila* appellatur: ex Græco κάπτω, ſeu præſepem ſignificet, ut Salmaſius nos ex Varrone docuit Exerc. Plin. f. 348 ed poſter. vel a *capio*, quod *corpus capiat*, teſte Servio in Virg. Æn. 11; non autem quod ſupra *capita hominum ferantur*, ut vult Iſidor. 20, 11; bei todten bahr; item das grab. v. Nonius 1, 13, & Feſtus. Ideo Plautus Aſin. 5, 2, 43 *capuli decus* dicit ſenem, quem *Aſcanium* vocat Merc. 2, 1, 19. ¶ 4. *Capulus* denique res eſt turpicula, Plaut. Caſ. 5, 2, 31 & in Priapejis n. 24.

¶ Capulāris, *e*, adject. ut, *Capularis ſenex*, qui capulo ſive arcæ ſepulcrali proximus, der auf der grube gebet. Apul. Apol. p. 317 *Neque inceptio patrociniorum capulari ſeni congruiſſet*. (*Silicernium* Terentio appellatur Adelph. 4, 2, 48). *Capulare cadaver*, Lucil. v. Non. 1, 13. Fulgent. Iſidor. 20, 11, Grammat. veteres, & adde Salmaſ. e. l.

¶ Capulatus, *a*, *um*, capulo indutus, bewehrt. Vet. Inſcript. apud Fabrett. p. 90 A. SAL. MARTIALIS CAPVLATVS. Male Sponius in Miſcell. Antiq. 179 explicat, *Capulatum* eſſe idem quod ſepultum, quia Nomicius vivus monumentum hoc ſibi feciſſe aſſerit: ſed *Capulatus* eſt, quia cavalum ſive manubrium aut apicem galeris pilei ſeu caſſidis pro geſtamine habuit, ut marmor Capitolinum p. 35, & Medicenm p. 42, inter Miranda Antiq. oſtendunt.

¶ Capulātor, *oris*, m. vid. modo in *Capula*.

¶ Capulcum, *i*, n. Genus navigii ad ſimilitudinem cupuli fabrefacti, Gell. 12, 25.

CĂPVS, *i*, & capo, *ônis*, m gallus caſtratus, ein capaun, caphan. Col. 8, 2 *Mares gallos, ſeminares capi, qui vocantur capones, cum ſint cæli: abolendæ libidinis cauſſa. Nec tamen ea patientia mollis ſegnitiesve ſequitur, ſed ferro candente calcaribus incſſis &c.* Petitus in *Coniectan. Gallinæ hoc collum ab aquila, quod ei ſimile, a rore, capus a gallo, vomere ex ariete*. Inter gallinam deberis numerat Martialis 13 ep. 63 & 64, quorum leonina eſt *capo*. *Calcar gallinum* vocat Petron. c. 55. Adempta natura tamen illos non ſinit in cantillare, ſed & gallinas aſcendere ſcribit Elmenh. ad Apul. 1 Apol.

CĂPVT, *itis*, n. κεφαλή das haupt ſeriptum de appellatum, quod hinc i. rectum tenus & nervi capiant, ut Varro ad ſe ſcribit, obſervante Lactantio de Opific. Dei c. 5. Hetton gr. 8. 22. Eſt autem animi ſedes & rationis item que virtutis ex mente Platonicorum. v. Lud. Vives ad Auguſt. C. D. 1. 13 p. 59. conf. Lamb. ad Horat. p. 136: it. 344 19.

Inde factum olim existimatum, quia per illud jurabant, & sternutationibus ab eo factis tamquam sacris genua flectebant. ¶ 2. Romani certe jurabant per caput suum, interdum & per caput alterius. Vlpian l. 3 ult. ff. de jurejurand. *Caterum si ego dixerit, ut per Deum jurares, tu per caput tuum jurasti, vel filiorum tuorum.* Ovid. 5 Trist. 4, 45 *Per caput ipse suum solitus jurare tuumque, Quod scio non illi vilius esse suo.* Conf. Virg. Æn. 9, 300; Ovid. Heroid. 3, 107; & Pont. 3, 3, 68. Brisson. de formul. l. 8 p. 709 edit. Wechel. Etiam in imprecationibus appellabant caput. Cæl. ad Cic. fam. 8, 14 *Te fabro strani, quod illorum capiti sit, dissiparent periisse*; qua ratione malum omen retundit. Sic Tibull. 1, 2, 12 *Capiti sint, precor, ista meo*, h. e. quæ dementi ira impulsus tibi imprecatus sum, ea in me eveniant. Conf. Ter. Hec. 3, 1, 54; Virg. Æn. 8, 484. ¶ 3. Comprobationes prærerea capitis nutu confirmabant veteres, quod & Homerus indicavit de Iove loquens: Εἰ δ' ἄγε τοι κεφαλῇ ἐπινεύσομαι, id est, *Capite tibi annuam.* Athenæus lib. 2. Sic contra abnuentes quassant caput, sie schütteln das haupt. Plaut. Trin 5, 2 *Sed sine me hoc abs te impetrare quod volo*, &c. *Quid quassas caput?* &c. Sed *caput jactare*, furiosorum est atque bacchantium. Catull. 64, 24 *Vbi capita Mænades vi jaciunt hederigeræ.* ¶ 4. *Aperire caput*, das haupt entblössen, quod illorum est, qui honorare alios volunt. Sen. ep. 64 *Si consulem videro aut prætorem, omnia, quibus honor haberi solet, faciam: equo desiliam, caput adaperiam, semitā cedam*, quod de iter facientibus dixit, ut Lipsius observavit de Amphitheatro c. 20. Alias enim Romani capite nudo sive detecto, ut Suet. Cæs. c. 22 vocat, erant: illudque non nisi delicati & molles, itemque ægroti operire solebant, ut idem ibidem Lipsius docet, quem vide. ¶ 5. Obvolvere etiam *caput* solebant, qui latere vellent & fallere: vel ut vitarent periculum, vel ut pudori consulerent. Sic apud Petron. c. 7 Ascyltos operit caput, cum in lupanar se videt adductum. v. Burm. p. 33. Et Ergasilus Plautinus Capt. 3, 15 profligati pudoris adolescentes arguit, quod aperto capite de foro ad lenones eant. Vide eumdem; & Most. 2, 1, 77; & 2, 2, 90; It. Suet. Cæs. 58; & Ner. c. 48. Ita ap. Plin. 2 epist. 12 *Catonem civilium retegant adolescentes, antelucana officia obeuntes.* Obnubere etiam caput in extremo casu constituti solebant. Liv. 3, 49 Appius vitæ metuens *caput obvolvit.* Suet. Cæs. c. 82 *Vtque animadvertit ex lique se piriclis puniendos peti, togā caput obvolvit.* Lucan. 8, 613 de Pompejo sub ictu ferri posito. *Vt vidit cominus enses Involvit vultus; atque indignatus apertum Fortunæ præbere caput, tunc homina pressit.* Etiam in sacris de Hamane Iudæorum inimico simile quid legitur. ¶ 6. Converberare caput solebant in magna confusione animi, quin desperatione ipsa positi. Suet. Ner. c. 42 *Vtque resipuit, veste discissa, capite convecberato, actum de se pronunciavit.* Augustus impotentia doloris ex amissis legionibus concepti foribus illisit caput, ut Suetonius ejus vita c. 23 refert, ubi & v. Casaub. ¶ 7. *Caput uno digito scabere*, im kopfe kratzen, mollitiei datum fuit. Verus Poëta in Catalectis de Pompejo: *Fasciolis qui crura ligat, digito caput uno Qui scabit, hunc credas quid sibi velle? virum.* v. & Plutarch. in Cæs. p. 709. Sed illorum est scabere caput, qui in meditando se torquent. Horat. 1 Sat. 10, 70 *In versu faciendo Saepe caput scabetur, vivos & roderet ungues.* Ita Germani etiam conjungunt, den kopf kratzen, und die nägel abbeissen, de eadem re. ¶ 8. *Capitis vacui esse*, est dementem & stolidam esse: quippe cui sana ratio & sensus deest, Iuvenal. 15, 23. ¶ 9. Aliquando *Caput* ipsum hominem vocamus. Sic *carum caput: dulce caput* de amicis dicimus. *Plane hoc corruptum est capitis positi.* Epidicus Plautinus de seipso ait cognomine comœdia 1, 1, 86; & addit statim, quasi interpretaturus: *Negasne bono es, Epidice*, &c. Horat. 2 Sat. 1, 27 *Quot capitum vivunt, totidem studiorum Millia:* i. e. quot hominum vivunt &c. Virg. Æn. 5, 61 *Bina boum vobis Troiā generatus Acestes Dat numero capita in naves*, id est, *duos boves*, zwen stücke. *Sic gregem XXX capitum* de gallinaceo genere: *quinque & viginti capitum gregem* de pavonum Colum. 8, 11 dixit. ¶ 10. Pro corpore seu vita etiam usurpatur. Horat. 1 ep. 1, 44 *Quanto devites animi capitisque labore.* Plaut. Trin. 4, 2, 119 *Cui, si capitis res siet, nummum nunquam credam plumbeum.* Id. Mil. 2, 4, 38 *Quem pol ego capitis perdam.* Plin. Paneg. 67 *Illi quoque a cusi dia tui capitis oculos dimoverent:* ubi v. Schwartz. Ita, *Capitis accusari*, Nep. 4, 2, 3, 6; *absolvi*, Id. 1, 7, 6; *damnari*, 7, 4, 5; & 18, 5, 1: scil. subaudito crimine. Ita, *Capite damnare*, Cic. Tusc. 1, 61. *Eorum caput agitur*, Id. de Amic. c. 17. Huc referas formulam, *hostis supra caput est*, h. e. prope in cervicibus, quod alias dicitur, v. Cort. ad Sall. Cat. 52, 24. Ita, *Capitis res agitur*, es trifft leib und leben an. Hinc Tiberius Gracchus, cum magnam turbam circa se haberet, ob imminens vitæ periculum, idque, ut novum, mirarentur haud pauci, cum novæ rei caussam exponere non posset, manu caput tetigit: significans tuendi capitis, seu vitæ caussā id fieri. Narrat Plutarch. in Gracchis. *Capitis periculum adire*, Nep. 13, 4, 3; *in capitis discrimen*, Id. 11, 3, 3. *Capitis & famæ certamen habere cum aliquo*, Cic. Off. 1, 12. *Caput & famam alterius defendere*, Id. Acad. 4, 38. *Pœna capitis constituta*, leib- und lebens-strafe, Id. Verr. 4, 39. *Iudicium capitis*, Nep. 15, 8, 5; & 19, 3, 4. *Caput* in talibus non semper ipsam vitam notat, sed statum etiam ac jura civitatis. Ita Manut. ad Cic. fam. 3, 10: *Iudicium capitis est, quo libertas aut civitas amittitur.* Vid. etiam, quæ in *capitalis* dicentur; it. quæ n. 19 de *capite censi*: & n. 20 de *capitis diminutione* observabimus. ¶ 11. *Caput* etiam dicitur, quod in quaque re primum est; v. g. auctor & inceptor, der stifter, der fürnehmste, principal, urheber. Ter. Andr. 2, 6 extr. *Hem, illic est hujus rei caput*: ubi Donatus: CAPVT est *origo & summa uniuscujusque rei.* Plaut. Asin. 3, 3, 137 *Ego caput huic argento hodie fui reperiendo.* Id. Rud. 4, 4, 54 *Scelerum caput.* Liv. 3, 10 & Ovid. Pont. 2, 1, 46 *Caput belli.* Liv. 8, 19 *Capita conjurationis.* Cic. pro Flacco c. 18 *Caput est omnium Græcorum concitandorum.* Ter. Adelph. 4, 2, 29 *Idem sensit quod ego, te esse huic rei caput*, daß du dieses angerichtet habest. Principium notat in communi formula: *A capite ordiri*, von vorn anfahen. *A primo capite usque ad extremum*, Cic. Agrar. 2, 6. *A capite usque ad caput*, hoc est, autore. Sic Flacco edit. Gœs. p. 6, *a fine incipiente usque ad finem deficientem*, von einer ecke zur andern. Sic Plancus ad Cic. fam. 10, 18, & Frontin. Strat. 2, 13, 5 *Capita pontis*, i. e. extremæ partes pontis. Cic. fam. 7, 31, 3 *Tuæ res ita contractæ, ut nec caput nec pedes*, scil. habeant. Similiter Plaut. Asin. 3, 3, 39 *Nec caput nec pes apparet.* ¶ 12. Sic & quod maximum præcipuumque est, *Caput* dicitur, das hauptwerck. Sic *Caput cœnæ*, quod Alexis etiam κεφαλὴν δεῖπνου vocat, dicebatur in cœna ferculum præcipuum atque primarium, das hauptgerichte. Cic. Tusc. 5, 34 *Negavit se jure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum.* Martial. 10, 31 *Mullus tibi quatuor emptus Librarum cœnæ pompa caputque fuit.* Cic. de Orat. 2, 82 *Ad consilium de rep. dandum, caput est, nosse rempubl.* es ist das fürnehmste, daß man. Horat. 1 ep. 17 v. 45 *Caput rerum hoc erat, hic fons.* Cic. de Orat. 1, 35 de comparanda facultate dicendi, *Caput est, quod, ut vere dicam, minime facimus, quam plurimum scribere.* Tac. An. 1, 47, 1 *Immotum fixumque Tiberio fuit, non omittere caput rerum*: id est, urbem Romam, ubi Imperii sedes; & *unde in omnia regimen*, sicut alibi describit. Id. Hist. 2, 32, 5 *Italiam & caput rerum urbem.* Id. Hist. 1, 84, 5 fenatum *caput imperii* vocat. Nepos 15, 10, 4 *Thebæ totius Græciæ caput*, i. e. urbs domina, princeps, imperans cæteris. Florus 2, 9 *Caput gentis Ambraciæ*, id est metropolis, regia. Plin. 12, 14, & alter 10 epist. 81 *Caput regni.* Vellej. 2, 101, 2 *Capita imperiorum & hominum eminentissima*, i. e. rex Parthorum & C. Cæsar. Id. 2, 51, 1 *Capita reipublicæ collisa inter se*, i. e. principes, Cæsar & Pompejus. Plin. epist. 4, 22 extr. *Vt in corporibus, sic in imperio, gravissimus morbus est, qui a capite diffunditur.* Liv. 6, 14 *Fundum in Vejenti, caput patrimonii subjecit prætori*: ubi v. Drakenb. ¶ 13. Quin omnium rerum summitates *capita* appellantur, der gipfel. Sic *capita papaverum*, Flor. 1, 7, 7; *tignorum*, Cæs. B. C. 2, 9. *Caput vitis*, Cato R. R. c. 33; Colum. 3, 10; *ossis*, Cels. 8, 4. *Movere silvæ capita*, Sen. Troad. v. 170. *Tollunt capita cupressi*, Claud. de Rapt. Pros. 3 v. 370. ¶ 14. *Capita* etiam vocantur fontium fluminumque & aliarum rerum origines. Vlp. L. 1 § 8 D. de aqua quotidiana & æstiva, CAPVT *aquæ illud est, unde aqua nascitur*, der grund, die quelle, der ursprung. Horat. 1 od. 1, 21 *Nunc viridi membra sub arbuto Stratus, nunc ad aquæ lene caput sacræ.* Lucret. 6, 729 *Fit quoque, uti pluvia forsan magis ad caput ejus Tempore eo fiant*: Loquitur de Nilo. Mela 3, 2 *Rhenus ab Alpibus desidens prope a capite duos lacus efficit.* Adde Ovid. Trist. 3, 8. Plin. Epist. 10, 91. Et per translationem *fontes & capita legum*, Cic. de Orat. 1, 44, ubi *capita* idem quod *fontes* sunt. Ita ibid. 2, 27 *Ab illo capite hæc manant*, daraus entstehet es. Id. pro Planc. c. 23 *Hæc manant sine capite.* Id. fam. 12, 10, 3 *De Dolabella audimus quæ volumus, sed adhuc sine capite*, &c. niemand will es ausgesprengt haben. Aliter accipienda hæc vox in illo loco Cæsaris est, de B. G. 4, 10 cum Rhenum *multis capitibus in Oceanum influere* scribit, ibi enim *capita*, ostia sunt, die ausgänge; ut supra n. 11 jam observavimus, utrumque rei extremum, incipiens pariter ac finiens, *caput* dici. ¶ 15. *Caput* etiam notat pecuniæ summam, quæ occupatur, ut fœnus sive usuræ inde redeant, quæ & *Sors* appellatur, ein stamm, ein hauptstamm, ein capital. Liv. 6, 35 *Creati tribuni C. Licinius & L. Sextius promulgavere leges omnes adversus opes patriciorum, & pro commodis plebis: unam de* AERE ALIENO, *ut deducto eo de capite, quod usuris permeruatum esset, id, quod superesset, triennio æquis conditionibus persolveretur.* Horat. 1 Sat. 2, 14 *Quinas capiti mercedes exfecat, et nimirt fünffachen zins von dem capital.* B. Ambrof. c. 5 de Tobia: *Offertur pecunia creditori. Vix, inquit, exsolvis usuram; caput debes.* Ita & Græcis τὸ κεφάλαιον, sumitur. Arcemidorus 1, 18 Καὶ γὰρ τὰ χρήματα κεφάλαια καλοῦσιν. v. ibi Rigalt. ¶ 16. *Caput* in decimis appellabatur frumenti summa, qua Decumani decumas civitatis alicujus coëmebant lucri faciendi caussā: Ita Cic. Verr. 3, 35 aliquoties occurrit *de capite demere*, h. e. *remittere* decumano aliquid *de summa*, quam is postulavit est. ¶ 17. *Caput* quoque appellari antiquis videtur apiculus ulceris, quo humor concoctus in pus maturitatem suam prodit, & quærit fluere, die blute, da das geschwür seinen ausfluß suchet. Ita Plinius *furunculum* (est ulceris genus exruberans) *caput facere*, 22, 25 & 26, 12 dixit. ¶ 18. *Caput jecinoris* in auspiciis est fibrarum in jecore initium. Cic. de Divin. 1, 52 *Postero die caput in jecore non fuit.* Lucan. 1, 627 *Videt capiti fibrarum increscere molem alterius capitis*: ubi vide commentat. & Mencken. Observ. L. L. hac v. ¶ 19. *Capita* quoque vocantur librorum summaria seu breviaria veteribus: nam sectiones eorum majores ita appellari, die capitel, ut receptissimum hodie est, res est novitia, ut Vossius notat de vitiis Serm. 1, 26 extr. nisi quis Cic. fam. 3, 8 obvertat: *Sed prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquenda sunt.* Et mox: *Diligentissime scriptum caput est, quod pertinet ad minuendos sumptus.* Add. Cic. pro Cluent. c. 51. Sed notandum, ad diversa potius argumenta, quam ad divisam in segmenta numeris distincta orationem respici. Germ. puncte, haupt-puncte. v. & Heins. Aristarchi Sacri c. 13 & Proleg. ejus in Exercit. in N. Test. nec non Salmasii Proleg. in exercit. Plinianas. His adde omnino Ol. Borrichii Cogit. de L. L. p. 55. In Legibus olim dicebantur *capita*, quæ hodie appellantur *paragraphi.* Quot enim *quæstiones & caussas* tractabat lex, tot & *capita* habebat. Quod intelligere ex iis licebit, quæ ICti veteres Scriptoresque Gromatici de Aquiliæ Manilizque legum capitibus allegant. Sic Cic. fam 7, 22 *Id caput, ubi hæc controversia est, notavi* ¶ 20. *Capite censi* dicebantur renuissimi quique in plebe Romana, quod capite tantum, & nullo, aut certe perexiguo ære censebantur; quippe quorum extremus census æris CCCLXXX fuerit, die nur ihren kopf zu versteuren haben. Sic apud Sallust. B. Iug. c. 86 *Vti cujusque libido erat, capite censi plerique.* v. Dionys. Halic. 4, 22; & Gell. 16, 10. Idem & *Ærarii* dicti, de quibus supra. Hinc & *capitis censio*, apud Gell. 16, 10. ¶ 21. *Capitis diminutio* dicitur, & *maxima* quidem, quæ libertatem, civitatem, familiam adimit: *media*, quæ civitatem atque familiam tantum; *minima* autem, quæ solum familiæ adimit jus, cætera vero relinquit. Paul. ICtus L. 11 Dig. de *Capite minutis.* Hinc formula ICtorum: *Si vus caput non habet*, § 4 Inst. de cap. deminut. &c.

¶ Capital, *tälis*, n. ὁ καὶ ἡ ἄμυξις, linteum, quo sacrificantes utebantur, ein haupt tuch. Varo de LL. 4, 29 *Dictum* CAPITAL *a capite, quod sacerdotulæ in capite etiam nunc solent habere.* ¶ 2. Facinus, quod capitis meretur supplicium, ein haupt-verbrechen. *Capital facere*, hoc est, facinus, quod capitis pœna luitur: ut recte exponit Festus, a quo immerito discedit Nonius 1, 175, cum capitis periculum ea voce signari tradit. v. Voss Inst. Orat. 4, 12 p. 221. Sic *Capital facere*

facere, Plaut. Men. 1, 1, 16 ; & Merc. 3, 4, 26. *Capital esse cœpit*, Iustin. 2, 7, 8. Sil. 13, 155 *Prævetitum namque & capital*, &c.

¶ Capitalis, *e*, nimium gravis, perniciosus, mortifer, haupt-süchlich, schädlich, gefährlich, peinlich, halsbrechend. Licet hoc nomine omnis caussa existimationis exprimi videatur, tamen mors vel amissio civitatis intelligenda est. v. ICt. l. 103 ff. de V. S. Cic. Cat. 2, 2 & de Fin. 4, 12 *Capitalis hostis*, *adversarius*, ein haupt-feind. Id. fam. 7, 13 *Trevi-ros* (Galliæ populum inimicum Romanis) *vites censeo*, *capitales esse* (caput ac vitam petere) *audio*, cum respectu ad *Triumviros capitales*, de quibus suo loco in *Vir*. Id. Verr. 2, 39 *Rei capitalis reum facere*, einen auf den hals anklagen. Livius 3, 13 *Cui rei capitalis dies dicta sit*. lt. 25, 4. *Tribuni rei capitalis diem Postumio dixere*. Vetus S. C. apud Murat. p. 577 *rem capitalem ei faciendam censuere*, h. e. rem pœna capitis dignam. Sic Allio exponit, in Lex. Crit. Cic. pro Rabir. Perd. c. 9 *Admittere fraudem capitalem*. Gell. 16, 13 *Ex capitali morbo revaluit*, von schwerer tödtlicher krankheit. Plaut. Rud. 2, 3, 19 & Trin. 4, 3, 81 *Capitale periculum*, leib und lebens-gefahr. Cic. de N. D. 1, 6 *Facinora capitalia* : Id. Verr. 5, 9 *Capitale crimen*, was den tod oder exilium verwürckt, haupt-verbrechen; Curt. 3, 2, 17 *Capitale supplicium*, lebens-straffe ; *odium*, Cic. de Amic. c. 1 ; *judicium*, peinliches hals-gerichte. v. Paul. 48 Dig. t. 1 l. 2, ubi ostendit, quæ *judicia* sint *capitalia*, quæ non capitalia. Ita § 2 Inst. de publ. judiciis : *Capitalia judicia dicimus, quæ ultimo supplicio afficiunt homines*, *vel etiam aquæ & ignis interdictione*, *vel deportatione*, *vel metallo*. Compar. Cic. de Senect. c. 12 *Nulla capitalior pestis quam corporis voluptas est*. Id. Off. 1, 13 *Totius injustitiæ nulla capitalior est*, *quam eorum*, *qui tum*, *cum maxime fallunt*, *id agunt*, *ut viri boni esse videantur*. Sic, *Capitalis oratio*, Off. 2, 21, quæ perniciosa reipublicæ est. Sic inter Hectorem & Achillem *Ira fuit capitalis*, *ut ultima divideret mors*, Horat. 1 Sat. 7, 13. ¶ 2. *Capitalis* & ingeniosum significat. Cic. de Philistio ad Q. Fratr. 2 ep. 12 *Siculus*, *ille capitalis*, *creber*, *acutus*, *brevis*, *pæne pusillus Thucydides*. Ovid. Fast. 3, 839 *Capitale vocamus Ingenium solers*. v. Muret. Var. Lect. 2, 5.

¶ Capitaliter, auf leib und leben, feindselig : ut, *Capitaliter lacessire apud centumviros*, Plin. epist. 1, 5. *Capitaliter animadvertere*, Veget. 2, 22. *Capitaliter odisse*, Ammian. 21, 32.

¶ Căpĭto, *ōnis*, m. ein groß kopff ; plur. *Căpĭtŏnes*, *βαρυκέφαλοι*. Cic. Nat. D. 1, 29 *Redco ad Deos*, *ecquos*, *si non tam strabones*, *at pœtulos esse arbitramur? ecquos naevum habere? ecquos silos*, *flaccos*, *frontones*, *capitones*, *quæ sunt in nobis?* ¶ 2. Aliter hoc vocabulo usus est Plaut. Persa 1, 2, 8, ubi *duri capitones sunt*, *duri adeo capitis parasiti ut colaphos*, *talitra & matulas capiti insidias queant perpeti*. ¶ 3. Est & piscis *Capito*, qui & *Cephalus* ein alet oder forn. Gesn.

¶ Capitōsus, *a*, *um*, obstinatus, störrisch. Italis usitatum verbum & medii ævi scriptoribus. Vide Car. du Fresne Gloss. qui &

¶ Capitose adverbium tradit, i. e. obstinate.

¶ Capitulum, *i*, n. diminut. a *Caput*. Non raro blanditiis inservit. Plaut. Asin. 2, 4 *Scribam huic te capitulo hodie facturum satis pro injuria*, *HVIC CAPITVLO*, id est, huic servulo. Ter. Eun. 3, 3, 25 *O capitulum lepidissimum*. ¶ 2. In columnis *Capitulum* appellatur apex, qui scapo imponitur diversi generis, Corinthiaci pura, Ionici, Dorici, Tuscani, & misti sive compositi. Lege Vitruv. 3 c. ult. & 4 c. 1. *Capitellum* Corippus vocat, de quo post paullo. Etiam Germani, das capitäl. ¶ 3. *Capitulum* olim etiam dicebatur pars e *capite* Biblico antea lecto explicata. Hieron. Apolog. ad Pammach. c. 7, & convenienter ad talem lectionem dixerunt, *ire ad capitulum* : tandemque ipsum locum talibus interpretationibus Theologicis deputatum appellarunt *domum capituli*, das capitel-haus. Quin totum collegium studiis illis exercendis dicatum, & beneficiis eo nomine fruens dictum est *capitulum*, das capitel, stifft. vid. Hœpfner. in Saxon. Evang. p. 598. ¶ 4. Librorum sectiones etiam quasvis *Capitula* dici posse, probat adversus Vossium Borrich. Cogit. de L. L. p. 55, & inter alia allegat Tertullianum, qui ita instit l. 2 ad Vxor. *Numquid de illo capitulo sibi blanduntur primæ ad Corinthios*, *ubi scriptum est* &c. Adde Tertull. de Monog. c. 11 *Eodem ipso capitulo*, *quo definit*, &c. & mox : *Hæc erit interpretatio capituli illius*. ¶ 5. *Capitulum*, quod minus vulgo notum, etiam est ornamentum muliebre capitis. v. Barth. ad Claud. Mamert. p. 347 ex Isidor. Orig. 19, 31.

¶ Capitulatus, *a*, *um*, idem quod *Capitatus*, köpffigt ; apud Cels. 8, 1 : & Plin. 17, 21 *furculus capitulatus*.

¶ Capitulatim, adv. summatim, kurtz, in der summe, Nep. 24, 3, 3 *Hæc omnia capitulatim sunt dicta*. Plin. 2, 12 *Nunc confusa de iisdem breviter atque capitulatim attingam*. Plinio Iuniori *Carptim* & *κατὰ κεφάλαια* est epist. 22. cod. sensu Virg. Æn. 1, 341 *Longa est injuria*, *longæ Ambages*, *sed summa sequar fastigia rerum*, id est : *summatim exponam*. Nam *Summa fastigia*, sunt *summa*, *κεφάλαια* quæ Græci vocant : *Capitula* Latini.

¶ Capitularii, *orum*, m. pl. apud ICtos capitum exactores, item magistratus publici, qui leges statuunt & emendant *capitulato*, & de *capitalibus causis* quærunt. v. Cod. Theod. L. 11 Tit. 16 & l. 7 Tit. 35.

¶ Capitellum, *i*, n. aliud diminut. apud Plin. 24, 19, qui de ramorum summitatibus usus est. Aliam & architectonicam notionem modo in *Capitulum* observavimus ex illo Corippi 4, 59 *Buxea populeis aptans capitella columnis*, capitäle.

¶ Capĭtium, *i*, n. quod male Nonius 14, 37 de tegmine capitis interpretatur, eine haube, müse. Potior nobis Varronis auctoritas : qui pectorale id facit, & non a *Capite*, sed *capiendo* dici putat. Ita enim L. L. 4, 30 scribit : *CAPITVM ab eo*, *quod capit pectus : id est*, *ut antiqui dicebant*, *indutu comprehendit*, ein brustlaz : item ein mieder, schnür-brust. Facit huc & alius ejus locus ap. Non. l. c. *Neque id ab orbita matrum fam. institutum*, *quod ea pectore ac lacertis erant apertis*, *nec capitia habebant*. Cur non habebant *capitia?* quia *aperto* five *detecto pectore* agebant. Ec mirum est, hæc verba pro sua *Capitii* interpretatione allegare Nonium, quæ nullam mentionem capitis faciant, & plane contra sint. Adde Gell. 16, 7 & l. 23 § 2 ff. de aur. & arg. legat. B. Hieron. epist. 128 ad Fabiolam de vestitu Sacerdotum : *Reliqua*, inquit, *quatuor* (vestimenta, puta) *propriæ pontificum sunt* : *quorum primum est METI.*, *id est*, *tunicatalaris*, *tota hyacinthina*, *ex lateribus ejusdem coloris assutas habens manicas*, *& in superiori parte*, *qua collo induitur*, *aperta*, *quod volgo* capitium *vocant*, *oris firmissimis ex se textis*, *ne facile rumpatur*.

¶ Capitatus, *a*, *um*, quod caput habet, das einen kopff hat. Sic *Perrus capitatus*, qui contra *fetivum* distinguitur, apud Colum. 11, 3, Plin. 19, 6. Pallad. Febr. t. 24. qui in caput crescit, der einen kopff bekommt, vid. Martial. 13, 19. *Clavus capitatus*, ein nagel mit einem kopff, Varro R. R. 2, 9. *Vinea capitata* Columellæ 5, 5 dicitur, ubi ita componuntur vites, ut in capita adolescant, non brachia.

¶ Capitātio, *ōnis*, f. vulgo tributi genus, quod in capita tum personarum, tum pecudum indicitur, kopff-steuer. De re ipsa vide ICtos, & Lipsi. in 1 An. Tac. p. 48 & infra in *Tributum*. Adde Gell. 16, 10. Vlp. l. 3 D. de censibus, & qui peculiari libro de hac materia scripsit Ioh. Bapt. Vicecom. ICt. Mediolan. Conring. de Studiis liber. V. R. & C. p. 33, 34. Ciceroni (nam nomen videtur barbarum) fam. 3, 8 est *exactio capitum atque ostiorum*, kopff- und giebel-steuer.

¶ Capitāneus, *a*, *um*, förderst, erst ; ut, *Capitaneæ literæ* in limitibus ex nominibus Sanctorum erectæ. Auctor incertus de limitibus p. 270 ed. Goes.

¶ Capitaneus, *i*, m subst. hodie vulgare, ein Capitain, Hauptmann. Invenitur in 42 nota ad l. 36 § 1 de donationibus. Conf. Remes. Var. Lect. 3, 1 p. 310.

¶ Capitolium, supra seorsum expositum est.

¶ Capillus etiam a capite est, de quo cum derivatis supra.

¶ Capitilavium, *i*, n. das kopffwaschen. *Vulgus idem balneorum diem capitilavium vocat*, *quia tunc muris est*, *lavandi capita infantium*, *qui unguendi sunt* &c. Isidor. 6, 18.

Compŏsita ab initio.

¶ Anceps, *ĭpĭtis*, pro *ancapis* ab *am*, i. e. *utrinque* & *caput*, zweyköpffigt. Item, zweyschneidig, zweifelhafft. v. Nonium 4, 32. Festus, *ANCEPS*, inquit, *significare videtur id*, *quod ex utraque parte caput habeat*, ut securis, bipennis. *Sed magis a* capiendo, *quod ex utraque parte æque capiatur*, *appellatum est*. Pro ultima ratione, quam magis probare Festus videtur, Vetus Glossator est, apud quem ipsum verbum, unde derivatur nomen, invenitur. Ita enim ibi leges : *Ancipit*, *ἀμφιβάλλει*. Item *Ancipiti*, *Ἀμφιβληδέντες*. *Ancipiti* scilicet pro *Ancepti*, ab *ancipior*. Sed pro priore declinatio pugnat. Quæ rationem primitivi manifeste refert. Nam sicut a *caput*, *capitis* ; ita ab *anceps*, *ancipitis* dicitur : quam formam & alia servant, quæ eadem origine velut dimanant. Sic *biceps*, *bicipitis* ; a *triceps*, *tricipitis* ; a *præceps*, *præcipitis* est. Et Prisciani observatio est lib. 7 p. 754 *Omnia*, *quæ a CAPITE composita in PS desinunt*, *similiter habent duabus syllabis superuntem genitivum* : in quibus & *τὸ anceps* connumerat, quod & lib. 6 p. 725 facit. Contra vero, quæ a CAPIO veniunt, unica tantum syllaba in obliquis crescunt : ut, *manceps*, *mancipis* : *princeps*, *principis* : *auceps*, *aucupis* : *municeps*, *municipis*. Nec refert, quod Livius poeta *præcipem* ; Ennius *præcipe*, pro *præcipitem*, *præcipite* dixerint : illi enim obliqui non a *præceps*, sed a *præcipes* sunt, secundum analogiam nominativi, ut Prisicianus recte docuit. Sane quod *præcipes* & *ancipes* veteres, id juniores *præceps* & *anceps* dixerunt : ut idem monet. Est itaque *anceps*, quod ex utraque parte idem, atque sic geminum est. Sic *ferrum anceps* in Luciliano versu apud Nonium 4, 32 *anceps mucro*, qui gemina acie est, apud Lucret. 2, 519. Prudentius Hymno ante somnum 2 v. 85 *Hujus manum potentem Gladius pererrat anceps*, *Et fulgurans utrinque*, *Geminum minatur ictum*. Paullo post v. 91 *Ensem bis timendum* dixit : quod gemina acie esset, & bis acutus, Græci *βαμφίοκυν* appellant, Latini & *Frameam*, de quo infra. Ciceroni de N. Deor 1, 37 *ancipites bestiæ sunt*, quas *ἀμφίβια* Græci appellant : hoc est, quæ in terra juxta & aquis degunt, sive, *quibus aquam terramque incolendi natura gemina est*, ut Florus describit 3, 6, 6. ¶ 2. Quin omnia, quæ dupliciter possunt cadere aut accipi atque intelligi, atque sic dubia ac incerta sunt, *ancipitia* appellantur, ungewiß, mißlich, getährlich ; ut, *dubia anceps*, Cic. de Orat. 2, 44. *Anceps fortuna belli*, Id. pro Marcello c. 5. *Disputatio anceps* de Orat. 3, 27. *Morbi ancipites*, Plin. 7, 45. *Mars anceps*, Liv. 21, 1. *Certamen anceps*, eod. lib. c. 29. *Anceps prælium*, Cæs. B. G. 7, 76. *Anceps terror*, Id. B. C. 3, 72. *Ancipiti premi periculo*, i. e. a fronte & a tergo, Nep. 2, 3, 3. *Ancipiti malo oppressi*, Curt. 5, 4, 31. Sic *Ancipitia vocabula*. Gell. 12, 9, quæ *utroque versus dici possint*, ut idem interpretatur : die auf beyn rten recht verstanden werden können : quemadmodum & *Ius anceps* Horatius dixit 2 Sat. 5, 34. *Vox anceps*, id est, periculosa, Tac. Hist 1, 5, 5. Glossæ Veteres : *Ancipites ἀμφίβολοι* : item *Anceps Ἀμφίστομος*, *Ἀμφίοις* : *Δικέφαλος*, quorum ultimum pro ratione eorum est, qui a *caput* deducunt. ¶ 3 Et omnino apud Ovid. 1 Fast. *anceps* idem est, quod *biceps*, in illo v. 95 *Tum sacer ancipiti mirandus imagine Janus Bina repente oculi. obtulit ora meis*.

¶ Peranceps, *ĭpĭtis*, sehr mißlich : ut *Peranceps labor*, Ammian 29, 5 Vales. (Grut. c. 30).

¶ Biceps, *ĭpĭtis*, zweyköpffigt. Liv. 41, 21 *Biceps natus puer*. conf. Cic. Divin. 1, 53 ; Ovid. Met. 2, 221 ; & Pont. 4, 23 ; Varro ap. Nonium 6, 36, ubi *bicipitem civitatem* dixit.

¶ Bicepsos, antique aut corrupte potius pro *Biceps*, apud Varr. L. L. 4, & alibi notum : *Mons tricepsos*, *quadricepsos* vel *pauticepsos*, *quinticepsos*, *sexticepsos*, *septicepsos*. Sed notat Scaliger in Conject. ad h. l. p. 22 frec. dum hic inoleviſſe, & male sic scriptum esse, cum ipse *Varro quinticeps* dicat, non *quinticepsos*. Ergo & *biceps*, *terticeps*, *quarticeps*, *quinticeps*, &c. v. Turnebi Adverſ. 20, 35, ubi in uno monte duorum, trium, quatuor, quinque &c. capitum, collium & jugorum non tam ordinem quam multitudinem significari docet.

¶ Centiceps, *ĭpĭtis*, centum capita habens, hundertköpffig. Sic *bellua centiceps* vocatur Horatio Cerberus 2 od. 13, 34, propter serpentum turbam, quibus redimitus ipse erat, uti ibidem Horatius, & Tibull. 3 eleg. 4 cum dep ngunt ; nam *Cerberus* τριγέφαλος ; tantum five triceps erat.

¶ Centum capita, herba, mannstreu. Plin. 22, 8.

¶ Concăpes, *ĭtis*, o. quasi *caput ad caput*, kopff an kopff, Lex. XII Tabb. apud

apud Festum: *Tignum junctum aedibus vineaque concapes ne solvito*; significat tigni caput, quod ad aedes & vineam sustentandam defixum, ejusque cum capite commissum est. v. Voss. Etym. p. 28.

¶ Occĭput, *ĭpitis*, n. pars capitis posterior, fronti opposita, das hinterheil am haupt. Auson. de occasione Epigr. 12

Occipite es calvo? ne tenear fugiens.

¶ Occipitium, *i*, n. idem. Plaut. Aul. 1, 1, 25 *In occipitio oculos habere*, id est, versutum & circumspectum esse, verschmitzt und verschlagen seyn. Celsus 4, 2 *Cucurbitulas temporibus & occipitio admovere.* Proverbium: *Frons occipitio prior est*: Vide *Frons.*

¶ Præceps, *ĭpitis*, vi compositionis & prima significatione de illis dicitur, qui capite præpendente quasi vel ruunt ipsi, vel ab aliis impelluntur, mit dem kopf voran, oder über hals, über kopf. Virg. Æn. 3, 598

Mox sese ad litora præceps Cum fletu precibusque tulit.

Liv. 31, 37 *Dare præcipitem in terram*; 2, 46 *Telo extracto præceps Fabius in vulnus abiit*, ubi v. Dukerus. Sen. Troad. v. 621 *Dare præcipitem e turre*, herunter stürtzen. Martial. Spect. epigr. 11 *Præceps sanguinea dum se rotat ursus arena*, er macht einen purtzel-baum, überschlägt sich. Ita Cic. pro Cæl. c. 21 *Glebis, aut faxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem agere.* Conf. Id. Verr. 1, 4. Et Verr. 4, 40 *Aliquem de porticu præcipitem in forum dejicere*, hinunter schleppen. Ter. Phorm. 4, 3, 20 *Auctores fuere, ut præcipitem hanc daret*, er solte sie herausstreichen. ¶ 2. Ad animum refertur, cum festinationem nimiam & locum & tempus præoccupantem significat. Cic. Phil. 5, 13 *Præceps consiliis omnibus homo*, voreilig, gar zu hitzig. Id. de Ar. Resp. c. 24 *Ille demens & jam pridem ad pœnam exitiumque præceps*, der in sein unglück hinein rennet. Id. pro Mil. c. 31 *Præceps amentia homo*, der in thorheit verfällt. Liv. 23, 7 *Præceps in genio in iram, geneigt zum zorn.* Id. 26, 38 *Animus in avaritiam & crudelitatem præceps.* ¶ 3. Loci etiam epitheton est, valde declivis, & unde lapsus facilis est, stickel, bergunter. Virg. Æn. 2, 460 *Turrem in præcipiti stantem* dixit, scil. loco. Cæs. B. G. 4, 33 *Declivis & præceps locus*, jäh, abhängig. Hinc eleganti metaphora Cic. pro Flacco c. 42 *Quem tam amentem fore putatis, qui non illam viam vitæ, quam antea præcipitem & lubricam esse ducebat, huic planæ & stabili præponendam esse arbitretur?* ¶ 4. Substantive in hac significatione & de summo discrimine sæpe ponitur; ut, *Pervenire in præceps.* Vellej. 2, 3, 4 *Everso rei familiaris dignitatem ac famam præceps ábat*: Tacit. Annal. 6, 17, ubi male, *in præceps* corrigi, vir doctus in Miscell. Obs. Vol. 10 p. 192 observat. *Esse in præcipiti*, in höchster gefahr schweben, Cels. 2, 6. Iuvenalis sat. 1, 147 *Omne in præcipiti vitium stetit*, die bosheit ist aufs höchste gestiegen. Similiter idem Sat. 10, 105 de Sejano: *Numerosa parabat Excelsæ turris tabulata, unde altior esset Cajus & impulsæ præceps immane ruinæ.* Ita, *Præceps juvenile* Statius dixit 1 Silv. 4, 51, quod, licet de alia re ibi sermo sit, significare etiam potest, die voreiligkeit und hitze der jugend. ¶ 5. *Præceps* ad tempus etiam refertur, was auf die neige oder zu ende gehet. Cic. vel quisquis auctor est epistolæ ad Octavium: *O meam calamitosam & præcipitem senectutem & prope finem adductam!* Ita *Præceps dies, præceps æstas, præceps hiems*, extrema est, wenn er zur neige geht. Servius ad illud Virgil. Georg. 1, 43 *Vere novo gelidus* &c. *Anni quatuor sunt tempora, divisa in ternos menses: qui ipsorum temporum talem faciunt discretionem, ut priore mense* VER NOVVM *dicatur: secundo* ADVLTVM, *tertio* PRAECEPS. *Sic etiam Sallustius dicit*, VBIQVE NOVA ÆSTAS. ADVLTA, PRAECEPS. *Item* HIEMS NOVA, ADVLTA, PRAECEPS *vel* EXTREMA &c. ¶ 6. A *præceps* in genitivo etiam *præcipis*: & vicissim a *præcipitis* in nominativo *præcipes* veteres dixisse, Prisc. lib. 6 p. 725 auctor est, isque ideo adducit exemplum Liv. Andr. *Seque in alta maria præcipem.* Et illud Ennii 17 Annal. *Occumbunt multi letum ferroque lupique Aut intra muros aut extra præcipe casu.* Sic Plautus Commor. Fragm. *Saliam in puteum præcipes.*

¶ Præcipitium, *i*, n. locus præruptus, exquo dari quis præceps potest, ein steiler oder jäher ort, da man leicht herab stürtzet. Sic *defervi per præcipitia*, Quintil. 1, 10. *Pervenire in præcipitia*, Vellej. 2, 10, 1. conf. 2, 112, 7. *In præcipitia cursus iste deducit*, Sen. epist. 8. Hæc & ut neutra pluralia ad *præceps* referri possunt. Sed singularis est apud Lactantium 2, 3, 16 *Dum aliorum precipitium vident.* Proverb. *A fronte lupi, a tergo præcipitium.* vide infra *Tergum.*

¶ Præcipito, *avi, atum, are*, dare præcipitem, vel in præceps dejicere, herab stürtzen. Item, inconsiderate agere, & temere rem aliquam aggredi. *Præcipitare se de turri*, Liv. 23, c. 37. *Præcipitare se ex rupe*, Plin. 8, 36. *Præcipitare se ad terram*, Lucret. 4, 1015, *ad exitium*, Cic. L. 3 ad Attic. epist. 15. Et, *In flumen se præcipitare*, Cæs. Gall. 4, 15. *Ex altissimo dignitatis gradu præcipitari*, Cic. pro domo c. 37. Et Virg. Æn. 2, 316 *Furor iraque mentem præcipitant*, h. e. præcipitem agunt, sie reissen das gemüth. Silius 13, 774 *Tu magna gerendi Præcipita tempus*, eile. ¶ 2. *Præcipitare* pro *descendere* apud Terent. Adel. 4, 2, 36, occurrit: *Vbi eo veneris, clivos deorsum versus est, hac te præcipitato.* ¶ 3. Intransitive etiam significat incidere, præcipitare se; nimirum ut verto, lenio, moveo, muto, &c. Liv. 3, 51 *Præcipitavere in insidias*, sie sind darein gerathen. Plaut. Trin. 2, 1, 30 *Qui in amorem præcipitavit, pejus periit, quam si de saxo saliat.* Et vix umquam aliter hoc verbo usus est Cicero: v. g. pro Cluentio c. 26 *Præcipitantem impellamus, & perditum prosternamus.* ¶ 4. Ad tempus refertur, quale quid de *præceps* n. 5 observavimus. Ita, *Nox præcipitat*, Virg. Æn. 2, 9 die nacht gehet oder eilet zu ende. Ita *Præcipitare hiemem* Cæsar dixit B. C. 1, 25. Similiter verbo *ruere* utimur. *Ruit hora*, i. e. abit. Vide & Ciacconium ad allegatum Cæsaris locum.

¶ Præcipitans, *tis*. Virg. Æn. 6, 351 *Gubernaclum præcipitans traxi mecum*, Cic. pro Sylla c. 31 *Resp. præcipitanti subvenire.* Id. de Orat. 3, 48 *Amnis præcipitans*, der schnell-lauffende fluß.

¶ Præcipitanter, tenere, inconsiderate, eilends und unbedachtsam. Lucret 3, 1075 *Præcipitanter currere.*

¶ Præcipitantia, *æ*, f. der sturtz, fall. Gell. 6, 2 *Lapidem cylindrum si per spatia terræ prona atque deruta jacias, causſum quidem ei & initium præcipitantiæ feceris: mox tamen ille præceps volvitur*, &c. Vulgo pro festinatione animi nimia, errorumque adeo matre ponitur, die übereilung, unachtsamkeit.

¶ Præcipitatus, *a, um*, gestürtzt, jäh, jählings. Cic. pro Cæc. c. 17 *Qui se præcipitatos ex locis superioribus dicerent.* Cæterum idem fere quod *præceps* significat. v. g. Vellej 2, 49, 1 *Præcipitata morte fungi*, frühzeitig sterben. Sic *Ætas præcipitata*, i. e. decrepita vel ad senium inclinata, das hohe alter. Cic. fam. 11, 28. v. ibi Manut. Gall. eleg. 1, 116

Mors cum tristis erit, præcipitata venit.

¶ Præcipitatio, *onis*, f. der sturtz. Seneca de Ira 1, 12 *Etiamsi ira aliquando ut venenum, & præcipitatio, & naufragium ex inopinato fuit; non ideo salutaris omnino judicanda est.*

¶ Procăpis, sanguine proximus capiti familiæ. Fest. *Procapis, progenies, quæ ab uno capite procedit.* Gloss. Isidori: *Procapibus, proximis.*

¶ Quadriceps & Quarticeps, *ĭpitis*, quatuor capita vel quartum verticem habens, vierköpficht, mit der vierten höhe; ut, *Mons quadriceps* &c. Varr. L. L. 4, 8. vide paullo ante *Bicepsus.*

¶ Recapĭtulo, *are*, ἀνακεφαλαίω, summa rerum capita repetere, kürtzlich wiederholen. Tertull. 5 adv. Marc. 17 *Vt ita dixerim, sicut verbum illud in Græco sonat, recapitulare, id est, ad initium redigere vel ab initio reconsere.* Idem cont. Iud. c. 8 *Providens Deus & recapitulavit & dixit.* Et Augustin. de Civ. D. 20, 14 *Recapitulando dicit, tanquam ad id redieus, quod præterierat.* Et c. 21 *Recapitulat ab initio.* Quintilianus 6, 1 pr. ἀνακεφαλαίων vertit *decurrere per capita.*

¶ Recapitulatio, *ōnis*, f. Ita Laur. Valla ἀνακεφαλαίωσιν latine reddidit, eine kurtze wiederholung. Sed & apud Cassiodorum divin. lect. c. 24 *Recapitulatio generalis* inscribitur.

¶ Semicipium, *i*, n. der halbe schedel, Gloss. Iat. Gr. *Semicipium* ἡμικεφάλιον.

¶ Septiceps, vid. *Bicepsus.*

¶ Sincĭput, *ĭpitis*, n. anterior capitis pars, das vördertheil des haupts; dictum quasi *semicaput*, ut Vossius Etymol. ex Velio Longo tradit. Pareus Lex. Crit. negat anteriorem partem esse: sed potius *dimidium caput*, quasi *scinciput*, a scindendo esse contendit. ¶ 2. Item, pars capitis porcini ad edendum parata, ein schweins-kopf. Plin. 8, 51 *Sincipita verrina interdicta.* Et Persius Sat. 6, 70 *Fissa famosum sinciput aure.*

¶ Triceps, *ĭpitis*, drey-köpfig. Cic. Tusc. 1, 5 *Triceps apud inferos Cerberus.* Id. in Orat. c. 48 pr. *Tricipitem, non tricapitem*, scil. dicimus.

CĂPYS, *yos*, m. Κάπυς, filius Assarici, Pater Anchisæ. Ovid. Fast. 4, 34. ¶ 2. Alius Æneæ socius, de quo Virg. Æn. 2, 35 &c. Adde Æn. 6, 768.

Car, vide *Cares* in *Caria*, Cara, *Carum.*

CARABVS, *i*, m. genus cancri, κάραβος; Plin. 9, 31. ¶ 2. Isidoro 19, 1 Carabus est parva scapha ex vimine facta, quæ contexta crudo corio genus navigii præbet.

CARACALLA, *æ*, f. vestis Gallicæ ad talos usque demissæ genus; quod Bassianus Antoninus, Severi Imper. filius, & ipse denique Imperator, devexit Romam, & primum fatare instituit, unde & *Caracalla* seu *Caracallus* appellatus est, ut Victor, & Spartianus in Vita c. 9 tradunt. Vide ibi Salmas. Auson. Cæs. 22, 4

Irriſu populi tu Caracalla magis.

CARADRVM, *i*, n. piscis genus, Apul. Apol. p. 162. Stew. 335 Colv.

CARAGOGVS, *i*, m. *Herba mustellago*, Apul. de Herb. c. 27.

CĂRĂLIS, *is*, f. urbs Sardiniæ, Strab. lib. 3; Melæ 2, 7; Claud. B. Gild. v. 520. *Carales* pl. Liv. 23, 40. Legitur & *Calaris.* Hodie *Cagliari.*

¶ Caralitānus, *a, um*, adject. ut, *Caralitanus ager*, Liv. 27, 6.

CĂRĂMĂLVS, *i*, m. pantomimi nomen apud Sidon. carm. 23 v. 268. Laudat etiam Aristænetus epist. 26.

CĂRAMBIS, *is*, f. urbs & promontorium ad pontum in Paphlagonia, hodie *Capo Pisello*: *contra Septemtrionem Helicen* exsurgens Ammian. 22, 8. *Nubigera surgentem rupe carambin*, Val. Flacc. 4 v. 599. conf. 5, 107. Plin. 10, 23 f. 30 *Certum est graves Pontum transvolaturas primum omnium angustias petere inter duo promontoria Criumetopon & Carambin.*

CĂRANTŌNVS, *i*, m. fluvius, vulgo *Charente*. Auson. Mos. v. 463.

CĂRĂNVS, *i*, m. rex Macedoniæ, & quidem primus. vid. Liv. 45, 9: Iustin. 7, 1, 7, de quo Auson. epist. 19, 17 *Pellæa dedit qui nomina regum.*

CARBAS, *æ*, m. κάρβας, ventus Africus sive Lybicus, süd-west-wind; Vitruv. 1, 6.

CARBĂSVS, *i*, f. subtilissimi lintei genus, reperti primum in Hispania, ut Plinius auctor est 19, 1, subtile leinwand. De genere non satis convenit inter grammaticos. Phocas masc. sed fœm. Caper asserit. In fœm. usus Lucret. 6, 108 *Carbasus ut quondam magnis intensa theatris.* Et Val. Max. 1, 1, 7 *Carbasum quam optimam habebat*, ubi MSS. plerique *quem optimum.* In plurali *Carbasa* in neutro dicimus, ut mox patebit: Ammianus *Carbasos* in masc. dixit 14, 27 *a Fundamento ipso carinæ ad summos usque carbasos.* ¶ 2. Carbasa, plur. pro tenuissimis vestibus, quibus Indi amicicbantur, Curt, 8, 9, 21 & 24; & Lucan. 3, 239 dixere: Similiter Virg. Æn. 8, 33 de Tiberino:

Eum tenuis glauco velabat amictu Carbasus.

¶ 3. Alias pro velis passim *Carbasus*, & *Carbasa* veniunt, schiff-segel. Virg. Æn. 3, 356 *Tumidoque inflatur Carbasus Austro. Diducere carbasa*, die segel ausspannen. Ovid. Met. 11, 477; ubi *diducit* non *deducit* legendum esse suo loco monuimus.

¶ Carbăsĕus, *a, um*, ex carbaso, von köstlicher leinwand. Cic. Verr. 5, 12 *Tabernacula carbaseis intenta velis.* Virg. 11, 776 *Chlamydemque sinusque crepantes Carbaseos fulvo in nodum collegerat auro.*

¶ Carbăsĭnus, *a, um*, idem Plin. 19, 1 *Carbasina vela in theatro*; & Apul. 8 Milef. p. 214 *Die sequenti variis coloribus indusiati & deformiter quisque formati facie conoso pigmento delita & oculis obumbratis, graphice prodeunt mitellis & crocotis & carbasinis & bombycinis injecti.*

¶ Carbasĭneus, *a, um*, Varronis est apud Nonium 14, 28.

CARBĂTĪNAE, vel Carbatinæ, *arum*, f. pl. genus calceamenti, e crudis pellibus, schuhe aus ungegerbtem leder; de quo plura Politianus in Miscellan. c. 2, ut locum Catulli adversus contaminatores afferat, Græcorum præsertim testimoniis usus, quæ distinctius laudat Vossius

Comment.

Comment. p. 327. Verba sunt Carm. 91, 3 *Ista cum linguâ, si usus veniat tibi, possis Culos, & crepidas lingere carbatinas.* In quibus quid velit, Scaliger optime explicat Castigationibus in Catullum hoc ipso loco. v. Balduin. de calceo c. 2; & Pollux 7, 22.

CARBO, *ōnis*, m. ἄνθραξ, pruna extincta, eine gelöſchte kohle. Ter. Adelph. 5, 3, 63 *Jam excoctam reddam atque atram, quam carbo eſt*, kohlſchwarz. Sic *Carbo candens*, glühende kohle, Cic. Off. 2, 7. *Carbone notare*, eſt inter infelicia numerare, vel damnare. Contra *creta notare*, eſt inter auſpicata & proſpera reponere. vid. Horat. 2 Sat. 3, 246. *Carbonibus fores implere elogiorum*, Plaut. Merc. 2, 3, 74. Amantium proprie, qui cum non reciperentur, titionibus famoſum aliquod carmen oſtio inſcribebant. Vide, quæ ſupra de *candido calculo* annotata ſunt. De expectatione fruſtrata Lucianus Navigio: πάντα οἰχήσεται, νὴ Δία καὶ σοὶ θησαυρὸς ἔσῃ, *Omnia evaneſcent, & carbones tibi theſaurus hic erit.* Phædrus 5, 7, 6 *Fato invido, carbonem ut ajunt, pro theſauro invenimus.* Carbones terminis ſubjici ſolitos. Sic Flaccus de Condit. agrorum p. 5 & Auguſt. de Civ. D. 21, 4 teſtatur, quia non facile putreſcunt. Dicitur etiam de carnis non plane combuſtæ maſſa. Celſus 4, 4 *Audio, ſi quis pullum hirundinis ederit, angina toto anno non periclitari: ſervatumque ex ſale, cum is morbus urget, comburi: carbonemque ejus contritum in aquam muſſam inſpicari & prodeſſe.* ¶ 2. Eſt etiam nomen proprium. v. g. *C. Carbo orator* laudatur a Quintil. 10, 7 p. 958. *Carboni imperatori* mures arroſis faſciis exitium portenderunt. v. Plin. 8, 57.

¶ Carbonārius, *i*, m. qui carbones conficit, ein kohlbrenner, köhler. *Carbonarius*, (ſervus) Plaut. Caſ. 2, 8, 2. Gloſſ. gr. lat. ἀνθρακοπώλης, *carbonarius.*

¶ Carbonarius, *a*, *um*, ad carbones pertinens; ut, *Carbonarium negotium exercere*, kohlen brennen, mit kohlen handeln. Aur. Vict. Vir. ill. c. 72. Sic *Fornax carbonaria*, ein milder, meiler. Sic Gloſſ. gr. lat. ἀνθρακεύηκη, *Cella carbonaria*, eine kohlenkammer.

¶ Carbonaria, *æ*, f. ſubſt. die kohlhütte. *De calcariâ in carbonariam*, ſcilicet tranſire, vel deſcendere, eſt a conditione laboriosa & ſordida una ad aliam devolvi. Vitus eò ut proverbiali Tertull. de Carne Chriſti c. 6. vid. ſupra in *Calx.*

¶ Carboneſco, *ĕre*, zur kohle werden. Cæl. Aurel. Tard. 5, 1, 20 *Donec materia carboneſcat.*

¶ Carbunculus, *i*, m. ἀνθρακίδιον, diminut. Cornif. ad Herenn. 4, 6 *Ipſe a vicinis, cum teſta ambulans, carbunculos corrogaret.* ¶ 2. Gemma, ein carfunckelſtein. Plin. 37, 7 pr. *Principatum habent carbunculi, a ſimilitudine ignium appellati.* ¶ 3. Et ulceris biſioſi ac urentis genus. v. Celſ. 5, 28, & Plin. 23, 4, ein blutſchwär, eine peſtilentialiſche drüſe. ¶ 4. Item genus terræ, *quæ ſole perfervet ita, ut radices ſatorum comburat*, ſicut Varro deſcribit R. R. 1, 9. Hinc *Carbunculoſus ager* Columellæ, vid. infra. ¶ 5. Denique & *Adjuſtio* ſeu *corruptio* adurens in herbis, vitibus & arboribus, *carbunculus* dicitur, der brand.

¶ Carbunculatio, *onis*, f. cum teneræ plantæ a pruina aduruntur, a

¶ Carbunculo, *āre*, vel carbunculor, *āri*, quod ejusmodi vitium contrahere eſt, apud Plin. 12, 7 & 18, 28.

¶ Carbunculoſus, *a*, *um*, brandig, rothlich; ut, *Ager carbunculoſus*, Colum. 3, 11 extr. *Arena carbunculoſa*, Plin. 31, 3, id eſt, plena lapillis rubris, tamquam carbunculis.

CARCER, *ĕris*, m. δεσμωτήριον, Φυλακή, cuſtodia, (nam & hoc pro carcere Cicero uſus eſt) ein kercker, gefängniß. Dicitur a κερκίζειν, *tremere*: & κάρκαρος, *tremor*. Nam, ut Liv. 1, 33 refert, *Ancus Martius carcerem ad terrorem increſcentis audaciæ mediâ urbe imminentem foro ædificavit.* Varroni eſt a coërcendo. v. de cuſtodibus carceris Rævard. Var. 2, 18. Roſin. Antiqu. 9, 31. *In carcerem conjicere*, Cic. Att. 2, 24; *ducere*, Id. Verr. 5, 30; *condere*, ibid. c. 29; *mittere*, Id. Cat. 4, 6. *Emitti e carcere*, Cic. pro Planc. c. 12. Quod *Carcere luxari*, Claudian. dixit de Raptu 2, 184. *Carcer Ditis* eſt infernus ap. Lucan. 6, 797. De tribus *carceris* generibus vid. Cæl. Rhod. 17, 9. ¶ 2. Pro homine digno carcere; & eſt convicium apud Comicos, ut obſervat Donatus ad Ter. Phorm. 2, 2 (in aliis) 26 *Ain tandem carcer?* Lucil. edit. Douſæ p. 15 de homine nequam: *Carcer, vix carcere dignus*, id eſt, præ nequitia etiam carcere indignus. ¶ 3. *Carcer*, & uſitatius *Carceres* in plur. ἀφετηρία; ſepta, ex quibus emittebantur equi ad certamina & ſpectacula, ſchranken; ut, *Equus carceribus dimiſſus*, Stat. Theb. 6, 522, & quod adagii inſtar apud Varr. eſt R. R. 1, 3 *A carceribus ad metas*, i. e. a principio excurrendi ad finem. Quale etiam eſt Ciceronis de Amic. c. 27 *E carceribus ad calcem.* Id. de Senect. extr. *Nec velim quaſi decurſo ſpatio ad carceres a calce revocari.* Quamquam & ſingulari in hac ſignificatione utantur Poëtæ. Virg. Georg. 3, 104; & Æn. 5, 145 *Ruuntque effuſi carcere currus.* Et Ovid. epiſt. 18, 166 *Vt celer Elco carcere miſſus equus.* conf. Id. Met. 10, 652. Sed & Auctor ad Herenn. 4, 3 *Intra carcerem ſtare*, etiam dixit.

¶ Carcĕrĕus, *a*, *um*, adject. gefänglich; ut, *Antrum carcerum*, Prudent. contr. Symmach. 2, 468. *Carcerea catena*, apud eund. hymno trium martyrum v. 16.

¶ Carcerālis, *e*, idem; ut, *Carceralis tæcitas*, Prudent. in Vincentio v. 271, qui etiam poſt paullo v. 551 dixit: *Per vincla, flammas, ungulas, Per carceralem ſtipitem.*

¶ Carcerarius, *a*, *um*, idem. Plaut. Capt. 1, 2, 26 *Facere queſtum carcerarium*, ſitze-geld nehmen. ¶ 2. Subſtantive in Gloſſ. lat. gr. *Carcerarius*, Φυλακίτης, ein ſtockmeiſter, kerckermeiſter.

¶ Carcĕro, *are*, einſperren, verbo uſus Salvian. l. 2 de Providentia eſt, cum de pœnitente loquereturr: *Lejunio*, inquit, *exagitur, ariditate ficcatur, fletu effunditur, ſolitudine carceratur.* Meſſala Corvin. p. m. 19 *Occidere, carcerare, afficere ſupplicio ſui juris fecit.*

¶ Incarcĕro, *are*, in carcerem compingere, gefangen ſetzen. Varroni tribuitur. Saresb. 6, 18 *Alii capti, alii incarcerati.*

¶ Incarceratus, *a*, *um*, in carcerem detruſus, eingeſperrt. Livii eſſe dicitur.

¶ Incarceratio, *ōnis*, f. die einſperrung. Plinio adſignat Thom. de S. Quercu in Lex. Philoſ.

¶ Incarceramentum, *i*, n. idem, apud Hieronymum.

CARCHĀRIA, *æ*, f. ingens piſcis, quem Columella 8, 17 *carcharum* vocat & Plin. *caniculam.* Norvegis dicitur perckfiſch vel porckfiſch, quaſi porcus marinus; Anglis dogge-fiſh, quaſi canimus piſcis, ut & Germanis hundfiſch. v. Aldrov. de piſc. 3, 32; Rondelet. de Piſc. 13, 12; Haſæus de Leviath. p. 232 ſq.

CARCHĒSIUM, *i*, n. machina in catapultis, Vitruv. 10, 15. Sed Iohanni de Laet legendum videtur *carcheſium.*

CARCHĒDŌNIUS, *i*, m. gemma de carbunculorum genere, καρχηδόνιος, ein calcedonier. Plin. 37, 5 & 7, a καρχηδών, *Carthago.*

CARCHĒSIUM, *i*, n. poculi genus, Græcis notum, ut Macrobius ait Sat. 5, 21 ein pocal. Formam d. l. ita deſcripſit: *Patera, ut ipſum nomen indicio eſt, planum ac patens eſt*, ſc. poculum: *Carcheſium vero procerum, & circa mediam partem compreſſum mediocriter, anſatum, anſis a ſummo ad infimum pertinentibus.* Ita emendat Caſaubonus ex Græcis Callixeni verbis in notis ad Athenæum 11, 7 pr. Virg. Æn. 5, 77 *Hic duo vite mero libans carcheſia Bacchо.* Conf. Id. Georg. 4, 380. Et Sil. Ital. 11, 301 *Ante omnes ductor honori Nominis auguſti libat carcheſia vitu.* v. Drakenb. ¶ 2. *Carcheſium* etiam ſupremi mali pars eſt, ſive foramen, per quod in ſummo malo funes trajiciuntur, das ſegelloch; ſecundum Nonium 15, 28. Phil. Beroaldus ad Apuleji Met. l. 11 p. 1050 ait: Summa pars mali navalis carcheſium, inferior patera, media tracheloi. A ſimilitudine carcheſii nautici dictum eſt poculum procerum, anſatum & circa mediam partem compreſſum, ut ſupra ex Macrobio deſcripſimus. Quod Plautus in Amph. 1, 3, 36 ſcripſit pateram datam a Iove Alcumenæ, id aureum fuiſſe carcheſium Pherecydes tradidit. Vitruvius 10, 22 *carcheſia* verſatilia appellat, indicans non tam eſſe vela in navibus, quam id, quod in mali faſtigio collocatum circumagitur. Lucanus 5, 418 *Hic* (Aquilo ventus) *etiam ſummi curvet carcheſia mali, Incumbatque furens.* ¶ 3. Eſt & *Carcheſium* tractoria machina apud Vitruv. 10, 5. vide Baldi Lexicon Vitruvianum.

CARCĪNUS, *i*, m. καρκίνος, cancer, ein krebs. *In rebus peſſimis & deſperatis in honore eſt etiam carcinus*, in der noth muß man auch ein gering ding in ehren halten. Vid. Chiliad. ¶ 2. Pro ſigno cœlesti Lucan. 9, 536 *Carcinus ardens.* Quod inter ſidera receptus fuerit beneficio Iunonis, exponit Ampelius de 12 ſignis. ¶ 3. *Carcinus Tragicus*, cui κυπρίος drama tribuitur. v. Meurſ. Bibl. Græc. & Attic.

¶ Carcinethron, *i*, n. καρκινηθρον, herba, quæ & πολύγονον, latinè *ſanguinaria* & *centimdia*; Plin. 26, 12. Vide *Calligonon* & *Polygonon*; weatritt.

¶ Carcinias, *æ*, m. gemma cancri marini coloré, Plin. 37, 11.

¶ Carcinōdes, *is*, m. καρκινώδης, vitium ſeu morbus ſerpens, ut Cancer, ein um ſich freſſendes geſchwür, apud Celſ. 5, 18, 17; & Plin. 20, 11.

¶ Carcinōma, *ătis*, n. καρκίνωμα, der krebs. Morbi genus, quod in ſuperioribus partibus circa faciem, nares, aures, labra, mammas fœminarum &c. fieri ſolet: quod curationem non recipit. Cato R. R. c. 157; Celſ. 5, 28; & 6, 15; Plin. 20, 9; & 29, 3. Hinc Auguſtus Iulias ſuas filiam & neptem contaminatas probris omnibus & plane extra emendationis ſpem poſitas, *vomicas & carcinomata ſua* ſolebat vocare. v. Suet. ejus vita c. 65.

CARDĂCES, m. militis Perſici genus, forte & bellicoſum quidem, (unde appellatum ita eſt; Perſis enim, ut Strabo obſervat, *Carda* virile & bellicoſum dicitur) ſed admodum furax. Nam cum apud Perſas lege permiſſa eſſent furta, qui rapto vivebant, *Cardaces* vocabantur, ſchnaphähne. vid. Rhodig. lect. ant. 18, 1. Nep. 14, 8, 2 *Habebat barbarorum equitum viginti, peditum centum millia, quos illi* CARDACES *appellant.* Ita enim legendum eſt, non *Cardates*, ut vulgaris lectio habet, quod pluribus auctoritatibus Schottus approbavit.

CARDĂMĪNA, *æ*, f. καρδαμίνη, naſturtium aquaticum, kreſſe, bachmünze. Apul. de herb. c. 20; Dioſc. 2, 156.

¶ Cardāmon, *i*, n. κάρδαμον, idem. vid. Apul. de herb. c. 20 & Dioſc. 2, 185. *Edc Cardamon* vel *naſturtium*, proverbiale in ſtupidos & ignavos; apud Ariſtophanem, ὄξος κάρδαμον. v. Chiliad.

¶ Cardāmōmum, *i*, n. καρδάμωμον, cardamumen. *Simile eſt amomo frutice & ſemine*, Plin. 12, 13. v. *Amomum*. Eſt enim a *Cardamum & Amomum*. v. Voſſ. Etymol. *Cardamomum majus*, paradies-kerner.

CARDIA, *æ*, f. Cherſoneſi in Thracia urbs, quæ & *Cardiopolis*, & tandem *Lyſimachia* vocata; Stephano auctore. Patria Eumenis fuit, qui inde

¶ Cardianus, Nepoti appellatus in Vita 1, 1.

Cardea, vide *Cardinea* in *Cardo.*

CARDĬĂCA, *æ*, f. morbus Celſo 3, 19 dicitur, qui καρδιακὸς, & καρδιαλγία Græcis appellatur; affectio nempe oris ventriculi, & corporis imbecillitas, ſtomacho languente, & ſudore ex thorace; cervicibus & capite prorumpente, magenwehe, herkgeſpann. Spiritus innati conſumtio & languor, ventriculo conflictante cum ſuperbibus, auch und bangigkeit uno herze. καρδίαν enim orificium ventriculi veteres dixere. Suet. Claudio c. 31 *dolorem ſtomachi: roſionem ſi malebat*, Plin. 20, 14 vocat. Fit enim ab acri humore vellicante atque rodente. ¶ 2. *Cardiaca*, herba morbo oppoſita, herkgeſpankraut. Tabernæm. p. 935.

¶ Cardiacus, *a*, *um*, & ſubſt. *Cardiacus*, hoc morbo laborans, mit dem magenweh beladen; cui maxime medicina a vino eſt: Plin. 23, 1 *Cardiacorum*, inquit, *morbo unicam ſpem in vino eſſe certum eſt.* Eo ſpectat Iuvenalis 5, 31 *Ipſe capillato diſſuſam conſule potat Cardiaco nunquam cyathum miſſurus amico.* Sen. ep. 5 *Bibere, & ſudare, vita cardiaci eſt.* Neque enim morbi ejus vis potu vini magis, quam ſudore digeritur. v. Celſ. 3, 19. Et Horat. 2 Sat. 3, 161 *Non eſt cardiacus hic æger*, i. e. non laborat cardialgia. Cic. Divin. 1, 37 *Nec cardiacis tribuere, nec phreniticis*, ſcil. *aliquid in animis præſagiens.*

¶ Cardialgia, *æ*, f. καρδιαλγία, cordis dolor, hertzweh, hertzensangſt. Med.

¶ Anacardium, *i*, n. ἀνακάρδιον, elephanten-laus. *Anacardia ſunt fructus coquendam arboris, aviculorum cercalis non diſſimiles, unde & nomen, colore etiammum cordis modo rubeſcente, cum ſcilicet ab arbore decerpuntur. Ineſt iis liquor mellis craſſitie ſub cortice reſidens, ſanguine modo rubicundus, ſub quo eſt & nucleus parvæ amygdalæ effigie. Naſcuntur in Siciliæ montibus, qui continue igneas eructant flammas.* Matthiol. in Dioſc. 1, 141.

¶ Incardium, *i*, n. medulla, corculum, das hertzblatt. Theod. Priſc. 1, 12. Alii vocant *incordium*.

¶ Pericardium, *i*, n. περικάρδιον, involucrum membranaceum, quo totum cor involvitur, das hertz-häutlein, hertz-bändel. Med.

Cardinalis, cardineæ, &c. vide *Cardo*.

CARDO, *inis*, m. proprie στρόφιγξ: quaſi cor januæ in quo movetur, ſi Servium quidem audire volumus, die thür-angel. Virg. Æn. 1, 449 *Foribus cardo ſtridebat ahenis*. Ibid 2, 480 *Poſtesque a cardine vellit evolus*. & v. 493 *Limoti procumbunt cardine poſtes*. Dividitur in *maſculam* & *fœminam*, ubi vid. ¶ 2. Pro centro ponitur. Ita terra ipſa appellata eſt *cardo*, quod circa eam verteretur cœlum. Apulej. de mundo p. 57 *Mundus eſt ornata ordinatio, Dei curante, Deorum recta e ſtudia: cujus* cardinem, *ſic enim dixerim centrum, rectiſſimum & immobilem genitrix atque altrix animantium omnium habet tellus*. Plin. 2, 9 de Luna *Proxima ergo cardini*. cont. c. 64. ¶ 3. Duo illa cœli puncta, verſus meridiem & ſeptentrionem, quæ πόλους Græci appellant, Latini *Cardines* dixerunt, quod circa illa vertatur cœlum. Vitruv. 9, 7 *Vti ſeptemtriones circa axis cardinem circumeunes non occidunt, neque ſub terram ſubeunt: ſic & circa meridianum cardinem, qui eſt propter inclinationem mundi ſubjectus terræ, ſidera verſabunda latentiaque non habent egreſſus oriendi ſupra terram.* ¶ 4. Gromaticis ſcriptoribus lines transverſus in mentura agrorum, qui a meridie in ſeptemtriones currit, a mundi cardine *Cardo* appellatur. Feſtus: *Decumanus appellatur limes, qui ſit ab ortu ſolis ad occaſum: alter ex transverſo carinus appellatur* CARDO EX TRANSVERSO, id eſt, a meridie in ſeptemtriones. ¶ 5. Sed & altera duo puncta, quæ mundum recta linea æqualiter ſecant & dividunt, Oriens nimirum & Occidens, non raro cardinum nomine veniunt: ut adeo *Cardines* nihil aliud ſint, quam plagæ mundi. Lucan. 5, 71 *Heſperio tantum, quantus ſemotus Eoo Cardine, Parmenidæ gemino petit æthera colle*. Sic idem *medium cardinem*, pro *meridiem*, ſic *occiduum* pro *occidente* dixit 4, 672 & 693. Statius Theb. 7, 38 *Ut ſic occiduum* pro *occidente* dixit 4, 672 & 693. Statius Theb. 7, 38 de Septentrione, *Atque illum Arctus Iberaeo cardine portat*. Sic, & *Extremi ſub cardine cœli*, am ende der welt, Ovid Pœm. 2, 10, 45. *Ipſorum temporum cardines ſunt ſolſtitia & æquinoctia*, Plin. 18, 25. ¶ 6. Cæterum, quoniam in cardine vertitur januæ, idcirco in omni re id, in quo momentum maximum poſitum; tam maxima ejus gerendi opportunitas, *cardo* vocatur, das hauptwerck. Virg. Æn. 1, 676

Hæc ubi dicta dedit, cardine verſo

id eſt, *non poterit in tanta rei cunctatione conſiſtere*, ut Servius interpretatur. *Vt ſit de proverbio tractum*, (ita idem pergit) *quod dicitur* RES IN CARDINE EST, *hoc eſt in articulo*. Sic, *Cardinem bellum*, pro controverſiæ ſumma Quinctil. dixit 12, 8. *Vt tacenda* (*ſunt*) *quæ nihil referre, ubi illum cardo vertitur*. Sic *de negligentibus, quorum nihil refert, ubi illum cardo vertitur*. Sic *Cardo cauſſæ*, Id. 5, 12. Et, *Æui cardinem extremum premens*, im letzten alter, Sen. Troad. v. 52. ¶ 7. Grajus apud Nonium 3, 76 ſecundo genere: *Sonat impulſa regia cardo*.

¶ Cardineus, *a, um*, die thüre betreffend. Septimus apud Terentianum: *Stridula cui limina, cui cardinei tumultus*.

¶ Cardinea, *æ*, f. Dea a cardinibus appellata, quibus præerat. Eandem vitalibus humanis præeſſe credebant, ab eaque petebant, ut jecinora & corda, quæque ſunt intrinſecus viſcera, ſalva conſervet. Tertull. de Idolol. c. 15, & Auguſt. de C. D. 4, 8 *Cardeam* vocant, ubi hic ait: *Tres Deos Romani oſtiarios poſuerunt, Forculam ſuperiis, Cardeam cardini, Limentinum limini*. Sed Cardeam vocat Macrob. Sat. 1, 12. vide infra *Carna*.

¶ Cardinalis, *e*, quod ad cardinem pertinet, zur thür-angel gehörig. Vitruv. 4, 6 *Fores ita compingantur, uti ſcapi cardinales ſint ex altitudine luminis totius duodecima parte*. ¶ 2. Idem ac præcipuus, principalis, hauptſächlich, fürnehmſt. Servius in Virg. Æn. 1, 131 de ventis Euro, Zephyro; *Iſti*, inquit, *ſunt cardinales*. Adde Salmaſ. Exerc. Plin. f. 882, ubi etiam diſputat, quando id nominis primoribus presbyteris & diaconis Urbis cœperit imponi. Nam & Cardinales eccleſiæ Romanæ, die Cardinäle; ſic dicti a *cardine*, quod ſint quaſi *cardines* illius eccleſiæ, vel primarii ac principales Pontificis miniſtri. v. Onufr. Panvinii lib. de Cardinal. De perverſuta *Cardinalium* denominatione, qua quilibet presbyter ordinarius hoc nomine ſignificabatur, v. Zimmerm. Annal. menſtr. menſ. 1 p. 8.

¶ Cardinaliter, adverb. eſt principaliter, hauptſächlich. Firmic. 6, 13 *Cardinaliter præſidere*, i. e. a *cardine* ad *cardinem*.

¶ Cardinātus, *a, um*, ejusdem fere notionis. Vitruv. 10, 21 *Conjuncta capitibus transverſario cardinato tigno, & altero mediano inter duos ſcapos cardinato, & laminis ferreis religato*.

¶ Intercardinatus, *a, um*, darzwiſchen befügt, einaeſchoben. Vitruv. 10, 20 *Concludantur ſuperne intercardinatis trabibus*.

Carduelis, carduetum, vide *Carduus*.

CARDUUS, *i*, m. σκόλυμος, diſtel. Sic *Carduus fullonum*, karten-diſtel. *Carduus altilis* ſtrobilus eſt, welſche diſteln, artiſchocken, ſtrobel-korn. *Carduus beatæ Mariæ* vulgo ſpina alba eſt, Marien-diſtlin. *Carduus* vero *benedictus*, vulgo cardobenedict. *Atractylis* eſt *hiſpida*. Virg. Georg. 1, 151 *Horreret in arvis Carduus*. Et Colum. 7, 8 *Flos agreſtis cardui*.

¶ Carduētum, *i*, n. carduorum locus. Pallad. 4, 9.

¶ Carduēlis, *is*, f. diſtelfunck, ſtiglitz. Græcis eſt τιτίλος a voce, vel a colorum varietate. Plin. 10, 42 *Minime avium carduelis*.

Care, vide *Carus*, Carectum, *Carex*, Carenaria, *Carenum*.

CARENUM, *i*, n. genus dulcis vini cocti, cum tertia pars muſti coquendo perditur, duæ remanent. meet, abgeſottener moſt. v. Pallad. 11, 18; & Turn. Adv. 13, 21. Auguſtin. de Moribus Manich. 2, 13 *Bibat muſſum, carenum, paſſum, & pomorum expreſſos ſucos*. Apicius 2, 1 extr. *Aſſabis cum careno*. ¶ 2. Genus herbæ, feldkümmel, Colum. 12, 49. vide *Carum*.

¶ Carenaria, *æ*, f. vas in quo carenum coquitur. Pallad. 8, 7.

CĀREO, *ui, ēre*, mangeln, fehlen, nicht haben. Proprie eſt egere eo, quod habere velis: de quo Cic. Tuſc. 1, 36. Quod tamen auctores non ſervant. Sic enim *Carere febri*, Cic. Att. 10, 16; & ſanit. 16, 15 dixit. *Caruitne febris te heri?* Plaut. Curc. 1, 1, 17. Similiter dici reperimus *Carere culpa*, Ter. Hec. 4, 4, 41; *crimine*, Cic. pro Lig. c. 2; *ſuſpicione*, Id. pro Roſc. Am. c. 20; *ſenſu doloris*, Id. Verr. 5, 46; *mortis bonore*, Virg. Æn. 6, 333. Nec negat Cicero ibid. Tuſc. 1, 36 alio etiam modo *carere* dici, *cum aliquid non habeas, & non habere te ſentias, etiamſi id facile patiare*. Quo pertinent ea, quæ paullo ante exempla adduximus. Sic Cic. in Sall. c. 8 *Carere debet omni vitio, qui in alterum paratus eſt dicere*. Sed *Facile carere aliqua re*, id eſt, non admodum opus habere, leicht entbehren, Nep. 19, 1, 3; qui & 19, 1, 3 *carere patria*, de exule dixit. Quid quod & ad exſenſa & inanimata prorſus hoc verbum transfertur. Ovid. Met. 3, 226 *Adituque carentia ſaxa*. Horat. Ep. 16, 13 *Quæque carent ventis & ſolibus oſſa Quirini*. Cic. pro Mil. c. 7 *Carent foro poſtea Pompejus, caruit ſenatu*, er hat ſich des aus-ſehens enthalten. Sic, *Carere publico*, Id. ibid.; *luce forenſi*, Id. de Clar. Or. c. 8. Id. poſt red. ad Quirites c. 1 *Amicitiæ quid haberemus voluptatis, carendo magis intellexi, quam fruendo*. Adjunxit Genitivo hoc verbum ſemel Ter. Heaut. 2, 3, 18 *Præterquam tui carendum quod erat*.

¶ Carens, *tis*; ut, *Sole carens domus*, ein finſter haus, Ovid. Met. 2, 762. *Vita lube carens*, ein unbeflecht leben. Idem Triſt. 1, 8, 43. *Divi morte carentes*, i. e. immortales, Horat. 2 od. 8, 12.

¶ Caſſus, *a, um*, Priſcianus l. 9 p. 869 tamquam participium a *Careo* deducit. Verum præſtat *caſſus* in nominibus numerare, de quo ejusque derivatis ſuo loco; quemadmodum ipſe Priſcianus 11 p. 921 ait, *quibusdam* CASSUS *magis nomen eſſe videtur, ut* CASSUS; quia Futuro non *caſſurus*, ſed *cariturus* dixit Iuvenal. 6, 39

Cariturus tartare magno. Curt. 10, 2, 27 *Bonis militibus cariturus ſum*.

¶ Carendus, *a, um*, quoque paſſive ab hoc verbo formatur. Ovid. Heroid. 1, 50

Virque mihi demto ſine carendus abeſt.

¶ Carentia, *æ*, f. ita delicatiores τρυφῶν, ut Scaliger cenſet de cauſſ. L. L. c. 69 interpretari malunt, quam cum Cicerone *privationem*. vid. Cellar cur. poſt. p. 349. In Casaubono notat Scioppius. Iudic. de ſtylo hiſt. p. 210.

¶ Careor, pro *Careo*, deponentis forma, antiquiſſimos dixiſſe, Priſcianus auctor eſt lib. 8 p. 797.

¶ Careſco, pro *Careo*, in Gloſſis Cyrilli eſt: *Careſco*, στέρομαι.

Cares, vide *Caria*.

CAREVM, *i*, n. frutex in Caria laudatiſſimus, Plin. 19, 8 karnen, feldkümmel. Admodum frequens in culmis. v. Apic. 7, 2. Legitur & *Carenum* & *Carum*, de quibus ſuis locis.

CAREX, *icis*, f. herba quæ inter gramina cenſetur, ſchwerter oder riedgras, *Spargenium*. Virg. Georg. 3, 231 *Frontibus hirſutis & carice paſtus acuta*.

¶ Carectum, *i*, n. locus. Virg. ecl. 3, 20 *Tu poſt careſta latebas*.

¶ Caricēus, *a, um*, von riedgras; apud Mantuanum:

Caricea ſuccedo caſæ, dum præterit æſtus.

¶ Cariceum, *i*, n. ſubſt. veteres dixerunt pro *Caries*: v. Nonius 1, 79.

¶ Caricō, *are*, pro *onerare* uſurpat Hieronymus. Apud Italos & Gallos poſtea in vulgarem uſum tranſiit.

CĀRIA, *æ*, f. Καρία, prima regio minoris Aſiæ, in qua celebres multæ ſunt urbes: ut, *Halicarnaſſus, Myndus, Alabanda* &c. v. Plin. 5, 29; Curt. 6, 3, 3. Meminit Cariæ hujus Cic. pro Flacco c. 27 *Si quid cum periculo experiri velis, in Care id potiſſimum eſſe faciendum*, ἐν καρὶ κίνδυνος, an einem Carier iſt nichts gelegen. Manil. 4, 766 *Arcades antiqui, celebrataque Caria fama*. Proverbiale eſt, *Multi docet Cariam perdidiſſe*, πολλοὶ στρατηγοὶ Καρίαν ἀπώλεσαν, ſimile illi, ἐκ λαγὼ πτάνεσσιν, viel ſöche verführen den bren. v. Chiliad. Cariæ rex quondam fuit *Mauſolus*, cujus monumenti (quod inter mundi miracula recenſet Plinius 36, 5) reliquiæ & ſigna quædam Halicarnaſſi adhuc reperiuntur. De aliis Cariæ regulis ignobilibus fere Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 8 p. 517 ſq.

¶ Car, *is*, pl. *Cares, Carum, Caribus*, populi Cariæ, quos pugnaces fuiſſe & per totam Græciam militantes mercede erraſſe, Strabo prodit. Virg. Æn. 8, 725 *Hic Lelegas, Carasque, ſagittiferoſque Gelonos*. Singulari *Car* Nepos uſus eſt 14, 1, 3 *Natus patre Camiſſare, natione Care*. Proverb. *In Care periculum*, ſcil. experiri licet; vid. explicatum in *Caria*. De altero *Foras Cares*, v. in Eraſmi Chiliad.

¶ Cārius, & Caricus, *a, um*, adjectiva, Steph. Byzant. *Carica victima* de macilenta hoſtia dicitur, quoniam *Caribus* mos fuit, canem immolare. Torquetur non inconcinne ad cibum, quem nemo velit attingere, ein übel eſſen. v. Eraſm. in Adag.

¶ Carinæ, *arum*, f. pl. i. e. præficæ ex Caria; vid. ſuo loco n. 2.

CĂRĪCA, *æ*, f. patronymicum primo ficus optimæ: deinde pro omni ficu præſertim arida dici cœpit, eine trockene feige. Ovid. Faſt. 1, 185

Quid vult palma ſibi rugoſaque carica?

Sic & peculiare genus ficuum in Syria vocatur, Plin. 13, 5. Mentio etiam *caricæ* fit l. fin. Dig. de trit. vin. vel oleo. Conf. Rhodig. 18, 9. Male per y ſcribi *Carycas* quaſi ἀπὸ καρύων, ἢ καρυκτῶν dictas, oſtendit Reineſius epiſt. 2 ad Daum. p. 4. ubi e Caria derivationem arceſſit.

Caricēus, carico, vide *Carex*, Caricus, *Carius* in *Caria*.

CĂRIES, *ēi*, f. corruptio vel ligni vel aliarum rerum ex vetuſtate, die fäule, der wurmſtich, moder. Plin. 16, 39 *Cedri oleo peruncta ſpatio nec timeas, nec cariem ſentit. Infeſtari carie*, Colum 11, 2. *Recipere cariem vetuſtatis*, veralten und wurmſtichig werden.

werden, Id. 3, 2. *Trahere cariem*, de vino, cum vetuſtatis ſaporem accipit, Plin. 23, 1. *Sentire cariem*, Id. 12, 8. De muro uſurpavit Ammian. 16, 2 *Comperit* (Iulianus) *Auguſtoduni, civitatis antiquæ, muros, ſpatioſi quidem ambitus, ſed carie vetuſtatis invalidos.*

¶ Cariōſus, *a, um*, faul, wurmſtichig. Colum. 4, 26 de pedamentis vineæ: *Summovenda, quæ vel carioſa, vel juſto breviora ſunt.* Catoni *Terra cariosa* quid eſſet, ita explicat Plinius 17, 5 pr. ut intelligat *aridam, ſiſtuloſam, ſcabram, caſeſcentem, exeſam & pumicoſam*, Add. Colum. 2, 4. Ovid. Amor. 1, 12, 29 *Niſi vos cariosa juventus rodat*, id eſt, cariem vetuſtate adferens. Prudent. Cathem. 10, 141 *Si cariosa vetuſtas diſſolverit oſſa favillis.* Phædrus 5, 10 *Cariosis dentibus prædam dimiſit.* Eleganter quoque Prudent. adv. Symmach. 1, 434 ſculpta idola dixit *cariosorum monſtrorum deorum.* Compar. Varro R. R. 1, 67 *Palmula cariosior.* Et Afranius ap. Nonium 1, 79 *Carie cariosior.* Ita Steph. p. 55 & Gothofr. v. 494. Sed Pariſ. p. 21 *curioſior.*

¶ Cario, *are*, faulen, modern; unde Mart. Capella lib. 1 *Cariantem tripodem* dixit.

CĂRILLA, *æ*, f. oppidum Picentinorum ab Hannibale deletum. *Exhauſta Carilla*, Silio 8, 580.

CĂRĪNA, *æ*, f. infima pars navis, der boden im ſchiff. Cic. de Orat. 3, 46 *Quid tam in navigio neceſſarium, quam latera, quam carina, quam prora, quam puppis?* vide *Navis.* ¶ 2. *Carina* pro tota navi frequenter apud poetas. Ovid. Heroid. 17, 103

Tunc ego te vellem celeri veniſſe carina. conf. Virg. Æn. 2, 23.

¶ Cirīnæ, *arum*, f. pl. vicus in urbe Roma, regione 4. Horat. 1 epiſt. 7, 48 *Dum redit, atque foro nimium diſtare carinas Iam grandis natu queritur.* Mira hujus vici celebritas: tum quod via ſacra ibi & templum pacis: tum quod viri principes ibi, Pompejus, Cicero, alii habitarunt; qui quod amplißimas ibi & ſplendidiſſimas ædes haberent, ob eam rem *lautas carinas*, Virg. Æn. 8, 361 dixit, ut Servius interpretatur. Conf. Rupert. ad Pomp. Enchirid. p. 364. De eleganti dicterio Sexti Pompeji, *in carinis ſuis cœnam ſe dare*, cum Augustum Cæſ. & Antonium in navi exciperet, vide Vellej. 2, 77, 1 cum Ind. Bœcl. ¶ 2. *Carinas* dici *præficas*, obſervat Cæl. Rhod. 11 p. 589, h. e. mulieres, quæ cantu flebili mortuos in funeribus affectabantur, quoniam ex Caria accerſerentur. ¶ 3. Palladius 2 t. 16 transfert ad ſerendas nuces: *Ponemus transverſas, ut latus, id eſt carina ipſa, figatur in terra.*

¶ Cirīno, *are*, auswölben wie ein ſchiff-boden; Plin. 9, 33 extr. *Saliunt pectines* (marini) *& extra volitant, ſeque & ipſi carinant*, id eſt, ex ſuis teſtis carinam ſibi parant, vel teſtis ſuis pro carinis utuntur. ¶ 2. Obtrectare, mordere, dicteriis proscindere, ſchmähen. Hinc *Carinantes* apud Feſtum, *probra objectantes, qui plerumque infimæ ſortis homines, ſicut carina pars infima navis.* Adde Servium ad Virg. Æn. 8, 361. Sed obſtat ſecunda brevis, quo minus hæc vox in hac altera ſignificatione a *carina* navis deducenda videatur, quam & ideo alii vel a *Care* derivant, vel a χαρακτίζειν. Verſus Ennii eſt apud Servium:

Sed neque me decet hanc carinantibus ledere chartis;

i. e. mordacibus. Idem apud Servium:

Et contra carinantes verba obſcena profatus.

¶ Carinātus, *a, um*, gekrümmt, gebogen wie ein ſchiff. Plin. 11, 37 *Pectus homini latum, reliquis animalibus carinatum.*

¶ Carinarius, *i*, m. qui cerino colore veſtes inficit, ein färber; apud Plautum Aul. 3, 5, 36; quod vero non a *carina*, ſed a κηρός, Dorice πρὸς, *cera*, deducunt; quo Ovidius de Arte 3, 184 reſpexit:

Et ſua velleribus nomina cera dedit.

CARINTHIA, *æ*, f. Kärnthen, olim Pannoniæ, hodie Germaniæ provincia, ducatus titulo inſignita. vid. Geogr.

Cariosus, vide *Caries*, Cariota, *Caryota.*

CĂRIS, *ĭdis*, f. genus piſcis; ut *Simoſiaque caris*, Ovid. Halieut. v. 130. Aliis vocatur *Squilla.*

CĂRISSA, *æ*, f. *vafra mulier* apud Feſtum ex Lucilio. In Gloſſ. Iſid. *Lena vetus & litigioſa, ancilla dolioſa, falla*, eine loſe vettel. ¶ 2. Teli genus in Ser. Sammon. p. 27 *Longæ cadet cariſſæ.* Keuchenius in not. p. 258 *Sariſſæ* reſcribendum cenſet.

Caritas, quære in *Carus.*

CARMĀNIA, *æ*, f. Καρμανία, regio Perſiæ ab ortu finitima: Gedroſiæ ab occaſu: in qua ſunt Ichthyophagi. v. Plin. 6, 23.

¶ Carmāni, *orum*, m. pl. incolæ. Pompon 3, 8 *Carmani ſine veſte ac fruge, ſine pecore ac ſedibus, piſcium ejus je volant.* conf. Lucan. 3, 250.

CARMĒLUS, *i*, m. Deus & mons inter Syriam Iudæamque, ut Tacitus Hiſt. 2, 78, 4 deſcribit. Suet. Veſp. c. 5 *Apud Iudæam Carmeli Dei oraculum conſulentem, ita confirmavere ſortes*, &c.

CARMEN, *ĭnis*, n. oratio ligata, numeris ſuis & menſura certa conſtans, ein gedicht, lied. Victor de Orig. Rom. c. 5 vocem *carminis*, a *Carmenta* deducit, & ipſa *Carmenta* procul dubio a carminibus dicta. vid. infra *Carmenta.* Male, eſt enim a *Cano Carmen* quaſi *Canimen.* Neque tantum de toto complexu multorum verſuum, ſed & de verſu uno aut duobus *Carmen* uſurpatur: Virg. Æn. 3, 287 *Rem carmine ſigno: Æneas hæc de Danais victoribus arma.* Ovid. Triſt. 1, 1, 39 & 41 *Carmina proveniunt animo deducta ſereno, &c. Carmina ſeceſſum ſcribentis & otia quærunt. Primum carmen* pro libro primo Carminis Lucret. dixit 6, 936 *Nunc, omnes, repetam, quam raro corpore ſint res, Commemorare, quod in primo quoque carmine daret. Facere, ſcribere carmina*, paſſim exſtat: v. Virg. ecl. 3, 86; Cic. de Orat. 2, 86. *Componere carmen*, Id. pro Mur. c. 12; *contexere*, pro Cælio c. 8; *condere*, Tuſc. 4, 2, verſe ſchreiben, *pangere*, Cic. fam. 16, 18; *Poëtarum carminibus celebrari*, Id. pro Rab. Poſt. c. 16. *Ludere carmina*, Virg. Georg. 4, 565. Rurſus Cic. Tuſc. 1, 26 *Poëta grave plerumque carmen, non ſine celeſti aliquo mentis inſtinctu fundit.* Cæterum aliquando latius, interdum ſtrictius ſumitur, & vel *Epicum*, vel *Lyricum carmen* ſignificat. Vet. Gloſſæ: *Carmen*, ἔπος. Horatius quoque libros ſuos, non *odarum*; ſed *carminum* nomine inſcripſit: quemadmodum & ab antiquis Grammaticis perpetuo citantur. Sic ipſe de ſe 4 ode 2, 31 *Operoſa parvus Carmina fingo:* videlicet Lyrica. ¶ 2. Hinc & pro quovis cantu *carmen* ponitur. Ovid. Met. 14, 435 *Carmina jam moriens canit exſequialia cygnus.* Sic, *carmen nuptiale*, Catull. 61, 12; *connubiale*, Claud. Honor. Conſul. 4, 648; *famoſum*, ein paßquill, Horat. 1 epiſt. 19, 31. ¶ 3. *Carmen* & vaticinium eſt, eine prophezeyung. Virg. de vaticiniis Sibyllæ Æn. 6, 74 *Foliis tantum ne carmina manda.* Liv. 1, 45 *Et cecinere vates, cujus civitatis eam civis immoloſſet, iri fore imperium. Idque carmen proventrat ad antiſtitem fani Dianæ.* Virg. Ecl. 4, 4 *Ultima Cumæi venit jam carminis ætas.* ¶ 4. *Carmen* pro incantatione, zauberey, apud Virgilium ſæpe, ut ecl. 8, 69 *Carmina vel cœlo poſſunt deducere Lunam: Carminibus Circe ſocios mutavit Ulyſſis.* ¶ 5. Dicitur & *Carmen* quævis verborum concepta ac ſolennis forma, eine formel. Nam Liv. 1, 24 *Carmen* de ſolennibus fœderum & jurisjurandi formulis bis dixit: qui c. 26 ejusd. libri & damnatoriam ſententiam, ſive capitis, *carmen* appellat: quemadmodum & Cic. pro Rab. c. 4 illa Iudicis verba, I LICTOR, COLLIGA MANVS: & Plinius Paneg. c. 63 & 92 Comitiorum precationem ſolennem, *carmen* appellat. Add Liv. 3, 64; 31, 10, 38; & Briſſon. de Form. indice voce *Carmen*; Et Macrob Sat. 3, 9, ubi *evocationis carmen*, &c. Cato etiam librum quemdam, quo morum formandorum præcepta & certas regulas dedit, *carmen de moribus* inſcripſit: quamquam verſu feu carmine compoſitum haud eſſet: quod fatis oſtendunt, quæ inde Gellius 8, 11 adducit. Videtur huc pertinere & *carmen neceſſarium*, quod appellabant, edicti a pueris ſolitum, de quo Cic. de LL. 2, 23. Tale & Appii Cæci carmen a Pythagoreorum inſtituto non abhorrens. Hinc apud Dionyſ. Catonem:

Si Deus eſt animus, nobis ut carmina dicunt;

id eſt, dicta Philoſophorum brevia, quibus ſententias de Deo, deque reliquis includebant, & ἡδόμενα τῶν ἀκμάτων, i. e. *carmina* dixerunt: vid. Daumius in not. ad Catonis diſticha p. 124. ¶ 6. *Carmen*, inſtrumentum textorium a *carendo* dictum, quaſi *carimen*, & derivatum verbum *Carminare*, paullo poſt in verbo *Caro* ſequitur.

¶ Carmĭnĭcus, *a, um*, & Carminice adverb. inter latinitatem barbaram & incertam rejicit Cellarius cur. poſt. p. 346.

¶ Carmineus, *a, um*, ad carmen pertinens, ejusdem cenſus eſt ex Cathol.

¶ Carmino, *are*, vide mox in *Caro, ere.*

CARMENTA, *æ*, f. Nympha, Evandri mater ſic appellata a *carminibus*, hoc eſt, *oraculis* vel *reſponſis* carmine proditis. *Fatiloqua* enim fuit, ut Liv. 1, 7 appellat. v. Comment. Virg. Æn. 8, 388. Somnus c. 2 *Carmentim* vocat. Victori de Orig. Rom. c. 5 *Carmentis* juxta & *Carmenta* nominatur: qui & *Nicoſtratam* appellatam denique prodit. Quomodo & in antiquis verſibus nominatur de repertoribus literarum: *Mente Phœnices ſagaci condiderunt Atticas, Quas Latini ſcriptitamus, edidit Nicoſtrata.* Nam literas latinas Carmenta inveniſſe traditur, & filium docuiſſe. Vide & Plutarch. Romulo: qui ei & ſacra inſtituta ſignificat, ab re *Carmentalia* appellata. Liv. 5, 47 pr. *Animadverſo ad Carmentis ſaxum aſcenſu æquo.* v. I. F. Gronov.

¶ Carmentālis, *e*, adj. ut, *Carmentalis porta* Romæ, quæ & *Scelerata* poſtea dicta fuit, quod per eam ſex & trecenti Fabii cum clientum quinque millibus egreſſi adverſus Hetruſcos omnes interfecti ſunt: v. Liv. 2, 49 ſeq. Virg. Æn. 8, 388 *Et carmentalem Romano nomine portam.*

¶ Carmentalia, *ium*, n. pl. Soſipater Charisius lib. 1 p. 21 *Matri Evandri ſacrificia inſtituta Carmentalia appellata a nomine ipſius.*

Carminatio, carmino, &c. vide *Caro, ere.*

CARNA, *æ*, f. Dea cardinum, quæ primo *Crano* appellata. Ovid. Faſt. 6, 101

Prima dies tibi Carna datur: Dea cardinis hæc eſt:
Numine clauſa aperit, claudit aperta ſuo.

Vide ibi plura quæ ſequuntur, & *Cardinia* in *Cardo.*

Carnalis, carnarius, carnatio, &c. vide *Caro, nis.*

CARNĔĂDES, *æ*, m. Καρνεάδης, Cyrenæus fuit, novæ Academiæ princeps, Chryſippi ſtudioſus, Zenonis confutator, de quo Gell. 17, 15. Multa de eo paſſim prædicat Cicero. Fuit enim in eo magna diſſerendi vis, magnum acumen; adeo, ut nihil non explicare poſſe videretur. Sed nihil certo affirmabat. Quare cum miſſus ab Athenienſibus legatus copioſe de juſtitia diſputaret Romæ, poſtridie contraria diſputatione omnia rurſus ſubvertit. Vnde Plinio teſte 7, 30 *Cato quamprimum eum dimittendum eſſe cenſuit, quoniam ille argumentante, quid veri eſſet, haud facile diſcerni poſſet.* De hac legatione quæ desiderantur requirit Cicero ab Attico 12, 23. Add. Lactant. 5, 14; & Fabric. Bibl. Gr. 3, 3 p. 55; & de ſententiis ejus ad Sext. Empir. Pyrrhon. hypotypoſeon 1, 226.

¶ Carneadeus, *a, um*, adject. ut, *Sententia Carneadea*, Cic. Acad. Qu. 4, 48. *Carneadeus finis*, Id. fin. 4, 18.

Carneus, carnifex, carnificina, carnifico, vide *Caro, nis.*

CARNIŌLA, *æ*, f. Crain, regio Germaniæ verſus Italiam & Croatiam. v. Geogr.

Carnoſus, carnulentus, vide *Caro, nis.*

CARNŪTES, m. Galliæ populi, hodie *les Chartrains*, ſiti ſupra Ligerim, inter Pariſios & Turones.

¶ Carnūtum, vel Carnorum, *i*, n. hujus populi urbs primaria, hodie *Chartres.* ¶ 2. Eſt & aliud *Carnūtum*, quod etiam *Arrantum* ſcribitur, oppidum Pannoniæ ſuperioris inter Vindebonam & Poſidonium, de quo Ammianus 30, 5 & 20 &c.

¶ Carnotenſis, *e*, adject. ut, *Ivo Carnotenſis*, epiſcopus &c.

CARO, *carnis*, f. fleiſch, animalium eſt & piſcium: ut, *Bovina caro, ovilla, vitulina, hædina*, &c. Rurſus *Caro aſſa, elixa, frixa: Caro conditanea*, wohlfleiſch, ſicut Varro R. R. 1, 24 *oleam conditaneam* dixit. *Viva caro*, Ovid. Met. 15, 380. *Subrancida caro*, Cic. in Piſ. c. 27, & ibid. c. 9 metaphorice *putida caro*, pro homine ſceleſto, infami: *Ego*, inquit, *iſtius pecudis ac putide carnis conſilio ſcilicet aut præſidio niti volebam?* In ſpecie *Caro piſcium* eſt apud Plin. 9, 17. In arboribus quid ſit, docet Idem 16, 38. Pluralis, quo Teutones carent, Latinis non inuſitatus eſt. Plin. 23, 7 *Bubulas carnes additi caules* (caprifici) *magno ligni compendio percoquunt.* Id. 25, 6 *Carnes cohærescere tradunt, ſi centauri ſanguinem ſimul.* Voſſius vocabulum *Caro* non a *cavere*, ſed ex Græco κρέας deducere mavult, Inſtit. orat 4, 13. De eſu carnis ante diluvium vid. Hackſpan. Miſcell. p. 279. Curcellæus de eſu ſanguinis a p. 7 usque ad p. 37; Kipping. ad Pappi Hiſt. Eccleſ. p. 190, 191. De eſu carnis humanæ v. Barth. ad Briton. Armor. p. 512, & Adverſ. 136, 1. Adde quos laudamus in *Anthropophegi.* ¶ 2. *Carnem* pro externo homine, ſive *corpore* dicere, amant Chriſtiani ſcripto-

res: ita tamen & Seneca locutus est ep. 65 sub f. *Quicquid*, inquit, *in me potest injuriam pati, hoc est, in hoc obnoxio domicilio: animus liber habitat. Nunquam me caro ista compellet ad metum, nunquam ad indignam bono simulationem.*

¶ Carnis, *is*, f. in recto casu etiam recte dici, ostendit Prisc. lib. 6 p. 684 ex Liv. Andron. Et T. Livius 37, 3 *Lanientibus carnis, quæ dari debet, data non fuerat.* Hinc

¶ Carnĭcula, *æ*, f. dimin. ut a *Canis*, *canicula*, docente Prisciano l. c. Sed a *Caro*

¶ Carunc̆ula, *æ*, f. dimin. ein stücklein fleisch. Cic. de Divin. 2, 24 *Caruncula vitulina.* Habet etiam Val. Max. 3, 7 ext. 6 & Celsus 2, 7 *Si urina crassa caruncolas quasdam exiguas aut quasi capillos habet*; fasichte stücken, schlacken.

¶ Carnarium, *i*, n. proprie, ubi carnes salitæ suspenduntur & asservantur, fleisch- oder rauch-kammer, hacken, Colum. 12, 53. Inde *e carnario* & *e macello vivere*, opponuntur Plinio 19, 4. Add. Petron. c. 55; Virg. in Moreto v. 56. Plaut. Curc. 2, 3, 45 *Pernam, abdomen, sumen suis glandium.* CVRC. *Ain tu omnia hæc? in carnario fortasse dicis.* Plaut. Capt. 4, 4, 6. Conf. Id. Pf. 1, 2, 64 & 66. Vid. Gesn. Ind. Scriptt. R. R.

¶ Carnārius, *i*, m. ein fleischer. ¶ 2. Qui esu carnis delectatur, ein fleischmaul. Hinc jocus Martial. 11, 101 *Carnarius sum: pinguiarius non sum.* Loquitur de amica, qualem velit, non pinguem & obesam, sed neque macilentam.

¶ Carnarius, *a, um.* Non recte dici, ut *vinaria*, sic *Carnaria taberna*, vult Varro L. L. 7, 30 die fleischbanck.

¶ Carnātus, *a, um*, fleischicht, feist. Cæl. Aurel. Tard. 1, 4, 95 *Carnatum corpus ostendere.*

¶ Carnatio, *ōnis*, f. obesitas, die dicke des leibes, feißigkeit; ut, *Gravabilis carnatio*, Idem Aurel. 1, 4, 113.

¶ Carneus, *a, um*, fleischicht, fleischern. Translate Prudentio Apoth. v. 370 *Lex carnea* opponitur illi, *quam spiritus implet interior.* Absolute Id. Ptychom. v. 765 *Ne carnea distent spiritui æterno.*

¶ Carnea, *æ*, f. Dea. *Hanc vitalibus humanis præesse credunt, ab ea denique petitur, ut jecinora & corda, quæque sunt intrinsecus viscera, salva conservet.* Hæc Macrob. Sat. 1, 12.

¶ Carnulentus, *a, um, pinguis*, fleischicht, weich; ut, *Fluxi sunt, tactu prope carnulento*, sie sind weich anzugreiffen, Solin. c. 8 (al. 2) de Ligustici maris fruticibus. *Vestigia carnulenta*, Id. c. 62 (Salmas. 49) de Camelis. *Carnulenta pectora*, Prudent. Peristeph. 10, 372.

¶ Carnulentia, *æ*, f. crassitudo, die dicke des fleisches. Cathol.

¶ Carnōsus, *a, um*, fleischicht; ut, *Carnosus venter*, Plin. 11, 37. *Atropha carnosiora*, Id. 27, 8. *Carnosissimæ olivæ*, Id. 15, 3. *Cortex carnosissimus*, Id. 25, 5.

¶ Carnālis, *e*, fleischicht, ecclesiasticorum usu trita vox; ut, *Stirps carnalis*, Prudent. Apoth. v. 987. *Finis vinculi carnalis*, Id. Peristeph. 2, 487. Tertull. de Pœnit. c. 3 ait: *delictorum quædam esse carnalia, id est, corporalia, quædam vero spiritualia.* Et Min. Felix c. 32, 6 *Deum oculis carnalibus vis videre.* Et ita sæpe in N. T. *carnale* spirituali seu cælesti opponitur, e. g. Eph. 6, 5; 1 Cor. 9, 11; 2 Cor. 16, 4 &c. ¶ 2. Alias duro & lapideo opponitur, quatenus caro est mollis: e. g. 2 Cor. 3, 3 &c. ¶ 3. *Carnales sedules* (potius *ædiles*, uti Turnebus habet Adv. 29, 1) Romæ carni venali præerant, & eam quæ putebat, in profluentem jaciebant, ut apparet ex Varrone apud Nonium 2, 136.

¶ Carnalĭter, adverb. idem. Prudent. c. l. v. 368

Posteritas carnis, carnaliter omnia cernens.

Add. Apoth. v. 510. Et Arator in c. 2 Act. Apost.

Venit ad occiduas carnaliter editus oras
Humana sub lege Deus:

Carnaliter editus, id est homo factus.

¶ Carnalitas, *atis*, f. Augustin. Serm. 186 de Tempore c. 2 *Carnalitas vetustas: gratia novitas est.*

¶ Carnifex, *ficis*, m. qui carnem, h. e. cadaver facit ex vivo corpore, vel qui carni male facit, ein hencker, scharfrichter. Cic. Phil. 11, 3 *Ponite ante oculos vincula, verbera, eculeum, carnificem tortoremque* &c. Id. in Verr. 5, 45 Sestii lictoris, *quem prætoris carnificem* vocat, luculenter admodum describit crudelitatem: quem locum conferte juverit cum Manilii 5, 610 sq. ubi poëta Ciceronem ante oculos habuisse videtur. Suet. Tib. c. 54 *Cum ei carnifex laqueos & uncos ostentaret.* Item, der einen qvälet und plaget. Ter. Andr. 4, 1, 27 *Quantas hic suis consiliis mihi confecit sollicitudines meus carnifex.* Donatus in Ter. Hec. 3, 4 *CARO*, inquit, *dicta est eo, quod careat animâ. Et CARO proprie dicitur mortuorum. Vnde CARNIFICES dicti, quod carnes ex homine faciant. Caro* enim *Cadaver* est: quomodo etiam κάρξ apud Græcos accipitur. v. Scalig. Poët. 3, 86. Sallust. Cat. c. 55 *Vindices rerum capitalium* pro *carnificibus* dixit. Erant olim inter apparitores magistratus, ut notat Schild. ad Suet. p. 300. Quin imo milites, tribuni, centuriones ipsi, hoc officio fungebantur, ibid. p. 432, 433; Lips. ad Tac. p. 23 & 190. Alicubi etiam senatores noviss imi; v. Lansii Consult. p. 902. De infamia eorum quid statuendum, vid. Bernegg. quæst. 37 ad Tac. a quo dissentit Rupert. ad Pompon. Enchirid. p. 271; v. & Salmas. de Vsuris c. 18 p. 530. ¶ 2. *Carnificis loco habebatur is, qui se vulnerasset, ut moreretur.* Festus. Est enim carnifex sui ipsius. ¶ 3. Adjective ponitur pro eo, quod instar carnificis excruciat, vel plane tollit. Ita, *Carnifices epulæ*, Claud. de Bello Gild. v. 179. *Carnifices manus*, Silius 1, 173. Martial. 12, 48 *Mullorum leporumque & suminis exitus hic est: Sulphureusque color, carnificesque pedes.* Vbi *carnifices pedes*, podagrici sunt, ideoque excruciantes. *Libido carnifex*, Arnob. 1 p. 41. ¶ 4. Apud Catull. 90 extr. *Ægroti culum lingere carnificis*, interpretantur vulgo *farciminosum*, quod morbi genus esse ajunt. Is. Vossius *pallidum* intelligit & mortis in facie significationem habentem. Carnificem enim mortis prænuncium fuisse etiam Manilium 5, 625 *Carnifici-que venit mortem docentis imago.* ¶ 5. *Fortuna gloriæ carnifex* Plinio 28, 4 f. 7 insolenter dicitur, aut potius Harduino. Legendum enim est: *Iubet eosdem* (triumphantes) *respicere similis medicina linguæ, ut sit exorata fortuna gloriæ, carnificem*, i. e. jubet respicere triumphantem servus publicus idemque carnifex. v. Gesnerus Chrestom. Plin. ad h. l. p. 724.

¶ Carnificīna, *æ*, f. locus ubi torquentur & excarnificantur fontes, die marter-kammer. Liv. 2, 23 *Ductum se ab creditore, non in servitium, sed in ergastulum & carnificinam esse.* ¶ 2. Tormentum & cruciatus, grausamkeit; ut, *Carnificina conscientiarum.* Plaut. Cist. 2, 1, 1 *Credo ego amorem primum apud homines carnificinam commentum.* Cic. Tusc. 3, 13 pr. *Cum omnis perturbatio miseria est, tum carnificina est ægritudo*, quia instar carnificis cruciat, laniat præcordia, lacerat animum. In plur. Cato ap. Nonium 2, 910 *Carnificinas per dedecus inspectare.* ¶ 3. *Carnificinam facere*, pro, carnificis partes agere, sich henckermäßig aufführen, apud Plautum legitur Capt. 1, 2, 29.

¶ Carnificīnus, vel Carnĭficus, *a, um*, zerfleischt, utroque modo legunt in Plauti Most. 1, 1, 52 *O carnificum cribrum*, de servo, cujus tergum a carnifice perforatum.

¶ Carnificium, *i*, n. das metzeln, die zerfleischung. Saresb. 1, 4 *Ad venatoris carnificium prolabi*; & 4, 3 *Carnificii imaginem repræsentare.*

¶ Carnifico, *are*, henckern, hencker-stück üben. Liv. 24, 15 *Carnificari jacentes*, id est, truncari, capita abscindi.

¶ Carnīvŏrus, *a, um*, carne vescens, fleischfressend; ut, *animalia carnivora*: Plin. 10, 73 *Serratorum dentium carnivora sunt omnia.*

¶ Concarno, *are*, facere ut una caro fiat. Tertull. de Carne Chr. c. 20 *Cum quid extraneum extraneo agglutinatur, ita concarnatur & convisceratur.*

¶ Concarnatio, *ōnis*, f. Tertull. de Monogam. c. 9 *Occasio tertiæ concarnationis.*

¶ Decarno, *are*, carnem detrahere, das fleisch ablösen, schinden. Apicius 7, 9. Adde Veget. de Re veter. 2, 27; & 42 *Decarnare ferramento.*

¶ Excarnifĭco, *are*, excruciare, plagen, martern. Ter. Heaut. 4, 6, 9 *Hujusmodi mihi res semper comminiscere, ubi me excarnifices.* Sen. de Clem. 1, 16 *Præceptor, qui excarnificat discipulos.* Id. epist. 24 *Instrumenta excarnificandi.* Suet. Vitell. c. 17 *Minutissimis ictibus excarnificatus atque confectus est.*

¶ Excarnificatus, *a, um*, gepeiniget. Cic. Nat. D. 3, 33 *Anaxarchus a tyranno excarnificatus.* Sen. de Ira 3, 4 *Excarnificati animi verba.*

¶ Excarnificator, *oris*, ein peiniger, apud Augustinum.

¶ Incarno, *are*, apud Medicos est carnis generationem promovere medicamentis incarnativis, fleischicht machen. Sed pass. *Incarnor, ari*, Theologis est carnem fieri, fleisch werden, & de Filio Dei dicitur. Hinc

¶ Incarnatus, *a, um*, carni unitus, eingefleischt, mit fleisch vereiniget. Sicuti Latina ecclesia in Symbolo Nicæno confitetur *Filium Dei, incarnatum ex Maria virgine.* Vulgo homo Diaboli vices gerens *incarnatus diaholus* dicitur.

¶ Incarnatio, *ōnis*, f. die menschwerdung, fleischwerdung, ex Theologia notum verbum. Commentar. Vet. in Marcum 1, 7, vulgo Hieronymo adscriptus: *Mysterium incarnationis Dei.* Conf. Fulgent. ad Donat. Vinc. Lirinensis Commonit. ex ed. Baluz. p. 33. Et Theodulfus 2 carm. 7, 545 *Christi incarnatio felix.*

CĂRO, *ĕre*, a Græco κάρειν, quod tondere est. Verbum textorium, kämmen, gränpeln. Plaut. Men. 5, 2, 46 *Inter ancillas sedere jubeas lanam carere*, id est, lanam a spurcitia purgare. Inde etiam *Carduus* dictus videtur, quia aptus carendæ lanæ. Inde

¶ Caritores in glossis Papiæ *lanarii, qui lanam carunt, carpunt, dividunt.*

¶ Carmen, *ĭnis*, n. instrumentum ferreum ad lanam carendam, hechel, grempel-kamm. Lucret. 4, 377 *Quasi carmine lana trahatur*; ex emendatione quidem Scaligeri. Creechius retinuit, *quasi in ignem lana trahatur.*

¶ Carmĭno, *are*, est carmine vel pectine diducere & discernere, grempeln, hecheln. Varro L. L. 6, 3 *Carminari lana tum dicitur, cum caret eo, quod in ea est nequam.* ¶ 2. Translate Sidonius epist. 1, 9 *Exeras*, inquit, *veterem Musam, votivum quippiam vel tumultuariis fidibus carminantem.*

¶ Carminatus, *a, um*, gegrempelt; ut, *Lana carminata*, Plin. 9, 38.

¶ Carminabundus, *a, um.* Sidonius epist. 8, 11 *In bucolica vigilax, parcus, carminabundus*, obscuro significatu.

¶ Carminatio, *ōnis*, f. das grempeln, kämmen. Plin. 11, 23 *Foliorum lanuginem ab his* (bombycibus) *cogi unguium carminatione, mox trahi inter ramos, tenuari eu pectine.*

¶ Carminarius, *i*, m. ein wollkämmer, wollschläger.

CAROCCIVM, *i*, n. vexillum Longobardorum, quod curru impositum in aciem produxerunt, & magna religione ad bella miserunt, inque prælio defenderunt. v. Sigonius de regno Italiæ 7 f. 178. Caroccii prolixam descriptionem offert Laur. Pignorius ad Hist. Mussat. f. 33.

CĂRŌTA, *æ*, f. radix quæ cum pastinaca tanquam congener jungitur ab Apicio 3, 21. conf. Cels. 5, 6 rothe rüben, oder möhren.

¶ Carōtĭcus, *a, um*, a κάρος, *sopor*, Medicis dicitur, quicquid soporandi & sensus deperdendi vim habet, was schläffrig und tumm macht. vid. Dioscor. 4, 76.

CARPAEA, *æ*, f. genus saltationis Persicum, qua armati concrepantes peltis saltabant, ein schwerdt-tantz. v. Xenoph. & Scalig. Poët. 1, 18 p. 37.

CARPĂSVM, *i*, n. κάρπασον, planta, ex qua succus medicamentis utilis exprimitur. v. Dioscor. 6, 14; & 1. 16 § 7 ff. de public. & vect.

CARPĂTHOS, Κάρπαθος, sive Carpathus, *i*, m. insula inter Ægyptum & Rhodum sita, Plin. 4, 12. ¶ 2. Carpathus etiam Hungariæ mons est, de quo v. narratio Dan. Frœlichii apud Hennin. ad Tollii epist. itiner. quintam p. 209 ex ephemerid. nat. curios. Dec. 2 An. 4 obs. 8 p. 16.

¶ Carpathius, *a, um*, adject. Horat. 1 od. 35, 8 *Laceßit Carpathium pelagus carina.* Adde Virg. Georg. 4, 387; Stat. 3 Silv. 2, 88; Plin. 32, 5 & 11. *Carpathius lepores*, dictum in eos, qui sibi rem noxiam accersunt. Nam Carpathii, cum lepores non haberent, curarunt importandos aliunde, cujus animantis magna deinde vis fruges insulæ populari cœpit. Erasm. in Adag.

Carpentarius, vide *Carpentum.*

CARPENTORACTE, *es*, f. Galliæ Narbonenſis civitas, vulgo *Carpentras*.

CARPENTVM, *i*, n. genus vehiculi, ein rollwagen, kutſche oder kutſchwagen. Ovid. Faſt. 1, 619 *Nam pius Ausonias matres carpenta vehebant, Hæc quoque ab Evandri dicta parente reor*: Vt ſit *Carpentum*, quaſi *carmentum a Carmenta*, Evandri matre. Quo loco Ovidius docet, *Carpenta* mulierum fuiſſe ante; ademta illis deinde, ac iterum reſtituta legibus. Et vero tribuit Tulliæ, Tarquinii Superbi conjugi *carpentum* Livius 1, 48, & Florus 1, 7, 3; Claudiæ etiam in vita Tiberii c. 2 & Meſſalinæ in laudio c. 15 Suetonius. Ita Tac. An. 12, 42, 3 *Suum quoque faſtigium Agrippina extollere altius, Carpento Capitolium ingredi, qui mos ſacerdotibus & ſacris antiquitus conceſſus, venerationem augebat fœminæ*. Hinc & matronis principalibus mortuis inſtituta carpenta fuerunt, quæ in Circenſi pompa eum earum imagine transveherentur: eratque hæc divini cujusdam honoris pars: nam & Deorum imagines in theatris (ſic appellabantur Deorum vehicula) traducebantur. Ejus ritus exempla habes apud Suet. Claudio c. 11, & in Calig. c. 15, cujusmodi *carpenti* effigies in Agrippinæ numino conſpicitur, quem ibi Torrentius exhibuit. Omnia hæc & multo plura Schefferus de re vehic. Vid. etiam de carpentorum & mulorum uſu penes mulieres Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. II p. 278. Florus vero 3, 2 & 10 genus vehiculi bellici facit. Sunt etiam *carpenta ſtercoris* apud Pallad. Sept. 1, 2.

¶ Carpentarius, *i*, m. qui carpenta conficit, ein wagner. Qui Lampridio in Alex. c. 52 eſt *Artifex carpentarius*. Abſolute L. 1 Cod. de excuſat. artif. *fullones, carpentarii, ſculptores*. Nec tantum carpentorum, quæ honeſtiſſima vehicula erant, ita dicti fuerunt artifices, ſed etiam qui quævis vehicula conficiebant, quia *carpentum* poſteriori ævo late omnis generis vehicula ſignificabat, uti Caſaubonus & Salmaſius ad dictum Lampridii locum obſervarunt. Per ſe autem adjectivum eſt. ¶ 2. Carpentarius is etiam eſt, qui aliquem carpento geſtat. Reinef. 9, 101 *Servus Carpentarius*.

¶ Carpentarius, *a, um*, zum wagen gehörig. Trebell. Pollio in Zenobia: *Uſa vehiculo carpentario, raro pilento, equo ſæpius*. Sic & *equum carpentarium* poſſumus dicere, ein kutſchen-pferd. Sic *carpentaria fabrica*, des wagners werckſtat, Plin. 16, 8.

CARPHEŌTVM, *i*, n. thuris genus puriſſimum & candidum, quod autumno legitur ex parte ſilvæ. Plin. 12, 14.

CARPHŌLŌGIA, *æ*, f. καρφολογία. Boccorum, palearum vel feſtucarum collectio, in ægrotis habetur eum Galeno pro ſigno phreneticæ paſſionis. v. Cæl. Aurel. Acut. 1, 3 & 5, qui acut. 1 pr. fin. vocat *manuum ſanum errorem, ut aliquid ſuis digitis attrectare videantur*. Affinis eſt *ſimbriarum cura*, & *ſtragula veſtis plicatura* apud Plin. 7, 51 inter ſigna letalia.

CARPHVS, *i*, m. herba, alio nomine bucera, βάκκαρος. Plin. 24, 19 *fœnum græcum* nominat, bocks-horn, fenigreck.

CARPI, *orum*, m. pl. populus barbarus, Romanis infeſtus, qui videtur primum Carpates montes inſediſſe: deinde ad Danubium degreſſi ſunt, περὶ Ἴστρον, Zoſim. 1, 20 & 31. Eutrop. 9, 15 *Carpis & Baſternis ſubactis*. Ptolemæus *Carpianos* vocat.

¶ Carpicus inde, quod ex victoria cognomen ſenatus Aureliano tribuit, Vopiſc. c. 30.

¶ Carpiſculum, *i*, n. ſeu Carpiſculus, *i*, m. genus calceamenti barbarici. Vopiſc. ibidem. ¶ 2. Vox architectonica. Ex Viennenſi lapide Salmaſius ad Vopiſcum adfert: TEGVLAS ÆNEAS AVRATAS CVM CARPISCVLIS ET VESTITVRIS BASIVM.

CARPĪNVS, *i*, m. arbor ex cerum genere Plinio 18, 11, & Columellæ 5, 7 ein ſpindelbaum.

¶ Carpineus, *a, um*, ut, *Manubria carpinea*, Plin. 16, 43.

CARPIO, *ōnis*, m. alio nomine *Cyprinus*, piſcis notus, ein karp, qui Cyprinus quidem recte dicitur: ſed *carpio* trutæ Salmonatæ genus eſt in Benaco, eine grund-forellen-art im garder-ſee. Geſn.

CARPISTES, *æ*, m. καρπιστής, æon Valentini, alias etiam *Horos* dictus, Tertull. adverſ. Valent c. 9.

CARPO, *pſi, ptum*, *ĕre*, abbrechen, abnehmen; ut, *Carpere herbas*, Colum. 5, 6 & Virg Ge 3, 296 uras abweiden. *Carpere flores*, blumen pflücken. Ovid. Met. 9, 381 *Primus vere roſum atque autumno carpere poma*, Virg. Ge. 4, 134. *Carpere penſum*, ſpinnen, Horat. 3 od. 27, 63. *Carpere diem*, den tag zubringen, Id. 1 od. 11, 8. *Fortim carpſiſſe coronas*, Id. 2 Sat. 3, 256. Cic. pro Cluent. c. 46 *Vt non animadvertas in omnes, ſed carpas ut velis, & paucos ex multis ad ignominiam fortiare. Carpas*, h. e decerpas, eligas. vid. locus Terentii n. 6. ¶ 2. Eſt & verbum militare, *carpere*. Nam cum ſe recipit hoſtis, & nos inſequimur, & iter facientes tardius incipimus, ac ſic per partes concidimus, tum carpere eum dicimur, wenn man dem feinde in den eiſen liegt, nachhauet, abbruch thut. Cæſ. B. Civ. 1, 63 *Relinquebatur Cæſari nihil, niſiuti equitatu agmen adverſariorum male haberet & carperet*. Tac. An. 17, 32, 1 *Si ex occulto agmen carpere tentarent, punito dolo*. Lucan. 4, 155 *Iamque agmina ſummæ Carpit eques*. ¶ 3. *Carpi*, lædi eſt vel extenuari, abgejehret, geſchwächet werden. Hæc enim vis verbi eſt, ut non repente aliquid, ſed minutatim fieri indicet. v. Drakenb. ad Sil. 2, 458. Virg. 4 Æn. pr. *Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni*. Ovid. de Arte 2, 114 *Forma ſpatio carpitur ipſa ſuo*. Ovid. Art. am. 3, 680 *Cura carpitur iſta mei*, ſie nimmt ab. Propert. 3, 3, 25 *Auro pectus carpitur*. ¶ 4. *Carpere*, reprehendere ſignificat uſitate, ſeu perſtringere, tadeln, meiſtern. Cic. pro Balbo c. 26 *Carpere maledico dente*, läſtern. Ovid. 3 Pont. 1, 64 *Carpere facta cujus*. ¶ 5. Poetica ſunt: *Carpere iter*, reiſen, Horat. 2 od. 17, 12; *ſomnos, ſuporem, quietem*, ſchlaffen, ruhen, Virg Æn. 4, 555 & 522: it. 7, 414: *auras vitales*, leben, Id. Æn. 1, 392; *fugam*, fliehen, Sil. 10, 60; *volatum*, vel *aëra alis*, fliegen, Stat. Theb. 1, 311; & Ovid. Met. 4, 616; *iter ſupremum*, ſterben. Horat. 2 od. 17, 13. ¶ 6. *Carpere* eſt ſcindere *cibum*, proprium huic muneri verbum, vorſchneiden. Ludit verbo Trimalcio Petronii c. 36 ſciſſorem ciborum, cui & nomen *Carpi* erat, alloquens, *Carpe*. Quod cum non intelligeret, qui accumbebat, alius conviva, *Vides*, inquit, *illum, qui objonium carpit? Carpas vocatur. Itaque quotieſcunque dicit Carpe, eodem verbo & vocat, & imperat*. Add. Burm. p. 153. Sic & *Carpere cibum*, Varr. R. R. 3, 16, ſumere, decerpere edendi cauſſa. *Carpere cibos digitis*, Ovid. Am. 3, 755. *Quod erit bellifſimum carpam*, Ter Adelph. 4, 2, 51. *Carpere* etiam dicuntur animalia, quæ herbas & frutices petunt, abfreſſen. v. Cic. Nat. D. 4, 27. ¶ 7. Ad diviſiones quoque alias refertur hoc verbum: Liv. 3, 61 *In multa prælia parvaque carpere ſummam unius belli*. Id. 26, 38 *In multas parvasque partes carpere exercitum*.

¶ Carptus, *a, um*, gepflückt, gerupft; ut, *Lana bene carpta*, Cell. 6, 6. Et Ovid. Art. am. 3, 80 *Flos niſi carptus erit, turpiter ipſe cadet*.

¶ Carptus, *ūs*, m. ſubſt. die pflückung: ut, *Tritam digitorum carptu*, Plin. 24, 10.

¶ Carptim, hoc eſt, ſtrictim, hinc atque illinc de copia decerpendo. Salluſt. Cat. c. 4 *Statui res geſtas populi Rom. carptim; ut quaque memoria digna videbantur, perſcribere*, ſtückweiſe, ut perpetuæ hiſtoriæ opponatur. *Carptim aggredi*, Liv. 44, 41, hie und da zwacken. *Carptim breviterque perſtringere*, kurz überlaufen, kurtz faſſen. Plin. Paneg. c. 25, ubi v. Schwartz. *Carptim & κατὰ κεφάλαια agere*, apud eund. epiſt. 6, 22. conf Suet Domit. c. 9; & Tac. Hiſt. 4, 46, 10.

¶ Carptor, *ōris*, m. plur. *Carptores*, vituperones, reprehenſores, tadler, die gern herunter machen. Gell. 19, 7 *Vituperones ejus Fundanii ſupercilii carptores appellavit*. ¶ 2. *Carptores* etiam vocantur ciborum ſciſſores, vorſchneider. Iuvenal. 9, 110 *Archimagiri, carptores*. Vbi Vetus Scholiaſtes: *Infertores, qui illata carpunt*. Sed quomodo *Infertores* dici poſſunt, qui carpunt? *Nam infercire, & carpere* non conveniunt. Potius legendum puto *Inſſectores* ab *inſecando*: quod ſecant, ſeu ſcindunt obſonia, zerleger. Nam & *ſciſſores* appellantur Petronii loco citato. Martialis videtur & *ſtructores* appellaſſe; de quibus vide ſuis locis, & Lipſ. l. c. p. 62, 63.

¶ Carptura, *æ*, f. die abpflückung. Varro R. R. 3, 16 *Aves diſcrimen ſequuntur in carptura*, florum puta.

Compoſita a *Carpo*.

¶ Concerpo, *ere*, dilacerare, conſcindere, von einander reiſſen, zerreiſſen. Cic. Att. 10, 12 *Tu eas epiſtolas, quibus aſperius de eo ſcripſi aliquando, concerpito, ne quando quid emanet*. Liv. 38, 55 *Librum rationis manibus concerpſiſſe*. ¶ 2. Tralate etiam Cæl. ad Cic. fam. 8, 6 *Curio nunc ferventiſſime concerpitur*, i. e. conviciis laceratur, er wird tapfer durchgehechelt.

¶ Concerptus, *a, um*, zerriſſen, zerſchnitten: ut, *Concerpta linteola*, Plin. 28, 15; conf. 29, 4; & 31, 9.

¶ Decerpo, *ĕre*, abbrechen. *Decerpere uvam*, Plin. ep. 9, 20; *flores*, Lucret. 4, 3; *fructus*, Horat. ſat. 1, 2, 79; Et Ovid. 3 Pont. ep. 5, 19 *De magis adducto pomum decerpere ramo, Quam de celſata ſumere lunæ juvat*. ¶ 2. Tralate, *Decerpere ex alicujus laude*, an eines lobe theil nehmen. Cic. pro Marcell. c. 2 *Nihil ex cujusdam dignitate decerpſeris*. Plin. ep. 8, 24 *Illibatam virginitatem decerpere*, Sen. Contr. 1, 2.

¶ Decerptus, *a, um*, abgebrochen; ut, *Decerpta oliva*. Horat. 1 od. 7, 7 *Humanus animus, decerptus ex mente divina, cum alio nullo, niſi cum ipſo Deo comparari poteſt*, Cic. Tuſc. 5, 13.

¶ Decerptio, *onis*, f. die abbrechung. Haber Nonius 2, 906, ubi *Virgindemiam* explicat per *virgarum decerptionem ob verbera*.

¶ Decermen, *minis*, n. ein abbruch, abgebrochener zweig. Feſto *Decermina* ſunt, *quæ decerpuntur purgandi cauſſa*. Tralate Apul Met. 1 p. 104 *Decermina fortunæ*, pro iis, *qui ſolent ſtipes in triviis erogare*, verarmte bettel-leute.

¶ Diſcerpo, *ĕre*, dilaniare, in ſtücke zerreiſſen, zertheilen; ut, *Item in membra quaſi diſcerpere*, Cic. Topic. c. 5. *Diſcerpitur aurum in parvas partes*, Lucret. 2, 828.

¶ Diſcerptus, *a, um*, zerriſſen, zertheilt; ut, *Membra diſcerpta*, Horat. 2 Sat. 8, 86. *Romulam diſcerptum aliqui a ſenatu putant*, Flor. 1, 1, 17.

¶ Excerpo, *ĕre*, heraus leſen, heraus nehmen; it. auszeichnen. Cic. Off. 3, 10 *Non ſolum ex malis eligere minima oportet, ſed etiam excerpere ex his ipſis, ſi quid ineſt boni*. Id. 2 de Orat. c. 11 *Non enim eo de numero quoque eſt excerpendum*. Plin. de avunculo ſuo C. Plinio Secundo, epiſt. 3, 5 *Nihil unquam legit, quod non excerperet: dicere etiam ſolebat, nullum eſſe librum tam malum, ut non aliqua parte prodeſſet*. Sed Ter. Phorm. 4, 4, 17 *Tu id, quod boni eſt, excerpis b. e. omittis, dicis quod mali eſt. Cum multa percurreris excerpe*, Sen. ep. 2. *Sed ſe hominum conſuetudini excerpere*, ſich von den leuten abſondern, Id. ep. 5.

¶ Excerptus, *a, um*, ausgezeichnet. Vocamus *Excerpta*, quæ ex libris, quos legimus, veluti floculos quosdam extrahimus, privatimque conſcribimus. v. Sen. epiſt. 33.

¶ Excerptio, *ōnis*, f. die auszeichnung; pro excerptis Gell. 17, 31 *Nunc excerptiones fabulas curſim aggreſſus*.

¶ Excerptor, *ōris*, m. qui excerpit, ein auszeichner. Simulacro Fortunæ Barbaræ Romano dedicatoris nomen adſcriptum: L. AVRELIVS MARCELLIANVS AVG. LIBERTVS EXCERPTOR V. S. L. M. Vid. Spon. Miſc. erud. Antiq. p. 104.

¶ Percerpo, *ĕre*, ex Gellii l. 2 extr. affertur, ubi vulgo legitur: *Ariſtotelis libros percerpſimus*. At Gronovii e MSS. legunt *præcerperemus*.

¶ Præcerpo, *ĕre*, ante carpere, zuvor abreiſſen, abpflücken. Plin. 18, 19 *Boves ne germinum tenera præcerpant*. vid. *percere*. ¶ 2. Reperitur etiam *Præcarpo*. Macrob. Sat. 2, 15 *Mala citrea alia præcarpuntur, alia interim matureſcunt*. ¶ 3. Tralate Cic. Verr. 4, 37 *Non præcerpo fructum officii tui*, ich nehme dir vor dem maule nichts weg. Plin. Paneg. c. 59 *Summum illud purpuræ decus non, niſi præcerptum, præfloratumque transmittere*: ubi vide Schwartzii notam.

¶ Præcerptus, *a, um*, zuvor genoſſen. Liv 45, 1 *Victoriæ mentii præcerptam ejus rei lætitiam invenerunt*, id eſt, obioleverat lætitia victoriæ antehac intellectæ.

¶ Secerpo, *ĕre*, idem quod *excerpere*. Auguſt. epiſt 28 ad Hieronym. *De tertio libro locum ſecerptum his literis inſeram*.

Carpōbalſamum, Add Cell 5, 23; & Plin 12, 25 vide *Balſamum*.

CARPŌPHORVS, *i*, m. καρποφόρος, *fruchtbringend*. Hier.

CARPŌPHYLLON, *i*, n. laurei fruticis ſpecies eſt Plinio 15, 30. Fructum fert in foliis, unde & nomen ipſi. Laurum Alexandrinam alii putant eſſe, beerblat. conf. Apul. de Herb. c. 58.

Carptim, carptor, carptura, &c. vide *Carpo*.

CARPVS, *i*, m. καρπός, primæ palmæ pars, quæ brachio jungitur, das gelencke hinten an der hand. Celſus 3, 6 *Carpo manum admovere*, an puls fühlen.

¶ Metacarpium, *i*, n. Μετακάρπιον, vulgo poſtbrachiale, pars ſumma manus inter carpum ac digitos ſita, die fluche hand.

¶ Pericarpum, *i*, n. περίκαρπον, bulbi genus, cujus duas species contra venena commendat Plin. 25, 10.

CARPÆ, *arum*, f. pl. a *Carra* fluvio, urbs fuit Mesopotamiæ, celebris Crassi clade, & nece Imperatoris Caracallæ. Lucan. 1, 104 *Miserande tua re Crassis Assyrios Latio maculavit sanguine Carras.* vid. de hac urbe Spann. de usu & præst. num. diss. 9 p. 601. Sed

¶ Charræ, *arum*, f. urbs Arabiæ, in orientali ejus latere. v. *Gerrhæ*.

Carrago, carroballista, carruca, carrucarius, vide *Carrus*.

CARRÉGO, *ónis*, m. genus piscis, Auson. epist. 4, 58.

CARRUS, *i*, m. & Carrum, *i*, n. ein heerwagen, rüſtwagen, karn: Cæs. B. G. 1, 6 *Iter angustum & difficile, quo vix singuli carri ducerentur.* Ibid. c. 26 *Pro vallo carros objecerant*, ſie hatten eine wagenburg geſchlagen. Liv 10, 28 de Gallis: *Effedis carrisque superstans armatus hostis ingenti sonitu equorumque votarumque advenit.* Hirt B. Hisp. c. 6 *Pompejus carra complura, multasque ballistas retraxit, & ad Cordubam se recepit.* Adde Veget. 3, 10; Nonium 3, 35; & quæ eleganter de *Carris* commentatus est Io. Scheferus de Vehicularia re 2, 28.

¶ Carrago, *inis*, f. (Græci καρηγὸν vocant) munitio ex connexis carris hosti arcendo, eine wagenburg. Vſi hac voce Ammian. 31, 20, itemque Treb. Pollio in Gallien. c. 13. Vopisc. in Aurel. c. 11. Rei ipsius Vegetius meminit 3, 10, ubi v. Stewech. itemque Casaub. ad Trebell. p. 208 & Lindebrog. ad Ammianum.

¶ Carrûca, *æ*, f. rhedæ genus, eine kutſche, ſänfte. Videntur autem *carrucæ* ad varios usus adhibitæ. Nam *dormitoriam carrucam*, apud Scævol. l. *uxori* 13 Dig. de auro & argento legato, legimus. Has argento auroque cælatas, item amictas ebore, atque a senatoribus non tantum, sed ipsis Imperatoribus quoque usurpatas fuisse, Vopiscus in Aurel. c. 46, Spartianus in Alex. Severo, & Heliog. testari possunt. Notat & Plin. 34, 11: Suet. Ner. c. 30. Martial. 12, 24 & Ammian. 14, 6. Adde Schefer. c. 1. c. 27.

¶ Carrucarius, *i*, m. qui carrucam regit, ein kutſcher. Vlp. L. item 23 Dig. locari conducti: *Quæritur, si cisiarius, id est, carrucarius, dum cæteros transire contendit, evertit. Cisiarius & carrucarius* idem jus habent: interim *cisiam* & *carrucæ* differunt.

¶ Carrucarius, *a*, *um*, adject. zur kutſche oder ſänfte gehörig. *Mulas carrucarias* apud Vlp. legas L. Ædiles 38 § Quæsitum 8 Dig. de Ædilitio edicto. Hinc est, quod *Muliones carrucarii* Capitolino memorantur in Maximino juniore c. 4. Ex quo cognoscitur, *carrucas* mulis vehi solitas. Vnde Scævola supra allegato loco: *Quæsitum*, inquit, *est, an carruca dormitoria cum mulis, cum semper uxor usa sit, ei debeatur.* Illud præterea monendum, in Florentinis Pandectis *carrucham* & *carrucharium*, non *carrucam*, *carrucariam* scribi.

¶ Carrucarium, *i*, n. vehiculum altissimarum rotarum, quasi *carrum acutum*, apud Isidor. 20, 12, ein hoher laſtwagen.

¶ Carroballista, *æ*, f. ballistarum genus carro impositum. vide Vegetium 3, 24.

CARSEOLI, *orum*, m. pl. oppidum in via Valeria non procul a Pelignis. Ovid. Fast. 4, 683

Frigida Carseolis, nec olivis apta ferendis Terra.

Carseoli vocatur in lapide literato, sed propterea a vulgata scriptura recedendum non esse, Grævius præf. T. 1 Thes. Ant. Rom. censet.

¶ Carseolânus, *a*, *um*, gentile. Plin. 3, 12; & Ovid. l. c. v. 708.

CARTALLVS, *i*, m. κάρταλλος, ſiſcella, ein korb. Vulg. Interpr. Deut. 26, 2 Primitias pones in cartallo. conf. Ier. 6, 9.

CARTÁMVS, *i*, m. alii *Carthamus*, idem quod *cnicus* est, *crocum* scilicet *Saracenicum*. Vide *Cnicus*.

CARTEIA, *æ*, f. oppidum Hispaniæ Bæticæ, haud procul a Calpe promontorio, Liv. 28, 30. Quidam eamdem putant esse, quæ Tartessus. Plin. 3, 1. Alii duas Cartejas, alteram mediterraneam, alteram haud procul freto Gaditano statuunt. v. Wessel. ad Anton. Itin. p. 406.

CARTHÆA, *æ*, f. urbs in Cea insula, Strab. Plin. 4, 12.

¶ Carthæus, *a*, *um*, adject. ut, *Carthæa arva*, Ovid. Met. 10, 109.

¶ Cartheius, *a*, *um*, adject. Ovid. Met. 7, 368

Antiquæ Cartheia mania Ceæ.

CARTHÂGO, *inis*, f. Καρχηδών, celeberrima Africæ urbs, penes quam tantæ opes, ut orbis terrarum dominatum sperare ausa, eamque ob rem & maxime terrori idem agitantibus Romanis fuerit: Vnde *æmula urbs Romani Imperii* Sallust. B. Cat. c. 10, & Paterculo initio lib. 2 appellatur. conf. Virg. Æn. 1, 17. Refert Plin. 15, 18, *per annos* 120 *de terrarum orbe æmulam Carthaginem fuisse*. Vtrumque nomen (lat. & gr.) ex Punico est. Pœnis enim *Carthada* vel *Carthado* dicta fuit; quod *novam urbem* significat. Ex quo 6 in χ mutato, Siculorum more, καρχηδὼν inflexum corruptumque est. Sed veram originem Græci cum ignorarent, factum est, ut alii *Carthaginem* quendam, alii *Carchedona*, utrumque Tyrium, conditorem urbis tradiderint, de quo Eusebius Chronico, Numero 874, & Num. 971 indicat. Ab *Elissa*, quæ post deinde *Dido* cognominata, *Agenoris* Tyriorum regis filia, post Trojanum bellum conditam plerique consentiunt. Quod qua occasione susceptum sit, & qua peractum ratione, ex Græcis Latinisque scriptoribus Freinshemius Supplementorum Livii Lib. 6 initio eleganter digessit; ubi & de Carthaginiensium Republ. habes. Conditæ urbis tempus diverse non apud Eusebium tantum n. 1001, & 1167, sed apud cæteros ideo refertur, quod tota ab uno condita non fuit. Nam *Byrsa*, quæ arx sive ἀκροπολις fuit, ab Elissa exstructa primam sedem urbi dedit. Novam postea urbem, quæ ex re dicta *Carthada*, sive *Carthado* fuit, Iarbas adjecit. *Byrsa* autem non a corio bubulo, quod Græci commenti sunt, accepit nomen; sed quod esset arx: arx namque Pœnis *Byrsa* dicitur; quod deinde in *Byrsa* per transpositionem literarum mollius commutatum est. v. Scalig. Animadv. Euseb. ad supra citatos numeros; item Appendice operis de Emend. Temporum, sive Notis in selecta Græcorum Chronolog. fragmenta p. 28, nec non Salmas. Exercit. Plin. p. 322. De excellentia hujus urbis Salvian. l. 7 videndus. Liviana Epitome l. 51 viginti tria millia pass. in circuitu patuisse tradit, qui vero numerus suspectus est, & variis lectionibus divexatus. Vide quæ Gronovius annotavit. Stetit annis DCC, ut in eadem Epit. Livii legimus. Nam alii pauciores numerant. *Eversa autem Rynic plus nocuit, quam adversa*, ut Augustinus scripsit, & ut Vellej. indicat l. c. ¶ 2. *Carthagines* porro duæ fuere etiam in Hispania, altera *vetus*, *nova* altera dicta, quæ & *Spartaria* appellata, cujus Plinius meminit 31, 8, de quibus plura Ludov. Nonius in Hispania sua. De nova copiose etiam agit Liv. 26, 42; & Polyb. 2, 13; & 10, 10.

¶ Carthaginensis, *e*, vel potius Carthaginiensis. Cic. Agrar. 2, 35 *fraudulentos & mendaces* appellat: de quo illorum ingenio vide & Plutarchum præcepris politicis p. 799. Inde *Punica fides*: *Punicæ versutiæ* proverbio celebratæ, de quo infra in *Pœnus*. Vtrum autem rectius sit *Carthaginensis*, an *Carthaginiensis*, disceptatur. Vossius de Arte Gramm. 1, 43, pro illo ex analogia contra Aldum Manutium, *Carthaginiensis* defendentem, pronunciat: eosque, qui *Carthaginensis* scripserint, Ennii auctoritate, cujus illud est apud Cic. pro Balbo c. 22 *Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginensis*, adductos monet: nec attendisse interim, Ennium metri caussa sic per Epenthesin scripsisse, quod in prosa & extra versum locum non habeat. Atqui non tam absurda mihi Prisciani videtur ratio, qui lib. 4 derivativa, a primitivis tertiæ declinationis, a Genitivo, abjecto S deducit, qua ratione cum I præcedens maneat: recte a *Carthagini*, adjecta terminatione *ensis*, fit *Carthaginiensis*. Quid quod Epenthesis a prosa arcenda penitus haud est? Ita enim & *Athenienſis*, & *Alcienſis*, non *Athenensis*, & *Alcensis*, quod Analogia suadebat, melioris soni caussa dixerunt veteres; ut idem Priscianus observat. Accedit, quod non aliter hoc nomen in plerisque melioribus codicibus, apud Ciceronem, Livium, alios, scribitur. Item, quod apud Florum 2, 2 similiter pro *Camerinensum*, in vetustissimis libris *Camoriniensium* legitur, ut Salmasius auctor est. Adde & Gronov. Not. ad Liv. 28, 26 p. 767; & Gruteri Inscript. p. 1063, nec non Duillii columnam antiquissimam, hodieque in Capitolio Romano visendam, ad quam inter alia provocat Ol. Borrich. Cogit. de L. L. p. 57.

CARTHARIVS, *a*, *um*, adject. haſtenus incognitum. Apul. de Herb. c. 1 de arnoglossa minore: *Nascitur in carthariis locis.*

CARTHĒGON, *i*, n. semen buxi Plin. 16, 30.

CARTIBŬLVM, *i*, n. vinaria mensa, lapidea, quadrata, oblonga, una columella, Varr. L. L. 4, 26.

CARTĬLĀGO, *inis*, f. quasi *carnilago*, pars similaris corporis, quæ neque os est neque caro, sed medium quiddam, qualis est tota auris & nasus, das knorpliche, der knorpel. Celsus 8, 1 *Illud ignorari non oportet, plurima ossa in cartilaginem desinere, nullum articulum non sic finiri.* Plin. 11, 4 *Insecta non videntur habere cartilaginem.*

¶ Cartilagineus, *a*, *um*, knörplich; ut, *Aures cartilagineæ*, Plin. 11, 37.

¶ Cartilaginôsus, *a*, *um*, idem. Celsus 8, 1 *Humerus incipit extremis utrinque capitibus cartilaginosus.* Ibid. c. 8 *Sunt ossa vel cartilaginosa.* Aliis quoque rebus adhibetur. Plin. 12, 25 *Galbanum cartilaginosum* dixit, quod *lignoso* opponitur.

CARVM, *i*, n. Κάρος vel Κάρον, semen notissimum, matſummich, & karwey. Dioſc. 3, 59 *Carus* est cuminum pratense, feld-kümmel, cujus radix elixa pastinacæ modo esui est. Eandem herbam & radicem fuisse putant, quæ in Cæs. B. civ. 3, 48 *Chara* vel *Cara* appellatur, qua admixto lacte exercitus diu cibi alterius inopiam levavit. conf. Plin. 19, 8.

Caruncula, vide *Caro*.

CARVS, *a*, *um*, vili contrarium, theuer, koſtbar. Ter. And. 4, 4, 7 *Annona cara est.* Cato ap. Sen. ep. 94 *Quod non opus est, asse carum est.* Cic. pro domo ſua c. 6 *Subito illo ipso die carissimam annonam nec opinata vilitas consecuta est.* Cic. Divin. 2, 27 extr. *Putarem annonam in macello cariorem fore.* Plaut. Men. 1, 1, 30 *Neque edo, neque emo, nisi quod est carissimum.* Id. Pseud. 3, 2, 59 *Fatear equidem esse me cocum carissimum: verum pro pretio facio, ut opera appareat mea*, ich bin wol theuer, aber ich mache auch etwas fürs geld. ¶ 2. *Carus* deinde μεταληπτικῶς, *dilectus*, est, lieb, werth, angenehm. Græce φίλητος, ἀγαπητὸς, in qua notione vulgo, sed male, *Charus*, cum adspiratione scribunt, vel quasi a χάρις esset; quin quæ in pretio sunt, & care constant, gratiora nobis sunt & unice amantur. Accedit consensus lapidum & librorum veterum; de quibus Manutius in Orthographia consulatur. Ter. Andr. 1, 5, 39 *Quam ego animo egregie casam pro uxore habuerim:* id est, mihi, die ich herzlich geliebet. Id. Eun. 1, 2, 146 *Hoc certe scio, neque me finxisse falsi quicquam, neque meo cordi esse quemquam cariorem Phædria.* Plaut. Epid. 4, 1, 30 *Quia meo neque cara est cordi.* Et Men. 2, 1, 20 *Ego illum scio quam carus cordi sit meo.* Cic. Cat. 4, 6 *Carus alicui.* Id. Fin. 5, 101 *Carus sibi.* Id. N. D. 1 c. ult. *Carum ipsum verbum est amoris, ex quo amicitiæ nomen est ductum*, lieb iſt ein liebliches oder liebes wort. *Auro carius, luce carius, oculis carius*, locutiones poëticæ sunt, sed quæ in prosa etiam aliquando deceant. Cic. Off. 1, 17 *Omnium societatum nulla est gratior, nulla carior, quam ea, quæ cum Rep. est uniuique nostrum.* Id. pro Balbo c. 26 *Diligere & carum habere*, lieb und werth halten. Et, *Frater carissimus & amantissimus*, Id. in Cat. 4, 2. ¶ 3. Recentioris latinitatis auctoribus *cari* absolute pro liberis, vel amicis dicuntur. Dionys. Cato 1 dist. 135

Ne dubita, quum magna petas, impendere parva:
His etenim rebus conjungit gratia caros.

Cyprian. serm. de Mortalitate: *De excedentibus caris funebris & tristis avulsi.* Lactant. de vero cultu 6, 12 *Mortem fortiter subit, cum sciat, se caros suos Deo relinquere.* Sic *Carus Dei*: ut, *Caris Dei adgenicularis*, Tertull. de Pœnit. c. 11. Idem similiter dixit *Carissimorum amissiones*, de Patientia c. 14. ¶ 4. *Carus Diis* est felix; vid. Heins. ad Hesiodum p. 65.

¶ Cāre, adverb. theuer; ut *Cave æstimare*, theuer halten oder ſchätzen. Brut. ad Cic. epist. 16 *Valde care æstimas tot annos.* Id. pro Domo c. 64 *Emit domum prope dimidio carius, quam æstimabat.* Id. sam. 10, 4 *Carius æstimare.* Sen. epist. 42 *Gratuita nobis videntur, quæ carissime constant.*

¶ Cāritas, *ātis*, f. frumenti est, & annonæ inopia, ut penuria vini, Valla 4, 42, theure zeit. Cic. Verr. 3, 93 *Biennio provinciam obtinuit, cum alter annus in vilitate, alter in summa caritate fuerit*, es war das erſte jahr wohlfeile zeit; das andere groſſe theurung. Id. pro Domo c. 5 *Erat & præsens caritas & futura fames.* Sic, *Caritas rei frumentariæ*, Id. pro L. Man. c. 15; *summa annonæ*, Id. Off. 3, 12. Et, *Nummorum caritas*, geld-mangel. Att. 9, 9 extr.

¶ 2.

¶ 2. *Cāritas*, dilectio, amor, liebe. Cic. Off. 1, 17 *Cari sunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares, sed omnes omnium caritates patria una complexa est.* Id. Fin. 1, 16 *Liberalitate qui utuntur, benevolentiam sibi conciliant, & quod aptissimum est ad quiete vivendum, caritatem*, sie machen sich beliebt. *Aliquem eximia caritate prosequi*, Curt. 3, 6, 1. *Alicujus caritate flagrare*, ibid. §17. *Caritate completi*, lieben. Cic. de Univers. c. 5 *Mundus ipse se concordi quadam amicitia & caritate complectitur*; ubi quæstio: An *Caritas* differat ab *Amore*? conf. supra *Amor*. ¶ 3. *Caritates* sunt liberi & propinqui, kinder und anverwandte. Ammian. 24, 1 *Reliqui cum caritatibus suis & supellectile transmissi sunt.* Id. 18, 8 extr. *Multis caritates diversas invocantibus.*

¶ Percarus, *a, um*, sehr lieb. Iustin. 12, 12, 11 *obsequiis regi percarus.*

¶ Præcarus, *a, um*, sehr theuer. Ter. Phorm. 3, 3, 25 *Hinc præcara est*, scil. virgo. Alii legunt *percara.*

CARVS, *i*, m. proprium nomen imperatoris Romani, qui Probo successit, sub quo præfectus prætorio fuerat. Quem ob virtutem tanti fecit Probus, ut ad senatum scripserit: *Felix esset noster respublica, si quales Carus est, aut plerique vestrum, plures haberem in actibus collocatos.* Hunc alii fulminis casu, alii, & verius, uti videtur, morbo extinctum tradunt. vid. Vopisc. ejus Vita c. 6.

CĀRYA, *æ*, f. a καρυα *nuce*, epitheton Dianæ, quæ templum in Laconia habuit. v. Strab. Theb. 4, 225.

CĀRYA, *æ*, f. civitas Peloponnesi, Vitruv. 1, 1, unde

¶ Caryas, *ātis*, n. gentile, Καρυα, Καρυατις. Vitruv. 1, 1 *Carya civitas Peloponnesi cum Persis hostibus contra Græciam consensit. Postea Græci per victoriam gloriose bello liberati, communi consilio Caryatibus bellum indixerunt. Itaque oppido capto, viris interfectis, civitate delecta, matronas earum in servitutem abduxerunt, nec sunt passi palas neque ornatus matronales deponere, ut non tantummodo decernerent, sed etiam servitutis exemplo gravi contumelia prælii pœnas pendere pro civitate viderentur. Hoc qui tunc architecti fuerunt, ædificiis publicis designaverunt earum imagines onere ferundo collocatas, ut etiam posteris nota pœna peccati Caryatium memoria traderetur.*

¶ Caryātis, *idis*, f. pl. Caryātides, *um*, modo descriptæ statuæ muliebres: Viriles vero, quæ oneri ferundo supponuntur, *Telamones* & *Athantes* audiunt. Vitruv. c. 1. & Plin. 35, 10: & 36, 5.

CARYCA, *æ*, f. καρυκη, species nitriti f. condimenti. *Lydorum Carycæ*, in proverbio dici vult Erasmus omne genus edulii præstantis. Plura dat ir Gorræus.

CĀRYĪTES, *æ*, m. καρυϊτης, tithymali genus Plinio 26, 8 & Dioscor. 4, 159.

CARŸON, *i*, n. καρυον, nux juglans, eine welsche nuß. Plin. 15, 22 *Caryon a capitis gravedine, propter odoris gravitatem, convenit dictum.* Nec aliter Plutarch. Sympos. 3 & Diosc. 1, 141. Ut mirer, Salmasium hoc inter nugamenta Grammaticorum referre: qui ex eo appellari cenſet, quod Attici ἀκέφαλα omnia ita appellarunt.

¶ Caryinus, *a, um*, καρυινος, adject. ut καρυινον ἔλαιον, *oleum caryinum*, nuß öl. Plin. 23, 4.

CARYOPHYLLVM, *i*, n. καρυοφυλλον, flos altilis, negkin, nelcken. *Caryophyllum silvestre*, dorn-negkin. ¶ 2. Et *caryophylla* semen illud acre & odoramentum aromaticum sunt, negkin, vel nelcken. Scribunt & Caryophyllon. Plin. 12, 7 *Est in India piperis grani simile, quod vocatur caryophyllon* &c. sed recte dubitant Interpretes, an notissimum aroma, quod nos hodieque ita vocamus, intellexerit Plinius. Quin potius id genus, quod *Cubebe* dicimus, notasse conjiciunt. Vid. Harduin.

¶ Caryophyllāta, *æ*, f. planta alia, cujus radix caryophylli spirat odorem, benedicten-wurtzel: *Geum* vocant.

CARYŌPON, *i*, n. καρυοπον, vulgo cinnamum Syriacum ex Plin. 12, 28 dant; sed Harduinus offendit, in omnibus MSS. esse; *Camacum* pro *Caryopum*, quod Hermolaus subſtituerat, i. e. *nucis succum.*

CARŸOTA, *æ*, f. καρυωτὰ, φοῖνιξ, dactylus, fructus palmæ, dattel. Plin. 13, 4. *Syriacas* laudat Varr. R. R. 2, 1, 27. Martial 13 epigr. 27 *Aurea porrigitur lani caryota calendis, Sed tamen hoc munus pauperis esse solet.* ¶ 2. Cariota, etiam scribitur Apicio 1, 13; 3, 4; & 6, 1.

¶ Caryotis, *ĭdis*, f. idem. Stat. 1 Silv. 6, 20 *Pregnantes caryotides cadunt.* Add. Martial. 11 ep. 32. De palma caryotide v. Spanh. de usu & præst. num. diss. 6 p. 353.

CARYSTVS, *i*, m. urbs Eubœæ insulæ, marmore dives, de qua Plin. 36, 6; Solin. c. 17; Lucan. 5, 232. Tibull. 3, 3, 13 *Quidve domus prodest Phrygiis inmixa columnis Tenare sive tuis, sive Carystie tuis.* v. Brouckh. h. l.

¶ Carystius, *a, um*, adject. ut, *Columellæ Carystiæ*, hoc est, ex marmore Carystio, Plin. epist. 6, 6, n. 36. Vbi vide, quæ notavit Cellarius. Solin. c. 17 *Carystiæ aves, quæ flammas impune involant.* Sed Ovid. Fast. 4, 282

Quaque Carystæis frangitur unda vadis.

CĀSA, *æ*, f. tugurium, καλυβη, eine bauer-hütte, ein häusgen; ut, *Stramineæ casæ*, stramine contecta, Ovid. 2 Amor. 9, 18. Virg. ecl. 2, 28 *Sordida rura Atque humiles habitare casas.* Cic. Tusc. 5, 34 *Cibarius in casa panis datus.* Ter. Phorm. 5, 2, 3 *Ita fugias, ne præter casam.* Sen. in Thyeste v. 451 *Hæmi jacentem scelera non intrant casam.* Sen epist. 66 *Potest ex casa vir magnus exire.* ¶ 2. Vegetius & papiliones sive tentoria militum *Casas* dicit, zeltte. Ita enim 2, 10 scribit: *Tabernacula vel casæ militum cum impedimentis omnibus, nutu ipsius* (præfecti castrorum) *cuvabantur.* Ovid. Fast. 3, 527 *Sub Iove pars durat, pauci tentoria ponunt, Sunt, quibus eramis frondea facta casa est.* ¶ 3. *Casa* apud agrimensores, Innocentium præfertim, fundum significat vel agrum, qui ut alicui loco vel familiæ assignatus. v. g. p. 230 *Casa per H Heta nemen habens fines in longum habet* &c. *Inde defendit limes, qui finem facit fundo supra scripto.* vid. Ind. Gœlianus. Ab his casis dicuntur posteriori ætate *casati*, qui talem fundum tenent.

¶ Casula, *æ*, f. diminut. Plin. 35, 10 *Casula Protogenes contentus erat in hortulo suo.* Apulej. Met. 8 p. 214 *Nec paucis perevratis casulis ad quamdam villam perveniunt.* Quibus gemella habet 9 p. 219. Petron. c. 44 *Casulas vendere.*

¶ Casāria, *æ*, f. mulier, quæ custodit casam, ein hausmüttergen, Fest.

¶ Casārius, *i*, m. qui in casa rustica habitat. Gloss. lat. gr. *Casarius*, καλυβίτης. conf. l. 7 Cod. Th. de Bonis proscript.

¶ Casālis, *e*, nomen dictum a *Casa*, ut n. 3 descripsimus; ut, *Vineæ casalis*, Innocent. de Cas. p. 221. Absolute, *casale* dicitur terminus casæ, ibid. p. 228: Et *casalia* fundum dicuntur constituere p. 225.

¶ Catellæ, *arum*, f. pl. ICtis sunt gramaria, in quibus fructus componuntur, schewnen. v. l. 1 ff. de judic.

¶ Casellula, *æ*, f. aliud diminut. Ennod. 9, 29.

Casabundus, vide sub *Cado.*

CASALVVM, *i*, n. locus Athenis, ubi prostabant meretriculæ, de quo Rhodig. lect. ant. 8, 8 & Alex. ab Alex. 4, 18.

¶ Casalvades, subst. 1. pl. meretriculæ a loco illo dictæ, ubi volentibus faciles se præstabant. Vide Autores citatos.

CASCVS, *a, um*, lingua Sabinorum vetus dicitur & verula, alt, altväterisch. v. Varro L. L. 6, 3. Cic. Tusc. 1, 12 *Vinum illud erat ipsum priscis illis, quos* CASCOS *appellat Lucilius, qui in monte Janiculo, &c.* S. Hieron. epist. 1 *Rudes illi Italiæ homines, quos* CASCOS *Lucilius appellat*, &c. Varro l. c. *Casces cascam ducit*, v. Chiliad.

¶ Catee, adverb. vetuste, apud Gell. in lemmate 1, 10 *Adolescens casce loquens.*

¶ *Cascinum forum.* Varr. de L. L. 6, 3.

CASEVS, *i*, m. τυρος, ein käse. *Caseum* neutro genere Plautum & alios formasse, auctor est Nonius 3, 63. Dictus est a *cocundo* secundum Festum vel ex mente Isidori 20, 2, quod *caveat sero*, quasi *caveum*. Cic. de Senect. c. 16 *Villa abundas lacte, caseo, melle.* Virg. ecl. 1, 35

Pinguis & ingratæ premeretur caseus urbi.

Caseum figurare, Plin. 10, 38. *Caseus fissilis*, &c. Colum. 7, 8, qui est locus classicus, ut & Pall. Mai. 9. *Casei denominati*, sorte dici possunt abrah, abgeschabte oder gerichbte käse: posterior certe vox Varronis est apud Nonium 2, 236. v. in *Scobs.*

¶ Caseŏlus, *i*, m. dim. ut, *Xenocratis caseolus*, in lordidos adagium.

¶ Caseāle, *is*, n. käse-cammer, käse-korb. Columella 2, 15 *Quotidie cultrix & caseale debent emundari.*

¶ Caseārius, *a, um*: ut, *Taberna casearia*, die käse-bude, ubi vel fiunt casei, vel venduntur. Vlpian. L. 8 §5 Dig. si servit. vindic. *Aristo respondit, non putare se extuberna casearia jumen in superiora ascendere admitti posse*: ubi locus est, quo casei fumigantur, Brissonio interpretante.

¶ Caseātus, *a, um*, von käsen. Apul. Met. 1 p. 103 *Polentæ caseatæ offula.*

¶ Incaseātus, *a, um*, instar casei coagulatus, zusammen geronnen; ut, *Mons incaseatus*, Augustin. Conf. 9.

CĀSIA, *æ*, f. frutex odoratus Servio in illud Virg. ecl. 2, 49

Tene cocta atque aliis intexens suavibus herbis.

Suavissimi odoris herba, apibus grata & utilis. v. Plin. 12, 19. Fuit & inter funebres adhibita. Martial. 11 epigr. 55

Unguenta & casias & olentem funera myrrham
Thuraque de medio fumiferata rogo.

¶ 2. Sed *Casia* vel *Cassia*, in India & Arabia felici proveniens, arbor *cinnamomo* persimilis est, zimmet oder zimmet-rinde. Colum. R. R. 3, 8 inter humiles arbusculas nominat. Sic, *Cassiæ fistula*, Pallad. 11, 14. conf. Plaut. Curc. 1, 2, 7. *Cassia solutiva*, vulgo, casse-fistel.

CASIGNĒTE, *es*, f. κασιγνητη, herba secum ipsa nascens, nec cum ullis aliis herbis, Plin. 24, 17.

CASĪLĪNVM, *i*, n. oppidum in Campania, Plin. 3, 5; Liv. 22, 15 & 23, 15, ubi conf. Interpp.

¶ Casilinus, *a, um*, gentile. v. Silius 12, 426.

¶ Casilinensis, *e*, idem, apud Cic. de Invent. 2, 57.

CĀSĪNA, *æ*, f. καζινα, nomen Plautinæ fabulæ, a præcipua ejus dramatis persona tractum, quod idem significat ac scortillum: nam κάζειν scortum interpretantur.

Casiotis, vide *Casius*, Casito, *Cado.*

CĀSIVS, *i*, m. mons tantæ altitudinis in Syria Seleucide prope Antiochiam, ut Sol ibi a quarta vigilia, antequam auspicetur dies, videri crederetur; Plin. 5, 22. In quem propterea curiosi homines ascenderunt, ut mirandam illam rem observarent; id quod de imperatore Hadriano Spartianus in Vita c. 14 notavit, & de Iuliano, quem apostatam appellant, Amm. Marcellinus 22, 33. ¶ 2. Et & alius *Casius* mons altissimus in Ægypti & Arabiæ confinio prope Pelusium, ubi delubrum *Jovis Casii*, & oppidum *Casium*, & sepulcrum Pompeji. Strab. 16 p. 523; Plin. 5, 12. Sunt, qui utrumque vel confundunt, vel pari altitudine metiuntur, ut, quæ de sole ante ortum conspiciendo, Syriaco monti plerique tribuunt, ad Ægyptium Casium referant, ut Mela 1, 10, quem Casaubonus sequitur in dictum locum Spartiani, & Lucas Holsteinius, in Stephanum annotationibus.

¶ Casiōtis, *idos*, f. regio circa montem Casium, tam in Ægypto, quam in Syria. Adi Geographos.

CASMENÆ, olim dictæ *Camenæ*, Varr. L. L. 6, 5. v. supra *Camenæ.*

CASMILLVS, *i*, antique minister in sacris, pro *Camillus*, de quo supra Camillus n. 2.

CASNAR, *āris*, m. *senex* Oscorum lingua apud Festum & Varr. de L. L. 6, 3. *Affectator* apud Quintil. 1, 5. v. omnino Burm. p. 53.

CASPĒRIA, *æ*, f. oppidum Sabinorum, Virg. Æn. 7, 714. *Bacchis nomina ducens* vocatur Silio 8, 4, 16. v. Drakenb.

CASPIVM, mare seu Hyrcanum, sive lacus potius maximus, quia undique cinctus terra est, das Caspische meer in Asia. v Horat. 2 od. 9, 2. Sic a monte *Caspio* dictum. *Fretum Caspium*, Curt. 7, 3, 19. Errores veterum de hoc mari, quod sinum Oceani septemtrionalis esse credebant, extant apud Plin. 4, 12; Capellam 6, 247, Dionys. περιηγήσει v. 47 & 727; Melam 1, 2 & 2, 5; & Strab. lib 2. Accurate pro istius quidem temporis notitia describit Curtius 6, 4, ubi inter alia & hoc tradit, cæteris maribus omnibus dulcius esse; addens quoque, qua de caussa id fiat. Accolentes ad illud mare & ipsi *Caspii* appellantur, Scythici generis, ut Mela docet 3, 5.

¶ Caspius, *a, um*, adject. ut, *Tigris Caspius*, Stat. Theb 10, 288 *Regna Caspia*, Virg. Æn 6, 798. *Portæ Caspiæ* pylæ sunt, sive anguli a mari transitus interruptis jugis, ita, ut vix singula meant plaustra longitu-

dine 8 Mil. pass. toto opere manufacto. v. Plin. 6, 14: it. 5, 27. Tacitus Hist. 1, 6, 4 absolute *Cæpias* dixit: *Nero*, inquit, *electos præmissosque ad Claustra Caspiarum revocaverat.*

¶ *Caspias ferra* apud Sen. Herc. Oet. v. 145 legi vult Heinf. ad Ovid. her. 15, 164.

¶ Caspiacus, *a, um*, al. adject. ut, *Porta Caspiaca*, ap. Statium 4 Silv. 4, 64.

¶ Caspinus, *a, um*, idem, si salva lectio apud Dionys. periegesi v. 881 *Caspinam late terram superabluit unda.* Forte ex Avieno. Apud Priscianum enim non est, sed potius *Caspiacus.*

¶ Caspiani, *orum*, m. pl. populi ad Caspium mare, Nepos 14, 8, 2: Curt. 4, 12, 9; Mela 1, 2.

CASSANDER, *dri*, m. Antipatri filius, post mortem Alexandri M. Macedonum rex, & exstinctor familiæ regiæ. v. Justin. 15, 2 &c. ¶ 2. *Cassander* astrologus, Cic. Divin. 2, 42.

CASSANDRA, *æ*, f. Κασσανδρα, Priami filia vates, quam ab Agamemnone in Græciam abductam Clytemnestra interemit. Huic Apollo vaticinandi quidem facultatem concesserat, sed ea conditione, ne quisquam ei crederet. Tryphiodorus Halosii Ilii p. 287 ed. Dausq. τὴν γὰρ Ἀπόλλων λιμφοτέρου μάντιν τ' ἀγαθὴν καὶ ἄπιστον ἔθηκε. Et Virgilius respiciens 2 Æn. canit v. 246 *Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris Ora, Dei jussu non unquam credita Teucris.* Phædrus 3 fab. 11, 4 *Cassandræ quia non creditum, ruit Ilium.*

¶ Cassandreus, *a, um*, adject. ut, *Cassandrea urbs*, Just. 24, 2, 1 & 3, 3. Casse, vide *Cassus.*

CASSĔLIVS, *i*, m. nomen Romanum. *Aulus Cassellius*, lctus celebris, Horat. Art. P. v. 371; & Cic. Att. 15, 26. Al. *Cascellius.* locum Ilius contra Vatinium v. in *Pomum.* Dō alio Martial. 7 epigr. 8.

CASSIANVS, *i*, m. martyr, studiis puerilibus præfuit in foro Cornelii sub persecutione Diocletiani, & stylis scholasticorum compunctus in confessione Christi diem suum obiit. Quam historiam luculente describit Prudentius in hymno de passione Cassiani. ¶ 2. Cassianus adject. vide infra *Cassius.*

Cassiculum, Cassida, &c. vide *Cassis, is*, & *Cassis, idis.*

CASSIODŌRVS, *i*, m. Ravennas, ingenio & eruditione clarissimus suo tempore; Theodorico Gothorum Regi adeo carus fuit, ut ejus beneficio omnes dignitates prope fuerit emensus: Quæstor sacri Palatii, (qui *Cancellarius* hodie est,) Consul ordinarius, Magister officiorum, Præfectus Prætorio, denique in quo summa & proxima principi dignitas fuit, Patricius. Novissime abdicatis seculi studiis atque honoribus, religiosam vitam amplexus, & Ravennatensi Cœnobio Abbas præpositus est. Scripsit varia, sacra atque profana: quorum partem & hodieque legimus. Reliquorum Catalogum Trithemius dedit. Vide & Vossium de Hist. Lat. 2, 19.

CASSIOPE, *es*, f. Κασσιόπη, seu Cassiopëa, *æ*, Cephei fuit regis Æthiopum uxor, mater Andromedes, relata inter sidera. Cic. Nat. D. 2, 43 *Obscura specie stellarum Cassiopea.* conf. Propert. 1, 17 v. 3; & Manil. 1, 354. 2. ¶ Fuit hoc nomine & quoddam Corcyræ oppidum, quod alio nomine & *Phœacia*, item *Seberia* Homero; Callimacho vero *Drepane* dicta, ut Plinius auctor est 4, 12. Gellius *Cassiopeiam* vocat 19, 1. Meminit & Suet. Ner. c. 22.

CASSIS, *is*, m. rete, ein netz, jäger-garn. Ovid. de Art. 2, 2 *Decidit in cassis præda petita meas.* Propert. 4, 2, 33 *Cassibus impositis venor.* Add. Virg. Ge. 3, 371. Sed sing. Gratius de Venat. v. 28 *Cassem per sonos circum usque sinus laqueabis.* Sen Agam. v. 881 *Aper cum cassi vinctus.*

¶ Cassĭcŭlum, *i*, n. reticulum, diminut. Festus. At masc. forma *Cassiculus, i*, Hieron. adv. Rufin. 3, 6 *Nequaquam aranearum mihi opponas cassiculos, sed fortissimo me & solidissimo constringas reti.* Et Saresb. ep. 176 *Argutias velut araneorum cassiculos, validissimis rationibus dissolvere.*

CASSIS, *idis*, f. ein helm, cassyet, sturmhaube. Ovid. Met. 8, 25 de Minoe: *Seu caput abdiderat cristata casside pennis, &c.* einen helm mit einem federbusch oder plumage. *Laxata cassis*, Claud. B. Gild. v. 24 ein offener helm. Nota, *Cassis* de lamina est, *galea* de corio.

¶ Cassĭda, *æ*, f. idem; ut diminutivum factum ex accusativo *Cassida.* Virg. Æn. 11, 774 *Aureus ex humeris sonat arcus & aurea vati Cassida.* Propert. 3, 11, 15 *Aurea cui postquam nudavit Cassida frontem.* conf. Munckeri Diss. de Hyg. Hinc

¶ Cassidarius, *a, um*, Murat. Insc. 959 *Faber Cassidarius.* Reines. 8, 70 *Miles Cassidarius.*

¶ Cassidile, *is*, n. ein kleiner sack, beutel. Vulg. Interpr. Tob. 8, 2. In Gloss. Isidori est *Cassidilis*, m. pera, marsupium.

¶ Cassĭta, *æ*, f. a casside, sicut galerita, a galero, dicta, von dem büschlein auf dem haupt; alauda est, eine lerche, de qua vide apologum festivissimum apud Gell. 2, 29.

CASSĪTĔRĬDES, *um*, f. pl. insulæ sunt oceani post Hispaniam, plumbi feraces, Plin. 4, 22. Sed alii Britannicas illas esse putant, quæ hodie *Sorlinges* nautis, al. *Sillyes* ad occasum Cornwalliæ. Hæduinus ad l. c. Plinii f. 36: *Eregione Celtiberorum f. Celticorum Lusitaniæ positas esse Cassiteridas insulas decem, unde stannum, quod κασσιτέρου Græci vocant, ad nos usque veheretur, communis veterum error fuit; quem & Ptolemæus sequitur* 2, 6; *& Strabo lib.* 2 *&* 3, *aliique. Caute admodum Herodotus, cujus verba recitat Eustathius in Dionys. v.* 563 *p.* 81. *Negat sibi Cassiteridas esse notas: & merito sane, quod ea nusquam fuere. Fabulis Plinius ipse accenset lib.* 34 *f.* 47.

¶ Cassiteros, *i*, m. candidum plumbum, *pretiosissimum, a Græcis appellatum cassiteron*, junii, Plin. 34, 16.

CASSIVS, *i*, m. hujus nominis multi fuerunt Romæ, eorumque insignis & amplissima familia. v. Rupert. ad Pompon. p. 449, 450 v. gr. *L. Cassius* tribunus pleb. quem *verissimum & sapientissimum judicem* appellat Cic pro Rosc. Am. c. 30; ubi solennem ejus quæstionem refert, *cui bono fuerit maleficium?* v. mox *Cassianus.* ¶ 2. *L. Cassius Longinus*, qui tempore conjurationis Catilinariæ *sibi procurationem incendendæ urbis, depopoposcerat*, ut ait Cic. Cat. 3, 6. Fuit corpore pinguis, unde Cic. ib. c. 7 dixit, *sibi L. Cassii adipem non esse pertimescendam.* ¶ 3. Alius *C. Cassius* inter Cæsaris interfectores fuit, antea Crassi quæstor, qui, illo a Parthis cæso, exercitum servavit. De voluntaria ejus morte v. Vellej. 2, 70, 2. ¶ 4. *Cassii Severi* oratoris meminit Quintil. 10, 1. v. Burm. h. l. p. 883, add. p. 918. ¶ 5. Alius *M. Avidius Cassius* præfectus exercitus Antonini Imp. in Oriente. ¶ 6. *Cassii* denique, poëtæ Parmensis, meminit Horat. 1 epist. 4, 3 *Scribere quod Cassi Parmensis opuscula vincat.* Add. Sat. 10, 62.

¶ Cassius, *a, um*, adject. Festus: *Cassia via a Cassio strata. Cassia lex* de ambitu coërcendo, inter leges Rom. peculiari libello P. Manutii & Fr. Hotomanni.

¶ Cassianus, *a, um*, aliud adject. Cic. pro Mil. c. 12 *Illud Cassianum*, cui bono fuerit? *in his personis valeat, etsi boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, improbi sæpe parvo.* Sed *Iudex Cassianus*, pro tristi ac severo dici cœpit Cic. pro Rosc. Am. c. 30 & Verr. 3, 60 & 62, & *Cassianæ sententiæ* pro severis. Fuit enim L. Cassius prætor, summæ severitatis in judicando, ut *tribunal ejus scopulus reorum diceretur*, auctore Val. Max. 3, 7, 9. Sic *Cassianæ partes*, apud Vellej. 2, 74, 1.

CASSVS, *a, um*, idem quod vacuus, inanis, leer, ledig, quod a *Careo* multi deducunt. v. supra in *Careo. Arbitrandum est*, inquit Nonius, 217, *ejus verbi proprietatem magis ab arancarum cassibus dictam, quod sint leves ac nullius ponderis, non, ut quibusdam videtur, quasi quassam.* Sic *Nux cassa* Plaut. Pseud. 1, 3, 136 & Horat. 2 Sat. 5 v. 36 *Cassa nuce non emerim*, ich gebe nicht eine taube nuß dafür. *Cassa sanguine cochlea*, Cic. Divin. 2, 64, hat kein blut. *Ire in cassum*, significat irritum esse, vergeblich seyn, apud Lucan. 2, 263, ubi alii conjunctim *Incassum* legunt. Elegantissime Symmachus ep. 1, 37 *Cassa fide sunt, qui jugiter blanduntur*, fuchsschwäntzern ist nicht zu trauen. Et Silius 3, 17 *Vulgatum, nec cassa fides.* Virg. Æn. 2, 85 *Cassum lumine* mortuum dixit. Lucret. 3, 563 *Cassum anima corpus.*

¶ Cassum, *i*, n. subst. fragmentum est Solino c. 65 *Aut palearum cassa*, (die flocken) *aut chartarum fila ad se rapit*, loquitur de gemma lychnite. Quid si *quassa?*

¶ Casse, adv. frustra, vergebens. Liv. 24, 26 *Casse ne tempus tereretur.*

¶ Cassо, *are*, cassum reddere, infimæ latinitatis verbum, aufheben, einziehen. Sidon. 1 epist. ult. *Objecta si non improbabiliter cassaverimus.* Significat autem destruere, abrogare, evacuare. Hinc

¶ Cassatus, *a, um*, i. e. abrogatus, cassirt, abgethan, Cassiod. 5, 14 *Omnium redemtione cassata.*

¶ Cassesco, *ĕre*, zerstieben; ut, *Cassescere in favillas*, Solinus, ut restituit Salmasius in Exercit. f. 177.

¶ Incassum, adverb. temere, frustra, ex separatis vocibus *in cassum*, vergebens, vor die lange weile. Virg. Æn. 7, 421 *Turne tot incassum fusos patiere labores?* Liv. 10, 29 *Incassum tela jactare.* Plaut. Pœn. 1, 2, 147 *Omnia incassum cadunt*, es ist alles umsonst.

CASTĂLIVS, *i*, m. & Castalia, *æ*, f. Κασταλία, Virg. Georg. 3, 293 *Castaliam molli divertitur orbita clivo.* Ponitur pro fonte Castalio, de quo Martial. 12 epigr. 3. Sic & Horat. 3 od. 4, 61 *Qui vore puro Castaliæ lavit Crines solutos.* Fons fuit in radicibus Parnassi, qui & *Caballinus* & *Lybethra* dictus fuit: quamquam in Thessalia ab aliis ponitur & urbs Libethra & fons cognominis. Sed etiam Acron Horatii interpres in Lycia fuisse Castalium fontem scripsit; Probus Delphis in oraculo Apollinis, ubi abluerit aram ipsius Dei. Fuit & alius *fons Castalius* ex montis Antiochiæ imminentis radicibus, qui & ipse *Parnassius* dicebatur, manans; cujus Clemens, Nicephorus, Sozomenus, alii meminerunt. v. Casaub. ad Capitol. in Hadriano p. 6; item in Ant. Philosopho p. 64. ¶ 2. Ciliciæ civitas Stephano *Castalia* est. ¶ 3. Porro a Castalia virgine fontem eum appellatum traditur, quod injuriam Apollinis ipsa fugiens in eum se præcipitarit. Alii a *Castalio* Apollinis Delphici filio dictum putarunt.

¶ Castălides, *um*, f. pl. Musæ. Martial. 4 epigr. 14 *Castalidum decus sororum.* conf 7 epigr. 11.

CASTĂNEA, *æ*, f. τὰ κάστανα, arborem significat & fructum, castanien, kesten. Virg. ecl. 1, 82 *Castaneæ molles*, zeitige castanien. *Echinus*, caliculus hirsutus seu spinosus est; qua castaneæ clanduntur, die schale. Nomen ipsum a *Castana* urbe Thessaliæ, unde primum allatæ. Itaque revera adjectivum est. Vt cum *Castanea* absolute dicitur, nux subintelligenda veniat: quemadmodum integre Virgil. dixit ecl. 2, 52 *Castaneasque nuces, mea quas Amarillis amabat.* Vide supra in *Avellana*: item Macrob. Saturn. 2, 14.

¶ Castanētum, *i*, n. apud Columell. 4, 33, ein castanien-wald, oder garten. *Sepe*, inquit, *novella castaneta calvescunt.*

Caste, vide *Castus*, Castellum, castellanus, &c. *Castra.*

CASTĒRIA, *æ*, f. locus, in quem navigatione quiescente remi & cætera instrumenta nautica reponuntur, zeug-haus; usus eo est Plaut. Asin. 3, 1, 16. adde Nonium 2, 128, cujus interpretatio est, quam posuimus, & Turneb. 4, 13.

Castifico, castificus, vide *Castus.*

CASTĪGO, *avi, atum, are*, animadvertere est & objurgare, züchtigen, strafen. Secundum Casaub. ad Pers. Sat. 1, 7 proprie est cesto i. e. loro cædere, farbatschen; a græco κεστός, unde *castigo.* Sed quatenus loro magis utimur ad cingendum, Gronovius in Diatr. ad Stat. c. 24 vult, castigare proprie esse stringere, ligare, coërcere, binden, einhalten. Sic Petron. c. 47 *Subinde castiganus crebris potiunculis risum.* v. Burm. Sil. 12, 336 *Infula castigatur aquis* &c. vid. quos ibi laudat Drakenb. Liv. 39, 25 *Equus tenax non parem frenis asperioribus castigandus est*, es muß gebändiget werden. ¶ 2. Certum interim est, *Castigo* non secus ac κατακεντέω significare quovis modo in peccantes animadvertere. Et sic Cic. Tusc. 3, 27 *Pueros matres & magistri castigare solent, nec verbis solum; sed etiam verberibus.* Id. de Leg. 2 c. ult. *Castigare improbos, tueri bonos.* Adde Gell. 6, 14. Adeoque sæpius est objurgare, increpare; ubi quandoque accedit *verbis, dictis*, verweis geben, schelten, bestrafen. Cæs. B. C. 1, 3 *Laudat promptos, segniores castigat & incitat.* Liv. 27, 9 *Castigando increpandoque prius quam leniter agendo se profecturos rati.* Cic. Off. 1, 25 *Qui punit aut verbis castigat.* Conf. Curt. 4, 13, 8; Virg. Æn. 5, 387; Plaut. Bacch. 4, 8, 67. Sic *Castigare aliquem literis*, einen scharffen brief schreiben. Cæs. B. C. 3, 25. ¶ 3. Ex prima significatione interdum est limando quasi expolire & intra modum & decorem redigere, ausputzen, zurechte bringen.

bringen. Sic *Carmen caſtigare ad unguem*, ausfeilen. Horat. Arte v. 294. Conf. Perſ. 1, 7.

¶ Caſtigatus, *a, um*, klein, eingeſchränkt; ut, *Caſtigatum pectus*, i. e. parvæ rotundæque papillæ, Ovid. Amor. 1, 5, 21. Samo. 357 *Si caſtigatas ſtudium eſt præſtare papillas.* v. Burm. ad utrumque locum. *Caſtigatæ collecta modeſtia frontis*, Stat. Silv. 2, 1, 43, eine kleine runde ſtirn, qualem laudabant in pueris, contra amplam in puellis. v. Barth. & quos ille laudat. *Nodis caſtigata juvarum libertas*, i. e. conſtricta, Id. Theb. 9, 687; geſtochtene, aufgebundene mähne. *Caſtigatus animi dolor*, i. e. levior factus, dem einhalt geſchehen. Cic. Tuſc. 2, 21. Superl. Gell. 4, 20 pr. *Exempla caſtigatiſſimæ diſciplinæ*, ſtrenge zucht. Comp. Auguſt. Civ. D. 5, 24 *Luxuria caſtigatior.* Ammian. 26, 6 *Procopius vita moribus quæ caſtigatior*, ſittſamer.

¶ Caſtigate, adverb. idem. Sen. Controv. 6 extr. *Vixit modeſte, caſtigate*, züchtig, erbar. Auguſt. de Doctr. Chriſt. 4, 14 *Caſtigatius eloquuntur.* Macrob. Somn. 1, 6 *Hæc de mundo caſtigatius, quam ſe copia ſuggerebat*, kürzer. Ammian. 22, 3 *Caſtigatius vivere.*

¶ Caſtigātio, *ōnis*, f. die beſtrafung, züchtigung. Cic. Off. 1, 25 *Omnis & animalverſio & caſtigatio contumelia vacare debet.* conf. Plin. 37, 3; & Sen. de Ira c. 5; & epiſt. 47. Plur. Cic. Tuſc. 4, 20 *Homines caſtigationibus, reprehenſionibus, ignominiis ſe affici in delicto dolent.* ¶ 2. Puritas. Macrob. Sat. 2, 4 de Auguſto: *Contra caſtigationem loquendi, quam alius ille ſcribendo ſervabat* &c. wider die reinigkeit im ſprechen.

¶ Caſtigātor, *ōris*, m. ein beſtrafer, züchtiger. Horat. Art. poët. v. 174 *Cenſor caſtigatorque minorum.* Liv. 1, 59 *Brutus caſtigator lacrymarum atque inertium querelarum.* Plin. Paneg. 40 *Nemo obſervator, nemo caſtigator adſidet.* Sen. de Ira 1, 15 *Ad coërcitionem ſervantium ſatis caſtigatore non opus eſt.*

¶ Caſtigatōrius, *a, um*, ſtrāfich. Plin. 5 epiſt. 16 *Adhibere ſolatium non caſtigatorium & nimis forte, ſed molle & humanum.* Sidon. ep. 4, 1 *Caſtigatoria ſeveritas*, ein ſtrafich, oder ein amts-gericht.

¶ Caſtīgābilis, *e*, ſtrafbar. Plaut. Trinum. 1, 2, 6 *Admiſit in ſe culpam caſtigabilem.*

¶ Concaſtīgo, *are*, abſtrafen. Plaut. Bacch. 3, 3, 94 *Cura & concaſtiga hominem probe.*

¶ Incaſtīgatus, *a, um*, non caſtigatus, ungeſtraft. Horat. 1 epiſt. 10, 45 *Nec me dimittes incaſtigatum.*

Caſtilia, vide *Caſtella* in *Caſtra*; Caſtimonia, caſtitas, *Caſtus.*

CASTOR, *ŏris*, m. Κάστωρ; ἀμφίβιον eſt, Latine *fiber*, vel *canis ponticus*, juxta Servium ad Georg. 1, 59 ein biber. Plin. 32, 3 pr. *Fibris, quos caſtores vocant, in terris & in aqua victus eſt.*

¶ Caſtŏreus, *a, um*, vom biber; ut, *Odor caſtoreus*, Plin. 12, 24. Ac Frobenius quidem *odore caſtoreo*: at Dalechamp. & Harduin. *odore caſtorei.* Nempe

¶ Caſtoreum, *i*, n. ſubſt. Κάστορος ὄρχις, hoc eſt, caſtoris teſticulus, bibergeil. Plin. 32, 3 *Fibros caſtores vocant, & caſtorea teſtes eorum.* Iuvenal. 12, 35 *Imitatus caſtora, qui ſe Eunuchum ipſe facit, cupiens evadere damno Teſticulorum, adeo medicatum intelligit inguen.* Redimere ſe Caſtores ea parte, propter quam petuntur maxime, quo Iuvenalis hoc carmen pertinet, præter Ælianum de Animalibus aliosque, etiam Horapollo affirmat; qui Hieroglyph. 2, 65 Ægyptios tradit *Caſtorem* ſive *fibrum* pingere, cum deſignare volunt hominem, qui ſibi ipſe damnum inferat; quod *Caſtor* animal, cum ſe venatione peti videt, proprios teſtes evulſos in prædam objiciat. Quod Seſtium tamen negaſſe, Plin. 32, 3 prodidit. Negat & Dioſcorides 2, 26. Conf. Solin. c. 23 ſive n. 375. Virg. Georg. 1, 58 *Mittit viroſa pontus caſtorea*, Lucret. 6, 794 *Caſtoreoque gravi mulier ſopita recumbit.*

¶ Caſtorinus, *a, um*, vom biber; ut, *Caſtorinæ veſtes*, Ambroſ. de dignitate Sacerdotii. *Caſtorinum oleum*, Marc. Emp. c 35.

¶ Caſtorinātus, *a, um*, fibrina veſte amictus. Sidon. 4 epiſt. 7 *Incedunt caſtorinati ad litanias.* Adde quæ ibi Simmondus notavit.

CASTOR, *ŏris*, m. Κάστωρ, frater Pollucis, filius Tyndari & Ledæ: Vide *Pollux.* Veteres quosdam contra Græcam rationem Caſtŏris dixiſſe, penultima producta, analogiæ ſcil. Latinæ ſtudioſos, obſervat Quintil. 1, 5 p. 65. Cæterum communicatur inter fratres Caſtoris nomen apud auctores, Interpr. Vulg. Act. Apoſt. c. 28 *Poſt menſes autem tres navigavimus in nave Alexandrina, quæ in inſula hiemaverat, cui erat inſigne Caſtorum, Græce, ἐν πλοίῳ παρσήμῳ Διοσκούροις.* Plin. 10, 43 *Super eadem Caſtorum genitus pullus in opiniſtrum ſurvinam devolavit.* Vbi vide quos laudat Geſnerus Chreſtom. Plin. p. 447. Arnob. 2 p. 93 *Tyndaridæ Caſtores.* Cæterum equorum domitor *Caſtor*; *Pollux* bonus pugil fuit. Ovid. 3 Amor. 2, 54 *Pollucem pugiles, Caſtora placet eques.* Helena de his ad Priamum Homeri Iliad. 3, 237 Κάσσιά θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα Αὐτομάτῃσιν τώ μοι μία γείνατο μήτηρ. Horat. 2 Sat. 1, 26 *Caſtor gaudet equis, ovo prognatus eodem Pugnis*; *Pugnis*, id eſt, pugilatu. Ovid. Faſt. 5, 700 *Tyndaridæ fratres, hic eques, ille pugil.* Sed cum Horatius Pollucem fratrem deſignaturus Caſtoris *ovo eodem prognatum* dicit, ad fabulam reſpicit. Finxerunt enim Poëtæ, lovem cum Leda, uxore Tyndari, concubuiſſe oloris ſpecie: illam ex eo conceptiſſe ovum, unde Caſtor Polluxque nati ſint. Alii vero dicunt, Ledam geminum ovum conceptiſſe: unum ex Iove, alterum ex marito Tyndaro. Ex illo Pollucem, ex iſto Caſtora natum. De cætero ita amaſſe inter ſe fratres, ut nihil umquam iis conjunctius fuerit. Quare interfecto in pugna Caſtore, Pollucem a patre Iove impetraſſe, ut conceſſam ſibi ab ipſo immortalitatem cum fratre communicare liceret. Inde factum, ut ſtellæ Caſtorum (recepti enim uterque inter ſidera fuerunt) orirentur alternis atque occiderent. De quo præter Mythologicos veteres Pindarus Nemeon od. 10 Stroph. 4 ad finem usque: item Homerus Odyſſ. 10 v. 299. Huc reſpexit Virg. Æn. 6, 121 *Si fratrem Pollux alternâ morte redemit, Itque reditque viam toties.* Vbi & Servium videre licet. Putari autem *Caſtor* & *Pollux* Gemellorum ſidus conſtituere. ¶ 2. Eſt & Meteori genus, quod appellarunt *Caſtores*: ignes nimirum fulgoris ſtellarum inſtar, felix omen navigantibus habitum, ſi incidiſſent gemini: ob quod Polluci & Caſtori id Numen etiam aſſignarunt: qui ea de re & navigantibus invocari ſoliti. Lege Plin. 2, 38; & Sen. Nat. Quæſt. 1, 1 extr. *Soteres* ob eam cauſſam, i. e. Servatores paſſim appellati in interpret. Ita Theocr. Dioſcur. v. 6 vocat eos Ἀνθρώπων σωτῆρας ἐπὶ ξυνῷ κλέος ἐόντων. ¶ 3. *Antonius Caſtor* medicus Plinii majoris ætate centeſimum jam annum excedens. vid. 25, 2 f. 5.

¶ Ecaſtor, Mecaſtor, adverb. jurandi apud Plaut. & Terentium, quibus abſtinendum Chriſtianis. Significatur autem: *Me deus Caſtor ſervet* &c. Vnde Ædepol & Mehercules in *Hercules.*

¶ Caſtoreus, *a, um*, adject. ut, *Manus Caſtorea*. Sen. Hippoll. v. 810.

CASTŌRIS, *idis*, f. Κάστωρ ἰχθύς, animal eſt marinum. Ad litora & laxum eminentia ulvarum diritatis plenum edit, quem quicunque audit, ei mortem portendit. Ælian. Hiſt. Animal. 9, 50.

CASTRA, *orum*, n. pl. locus, ubi in expeditione habetur exercitus & in tentoriis permanet, στρατόπεδον; παρεμβολή, ein lager, feldlager. Iſidor. 9, 3 ab eo dicta center, quod ibi *caſtietur* libido. Quod ut inceptum eſt, ita verum, nefas fuiſſe Romanis legibus, in caſtris feminam habere. Ex quo Virg. Æn. 8, 688 pro magno crimine habet, quod Cleopatra Antonium ſequeretur in caſtra. Ait enim: *Sequiturque (nefas) Ægyptia conjux. Caſtra ſtativa* quæ dicuntur, vide infra in *Sto*: Item *hiberna, æſtiva*, vide ſuis locis. *Caſtra nautica* de ſtatione navium Nep. 7, 8, 5. Cæſ. B. G. 5, 22 *Caſtra navalia* dixit. Virgil. Æn. 4, 604 de claſſe: *Faces in caſtra tuliſſem.* Ovid. Metamorph. 7, 99, locum ubi in ſtatione erat navis Argo, *caſtra* vocat: *Lætuſque in caſtra receſſit.* v. ibi Burmann. *Caſtra urbana*, locus ad urbem prope muros non longe a via Nomentana, ubi prætorianus miles continebatur: unde & *prætoriana*, item *prætoria caſtra* appellantur, ut ex Suet. Claud. c. 21; Capitol. Balbino c. 10; & Vet. Schol. Iuvenalis ad Sat. 10, 95 conſtat. Sueton. abſolute vocavit *caſtra* Claud. c. 30. Hæc intelligenda, cum in urbanis rebus horum mentio fit. Res ipſa inſtituta a Tiberio eſt conſilio Sejani. v. Tac. An. 4, 2, 1; itemque Suet. Tib. c. 37. Hieroſolymis quoque urbana hujusmodi caſtra habita recipiendo prædicto S. Lucas indicat Act Apoſt. c. 21 v. 34 & 37. Vbi *caſtrorum* nomine procul dubio *Antonia* intelligenda: quibus pro arce uſos Romanos Joſephus auctor eſt. ¶ 2. Caſaubonus ad Polybium obſervat, *Caſtra* apud Latinos & totam rem bellicam deſignare haud rare, der krieg. Itaque interpretatur illud Tibulli Paneg. Meſſalæ 4, 4, 39 *Nam quis te majora gerit caſtriſque furore?* Item Cæſaris illud B. G. 1, 39 *Ii, qui magnam in caſtris uſum habebant milites*, id eſt, *veteres & experti belli*, ut Tacitus loquitur Hiſt. 4, 76, 2. ¶ 3. Illud quoque circa hanc vocem obſervandum eſt, *Caſtra* nonnunquam deduſſe initium urbibus, & factas urbes accepto ab iis nomine, qui ibi olim habuiſſent caſtra. Quod factum, cum ibi diutius ſedit exercitus, atque per hiemem quidem: cum neceſſe fuit, & diligentius extruere opera & firmius munire. Sic *Caſtra Cornelia*, oppidum Africæ, non procul Vtica, cujus Cæſ. B. C. 2, 25 & 27 meminit. Inde cœpit, vocatumque ita eſt, quod ibi Corn. Scipio aliquando habuit caſtra, de quo legendus Liv. 29, 35. Sic *Pyrrhi caſtra* appellatus locus, ubi Pyrrhus aliquando caſtra habuit, cujus Livius meminit 35, 27. Auguſtus quoque *Actiaca Caſtra* in urbem convertit, quam *Nicopolin* appellavit, ut Dio auctor eſt init. lib. 51, qui rectius de eo, quam Suetonius in Aug. c. 18 exponit, ut ibi Caſaubonus etiam advertit. ¶ 4. Hinc phraſes: *Caſtra facere*, Cic. fam. 15, 4; & Pomp. Domitio ſub 8, 12 ad Att (vulg. 19;) *metari*; item *locare*, Salluſt. B. Iug. c. 106; *conſtituere*, Hirt. B. Hiſp. c. 27; *ponere*, Cæſ. Oppio ſub 9, 13 ad Att. & Liv. 27, 18, lager ſchlagen. *Caſtra habere*, Cic. fam. 15, 4, gelagert ſeyn. *Caſtra movere*, Curt. 5, 2, 7, aufbrechen. Sic & Cic. fam. 3, 6 extr. de comitatu proconſulis non ita magno. *Caſtra referre*, Liv. 4, 17 ext. ſich mit dem lager zurück ziehen. ¶ 5. Improprie etiam ad alia transfertur. Sic Sen. epiſt. 2 *Soleo & in aliena caſtra tranſire, non tanquam tranſfuga, ſed tanquam explorator*, ich ſehe mich auch bey andern ſecten um. Et Cic. fam. 7, 12 *Epicureus es factus. O caſtra præclara!* Sen. ep. 83 pr. *Ille tantus Pythagoreorum, qui Kalendis Ianuariis in Euripum ſaltabam — primam ad Tiberim tranſtuli caſtra, dein ad hoc ſolium, quod ſol temperat.*

¶ Caſtrum, *i*, n. in ſingulari numero munimentum dicitur cum præſidio, claudendo arcendove hoſti in loco editiore exſtructum, ſiquidem amplius eſſet & majus: nam minus ſi eſſet ac brevius, *Caſtellum* dicebatur, eine ſchantze, burg, feſtung, caſtell. Cic. fam. 15, 4 de obſidione Pindenniſſi, Eleutherocilium oppidi, loquens: *Vallo & foſſa circumdedi, ſex caſtellis caſtrisque maximis ſæpſi.* Hirt. B. Alex. c. 30 *Poſtero die Caſtellum (quod in proximo vico non longe a ſuis munierat, brachiisque cum opere caſtrorum conjunxerat vici obtinendi cauſſa, Cæſar aggreſſus.* Tac. Agric. c. 16, 1 *Sumſere univerſi* (Britanni) *bellum: ac ſparſos per caſtella milites* (Romanos) *conſultari expugnatis præſidiis ipſam Coloniam invaſerunt. Colonia*, quam hic nominat, *Camalodunum* eſt: cui circumdata caſtella præſidiique ſignificat, ut firmior eſſet tutiorque contra hoſtium inſultus. Sæpe *Caſtellorum* hujusmodi mentio fit apud Nepot. Cæſarem & Livium: Satis fuerit Vegetii locum 3, 8 extr. adſcripſiſſe. *Inter præcipua* (inquit) *convenit Ducem providere, ſive in Caſtris, ſive in civitate conſiſtat, ut animalium paſcua, ſubvectio jumenti, ceterarumque ſpecierum: aquatio, lignatio, pabulatio ſecura ab hoſtium reddatur incurſu. Quod aliter non poteſt evenire, niſi per loca idonea, quo noſtrorum exhibeat exercitus, præſidia diſponantur, ſive ille civitates ſint, ſive caſtra munita. Quod ſi non reperitur antiqua munitio* (in vicis pura & pagis idoneis) *opportunis locis circumdata majoribus foſſis tumultuaria caſtella firmantur. Num a caſtris diminutivo vocabulo ſunt nuncupata caſtella, intra quæ in agrariis* (ſubaudi *ſtationibus:* namque & Ammianus *Agrarias ſtationes* vocat quæ ſunt in agris,) *aliquanti pedites equitesque degentes, tutum iter commeantibus præſtant.* Hæc Vegetius. Vbi *loca idonea* vocat *colles, flumina, fontes, anguſtias aditum*, quas recentiores Latini *Cluſas & cluſuras* vocarunt. His enim locis imponebantur caſtella. ¶ 2. Hinc ad oppida ſeu civitates & vicos, qui in limitibus ſecuritatis cauſſa habebantur, *caſtrorum caſtellorumque* voces translatæ ſunt: ita ut *Caſtrum* diceretur civitas munitionibus atque præſidio firmata: *Caſtellum* vero pagus ſeu vicus foſſa murisque cinctus militeque inſtructus. Vetus auctor Anonymus de rebus Bellicis: *Ipſi præterea inter commoda reip. utiles ſi-*

nitum cura, ambientium ubique latus imperii, quorum tutele melius Castella *prospicient: ita ut millenis interjecta passibus stabili muro, firmissimis turribus erigantur* &c. Ibid. 15, 4 CASTRVM *antiqui dicebant oppidum loco altissimo situm: quasi* catam altam: *cujus pluralis numerus* Castra, *diminutivum* Castellum *est. Sive quod castrabatur licentia inibi habitantium: sive ne passim vago hosti* (ita legendum arbitror) *pateret. Castrorum & Castellorum* hujus generis multa apud varios auctores mentio. Nam *Castrum Mutilum* in Bojis, *Castrum Inui, Castrum novum, Castrum Tendonense, Eboracense* &c. *Castellum Firmanum* &c. apud Livium, Antoninum Itinerario, & alios legimus. Græci πύργους appellabant. Liv. 27, 34 *Eo die castra quinque millia passuum ab urbe Eleorum posuit: postero die omnes copias ad propinquum Pleorum castellum* (PYRGON *vocant*) *duxit.* Ita quæ Cæsar B. C. 3, 43 *Castella* dixit, Dio eum eandem rem narrat, πυργους appellat: Unde *Burgorum* appellatio est apud recentiores Latinos, de quo videndi Stewech. ad Veget. Pithœus Adversf. subfec. 1, 14, itemque Io. Savaro ad Sidon. Apoll. in Burgo Leontii. Herodianus Φρούρια vocat. Vetus Gloss. *Castella,* Φρούρια; item Φρούριον, *Castellum.*

¶ Castellum, *i*, n. diminut. parvum castrum, item vicus munitus. Repete, quæ in *Castri* explicatione jam præmissa sunt. Isidorus supra laudato loco: *VICI, & CASTELLA, & PAGI ii sunt, qui nulla dignitate civitatis ornantur; seu vulgari hominum conventu incolantur, & propter parvitatem suam majoribus civitatibus attribuuntur.* Vetus Gloss. κώμη, *villa, castellum, vicus.* Ita Bethlehem, quem κώμην S. Iohannes appellat, vetus Interpres *Castellum* reddit. Nepoti 1, 2, 1: & 7, 7, 4 *Castella communire,* est exstruere, ut essent claustra servitutis. *Castellum montanum,* ein berg-schloß, burg oder festung. Virg. Æn. 5, 440. *Philippus omnia castella expugnari posse dicebat, in quæ modo asellus onustus auro posset ascendere,* Cic. ad Attic. 1, 16. ¶ 2. *Castellum* etiam dicitur conceptaculum aquæ deductæ, unde distribuatur publice per urbem: eine brunnen-kammer, wasserkunst. ein wasserhaus. De his castellis vid. Festus in *Dividiculis,* & Vlp. l. 1 Dig. de aqua quotid. § 38 & seqq. Itemque Vitruv. 8, 7, nec non Frontinus passim de aquæductibus. v. ibi Io. Poleni Ind. & Not. ad p. 7 sq. ubi de *Gestellis publicis privatisque* agitur, & Figura castelli etiam repræsentatur. ¶ 3. Metaphorice *Tribunal Appii castellum omnium scelerum,* Livius dixit 3, 57 pr.

¶ Castella, vel Castilia, *æ*, f. Castilien, pars regni Hispanici ampliſſima, a castello quodam regis Pelagii sic dicta, olim *Bardulia.* Dividitur in veterem & novam Castiliam, & nova etiam regnum Toletanum vocari solet. vid. Geogr.

¶ Castellānus, *a, um,* zum castell gehörig; ut, *Castellanus triumphus,* id est, de castellis captis actus, Cic. de Cl. Orat. c. 73. *Castellanus miles,* qui stationem in castello habet, L. 2 Cod. de Fundis & Limitrophis &c. ¶ 2. *Incola castelli,* Sallust. Iug. c. 92. *Iter castellanorum angustum admodum,* Liv 34, 27. *Castellani agreste genus:* (nam castella in agris, vicis & pagis erant, ut prædiximus) & *Castellani agrestes,* paullo ante eodem cap. ¶ 3. *Castellanus* apud sequiores etiam nomen officii est, atque idem quod custos castri, ein burgvogt.

¶ Castellarius, *i*, m. qui præest aquæductibus, ein röhrmeister, aufseher über die wasserkunst. Vetus Inscriptio apud Grut. p. 601 n. 7 CLEMENTI CAESARVM SERVO CASTELLARIO AQVAE CLAVDIAE. Reinef. 9, 84 CASTELLARIVS AB AQVIS CVRTIS. Adde Frontin. de Aquæduct.

¶ Castellātum, per castella, von einem castell zum andern. Liv. 7, 36 & Plin. 15, 6.

¶ Castellamentum, *i*, n. edulium sive farciminis genus. Arnob. 2 p. 73 *Vt spirulas & botulos faceremus, isicia, castellamenta, lucanicas, faminatam cum his carnem, & glaciali conditione tuceta.* Sic Woweras ad Minuc. Fel. & Heraldus legunt, quod præsero aliorum *catillamentis.* A figura autem appellatio.

¶ Castrensis, *e*, quod ad castra pertinet; ut, *Castrensis ratio,* kriegs-manier, Cic. pro Cael. c. 5. *Arma castrensia,* Propert. 3, 8, 19; & *Pensa castrensia,* 4, 3, 33. *Corona castrensis,* qua donabatur is, qui primus hostium *castra* pugnando ingressus fuisset, Gell. 5, 6. *Castrense verbum,* apud Plin. Præf. lib. 1. *Ludi castrenses,* quibus milites in *castris* & exercebantur & delectabantur, Suet. Tib. c. 72. *Calbe ipsi rei peritus,* kriegs-erfahren, Ammian. 20, 1.

¶ Castrensianus, *a, um,* idem; ut, *castrensiani milites,* qui in limitibus imperii contra barbaros excubabant, grenzsoldaten, l. 12 Cod. de re milit.

¶ Castricius, idem esse videtur; ut, *Comes castricius,* Ammian. 14, 2; ubi Valesio idem est ac *militaris.* Proprium est Suet. Aug. c. 56; Cic Att. 12, 28.

¶ Castrāmētor, *ari, facere, ponere castra,* ein lager abstecken, schlagen. Liv. 34, 28, quamvis supius distinguant; ut, *Metari suos castra jusserat,* Curt. 3, 8, 19.

¶ Castramētātor, *ōris,* m. barb. ein ingenieur, der ein lager abstichet. Cicero in Phil. 11, 5 extulit distincte, *Castrorum antea metator.*

¶ Castrametatio, *ōnis,* f. die abstechung des lagers; ut, *Castrametatio Rom.* ex Polybii lib. 6 Hist. verta olim e Græco ab A. Iano Lascari, quæ subjicitur Vegetii libris de re militari per Stewech. in cujus Comm. p. 55 est *Castrametatio Galbæ.* Sed & exstat titulus *Incipiunt libri Gromatici sive de castrametatione,* si modo ea inscriptio autoris est. v. infra *Gromaticus* & Salmas. cit.

CASTRO, *avi, atum, are,* schneiden, verschneiden, wallachen, vel a *Castus,* quia castrando vis libidinis extinguitur; vel quasi *castorare,* a Castore, qui ipse sibi creditur testiculos amputare. Plin. 28, 32 *Verres, juvencos, arietes, hœdos, decrescente lunâ castrato.* Colum. 6, 26 *Castrare vitulos, dum adhuc teneri sunt.* ¶ 2. De hominibus etiam dicitur. Ammian. 14, 6 *Semiramis teneros mares castravit omnium prima.* Val. Max. 6, 1, 13 *Carbo Accienus, item Pontius, deprehensi* (in adulterio) *castrati sunt.* ¶ 3. Metaphorice Lactant. 6, 15 *Stoicos,* ait, *rebus a natura insitis castrare hominem,* hoc est, affectibus privare. Claud. in Eutrop. 1, 193 dixit, *Castrare avaritiam,* i. e. auferre, coercere. ¶ 4. Est & *Castrare arbores, vites,* apud Plin. 24, 8, & Caton. c. 33, quod fit, cum in imo arbores perfodantur. *Alvearia castrare,* bienstöcke schneiden. Pallad. Iun. tit. 7; & Colum. 9, 15.

¶ Castratus, *a, um,* verschnitten, verstümmelt; ut, *Castratus homo,* Curt. 6, 3, 12, ein verschnittener. Sed metaphorice Tertull. de Monog. c. 3 *Apostolus & ipse castratus continentiam mavult.* ¶ 2. Translate etiam ponitur. Quamquam Cicero de Orat. 3, 41 *Morte Africani castratam remp.* dici non vult pro attrita, attenuata, vel orbata, geschwächt, beraubt. Tamen *Vires castratas,* Plinius ademtas dixit 11, 17. Ejusdem est *Castrata* scil. filigo 18, 9.

¶ Castratio, *ōnis,* f. actus castrandi, virilium amputatio, die benehmung der mannheit, verschneidung. Colum. 6, 26 *Optimum genus castrationum putat Mago, quod adhibetur ætati teneræ sine vulnere.* Adde Pallad. 6, 7 & Solin. c. 62 *Desiderium coitionis castratione exsecare.* Sed & *Castratio arborum sit ramis deputatis.* Plin. 16, 40; & Colum. 4, 32.

¶ Castratura, *æ*, f. idem. Palladius ibidem: *Vulnera castraturæ cinere sarmentorum & spuma linentur argenti.*

¶ Castrator, *ōris,* m. ein verschneider. Tertull. adv. Marc. 1, 1 *Castrator carnis castor.* Habet idem nomen etiam ad Nation. 2, 13. Gloss. gr. lat. ἐυνουχιστής, *castrator.*

¶ Castratōrius, *a, um,* ad castrationem pertinens; ut, *Castratoria ferramenta,* Pallad. 1, 43, 3.

¶ Excastro, *are,* idem quod *castrare.* Gloss. gr. lat. ἐκτέμνω, *amputo, excastro, exscindo.* Item, ausmustern. Gloss. eædem: ἐξοπλίζω, *excastro.*

¶ Excastratus, *a, um,* verschnitten. Gell. 9, 9 *Caper dicitur, qui excastratus est.* Scrib. Larg. Comp. 1 n. 9 *Sinapi non excastratum,* i. e. corticatum, vel ut Barth. Adverf. 39, 19 sentit, cui mordendi vis non adempta est.

¶ Excastratio, *ōnis,* f. idem quod *Castratio.* Gloss. gr. lat. ἐκτομή, *excastratio, excisio.*

¶ Incastro, *are*, 1 e. excavare, & sic ligna committere, ausböhlen, spinten. Plinio tribuitur: & in Ibid. Gloss. *Anconiscus* redditur *incastrare.*

¶ Incastrātūra, *æ*, f. commissura, seu compaginatio tabularum, quæ fit per incavationem lignorum, die fuge, einspannung, zusammenspintung. Vet. Interpr. Exod. 26, 17 *Duæ incastraturæ sint.* Adde c. 36, 22, 24; ubi Græcus Interpres ἀρμονίσκος habet.

CASTŬLA, *æ*, f. peruzonium, ein badtuch. Varronis est & Nonii, 16, 5 & 4, qui ait: *Est palliolum, præcinctui, quo nudæ* (*mulieres*) *infra papillas præcinguntur.*

CASTŬLO, *ōnis,* f. urbs Hispaniæ Tarraconensis, de qua Sil. 3, 97 & 391; & Liv. 24, 41.

¶ Castulonensis, *e*, gentile Plin. 3, 3. *Saltus Castulonensis latrociniis infestus,* Asin. Pollio ad Cic. fam. 10, 31. *Sacerdos municipii Castulonensis,* Grut. 326, 2.

CASTUS, *a, um,* cui libido constringitur, ne in illicitos amores æstuet, keusch, züchtig; a κεστός & Dorice καστός (unde & *castigo* est) quod cingulum, sive vinculum notat. Ovid. Amor. 1, 8, 43 *Casta est, quam nemo rogavit.* Virg. Georg. 2, 524 *Casta pudicitiam servat domus.* Cic. Phil. 3, 6 *Quis hoc adolescente castior?* & de Ar. Resp. c. 13 *Matronarum castissima.* Et sunt vulgatæ hujus significationis passim infinita exempla. ¶ 2. Sumitur & aliquando generalius, & integrum & incorruptum a quavis improbitate, atque sic innocentem & sanctum notat, einsiedgen, frumm. Inde cum Columella apum curatorem non sobrium modo, sed abstinentem a Venere designare vellet, non *Castum* simpliciter, sed *castum a rebus Venereis* esse vult; quasi ab aliis quoque rebus castus quis esse possit. Ita enim 9, 14 scribit: *Verum maxime custodiendum est curatori, qui apes nutrit, ut pridie castus sit a rebus Venereis, neve temulentus, nec nisi lotus ad eas accedat.* Sane *Castum a culpa,* Plautus Pœn. 5, 4, 13 dixit, pro culpæ nullius ream, unschuldig. Cic. Phil. 13, 4 *Res familiaris, cum ampla, tum casta a cruore civili.* Horat. de Arte v. 206 *Quo sine populus numerabilis, utpote parvus, Et frugi castique verecundique coibat.* Vbi vetus Scholiastes *castum* religiosum interpretatur. Sane & in Secul. Carm. v. 42 Idem *Castum Æneam* dixit: quod idem est, ac si *sanctum* vocasset: hoc est justum & pium; quas virtutes ei Virgilius maxime tribuit. Cic. Tusc. 1, 30 *Qui se humanis vitiis contaminassent &c. iis devium quoddam iter esse, seclusum a concilio Deorum. Qui autem se integros castosque servassent, quibusque fuisset minima cum corporibus contagio, seque ab his semper sevocassent, essentque in corpori bus hominis vitam imitati Deorum, iis ad illos, a quibus essent profecti, reditum facile patere,* centebat scilicet & differebat Socrates. Pro Q. Rosc. 7, 4 *perjurus & castus* opponuntur. Ita *Casta fides & Casti* dicuntur, qui fidem servant. v. Sil. 1, 481. Vetus Gloss. *Castus,* ἁγνός; Item: ἁγνός, ὁ καθαρός, *Castus.*

¶ Castum, *i*, n. etiam, vel Castus, *ūs*, m. dicebatur ille ritus, quo in sacris Isidis, Cereris, Matris Deûm a certis cibis & Veneris usu se abstinebant. Varro ap. Nonium 4, 87 *Et religiones & castus id possint, ut ex periculo eripiant nos.* Id. ap. Non. 3, 45 *Græco castu.* Vbi & Nævius: *Res divas edicit, prædicit castus.* v. Conject. Scalig. ad Varr. p. 148, & Theod. Canterum Var. Lect. 2, 21. Sic Gell. 10, 15 pr. *Cerimoniæ & castus multiplices:* quam lectionem Gronovius ex MSS. tuetur. Tibull. 2, 1, 13 *Casta placent superis.* Hinc & in ablat. *In casto Cereris esse* vel *contistere,* i. e. Cereri operari, ap. Festum in verbo *minuitur.* Conf. Tertull. adv. Psych. c. 16.

¶ Caste, pudice, sancte, keusch, züchtig. Cic. Fin. 4, 23 *Caste & integre vivere,* züchtig und erbar leben. Macrob. Sat. 1, 2 narrat, in convivio *cibum ac potum ubertim cumque affusit,* reich und reinlich. Liv. 12, 7 *Castius sacra privata facere.* Cic. de Ar. Resp. c. 12 *Quod* (fanum) *cum Dejotarus religione sua castissime tueretur,* id est sanctissime.

¶ Castĭtas, *ātis,* f. die keuschheit. Cic. de Leg. 2, 12 *Vestæ colendæ virgines præsint, ut advigiletur facilius ad custodiam ignis, & sentiant mulieres in natura femmarum omnem castitatem pati.* Ita Grut. & Gron. ubi obiter observamus verissimum longe videri alteram lectionem *peti* h. e. quæri, spectari. Horat. 3 ode 24, 22 *Motuos alterius viri certo fœdere castitas.* ¶ 2. Pro Minerva posuit Pallad. 1, 6, 14 *Græci jubent olivam, cum plantatur & legitur, a mundis pueris & virginibus operandum: credo recordati, arbori huic esse præsulem Castitatem.*

¶ Castĭtūdo, *ĭnis,* f idem sed perrarum. Accius apud Nonium 2, 124 *Ibi fas, ibi cunctam antiquam castitudinem.*

¶ Castimōnia

¶ Caſtimônia, æ. f. caſtitas, keuſchheit, zucht. Cic. Verr. 4. 45 extr. *Sacra per ſummam caſtimoniam virorum ac mulierum erant.* Et de leg. 2, 10 *Caſte jubet lex adire ad Deos: animo videlicet, in quo ſunt omnia: nec tollit caſtimoniam corporis.* Add. Apul. Met 9 p. 215. Et, *Caſtimonia decem dierum*, Liv. 39, 9. *Caſtimoniarum ſuperſtitiones* ſunt apud Plin. 31, 8 ſ. 44, ubi de halecis & gari generibus.

¶ Caſtimonium, *i*, n. idem. Vetus Gloſſ. *Caſtimonium*, ἁγνεία. Item ἁγνεια, *Caſtitas, Caſtimonium.* Idem etiam quod *Caſtus*, de quo paullo ante: hoc eſt purgatio & expiatio quædam, cum per certos dies a Venere & animatis cibis ſe abſtinebant. Vnde & Apulej. 11 Mileſ. p. 272 *inanimam caſtimoniam* dixit, hoc eſt, conjunctam cum abſtinentia a cibis animatis.

¶ Caſtimonialis, *e*. Pallad. Febr. t 25 *Caſtimoniale liquamen* de pyris. Sed non habent hanc vocem cod. Polit. neq. Creſc.

¶ Caſtificus, *a, um*, idem quod *caſtus*, apud poëtas. Sen. Hippol. v. 168 *Expelle facinus mente caſtificâ horridum.*

¶ Caſtifico, *are*, keuſch machen. Tertull. de Pudic. c. 19 *Caſtificare ſemetipſum.* Ambroſ. Serm. 14 *Caſtificemus corda noſtra*, hoc eſt, purgemus. Eſt & *caſtificari* apud Auguſt. Confeſſ. 9, 9.

¶ Incaſtus, *a, um*, non caſtus, unkeuſch. Gloſſ. gr. lat. ἀσεμνος, *inceſtus.*

¶ Incaſte, adv. idem. Sen. Controv. 2, 13 pr. *Torta eſt & incaſte.*

¶ Incaſtitas, *atis*, f. die unkeuſchheit; apud Sidon.

¶ Incestus, *a, um*, non caſtus, honeſto virginitatis vinculo ſoluto, unverbrochen, unzüchtig. Caſto ſimpliciter opponitur apud Sen. Hippol. v. 1179 *Morer, ſi caſta ea, vivo. Si incaſta amori.* Et mox v. 1190 *Iuvenisque caſtus crimine incaſto jacet.* Sic, *Inceſtus ſermo*, Liv. 8, 28. Capitolinus Macrino c. 2 *Quamvis magis, quam parricidam, quamvis magis, quam inceſtum, quamvis magis, quam impurum.* ¶ 2. Transfertur ad omne quod impurum eſt. Cic. Phil. 2, 2 *Ore inceſto lacerare.* Liv. 45, 5 *Inceſtas manus aſcire. Nuptiæ inceſtæ* de nuptiis honeſtati repugnantibus, Tac. An. 25, 7 *Flagitio inceſto ſe polluere*, ſchändliche hurerey, it. blutſchande begehen, Cic. pro dom. c. 40.

¶ Incestum, *i*, n. & incestus, *ûs*, m. vulgari ex uſu ſignificat ſtuprum commiſſum cum ſanguine conjuncta, eine blutſchande. Cic. Tuſc. 4, 35 *Acceſſare ſtupra, corruptelas, adulteria, inceſta, quorum omnium accuſabilis eſt turpitudo.* Tac. An. 12, 5, 2 *Quin & inceſtum metuebatur.* Et, *Inceptum committere intelligitur, qui ea his, quæ legibus aut moribus prohibentur, audere ducere, aliquam duxerit*, ut tradit Paul. I. 39 ff de rit. nupt. ¶ 2. Sed & hanc vocem poni pro quovis illicito concubitu, ſatis arguit, quod apud Sen. Herc. fur. v. 1157 *Inceſtus* vocatur Iovis cum Alcmena congreſſus. Obiect c. 97 *Inceſti pœnas ſubire.* Liv. Epit. 63 *Virgines Veſtales inceſti damnatæ ſunt; idque inceſtum quemadmodum commiſſum*, &c. ¶ 3. Quin pro violatione cærimoniarum, v. Caſtus n. 2. Cic. pro Mil. 22 *De ſervis nulla quæſtio eſt in dominum, niſi de inceſtu, ut fuit in Clodium. Proxime deos acceſſit Clodius -- cujus de morte tanquam de cærimoniis violatis quæritur.*

¶ Inceſte, adverb. unheilig, ſchändlich, blutſchänderiſch. Liv. 1, 45 ext. *Quidnam tu hoſpes paras inceſte ſacrificium Dianæ facere?* Id eſt parum pure & caſte. Sequitur enim: *quin tu ante vivo perfunderis flumine?* Hinc enim mos obtinebat, ut ſacra facturi ſe vivo flumine ante abluerent. Hunc morem cum negligere videretur Sabinus: Romanus moneret, inceſte, hoc eſt, *non rite* facturum ſacra. Lucret. 1, 98 *Inceſte nubere.* Cic. pro Cælio c. 14 extr. *Inceſte uti aqua*, hoc eſt, ad impuram Venerem aburi. Vide ſupra *Aqua.* Arnob. 5 p. 170 de Iove matrem contaminaturo: *Agit inceſtias res ſuas.*

¶ Inceſto, *are*, blutſchande begehen. Plaut. Pœn. 5, 2, 136 *Neque puellam eam inceſtavit unquam.* Tac. An. 6, 19, 1 *Inceſtaſſe filiam.* Traiare Virg. Æn. 6, 150 pro polluere, verunreinigen, entheiligen. *Totamque inceſtat fanere claſſem.* Sic & Sidon. 3 epiſt. 13 *Inverecundis verbis animam reverentiam inceſtare.*

¶ Inceſtuôſus, *a, um*, idem quod *Inceſtus.* Val. Max. 6, 3, 7 *Mandavit, ut de his, quæ jacris bacchanalium inceſtuoſe fuerant, inquirerent.* Sed fere vincit altera lectio *inceſta ejus.*

¶ Inceſtificus, *a, um*, aliud adject idem. Sen. Theb. v. 223 *Ego caſtem manum N. fandis, inceſtificus, execrabilis Attrecto?*

Caſula, vide *Caſa*, Caſus, *Cado.*

CATABATHMOS, *i*, m. vallis devexa, Ægyptum ab Africa dividens. Nomen *Catabathmi* a re ipſa accepit, quod in ea parte admodum declivis ſit, quodque non niſi præcipiti deſcenſu adeatur. Nam καταβαινειν ſignificat *deſcendere*: Vnde *καταβάθμος, deſcenſus*, utitur Sall. Iug. 17, 4. vide Geogr.

Catabolenſis, catabolicus, catabolium, vide *Bole.*

CATACECAVMENE, ες, f. κατακεκαυμένη, a κατακαίω, comburi, uti Cælius ant. lect. 4, 14 deſcribit, eſt regio ſole perusta, quam Myſi poſſident & Lydi, exuta arboribus omnino viſitur, præter vitem. Meminit & Vitruv. 2, 6 ſpongiæ ibi naſcentis. Inde

¶ Catacecaumenites, æ, m. vinum generoſum, quod colles in Myſia producunt, de quo & Cælius l. c. & Plin. 14, 7; Vitruv. 8, 3.

CATACHRĒSIS, *is*, f. κατάχρησις, abuſio vocabuli proprii pro non proprio. v. Feſt. e. g. Virg. Æn. 2, 15 *Equum divinâ Palladis arte Ædificant.* Et ecl. 7, 1 idem: *Vir gregis ipſe caper deerraverat?* Cum hominum aliqui proprie viri ſint. Vide *Acyrologia.* Eam interdum neceſſariam eſſe ait Quintil. 8, 2 & 6; Chariſ. p. 244 & 252. Adde Tertull. adv. Marc. 3, 5, Mart. Capell. 5 p. 167. Cic. in Orat. c. 27.

CATACLISTVS, *a, um*, κατακλιστος, conclusus, affrictus, verwahrt, verſchloſſen; ut, *Veſte nivea & catacliſta prænitens*, i. e. in area repoſita & feſtivis tantum diebus adhibita, Apul. 11 Met. p. 200 edit. Colvii. Sed Elmenh. p. 261 habet *Cataclita.*

¶ Cataclisticus, *a, um*, carus, pretioſus, koſtbar. Fortunatus: *Quæ manus artificis cataclisticæ fila rotavit.*

CATACLITA, *orum*, n. pl. κατακλιτα, i. e. accubita, tiſch-polſter. Tertull. de Pallio c. 3 *Pavo pluma veſtis, & quidem de cataclitis.* Vid. ibi Salmaſ & *cataclistus.*

CATACLYSMVS, *i*, m. κατακλυσμος, diluvium, a κατακλύζω *demergere*, die ſündflut, ergieſſung der waſſer. Varro R. R. 3, 1 *Ecbe ante cataclyſmum Oggis condita dicuntur.* Tertull. Apol. c. 40 *Totum orbem cataclyſmus abluit.* Lactant. 2, 12 *Ignorent, quo tempore cataclyſmus ſit factus in terra*, quod paullo ante dixerat, *factum eſſe diluvium.* Hygin. fab. 153 *Cataclyſmus, quod nos diluvium vel irrigationem dicimus.*

Catacriſis, vide *Criſis*, Catadromus, *Dromo.*

CATADVPA, *orum*, n. pl. locus in Æthiopia, quæ Ægypto jungitur, (inde enim Ægyptus incipit) ubi per præruptorum ſcopulorum præcipitium ingens Nilus (qui ibi demum hoc nomen ſumit, variis ante appellationibus, nunc Nigris, nunc aliter nominatus,) tanto fragore ruit in planum, ut accolæ, qui & ipſi *Catadupi* vocati, aurium ſenſum amiſerint, & neceſſe fuerit alio transferri, ut Sen. Nat Qu. 4, 2; & Amm. Marcell. 22, 34 & 36 prodiderunt. Cic. de Somnio Sc. c. 5 experſona Africani majoris: *Hoc ſonitu oppletæ aures obſurduerunt: nec eſt ullus hebetior ſenſus in nobis: Sicut ubi Nilus ad illa, quæ* CATADVPA *nominantur, præcipitat ex altiſſimis montibus: cadens, quæ illum l cum accidit, propter magnitudinem ſonitus, ſenſu audiendi caret.* De loco ipſo Strabo, itemque Plin. 5, 9, nec non Vitruv. 8, 2, & Macrob. Somn. Scip. 2, 4.

CATAEGIS, *idis*, f. καταιγις, præfractus ventus, ein ſturmwind. Apul. de Mundo p. 62 ed. Elmenh. Sen. Nat. Qu. 5, 17; & Cæl. Rhod. Lect. Ant. 13, 6; & 20, 19.

Catagelaſimus, vide *Geloſimus*; Catagrapha, *phus*, *Graphe.*

CATAGVSA, *æ*, f. ſimulacrum ex ære a Praxitele effictum, Plin. 34, 8.

CATALECTA, *orum*, n. pl. κατάλεκτα: ut, *Catalecta Maronis*. Auſon. Edyll. 12 Grammat. v. 5. *A colligendo* dicta, judicante Scaligero p. 219 edit. Lindebr. a *delectu* caſtrenſi voce καταλέγω, κατάλογος. Verum

¶ Catalecticus, *a, um*, Καταληκτικος, ut, *Catalecticum* & *Catalectum carmen* dicitur, vel trimetron, vel tetrametron, cui ſyllaba deeſt, a καταλήγω. Diomed. 3 p. 501 *Catalectica ſpecies, eſt verſus minus habens metricæ conſtitutionis.* Priſcianus Partit. verſuum p. 1216 *Catalecticos dicunt, quibus deeſt in fine aliquid: Acatalecticos, quibus nihil deeſt.* Sic

¶ *Acatalecticum metrum* dicimus, quod pedibus legitimis abſolvitur, & nec abundat, nec defectu aliquo laborat. Exempla in verſibus Terentianis & Plautinis ubique obvia ſunt. Sed

¶ *Hypercatalecticum metrum* eſt, quod una ſeu pluribus ſyllabis abundat, quod in Hexametro carmine Hypermetron dicitur.

CATALEPSIS, *is*, f. κατάληψις. Cic de Fin. 3, 5 *Cognitione vel ſi hæc verba aut minus placent, aut minus intelliguntur*, κατάληψις *appellemus licet.* Id. Acad. 1, 11 vocat κατάληπτον, *comprehenſibile.* Ita enim noſtri begreiflich. ¶ 2. Eſt & *Catalepſis* malum e vehementi cerebri refrigeratione cum ſicitate, a quo ſomnus profundior, quam fert natura, naſcitur, lethargus, die ſchlafſucht. Hadrian.

¶ Acataleptos, on, *i*, ἀκατάληπτος, incomprehenſibilis, unbegreiflich. v. Cic. Acad. 2, 6. Tertull. adv. Valent. c. 35 *Hæretici æonem conſtituerunt acataleptom.*

¶ Acataleptia, *æ*, f. ἀκαταληψία, *incomprehenſibilitas*, die unbegreiflichkeit. Cic. ad Att. 13, 19. Ratio eorum, qui negant, quidquam comprehendi poſſe.

Catalogus, vide *Logus*; Catamidio, *are*, *Catomidio* in *Catomum.*

CATAMITVS, *i*, m. a veteribus Romanis, nec dum aſſuetis Græcæ linguæ, appellatus eſt, qui *Ganymedes* Græcis dicebatur, & Iovi in deliciis fuiſſe traditur. Ita enim idem *Alcedonem* quoque *halcyonem* dixerunt, ut Feſtus in *Alcedo* & *Alumento* obſervat. Idem *Catamitum*, inquit, *pro Ganymede dixerunt: qui fuit Iovis concubinus.* Vet. Gloſſ. *Catamitus*, γανυμήδης. Arnob. 5 p. 172 *Cum illis Catamitus poſt pudoris ſpoliatus eſt honeſtate*, conf. lib. 4 p. 145. Et Cyprian. Ep 2 *Exprimunt in theatris Iovem illum ſum, non magis regno, quam vitiis principem, in terrenos amores cum ipſis ſuis fulminibus ardentem nunc in plumas oloris albeſcere: nunc aureo imbre deſluere: nunc in puerorum pubeſcentium raptus miſtris avibus profilire.* Lactant. 1, 11 *Rapuiſſe dicitur in aquila Catamitum.* Plaut. Men. 1, 2, 34 *Vidiſti tabulam pictam in pariete, ubi aquila Catamitum raperet, aut ubi Venus Adonem?* Quia ergo Iovi & in deliciis, & a poculis fuit, accipitur *Catamitus* ¶ 2. Pro *Amaſio*, ein buhler. Apul. 1 Mil. 95 *Hic eſt carus Endymion, hic catamitus meus.* ¶ 3. Pro *Pocillatore*, ein mundſchencke. Auſon. Epitaph. 33 *Aut Iovis Elyſii tu Catamitus eris.* Sic apud Arbitrum c. 83 & 92 de Gitone coram miniſtrante Eumolpus *Laudo*, dicit *Ganymedem.* Apul. 11 Mil. p. 667 *Vidi ſimiam pileo textili crocotisque phrygiis, Catamiti paſtoris ſpecie, aureum geſtantem poculum.* ¶ 4. Pro *molli & effœminato*, ein weichling. Cic. Phil. 2, 31 *O hominem nequam! ergo ut te Catamitum, nec opinato, cum oſtenderiſſes*, &c.

CATAMPO, *onis* genus feſto, quam κατ' ἔμφω.

CATANA, *æ*, f. Siciliæ oppidum, quod & *Catina* ſcribitur, ubi ſimulacrum Cereris fuit. Cic. Verr. 4, 5. De eo Strabo, alii, & Plin. 3, 5. Sil. 14, 19, 6. Inde fuere duo fratres *Amphinomus* & *Anapius*, (quamquam alii aliter appellant) quorum alter patrem, alter matrem ſublatam in humeros ex Ætnæ montis incendio eripuit, ipſis flammis pietati eorum cedentibus. Eam hiſtoriam præter Strabonem lib. 6 p. 185; Stobæum Serm. 77; Pauſaniam, alios, luculentis verſibus Severus Poemata de Ætna extr: item Claudianus peculiari carmine, eoque egregio, celebravit; quod inter Epigrammata numero 35 legitur. Meminit & Sen. de Benef. 3, 37; Val. Max. 5, 4 ext. 4; & Solin. c. 11.

¶ Catanæus, *a, um*, adject. ut, *Catanæi fratres*: Horum ſepulcri locus dictus eſt *campus piorum.* v. Solin. l. c.

¶ Catinenſis, *e*, idem; ut, *Catinenſis regio*, Solin. l. c.

CATANANCE, *es*, f. herba Theſſala, ſtrichkraut, Plin. 27, 8; Dioſc. 4, 134.

CATAONIA, *æ*, adject. ſupra Ciliciam regio, confinis Cappadociæ, ut Nepos 14, 4, 1 deſcribit. Vid. Strab. & Plin. 6, 2.

CATAPANVS, *i*, m. nomen præfecti, miſſi olim a Byzantinis imperatoribus in Apuliam & Calabriam, ut ibi, quæ ſui eſſent imperii, adminiſtraret; unde & regio quædam *Catapanata* nomen invenit. v. Sigonius lib. 8 regni Ital. & Reinel. Var. Lect 3, 1 p 309 ſeqq Videtur autem vox *Catapanus* ex corrupta *Capitaneus* orta eſſe.

CATAPĔTASMA, *ătis*, n. καταπέτασμα, velum, quo mulieres utuntur, ut arceant aſpectum, eine flatterne ſchleyer. Pollux 7, 22.

CATAPHAGES, *æ*, m. καταφαγάς, voras, heluo, ein freſſer, ſchlemmer. Petron. c. 39 *In ſcenæ cataphagæ naſcantur.*

CATAPHRACTA, *æ*, f. καταφρακτή, eſt tegmen linteum ferreis ſquamis confertum, quod modo pectus, modo totum hominem & to-

tum equum munit, ein harniſch, küriß. Veget. de Re mil. 1, 20 *Ab Vrbe condita usque ad tempus Gratiani & cataphractis & galeis muniebatur pedestris exercitus. Sed cum campestris exercitatio interveniente negligentia desidiaque cessaret, gravia videri arma cœperunt, quæ vero milites induebant. Itaque ab Imperatore postulatum, primo cataphractas, deinde cassides deponere: sic detectis pectoribus & capitibus congressi contra Gothos milites nostri, multitudine sagittariorum sæpe deleti sunt.* Hæc de peditum *cataphractis* Vegetius. De equitum Tacitus meminit Hiſt. 1, 79, 5 *Sed tum humido die, & soluto gelu, neque conti, neque gladii, quos prælongos utraque manu regunt*; (de Sarmatis ſermo eſt) *usui, lapsantibus equis, & cataphractarum pondere, id principibus & nobilissimo cuique tegmen, ferreis laminis, aut præduro corio consertum, ut adversus ictus impenetrabile, ita impetu hostium provolutis inhabile ad resurgendum.* Vitatiſſima hæc armatura apud Perſas fuit, qui tales equites *Clibanarios* vocabant; Sed apud Sarmatas etiam celebratam, ille Taciti locus arguit ſatis.

¶ Cataphractus, *a, um*, loricatus, gepanzert, geharniſcht. Subſt. miles aut eques, aut equus cataphracta tectus; ein Panzirer. Liv. 37, 40 *Tria millia cataphractorum equitum.* conf. ibid. c. 42. Salluſt. ap. Non. 18, 28 *Equites cataphracti ferrea omni specie.* conf. ibid. ex Sitenna. Propert. 3, 11, 12 *Ferreus cataphractus.* Equum talem Virgilius Chloreo tribuit Æn. 11, 770 cum ait: *Spumantemque agitabat equum, quem pellis aheneis In plumam & squamis auru conserta tegebat.* Vbi Servius: CATAPHRACTVM *eum fuisse significat. Cataphracti autem equites dicuntur, qui & ipsi ferro muniti sunt, & equos similiter munitos habent*, &c. Vide ipſum locum. Elegantiſſime de iis Claud. in Ruffin. 2, 357 *Quos operit formatque chalybs: conjuncta per artem Flexilis inductis hamatur lamina membris, Horribilis visu. Credas simulacra moveri Ferrea, cognatoque viros spirare metallo*, &c. Id. Conſ. Hon. 6, 569 *Vt chalybem indutos equites, & in ære latentes Vidis cornipedes: quanam de gente rogabat Ferrati venere viri: quæ terra metallo Nascentes informat equos?* Et quæ ſequuntur æque venuſta, ut ni hil ſupra poſſit. His *Cataphractis equitibus disciplina pugnandi fuit, ut cum aciem arietassent, impressionis terrorem servarent, & immunes vulnerum* (quippe qui toti ferro tecti) *quicquid oppositum sine hæsitatione perrumperent*, ut ferme de iis Nazarius Paneg. Conſtantini ſcribit c. 22. Sed quomodo eorum vis eludi poſſit, cap. ſeq. ſub exemplo oſtendit. Vid. & Heliodor. Æthiop. lib. 9.

¶ Cataphractarius, *i*, m. idem qui *Cataphractus*. Sic Lamprid. in Alex. c. 56 & Treb. Pollio in Claudio c. 16 *Cataphractarios* appellant.

CATAPIRATES, *æ*, m. καταπειρατης, vel potius καταπειρατηκὸς, inſtrumentum, quo nautæ maris altitudinem explorant, ein bleywurff. Iſid. 19, 4 *Catapirates* (male *Cataporates*) *linea cum massa plumbea, qua maris altitudo tentatur.* Plaut. Aul. 4, 1, 12 *Ne possum aveat tanquam catapirates maris*: Ita Lambinus lacunam hic aliquam ſupplendam ſtatuit. v. Taubm. & Gronov. Conf. Doutam in Lucilii reliqu. incert. n. 11 p. 5.

Cataplaſma, cataplaſmo, vide *Plaſmo*, Cataplectatio, *plecto*.

CATAPLEXIS, *is*, f. κατάπληξις, obſtupefactio, die erſtaunung. De muliere, quæ quaſi Dea corporis mole attonitos reddit, & in ſui admirationem rapit homines, Lucret. 4, 1156 *Immunis cataplexis, plenaque honoris.*

CATAPLVS, *i*, m. Græcum merum eſt, κατάπλους: qui proprie dicitur, cum ex alto redit navis, atque in portum, unde exierat, remeat. Inde haud rato *Cataplus* dicitur claſſis, quæ Alexandriam ibat, & Romam redibat, eine flotte, ſchiffahrt. Martial. 12 epigr. 75, ut Turnebus 30, 26 legit: *Cum tibi Niliacus portet ciyssulia cataplus.* Sic *Cataplus Puteolanus*, Cic. pro Rab. Poſt. c. 14. Reperitur hæc vox & apud Sidon. 6 epiſt. 8; & 7 epiſt. 7; & Vlp. 1 Dig. 16 l. 4 § 5. Auſon. de claris urbibus in Narbone extr. *Toto tibi navigat orbe Cataplus.* v. Caſaub. ad Suet. p. 120.

CATAPOTIA, *orum*, n. pl. καταπότια, vulgo pilulæ, pillen, ſic enim dicuntur a devorando, καταπίνειν. Vſus eſt hac voce Scrib. Largus Comp. 155 ſeq. Plin. 26, 8; Celſus 5, 25. In colloquio ſenili Eraſmi alter ſenum rogatur, quibusnam artibus & animi vigorem & corporis ad decrepitam usque ſenectutem retinuerit? reſpondet: *Neque venam incidi unquam, neque devoravi catapotia.*

CATAPVLTA, *æ*, f. καταπέλτης, machina bellica, quæ ligna jaculabatur, ein armbruſt. *Balliſtæ* enim laxa torquebant. v. Lipſ. Poliorc. 3, 2. Cæſar tamen confundit, & *catapultam* pro *balliſta*: *balliſtam* pro *catapulta* dixit. Exempla habes de B. C. 2, 2 & 9. vide præterea Vitruv. 10, 15; Hirt. B. Afr. c. 31; Liv. 39, 5. Sidon. Carm. 22, 123 *Non quæ ſtridentes torquet catapulta molares.* ¶ 2. *Catapulta* non ſolum tormentum, ſed etiam telum eſt, ein polzen. v. Plaut. Curc. 3 v. 28; & 5, 3, 11; Capt. 4, 2, 16. conf. Turneb. 15, 1.

¶ Catapultārius, *a, um*, was zum armbruſt gehörig. Plaut. Curc. 5, 3, 11 *Pilum catapultarium*, quod ejicitur catapulta, ein polzen.

CATARACTA, & Catarracta, *æ*, f. & Cataractes, m. (Καταράκτης) a καταράττειν. Revera adjectivum eſt, & tribuitur iis, quæ ex alto cum impetu ruunt. Vnde & prædatrices aves, ut ſunt aquilæ atque falcones, quod ex alto ruunt in prædam, *Cataractæ* appellantur Iubæ apud Plin 10. 44 ein falcke, ſtoßvogel. ¶ 2. Item torrentes, qui ex montibus ruunt potius, quam fluunt, & ita Græci procellam quoque καταβάκτην ὄμβρον appellant. ¶ 3. Dicuntur & fluvii *cataractæ*, qui ex montium cacuminibus in ſubjecta magno aquarum ſtrepitu cadunt, ut *Nilus, Manjyas* &c. Quare & ipſi præcipites lapſus fluminum, *cataractæ* vocantur, waſſerfälle. v. Vitruv. 8, 2. Plin. 5, 9 de Nilo: *Noviſſimo cataractæ inter occurſantes ſcopulos non fluere immenſo fragore creditur, ſed ruere.* Nilus enim incluſus montibus non uno loco *cataractes* eſt: noviſſime autem ad Catadupas Æthiopes; poſtea enim *lenis & contractis aquis, domitaque violentia*, ut idem Plinius loquitur, *multis quamvis faucibus in mare Ægyptium ſe evomit. Noviſſimo cataractæ*, id eſt, noviſſimo lapſu per præcipitia. Male autem hunc locum Plinii accepit Solinus: quo *cataractas* ſcopulorum clauſtra interpretatur, per quæ æſtuans Nilus eluctatur & ruit. Non enim de loco, ſed de flumine ipſo *noviſſimum cataractæ* Plinius dixit: ut vere animadvertit Salmaſius. Eodem errore Ammianus 22, 36 *Cataractas* Nili, *præruptos ſcopulos* interpretatur. Lucanus quoque non aliter accepit, cum 10 v. 315 & ſeqq. ſcriberet: *Quis te tam lene fluentem Moturum tantas violenti gurgitis iras, Nile, putes? nam cum lapſus abrupta viarum Excepere tuos, & præcipites cataractæ, Ac nusquam vetitis ullas obsistere cautes Indignaris aquis, ſpuma tunc aſtra laceſſis*, &c. *Cataractas* enim non de Nilo dicit, ſed de loco. ¶ 4. Sunt & *Cataractæ portæ* penſiles ex ligno ferroque cancellatæ, quæ demitti ac attolli pro neceſſitate poſſunt, cujusmodi adhuc in portis veteſtis oppidorum videre eſt, ſchutz-gitter, fallgatter. Earum mentio apud Liv. 27, 28, ubi & earum uſum notare licet: & apud Vegetium 4, 4. Nomen ideo inditum, quod repente, & cum impetu decidant. ¶ 5. Refertur etiam ad moles, quibus flumina cohibentur. Plin. 10 epiſt. 69 *Expeditum erat, cataractis aquæ cursum temperare*, ein währ oder ſchleuſſe bauen. Et Rutil. 1, 481 *Tum cataractarum clauſtris excluditur æquor.* Apud Græcos etiam καταῤῥάκτης ita accipi contra Salmaſ. Exerc. Plin. p. 298 ex Arriano de Exped. Alex. 7, 7 docet Spanh. de uſu & præſt. num. p. 127.

¶ Cataractria, *æ*, f. aromatis ſeu condimenti genus, joculariter fictum a coquo Plauti Pſeud. 3, 2, 47.

CATARRHVS, *i*, m. deſtillatio, a καταῤῥέω, ein fluß des haupts, ſchnupfen. v. Celſ. 5, 5. Gloſſ. Cyrill. *Catarrhus*, καταῤῥυσις. Vſus verbi tritus apud Medicos. v. g. *Catarrhi remedium pilulæ Alexipharginæ ſunt*, haupt-pillen vertreiben den ſchnuppen. v. Marſ. Ficinus lib. 1 de conſervanda valetudine ſtudioſorum. Sic *Catarrhus ſuffocativus*, ein ſteckfluß. Leguntur in præceptis de tuenda valetudine hi verſus:

Febris, pigrities, capitis dolor, atque catarrhus,
Hæc tibi proveniunt ex ſomno meridiano.

¶ Catarrhoſus, *a, um*, mit einem fluß beladen, ſchnuppicht. Oct. Horat. 2, 21 *Catarrhoſis mederi.*

¶ Catarrhizo, *are*, catarrho laborare. Hinc

¶ Excatarrhizo, *are*, omnem ſuccum & humorem auferre, ausſchneutzen. Tralate Petron. c. 67 *Excatarrhizaſti me*, i. e. omnes pecuniarum vires abſumpſiſti mihi, du haſt mich ums geld geſchneutzet, den beutel gefeget.

CATASCEVE, *es*, f. κατασκευή, eſt confirmatio propoſitæ rei, uti declarat Iſid. 2, 12. *Anaſceve* eſt ejusdem refutatio. vid. Quintil. 2, 4.

Cataſcopium, cataſcopus, vide *Scopus*.

CATASTA, *æ*, f. pegma ligneum, in quo venales ſervi collocabantur cum venderentur, aut ad venditionem pararentur, ut ſcilicet in eis poſſent omnia membra conſpici, quippe qui nudi exponebantur. Suet. de Illuſtr. Grammat. c. 13 *Laberius Hiera emtus suo hero de cataſta & propter literarum ſtudium manumiſſus.* Martial. 10 ep. 76 *Nec de Cappadocis eques cataſtis*: Subaudi, *emtus*. Adde Tibull. 2, 6, 42 & viros doctos, quos laudat Brouckh. ¶ 2. Dicitur *Cataſta* & pegma illud, cui imponi ſolent, qui ſuppliciis afficiuntur, ein ſchavot. Prudent. Periſt. hymn. 14, 467 *Emitto vocem de cataſta celſior.* ¶ 3. Eſt & *Cataſta* machina ad torquendum parata, quæ vulgo *equuleus* dicitur, aut eidem non diſſimilis, die folterbanck. Iſid. in gloſſ. *Cataſta, Eculeum genus pœnæ. Cataſta lectus ferreus.* Prudent Periſt. hymn. 1, 55

Seu foret præbonda cervix ad bipennem publicam,
Verberum poſt vim crepantem, poſt cataſtas igneas.

V. Caſaub. ad illud Perſii ſat. 6 extr. *Ne ſis præſtantior alter Cappadoca rigida pingues plauſiſſe cataſta.* ¶ 4. Apud Rutil. itin. 1, 393 *Mendacis deliramenta cataſtæ* intelligit de ſuggeſto in Synagogis Iudæorum Burm. quem vide.

Cataſtactice, vide *Statice*.

CATASTAGMVS, *i*, m. deſtillatio, gravedo, καταστάγμος, der ſchnuppen. Celſ. 4, 5.

Cataſtaſis, vide *Staſis*, Cataſtole, cataſtolicus, *Stola*, Cataſtroma, *Stroma*, Cataſtrophe, *Stropha*.

CATASTVS, *i*, m. eſt in quibusdam editionibus apud Martialem & Vitruvium; Sed ibi legendum *Cataplus*, & hic *Catlaſter*, de quibus ſuis in locis. Cæterum interpretantur, qui ita legunt, *Cataſtum* ſervum de cataſta.

Catatechnus, Catatonus, vide *Techna*, *Tonus*.

CATAX, *ācis*, antique claudus, lahm, hinckend. Feſtus: Nonius 1, 100 *Catax dicitur, quem nunc coxonem vocant.* conf. Lucil. Sat. 2, 2.

Cate, vide infra *Catus*.

CATĒCHESIS, *is*, f. κατήχησις, inſtructio, quæ fiebat viva voce vel ad pueros vel ethnicos adultos, antequam ad baptiſmum admitterentur: tradebantur autem illis elementa fidei & doctrinæ Chriſtianæ; die kinder-verhör oder lehre vom chriſtlichen glauben. Hieron. epiſt. 61, 4 ad Pammach. *Quæ indefinenter in eccleſia docemus, & in catecheſibus.* Id. de Scriptor. Eccleſ. in Clemente Alexandrino: κατηχήσεων *magiſter fuit.*

¶ Catechēticus, *a, um*, κατηχητικὸς, zur kinder-lehre nöthig; ut, *Catechetica doctrina, inſtitutio*, &c.

¶ Catechiſmus, *i*, m. κατηχισμὸς, libellus fundamenta religionis breviter docens, die haupt-ſumma chriſtlicher lehre. Auguſt. T. 4 p. 67 &c.

¶ Catechiſo, ſive Catechizo, *are*, in primis fundamentis fidei erudire, unterrichten in der lehre. Tertull. de Corona c. 11 *Centurionem Petrus catechizat.* Et adv. Marcion. 4, 29 cum caſu tertio: *Aut illi catechizat.* Auguſtinus ſcripſit librum, quem hoc titulo prænotavit: *De catechizandis rudibus*; v. Retract. 2, 14. Interpr. Irenæi 3, 41 *Gentes catechizabat Apoſtolus.*

¶ Catechiſta, *æ*, m. κατηχιστὴς, qui pueros vel adultos erudit & exercet in doctrina pietatis, ein catechiſmus-lehrer. Quod officium in ſchola Alexandrina primum ſuſtinuit Origenes, atque ante eum Heraclas & Demetrius, qui omnes poſtea epiſcopi facti ſunt.

¶ Catēchūmēnus, *i*, m. κατηχούμενος, auditor, qui imbuitur rudimentis pietatis, & in templis tantiſper dum erudiatur, in peculiari loco conſiſtit, ſeparatus a reliquis cœtibus, ein catechiſmus-ſchüler, junger Chriſt. v. Iſidor. 7, 14. Tertull. de Corona c. 2 *A catechumenis usque ad confeſſores & martyras.* Hieron. ep. 83 ad Oceanum c. 2 *Catechumeni ſunt fidei candidati.* Ibid. c. 4 *Heri catechumenus, hodie pontifex.*

¶ Catechu-

¶ Catechumēna, æ, f. Ambrof. epiſt. 34 ad ſacras virgines: *Virgo ſanctiſſima, licet catechumena.* Auguſtin. epiſt. 169 ad Euſebium: *Eccleſiæ quidam colonus filium ſuam, quæ apud nos fuerat catechumena,* &c.

¶ Præcatechizatus, *a, um,* vorher unterrichtet. Vet. Interp. Irenæi 4 *Præcatechizatus Prophetis*

CĂTĒCHVNTES, κατηχοῦντες, *loci, qui naturaliter impediunt motus vocis, uti diſſonantes,* Vitruv. 5, 8. conf. Baldi Lex. p. 22.

Categorema, categoria, categoricus, vide *Agoræus.*

CĂTĒIA, æ, f. ein pfeil, geſchoß. Inter tela nominat Gell. 10, 25. Virg. Æn. 7, 740 *Et quos maliferæ deſpectant mœnia Abellæ,*
Teutonico ritu ſoliti torquere catejas.

Vbi Servius: CATEIAS *tela Gallica: unde & Teutonicum ritum dixit:* Catejam *quidam aſſerunt, teli genus eſſe tale, quale* aclides *ſunt, ex materia quam maxime lecta, cubiti longitudine: tota fere clavis ferreis illigata, quam in hoſtem jaculantes lineis, quibus eam annexuerant, reciprocam faciebant. Catejæ autem lingua Theutiſca haſtæ dicuntur.* Siſius 3, 277 *Pandâ magus eſt armata cateja:* Panda, id eſt, recurva. vid. Dausquei. ad h. l. it. Lipſ. Poliorc. 4, 4; Cerda ad Virg. Æn. 7, 732; Barth. Adverſ. 36, 7 quos laudat etiam Drakenb. Meminit & Val. Flaccus 6, 83.

Catella, vide *Catena,* Catellus, *Canis.*

CĂTĒNA, æ, f. vinculum captivorum, a *capio* & *teneo,* eine kette. Cic. Verr. 5, 41 *Hominibus innocentibus injici catenas jubet,* er läßt ſie in ketten und banden ſchlagen. Conf. Liv. 30, 10. Sic, *Medo nectere catenas,* Horat. 1 od. 29, 4. Flor. 3, 5, 30 *Ariſtobulo catenas dedit,* i. e. injecit. Sic, *Catenis conſtringere.* Cic. pro Sext. c. 7; *compeſcere,* Horat. 1 epiſt. 2, 63; *vincire,* Ovid. Met. 15, 601. Virg. Æn. 6, 558 *Tractæque catenæ.* Propert. 3, 21, 28 *Andromedæ reſonant catenæ.* Plin. 33, 3 *Catenæ mulierum.* Apud Celtas in encomion eloquentiæ Hercules pingebatur catena aurea, ex lingua ipſius dependente atque ad aures circumſtantium pertingente, ita ut alligarentur, ac ſua ſponte ultro citroque ſequerentur, quocunque ab Heroe ducerentur. Hic eſt Ogmius ille Hercules, de quo ſ. l. ¶ 2. Vt de amantibus, conjugibus & conſanguineis voces, *vincula, nexus, nodi* adhibentur; ſic *catenam,* Propert. 2, 12, 25 adhibuit:

Atque utinam hærentes ſic nos vincire catena
Velles, ut nunquam ſolveret ulla dies.

Ad alia etiam transfertur. Plin. L. 2 ep. 8 *Tot quaſi catenis majus indies occupationum agmen extendit.* ¶ 3. Dicuntur *catenæ* & lignea vincula, quibus aſſerex trabibus contignationis tectove affiguntur, bänder. v. Pallad. R. R. 1, 13 & Vitruv. 7, 3. ¶ 4. *Catenæ* cognomentum Paulo cuidam, qui plurimos admirandis technis deferebat apud Conſtantium, inditum eſt, *quod in complicandis calumniarum nexibus erat indiſſolubilis,* ut relatum eſt ab Amm. Marcellino 14, 5 & 15, 3.

¶ Catēnula, æ, f. diminut. Onomaſt. Vet. *Catenula,* ἁλυσίδιον. Sed uſitatius

¶ Catella, æ, f. monile muliebre, eine ſchmuck-kette, hals-kette. Horat. epiſt. 17, 55 *Sæpe catellam, ſæpe periſcelidem raptam ſibi ſtentis.* ¶ 2. Erat etiam virile ornamentum, virtutis præmium. Liv. 39, 31 extr. *Quintius ſuos equites catellis ac fibulis ornavit.*

¶ Catēnarius, *a, um*: ut, *Canis catenarius,* ein kettenhund. Sen. de ira 3, 37 & controv. 20; Petron. c. 72.

¶ Catēno, *are,* catena vincire, feſſeln. Non ſemel uſus eſt Venant. Fortunatus. v. g. 8, 4, 268 *Braſſea gemmatum cycladem fila catenant.* Onomaſt. Vetus: *Cateno,* πεδέω. Hinc

¶ Catēnātus, *a, um,* gefeſſelt; ut, *Catenatus janitor,* Colum. præf. lib. 1. Et, *Catenati cultores,* id eſt, vincti ſervi in villis, Flor. 3, 19, 3. Horat. epod. 7, 7 *Intactus aut Britannus ut deſcenderet Sacra catenatus via.* Martial. 1 epigr. 16, 7 *Curæque catenatique labores* ſtate ſorgen. Quintil. 1, 1 extr. *Verſus ex pluribus & aſperrime coeuntibus inter ſe ſyllabis catenati,* zuſammen gefetzt.

¶ Catenātio, *ōnis,* f. die verbindung. Sic colligatio trabium ſeu coagmentatio apud Vitruv. 2, 9 *Firmas recipiunt catenationes.* Et 10, 1 *Catenationibus continetur.*

¶ Concateno, *āre,* zuſammen häckeln. Lactant. 3, 17 de Epicuri corpuſculis atomis: *Hamata eſſe oportet, ut poſſint invicem concatenari.* Ambroſ. epiſt. 23 pr. *Concatenantur ſibi epiſtolæ noſtræ.*

¶ Concatēnatus, *a, um,* an einander hangend. Min. Felix c. 17 fect. 2 elementa & alia univerſitatis metaphorice dixit *coherentia, connexa, concatenata.* Ergo non ineleganter *labores concatenati* vulgo dicuntur, qui ſe excipiunt & continue inſequuntur; uti ſimplex *Catenatus* Martialem uſurpaſſe vidimus.

¶ Concatenatio, *ōnis,* f. der zuſammenhang. Tertull. Apolog. c. 19 *Concatenationes temporum.* Cæl. Aurel. Chron. 3, 2, 15 *Concatenatio mentis,* i. e. conſtrictio, die erſtarrung.

¶ Incateno, *are,* einfeſſeln, apud Feſtum.

CĂTĔNOPLIVM, *i,* n. κατενόπλιον, ſpecies fuit rhythmi carminisque, ad quod ſaltabant veteres arma quatientes, uti apud Suidam legimus. Auſon. epiſt. 10, 41 *Nobiſcum invenies catenoplia, ſi libet uti.*

CĂTĔRVA, æ, f. agmen militum numeroſum. Veget. 2, 2 *Galli atque Celtiberi, pluresque barbaricæ nationes catervis utebantur in prœlio, in quibus erant ſena millia armatorum:* ad quem locum v. Miſc. obſerv. Vol. 7 p. 345. Conf. Iſidor. 9, 3. *Conductitias catervas,* pro mercenario ſeu conducto milite Nepos dixit 12, 1, 2. Horatius *turmæ,* quæ equitum fuit, oppoſuit: cohortem nempe peditum intelligens, 2 ep. 1, 190 *Dum fugiunt equitum turmæ peditumque caterva.* Cic. pro Domo c. 42 *Forum armatis catervis poſſidere.* ¶ 2. *Caterva* tralate quævis multitudo eſt, eine menge; ut, *Caterva teſtium,* Cic. Verr. 5, 43; *Anguinea caterva,* Tibull 3, 4, 87. ¶ 3. In Mauritania prope Cæſaream fuit olim luſus *Caterva* dictus, ubi convenerunt cives, propinqui, fratres, parentes ac filii, qui certis diebus ſolenniter ſe invicem lapidibus petierunt, donec alius alium occideret. v. Auguſtin. de Doctr. Chriſt. 4, 24.

¶ Catervārius, *a, um*: ut, *Catervarii pugiles, gladiatores:* quorum non ſinguli cum ſingulis, ſed plures cum pluribus miſtim & catervatim pugnabant *Catervariorum pugilum* meminit Suet. Aug. c. 45. Vide Lipſ. Sat. 2, 16.

¶ Catervātim, adverb. haufenweis, mit hauffen. Plin. 10, 24 *Sturnorum generi proprium catervatim volare.* Salluſt. Iug. c. 97 *Non acie, neque ullo modo prœlii, ſed catervatim, uti quosque fors conglobaverat, in noſtros incurrunt.* Virg. Georg. 3, 556 *Iamque catervatim dat ſtragem.*

¶ Concatervatus, *a, um,* zuſammen rottiret, dicht in einander geſtellet. Ammian. 31, 36 *Concatervatis manipulis, ut fixi nec mucronem exſerere, aut manus reducere quisquam poſſet.* Id. 29, 5 *Concatervatis copiis ruentes in pugnam.*

CĂTHARMA, *ătis,* n. κάθαρμα, piaculum, hoc eſt homo aliquis vel flagitioſus, vel miſer, qui pro peſte aliove morbo expiando diis immolabatur, quem expiandi ritum Romani etiam uſurparunt, ein feg-opffer. Cujusmodi *catharma* fuit Ionas propheta abjectus in mare: Et de ſe ac doctoribus ſociis Paulus ſcripſit 1 Corinth. 4, 13 καθάρματα τῆ κόσμω ἐγενήθημεν, *Catharmata mundi factî ſumus,* &c. wir ſind ein fluch der welt. Germanicum ad originem aſiam videtur reſpicere, ſimilium κατάρᾶθαι, quod ſignificat *exſecrari.* Sed κάθαρμα a καθαίρω eſt, *luſtrare, purgare.* Ideoque & luſtramentum & purgamentum Ambroſius reddidit. Eſt inde &

¶ Catharſium, *i,* n. καθάρσιον. *Catharſia* autem veteres nuncupabant porculos minutulos, quibus conciones & theatra luſtrabantur. v. Cæl. Rhod. 3, 26.

¶ Catharticus, *a, um,* καθαρτικός, abführend; ut, *Medicamentum catharticum* apud Celſum 2, 12, quod vulgo purgans vocant aut educens. Sic enim ille: *Medicamenta* (purgantia) *ſtomachum fere lædunt. Ideoque omnibus cathartici aloe miſcenda eſt.*

Cathedra, cathedralicius, cathedrarius, vide *Hedra.*

CATHĒGĒTA, æ, m. καθηγητής, ductor, præceptor, ein führer, leiter. Columban. ex edit. Daumii ad Cat. Diſt.

Vita aliena tuæ tibi ſit cathegeta vitæ;

ubi penultima pro licentia illius ſeculi corripitur.

CATHĔTHER, *ēris,* m. καθετήρ a καθίημι, *demitto,* medicis eſt fiſtula urinaria, qua urina retenta elicitur. Galen. Meth. Med. 5, 5 & 7; Æginet. 6, 59.

¶ Cathetērismus, *i,* m. eſt vitioſæ veſicæ chirurgica exploratio & curatio per catheterem. v. Reineſ. ad Varr. p. 663.

CĂTHĔTVS, *i,* m. linea perpendicularis, κάθετος, vox geometris nota, eine ſenck- oder bleyrechte linie. Vitruv. 3, 3 *Catheto reſpondens diametros.*

CATHŎLĬCVS, *a, um,* καθολικός, univerſalis, generalis, allgemein. v. Iſidor. 7, 14. Sic, *Catholica fides,* der allgemeine chriſtliche glaube. *Catholica eccleſia* in Symbolo Nicæno, & apud Auguſtin. ſæpe. Quintil. 2, 13 *Præcepta quæ καθολικὰ vocant, id eſt, ut dicamus, quomodo poſſumus) univerſalia vel perpetualia.* Latine uſi ſunt Apul. in Trismegiſto p. 100 *Anne cœleſtes dii catholicorum dominantur, terreni inculant fingula?* & Beda Hiſt. eccleſ. 1, 10 *Scientia catholica.*

¶ Catholice, adverb. idem. Tertull. adv. Hæret. c. 26 *Regulam fidei ſuperinducerent, diverſam & contrariam illi, quam catholice in medium proferebant.* Id. de Fuga in Perſec. c. 3 *Neceſſe eſt catholice fieri hæc.*

CĂTĪLĪNA, æ, m. nobili genere natus fuit, magna vi & animi & corporis, ſed ingenio malo pravoque, cui ab adoleſcentia bella inteſtina, cædes, rapinæ, diſcordia civilis, grata fuere: corpus patiens inediæ, vigiliæ &c. animus audax, ſubdolus, varius: cujuslibet rei ſimulator & diſſimulator, alieni appetens, ſui profuſus, ardens in cupiditatibus, ſatis eloquentiæ, ſapientiæ parum; qui nefario ac parricidiali ſcelere, ſenatum confodere, diripere ærarium, incendere urbem, Rempubl. tollere funditus, cum multis ſui ſimilibus conſpiraverat. Et effeciſſet, ni Ciceronis induſtria prudentiaque prævertiſſet. Reus ad arma deducta oppreſſus atque occiſus eſt. Hiſtoriam eam Salluſtius condidit. Vide & Florum 4, 1 & Plutarch. in Cicerone. ¶ 2. Iuvenalis pro quovis ſeditioſo & exitioſo patriæ cive poſuit Sat. 14, 41, cum ait: *& Catilinam*

Quolibet in populo videas, quocunque ſub axe.

¶ Catilinānus, *a, um,* adject. ut, *Catilinana prodigia,* Plin. 2, 51. Alii *Catiliana* legunt: Harduinus autem *Cattinana:* forte *Catilinaria.*

¶ Catilinārius, *a, um,* aliud adject. Cic. Catil. 2, 10 *Catilinarium feminarium.* Et Quintil. 3, 8 *Bellum Catilinarium.*

Catillo, catillus, quære in *Catinus.*

CATŸLVS vel Catillus, *i,* m. Tiburis frater, quo cum Tibur oppidum condidit. Hinc *Mœnia Catili,* Horat. 1 od. 18, 2. Adde Virg. Æn. 7, 673; Statium Sylv. 1, 3, 99 & Drakenb. ad Sil. 8, 366. Ceterum primam ſyllabam Virgilius & Horat. producunt, Statius & Silius corripiunt.

Carina, Catinenſis, vide *Catana.*

CATĪNVS, *i,* m. & Catinum, *i,* n. ex Siculo κάτινος, eſcarium vas, & coquinarium, ſi fictile fuerit, quod ex Catone R. R. c. 84 conſtare poteſt, & Iſidoro 20, 6, eine ſchüſſel oder tiegel. Add. Horat. 2 ſat. 4, 77; & Vitruv. 10, 12. Suet. Galb. c. 18 *Senes in catino vitreo thus tenent, & in calice potili merum.* Perſ. ſat. 5, 182 *Rubrumque amplexa catinum Cauda natat thynni.*

¶ Catinulus, *i,* m. diminut. ein napf, ſchüſſelgen. Varroni tribuit Solipater 4, 1 p. 61.

¶ Catillus, *i,* m. aliud diminut. ut *Catillus ligneus,* eine hölzerne ſchüſſel, oder napf, Val. Max. 4, 3, 5. *Miſi rursum in catillo componere,* Colum. 12, 57. ¶ 2. Sed *Catilla, æ,* f. Plaut. Caſin. 3, 2, 22, ut quidem lac. Operarius legit, & ante hunc Gruterus; ex *catula* videtur eſſe diminutivum. v. Interpretes. Salmaſius legit *catillatum* ex verbi ſignificatione, de quo ſtatim. ¶ 3. Quin & *Catillum,* n. Petronius c 50 *Fecerunt Catilla & paropſides.* conf. c. 66.

¶ Catillo, *ōnis,* m. pl. *Catillones* dicti ſunt guloſi liguritores, tellerlecker, näſcher; ut Macrob. Sat. 4, 12 ext. docuit, itemque Feſtus. Vet. Gloſſ. *Ligurius, Guloſus, Catillo,* λιχνός.

¶ Catillo, *are,* ligurire, näſchen, ſchmarutzen. Plaut. Caſ. 3, 2, 22 pro catinos lingendo alimenti aliquid ſibi petere. Sed variat lectio. Hanc Lambinus ex Fulgentio, n. 22 tuetur. v. Taubmann.

¶ Catillatus, *a, um,* vernaſcht. Fulgentius de Serm. pr. n. 22 Propertio tribuit, alii Petronio in Fragm. p. 688 *Catillata geris vadimonia publicum proſtibulum.* v. Burm. p. 688. conf. Priſcian. p. 556.

¶ Catillatio, *ōnis,* f. liguriendi actio, die näſcherey. Feſtus: *Catillatio grave opprobrium hominibus generoſis objiciebatur, ſi qui provincias amicas popoli Rom. exſpoliaſſent.* Quæ laudat etiam Gronov. ad Cic. Att. 13, 46 pr.

¶ Catillamenta, *orum*, n. pl. naſchwerck. Arnob. 2 p. 73, ubi Heraldus & Wowerius (in Minuc. Felic. p. 116) *Caſtellamenta* legunt. Vide ſupra ſub *Caſtellum*. *Catillamenta* probat Salmaſ. ad Plaut. Caſ. 3, 222.

Catius, vide *Catus*.

CATLASTER, *ſtri*, m. grandior puer, adoleſcentulus, ein bůſgen. Vitruv. 8, 4 hanc vocem reſtituit Turneb. Adverſ. 24, 7, pro eo, quod vulgo *cataſtos* legebant. *Catlaſtri* autem forma, quam Chariſius lib. 1 habet, contracta eſt ex *Catulaſter*, quod in diminutivis Priſcianus ponit lib. 3 p. 610 *adulationis cauſſa*, ut ait, factum, *& maxime puerorum*, intellige ex *Catulus*. Gloſſ. Vet. *Catulaſter*, ῥάκως: & Cyrilli, *Catulaſter*, πάλληξ.

¶ Catulaſtrum, *i*, n. inde formatum nomen ludicri puerile genus, niſi quid turpius eſt, videtur notare. Vſus eo Dracontius lib. 2 extr.

Non catulaſtra gerit puerilia.

CĂTO, *ōnis*, m. nomen Romanum; *Catones*, celebres aliquot fuere: ut *M. Portius Cato*, ſenex, vel primus, *optimus orator, optimus imperator, optimus ſenator*, ut Plin. eum 7, 27 prædicat. *Omnium bonarum artium magiſter*, ut eidem 25, 2 vocatur. Senecæ de Tranq. c. ult. *Virtutum viva imago*, & de Conſtant. c. 2 *Certius ſapientiæ exemplar, quam Hercules & Vlyſſes*, dicitur. *Hoſtis fuit ambitus, & largitionis acerrimus.* De quo etiam Cic. *O te felicem M. Porci, a quo rem improbam petere nemo audet.* v. Plin. præf. Hiſt. Nat. Ejus orationes ſe laudare dixit idem Cic. de Clar. Orat. c. 16. Scripſit Varia. Quintil. 12 c. ult. *Marcus Cenſorius Cato, idem Orator, idem Hiſtoriæ conditor, idem juris, idem rerum ruſticarum peritiſſimus, inter tot operas militiæ, tantas domi contentiones, rudi ſeculo literas Græcas ætate jam declinatâ didicit, ut eſſet hominibus documento, ea quoque percipi poſſe, quæ ſenes concupiſſent.* v. Voſſ. de Hiſt. Lat. 1, 5; Plutarchum & Nepotem ejus vita, itemque Liv. 39, 40. Hunc *ſapientis* nomen in ſenectute conſecutum Cic. in *Catone*, ſive de Senectute ſcribit: qui neque ipſum Socratem, quem ſapientiſſimum Apollo judicavit, ei anteponendum cenſet. Lege c. 2 ejus libelli. Quo faciunt & Poëtæ veteris verſus in Florido:

Sperne mores transmarinos mille habent ofucias.
Cive Romano per orbem nemo vivit rectius.
Quippe malo unum Catonem, quam trecentos Socrates.

¶ 2. *M. Cato Uticenſis*, ſenioris pronepos, (Gell. 13, 19) qui poſt perlectum Platonis Phædonem de animi immortalitate gladio incubuit. Fuit ſeveris moribus, invicti animi, & continentis: unde omnes cordati ſeveri, & inculpati moribus *Catones* vocati: ut Val. Max. obſervat 2, 10, 8 dicens: *Exiguum viri patrimonium, adſtricti continentia mores, modicæ clientelæ, domus ambitioni clauſa, paterni generis una imago, minime blanda frons; ſed omnibus numeris perfecta virtus. Quæ quidem effecit, ut quisquis* SANCTVM ET EGREGIVM CIVEM *ſignificare velit, ſub nomine* CATONIS *definiat.* Ipſe Cic. Att. 16, 1 ext. *Q. filius pollicetur ſe Catonem*, i. e. ipſum facit viri optimi. Lucan. 2, 380 *Hi mores, hæc duri immota Catonis, Secta fuit, ſervare modum finemque tenere. Naturamque ſequi, patriæque impendere vitam, Nec ſibi, ſed toti genitum ſe credere mundo.* V. Buchner. ad 4 Plin. epiſt. 27 p. 40 & Scalig. not. ad Auſon. p. 176. Nec alia cauſſa aureolo illi libello de moribus verſibus conſcripto, qui vulgo pueris proponi ſolet, *Catonis* nomen inditum eſt: neque enim *Cato* ejus auctor: ſed ita appellatus eſt, quia de ſanctitate morum præcipit, qualis in *Catone* fuit, quaque ille claruit. Hujus *Catonis Uticenſis* vitam æque ſcripſit Plutarchus. Elogium ejus apud Senecam habes de Conſtantia Sap. c. 1 & 2. *Contenti ſimus hoc Catone*, Octavius Auguſtus dicere ſolitus eſt, cum præſentem rerum ſtatum boni eſſe conſulendum ſignificare voluit: Suet. c. 87. v. ibi Caſaub. Elogium aliquanto ſatyricum Catonis v. ap. Cic. pro Mur. c. 29 ſeq.; Idem in epiſtolis ad Att. ſubinde illum pungit. v. g. 7, 3 p. 669 Gr. *Cato declaravit, ſe illis ſolis non invidere, quibus nihil aut non multum ad dignitatem poſſet accedere*, i. e. indignis honore, & qui v. g. ſupplicatione illis decreta, non plus inde dignitatis referrent, quod indigni ab omnibus judicarentur. ¶ 3. *Valerius Cato Grammaticus* fuit Romæ, *Latinæ Sirenis* habens cognomen. de quo Suet. Illuſtr. Gramm. c. 11. *Catonum* nomen a *Catus* eſt. Vide ibi infra. Eorum ſummata exhibet Gell. 13, 19, & inde Falſt. amœnit. 3 p. 291. Rupertus ad Pompon. p. 369, 360. ¶ 4. *Cato* pro homine moroſo, apud Phædr. 4, 6 *Quid ergo poſſum facere tibi, lector Cato.*

¶ Catoniānus, *a, um*, adject. ut, *Catonianum ſupercilioſæ frontis arbitrium*, id eſt ſeverum, grave, cenſorium, Sidon. 8 epiſt. 9. *Catoniana* ſcil. præcepta, Sen. epiſt. 94. Sic *Catonianos* dixit Cicero, qui partibus *Catonis* ſtudebant. Vide paullo inferius in *Catoniam*.

¶ Anticăto, *ōnis*, m. Ἀντικάτων, Cæſaris liber appellatus fuit contra *Catonem* Ciceronis. Plutarch. in Cæſ. & Iuvenal. 6, 337 *duo Cæſaris Anticatones.*

¶ Pſeudocăto, *ōnis*, m. falſo *Cato* videri cupiens. Cic. Att. 1, extr. *Bonis utimur tribunis plebis: O inmite vero pſeudocatone.*

CATOBLĔPAS, *æ*, m. vel Catoblepon, *ontis*, ζῶον κάτω βλέπον, Libyca eſt fera, tauro ſimilis, ſubtus ſpectans, & vi quadam venenata oculorum obvia omnia necans: *Gorgon* etiam dicitur. Vide Geſner. & Plin. 8, 21.

CĂTŌCHĪTES, *æ*, m. κατοχίτης, gemma inſulæ Corſicæ, impoſitam manum velut gummi retinens. Plin. 37, 10; Solin. c. 8.

CĂTŌMVM, *i*, n. ex græco κατ' ὦμων, eine geiſſel, peitſche. Vt, *Catomo* & *Catomis cædere*, oft ſcapulas verberare, quod & *Catomidiare* dicebant, geiſſeln, zur ſtaupe ſchlagen. Sæpe legitur in veteſtis martyrologiis. Turneb. 1, 28 cenſet, *Catomum* eſſe vinculum aut catenam. Sed rectius Iof. Scaliger ad Manilium 5, 403 ex Græco deducit, ut ſit commiſſura cervicis cum humeris. Quemadmodum itaque *capite cædi* ille dicitur, cui caput cæditur; ſic *catomo cædi*, idem eſt, ac in cervice cædi plumbatis, de quo ſupplicio Prud. Periſt. 14, 116 *Tundatur, inquit, tergum crebris ictibus, Plumbogue cervix verberata extuberet.* vid. Heinſii & Grævii epiſtolæ Syll. Bur. T. 4 n. 304 & 306.

¶ Catomīdo, *are*, verbum eſt κατ' ὦμων τύπλειν, a κατωμαδὸν, hinter den nacken ſchlagen, ſtäupen, prügeln. Petron. c. 132 *Vocat cubicularios, & me jubet catomidiari.* Codices plerique habent *catorogare*, i e catomis rogare, verberare: & ſic retinuit Nodot p. m. 368. Nam mox ſequitur: *ſputis verberibusque ejectus ſum.* vid. omnino edit. Burm. p. 626. Spartian. Adrian. c. 18 *Decoctores bonorum ſuorum catomidiari in amphitheatro & dimitti juſſit.* Ita ex membranis placet Grutero, & Salmaſio ad h. l. vide inprimis eundem in Hiſt. Aug. p. 48. Caſaubonus tamen retinet, ut in vulgatis editum eſt, *Catamidiare*, atque a græco καταμαδιᾶν interpretatur, ſpublice irriſui ac ludibrio præbere, ſchimpffen, auslachen.

Caton, vide *Cothon*.

CATONIVM, *i*, n. ex Græco κάτω; inferorum locus, die hölle, vox ſordida, Gellio cenſente 16, 7. Laberius: *Tollet bona Fide vos orcus nudus in Catonium:* id eſt, in barathrum infernum. Cic. 7 fam. 25 *Sed heus tu, manum de tabula: magiſter adeſt citius, quam putaramus, vereor, ne in Catonium Catonianos*, id eſt, vereor, ne in exitium ultimum conjiciat, & orco adeo demittat nos Catonianis partibus addictos. Male Scaliger *Catomium* legere maluit: quod Salmaſius advertit in Hiſt. Aug. p. 49. Eum enim per *virum Magnum*, quem ibi nominat, deſignat. Locus Scaligeri eſt 2 epiſt. 146. Sed forte rectius *Charonium*, de quo in *Charon*.

CATOPTRĪCA, *æ*, f. ſcientia ſeu ars multis matheſeos partibus inſerviens; in univerſum dicitur ea, quæ de quibusvis inſtrumentis Mathematicis pertractat, quibus oculorum adhibita acie, per ipſorum pinnacidia adſpectando quidpiam indagamus. Dalechamp. ad Plin. 2, 69 p. 110.

¶ Catoptron, *i*, n. κάτοπτρον, ſpeculum, inter ornamenta muliebria poſuit Pollux 7, 22, eitl ſpiegel.

¶ Catoptromantia, *æ*, f. κατοπτρομαντία, magiæ ſpecies, quæ fit per ſpecula. Qua de re Spartianus in Didio Iul. c. 7 *In ſpeculo pueri præligati oculis incantando ventura reſpicere dicuntur.*

CĂTŎPŸRĪTES, *æ*, m. κατοπυρίτης, gemma e Cappadocia proveniens, Plin. 37, 8, 10.

CATORCHĪTES, *æ*, m. κατορχίτης, vinum alio nomine *Scytes* e fico ejus nominis, Plin. 14, 16.

Catorogo, vide *Catomidio* in *Catomum*.

CATORTHŌMA, *ătis*, n. κατορθωμα, officium rectum & perfectum. Cic. de fin. 3, 7 *Quæ nos aut recte facta dicamus, ſi placet, illi κατορθώματα appellant, omnes numeros virtutis continent.* conf. Id. Off. 1, 3.

CATTA, *æ*, f. κάττα, eine katze. Martial. 13 epigr. 69

Pannonicas nobis nunquam dedit Vmbria cattas.

¶ 2. *Cattas* etiam inter appellationes navium refert Gell. 10, 25.

CATTI, *orum*, m. pl. populi Germaniæ, hodie *Haſſi*, die Heſſen. Meminit eorum Tacitus Germ. 30, 1, & locis pluribus; Iuvenal. 4, 147; Martial. 2 epigr. 2.

¶ Catticus, *a, um*, adject. ut, *Cattica Teutonicos accendit ſpuma capillos*, Martial. 14 epigr. 26 Heſſiſche ſeiffe, male alii legunt *Cauſtica*. Catulaſter, catulaſtrum, vide *Catlaſter*, Catulio, *Canis*.

CĂTVLLVS, *i*, m. *Q. Valer. Catullus Veronenſis*, poëta paullo laſcivior, ideoque caute legendus juventuti. Cæterum inaffectatæ elegantiæ affectator, ut Heinſius cenſuit. Qui eam ob cauſſam *pecten Muſarum* Scaligero patri appellatus, ut in Burdonicæ fabulæ Confutatione filius notat. *Doctum* Martialis in illo dixit 1 epigr. 62 *Verona docti ſyllabas amat Vatis*; Quod perpetuum fere eſſe & proprium, quoties ab antiquis laudatur, monet & contra Scalig. Poët. 6, 7 defendit Broukh. ad Tibull. 3, 6, 4. Qui etſi multa ſcripſit, ut ex veteribus Grammaticis ſatis conſtat, pauca tamen ad nos pervenere. Inter quæ procul dubio principem locum obtinet carmen illud, quod in nuptias Pelei & Thetidos condidit, cui vulgo *Argonauticorum* titulus falſo adſcribitur. Vixit Sylla Martique temporibus. ¶ 2. Fuit alius *Catullus urbicarius* mimographus, de quo Iuvenal. 13, 111

Mimum agit ille
Vrbanus, qualem fugitivus ſcurra Catulli.

Idem 8, 185

Vocem, Damaſippe, locaſti
Siparo, clamoſum ageres quum phaſma Catulli.

¶ Catullianus, *a, um*, adject. ut, *Baſia Catulliana*, i. e. tot millia, quot Catullus dixit, Martial. 11 epigr.

¶ Catullinus, *i*, m. vir illuſtris apud Sidonium epiſt. 1, 11; & tit. Carm. 12.

CĂTŬLVS, *i*, m. quatenus ſtricte notat canum fœtus recens editos, a *Canis* deſcendit, ut diminutivum, unde & *Catulinus, Catuline*, &c. vide ſupra *Canis*: At quatenus ut cognomentum impoſitum eſt viris, rectius ab antiquo nomine *Catus*, quod ſagacem ſignificat, deducitur. ¶ 1. *Q. Lutatius Catulus* Romanus fuit, qui contra Pœnos cum Amilcare duce profectus finem primo bello Punico impoſuit, de qua re vide Polyb. lib. 1; Eutrop. 2, 16. ¶ 2. *Catulus* alter, orator & conſul, cum C. Mario Cimbros fudit, ſed ab eodem poſtea urbe occupata per diſſenſionem mori, fruſtra pro eo civibus precantibus, juſſus, & in cubiculo incluſus carbonum candentium vapore ſuffocatus eſt. v. Plutarch. Mario p. 789. Meminit hujus Catuli frequenter Cicero in Claris Orat. & Eutrop. 5, 1. Lucan. 2, 173 *Quid ſanguine manes Placatos Catuli referam?* Sylla enim, Mario interfecto, *Catuli* necem poſtea ultus eſt. ¶ 3. Hujus pater *Q. Catulus* poëta fuit; ut Cicero indicat de Nat. Deor. 1, ubi ejus Epigramma in Roſcium adducit. Adducit & aliud ejusdem Gell. 19, 9. ¶ 4. Alius *Q Catuli* mentionem Cicero facit pro L. Man. c. 20, de quo Vellejus etiam 2, 32 refert.

¶ Catulianus, *a, um*, adject. ut, *Catuliana Minerva*, Romæ a *Q. Lut. Catulo* dicata, Plin. 34, 8.

CĂTVS, *a, um*, ſagax, klug, fürſichtig; quaſi *cautus* a *caveo*: vel quaſi *acutus*, Varr. L. L. 6, 3. Nonius 2, 184 *Catus* exponit *Sapiens*. Nec aliter Plin. 7, 31 *A ſapientia*, ait, *eſſe impoſita catorum & corculorum cognomina.* Ennius ap. Cic. Tuſc. 1, 9 *Egregie cordatus homo catus Æliu' Sextus.* In quo verſu *catum, acutum* interpretatur Varro l. c. & Sabinum vocabulum eſſe aſſerit. Ibidem *cata dicta* apud eumdem Ennium *acuta* exponit. Servius a κάω, *uro, ob calorem ingenii* derivat. Ter. Andr. 5, 2, 14 *Neſcio qui ſenex modo venit: illum! confidens, catus.* Vbi Donatus: CATVS, *Callidus, doctus: ardens παρὰ τὸ καίειν: Ingeniorum enim igneus vigor videtur.* Sane acumen ingenii & vigor a calidiore temperamento eſt. Frigidi enim hebetes ac tardi: Quo Virgilius reſpiciens Georg. 2, 484 ait: *Sin has ne poſſim naturæ accedere partes, Frigidus obſtiterit circum præcordia ſanguis.* Vide de hac voce

Tiraquell. ad Alex. ab Alex. 1, 9. Hac voce Plautus quoque Most. 1, 3, 29, & 5, 2, 21; & Horat. 1 ode 16, 3: & 3 ode 12, 10 usi sunt. Cum infinitivo Apul. Flor. p. 341 *Solus ante alios catus canere.* Vet. Gloss. *Catus, ὄξυς: ἐπίτηδευτος* item: *ὀξὺς, ὁ νεανίσκος, Catus:* ein geſchwinder menſch, der ſich wohl findet. *A Catis, Catonum nomen* deductum Plutarchus etiam in Catone Maiore aſſentitur.

¶ Catus, *i*, m. ſubſt. felis, *ὁ ἄλουρος*, eine katze, fater, cui beſtiæ, non minus ac cani, lagax atque acutus ſentus eſt. Pallad. Mart. 1. 9 *Contra talpas prodeſt catos frequenter habere.* ¶ 2 *Catos* etiam dixerunt militari uſu vineas & plateas, ſub quibus miles latebat muros oppugnaturus, quemadmodum minorem machinam vocarunt muſculum. v. Veget. R. mil. 4, 15: Turneb. Adverſ. 11, 24. Hinc Gr. ſcirto Phil. 7, 796 *Hucfaciunt reptare catum, tectique ſub illo Saxa cient muros.* Sic a Germanis quoddam munimenti genus propugnaculo ſuperimpoſitum vocatur, eine katze.

¶ Câte, adv. klüglich, weislich. Plaut. Men. 2, 3, 61 *Mulier te novit tam cate.* Et Mil. 3, 1, 9 *Cum cura & cate locus loquendi bellus eſt.* conf. Pœn. 1, 1, 3. Cic. in Arato v. 304 *Tornare cate cibes.*

¶ Catius, *i*, m. Deus olim dictus, *qui cautos*, i. e. *acutos faceret*, Auguſtin. de C. D. 4, 21. ¶ 2. *Catius* Epicureus levis quidem, ſed non injucundus auctor audit Quintiliano 10, 1 p. 920. Buim.

¶ Catulus, *i*, m. diminut. vide paullo ante feorſum, & ſupra in *Canis*.

Cavædium, Cavamen, &c. vide *Cavus*.

CAVCALIS, *idis*, f. Καυκαλὶς, herba ex daucorum genere, *daucum ſilveſtre*, wilde beerwurtz, rauhe bibenellen. Dioſc. 2, 12; & Plin. 22, 22.

CAVCASVS, *i*, m. Κάυκασος, montium magnorum & celeberrimorum unus eſt probe Albaniam & Iberiam, inter Hyrcanum mare & Pontum Euxinum. Sic, *Caucaſi radices*, Cic. Tuſc. 2, 22; *nive*, ibid. 5, 27; *Promotheas Caucaſo affixus*, ibid. 5, 3. Et Val. Flaccus Argon. 5, 154 *Ultimus inde ſinus, ſævumque cubile Promethei, Cernitur in gelidas conſurgens Caucaſus arctos.* Pars eſt Tauri montis, quis & ipſe *Caucaſi* nomine interdum intelligitur. Cæterum tam alte levatus Caucaſus eſt, ut circa illius verticem ſol ſcindi videatur, uti Philoſtratus lib. 2 de hoc monte notavit. ¶ 2. Sen. Medea v. 43 dixit: *Pelle fœminæ metus, Et inhoſpitalem Caucaſum mente indue:* id eſt, in quodvis vel inhumanum maxime facinus mentem obdura. *Caucaſo abruptio*, Tertull. adv. Marc. 1, 1 proverbialiter.

¶ Caucaſeus, & Caucaſius, *a, um*, adject. Plin. 6, 11 *Caucaſiæ portæ.* Propert. 2, 1, 66 *Caucaſea rupes.* Add. Id. 2, 25, 14. Virg. ecl. 6, 42 *Caucaſeasque refert volucres*, &c. Silius 4, 333 *Caucaſiis tigris ſe protulit antris.*

¶ Caucaſigĕna, *æ*, c. von Caucaſo bürtig; ut, *Caucaſigenæ Alani*, Sidon. 4 epiſt. 1.

CAVCI, Chauci, Cauchi, item Caici vel Cayci, Germaniæ populi, *majores & minores.* Sic enim duas Caucorum gentes Ptolemæus fecit. Majores ad Albim fluvium: Minores ad Viſurgim fluvium, ubi urbs Brema, itemque Epiſcopatus Werdenſis. v. Cluver. Antiq. Germ. 3, 18; & Ioh. Schild. peculiari Commentario de *Caucis*, quem duobus libris exſecurus eſt.

CAVCON, *i*, n. καῦκον, herba, quæ & *ephedra* & *anabaſis*, Plin. 26, 7.

CAVCVS, *i*, m. vel Cauca, *æ*, f. patera, poculi genus, ein becher. Spartian. Nigro c. 10 *Quum milites quosdam in cauco argenteo expeditionis tempore bibere vidiſſet.* v. ibi Salmaſ. Trebell. Poll. in Claud. 14 *Dabis in caucos & ſcyphos pondo undecim.* Lege & ibi Salmaſ. Gloſſ. Vet. Καῦκα, *patera.*

Cauculus, *i*, m. diminut. unde

¶ Caculatii, & Cauculatores, i. e. præſtigiatores, gaukler, de quibus Salmaſium d. l. conſule: de *Cauculatore* etiam Gloſſ. Vet.

CAVDA, *æ*, f. poſterior pars pendens in omnibus animalibus, præterquam homine & ſimia, ut Plin. 10, 50 notavit, ein ſchwantz. Cic. Fin. 3, 5 *Anatura data cauda pavoni*, &c. Virg. Georg. 3, 59 *Verrit verſtigia cauda*, de bove loquitur. *Caudæ pilos equinæ paullatim vellere*, proverbialiter indicat, conſilio, tempore & aſſiduitate id eſſe conficiendum, quod viribus & impetu obtineri nequit. Adagii occaſionem vide in Erafmi Chil. Inter ſymbola denique Pythagoræ refertur μὴ ἐσθίειν τῶν μελανούρων, hoc eſt, *Ne gaſtaris, quibus nigra eſt cauda:* quod admonet non eſſe utendum conſuetudine & commercio improborum eorumque, qui moribus ſunt nigris & infamibus. ¶ 2. *Caudam* pro membro virili Horatius poſuit 1 Sat. 2, 45

Accidit, ut quidam teſtes caudamque ſalacem Demeteret ferro.

Id. 2 Sat. 7, 49 *Turgentis verbova caudæ* dixit. Similiter Græci ὄρχεις vocant, Germanorumque eadem eſt ratio. ¶ 3. *Caudam jactare populo*, Perſ. Sat. 4, 15, id eſt, venditare ſe apud populum ſpecioſis actionibus; ſeu popularibus ſtudiis gratiam ejus colligere: fuchsſchwäntzen, heucheln; tractum a canibus, qui caudis ſuis adulantur heris: vel a pavonibus & gallis Numidicis, qui caudæ jactatione fœminis ſuis placere ſtudent. ¶ 4. *Caudam trahere*, aliud Prov. ap. Horat. 2 Sat. 3, 53, pro *deridiculo eſſe*; vel quia pueri eis, quos deriſui eſſe volunt, quiddam *caudæ inſtar* apponere in tergo ſolent, ut vetus Scholiaſtes interpretatur: vel quia pleræque quadrupedum, cum pudor tremorve invaſerit, demittunt & trahunt caudam: quam contra ferocientes arrigunt & tollunt. Verba Horatii d. l. ſunt: *Hocte Crede modo inſanum, ut nihilo ſapientior ille Quem videt, caudam trahat:* id eſt, ea conditione te eſſe dementem, perſuade tibi, ut alterum, qui tuam deridet ſtultitiam, nihilo ſapientiorem exiſtimes, & commiſſurum poſt paullo, ut æque derideatur ob ſuam dementiam. *Suus* enim *cuique*, ut Catullus ait Carm. 22, 20 *attributus eſt error:* & usque quoque ſapere, ſoli Deo conceditur.

¶ Coda, *æ*, f. antique pro *Cauda*. Varro apud Nonium 2, 135 *Ut canis ſine coda.* Petron. c. 44 *Retro enſibit ut cauda vituli.* Feſtus, *Codeta*, inquit, *ager, in quo frutices exiſtunt, in modum codarum equinarum.* v. Parei Lex. Crit. p. 210.

¶ Codeta etiam a *Cauda* eſt, de quo infra ſuo loco.

¶ Codicula, *æ*, f. pro *Caudicula* vel *caudula* diminut. Apic. c. 7, 1.

¶ Ecaudis, *e*, ſchwantzlos; ut, *Verſus ecaudes*, μείωροι, Diomed. 3 p. 497.

Caudeæ, vide *Caudeus* in *Caudex*.

CAVDEX, *icis*, & Côdex, *icis*, m. ut, *plauſtrum & ploſtrum: cauda & coda* dicebant: σέλεχος, ſive lignum interius, quod cortex ambit, der ſtamm des baums, klotz. Solin. c. 35 *Lignum caudicis* appellat: Plinius *vitalia arboris* vocat. Quod *caulis* in herbis, idem eſt *caudex* in arboribus. Ita, *Caudicibus ſectis*, Virg. Ge. 2, 32. *Caudices ligni ſimiculo circumdatos portare*, Gell 5, 3. *Codex, quem vix juga bina moverent jumenta*, Ovid. Met. 12, 432. *Codex inveteratus*, ein alter ſtamm. Colum. 4, 8 extr. Apud Plaut. Pœn. 4, 3, 34 *Codex robuſtus* eſt ſtipes ligneus, quem alligati ſervi, qui deliquerant, trahebant. Sic, *Codicis vincula*, Propert. 4, 7, 40. Sed *codicem a robore* diverſum eſſe docet Turneb. Adv. 23, 21. ¶ 2. Eſt & convicium in ἀνα-ξηρον, & qui nihilo magis ſapiat ſentiatve quam caudex, ein ſtock. Ter. Heaut. 5, 1, 4 *In me quibvis harum rerum convenit, Quæ ſunt dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, uſinus, plumbeus.* ¶ 3. *A Caudice* etiam accepit cognomen. *Appius Claudius* Cæci frater: quod primus pertuliſſe Romanis navem conſcendere, ut Sen. de Brev. Vitæ c. 13 notat: vel quod primus piſcatoria nave trajecit fretum: ut Victor in Viris Illuſtr. c. 37 ſcribit. Nam plurium tabularum contextus *Caudex* ſeu *Codex* appellabatur; vide mox *Codex*; & *Codicarius* in *Caudicarius*.

¶ Caudeus, *a, um*, hölzern von ſtämmen; ut, *Caudea ciſtella*, Plaut. Rud. 4, 4, 65 & 89. Corrupte *Caudeæ* dicuntur ciſtellæ ex junco apud Feſtum pro *Caudeæ*.

¶ Caudicārius, *ei* ut, *Provincia caudicalis*, pro caudices tractante vel findente apud Plaut. Pſeud. 1, 2, 25 joculariter dicitur: *Te*, inquit, *cum ſecari caudicali præſicio provinciæ*, h. e. ſecandis truncis ſive caudicibus, bu ſolſt holtzhacker ſeyn.

¶ Caudicārius, vel Codicārius, *a, um*, ex tabulis craſſioribus: aus ſtämmen oder pfoſten gemacht; ut, *Caudicaria*, ſeu *codicaria navis*, Sen. Brev. Vit. c. 13, quam Feſtus *ex craſſore tabula factam* interpretatur. Eam ſcilicet, ut puto, ſignificans, quæ ex craſſiore codice, ſeu trunco excavata eſt: hoc eſt, *cauliculus lembus*, quem Auſonius vocat, ein kahn. *Navem piſcatoriam* Victor de Viris illuſtr. in App. Claud. c. ſcil. 37 dixit. Forte an has easdem cum *ſcaphis* Nonius 13, 12, cum de navigationum generibus docet, facit. Nam cum de *ſcaphis* expoſuiſſet, ſubjicit: *Codicarias naves etiam nunc* (*ſcaphas*, ut puto.) *appellat eo, quod in fluminibus ſint uſui.* Quam rationem tamen haud capio. Quid ſi legamus: *Appellant eas, quæ in fluminibus ſint uſui.* Certe Salluſtii & Varronis loca, quæ laudat Nonius, de Euphrate ac Tiberi agunt. Tales ſunt *monoxylæ lintres*, apud Plin. 6, 23, quas cum Livio *ex ſingulis arboribus cavatas* appellare licet. ¶ 2. Sed *Codicariæ* etiam videntur dictæ, quæ ex pluribus codicibus, aliis ſuper aliis poſitis, & in unum corpus ſeu maſſam conjunctis, factæ temere erant; quod *codex* plurium tabularum contextus diceretur. Varro apud Nonium 13, 12 *Quod antiqui plures tabulas conjunctas* CODICES *dicebant: ex quo in Tiberi naves codicarias appellamus*, eine flöſſe. Quo procul dubio reſpexit Seneca de Brev. Vitæ c. 13 ſcribens: *Plurium tabularum contextus* Caudex *apud antiquos dicebatur: unde publicæ tabulæ* codices *dicuntur*: & *naves nunc quoque, quæ ex antiqua conſuetudine per Tiberim commeatus ſubvehunt*, Caudicariæ *vocantur.* Plinius hujusmodi navigia deſignare videtur 3, 5, cum ait: *Sed Tiberis propter aſpera & confragoſa, ne ſic quidem, præterquam tabulis verius, quam ratibus longe meabilis fertur.*

¶ Caudicæ, *arum*, f. pl. etiam naves ſunt, ex caudicibus, ſive lignis craſſioribus compactæ, apud Gell. 10, 25, floſſen.

¶ Caudicarius, *i*, m. nauta, qui Tiberi annonam ſubvehit, ein floßfahrer; notat ex Codice Theodoſii 4, 9 de ſuar. & pecuariis, (l. 14 T. 4) & Inſcriptione Veteri Lipſ. ad Sen. de Brev. Vit. c. 13. Conf. Demſter. Paralip. ad Roſin. 8, 38 p. 736.

¶ Caudiceus, *a, um*, quod ex *caudice* eſt. Auſon. in Moſella v. 197

Navita caudiceo ſtatuens ſuper æquora lembo.

¶ Côdex, *icis*, m. liber, & quod ſcriptura conſtat, dicitur, ein buch, eine ſchrifft. Antiqui enim in tabulis ſcribebant: & plurium tabularum contextus, ut paullo ante ex Seneca notabamus, *codex* dicebatur antiquis: quod a Varrone apud Nonium 13, 12 procul dubio accepit Iuvenal. 10, 226 *Codice ſæpe Heredes vetat eſſe ſuos: bona tota feruntur Ad Phialen*; *Codice ſæpe*, i. e. teſtamento inofficioſo: quo liberos ſuos præterit ſive omittit impius pater, ut bona ejus omnia ad Phialen meretricem perveniant. Namque & *Codicilli*, in quibus ultima voluntas, ſed non æque ſolenniter, ut in teſtamentorum codicibus perſcripta erat, dicebantur, de quo paullo poſt dicendum erit. *Codex* igitur dicebatur corpus, five compages plurium tabularum, ſive illæ lignea, ſive eboreæ, (unde *eborei codices* dicti, Vlp. 32 Dig. t. 1 l. 52) ſive membranea etiam eſſent, quarum alia ſuper aliam ſtructa erat; ſicut & hodieque fit in noſtris codicibus ſive libris. Oſtendit hoc etiam Maffeus hiſt. diplom. l. 2 p. 59 probante Burm. ad Rutil. Itin. 2, 1. Hinc *Codices chartacei*, eid. Vlpiano l. c. Sic *Referre in codicem*, vel *in codices*: & quidem *accepti & expenſi*, rechen-bücher. Cic. pro Roſc. Com. c. 1. ¶ 2. Differebat autem *Codex* a *Volumine*. *Volumen* quippe dicebatur, cum chartæ chartis in longitudinem attexuntur & conglutinantur: volvendæ circa rotulum, ſive bacillum teres atque rotundum, ex quo *Volumen* appellatur. Vide infra in *Volumen*; it. Salmaſ. de modo Uſurarum p. 405 & ſeq. ubi & alia licebit diſcere, quæ ad notitiam *Codicum veterum* ſpectant. ¶ 3. In primis notandum, *codicem* differre ab *adverſariis*. vid. Cic. pro Roſc. Com. c. 3, ubi *codex* & *tabulæ* ſunt *rationes cum cura & religione confectæ: adverſaria tantum menſtrua, temere concepta*, unde ad ea provocare impudentiæ tribuit. Plura de *Codice* vide in *Caudex*.

¶ Codicillus, *i*, m. diminut. parvus codex; hoc eſt, in quo minoris formæ tabulæ compactæ, ſed pluralis fere tantum eſt numeri: *Codicilli*, ſchreib-tafeln. Cic. fam 5, 26 *Exemplum literarum in codicillis exaravi.* v. ibi Manut. & ad fam. 4, 12. Ioan. Phil 8, 10 de Cotyla, qui explorandi cauſſa in ſenatum venerat: *Hic ſententias noſtras in codicillos, & omnia verba referebat.* Teſtinatio eorum uſum commendabat, & quod nullo apparatu atramenti & calami opus eſſet. Itaque utebantur in conviviis, itineribus, ſenatu. v. Burm. præf. Petron. pr. ¶ 2. Et quia literæ ſive epiſtolæ in hujusmodi codicillis perſcribebantur;

bantur: inde sæpe *Codicillorum* appellatio literis sive epistolis tributa, ein brief. Cic. fam. 6, 18 *Quæsivi a Balbo per codicillos, quid esset in lege.* Id. ibid. 4, 12 *Puer Acidini mihi obviam venit cum codicillis.* Et alibi sæpius. Suet. Calig. c. 55 *Equiti Romano tumultuanti per Centurionem denunciavit, abiret sine mora etiam, perferretque ad Ptolemæum regem in Mauritaniam codicillos suos.* Plin. Paneg. 70 *Codicillos amicorum* privatas commendationes & laudationes in codicillis perscriptas dixit. Sed *Codicilli* maxime dicuntur epistolæ, quæ ad præcentes mittuntur. Sen. epist. 65 extr. *Video te, mi Lucili, eam maximè audire: advo tecum fam, ut discitem, an incipiam tam epistolas,* (ut ad absentem, quod es,) *sed codicillos tibi* (tamquam præsenti) *scribere.* Notat Lipsius institut. Epist. c. 2. ¶ 3. Quin & diplomata principum & constitutiones, *codicilli* passim appellantur, patente. Ita Suet. Claud. c. 29 *Codicillos officiorum* dixit, quibus officia deferebantur. conf. Id. Tit c. 42. Nam & *epistolæ & literæ* dicebantur. Et hinc fortassis corpus illud Constitutionum Imperialium, *Codex* appellatus est, quod *codicilles* principum contineret. ¶ 4. *Codicilli* etiam dicebantur voluntatis ultimæ tabulæ, non æque tamen ac testamenta confectæ, de quibus videndi ICti. Sic, *Legare aliquid codicillis*, Marc. 29 Dig. t. 7 l. 6 § 4.

¶ Codicillāris, *e*, briefisch, urkundlich. Lamprid. Alex. Sev. c. 49 *Pontificatus codicillaris*, i. e. principis diplomate constitutus.

¶ Excōdico, *are*, umgraben, ausrotten. Pallad. pr. lib. 2 explicat, nempe *ablaqueare*, h. e. *circa vitis radicem dolabra terram aperire, & velut lacus efficere, ut foliis teporibus & imbribus provocentur.* Dicitur vero ita, quod codices, id est trunci & frutices fodiendo exstirpentur. Festus: *Excapillinari ager dicitur, cum silvester excoducatur*, &c. Scribitur etiam *excaudicare*, Tertull. de Pudicit. c. 16.

CAVDIVM, *i*, n. Samnitium oppidum: ad quod locus *Caudinæ Furculæ* appellatus, ex duobus tatibus angustis silvosisque constans, tæda Romanorum clade, qua sub jugum missi sunt, infamis, Liv. 9, 2.

¶ Caudinus, *a, um*, adj. ut, *Caudinæ fauces*, Liv. 22, 14; Lucan. 2, 138 *Caudinum prælium*, Cic. de Senect. c. 12.

CAVDOS, vel Gaudos, Καῦδος, insula maris Cretici, Plin. 4, 12. conf. Reinef. Var. Lect. Ep. nog. p. 685.

Cavea, vide in *Cavus*.

CĂVEO, *cavi, cautum, cavēre*, sich hüten, fürsehen, Ter. Eun. 4, 6, 23 *Tu quod cavere possis, stultum est admittere*, wesen du umgang haben kanst, &c. Cic. post Red. c. 9 *Nihil crudum & omnia cavebo.* Horat. 2 od. 13, 13 *Quod quisque vitet, nunquam hominī satis Cautum est in horas. Cavere sibi ab aliquo*, sich vor einem in acht nehmen. Ter. Eun. 5, 2, 44. Et, *Cavere sibi a veneno*, Cic. de Fin. 5, 22. *Erunt omnia facilia, si ab uno illo cavero.* Id. L. 10 ad Attic. ep. 6 *Ab homine impuro nefarioque cavere.* Id. Phil. 12, 10. Est etiam *cavere ab aliquo*, aliquem ut sibi satisdet, adigere, Cic. L. 2 in Verr. c. 23 *Rogant eum, ut sibi id, quod ab ipsis absīst pecuniæ curet: ab se se caveat, quemadmodum velit; de illa hereditate cum Epicrate nominem esse actarum.* v. Menck. Obs. I. L. *Cavere legibus*, verbieten, Curt. 6, 11, 20 *Cavere testamento*, verordnen, Cic. Fin. 2, 31 extr. Et sic crebro optimi auctores de iis, qui vel lege vel testamento aliquid constituunt, hoc verbum adhibent. v. Schwartz. ad Plin. Paneg. c. 39. *Cavere capite pro pecunia*, leib und leben dafür verbürgen, Plin. 34, 7. *Cavere obsidibus de pecunia*, mit bürgen versichern, cautionem stellen, Cæs. B. Gall. 6, 2. *Cavere concordiæ publicæ*, i. e. prospicere, consulere, rathen, rath schaffen, Vellej. 2, 48, 5. *Scabiem cavere pecori*, Cato R. R. c. 5. CAVEO, præsentim in imperativo, modo cum infinitivo, modo cum subjunctivo, eoque vel absolute, vel cum conjunctione ne construitur: Vt, *Cave existimes*, i. e. noli existimare, denke ja nicht, Cic. fam. 9, 24. *Cavete ne*, &c. Id. pro S. Rosc. 53. *Caveret id potere a P. R.* er solte es ja nicht begehren, Sallust. Jug. c. 64. *Cave præcipitare*, Ovid. 3 Pont. 1, 139. *Caprō occurrere cave*, komme ihm ja nicht zu nahe. Virg. ecl. 9, 25. ¶ 2. Proprie ICti dicuntur *cavere*, cum consulentibus respondent. Cic. 3 fam. 1 extr. *L. Valerium ICtum valde tibi commendo: sed ita etiam, si non est jure consultus. Malim enim ei cavere vola, quam ipse aliis solet.* Add. Id. ad Trebat. ICt. fam. 7, 6 & Manut. ad h. l. Ovid. Art. am. 1, 83

Illi sæpe loco capitur consultus amore,
Quique aliis cavit, non cavet ipse sibi,

der andern cautelen gegeben. Plaut. Epid. 2, 2, 107 *Hic poterit cavere recte, jura qui & leges tenet.* Vide & intra in *Cavillari*. ¶ 3. Est & passivum *caveri*. Cic. Att. 10, 16 *Cætera, quæ quidem consilio provideri potuerunt, cavebuntur*, es soll beobachtet, beforget werden. Plin. 16, 5 *Cautum est lege.*

¶ Cavendus, *a, um*, das zu vermeiden ist. Cic. de Orat. 2, 72. Lucil. ap. Nonium 5, 62 *Quid tibi cavendum censes, quid vitandum maxime?* Gerund. Nep. 7, 5, 2 *Animum attendere ad cavendum.*

¶ Cavo, *is, ēre*, conjugatione tertia, apud Tibullum, loco mox in *Cavillor* citando, cui adde Scaligeri commentaria in illum ipsum locum, & Servium ad Æn. 4, 409, qui etiam ad Catullum provocat, sed, Scaligero judice, Tibullum voluit dicere. Hinc etiam est, quod imperativus *cave* interdum e breve. Propert. 1, 7, 25

Tu cave nostra tuo contemnas carmina fastu.

¶ Cautus, *a, um*, fürsichtig, klug. Ter. Phorm. 4, 5, 3 *Vt cautus est, ubi nihil opus est.* Cic. Art. 10, 9 *Ero in credendo, ut mones, cautus*, ich will im trauen behutsam seyn. Absolute Plaut. Capt. 2, 1, 25 *Cauto opus est.* ¶ 2. Cæterum *Cautus* non tantum is dicitur, qui cavet probe, & sibi recte prospicit: sed & cui *cautum* bene est, h. e. qui tutus munitusque est, versichert. Lucan. 4, 409 *Cautus ab incursu belli*, i. e. tutus & bene munitus adversus bellicam vim. Ita contra *tutum* pro *Cauto* posuit Horat. de Arte v. 28 *Tutus nimium, timidusque procellæ.* Idem 2 epist. 1, 103 sqq

Romæ dulce diu fuit & solenne, reclusa
Mane domo vigilare, clienti promere jura
Cautos nominibus certis expendere nummos:

Cauti nummi, dagegen man eine versicherung hat. ¶ 3. Compar. Cic. pro Rosc. Am. c. 20 *Peccare in eam partem, quæ est cautior.* Id. Phil. 13, 3 *Sapientia cautioribus utitur consiliis.* Superl. Vet. Inscript. Q. Fabio Maximo dicata: DVX ÆTATIS SVÆ CAVTISSIMVS HABITVS. apud Grut. f. 406 n. 7: & Ferret. Mus. lapid. p. 312. Et Augustin. Confess. 7, 6 *Cautissima observatione numerare.*

¶ Cauta, *orum*, n. pl. subst. i. e. cautiones syngraphæ, das verschriebene, die handschrifften. v. Barth. Adv. 44, 15. Coripp. 2 p. m. 39 *Debita per scripta gentoris, cauta recepit.*

¶ Cautus, *us*, m. subst. omne id, quod in sacris cavendum, & religionis gratia vitandum aut omittendum est, genaue beobachtung: ut vult Lipsius: v. ejus Elect. 1, 21, propter *Cautus multiplex*, in Gell. 10, 15 pr. ubi alii *casus* legunt

¶ Caute, adv. fürsichtig, behutsam. *Caute pedetentimque dicere*, Cic. pro Cluent. c. 42. *Caute & cogitate rem suam tractare*, Plaut. Trin. 2, 2, 46; *Cautius efficere aliquid*, Cic. pro Dejot. c. 6. *Cautissime navigare* Id. Att. 15, 26. Vulgo dicimus: *discе cautius mercari*, siehe dich besser für.

¶ Cautim, idem quod *Caute*, apud Ter. Heaut. 4, 8, 29.

¶ Cautio, *onis*. 1. die verwahrung, versicherung; ut, *Adhibere cautionem & diligentiam*, fürsichtigkeit gebrauchen, Cic Att. 1, 19 *Cautiones facere pecuniarum*, Id. pro domo c. 50. *Pacem ne rescisset, mihi esse ab illa, cautio est*, id est, Cautio: Ter. Andr. 2, 3, 26. ¶ 2. *Cautiones* etiam dicebantur, *chirographa* & *syngraphæ*; (de quibus infra suis locis,) handschrifft. Hinc Vetus Interpres illud Lucæ c. 16 v. 6 δέξαι σου τὸ γράμμα, *Accipe cautionem tuam*, optime, ut ibi annotat Grotius, vertit. *Ita enim*, inquit, *ICti vocant, quod Græci syngraphum, aut chirographum. Eandem Cautionis vocem hoc sensu usurpat Tertullianus & Salvianus.* Seneca etiam *Cautiones* obligationes seu chirographa dixit de Benef. 7, 10 *Video istis diplomata & syngraphas & cautiones, vacua habendi simulacra.* ¶ 3. De opere ICtorum Cic. fam. 7, 18 *Itaque quando vestræ cautiones inprimæ sunt*, eine cautelen.

¶ Cavitio, *ōnis*, f. olim dicebatur, quæ nunc *Cautio*, Festus.

¶ Cautēla, *æ*, f. idem quod *cautio*, versicherung. l. 6 Dig. de Pignorat. act. *Prius idoneam cautela a debitore pro indemnitate ei præstanda.* Adde l. 15 Dig. de procurat. & defens. & ibi Gothofredi notulam. Vet. Gloss. *Cautela ἀσφάλεια.*

¶ Cautelōsus, *a, um*, listig, verschlagen, tückisch. Ennod. 8, 8 *An forte contra me illam tuam cautelitatem assimas esse servandam.*

¶ Cautor, *ōris*, m. qui cavet & provident, ein fürsorger, bürge, cavent. Plaut. Capt. 2, 2, 5 *Qui cavet ne occipiatur, vix cavet, cui autem cavet, etiam cum cavisse ratus est, sæpe is cautor captus est.* Cic. pro Sext. c. 7 *Cautor alterius periculi.* Id. de Orat. 1, 55 *Cautor formularum.*

¶ Cautionālis, *e*, versichernd, ut, *Cautionales stipulationes, ut quis cautior sit* &c. l. 1 ff. de stipulat. prætoriis.

¶ Discăveo, *ēre*, verhüten, vorbauen. Plaut. Men. 2, 1, 24 *Dictum facessas dudum & discavere malo.*

¶ Incautus, *a, um*, qui non cavet, unvorsichtig; ut, *Invadere, opprimere hostem incautum*, der sein nicht wahrnimmt. Cic. Phil. 11, 2. *Formica haud ignara ac non incauta futuri*, Horat. Sat. 1, 35 *Juventa incautior*, Liv. 30, 13 extr. *Homo simplex & incautus*, Plin. Ep. 4, 9. *Incautissimus, quia credulus*, Sidon 8 ep 11. ¶ 2. Etiam passive, qui non cavetur. v. Barth. & Drakenb. ad Sil. 2, 98. & Cort. ad Sall. Jug. 49, 5.

¶ Incaute, unbehutsam. Cic. Att. 7, 10 *Stulte omnia & incaute (agi judico).* Liv. 21, 7 *Dum incautius subit murum.* ¶ 2. Eleganter Plin. ep. 1, 15 *Non potes incautius cunare*, h. e. ubi minus cauto sit opus, liberius. Et Augustin. de Moribus Manich. c. ult. *Vt se ipsos in jurgando incautissime proderent.*

¶ Incautela, *æ*, f. die unachtsamkeit. Salvian. de Gub. D. l. 6 p. 135 *Vnus incautior perit, ne multi per incautelam depereant.*

¶ Percautus, *a, um*, sehr fürsichtig. Cic. ad Quint. frat. 1, 1, 6 *Percautus & diligens.*

¶ Præcăveo, *ēre*, idem quod *Cavere*; ut, *Præcavere sibi ab insidiis*, sich fürsehen, verwahren, hüten. Liv. 9, 17 *Ne præcautum atque provisum est*, Cic. Att. 2, 1 *Res mihi prævisa atque præcauta est*, Id. Verr. 4, 42.

¶ Præcavens, *tis*, fürsichtig. Cic. pro Planco c. 43 *Providens ante & præcavens.*

¶ Præcautus, *a, um*, ut, *Cautus*. Pet. Chrysologus Serm. 156 p. *Peritia præcauta medicorum.* Iuvencus 1, 259 *Præcauto opus est*, man muß auf der hut seyn.

¶ Præcautio, *onis*, f. die fürsorge; ut, *Passionis avertendæ præcautio*, Cæl. Aurel. Acut. 1, 15 n. 131.

¶ Præcautor, *ōris*, m. Plaut. Pseud. 2, 2, 12 *Ego præcautor & patronus processi:* Sed *precator* rectius videtur.

¶ Recăveo, *ēre*, cautionem solvere, einen gegenschein geben, quittiren. Impp. C. lib. 9 t. 3 l. 2 *Qui solenni lege se vinxerit & recaverit.*

¶ Recautum, *i*, n. apochæ species, sive obligationis dissolutio, der gegenschein, die quittung. v. Novell. 130 de transf. mil.

Caverna, cavernōsus, &c. vide *Cavus.*

CAVIÆ, sive *Caviares*, partes hostiæ cauda tenus positæ in sacrificio pro collegio pontificum. Fest.

Cavile vide *Cavus.*

CĂVILLOR, *atus sum, ari*, quid proprie sit, omnium optime Scaliger ad Festum docet, achtung geben. *Cavillari*, inquit, *a cavendo ὑποκοριστικῶς. Propriumque est legulejorum & muratorum verbum. Nam Iurisconsultorum proprium* CAVERE. (Vid. *Caveo* n. 2, ubi & locum Ovid. Art. am. 1, 83 proximus.) Tibull. 1, 4, 68

Hæc nihil quæ cavet os Titio, Deus edidit ore.

Nam & Cavo, is, *dicebant. Vt igitur deminuerunt nomen in formulariis illis, Legulejos, non Iurisprudentes vocantes: sic & verbum professionis, cum cavillare, non cavere eos dicebant, propter tricas & morosas juris præfigias. Sane ita esse velunus* Tertullianus *satis dederit, qui* de Corona c. 11 *ait: omnibus modis cavillandum est, ne quid adversus Deum committatur*; id est, *cavendum, παντοίως περιεργαστέον. Non ergo obscurum, quare in vitium verterit hoc verbum, quum genus hoc hominum male semper audierit.* Hæc ille. Hinc ¶ 2. *Cavillari*, male interpretari, verdrehen. Tac. An. 13, 46, 3 *Augustum fessa ætate totiēs in Germaniæ commeare potuisse, Tiberium vigentem annis sedere in senatu verba patrum cavillantem.* ¶ 3. Est & *videndo fugillare*, sive calumniari jocularitet, verspotten, auslachen. Apul. Met. 8 p. 213 *Nare detorta magistrum suum varie cavillantur.* Id. 9 p. 238 *Summo risu*

visu meum prospectum cavillari non desinunt. Liv. 2, 58 *A centuriosibus corruptum exercitum dicere, Tribunos plebis cavillans interdum,* VOLERONES *vocare.* Quintil. 1, 4 *Quo minus sunt ferendi, qui hanc artem,* (grammaticam) *ut tenuem ac jejunam cavillantur:* id est, irridentes & calumniantur sive suggillant. Sic *cavillari in aliquo aliquid,* Cic. fam. 3, 34 dixit. ¶ 4. Est simpliciter *ludere* atque *jocari,* procul ira ac odio; scherken, veriren. Cic. Att. 2, 1 *Itaque jam familiariter cum ipso etiam cavillor ac jocor.* Vide ipsum locum. Habes enim ibi & cavillationum hujusmodi jocularium aliquot exempla. Suet. Tito c. 8 *Sape cum populo cavillatus est; verum majestate salva.* conf. Nonius 2, 183.

¶ Cavillātus, *a, um,* passive idem ac *illusus,* verlacht, verspottet. Apul. Met. 3, 137 *Lepido sermone Fotidis cavillatus.* Id. 9 p. 230 *Sermonis blanditie cavillatum deducebat puerum.*

¶ Cavillatio, *ōnis,* f. Latinis est, quæ Græcis ἐξωνείᾳ dicitur, gespött, spötteren, höhnerey. Gloss. Vet. *Cavillatio,* κακοηθεια, ἐξωνείᾳ. Vide & Casaub. ad Theophrasti Characteres *περὶ ἐξωνείας.* ¶ 2. Deinde etiam sic appellatur *Sophisma:* quemadmodum & ipsa ars texendi sophismata, quæ Græcis σοφιστικὴ est, *Cavillatoria* Boethio appellata, sophisterey. Hinc Vetus Glossator *Cavillationem ἐνέδραν, ἀπάτην, παρεγχείρησιν* interpretatur. Vlpian. L. 177 D. de verb. signif. *Natura* cavillationis, *quam Græci σοφισμὸν* (pro quo Alciatus ramen *σόφισμα* malit legi,) *appellaverunt,* hæc est, *ut ab evidenter veris per brevissimas mutationes disputatio ad ea, que evidenter falsa sunt, perducatur.* Quæ eadem & L. 65 D. de diverf. Reg. Iuris reperiuntur. Sen. epist. 111 *Quid vocentur latine sophismata, quæsisti a me. Multi tentaverunt iis nomen imponere, nullum hasit. Videlicet quia res ipsa non recipiebatur a nobis, nec in usu erat, nomini quoque repugnatum est. Aptissimum tamen videtur mihi, quo Cicero usus est:* Cavillationes *vocat, quibus quisquis se tradidit, quæstiunculis quidem vafras nocet: ceterum ad vitam nihil proficit.* Vide infra *Sorites.* ¶ 3. *Dicteria* quoque, quæ jaciuntur in alios joculariter, *Cavillationes* vocantur, stichelworte. Cic. de Orat. 2, 54 *Cum duo,* inquit, *genera sint facetiarum, alterum æquabiliter fusum, in omni sermone; alterum peracutum & breve: illa a veteribus superior,* cavillatio; *hoc altera,* dicacitas *nominata est.* Sed non servarunt hanc distinctionem alii. Suet. de Illustr. Grammat. c. 3 *Lutatium Daphnidem, quem Lenæus Melissus per cavillationem nominis πανὸς ἄγμα* dicit &c. Festus: *Cavillatio est jocosa calumniatio.* Suet. Vesp. c. 23 *Maxime dicacitatem in deformibus lucris asfectabat, ut invidiam aliqua cavillatione dilueret, transferretque ad sales,* daß er einen scherz und possen draus machte. ¶ 4. Quint. 10, 7 p. 953 *Infelix verborum cavillatio* est morosum illud examen, cum *ad quodvis verbum hasitatur, an probum sit, eoque impetus & contorta vis orationis,* ut loquitur auctor, *retardatur.* Vid. quæ supra de *calumnia* timoris dicta sunt.

¶ Cavillatus, *us,* idem. Apul. 8 p. 213 *Sed ille, cognito cavillatu, similis indignanti* &c.

¶ Cavillator, *ōris,* m. ridicularius, illusor, ein spötter. Cic. Att. 1, 13 *Consul ipse parvo animo & pravo: tantum cavillator* &c. Gell. 4, 20 *Qui jurabat, cavillator quidem, & canicula, & nimis ridicularius fuit.* Plaut. Truc. 3, 2, 15 *Iam sum cavillator probus.*

¶ Cavillatrix, *īcis,* f. Quintil. 7, 3 *Dialecticorum formata conclusio, in disputationibus potius per argumenta verborum cavillatrix, quam in oratoris officio multum allatura momenti.* Usus etiam Idem 2, 15.

¶ Cavillatorius, *a, um,* betrüglich, zweydeutig. Laudatur *Tractatus frustratorius, cavillatorius,* in lib. 35 ff. t. 2 l. 88. Sed est tantum interpretis, Gr. ψευδόμενος.

¶ Cavillabundus, *a, um,* höhnisch, schertzend. Tertull. de Anima c. 34 extr. *Menelaus statim insequitur amissam, statim repetit ereptam, decenni prælio extorquet, non latens, non fallens, non cavillabundus.*

¶ Cavillum, *i,* n. σκῶμμα, irrisio, spott, hohn, schertz. Apul. 1 Miles. p. 66 *Iam adlubentia proclivis est sermonis ac joci, & scitum est cavillum: jam dicacitas timula* &c. Aur. Vict. ep. 9, 14 *Alludere cavillo.* conf. 23, 6.

¶ Cavilla, *æ,* idem in fœminino Plautus Aul. 4, 4, 11 *Pone hoc sis, aufer cavillam: non ego nunc nugas ago.* Et Mart. Capella 4 p. 135 *Nam si revolvas quid cavilla sævius.*

¶ Cavillula, *æ,* f. diminut. Plaut. Truc. 3, 2, 18, ubi v. Taubm. & Gron.

¶ Cavillōsus, *a, um,* spöttisch. Firm. 5, 8 *Astuti, callidi, cavillosi, & insidiarum pleni.*

¶ Incavillatio, *ōnis,* f. per despectum irrisio, die aushöhnung, verspottung. Festus.

CAVLA, *æ,* f. ovile seu quodcunque gregis receptaculum, dictum vel a *concavitate,* vel ab αὐλῇ, i. e. *aula,* stall, ein schafstall. Servius in Æn. 9, 60 AD CAVLAS: *Monumenta & septa ovium. Est autem Græcum nomen C detracto. Nam Græci* AVLAS *vocant animalium receptacula. Unde in sacris ædibus & in tribunalibus septa, que turbas prohibent,* AVLAS *vocamus.* Vet. Gloss. *Caula,* μάνδρα: ἐρεμμάτων μάνδρα, *Caulæ.* Festus: CAVLÆ *a cavo dictæ. Antiquitus enim ante usum tectorum oves in antris claudebantur.* ¶ 2. Pro Festo videtur esse Lucretius, qui poros meatusque alios corporis non semel *caulas* a cavitate scilicet, quæ facit transitum, vocat. Vti 2, 948 *Donec materies omnes concussa per artas Vitales animæ nodos e corpore solvit, Dispersamque foras per caulas ejicit omnes.* Idem *Palati caulas,* lib. 4, 624; *Ætheris caulas* lib. 6, 491 eadem ratione dixit.

Caulesco, caulias, cauliculus &c. vide *Caulis,* Caulinus, *Caulon.*

CAVLIS, *is,* m. καυλὸς, herbarum idem est, quod arborum *caudex,* der stengel. *Caulis brassicæ,* ein krautstrunck. Plin. 18, 7 *Fabæ caulem emittunt, nullis distinctum internodiis.* Horat. 1 Sat. 3, 116 *Teneros caules alteni horti frangere.* ¶ 2. Plinius & simpliciter pro ipsa brassica posuit 17, 24 extr. *Odit & caulem vitis & omne olus,* Lohl. Nec aliter Cic Nat. D. 2, 47 *Vites a caulibus brassicisque, si prope sati sint, ut a pestiferis & nocentibus, refugere dicantur.* ¶ 3. *Caules* etiam *pennarum* sunt avium, fiele, federkiele. Plin. 11, 39. ¶ 4. Membrum virile est apud Lucil. in Sat *Telo præcidit caulem testesque,* observante Allio in Lex. Crit.

¶ Caulĭcŭlus, *i,* m. diminut. ein zarter stengel, ein stängen. Plin. 19, 8 *Hic est quidam ipsorum caulium delicatior, teneriorque cauliculus.* Et 24, 13 *Cauliculorum ex vino decoctum* &c. conf. Apul. de virt. herb. c. 90.

¶ Cauliculatus, *a, um,* mit stengeln; us, *Caulículati rami,* Apul. de virt. herb. c. 90.

¶ Caulias, *æ,* m. καυλίας, succus ex caule laserpitii, Plin. 19, 3.

¶ Caulōdes, *æ,* m. καυλώδης, brassicæ species, lata habens folia a caule exeuntia, Plin. 20, 9.

¶ Caulesco, *ĕre,* unde

¶ Decaulesco, *ĕre,* Gr. ἐκκαυλόω, quod caulem emittere est interprete Harduino apud Plin. 19, 7, den stamm oder stengel bekommen.

¶ Vnicaulis, *e,* quod in ramos non spargitur, das nur einen stengel hat. Plin. 19, 10 *Caminum unicaule* conf. Id. 18, 7; & 20, 21.

¶ Multicaulis, *e,* vide infra *Multus.*

CAVLON, *ōnis,* oppidum Italiæ. Virg. Æn. 3, 553

Caulonique arces & navifragum Scylacæum.

Strabo *Cauloniam* vocat, dictam prius *Aulonium,* quasi *Valoniam* a vicina convalle.

¶ Caulinus, *a, um,* adject. ut, *Caulinum vinum,* juxta Capuam provenions, ab agro sic dictum, Plin. 14, 6.

CAVMA, *ătis,* n. καῦμα, æstus, die hitze. Vulg. Int. Iob. 30 v. 30 *Ossa mea aruerunt præ caumate.*

CAVNVS, *i,* m. oppidum Cariæ, aut Rhodiorum Perææ. Strab. l. 14.

¶ Cauneus, vel Caunæus, *a, um,* καυνεῖος, adject. *Caunea carica* hinc dicuntur, de quo nomine Cic. Divin. 2, 40 illudens ominum, quæ putabantur vulgo, vanitati, *cum M. Crassus exercitum Brundisii imponeret, quidam in portu caricas Cauno advectas vendens,* Cauneas *clamitabat. Dicamus, si placet, monitum ab eo Crassum,* caveret, ne iret. Sed jocum, ut apparet, Ciceronis & ἀνωνύμου arripuit Plinius 15, 19 *Ex hoc genere sunt,* inquiens, *& carice jocus, quæque conferendi navem adversus Parthos omen fuere M. Crasso, venales prædicantis voce* Caunæas. Ita enim scribendum cum Casaubono ad Athenæum censet Harduinus. Petron. c. 44 *Ædilis trium caunearum,* i. e. nihili æstimandus, nichts würdig. conf. Cell. 5, 21.

Cavo, *are,* cavosus &c. vide *Cavus,* Cavo, *ere, Caveo.*

CAVPO, *ōnis,* m. ein schenck, krüger, wirt, nihilo honestioris loci, quam leno, de quo Casaub. ad Theophrasti Characteres *περὶ ἀπονοίας*; Boxhorn. ad Plaut. p. 147. De *caupone hospitii interitum parante,* v. Cic. Divin. 1, 27. Horat. 1 Sat. 1, 29 *Perpulus hic caupo.* Id. 1 Sat. 5, 4 *Forum differtum cauponibus malignis.* Martial. 1 epigr. 57 *Non potes, ut cupores, vendere caupo merum.* ¶ 2. *Copo* Cicero etiam dixit pro Cluent. c. 59. Quemadmodum *Copa* pro muliere dicitur, quæ cauponam exercet, Καπηλὶς, ut *Caupo,* Κάπηλος. Vet. Gl. Κάπηλος, *Cauponarius, cupo.* Virg. in Catalectis: *Copa Syrisca caput Grajâ redimita mitellâ Crispum sub crotalo docta movere latus.* Vbi vide Scalig. p 254; item Conjectan. in Varr. p. 61.

¶ Caupona, *æ,* f. taberna, eine schencke, gasthof, krug, wirtshaus. *In caupona vivere,* Horat. 1 epist. 11, 12. Cic. in Pis. c. 22 *Nonne tibi erat caupona pro oppido?* ¶ 2. Item, die wirtin. *Caupona* fœm. gen. a *Caupo,* ut a *Leo Leæna,* inquit Priscian 6 p. 684. *Caupona hic tamen una Syra,* Lucil. Sat. 3 n. 33 per Dousam.

¶ Caupōnŭla, *æ,* f. diminut. Cic. Phil. 2, 31 *Delituit in quadam cauponula, atque ibi se occultans perpotavit ad vesperum.*

¶ Caupōnius, *a, um,* ad cauponam pertinens, zur schencke gehörig; ut, *Puer cauponius,* Plaut. Pœn. 5, 5, 19 *Cauponias artes exercere,* Iustin. 1, 7, 12. *Taberna cauponia,* Vlp. L. 43 pr. D de ritu nupt. & Paul. L. 13 D. de instruct. vel instrum. (eine schencke.) Priori Vlpian. L. § 9 etiam *instrumenti cauponii* fit mentio.

¶ Caupōnium, *i,* n. subst. *caupona.* Gloss. gr. lat. κατηλεῖον, *Cauponium.* Pomp. ICt. D. l. 15 de Instr. vel instruct. *In cauponio institores.*

¶ Caupōnāria, *æ,* f. ars cauponandi, die wirtschaft. Onomast. vetus; *Cauponaria:* καπηλικὴ. Hinc vulgare, *cauponarium exercere,* wirtschaft treiben &c.

¶ Cauponārius, *i,* m. idem quod *caupo.* Gloss. Cyrilli: *Cauponarius,* κάπηλος.

¶ Caupōnor, *ari,* handthieren, feil haben. Ennius apud Cic. Off. 1, 12 *Non cauponantes bellum, sed belligerantes;* scil. pro patriæ salute, non lucri caussa bellum gerentes.

CAVPŬLVS, *i,* m. cymbæ genus, ein kahn, Gell. 10, 25. *Caupolum* vocat Isidorus 19, 1.

CAVRVS, & Corus, *i,* m. nordwest. Occidentalis ventus, qui Iapyx putatur esse, Gell. 2, 22. Virg. Georg. 3, 356 *Semper hiems, semper spirantes frigora Cauri.* Pluraliter Avienus Periegesi v. 1007 *Caurorum flabra* dixit. Adde infra *Corus.*

¶ Caurīnus, *a, um,* adject. nordwestisch. Gratius in Cyneg. v. 296 *Verum ubi Caurino perstrinxit frigore vesper* &c.

¶ Caurio, *ire,* heulen wie ein panther. *Caurit panther amans,* eleg. de Philom. v. 51.

CAVSA, sive caussa, *æ,* f. quemadmodum Virgilium & Ciceronem scripsisse Fabius Inst. Orat. 1, 7 testatur, die sache, ursache, urferung. Ratione originis *Causa* dicitur quasi *cauta* a *caveo,* quod Scaurus & Priscianus comprobant. Stoici duo statuebant in rerum natura, ex quibus omnia fierent: *Causam & materiam. Causam* autem unam pronunciabant, DEVM videlicet, qui omnia informat & efficit. Sed Aristoteles Phys. c. 3 & 7 v. 4 quatuor statuit: *materiam: opificem: formam: finem.* Plato & quintam addidit, *Ideam* sive *Exemplar.* Vid. Arist. Metaph. 1, 3 & Physic. 2, 3 &c. Itemque Sen. epist. 65, qui contra Aristotelem ibi & Platonem nonnulla affert: arguens enumeratione ea caussarum aut nimis multa, aut nimis pauca comprehendisse. Plutarch. de Placitis Philof. c. 11 *caussam* ita definit: αἴτιόν, inquit, ἐστιν, οὗ ἔστιν ἀποτέλεσμα, ἢ ὧν ὁ συμβαίνει τι, *Caussa est, cujus effectus est, aut a qua aliquid proficisci videtur.* Virg. Georg. 2, 490

Felix, qui potuit rerum cognoscere caussas.

Cic. Phil. 2, 22 *Vt Helena Troiani, sic ista reip. caussa belli, pestis, & exitii.* Id. Off. 2, 8 *Semen & caussa bellorum.* Cic. Att. 1, 10 *Subesse nullam gravem caussam video.* Differt *caussa* a *ratione,* quod *caussa* est impulsus ipse ad aliquid agendum: *ratio* vero, ordo ge-

rendorum ex causſa venientium. ¶ 2. Obſerva, venuſta quædam elegantia poſt cauſſam poni *Quamobrem*. Ter. Eun. 5, 6 (al. 5,) 30 *Aliquam cauſſam quærebat ſenex, quamobrem inſigne aliquid faceret iis*, er ſuchte gelegenheit ihnen einen rechten poſſen zu thun. Et ibid. 1, 2, 65 *Multæ ſunt cauſſæ, quamobrem copiam habuerere &c. Quam ob cauſſam, qua de cauſſa*, aus was urſach, weerwegen? *Contumeliæ cauſſa*, zum ſchimpf, Ter. Eun. 5, 2, 38. Vox *Cauſſa* aliquando omittitur. Tac. Hiſt. 4, 25, 4 *Tum e ſeditionis unam vinciri jubet, magis uſurpandi juris, quam quia unius culpa foret*. Ablativum CAVSSA pro wegen; non minus præponi Genitivo nominis, quam poſtponi, evincit Andr. Borrich. Vind. Latin. p. 24, ut, *Cauſſa virginis feci*, der jungfer zu gefallen, Ter. Eun. 1, 2, 122. Sic Liv. 31, 12 dixit: *Fieri cauſſa expiandæ violationis ejus templi* &c. Sed *Mea cauſſa*; *tua, ſua, noſtra* &c. *cauſſa*, um unſert willen. Cic. in Vatin. c. 3 *Non tam mea cauſſa, quam reip. nomine*. Id. fam. 15, 18 *Mea cauſſa moleſte fero, tua gaudeo*. Sed, *Volo tua cauſſa*, ſignificat *amicus tibi ſum*, Manut. ad Cic. fam 1, 1. Ita ad Att. 15, 3 *Ejus cauſſa & copio & debeo*. Latiſſime patet uſus vocabuli. ¶ 3. Frequenter rem ſive negotium ſignificat, de quo agitur aut diſceptatur, ein handel oder ſache. Quam enim ὑπόθεσιν Græci, quæ definita quæſtio dicitur, eam Latine Cicero *Cauſſam* dicit. Ter. Phorm. 1, 4, 49 *Cauſſa juſta, vincibilis*, eine gute ſache. Cic. fam. 3, 4 *Cauſſa integra* quid ſit vid. in *Integer*. Quint. 2, 16 pr. *Socrati objiciunt, eum docere, quomodo pejorem cauſſem meliorem faciat: τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν*, eine ſchlimme ſache gut machen. Nepos 7, 4, 3 & 11, 3, 3 *Cauſſam dicere*, ſcil. in judicio, ſich verantworten. Cic. de Clar. Or. c. 22 *Cauſſam pro publicanis accurate eleganterque dixit Lelius*. Id. pro *Cauſſam pro publicanis accurate eleganterque dixit Lelius*: Id. pro Quint. c. 8 *Cauſſam de capite ſuo dicere*, i. e. in judicio capitali. Liv. 29, 19 *Ex vinculis cauſſam dicere*. Hinc *cauſſæ dictio*, die verantwortung, Cæſ. B. Gall. 1, 4. At *indicta cauſſa condemnari*, Cic. pro Rab. c. 4 unverhörter ſache. Add. n. 10. *Ingredi in cauſſam*, zur ſache ſchreiten, kommen, Id. pro Planc. c. 3. Et Ter. Phorm. 2, 1, 62 *Servum hominem cauſſam orare leges non ſinunt*. Pro quo dicimus etiam *Cauſſam peroravit*, ſachen führen. Cic. pro Quint. c. 24. *Docet cauſſam* is, cujus res agitur, ſ. litigator, cum patronum pro ſe acturum inſtruit: *docet cauſſam* patronus. v. Gronov. ad Cic. fam. 7, 21 pr. it. 10, 26 pr. Itaque Quintilianus 12, 8 ut inſcriptio etiam docet, refert, quæ in *diſcendis cauſſis* oratori obſervanda. *Tradere cauſſam adverſariis*, ſeinem widerpart die ſache zuſpielen. Ter. Phorm. 2, 1, 7 *Cauſſam deponere*, die ſache fahren laſſen, Cic. fam. 1, 5. *Cadere cauſſa*, die ſache verlieren. Cic. de Invent. 2, 19 *Ita jus civile habemus conſtitutum, ut cauſſa cadat is, qui non, quemadmodum oportet, egerit*, der verſpielt, der etwas im proceß verſiehet. Vide ſupra in verbo *Cadere*. Juſtin. Inſtit. de actionibus § 33 *Si quis agens intentione ſua plus complexus fuerit, quam ad eum pertineat, cauſſa cadebat*, id eſt, *rem amittebat*, er verſpielte. Recentioris latinitatis auctores, *formula cadere*, ſive *excidere* dicebant, ut Ch. Colerus Pareg. c. 9 obſervat. Contrarium eſt: *Vincere cauſſam*, die ſache erhalten: Suet. Domit. c. 9 dixit *Tenere cauſſam: Permittit*, inquit, *ut accuſatori, qui cauſſam non tenerat, exilium pœna eſſet*. Nempe *teneret* pro *obtineret* dixit. *Contendere cauſſam*, pro diſceptare: Lucret. 4, 473 *Hinc igitur contra mittam contendere cauſſam*, mit ihm will ich mich nicht in proceß einlaſſen. *Conjicere & conſiſtere cauſſam* dicitur qui *litem*, ut ICti loquuntur, *conteſtatur*: hoc eſt, qui controverſiam apud judicem præſentibus teſtibus exponit: id quod actoris proprium eſt, ſich einlaſſen. Gell. 5, 10 *Capit conſilium Protagoras, ut tum exiſtimabat, acutum: petere inſtitit ex pacto mercedem: Litem cum Evathlo conteſtatur. Et cum ad judices conjiciendæ conſiſtendæque cauſſæ gratia veniſſent, tum Protagoras ſic exorſus eſt* &c. Hæc de forenſi quaſi bello, ſed etiam de publico adhibetur vox cauſſæ eadem ſignificatione. Propert. 4, 6, 51 *Frangit & attollit vires in milite cauſſa*, die böſe oder gute ſache. ¶ 4. Quamquam *cauſſa, initium atque occaſio*, itemque *prætextus* diverſa inter ſe negotiis, de quo egregie Polyb. lib. 3 docet: tamen quia & comitantur *cauſſam* & juvant, cauſſarum nomine haud raro & ipſa veniunt. Florus 2, 6, 3 de bello Punico ſecundo exponens: *In cauſſam belli*, inquit, *deleta Saguntus*: id eſt, ut initium & occaſio belli exſtaret. Nam ipſas cauſſas, dolorem nempe Carthaginienſium ex captis inſulis, & juſjurandum Annibalis jam ante expoſuerat. Terentii locum ex Eun. 5, 5. (al. 6) 30 paullo ante n. 2 laudavimus. Et ita Florus d. l. expoſiturus velut, quod ante de Saguntо in cauſſam belli deleta dixerat: *Annibal*, inquit, *cauſſas novarum motuum quærens, & ſuis & ipſorum manibus*, (Saguntum) *everit*. Cic. Divin. 2, 2 *At mihi quidem cauſſam explicandæ philoſophiæ attulit gravis caſus reip.* Cæſ. B. Civ. 2, 28 *Hanc nactus appellationis cauſſam Quintilius*, id eſt, occaſionem appellandi militis. ¶ 5. Pro prætextu, der vorwand. Cæſ. B. Civ. 3, 76 *Equitatumque per cauſſam pabulandi emiſſum*. Et rurſus c. 87 *Annon audiſtis ex iis, qui per cauſſam valetudinis remanſerunt?* Id. B. Gall. 1, 39 *Alius, alia cauſſa illata petebat*. Suet. Cæſ. c. 2 *Repetita Bithynia per cauſſam exigendæ pecuniæ*. Et ita in Othone etiam c. 3 itemque Veſp. c. 1 loquitur. Adde Brouckh. ad Tibull. 1, 7, 26. Ovid Her. 20, 140. Tennul. ad Frontin. Strateg. 3, 3, 6. ¶ 6. *Cauſſa* & diſceptantium partes notat. Ita enim *in cauſſa eſſe* dicuntur, qui alicujus partes ſecuti, cauſſam ejus defendunt, die parten halten. Cic. Att. 5, 3 p. 668 *Cauſſam modo* (juſtam) *illa cauſſa* (Cæſaris) *non habet, cæteris rebus abundat*. Id. pro Marcello c. 1 *Dolebam enim, & vehementer angebar, cum viderem virum talem, tum in eadem cauſſa, in qua ego fuiſſem, non in eadem eſſe fortuna*. Id. pro Dejot. c. 10 *Quem nemini in illa cauſſa ſtudio & cupiditate concedere ſolebat*, id eſt, in illis partibus, Pompejanis puta. Id. pro Marcello circa fin c. 10 *Ingratus eſt injuſtusque civis, qui armorum periculo liberatus, animum tamen retinet armatum: ut etiam ille ſit melior, qui in acie cecidit, qui in cauſſa animam profudit*. ¶ 7. *Cauſſa* etiam emolumentum ſignificat, quod ex re percipitur, der vortheil, die nutzung. Plaut. Aſin. 3, 1, 17 *Vbi quieſco, omnis familiæ cauſſa conſiſtit tibi*. Id eſt: Vbi ceſſo, ceſſat omne emolumentum & commodum, quod ex familia poteſt capi. Ita ICti *rem reſtituendam* dicunt *cum ſua cauſſa*. Nec aliter intelligendus eſt Dig. titulus, *De fructibus & omni cauſſa*. v. Gronov. obſ. 4, 26. ¶ 8. *Cauſſa* etiam conditionem notat, der zuſtand. Cic. de Lege Agr. 3, 2 *Soluta in meliore cauſſa ſunt, quam obligata*, intellige prædia, ſie ſind beſſer daran. Id. fam. 2, 4 *In hoc genere hæc mea cauſſa eſt*, ſo iſt es mit mir bewandt, ſo ſteht die ſache. Vlp. L. 1 § 4 de public. & vectigal. *Eſt enim abſtrudum, meliorem cauſſam publicanorum, quam exterorum, effectum operari*. Similiter & S. Matthæus c. 10 v. 10 *ἄξιον τῆ ἀνδρὸς τροφῆς αὐτοῦ*, *cauſſam hominis*, pro conditione hominis poſuit, ut primum Caſaubonus, deinde & Grotius interpretati ſunt ex foro Romano. ¶ 9. *Cauſſa* & morbum ſignificat: quemadmodum & apud Græcos *αἰτία, νόσος* ſeu *morbus eſt*. Tibull. 1, 9, 51 *Non illi ſontica cauſſa*. Id eſt, *ſonticus morbus*. Et inde *cauſſarium* idem quod morbidum, de quo infra. ¶ 10. *Cauſſa* etiam dicitur, quicquid purgandi & excuſandi cauſſa affertur, die entſchuldigung. Plaut. Capr. 3, 4, 92 *Hoc ſi ſcieus reperies, nullam cauſſam dico, quin mihi Et parentum & libertatis apud te deliquio ſiet*. Id. Caſ. 5, 4, 24 *Si ego unquam adeo poſthac tale admiſero, Nulla cauſſa eſt, quin pendentem me, uxor, virgis verberes*. Ter. Andr. 5, 22 *Cenſen', me verbum putuiſſe ullum proloqui? Aut ullam cauſſam, ineptam ſaltem, falſam, iniquam? obmutui*. Cic. fam. 16, 19 *Si ob eam rem moraris, accipio cauſſam*. Liv. 3, 69 *Cognoſcantur eorum cauſſæ, qui militiæ nomen non dediſſent*. ¶ 11. Vereris elegantiæ eſt, *cauſſam rei*, pro re ipſa ponere, die ſache. Tibull. 3, 2 extr. *Lygdamus hic ſitus eſt, dolor huic, & cauſſa Neæræ Conjugis ereptæ, cauſſa perire fuit. Cauſſa Neæræ erepta*, id eſt, Neæra erepta. Nempe ſignificat, ab erepta Neæra conjuge interitus *cauſſam* Lygdamo exſtitiſſe: ſive, dolore ob ereptam Neæram mortuum eſſe. Similiter apud ICtos veteres: *Cauſſa facti, pignoris, ordinis, bonorum* &c. pro *facto, pignore, ordine, bonis*, paſſim dicuntur. Sed non placet hæc interpretatio Brouckhuſio, qui primum legit *cura Neæræ*: deinde etſi legas *cauſſa*, tamen cauſſam tum ſignificare ait cauſſam conjunctionis, benevolentiæ, amoris, eamque ſignificationem probat locis aliquot Ciceronis: v. g. pro Quint. c. 15 *Ad vadimonium non venerat, ut ait is, quicum tibi affinitas, ſocietas, omnes denique cauſſæ & necceſſitudines veteres intercedebant*. Itaque *cauſſa Neæræ* eſſet conjunctio, neceſſitudo &c. Add. Cic. fam. 10, 10 extr. *Ad eas enim cauſſas, quibus inter nos amore ſumus, officiis, vetuſtate, conjunctis, patriæ caritas acceſſit*.

¶ Cauſſula, æ, f. diminut. Cic. de opt. gen. or. c. 3 *Lyſias parvum rerum cauſſulas ſcripſit*. Hirtius Afric. B. c. 54 *Parvulam modo cauſſulam nactus Cæſar*.

¶ Cauſſor, *atus ſum, ari*, cauſſas afferre pro ſe, zur entſchuldigung vorwenden, vorſchützen. Virg. ecl. 9, 56 *Cauſſando, noſtros in longum ducis amores*. Tibull. 1, 3, 17 *Aut ego ſum cauſſatus, aves dixi omnia dira*. Tac. Hiſt. 3, 59, 6 *Sabinus inhabilem laburi & audaciæ valetudinem cauſſabatur*. Gell. 18, 4 *Vt ne ſibi invideret diſcere volenti, orabat. Atque ille, ſe jam plane illudi ratus, negotium ſibi eſſe cauſſatur, & digreditur*. ¶ 2. Interdum eſt criminari, accuſare. Horat. 1 epiſt. 14, 12 *Locum immeritum cauſſatur inique*, er beſchweret ſich unbillig. ¶ 3. Recentioris Latinitatis auctores & pro *poſtulare*, item pro *quærere* uſurpant: quod Græci *αἰτιᾶσθαι* & *αἰτιᾶσθαι* dicunt. Treb. Pollio 30 Tyrann. extr. *Habes integrum numerum XXX tyrannorum: qui cum malevolis quidem, ſed bono animo cauſſabaris*. Chrytol. Serm. 156 ſub f. *Increpant deſides: malos produnt, contumaces verberant, ſervum Domino non occurriſſe, cauſſantur*. Salvian. de Gub. Dei 3 poſt init. *Cauſſaris igitur, quid ſit illud, quod Chriſtiani, qui Deum credimus, omnibus miſeriores ſumus*. ¶ 4. Paſſive poſuit Ovidius de nuce v. 124 *Cauſſabor, quare ſit lapidoſus ager; Cauſſabor*, i. e. in cauſſa eſſe dicar: quemadmodum quidam ibi pro *cauſſabor* legunt *cauſſa habeor*, es wird mir ſchuld gegeben werden.

¶ Cauſſatus, *a, um*, excuſans, vorwendend, vorgebend. Suet. Ner. c. 49 *Pugiones rurſus condidit, cauſſatus, nondum adeſſe fatalem horam*. Idem Calig. c. 23 *Socerum ad necem compulit, cauſſatus, quod non eſſet ſecutus*. Apul. Met. 3 p. 135 *Cauſſatus capitis acrem dolorem*.

¶ Cauſſate, adverb. per cauſſas, gründlich; unde *Cauſſatius defendere*, apud Plin. præf. Operis: id eſt, meliori cauſſa, mit beſſern gründen, aus beſſern urſachen. Vide Harduinum, qui etiam *defendimus* hoc loco ex MSS. reſtituit pro adhuc vulgato *diffidimus*.

¶ Cauſſatio, *ōnis*, f. excuſatio, die entſchuldigung, der vorwand. Gell. 20, 1 *Ne cauſſatio iſta ægri corporis perpetuam vacationem daret fidem detrectantibus*. Pallad. de R. R. 1, 4 *Si ſalvo capite in pulmonibus ac thorace aut nulla aut rara cauſſatio eſt*: id eſt, morbus, vel querela de morbo.

¶ Cauſſatrix, *īcis*, f. die urheberin; ut, *Omnis mali cauſſatrix*, Dig. lib. 38 t. 10 l. 4 § 6. Sed eſt modo interpretis.

¶ Cauſſarius, *a, um*, i. e. morbidus, valetudinarius, ſiech, kränclich; nam *Cauſſa* morbus eſt, vide ſupra n. 9. Sen. epiſt. 68 *In animo noſtro ſunt quaſi cauſſariæ partes, quibus adhibenda curatio eſt*. Id. præfat. 1 Nat. Quæſt. *Hoc corpus cauſſarium ac fluidum periturumque, niſi ſubinde impleatur*: CAVSSARIVM, i. e. morbis obnoxium. Hinc *Cauſſaria miſſio* in militia, & l. 13 § 3 D. de re militari dicitur, quæ fit ob valetudinem ſeu morbum. Spartian. Adriano c. 10 *Poſthac profectus in Gallias, omnes cauſſarios liberalitatibus ſublevavit*. Ita enim legendum. Vide ibi Caſaub. atque Salmaſii Notas. Liv. 6, 6 *Exercitus ex cauſſariis ſenioribus ſcribatur*, i. e. ex illis, qui morbo aut debilitate affecti. Eleganter apud Apul. Lucius de ſe in Aſinum transformato, & farcinæ pondere oppreſſo, ictibusque fuſtium fatigato, atque etiam ungulis extritis jam claudo & titubante, lib. 4 Met. p. 144 *Rebar jam me prorſus exanimum ac debilem mereri cauſſariam miſſionem*, 1, 12. *Cauſſarii* abſolute, ungeſunde leute, die immer kränckeln. Plin. 25, 5 f. *Cauſſarii vel latere vel faucibus*.

¶ Cauſſarie, adv. kranckheit wegen. Macer ICt. l. 13 § 2 ff. de re mil. *Qui cauſſarie miſſus eſt*.

¶ Cauſſāli

¶ Cauſsālis, *e*, gründlich, erweislich; poſteriori ævo dici cœptum. Auguſtin. de Geneſi 7, 23 *Cauſſalis ratio*: & 9, 1 *in prima cauſſalium rationum conditione*. ¶ 2. *Cauſſalia argumenta* dicuntur, quæ ipſas rerum cauſſas rimantur. Barth. ad Claud. Mamert. p. 379 *Conjunctiones cauſſales*, quæ cauſſam reddunt rei præcedentis, ut, *nam, quia, quoniam*, &c.

¶ Cauſſāliter, adverb. idem. Auguſtin. de Gen. 5 c. ult. & 6, 5.

¶ Cauſſātīvus, *a, um*, urſach gebend, philoſophis frequens. Gloſſ. gr. lat. *αἰτιολογικός, cauſſativus*, & Mart. Capella lib. 5 *Cauſſativum litis eſt*, inquit, *quod facit dubitationem*.

¶ Cauſſidĭcor, *ari*, fürſprechen, advociren. Gloſſ. gr. lat. *δικολογῶ, cauſſidicor*.

¶ Cauſſidĭcus, *i*, m. qui cauſſas agit, patronus, ein fürſprecher, advocat, juriſt. Cic. in Orat. c. 9; Suet. Claud. c. 15. Juvenal. 7, 135 *Purpura vendit Cauſſidicum*. Contemtus non nihil hoc nomen habuiſſe videtur, certe apud vulgum, ævo Quintiliani. vid 12, 1 p. 1050 Burm. Apul. Apol. p. 305 *Patronos litigatorum cauſſidicos nominari*, &c.

¶ Cauſſidĭcīna, *æ*, f. ipſa ars, ſive munus *Cauſſidicorum*, die rechtsführung, das advocaten-amt, in Cod. Theodot. lege ult. de Cohortal. princ. cornic. & apud Amm. Marcell. 30, 16, & Symmach. 5 ep. 16 & 75.

¶ Cauſſidĭcātus, *ūs*, m. idem, Gloſſ. gr. lat. *δικολογία, cauſſidicatus*.

¶ Cauſſĭfĭcor, *ari*, eſt tergiverſari, recuſare adductis cauſſis, urſachen einwenden. Plaut. Aul. 4, 10, 25 *Ergo quia jam tangere auſus, haud cauſſificor, quin eam ego habeam potiſſimum*. Apul. Met. 10 p. 242 *Verbero blaterans atque inconcinne cauſſificans*, i. e. cauſſas fabricans.

Compoſita a *cauſſa* vel *cauſſor*, quæ a *cudo* Priſcianus derivvit.

¶ Accuſo, *avi, atum, are*, beſchuldigen, anklagen; ut, *Accuſare capitis*, Cic. de Fin. 2, 9; &, *rei capitalis*, Id. Verr. 2, 28, auf leib und leben anklagen. *Accuſare aliquem furti*, einen diebſtahls halber verklagen: In his ſubaudi *crimine*. Nam & eodem jungitur cum ablativo, Nepos 4, 7, 1 *Potius de præſenti quæſtio haberetur, quam abſens invidiæ crimine accuſaretur*. Id. 15, 8, 1 *Poſtquam domum vedium eſt, collegæ ejus hoc crimine accuſabantur*. Sic *Accuſari conjurationis, proditi, inertiæ*: tametſi & *Alicujus accuſare inertiam* Cicero dixerit de Orat. 1, 58. Et cum præpoſitione, ut, *de aliqua re*, vel *in aliqua re quem accuſare*, Id. Att. 1, 6; & pro Sulla c. 22. Neque vero *accuſare* apud judicem, tantum queri de alicujus peccato eſt: ſed apud quemvis alium, ipſum etiam, qui peccavit: cum nihil aliud eſt, quam reprehendere, culpare, objurgare, ſchelten, ſtraffen. Ter. Heaut. 1, 1, 49 *Quotidie accuſabam: hem! tibine hæc dictus fuere ſpectare facere?*

¶ Accuſātus, *a, um*, beklagt; ut, *Accuſatus capitis*, Nepos 4, 2, 6. *Accuſatas crimine*, Id. 6, 3, 4. *Accuſatus proditionis*, Id. 1, 7, 5.

¶ Accuſatio, *onis*, f. die anklage. Cic. de Clar. Or. c. 34 *Accuſationem factitavit*, er hat vom verklagen profeßion gemacht. Pro Cornel. 1 (fragm. ap. Aſcon.) *Deſtitit accuſatione*.

¶ Accuſātor, *oris*, m. ein ankläger. Cic. pro Roſc. Am. c. 20 *Accuſatores multos eſſe in civitate utile eſt, ut metu contineatur audacia*. Id. in Orat. c. 4 *Accuſatorem firmum verumque eſſe oportet*. Id. de Clar. or. c. 34 *Vehemens accuſator*.

¶ Accuſatrix, *icis*, f. Plaut. Aſin. 3, 1, 10 *Tumi accuſati ixades*. Plin. 10 ep. 67 *Notum accuſatrici ejus facerem*: & Trajan. epiſt. ſeq.

¶ Accuſatōrius, *a, um*, ad morem accuſantium, zum anklagen geſchickt, *animus accuſatorius*, Cic. pro Cluent. c. 4. *Artificium accuſatorium*, Id. pro Roſc. Am. c. 17.

¶ Accuſatorie, nach ankläger art, adverb. Cic. Verr. 3, 70 *Non agam tecum accuſatorie*. conf. Liv. 40, 12. Et Pedianus in Divin. p. 23 *Accuſatorie vociferari*.

¶ Accuſābilis, *e*, anklagens werth; ut, *Turpitudo accuſabilis*, Cic. Tuſc. 4, 35.

¶ Accuſātīvus, *a, um*, anklagend; ut, *Accuſativus caſus*, apud Grammaticos. v. Mart. Capella 3 p. 55; Iſidor. 1, 6. Sic, *Accuſativæ præpoſitiones*, Idem 1, 12, quia ſervitunt accuſativo. ¶ 2. Abſolute Quintil. 7, 9 p. 649 *Accuſativi geminatione facta amphibolia ſolvitur ablativo*.

¶ Accuſito, *are*, offt anklagen. Plaut. Moſt. 3, 2, 23 *Nihil erit, quod Deorum illum accuſites*.

¶ Inaccuſābilis, *e*, unſträflich, wider den nichts aufzubringen. Gloſſ. Vet. *Inaccuſabilis, ἀνέγκλητος, ἄκατος ὀφτος*.

¶ Inaccuſātus, *a, um*, unverklagt. Tertull. Apolog. c. 49 *Inaccuſati & impuniti*.

¶ Subaccuſo, *are*, leviter vel nonnihil accuſare, ein wenig beſchuldigen. Cic. pro Planc. c. 35 pr. *Meum diſceſſum ſubaccuſare voluiſti*. Id. Att. 13, 46 *Subaccuſa quæſo Veſtorium*. conf. Att. 16, 7.

¶ Excuſo, *are*, diluere crimen objectum, purgare, entſchuldigen; ut, *Alicui ſe excuſare*, Plaut. Aſin. 4, 2, 4. Et, *Literarum tarditatem excuſare*, Cic. Att. 15, 26. Tac. An. 1, 44, 2 *Reditum Agrippinæ excuſavit ob imminentem partum, & hiemem*: i. e. quod Agrippina non rediret, cauſſam dixit, vicinum partum hiememque inſtantem. Cæſ. B. G. 4, 22 *Se de ſuperioris temporis conſilio excuſare*. Plin. ep. 8, 11 *Excuſa patri tuo cæſum, cui paratior apud feminas venia eſt*. Et ep. 12 *Hunc ſolum diem excuſo*, ne operam tibi dem ſcil. Conf. 1, 18 & ibi Cort. ¶ 2. Eleganter & *excuſari res* dicitur, unde excuſationem petimus, vorwenden, zur entſchuldigung beybringen, ſich worauf beruffen. Liv. 26, 22 de T. Manlio demandati conſulatus veniam poſtulaturo: *Erectis omnibus exſpectatione quidnam poſtulaturus eſſet, oculorum valetudinem excuſavit*: Id eſt, ob oculorum valetudinem ſe excuſavit. conf. Id. 23, 8. Id. 6, 22 *Exacta jam ætatis Camillus erat, comitiisque juvare parato in verba excuſandæ valetudini ſolita, conſenſus Pop. reſtiterat*. Tac. An. 3, 11, 2 *His diverſa excuſantibus*. Suet. Calig. c. 27 *Parentes ſupplicio filiorum intereſſe cogebat. Quorum uni valetudinem excuſanti lectican miſit*. Ita Id. Claud. c. 6 & 15; It. Nero c. 40. vide quos laudat Burm. ad Quint. Decl. 12, 25 p. 266. ¶ 3. Impedire vid. Gron. & Gelen. ad Pallad. Nov. 7, 2.

¶ Excuſatus, *a, um*, entſchuldiget. Cic. Verr. 1, 40, 1 *His omnibus me vehementer excuſatum volo*. Ovid. Triſt. 4, 1, 1 *Si qua meis ferimt, ut erunt, vitioſa libellis Excuſata ſuo tempore, lector, habe*. Martial. 2 epigr. 79 *Excuſatum habeas me oportet*. Sen. Controv. 1, 4 extr. *Quo excuſatior ſis*. Sen. de Vita beata ſive Otio cap. c. 29 *Excuſatiſſimus eſſem*.

¶ Excuſate, citra culpam, adverb. verantwortlich. Quintil. 2, 1 extr. *Fieri videtur excuſate*. Juſtin. 32, 2, 1 *Sperabat ſe, ſi ſocia tributaria neceſſitate, exceſſatius ſacrilegia commiſſurum*. Et Plin. 9 epiſt. 21 *Id excuſatius facies*.

¶ Excūſātio, *ōnis*, f. die entſchuldigung, der befehl. Cic. de Senect. c. 18 *hæ vitia habent aliquid excuſationis, non illius quidem juſtæ, ſed quæ probari poſſe videatur*, ſie laſſen ſich in etwas entſchuldigen. Id Tuſcul. c. 15 *Facere quid vel ætatis excuſatione, vel honoris*. Ibid. c. 6 *Excuſationem habere valetudinis*. Id. Att. 12, 27 *Dubito, an excuſationem aliquam ad illum parem*. Id. pro Sylla c. 16 *Hæc excuſatio apud me valet*. Id. fam. 12, 25 *Hanc ego accipio excuſationem*. Id. Att. 9, 14 *Hanc eram excuſationem relicturus ad Cæſarem*.

¶ Excūſatiuncula, *æ*, f. diminut. eine bemäntelung. Salvian. ad Eccleſ. (ſeu contra Avar.) l. ; poſt init. *Umbra excuſatiuncula*.

¶ Excuſamentum, *i*, n. idem. Mart. Capella 8 p. 272 *Cum excuſamentis admiſſi*.

¶ Excuſator, *ōris*, m. qui excuſat, fürſprecher. Auguſtin. Civ. D. 3, 20 *Defenſores & excuſatores eorum* Salvian. de Gub. Dei 3 p. 96 *In aliis horrent, quod in ſe ſemper admittunt, mirum in modum & accuſatores eorumdem criminum, & excuſatores*.

¶ Excuſabundus, *a, um*, entſchuldigend. Apul. Apolog. p. 324 *Etſi magnum me dixiſſet, poſſet viaci excuſabundo*.

¶ Excuſabilis, *e*, verantwortlich. Ovid. 4 Pont. 1, 1 *Crimen vix excuſabile*. Ibid. 1, 7, 41 *Delicti pars excuſabilis*. Val. Max. 6, 11, 4 *Quæ excuſabilior eſt error equi*.

¶ Excuſabiliter, adverb. idem. Paullinus Nolanus epiſt. 39 n. 4 *Excuſabilius ille non habet ſolitum*. Et Auguſtin. de 1 tenit. 14, 15 extr. *Excuſabilius peccat*, ſein ſehler iſt eher zu entſchuldigen.

¶ Inexcuſabilis, *e*, der ſich nicht, oder da man ſich nicht entſchuldigen kan. Ovid. Met. 7, 511 *Felix & inexcuſabile regnum*, i. e. beatus regni adeo floret, ut excuſatio negandi auxilii nulla ſupperat. Vlp. L. 59 § 1 Dig. de Judiciis & ubi, *Tributis vel quibuſdam aliis inexcuſabilibus oneribus*.

¶ Subexcuſo, *are*, in etwas entſchuldigen. Salvian. de Gub. Dei lib. 4 p. 68 *Subexcuſare quodammodo miſeros eorum auxus*.

¶ Inſŭo, *are*, idem quod *accuſare*, anſchuldigen. Plaut. Truc. 1, 2, 58 *Qui alterum inſuſat probri, eum ipſum ſe inſuere oportet*. ¶ 2. Queri de aliquo, über einen klagen. Ter. Heaut. 5, 2, 7 *Quid me incuſas Clitipho?* Virg. Æn. 2, 745 *Quem non incuſavi amens hominumque deorumque*. De differentia inter *accuſare & incuſare*, ut hoc ſit *ſuperiorem arguere*, videatur Serv. ad Æn. 1, 410, ſed id perpetuum non eſt. v. Cæſ. B. G. 1, 40.

¶ Incuſans, *tis*. Liv. 1, 9 *Incuſantes violati hoſpitii fœdus*.

¶ Incuſātus, *a, um*, angeklagt; ut, *Sterilitas cacuminis jure incuſata*, Colum. 3, 17.

¶ Incuſatio, *onis*, f. accuſatio, die anklage. Cic. de Orat. 3, 27 *Vitiorum acris incuſatio*. Gloſſ. Vet. *Incuſatio, ἔγκλημα, μέμψις*.

¶ Incuſator, *oris*, m. idem qui *accuſator*: ut, *Incuſatori licentia denegetur*, &c. Cod. 12 t. 36 l. 18 § 8.

¶ Incuſabilis, *e*, ut accuſabilis. Tertull. ad Nation. 1, 12 comparativo uſus eſt, *Hos quidem vos incuſabiliores*, &c. deſto mehr ſeyd ihr zu beſchuldigen.

¶ Incuſātivus, *a, um*, idem quod *accuſativus*; ut, *Incuſativus caſus*, Diomed.

¶ Recūſo, *are*, renuere, rejicere, abſchlagen, verweigern; ut, *Recuſare munus legationis*, Cæſ. B. Civ. 1, 33. *Non recuſo, quo minus eos legant*, Cic. de fin. 1, 3, ich weigere mich nicht. ich laſſe geſchehen. Id. fam. 3, 7 *Multo plures eſſe, qui de triumfo recuſant*. Id. fam. 1, 9, 35 *Ne fieret, vehementer recuſare*. Horat. A. Poët. v. 39 *Quid ferre recuſent, Quid valeant humeri*. conf. Id. 2 epiſt. 1, 259.

¶ Recuſans, *tis*. Cæſ. B. C. 3, 26 *Militibus nullum periculum pro ſalute Cæſaris recuſantibus*. Ovid. Faſt. 2, 307 *Iuſſa recuſantes peragunt miniſtri*. conf. ibid. 3, 859.

¶ Recuſatus, *a, um*, verjagt, abgeſchlagen, verworffen. Ovid. ex Pont. 4, 13, 27 *Qui ſpreta contulit ſæpe recuſati experit imperii*.

¶ Recuſatio, *onis*, f. die verweigerung. *Duæ ſe proverbiales*, Cæſ. B. Civ. 3, 98. conf. Id. B. G. 8, 1 *Sine recuſatione, ac ſine ullo incommodo negotium ſuſceperant*, Cic. Cæc. 3, 2. *Admiror, alicui omnem recuſationem*, Id. de Orat. 2, 89. *Stomachi recuſatio*, i. e. ſtomachus averſus, ein ſchwacher magen, dem vor der ſpeiſe eckelt, Perron. c. 141.

¶ Recuſabilis, *e*, verweigerlich der verweigerung unterworffen. Tertull. contr. Marc. 4, 35 *Recuſatio* (Chriſti) *prima recuſandi: ſecunda honorabilis*. Reſpicit Lapidem, quem ædificantes rejecerunt, Pſ. 118, 22.

¶ Irrecuſabilis, *e*, unverweigerlich; ut, *Irrecuſabilis occaſio*, Cod. 3 t. 1 l. 13 § 8.

CAVSIA, *æ*, f. *καυσία* & *καυσασία*, pileus latas oras ac margines habens ad probibendum ſolis æſtum, ein ſchaub- oder anderer hut, mit einem breiten rand. Plaut. Mil. Glor. 4, 2, 92 ad nauſeam ſuorum refert. Valer. Max. Macedonibus tribuit 5, 1 ext. 4. Suidas *genus pilei barbarici* vocat. Vid. Taub. ad Plaut. p. 869.

Cauſidicus, Cauſificor. vide *Cauſa*.

CAVSIS, *is*, f. *καῦσις, uſtio*, a *καίω* f. *καύσω, uro*, die brennung, verſengung. Olim cameræ ceris inuſtis pingi ſolitæ: Et hæc pingendi ratio *Cauſis græce dicitur*, uti docet Vitruv. 7, 9. Quæ de re & Plin. 33, 7; & Salmaſ. in Solin. p. 164.

¶ Cauſōdes, *is*, f. *καυσώδης*, febris ardens, ein hitzig fieber. Celſ. 2, 8.

¶ Cauſtice, *es*, f. *καυστική, uvent* ſcil. herba, quæ alias *Sedevata* dicitur, brenn-kraut, Apul. de Herb. c. 8.

¶ Cauſticus, *a, um*, *καυστικός*, urens, vehementer calidus, brennend, hitzig; ut, *Cauſtica medicamenta*, quæ vim habent exurendi. Plin. 27, 9 *Vis ei cauſtica eſt*; & mox *Limeaphyllon, cauſticæ naturæ*.

¶ Cau-

¶ Causimōmantia, æ, f. καυσιμομάντεια, quaſi μάντεια, *divinatio*, per τὰ καύσιμα, i. e. *ea, quæ uruntur*. Ita Salmaſius in Solin. p. 179 apud Plinium 36, 19 pro *Axinomantia*, ubi *magi gagatem peruri negant, ſi eventurum ſit, quod aliquis optet.*

¶ Acauſtus, *i*, m. ein carfunckel. Plin. 37, 7 *Carbunculi, cum ipſi non ſentiant ignes, ob id a quibusdam Acauſti appellati.*

¶ Apocaulis, *is*, f. ἀποκαυσις, legunt quidam Colum. 2, 10 *Quinta decima luna, ſi tamen ea non transcurrat eo die ſolis radios, quod Graeci* ἀποκαυσιν *vocant* Sed leg. ἀπόκρυσις, ubi vid. in *Crufma.*

¶ Encauſtice, es, f. ἐγκαυστική, pictura ad ignem in argentum, æs, vitrum, die kunſt ein gemählde einzubrennen, glasmahlerey. Ejus ratio duplex erat: alia *cera*, alia *ceſtro* fiebat. De prima vide ſupra in *Cera*: de altera in *Ceſtrum*. Sed & tertia acceſſit, ubi & penicilli uſus erat. v. Plin. 35, 11 atque imprimis ſub finem; Item Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p. 393; & in exercit. Plin. p. 164; & Rhodig. Ant. Lect. 29, 24.

¶ Encauſticus, *a*, *um*, ἐγκαυστικός, eingebrannt; ut, *Encauſtice picturæ*, Plin. 33, 11 ſub init.

¶ Encauſtes, æ, m. ἐγκαύστης, qui ita pingit, ein glasmahler.

¶ Encauſtus, *a*, *um*, ἔγκαυστος, geſchmelzt. Martial. 4 epigr. 47 *Encauſtus Phaëthon tabula tibi pictus in hac eſt.*

¶ Encauſtum, *i*, n. ſubſt. ἔγκαυστον, materia inuſta ad pingendum apta, ſchmeltz. Plin 36, 25 extr. *Figulinum opus encauſto pingere*, glaſieren. ¶ 2. *Sacrum encauſtum* vocabatur rubrica, qua imperatores Conſtantinopolitani in ſubſcribendis literis utebantur. Vide Macrum 1 c. 3 v. 54; Mabill. de re diplomat. 10 f. 42; & Pancirolł. Deperd. 1 t. 2 p. 10.

¶ Holocauſtum, *i*, n. ὁλόκαυστον, παρὰ τὸ ὅλον καίεσθαι, *quod totum crematur*, hoſtia tota in ignem conjecta, ein brand-opffer. Ioſeph. Antiq. Jud. 3, 10. Bernegg. ad Suet. Aug. c. 1. Tertull. adv. Judæos c. 8; & adv. Marc. 2, 42; & aliquoties, in Gruteri Inſcript. p. 125. Prudentius Apoth. v. 536 *At tua congeſtæ tumulant holocauſta ruinæ.*

¶ Holocauſtōma, *ătis*, n. ὁλοκαύτωμα, idem. v. Tertull. adv. Judæos c. 5; & adv. Marc. 5, 5.

¶ Hypocauſis, *is*, f. ὑπόκαυσις, apud Vitruvium 5, 10 eſt fornaculæ, caminatave ſtructura, ſive concamerario, ubi ignis ſuccenditur; adeoque idem quod *hypocauſtum*, ein zimmer mit einem camin oder ofen.

¶ Hypocauſtum, *i*, n. ὑπόκαυσον, ab ὑποκαίειν, *ſuccendere*, latine *Vaporarium*, quod ſub pavimento ſuo habet fornacem, qua accenſa calefit, eine ſtube, bad-ſtube, ſchwitzbad. Stat. Silv. 1, 5, 59 *Tenuem volvunt hypocauſta vaporem.* Plin. 2 epiſt. 17 *Applicitum ejt cubiculo hypocauſtum perexiguum, quod anguſtia feneſtræ ſuppoſitum calorem, ut ratio exigit, aut diffundit, aut retinet.* Facile apparet, hypocauſta veterum aliquantum diverſa a noſtris fuiſſe. v. Vitruv. 5, 10; & Borrich. Cogit. de L. L. p. 123. Eædem videntur *balneæ penſiles*, de quibus dedit Fabric. ad Sext. Empir. p. 30. Geſner. ad Chriſtoph. Plin. p. 690. Imaginem hypocauſti poſt alios

CAVTA, æ, f. καυτή, effatio oris, der warme athauch. Th. Priſc. 1, 17.

Caute. cautela, vide *Caveo.*

CAVTER, *ēris*, m inſtrumentum uſtorium, ein brandeiſen. Καυτήρ Græcis, quod Latinam Tertull. recit de pallio c. ult. *Adige*, inquit, *cauterem ambitioni, qua M. Tullius quingentis millibus nummûm obem cepit emit.* Et Prudent. in Vincentio v. 229 *Virginea poſſitne ignem Impreſſa cauterem lavit.* Et in Romano v. 490 *Cremari ſtrigosum Impreſſa cauterem lavit.* Et in Romano v. 490 *Cremari ſtrigosum Impreſſa cauterem lavit.* Et in Romano v. 490 *Cremari ſtridulis cauteribus*, quod in ſupplicis ſive tortorum artibus erat. Adde Palład. 1, 43; Veget. 2, 6.

¶ Cautērium, *i*, n. καυτήριον, idem; ut, *Maculam vel notam infamiæ cauterio inurere alicui*, ein ſchandmal brennen; quod militi, qui hoſpiti ingratus fuerat, Philippus Macedo fieri juſſit, Sen. de Benef. 4, 37. Eſt etiam, ut in *Cautere* modo vidimus, cauterii uſus in medicina, unde Plin. 25, 8 de plantagine; *Vis mira in ſiccando deinſandoque corpore, cauterii vicem obtinens.*

¶ Cauterio, *are*, cautere notare, brandmarcken. Vet. Interp. Irenæi 1, 24 *Cauterientes diſcipulos ſuos in poſterioribus partibus extantiæ dextræ auris.*

¶ Cautēriatus, *a*, *um*, cui nota cauterio inuſta, gebrandmalet: ut, *Cauteriata conſcientia*, Vulg. Interpr. 1 Tim. 4 v. 2: & Novatian. de Trinit. c. 29.

¶ Cauterīzo, *are*, cauterio urere, brennen. Veget. 3, 4.

¶ Cauterōma, *ătis*, n. ulcus a cautere factum, Plin. Valer. 3, 47. v. Barth Adverſ. 5, 17.

¶ Encauterium, *i*, n. idem, quod *Encauſtum* n. 2 rothe dinte. Impp. l. 9 C. de agric. *Immunitates encauteriis factæ.* conf. Theod. Cod. l. 13.

CAVTES, *is*, f. ein felß. Cæſ. B. Gall. 1, 13 *Saxa & cautes timere*, de navigantibus. Virg. Æn. 3, 699 *Hinc altas cautes projectus*. Idem Æn. 6, 471 *Quam ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes:* Verſus proverbialis in hominem pertinacem ſententiâ. v. Chil.

¶ Cautis primo caſu, metri cauſſa, ut corripiatur, dixit Prudent. Romano v. 701

Quæ cautis illud perpeti ſpectaculum,
Quis ferre poſſit æris aut ferri vigor?

vid. Barth. Adv. 41, 3.

Cautim, cautio, cautus, &c. vide *Caveo.*

CĂVVS, *a*, *um*, vacuum & inane ſignificat, hohl, ausgehöhlt. v. Liv. 24, 34. Ovid. Art. am. 1, 520 *Inque cava nullus ſtet tibi nare pilus.* Suet. Aug. c. 91 *Cavam manum aſſes porrigentibus præbere*, more ſcilicet mendicorum, betteln. *A chao* derivat Feſtus & Varr. L. L. 4, 3. Adde Nonium 6, 105. Sic, *Cava vena*, Cic. N. D. 2, 55; *arbor*, Virg. ecl. 1, 18: *feneſtra*, Id. Æn. 9, 534.

¶ Cāvus, *i*, m. vel Cavum, *i*, n. ſubſt. ein loch, eine höhle. Plaut. Men. 1, 2, 49 *Etiam nunc concede audaciter ab leonino cavo* Vbi *cavum leoninum*, ſive ſpeluncam leoninam vocat, locum domus, ubi mulier habitabat, quæ inſtar leænæ immitis & ſæva: vel gravem violumque habitum edens. Horat. 1 epiſt. 7, 33 *Macrâ cavum repetes arĕtum, quem macra ſubiſti.* Cato R. R. c. 28 *Ita neque aſpergo nocebit, nec cava mures facient.* Varro de gliribus 3, 15 *Facere his cavos oportet laxiores.* Colum. 12, 8 *Cavum quem feceris, ſuculo obturato.*

Vbi *Cavum* vocat foramen, quod terebra factum juxta fundum oliæ. Liv. 24, 34 *Archimedes murum ab imo ad ſummum crebris cubitalibus fere cavis aperuit:* ſcilicet ut ubique in hoſtes tela poſſent ingeri: ſchieß-löcher. *Cavum ædium*, Varro L. L. 4, 33; Vitruv. 6, 3. *Cavum oculi*, das hohle in den augen, quos *cavos orbes* Sen. Oedipo v. 972 vocat. *Cava* dentium, hohle zähne, Plin. 20, 6. *Cava veritatis*, i. e. vacua, Claud. Mamert. 2, 9 de ſtatu animæ dixit. Alioquin notandum *Cavi* voce fornacem deſignare Prudent. paſſione Vincentii v. 70. vid. Barth. ad 4 Theb. Stat. p. 111, & Adverſ. 41, 9.

¶ Cava, æ, f. ſubſt. foramen cavum. nidus, ein loch, ein neſt. Sen. ep. 90 *Cavis tecti, aut aliqua rupe ſuſtoſſa, aut exeſæ arboris trunco.* Illis autem, qui *caſulis* legunt, obſtat, quod caſæ aut caſulæ non primum ſtatim factæ. Frontin. de Colon. Keuch. p. 352 *Quicquid viarum, riparum, cavarum &c. fuerit.* Huc & refertur illud Plinii: *In viperarum cavis, in vogel-neſtern.* Sed Senecæ & hic locus ad *cavum* etiam referri poſſunt.

¶ Cāvea, æ, f. ferarum receptaculum, eine kove, ſtall, höhle. Martial. 9 epigr. 89 *Vt captum teneas, capto quoque munera mitte: De cavea fugiat ne male paſtus aper.* Ovid. Nic. Heinſ. ad Sil. 1, 569. ¶ 2. Eſt & *Cavea*, qua aves clauſæ ſervantur, ein hünerkorb, vogelbauer, käfich. Cic. Divin. 2, 34 *Attulit in cavea pullos is, qui ex eo nominatur pullarius. Hæ igitur ſunt aves internunciæ Jovis.* conf. Id. N. D. 2, 3; Plaut. Curc. 3, 1, 79. ¶ 3 Item area in medio theatri, in qua ad ludos ſpectandos populus conſidebat, der ſchau-platz. Virg. Æn. 5, 340 *Hic totum caveæ* &c. Vid. Plaut. Truc. 5, 39; & omnino Taubm. p. 13. Sic, *Qui in prima cavea ſpectat, qui in ultima*, apud Cic. de Senect. c. 14. vid. Stat. 1 Sylv. 6, 28. Lucret. 4, 76. ¶ 4. *Caveæ* etiam ſunt alvearia, bienen-ſtöcke. Virg. Georg. 4, 58.

¶ Cavĕla, æ, f. diminut. in Gloſſ. Vet. ζώγριον exponitur.

¶ Cavīle, *is*, n. forte idem quod *Cavea*, cum qua inde conjunxit Varro L. L. 4, 3. Sed in diverſa abeunt critici. v. Gothofredi Not. ad h. l. & Scalig. conject. p. 13.

¶ Caveus, *i*, m. poculi genus, ein becher. Sic *caveos & ſcyphos* conjungit Treb. Pollio in Claud. c. 14. Aliqui etiam pro *Cauco* legunt *caveo* in Spartiani Peſcenn. c. 10.

¶ Caverna, æ, f. obſcura concavitas ſub terra, eine höhle, grube. Virg. Æn. 2, 53 *Inſonuere cavæ cavernæ.* Cic. Nat. D. 2, 60 *Nos e terræ cavernis ferrum elicimus*, aus ſchachten, fundgruben. Lucret. 4, 172 *Cavernæ cæli.*

¶ Cavernula, æ, f. diminut. Plin. 27, 11 *Lapilli cavernulas habent.*

¶ Cavernōtus, *a*, *um*, cavernas habens, hohl, löchericht. Prudent. Hamartig. v. 319 *Per cavernoſos penetrare meatus.* Plin. 26, 8 *Radix cavernoſa.*

¶ Caverno, *are*, aushöhlen; ut, *Cavernare fiſtulam*, Cæl. Aurel. 4 Tard. c. 3.

¶ Cavernatim, adv. durch löcher. Sidon. 5 epiſt. 4 *Aquæ ſcabris pumicibus cavernatim ruĕlata.*

¶ Cavo, *are*, perforare, höhlen, hohl machen, ausgraben; ut, *Cavat arbore lintres*, Virg. Georg. 1, 262. Καλλίμαχος πλοῖον φησὶν ὑδατος ἐνδελεχῆ, hoc eſt, *Cavat petram aquæ ſtilla aſſiduitate*, legitur apud Galenum, quod Ovid. extulit de arte 1, 475 *Quid magis eſt durum ſaxo? quid mollius unda? Dura tamen molli ſaxa cavantur aqua.*

¶ Cavātus, *a*, *um*, ausgehöhlet, hohl; ut, *Cavata vallis*, Varro L. L. 4, 3. *Lignum cavatum*, Cic. Leg. 2, 18. Apul. Met. 11, 262 *Vinula fabri ibi cavata.* Lucret. 6, 1192 *Oculi cavati.* Compar. Tertull. adv. Hermog. c. 29 *Segregatis aquis in cavatiorem ſinum.*

¶ Cavatio, *ōnis*, f. eine aushöhlung. Varr. L. L. 4, 26 (Scal. p. 31) *Sinus majorem cavationem, quam poculi, habet.* conf. ibid. n. 3.

¶ Cavātĭcus, *a*, *um*, was in höhlen wächſt; ut, *Cochleæ cavaticæ*, Plin. 8, 39; & 30, 6.

¶ Cavatūra, æ, f. die höhle, lücke; ut, *Cavatura temporum*, die ſchläfe, Veget. 1, 25. *Cavaturæ dentium*, hohle zähne. Marcell. Emp. c. 12.

¶ Cavāmen, *ĭnis*, n. caverna, eine höhle. Solin. c. 14 (al. 9) de Macedonia: *In latebroſis rupium cavaminibus.*

¶ Cavator, *ōris*, m. qui cavat; ut, *Picus cavator arborum*, apud Plin. 10, 18. Item ein ſtein-ſchneider; vid. Salmaſ. in Hiſt. Aug. p. 428; & ſupra *Cabator* ex.

¶ Cavōlus, *a*, *um*, pro *Cavus* poſterioris latinitatis fuit; unde

¶ Cavoſĭtas, *ātis*, f. die höhle, aushöhlung. Tertull. de Anima c. 55 pr. & de Pudicit. c. 20

¶ Cavædium, *i*, n. cavum ædium, vocatur locus, qui intra parietes patulus relinquitur, ad communem omnium uſum, das vorhaus, der ſaal. v. Varro L. L. 4, 33. Conjuncta voce protulit Plin. 2 ep. 17: disjuncte *cava ædium* vocatur a Vitruv. 6, 3. *Cavædium* duplex eſſe Varro indicat, aliud tectum, aliud ſub divo, der hof; tectum quodammodo convenit cum atrio, &c.

¶ Cavefacio, *ĕre*, hohl machen, ad formam *Vacue facere*. Fortun. 8, 4, 192 *Per tribulos gradiens ſpiræ cavefecit acumen.*

Compoſita a *Cavus* & *Cavo*, *are*.

¶ Concāvus, *a*, *um*, idem quod cavus, hohl, ausgehöhlt; ut, *Concavæ altitudines ſpeluncarum*, Cic. Nat. D. 2, 39. *Concava ſaxa*, Virg. Æn. 5, 677. *Puppis concava*, Ovid. Art. am. 1, 402.

¶ Concava, *orum*, n. pl. ſubſt. idem ac profunditates foſſæ, tiefen, gräben; ut, *Concava terræ*, Lactant. 7, 26. Et Claud. de Conſul. Honorii 3, 46 *Adſcenſu vincere montes, Planitiem curſu, valles & concava ſaltu.*

¶ Concavo, *are*, hohl machen. Ovid. Met. 2, 195

In geminos ubi bracchia concavat arcus Scorpius.

¶ Concavatus, *a*, *um*, hohl gebaut. Colum. 8, 5 *Facere concavatos nidos.*

¶ Excavo, *are*, aushöhlen. Plin. 10, 33 *Tertium eſt earum* (hirundinum) *genus, quæ ripas excavant.* conf. Apic. 4, 1.

¶ Excavatus, *a*, *um*, ausgehöhlt; ut, *Trulla excavata cum manubrio aureo*, Cic. Verr. 6, 27. *Loca excavata in ſpecum*, Sen. epiſt. 90.

¶ Excava-

¶ Excavatio, *ōnis*, die aushöhlung. Sen. Quæſt. Nat 4, 3 *Guttæ in rotundum jacent, & ſtillicidii caſus lapidem cavat, & hæc ipſa excavatio rotunda ſit.*

¶ Incāvo, *are*, hohl machen. Colum. 4, 25 *Roſtro* (falcis vinitoriæ) *incavare*, hinein bohren.

¶ Multicavus, & Multicavatus, vide infra *Multus.*

¶ Recavus, *a, um*, inwendig hohl. Prudent. Pſychom. v. 423 *Recavo miſeret lavra palato.*

¶ Subcavus, *a, um*, ſubtercavatus, unten hohl. Lucret. 6, 556 *Ventus per loca ſubcava terræ colleſtus.*

¶ Subtercavatus, *a, um*, unterhöhlt. Solin. c. 8 ſub fin. de Diomedeis avibus: *Cum fictiſcum adeſt tempus, roſtro ſcrobes excavant: deinde furculis in verſum ſuperpoſitis texta cratium imitantur, & ſic contegunt ſubtercavata.*

CAYCVS, vel CAICVS, *i*, m. comes Æneæ, Virg Æn. 1, 183; & 9, 35. ¶ 2. Fluvius Myſiæ, Idem Georg. 4, 370. ¶ 3. *Caycī* etiam Germaniæ ad Rhenum populi, Lucan. 1, 463.

CAYSTER, ſive Cayſtrus, *i*, m. Καΰστρος, Aſiæ fluvius in Ionia. Virg. Georg. 1, 384 de cygnis: *Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri.* Add. Ovid. Met. 2, 253; Plin. 5, 29.

¶ Cayſtrius, *a, um*, adject. ut, *Ales Cayſtrius*, apud Ovid. Triſt. 5, 1, 11 pro *cygno.*

CE, adjectio ſyllabica jungitur caſibus pronominis *Hic*: ut, *Hicce, hujuſce, hiſce, hoſce*, &c.

CEA, *æ*, f. inſula in ora Aſiæ, e regione Halicarnaſſi, aut Cnidi potius, quæ uſitatius *Cos* vel *Coos* vocatur. Vide infra. Plin. 5, 31 *Nobiliſſima in eo ſinu Cos - - ut plures exiſtimant, Merope vocata; Cea, ut Staphylus.* Ita MSS. ut Harduinus obſervat. ¶ 2. *Cēa* alia Simonidis patria, Plinio 4, 12 eſt in Cycladibus, quæ & *Ceos* dicitur, Straboni ſub finem l. 10 p. 335 Κέως. Plin. d. l. in enarratione inſularum Ægæi, *Dein Ceos, quam noſtri quidam dixere Ceam.* Ovid. Heroid. 20, 221 *Inſula Cycladis quondam celeberrima Nymphis, Cingitur Ægæo nomine (Cea mari)*, conf. Virg. Ge. 1, 14.

¶ Ceus, vel Cæus, *a, um*, genitle: ut, *Simonides Ceus*, de quo Horat. 2 od. 1, 37 *Sed ne relictis Muſa procax jocis Ceæ retractes munera neniæ*: quia Simonides primus carmen lugubre, quod ἐπικήδειον vocamus, dicitur inſtituiſſe, ut vetus interpres h. l. memorat. *Ceæ ſedes*, i. e. Simonidis patria, Idem 4 od. 9, 7.

CEBENNA, *æ*, f. Solin. c. 21.

CĒBES, *ētis*, m. Κέβης, Thebanus fuit, philoſophiæ profeſſor, Socratisque & auditor & morum ejus imitator. Scripſit dialogos tres, ex quibus unus tantum πίναξ, *Tabula*, humanæ naturæ & vitæ curſum proponens, in multorum manibus eſt.

CEBREN, *ēnis*, m. Κεβρήν, fluvius Troadis, pater Oenones & Heſperiæ. Apollodor. 3, 5. Parthen. erot. c. 5. Hinc in Sabini epiſt. Paridis ad Oenonen v. 89 ita legit Heinſius, *Ipſe pater Cebren, nate male tutus ab ore.*

¶ Cebrēnis, *idis*, patron. f. apud Ovid. Metam. 11, 769

Aſpicit Heſperien potviâ Cebrenida ripâ.

Sed Stat. 1 Silv. 5, 21 *Viduæ Cebrenidos arida lucta Flumina.* Heinſ. l. c. de Oenone intelligit, pr ehatam ſibi Helenam dolente.

¶ Cebriŏnes, *æ*, m. a quo *Cebrenia* nomen habere potuit. Priami filius nothus fuit, quemadmodum Homerus ſcripſit Iliad. π. v. 738 Κεβριόνην νόθον υἱὸν ἀγαλλόμενος Πριάμοιο.

¶ Cebrēnia, *æ*, f. Κεβρηνία, vel *Cebrinia*, regio duplex, altera in *Troade*, altera in *Thracia*, Plin. 5, 30 & Strab. 13 p. 406, 410.

CEBVS, *i*, m. κῆβος, ſimiæ ſpecies, de qua ex nummis Spanh. diſſ. 5 p. 243. Adde Ariſtot. Hiſt. Animal. 3, 8.

CECINNA, *æ*, m. vel potius *Cæcina*, ut in antiquis monumentis eſt. *A Cecina* Ciceroni familiaris fuit, ab eoque in hæreditatis quadam cauſſa defenſus. Oratio ejus defenſionis exſtat. *Cæcinnam* hunc Seneca Nat. Quæſt. 2, 56 *virum* dixit *facundum, qui habuiſſet aliquod in eloquentia nomen, niſi illum Ciceronis umbra proſſiſſet.* Plures alii *Cecinæ* apud Tacitum & alios leguntur. Eſt autem *Cecinæ* gentis cognomen, quod deinde in nomen tranſiit, *Largi* etiam cognomine adſcito. v. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 9.

CĔCROPIDÆ, *ōpis*, Κεκροφ, conditor & primus rex Athenarum fuit, Moyſi σύγχρονος: quippe qui, auctore Euſebio, triceſimo quinto anno Moyſis regnare cœpit, annis ante captivitatem Trojæ 375. Ante Deucalionis tempora conſtituit matrimonium, ex quo *Bifrons* dictus eſt; & *Diphyes* five ob varitatem corporis, five quod duas linguas Græcam & Ægyptiam calluerit. v. Taubm. ad Cirin v. 3; Polyd. Virg. 1, 4 & 6.

¶ Cecrŏpia, *æ*, f. arx Athenis & oppidum ipſum. Plin. 7, 56 *Oppidum Cecrops a ſe appellavit Cecropiam, quæ nunc eſt arx Athenis.* ¶ 2. Pro Attica regione. Catull. Nupt. Pel. & Th. v. 79 *Cecropiam ſolitam eſſe dapem dare Minotauro.*

¶ Cecrŏpidæ, *arum*, pl. i. e. Athenienſes. Virg. Æn. 6, 20 *Tum pendere pœnas Cecropidæ juſſi*, &c. Apud Lactant. 1, 17 *Virgines Cecropidæ* dicuntur Erichthonium ſervaſſe a Minerva ſibi commendatum.

¶ Cecrŏpius, *a, um*, Atticus: ut, *Cecropius cothurnus*, quia Cecropii ſive Athenienſes Theſpis, Æſchylus, Euripides &c. Horat. 2 od. 1, 12. *Arx Cecropia*, Ovid. Met. 6, 70. *Minerva Cecropia*, Lucan. 3, 306. Et, *Mei Cecropium, apis Cecropia*: Martial. 11 epigr. 43 *Mella jubes Hyblæa tibi vel Hymettia miſci, Et thyma Cecropiæ Corſica ponis api.*

CĔDITIVS, ſive Cædicius, *i*, m. tribunus militum primo bello Punico fuit: qui audaci facinore, cujus auctor actorque ac doctor fuit, Romanam ſervavit exercitum: Rem totam, ut geſta eſt, ex M. Catonis Originibus exponit Gellius 3, 7. Hinc

¶ Cedĭtiæ, vel Cædĭciæ tabernæ, ab ejus nomine, a quo exſtructæ in via Appia. v. Feſtum

CĔDO, verbum defectivum, imperativum, idem quod dic, exhibe, porrige, frequens Terentio, ut, Andr. 4, 5, 24 *Cedo, cujam puerum hic apportâſti?* ſage an. Id. Eun 4, 7, 6 *Cedo alios*, laß die andern herkommen. Et Adelph. 3, 4 (al 5,) 38 *Coram ipſum cedo*, i. e. ſtarke eum mihi præſentem, ſchaffe mir ihn rur her, ſtelle mir ihn unter die augen. *Cedo aquam manibus*, Plaut. Moſt. 1, 3, 150. *Cedo orationes*, Cic. de Clar. or. c. 86. *Cedo mihi leges*, Id. Verr. 2, 42. Perſ. Sat. 2 extr.

Hoc cedo, ut admittam templis, & farre litabo.

¶ 2. Accommodatur & pluralibus. Cic. de Senect. c. 6 *Cedo, qui veſtram rempubl. amiſiſtis tam cito*, ſagt ihr doch ꝛc.

¶ Cette, *ſagedicite, dato, dicto quod cedo*, apud Nonium 2, 122. ibidem Ennius Medea: *Cette manus veſtras meusque accipite.* Plaut. Merc. 5, 4, 4 *Cette dextras nunc jam.*

CĔDO, *ceſſi, ceſſum, cedere*, abire, locum dare victori, raum geben, weichen, nachgeben, überlaſſen. Ovid. de Arte 2, 197 *Cedere repugnanti, cedendo victor abibis.* Cic famil 4, 9 *Tempori cedere, id eſt, neceſſitati parere, ſemper ſapientis eſt habitum*, ſich in die zeit ſchicken. *Cedere honore & nomine ſuo alteri*, abtreten, Plin. Paneg. c. 94. *Cedere loco, patria, urbe, domo*, das land, die ſtadt ꝛc. räumen. Cæſ. B. C. 3, 51; Suet. Aug. c. 24; Nepos 25, 9, 2. *Cedere vita*, id eſt, *ultro ad mortem accedere*, ut interpretatus Budæus, gern ſterben, Cic. in epiſt. ult. ad Octav. Pro quo & illud Taciti eſt Hiſt. 2, 55, 2 *Ut ceſſiſſe vita Othonem, certi auctores attulerunt.* Sed perpetuum iſtud haud eſt. Nam *Cedere* etiam inviti dicuntur. Virg. de Æneа 2 Æn. extr. *Ceſſi, & ſublato montem genitore petivi*: CESSI inquit, an ſponte & ultro? imo invitus atque coactus; nimirum quia tenente hoſte omnia, nulla ferendæ opis ſpes erat ſuper. Et Servius ibi notat, CEDERE proprie dici, *qui patriam relinquunt.* Quare *Cedere vita*, malim ſimpliciter pro *mori* interpretari: ſicut & *Cedere e vita*, Cic. de cl. Orat. c. 1. Item *Concedere, decedere vita*, alii dixerunt. Sic, *Cedere fato*, Liv. 26, 13. *Anima e corpore ceſſit*, Lucret. 3, 219. Cic. de Senect. c. 19 *Horæ quidem cedunt & dies & menſes & anni, nec præteritum tempus unquam revertitur: Cedunt*, id eſt, labuntur, abeunt, ſie gehen dahin. *Cedere foro*, (bancam ruptam facere: *banca* enim argentariorum menſa eſt,) Iuvenal. 11, 30. v. *Forum.* Cic. Orat. antequ. iret in exil. c. 3 *Cedo invitus de republica, cedo oppreſſus de fortuna, de dignitate. Cedere de oppidis*, Cic. ad Att. 7, 22. *Cedere ab urbe*, Ovid. Heroid. 14, 28. *Cedere jus prætorium alicui*, ſein recht ab treten, Virg. Æn. 11, 359. Cic. Off. 2, 18 *Cedere ive*, i. e. dare locum ire, & quaſi abira diſcedere. Plin. 23, 1 *Ceſſit in proverbium*, es iſt zum ſprichwort geworden. ¶ 2. *Cedere* idem eſt quod accedere, & ſecedere. Lucret. 1, 339 *Principium quoniam cedendi nulla daret res.* Conf. 5, 831. Lactant. de Opif. m. c. 16 *Quæ ad ſecretum aliquid penetrale cedere.* ¶ 3. *Cedere* etiam dicitur, quod ad nos pervenit, & accidit quaſi: quod obvenit atque contingit; ut, *Cedit mihi hæreditas*, das erbe fällt mir zu. Virg. Æn. 3, 333 *Morte Neoptolemi regnorum reddita ceſſit Pars Heleno.* Id. Æn 12, 183 *Ceſſit illi victoria*, er hat den ſieg davon getragen. *Ager cedit meum nunc mihi*, er fällt mir heim, Horat. 2 Sat. 2, 134. *Tibi præda cedat*, der raub werde dir zu theil, Id. od. 3, 20, 7. *Aurum ex hoſtibus captum in paucorum prædam ceſſit.* Liv. 6, 14 ubi plura Drakenb. dabit. ¶ 4. *Cedere bene, proſpere, feliciter*: id eſt evenire, gelingen, glücken. Nepos 14, 1, 3; Ovid. in Ibin v. 561. Et contra *male cedere*, mißlingen: Ovid. Met 12, 80. Quamquam & aliquando abſolute *cedere* dicuntur, quæ ſuccedunt, & exitum ſive progreſſum habent. Virg. Æn. 12, 148 *Cedere res Latio*, ubi Servius: *feliciter cuncta procedere.* Florus 2, 17, 3 *Si res ceſſiſſet*, wann der handel von ſtatten gegangen. Id. 3, 1, 2 *Citra ſpem omnium fortuna ceſſit. Omnia votis cedunt*, es gehet alles glücklich, de ſecundo eventu, Ovid. Rem. Am. v. 563. ¶ 5. Impersonale *ceditur*, man weicht. Lucan. 1, 50 *Tibi numine ab omni cedetur.*

¶ Cedens, *tis*. Nepos 3, 1, 3 *Cedens animadvertit*, Virg. Æn. 3, 496 *Arva cedentia retro*, i. e. quæ videntur recedere. Ovid. Pont. 4, 9, 57 *Nec cedens cauſſa priori.* Plin. Epiſt. 3, 6 *Rari & cedentes capilli.*

¶ Cedenter, adv. idem. Cæl. Aurel. Acut. 3, 16 *Cedenter conſentiendo coërcere.*

¶ Ceſſus, *a, um*, übergeben, abgetreten; ut, *Ceſſæ actiones*, l. 39 ff. de fidejuſſ. & mand.

¶ Ceſſim, adv. zurück, beyſeit. Vet. Gloſſ. *Ceſſim, gradatim.* Juſtin. 2, 12, *Ire ceſſim.* Varro ap. Nonium 4, 109 *Ab Ilio ceſſim reverti.* Et L. 52 § 2 Dig ad Leg. Aquiliam, *Superius plauſtrum ceſſim recepit.*

¶ Ceſſio, *ōnis*, f. die einräumung: ut *Ceſſio in jure*, Cic. Top. c. 5.

¶ Ceſſionarius, *i*, m. cui fit ceſſio, vel creditor, in quem transfuſa eſt obligatio, vide ICtos.

¶ Ceſſor, *ōris*, m. qui cedit, nonnemo Varroni tribuit.

¶ Ceſſo, *avi, atum, are*, frequentativum eſt a *Cedo*, ſignificat, vacare, tardare, morari, deſinere, aufhören, ſich ſäumen. Donatus in Ter. Eun. 3, 1, 15 CESSAT *deficiosus*: REQVIESCIT *ſſus.* Cic. de ſenect. c. 5 *Gorgias ſeptem & centum complevit annos, nec unquam in ſuo ſtudio & opere ceſſavit*, er hat nie zu ſtudiren abgelaſſen. Ter. Adelph. 4, 2, 49 *Æſchines odioſe ceſſat.* Sen. epiſt. 12 *In nulla re ceſſat cura mea*, ich laß es an nichts fehlen. Virg. ecl. 7, 10 *Et ſi quid ceſſare potes, requieſce ſub umbra*: Id eſt, ſi quod otium tibi potes pertundere, wenn du dich ſo viel abmüßigen kanſt. Alloquitur enim amanteм laboris. ¶ 2. CESSARE etiam dicuntur mulieres, quæ parere haſtenus deſierunt. Paullinus Carm. de S. Ioh. Baptiſta, de matre Eliſabetha intelligens: v. 45 *Fœcundamque viſcera fecit Conjugis, effœto quæ jam ceſſavit in ævo.* Sic *ægri ceſſare* dicuntur, qui conſiti non ſunt, die brach liegen, oder ruhen. Virg. Georg. 1, 70 *Alternis idem tonſas ceſſare novales, Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum.* Lucan. 3, 451 *Curvoque ſibi ceſſantis avatro Articulo rapti annum flevere juvenci.* ¶ 3. CESSARE etiam dicuntur, qui in judicio ad dicendam cauſſam non comparent, auſſen bleiben. Suet. Claud. c. 15 *Abſentibus ſecundum præſentes facillime dabat, nullo delicto, culpane quis, an aliqua neceſſitate ceſſaſſet*: id eſt, ſi contingeret, alterum partem abeſſe, & itaque comperendinari cauſſam, pronunciaſſe Claudium ſæpius, & quidem ſecundum præſentes, h. e. pro præſentibus &c. ¶ 4. Cum caſtra ceſſant. Cedere, Propert. 1 eleg. 6, 21 *Nam tua non ætas unquam ceſſavit amori.* Ceſſavit i. e. vacavit, operam dedit. Vid. Scal. ad eum locum. ¶ 5. Impersonal. Liv. 22, 50 *Ab hoſte ceſſatum eſt.* Et 30, 10 *Ni ceſſatum a præfectis fuiſſet.* Per Sinonimon Horat. 1 ep. 2, 31 *Ad ſtrepitum citharæ ceſſatum ducere curam*, i. e. facere ut ceſſet *cura.*

¶ Ceſſans, *tis*. Aurel. Vict. Vir. ill. c. 64 *Segniter ceſſante Mucio conſule.*

¶ Ceſſātus, *a, um*, nachgelaſſen, geſäumet. Silius 5, 624 *Ceſſata reponere arvabant Tempora cede virûm*; ſie wolten das verſäumete wie-

her einbringen. ¶ 2. *Cessatus*, das brach gelegen oder geruhet hat. Ovid. Fast. 4, 617 *Largaque provenit cessatis messis in arvis.*

¶ Cessātio, *onis*, f. der verzug, müßiggehen. Cic. Nat. D. 1, 36 extr. *Epicurus nihil cessatione melius existimat, Cessatione torpere*, ibid. c. 37 incunte.

¶ Cessātor, *ōris*, m. ein zauderer, tendeler. Gell. in apologo de Cassita 2, 29 *Amici magnam in partem cessatores sunt*, sie machen es lang, wenn sie helffen sollen. Cic. Q. fratri 3, 6 *Cessator esse noli.* Id. fam. 9, 17 *Cessater in literis.* Horat. 2 Sat. 7, 100 *Nequam & cessator Davus.*

¶ Cessātrix, *icis*, f. Tertull. adv. Marc. 1, 24 *Quomodo defenditur bonitas, ex majore parte cessatrix?*

Composita a *Cedo* & *Cesso*:

¶ Abscēdo, *ĕre*, recedere, discedere, abtreten, weichen, scheiden; ut, *Veneris & Mercurii stellæ nunquam longius a sole abscedunt*, Plin. 2, 17 pr. *Abscedere munere*, sein amt übergeben, Liv. 9, 13. *Abscedere* etiam miles dicitur, cum retro fert pedem, & relinquit locum, wenn er abgehet; Ita usus Nepos 11, 2, 5 & 15, 9, 1. *Abscedere incepto*, id. quod desistere, von seinem fürnemen ablassen, Liv. 26, 7. Ter. Hec. 5, 2, 14 *Cito ab eo ira abscedet*, dieser zorn wird sich bald legen. Similiter *Ægritudo abscedere*, dicitur apud Plaut. Merc. 1, 1, 19. Contracte *abscessim*, pro *abscessissim*, Silius dixit 8, 109; & impersonaliter Liv. 29, 2 extr. *Nec ante abscessum est, quam* &c. man hat nicht eher abgelassen. ¶ 2. Medici etiam hoc verbo utuntur de corruptis humoribus, quando collectim in exteriores incumbunt partes, inque ulcus erumpunt. Celsus 2, 5 *Omnia abscedentia digerit murex combustus.* Id. 7, 12 *Sub lingua aliquid abscedit*, es wird ein geschwür unter der zunge. Inde & *abscessus* pro ulcere, de quo infra.

¶ Abscessio, *ōnis*, f. die abweichung. Cic. de Vniverſ. c. 12 *Cum ad corpora necessitate accessio fieret, tum abscessio.*

¶ Abscessus, *us*, m. idem. ut, *Solis abscessus*, Cic. Nat. D. 1, 10, qui & *occasus* est: cui opponitur ibidem *appulsus.* Adde Virg. Æn. 10, 415 ¶ 2. *Abscessus*, & apothema est, sive suppuratio major, ein geschwür. Celsus 5, 7 *Si materia extrahenda est: ut in ὑδροπικῷ, in lateris dolore, in incipiente abscessu, in suppuratione mediocri, aptum est id, quod habet resinæ aridæ pondo.*

¶ Accēdo, *ĕre*, advenire, appropinquare, herzukommen, zutreten. *Accedere ad urbem*, anrücken, Cic. fam. 3, 9; & 4, 1. *Ad flammam accesse imprudentius*, Ter. Andr. 1, 1, 123. Construitur etiam cum IN: ut, *In senatum accedere*, Cic. Att. 7, 4. *In ædes accedere*, Id. pro Cæc. c. 13. Item sine præpositione: Sil. 6, 604 *Tarpejum accedere collem.* v. N. Heins. ad h. l. Id. Sil. 14, 26 *Nectare Cecropias Hybleo accedere ceras*, i. e. proximum esse saporis bonitate. v. Drakenb. al. *accendere.* ¶ 2. Deinde est addi, adjungi: ut, Ter. Andr. 1, 3, 10 *Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam*, zu diesen unfall kommt mir auch das. Cic. Att. 7, 2 *Accedere ad similitudinem alicujus rei*, gleichen, ähnlich seyn. Quint. 9, 4 pr *Accedam in plerisque Ciceroni*, ich cit, assentior ejus sententiæ, ich will es meist mit ihm halten. Id. 6, 4 p. 570 *Aliis sufficientibus finalo loquendi: fatue accedere*, nachsagen, was einem eingeblasen wird: ad quem locum plura habet Burm. ubi accedere vel assentiri significat, vel subjicere se alterius imperio. De militaribus auxiliis sæpe poni observat Idem ad Grat. 16. *Accedit res pretium*, Plin. 6 ep. 19. *Meritum pretio accessit*, der preis ist sehr gestiegen, Colum. 3, 21. ¶ 3. *Accedit*, quod vel nude, vel cum alia voce, connexioni inservit. Cic. pro S. Rosc. c. 1 *Accedit alia causa, quod* &c. Et Plin. 8 epist. 24 n. 8 *Accedit, quod tibi certamen est tecum*, dazu kommt noch ꝛc. ¶ 4. *Accedere ad manum*, zum handkuß gelangen, peculiaris phrasis in posteriores ævi scriptoribus, pro *manum alicujus exosculari.* v. Lipſ. Elect. 2, 6. ¶ 5. *Accedere* & *Accidere* a librariis permutantur. v. Drakenb. ad Liv. 21, 10.

¶ Accessus, *a, um*, da man hinkommen kan. Ovid. Fast. 5, 582 *Gens non accessa invia fluminibus: Alii circumfusis.*

¶ Accessus, *us*, m. subst. der zutritt, zugang; ut, Cic. de Orat. 3, 45 *Luna accessu & recessu suo solis lumen accipit.* Mela 3, 1 *Oceanus alternis accessibus nunc in hos, nunc in illos impetu versus. Accessum alicui dare*, Ovid. Pont. 2, 2, 41. *Negare accessum*, Id. Heroid. 10, 64. Item: qua flumina & regiones transiri aut adiri possunt, pässe. Sic, *Explorare accessus*, Florus 1, 17, 4 & *Exploratis accessibus*, Id. 2, 12, 15. Metaph. Cic. fam 9, 14 ext. *Nihil concione tua sapientius: ita pedetentim & gradatim tam accessus a te ad causam facti tum recessus*, allmählich bist du auf die haupt-sache gekommen, und wieder davon abgekommen.

¶ Accessio, *ōnis*, f. die hinzutretung. Propriam notionem vide supra in *Abscessio*, & apud Plaut. Trin. 3, 2, 83; & Truc. 2, 2, 3. Cic. Verr. 2, 53, *fois accessionibus*, h. e. sæpe adeundo. ¶ 2. Incrementum significat: ut, *Accessio nummorum ad sortem vel summam*, Cic. Verr. 5, 49. *Tanta pecunia facta est accessio*, Nep. 25, 14, 2. *Accessio dignitatis & fortunæ*, Cic. fam. 2, 1 besserung, vermehrung, zufas. ¶ 3. Speciatim auctores utuntur hac voce, cum indicare volunt, rem per se non peti, aut consistere, sed quasi appendicem esse alterius. Plin. 29, 1 f. *Hinc illæ circa ægros miseræ medicorum concertationes, nullo idem censente, ne videatur accessio alterius*, ein jhrer ein anhang, zugabe. Liv. 45, 7 *Syphax rex captus accessio Punici belli fuerat, sicut Gentius Macedonici.* Plura in hanc rem collegit Nic. Heinsius ad Vell. Patere. 2, 25; & quos laudat Burm. ad Quint. Decl. 9, 21 p. 209. ¶ 4. *Accessio*, quod vulgo *Paroxysmus*, contrarium est *Remissio*; ut, *Accessio morbi*, Suet. Vesp. c. 23.

¶ Accessor, *ōris*, m. qui accedit. Val. Max. 5, 7, 1 *Non accessor pompæ, sed auctor spectatus est.* Sed malunt hic alii legere *Accensor.*

¶ Accessorius, *a, um*, hinzukommend. *Accessorium cedit principali*: Item, *Accessorium sequitur naturam sui principalis*, vulgo ICti. Citatur quidem Justin. de rer. divis. §. 26; & L. 19 D. de auro, arg. §. 13; sed utrobique legitur *accessio.*

¶ Accessibilis, *e*, dazu man kommen kan. Glossæ Cyrilli ita ἐυπρόσιτος, vertunt. Tertull. adv Praxean. c. 15 *Per accessibilem lucem.*

¶ Accessibilitas, *atis*, f. ein freyer zutritt; ejusdem Tertulliani est dicto loco: *Vt contraria* (immortalitatis) *ipsi filio adscriberemus, mortalitatem, accessibilitatem.*

¶ Accessivus, *a, um*, hinzu gesetzt, ita vertit gloss. gr. lat. προσθετος.

¶ Accessito, *are*, frequent. oft hinzugehen. Gell. 18, 12 ex Cat. Origg. *Eodem convenæ complures ex agro accessitavere.*

¶ Concēdo, *ĕre*, mit hinzugehen. Plaut. Curc. 2, 3, 65 *Pro iis decem coaccedunt minæ.*

¶ Inaccessus, *a, um*, adject. ad quem non potest accedi: ut, *Aditus inaccessi*, da niemand zukommen kan. Sil. 3, 516. conf. Prud. Apoth. v. 535.

¶ Inaccessibilis, *e*, qui adiri nequit, inaccessus, dazu man nicht kommen kan. Tertull. eodem loco: *Lucem habitat* (Deus) *inaccessibilem.* Quod etiam Vulgati Interpretis est 1 Timoth. 6, 16 & Gloss. Gr. Lat. ἀπρόσιτος, *inaccessibilis.*

¶ Antecēdo, *ĕre*, idem quod præcedere, vorhergehen, zuvor kommen. Liv. 2, 6 *Brutus ad explorandum eum equitatu antecessit.* Cæs. 7, 33 *Magnis itineribus antecessit.* ¶ 2. Excellere, superare: Cic. Verr. 6, 62 *Qui auctoritate, & ætate, & usu rerum antecedebat.* Nepos 7, 9, 3 *Eum nemo in amicitia antecedit*, er ist sein bester freund. conf. Id. 7, 11, 4. Sic pass. Auson. in Grat. act. p. 701 *Animi nostri celeritas beneficiis præeuntibus anteceditur.*

¶ Antecedens, *tis.* Horat. 3 od. 2, 31 *Raro antecedentem scelestum deseruit pede pœna claudo.* Cic. in Bruto c. 28 *Paullum ætate antecedens*, etwas älter.

¶ Antecessus, *a, um*, vorher gegangen. Petron. c. 17 *Vbi antecessa latrocinia didicistis.* al. *antecessura.*

¶ Antecessus, *us*, m. Antecessum, *i*, n. ut, *In antecessum dare, solvere, accipere*, i. e. ante justum tempus, sive ante quam dies cesserit; zum voraus, auf abschlag. Formula hac loquendi a foro & argentariis petita non jemel usus Seneca. ut ep. 7 extr. item 118 initio: nec non de Benef. 4, 32. Florus 4, 12, 24 *Sumserant bellum, adeo certa victoriæ spe, ut prædam in antecessum divisæ iint.* Et 3, 21, 20 *Ne inulti perirent, in antecessum sanguine Senatus sibi parentabant.* Vet. Glossæ: *In antecessum προχεῖρα.*

¶ Antecessor, *ōris*, m. ein vorgänger. Gloss. Vet. *Antecessor*, προηγούμενος. ¶ 2. In militia *antecessores* dicuntur, qui antecedunt agmen explorandi gratia, der vortrab. Hirt. B. Afric. c. 12 *Per speculatores & antecessores equites nunciatur, copias hostium haud longe a se visas.* Suet. Vitell. c. 17 *Irruperant jam agminis antecessores, ac nemine obvio rimabantur, ut ait, singula.* ¶ 3. *Antecessores* etiam jam olim dicti, qui jura ac leges profitebantur, sive docebant publice, ut Beryti, Constantinopoli, Romæ &c. ex eo, quod antecederent deducerentque discipulos in penetralia artis. *Antecessor juris*, idem quod professor juris, l. 2 §. 11 C. de vet. jur. enucl.

¶ Antecessio, *ōnis*, f. præcursio, die vorhergehung. Cic. de Vniverſ. c. 10 *In orbibus conversiones, antecessionesque.* Et Off. 1, 4 *Homo principia & causas rerum videt, earumque progressus & quasi antecessiones non ignorat.*

¶ Antecessivus, *a, um*, vorhergehend. Tertull. de Virg. veland. c. 4 *Prius est subjectivum antecessivo.*

¶ Concēdo, *ĕre*, cedere, recedere, entweichen; interdum idem quod simplex *cedere*, weichen. Cic. Off. 1, 22 *Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.* Ter. Hec. 1, 3, 11 *Hic video esse invisam immerito, tempus est concedere*, es ist zeit, daß ich den leuten aus den augen gehe. Hinc *concedere vita*, Tac. An. 14, 51, 1; & 12, 39, 5; *fato*, ibid. 2, 71, 2; & Plin. Paneg. c. 11. Sic & absolute *Concedere*, sive *concedere naturæ*, notissimo εὐφημισμῷ pro *mori* dicitur. Id. Tac. An. 4, 38, 4 *Vt quæque eorumque concessere, cum laude & bonis recordationibus facta atque famam nominis mei prosequantur.* conf. ibid. 13, 30, 4. ¶ 2. *Concedere de suo jure*, i. e. tradere, permittere, nachlassen, Ter. Adelph. 2, 2, 9. Adde Cic. Off. 2, 18. ¶ 3. *Concedere*, permittere, zulassen, erlauben, verstatten, einräumen. Cic. fam. 1, 2 *Consules neque concedebant, neque valde repugnabant.* Id. de Amic. c. 11 *Concedere amicis, quicquid petant, & impetrare ab eis quicquid velimus.* Imperf. Gell. 13, 24 extr. *Quod facere concessum est.* Aur. Vict. de Vir. illustr. c. 38 *Datilio concessum est.* ¶ 4. *Concedere alicui alicui* est data venia quem restituere & reddere, quem hostem habueris, propter eum, qui intercessit, einem andern zu gefallen einem pardon geben. Cic. pro Marcello pr. *Cum M. Marcellum senatui Populoque Rom. concesseris.* Plura Ciceronis exempla Menckenius dabit in Observ. L. L. hac voce. Sic Nepos 25, 7, 3 *Attici quies tantopere Cæsari fuit grata, ut huic non solum molestus non fuerit, sed & sororis & Q. Ciceronis filium ex Pompeji castris concesserit.* Tac. An. 2, 55, 2 *Offensus urbi propria quoque ira; quia Theophilum quemdam Areo judicio falsi damnatum precibus suis non concederent.* ¶ 5. Apud Ter. Phorm. 5, 3, 22 Chremes, qui nutu parum profecerat apud Demiphontem, ut is sibi assentiretur, nec interrogando, aliis præsentibus molestus esset, tandem iratus in aurem illi dicit: *Nunquam hodie concedes mihi, neque intelliges*, du wirst dich nicht übertäuben und bedeuten lassen.

¶ Concedens, *tis.* Nep. 10, 6, 3 *Principatum non concedens.* conf. Cæs. B. G. 7, 15; & B. C. 3, 60.

¶ Concessus, *a, um*, zugelassen, vergönnt. Lucan. 2, 446 *Concessa pudet ire via.* Horat. 1 Sat. 4, 113 *Concessa Venere uti.* Cæs. B. G. 6, 3 *Præda militibus concessa.*

¶ Concessum, *i*, n subst. ut, *Concessa petere*, Virg. Æn. 5, 798. *Amare concessa.* Ovid. Met. 9, 453. *Abhorret a majorum consuetudine atque concessis*, Cic. pro Cæl. c. 20.

¶ Concessus, *ūs*, m subst. zulassung, verwilligung. Cic. pro Cæl. c. 12 *Datur concessu omnium huic aliquis ludus ætati.* Et fam. 4, 6, 1. *Illius concessu & beneficio.* conf. in Bruto c. 21; & Apul. Met. 6 p. 182.

¶ Concessio, *ōnis*, f. idem. Planc. ad Cic. fam. 10, 8 *Concessiones præmiorum*: & hic Att. 3, 24 *Nostra concessione.* Varr. R. R. 1, 17 *Concessio ut liceat* &c. die vergönstigung. Petron. c. 91 *Peregrini amoris concessio*, pro amasio, qui se alteri concessit. v. Burm. p. 441.

¶ Concessivus, *a, um. Concessivus modus.* verbi apud Servium.

¶ Con-

¶ Concesso, *are*, idem quod *cessare*. Plautinum est, Asin. 2, 2, 24 *Quid ego hic properans concesso pedibus?* Et Pœn 1, 2, 9 *Et indefinita ambæ nunquam concessavimus*. Et Tertull. de Monog. c. 7 *Vt onera, aquæ nec patres sustinere valuerunt, concessarint.*

¶ Concessatio, *ōnis*, f. pro cessatione, die aufhörung. Colum 11, 1 *Naviter & sine ullis concessationibus permeabit.*

¶ Inconcessus, *a, um*, unerlaubt, verboten. Sic *Voluptas inconcessa juvat*, Ovid. Amor. 3, 4, 31. *Inconcessi Hymenæi*, Virg. 1 Æn. 655. *Inconcessum homini*, Quintil. 10, 2 p. 928.

¶ Inconcessibilis, *e*, unzulässig. Tertull. de Pudicit. c. 3 *Fornicatio inconcessibilis.*

¶ Decēdo, *ĕre*, a mandato custodiæ suæ loco recedere, abziehen, abtreten. Et quidem jure, ut Nepos 25, 4, 1 *Huc ex Asia Sylla decedens cum venisset.* Et Cic. Verr. 4, 20 *De provincia decessit.* Id. pro Ligar. c. 1 *Decedens Confidius provincia.* Decedere etiam dicuntur, qui injussu & sine commeatu abeunt. Pollio ad Cic. fam. 10, 32 ext. *Si quos equites decedentes nactus sum, supplicio affeci*, ausgerissene selbaten. Dicimus etiam, *Decedere de suo jure*, weichen, nachgeben. Id. pro Rosc. Am. c. 27. Et Off. 2, 18 *Ista non modo liberale paululum nonnunquam de suo jure decedere, sed interdum etiam fructuosum.* Sic *Decedere instituto suo*, Liv. 37, 54, anders thun, denn zuvor. *Officio decedere*, Id. 27, 10 pr. v. ibi Gronov. Rurius Cic. Verr. 2, 10 *Decedere de officio*, wider seine gebühr handeln, id est, agere contra, quam decet. Id. Verr. 2, 64 *Decedere de suo more*, von seiner gewohnheit abstehen. *Decedere de vita*, Id. pro Rab. c. 11: *De vitæ statione*, Id. de Senect. c. 20; & *Decedere* simpliciter, pro *mori*; Cic. Att. 1, 12 *Puer festivus nobis decessit*, er ist gestorben. Sic, *Ex hominum conspectu morte decedere*, Nepos 20, 1, 6. Valer. Max. 1, 5 *Decessérat catellus, quem puella in deliciis habuerat, nomine Persa. Decedit cura, ira, favor*, verlieret sich, Liv. 9, 29; Ter. Hec. 3, 5, 55. v. Burm. ad Quinc. Decl. 6, 6 p. 133. *Vbi non Hymetto mella decedunt*, Horat. od. 2, 6, 15. *Decedere peritis*, i. e. primas concedere, Id. L. 2 ep. 2. vide plura ap. Menecken. Observ. L. L. *Decedere vid, & de vid.* & absolute, *decedere*; einem aus dem wege gehen, platz machen, quod fit, vel honoris habendi caussa, (vide *Vita*) vel quod fugiamus detestati ejus conspectum. v. Plaut. Trin. 2, 4, 80. Ita Cæs. B. G. 6, 12 *Quibus ita interdictum* (sacris), *ii numero impiorum ac sceleratorum habentur: iis omnes decedunt, aditumque eorum sermonisque defugiunt, ne quid ex contagione incommodum accipiant.* ¶ 2. *Decedo, discedo* & *descendo* confunduntur a librariis notante Cortio ad Plin. ep. 6, 20. vid. *discedo.*

¶ Decedens, *tis*: ut, *Ex Africa decedens*, Nep. 24, 1, 3. *Decedentia certis tempora momentis*, Horat. 1 epist. 6, 3. *Die veniente & decedente*, morgens und abends, Virg. Georg. 4, 466.

¶ Decessus, *a, um*, abgeschieden. Rutil. itin. 1, 313 *Nec dum decessis pelago permittimur undis*, quod non audet damnare Burm. vid. *Successus & Discessus*, it. Voss. Anal. g. 4 p. 200.

¶ Decessio, *ōnis*, f. der abtug, abschied. *Spes maturæ decessionis*. Cic. ad Q. frat. 1, 1 ineunte. Gloss. vet. *Decessiones, ἀναχωρήσεις. Decessionem de summa facere*, abbruch, verminderung. Cic. pro Rosc. Post. c. 11. *Decessio* scil. febris Cels. 3, 3, das ausenbleiben.

¶ Decessus, *ūs*, m. idem. Cæl. ad Cic. fam. 8, 10 *Quod ad tuum decessum attinet*, conf. Nep. 20, 2, 3. ¶ 2. Mors. Cic. de Amic. c. 3 extr. *Amicorum decessa plerique angi solent*, i. e. obitu.

¶ Decessor, *ōris*, m. ein vorfahrer, qui decedit, & in cujus locum alius succedit. Tac. Agric. 7, 4 *Agricolam vicesimæ legioni tarde ad sacramentum transgressæ præposuit, ubi decessor seditiose agere nara abatur.* Vlp. L. Observato 4 § Recte 4 Dig. de offic. Proc. & Leg. *Recte & ordine faciet, si dictum decessori suo fuisse, significetque, qua die fines sit ingressurus.*

¶ Prædecessor, *ōris*, m. idem, apud ætatis posterioris scriptores, Rutil. Itinerar. v. 474 *Prædecessoris major amore fuit.* Quint. Trib. Mar. c. 8 Burm. p. 81 *In degenerem successorem prædecessoris eximii prærogativa non transit.* Vsi quoque sunt Symmach. 10 epist. 45 & 54. Cassiod. 4, 44.

¶ Discēdo, *ĕre*, abscheiden, abtreten. *Discedere ab armis*, Cic. Phil. 8 extr. *Discedere a* vel *ex vita*, Id. Tusc. 1, 34. conf. Manut. ad Cic. fam. 2, 2. *Discedere ab re*, dixisse veteres, observatio est Gronovii ad Liv. 27, 10. Cic. Att. 13, 20 *In omni vita sua quemque a recta conscientia transversum unguem non oportet discedere.* Id. or. pro Rosc. Am. 24 *Discedere de prædiis*; Lib. 4 de finib. 19 *De sententia discedere. Discedere in sententiam*, Liv. 28, 45, & *discedere in opinionem*, Cic. fam. 6, 14, assentiri est, & sententiam comprobare, beyfallen, es mit einem halten. vid. *discessio. Discedere a sententia sua.* Cæl. Civ. 1, 2, anders sinnes werden. *Audivi quartanam a te discessisse*, Cic. Att. 8, 6, es habe dich verlassen. Imperf. Cæs. B. C. 1, 26 *Ab armis discessum.* Apul. Met. 2 p. 119 *His ubi gannitis sermonibus discessum est.* Cic. Off. 3, 9 *Cum terra discessisset, in illum hiatum descendit.* Ille hiatus etiam *discessio* vocatur. ¶ 2. Observa elegantissimam phrasin Cic fam. 1, 9 *Sic te existimare velim, cum a vobis meæ salutis auctoribus discessérim, neminem esse, cujus officiis me tam esse devinctum, confitear*, ausgenommen euch. Et Att. 1, 17 *Amovis ergo te mihi, cum a fraterno amore domesticoque discessi, tibi primas defero*, nächst meinem bruder. ¶ 3. Eleganter etiam hoc verbum adhibetur de eventu, qualem optamus, rei dubiæ, eodem sensu quo *defungi*. Ter. Phorm. 5, 2, 8 *Modo ut hoc consilio possit discedi, ut ejjam ducat*, wenn wir nur auf diese art davon kommen. Ibid. 5, 8, 56 *Pulcre discedo & probe & præter spem.* Cic. Att. 2, 16 ext. *Si possim discedere, ne caussa optima in tempus perveat.* ¶ 4. *Discedo* & *decedo* confunduntur, ubi vid.

¶ Discedens, *tis*; ut, *Discedens hiems*, Ovid. Fast. 2, 152. *Ab hoc discedens*, Nep. 7, 8, 5.

¶ Discessus, *a, um*, wegegangen, passive. Cæl. ap. Priscian. 9 p. 869 *Custodibus discessis multi interficiuntur.*

¶ Discessio, *ōnis*, f. separatio, der abschied, die abweichung, der abzug. Sall. Iug 41 extr. *discessio terræ*, h. e. hiatus. Ter. And. 3, 3, 26 *Si sponsiat (quod Dii prohibeant) discessio*, so es (da Gott für sey), zur ehescheidung kommen solte. Cic. fam. 1, 2 & Att. 12, 21 *In ejus sententiam est facta discessio*; i. e. plerique senatores in ejus sententiam iverunt pedibus, eamque adeo suffragio suo comprobarunt. Sic or. pro P. Sext 34 *Fit sine ulla varietate discessio.* Adde similia loca ex Menckenii Observ. L. L.

¶ Discessus, *ūs*, m. idem Cic. Divin. 1, 23 *O præclarum discessum evitæ!* Et Nat. D. 2, 7 *Solis accessus discessusque solstitiis brumisque cognosci potest.* ¶ 2. Est etiam tempus discessionis & absentiæ ap. Cic. ep. ad Attic. 12, 40 *Si quis requirit, cur Romæ non sim, quia discessus est.* De quo & similibus Ciceron. locis v. Mencken. Observ. L. L.

¶ Excēdo, *ĕre*, evadere, herausgehen, austreten; ut, *Excedere acie, prælio, vel ex acie, prælio*, Liv. 4, 24. *Excedere finibus*, Cæs. B. Gall. 4, 18; *patria*, Val. Max. 5, 3 ext. 3. Virg Æn. 3, 60 *Omnibus idem animus scelerata excedere terra. Excedit e corde cura*, Ter. Hec 3, 2, 12. *Excedere ex ephebis*, Id. And. 1, 1, 24. *Excedere ex pueri*, Cic. pro Arch. c 3 zum manne werden, die kinderschuhe ablegen. *Excedere tecta*, vel *e vita*. Cic. Off 1, 43, sterben. *Excedere urbem*, Liv. 2, 37 sich aus der stadt machen. ¶ 2. Interdum *excedere* idem est, quod procedere, prodire. Cic. de Div. 1, 23 *Cum, ut Hercules contigit, mortuus corpore cremato, in hocem animus excesserit* Significat etiam evadere, longius progredi, ap Liv. 33, 35. *Ne in altercationem excederet res*; & 34, 1 *Quæ studiis in magnam certamen excesserit.* cont. Menecken. Observ. L. L. & Cort. ad Plin. epist. 8, 21. Item exeurrere in aliquid. Plin. epist. 5, 4 *Si longior fuero in hoc, in quod excess.* ¶ 3. Sed *Excedere modum* est superare, überschreiten, zu groß seyn, zu viel thun. Curt. 4, 11, 8 *Navigia, quæ modum excedunt, regi nequeunt.* Id. 6, 9, 18 *Modum hominis excedere*, puta divinitatis affectatione, sich als ein gott erheben. Plin. epist 8 extr. *Non vereor, in amore ne modum excesserim.* Ira Vellej. 2, 68, 5 *In hoc principis ira excessit.* Id. 2, 52, 3 *Excedens humanam fidem temeritas*, unglaublich, grosse verwegenheit. Et Mess. Corvinus p. m. 19 *Dictatoris imperium cæteros magistratus excedebat.* Rutil. itin. 1, 92 de Roma *Excedis factis grandia fata tuis.*

¶ Excessus, *us*, m. der abschied, hintritt; ut, *Excessus e vita.* Cic. Fin. 3, 18, & absolute pro morte; ut *Excessus Augusti*, Tac. An. 1, 14, 3. ¶ 2. Deinde digressionem in oratione notat. Quint. 3, 9 p. 288 *Egressio vero, vel quod assitatius ipsi canit, excessus.* Plin 9 ep. 26 *Quid audentius illo pulcherrimo & longissimo* (Demosthenis) *excessu?* ¶ 3. Tandem & aberratio est, exceß, übermaß. Valer. Max 8 c. 2, 4 *Verecundiam illius sexûs laudemus, in qua tam mirum est pudore excessus puniebantur.*

¶ Incēdo, *ĕre*, ut, *Magnifice incedere*, prächtig einher gehen, daher treten. Sallust. Iug c 31, id est, cum gravitate quadam, & veluti fastu: alias idem quod ambulare. Liv 28, 9 *Neronem, cujus incederet pedes, memorabilem fore*, ob er gleich zu fuß geht. Idem exultare: Cic. fam. 2, 9 *Incessi omnibus lætitiis.* Id. fam. 8, 9 *Ausus est ille incedere tamquam tuus competitor.* Tac. An. 1, 61, 2 *Incedunt mœstos locos*, i. e. ingrediuntur. Silius 8, 338, *incedere noctis quæ terebant cursum, tenebras dolet.* Tac. Annal. 15, 37 *Fœtiquam tenebræ incedebant.* ¶ 2. Habet hoc verbum etiam significationem derivati sui *Incesso.* Certe Tac. An. 3, 36, 2 *Licentia datæ animo caique incedebat* It. 3, 26, 3 *Postquam exuit æqualitas & pro modestia ac pudore ambitio & vis incedebat.*

¶ Incessus, *ūs*, m. der gang, der tritt. Cic de Fin. 2, 24 pr. *Fingere sibi vultum & incessum, ut gravior videatur*, in geberden und gang sich tapfer stellen. Id. pro Cæl. c. 20 *Si ita fesse gerat incessu.* Virg. Æn. 1, 405 *Vera incessu patuit Dea*, am gang sahe man. *Citus modo, modo tardus incessus*, Sallust. Catil. c. 15 extr. *Civilis incessus*, Plin. Paneg. 83. Sed *incessus fractus*, ein weibischer tritt. Quintil. 5, 9.

¶ Incesso, *ĕre*, etiam est ab Incedo, & significat, anfallen, anpacken; ut, *Iaculis & saxis hostes incessere.* Liv. 8, 24 *Convicio quem incessere*, id est, petere. Suet. Tib. c. 11 *Objurgatione quem incessere*, Gell. 1, 2. Et Liv. 9, 8 *Incessit admiratio homines*, es nahm sie wunder &c. Sic, *Cupido eam incessit*, es ist ihm die lust angekommen. Liv. 24, 13. Id. 1, 17 *Timor incessit patres ne* &c. Et 29, 10 *Tanta incessit in castra vis morbi.* Sic Tac. an. 1, 55, 2 *Spes incessérat.* Et ibid. 71, 4 *Quoties valetudo adversa Flaminem Dialon incessisset.* Virg. Æn. 12, 595 *Regina ut tectis venientem prospicit hostem, Incessi muros*, &c. *Incesti* i. e. invadi, ut Servius interpretatur. Ter. Andr. 4, 3, 15 *Nova nunc religio in te incessit.* Virg. Georg. 4, 67 *Nam sæpe duobus Regibus incessit magno discordia motu.* Val. Max. præfat. operis: *Neque mihi cuncta complectendi libido incessit.* Non raro & absolute ponitur. Cæs. B. Civ. 2, 29 *At in castris Curionis magnus omnium incessit timor.* Vbi male Hotomanus *omnes* pro *omnium* malit legi. Ita enim Cæs. B. C. 3, 44 *Magnus sagittarum timor incesserat.* Colum. 2, 1 *Vbi crepusculum incesserit.* Et alibi sæpius. Tac. An. 1, 5, 2 *Rumor incesserat*, &c. Neque vero dubium est, quin nonnulla ex his ab *Incedo* ducantur, quod ipsum verbum scilicet hanc significationem habere, modo n. 2 ostendimus. ¶ 2. Est etiam idem quod *accusare.* Symmach. 1 epist 5 *Neque quam tacitumitatis incessimur*, i. e. accusor silentii. Et epist. 83 *Me taciturnitatis incessis, quod diu officia salutationis omisi.*

¶ Incessens, *tis.* Sil. 11, 234 *Ferocibus alte incessit animis*, hat sich hoch erhoben.

¶ Incessio, *ōnis*, f. einfall. Cic. Att. 12, 5 *Incessionem degressus figienda*, i. e. veteres tabulas reprehensum. Alii aliter.

¶ Incessābilis, *e*, non cessans, non desinens, unaufhörlich. Orosius proœm. lib. 7 extr. *Incessabilibus cladibus nullus finis, nulla requies fuit.* Adde Cæl. Aurel. Tard. 4, 6: Hieron. in epist 26. Mart. Capell. p. 14.

¶ Incessabiliter, adverb. stets, unablässig. Hieron. epist 1 ad Fabiolam: *Philosophi suspicantur, currere mundum suo ordine, & incessabiliter, veluti rotam in suo axe, torqueri.* Et Salvian. de Gub 2 p 52 *Incessabiliter a Deo omnia gubernari.* Et Mart. Capell. 9 p. 305 *Superum incessabiliter pectorum arcana tenere.*

¶ Incessanter, adverb. idem. Sidon. 8 epist. 11 *Legebat incessanter auctores cum reverentia antiquos.* Adde Leg 10 Cod de Aquæd. *Excubiis aquæ custodiendæ incessanter adhærent.*

¶ Intercedo, *ĕre*, proprie intervenire, dazwischen kommen. ac primum adhibetur de tempore & loco: ut, *Vnus dies inter incessérat, cum res parum certa videbatur*, es kam ein rauer tag an. Cic pro Cluent. c 26. *Nox nulla intercessit, interfectus est*, es währete keine nacht so. Id Cat. 1, 2. *Cum jam tempus intercederet*, Hygin fab 126. Cæs B. G. 5, 52, 1 *Longius tempus intercedat, quod illæ paludesque intercludebant.* ¶ 2. Significat interponere se, dazwischen treten, sich ins mittel schlagen; idque componendi negotii caussa, vel impediendi. *Intercedere* igitur est arbitrorum, vel provenetarum, quod ex conjugato *intercessio* apparet Speciatim ubi res pecunia transigi potest, usurpatur. Cic. Phil. 2, 18 *Orabat Curio, ut se contra suum patrem, si sestertium*

ſeſtertium ſexagies peteret, defenderem: tantum enim ſe pro te interceſſiſſe, vor ſo viel wäre er gut oder bürge worden. Id. Att. 6, 1 p. 571 Gr. *Interceſſiſſe ſe pro iis magnam pecuniam.* Abſolute Id. Att. 1, 16 p 105, ubi de corruptione judicum, quibus partim numerata pecunia, partim ſponſione ſatisfactum: *Promiſit, interceſſit, dedit.* Vide de eadem re agentem locum ex Paradox. 6, 2 in *Interceſſio.* ¶ 3. An vero *Incedere* etiam ſignificet deprecari pro aliquo, vorbitten, eine vorbitte einlegen, qui vulgo intellectus huic verbo tribuitur, illud exemplis, idoneis quidem, nondum probatum eſt. Quæ enim uterque Borrichius, Olaus Anal. p. 39 & Andr Vindic. p. 118, Nizolium ſecuti proferunt, partim, ut modo vidimus, ad pecuniariam interceſſionem pertinent, partim ad generalem, quam deinde oſtendemus, ſignificationem. ¶ 4. Illud apertum, *intercedere*, eſſe prohibere, contradicere, ſich darzwiſchen legen, darwider proteſtiren, widerſprechen. Quo intellectu de tribunis plebis, SCrum fieri vetantibus, frequenter occurrit. Cæſ. B. C. 1, 2 *Interceſſit M. Antonius, Q. Caſſius, tribuni plebis* Sententia ſenatus, cui ita interceſſum erat, vocabatur *auctoritas*, ubi vide. Sic, *Intercedere legi*, Cic. Att. 1, 16; Liv 45, 21. *Prætor, cui nemo intercedere poſſet*, Cic. Verr. 2, 12. Et ita Idem frequentiſſime. Paſſive Cic. de Prov Conſ. c. 8 *Lege, qua intercedi de provinciis non licebit.* conf. & c. 15; & pro C. Corn. c. 1. ¶ 5. Plerumque nihil fere ſignificat quam contingere, eſſe, in medium proferri, vorkommen, ſich ereignen. Cic. fam. 1, 2 *Senatus auctoritas graviſſima interceſſerat*, es war unterdeſſen ein ſchluß gemacht worden. Id. fam. 1, 9 *Nullum meum minimum officium pro Cæſare interceſſit*, i. e. a me prolatum eſt, ich habe vor ihn noch kein wort verlohren. Hoc unum exemplum cum aliqua ſpecie pro deprecandi notione adducitur, quam tamen neceſſariam non eſſe apparet. Cic. pro Quint. c 17 *Controverſia mihi recens cum eo de pecunia intercedit*, ich habe ſtreit mit ihm in einer geldſache. *Cum eo mihi neceſſitudo vetus intercedit*, ibidem: *Inimicitiæ mihi cum illo intercedunt*, es iſt freundſchaft, feindſchaft zwiſchen uns. Id. pro Cæl. c. 13. Et, *Quotidiana conſuetudo mihi intercedit cum eo*, ich ſehe täglich mit ihm um. Id. fam. 13, 45. Cæſ. B. Gall. 5, 11 *Huic cum reliquis civitatibus continentia bella intercеſſerant.* In his omnibus *intercedere* idem eſt quod *eſſe.*

¶ Interceſſor, *ōris*, m. qui intercedit, contradicit, ein widerſprecher. Cic. pro Roſc. Am. c. 38 *Illo interceſſore Sullam legati non adierunt.* Liv. 4, 53 *Interceſſores legis agrariæ.* ¶ 2. Arbiter, proveneta, ein unterhändler. Sen. epiſt. 119 *Nolo pro interceſſore mutueris.* Ambigue ludere videtur Cic. fam. 7, 27 *Utinam ſemper eſſes ti ibonus, interceſſorem non quæreres:* ubi cum joco reſpicit ſimul ad proprium opus tribunitium, interceſſionem ſcilicet. vid. Manut. & Gronov.

¶ Interceſſio, *ōnis*, f. actus interceſſoris, die proteſtirung, fürbitte, vermittelung. Cæſ. B. Civ. 1, 2 *Interceſſio tribunorum.* Cic. Agrar. 2, 12 *Cum interceſſio ſtultitiam interceſſoris ſignificatura ſit, non rem ipſam dicitura.* Id. Att. 1, 4 *Putamus utile eſſe, te aliquando jam rem tranſigere, mea interceſſio & eſt & fuit parata*, i. e. paratus ſum vobis medius & proxenetes. v. Græv. In plur. Idem Parad. 6, 2 *Interceſſiones pecuniarum in coitionibus candidatorum* inter malas artes rem quærendi referuntur. Nimirum intercedebant, h. e. ſatisdabant pro candidatis amici ad ſuffragia emenda. v. *Intercedo* n. 2. Cæl. Cic. fam. 8, 16 *His interceſſionibus plane incitatus eſt.* Val. Max 6, 10, 10 *Interceſſionem ſuam interponere noluerunt.*

¶ Interceſſus, *ūs*, m. die darzwiſchenkunfft; ut, *Conſulem gravitas ſaucium interceſſu ſuo ſervavit*, Val. Max. 5, 4, 2, hoc eſt, interventu. Oroſius 5, 15 *Parvo interceſſu temporis*, furtz darnach. Et Salvian. de Gub. Dei 1 p. 27 *Ne illius quidem interceſſu, qui læſus fuerat, indulſit*, auf deſſen fürbitte.

¶ Introcedo, *ere*, ſich hineinbegeben. Apul. Met. 10 p. 254 *Super has introceſſit alia puella.*

¶ Occedo, *ere*, entgegen gehen. Plaut. Aſin. 2, 4, 6 *Cum magno malo mihi obviam occeſſiſti.* Et Moſt. 5, 2, 4 *In conſpectum illius occedere.*

¶ Perceſſus, *a, um*, verſtattet, a percedere. Cic. ap. Nonium 2, 704 *Conciſum non conceſſum, & quod quidam perceſſum etiam volunt.*

¶ Præcēdo, *ēre*, vorgehen; ut, *Præcedere agmen*, Virg. 9, 48. ¶ 2. Item præſtare, vorgehen, übertreffen; ut, *Præcedere auctoritate*, Plin. 29, 1. Iuvenal. 13, 58 *Tam venerabile erat præcedere quatuor annis.*

¶ Præcedaneus, *a, um*, vorhergehend. Sive potius *Præcidaneus*, de quo ſupra in *Cædo.* Ei opponitur *Succedaneus*, quod in *Succedo* vide, ubi etiam de *Præcedanea* hoſtia dicitur, quæ ante ſuccedaneam immolatur.

¶ Præceſſor, *ōris*, m. i. e. anteceſſor, der vorgänger. Tertull. adv. Praxean. c. 1 *Præceſſorum auctoritates defendere.* Hieron. adv. Rufin. 3, 6 *Qui præceſſoris ejus habeas teſtimonium.* Rufinus Præfat. lib. Origenis περὶ ἀρχῶν, quæ eſt in epiſt. Hieronymi 63 *Interpretando ſequar regulam præceſſorum, & ejus præcipue viri* &c.

¶ Procēdo, *ēre*, progredi, fortgehen. für ſich gehen, fortfahren. Liv. 34, 5 *In publicum procedere*, ausgehen, öffentlich auftreten. Plaut Caſ. 3, 3, 2 *Ad forum procedere.* Cic. pro Sextio c. 31 *Huic ad urbem venienti tota civitas obviam proceſſit.* Speciatim conſul dicitur *procedere*, cum primo initi conſulatus die in Capitolium comitante amicorum turba deducitur. v. Drakenb. ad Sil. 6, 44. Adde quæ de *Cæſarum proceſſu conſulari*, in nummis dicitur Spanhem. diſſ. 12 p. 457 ſq. Ter. And. 1, 1, 100 *Funus procedit, ſequimur.* Cic. de Senect. c. 14 *Licitus usque ad adoleſcentiam meam proceſſit: atque ea bat gelebt bis ich ꝛc.* Idem de finib. 5, 20 *Infantes cum paullum proceſſerint, feſtivitates vel laborioſis delectantur.* Ter. Adelph. 5, 6, 8 *Meditor eſſe affabilis, & bene procedit*, es gehet mir wohl von ſtatten. Cic. de Orat. 1, 27 *Nemmum quam ſummis oratoribus non ſatis ex ſententia eventus dicendi procedit*, es geräth nicht nach wunſch. Nepos 14, 6, 1 *Hæc minus proſpere procedebant.* Idem 16, 3, 3 *Nox jam proceſſit*, es iſt faſt mitternacht. Liv. 3, 37 *Jam præceſſerat pars major anni*, es war meiſt verſtrichen. Id. 5, 48 *Statione procedunt*, i. e. usque & usque continuantur. v. Gronov. ad h. l. & Drakenb. a Gronov. ſententia diſſedentem. Sic & *procedere* dicitur, quod effectum habet Tac. An 15, 62, 3 *Sequitur cædes Annæi Senecæ, ut ferro graſſi retur, quoniam venenum non proceſſerat. Procedere conſilia* Liv. dixit 24, 26 Idem 44, 12 *Ita ne Eumeni quidem ſimul a mari, ſimul a terra adgredienti, quidquam ſatis procedebat.* Salluſt. Iugurth. c 35 *Sin id parum procedet, quovis modo Numidam interficiat*, ubi vid. Cortius. Plin ep. 8, 6, 3 *Ambitio & procedendi libido*, ſich zu pouſſiren, zu avanciren. ¶ 2. Eſt etiam *Cedere* ſc. in utilitatem. Ovid. Heroid. 9, 109 *Illi procedit rerum menſura tuarum*, i. e. quo majores ſunt tuæ, o Hercules, res geſtæ, tanto major Omphale eſt, quæ te tantum virum devicit, deine thaten gehen ihr zu gut, werden ihr angerechnet. Nam ad imputationem & computationem etiam alias refertur hoc verbum. Varro R. R. 2, 2 *Vt agni chordi duo pro una ove numerentur, & ſi cui vetuſtate dentes abſunt, item binæ pro ſingulis ut procedant*, i. e. valeant, computentur, paſſiren, gerechnet werden. Sall. Iug. c. 85, 5 *Quippe benefacta mea reipubl. procedunt*, ſie gehen der republic zu gut. Cato R. R. c. 148 *Quot dies per dominum mora fuerit, quo minus vinum deguſtet, totidem dies emtori procedent*; etiam hic Germani, ſie gehen ihm zu gut. Scipio apud Gellium 5, 19 *Filium adoptivum tam procedere, quam ſi ſe natum habeat:* quibus verbis eum culpare ait Gellius, *quod filius adoptivus patri adoptanti inter præmia patrum prodeſſet.* ¶ 3. Paſſ. imperſ. Liv. 25, 21 *Qua temeritate proceſſum in aciem eſt.*

¶ Procedens, *tis*: ut, *Nox procedens*, Sil. 15, 419 *Procedente jam die*, Liv. 28, 15. *Dies procedens mitigat ægritudinem*, zeit lindert die wehmuth. Cic. Tuſc. 3, 22.

¶ Proceſſus, *a, um*, zugenommen, fortgehend. Scrib Largus Compoſ. 100 *In proceſſa ætate.* Et Hirtius Afr. c. 75 *Cæſar proceſſus a ſuis caſtris.*

¶ Proceſſio, *ōnis*, f. der fortzug, marſch, ut, *A militibus veditus magis maturus quam proceſſio longior quærebatur.* Cic. L. Man. c. 9 *Cornicines canunt, quod in exercitis & progreſſionibus cuſtoditur*, Veget. de Re mil 2, 22.

¶ Proceſſus, *ūs*, m ein aufzug, procession. Ita *felix proceſſus Auguſtorum* celebratur in nummis apud Spanh. diſſ. 12 p. 457. ¶ 2. Eſt progreſſus, profectus, incrementum, der fortgang; ut, *Gradus & quaſi proceſſus dicendi, vel in dicendo*, die beſſerung, Cic. de clar. Orat. c. 65. Pariter Scrib. Grammat. c. 10 *Ipſe* (Artepus philologus) *ad L. Herman ſcripſit, ſe in Græcis literis magnum proceſſum habere*, er hätte viel darinnen profitirt. Florus præfat. *Si quis Pop. Rom. quaſi hominem conſideret, totamque ejus ætatem perſenſeat*, &c. *quatuor gradus proceſſusque ejus inveniet.* Ita quas promotiones vulgo dicimus, *proceſſus* vocavit Quintil. decl. 3, 9, beförderung. v. ibi Burm. p. 67.

¶ Proceſtria, *orum*, n. pl. locus apertus & patulus, in quem proceditur, vel in muro vel in ædificiis, ein austritt, altan, vorgebäude. Feſtus.

¶ Recedo, *ēre*, zurück gehen, wieder abtreten. *Recedere ab armis*, id eſt, deſiſtere, Cic. pro S. Roſc. c. 6. *Recedere ab uſitata conſuetudine*, Id. pro Quint. c. 21, alte gewohnheit ändern. *Recedere ab officio*, wider gebühr thun, Id. Off. 3, 4. *Recedere ab oculis*, Plin. 2 epiſt. 1. *Recedere a vita*, Cic. Tuſcul. Diſp. 4, 17. *De medio*, Cic. pro Roſc. c. 38. Quint. 2, 17 p. 194 *Pictor cum vi artis ſuæ efficit, ut quædam eminere in opere, quædam receſſiſſe credamus, ipſa, ea plena eſſe, non reſcit*, vertieft, entfernet ſeyn. Plin. 3 epiſt. 7 *Papillæ jacent, receſſit venter.* ¶ 2. *Recedere* dicuntur poetis terræ aut litora, a quibus recedimus. Virg. Æn. 3, 72 *Procedimur portu, terræque urbesque recedunt.* Multa in hanc rem collegit Drakenb. ad Sil. 3, 157. ¶ 3. Paſſ. Cæſ. B. G. 8, 40 *Neque ab oppugnatione recedi poſſe.* Liv. 24, 41 *Ita ab Illiturgi receſſum eſt.*

¶ Recedens, *tis*. Virg. Æn. 12, 291 *Ruit ille recedens.* Horat. de Arte v. 175

Multa ferunt anni venientes commoda ſecum
Multa recedentes adimunt.

¶ Receſſus, *a, um*, idem quod recedens, regreſſus, hineinwärts gehend. Vitruv. 5, 8 comparative, *ſcena receſſior.*

¶ Receſſim, adverb. ruckwarts. Plaut. Caſ. 2, 8, 7 *Receſſim cadam ad parietem, imitabor nepam.*

¶ Receſſus, *ūs*, m. ſubſtantive, actus eſt recedendi, abtritt, zurückgang; ut, *Acceſſus & receſſus lunæ*, Cic. de Orat. 3, 45. das zu- und abnehmen des mondes. Id Divin. 2, 14 *Marinum acceſſus & receſſus motu lunæ gubernantur*, die ſint und ebe. Metaphorice Cic. fam. 5, 14 *Tum acceſſus ad cauſſam facere cum receſſu.* Sic, *Receſſus cuſſinæ*, die berge, ſo ſich neun hinter ſich erſtrecken, ſtaffle, Martial. 4 epigr. 64. Sic *Latebræ & receſſus in animis hominum*, verborgenheit. Id. pro Marcell. c. 7. Et Quint. 1, 4 *Grammatica plus habet in receſſu, quam in fronte promittat*, h. e. longe patet, & extendit ſe latius Grammaticæ utilitas, quam primum intuentibus apparet, es iſt mehr darhinter, als man ihr anſiehet. ¶ 2. der zulauff. Val. Max. 3, 6, 1 *Vegeta & ſtrenua ingenia, quo plus receſſus ſumunt, hoc vehementiores impetus edunt.*

¶ Receſſio, *ōnis*, f. idem. Vitruv. 1, 6 *Ventus inclinationibus & receſſionibus varietates mutatione flatus facit.*

¶ Retrocedo, *ēre*, idem quod recedere. Liv. 8, 8 *Pede preſſo retrocedentes.* Poſſet etiam diviſe ſcribi, ſed nomen, quod ſequitur, arguit compoſitum eſſe.

¶ Retroceſſus, *ūs*, m. receſſus. Apul. Doctr. Plat. 1, 53 *proceſſus & retroceſſus* &c.

¶ Sēcēdo, *ēre*, eſt ſeorſum ire, recedere, entweichen, beyſeit gehen; ut, *Secedere de via*, Plaut. Curc. 2, 3, 2. *Secede huc*, Id. Capt. 2, 1, 23. *Secedant improbi, ſecernant ſe a bonis*, Cic. Catil. 1 extr. *Ad ſtilum ſecedere*, Quintil. 1 c. ult. Hinc &, *ſecedere*, eſt ex urbe & celebritate hominum ire in rus, ſich auf das land machen. oder retiriren. Ovid. 4 Triſt. 8, 37 *Sedmodo, quos habui, vacuum ſecedere in hortus, Nunc hominum viſa rurſus & urbe frui.*

¶ Seceſſio, *ōnis*, f. ut plurimum defectionem notat, cum aliorum, tum militum maxime, abweichung, abfall. Cæſ. B. Civ. 1, 20 *Divulgato Domitii conſilio, milites qui erant Corfinii, ſecu ſum ſecerunt*, ſie trennen ſich. Cic. pro Mur. c. 24 *Scabillenus teſtium, ſubſcriptorum animadvertebat*; ita teſtes & ſocii litis actorem auctoremque deſerebant.

¶ Seceſſus, *ūs*, m. diſceſſus, der abzug, weczug: ut, *Seceſſus avium*, Plin. 10, 29 pr. ¶ 2. Dicuntur & loca in litoribus & rure ſolitaria,

litaria, a majore frequentia nominum remota, abgeſonderte örter. Tac. An. 14, 62, 4 *Magna ei præmia & ſeceſſus amœnos promittit.* Hinc *Seceſſus* & *Vrbs* opponuntur. Plin. 2 ep. 13 *Ille meus in urbe, ille in ſeceſſu contubernalis.* Suet. Ner. c. 33 *Submiſſis qui Romæ morantem litibus, & in ſeceſſu quieſcentem per convicia & jocos, terrâ marique prætervehentes inquietarent.* Ovid. Trift. 1, 1, 41 *Carmina ſeceſſum ſcribentis & otia quærunt.* Tertullianus *Seceſſum & promtum* opponit de Pallio c. 5 *Vita,* inquit, *melius magis in ſeceſſu fruare, quam in promtu. Promtum* videlicet pro publico & celebritate poſuit, *Seceſſum,* quod ei contrarium eſt: unde & Tacitus *Secretum* vocat non ſemel e. g. An. 4, 57, 2 & Dial. de orat. 12, 1. *Sinum ſecretum,* Servius interpretatur ad illud Virgilii Æn. 1, 159 *Eſt in ſeceſſu longo locus. Angulum* Horatius dixit 2 od. 6, 14, quemadmodum & nos ejusmodi reductos ſecretosque locos, winckel, abtritte, vocamus. ¶ 3. *Seceſſus* vocatur vita, quæ in urbibus etiam a negotiis officiisque forenſibus auliciſque libera privataque atque in ſtudiis maxime agitur, das privat-leben. Suet. Aug. c. 94 *In ſeceſſu Apolloniæ Theogenis Mathematici pergulam comite Agrippa eſcendebat:* id eſt, cum Apolloniæ ſtudiis vacaret, quorum cauſſa eo Auguſtus ab avunculo miſſus erat, de quo Idem ibid. c. 8, & Dio lib. 45. Similiter Tacitus vitam Tiberii Rhodi actam privatim relicta aula, *ſeceſſum Rhodium* vocat, An. 4, 15, 2. *Secretum Rhodi* eodem lib c. 57, 3 dixit: de quo vide Suet. Tib. c. 11.

¶ Succedo, *ere,* hinunter oder hinein gehen; ut, *Succedere umbræ,* Virg. Georg. 3, 464, unter dem ſchatten gehen. Idem Æn 8, 123 *Noſtris ſuccede penatibus hoſpes,* kehre bey uns ein. Ita, *Succedere tectis urbis,* Id. Æn. 11, 146, einziehen. Cic de Orat. 1, 33 *Omnia ſub aciem ſtili ſubeant & ſuccedant neceſſe eſt.* Servius ad illud Virg. cel. 5, 6 *Sive antro potius ſuccedimus:* SUCCEDIMUS, inquit, *& dativo & accuſativo caſibus, ſecutus tam veterem, quam noſtrum conſuetudinem ſuo more, jungit,* five ſub umbras ſuccedimus, ſive antro. *Cum alibi legerim tantum antiquos, dativo tantum* Succedere *junxerit, ac noſtris* ſuccedere penetribus, & Succeditque gemens ſtabulis. *Salluſtius tamen* ſuccedere *accuſativo junxit. Sed ubi* prope *ſignificat:* Cum murum hoſtium ſucceſſiſſet, pœnas dederat: *hoc eſt, cum prope murum acceſſiſſet* Succedere *autem idem ſignificat, quod eſt* ſubire, id eſt, *penitus intrare.* Hactenus commentator Servius. Sed quod Virgilium antiquos ſecutum ait, dum dativo verbum *Succedere*; recentiores, tum accuſativo junxit, id mihi vero ſimile haud fit. *Vrbi, tecto ſuccedere,* multo frequentius legitur, quippe quod recentioris elegantiæ eſt, *quam urbem ſuccedere,* & hujus generis alia. Et poteſt argumento etiam eſſe Salluſtii adducta auctoritas: antiquarii ſcilicet, & multum Catonis ſurati verba; quæ Lenæi apud Suet. Gram. c. 15 in eum nota eſt. *Ingum ſuccederi,* das joch über ſich nehmen, eſt Calpurnii Flacci decl. 29, ubi v. Burm. p 826. *Succedere* enim in talibus eſt ſubire. Cic. Verr. 4, 37 *Succedam ego vicarius tuo muneri, ſuſcipiam partes,* ich will mich unterziehen, es über mich nehmen. ¶ 2. *Succedere,* an einen ſtat kommen, auf einen folgen. Cic. Phil. 11 extr. *Ætas ſuccedit ætati,* Id. in Orat. c. 13 *Horum ætati ſucceſſit Iſocrates.* Et ad Brutum epiſt 13 *In patris locum ſucceſſit.* Verr. 4, 37 Paſſ. Imperf. Cic. de Prov. Conſ. c. 8 *Credite mihi, nunquam ſuccederet illis.* ¶ 3. *Succedere* eſt proſpere cedere, wohl gerathen, von ſtatten gehen, glücken. Ter. And. 4, 1, 46 *Hæc non ſucceſſit, alia aggrediamur via.* Cic ad Q. frat. 2, 13 *Si ex ſententia ſucceſſerit, bene erit opera poſita.* Plaut. Mil. 3, 2 extr. *Lepide hoc ſuccedit ſub manus negotium.*

¶ Succedaneus, *a, um,* der an die ſtelle tritt, ablöſet, a *Succedendo,* non a *Succiendo,* quod Gellius vult 4, 6, ut docet ad Feſtum Scaliger. Plaut. Epid. 1, 2, 37 *Meæ piacularem oportet puri ob ſtultitiam tuam? Vt meum tergum ſtultitiæ tuæ ſubdas ſuccedaneum,* ſoll ich vor deine thorheit büſſen, und wilt du meinen rücken vor dieſelbe preis geben? Servius in Æn. 2, 140 *More antiquo hoſtia ſi effugiſſet,* Effigia *vocabatur: quæ autem ſuppoſita fuerat,* Succedanea *appellabatur:* adde eumdem ad Æn. 8, 641. Sic *Aſinus pro homine ſuccedaneus,* Apul. lib. 8 p. 213; ubi Beroaldus etiam p. 248 de hoſtiis ſuccedaneis commentans ait: *ſi o. imi hoſtiis litatum non erat, aliæ bendi placuli gratiâ ſubdebantur & ſuccedebant, ob id ſuccedaneæ a ſuccedendo nominatæ.* Eadem ratione *prædaneæ* quoque hoſtiæ dici poſſunt, quæ ante facrificia ſolennia pridie cæduntur. Quin etiam *ferias prædaneas* dici voluerunt, quæ ſolennes legitimasque ferias præcederent. Vlp. L. 3 in f. D. de adminiſtrat. Tut. *Si non conſentiant tutores prætori, ſed velint omnes ſimul, quia ſidem non habeant ei. ſo, nec patiuntur ſuccedanei eſſe alieni periculi:* hoc eſt, nec volunt in incommodum alieni periculi ſuccedere, ſive ſuſtinere incommodum, quod ex aliena culpa in ipſos redundat. Idem Vlp. L. 4 D. de Magiſt. Conv. *Magiſtratus quidem in omne periculum ſuccedit: hæres ipſius dolo proximæ culpæ ſuccedaneus eſt.* Iuſtin. 38, 6, 2. *Succedaneum alicui dare.*

¶ Succeſſus, *a, um,* gelungen: ut, *Succeſſa,* quæ bene ſuccedunt. Plaut. Prol. Pſeud. v. 8 *Hos fugitaſtis, Quirites, ſucceſſis bonis,* mit glücklichem feriaang. Cic fam 16, 12 *Nam cum omnia mea cauſſa velles mihi ſucceſſa, tum etiam tua.* conf Ovid. Met. 2, 755, ſi vera lectio: *Succeſſorem Minervæ indelubi.* Heinſius & Criſpinus legunt, *ſucceſſuram* teſt. eſſe. *Succeſſa* probat Burm. etiam ad Rutil. 1, 313.

¶ Succeſſus, *us,* m. der ausmarſch, das fortrücken, Cæſ de B. G. 2, 20 *Quarum rerum magnam partem temporis brevitas & ſucceſſus & incurſus hoſtium impediebat.* ¶ 2. wohlfahrt, glücklicher fortgang, Liv. præf. extr. *Succeſſus proſperos dare,* glück und ſegen verleihen. Virg. Æn. 2, 386 *Eventus ſucceſſu.* Ovid. Rem. Am. v. 624

Succeſſ ſæpe artes non habuere meæ.

Idem Heroid. 1, 15 *Succeſſa caveto:* Et epiſt. 2, 85 *ſucceſſibus* Iuſtin. 16, 5, 8 de Clearcho: *Ex ſucceſſu continuæ felicitatis obliviſcitur ſe hominem.*

¶ Succeſſio, *ōnis,* f. die nachfolgung, Cic. ad Brut. ep. 17 *Meæres Antonii oppreſſe ſpectar in Antonii locum ſucceſſio.* Iuſtin. 1, 4, 1 *Per ordinem ſucceſſionis regnum ad Aſſyrios defendit.* Adde Tac. An. 4, 12, 3. Quint. Decl. 360. Sen. ad Polyb. c. 34.

¶ Succeſſor, *ōris,* m. qui alicui ſuccedit, ein nachfolger, der an eines ſtat kommt. Cic. pro Flacc. c. 14 *Succeſſor aliquid immutat de inſtituto priorum.* Ovid Remed. Am. v. 462 *Succeſſore novo tollitur omnis amor:* wenn lieber kommt, ſo iſt das liebe aus *Succeſſorem alicui dare,* eſt imperium abrogare: v. Plin. 9 epiſt. 13 *Succeſſorem Certus accepit.* Spartian. Hadrian. c. 9 & 11; Capitol. Alex. c. 32, Id. in Pio c. 5. Suet Cal. 4 *Nihil ſibi ſuccceſſorem deſignaret.* ¶ 2. *Succeſſor* etiam fœminine apud Charitium p. 66 dixit Corn. Severus:

Ignea nam cælo lucebat ſidera Phœbe,
Fraternis ſucceſſor equis.

¶ Succeſſorius, *a, um,* ad ſucceſſionem ſpectans, juris verbum; ut *Succeſſoriam edictam,* quod gradus ſucceſſionis in bonorum poſſeſſores definit. v. Tit. Digeſt. de hoc edicto *Scævus cum poſt Alexandri obitum ſucceſſorio jure teneret regna Perſidi,* Amm. Marc. 14, 8.

¶ Succeſſivus, *a, um,* ſuccedens, nachfolgend Lactant de Opif. c 12 *Duobus ſexibus mariti ac fœminæ copulatus, ſucceſſive prolis paritur.*

¶ Succeſſive, adverb. i. e progreſſu temporis, nach und nach. Rob. Conſtantinus Supplem L. L. adducit locum Spartiani in Caracalla c. 8 *Sub Severo & Severo in advocatione fiſci ſucceſſive.* Sed pro eo legitur *ſucceſſim.*

CĒDRVS, *i,* f. Κέδρος, arbor nota, quæ nec cariem ſentit, nec vetuſtatem, Plin. 11, 40. v. Freinshem. ad Curt. 5, 5, 5 cedern. *Lequi cedro digna,* Perſ. Sat. 1, 42, id eſt, digna immortalitate. Quo pacto & Horat. dixit in Arte v. 331 *Speramus carmina fingi Poſſe linenda cedro,* hoc eſt; ejusmodi, quæ ſint digna, ut poſteritati conſerventur, die ein ewig gedächtniß verdienen. Modi loquendi ſunti ſunt a natura ejus arboris, cujus ſucco res illitæ cariem non ſentiunt. Hac enim arte Numæ libri chartacei ad annos durarunt 535, Plinio auctore 12, 13. conf. Vitruv. 2, 9.

¶ Cedratus, *a, um,* illud eſt quod cedri ſucco illinitur, mit cedern-öl beſtrichen. Plin. 13, 13 *Libros cedratos timeas non tetigiſſe* Ita vulgo editum; Harduinus autem ex MSS. *citratos* legit.

¶ Cedreus, *a, um,* vide *Cedrium.*

¶ Cedris, *idis,* f. cedri fructus, ceder-frucht. Plin 24, 5 *Cedrides, hoc eſt fructus cedri.*

¶ Cedria, *æ,* f. Κεδρία, cedri liquor, ſive reſina, harß. ſo vom ceder-baume fleuſt. Plin. 29, 3 *Scabiem corporum ac pruritum oleo & cedria mixtis vellunt.* Adde 24, 5 & 32, 7; Cell. 5, 13; Colum 6, 32.

¶ Cedrium, *i,* n. cederſaft. Plin. 16, 11 de pice: *Hoc in Syria cedrium vocatur; cui tanta vis eſt, ut in Ægypto corpora bonis cum defunctorum eo perfuſa ſerventur.* ¶ 2. Scribitur etiam *Cedrium,* ubi oleum ſubaudiunt. Vitruv. 2, 9 *Ex cedro oleum, quod cedreum dicitur, naſcitur.*

¶ Cedrinus, *a, um,* von ceder; ut, *Oleum cedrinum,* Plin. 32, 7.

¶ Cedrĕlæon, *i,* n. κεδρέλαιον, cedern-öl. Plin. 15, 7 *Fit ex malis cedri celtrelæon.*

¶ Cedrelate, *es,* f. κεδρελάτη, cedrus magna eſt, ein cedern-baum. Plin. 24, 5 *Cedrus magna, quam cedrelaten vocant* &c.

¶ Cedromēla, n. pl. mala eadem, quæ citria Dioſcoridi ſunt, citronen.

¶ Cedroſtis, *is,* f. bryonia eſt, id eſt vitis alba, ſtickwurtz. Plin. 23, 1.

CĔLĂDON, *ontis,* m. aggreſſor Perſei ab eodem occiſus, Ovid. Met. 5, 144. ¶ 2. Vnus ex Lapithis, ibid. 12, 250.

CĔLÆNÆ, *arum,* f. pl. tumulus Aliæ, & ejusdem nominis urbs, caput quondam Phrygiæ, Livio 38, 13. Lucan. 3, 206 *Lugent damnatæ Phœbo victore Celænæ,* ubi & certamen & ſupplicium Marſyæ repicitur. Ovid. Faſt. 4, 172 *Inter Cybelen altaque Celænas.*

¶ Celænæus, *a, um,* adject. ut, *Celænei amores,* h. e. Lydæ Phrygiæ vel Cybeles, Martial. 14 epigr. 204. *Celænea buxus,* Stat. Theb 2, 666, ubi vetus Scholiaſtes notat, Celænis primum tibiarum ſtirpium inventum eſſe, quibus Apollinem provocarit Marſyas ipſe Celænæus.

¶ CĔLÆNO, *ūs,* f. κελαινώ, una ex Plejadibus, de qua Ovid Faſt 4, 173. ¶ 2. *Celæno* Harpyiarum princeps Virgilio 3 Æn. 245

Vna in præcelſa conſedit rupe Celæno Infelix vates.

Iuvenal. 8, 130 *Vnguibus ire para nummos captura Celæno.*

Celamen, celatus &c. vide *Celo.*

CELBIS, *is,* m. fluvius in Moſellam influens. v. Scalig Lect Auſ 1, 2 pr.

CĔLĔBRIS, & Celeber, *bris, bre,* accommodatur tam rebus quam perſonis, idque paſſive, ſecundum Vall. 4, 96. Quod celebratur, id frequentatur, atque deferto oppohitur. Ita *via celebris* Catoni R. R. c. 1 eſt, qua plures ſemper commeant, die öffentliche ſtraſſe, die niemals leer und ohne leute. *Vibo celebris & copioſa,* Cic. pro Arch. c. 3 eine volckreiche ſtadt. Ovid. Faſt. 4, 391 *Circus erit pompa celeber numeroque Deorum.* Cic. pro L. Man. c. 12 *Portus Cajetæ celeberrimo & pleniſſimus navium.* Id. in Piſ. c. 15 *Concio celeberrima,* eine anſehnliche verſammlung. Ovid. Am. 3, 5, 3 *Celeberrimus ilice lucus,* ubi plura id genus Burm. ¶ 2. Idem & clarum eſt, fama notum, berühmt, berühmt. Plin. 7, 5 *Ariſtophani celeberrimo in arte Grammatica;* Ita Id. 8, 5: 24, 17 & 35, 10 *Fuit Arellius celeber paullo ante divum Auguſtum.* Sic, *Celebre certamen,* id eſt, memorabile & clarum Ovid. Met. 1, 452: plurimæ alia hujus generis paſſim legiuntur Vet. Gloſſ. *Celeber, ἐπίσημος. Hodie celeris oratio, atque motus rhetorum celebrimus,* Gell. 11, 7. Idem An. 2, 765 *Celeberrima nocte loquentes,* h. e. tacitis verbis rem ipſi inventent. ¶ *Celeber & celer* paſſim a librariis permutari, notat Barthan ad Ovid Amor. 3, 53.

¶ Celebritas, *ātis,* f. frequentia eſt, & ſolitudini opponitur, verſammlung des volcks Nonius Prolat. 6 *Maxi ſimilem invenies celebritatem, ſi* (ſc. eſt, da viel leute ſind. Cic Att. 3, 7 *Odi celebritatem, fugio homines: Locum adipiſcar ubi ſim quietus.* Id ibid 12, 13 *Me hæc ſolitudo minus ſtimulat, quam ipſa celebritas.* In quibus *celebritatem* vocat, quam eodem lib ep 40 *frequentiam* dicit. Tac Hiſt 2, 64, 1 *Vitatis per minia via celebritatibus.* Ammianus Interpretem, atque ipſi interſici juſſit. Quint 1, 2 extr. *Celebritate celebritatem inſequitur.* Vid. Gronov. Obſervat. 3, 16. ¶ 2. Dicitur & *Celebritas* ſolemnis conventus ſacrorum, & rei alterius peragendæ gratia qui fit, ein feſt. Vetus Gloſſ. ἑορτή, *celebritas, feſtus dies.* Ita *ſupremi diei celebritatem,* pro ſolemnibus exſequiarum Cic. pro Mil c. 32 dixit. ¶ 3. Gloria ſeu divulgatio nominis eſt, ruhm unter den leuten.

Cic. Off. 2, 13 *Si quis ab ineunte ætate habet causſam celebritatis ac nominis &c* Ita, *Celebritatem ſermonis hominum conſequi*, Id. Somn. Scip. c. 6. Ver. Gloſſ. *Celebritas, Φήμη.* ¶ 4. Hilaritatem notare videtur Macrob. Sat 2, 7 *Si aliqua Laberii & Publii dicta reſeremus, videbimur & adhibendi convivio mimos vitaſſe leſciviam, & tamen celebritatem, quam cum adſunt illi, excitare pollicentur, imitatori.* Hoc loco illuſtrat Brouckh. illud Tibulli 2, 1, 29 *Vina diem celebrent* &c.

¶ Cēlĕbro, *avi, atum, are*, primo ſignificat frequenter & ſæpe obire: item implere frequentia, oft und viel betreten, beſuchen. Cic. de Orat. 1, 45 extr. *Q. Mutii janua maxima quotidie cœtium frequentia celebratur.* Id. Orat. pro P. Sext. c. 63 *Vias multitudine legatorum undique miſſorum celebrabantur.* Propert. 1, 16, 3 *Cujus incurrati celebravunt limina currus.* Ovid. Met. 4, 414 *Tectaque non ſiluas celebrat.* conf. Plin. 8 epiſt. 12 & Iuvenal. infra in *Frequento.* Tibull. 1, 7, 17 *Neu juvenes celebret multo ſermone caveto*, i. e. ne frequentes cum illis ſermones cædat. v. Heinſ. & Burm. ad Ovid. Met. 4, 46; Cortius ad Sall Iug. c. 47, & Plin. epiſt. 6, 30. ¶ 2. Replere, anfüllen. Hinc Vet. Gloſſ. *celebrat, πλησῖ.* Cic. de Prov. Conſul. c. 9 *Celebrantur aures quotidie meæ novis nominibus gentium, nationum, locorum.* Eodem ſenſu *Concelebrare* uſurpat Lucretius loco inferius citando. ¶ 3. *Celebrari* etiam dicitur, quicquid a multis colitur & factitatur, ſive peragitur, was im ſchwange gehet. Tac. Hiſt. 2, 49, 6 *Celebratum id genus mortis.* Tertull. de Orat. c. 12 *In nobis reprehenditur, quod apud idola celebratur*, id eſt frequenter fit, was dahen getrieben wird. Pallad. 12, 2 *Hoc toto menſe locis calidis & ſiccis, vel apricis, erit vitium celebranda poſitio*, die einſenckung muß vorgenommen werden. Et c. 4 *Nunc putatio autumnalis celebratur in vitibus aut arboribus:* Ad quam rationem & pluribus aliis locis hoc verbo uſus eſt. Similiter *Celebrare ſalinas*, pro *exercere* Manilius dixit 5, 672 *Quin etiam magnas poterunt celebrare ſalinas, Et pontum coquere*, ſalzwercke treiben. Plin. 10 epiſt. 117 *Solent non exiguum numerum vocare, binosque denarios vel ſingulos dare: quod an celebrandum, & quatenus putes, rogo ſcribas.* Plaut. Pſeud. 1, 2, 35 *Intro abite, atque hæc citu celebrate:* i. e. peragite. Sic, *celebrare conventus*, Cic. Att. 1, 19 tage halten, zuſammenkunft halten. *Celebrare lædos, convivium, ferias, memoriam alicujus*, Cic. *Celebrare exſequias*, begängniß halten, feyern, Liv. 25, 17. *Celebrare nuptias*, hochzeit haben, beylager halten, Liv. 36, 11. *Celebrare nuptiarum ſolemnia*, Tac. 11, 26, 5. *Natalem alicujus celebrare*, eines geburts-tag, oder jahrszeit begehen. Plin. 10 epiſt. 103. *Literarum ſtudia celebrare*, Petron. c. 116, i. e. frequenter excolere, ſtudiren. *Celebrare jura dictionem*, gerichts-tag halten, Liv. 6, 32 pr. ¶ 4. Deinde honore proſequi vel laudare, celebrem reddere, rühmen, preiſen. Vet. Gloſſ. *Celebrat, φωλίζει. Scriptis celebrari*, Cic. fam. 5, 12. *Miris laudibus celebrare*, Plin. 5, 1. Et Catull. 69, 47

Omnibus inque locis celebretur fama ſepulti.

¶ 5. Etiam exhilarandi ſignificationem habet. Tibull. 2, 1, 29 *Vina diem celebrent.* vid. *Celebritas* n. 4. ¶ 6. Rem lætam & glorioſam nuntiare, notat ap. Cic. pro Murena c. 41. v. Mencken. Obſerv. L. L. hac v.

¶ Celebrans, *tis.* Nep. 20, 5, 4 *Tota celebrante Sicilia.*

¶ Celebrātus, *a, um*, frequentatus, laudatus, bekannt, berühmt. ut, *Res omnium ſermone celebrata*, Cic. pro Cluent. c. 12. *Vir illuſtri laude celebratus*, Id. pro Mur. c. 7. Et *Ludi incredibili honore celebrati*, Phil. 2, 13. *Celebrata certamina*, Virg. Æn. 5, 603. *Nomine, quam pretio celebratior*, Ovid. Faſt. 6, 349. *Celebratior ſupplicatio.* Liv. 3, 63. Ac *Verbum celebratius*, Gell. 17, 2 extr. *Scriptor celebratiſſimus*, ibid. c. 4. *In rebus celebratiſſimis ſermone omnium verſari*, Cic. Phil. 2, 23. Sen. conſ. ad Marc. c. 17 *Celebratiſſimus carminibus fons.*

¶ Celebratio, *ōnis*, f. tam late ſumitur, quam verbum *Celebrare.* Eſt enim frequentatio; ut, Cic. pro Sylla c. 26 *Quæ domus? quæ celebratio quotidiana? quæ familiaris dignitas?* wie viele gehen allda täglich aus und ein? Plin. 34, 5 *Equeſtres ſtatuæ Romanam celebrationem habent.* ¶ 2. Deinde laus eſt & prædicatio, hochhaltung, ruhm. Cic. pro Planc. c. 4 *Nihil eſt, quod minus mea celebratione commemoretur ſit.* ¶ 3. Denique ἑόρτασις, eſt, *Celebratio ludorum*, Cic. Att. 15, 29 pr. die feyrung, ſolennität. *Celebratio epuli*, ein banquet, Vellej. 2, 56, 1.

¶ Celebrator, *ōris*, m. ut, *Celebrator triumphi*, Martial. 8 epigr. 78.

¶ Celebrābilis, *e*, häufig. Ammian. 29, 34 *Ætatum ordinamque omnium celebrabili favere ſuſceptus.*

¶ Celebresco, *ere*, celebrari, celebrem fieri, berühmt, bekannt werden. Accius apud Nonium 2, 158 *Et qualis fuerit, fama celebreſcat tua*

¶ Accelebro, *are*, mit benwohnen, helfen anſehnlich machen. Mart. Capella 9 p. 304 *Veſtrum crebrius accelebrare conſilium non piguerit.*

¶ Concelebro, *are*, idem quod celebrare, herrlich halten, feyerlich begehen. Cæſ. B. Civ. 3, 72 *Famæ ac literis victoriam ejus dici concelebrabant.* Liv. 8, 7 *Quantum militaribus ſtudiis ſunus ullum concelebrari poteſt.* Tibull. 1, 8, 49 *Huc ades, & centum Ludos, Geniumque chorus Concelebra.* Et Lucret. 1, 3 de Venere: *Quæ mare navigerum, quæ terras frugiferentes Concelebras*, i. e. variis animantibus fœcunde & copioſe reples.

¶ Incelebris, *e*, non celebris, unbekannt, unberühmt. Silius 8, 379 *Incelebri valle.* Gell. 5, 14 *Non incelebres libri.* Adde Macrob. Sat. 1, 7.

¶ Incelebratus, *a, um*, idem. Tac. An. 6, 7 extr. *Ab aliis incelebrata.*

¶ Percelebris, *e*, valde celebris, fundbar, ſehr berühmt. Pompon. Mela 2, 3 *Templum Junonis vetuſtate & religione percelebre.* Et Plin. 10, 5 *Percelebris gloria.*

¶ Percelebro, *are*, ſehr ruchtbar machen, ausbreiten. Cic. Verr. 5, 31 *De qua muliere plurimi verſus tota Sicilia percelebrantur.*

¶ Percelebratus, *a, um*, ſehr ruchtbar; ut, *Res ſermonibus percelebrata*, h. e. maxime divulgata, Cic. pro Cæl. c. 29.

CĔLER, & Celeris, *e*, velox, feſtinus, behend, ſchnell. Horat. 3 oda 12, 12 *Celer excipere aprum.* Ter. Phorm. 1, 4, 1 *Nullus es, niſi aliquod jam tibi conſilium celere repereris.* Vellej. 2, 73, 1 *Celer cogitatione*, von geſchwinden einfällen. Cic. in Orat. c. 59 *Mente nihil celerius.* Liv. 2, 51 *Celeriora conſilia.* Virg. 12, 507 *Fata celerrima*, geſchwindeſt tod. Apud Ennium nonnunquam occurrit Superlativus *Celeriſſimus*, ut 16 Annal. *Celeriſſimus rumor.* Sed Chariſius lib. 1 vocem illam barbariſmum eſſe ait, qua licentia Varro & Lucretius *parviſſimus* diverunt. ¶ 2. Cognominatus eſt *Celer* centurio Romuli & percuſſor Remi, cum is mœnia nova Romæ illi demandata tranſiliſſet. v. Aur. Vict. Vir. Illuſt. c. 1; & Ovid. Faſt. 4, 837 ſeqq. Alios hujus nominis vide apud Tacitum &c. ¶ 3. Celeres, *um*, m. pl. quoque dicti ſunt illi equites a Romulo ex omni multitudine lecti, trecenti numero, a *Celere*, Remi interfectore, quique a Tarquinio Priſco ad ſexcentorum numerum aucti fuerunt. v. Liv. 2, 16 & 36, & Feſt. in hac voce. *Tribunus* autem *Celerum*, qui his præfectus erat, deſcribitur a Pomponio l. 2 § 15 ff. de Orig. Iuris.

¶ Celere, adverb. eilends, hurtig. Ennius apud Nonium 11, 8 *Dum quicquid das celere.* Et Plaut. 2, 3, 4 *Subito, propere & celere objectum eſt mihi negotium.*

¶ Celeriter, adverb. idem. Publ. *Beneficium inopi bis dat, qui dat celeriter. Succurrere celeriter*, Cic. fam. 10, 21. *Celeriter reperire, quæ opus*, Nepos 2, 1, 3. Comp. Cæſ. B. Gall. 2, 3 *Quum de improviſo, celeriusque omnium opinione veniſſet.* Nep. 5, 3, 2 *Facti celerius eos pœnituit.* Superl. Cæſ. B. Gall. 1, 37 *Re frumentaria, quam celerrime potuit, comparata.* Et Lentulus ad Cic. fam. 12, 15 tam *Celerius*, quam *Celerrime* una epiſtola dixit. Plin. 32, 2 *Celerrime examinare.*

¶ Celeriuſcule, aliud adverb. ut, *Celeriuſcule dicere*, etwas behend reden. Auctor ad Herenn. 3, 14.

¶ Celĕritas, *ātis*, f. die behendigkeit: ut, *Velocitas corporis celeritas appellatur* &c. Cic. Tuſc. 4, 13 *Celeritas ad diſcendum*, Id. Acad. 1, 5. *Celeritas percipiendi*, Quintil. 1, 10. Plinius: *Etiam celeritas in deſiderio mora eſt. Expedita & profluens celeritas verborum*, Cic. de Clar. Or. c. 61. *Cavendum eſt, ne nimias ſuſpiciamus celeritates*, Id. Off. 1, 36. Quantum poſſit in bellis itinerum conficiendorum celeritas, copioſe oſtendit Freinsh. ad Curtium 5, 5, 2. conf. Barth. ad lib. 2 Theb. Statii p. 647.

¶ Celerĭtūdo, *ĭnis*, f. idem. Varro R. R. 3, 12 *L. Ælius putabat dictum leporem a celeritudine, quod levipes eſſet.*

¶ Celero, *are*, celeriter aliquid facere, eilen, beſchleunigen; ut, *Gradum, fugam celerare*, Virg. Æn. 4, 641, & 9, 376; *opus*, Id. 1, 660. *Imperium celerare*, Valer. Flacc. 4, 385. *Opem* Idem 3, 251. *Quam maximis itineribus celerare*, Tac. Hiſt. 4, 24, 1. *Agere & celerare ſtatuit*, Id. An 12, 64, 3. *Celerande victoriæ intentior*, Id. An. 2, 5, 2.

¶ Celerans, *tis.* Virg. Æn. 5, 609 *Illa viam celerans.* conf. ibid. 1, 660. Et Apul. Met. 6, 178 *Studioſe gradum celerans.*

¶ Celeranter, idem. Accius apud Nonium 11, 32 *Qui matutinum curſum huc celeranter rapit.*

¶ Celerātus, *a, um*, beſchleuniget; ut, *Itineribus celeratis*, Ammian. 31, 11.

¶ Celeratim, adverb. eilends, hurtig. Siſenna ap. Nonium 2, 140.

¶ Celeripes, *ĕdis*, o. ſchnell zu fuß; it. ein läuffer. Cic. Att. 9, 7 *Venit eo ipſo die ille celeripes.* Auſon. Parent. 27, 4 *Celeripes & adeat loca tacita Erebi.* Id. epigr. 146, 31 *Velox manus celeripedis compendii.*

¶ Accelero, *are*, herzu eilen, beſchleunigen. *Accelerare iter*, eſt properare, Cæſ. B. Civ. 2, 39. *Id quod natura cogit, accelerare*, Nep. 25, 22, 2. *Accelerare opus*, Stat. Theb. 6, 242. Et neutraliter: *Si accelerare voleat, ad veſperam conſequuntur.* Cic. Catil. 2, 4. *Accelera ſignifer, ſequere miles*, adhortantis inter ſe exercitus vox apud Liv. 3, 27 extr.

¶ Accĕlĕratio, *ōnis*, f die eilfertigkeit. Auctor ad Herenn. 3, 13 *Continuatio eſt orationis enunciandæ acceleratio clamoſa.*

¶ Percĕler, *is*, e. valde celer, ſehr geſchwind, plötzlich. Cic. pro Cæl. c. 24 *Cujus perceleri interitu.*

¶ Percĕleriter, adverb. ſehr behend, ſehr bald. Cic. fam. 6, 12 *Recepit, percelerĭter ſe adſuturum diploma.*

¶ Præceler, *is*, e, idem ac *Perceler.* Plin. 9, 26 *Præcleri vi repente rapi.* Stat. Theb. 6, 550 *Sollicitat tunc ampla viros ad præmia cursu Præceleres.*

¶ Præcelero, *are*, præverti, præcurrere, vorher eilen. Statius neutraliter 2 Theb. v. 497 *Calle latenti præcelerant:* & active Theb. 4, 799 *Præcelerant que ducem.*

CĔLES, *ĕtis*, m. plur. *Celetes*, equires equo uni inſidentes, a Κέλης, qui Græcis *equus* eſt, qui ab uno regitur ſeſſore. Pauſanias de ludis Olympicis ſic ait: Duo certandi equis genera, *Synorides & Celetes. Synoris* erat biga e duobus equis: *Celes* ſingulari equo currebat. *Celetas* ita latine ſcripſit Plin. 34, 5 *Equeſtres ſtatuæ Romanam celebrationem habent, orto ſine dubio a Græcis exemplo. Sed illi Celetas tantum dicabant in ſacris victores.* Add. Idem 7, 56; Gell. 10, 25; Curt. 4, 1, 10. vid. Spanh. de uſu & præſt. num. Diſſ. 10 p. 132 ſq. Hinc &

¶ Celetizontes, m. pl. κελητίζοντες, pueri equum regentes ſingularem, Plin. 34, 8 *Idem* (ſculptor) *& celetizontes fecit*, nam de ſtatuis hæc vocabula uſurpantur. Heſychius per ε ſcribit loco η, κελεθίζων, τοῖς ἵπποις ἐπιβαίνων, ubi ſ etiam contra originem eſt, niſi is aliud intelligit.

CĔLEUS, *ei*, m. diabus ſyllabis, nomen regis Eleuſinæ, a quo Ceres hoſpitio excepta ei omnem agriculturæ rationem aperuit. Ejus ſupellex ruſticana abiit in proverbium. Virg. Georg. 1, 165

Virgea præterea Celei vilisque ſupellex.

CĔLEUSMA, *ātis*, n. κέλευσμα, clamor nautarum, quo ſe hortabantur facientes opus ad remos, ſchiff-geſchrey. Martial. 3 epigr. 27 de pigris nautis: *Ceſſatis, pueri, nihilque noſtis, Vatreno Raſinaque pigriores, Quorum per vada tarda navigantes, Lentos figitis ad celeuſma remos.* Idem 4 epigr. 64 *Quem nec rumpere nauticum celeuſma, Nec clamor valet belciariorum.* Vid. Burm. ad Val. Fl. 1, 1, 86 & Quinct. 1, 10. Adhibebatur autem celeuſma non modo ad folandum laborem; ſed præſertim ad ictus & pulſus remorum temperandos, ne ſe invicem impedirent. Aſcon. Ped. Divinat. Verr. p. 37

Cantu remigibus, celeusma per symphoniacos solebat, & per assam vocem, i. e. *ore prolatam; & navis Argo navi per citharam*: De hoc intelligendus Censorinus est de Die Natali c. 12 scribens: *Quo facilius sufferant laborem velim navis mea, a vectore symphonia adhibetur.* Rutilius Itiner. 1, 396 *Hic mecum Tyrii solabar tadia venti, Dum resonat variis vile celeusma modis.* Fortunatus Venantius de vita S. Martini 4, 423 *Atque petens portum nautarum cantica finit.* Vbi nota, *celeusmam* in genere fœminino dixisse: quemadmodum *glaucomam* Plautus Mil. 2, 1, 70: & ipse Venantius *Pajebam.* B. Hieron. epist. 1 ad Heliod. de laude vitæ solitariæ, fub fin. *Quoniam e scopuli sibilo navigavit oratio, & inter cantus spumeis fluctibus cantes, fragilis cymba in altum processit, pandenda vela sunt ventis, quæstionum populi transvadatis, lætantium more nautarum, epilogi celeusma cantandum est.* ¶ 2. Christianis pro celeusmate hymni & psalmi fuerunt: quos sæpe repetitis vocibus *Hallelujа* & *Amen* canere solebant. Paulinus ad Nicetam v. 119 *Navita læti solitum celeusma Concinent, versibus in hymnos, Et piis ducent comites in æquor Vocibus auras,* &c. Sidon. 2 ep. 10 *Curvorum hinc chorus helciariorum Responsantibus Aluleja ripis Ad Christum levat amnicum celeusma.*

¶ Celeustes, *æ*, m. κελευστής, cujus erat præcinendo celeusmate modum dare remigibus, item facientes opus hortari, ut incumberent strenui. Ovid. Met. 3, 618 *Et qui requiemque modumque Vocat dabat remis, animorum hortator, Eppeus.* Latinis dicebatur *Portiscul.us*, ubi vid.

¶ Proceleusmaticus, *i*, m. προκελευσματικός, pes constans quatuor syllabis brevibus. v. Mart Capell. 9 p. 331, e. g. Virg. eclog. 3, 96

Tityre pascentes a flumine rejice capellas. Et
Aricinæ in portas, Id. Æn. 11, 890.

Sic dictus est a celeri cohortatione nautica, παρὰ τὸ προκελεύειν.

CELIA, *æ*, f. potus Hispanorum ex tritico & aqua, qualis nostra *Biera* est, weitzen-bier, weiß-bier Meminit Plinius 22 c. ult. & Florus 2, 18, 12. De ea ita Orof. 5, 7 de Numantinis loquens: *Ultimo omnes duabus subito portis eruperunt, larga prius potione usi, nonnisi, cujus feracis in locis non est; sed succo tritici per artem confecto, quem zythum a confaciendo* Celiam *vocat. Suscitatur enim illa ignea vis germinis madefactæ fragis, ac deinde siccatur, & post in farinam redacta, molli succo admiscetur, quo fermento sapor austeritatis & calor ebrietatis adjicitur.*

Celibaris, v. Festus, & supra *Celibaris* in *Calebs.*

CELLA, *æ*, f. ein keller, gewölbe; a *celando* dicitur. nam quæ occulta volumus, celamus, inquit Festus. Ita autem appellabant apothecæ, sive œci recreriores, fornicato ut plurimum opere, atque sub terra; ubi reconderbantur servabanturque variæ res: vinum puta, mel, frumentum, aliaque hujus generis; a quibus & sua cognomina accipiebant. Hinc *frumentum cellæ dominæ imperare*, aut *in cellam*, Cic. Verr 1, 90 & 92. vid Cafaub. & Græv. ad Cic. Att. 1, 12 p. 66. Idem Cic. de Senect. c. 16 *Semper boni civis, dominique referre cellæ vinariæ, oleariæ, mellariæ, & penariæ. Promptuariam cellam*, Plautus dixit Amph. 1, 1 pr. Vocatur & *Promus*, Ταμίον: quod inde promantur, quibus usus est. Inde qui præerat, *Promus condus* appellabatur. ¶ 2. *Cellæ promus*: Tertull. de Resurr. c. 27 sepulcra vertit ex Eſa 26, quod ex iis corporum usus depromenda sint. ¶ 3. *Cellæ* etiam dicebantur meretricum fornices. Petron. c. 8 *Iam pro cella meretrix assem exegerat: Pro cella*, id est, ante cellam stans. Iuvenal. 6, 121 de Messalina augusta meretrice:

Intravit cellulam veteri centone lupanar,
Et cellam vacuam atque suam.

Ad quem locum vetus Scholiastes notat, cellis istis superscripta nomina meretricum fuisse, quæ ibi prostarent. Vnde *inscriptam cellam* Martialis 11 epigr. 46 dixit, & mos Iuvenalis de eadem Messalina v. 123 *Titulum mentita Lyciscæ.* ¶ 4. Familiæ etiam sive servorum cubicula *Cellæ* vocabantur: quod angustiora, ut puto, reductaque essent, kämmergen. Vsus ita Seneca Controv. 21; & Cic. Phil. 2, 27 de luxu Antonii *Servorum*, inquit, *in cellis lectos stratos conchyliatis Cn. Pompeji peristromatis videbam.* Ex quo Virgilius quoque ¶ 5. Cavernas faverum *cellas* dixit Æn. 1, 432

Aut cum liquentia mella
Stipant & dulci distendunt nectare cellas,

die löcher in wachs-kuchen. Vt & *Columbarum cellas* Columella 8, 8 dixit, tauben-nester, tauben-löcher. Item *Cellas, in quibus anseres incubabant*, gänse-ställe, 8, 14. *Cellarium familiæ* meminit Cato c. 14. Columella *servorum cellas*: item *bubulcorum pastorumque cellas* de R. R. 1, 6 nominat. *Cellæ officinæ* apud Petron c. 37 legitur & *Cellæ* & balneatum membra dicebantur, de quibus Pallad. de R. R. 1, 40; Vitruv. 5, 10; Plin. epist. 2, 17; & 5, 6. Et erant tres, *frigidaria, tepidaria & caldaria*: quamquam & aliarum mentio fit, quæ *cellæ offi.* dicebantur, item quæ *sudatoria*, eine schwitz-stube. De iis multa Salmasius ad Vopiscum p. 436, 487 seq observat. add. Fabr. ad Sext. Empir. p. 70 ¶ 7. Erant & templorum *cellæ*; quas Græci ναοὺς appellabant, adyta five interiores partes ædis, ubi simulacra deorum posita erant, quibus ædes ipsa dicata: Hesychius ἐνδοτέρας τοπους τῶν ἱερῶν interpretatur. Sic Capitolinum templum Romæ tres, ut ex Dionysio constat, ejusmodi ναοὺς sive *cellas* habebat, quorum media Iovi, dextra Minervæ, læva Iunoni sacra erat. *Delubra* P. Victor in descriptione regionis 12, & Plin. 35, 10, alii generaliori vocabulo *ædes* appellant, eine capell, sacristey. Θάλαμον vocat Lucianus c. 2 de Dea Syria p. 675. Vide & Salmasii Exercit. Plin. p. 857, ubi plura & singularia de iis leges. *Cella Concordiæ*, Cic. Plin. 2, 3 & 5, 12. Et *Cella Iovis* apud Liv. 35, 41. Vid. Vitruv. 3, 1 & 4, 7; & supra *Capella* ¶ 8. *Cellæ Columbarum* sunt Col. 8, 8, 3; *anserum* ibid. 8, 14, 9.

¶ Cellula, *æ*, f. diminut. Ter. Eun. 2, 3, 18 *Cum in cellulam ad te patris penum omnem congereham clanculum.* Petron. c. 11 *Risu plausuque cellulam implevit.* conf. Colum. 8, 9.

¶ Cellulānus, *i*, m. monachus est, in cella vitam agens. Sidonio 9 ep. 3 ein mönch.

¶ Cellārius, *i*, m. qui cellæ sive penori præest, esculenta poculentaque curat, ein speisemeister, kellermeister, kellner, hausvogt. Colum. 11, 1, 18 *Non minor habenda erit ratio, ut cibus & potus sine fraude a cellariis præbeatur.* Martial. 11 epigr. 32 *Hinc cellarius experitur artes.* De eorum officio Idem 12, 4. Plaut. Capt. 4, 2, 114

Tu intus cura, quod opus est. Sume, posce, prome quidvis, te facio cellarium. CELLARIVS AVG. in lapide Murat. 925.

¶ Cellararius, *i*, m. idem. Laudatur Vlpian. 12 § 9 ff. de Instructo & Instrum. *Cellararius ades præpositus, ut rationes salvæ sint.* Sed forte peccatum operarum est pro *Cellarius.*

¶ Cellaria, *æ*, f. die schlüsserin, kellnerin. Hoc fœmininum Plauto dant, cujus in Mil. 3, 1, 122 fit. *Succepit cellaria.* Lambinus autem *gerraria* legit: Taubmannus, Operarius & Cronovius *ceraria*, quorum annotationes videas. Esto autem, libros Plauti variare, non tamen dubitandum est de vocabulo & munere, quod in requiore etiam sexu Pignorius de Servis p. 99 ex Athenæo & Horatio deiicribit. Quid? quod adjectivum *Cellarius* est, & vel minister aut servus, vel ancilla, vel aliud subaudiri potest, ut jam dicemus.

¶ Cellarius, *a, um*, adject. ut, *Sagina cellaria*, Plaut. Mil. 3, 2, 31.

¶ Cellarium, *i*, n. substantive Donato idem quod *Cella*: ita enim ad illum locum Ter. Adelph. 4, 2, 13 *Nemone jam in cellam aliquam cum ida concedam: id tutissimum est*: scribit: CELLA & CELLARIVM *a reponendo celandoque rebus eduentis & procurandi usu dicitur*, die speise-kammer, küche. Ver. Gloss *Cellarium*, ταμίον. Sarvian. de Gub Dei lib. 3 p. 45 *Quibus vel supellectilibus cupiunt, vel cellariis suis atque cellulare.* ¶ 2. Sic dicebantur etiam, quæ promebantur ex *promptuario cellæ* præter annonas, h. e. frumentum & panem: videlicet, sal, vinum, oleum, carnes, & aliæ istiusmodi species, quæ in Theodos. Codice *Cellaria* ages appellantur, quas rectores provinciarum earumque comites tolerunt accipere, fuchen-vorrath: Commiss. L. 3 Cod. Theodos. de officio Iudicum omn. *Neque rectori provinciæ plus aliquid præsumi, quam olera, vinum, sinum sine annonis & cellariis.* Sulp. Severus Hist. Sacræ 2, 41, 2 in Arminiensis Concilii historia: *Accitis numeratisque quadringenti & aliquanto amplius occidentales episcopi Ariminum convenere: quibus omnibus annonas & cellaria dari imperator præceperat.* Vbi crudite Sigonius *annonas* & *cellaria* idem esse annotat, quod *hiberna hostia*, (de quibus infra hoc loco:) Romani veteres dixerunt: sed quod *cellaria* pro hospitiis, sive cellis, ut loquitur, hospitalibus accipit, in eo vehementer fallitur. Idem apud Vopiscum inde *cellaria* hic de poculentis tantum interpretatur, neque annonis ἐφοδίοις accipit. Annonæ enim non nisi frumentum & panis: *cellarii* vero nomine ceteræ species, quas diximus, comprehenduntur: hoc est, quicquid in penu asservari solebat. A penu enim non differebat *cellarium* nisi tempore. Servius in Æn. 1, 704 *Inter* PENVM, inquit, & CELLARIVM *hoc interest, quod cellarium est paxamum dierum: penus vero longioris temporis.* Hieron. in c. 10 Matth. *Ex hoc præcepto arguit philosophos, quæcunque appellantur baccoperitæ, quæ contemptores sæculi, & omnia pro nihilo ducentes, cellariam secum vehant.* Leges & apud August. Confess. 9, 8.

¶ Cellariŏlum, *i*, n. dimin. Hier. adv. Iovinian. 2, 16.

¶ Cellāris, *e*, adject. ut, *Columbi cellares*, Colum. 8, 8 pr. qui in cella faginantur.

¶ Cellarienſis, *e*, adject. ut, *Cellarienses species*, Cod. Theodos. de erogatione militaris annonæ L. 32 & L. 16 de indulgentiis debitor. Vid. *Cellarium* n. 2.

¶ Cellario, *ōnis*, f. cellarum constitutio, f. feries apud Petron. c. 77 *Domus habet cellationem.*

¶ Cellio, *ōnis*, m. idem quod *Cellarius.* Inscript. Grut. p. 582 n. 10 D. M. SECVNDI NVNDINI PRIMITIVI CELLIONIS.

¶ Circumcellio, *ōnis*, m. vagabundus circa *cellas*, monachorum puta, quales homines Augustinus scribit permultos in Donatistis fuisse, vide epistolam ejus 169 &c. Id. epist. 255 *In tumulo sanctorum circumcellionum, clericorumque vestrorum*, scil. Donatistarum.

¶ Concellita, *æ*, m. in una cella simul agens, ein zell-bruder, kammer-geselle. Sidon. 8 epist 14 *Concellitam amicum ejus.*

CELLO, *cellum, ĕre*, ex κέλλω, *ω*, id est, *movere, impellere*, antiquum, cujus derivata & composita superstant, ut:

¶ Cellus, *a, um*, fublimis, arduus, a Gr. eo κέλας, secundum Isidorum, Hidoro 10 lit. C. quasi celsitus, a *celo*: Vossio a *cello*, sicut *excello* ab *excello*: hoc erhaben, aufgerichtet. Cic. Nat. D. 2, 56 *Deus hominis humo excitatos, celsos & erectos contemplatur.* Id. pro Sylla c. 2 *Celsissima spes honoris & dignitatis.* Val. Flaccus 2, 547 *Celsus cultu Amazon.* Claud. de B. Get. v. 430 *Celsior cunctis.* ¶ 2. Translate idem ct. quod sublimis, & alta quæque spectantis animi homo. Cic. Tusc. Disp. c. 14 *Qui autem potuit esse celsus & erectus, & ea, quæ homini accidere possunt, omnia parvi ducens.* Idem audacem & nimium sibi confidentem *celsum* dicit de Orat. 1, 40. Conf. Menckenii Observ. L. L. ¶ 3. *Celsus* subst. vid. feorsum.

¶ Celse, adverb. Comparat. *Celsius assequuntur*, Claud. in Eutrop. 1, 287. Et Ammian. 25, 4 *Celsius conjungens.* Id. 28, 1 *Celsius gradientes.* conf. Colum 4, 19

¶ Celsitas, *ātis*, f. die höhe, höhrit. Cic Off. 3, 5 *Est secundum naturam celsitas*, al. *excellitas*, de qua paullo post.

¶ Celsĭtūdo, *ĭnis*, idem; ut, *Celsitudo corporis*, Vellej. Paterc. 2, 94, 2. *Olympus celsitudine sua famosus*, Apul. de Mundo p. 73 *Celsitudo (clivi) erectior asperque superabilis*, Ammian. 15, 10.

¶ Celsitĕnax, *ācis*, poet. excelso tenax. Theodulfus carm. 2, 447

Hanc tibi, celsitenax, aram Teudulfus adorno.

Composita cum præpositionibus.

¶ Antecello, *ui, ĕre*, præ aliis levare se, superiorem esse, fürgehen, übertreffen. Adhæret *cultus & ornatus.* Cic. pro Arch. c. 8 *Antecellere omnibus ingenii gloria.* Id. de N. D. c. 57 *Sensus hominum multo antecelat sensibus bestiarum.* Cum *accusativo*: Cic. fragm. pro C. Cornel. *Qui eloquentia cæteros antecellit.* Passive Auct. ad Herenn. 2, 30 *Inferiores, qui omnibus in rebus antecellantur.*

¶ Antecellens, *tis*, untrefflich. Cic. pro Murena c. 17 *Vir omnibus antecellens sapientia, integritate, abstinentia.*

¶ Excello, *ui, ĕre*, proprie significat altiorem esse: vid Varro *Excellens* Deinde præstare, eminere, alicui rei esse, übertreffen, herr, fürtrefflich und berühmt seyn. Sic *Excellens sapientia excellere*, Cic. Acad. 4, 2. *Excellere magnitudine*, Nepos 3, 1, 2. *Excellere virtute, vor andern tapferkeit seyn.* Cic. de Leg. 1, 1, 3 *Excellere inter omnes unum*, Id. in Orat. c. 2. *Xenxis longe cæteris excellere pictoribus existimabitur*, Id. de Invent. 2, 1. ¶ 2. *Excellere, ĕre*, veteres etiam dixerunt. Sic Macer ap. Diomed. p. 371 *Cum hunc excelsit omnes.* Et

Cic. apud Priſcian. p. 838 *Effice & elabora, ut excelleas.* conf. Id. p. 896.

¶ Excellens, *tis*, idem quod excelſus, hoch. Feſtus in *Lingua, promontorii genus non excellentis, ſed molliter in planum devexi.* ¶ 2. Præſtans, fürtrefflich; ut, *Excellens omni genere laudis.* hochbelobt, Cic. Acad. 1, 3. Et Liv. 2, 43 *Excellentibus ingeniis deſuit ars, qua civem regant. Nihil Alcibiade fuit excellentius, vel in vitiis vel in virtutibus, eo* war niemand überthn, Nepos 7, 1, 1. *Ex his excellentiſſimi fuerunt*, Id. 21, 1, 2. *Una eſt excellentiſſima virtus, juſtitia*, Cic. Nat. D. 1, 2.

¶ Excellenter, adv. idem; ut, *Excellenter pronunciare*, Nep. 25, 1, 3. Et Cic. Off. 1, 18 *Quæ magno animo, & fortiter excellenterque geſta ſunt*, großmüthige, tapfere und herrliche thaten. Ovid. in Piſon. v. 240 *Ipſaque neſcio quid mens excellentius audet:* quamquam ibi etiam adjectivum poteſt eſſe. At Cic. pro Sext. c. 45 *In rep. excellentius ſe gerevere.*

¶ Excellentia, *æ*, f. die hoheit, fürtrefflichkeit. Cic. Off. 1, 28 *Nobis perſonam impoſuit ipſa natura, magna cum excellentia præſtantiaque animantium reliquarum.* Ibid. 1, 5 *Animi excellentia* &c.

¶ Excelſus, *a, um*, hoch, erhaben; ut, *Mons excelſus*, Plin. 12, 14. *Arces excelſæ*, Lucan. 3, 462. Translate, *Animus excelſus*, Cic. Off. 1, 23. *Ingenium excelſum*, Plin. 2, 13. conf. Menck. hac voce. Abſolute apud Sall. Catil. c. 51 *Qui magno imperio præditi in excelſo ætatem agunt*, opponuntur illis, *qui demiſſi in obſcuro vitam agunt*, die in hohen ſtand und ehren leben. Compar. *Excelſior locus, planitia ex omnibus partibus ſubjecta*, Hirt. B. Alex. c. 28. *Princeps omnibus excelſior*, Plin. Paneg. c. 54. *Excelſiſſimo loco caſtra fecit*, Hirt. B. Gall. 8, 33. *Excelſiſſima victoria*, Vellej. 2, 96, 3.

¶ Excelſe, adverb. idem. Plin. 2 ep. 3 *Pugnat acriter, colligit fortiter, ornat excelſe.* Compar. Colum. 4, 1 *Scandit excelſius.* Cic. in Orat. c. 34 *Excelſius dicere & ſentire.* Superl. Vell. Pat. 1, 6, 3 *Sparta excelſiſſime floruit.*

¶ Excelsitas, *ātis*, f. die höhe, fürtrefflichkeit; ut, *Excelſitas montium*, Plin. 2, 64; *Hæmi*, (montis) Id. 4, 11; *Atlantis*, Id. 5, 1. *Arundo in excelſitatem naſcens*, Id. 16, 36 Translate, *Excelſitas animi*, Cic. Off. 3, 5, id eſt, *magnitudo*, ein hoher muth, conf. Nonium 8, 22.

¶ Superexcellens, *tis*, überſchwenglich groß. Salvian. 3 adv. Avarit. p. 296 *Augmentum etiam & ſuperexcellentem cumulum poſtulatur.*

¶ Percello, *perculi, perculſum, percellere*, evertere eſt, hart ſtoſſen, umſtoſſen, niederſchlagen, erlegen. Cic. pro M. Marcello c. 6 *Quos cives amiſimus, eos Martis perculit vis*, ſie ſind im kriege geblieben. Nepos 14, 6, 8 *Tali conſilio uno tempore proditores perculit & hoſtes proſtigavit.* Et Cic. pro Domo c. 11 *Aliquem percellere & labefactare*, einen übern haufen werfen. Ter. Eun. 2, 3, 87 *Perculeris jam tu me?* denckeſt du mich überwältigt zu haben? Quibus verbis Parmeno repugnat Chæreæ imporenter cupienti pro eunucho deduci, negatque ſe precibus illius victum. Plin. Paneg. c. 66 *Erant ante oculos naufragia multorum, quos inſidioſa tranquillitate profectos, improviſus turbo percuſſerat.* ¶ 2. l. Fr. Gronovius ad illud Liv. 3, 30 pr. *Is metus perculit, ut ſcribi militem tribuni ſinerent*, obſervat, ad faciendum homines non *percelli* ſed *perpelli*, vultque adeo legi *perpulit.* Sed puto non in meorem venit vire, percelli hic tribunos non *ut faciant* aliquid, ſed *ut ſinant*, h. e. ut nihil faciant &c. ¶ 3. *Percellere* ad animum, *percutere* ad corpus referunt Grammatici: Sed hoc perpetuum non eſſe docet Drakenb. ad Sil 2, 213, ubi vide & adde ad 17, 303. Potior videtur Burmanni obſervatio ad Ovid Met. 4, 135 *percellere* eſſe proſternere, *percutere*, verberare. ¶ 4. Præteritum ergo eſt *perculi*, ut etiam Virg. Æn. 5, 374

Perculit, & fulva moribundum extendit arena.

Quod etiam Priſcianus 10 p. 896 confirmat. An etiam *perculſi* format? Affirmant quidam ex Ter. Andr. 1, 1, 98 *Perculſit illico animum:* & Horat. 1 oda 7, 11 *Laviſſe perculſit campus*; ſed utrobique melioribus libris *percuſſit* legitur. Tamen Ammianus 17, 8 *Cunctos tanquam fulminis turbo perculſit.*

¶ Percuſſus, *a, um*, geſchlagen, erſchüttert; ut, *Plaga percuſſus*, den das unglück getroffen, Nepos 18, 5, 1. *Percuſſus & abjectus*, niedergeſchlagen, Cic. Cat. 2, 1; & ad Att. 3, 2. *Percuſſa timore civitas*, Id. ad Brut. epiſt. 3. Sed *Muſarum ingenti percuſſus amore*, i. e. captus, eingenommen, Virg. Georg. 2, 476. Sed hic ferte etiam malint aures teretes *percuſſas.* Certe ¶ 2. *Percuſſus & percuſſus*, ſæpe permurari a librariis obſervat Burm. ad Quint. Decl. 7, 3 p. 154; it. ad Ovid. Met. 4, 138; & Drakenb. ad Sil. 2, 213.

¶ Perculſus, *us*, ſubſt. ein anſtoß. Tertull. de Anima c. 52 *Navigia inteſtino repente perculſu deſidunt.*

¶ Præcello, *ui, ĕre*, idem quod antecellere, excellere, übertreffen, fürgehen. Plin. 12, 3 *Malus Aſſyria odore præcelli foliorum.* Tac. An. 16, 7, 2 *Claritudine generis præcellebat.* Id. An. 3, 24, 6 *Silanus per infimum nobilitatem & eloquentiam præcellebat.* ¶ 2. *Præcelleo, ēre*, antique Plaut. Pſeud. 2, 3, 14 *Ut quisque fortuna utitur, ita præcellet.* Pari modo *Excelleo* in *Excello.*

¶ Præcellens, *tis*, fürtrefflich, ſtattlich; ut, *Iuvenis præcellens robore mentis*, Silius 3, 603. *Suavitas præcellentior*, Plin. 22, 6 pr. *Vir omnibus rebus præcellentiſſimus*, Cic. Verr. 4, 44.

¶ Præcellentia, *æ*, f. die fürtrefflichkeit. Tertull. Apolog. c. 23 *Ubi eſt ergo præcellentia divinitatis?*

¶ Præcelſus, *a, um*, ſehr hoch. Cic. Verr. 4, 48 *Loco præcelſo atque edito.* Stat. 3 Sil. 3, 85 *Præcelſaque toto Intravit fortuna gradu.* Compar. Salvian. 6 p. 225 *Cum ſciam, in civitatibus Gallicanis omnes ferme præcelſiores viros calamitatibus ſuis factos eſſe pejores.*

¶ Procello, *ēre*, idem quod *percellere.* In exemplo, quod in *Percello* allatum ex Plinii Paneg. c. 66, aliqui pro *perculerat* legunt *proculerat.* Servius ad 1 Æn. *Procella eſt vis ventorum cum pluvia, ab eo, quod omnia procellat, h. e. moveat.* Feſt. *Procellant, procumbunt*; quod omnino deſumptum ex Plaut. Mil. 3, 1, 164; ut Dacerius monuit.

¶ Procella, *æ*, f. venti impetus in mari, fluctus, ein ſturm, ſturmwind, ungeſtüm wetter, *a procellendo* dicitur, i. e. *percutiendo.* Virg. Æn. 1, 102 *Strident aquilone procellæ.* Horat. 2 oda 9, 2 *Mare Caſpium vexant inæquales procellæ.* De variis generibus procellarum vide Plin. 2, 48. De tempeſtate terreſtri eſt apud Liv. 6, 8 & 34. ¶ 2. Metaphora frequens eſt, ut, *Temporis procella*, Cic. Verr. 2, 3; *Invidiarum*, Id. pro Cluent. c. 56; *iratorum*, Silius 11, 224. Et, *Fortunæ procella*, Sen. Agam. v. 589 *Equeſtris procella*, ingruens equitum vis, Tac. Hiſt. 3, 53, 3. Et Cic. Catil. 4, 2 *Circumſpicite omnes procellas, quæ impendent, niſi providetis*, &c. Id. pro domo ſua c. 53 *Tu procella patriæ, turbo ac tempeſtas pacis atque otii*, &c. Nepos 25, 10, 6 *Ex gravioribus procellis civilibus ad incolumitatem pervenire.* Quint. 11, 3 p. 1034 de Ulyſſe: *Priusquam illam eloquentiæ procellam effunderet.*

¶ Procellōſus, *a, um*, ungeſtüm; ut, *Mare procelloſum*, Sen. Medea v. 411. *Ver procelloſum*, Liv. 40, 2. *Venti procelloſi*, Idem 28, 6. *Procelloſiſſimum pelagus*, Auguſtin. 5 de Civ. Dei 5, 22 extr.

¶ Procelloſe, adverb. idem. Auguſtin. Conteſſ. 13, 20 *Genus humanum profunde curioſum, & procelloſe tumidum.*

¶ Recello, *ĕre*, reclinare, zurück ſchlagen. Liv. 24, 34 *In naves tollenone ſuper murum eminente, ferrea manus, firmæ catenæ illigata, quum injecta proræ eſſet, gravi libramento plumbi recellente ad ſolum, ſuſpenſa prora, navim in puppim ſtatuebat.* Lucret. 6, 572 *Inclinatur enim, retroque recellit.* Active Apul. Met. 10 p. 249 *Nates recelleham.*

¶ Recelliculniæ, f. pl. meretriculæ vocatæ a Plauto apud Feſtum. v. Parei Lex. Crit. p. 1060.

Cellula, cellulanus, vide *Cella.*

CELMVS, *i*, m. five Celmis, quia græce κέλμις, nutritius Iovis in adamantem converſus, quod mortalem Iovem eſſe dixerat. v. Ovid. Metam. 4, 281.

CELO, *avi, atum, are*, (ſcribunt & *Celare*, vide ſupra *Calo*) eſt occultare, vor einem heimlich halten, verbergen, verhalten, verhehlen, verſchweigen. conf. Hirt. B. Alex. c. 7. Cic. Off. 3, 13 *Neque id eſt celare, quicquid reticeas; ſed cum, quod tu ſcires, id ignorare emolumenti tui cauſſa velis eos, quorum interfit id ſcire.* Id. ib. c. 8 *Si omnes Deos hominesque celare poſſimus, nihil tamen injuſte faciendum eſt.* Id. pro Dejot. c. 6 *Iovis numen celare nunquam potuiſſet, homines fortaſſe celaſſet.* Et cum duobus accuſativis, *Celo te hanc rem:* Ter. Adelph. 1, 1, 29 *Ea ne me celes, conſuefeci filium.* Et, *Celo te de hac re*, Cic. pro Dejot. c. 6 extr. *De armis, de ferro, de inſidiis celare te voluit.* Dicimus etiam *Celo tibi* cum dativo. *Id Alcibiadi diutius celari non potuit*, Nepos 7, 5, 2. *Celatum eſt minus diligenter*, Id. 9, 5, 3. *Se celare tenebris*, ſich verſtecken, Virg. Æn. 9, 425.

¶ Celans, *tis*; ut, *Commiſſa celans*, Nep. 15, 3, 2. *Vultus celans timorem*, Luc. 10, 14. *Perſæ arcana regum mira celantes fide*, Curt. 4, 6, 5.

¶ Celatus, *a, um*, tectus, abſconditus, verborgen, heimlich; ut, *Bene diſſimulatas & celatus amor*, Ter. And. 1, 1, 105. *Capillamento celatus*, Suet. Calig. c. 11. *Celata virtus*, Horat. 4 od. 9, 30. Et Cic. ad Qu. frat. 3, 5 *Indicabo tibi, quod imprimis te celatum volebam.* Id pro Cluent. c. 66 *Non eſt de illo veneno celata mater.* ¶ 2. Subſtantive *celatum*, die heimlichkeit; ut, *Celati indagator*, Plaut. Trin. 2, 1, 15. *Celata omnia ille peſſum dedit*, Ibid. 1, 2, 127.

¶ Celate, adverb. tecte, heimlich, verdeckt. Ammian. 14, 7 *Non celate turbidum ſæviebat ingenium.*

¶ Celatim, idem, Siſenna apud Gell. 12 c. ult. *Quam maxime celatim poterat, in inſidiis ſuos diſponit.* Apul. Met. 4 p. 151 *Celatim auxilium bono ferre commilitoni.*

¶ Celator, *ōris*, m. qui abſcondit. Lucan. 10, 286

Qua Deus, undarum celator, Nile, tuarum,
Te mihi noſſe dedit.

¶ Celāmen, *inis*, n. apud Apul. Met. lib. 5.

¶ Concēlo, *are*, idem quod *celare.* Gell. 11, 9 *Non id poſtea concelavit*, i. e. diſſimulavit. Add. 15, 2; ubi *Pudor cupiditatum errores concelare* dicitur.

¶ Incelatus, *a, um*, unverborgen. Gloſſ. gr. lat. ἀκρυπτον, *incelatum, inabſcondibile.*

CELOX, *ōcis*, f. Nonio 13, 1 navigii genus, a celeritate dictum, ein jagt-ſchiff, renn-ſchiff. conf. Fulgent. ſerm. Priſc. n. 44. Plaut. Capt. 4, 2, 94 *In publica celoce.* Liv. 21, 17 *Naves longæ CLX, celoces duodecim.* Ex Ennio in Iſidoro 19, 1 male pro gen. *celocis* legitur *navis carina celonis.* Ad nuntiandum adhibitas apparet ex Plaut. mil. 4, 1, 39 *Hæc celox illius eſt, quæ hic ei editur internuntia.* Nimirum ¶ 2. Tralare pro ancilla gnava & celeri uſurpavit Nam interroganti, *Quæ hoc celoxe?* ratim respondetur, *Ancillula illius eſt, quæ hic egreditur foras.* ¶ 3. Alia translatione ap. Plaut. Pſeud. 3, 2, 12 *Onerare celocem* eſt inebriare te: itemque alia Af. 2, 1, 10 *Quo hanc celocem conferam?* h. e. quid conſilii capiam?

CELSINIVS, *i*, m. nomen forte gentis Rom.; unde

¶ Celſinianus, *a, um*, adj. ut *Porcellius Celſinianus*, Apic. 8, 7

Celſitas, celſitudo, celſus adject. vide *Cello.*

CELSVS, *i*, m. auctoris cognomen; ut, *Aurelius Cornelius Celſus*, qui de artibus liberalibus ſcripſit; & præterea de re militari & ruſtica: Ejusdem de medicina libri octo hodieque leguntur. Quintil. 12 c. ult. *Quid plura, cum etiam Corn. Celſus mediocri vir ingenio non ſolum de his omnibus conſcripſerit artibus, ſed amplius rei militaris & ruſticæ etiam medicinæ præcepta reliquerit.* De rhetorica ſcripſiſſe, ex eodem Quintil. 2, 15; & 3, 6 conſtare poteſt. vid. Burm. ad 3, 1 ext. *Scepticos ſectatum* eſſe non fine cultu ac nitore, idem Quintilianus auctor eſt 10, 1 p. 920. Libros de re ruſtica ſæpiſſime laudat Columella, circa cujus tempora etiam fuit. Nam 1, 1 ſcribit: *Non immerem laudem* (inter rei ruſticæ ſcriptores) *meruerunt noſtrorum temporum viri Corn. Celſus & Iulius Atticus, quippe Cornelius totum corpus diſciplinæ quinque libris complexus eſt.* Eumdem & de philoſophia ſcripſiſſe, Quintilianus teſtis eſt 10, 1 ſub fin. ¶ 2. Alius *Iulius Celſus* fuit multo recentior, qui & de vita Cæſaris ſcripſit, & Commentarios Cæſaris recenſuit ac corrupit. Vid. Voſſ. de Hiſt. Lat. 1, 13 & 5. Et Inſtit. Orator. c. 3 ſect. 10, itemque Salmaſ. Proleg. Exercit. Plin. ſub fin. ¶ 3. Alius *Celſus* ICtus in Digeſtorum libris paſſim laudatur. vid. Spartian. in Adriano c. 18. ¶ 4. *Celſus* poeta plagiarius, quem notat Horatius 1 epiſt. 3, 15. ¶ 5. *Celſus* etiam inter triginta tyrannos vigeſimus octavus, de quo Treb. Pollio c. 29.

CELTÆ, *arum*, m. pl. Κελτοὶ, populi Galliæ Belgicæ proximi, inter Sequanam & Garumnam amnes, sic dicti a *Celto Hercule*, seu, ut alii tradiderunt, Polyphemi filio. v. Cæs. B. G. 1, 1 pr. cum not. Goduini; & Mela 3, 2. Olim communi nomine ita appellati sunt omnes populi, qui Germaniam & Galliam occuparunt, utpote cum Galli ipsi a Celtis suam trahant originem. Herodotus 4, 49 scribit, omnium in Europa ad Solis occasum extremos esse. Nam antiquissimis auctoribus latissime *Celtica* patuit, ejusque nomine *Illyricum*, *Germania*, *Gallia*, *Hispania*, *insulæque Britannicæ* continebantur. Vid Cluver. German. Antiq. 1, 1, 2 & 3; Freinsh. Ind. Curtii.

¶ Celtica, æ, Κελτικὴ, Cæsari tertia pars Galliæ, a Garumna ad Sequanam & Matronam, postea, demta parte inter Garumnam & Ligerim, quæ Aquitaniæ accessit, *Lugdunensis* vocitata. Vide Cæs. de B. Gall. 1, 1 & Plin. 4, 17.

¶ Celticus, *a*, *um*, adject. ut, *Rura Celtica*, apud Sil. 1, 46. *Celtica nardus*, vide *Nardus*. *Celticum promontorium*, Plin. 4, 20.

¶ Celtibēria, *æ*, f. Celtiberorum regio, pars illa Hispaniæ circa Iberum, quo Celtæ perveniſſe creduntur, aſſumto ad ſuum nomen fluvii nomine, ubi conſederant. Pompejanos Cæſar *ad Celtiberiam conſecutus*, Flor. 4, 2, 28. Κελτιβηρία, Latine ſi pronuncies, penultima brevis eſt. Catull. Carm. 40, 11 *Cuniculoſæ* (vel emendante ill. Voſſio p. 90 *Celtis perosæ*) *Celtiberiæ filii*, &c. eſt Senarius.

¶ Celtibēri, *orum*, m. dicti Celtæ, qui ex Gallia in Hiſpania conſederunt, & nomen ex utraque gente miſtum ſibi invenerunt Lucan. 4, 9 *Profugique a gente vetuſta Gallorum Celtæ miſcentes nomen Iberi*. Conf. animadverſionem Cluverii de Ant. Germ. 1, 2. *Celtiberorum* meminit Cæſ. B. Civ. 1, 38, & Plin. 3, 3. De iisdem Val. Max. refert 2, 6, 11, quod in acie exultarint, tanquam glorioſe & feliciter vita exceſſuri, lamentantes in morbo, quaſi turpiter & miſerabiliter perituri, etiam nefas eſſe ducentes prælio ſupereſſe, cum is occidiſſet, pro cujus ſalute ſpiritum devoverant.

¶ Celtiber, *ĕra*, *ĕrum*, adject. ut, *Celtiberæ urbes*, Val. Max. 5, 1, 5 *Celtiberæ gentes*, Martial 1, 50, & *Oræ celtiberæ*, Idem 10, 20.

¶ Celtiberius, *a*, *um*, aliud adject. Catull. Carm. 40, 21 *Nunc Celtiber in Celtiberia terra Quod quisque minxit, hoc ſolet ſibi mane Dentem atque ruſſam defricare gingivam.* De quo vid. Hier. Mercurial. Var. Lect. 3, 19 extr.

¶ Celtibericus, *a*, *um*, idem; ut, *Celtibericum bellum*, Plin. 33, 3.

CELTES, *is*, m. inſtrumentum ferreum ad ſculpendum aptum, a *caelo*, ein ſtecheiſen. Vulg. Int. Iob. 19, 24 *Celte ſculpantur in ſilice*.

CELTIS, *is*, f. ὁ λωτὸς, arbor Africæ baccifera, de qua Plin. 13, 17. ¶ 2. *Celtis* genus eſt eximiæ teſtudinis, ſed raræ, quam Troglodytæ adorant, Plin. 9, 10. ¶ 3. *Celtis* quibusdam eſt, quod modo ſeparatim ſub *Celtes* retulimus.

Cementum, vide *Cementum*, Cena &c. *Cæna*.

CĒMOS, *i*, m. κημὸς, *capiſtrum*, herba Plinio 27, 8, cujus uſus in amatoriis, a ligandis animis nomen adepta.

CĒNÆVS, *i*, m. epitheton Jovis, qui ſic dictus a *Cenæo* promontorio Eubœæ, ubi Hercules Jovi aram exſtruxit. Ovid. Met. 9, 136

Victor ab Oechalia Cenæo ſacra parabat Vota Jovi.

CENCHRIS, *is*, m. Κέγχρις, ſeu Cenchrus, *i*, m. Κέγχρος, & Cenchrias, *æ*, ſerpens venenoſus eſt, qui in ſpiras non convolvitur. vid. Plin. 20, 22, Lucanus 9, 712 *Et ſemper vecto lapſurus limite Cenchris.* Nomen inde eſt, quod inſtar milii granorum variatum habeat tergum. Nam ¶ 2. *Cenchrus*, κέγχρος, milium eſt, hirſe. Dioſc. 2, 119.

¶ Cenchris, *idis*, f. accipitris genus eidem eſt Plinio 29, 6.

¶ Cenchrītes, *æ*, m. gemma eidem 37, 11, dicta a granis milii, quod κέγχρον Græci dicunt: a quo &

¶ Cenchrum, *i*, n. genus eſt adamantis milii magnitudine, Plin. 37, 4.

¶ Cenchritæ, *arum*, m. pl. anſerum genus ſunt, quod *cenchro*, id eſt, milio ineſcatur.

¶ Cenchramides, *um*, f. pl. κεγχραμίδες, ficorum grana inſtar milii. Laudatur Plin 15, 19 Sed nihil ejus invenio.

¶ Cenchreæ, *arum*, f. pl. Κεγχρεῖαι, oppidum in Iſthmo Peloponneſi: Corinthiorum emporium. Vide Livium 32, 17.

¶ Cenchreenſis Eccleſiæ meminit Paulus Rom. 16, 1.

CENDEVIA, *æ*, f. palus in Phœnice ad radices montis Carmeli, unde Belus amnis profluit. Plin. 5, 19; & 36, 26.

CĒNEVS, *ei*, m. Theſſalus Lapitha, a quo, cum in præliis lædi non poſſet, natum proverbium: *Invulnerabilis Ceneus.* Præterea ex fœmina muratus in virum dicitur. v. Ovid. Met. 12, 172; Virg. Æn. 6, 448.

CENĪNA, *æ*, f. urbs vicina Romæ, a Cenite conditore appellata, Feſt. conf. Ovid. Faſt. 2, 135; & Propert. 4, 11, 9.

CENOMANNI, vel Cenomāni, *orum*, m. pl. populi Galliæ inter Celtas Cæſari de B. Gall. 7, 75; & Plinio 4, 18. Idem Plinius 3, 19 & in Italia *Cenomannos* collocavit, in eorumque agro Cremonam. Vide & Strabonem. Liv. 5, 35 pr. *Alia fabinde manus Cenomanorum - - - cum transiſſet Alpes, ubi nunc Brixia & Verona ſunt, conſidunt.*

CĒNŌTĀPHIVM, *i*, n. Κενοτάφιον, ein grabmahl. Monumentum eſt ſine corpore, & quod honori atque memoriæ mortui tantum exſtructum eſt. Florentinus Ictus L. 42 D. de religioſis &c. Monumentum *generaliter res eſt memoriæ cauſſa in poſterum prodita: in qua ſi corpus vel reliquiæ inferantur, fiet* ſepulcrum: *ſi vero nihil inferatur, erit* monumentum *memoriæ cauſſa factum, quod Graeci κενοτάφιον appellant.* Ergo *Cenotaphium* & *monumentum* idem, id eſt, ubi nihil; *Sepulcrum*, ubi corpus oſſave hominis condita ſunt, ut Ulpianus l. 2 & 5 de eodem definit. Lampridius Alexandro c. 63 *CENOTAPHIVM in Gallia, Romæ amplissimum, sepulcrum meruit.* Ibi enim ejus reliquiæ conditæ. Adde Vopiſcum in Florianto c. 2 pr. & Hygin. fab. 273 p. 322. Virgilius, Græcam vocem velut interpretatus, *inanem tumulum* vocat Æn. 3, 304, ubi Andromachen ejusmodi monumentum Hectori exſtruxiſſe refert. Simile honoris genus miles Germanico exhibuit: de quo exponens Suetonius Claud. 1 *honorarium tumulum* appellat: Quod non condendis corporis reliquiis, ſed honoris tantum, atque memoriæ cauſſa factus eſſet

CENSEO, *ſui*, *ſum*, & *sūtum*, *ēre*, idem quod exiſtimare, arbitrari, ut Nonius 4, 838 interpretatur, meynen. achten. Varro apud eundem 12, 5 *Verbum* cenſeo & arbitror *idem poterat ac valebat.* Idem ibid. *Itaque quod hos arbitros inſtituerunt populi* cenſores *appellarunt. Idem enim valet CENSERE & ARBITRARI.* Ter. Adelph. 4, 2, 42 *Cenſen' hominem eſſe?* Sed, *Quid cenſes?* non exſpectata reſponſione, vel eadem ab ipſo, qui dicit, ſubjuncta, tantum ad excitandum auctorem adhibetur, *was meineſt du?* v. Cic. Off. 3, 27. ¶ 2. Proprium hoc ſenatorum erat conſulentium in publicum, ſententiasque dicentium, & ſignificat *decernere*, vor gut halten. Plin. 9 epiſt. 3 *Iam CENSENDI tempus. Dicit Domitius Apollinaris conſul deſignatus.* Lucan. 3, 109 *Sedere patres* cenſere *parati, Si regnum, ſi templa petat.* Liv. 10, 12 *Bellum Samnitibus* & cenſuere *patres: & populus IVSSIT.* Id. 31, 7 *Sulpitius conſul populum concione advocata alloquens, quia patres, ait, CENSVERE, vo. IVBETE.* Nam cum in medium conſulturi, diſputaſſent rem, in fine dicturi ſententiam, cumque, cequid ſtatuerent, dicendum eſſet; ſolemni quadam formula ſubjiciebant: QVAS OB RES ITA RE ITA CENSEO: cujus plura exempla in Ciceronis Philippicis reperire licet. Hinc nota Donati eſt, ad illud Ter. Eun 5, 9, 42 *Militem ego rivalem recipiendum cenſeo: Non dixit, PETO; ſed CENSEO: tanquam illis modo conſulat, non pro milite agat:* Sed proprie ſenator dicebatur CENSERE, qui novam ſententiam aliquam de re ad deliberandum propoſita, quam ſequerentur cæteri, afferebat. Nam in alterius ſententiam qui tranſit, non tam *cenſere*, quam *aſſentiri* dicendus eſt. Suet. Aug. c. 35 *Vt perinde quisque animam intenderet: ac ſi* cenſendum *magis, quam* aſſentiendum *eſſet:* Vbi v. Caſaub. ¶ 3. *Cenſere* etiam eſt ἀπατιμᾶν: proprieque eorum eſt, qui civium & ſubditorum bona æſtimant, & pro conditione & modo eorum tributum imponunt vel imperant, ſchätzen, mit einer ſteuer oder ſchätzung belegen. Cic. Verr. 4, 56 *Quinto quoque anno Sicilia tota cenſetur.* Id. Att. 1, 18 extr. *Ne adſim, cenſeare, curabo edicendum.* Id. pro Flacco c. 32 *Illud quaero, ſint iſta prædia cenſenda: habeant jus civile: ſint, nec ſint, mancipi: in qua tribu denique ipſa prædia cenſuiſti? CENSVI CENSENDO prædia* dixit, antiqua formula, quæ ejus conditionis ſunt, ut poſſint cenſeri, ſteuerbar, quædam enim immunia erant, ſive libera, ſteuer-frey. Cum dicit: *In qua tribu denique prædia cenſuiſti?* in eo *cenſere* non eſt centum imponere, ſive imperare tributum, ut alias hoc verbum accipi ſolet, & hic interpretati paullo ante ſumus; ſed cenſum præſtare, ſive imperatam pecuniam ſolvere, verſteuren. Pro quo verbo *Cenſeri* deponentis figura paullo poſt utitur Cicero; de quo infra erit dicendum. ¶ 4. Hinc qua re quid excellit, notabileque atque inſigne maxime eſt, eo *cenſeri* & dicitur, hoc eſt, æſtimari, prædicari, ſchätzbar ſeyn. Ovid. Amor. 2, 15, 2 *Annulus, in quo cenſendum mi niſi vanitis amor*, an dem nichts in betrachtung kömmt. Val. Max. 5, 3 extr. 3 *Ariſtides, quo totius Græciæ juſtitia cenſetur, continentiæ quoque eximium ſpecimen, patria excedere juſſus eſt*, q. d. ſi Ariſtidæ juſtitiæ laudem negaris, non habuit virum juſtum tota Græcia. Ibid. c. 2 extr. *Ampliſſimæ & ſpecioſiſſimæ divitiæ ſunt, feliciter erogatis beneficiis late poſſe cenſeri*, der gutthaten halben berühmt ſeyn können. Q. Serenus de Medicina c. 23 *Vel quæ ſeptenis cenſentur gramina nodis:* i. e. polygonum quarti generis, de quo Plin. 27, 12, judice Keuchenio ad h. l. Pacatus Paneg. Theodoſii c. 4 *Campania cenſetur monte Gaurano*, i. e. memoratur, iſt deswegen merckwürdig. Apul. Apol. p. 311 *Iſte ſummus bellus ſtudio bibendi ſolo cenſetur.* Auctor Dial. de Cauſſis corruptæ eloquentiæ c. 39 extr. *Ipſi quoque non aliis magis orationibus cenſentur*, ſie haben von andern reden nicht mehr ehre. Sen. epiſt. 76 *Id in quoque optimum eſt, cui naſcitur, quo cenſetur*, id eſt, ad quod a natura factus, & in quo ea de cauſſa plurimum poteſt, idque ex eo æſtimatur maxime, ac clarus eſt. Plin. Paneg. c. 15 *Quinquis paullo veluſtior miles, hic te commilitone cenſetur:* id eſt, ex eo æſtimatur, & magni fit, quod te commilitonem habuit. ¶ 5. Solet verbum *Cenſeo* eleganter interſeri per Ironiam, quemadmodum & *puto* &c. ich halte, meines behalts, wie ich ſehe. Cic. Cat. 4, 6 *Vereamini, cenſeo, in hoc ſcelere tam immani atque nefario, ut vobis aliquid ſevere ſtatuiſſe videamini.* Horat. 1 epiſt. 14 extr. *Quam ſcit uterque libens, cenſebo, exerceat artem.*

¶ Cenſeor, *ēri*, deponentis forma, pro, in cenſum deferre: in der ſteuer angeben. Cic. pro Flacco c. 22 *Cenſus ea præterea non erat: pecuniæ centum triginta HS. millia. Eam obſtare tibi nomen ejus non eſſe abs te: Sed hæc omitto. Cenſus eſt meus ipſa Asperitas, neque hanc ullam in eo feciſti injuriam. Poſſe hic enim ea mancipia cenſeri ac primo quidem pertimuit, cum te audiſſet ſervos ſuos eſſe cenſum*, ut dives videretur, profeſſus es apud Cenſores alienos manere, ro tuo Catull. 7, 13 *Qui centum & viginti quinque millia aris, ampliſſime conſul, cenſum.*

¶ Cenſus, *a*, *um*, relatus in cenſum, geſchätzt. Liv. 2, 3 *Cenſa civium capita centum quatuor & viginti millia.* Id. 1, 47 *Cenſi capitum millia ducenta ſexaginta duo.* ¶ 2. Item, qui centum millium ſeſtertium poſſideret. Aſconius in Verr. Cic. p. 98 *Mori coactus in Cenſi edebatur, qui centum millia profeſſione dedeſſent: Hi primum adeo pauci erant, ut Centus dicebantur.* Nimirum Aſconius *cenſor* vocat, qui *Cenſui* appellabantur: quod nomen non commune omnibus civibus, qui in claſſibus eſſent, fuit, (nam inſtituto Cenſu Serviis plures claſſes, fecerat,) ſed primæ tantum claſſis hominibus proprium fuit, ut Gellii ſcribit 7, 13. Qui centum hujus claſſis tamen centum & viginti quinque CIↃ æris definit. Sed Aſconius manifeſtum exceſſiſſe fatemur, ut videtur, expreſſit: infra quem centum qui poſſideret, locum habere in ea claſſe haud poſſet. Liv. 1, 43, cum inſtituti a Servio cenſus hiſtoriam perſequitur: *Peditum, inquit, qui centum millium æris, aut majorem cenſum habebant, LXXX cenſi ex omnibus quadringenas ſeniorum & juniorum: primi claſſis omnes appellati.*

¶ Cenſitus, *a*, *um*, etiam pro *Cenſus* dicitur. In Monumento Ancyrano, quod Imp. Auguſti Octav. res geſtas continet: QVO TEMPORE CIVIVM ROMANORVM CENSVS SVNT CAPTA QVADRAGIES CENTVM MILLIA ET SEXAGINTA TRIA in lib. II Cod. titulus 47 etiam de *Agricol. Colonis & Cenſitis* eſt. Vbi *Cenſiti* illi dicuntur, qui capitis cenſum præſtabant terræ dominis, (unde & a Juliano Patricio in Novellis *capite cenſiti* appellantur,

lantur) eoque nomine adscripti erant in Censualibus tabulis, servili quadam conditione, ut Coloni censiti dominos agellare possent, constare potest. Plura de iis ICti.

¶ Censio, *onis*, f. in qua censor officium suum exercet: quod cum in æstimando partim, partim in animadvertendo, ut mox dicemus, consisteret, itaque *censio* & *æstimationem* & *animadversionem* significaret, ita ἀσαφῶς, it. zweydeutig, strafe. Festus: CENSIO, *æstimatio*: unde CENSORES. Rursus: CENSIONEM *facere dicebatur* CENSOR, *cum multam equiti irrogabat*. Hinc & *bullaria censio* dicebatur, *cum militi multæ nomine obdebitum militiæ interdicebatur, ne possessa daret, vel* (daß er das seinige nicht verlieren müsse,) ut idem interpretatur. Plaut. Aul 4, 1, 14 *Qui ea curabit, altisonit vestimenta. Censionem habebam* festive appellat animadversionem, quæ sit loris bubulis, da man einen peitschet. ¶ 2. Idem est ac censura, judicium, das urtheil. Symmach 1 ep. 3 *In gravi dono habeo, hanc apud vos esse de nostris epistolis censionem.*

¶ Censitio, *onis*, f. idem quod *Censio*. Frontinus de Coloniis in Calabria p. 146 *Vespasianæ constitione & jussit*. Et Spartian. in Pescenn. c. 7 *Terras levare censitione.*

¶ Censitor, *oris*, m. ex quo contracte *Censor*, ein schätzer, schatzmeister, oberaufseher auf die policey. Neque revera discrimen inter hæc duo vocabula est: nam & *Censitor* & *Censor*, æstimatorem originitus notavit, hoc est, eum, qui ageret censum, seu bona populi æstimaret, atque pro æstimatione ea tributum imponeret. Sed tamen usus obtinuit postea, ut *Censitores* & *Censores* non iidem dicerentur. Nam *Censitores* appellabantur, qui in provinciis agebant census, atque hoc munere interdum extra ordinem fungebantur: at qui id Romæ facerent, & præter id aliis quoque fungentes partibus, peculiarem quendam magistratum constituerent, *Censores* soli appellabantur: sicut & *Census* proprie maximeque ad urbem pertinuit, ut infra monebimus. Inscript. vet. apud Fabrett. p. 29 GN. MVNATIVS. M. F. PAL. AVRELIVS. BASSVS. ASTVRVM. CENSITOR. CIVIVM. ROMANORVM. COLONIÆ. VICTRICENSITOR. Vlp. l. 4 § 1 ff. de Censibus: *Si agri partio chasmate peracta sit, debebit per censitorem relevari* Et mox: *nisi causam* Censitori *probarit.* Vet. Gloss *Censitor, ἀπογραφεὺς, τιμητὴς* Hesychius: *Κηνσιτωρ. ὁ τὴν γῆν μετρων, Censitor terrammetens.* Hic est, qui ἐξαρίστωρ Gregorio Naz. qui in Theodosiano Codice ad verbum *peræquator* (de quo supra in *Æquo*) dicitur: ideo quod libros censuales emendaret, & onus tributi subinde ratione census ex æquo inter cives divideret, ut Casaubonus observat & explicat Exercit. 16 ad Annales Baronii sect. 6, qui & alibi Rufinum notat, quod in Iosepho, cum de Quirino bonorum censum in Judæa & Syria agente loqueretur, τιμητὴν, *censorem*, verterit, cum *censitorem* debuisset: neque enim Iosephus de censoribus, qui Romæ magistratum gerebant, sed de Quirino procuratore Judææ loquebatur, cui id extra ordinem muneris datum erat, ut censui agendo per Syriam præesset. Sic *Quæstor* & *Quæstor* in origine nihil differunt, & tamen diversas partes significant. vide infra in *Quæsto.*

¶ Censor, *oris*, m. τιμητὴς, ein schatz- oder zuchtmeister. Censores dicti, qui censum agerent. Hunc institut Servius Tullius rex, & ipse exercuit ut regii muneris partem. Converto regno Consules admisit rarunt; quippe in quos tralatæ erant regum partes. Polea eam bellis implicati & expeditionibus Consules ei negotio vacare non possent, peculiaris magistratus illi negotio est datus, qui penes duos, ut Consulatus, esset. Qui quod fortunas civium censerent, seu æstimarent, ab re *Censores* appellati sunt. Postea accessit morum disciplinæque Romanæ regimen, tanto incremento, ut senatus equitumque centuriæ, decoris dedecorisque discrimen, sub ditione censorum, publicorum jus privatorumque locorum, & vectigalia Pop. Rom sub nutu atque arbitrio eorum essent. Vide Dionys. Halicarnass. lib. II extr. præcipue Livium 4, 8. Cic. fam. 3, 13 *Magistros morum* vocat. Ascon. Ped in Divin. Cic. p. 20 *Regendis moribus*, inquit, *civitatis* Censores *quanto quæque animo creari soleant. Hi prorsus cives sic notabant, ut, qui senator esset, ejiceretur senatu: qui eques Romanus, equum publicum perderet: qui plebejus in Cerium tabulas referret, & æraria fieret, & per hoc non esset in albo centuriæ suæ, sed ad hoc esset civis tantum, ut pro capite suo tributi nomine æra penderet. Eidem impleto quinquennii urbem lustrabant, & Solitaurilia sacrificia, ovis, sue, tauro faciebant. Forum notam fuse flores plerumque solvebant.* Quod de quinquennali censorum potestate dicit Ascon. non perpetuum fuit; siquidem a Mamerco Æmilio dictatore ad annum unum cum dimidio redacta ea est. v. Liv. 4, 24; & 9, 33 sq. Cæterum præter ea, quæ commemorat Asconius, & alia ad censorum munus pertinebant, ut adiere tribus, tueri urbis templa, vias, pontes, aquarum ductus, & alia quædam publica ædificia C. Papirius, & A. Semproniis prime hoc munere functi sunt. Vide & Treb. Pollionem Valeriano c. 1 & 2, qui plenius aliquanto Censorii in meis partes exsequitur: & Cic. de Legibus 3, 3. Cum in probrosos animadverterent censores, proprie *notare* dicebantur: & ipsa animadversio eorum, *nota*, item *Censorium opus* appellabatur. Vid. omnino Cic. pro Cluent. inprimis c. 42, 43, 48: ubi de effectu juris, quam censoria nota haberet, exiguo minimum: unde Liv. 24, 18 *inertem censorum notam* vocat: qui etiam 29, 37 refert duos censores, qui se invicem ærarios, alterum autem (M. Livium) qui totum populum, præter unam tribum, ærarium fecere. Alia notæ censoriæ exempla habes cum allegato Asconii loco; tum apud Gell. 4, 12 & 20 itemque Suet. Claud. c. 16, ubi plura leges, quæ ad censuæ rationem explicandam faciunt. Duravunt censores usque ad principes: nam cum in eo magistratu magna vis & maxima dignitas esset, de qua Pluarchus in Catone Majore legi potest; ipsam rem ad se traduxerunt principes, nomen vero omiserunt, cum non *censori* se, sed *morum præfecto* appellarent. De *censorum dignitate* in nummis Spanhem. diss. 10 p. 99 sq. De *censoribus coloniarum* Idem p. 102. De titulo *censoris* in aliquot imperatorum nummis ac de ratione censuæ sub his diss. 12 p. 472-482. Est etiam de censoribus dissertatio Gundlingii, quæ inpleat tomum 16 Gundlingianorum. ¶ 2. Hinc *Censores* appellantur quivis alii, qui sibi de moribus alicujus aut vita censendi & judicandi potestatem sumunt. Quo & *Critici* pertinent, qui de scriptis vel aliorum, vel suis judicium ferunt: quemadmodum usus Horatius est in epist. 2, 109 *Ax qui legitimum cupit fecisse poëma, Cum tabulis animum censoris sumat honesti.* Idem de Arte Poët. v. 173 *Cum tabulis animum censoris sumet

tur; de quibus post fier mentio. Marcellus IC. lib. 10 Dig. de probat. & præsume. *Census*, inquit, & *monumenta publica potiora, testibus esse, senatus consult.*: Theophilus clare ac diserte: Κενσος ἦν φασις, ητοι Χαρτης ἐυθα βωμάνοι ἀπέγραφον τὰς οὐσίας, περὶ ἧς ἐπὶ τῷ εὐκαιρίῳ πολεμῳ κατὰ τὸ μετρον τῆς ἰδίας ὑποστάσεως, ἕκαστοι ἐδίδοσαν, *I. e. igitur* census *tabula seu charta, in qua Romani res scribebant facultates, ut belli tempore pro modo patrimonii sic cuique quæ conferret.* Eo pertinent: *in censum deferre: deducere in censum: dedicare in censum*: est enim nihil aliud, quam edere & profiteri, quæ in censualibus tabulis perscribantur. ¶ 3. Et sicuti *census* in æstimatione bonorum, & facultatum maxime erat positus; ita cujusque fortunæ omnes ac universa substantia *Census* nomine non raro appellantur scriptoribus, haabe und vermögen. Ovid. Fast. 1, 217 *In pretio pretium nunc est, dat census honores, Census amicitias, pauper ubique jacet.* Horat. 2 od. 15, 13 *Privatus illis census erat brevis, Commune magnum.* Et 1 epist. 7, 56 *Præconem tenui censu.* Contra *maximum census* dixit Suet. Tib. c. 49. Et Colum. lib. 12 præfat. *Totis pene censibus aliquid redimere*, etl sein gut vor etwas geben. Plin. 10 epist. 22 *Cum animo ejus & censum sicut præceperas edevem.* In quibus omnibus *Census* patrimonium notat, quo quis censetur. Hinc illæ formulæ: *edere censum, profiteri censum*, (quod Cic. & absolute *profiteri*, pro Archia, c. 4 dixit) *significare census*; id est, edere, seu profiteri, quantum in bonis habeat. Sic *Census senatorius* patrimonium senatoris significat, cui certus modus constitutus erat. Initio enim octingentis millibus taxabantur: sed ampliavit Augustus usque ad duodecies H. S. h. e. triginta coronatorum millia. Vide Suet. Aug. c. 41; & ibid. Torrentium, qui Dionem in concordiam cum Suetonio redigit. *Census equester* dicebatur patrimonium equestre, quod quadringentis sestertiis, quæ 10000 coronatos efficiebant, æstimabatur, ut ex Suet. Cæs. c. 33, & Plinio 33, 1 & 2 constat. Tantum igitur in facultatibus habere oportuit, qui legi vellet in istum ordinem: qui tantum non haberet, neque allegi poterat, neque in illo locum tueri. Vnde Horat. 1 epist. 1, 57

Si quadringentis, sex, septem millia desunt,
Ista animas tibi, sunt mores, & lingua, fidesque; Plebs eris.

¶ Censum, *i*, n. idem quod *Census*. Cic. apud Nonium 3, 76 *Quorum luxuries fortunata censa peperit.*

¶ Censuālis, *e*, idem quod *censorius*; ut, *professiones censuales*, l. 3 Cod. Theod. de privil. eor. qui in sacro palat. &c. *Volumina censualia*, ibidem: *Libri censuales*, l. 4 Cod. de Agricol. & censitis; funtque in quibus census perscribebantur, steuer-bücher. Item, *Censualis forma*, ad quam census exiguntur l. 4 D. de Censibus, der fuß oder anschlag, nach welchem die steuer gegeben wird. ¶ 2. *Censuales* substantive dicebantur, scribæ publici, qui *censuales tabulas* conficiebant, sch reiber, steuereinnehmer. Inde Tit. 2 lib. 8 Cod. Theod. de *Tabulariis, scribis, logographis & censualibus.* Vid. Conring. de Stud. liberal. V. R. & C. p. 30 seq. Capitol. in Gordianis c. 12 *Senatusconsultum tacitum fieret ita, ut non scribæ, non servi publici, non censuales illis actibus interessent; senatores exciperent, senatores omnium officia censualium scribarumque complerent.*

¶ Censuus, *a, um*, schatzbar, adjectivum finxere quidam, quod agri *censui censendo*, qui & emi & venire jure civili possunt, sunt apud Festum.

¶ Censuārius, *a, um*; ut, *Censuaria liberalitates*, quibus vel census exigendus remittitur, vel ejus minuitur modus, apud Spartian. in Adriano c. 10. Si placet Lectio Puteani ex membranis, quam Casaubonus approbat in Not. p. 18, ubi vulgo *causariæ*.

Compositæ:

¶ Accenseo, *ui, sum, ēre*, significat annumerare, darzu rechnen, hinzuzehlen. Nonius 12, 7 & 8 *Decuriones & centuriones accensere, cui in militia præerant, dicebantur. Accensi, qui his accensebantur, id est attribuebantur.* Hic ergo Grammaticus per *attribuere* interpretatur: quod ideo notamus, quia oppido rarum hoc verbum est, ut ejus fere exempla nos destituant. Trahitur huc quidem locus ex Sen. epist. 90 *Lycurgum si eadem ætas* (sc. septem sapientum) *tulisset sacro illi numero accensuisset*: Sed pro hoc verbo exstat: *accessisset* Oclavius. Tandem in tribus MSS. Lactantii, 5, 2, 15 invenimus, *Religionis, cui fuerat accensus, proditor factus est*, hoc est, adscriptus.

¶ Accensus, *a, um*, hinzu gezehlt. Vetus inscriptio apud Constantin. Landum in Sel. Numism. p. 18 C. OPPIVS C. L. LEONAS VI VIR ET AVG. HONORATVS IN TRIBV CL. PATRVM ET LIBERVM CLIENTIVM ACCENSVS. ¶ 2. *Accensi milites*, dicti, qui legioni jam completæ superadditi, in supplementum, si quo opus esset per incipitia casuum; Veget. de Re Milit 2, 19 *Ad obsequia tamen judicum, vel tribunorum nec non & principalium deputabantur milites, qui vocantur* ACCENSI: *hoc est, postea additi, quam fuisset legio completa, quos nunc* SVPERNVMERARIOS *vocant.* SVPERNVMERARII, quod super legitimum numerum legionis lecti essent. De his intelligendus locus Varronis de L. L. 4, 14 *Magister equitum, inquit, quod summa potestas hujus in equites & accensos.* Memnit & Liv. 8, 8, & Asconius Ped. de Præt. Vib. p. 90. Eosdem & ADSCRIPTIVOS vocatos, Varro auctor est, cujus verba, ut Nonius 12, 8 adducit, ita sunt: *De* ADSCRIPTIVIS, *cum erant attributi Decurionibus, & Centurionibus, qui eorum habent numerum* ACCENSI *vocantur.* De ADSCRIPTIVIS autem Varro L. L. 6, 3 ita scribit: ADSCRIPTIVI *dicti, quod olim adscribebantur iuermes, qui succederent armatis militibus: id est, si quis eorum deperisset.* De his intelligendus locus auctoris Anonymi de rebus bellicis cap. de relevando militari sumtu: *Quia, inquit, bellorum ruina, aut fastidio castrensium numerorum deserta militia, de summa integritatis intermisit, tali remedio, hujusmodi damna supplenda sunt, scil. ut C. aut L. juniores extra hos, qui in matriculis, habeantur in promptu armis exercisi, & mineri, utpote tirones, stipendio sublevati, in locum amissorum, si res ita tulerit, subrogandi.* Sed

¶ Accensus, *i*, m. minister publicus, ein gerichts-diener, außreuter. Ex quo genere & *Lictores* ac *Viatores* fuerunt. Dicti autem *accensi*, ab *accendo* hoc est, advocando. Quod illorum partes fe in vocando versarentur, quod ex Suet. Cæs. c. 20 constat. Varro L. L. 5, 9 *In commentariis*, inquit, *consulum scriptum sic invenio: Qui exercitum imperaturus erit, Accensi dicit hoc:* CALPVRNI VOCA INLICIVM OMNES QVIRITES HVC AD ME. *Accensus dicit sic*: OMNES QVIRITES INLICIVM VI ITE HVC AD CONSVLES. *C. Calpurnius dicit.* VOCA AD CONVENTIONEM OMNES QVIRITES HVC AD ME. *Accensus dicit.* OMNES QVIRITES, ITE AD CONVENTIONEM HVC AD I. DICS. *Is de Consul. loquitur ad exercitum* IMPERO, QVA CONVENIT, AD COMITIA CENTVRIATA. *Quare hoc accenso, huic præconi dicit, hæc est causa. In aliquot vebus idem, ut præco, accensus accichat, a quo accensus quoque dicta est. Accensum eam vocem fuisse ostendit. Quam comediam Alii ut dicunt*, &c. Ambitiosum idem ab *censendo* potius dictum putat. Nonius, ita scribit: ACCENSOS *ministratores Cato esse scribit. Potest is quoque dici. Nam inde ad arbitrium ejus, cujus minister. Inde*, id est, ex quo minister esse cœpit, ad ejus arbitrium se comparare debet, cui se in ministerium dedit. Ita interpretandum eum locum arbitror: quem magni viri alias corruptum mendoseque putarunt. Sed etiamsi: *Accensi dicti sunt a censendo*, sive *censione* id nominis duci significat. *Censio*, idem, quod *arbitrium*. sicut *Censere*, quod *arbitrari*. Varro l. l. 4, 14 CENSOR, *ad cujus conpetebat, id est, arbitrium conpetere populum.* Plura Varronis loca vide paullo ante in *Censeo*. Sicut autem in urbe *Accensos* suos habebant consules, ita proconsules & prætores in provinciis quoque iisdem utebantur. Cic. fam. 3, 7 *A Pausania, Lentuli liberto, accenso meo, audivi.* Liv. 3, 33 *Collegis novem* (scil. decemviri ejus, qui fasces habebat,) *singuli accensi apparebant.* Varro apud Nonium 1, 266 *Consules ac prætores qui sequuntur in castra*, accensi *dicti, quod ad necessarias res acciantur, velut accersiti.* Vbi nota negligentiam Varronis & fecuritatem, qui ab *acciendo* pariter & *accensendo accensos* appellari tradit. vid. de *Accensis* Rosin. Antiqu. Rom. 7, 48.

Accensio, accensiuncula, vide *Accendo* in *Candeo*.

¶ Accensor, *ōris*, m. idem atque *accensus*. Et *Accensor* legendum quidem conjicit Pighius pro *Accessor* in Val. Max. 5, 7, 1, cum pater non secus atque minister proxime sequeretur triumphantem filium.

¶ Bicensus, *a, um*, bis censum professus, tribuitur Festo.

¶ Incensus, *a, um*, qui census non est. Liv. 1, 44 *Censu perfecto, quem maturaverat metu legis de incensis latæ*, id est, de iis latæ, qui censum detrectassent, nomenque suum haud deprehendissent, inque censuales tabulas relati haud essent. Quibus quam pœnam statuerit Servius lata lege, supra significavimus. Cic. pro Cæc. c. 34 *Compendium incensum vendit, hoc judicat; cum is, qui in servitute justa fuerit, censu liberetur, cum, qui cum liber esset, censeri noluerit, ipsum sibi libertatem abjudicasse.*

¶ Percenseo, *ēre*, idem quod recensere, herrechnen, erzehlen, durchsehen. Cic. ad Quirit. post red. c. 1 *Percensere numerando.* Id. Agrar. 2, 18 *Italiam percensuisti: perge in Siciliam.* Ovid. Met 2, 355 *Totam percensuit orbem*, i. e. peragravit. ¶ 2. Interdum idem quod perstringere & censoria virgula castigare, herum nehmen, striegeln; ut, *Orationem subtili ingenio & judicio percensere*, Gell. 7, 3 Prudent. Hamart. v. 624 *Percense volumen*, ubi e licentius corripitur. Apul. Apol. p. 310 *Percensentibus ils, qui istum movere.*

¶ Recenseo, *ēre*, recognoscere, rechnen: ut, *Exercitum recensere*, mustern, Liv. 1, 16. Virg. Æn. 6, 682 *Forte recensebat numerum carosque nepotes.* ¶ 2. Narrare, erzehlen Ovid. Heroid. 9, 105 *Fortia gesta recenso.*

¶ Recensus, *a, um*, erzehlt, gemustert. Suet. Vesp. c. 9 *Ordines supplevit recenso senatu & equite.* Ita habet editio Sylburgii, cum recentiores *recenito* ponant. Reduxit *recenso* Grævius.

¶ Recensitus, *a, um*, idem. Suet. Cæs. c. 41 *In demortuorum locum ex his, qui recensiti non essent, subsortitio fieret.* Sic Frontin. de Colon. p. 332 & p. 354 *Colonia recensita.* Claudian. in Eutrop. 2, 69 *Prisca recensitis evolvite secula fastis.* Quamquam analogia corripere suadeat. Vt enim ab *Exercco, exercui, exercitum, & exercitus*; ab *habeo, habui, habitum, & habitus*: ita a *censeo recensitum*. Sed veteres etiam *censire* in quarta dicebant: unde & *censitor* est secunda producta. Ita & Prudent. pass. Hippol. v. 147

Jamque recensitis constaret partibus ille Corporis integri.

¶ Recensus, *us*, m. recognitio, die musterung, obsitzung; ut, *Recensum popvli egit*, Suet. Cæs. c. 41. Add. Gronov. ad Livii Epitom. 115.

¶ Recensio, *ōnis*, f. idem. Suet. c. l. *Ac ne qui novi cœtus recensionis caussa moveri quandoque possent.* Hinc tabulæ censorum dicuntur *memoriam publicam recensionis servare*, Cic. pro Mil. c. 27.

¶ Recensitio, *ōnis*, f. idem. Vlp. l. 3 Dig. ad exhibend. § 7 *Recensitione servorum facta.*

¶ Succenseo, *ēre*, irasci est, unachalten, zornig, übel zufrieden seyn. Gaudet dativo. Cic. pro Rosc. c. 16 *Dii hominibus iratsi & succensere consueverunt.* Ter. And. 2, 3, 2 *Si id succenseat nunc, quia* &c. Id. Phorm. 2, 2, 14 *Adolescenti nihil est quod succenseam.* Ovid. Heroid. 17, 35 *Nec tamen irascor; quis enim succenset amanti?* Cæs B. C. 1, 84 *Non esse militibus succensendum.* Et Pacatus in Theod. c. 8 *Cui hoc nomine succenseri potest*, &c.

¶ Succensio, *ōnis*, f. indignatio, der unwille. Symm. 5 epist. 37 *Literæ tuæ officii plenitudine memoriam succensionis obliterant.* ¶ 2. Aliam notionem vide supra in *Succendo*.

CENTAVRVS, *i*, m. κένταυρος, animal, cujus superior pars hominis, inferior vero equi formam refert, qualis Chiron & alii, de quibus mox dicetur. ¶ 2. Hinc proprie *Centauri* κένταυροι, populi Thessaliæ ad montem Pelion, Pelethronii oppidi incolæ, Lapitharum pars, quos ex altera & superiore quidem homines, ex altera parte equos fuisse fabulati sunt: Vnde & *Hippocentauri* dicti. Parum venuste, qui de Centauris dixit, *equum ruclare hominem, & hominem cacare equum*: quod lepide, & urbane dictum Eustachio videtur: venustius Nasi de Minotauro de Arte 2, 24 *Semibovemque virum, semivirumque bovem.* Vid. Voss. Instit. Orat. 5 p. 312. Fabulæ caussa inde est, quod equum domare & insidere docuerint: Vnde Virg. Georg. 3, 115 *Primi refrenare Lapithæ gyrosque docerunt Imposita dorso, atque equitem docuere sub armis Ingredi.* Ubi Scholiastes: *Vel thessalum*, inquit, *oppidum est subjectum solo.* Vbi Servius: *Vel thessalæ, ubi primum domandorum equorum usus repertus est.*

Nam

Nam cum quidam Thessalus rex bobus æstro exagitatis fatellites suos ad revocandos eos ire jussisset, illique cursu non sufficerent, ascenderunt equos, & cervum velocitate boves secuti, eos simulis adtecta revocarunt. Sed hi vesci, aut cum iverent velociter, aut cum eum equi circa flumen Pemon potarent capitibus inclinatis, locum fabulæ dederunt, qui dicti sunt Centauri, ἀπὸ τῦ κεντῶν τὰς ταύρους (*a feriendis tauris*) hæc Servius. Quibus simili*a* Palæphatus lib. 1 Incredibilium refert, qui regem illum Ixiona fuisse tradit. Cæterum tauros illos corruptos œstro, non revocatos satellitibus : sed ab adolescentibus quibusdam, ex pago Neapolitano iuventis præmiis invitatis, interfectos. Breviter Orosius 1, 13 *Sed Thessalos*, inquit, *Palaphatus lib. 1 Incredib. prodit, ipsos a Lapithis creditos dictosque fuisse* centauros, *eo, quod diffidentes in bello equites, veluti unum corpus equorum & hominum viderentur.* ¶ 3. Apud Cic. Nat. D. 3, 20 *Nubium una etiam Centaurus peperisse dicitur.* Et Pindarus dixit Ixionis filium ex nube (quam pro Iunone fuisse arbitrati) natum, *Centaurum* nominatum : ἀπὸ τῦ κεντῆσι τὴν ἀτην ἔχειν, id est, νεφέλην ἔχειν ἔοικεν. Eum postea consuevisse cum equis magnetis : inde natos postea, qui *Hippocentauri* appellati. Pyth. od 2 Sed hæc absurde & inepte conficta Galenus lib 3 de usu partium arguit. Lucretius quoque 5, 877 negat unquam fuisse Centauros, nec fieri posse ullo tempore tradit, ut *duplici natura, & eo pore bino Ex alieni generis membris compacta potestas* consistat. Interim visum a se allatum in melle centaurum ex Ægypto, affirmat Plinius 7, 3 Vbi & Claudium Cæsarem scripsisse prodit, *Hippocentaurum in Thessalia natum eodem die interisse*. S. quoque Hieronymus in Vita Pauli Eremitæ tradit, Antonium ad illum pergentem, *conspexisse*, ut ipse loquitur, *hominem equo mistum, quem poetæ Centaurum Hippocentauri nomen indidit.* Sed potest hoc specterum fuisse. Et recte itaque subjungit Hieronymus : *Verum hæc utrum Diabolus ad terrendum simula verit, an ut solet, eremus, monstruosum animalium ferax, ipsum quoque gignat pestiferum, incertum habemus.* Vide & Hieron. Magnum Mitcell. 1, 10 ubi de Centauris copiose disputat. Add omnino Spanhem. de usu & præst. num. dissert. 5 p 278 sq. Centauri imagines fuerunt *Chironis, hippotæ, Amyci, Gryphi, Rhœtes, Arneus, Licidias, Medon, Pisenor, Caumas, Mermeros*, & *Pholus*, Herculis hospes. Lucan. 6, 391 *Hospes & Alcidæ magni Pholus.* ¶ 4. *Centaurus* est sidus australe apud Vitruv. 9, 7 ; Colum. 11, 2 ; Hygin. Astron. 3, 38. vid. Vitalis Lex. Math. p. 99. ¶ 5. *Centaurus* apud Virg. 5 Æn. nomen navis est, unde & in fœminino dixit Poeta v. 122 *Centauro invehitur magna* Appellatio a πανουργίᾳ sive signo est. inde enim nomina fortiebantur naves. Conf. ibid. v. 155 sqq. & 10, 195.

¶ Centaurēus, *a, um*, adj. Horat 1 od 18, 8 *Centaurea monet cum Lapithis vixa Jper mero :* Chorinabicus est, quinæus pedum.

¶ Centaurīcus, *a, um*, aliud adject. ut, *Centaurica lapis*, apud Statium Achill 1, 266

¶ Centaurēa, *æ*, f. Centaurion vel Centaurēum, *i*, n. κενταυρεῖον scil. βοτάνη, herba Chironi Centauro sic dicta, a quo *chironium* nuncupata est. Vide Festum & Plin. 25, 7 & 8, & 26, 14 Vulgo vocant, tausendgülden kraut. ¶ 2. Item, tiber-stout, sieber kraut, κενταύριον, centaurium videlicet minus. Plin. 26, 15. Virgil. neutraliter extulit & penultimam per e scripsit & produxit Georg. 4, 270 *Centaureumque thymum & graveolentia centaurea.* Sic Lucanus 9, 938 vocat *Thessala Centaurea.* Sed Lucret. 4, 123 *Tristia Centaurea.* conf. Isidor. 17, 9.

¶ Centauris, f. tertia centaureæ species, cognomine *triorchis*, τριόρχις. Plin. 25, 6

¶ Centauromachia, *æ*, f. est pugna cum Centauris, & apud Plautum Curc. 3, 75 ipsa Thessalia jocularitet, quia pars ejus a Centauris inhabitata dicitur poëtis.

¶ Bucentaurus, *i*, m. genus navis Venetæ. Nicolaus Erythræus Venetus auctor est, a *Centauro*, navi Virgiliana, Venetos navem illam ducariam, ut ipse appellat, seu senatoriam, multo auro sculpturisque insignibus exornatam, quam *bucentoro* (Germanus Audebertus lib. 2 Venetiarum, *Bucentaurum* appellat : ait enim : *Ilicet Hadriacam consendant protinus Argo Veneti opus, Graja de numine Bucentaurum*) : ipsi vocant, nominatam : qua vectus reip. dux mare sibi in die ascensionis dominicæ, conjecto in illud annulo desponder. Nam ad *Centauri* vocem adjecta est particula *Bu* : ad exemplum Græcorum cum magnitudinem alicujus rei designare volunt : de quo supra in *Buthysia* diximus. Itaque *Bucentaurus* est *Centaurus magna*, ut Virgilius appellat loco supra citato.

¶ Hippocentaurus, *i*, m. ἱπποκένταυρος, equi stimulator. Diodorus Centaurorum nitos *Hippocentauros* dixit, quia equitationem primi exercuerunt. Vide *Centaurus* n. 2 & 3. Elegantissimum equitis cum hippocentauro comparationem habes ap. Xenoph. Cyropæd. 1 4 in oratione Chrysantæ.

Centenarius, centenus, centesimus &c. vide *Centum.*

Centiceps, Centifidus, aliaque composita, vide in *Centum.*

CENTO, *ōnis*, m. κέντρων, addita litera, quam Latini abjiciunt ; stragulum significat crassum ex lana coacta, Gloss. vet. γναφάλλιον, centō, vestis e variis panniculis consuta. Est inter vestes & stragula rusticorum apud Catonem R. R. c. 2 ; Colum 1, 8 ; Macrob. Sat. 1, 5. conf. Nonius 2, 177. Huc etiam pertinet Iuvenal. 6, 121 *Intravit calidum veteri centone lupanar.* Ejus usus etiam in restringendis incendiis, Cæs. B. Giv. 2, 10 ; Veget. 4, 15 ; nec non l. 12 § 18 si domus Dig. de fund. instr. Dicuntur autem *centones* proprie *farciri* cum consuuntur, quod observat Gronov. ad Plauti Epid. 3, 4, 19 & ibi etiam pro *farcias* legi vult *farcias.* Verba sunt : *Quin tu alium quæras cui centones farcias*, h. e. apud quem magnificis & male cohærentibus nugis te jactes. vid. quæ notamus in *Farcio.* Lucil. apud Nonium 2, 818 *Suere centonem optime*, den bettlers-mantel ausflicken. ¶ 2 Ad hujus simulacrum *Centonem* etiam vocant carminis genus multis particulis alieni carminis consilatum. De quo ita Auson. in epist. ad Paul. centoni nuptiali præfixa : CENTO *gabitus, ac forma.* Variis de locis consistaque diversis quædam carminis structura soldatur, ita unum versum ut cocunt, aut casi duo, aut unus, & sequens cum medio. *Nam duos jamdiu tocare, inceptum est : & tresuna ferie, meæque nugæ. Diffunditur autem per casuras omnes, quas recipit versus heroicus, convenire ut possit*, &c. Hunc Ausonii centonem f. Idyll. 13 merito Scaliger Poët. 1, 44 valde ingeniosum & lepidum poëma vocat. Tertull. de Præscript. c. 39 *Vis hodie ex Virgilio fabulam in totum aliam componi, materia secundum versus, versibus secundum materiam concinnatis? Denique Ovidius Geta Medeam tragœdiam ex Virgilio planissime expressit. Meus quidem propinquus ex eodem poëta inter cætera styli sui otia pinacem Cebetis explicuit*, &c. Add. Isidori Orig. 1, 38. *Probæ Falconiæ* cento Virgilianus in V. & N. anno 1719 cum notis editus a I. H. Kromayero. Plures centones Virgilianos recenset Fabric. Bibl. Lat. 1, 12 p. 230 sq. & Homericos idem Bibl. Gr. 2, 7, 3 p. 355 sq.

¶ Centunculus, *i*, m diminut. ein lumpen, lappen. Liv. 7, 14 *Binis tantum centunculis velictis.* Apul. 1 Milet. p. 104 *Et cum dicto, futili centunculo faciem suam jam dudum punicantem præ pudore, obtexit.* Hunc paullo ante *scissile palliastrum*, quo Socrates semiamictus fuit, dixerat. ¶ 2. *Centunculus* seu *centunculum* herba est Plinio 26, 11 ; & 24, 15, rohr-kraut. *Gnaphalium* alio nomine, vulgo *coronaria*, herba tomentitia.

¶ Centonārius, *a, um*, zusammen geflickt. Tertull. de Præscript. c. 39 *More centonario*, i. e. in modum centonis.

¶ Centonarius, *i*, m. subst. qui centones conficit, in obsidione necessarios, v. Turneb. Adverss. 29, 16. Sunt & *Centunarii*, qui tabernacula & castrensem supellectilem, quos *centones* vocaverunt, suppeditabant. *Collegii Centonariorum* fit mentio inscriptionibus apud Sponium Misc. E. A. p. 57, 62, 63. Fabrett. p. 485, M. IVNIVS SABINVS III. VIR AEDILICIAE POTEST E LEGE IVLIA MVNICIPALI PATRONVS COLLEGI CENTONARIORVM. Murat. Inscr. 946. VESTIARIVS CENTONARIVS. Conf. Cod. Theod. 14, 8

¶ Homerocentones, vide *Homerus*, Virgiliocentones, *Virgilius.*

CENTOBRICA, *æ*, f. urbs Celtiberorum in Hispania. v. Val. Max. 5, 1, 5. Alii vocant *Centrebiam.* Hinc

¶ Centobricensis, *e*, adj. ut, *Machinæ Centobricenses*, Val. Max. l. c.

CENTRINES, *um*, cuticum ficariorum genus, natum ex fructibus caprifici, simile fucis apum, auctore Plin. 17, 27, mücken.

CENTRVM, *i*, n. Κέντρον, punctum in medio circuli, a quo omnes lineæ ad circumferentiam ductæ, sunt inter se æquales, der mittelpunct. Cic. Tusc. 1, 17 *Perjuadent Mathematici terram in medio mundi sitam, ad universi cali complexum, quasi puncti instar ot tinere, quod κέντρον illi vocant.* v. Mart. Capell. lib. 8 p. 286, 287. Plin. 2, 15 extr. *Terra centrum cæli est.* Mercurius Trismegistus, *Deum sphæram intellectualem esse*, dixit, *cujus centrum sit ubique, circumferentia nusquam*, quia nusquam majestas Dei & immensitas terminatur ¶ 2 Sunt & *Centra* nodi duri in arboribus & marmore, inimici ferris, die knorren und äste am holtz. Plin. 16, 39. ¶ 3. Est item *Centrum* crystalli quoddam vitium, durum & fragile, Plin 37, 2. ¶ 4. Foramen (*punctum* a κέντρῳ) minutum in vale æneo, per quod aqua destillat. Martian. Cap 8 p. 290 *Cito superioris vasis, aqua videlicet pleni, centrum aperi, ut -- aqua fluere in vas inferius incipiat.* Absurda lectio edit. Gror. *Superioris vasis aqua, videlicet plenicentrum aperi*, peperit monstrum vocis infra a nobis deportandum. *Centrum* itaque dicemus minutulum foramen in clepsydra.

¶ Centrālis, *e*, was mitten inne ist ; ut, *Centralis terra*, quod centrum in mundo teneat, Plin. 2, 23.

¶ Centrōtus, *a, um*, ut, *Centrota scabies* ; pro limatura dura apud eundem 37, 7.

¶ Eccentros, *on*, ἔκκεντρος, habens centrum a centro telluris diversum. v. Mart. Capella 8 p. 287 *Terra Solaris circuli centrum non est, sed eccentros habetur.* conf. ibid. p. 299 de stella Martis & Iovis.

¶ Eccentricus, *a, um*, ἐκκεντρικός, idem ; ut, *Eccentrici orbis* apud Astronomos.

CENTVM, adject. numerale indecl. plur. ab ἑκατὸν, hundert. Virg. de Creta Æn. 3, 106 *Centum urbes habitant magnas, uberrima regna.* Iuvenal 15, 6 *Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis. Centum dies*, Cic. pro Mil. c. 22.

¶ Centies, adverb. hundertmal ; ut, *Circumspicere centies*, Plaut. Rud. 4, 4, 123 *Nisi idem dictum est centies*, Ter. Heaut. 5, 1, 8 *Sestertium centies & octogies*, scil. centena millia, Cic. in Pis. c. 35.

¶ Centēnārius, *a, um*, aus hundert, hundertpfundig ; ut, *Pondera centenaria*, Plin. 7, 20, quæ centum libras habent. Vetus auctor de ponderibus : *CENTENARIVS dicitur, eo quod centum libras continet*, ein centner. *Centenarius numerus, gregum*, Varro R. R. 2, 5. *Liberti centenarii*, id est, qui centena sestertia, sive centena millia sestertiûm possiderent, l. 16 D. de Iure patronatus. *Ætatem centenariam transgredi*, Hieron. epist. 21 ad Paulum Concord. *Ballistæ centenariæ*, quæ saxa centum pondo jaciebant, Turneb. 23, 24. Sic Lamprid. Heliog. c. 19 *Primus Heliogabalus cacabos, vasa deinde centenaria argentea fecit, & nonnulla jchsmetibus librarioss simis inguinata habuit.* ¶ 2. *Fistulæ centenariæ*, dictæ Vitruv. 8, 7 *quod Centum digitos latæ essent lamina plumbea, antequam in retardationem fleterentur.* Et *Cænæ centenariæ*, a centenis sestertiis appellatæ, erant frugaliores lege Fannia imperatæ ; Quam ob id Lucilius in Satyris satyrice & perquam lepide vocat *Centussem.* Vid. Festum, & Crinit. de H. D. 16, 6.

¶ Centēnus, *a, um*, ie hundert, hundert, distributivum, sed quo pro absoluto frequentius Latini utuntur ; ut, *Centeni anni*, id est, centum Plin. 7, 2. Et, *Centena sestertia*, Cic. Paradox. 6, 3. Singulari numero Virgilius usus est Æn. 10, 207 *Centenaque arbore fluctum Verberat adsurgens.* Et Hieron. epist. 21 ad Paulum Concord. *Ecce jam centenus ætatis circulus volvitur.* Sic, *Decies centena millia*, 1000000 zehen mal hundert tausend, Plin. 33, 10, 10 conf. pr. Horat. 1 Sat. 3, 15. Et *Centenus judex*, Ovid. f. Lucan. ad Pison. v. 42. conf. de *judicibus centenis* Bernegg. misc. ex Tac. quæst. 64. Vid. *Centumviri* in *Centum.*

¶ Centena, *æ*, f. pro gradu & dignitate militari, vide mox in *Ducena.*

Centenionālis, *is*, m. genus pecuniæ Cod. Theod. lib. 9 t. 23.

¶ Centēsimus, *a, um*, ordinale, hundertste ; ut, *Centesima pars*, Plaut. Mil. 3, 1, 168. *Centesimus dies*, Plin. 5, 9. Et Cic. pro Mil. c. 35 *Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodii.* Manil. 2, 335 *Centesima summa.* Sed, *Cum centesima fruge terra fanus reddit*, Plin. 5, 4, id est, centies tantum, quantum fementi accepit. *Centesimæ usuræ* erant, quod centesimo mense æquabant sortem, 12 pro cento minutum de centum nummis, unus singulis mensibus penditur.

vid.

vid. Io. Fr. Gronovius de pecunia vet. 3, 13 Absolute Sen. de Benef. 7, 10 *Sanguinolenta centesima*, conf Cic pro Rab Post c. 11. ¶ 2. Fuit & vectigalis genus nummo centesimo impositum, quod Augustus instituit instituendo ærario militari, bellis civilibus functus: Dio lib. 55, & Tac. An. 1, 78, 2. *Vectigal centesimæ*, Id. An 2, 42, 7 vocat

¶ Centēsīmo, *are*, id est, centesimum quemque tollere, punire, aus hunderten einen nehmen. Capitol. Macrino c. 12 *Milites saepius decumavit, aliquando etiam centesimavit, quod verbum proprium ipsius est, quum se clementem diceret, quando eos centesimavit, qui digni essent decumatione atque vitesimatione.*

Centuria, vide mox f. I.

I. Composita cum nominibus &c. in fine.

¶ Centiceps, vide *Caput*, Centifidus, *Findo*, Centifolium, *Folium*, Centigranium, *Granum*, Centimalis, *Malus*, Centimanus, *Manus*, Centimeter, *Metrum*, Centinodia, *Nodus*, Centipeda & centipes, *Pes*, Centipellio, *Pellis*, Centumcapita, *Caput*, Centumgeminus, *Geminus*, Centummenus, *Manus*, Centumquinquageni, *Quinque*, Centumviginti, *Viginti*, Centumvir & centumviralis, *Vir*.

¶ Centāplex, *plicis*, hundertfach, hundertfältig; ut, *Centuplex fructus*, Prudent. hymno Iejunat. extr. Et Plaut. Perf. 4, 4, 11 *Haec visi inde abeunt* (vitia), *centuplex maxus rebus servandis parum est.*

¶ Centuplico, *avi*, verbum; unde

¶ Centuplicatus, *a, um*, idem quod centuplex. Prudent. 2 adv. Symmach. v. 1050 *Solertia centuplicatos Agrorum redigit fructus.*

¶ Centuplicato, adverb. hundertfältig, hundert mal mehr oder theurer. Plin. 6, 23 *Merces* (Indicæ) *apud nos centuplicato veneunt.*

¶ Centuplus, *a, um*, idem quod *Centuplex*.

¶ Centupondium, vide in *Pondo*; Centussis, in *As*.

II. Composita cum Numeralibus ab initio.

¶ Vndecentum, neun und neunzig. Plin 7, 60 *Paruerunt ei annis undecentum.* vid. Valla I. 3 c. 15.

¶ Vndēcēni, *æ, a*, distributive idem; ut, *Undeceni pedes*, Plin. 36, 9 extr.

¶ Vndecentesīmus, *a, um*, ordinale. Val. Max. 8, 7, ext. 11 *Ad undecentesimum annum.*

¶ Ducenti, *æ, a*, zweyhundert. Plin. 14, 4 *Durant adhuc vina ducentis fere annis*: & 15, 45 *Annis ducentis ante excidium Troiæ.* Cæs. B. G. 1, 43 *Passibus ducentis.* Conf. 2, 18 &c.

¶ Ducentum, indeclinabile est apud Columellam 5, 3, 7 *Efficiunt mille ducentum & viginti quinque.*

¶ Ducenarius, *a, um*, von zweyhundert. Plin. 7, 20 *Ducenaria duo pondera lameris contra scalas ferebat.* Suet. Aug. c. 32 *Ad tres Iudicum centurias quartam addixit ex inferiore censu, quæ* ducenariorum *vocatur.* Vbi *Ducenarii sunt*, qui ducena sestertia possiderent. Nam qui in cæteris decuriis erant, majorem censum possidebant. Idem Suet. Claud. c. 24 *Ducenarios procuratores* dixit: non propter censum tamen, quem possidebant; sed propter stipendium, quod accipiebant ex procuratione ea in ducentis sestertiis; quod ex Dione docuerunt ad eum locum Casaub. atque Torrent. & Salmasius in Capitol. Pertinacem p. 125. Nam ICti, qui aliter explicant, audiendi non sunt Confer mox *Trecenarius*, *Quadringenarius* &c.

¶ Ducenaria, *æ*, f. subst. ducenariorum dignitas. Apul. Met. 7 p. 190 *Procurator principis ducenaria perfunctus.* v. Turn. Adv. 29, 16.

¶ Ducēni, *æ, a*, distributivum. Sed fæpius absolute fumitur, ut *ducenti*. Liv. 9, 19 *Censebantur ducena quinquagena millia capitum.* Id. 22, 28 *Erant in anfractibus cavæ rupes, ut quædam earum ducenos armatos possint capere.* Plin. 9, 38 *Ducenæ libræ.* Martial. 12 ep. 76 *Quinquies ducena* dixit.

¶ Ducēna, *æ*, f. gradus vel dignitas erat, ficut *Centena* quoque l. 3 Cod. Theod. de Cohortal. princip. cornicul. *Primipilaribus post emeritam militiam perfectissimatus, vel ducenæ, vel centenæ, vel egregiatus dari dignitas potest.* Et l. 20 ejusd. Cod. de Agent. in rebus: *Qui ex agentium in rebus numero, militiæ ordine ac labore decurso ducenæ dignitatis meruerit principatum.* Sic l. ult. Cod. Iust. de Agent. in rebus, *ducena gradum meruisse.* v. *Trecenarius*.

¶ Ducentesimus, *a, um*, affertur ex Suet Calig. c. 16.

¶ Ducentesīma, *æ*, f. ut *centesima*, vectigal ducentesimi nummi. Tac. An. 2, 42, 7 *Cæsar ducentesimam imposterum statuit.*

¶ Ducenties, adverb. ut, *Ducenties sestertium*, subaudi *centena millia*, Cic Phil. 2, 16.

¶ Trecentum, dreyhundert, non minus dicitur ac *bis centum* &c. Virg. Æn. 1, 272 *Hic jam trecentum totos regnabitur annos.* Et Corippus 1, 23 *Iustino vitam trecentum vocibus optant.*

¶ Trecenti, *æ, a*, Idem. Martial. 4 epigr. 37 *Trecenta debet Titius.*

¶ Trecēni, *æ, a*, idem. Ruf. Fest. Brev. c. 9 *Trecena millia militum.* Eumen pro restaur. Schol. c. 11 *Trecena sestertia accoperam.*

¶ Trecenteni, *æ, a*, idem. Martial. 2 epigr. 1 *Trecentena quidem potevas epigrammata ferre.*

¶ Trēcenti, *æ, a*, dreyhundert. Cic. de fin. 2, 30 *Leonidas se in Thermopylis, trecentosque eos, quos eduxerat Sparta, oppofuit hostibus.* conf. Martial. 12 epigr. 71.

¶ Trecentēni, *æ, a*, idem. Colum 5, 2; Ammian. 18, 2; & 20, 4.

¶ Trēceni, *æ, a*, distributive; ut Liv. 8, 8 *Equitibus in singulis legionibus trecenis.* conf. Id. 7, 25; & Horat. 2 od. 14, 4. It. Varr. 2, 8, 3. Scribitur nonnunquam etiam *Triceni*, a quo tamen distinguendum erat, ut 30 a 300; v. g. Columella 5, 2 extr. *tricies triceni* (pedes) *sunt DCCCC.*

¶ Trecenārius, *a, um*, von dreyhundert. Subst. Inscriptio vetus apud Fabrett. p. 634. NVMISIENA A NVMISIENO GALLO TRECENARIO. *Trecenarius* dicitur Numisienus armatæ scil. militiæ, ut cætera ejus militaria munera docent. De hoc atque *Ducenariorum* titulo plura Reinesius ad Inscript. 39 Class. 8, qui ita dictos vult, vel quod secundum Vegetium 2, 8 ducentos homines ducebant in acie, vel a ducentis sestertiis in eorum salarium constitutis. Eadem in Trecenariis reteśta numeri proportione locum habere posse videntur, donec certiora suppetant.

¶ Trecentēsīmus, *a, um*, ordinale. Val. Max. 8, 13, ext 6 *Trecentesimum annum cumulare.* conf Eutrop. 2, 1. Sed Gell. 20, 1 *Tricentesimo anno post Romam conditam.*

¶ Trecenties, adverb. Catull. 30, 15 *Ducenties comesset aut trecenties*, scil. *centena millia*, Martial. 3 epigr. 22 *Bis tricenties.*

¶ Quādringenti, *æ, a*, vierhundert; ut, *Anni quadringenti*, Cic. in Pis. c. 5. conf. de Divin 2, 21. Iuvenal. 1, 105 *Quinque tabernæ quadringenta parant*, scil. sestertia, qui census equestris est. *Quadringenta millia* apud Martial. 14 epigr. 35.

¶ Quadringentēsīmus, *a, um*. Plin. 8, 6 *Anno urbis quadringentesimo* &c. conf. Liv. 5, 45.

¶ Quadringentēni, *æ, a*, distributive. Plin. 8, 43 *Singulas quadringentena millia nummorum emisse.* Agit de reditu ex fœcunditate asinarum in Celtiberia. conf. Vitruv. 10, 14.

¶ Quadringēni, *æ, a*, idem. Suet. Vitell. c. 13 *Singuli apparatus quadringenis millibus nummum constituerunt.* Et Liv 8, 11 extr *Denarios nummos quadringenos, quinquagenos. Quadrigeni* scribitur Varr. R. R. 2, 8, 3.

¶ Quadringenārius, *a, um*, von vierhundert. Cic. Att. 6, 1 *Habet cohortes quadringenarias nostra armatura XXX*, h. e. quarum singulæ quadringenis militibus constant, ita ut illarum XXX compleverint XII millia militum. Liv. quoque 7, 7 *Quadringenariæ octo cohortes scribuntur.*

¶ Quadringenties, adverb. Cic. Phil. 2, 37 *Sestertium quadringenties*, scil. *centena millia*; quod in his intelligendum esse docemus in *Sestertius*. conf. Id. pro Rab. Post. c. 8 &, 3; item Verr. c. 10.

¶ Quatercenties, idem. Vitruv. 10, 14 *Cum quatercenties vota fuerint versata.*

¶ Quingenti, *æ, a*, fünfhundert. Horat. 2 Sat. 7, 43 *Quingenti, emtus drachmis.*

¶ Quingentēsīmus, *a, um*. Cic. pro Flacco c. 1 *Quingentesimo anno.*

¶ Quingēni, *æ, a*, distrib. Cic. Att. 16, 8 *Quingenos denarios dat.* Adde Suet. Aug. c. 42 & Curt. 5, 1, 45.

¶ Quingenārius, *a, um*, von fünfhundert. Curt. 5, 2, 3 *Antea quingenariæ cohortes erant*, i. e. quingenis militibus constantes: Pal. legit *quinquagenariæ*. Adde c. 1 extr.

¶ Quingentārius, *a, um*, idem. Apul. Veget. Rei mil. 2, 6, & Modest. de Voc. R. M. p. 250 *Cohors quingentaria* est habens pedites 560, equites 66. conf. Stewech. not. p. 92, ubi simul apud Spartian. in Hadriano c. 17 legit *cohors quingentaria*; Casaub. & Salm. *quingenaria* pro *quinquagenaria*.

¶ Quingenties, adverb. *Sestertium quingenties*, scil. *centena millia*, Cic. Verr. 4, 38. *Millies & quingenties*, Suet. Aug. c. 100.

¶ Sexcenti, *æ, a*, DC. sechshundert; ut, *Sexcenti equites*, Curt. 6, 4, 2; Cic. ap. Nonium 12, 30 *Tantum Carthago habuit opum sexcentos fere annos.* ¶ 2. Hoc pro numero infinito eleganter usi sunt veteres Latini. Plaut. Aul. 2, 4, 41 *Sexcenta sunt, quæ memorem, si sit otium.* Cic. Att. 6, 4 *Multa molesta, discessus noster, belli periculum, militum improbitas, sexcenta præterea.* Id. fam. 7, 1 *Sexcenti mali.* Ter. Phorm. 4, 3, 63 *Sexcentas proinde potius scribito jam mihi dicas.* Vbi Donatus: *Perspicere*, inquit, *hinc licet consuetudinem utriusque sermonis. Nam Apollodorus μυρίας dixit pro multis. Et ut apud Græcos μυρίας, ita apud nos* (Latinos) sexcenta *dicere pro multis, usitatum est, Cicero: Sexcenta possim decreta proferre.* Hactenus Donatus. ¶ 3. *Post annos sexcentos*, Gell. 10, 16 ed. Stephani Paris. alii: *sexcentos.*

¶ Sexcentēni, *æ, a*, distribut. Cic. Verr. 7, 25 *Certum pretium, sexcentenos nummos, constituere*: Ita Gruterus: Nizolius *sexcenos*. Colum. 3, 5 *Sexcenteni malleoli pangendi sunt.* Adde Suet. Claud. c. 32.

¶ Sexceni, *æ, a*, idem. Colum. 3, 5 *Singuli juvenes vineam sexcenas arnas præbuisse.* Curt. 5, 1, 45 *Sexceni denarii.* Eumen. pro restaur. Schol. c. 11 *Sexcena millia nummûm.*

¶ Sexcentēsīmus, *a, um*. Plin. 8, 7 *Anno urbis sexcentesimo* &c. ¶ 2. *Post annum amplius sexcentesimum*, Gell 10, 16 Ed. Steph. al *sexcentesimum.*

¶ Sexcenties, adverb. Cic. Att. 4, 16 *Contemsimus sexcenties sestertium.* conf. Lamprid. Commodo c. 15.

¶ Sexcentoplagus, vid. *Plaga*.

¶ Septingenti, *æ, a*, siebenhundert. Plin. 35, 2 *Infertis nominibus septingentorum illustrium.* Gell. 20, 1 *Anni septingenti*, conf. Colum. 5, 2.

¶ Septingentēsīmus, *a, um*. Liv. procœmio operis: *Supra septingentesimum annum.*

¶ Septingēni, *æ, a*, distrib. Plin. 33, 3 *Auri uncie in septingenas & quinquagenas bracteas.* conf. Lamprid. Commod. c. 10.

¶ Septingenārius, *a, um*, von siebenhundert; ut, *Grex septingenarius*, in quo septingenæ oves sunt. Varr. R. R. 2, 10 extr.

¶ Septingenties, adverb. apud Plin. 36, 15. & Lamprid. in Commodo c. 11.

¶ Octingenti, *æ, a*, achthundert; ut, *Octingenta stadia*, Cic. Acad. 4, 25. conf. Id. pro Planc. c. 25; it. fam. 12, 15, 21; & Colum 5, 2.

¶ Octingenties, adv. Mart. Capella 6 p. 195 de circuitu terræ: *Millies octingentiesque.* conf. Vopisc. in Tacito c. 10.

¶ Octingentēsīmus, *a, um*. Liv 9, 18 *Populi jam octingentesimum bellantis annum.* conf. Cic. de Senect. c. 2.

¶ Octingēni, *æ, a*, distrib.

¶ Octingenārius, *a, um*, von achthundert; ut, *Grex ovium octingenarius*, Varr. R. R. 2, 10 sub fin.

¶ Nongenti, *æ, a*, neunhundert Colum. 5, 2 *Pedes nongenti*, al. *noningenti*. Cic. pro Flacco c. 37 *Emerat HS. nongentis millibus.*

¶ Nongentēsīmus, *a, um*.

¶ Noningenties, adverb. Vitruv. 1, 6 *Millies mille & noningenties mille passus.*

CENTVRIA, *æ*, f. proprie centum plus minus milites, eine compagnie. Isidorus Orig. 9, 3 *Legio habet sexaginta centurias: Centuria est pars exercitus in centenos milites divisa.* conf. Festus; & Varr. L. L. 4, 16 *Centuriæ quæ sub uno centurione sunt, quorum centenarius justus numerus.* Sed centuriæ Romanæ pro Legionum modo diverſæ magnitudinis erant. v. *Legio*. ¶ 2. *Centuriæ* erant

ordines & classes minores populi Romani suffragiorum caussa institutæ a Servio Tullio, earumque certus numerus unicuique classi majori attributus. Vid. Liv. 1, 43. Cic. pro L. Manil. c. 1 *Ter prætor primus centuriis cunctis renunciatus sum.* Hinc *Centuriæ seniorum*, i. e. senes Romani, apud Horat. de Arte v. 341. Hæ etiam sunt *senatus equitumque centuriæ*, quas Livius 4, 8 pr. *censoris arbitrio subjectas fuisse* docet. ¶ 3. *Centuriæ* in agris sunt ducentena jugera centenis hominibus data. v. Varr. R. R. 1, 10; & Sic. Flacc. Gœs. p. 15 &c. Colum. 5, 1. Sed sibi non constant: *Centuria primo a centum jugeribus dicta, post duplicata retinuit nomen.* Varr. L. L. 4, 4. Add. Isidor. 15, 15. ¶ 4. Dicuntur etiam, præsertim apud recentes, *annuum, librorum, aliarumque rerum centuriæ.*

¶ Centurio, *ōnis*, m. Centuriæ præfectus, der hauptmann, capitain über hundert. Cic. pro M. Marc. c. 2, & historici passim. Liv. 3, 69 *Cohortes sibi quæque centuriones legerunt, bini senatores singulis præpositi:* Erant autem sexageni in qualibet legione. Vid. Lipf. de Militia 2, 8, & Sigon. lib. 2 de antiquo jure provinciarum. Horat. 1 Sat. 6, 73 *Magnis e centurionibus orti.*

¶ Centurio, *are*, est in centurias distribuere, in compagnien theilen. Cic. post red. ad Quir. c. 5 *Ego cum homines in tribunali Aurelio palam conscribi centuriarique vidissem.* Liv. 10, 21 *Nec ingenui modo aut juniores sacramento adacti, sed seniorum etiam cohortes factæ, libertinique centuriati.* ¶ 2. Hygino de limit. constit. apud Gœs. p. 195 *Centuriave agrum*, est limitibus includere. vid. statim Centuriatus n. 3 & derivata reliqua.

¶ Centuriātus, *a, um*, in centuriam distributus, compagnieweise eingetheilt. Liv. 22, 38 *Ipsi inter se equites decuriati, centuriati pedites conjurabant.* conf. Plaut. Mil. 3, 2, 3. ¶ 2. *Centuriata comitia* dicebantur, in quibus populus per centurias suffragia ferebat, v. gr. Cic. de Legib. 3, 19 *Ferri de singulis, nisi centuriatis comitiis, noluerunt.* Liv. 2, 2 *Brutus collegam sibi comitiis centuriatis creavit.* conf. Gell. 15, 27. ¶ 3. *Centuriatus ager* Festo est in ducenta jugera definitus, quia Romulus centenis civibus ducenta jugera tribuit. conf. Sic. Flaccus p. 23.

¶ Centuriātim, adverb. per centurias singulas, hundert und hundert, compagnie-weise. Liv. 6, 20 *Cum centuriatim populus citaretur.* Cæs. B. Civ. 1, 76 *Centuriatim productî milites.* Cic. pro Flacco c. 7 *Tributim & centuriatim descriptis ordinibus.*

¶ Centuriatus, *ûs*, m. præfectura centuriæ, die hauptmanns-charge, hauptmannschaft. Cic. pro L. Man. c. 13 *Quem enim possimus imperatorem aliquo in numero putare, cujus in exercitu veneant centuriatus atque venierint.* Vsus & Liv. est 22, 38 pr.

¶ Centuriatio, *ōnis*, f. Præter alios usus hæc vox est etiam agrimensorum. Sic Flaccus p. 16 *Alii* (formam agri) *dicunt perticam, alii centuriationem, alii metationem, alii limitationem.* Et Hyginus p. 206 *Deduci intra centuriationem.*

¶ Centuriālis, *e*, zu hundert gehörig; ut, *Centuriales lapides*, quibus limites instituti in agris. Auctor de limit. Gœs. p. 298 *Centuriale arvum*, Fest.

¶ Centuriōnus, *i*, m. olim idem, qui nunc *Centurio*. Festus.

¶ Centurionātus, *ûs*, m. die hauptmannschaft. v. Tac. An. 1, 44, 7, ubi non tam electionem novorum centurionum, qui submitterentur, notat, quam recensionem veterum. De vulgata tamen hujus loci lectione dubitat vir doctus in Miscell. Observ. vol. 9 p. 291.

¶ Concenturio, *are*, id est, colligere & congregare quasi per *centurias*, zusammen rotten, versammlen. Plaut. joculariter, ut solet, Pseud. 1, 3, 159 *Concenturiare in corde sycophantias.* Idem Trin. 4, 2, 160 *Epistola illa concenturiat mihi metum in corde.* conf. Non. 1, 36.

¶ Excenturiatus, *a, um*, ex centuria expunctus, ausgemerzt; ut, *Excenturiatus miles*, ein abgedancter soldat, Plaut. Curc. 4, 4, 29.

¶ Subcenturio, *ōnis*, m. qui centurioni subsituitur, ein lieutenant, apud Liv. 8, 8.

¶ Succenturio, *are*, ap. Fest. *explendæ centuriæ gratia supplere*, an des andern stelle ordnen. Plaut. Fragm. Sat. *Succenturiis, centum requirc.* ¶ 2. Translate Gell. 15, 8 *Negant cœnam lautam esse, nisi quum libentissime edis, tum auferatur, & alia esca melior atque amplior succenturietur.*

¶ Succenturiatus, *a, um*. Ita dicuntur *milites*, qui centuriis deficientibus succurrunt. Ter. Phorm. 1, 4, 52 *Ego in infidiis hîc ero succenturiatus, si quid deficies.* Donatus ad eum locum: *SVCCENTVRIATI dicuntur, qui explendæ centuriæ gratia subjiciunt se ad supplementum ordinum. Et est translatio a re militari.* Paria apud Festum leges.

CENTVRĪPA, *æ*, f. oppidum cum agro Siciliæ. v. Cic. Verr. 24, 23; & Silius 14, 205. Plinius 31, 7 *Purpureum salem Centuripis* gigni, ait.

¶ Centuripīnus, *a, um*, adject. ut, *Centuripini legati*, Cic. Verr. 2, 49. Idem Verr. 5, 27 *Centuripinos maxime mediterraneos & aratores esse* dicit. *Centuripinum crocum*, Plin. 21, 6. conf. de populis 3, 8. Ceos insula, vide supra *Cea.*

CĒPE, n. & Cēpa, *æ*, f. olus hortense, acri sapore & succo. Gr. κρόμμυον, die zwiebel. Aliqui scribunt *Cepe, Cepa* per æ. Perf. Sat. 4, 30 *Tunicatum cepe.* Serenus c. 12 *Ceparum non sine succo.* Colum. 11, 2 *Thalli ceparum*, zwiebelstengel. Iudice tamen Prisciano 6 p. 681 *Frequentior usus HOC cepe protulit.* Adde Non. 3, 67. Nec tamen altera forma insitata: Plin. 19, 6 *Cepas ter fosso solo seri jubent.* Colum. 10, 123 *Lacrymosa cepæ*, so in die augen beisset. Mart. 12 epigr. 32 *Allioque cepisque.* Prov. *Respondere de cepis quærenti de allio*, est respondere aliud, quam sis interrogatus, seu inepte quærenti inepte respondere. v. Chil. *Allium ac cepe olere.* vid. in *Allium.* ¶ 2. Pro plebejo & vili cibo, qualis pauperum, Horatius posuit, & piscibus, quos delicati & divites petebant, præcipue oppositi 1 epist. 12, 21 *Verum*, inquit, *seu pisces, seu porrum & cepe trucidas.*

¶ Cepārius, *i*, m. ein zwiebel-bauer. Lucil. Sat. 5, 12 ap. Non 3, 67 *Lippus edenda acri assidue cepario, cepa.* ¶ 2. *Marci Caparii* vel *Caparii* meminit Cic. Catil. 3, 6; & fam. 9, 23.

¶ Cepio, vel Cepio, *ōnis*, m. etiam ceparum cultor; unde *Cæpionum* cognomen in gente Iunia & Servilia. *Cn. & Q. Cæpionum* meminit Cic. pro Fonteio c. 7. conf. Id. Brut. c. 25 &c.

¶ Cepētum, *i*, n. locus cepis consitus, ein zwiebel-land, Gell. 20, 8. Sed ibi in editionibus Venet. 1472 & Brixiæ 1485 rectius legitur: *Cepe enim revirescit* &c. Ex particula *enim* breviata in MStis aliqui fecerunt *tum*, & hinc alii conjunctis vocibus *cepetum. Cepe tum* legit Gron.

¶ Cepīna, *æ*, f. ὁ κρομμυών, idem. Colum. 11, 3 ad fin.

¶ Cepitius, *a, um*, ex genere ceparum, zwieblicht. Priscianus 6 p. 681, ubi de ambiguo genere *Hæc & Hoc Cepe* disputavit, addit: *Caper & Cepitius, & Cepitium veteres dixisse ostendit.* Arnob. 5 p. 155 *Cepitium caput*, & *capitius capillus.*

¶ Cepulla, *æ*, f. diminut. a *Cepe*, vel species illius, eine kleine zwiebel. Pallad. 3, 24 *Colitur eo more, quo allium vel cepulla.* conf. 10, 11; & Apic. 7, 6; & 9, 1. ¶ 2. Legitur etiam *Cibulla.* Sic Plin. Val. 2, 3 *Terere aliquid cum cibulla.* v. Barth. Adv. 6, 17. ¶ 3. *Cepula* est in Cæl. Aurel. Acut. 3, 4 n. 42.

CĒPÆA, *æ*, f. κάπαια, herba, wasserbungen, welschbrunkraut. Plin. 26, 8; & Dioscor. 3, 168.

CĒPHĀLE, *es*, f. κεφαλή, *caput*, das haupt. Hinc

¶ Cephalæa, *æ*, f. κεφάλαια, capitis morbus inveteratus Plinio 20, 13, hauptweh, kopfschmertzen. Adde Cels. 4, 2; & Cæl. Aurel. Tard. 2, 1 n. 28 *Nimia capitis passio, quam Cephalæam vocant.*

¶ Cephalalgia, *æ*, f. κεφαλαγία, dolor in anteriori parte capitis, a κεφαλή & ἄλγος, *dolor*, haupt-schmertz. v. Scrib. Largus Comp. 206.

¶ Cephalargia, *æ*, f. κεφαλαργία, idem apud eundem Comp. 99.

¶ Cephalargicus, *a, um*, hauptsüchtig. Veget. 1, 25.

¶ Cephalicus, *a, um*, κεφαλικός, capitalis, haupt-; ut, *Emplastrum cephalicum*, ein kopf-pflaster, Cels. 5, 19.

¶ Cephaleticus, *onis*, f. census de singulis capitibus, die kopfsteuer. Constant. Imp. Et hinc

¶ Cephalætōtes, *æ*, m. κεφαλαιωτής, capitationis exactor, ein kopfsteuer-einnehmer, Cod. Theod. 11, 14.

¶ Cephalo, *ōnis*, m. planta palmæ, Pallad. 5, 5.

¶ Cephalus, *i*, m. Κέφαλος, piscis, quem Latini *mugilem* dicunt: meerasche, & in varia genera partiuntur: ut, *capitones*, a capitis amplitudine, *labrones* a labris interioribus prominentibus dictos, Plin. 9, 17 & 42. ¶ 2. Est *Cephalus* & nomen proprium viri, ab Aurora amati, de quo Ovid. Met. 7 fab. 27 & 28; & Heroid. 4, 93; it. Art. am. 3, 687. ¶ 3. Item nomen principis Epirotarum apud Livium 43, 18. ¶ 4. *Cephalus* etiam fuit Athenensis orator, cujus fœpius meminit Demosthenes.

¶ Cephaleus, *a, um*, adject. ut, *Cephalea caro*, apud Lucilium in Gell. 10, 20. Vide *mugil*, & *capito*, sub derivatis a *Caput.*

CĒPHĀLĒNIA, *æ*, f. κεφαλληνία, insula maris Ionii inter Corcyram & Peloponnesum. Adi Geographos. Plinius *Melænam* etiam dictam aliquando tradidit 4, 12. Dicta est a *Cephalo* Amphytrionis socio.

¶ Cephalēnes, *um*, m. pl. populi ejus insulæ. Silius 15, 305 *Saxæ Cephallenum & scopulosis Neritos arvis.* Viri accuratiores I duplicatum habent ad antepenultimam producendam.

¶ Cephalōtes, *æ*, m. κεφαλωτής, herba, quæ Plinio *cunila capitata*, kleiner ysop. Serenus de splene curando v. 22 *Ac thymbræ speciem, quam commemorant cephaloten.*

¶ Acĕphălus, *i*, m. ἀκέφαλος, proprie monstrum sine capite, sicuti *Blemmyis* traduntur capita abesse. Plin. 5, 8, ohne kopf. ¶ 2. *Acephali* hæretici fuerunt, ideo sic appellati, quod, quis factionis eorum auctor extitisset, non constaret. Euthymius inter præcipuos eorum auctores, fuisse scripsit Severum quendam Antiochenum episcopum, cui Evagrius Timotheum Alexandrinum adnumerat. Vindices hi Acephali se profesti sunt explosæ doctrinæ Eutychis in Synodo Chalcedonensi, quod proprietatem duarum in CHRISTO naturarum pernegassent, unam tantum in ejusdem persona naturam asseverantes. Meminit Acephalorum & Suidas & Isidor. 8, 5. ¶ 3. Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 3, 11 eos etiam sacerdotes *Acephalos* dixit, qui sui juris, nulli sint episcoporum potestati subjecti. ¶ 4. Et *versus* denique *acephalos* esse Idem 2, 37 censuit cum Hermolao, qui a brevi syllaba inciperent.

¶ Anacephalæōsis, *is*, f. ἀνακεφαλαίωσις, brevis repetitio eorum, quæ sparsim & fusius dicta sunt, eine kurtze wiederholung und summa des gantzen handels. Quintil. 6, 1 vocat *partem perorationis*, cujus præcipuum munus in Anacephalæosi consistit. Ibidem ineunte capite dixit: *Rerum repetitio & congregatio, quæ Græce dicitur ἀνακεφαλαίωσις, a quibusdam Latinorum enumeratio, & memoriam judicis reficit, & totam simul caussam ponit ante oculos.* Vulgus imperitum *recapitulationem* vocat.

¶ Bucephalus, *i*, vide supra in B.

¶ Epicephalium, *i*, n. ἐπικεφάλιον, tributum in singula capita imperatum, die kopfsteuer. Cic. ad Att. 5, 16 *Imperata epicephalia solvere non posse.*

CĒPHĒNES, *um*, m. Κηφῆνες, apes imperfectæ & inutiles operi mellificationis, fœtus tamen adjuvantes, verbo fuci, cum formari incipiunt & a vero apium fetu, *nymphis* distingui. Plin. 11, 16. Aristot. Hist. Anim. 5, 22. ¶ 2. *Cephenes* populi Asiæ majoris, de quibus Ovid. Met. 5, 1 & 97.

CĒPHEVS, *ei*, m. dissyllabum, Κηφεύς, rex Æthiopum, pater Andromedæ, focerque Persei; vide Ovid. Met. 4, 44. ¶ 2. *Cepheus* sidus cœleste. v. Cic. Tusc. 5, 3; Colum. 11, 2; & Mart. Capell. 8 p. 278.

¶ Cēphēus, *a, um*, adj. Ovid. Met. 4, 669 *Cepheaque conspicit arva.*

¶ Cēphēïs, *idis*, Andromeda, Cephei filia. Ovid. A. A. 3, 191 *Alba decent fuscas: albis Cephei placebas.*

CEPHIS & Cephisiodorus, duo statuarii Plinio 34, 8.

CĒPHĪSVS, vel Cephissus, *i*, m. fluvius Bœotiæ ex Parnasso. Ovid. Met. 3, 19 *Iam vada Cephisi Panopesque evaserat arva.* Et Lucan. 3, 175 *Fatidica Cephisus aqua.* Pater ex Liriope Narcissi. vide Ovid. Met. 3, 343 & Bur. ad h. l. Hinc

¶ Cephīsius Narcissus, Ovid. Met. 3, 351.

¶ Cephīsias, *ădis*, & Cephīsis, *idis*, patronymica duo fœminina, Ovid. Met. 1, 369 de Deucalione & Pyrrha: *Nulla mora est, adeunt pariter Cephisidas undas.* Id. Met. 7, 439 *Vidit & immitem Cephisias ora Procrusten.*

¶ Cephissia, *æ*, f. fons Atticæ, Plinio 4, 7; locus & regio juxta fontem est Gellio 18, 10. Immo Straboni Athenis est Cephissus fluvius, ut & aliis multis locis Græciæ: nec non fons hujus nominis juxta gymnasium

ſiam Apolloniæ, quæ ad mare Adriaticum prope Dyrrachium eſt. Vide Strabon. lib. 9 p. 292.

CĒPHVS, *i*, m. fera Æthiopica, *cujus pedes poſteriores pedibus humanis, & priores manibus ſimiles*, uti Plin. 8, 19 deſcribit, ein affe. Strabo lib. 15 χῆπον vocat facie Satyro ſimilem. conf. Solin. c. 43. v. *Cebus*.

Cepina, vide *Cepe*.

CĒPIONIDES, *æ*, & Cepites ſive Cepocapites, *æ*, gemmarum appellationes ſunt Plinio 37, 10.

CĒPOS APHRODĪTES, κῆπος ἀφροδίτης, *hortus Veneris*; ita Apul. de Herb. c. 43 appellat Cotyledonem, nabelkraut.

CĒPŌTĀPHIVM, *i*, n. κηποτάφιον, vox duabus græcis κῆπος *hortus*, & τάφος *ſepulcrum* derivata, & apud mediæ Græcitatis auctores uſurpata pro ſepulcro in horto. Inſcript. ap. Fabrett. p. 115 HOC CEPOTAPHIVM MVRO CINCTVM CVM SVO IVRE OMNI EX AVCTORITATE ET IVDICIO PONTIFICVM POSSEDERVNT.

CEPPHVS, *i*, m. Κέπφος, avis fluviatilis & paluſtris, eine weiſſmeye, wieſmeye. v. Cæl. Rhodig. 10, 6. Avis ita levis, ut in quamcunque partem ventus flaverit, in eam feratur. Hinc levis homo eſt κέπφος Heſychio.

¶ Cepphĭcus, *a*, *um*, citatur ex Cic. ad Att. 13, 31 *De epiſtola ad Ceſarem* κεπφικὴ, i. e. *levia & incerta*, ſchlechtes, leichtes, nichts gewiſſes. Sed levia etiam & incerta ſunt, quæ hic tradunt critici. Nimirum admodum varia eſt lectio. Κεπφῶμαι verbum, i. e. *ſuſpenſo animo huc illuc impellor*, habet idem Cic. Att. 13, 40.

Cepula, vide *Cepulla* in *Cepe*.

CĒPŬRUS, *i*, m. κηπουρός, *hortulanus*, ein gärtner. Ita inſcribitur tertius Apicii liber tractans de oleribus.

¶ Cēpuricus, *a*, *um*, κηπουρικός, adject. græc. ut, *Loca cepurica & hortenſia*, Firmic. 2, 12. ¶ 2. *Cepurica*, ſubſt. olera, garten-gewächſe. Vnde *Sabinus Tyro liorum Cepuricon Mæcenati dicaſſe* dicitur Plin. 19, 10.

CĔRA, *æ*, f. κηρός a κηλον, *favus*, wachs. Cic. Tuſc. 1, 45 *Mortuos Perſæ cera circumlitos condunt*. Conf. Nepos 17, 8, 7. *Ceram auribus obdere*, natum a fabula de Vlyſſe, vide Chiliad. *Cera fit expreſſis favis*, &c. Plin. 21, 14. *Flavam pollice ceram mollire*, Ovid. Met. 8, 189. *Odorata cera*, ibid. v. 226. Id. Art. am. 3, 199 de puellis: *Scitis & inducta candorem quærere cera*. Id. Metam. 2, 514 *Spoliata tegmine ceræ rima patet* conf. 14, 532. ¶ 2. Iuvenalis *ceras* pro *imaginibus cereis*, quæ nobilitatis inſignia erant, poſuit, Sat. 8, 19 *Tota licet veteres exornent undique ceræ Atria, nobilitas ſola eſt atque unica virtus*. Nempe quia imagines iſtæ ex cera ſimulatæ erant, plaſtico, ut opinor, opere, *ceras* appellavit, wachs-bilder. Vnde Martial. 11 epigr. 103 *Quam ſi ſet in cera vultus & in tabula*. Conf. Plin. 35, 2. Alia ratione Statius Silva omnium prima v. 100 dixit: *Apelleæ cuperent te ſcribere ceræ*. Senſus eſt: ſi Apelles viveret, mirifice cuperet vultus tuos (loquitur Domitiano) exprimere, live depingere: pro eo enim *ſcribere* Græcorum more poſuit. Sed ibi *ceræ* pro coloribus ponuntur. Has enim diſcolores habebant pictores, quas inducebant poſtea tabulis, & inſternebant, ad exprimendum quid vellent. Eas ceras inurebant poſtea admoto igne, lævigabantque ac exæquabant: ex quo hujusmodi opera *encauſtica* appellabantur. Hoc *ceris pingere* Plinius dixit 35, 11; & τῷ *penicillo pingere* (nam penicilli in illo genere uſus non erat,) oppoſuit. Huc itaque reſpexit Statius eo loco, & genus picturæ encauſticon deſignavit. Quamvis enim encauſtica pinxiſſe Apellem, haud meminerim legiſſe, Pamphilum tamen præceptorem ejus non pinxiſſe tantum encauſtica, ſed docuiſſe etiam Pauliam, Plinius auctor eſt laudato loco. Itaque veriſimile eſt, Apellem quoque non ignoraſſe picturæ hoc genus, quamvis fortaſſe haud celebrarit. ¶ 3. Et quia antiquitus teſtamenta in ceratis tabulis ſcribebant, idcirco *cera* aliquando & pro teſtamento poſuit, ein teſtament. Suet. Cæſ. c. 83 *Noviſſimo teſtamento tres inſtituit hæredes ſororum nepotes, C. Octav. ex dodrante, & L. Pinarium & Q. Pedium ex quadrante reliquo: in ima cera C. Octav. etiam in familiam nonnunquæ adoptavit*: IN IMA CERA, id eſt, ultima teſtamenti parte: vel extrema tabula ſive pagina teſtamenti. Nam pro illarum quoque numero, *cera prima, ſecunda, tertia* dicebatur. Idem Ner. c. 17 *Cautum eſt, ut in teſtamentis primæ duæ ceræ, teſtatorum modo nomine inſcriptæ vacuæ ſignaturis oſtenderentur*. PRIMÆ DVÆ CERÆ, i. e. primæ tabulæ duæ, vel pagina. Pluribus iſtam rem Salmaſius explicat c. 11 de modo uſurarum, quem vide. *Ceræ* etiam tabulæ, in quibus fœdera & leges ſcripta ſunt, vocantur. v. Liv. 1, 24. Pro nota cenſoria Tullius uſurpavit. V. in Verrem c. 68. Porro *cera miniata*, roth wachs, in epiſtolis elegantiæ, ut videtur, cauſſa adhibebatur. vid. Ovid. Amor. 1, 12, 8 & 11. Duplices tabellas vide ibid. v. 27. *Cerulas* vero *miniatas* alio ſenſu ſtatim videbimus.

¶ Cerula, *æ*, f. diminut. ein ſtücklein wachs. Cic. Att. 15, 19 *His literis ſcriptis me ad συνταξιν dedi: quæ quidem vereor, ne miniata cerula tua pluribus locis notanda ſint*. Id. 16, 11 *Cerulas tuas miniatulas illas extimeſcebam*. Vtrobique autem ſignificat Cicero, ſe Attici cenſuram de libris ſuiſſe veritum. Critici enim in perlegendis libris ſuſpecta, dubia aut improbata ſignare notis quibusdam ſolebant, atque id facere affingendis fruſtulis e cera, eaque miniata. Græci παραλλάγματα vocabant; ut Salmaſius obſervat, quem vide Exercit. Plin. p. 775; itemque Angelum Polit. Miſcell. c. 52.

¶ Cēreus, *a*, *um*, quod ex cera eſt, wächſern. Cic. Nat. D. 3, 12 *Nihil eſt cereum, quod commutari non poſſit*. ¶ 2. Quod ceræ colorem refert, wachsgelb. Virg. ecl. 2, 53 *Addam cerea pruna, & honos erit huic quoque pomo*. Martial. 10 epigr. 94 *Mittimus auctumni cerea poma mei*. *Cereus*, i. e. ceræ inſtar flava: quo ſimul color & maturitas commendatur. Hæc enim colorem illum facit. Et *cerea pruna*, procul dubio ſunt, quæ nobis ſpilling appellantur. Ita Martial. 3 ep. 58 *Cereus turtur* & 12 ep. 5 *Cerea ficedula* dicuntur pro *flavis* ex pinguedine. ¶ 3. *Cerea* etiam dicuntur, quæ inſtar ceræ tractabilia molliaque ſunt. Ita *Cerea brachia*, apud Horat. 1 od. 13, 2. Servius ad 2 Virg. Ecl. itemque Torrentius interpretantur, ut ab agilitate commendet. Poteſt tamen & a colore candentis ceræ ſic appellaſſe; quomodo & *cervicem rejeam* paullo ante dixerat. Sed pro flexibili ductilique, ceræ inſtar, quæ fingentis digitos admittit cedensque ſequitur, ita ut ad mores & animum pertineat, Idem dixit de Arte v. 163, cum juvenum mores deſcribit: *Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper*

¶ Cērĕŏlus, *a*, *um*. diminut. idem. Theodolfus Aurelianenſis Carm. 1, 252 *Cereolas rotulas, qui dare vellet ovans*. Adde Columell. 10, 404; & Hieronym.

¶ Cēreus, *i*, m. ſubſt. eine wachs-kertze, ein wachs-licht. Cic. Off. 3, 20 *Omnibus vicis ſtatuæ* (lc. factæ ſunt) *ad ædes tus & cerei* (ſc. accenſi.) Sen. de Brev. Vitæ extr. *Funera ad faces & ad cereos ducere*, v. ibi Lipſ. Martial. 14 ep. 42 *Hic tibi nocturnos præſtabit cereus ignes*. conf. Feſtus in *Cereus*.

¶ Cerinus, *a*, *um*, wachsgelb. v. Plaut. Epid. 2, 2, 49. Ovid. A. A. 3, 184 *Et ſua velleribus nomina cera dedit*. Nonius 16, 6 explicat de *ceræ colore*. Plin. 15, 13 *Prima laudatiora cerina*.

¶ Cerinārius, vel Carinarius, *i*, m. qui cerino colore pannum inficit & veſtes tingit, ein färber im gelben. Plaut. Aul. 3, 5, 36. Cera eſt κηρὸς Doribus, a quibus Latini accipiunt. v. Turneb. Adv. 14, 5.

¶ Cērōſus, *a*, *um*, voll wachs; ut, *Mel ceroſum*, apud Plinium 32, 3, ungeläutert oder ungeſchäumet honig, id eſt, ceram adhuc habens admixtam, nondumque deſpumatam.

¶ Cerārius, *i*, m. qui ceram tractat, ein wachszieher, wachshändler. Gloſſ. gr. lat. κηροπώλης, *Cerarius*.

¶ Ceraria, *æ*, f. quæ cereos facit, die wachszieherin. Plaut. Mil. 3, 1, 102. Lectionis autem varietatem vide in notis Gronovii.

¶ Cerārium, *i*, n. ſubſt. viderur pretium, quod exigunt ſcribæ pro impenſis ceræ, ſiegel-geld. Cic. Verr. 3, 78 *Ex omni pecunia, quam avaritiæ ſolvere debuiſti, certis nominibus deductiones feri ſolebant: primum pro ſpectatione & collybo: deinde pro neſcio, quo cerario*. Et paucis interjectis: *cerarium vero quid vocas?* Scilicet inter *non rerum ceterarum, ſed furtorum improbiſſimorum vocabula* referendum eſſe *hoc cerarium* jam ante dixerat.

¶ Cero, *are*, cera obducere, linere, mit wachs überſtreichen, wichſen. Colum. 12, 50 *Tum conſiderant, numquid ceram novam dolia deſiderent. Nam fere ſexta quaque olivitate ceræ oportere antiqui dixerunt*. Cerabantur itaque five cera linebantur dolia, ne oleum mitterent per rimas; quemadmodum noſtra dolia hodie picari ſolent. Veteres Gloſſæ: Κηρῶ, *Cero*. Sed & cera circumfundebant olim defunctorum corpora, ut ſervarentur a corruptione. Vide Herodot. 1, 140, & Nepot. Ageſilao extr. item Marcell. Donat. dilucidat. ad Liv. c. 40, & Kirchmann. de Funeribus 1, 8 p. 41.

¶ Cērātus, *a*, *um*, cera obductus, mit wachs bezogen; ut, *Ceratæ tabulæ*, wachs-täfelein, in quibus ſcribebant, Plaut. Aſin. 4, 1, 23; Cic. Divinat. in Verr. c. 7. *Ceratæ pennæ*, de alis Dædali, Horat. 4 od. 2, 2. *Ceratæ puppes*. i. e. picatæ, Ovid. Rem. am. v. 447.

¶ Ceratum, *i*, n. ſubſt. emplaſtri genus ex cera, wachs-ſalbe, wachspflaſter. Celſus 4, 3; 4, 4; 5, 17 extr. Plin. 22, 24 ſub fin.

¶ Cerōtum, *i*, n. idem, κηρωτὸν, Græcis. Martial. 11 epigr. 99 *Labra pingui delibuta ceroto*. Adde Arnob. 6 p. 196; Pallad. 1, 41 & Apul. de Herb. c. 75 n. 7.

¶ Cerotārius, *i*, m. ein quackſalber. Theod. Med. de Diæt. c. 10. Octav. Horat. 1, 9.

¶ Ceratorium, *i*, n. idem quod *ceratum*. Cæl. Aurel. Tard. 2, 3 *Ceratoria apponere*. Marcell. emp. c. 35 *Ceratorium chalaſticum*.

¶ Ceratūra, *æ*, f. illa ipſa inductio ceræ, die wichſung. Colum. 12, 50 *Quemadmodum nova veſa ſi calefiant, liquidam facile ceram excipiunt, ſic vetera non crediderim propter olei ſuccum ceraturam pati*.

¶ Cerites, *æ*, m. gemma colore ceræ, Plin. 37, 10. Martial. 4 epigr. 61 *Sardonycha verum, lychnidemque cerites*; uti reſtituit Rutgerſ. Var. Lect. 6, 11 p. 578.

¶ Cērōma, *ătis*, n. κήρωμα, e ceta & oleo unguentum athletarum; ut, *Injecto ceromate brachia tendis*, Martial. 7 epigr. 31. Nam pugnaturi in palæſtra, præcipue lucta, detractis veſtibus ſe inungebant oleo, dein perſpergebantur pulvere: poſtea vero etiam cera addita fuit, unde nomen, *Ceroma*. Vide Mercurial. 1 de arte Gymnaſt. 8, & P. Fabrum Agoniſtici 3, 5. Iuvenal. 6, 245, eſt etiam *fœmineum ceroma*, Plin. 28, 4 *Medicamenta ſunt e ceromate permiſto cœno*. Hieron. epiſt. 101 extr. ad Pammachium de opt. gen. interpr. *Tritum vulgi ſermone proverbium: Oleum perdit & impenſas, qui bovem mittit ad ceroma*. ¶ 2. Ipſa palæſtra hoc nomine appellatur, Plin. 35, 2 *Iidem palæſtras athletarum imaginibus & ceromata ſua exornant*. Sen. de Brev. vitæ c. 12 *Illum tu otioſum vocas, qui in ceromate ſpectator puerorum rixantium ſedet*.

¶ Cērōmāticus, *a*, *um*. Iuvenal. 3, 68 *Et ceromatico fert niceteria collo*: id eſt, ceromate perunctо.

¶ Cerifice, vide *Æriſice* in *Æs*.

¶ Cerifĭco, *are*, ceram confingere, wachs machen. Plin. 9, 38 *Cum cerificavere, fluxos habent ſuccos*. Quædam exemplaria habent *fœtificavere*. De apibus confer Plin. 11, 8.

¶ Cerofĕrārius, & Ceriphōrus, *i*, m der die wachs-fackel trägt. Gloſſ. ἀκόλουθος, κηροφόρος, κηρεζήτης. Vid. Iſidor. 7, 12.

¶ Cērōſtrōtum, *i*, n. κηροστρωτον, legebatur genus picturæ apud Plin. 11, 37 poſt princ. commemoratum, quod interpretabantur teſſellatum opus ex ſegmentis cornuum, eingelegte arbeit von horn. Ita potius κεραστρωτα Græce vocanda erant. Etiam laudatur Vitruv. 4, 6 *Ipſaque forium ornamenta non ſunt cerroſtrota, neque bifora, ſed valvata*. Vbi Philander pro *ceroſtrota*, *ceroſtrata* legit, & ex Plinio interpretatur: qui tamen Balbo haud ſatisfacit, cui *cloſtrata* legendum videtur. Verum Turnebus adverſ. 13, 24, & Salmaſ. Exercit. Plin. p. 231, in veteribus libris Plinii non *Cerroſtrota*, ſed *Coſtrota* invenerunt: quod probant & explicant. Sequente illos etiam Harduino no. maj. 71. Vide infra in *Coſtron*. Salmaſius tamen apud Vitruvium & retineri *ceroſtrota*, & ad aliud genus encauſtices, quod ceris fuſis inſtratisque inurebatur, refetri poſſe exiſtimabat. Cui ſententiæ accedit Voſſius Etymol. p. 127. Nam & hujusmodi fuiſſe januarum ornamenta, indicat Auſonii illud epigr. 25 in divitem quendam: *Ceris inurens januarum limina, Et atriorum pegmata*.

¶ Incēro, *are*, idem quod *cerare*, mit wachs beſtreichen, wichſen. Juvenal. 10, 55 *Genua incerare Deorum*: Vbi Vet. Schol. *Incerare*: *In ſignis inſignare, vota facere*. Quia vota tabellis concepta, Deorum ſtatuis & præcipue genubus affignabantur cera. V. Rutgerſ.

Var. Lect. 5, 5. Sic etiam Prudent. ἀπoθ. v. 457 *Genua incerare Dianæ.* Sed Grangæus ad l. c. Iuvenalis cum Ramirefio mavult *incerare* esse toties prehendere, ut sudore incrassentur, & videatur illis cera quasi superposita. Ita etiam intelligere licet illud Prudentii in Symmach. 1, 203 *Saxa illita ceris Viderat, unguentoque lares humescere nigros*, i. e. signa Deorum saxea, quibus e sudore prensantium cera quasi illita.

¶ Incerātus, *a, um*, ausgewichſt. Celſus 8, 8 *Ex ferula facto canaliculo, eodemque intus incerato.*

Inceramentum, *i*, n. vide *Interamentum* in *intra.*

Primicerius, primiceriatus, vide *Prior.*

Procerus, *a, um*, vide ſeor. im in P.

Secundicerius, vide infra in *Secundus.*

Sincerus, *a, um*, vide ſeorſum in S.

CĔRĂCHĀTES, *æ*, m. & C. amites, *æ*, m. gemmæ ſunt, Plin. 37, 10.

CERAĪTIS, *idis*, f. κερᾶτις, fœnum græcum, ſiebengezeit. Dioſcor. in Append. 2, 124.

CĔRĂMĪCVS, *i*, m. κεραμικός, proprie eſt officina figuli, die töpfer-hütte. Plin. 35, 12 *Fecit & Chalcoſthenes ænea opera Athenis* (plaſtica,) *qui locus ab officina ejus CERAMICVS appellatur.* Erat autem hoc nomine locus duplex Athenis, alter intra Vrbem, ubi meretrices habitabant, cujus ſemel ac iterum Lucianus meretriciis dialogis meminit: alter extra urbem, ubi ſepeliebantur bello cæſi & laudabantur, de quo idem in Piſcatore, & in Scytha. Vide Suidam & Meurſii librum ſingularem. Diogenes ilipem in *Ceramico* a ſtatuis petiit, & interrogatus, cur id faceret, reſpondit, ut repulſam ferre diſceret: vid. Plutarch. de vitioſo pudore. Cic. de fin. 1, 11 *Statua eſt in Ceramico Chryſippi ſedentis, porrecta manu.* vid. Manut. ad h. l. p. 51, & Cic. ad Att. 1, 10.

Cerarius, *a, um*, vide in *Cera.*

CĔRAS, *ătis*, n. herba paſtinaca, Apul. de Herb. c. 8 ob ſimilitudinem *cornu*, gr. κέρας. ¶ 2. *Ceras chryſeon* promontorium Byzantio oppido nobile, apud Solinum c. 10. Plinius 9, 15 *aureum cornu* vocat. v. Salmaſ. ad Solin. p. 116.

¶ Ceraſtes, *æ* & *is*, m. Κεραστής, ſerpens cornutus, octo enim in capite cornua habet, eine hornichte ſchlange. Eber. Sed Geſnero eminentias in capite duas habet, cornuum ſimilitudine. vid. Plin. 8, 23; it. 17, 24; & 32, 3; Propert. 3, 21, 27; Lucanus 6, 679; & 9, 716; Solin. c. 40; & Celſ. 5, 27 n. 7. Latina forma *Ceraſta* dixit Alcimus Avitus 1, 91 *Mordax abſorbuit ore ceraſta.* ¶ 2. *Ceraſtæ* etiam de aliis, quam ſerpentibus dicuntur, ut, de *cervis* cornutis, & de *Satyris.* v. Salmaſ Exerc. Plin. f. 158 & 294.

¶ Ceraſtĭbŏla, *orum*, n. pl. apud Varronem de L. L. 6, 3 ex Accio: *Ceraſtibola ut de lumbo obſcenabis. Ceraſtibola Opilius ſcribit circum coxendices ſunt nobis. Id græcum eſt ab hujus loci verſura.* Sed locus corruptus videtur Scaligero p. 124.

¶ Mŏnŏceros, *ōtis*, m. μονοκέρως, unicornis, animal ſolitarium in montibus excelſis vaſtisque ſolitudinibus errans, atrocitſimum, armatum cornu inexpugnabili in media fronte, reperri olim creditum in India, Indiæque vicinis deſertis, ein einhorn, Plin. 8, 21. In Ili Cartazonon vocant. v. Ælian. de Animal. 16, 20. Cornu ejus adverſus venena remedium præſtat. Vnicornes gemini aſſervari & oſtentari dicuntur in urbe Arabiæ Mecha Mahometis delubro inſigni, Geſner. conf. Caſp. Schotti Phyſ. Cur. 8, 48, infra *Vnicornis* in *Cornu.*

CĔRĂSVS, *i*, f. arbor, ein kirſchbaum; & Ceraſum, *i*, n. fructus, eine kirſche, a Ceraſunte Pontica civitate, a qua in Italiam ceraſum detulit L. Lucullus. vid. Plin. 15, 25, it. 16, 18; & 17, 14; Amm. Marcell. 22, 13 extr. Hieron. ad Euſtoch. epiſt. 19 *Accepimus & caniſtrum ceraſis refertum: talibus & tam virginali verecundia rubentibus, ut ea nunc a Lucullo delata exiſtimarem. Siquidem hoc genus pomi, Ponto & Armenia ſubjugatis, de Ceraſunte primus Romam perſulit. Vnde & de patria nomen arbor accepit.* Sunt tamen qui converſa ratione *Ceraſuntem* a ceraſis dictam velint; qua de re Brouckhuſ. ad Propert. 4, 2, 15. Græce κέρασος, arbor, κεράσιον, *ceraſum*, vel *ceraſium*, fructus: quanquam & *Ceraſus* fructum notet apud Plin. 15, 28. Inter ea, quæ alvum movent, ponit Celſus 2, 29. *Ceraſorum* differentiæ multæ ſunt; *Ceraſa Duracina*, colore rubeo ſunt ad albedinem declinante carne copioſa dulci, weiſſe kirſchen, ammern: *Celiciana*, volunt eſſe ſaure kirſchen: *Actia & Actiana nigerrima*, ſchwarze kirſchen: *Aproniana*, weichſeln: *Ceraſa ſilveſtria*, wald-kirſchen, Plin. 15, 25. De arbore idem ibid. & Propert. 4, 2, 15.

¶ Ceraſĭnus, *a, um*, ſimilis ceraſis, colore puta, aut ſapore; aut ceraſis infectus. Petron. c. 28 *Ceraſino ſuccinctus cingulo*, id eſt rufo inſtar ceraſorum, kirſchfarb; & c. 67 *Ceraſina tunica.*

CĔRĂTAVLES, *æ*, m. κερατανλης, i. e. *cornicen*, ein waldhornbläſer. Ita Salmaſ. in Not. p. 490 in Vopiſci Carino c. 19 legit, ubi vulgo *Camptaulas.*

CĔRĂTĬAS, *æ*, m. κερατίας, κερατωδὴς, *ſtella ceratia*, cometa cornutus eſt Plinio 2, 25, ein hornichter comet; cujusmodi apparuiſſe ferunt, cum in Græciam Xerxes trajiceret. ¶ 2. *Ceratia*, *æ*, f. etiam herba, uno folio, radice nodoſa, Cœliacis & dyſentericis medetur. v. Plin. 26, 8.

CĔRĂTĬNÆ, *arum*, f. pl. κεράτινοι, ambiguitates dicuntur & argumentationes inſidioſæ, liſtige, ſchlüpfrige und ſpitzige fragen, und ſophiſtereyen. *Ceratinas & Crocodilinas* pro eodem Quintil. conjungit 1, 10. Vulgo vocantur *argumenta cornuta*, a materia ipſa deſumta hoc modo: Quod non perdidiſti, illud habes; Cornua non perdidiſti; Ergo habes. Vid. Politian. Miſcell. c. 54.

CERATĪTIS, *is*, f. Ceratitim herbam ſilveſtrem facit Plinius 20, 19 corneolam. Κερατῖτις μήκων enim papaver corniculatum eſt, gelber mohn. *Ceratitim* Glaucium etiam dici Plinius addit. ¶ 2. *Ceratitem* lapidem medici vocant unicornu vel ebur foſſile.

CERATIVM, *i*, n. κεράτιον, *ſiliqua Græca* Columellæ eſt de Arboribus c. 25. *Siliquæ* ſunt, St. Johannis-brot. ¶ 2. Eſt & ponderis nomen. Excerpta Vetera de menſuris apud Rigaltium: *Pondorum pars minima calculus eſt, qui conſtat ex granis ciceris duobus, & apud quosdam ſiliqua penſante, quæ tribus granis hordei declaratur in pondere: Duo Calculi* Ceratium *faciunt. Quatuor calculi ſive duo ceruta* obulum *reddunt.* Eiſenſchmidius curioſe in rationem hujus ponderis inquiſivit p. 22 & 156. Aſſignat autem *ceratia* ſ. ſiliquas 18 uni drachmæ Atticæ. ¶ 3. Cum ad nummariam rationem refertur, non quidem nummus aliquis peculiaris aureus vel argenteus eo nomine ſignificatur, ſed 24 pars ſolidi, ſ. ſumma 12 ſollium. v. Gronov. de Pec. vet. 4, 18 p. 389 ſq. & mantiſſ. c. 2 p. 423 &c.

CERATOĪDES, *æ*, m. κερατοειδὴς, cornea tunica vel membrana oculi, Celſ. 7, 7.

Ceratum, ceratura &c. vide *Cera.*

CĔRĂTVS, *i*, m. fluvius Cretæ, Cnoſſum urbem præterfluens.

¶ Ceratæus, *a, um*, adject. Virg. in Ciri v. 113

Carpathium fugiens & flumina Ceratæa.

CĔRAVLA, *æ*, f. κεραυλης, cornicen, ein hornbläſer. Apul. 8 p. 213 ed. Elmenh. *juvenis ſatis corpulentus, ceraula doctiſſimus.* Pricæus quidem p. 171 *choraulus* legit: verum Salmaſ. Exerc. Plin. f. 87, etiam alibi (de Deo Socrat.) Apulejo *ceraula* pro choraula vult, reſtituatur. Idem Apul. 1 Florid. p. 342 *Monumentarii ceraulæ.*

CĔRAVNIA, *æ*, f. (& Ceraunium, *i*, n.) gemma candida, ſiderum fulgorem repræſentans. Plin. 37, 9. *Fulvos* tamen *Ceraunos* Prudentius dixit Pſychom. v. 470 *Si fratris, inquit, galeam fulvis radiare ceraunis Germanus vidit commilito.* vid. mox *Ceraunus* n. 2. Sed hic Prudentius *ceraunum* pro carbunculo & pyropo poſuit, contra quam veteres ſolerent. Solinus c. 23 *Luſitanorum litus floret gemma ceraunio plurimum, quam etiam Indicis præferunt. Hujus ceraunii color eſt e pyropo.* Id eſt, æque ardet ac pyropus. Hinc *ignea ceraunia* Claudianus dixit Laud. Serenæ v. 78 *Pyreneisque ſub antris Ignea fulminea legere ceraunia nymphæ.* Quando *fulminea Nymphæ* dixit, non obſcure ad nominis rationem alludit, de qua ſupra ex Plinio monebamus. ¶ 2. Eidem Plinio 19, 3 & tuberis genus *ceraunium* eſt. ¶ 3. *Ceraunia* ficus Ionica. Plin. 13, 8.

¶ Ceraunia, *orum*, n. pl. & *Acroceraunia*, (de quibus ſupra) montes ſunt Epiri, ita appellati, quod fulminibus infeſtentur. Nam κεραυνὸς fulmen eſt. Virg. Æn. 3, 506 *Provehimur pelago vicina Ceraunia juxta.* Sunt Epiri partes extremæ ad ipſum os Ionii ſinus, ut Dio lib 24 deſcribit. Ovid. Amor. 2, 11, 19 *Violenta Ceraunia* vocat.

¶ Ceraunius, *a, um*, adject. Sic eadem Ceraunia Florus 2, 9, 4 *Ceraunios montes* dixit. Sic *Vites Ceraunias*, Colum. 3, 2. *Saxo Ceraunio* pro *Ceraunio* contracte legitur apud Propert. 2, 13, 3. Vt Grat. 530 *Ceraunii Pellæi*, h. e. Macedonici equi. *Ceraunius lapis* vulgo dicitur der donnerſtein.

¶ Ceraunus, *i*, m. κεραυνὸς proprie *fulmen eſt.* ¶ 2. *Ceraunus*, eadem gemma quæ *Ceraunia*: ubi ex Prudent. Pſychom. v. 470 *Fulvis radiare ceraunis.* conf. Mart. Capell. lib. 1 p. 19 extr. ¶ 3. *Ceraunus* quoque aliquot regum cognomen: ut Ptolemæi, qui filius erat Ptolemæi, primi Ægyptiorum ex Macedonica gente regis, invaſor regni Macedonici. vid. Juſtin. 16, 5, 11. Fuit & Syriæ *Seleucus Ceraunus*, Callinici filius. Dicti ita, quod in bello quaſi fulminarent, quemadmodum Virgilius Scipiones dixit *duo fulmina belli*, Æn. 6, 842. v. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 7 p. 429.

¶ Ceraunŏbŏlos, tabula Apellis, in qua tonitrua pinxerat. Plin. 35, 10 ait, *pinxiſſe, quæ pingi non poſſunt; tonitrua, fulgetraque: bronten, aſtrapen, ceraunobolon appellant.*

CERBĔRVS, *i*, m. canis infernalis triceps, der höllen-hund. Cic. Tuſc. 1, 5 *Num te terret triceps apud inferos Cerberus?* conf. Id. de N. D. 3, 17. Tibull. 1, 10, 35 *Non ſeges eſt infra, non vinea culta, ſed audax Cerberus, & Stygiæ navita turpis aquæ.* Virg. Æn. 6, 417 *Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Perſonat, adverſo recubans immanis in antro. Cerberus* dictus, quaſi κεκωβόρος, hoc eſt, *carnivorus*, quia terra mortua corpora conſumit. vid. Servius ad lib. 4 & 8 Æn. Obmutescere putabant eos, qui Cerberum vidiſſent. v. Auctor Philopatridis dialogi inter Lucianeos p. 704 ed. Græv. Vid. etiam Barth. ad Stat. Theb. 4 p. 1117 ſq. ubi multa de terrifica hac & tricipiti inferorum bellua. De *Cerbero* in nummis Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 5 p. 263. Deſcriptiones poëticas collegit Brouckh. ad Tibull. 1, 3, 71. ¶ 2. A terribili, ac dira ejus allatratione oratores improbi, audaces atque impudentes *Cerberi* dicti. vid Barth. ad l. 4 Theb. Statii p. 1120. Vid. quæ ſupra de *canina facundia* diximus in *Canis.*

¶ Cerbereus, *a, um*, adject. ut, *Cerbereæque canum facies*, Lucret. 4, 734. *Cerbereæ limina portæ*, Stat. Theb. 8, 56. *Oris Cerberei ſpumæ*, Ovid. Met. 4, 501. *Cerberei victus*, Id. 14, 65.

CERCĔRIS, κερκερίς, animal amphibium, Varr. de L. L. 4, 13.

CERCIVS, vel Circius, *i*, m. ventus Narbonenſi provinciæ proprius, a turbine vel vertigine ſic dictus, Gell. 2, 22 *ἀπὸ τοῦ.* vid. *Circius.*

CERCŌBŬLVS, *i*, m. & Cerconicus, nomina ſervulorum, Plaut. Trin. 4, 3, 13.

CERCŌLIPS, *ĭpis*, κερκόλιψ, ſimia ſine cauda, vel, ut Feſtus ait, *quæ ultimam partem caudæ villoſam habet.* ubi v. Dacer. Aliis eſt *Cercalopex*, κερκαλώπηξ. v. Reineſ. Var. Lect. p. 630.

CERCŌPĬTHĔCVS, *i*, m. κερκοπίθηκος, ſimia caudata, eine meerkatze, diſſimilis cæteris eſt ſimiis voce, pilo aſinino, nigro capite, prolixa cauda. Plin. 8, 20; Martial. 14 ep. 202. Conf. Caſp. Schotti Phyſ. curioſ. 8, 22. Iuvenal. de ſuperſtitionibus Ægyptiorum 15, 4

Effigies ſacri nitet aurea Cercopitheci.

CERCŌPS, *ōpis*, gr. κέρκωψ, animal cauda ſpectabile; ſive vulpes, ſive ſimia, ein fuchs oder meer-katze. ¶ 2. Hinc *Cercopes* per metaphoram dicitur πανοῦργος five doloſus inſtar vulpis; & fraudulentus, liſtig, betrüglich. Feſtus: *Cercopa Græci appellant lucrari undique cupientem, quaſi κέρδωνα, quem nos quoque lucrionem vocamus.* vid. ibi Dacer. & notas ad Alciphr. in Miſc. Obſerv. Vol. 5 p. 55. ¶ 3. *Cercopes* populus fallax Pithecuſæ inſulæ, ipſum lovem conatus fallere, ideoque in ſimias converſus. v. Ovid. Met. 14, 91 ſeq. Hinc adagium, *Cercopum cœtus*, de improborum conventu. conf. & Suidas. ¶ 4. *Cercopes* fratres Herculi inſidiati &c. V. Eraſ. adag.

CERCŪRVS, *i*, m. κέρκουρος, navis prægrandis Aſiana vel Cypria, ein groß ſchiff. Plin. 7, 56 *Onerarium Hippus Tyrius invenit, lembum*

Iembum Cyrenenſes, cymbam Phœnices, celocem Rhodii, cercurum Cyprii. Adde Nonium 13, 4. Plaut. Stich. 2, 2, 42 ſeq. *Dum percontor portitores, equa navis venerit Ex Aſia: negant veniſſe: conſpicatus ſum interim Cercurum, quo ego me majorem non vidiſſe cenſeo.* Meminit & Liv. 33, 19 extr. Suidas: κέρκυρος νηὸς ἄδος. De derivatione vide Harduinum ad d. l. Plinii, qui Turnebum Adverſ. 29, 18 ex Corcyra nomen deducentem, confutat. ¶ 2. *Cercurus* vel *Cercyros* piſcis Ovid. hal. 102.

CERCYON, *ŏnis*, m. latro apud Eleuſinem, validiſſimas arbores incurvans, ut viatores alligatos diſcerperet, de quo Ovid. Met. 7, 439.

¶ Cercyŏnēus, *a, um*, adject. Ovid. in Ibin v. 412 *periiſſe* ait
Corpora Theſeâ Cercyonea manu.

CERDO, *ōnis*, m. quilibet dicitur fordidus artifex, lucrum ex arte aliqua illiberali faciens, der ein unſtätiges handwerck treibet. Juvenal. 4, 153 de Domitiano: *Sed peritt, poſtquam cerdonibus eſſe timendus Cœperat*, hoc eſt, poſtquam ſævire cœpit in plebem. Schol. ad h. l. *ignobilibus. Cerdo eſt proprie turpis lucri cupidus:* ut adeo a Græco κέρδος ductum videri poſſit. Ita 8, 181 *Ad vos Trojugenæ vobis ignoſcitis, & quæ Turpia cerdoni, Voleſos Brutumve decebunt.* Vbi iterum *cerdonem* ſcholiaſta *lucri cupidum* interpretatur. ¶ 2. Speciatim ad ſutores tractum hoc nomen, & qui coriis parandis operam darent, lederbereiter, gerber, fürſchner, ſchuſter. Apparet hoc etiam ex Martial. 3 epigr. 16 *Vt velles corio ludere, cerdo, tuo:* Vbi intelligere videtur talem, qualem Sueton. Vitell. c. 2 *Sutorem veteramentarium* appellat. Add. Martial. 3 ep. 58 & 98. Priore loco *Sutor cerdo* per appoſitionem dicitur.

Cerealis, vide *Ceres*, Cereber, &c. *Cerebrum.*

CĔRĔBRVM, *i*, n. das gehirn, fons animalium actionum, ex quo nervi & ſpiritus animales naſcuntur. Antiquis & *Cereber* dicebatur. Itaque *Cereber* & *Cerebrum*, ſicut *arater* & *aratrum*. Vet. Gloſſ. *Cereber*, ἐγκέφαλος. Caper tamen rejicit, ut abſurde fictum. Ita enim de Orthographia: *Hoc*, inquit, *Cerebrum eſt. Nam* CEREBER *qui dicunt, ſine cerebro ſunt.* vid. Cic. Tuſc. 1, 9 de iis, qui *in cerebro dixerunt animi eſſe ſedem.* Plaut. Mil. 2, 2, 51 *Cerebro laborare*, nicht wohl bey ſinnen ſeyn. *Caput Cerebro vacuum*, proverbiale eſt in ſtupidos & ingenio carentes; ut Phædr. 1, 7, 2 *Cerebrum non habere*, i. e. ex v. 4 *Senſu communi carere*, keinen verſtand haben. ¶ 2. *Cerebrum* pro bili & ſtomacho, ſive iracundia Horatius dixit 1 Sat. 9, 11 *O te, Bolane, cerebri Felicem, ajebam tacitus.* Prædicat enim felicem Bolanum, qui, cum ſtomachoſior ſit, ſimpliciorque, nihil diſſimuſlet, & libere adeo caſtiget ineptias hominum, brevi & facile ſe ab inepte garrulis liberet, neque neceſſe habeat, cum magna moleſtia ferre diutius, ſi forte in tales incidiſſet. v. *Cerebroſus*, vid. Voſſ. Inſt. Orat. 4 p. 125. ¶ 3. Iocularter Plaut. Aul. 2, 1, 28 ME. *Hea occidi:* EN. *Quid ita?* ME. *quia mihi miſero cerebrum excutiunt tua dicta, Soror! lapides loqueris.* ¶ 4. Plinius 13, 4 de palmis: *Dulcis medulla earum in cacumine, quod cerebrum appellant.* Itaque non tota medulla, ſed ea tantum, quæ eſt in cacumine, ita dicta eſt.

¶ Cerebellum, *i*, n. diminut. ut, *Cerebellum gallinaceum*, Plin. 29, 5; & 30, 13. conf. Suet. Vitell. c. 13. Celſ. 2, 18. ¶ 2. Anatomici ita vocant poſtremam cerebri partem, a reliqua ejus mole diviſam. ¶ 3. Pro *cerebellari*, de quo ſtatim poſuit Vegetius Mulomed. 2, 11, 3; 2, 7, 11.

¶ Cerebellare, *is*, n. tegumentum cerebri, eine mütze. Veget. 3, 33 *Caput cerebellari communire.*

¶ Cĕrĕbrōſus, *a, um*, qui ex cerebro laborat, ſive affectus cerebro eſt, der im gehirn nicht wohl verwahret; quemadmodum *cerebroſum ſenem* Plautus videtur dixiſſe Moſt. 4, 2, 36. Et ita *inſanum & cerebroſum* Lucilius conjungit apud Nonium 1, 82, qui CEREBROSVM, *ad inſaniam facilem* interpretatur. Sic & *Boves cerebroſos reddere*, Colum. 2, 11. Sed Horatius pro ὀξυχόλῳ ſeu bilioſo & quem *ſtomachoſum* appellat alibi, 1 Sat. 5, 21 *Dunc cerebroſus proſilit unus, Ac mulæ nautæque caput lumbosque ſaligno Fuſte dolat.* Virgilio *præceps animi* dicitur, Æn. 9, 686, eigenſinnig.

¶ Excerebro, *are*, das gehirn heraus nehmen. v. Vulg. Interp. Eſai 65, 3. Gloſſ. gr. lat. ἐξεγκεφαλίζω, *excerebro.*

¶ Excerebratus, *a, um*, toll, ganz von ſinnen. Tertull. adv. Marc. 4, 11 *Excerebratus novo vino.*

CĒRĔFŎLIVM, *i*, n. kerbel. Græci *Pæderota* vocant. Vide Apul. de Herb. c. 104; Pallad. Febr. t. 24: & Sept. t. 13. v. *Chærephyllon.*

Ceremonia, vide ſupra *Cæremonia.*

CĔRES, *ĕris*, Dea frugum a gerendis frugibus dicitur: Cicerone Nat. D. 2, 26 auctore quali *Geres*, ſicut Græce Δημήτηρ ſive Δημήτης, *Terra mater.* Etiam Varroni L. L. 4, 10 dicta *Ceres quod fruges gerat.* Nam fertur fruges inſtituiſſe. v. Lucret. 5, 14; & Virg. Ge. 1, 147 ſqq. Reinef. Inſcript. Cl. 1, n. 35 p. 62 nomen derivat ab Ebr. גרש quod eſt *tritum ſ. comminutum* ſc. *frumentum.* Servius a *creando* dictam putat, & inde *almam* appellatam Virgilio Georg. 1, 7. Tibull. 2, 5, 83

At laurus bona ſigna dedit: gaudete coloni,
Diſtendet ſpicis horrea plena Ceres.

Mammoſam vocat Lucret. 4, 1161; *pulverulentam*, Idem 5, 741. *Mater maxima, Divina*, paſſim vocatur in lapidibus literatis. De *Cerere legifera* ſ. θεσμοφόρῳ eſt peculiaris Diſputatio Kellershauſii. Cereri bona damnatorum conſecrabatur Romæ. v. Liv. 2, 41; it. 3, 55. Etiam tabularium ſenatusconſultorum fuiſſe in æde Cereris apparet ex eodem Liv. 3, 55 extr. ¶ 2. Vtuntur figurate poëtæ frequentiſſime *Cereris* vocabulo pro fegete, frumento & pane, getreyde, brot. Ovid. 3 Amor. 6, 31 *Carmine læſa Ceres ſterilem evaneſcit in herbam*, h. e. ſeges excantata. Virg. Æn. 1, 181 *Tum Cererem corruptam undis, cerealiaque arma Expediunt.* Ter. Eun. 4, 5, 6 *Sine Cerere & Libero friget Venus.* Lucan. 4, 380 *Gargite puro Vita redit, ſatis eſt populis fluviusque Cereaque:* bey waſſer und brot ſtirbt man nicht hungers. *Cereri nuptias facere*, vel *ſacrificare*, Plauti eſt Aul. 2, 6, 5 pro convivari ſine vino, ideo quod in Cereris ſacra nefas eſſet inferre vinum. Græci eodem modo ἄκρατα θύειν dicunt, h. e. *Lari ſacrificare.* De Sacris Cereris vid. infra *Eleuſis.*

¶ Cĕrĕālis, *e*, adject. ut, *Arma cerealia*, das tiſchgeräthe, Virg. Æn. 1, 181 *Cerealis cœna*, h. e. pontificalis & opipara, ein herrlich mahl. Plaut. Men. 1, 1, 25. *Cereales ludi*, Liv. 30, 39 ſin. qui in honorem Cereris celebrabantur. In his ludis repræſentrabatur a matronis Pactus Cereris, ob raptam Proſerpinam. Itaque etiam ſecubabant a viris. v. Ovid. Amor. 3 el. 10; ubi ſtatim v. 1 *Cerealis tempora ſacri* vocat. Iulius Cæſar *Prætores & ædiles, qui frumento præeſſent, & a Cerere cereales conſtituit* l. 2 § 32 ff. de Orig. Iur. Apud Plin. 15, 19 pr. *Cereales auræ* ſunt maturitatem frugum adjuvantes. Sil. 7, 183 *Cerealia dona* i. e. frumenta.

¶ Cĕrĕālia, *um*, n. pl. tantum, ſacra dicebantur & dies feſti Cereris, Cic. Att. 2, 12. Erant autem Cereris ſacra, Eleuſinia nimirum illa, alia magna, alia parva: de quibus Auguſtin. de C. D. 7, 20, & ibi Vives, & Coquejus.

¶ Cererōſus, *a, um*, wahnſinnig. Gloſſ. gr. lat. δημητρόλιπλος, *Cererofus.*

¶ Cerĭtus, *a, um*, ſive *Cerritus* potius, a *Ceres* eſt: quippe quod ex *Cereritus* contractum eſt: Græci δημητριακὸν vocant. Quibus Δημήτης ſive Ceres eadem cum Erinnye eſt, ut ex Callimacho in Conjectaneis Scaliger obſervat. In Cereris ſacris furore corripiebantur. Ergo *Ceritus*, furioſus eſt, toll, unſinnig, verrückt; ſive *larvarum plenus:* ita enim *Cerritam* Plautus interpretatur, quam paullo ante vocaverat Amph. 2, 2, 145. Id. Menæch. 5, 4, 2 *Larvatus eſt ille, aut Cerritus.* Horat. 2 Sat. 3, 277 *Hellade percuſſa Marius cum præcipitat ſe, Cerritus fuit, an commotæ crimine mentis*, &c. Seren. c. 8, 7 *Cerritum ſæpe horrendi medicaminis odores.* Vbi vid. intt Vet Gloſſ. *Ceritus*, παρεμμανὴς, παρειμφορακλος. conf. Nonius 1, 213; & Suet. Aug. c 87. Compar. Cic. Act. 8, 5 *Nunquam cerritior fuit quam in hoc negotio.* Ita Boſius & Lambinus. al. *certior.* Adde Reinef. ad Petron. Fragm. p. 67.

¶ Cerĭtulus, *a, um*, dimin. male ſanus, der nicht recht zu hauſe iſt, dämiſch. Mart. Capella 8 p. 272 *Aſſimulare quenquam vel cerritulum garrientem.*

CĒRĒTE, *es*, f. oppidum Italiæ, alias *Cære*; v. ſupra. Hinc

¶ Ceretani, (Cæretani) *orum*, m. pl. qui oppido a Romanis ſolo æquato inopes per Italiam diſjecti, ut ſibi vitæ neceſſaria corraderent, multarum rerum ſcientiam commenti, ac pleraque confarcinantes, quibus apud plebem ſibi fidem doctrinæ multifariæ facerent, omnibus, qui eadem graſſantur via, celebre ad poſteros dedere nomen; vulgo Charlatans, marckſchreyer, zigeuner. v. Steph. & Cæl. Rhodig. 11, 8; & Menagii Origines linguæ Gall. p. 183, & Ital. p. 164; & ex eo noſtri I. B. Menckenii Charlataneria eruditorum præf. p. 4. ¶ 2. *Ceretani* alii ſunt populi Hiſpaniæ ſub Pyrenæis. Silius 3, 357

Nec Ceretani, quondam Tirinthia caſtra.

Scribuntur & *Cerretani.* Vide Plin. 3, 3; & Strab. lib. 3.

CĔRĔVĪSIA, *æ*, f. potus genus ex hordeo: quod nobis bier, ex Latino *bibere* (ut Voſſio de Vitiis ſerm. 1, 4 extr. videtur) appellatur: Gallis tribuit Plinius 22, 25 extr. Meminit & Vlpianus Lege ſi quis vinum 9 Dig. de tritico, vino, oleo legato. Iſidorus 20, 3 *Cerevisiam* a *Cerere* i. e. fruge vocatam ſcribit. Plura de hoc potus genere, qui aliis aliter appellatus, Scaliger Exerc. 87, Lindebrog. ad Ammiani lib. 26 p. 166, Chriſt. Colerus Parerg. c. 10, nec non Cluverius Antiq. Germ. 1, 17. Videatur item & Voſſius l. c. & peculiari Tractatu Meibomius.

CĒRIA, *æ*, f. κηρία, Hiſpanorum potus; de quo conſule Plin. 22, 25 & proxime in *Cerevisia* allegatos auctores.

CĒRINTHA, *æ*, f. herba apibus grata, bienen-ſpeiſe. Virg. Georg. 4, 63 *Trita meliſſophylla, & cerinthæ ignobile gramen:* de ead. Plin. 21, 12 Nomen eſt a κηρὸς *cera*, & ἄνθος *flos*, quod ad ceram conficiendam conferat.

¶ Cerinthus, *i*, m. *quem alii ſandaracam, crithacen alii vocant* Plin. 11, 7 medium quiddam inter mel & ceram, vid. *crithace.* ¶ 2. Vrbs Græciæ maritima, Plin. 4, 12; & Homer. Iliad. β. v. 538. ¶ 3. Cerinthus, hæreticus, qui, ut Dionyſius loquitur, *affirmabat futurum regnum Chriſti voluptarium, more ſuo faſtus, quod gulæ luxuriæque dedita eſſet.* Ruina balnei oppreſſus eſſe dicitur. Vid. Euſeb. l. 3, & Epiph. Hær. 22.

Cērites, vide ſupra *Cære*: Ceritus vide *Cere.*

CERNO, *crevi*, *cretum*, *cernere*, a Gr. κρίνω vel κεκρίνω derivatum ſignificationes ejus retinet, notatque generatim aliquid ſecernere, dirimere. Itaque ¶ 1. Cribrare eſt, ſeu diſcernere, rädden, ſichten, ſieben, rollen. *Cribro tenui cernitur*, Plin. 33, 5. Ovid. de Medic. facici v. 61 *Namque ubi pulvereæ fuerint confuſa farina, Protinus innumeris omnia cerne cavis.* Cum dicit *innumeris cavis*, cribrum circumſcribit. Idem ibid. v. 89 *Hæc ubi contrieris, per denſa foramina cerne.* Vbi rurſus cribrum per *denſa foramina* deſignat, quod *tenue cribrum*, ſupra Plinio: ad quem modum Cato de R. R. c. 107 *Per cribrum minutiſſime cernere*, vide mox *Cretus & Incretus.* Tertull. de Fuga c. 2 *Satanas poſtulavit, ut cerneret vos velut frumentum.* Sic & *Concernere*, compoſito, Auguſtinus uſus eſt, ut mox dicemus. ¶ 2. Et quoniam omnis judicandi vis in diſcretione rerum poſita eſt, qua vera a falſis ſeparantur, idcirco *cerno* pro *judico* vel *conſtituo*, ich beſchlieſſe, urſurpari cœptum eſt, quod compoſitum, *decerno*, *decretum* arguit: pro quo & ſimplex aliquando ponitur. Tac. An. 15, 14, 1 *Illum locum tempusque deſtinatum, quid de Armenia cernerent.* Adde Plaut. Ciſt. 1, 1, 1; & Trin. 2, 4, 78. Varr. L. L. 6, 6. Cœlius Cic. fam. 8, 14, 9 *Quamdiu civiliter ſine armis cernetur.* Itaque *cernere* judiciis etiam ad bellum translatum eſt. ¶ 3. Atque cum bellum & pugnæ diſceptationis quoddam genus ſint, idcirco *cernere*, & pro pugnare, ſeu dimicare poſuerunt; in cujus locum frequentativum ejus *certare*, item compoſitum *decernere* ſucceſſit, quod & Seneca obſervat epiſt. 58. Plautus Arg. 2 Amph. v. 5 *Pro patria Amphitruo dum cernit cum hoſtibus.* Virg. Æn. 12, 707, 709 *Stupet ipſe Latinus Inter ſe coïſſe viros & cernere ferro.* Eſt hæc veriſſima & antiquiſſima lectio, ut Servius obſervat, notatque ſimiliter Ennium dixiſſe:

Olli cernebant magnis de rebus agentes.

Confirmat eam & Senecæ auctoritas laudato paullo ante loco, & magis Sall. Cat. 59, 5, quosque ibi laudat Cortius. Quemadmodum autem Græci ſuum κρίνω cum quarto caſu conſtruebant: ut cum dicerent,

rent, κρίνειν τὸν πόλεμον· κρῖναι τὰ ὅπλα: pro *dimicare prælio: collatis signis concurrere*: ita id imitati etiam Latini sunt. Lucret. 5, 393

Tantum spirantes æquo certamine bellum
Magnis de rebus inter se cernere certant.

Bellum cernere, id est, bello seu armis disceptare. Ennius apud Cic. Off. 1, 12

Ferro, non auro vitam cernamus uterque.

Et Idem rursus in Medea apud Varr. L. L. 5, 8 & Nonium 4, 69 *Ter mallem sub armis vitam cernere, quam semel modo parere: Cernere vitam*, i. e. de vita, vel propter vitam disceptare armis seu decertare. Conf. Varr. l. c. Turneb. Adverf. 26, 32. ¶ 4. Frequentissime pro *videre* usurpamus, quod & ipsum in discernendo & separandis rebus positum est, sehen. Iterum Ennius ap. Varr. l. c. *Lumen juvarve in cælo cernio.* Addit Varro, *dictum esse Cerno a Cereo* (pro Creo) *i. e. a creando, ab eo, quod cum quid creatum est, tunc denique videatur.* Horat. 1 Serm. 3, 25 *Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis, Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum?* Ovid. 1 Pont. 5, 5 *Cernis, ut ignavum corrumpant otia corpus, Et vitium capiant, ni moveantur, equæ. Cernitur oculis*, ut accipitur auribus. Nepos 20, 2, 2 *Vt non solum auribus acciperetur, sed etiam oculis cerneretur, quem & ex quanto regno, ad quam fortunam detrusisset.* ¶ 5. Inde ad animum transfertur, & *animadvertere* ac *intelligere* significat, erkennen. Cic. Catil. 4, 6 *Cerno animo sepultam patriam*, mich dünchet, ich sehe vor meinen augen ꝛc. Id. N. D. 1, 18 *Cernere mente.* Et Ennius apud Cic. de Amic. c. 17 *Amicus certus, in re incerta cernitur*, conf. Ter. Andr. 1, 1, 108. ¶ 6. *Cernere hæreditatem*, est proprie deliberare de hæreditate adeunda, deinde etiam synecdochice adire hæreditatem, erben. Cic. Att. 11, 2 *Eo ipso die ex testamento crevi hæreditatem*, ich habe mich des erbtheils angemaſſet. Vide ICtos & Scalig. ad Festum in *Crevi*. In primis vero Perizon. ad Sanctii Minervam 4, 15, ubi de tota vi hujus verbi disputat, & sententiam suam (in editione nimirum ultima) contra Küsterum defendit: unde peti potest exquisita hujus verbi tractatio. Adde Schulting. Iurisprud. Anti-Iustin. p. 642 sqq. Cic. fam. 9, 14 eleganter: *A te peto, ut me hanc quasi falsam hæreditatem alienæ gloriæ finas cernere.* Id. Att. 6, 1 *Hominem semper amantem me nunc credo eo magis, quod debet etiam fratris Appii amorem erga me cum reliqua hæreditate crevisse.* vid. h. l. Græv. p. 578, ubi totam phrasin explicat. Conf. Menckenii Obſerv. L. L. hac voce, ubi simplici verbo *cernere* idem notari, Ciceronis exemplis probat. Adde quæ dicimus in *Cretio.*

¶ Cernens, *ſis.* Virg. Æn. 6, 482 *Omnes longo ordine cernens.* Lucret. 6, 644 *Cæli scintillare omnia templa cernentes.* conf. Nep. 7, 9, 3.

¶ Cernentia, *æ*, f. visus, das ſehen. Mart. Capella l. 4 p. 115 *Opponitur*, sit, *cernentia cæcitati.*

¶ Crētus, *a, um*, gebeutelt, ausgeſiebet; ut, *Bene cretus cinis*, Pallad. 10, 22. ¶ 2. Hinc & per Metathesin *Certus, a, um*, de quo mox suo loco. ¶ 3. *Cretus* i. q. natus, vid. in Creseo.

¶ Cretio, *ōnis*, f. solennitas in adeundis hæreditatibus, die beſitznehmung. Cic. ad Att. aliquoties, e. g. 11, 12 extr. *Cretio simplex*: 13, 46 *Libera cretio.* Vide utrobique interpretes, inprimis Malaſpin. p. 504 ſq. Gr. & Iſidor. 5, 24. Notabilis locus est Vlpiani tit. 22 § 27 *Cretio est certorum dierum spatium, quod datur instituto hæredi ad deliberandum, utrum ei expediat hæreditatem adire, nec ne: velut Titius hæres esto, cernitoque in diebus centum proximis: quibus scieris potestisque: nisi ita creverit, exhæres esto.* Plin. 2, 26, fin. *Cælo in hæreditate cunctis relicto, si quisquam qui cretionem eam caperet, inventus esset*, h. e. hereditatem adire vellet.

¶ Cretūra, *æ*, f. quod cribrando rejicitur, ausgeſiebtes. Pallad. 1, 24 inter columbarum pabula refert. *Triginta columbis volantibus diurni tres sextarii tritici sufficient, aut creturæ.* Conf. 12, 22; & Barth. Adv. 39, 8.

¶ Cernitus, *a, um*, idem quod *cretus.* Th. Priscian. 2, 4 *Lomentum fabacium bene cernitum.* v. Reinel. Var. lect. p. 673.

¶ Cernuus, *a, um*, incurvatus, in terram pronus, gebückt. Arnob. 7 p. 246 *Pronos & cernuos ruere.* Prudent. Cathem. 7, 42 *Nam flendo pernox irrigatum pulverem Humi madentis ore pressit cernuo.* Apulej. Metam. l. 9 *Super mensam cernuus corruens*, ubi Pricæum vide & Salmaſ. ad Solin. p. 147. Et ipse Virg. Æn. 10, 894 de equo, *ejecto incumbit cernuus armo*; ubi *Cernuus*, inquit Servius, *qui cadit in faciem, quasi in eam partem, qua cernimus.* Sedulius in Luc. 13 de muliere dæmonio incurvata: *Despectans cernua terram.* conf. Nonius 1, 76.

¶ Cernuo, *are*, in armos procidere, in caput ſe jacere pronum, Gloſſ. κυβιστᾶν, ſich zur erden bücken, aufs geſicht niederfallen. Apul. 1 Met. p. 111 *Corpus exanimatum in flumen pene cernuat.* Prudent. 1 adv. Symmach. v. 350 *Cernuat ora senex barbatus & oscula figit Cruribus.*

¶ Cernuātus, *a, um*, niedergebogen, geſtürzt. Solinus c. 57 de equo; *Adeo sprevit lupatos, ut de industria cernuatus, ruina & se & equitem pariter affligeret.* conf. Salmaſ. Exercit. ad h. l. p. 628.

¶ Cernulo, *are*, pro *cernuare.* Vid. Scal. ad Festum, & Lipſ. ad illud Senecæ epiſt. 8 *Non evertit fortuna; sed cernulat & allidit.*

¶ Cernulus, *a, um*, ſtürzend, vorwärts ſinckend. Apul. 9 Met. *Supra mensam cernulus corruens.* v. Emend. Elmenh. ad p. 235. Gloſſæ: *Cernulus*, πεταυιστής. *Cernui*, πεταυισμοί. Ita vocabantur, qui de machina in caput ſe jaciebant. vid. Salm. Exerc. Plin. p. 149.

¶ Certo, *are*, frequentativum a *Cerno*, vide paullo poſt ſeorſim. Compoſita a *Cerno:*

¶ Concerno, *ĕre*, ſignificatione propria pro *cribro cernere* ſeu *purgare*, untereinander ſieben. Auguſt. Confeſſ. 5, 10 de ſuo Manichæismo: *Talem naturam ejus nasci non posse de Maria virgine arbitrabar, nisi carni concerneretur.* ¶ 2. Altera autem *videndi* ſignificatio vix probari poteſt aliunde, quam ex Gloſſis, quarum eſt *Concerno συνδεωρῶ.* ¶ 3. Tertia notio, quæ trita hodie ac vulgaris eſt, *concernit rem* pro *attinet ad rem*, caret auctoritate veterum exemplorum. Vide Curas Cellarii Poſter. p. 350 & Voſſ. de vit. L. L. 4, 4.

¶ Decerno, *ĕre*, judicare, judicio ſuo divinare, urtheilen, erkennen. Ter. Adelph. 4, 2, 5 *Quid hoc, malum, infelicitatis? nequeo satis decernere*, ich kan nicht recht klug werden. Liv. 5, 55 pr. *Rem dubiam decrevit opportune vox emissa*, es hat der ſachen den ausſchlag gegeben. ¶ 2. Item ſtatuere, bey ſich beſchlieſſen. Ter. Heaut. 1, 1, 56 *Sumat, consumat, perdat, decretum est patri.* Cic. Verr. 2, 67 *Decretum senatus.* ¶ 3. Etiam de ſententiis ſingulorum. Cic. fam. 1, 1 *Tibi decernis, ut regem reducas*, ſein votum gehet dahin, du ſolt ꝛc. Nam ita *decernere* etiam dicitur, cujus ſententia non valet. vid. Gronov. ad Liv. 27, 20. Sen. Theb. v. 243 *Infanti quoque decreta mors est.* Sic *Decernere honores, dignitatem, imperium, præfecturam, triumphum*, bewilligen, zuerkennen, Nepos 7, 7, 1. Cic. Fin. 4, 9 &c. Liv. 1, 18 *ad unum omnes Numæ Pompilio regnum deferendum decernunt. Decernere statuam alicui*, Plin. 34, 6. *Summam Pallanti*, Plin. 8 epiſt. 6. Sic enim ibi codd. vulgo: *ob fidem diligentiamque Pallantis dec.* ¶ 4. De eventu etiam aliarum rerum præſertim contentionum & pugnarum *Decernere*, dicitur. Liv. 28, 14 *Æquitum diu anceps pugna erat, nec ipsa per se decerni poterat, quia pulsis, quod prope invicem fiebat, in aciem peditum tutus receptus erat*, decerni h. e. finiri alterius partis certa victoria. Ita, *decernere*, prælium committere eſt apud Cæſ. de B. Civ. 3, 41. *Decernere de fortunis omnibus*, Cic. pro P. Quint. c. 2; *de vita*, c. 13; *de capite*, c. 22. conf. Menckenii obſerv. *Armis decernere*, Cic. Att. 7, 3, & rurſus ibid. 10, 9 *Vtinam meo solum capite decernerem*, i. e. in periculo eſſem, eventusque adeo ad me ſolum ſpectaret, wenn ich die ſache mit meinem leben oder tod ausmachen könte. Quo ſenſu alias Cicero *dimicandi* verbo utitur. Id. fam. 10, 10 pr. *In uno prælio omnis fortuna reip. disceptata: quod quidem, cum hæc legeres, jam decretum arbitrabar fore.* v. Græv. Porro Nepos 1, 4, 4 *Acie decernere*: & abſolute *Decernere cum aliquo*, pro prœliari, eine ſchlacht lieffern, apud eumd. 23, 4, 1 & Curt. 3, 2, 1.

¶ Decrētus, *a, um*, beſchloſſen, zuerkannt; ut, *Decreta provincia*, Vellej. 2, 60, 5. *Decreta lex*, Cic. pro Dom. c. 9. *Ei omnes honores decreti*, Nep. 7, 7, 1.

¶ Decrētum, *i*, n. placitum, dogma; ut, *Decreta philosophorum*, lehrſätze: Cic. Acad. Quæſt 2, 9 *Sapientiæ vero quid futurum est? quæ neque de seipsa dubitare debet, neque de suis decretis, quæ philosophi vocant δόγματα.* Proprie quicquid cognita cauſſa pronunciatum: ut, *Decretum senatus, patrum*, ein rathſchluß, Vellej. 2, 58, 4; & Horat. carm. ſec. v. 18. *Decreta facere*, Cic. poſt Red. in Sen. c. 1 & pro Domo c. 28. *confirmare*, Nepos 19, 3, 2. Sen. Medea v. 198 *Vox constituto sera decreto venit*: id eſt, poſt cognitam cauſſam, factumque decretum, denuo ſe defendere velle, ſerum eſt. *Arminius decretis facta jungit*, bey ihm iſt rath und that, Vellej. 2, 118, 3. ¶ 2. *Decreto*, i. e. certo conſilio apud Liv. 1, 11 ext. Sed ibi & in Cic. Agrar. contra Rull. 2, 17, qui locus a I. F. Gronovio advocatur, eſt lectionis diverſitas, alii enim *directo.*

¶ Decretio, *ōnis*, f. idem. Mart. Capella lib. 1 p. 12 in carm. *Futura cujus illigat decretio.*

¶ Decretālis, *e*, pendens a decreto, beſchloſſen, bewilliget. Sidon. 7 epiſt. 9 *Decretalis pagina.* Vlpian. l. 1 § 7 ff. de Succeſſ. edict. *Decretalis bonorum successio.* ¶ 2. *Decretales* etiam vocantur Pontificum epiſtolæ, quæ bonam partem corporis juris canonici conſtituunt.

¶ Decretōrius, *a, um*, κριτικὸς ſive κρίσιμος, definitivus, das der ſache den ausſchlag giebet. Plinius elegantiſſime 17, 2 *Circa Virgilias quidem pluere inimicissimum viti & oleæ: quoniam tum coitus est earum. Hoc est, illud quatriduum oleis decretorium; hic articulus auspicinus nubili spurci quod diximus:* DECRETORIVM QVATRIDVVM dicit, quod eo de proventu oleæ cernitur & quaſi diſceptatur: ut vel proventus uber exſpectandus ſit, vel tenuis aut nullus. Sicut decreto judicis vel abſolvitur quis vel condemnatur. Ita idem 18, 28 *In hoc temporis intervallo res summa vitium agitur, decretorio vurus illo fulere, quod* CANICVLAM *appellavimus.* Firmicus quoque Climactericos numeros *decretorios* dixit, quod velut decernunt de vita hominis, & in utramque partem ſtatuunt, vel ut ſervetur, vel ut perimatur. Seneca etiam fatalem & ultimam horam noſtram *decretoriam* vocat epiſt. 102; qui & *decretoria arma* dixit, *luſoriisque* oppoſuit, quod decernant de vita, nec ſtringant tantum ac feriant, ſicut *luſorii*; ſed faucient quoque ac perimant. Neque enim ideo ſic appellata, quod hæc decreto prætoris veluti dabantur, ut Lipſius putabat Saturn. 2, 19; ſed eam ob cauſſam, quam diximus: quod ſcilicet iis de victoria aut vita decerneretur, ut ipſe poſtea interpretatus eſt ad epiſt. Senecæ 117 ſub fin. Adde Burm. ad Quint. 10, 5 p. 945 ſq. Item Sen. de Clement. 1, 14 *Decretorium ſtylum*, dixit ultimum, quo ſententia non varianda perſcribitur. De *pugna decretoria* vid. Gronov. ad Liv. 28, 14. Occurrit hoc nomen apud Quint. 6, 4; licet quidam ibi habeant *decertatoria.*

¶ Diſcerno, *ĕre*, unterſcheiden; ut, *Alba & atra discernere*, Cic. Tuſc. 5, 39. *Gemmas veras a falsis discernendi magna difficultas*, Plin. 37, 12. Et Cic. pro Fontejo c. 6 *Vbi disserni stultus auditor & credulus ab religioso & sapienti judice possit.* Virg. Æn. 4, 264 de Didone: *Tenui telas discreverat auro*, mit golde geſtickt. Id. Æn. 12, 898 *Limes agro positus, litem ut discerneret arvis*, h. e. decerneret, entſcheiden.

¶ Diſcernens, *tis*, vide mox *Diſcretus.* Hinc

¶ Diſcernenter, adv. mit unterſchied. Cæl. Aurel. Tard. 1, 4 *Discernenter ajunt hoc adjutorii genus adhibendum.*

¶ Diſcrētus, *a, um*, ſeparatus, divisus, unterſchieden, geſchieden, geſondert. Voſſius de Vit. Serm. 1, 33 p. 145 DISCRETVS, ſcribit, veteribus ſemper paſſivum de iis, quæ ſecernantur; ut *Discreta semina*, Lucret. 6, 790; & Colum. 3, 21. Nunquam vero activum pro eo, qui rerum momenta diſcernit, quomodo dicunt Hiſpani, Gallique *VIRVM DISCRETVM.* Quod ſi Plautus tamen active *notos* pro iis dixit, qui noverunt; *ſuſpectum* pro ſuſpicace Dionyſius Cato in Diſtichis; non abſurde adeo *Diſcretus*, pro eo, qui diſcernit, dici videatur? Tales tamen, h. e. qui eo habitu præditi ſunt; qui *Diſcretio* appellatur, de quo mox etiam monebimus. *Diſcernentes* dici Iovianus Pontanus malit: cum *Diſcretos* appellare vulgare & ſordidum ſit. Veteribus enim ſemper notat *ſeparatus*: Plin. 4 epiſt. 19 *Diſcreta velo.* Stat. Theb. 5, 559 de termino *Saxo diſcretus ager.* Et Vitruv. 5, 7 *Vox ingreditur ad aures diſcreta verborum claritate*, vernehmlich, deutlich.

¶ Diſcrete, diſtincte, unterſchieblich. Cic. de Invent. 1, 30 *Confuſe & permiſte diſperſimus: poſt diſcrete & electe digeremus.*

¶ Diſcre-

¶ Diſcretim, idem. Apul. 6 Met. p. 173 *Singula Pſyche curioſe dividit, & diſceretim remota rite componit.* Id. Florid. p. 347 *Sigillatim ac diſceretim.* Quidam addunt Varronem R. R. 1, 3, ſed libri & ratio poſtulant *diſceretum.* Addatur vero Ammian. 27, 1, & 29, 6

¶ Diſcrētio, ōnis, diſcriminatio, diviſio, die unterſcheidung. Tryphon. l. 62 § 1 ff. de uſufr. *Diſcretio difficilis.* Auguſt. de Geneſi ad Lit. 2, 8 *Diſcretio terrarum atque aquarum.* Prudent. Hamartig. v. 26 *Cumulum diſcretio carpit.* Et Avienus Arateis v. 31 *Inſociabilium diſcretio juſta Deorum.* Adde ibid. v. 300; & inprimis Pallad. Iul. t. 4; Tertull. ad Vxor. 2, 9; & de Anima c. 12; Lactant. 4, 29. Diomedi 2 p. 431 *Diſcretio eſt perplana expoſitio* &c. ¶ 2. Eſt & innominati habitus apud veteres, recentius nomen, a quo *Diſcreti* novo & ipſo nomine, qui eo præditi, appellantur; die beſcheidenheit, diſcretion. Quint. Decl. Trib. Mar. p. 77 ed. Burm. *Patiatur & tua divina virtus, & Romanæ militiæ pia diſcretio.* Verum Scioppius infamia Famiani p. 212 & ſeqq. obſervat, Ciceronem pro eo, quod *diſcretionem* nonnulli hodie vocant, *delectum & diſcrimen*; Vlpianum vero *ingenium* dixiſſe. vid. mox *Diſcrimen* & quæ ibi dicemus. Verba ICti lege 9 § 4 D. de Offic. Proconſ. iſta ſunt: *Circa advocatos patientem eſſe oportet, ſed cum ingenio, ne contemptibilis videatur*; cum INGENIO, id eſt, *cum diſcretione*, ut loquerentur hodie nonnulli.

¶ Diſcretor, ōris, m. ein richter. Vulg. Interpr. Hebr. 4, 12 *Diſcretor cogitationum.* vide & Saresb. 2, 28. Sed & Stat. Theb. 3, 79.

¶ Diſcretōrius, *a, um*, unterſcheidend. Cæl. Aurel. Tard. 2, 12 *Diſcretorium diaphragma.*

¶ Diſcretivus, *a, um*, idem; ut, *Conjunctiones diſcretivæ*, Priſcian. 16 p. 1030.

¶ Diſcernībilis, *e*, unterſchiedlich. Auguſt. Enchir. c. 90 *Creatoris in effigie ſua cujusque proprietas & diſcernibilis ſimilitudo ſervatur: in cæteris autem corporis bonis æqualia reddantur.*

¶ Diſcernĭculum, *i*, n. id eſt, quo capilli diſcernuntur, haarnadel. Ita Varro L. L. 4, 29; & Nonius 1, 155. ¶ 2. Quodvis diſcrimen, ein unterſchied. Gellius 17, 15 *Comperi duas hellebori ſpecies eſſe, diſcriminculo coloris inſignes, candidi & nigri.*

¶ Diſcrīmen, ĭnis, n. (quaſi *diſcernimen*) ein unterſchied, eine theilung. Iuvenal. 6, 299 *Quid enim Venus ebria curat? Inguinis & capitis quæ ſint diſcrimina, neſcit.* Curt. 4, 12, 20 *Agminum diſcrimina atque ordo.* Ovid. Art. am. 2, 303 diviſionem crinium *diſcrimina* vocat, geſcheitelt haar. Cic. 2, 50 *Verres omnium rerum delectum atque diſcrimen pecunia ſuſtulit.* Præceſſit: *Omnia jura pretio exæquavit*: Poſtis forte Germanice reddere: er hat uns geld alle diſcretion aufgehoben. Quæ interpretatio certe locum habet in altero Ciceronis loco pro Planc. c. 4 *Non eſt conſilium in vulgo, non ratio, non diſcrimen, non diligentia.* ¶ 2. Significat & periculum, noth und gefahr, e. g. *Addacta eſt reſpub. in maximum periculum, & extremum pæne diſcrimen*, Cic. Phil. 7 ineunte. *In diſcrimen vitæ adducere*, Id. pro Sext. c. 20; *exiſtimationis venire*, Id. Divin. Verr. c. 22; *devenire, vocari*, Id. de Orat. 1, 1, & pro lege Man. c. 5 Vetus Gloſſ. *Diſcrimen, ἀγωνισμα, διακριμα γε ἀγῶνος.* Sic, *Diſcrimen experiri*, i. e. pugnare, ſcharmuziren, Curt. 5, 4, 28. *Se in pugnæ diſcrimen immittere*, Id. 16, 1, 1. *Belli Martisque diſcrimen ſubire*, Id. 9, 6, 24.

¶ Diſcrīmino, *are*, diſtinguere, ſcheiden, theilen. Cic. Phil. 12, 9 *Hetruriam diſcriminat Caſſia* (via). Adde Lucret. 2, 708; Sen. epiſt. 95; Sidon. 9 epiſt. 4 1 Mart. Capella 6 p. 228; Apul. Met. 6 p. 185; & Apol. p. 276 Elm.

¶ Diſcriminans, *tis*. Apul. de Mundo p. 235 *Luna altitudinis etheræ principia diſcriminans.* Elmenh. *diſterminans* p. 58.

¶ Diſcrimĭnātus, *a, um*, unterſchieden. Liv. 21, 4 *Vigiliarum ſomnique nec die nec nocte diſcriminata tempora.*

¶ Diſcriminatim, adverb. unterſchiedlich. Varro R. R. 1, 7 *Non poſſunt vivere niſi in loco aquoſo, aut etiam in aqua: & id diſcriminatim, ut alia in lacubus, alia in fluminibus* &c.

¶ Diſcriminatio, ōnis, f. die unterſcheidung. Diomed. Gramm. 1 p. 306 *Propria diſcriminatio.*

¶ Diſcriminātor, ōris, m. qui diſcernit, der entſcheidet. Tertull. ad Nation. 1, 10 *Diſcriminatores impendere*, id eſt, judices, qui rem examinent. Apul. de mundo ed. Stew. p. 233 *Diviſor & diſcriminator mundi*: Elmenh. *diſterminator* p. 57.

¶ Diſcriminatrix, īcis, f. Nazar. Paneg. c. 7 *Majeſtas fandi ac nefandi diſcriminatrix.*

¶ Diſcrimĭnālis, *e*, idem. ut, *Diſcriminalis acus*, apud Hieron. adverſ. Rufin. 3 cap. ult. eine haarnadel. Subſtantive neutro plur. uſus eſt vulg. Interpr. Iſ. 3, 20 *Diſcriminalia.*

¶ Indiſcrētus, *a, um*, minime diſcretus, vermenget, ohne unterſchied, gleichförmig; ut, *Indiſcreti fines*, ungewiſſe grentzen, Apul. de Mundo p. 60. Et Virg. Æn. 10, 392 *Simillima proles, indiſcreta ſuis*, id eſt, ita inter ſe ſimiles gemelli, ut a parentibus diſcerni non poſſint. Celſus 4, 3 *Indiſcretis nominibus utantur.* Varro R. R. 3, 1 *Agriculturam indiſcretam habere.* Et Sen. de Clement. 1 extr. *Multos occidere & indiſcretos.* Prudent. Apoth. v. 256 *Operis forma indiſcreta.* Lucan. 9, 715 *Serpens indiſcretus arenis.*

¶ Indiſcrete, adverb. idem. Plin. 11, 37 *Avium & animalium vocis indiſcrete editur imitatio.* Capitol. Nigro c. 3 *Quum indiſcrete ſubſellia Circi repleta eſſent.* Ammian. 15, 4 *Pauperes & divites indiſcrete.* conf. Borrichii Vind. p. 110.

¶ Indiſcretim, aliud adv. Idem. Solin. c. 30 *Indiſcretim veſci.*

¶ Indiſcriminatim, idem. Varro apud Nonium 2, 449 *Proinde ut nihil interſit, utemur indiſcriminatim.*

¶ Indiſcriminābilis, *e*, da kein unterſcheid iſt. Claud. Mamert. de Stat. animæ 2, 10.

¶ Excerno, *ĕre*, ejiciendo ſeparare, auswerffen. Celſus Præfat. *Parum nimiumve excernere*, puta ſereando, ausſpucken. Id. 2, 7 *Sanguis cum urina excernitur*, es geht zugleich blut heraus. Id. 4, 1 *Ima ventriculi pars portæ modo in inferiores partes ea, quæ excreturi ſumus, emittit*, was wir von uns gehen laſſen. Colum. 2, 21 *In area data frumenta ſic ſunt aggerenda, ut omni ſtatu poſſint excerni*, daß es geſichtet werden kan. Conf. Vitruv. 7, 6.

¶ Excretus, *a, um*, ausgebeutelt, ausgeworffen. Colum. 8, 4 *Furfures a farina excreti.* Id. 8, 8 *Excreta tritici dantur gallinis.* Cels. 2, 7 *Quod inde excretum eſt, aquæ ſimile eſt*, das heraus gelaſſene.

¶ Excretia, *æ*, f. pro eo quod excernitur, unflat. Vitruv. 7, 6. v. Baldi Lex. p. 49.

¶ Excretio, ōnis, f. die auswerffung, ausreuſperung; ut, *Purulentæ excretiones*, Plin. 27, 12 Harduinus legit, *exſcreationes.*

¶ Excrementum, *i*, n. unflat, das man auswirfft; ut, *Excrementum oris*, ſpeichel. Tac. Hiſt. 4, 81, 3. Maxime ventris ſordes ſignificat. Plin. 8, 28 *Panthera excrementis hominis ſibi medetur*, mit menſchenmiſt. Id. 10, 73 extr. *Feles excrementa ſua effoſſa obruunt terra.*

¶ Incerno, *ĕre*, ſichten, beuteln. Cato R. R. c. 48 (al. 49) *Terram cribro incernito*, ſiebe klare erde darauf. Adde Vitruv. 7, 1; Colum. 5, 6.

¶ Incrētus, *a, um*, non cribratus, ungeſiebt. Apul. Met. 7 p. 194 *Furfures apponebant incretos ac ſordidos multoque lapide ſalebroſos.*

¶ Incerniculum, *i*, n. Plin. 8, 44 extr. de mulo apud Athenienſes bene merito, *Decretum fecere, ne frumentarii negociatores ab incerniculis eum arcerent.* ubi videntur vel cribra intelligi, vel ipſæ cumeræ.

¶ Recrementum, *i*, n. quod fere idem eſt atque *Excrementum*, infra ad *Creſco* relatum vide.

¶ Secerno, *ĕre*, eſt ſeparare, ſeligere, abſondern; ut, *Secedant improbi, ſecernant ſe a bonis*, Cic. Catil. 1, c. ult. Id. Nat. D. 2, 47 *Dedit natura belluis & ſenſum, ut ſecernerent peſtifera a ſalutaribus.* ¶ 2. Aliquando etiam eſt excipere. Liv. 35. 14 extr. *Aſſentationis genus Scipionem moviſſe, quod* (Hannibal) *e grege ſe imperatorum velut inæſtimabilem ſecreviſſet*, daß er ihn ausgenommen.

¶ Secrētus, *a, um*, ſeparatus, abgeſondert, allein liegend. Iuſtin. 2, 1, 15 *Pars ab igne ſecreta.* Virg. Æn. 2, 299 *Secreta Parentis Anchiſæ domus, arboribusque obtecta receſſu.* Cic. Fin. 2, 33 *Secretus a voluptatibus.* Colum. 9, 4 pr. *Secretiſſimæ pabulationes*, abgelegene weide. Sic *Secretiora Germaniæ* ſunt Tacito Germ. 41, 1, interiora ac remotiora loca. ¶ 2. Interdum aut ſolitudinis notionem habet, aut arcanæ fidei, einſam, heimlich, geheim. Virg. Æn. 2, 299 *Secreta domus.* Horat. 1 epiſt. 18, 103 *Secretum iter vitæ.* Tac. An. 14, 3, 1 *Secretos vitare congreſſus.* Sen. epiſt. 92 pr. *Invadis etiam ſecretiſſimos tumultus.* Tac. Agric. 40, 2 *Libertus ex ſecretioribus miniſteriis miſſus ad Agricolam.* Quint. 1, 1 p. 22 *Epiſtolæ ſecretæ & familiares.* ¶ 3. Apud eundem Quint. 1, 1 p. 23 *Interpretatio linguæ ſecretioris, quas Græci γλώσσας vocant*, nicht allzubekannte worte. vid. *Secretum* n. 4.

¶ Secretum, *i*, n. ein geheimniß, heimlichkeit. Quintil. 11, 1 p. 967 *Profert mores plerumque oratio, & animi ſecreta detegit.* Hinc *Secretum petere*, eſt ſecreto colloquendi copiam petere. Tac. Hiſt. 2, 4, 3 *Suſtratus pauca in præſens, & ſolita ridendo, petito ſecreto futura aperit.* Suet. Tib. c. 26 extr. *Secretum petenti non niſi adhibito ſibi Druſo dedit.* Et Calig. c. 23 *Aviæ Antoniæ ſecretum peterti denegavit, niſi ut interveniret Macro præfetlus.* Apud eundem Claud. c. 10 *Secretum deſiderare*, eſt omnino ſolum eſſe velle. Ita Othone c. 10 *Captare ſecretum.* Et Domit. c. 13 *Secretum ſumere* dixit. Tac. An. 13, 18, 3 *Crebra cum amicis ſecreta habere*, puta colloquia. ¶ 2. *Secretum* etiam de receſſu ruris & ſolitudine dicitur, die einſamkeit, retirade. Tac. Hiſt. 3, 63, 4 *Per eos dies Primus ac Varus crebris nuntiis ſalutem & pecuniam & ſecreta Campaniæ offerre Vitellio*, &c. Id. Germ. 45, 9 *Fœcundiora nemora lucoſque, ſicut orienti ſecretis, ita & occidentis inſulis terriſque ineſſe crediderim.* Sic *Rhodi ſecretum: Mitylenenſe ſecretum*, pro receſſibus, apud eumdem legas. *Secretum agens*, i. e. ſolus exiſtens, einſam. Suet. Tib. c. 60. *Animus etiam ſecretum ſuum ſanctius faciat*, Sen. epiſt. 11. Phædr. 3, 10, 11 *Seductus in ſecretum a liberto ſuo.* ¶ 3. Ad latrinam retulit Aur. Victor Epit. c. 62 *Ad ſecreta ventris ſecedere*, auf den ſecret. ¶ 4. Plin. præf. p. 3, 336 Hærd. *quorum voluminum pauca admodum ſtudioſe attingunt propter ſecretum materiæ*, h. e. quia res vulgo incognitas tractant. v. *Secretus* n. 3.

¶ Secretio, ōnis, f. die abſonderung; ut, *Interitus eſt quaſi diſceſſus, & ſecretio, ac direptus earum partium, quæ ante interitum junctione aliqua tenebantur*, Cic. Tuſc. 1, 29. *Secretio rerum natura junctarum*, Diomed. 2 p. 431.

¶ Secreto, adverb. heimlich, im vertrauen; ut, *Secreto colloqui*, Cic. Att. 7, 8. Id. fam. 7, 25 *Secreto hoc audi, tecum habeto.* Sen. epiſt. 10 *Secreto ambulare*, h. e. ſolum. Comp. Iuſtinus 21, 4, 3 *Senatui epulas parat, ut, poculis veneno infectis, ſecretius ſenatum, & ſine arbitro interficeret.* conf. Colum. 11, 2 & Sen. Qu. nat. 5, 4.

¶ Secrete, idem, apud Tertull. de Orat. c. 1, & de Pallio c. 4.

¶ Secretim, idem, apud Ammian. Marcell. 29, 1.

¶ Secretarium, *i*, n. locus ſeductus a turba isque cancellis ſeptus: cujusmodi conclavia in tribunalibus erant, ubi reddebatur jus, ein abgeſonderter ort. Vnde *Secretarium prætorii* ap. Auguſt. contra Creſcon. 3, 56. Ita Avitiani Comitis *Secretarium* ap. Sulpic. Dial. de virt. B. Martini 3, 8. Idem & *Secretarii*, quod in eccleſia eſſet, meminit; ut Dial. 2; ubi theſaurus eccleſiæ, & ſacri codices depoſiti erant, die ſacriſtey. Paulinus epiſt. 12 *Hic locus eſt venerandæ penus, quæ conditur, & qua Promitur alma ſacri pompa miniſterii.* Prudentius *Cæleſtis arcanum domus* in Laurentio; alibi *ſacrarium* etiam vocat. Lapis Rom. in æde D. Martinæ, *Secretarium ampliſſimi ſenatus.* Vide ſupra de *Cancellis* & *Cancellariis* ibique nominatos auctores; itemque Voſſ. de Vit. Serm. 3, 48, quem redarguit Ol. Borrich. Cogit. de L. L. p. 234, ex vetuſta Inſcript. Romæ, & ex Apulejo, qui pæne ducentis ante Auguſtinum annis l. de Mundo p. 64 ſcripſit: *Ignes qui terræ ſecretariis continentur*, i. e. locis occultis.

¶ Secretarius, *i*, m. Ita hodieque appellatur ſcribarum honoratior. *Cancellarius* olim dictus, de quo vide ſupra; & Voſſium d. l. *Aſtrorum Secretarius* eſt pro Aſtrologo ap. Saresb. 2, 24.

¶ Subcerno, vel Succerno, *ĕre*, idem quod ſecernere, durchſchlagen, durchſiebeu; ut, *Cribro ſuccernere*, Plin. 18, 11. *Succernere nucleos vinaceos*, Cato R. R. 10 & 25.

¶ Subcretus, vel Succretus, *a, um*. durchgeſiebt. Cato R. R. c. 18 *Calx cribro ſuccreta.* Vitruv. 2, 5 *Teſta tuſa & ſubcreta.* Adde 7, 7 ext. & Plaut. Pœn. 3, 1, 12.

¶ Subcerniculum, *i*, n cribrum, ein ſieb, durchſchlag.

¶ Supercerno, *ĕre*, idem quod *incernere*. Plin. 17, 10 *Terra cribris ſupercernitur.*

Cernulus, cernuo, cernuus, vide *Cerno*, *Cerno*, *are*, *Cera*.

CEROLIA, (vel Ceronia) & *Cerolienſis locus*, Romæ a Carinarum junctu dictus, ubi oritur caput Sacræ viæ. v. Varr. de L. L. 4, 8; & Turneb. Adv. 20, 35.

Ceroma, ceroſtrotum, cerotum, &c. vide *Cera*, Cerretanus, *Cerete*, Cerreus, cerrinus, *Cerrus*, Cerritus, *Ceritus* in *Ceres*.

CERRONES, *um*, m. pl. *leves & inepti, a cratibus dicti: quod Siculi & Athenienſes cratibus pro ſcutis ſunt uſi, quas Græci γέρρας appellant.* conf. *Cerræ*.

Certabundus, certamen, certator, vide *Certo*, Certe, certifico, certioro, certiſſo, *Certus*.

CERVUS, ſ. ſpecies eſt arboris glandiferæ Plinio 24, 4; Pallad. 1, 9 ein zirnen-baum, eiche. Herculi olim ſacra.

¶ Cerreus, *a*, *um*, vom zirnen-baum: ut, *Cerrea glans*, Plin. 16, 6; & Colum. 9, 1.

¶ Cerrinus, *a*, *um*, idem: ut, *Calix cerrinus*, Plin. 30, 10 ſub fin.

CERTO, *ari*, *atum*, *are*, frequentativum a *Cerno*, eſt altercari, contendere, & dimicare, wetten, kämpffen, ſtreiten. Iungitur ablativo, & præpoſitionibus *Cum* & *Inter*. Ter. Phorm prol. v. 21 *Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene. Certare jocis, dicacitate*, um die wette ſchertzen, Horat 2 oda 12, 18; & Cic. de Clar. c. 46. *Vigiliis ac labore cum altero certare*, mit einem um die wette wachen und arbeiten. Liv. 34, 18 extr. *Certare de imperio cum aliquo*, Cic. de Orat. 2, 18. *Et pugnaciter certare de re aliqua*, Id. Acad. 4, 20. *Te imitere oportet, tecum ipſe certes*, Id. 9 epiſt 14. Adde 11, 15 & Plin. 6 epiſt. 33. Poëtæ etiam cum dativo jungunt Græcorum more. Virg. ecl. 5, 8 *Montibus in noſtris ſolus tibi certet Amyntas*, er darff es allein mit dir wagen, mit dir anbinden. Et ecl. 8, 55 de re abſurda:

Certent & cygnis ululæ: ſit Tityrus Orpheus.

Certare multam dicitur populus, cum mulctam jubet, aut remittit. v. Sigon. Diſp. Paravin. Dec. 1 p. 11. *Certare cum uſuris fructibus prædiorum*, apud Cicëron. 2 Catilin. 8, Grævius poſt Manutium exponit: modis omnibus laborare, ut uſuræ ex reditibus prædiorum ſolvi poſſint, nec id ipſum, niſi difficillime præſtare poſſe. ¶ 2. Impersonaliter *Certatur*, Salluſt. Cat. c. 59; Virg. Æn. 10, 355. *Certatum eſt*, Id. 11, 313; Salluſt. Iug. c. 74. Conf. Nonius 7, 43. ¶ 3. Active paſſivo uſus eſt Hyginus fab. 273 *Certati ſunt cuiuſa Neſtor, Helenus*, &c. i. e. *certarunt*, uti ipſe mox loquitur. Munckerus in not. p. 61 illud tuetur cum Lipſ. ad Tac. An. 1, 5, & cum Salmaſio in Solin. fol. 78 a.

¶ Certans, *tis*. Cic. Tuſc. 5, 27 *Certantes pugnis, calcibus, unguibus, morſu*. Virg. Æn. 11, 445 *Hæc inter ſe agebant certantes*. Id. ecl. 8, 3 *Paſtores certantes*. Id. Æn. 12, 574 *Animis pariter certantibus*. Sil. 4, 201 *Crinis auro certans*, ſo dem golde nichts nachgiebt.

¶ Certanter, adv. cum certamine, velociter. Paulinus Petrocor. 6, 489

Aut ſi certanter rapuiſſent flumina cœtus.

¶ Certatus, *a*, *um*, darum man ſtreitet. Tac. An. 11, 10, 3 *In amnis transgreſſa multum certato*. Conf. Id. Hiſt. 4, 16, 4.

¶ Certātim, id eſt, cum contentione ſeu quodam certamine, ſtreitend, um die wette. Virg. Æn. 7, 585

Certatim regis circumſtant tecta Latini.

Plin. 2 epiſt. 9 *Omnes m. certatim, & tamen æqualiter amant*. conf. 9, 13; 10, 18. Cic. Phil. 2, 46 *Certatim ad opus curvere*, ſich darzu drungen. conf. Id. pro Sext. c. 34.

¶ Certatus, *ûs*, m. ſubſt idem quod *Certamen*, der kampff. Stat. 3 Silv. 1, 152

Nudosque virûm Certatus.

¶ Certātio, *ōnis*, f. ein kampff, ein ſtreit, ein wort-wechſel. Ter. Adelph, 2, 2, 4 *Certatio inique comparata*. Cic. de fin. 2, 14 *Virtuti cum voluptate certatio eſt*. Idem de Amic. c. 9 *Ad bene merendum inter amicos eſt honeſta certatio*. Vitruv. 2, 1 *Exercentes ingenia certationibus indies melioribus judiciis efficiuntur*.

¶ Certātor, *ōris*, m. ein ſtreiter, kämpffer, fechter: ut, *Agreſtes & indomiti certatores*, Gell. 12, 10 *Certatorem ſe profiteri*, Apul. de Dogm. Plat. p. 47. Vet. Gloſſ. *Certator*, ἀγωνιστής.

¶ Certabundus, *a*, *um*, ſtreitend. Apul apolog. p. 288 *Diogenes Cynicus cum Alexandro M. de veritate regni certabundus, baculo ſceptri vice gloriabatur*.

¶ Certamen, *ĭnis*, n. ein ſtreit, kampff. Cic. de Fin. 2, 21 *Certamen honeſtum & diſputatio ſplendida*. Id. de Orat. 1, 1 *In certamen cum aliquo convenire*. Et Acad. 1, 12 *Certamen cum aliquo ſibi inſtituere. Rem in certamen addúcere*, ein ding ſtreitig machen. Virg. Æn. 8, 639 *Poſito certamine reges Stabant* &c. Sil Ital. 14, 141 *Solaque quod ſupereſt, ſecum certamina narrat*. Conf. Drakenb. ad Liv. 6, 18. Plin. 8 epiſt. 24 *Accedit quod tibi certamen eſt tecum*. Sacra certamina apud Græcos quatuor fuere, *Nemea*, *Pythia*, *Iſthmia & Olympia*, Alciatus ex epigrammate Græco Archiæ: *Sacra per Argivas certamina quatuor urbes Sunt duo facta viris, & duo cœlitibus: Vt Iovis & Phœbi, Melicertæque, Archimoriique: Præmia ſunt, pinus, poma, apium atque olea. Certamen de principatu* idem quod æmulatio eſt apud Nepotem 2, 6, 3. ¶ 2. Per figuram *Certamen* pro ipſo certatore Virgilius poſuit in illo ecl. 7, 16

Et certamen erat Corydon cum Thyrſide magnum.

Ad quam rationem Prudentius Hymno matutino v. 73

Sub nocte Iacob cærula luctator audax angeli
Eo usque dum lux ſurgeret, Sudavit: impar prælium.

Impar prælium, i. e. impar præliator: nili *Sudavit* ἐνεργητικῶς poſuit, ut Claudianus & alii fecerunt. Vide infra *Sudare*.

¶ Concerto, *are*, idem fere, quod certare, litigare, ſtreitig ſeyn. Ter. Adelph. 2, 2, 2 *Quid iſtuc eſt, quod te audio, neſcio quid, concertaſſe cum hero?* Cic. Att 3, 12 *Verbis cum aliquo concertare*.

¶ Concertatus, *a*, *um*, abgehandelt. Cic. in Partit. c. 28 *Quæ ante quamres in judicium venit, aut concertata, aut dijudicata, aut confecta non ſunt*.

¶ Concertatio, *ōnis*, f. ut certatio, gejänckc, wortwechſel. Cic. de Fin. 1, 8 *Pertinax in diſputando concertatio*.

¶ Concertator, *ōris*, m. der mit einem ſtreitet. Tac. An. 14, 29, 3 *Paulinus ſententia militia, & rumore populi, Corbulonis concertator*, h. e. æmulus.

¶ Concertatōrius, *a*, *um*, heffig. Cic. de Cl. Orat. c. 83 *Thucydides hoc forenſe, concertatorium, judiciale non tractavit genus*.

¶ Concertativus, *a*, *um*, idem. Quintil. 7, 3 *Accuſatio, mutua, quam vocant concertativam*, eine gegen-klage.

¶ Decerto, *are*, idem etiam quod *certare*, vel *valde certare*, ſtreiten, rechten. Cic. de fin. 5, 2 *Eum locum libenter inviſit, ubi Domoſthenes & Æſchines inter ſe decertare ſoliti ſunt*. Id. pro domo c. 24 *Vi & armis contra vim decertare*. Id. or. pro A. Cæc. c. 1 *Qua de re jure decertari oporteret, armis non contendere*. Adde Menck. notata in Obſerv. L. L.

¶ Decertatus, *a*, *um*, beſtritten. Stat. Theb. 1, 1 *Regna decertata odiis*, i. e. perdita atque amiſſa concertando, vel ut Gloſſæ MSS. apud Barth. *debellata*. Claud. laud. Stil. 1, 21 *Decertati labores*, i. e. decertando peracti, vollbracht.

¶ Decertandus, *a*, *um*, darum ein wettſtreit zu halten. Gell. 10, 18 *Ad laudes decertandas venire*.

¶ Decertatio, *ōnis*, f. die ſtreitigkeit. Cic. Phil. 11, 9 *Harum rerum omnium decertatio conſulibus commiſſa & commendata*.

¶ Decertatorius, *a*, *um*; ut, *Pugna decertatoria*, Quintil. 6, 4. i. e. vehemens, quæ in altercationibus conſiſtit. Sed habent libri boni etiam *decertoria*, ubi vid. ſub *Certo*.

¶ Præcertatio, *ōnis*, f. præmiſſa certatio, proludium certaminis, Auctor ad Herenn. 4, 30 *Mihi tecum præcertatio non eſt*.

CERTUS, *a*, *um*, clarus, indubitatus, manifeſtus, quaſi judicatus, a *Cerno*, *cretum*, per metatheſin, gewiß, ſicherlich. Ter. And. 2, 2, 31 *Certa res eſt*, die ſache iſt richtig. Cic. fam. 8, 3 *Ego certior, quam ille, candidatus*. Id. in Piſon. c. 20 *Pœna certiſſima in impios conſtituta* Conſtruitur interdum cum Genit. & ſignificat eum qui decrevit; ut, *Certus conſilii*, Tac. Hiſt. 2, 46, 1. *Certus fugæ*, der beſchloſſen hat ſich zu retiriren, Plin. 6 ep. 16. *Certus futuri*, Sen. Herc. fur. v. 1071. Etiam cum eodem gerundii caſu. Iterum Tac. Hiſt. 4, 14, 1 *Deſciſcendi certus*. Virg. Æn. 4, 554 *Certus eundi*. Et cum præpoſitione: Planc. ad Cic. fam 10, 23 *De hoc mihi parum certum eſt*, hiervon weiß ich nichts eigentliches. ¶ 2. *Certus* etiam eſt determinatus, deſtinationi reſpondens, non tantum de ictibus vel telis, ut Germ. ein gewiſſer ſtich oder ſchuß, de quo Burm. ad Quint. Decl. 1, 10 p. 27; Sed etiam de aliis rebus; ut, *Dies certa*, i. e. præſtituta, beſtimmte zeit. Liv. 1, 50 *In diem certam convenire*, auf ernennte oder angeſetzte zeit. *Certi homines*, bekannte leute, Cic. fam. 1, 9, 29: & 4, 9, 5. Id. Att. 5, 17 *Habere homines certos. Certi homines mittuntur*, Nep. 7, 10, 1. Id. 10, 9, 1 *Præfecit certos, qui* &c. de deſtinatione peculiari ad res obeundas. Liv. 27, 25 *Neque enim duobus, niſi certis Deis, vitæ ancipitia fieri*. ¶ 3. Eſt fide dignus, cui merito credas, glaubwürdig, zuverläßig, redlich, rechtſchaffen. Cic. Att. 10, 6 *Pro certo habemus*, wir glauben. Id. fam. 1, 7, 2 *Quoties mihi certorum hominum poteſtas erit, quibus recte dem*, &c. Id. pro Roſc. Amer. c. 19 *Id erat certi accuſatoris officium*. Id. Verr. 2, 64 *Propter virtutem & fidem cum Androne homine honeſtiſſimo & certiſſimo electus eſt*. Plaut. Trin. 1, 2, 57 *Tu ex amicis certis mihi es certiſſimus. Dii certi* ab Varrone vocantur, quos Virgilius *conſcia numina veri* Æneid. 2, 141, appellat, teſte Servio ad h. l. Contra incertus D. Brutus Cic. fam. 11, 19 *Genus hominum adverſariorum ſeditioſum & incertiſſimum*. ¶ 4. *Certum eſt mihi, tibi*, &c. id eſt deliberatum & conſtitutum eſt, es iſt beſchloſſen, feſtgeſetzt. Ter. And. 2, 1, 11, & 1, 3, 4; Id. Eun. 2, 3, 97; Plaut. Amph. 1, 1, 109; & Aſin. 3, 3, 23. conf. Virg. ecl. 10, 52; & Æn. 9, 153 ¶ 5. *Certo certius*, hoc eſt, veriſſime. Apul. 9 Mileſ. p. 207 *Nos, quos occultaret apud ſe certo certius dedere*. Id. l. 10 p. 231. *Mox urgente ſpiritu jam certo certior*. Plaut. Capt. 3, 4, 111 *Nihil invenies magis hoc certo certius*. ¶ 6. *Certiorem facere aliquem* einem zu wiſſen thun. Ter. Phorm. 4, 3, 69 *Quantum potes, me certiorem face*, Cic. fam. 9, 23 *Cum certum ſciam, faciam te paulo ante certiorem*. Ibid. 1, 9, 13 *Certior per literas factus*. Salluſt. Iug. c. 46 *De innocentia ejus certior factus*. Cic. fam. 11, 2 *Facias nos certiores tuæ voluntatis in nos*. conf. Mencken. Obſerv. hac voce. Sed *facere certum* non dicimus, Poëtæ dicunt Virg. Æn. 3, 179 *Anchiſen facio certum, remque ordine pando*; pro *certiorem*. ¶ 7. Virg. Æn. 9, 250 *Cum tales animos juvenum, & tam certa tuliſtis Pectora*, i. e. firma vel fortia, ut Servius interpretatur, reſolut, reſolvirt.

¶ Certum, *i*, & pl. Certa. ſubſt. etwas gewiſſes. Cic. Att. 1, 13; & 10, 6 *Certum habeo*. Id. Fam. 12, 1 *Habere certum de aliquo, quid agat*. Id. Off. 2, 2 *Alia certa, alia incerta eſſe dicunt*. Plaut. Pſeud. 2, 3, 19 *Certa amittimus, dum incerta petimus*. ¶ 2. Nec minus elegans, *Pro certo dicere, pro certo habere*, für wahrheit, für gewiß ſagen, halten. Cic. de Clar. Or. c. 3; Salluſt. Cat. c. 52. *Pro certo creditur*, ibid. c. 15. *Quis pro certo affirmet?* Liv. 27, 1. conf. Duckerum & Drackenb. ad Liv. 3, 1.

¶ Certe, adverb. confirmantis, & concedentis, fürwar, gewiß. *Et certe is eſt*, Ter. And. 5, 4, 31. *Certe captus eſt*, ibid. 1, 1, 55. Compar. Liv. 3, 40 *Certius explorata referre*. Id. 35, 48 *Averſos certius figere*. Quint. Decl. 355 *Quidam certius ab uxore quæſivit*. Apul. 2 Met. p. 118 *Felix & certius beatus*. Sed *Certo certius* v. in *Certus* n. 5. Superl. Tertull. de Pallio c. 4 *Tunc certiſſime pallium ſuper omnes exuvias & peplos auguſta veſtis*. ¶ 2. Pro *ſaltem* vel *tamen* ponitur. Cic. Att. 16, 7 *Quamvis non fueris ſuaſor & impulſor profectionis meæ, approbator certe fuiſti*, id eſt, tamen. Id. fin. 4, 3 *Res fortaſſe veræ, certe graves*, zum wenigſten. conf. Id. fam. 4, 7, 3.

¶ Certo, adv. i. e. clare, liquido, σαφῶς, gewiß, eigentlich; quo ſæpe uſum Terentium Guyetus obſervat ad Heaut. 4, 4, 4. Sic *Certo comperi*, ich habe es richtig erfahren, Id. Eun. 5, 1, 9 *Certo ſcio*, Cic. fam. 4, 13, 17; & 5, 2, 17; & Att. 2, 23. ¶ 2. *Certo* eſt ſine controverſia, unſtreitig. Plaut. Amph. prol. 93; & Stich. 1, 3, 86.

¶ Certiōro, *are*, certiorem facere, vergewiſſern; poſterioris latinitatis eſt, Iurisperitorum maxime. Vlp. l. 20 § 11 Dig. de Hæredit. petitione: *Si forte is, cui denunciatum eſt, eum certioraverit*; Et l. 1 fin. Dig. de action. emti & vend. *Neque certiorari debuit, qui non ignoravit*. Vlpianus autem pro ſe melioris ævi teſtem citat Iulianum Dig. 16 t. 3 l. 1 § 33, & lib. 13 Dig. t. 6 l. 5 § 8, quod monet Borrich. Vindic. p. 25. Gloſſ. gr. lat. *φανεροποίησαι certiorare*.

¶ Certiorātus, *a*, *um*, vergewiſſert, berichtet: ut, *Certioratus dominus a ſervo*, Vlpian. l. 1 § 4 ff. Si quis om. cauſſa &c.

¶ Certiſſo,

¶ Certisso, *are*, certum fieri, gewiß werden. Pacuv. apud Nonium 2, 160 *Exos unde certissent*, i. e. certi fiant.

¶ Certitudo, *inis*, f. die gewißheit; vox vulgo recepta, sed latinis auribus incognita. Apud Ammian. quidem Marcell. lib 30 post pr. in quibusdam Codd. est: *In cujus fidei certitudine manent immobilis*; sed abesse a MSS. Valesii fratres notarunt. Latina sunt, *Certum* vel *certa, certa rei ratio, Exploratissima veritas* vid. Voss. de Vit. 1, 6; Vorst. de Lat. susp. c 7 p. 65; Cellar. Antib. p. 16 &c. Sed ap. Saresb. Polier. 2, 24 est *Certitudo signorum*.

¶ Certifico, *are*, certiorem reddere, gewiß machen, versichern. Et

¶ Certificator, *oris*, m. ein Garanteur: Et

¶ Certificatio, *onis*, f. die versicherung, gewährschaft. ICtis, Vlpiano & Sœvolæ, relinquuntur.

¶ Incertus, *a, um*, ambiguus, ungewiß. Cic. pro Quint. c. 26 *Incertus, reliqui temporis eventus*. Id. pro Mil. c. 21 *Incerti exitus pugnarum alias que communis*. Est igitur quasi participium passivum, q. d. qui non cernitur. vid. Sall. Jug. 49, 5 ita *nescius*, *incautus* &c. vid Cort. Cic. l. 5 in Verr. c. 52 *Ætas maxime lubrica & incerta*, i. e. adolescentia, quæ facile corruinpi & a recto abduci potest. Lucanus *incertas* manus natantium dixit, qui, cum consistere nequibant, non inferebant vulnera, fallente telo, lib. 3 v. 692. *Incerta Syrtes*, Propert. 2, 7, 71. Ovid. 1 Amor. 11, 1 *Incerti crines*, struppichte haare. Quint. Decl. 1, 10 p. 27 *Illum metus & conscientia incertum faciunt*, sie machen daß man nicht gewiß treffen kan. Liv. 3, 27 *Quid quoque nox aut dies ferat, incertum est*. Suet. Aug. c. 19 *Deprehensus est cultro venatorio cinctus; impune mentis, an simulata dementia, incertum*. Et ita alii passim. Quod eidem Suetonio itemque Tacito omittitur, subintelligendum: ut Vespas. c. 1 *Pompejanarum partium Centurio, an evocatus*: subaudi, *incertum*. v. ibi Casaub. Cum Genitivo Ter. Hec. 1, 2, 46 *Animi incertus*. Id. Phorm. 4, 1, 12 *Id me consilii incertum facit*. Et cum præpos. Id. Hec. 4, 3, 8. *De uxore incertus sum etiam, quid facturus sim*. Gradus sunt, *Incertior sum malim, quam dubium*, Ter. Phorm. 2, 2, 19. *Nihil est incertius vulgo*, Cic. pro Mur. c. 17. *Incertissima spes*, Id. pro Sextio c. 22. *Incertissima pax*, Liv. 8, 20.

¶ Incertum, *i*, & plur. Incerta, n. substantive ponuntur non sine elegantia, qua fordidum vocabulum *Incertitudo* evitatur, ungewißheit, unbeständigkeit. Vt, *incert on lelli*, Iustin. 38, 1, 8; *maris & tempestatum*, Tac. An. 3, 54, 6. Et *incerta fortunæ*, Plin. 3 ep. 19. conf. Parei Lex. crit. p. 590. Et Plaut. Pseud. 2, 4, 69 *Quicquid incerti mihi in animo aut ambiguum fuit*. Sallust. Iug. c. 38 *An tutias foret, in incerto erat*. conf. c. 46 f. *In incerto habetur*, man weiß nicht.

¶ Incerte, adverb. ungewiß. Ennius apud Gell. 19, 10 *Incerte erat animus*, es schweift hin und her. Conf. Pacuv. ap. Nonium 7, 2.

¶ Incerto, adv. idem; ut, *Admodum incerto scio*, Plaut. Pseud. 4, 2, 7. conf. Epid. 3, 4, 69. Et ibid. 4, 1, 18 *Incerto autumo*.

¶ Incertitudo, *inis*, f. die ungewißheit; vox barbara, pro qua classici scriptores *Incertum* vel *Incerta* dicunt, uti præmonitum est. Conf. Parei Lex. Crit. p. 590, & Cellar. Antib. p. 51. Ipse Vulgatus verba Apostoli 1 Tim. 6, 17 non reddidit *in incertitudine*, sed *in incerto divitiarum*. Conf. Vechneri Hellenol. 1, 9 p. 123 seqq.

¶ Incerto, *are*, incertum & dubium facere, zweifelhaft, ungewiß machen. Plaut. Ep. 4, 1, 18 *Longa dies meum incertat animum*. Visus & Pacuvius ap. Nonium 2, 423. Et Apul. Met. 5 p. 164 *Singultu lacrymisque sermonem incertan*, unvernehmlich machend. Id. 11 p. 265 *Propsperum sui nobis incertus*.

¶ Perincertus, *a, um*, sehr ungewiß. Gell. 18, 4 ex Sallustio: *Perincertum, stolidior an vanior*.

Cerva, Cervarius, vide *Cervus*.

CERVCHVS, *i*, m. κεράχης, plur. *ceruchi* funes s. rudentes, qui habent antennarum cornua. Lucan. 8, 177 *Surget & instabit summis minor Vesa cerachis*. Adde 10, 194. vid. Scalig. ad Manil. 1 p. 74, editionis ultimæ Argentorat. conf. Val. Flacc. 1, 469, & ibi Carrio item Scriverii epistola ad Herib. Rosweydum in Miscell. Observ. vol. 5 p. 123.

Cervical &c. vide *Cervix*, Cervinus, *Cervus*, Cervisia, *Cerevisia*.

CERVIX, *icis*, f. & *Cervices*, plur. collum, speciatim posterior colli pars, das genicke, der nacke; ut, *jugulus*, anterior, die kehle. Cic. pro Mil. c. 25 *Ego Clodii fauces a cervicibus vestris repuli*. Id. Catil. 3, 7 *Non facile tantam tamdem mali a cervicibus nostris depulissem*, vom hals abwenden. Vellej 2, 131, 1 *Quorum cervices festinando imperio sufficiunt*. ¶ 2. Servius in Virg. Æn. 2, 707 CERVIX, inquit, *cum numero singulari dicitur*, Collum *significat: si plurali utamur, superbiam ostendimus: ut in Verrinis Cicero*, FRANGERE CERVICES. Sed hoc discrimen nullum est. Veteres tantum in plurativo numero *Cervices* dixisse videntur, si in singulari *Cervix* primus dixit Horatius, ut diserte Varro duobus locis prodidit, lib. videlicet 7 & 9 de L. L. & Quint. 8, 3 p. 692. Conf. Voss. 4 Instit. Orat. p. 18; & Burm. ad Quint. l. c. it. ad Decl. 301 p. 585. Verum & diu ante Horatium singulari numero usus est Pacuvius, ex quo cic. Divin. 2, 64 hæc adducit: *Quadrupes tardigrada, egrestis, humilis, aspera, Capite brevi, cervice anguina, adspecta truci*. Eodemque modo Lucretius 6, 741 *Præcipitesque cadant molli cervice profusæ*. Neque recentiores discrimen attenderunt, sed promiscue modo *cervicem*, modo *cervices* de collo dixerunt. Suet. Tib. c. 68 *Incedebat cervice rigida & obstipa*, starrhälsigt. Id. Vesp. c. 5 *Procidit* (bos) *ad ipsos accumbentis pedes, cervicemque submisit*. Contra Claudio c. 30 *Prolixo nec exili corpore erat, opimis cervicibus*, er hatte einen fatten hals, oder fetten hals. Rurfus Galba c. 11 *Iter ingressus est paludatus ac dependente a cervicibus pugione*. Item Vitell. c. 17 *Injecto cervicibus laqueo*, mit einem strick am hals. Cic. Phil. 2, 21 *Cervicesque suas ei subjecit securi*. Et Verr. 3, 59 *Si qui erunt tantis cervicibus, qui audeant*. ¶ 3. *In cervicibus esse*: id est, imminere, einem auf dem halse seyn. Liv. 44, 39 *Quanto enim facilius fuit, abire: cum procul abessemus, quam nunc, cum in cervicibus sumus*. Idem 22, 33 *In cervicibus bellum est*, der krieg ist uns nahe. Cic. fam. 12, 23 *Quas* (legiones) *cogitabat ad urbem adducere, & in cervicibus nostris collocare*, sie uns über den hals zu führen. Id. pro Mur. c. 37 *Relicti in capite atque in cervicibus nostris resteterunt*.

¶ Cervicula, *æ*, f. diminut. Cic. Verr. 3, 19 *Cerviculam jactare*, i. e. ostentare se. Apul. Florid. p. 348 de pittaco: *Cervicula ejus circulo minio, velut aurea torque, cingitur*. Metaphorice Vitruv. 10, 13, in machinæ hydraulicæ descriptione; *Supra cerviculam ejus coagmentata areula* &c. Ibidem & *lignois cervicibus conjungi*.

¶ Cervical, *ālis*, n. ein hauptkussen. Plin. 20, 20 *Cervicalibus aliquid fugiere* conf. Id. 28, 4. Martial 14 epigr. 146 *Cervical clivit*.

¶ Cervicatus, *a, um*, obstinatus, pervicax, halsstarrig, hartnächtig, Vulg. Interpr. Sirac 16, 11.

¶ Cervicolus, *a, um*, idem; ut, *Cervicosi Iudæi*, Ambros. vide Voss. de Vit. L. L. 3, 4 p. 396.

¶ Cervicositas, *atis*, f. die halsstarrigkeit. Sidon. 7 epist. 9 *Disciplinæ segre subditur popularium cervicositas*.

¶ Decervico, *are*, den hals abschneiden. Hinc

¶ Decervicatus, *a, um*, enthauptet, oekopft, dem der hals ab ist; ut, *Decervicata cadavera*, Sidon. 3 epist. 3.

Cerula, vide supra *Cera*.

CERVS, veteri lingua *sanctus*; unde *Ceremonia*, uti vult Scaliger in Festi *Cerimonia*: cui ibidem contradicit Dacerius p. 61. Et licet concedat, *Cerum* esse *creatorem*, tamen eidem p. 230 *Cerus* non est ab antiquo *Cereo*, i. e. *Creo*, de quo Varro L. L. 5, 8; Sed *Cerus*, ait, est *genius: ita genius est gerus, & C pro G Cerus; & ita cicilos Ianus*. conf. Meurs. Exerc. Crit P. 2 l. 3 c. 1. Hinc

¶ *Cerus manus* in carmine Saliari, quod *Creator bonus* exponitur a Festo in *Mater Matuta*.

CERVSSA, *æ*, f. alio nomine *psimmythium*, ψιμμύθιον, unguentum ex ramentis plumbi tenuissimis aceto dissolutis, bleiweiß. v. Plin. 34, 18. It. 28, 9; & Vitruv. 7, 12. ¶ 2. Color, quo fucum faciunt mulieres, schminke. Ovid. de medicamine faciei v. 73 *Nec cerussa tibi, nec nitri spuma rubenti Desit*.

¶ Cerussatus, *a, um*, cerussa inunctus, geschminckt; ut, *Cerussata cutis, cerussatæ buccæ*, Martial. 7 epigr. 24: & Cic. in Pis. c. 11.

CERVVS, *i*, m. ein hirsch. Varro L. L. 4, 24 *Cervi* dicti sunt, quod *magna cornua* gerant: Virg. Georg. 3, 265 *Cervi imbelles*: sunt enim animalium placidissimi: etiam vivaces. Cic. Tusc. 3, 28 *Natura cervis & cornicibus vitam diuturnam dedit*. v. Plin. 8, 32, ubi plurima de cervis & inter alia: *Vita cervis in confessa longa, post centum annos alicubi captis cum torquibus aureis, quos Alexander M. addiderat, adopertis, jam cute in magna obsistate*. Cervos frenatos & currus trahentes Martialis 1 epigr. 105 memorat. Antonium Heliogabalum etiam quatuor cervis ingentibus vectum, Lampridius ejus vita c. 20 scribit. ¶ 2. *Cervi* etiam furcæ dicuntur, quæ cæsæ ad fulstentationem figuntur: quod similitudinem cervinorum cornuum referant, ut Varro L. L. 1, 24, & Servius ad Virg. ecl. 2, 29 interpretantur, gabeln, stützen. Sed *Cervis* istis sive furcaris truncis vel stipitibus etiam ad impediendos hostium accessus incurfusve uti in muniendis fossis operibusque iolebant, Spanische reuter. Cæs. B. Gall. 7, 72 *Post eas* (fossas) *aggeres & vallum XII pedum exstruit: huic loricam pinnasque adjecit, grandibus cervis, eminentibusque ad commissuras plavorum atque aggeris: qui ascensum hostium tardarent*. Liv. 44, 11 *Cervis etiam objectis, ut viam intercluderet*. Sil. 10, 414 *Cervorum ambustis imitantur cornua ramis*. Tibullus Panegyr. Messalæ 4, 1, 84 *Qualiter adversos hosti dejigere cervos, Quemque locum dicto melius sit claudere vallo*. Vide & Lipf. Poliorcet. 2, 2; & quos præterea laudat Brouckhus. ad Tibull. l. c.

¶ Cerva, *æ*, f. ein reh oder hindin; ut, *Cerva alba Sertorii*, Gell. 15, 22. Dido comparatur *cervæ* a Virg. Æn. 4, 69. *Æripes cerva*, Æn. 6, 802. Talis etiam est inter Herculis labores. v. Drakenb. ad Sil. 3, 39. *Cervæ medulla* est inter fucos & pigmenta faciei ap. Ovid. Art. am. 3, 215. ¶ 2. *Cervæ* nomine appellantur etiam canes. vid. Colum. 8, 12.

¶ Cervula, *æ*, f dimin. Item turpe ludi genus, quod damnat Auguft. Serm. de Temp. 215 *Turpitudinem ac ominula vel cervula exercere*.

¶ Cervulus, *i*, m. diminut. In significatione obstruentis furcæ usus est Frontinus Strateg. 1, 5, 2 *Vadum*, inquit, *cervulis & alio materiæ genere constructum incendit*.

¶ Cervarius, *a, um*, adject. vom hirsch; ut, *Lupus cervarius*, ein luchs. vide *Lupus*. *Venenum cervarium*, Plin. 27, 9. *Cervaria ovis*, quæ pro cerva immolabatur, Fest.

¶ Cervinus, *a, um*, idem; ut, *Cornu cervinum*, Varro R. R. 3, 9 hirschhorn. *Pelli cervinæ*, hirschhaut. Horat. 1 epist. 1, 66. *Cervinus color*, Pallad. Mart. tit. 13. Apud Homer. 1 Iliad. Achilles Agamemnoni objicit *cor cervinum*, κραδίην ἐλάφοιο, ein feiges und furchtsames herz. Philippus Macedo: κάπτει γὰρ ἀνὴρ, ἔλεγε σφετεροῦ ἐλάφων, λεοντος σθένος, ἢ λεόντων, ἐλάφων σθένος, *Præstantiorem dixit esse exercitum cervorum imperante leone quam leonum duclore cervo*, ex Stobæo.

CERYX, *ycis*, m. Κήρυξ, *præco, caduceator*, sive interpres hominum juxta atque Deorum: itemque qui sacra Cereris tractabat, ein herold. Nepos 7, 4, 5 *Postquam se capitis damnatum audivit, & Eumolpidas & Ceryces a populo evocari, ut se discoverent* &c. Cognatæ autem familiæ fuerunt *Ceryces* ac *Eumolpidæ*. vid Paufan. Att. p. 36 Weech. & Clem. Protrept. p. 17. Sen. de Tranqu. an. c. 3 *Non vis enim nisi consul, aut Prytanes, aut Ceryx, aut Sufes administrare rempubl.* Vide Athenæum lib. 14, & Plutarch. in Alcibiade. Vet Gloss. Κήρυξ ὁ υπὲρ ἱερῶν ἀποστελλόμενος, καὶ τὸ κηρύκιον φέρων, *Caduceator*. Item Κήρυξ, *Præco*.

¶ Cerycium, *i*, n. κηρύκιον, lignum duos continens serpentes implexos, ein herolds-stab. v. Cæl. Rhod 21, 16. Nam *Ceryeia* insigna a legatis Græcorum gestata, ne quis eos violaret. conf. l. 8 § 1 ff. de rer. divis.

CESCVS, *i*, m. Pamphyliæ civitas, cujus cives ob vecordiam male audiebant, quamquam Suidas ponat in Cilicia, qui & meminit proverbii: Κέσκον δικεῖς, i. e. *Cescum habitas*; quod in stupidum & bardum dicebatur. Iuxta Cescum fluvius erat nomine Ζῆνις, i. e. *amens*. Vnde vulgari sermone de cœtu aut concilibulo hominum stultorum jactatum est: Κέσκος τὸν ἐκ ἐχρῆν, i. e. *Cescus civitas mentis inops*, ein hauffen narren. v. Erasm. Chil. & conf. Plin. 31, 2.

Cesspes, cesspito &c. vide *Cespes*, Cesso, *are*, &c. *Cedo*, Cesticillus, *Cestus*.

CESTRON, *i*, n. κέστρον, ein ſpitzig eiſen. Omnia acuta Græci κέστρα appellarunt: hinc *Cestrosphendona*. Speciatim inſtrumentum illud, quo in cornu encauſto pingebant, *cestrum* appellatum Plinius auctor eſt 35, 11, ein grabeiſen. *Encaustō*, inquit, *pingendi duo fuisse antiquitus genera constat*, CERA; *& in ebore* CESTRO, *id est vericulo*. *Vericulum* ſive *Vericillum*, parvum verutum dixit: quod Græci κέστρον vocant. Idem ibid. paullo ante: *Laca, Cyzicena perpetuo virgo Marci Varronis juventa Romæ, & penicillo pinxit & cestro in ebore*. *Marci Varronis juventa Romæ, & penicillo pinxit & cestro in ebore.*

¶ 2. *Cestron* herba, quæ & *betonica* dicitur, Plin. 25, 8. Gloſſ. Κεστὸς, *Vettonica*, leg. κέστρον *Vettonica*. Ita etiam Apul. Muſa.

¶ Ceſtrites, *æ*, m. κεστίτης, vinum ex ceſtro herba, Dioſc. 5, 54.

¶ Ceſtroſphendĕna, *æ*, f. κεστροσφενδόνη, telum quod ſimul & nominat & deſcribit Livius 42, 65.

¶ Ceſtrōtum, *i*, n. encauſticum opus ceſtro pictum; itaque legendum apud Plinium atque Vitruvium non *Cerostrotum*, (de quo ſupra in *Cera*) Turnebus atque Salmaſius exiſtimarunt. Vide illum Adverſ. 13, 24; hunc Exercit. Plin. p. 231 ſeq.

CESTVS, *i*, m. græce κεστὸς, Dorice κεσσὸς, muliebris ornatus, ſive balteus, & cingulum, præcipue illa zona, qua nova nuptiarum die præcingebatur a ſponſo ſolvenda. Vnde illa forma: *Zonam ſoluere*, vide Scalig. Patrem Poët. 3, 100. Scalig. Fil. ad Catull. Martial. 14 epigr. 207 *Sume Cytheriaco medicatum nectare cestum, Vsst amatorem balteus iste Iovem.* Et 6 epigr. 13 *Vt Martis revocetur amor, summique tonantis, A te Iuno petit Cestos & ipsa Venus.* Lutatius Statii Scholiaſtes ad Theb. 2, 283 *Cestus dicitur cingulum Veneris, quo utimur ad honestas nuptias, & quando virgo Cadmo nupserat Harmioni, ideo hoc junxit. Nam ad turpes nuptias Venus dicitur non venire. Ideo* incestum *dicitur, quod sacrato illo Veneris cingulo non fuerit vinctum.* Fuit autem *Cestus* cingulus iſte pulcherrimus, picturatus, efficax ad illectamenta Gratiarum & Amorum, quo Venus Martem ſibi conciliare dicitur. Eum elegantiſſime Homerus deſcribit Iliad. Ξ v. 214, vocatque κεστὸν ἰμάντα. Coluthus v. 154 de Raptu Helenæ μειλίχοια δεσμὸν ἔχωσαν, *mellitum amorum vinculum* nuncupat vid. Drakenb. ad Sil. 7, 747. Veneris Vraniæ f. cœleſtis proprium dicit Lucian. de D. Syr. p. 676 Gr. Sic itaque pro cingulo, quia a κεστὸς eſt, quod ſonat *acu pictus*; ſimplici E ſcribendum eſt. v. Voſſium d. l. Ceſtus vero per *æ* vide in *Cedo*. ¶ 2. *Cestum* veteres vetuſtiſſimum hymnum vocaverunt, quem Paris Priami filius parentum juſſu, tametſi barbarorum, Græcis diſciplinis inſtitutus ſcripſit, quo Veneris laudes complexus eſt, eamque Palladi & Iunoni prætulit. Ex quo hymno ejunt poëtis datam occaſionem fingendi, quæ de Paridis judicio & ceſto traduntur.

¶ Ceſticillus, *i*, m. diminut. *circulus, quem superponit capiti, qui aliquid est laturus in capite*, ein bund auf dem kopf. Feſtus.

Inceſtus & Inceſto &c vide ſupra in *Castus*.

Cetarius, cete, vide mox *Cetus*.

Ceteri, *æ*, *a*, vide ſupra *Ceteri* per *æ*.

CĔTHEGVS, *i*, m. conſul Romanus, eloquentia præſtans, quemadmodum Cicero ſcripſit in Bruto c. 48. ¶ 2. *Cethegus* alter ſocius fuit conjurationis Catilinæ, de quo Salluſtius c. 17: c. 32 &c. & Cic. Catil. 3, 3. Iuvenalis 2, 27 ferendum eſſe negat, *si Clodius accuset mœchos, Catilina Cethegum*: de quo eſt Germanorum proverbium, ein eſel heiſſet den andern langohr oder ſackträger. ¶ 3. Horatius de Arte P. v. 50 *Fingere cinctutis non exaudita Cethegis Continget*: *Cinctutos* vocat antiquos, quod gentili more pro tunica cinctum, vel campeſtre ab umbilico ad pedes geſtarent, nudi cætera: unde & *nudum Cethegum* Lucanus 6, 794 dixit: *exertumque quod* idem eſt 2, 743, & Sil. Ital. 8, 587. Idem Horat. 2 epiſt. 2, 117 *Quæ priscis memorata Catonibus atque Cethegis.*

CETIVS, vel Cerējus, *i*, m. fluvius Pergamum præterfluens, Plinius 5, 30. Hinc

¶ Cerēji, *orum*, m. pl. κητῆσι apud Homerum Od. λ v. 519, quos Eurypylo paruiſſe refert. Pergameni intelliguntur a Spanhemio de uſu & præſt. num. diſſ. 5 p. 505.

CETRA, *æ*, f. ſcutum eſt breve loreum, quo Afri utuntur & Hiſpani, Servio auctore ad illud Virgilii 7, 732 *Levas cetra tegit*. Liv. 28, 5 *Pelta cetræ haud dissimilis est*: conf. Curt. 3, 2, 5. Lucan. 7, 232. Tac. Agric. 36, 1 & Britannis tribuit. Reſtituit hanc vocem Ciceroni Græcius ſam. 7, 1 p. 263. Scribitur etiam *Caetra*. vid. Drakenb. ad Sil. 3, 278.

¶ Cetrātus, *a*, *um*, cetra utens: ut, *Cetratæ cohortes*, Cæſ. B. C. 1, 39. Liv. 31, 36 pr. Macedonum peltaſtas quoque *cetratos* vocat. *Cetratos*, inquit, *quos peltastas vocant, loco opportuno in insidiis abdiderat*. Et ibid. *Duces cetratæ cohortis*. vid. Demſteri Paralip. ad Roſini lib. 10 p. 1028.

Cetre, defectivum, vide in *Cedo*.

CETVS, *i*, m. & Cete, n. pl. a τὸ κῆτος, εος, τὰ κήτεα, κήτη, quilibet piſcis major, qui animal parit, non ovum, ein wallfiſch. Hyginus Fab. 64 *Neptunus exposuerat, ut Andromeda cete objiceretur*. Et Fab. 89 *Neptunus cetum misit, qui Trojam vexaret*. Et ſic Plaut. Aul. 2, 8, 5; Vitruv. 9, 7. Altera forma Plin. 11, 37 (ſect. 75,) *In jecore est & cetis fel*. Virg. Æn. 5, 822. *Tum variæ comitum facies, immania cete*. Sil. 7, 477 *Dum cete immanent ponto, dum sidera cœlo Lucebunt*. Id. 11, 482 *Cete toto exsultantia ponto*. Invenitur & in neutro *Cetum*. Vet. Gloſſ. *Cetum crudum*, ὠμοτάριχος. Et Græca forma *Cetos, τὸ κῆτος*, caſu quarto ſingularis numeri, Plin. 32 extr. *Iuba tradit cetos 600 pedum longitudinis & 360 latitudinis in flumen Arabiæ intrasse, pinguique ejus mercatores negotiatos*. Singulari enim ibi *cetos* eſſe, pronomen arguit *pingui* IVVS. Adi ibi Harduinum. ¶ 2. *Cetos*, mater Medusæ, apud Lucanum 9, 646. ¶ 3. *Cetos* etiam ſidus cœleſte. vid. Manil. 1, 423 & 612.

¶ Cētāria, *orum*, n. pl. ein fiſchbäter, fiſchfrahm, wallfiſchfang. Horatio vivarium grandiorum piſcium 2 Sat 5, 44 *Adnabunt thymni & cetaria crescent* Plin. 37, 5 dixit muliebri genere *juxta cetarias*. Ita & Harduin. legit.

¶ Cētārius, *i*, m. qui cetos vendit, ταριχοπώλης, ein fiſchhändler. Ter. Eun. 2, 2, 24 *Ad macellum ibi advenimus, Concurrunt læti mi obviam cupedinarii omnes, Cetarii, lanii, coqui, fartores* &c. Quem locum Cic. Off. 1, 42 reſpiciens: *Minime*, inquit, *hæ artes probandæ, quæ ministræ sunt voluptatum. Cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores, ut ait Terentius, adde his si placet unguentarios, saltatores, totumque ludum talarium*. Donatus ad illum locum Terentii: CETARII, inquit, *qui cete, id est, magnos pisces, venditant, & bolonas exercent*. Vbi *bolonas* tabernas cetarias appellat: quamquam alias ipſi redemtores earum ſic appellantur. Papias: BOLONA *redemtor Cetariarum tabernarum, in quibus salsamenta condiuntur, quas tabernas vulgo* CETARIAS *vocant*. *Cetarios*, viliſſimum genus hominum Athenis fuiſſe, Cafaubonus ad Theophraſti Characteres c. περὶ ἀπονοίας obſervat.

¶ Cetōtus, *a*, *um*, adject. voll wallfiſch; ut, Avienus Phænom. de Ceto piſce v. 1300 *Cum primum rursus ab undis Cetosa in superum referuntur viscera cœlum*.

CEV, adverb. ſimilitudinis, poëtis magis quam oratoribus familiare, ſignificat, *quasi, velut*, gleich, als, gleichſam. Virg. Æn. 2, 416 *Ceu quondam turbine venti Confligunt* &c. Plinius non raro uſus eſt, cæteri parcius. Vide Plin. 8, 16; & 9, 7; Item *Ceu vero* Præfat. operis & 7, 55. *Ceu fama obtinuit*, Gebhardus ap. Liv. 21, 46, e codice legit, quod damnant cæteri interpretes. v. Drakenborch. ad h l.

CEVA, *æ*, f. vacca humilis ſtaturæ, lactis abundans, Colum. 6, 24, 5. Convenit cum Germ. fuh, quæ vox varie a ruſticis torquetur.

CĒVEO, *ēre*, obſcene clunes movere. Vii ſunt poëtæ, Iuvenal. 2, 21, & 9, 40; & Martial. 3 epigr. 95. ¶ 2. Translate eſt adulari, ſchmeicheln, fuchsſchwänzen, quoniam canes, cum adulantur, clunes & caudam movent. vid. Perſ. Sat. 1, 87 & 101.

Ceyx, vide ſupra *Ceyx*.

CHABRIAS, *æ*, m. philoſophus & dux clariſſimus Athenienſium, cujus ſæpe meminit Cicero, vitam vero Corn. Nepos dedit. Apophthegma illius damus in *Cervus*.

CHAERĒMON, *ōnis*, m. χαιρήμων, Græcus poëta comicus fuit cujus quædam annotavit Stobæus.

CHAERĔPHON, *ontis*, m. χαιρεφῶν, philoſophus Athenienſis Socratis auditor, ſtudiis adeo deditus, ut macilentiam & pallorem contraheret & originem proverbio præberet, ὀδὲν διοίσεις χαιρεφῶντος, id eſt, *nihil a Chærephonte differs*, Suid.

CHAEREPHYLLON, *i*, n. χαιρεφύλλον, herba, aut olus potius vulgo *Cherefolium*, körbel. Apulejo eſt *Cerefolium*, de quo ſupra. *Breve Cherephylon* Columella vocat in Hortis ſuis 10, 110

Est breve Cherephylum & torpenti grata palato Intyba.

CHAERONĒA, *æ*, f. Bœotiæ oppidum, Athenienſium clade celebre, nec minus Plutarchi graviſſimi auctoris incunabulis nobilitatum.

Chalaſis, chalaſmus, chalaſticamen, chalaſticus, vide *Chalo*.

CHALASTRA, *æ*, f. urbs Macedoniæ. Strabo. Inde

¶ Chalaſtræus, *i*, n. nitrum, ſalpeter. Plin. 31, 10.

¶ Chalaſtrĭcus, *a*, *um*, adject. ut, *Chalastricum nitrum*, quod Plinio eſt optimum 31, 10, guter ſalpeter.

Chalatorius, chalatus, vide *Chalo*.

CHALAZIAS, *æ*, m. gemma dura, & grandinis colorem habens, a χάλαζα, *grando*, Plin. 37, 11.

¶ Chalazion, *i*, n. χαλάζιον, palpebrarum vitium, ſive tuberculum in illis grandini ſimile, Celſ. 7, 7, 3.

¶ Chalazŏphўlax, *ācis*, m. χαλαζοφύλαξ, *speculator futuræ grandinis*, apud Senecam Qu. Nat. 4, 6; ubi de mira Cleonenſium ſuperſtitione, quam cognoviſſe haud pœnitebit.

CHALCANTHVM, *i*, n. χάλκανθον, vulgo vitriolum, quod dilutum atramentum fit, vitriol, kupferwaſſer. *Atramentum sutorium vocant Chalcanthum*, ſchuſter-ſchwärze, Plin. 34, 12; Dioſc. 5, 68. ¶ 2. *Chalcanthum*, herba, quæ & *Chalcas*, & *Chalcanthemon*, alias *Chrysanthemum*, camille. Dioſc. 4, 56.

CHALCĒDON, *ōnis*, f. χαλκηδών, urbs Bithyniæ ad Boſporum exadverſum Byzantium. v. Plin. 5, 32: & Mela 1, 19. Hic olim magna ſynodus celebrata, ſymbolumque, quod vocamus *Chalcedonense*, ibi concinnatum eſt.

¶ Chalcedonius, *i*, m. genus gemmæ, ein chalcedonier. vid. Merbodeus de Gemmis c. 6. ¶ 2. Adjective, Pelamis *Chalcedonia*, piſcis rarior ap. Gell. 7, 16 ex Varrone.

CHALCEOS, *i*, m. herba, cujus meminit Plinius 21, 16.

CHALCETVM, *i*, n. herba etiam apud Plin. 26, 7.

Chalceus, *a*, *um*, vide *Chalcus*, Chalcidene &c. *Chalcis*.

CHALCIS, *idos*, f. oppidum Eubœæ, quæ & ipſa quondam ſic appellata, *ære ibi primum reperto*, ut Plinius 4, 12 obſervat. Avulſa eſt a Bœotia modico interfluente Euripo, nobili tamen ob miram naturam ſuam, de quo ſuo loco. *Sæviſſime eam æstate candere*, Colum. 1, 4 ſcribit. Fuit in ea portus commodiſſimus. v. Appian. in Syriacis, & Plutarch. in Flaminio. Inde eſt, quod *Chalcidem* Philippus Perſei patet, *Corinthum* & *Demetriadem* Græciæ compedes vocitabat: quod vinctam quodammodo teneret Græciam, quicunque urbium illarum dominus eſſet. ¶ *Chalcis* alia urbs Ætoliæ prope oſtium Eveni. ¶ 3. Inprimis autem celebrata *Chalcis* Coleſyriæ, cujus regio *Chalcidene*. ¶ 4. Chalcis, *idis*, etiam venenoſus ſerpens, ærei coloris, lineas in tergo habens, Plin. 32, 3. Conf. Ariſtot. de Animal. 8, 14. Alii *Chalcidicen* vocant, apud Plin. 29, 5. ¶ 5. Et piſcis, eidem 32, 11.

¶ Chalcidēne, *es*, f. regio fertiliſſima Syriæ, ubi *Chalcis*. Plin. c. 23.

¶ Chalcidenſis, *e*, qui incolit Chalcidem: ut, *Timagoras Chalcidensis*, Plin. 35, 9.

¶ Chalcĭdĭcus, *a*, *um*, quod inde eſt, aut eo pertinet; ut, *Chalcidica creta*, Varr. de R. R. 1, 57. Virg. ecl 12, 50

Ibu & Chalcidico quæ sunt mihi condita versu
Carmina, pastoris Siculi modulabor avena.

Vbi *Chalcidico versu* deſignare videtur Euphorionis Chalcidenſis carmen, quod inſcripſit HESIODVM, ut Suidas auctor eſt, *Chalcidicus est Cumanus, Cumanus* autem Heſiodeus. Certe Æn. 6, 17

Chalcidicaque levis tandem super astitit arce.

per *Chalcidicam arcem*, *Cumæam*, ſive *Cumarum arcem* intelligit, quod *Cumas* Campaniæ in Italia civitatem Chalcidenſes condiderint. Vnde & in principio libri dixit: *Euboicis Cumarum allabitur oris*. Vbi Servium, ſi lubet, vide, & Voſſ. Inſtit. Orat. lib. 3 p. 396.

¶ Chal-

¶ Chalcĭdĭcum, *i*, n. subſt. pars magni ædificii, inſtar cœnaculi, ein eß-ſaal. Vitruv. 5, 1 *Sin autem locus erit amplior in longitudinem, chalcidica in extremis conſtituantur.* Feſtus: *Chalcidicum genus ædificii, ab urbe Chalcide dictum.* Et Arnob. 3 p. 105 *Avet animus atque ardet in chalcidicis illis magnis, atque in palatiis cæli deos deasque conſpicere.* Adde ibi Elmenhorſtio notata. Et lib. 4 p. 149 *Deſcribuntur dii veſtri in triclinüs cœleſtibus, atque in chalcidicis aureis cœnitare.* Auſon. Periocha 1 Odyſſ. *Penelope degreſſa Chalcidico.* Add. Id. Per. 23.

¶ Chalcidiſſo, *are*, ſignificat avidius pecuniæ invigilare, quod eleganter Græci verbo χαλκιδίζειν exprimunt, quoniam ejusmodi fuiſſe Chalcidenſes feruntur. vid. Rhodig. Ant. lect. 20, 23.

¶ Chalcītes, *æ*, m. gemma æreï coloris, Plinio 37, 11.

¶ Chalcītis, *idis*, f. χαλκῖτις, lapis, ex quo coquitur æs, kupfferſtein. Plin. 34, 12. Dioſc. 5, 69.

¶ Chalcĭœcus, *i*, f. Minervæ cognomen, quo Spartæ dedicata & culta fuit. Suidas: Χαλκίοικος ἡ Ἀθηνᾶ ἐν Σπάρτῃ, ἢ ὅτι χαλκᾶν οἶκον εἶχεν, ἢ διὰ τὰς χαλκιοικίδας, τὰς ἐν Εὐβοίᾳ θυγατέρας αὐτὸν κτίσαι: CHALCIOECVS *Minerva Spartana, vel, quod domum æream habebat, vel quod Chalcidenſes, qui ſunt in Eubœa exules, id templum condiderant.* Meminit Nepos 4, 5, 2; itemque Liv. 35, 36, qui tamen hoc nomen de templo ipſo uſurpavit; quemadmodum & e Græcis Ælian. var. hiſt. 9, 12. Contra quam Nepos, & Græci fecerunt reliqui, qui ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς τῆς χαλκιοίκου vocant Thucyd. lib. 1; Polyænus 2, 31: Pauſan. Laconic. Polyb. lib. 4 &c.

CHALCVS, *i*, m. χαλκός, genus numiſmatis Attici, cujus meminit etiam Plin. 21, 34. Cæterum incertam admodum chalci æſtimationem demonſtrat Eiſenſchmidius p. 50. vid. Gronov. de Pec. Vet. 3, 2; & inprimis 3, 10; ubi conſultiſſimum judicat ſequi Pollucem 9, 6, ubi octo chalcos obolo uni tribuit. De valore igitur hodierno poterit judicari ex iis, quæ dicimus in *Obolus*. Verbo, prope accedit ad Hallenſem. Germanis enim heller dici videtur moneta Halæ cuſa. v. Car. du Freſne *Hallenſes*.

¶ Chalceus, *a, um*, adject. kupffern, oder von meſſing. Martial. 9 epigr. 39 *Chalcea donanti Chryſea dare.* Sermo eſt de nobili Diomedis & Glauci permutatione.

¶ Chalceuticus, *a, um*, χαλκευτικός, ut, *Fabrica chalceutica*, die kupffer-ſchmiede. Græce Quintil. 2, 21.

¶ Chalciſmus, *i*, m. χαλκισμός, ludi genus, quo nummum digito impoſitum raptim excutiebant pueri, & priusquam humi caderet, accipiebant. v. Euſtath. Iliad. ξ. & Pollux.

¶ Chalcŏgráphia, *æ*, f. χαλκογραφία, die buchdruckerey.

¶ Chalcŏgraphus, *i*, m. χαλκογράφος, ein buchdrucker, kupfferſtecher, ſchrifftgieſſer.

¶ Chalcographĭcus, *a, um*, adject. ut, *Ars chalcographica*, die buchdruckerkunſt.

¶ Chalcolibănon, *i*, n. χαλκολίβανον, electri ſpecies auro pretioſior, ſive æs foſſile auri fulgentis ſpeciem habens, Apoc. c 1, 15.

¶ Chalcophōnos, vel Chalcophthongos, χαλκόφωνος, χαλκόφθογγος, gemma nigra, quæ illiſa æris ſonum reddit, Plin. 37, 10; & Sol. c. 40.

¶ Chalcoſmaragdus, *i*, m. χαλκοσμάραγδος, gemma ex metallis ærariis, Plin. 37, 5; & Solin. c. 20.

¶ Dichalcum, *i*, n. δίχαλκον, quadrans oboli, zwey heller. Vitruv. 3, 1. conf. Baldi Lex. Vitr. p. 39; & Alex. ab Alex. G. D. 11, 24.

¶ Exchalcio, *are*, ære ſpoliare, nummos auferre, das geld nehmen, mauſen. Porphyrio in Horat. *Belle te nummularius ille exchalciavit.* Locus eſt in furacem, nummos de menſa ſubtractos in calceos ſibi infarcientem. v. Cæl. Rhod. 19, 9. Niſi forte potius eſt *chalcis* vel æreis nummulis te privavit.

¶ Trichalcum, *i*, n. τρίχαλκον, non ſecus ac *Dichalcum*, ein dreyheller. Vitruv. 3, 1.

CHALDAEA, *æ*, f. regio orientis, Aſſyriam ab ortu; ab occaſu Arabiam; a ſeptentrione Meſopotamiam proſpectans, quam Euphrates interluit. Ejus caput *Babylon* fuit.

¶ Chaldæus, *i*, m. ein Chaldäer. De Chaldæis ſic Strabo lib. 7 *Conſtat, nusquam diligentius ſeveriusque mathematica ſtudia exculta fuiſſe, quam apud Chaldæos.* Præcipue eam aſtrologiæ partem tractarunt, & invenerunt adeo ac condiderunt primum, quæ in prædictione verſatur, hoc eſt, quæ ex ſtellarum poſitu, qui in nativitate fuit, de cujusque fortuna pronunciat: unde & ipſa ars χαλδαϊκή ſive *Chaldaica*; & qui profiterentur, *Chaldæi* appellati ſunt, licet de gente illa haud eſſent, wahrſager, nativitatſteller. Cic. Divin. 1, 1 *Principio Aſſyrii propter planitiem magnitudinemque regionum, quas inculebant, cum cælum ex omni parte patens, atque apertum intuerentur, trajectiones motusque ſiderum obſervaverunt: quibus notatis quid cuique ſignificaretur, memoriæ prodiderunt. Qua in natione* Chaldæi, *non ex artis, ſed ex gentis vocabulo, nominati, diuturna obſervatione ſiderum, ſcientiam putantur effeciſſe, ut prædici poſſet, quid cuique eventurum, & quo quisque fato natus eſſet.* Non obſcure ſignificat, *Chaldæorum* (ut *Etruſcorum*) nomen dupliciter fumi, ſemel cum *gentem* notat, proprie puta; deinde cum *artem* per figuram deſignat: ut in genere omnes *Chaldæi* dicerentur, qui Chaldæorum rationes ſecuti ex natali cujusque die futura audent prædicere. Sic *Chaldæorum natalitia prædicta*, eodem libro, itemque *Chaldæorum promiſſa* dixit: *Multos*, inquit, *promiſſis ſuis fefellerant Chaldæi.* Idem de Divinat. 2, 47 *Quem multa hinc ipſe Cæſari a Chaldæis dicta meminit.* Aliquoties *Chaldæorum* vocabulum ita Tacitus quoque poſuit: Et cum Iuvenalis 10, 91 ſcribit: *Principis Auguſta Caprearum in rupe ſedentis Cum grege Chaldæo:* Genethliacos iſtos intelligit. Loquitur enim de Tiberio, qui Thraſyllum Mathematicum comitem habuit, cique multum attendit. Lege Suet. Aug. c 98; præcipue Tib. c. 14 & 62. Cæterum de Chaldæorum ſtudiis & ratione philoſophandi lege & Diod. Siculum lib. 2, Gell. 14, 1.

¶ Chaldaĭcus, *a, um*, chaldäiſch; ut, *Sylax Halicarnaſſius familiaris Panætii, excellens in aſtrologia, idemque in vegenda ſua civitate princeps, totum hoc Chaldaicum prædicendi genus repudiavit*, Cic. Divin. 2, 42. Id c. 47 *Lucius quidam Vaninius Ituræus, familiaris noſter, inprimis Chaldaicis rationibus edoctus.* Vbi per *Chaldaicas rationes*, γενεθλιακὴν deſignat: quam & χαλδαϊκὴν. Petronius: *pelle vit.* Ita enim apud Scholiaſten Apollonii, qui libros ſuos ſc. τὰ χαλδαϊκὰ τῶν μαθηματικῶν laudat, legendum eſſe, Iunius & Vossius Lect. 5, 6 præclare ac erudite obſervarunt.

CHALO, *are*, χαλᾶν, remittere, relaxare, nachlaſſen, erlauben. Veget. 4, 23 *Centones & calcitræ, familiæ ſtabant.* Atque hoc etiam verbum hodie nautis familiare eſt, qui *chalare* vela dicunt. vid. Turneb. Adv. 24, 25. Vitruv 10, 13 *Delphini chalatæ in ea cymbula.*

¶ Chalātus, *a, um*, geoffnet, gelöſſet. Idem Vitruv. l c. *Feminea modiolorum chalata intra aream.*

¶ Chălāzis, *is*, f. χάλαζις, vel *Chalaſma*, *i*, m. χαλασμός, &

¶ Chalaſticămenta, *ōrum*, apud medicos, relaxatio, eine erweichung, öffnung. Priſcian. 2, 19 *Chalaſticaminibus relaxari.*

¶ Chalaſtĭcus, *a, um*, χαλαστικός, lüſſtend, laxirend; ut, *Chalaſtica emplaſtra, adjutoria*, apud eund. Priſcianum.

¶ Chalātōrius, *a, um*, idem; ut, *Contatorii fumes, quibus autumna ſuffunditur*, Veget. de re mil. 4, 46 cum not. Scheffechii p. 365. Nam illis antenna & attollitur & demittitur. v. Turneb. l. c.

CHĂLȳBES, *um*, m. pl. χάλυβες, populi in Ponto juxta Paphlagoniam, ferro præſtanti, quod fabricabant, celebres, vid. Plin. 6, 4 f. 4; qui & alios commemorat Africanos 6, 29 f. 34. it. 8, 57 f. 82. conf. Iuſtin. 44, 3, 9; Ammian. 22, 8; Val. Flacc. 4, 611; & Virg. Æn. 10. 174 de Elva:

Inſula inexhauſtis Chalybum generoſa metallis.

vid. Gesnerus Chreſtom. Plin. p. 389. it. Cerda ad Virg. Georg. 1, 58.

¶ Chălybs, *ȳbis*, m. ab iis dictum eſt genus ferri triſtiſſimum, ſtahl. Polluci σίδηρος ἀκίης: Plinius *acies & nucleum ferri* vocat. Phil. Melanchthoni Chron. lib. 3 p. 510 *Chalybs* eſt ab Hebræo verbo *Lavah*: id quod placet Fungero in Etym. Siliu. 1, 171 *Non ignes undæ gignunt chalybs*; ſed ibi in tortorum inſtrumentis: Ovid. Fast. 4, 4 5

Æs erat in pretio, chalybs jam miſſa petebat,

ubi Heinſius, *chalybeia miſſa latebat*, reſtituit, ut *Chalybeius* adjectivum ſit. ¶ 2. Iuſtino vero *Chalybs* Hiſpaniæ flavius eſt, in quo *Chalybes*, accolæ ferrum optime temperent. Vide ipſum 44, 3 extr. ¶ 3. *Chalybs*, ut materia pro armis & inſtrumentis chalybeiis. Sen. Thyeſte v. 364 *Non ſtrictus domuit chalybs:* id eſt, enſis. Val. Flaccus 1, 541 *Iamque virum trahit ipſe chalybs* Id. 6, 341

It medium per pectus & horrida nexu Letifer æra chalybs:

hoc eſt, miſſile telum per æneum thoracem in pectus transjicitur. Quale Silio 2, 107 *Chalybs volucer*; & 1, 171 *candens*: & Virg. Æn. 8, 446 *Vulnificus*. Sic Lucanus 6, 547 clavos, quibus in cruce pendentes affixi ſunt, vocat *Infortum manibus chalybem*. Eodem libro v. 398 de equo:

Chalybem frenoſque momordit.

¶ Chălȳbēius, *a, um*, adject. ſtählern, modo ex Heinſii commentariis ad locum Ovidii monſtratum fuit in *Chalybs*.

CHĀMA, *æ*, f. pl. Chamæ, χάμαι, conchyliorum genus a χάω *hio*, Geſn. & Dioſc. 2, 9.

CHĀMAEACTE, *es*, f. χαμαίακτη, ebulus herba, attig oder niederholder. Matthiol. Sambucus pumila. v. Plin. 24, 8; & 26, 11, Dioſc. 4, 168; Apul. de Herb. c. 91.

CHĀMAEBĂLĂNVS, *i*, m. χαμαιβάλανος, die erckelnuß, Dioſc. 4, 177.

CHĀMAECĔRĀSVS, *i*, f. frutex arbuſculis ceraſorum non impar, baccas habens ceraſis ſimiles, Helvetii *ceraſa* vocant *montana*, berg-kirſchen. v. Plin. 15, 25; Ruellius 1, 40.

CHĀMAECISSVS, *i*, f. χαμαικισσος, alius *hederæ terreſtris*, folia habet hederæ, ſed tenuiora, flores ſimiles violæ albæ. erdtrain erdenüßlein, non *hedera* illa *terreſtris*, quam gundermann, & gundelreb, vulgo vocant. Matthiol. p. 205; Plin. 16, 34; 24, 10; Seren. v. 795.

CHĀMAECȳPĀRĪSSVS, *i*, f. quali *pumila cupreſſus*, cypreſſenkraut, garten-cypreſſen, ab humili enim ſtatura hæc omnia dicuntur a χαμαί, ſeu χαμαζε vel χαμάζε, id ſignificat humi. v. Plin. 24, 15.

CHĀMAEDAPHNE, *es*, f. χαμαιδάφνη, *laureolam matrem* vocant, differt a *daphnoide*, quæ laureola eſt, ſingulari rectoque caule, kellerhals. Plin. 24, 15; 21, 11; Apul. de Herb. c. 27.

CHAMAEDIOSMOS, *i*, m. χαμαιδίοσμος, roſmarinus, roßmarin. Apul. de Herb. c. 79.

CHAMAEDRĀCON, *ontis*, m. χαμαιδράκων, ſerpentis genus in Africa humi tantum ſerpens, Solin. c. 4. conf. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 243.

CHAMAEDROPS, *ōpis*, f. herba eadem quæ *Chamadrys*, Plin. 24, 15; & Marc. Empir. c. 20.

CHAMAEDRYS, *yos*, f. χαμαίδρυς, *quercula triſſago* Latinis, gaemanderle Germanis & bathengel. Vocant & vergiß mein nicht. Plin. 24, 15.

CHAMAEGLȳCȳMĒRIS, *idis*, f. cancer major, Plin. 32, 11.

CHAMAELAEA, *æ*, f. χαμαιλαία, planta ſic appellata a ſimilitudine foliorum oleæ, ſpaniſch, Germani dicunt, vel ſeidelpaſt. Plin. 24, 15, & 15, 7; & 13, 21; Dioſc. 4, 172 ſeq. Apul. de Herb. c. 111.

¶ Chamælātes, *æ*, m. χαμαιλάτης, vinum ex chamælæa, Dioſc. 5, 41.

CHAMAELEO, vel Chamæleon, *ōnis*, vel *ontis*, m. χαμαιλέων, planta. Duplex eſt, albus & niger. Chamæleonem nigrum vulgo *Carlinam* vocant, eberwurtz. Plin. 22, 18 & 25. ¶ 2. Animal muri, quem *rattum* dicunt, cauda & pedibus retpondens, reliquo vero corpore lacerto, ein rattenſeidel. Animal eſt pavidum, & ut vulgo prædant, colorem mutans. vid. Plin. 8, 33. Plutarchus de adulat. & am. diſc. ὁ δὲ κόλαξ ἀπεγκρὰς τὸ τῆ χαμαιλέοντος πεποίηκεν. ἐκεῖνος γὰρ ἅπαντι χρώτι πλὴν τοῦ λευκοῦ συναφομοιοῦται. καὶ ὁ κόλαξ ἐν τοῖς ἄλλοις σπουδαίοις ὅλον ἑαυτὸν ἐξαλλάττων πανταχοῦ, τὸν ἀπλοῦν τῶν ἀσχέτων ἀμιγῆ. *Adulatori evenit, quod Chamæleonti. Hic enim omni colori ſe poteſt ſimilem præſtare, dempto albo. & adulator in iis, quæ opera pretium habent, facilem ſe præbere non videns, nihil non tanquam ſecundis cedit* &c. Cæterum Chamæleonem animal eleganter deſcribit Tertull. de pall. c. 3, it. Caſſiodorus 5 epiſt. 35. Eundem rerum objectarum colores inducre, item aëre vivere, quod de illo proditur, falſum obſervavit Peirescius. Vide Gaſſendum ejus vita p. 479 & ſeq. Habent quædam & Brodæus Miſcell. 6, 21, & Voetius part. 1 Diſp. Theol. p. 736.

CHAMAELEVCE, es, f. χαμαιλεύκη, vocant hanc herbam nonnulli *tussilaginem*, alii *ungulam caballinam* & *bechion*, & rectè rossbub, hastatich brandlattich. v. *Tussilago*, Matthiol & Plin. 24, 15; 26, 16.

CHAMAELYGON, i, n. herba verbenacea. Apul. de Herb. c. 3.

CHAMAEMĒLON, i, n. χαμαίμηλον, vulgo *camomilla*, camillenblume; vide supra *Anthemis*, & Plin. 22, 21 & 18; Pallad. 7, 10. conf. Macer 1 c. 15, ubi etiam bis appellatio *Camomillæ*.

CHAMAEMYRSĪNE, es, f. χαμαιμυρσίνη, frutex ab aliis dictus *ruscus*, ab aliis *myrtus sylvestris*, wildbeern, wilde myrten, Plin. 25, 7 & 23, 29; Dioscor. ὀξυμυρσίνην vocat, hoc est, *myrtum acutam*. vide *Ruscus*.

¶ Chamæmyrsinus, *a*, *um*, adject. ut, *Oleum Chamæmyrsinum*, wild myrtenöl. Plin. 23, 4.

CHAMAEPĒLŌRIS, *idis*, f. χαμαιπελωρίς, inter cancros refert Plinius 32, 11.

CHAMAEPEVCE, es, f. χαμαιπεύκη, herba, quæ folia habet laricis foliis similia. Plin. 24, 15.

CHAMAEPĪTYS, *yos*, f. χαμαιπίτυς, herba, quam & *Ajugam* & *abigam* latine vocant, ie länger ie lieber, erdpin, feldcypreß. vid. Celf. 5, 4; Plin. 24, 6; 26, 8; Largus Compos. 187; Apul. de Herb. c. 26.

¶ Chamæpityinus, *a*, *um*, adj ut, *Chamæpityinum vinum*, Dioſc. 5, 41.

CHAMAEPLĀTĀNVS, *i*, f. coactæ brevitatis platanus, niedriger ahorn, Plin. 12, 2.

CHAMAERRHĪPHES, χαμαιῤῥιφές, arbores ex specie dactylorum in Creta & Sicilia, Plin. 13, 4.

CHAMAEROPS, *ōpis*, f. χαμαίροψ, virgultum myrteis foliis, gamanderle, Plin. 26, 7 & 13.

CHAMAESŪCE, es, f. ex χαμαὶ humilis, & σῦκα *ficus*, herba, quæ & ebulus, lattich, apud Apul. de Herb. c. 91. v. Plin. 24, 15.

CHAMAETĒRA, f. Chameteræ, *ārum*, f. apud Plin. legitur 36, 5 *Fecit Vestam sedentem duasque Chameteras circa eam*. Harduinus ibi *Chameteras* interpretatur focias humi sedentes honesta significatione, licet non ignoret apud Hesychium χαμεταιρίδα πόαγιν esse, eandem scil. quæ & χαμαιτύπην.

CHAMAETRACHĒLA, *æ*, f. ex genere cancrorum, Plin. 32, 11. Harduinus legit *Chamæstriatæ*.

CHAMAEVI, vel Chamavi, *orum*, m. pl. prope Amisiam populi Germaniæ. v. Tac. An. 13, 55, 4; & Germ. 33, 1; & Ammian. 17, 8.

CHAMAEZĒLON, i, n. herba, *Pentaphyllon* alias. Χαμαιζήλου humi deprelſum ſonat; fünffinger-kraut. v. Plin. 25, 9; & 27, 10.

CHAMEVNIA, *æ*, f. χαμευνία, humicubatio. Hieron. epiſt. 2 ad Nepotianum: *Omnes pene virtutes mutantur in ſcribus, & creſcente ſola ſapientia, decreſcunt cetera, jejunia, vigiliæ, eleemoſynæ, chameuniæ, &c.* Vius idem eſt in c. 41 Ezechielis. Gloſſæ Phavorini: χαμεύνη, ταπεινὴ κλίνη.

CHAMVLCVS, *i*, m. χαμηλκὸς, genus carpenti humilioris, ein rollwagen. Ammian. 17, 4 *Coloſſus chamulcis impoſitus tractuſque*. Gloſſ. Vet. *Sclodia*, καμηλκίς, ſeu potius χαμαλκίς, ut Valeſius ad Ammianum emendat. Eſt enim a χαμαὶ, *humi*.

CHĀMVS, *i*, m. χάμος, frenum, ein maulforb. Legitur 4 Regum c. 19, 28 *Ponam circulum in naribus tuis, & chamum in labiis tuis*. vide Iſidor. 20, 16. Forte *Camus* eſſe debet, κημός.

CHANNE, es, f. χάννη, piſcis ex ſarcophagis, percæ ſimilis. Plin. 9, 16 & 52. Ex ſe concipere creditur. Iu 32, 11 f. & Ovid. Halieut. v. 108.

CHĀON, *ŏnis*, m. Heleni Trojani frater & comes. v. Servius l. c. in *Chaonia*. Apud Ovid. Art. am 2, 15. *Chaonis ales* eſt columba: conf. mox *Chaonius*. Ab hoc Chaone ficti

¶ Chāŏnes, *um*, m. pl. χάονες, primi Epiri populi, a quibus

¶ Chāŏnia, *æ*, f. pars Epiri dicta eſt, tametſi ſcripſerit Servius in Æn. 3, 335 & ipſe Virgilius innuat, a *Chaone* fratre Heleni eam regionem appellatam.

¶ Chāŏnius, *a*, *um*, adject. ut, *Chaonia columbæ*, Virg. ecl. 9, 13, i. e. Epiroticæ; eosdemque locos hic fuiſſe, circa templum ſcil. Jovis Dodonei, tradit Servius ad h. l. Sic *Chaonii campi*, Id. Æn. 3, 334. *Glans Chaonia*, Id. Georg. 1, 8.

Chaonis, vide *Chaus*.

CHĀOS, n. χάος, indecl. ὕλη, ſive materia rerum omnium informis ac rudis, ex qua poſtea Deus produxit creavitque mundum, paganis ſcriptoribus dicitur, qui & ab æterno exſtitiſſe volunt, unförmlicher klumpe. Ovidius principio Metam. *Ante mare & terras, & quod tegit omnia cælum, Vnus erat toto naturæ vultus in orbe, Quem dixere Chaos: rudis, indigeſtaque moles*, &c. Quo in loco Natio Heraclidem Ponticum ſecutus eſt, ſi audimus Barthium Adverſ. 40, 3. Τὴν vocavit Plato: Latini *ſilvam*: Vnde etiam ex tempore ac ſine compoſitionis cura ſcripta ruditer, *Silvæ* vocantur, de quo ſuo loco. Chalcidius in Timæum Platonis: *Poſt Chaos*, inquit, *quam Græci* ὕλην, *nos* (Latini) SYLVAM, *vocamus, ſubſtitiſſe terram, docet in medietate ambitus*, &c. Vid. Gallæus ad Lactant. p. 21, 22, & Merula in Coſinogr. 1, 3 p. 10. Sed & Chriſtiani ſcriptores, poëtæ maxime, hoc uſi ſunt de tenebrarum abyſſo, terraque inani & vacua, quam nominat Moſes Geneſ. principio. Hilarius Geneſi v. 17 *Omnia cum tegeret nigrum Chaos, altaque moles Deſuper urgeret informis corpora mundi*. Paulinus ad Iovium, ſive is potius Claudianus Mamertus ad Colleam eſt: *Scribe creatarum verbo primordia rerum, Et Chaos ante diem, primæque crepuſcula lucis*. Hinc Proverbium. *Chao antiquius*, de rebus antiquiſſimis apud Suidam. Prudent. Hymno de Epiphania v. 37 ex perſona magorum de Chriſto conjicientium ex ſtella: *Illuſtre quiddam cernimus, &c. Antiquius cælo & chao*. Quintil. 3, 7 *Ii, qui ſunt ex chao*. ¶ 2 Sed & tenebras ea voce deſignant, finſterniß. Prudent. Hymno ad incenſum lucernæ v. 3 *Merſo ſole chaos ingruit horridum: Lucem redde tuis, Chriſte, fidelibus*. Item περὶ ςεφαν. Hymno Eulaliæ v. 54 *Nocte viam face perſpicua. Præſtitit interuente chao*. ¶ 3. Pro ipſis inferis eam ob cauſſam Venantius poſuit eleg. de Reſurrect. Chriſti c. 61 *Triſtia ceſſarunt infernæ vincula legis, Expavitque chaos luminis ore premi*, quomodo ea voce etiam Seneca epiſt. 72; Virg. Æn. 4, 510; & 6, 265; & Statius Silv. 3, 2, 92 uſi, die hölle. ¶ 4. Veteres Interpres Bibl. Lucæ c. 16, 26 ſpatium, quod inter cælos inferosque eſt, (χάσμα Evangeliſta dixit) *Chaos* appellat: quem male meo reprehendi, Hugo Grotius ad eum locum oſtendit. Itaque hanc vocem etiam Fauſtus Rhegienſis uſurpavit.

¶ Inchoo, *avi*, *atum*, *are*, ordiri, incipere, anfangen, fürnehmen, (ſcribunt & *Incoare*) quod a *Chaos* χάος, (id enim rerum omnium initium eſſe Heſiodus ſcripſit,) Feſtus deducit. Certe Servius in 3 Georg. *inchoare*, ſcribi debere affirmat, & a veteribus *inchoare* ſcribi conſueviſſe addit; v. Gell. 2, 3. Virg. Georg. 3, 42 *Te ſine nil altum mens inchoat*. Horat. 1 od. 4, 15 *Vitæ ſumma brevis ſpem nos vetat inchoare longam*. Et Cic. de cl. or. c. 37 *Præclare multa incoare, ſed non plane perficere*. Id. de Prov. Conſ. c. 8 *Idem extreme* (ſc. belli) *perſequitur, qui inchoavit*. Virg. Æn. 6, 252 *Tum Stygio regi noctumas inchoat aras*, i. e. facit. C. Fronto p. 1334 hanc notat differentiam: *Inchoat, qui incertum facit; incipit, cujus exitum ſperat*. ¶ 2. Neutraliter uſus eſt Symmach. 7 ep. 75 *Moris eſt, ut munus hujusmodi a proficiſcentibus inchoet*.

¶ Inchoans, *tis*; ut, *Inchoante menſe Martio*, Pallad. Febr. t. 25 de Malis: *Inchoantibus canicularibus diebus*, Id. Iul. t. 7.

¶ Inchoātus, *a*, *um*, angefangen, angehoben, unvollkommen; ut, *Perfecta anteponuntur inchoatis*, Cic. Top. c. 18. Sic alias etiam *Inchoata* ponuntur pro imperfectis. Cic. Off. 1, 43 *Cognitio contemplatioque naturæ manca quodammodo atque inchoata*. conf. Id. 3, 7; & de clar. or. c. 33. Suet. Claud. c. 3 *Portentum hominis, nec abſolutum a natura, ſed tantum inchoatum*. Plin. in præf. *Abſoluta opera tanquam inchoata ſemper arte & imperfecta*. Gell. 5, 21 *Inauditiuncule rudes inchoataque*. Macrob. Sat. 7, 6 *Peſtilentia a pecudibus inchoata*, die von dem vieh angefangen. Colum. 4, 3 *Ab inchoato domos exſtruere*, i. e. de novo, von neuem.

¶ Inchoatio, *ōnis*, f. der anfang. Ambroſ. de Vocatione gentium 2, 3 *Non facile reperitur in exordio maturitas, & in inchoatione perfectio*. Et Auguſtin. de Geneſi contr. Manich. c. 14 *Inchoatio futuri operis*. Mox eodem capite, *inchoatio noctis*, quod etiam legitur de Geneſi ad lit. 2, 15 ſub fin. Id. Auguſtin. epiſt. 222 *Inchoatio cognitionis Dei*.

¶ Inchoāmentum, *i*, n. idem; ut, *Scholaria inchoamenta*, die erſten ſchullectionen, Mart Capella lib. 3 p. 93. *Inchoamenti conſilium*, Id. lib. 5 p. 171. Conf. lib. 6 p. 189 &c.

¶ Inchoator, *ōris*, m. ein anfänger. Prudent. Præfat. Hamart. v. 24 *Mortis inchoator*. Et Auguſtin. de Geneſi ad lit. 1, 14 *Inchoatore Deo*.

¶ Inchoativus, *a*, *um*; ut, *Inchoativa verba*, ap. Grammaticos; ut, *Labaſco* &c. v. Mart. Capella lib. 3 p. 84.

CHARA, *æ*, f. genus radicis, quod admiſtum lacte inopiam exercitus levavit apud Cæſ. B. C. 3, 48. vid. D. Voſſius ad h. l. & conf. *Carum*.

Characatus, Characenus, vide *Charax*.

CHARACIAS, *æ*, m. χαρακίας, genus tithymali Plinio 26, 8, ſ. 39, & 14, ſ. 87. Scrib. Larg. 169. Vide *Tithymalus*, wolffsmilch. ¶ 2. Arundinis genus, Plin. 16, 36 ſ. 66.

¶ Characites, *æ*, m. idem quod *Characias*. Laudatur Plin. 26, 11 ſ. 73. Sed hic etiam *characias* legitur.

CHĀRACTER, *ēris*, m. χαρακτὴρ, nota ſive ſignum, quod animanti aut alii rei, ut dignoſci ex eo poſſit, inuritur imprimiturve, aut inſculpitur: ein merck: kenn: oder mahlzeichen. Colum. 11, 2, 14 *His etiam diebus maturi agni &c. charactere ſignari debent*, quod reperit Pallad. R. R. 2, 16. Anacreon χαράγματα vocat: *Equi ſolent inuſtas coxis habere notas, χαράγματα ἔχειν*. v. Voſſ. 6 Inſt. Orat. p. 426. Hinc vulgo dicitur: *Sermo animi character eſt*, quod natum eſſe ex ſenario Græcis celebrato videtur: Λόγος χαρακτὴρ ἐκ λογᾶ γινόμενος. ¶ 2. Notæ quoque & ſigna, figurata mirifice atque expreſſa, quibus occultam atque ſingularem vim in medicina & aliis rebus tribuebant ſuperſtitioſe veteres, quorum que multus in Ægypto, & apud Valentinianos uſus fuit, *Characteres* vocantur; cujusmodi plures apud Pignorium in Tabulæ Iliacæ explicatione & in Montfauconii antiquitate explicata, viſere licebit. Alios exhibebit & Theophraſtus Paracelſus & nugatores Magici paſſim. Auguſt. de Doctr. Chriſti 2, 20 *Ad hoc genus pertinent omnes etiam ligaturæ atque remedia, quæ medicorum quoque diſciplina condemnat, ſive in præcantationibus, ſive in quibusdam notis, quas caracteres vocant*. Lege eumdem de iis & c. 29 ejus libri. ¶ 3. Apud rhetores & genera dicendi, de quibus Auſonius Eidyll. 11 ſive Grypho v. 66

Trimum, inquit, dicendi genus eſt, ſublime, modeſtum,
Et tenui filo.

CHARACTERES appellantur; quæ Græcis ἰδέαι: Ciceroni *formæ* & *genera*; Cornificio *figuræ* dicuntur: de quibus rhetores ipſi videndi: item que Scaliger pater de Re Poet. 4, 1. Varro R. R. 3, 2 *Nonne item L. Albutius homo* (*ut ſcitis*) *apprime doctus, cujus Lucilliano charactere ſunt libelli, dicebat* &c. ſatyrico puta. Gell. 7, 14 *Genera dicendi probabilia ſunt tria, quæ Græci χαρακτῆρας vocant*, &c. Cic. ad Q. Fratr. 2 extr. *Dic mihi verum, num aut res eum, aut χαρακτὴρ non delectat*. ¶ 2. Dicuntur & *Characteres* deſcriptiones (ita vertit Cic. Top. c. 22) tum aliarum rerum, tum virtutum & vitiorum maxime, cum non a genere, forma & cæteris, ut philoſophi ſolent, ſed ex actibus propriis atque negotiis ita declarantur, ut quaſi imago & exemplar exactum in iis exſtet. Tales Theophraſtus Ereſius dedit, & elegantiſſimum ac utiliſſimum eum libellum ἠθικὸς χαρακτὴρας inſcripſit, de quo plura Caſaubonus ibi in Prolegomenis. *Notationem* auctor ad Herenn. dixit lib. 4, ubi & luculentum exemplum ſubjungit, quo oſtentatorem pecuniolum χαρακτηρίζει. Characterem hominis garruli eleganter etiam dedit Horat. 1 Sat. 9.

¶ Characterarius, *i*, m. qui characteres lapidibus inſculpebat. Inſcript ap. Spon. p. 220.

¶ Characterizo, *are*, χαρακτηρίζειν, charactere & nota efficere, inſignire, zeichnen; apud Auguſtinum. Hinc

¶ Characteriſmus, *i*, m. χαρακτηρισμὸς, idem quod *character*. v. Quintil. 9, 3. Rutilius Lupus antiquus rhetor, & Quintiliano vetuſtior, lib 2 de Figura ſententiarum: CHARACTERISMVS. (Lugdun. ed. *Chriſterismus* prave;) *Quemadmodum pictor coloribus figuras deſcribit: ſic*

ſic Orator hoc ſchemate, aut vitia, aut virtutes eorum, de quibus loquitur, deformat. vide ejusdem ex Lycone exemplum. Cujusmodi Characteriſmi in Terentio multi ſunt; Et ſingularis eſt plane Velleji Paterculi diligentia in deſcribendis hominum naturis, quod *Characteres Politici Velleiani* a Bœclero expoſiti demonſtrant. Dicitur & Ethologia, quod nomen pro *Ætiologia* recte apud Senecam ſubſtituit Lipſ. epiſt. 105.

¶ Charaxo, *are*, ex græco χαράσσω characteribus ſignare, ritzen, fratzen. Prudent. hymno 10 Romano v. 557 *Charaxat ambas ungulis ſcribentibus Genas, cruentis & ſecat faciem notis.* Apicius 6, 9 *Lavas pullum coctum, & ſabano mundo ſiccas, charaxas, & jus ſcilliaris infundes, ut combibat, & cum combiberit, aſſabis.* Hic *charaxare* eſt ſcarificare & ſcalpello incidere.

¶ Charaxātus, *a, um*, eingegraben. Auguſtin. de Altercat. Eccl. & Synag. *Moyſes in monte Sinai charaxatas decalogo tabulas accepit.*

¶ Charagma, *ătis*, χάραγμα, ein bildniß. Avienus: *Sicut nummus habet charagma Cæſaris, ſic homo habet charagma Dei.*

¶ Incharaxo, *are*, ab ἐγχαράττειν, zerritzen, ungeſtalt machen, aufſchlitzen. Irenæi Vet. Interp. *Incharaxare veritatem*, i. e. deformare. Apic. 6, 5 *Avem incharaxare*, i. e. perforare, ſcalpello aperire.

¶ Incharaxatio, *onis*, f. die zerritzung. Apollonius in notis ad Apic. l. c. *Incharaxatio in oculis diuturna facta.* Item, *oportet fieri incharaxationes.*

CHARĂDRIVS, *i*, m. χαραδριός, avis nomen (Laudatur falſo Plin. 30, 11). v. *Rupex*, & conf. Novatian. de cib. judaic. epiſt. 3; Vulg. Interp. Levit. 11, 13.

¶ Charadrus, *i*, m. torrens præceps, & rapidus prope Nerin, vicum Argolicum, cujus meminit Stat. Theb. 4, 46 & 712.

CHĂRAX, *ăcis*, m. χάραξ, vallum Latinis, palus, pedamentum, ein pfal, ſtütze. Colum. 11, 3. Hinc χαράκωμα, vallis ſultum dicitur. ¶ 2. *Charax*, piſcis ab aculeis ſic dictus, Ælian. 12, 25. ¶ 3. *Charax* & urbis nomen eſt in extrema Suſiane, ad ripam Tigris orientalem, conditæ ab Alexandro M. unde prius *Alexandria* nomen: poſtea ab Arabiæ quodam rege inſtaurata *Charax* dicebatur, a vallo, quo contra aquas fluminis munita fuit. Patria eſt Dionyſii Periegetæ, celebris geographi & poëtæ. v. Plin. 6, 27, & Voſſ. de Hiſt. Græc. in hoc *Dionyſio.*

¶ Characātus, *a, um*, bepfält; ut, *Vineæ characatæ*, ubi vites alligatæ in orbiculos gyrosque flectuntur, Colum. 5, 4 & 5.

¶ Characēnus, *a, um*, gentile; ut, *Characenorum rex.* Plin. d. l. 28. Characenorum aliquot regulorum nomina & ſeriem habes apud Lucian. Macrobb. p. 471 Gr.

¶ Characēne, *es*, f. regio ſupra Characa oppidum. Ptolem. 8, 3.

CHARAXES, ſive Charaxus, *i*, χαράξης, Mitylenæus fuit, frater Sapphûs, de quo Herodotus. Ovid. Heroid. 15, 117 *Gaudes, & e noſtro ſurgit mœrore Charaxes Frater, & ante oculos itque reditque meos.*

Charaxo, *are*, vide in *Characler.*

CHARES, *ētis*, m. Χάρης, dux quidam fuit Athenienſium, honoratus & potens, facile & benigne promittens, ſed nihil eorum, quæ promiſiſſet, præſtans. Vnde natum proverbium, *Charetis pollicitationes*, αἱ Χάριτος ὑποχήσεις, vide Chiliad. & Suid. Meminit præter Diod. Siculum Nepos 12, 3, 4; itemque 13, 3, 1, ubi vanum & temerarium arguit & calumniatorem.

CHARICLO, *ûs*, Nympha, mater Ocyroës, v. Ovid. Met. 2, 636.

CHĂRĪDĒMVS, *i*, m. Athenis ab Alexandro pulſus, exul apud Perſas, ob libertatem linguæ Darii juſſu jugulatus. vid Curt. 3, 2, 10 ſeq. ¶ 2. Alius Romanus a Domitiano ferис objectus. v. Martial. 1 epigr. 44; & 11 epigr. 40.

Charientiſmus, vide in *Charis.*

CHARIS, *ĭtis*, f. χάρις, *gratia*, annehmlichkeit. Plin. 35, 10 *Apelles aliorum picturam operibus deeſſe unam Venerem dicebat, quam Graci Charita vocant.* ¶ 2. *Charis* æon Valentinianorum, v. Tertull. Præſcript. c. 33; & adv. Valent. c. 7. v. Barth. Adv. p. 281.

¶ Charītes, *um*, f. pl. χάριτες, Latinis *Gratiæ*, beneficiorum deæ, huld-göttinnen. Auſon. Eidyll. 11 ſive Gripho v. 19

Tres Charites, tria fata, triplex vox, trina elementa.

Sunt enim tres, *Aglaja* vel *Paſithea*, *Thalia*, & *Euphroſyne*, qui numerus ob exhibenda, accipienda, & referenda beneficia inventus eſſe putatur. Plin. 36, 5 *Non poſtferuntur & Charites in propylæo Athenienſium, quas Socrates fecit.* Pingebantur ita, ut una earum averſam faciem haberet, quaſi a nobis profecta; duæ vero nos adpicerent, ut duplex nobis beneficium rependi debere oſtenderent: acceptum enim beneficium cum fœnore reddendum eſſe cenſebant. Pingebantur & nudæ ac connexæ, ut admonerent, fuco debere carere beneficia, amicitiasque beneficiis initas inſolubiles & perpetuas eſſe. Vide Senecam de Benef. 1, 4. Euripides Herc. Fur. v. 673 ἃ παύσουσι τὰς χάριτας τῶν μόσων συγκαμπτηγοὺς ἡδίσαν συζυγίαν, μὴ ζώην μετ' ἀμοιβᾶς id eſt, *Non deſinam Gratias Muſis Commiſcere ſuaviſſima conjunctione, Ne vivam alienus a Muſis.* Extat περὶ χαρίτων carmen ex Theocrito Iacobi Mycilli. Ovid. Faſt. 2, 219 *Protinus accedunt Charites* &c. Varro ſcripſit, *numerum convivarum non debere minorem eſſe, quam ſit Gratiarum numerus, neque numeroſiorem, quam Muſarum*, unter drey, und über neun, ſollen keine gäſte ſeyn: De quo Gell. 13, 11. Macrob. Sat. 1, 7. Vide & infra in *Gratia.*

¶ Charitōnius, *a, um*, χαριτώνιος, tribuebatur quondam Lucretio 4, 1155 *Parvula, pumilio, charitonia tota, merum ſal:* Melius Gifanius edidit: *Parvula, pumilio, Charitum mia, tota merum ſal.* Optime Creechius χαρίτων ἓν, quod idem eſt, nimirum *charitum una*, & bellum illud *Charitonia* ex ſe peperit.

¶ Charientiſmus, *i*, m. χαριεντισμός, ſchema, quo duriora deprecandi cauſſa mollioribus verbis corriguntur: ut, cum ad ſenis minas de piſtrino Davus Terentianus reſpondet: *Buna verba queſo.* Vide Chiliad. Eraſ. in Adagio: *Dulcis cubitus*, & Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 238.

¶ Chāriſma, *ătis*, n. χάρισμα, gratia gratuita, donum, eine gnadengabe, geſchenck. vid. apud Sidon. 7 epiſt. 9: Tertull. adv. Iudæos c. 8: & de Præſcript. c. 29. Prima corripitur ratione originis, licet Prudentius producat. v adv. Symmach 2, 1045; & Periſt. 5, 61.

¶ Chāriſtia, *ōrum*, n. pl feſta apud veteres cognatorum & propinquorum, in quibus ſacra faciebant amicis defunctis. Ovid. Fait. 2, 617 *Proxima cognati dixere chariſtia cari, Ut venit ad ſocios turba propinqua deos.* ¶ 2. *Chariſtia* dicebantur amicorum convivia, quibus querelæ & diſcordiæ tollebantur. Val. Max. 2, 1, 8 *Conſtitutum ſolenne majores inſtituerunt, idque Chariſtia appellaverunt, cui præter rela eſſet ovis, apud ſacra menſa, & inter hilaritatem animorum, ſaucoribus concordiæ adhibitis tolleretur:* ein liebes-mahl. Eſt ea vox a χαρίζεσθαι, hoc eſt, *gratificari, obſequi, largiri, condonare:* χαρίζεσθαι vero eſt a χάρις, *gratia.*

¶ Charitīcon, *i*, n. χαριτικόν, remuneratio, eine verehrung. Vlpian. l. 6 ff. de bonis damn. *Quæ jure prædium ſolent erogari, ut puta charitica.* Sed lectio incerta eſt.

¶ Charitoſtolochia, *æ*, f. herba artemiſia dicta, beyfuß. Apul. de Herb. c. 10.

¶ Charitŏblĕpharon, *i*, n. χαριτοβλέφαρον, herba efficax in amatoriis. Plin. 13 c. ult.

¶ Ăcharīſtum, *i*, n. ἀχάριστον, i. e. *parum gratum*, Theodoti collyrium apud Celſum 6, 6, 6.

¶ Eucharis, adj. ἔυχαρις, gratioſus, holdſelig, freundlich. Vulg. Interp. Sir. 6, 5 *Lingua eucharis in bono homine abundat.*

¶ Eucharīſtia, *æ*, f. εὐχαριστία, gratiarum actio, die dancksagung. ¶ 2. Ita vocatur *Cœna dominica* ab Irenæo, & aliis, a verbo εὐχαριστεῖν Matth. 26, 27, Luc. 22, 21, a cauſſa finali, nempe gratiarum actione pro beneficio redemtionis, das heil. abendmahl. Cyprian. 1 epiſt. 2 *Mentem euchariſtia erigit & accendit.*

¶ Eucharīſticus, *a, um*, εὐχαριστικός; ut, *Sacrificium εὐχαριστικόν*, ein danckopfer; apud Theologos.

¶ Eucharīſticum, *i*, n. ſubſt. ἐυχαριστικόν, ein danck-lied, danck-opffer. Tale Statii ad Imp. Aug. Germanicum Domitianum Silv. 4, 2.

CHARISIVS, vel Carilius, *i*, m. Atticus fuit orator, cujus in Bruto c. 83 Cicero meminit. Orationes, quæ ejus nomine præſcriptæ eduntur, a Menandro ſcriptas, non temere putari, ait Quintil. 10, 1 p. 891. ¶ 2. Flavius Sofipater Charilius, grammaticus fuit V. R. cujus & hodieque Inſtitutiones legimus, quæ in grammaticorum veterum corpore Putſchii primum locum obtinent.

Charisma, chariſtia, &c. v. *Charis*, Charitas, *Charus*, Charites, *Charis.*

CHARMĪDES, *is*, m. a Græco χάρμη, *lætitia*, dictus ſenex apud Plautum in Trinummo. Hinc ibidem 4, 2, 133 alludens ad Græcam ſignificationem feſtive ait: *factum eſſe Charmidem*, i. e. eum delectatum, ſcil. auri facta mentione, additque v 135 *Tu te itidem ut charmidatus es, rurſum recharmida*, i. e. conceptam lætitiam & nomen Charmidis depone.

¶ Recharmīdo, *are*, verbum Plauti, v. in *Charmides.*

CHĂRON, *ontis*, m. χάρων, nauta inferorum: per Styga & Acherontem animas trahsvehens, ſic per antiphraſin dictus quaſi *Acharon*, hoc eſt, *triſtis, auſterus*, quemadmodum Propertius 3, 18, 24 expreſſit: *Scandenda eſt torvi publica cymba ſenis.* Et Virg. Æn. 6, 298 *Portitor has horrendus aquas & flumina ſervat Terribili ſqualore Charon*, &c. Lucianus pluribus in dialogis memorat, obolum Charonti pro naulo dari ſolitum a defunctis, qui transvehantur. Conf. Apul. 6 Met. cum Comment. Stew. p. 708. Proverbialiter dicitur de ſenibus admodum decrepitis: *Alterum pedem in cymba Charontis habere*, mit einem fuſſe im grabe ſtehen, auf der grube gehen. Pomponius in Pandect. de Fideicomm. libert. l. apud Iulianum 20, *Ego deſcendi cupiditate, quam ſolam vivendi rationem optimam in octavum & ſeptuageſimum annum ætatis duxi, memor ſum hujus ſententiæ, quam dixiſſe fertur Iulianus, & ſi alterum pedem in ſepulcro haberem, adhuc diſcere quædam vellem.* v. Chiliad. ¶ 2. *Charon* quoque civis Thebanus, cujus mentio apud Nepot. 16, 2, 5. ¶ 3. Per convicium & *Charontes* appellati homines terribili oris ſqualore & pravo ac corrupto animo. Apul. Apol. de Æmiliano p. 310 *Igitur egnomenta ei duo indita:* CHARON, *ut jam dixi, ob oris & animi diritatem: & alterum, quod lubentius audit, ob Deorum contemtum*, MEZENTII. conf. ib. 289.

¶ Charonéum, *i*, n. χαρωνεῖον, porta erat Athenis, qua producebantur damnati, ultimo ſupplicio afficiendi. *Ianuam Charoniam* vocat Rhodig. 9, 34. ¶ 2. *Charonéa* Geographis dicuntur barathra fædos odores exhalantia. vide Laërt. in Zenone.

¶ Charonium, *i*, n. orcus ſive locus inferorum, die hölle. Ita aliqui volunt legi, ubi alii apud Gell. & Cic. *Catonium*, de quo ſupra.

¶ Charonītæ, *arum*, m. pl. χαρωνῖται, vulgari joco dicti ſunt Romæ, qui quod perperam agebant, ex defunctis commentariis tuebantur. Sic M. Antonius arripuit Cæſaris interfectі commentarios, iisque adſcripſit, quæ libuit. Atque horum autoritate ſe facere ſimulabat, quicquid agebat, aliis tribuens magiſtratus, alios ab exilio revocans, alios e vinculis liberans. His omnibus, quoniam ſe defuncti commentariis excuſabant, *Charonitarum* nomen tributum eſt. v. Plutarch. in vita M. Antonii.

CHARONDAS, *æ*, m. Χαρώνδας, Catanenſium legislator fuit. Cic. de LL. 1, 22 & 2, 6; cujus aliquot leges recenſet Diodorus lib. 12 bibliothecæ ſuæ. De hujus nummo vide epiſtolam Raphaelis Trichetі du Freſne, quam Petrus Seguinus Numiſmatis ſuis ſelectis ſubjunxit.

CHĂROPS, *ōpis*, m. Æſchyli filius, primus Athenienſium princeps in decennium v. Euſeb. & Sigon. ¶ 2. *Charops* vir Trojanus, Ovid. Met. 13, 260.

CHARTA, *æ*, f. χάρτης. χάρτον, papier: nimirum quod ex papyro frutice primitus facta. Nam hodierna ex linteolis conficiendi ratio recentior eſt, Euſtathii tamen ſcholiaſtæ Homeri ætate jam tum nota, ut ex quodam ejus loco viri doctiſſimi declarant. Ægyptiis debetur utiliſſimæ rei inventio: eſt enim *Papyrus* peculiaris Nilo Ægyptio flumini planta. Ac apud Memphim quidem clariſſimam omnium Ægypti urbem confectam primum Lucanus ſignificat, cum ſcribit 3, 222

Nondum flumineas Memphis contexere biblos Noverat.

Biblus papyrus eſt: ejus igitur philyras ſive plagulas hic *biblos* vocat Lucanus. Habebat enim papyrus, ut cepe, tunicas plures. Has confecturi chartam diſpeſcebant acu, & diviſebant, easque deinceps explicabant ſuper tabulam madentem turbida aqua Nili, quæ conglutinabat

inſtratas plagulas, quod hic *contexere libros*, poëta dixit. Verbo *texendi* in eadem re Caſſiodorus quoque utitur II epiſt. 38 *Pulorum placuit opus Memphis ingenioſa concepit, ut univerſa ſerinia verteret, quod nimius labor elegans texuiſſet.* Chartam Alexandri M. victoria repertam, condita in Ægypto Alexandria; antea non fuiſſe chartarum uſum: ſed in palmarum foliis primo ſcriptitatum: deinde quarundam arborum libris: poſtea publica monimenta plumbeis voluminibus, mox & privata linteis confici cœpta aut coriis, Varro apud Plin. auctor eſt 13, 11. Sed quem idem mox Plinius c. 13 ejus libri arguit luculentis exemplis atque auctoritatibus contra eum productis. Sunt, qui a χαράσσω, *ſculpo*: aut Heb. חרט *ſculpſit*, nomen derivent: quod inſcribantur in ea, & velut inſculpantur literæ. Scaliger antiquiſſimum nomen βίβλον ſeu βυβλεν fuiſſe conſet: recentius τὸ χάρτης: atque tum natum, cum in epiſtolarum frontibus apponi χαίρειν eſt cœptum. Videtur *chartæ* nomen non pagellarum magis proprium, quam fruticis ipſius fuiſſe. Atque idcirco pagellas ex eo factas perinde appellari *chartas*; quemadmodum *papyrum* & *fruticem* & *chartam* ſolemus vocare. Sane cum Varro apud Plin. d. l. *in Sebennytico ſaltem nemo chartam naſci*, ſcribit, de *frutice*, puto, non *charta*, quæ dignate ſic appellatur, intelligit. Vt *Charta*, *papyrus*, *biblos*, idem ſignificent. Quæ ratio conficiendæ chartæ antiquitus fuerit, eodem libro 13, 12 Plinius docet: ubi & chartarum genera recenſet. Nimirum *Hieraticam*, religioſis voluminibus dicatam: *Auguſteam* in honorem Auguſti: *Liviauam* in honorem conjugis ejus ſic appellatam. *Amphitheatricam*, a conſecturæ loco: quæ Romæ in Fannii officina recurata, *Fannia* nominata eſt. Tum *Saiticam* & *Tanioticam*, a locis Ægypti, ubi curatæ. *Emporeticam* item, quæ ſcribendo inutilis, involucrum mercibus præbebat. Sed omnibus his prælata *Claudia*, quam Claudius Cæſar inſtituit. *Macrocollam* a modulo ita nominarunt. Virtutes chartarum ſunt: *Tenuitas*, *denſitas*, *candor*, *levor*: Sed duo reliqua, præter *candorem* & *denſitatem*, ſi juſta & cum modo fuerint. Nimia quippe *tenuitas* nec ſufficit tolerandis calamis, & literas præterea transmittit. Iam in lævore caducæ fiunt literæ. Minus quippe ſorbet expolitura charta, quamquam magis ſplendeat. Huic contrarium vitium *Scabritia* eſt: aliud *lentigo* eſt, quæ maculas exhibet: aliud *humor*, ex quo *bibula* Plinio 8 epiſt. 15 appellata, flieſſend, durchſchlagend, wie leſch-papier. Quæ omnia fuſius explicavit Melchior Gvillandinus peculiari commentario in Plin. c. 11, 12 & 13 lib. 13, qui videri poterit: ſed ut Ioſ. Scaligeri in illum Animadverſiones adhibeantur tamen, & quæ Salmaſius poſt illos ad quemdam Vopiſci locum p. 443, 444 ſq. in quadriga Tyrannorum de charta atque papyro eruditiſſime annotavit. Adde & Voſſium de arte Grammat. 1, 37 & Bern. Montfaucon. diatriben in Comment. Acad. Gall. Quid *Ina* in chartis ſit, vide ſuo loco. *Plaguiæ chartarum* Plinio 18, 12 ſunt, quæ folia appellamus, bogen papier. *Scopus chartæ*, ein buch papier, Id. c. l. Vide etiam ſuo loco. *Conficere chartam*, *texere* & *contexere chartam*, papier machen. *Ita charta averſa ſcribere*, Martial. 8 epigr. 62, auf die andere ſeite des papiers ſchreiben. Sed cum in laudem chartæ Plinius, *ejus uſu humanitatem vitæ conſtare atque memoriam*, ſcribit, per *humanitatem*, παιδίαν ſive eruditionem; cum *memoriam* appellat, hiſtoriam intelligit, præcipuam & utiliſſimam eruditionis partem. ¶ 2. *Charta* pro libro, qui ex chartis pluribus, ſæpe invenitur. v. Horat. 1 epiſt. 13, 6; & 2 epiſt. 1, 161. Catull. 1, 5 *Iam tum, cum ausus es unus Italorum Omne ævum tribus explicare chartis Doctis, Iupiter, & laboriosis: Tribus chartis*, id eſt, tribus libris. Q. Serenus Sammonicus de medicina Carm. 40, v. 729 *Tertia namque tibi ſimul & centeſima Livi Charta*, id eſt, tertius & centeſimus liber. Perſ. Sat. 5, 62 *At te nocturnis juvat impalleſcere chartis, Cultor enim es juvenum*, id eſt, legendis & evolvendis libris operam dare. Martial. 10 epigr. 2 *At chartis nec furta nocent, nec ſæcula præſunt: Solaque non norunt hæc monumenta mori.* Quod quidem verum eſt de chartis & libris, qui genium habent, quemadmodum alibi ſcripſit 6 epigr. 60 *Victurus genium debet habere liber.* Ejusmodi chartæ, auctore Horatio 2 od. 30 pr. *monumentum* ſunt *ære perennius*: *Quod non imber edax, aut Aquilo impotens Poſſit diruere, aut innumerabilis Annorum ſeries, & fuga temporum.* Cum ineptas & Genio ſuo deſtitutas fata maneant male ominata, *cacatas* ob id a Catullo dictas carmine 37, pr. & daturas Apophoretis involucra, & cucullos, quibus caſei fœtentes, aut, ſi bene eis bibliopola prōſpicit, involvantur *thus & odores Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis*: Horat. 2 epiſt. 1 v. ult. Sidon. 1 epiſt. 11 *Temporibus Auguſti Majoriani venit in medium charta comitatum, ſed cavens indice* (id eſt, ſine indicio auctoris) *plena verſuum ſatyricorum mordacium: Charta*, libellus puta famoſus. Nam & *famoſas chartas* pro famoſis libellis in Codice Theodoſii legi, obſervavit ibi Savaronius. ¶ 3. *Chartam plumbeam* pro lamina Suetonius dixit Ner. c. 20 *Sed & chartam plumbeam ſupinus pectore ſuſtinere cœpit.* Nempe *Chartam* ob ſimilitudinem lamina enim expanſæ chartæ plurimum ſimilis. Vide omnino ad illum locum Caſaubonum. ¶ 4. *Charta nova* (das rein abgeſchriebene oder munditte concept) & *Charta deletitia*, opponuntur Lege 4 D. de bonor. poſſeſſ. ſec. tab. ¶ 5 *Socrates interroganti, cur nihil ederet ſcriptorum, reſpondit: Quia video chartam multo pretioſiorem, quam ſcribenda ſint.* Græce ſic retulit Strobæus: Σωκράτης ἐρωτηθείς, διὰ τί ὐ συγγράφει; ὅτι εἶπεν ὁρῶ τὰ χαρτία πολὺ τῶν γραφῆ σομένων τιμιότερα. v. *Socrates.*

¶ Chartina, æ, f. pro *Charta* etiam dixerunt veteres; unde *Chartinatius*, ut patet ex Priſciani lib. 4.

¶ Chartus, i, m. antique pro Charta. Lucil. apud Nonium 3, 40 *Vbi Græci, ubi nunc Socratici charti?*

¶ Chartula, æ, f. χαρτίον, diminut. Cic. fam. 7, 18 *Miror, quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, quam exſcribere*; ita legendum credit Gebhardus ed. Grævii p. 400. Prudent. paſſione Calagurr. v. 75 *Chartulas blaſphemas olim nam ſatelles abſtulit.* Paulinus Nolanus epiſt. 39 extr. *Procul abjicite hanc chartulam.* Et epiſt. 47 pr. *Chartulæ damnum præoptantes capeſſere*, quod fit, ſi literæ non perferantur, vel interceptæ, vel tabellario aliorſum declinante.

¶ Chartulārius, i, m. qui chartas tractat: crebra eorum mentio in jure eſt. vid. l. 3 Cod. de non largit. Vet. Gl. χαρτογράφος, *Chartularius*. Et χαρτοφύλαξ, *Chartularius*, ein buchhalter, regiſtrator.

¶ Chartaceus, a, um, quod ex charta eſt, papieren, von papier; ut, *Codices chartacei*, Vlp. L. 52 de Legatis & fideicomm. 3, ubi *codices membraneos* a *chartaceis* diſtinguit.

¶ Charteus, a, um, idem. Auſon. epiſt. 10, 40 *Tota ſupellex vatum priorum chartea eſt.*

¶ Chartārius, a, um, zum papier gehörig; ut, *Officina chartaria*, Plin. 18, 10, quomodo hodie vocare poſſis, eine papier-mühle. *Calamus chartarius* Apul. Florid. p. 346 eine ſchreib-feder. ¶ 2. Subſtantive confectorem chartarum, aut venditorem ſignificat, ein papier-macher, papier-händler. Vet. Gloſſ. Χαρτοπώλης, *Chartuarius*: Lege *Chartarius*: vel *Chartularius*. Vide & Diomed. lib. 1 p. 313.

¶ Chartarium, i, n. ſubſt. chartophylacium, archivum, ein archiv, ſchrifftbehältniß. Hieron. adv. Ruf. 3, 3, 6 *Cur eam* (epiſtolam) *in Romano eccleſiæ chartario non requiris?*

¶ Chartiaticum, i, n. ICtis eſt merces, quæ officialibus ſolvitur pro chartis, papier-geld, ſchreibe-gebühr. vid. l. 6 ff. de bon. damnat. Alii legunt *Chariſticon.*

¶ Chartŏphȳlax, ăcis, m. χαρτοφύλαξ, chartarum & archivi cuſtos. v. Paul. Diac. 17 Hiſt. Miſc. p. 528.

¶ Chartophȳlacium, i, n. χαρτοφυλάκιον, ſcrinium, in quo libri & ſcripturæ reponuntur ac aſſervantur. Alias *Archivum*: Latinis *Tabularium*, archiv, brief-ſchrancf.

¶ Charŏprātes, æ, m. χαρτοπράτης, chartæ venditor, ein papier-händler. vid. tit. 17 lib. 11 Cod. de *Collegiatis & chartopratis.*

Charus & charitas, quære ſupra ſub *Carus.*

CHĂRYBDIS, is, f. χάρυβδις, gurges maris, obvia quæque abſorbens, ein gefährlicher meerſtrudel, wirbelſchlund. Ovid. R. A. 740 *Hic vomit & potat diva Charybdis aquas.* Multa de *Charybdi* & *Scylla* finxerunt poëtæ. v. Virg. Æn. 3, 419 ſeqq.. Ovid. Met. 7, 62: Sil. 14, 455. Natal. Com. Mythol. 8, 12. Deſcendit ἀπὸ τὸ χάειν vel χάσκειν ab *hiando*, & βυβδὴν *impetuoſe, cum vehementi ſtrepitu.* Cæterum *Charybdis* vaſta profunditas in mari Siculo eſt, ubi vorticoſum fretum, *forte illata naufragia*, ut Salluſtius apud Servium ſcribit, *forbens occultis gurgitibus millia ſexaginta Tauromenitana ad littora trahit.* Idem & Strabo tradit lib. 6. Quod tamen nonniſi auſtro flante fieri, alii tradiderunt: quietam & placidam perhibentes, ab eo ſi vacat. Vide Sen. Conſ. ad Marciam c. 17; & epiſt. 79; & quæ habet Drakenb. ad Sil. 2, 307. vid. & Iuſtin. 4, 1, 13. ¶ 2. Similem *Charybdim* ſive voraginem in mari Illyrico notat deſcribitque Lucanus 4, 54 ſqq. aliam in Scythico obſervat Scaliger Exercit. 102 Sect. 1. ¶ 3. Quamvis autem utrumque nomen ad propria pertineat, tamen quia locutiones interdum proverbiales Latinis peperit, indicare volui. Cic. Phil. 2, 27 *Quæ Charybdis tam vorax tot res tam cito abſorbere potuiſſet?* Id. de Orat. 3, 41 *Videndum eſt, ne longe ſimile ſit dictum, Syrtim patrimonii, ſcopulum luxentius dixerim, Charybdim bonorum, voraginem potius.* ¶ 4. Eodem modo & ſcortum vorax, & aviditatis nunquam ſatiatæ, *Charybdim* vocat Horat. 1 oda 27, 19 *Ab miſer, Quanta laboras in Charybdi, Digne puer meliore flamma!* Sic & *Domeſtica Charybdis* meretrix dicitur Sidonio 9 epiſt. 6. Prudent. hymno ante ſomn. v. 107 *Sanguinis Charybdim* dixit beſtiam Apocalypticam ſanctorum ſanguine inſatiabilem. *Evitata Charybdi in Scyllam incidi*: hoc eſt, dum vitare ſtudeo malum unum, gravius in aliud diverſum incidi, ich bin aus dem regen in die trauffe, aus dem rauch ins feuer gekommen. In quam ſententiam hic verſiculus Latinus celebratur: *Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim.* vel: *Antea Charybdis adit, qui vult evadere Scyllam*, Et, *Inter Scyllam & Charybdim navigare*, proverbialiter dicitur, pro, eſſe in periculo. vide Chil.

CHASCĂNON, i, n. χάσκανον, herba Xanthium, Dioſc. 4, 133.

CHASIDÆVS, i, m. pl. *Chaſidæi* dicti, qui rebus Iudæorum, in meliorem ſtatum converſis poſt Maccabæorum bella ſibi ipſis præſcripſerunt exactioris diſciplinæ regulas. Et horum ſimias fuiſſe Phariſæos, exiſtimat Scaliger in Elench. Trihær. c. 22.

CHASMA, ătis, n. χάσμα, hiatus & vorago terræ; quales in terræ motibus exiſtunt, eine kluft, erdfall. Sen. Nat. Qu. 6, 9 de terræ motu diſputans, *Alii*, inquit, *in igne cauſſam quidem eſſe, ſed non ob id judicant; ſed quia pluribus obrutus locis ardeat & proxima quæque conſumat: quæ ſi quando exeſa ceciderint, tam ſequi motum earum partium, quæ ſubjectis adminiculis deſtitutæ labant, donec corruere, nullo occurrente, quod eas exciperet. Tunc chaſmata, tanc hiatus vaſti aperiuntur*, &c. Ita *Chaſmate fundum periit*, Vlpianus dixit l. 47 § fin. D. de Legatis 1. Id. l. 4 § 1 D. de Cenſibus: *Si agri portio chaſmate periert.* Vet. Gloſſ. χάσμα, *Hiatus, vorago, terræ fragor.* ¶ 2. Eſt & *Chaſma* mereoron, quando ignis velut ex diſrupto cælo decidere videtur. Plin. 2, 26 *Fit & cæli ipſius hiatus, quod vocant chaſma*, der himmel thut ſich auf. Sen. Nat. Qu. 1, 14 *Sunt* Chaſmata, *cum aliquando cæli ſpatium diſcedit, & flammam dehiſcens velut in abdito oſtentat.* Servius ad illud Virg. 9 Æn. pr. *Vidco medium diſcedere cælum.* CHASMA, inquit, *dicit factum*, id eſt, *ſubitam aëris diſruptionem & quendam rec..ſum*, &c. De chaſmatum coloribus, puniceo & purpureo Ariſtot. Meteorolog. c. 2 & de Mundo c. 3.

¶ Chaſmatias, æ, m. ſpecies terræ motus apud Ammian. 17, 16 (Valeſ. c. 7 extr.) *Chaſmatiæ*, inquit, *grandiori motu patefactis ſubito voratrinis, terrarum partes abſorbent.*

Chauci, vide *Cauci*, Chaurus, *Caurus.*

CHĀVS, i, m. lupus cervarius, ita dictus, vel quia cervos infeſtet, vel quod maculis cervorum himnulos imitetur; ein luchs oder thiers wolff. vide *Lupus* & *Lynx.* Porro vocabulo *Chai* Plin. ulus eſt 8, 19 *Pompeji magni primum ludi oſtenderunt chaum*, &c. Repetit idem ibid. c. 22.

¶ Chaŏnis, ĭdis, f. χάονις, Hermolaus in Plin. locum indicatum, *Et hoc luporum genere conceptas canes fortaſſe quis intelligat, quæ Chaonides quaſi a Chao nominantur.* Vid. *Chaones.*

CHELE, es, f. plur. Chelæ, *arum*, f. gr. χηλαί, brachia ſive forcipes cancrorum & ſcorpionum, krebs- oder ſcorpions-ſcheeren. Vnde Virg. Georg. 1, 33 de ſcorpio ſigno cæleſti: *Qua locus Erigonen inter Chelasque ſequentes Panditur*, &c. Vbi tamen *Chelas* pro ipſo *libræ* poſuit

posuit sidere, quia id cum scorpio confunditur: immo juxta Chaldæorum doctrinam, unum sidus constituit: de quo Servius, & Hyginus 4, 5 Poët. Astronom. cum de circulo Æquinoctiali agit. v. & Scalig. ad Manil. p. 119. Macrob. in So. Scip. 1, 18. *Literam, id est, Scorpii chelas.* Nimirum Scorpius *chelas* protendit in locum libræ, unde & ipsa *chelarum* nomen habet. Vid. la Cerda ad Virg. l. c. Interim etiam in Cancri sidere *chelas* posuit Hyginus 3, 22. Conf. Cic. Arat. v. 210. Sil. 14, 75. ¶ 2. Rursus *Chelæ* sunt etiam excurrentes in fluvium aut mare aggeres, qui vim vorticum fluctuumque frangunt atque inhibent, ad modum chelarum in cancris extantes excipientesque aquarum impetum, waſſer-bamm oder wehre. v. Rhodig. 5, 2.

¶ Chĕlon, *i*, n. χηλὸν, membrum in balista, pro *Chele* n. 2; vel, ut alii volunt, pro *Chelonium*. v. Vitruv. 10, 15 & 17: ubi & *Chelonitheplum*.

CHĔLEVMA, *ătis*, n. χηλευμα, filum cannabinum, ictis præpilatum, quo calcei consuuntur, ſchuſter-drat.

CHĔLĬDON, *ŏnis*, χελιδὼν, hirundo, prænuncia veris, eine ſchwalbe. ſub cujus adventu Rhodii circumeundo ædes canebant: ἦλθ' ἦλθον ἡ χελιδὼν, καλὰς ὥρας ἄγουσα, καὶ καλὸς ἐναυτὸς, &c. Id vero χελιδονίζειν vocabant, h. e. *Chelidoni stipem emendicare.* Athenæus 8, 14. Hinc

¶ Chĕlĭdŏnĭa, *æ*, f. χελιδόνια, ficuum genus, Plin. 15, 18 & Colum. 10, 415 *Purpureæque chelidoniæ pinguesque mariscæ.* ¶ 2. Deinde herba χελιδονιον, *chelidonia*, vel *chelidonium*, ſchwalbenkraut, ſchelkraut, ſchelwurtz, ſic dicta, quod in vere florem ſuum excitet ſub adventum hirundinum: aut quod *chelidoniam* viſui ſaluberrimam hirundines monſtravere, vexatis pullorum oculis illa medentes. v. Plin. 8, 27. ¶ 3. Cui & gemma eſt *Chelidonia*, 36, 22, ſchwalben-ſtein. ¶ 4. *Chelidoniæ* denique inſulæ ſunt contra *Tauri initium ad Pamphyliam*, & *Chelidonium promontorium* ibidem, Dionyſio, Straboni; it. Plinio 2, 103; & 5, 27.

¶ Chelidonias, *æ*, m. der weſt-wind. Plin. 2, 47 *Favonium quidam ad 7 Cal. Martii Chelidoniam vocant ab hirundinis viju.*

Chelon, Chelonia, chelonitis, &c. vide *Chele*, Chelydrus, *Chelys*.

CHĔLYS, *yos*, f. χέλυς, χελώνη, teſtudo, ſchildkröte. ¶ 2. Item *Cithara*. Citharæ enim primum ex teſtudine factæ. *Chelyn intendere*, die laute oder harfe ſtimmen. Contrarium *Chelyn laxare*, utrumque apud Statium legitur, illud 1 Silv. 5, 11; hoc 4 Silv. 4, 33. Auctor Panegyrici ad Pisonem v. 154 *Sive chelyn digitis & eburno pectine pulsas.*

¶ Chelonia, *æ*, f. oculus Indicæ teſtudinis, gemma portentoſiſſima majorum mendaciis, quam linguæ impoſitam futurorum divinationem præſtare permittunt. Plin. 37, 10.

¶ Chelonium, *i*, n. tegumentum teſtudinis, χελώνιον, der ſchild einer ſchildkroten, die ſchale. ¶ 2. Herba orbicularis, ſive Cyclaminus, erdapfel, v. Apul. de Herb. c. 17. Eadem vocatur ibidem *Chelona Symplates.*

¶ Chelonia, *orum*, n. pl. vel Chelonaria, retinacula, in quibus *Sucula* vertitur, die löcher, darinnen eine rolle oder haſpel gehet, hebzeug. Vitruv. 10, 2 *Chelonia, in quæ conjiciuntur fucularum capita.* Adde ibi Philandrum, & 10, 5 & 21.

¶ Chelonītis, *ĭdis*, f. χελωνῖτις, gemma, Plin. 37, 10, ein krötenſtein.

¶ Chelonophăgi, *orum*, m. pl. in Carmania ſunt, teſtudinum ſuperficie cæſas regentes, carnibus veſcentes. Plin. 6, 24. conf. ibid. 9, 10: Mela 3, 8.

¶ Chelydrus, *i*, m. χέλυδρος, eine natter, ſchlange, a χέλυ, *teſtudine*, id eſt, duritia tergi, videtur nomen habere, amphibius, forſan quod *Hydrus*, unde ſimul nominatur, aquatilis anguis eſt, ſi ex nomine judicare licet. *Chelydros* quaſi *Cherſydros* dictos putat Servius, quod in aquis & terra vivant, a χέρσον terra, & ὕδωρ, aqua. Virg. Georg. 3, 414 *Diſce & odoratam ſtabulis accendere cedrum, Galbaneoque agitare graves nidore chelydros.* Sed Lucanus diſtinguit. Sic enim 9, 750 *Natus & anguiferae comitet qui Syrtidis arva Chersydros, tractique via fumante chelydri:* Formavit, id eſt, gravem odorem mittente ex tractu ſerpentis, niſi forte legere præſtat *ſpumante*, ubi vid. *Dependens more chelydri*, Colum. 12, 58. Vide Vorſ. Etymol. p. 129.

Chemia, chemicus, vide *Chymia*, Chenalopix, *Chenifcus.*

CHĔMOSIS, *ĭdis*, f. χημωσις, morbus oculi v. Oculus. Horat. 1, 10.

CHĔNISCUS, *i*, m. anſerculus, grace diminut. nam χὴν *anſer* eſt. ¶ 2. Vocatur ita & pupis extremum, quod ornatus gratia in ſpeciem anſerini colli erat effictum. Apul. in Mileſ. p. 264 *Et pappi, laterta chenisco, bracteis aureis vestita, fulgebat.* Memmit & Lucianus non ſemel. Figuram hujusmodi *chenifcatæ navis* ex veteri marmore Bayfius dedit. Qui recte ornamentum puppis tantum expoſuit: non παρασημον, ſive inſignia navis: quod Apulejus fecerunt interpretes.

¶ Chĕnălōpex, *ĕcis*, m. χηναλωπηξ animal anſerem ſpecie, vulpem calliditate referens. *Anſerini generis ſunt* CHENALOPECES, *& anibus latrones opulas non invidit Britannia* CHENEROTES *ferox anſere minores*, Plin. 10, 22.

¶ Chĕnŏbŏſcium, *i*, n. χηνοβοσκῖον, locus ubi anſeres paſcuntur, ein gänſe-ſtall. Colum. 8, 14 pr. Græce nomen adhibet Varro R. R. 3, 10.

¶ Chenŏmȳchon, *i*, n. χηνόμυχον, herba, ad cujus conſpectum anſeres expaveſcunt, Plinio nominata 21, 11, ubi & *Nyctegretum* eam herbam appellari, coloris ignei, foliis ſpiræ, nec a terra ſe attollentem ſcribit, & *nyctilopa*, quoniam e longinquo noctibus fulgeat. ¶ 2. Sunt, qui *lunariam* eſſe cenſeant, noctibus cum luna lucentem mondenkraut. Geſn. lib. de Lunariis.

¶ Chĕnŏpus, *ŏdis*, f. χηνόπους, herba ab effigie anſerini pedis dicta, gänſefuß. Plin. 11, 8.

¶ Chenorrophium, *i*, n. χηνορροφῖον, idem quod *Chenobofcium*, ein gänſeſtall, a χὴν *anſer* & ῥοφέω *alo.*

Cheragra, vide *Chiragra.*

CHERAMIDES, *æ*, m. lapis pretioſus, Plin 37, 10, idem qui *oſtracites*, torffſtein, auſterſtein. Agricol.

CHERNITES, *æ*, m. χερνίτης, lapidis genus ebori ſimillimum. Plin. 36, 17 *Mitior eſt ſervandis corporibus nec abſumendis* Chernites, *ebori ſimillimus, in quo Darium conditum ferunt*; Idem c. 8 & *lapis corallitices* vocatur a fluvio *Coralio* Phrygiæ. Eſt autem is lapis marmor candidum, weiß marmelſtein. Ibidem c. 17 Plin. *Pario ſimilis candore & duritia, minus tamen ponderoſus.*

CHERSOS, *i*, f. χέρσος, proprie *terra inculta*, die erde; ut, *Feminea Cherſos*, i. e. teſtudines terreſtres, apud Martial. 14 epigr. 88.

¶ Cherſīnus, *a*, *um*, terreſtris, auf die erde gehörig; ut, *Cherſinæ teſtudines*, Plin. 9, 10.

CHERSONESVS, vel Cherroneſus, *i*, f. χερσόνησος, a χέρσος *terra* & νῆσος, *inſula*, peninſula eſt, eine halbinſel. Plin. 4, 11. *Cherſoneſe* quatuor celebrantur: *Taurica* in Euxino & Mæotide: *Thracia*, quam Ægæum & Helleſpontus faciunt: *Aurea*, ſupra Gangem Indiæ in ortum, juxta finum, qui *magnus* Ptolemæo dicitur: & *Cimbrica*, quæ Iutlandia hodie appellatur, cum parte Holſatiæ. Quæ Thraciæ eſt, Nepoti 1, 1, 1 abſolute *Cherſoneſus* dicta.

¶ Cherronensis, *e*, adject. ex Cherſoneſo. Cic. in Piſon. c. 35 *Bœotii, Byzantii, Cherronenſes.*

¶ Cherſoneſice, adverb. Varro de L. L. 4, 31 *Has phanellas Cherſoneſice dicunt feſces.*

Cherſydrus, vide *Hydra*, & ſupra *Chelydrus* in *Chelys.*

CHĔRŪBIM, vel Cherubini, ut Iſidorus 7, 5 deſcribit, *ſublimes cælorum poteſtates* & *ſplendentia agmina angelorum, qui proximi, quod vicinius poſiti divina ſcientia cæteris amplius ſunt, Cherubin, h. e. plenitudo ſcientiæ appellantur.* Rabbini dicunt Cherubin ſuper propitiatorium arcæ fuiſſe imagines juvenum alatorum. Prudent. Cath. 4, 4 *Patri, qui Cherubin ſedile ſacrum* &c.

CHĔRVSCI, *orum*, m. pl. populi Germaniæ: magna gens & duce Arminio valde incluta. Itaque multa ejus mentio apud Tacitum aliosque eſt, qui bella ipſa, quæ Romani cum majoribus noſtris habuere, compoſuerunt. v. Cæſ. B. G. 6, 10. Coluere Cheruſci ab Albi ultra Viſurgin. Ad confluentes Albis & Salæ conterminos habuere *Hermundaros*, inde meridiem verſus *Cattos*, qui Haſſi hodie ſunt: ſub occidentem ad ſeptentriones *Foſios*, qui Saxones ſive Holſati hodie, & *Chaucos*, in quibus præcipue hodie Bremenſes cenſentur. Vide Ph. Cluver. Antiqu. 3, 19. Chron. Philipp. & Peuceri, *Vitra Salam ad Hercynium faciunt Cheruſci ad Northeim & Goslariam.* Et, *Cheruſci Hercyniæ populi ſunt cum bona parte Thuringorum adjacentium Semanæ ſilvæ, quæ Ptolemæo Cheruſcos a Suevis diſtinguit*, die hätziſchen, *ubi dationes ſunt principum Anhaltinorum & aliquot comitum, Stolbergenſium, Manſfeldenſium, Schwartzburgenſium*, &c. Claud. Conſ. Honor. 4, 451 *Et ingentes Albim liquere Cheruſci.*

Chia, vide in *Chios.*

CHIASMVS, *i*, m. χιασμὸς, quando quatuor propoſitis tertium ſecundo, quartum primo reſpondet & convenit. vid. Lambin. ad C. Nepot. 17, 7, 4. A forma literæ χ deſumpta vox, ubi 1 & 4, item que 2 & 3 decuſſatim conjunguntur. ¶ 2. *Chiaſmus* etiam vocatur a medicis inciſio ad ſimilitudinem literæ χ facta, ein creutzſchnitt. Deſcribit Celſus 7, 28; & 8, 4. Nomen ipſum non adhibet, quod eſt apud Ægineram 6, 51, 65.

CHĪLIAS, *ădis*, f. χιλιὰς, numerus qui mille continet, eine zahl von tauſend; ut, *chilias militum, verſuum, annorum.* vid. Gell. 1, 16. Eraſmus *adagiorum* ſcripſit *Chiliadas*, opus utiliſſimum, atque rebus pluribus ad eruditionem pertinentibus refertiſſimum, ac dignum, quod & a docentibus & a diſcentibus ſedulo cognoſcatur atque evolvatur. Inprimis vero ſtudiis ſcholaſticis accommodatum eſt: ſiquidem commentarios uberes & pro illius temporis ſtatu exactos in omne auctorum genus complectitur. Adde Mantuan. Somn. Rom. v. 157.

¶ Chiliarcha, *æ*, m. χιλίαρχος, *tribunus militum mille*, ein obriſter. Hos primum Alexander inſtituit militiæ apud ſuos gradum ac præmium virtutis, ut refert Curtius 5, 2, 3, imitatione forte Perſarum, de quibus in *Chiliarchus*, conf. Iſidor. 9, 3.

¶ Chiliarchus, *i*, m. idem. Nepos 9, 3, 2 *Conon ad regem miſſus primum ex more Perſarum & obſervatum accepit, qui ſecundum gradum imperii tenebat; nemo ſine hoc admittitur.*

¶ Chiliaſtæ, *arum*, m. pl. qui credunt, mille annos Chriſtum cum piis, poſt reſurrectionem ſive ſecundum ſuum adventum viſibilem, in his terris regnaturum eſſe. Qui ex Patribus huic opinioni acceſſerint, enarrat Hieronymus de Scriptoribus Eccleſiaſticis in Papia. Adde Lactant. 7, 14. Aug. Plin. de Civ. D. 20, 7 *Militarios vocat*, qui alias etiam *Millenarii* vocantur.

¶ Chiliodynămis, *is*, f. χιλιοδυναμις, a Cappadocibus dicta herba propter varios in medicina uſus. v. Plin. 25, 6.

¶ Chiliophyllon, *i*, n. χιλιόφυλλον, herba a multitudine foliorum dicta, Apul. de Herb. c. 16 & 88.

CHĪLO, *ōnis*, m. χείλων, philoſophus Lacedæmonius fuit, unus ex ſeptem ſapientibus Græciæ, cujus tria dicta Delphis in Apollinis templo fuerunt conſecrata, Plinio teſte 7, 32, nimirum, *Noſce te ipſum*; *Nil nimium cupias*: *Comes eris alieni atque litis eſt miſeria.* Cætera ejus apophthegmata expoſuit Stob. Serm. 28. Tria ejus, quæ difficilia dixit eſſe commemorat Laertius, primum quidem, ἀποῤῥητα σιωπᾶσθαι, *arcana vetiere*: alterum σχολὴν ἄγειν εὐπαθοῦντα, *otium bene collocare*: tertium, δεδικημένον ὑπὸ τῶν ἧττον ἢ φέρειν, *injurias tolerare poſſe.* Laertius & hoc ei tribuit, ἀφανὲς τὸ μέλλον, *futurum.* conf. Auſon. Sap. v. 123. ¶ 2. *Chilones* proprie dicuntur, quibus labra indecentius prominent, a χεῖλος, labrum, ut Latine *Labeones*, die übermaulende lippen haben. Chariſius lib. 1 p. 78 CHILONES, inquit, *dicuntur, quorum capita oblonga & compreſſa ſunt.* CHILONES *autem cum aſperitate ex Graeco a labris improbioribus, quae illi χειλη. Unde* CHILONES *improbius labrati.* Quæ procul dubio Velius Longus p. 2234 reſpexit, cum de Orthographia ſcriberet: *Item alium eſſe* CHILONEM, *alium* CHILONEM (videndi, voluerunt Grammatici) *&* CILONES *homines vocari ampliſcapitis & tolutos.* CHILONES *vero improbioribus labris homines, a Graeco, παρὰ τὰ χείλη. Improbiora labra*, ſunt majora: *improbius labrati*, plus quam decet labrati: *Improbum* enim, quod modum excedit. DECILONIBVS & CHILONIBVS pana Feſtus. Vide infra *Cilo.*

¶ Chilonium, *i*, n. Holſatiæ oppidum. Mſtel.

CHIMAERA, *æ*, f. χίμαιρα, mons Lyciæ ignivomus. ¶ 2. Monſtrum poëticum triforme. *Ante leo, retroque draco, medioque capella*: ut in Heſiodi eſt Theog. v. 323, & in Homeri Iliad. ζ v. 181. conf. Lucret 5,

902: & Ovid. Met. 9, 646: & Trist. 4, 7, 13; Hygin fab. 57 & 151. Servius super Virgilii illud Æn. 6, 288. *Flammisque armata Chimæra: Revera*, inquit, *mons est Chimæra Lyciæ, cujus hodie ardet cacumen, juxta quod leones, media autem pascua sunt, ima vero montis serpentibus plena.* Quæ Plinii etiam 2, 109 & 5, 27, atque Strabonis confirmat auctoritas. De Chimæra in nummis vid. Spanh. 5 p. 265. ¶ 3. Horatius meretricem ita vocat 1 od. 27, 24 apposite sane: ac ita fere & Fulgentius 3 Mythol. *Chimæræ* fabulam ad amorem interpretatur: qui cum venit feraliter & sicut leo invadit: nec quieteit, nisi patrata libidine, quod capra significat, libidinotum animal: in fine autem serpentis, sive draconis instar, pœnitentiæ morsum relinquit. Tria dicendi genera triplici Chimæræ forma designari putarunt nonnulli: quemadmodum & alii fabulam hanc de tribus potissimis orationis partibus exordio, contentione (sub qua propositionem comprehendunt) & peroratione interpretati sunt: sed ea res non tantum longe arcessita, sed etiam φυσικὴ, & insubita videtur Vossio Inst. Orat. 3, 3 p. 24. De fabula *Chimæræ* & ejus occasione & causa alia apud Plutarchum leges de virtute mulierum c. 10. ¶ 4. *Chimæra* etiam navis nomen apud Virg. 5, 118; & Sil. 14, 498 ab insigni, quod habeat, ductum.

¶ Chimærifer, *a, um*, adject. Chimæras ferens; ut, *Chimærifera Lycia*, apud Ovid. Met. 6, 338.

¶ Chimæreus, *a, um*, Idem. Virgil. Cul. 14 *Alma Chimæreo Xanthus perfusa liquore.*

CHĪMASTRVM, *i*, n. χείμαστρον, vestis hyberna, apud Pollucem 7, 13; & 10, 27.

¶ Chimerinus, *a, um*, χειμερινὸς, *hyemalis, brumalis*, winterhafft. Martial. 9 epigr. 13 *Horrida si brumæ fidera, Chimerinos..*

¶ Chimethlon, *i*, n. χιμεθλον, morbus sive ulcus ex hyberno frigore, ein schade vom erfrieren, apud Cælium 4, 11.

CHINA, sive Sina, *æ*, f. regnum Asiæ antiquissimum, maximum & excultissimum, in quo otium plus quam Spartan: feveritate damnatum; urbes ingentes admirabili artificio structæ: Inprimis memorabilis est murus 300 mill. Germanica extensus, quo denique perrupto Chinensium rerum Tartari potiti sunt. Summa apud incolas eruditio, absque literarum usu characteres nosse, quibus tortuosis admodum integra verba integrasque sententias exprimunt. Omnis peregrinatio extra regnum interdicta: neque olim peregrini temere admissi sunt. Ideo de rebus Chinæ Europæis parum constitit, donec Mart. Martinius historiæ Siniæ annales ex oriente allatos, & Athan. Kircherus Chinam, memorabilium rerum monumentis & spectaculis illustratam, ediderunt. Vide & And. Mulleri disquisitionem de Chataja, quæ cum M. Pauli Veneti libris de regionibus orient. prodiit, & G. G. Leibn. Novissima Sinica.

¶ Chinenis, *e*, aliud adject. Sinesisch. Chinenses, die Sineser, inter quos percelebre dicterium, *se duos habere oculos; Europæos unum: & quod hominum est reliquum, cæcutire.* v. Lansii Conjult. 1 p. 4.

CHINENSIS, *e*, *a, um*, adject. proprium, ut, *Chinæa species*, Catull. 68, 32: Sed lf. Vossius p. 276 legit: *Brixia Cycneæ supposita speculæ* a Cycno rege Ligurum, propinquo Phaethontis.

CHĪŌNE, *es*, f. Nympha, a qua insulam *Chium* (*Chios* aliis) Cleobulus & Metrodorus voluerunt appellatam v. Plin. 5, 31. ¶ 2. Apud Martial. 1 epigr. 34, & alias, & luvenalem 3, 136 scortum nobile ita appellatur. Nomen a nive est, quæ Græcis χιὼν dicitur. ¶ 3. *Chione* filia Dædalionis, Ovid. Met. 11, 302.

CHĪOS, *i*, f. χίος, maris mediterranei insula inter *Samum* & *Lesbum*, vino, ficubus & aliis bonis rebus nobilis, de quibus passim Plinius auctor est. v. Cic. Verr. 1, 19. Horat. 1 epist. 11 pr. *Quid tibi visa Chios, Bullati, notaque Lesbos? Quid concinna Samos? quid Crœsi regia Sardis?* Et rursus v. 21 *Romæ laudatur, Samos, & Chios & Rhodos absens.*

¶ Chīus, *a, um*, quod ex *Chio* est: ut, *Aristo Chius*, Cic. de Senect. c. 1. Sic, *Chium marmor: Chium vinum*, quod & absolute *Chium* non raro appellatur: sicut & *Chie* absolute *ficus Chie* nominantur. Horat. 1 Sat. 10, 24 *At sermo lingua concinnus utraque Suavior, ut Chio nota si commissa Falerni est.* Et rursus 2 sat. 3, 115 *Si pestis intus Chii veterisque Falerni Mille cadis.* De ficubus Martial. 7 epigr. 30 *Et flavas medio vapore Chias.* Ibid. epigr. 24 *Infanti melimela dato, fatuasque marisicas: Nam mihi, quæ novit pungere, Chia sapit: Pungere* dixit, propter non ingratam aciditatem, qua vini salisque saporem quodammodo refert. Vnde in Xenis epigr. 23 sub Lemmate CHIA FICVS: *Chia senis, similis Baccho, quem Scitia mittit: Ipsa merum secum portat & ipsa salem.* Et 12 epigr. 98 in Zelotypam: *Chiam volo, nolo marisicam: Ne dubites, quæ sit Chia, marisca tua est.* Calpurnius ecl. 2, 81 *Mille renidenti dabimus tibi cortice Chias, Cessantesque uves totidem.* Conf. Colum. 10, 414. Observandum autem hoc loco tironibus, Horatium juxta & Martialem, (ut de cæteris non dicam) cum in his, tum in aliis exemplis, ubi de Chiis, vino aut ficubus loquuntur, primam semper producere; cum tamen in ipso insulæ nomine primam Horatius aliique corripiant. Quod fortean ad discriminandum adjectivum a substantivo est factum. Ac licet Cicero hoc migrarit, & primam in Chios, cum de loco loqueretur, produxerit, ut Hugo Grotius observavit; & Avienus quoque Arateis, emendante Grotio, v. 251 *Hue falcata Chii repsserunt cornua monstri.* Et rursus v. 173 *Curva Chii cælo cum surgens brachia signi*, prima correpta, contra illorum rationem, dixerit, elementi Græci naturam secutus procul dubio; ab Horatii tamen & Martialis ac reliquorum auctoritate recedendum temere haud arbitror: Nam & in adjectivo Græco χῖος prima circumflexum habet, & est sane contracta. Nam ut a *Lesbo* λεσβὶος, ita χιὰς; erat ex *Chio*. De *Chia terra*, quæ Samiæ instar candicat, inque medicaminibus locum habet, v. Dioscor. 5, 101, & Plin. 36, 26. *Risus Chius*, de molli lascivoque, ex Diogeniano in Erasmi Adag. Quandoquidem in Chiorum mores taxavit vetus comœdia.

CHĪRAGRA, *æ* f. χειράγρα, die sicht das zipperlein an den händen. Sen. epist. 78 *Podagra & chiragra, & omnis vertebrarum dolor nec eorumque interquiescit.* Cels. 1, 9 *Dolore nervi solent in podagra chiragrave.* Id. 2, 8 *Articulorum vitia, podagræ chiragræve.* Horat. 1 epist. 1, 31 *Nodosa corpus nolis prohibere chiragra, ut chiragra* legere malim, χέιραγρα, extrito iota. Id. 2 sat. 7, 15 *Postquam illi justa chiragra Contudit articulos.* Perinde & Persius corripuit ejus exemplo Sat. 5, 58 & Martial. 9 ep. 93 *Tortorem metuis? Podagra Chiragraque fecatur Cajus, & mallet verbera mille pati.* Idem 1 epigr. 99 *Sed nil Patrono porrigit, hæc chiragra est.*

¶ Chiragricus, *i*, m. qui ea laborat, Cels. 4, 27 pr. *Quæ in podagricis chiragricisve esse consuerunt, ea varo vel castratos, vel pueros tentant.*

¶ Chiragricus, *a, um*, adject. Sidon. 3 epist. 13 *Taceo chiragricas manus, unctis cataplasmatum pannis involutas.*

CHIRAMAXIVM, *i*, n. curriculus, plostellum parvum, quod manu fervorum, non a mannis trahebatur: a χὴρ, *manus* ἅμαξα, *currus*, Petron. c. 28 *Præcedente chiramaxio, in quo delicæ ejus ferebantur.* Pueri gestatorium Wouwerius interpretatur, ein kinderwagen.

CHĪREMBŌLON, *i*, n. χειρεμβολον, lignum, quod gubernator ex prora dat nautis, ut aliquid faciant, utque aliquem aut recipiant, aut non. Vlpian. 1 § 3 Dig. Naut. Caup.

CHĪRĪDŌTA, *æ*, f. χειρίδωτος χιτὼν, vestis longioribus manicis, quam *manuleatam* Plautus vocat; ein rock mit langen ermeln. *Tunica chiridota*, Gell. 7, 12. conf. Salmas. in Hist Aug. p. 128.

CHIRŌCĪNĒTA; *Democriti fuisse dicitur*, i. e. liber sic dictus, quod assidue manibus tractari debeat, ein handbuch, Plin. 24, 17. Sed rectius est

CHIROCMĒTA, χειρόκμητα, q. d. manibus elaboranda vel elaborata experimenta. al. *Chirotoneta.*

CHĪROGRĀPHVS, *i*, m. & Chirographum, *i*, n. χειρόγραφον, eine handschrifft; ut *Cautio chirographi*, eine schrifftliche versicherung, Cic. fam 7, 18. Id. Phil. 2, 4 *Convincere chirographo, Credere, & fidem habere chirographo*, Planc. Cic. fam. 10, 21. *Chirographum dare*, Sen. de Benef. 23. *Inane facere chirographum*, Vlp. 10 Dig. t. 4 l. 18 *Exemplar chirographi*, Planc. Cic. epist. eadem. Differebant autem *Syngraphæ*, apud veteres & *Chirographa*, de quo ita Asconius in Cic. Verr. de Præt. Vrb. 1, 36 *Inter* SYNGRAPHAS, inquit, *& cætera* CHIROGRAPHA *hoc interest, quod in cæteris tantum, quæ gesta sunt, scribi solent; in* SYNGRAPHIS *etiam contra fidem veritatis pactio venit, & non numerata quoque pecunia, aut non integre numerata, pro temporaria voluntate hominum scribi solet more inslituto Græcorum: Et cætera tabulæ ab una parte servari solent.* SYNGRAPHÆ *signatæ utriusque manu, utrique parti servandæ tradantur.* Vide & Franc. Hotomann. in eum locum Asconi: itemque Salmas. de modo usurarum c. 10. ¶ 2. Aliquando *Chirographum* non cautionem significat, nec ad contractum quendam pertinet, sed pro cujusque manu, sive scriptura ἰδιόγραφον ponitur, eigene hand. Cic. fam. 2, 13 *Extrema pagella pupugit me tuo chirographo*: Hic chirographum est, quod in epistola sua manu adderat. Suet. Aug. c. 64 *Nepotes & literas, & natare, aliaque rudimenta per se plerumque docuit: ac nihil æque laboravit, quam ut imitaretur chirographum suum*, daß sie seine hand schrieben. Idem Tito c. 3 *E pluribus comperi, notis quoque excipere velocissime solitum, cum amanuensibus suis per ludum jocumque certantem, imitari chirographa, quæcunque vidisset*: er hat eines jeden hand nachschreiben oder nachmahlen können. Conf. Cic. N. D. 3, 30. Sic, *Proprio chirographo annotare*, Paul IC. l. 30 Dig. de testamentis. Et, *Suo chirographo literas mittere*, Cic. fam. 10, 21.

¶ Chirographārius, *a, um*, adject. ut, *Actio chirographaria*, quæ ex chirographo nascitur. *Chirographaria pecunia*, quæ ex chirographo solo non dato pignore debetur. *Chirographarius debitor*, qui similiter debet, der eine handschrifft der schuld halben von sich stellt, vid. Vlp. 13 Dig. t. 61. 5 § 8 *Chirographarius creditor*, qui sibi chirographo cavit, der auf handschrifft geliehen. Cui *Hypothecarius* opponitur. v. Paul. 42 Dig. t. 51. 38.

CHIRŌMACTRVM, *i*, n. χειρόμακτρον, mantile, eine handqvele. Athenæus lib. 8.

CHĪRŌMANTĪA, *æ*, f. χειρομαντεία, divinatio ex inspectione linearum in manu, quibus arcanas quasdam temperamenti significationes natura impressisse creditur nonnullis: die kunst, aus den händen wahr zu sagen. Aristoteles in Problematis quærit de linea vitæ, quare longævi sint, qui habeant integram lineam mediæ manus.

¶ Chiromantes, *æ*, m. χειρομάντης, vel χειρομάντις, der in die hände siehet. Huc refer Vet. Gloss. χειρασκόπος. *Manuinspex.*

CHĪRON, *ōnis*, m. Centaurus, saturni & Philyræ filius, quamobrem & *Philyrides* appellatus est, a Thetide custos & præceptor Achilli traditus fuit. Ovid. de Arte 1, 11 *Phillyrides citharæ puerum præfecit Achillem*, &c. Conf. Metam. 2, 631. Auson Idyl. 4, 20 *Si præfecit Achillem*, &c. Conf. Metam. 2, 631. Auson Idyl. 4, 20 *Si præfecit Achillem*, &c. Adde Stat. 2 Silv. 1, 89. Herbarum vires & medicamenta reperit, Plinio teste 8, 56. Vid. Polyd. Virgil. de Invent. Rer. 1, 21. Σχήματα ὁλύμπου, seu constellationes cœli delineavit. Autor Gigantomach. ap. Clem. Alex. Strom. 1 p. 306, 332. Conf. Miscell. Obs. serv. Vol. 4 p. 73. ¶ 2. *Chirones* sunt statuæ & sigilla aquam ejaculantia. v. Interpretes Petronii ad c. 36 p. 151 sq. Burm.

¶ Chirŏnĕon, vel Chirŏnion, *i*, n. χειρώνειον. Plin. 25, 6 *Centaureæ curatus dicitur Chiron, cum Herculis excepti hospitio pertractanti arma sagitta excidisset in pedem, quare aliqui Chironion vocant.* Vide *Centaurea.* Tertium etiam Panaces genus *Chironion* cognominatur ab autore, Plin. 25, 4.

¶ Chironia, *æ*, f. ampelos, i. e. *vitis*, *Chironis inventum*, *quæ vocatur Chironia.* Plin. 25, 4: & 23, 1.

CHĪRŎNŎMVS, *i*, m. χειρονόμος, qui manibus gesticulatur, pantomimus. Iuvenal. 6, 63 *Chironomon Ledam molli saltante Bathyllo.*

¶ Chīrŏnŏmon, *ontis*, m. qui gestu & secundum artis legem cibos scindit, ein vorschneider. Iuvenal. 5, 121 *Saltantem species, & cheironomonta volanti cultello.* Sidon. 4 epist 7 *Si inter Apicios epulones & Byzantinos chironomontas hucusque vsuctaverit.* Hunc intelligit Petronius, quum ait c. 36 *Præcessit statim scissor, & ad symphoniam ita gesticulatur laceravit obsonium.* Vide Petronianos interpretes etiam ad Frugm. p. 669 & Lips. Saturnal. 2, 2, & Voss. 5 Inst. Orat. p. 278.

¶ Chironomia, *æ*, f. χειρονομία, saltatio gesticulatrix est, quales hodie sunt quædam Anglorum, Englische täntze: item quam vocant, den mohren-tanz. ¶ 2 Et *Chironomia lex est gestus*, oratori necessaria, ut vocat

vocat Quintilianus, qui eandem commendat 1, 11 ext. die zierliche geberden mit den händen.

CHĪRŌTHĒCA, æ, f. χειροθήκη, quæ & *dactylotheca*, δακτυλοθήκη dicitur, ein handſchuh. Ejus uſum priſcis ignotum fuiſſe, docet Caſaubonus in Athen. 12, 2.

¶ Chirothecātus, *a*, *um*, der handſchuhe an hat. Saresb. 3, 3 *Chirothecatus ineſſit.*

¶ Chirothecārius, *i*, m. qui chirothecas conficit, ein handſchuhmacher.

CHIRŌTŌNĒTON, *i*, n. χειροτόνητον, ein handbuch. Ita liber *Democriti de verum natura inſcribitur Chirotonetun*, Vitruv. 9, 3; quia continuit ſelecta documenta. Sed vide annotata in edit. Lætiana p. 182 ex Salmaſio, qui docet ex antiquis lexicographis, & hic & apud Plinium 24, 17 legendum eſſe *Chiromeneta*, de quo vid. ſ. l.

CHĪRURGUS, *i*, m. medicus, qui manu curat, ein wundarzt, halbierer. Celſus proœm. lib. 7 *Eſſe chirurgus debet adoleſcens, aut certe adoleſcentiæ propior, manu ſtirenua, ſtabili, nec unquam intremiſcente.* Chirurgus Meges citatur ab eodem 5, 28, 7.

¶ Chirurgia, æ, f. χειρουργία, ars manu externa opem ferens morbo, die wundarzneykunſt. Cic. Att. 4, 3 *Ex dicta curari incipio, chirurgiæ tædet.*

¶ Chirurgīce, *es*, f. χειρουργική, ars chirurgorum, die wundarzney. Celſus proœmio lib. 1 poſt pr. ſcripſit Græcis literis.

¶ Chirurgĭcus, *a*, *um*, adject. Hygin. fab. 274 *Chiron Centaurus Saturni filius artem medicinam chirurgicam ex herbis primus inſtituit.*

CHĪVS, *i*, m. χῖος, qui & *canis* & *canicula*, tali planicies fuit, cujus jactus damnoſus fuit, ut qui unionem contineret, vide *Talus*. De proverbio χῖος πρὸς κῶον, vid. infra *Senio* in *Sex*. ¶ 2. De inſula vide in *Chios*.

CHLÆNA, æ, f. χλαῖνα, eſt veſtimentum hybernum, a χλιαίνειν, *calefacere*, quam *lænam* Latini reddunt. Inde Adagium: *Dum cucumere veſcimur, chlænam texamus*, i. e. de hieme cogitandum eſt æſtate: Turneb. 17, 30, vide *Lena*; & Pollux 7, 13 &c.

CHLĂMYS, *ydis*, f. χλαμύς, paludamentum, veſtis militaris, quæ non totum ambiebat corpus, ſed poſteriora fere tantum, præterquam ad pectus & humeros, ad quos nodo, ſeu fibula, colligebatur, ein reutrock, mantel. v. Nonius 4, 11 & 12. Virg. Æn. 8, 588

. *Chlamyde & pictis conſpectus in armis.*

Stat. Theb. 6, 570 *Torto chlamydem diffibulat auro.*

Eam prima Sappho nominavit, cum dixit Amorem ἐλθεῖν ἐξ οὐρανοῦ πορφυρέαν ἔχοντα περιειμένον χλαμύδα, *venisse e cælo purpuream indutum chlamydem*, vid. Pollux. Suidas ſcribit, Numam Pompilium primum *chlamydis* uſum Romæ inſtituiſſe, cum id genus veſtimenti a Legato Iſaurorum accepiſſet. Plura de chlamyde Salmaſius ad Hiſt. Aug. p. 318 & 344 &c. & Vlit. ad Nemeſ. Cyn. 91. conf. Cic. pro Rab. Poſt. c. 10 de L. Scipione; Vopiſc. in Firmo c. ult. de Pompejo; Iul. Capit. in Gord. Iun. c. 21. Ovid. Met. 2, 733 de Mercurio &c. Plaut. Epid. 3, 3, 54 *Sed hic quis eſt, quem hac advenientem conſpicor: Suam qui undantem chlamydem quaſſando facit?* der da wetzet, ſchwänzet; i. e. qui crebro ſuccuſſando corpus pallium motitat & criſpat, ut glorioſi & jactabundi ſolent. conf. Id. Perſ. 1, 3, 75. ¶ 2. Ad habitum ſcenicum ſeu ludicrum refertur, apud Horat. 1 epiſt. 6, 40: & Suet. Calig. c. 19; & Ner. c. 25. ¶ 3. Eſt etiam veſtis puerilis, ein kinderrock. Plaut. Merc. 5, 2, 71; & Vlp. l. 23 § 2 ff. de auro & argent. Virg. Æn. 4, 137 etiam Didoni tribuit, licet habeatur pro veſte virili.

¶ Chlamyda, æ, f. idem. Apul. 10 Met. p. 253 *Ephebica chlamyda ſiniſtrum tegebat humerum.* conf. Nonium 14, 12.

¶ Chlamydula, æ, f. diminut. Affertur Plaut. Pœn. *Tu ſume chlamydulam*: Sed forte pro eo, quod eſt in Merc. 1, 2, 16 *Sume laciniam.*

¶ Chlamydātus, *a*, *um*, χλαμυδωτός, chlamydem indutus, der einen reutrock an hat. Cic. pro Rab. Poſt. c. 10 *Chlamydatus imperator.* conf. Plaut. Pœn. 3, 3, 6 & 31, & Pſeud. 4, 2, 8 &c.

¶ Parachlamys, *ydis*, f. afferunt quidam ex Vlpiano & Plauto: ſed utrobique eſt *Chlamys* n. 3.

¶ Sagochlamys, vide *Sagum*.

CHLOE, *es*, f. χλόη, Cereris epitheton apud Pauſaniam. ¶ 2. Nomen mulieris Corinthiacæ, 1 Cor. 1, 11. ¶ 3. Nomen puellæ, cujus crebra apud Horatium mentio, imprimis 3 od. 9, 9

Me nunc Threſſa Chloe regit, Dulces docta modos, & citharæ ſciens.

CHLŌRIŌN, m. χλωρίων, avis eſt Plinio lutea, neſcio an illa, quæ χλωρεύς, aliis eſt, ein woniß; aut χλωρίς, id eſt, *lutea*, ein zeiſlein. Eber. Plin. 10, 29 *Chlorion totus luteus eſt, hyeme non viſus, circa ſolſtitia procedit.* Avis eſt magnitudine turturis, & cum turture pugnans, vocant ein wiedewal. Sed

¶ Chloris, *ĭdis*, f. χλωρίς & χλωρεύς, ein grünlinck, grünfinck, viridia, hirßvogel, hirſſinck. Vide *vireo*. Geſn. Ipſa etiam Luſcinia *Chloris* dicitur, quoniam vere apparet, quum omnia virent, aut quoniam virentibus arborum frondibus ſedet. ¶ 2. *Chloris*, *ĭdis*, f. nympha non ignobilis, florum genitrix, quæ & *Flora*: nupſit Zephyro, a quo dotis loco accepit, ut haberet omnium florum poteſtatem, die blumengöttin; de qua infra. Ovid. Faſt. 5, 195 *Chloris eram, quæ Flora vocor: corrupta Latino Nominis eſt noſtri littera Græca ſono: Chloris eram nymphe campi felicis* &c. Hinc *Chloridos herba*, apud Propert. 4 eleg. 7, 77 *Si te non totum Chloridos herba tenet.*

¶ Chlorītes, æ, m. χλωρίτης, herbacei coloris, & in motacillæ avis ventre invenienda gemma eſt Plinio 37, 10.

CHLORUS, *i*, m. flumen Ciliciæ, Plin. 5, 27. ¶ 2. Conſtantius Imp. Conſtantini M. pater *Chlorus* dictus ob colorem pallidum. Choa, vide *Chus*.

CHOAGUM, *i*, n. χοαγόν, nomen emplaſtri, de quo Celſus 5, 19, 2. Legitur etiam *Coacum*.

CHOASPE, *es*, f. & Choaſpes, *is*, m. fluvius Perſidis, cujus unius aquam rex potabat, ut Herodotus auctor eſt 1, 188. Plin. 31, 3 *Parthorum reges ex Choaſpe & Eulæo tantum bibunt: & ea* (aquæ) *quamvis in longinqua, comitantur eos.* Hinc Tibull. Paneg. Meſſalæ 4 v. 140

Nec qua vel Nilus, vel regia lympha Choaſpes Profluit.

Item Auſon. de clar. urbibus, 14 v. 25

Hunc cupere, rex Mede, tuis contingere caſtris,
Flumina confunto cum defecere meatu,
Hujus fontis aquas peregrinæ ſervire per urbe,
Unum per cunctas ſolitas portare Choaſpem.

Curtio 5, 2, 9 *delicatam* dicitur *aquam vehere, domigenam Choaſpen* vocat Val. Flacc. 5, 584. ¶ 2. Eſt & fluvius Indiæ *Choaſpes* alius, de quo Curtius videatur 8, 10, 22. Adde, quæ ibi notavit Cellarius.

¶ Choaſpītes, æ, m. gemma a flumine dicta, fulgoris aurei, Plin. 37, 10.

Choaſtes, vide ſtatim in *Choatræ*.

CHOATRÆ, *arum*, f. pl. populus circa Mæotin, memoratus Plinio 6, 7, & Lucano 3, 246, ubi Grotius pro *Coaſtris* reſtituit *Coatras*. Fuerunt incantatores maximi cum duce ſuo Choaſte. Vnde Val. Flaccus 6, 151 *Centoras, & diros magico terrore Choatras.* Et v. 155 *Maximus hos inter ſtygia venit arte Choaſtes.*

Chodax, vide *Cnodax*.

CHOENIX, *icis*, f. χοῖνιξ, cujus genitivi penultimam corripuit Homerus Od. 4 v. 28 dimenſum erat diurnum, quod ſervis apud Græcos diſtribuebatur, ut apud Laertium & Suidam legimus. Χοίνικι μὴ ἐπικάθησαι, id eſt, *Chœnici ne inſidias*, inter Pythagoræ ſymbola connumeratur, ac monet, non eſſe indulgendum otio, ſed induſtria ibi de victu proſpiciendum; Item, non eſſe indulgendum ſollicitudini de victu craſtino. v. Chiliad. itemque Gyrald. in Symbola Pythagoræ. Laudatur etiam Io. Rondelli Gallica de chœnice Pythagorica diſſertatio. ¶ 2. Sed *Chœnix* menſuræ nomen, Budæo *ſemodius* eſt, Camerario & Ebero menſura eſt *duorum ſextariorum*, ſeu *quatuor heminarum*: Sic enim legendos cenſet hos Rhemnii verſus in carmine de ponderibus apud Priſcianum Camerarius:

Heminas recipit geminas ſextarius unus,
Quis quater affluctis ſit Grajo nomine Chœnix.

Aliter vetus Auctor in excerptis apud Rigaltium: *Eſt autem ſextarius ſexta pars Congii, qui in ſcripturis.* Hinc *appellatur in liquidis.* Chœnix *autem quinque ſextariis adimpletur, cui ſi ſextum addideris, fit congius.* Sed Iſenſchmidius de ponderibus & menſuris oſtendit, chœnicem eſſe partem quadrageſimam octavam medimni, octavam modii, duplam ſextarii, tribuitque chœnici 56 pollices cubicos Pariſinos addita parte pollicis ſexta. Accuſ. plur. Græcus *Chœnicas duas*, Pallad Nov. t. 20. conſ. & Oct t 14.

¶ Chœnīcion, *i*, n. modiolus & ferramentum medicinale, Celſo 8, 3.

CHOERAS, *ădis*, f. χοιράς, lat. ſtruma, a χοῖρος, *porcus*, quod animal hoc malo peculiariter infeſtatur, ein kropf, eine drüſe. v. Octav. Horat. 8, 9; & Apul. de Herb. c. 2 n. 10.

CHOERĪLUS, *i*, m. χοιρίλος: quo nomine duos poëtas Græcos fuiſſe, Gyraldus, & optimum alterum, alterum malum atque ineptum, tradit. Falſum fuiſſe in eo, arguit Scaliger Animadv. Euſeb. qui & hallucinatum Horatium cenſet, cum *Chœrili* mentionem 2 epiſt. 1, 233 faceret; unum tantum *Chœrilum* eumque præſtantiſſimum poëtam, ſub Archelao fuiſſe contendens: alterum vero, qui poſt ſub Alexandro, de quo Horatius, (in quo & ἀκριτίαν notat, quod de optimo poëta peſſime judicarit) plane rejiciens. Humani quid paſſum heroa illuſtriſſimum, ſatis evincunt auctoritates, quas de diverſis *Chœrilis* Horatiani interpretes adducunt: & quæ ex iis contra diſputavit Heinſius lib. 2 de Satyra Horatiana. Sane de altero illo *Chœrilo*, inepto poëta, & qui ſecutus Alexandrum M. eſt, diſerte Plutarchus Alexandri vita, & Curt. 8, 5, 8 his verbis teſtatur: *Agis peſſimorum carminum poſt Chœrilum conditor, & ex Sicilia Cleo* &c. Quæ Horatiam ſane & ejus criſin facile abſolvunt; ac vere duos Chœrilos prodidiſſe Gyraldum, adſtruunt ſatis. Sed utrum Alexander pro verſibus ſingulis *Chœrilo* ſingulos Philippeos numeraverit, quod ait Horatius: an lapſus memoria poëta Alexandro iſta tribuerit, quod Archelaum in altero feciſſe legimus; eam nos litem non habemus diſcernere. Horatii verſus iſti ſunt 2 epiſt. 1, 232 *Gratus Alexandro regi magno fuit ille Chœrilus, incultis qui verſibus & male natis Rettulit acceptos, regale numiſma, Philippos.* Auſonius ad Probum præfectum prætorium epiſt. 17 *Cumque ego imitatus ſim veſaniam Chœrili, tu ignoſces magnanimitate Alexandri.*

CHOEROGRYLLUS, *i*, m. χοιρογρύλλιος, nomen animalis Lutheri, ein caninichen. Vulg. Interpr. Levit. 11, 5. v. Dilherri Exerc. T. 1 Diſſp. p. 97.

CHOĪCUS, *a*, *um*, χοϊκός, terrenus, irdiſch; ut, *Homo choicus*, Tertull. adv. Valent. c. 24. conf. Io. de Anima c. 40; & de Reſurr. c. 49.

CHŎLAS, *ădis*, f. χολάς, Ariſtoteli omne cavum hypochondriorum & ilium. Vid. etiam Cæl. Rhodig. 4, 4. ¶ 2. Smaragdum *cholan* dictum habet Iuba apud Plin. 37, 5 l 18.

¶ Cholagōgus, *a*, *um*, χολαγωγός, bilem evacuans, das die galle abführet. Sic *Remedium cholagogum* medicis, ein vomitiv.

CHŎLĔRA, æ, f. χολέρα, humo naturalis, qui & *flava bilis* dicitur, choleriſche feuchtigkeit, gallſucht. ¶ 2. Item morbus, cum bilis largiter infuſa in ventriculum erumpit per vomitus & inferiora. Hunc *morbum* ejusque curationem deſcribit Celſus 4, 11, ubi etiam *Cholera laborare* dixit, am gallſieber liegen. Genitivum pluralem *cholerum* agnoſcit Cæſar in illo Samon. 253 *Noxia ſi puerum cholerum ſævire venena Perſpicies.* Inſcriptio vetus cap. 17 *Tuſſi & choleribus medendis.* Nim. auctor lemmatis certe genitivum contractum cholerûm accepit, quaſi eſſet tertiæ declinationis a *choler*, niſi ipſi Sereno ita viſum. Ita Burm. ex Reineſ. V. L. 1, 13, qui de cholera etiam laudat Menag. ad Laërt. 6, 76.

¶ Chŏlĕrĭcus, *a*, *um*, qui bile abundat, gallſüchtig. Cholerici apud Medicos & Philoſophos ſunt fervidi, præcipites, incauti, non ſatis diligentes, aperti, iracundi, ſed facile placabiles, mutabiles. v. Plin. 24, 13. *Tormina cholerica*, das bauchweh, grimmen im leibe. Id. 20, 14.

CHOLĪAMBUS, *i*, χολίαμβος, verſus Iambicus claudicans, quem & *Scazonta* dicunt, hoc eſt, qui in penultima Iambum, in ultima

pro Iambo Spondeum habet. Quales sunt multi Martialis v. g. 5 epigr. 29

Vt bene loquatur fontiatque Mamercus,
Effere nullis, Aule, meribus possis &c.

CHŌLOS, *i*, m. χωλός, lapis ex genere smaragdorum, Plin. 37, 5.

CHOMA, *ătis*, n. χῶμα, agger aquam coërcens, ein damm oder schuß, so das wasser aufhält, extat hæc appellatio, apud Vlp. l. 10 de extraord. crim. *In Ægypto qui chomata rumpit, quibus Nili aquæ coërcentur.*

CHONDRILLA, *æ*, f. χονδρίλλα, sive Condrillon, *i*, n. herba, cichorii silvestris species, wegwart oder wegwart. Plin. 22, 22. Vsus ejus est in acetariis, ein salat-kraut. Vide *Cichorium* & *Condrillon.*

CHONDRIS, *is*, f. χόνδρις, herba, pseudodictamnum, Plin. 25, 8, & 26, 8.

CHONDRVS, *i*, m. χόνδρος, Romanis alica, grütze, graupen. Dioſc. 2, 87.

CHŌRA, *æ*, f. gr. χώρα, regio, provincia; χῶρος, *locus*. Hinc

¶ Chōrēpiscŏpus, *i*, m. olim qui in vicis aut oppidulis curam animarum gerebat loco episcopi. *Ex. repiscopi* πεπισδευτικῶ vocantur; Hos 70 senioribus comparat Grotius, sicut episcopis ipsis Apostoli comparantur. Vide ipsum ad Lucam c. 10, 1 nec non Salmasium de Episcopis. Non a *choro*, sed χώρα dicuntur: siquidem χωρεπίσκοποι est ἐπίσκοπος ἐπιχωρίος, seu τῆς χώρας, qui nihil majoris momenti facere potuit. Vid. Hildebrand. de Episcop. th. 49, Calixtus in Appar. p. 217; Ziegler. ad Lancellot. Ius Canon. p. 101 seq. & Dav. Blondel. Apol. de Presbyt. & Episc. sect. 3 n. 11 p. 120 seqq.

¶ Chōrōbătes, *æ*, vel *is*, m. χωροβάτης, regula apta ad explorandam locorum & aquarum altitudinem, aut libræ aquariæ genus, ein meß-instrument, wasserwage, Vitruv. 8, 6, ubi accurate hoc instrumentum describitur.

¶ Chōrŏgraphia, *æ*, f. χωρογραφία, descriptio regionis aut loci, ort- oder land-beschreibung. Vitruv. 8, 2. Vnde licet derives

¶ Chorographus, *i*, m. ein land-beschreiber.

¶ Anachōrēsis, *is*, f. ἀναχώρησις, secessus, die einöde; ab ἀναχωρέω, *secedo*. Sidon. ep. 7, 9 p. 191 *Sectatæ anachoreseos prærogativa.*

¶ Anachōrēta, & anachorita, *æ*, m. ἀναχωρητής, & ἀναχωρίτης, qui in solitudinem secedit, ein einsiedler, waldbruder. Sidon. Carm. 16 v. 97 *Anachoreta tremit* &c. primam perperam produxit, vel legi voluit *Anchoreta*. Hieronymus epist. 22 ad Eustoch. c. 15 *Alterum* (genus monachorum Ægyptiorum) *Anachoritæ, qui soli habitant per deserta, & ab eo, quod procul ab hominibus recesserint, nuncupantur.* Fuerunt autem & *Eremitæ* & *Anachoretæ* solitudinum incolæ; sed illi tabernacula certa habebant, & casas, quibus Anachoretæ carebant plane, ut ex Salp. Severo Dial. 1 de virtutibus Monach. c. 9 (Vorst 15) constare potest. Pro isto igitur discrimine c. 17 scribit: *Animadverti decet, iniqua illum cum eremitis, vel etiam anachoritis conditione conferri.* Et rursus c seq. *Laudabo anachoretas, mirabor eremitas, Martinum semper excipiam.*

¶ Trichōrum, *i*, n. τρίχωρον, locus in tres velut locellos distinctus. Spartianus in Pescennino Nigro c. 12 *In qua simulacrum ejus in tricoro constituit.* Vbi Casaubonus: *Magnatum*, inquit, *ædes tribus distinctis partibus constare solebant: quarum una ingredienti adverse occurrit, duæ sunt ad latera: has tripartitas domos Architecti* τρίκωρα *vocabant: Statius in Tiburtino Manlii Vopisci: --- Quid nunc ingentia mirer, Aut quid partitis distantia tecta trichoris? Architecti nostri hodie vocant* Papiliones, *quia harum partium (ædificii corpora vulgo dicimus) diversa tecta sic consurgunt, ut in metatura castrorum separata totidem papilionum fastigia.* Hæc ille. Multi doctissimi viri in hac voce exponenda occupati fuerunt. Vid. Cæl. Rhodig. 18, 11; Salmas. ad Hist. Aug. p. 156; Is. Casaub. ad eamd. p. 279; Lud. de la Cerda Adverf. c. 102. Sed plenius meliusque omnibus Heribertus Rotweidas Notis ad Paullini Nolani Epist. 12 p. 784; & Barth. ad Stat. Silv. p. 104.

Choragium, choragus, choraliſtria, choraules, vide *Chorus.*

CHORDA, *æ*, f. χορδή, fides, eine saite. *Experiri chordas*, Stat. 5 Achill. 1, 187, quod Ovid. Met 5, 339 dixit: *Prætentat pollice chordas.* Sic *Intentæ chordæ* Cic. de Orat. 3, 57. Ovid. Met. 10, 145 *Vt satis impulsas tentavit pollice chordas.* Horat. 4 od. 9, 4 *Verba focianda chordis*, worzu man musiciret, auf saiten spielet. ¶ 2. Proverbiale est illud Horat. in Arte v. 356 *Vt scriptor si peccet idem librarius usque, Quamvis est monitus, venia caret, & citharœdus Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem*: i. e. eundem errorem committit sæpius, der immer einerley fehler begehet. Est & illud proverbiale apud Plutarchum, *Chordas non movendas movere*, quod est, movere non necessaria, & quæ sine periculo moveri minime possunt, ἐπιθυμία, inquit, κινῆσαι χορδὰς τὰς ἀκινήτους, hoc est, *Cupiditas chordas movens non movendas.* ¶ 3. *Chorda* est funis, ein seil. Plaut. Most. 3, 2, 54 *Tunc tibi chorda tenditur* &c. Colum. 5, 9 *Taleas chorda disponere*, nach der meßschnur. ¶ 4. Intestina quoque *Chordæ* dicta sunt, därmer, χορδαὶ scil. animantium, ex quibus fides conficiuntur.

¶ Chordacista, *æ*, m. ein saitenspieler. Mart. Capella lib. 9 p. 313 *Chordacistæ ad commodam harmoniæ utilitatis*

¶ Chordapsus, *i*, m. χορδάψος, morbus acutus intestinorum tenuiorum, die darmgicht. Cels. 4, 13. Nam qui manum loco admovet, chordas tangere videtur. conf. Cæl. Rhod. 4, 13.

¶ Acrochordon, vide supra in A.

¶ Monochordum, *i*, n. μονόχορδον, ein instrument mit einer saite.

¶ Bichordălus, *a, um*, δισύμφωνος, Apul. Apol. p. 154 Stew. *Aureæ ulices, bichordulæ.* conf. Elmenh. Emend. p. 337 ext.

¶ Trichordis, *de*, tres chordas habens, mit drey saiten; ut, *Citharæ trichordes*, Sidon. 5, 5.

¶ Tetrachordum, *i*, n. quatuor chordarum instrumentum. *Dissimile fuit tetrachorderum dispositionis*, Vitruv. 5, 4. Conf. Id. 10, 13; & Baldi Lex. Vitr. p. 127; Mart. Capell. 2 p. 43; & 9 p. 317. A musico instrumento ducta similitudine Varro eleganter *anni tetrachordum* pro quatuor anni temporibus dixit: *Autumnitas in anni tetrachordo mediam præterierat.* vid. Nonius 2, 22; & Turneb. 29, 3.

¶ Pentachordum, *i*, n. instrumentum quinque habens chordas. v. Mart. Capella 9 p. 325

¶ Hexachordos, adjective, de canone musico, &

¶ Octochordos, eodem compositionis genere dixit Vitruv. 10, 13.

¶ Decachordum, *i*, n. decem chordarum instrumentum, in versione Psalmorum occurrit, & apud Hieron. epist. ad Paullin. c. 7.

CHORDVS, *a, um*, sive Cordus, *a, um*, spät, langsam. Dicitur de omnibus tarde & sero nascentibus; & quidem a χορίον, id est, *fecundina*, ut indicat Varronis locus de R. R. 2, 1 *Dicuntur agni chordi, (spätlinge, spate lämmer) qui post tempus nascuntur, ac remanserunt in volvis intimis. Vocant* χορίον, *a quo Chordi appellati.* Conf. Plin. 8, 47, qui cum aliis sine adspiratione scribit. Idem 18, 28 & Colum. 7, 3 ad gramina deferunt cum seritatis notione, dum *fœnum autumnale cordum vocari docent.* Sic & Festus: *Chorda frumenta, quæ sero maturescunt, ut fœnum chordum*: grummet, herbstheu. Itaque placet quibusdam, esse a χόγρος, quod pro fœno accipitur. Sed & *Olus chordum* dixit Colum. 12, 13. ¶ 2. Etiam hominibus sero natis id nomen tributum esse, clare indicat Quintil. 1, 4. vid. Burm. not. p. 48. De *Cordo Cremutio* Suet. Aug. c. 35. De *Iunio Cordo* Capitol. in Gordianis c. 12 & seqq. De *Mutio Cordo* Aur. Vict. vir. illust. c. 12.

Chŏrea, vide *Chorus*, Chorepiscopus, *Chora*, Chŏreuma, chŏreus, chŏreutes, choriambus, *Chorus.*

CHŎRĪNÆVS, *i*, m. peritus jaculator, Virg. Æn. 12, 298.

CHŎRIVM, *i*, n. χορίον, (al. χωρίον) Medicis vocatur non tantum secundina, die after-geburt; sed & membrana fœtum involvens, das geburts-kleid. vid. locus Varronis in *Chordus.* ¶ 2. *Choria æqua crassitudine structa*, apud Vitruv 2, 8 explicante Salmasio, sunt ordines lapidum sive laterum æqualiter assurgentes. Suspicari tamen fas est, legendum *coria*, siquidem statim a verbis laudatis *coriorum* eodem sensu mentio fit.

Chŏrius, vide *Chŏreus* in *Chŏrus*, Chŏrobates, *Chŏra*, Chorocitharista, chorodidascalus, *Chŏrus.*

CHŎROEBVS, *i*, m. figulinam primus Athenis inveniſſe dicitur, Plin. 7, 6. ¶ 2. *Chorœbus* gener Priami, Virg. Æn. 2, 342 &c. Stat. Theb. 1, 604.

Chorographia, chorographus, vide *Chŏra.*

CHŎROS, *i*, m. *i*, e. *Acorus*, kalmus, Apul. de Herb. c. 6.

Chors vel cors, vide *Chŏrus*; & Chortalis, vida *Cohortalis.*

CHORSARI, *orum*, m. pl. Persæ sunt, quos Scythæ ita nominant. v. Plin. 6, 17; & Solin. c. 62.

CHORTINON, *i*, n. oleum ex herba graminis, Plin. 15, 7.

CHŎRVS, *i*, m. χορός, (ἀπὸ τῆς χαρᾶς Platoni 2 de L. L.) proprie cœtus canentium, sive saltantium, maxime in sacris, ein chor, eine menge der singenden und tanzenden. Vid. Scalig. ad Euseb. p. 156. Nam apud veteres nullæ festivitates ac ceremoniæ celebratæ fuerunt citra choreas & saltationes, quod Lucianus de Saltatione monet. Apul. de Mundo p. 74 *Quod est in triremi gubernator, in curru rector, præcentor in choris, lex in urbe, dux in exercitu; hoc est in mundo Deus.* Virg. ecl. 6, 66 *Vtque viro Phœbi chorus assurrexerit omnis.* Suet. Cal. c. 37 *Inter choros & symphonias.* Horat. 4 od. 7, 6 *Ducere choros*, voran tanzen, den reihen führen. Plato tres fieri *Choros* præcipit, *Puerilem, Virilem & Senilem*: quod ex instituto Laconico sumptum videtur, de quo mox in *Trichoria. Chorum canentium* (v. Colum. 12, 2, 4) Budæus admonet vulgo *Capellam* vocari. Etiam Germani symphoniacos principum hoc nomine comprehendunt, die capelle, & præfectum chori ejusmodi vocant den capellmeister. Chorum autem scholasticorum vocant die cantoren. ¶ 2. Deinde & aliorum quorumvis cœtus ita appellantur, ein hauſe. Horat. 2 epist. 2, 77

Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit urbes.

Cic. pro Mur. c. 24 *Catilina stipatus choro juventutis erat.* Sic *Chorus virtutum*, apud eumd. Off. 3, 33, quem in epist. *familiam* videtur appellare *virtutum.* Id. de Fin. 1, 8 *Epicurum pœne e philosophorum choro sustulisti. In alieno choro pedem ponere*, proverbialiter dicitur a Plutarcho pro eo, quod est, alienis sese negotiis admiscere. v. Chiliad. De choris in comœdia usurpatis Scalig. Poët. 1, 19. ¶ 3. Similiter & *Chorus* de stellis dicitur. Tibull. 2, 1 extr. *Ludite, nam nox jungit equos, currumque sequuntur Martis lascivo sidera fulva choro.* Stat. Achill. 1, 643 *Risit chorus omnis ab alto Astrorum.*

¶ Chŏrēa, *æ*, f. χορεία, convivii appendix, quemadmodum dixit Homer. Odyss. α. v. 152 ἀνάθημα δαιτὸς, saltatio, ein tanz. Ovid. Met. 8, 581 *Festas duxere choreas*, quod Horatio 1 od. 4, 5 est *choros ducere*, tanzen. Colum. 10 v. 269 *Proles intenta choreis.* Virg. Æn. 9, 615 *Iuvat indulgere choreis.* Ast idem Æn. 6, 644 correpta penultima: *Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.* ¶ 2. Non ineleganter Varro apud Nonium 6, 16 *chorearum* vocabulum ad stellas transtulit, quæ certa lege atque ad numerum veluti decurrunt, cum tempestatem describeret: *Repente noctis circiter meridiem, Cum pietus aër fervidis late ignibus Cœli chorcas astricas ostenderet* &c.

Idem Manil. 1, 69 *Et quinque aversu luctantia sidera mundo*
Exercent varias naturæ lege choreas.

Similiter & *Chorus*, de quo supra de iis dicitur.

¶ Chŏrēus, *i*, m. vel Chorius, χορεῖος, pes, qui & *Trochæus*, priori syllaba longa & altera brevi constans; unde major velocitas in choris, quam ex duabus longis. v. Cic. de Orat. 3, 50; & in Orat. c. 57; Quintil. 9, 4 p. 855 & 871. Mart. Capella 9 p. 334.

¶ Chŏreuma, *ătis*, n. χόρευμα, canticum, quod a choro canitur & saltatur, apud Platonem & Eurip. in Phœnissis.

¶ Chŏreutes, *æ*, m. χορευτής, ein tänzer. Petron. Fragm. p. 669 *Manu puer loquaci Ægyptius Choreutes*: alii *Choravles.*

¶ Chŏrāgus, *i*, n. χορηγός; quod honestissimum nomen habebatur apud Græcos, iisque tribuebatur, qui sumtus de suo ad ludos sacros solebant præbere. Latinis *Choragus* dicitur, qui scenicis histrionibus ornamenta agendæ fabulæ necessaria, vel accepta ab Ædilibus, vel de sua copia conductus præbet. Plaut. Persa 1, 3, 78 TO. *Ornatum adduce lepide in peregrinum modum.* SA. *Sed* τοῦτον *ornamenta?* TO. *absque choragio sumito: Dare debet: prebenda Ædiles locaverant.* Id. Trin. 4, 2, 16 *Ipse ornamenta a choragio hæc sumsit suo periculo.* Vetus Poëta apud Suet. Aug. c. 70 de Cœna ejus δωδεκαθέῳ:

Cum primum istorum condivit mensa choragum.

¶ 2. Dux chori, ein vortänzer, Athenæus lib. 14

¶ Chŏrāgium, *i*, n. ipſe apparatus ſeu inſtrumentum ſcenicum, ſive omne id, quo ſcena ornantur, v. Feſt. Dacerii. Plaut. Capt. prol. v. 61 *Iniquum eſt comico choragio conari nos agere tragœdiam.* Val. Max. 2, 4, 6 *Argentata choragia*, i. e. vela in theatris. Plin. 36, 15 de Scauri theatro loquens: *Sed & reliquus apparatus tantus Attalica veſte cæteroque choragio fuit.* Apul. Apol. p. 282 *Quid enim ſi choragium Thymelicum poſſideren, num ex eo argumentarere, etiam uti me conſueſſe tragœdi ſyrmate bifariouis*, &c. Elegantiſſime Auctor ad Herenn. 4, 50 in charactere oſtentatoris: *Puero dicit in aurem, aut ut domi lectuli ſternantur, aut ab avunculo vegetur Æthiops, qui ad balneas veniat, aſturconi locus ante oſtium ſuum detur, aut aliquid fragile falſæ choragium gloriæ comparetur.* Sic, *Choragium funebre*, leichen- oder begräbniß-anſtalt. Apul. Met. 2 p. 123 *Nuptiarum choragium ſtruere, perficere*, Id. 4 p. 157, 158. ¶ 2. *Choragium* etiam dicebatur locus in theatro ex ipſa re, quod ibi choragium ſcenicum, i. e. veſtes ac cætera, quæ inſtruendæ ſcenæ inſerviebant, cuſtodiebantur, Vitruv. 5, 9 *Choragiaque laxamentum habeant ad chorum parandum*, &c. conf. Pollux 4, 15. ¶ 3. Hydrauliceæ machinæ ſunt *Ferrea choragia fixa & juncta cum pinnis*, ap. Vitruv 10, 13.

¶ Chorāgĭārius, *i*, m. idem qui *Choragus* in Inſcript. Gruteri p. 475, 2.

¶ Chorālĭſtria, *æ*, f. eine ſängerin, tänzerin. Sic Phillis amica ob canendi & ſaltandi in choris peritiam vocatur Propert. 4, 8, 39. Sed alii, in quibus ipſe Scaligerum ſecutus Brouckhuſius, legunt *Cretaliſtria*, de qua infra in *Cretalum*.

¶ Chŏraules, *æ*, m. χοραυλης, ein muſicant, proprie qui cum choro tibia concinebat, cum in conviviis, tum in ſcena. Martial. 5 epigr. 57

Artes diſcere vult pecunioſas?
Fac, diſcat citharœdus, aut choraules.

Et 9 epigr. 78

Quod optimum ſit, quæritis convivium?
In quod choraules non venit.

Hyginus Fab. 273 *His quoque ludis Pythaules, qui Pythia cantaverat, ſiſpem habuit pallietos, qui voce cantaverunt: unde poſtea appellatus eſt* CHORAVLES. Add. Suet. Ner. c 54; & Galb. c. 12. ¶ 2. Item, qui ad tibias ſaltabat. Quo ſenſu Petron. Fragm. p. 669

Manu puer luquaci Ægyptius choraules.

Vide Salmaſ. ad Vopiſci Carinum c. 19 p. 491 & Scalig. ad Euſeb. plura p. 156. ¶ 3. *Choraula* dixit terminatione latina Apul. lib. 8 *Erat quidam juvenis ſatis corpulentus, choraula doctiſſimus, collatitia ſtipe de menſa paratus, cornu canens.* Beroald. Comm. p. 723 pro ſexto caſu habet, interpretatur artem tibiciniam, quam *Tibicinium* vocabulo oppido eleganti appellavit Apul. in Flor. lib. 1. Ab eodem Apulejo c. 1. Floridorum *choraula* (caſtigatiores editiones legunt hic *ceraula*) *monumentarii* dicti ſunt tibicines, qui ad ſepulcra jam litos, hoc eſt, defunctos canebant; quales priſci *ſiticines* vocant apud Gell. 20, 2.

¶ Chŏriambus, *i*, m. ex Choreo & Iambo compoſitus pes quatuor ſyllabarum, prima & ultima longa, duabus mediis brevibus conſtans: ut - υυ - *ſilioli*. v. Diomed. 3 p. 478.

¶ Choriambĭcus, *a*, *um*, adject. ut, *Choriambicum metrum*, Diomed. 3 p. 505 & 509. Multus eſt in hoc carminis genere Horatius; ut 1 od. 1; od. 3 &c. Adde Sidon. 9 epiſt. 13.

¶ Chorocĭtharĭſta, *æ*, m. ein ſpielmann, harfeniſt, qui in choro citharam canit. Exſtat apud Suet. Domit. c. 4. vide infra *Citharœ*.

¶ Chorodidascălus, *i*, m. χορoδιδασκαλος, magiſter chori; ein tanz- oder capellmeiſter.

¶ Choroſtātes, *æ*, m. χορoστατης, idem.

¶ Antichŏrĭa, *æ*, f. ἀντιχορια, alterna chori reſponſio. Nam chorus diviſus in duas partes, quæ alternis cantant, ἀντιχορια vocatur, da man auf dem chor eins ums andere ſinget. v. Pollux 4, 16.

¶ Dichorĭus, *i*, m. διχορios, alias *Ditrochæus*, duo chorei ſive trochæi; ut, - υ - υ *comprobavit*, graves efficientes clauſulas, ut Cicero indicat in Orat. c. 63 & 67. Sonorius enim eſt · *Patris dictum ſapiens temeritas filii comprobavit*, quam, *comprobavit filii temeritas*. v. Ruſinus de metris comicis p. 2722 ſq.

¶ Trichoria, *æ*, f. τριχορια, triplex chorus & triplex quædam ſaltatio apud Lacedæmonios. Cum in feſtis apud eos tres chori ætate dictinĕti conſtituerentur, canebant. Senes: Ἡμεις ποτ' ἡμες ἀλκιμοι νεανιαι. *Nos aliquando eramus robuſti juvenes.* Viri: Ἡμεις δε γ' ἐσμεν οἱ δε λεγ' οὐδεν λεγει. *At nos ſumus, ſi vis, fac periculum.* Pueri: Ἡμεις δε γ' ἐσσομεθ' ἀπολλῶ καλλιονες. *Nos vero erimus longe præſtantiores.* Refert Plutarchus in Lycurgo p. 96 H. Steph. Sed nullum inſtituti hujus auctorem refert. Pollux autem 4, 15 Tyrtæo tribuit. De quo tamen dubitat, erroremque ejus, cui Lycurgus auctor dicitur, refellit Meurſius Miſcell. Lacon. 2, 10.

CHOSRŌES, *is*, m. Χοσρόης, nomen aliquot aut forte omnium cognomen regum Perſarum, qui ab Artaxerxe duxerunt genus, & nonnullorum Parthorum ante fuit, ut Caſaubonus ad Spartiani Hadrian. p. 26 ſq. & ad Capitol. Alex. p. 173 obſervat. Vide quæ Onuph. Panvinius Comm. 3 Reip. Romanæ de Parthico Perſicoque imperio, eorumque regibus, digeſſit. Scribitur & *Oſroes* & *Cosdroës*, ſed primam *Ch* non de nihilo eſſe, in Hiſtor. Antiqua Tab. Reg. Parth. probavit Cellarius.

CHRĒMES, *ētis*, m. χρέμης, perſona ſenilis apud Terentium, & ruſtica, a χρεμπτεσθαι, quod eſt *exſercare*. v. Cic. Fin. 1, 1; & Off. 1, 9. Horat. in Art. v. 94

Iratuſque Chremes tumido delitigat ore.

Et 1 Sat. 10, 40

Arguta meretrice potes, Davoque Chremeta
Eludente ſenem, &c.

Conf. Epod. 1, 33.

CHRĒSIS, *is*, f. χρῆσις, uſus, der gebrauch, die nutzung. Vlpian. l. 10 § 1 ff. de uſu & habit. *Si χρῆσις ſit relicta.*

¶ Chrēſīmon, *i*, n. χρήσιμον, *uſum habens, fructuoſum*: Nota erat critica, qua hoc modo X Græci utebantur, quamque veteres apponebant ad electiores ſententias ornatusque verborum. Cathodot. de Div. Lect. c. 9 *Tricenias Donatiſta in Apocalypſi quædam non reſpuenda ſubjunxit, quædam vero venenoſi dogmatis ſui feculenta permiſcuit. Cui tantum in bonis dictis χρήσιμον, in malis ἀχρηστον, quantum tranſiens valui reperire, competenter affixi.*

¶ Chreſtŏlŏgus, *i*, m. χρηστολόγος, verbis munificus, qui bene loquitur, & male facit, der es gut vorgiebt, da nichts hinter. Capitol. de Pertinace c. 13.

¶ Chreſtomarhia, *æ*, f. potius χρησομαθῖαι plur. nomen librorum excerpta laudabilia ex libris loca continentium, quales Procli χρησομαθιας ſervavit in Bibliotheca Photius. vid. Wower. Polym. 17, 17. Hinc Bœclerus, Lœtherus, Gemerus libellos inſcribi ſimiles Chreſtomathiæ nomine interpterunt

¶ Chreſton, *i*, n. herba, quam ſic appellarunt propter ſingularem ſalubritatem; *Cichorium* eſt Plin. 20, 8 ſpecies intybi, ſed ſilveſtris, hindleuffi, wegwart, ſonnenwirbel. vide *Seris*.

¶ Chreſtus, *i*, m. a χρηστὸς, *benignus, utilis* Nomen hominis moribus mali apud Auſonium epigr. 42. Sic, *Conſti complatio*. Cic. fam. 8, 2. ¶ 2. Ab ethnicis ita Chriſtus appellatus; & Chriſtiani ejus cultores. vid. mox in *Chriſtus* & *Chriſtianus*.

¶ Achreſtus, *i*, m. ἄχρηστος *inutilis*, in Auſonii loco cit. v. 6.

¶ Antichrēſis, *is*, f. ἀντίχρησις, *mutuus uſus*, der gegennutz e. g. *Antichreſis eſt mutuus pignoris uſus pro credito*, l. 11 § 1 ff. de pignor. & hyp.

CHRĪA, *æ*, f. χρία, dictum breve & opportunum cum auctoris allegatione; ut Ἰσοκράτης τῆς παιδιας τὴν βίβλον τικτειν ἔφη, γλυκὺ δὲ τὰς καρπὸς, id eſt, *Iſocrates dixit, radicem diſciplinæ amaram eſſe, fructus vero ejus dulces.* Apud Xenophontem Cretes inquit, τεχναι πηγαὶ τῶν καλῶν, *Artes fontes ſunt bonorum.* Demoſthenes dixit, πόλεως ψυχὴν εἶναι τὰς νομους, *Civitatis animum eſſe leges.* Sententia, γνώμη, idem omnino, quod chria eſt, ſed ſine auctoris allegatione: ut, *Altius erectum gravius cadit omne ſuperbum.* v. Quintil. l. 9: ut & Theonem atque Aphthonium in Progymnaſmatis: item que Scalig. Comment. in Varr. p. 211. Habes & de iisdem apud Paul. Leopardum Emend. 3, 7 & 9.

CHRISMA, *ātis*, n. χρισμα, unctio, unguentum, ſalbung, ſalb-öl. v. Iſidorus Orig. 6, 19 & 7, 2. *Chriſtus dicitur a chriſmate, quod eſt unctio*, Tertull. de Bapt. c. 7.

CHRISTVS, *i*, m. χριστὸς, unctus, Dei Filius, & orbis Salvator, a χρίω, *ungo*, appellatus; quod neſcientes pagani perperam *Chreſtus* pronunciarunt, quaſi a χρηστὸς, *benignus, commodus, utilis*. vid. Suet. Claud. c. 25, & ex noſtris errorem notantibus, Tertull. Apol. c. 3; & Lactant. 4, 7. Qui *Chriſto maledixerint*, v. ap. Plin. 10, 97.

¶ Chriſtiānus, *i*, m. ein Chriſt. Chriſtiani dicti ſunt diſcipuli, & auditores Apoſtolorum primum Antiochiæ Act 11, 26, poſtea ubique, ſumpta appellatione a Capite & Domino eorum Chriſto, tanqua in *unctis* ab *unctio*. v. Iſidor. 7, 14. Romani, dicebantur *Galilæi* & *Nazarei*, itemque *Judæi*, & per inſcitiam *Chreſtiani*. v. Lipſ. ad 15 Ann. Tac. p. 230. Tertull. Apolog. c. 3 *Chreſtiani nomen de ſuavitate vel benignitate compoſitum eſt. Crucicolæ* quoque appellati, quod Chriſtum crucifixum colebant. v. Elmenhorſt. ad Arnob. p. 31. Imo & *Atheï*, v. Arnob. 1 p. 16. Sueton. Ner. c. 16 *Chriſtianos* vocat *genus hominum ſuperſtitionis novæ ac maleficæ*. conf. de rebus *Chriſtianorum* Plin. 10 ep. 97 & 98.

¶ Chriſtiana, *æ*, f. Tertull. Apolog. c. 50 *Cautiles ad lenonem damnarunt Chriſtianam potius quam ad lenonem.*

¶ Chriſtianus, *a*, *um*, chriſtlich. Ambrof. ad 1 Cor. 1 T. 5 f. 245 *Renuntiatio Chriſtiana non indiget pompa & cultu ſermonis.* Superl. Hieron. de opt. genere interpretandi ad Pammach. epiſt. 101 c. 5 *Vir omnium nobiliſſimæ & chriſtianiſſimæ & chriſtianiſſimorum nobiliſſime.* Et Ambroſ. ad Valent. 2 epiſt. 30 *Imperator chriſtianiſſime*: eſtam ep. 24 pr. ad Gratian.

¶ Chriſtiane, adverb. idem. Auguſtin. epiſt. 89 *Domos ſuas & familias chriſtiane regant.*

¶ Chriſtiānĭſmus, *i*, m. das chriſtenthum, die chriſtenheit. Tertull. adv. Marc. 4, 33 *Ioannes conſtitutus inter vetera & novum, ad quem deſineret Iudaiſmus: & a quo incipiret Chriſtianiſmus.* Et 5, 4 opponit *Chriſtianiſmi generoſitatem, & Iudaïci ſervitutem.* Graeco χριστιανισμὸς uſus eſt Socrates Hiſt. Eccleſ. 1, 19, (ed. Rob. Steph.) ὁ χριστιανισμὸς ἐπλατύνετο; & ſub finem capitis: κηρυξ τῶ χριστιανισμῶ γένεται. Hoc autem nomen a verbo χριστιαζειν eſt, quo non modo Chriſtiani uſi ſunt, ut Sozomenus H. E. 2, 3 &c. ſed Zoſimus etiam, paganus homo, 5, 19, 8 dixit οἱ σφόδρα χριστιανίζοντες, *religioſi Chriſtiani.*

¶ Chriſtiānĭtas, *atis*, f. idem. L. 129 pr. Cod. Theod. de Decurion. *Chriſtianitatis obtentu curialium ſe comportio ſparsa eat* conf. Salv. de Gub. Dei 4 l. p. 96, ubi Paullo *circumſpicio* eſt *Chriſtianitas.*

¶ Chriſtiānĭzo, *are*, ſich als ein Chriſt erweiſen. Tertull. adv. Marc. 1, 21.

¶ Chriſtĭcŏla, *æ*, m. Chriſti cultor, ein Chriſt. Prudentius ſæpe: e. g. Cathem. 8 extr. *Cibas obſervantum: Chriſticolarum.*

¶ Chriſtĭcŏlus, *a*, *um*, adj. chriſtlich Venantius 2 carm. 9 (al. 8) *Et pia Chriſticoli ſemina ferret agri.* Alii legunt *Chriſti cultis agris.*

¶ Chriſtĭgĕnus, *a*, *um*, adject. idem. Prudent. Hamartig. v. 787 de Ruth,

Chriſtigenam fœcundo domum, Davidica propa. Edidit.

¶ Chriſtĭpŏtens, *tis*, idem. Prudent. 2 ad v. Symmach. v. 709 *Chriſtipotens juvenis.*

¶ Antichriſtus, *i*, m. qui ſe Chriſto opponit vel pro Chriſto ſe jactat, ein widerchriſt. Tertull. de Præſcript. c. 4 *Dic, Antichriſte, ſpectaculi Chriſti rebelle!* conf. c. 33; & de Animaſ. 50; & adv. Marc. 1, 22. Lactant. de Mort Perſec. 2, 8 *Antichriſti præcedat auctoritas.* Prudent. Cath. 6, 102 *Defenſor contra Chriſti.*

¶ Pſeudochriſtus, *i*, m. ein falſcher Chriſt. Tertull. adv. Marc. 3, 3 *Fides apud Pſeudochriſtos facilliora.*

CHRŌMA, *ātis*, n. χρωμα, plur. *Chromata*, colores, farben. ¶ 2. *Chroma* genus eſt modulationis Vitruv. 10, 3, 4 & 5 vide Baldi Lex. Vitruv. p. 271; Turneb. 19, 30. Rhodig. 5, 22.

¶ Chromatarius, *i*, m. ein färber Veter interpres Perſii 1, 3, 18 *Curata*, inquit, (cuticula) *a Chromatariis. Nam Chromatarii dicuntur colorarii, vel qui tota die in aroma ſunt, vel a fide Aromatici enim ungebant ſe, & in ſole erant, ut clarum corpus invenirent.* Adde Meurſii Critic. Arnob. 1, 4.

¶ Chromatĭcus, *a*, *um*, coloratus, gefärbt. Iſidoro lib. 12 lit. c. *Chromaticus, qui non confunditur, nec colorem mutat.* Sed *Chromati-*

...rum modos deſcribit Cæl. Rhodig. 5, 22, & Turneb. Adverſ. 19, 32. Martian. Capell. 9. ſcript. 2, 4 vocat *Melodiæ muſicæ genus chromaticum*. Adde Victorin. 6, 5.

¶ Chromatice, es, f. id eſt, *chromaticum genus ſymphoniæ*, deſcribitur a Victorino 6, 5.

¶ Men chromatica, um, n. pl. *μυνοχρώματα*, picturæ dicuntur unius coloris, einerley farben. Plin. 35, 7; & 35, 8. conf. Petron. intra in *Monochromes*, & Conſal. ad Eund. c. 81 p. 135.

¶ Monochromatæus, a, um, & Monochromatos, on, adject. non varius ſed ſingulis coloribus conſtans, einfärbig. Plin. 35, 5 *Monochromata quæ picturæ*. Idem 35, 3 *Picturæ monochromatos dictæ, quoniam unius generis ſint picturæ*.

Purpuram monochroi tarento eſt.

CHRŌMIS, is, m. piſcis Plinio 22, 11. ¶ 2. Alius rurſus *Chromis* eidem libro. Piſcis eſt litoralis melanuro ſimilis. Gein. *Immunda Chromis*, Ovid. hal. 121.

CHRŌNOS, ou, m. *χρόνος*, tempus, *πάντ' ἀνακαλύπτων ὁ χρόνος πρὸς φῶς ἄγει*, id eſt, *Omnia aperiens in lucem tempus profert*, es wird nichts ſo heimlich ſeyn, ꝛc.

¶ Chronica, orum, n. pl zeit- oder geſchicht-bücher. Plin. 35, 9 pr. *Chronicon errare non debet*. Sing. *Chronicon*, Iſidor. 6, 1.

¶ Chronicas, a, um; ut *Libri chronici*, qui temporum hiſtoriæ continent, apud Gell. 15, 16 pr. & 17, 21 *Execrpebamus ex libris chronicis quæ ſcripta ſunt*. ¶ 2. *Chronici motus* dicuntur diuturni, langwierige krancheit, gr. voce *χρόνια*. vid. Iſidor. 4, 5 ſeqq. & Cael. Aurel. libros quinque de iisdem. *Chronica ulcera* habet Th. Priſcian.

¶ Chronizo, as, a *χρονίζω*, id eſt, morari, ſubſiſtere, ex itinere quiescere, ſtille halten. Lucret. 2, 320 de ignis: *Ludunt blandeque chronizant*. Pareus habet *conſiſtant*, quod probavit etiam *Ascensius*.

¶ Chronodidchon, i, n. dicuntur duo verſiculi, quorum literis numerum ſignificantibus exprimitur tempus ſive annus. Si id fit uno verſiculo aut una voce, dicitur *Chronoſtichon*. zeitrechnung.

¶ Chronologia, æ, f. deſcriptio temporum, die zeitrechnung.

¶ Chronologus, i, m. temporum vel annalium ſcriptor, qui rationes novit, quando geſta ſit res quæque; ein zeitrechner.

¶ Chronographus, i, m. idem. Sidon. 8, 6 *Lapidum Chronographum miſi*.

¶ Dichrŏnos, i, m. *δίχρονος*, duorum temporum. Ita pes merri dicitur anceps, i. e. longus & brevis, apud Mart. Capell. 9 p. 331. Sed Græcis *δίχρονος* vocalis eſt longa, in quam ſi mutatur brevis, illud vocatur augmentum *χρονικὸν*, ſ. temporale.

¶ Mŏnochrŏnos, i, m. *μονόχρονος*, unius temporis pes, cum longa ſyllaba ponitur. vid. Mart. Cap. l. c.

¶ Oligochrŏnius, a, um, *ὀλιγοχρόνιος*, id eſt, modicæ vitæ, fecundum ſimilitudinem 3, 5 n. 10 kurze zeit während. Idem 4, 8 *Quidam oligochronii ſunt ac brevi tempore moriuntur*.

¶ Synchrŏnus, a, um, centen porrenaeus, coævus, zu einer zeit lebend: apud Tertullianum, *Oscar prophetæ ſynchronus Iſaiæ*.

¶ Synchronismus, i, m. *εὐχρονισμός*, convenientia temporum; ut, *Excellentium in utraque gente hominum συνχρονισμοί*, Gell. 15, 21.

CHRȳSAĒTUS, i, m. *χρυσάετος*, genus aquilæ. v. Caſp. Schotti Phyſ. Curioſ. 9, 2.

CHRȳSALIS, *idis*, f. vermis ab Ariſtotele dictus *ξυλοτρόφος*, ut indicat Sipontinus, cui huic nomen; quamquam is *ξυλοφθόρος* dicitur, quod lingua arrodat & corrumpat. Sed

¶ Chrysălus, i, m. ſervus Plautinus in Bacchide, qui herum auro emunxit. *Aurelius* latine dicendus eſſet, ſicuti Chrysalis *Aurelia* ab auri colore. vid Turneb. Adverſ. 30, 28.

CHRȳSANTHĒMVM, i, n. *χρυσάνθεμον*, herba eſt tenera, frutioſa, levis, proferens caules & folia multifida, flores luteos: Ejus caules mandantur olerum modo: nomen Buphthalmus Matthiol. ex Dioſcor. teutſche camille 1. Hadrian. Plin. 26, 8.

CHRȳSANTHIANVM, vel Chryſanthinum certamen, nondum ſatis explicatum quid fuerit. Mentio ejus fit l. penult. ff. de Ann. leg. & in duobus nummis Caracallæ & Tranquillinæ. Quæ tamen dicta poſſunt, dixit Byncker ſh. Obſerv. 2, 7.

CHRYSARGYRVM, i, n. tributum pro ſtercore & urina ſolvendum, hiſtoricique ſequioris ævi celebratum, ſublatum ab Anaſtaſio Imp. v. Lipſ. Admir. 2, 6.

CHRȳSAOR, *ŏris*, una cum Pegaſo ex Meduſæ ſanguine prognatus, unde *frater Pegaſi* vocatur Ovid. Met. 4, 784.

CHRȳSAS, æ, m. fluvius Siciliæ per agros Aſſorinorum, Cic. Verr. 4, 44. v. Nic. Heinſ. & Drakenb. ad Sil. 14, 229.

Chryſalpides, vide *Chryſoaſpides*.

CHRȳSE, es, f. *χρύση*, inſula extra oſtia Indi Plinio eſt 6, 21, & urbs Apollinis prope Lemnum. Ovid. Met. 13, 174

Me Tenedon, Chryſenque & Cyllan Apollinis urbes,
Et Syram cepiſſe, &c.

¶ 2. Sunt & plures *Chryſæ*, cum ab auro & argento multa loca acceperint nomina. Sic alia in Helleſponto ad Abydum, alia in Æolide, vide & mox *Chryſopolis*.

CHRȳSĒLECTRVM, i, n. *χρυσήλεκτρον*, electrum aurei ſive lutei coloris, heller goldfarb. Plin. 37, 3.

CHRȳSENDĒTON, i, n. genus vaſis ex auro illigatum, quod torques habet ex auro nexiles. v. Salmaſ. in Hiſt. Aug. ad Trebell. Claud. c. 15. Martial. 11 ep. 30

Accipe vina, domum, pueros, chryſendeta, menſas.

CHRȳSERMVS, i, m. Corinthius, Hiſtoricus, cujus auctoritate ſæpe utitur Plutarchus. Alius eſſe videtur, de quo loquitur Plin. 22, 22. vid Voſſ. de Hiſt. Gr. 3 p. 262.

CHRȳSES, æ, m. *χρύσης*, ſacerdos Apollinis apud Homer. l. 1 Iliad.

¶ Chrȳsēis, *idis*, long. penult. patronym. ibidem, Chryſæ filia. Ovid Rem. Am. 2, 73 *Marte ſuo captum Chryſi fit victor amabat.*

CHRȳSĔVS, a, um, aureus, gulden; ut, *Chalcea donanti Chryſea dare*, Martial. 9 epigr. 56. ¶ 2. *Chryſeus* etiam baſilifci ſpecies. Apul. de Herb. c. 128.

CHRȳSIPPVS, i, m. *χρύσιππος*, philoſophus Aſianus fuit Solenſis, aut ſecundum alios Tarſenſis, in Dialectica clariſſimus, Cleanthis diſcipulus, & poſt cum ſcholæ Stoicorum princeps: de quo vetuſtas etiam hunc Homeri verſum retulit: *Οἷος πέφνυται, λοιποὶ σκιαὶ ἀΐσσουσι*, hoc eſt, *Hic ſolus ſapit, aſt alii veluti umbræ feruntur*. Horat. 2 ſat. 3, 43 *Quem mala ſtultitia, & quemcunque inſcitia veri Cæcum agit, inſanum Chryſippi porticus & grex Autumat*. Conf. lib. 1 epiſt. 2, 4. Quintil. 1, 1 *Sapientes nutrices optabat Chryſippus*. Et c. 3 *Cadi diſcipulos non improbat Chryſippus*. Etiam aliis hujus philoſophi præceptis de educatione liberorum utitur Fabius v. g. 1, 11 & c. Perſ. ſat. 6 extr. *Inventus, Chryſippe, tui finitor acervi*. Quod proverbii ſpecie de *ἀσύντῳ* elegantiſſima brevitate dictur. Senſus enim eſt: *tam difficile eſt avaritiæ tuæ modum ſtatuere*, quam difficile Chryſippo Soritis, quem illic *acervum* vocas, finem invenire, hoc eſt, *ubi reſiſtendum ſit, definire*. v. Caſaub. ad eum locum, & Beroald. Annot. Append. c. 9 tom. 1 Theſ. Crit. p. 317. Idem Hiſtoricus fuit: quippe qui *de antiquis Phyſicis* etiam opus ſcripſit, ut Laërtius teſtatur. *Chryſippi de rebus Italicis* quoque libros Plutarchus citat in Parallelis: quos cur Solenſi (fuere enim & alii *Chryſippi*, ut ex Diogene Laërtio conſtare poteſt) minus tribuamus, cauſſa non eſt. Eum enim *in omni hiſtoriæ curioſum* fuiſſe, Cic. teſtatur Tuſc. Q. 1, 40. Vixit annos 73. Vita defunctus eſt Olympiade 143 (*hrysippum* Carneades per *παρονομασίαν* dixit *κρύψιππον*, quia ſtatus ejus in Ceramico ob vicinam equitis ſtatuam vix conſpicua foret. Voſſ. 5 Inſt. Orat. p. 322.

¶ Chryſippea, æ, f. herba a Chryſippo inventore dicta, Plin. 26, 9.

CHRȳSITES, æ, m. *χρυσίτης*, gemma Plinio 37, 10. Sed

¶ Chrylitis, *idis*, f. *χρυσῖτις*, auri ſpuma eſt, goldſchaum. Plin. 33, 6. ¶ 2. Et herba, quæ alio nomine *Chryſocome* a Plinio 21, 8 dicitur, ab aurei coloris corymbis in ſummis caulibus: pulegium montanum vocant, berg-poley.

CHRYSOASPIDES, *um*, m. pl. *χρυσοάσπιδες*, ſive Chryſaſpides, milites aureis armis & clypeis ornati. Imp. Alexander Severus Alexandrum Macedonem imitaturus, imo ſuperaturus, *fecerat ſibi argyraſpidas & chryſoaſpidas*. Lamprid. in vita c. 50. Tale quid jam priscis reip. Rom. temporibus factum tradit Liv. 9, 40. conf. Alex. ab Alex. 6, 22.

Chryſoberyllus, vide *Beryllus*.

CHRYSOCĂLIS, *is*, f. idem ac Chamæmillum, camillen-blume, Apul. de Herb. c. 23.

CHRȳSOCANTHOS, *i*, m. hederæ ſpecies, aurei coloris grana ferens. Apul. de Herb. c. 119.

CHRYSOCARPVM, *i*, n. *χρυσόκαρπον*, eadem hederæ ſpecies, Plin. 16, 34.

CHRYSŎCĔPHALOS, *i*, m. baſiliſci ſpecies, Apul. de Herb. c. 128.

CHRYSŎCĔRAS, *æ*, m. Byzantii ſuburbium, a portu & ſinu maris diviſum, cum promontorio ejusdem nominis. Plin. 4, 11.

CHRYSŎCOCCVS, *a, um*, goldfarbicht. Apul. l. c. de Baſiliſca: *Florem habet Chryſococcum*.

CHRYSŎCOLLA, *æ*, f. *χρυσόκολλα*, beraggrün, ſchiefergrün. Vitruv. 7, 5. ¶ 2. *Chryſocolla* tactilis auri glutinum eſt, quod vulgo *Borras* dicitur. Plin. 33, 5 *Chryſocollam aurifices ſibi vindicant agglutinando auro, & inde omnes appellatam utentes dicunt. Κολλᾶν glutinare* eſt. Addit ibidem, Neronem in ſolenni aurigatione *Circi arenam chryſocolla ſtravi*ſſe. conf. Suet. Cal. 18, 6; & Flor. 4, 12, 60. ¶ 3. Eſt & gemmæ Indicæ nomen, Plin. 37, 10.

CHRYSŎCŎME, *es*, f. herba comantibus fulgore auri corymbis, welſcher quendel. Plin. 21, 8 & 20; Dioſc. 3, 154; & 4, 55.

¶ Chryſocŏmus, *i*, m. ut Latinorum *Auricomus*, der gold-gelb haar hat. Heſiodus Theogon. v. 947 *χρυσοκόμης*, format, epitheton Bacchi.

CHRYSŎGŎNVM, *i*, n. *χρυσόγονον*, herba eſt Dioſcoridi lib. 4 denſe frucitans, quernis foliis, flore verbaſci, ſed quam incompertam ſibi eſſe affirmat Matthiolus.

¶ Chrȳsŏgŏnus, *i*, m. cantoris comici nomen apud Iuvenal. 6, 74 *Chryſogonum cantare vetent, Hiſpulla tragœdo Gaudet, &c.* ¶ 2. Fuit hoc nomine & Syllæ quidam libertus, qui Erucio in accuſando Roſcio Amerino ſocius fuit: de quo Cic. pro Roſc. Am.

CHRYSŎGRĂPHVS, & Chryſographatus, *a, um*, *χρυσογράφος*, auro pictus, vergüldet; ut, *Scuta Chryſographata*, i. e. inaurata vel aureis literis inſcripta, Trebell. Claud. c. 14.

CHRYSŎLACHANON, *i*, n. *χρυσολάχανον*, herba eadem quæ atriplex Dioſcoridi, melten. Lactucæ ſimilis Plinio 27, 8.

CHRYSOLAMPIS, *idis*, f. gemma Æthiopica, interdiu pallens, noctu igneo colore lucens, Plin. 37, 10, quæ & *Topazius* dicitur, ein topaß. Agricola, & Solin. num. 655.

CHRYSOLECTRVM, *i*, n. gemma in colorem electri declinans. Plin. 37, 10.

CHRȳSŎLȳTHVS, *i*, m. *χρυσόλιθος*, ein chryſolith. Plin. 37, 9 *Hyacinthos Æthiopia mittit, chryſolithos, aureo colore translucentes*. Ovid. Metam. in deſcriptione currus ſolaris 2, 109 *Per juga chryſolithi poſitæque ex ordine gemmæ*. Adde Propert. 2, 16, 44.

CHRYSŎMALLVS, *i*, m. *χρυσόμαλλος*, aries fabuloſus, cui aureum fuit vellus. Ita divitem indoctum appellavit Diogenes. Vide in Chiliad. *Ovis χρυσόμαλλος*.

CHRYSOMĒLON, *i*, n. *χρυσόμηλον*, *malum aureum*, Armeniacum, eine pomeranze; vel malum cotoneum, eine quitte. Plin. 15, 11 *Chryſomela inciſuris diſtincta*.

¶ Chryſomelianus, *a, um*, adject. Columella inter alia malorum genera laudat *mala chryſomeliana* 5, 10 ſub fin.

CHRYSOPASTVS, *i*, m. *χρυσοπαστος*, *auro ſpar ſus*, goldſprenglicht. Solin. edit. Salm. c. 30 *Vbi Hyacinthus, ibi & Chryſopaſius*. Eſt inter genera Chryſolithorum. v. Salmaſ. in Solin. p. 289.

CHRYSOPHIS, *is*, f. gemma auro ſimilis. Plin. 37, 10.

CHRYSOPHRYS, *yos*, f. *χρυσοφρυς* piſcis genus, apud Ovidium Halieut. v. 110 *Picte mormyres, & auri Chryſophrys imitata decus*. Geſnero *Aurata*, gold-braſme.

CHRYSOPLȲSIVM, *i*, n. *χρυσοπλύσιον* officina, in qua lavatur aurum, eine gold-waſche.

¶ Chryſo-

¶ Chrysoplytes, *æ*, m. artifex lavans aurum, ein goldwäſcher oder ſcheider, a πλύνω, *lavo*.

CHRYSOPOEIA, *æ*, f. χρυσοποιία, ars aurum conficiendi ex aliis metallis, die goldmacher-kunſt.

CHRYSŌPŎLIS, *is*, f. oppidum eſt Bithyniæ, prope Chalcedonem, ita appellatum, quod ſub Perſarum imperio ibi aurum ex tributis civitatum colligeretur. Steph. Byzant. & Plin. 5 extr.

CHRYSORRHŒUS, *i*, m. gemma eſt aurei coloris in pallidum exeuntis, *Chrysoptero* ſimilis, ſpecies ſcilicet topacii, Agricol. Nomen factum eſt a ῥέειν, porrum, quaſi ex auri & porri colore fulgor miſtus. Budæus *Chryſolithum*, Chryſopratum dici putat; ein chryſepraſ. v. Solin. num. 935. Plin. 37, 5, 8 & 10.

CHRYSOPTĔRUS, *i*, m. χρυσοπτέρυξ, gemma ex genere topacii, Plin. 37, 10.

CHRYSORRHŌAS, *æ*, m. a χρυσὸς, *aurum*, & ῥέω *fluo*, nomen commune quatuor fluviis aurum ferentibus, quorum primus in Bithynia eſt, (Plin. 5, 32) ſecundus in Lydia, non procul a Tmolo & Pactolo, tertius in regione Temiſcyra, quartus in Decapolitana regione Syriæ, Agricol. *Chryſorrhoas*, torrens aurifer, ein goldbach. Quo nomine etiam *Pactolum* dictum Plinius ſcripſit 5, 29.

CHRŪSOS, *i*, m. aurum, moneta aurea, geld. Plaut. Bacch. 2, 3, 6 *Opus eſt chryſo Chryſalo*. ¶ 2. *Chryſos*, piſcis genus Plinio aurei coloris 32, 11, quod apud Ovidium unum rectum teſtatur. *Aſpiciemus*, inquit, *ab Ovidio p. 372 nominatum, qua ætate ad nostrum usque alium reperimus: ſed ſextarijs in Ponto reperiuntur - - piſcibus mormyras aureique coloris chryſos. Chryſophrys* ego notat, quem Ovidius cum mormyribus loco paullo ante dicto comprehendit. Similis piſcis capitur hodie in Viadro, quem *Oderam* vulgus vocat, piſcium genus, quod goldfiſch dicunt. *Conſtat* fortaſſe a præſtantia, quicunque iuit tandem piſces, nuncupari videntur. ¶ 3. *Chryſos metos* hedera nigra etiam vocatur apud Apul. de Herb. c. 98.

¶ Hŏlŏchrȳsos, m. ὁλόχρυσος, totus aureus, inter flores apud Plin. 21, 8. ¶ 2. *Holochryſos* inter tria genera baſiliſci apud Apul. de Herb. c. 128.

CHRYSOSTŎMUS, *i*, m. χρυσόστομος, os habens aureum. Quod cognomen tributum fuit Ioanni epiſcopo Conſtantinopolitano ſub Arcadio. Obiit is anno Chriſti 412. Libri ejus multa habent, quæ ad pietatem Chriſtianam & mores formandos pertinent. Cujusmodi & illud eſt, βέλτιον ἀγνοεῖν καλὰ, ἢ μανθάνειν κακά, *Satius eſt bene ignorare, quam diſcere male*.

CHRYSŌTHALES, *is*, m. χρυσόθαλος, herba Plin. 25, 13.

CHRYSULCA, *æ*, f. Medicis eſt aqua Stygia ſolvendo auro deſtinata, ſcheidewaſſer, a χρυσὸς *aurum* & ἕλκω *trahо*; qua & mixta metalla dirimuntur.

CHUS, ſive Choa, χοῦς a χέειν *fundere*, genus fuit menſuræ humidorum apud Atticos, continens ſex ſextarios ſeu congium, ein drey faunenmaaß. Fannius de ponder. & menſ. v. 70 *Addendus* (ſextarius,) *Chus ſit, vulgo qui congius idem*. Et ita Budæus. Alii ſextariis quatuor æſtimant. Prov *In triclinio choa, in cubiculo nola*, Quintil. 8, 6 p. 747, i. e. bibax in triclinio, in cubiculo obſtrepera.

CHYTRA, *æ*, f. ſive Chytra & Chytron, χύτρα, olla, cacabus, ein topf. Cato R. R. c. 157 *In Chytra fervefacies*: al. *ſcutra*, χύτρας φίλιξ, *olla amicitia*, tiſch-freundſchafft, feden-freundſchafft. Item: ζῇ χύτρα, ζῇ φίλις, *fervet olla, vivit amicitia*, proverbiale eſt, de amicis patinam ſectantibus. v. Chiliad.

¶ Chytrōpus, *pŏdis*, m. inſtrumentum ferreum, cui olla imponitur, ein dreyfuß. ¶ 2. Olla ipſa, ein keſſel mit füſſen. Vulg. Interp. Lev. 11, 35. Adag. in Chiliad.: *Ne a chytropode cibum nondum ſacrificatum rapias*, id eſt, ne irreligioſe pecudum ritu ad cibum capiendum irruas.

CHYDÆUS, *a, um*, χυδαῖος, i. e. *vilis, vulgaris*, geringe, ſchlecht; ut, *Chydæa palma*, Plin. 14, 16. *Dactyli Chydæi*, Id. 13, 4. vid. de hoc loco Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 6 p. 355.

CHȲLUS, *i*, m. ὁ χυλὸς, in genere eſt ſuccus ſive humor expreſſus vel exſudans, ausgedruckter ſafft; ut, *Chylus priſanæ*, gerſten-ſafft, apud Hippocratem: *Chylus uvæ*, trauben ſafft, apud Dioſc. l. 5. ¶ 2. Peculiariter autem *Chylus* medicis eſt ſuccus in ventriculo ex coctione ciborum elaboratus, nahrungs-ſafft, qui & *Chymus* dici ſolet, ubi ad hepar delatus ad naturam ſanguinis propius accedit, & in venas diſtributus vertitur in alimentum totius corporis. Hinc

¶ Chylificatio, *onis*, f. χυλοποίησις, converſio cibi in ſuccum, colatæ ptiſanæ cremori ſimilem; de quo medici.

CHYMĪA, *æ*, f. χυμία, (quod interpolarunt Arabes poſtea, & addito ſuo *Al*, *Alchymiam* fecerunt,) ars eſt ſolvendi metalla & alias res in pulveres liquaveſque, & medicinas puriſſimas; a χύω, *fundo*, ſic appellata, ut vulgo creditur. Sane χημίας (uti ſcriptores Græci & in his Suidas ſcribunt) ſive χυμίας vox, qua ſuperit origine, dictu difficile. Nam cum præſipuum ejus ſit, circa metalla occupari, ἀπὸ τῶν χυμῶν, *ab humoribus*, ut videtur nonnullis, commode ſatis ratio nominis deduci vix poteſt. Aptior derivatio, quam nec Voſſius alpernatur: Etymol. f. 17, a χύμα, pro χεῦμα, *fuſile*, vel *fluxus*: nempe quia fundit metalla. Salmaſii conjectura eſt Exerc. Plin. p. 772, Vulcanios iſtos homines, fornaculam fuam ſive caminum, χάμινον, quod eſſet hianti ac patulo ore, nominaſſe, & inde vocabulum factum ipſi arti. Idem obſervat χύμην quendam, vel χίμην, propheram Ægyptium memorari a Pamphilo Zoſimo inter præcipuos, qui hoc reperierint artis genus, ac amplificarint: nec abſurdum credere, hinc χημείαν, ſive χειμείαν appellatam. Alii nomen artis a loco, ubi nata, deducunt, Ægypto forte, quæ in Pſalmis *terra Cham* appellatur. Vid. Conring. 1 de Hermet. med. 3 p. 18, 19. Sed pro diverſa derivatione varie etiam ſcribitur, *Chymia*, *Chimia*, *Chemia*; quæ varietates defendi poſſunt. Fam autem veteribus quoque cognitam, Gvillandinus tradidit Comment. de Papyro, Membro 6. Sed negat Scaliger Comm. Manil. p. 310.

¶ Chymicus, *a, um*, adject ut, *Ars Chymica*. Subſt. *Chymicus*, *Chimicus* ſive *Chemicus* vocatur artifex Chymiæ; item

¶ Chymiſta, *æ*, m. qui artem eam exercet. Conf. Voet. diſp. Theol part. 1 p. 678, 683.

¶ Alchymia, *æ*, f. ἀλχυμία, eſt illa ars, quæ in metallis operatur, & ignobiliora in argentum aurumve commutat, die goldmacher-kunſt. *Scientiam alchymiæ* vocat Firmicus 3, 15. Magiſtri Græci eam τὴν τῆ ἀργυροχρύσῳ χύσεως κατασκευὴν, definiunt: *ineundi ratio, ſive ars aurum artemi*, nominarunt iidem, longeque vetuſtiſſimam ſeculis antiquiſſimis prodiderunt. Nam illam de aureo vellere fabulam huc referunt, (qua ratione Argonautarum tempeſt ate jam tum repertam cognitamque oportuit) ejusque ſcientem fuiſſe Pythagoram, pariter tradunt. Vnde nominis ratio non in aperto latis eſt. Veteriores omnes χημείαν, vel χημευτικὴν; infimæ Græcæ auctores, ἀλχυμίαν appellant, pro ἀλχημία. Ac illud *Al* procul dubio articulus Arabum eſt; quo ea gens pleraque Græca interpolavit, quod illuſtris Scaliger ad Cultrem Virgil. p. 43 obſervat.

¶ Alchymiſta, *æ*, m. ἀλχυμιστὴς, illius artis peritus, ein goldmacher. De fraudibus Alchymiſtarum. vid. Hennin. ad Tolli epiſt. itiner. 4 p. 139.

CHȲMUS, *i*, m. χυμὸς, *humor*, die feuchtigkeit. Serenus p. 29 *Chymum ſtomacho deficeat inepium*.

Chytra, chytropus, vide *Chutra*.

Cibalis, cibarius, cibatio, cibo, &c, vide *Cibus*.

CĪBORIUM, *i*, n. κύαμος, fructus fabæ Ægyptiacæ, (nam & Ægyptium nomen eſſe Helychius teſtatur, ut Nicander in Georgicis apud Athenæum initio lib. 3 Deipnoſoph. auctor eſt. ¶ 2. Et poculi genus in ſpeciem *ciborii* proceri dubio factum: de quo idem Helychius atque Athenæus, ein poral, becher. Horat 2 od [illegible] *Lydia Moſſico Cioria cupla*. Adquem locum Veteres Scholiaſtæ ex ed. CIBORII, inquit, *ſunt Alexandrina pocula, quæ habent ſimilia Lotis folia: in quorum ſimilitudinem facta ſunt & ea, in quibus Nilo navigantes ſe delectantur. CIBORIA etiam ſunt vaſa, in quibus navigantes ſe ſolent ferre cibos ſuos*. Hæc ille: Sed hæc *Cioria*, pocula, non tam ad ſimilitudinem ciboriorum Ægyptiacæ fabæ: ſed ex imitatione ejus fieri potuerunt. De receptaculis ciborum, quod addit dicta ratione a ſimilitudine facienda [illegible] *Cioria* qui pe ive nsolet [illegible] ſeu calices multis diſtincti loculamentis ive cellulis erant, in quibus grana: hæc enim habentur: tantæ Dioscoridis lectiones, quas reprehendit, id eſt, arculas ſeu capſas, interpretatur. Quod ex effigie patet, quam ex Græci Salmaſius dedit exerc Plin. p. 925. ¶ 3. *Ciboria* Scriptores eccleſiaſtici appellant, quæ ordo Romanus *tegumina & umbracula altaris*, quæ quatuor columnis imponita, totum altare contegebant. v. Durfrenii Gloſſarium l. at. h. v.

¶ Ciborius, *a, um*, ju eſſen dienlich; ut, *Herbæ ciborii*, Apul. de Herb. c. 6[illegible]. Sed forte leg. *cibariæ*.

Cibulla, vide *Cepulla* in *Cepe*.

CĪBUS, *i*, m. alimentum, τροφὴ, βρῶμα, ſpeiſe. Cic de Senect. c. 11 *Tantum vini & potionis adhibeamus, ut non cibum ipsum, ſed cibi adjumentum*. Quintil. 2, 15 *Ideo ſi cui humanis vocibus cani ſunt*. Et rurſus Cic. de Fin. 2, 20 *Epicurus ait omnia ea, quæ ſint & facillima ad parandum, & facillime ad eorum usum*. Id. Divin. 1, 29 *Nunc autem cibo & vino perturbata & confuſa cernimus*. Plin 11, 52 *Humani cibi utiliſſimæ, ſimplices ſunt*. Sen. epiſt 2 *Non poſſunt iſti cibi, nec corpori accedit, qui ſtatim ſumtus emittitur*. Id epiſt. 3 *Cibi ſumendi ſunt, ut ſumtos concoquat*. *Cibis non tantum vitiosis uti, ſed vetri & horridis*. Id. epiſt. 5. *Cibum capere*, ſpeiſen, Ter. Eun. 2, 3, 76; *capere, ut ſuſtineat artus*, Lucret. 4, 845; *quærere*, Id. 4, 847; *rapere irre*, Id. 5, 346; *coquere ac flamme moliere vapore*, Id. 5, 1001; *aſſumere*, Id. 4, 1084; *decoquere*, Ter. Eun. 2, 3, 23; *e flamma petere*, hoc eſt, cibi cauſſa quidvis facere & pati, um des maals willen durch ein feuer lauffen, ibid. 3, 1, 38. Reſpicere videtur comicus ad Hecates cœnam, five feralem cibum. v. *Hecate*. *Cibo ſuo ſervire alicui*, den eſſen theil von einem zutragen jenn, Plaut. Rud. 1, 5, 25. Huic opponitur *alienus*, qui alterius ſumtu præbetur; Ter. Eun. 2, 2, 34 *Videri otium, & cibus quid faciat alienus*. Vbi tamen alii ex antiquis libris malunt *oſſum* pro *otium* legere; quod veteres Latini pro *os, oſſis*, dicebant: de quo Pet. Victorius Var. Lect. 7, 12. Car. Langius ex eo *os ſum*, pro *os ſuum* ibi malebat legi, antiquos enim pro *ſuum, ſuam, ſuis* dixiſſe *ſum, ſam, ſis*. Gnathones vero iſtos *aliena quadra victitantes* nihil de proprio ad menſam, præter os & ventrem afferre: eſſe denique *ventrem* elegans: *os ſuum & alienos cibos*. *CIBUS firmus, ſolidus*, qui & *ferus*, & *validus*, appellatur, grobe, ſtarcke ſpeiſe, quales ſunt *carnes*, atque inprimis *barbaræ*. Contrarius eſt *levis*. *Cibus acer*, ſcharffe ſpeiſe: *levis*, gelinde ſpeiſe, qualis ſorbitio ex ptiſana eſt. Vid Cel. 2, 18 & 3, 7. *Cibus crudus*, unverdauliche ſpeiſe; ſicut Iuvenal. 1, 141 *crudum pavonem* dixit. Sen. de Tranq. c. 1 *Placet cibus, quem non parent fornices, nec ſpellent: non ante multos parata dies, nec in ferias macros, ne miſtratus: ſed parabilis facilisque, nihilque habens arceſſiti pretioſve, ubilibet non defuturus, nec patrimonio gravis, nec convivis, nec vel furus, qua intravérat*. Cic. fam. 9, 26 ext. *Non multi cibi hoſpes*, der nicht viel eſſet. *Mendicato cibo paſci*, Ovid. 5 Triſt. 8, 14, bettel-brot eſſen. *Cibo ſe replere, refici, inſervi*, Perron. c. 121 & 140. *Cibo avidum ſtrangulavit*, Id. c. 115. *Optima, cibus invidiæ*, hoc eſt, invidia paſcitur rebus optimis & præſtantiſſimis invidendo: meminit in latellitio ſuo Vives.

¶ Cibo, *avi, atum, are*, ſpeiſen, füttern. Suet. Tib. c. 72 *Aliquem manu ſua cibare*. Colum. 8, 10 ext. *In gentibus, quæ tantum ſuis cibantur, fere perfecti ſumus*. Lucret. 1, 1092 *Arvis quicque cibatur*.

¶ Cibātus, *a, um*, geſpeiſet, gefüttert. Hinc

¶ Cibātus, *ūs*, m. pro cibatione vel cibo apud ſcriptores rei ruſticæ frequens eſt, & apud Plaut. Mil. 2, 2, 5 *Cibatus & curatus*, die ſpeiſung. *Cibatus quos ſumus*, unangenehme koſt Pers. 5, 1. Ibid. c. 55 *Leporum plura ſunt genera: in Africa cuniculi, qui & hispanis mentibus, ubi cibatus nullus accedit ipſi*. Varro R. R 2, 4 *Largiori cibatu ſuſtentare*. Id. 3, 8 *Triticum turturibus cibatui objicere*. Apul. Mil p. 111 *Vt primo aſpectu cibatui ſe ſpectorum*. Plin Lucret. 6, 11, 25 *Hominum paſtus pecudumque cibatus*.

¶ Cibatio, *onis*, f. ſpeiſung, fütterung. Solin. 40, 563 *Solitæ cibationi eorum ſuperponunt*.

¶ Cibālis, *e*, ad cibum pertinens, das zum eſſen dienlich iſt. Varro R. R 2, 11 *Ea quæ ſunt cibalia capimus*. Lactant. de Opif. D. c. 11, 5. *Cibalia edulia*, der ſpeiſund.

¶ Cibāria, *orum*, n. pl. idem quod cibi seu alimenta, essende waare, koſt, proviant. Cic. Verr. 2, 93 *At uberiora cibaria fuêta ſunt cavitate.* Id. Att. 6, 3 *Alicui cibaria dare.* Id. pro Roſc. Am. c. 20 *publice præbere* Cæſ. B. G. 8, 15 *Neque pernoctare, neque diutius permanere ſine cibariis eodem loco poſſe*; Nepos 18, 8, 7 *Ad hanc rem conficiendam imperavit* &c. *cibaria cocta decem dierum* &c. Varro L. L. 4, 16 *Cibaria duplicia*: Cic. Verr. 3, 30 *monſtrua*; Horat. 1 Sat. 1, 32 *congeſta*; Cato R. R. c. 60 *annua Præſtare ſervo cibaria*, Sen. Benef. 3, 21 *Ruſticorum cibaria adjuvare*, Colum. 12, 14.

¶ Cibārius, *a, um*, adject. zur ſpeiſe dienlich; ut, *Res cibaria*, Plaut. Capt. 4, 3, 1. *Panis cibarius*, Cic. Tuſc. 5, 34, hauß- oder gemeines brot. *Lex cibaria*, id eſt, ſumptuaria, Macrob. Sat. 2, 13 ſpeiſe-ordnung. *Vinum cibarium*, tiſch-wein, Varro apud Non. 2, 188; *oleum*, Colum. 12, 50.

¶ Cibārium, *i*, n. grob mehl, farina excuſſa poſt pollinem ſeu florem, e qua fit panis cibarius. Plin. 18, 9.

¶ Cibilla, *æ*, f. ein tiſch, daran man ſpeiſet. Varro L. L. 4, 25 *Menſam eſcariam cibillam appellabant: ea erat quadrata, ut etiam nunc in caſtris eſt. A cibo Cibilla dicta: poſtea rotunda facta.* Apud Feſtum *Cillibæ* pro *Cibilla* eſſe videtur. Sed vid. ibi Dacerius.

¶ Cibicīda, *æ*, m. ut, *Viginti domi, un triginta, vel centum cibicidas alas*, Lucil. ap. Nonium 2, 148 h. e. homines voraces.

¶ Incĭbo, *are*, ſpeiſen, füttern. Vet. Scholiaſt. Iuvenal. *Hirundo incibat filios ſuos.*

CIBYRA, *æ*, f. urbs Ciliciæ, Plinio 5, 27. Item Phrygiæ c. 28; meminit ejusdem Cic. fam. 13, 21.

¶ Cibyrātæ, *arum*, m. pl. incolæ; ut, *Cibyratæ fratres*, Cic. Verr. 4, 13.

¶ Cibyratĭcus, *a, um*, adject. ut, *Cibyratica civitas*, Tac. An. 4, 13, 2. *Cibyraticum forum*, Cic. Att. 5, 21.

CĬCĀDA, *æ*, f. eine heuſchrecke; ut, *Cicadæ raucæ*, Virg. ecl. 2, 13; *canoræ*, Plin. 11, 26, *ἀχέτου* vel *ἠχέτου* ſonorę. *Μεσῶν ὄρνις* appellat Anacreon: *Muſicum animal cantilenis levat labores agricolarum.* Theocritus ſummam cantus ſuavitatem illi tribuit: matutinum cantum laudat Nemeſianus. Conf. Barth. ad Script. Venat. p. 180. *Cicadas* Athenienſes ex auro fere crinibus innectebant, ut ſe eſſe *αὐτόχθονας* declararent. *Cicadas* autem e terra procreari volebant. v. Taubm. ad Plaut. p. 17; & ad Virg. Cirin v. 127. Quondam *Cicadas* homines fuiſſe ita cantu delectari ſolitos, ut cibi potusque oblivi-ſcerentur, & ſic perirent: cæterum Muſarum beneficio in animal ſui nominis converſos, Socrates apud Platonem in Phædro fabulatur. Quod e Pythagoræ narrationibus ſumtum Dan. Heinſius obſervavit. Multos porro poëtas *Cicadas* dictos olim, obſervat Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 107. De cicada Eunomi cantum illius adjuvante. v. Clem. Alex. protrept. pr. De Cicadis Locrenſium Ælian. Hiſt. an. 5, 9.

CĬCĀTRIX, *trĭcis*, f. veſtigium vulneris aut ulceris, eine narbe, wundmahl, quaſi *circa cutem*, vel quaſi *occæcatrix*. Eſt enim calloſa caro pro cute inducta, ubi hiatus vulneris, quod jam coivit, fuerat. Cic. Phil. 7, 6 *Luculentam plagam accepi, ut declarat cicatrix.* Id. de Orat. 2, 28 *Dilorieare tunicam & judicibus cicatrices adverſas oſtendere.* Ter. Eun. 3, 2, 29 *Pugnas narrat, cicatrices ſuas oſtentat.* Ita, *Cicatrix coit*, Plaut. in ſuppoſ. ad a. 4 Amph. Et Ovid. 1 Pont. 3, 15 *Cicatrix ducitur*, die wunde heilet zu. Sen. epiſt. 2 *Non venit vulnus ad cicatricem, in quo crebro medicamenta tentantur*, ſie kan nicht zuheilen. Sed Ovid. R. A. 623 *Vulnus in antiquum redüit male ſirma cicatrix.* Horat. 1 ſat. 5, 60 *At illi fuda cicatrix Setoſam levi frontem turpaverat oris.* Auſon. præfat. Eidyll. 6 ad Gregor. F. *Commendo tibi errorem meum: nevos noſtros, cicatrices amamus, nec ſoli noſtro vitio peccaſſe contenti, affectamus ut amentur.* ¶ 2. Eleganti metaphora Cic. contra Rull. 3, 2 *Refricare obductam jam reip. cicatricem.* Item Petron. c. 91 p. 441 *In hoc pectore cum vulnus ingens fuerit, cicatrix non eſt*, i. e. memoria injuriæ. Burmannus hic advocat Sen. de Ira 1, 16 *In ſapientis quoque animo, etiam cum vulnus ſanatum eſt, cicatrix manet.*

¶ Cicatrĭcŭla, *æ*, f. dimin. Celſus 2, 10 extr. *Donec valens cicatricula ſit.*

¶ Cicatrico, *are*, Feſto *Cicatricem inducere*, eine narbe machen, zuheilen. Sidon. 6 epiſt. 7 *Ut conſcientiæ hiulca vulnera veſtro ſaltem cicatricentur oratu.* Cæl. Aurel. 4, 8 *Ulcera cicatricantur.*

¶ Cicatrĭcātus, *a, um*, voller narben, zerfetzt. Sidon. 6 epiſt. 7 *Cicatricatum pectus precatu levare ad veniam.*

¶ Cicatrĭcōſus, *a, um*, idem, ſed uſitatius. Plaut. Amph. 1, 1, 290 *Tergum cicatricoſum.* Quintil. 4, 1 *Facies cicatricoſa.* Sen. de Ira 2, 35 etiam figurat *torvam cruentamque & cicatricoſam.* Colum. 4, 37 *Vitem cicatricoſam* dixit, im ſchneiden verletzet.

CĬCCUM, *i*, n. dicitur *ῥωὰξ ὑμὴν* membrana tenuis, quæ eſt in malo punico cellularum diſcrimen, ut Feſtus ait, & Varro L. L. 6, 5, ubi *cicum* legitur. ¶ 2. Vſurpatur pro *re vili & nauci*, ut *hilum.* Plaut. Rud. 2, 7, 22 *Eluas tu, an exungare, ciccum non interdiu*, mir liegt nichts dran. Gloſſ. *Ciccum, τρυφὴ, κόκκος.* Quod Græci, *οὐδὲ τρυφὴ*, Latini dicunt, *nec ciccum.* Et Coccus eadem notione apud Græcos. Timon Sillographus: *Πτωχὸς μὲν θρέψας ἄμπ. νόῃ δέ μοι ὃν ἓνι κόκκος. Ἐκφυσήσαν μὴν ἐλπίδα & laud hilum mihi mentis.* Lipſ. epiſt. Quæſt. 1, 1 *ciccum* legit; ſed Taubm. ad Rud. *ciccum* præfert.

¶ Cicercŭla, *æ*, f. dimin. kleine kichern. Colum. 2, 10, & 9, 1 ſub fin. Quaternis & inæqualibus angulis inciſæ ſunt, reliqua figura piſis ſimiles. Plin. 18, 12 *Eſt & cicercula minuti ciceris, inæqualis, anguloſi, veluti piſum.* Pallad. Jan. t. 5 & Febr. t. 4 *de cicercula ſerenda.*

¶ Cicercŭlum, *i*, n. ſinopidis optimæ genus, zinnober, rothelſtein. Plin. 35, 6.

¶ Cicerbīta, *æ*, f. idem ac ſonchus, eine ſau-diſtel. Dentium dolorem lenire *radicem cicerbitæ* dicit Marc. Empir. c. 8. v. Reineſ. ad Petron. Fragm. p. 95.

CĬCĔRO, *ōnis*, m. cognomen Romanum a cicere ortum. Primum hoc habuiſſe a naſi figura inſtar ciceris, Plutarchus auctor eſt. Ab habitu faciei primum ſic nominatum eſſe, teſtatur quoque Priſcianus Gramm. lib. 2 p. 578. Sed Plinius 18, 3 ait, *Fabiorum, Lentulorum, Ciceronum cognomina prima inde eſſe, ut quisque aliquod optime genus ſereret.* ¶ 2. *Marcus Tullius Cicero* princeps fuit eloquentiæ Romanæ. Puer primum in diſcendo æquales omnes ingenii magnitudine ſuperavit. Hinc graves etiam viri, fama ſtudiorum ejus & admiratione felicitſſimæ indolis adducti, ad eum viſendum in ludum usque, in quo didicit, profecti ſunt. Pueri vero & ipſi, ingenium divinum admirati, ſeu domo ſua, ſeu ludo exeuntem medium inter ſe acceptum deduxerunt. Stilum exercuit mature, tum verſibus ſcribendis, tum oratione ſoluta. Dicendi præcepta avidiſſime & orationem, ut ad quam natus ſibi videretur, amplexus eſt. In Philoſophia adeo profecit feliciter, ut in admirationem ſui & ſtuporem Græcos omnes converterit, ut non immerito de Cicerone Plinius præfat. operis ſcriptum reliquerit, eum *extra omnem ingenii aleam eſſe poſitum.* Rhodi adoleſcens coram Apollonio præceptore ſuo tanta dignitate & majeſtate Græce declamavit, ut attonito illum ſimilem obmutеſcere coëgerit, qui paullo poſt, amicis judicium ejus effiagitantibus, reſpondit: *non poſſe ſe quidem Ciceronem ſatis vel laudare vel admirari:* protinusque exclamavit, *cum dolore ſe videre, ſolam Græcis adhuc relictam dicendi gloriam per Ciceronem ad Latinos deferri;* quamquam alii factum id a Poſidonio, cum is Ciceronem Athenis declamantem Græce audiiſſet, tradiderunt. Ipſe Cic. fam. 9, 26 verſum Ennii ad ſe applicat: *Quem adſpectabant, cujus ob os Graii ora obvertebant ſua.* Elogium eloquentiæ Ciceronianæ & comparationem cum Demoſthene vide apud Quintil. 10, 1 p. 915 ſq. ubi ita finit: *Ille ſe profeciſſe ſciat, cui Cicero valde placebit.* Cum quæſturam Romæ exerceret, ac vulgi levitatem expertus eſſet, dixiſſe fertur: *O quam ſtultum eſt vulgo benefacere conari, propterea, quod præſentium tantum reminiſcatur, præteritorum vero ſtatim obliviſcatur.* Paullo poſt, cum per honores alios atque alios ad conſulatum tandem adſcendiſſet, extincta Catilinaria conjuratione *patriæ pater* appellatus eſt. Iuvenal. 8, 244 *Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.* Sed eadem res etiam exilii, brevis licet, cauſſa illi fuit, a quo reverſus, cum inciditſſet Cæſarianum civile bellum, primum pacis & quietis hortator erat. Deinde ad Pompeji partes ſe applicuit, eoque ſuſo mature ad victoris fidem ſe contulit. Sed cum non ita multum in rep. poſſet, mox deinde feceſſum amplexus eſt, ac philoſophiæ lumen latinis literis aperuit, atque eloquentiam ad imperii majeſtatem excoluit; quo nomine merito *eloquentiæ & literarum parens* vocatus eſt. Cæſari familiariſſimus fuit, qui nullum ſolebat intermittere diem, quo non ad eum ſcriberet, quoque non de antiquitate ab eo aliquid requireret. Pomponium vero Atticum, quem & fratre ſuo cariorem & familiariorem habuit, appellare conſuevit *ſe alterum.* Hæc ex Plutarcho & Cornelii Nepotis indicatione. Epicharmi illud maxime ſcit, & in ore frequenter habuit: *Νήφε καὶ μέμνασο ἀτιτάλλειν ἄνεως φρονεῖτα ταῦτα*: hoc eſt, *Sobrius eſto, & memineris virum, qui ſic ſapiat, non oportere eſſe credulum.* Quod & alicubi ſic extulit, *Nervi atque artus ſapientiæ ſunt, non temere credere.* Hunc vero Homeri verſum a ſe puero adamatum fuiſſe, ſcripſit ipſe ad Q. fratrem 3, 5 *Αἰεὶ ἀριστεύειν, καὶ ὑπατοχον ἔμμεναι ἄλλων, Semper agere optime, & præſtantiorem eſſe aliis.* Quamquam autem ingrata in eum flagitioſe fuit reſpublica, quemadmodum Attico ipſe ſcripſit, *memineram me eſſe unum, qui pro meis maximis in rempubl. meritis ſupplicia miſerrima & crudeliſſima pertuliſſem*, tamen *& imprudentiam & temeritatem ſuam* in epiſtolis ad Atticum ſubinde accuſavit, ac conſiliis multis ſuis fruſtratus eſt. Hinc triſtes & tragicas multas ab exilio ſuo reſcripſit voces, quæ epiſtolis libri tertii ad Atticum inſunt: ut, *Me, mi Pomponi, valde pœnitet vivere: & odi celebritatem, fugio homines, lucem deſpexi vere vix poſſum.* Et, *Hoc conſirmo, neminem unquam tanta calamitate eſſe affectum, nemini mortem magis optandam fuiſſe.* Et, *Scio nos noſtris peccatis in hanc ærumnam incidiſſe.* Et, *video nos ſtultitiæ noſtræ graviſſimas pœnas pendere.* Et, *Hæc ad te die natali meo ſcripſi, quo utinam ſuſceptus non eſſem, aut ne quid ex eadem matre poſtea natum eſſet*, lib. 11 ad Attic. Hanc etiam auctor epiſtolæ ipſius nothæ ad Octavium: *O me nunquam ſapientem, & aliquando id, quod non eram, fruſtra exiſtimatum: quantum te, populе Romane, de me fefellit opinio! o meam calamitoſam ac præcipitem ſenectutem! o turpem cæcitatem honeſtiſſimæ ætatis!* Cum Antonii furoribus reſiſtere Philippicis in illum orationibus ſcriptis, ea res interitum ipſi acceleravit. Periit autem miſerrime annum ingreſſus ætatis ſuæ 64, demtus ab Auge to odio atque ira Antonii, in cujus ſatellitio Popilius quidam fuit, quem ab homicidio Cicero aliquando defenderat. Is manus ei & cervicem amputavit. Quod hoc modo Iuvenalis 10, 118 de Demoſthene & Cicerone loquens, expreſſit:

Eloquio ſed uterque perit orator, utrumque
Largus & exundans leto dedit ingenii fons.
Ingenio manus eſt & cervix cæſa nec unquam
Sanguine cauſſidici maduerunt roſtra peſtilli.

Quamvis autem communi velut doctorum conſenſu eloquentiæ principatus Ciceroni datus ſit, fuere tamen, qui ejus orationem minus probarint: de quo legendus auctor Dialogi de Cauſſis corruptæ eloquentiæ c. 18, 19 & 22 & Ang. Politiani Miſcellan. c. 53. Conf. Henr. Stephani Pſeudo-Ciceronianus A. 1577 editus; & qui hoc ſeculo Berolini prodiit Dornmeieri vitioſus Ciceronis imitator. Orationes, quæ maximam famam ei circumdederunt, ſunt, pro Milone, in Catilinam, in Verrem, in Antonium, ut Dialogi de corr. eloqu. Auctor indicat c. 37.

Virum celebratum: *maximam quamque ejus orationem, optimam esse.* Plinius auctor est 1 epist. 20. Livius, *natura candidissimus omnium magnorum ingeniorum censor*, ut Seneca pater eum appellat, hoc epitaphium ei, apud istum ipsum Senecam Suasoria 6, sive, ut aliis placet, 7 reddidit: *Vixit*, inquit, *tres & sexaginta annos*, &c. *Si quis virtutibus vitia pensavit, vir magnus, acer, memorabilis fuit, & in cujus laudes sequendas Ciceronе laudatore opus fuerit.* Monimentum Ciceronis nostri, si diis placet, repertum est in insula Zacynthо, Anno MDXLIV. Cal. Decemb. cum ejusmodi inscriptione: *M. Tulli Cicero Have, Et Tu Tertia Antonia.* Sepulchrum ipsum duas habuit urnulas vitreas, alteram cinerum, alteram lacrymarum amicorum. Vide quos laudat Io. Alb. Fabricius in Bibl. Lat. inprimis integram Cic. historiam per Fr. Fabric. Marcodurum cum elogiis quibusdam etiam a Jac. Gronovio operibus Cic. præmissam. Conf. Aur. Vict. de Viris Illust. c. 81, & elogia magnifica Velleji 1, 17; & 2, 66; & Quintil. 3, 1; 10, 1; 12, 1. Iuvenibus etiam commendari potest vita Ciceronis breviter descripta in fronte Chrestomathiæ Gesneri. De filio Ciceronis patris nequaquam simili vid. nova Biblioth. quæ Halis lingua Germanica prodit Parte 39 n. 6; ubi recensetur & passim emendatur historia quatuor Ciceronum Gallice scripta. Adde Sen. Suasor. 7 p. 29.

¶ Ciceronianus, *a, um*, adj. Plin. præfat. ad Vespasianum, *Ciceroniana simplicitas*; quia fatetur, quos sequatur e Græcis. conf. Idem H. N. 31, 2. Hieronymus, ut ipse de custodia virginitatis epist. 22 c. 13 memoravit, visus est aliquando, cum nimius esset in profanorum lectione, hanc sibi vocem audire: *Ciceronianus es, non Christianus.* Sed excussit illud somnium & nugarum postulat C. A. Heumannus.

¶ Ciceromastix, *igis*, m. reprehensor Ciceronis, *cujus liber etiam fertur infando titulo* CICEROMASTIX, Gell. 17, 1.

CĪCERRVS, *i*, m. aliud nominis genus a *Cicere*, *Cicerrus* & *Sarmentus* duo scurræ, quorum facetam contentionem describit Horatius 1 Sat. 5, 51 seqq.

CĬCHŌRĔA, *æ*, f. & Cichoreum, & Chichorium, *i*, n. endivien, vide supra *Chreston*. Plinius *intybum erraticum* vocari *cichorium* ait 19, 8 wegwart, wegweis. vide *Seris*. Horat. 1 od. 31, 15 *Me pascunt olivæ, Me cichorea levesque malvæ.*

CICI, n. indecl. τὸ κίκι, ωος, planta seu frutex parvæ fici magnitudine, quæ κρότων Græcis, Latinis *Ricinus* est. Plin. 15, 7. Hinc

¶ Cicinum, *i*, n. oleum Plin. 23, 4, ἔλαιον κικινον, Dioscoridi est, öl vom wunderbaum oder creden§baum. vide *Ricinus*.

CICILENDRVM, *i*, n. & CICIMANDRVM, *i*, aromata fictitia coqui Plautini Pseud. 3, 2, 42 & 43.

CĪCINDĒLA, *æ*, f. insectum noctu lucens, a candela dictum, ut Græce λαμπυρὶς sive λαμπυρὶς, eine licht-mücke, Johannis-würmchen, Plin. 18, 26 *Lucentes vespere per arva cicindelas signum* ait *esse maturitatis panici & milii.* Nitedulæ vero *cicindelæ* non sunt.

CICIMBRĬCVS, *i*, m. homo abjectioris conditionis & sortis, apud Ammianum 78, 4.

CICINNIA, *æ*, f. Dea turpitudinis & obscenitatis. Gloss. Lat. gr. *Cicinnia*, θεὰ κινεδῶν.

Cicinus, *a, um*, vide *Cici*.

CĬCŎNES, *um*, m. pl. populi Thraciæ juxta Hebrum habitantes. Hujus gentis mulieres Orphea, quod spretæ ab eo essent, per simulata Liberi patris Orgia, discerpterunt. Quo illud Virgilii pertinet Georg. 4, 520 cum *Orphei* fabulam perstringit *Spretæ Ciconum quo munere matres Discerptum late juvenem sparsere per agros.* Et Silius 11, 477 *O diræ Ciconum matres, Geticique furores.* De flumine Ciconum, quod potum viscera faxea reddit, v. Ovid. Met. 15, 313 sq.

CĬCŌNIA, *æ*, f. πελαργὸς, ab albis nigrisque pennis: πελὸν enim nigrum, ἀργὸν, candidum est, germanice, ein storch, ἀπὸ τῆς στοργῆς. Latina vox esse videtur a *cicur*, ob benignam naturam. Isidoro 12, 7 *Ciconia* est quasi *Cicania, a sono quo crepitat*, vel *quem quatiente rostro facit.* Prænestinis *Conia* est pro *Ciconia*; v. Plaut. True. 3, 2, 23 *Veris avis* dicitur in trito illo:

Δός μοι ἐυαγγέλιον ὅτι ἦλθε πελαργός.
Da mihi læti nuncii præmium, quia veris venit Ciconia.

Venuste etiam apud P. Arbitrum c. 55 de ea Publius Mimus: *Ciconia etiam grata peregrina hospita, Pietatiultrix, gracilipes, crotalistria, Avis exul hiemis, titulus tepidi temporis.* At hujus avis natura tales plerumque evadere liberos, quales a parentibus instituantur, indicat Iuvenalis 14, 73

Plurimum enim interest, quibus artibus & quibus hunc tu
Moribus instituas. Serpente ciconia pullos
Nutrit & inventa per devia rura lacerta:
Illi eadem sumtis quærunt animalia pennis.

Celebratur Ciconiæ pietas in nutricandis parentibus senio confectis a multis auctoribus. Vide Erasmum in proverbio ἀντιπελαργῶν, & Rhodig. 13, 66. Ovid. Met. 6, 96 de Antigene in hanc avem mutata *Candida pennis Ipsa sibi plaudit crepitante ciconia rostro.*

An nefas sit eas in cibum parare, vid. apud Voët. disp. Theolog. part. 1 p. 725. *In deliciis ciborum* fuisse, præter Petron. l. c. patet ex Nepot. Fragm. 10, 1. § 2. Sannam & gestum irriforis notat. Pers. 1, 58 *O lane, a tergo quem nulla ciconia pinsit*; quia nimirum bifrons lanus, & retro non minus videt quam antrorsum. Intelligit autem sannam posticam, quæ fit digitis manus dextræ collectis & instar rostri ciconiarum, (Germani dicunt, einen münch stechen). Hinc *manum in ciconiam incurvare*, D. Hieronymus dixit Præf. in Sophoniam: *Si scirent, Holdam viris tacentibus prophetasse, nunquam post tergum meum manum incurvarent in ciconiam*: id est, non subsannarent me mei obtrectatores. Idem tamen & motu certo colli hoc sannæ genus, quod appellabant *ciconiam*, expressum epistola ad Rusticum Monachum epist. 4, ita scribens significat: *Qui te adulationibus fovebat, & quodammodo impotem mentis effecerint, si subito respexeris, aut ciconiarum deprehendes post te colla curvari: aut manu auriculas agitari asini: aut æstuantem canis portendi linguam.* ¶ 3. Est etiam *Ciconia* genus mensuræ, hoc est, regulæ machinula, qua mensuratur altitudo sulci, eine acker- oder feldwage, Colum. 5, 13. ¶ 4. Item, machina putealis, tolleno, ein brunnschwengel. *Hoc instrumentum Hispani Ciconiam vocant, quod imitetur ejusdem nominis avem, levantem ac deponentem rostrum, dum clangit*, Isidor. 20, 15. ¶ 5. Varum Pergæum Sophistam a forma nasi *Pelargum* vocabant, id est, *ciconiam*, eine storchennase. v. Rhodig. 11, 20.

¶ Ciconinus, *a, um*; ut, *Adventus ciconinus*, Sidon. 2 epist. 14 h. e. ciconiarum.

Cicum, vide paullo ante *Cicum*.

CĪCŬMA, *æ*, f. avis noctua, ein nacht-rabe. Festus. v. Dacer. Gr. κίκυμις. Aliis dicta quasi *Cæcuma*, quod in cæco, i. e. nocte volat.

CĪCVR, *ŭris*, adject. omnis generis: idem quod mansuetus, zahm, bändig. Ita Varro interpretatur de L. L. 6, 5 *Quod a feris dejectum est, id dicitur cicur. Et ideo dictum, cicur ingenium obtinet*, i. e. *mansuetum*, (sittsame art); *a quo Veturii etiam nobiles cognominati Cicurini. Idmutum est a cieo.* Nam cieri seu moveri potest sine periculo. Aliis dici placet a *cis* & *curo*. *Varia genera bestiarum*, vel *ferarum*, Cic. Nat. D. 2, 39. ¶ 2. Festus in composito *Incicur* monet. *Cicur* interdum pro sapiente poni, ut apud Pacuvium: *Consilium cicur.*

¶ Cicuro, *avi, atum, are*, mansuefacere, bändigen, zähmen. Varro c. l. ex Pacuvio: *Nulla res neque cicurare neque mederi potis est.*

¶ Cicurinus, *i*, m. cognomen Veturiæ gentis Romæ a morum simplicitate. vid. Varro l. c. in *Cicur*. & Sigon. de Nom. Rom.

¶ Incicur, adject. immansuetus, ferus, wild, unzahmt. Festus ex Pacuvio: *Reprime incicurem iracundiam.* v. ibi Dacer.

CĬCŪTA, *æ*, f. herba venenosa, schierling. Itaque ejus succum bibere Athenis cogebantur damnati. Cujusmodi poculo & Socrates periit. Plin. 26, 13 *Cicuta*, inquit, *quoque venenum est, publica Athenienſium pœna invisa*, &c. Id. 14, 5 *Sicut cicuta homini venenum est, sic cicutæ vinum*, de quo vid. Mercurialis Var. Lect. 3, 4 & Schefer. ad Ælian. p. 307. Caulis ejus levis & geniculatus, ut calami, nigricans, altior iæpe binis cubitis, ut idem prodit. ¶ 2. Hinc pro Cannis, ex quibus fistulæ contexerentur, poetæ *cicutas* posuere, rohr. Lucret. 5, 1283

Et Zephyri cava per calamorum sibila primum.
Agrestes docuere cavas inflare cicutas.

Virg. ecl. 2, 36 *Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula.*

¶ 3. Per *Cicutam* Horatius intelligit helleborum, aut aliud validissimum insaniæ remedium 2 epist. 2, 53, ut recte ostendit Torrentius collato Persii loco 5, 145 - - *Caliido sub pectore majesta bilis Intumuit, quam non extinxerit una cicuta.* Cicuta nimirum frigore suo calori resistit, ut contra frigus cicutæ vinum colore tuo remedium est. vid. Plin. 14, 5 l. 7. ¶ 4. Est & *Cicuta* nomen avari fœneratoris apud eundem 2 sat. 3, 69 & 175.

¶ Cicuticen, *inis*, m. qui cicuta canit. Sidon. carm. 1 sive præf. in Paneg. Anthemii v. 15 *Alta cicuticines liquerunt Mænala Panes.*

¶ CIDĀRIS, *is*, f. κίδαρις, apud Pollucem 7, 13, non tam genus pilei est, quam ornamentum pilei; tænia pura, seu fascia, qua pilei acuminati, quales Persarum tiaræ erant, circuminducebantur; quemadmodum Turcæ & Orientales alii hodieque pileos suos ornare solent. Curt. 3, 3, 19 *Ciaram Persæ regium capitis vocabant insigne: hoc cærulea fascia albo distincta circumibat*, eine haupt-zierde der Persischen könige. v. Interpretes. Nimiram significat insigne illoc, quod *Cidarim* appellabant, quodque cærulea fascia albo distincta contabat, circumisse caput, sive tiaram, qua caput regis tegebatur. Male Arriani interpres Latinus κάλυμμα perpetuo *Cidarim* vertit, quod Petavius ad Synesium notat. Savaro ad Sidon 8 epist. 3 *Cidarim* facerdotalem tiaram ex Eucherio interpretatur: nec aliter pileum pontificalem in sacris literis Græcus juxta Latinusque Interpres verus verterunt. Proprie tamen *Cidaris* pileus non est: sed pilei pars & ornamentum: quod & Iosephus agnoscit sacerdotalem illum pileum describens, & τιάραν appellat, ut observavit Salmat. epist. de Cæsarie p. 110, ubi plura vide, quæ hac pertinent. Adde Camerar. Hor. Sub. cent. 1, 61 p. 274. Quamvis itaque *Cidaris* proprie pileus non esset: vulgo tamen sic appellatos pileos non dubito, cum maximam pileorum partem id ornamenti genus occuparet. Plane ut nos Turcarum pileos, ab ornamento eorum, bände, vel bünde, appellamus. Ut autem non sit, *cidarim* ac *tiaram* Hesychio ac Polluci promiscue sumi. Conf. Alex ab Alex. 1, 28, & inprimis Spanh. de usu & præst. num. diss. 8 p. 446 sq. & vid. *Tiara*. Christianos veteres, in monumentis fere ejusmodi pileorum formas cum *Cidari* pingere sive insculpere solitos, ex antiquitatibus, quas *Romæ subterraneæ* nomine Ant. Bosius edidit, p. 564 constare potest. Quod idem Bonus ad resurrectionis typum interpretatur: illud Bedæ in Levitic. c. 16 in id allegans: CIDARIS *ornatus capitis est: & ideo resurrectionem significat.* Etiam episcoporum ornamenti in erat Gregorii Nazianzeni ætate, cujus locum laudat Spanh. l. c. ¶ 2. Genus quoddam saltationis apud Arcadas simile Emmeliæ *Cidarin* dictum fuisse, Scalig. Poet. 1, 18 observat.

¶ Cidrum, *i*, n. genus quoddam navis. Gell 19, 25.

Cidonius, vide intra *Cydonius* in *Cydon.*

CIEO, *civi, citum, ēre*, & Cio, *īvi, ītum, īre*, sola differunt quantitate in supinis: nam *citum* a *cieo* priorem corripit, sed a *cio* producit; unde sunt *accitus* & *excitus*, media longa. Est autem rum *Ciere*, tum *Cire* idem, quod movere, excitare, erregen, bewegen und reizen: eliique grave admodum verbum, ut Scaliger censet Poet 4, 16. Ita Virg. Æn. 4, 122 *Tonitru cælum omne ciet.* Cic. Fin 2, 29 de poeta de Philoctete: *Cui si prorsus mors nulla videretur, tamen miserum eum tum fore cruciatus cient.* Sic, *Ciere proelium*, Liv 1, 12 & 2, 47 l. *fœdus*, 11 2, 19; *bellum*, Vellej 2, 54, 2, & Virg. Æn 1, 541: *lacrymas*, Æn 4, 436: *letus*, Æn. 3, 344, weinend machen. *Acroceria* vel *cæca* eruptio Cæsar. 6, 5 pr *Ea res est ei ultum, ut mihi videtur, fortasse* Plin 2, 8 *Vitelli inde animum citat instantibus*, reizet den muth. Virg. Æn 6, 28 *Quantum inter se bellum, quantas acies strage moque cierent.* Ibid 5, 674 *Belli similacra ciebat*, er belt em spiel erdichten. ¶ 2. Ire & Cire vocare, inclamare, nominare, &c. ruffen. Virg. 3, 67 *Animamque sepulchro Condimus, & magna supremum voce ciemus*: i. e. ultimum nomen eius inclamamus, eique dicimus vale: id quod ter fieri solitum, ibi Servius notat. Ovid Fast. 4, 484, & Tac. An. 1, 2, 3 *Ciere nomen alicujus* Liv. 45, 38 *Milites triumphum nomine ciunt*, i. e. clamitant in triumphe, ut est apud Varr L. L. 5, 7 Tac. Hist 3, 10, 7 *Vi quemque metus & alius*

aliquo militari decore insignem adsecutus ad fovendam opem nomine ciens. Idem 3, 24, 2 *Tum ad Maes. . . conversio, principes auctoresque belli ciebat.*, i. e. vocabat. Apul. de Mundo p. 62 *Zephyrus vero, quem Romana lingua Favonium novit, cum de aestivis occiduis partibus surgit, Iapygis cieri nomine solet.* Id. circa finem p. 72 *Deus cum sit unus, pluribus nominibus cietur propter speciemum multitudinem*, &c.

¶ Ciens, *tis*, Vellej. 1, 2, 2 *Codrus vixam ciens interemptus est.* Virg. Æn 9, 760 *Martem cientes*, i. e pugnantes, pugnam agitantes. Suet. Ner c 40 *De Mausolo exaudita voce est, nomine eum cientis*, i. e. nominantis eum.

¶ Cito, *avi, atum, are*, frequentativum, idem est, ac ciere, vocare, rufen, aus- oder aufrufen, fordern. Ovid Heroid. 7, 101 *Hinc ego me rursus, non sine more, citari.* Nepos præf. n 5 *Magnis in laudibus tota fere Graecia fuit, victorem Olympiae citari.* i e. proclamari præconis voce, sive nominari. Pertinet huc propriè locus Cic fam. 5, 12 *Praecones ludorum gymnicorum cum est victor coronas imposituri victoribus, convocatis nomina magna voce pronunciarunt, cum is, qui eorum ludorum missionem corona donarat, alios praecones adhibuit, ne sua voce ipse se victores esse praedicaret* Suet. Calig. c 26 *Alios cum clam interemisset, citare nihilominus, ut vivos, persolveravit.* Plin. L. 9 epist. 13 *Hae illi, citare nihilominus, ut vivos, persolveravit.* Plin. L. 9 epist. 13 *Hae illi, quo quisque ordine citabantur.* Ita *Citare testes*, Cic. Verr. 4, 59 & *Citare auctores* est nominare. ¶ 2. Translatum hoc verbum & ad judicia est, cum *citari* dicuntur, qui vel edicto, vel præconis voce vocantur in jus, vel ad dicendum causam jubentur adesse, vorgeladen werden. Suet. Tib. c. 11 *Citatum, pro tribunali voce praeconis convitiatorem rapi jussit.* Horat. 1, 3, 5 de Horatio patricidii reo memorans: *Citavere*, inquit, *leges nefas; sed abstulit virtus parricidam*, man hat ihn inhalts der rechte vor gerichte gefordert ꝛc. Plaut. Curc. 1, 3, 6 *Vbi tu es, qui me libello Venerio citavisti? ecce me. Sisto ego tibi me.* Neque vero reitantum, sed & alii, qui convocabantur, a præcone *citari* dicti. Liv. 1, 47 *Patres in Curiam per praeconem ad Tarquinium citari jussit.* Id. 2, 24. ¶ 3. Significat incitare, antreiben; ut, *Citare equum*, den gaul aufreichen, demselben den sporen geben: ut, *Pompejus equo citato Lariſſam contendit*, Cæs. B. Civ. 3, 96. Sic & Liv. 1, 57; & Virg. Æn. 12, 371. ¶ 4. Item commovere, concitare, ap. Cic. Tuscul. Disp. 3, 11 *Cum omnis perturbatio sit animi motus, isque aut boni, aut mali, opinione citetur.* Nisi quis ibi pro *citetur*, *concietur* aut *excitetur* legere malit.

¶ Citātus, *a, um*, lurtig, schnell; ut *Phoenus citatus fertur.* Cæs. B. Gall. 4, 10 *Annius citatior non fuit*, Liv. 23, 19. conf. Id. 27, 50. *Equo citatior*, Silius 4, 7. Citatior, quam inde veneral, agmine die sexto ad *flumen Ivam ac ad hostem pervenit*, Liv 27, 50. *Citatissimo agmine se abripuere*, Id 22, 6. *Citato gradu*, sprungweiſe, Curt. 4, 16, 6; & Sen Hippol 3 extr Id. Herc Fur. v. 178 *Properat cursu Vita citato volvitque diem.* Id in Thyeste v. 621 *Res DEVS nostras celeri citatus turbine versat*: ubi *citatus* significare potest commotus, circumactus.

¶ Citātim, adverb. pro celeriter, hurtig, geschwind. Hirt. B. Afric. c. 80 *Cum expedita copia in eum locum citatim contendit.* Cic. Att. 14, 20 ext. *Haec scripsi citatim*, in eil. Comp. Quintil. 11, 3 *Servi, ancillae &c. citatius moventur.* Superl. Id. 27, 50; 11, 1 extr. *Nomina quaedam versusque affectata dicendi celeritatis, ex plurimis asperrime coeuntibus inter se syllabis catenatos, & velut confragosos quam citatissime volvere*, auf das geschwindeste aufeinander, ein.

¶ Citatio, *ōnis*, f. in jus vocatio, invitatio, forderung, vorbescheid, ladung vor gerichte. Multiplex & varius ejus usus apud ICtos.

¶ Citatōrium, *i*, n. idem. Impp. in Cod. lib. 12 t. 22 l. 2 *Omnia citatoria omnium causarum atque personarum licita sint.*

¶ Citus, *a, um*, adject. celer, schnell. *Citus incessus*, ein behender gang. Sall. Catil. c. 15. *Cita alvus*, der durchfall, Celſ. 2, 3. Ovid. de Art. 3, 65 *Vtendum est aetate, cito pede labitur aetas, Nec bona tum sequitur, quam bona prima fuit.* Comp. Ovid. 2 Pont 4, 25 *Longa dies citior brumali sidere*, schlicet *erit*, quanquam *citius* MSta habent. Plautus apud Festum: *Nullam ego rem citiorem apud homines esse, quam formam reor.* Superl. Quintil. 6, 4 *Ex infidelis civilisque facto similimum.*

¶ Citō, adverb. geschwind, bald. *Sat cito, si sat bene*, nobile dictum Catonis fuit apud Hieronym. ep. 26, 4. Quint. 10, 3 p. 932 *Cito scribendo non fit, ut bene scribatur: bene scribendo fit, ut cito.* Publius Mimus: *Pars beneficii est, quod petitur, si cito neges.* Alii *belle* legunt pro *cito*. Vid. ed. Cl. Thomasii. Et Ter. Adelph. 3, 3, extr. *Antiqua homo virtute ac fide. Haud cito mihi quid ortum ex hoc sit publice:* id est, haud facile ismari alicujus auctor exiſtet, ex quo respublica periclitetur. Id. Hec. 3, 3, 3; & Horat. 1 od 13 extr, *Citius*; & Cæs. G. B. 4, 33 *Citissime*: eriam Plin 20, 9.

¶ Citūle, adv. diminut. sehr bald. Apul. Met. 10 p. 191 Colvii: *Protinus gradus citule referens.* Himenh. p. 251 legit *festule.*

¶ Citipes, *pĕdis*, m. idem quod celeripes ein läuffer. Et adjective apud Diomed. Gramm. lib. 3 *Citipes canis.*

Composita cum præpositionibus.

¶ Accieo, *īre*, & Accio, *īre*, idem quod *accersire* vel *evocare*, erfordern, herzu rufen, holen laſſen. Cic. Att. 13, 48 (al. 47) *Si acciverit, accurram*: Et, *Acciri peregre*, Liv. 2, 6. *Acciri properis literis*, Tac. An. 1, 5, 4. *Aruspices acciendos ex Hetruria putaremus*, Cic. de Arusp. c. 12. *Ego illam probe jam universam acciebo*, Plaut. Mil. 3, 3, 61. *Accire mortem*, den tod befördern, Flor. 4, 2, 70; & Vellej. 2, 38, 6.

¶ Accītus, *a, um*, erfordert, berufen, herzugeholt: ut, *Acciti ibant*, Sall. Iug. c. 102. *Accito Milone*, Vellej. 2, 68, 2. *Classis ex Graecia accita*, Curt. 4, 1, 36. *Imperio accitos cogit*, Virg. Æn. 11, 235.

¶ Accitus, *ūs*, m. subſt. der beruf. Virg. Æn. 1, 677 *Accitu cari genitoris*, auf erfordern ſeines vaters. *Accitu praetoris evocari*, Cic. Verr. 1, 28.

¶ Accitio, *onis*, f. idem; ut, *Magorum accitiones*, Arnob. l. 4 p. 134.

¶ Accito, *are*, frequent. Lucret. 5, 944 *Decursus aquai Clarior accitat sitientia saecla ferarum*; i. e. allicit, invitat. Sed aliis alia lectio placet. Creechius habet *Claricitat.*

¶ Accensus, *i*, ab *Accieno*, vide supra in *Censeo.*

¶ Arcesso, (vel Accerso) *ĕre*, &c. vide suo loco in A.

¶ Concieo, *ēre*, & Concio, *īre*, convocare, aufbringen, zuſammen fordern, verſammlen, Liv. 1, 8 *Obscurum atque humilem multitudinem ad se conciendo.* Id. 1, 59 *Elatum domo Lucretiae corpus in forum deferunt, concientque miraculo, ut fit, novae rei, atque indignitate homines.* Ter. Hec. 3, 1, 33 *Iram concire*, unwillen anrichten. *Concire lites*, Plaut. Aſin. 4, 2, 15; *Concire seditionem*, aufruhr machen. Liv. 4, 48 *Quum ex composito relatum ad senatum esset de seditione, quam Maelius Metiliusque largitione possimi exempli concirent.* Vellej. 2, 74, 2 *Conciens ad arma cos. Concire* & *conscisere* a librariis permutari, notat Drakenb. ad Liv. 10, 18.

¶ Concītus, *a, um*, commotus, concitatus, bewegt: ut *Litigiosus, concitus ad vixam*, Cic. pro Cæc. 5. Et Virg. 9, 695 *Immani concitus ira*, grauſam aufgebracht. ut tamen est a Concio, Concītus producitur penultima. Val. Flacc. 5, 576 *Ipse autem tantis concita favoribus arma Experit Aesonides.*

¶ Inconcītus, *a, um*, non concitus. Ammian. 24, 23 *Leni & inconcito gradu.*

¶ Concito, adverb. ut *cito*, vel *concitat.*, hurtig, behend. Apul. Flor. p. 363 *Tam eum equo per viam concito per coient.*

¶ Concītus, *us*, m. subſt. der geſchwinde trieb. Mamert. Genethl. Maxim. c. 9 *Simili concitu eques, aut velivola navis.*

¶ Concītor, *ōris*, m. qui concitat, ein aufwiegler. Liv. 45, 10 *Concitor vulgi.* Tac. An. 4, 28, 2 *Missus in Galliam concitores belli judex idem & testis dicebat.* Et Hiſt. 1, 68 extr. *In Italum Alpinum exprincipibus, ut concitorem belli Cacina animaduvertit.* Etiam Liv. 23, 41; & 37, 45 *Concitorem belli* dicit, ut Gronovius recte ex MStis restituit.

¶ Concito, *avi, atum, are*, frequent. erregen, reco machen. *Rixam concitare*, Cic. de Orat. 2, 58, *misericordiam*, Id. de Or. 1, 53; *seditionem ac discordiam*, Id. pro Mur. c. 39. *Magnum expectationem tui concitasti*, du haſt gemacht, daß man ſich viel von dir verſpricht, Cic. fam. 2, 1 ext. *Invidiam alicui concitare*, Id Verr. 5, 8, haß erwecken *Concitare se in hostem*, hitzig auf den feind losgehen, Liv. 8, 39. *Equum calcaribus concitare*, Id. 2, 6; *aliquem in iram*, Quint. 6, 2; *populum in arma*, Ovid. Fast. 3, 797.

¶ Concītus, *a, um*, getrieben, wacker, behend, erregt: ut, *Admirabili quodam ad philosophiam studio concitatus*, Cic. de Cl. Orat. c. 89. *Animi impetu concitatus*, durch innerlichen trieb bewegen, Id pro Mur. c. 31. *Coeli conversio concitatior*, Id. de Somn. Scip. c. 5 *Concitatius dicendi genus*, Quintil. 8, 3. *Concitatissimos equos immittere*, in vollem courrier anfallen, Liv. 35, 5. *Concitatiore cursu ea fugiens*, Id. 35, 29. *Concitato equo vehi*, Nep. 14, 4, 5. *Concitata multitudo reprimi non potest*, Id. 3, 1, 3. *Invrabiem concitatae*, raſend, Obſequens c. 114.

¶ Concītate, heftig, hurtig. Colum. 6, 6 *Concitate agitur pecus*, es wird ſcharff getrieben. Quintil. 12, 10 *Dicere concitate*, geſchwind und mit einer heftigkeit. Compar Id. 9, 4 *Quis dubitat, alia lenius, alia concitatius esse dicenda?* Ammian. 25, 1 ex Frontin 2, 1, 9 *Concitatius inferre signa*, hitzigen angriff thun. Superl. Auguſt. de Cic. D. 5, 26, de Theodoſii miranda pugna: *Cum ventus, quocumque in hostes jaciebantur, concitatissime raperet.* Et Lactant. 6, 1, 9 *Ad mortem concitatissime properant.* Adde 5, 1, 9.

¶ Concītus, *us*, die regung, bewegung. Sidon. carm. 23, 366 *Pressus dexteriore concitatu.*

¶ Concitatio, *ōnis*, f. Idem: ut, *Vehementes animi concitationes*, heftige bewegung des gemüths. Cic. ad Q. Frat. 1, 1, 13. *Crebrae continuis diebus ex concursu multitudinis concitationes fiebant*, Cæſ. B. Civ. 3, 106. Deinde afflatum illum inſtinctumque, quem Graeci ἐνθουσιασμὸν vocant, hoc nomine Cicero paſſim appellat, ut de Div. 1, 18, 37; 2, 11.

¶ Concītātor, *ōris*, m. ein anſtiffter, erreger. Cic. pro domo ſua c. 5 *Seditionis stimulator & concitator tu fuisti.* Liv. 25, 4 *Concitator turbae & tumultus*, ein aufwiegler. Vſus & Sen. de Ira 3, 2; & Cæſ. B. Gall. 8, 21.

¶ Concitatrix, *īcis*, f. adject. & subſt. Plin. 26, 10 *Concitraticem vim habet satyrion*, i. e. ſtimulat ad Venerem. Et 19, 8 *Eruca* (herba) *concitatrix Veneris.*

¶ Concitāmentum, *i*, n. concitatio, anreitzung. Sen. de Ira 3, 9 *Quis ignorat, lituos & tubas concitamenta esse?*

¶ Concio, *ōnis*, f. tria significat, quemadmodum copioſe probat Gell. 18, 7. ¶ 1. Cœtum convocatum vel congregatum significat; ut, *Concio & conventus civium*, eine gemeine, verſammlung. *Concio ex imperitissimis constans*, ein haufen ungeſchickter leute, Cic. de Amic. c. 25. *Conciones quotidianae seditiose ac populariter concitatae*, Id. pro A. Cluent. c. 34 *Conciones turbulentae.* Ep. ad Attic. 4, 3. *Advocare concionem*, Cæſ. B. Civ. 2, 32. Quamquam & quamlibet temere confluentem turbam ſeu multitudinem Suetonius Veſp. c. 7 dixit, *Extremo hortantibus amicis palam pro concione utrumque tentavit.* Vide ibi Caſaub. Aliter Livius, qui de privato cœtu non ſimpliciter adhibet *concionis* vocabulum, vid. quæ notamus ad *Coitio* in *Eo.* ¶ 2. Significat orationem, quæ ad cœtum habetur, eine rede. Apul. 6 Met. p. 182 *Sic fatus, jubet Mercurium Deos omnes ad concionem protinus convocare.* Cic. fam. 9, 14 *Legi concionem tuam, nihil illa sapientius.* Et pro Flacco c. 7 *Gracia hoc uno malo coneidit, libertate immoderata ac licentia concionum.* Sic, *turbulentae conciones.* Quintil. 5, 13 p. 471. *Concionem habere*, Gell. 13, 14; *de aliquo*, Cic. pro Sext. c. 50; *de aliqua re*, Id. in Pis. c. 15. *doloris*, Id. Phil. 14, 6. Apud Nepot. 20, 5, 3 *Concio populi* notat judicium publicum, quod in concione ſcilicet habeatur. ¶ 3. Locum ipſum, de quo concio habetur, ſignificat, eine cantzel, predigtſtuhl, qui & *Suggestus* vel *Suggestum*; ut, *Ascendi in concionem, concursus est populi factus*, Cic. contra concion. Q. Metelli, apud Gellium c. 1. conf. Cic. de Fin. 2, 22. ¶ 4. Etiam ſingulos in concionem coëuntes *conciones* dixit Petronius c. 14 *Nescio quis ex concionibus calvus*, i. e. ex hominibus, qui confluxerant. v. ibi Erhard. p. 53 Burm.

¶ Conciuncula, *æ*, f. dimin. Cic. Att. 2, 16.

¶ Concionor, *atus sum, ari*, concionem habere, eine rede thun, predigen. *Ex alta turri concionari*, Cic. Tuſc. 5, 20. *Concionari apud milites*, Cæſ. B. Civ. 1, 7. Id facere non licuit iis, qui infames forent, ut notat Voſſ. Inſt. Orat. 1 p. 163, 164. Cic. fam. 12, 22 *De te concionatur: nec impune.* Idem de Arusp. c. 5 *De rebus divinis, fanis & caeremoniis est concionatus.* ¶ 2. *Concionari* & pro vaticinari uſurpatum Lactantio 4, 18, 19 *Hoc futurum Sibylla concionata est.*

¶ Concio-

¶ Concionans, *tis*: ut, *Concionans elata manu*, Plin. 34, 8. Add. Quint. 1, 10; Val. Max. 1, 6, 2; Tac. Hist. 1, 31, 1; Gell. 1, 11.

¶ Concionātor, *ōris*, m. ἀγοραῖος ἀνήρ, qui concionem publice docet, orator, ein lehrer, redner, prediger. Non raro in deteriorem partem accipitur, idemque est, qui concitat multitudinem & ad seditionem movet. v. Voss. de Constit. Rhet. c. 13; & de Vit. L. L. 1, 27. Sic usus Cic. Cat. 4, 5 *Quid interfit inter levitatem concionatorum, & animum vere popularem.* Neque tamen alterum illam & potiorem significationem fugiendam esse, probat Ol. Borrichius de L. L. ætat. p. 69.

¶ Concionābulum, *i*, n. conventus sive locus ubi concio habetur, der versammlungs-ort. Innocent. in Decretis: *Si statim caderes de pessimo tuo concionabulo.*

¶ Concionābundus, *a, um*, concionans, Liv. 3, 47; & 21, 43; & 40, 27.

¶ Concionālis, *e*, ad concionem spectans, zur versammlung gehörig; ut, *Clamor concionalis*, qui in concionibus esse solet, Cic. Q. fratr. 2, 9. Sed, *Pars orationis concionalis*, apud Quintil. 3, 4, est deliberativa, τὸ δημηγορικὸν γένος. *Concionalis senex*, Liv. 3, c. ult.

¶ Concionārius, *a, um*, idem. Cic. ad Q. fratr. 3, 3 *Concionarius populus.* Laudatur A. Nizolio etiam Cat. 4, 5 (§ 9) Sed quos vidi habent *concionatorum*, quod modo laudavimus. Marcellinus 27, 6 *Oratio concionaria.*

¶ Concionatōrius, *a, um*, idem; ut, *Vestis concionatoria*, qua utuntur ad populum concionantes. Gell. 1, 11 memoravit *tibiam concionatoriam*, quam C. Graccho agenti præsisse ac præmonstrasse modulos ferunt. vide locum integrum.

¶ Concilium &c. vide seorsum suo loco.

¶ Decito, *are*, fortreiben. Apul. Met. 2 p. 116 *Instabile vestigium plantis voscidis decitatur*, i. e. accelerantes.

¶ Excieo, *ēre*, & Excio, *īre*, est, evocare, heraus fordern. Plaut. Epid. 4, 2, 1 *Quid est pater, quod me exciisti ante ædes.* Cic. Phil. 12, 7 *Iuventutem omnem ex Italia excire*, heraus ziehen. *Excire hostem ad dimicandum*, Livius 2, 30 herauslocken.

¶ Excitus, *a, um*, erweckt, ab *excieo*. Iustin. 2, 4, 22 *Amazones tumultu excitæ.* Virg. Æn. 4, 301 *Commotis excita sacris.* Ab *Excio* autem quartæ fit *Excitus.* Id. Æn. 12, 38 *Ventoque furentes Austria excitos.* Liv. 5, 8 *Etruriam omnem excitam sedibus magna mole adesse crediderant Romani*; ubi vide Drakenb. Curtius 3, 2, 12 *Incita sedibus suis moles.*

¶ Inexcitus, *a, um*, non excitus, der nicht zu erregen. Virg. Æn. 7, 623 *Ardet inexcita Ausonia atque immobilis ante.*

¶ Excitus, *ūs*, m. die ermunterung. Apul. Met. 6 *Virgo captiva vocis excitu procurrens*, i. e. vocis clamore: Ita in notis Beroaldus p. 754 & Colvius p. 82 legendum censent. al. *exitu*. v. Elmenh. p. 184.

¶ Excĭto, *avi, atum, are*, erwecken, erregen. Ovid. de Pont. 4, 2, 45 *Excitat auditor studium, laudatasque virtus Crescit & immensum gloria calcar habet*: ubi ad plausum dicentibus recitantibusve datum respicitur. Liv. 5, 47 *Ut ne canes quidem, sollicitum animal ad nocturnos strepitus, excitarent.* Cic. fam. 16, 14 *Excita ex somno tuas literas.* Id. pro M. Marcello c. 6 *Dubitare debet nemo, quin multos, si fieri posset, C Cæsar ab inferis excitaret*, er würde sie gern von todten auferwecken. Et Catil. 2, 9 *In tantum se alienum incidisse, ut, si Sylla vivi esse velint, Sylla sit iis ab inferis excitandus.* Id. pro Client. c. 51 *Excitavit tres recitatores*, i. e. fürgere jussit, vel in medium prodire, er hat sie aufgestellet. Idem 1, de fin. 2, 21 *Testes excitare.* Conf. Mencken. Observ. Id. Acad. præf. ad Varr.: Mittere se dicit eos libros tanquam *monitores e media excitatos*, aufgeferdert. Id de Arusp. c. 3 *Vidi ac multo ante prospexi, quanta tempestas excitaretur, quanta impenderet procella reipubl.* Ter. Heaut. 5, 3, 10 *Non video, quantum mali ex eo vir excitet*, was da vor unheil anrichtet. Vellej. 2, 54, 2 *Excitare bellum.* Cic. 4 Catilin. 2 *Servitia excitantur.* Id. Phil. 4 c. 3 *Gallia sua sponte, suoque judicio excitata.* Id. de Amic. c. 16 *Excitare animum abjectum & jacentem*, ermuntern, aufrichten. ¶ 2. Idem de Leg. 2 extr. *Excitare sepulcrum e lapide*, id est, exstruere, erigere, condere, aufbauen. Et de Nat. D. 2, 56 *Deus homines humo excitatos, celsos ac erectos constituit.* Similiter Curt. 7, 6, 26 de Alexandria urbe ad Tanaim condita ab Alexandro: *Opus tanta celeritate perfectum est, ut decem septingenta ferme stadia, quæ muniendo excitata erant, tecta quoque urbis absolverentur.* conf. 8, 2, 14. ¶ 3. Aliquando *excitare* idem est, quod exigere, expellere. Plaut. Amph. 1, 1, 9 *Me herus hoc noctis a portu ingratis excitavit.* Vide ibi Interpretes. Phædr. 2, 8 *Cervus numerosis excitatus latibulis.* Seneca Hippol. 110 *Excitate feræ. Temulentus dormiens non est excitandus*, Prov. *Malum bene cœnitum non movendum est*, Prov. ¶ 4. *Excitare* & *exercitare* a librariis permutantur. v. Drakenb. ad Liv. 39, 1.

¶ Excĭto, *are*, i longo, ab *Excio*, frequentativum est, apud Silium 5, 191 *Cui doctor ad arma Excitet Lyrus.*

¶ Excĭtus, *a, um*, erweckt, aufgemuntert. Nep. 7, 10, 5 *Sonitu flammæ excitatus.* Cic. fam. 2, 16 *Ab excitata fortuna ad inclinatam & prope jacentem deficere*, hoc. flante & incolumi. Liv. 4, 37 *Clamor excitatior crebriorque ab hoste fublatus.* Plin. 20, 17 *Excitatissimi odoris esse*, starck riechen. v. in *Excito* n. 2.

¶ Excitate, adverb. wacker, munter. Compar. Plin. 37, 7 sub fin. *Excitatius fulgent*, i. e. vehementius. Ammian. 18, 19 *Excitatius clamitare*, heftiger.

¶ Excitatio, *ōnis*, f. die aufmunterung. Arnob. lib. 7 p. 237 *Quid sibi volunt excitationes illæ, quas canitis matutini?*

¶ Excitator, *ōris*, m. qui excitat. Prudent. Hymno 1, 3 *Nos excitator mentium Iam Christus ad vitam vocat.*

¶ Excitābilis, *e*, i. e. excitans, aufmunternd; ut, *Modestiæ jucunda atque excitabilis*, Cæl. Aurel. Tard. 1, 5.

¶ Inexcitabilis, *e*, unerweckelich. Sen. epist. 83 *Oppressus inexcitabili somno.*

¶ Incieo, *ēre*, & Incio, *īre*, est movere, impregnare. Lucret. 5, 960 *Et Venus in sylvis iniebat (inibat) corpora amantum.* Sed Creech. habet *jungebat.* Hinc autem

¶ Inciens, *tis*, trächtig, quod Arnobii est, v. g. *Scrofa inciens*, quæ fœta est & excitati uteri: Lib. 7 p. 225 *Incientibus scrofis honoratur*, & p. 227 *Telluri matri scrofa inciens immolatur & fœta.* Ad priorem locum Elmenhorstius notavit p. 185 ex Festo: *Cujus uterus jam incipit incitari.* Ita etiam refutata Vossii Varroni R. R. 2, 2, 8. Col. 6, 1, 3.

¶ Incĭtus, *a, um*, ab *Incio*, id est, motus, ejactus, reg. Lucret. 1, 270 *Venti vis verberat incita pontum.* v. Voss. de Vit. L. L. 1, 27. Cic. de Nat. D. 2, 35 ex Poeta: *Sicut in altivolat pernici corpore pinnas*, i. e. velices & celeres. Et Prudent. Hymn. 3, 93 *Incita lympha*, i. e. velox & immanis est, das weder hinter sich noch vor sich tritt: ut, *Cursus incitus*, qui redacti ad lineam ultimam, quæ *Incita* & *ignava* dicebatur, vicem desiderii, id est, moveri non posset. Et autem hic ex Theophrasto τετμημένος. Adeoque

¶ Incĭta, *æ*, f. item, Inciti, *orum*, m. pl. item, Incita, *orum*, n. pl. quid sint *item* illi, *ad incitas redigi*, omnium optime Scaliger docet Append. ad Conject. lib. 6 p. 838 *Incipio*, inquit, *hunc terminos, quos amplius promovere mea est, incitos vocasse. Ut quos verum orant redactos, ut nullam eo tam remota spatia esse possint, ad incitas redacti dicebantur. Ubi pervenerant ad lineas, quæ tapóra enim a ludo duodecim scriptorum ut scriptorum. Nam quum ad ultimum lineam promoti erant calculi, tum is, cujus interesset, ad incitas lineas redactus, calculi vero ipsi inciti dicebantur. Quæ mutatio Ioannes. Apud Græcos alia erat tabula calculorum, quæ πόλις quinque linearum. Itaque non in ultimas lineas eorum excitabantur, sed in media. Quare cum alteruter ex lusoribus in incitam lineam cogeretur, tunc movebant calculum ab eadem media linea hoc dicto, cujus Ter. Ad. 4, 2, 25: nam linea illa vocabatur lege* &c. Isidori locus, quem hic Scal. innuit, est Orig. 18, 67. Cæterum, quando in neutro *Incita* dicimus, subintelligendum *loca*, quod Ioh. Livineius ad Mamertani Paneg. Iuliano Augusto dictum c. 9 notat, ubi duo ejusmodi exempla ex Lucilio adjecit: *incitas* autem intelligimus lineas. Plaut. Trin. 2, 4, 136 *Ad incitas redactus est*, & Pœn. 4, 2, 25 *Ad incitas cursum redigat, si eas abduxerit.* Lucil. ap. Nonium 2, 422 *Illud ad incitas cum vediit, atque interneciones*, aufs äusserste. Id. *Ne cursum conficiat, ad incitas adegit*, an bettel-ziel, schachmatt. Apul. 3 A. A. p. 30 Colv. *Ad extremas incitas deducti.* Sed Elmenh. p. 141 legit *metas.* v. ejus emend. ad h. l. Id. Apul. 9 A. A. *Ad ultimam salutis metam detrusos.* Sed alii legunt varie. v. Elmenh. p. 223 ejusque emend. p. 282. Adde Parei Lex. Crit p. 591

¶ Incĭtus, *ūs*, m. die bewegung. Plin. 2, 45 *Qui sive assiduo mundi incitu, & contrario siderum occursu nascuntur.* Sic Prudent. & alii at Harduin. *incitatu.*

¶ Incito, *are*, frequent. impellere, instigare, anregen, reitzen, treiben, aufwecken; ut, *Ira incitat scribendum*, Cic. fam. 7, 16. *Celeritatione sua alicujus animum incitare*, Trebon. Cic. fam. 12, 16. *Exercitatio eloquendi celeritatem incitat*, macht hurtig im reden, Cic. de Orat. 1, 20. *Incitare navem remis*, Cæs. B. G. 4, 25. Tac. An. 3, 25, 1 *Relatum de moderanda Papia Poppæa, quam Augustus post Iulia regationem, incitandis cœlibum pœnis, augendo ærario sanxerat*: INCITANDIS, id est, intendendis. Cæs. B. Civ. 2, 14 *Nostri arma, quæ possent, acrius incitant; alii ex castris se incitant*: id est, celeriter movent, & se impellunt in hostem quasi, nam sequitur: *ut in loco pleno imperii.* Id. 3, 24 *Iam ex omnibus partibus subito Pompeiana pugna signo dato se in hostes incitaverunt*, sie haben auf die feinde losgerennet. ¶ 2. *Incitare currentem*, τὸν τρέχοντα ὀρέγειν, proverbiale Ciceroni familiare est, ad id aliquem incitare, ad quod sua sponte ferrur, v. g. de Orat. 2, 44 *Facilius est currentem (ut ajunt) incitare, quam commovere languentem.*

¶ Incitatus, *a, um*, commotus, incensus, gereitzt, erregt, bewegt, ut, *Ira & perturbatione animi incitatus*, Cic. Off. 1, 7. Et, *Alter*, (Thucydides) *incitatior fertur*, er gehet geschwinder, quasi flavius, ut ex contextu apparet, in Orat. c. 12. *Mentes incitatæ & commotæ*, Idem de Somn. Scip. c. 5. *Incitati sanguinis est*, er ist hitzig. Seneca epist. 11. Et Cic. fam. 13, 32, 10 *Longius unum incitatius vinum*. Id. de Orat. 1, 46 *Populum incitatum natura*. Id. Acad. qu. 4, 48 *Incitatus furor*, ein wüthen wüten. Sen. Troade v. 907 *Laniato Pyrrhus incitat gressu*, er eilet hezu

¶ Incitate, adverb. schnell, frisch. Compar. Cic. in Orat. c. 20 *Platonis & Democriti locutio incitatius fertur.* Et c. 63 *Fluit numerus tum incitatius brevitate pedum, tum proceritate tardius.*

¶ Incitatus, *ūs*, m. fubst. die bewegung. Plin. 2, 45 *Qui sive assiduo mundi incitatu*, (in quibusdam libris & *incitu* legitur, æque bene) & *contrario siderum occursu nascuntur*: *sive hic est ille generabilis rerum naturæ spiritus, hunc illuc tanquam in utero aliquo vagus* &c. INCITATV, id est, motu, incitatione, & rotatu cœli Atque ita etiam Harduinus. Agitur autem de ventis.

¶ Incitatio, *ōnis*, f. die anreitzung, der antrieb. Cic. de Orat. 2, 9 *Impotentis populi incitatio.* Et 2, 43 *Petitæ inflammatæ & vehementi incitatione.* Id. Qu. Acad. 4, 26 de cursu: *Sol tanta incitatione fertur, ut celeritas ejus quanta sit, ne cogitari quidem possit*, so schnell.

¶ Incitamentum, *i*, n. idem, vel res, quæ incitat. *Labentium & periculorum incitamentum*, Cic. pro Arch. c. 10. " Et Tac. 6, 29 extr. *Favor incitamentum mortis & periculi fuit*, ist hat den tod angereitzet. Plin. Paneg. c. 27 *Magnum est educandi incitamentum, tollere liberos in spem alimentorum.* Conf. Tac. Germ. 7, 3. Afferunt etiam ex Livio 21, 44 extr. *Incitamentum ad* [illegible] sed inter MSS. libri, ut uterque Gronovius, pater & filius, annotaverunt.

¶ Incitabilis, *e*, n. idem quod *Incitamentum*. Gell. 15, 1 *Incitabilum ingenii virtutisque.*

¶ Incitator, *ōris*, m. qui incitat. Prudent. in Romano v. 67 *Vis incitator & fax ruentum.*

¶ Incitatrix, *icis*, f. Arnob. lib. 2 p. 63 *Vita sine ullo incitatore ad vitia, ea reiset zu den lastern.* Lactant. de Ira Dei 2, 22 *Opulentia libidinum incitatrix.*

¶ Incitābilis, *e*, Gloss. gr. lat. παροξυντικὸς, *Incitabilis.*

¶ Percieo, *ēre*, & Percio, *īre*, valde movere, heftig bewegen. Plauti & Lucretii obsoletum verbum. Ille enim Asin. 2, 4, 69 *Ni illum percieam pereo*, id est, lubinde se [illegible] sive prædicas; ubi futurum a *Percio* videtur esse. Lucret. autem 3, 304 clarius: *Irai fax subdita percit.* Et 4, 567 idem: *Præterea edam sæpe unum pervicit ut ire*; Præsenti tempore Adde 5, 1101 Et

Præterito, eodem lib. 3, 28 *His ubi me rebus quædam divina voluptas Percitit atque horror.*

¶ Percitus, & forſan etiam Percitus, *a, um*, ſignificat vehementer commotus, bewegt, erſchreckt. Ter. Hec. 3, 3, 17 *Incredibili re atque atroci percitus.* Cic. pro Mil. c. 23 *Animo irato & percito facere*, mit zornigen und aufgebrachten gemüth. Liv. 21, 53 *Ingenium percitum ac ferox*, ein hitziger und wilder kopf.

¶ Percito, *are*, frequentat. ſtarck bewegen, rütteln. Pacuvius apud Feſtum in *Reciproco: Rapide reciproco, percito.*

¶ Percitatus, *a, um*, valde percitus, erregt. Accius ap. Nonium 7, 2 *Matronæ percitatæ tumultu.*

¶ Impercitus, *a, um*, non percitus, ex Silio adfertur 9, 161. Sed Fr. Modius membranarum ope ſubſtituit *imperditus.* v. Notas Cellarii.

¶ Præcio, *ā*, m. prælamator, metator, a *præ* & *Cieo*, ein ausruffer. Apul. 11 Met. p. 261 *Præcia, qui facilem faci is viam dari prædicarent.* conf. Roſini Antiqu. Rom. 3, 31 p. 316. Feſtus deſcribit *Præcias* ut præcones præmiſſos a flaminibus &c. v. Dacer.

¶ Procieo, *ēre*, & Procio, *ire*, vocitare, herausruffen. Feſtus in *Procitant.*

¶ Procitus, *a, um*, pecitus, gefordert, Feſtus l. c. ¶ 2. *Procitum teſtamentum*, eſt *provocatum, irritum, ruptum*, Id. Feſtus.

¶ Procito, *are*, i. e. prolicere, provocare, auffordern. Feſtus l. c. Gloſſ. Vet. *Procitat*, προσκαλεῖται.

¶ Recito, *are*, clara voce legere de ſcripto, laut leſen, herleſen. *Literas in ſenatu recitare*, Cic. fam. 10, 26. Iuvenal. 8, 126

Credite me vobis folium recitare Sibyllæ.

¶ 2. Nominare, declarare, Liv. 29, 37 *Cenſores interim Romæ ſenatum recitaverant.* Cic. Orat. pro Domo 32 *L. Philippus Cenſor evanuit, cum ſuum præteriit in recitando ſenatu.* Conf. Mencken. Obſerv. ¶ 3. Specialem ſignificationem, qua Plinius Iunior ſæpe uſus eſt, vide in *Recitatio* & *Recitator*: v. gr. 8 epiſt. 12 pr. *Recitaturus eſt Titinius Capito, quem ego audire nescio magis debeam, an cupiam.* Sic *Recitare carmen modo factum amicis*, vorleſen, vorleſen. Ovid. Pont. 3, 5, 39. conf. Horat. Sat. 1, 4, 75. ¶ 4. Male vulgo uſurpari pro *memoriter dicere*, herſagen, contendit Scioppius; ſed & in hac notione inveniri oſtendit Schultingius not. ad præf. ad controv. lib. 1 Sen. Certe Quintil. Decl. 6 de muliere cæca: *At iſta legem recitat.* Et Celſus 3, 18 de phreneticis: *Quin etiam recitare, ſi qua meminerunt, cogendi ſunt.*

¶ Recitātus, *a, um*, ernennt; ut, *Teſtamento recitatus hæres*, Cic. pro Cæc. 19; & Plin. 7, 52.

¶ Recitatio, *ōnis*, f. die vorleſung, herleſung, der vortrag; ut, *Recitatio literarum*, Cic. pro Domo c. 9, id eſt, lectio. Nam in judiciis cum legerentur teſtimonia & auctoritates, quibus utebantur actores cauſſarum, illæ actus *recitatio* dicebantur. ¶ 2. Deinde hoc nomen ad illas lectiones translatum quoque eſt, cum ſcriptores & initio quidem poëtæ, poſtea tamen & cæteri, poëmata & lucubrationes ſuas, priusquam ederent, cum privatim convocatis auditoribus, tum publice in auditorio recitabant, ut judicium atque cenſura de iis fieret: de quo præclaro & utiliſſimo inſtituto veterum videndus Lipſius Epiſt. ad belg. 2, 48. Sic Plin. 1 epiſt. 13 extr. *Poſſum jam repetere feceſſum, & ſcribere aliquid, quod non recitem, ne videar, quorum recitationibus uſſi, non auditor fuiſſe, ſed creditor*, i. e. pro officio illorum audiendi recitationes, ſimilem gratiam repoſcere: Adde de laudabili ritu Dialogum de Oratoribus c. 2 & 9.

¶ Recitator, *oris*, m. qui in judicio recitat, quæ allegantur ab actoribus, five legit de libro. Cic. pro Cluent. c. 51 *Cum Brutus duabus recitator bas conſtitutis ex duabus ejus* (Craſſi, qui contra agebat) *orationibus capita alterna, inter ſe contraria recitanda curaſſet.* Et paullo poſt: *Tres capita alterna, inter ſe contraria recitanda curaſſet.* Et paullo poſt: *Tres & ipſe* (Craſſus) *excitavit recitatores, cum ſingulis libellis, quos M. Brutus, pater illius accuſatoris de jure civili reliquit.* ¶ 2. Deinde *Recitatores* tunc, qui in cœtu amicorum, aut publice ſcripta ſua recitabant. Sen ep. 95 *Recitator hiſtoriam ingentem attulit, minutiſſime ſcriptam, arctiſſime complicatam, & magna parte perfecta, DESINAM, inquit, SI VULTIS. Acclamatur, RECITA, RECITA, ab his, qui illum obmuteſcere illico cupiunt.* Plin. 1 epiſt. 13 *Subinde ſibi nuntiari jubent, an jam recitator intraverit, an dixerit præfationem* &c.

¶ Irrecitabiliter, id eſt, ineffabiliter, unausſprechlich. Venantius Carm. Paſch. v. 29 *Irrecitabiliter manans de corde Parentis.* Ergo *Recitabile, irrecitabile*, hujus poëtæ temporibus non penitus inaudita inuſitatumque fuit.

¶ Retrōcitus, *a, um*, ultro citroque ductus, hin und her getogen. Lucret. 2, 546 *Aut reboant raucum retrocita cornua bombum.* Sed variat lectio. Vetus, exhibent Faber & Creechius. Intelligi poteſt autem de inflexis cornibus, ubi retro in circulum ire ſemel aut ſæpius adeo cogitur ſonus. Voſſius ad Catull. p. 227 legit *Berecynthia barbara* &c.

¶ Solicito, etiam eſt a *Cito*; de quo infra ſuo loco.

¶ Suſcito, *are*, aufwecken, erwecken. *Somno ſuſcitare aliquem*, Plaut. Mil. 3, 1, 56. Cic. Tuſcul. Diſp. 4, 19. Catull. epigr. 8, 3 *Cum te octava quiete Lux mollis lungo ſuſcitat hora die.* Sic, *Ignes ſopitos ſuſcitare.* Virg. Æn. 5, 743 dixit: Et, *bellum civile ſuſcitare*, Brutus & Caſſ. ad Anton. Cic. fam. 11, 3. Horat. 2 od. 10, 17 *Quondam citharæ tacentem Suſcitat Muſam, neque ſemper arcum Tendit Apollo.* Plaut. Mil. 2, 3, 59 *Neſcio, quæ te ſcelera ſuſcitant*, was dich anſticht, welcher heucker dich reitet.

¶ Suſcitatio, *ōnis*, f. die aufrichtung. Tertull. de Carne Chr. c. 23 ex Luc. 2, 34 *Ecce hic poſitus eſt in ruinam & ſuſcitationem multorum in Iſraël.*

¶ Suſcitātor, *ōris*, m. qui ſuſcitat. Tertull. adv. Prax. c. 28 *Si Chriſtus, qui eſt mortuus, Pater eſt; alius erit ſuſcitator, quam Pater mortuus.* conf. Id. de Carne Chr. c. 5. Et Chryſoſt. ſerm. 75 itidem de Chriſto: *Sui ſuſcitator.* Sidon. 8, 2 *Literarum quodammodo jam ſepulturam ſuſcitator* &c.

¶ Suſcitābulum, *i*, n. die erweckung; quod incitamentum Nonius 2, 826 interpretatur, eoque allegat Varronis illud ex Satyra Ὄνος λύρας. *Phonifices adsum, vocis ſuſcitabulum, Cantantium pus gallus gallinaceus.*

¶ Suſcitamen, *ĭnis*, n. idem, apud Apul. Met. lib. 1.

¶ Exſuſcito, *are*, ermuntern, aufwecken. Brutus ad Cic. epiſt. 16 *Magis tu te exſuſcita.* Cic. Off. 1, 4 *Cura exſuſcitat animos.* ¶ 2. Metaphorice Auct. ad Herenn 3, 21 *Naturalem memoriam exſuſcitare.* Liv. 21, 3 extr. *Parvus ignis incendium ingens exſuſcitat*, erregt.

¶ Exſuſcitatio, *onis*, f. die ermunterung. Auct. ad Herenn. 4, 42 *Si ſententiam trajiciemus aut ad ſermocinationem, aut ad exſuſcitationem.*

¶ Reſuſcito, *are*, wieder erwecken. Ovid. Met. 8, 474 *Poſitamque reſuſcitat iram.* Sic, *Legatum reſuſcitari*, dicitur, quod perierat; es fängt wieder an zu gelten, L. 27 Dig. de adimend. vel transf. legatis. Et, *Reliquiæ reſuſcitandæ*, Prudent. Periſt. 6, 136.

¶ Reſuſcitatio, *ōnis*, die auferweckung. Tertull. de Reſurr. c. 30 *Nulla reſuſcitatio, ſi non hæc erit ipſa, quæ Ezechieli revelatur.* conf. c. 25.

¶ Reſuſcitator, *oris*, m. qui reſuſcitat. Tertull. de Reſurr. c. 57 *Oſtendit non tantum reſuſcitatorem carnis, verum etiam redintegratorem.* Beda Hiſt. eccleſ. Angl. 2, 1 *Gregorius in tantum contra naſcentem hæreſin novam laborare contendit, ut nullus exinde ſit inventus, qui ejus reſuſcitator exiſteret.*

¶ Conreſuſcitātus, *a, um*, una reſuſcitatus. Tertull. de Reſurr. carn. c. 23 *Conreſuſcitatus in eo per fidem.*

CIFRA, *æ*, f. eine ziffer. Ita recentiores vocant ſignum numerale, de cujus antiquo uſu If. Voſſius ad Melam 1, 12 p. 64. Videtur eſſe ex Ebræo מספר *numeravit.*

CIGNVS, *i*, m. menſuræ genus. Plin. Valer. 2, 30 *Cignum dimidium commiſcere.* v. Barth. Adv. 7. 8. Sed *Cygnus* vide infra.

CĬLĬBANTVM, *i*, n. mensa rotunda in caſtris, ein feld-tiſch; a κιλίβαντες, *tripus*, apud Heſych. Scribitur & *Cylibathum*, a κυλικος. vid. Varr. L. L. 4, 26 cum Scalig. Conject. p. 53. Dempſter. ad Roſin. Ant. 5, 26 p. 502; & Dacerii not. ad Feſtum in *Cillibæ.*

CĬLĬCIA, *æ*, f. Κιλικία, regio eſt minoris Aſiæ Syriæ proxima, a *Cilice* Phœnice, Agenoris filio, ſic appellata; Plin. 5, 27. Straboni dupiex eſt, *campeſtris & trachea*, id eſt, *aſpera.* Fuit olim opulentiſſima Pop. Rom. provincia, clariſſimaque, non prœlio modo, quo vaſtatus fugatusque ab Alexandro Darius eſt; verum & Cicerone proconſule. Ejus metropolis *Tarſus* fuit, Pauli Apoſtoli patria, qui aliam maximamque illi nobilitatem circumdedit. Vulgo dicitur *Caramania.* ¶ 2. Genus lactucæ, quæ *Cilicia* vocatur apud Plin. 19, 8.

¶ Cĭlix, *ĭcis*, f. ein Cilicier. Stat. 3 Silv. 3, 33 *Tu largus Eoa Germina, tu meſſes Cilicumque Arabumque ſuperbis Merge rogis* &c. conf. Ovid. Met. 2, 17 Λογος ἐσὶ παλαιὸς, μὴ ῥᾴδιον διαλῦσαι τὸς Κίλικας. Ovid. id eſt, *Vetus verbum eſt, Cilices haud facile verum dicere*, ſeu, *re, quod dixerunt, præſtare.* Vide Chil. ¶ 2. Adjective Lucan. 2, 221 *Cilix piratæ.* Lucret. 2, 416 *Cilix crocus.*

¶ Cilicienſis, *e*, adject. Cic. ad Quint. Fr. 1, 2, 2 *Si te interioribus vicinis tuis Cilicienſi & Syriaco anteponit, valde magnum facit.*

¶ Ciliſſa, *æ*, f. a *Cilix*, ſicut a Phœnix Phœniſſa. e. gr. *Terra Ciliſſa*, Ovid. in Ibin v. 200. Propert. 4, 5, 73 *Vinaque fundantur prelis eliſa Falernis, Terque lavet noſtras ſpica Ciliſſa comas*, i. e crocus.

¶ Ciliciſmus, *i*, m. idiotiſmus Ciliciſm, quem Paullo Hieronymus tribuit epiſt. 151 ad Algaſiam, quæſt 9, de quo quid ſentiendum ſit, videas in Balth. Stolbergii de *Solœciſmis & Ciliciſmis* exercitatione.

CĬLĬCIVM, *i*, n. Κιλίκιον, veſtis genus ex hircorum ſive caprorum pilis contextum; quæ tonſura quod primum in Cilicia inſtituta, facta inde appellatio eſt, ut Varro auctor eſt de R. R. 2, 11. Quo & Alcimus Avitus verſu mox producendo reſpexit, eine ſage, madrabe. Vſus ejusdem potiſſimum in caſtris, item in navibus. Quo illud Virgilii pertinet Georg. 3, 311 *Nec minus interea barbas, incanaque menta, Cinyphii tondent hirci, ſetaque comantes Vſum in caſtrorum & miſeris velamina nautis.* Aſconius in 3 Verr. p. 96 *CILICIA, texta de pilis in caſtrorum uſum atque nautarum.* Atque in caſtris quidem iis utebantur, cum ad poliendas loricas, tum tabulata turrium tegenda, ne jactis facibus ignis poſſit adhærere, ut Servius ad paullo ante productos verſus Virgilii annotat: quod de madefactis ciliciis accipio. Solebant eadem & tendi per propugnacula, ut cohiberent ſagittarum impetum: de quo Veget. 4, 6 *Velorum Ciliciorum* in domibus contra pluvias ac ventos paratorum, meminit Vlpian. l. 12 § 17 Dig. *de inſtruct. vel inſtrum. leg.* Lugentium & pœnitentium veſtes apud Ebræos; quos LXX σάκκους appellant; Vetus Interpres Latinus ſæpe *Cilicia* interpretatus eſt, grobharne kleider. Neque enim dubium eſt, hirtas & ex pilis contextas fuiſſe. Talia enim *Cilicia*, ſive *Cilicina*, appellabantur: Quare & δέρρεις τριχίναι Exodi 26, 7 idem Interpres *Saga cilicina*: & σάκκον τρίχινον, Apoc. c. 6, 12 *Saccum cilicium* vertit. Qui locus id quoque indicat, nigros fuiſſe hos ſaccos ſive cilicia. Et vero hic color mœſtos plangentesque maxime decet. Prudent. Cathem. 7, 150 de Ninivit. juſtitio: *Squalent recincta veſte pullati patres, Setaſque plangens turba ſumit textilis, Impexa villis virgo beſtialibus.* Alcimus Avitus cum idem argumentum Ninivitarum tractat 4, 380 *Mollibus abjectis, Cilicum dant tegmina ſetæ*, id eſt, ciliciis induuntur. Cæterum *ſacci* a forma, ſanguſti enim & minime fluctuantes erant,) *cilicia* a materia, pilis viderlicet caprarum, dicebantur. Quare *tunica ſaccea*, ſive *ſaccinea*; & *tunica cilicia*, de eadem B. Hieronymo dicitur in vita Hilarionis ſub finem. Tali enim ille ſanctus uſus fuerat. Et ita ferme ſolebant veſtiri, qui plane renunciaſſent ſeculo, propoſitumque ſeverius ſequerentur, qui & *Aſcetæ* & *Monachi* appellati. Quibus maxime conveniebat hæc veſtis: *cum monachus non doctoris, ſed plangentis officium habeat: qui ſe, vel mundum lugeat, & Domini pavidus præſtoletur adventum*, ut idem Hieronymus alibi ſcribit. Paullinus in obitum Celſi v. 451 *Si modo lugentem gravis hirto tegmine ſaccus Caprigenum ſetis dum teget, & ſtimulet.* Vbi & *ſaccum* & *ſetas* ſive pilos caprinos habes, ex quibus *cilicia* contexta erant. Quamquam *Ciliciorum* nomine omnes hirtas veſtes comprehendi exiſtimem; licet de aliis etiam, quam caprinis pilis contextæ eſſent: ut Camelorum: qualis Johannis Baptiſtæ fuit. Idem diſcipulorum B. Martini: de quibus Sulpicius de vita Martini c 7 *Plerique camelorum ſetis veſtiebantur. Melior ubi habitus pro crimine erat.* Vtebantur autem Aſcetæ ideo hirtis ejusmodi veſtibus, atque in iis cubabant etiam, ut coërcerent carnem, & ad orationes vigilantiores eſſent. Vnde Paullinus ſupra, *dum teget & ſtimulet*, dixit. Et Idem de Johanne Baptiſta v. 229

Veſtis erat, curvi ſetis contexta cameli,
Contra luxuriam molles duraret ut artus,
Arcerentque graves compuncto corpore ſomnos.

Aliquando tamen non in ciliciis cubabant aſcetæ, ſed ſuper iis jacebant humi ſtratis. Sulpicius Sev. epiſt. 1 de S. Martino: *Quippe qui nuda humo,*

humo, uno tantum cilicio ſuperjecto cubare conſueverat. Vide eundem & epiſt. 3. Itaque in veſtem ſtragulam etiam ciliciis utebantur. Illis enim & ſternebantur ſedilia. Idem de Virtutib. Monach. Orient. Dial. 1, 1 pr. *Iactis in terram ciliciis conſedimus.* Et rurſus: *Dem cilicium, cui inſederat, ad me propius admovit, atque ita exorſus eſt.*

¶ Cilices, Paulinus epiſt. 7 pro *Ciliciis* dixit: *Conſervuli*, inquit, *& compalliati noſtri, non veſtibus pictis ſuperbi, ſed horrentibus cilicibus humiles.* Niſi forte *Ciliciis* ibi referibendum. Immo ita reſcriptum eſt editione nova Pariſienſi de an. 1685, ubi ordinem 22 epiſt. tenet p. 117.

¶ Ciliciõlum, *i*, n. diminut. **ein polſter.** Hieron. epiſt. 27, ſeu Epitaphio Paulæ, c. 7 *Stratis ciliciolis.*

¶ Cilicinus, *a, um*, ex cilicio factus, **härin, rauch.** Solin. c. 33 (al. 46) de Arabia: *Ipſa tentoria cilicina ſunt.* v. plura in *Cilicium.*

¶ Cilicius, *a, um*, aliud adject. ut, *Vela cilicia*; *Saccus cilicius*; *Tunica cilicia*, ſupra in *Cilicium.*

¶ Ciliciãrius, *i*, m. **ein madratzen-macher**: qui facit aut vendit cilicia. Vetus inſcriptio apud Grut. p. 648 num. 6, RESPECTIO GRATIANO CILICIARIO CAVIOLA CONIVX P. C.

¶ Conciliciãtus, *a, um*, cilicio indutus cum aliis. Tertull. de Pudicit. c. 13 *Conciliciatus & concineratus:* de pœnitentium habitu in primitiva eccleſia loquitur.

CILIVM, *i*, n. pl. Cilia, ſunt pili palpebrarum, **die augenwimpern**, quorum uſus eſt, ut radios lucis incidentes a corporibus moderentur, & copioſius parciuſve admittant, itemque incidentes forte minutias arceant, &c. vel ipſæ etiam palpebræ, **die augen-lieder.** Certe Feſtus: *Cilium eſt folliculus, quo oculus tegitur, unde fit Supercilium.* Hinc & Iſidor. 11, 1 *Cilia ſunt tegmina, quibus cooperiuntur oculi, & dicta cilia, quod celent oculos tegantque tuta cuſtodia.* Lactant. Opif. D. c. 10 pr. *Vt oculi munitiores eſſent ab injuria, ciliorum tegminibus occuluit.* Apul. Met. 10 p. 247 de ſe aſino: *Quodque eſſet aprime mirabile, verbis nutum commodare ut quod vellem relato, quod nollem rejecto capite, monſtrarem; ſitienſque, pocillatore reſpecto, ciliis alterna connivens, bibere flagitarem.* Plin. 11, 37 *Extremum ambitum genæ ſuperioris antiqui cilium vocavere.* Ex hoc fit

¶ Ciliãtus *a, um*, **ſchön von augenwimpern.** Gloſſ. gr. lat. εὐοφθε, *Ciliatus.*

¶ Concilium, *i*, n. quod Iſidoro 6, 16 eſt a *Cilium*, vide infra ſuo loco.

¶ Intercilium, *i*, n. quod eſt *medium intercilia ſive pilis*, Iſidor. 9, 1. Gloſſ. gr. lat. μεσόφρυον, *Intercilium.* Et

¶ Supercilium, *i*, n. Supercilia in ima fronte ſunt ſupra oculos, **die augbraunen.** Plin. 11, 37 *Supercilia homini & pariter & alterne mobilia: in iis pars animi. Negamus, annuimus. Hæc maxime indicant faſtum. Superbia alibi conceptaculum, ſed hic ſedem habet. In corde naſcitur, hoc ſubit; hic pendet.* Ovid. am. 2, 5, 15 *Multa ſupercilio vidi vibrante loquentes.* Hinc *Supercilium tollere*, de iis dicitur, qui ſibi videntur aliquid, & multum per arrogantiam tribuunt, **die ſich viel dünken laſſen**, apud Catull. 67, 46. v. Heinſ. ad Petron. c. 30 p. 116. Sic, *Contrahere: adducere ſupercilium*: de triſtibus, & qui notant alios aut faſtidiunt. Cic. in Piſon. c. 6 *Altero ad frontem ſublato, altero ad mentum depreſſo ſupercilio*, geſtus fictæ gravitatis & dubitationis de re magna. Hoc *nubem ſupercilii* Horatius vocat 1 epiſt. 18, 94, Græcos imitatus, ut ibi interpretes obſervant. Lucret. 6, 1182 *Triſte ſupercilium, furioſus vultus.* Add. Quint. 1, 11 p. 117 Burm. & locus ex 11, 3, quem laudamus in *Perſona* n. 3, quæque ſequuntur p. 1015 lectu digniſſima. Superciliorum commixtio, quæ intercapedinem tere nullam relinquat, formam commendat. v. Petron c. 126, & ibi Gonſal. De more autem pingendi ſupercilia Ovid. Art. am. 3, 201 ſq. & Caſaub. ad Athen. 12, 7, 1. ¶ 2. Hinc non raro *Supercilium*, pro triſtitia ac ſeveritate cenſoria, itemque faſtu ac ſuperbia ponitur, **ernſthafftigkeit, hochmuth.** Cic. pro Sext. c. 8 *Tanta erat contractio frontis, ut illo ſupercilio resp. tanquam Atlante cælum niti videretur.* Horat 3 od. 1, 8 *Iovem vocat Cunctа ſupercilio moventem*, **der mit einem winck alles anrichtet.** Val. Max. 2, 9 pr. *Probitas cenſorio ſupercilio examinata eſt*, i. e. auſtere & rigide. Ovid. Triſt. 2, 309 *Supercilii matrona ſeveri.* Iuvenal. 6, 167 *Si cum magnis virtutibus affers Grande ſupercilium.* Auſon. ad Lectorem ſuper Idyll. 7 *Carminis incomti tenuem lectare libellum Pone ſupercilium.* Martialis 1 epigr. 4 ad Cæſarem: *Contigeris noſtros, Cæſar, ſi forte libellos, Terrarum dominum pone ſupercilium:* id eſt, regnatricem majeſtatem vultus imperatorii. Bene Democritus ajebat, *ſupercilium parvum aut contemtum membrum haud eſſe: poſſe quippe vitam omnem obſcurare*, ut Lactius auctor eſt. Nimirum, quod Claudianus dixit de Conſul. Honor. 4, 304 *Inquinat egregius adjuncta ſuperbia moves.* ¶ 3. *Supercilium* etiam dicitur locus editus per ſimilitudinem, & unde in ſubjecta deſpectus eſt. Virg. Georg. 1, 108 *Ecce, ſupercilio clivoſo tramitis undam Elicit.* Vbi Servius SUPERCILIVM, *altitudinem, ſummitatem terrarum*, interpretatur. Hinc *devexitas ſupercilii*, **der haug**, apud Sic. Flaccum; cujus locum mox adducemus. Hirt. B. Afric. c. 58 *Poſtero die univerſas omnium copias de caſtris omnibus deducunt; & ſupercilium quoddam excelſum nacti, non longe a Cæſaris caſtris aciem conſtituunt. Supercilia Rheni, Nili, Moſæ*, apud Amm. Marcell. legas, altiores ripas deſignantem, unde in ſubjectum flumen deſpectus eſt. v. gr. 14, 32 pr. *Ventum eſt ad ſupercilia fluminis Rheni.* Et 17, 18 *Munimenta ſuperciliis impoſita fluminis Moſæ.* De mari etiam uſus eſt Mela 3, 3 extr. *Mare*, inquit, *anguſtum & par freto, curvansque ſubinde ſe, longo ſupercilio inflexum eſt.* Sic de cacumine montis *ſupercilium* dixit Livius 27, 20; & *ſupercilium collis* B. Hieronymus in vita Hilarionis. Gromaticis ſcriptoribus non quævis ſummitas, aut quodvis faſtigium *ſupercilium* eſt, ſed quod paucorum pedum modo æſtimatur. Sic Flaccus de Condit. agrorum p. 7 *Supercilia ſi finem faciens, intuendum erit, in quantum ſpatium devexitas ſupercilii extendatur, ne mons ſupercilium ſit. Intra paucos enim pedes ſupercilia accipiunt. Quæ tamen usque in planitiem ex ſuperiori vergunt, ad ſuperiores poſſeſſores pertinent.* Spatium autem iſtud intra pedes XXX definierunt Hyginus: *Supercilia ſunt loca ex plano in locis clivo devexo intra pedes latitudinis XXX, alioqui jam collis eſt.* Ergo Agrimenſoribus *ſupercilium* a monte, colle, diſtinguebatur, itaque brevius erat, ſeu minus. Alio nomine dicebatur RIGOR. Agg. Vrbicus in Frontin. de Limit. p. 52 RIGOR *ſi inventus fuerit de triginta pedum latitudine, ut ne ab utroque poſſeſſore tangatur. Quod ſi plus de XXX pedibus patuerit, jam collis eſt, qui exigit, ut ſuperior poſſeſſor in planum usque deſcendat, & ſibi defendat omnem devexum locum.* vid. infra in *Rigor. ſupercilium.* v. ibi Baldi Lex. p. 121.

¶ Superciliõſus, *a, um*, qui eſt grandis ſupercilii, **hochmüthig, ernſthaft**; ut, *Catonianum ſupercilioſæ frontis arbitrium*, Sidon 7, 9. *Triſtes & ſupercilioſi alienæ vitæ cenſores*, Sen epiſt. 123. Compar Mart Capell. lib. 8 *Me ſupercilioſior increpabas.*

CILLÍBÆ, *arum*, f. pl. mentæ rotundæ, Feſtus. v. *Cibilla* in *Cibus.*

¶ Cillibantes, *um*, m. pl. ligna quædam trium cubitorum ſeu tribus pedibus fulta, quibus in prælio fatigati ſcuta imponebant, ut ex Ariſtophane notat Cælius Lect. antiq 5, 15 v. *Cillibantium*

CILLICON, *ōnis*, m. Mileſius, qui, cum proditionem patriæ moliens rogaretur, quidnam eſſet facturus? reſpondit: πάντ' ἄγαθά, i. e. *Omnia bona, velut inquit Cillicon.* Alludit huc & Ariſtophanes ἐν ἱππεῦσι· Οὐδὲν πονηρόν, ἀλλ' ὅτερ ὁ κίλικων, i. e. *Mali nihil, verum quod inquit Cillicon.* Interpres adjecit, prodita Mileto Theagenem quendam Syrium connigraſſe Samum, atque ibi omnes vendentem, quas emptuſus erat Cillicon, amputaville machæra ſua cementis manum: Iſta, inquientem, manu non prodes alteram civitatem. Iraim in Adag. ex Suida & Zenodoto.

CILLO, *ĕre*, eſt *movere*, antique, **ſchütteln.** Hinc *Aſcilla*, quod ex his brachia cilluntur; hinc & *Oſcilla* dicta, quod ora cilluntur, uti eſt apud Iſidorum 9, 1. Hinc *furcilla*, quibus frumenta cilluntur, apud Servium 2 Georg. Videtur frequentativum eſſe a *Cieo.* vid. *Oſcillum* in *Os*, ubi *Oſcillo*, &c Conſ. & *Occillo* in *Occo.*

CILLVS, *i*, m. aſinus, auritum animal, **ein eſel.** De eo Petronius Fragm. Carm. p. 211 (Burm. p. 685) per criminationem: *Iudeus licet & porcinum numen adoret, Et cilli ſummas advocet auriculas.* Vide Tac. Hiſt. 5, 4, 2, & H. Voſſii ad Melam annotationes p. 49, & adde, quæ ſupra in *Anchialus* dicta ſunt n. 2.

¶ Hemicillus, *i*, m. dimidius aſinus, **ein halb-eſel.** Vox conviciis apta apud Cic. ad Att. 13, 51, uti Gronovius legit.

CILNIVS, *i*, m. Hetruſcæ gentis nomen: e qua etiam *C. Cilnius Mæcenas*, de quo ſuo loco. v. Nic. Heinſ. & Drakenb. ad Sil. 7, 29, & enarratores Livii ad 10, 2.

CILO, *ōnis*, m. cui frons eſt eminentior, ac dextra ſiniſtraque velut reciſa videtur, cui caput eſt acuminatum, **der eine hohe zuſpitzte ſtirn hat, ein ſpitz-kopff.** v Feſt. Cic in Salluſt. c. 6 *Cilones, impudici, parricidæ, ſacrilegi.* Quem locum Cælius exponens, *Cilones*, inquit, *cinædi ſunt.* Flavius Caper, veruſtiſſimus Grammaticus: CILO *eſt anguſto capite: cui hoc contigit in partu:* CHILO *dicitur, modum labrorum excedens.* Hic eſt, quem *improbius labratum* Chariſius dixit. Vide Feſtum, & ſupra in CHILO. ¶ 2. Eſt *Cilo* & viri nomen apud Cic. fam. 6, 20.

¶ Cilunculus, *i*, m. diminut. apud Arnob. 3 p. 108, al. *Silunculus.* vid. ibi Herald. Animadv. p. 135.

Cima, *æ*, vide *Cyma.*

CIMBRI, *orum*, m. pl. populi ſunt poſt Saxones, a quibus *Cimbrica Cherſoneſus* appellata eſt, quæ hodierna *Iutia* eſt, inter Codanum ſinum Oceanumque Germanicum porrecta in anguſtum. Conf. Plin. 2, 67, & ibi Dalechamp p. 108. Hi primi omnium Germanicum nomen terribile reddiderunt Romanis. Tac. de Germ. 37, 1 *Eundem Germaniæ ſinum proximi Oceano Cimbri tenent: parva nunc civitas, ſed gloria ingens. Veteriſque famæ late veſtigia manent, atque ripa caſtra ac ſpatia, quorum ambitu nunc quoque metiaris molem, manuque gentis, & tam magni exercitus fidem:* & quæ ſequuntur ibi plura, quæ legas. Cimbri, cum in Italiam trajecillent cum exercitu, a Q. Catulo, & C. Mario prælio victi ſunt, in quo cæta dicuntur hominum centum quadraginta millia, capta ſexaginta, ut narrat Liv. Epit. lib. 68. Sed Florus 3, 3, 14 ſexaginta tantum cæterorum millia refert. Plutarchus in Mario *Cimbrorum* vocabulum Germanicum tradit, quo *Latrones* ſignificentur, quod Poſidonius quoque exiſtimavit, ut ex Strabonis lib. 7 cognoſcere licet. Feſtus: *Cimbri lingua Gallica latrones dicuntur.* v. not. Scalig. & Dacer Id, ut alia, quæ fabulati ſcriptores antiqui de Cimbris junt, confutat Cluverius Ant. Germ. 3, 22.

¶ Cimbricus, *a, um*, adject. ut, *Cimbrica militia*, Vellej. 2, 120, 1 *Cimbrica tempeſtas*, Claud. de Bell. Get. v. 641. Et Cic. pro domo ſua c. 38 *Porticum poſt aliquanto Catulus de manubiis Cimbricis fecit.*

¶ Cimbrice, adverb. Quintil. Decl. 3 c. 13 p. 69 Burm. *De Italiæ poſſeſſione certatur, - - - an nobis caput barbarus hoſtis excidat, an Cimbrice loquendum ſit.*

CIMÉLIVM, *i*, n. κειμήλιον, ornatus aut theſaurus, qui reponitur extra uſum quotidianum, **ſchmuck, kleinod.**

¶ Cimeliarcha, *æ*, m. κειμηλιάρχης, cuſtos vaſorum eccleſiæ, **ein kirchmeiſter.** Lege ult. Cod. de Bonis auctorit. judicis poſſid. § 5m autem: *Præſente viro reverendiſſimo cimeliarcha.*

¶ Cimeliarchium, *i*, n. κειμηλιάρχιον, locus, ubi cimelia aſſervantur, **die ſchatzkammer.** Lege eadem: *In cimeliarcio laudis eccleſiæ pecunias deponere.* Etiam *Cimeliarcho*, ut videtur, quinque ſyllabis ſcribitur.

CIMESSOR, *oris*, m. homo abjectioris ſortis, Ammian 28, 4.

CIMEX, *icis*, m. **eine wantze, wandlaus.** Plin. 29, 4. *Lectularii* ſunt & *ſilveſtres* ex herbis victitantes, Matthiol. *Cimex volitans*, Eugenius Toletanus Carm. ult. Et Martial 9 ep. 33 *Nec toga, nec focus eſt, nec tritus cimice lectus.* Petron. c. 98 *Cimices in tunica habet.* ¶ 2 Horatius Pantilium, poetam putridum, vocat *Cimicem.* Sat 10, 78.

¶ Cimico, *are*, **wantzen haben.** Gloſſ. gr. lat. κοριᾷω, *Cimico*

CIMINVS, *i*, m. mons & lacus Etruriæ. Virg. Æn 7, 697

Et Cimini cum monte lacum, lucoſque Capenos.

¶ Ciminius, *a, um*, adject. Liv. 5, 36 pr *Silva erat Ciminia magis tum invia atque horrenda, quam nuper fuere Germanici ſaltus.* conf. Id. 10, 24.

CIMMÉRII, *orum*, m. pl. Κιμμέριοι, populi in Italia fuerunt ad Baianum & Avernum ſinum, qui in ſubterraneis domiciliis habitantes, & per cuniculos commeare ſoliti, toto in illis die delituerunt, nec tu

tantum ad latrocinia egressi, cum victum ex metallorum aliquot effossione, divinationum mercede, & proventibus ab rege delignatis, quærerent, ut ex Ephoro scribit Strabo Vid. Festus cum not. Dacerii; & Cic. Acad. qu. 4, 19. *Cimmeriorum* eorum Italicorum etiam Homerus meminit Odyssææ 11, 14 legq. v. Brouckh. ad Tibull. 4, 1, 64. Sed hos interiora aliquando Asiæ tenuisse, Herodotus lib. 4 scriptum reliquit, verum a Scythis pulsos magis occidua tandem petiisse. Proleræus fabula Asiæ secunda *Cimmerios montes* ab eorum nomine supra Albaniam locat. Certum est, illos proximos Amazonibus fuisse, & ad Mæotin tandem egressos Bosporo reliquisse cognomentum. v. Plin. 6, 6 ¶ 2. Cimbros quoque, de quibus paullo ante, *Cimmerios* appellatos Græcis, Strabo & Plutarchus laudatis supra locis testantur. Sed tu Cluverium vide.

¶ Cimmĕrius, *a, um*, adj. ut, *Bosporus Cimmerius* inter Asiam & Europam, vide *Bosporus*. Dicitur etiam *Mare Cimmerium*, Gell. 17, 8. Et, *Cimmerii lacus*, Tibull. 3, 5, 24 pro *infernis & caliginosis*, stockfinster. Et, *Cimmeriæ tenebræ*, apud Claud. in Eutrop. 1, 249. *Cimmeriæ tenebræ*, pro obscuritate & caligine multa. Lactant. 5, 3 *O cæcum pectus! o mentem Cimmeriis, ut ajunt, tenebris atriorem!* Ammian. Marcell. 29, 11 *Ea tempestate velut in Cimmeriis tenebris reptabamus*. Vide Chiliad.

¶ Cimmerium, *i*. n. oppidum ad Bosporum, qui inde *Cimmerius* dicitur, situm, Pomp. Mela 1, 19; & Plin. 6, 6.

CIMŌLVS, *i*, m. inter 11 maris Cretici, cujus meminit Ovid. Met. 7, 463 *Hinc humilem Melanon, crebrosque rura Cimoli.*

¶ Cimolius, *a, um*, adject. ut, *Terra Cimolia*, Plin. 35, 16 & 17. *Creta Cimolia*, Celsus 2 c. ult.

CIMON, *onis*, m. Κίμων, Atheniensis, Miltiadis filius, munificentia & liberalitate in pauperes maxime celebris. vid. C. Nepos, nec non Plutarch. Vitæ ejus. ¶ 2. Valer. Maximus *Cimonem* etiam eum vocat, qui in carcere filia aliquamdiu lacte sustentavit, 5, 4, 1 ext. Sed ibi alii pro *Cimona*, *Coronen* legunt.

CINÆDVS, *i*, m. ein gaudler, κίναιδος. Cinædi enim veteribus saltatores dicebantur teste Nonio 1, 15. Plaut. Mil. 3, 1, 73 *Ad saltandum non cinædus melius æque ejt atque ego.* conf. Id. Aul. 3, 5, 8. ¶ 2. Fit & *Cinædus* scortum masculum, apud Petronium c. 21; c. 23 &c. & multos alios, ein weichling. *Cinædus Calamistratus*, Plaut. Asin. 3, 3, 37 &c. ¶ 2. Item pitcis genus, de quo Plin. 32 c. ult.

¶ Cinædus, *a, um*, adject. effeminatus, impudens, weibisch, unverschämt; ut, *Quantas cinæda fronte*, Martial. 6 epigr. 39. Citrullus 16, 2 *Pathicus & cinædus Erotius*. conf. Id. 25, 1; 30, 5; 58, 1; &c. Idem movit per gradum ut adjacens nomen. carm. 10, 24 *Ut decuit cinædiorem*, i. e. fœda libidine infigniorem.

¶ Cinædulus, *i*, m. dimin. idem quod *Cinædus* apud Macrobium 3, 14 ex orat. Scipionis Afric. Æmil.

¶ Cinædias, *æ*, m. gemma & piscis. *Cinædiæ inveniuntur in cerebro piscis ejusdem nominis*, ait Plin. 37, 10.

¶ Cinædicus, *a, um*, adject. unzuchtig; ut, *Cinædica cantatio*, Plaut. Stich. 5, 5, 19.

¶ Cinædŏlĕgus, *i*, m. κιναιδολογος, impudice loquens, ein zotenreisser. v. Athenæus 14, 7. Varro ap. Nonium 1, 277 *Convocat Prolonæum Cinædolegum*, &c. Refutat verba Turnebus Adv. 29, 19. conf. Scalig. in Fragm. Varr. p. 15.

Cinamum & Cinamomum, vide *Cinnamum*.

CINARA, *æ*, f. Κινάρα, al. Cinara, carduus alilis, idem quod *Scolymus & Strobilus*. strobelkorn, weisse gartendistel. Colum. 10, 235 *Hispida ponatur cinara, qua dulcis laucho est.* Plin. 8, 27 *Cervos herba cinaræ venenatis cibubis vesci fert*: ubi Hard. vocat *articechum*, artischocken. Vide infra *Cynara*.

CINCIVS, *i*, m. Romanorum quorundam nomen. Ita *Cincium* aliquem Livius 7, 3 *Diligentem monumentorum auctorem* vocat. ¶ 2. *M. Cincius Alimentus*, a quo lata est & nomen habet.

¶ Cincia lex, qua *de muneralis* vocatos; si quidem munera donationesque intra certam summam cohibebat, specialim illa, quæ cautarum patronis dabantur. De variis hujus legis capitibus mutationibusque elegans est Frid. Brunneri commentatio. Hinc &

¶ Cincia, *æ*, f. locus erat Romæ, ubi Cinciorum monumentum fuit, v. Festus cum not. Dacerii.

CINCINNVS, *i*, m. plur. *Cincinni* crines sunt intorti vel calamistrati, gekräuselte haarlocken. Cic. in Pis. c. 11 *Erant illis comti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ*. Plaut. Truc. 2, 2, 32 *Jam ego istos fictos, compositos, crispos, cincinnos tuos unguentatos usque ex cerebro evellam*. Apul. lib. 8 p. 212 *Cinædum fenom; calvum quidem, sed cincinnis femicanis & pendulis capillatum* dixit. Varro formolum puerum describens apud Nonium 6, 43 *Ante aures modo ex fabulibus parvulis Intorti dimittuntur fere cincinnuli*. ¶ 2. Cincinni orationis, zierlichkeit der rede. Cic. de Orat. 3, 25 extr. *In oratoris aut in poëtæ cincinnis ac fuco*. Vide & infra in *Cirrus*.

¶ Cincinnulus, *i*, m. diminut. ex jam adductis Varronis verbis ap. Nonium, ut Scaliger edidit in Fragm. Varronianis p. 130. At Nonius Merceri & Gothofredi *sed cincinni*: quod nec aliter in Fragm. poët. H. Stephani expressum est p. 334.

¶ Cincinnatus, *a, um*, cincinnis comeus, kraushäricht. Vet. Gloss. *Cincinnatus*, Κομητης; ευπλοκαμος. Plaut. Mil. 3, 3, 49 *Cincinnatus machus*, id est, capillis crispis & calamistratis comtus. *Cincinnatus consul*, Cic. pro Sext. c. 11. *Cincinnatæ stellæ, cometæ*, Id. Nat. D. 2, 5.

¶ Cincinnatus, *i*, m. subst. vel *L. Quintius Cincinnatus*, Romanus fuit, cui aranti viator attulit dictaturam, & nudo quidem plenoque pulveris ore, Plin. 18, 3. v. Liv. 3, 26. De hoc Cic. de Fin. 2, 4 *Majores nostri ab aratro abduxerunt Cincinnatum illum, ut Dictator esset*. Procul dubio a *cincinnis* hæsit nomen, qui ea in gente id primus accepit. Vnde & pro insigni posteri ejus cincinnis usi. Suet. Calig. c. 35 *Veterna familiarum insignia nobilissimo cuique ademit. Torquato torquem: Cincinnato cincinnum.*

¶ Cincinnātulus, *a, um*, dimin. ut, *Cincinnatuli pueri*, Hieron.

¶ Cincinnālis, *e*, adject. Apul. de Herb. c. 51 *Cincinnalis herba*.

CINCLVS, *i*, m. avis, ein steinbeisser, steinbicker, bachstelze. In ripis enim rostro laxa ferit, dum muscas & vermiculos petit, alias *Motacida*. ¶ 2. Proverbio autem rusticano *Cincli* pauperes dicuntur, quibus neque domus neque fundus est quicquam. V. Chiliad.

Cinctĕculus, cinctorium, cinctus, &c. vide *Cingo*.

CINDALISMVS, *i*, m. κινδαλισμός, ludus paxillorum, quos humectæ terræ infigebant, & infixum altero paxillo verberantes, in capite seu summitate nitebantur elidere. v. Pollux 9, 7.

CINĒAS, *æ*, m. Pyrrhi regis Epirotarum amicus sive consiliarius, & Romam legatus; vir prudentissimus & summa memoria, quo nomine eum Cicero Tusc. 1, 24 commendat. Ælianus in Tacticis auctor est, hunc Cineam Æneæ (cujus librum de obsidione toleranda edidit Casaubonus) antiquissimi scriptoris commentarios ὑπομνηματικῶς in compendium redegisse, de quo Ciceronis locus accipiendus epist. ad Papirium Pætum 9, 25. v. Casaub. in Æneæ præfat.

Cinefacio, cinerĕsco, &c. vide *Cinis*.

CINĒSIAS, *æ*, m. Κινησίας, Thebanus fuit Dithyramborum scriptor, sed ob impietatem & flagitia male audiens. Suidas.

CINGO, *cinxi, cinctum, cingĕre*, circumdare, umgürten, umgeben, umringeln; ut, *Cingere castra vallo*, das lager verschantzen, Liv. 7, 39. *Cingere urbem mœnibus*, die stadt fortificiren, eine mauer führen, Cic. Nat. D. 3, 40; *copiis*, Liv. 34, 38; *obsidione*, belägern. Virg. Æn. 3, 52; & Justin. 9, 1, 2. *Fluvius urbem cingit*, Cæs. B. G. 1, 38. *Cingere ferrum*, Virg. Æn. 2, 511; *latus ferro*, Stat. Theb. 4, 41; *se gladio*, Liv. 7, 10, den degen umgürten. *Egredientem in publicum cingere*, Tac. An. 1, 77, 4; it. *Alicui latus cingere*, einen begleiten, Ovid. Pont. 4, 9, 17. ¶ 2. *Cingere*, pro discingere, deglabrare, corticem detrahere, entblossen, abschälen, die rinde abnehmen, l. 5 ff. arb. furt. cæs. Sic, *Silvam cingere*, l. 20 ff. locati cond. Et l. 7 § 4 ff. arb. furt. cæs. unde Binckershœk Observ. 4, 21 l. 8 ff. de L. Cornel. de falsis, pro vulgato *nummos aureos tinxerit*, legit *cinxerit*, h. e. circumciderit. Alias etiam *cingere* ac *tingere* confundi, observat Drakenb. ad Sil. 14, 6.

¶ Cingens, *tis*. Horat. 3, 25, 20 *Deus cingens viridi tempora pampino*, i. e. Bacchus. conf. Virg. Georg. 1, 28.

¶ Cingulus, *i*, m. Cingula, *æ*, f. & Cingulum, *i*, n. ein gürtel, wehrgehenck. Festus: *Cingulo nova nupta præcingebatur*, &c. Cic. Somn. Sc. c. 6 *Cernis terram quasi quibusdam vedimitam & circumdatam cingulis, e quibus duos maxime inter se diversos & cœli verticibus ipsis ex utraque parte subnixos obriguisse pruina vides*; vulgo *Zonas* vocant geographi, erdstriche. Virg. Æn. 12, 942 *Fulserunt cingula ballis*. conf. Varr. L. L. 4, 23. Sed & in Fœminino *Cingula* legitur. Est enim revera adjectivum. Ovid. de Remedio am. v. 237 *Aspicis, ut pressos urant juga prima juvencos, Vt nova velocem cingula lædat equum*; der pferd-gurt. Fœminino genere de jumentis usurpari, docet Isid. Or. 20, 16, & Serv. ad Virg. Æn. 9, 360. Sed non esse perpetuum docent Vlt. ad Grat. 401, & Burm. ad Ovid. Art. 3, 444. ¶ 2. *Cingulum* olim militiæ signum erat, unde & pro militia ponitur. Hinc, *Sumere cingulum; ponere cingulum*, pro, dare militiæ nomen, eidemque valedicere, dicebant. Sev. Sulpitius de Virtutib. Martini 2, 12 *Miles quidam cingulum in ecclesia, monachum professus, abjecerat*. Servius ad illud Virg. Æn. 8, 724 *Discinctos Afros*: DISCINCTOS, inquit, *inhabiles militiæ. Nam omnes, qui militant, cincti sunt*. Rufinus Hist. Eccl. 1, 32 de Iuliano: *Militiæ cingulum non dari, nisi immolantibus, jubet*. Huc respiciens eleganter Prudentius Hymno 1, 32 *Milites, quos ad perenne cingulum Christus vocat*. Quod si cui ordo & dignitas militaris eriperetur, ei *cingulum* adimebatur. Imp. Marcianus 4 Cod. de SS. Trin. *Igitur si Clericus erit, qui publice tractare de religione ausus fuerit, a consortio clericorum removebitur: Si vero militia præditus sit, cingulo spoliabitur*. Vide & Herodianum 2, 13. Conf. de cingulo militum Stewech. ad Veget. 2, 3, & Brissonii Selectas ex I. C. Antiq. 2, 7. ¶ 3. Ipsa etiam ἀξιωμα *cingulo* nomine venit Nov. 80 c. 1.

¶ Cingillum, *i*, n. diminut. Petron. c. 67 *Venit galbino succincta cingillo*. Gloss. Vet. virili genere: *Cingillus, ζωστηρ, ζωνιον*.

¶ Cingulārius, *i*, m. qui cingula conficit, ein gürtler. ORDO CINGVLARIORVM in Lapide ap. Murat. 383. Sic enim ibi legendum puto pro CINGVLANORVM.

¶ Cinctus, *a, um*, gegürtet, umringet; ut, *Gladio cinctus*, der einen degen anhat, Liv. 38, 21; Curt. 9, 7, 19. *Cinctus multitudine immensa*, i. e. stipatus; comitatus, Vellej. 2, 14, 1. Sic, *Agminibus comitum* cinctus, Ovid. Trist. 1, 4, 30. *Cinctus corona hostium*, Liv. 7, 27. *Provincia cincta mari*, Cic. pro Flacc. c. 12. *Cincti* apro armato & militiæ studioso l. 15 ff. de mil. testam. Plin. L. 7 epist. 25 *Sunt enim, ut in castris, sic in literis nostris, plures cultu pagano, quos cinctos & armatos - - diligenter scrutatus, invenies. Puer alte cinctus*, Horat. 2 Sat. 8, 10; & Sen. epist. 92 extr. quod una voce *Alticinctus* Phædrus dixit 2, 5, 11. *Vepres ad pectora cinctæ*, Ovid. Met. 6, 59.

¶ Cinctus, *ûs*, m. subst. ein gurt, gürtel, das gürten; ut, *Incinctus cingulo Gabino*, Liv. 8, 9. conf. 5, 46; & Virg. Æn. 7, 612 *Cingulique Gabino insignis*, qui quid fuerit, Servius ad hunc locum interpretatur, & Isidor. 19, 24. Apul. Florid. p. 346 *Habebat cinctui balteum*. Adde Varr. L. L. 4, 23; Plin. 24, 9.

¶ Cinctum, *i*, n. idem. Frontin. de Strat. 4, 1 *Cincto togæ præciso*, ubi tamen *cinctu* Oudendorpius scribere mavult. Apulej. Metam. p. 245 *Cinctum pectorale ad usque vestigia strictim injecti*. Sed & ibi veteres editiones *pectoralem* præferunt.

¶ Cinctūra, *æ*, f. idem. Suet. Cæs. c. 45 *Cingebatur fluxiore cinctura*. conf. Quintil. 11, 3 p. 1030.

¶ Cinctutus, *a, um*, cinctus, armatus, *ad militiam accinctus*, Festo. *Cincluti Cethegi*, Horat. de Arte v. 50. Adi interpretes, & vid. supra *Cethegus*. Ovid Fast. 5, 101 *Somicaper coloris cinctutis Faune Lupercis*. Seminudi enim & pellibus tantum utcunque cincti currebant Luperci.

¶ Cinctĭculus, *i*, m. diminut. puerorum zona. Plaut. Bacch. 3, 3, 28 *Cincticulo præcinctus*. vid. Turneb. 2, 30.

¶ Cinctor, *ōris*, m. qui cingit. Gloss. gr. lat. ζώστης, *Cinctor*.

¶ Cinctorius, *a, um*, paratus ad pugnam, gladiatorius, Plin. 7, 7 *Tu cujus semper cinctoria mens*, quod idem significare potest ac *gladiatorius animus* apud Ter. Phorm. 5, 7, 71; Sed est in aliis libris ap. Plin. *Cujus semper in victoria mens*.

¶ Cinctorium, *i*, n. pugio de cingulo pendens, Gloss. vet. παραζώνιον, *pugio, cinctorium*. Pomp. Mela 2, 1 extr. *Mars omnium* (Scytharum) *Deus: ei pro simulacris enses, & cinctoria dedicant*. Vid. Voss. & Salmas. in Solinum p. 133.

¶ Cinxia, *æ*, f. ita Iunonis dicta Arnobio 1. 4, sicuti & Minerva Zostria. vid. Elmenh. in Arnob. p. 119, & Dacer. ad Festum in *Cinxia*.

Composita:

¶ Accingo, *xi, ctum, ĕre*, aufſchürzen, ſich rüſten; ut, *Illi ſe prædæ accingunt.* Virg. Æn. 1, 210, ubi Servius: ACCINGVNT, *ſtudioſe parant, ut alibi*, Accingunt operi. *Accinctos autem induſtrios dicimus.* Hæc Servius. Etiam pronomine ἑαυτοῦ ſuppreſſo, ut Æn. 2, 235 *Accingunt omnes operi*, ſubaudi, *ſeſe*, Liv. 1, 12 *In hoc diſcrimen ſi juvat, accingere*, id eſt, aggredere, te para. Idem 4, 2 *Ad conſulatum accingi.* Hinc abſolute *accingi* eſt, ad bellum parari ac inſtitui, Tac. Hiſt. 4, 68 *Simul Domitianus Mutianusque accingebantur, diſpari animo: ille ſpe acjuventa properus, hic moras nectens.* Statius Theb. 5, 428 *Forſan & accinctus lateri - - nudauſſent enſes.*

¶ Accinctus, *a, um*, id eſt, expeditus & promptus ad obeundas partes, fertig, gerüſtet, bereit. Plin. Paneg. Traj. c. 20 *An hoc comitatus accinctus & parens.* Et c. 30 *Tam velox, Cæſar, potentia tua eſt, tamque in omnia pariter intenta bonitas & accincta.* Sic ἐυζωνος Græci *ſtrenuum* dicunt & *expeditum.* Vet. Gloſſ. ἐυζωνος, *Expeditus.* Compar. Auſon. in grat. actione p. 726 *Cujus egreſſus auſpicatior fuit, inceſſus modeſtior, habitudo cohibitior, familiaris habitus comtecentior, aut militaris accinctior?*

¶ Altricinctus, vide in *Altus.*

¶ Circumcingo, *ĕre*, von allen ſeiten umgeben. Sil. 10, 2 *Ceu fera, quæ telis circumcingentibus ultro Aſſiliit in ferrum, &c.*

¶ Diſcingo, *ĕre*, aufgürten, aufloſen. Cic. 2 ad Quint. frat. ep. 13 *Cæſar, mihi crede, in ſinu eſt, neque ego diſcingor.* Martial. 9 epigr. 103 *Peltatam Scythico diſcinxit Amazona nodo.* ¶ 2. Metaph. Sidon. 2, 7 *Diſcingere, quæ in diſceptationem veniunt*, die zweifels-knoten auflöſen.

¶ Diſcinctus, *a, um*, iners eſt & negligens, quem Germani vocant liederlich, id eſt, qui rem & famam ſuam parum tuetur. Sen. ep. 114 *Non oratio ejus atque ſoluta eſt, quam ipſe diſcinctus.* Perſ. ſat. 3, 31 *Non pudet ad morem diſcinctî vivere Nattæ?* Nonius ex Accio hunc citat verſum: *Diſcincta noſtis, diſcinctus animus, mi nega.* Hinc, *Diſcinctius negos*, Horatio Epod. 1 v. ult. eſt liberius vivens. ¶ 2. *Diſcincti*, etiam dicebantur exauctorati, & miſſi, cum ignominia, miſitia. Talibus enim & arma & *cingulum* adimebatur, ubi vide n. 2. Addo exemplum ex Vulcatii Gallicani Avidio c. 6, ubi præfectus Antiochenus programma in parietibus fixit, *ut, ſi quis cinctus inveniretur apud Daphnen, diſcinctus rediret.* Vide, quæ de Daphne infra traduntur, & Cellarius ad Eutrop. 6, 11 commentatus eſt. Ex noſtris igitur moribus *diſcinctus* dici poſſet, dem man den degen genommen oder zerbrochen, und von dem regiment gejagt.

¶ Incingo, *ĕre*, idem quod *cingere.* Catull. 65, 258 *Seſe ſerpentibus incingebant.* Ibid. v. 308 *Veſtis incinxerat ora.* Frequens trimumque Melæ verbum: e. g. 1 c. ult. *Corycos oppidum portu ſubjecto incingitur.* Adde 2, 3, 5, 6. Ovid. Met. 7, 242 *Quas* (aras) *ubi verberibus ſilvaque incinxit agreſti.*

¶ Incinctus, *a, um*, umgürtet. Solin. c. 15 (al. 25) *Capitum oſſa auro incincta in poculorum tradere miniſterium*, hirnſchedel mit gold eingefaſſet oder beſchlagen. Apul. 7 Met. p. 190 *Vvor pretioſiſſimis zonis incincta.* Virg. Æn. 7, 396 *Incincta pellibus*, ſc. Bacchæ. Ennius ap. Cic. Acad. 4, 28 *Incincta igni incedunt*, ſc. Furiæ. conf. Varr. & Afran. ap. Non. 5, 47; & 14, 25. Heinſ. ad Ovid. Met. 3, 162.

¶ Incinctus, *us*, m. ſubſt. die umgürtung. Plin. 24, 9 *Virgam qui in manu habeant, aut incinctu.* Sed forſan ſunt duo verba.

¶ Incingulum, *i*, n. ein gürtel. Nonius 1, 234 *Cingulum incingulum plerumque dicitur.*

¶ Intercinctus, *a, um*, unterſchieden, unterſtrichen. Plin. 37, 10 *Candor intercinctus variis coloribus.* Id. 36, 8 *Lapis intercinctus aureis guttis.*

¶ Percingo, *ĕre*, circumdare, umgeben. Colum. 10, 347 *Sepe ſuas ſedes percinxit vitibus albis.* Manil. 3, 325 *Recto percingitur ordine mundus.* Niſi tamen utroque loco præſtat ex *præ* compoſitum legere.

¶ Præcingo, *ĕre*, idem. Ovid. Triſt. 2, 271 *Et latro & cautus præcingitur enſe viator*, &c. Sil. 3, 243 *Præcinxit litora muro.* conf. Sen. epiſt. 12; & Feſt. in *Cingulum* Qui tolerent præcingi apud antiquos, diligenter explicavit Gonſalius ad Petron. c. 19 p. 83 ſeq. Burm.

¶ Præcinctus, *a, um*, ceaürtet, aufgeſchürzt. Macrob. Sat. 2, 3 narrat, *Syllam Pompejum*, Sueronius vero Cæſ. c. 43 *optimates, ſæpius admoniſſe de Cæſare, ut male præcinctum puerum caverent.* Vrebatur enim Cæſar laxiore veſtiru, quem corpori non applicabat ſatis, ſic ut laciniam traheret. Ex quo geſtu mollitiem & improbitatem quamdam morum non obſcure ſibi videbatur Sylla animadvertere. Quin & Cicero poſt Cæſaris victoriam interrogatus, *cur in electione partis erraſſet*, eodem reſpiciens reſpondit, *præcinctura me decipit.* Vide Macrob. l. c. ¶ 2. Metaphor. Ovid. Faſt. 3, 263 *Silva præcinctus opaca Lucus*, eine ſee, an deſſen ufer ein wald ſtehet. ¶ 3. *Præcincta infectorum membra* dixit Plin. 11, 13; i. e. diviſa & tenui tantum canaliculo cohærentia; unde etiam infectorum nomen eſt: abaeſent, unterſchieden. Ex hac ſignificatione eſt vox, quæ nunc explicanda ſequitur

¶ Præcinctio, *onis*, f. ein abſatz. Ita Vitruvio 5, 3 eſt diviſio graduum in theatro, in orbem facta, ſive altior latiorque reliquis gradus, ut Lipſius de Amphitheat. c. 13 extr. exponit. Idem Vitruv. 2, 8 *Per medium præcinctionem cellis platea facta eſt.*

¶ Præcinctus, *us*, m. ſubſt. die umgürtung. Varro ap. Nonium 16, 5 *Caſtula eſt palliolum præcinctui, quo nuda infra papillas præcinguntur.*

¶ Præcinctūra, *æ*, f. idem. Macrob. Sat. 2, 3 Ciceronis judicium de Cæſare, ut modo in *Præcinctio* diximus, refert: *Præcinctura me decipit.*

¶ Præcinctorium, *i*, n. eine ſchürtze, ſchurtzfell. Gloſſ. Cyrilli: *Præcinctorium*, ὑποζώνιον. Auguſtin. de Geneſi contra Manich. 2, 21 *Fecerunt præcinctoria de foliis ſici.* Vitruv. 10, 21 *Funes præcinctoriis transverſis erant religati.*

¶ Procinctus, *a, um*, gerüſtet. Gell. 1, 11 *Cum procinctæ claſſes erant, & acies inſtructæ*, i. e. ad pugnandum paratæ & expeditæ.

¶ Procinctus, *us*, m. ſubſt. die zurüſtung zur reiſe oder ſchlacht; ut, *Stare in procinctu*, in voller rüſtung ſeyn und auf dem ſprunge ſtehen. Quintil. 12, 9 extr. *Habere in procinctu*, zur hand und in bereitſchaft haben, Id. lib. 10 ſub init. Ovid. 1 Pont. 8 (al. 9) v. 10 *Hæc in procinctu carmina facta leges.* Feſtus: *Endo procinctu* pro *in procinctu, ſignificat, cum ex caſtris in prælium exitum eſt, procinctus quaſi præcinctus atque expeditos: nam apud antiquos togis incinctî pugnaſſe dicuntur.*

¶ Procinctualis, *e*, ad procinctum pertinens; ut *Procinctualis ornatus*, Caſſiodor. 6 epiſt. 22

¶ Recingo, *ĕre*, h. e. diſcingere, aufgürten. Ovid. Met. 1, 398 *Tunicaſque recingunt.* Et 4, 510 *Sumtumque recingitur anguem*, quo nimirum pro cingulo uta fuerat in itinere Tiſiphone.

¶ Recinctus, *a, um*, aufgegürtet; ut, *Tunica recincta*, Ovid. 3 Amor. 1, 51, ubi diſcinctam ingeniceri oſtendit Burm. *Veſtis recincta*, Virg. Æn. 4, 518, & Prudent. Romano v. 236.

¶ Semicingo, *ĕre*, halb umgeben. Æthicus Coſmograph. de Gallia: *Lugdunenſis Aquitanicam provinciam ſemicingit.*

¶ Semicinctium, *i*, n. zonam minus latam interpretatus Meurſius eſt, ein ſchurtuch. Sane cingendo fuiſſe, Martialis indicat 14 epigr. 151, cujus inſcriptio SEMICINCTIVM: *Det tunicam dives: ego te præcingere poſſum: Eſſem ſi locuples, mamus utrumque darem.* Et hinc pro vinculo utebantur ſe ſuſpendiuri. Petronius c. 95 *Suſpendio vitam finire conſtitui: & jam ſemicinctio ſtanti ad parietem ſponte me junxeram, cervicesque nodo condebam*, v. Gonſal. p. 152 Burm. Procul dubio fuerunt ſaſciæ linteæ, ut apparet ex icunculis illis, quas Laurentius Pignorius Comment. de Servis p. 75 dedit, quæ pueros in conviviis miniſtrantes effingunt. Vide & Caſaubonum in Vopiſci Aurelianum c. 45. Femoralium loco fuiſſe apparet ex Apulejo de herbis cap. 100, ſi conferas Caton. R. R. 159. v. ibi Geſnerus.

¶ Succingo, vel ſubcingo, *ĕre*, aufſchürtzen, gürten, quo Ovidius Met. 13, 733 alluſit: *Illa feris atram canibus ſuccingitur alvum:* Scyllam intelligens, in qua locum ſtolæ ſuccinctæ occupabant adnati canes. Huc reſpicit Cic. Verr. 5, 56 *Hoc etiam iſte infeſtior* (quam Scylla,) *quod multo ſe pluribus & majoribus canibus ſuccinxerat*, weil er vielmehr und gröſſere hunde um ſich hatte. Petron. c. 5 *His animum ſuccinge bonis.* Vitruv. 9, 7 *Anguis ſubeingit regionem caneri.* Grat. Cyn. 271 *adſtricti ſuccingant ilia ventres* de canum forma. ¶ 2. Idem quod accingere, armare, rüſten; ut, *Fruſtra ſe terrore ſuccinxerit, qui ſeptus curitate non fuerit*, Plin. Paneg. c. 49.

¶ Succinctus, *a, um*, gegürtet, gewaffnet; ut, *Succinctus gladio*, Aut. ad Herenn. 4, 52; *pugione.* Antonius ap. Cic. Phil. 13, 16; *ferro*, Liv. 40, 7. *Succincta Diana*, aufgeſchürtzet. Ovid. 3 Amor. 2, 31. *Succincta comas hirſutaque vertice pinus*, Id. Met. 10, 103, da der ſtamm weit hinan bloß, ehe die äſte angehen, conf. Horat. ſat. 1, 18, 25; & 2, 6, 107; Petron. c. 60 & 67. Comp. *Succinctiores arbores*, Plin. 16, 10. *Succinctiores tunicæ*, knapp, kurs, Ambroſ. epiſt. 15. ¶ 2. Metaphor. Juſtin. 6, 1, 2 *Maximarum gentium viribus ſuccinctus*, i. e. ſubnixus, der ihre macht auf ſeiner ſeite hatte. conf. Id. 35, 1, 9.

¶ Succinctim, adverb. Fürtzlich, fertig. Cl. Mamert. Præfat. p. 4 *Succinctim, atque uti digito denotare.* Compar. Ammianus 15, 20 *Succinctius educebo*: & Sidon. 1 epiſt. 9 *Fabor ſuper his aliqua ſuccinctius.*

¶ Succincte, adverb. idem. Ammian. 28, 1 *Nec pigebit docere ſuccincte.*

¶ Succinctōrium, *i*, ein ſchurtz, ſchürtztuch. vide ſupra *Campeſtre* ex Auguſtino. Idem de Geneſi contra Manich. 2, 15 *Fecerunt de foliis ſici ſibi ſuccinctoria*, quæ eodem libro c. 21 *præcinctoria* dixit, ut ſupra notavimus. Adde Irenæi Interpr. 3, 35.

¶ Succinctulus, *a, um*. Apul. 2 Miſcl. p. 11. *Joſa linea tunica mundule emicta, & ruſea ſaſcicla prænitente altiuſcule ſub ipſas papillas ſuccinctula* &c.

¶ Succingulum, *i*, n. ein wehrgehenk. Plaut. Men 1, 3, 17.

Ciniſes, vide *Ciniphes*, Ciniſo, conf. *Cinis.*

CINIPHES, vel Ciniſes, *is*, m. inſecti genus, quo nomine Vetus Interpres reddit, quos LXX ϰνῖπες; Exodi 8, 16 & 17 & Pſalm. 105, 31 vocarunt: quod vocabulum & Severus Sulpicius retinuit in hiſtoria de Pharaone & plagis ejus 1, 14, 4 *Donec*, inquit, *ſuperductîs ciniphibus terra oppleta eſt, Chaldæis fatentibus majeſtate divina iſta fieri.* Noſtra Biblia läuſe vocant: ſed hoc inſecti genus allatum faciunt, & in culicum genere ponunt auctores. Heſychius: κνῖφες, ϛάχυ τι πάνυ ὁμοιον κωνωπι. Iſidor. 12, 8 *Ciniphes muſcæ minutiſſimæ ſunt, ſed aculeis permoleſtæ, quibus tertia plaga ſuperbus populus Ægyptiorum ceſſat eſt.* Plin. 31, 1 *In culicum genere molieſtæ, non amplius, quam uno die vivere. Eosque, qui arborarii pici roſtrum habeant, & mella eximant, ab apibus non attingi.* Igitur *picos arborarios* dicit, non culices. conf. infra *Scinifes.*

CINIS, *ĕris*, m. pulvis, in quem redigitur materia uſta, aſche, item lauge; ut, *Capillum cinere inunguere*, Cato apud charis. p. 76. *Hujus ſermo haud cinerem queritat*, Plaut. Mil. 4, 2, 10, id eſt, non abjectus eſt, vilis & ſordidus, ut debeat eluſi. Varro ap. Plin. 36, 27 *Lix cinis eſt ſoci: inde cinis lixivus.* conf. Nonius 1, 329 *Verti in favillam & cinerem*, zu aſche werden. Horat. 1 epiſt. 15, 39. *Ephetarum ſenex eſt, cum in cinerem* verſa urbs dicitur, quam in cineres. Indicatur enim omnia unum eſſe cinerem, vid. Bar. ad Ovid Her. 1, 24 *Ideo obtervat dicere, cæc. Incuere per ignes ſuppoſitos cineri doloſo*, Ll. 2 ad 1. 7 pro, conati aliquid, quod ine periculo certo tenteri nequeat. Vng locum videſ. ONI. ¶ 2. In Feminino etiam *Cinis* ten dixerunt veteres, itaque Cæſarem, Catullum, Calvum reuipſe dixiſſe, *Cum jam ſolva cinis fuerit*, &c. quam Nonius obtervat 2, 51, & Chariſius lib. 1 p. 78. Catullus ad Malli nu. 68, 9. *Frigida tepram a. ſ. Troiam cinerum acerba cinis.* Sed & Lucret. 4, 928 *Cinere ut multa jacet obrutus ignis.* Auſon. Parent. 22, 3 *Fuſcibilia cinis.* Et Serenus Sammonicus c. 22 v. 379 *Luciat, cum calida prodit ſe pinta lyra* v. Iveneh & Burm. ¶ 3. Pro funerum reliquiis *Cinis* occurrit apud, &c. aſche des verbrannten corpers. Tac. An. 2, 75, 1 *Agrippina aſcendit claſſem cum cineribus Germanici.* Martial. 1 epigr. 89. *Non alitet cineres manet ſacrve mater* Id.: ep. 1 *Decus rari poſt cineres habent poëtæ.* Huc pertinet Virg. Æn. 4, 633 *Nutricem cinis ater habebat*: ad quem locum v. quæ in Miſcell. obſerv. Vol. 1 p. 13 notantur, nos: ſie war längſt geſtorben. ¶ 4. Pro Manibus

defunctis vita, item memoria defunctorum. Cic. pro Quint. c. 31 *Obsecravit per fratris sui mortui cinerem.* Virg. Æn. 4, 552 *Idem servare cineri.* Phædr. 3, 10, 4 *Dummodo absolvar cinis.* Cic. Verr. 1, 44 *Dolorem inurere cineri alicujus.*

¶ Ciniculus, *i*, m. diminut. Prudent. Hymno 10, 141 *Si carioſa vetuſtas Diſſolverit oſſa favillis, Fueritque ciniculus avens Minimi menſura pugilli.*

¶ Cinĕrāceus, *a, um*, grau, aſchenfarb. Plin. 25, 13 *Capnos cineracei coloris.* Adde 17, 7; & 33, 6.

¶ Cinĕreus, *a, um*, idem; ut, *Color cinereus*, Plin. 14, 3; & Colum. 2, 2.

¶ Cinerarius, *i*, m. quo vocabulo reddi poteſt Germanorum convicium in contemtiſſimos familiæ homines, ein aſchen-brödel. Cinerarii & ciniſlones iidem erant, & dicebantur, qui ab officio calamiſtrorum erant, acusque & veruta flando calefaciebant, quibus matronæ capillos criſpabant, ut vetus Scholiaſtes explicat. Varro L. L. 4, 29 *Qui calamiſtros calefactos in cinere miniſtrabat, a cinere* Cinerarius *eſt appellatus.* Hinc Tertull. ad Vxor. 2, 8 in luxu fœminarum nobilium & *cinerarios* miniſtros poſuit, ubi de quibusdam chriſtianis mulierculis agit, quæ paganorum connubium maritorum, ut opulentius, ambiebant. Vet. Gl. *Cinerarius*, δοῦλος ἑτάιρας: Item *Ciniſlo*, ἐμπλέκτης, Item γυναικῶν κομιστής, *Ciniſlo*. Meminit horum *Cinerariorum* & Catullus Epith. Mallii 62, 138; & Sen. de Conſtantia Sap. c. 14. conf. Lambin. ad Horat. 1 ſat. 2; Phil. Caroli Var. Lect. 1, 2 p. 9; & Victorii Var. Lect. 9, 5. ¶ 2. Per convicium & irriſionem Vigilantius *Cinerarios* dixit, qui cineres & reliquias Martyrum honorarent. Hieron. epiſt. 53 ad Riparium adverſus Vigilantium pr. *Ais, Vigilantium os fœtidum rurſus aperire, & putorem ſpurciſſimum contra ſanctorum Martyrum proferre reliquias, & nos, qui eas ſuſpicimus, appellare Cinerarios & idololatras, qui mortuorum hominum oſſa venerevmur.* ¶ 3. *Fines cinerarii*, vel *ſepulturarii*, apud Gromaticos Gœſii p. 296.

¶ Cinerarium, *i*, n. ſubſt. ſepulchrum, cineris mortuorum conditorium, ein begräbniß. Inſcriptio vetus apud Grurer. p. 850 n. 10, FRATRI OPTIMO ET PIISSIMO CINERARIVM FECIT. Adde ibidem p. 418 n. 11, & p. 663 n. 3.

¶ Cineritius, *a, um*, cineri ſimilis, der aſche ähnlich. Varro R. R. 1, 9 *Terra non cineritia, neve vehementer denſa.*

¶ Cinerōſus, *a, um*, plenus cinerum, voll aſche, aſche-farbig: ut, *Cineroſa canities*, Apul. lib. 7 ſub fin. p. 199.

¶ Cinereſco, *ĕre*, zu aſche werden. Tertull. Apolog. c. 40 de pomis Sodomiticæ regionis: *Si qua illic arborum poma conantur vcutis tenus; cæterum contacta cinereſcunt.*

¶ Cinefactus, *a, um*, verbrannt zur aſche. Lucret. 3, 920

At nos horrifico cinefactum te prope buſto
Inſatiabiliter deflebimus, &c.

¶ Ciniſlo, *ōnis*, m. qui in cineres flat. vide paullo ante explicatum in *Cinerarius*, n. 1, & adde Plaut. Aul. 3, 5, 35. Horat. 1 Sat. 2, 98 *Cuſtodes, lectica, ciniſlones, paraſiti.*

¶ Concineratus, *a, um*, mit aſche beſprengt. Tertull. de pudic. c. 13 *Conciliatium & concineratum proſternens*, in ſack und in der aſche.

¶ Decinĕro, *are*, einäſchern. Scriban. in Polit. p. 57 *Quot nemora paucarum horarum flamma decineravit?* Hinc

¶ Decinerātus, *a, um*, eingeäſchert, verbrannt. Tertull. adv. Valent. c. 32 *Decineratis omnibus in nihilum fuiri.*

¶ Decinereſco, *ĕre*, verlodern, zu aſche werden. Tertull. Apolog. c. 48 *Decinereſcere igni.*

¶ Incinĕro, *are*, in die aſche legen. Saxo Gramm. 4, 2.

¶ Incinerārium, *i*, n. miniſterium muliebre calamiſtrandi, ex Charisio Barth. in Adv. 4, 21.

¶ Incinefactus, *a, um*, eingeäſchert. Commodian. Inſtr. 41

Tunc Babylon meretrix erit incinefacta favilla.

¶ Subcinericius, *a, um*, ſub cineribus coctus; ut, *Panis ſubcinericius*, in Bibliis legitur, ut 3 Reg. 17 & 14, pro pane, qui cineribus tectus inter carbones pinſebatur, & in ſacrificiis proponebatur, aſchenbrot, geröſtet brot. conf. Gen. 18, 6; Exod. 12, 39; Iſidor. 20, 21.

CINNA, *æ*, m. conſul, Roma a Cn. Octavio collega pulſus; bellum urbi cum C. Mario intulit. In quo bello duo fratres, alter ex Pompeji, alter ex Cinnæ exercitu ignorantes concurrerunt. Et cum victor mortuum ſpoliaret, cognito fratre, ingenti edita lamentatione, ac rogo extructo, ſe inſuper cremavit. Tandem Cinna & Marius in urbem recepti, cædibus omnia complevere, de quo multa Appianus. v. & Flor. 3, 21, 9 ſqq. Livii Epit. lib 77 ¶ 2. *Cinna* poëta fuit, qui Smyrnam ſcripſit & climavit annis decem, cujus Virgilius meminit ecl. 9, 35

Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinna Digna, &c.

¶ Cinnānus, *a, um*, ut, *Tumultus Cinnanus*, Nepos 25, 2, 2. *Cinnanæ partes*, ibid.

CINNĀBARIS, *is*, f. κιννάβαρις, zinnober; minium verum Matthiolo, & foſſile quiddam hæmatitæ ſimile: Minium vero factitium Agricolæ *Cinnaber*. Vide Lexicon græcum. Plin. 33, 7 *Cinnabari veteres pingebant.* Et paucis interjectis: *Cinnabaris adulteratur ſanguine caprino.*

CINNĂMVM, *i*, n. zimmet, zimmetrinden. Plin. 12, 19 *Cinnami duo genera, candidius, nigriusque. Quondam præferebatur candidum: nunc contra nigrum laudatur.* Et eod. capite: *Caſia juxta Cinnami campos naſcitur.* Poëtis frequens eſt in multitudinis numero. Ovid. Met. 15, 399 *Quæſſaque cum fulva ſolſtitio cinnama myrrha.* Stat. 2 Silv. 6, 87 *Phariſque exempta volucri Cinnama*, de phœnice. Martial. 4 epigr. 13 *Tam bene vara ſuo miſcentur cinnama nardo.*

¶ Cinnāmĕus, *a, um*, zimmet-. Apul. Met. 8 p. 205 *Odor cinnameus.* Idem 5 p. 164 *Crines cinnamei*, wohlriechend. Auſon. Eidyll. 11, 17 *Ales cinnameo radiatus tempora nido.*

¶ Cinnamōmum, *i*, n. idem quod *Cinnamum*, ex κίνναμον & ἄμωμον. Vid. Etymol. Voſſii, & ſupra *Amomum.* Plin. 12, 19 ineunte: *Cinnamomum & caſias fabuloſe narravit antiquitas.*

¶ Cinnamominus, *a, um*, zimmet-; ut, *Cinnamominum oleum.* Plin. 13, 1: Ita Harduinus legit, quod etiam invenitur apud Dioſc. 1, 74. Alii *Cinnaminus.*

¶ Cinnamōlŏgus, *i*, m. cinnama legens, avis Arabicæ vel Indicæ nomen Plin. 10, 33 *Ins Arabia Cinnamologos avis appellatur: cinnami farculis nidificat.* Solin. c. 33 (al. 46) idem enarrans *Cinnamolgon* contracte vocat, ex quo aliqui *Cinnamulgum* fecerunt.

¶ Isŏcinnāmon, *i*, n. ἰσοκίνναμον, herba, quæ & *Daphnois* dicitur, Plin. 12, 20.

¶ Xylocinnămōmum, *i*, n. Cinnamomi lignum. Plin. 12, 19 ξύλον enim *lignum* eſt.

CINNVS, *i*, m. ſecundum Nonium 1, 295 *commiſtio plurimorum*, ein miſchmaſch; ut Cic. in Orat. c. 6, dicendi genus, quod medium eſt inter grandiloquum & tenue, *cinnum amborum* vocat. Ita enim Gruterus ex Nonio maculoſum antea locum reſtituit: *Eſt autem quidam interjectus inter hos medius: & quaſi temperatus, nec acumine poſteriorum, nec fulmine utens ſuperiorum, ut cinnus amborum, in neutro excellens, utriusque particeps: vel utriusque (ſi verum quærimus) potius expers.* ¶ 2. Pro capillis etiam intortis vulgo habent; & quidem Plauti auctoritate Truc. 2, 2, 32 *Cinnos tuos unguentatos evellam.* vid. Lipſ. Epiſt. Quæſt. 5, 12. Verum meliores libri *cincinnos* habent, de quibus ſupra. ¶ 3. *Cinnus* quoque potionis genus ex frumento coctæ, vel ſecundum Nonium 1, 207 ex multis liquoribus confectæ. Arnob. 5 p. 174 *Sitienti adorisoggerit potionem cinnum, cyceonem quam nuncupat Græcia.* Ex commiſtionis notione (unde etiam tertia fluit) eſt

¶ Concinnus, *a, um*, id eſt, bene miſtus & apte compoſitus, nett, zierlich, füglich. Nam Nonius l. c. etiam *Concinnare* a Cinnus deducit. Sic *Concinna & venuſta ſententia*, Cic. de Cl. Orat. c. 95. *Concinna Samus*, i. e. elegans, Horat. 1 epiſt. 11 pr. Id. 1 ſenn. 3, 50 *Concinnus amicis*, id eſt, commodus, idoneus, ad eorum factus ingenium. Corn. Nep. 15, 5, 1 *Concinnus in brevitate reſpondendi*, ubi appoſitæ reſponſiones cum ſuavitate ſubjiciuntur. Ἀποφθεγματικὸς Græcis talis homo eſt. Compar. *Concinniores alii in eadem jejunitate*, Cic. in Orat. c. 6. Plin. 16, 34 *Folia anguloſa concinniora*que. *Verſus paullo concinnior*, Horat. 2 epiſt. 1, 74.

¶ Concinnis, *e*, idem; Apul. 5 Met. p. 167 *Lucerna concinnis.*

¶ Concinne, adverb. idem; ut, *Concinne rem aliquam diſtribuere*, Cic. de Orat. 2, 19. Plaut. Epid. 2, 2, 38 *Sed veſtita, aurata, ornata, ut lepide, ut concinne, ut nove!* Compar. Auſon. ad Gratian. c. 8 *Neque ille concinnius eloquetur.*

¶ Concinniter, idem, Gellius 18, 2.

¶ Concinnitas, *atis*, f. die füglichkeit, zierlichkeit, elegantia ornatus. *Verborum concinnitas*, bequeme und feine worte, Cic. in Orat. c. 44. *Concinnitas ſententiarum*, Id. de Clar. Or. c. 95. Et Plurali *Concinnitates* ex Favorini verbis Gellius ſcripſit 2, 26.

¶ Concinnantia, *æ*, f. idem, Sidon. 8 epiſt. 4.

¶ Concinnĭtūdo, *ĭnis*, f. idem. Cic. de Invent. 1, 18 *Exordium ſplendoris & feſtivitatis & concinnitudinis minimum debet habere, propterea quod ex his ſuſpicio apparationis atque artificioſæ diligentiæ naſcitur.*

¶ Concinno, *avi, atum, are*, apte componere, formare, fingere, perpolire, fügen, zurichten, zieren, ſchmücken. *Concinnavi tibi munuſculum ex inſtituto meo*, Treb ad Cic. fam 12, 16. Sic *Concinnare vultum*, pro componere, Petronius c. 113 dixit, das geſicht in die falten legen. *Concinnare ingentum*, abrichten, Sen. epiſt. 7. ¶ 2. Interdum ſimpliciter idem eſt ac facere. Plaut. Amph. 2, 2, 96 *Nulla res tam delirantes homines concinnat cito*, es macht ſie nichts ſo leicht närriſch. Et Capt. 3, 4, 69 *Me inſanum verbis concinnat ſuis.* Et Amph. 1, 3, 31 *Lacrymantem concinnas uxorem*, du machſt ſie weinend. ¶ 3. Significat & conſentire & quaſi concinere, ut multis diverſe canentibus unus efficitur modus: ut quidem vult Nonius 1, 207, ſed ita, ut more ſuo verba confundat. Legendum enim cum Mercero ex Cic. de fin. 4 *Cum iis, cum quibus re concinebatur, verbis diſcrepare.* Et Acad. Qu. 2 *Quæ cum ſimilitudine verbi concinere maxime ſibi videretur.* Quibus in locis vitioſe alii *concinnabatur, concinnare.*

¶ Concinnātus, *a, um*, zubereitet, gepuzt, zuſammengefügt. Plaut. Men. 3, 2, 2 *Pulla probe lepideque concinnata.* Apul. Met. 7 p. 199 *Cadaver agre concinnatum terræ dare.*

¶ Concinnatio, *ōnis*, f. die zuſammenfügung. Cato c. 106 *Aquæ marinæ concinnatio.* Et Gloſſ. Vet. *Concinnatio*, συνσκευή.

¶ Concinnatūra, *æ*, f. idem. Vet. Gloſſ. Cyrilli: *Concinnatura*, κόλλησις.

¶ Concinnātitius, *a, um*, bequem, füglich. Apul. 2 Met. p. 119 *Concinnatitiam menſulam rogatus accubueram.*

¶ Concinnātor, *ōris*, m. der zubereitet. Columella Præfat. *Capillorum concinnator.* Arnob. 4 p. 149 *Deformitatum concinnatores atque inventores poëtæ.* Sidon. 3 epiſt. 13 *Concinnatores criminum*, verleumder. Vlpian. l. 9 § 2 ff. de offic. Procos. *Concinnatores cauſſarum*, cauſſenmacher.

¶ Concinnātōrius, *a, um*, ut, *Vaſa concinnatoria*, l. 6 Dig. de penu legata.

¶ Inconcinnus, *a, um*, ineptus, abſurdus, ungeſchickt, unförmlich, ungereimt. Cic. de Orat. 2, 4 *Qui in aliquo genere inconcinnus, aut multus eſſe, is ineptus eſſe dicitur.*

¶ Inconcinne, adv. idem; ut, *Blaterans atque inconcinne cauſſificans*, Apul. 10 Met. p. 242.

¶ Inconcinnĭter, adv. inepte, ungeſchickt. Gell. 10, 17.

¶ Inconcinnĭtas, *atis*, f. ineptiæ, die unförmlichkeit. Suet. Aug. c. 86 *Genus eloquendi ſecutus eſt elegans & temperatum: vitatis ſententiarum ineptiis atque inconcinnitate.*

¶ Præconcinnatus, *a, um*, wohlausgeſonnen, abgekartet. Apul. 5 Met. p. 618 Stew. *Præconcinnato mendacio fallens maritum.* Elmenh. p. 170 legit *Reconcinnato.* v. ejus emend.

¶ Reconcinno, *are*, i. e. denuo concinnare ſeu facere, ausflicken, ausbeſſern. Plaut. Men. 2, 3, 72 *Pallam illam, quam dudum dederas, ad Phrygionem ut deferas, Vt reconcinnetur, atque ut opera addantur, æque volo.* Cæſ. B. Civ. 2, 15 *Diuturni laboris detrimentum ſolertia & virtute militum brevi reconcinnatur.* Cic. ad Q. Fratr. 2, 6 *Tribus locis ædifico, cætera reconcinno.*

CINVS, *i*, f. arbor ſilveſtris, grata apibus, Pallad. 1, 37.

CĪNȳPHVS, *i*, m. Κίνυφος, Africæ fluvius inter duas Syrtes. *Cinyps* dicitur apud Claudian. de Stil. 1, 251. ¶ 2 *Cinyps* pueri nomen apud Silium 12, 225.

¶ Cíny-

¶ Cinyphius, *a, um*, adject. Virg. Georg. 3, 312
Cinyphii tondent hirci, &c. conf. Ovid. Met. 7, 273 *Cinyphiæ paludes* lini feraces Grat. 34, ubi vid. de orthographia Vlitius.

CINYRAS, *æ*, m. Κινύρας. Cypri rex is, qui primus cultum Veneris instituit. v. Arnob. 4 p. 143, & quos laudat ibi Elmenh. Infelicitatem ejus ex Myrrhæ filiæ luæ in ipsum amoribus, describit Ovid. Met. 10, 297 sq. Add. Met. 6, 98. Filius illius Adonis. ¶ 2. Alius Phœniciæ rex, cujus regia Byblos apud Strabon l. 16.

¶ Cinyrēius, *a, um*, adject. Ovid. Met. 10, 369 *At virgo Cinyreia pervigil igne Carpitur indomito*, &c. Vide ibidem fabulam Myrrhæ.

CIO, *civi, citum, ire*; vide *Cieo*.

CIONIA, *orum*, n. pl. ita mediæ purpurarum, buccinarumque dicuntur partes. Vide κιονία in lexico græco; & interpr. Dioſc. 5, 5; & Cionis, *idis*, f. ibid. 1, 127.

CIOS, m. Κίος, fluvii & oppidi nomen, atque emporii adeo Phrygiæ. Plin. 5, 32. Priſcianus in Periegeſi ex Dionyſio:
Qua Cius egregius decurrens maenarat unda.

CIPIVS, *i*, m. familiæ Romanæ nomen, vid. Spanh. de uſu & præſtant. diſſ. 10 p. 6.

CIPPVS, *i*, m. valli genus ex trunco arboris; unde & Vet. Gloſſator κορμόν, id eſt, *truncum*, interpretatur, cui ſtirpes. Cæſ. B. G. 7, 73 *Truncis arborum, haud admodum firmis ramis acciſis, atque horum delabratis atque præacutis cacuminibus, perpetua foſſa, quibus pedes altæ tacebantur. Hucilli ſtipites demiſſi, & ab imimo revincti, ne revelli poſſint, ab ramis eminebant: quini erant ordines conjuncti inter ſe atque implicati, quo qui intraverunt, ſe ipſi acutiſſimis vallis induebant. Hos CIPPOS appellabant.* Vide Lipſ. Poliorcet. 2, 2. ¶ 2. *Cippi* etiam dicebantur columellæ in ſepulcris cum memoria ac titulo aliquo poſitæ; σῆλαι Græcis, ein grabſtein. Horat. 1 Sat. 8, 12
Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum
Hic dabat, heredes monumentum ne ſequeretur.
Vbi ſignificat, in *cippo* illo ſepulcrali perſcriptum fuiſſe, quantam partem agri veteres enim in agris ſuis ad viam ſepeliebantur,) hereditate exceptum, hoc eſt, tranſire ad heredes nollet defunctus. Perſ. Sat. 1, 37.
Non levior cippus nunc imprimit oſſa?
Sic Flaccus condit agrorum p. 4 *Inſpiciendum erit & illud, ne, quoniam ſepulcra in extremis partibus fecere ſolii: ſoli, & cippos ponere, ad arandum cippus pro termino averſum faciant.* Nimirum ſi uetimus literis atque conſumtis conſtare haud poſſit, *cippus* ille num ſepulcralis, an terminalis poſitus ſit. ¶ 3. Nam in ponendis terminis, & limbus diſcernendis *Cippis* quoque utebantur. Vet. Gloſſæ: *Cippus*, ἕνορος λίθινος, id eſt, terminus lapideus. Valerius Probus de Notis: CIPP: *Cippus, id eſt, terminus*, ein grenzſtein. Vetus interpretio: TERMINAVIT RIPAM R. P. PROXIMO CIPPO. Itaque *Cippus* & terminum ſignificat. conf. Gœſii Auctores Agrar. p. 88. ¶ 4. Vetus Gloſſator poſt alia, *Cippum* & πεδοδάκην interpretatur; quæ pedica ſive nervus eſt: hoc eſt, vinculi lignei genus, quo pedes conſtringebantur. *Soleas ligneas* vocat Auctor ad Herenn. 1, 13 & Cic. de Invent. 2, 50, ein ſtock, feſſel.

CIRCA, præpoſitio & adverb. locum & tempus ſignificat, um: ut, *Circa jecur*. Horat. 1 od. 25, 15. *Circa ima ſubſtillere*, unten an bleiben, Quintil. proœm. lib. 1. *Circa tertiam vigiliam*, Apul. Met. 1 p. 107. *Non amplius, quam circa eum menſem viſuntur*, Plin. 9, 18, um dieſelbe zeit. ¶ 2. Elegans ratio loquendi apud Suet. Cæſ. c. 27 *Omnibus vero circa eum, atque etiam parte magna ſenatus, gratuito aut levi fœnore obſtrictis* &c. Et Domit. c. 9 *Omnes circa ſe liberaliſſime profecutus*: CIRCA SE, i. e. qui circa ſe erant aſſidue, quorum aſſidua conſuetudine utebatur, die ſeine um ihn waren, οἱ περὶ αὐτὸν, ut Græci loquuntur, ad quorum rationem hoc dictum eſt. Nepos 18, 10, 4 *Sed non paſſi ſunt, qui circa erant*, hoc eſt, amici & familiares. Sic Liv. 1, 40 de comitatu Tarquinii regis: *Qui circa erant*. conf. 22, 30: & v. Caſaub. ad Suet. Cæſ. c. 27; & Brouckh. ad Tib. 1, 3, 87. & Schwartz. ad Paneg. Plin. c. 83. Similiter *circum* ¶; vide in *Circum*. ¶ 3. Liv. 1, 4 *Circa-ſaltus* per hyphen dixit, *Venando peragrare circa-ſaltus*, i. e. qui circa erant. ¶ 4. Interdum *Circa* aliis rebus præpoſitum exponi poteſt per *propter*, *ſuper*, *quod attinet*, wegen, über, anlangend, betreffend. Cic. fam. 9, 15 *Animus meus perſpicuus circa curam valetudinis tuæ*. Cæſ. B. Gall. 1, 50. *Oſtavam circiter horam*, Horat. 1 epiſt. 7, 47. *Ita dies circiter XV iter fecerunt*, Cæſ. B. Gall. 1, 15, in die 15 tage. ¶ 2. Dubitanter ſignificat, ungefähr, bey nahe: ut, *Circiter pars quarta*, Salluſt. Cat. c. 56. *Circiter Kalendas*, Cic. Att. 2, 4 *A. D. VI, circiter Idus Majas*. ibid. ep. 17. Att. Viſt. in Tacito Cæſ. c. 36 *Menſe circiter poſt Aureliani interitum*, Jacto. Varro R. R. 3, 10 *Pulli circiter ſeſquimenſe nati*. Et mox: *Curati circiter duobus menſibus ſunt pingues*. conf. Cæſ. B. G. 3, 32. Varr. L. L. 5, 5.

¶ Circum, præpoſ. um, herum, umher. Ter. Heaut. 2, 3, 60 *Capillus circum caput rejectus negligenter*. Cic. Agrar. 1, 7 *Nunc omnes urbes, quæ circum Capuam ſunt, a colonis occupabuntur*. Liv. 42, 45 pr. *Inde legatio in Aſiam circum inſulas miſſa*. ¶ 2. Elegantier, ut *circa* circumſcribit familiares, comites, aſſeclas &c. Cic. Att. 9, 9 *Nec ſine cauſſa & eos, qui circum illum ſunt, times* Ter. Eun 3, 5, 33 *Ancillæ, quæ circum illam eſſent, manent*. ¶ 3. *Circum*, adverb. itidem, umher, um und um. Cæſ. B. C. c. 2, 10 *Quæ circum eſſent opera tueri ſe poſſe confidebant*. conf. Varr. R. R. 3, 14 & 16. Virg. Æn. 4, 416 *Anna vides toto properari littore circum*. conf. Lucret. 5, 1436.

¶ Circumcirca, adverb. rings umher, von allen ſeiten her. Sulpic. ad Cic. fam. 4, 5 *Cum ab Aegina Megaram navigaremus, cæpi regiones circumcirca proſpicere*. Apul. II p. 258 *Circumcirca remeans*.

¶ Circumſceus, ex omni parte, um und um; contrarium τῷ *Abſinſceus*. Apul. Met. 5 p. 166 *Qui circumſceus venantur*.

¶ Circumundique, idem. Gell. 4, 2 *Semper ſe circumundique diſtrahentibus cauſſis ſiſtinantes*. conf. infra in *Undique*.

¶ Circum alia innumera fere facit compoſita, in quibus videri poterat, ſi ſimpliciter inſpicias, *Circum* ſeparatam vocem aut adverbium eſſe. Sed vere conjungi atque componi, derivata inde Nomina oſtendunt, ut, *Circumactio*, *Circumciſura*, *circumſectio* &c. de quibus in Verbis, cum quibus compoſita ſunt, agimus. Inprimis decompoſitum *Incircumciſus* id indubitato probat, quod vide in *Cædo*, & cæterorum cum *Circum* compoſitorum quodvis in ſuo ſimplici.

¶ Circo, *are*, & Circito, *are*, id eſt, circumire, περιφοιτᾶν, herumgehen, patrouilliren. Quod verbum poſtliminio veluti reſtituit Latio Scaliger, idque Propertio etiam aſſertum ivit 4, 9, 35. vid. etiam Brouckh. ad h. l. Vet. Gloſſ. *Circitat & circat*, κυκλεύει. Hinc

¶ Circātor, & Circītor, *oris*, m. plur. Circatores, (qui & *Circitores* & *Circuitores*,) qui noctu excubias circumeunt, die runden gehen, ſchaarwächter. Veget. 3, 8 *Idoneos tribuni & probatiſſimos eligunt, qui vigilias circumeant, & renuncient, ſi qua emerſerit culpa, quos Circuitores appellabant. Nunc militiæ factus eſt gradus, & Circitores* (unus cod. Circatores) *vocantur*. v. ibi Stewechium: item Burm. & Heinſ. ad Petron. c. 53 p. 259, ubi etiam in prædiis ad vigilias obeundas adhibitos docetur. ¶ 2. Appellantur & *Circitores*, qui merces ad diſtrahendum circumferant, hauſirer. Vlp. l. 5 § 4 D. de inſtitoria actione: *Sed etiam eos inſtitores dicendos placuit, quibus navis inſtructa vel instructa ad quem circumferendam & diſtrahendum: quos vulgo Circitores appellamus*: Gloſſ. Vet. *Circitores*, περίπολοι. ¶ 3. Scioppio *Circitor* eſt cuſtos, qui hortum frequenter obit, ne fures intrent, ein garten-hüter, ubi in Priapeiis n 16 p. 20 legitur: *Quid mihi tecum circitor moleſte*.

¶ Circĭtus, *us*, m. & Circitura, *æ*, f. in eisdem Gloſſis leguntur, explicata Græce περιοδεία ſive περίοδος, das patrouilliren.

¶ Circĭtōrius, *a, um*: Theod. Cod. 7, 21 *Cum circituria dignitate militare*. Eſt enim gradus militiæ, ut modo diximus.

¶ Circanea, *æ*, f. avis, quæ volans circuitum facit, ein raub-vogel. v. Feſtus cum not. Dacerii.

¶ Idcirco, quod & *Iccirco* ſcribitur, idem quod *ideo*, *eam ob rem*, darum, deswegen. Ter. Andr. 4, 2, 7 *Idcirco arceſſor, nuptias quod mihi apparari ſenſit*, deshalben werde ich geferdert. Interdum ſubſequitur, *ut*, *ne*, vel *quia*. Cic. Att. 6, 1 *Me illcirco putant bene audire velle, ut ille male audiat*. Interdum præcedunt particulæ *quia*, *quo*, *ut*, *non ſi*. Cic. Att. 12, 21 *Quæ quia Cato extulerat in cælum, idcirco in ejus ſententiam eſt facta diſceſſio*. Id. de Orat. 2, 40 *Non ſi Opimium defendiſti, idcirco te iſti bonum civem putabunt*.

¶ Quocirca, conjunctio rationalis, ſignificans idem, quod *quamobrem*, derohalben. *Quocirca nihil eſt tam deteſtabile tamque peſtiferum quam voluptas*, Cic. de Senect. c. 12. conf. de Divin. 1, 41.

Circæa, *um*, vide *Circe*, Circanea, circator, *Circa*.

CIRCE, *es*, f. Κίρκη, venefica Homeri, quæ Vlyſſis ſocios transformavit in ſues. v Odyſſeæ K. Solis filiam fuiſſe poëtæ fingunt. v. Ovid. Met. 14, 10 ſqq. Apul. Apol. p. 294 ſq. *Nunquam apud eum* (Homerum) *murino aliquo & pipedente medicavit, nec Proteus factum, nec Vlyſſis ſervulum, nec Æolus follem, nec Helena e atavum, nec Circe poculum, nec Venus cingulum*. Significata eſt autem per *Circen* voluptas, qua in belluas & ſues immundas homines mutantur, quemadmodum Socratem docuiſſe, Xenophon tradidit lib. 1 de dictis & factis Socratis: Socrates ad eos hanc retulit fabulam, qui in conviviis inſidendo homines adigunt, ut bibant edantque plus, quam per ſitim & famem appetant, Horat. 1 epiſt. 2, 23, 25 meretricem interpretatur. vid. elegans Trilleri de Moly Homerico & Circes fabula diſputatio.

¶ Circeium, *i*, n. Κιρκαῖον, & Circæum, mons ſeu promontorium Latii ad mare inferum & Pomptinas paludes, quibus ex parte circumdatur. Vnde inſulam eſſe Homerus credidit Odyſſ. K. v. 195, quod etiam Plinius obſervavit 3, 5.

¶ Circeii, *orum*, m. pl. urbs in monte Circeio vel Circæo, quæ in coloniis Romanis numeratur a Livio 27, 9 & 29, 15. Dionyſius Halicarnaſſ lib. 8 p. 490 vocat Κιρκαίαν πόλιν & lib. 4 p. 270 abſolute Κιρκαίαν, ubi & de ſitu loci, & Circe, ejusque fede plura traduntur.

¶ Circæus, *a, um*, adject. ut *Circæum poculum*, Cic. in Verr. loco ſupra in *Circe* adducto. Horat. epod. 1, 30 *Circea mœnia*. Virg. Æn. 7, 10
Proxima Circææ raduntur litora terræ

¶ Circæa, *æ*, f. herba, Plinio 27, 8 *Strychno ſativo ſimilis*.

¶ Circæum, *i*, n. herba, quæ & *mandragora*, Plin. 25, 13.

Circellus, circenſis, vide *Circus*, Circerus, *navis*, *Cercurus*, Circes, *itis*; *Circus*; Circinatio, circino, *Circinus*, &c.

CIRCINVS, *i*, m. quo circuli deſignantur. Gloſſ. Vet. Κίρκινος, διαβήτης, ein circkel, circkel-inſtrument remanuit. Plin. 2, 8 *Omnia hæc conſtant ratione circini ſemper inclinatura*. Incunda eſt Ovidii Met. 8, 247 ſqq. periphraſis de Perdice Dædali diſcipulo, circini inventore;
Primus & ex uno ferrum diſcrimine tenui
Vinxit, ut, æquali ſpatio diſtantibus illis,
Altera pars ſtaret, pars altera duceret orbem.

¶ Circĭno, *are*, nach dem circkel machen, rund machen. Plin. 17, 12 *Arbores, quæ in eodem ſolo circinant*. ¶ 2. Illinceus. Ovid. Met. 2, 723 *Et eadem circinat aura*.

¶ Circĭnatus, *a, um*, abgecirckelt. Plin. 16, 23 *Circinata rotunditas*.

¶ Circinato, adverb. idem apud Plinium.

¶ Circina-

¶ Circinarius, *aria, ium*, f. ein circkel, umkreis, rundung. Vitruv. 3, 3 *Dat circinarias ambitus tenuis circinarius.* ¶ 2. Item ipsa circumlitione, der umfang. Idem 5, 9 *Proper ea in circinariis non mutantur* (Mercurius & Venus), *in stabili spatio manent.* Le interjectis paucis. *His* planetae [illegible] *in circinationibus perigant*, die da herum laufen.

Circinatio, *onis*, f. = circinus, i, m. qui circinos facit.

Circinatus, *a, um*, abgerundet, abgemessen. M. nil. 1, 295 *Majoremque Hercules ingressi circinat arcum*, sie macht einen gröſsern circkel. Lt 3, 721 *Lucretius circinatum solem facit orbem Intumidum, & medium mundi superare cacumen.*

Circitor, Circito, Circitor, vide *Circa*.

CIRCIVS, *i*, m. ventus nulli reliquorum vehementia inferior, in Narbonensi provincia. Hanc nos interpretamur, nordwest-nord. v. Plin. 2, 47; Sen. Qu. Nat. 5, 17 & Gell. 2, 22: Vitruv. 1, 6. Strabo lib. 4 *Circium vero vocat, aliquando tam vehemens, ut tecta abripiat.* Hinc, ne Gallnam rapidas inferiat, Augustus aliquando votum solvit: v. Senec. d. l. Alexandr. Alex. 3, 22 p. 95. Idem ventus apud Gellium *Cercius* vocatur, de quo supra. Conf. Is. Voss. ad Melam 2, 99. 102.

Circlus, pro *Circulus*: vide *Circus*, Circo, *Circa*, Circos, *Circus*.

Circuesco, circuitio, circuitor, &c. vide in *Eo*.

Circularis, circulator, &c. circulo, circulus, vide *Circus*.

Circum, vide *Circa*, Circumactio, &c. *Ago*, Circumaddo, *Do*, Circumaggere, *Jugger*, Circumambitus, *Ineo*, Circumaperio, *Pario*.

Circumcaesura, vide Cædo, Circumcellio, *Cella*, Circumcido, circumcisio, &c. *Cædo*, Circumcludo, *Claudo*, circumcalco, *Calx*.

Circumequito, vide *Equus*, Circumfirmo, *Firmus*, Circumforaneus, *Forum*, Circumfractus, *Frango*.

Circumgelo, vide *Gelu*, Circumgesto, *Gero*, Circumgredior, circumgressus, *Gradior*.

Circumhibitor, vide *Habeo*, Circumhumatus, *Humus*.

Circumjaceo, vide *Jacco*, Circumjectio, circumjicio, *Iacio*.

Circumlaqueo, vide *Laqueus*, Circumlatus, &c. *Fero*, Circumlino, &c. *Linio*, Circumlocutio, *Loquor*.

Circumnatatio, vide *Nato*, Circumnexus, *Necto*.

Circumobruo, vide *Ruo*, Circumoffigo, *Figo*, Circumoperio, *Pario*.

Circumpadanus, vide *Padus*, Circumpavio, *Pavio*, Circumpes, *Pes*, Circumplexus, *Plecto*, Circumpotatio, *Poto*.

Circumrasio, vide *Rado*, Circumretio, *Rete*, Circumsepio, *Sepes*, Circumsetro, *Seto*.

Circumsideo, vide *Sedeo*, Circumsido, *Sido*, Circumsigno, *Signum*, Circumsitus, *Situs*, Circumspergo, *Spargo*, Circumspicio, *Specio*, Circumstagno, *Stagnum*, Circumvagio, *Vagio*.

Circumvallo, vide *Vallum*, Circumvectio, *Veho*, Circumventio, &c. *Venio*, Circumversor, *Verto*, Circumvestio, *Vestis*, Circumviso, *Video*, Circumundique, *Circa*.

CIRCVS, *i*, m. ein ring, kreis, umfang, rondeel. Secundum Nonium 1, 74 *Circus omnis dicitur ambitus vel gyrus, cujus diminutivum* (de quo mox) *Circulus est.* Differt a globo, ut Idem 5, 38 asserit, *quod circus planities rotunda est, ut circulus: globus solidatis undique versum rotunda, ut Sphaera.* M. Tullius de Nat. D. (2, 18) *Cumque duae formae praecellant, ea sit ex solidis gloria. Sic enim Sphaeram interpretari placet: ea planis autem circus aut orbis.* Haec Nonius. Editi autem Ciceronis libri, etiam Gruteri & Lambini, *circulus* pro *circus* habent. Id. Cic. in Arat. v. 248 *Magnus camenis circus, Lactee, nitidis semitae*, ex mendo strasse. ¶ 2. *Circus* etiam dicebatur locus oblongus, ab altera parte angulis rectis, ab altera hemicyclio terminatus, circumseptus undique, ludisque seu certaminibus equestribus destinatus, a Tarquinio Prisco institutus, inter Palatinum & Aventinum montem, ein spielplatz, rennbahne. v. Liv. 1, 35. Vet. Gloss. *Circus, ἱππόδρομος.* Cic. Phil. 2, 43 *Quartus in circo dies ludorum Rom.* Liv. 44, 9 *Mos bestiis omnium gentium circum complendi*, &c. Varro L. L. 4, 32 Item CIRCVS MAXIMVS dictus, *quod circum spectaculis aedificatus, ubi ludi fiunt, & quod ibi circum metas fertur pompa & equi currunt.* Nimirum significat *Circum* appellatum, quod ea aedificatus sit, ut circum essent spectacula, hoc est in orbem sive ambitum sedilia structa, unde spectarentur ludi, cum fiunt. Deinde quod circensis pompa in orbem circum metas ferretur, & simili ratione procurreretur a certantibus. *Maximus* autem hic circus Romae appellatus fuit, quod alius minor esset *Flaminius* puta, de quo ibidem Varro. Fuit omnino magnificentissimum opus, & vere stupendum circus ille, quippe qui longitudine stadiorum trium, latitudine unius, sed cum aedificiis jugerum quaternum, & ad sedem CCLX millium fuerit, ut Plinius recenset, de inventione autem miracula Vrbis primo loco nominat 36, 15. Erat autem circus semper magna frequentia populi otiosi celebratus: idcirco eo convenire solebant vilissimi quique ludicrarum & curiosarum artium professores & ludiones, agyrtae, aretalogi: praecipue vero Chaldaei sive astrologi & somniorum conjectores, ut ex fallaciis suis quaestum apud imperitum & curiosum populum facerent. Quorum respectu praecipue *fallacem circum* Horat. dixit 1 sat. 6, 113 Iuvenal. 6, 587 *Plebejum in circo positum est & in aggere fatum.* In quo significat plebejos & pauperes homines, qui frequentare circum, aut oberrare per vicos, viarumque aggeres solent, & parvo ere redimi possunt, consulere, ut sortes & fata accipiant. *De circo astrologos* Ennius dixit apud Cic. de Divin. 1 extr. *Non vicanos aruspices, non de circo astrologos, non Isiacos coniectores, non interpretes somniorum, &c. Quibus divitias pollicentur, ab iis drachmam ipsi petunt.* Suet. Aug. c. 74 *Aeromata & festivissimos aut etiam trivialis ex circo ludios interponebat. Ex circo*, id est, vilissimos atque exigua mercedula conducendos. Ad circum etiam prostibula fuisse venalia, Iuvenalis testatur 3, 65. De circo & circensibus ludis [illegible] vide Fabric. bibl. antiquaria 22, 7. ¶ 3. *Circus, κίρκος, κίρκη*, accipitris genus, ein falck. Plin. 10, 7. ¶ 4. Item gemma, Plin 37, 10.

¶ Circensis, e, adject. a *circo*; ut, *Ludi Circenses*; qui in *circo maximo* exhibebantur, quorum septem erant, quemadmodum ex Varrone Gellius 3, 10 notat, currendi, ineundi, [illegible] Alii Circenses appellatos putant quasi *Circumenses*, propterea quod rudis vetustas, cum nondum loca, hujusce modi ludis apta, aedificasset, inter enses, & flumina eos celebrabant, ut ab utraque parte esset ignaviae praesens periculum. Nonnulli a Circe venefica derivatum contendunt illud ludicrum, quod prima omnium in honorem Solis patris sui excogitaverit. Auctor ineptiarum Isidorus 18, 27 & 28. De *Circo*, de pompa, ludisque *Circensibus* vide Dionys. Halicarnass. 7, 66 seqq. & Dionem 54 p. 543, ex quo loco apparet, pompam circensem maxime fecisse ad celebritatem natalis principis. Attigit & Solinus c. 45, ubi plura notavit Salmasius, quae ad eorum explicandam historiam pertinent. Scripsit de *Circensibus ludis* & peculiarem librum Casaubonus, cujus ad Suetonium & Athenaeum mentionem facit; sed hactenus editus non est. Liv. 44, 9 *Ludicro Circensi ad usum belli verso.* Absolute Virg. En. 8, 636 *Magnis Circenses actis.* ¶ 2. Item *agitatores Circenses*: qui in quatuor factiones diversi coloris habitu, pro quadripartitis anni horis, quas temperat sol, cui totum hoc Circi ludicrum dicatum erat, ut Tertullianus de Spectac. c. 8 sq. & alii docent, distincti erant: *Prasinam*, quae panno viridi culta, *veram russeam*, seu rubri panni, quae ferventem *aestatem*: *albam*, quae pruinosum *autumnum*; & *venetam*, quae cineritio panno, nubilam *hiemem* repraesentabat, ut Cassiodorus 3 Var. epist. 51 observat. Domitianus vero duas alias addidit *aurati purpureique* panni, ut Suetonius ejus vita c. 7 refert. Quas tamen non durasse arbitror. Neque enim scriptores, posteriores Domitiani temporibus, plurium quam quatuor factionum Circi meminerunt.

¶ Circes, *itis*, m. ut, *Cyclops, cyclopitis*, idem quod *Circus* vel *Circulus*. Festus: *Circites, circuli ex aere facti.* Nec tantum ex aere, sed quivis etiam circuli. Singulari usus est Sidonius carm. 22, 222 *Umbrat multicavus spatioso circite fornix.* ¶ 2. *Circites* etiam inter olearum genera apud Colum. 5, 8.

¶ Circulus, *i*, m idem quod *Circus*, unde & est; de quo supra diximus ex Nonio, ein circkel umtreis. Sen. epist 12 *Manifesto arcliive praecingitur circulo*, er ist in einem enge in kreis eingeschlossen. Praecesserat: *Tota aetas partibus constat, & orbes habet circumductus majores minoribus.* Maximum deinde circulum toti aetati tribuit, minorem anno, minorem iterum mensi, diei minimum, &c. ¶ 2. Per Syncopen CIRCLVM Virgilius dixit Georg. 3, 166, de domandis juvencis agens:

Ac primum laxos tenui de vimine circlos
Cervici subnecte.

Vbi nota, *Circulos* pro cingulis dixisse, & quibus similes sunt, quibus dolia & vascula constringi & contineri hodie solent, reiffe. *Circulis vasa cingere*, Plin 14, 21, fassen binden. Virg. En. 5, 559

Flexilis obtorti per collum circulus auri,

eine güldene hals-kette. ¶ 3. Sic & pistorium opus, quod circuli figuram referebat, hoc appellatum nomine fuit. Nos possimus ita dicere bretzeln: it. scherbel-oder ringel-kuchen. Varro L. L. 4, 22 CIRCVLI, *quod mixta farina, caseo & aqua circuitum aequaliter fundebant. Circuitum*, circulum, seu circularem ambitum sive figuram vocat. *Fundebant*, id est, faciebant fundo aequaliter. De tali dulciarii operis genere Vopiscus Tacito c. 6 *Dacica & circuli & quaecunque voluptas puerilis.* ¶ 4. Praecipue hoc mathematici sibi vindicarunt vocabulum, itemque astronomi, qui plures in caelo circulos constituerunt, quibus certi ambitus ejus describantur finianturque. Varro L. L. 8, 18 *Quae enim est pars mundi, quae non innumerabiles habeat analogias? Caelum, an mare, an terra, an aer & cetera, quae sunt in his? Nonne id caelum, (Scalig. in caelo) ut ab aequinoctiali circulo ad solstitialem, & hinc ad septentrionalem divisum: sic contra paribus partibus item a bruma versum contraria parte? Non, quantum polo superior, abest inferior ab eo, quem ἀνταρκτικὸν vocant astrologi, & is ad brumalem?* (circulum puta). Vide Hygin. 1, 6 sq. & 4, 1 sqq. Astronom. Poët. Veterem Scholiasten in Aratea Germanici Caesaris princ. & Proclum de Sphaera. Manil. 1, 564 *Circulus ad Boream fulgentem sustinet arctos.* Vbi *Circulus ad Boream* est arcticus sive septentrionalis. Prudent. Cathem. 11 pr.

Quid est, quod arctum circulum
Sol jam recurrens deserit?

Vbi de *brumali* loquitur, sive capricorni tropico. Vitruv. 6, 1 *Signifer circulus*, der thier-kreis. Cic. Somn. Sc. c. 3 *Sidera & stellae circulos suos orbesque conficiunt celeritate mirabili.* ¶ 5. *Circulus sunt res mortalium*, h. e. circumaguntur, sunt incertae. Est Herodoti 1, 207 ὡς κύκλος τῶν ἀνθρωπίνων ἐστὶ πρηγμάτων, περιφερόμενος τε οὐκ ἐᾷ τοὺς αὐτοὺς εὐτυχέειν, id est, *Est veluti circulus quidam rerum humanarum, qui sua ratione non permittit eosdem semper agere fortunate.* ¶ 6. Dicitur & coetus hominum in orbem collectus *circulus*, ein kreis oder compagnie beysammen stehender leute, eine zusammenkunft. Cic. Att. 2, 18 *Est in circulis & in conviviis sermo liberior.* Nepos 15, 3, 3 *Cum in circulum venisset, in quo aut de rep. disputaretur, aut de philosophia sermo haberetur.* conf. Gell. 15, 9; & Cic. de Orat. 1, 34 ext. Apul. 2 Milef. p. 12; de Diophane Chaldaeo: *Nam dies quadam, cum frequentis populi circulo conseptus, coronae circumstantium fata enodaret*, id est, arcana fatorum stipibus emerendis ediceret in vulgus, ut paullo ante scripsit Apulejus. Idem Graecis & κύκλος valet: quod notavit Victorius Var. Lect. 8, 13, quem vide. Notandus hic mos, *in circulis philosophandi differendique* sophistis usitatus. Hi enim ubi scirent, convenire frequenter homines in foro in circulis, disputationes & ἐπιδείξεις suas recitabant. Hoc Senecae epist. 40 & 52 & 88 est *Circulari*: de quo mox.

¶ Circellus, *i*, m. novum diminut. exstat pro farcimine rotundo. Apicius 2, 5 *Circelli isiciati.*

¶ Circularis, e, rund, circkel-weis. Saresb. 8, 21 *Ambitus circularis.* Mart. Capella lib. 6 p. 190 *Circulares flexus.* conf. 8 pag. 274 de Mundo.

¶ Circulo, *are*, verfare, quasi in circulum agere, herum drehen, herum wenden. Apul. Apol. p. 330 *Circulare digitos.* Id. Florid. p. 346 *Ipse annuli orbiculum circulaverat*, er hatte den ring rund formiret. Colum. 11, 3 *Circulare aliquid fossula.* Cic. de Clar. Orat c. 54 *Oscitans judex,*

dex, loquens cum altero, nonnunquam etiam circulans, i. e. caput modo huc, modo illuc circumferens. vid. P. Victorii Var. Lect. 8, 13. Sed potest hoc etiam esse ex *Circulor*, de quo nunc statim.

¶ Circulor, *ari*, est circuire, & cœtus sive circulos facere, zuſammen laufen, ſich zuſammen rottiren. Cæs. B. C. 1, 64 *Totis vero castris milites circulari, & dolere, hostem ex manibus dimitti.* Ver. Gloss. *Circulor*, ὀχλαγωγῶ. Item ὀχλαγωγῶ, *Comitium facio, circulor.* Vbi *Comitium* pro cœtu ponitur: est enim æque a *coëundo*, unde & cœtus. ¶ 2. Est & vagari ostentandi artificii & quæstus faciendi causſa, ut agyrtæ & alii hujus generis homines facere solent, qui eam ob causſam & *circulatores* appellantur; im laufe herum ſtreichen. Sen. epist. 40 *Vis dicendi rapida atque abundans, aptior est circulanti, quam agenti rem seriam.* Id. epist. 88 *Appion Grammaticus sub C. Cæsare tota circulatus est Græcia* &c. conf. epist. 52.

¶ Circulātus, *a, um*; ut, *Circulatum pondus*, Petron. c. 67. Sed recte viderur emendare Burm. p. 336 in *circumlatum*; pro quo Nodot habet *singulatum*.

¶ Circulātim, adverb. ringsſ umher. Suet. de funere Cæsaris c. 84 *In summo publico luctu exterarum gentium multitudo circulatim suo quæque more lamentata est.*

¶ Circulatio, *ōnis*, f. ambitus, circulandi actus, der umgang. Vitruv. 9, 4 *Mercurii stella ita pervolitat, ut trecentesimo & sexagesimo die per signorum spatia currens perveniat ad id signum, ex quo prius circulatione cœpit facere cursum.*

¶ Circulator, *ōris*, m. qui circulos facit, in cœtus & circulos coit, aut captat circulos quæstus causſa, ut agyrtæ & alii hujus generis solent. Vetus Gloss. *Circulator*, ὀχλαγωγός. Item: ὀχλαγωγός, *circulator*. Item, ἀγύρτης, *Circulator*, ein landfahrer, marcktſchreyer, quackſalber. In epistola C. Asinii Pollionis apud Cic. fam. 10, 32 *Circulator auctionum* est explicante Grævio, qui omnes auctiones obit, & illis præsto est. Sen. Benef. 6, 11 *Apud proximum circulatorem resedit.* Conf. Sen. epist. 29; Petron. c. 68; Poll. ad Cic. fam. 10, 32; Apul. Met. 1 p. 103. Modestinus ICtus l. 6 § 1 D. de excusat. *Grammatici, sophistæ, rhetores, medici*, qui περιοδευταὶ, *id est, circulatores vocantur.* Vbi tamen malim *circitores*, vel *circuitores* legere. Quæ honesta vocabula sunt: cum circulatores fere in deteriorem partem dicantur. Sane non de circumforaneo medico loquitur ICtus, sed de eo, qui honeste exercet artem, & decumbentibus visitans consulit. Et ita ecclesiarum visitatores *Circuitores* appellantur l. 42 § 9 C. de Episcopis. Paullus IC. L. ult. D. Extraordinar. crimin. *In Circulatores, qui serpentes circumferunt, & proponunt, si cui ob eorum metum damnum datum est, pro modo admissi actio datur.* Celsus 5, 27 *Ideoque colubra ipsa tuto effur, ictus ejus occidit: & si stupente ea (quod per quædam medicamenta circulatores faciunt) in os digitum quis indidit, neque percussit est, nulla in ea saliva noxa est.* Vetus Interpres Iuvenalis in Sat. 6, 590 ad fortilegos & illos de circo aſtrologos *Circulatorum* nomen refert, planeten-leſer.

¶ Circulatrix, *icis*, f. Martial. 10 epigr. 3 *Vernaculorum dicta, fordidum dentem, Et fœda linguæ probra circulatricis* &c. id est, talis, ut ſolet circumforaneorum esse. Et Phallicus poeta carm. 18 p. 20 *Equando Telethusa circulatrix* &c.

¶ Circulatōrius, *a, um*, marcktſchreyeriſch; ut, *Circulatoria jactatio*, Quintil. 2, 4. *Circulatoria volubilitas*, in dicendo, Id. 10, 1. Et Tertull. Apolog. c. 23 *Circulatoriis præstigiis ludere.*

¶ Semicirculus, *i*, m. ein halb-circkel. Colum. 5, 2 *Semicirculi vel arcus formam exhibet.* Vſus & Cic. Tusc. 5, 20; Cels. 7, 26.

¶ Semicircularis, *e*, halbrund. Lemma figuræ in dicto capite Columellæ: *Semicircularis forma agri.*

¶ Semicirculatus, *a, um*, idem. Celsus 7, 26, 2 extr. *Ferramentum in ima parte semicirculatum acutumque.*

CIRIS, vel Cirrhis, *is*, f. Κῖρις, κίρρις, avis, in quam Scyllam mutatam Ovidius fabularur Met. 8, 150

Plumis in avem mutata vocatur
Ciris, & a tonso est hoc nomen adepta capillo:

Κείρειν, *tondere* est. *Ciris* autem alaudam interpretes exponunt: *Ciphium* Gesn. Sed rectius Iul. Cæsar pater & Iosephus F. Scaligeri eam avem faciunt, quæ vulgo *Fgretta* vocatur, Gallis Taurinis *Garzeta*. Vide ipsos, Patrem quidem Exoter. Exercit. 232, & ad Aristot. de Hist. Animal. 2, 29. Filium vero ad Carm. Virgilianum.

CIRNEA, *æ*, f. ein weinkrug, vas vinarium patens ac rotundum, quo vinum ad mensam fertur; dicta, ut videtur a κιρνᾶν, quod miscere est, seu infundere. Vtitur Plaut. Amph. 1, 1, 273 *Cadus erat vini, inde implevi cirneam.* Vt Nonius 15, 29 quidem observat & legit. Hodie in plerisque libris *Hirnea* legitur, quam lectionem Scaliger in Catalect. & Meursius tuentur.

¶ Cirnearius, *i*, m. i. e. figulus, ein töpfer. Gruteri Inscript. p. 643 n. 2.

CIRRHA, *æ*, f. Κίρρα, oppidum Phocidis, navale Delphorum, quæ inde *Parnassia Cirrha* dicitur Silio 12, 320. conf. Liv. 42, 15.

¶ Cirrhæus, *a, um*, adject. ut, *Cirrhæa antra*, locus oraculi Delphici, apud eumdem 3, 9. Et, *Cirrhæi Phocidis campi*, Plin. 4, 3. Adde *Templa Cirrhæa*, apud Senecam Herc. Oet. v. 92.

CIRRI, *orum*, m. pl. puerorum capilli, post primam tonsuram appellabantur, a κεῖραν, *tondere* Nonius 11, 1 krauſe haarlocken, haarzöpfe. Ante enim *comæ* dicuntur. Isidor. 11, 1 *Comæ sunt proprie non cæsi capilli.* Nimirum ad annum septimum usque non tondebatur coma puerilis. Tum tonsus semel capillus nutriebatur rursus ad ephebiam usque. Puberes iterum tondebantur, & tum subnascens capillus, si nutriretur prolixiorque evaderet, *Cæsaries* appellabatur. Vterque autem puerilis crinis, & coma prima, & cirri cum ponerentur, sacrari alicui Deo solebant. Varro apud Nonium 2, 196 *Itaque Amaracis primum capillum puerilem demtum, item Cirros ad Apollinem ponere solent: Primum capillum* vocat, qui ab infantia ad annum septimum est: *cirros*, qui post, ad ephebiam usque, cum denuo secatur. Male *cirros* intortos calamistro capillos interpretantur: hi enim *Cincinni* sunt, de quibus supra. Vide & Salmasium de Cæsarie & Coma p. 339 & seqq.

¶ 2. Item, das locken oder büſchlein, in capite pici & alaudæ.

Plin. 11, 37 *Fulicarum generi dedit cirros: Pico quoque* &c. ¶ 3. Denique & *Ostreorum* capillamenta *cirri* dicuntur, der bart an auſtern. Martial. 7 epigr. 19 *Et Ostreorum rapere lividos cirros.* Add. Plin. 26, 8. ¶ 4. Sunt & *Cirri* in vestibus: fimbriæ puta, falbeln, franſen. Phædr. 2, 5, 12 *Tunica cirris dependentibus*, i. e. fimbriis extremis oris tunicæ adſui solitis. alii tamen plicas tunicæ, vel ipſas hominis comas intelligunt. Vide Salmat. in Capitol. Pertinacem p. 128 nec non Ferrarium de Re vestiaria 2, 1, 19. Nimirum ut *Fimbriæ* de crinibus, ita & *cirri* de vestibus dicuntur. Cic in Pis. c. 11 *Madentes cincinnorum fasciæ.* Capilli enim ferro vibrari, & in cincinnos torti in extremitate cum ſolvuntur, fimbrias referunt, ut Ferrarius interpretatur.

¶ Cirratus, *a, um*, capillatus, krauſehäricht. Sed illud proprie de pueris dicitur; & maxime septimum ætatis annum egressus. Vnde Persius de iis, qui in schola discunt, sat. 1, 29 *Tun' cirratorum centum dictata fuisse Pro nihilo pendas?* Martial. 9 epigr. 38 *Nec matutini cirrata caterva magistri.* Sic *Cirrate vestes* sunt fimbriatæ aut villoſæ, falbirt oder zotticht. vide Capitol. Pertin. c. 8. & Salmat. in Solin. p. 131 & 536.

¶ Cirriger, *a, um*, qui habet crines in nodum tortos, der haarzöpfe trägt; ut, *Cirrigeri Germani*, apud Claudianum.

¶ Bicirres, vestes, quæ ab utraque parte cirros habent, kleider, die zu beyden ſeiten rauch ſind: διμαλεῖς, διμαλεῖαι, in Gloss. vet.

CIRSIVM, *i*, n. herba, cujus folia bugloſſo similia, Plin. 27, 8.

CIRSŌCĒLE, *es*, f. κιρσοκήλη, i. e. hernia varicoſa, ſive morbus in ſcroto. vid. Celsus 7, 18.

CIRTA, *æ*, f. Numidiæ urbs munitiſſima, Maſiniſſæ regia, & post hunc melius exculta Micipſæ opera, qui & Græcos in eam colonos duxit, Strabone teſte lib. 17 f. 572. Meminit & *Cirtæ* Salluſtius in Iugurthino multis locis.

CIS, præpoſ. idem quod *citra*, diſſeits, opponitur *trans*, jenſeits. v. Cic. fam. 3, 8; & Liv. 8, 14. Iungitur montium & fluminum nominibus; ut, *Cis Euphratem*, Cic. Att. 17, 2. *Cis Rhenum*, Salluſt. fragm. lib. 1 Hist. Et, *Cis Anienem cum rege secundo prœlio conflixit*, Liv. 4, 17. *Cis Taurum montem*, Idem 38, 38. *Cis paucos dies*, innerhalb oder binnen wenig tagen, Plaut. Truc. 2, 3, 7.

Cisalpinus, vide *Alpes*, Cisapenninus, *Apenninus*.

CISIBILITES, *æ*, m. genus muſti in Galatia, Plin. 9, 14.

CISIVM, *i*, n. δίτροχος, expediti vehiculi genus binis rotis inſtructum. Cic. pro Roſc. Am. c. 7 *Decem boris nocturnis LVI millia passuum cisiis pervolavit.* Conf. Id. Phil. 2, 31; Nonius 2, 139; Auſon. 17 epist. v. 13. Vet. Gloss. *Cisium*, δίτροχον. Atque hoc ipſo diſtinguebatur a rheda, quæ quatuor rotis incedebat, ut Iſidorus auctor est. Ac inde in Theodoſiano Codice *Birota* appellatur. Sicut & Græcorum recentiores δίκυκλον appellant, quod ad Suet. Caſaubonus obſervavit.

¶ Cisiarius, *i*, m. carrucarius, qui cisium agit, ein futſcher. Vlp. l. 13 pr. Locati conducti: *Quæritur, si cisiarius, id est, carrucarius, dum cæteros transire contendit, cisium everti, & servum quassavit vel occidit?*

Cismarinus, vide *Mare*, Cismontanus, *Mons*.

CISŌRIVM, *i*, n. ſchrot. Veget. 2, 22 *Cisorium osses*, beinſchrot.

Cispadanus, vide *Padus*, Cispello, *Pello*, Cisrhenanus, *Rhenus*.

CISSAMPELOS, *i*, n. κισσαμπελος, herba heiſſe, peters-kraut. Dioſc. 4, 37.

CISSANTHĔMVS, *i*, f. herba, quæ & ciſſophyllon & cyclaminis altera dicitur, ſpeck-lilien, deſcriptionem ejus vide apud Dioſc. 2, 159, & Plin. 15, 9.

CISSĂRON, *i*, n. eadem herba, Apul. de Herb. c. 17. conf. c. 98.

CISSĒRIS, *is*, f. κίσσηρις, pumex, limſteine. Dioſc. 5, 79.

CISSEVS, *i*, m. Thraciæ rex, pater Hecubæ. Hinc

¶ Ciſſēis, *idis*, ipſa Hecuba. Virg. Æn. 7, 320 *Ciſſeis prægnans ignes enixa jugales.* conf. 10, 705.

CISSION, *i*, n. hedera nigra, epheu. Apul. de Herb. c. 98.

CISSITES, *æ*, m. κισσίτης, gemma candida. Plinio 37, 11.

CISSOPHYLLON, *i*, n. vide *Ciſſanthēmus*.

CISSVS, *i*, m. hedera, quæ ſine adminiculo ſubſiſtit, neque ullius pedamenti eget ſuſtentaculo. Plin. 16, 34. Hinc

¶ Ciſſybium, *i*, n. vel Ciſſymbium, κισσύβιον, poculum ligneum paſtorale vel ex hederæ ligno, vel hedera veſtitum. v. Macrob. Sat. 5, 21. Philemon, ut retulit Athenæus 11, 7 dixit, *Ciſſybium* esse poculum una parte tantum auritum. v. Caſaub. ad h. l. Est etiam apud Theocritum Id. 1.

CISTA, *æ*, f. κίστη, vas vimineum, ein korb. Colum. 12, 54 *In quadratam cistam virgineam, quæ neque spissa, solidæ tamen & crassis viminibus contexta sit, componito.* Plin. 15, 17 *Cistis vitilibus condi.* ¶ 2. Item arca lignea, in qua pecuniæ, literæ, libri & aliæ reponuntur, ein kaſten, kiſte, lade, kuffer. Horat. 1 epist. 17, 54 *Cistam effractam plorat.* Catull. 64, 256 *Cavæ cistæ.* Cic. Verr. 3, 85 *In cistam transferre ex fisco.* Auct. ad Herenn. 1, 12 *Cistas dejicere.* Iuvenal. 3, 206 *Namque vetus Græcos servabat cista libellos.* conf. Tibull. mox in *Cistifer*.

¶ Cistula, *æ*, f. diminut. apud Martial. 4 epigr. 46, & Plautum sæpe; e. g. Amph. 1, 264 *Patera in cistula obsignata est signo Amphitruonis.* conf Rud. 4, 4, 34; &c.

¶ Cistella, *æ*, f. idem. Ter. Eun. 4, 6, 15 *Cistellam, Pythia, domo affer cum monumentis.* Add. Plaut. Cist. 3 v. 7; &c. Auct. ad Herenn. 1, 12.

¶ Cistellula, *æ*, f. idem, Plaut Rud. 2, 3, 60.

¶ Cistellarius, *ii*, f. apud Plaut Trin. 2, 1, 23 commemoratur in familia mulierum luxuriosarum, quæ fert cistellam.

¶ Cistellaria, scil. fabula. Ita dicitur Comœdia Plautina propter cistellam ab ancilla amissam & a matre puellæ repertam.

¶ Cistartium, *i*, n. κιστάριον, i. e. κίστη ἐστίον, panarium, ein brodkorb. Vulg. Interp. 1 Sam. 9, 7 *Panis defecit in cistartiis nostris.*

¶ Cistifer, *eri*, m. ſubſt. cui ferb trager, apud Martial. 5 epigr. 17; ubi intelligitur is, qui ſacra arcana, qualia Cereris & Bacchi erant, in ciſta gerebat. Tibul. 1, 7, 47 *Et levis occulti, conscia cista sacris.*

¶ Cistophorus, *i*, m. κιστοφόρος, proprie qui cistulam vel capsulam gestat. ¶ 2. Genus numismatis. Cic. pro domo c 20 *In Asia cistophorum flagitare. Cistophori* dicebantur Asianorum nummi, quod in illis *cistiferi* sive *cistigeri* sculpti essent, hoc est, eorum species, qui mysticorum sacrorum arcana cistis inclusa portarent. v. Turneb. Adv. 3, 5 & 21; Alex. ab Alex. 4, 15, & Græv. ad Cic. Att. 2, 6 ext.

CISTERNA, *æ*, f. puteus, in quem colligitur aqua pluvia, eine cisterne, grube, das regen-waſſer zu ſammlen; ut, *Cisternæ servandis imbribus*, Tac. Hiſt. 5, 12, 1. De cisternarum constituendarum ratione vid. Plin. 36, 23; Pallad. 1, 17, & de aqua cisternarum Plin. 31, 3. Martial. 3 epigr. 56 *Sit cisterna mihi quam vinea, malo Ravennæ*; quod nempe aqua rara, vinum nihili erat Ravennæ.

¶ Cisternínus, *a, um*, adject. aus der cistern; ut, *Aqua cisternina*, fontanæ oppoſit., apud Colum. 12, 43.

Cistíberis, vide *Tiber*, Cistifer, cistophorus, cistula, *Cista*.

CISTVS, *i*, m. & Cisthum, *i*, n. κίστος, *ου* κίσθιον, *vel* κίσαρον, frutex ramoſus eſt major thymo Plinio 24, 10, ein ciſtenroslein. vid. Dioſc. 1, 111.

¶ Cistaron, *i*, n. κίσαρον, idem frutex, qui *ciſtus*. v. Dioſc. l. c.

¶ Hypocistis, ὑποκιστις, ex ciſti radicibus proſilit. Naſcitur in Hetruria, maxime in Apennino. Plin. 24, 10, & 26, 8.

CITAEA, *æ*, f. urbs Colchidis; Adde infra *Cyta*. Hinc

¶ Citæis, vel Citëis, *idis*, f. Medea dicta, & in genere quævis *saga*, eine hexe, zauberin. Val. Flacc. 5, 466 *Sideris ora ferens, nova lux effusa Citæis*. Et Propert. 2, 4, 7 *Non hic herba valet, non hic nocturna Citeis*.

¶ Citeínus, *a, um*, adject. magicus, zauberiſch; ut, *Citeina carmina*, hexereyn, Idem Propert. 1, 1, 24.

Citaris, vide *Cidaris*, Citatio, citatus &c. *Cieo*, Citer, *ior*, *Citra*.

CITHÆRA, *æ*, f. (Κιθάρα) appellabatur, ut Feſtus ſcribit, *effigies quædam argutæ & loquax, ridiculi gratia, quæ in pompa vehi solita est*. Cato in M. Cæcilium, apud eundem: *Quid ego cum illo disertem amplius, quem ego denique credo in pompa vectatum iri ludis, pro citerio, atque cum spectatoribus sermocinaturum*. Vnde apparet *citerio* convicium in homines impendio loquaces jactatum eſſe. v. Iraſm in Adag.

CITHAERON, *ônis*, m. Κιθαιρών, mons Bœotiæ, Baccho ſacer. Virg. Æn. 4, 302 *Stimulant trieterica Baccho Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithæron*. Errat itaque Servius ad illud Æn. 7, 641 *Pandite nunc Helicona*, cui *Cithæron* eſt jugum alterum Parnaſſi, montis Theſſaliæ bicipitis, Baccho ſacrum; alterum, *Helicon*, conſecratum Apollini. Neque enim Parnaſſus in Theſſalia eſt, ſed in Phocide: in neutra *Cisæron*, qui Straboni lib. 9 p. 279 in Bœotia eſt; & Plin. 4, 7 *Datur his Thebis ſaltus Cithæron*. Nomen *Cithæron* a Cithara Orphei, quod ſuper eo frequenter ipſe caneret, accepit, ſecundum Lactantium 1, 22. Virg. Georg. 3, 43

Rumpe moras, vocat ingenti clamore Cithæron.

Monti huic in Tragicis peculiare quid tribuitur modo divinum, modo fatidicum, modo affectus &c. v. Barth. ad Stat. Theb. 2 p. 305, & Taubman. ad Virg. p. 218, 583. ¶ 2. Scribitur etiam ſine diphthongo, correpta penultima, *Citheron*, apud Auſon. in Gripho ternarii numeri v. 32 *Sed Citheron totiens ternas ex ære sacravit*, id eſt: ter ternas ſcil. Muſas. Atque ita in Lactantii libris loco proxime indicato, & Hygini Fab. 7 & 8, ubi Cl. Munckero videas notata p. 25.

CITHARA, *æ*, f. κιθάρα, eine laute, harfe. Horat 1 oda 24, 3 *Melpomene, cui liquidam pater Vocem cum cithara dedit*. Apud Plin. 7, 56 inveniſſe dicitur *citharam Amphion; ut alii, Orpheus; ut alii, Linus*. conf. Virg. Æn. 6, 120. Ejus ſpecies Iſidorus 3, 21 facit pſalteria, lyras, barbita, & alias quadrata forma, nec non & trigonali. Nonnulla earum ſchemata exhibuit Pignorius de Servis p. 86. Conf. Bulenger. de Theatro 2, 30.

¶ Citharœdus, *i*, m. κιθαρῳδός, qui citharæ a ſe pulſæ accinit, der zum ſaitenſpiel zugleich ſinget. Varro R. R. 2, 1 *Non omnes, qui citharam habent, sunt citharœdi*: quod Germani dicunt: es ſind nicht alle koche, die lange meſſer tragen. *Audœdus sit, qui citharœdus esse non potest*, Cic. pro Mur. c. 13. Martialis 5 epigr. 57 *Citharœdi cantes pœmniosas* vocat. Quintil. 1, 12 pr. *Citharœdi simul & memoriæ, & suno vocis, & simul pluribus flexibus serviunt, cum interim alios nervos dextra percutiunt, alios læva trahunt, continent, probant, ne pes quidem otiosus certam legem temporum servat, & hæc pariter omnia*. Difficilius igitur eſt citharœdum eſſe, facilius aulœdum.

¶ Citharœda, *æ*, f. In Veteri inſcriptione legitur apud Gruter. f. 654 n. 2 CLAVDIÆ CITHAROEDAE CONIVGI OPTIMAE &c.

¶ Citharœdicus, *a, um*, adject. zum ſaitenſpiel gehörig; ut, *Ars citharœdica*, Plin. 9, 8. *Citharœdicus status*, Apul. Florid. p. 151.

¶ Citharista, *æ*, m. κιθαριστής, qui citharæ ludit ſive ſola, ſive adhibita voce, ein harfeniſt, harfenſchläger. Cic. Phil. 5, 6, & de Divin. 2, 64.

¶ Citharístria, *æ*, f. fidicina, eine ſaitenſpielerin. Ter. Phorm. 1, 2, 32 *Quandam nactus est puellulam citharistriam*.

¶ Citharízo, *are*, κιθαρίζω, citharæ canere, auf der harfen ſpielen. Nepos 15, 2, 1 *Et citharizare, & cantare ad chordarum sonum doctus est a Damone*.

¶ Chorocitharista, *æ*, m. & Pſilocitharista, *æ*, m. ſibi invicem opponuntur. Suet. Domit. c. 4 *Certabant etiam & prosa oratione Græce Latineque: ac præter citharœdos chorocitharistæ quoque & psilocitharistæ. Chorocitharistæ* ſunt, qui in choro canunt, ſive cum pluribus una modulantur. *Pſilocitharistæ*, qui vel ſoli cantant citharæ ſine melodia vocis, ut Turnebus vult Adverſ. 20, 16, ſive cum ea, uti Caſaubonus ex Athenæo & Platone interpretatur.

¶ Epicharistium, *ii*, n. ἐπιχαρίσμα, ultima pars fabulæ, die nachmuſic, zugabe. Tertull. adv. Valent. c. 33 *Epicitharisma post fabulam*.

Citimus, vide *Citra*, Citipes, citò, cito, *are*, *Cieo*.

CITOCACIVM, *i*, n. herba chamæleea, ſeidelbaſt. Apul. de Herb. c. 111.

CITONIA, mala eadem quæ Cotonea, Theod. Med. de Diæt. c. 15.

CITRA, præpoſitio, idem ſignificat quod *cis* opponiturque *ultra* & *trans*, hieherwerts, diſſeits; ut, *Citra flumen*: Cic. Phil. 6, 3 *Ut exercitum citra flumen Rubiconem, qui finis est Galliæ, educerct*. Id. fam. 16, 2 *Tertio die abs te Alysiam accessiramus. Is locus est citra Leucadem stadia CXX*. Horat. 1 ſat. 1, 107 *Est modus in rebus, sunt certi denique fines, Quos ultra citraque nequit consistere rectum*. De gradibus vid. *Citime* p. p. ¶ 2. In eadem ſignificatione adverbialiter etiam ponitur: e. g. apud Liv. 10, 25 *Paucis citra millibus lignatores ei occurrunt*. ¶ 3. Significat & *ſine*, *extra* &c. ut, *Citra palverem*, aut, ut Plin. 35, 21 *Citra pulveris jactum*, ἀκονιτί, proverbialiter, ohne mühe. *Ungi citra fadorem*, Celſ. 1, 6. *Citra commodum*, Suet. Aug. c. 24 i. e. ſine commodo. Et c. 43 *Citra spectaculorum dies*, auſſer oder vor den tagen der ſchauſpiele. Quintil 7, 3 *Citra voluntatem domini*, i. e. præter. In primis ad terminos deſignandos, intra quos ſe continet modeſtia. vid. Bur. ad illud Pedon. ad Liv. 50 *Quamque libet citra constituisse modum*. Tale fere eſt Colum. 7, 6 *Citra satietatem data glans*, ita ne ſatientur. Celſ. 1, 2 *Lassitudo citra fatigationem sit*; nimirum fatigatio amplior laſſitudinis gradus eſt, wenn man müde iſt, ehe man matt worden. Ovid. 5 Trift. 8, 23 *Peccavi citra scelus*, mein verſehen iſt ohne bosheit. ¶ 4. Adverbialiter etiam *Citra*, ut de *intra* obſervavimus n. 3, imminutionem notat, anders, weniger. Ovid. Pont. 1, 7, 55 *Tua janua culta citra quam debuit*, i. e. minus. Id. de Arte Am. 3, 757 *Define citra quam cupies*, wenn es am beſten ſchmeckt, ſoll man aufhören. Tac. Hiſt. 3, 23, 3 *Tela hostium citra cadebant*, ehe ſie trafen.

¶ Citrâtus, *a, um*, diſſeitig; ut, *Regio citrata*, *ager citratus*. vide Rigaltii Gloſſ. ex Hygino & aliis in Gœſii agr. p. 156 & 263.

¶ Citer, veteriſſimi protuliſſe inveniuntur. Cato apud Priſcianum p. 599 *Citer ager alligatus ad sacra erit*.

¶ Citerior, *us*, diſſeitig, diſſeits gelegen; compar. ab antiquo *Citer*; ut, ab *Exter*, *exterior*. Sic *Hispaniam citeriorem*, Nepos 24, 2, 1, aliique dixerunt, pro *Tarraconensi provincia*, & *Ulteriori*, id eſt, ultra Iberum amnem ſitæ oppoſuerunt. *Gallia citerior*, Cic. de provinc. conſ. c. 15, quam ibidem *ulteriori* opponit, ſive Transalpinæ. ¶ 2. Si ad tempus refertur, idem fere ac *propinquior*, neulicher, näher. Cic. de Leg. 3, 2 *Vt ad hæc citeriora veniam, & notiora nobis*. Id. fam. 2, 12 *Citeriora nondum audiebamus*. Val. Max. 8, 15, 1 *Consulatus citerior*, i. e. ante tempus, riſcher, zeitlicher. Id. 8, 7 ext 10 *Citerior ætas*, i. e. brevior, kürzer. Id. 6, 3, 11 *Citerior delictо ultio*, i. e. prior, behender, eher.

¶ Citimus, *a, um*, ſuperlativus: *Citimum* autem vel *Citumum* dicitur, quicquid proximum nobis eſt, nächſt gelegen. Cic. Somn. Scip. c. 3 de Luna: *Ex quibus erat ea minima, quæ ultima cælo, citima terris, luce lucebat aliena*. Fulgentius Aſtronomicis apud Pithœum: *Qua citimus limes dispescit turbida puris*.

¶ Citime, adverb. allernächſt. Priſcian. lib. 15 p. 1016 *Citra, citerius, citime*.

¶ Cito, adverb. idem quod *Citra*. Iungitur fere ſemper cum *Vltro*, & formulam dat *ultro citroque*, hin und wieder. Exempla vide infra in *Vltro* num. 5.

Citrago, vide *Citrus*, Citratus, *Citra*, Citreus, citrinus, *Citrus* &c.

CITRVS, *i*, f. arbor, quæ mala fert Medica, ein citronenbaum. Raro uſu forma *citrus*, pro qua Græci τὸ κιτρίον, it. κιτρία dicunt, & Latini etiam *Citria*, Iſidoro teſte 15, 7: niſi Plinius juverit 13, 15 *Mons citerioris Mauritaniæ laudatissimam dedit citrum*. Ita Harduinus: Frob. *cedrum*. Alii vocant *citri arborem*, ut Plin. 13, 15 incunte, & Pallad. Martio t. 10 de Citreo pr. Macrob. Sat. 2, 15 *Citrea malus*, ex Oppio: qui & *Perſicam* eamdem putat, quas vero diſtinguit Cloatius apud eumdem Macrobium. *Perſica* autem & *Medica* eſt eadem, Athenæo 3, 7 ex Ariſtotele cenſente: etiam *malus Aſſyria*, ut Plinius vocat 12, 3. Sed ſunt varia ejus genera. vide Iſidorum l. c. Needham. ad Geop. 10, 7. Elegans inprimis eſt liber Ferrarii Heſperides, in quo de toto arborum Medicarum genere luculenter & venuſte agitur.

¶ Citreum, *i*, n. ut eſt in MSS. idem apud Palladium Jul. t. 3. Nam & *citreum* ut juvetur & ſervetur, eſt in Pallad. Mart. t. 10.

¶ Citrum, *i*, n. fructus ſive pomum, videtur, eine citrone. Athenæus 3, 7 dicit, Iubam μυημονευοντα τῶ κιτρεῖ, quod de fructu intelligas. Virgilio Georg. 2, 126 eſt *malum felix*: *Media fert tristes succos tardumque saporem Felicis mali: quo non præsentius ullum* &c. Adde Macrobii Sat. 2, 15 horum verſuum interpretationem, qui & ab Homero Odyſſ. E. v. 60 δῶον vocari contendit. ¶ 2. Lignum hujus arboris etiam *Citrum* vocatur, præſertim ex Mauritania apportatum, unde pretioſas menſas Romani conficiebant. Plin. 16, 43 *Citrum in laminas secatur*. Et Martialis 10 epigr. 98 *Et citrum veterus, Indicosque dentes*. De menſis iterum Plin. 13, 15 pr. *Confines eis* (Atlanti) *Mauri, quibus plurima arbor citri, & mensarum insania, quas fœminæ viris contra margaritas vegerunt*. Adde Lucan. 9, 426 ſqq. & Vellej. 2, 56, 1 cum not. Burm.

¶ Citrium, *i*, n. ſcil. malum; & plur. *Citria*, ſcil. mala, citronen; apud Apicium 4, 3; & 1, 21.

¶ Citrus, *a, um*, vom citronenbaum; ut, *Citrea mala*, citronen, Plin. 15, 28. *Mensa citrea*, Cic. Verr. 4, 17. *Lecti citrei*, Perſ. ſat. 1, 53.

¶ Citrínus, *a, um*, ut, *Color citrinus*, citronen-farbe. Plin. 19, 15.

¶ Citrosus, *a, um*; Nævius apud Macrobium d. l. *Citrosa vestis*. Adde Feſtum cum Dacerii notatis.

¶ Citrëtum, *i*, n. ein citronen-garten. Pallad. 3, 24 extr. *Citreta tegumentis defendantur a frigore*.

¶ Citrâgo, vel Citreâgo, *ônis*, f. herba apibus gratiſſima, citronen melonen, melliſſe. Pallad. April. t. 8 *Vasa, quibus recipiuntur apes, perfricanda sunt citreagine*. conf. Idem 1, 37.

CITTA, *æ*, κίττα, vel *ittia*, avis gulosa, pica, quæ terræ glebas esitat. ¶ 2. Medicis fumitur pro morbo fatidientium cibos & appetentium res absurdas, das unordentliche gelusten. vid. Alexand. Aphrod. 2 probl. 74. Rhodig. 3, 15, & 14, 1.

¶ Cittŏlis, *is*, f. κίττωσις, uvarum vitium, cum a racemis dilapsi acini pereunt. v. Cæl. Rhod. 6, 1.

Citule, vide *Cico*, Citumus, *Citimus in Citra*, Citus, *Cico*.

CIVĀRO, *onis*, civitas Sabaudiæ, Chambery, Planc. Cic. fam. 10, 23. Alii legunt *Cularo*, quæ postea dicta *Gratianopolis*, Grenoble, in finibus Allobrogum.

CĪVIS, *is*, c. legitimus oppidi incola, πολίτης, de viro & fœmina, ein bürger, eine bürgerin frau oder tochter. Appellatio a *cœundo* est, quod & Cicero significat loco mox in *civitas* allegando. Ergo *Civis* quasi *Coivis*. Cic. Verr. 5, 62 seqq. Multis agit de formula solenni: *Civis Romanus sum*, quæ vox juris & defensionis erat, etiam in extremis periculis & suppliciis. Aud. Quint. 4, 2 p. 346. *Civis Romanus*, l. I. pro Balbo c. 24. *Civis Atticus*, Ter. An lr. 1, 3, 16. Ibid. 5, 1, 15 *civis ist hine*, einer hiesigen bürgers tochter. Nep. 2, 1, 2 *Italicæ fœdus civis*. Cic. pro Arch. c. 2 *Civem adsciscere*. *Civem* autem Romani opponunt municipi, ut Romam municipibus & reliquis oppidis Italiæ. Cic. Verr. 5, 62 *Clamabat ille miser, se civem esse Romanum, municipem non Catinæum*. ¶ 2. *Civis* est etiam, quem vulgo *Cicerone* vocant, ein mitbürger, landesmann aus einer stadt. Cic. pro M. l. c. 34 *Valeant, valeant, inquit, cives mei valeant*. Idem Catil. 1. - *Te metuant omnes cives tui*. ¶ 3. In casu sexto non tantum *cive* habet, sed etiam *civi*. v. Cic. Orat. pro Cn. Balbo c. 19, & quæ Menckenius in Observat. L. L. exempla collegit.

¶ Civitas, *ātis*, f. eine gemeine, stadt, bürgerschaft. Cic. apud Non. 5, 27 *Conjunctionem tectorum, appellari, vel urbem appellaverunt, debuisse disputandum fortasse quæramus. Omnis ergo populus, qui ejusmodi cœtus multitudinis, quadam constat*. CIVITAS *est*. Ita quæ *Civium* proprie non in ædificiis, sed incolis, in unam societatem junctis, consistunt. Solon apud Plutarchum de Cynosarge, πολὺν γὰρ ἤδη τὸν ἐπὶ διαφθορᾷ ἤγαγε δῆμον, ἀεὶ τὴν τῶν γνησίων καὶ τῶν νοθευομένων, ὥσπερ σῶμα τι ξυνδοῦν καὶ διάκριτον, ὑποχρεῶν ἐξ ὑποψίας τοὺς ἀπάδοντας τῶν πολιτευομένων, τὸ δὲ πᾶν οὐ διὰ τοῦ κλήρου μᾶλλον ἢ τῆς ψήφου, h. e. *Subjudem civitatem non officia illa exigunt, quæ singuli sibi, mari, vobis, & aliis; sed hæc tanquam corpus quoddam quorum ejus sit, immobile, ad recipiendas & continendas omnes civium ordines*. Quorum verborum ea est, ut mihi videtur, sententia. Omnem vero civitatem ex quibusdam partibus constare. Liv. 4, 23 *Nulla est civitas, quæ non imperantium & parentium multitudinem semper habeat*. Cic. pro Mil. c. 34 *Civitas sine curatore*. Et Verr. 5, 51 *Gravem civitatem*, i. e. gravitate morum æstimandam. ¶ 2. Neque vero in colarum societas uno cœtu aut urbe colligata *Civitas*, sed ita appellantur gentes seu nationes integræ, quæ iisdem legibus vivunt, & unum cœtus corpus, diversæ licet & distinctis locis habitantes, constituunt, stant. Cæs. B. G. 1, 12 *Omnis civitas Helvetia in quatuor pagos divisa est*. Et mox: *Pars civitatis Helvetiæ insigni calamitate Pop. Rom. intulerat*. Sic aliis locis passim hac voce est usus. Ita *Civitatem Ubiorum*, Tac. An. 1, 37, 3; *Hermundurorum*, Id. de Germ. 41, 1: *Brigantum*, Id. Agric. 17, 2 dixit. ¶ 3. Pro ipsa administratione reip. potuit Rhetor ad Herenn. 4, 18 *Qui privatus latet, vasili superbia fuerit, eum commodum & sui cognoscentem videre in civitate quis speret?* id est, in rep. seu administratione reip. sive magistratu. Nam *in civitate esse & privatum esse* opponuntur. ¶ 4. Non raro & ipsum *civium jus* hac appellatione designatur, das bürger-recht. v. Gell. 18, 7. Hinc frequentissima formulæ: *aliquem donare civitate: in civitatem recipere: civitatem consequi* v. Cic. pro Archia & alibi. Triplex autem hoc jus apud Romanos fuit. Summo & maximo Romana tribuebatur *civitas*: proximum erat *Latinitas*: ultimum minimumque *Italiæ jus*. Et Latinis Romani cives fieri poterant: 1. Si magistratum gessissent domi. 2. Si militarent Romam. 3. Nave, pistrino, ædificio. Hi jure quodam Romanam civitatem consequebantur republica libera: sub Imperatoribus enim accipere principis beneficio quilibet poterat. Vide Sigonium de Ant. Iure Rom. civium c. 1; Onufr. Panvinium Comm. 3 de Rep. Romana; Lipsium ad Plin. Paneg. c. 37; Torrent. ad Suet. Cæs. c. 8, & inprimis Spanheimium in Orbe Romano, quo toto libro jus civitatis Rom. explicat, & quomodo id paullatim, cum pluribus, & denique sub Caracalla cum omnibus, qui in imperio Rom. essent, communicatum sit, ostendit. Plinius 10 epist. 22 videtur fuadere, peregrinum Romanæ civitatis jus haud potuisse consequi, nisi qui domi ante fuisset civis. Duarum tamen civitatum esse Romano Iure nemo poterat. v. Cic. pro Cæc. c. 34; & pro Balbo c. 12; Nep. 25, 3, 1. ¶ 5. Improprie *Civitas*, & pro loco ponitur. Atque omnes significationes Verrius Flaccus apud Gellium 18, 7 his verbis colligit: CIVITAS *& pro loco, & pro oppido, & pro jure quoque* omnium, *& pro* hominum multitudine *dicitur*. Conf. Coquejus ad Augustin. de C. D. 1, 15, p. 58. Lactantio 4, 21, 2 est hæc vox pro urbe, ædificiis & munitionibus, ubi dicit: *ut civitates eorum fide acquiret*. ¶ 6. *Civitas nostra* appellatur, ubi vel *nati sumus*, vel *habitamus*, die vaterstadt, wohnstadt. Vetus Schol. Iuvenalis ad Sat. 1, 51 *Tarquinam ad*, (dixit,) *quia hæc fuit Civitas Horatii: Civitas*, id est, patria. Apud Matthæum c. 11, 1 Capernaum, ἰδία πόλις appellatur, quod ibi haberet Salvator domicilium. Nam & Romano jure, ut Grotius ibi annotat, *civitas nostra* appellatur, ubi Larem fiximus. Hannibal apud Liv. 30, 30 *Quodcunque egerimus, eatum id civitatem nostram habitaturum sit*: NOSTRÆ, id est, unde quisque nostrum est: quam quisque nostrum patriam habet aut domum. Similiter Plin. 6 epist. 8 *Oppida nostra unius diei itinere dirimuntur*. OPPIDA, ubi uterque natus erat. Sen. Consol. ad Helv. c. 6 *Videbis majorem partem esse, quæ relictis sedibus suis venerit in maximam quidem, & pulcherrimam urbem, non tamen suam*, id est, non tamen patriam.

¶ Civitatula, *æ*, f. diminut. Sen. de morte Claudii p. 853 *Hic quæstu se sustinebat, vendere civitatulas solebat*, i. e. jura exigua civitatis. Apul. 10 Met. p. 238 *Ad quandam civitatulam pervenimus*.

¶ Civĭcus, *a*, *um*, bürgerlich; ut, *Corona civica*; quam civis civi, quo servatus erat in prælio, testem vitæ salutisque perceptæ, dabat. Fiebat autem e fronde querna aut ilice. Vid. Plin. 16, 4, quem locum enarrat, omniumque coronarum rationem exponit Car. Pachalius de Coron. 7, 8 seqq. adde & Gell. 5, 6. Concella hæc demum & imperatoribus omnibus fuit, suspensaque ad fores domus, sive in vestibulo, ut a Suetonio locatur, Tib. c. 26, qui tamen eandem in fastigio domus Palatinæ ponit Claud. c. 17. *Civilem quercum* vocat Virg. Æn. 6, 772. Ita, *Civica jura*, stadt-recht. Horat. 1 epist. 3, 21. *Ravies civica*, Id. 3 od. 24, 26. *Civicus motus*, Id. 2 od. 1, 2; *favor*, 1 for. 4, 2, 75. *Civica bella*, id est, civilia & intestina, Ovid. 1 Pont. 2, 126.

¶ Civico, *are*, est civem facere, unter die bürger zehlen; in Isidori Gloss. v. Barth. Adversar. 26, 15.

¶ Civĭlis, *e*, quod ad cives pertinet, bürgerlich: ut, *Civilia jura*, Horat. 1 sat. 9 v. 59. *Civilia studia*, Justrop. 8, 10, 10. Hæc belliceæ gloriæ opponuntur, & literarum doctrinam philosophiæque scientiam complectuntur. Ita, *Bellum civile*, Cic. Att. 7, 13. *Plus quam civilia cuncta agitare*, Calpurn. Decl. 6; Tac. An. 1, 12, 6. *Civile*, Lucan. principio operis. Manius Cic. fam. 13, 28 *Domo pro civili parte reasp. vade salvam*; i. e. pro meo, civis, officio, quantum a me tanquam cive exigi potest, nam memet patronum præbet. ¶ 2. Deinde *Civilis* est, æquis, naturalibus, non inventis, communi jure cum aliis utens, ut debent inter se cives, natæ frei. Suet. Gramm. 10 extr. *Civili formæ uti*. Spartianus de Adriano c. 20 *In civilibus etiam hominum causis civiliter ius fecit*. Eutrop. 8, 1 de Nerva: *Æqua omnia & civilissima præcepit*. Ovid. 4 Trist. 4, 17 *Jobi inter patres, quæ enim civilius illo?* Sed plura de hac notione in *Civilitatis* jam vocabulo, n. 3. Interim Cl. Morus ad Ias. Observ. ad script. Eccles. c. 19 p. 227. ¶ 3. Est etiam *Civilis*, besonders nützlich, præstans, in usu vulgari, ubi *civiles* dicuntur etiam, qui superiores observant & colunt.

¶ Civilĭtas, *ātis*, f. πολιτικὴ, sive, tuendæ & conservandæ civilis societatis prudentia, die staats-klugheit. Ita hæc vox usus Quintil. 2, 15. Quæ ferri a πολιτικῇ, appellat Plato in Gorgia, sive civilitatem vertit: *Præstigiæ*, inquit, *civilitatem, cum, (Platonem) in hac esse aliquem, ut hæc tueatur non arbitrer, sed perridiculum quandam gratiæ ac voluptatis existimet, & hic loci, civilitatis præsidia fabularum, & quartam partem adulationis, quæ eas partes civilitatis corpori assignet, nuncupatam, & quam interpretantur exercitationem* &c. & quibusdam interjectis, *Rectorem quidem earum civilitatem esse animadvertunt*. conf. Heun 2, 17. ¶ 2. *Civilitas* dicitur hoc civitas, quæ ad civilitatem & consuetudines civiles pertinet, quæ omnem virtutem, habitum & gestum corporis, quem oratorem nem, tam ad quamdam decori ac elegantiæ rationem, quæ præcepta præcipiuntur, dirigit & moderatur: *explicanti* contrarium, *incivilitas* adhæret. Sed hæc recentiora sunt, nova notio est, nec contemnenda tamen. ¶ 3. Alia tamen vice ea hoc appellatur nomine, quæ non in elegantiae venustate posita ad familiares congressus, sed ad artes & vitam publicam pertinet: atque in gravitate quadam & modestia constituta est, superbiæ, quæ ac crudelitati opposita; verbo, cum quis se civem & aliis cives esse meminit, ut humanitas eum hominem. Hanc *Civilitatem* Augusto Suetonius tribuit c. 51, & eam *clementia* constringit. Eamdem in Trajano Plinius atque Eutropius commendant; & nite quidem cum *moderatione* copulat. Ab hac *civilem animam* Suetonius dixit Cæs. c. 75 extr. pro æquo & moderato: quemadmodum & Eutropius *æquitatem* cum *civilitate* conjungit, cum Nervam *æquissimum & civilissimum principem* nominat; itemque Ammianus, cum *civile & jam imperium ad voluntatem vi exactam* a Cæsare Gallo *conversum* lib. 14 pr. dicit. Suet. Claud. c. 1 *Civilis animus*, ambitionis & gloriæ cupido opponitur, ein bescheidenes gemüthe, das sich nicht erhebet. Vide & Casaub. in August. Suet. c. 51, nec non Torrent. in ejusdem Suet. Cæs. c. 25, quibus etiam Bœcleri Characteres Vellejanos licebit addere c. 4.

¶ Civiliter, adverb. tam late significat, quam *Civilis & Civilitas*, bürgerlich, patriotisch, beschaffenheit. Liv. 38, 56 *Magis pie, quam civiliter*, id est, ut decet civem. Gellius prœmio: *Vir civiliter eruditus*. Sen. Præf. lib. 4 Excerpt. *Non civiliter tantum, sed etiam familiariter*. Plin. Paneg. c. 39 *Nec vero ille* (Pompejus) *civilius, quam parens noster auctoritate, consilio, fide, recluſit vias, portus patefecit*, &c. Eutrop. 7, 5 de Augusto: *Civilissime vixit*.

¶ Concivis, *is*, municeps, qui ejusdem civitatis jure cum aliis fruitur, ein mitbürger. Nam *Conterraneus* ejusdem terræ & regionis est, *Compatriota* ejusdem patriæ. Græcum συμπολίτης inventur Eph. 2, 19. Vnde Latinum non modo Hieronymus 2 epist. 25 & alii juniores usurparunt: Sed & Tertullianus contr. Marc. 5, 17 Paullum latine loquentem introducit: *Iam non sumus peregrini, nec advenæ, sed concives sanctorum, sed domestici Dei*. conf. And. Borrichii vind. p. 31. Est & locus Frontini de Limit. p. 310 *Exactum concivium locum primum appellatum, deinde dictum fundum*.

¶ Incivĭlis, *e*, expers civilitatis, tyrannisch. Aurel. Victor de Macrino & Diadumeno: *Horum nil præter sævos atque inciviles animos reperimus*. Eutrop. 10, 7 de Gallo: *Multis incivilibus gestis*.

¶ Inciviliter, adverb. idem. Apul. Met. 7 p. 199 *An te nos tractamus inciviliter, qui nostrum usuram fundum abducis?* Et Suet. Tito c. 6 *Egit aliquanto incivilius & violentius*.

¶ Incivilĭtas, *ātis*, f. crudelitas. Ammian. 18, 2 *Contigit per incivilitatem militis*. Id. 29, 5 *Incivilitatis particeps*.

¶ Percivilis, *e*, i. e. valde civilis. Suet. Tiber. c. 28 *Exstat sermo ejus in senatu percivilis*.

CL, f. cl. confundunt librarii cum d, scribuntque *elementia* & *dementia* & conversim. Burm. ad Calpur. ecl. 1, 55.

CLAVŬLA, *æ*, f. Nonio 4, 473 eadem est, quæ *talea*, hoc est, ramus ex utraque parte æqualiter præcisus. Sed Varro vocat *Clavolum* sive *Clavulum*, de qua mox in *Clava*. Tota scriptura librariis deberi videtur. Nam in Crescentio etiam, ubi locum Palladii de *clava*, quem ibi laudamus, describit, *clabam* habet. ¶ 2. Est & *Clabula* vehiculi genus. Hinc

¶ Clabulāris, *e*: ut, *Clabularis cursus*, qui militibus concedebatur, quoties ex aliis in alia loca celeriter transferri eos oporteret, ut est in l. 22 cod. de cursu publ. *Clavularis cursus facultatem permissam* vocat Ammianus 22, 4, vide ibi notam Valef. Sunt, qui malint *Caballarem*

apud Luitprandum in ſui temporis hiſtoria. Bſiſſonio *Calvularis curſus* idem eſt ac vehicularis, die poſt.

Clacendix, genus conchæ, vide *Claxendix.*

CLĀDES, *is*, f. a κλάδος eſt, quod proprie arbores infringere ſignificat, a κλάδος, *ramus.* Itaque proprie *Clades* ſit, cum vento vel nimio fructuum pondere rami franguntur: ſicut *calamitas*, calamorum detritio eſt: Hinc transfertur vocabulum ad quamvis aliam jacturam & damnum, præcipue vero quod ex bello capimus, verluſt, niederlage. vid. Voſſ. Inſt. Orat. 4 p. 106. *Inferre & afferre cladem:* illud Livii eſt 29, 3; hoc Cic. Nat. D. 2, 3; at, *efficere*, Lucret. 5, 49; ſchaden thun; *accipere*, Curt. 4, 12, 15; *contrahere*, Liv. 25, 19, ſchaden leiden, ſich zuziehen. Liv. 2, 13 *Mucium dimiſſum, cui poſtea Scævolæ a clade dextræ manus cognomentum inditum, legati a Porſena Romam ſunt ſecuti.* Ovid. Met. 7, 561 *In ipſos ſæva medentes erumpit clades*, die ſeuche trifft auch die ärzte. ¶ 2. Aliquando *Clades* figurate dicitur, qui cladem infert. Virg. Æn. 6, 842

Quis Gracchi genus, aut geminos, duo fulmina belli,
Scipiadas, cladem Libyæ?

Nam eos, qui multum damni ac calamitatis intulerant Africæ, *cladem Libyæ* appellavit. ¶ 3. *Cladis* caſu recto paſſim in MSS. Livii occurrit. v. Drakenb. ad 21, 57. ¶ 4. *Clades* & *Claſſis* a librariis permutantur. v. Oudendorp. ad Lucan. 3, 286.

¶ Cladecŭla, æ, f. parva clades. Cathol.

CLAM, præpoſ. & adverb. ſed magis tamen adverbium, ſi Priſciano credere volumus lib. 14 p. 988, heimlich, unbewuſt, hinterwärts. Ter. And. 1, 5, 53 *Non clam te eſt.* Donatus inter eas præpoſitiones recenſet, quæ cum ablativo junguntur; ut, *Clam iis*, Cic. Att. 15, 1: ſed recte Servius & Clidonius monuerunt, indifferenter pro dicentis arbitrio cum ablativo & accuſativo conſtrui, *clam patre & clam patrem.* Vide Servium in Secund. Donati Edit. p. 1798 ed. Putſch. Plautus Caſ. 2, 8, 33 *Vt mihi bona multa faciam, clam meam uxorem.* Et Prolog. Amph. v. 107 *Is amare cœpit Alcumenam clam virum.* Cum dativo idem conſtruit Mil. 3, 3, 8 *Quam ſane magni referat, mihi clam eſt.* Sed ibi dativum non præpoſitio, ſed verbum *eſt* regit. Et hic *clam* adverbium eſt, non ſecus ac in illo Terentii And. 2, 6, 13 *Amavit, tum id clam.* Id. Adelph. 1, 1, 46 *Sperat fore clam. Clam* autem, dicente Feſto, a *clavibus* dictum, *quod his, quæ celare volumus, claudimus:* niſi potius a *Calim*, de quo idem Feſtus.

¶ Clancŭlum, diminut. Ter. Adelph. 1, 1, 27 *Alii clanculum Patres quæ faciunt, quæ fert adoleſcentia, Ea ne me celet, conſuefeci filium.*

¶ Clanculo, idem, quo ſæpe Apulejus uſus eſt, v. gr. lib. 3 Met. p. 133 *Puer clanculo profugit:* & interjectis multis, *clanculo præcipit auferre.* Vide Indicem Iuliani Floridi. Auguſtinus epiſt. 54 *Per furtum clanculo auferitur.* Gloſſ. Cyrilli, *Clanculo*, κλαθα.

¶ Clanculārius, *a, um*, verborgen. Martial. 10 epigr. 3 *Clancularius poëta*, der etwas ſchreibet, dazu er ſich nicht bekennt.

¶ Clandeſtīnus, *a, um*, occultus, heimlich, verſtohlen; ut, *Clandeſtina colloquia cum hoſtibus*, Cic. de Senect. c. 12. *Clandeſtina conſilia*, i. e. occulta molitio, Cic. in Orat. c. 66. *Clandeſtinum fœdus*, Liv. 3, 36. Et Silius 7, 267 *Ceu clandeſtino traheretur fœdere bellum.*

¶ Clandeſtino, adverb. abſcondite, heimlicher weiſe. Lucil. apud Nonium 1, 176 *At enim dicis, clandeſtino tibi quod commiſſum foret, neu mutires, neu myſteria efferres foras.* Plaut. Mil. 4, 1, 10 *Hoc negotii clandeſtino, ut agerem, mandatum eſt mihi.*

CLĀMO, *avi, atum, are*, a κλαλέω, eſt clare admonere, ſchreyen, ruffen, klagen; apud Plaut. Bacch. 2, 3, 51. *Clamare* ac *dicere* eleganter ubi opponuntur. Cic. Divin. in Cæcil. c. 15 *Quid in dicendo poſſis, nam jam ſatis attendi; in clamando quidem vicko illum eſſe bene ruoglam atque exercitatum.* Virg. ecl. 3, 19 *Et cum clamarem, quo nunc ſe proripit ille?* Eleganti translatione de mari & procella dicitur. Silius 4, 526 *Spumea ſaxoſis clamat convallibus unda.* v. Barth. & Drakenb. Et 9, 517 *Clamante procella.* Adde mox in *Circumclamare.* Item de aliis rebus. Propert. 1, 18 *Et non ulla meo clamat in ore fides.* Stat. Theb. 11, 652 *Hunc & mavortia clamant ſemina.* ¶ 2. Active cum quarto caſu conſtruxit Plaut. Aſin. 2, 3, 10 *Ita hæc morata eſt janua: exemplo janitorem clamat:* id eſt, cum clamore vocat, Sic, *Clamare morientem nomine*, Virg. Æn. 4, 674; *nomen alicujus*, Propert. 1, 17, 23. *Clamaris ab eo infanus*, Cic. ap. Auguſt. contra Acad. 3. *Cum maxime hoc de pecunia clamaret*, Cic. Verr. 5, 7. Sed *Clamare alicui de via*, Ter. And. 3, 2, 11. Apul. 3 Met. p. 130 *Præcune publico ſilentium clamante*, i. e. proclamante & imperante. Sic Virg. Æn. 4, 674 *Morientem nomine clamat.* Nam multa verba Neutra, & abſolutam ſignificationem habentia eam interdum mutant in Activam, & vi hujus ſignificationis caſum regunt Activorum. Vide Vechneri Helleno-lex. 1, 13. Sic

¶ Clamatus, *a, um*, paſſive, geruffen. Ovid. Faſt. 5, 189 *Clamata palma* (al. *verba*) *theatris.* Id. met. 2, 443 *Adſpicit hanc, viſamque vocat: clamata refugit.* Martial. 1 epigr. 50 *Vocabitur venator & veniet tibi Conviva clamatus prope.*

¶ Clāmātus, *us*, m. ſubſt. ein geſchrey. Paulinus 3 Natal. Fel. v. 279 *Sed neque clamatu eſt, neque pulſu mobile corpus.*

¶ Clamator, *ōris*, m. ein ſchreyer, ſchreyhals. Cic. de Orat. 3, 21 *Clamatores odioſi.* conf. Id. de Clar. Orat. c. 49. Interdum idem fere qui rabula, ein zungendreſcher. Gell. 19, 9 de Iuliano rhetore: *Qui clamator tantum, & facundia rabida jurgioſaque eſſet.*

¶ Clāmātōrius, *a, um*, idem. Plin. 10, 14 *Avis clamatoria.*

¶ Clāmor, *ōris*, m. ein geſchrey. *Edere clamorem*, ſchreyen, Cic. Div. 2, 23; *tollere*, quod idem eſt, Cic. Verr. 4, 43, & Liv. 3, 62. *Clamore aliquem excipere*, Cic. Verr. 5, 36. *Clamor Circenſium*, Sen. epiſt. 83. *Lugubri ululatu & incondito clamore gemituque totam fere aciem turbavere*, Curt. 4, 15. *Clamor parentium, lamentantium*, Liv. 22, 29 & 55. Alacritatis eſt. Vid. index Freinſh. ad Curt. 8, 11, 8, & Bernegg. ad Tacit. quæſt. 7; Lipſ. de Milit. Rom. 10, 11. Conf. tamen Menckenii Obſerv. L. L. hac voce. ¶ 2. Impropric, ein ſchall. Horat. 3 oda 29, 38 *Non ſine montium clamore, vicinæque ſilvæ.* Lucret. 4, 183 *Clamor gruum.*

¶ Clāmōſus, *a, um*, ſchreyend; ut, *Altercator clamoſus*, Quintil. 6, 5. *Clamoſus magiſter*, Martial. 5 ep. 85. *Orationis acceleratio clamoſa*, Auct. ad Herenn. 3, 13. *Clamoſi fori jurgia*, Sen. Herc. Fur. v. 172. *Clamoſi turba theatri*, Stat. 3 Silv. 5, 16. *Vrbs clamoſa*, Id. 4 Silv. 4, 18, id eſt, ſtrepitus urbanus.

¶ Clamoſe, adverb. mit vollem halſe. Quintil. 11, 3 p. 1007 Burm. *Ne dicamus omnia clamoſe, quod injanum eſt.*

¶ Clāmĭto, *are*, frequent. multum clamare, gewaltig ſchreyen. Ter. And. 1, 1, 117 *Venit Chremes poſtridie ad me, clamitans, &c.* Eſt & hoc tranſitive uſus Plaut. Pſeud. 5, 1, 29 *Clamitant me, ut veneam.* Cic. Div. 2, 40 *Caricas clamitare*, feigen ausruffen. Id. pro Roſc. Com. c. 7 *Ipſum caput & ſupercilia penitus abraſa olere malitiam & clamitare calliditatem videntur.* Impers. paſſ. Liv. 1, 9 *Thalaſſio ferri clamitatum.*

¶ Clamĭtatio, *onis*, f. ein groß geſchrey. Plaut. Moſt. 1, 1, 6 *Quid tibi, malum, hic ante ædes clamitatio eſt?*

Compoſita:

¶ Acclāmo, vel Adclamo, zuſchreyen, zuruffen, zujauchzen. Cic. pro Cæc. c. 10 *Populus cum riſu acclamavit.* Suetonius narrat Cæſ. c. 37 Iulium Cæſarem in triumphis acclamari ſibi juſſiſſe, *Veni, vidi, vici.* Natus hic mos in theatris: nam cum quid ibi diceretur agereturque præclare, id magnis clamoribus profecuti faventes laudantesque ſunt. Inde in forum & tandem ipſam curiam translatus eſt. Vide de foro Plin. 2 epiſt. 14 n. 4; De curia eumdem 4 epiſt. 9 n. 18. Nam cum quis dicta ſententia reſideret, ejusque probaretur oratio, tum acclamari ei ſolebat cum multa ipſius laude. Quamquam & hoc fieri ſolebat furgentibus ad dicendum, ſi grati eſſent & in magna omnium expectatione. Vid. Plin. 4 ep. 9, & 9 ep. 13. Salluſt. Catil. c. 53 *Poſtquam Cato aſſedit, conſulares omnes itemque ſenatus magna pars ſententiam ejus laudant, virtutem animi ad cælum ferunt.* ¶ 2. Eadem vox ſuſtinere poteſt ſignificatum obſtrependi cum indignatione, anſchreyen, widerſprechen. Vellej. 2, 44, 4, etiam Burmannus edidit *Cum omnis concio acclamaſſet*, i. e. reclamaſſet, ut ex contextu liquet. Et quamquam ſint, qui vocem *acclamandi* hic præferant, tamen *ob* & *ad* inter ſe commutari, probant Acidalius ad h. l. & Gruterus ad illud Senecæ epiſt. 47 *Hoc loco acclamabit mihi tota manus delicatorum.* Docent præterea Ciceronis exempla a Menckenio in Obſerv. L. L. congeſta, interdum probri & contumeliæ cauſſa acclamatum eſſe. Vid. Acclamatio.

¶ Acclamĭto, *are*, idem. Plaut. Amph. 3, 2, 3 *Ea quæ ſunt facta, infecta eſſe acclamitat.* Sed editiones mire hic variant.

¶ Acclamatio, *onis*, f. das geſchrey, geruffe. Colum. 6, 2 *Boves verentes plagarum & acclamationum.* ¶ 2. Fere populi eſt, plauſibili favore aſſentientis, ein frolockender zuruff. Præcipue invaluit hic mos, conversa rep. datumque hoc fuit principibus inter honores cæteros, ut eorum dicta non modo cum acclamationibus exquiſitis, nec ſine adulandi ſtudio, quod Plinius Paneg. c. 71 *veræ acclamationi* opponit, excíperentur, ſed publicis actibus etiam hæ ipſæ acclamationes deſcriberentur, quod primum cœpiſſe Trajani imperio, idem Plinius Panegyrico ejus auctor eſt c. 75. Et quoniam hæ acclamationes non ſine fauſtis precationibus peragerentur, idcirco & ipſæ *Fauſta* nominari cœperunt, de quo infra ſuo loco. Curt. 7, 2, 7 *Acclamationibus ſtudia ſua multitudo propitetur.* Vide quæ de acclamandi ritu Lipſ. Elect. 2, 9, itemque Caſaub. ad Avid. Caſſium Vulcatii Gall. p. 89 ſq. annotarunt, & juſto libro Franc. Bernardi Ferrarius de veterum acclamationibus & plauſu, Tom. 6 Antiquitt. Græv. ¶ 3. Apud Quintil. 8, 5 *Epiphonema eſt rei narratæ vel probatæ ſumma acclamatio.* vide *Epiphonema.* ¶ 4. Etiam in malam partem *Acclamatio* pro contradictione accepta reperitur. Cic. de Orat. 2, 83 *Vitanda eſt acclamatio adverſa populi, quæ aut orationis peccato aliquo excitatur, ſi aſpere, ſi arroganter, ſi turpiter, ſi ſordide, ſi quoquo animi vitio dictum eſſe aliquid videatur.* &c. Id. Qu. Frat. 2, 1 *C. Cato contradixit, ut Caſſius, maxima acclamatione ſenatus.* Plura exempla Menckenius dabit in Obſerv. L. L. hac voce. Hoc fere modo Colum. 7, 3 ſub fin. *Ovibus acclamatione & baculo minari.* Vid *Acclamo* n. 2.

¶ Circumclamo, *are*, umher ſchreyen. Sidon. Carm. 2, 506 *Seſtias ora Helleſpontiacis circumclamata procellis.*

¶ Conclāmo, *are*, mit einander ſchreyen, zuſammenruffen. *Conclamare ad arma*, Liv. 3, 50; & 6, 28. *Conclamare ſocios*, Quid. Met. 13, 73. In malam & in bonam partem acceptum verbum reperitur. Cæſ. B. Gall. 3, 18 *conclamant omnes, occaſionem negotii bene gerendi amittendam non eſſe.* Et B. Civ. 3, 6 *conclamantibus omnibus, imperaret, quod vellet.* Etiam de uno, vehementer, aut ſæpius, clamante, uſurpatur. Cæſ. de B. Gal. 1, 4 *Quos cum apud ſe in conſilio Arioviſtus conſpexiſſet, exercitu ſuo præſente, conclamavit: Quid ad ſe venirent*, &c. Conf. Menckenii Obſerv. hac voce. ¶ 2. *Conclamare vaſa*, eſt militibus iter indicere, jubereque, ut vaſa & impedimenta colligant, den aufbruch ankündigen. Cæſ. B. Civ. 1, 66 *Quo cognito, ſignum dari jubet, & vaſa militari more conclamari.* Quod etiam ſimpliciter *conclamari* dicitur c. 67, & 3, 75. Conf. Briſſon. de Formul. 4, 19. Sic, *Conclamare victoriam*, Id. B. G. 1, 37. ¶ 3. Speciatim conclamantur funera, de quo more ſtatim in *Conclamatus*; quin abſentes etiam, qui bello cæſi creduntur. Liv. 4, 40 *Cum ex mœſtis paullo ante domibus, quæ conclamaverant ſuos, procurreretur in vias.*

¶ Conclamātus, *a, um*, deploratus, beweint, verhaußt; in deſperationis fere formulam abiit. Nam *corpora conclamata jacent*, ut eſt apud Lucanum 2, 22, ubi mortui nomine ter vocati jubentur æternum valere. Ter. Eun. 2, 3, 56 *Deſine, jam conclamatum eſt.* Vbi Donatus: *Transactum ac finitum, ut conclamata corpora nihil reliqui jam habent ad vitæ officia.* Nempe ſolebant mortuorum cadavera ſervari octo diebus, & lavari calida: & conclamari per intervalla: ut, ſi vitalis ſpiritus oppreſſus deliteſceret, excitaretur: nec niſi poſt ultimam conclamationem, cum nulla vitæ ſpes eſſet ſuper, nono demum die cremari. Vide Kirchm. de Rom. Funer. 1, 13, & Servium ad illud Æn. 6, 218 *Pars calidos lavices*, &c. Ammianus ſub fin. lib. 30 de Valentiniani funere: *Poſt conclamata imperatoris ſuprema, corpusque curatum ad ſepulturam, ut miſſum Conſtantinopolim inter divorum reliquias humaretur.* ¶ 2. Sed & pro famoſo ac celebri legitur, beſchrien, beruffen. Hoc fere ſenſu Sidonius 2 epiſt. 2 *Conclamatiſſimum fontium*; & 6 epiſt. 1 *Conclamatiſſimum primipilarem* dixit laudatiſſimum. Et, 8, 3 *Conclamatiſſimas declamationes.* At Macrob. 7, 7, 5 *Herba conclamati frigoris*, i. e. extremi.

¶ Conclāmātio, *onis*, f. ein zuruff vieler zugleich, geſamtes geſchrey. Cæſ. B. Civ. 2, 26 *Curio univerſi exercitus conclamatione imperator appellatur.* Tac. An. 3, 2, 3 *Lacrymis & conclamationibus dolorem teſtari.* conf. Hiſt. 4, 1, 5; & Sen. epiſt. 17.

¶ Concla-

¶ Conclamito, *are*, frequentat. Plaut. Mercat. 1, 1, 51 *Conclamitare tota urbe.*

¶ Declāmo, *are*, clamoſe contendere, mit lauter ſtimme reden oder herſagen. Cic. pro Roſc Am. c. 29 *Quæ mihi viſus eſt ex alia oratione declamare.* Id. Verr. 4, 66 *Pro alio contra alium vehementiſſime declamare.* ¶ 2. Exercendi ingenii cauſſa argumentum fictum enarrare, ſich im reden üben. Cic. de Fin. 5, 2 *Ad fluctum, ajunt, declamare ſolitum Demoſthenem, ut fremitum adjueſceret voce vincere.* conf. Suet. Ner. c. 10; & Horat. 1 epiſt. 2, 2.

¶ Declamarus, *a, um*, hergeſprochen; ut, *Orationes declamatæ*, abgeleſene reden, Lamprid. in Alexandro c. 3.

¶ Declāmito, *are*, idem quod *Declamo*; ut, *Cauſſas declamitare*, ſich in gerichtlichen reden üben. Cic. Tuſc. 1, 4. *Declamitare græce apud Caſſium inſtitui*, Cic. fil. Tironi fam. 16, 21, de exercitationibus oratoriis. *De me declamitavit ſitim quærens*, Id. Phil 5, 7.

¶ Declāmātio, *ōnis*, f. domeſtica exercitatio & commentatio, quo in genere pueri apud magiſtros exercentur, eine ſchulrede. Exſtant ejusmodi declamationes Senecæ, Quintiliani, Calpurnii. Vide de utilitate declamandi Quintil. 10, 5, & Petronii interpretes ad c. 1. Sic, *Quotidiana declamatio*, Cic. fil. fam. 16, 21; *ſenilis*, Tuſc. 1, 4. *Exercitatio declamationis*, ad Herenn. 3, 11. ¶ 2. Objurgatio. Cic. pro Mur. c. 21 *Non placet mihi inquiſitio candiduti, non minæ magis quam blanditiæ: non declamatio potius, quam perſalutatio.*

¶ Declamatiuncula, *æ*, f. parva declamatio. Gell. 6, 8 *Declamatiunculam ſuper Alexandro celebrare.* Sidon. 1, 4 *Adoleſcentum declamatiunculæ.*

¶ Declamator, *ōris*, m. ein ſchul-redner; qui exercitii cauſſa declamat in umbra & ludo. Cic. in Orat. c. 15 *Non declamatorem aliquem de ludo, aut tabulam de foro, ſed doctiſſimum & perfectiſſimum quærimus.* Id. pro Plancio c. 34 *Non vobis videor cum aliquo declamatore, non cauſſa laboris & fori, diſputare?*

¶ Declāmātorius, *a, um*, quod ad morem declamantium fit; ut, *Conſuetudo declamatoria*, Quintil. 5, 13. *Genus dicendi declamatorium*, Id. 2, 10. Cic. Qu. Frat. 3, 3 *Ipſe puer magis illo declamatorio genere duci & delectari videtur.* Add. Id. de Orat. 1, 16.

¶ Declamatorie, adverb. more declamantium. Hieronymo tribuitur.

¶ Exclāmo, *āre*, laut ſchreyen, ausruffen. Cic. de Orat. 2, 10 *Non poſſum, quin exclamem.* Quintil. 3, 8 ſub fin. *Initio furioſe exclamare.* ¶ 2. Tranſitive Plaut. Amph. 5, 1, 68

Dum hæc agantur, voce magna exclamat uxorem tuam:

id eſt, magna contentione vocis, ſive exclamando appellat uxorem tuam. Cic. Phil. 2, 12 *Brutus Ciceronem nominatim exclamavit.*

¶ Exclamatus, *a, um*, geruffen, genannt. Cæl. Aurel. Acut. 2, 6 *Suo nomine exclamatus.*

¶ Exclāmātio, *ōnis*, f. die ausruffung. Schema ἐπιφώνησις eſt: ut, *O tempora, o mores!* Auct. ad Herenn. 4, 15. Id. 3, 12 *Acutæ vocis exclamationes.*

¶ Inclāmo, *āre*, anſchreyen, anruffen. Cic. Att. 2, 18 *Ita te para, ut, ſi inclamavero, advoles.* Ovid. Faſt. 2, 351 *Fit ſonus, inclamat comites & lumina poſcit.* conf. ibid. 3, 756. Liv. 1, 25 *Exercitus inclamat Curiatiis, ut opem ferant fratri.* Sed Plautus accuſativum junxit Amph. 5, 1, 16 *Ibi me inclamat Alcumena.* ¶ 2. Pro *increpare* & *conviciis inceſſere*, anfahren, anſchnarchen, ſchelten. Idem Ciſt. 1, 1, 110 *Nolito acriter eum inclamare: utut erga me eſt meritus.* conf. Id. Aſin. 3, 2, 36. Nec aliter accipiendum eſt hoc verbum apud Ovid. Amor. 7, 45 *Nonne ſatis fuerat, timidæ inclamaſſe puellæ?* Nam & de ira præceſſerat: & ſtatim ſubjicit: *Nec nimium rigidas intonuiſſe minas.* Significat enim, ut maxime in puellam commotus omnino fuerit atque iratus; non eo usque tamen debuiſſe ſævire, ut crines ejus involarit; ſatis fuiſſe increpare ejus contumaciam, & minas addere, quibus terrererur.

¶ Inclamatus, *a, um*, angeſchrien, geruffen. Plin. 9, 8 *Inclamatus a puero.* Lactant. 4, 26 *Nomine ſuo inclamatus.*

¶ Inclamatio, *ōnis*, f. das anſchreyen. Tertull. adv. Marc. 4, 41 pr. de vocula VÆ: *Conſtat imprecationis & comminationis inclamationem intelligendam.*

¶ Inclāmito, *are*, frequent. idem quod *Inclamo.* Plaut. Epid. ſc. ult. v. 46 *Etiam inclamitor quaſi ſervus.*

¶ Interclamo, *are*, darzwiſchen ſchreyen; ut, *Noſtri multis interclamantibus reſtiterunt*, Amm. 31, 13.

¶ Occlamo, *are*, vide ſupra in *Acclamare*, n. 4. Hinc

¶ Occlāmito, *are*, idem eſt quod *clamitare*; Plaut. Curc. 1, 3, 27 *Dormio, ne occlamites.*

¶ Perclamo, *are*, apud Plautum Truc. 1, 1, 8, in antiquis editionibus & MSS. legi, teſtis eſt Pareus & Gronovius; Alii fecerunt *pericla amanda* pro *perclamanda.*

¶ Præclamo, *are*, vorher ruffen. Paulus IC. l. 7 Dig. ad leg. Cornel. de ſicariis: *Si putator ex arbore, cum ramum dejecerit, non præclamaverit, & prætereuntem occiderit; ad hujus legis coërcitionem non pertinet.* Conf. Iul. Firmicus de Errore prof. Relig. p. 37.

¶ Præclamitator, *ōris*, ein ausruffer. *Præclamitatores* apud Feſtum ſunt, *qui flaminibus, Diali, Quirinali, Martiali antecedentes exclamant feriis publicis, ut homines abſtineant ſe opere, quia his opus facientem videre, irreligioſum eſt.* v. Dacer.

¶ Proclamo, *are*, laut ruffen, ausruffen. Liv. 1, 26 *P. Horatio patre proclamante ſe filiam jure cæſam judicare.* Cic. Verr. 5, 42 *Adſunt, defendunt, proclamant, tuam fidem implorant.* Et Labeo IC. l. 41 Dig. de liberali cauſſa: *Si ſervus, quem emeras, ad libertatem proclamavit.*

¶ Proclāmātio, *ōnis*, f. proclamandi actus, die ausruffung; ut, *Proclamatio ad libertatem*, dicto titulo *de liberali cauſſa*, l. 25 §. 1 & l. 34. Sed & Quintil. Decl. 18 *Inſtantem truci proclamatione diſcutere.* conf. Idem Decl. 7 & 8.

¶ Proclamātor, *ōris*, m. qui proclamat. *Cauſſidicus, proclamator, vabula*, Cic. de Orat. 1, 46.

¶ Reclamo, *are*, iterum clamare, wiederſchreyen. Phædr. 4, 17 *Reclamant omnes vindicandam injuriam.* Valer. Flaccus 3, 596 *Rurſus Hylan & rurſus Hylan per longa reclamant Avia.* conf. 8, 173. Cic. fam. 11, 21, 4 *Cum ego ſenſiſſem* &c. *iidem illi reclamarunt*, Ibid. 1, 2, 5 *Ejus orationi vehementer ab omnibus reclamatum eſt.* pro Domo c. 4 *Captum eſt referri de inducendo S. C. ab univerſo ſenatu reclamatum eſt.* Nimirum ſicut in magno aſſenſu acclamatur dicentibus non ſine ipſorum laude, de quo paullo ante dicebamus; ita in magno diſſenſu contra obſtrepebatur mixtis ſæpe conviciis, quod ex Salluſtio conſtat Iug. c. 34. Qua in re eo usque procedebatur interdum, ut tribunorum auxilium contra implorandum eſſet. vide Plin. 9 epiſt. 13. ¶ 2. *Reclamare* eſt opponere, einwenden, entgegen halten. Quintil. 12, 1 *Nunc de iis dicendum, quæ mihi quaſi conſpiratione quadam vulgi reclamari* (i. e. objici) *videntur.* ¶ 3. Apud poëtas idem eſt ac reſonare, wiederſchallen. Virg. Georg. 3, 261 *Scopulis illiſa reclamant Æquora.* conf. Stat. 4 Silv. 5, 20; & Theb 3, 120.

¶ Reclamātio, *ōnis*, f. actus reclamandi, improbatio, der widerſpruch. Cic. Phil. 4, 2 *Præclara reclamatione veſtra factum pulcherrimum Martialium comprobaviſtis.* Gloſſ. vet. *Reclamatio*, ἀντιλογία.

¶ Reclamator, *ōris*, m. qui reclamat; apud Apulejum &

¶ Reclamatrix, *īcis*, f. apud Mart. Capell.

¶ Reclamito, *are*, idem quod *Reclamare.* Cic. pro Roſc. Am. c. 22 *Reclamitat iſtiusmodi ſuſpicionibus ipſa natura.*

¶ Reclamitatio, *onis*, f. idem quod *Reclamatio*, apud Quintil.

¶ Reclamitator, *oris*, m. idem quod *Reclamator*, apud ICt. in Dig.

¶ Succlamo, *are*, idem quod acclamare, zuruffen. Liv. 3, 50 *Hæc Virginio vociferanti ſuccclamabat multitudo*, &c. Ita frequenter Livius de iis, qui concionantem interpellarent, vel clamore ipſius orationem jam finitam exciperent ſive ſecundo ſive adverſo, v. g. 6, 40; & 10, 25. Brutus Cic. fam. 11, 13 *Succlamatum eſt & frequenter a militibus.* Quintil. decl. 19 *Omnium maledictis ſuccclamatus eſt*, h. e. in ſermonibus publicis exagitatus eſt. conf. Lactant. 4, 18.

¶ Succlamatio, *ōnis*, f. der zuruff. Liv. 28, 26 *Vltro territuri ſuccclamationibus.* conf. Id. 40, 36.

Clanculum, clandeſtinus, &c. vide *Clam.*

CLANGO, *xi, ĕre*, κλάγγω, quod eſt ſonum edere, klingen, ſchallen. Vetus poëta carmine de Philomela (quod male Ovidio tribuitur: quippe cujus auctorem ex fine poëmatis Chriſtianum fuiſſe conſtat) *Clangere* aquilarum proprium tradit. Ita enim v. 28 legimus:

Clangunt parvæ aquilæ: vultur pulcher probatur.

Sed & aliis tribui poſſe, ex uſu vocabuli *Clangoris* diſci poteſt: de quo mox nobis agendum erit. Sane Accius, vetus tragœdiarum poëta, *Vndarum crepitum clangere*, dixit apud Nonium 6, 86. v. ſupra in *Cachinno.* Et Val. Flacc. 3, 349 dixit *Lucifugum clangente tuba.*

¶ Clangor, *ōris*, m. κλαγγή, ein ſchall, klang. Qui ſi veterem auctorem carminis de Philomela ſequimur, aquilarum crepitus proprie erit: quem alii tamen turbarum faciunt. Vet. Gloſſ. *Clango* & *Clangor*, ἦχος σάλπιγγος: Item κλαγγὴ σαλπιγγος, *Clangor.* Et ita Virg. Æn. 2, 313

Exoritur clamorque virum clangorque tubarum.

De aquilis tamen & Cic. Tuſc. 2, 10, & Liv. 1, 39 eſt uſus. Sed *fuliceæ* Plinius ſub finem lib. 18: *anſeribus* Colum. 8, 13. Liv. 5, 47 ubi v. Drakenb. & Flor. 1, 13; *gruibus* Statius *clangorem* tribuit Theb. 12 v. 517. Igitur quivis acutior graviorque ſonus, *clangor* poterit appellari. Nam & *pennarum clangores* Suetonius dixit Domit. c. 6. ¶ 2. *Clangor* & *clamor* interdum a librariis permutantur. v. Heinſ. ad Ovid. Metam. 3, 706 & 12, 528. Burmann. ad Valer. Flacc. 2, 389.

¶ Reclango, *ĕre*, wiederklingen, wiederſchallen. Ammian. 17, 13 *Reclangentibus cunctis ſonitu ruinarum immenſo.*

CLANIS, *is*, vel CLANIVS, *i*, m. cognomen nunc fluvii Liris, nunc Literni, Campaniæ urbis, ad ejus ripas ſitæ. v. Tac. An. 1, 79, 2. Drakenb. ad Sil. 5, 537. Sed & ¶ 2. Etruriæ alius fluvius eſt, qui in Tyberim influit. v. Virg. Ge. 2, 225 & Drakenb. l. c.

CLĀRĀNVS, *i*, m. vetus grammaticus, cujus mentio fit apud Auſon. ep. 18 p. 230; Sen. ep. 66 & Martial. 10 epigr. 21 *Scribere te, quæ vix intelligat ipſe Modeſtus, Et vix Claranus, quid rogo, Sexte, juvat?*

Clareo, clareſco, clarifico, clarigo, claritas, &c. vide *Clarus.*

CLĀRIVS, *i*, m. Apollo ſic appellatus ἀπὸ τῆς Κλάρου a *Claro*; quod oppidum Servius tradit in Colophoniorum finibus, ubi Apollo coleretur, ad illud Virg. Æn. 3, 360 *Qui tripodas, Clarii lauros, qui ſidera ſentis.* Euſtathius Scholiaſtes Dionyſii νεωτερισμὸν τῆς Κολοφῶνος, *navale Colophonis* facit: quod cum munirum eſſet, [procul dubio a cætera urbe ſeparatum, *oppidi* nomine appellare Servius potuit. Iuxta Colophonem hunc locum fuiſſe, dubitari nequit. Namque & Strabo Apollinis Clarii lucum ante Colophona ponit: & Mela quoque Apollinis Clarii fanum cum Colophone conjungit 1, 17. Atque hinc Tacitus An. 2, 54, 3 Germanicum ſcribit *appuliſſe Colophona, ut Clarii Apollinis oraculo uteretur.* Vide & Ælian. H. A. 10, 49.

CLĀRŌTÆ, *arum*, m. pl. ſervi Cretenſium, qui in agris degebant, διὰ τὸ κληρωθῆναι, quia ſors ſuper iis miſſa eſſet, cum divideretur præda: ſervos autem urbanos χρυσωνητοὺς dixere, quaſi dicas auro emptos. Voſſius 4 Inſt. Orat. p. 190.

CLĀRVS, *a, um*, λαμπρός, ἐπιφανής, διάσημος, ἔνδοξος, klar, hell, ſcheinbar. Scaliger de Poët. 4, 1 CLARVS, inquit, *in celebritatibus nata vox, cum victores per præconem calabantur: exemta vocali*, CLARVS, (pro *Calarus*:) *Vnde & verbum Horatianum*, CLARABIT PVGILEM. Hinc *Clarum ſidus*, Horat. 4 od. 8, 31. *Sol clariſſimus*, Quint. 5, 12. *Clariora ſole*, Cic. de Fin. 1 c. ult. Ita, *Res clarior luce*, Cic. Catil. 1, 3. *Arcturus nomine claro*, Id. de Divin. 2, 42. Id. de Orat. 2, 37 *Clarus gloria. Virtus Clara æternaque habetur*, Salluſt. Catil. 1, 4. *Clara voce dicere*, Id. pro Cluent. c. 48. Et *clariore voce*, Cæſ. B. G. 5, 30, laut und vernehmlich reden. *Vir clarus*, i. e. excellens, inſignis, ein berühmter mann. Apul. Florid. p. 355 *Vir omnium, qui unquam fuerunt, aut ſunt, aut etiam erunt, inter optimos clariſſime, inter clariſſimos optime, inter utroſque doctiſſime.* Cic. de Orat. 1, 45 *Amplifſimus & clariſſimus.* Sic, *Clarus ſapientia, virtute, genere factisque, cauſis agendis*, i. e. ob ſapientiam &c. v. Plin. 7, 19; Liv. 9, 7; Horat. 1 ep. 7, 46. *Clariſſima & religioſiſſima templa*, Cic. 5 in Verr. c. 72. *Clari & nobilitati labores*, Id. 2 Tuſc. Diſp. c. 25. *Clariſſimæ ſortes*, i de Divin 27.

¶ 2. Cæterum *Clarissimi* non nisi senatores olim appellabantur, unde signate *clare patres* Horatius dixit 4 od. 6, 32. Quin indignatur Cicero Att 15, 20 Cæsari interfecto a quibusdam *clarissimi viri* nomen tributum, quo indignus fuerit, tyrannus scil. Cæterum *Claræ personæ*, senatores eorumque uxores habebantur, ut ex L. 5 Dig. de Curator. &c. constat. Ostenditque Spanhemius de usu & præst. num. Diss. II p. 269, senatorum uxores, filias, sorores, neptes *clarissimas* vocatas. Isidorus tamen distinguit, & tertii tantum ordinis senatores *Clarissimos* appellatos auctor est 9, 4. *Primi*, inquit, *ordinis senatores dicuntur* Illustres: *secundi*, Spectabiles: *tertii*, Clarissimi. *Nam inferis quorum aliquod genus non erat* Et sunt pro eo nonnulla Imperatorum rescripta in Codice. Quæ tamen pro diversa ratione & consuetudine temporum interpretanda sunt. Antiquitus enim in universum senatoribus omnibus competisse hunc titulum, ex illo potest intelligi, quod ipsi etiam consules *Clarissimi* appellarentur: cujus rei exemplum nobis Plinius 7 epist. 33 præbet. Vbi Buchnerus ex Ammiano, utroque Codice & aliis, & Casaubonus ad Lamprid. p. 144 sq. observat, etiam absolute *Clarissimum* pro senatore, *Clarissimam* pro senatoris uxore poni cœpisse.

¶ Clare, hell, klar, adv. ut, *Dic clare*, Ter. And. 4, 5, 15. *Aperte loqui & clare gemere*, Cic. Att. 2, 20, laut seufzen. *Eo clarius apparet*, Id. fam. 8, 14. *Clarius explanabitur*, Nep. 25, 1, 3. *Clarissime lucens*, de Veneris stella, Vitruv. 9, 4. *Clarissime audire*, Plin. 10, 70, scharf hören. conf. Lucret. 1, 920; & Plaut. Mil. 3, 1, 36.

¶ Claritas, *atis*, f. die Klarheit. Plin. 2, 8 de Venere: *Magnitudine extra cuncta alia sidera est: claritatis quidem tantæ, ut umbræ hujus stellæ radiis umbræ reddantur.* Et, *Claritas oculorum*, Id. 20, 10; *visûs*, Id. 5, 1; *fontium*, Vitruv. 5, 3; *vocis*, Cic. Acad. 1, 5. ¶ 2. Item, dignitas, amplitudo, die Ehrheit, Berühmtheit. Liberius apud Gell. 17, 14 & Macrob. Sat. 2, 7 *Summum ad gradum eam claritatis venerit*, *Confessus agre*, & *citius, quam ab juvenem, decidit*, &c. Vide supra in *Cado*. Cic. fam. 13, 68 *Quæ quamquam ex multis pro tua claritate audiam*, id est, pro ea, qua tu eminues dignitate. Nepos 18, 3, 3 *Vir claritate præstans*. Plin. 4 epist. 9 *Claritas generis*. Quinct. 11, 1 *Claritas nascendi*. Plin. 14, 14 *In claritate esse*, hoch geachtet oder berühmt seyn. Idem 37, 13 *Italia vectrix parentque mundi altera, viris, fœminis, ducibus, militibus, servitiis, artium præstantia, ingeniorum claritatibus &c principatum natura obtinens.*

¶ Claritudo, *inis*, f. idem. Sallust. Iug. c. 2 *Artes animi, quibus summam claritudinem paravit*, h. e. laus, celebritas, ein berühmter name, c. 8 *In tantam claritudinem pervenit.* Vellej. 1, 17, 2 *Familiæ ejus claritudo intermissa est*, Id. 2, 13, 3 *Quidquid unquam claris aliis eminuit.* Etiam Tacitus sæpe usus est; ut, *Claritudo familiæ*, An. 15, 35, 1; *nominis*, c. 71, 6. *virtutum*, c. 65, 1.

¶ Clarēdo, *inis*, f. idem ac *Claritudo*, in Gloss. Isidori.

¶ Clarēdŭlentus, *a*, m. id est, barus seu dignitas eorum, qui *Clarissimi* appellabantur, apud ICtos. Ammianus 21, 31 *Nec fuit eo duce quisquam clarissimatus provectus est*, id est, provectus est, ut *clarissimatus dignitate* afficeretur, sive *clarifi*, ni appellatione non auferret.

¶ Clāro, *avi*, *atum*, *are*, id est, clarum & nobilem reddere, aus schatten machen. Horat. 4 od. 2, 3 *Idem non labor Iphimus Clarabit pugilem.*

¶ 2. Perspicuum aut clarum facere, explicare, seu declarare, erklären. Lucret. 3, 35 *Hasce secundum res, animi natura videtur Atque animæ claramus nuncupitamus esse.* Id. 4, 778 *Multaque in his rebus quarentur, multaque nobis Claranda est, prave si res exponere avemus.* Apuleius quoque de Deo Socrat. p. 51 *Obscura clarare*, dixit. Et apud Stat. Theb. 5, 286, idem est ac ostendere, manifestare, declarare: *Iter longæ claravit limite flammæ.*

¶ Claror, *ōris*, m. pro claritudine, Plaut. Most. 3, 1, 112 *Ædes speculo claræ, claror merus.*

¶ Clareo, *ui*, *ēre*, patere, perspicuum esse, klar, offenbar seyn. Lucret. 6, 935 *Nunc, omnes, repetam, quam raro corpore sint res, Commemorare, quod in primo quoque carmine claret:* id est, quod ex primo quoque libro patet & manifestum est. Tac. Hist. 4, 73, 4 *Quo eventu Germaniæ bella trastavimus, satis claret*, id est, satis clarum ac manifestum est. Vide & Nonium 2, 127. ¶ 2. Aliter Ennius apud Cic. de Senect. c. 4 in illo de Fabio carmine usus est: *Ergo postque magisque viri nunc gloria claret*: id est, illustris & celebris est, sein ruhm ist desto herrlicher. Suet. Ner. c. 1 *Familiæ duæ clarucrant.*

¶ Clarēsco, *ēre*, hell werden; ut, *Luminibus clarescere*, Tac. An. 15, 37, 3. *Clarescit sinus*, Virg. Æn. 2, 301. ¶ 2. Celebrari, berühmt werden. Claudian. de Consul. Mall. v. 3 *Plausa clarescere vulgi.* Conf. Schwartz. ad Plin. Paneg. c. 82.

¶ Clarĭco, *ēre*, (Clarico) *āre*, idem. Apul. de Mundo p. 63 *Ignes pernicitate clarijcantes.*

¶ Clārĭgo, *are*, est, ereptas negatasque res bello repetere certo ritu & clara voce, vide Plinii verba jam mox in *Clarigatio* adducenda ex 22, 2 extr. Nempe ipse ille actus five denunciatio belli

¶ Clarigatio, *ōnis*, f. appellata, die Kriegs-ankündigung. Servius ad illud Æn. 9, 53 *Iaculum intorquens emittit in auras Principium pugnæ: Hoc de Romana solemnitate*, inquit, *tractum est. Cum enim volebant bellum indicere, Pater Patratus, hoc est, princeps Fecialium, proficiscebatur ad hostium fines, & præfatus quædam solennia, clara voce dicebat, se bellum indicere propter certas causas: aut quia socios læserant, aut quia nec abrepta animalia, nec obnoxios redderent. Et hæc* CLARIGATIO *dicebatur a claritate vocis. Post quam clarigationem hasta in eorum fines missa indicebatur jam belli principium*, &c. Interceſſit tamen interdum deliberatio inter res repetitas & bellum illatum. v. Liv. 4, 30 ext. Sed adde Servium etiam ad illud Æn. 10, 14 *Tum certare odiis, tum res rapuisse licebit.* It. Liv. 1, 32, ubi omnes belli indicendi ceremonias habes. Plin. 22, 2 *Legati cum ad hostes clarigatumque mitterentur, id est, res raptas clare repetitum, unus utique* VERRENARIUS *vocabatur.* Formulam Clarigationis exhibet Plautus Amph. 1, 1, 51. vid. Boxhorn. ad h. l. Brisson. de formulis lib. 3 p. 330. It. Bœcler. pecul. dissert. de hac materia. ¶ 2. *Clarigatio* etiam dicebatur, quas *Repressalias* hodie appellamus: jus videlicet hominis aut rei alterius prehendendæ, & abducendæ, eine pfändung. Iustinianus in Novella 52, ἐνεχυριασμὸν dixit. Vetus Interpres, *Pignerationem* vertit. Vetus Gloss. *Clarigatio*, ἐνεχυριασία, ὄμμολα. Liv. 8, 14 *In Veliternos veteres cives Romanos, quod toties rebellassent, graviter sævitum & muri dejecti, & senatus inde abductus, justique trans Tiberim habitare, ut ejus, qui cis Tiberim deprehensus, usque ad mille pondo clarigatio esset, nec prius, quam are persoluto, is qui cepisset, extra vincula captum haberet.* Quintiliano 7, 3 p. 616 *Clarigatio obscurius & ignotius verbum.*

¶ Clārĭcito, *are*, i. e. clara & alta voce citare. Lucret. 5, 945, ut Lambinus legit, probatque Creechius: *Claricitat late fitientia fecla ferarum.*

¶ Clārĭfico, *are*, hell, klar, berühmt machen, verklären. Lactant. 3, 8 *Cato videtur mihi cæssum quæsisse moriendi, non tam ut Cæsarem fugeret, quam ut Stoicorum decretis obtemperaret, quos sectabatur; nomenque sum grandi aliquo facinore clarificaret.* Sedulius Carm. 5, 9 *Vox resonans venit per nubila: Clarificavi, Clarificabo iterum.* Plinium quoque in partes vocant ex 22, 13 *Nasturtium clarificat visum*: sed nullum hoc testimonium est, cum Harduinus testetur, in omnibus MSS. esse *compurgat.*

¶ Clarificātio, *ōnis*, f. die verklärung. Visus hoc nomine est Cyprianus epist. 77 c. 2, (Oxon. 76,) & Augustinus Octoginta trium quæst. 62. Medicis idem est quod purificatio, die läuterung.

¶ Clārĭficus, *a*, *um*, hellmachend. Catull. carm. 65, 125 *Clarificas imo fudisse e pectore voces.*

¶ Clarisŏnus, *a*, *um*, hellklingend. Catull. 65, 125 & 320 *Vox clarisona.* Cic. Arat. v. 280 *Clarisonis auris a galloni.*

¶ Clarividus, *a*, *um*, hellsehend. Marcell. Emp. 18 *Clarividi sensus.*

Composita cum Præpositione:

¶ Acclaro, vel Adclaro, *are*, augurale verbum, hoc est, fausto augurio approbare. Liv 1, 18 extr. *Iupiter pater, uti signa certa adclarassis inter vos sines*, &c. Sed usitatius est, quod sequitur

¶ Declaro, *ave*, klar thun, erklären, erläutern. Cic. fam. 6, 13 *Facere non possum, quin tibi & fortunam & voluntatem declarem meam.* Id. in Parad. 6, 2 *Quam dicuntur fatiebus rerum & abundantia*, id est, testatur, es weiset aus. Nep. 25, 18, 6 *Res breviter declarare.* Sed *Confidem declarare*, est designare & renunciare. Cic. pro Mur. c. 2. conf. Gruter. ad Cic. fragm. p. 456.

¶ Declaratus, *a*, *um*, declaret. Nepos 23, 11, 2 *Tabellarius ducis nave declarata suis*, i. e. demonstrata certo aliquo signo.

¶ Declaratio, *ōnis*, f. est significatio vel testificatio, die erweisung, erklärung; ut, *Declaratio amoris*, Cic. fam. 15 ep. ult. Et, *Declaratio animi tui, quem haberes de rep.* Ibid. 10, 5.

¶ Declaratīvus, *a*, *um*, erklärend. Gloss. gr. lat. δηλωτικὸς, *declarativus.* conf. Apul. de Syllog. Cat. p. 30 & 33; Mart. Cap. 4 p. 97 & 120.

¶ Declarātive, adv. Mart. Capella 4 p. 120 *Quicquid declarative accedit.*

¶ Declarātor, *ōris*, m. qui declarat. Plin. Paneg. 92, 6 *Vt honoribus nostris suffragator in curia, in campo declarator existeres.*

¶ Exclaro, *are*, illuminare, erleuchten. Vitruv. 1, 2 *Ea cæli regio neque excluratur neque obscuratur solis cursu.*

¶ Inclareo, *ēre*, & Inclaresco, *ēre*, idem quod *Clarescere*; ut, *Decendi genere inclaruit*, Suet. Gram. c. 17. *Dionisiæ navigatione inclaruisse*, Plin. Paneg. c. 82, bekannt, berühmt werden. *Inclaruit in auro cælando*, Plin. 33, 12. *Inclarescere discipulo*, Id. 35, 11. Sed

¶ Inclarus, *a*, *um*, non clarus, dubius, unbekannt, unberühmt. Symmach. 3 epist. 4 *Animi fides inclara.*

¶ Perclareo, *ēre*, & Perclaresco, *ēre*, sich berühmt machen. Alcimus Avitus lib. 6, five ad Sororem, v. 508 *Sancto cunctis perclaruit ore.* Symmach. 10 ep. 72 *Relatione perclaruit*, es ist kund worden.

¶ Præclārus, *a*, *um*, admodum clarus, berühmt, fürtrefflich; ut, *Egregia & præclara indoles ad dicendum*, Cic. de Orat. 1, 29. Construitur varie. *Præclarus armis*, Stat. Theb. 3, 284. Et, *Multi erant præclari in philosophia*, Cic. de Orat. 1, 11. Id. pro Sextio c. 44 *Rem quæris præclaram juventuti ad discendum.* Id. Verr. 4, 52 *Locus præclarus ad aspectum.* Idem sæpe rem turpem & ignobilem per ironiam præclaram dixit, ut lib. 5 in Verr. 35. v. plura exempla ap. Mencken. hac voce. Et cum secundo casu Tac. An. 4, 34, 4 *Titus Livius eloquentiæ ac fidei præclarus in primis.* Comp. *Præclarior laus*, Plin. Paneg. c. 88. *Vita præclarior*, Sallust. Iug. c. 85, & post paullo sub Marii personæ *Id quod multo præclarius est, meamet facta mihi dicere licet.* Accius ap. Cic. 1 de Divin. 22 *Præclarior aries*, i. e. pulchrior. Superl. Hirt. B. Alex. c. 24 *Patria præclarissima.* Vopisc. in Probo c. 22 *Duces præclarissimi.* Add. Cic. de Orat. 1, 5.

¶ Præclare, egregie, löblich, rühmlich. *Præclare facere*, Cic. Phil. 3, 10. *Præclare nobiscum agitur*, wir müssen froh seyn. Id. fam. 9, 24 extr. *Re præclarissime gesta*, Hirt. B. Alex. c. 30 & 47. *Nihil in vita nisi præclarissime fecisse*, Cic. pro Mil. c. 35.

¶ Præclariter, idem. Quadrigar. Ap. 4, apud Nonium 11, 56 *Rebus præclariter gestis.* Conf. Ennius ap. Priscian. 15 p. 1010.

¶ Præclaritas, *atis*, f. Vulg. Interp. Sap. 8, 18.

CLASSIS, *is*, f. κλῆσις, collectivum est, navium significans multitudinem, eine flotte, schiff-armade. A *calis* seu lignis, unde texuntur naves, dicta: unde & *calones* appellati: ut Servius ad 1 Æn. 6, 1 docet. Quidam a *calando* apud Quintil. 1, 6 p. 80. v. Pareus ad h. l. & Iustus Zinzerling. Promulg. c. 29 p. 93. *Classem ædificare*, Nepos 2, 2, 1 schiffe bauen; *instruere atque ornare*, Cic. Verr. 7, 51, ausrüsten, Id. pro Flacco c. 14; *armare*, Virg. Æn. 4, 299; *moliri*, Id. Æn. 3, 63; *deducere*, Id. Ge. 1, 255. *Classi præesse*, Ibid. c. 50, *Classe proficisci*, Nepos 1, 1, 4. ¶ 2. Sed & de una navi *classis* dicitur. Vide Servium laudatis locis. Paulinus Iambo ad Cytherium de Martiniani periculis v. 78 *Quæ* (scapha) *debiscentem mari Classim annatabat cominus.* ¶ 3. Vsurpatur & de pedestri exercitu, atque equitibus maxime. Virg. Æn. 2, 30 *Classibus hic locus: hic acies certare solebant.* Vbi Servius: *Magis ad equites debemus referre.* Id. Virg. Æn. 7, 715 *Quos frigida misit Nursia, & Hortinæ classes, populique Latini. Hortini equites*, ut Servius interpretatur, *qui* CLASSES *dicuntur, unde & eorum tubas* CLASSICA *dicimus.* Vide Tanaq. Fabri 1 epist. 47, ubi egregie, ut omnia solet, Livii locum 4, 34, ipsi auctori, ex aliorum fide referenti, incredibilem visum, illustrat & interpretatur, *classibus* nempe *ad Fidenas pugnatum esse.* Festus: *Procinctæ classis dicebatur exercitum*

citus ad prælium instructus & paratus, quem Dialis flamini videre non licet. v. Dacer. p. 377, & conf. *Precinctus in Cinge.* Adde etiam Gell. 10, 15 pr. ubi itidem *Flamen Dialis classem procinctam extra pomœrium*, i. e. exercitum armatum, videre prohibetur. Febri tamen sententiam eruditis argumentis Raph. Fabrettus in Explic. veteris tabellæ anaglyphæ p. 323 sq. confutavit, & Livium æque ac Virgilium de navium classe loqui ostendit. Conf. Drakenb. ad Liv. l. c. ¶ 4. Denique & partes populi dicuntur *Classis*, in quas videlicet descripta est civitas, quas a *calando* seu κλάειν appellatas Dionysius Halicarnass. scribit, v. Goer est 4, 22. In quinque autem *classes* populum Rom. Servius Tullius distribuit. Liv. 1, 43. conf. Gell. 7, 13. ¶ 5. Hinc ad alios hominum vel rerum ordines vox refertur. Sic, *Classis facere*, operum rusticorum, Colum. 1, 9. Scholis *Classis* sunt ordines, in quos ratione profectuum segregandi sunt cirrati. vid. Quintil. 1, 2, ubi *classem ducere* est primum locum tenere.

¶ Clasicula, *æ*, f. dimin. Cic. Att. 16, 2 *Cassius cum classicula suave venerat.*

¶ Clasicus, *a, um*, zur flotte gehörig; ut, *Classica bella*, Propert. 2, 1, 28, kriege zu waſſer. *Classicum certamen*, Vellej. 2, 85, 2. *Corona classica*, Id. 2, 81, 3. ¶ 2. *Auctores classici*, ſcriptores dicuntur primæ notæ & præſtantiſſimi a Gellio 19, 8. Cujusmodi ſunt Cicero, Quintilianus, Livius, Cæſar, Plinius, Virgilius, Horatius, Catullus, &c. ut nimirum *Classici cives*, primæ claſſis homines, qui CXXV. millia æris ampliusve cenſi erant, Gell. 7, 13. v. *Cenſus, a, um*, n. 2. *Classici teſtes*, qui & *locupletes* dicebantur, qui integræ eſſent fidei & irrefutabiles, non cenſi capite, aut proletarii, ſed cives Romani. Nam qui Romani cives, omnino in claſſe aliqua cenſebantur. De illis vide Feſtum. ¶ 3. *Classica colonia* dicitur Forum Iulium in provincia Narbonenſi Plin. 3, 4; quod explicante Spanhemio de uſu & præſt. num. diſſ. 9 p. 687 ſignificat eam, in quam claſſiarii milites deducti ſunt.

¶ Clasicus, *i*, m. ſubſt. qui cornu canit, cum claſſes comitiis ad concionem vocant, apud Varr. L. L. 4, 15; & 5, 9. ¶ 2. *Classici*, nautæ qui in claſſe remis incumbunt, die ſchiffleute, matroſen. Curt. 4, 3, 18.

¶ Clasicum, *i*, n. ſubſt. ſonus tubæ dicitur, trompeten-klang, lärmen. Tibull. 1 pr. *Martia cui ſomnos classica pulſa fugent.* Conf. Horat. Epod. 2, 5. *Classicum canere*, dare ſignum pugnæ, aufblaſen, zum treffen blaſen. Cæſar loco mox indicando. *Vocare classico ad concilium milites*, Liv. 5, 47. *Classico ſilentium facere*, Id. 2, 45. Id autem non niſi apud Imperatorem exercitus canebatur: quippe quod inter ſummi imperii inſignia erat. Hinc Claudianus 1 in prim. conſ. Stilic. v. 169 *Vetque ducem lituos, ſic mores caſtra ſequuntur.* Cæſ. B. Civ. 3, 82 *Receptisque omnibus in una caſtra legionibus, ſuum* (Pompejus) *cum Scipione honorem partitur, classicumque apud eum canit, & alteram illi jubet prætorium tendi.* v. Veget. 2, 22. ¶ 2. In civium ſupplicüs *classicum cani* celeberrimis urbis locis ſolitum, Lipſius ad 2 An. Tac obſerv. p. 95.

¶ Clasiſcarius, *i*, m. ein trompeter zu felde, regiments-pfeiffer. Gloſſ. Iat. gr. *Classicarii*, σαλπιγκά.

¶ Clasiārius, *i*, m. qui in claſſe pugnat, ein ſchiff-ſoldat, it. matroſe. Cæſ. B. Civ. 3, 100 *Per equites diſpoſitos, aqua prohiberi classiarios inſtituit.* Et Nepos 1, 7, 3 *Classiarii regii.* conf. Tac. An. 4, 27, 3 & Plin. epiſt. 6, 16. Vid. Scheffer. de Milit Naval. 2, 3.

¶ Clasicen, *inis*, m. qui claſſicum canit. Ita aliqui *Classicines* legunt pro Claſſicis in Varr. L. L. 4, 15.

CLATHRVM, *i*, n. pl. *clathri* & *clathra*, ligna ſunt vel ferramenta transverſa, aut ligna reticulato textu, quibus feneſtræ muniuntur, holtzen oder eiſern gitter. Græcum κλαθρον eſt, κλεῖειν, *claudere*. Horat. Art. P. v. 473 *Objectos caveæ valuit ſi frangere clathros.* Conf. Colum. 8, 17. ¶ 2. Columella hoc nomine aj peſſarii inſtrumentum hortenſe terræ eradicandæ, ein rechen, harcken oder egge. Sic enim lib. 10, 72 inquit:

Tu penitus clathris tradere viſceva matris Ne dubita.

¶ Clathra, *æ*, f. Dea cancellorum cujus templum Romæ erat in colle Quirinali. Donat. de Vrbe Roma p. 364.

¶ Clathro, *are*, aut clatrare, ut Budæus ſcribit, apud Colum. eſt clathris claudere, vergittern. Nam 9, 1 dixit, *Sepes transverſis clathrare.*

¶ Clathrātus, *a, um*, vergittert, ut, *Clathrata feneſtra*, quæ clathris eſt vallata, Plaut. Mil. 2, 4, 26.

CLAVA, æ, f. eine keule, keile. Eſt fuſtis ad clavi ſimilitudinem. *Clava* dicta, *quod ſit clavis ferreis inuicem velegata*, ſecundum Iſidor. 18, 7. Diſcriminis cauſa notetur: *Clava* ferit, *Clavis* aperit, *Clavus* dato jungit. *Clava teli genus qua Hercules utebatur*, Feſt. *Clavam Hercules extorquere*, eſt rem conari impoſſibilem: Macrob. Sat. 5, 3, tria ſcripſit eſſe ex æquo impoſſibilia, *vel Iovi fulmen eripere, vel Herculi extorquere clavum, vel Homero ſubtrahere verſum.* Plaut. Rud. 3, 5, 19 *Idam, Tu balio, curriculo affer duas clavas Trinodis clava*, die drey knorren oder knoten hat, Ovid. Faſt. 1, 575. ¶ 2. Erat exercitatio & luſus adoleſcentum. Cic. de Senect. c. 16 *Sibi igitur habeant arma, ſibi equos, ſibi haſtas, ſibi clavam, ſibi pilam, ſibi natationes & curſus.* ¶ 3. Erat & philoſophorum, Cynicorum præſertim, geſtamen, ut pallium & barba. vid. Sirmond. ad Sidon. 4, ep. 2. ¶ 4. *Clava* eadem quæ *talea*, live ramus ab arbore præciſus, ein zweig, ſtecken, ſteckling. Diſtinguunt tamen Pallad. 4, 10 de Citreo: *Clava ſeri commodius eſt* &c. *Talea ſimiliter ut clava mergetur.* Et mox: *Talea ſive clava* &c. Hinc

¶ Clavcula, (Clavula) *æ*, f. pars rami, quæ in terram deponitur, propagationis cauſſa, ein ſenkholz, pfropfreiſſlein. Varr. R. R. 1, 40 *Alii clavulas, alii taleas appellant.* Vide ſupra *Clabula*, & infra *Tolea*.

¶ Clavularis, *e*, ex Ammiano, vide *Clabularis* in *Clabula*.

¶ Clavātor, *ōris*, m. κορυνήτης, qui clavam geſtat, ein häſcher mit der keule. De ſervis clavigeris vid. Turneb. Adverſ. 15, 6. Plaut. Rud. 3, 5, 25 *Iecum, clavator advenit*: ubi inſcriptio ſcenæ & interjectum perſonarum nomen *lorarius* habet. v. Drakenb. ad Sil. 2, 155.

¶ Clavigĕr, *ĕri*, m. der eine ſtreit-keule trägt. Ita Hercules dictus eſt ab Ovid. Met. 15, 284, & Faſt 1, 544 v. omnino Heins. & Drakenb. ad Sil. 3, 14. Sed diſtinguatur a *Clavigero*, de quo in *Clavi*.

¶ Declāvo, *are*, clavas amputare, zweige oder äſte abnehmen. Ita legit Turnebus Adverſ. 23, 20 pro *deglabrare* in Pandect. 47, 7, 5

Clavarius, clavatus, &c. vide *Clavus*, Claudaſter, claudeo, *Claudus*, Claudia, Claudianus, *Claudius*, Claudicatio, claudico, claudigo, claditas, *Claudus*

CLAVDIVS, *i*, m. gentis Romanæ nomen, quæ multos clariſſimos utriuſque ſexus tulit, e quibus ſunt ¶ 1. *Appius Claudius Cæcus*, orator Romanus, qui ſenatum a pace cum Pyrrho incunda revocavit. Formulam revocationis ejus Ennius expreſſit, apud Cic. de Senect. c. 6

Quo vobis mentes, rectæ quæ ſtare ſolebant
Antea, dementes ſeſe flexere viâ?

Ab hoc *Appia via* appellata fuit, quam Brundiſium usque lapidibus ſtravit, ut Livius narrat 9, 29. Qui & *Claudii Neronis & Claudii Pulchri*, fratrum, Cæci filiorum meminit Conf. ſupra *Appius*. ¶ 2 *Claudius Centianus* primus pro *Feſtis Verbis* dixit, y litera in ejusmodi nomina introducta, quemadmodum Valerius indicat. ¶ 3 *Claudius Nero*, conſul, Livii Salinatoris collega, ad evertendum ex Hiſpania cum auxilio Asdrubalem interfecit. ¶ 4. *Claudius Nero* præterea Tiberii principis pater fuit, a quo domus auguſta imperatorum ad Neronem usque conſervata fuit Plura *Claudiorum* insignium nomina vide apud Suet. Tib c. 2. ¶ 5. Ex hac gente etiam *Clodii* erant, quia *Clodius* & *Claudius* unum nomen eſt. Vide Patini Fauil. Rom. ex numiſm. p. 75. Horum famoſiſſimus eſt *P. Clodius*, trib. pl. inimicus Ciceronis, homo libidinibus & adulteriis adeo deditus, ut muliebri veſte ad ſacra, quibus virum intereſſe nefas eſſet, corrumpendæ uxoris Cæſaris cauſſa, irreperet. v. Cic. Att. 1, 12 & 13, & fam. 1, 9, ubi *fariam muliebrium religionum* appellat Iremque ejusdem orationem pro Milone, & Cœlio, nec non Plutarchum in Lucullo. Iuvenal. 2, 27

Clodius accuſat mœchos, Catilina Cethegum.

Sen. epiſt. 97 *Omne tempus Clodios, non omne Catones fert, ad deteriora facilis famus &c.* ¶ 6. Claudia autem gens duas habuit familias, patriciam unam, ex qua fuerunt *Pulchri*; alteram plebejam, quæ clarior fuit, *Marcellorum*. Vide Patin. c. l. p. 72. Originem habuit a *Clauſo* Sabinorum duce, unde etiam *tribus Claudia* & nomen & ortum habet, Virg. Æn. 7, 706 *Fecit Sabinorum prisco de ſanguine, magnum Agmen agens Clauſus magnique ipſe agminis inſtar: Claudia nunc a quo diffunditur & tribus & gens, &c.* Lege & Sueton. Tib. c 1.

¶ Claudia, *æ*, f. matrona Romæ, quæ navem, in qua mater Deûm evehebatur, quum in alto ſtetiſſet, & nulla vi poſſet attrahi, zona poſita movit & adduxit, atque hac ratione caſtitatem ſuam, de qua dubitabatur, probavit. v. Ovid. Pont. 1, 2, 124; Sil 17, 33 ſqq. Herodian. 1, 11; & quos copioſe laudant Drakenb. ad Sil I. c. & Brouckh. ad Propert. 4, 11, 52. ¶ 2. *Claudia* quoque urbs Nerici eſt Plin 3, 24, quam Herduinus *Clagenfurt*: Cluverius vicum *Clauſen* apud Chimentem lacum interpretatur.

¶ Claudianus, *a, um*, adject. ad Claudium vel ejus principatum pertinens ut, *Cometa Claudianus*, ſub Claudio virus, Sen. Qu. Nat. 7, 29. ¶ 2. *Elodianus*. vide infra in *Clodico*.

¶ Claudianus, *i*, m. poeta quoque a Claudiis nomen ducit. Scripſit de raptu Proſerpinæ libros 4, de quibus tres tantum reliqui ſunt; item Panegyricos & alios libros varii omnino argumenti. Carmen ejus non modo honorum, elegans, volubile & valde dulce, ſed & floridum eſt. Præcipuam vero laudem meruerunt verſus, quos de laude & victoria principis Theodoſii, ſub cujus & Arcadii imperio vixit, contra Eugenium Gallorum regem ſcripſit; conf. Honor. v. 93 ſqq. Quid verbis opus eſt? Poëta maximus Claudianus eſt, ſolo argumento ignobiliori oppreſſus. Hic in tanto honore apud omnes fuit, ut ipſi imperatores Arcadius & Honorius, petente ſenatu, ſtatuam ei in foro Divi Trajani, quod vetus inſcriptio teſtatur, erigi collocarique jusſerint. In ea inſcriptione vocatur Claudianus, TRIBVNVS: NOTARIVS: INTER CETERAS INGENTES ARTES PRÆGLORIOSISSIMVS POETARVM. Gruter. p. 391 n. 5.

¶ Claudiŏpolis, *is*, aliquot urbium nomen in Bithynia, Cappadocia, Iſauria. Vide Geogr. Antiq. ¶ 2. Tranſilvaniæ urbs, noſtris vulgo Clauſenburg, incolis *Colosvar*.

CLAVDO, *clausi, clausum, claudĕre*. (pro quo & veteres *Cludo, ere*, dicebant, ut deinde n. 5 vi lebimus) κλαίειν, obſerare, zuſchlieſſen, verſchlieſſen, verriegeln; cui contrarium *reſerare, aperire*. Plin 10, 22 *Domoque ipſi ſeras claudant aut reſerant.* Cic. Phil. 1, 10 *Ianum ſpectat, omnes claudentur adhuc.* Apud Quintil. Decl. 10 ſub fin. *cloſſe & clabra* legimus, a qua forma *Clabo* eſt, de quo paullo inferius, & Compoſita omnia. *Claudere lumina alicui*, Mart. 10 epigr. 63, einem die augen zuthun. *Claudunde ſunt aures malis ejus, & quidem primis*, Sen. epiſt. 121. *Claudere latus*, vide *latus*. Elegans metaphora Cic. famil. 13 *Ipſi ſe conſpectui adhuc meo pudor meus claudit*, hat mich zurück gehalten. Et Ter. And 3, 3, 41 *Nolo tibi illum commodum in me claudier*, id eſt, ſi quid in me eſt, quod tibi commodo eſſe queat, id minime tibi clauſum erit, ſed potius ſemper patebit uſibus tuis. Similiter Cic. 1, 2, 53 *Nunc ubi in me benignitatem ſuiſſi in te claudier*, id eſt, unquamne benignitas mea in te ita clauſa & obterata fuit, ut nullus ad eam tibi pateret acceſſus? Pari modo Cic. off. 2, 15 *Nec ita claudenda eſt res familiaris, ut eam benignius aperire non poſſit: nec ita reſeranda, ut pateat omnibus.* Hæc imprimis horum locorum & minime coacta interpretatio eſt: quod ſi quis *claudier* hic non pro claudi, paſſivo: ſed vero pro claudere, in deponenti forma, itaque pro *claudicare*, hoc eſt, deficere ἔλλειψις politum, quæ Scaligeri interpretatio eſt Auſon. Lect. 2, 21, potius ſtatuat, non contraibimus. Nam & Donatus paſſive juxta pro *claudi*, & deponentialiter, pro *claudicare*, explicari poſſe animadvertit. ¶ 2 Cæterum *Claudo*, pro *claudicare*, & pro *deficere*, poſſuiſſe veteres, indubitata obſervatio eſt. Eoque pertinet locus Salluſtii a Donato productus. Cic. Tuſc. 5, 8 *Beatam vitam, etiamſi ex aliqua parte clauderet, tamen omnibus partibus abſolutam non poſſe.* vid. Gifan. Auſonius Ludo Septem Sapient in Prol extr. *Sed ſum mutila Roba vel ſine claudi: tunc Ulixes largiter barem, qui ſine manco v* Scalig l. c. Gell. 17, 19 *Scalliger dixeris, ſontius fuiſſe ea verba claudere.* Appul. in Florido 359 *Quod utinam minus pro ampli tudine mea vel pro exiguitate ingenioli mei tam maxime claudere, ubi me Carthaginenſium eloquium &* Add. Gron. & Drakenb ad Liv. 22, 39: Conf. ad Sall. frag. hiſt. 3 Of Tacit. in 25 *Negue omnes convenire claudit.* ¶ 3 *Claudere* pro circumvenire omni parte & cingere etiam eſt, ne illa elabendi copia reliqua ſit, allenthalben umgeben.

quo

quo respectu vel militare vel venatorium verbum est. Virgil. ecl. 6, 55
Claudite Nymphæ, Dictææ Nymphæ, nemorum jam claudite saltus.
Quo in loco *claudere saltus* est, quod Æn. 4, 121 *Indagine cingere*, appellavit, umstellen. Stat. Theb. 2, 553
Vt clausas indagine profert In medium lux prima feras.
Nepos 14, 8, 4 *Vt inferior copiis, ita superior omnibus prœliis discedebat, quod nonquam manum conseveret, nisi cum adversarios locorum angustiis clausisset.* Id. 1, 7, 2; & 15, 8, 5 *Claudere urbem operibus, obsidione*, eine stadt belagern. Id. 14, 8, 4 *Claudere adversarios*, umzingeln, besetzen. Cæs B. G. 1, 25, Curt. 3, 3, 21 *Agmen claudere*, in der arriere-garde seyn. ¶ 4. Includere, detinere. Iustinus 4, 4 *Hostes etiam, marinis commeatibus, in urbe clausos, intercludant.* conf. 6, 5: 15, 3 & Mencken. Observ. L. L. ¶ 5. *Claudere*, est finire, finem imponere, facere ut desinat aliquid, endigen, schliessen. Nam occlusarum rerum usus nullus est, atque sic quasi desinunt esse. Inde Cicero *claudere* & *terminare*, synonyma facit. Vt in Orat. c. 58 extr. *Comprehensio & species orationis clausa & terminata est.* Sic, *Claudere sententias numeris*, eidem est d. l. c. 68, numerosa dictione finire. Ita, *Claudere opus*, Ovid. Fast. 3, 384: *Labores belli*, Sil. 15, 652; *Cludere cœnas luctuca solebat avorum.* Martial. 13, 14. conf. Sen ep. 114. ¶ 6. *Cludere* pro *Claudere* non in compositis tantum dicitur; sed apud ipsum quoque Ciceronem est de Nat. D. 2, 39 extr. *Mare terram litoribus cludit.* Oliverius conjicit *alludit.* Libri *eludit* & *elidit*, quorum ultimum forte optimum. Vsus est hoc verbo aliquoties Plinius, v. g. 32, 1 f. 6. v. Gesneri Chrestom. Plin. p. 830 & 857. Add. Drakenb. ad Sil. 6, 451. Ita etiam Stat. Theb. 2, 306 *Postquam regales epulas & gaudia vulgi Bissoni clusere dies. Bella cludere*, Idem dixit Theb. 11, 59. ¶ 7. *Clodo, ere*, pro *Claudere*, v. suo loco.

¶ Clausus, *a, um*, geschlossen. Sallust. Cat. c. 10 *Aliud clausum in pectore, aliud promptum in lingua habere*, ein anders meinen, ein anders vorgeben. Nep. 15, 7, 1: & 22, 2, 4 *Locorum angustiis clausi.* Cic. Tusc. 4, 1 *Aures clausæ ad eorum voces*, verschlossene, verstopfte ohren. Sic, *Taberna clausa*, Horat. 1 sat. 3, 31. *Clausum os*, Catull. 55, 18: *Clausus campus*, Id. 68, 67: & Virg. Æn. 6, 734 *Clausæ tenebris & carcere cæco.* Id. Georg. 3, 214 *Aut intus clausos satura ad præsepia servent.*

¶ Clausum, *i*, n. subst. quo aliquid includitur, ein stall. Virg. Georg. 4, 303 *Sic positum in clauso linquunt.* Colum. 12, 1 *Fœtus atque fructus clauso custodiendi erant.* conf. 7, 66: Lucret. 1, 354: & 4, 613.

¶ Clusus, *a, um*, pro *Clausus*, apud Val. Flaccum 1, 239 *Sibi clusos invenit Argos*, & 1, 34 de Hercule, *Cleonæo jam tempora clusus hiatu*, h. e. jam indutus exuviis leonis.

¶ Claustrum, *i*, n. quicquid reductum & claudi aptum, ein winckel, ein verschlossener ort; ut, *Claustra montis*, Virg. Æn. 1, 60; *loci*, Cic. adv. Rull. 2, 32. Sic cavitatem equi lignei, in quo concluſi latebant Græci, *claustra* vocat Virg. Æn. 2, 259 *Laxat claustra Simon.* ¶ 2. Quin imo proprie *claustra* vel *clostra* ipsa repagula & feræ, quibus quid claudi tur, & quo ad istud aditus sunt, ein schlag-baum, ein schloß. Cic. Verr. 6, 23 *Revellere claustra.* Vnde & a Glossatore Vetere κλειστοὶς, *Clostravius* exponitur: ein schlösser. Virg. Æn. 7, 134 *Captivi pendent currus curvæque secures, Et cristæ capitum, & portarum ingentia claustra.* Et rursus Æn. 9, 758 *Rumpere claustra manu, sociosque immittere portis.* Et Horat. 1, 14, 9 *Spatiis obstantia rumpere claustra.* Plin. Paneg. c. 81 *Domitæ fractaque claustris feræ.* Allegorice, Id. 1 epist. 21 *Refrænis pudoris & reverentiæ claustris*, &c. ¶ 3. *Claustra* etiam dicuntur, angusti regionum accessus, sive *angustiæ adituum, quæ regionem aperiunt*, ut Curtius vocat, 3, 4, 4; tum quæ ibi exstructa castella sunt, quibus adeuntes excluduntur, enge pässe, schlösser, schantzen; item eine klause. Sic, *Claustra Caspiarum* subaudi *portarum*, Tac. Hist. 1, 6, 4. *Etruriæ claustra*, Liv. 9, 32. Sic Id. 32, 21 *Claustris inexpugnabilibus super Aoum amnem*, die thür und schlüssel eines königreichs. *Omnes sinus, promontoria, litora, insulas, urbes claustris imperii nostri contineri*, Cic. pro Flacco c. 13.

¶ Clostrum, *i*, n. idem ac *Claustrum*, ein riegel oder schloß. Cato R. R. c. 135. ¶ 2. *Clostrum* contignatio trabium, geschlossen bolenwerck. Sen. de Benef. 7, 21. Vnde etiam Germ. Kloster, quod includantur ibi monachi. ¶ 3. Ita vulgo dicitur septum transversum ex compactibilibus postibus constans, ad arcendum frangendumque fluvii impetum, ein währ, Budæus.

¶ Clostellum, *i*, n. dim. Petron. c. 140 *Aliquid rimas i per clostellum.*

¶ Claustrārius, vel Clostrarius, *i*, m. ein schlosser; de quo & supra in *Claustrum* n. 2. Lamprid. in Heliog. c. 12 *Claustrarius artifex.*

¶ Claustrātūmus, *i*, n. janitor, qui claustris januæ præest, der thorschliesser. Gell. 12, 10 *Lævius claustratumum dixit, qui claustris januæ præesset, eadem scilicet figura, qua æditumum divi videbat.*

¶ Clausura, *æ*, f. vel Clusura, castrum, bastrum, præsertim in limite, apud scriptores medii ævi, eine schantze, grentzfestung. L. 2 § 4 Cod. de offt. pr. per Afr. *ubi antea fines & clausuræ provinciarum erant.* Et l. 4 de offic. mag. offic. *Castrorum ac clausurarum cura.* Et Cassiodor. 2 epist. 5 *In Augustanis clausuris.* Vide Pithœi Subfeciv Lect. 1, 14, qui & aliis auctoribus restituit.

¶ Clausula, *æ*, f. conclusio, ein schluß, beschluß; ut, *Imponere clausulam vitæ*, Sen. epist 56, das leben beschliessen, Colum. 3, 19. Significat enim extremam cujusque rei partem; ut, *Clausula epistolæ*, Cic. Phil. 13, 21; *orationis*, Id. de Orat. 3, 44; *edicti*, Id. Verr. 3, 14: *fabulæ*, Id. pro Cælio c 28. Add. Suet. Aug. c. 99 & ibi Casaub. Sic & extremum periodi *clausula* dicitur; ut, *Clausula numerosæ & jucunde cadens*, Cic in Orat. c. 64. *Clausulæ claudæ atque pendentes*, Quintil. 9, 4: conf. Id. 2, 2 p. 132. ¶ 2. *Clausulam* pro capulo, Apulejum dixisse in Floridis, Salmasius observat ad Spartiani Adrianum c. 10.

¶ Clusāris, *e*, quod claudit, a *Cludo* est; ut, *Anguli clusares*, Hyginus ap. Goesium p. 181. *Portio quadrata clusaris*, ibid. p. 156.

¶ Clusarius, *a, um*, idem; ut, *Angulus clusarius*, ibid. p. 156 *Latus clusarium*, ibid. p. 183.

¶ Clusilis, *e*, quod facile clauditur, das sich in einander schleust; ut, *Clusilis mordacesque conchæ*, Plin. 9, 37.

¶ Clusius, *i*, m. Ianus ita dictus clausus, ut *patulcius* patens, teste Ovidio Fast. 1, 130. Sed Macrobio sat. 1, 9 *Clausius* bis dicitur.

¶ Clusor, *ōris*, m. venator, qui rupes & saltus retibus cassibusque concludit, ein jagd-bedienter. Sidon. 8 epist. 6 *Clusor statarius nemora circumvenis.*

Composita:

¶ Acclūdo, *ĕre*, zuschliessen. Vulg. Interp. Gen. 19, 6.

¶ Circumcluduo, & Circumclaudo, *ĕre*, umringen, umgeben. Plin. 18, 35 *Si nubes solem circumcludent.* Cæs. B. Civ. 3, 30 *Pompejus, ne duobus circumclaueretur exercitibus, ex eo loco discedit.* Et B. G. 6, 78 *Argento circumcludere*, einfassen.

¶ Conclūdo, *si, sum, ĕre*, verschliessen. *Animum concluſit in corpore Deus*, Cic. de universo c. 3. *In unum concludere diem res multas*, Ter. Eun. 5, 8, 17, auf einen tag zusammen treffen lassen. ¶ 2. Finire est, beschliessen. *Concludere argumentationem*, Cic. de Invent. 1, 40; *epistolam*, Id. Att. 9, 10: *Concludis*, inquit, *epistolam quamdam hoc modo* &c. ¶ 3. Colligendo judicare, aus etwas schliessen, oder einen schluß machen. Cic. de Fin. 2, 19 extr. *Deinde concludebat, summum malum esse dolorem: summum bonum voluptatem.* ¶ 4. Complecti, comprehendere. Cic. pro Rosc. c. 5 *Perinde ac si in hanc formulam omnia judicia legitima, omnia arbitria honoraria, omnia officia domestica concluſa & comprehensa sint, perinde dicemus.* conf. Mencken. Observ. L. L. hac voce.

¶ Conclusus, *a, um*, id est, clausus, &c. eingeschlossen. Cic. Nat. D. 2, 7 *Concluſa aqua facile corrumpitur. Angustia concluſæ orationis*, ibid. *Locus concluſus*, Horat. 1 sat. 4, 76. Et compar. *Concluſior locus*, Hygin. Poët. astron. 4, 14, id est, angustior. De *Concluſo mari* vid. *Mare.*

¶ Concluse, adverb. *Aliquid concluse apteque dicere*, Cic. in Orat. c. 53, nett gefaßt.

¶ Conclusus, *us*, m. subst. die zusammenfassung. Cæl. Aurel. Tard. 1, 4 *Concluſu corporis corrigere.*

¶ Conclusio, *onis*, f. proprie eine einschliessung; ut, *Pestilentia conflictari ex diutina concluſione & mutatione victus*, Cæs. B. Civ. 2, 22. conf. Nep. 18, 5, 7. ¶ 2. Extremitas, perfectio, die endigung, der beschluß. Cic. Qu. fratri 1, 1 extr. *Tu in extrema parte & concluſione muneris ac negotii tui diligentissimus.* ¶ 3. Ἐπίλογος, peroratio, der schluß. Cic. de Invent. 1, 52 *Concluſio est exitus & determinatio totius orationis.* ¶ 4. Certa firmaque ex ante dictis conclusio. Aut. ad Herenn. 4, 30 *Concluſio est, quæ brevi argumentatione ex iis quæ antea dicta sunt, aut facta, conficit id quod necessario consequitur.* conf. Mencken. Observ. L. L. ¶ 5. Periodus, maxime quæ aptum habet, gratumque auribus numerum. Quintilian. Inst. orat. 3, 3 *Sermo brevis, & una conclusione finitus.* Hoc verborum conclusionem Cicero dixit de Orat. 2, 8.

¶ Conclusiuncula, *æ*, f. diminut. Cic. Acad. 4, 24 *Aculeata sophismata. Sic appellantur fallaces conclusiunculæ.* Et Tusc. 2, 18 *Contortulæ ac minutæ conclusiunculæ Stoicorum.*

¶ Conclusūra, *æ*, f. idem. Vitruv. 6, 11 *Ad centrum respondentes earum conclusuræ*, id est, cunei fornicis, schluß-steine.

¶ Reconcludo, *ĕre*, mit verschliessen. *Patrem in monumento Iosephi reconcludunt*, Tertull. adv. Praxean c. 16.

¶ Discludo, *ĕre, separare, semovere, separatim claudere*, absondern, scheiden. Macrob. Sat. 6, 4 novum verbum vocat. Veruntur vero eo idonei gravesque scriptores. Cæs B. Gall. 7, 8 *Mons Cebenna Arvernos ab Helvetiis discludit.* Cic. Tusc. 1, 10 *Discludere res aliquas suis locis.* conf. Virg. ecl. 6, 53.

¶ Disclusus, *a, um*, abgesondert, unterschieden. Varro R. R. 3, 17 *Dispares disclusos habeant pisces.* Cic. Tusc. 1, 33 *Perturbationes Plato semotas a mente & disclusas putat.* Virg. Georg. 4, 147 *Hæc ipse eadem spatiis disclusus iniquis, Prætereo*, i. e. exclusus.

¶ Disclusio, *ōnis*, f. separatio. Apul. de Deo Socratis p. 96 *Loci disclusio*, i. e. separatio, discretio.

¶ Endoclusus, *a, um*, pro inclusus. Gloss. lat. gr. *Endoclusa*, ἐνκεκλεισμένη.

¶ Exclūdo, *si, sum, ĕre*, absondern, ausschliessen, nicht hineinlassen. Ter. Eun. 1, 2, 18 *Credo, ut sit, misera præ amore excluſti* (pro *excluſisti*) *hunc foras*, h. e. non admisisti salutantem. Cic. Att. 12, 40 pr. *Dum tua me domus levabat; quis a me excluſus?* wen hab ich nicht vor mich gelassen? Id. de Orat. 1, 11 *Repelli & excludi a gubernaculis civitatum*, zum stadt-regiment nicht gelangen können. *Flumine aliquem excludere.* Liv. 21, 51 *Vrbs excluſa maritimis commeatibus.* Id. 25, 11. Cæs. de B. G. 5, 23 *Ne anni tempestate navigatione excluderentur. Excludi tempore, spatiis temporis*, est impediri, ne, quod velis, efficere per tempus possis, keine zeit übrig haben. Cic. Verr. 3, 56 *Angustiis temporis excludantur omnes.* Sic, *Redire excludi*, sich nicht retiriren können, Nep. 2, 5, 1. ¶ 2. Rejicere, vermeiden. *Consuetudinem libere dicendi excludere.* Cic. Phil. 5, 7 *Amicitias fideles excludere.* Id. de Amicit. 15 *Cupiditatem*, pro Cæl. c. 9. Conser Mencken. Observ. L. L. hac voce. ¶ 3. *Excludere pullos*, gallinæ vel aves dicuntur, ausbrecken, ausbrüten, Cic. Nat. D. 2, 52 Et Hyginus fab. 197 *Ovum exsaffactum excluſisse.*

¶ Exclusus, *a, um*, ausgeschlossen. *Regionibus exclusus*, Cic. Att. 8, 15. *Amator exclusus*, Horat. 2 Sat. 3, 259 *Animo exclusa voluptas*, Stat. Silv. 3, 106. *Exclusissimus* finxit Plautus Men. 4, 3 extr. *Abiit intro: occlusis ædes, nunc ego sum exclusissimus.*

¶ Exclūsio, *ōnis*, f. die ausschliessung; ut, *Exclusio ventorum*, Vitruv. 1, 6. *Exclusione luminis tenebras in terram refundit*, Macrob. Somn Sc. 2, 20 ubi recentes libri habent *concluſione. Exceptio est quasi quædam exclusio*, l. 2 ff. de Except. præscr.

¶ Exclusor, *ōris*, qui excludit. August. serm. 37, 2 in Lucam, de Christo: *Negavit se habere dæmonium, qui se noverat dæmoniorum exclusorem.*

¶ Exclusorius, *a, um*, idem. *Omnis exceptio vel replicatio exclusoria est*, l. 2 § 2 ff. de except. Medicis *exclusorium* est medicamentum abortivum, ein abtreibungs-mittel. Th. Prisc. 3, 6 *Exclusorium violentum.*

¶ Extracluſus, *a, um*, relictus, non assignatus; ut, *Ager* vel *locus extracluſus*, Frontin. Gœsii edit. p. 39 & Aggen. p. 49 & 60. *Regio extracluſa*, Hygin. ibid. p. 189.

¶ Inclūdo, *ĕre*, einschliessen, einsperren; ut, *Includere in custodias*, id est, carcerem, Cic. Verr. 5, 55. *In consilii societatem includere.* Id. Phil. 2, 13. conf. Schwartzii Observ. ad Plin. Paneg. p. 536. *Phidias sui similem speciem inclusit in clypeo Minervæ*, Id. Tusc. 1, 15. *Verba versu includere*, verse machen. Id. de Orat. c. 48 *Smaragdos auro includere*, in gold einfassen. Lucret. 4, 1119 *Compagibus corporis includi*, Cic.

de

de Senect. c. 21. ¶ 2 *Includi* simpliciter sine adjecta voce alia est in carcerem compingi, vid. Schulting. ad controv Sen. p. 232. ¶ 3. Idem est ac *præcludere*, *adimere*, *prohibere*, verſperren, benehmen, hindern. Cic. pro Rab. poſt. c. 17 *Me dolor debilitat inclinatque vocem.* Liv. 11, 2, 8 *Admiratis incluſerat vocem.* Stat. Theb. 12, 18 *Incluſitque dolor lacrymas.*

¶ Incluſus, *a, um*, eingeſchloſſen. Vellej. 2, 69, 4 *Animus diginiſſimo domicilio incluſus*, ſcil. corporis. Sed ibid. n 2 *Incluſum Dolabellam interfecit*, i. e. obſeſſum. Cic. fam. 11, 8 *Te incluſo, te liberato.* Ibid. 1, 9 *Incluſum odium effundere*, den heimlichen groll auslaſſen. Liv. 24, 8 *Angustiis temporis incluſus*, der wenig zeit hat.

¶ Incluſio, *ōnis*, f. die einſchlieſſung, verſperrung. Cic. in Vatin. c. 10 *M. Bibulum, cujus incluſione contentus non eras, interficere voluerας.*

¶ Intercludo, *ĕre*, impedire, verhindern, verwehren. Virg. Æn. 2, 110 *Sæpe illos aſpera ponti Interclusit hiems* &c hat ſie zurück gehalten. *Intercludere fugam*, Cic. Att. 7, 20, & Cæſ. B. G. 7, 11, den weg zur flucht verlauffen. *Commeatu & frumento aliquem intercludere*, Cæſ. B. Gall. 1, 48, die zufuhr und proviant abſchneiden. *Vias omnes ſeditionum intercludere*, Cic. pro Rab. c. 1. *Intercludi a caſtris*, Liv 27, 42.

¶ Interclusus, *a, um*, prohibitus, verhindert. *Interclusus ſpiritus*, der benommene athem, Curt. 3, 6, 14; & 7, 5, 15. *Fervore atque æſtu anima interclusa*, Liv. 23, 7. *Nobis iter illud omnino interclusum videtur*, der weg iſt verrennet, Cic. Att. 8, 11. Id. pro Cluent. c. 65 *Innocentiæ defenſio interclusa reſpirat.* Obſeq. c. 130 *Locus interclusus duello vallo.*

¶ Intercluſio, *ōnis*, f. die verſperrung. Cic. de Orat. 3, 46 *Interpuncta verborum animæ intercluſio, atque anguſtiæ ſpiritus attulerunt*, die verſetzung und enge der athems.

¶ Intracluſus, *a, um*, mit eingeſchloſſen. Aggenus Vrb. Gœſ. p. 49 *Quicquid minus quam intracluſum eſt, fuerit aſſignatum.*

¶ Introclūdo, *ĕre*, verſchlieſſen. Vet. Gloſſ. *Introcludo*, ἐγκατακλείω.

¶ Introcluſus, *a, um*, verſchloſſen. Virg. ſ. potius C. Sever. Ætna v. 318 ex lectione Scaligeri: *Plura efficiant introcluſi*, ſc. venti. Laudatur a Calepino & Paſſeratio etiam Seneca - - - -

Qui domi introcluſus otiabatur.

¶ Occlūdo, vel Obcludo, *ĕre*, zuſchlieſſen. *Occludere tabernas*, Cic. Acad qu. 4, 47; *ædes*, Plaut. Amph. 4, 1, 10; *linguam alicui*, das maul ſtopfen, Id. Mil 3, 1, 11. Ter. And. 3, 3, 25 *Dum ejus libido occluſa eſt contumeliis*, ſo lang ſeine verliebte hitze niedergeſchlagen iſt.

¶ Occlūsus, vel Obcluſus, *a, um*, verſchloſſen. ut, *Occluſa tabernæ*, Cic. Catil. 4, 8. *Uni nihil eſt nec obſignatum nec occluſum*, Id. de Orat. 2, 61. *Obcluſis auribus*, Apul. Met. 9 p. 225. Compar. Plaut. Trin. 1, 2 extr. *Occluſiorem habeant ſtultiloquentiam*, ſie mögen ſich der narrentheidung enthalten. Et *Oſtium occluſiſſimum*, Idem Curc. 1, 1, 15.

¶ Perclūdo, *ĕre*, verknüpfen. Vitruv. 1, 1 *Funes, qui non percludantur, nec præligantur.*

¶ Præclūdo, *ĕre*, verhindern, verlauffen. *Præcludere omnem orbem terrarum*, die gantze welt ſperren, Cic. Verr. 5, 65, de eo agit, nemini auſurum peregrinari, niſi valeat illud præſidium: *Civis Rom. ſum.* Sic, *Iter præcluſerat unda*, Ovid. Met. 14, 790. Ruſus Cic. pro Plancio c. 40 extr. *Maritimos curſus præcludebat hiemis magnitudo.* Suet. Ner. c. 32 *Cum interdixiſſet uſum amethyſtini ac Tyrii coloris, ſubmiſſetque, qui nundinarum die panculas uncias venderet, præcluſit cunctos negotiatores*, id eſt, claustris coercuit, ſublata abeundi facultate, er hat ſie alle anhalten laſſen.

¶ Præcluſus, *a, um*, verſperrt, verſchloſſen. *Cui omnes aditus miſericordiæ præcluſi ſunt*, Cic. Verr. 5, extr. *Fores præcluſæ*, Propert. 2, 5, 22 *Nec mea præcluſus fregerit ira fores.*

¶ Præcluſio, *ōnis*, f. die verſperrung. Vitruv. 9, 9 *Præcluſiones aquarum.*

¶ Præcluſor, *ōris*, m Tertull adv. Marc. 4, 27 *Præcluſores legit.*

¶ Proclūdo, *ĕre*, verſchlieſſen. Pallad. Febr. c. 26 *Curabit, ut fœtus proprios cum unaquaque* (matre) *procludat.* Ita libri luntæ, Hervagii, Gryphii. Modo non legendum ſit *præcludat.*

¶ Reclūdo, *ĕre*, aufſchlieſſen, entdecken, eröfnen; ut, *Portas recludere*, Ovid Met. 14, 781; *viam*, ibidem v. 776. Horat. 1 epiſt. 5, 16 *Quid non obſtrictas defignat, oper ta recludit?* &c. Cic. Nat. D. 3, 26 *Repagulis ego iram omnem recludam.* ¶ 2. *Recludere* idem ac claudere, verſchlieſſen. Iuſtin. 1, 9, 16 *Pellices ſingulæ ſeparatim recludantur.* Ita Pall. Mart. 10, 33

¶ Recluſus, *a, um*, apertus, geöfnet, offen. Horat. 2 epiſt. 1, 103 *Recluſa domo vigilare.*

¶ Sēclūdo, *ĕre*, excludere, beyſeit ſetzen, weaſchaffen. Virg. Æn. 1, 561 *Solvite corde metum Teucri, ſecludite curas.* Plaut. Rud. 1, 4, 1 *Corpore vitam ſecludere*, ſich entleiben. Add. Stat. Ach. 1, 359.

¶ Seclusus, *a, um*, abgeſondert. Cic. Verr. 5, 5 *A communi luce ſeclusus.* Id. Tuſc. 1, 30 *Iter ſeclusum a concilio Deorum. Sepſa ſacra*, ap. Feſtum, quæ Græci myſteria appellant. Eleganter Virg. Æn. 6, 703

Videt Æneas in valle reducta
Seclusum nemus i. e reductum, ſeparatum.

¶ Sēcluſorium, *i*, n. apud Varron. R. R. 3, 5, 5 aviarii pars, in qua ſecluduntur quædam aves, ſaginæ vel alia cauſſa.

¶ Semiclauſus, *a, um*, halb geſchloſſen. Apul. Met. 10 p. 243 *Semiclauſo ore balbutiens.* Sed *ſemicluſus* etiam legitur in pervetuſta Inſcript. apud Fabrett. p. 230, SILVANE SACRA SEMICLVSE FRAXINO.

CLAVDVS, *a, um*, & antiqu. *Clodus*, χωλὸς, hinckend lahm; vel a κλάω, *frango*, vel quaſi pedibus clauſus, i. e. impeditus *Claudus Deus*, Vulcanus, Cic. Nat. D. 1, 30. Plaut. Aul. 1, 1, 34 *Quaſi claudus ſator domi ſedes totos dies.* Nepos 17, 8, 1 *Claudo altero pede.* ¶ 2. Metaphorice, *Fides claudа* eſt vacillans, non firma, Sil. 13, 33. *Claudæ mutilæque naves*, ſchadhafte, Liv. 37, 24. Et Lucret. 4, 900 *Claudа navigia aplustris fractis* Ovid: Trift. 1, 11 de elegis, quos mittit:

Claudа quod alterno ſubſidunt carmina verſu,
Vel pes, hoc vatis, vel ſua longa facit

¶ Claudaſter, *tri*, m. das etwas hinckt. Gloſſ. gr. lat. ἀξυπλιχωλος, *Claudaſter.*

¶ Claudeo, *ēre*, hincken. Cæcilius apud Priſcian. p. 889 *An ubi vos ſitis, ibi conſilium claudent?* conf. Gell. 7, 1.

¶ Claudico, *are*, lahm oder ein krüpel ſeyn, hincken. *Claudicare ex accepto vulnere*, Cic de Orat. 2, 61. ¶ 2. Vitupratur & metaphorice, ut, *Respublica claudicat*, Liv. 22, 59; Singulari elegantia hic ad alterum conſulem malum refpicitur, quo tanquam litera baſi ſua non æque bene utatur reſp. *Claudicat ingenium* &c. Lucret 3, 454 de ætate confectis, i. e. titubat, vacillat. *Aliquid in oratione claudicat*, Cic. de Orat. 3, 51, es fehlet etwas daran *Nihil claudicans, nihil redundans videtur*, Id. in Orat. c 51. Et, *In aliquo officio claudicare*, nicht aufrichtig handeln. Id. Off. 1, 33. Et de Fin. 1, 20 *Tota amicitia quaſi claudicare videtur.* Paullo ante dixerat: *Stabilitas amicitiæ vacillat.* Iuſtin. 6, 2, 6 *Meltus eſt, ineſſa regem, quam imperio regnum claudicare. Claudos* aliquos illuſtres recenſet Voſſ. Inſtit. Orat. 1, 5 p. 78, 79. ¶ 3. *Claudico*, pro *Claudico*, v. infra.

¶ Claudicatio, *ōnis*, f. das hincken, ut, *In Vulcano ſtante atque veſtito leviter apparet claudicatio non deformis*, Cic Nat D 1, 30. Val. Max 8, 11, 3 extr. *Diſſimulata claudicatio ſub veſte.*

¶ Claudĭtas, *ātis*, f. idem. Plin. 8, 43 *Claudĭtatem afferre*, hincken machen Et Apul. lib 3 Flor. p 354 *Vos nihil denique veſtrorum tantum claudĭtatem demiſiſtis, verum etiam permiſtatum addidiſtis.* Plur. *Claudĭtates*, Plin. 28, 4 pr.

¶ Claudĭgo, *inis*, f. idem. Veget. 1, 26 *Claudiginem facere*, lahm machen, lähmen.

CLĀVIS, *is*, f. a claudendo dicta, κλεὶς; quod & feram ipſam, ſeu clauſtrum, (ein ſchloß) & inſtrumentum, quo referatur ſeu aperitur clauſtrum ſive fera, ſignificat, ein ſchlüſſel. Hor 2 od 14, 25

Abſumat heres Cæcubа cinctior Servata centum clavibus.

Vbi *Claves*, feræ, ſeu *cloſtra* ſunt. Et in illo Tibulli 1, 6, 32

Quid tenera tibi compſe opus? tua ſi bona n.ſcis
Servare: ab fruſtra clavis ineſſe foribus.

Sed in his etiam peſſulum vel vectem notare poteſt, de quo n. 2. Cic. pro domo c. 10 *Horreorum claves tradere.* De clavibus autem earumque generibus, nec non de ratione clauſtrorum, ſive claudendi ratione apud vereres, plura Caſaubonus ad Æneam Tacticum c. 18, 19, 20. Itemque Salmaſ. Exerc. Plin p. 925 ſeqq. *Clavis adultera*, ein berſchlüſſel, dietrich, Ovid. 3 de Arte v. 643; quam Sallaſt. Iug. c. 12 *Adulterinam clavem* dixit, & Plaut. Moſt. 2, 1, 57 *Clavem ædium Laconicam.* Martial. 11 epigr. 33 *Nec ſera nec clavis* &c. conf. Tibull. 2, 4, 31; & Iuvenal. 15, 158. *Clave findere ligna & ſecuri aperire*, eſt, rem præpoſtere gerere, die pferde hinter den wagen ſpannen, annotavit ex Plutarcho Eraſm. in Chil. *Claves adimere uxori*, idem eſt, ac divortium cum uxore facere. Cic. Phil. 2, 28. *Illam ſuam ſuas res ſibi habere juſſit ex XII tabulis: claves ademit, exegit*; ubi v. Paul. Manut. Hinc etiam κλειδὰς Heſychius ἀζυγὰς exponit. ¶ 2. Vectis, ein riegel. Plaut. Caſ. 5, 2, 7 *Clavem obduxi*, quod Scaligero atque Pareo eſt, vectim obdidi, ich habe zugeriegelt. Alii legunt, *abduxi clavem*, den ſchlüſſel abgezogen; quibus Allio in Lex. Crit. conſentit. Sed Scaliger *clavem clauſam*, quæ intus aperit, foris claudit, intelligit. Auctor carminis, quod *Moretum* vocatur, v. 15. *Et reſerat clauſa, quæ prævidet, oſtia clavi.* Vide, quæ illuſtris vir in hoc carmen commentarus eſt p. 162.

¶ Clavĭcŭla, *æ*, f. dimin. Germanicus Cæſar in Arati Caſſiopea: *Qualis ferratos obicit clavicula dentes.* ¶ 2. *Clavĭculæ*, quibus reponunt vites, die gäbelgen der weinreben. Cic N. D 2, 47 *Vites clavĭculis adminicula tamquam manibus apprehendunt.* conf. Id de Senect. c 15; & Plin prœem. l. 23.

¶ Clavĭcŭlārius, *i*, m. ein ſchlüſſel verwahrer. Firmicus 3 *Clavicularii aut carceris cuſtodes.* Vnde *Faber clavicularius*, ein ſchloſſer.

¶ Clavĭcŭlatim, adv. *Concha clavĭcŭlatim undata*, eine volunt apud Plin 9, 3. Sed rectius *Canaliculatim.*

¶ Clavĭger, *ĕri*, m. ein ſchlieſſer lani cognomen, Ovid. Faſt. 1, 228 *Clavĭgeri* etiam dicitur Petrus Apoſtolus. Alia ſignificatio occurrit in *Clava.*

¶ Conclāve, *is*, n. eſt a *Clavis.* Feſtus: *Conclavia dicuntur locа, quæ una clave claudantur*, zimmer, gemächer. Quod & Gloſſator vetus confirmat, cujus locum mox adducemus. Donatus ad Ter. Eun. 3, 5, 35 *Conclave eſt ſeparatio locus in interioribus tectis* &c. Ter. Heaut. 5, 1, 35 *Iſt nibi in ultimis conclavе in ædibus quoddam retro.* Guyetus: *Iſt nibi in ultimis conclavis ædibus quædam retro.* Conf. Plaut. Moſt. 3, 2, 158. Colum. 8, 1 *Aves conclavibus ſeptæ*, eingeſperrte vogel. Gloſſ. Vet. Stephani: οἶκος ὑπὸ μίαν κλεῖδα, *Conclavis.*

¶ Conclavium, *i*, n. idem Nam Vitruv. 6, 5 dixit *conclaviorum altitudines*, tamquam ab alia forma.

¶ Conclāvātus, *a, um*, verſchloſſen; ut, *Res conclavatæ*, quæ ſub eadem ſunt clave, Feſtus. Sed Gloſſ. gr. lat. συνηλῶ, *Conclavo*; a *clavo*, Gr. ἦλος.

Clavola, vide *Clava*, Cauſtrarius, clauſtrum &c. clauſula, *Claudo*, Clavularis, *Clabula.*

CLAVUS, *i*, m. ein nagel; a claudendo dictus, Gr. ἦλος. ut, *Clavum figere*, Horat 3 oda 24, 5, 7. *Clavum pangere*, Liv. 7, 3, einen nagel einſchlagen cont Id. 8, 18 ext. Fiebat hoc quotannis a prætore maximo i. dictatore in templi pariete, ut ex clavis illis numerus annorum colligeretur. Vide Perizon & Theand Bigotium ad Barclaji Argenid. not. p. 105; præter in Perizon. Animadv. c. 5 p. 108 ſq. Hinc etiam explicandum illud Ciceronis Att. 5, 15 pr. *Ex hoc die clavum anni moveбo*, i. e. nunc bis annum prorſus nemo. *Clavi trabales* ſunt, qui bus trabes conjungentur, apud Horat 1 od. 35, 15 ſchiffnägel. Qui cum maxima æque laudentur cæſim, alia quoque *trabali clavo* dicuntur *figi*, quæ firmiſſima declarantur. Cic. Verr. 5, 21 de ſupplicits: *Ut hoc ſupplicium quemadmodum vicitur*) *clavo trabali figeres*; id eſt, undique ſtabilires. Arnob. lib. 2 p. 51 *Meras illi vos habet, ne vobis in malitiis clavis affixi, conſilium reveratis. Clavis* etiam ſubpingi calcei ſolebant: ferreis quidem rufticorum: beatorum vero aureis: de quo, ſi luber, vide Caſaubonum ad Theophraſti characteres περὶ ἀγροικίας; *Clavus caligarius* &

caligares Plinius nominat 34, 14; & 9, 18. ¶ 2. *Clavi* etiam inter corporum morbos numerantur & arborum: ſuntque tubercula vel verrucæ, warßen, ſchwämme, hüneraug, leichdorn. Celſus 7, 7, 12 *Clavi vocantur calloſa in albo oculi tubercula, quibus nomen a figuræ ſimilitudine eſt* &c. conf. Id. 5, 28, 14. Plin. 21, 20 de croconagmate: *Ad paronychias farina ejus utuntur: cum vino, ad clavos vel verrucas.* Plin. Iun. epiſt. 3, 8 de morte Silii: *Erat illi natus inſanabilis clavus, cujus tædio ad mortem irrevocabili conſtantia decurrit.* Ruſus Major Nat. Hiſt. 17, 24 *Olea præter vermiculationem, quam æque ac ficus ſentit, clavum etiam patitur: ſive fungum placet dici, vel patellam. Hæc eſt ſolis cæuſtio.* Quin etiam in alveis favisque *clavus* eſt vitium quoddam. Plin. 11, 16 *Fit in favis quibuſdam qui vocatur clavus, amaræ duritia ceræ, cum fetum inde non eduxere --- Hic eſt abortus apium.* Ita Hard. alii *clerus*, qui vermiculus eſt. ¶ 3. In tunicis Romanorum *Clavi* appellabantur particulæ ſive plagulæ ex purpura, purpur-ſtriefen. Duplex autem erat clavus hic: anguſtus, (a quo *angusticlavia* ſ. ϛενοσημος; tunica); conſtabat duobus arctioribus ſegmentis purpureis per utrumque humerum ad infimam tunicæ oram productis; & *latus clavus*, (a quo *laticlavia*, tunicæ πλατυσημοι) uno ſegmento latiore per pectus ad imam tunicam deſcendente. Hic latus clavus fere erat ſenatorum & prætextatorum, anguſtus equitum. Hinc intelligendus Ovid. Triſt. 4, 10, 35 *Clavi menſura coacta eſt*; i. e. a lato clavo, quem prætextatus geſſeram adhuc, virili toga ſumpta, tranſii ad anguſtum equeſtrem. In Chriſtianorum monumentis veteribus, quæ Romæ ſubterraneæ nomine prodierunt, ſæpius clavatas tunicas hujusmodi videas utriusque generis, unde tota res optime perſpici poteſt, de qua alias multa tradiderunt viri docti. v. Caſaub. ad Suet. Aug. c. 38; Torrent. ad Horat. 1 ſat. 6, 18; Salmaſ. ad Hiſt. Aug. itemque Manut. in quæſt. per epiſt. 2, 2; In primis autem Alb. Rubenium de Re veſt. præcipue de lato clavo, in Græevii Theſauro Tom. 6. ¶ 4. Etiam in inſtrumento tricliniari erant *clavi*. vid. quæ Interpretes ad *mappam laticlaviam* Petron. c. 32 p. 126 notarunt. ¶ 5. *Clavus* etiam gubernaculum in navi dicitur, τὸ πηδάλιον, das ſteuerruder. Hinc *Clavum Imperii tenere*, Cic. pro Sext. c. 9, id eſt, gubernare. *Dum clavum rectum teneam*, h. e. dum meo fungar officio, ſo ich das meine bey der ſache thue; proverbiale eſſe indicat Quintil. 2, 17. *Abjicere clavum*, eſt officium deſerere, Arnob. lib. 3 p. 106.

¶ Clāvŭlus, *i*, m. diminut. Cato c. 21 *Imbrices medias clavulis figito.* Et, *Clavuli capitati*, Varr. R. R. 2, 9.

¶ Clavellus, *i*, idem. Marcell. Emp. c. 33 *Clavellis apponere.*

¶ Clāvārium, *i*, n. dicebatur donativum, quod parandis clavis caligaribus dabatur militibus. Tac. Hiſt. 3, 50, 7 *Seditioſæ militum voces tenebant (donativi nomen eſt)* CLAVARIVM. Vide ibi Lipſium, ſi lubet, itemque Torrent. ad Suet. Veſp. c. 8. Caſaub. ad Theophraſt. περὶ ἀγοραιων; & Turnebi Adverſ. 3, 7.

¶ Clāvārius, *i*, m. qui calceos clavis figit; Item, ein nagler, nagelſchmid. Vet. Gloſſ. ἡλοκόπος, *Clavarius*: ἡλοκοπῶ, *clavo*. Murat. Inſcr. 944 CLAVARIVS MATERIARIVS.

¶ Clavātus, *a, um*, clavis confixus. Secundum Feſtum CLAVATA *dicuntur aut veſtimenta clavis intertexta*, (geſticft) *aut calceamenta clavis confixa* (mit nageln beſchlagen). v. Dacer. Hinc *tunica clavata*, in literis Aureliani apud Vopiſcum in Bonoſo: *Mantilia cocco clavata*, apud Lampridium in Alexandro c. 37. Et *Auro clavate veſtes*, vide ſupra *Auroclavatus* in *Aurum*, quia etiam conjunctim ſcribitur.

¶ Anguſticlavius, vide in *Anguſtus.*

¶ Conclāvo, *are*, zuſammennageln. Gloſſ. Gr. lat. συνηλῶ, *conclavo.*

¶ Laticlavius, laticlavialis, vide *Latus, a, um.*

¶ Præclavium, *i*, n. pars veſtis, quæ ante clavum texitur. Exempla ex Afranio vide apud Nonium 1, 326. conf. Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p. 406.

CLAXENDIX, vel Clacendix, *icis*, f. concha, qua ſignum regitur. v. Plaut. apud Priſcianum lib. 5 p. 655, & Feſtus.

CLAZŎMĔNÆ, *arum*, f. pl. urbs Ioniæ Aſiaticæ, vicina Colophoni. Horat. 1 ſat. 7, 4 *Perſius hic permagna negotia dives habebat Clazomenis.* Adde Cic. Tuſc. qu. 1, 43.

¶ Clazomenius, *a, um*, oriundus ex illa urbe: ut, *Anaxagoras Clazomenius*, Cic. de Orat. 3, 34; Plin. 2, 58; Ælian. V. H. 2, 15. Clazomenii quidam venerant Spartam, ibique thronos ephororum fuligine fœdaverant. Ea re ephori cognita, injuriam hanc & factum moleſte haud tulerunt, ſed præconi publico præceperunt, ut per civitatem hæc ſaltem verba proclamaret: ἐξέτω Κλαζομενίοις ἀσχημονεῖν, *Liceat Clazomeniis indecore facere.*

CLEANDER, *dri*, m. apud Alexandrum M. miniſter iræ regiæ in occidendo Parmenione; in quem poſtea regis ira recidit. v. Curt. 7, 2; & 10, 1. ¶ 2. Alius haud multum diſpar cubicularius Commodi Imp. v. Lamprid. Comm. c. 7; & Ammian. 26, 15.

CLEANTHES, *is*, m. Κλεάνθης, philoſophus Stoicus, Crateris primum diſcipulus, deinde Zenonis, cujus etiam ſucceſſor fuit; præceptor Chryſippi. Patria ei Aſſus, ubi & ſtatua ei dicata fuit, magnificentiæ Romani ſenatus ſpecimen, ut Simplicius refert, qui & vidit. Diogenes eum Φρεάντλην appellatum ſcribit, ab eo, quod octu præ inopia puteos in hortis exhauriret, ut interdiu ſibi eſſet, quo ſtudia ſuſtentare poſſet. Meminit ejus rei & Seneca epiſt. 44. Cum probro aliquando ipſi daretur, quod timidus eſſet, ar ideo reſpondit, parum pecco: Διὰ τοῦτο ὀλίγον ψκαρτάνω. Ejus verſus, latine verſos ab ſe, producit Seneca epiſt. 107, quos *diſertiſſimos* appellat. Sunt autem iſti: *Duc me pater; ſummique dominator poli, Quocunque placuit, nulla parendi mora eſt: Aſſum impiger: fac nolle, comitabor gemens. Malusque patiar, quæ pati licuit bono.* Laudat eos, ſed Senecæ quaſi auctori tribuens, Auguſtinus de Civ. D. 5, 7. Græcos ipſius Cleanthis habes Epicteti Enchiridio c. 77. Quos licet ſine auctore alleget, Cleanthis tamen eſſe, cui & Seneca tribuit, Simplicius quoque in Commentario notat. Quæ illius de Deo fuerit ſententia, tradit Lactant. 1, 5. Ejus lucerna in proverbium abiit, & is *ad Cleanthis lucernam lucubrare* dicitur, qui exquiſitam curam ſummumque ſtudium adhibet. vid. Chil.

¶ Cleanthēus, *a, um*, adject. Perſ. ſat. 5, 63 *Cultor enim juvenum: purgatas inſeris aures Fruge Cleantheа.*

CLEARCHVS, *i*, m. Heracleæ Ponticæ tyrannus, de quo Iuſtinus 16, 4. ¶ 2. Alius dux Lacedæmoniorum dixit, *Imperatorem potius quam hoſtem metui debere, quod dubium mortem timentes, certum, ſi deſerant, maneat ſupplicium.* v. Frontin. Strat. 4, 1, 16. ¶ 3. Alius Solenſis, Ariſtotelis diſcipulus, de quo Ioſephus 1 contra Apion. & Voſſius de Hiſt. Gr. 1, 9.

CLEEMPŌRVS, *i*, m. medicus, cui Pythagoræ liber de magicis artibus a quibusdam adſcribitur. v. Plin. 22, 22; & 24, 17.

CLĔMA, *ătis*, n. κλῆμα, herba, inter genera Polygoni. Plin. 27, 12.

CLĔMĀTIS, *ĭdis*, f. κληματίς, herba duorum generum Dioſcoridi 4, 7 & 8; prima, *vinca pervinca* vulgo vocatur, ſingrün, todtenviole; altera *clematis*, Germanis lynen oder leinen, waldreblein. Matthiol. vid. Plin. 24, 10 & 15.

¶ Clēmātītis, *ĭdis*, f. κληματῖτις, planta eſt alia, quæ & *Ariſtolochia ſarmentitia* & *longa*, quibusdam etiam *herba Saracenica*, dicitur, ſaracenen-kraut. vid. Plin. 25, 8; Apul. de Herb. c. 19; & Dioſc. 3, 4.

CLĒMENS, *tis*, c. ἐπιεικὴς, φιλάνθρωπος, πραὺς; ut Vet. Gloſſ. interpretatur: gütig, ſanftmüthig, gnädig. Donatus CLEMENS, inquit, *eſt, qui colit mentem ſuam, nec eam vexat iraſcendo.* Et rurſus: FACILIS, inquit, *eſt, cujus ira cito ſolvitur*; CLEMENS, *qui non iraſcitur.* Sic *Clemens in diſputando*, Ciceroni eſt de Fin. 2, 4 qui non commovetur & effervelcit, der ſich nicht entrüſtet. *Clementi animo ignoſcere*, Plaut. Mil. 4, 6, 37. Tac. An. 2, 57, 2 *Germanicus erat clementior.* ¶ 2. Cæterum variis rebus addi ſolet hoc epitheton. vid. Barth. ad Script. Venat. p. 183. Transfertur eleganter non raro ad ea quoque, quæ extra hominem animumque poſita ſunt, & parum laboris, difficultatis atque moleſtiæ exhibent. Ovid. Met. 9, 116 *Quæ clementiſſimus amnis*, id eſt, qua minime impetuoſus atque facillimus tranſitu, ſtill, gemachſam, gelind. Curt. 9, 3, 2 de Phaſi: *Accipiunt eum deinde campi: quos clementiore alveo præterit.* Gell. 2, 21 *Nox erat, & clemens mare, & anni æſtas, cæ-lumque liquide ſerenum:* Vbi *clemens mare, ſævo & irato*, id eſt, æſtuanti opponitur. Pallad. Febr. tit. 12 pr. *Clementiores plagas* opponit iis, quæ ſeptentrionem reſpiciunt. Et *Clemens collis, clivus* eſt non arduus, ſed adſenſu facilis. Apul. 4 Met. p. 144 *Clementi denique tran miſſo clivulo*, ein kleiner nicht ſäher hügel. Vide plura in Adv. *Clementer.* Similiter, *Vitam clementem*, pro quieta & otioſa, quæque nihil negotii exhibet, qualis illorum eſt, qui ſibi vivunt, Terentius dixit Adelph. 1, 1, 17, de qua & infra eadem fabula 5, 4, 9, *Vitum*, inquit, *ille ſemper egit in otio, in conviviis clemens, placidus* &c. ſtill, ruhig. Idem *Clementem ſervitutem*, Andr. 1, 1, 9 dixit, pro æqua & moderata; cum ſcilicet dominus nonnihil de ſuo jure remittit & clementer indulget. *Clementem rumorem*, pro levi, & modico Salluſt. dixit Iug. c. 22.

¶ Clementer, manſuete, humaniter, blande, gnädiglich, gelinde, ſanft; ut, *Clementer tractare liberos*, Plin. 8 epiſt. ult. *Clementer jus dicere*, Cæſ. B. C. 3, 20, 2. Gell. 5, 14 de leone: *Tum caudam more adulantium canum clementer & blande movet.* Sic *Clementer acquieſcere*, Plaut. Epid. 2, 2, 21, id eſt, placide, pacate. Sen. de Ira 2, 23 *Cæſar victoria civili clementiſſime uſus eſt.* Gell. 1, 18 *Varro de Ælio clementiſſime ſcripſit*, i. e. admodum leniter. ¶ 2. Modice, leniter, ſachte, gemachſam. Tac. An. 13, 38, 4 *Colles clementer aſſurgentes.* Quod hic *clementer aſſurgere*; Idem Hiſt 4, 23, 1 *leniter aſſurgere* dixit. Id. de Germ. c. 1, 4 *Clementer editum montis jugum* præcipiti atque abrupto opponit, ſachte berg an oder berg ab. vid. Drakenb. ad Sil. 1, 274. Sic & *Clementer* pro commode, facile, & ſine labore ac moleſtia ponitur, leichtlich. Tac. Hiſt. 3, 52, 1 *Si qua juga Apennini clementius adirentur*: id eſt, facilius, minore labore & contentione: Id. An. 12, 3, 33 *Tum montibus arduis, ſi qua clementer accedi poterant* &c. Sen. Nat. Qu. 6, 30 *Non deſit aſſidue tremore Campania, clementius quidem, ſed ingenti damno*, nicht mehr ſo heftig. Plaut. Mil. 4, 3, 5 *Dixi, quo pacto id fieri poſſit clementiſſime.*

¶ Clementia, *æ*, f. ἐπιείκεια, φιλανθρωπία: contraria eſt crudelitati ac ſævitiæ, güte, gnade, mildthätigkeit. *Refero hoc acceptum clementiæ tuæ*, das muß ich deiner güte danken, Cic. pro Dejot. c. 13 extr. *Violare clementiam*, Nep. 7, 10, 3, id eſt, facere quid clementiæ officio indignum, ungütig ſeyn. Hæc propria velut imperantium virtus eſt. Et vere Antoninus apud Lampridium in Commodo ſub fin. *Non quicquam eſt*, inquit, *quod Imperatorem melius commendat gentibus, quam clementia. Hæc Cæſarem Deum fecit, hæc Auguſtum conſeciavit* &c. Inde inter cæteros Imperatorum titulos hic quoque fuit, ut CLEMENTISSIMI, ſeu, quod idem eſt, INDVLGENTISSIMI vocarentur. In appellando quoque, id verus ac quaſi ſolenne erat: CLEMENTIA TVA, ſeu INDVLGENTIA TVA. Spartianus Antonino Geta, princ. *Scio & multos, & Clementiam tuam quæſtionem movere poſſe.* Lamprid. Severo c. 65 *Quia verum ſuggerendum eſt Clementiæ tuæ ac Pietati, lecta referabo.* Ita Capitol. & alii. ¶ 2. Lucanus 8, 365 *Quicquid ad Eoos tractus, mundique teporem, Labitur: emollit gentes clementia cœli*, die geſunde luft. Senſus eſt: Quicquid in orientali & tepidiore mundi parte naſcitur, (id enim ex ſuperioribus repetendum eſt) illud *labitur*: hoc eſt, remittit animi vim; imbelle atque ignavum eſt. Nam labi atque concidere dicuntur, quibus erectus contra metum, ac obſtinatus animus haud eſt. Pro cauſſa adducit *clementiam cœli*; id eſt, mitiorem ejus & clementiorem naturam. Nam ſicut ad Septemtriones frigida ejus & aſpera conſtitutio, indurat animos audacesque atque intrepidos facit; ita contra in Aſia temperamentum ejus tepidum & blandum, animos gentium emollire ait. Nam pro diverſo cœli habitu, diverſa ingenia fortiuntur homines, qui ibi colunt. Sic, *Clementia æſtatis*, Plin. 5 epiſt. 6; *hyemis*, Colum. 2, 9 ein leidlicher ſommer, winter.

¶ Inclēmens, *tis*, contrarium, ungütig, ungnädig; ut, *Dictator inclemens*, Liv. 8, 32. *Inclementiori verbo quem appellare*, einen hart anlaſſen, Id. 9, 34. Superl. Macrob. Somn. Sc. 1, 10 *Dionyſius aulæ Siculæ inclementiſſimus incubator.*

¶ Inclemen-

¶ Inclementer, adverb. idem; ut, *Dicere in aliquem inclementius*, allzuheftig wider einen reden, Ter. in Prol. Eun. v. 4. Tac. Hist. 3, 4, 1 *Is quoque inclementer in Vitellium invehi solitus.* Liv. 3, 48 *Si quid inclementius in te sum invectus*, wenn ich mit harten worten wider dich herausgefahren.

¶ Inclementia, æ, f. die unfreundlichkeit, ungütigkeit. Virg. Æn. 2, 602 *Inclementia Divum Hac evertit opes*, der zorn gottes. Id. Georg. 3, 68 *Inclementia mortis*, der grimmige tod.

CLEŌBIS, *is*, m. Argiæ sacerdotis filius. Cic. Tusc. 1, 47 *Argiæ sacerdotis Cleobis & Biton filii prædicantur. Nota fabula est. Quum enim illam ad solenne & statum sacrificium curru vehi jus esset, satis longe ab oppido ad fanum, morarenturque jumenta, tunc juvenes ii, quos modo nominavi, vestiti posita, corpora oleo perunxerunt, ac jugum accesserunt. Ita sacerdos advecta in fanum, cum currus esset ductus a filiis, precata a Dea dicitur, ut illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari posset a Deo. Posti epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse, mane inventos esse mortuos.*

CLĔŎBŪLUS, *i*, m. Κλεόβουλος, Lyndius fuit; Evagoræ filius, unus e septem Græciæ sapientibus, robore & pulchritudine corporis eximius. Filiam habuit Cleobulinam, virginem doctam, quæ versibus hexametris ænigmata quædam scripsit. Decessit Cleobulus annos natus 70, Apophthegmata ejus apud Laërtium & Stobæum habes: ex Ausonii Sapientibus addo:

Quanto plus libeat, tam libeat minus:
Fortunæ invidia est immeritus misce:
Felix criminibus nullus erit diu:
Ignoscas, alii multa, nihil tibi, &c.

CLEOMBRŌTUS, *i*, m. adolescens fuit Ambraciota, (est autem Epiri urbs *Ambracia*, descripta a Livio 38, 4.) qui, lecto Platonis de animarum immortalitate libro, cum adversi ei nihil accidisset, præcipitem se de muro in mare abjecit, quemadmodum Cic. Tusc. 1, 34 retulit, eoque Ovid. allusit in Ibin v. 493

Vel de præcipiti ventus in tartara saxo,
Ut qui Socraticum de nece legit opus.

Vide & Callimachi epigramma 24 Græv. p. 200.

CLEŌMEDES, *is*, m. Astypalæensis pugil, qui Icco Epidaurio in certamine occiso, fraudatus victoriæ præmiis, in furorem incidit; & ex Olympia Astypalæam reversus, scholæ columna subruta, 60 pueros ruina sublici opprelsit. Cum autem saxis a civibus profligaretur, in templum confugit, & in cista, attracto operculo, se occlusit, cujus ligna cum tandem dissecarentur, nemo repertus est. vid. Huet. Demonst. Evang. Prop. 9 c. 142 ex Origene contra Cels. c. 3; Plut. Rom. Euseb. præp. Evang. 5, 34; & Suid.

CLĔŌMĔNES, *is*, m. Lacedæmoniorum dux fuit, qui, cum ab Antigono rege victus ad Ptolemæum se recepisset, ac mutuis vulneribus in carcere cum aliis, quibuscum carceri traditus fuerat, confligens periisset, mortuus a Ptolemæo pelle nudatus crucique affixus est. Plutarch. ¶ 2. *Cleomenes* alius Siculus fuit, luxuria & nequitia Verrem imitans, cujus Cic. Verr. 5, 32 meminit.

CLĔON, *ontis*, m. dux Athenienlium fuit, Niciæ in administratione reip. adversarius, qui, ut Lucianus in dialogo quodam refert, quod fero nec nisi confecto negotio saperet, hoc dicterium meruit: Κλέων προμηθεύς ἐστι μετὰ τὰ πραγματα, i. e. *rebus peractis Cleon est Prometheus.* v. Tom. 1 p. 14. ¶ 2. *Cleon* alius poëta scripsit Argonautica, a quo Apollonius Rhodius argumentum mutuatus est. Suidas. ¶ 3. Fuit & alius *Cleon* poëta, sed malus, & adulator in comitatu Alexandri M. de quo Curtius 8, 5.

CLEŌNE, *es*, & Cleonæ, *arum*, f. pl. oppidum prope Argos, juxta quod Iconem Hercules occidit, non procul a Nemea silva. Ovid. Met. 6, 417.

¶ Cleōnæus, *a, um*, adject. Sil. 3, 34 *Elisa leonis*
Ora Cleonæi patulo celantur hiatu. conf. Auson. Idyll. 19, 1
Sidus Cleonæum, id est, leonis sidus, apud Stat. 4 Silv. 4, 28.

CLEŌNIA, *æ*, f. i. e. helenium, alantwurtz. Diosc. suppos. Alii legunt *buglossum Cleonium.*

CLEŌNĪCION, *i*, n. κλεονίκιον, herba eadem cum *Clinopodio*, Plin. 24, 15.

CLĔŌNŸMUS, *i*, m. Κλεώνυμος, ῥίψασπις, id est, desertor ordinis, & qui clypeo abjecto fugit. Vnde Κλεωνύμῳ διαλοιδορεῖσθαι, h. e. *Cleonymo timidior*, proverb. apud Suid. ein verzagter, feiger. Hoc enim vitio *Cleonymum* quemdam insectatur Aristophanes.

CLĔŌPATRA, *æ*, f. Κλεοπάτρα, Philippi regis Maced. conjux super inducta Olympiadi, quæ illam denique finire vitam suspendio coëgit. Justin. 9, 7. ¶ 2. *Cleopatra* (ut taceam alias) Ægypti regina superba illa & luxuriosa, quam Antonius sororeAugusti derelicta, duxit; quamobrem bellum in ipsum Augustus movit, in quo Antonius & Cleopatra perierunt. Plinius 9, 35 de unionibus Cleopatræ refert, quibus aceto solutis ipsa sola centies H S absumtura una cœna fuerat exsponsionis cum M. Antonio lege, nisi, altero corrupto, parcere alteri jussa esset. De mortis illius genere vid. quæ diximus in *Aspis*. De hac aliisque Cleopatris in nummis Spanhem diss. 7 p. 420 sq. & diss. 8 p. 543.

¶ Cleopatranus, *a, um*, adject. Treb. Pollio Claud. c 1 *Cleopatrana stirps.*

CLĔPO, *clepsi, ĕre*, ab antiquo κλέπω, unde κλάπτω, rapere, furari, stehlen. Plaut. Pseud. 1, 2, 6 *Rape, clepe, tene.* Cic. de Leg. 2, 9 ex veteri lege: *Sacrum, sacrove commendatum qui clepserit rapseritque, parricida esto.* Idem ex veteri poëta Nat. D. 3, 27 *clepere*, infinito modo habet. Et Liv. 22, 10 ex rogatione bello Punico facta: *Si quis clepsit* (pecus vere sacro devotum) *ne populo fcelus esto, neve cui cleptum fuerit*; ubi *clepsit* videtur esse pro *clepserit* ex futuro *clepsero.* Plura veterum & ipsius Cic. vid. ap. Nonium 1, 72; & Varr. L. L. 6, 5. conf. Voss. Etym. p. 141. ¶ 2. Est occultare, tegere, verbergen. Sen. Medea v. 156 *Qui capere consilium potest, & clepere sese.* Et Herc. Fur. v. 898 *Se tegmine ingenti clepit.* Adde Prudent. Psychomach. v. 562. Sane origo vocis Varroni d. l. non minus est a *clam*, ut fit quasi *clapere*, quam a κλέπτειν.

¶ Clepo, *onis*, m. κλώψ, ein dieb. Reinesius ad Petron. p. 86 *Clyponem* existimat vocari Mercurium: Sed Occuponem propitium legimus c 58, quam lectionem etiam tervat & defendit Burmannus.

¶ Clepta, *æ*, m. κλέπτης, fur, ein dieb. Plaut. Truc. 1, 2, 9 *Dum illi agunt, quod agunt, sunt cæteri cleptæ.*

¶ Clepsammidium, *i*, n. κλεψαμμίδιον, dici potest horologium, quo hodie effluxu arenæ metiri consuevimus horas, die sand-uhr. Nam

¶ Clepsydra, *æ*, f. κλέψυδρα; vasculum erat, unde infusa aqua perfluebat, & furtim quasi subducebatur: unde & nomen accepit. A κλέπτω enim & ὕδωρ composita vox est, die wasser-uhr. Cic. de Orat. 3, 34 *Pericles non clamator aliquis ad clepsydram clamare docuerat.* Vitus etenim clepsydrarum in judiciis, ad tempora, quæ caussas orantibus ad dicendum concedi a judicibus solebant, determinanda: quæ pro conditione caussarum nunc ampliora dabantur, nunc breviora, atque hæc numero clepsydrarum definita atque descripta. Multa earum mentio apud Græcos scriptores. Et ibi quoque inventa est res; sed tandem translata & ad Romanos: quod tertio consulatu Pompeji accidit. Ad Apuleji tempora eum morem durasse, ipsemet auctor est, cum alibi, tum Apologia non uno in loco. Plinius inter Civitatis vitia refert, quem 6 ep. 2 vide. Et est querenti propior Auctor Dialogi de Caussis corruptæ Eloquentiæ, cum c. 38 Pompejum scribit tertio consulatu primum adstrinxisse dicendi tempora, & velut frenos imposuisse eloquentiæ; cum ante id tempus nemo intra pauciflimas horas perorare cogeretur, & liberæ comperendinationes essent, & modum dicendi sibi quisque sumeret. Non omnes ejusdem capacitatis fuisse, nec singulas horarum singularum aquas cepisse, ex Plinii loco videtur constare. Ita enim 2 epist. 11 leginus: *Dixi horis pæne quinque. Nam decem clepsydris quas spatiosissimas acceperam, sunt addita quatuor*, &c. Dicit *spatiosissimas*: ergo minus spatiosæ aliæ erant: dixit 14 clepsydras accepisse ad dicendum; ac se dixisse *horis pæne quinque*: ergo quatuordecim, quas acceperat Plinius, clepsydræ, tot horas conficiebant. Formam *clepsydræ* ita describit Apul. 3 Milef. p. 130 *Præconis amplo boatu citatus accusator quidam senior exsurgit, & addicendi spatium vasculo quodam invicem coli graciliter fistulato, ac per hoc guttatim deflua infusa aqua, populum sic adorat*, &c. Constitit igitur *Clepsydra* vasculo uno; quod in altera parte, in coli modum angustiore foramine fistulatum erat, unde aqua guttatim deflueret. Id autem ita comparatum erat, ut aperiri & claudi posset. Nam cum aut infundenda aqua, aut sustinenda seu inhibenda esset, ne flueret, claulo opus erat; aperto vero, cum mittenda. Sane cum testimonia audienda essent, inhibebatur interim aqua, ne datum ad dicendum tempus periret. Vnde illud Apuleji Apol. p. 298 *At tu interim, dum legit, aquam sistine.* Erant nimirum certi homines præpositi clepsydris, qui curarent eas, atque vel sinerent fluere aquam, vel inhiberent. Talem igitur hic alloquitur Apulejus, & sistere interim aquam jubet. Et cum p. 333 rursus ait: *At tu licebit aquam finas fluere. Namque optimi viri literas ter & quater adeo quantovis temporis dispendio lectitarem.* Decedere enim suo atque communi dicentium jure se auctor significat, & nolle sustineri aquam, dum epistolæ Aviti leguntur. Satius enim esse aquam fluere, & sibi quid temporis interim eripi, quam illas iterum atque iterum lectitari. Quin ita liberalis est Apulejus adversus adversarium, ut dicat p. 304 *Mea aqua licet ad hoc utare.* Comparat Scipio Gent. no. 494 illud Demosthenis pro Ctesiphonte, Εἰ δὲ ῥῆσει νῦν ὁπόσατος Ἐπὶ τῷ ἐμῷ ὕδατι. Ex altera parte, ubi recipiebatur aqua, vel ampliore ore patuit, vel pluribus foraminibus aperta clepsydra fuit: quod eruditissimo Petavio videbatur. Qui de more *ad clepsydram dicendi* egerint, multos laudat Almelov. ad Quint. 12, 6 p. 1072 Burm. Huc respicit etiam Lucianus Reviv. p. 320, ubi *mori* ὁδὸς ὕδατος μεταλαβόντα, est indicta caussa mori. ¶ 2. Vocabulum *Clepsydræ*, ad ea etiam vasa forte transferas, quibus ad perpluendas hortorum areolas utimur, sprenz-früge. Vide Petavium Notis in Synesii Dionem p. 21. ¶ 3. Fatere hinc potest eorum error, qui clepsydras istas veterum, similes arenariis nostris vitris, quibus partimur horas, putarunt: item, qui cum horologiis, quæ ex aqua comparata erant, quæ Ctesibius Alexandrinus invenit, & primus Romæ Scipio Nasica instituit, confuderunt. Quippe quorum diversissima ratio fuit. Vide infra in *Horologium.* ¶ 4. Hodie pervulgatum est, ut *Clepsydra* novata significatione idem sit ac *Clepsammus*, vel *Clepsammidium*, quo nos utimur, ein feiger. sand-uhr. ¶ 5. Est etiam cognomen meretricis. Mercyche enim ad *Clepsydram* Veneri solebat indulgere: unde *Clepsydra* dicta est. vid. Athen. Dipnos. 13, 8.

¶ Clepsydrarius, *a, um*, spectans ad clepsydras. Murat. Inscr. 935 AVTORIATARIO CLEPSYDRARIO.

CLĔRUS, *i*, m. κλῆρος, vermiculus araneo similis, qui parit in apum alveis, nocet favis, & facit, ut examen ægrotet. Atque hæc est Aristotelis descriptio H. A. 8, 32. Cæterum aut aliter accipit Plinius 11, 19 pr. ubi vocat *morbum operis, cum favos* (non) *explent*, quam ἀργεννᾶν appellat Col. 9, 13, 10, aut corruptus est, quod Harduino videtur locus. De altero Plinii loco vid. in *Clavus* n. 2. ¶ 2. Sed *Clerus*, pro collegio sacerdotum, sive ministrorum ecclesiæ, die geistlichkeit, clerisey. Ecclesiastici sic tantummodo usus est. Tertull. de Monogam. c. 12 *de quo* (ordine) *alleclio fiat in clerum*, i. e. in sacerdotium cooptatio. Prudent. Perist. 7, 78 *Clerus hinc tantum peperit triumphum.* Adde Isidorum 7, 12.

¶ Clericus, *i*, m. pro *Sacerdote* novitium quoque vocabulum est, ein geistlicher. Sidon. 9 epist. 16 *Clerici ne quid maculet rigorem.* Rationem vocabuli aperit Hieronymus epist. 2 ad Nepotianum sic scribens: *Igitur Clericus, qui Christi servit ecclesiæ, interpretatur primo vocabulum suum, &c. Si enim* κλῆρος *Græce, sors Latine appellatur, propterea vocantur Clerici, vel quia de sorte Domini sunt, vel quia ipse Dominus sors, i. e. pars Clericorum est, &c.* Ac eam ob caussam legibus vetabantur hæreditates adire, avaritiæ Clericorum coërcendæ. Hieron. eadem Ep. ad Nepotianum: *Pudet dicere, sacerdotes idolorum, mimi & aurigæ, & scorta, hæreditates capiunt: soli Clerici & monachis hoc lege prohibetur: & prohibetur non a persecutoribus, sed a principibus Christianis. Nec de lege conqueror, sed doleo, cur meruerimus hanc legem. Cauterium bonum est, sed quo enim ventum est, ut indigeam cauterio? Provida severaque legis cautio, & tamen nec sic refrenatur avaritia.* Phrasi quidem scripturæ sacræ vox hæc denotare videtur *ecclesiam*, sive *fidelium cœtum*, 1 Petr. 5, 3. Sed apud ecclesiasticos scriptores paulum deflexam esse in eam, quam supra dedimus, significationem,

animadvertuntur eruditi: ut ita καλέω, & ἐκ κλησεως & ἐκ τοῦ καλῶ fint ii, qui apud eosdem oppugnantur τοῖς λαοῖς: idque factum Tertulliani per ignorantiam sensus, qui in comitio secundi & tertii seculi vixit. Leguntur quidem etiam ea vox in scriptis, quæ Tertulliani ævum antevertere existimantur a multis, utpote in Canon. Apostol. & Constitut. Clementis; verum illinc tuto ædere non licet, cum suppositicia sint, & aliunde adscita.

¶ Clericalis, e, adjectiv. Sidon. 6 epist. - *Clericale tricolium.* Et 7 ep. 2 *Abbatiæ & clericatus petitor, quam impudicissimi cursus comitatus.*

¶ Clericatus, *us*, m. munus Clerici, der geistliche Stand. Hieron. epist. 3 sive epitaphio Nepotiani; *Clericatum non honorem intelligens, sed onus.* Habet etiam epist. 4 ad Rusticum, & 101 de opt. gen. interpr. c. 5.

¶ Clericulum, *i*, n. fasc. fare ornamentum ordinis clerici, eine priesterzierde; quod corruptissime nunc *Linipparum* v. brem. Orig. in *Nausea.*

CLIBANARIUS, *ii*, m. cataphractus tegmen ferreum, sive armatura ferrea; quæ totum hominem tegit, ein harnisch, panzerhemd; qualis illorum erat, qui *Cataphractis*, (de quibus 16, 12,) dicebantur, qui ab hac ipsa voce & *Clibanarii* appellati. Vius voce hac Leo in Tacticis, c. 6, & auctor Anonymus Latinus de rebus bellicis in expositione Thoracomachi, sive Thoracomachi, ut alii legunt. Ver. Gloss. καλβάριος, *Clibanarius.* Salmasius vocem Græcam putat, & καλβάριον quasi κλειβάνιον: quod hominem totum more κλιβάνου tegerent. Nam in Glossario Nomin. o pro καλβάριος, καλβάριον legit. Verba Glossarii ita habent: καλβάριος, ὁλόσωμος. Καλβάρια γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τὰ σιδηρᾶ καλυμματα καλοῦσιν ἀντὶ τοῦ κελεβάρια. Sed magis inclinat animus vocem barbaram cum Clibano eximiare, qua Græci æque ac Latini fuse usi. Sane ipsum armaturæ genus, non Græcum Romanumve originitus, sed barbarum, sive Persicum. Et Alexand. Severus oratione ad Senatum pro victos Persas habita, quam Lampridius c. 56 ejus vita refert, dixerat Persas *Clibanarios* dictos sit, qui alias, Romanis militum & Græcis, *Cataphractarii* appellarentur: *Centum*, inquit, *ex quibus quinque millia equitum fulmine: catafractarios, quos illi* Persæ *clibanarios vocant, decem millia in bello interemimus: ceteros omnes nostros ornamimus.* Nec aliter Ammianus 16, 10 *Cataphractis*, inquit, *cataphractati equites, quos clibanarios dicitant Persæ, &c.* ¶ 2. Est & *Clibanus*, turmi mobilis, seu varis genus coquendi panis vel rebus aggestis subjectisque prunis undique ferrum, ein eisernes backofen. Plin. 20, 9 de Scilla loquens: *Coquitur clibano modice in olla, quæ conficitur in clibanis, aut furnum: vel carbo, aut teto illita.* Apud lautiores, ut panis recens nimis cervivis apponeretur, ipsos etiam *clibanos* in cœnationem inferebant. Solebrioreum etiam clibanarium penem existimat aut eo, qui in fumo coctus esset. v. Burm. ad Petron. c. 35 p. 149. Colum. 12, 15 *Olivæ vasa clibano vel fumo torrefacient.* Vbi videtur clibanum eundem facere ac furnum; sicuti & Tertull. adv. Marc. 4, 3. *Clibanus vel furnus aditum sequitur.* Et Sulp. Severus de Martini in Monach. Orientali 1, 18. *Casa clibanus propter ardebat, qui multo ante Lucifer ex omnis parietibus parabatur: exardabat abrupto furnus fornacibus & intra cœnini illius concava totis habenis rugiebat incendium.* Hac Clibanorum forma ita Colum. 5, 10 *Sed si rubis* (turebo) *clibano similes fiat: cujus ignem flamma patentius est, ut laxius radices exurgant, ac minus frigoris hiemis, minusque æstate vaporis per angustiores fenestras penetret, &c.*

¶ Clibanarius, *i*, m. cataphractus eques, ein Harnischer: de quo modo diximus in *Clibani* notione priori: Addi possunt Eutrop. 6, 7, 5; Sextus Rufus (sive Rufus Festus, c. 15 & 24; Ammianus 16, 12.

¶ Clibanicus, *a*, m. eine torte, tuffete, gebackens. *Clibanites vel testaceus, qui in testa vel clibano, vel artoptitius, qui in artopta assabatur*, Turneb. Advers. 14, 5.

¶ Clibanitius, *a*, um, in ofen gebacken; ut, *Panis clibanitius*, beckenbrod. Isidor 20, 2.

CLIBŌDION, *i*, n. κλιβώδιον, i. e. helxine, St. Petershraut. Dioscor. 4, 37.

CLĪDIVUM, *i*, n. κλειδίον, thymi jugulus est, qui præcipue in hoc recenti piice commendatus, Plin. 5, 12.

CLĪDŪCHUS, *i*, m. κλειδοῦχος, ex κλεὶς *clavis* & ἔχω *habeo*, clavigerr, scil. Pluto, qui inferorum sedem clausam tenet, Plin. 34, 8. Est peculiaris Io. Gottl. Schwartzii de dis κλειδούχοις dissertatio.

CLIENS, *tis*, c. qui rebe in fidem patrocinium que alicujus dedit Gell. 5, 13, cui universo, universæ cum familia. *Cliens* dicitur quasi colens; vel quasi clinans sive inclinans in aliquos tutelam. Correlativum ejus *patronus* est. Exordium autem, moris fuisse apud Romanos, ut provinciales & socii P. R. in clientelam se darent proceribus Romanis, quos patronos sibi adoptabant, non modo publice, sed etiam privatim: inque ut *clientes* eorum dicerentur. Ferebat autem id hujusmodi conditionis, ut *clientes* perpetuo patronorum suorum patrocinio caput & fortunas suas tuerentur: vicissimque ipsi patronos suos omni obervantia atque obsequio colerent, & venerarentur. Ovid de Arte 1, 85 *Si mihi patronus, jam eripit off clientes.* Suet. Tib. c. 1 *Clientes cum patronis demigrabant.* De origine clientum v. Dionys. Halicarn. 2, 9 & 10. Item Plutarch. in Romulo p. 25. Vide & infra in *Patronus.* Clientem fallere magnum scelus. Hinc apud interos conjunguntur, eumbus *pollutasse parens, & fraus innexa clienti*, Virg. En. 6, 609. ubi Taubmannus monet; Lex XII. Tab. erat: *Patronus si clienti fraudem fecerit, sacer esto*, i. e. exsecrabilis. vid. & Gell. 5, 13. ¶ 2. Laxiori significatu *clientes* dicti, quicunque beneficii alicujus aut commodi tui hoc aliquem tectantur. Plaut. Men. 4, 2, 4 *Clientes fidi omnes vestras off multos.* Curt. 7, 4, 21 *Bessus cum clientum manu, qui non mutaverant fidem*, &c. ¶ 3. Nostris moribus *Cliens functionarius*, dici potest ein vasall, lehnmann. Sequiori ævo SUSCEPTI dicebantur, ut Annalista Fuld. ad an. 880 de rege Alemannorum Suomario loquenti. v. Du Fresne in Glossario & Franc. Tereti Mi. ell. ad Symmachi 5 ep. 42. His terminis indicant principes, qui nec a retentibus aberant auctore Barth. ad Claudian. p. 1085. ¶ 4. Communis generis esse hoc nomen docetur verbis Sulpitiæ ii *Percibus descendi clientis* (ie intelligit) & *audi.* Sed vid. etiam *Cliens.*

¶ Clientulus, *i*, m. diminut. Dialogo de Orator. c. 36 extr. *Ne clientulorum loco numero essem.*

¶ Clienta, *æ*, f. Festus: *Clientam pro cliente dixit Plautus*: atque is Mil. 3, 1, 191 *Habeo eccillam meam clientam.* Horat. 2 od. 18, 8 *Nec mihi trabeæ purpuras clientæ.* Adde Auson. Parent. epigr. 24.

¶ Clientula, *æ*, f. diminut. Afconius de Prætura Vrb. p. 102 *Plebeja quædam clientula Verris.*

¶ Clientēla, *æ*, f. aliquando significat multitudinem clientum, qui potentem aliquem civem, principemve favore prosequuntur, & ejus dignitatem tutentur, ducti aliqua mercede, vel beneficio, der anhang, die vasallen. Cic. Catil. 4, 11 *Pro clientelis hospitiisque provincialibus* &c. Id. Att. 14, 12 *Si is, quam diligam Siculos, & quam illam clientelam honestam judicem.* conf. Tac. An. 3, 55, 2; & 13, 37, 1; Hirt. B. Afric. c. 22. Iustin. 8, 4, 8; & Sallust. Iug. c. 85 sub initium orationis C. Marii: & passim alii. ¶ 2. Item, defensio est & patrocinium, schutz, schirm. Ter. Eun. 5, 3, 9 *Thaidi patri se commendavit in clientelam & fidem.* Cic. pro Rosc. Am. c. 37 *Se in aliorum fidem & clientelam conferre.* Suet. Aug. c. 17 *Bononiensibus quoque publice, quod in Antonianam clientelam antiquitus erant, gratiam fecit conjuranti cum tota Italia pro partibus suis.*

¶ Clientelāris, *e*, lehnbar, apud ICtos; ut, *Clientelare prædium*, lehngut.

CLIMA, *ătis*, n. Græca vox a κλίνω, *inclino*· Κλίμα, *regio, pagus, tractus*, ut in veteri Gloss. Græco-Latino reponitur, die reiter, die gegend. Geometris spatium quoquo versus pedum LX. Colum. 5, 1 *Clima*, inquit, *quoquo versus pedum est LX actus quadratus undique fiuntur pedibus CXX.* ¶ 2. In cælo plaga est duobus parallelis interjecta, *Inclinatio & Declinatio* Latinis dicta, quod certo spatio inclinetur ad polum sive declinet ab æquatore, a cujus principio usque ad finem dimidiatæ horæ longitudinis diei longissimæ variatio est. Vitruv. 1, 1 *Disciplinam vero mathematicæ oportet, propter inclinationes cæli, quæ Græci* κλίματα *dicunt.* Colum. 3, 1 *Omni generigione, & omni declinatione vrendi.* ¶ 3. Ex cælo in terram deducitur, & spatium aliquod inter duos parallelos notat, ein erdstrich; aliter quidem antiquis, recentibus itidem aliter, qui plura, quam illi, constituunt climata. Vide Geographos. Sic Apul. in Trismeg. p. 98 *Horarum & climatum cæteritibus punctis.* Adde Apollonium ad Rom 15, 23.

¶ Enclima, *ătis*, n. ἔγκλιμα, idem fere quod *Clima* sive plaga mundi. Vitruv. 9, 9 *Hemicyclium ad enclima faciet.* m. vid. Baldi Lex. Vitr. p. 45.

Climacides, climacter, climactericus, vide *Climax.*

CLĪMĀTIAS, *æ*, m. inter modos terrarum motûs, ap. Ammian. 17, 7 *Climatiæ, qui limes ruentes & obliqui urbes, ædificia, montesque complanant.*

CLĪMAX, *ăcis*, f. κλῖμαξ, proprie scala, eine leiter. ¶ 2. Est schema, *Gradatio.* vid. Quint. 9, 3 p. 814. ut; *Africano indistria virtutem, virtus gloriam, gloria æmulos comparavit.* Ovid. Fast. 3, 21 *Videat hanc, vijamque cupit, poturque cupita.* Mart. Capellæ lib. 5 p. 176 *Climax est ascensus*: ut est Cic. pro Mil. c. 23 *Neque vero se populo soluin, sed etiam* &c.

¶ Climacis, *ĭdis*, f. κλιμακὶς, parva scala. Vitruv. 10, 17 de ballistæ partibus loquens; *Climacides scapi longitudo foraminum XIII.* ¶ 2. *Climacides* etiam dictæ Cypriæ mulieres in Syriam transmissæ, ad Artabazi Mentorisque Gynæcea, ut acclinatæ currum inscenderent regum uxoribus gradum struerent, ac velut scalam arrigerent. vid. Athenæus 6, 6, & Plutarchus de dignosc. adulat.

¶ Climacter, *ĕris*, m. κλιμακτὴρ, *annus scansilis* vel *scalaris*, qui & *gradarius* & *decretorius* a medicis dicitur, tenibus aut fatalis plerumque, aut alioqui periculosus, ideo, quod singulares motus efficiat virtutis corporum, ein staffeljahr. Colligitur autem ex septies novem annis, ut efficiatur annus ætatis LXIII, quo vitæ tempore multos magnos & mediocres homines mortuos esse, & historiæ veteres & recentes testantur. Nam & Aristoteles & Virgilius eo anno extinctî sunt. Quin & ex VII multiplicatis climactericis efficitur; ut XIV, XXI, XXVIII, XXXV, XLII, XLIX, LVI, qui multos præstantes viros abstulit. Gell. 15, 7 *Observatum est in multa hominum memoria, experimentoque est, in gentoribus plerisque omnium, sexagesimum tertium vitæ annum cum periculo & clade aliqua venire, aut corporis mori hique gravioris, aut vitæ interitus.* vid. ibidem epistola Augusti ad Cajum nepotem. Gellius & vece *Climacter* 3, 10 usus est. Iulii Firmici locum ex Matheſ. 4, 14 de ejusdem LXIII anni periculo, vide supra in *Androdas.* Alii tamen XLIX periculosiorem fuisse putarunt, cum potentissimi omnium quadrati numeri sint. Vide Censorinum de die Natali c. 14, de quo satis jam in *Climacter* dictum. Et Plin. 2 epist. 20 *Habes climactericum tempus, sed evades.* conf. Gell. 15, 7.

Clinamen, clinatus, vide *Clino.*

CLINGO, *ĕre*, pro *Cingere*, Fest. a Græco κλείειν. Scaliger legit *Cludere.* Et, *Clingi, cludi*, est in Gloss. Isidori. Alii pro κλείειν legunt κιγκλίζω, i. e. crebro corporis motu imitari motacillam, quæ κίγκλος dicitur. v. Voss. Etym. p. 142. Quid si a κιγκλὶς, ut si tanquam *cancellis* cingere sive includere?

CLĪNICE, *es*, f. κλινικὴ, scil. ἰατρεία, medicina, quæ victu & pharmacis medetur decumbentibus. Plin. 29, 1 *Hippocrates tradidit infelicissimi medicinam hanc, quæ Clinice vocatur.* Id. 30, 11 *In quæ tantis medicinæ clinices præsentia damnibil pellat.* Vid. Mercurialis Var. Lect. 3 c ult. Lipsii epist. Quæst. 1, 5.

¶ Clinicus,

¶ Clinicus, *i*, m. ἀπὸ τῆς κλίνης, *lectus*, medicus, qui ægrotos lecto affixos invisit, iisque assidens operam dat, ein arzt der die bettlägerigen besucht, apud Martial. 4 epigr. 93 & 9 epigr. 68. Hinc Æsculapius, qui medicinæ præses credebatur, *Clinicus Deus* Prudentio dicitur Apoth. conl. v. 205. Inscriptio vetus apud Gruter. p. 490 n. 7 P. DECIMI S. P. L. EROS MERVLA MEDICVS CLINICVS CHIRVRGVS OCVLARIVS VI. VIR. &c. ¶ 2. Sed & *Clinici* appellantur, qui decumbunt ex morbo & lecto affixi sunt, bettlägerisch darnieder liegen, Plin. 25, 5. Quomodo non semel utus Cyprianus est apud ad Martyrium, quod de *Clinicorum*, hoc est, illorum baptismate, qui in lecto atque ægroti sacramentum illud acceperant, contra eos disputat, qui pro legitimis Christianis sic baptizatos non habebant: & vere vulgo non *baptizati*, sed *perfusi* dicebantur: quod non tot mergerentur aqua, ut alias; sed toties tantum perfunderentur. Hier. Mercur. Incommodato Christianos a quibusdam per contumeliam *Clinicos* olim appellatos, ex eodem Cypriano docet. Confer. Io. Andr. Bosii exercit. de Clinicis Vet. Eccles. Ienæ 1657 habitam, quæ vero ubi ad ecclesiasticum significatum ventum est, deficit. Martial. 3 epigr. 92 *Sternatur a Corvole Clinico lectus*, ut restituit Scalig Auson. lect. 2, 4 p. 98. ¶ 3. *Clinicus* vespillo est, ein todtengräber; qui ἐν τῇ κλίνῃ in feretro mortuos effert. v. Martial. 1 ep. 31.

¶ Anaclinterium, *i*, n. ἀνακλιντήριον, eine lehne. Spartian. in Ælio Vero c. 5 *Lectum eminentibus quatuor anaclinteriis fecerat.* Ad quem locum hæc Cataubonus p. 45 *Lectorum quatuor sunt ἀνάκλιντρα: ad caput unum, alterum ad pedes: ad spondas interiorem & exteriorem. Illud cui incumbit caput Græci ἀνακλιντῆριον vel ἀνάκλιντρον nominant. Romani fulcrum vel interdum pluteum, &c.* Vide ipsum, aut si mavis, Salmasium ad eum locum Spartiani p. 63, qui aliquanto accuratius pleniusque de ratione lectorum apud veteres ibi agit.

¶ Biclinium, *i*, n. διάκλινον, zwey betten. Plaut. Baech. 4, 4, 69 *Vbi est biclinium vobis stratum?* & v. 102 *In biclinio uterque accubitum ecris.*

¶ Hexaclinon, *i*, n. ἑξάκλινον, sibadium, vel torus sex convivarum, ein tisch mit sechs betten. Martial. 9 ep. 60

Et testa Cneum morsus quater hexaclinon.

¶ Triclinium, *i*, n. τρικλίνιον, tafel mit drey betten. Lipsi. 3 Antiq. Lect. p. 55 *Circum mensam tres ut plurimum lecti erant, ex quo triclinii nomen. Vel duo etiam, quod Plautus Biclinium: Posteriores etes hoc aut aliquid simile Sigma vocavit.* Triclinium autem & locus, ubi cœnabatur, & lectus, in quo ad mensam accumbebant, das tafel-gemach, der eßsaal. Veteres enim accumbentes, non sedentes ad mensam, cibum capiebant. Primum autem tres lecti appellati sunt ex eo, quod tres ad mensam sterni solebant. Inde ad ipsas quoque cœnationes transiatum vocabulum est; quamquam ita demum *Triclinii* vocem, negat Servius in Æn. 1, 698 *Antiqui*, inquiens, SATIRA *non habebant: sed fercula tribus lectis epulabantur. Unde & Triclinium sterni dicitur. Vnde apparet, errare eos, qui* TRICLINVM *dicunt ipsum basilicum vel cœnationem.* Sed male hoc Servius. Cic. Att. 13 ep. ult. *Villa ita completa militibus est, ut vix triclinium, ubi cœnaturus ipse Cæsar esset, vacuerit.* Quintil. 11, 2 *Vix eo limen egresso triclinium illud supra convivas corruit.* Loquitur de Simonide. Quod autem Quintil. *triclinium* vocat, id Cicero eamdem historiam narrans de Orat. 2, 86 *conclave* appellat. Petron. c. 22 *Duo Syri cepitarii lagenam triclinium intraverunt.* Etiam Plinius aliquot locis in epistolis hac voce ita usus est. conf. omnino Virruv. 6, 5 & 7, Suet. Cæs. c. 43 f. & Tiber. 72 f. De lectis ipsis sæpe apud Ciceronem, qui *triclinium sternere, triclinium sternere, in triclinio decumbere; tricliniis accipi* &c. Varro de R. R. 3, 13 *Erat locus celsus, ubi triclinia poss. cœnabamus.* De mensa apud Plin. H. N. 33, 11 ex Nepote: *Duo tricliniis argentea*, zwey silberne tische.

¶ Triclinaris, *e*, zum tische gehörig, ut, *Lectus triclinaris*, id est, cœnatorius, ein tisch-bett, Plin. 33, 12 & Lamprid. Heliogab. c. 20. *Apotheca triclinaris*, Varro l. c. Nonium 2, 697; & 15, 14.

¶ Triclinarius, *a*, um, & Triclinius, quod ad triclinium pertinet; ut, *Servus triclinarius*, in Veteri inscriptione apud Grut. p. 576 n. 6 & Murat. p. 900, ein tischdiener. Plin. 9, 39 *Quæ propera quis non jam triclinaria facit*, scil. vestimenta, quæ *Cœnatoria* alias, Petron. *Cubicularia* dicuntur, tischkleider. Fermenti enim alia domestica vestis, alia forensis. Inter domesticas cœnatoria erat, in qua prodire fas non erat, ut ex Martiale Lipsius observat Sectum 1, 2. ¶ 2 *Triclinaria lucipetica*, fragilia erant, quibus tricliniares lecti sternebantur. Plin. 8, 48, sicut eodem libro c. 50 *cubicularia stragula*, dixit.

¶ Triclinarium, *i*, n. absolute cœnatorium conclave; hoc enim subaudiendum est, das tafel gemach. Ita enim *stiva triclinaris*, Varro R. R. 1, 13 dixit. Nam pro diversis etiam anni temporibus diversas cœnationes habebant Romæ proceres divitesque.

¶ Triclinarches, *æ*, m. τρικλινάρχης, ipse præsectus triclinio, der tischen- oder præfe meister. Petron. c. 22 *Iam triclinarches experrectus lucernis occidentibus adhuc inf. erat.* S. Johannes ἀρχιτρίκλινος vocat c. 2, 9, quam vocem & Vetus Interpres retinuit. Iuvencus lib. 2 in pericope de nuptiis illis, *Summum minist rum* vocat, quod universo ministerio tricliniari præpositus esset, ut ex Athenæo Pignorius observavit. Legitur *Architriclinus* nomen & in veteribus inscriptionibus, quas Wowerius ad Perronium, Struckius in convivalibus Antiquitatibus notavit. c. gr. apud Grut. p. 474 n. 4. TRICLINIARCHAM.

¶ Architriclinus, *i*, m. idem, ἀρχιτρίκλινος, ver. Interp. Ioh 2, 9.

CLINO, *are*, frequenter inhumare, nativi. bigen. vid Barth. ad Stat. Silv. p. 75 ex Græco κλίνω, non frequentis usus est. Lucret. 2, 243 dixit: *Pudibam clinare necesse est.*

¶ Clinatus, *a*, um, gebogen, krumm. Cic Arat. in Pegaso v. 52 *Clinata est angulis.* Et in Aquila v. 86 *Clinata est Aquarius ad auras.* conf. v. 259.

¶ Clinamen, *inis*, n. inclinatio, die neigung. Lucret. 2, 292 *Exiguum clinamen principiorum.*

Compositæ

¶ Acclino, vel Adclino, *are*, *avi*, *atum*, zuneigen, sich anschmiegen, anlehnen; ut, *Neque accubuisset ad lumen*, Ovid Met. 5, 72. *decumare ad cœnam jussisset*, Liv. 4, 48.

¶ Acclinatus, *a*, um, angeneigt; ut, *Acclinata colla*, Ovid Met. 10, 268. Petron. c. 103 *Vnus ex vestiariis acclinatus lateri meæ exonerabat stomachum.*

¶ Acclinis, vel adclinis, *e*, adject. zu einem, anlehnend. Auson. 29, 20 *Mea sit hæc in mensa accline*, an i etwas inclinend. Virg. Ecl. 5, 34 *Cui modo nudatos dabitis accline cornua*, i. e. prominentes, ceteris in frontem tortis ante datum fuit lex. Horat. Sat. 2, 3, 6 conf. Interpp. Lucr. 5, 1 *De hoc & aliis compositis hoc pertinentibus monendum, ea fere omnia confundi cum compositis ex Cludo*, vid. Vide quæ dicta ad *Accipio*.

¶ Acclivitas, *atis*, *i*, n. locus, in quo ascenditur, steil & abschüssig, eine anhöhe, steigende gasse. Hinc id, quod in declivitate est, eine steigung, eine anhöhe und ferner hin, ein veltenpfad. Cæsar.

¶ Declino, *are*, declinare, abweichen, sich abbeugen, abhalten, meiden. Cic. pro Planc. c. 41 f. *Vt non modo declinare, sed horrere videatur.* Id. Att. 14, 17 *Declinare ab aliquo loco.* Et in Orat. c. 40 *Declinare a vitio.* Id. Att. 2, 19 *Declinare controversias. declinat, quæ possunt vocari, ab Hispania Tarraconensi*, Id Off. 3, 42. *Declinare de via*, vom wege abweichen. Id de Amic. c. 12. Plautus Aulul. 3, 6 extr. *Ad me declinavit eadem ex extra viam.* Et Virg. Æn. 4, 15 *Declinat lumina somno.* ¶ 2. Grammatica notat declinare casus, quod & pervertere dicitur. Varro L. L. 7 post pr. *Sicut casus declinatus, in obliquis declinant.* Vide ibi plura conf Id 3, 53 & coll. 4, 1 *Declinare ita ut casus alterum mutet.* Quint. 1, 4 p. 47 *Nomina accidere & casibus variari, pueri sciunt.*

¶ Declinatus, *a*, um, inclinatus, abgewichen; ut, *Neque jus neque mos declinatus ullus*, Quintil. 12, 1. Ea *declinata via*, i. e. pravecta, Idem 12, 11. ¶ 2. Declinatus, temperatus. Gell. 12, 2 *A motu declinat in motibus & actibus nimis.* Varr. L. L. 7, 2 *Declinata verba*: conf. Id. 9, 4 ext.

¶ Declinatio, *onis*, f. die abweichung. Cæs. 4, 6 *Exempli corporis declinatione evitato ictu.* Translate de oratione Cic. Partit. Orat. 15 *Lacerta ipsa sentit aliud sibi natura ad motionem esse datum*, die vermeidung. *Declinatio per simile*, Cic. pro Cluent. c. 53 extr. Opponitur appetitui, & ei cui *horror* dicitur. Valer. Maximi locum in c. 1 Epistolæ. Gell. 13, 1 *Quæ sibi per naturam ipse & arbitria & vires vel motus appetitiones, quas Græci ὁρμὰς vocant, aptaverit, & per eas vel motus declinationesque, quæ ἐκκλίσεις dicuntur, ad ea, quæ sibi conducunt, quæque ex usu sunt, pervenerit.* ¶ 2. *Declinatio* etiam *casus* est, h. e. regio & spatium cœli in coelo & cortice vide 13, 12 *Columell.* Columell. proœmio *Quæ sit hæc sphæræ positio, quæ perpetuo videtur, & quæ declinatio, quæ ad meridiem, quæ ad septentrionem habeat, quid cuique plagæ conveniat, quid repugnet.* ¶ 3. De deviationibus nominum & verborum a regulis aut alias terminationes, occurrit apud Varronem L. L. 7, 2 *Declinatio in locis in sermonibus utili & necessaria de civilis.* Quint. 1, 4 p. 50 *Multa vertit non tam declinatione casuum sermo.* Ap. Varronem l. c. in eadem materia invenitur & vox

¶ Declinatus, *us*, m. *Declinatus*, inquit Varro l. c. *nominibus aliis in conjunctionem, sine declinatu casuum declinatio omnis: dixit populus.* conf. Idem 9, 93 & cognata.

¶ 2. Opponitur etiam appetitui, ut *Declinatio*, n. 1, ubi Cic. Fin. 5, 7 *Conjunx primum declinatum* (sc. voluptatis) *dolorem.*

¶ Indeclinabilis, *e*, quod declinari non potest, unvermeidlich, unumwendbar, unbeweglich. Gellius 2, 2 *Natura vocat a principiis indeclinabilem rerum seriem.* Sen. epist. 76 *Vita nostra in errores & indeclinabiles [non] potest.* Apuleius 2, 13 *Inevitabilia & indeclinabilia*, Id 11, rigidas & inexorabiles. Rufus Sen. epist. 74 *Immutabili & fixa.*

¶ Indeclinatus, *a*, um, standhaft, o, unablässig; ut, *Indeclinata amicitia*, id est, constans. Ovid. Trist. 5, 2

¶ Inclino, *are*, inclinare, [illegible] corrigit sensu. Iustin. 13, 1 extr. *Quæ se [illegible]* Liv. 36, 17 *Inclinare [illegible]* Id. 36, 33 *Inclinare [illegible]* Apud eff apud Liv. 21, 61 *Inclinare [illegible]* Id. 21, 62 *Inclinare [illegible]* Liv. 5, 37 *Inclinat [illegible]* Id. 5, 38 *Inclinat [illegible]* Liv. 7, 9 *Inclinat [illegible]* Id. 7, 33 *Inclinare [illegible]* Id. 34, 28. Cic. Ad [illegible] ¶ 2. Elegantius de animi sententia, ut Cæsar, Liv. 7, 9 *Inclinat animi [illegible]* Id. 7, 33 *Inclinare animos [illegible]* Gell. 2, 2 *Inclinare animum [illegible]* Liv. 7, 9 *Inclinat animi [illegible]* Id. 7, 33 *Inclinare animos [illegible]* Id. 34, 28. Cic. Ad [illegible] ¶ 3. Elegantius de animi sententia, ut Cæsar,

ſpectans, die ſich nach der flucht umſiehet, apud Vellej. 2, 52, 3; & Suet. Cæſ. c. 62: & *Inclinatæ copiæ*, Corn. Nep. 16, 5, 4; & Paterc. 2, 55, 1. ¶ 3. Compar. Cic. in Arat. v. 10 *Aries ad flamen Auſtri inclinatior*. Et Avienus Perieg. v. 1263 *Tellus in auſtralem inclinatior axem*. Liv. 3, 2 *Inclinatioribus ad pacem animis*, & 23, 46 *Plebs ante inclinatior ad Pœnos fuerat*.

¶ Inclinatus, *us*, m. ſubſt. *inclinatio* eſt. Gellius eo uſus 3, 12 *Simili inclinatu*, i. e. flexione, derivatione. Sed uſitatius eſt

¶ Inclīnātio, *onis*, f. die neigung, zuneigung. *Inclinatio voluntatis*, Cic. de Orat. 2, 29. *Inclinationes & momenta temporum*, veränderungen, Idem fam. 6, 10. *Minimis momentis maximæ inclinationes temporum ſunt*, Idem Phil. 5, 10. ¶ 2. Item κλίσις, ut, *Sub ea inclinatione cæli*, Gell. 14, 1. Et Vitruv. 6, 1 *Ad inclinationem mundi* &c. ¶ 3. Pro declinatione, Grammaticis eſt: e. g. ap Varr. L. L. 8, 1 *Quorundam inclinationes ſequi*. Et 8, 63 *In inclinationibus verborum*.

¶ Inclinamentum, *i*, n. idem quod inclinatio aut determinatio, die endigung. Nigidio in Gell. 4, 9 eſt πτῶσις, ſive verborum caſus: *Si omnia*, inquit, *ejusmodi* (in OSVS,) *inclinamenta nimium ac præter modum ſignificant, & iccirco in culpas cadunt, ut Vinoſus, Mulieroſus, Verboſus* &c.

¶ Inclinābilis, *e*, beweglich. *Dubios & in prævum inclinabiles revocare ad rectum*, Sen. epiſt. 94.

¶ Inclinis, *e*, quod inclinatur, quod cedit, niedergebogen, abhängig. Val. Flacc. 4, 307 *Sonat omnis vulnere cervix Inclinis ceditque malis*. Minucius Felix c 3 de luſus genere: *Teſtam plano ſitu digitis comprehenſam, inclinem atque humilem, quantum poteſt, ſuper undas invotare*. ¶ 2. ἀκλινής, inflexilis, rigidus, ſtarr. Manil. 1, 596 *His eadem eſt via, quæ mundo pariterque votantur Inclines. Inclines* ſive ἀκλινεῖς ἤτε ἐπινεύσιν, ἤτε ἀπονεύσιν.

¶ Interclīnus, *a, um*, uneben. Ambroſ. in Egeſipp. *Civitas interclina rupibus*.

¶ Proclīno, *are*, ut inclinare, ſencken, beugen. Colum. 10 *Quam in partem proclinentur*. Ovid. 2 Amor. 11, 39 *Tum mare in hæc magnus proclinet litora Nereus*.

¶ Proclinatus, *a, um*, hinfällig, das einen hang hat. Vitruv. 2 c. ult. *Curvatura montis proclinata ad mare*. Id. 5, 12 *Proclinatum latus*. Et Cæſ. ad Cic. Att. 10 poſt ep. 8 *Ne quo progrederetur proclinata jam re*. Id. Cæſ. B. Gall. 7, 42 *Adjuvare rem proclinatam*.

¶ Proclinātio, *onis*, f. ut inclinatio, die niederhangung, neigung. Vitruv. 5, 12 *Proclinatio ea impleatur arena*.

¶ Reclīno, *are*, beugen, niederlegen. Cic. Arat. in Cepheo: *At Cepheus caput atque humeros palmasque reclinat*. Et Plin. 29, 3 *Pili reclinantur*. ¶ 2. Et abſolute, ut, *Omnis imperii in eum reclinat*, die mühe liegt oder ruhet auf ihm. Sen. ad Marciam c. 2.

¶ Reclinatus, *a, um*, angelehnt, niedergelegt. *Solet obvepere ſomnus in aliquod adminiculum reclinatis*, Sen. epiſt. 36. *In gramine reclinatus*, Horat. 2 od. 3, 6.

¶ Reclinatorium, *i*, n. eine lagerſtätt. Vulg. Interp. Cant. 3, 10. vide Barthii Adverſ. 35, 23.

¶ Rēclīnis, *e*, adject. i. e. reclinatus, lehnend. Martial. 9 epigr. 91 *Sic in gramine floreo reclinis*, &c. Sen. Theb. v. 499 *Reclinis haſtæ*. Tac. An. 13, 16, 5 *Ille ut erat reclinis*. conf. Stat. Silv. 1, 2, 161; & 4, 3, 70.

¶ Reclinus, *a, um*, etiam invenitur. Vopiſc. Firmo c. 4 *Reclinus & reſupinus*. Vide Grut. & Salmaſ.

¶ Trichinium, &c. vide paullo ante *Clinice*.

CLĪNOPĀLE, *es*, ſ. κλινοπάλη, palæſtra lecti. Suet. de Domitiano c. 22 *Aſſiduitatem concubitus, vel exercitationis genus, Clinopalen vocabat*. conf. Aur. Vict. Epit. c. 11.

CLĪNŌPŎDION, *i*, n. κλινοπόδιον, herba, pulegium montanum, ſecundum Ruell. originum longum, werbeltoſten. Dioſc. 3, 90; Plin. 24, 15

CLĪO, *Clius*, f. una eſt ex Muſis, ſic appellata a κλέος, *gloria*, quam literarum cognitio & eruditio parit, mater fuit Hymenæi. Ovid. de Arte 1, 27 *Non mihi ſunt viſæ Clio Cluſque ſorores*.

CLISTHĒNES, *is*, m. κλεισθένης, Athenienſis, nobilis mollitiei ac impudicitiæ homo, de quo v. Burm. ad Quint. 3, 7 p. 269. ¶ 2. Nobilis inprimis legis de oſtraciſmo inventor, de quo v. Perizon. ad Æl. V. H. 13, 24.

CLĪTARCHUS, *i*, m. hiſtoricus, qui ſcripſit res geſtas Alexandri M. cujus in expeditionibus comes fuit. Quint. 10, 1 p. 901 *Clitarchi probatur ingenium, fides infamatur*. Adde Curt. 9, 5, 21.

CLĪTELLÆ, *arum*, f. pl. ein ſaum-ſattel, ſellæ ſunt & farcinæ, quæ aſinis aut mulis imponuntur; *Muli Capuæ clitellas ponunt*, Horat. 1 ſat. 5, 47. conf. Id. 1 epiſt. 13, 8; & Plaut. Moſt. 3, 2, 91. *Clitellis aptior mulus*, Colum. 6, 37. *Bovi clitellas imponere*, proverbialiter ſignificat, provinciam ei imponere, cui ea non conveniat, ſicuti bovi non conveniunt clitellæ. Uſus eſt Cic. Att. 5, 15, & Ammian. 16, 7 *vetus proverbium* vocat. Plura de clitellis dabit Scheffer. de re Vehiculari 2, 2. ¶ 2. Loca acclivia ſic dicuntur, perinde ut καμῆλοι Græcis, teſte Scaligero. Κλιτὸς enim *acclivitas* eſt, unde Latinis *Clitellæ*: quippe quod ultra clitellarum declivia ſunt. Peculiariter Feſto ſunt loca Romæ devexa, & in via Flaminia. ¶ 3. Eſt & genus tormenti, eodem Feſto auctore: ut *Equuleus*.

¶ Clītellarius, *i*, m. ein laſtträger; ut, *Aſinus, mulus clitellarius*, ein ſaum-roß. Cato c. 10; & Cic. Top. c. 8; Colum. 2, 22. Figurate Plaut. Moſt. 3, 2, 94 *Ego homines bubco clitellarios, magni ſunt oneris, quicquid imponas, vehunt*. De ejus fabula *clitellaria* vide ſupra in *Aſtraba*.

CLITERNIA, *æ*, f. Italiæ oppidum, Melæ 2, 4. *Cliternum* Ptolemæo.

¶ Cliterninus, *a, um*, adject. ut, *Cliternini colei*, Cic. fam. 9, 22, ubi ex ambiguo non tam ad illud oppidum videtur alludere, quam vel ad aliquam obſcenam appellationem, vel ad καπηλεῖς ſeu κλειτορίους, quæ pars eſt pudendi muliebris. Conf Cæl. Rhod. 2, 39. *Cliternini*, populi, Plin. 3, 12.

CLĪTŌRIS, *is*, f. ſive clitorium, *i*, n. κλειτόριον, Arcadiæ civitas, juxta quam lacus ſeu fons *Clitorius* appellatus aquam fundit, quæ pota abſtemios facit. Vide Ovid. Met. 15, 322 ſeqq. *Clitorio quicunque ſitim de fonte levarit*, &c. ac Plin. 32, 2. Azaniæ fonti hoc adſcribit Eudoxus apud Stephanum h. v. Azania autem pars Arcadiæ, in qua Clitorius fons.

CLĪTVMNVS, *i*, m. fluvius in Mevania, quæ Vmbriæ pars eſt, cujus aqua a pecudibus potata albos fœtus creat. Virg. Georg. 2, 146 *Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus Victima*, &c. Et Sil. 4, 547 *Patulis Clitumnus in arvis Candentes gelido perfundit flumine tauros*. Plin. 2, 103; Plin. Iun. 8 ep. 8 eleganter deſcribit. vid. & Brouckh. ad Propert. 2, 15, 25. *Clitumni* cognomine lovem ipſum conſecratum in Vmbria, ex Vibio Sequeſtro de fluminibus, Turnebus obſervat Adverſ. 29, 26. ¶ 2. Eſt & *Clitumnus* adjectivum. Stat. 1 Silv. 4, 129 *Aut præſtent niveos Clitumna novalia tauros*.

CLĪTVS, *i*, m. amicus Alexandri M. cariſſimus, quod nutricis ipſius eſſet filius, ipſiusque ſervator aliquando fuiſſet: ab eodem tamen ob liberiorem ſermonem inter pocula occiſus. v. Curt. 8, 1 Iuſtin. 12, 7. ¶ 2. De aliis *Clitis* v. Freinſh. Comm. ad Curt. 8, 1, 20; deque Mileſio Hiſtorico Voſſ. de H. Gr. 1, 10; & 4, 10.

Clivia, clivinus, clivius, vide *Clivus*.

CLĪVVS, *i*, m. idem eſt in colle, quod in monte jugum, Valla auctore 4, 43, der hügel, das ſtickele den hügel herab. Sic *Clivus Capitolinus*, Cic. Att. 2, 1, de quo Ovid. Faſt. 1, 264 *Arduus in valles & foræ clivus erat*. Metaphorice Sil. 4, 605 *Explorant adverſa virûm, perque ardua duro Nititur ad laudem virtus interrita clivo*. Ovid. Rem. am. v. 394 *Principio clivi veſter anhelat equus*. Nimirum ad quamcunque difficultatem ſignificandam utuntur hoc verbo. v. Drakenb. ad Sil. 6, 120. Neutro genere dixit Cato apud Non. 3, 28 *Loca ardua & cliva depreſſa*.

¶ Clīvulus, *i*, m. dimin. Apul. 4 Met. p. 144 *Clementi denique transmiſſo clivulo, pervenimus ad locum deſtinatum*. Colum. 6, 37 *Adverſus clivulus*.

¶ Clīvōſus, *a, um*, bergicht, ſtickel, hügelicht; ut, *Clivoſus trames*, Virg. Georg. 1, 108; & *Rus clivoſum*, ibid. 2, 212. conf. Colum. de Arb. c. 4. ¶ 2. Difficilis, laborioſus. Sil. Ital. 6, 120 *Talis lege Deum clivoſo tramite vitæ Per varios præceps caſus rota volvitur evi*.

¶ Clivius, *a, um*, aliud adject. ut, *Clivia auſpicia, quæ aliquid fieri prohibent. Omnia enim difficilia Clivia vocabant*, a clivis, locis arduis, Feſtus. v. II. Voſſ. ad Catull. p. 72, ubi tum Catullo tum Statio hanc vocem reſtituit, ut *Clivi*æ aves ſint prohibentes, &c. De loco Statii vid. in *Lechæum*, *Lechiæ*. Hinc &

¶ Clivina, *æ*, f. avis ab antiquis nominata, quæ & clamatoria dicta & prohibitoria. v. Plin. 10, 14.

¶ Clīvia, *æ*, f. regio a Rheno bipartita, a clivis dicta, & urbs ejusdem regionis præcipua, quæ in tribus clivoſis collibus, in quibus a Cæſare condita dicitur, pendula verſus Rheni ripam panditur, Cleve. v. Geogr.

Compoſita:

¶ Acclivis, *e*, ſtickel, berg-an, aufwerts. Virg. Georg. 2, 276 *Tumulis acclive ſolum*. Cæſ. B. Gall. 2, 29 *Acclivis aditus*. ¶ 2. Nota, hoc & reliqua ex *clivus* compoſita ſæpe confundi cum compoſitis ex *Clino*, ut in *Acclinis* notamus; ac præterea ita fere differre, ut quæ ex *clivus* formantur, fere de locis dicantur, quæ ex *clino*, de perſonis vel rebus. v. Drakenb. ad Sil. 5, 470.

¶ Acclivus, *a, um*, idem. Ovid. Met. 2, 19 *Acclivo limite*. Conf. Id. Faſt. 5, 154; Et Manil. 1, 232.

¶ Acclivitas, *atis*, f. die aufſteigende höhe. Cæſ. B. Gall. 2, 18 *Ab eo flumine pari acclivitate collis naſcebatur*. Colum. 2, 4 *Hac ratione difficultas acclivitatis infringitur*.

¶ Declivis, *e*, berg-unter, abhängig, abſchößig, abwerts. Cæſ. B. Gall. 18 *Collis ab ſummo æqualiter declivis ad flumen vergebat*. Lucan. 2, 421 *Declivia montis*. conf. 4, 427. Plin. 8 ep. 18 *Ætate declivis*, i. e. ſenex.

¶ Declivus, *a, um*, idem. Compar. Vulg. Interp. Iudic. 19, 9 *Dies ad occaſum declivior*, der abend.

¶ Declivitas, *ātis*, f. die abhängige lage. Cæſ. B. Gall. 7, 85 *Exiguum loci ad declivitatem faſtigium magnum habet momentum*.

¶ Proclīvis, *e*, pronus, inclinatus, geneigt. Ter. Andr. 1, 1, 50 *Ingenium eſt omnium a labore proclive ad libidinem*. Compar. *Alii ad alios morbos procliviores ſunt*, Cic. Tuſc. 4, 37. *Proclivior uſus in pejora datur*, Claud. Conſ. Hon. 4, 261. ¶ 2. *Proclive*, & *in proclivi eſſe*, i. e. in promptu, facile, leicht, Ter. And. 4, 2, 18 *Id faciam, in proclivi quod eſt*. Cic. Off. 2, 20 *Dictu eſt proclive*.

¶ Proclivus, *a, um*, idem. Lucret. 6, 728 *Proclivus - - impetus undis*. Sen. de Morte Claud. p. 858 *Omnia proclivia ſunt, facile deſcenditur*. Et epiſt. 86 *Iunius menſis eſt jam proclivus in Iulium*. conf. Plaut. Mil. 4, 2, 27.

¶ Proclive, adverb. leichtlich. Cic. Tuſc. 4, 18 *Sunt in lubrico, incitataque ſemel proclive labuntur*. v. ibi Gronov. Et

¶ Proclivĭter, adv. idem. Gell. 1, 6 *Facile & proclivĭter perſuaſit*. Comp. *Proclivius peccare*, Id. 12, 11. *Proclivius currit oratio*, Cic. de fin. 5, 28. *Res proclivius ad perniciem labitur*, Id. de Amic. c. 12.

¶ Proclivitas, *atis*, f. die zuneigung. *Proclivitas ad morbos, ad ægrotandum*, utrumque Ciceronis Tuſc. 4, 12. Proprie de leni montium decurſu, der abhang des berges. Hirt. B. Afr. c. 37 *Inde parvulam proclivitatem digreſſus, ſiniſtra parte campi propter mare legiones ducit*.

¶ Proclivium, *i*, n. der abſchuß. Frontin. Strat. 2, 2, 2 *Adjuvante proclivio*, ſcil. editi loci. Claud. de laud. Stil. 1, 23 *Laſſant proclivia currus*.

¶ Reclivis, *e*, abhängig, rückwärtig. Pallad. 1, 6 *Campo ad ſolem reclivi*. Et 7, 2 *Tabulæ reclives*.

¶ Reclivus, *a, um*, idem. Vopiſc. Firmo c. 4 *Ipſe reclivus ac reſupinus & curvatus*. Fortunat. Mart. 3 *Nare reclivæ*.

CLŌACA, *æ*, f. a *colluendo* dicta Feſto, vel *cluendo*, de quo paullo poſt n. 2 ein gewölbter canal oder abzug. Horat. 2 ſat. 3, 242 *Illud idem in vapidum flumen jaceretve cloacem*. Plin. Epiſt. 10, 99 *Nomine quidem flumen, re vero cloaca fœdiſſima*. Add. Cic. pro Cæc. c. 13. De *Cloacis* publicis Romæ, quos Tarquinius Priſcus exſtruxit, admirabili & vere maximo opere, receptaculo omnium purgamentorum urbis, lege Liv. 1, 56 pr Item 5, 55 ext. ubi ſua ætate *vetores cloacas primo per publicum*

publicum ductas, *privata passim sublisse tecta*, ait, ejusque rei causſam conjicit in feſtinationem poſt incenſam a Gallis urbem, quæ curam vicos dirigendi exemerit. Adde Plinium 36, 15, itemque Caſſiodor. 3 epiſt. 30 & 8 epiſt. 29, & quæ ad ea loca Lipſius differit de magnitudine Rom. 3, 13. ¶ 2. *Cloacam* fœtidum anus ventrem vocat Plautus Curc. 1, 2, 29. *Arcem facere ex cloaca*, Prov. Cui ſimile eſt: *Lapidem e ſepulcro venerari pro Deo*; de iis, qui rem haud ita magnam magni faciunt, in oculis ferunt, ac mirantur. Vtioque Cicero uſus eſt pro Plancio c. 40 pr.

¶ Cloacŭla, *æ*, f. diminut. parva cloaca. Lamprid. in Heliogab. c. 17.

¶ Cloaco, *are*, inquinare. Feſt.

¶ Cloacālis, *e*, adject. unflätig; ut, *Cloacale flumen*, id eſt, colluvies cloacarum, quod ex Catone Feſtus citat. Sidonius de flagitioſo 3 ep. 13 *Fœcalentiæ par cloacali*: *quæ quo plus commota, plus fœtida eſt.*

¶ Cloacarium, *i*, n. Subauditur *tributum*. Vlpian. l. 27 § 3 Dig. de uſufr. & quemadm. *Si quid cloacarii nomine debeatur*. Erant etiam inſtar pœnæ *cloacarum purgationes*, auctore Trajano ad Plin. 10 epiſt. 41 extr.

¶ Cloacīna, *æ*, f. Dea apud Romanos, cujus ſimulacrum in cloaca maxima repertum Tatius conſecravit, & quia, cujus eſſet effigies, ignorabat, ex loco illi nomen impoſuit. v. Prudent. Apoth. v. 265; Lactant. 1, 20, 11; & Tertull. de Pallio c. 4, ac ibi Salmaſ. p. 50; Turneb. Adv. 7, 20. Agit etiam de hac Venere Cloacina in foro Rom. prope roſtra conſecrata Spanhem. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 191. Aliis eſt *Cluacina*; vide in *Clueo*.

CLŌDĪCO, *are*, hinken, vereres dixerunt pro *Claudicare*, de quo in *Claudus*. Cic. de Orat. 2 c. 61 *Num claudicas? at hic clodicat.*

¶ Clodius, *i*, m. vide ſupra in *Claudius* n. 5. Hinc

¶ Clodiānus, *a*, *um*, adject. ut, *Clodianum imperium*, Cic. pro domo c. 10. *Clodianæ operæ*, Idem in Vatin. c. 17. *Clodiana vaſa*, Plin. 33, 11.

CLŌDO, *ere*, pro *Claudere*, antique. Plin. 18, 33 *Clodunt ita, lippitudine ab aſſata.*

CLOELIA, *æ*, f. virgo Romana, data obſes Porſenæ Hetruſcorum regi. Vide hiſtoriam apud Livium 2, 9; Silium 10, 49, 3; & 13, 830. Meminit ejus Virgilius in fine 8 Æn.

CLŌNOS, *i*, m. κλώνιον, i. e. *furculus*, herba, quæ & *ſcelerata* dicitur, braudkraut. Apul. de Herb. c. 8.

¶ Mŏnŏclōnos, *i*, c μονόκλωνος, unicum habens caulem vel ramum, nur mit einem ſtengel. Sic, *Artemiſia monoclono*, herba Apul. de Herb. c. 10 n. 1 & 2. Plinio 25, 7 eſt Artemiſia ſimplici caule. conf. Dioſc. 3, 118, ubi opponitur πολύκλωνος.

CLOPPVS, *i*, m. lahm. Gloſſ. lat. gr. *Cloppus*, χωλός. Et forte per contractionem deduci poſſet, quaſi χωλὸς τὸς πόδας. Cic. Att. 12, 3 *Ludis factis cloppo ſubſidio currat*; Sed alii aliter legunt. Græv. κύπτω, quem *vide*.

CLOSMOS, *i*, m. κλωσμὸς, ſonus qui eliditur lingua appreſſa palato, quo equi generoſi excitantur ad curſum, das ſchnaben mit dem munde oder pfeiffen. Sed is ſonus poppyſmus verius eſt, quo equis nondum domitis blandimur cum attrectatione blanda, ποππυσμὸς, de quo infra.

Cloſtellum, cloſtrum, vide *Claudo*, Clotho *Parcæ*, Cluacina, *Clueo*.

CLŪCĬDĀTVS, *a*, *um*, dulcis, ſuavis, jucundus, πρὸς τὸ γλυκὺ, ſüſſe, lieblich, apud Feſtum; & ita Scaliger legit Varr. de L. L. 6, 6 pro *Claudacus*.

Cludo, *ĕre*, vide *Claudo*.

CLŪDO, vel Cluden, *inis*, m. gladiolus hiſtrionis, ein tantzſchwerdt. Apul. Apolog. p. 324 *Sine cludine ſaltas*. Alii aliter legunt. Vide Lipſ. Elect. 1, 28.

CLVENTIVS, *i*, m. ex municipio Latino fuit, accuſatus a matre Soſſia, quod Oppianicum vitricum interfeciſſet, defenſus a Cicerone eſt oratione longe optima, quam vide.

CLVEO, *ēre*, & Cluo, *ĕre*, a græco κλύειν, quod eſt *audire*, vel *dici*, berühmt ſeyn, genennet werden. Plauto familiare eſt, pro perhiberi; ut, *Ita fis, ut nomen cluet*, Trin. 2, 4, 95, ſey alſo, wie der name lautet. Nec minus Lucretio; ut, *Res Vtilis inveniatur, & opportuna cluebit*, lib. 3 v. 208 &c. Adde Auſon. epigr. 22 extr. conf. Lucil. & Enn. ap. Nonium 2, 147. ¶ 2. Paſſiva forma Plaut. Pſeud. 4, 1, 12 *Te ni contemnam ſtratioticus homo qui cluear*. conf. Pacuv. & Varr. ex Nonii l. c. ¶ 3. Eſt *Cluere*, purgare, ſäubern. Plin. 15, 29 *Cluere antiqui purgare dicebant*. Eoque refert *ſigna Veneris Cluacinæ*. Nam

¶ Cluacīna, *æ*, f. Dea eſt purgatrix & expiatrix. Alii *Cloacina* ſcribunt, ut in nummo antiquo gentis Muſſidiæ eſt apud Patinum p. 182, quod nomen a *Cloaca* ducit Lactantius 1, 20. Sunt, qui cluere *pugnare* exponunt decepti prava lectione Plinii c. l. cui Schedius etiam de Dis Germ. c. 9 non nihil tribuit, ut Cluaciana ſit *Venus Armata*, de quo eod. cap. Lactantius agit. Verum meliores libri omnes *purgare* ferunt, non *pugnare*, ut cluere ſit quaſi *colluere*, ſecundum Harduinum, in quo potius ſequendus eſt, quam in explicatione nummi laudati: Et Salmaſius in Tertull. Pall. p. 330, ipſum *cloaca* a *cluo*, hoc eſt, *purgo*, ducit, ut quaſi *Cluaca* ſit, & Cloacina ac Cluacina eadem. Vide ſupra in *Cloaca*.

¶ Cluis, *e*, adject. nobilis, præſtans, berühmt. Mart. Capella lib. 4 *Ire cluis facultate*. Compar. *Cluidior* & *Cluior*, i. e. nobilior, in Gloſſ. Iſidori. v. Barth. Adv. 26, 15.

¶ Clūtus, *a*, *um*, idem. *Clutum Græci κλυτὸν dicunt*. Feſt.

¶ Inclūtus, vel Inclytus, *a*, *um*, κλυτὸς, celebris, inſignis, berühmt, hochgeacht. IN enim ſæpe augendi cauſa adjicimus. Mem. Hor. Oct. v. 1984 *Nunquam Stygiis negligitur undis inclyta virtus*. Et *Inclyta juſtitia religioque*, Liv. 1, 18. *Inclytus eſt apud mulieres*, Plaut. Mil. 4, 6, 12. Superl. Cato ap. Gell. 3, 7 *Claritudo inclutiſſima*. Et Colum. 1, 4 *Dux inclutiſſimus*.

¶ Præcluco, *ēre*, valde cluere, ſehr berühmt ſeyn. Terentianus Maurus de Metro Iambico:

Vel qui in vetuſta præcluent comœdia.

¶ Præcluens, *tis*. Prudent. hymno poſt ibam v. 37 *Sic olim tua præcluens poteſtas.*

¶ Præcluis, *e*, idem; ut, *Liberi præclues*, Mart. Capella lib. 1 p. 2 conf. p. 10; & lib. 5 p. 138.

CLŪMÆ, *arum*, f. pl. folliculi, gerſten ſpreu. Feſt

CLŪNIS, *is*, m. plur. *clunes*, nates dicuntur: dubium genus eſt. Græce πυγὴ, das hinterthell am leibe, arſchbacken. A κλάω vel κλάνω derivari quidam nugantur, i. e. *aper*, *aprugnus*, cujus vicem clunes ſuppleant: vel a κλόνος, motus arrogans, qui in clunibus reſidet. Arnob. lib. 7 p. 239 *Clunibus ſubſultare conſpexit*. Horat. 1 ſat. 2, 69 *Pedibus clunes*, ſc. equorum. Iuvenal. 11, 164 *Tremulo defendant clunes puellæ*. Apul. Met. 8 p. 208 *Clunibus ſuis conſudare*. Vide Scriptorum lib. 1 p. 78: Priſcian. p. 652; & Nonium 3, 43.

¶ Clunĭcŭlus, *i*, m. dimin. Favorini apud Gell. 15, 8 verba ſunt: *Cluniculis avium ſaturum fieri*.

¶ Clunaclum, *i*, n. culter ſanguinarius, (*ſaginarius* emend. Scal.) vel quia clunes hoſtiarum dividit, vel quia ad clunes dependet, ein ſchlacht-meſſer, Feſtus. Sed &

¶ Clunacula, *æ*, m. inter teli genera, Gell. 10, 25.

¶ Clunus, *a*, *um*, quaſi clinatus; ut, *Clunæ ſimiæ*, quas a cluniibus tritis ſic dictas exiſtimat Feſtus. Sed præſtat l. legere *clavæ* vel *claviæ*, de quo ſtatim.

¶ Clunārius, *a*, *um*, idem; ut, *Lanæ clunariæ*, in Petronii c. 59. vide Schefferi not. p. 134.

¶ Cluniter, *a*, *um*, laſtbar auf dem hintern; ut *Dorſifera & clunifera mula*, in Epitaphio mulæ P. Craſſi. vid. Ferretii Muſ. lapid. p. 344.

Cluo, idem quod *Clueo*, quod vide.

CLŬPEA, *æ*, f. piſciculus Thynnum infeſtans & exanimans ap. Plin. 9, 15. *Clupeæ* harengis diſſimiles non ſunt, vocant *Thrygias*. Getner. Conf. Ennius in Apul. Apol. & in Heiſelii ed. p. 155 cum not. ¶ 2. *Clupea* Africæ oppidum cum porta, inter Carthaginem & Adrumetum, notum ex Punicis Romanorum bellis. v. Liv. 27, 29, &c. Lucan. 4, 586. Polyb. 1, 29, & alibi Græce vocatur Ἀσπὶς, hoc eſt, *clypeus*, unde etiam *Clypea* a nonnullis ſcribitur.

Clupeus, vide *Clypeus* n. 2 & 7.

CLŬRA, ſeu Cluria, *æ*, f. ein affe, quaſi ex κολόβα *cauda carens*. Gloſſ. Vet. *Clura*, πίθηκος. Et, *Clavia*, κερκοπίθηκος.

¶ Clurīnus, *a*, *um*, quod de ſimia eſt, vel ſimile ſimiæ, vom affen. Plaut. True. 2, 2, 14 *Tu vero clurinum pecus*, affen-geſicht. Et Arnob. lib. 3 p. 110 *Clurino cum pecore*.

Cluſaris, cluſilis, cluſius &c. vide *Claudo*.

CLVSIVM, *i*, n. Etruriæ oppidum. v. Virg. Æn. 10, 167.

¶ Cluſīnus, *a*, *um*, adject ut, *Cluſinum fur*, eſt genus aduris ſive ſuris candidius, Colum. 2, 6. *Cluſini fontes*, Horat. 1 epiſt. 15, 9 *Cluſinæ oræ*, Virg. Æn. 10, 655. *Cluſinæ urnæ*, Plin. 13, 3.

Clufura, Clutus, vide *Clauſura* in *Claudo* & *Clueo*.

CLVVIA, *æ*, f. præſidium Rom. in Samnio. v. Liv. 9, 31.

CLYBATIS, *ĭdis*, f. herba perdicalis, Apul. de Herb. c. 81, quæ *Helxine* & *Clibodion* Dioſc. 4, 37.

CLŸMĔNE, *es*, f. κλυμένη, Oceani & Tethyos filia, Heſiodo in Theog. Virg. Georg. 4, 345 *Inter quas Clymene cœptum narrabat inanem*. ¶ 2. Ovidio Phaëthontis mater etiam *Clymene* eſt Met. 1, 765. ¶ 3. Miniſtra denique Helenæ *Clymene*, eſt Homero 3 Iliad.

¶ Clymĕnēides, *um*, f. pl. ſorores Phaëthontis. Ovid. ad Liviam v. 111 *Sic flevit Clymene, ſic & Clymeneides altæ*.

¶ Clymenēius, *a*, *um*, adj. ut, *Proles Clymenæia*. Phaëthon, Met. 2, 19. Sed & *Clymenæia germina*, i. e. populi arbores, in quas Phaëthontis ſorores transformatæ, Stat. Silv. 1, 2, 123.

¶ Clўmĕnum, *i*, n. κλυμενον, herba, a rege Clymeno ita appellata, Plin. 25, 7; & 26, 7 & 8. Dioſc. 4, 14.

CLŸPEVS, *i*, m. ein ſchild. Dictus vel a κλέπτειν, quod abſcondat vel celet corpus, juxta Servium, vel potius a γλύφειν vel γλαπτὸς, hoc eſt, *ſculpendo*. Plin. 35, 3 *Scutis, quæ adhuc apud Troiam pugnatum eſt, continebantur imagines, unde & nomen habuere clypeorum. Non ut perverſa grammaticorum ſubtilitas voluit, a cluendo*. Vid. P. Crinitus de H. D. 10, 3 & Barth. ad 2 Theb Statii p. 642. *Clypeus ſol orbe rotundi*, Virg. Æn. 2, 227. *Objicere clypeus ad tela*, ibid. v. 444. *Ictus clypeo excipere*, Ovid. Met. 12, 375. *Clypeus Ajacis*, Homericus celebris ad Quintil. 8, 4. Celebratior etiam *Clypeus Achillis* Iliad. 18 deſcriptus: de quo non magis olim *Aiax & Vlyſſes*, quam critici ſuperioris & hujus ætatis inter ſe decertarunt. Perfoſſus clypeus virtutis index. v. Heinſ. ad Sil. 2, 17. De *clypeis votivis*, vid. Hiſtor. Acad. inſcript. & numiſm. T. 1 p. 252. ¶ 2. Inde & *Clypei* imagines in modum clypeorum factæ, appellabantur, unde bruſtbilder. Quamquam hi grammatici diſcrimen ſtatuunt, cum ex declinandi, tum ex ſcribendi ratione. Nam cum ἀσπὶδα ſignificat, & de armis dicitur, tam in Maſculino, & quidem per *y* aut I Latinum ſcribendum dicunt: cum imaginem deſignat, in neutro non *clypeum* aut *clipeum*, ſed *clipeus* dicendum a *Clueo* ſcilicet: ut ex Frontone & Capro, itemque Chariſio cognoſcimus. Sed audiendæ non ſunt hæ triſtes eorum ineptiæ, & ut vidimus, reprehendit Plinius quoque 35, 3. Quin ipſe Chariſius p. 59 contraria exempla iſti eorum obſervationi ex Afinio, Livio, Pomponio adducit. conf. Liv. 1, 43. De clypeis iſtis ac imaginibus, v. Lipſ. in 2 An. Tac. itemque Caſaub. in Ner. Suet. c. 16, itemque Salmaſ. in Treb. Pollionis Claudium, qui obſervat, Græcos hoplegeras ſic imaginem & ὁπλὴν a forma ſcilicet appellaſſe: quæ rotunda imitata, ut dixi, poſtea ad uvatam figuram traducta fuit. v. Manutium Quæſitis per Epiſt. 2 epiſt. 6 & Lipſ de Rom. Militia 2, 2. ¶ 3. Vtique a forma rotunda ſolis etiam orbem *clypeum* vocat Ovidius Met. 15, 192 *Ipſe Dei* (Phœbi) *clypeus, terra cum tollitur ima, Mane rubet, rubet eum conditur ima*. ¶ 4. Amplexere *clypeum*, in armis & bellare, multo turpiſſimum & pœna dignum habebatur, ut Plutarchus Pelopida p. 278 teſtatur, βελεσπίδας Græci dicebant. Sic Chabrias perire maluit, quam armis abjectis ibi conſiſtere: de quo Nepos ejus vita refert ipſo fine. Vbi nonnulla in iſtam rem viri docti annotarunt. Porro, qui dedituri ſe hoſtibus erant, clypeo caput ſubjicere ſolebant: de quo infra in *Dedo*. Mortui autem in pugna clypeo impoſiti referebantur. v. Drakenb. ad Sil. 5, 584, qui inter alia huc refert illud matrum Laconicarum clypeos filiis tradentium dicentiumque:

ἢ τὰν

ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τὰν, *aut hoc, aut super hoc.* ¶ 5. Elegans translatio eſt, cum vocabulum *Clypei* ad quodvis præſidium tutelamque noſtram transfertur, qua figura & David in Pſalmis eſt uſus, ſcutum, ſcuum. Claud. Conſul. Hon. 4, 432 *Subnixus Stilicone tuo : quem fraternus ipſe Diſcedens clypeum defenſoremque dediſti* ; Idem de eod. Stilicone in Ruffin. 1, 264 *His ſola pericli Tartis erat clypeusque trucem porrectus in hoſtem* Phocas Grammaticus in vita Virgilii : *Obvius ibat Fretus amicorum clypeo.* ¶ 6 *Scutum* oblongum eſt, *Clypeus* rotundior : *Umbo* in medio clypei pars elevatior. *Clypeus* autem peditum, *ſcutum* equitum, ſi audimus Iſidor. 18, 12. ¶ 7. *Clupeus* & *Clupeum* olim dixit Ennius, ex quo Varro L. L. 6, 5 *Hebe ipſe clupeus cecidit.* v. Heſſel. p 308. Idem apud Priſc. *Dum clupei reſonunt.* v. not. ad h. l. Heſſel. p. 55.

¶ Clypeum, *i*, n. idem quod *Clypeus.* Virg. Æn. 9, 709 *Clypeum ſuperintonat ingens.* Conf. Nonius 3, 41 ; & Hygin. fab. 273. Sic *Clypea inaurata*, Liv. 35, 10 extr. & 41 extr. *Clypea argentea*, Id. 34, 52. Et 40, 51 *Signa amovit, clypeaque de columnis, & ſigna militaria affixa omnis generis, demſit.* Et in hac forma ſingulariter Vitruv. 5, 10 *Clypeum æneum catenis pendeat.* Treb. Poll. Claud. c. 3 *Illi clypeus aureus, vel ut grammatici loquuntur, clypeum aureum ſenatus totius judicio in Romana curia collocatum eſt.*

¶ Clypeolum, *i*, n. diminut. ut, *Clypeola area*, Hygin. f. 139.

¶ Clypeo (Clupeo) *are*, clypeo protegere, mit einem ſchild verwahren. Verbum Pacuvianum eſt apud Varr. L. L. 4, 15 & Nonium 2, 145 *Chlamyde contorta aſtu clypeat brachium.*

¶ Clypeatus, *a, um*, clypeo munitus, der ein ſchild trägt. Plaut. Curc. 3, 56. Curt. 7, 9, 2 *In proris clypeatos locaverat.* Et n. 9 *Acies clypeata.* Claud. Conſ. Honorii 4, 522 *Quis decor, incedis quoties clypeatus.* Virg. Æn. 7, 793 *Clypeataque totis Agmina denſuntur campis.*

¶ Clypeïdos, formam habens clypei, rund wie ein ſchild ; ut, *Gemmarum figura clypeidos & rotundæ*, Plin. 37, 12. Harduinus legit *Cycloides.*

CLYSMVS, *i*, m. κλυσμὸς, a κλύζω, *purgo, abluo, eluo*, eine purgation, ausſpülung. Scrib. Larg. Comp. 155 *Alvus acri clyſmo trahenda eſt.* Conf. Comp. 194 & 197.

¶ Cataclyſmus, vide ſupra ſuo loco.

CLYSTER, *ēris*, m. κλυστὴρ, medicamentum inferiorem purgans ventrem, ein lyſtier. *Purgare clyſtere & vomitu*, Suet. Ner c. 20. Conf. Plin. 25, 5 ; & Macer 1, 12, 14. Dictus videtur *clyſter* a κλύζειν, *abluere.* Clyſterum rationem ab avi, quæ *Ibis* vocatur, monſtratam, *quæ admixtate roſtri per eam partem ſe probat, qua veddi cibarum onera maxime ſaluere eſt*, Plinius ſignificat 8, 27, itemque Plutarch de Iſide & Oſiride. Add. Cic. de Nat. D. 2, 50 ; Cenſ. 5, 28 ; 7, 27 ; it. Ælian. Hiſt. an. 2, 35.

¶ Clyſtērium, *i*, n. κλυστήριον, idem. Scrib. Larg. Comp 114 *Peſſillus clyſterio immittitur per anum.* Et Comp. 118 *Per clyſteria chaldam immittere.* Conf. & Feſtus in *Eadem.*

¶ Clyſterio, *are*, ein clyſtier ſetzen. Veget. 1, 42 *Clyſteriabis ex aqua calida & oleo.*

¶ Clyſterizo, *are*, idem. Cæl. Aur. Acut. 2, 38 *Phlebotomare & clyſterizare.*

CLYTÆMNESTRA, *æ*, f. Κλυταιμνήστρα, uxor fuit Agamemnonis & Oreſtæ mater, quæ cum Agamemnonem ab adultero interfici curaſſet, incerfecta & ipſa a filio eſt Oreſte. Ovid. 1 Amor. 7, 9 *Et vindex in matre patris malus ultor Oreſtes. Quadrantariam Clytæmneſtram*, apud Quintil. 8, 6, Cœlius vocat Clodiam, P. Clodii ſororem, quam Catullus Lesbiam dixit. Cur vero Cœlius *Quadrantariam Clytæmneſtram*, cur item *Clytæmneſtram*, docte & eleganter declarat P. Victorius ad Cic. fam. 5, 2 : ex parte etiam Nic. Loënſis Epiphyllidum 9 21, Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 209, 210.

CLYTIE, *es*, f. Nympha tandem mutata in heliotropium. v. Ovid. Metam 4, 206 ſqq.

CLYTIVS, *i*, m. Homero Laomedontis filius & frater Priami eſt lib. 20 Iliad. Virgilio juvenis a *Cydone* adamatus 10 Æn. 325 *Dum ſequeris Clytium infelix, nova gaudia, Cydon.*

CLYTVS, *i*, m. unus ex Centauris Pirithoi nuptias turbantibus, Ovid. Met 5, 87. Val. Flacc. 1, 146.

CNĀZON, *ōnis*, n. ἀκνάζω, κνάζω, *ſcalpo, acus, qua mulieres ſcalpunt caput*, Feſt Latine *diſcerniculum*, eine haarnadel.

CNĒCION, *i*, n. τὸ κνήκιον, majoran, herba, Dioſcorid. 3, 42.

¶ Cnecinus, *a, um*, adject. ut, *Cnecinum oleum*, quod fit ex ſeſamo & urtica, ut deſcribit Plinius 15, 7. Nam κνήκη, *urtica* eſt.

CNEORON, *i*, n. κνέωρον, frutex coronarius, Plinius 21, 9.

CNĒPHŌSVS, *a, um*, tenebricoſus antiquis dicitur, dunckel. Græcis enim κνέφος eſt *Caligo.* Feſtus.

CNESTRON, *i*, n. herba thymelæa, Plin. 13, 21. Dioſc. 4, 167.

CNĒVS, *i*, m, prænomen Romanorum multorum, in quo *e* literam utg proferebant antiqui, Priſc. teſte, vide in C litera.

CNĪCVS, *i*, m. κνῖκος, wilder ſaffran, vulgo vocant *cartamum* & *crocum Saracenicum*, Galli, ſaffran baſtard ; *Sativum* eſt & *agreſte.* Matthiol. vid. Plin. 21, 15 & 16 & 21 ; Dioſc. 4, 182.

¶ Cnicium oleum, vide apud Dioſc. 1, 35.

CNĪDE, es, f. κνίδη, *urtica*, eine brennneſſel. Plin. 32, 11 *Cnide, quam nos urticam vocamus.* conf. Dioſc. 4, 89.

CNĪDOS, *i*, m. κνίδος, herbæ nomen, Plin. 21, 16. Hinc

¶ Cnidius, *a, um*, adject. ut, *Cnidium gramen*, thymelæa gramen vel ſemen dicitur, piper montanum vulgo in agris Ananienſibus, eine art ſilandsörner, kellerhals. Scribunt *cnidium* & *gnidium.* vid. Plin 13, 21 ; Dioſc. 4, 167. Et *Cnidium oleum*, quod fit ex grano cnidio, Dioſc. 1, 34. Sic *Cnidius coccus*, & *Coccos gnidios*, Apul. de Herb c. 109 & 111.

CNĪDVS & Gnidus, *i*, f. Cariæ urbs, dicata Veneri, de qua Strabo lib. 19. Hic illud ſignum Veneris fuit, quod, ſi Athenæo credimus, ad exemplar Phrynes ibi amicæ dilectæ, Praxiteles fecit, pulcherrimum & abſolutiſſimum opus, quod ut viderent, multi navigaverant Gnidum, ut Plinius auctor eſt 36, 10 : itemque Lucianus Dialogo, qui Ἔρωτες inſcribitur. Horat. 1 od. 30, 1 *O Venus regina Cnidi Paphique.* Conf. 3 od. 28, 13.

¶ Cnidius, *a, um*, adject. ut *Cnidia Cypris* vel *Venus*, Auſon. epigr. 57, 1. *Cnidius ſenex*, apud Avienum Arateis v. 53 Eudoxus eſt. *Cnidia arundo*, id eſt, calamus ſcriptorius, e quibus Cnidii cæteris præſtabant, apud Auſon. ep. 4 & 7 ad Theonem. v. Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 207, 208.

CNISSA, *æ*, f. κνίσσα, nidor, geruch vom braten. Gloſſ. Vet. Κνίσσα, *Nidor.* Arnob. lib. 7 p. 212 *Niſi forte hoſtiarum Deus animas devorat, aut ex aris ercentibus nidorem conſectatur & fumos, paſciturque de cniſſis, quas evomunt ardentia viſcera.*

CNŌDAX, *ācis*, m. κνώδαξ, (male *Chodax*) fibula eſt ferrea, ein ſplock von eiſen. *Cnodaces*, apud Vitruv. 10, 6, ſunt ferramenta torni. v. Baldi Lex. Vitruv. p. 27.

CŌA, *æ*, f. & Coa, *orum*, n. pl. ſubtiliſſimi veſtimenti genus ex bombyce, atque adeo tenuis, ut corpus pelluceret, ſubtile leinwand. Propert. 4, 2, 23 *Induere Cois, fiam non dura puella.* Horat. 1 ſat. 2, 101 *Altera nil obſtat, Cois tibi pene videre eſt Ut nudam.* v. Interpretes Petron. c. 55 p. 273, ubi *ventus textilis* & *nebula linea* Publii Mimi explicantur. Ovid. A. A. 2, 297 *Sive erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus : Sive erit in Cois, Coa decere puta.* Sic dicuntur a Co inſula, vide infra *Cous.* Alii *Cæos* vocant, ab inſula *Cæa* : Vide ſupra. ¶ 2. Aliis *Coa* menſuræ genus eſt. Atque hoc ſenſu uſurpari in illo de Clodia, P. Clodii ſorore, gripho apud Quintil. 8, 6 volunt : qui ſic habet : *In triclinio coa, in cubiculo nola.* Illud, *in triclinio coa*, innuit bibacem, & coam (menſuræ id genus) uno ſpiritu exſiccantem. Ita Cæl. Rhodig. 29, 1. *In cubiculo nola*, ſignificat in cubiculo, ubi ſilentii uſus, garrulam ac ſonoram inſtar tintinnabuli. Idem Rhod. 19, 11. Sed jure hæc Cæliana griphi interpretatio doctis improbatur, quemadmodum & illa, quam Lilius Gyraldus affert libro deænigmatis. Melius ejus mentem perſpexit Robortellus de Nominibus veterum Rom. & Brodæus Miſcell 3, 24. At examuſſim optime ſcirpum exſolvunt Andr. Alciatus Παρέργ. 2, 12 & Janus Douza 4 epigr. 11 Salinarum : qui recte viderunt, illudi ad *nolendi* & *coeundi* voces : ut *nola* ſit, quæ συνουσιάζειν nolit ; *coa*, quæ non abnuat coire. v. Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 210. Sed Burm. ad Quint. l. c. p. 747 ſibi nondum liquere fatetur.

Coaccedo, vide *Cedo*, Coacervatio, coacervo, &c. *Acervus*, Coacesco, *Aceo*, Coactile, coactio, &c. *Cogo* in *Ago*, Coacum, *Choacum.*

Coaddo, vide *Do*, Coadjicio, *Iacio*, Coaduno, *Vnus.*

Coædifico, vide *Ædes*, Coequalis, coequo, &c. *Æquus*, Coæſtimo, *Æſtimo*, Coætaneus, *Ætas*, Coævus, *Ævum*

Coaggero, vide *Aggero*, Coagito, &c. *Ago*, Coagmento, &c. *Agmen*, Coagulo, coagulum, *Cogo* in *Ago.*

Coaleo, ſco, vide *Alo*, Coalluo, *Luo*, Coangusto, *Ango*, Coapto, &c. *Aptus*, Coarcto, &c. *Arceo*, Coareo, ſco, *Arceo*, Coarticulo, *Artus*, Coaſpernor, *Sperno*, Coaſſatio, coaſſo, *Aſſer*, Coaſſolet, *Solco*, Coagmentatus, *Augeo*, Coaxo, *Aſſer.*

COAXO, *are*, ranarum eſt, quacken, wie die fröſche. Suet. in Aug. c. 94 ; & Spartian. in Ant. Geta c. 5 *Rane coaxant.* Et Auct. Philomelæ v. 64 *Garrula timoſis rana coaxat aquis.* ¶ 2. At pro *Coaſſare* (nam etiam Coaxare & Coaxatio ſcribitur) vide ſupra in *Aſſer.*

COBIO, *ōnis*, m piſcis ex Chombrorum genere, Plin. 32, 11. Sed

¶ Cobion, *ii*, n, eſt tithymali ſpecies, Plin. 26, 8.

CŌCĀLVS, *i*, m, Rex Siciliæ, a cujus filiabus Dædalus, quem Minos proſequebatur, interfectus eſt. v. Ovid. Met. 8, 261.

¶ Cocalides, *um*, f. pl. filiæ Cocali, Sil. 14, 44.

COCANĬCVS, *i*, m. lacus Siciliæ ; unde *Sal Cocanicus* Plin. 31, 7.

COCCĒTVM, *i*, n. genus edulii ex melle & papavere factum, quod adignem coquitur, Feſt. & Tertull. adv. Valent. c. 12. Alii legunt *Cocetum.*

Cocceus, coccinatus, coccineus, &c. vide *Coccum.*

COCCVM, *i*, n. κόκκον, infectorium vel tinctorium granum, ſcharlachbeer. Vid. Plin. 9, 41 ; & 16, 8, ubi in maxima laude eſſe dicit, quod in Galatia, & circa Emeritam Luſitaniæ invenitur. *Rubro cocco tincta veſtis*, Horat 2 ſat. 6, 102. Plin. 9, 38 f. 62 *auſteritas & nitor cocci.* Cæterum cum Galaticum coccum maxime, ut modo vidimus, laudetur, ipſum nomen *Scarlati*, ſcharlach, inde derivat I. G. Gronovius ad Plin. 22, 2. *Cocci* & purpuræ diverſos eſſe colores contra errorem, qui tum fere communis erat, oſtendit Io. Brodæus Miſc. 1, 8.

¶ Coccus, *i*, f. ipſa arbor ſive frutex, cujus baccæ ſive grana, quibus utuntur tinctores, rubra ſunt. Hinc *Coccos baphica*, κόκκος βαφική, Dioſcoridi, 4, 46, quæ tingendo eſt. Vide omnino Salmaſii Exerc. Plin. p. 192 ſeqq. ¶ 2. In cocco naſcitur vermiculus, cujus pulpa in tinctura & medicina pretioſiſſima eſt, de quo Bellonius Obſerv. 1, 17. Cluſius Strip. Hiſp. 1, 6. ¶ 3. *Coccus* orator, Quintil. 12, 10.

¶ Cocceus, *a, um*, ſcharlach, ſcharlachroth ; ut, *Coccea indumenta*, Lamprid. Alex. c. 42.

¶ Coccineus, *a, um*, idem ; ut, *Coccineæ lacernæ*, Martial. 14 epigr. 131 Tit. *Coccineus color.* Plin. 22, 2.

¶ Coccinus, *a, um*, idem ; ut, *Veſtis coccina*, h. e. cocco infecta, Martial. 4 epigr. 28.

¶ Coccinum, *i*, n. ſubſt. ſcharlach, ein ſcharlach-kleid. Idem 14 epigr. 131.

¶ Coccinatus, *a, um*, in ſcharlach gekleidet. Martial. 1 epigr. 97 *Qui coccinatos non putat viros eſſe.* Suet. Domit. c. 4 *Puerulus coccinatus.*

¶ Coccognidium, *i*, n. herba thymilæa, zeiland, kellerhals. Laudatur Plin. 27, 9 ; Cenſ. 5, 3 & 5. Sed utroque loco *coccum Gnidium* diviſim legitur.

¶ Tricoccus, *i*, m. τρίκοκκος, majus heliotropium, Plin. 22, 21, quod *Scorpiurus* dicitur a Dioſcoride, die groſſe ſonnen-blume

COCCYX, *ygis*, m. κόκκυξ, cuculus avis, der kuckuk. Plin. 10, 9.

CŌCHLEA, *æ*, f. κοχλίας, teſta limacis, & *limax* ipſe, ein ſchnecken haus, und ſchnecke. Horat. 2 ſat. 4, 59 *Recreabis & Afra poterem cochlea*, Cic. Divin 2, 64 extr. *Terrigenam, herbigradam, domiportam, ſanguine caſſam*, appellat ex veteri comœdia cochleam. Male ad teſtudinem applicatur, quæ ſanguinem habet, Plin. 33, 4. Auct.

ad

ad Herenn. 4, 49 *Cochlea se abscondens.* Varr. R. R. 3, 14 *Cochleæ vita, magna gloc*, de illis dicitur, qui parce parvoque vivunt. *Cochleam tardius vincere*, Plaut. dixit Poen. 1, 1, 29. Antiquis in pretio erant, hodieque quibusdam in deliciis; terrestres stomacho utiles, illarumque sanguis oculorum suffusioni medetur, ut refert Plin. 32, 2. ¶ 2. Elt & *Cochlea* lignum in torcolari spiralium erectum, die ſchraube oder ſpindel an der preſſe. Vitruv. 6, 9, ubi v. l. Philander. Pro toto torcolari vel prelo potuiſſe videtur Pall. Mart. 1, 14 de granis mali punici, *In cochlea exprimis.* ¶ 3. Item, ſtruſtura tortilis in ædificiis, cujus ſcalæ *Cochlides* dicuntur, ipſa ſcalarum rotunditas *Cochlea*, eſſe wendel-treppe, ſchnecke. ¶ 4. Item machina, qua in hauriendis aquis utimur, eine waſſer-ſchraube. Vitruv. 10, 11. conf. Id. 5, 12.

¶ Cochlearium, *i*, n. locus, in quo cochleæ aluntur, apud Varronem de R. R. 3, 14. ein ſchnecken-garten. ¶ 2. Elt & *Cochlearium* menſura medicorum in liquidis omnium minima, quæ habet dimidiam drachmam; i. e. ſcrupulum & obolum, ut excerpta Veterum deſcribunt. Vocatur & *Cochlear.* Plinio *Menſura cochlearis* dicitur 21, 27, & abſolute 26, 8, ein löffel-voll.

¶ Cochlear, vel Cochleare, *is*, n. ein löffel. Martial 14 epigr. 121 *Sum cochlear habilis, ſed nec minus utilis ovis: Nunquid ſcis potius cur cochleare vocer?* Vnde apparet, a cochlea cochlearis nomen eſſe. Altera forma *Cochlear* Columellæ eſt 12, 21, ubi *Cochlear cochleam* dixit, einen gehäuften löffel voll. ¶ 2. *Cochlear* eſt etiam patina, in qua cochleæ apponuntur, poſtea ad alios quoque cibos tranſlatum. v. Salm. ad Treb. Pollion. I. 130 edit. Paris.

¶ Cochleāris, *e*, adject. ut, *Cochlearis menſura*, Plin. 21, 27 ein löffel voll, ut jam dictum eſt.

¶ Cochlearia, *æ*, f. löffelkraut. Ita in officinis vocatur.

¶ Cochlearius, *a, um*, wie eine ſchnecke; ut, *Cochlearius equulcus*, Pompon. apud Nonium 2, 284; quod forte epitheton non tam animalis quam inſtrumenti eſt.

¶ Cochlearius, adverb. ſchnecken-weis. Sidon. 4 ep. 15 *Agger cochlearius ſtrabo.*

¶ Cochlis, *idis*, f. pl. *Cochlides nunc vulgatiſſimæ*, inter gemmas naſcentes, Plin. 37, 12. Item ſcalæ per quas aſcenditur; vide *cochlea* n. 3.

¶ Cochleaceæ, vel Coclaceæ, *lapides ex flumine rotundi ad cochlearum ſimilitudinem*, Feſt.

Cochlearius, vide *Coquinarius* in *C. quo.*

COCIO, *onis*, m. καπηλος, ein unterkäuffler, mäckler. Plaut. Aſin. 1, 3, 51 *Verus ſi, nihili cocio eſt*; (Conf. Mil. 3, 1, 27) qui locus vexatus valde & varie expoſitus ab interpretibus eſt, quos allegat Taubmannus. Feſtus auctor eſt, *cociones* dici a cunctatione: quod in emendis vendendisque mercibus tarde perveniant ad juſti pretii finem. Alii aliam derivationem comminiſcuntur, ſed placet præ ceteris Gronovii patris ad h. l. ſententia, cui *Cocio* vel *Cotio* idem eſt, quod *cautio*; ſed ut non actionem aut ſyngraphum, verum ipſum proxenetam ſignificet, perinde ut *optio* hominem ſignificet nonnunquam, & ut *Copo* eſt *caupo.* Vid. ipſum & Salmaſ. de Vſuris p. 345, qui huc refert etiam Petron. c. 14 & 15, ubi vulgo legitur *cotidianos.* Etiam Cic. Off. 1, 42. Gloſſ. Vet. μεταβατης, *Cocio.* Vide & Gell. 16, 7, & Scalig. in Feſtum p. 23 in voce *Acillator*, & Rutgerſ. V. L. 2, 19, ubi Gellium notavit.

¶ Cociōnor, *ari*, cunctari in emendo. Quintil. Decl. 12, 21 p. 263 *Dia cocionatus eſt.* vid. not. Burm. & Salmaſ. de Vſur. p. 345 ſq.

¶ Cocionatūra, *æ*, f. der langweilige handel. Gloſſ. gr. lat. μεταβαση; *Cocionatura.*

¶ Cocliator, *oris*, m. idem ac *Cocio.* Gloſſ. Vet. Μεταβολος, *Dardanarius, cocliator, arillator, cocio.*

COCLES, *itis*, m. qui unum tantum haberet oculum, ab antiquis dicebatur, einäugig. Varro L. L. 6, 3 extr. *Ab oculo cocles, ut ocio dictus, qui unum haberet oculum.* Plin. 11, 37 *Qui altero lumine uti naſcerentur*, Cocites *vocantur.* Chariſius lib. 1 p. 26 *Cocles*, μονοφθαλμος, *unoculus.* Martial. 12 epigr. 59 *dejoculus.* Plaut. Curc. 3, 22 LY. *Vnoculi ſalve.* CV. *quaſſo deridesne me?* LY. *De Coclitum profapia te eſſe arbitror: Nam ii ſunt unoculi.* Conf. Cic. de Leg. 2, 4, 5 & Off. 1, 18. ¶ 2. *Cocles* Romanus Porſenæ exercitui in ponte ſubſtiti ſolus reſtitit. v. Liv. 2, 10. Virg. Æn. 8, 650 *Aſpiceres, pontem auderet quod vellere Cocles.*

COCOLOBIS, *is*, f. Hiſpanis uvæ genus, Dyrrachini *baſilicam* vocant. Plin. 14, 2. conf. Colum. 3, 2.

COCTA, *æ*, f. vaſis genus, quod & *Siruſcula* & *Gello* dicebatur, apud Martial. 2 epigr. 55. Ita enim ibi legendum, idoneis rebus ſtudent Scriverius.

Coctana ſive Coctona, vide *Cotona.*

Coctilis, coctura, coctus, cocus, &c. vide *Coquo.*

CŌCȳTVS, *i*, m. infernalis flavius, dictus a luctu, κωκυειν, *lugere* eſt. Virg. Æn. 6, 132 *Cocytusque ſinu labens circumfluit atro.* conf. Cic. Nat. D. 3, 17. ¶ 2. Eſt autem revera *Cocytos* amariſſimæ aquæ undæ non procul ab Acheronte fluens & ab Ambracio ſinu, vide *Ambracia.* Ob eam igitur fluviorum ingenium ad infernos amnes nomina tranſlata ſunt.

¶ Cocytius, *a, um*, adject. ut, *Cocytia aquora*, Claud. in Ruf. 1, 471.

¶ Cōcytia, *orum*, n. pl. Horat. Epod. 17, 56 *Inultus ut tu riſeris Cocytia.* Vt quidem legit Porphyrio vetus interpres, accipitque pro infernis ſacris, quæ ſolebant facere maleficæ mulieres ad amorem conciliandum: Virg. in Cir. v. 374 *Stygialia* dixit. Vide ad eum locum Scalig. Alii legunt *Coityta* & *Coityttone*, Dea impudicitiæ, de qua infra.

Coda vide ſupra *Cauda*, & adde Apul. de Herb. c. 92 n. 10.

CŌDANONIA, *æ*, f. inſula eſt Germaniæ, quam *Scandiam* vocat Ptolemæus, hodie *Selandia* dicitur, Seelandt in Dännemarck. *Codanonia* dicta ab ingenti & celeberrimo ſinu Codano ſuper Albim fluvium

¶ Codania, *æ*, f. Daniæ metropolis, *Hafnia* latine, vulgo Copenhagen.

¶ Codanus, *i*, m. ſinus inter Cimbricam Cherſoneſum & Scandinaviam, quem & appellant *mare Balticum*; vulgo, der belt, der ſund, die oſtſee. vide Plin. 4, 13.

CŌDETA, *æ*, f. campus Romæ trans Tiberim, qui *Codetanus* Victori in de Vibis regionibus appellatur. Nomen a virgultis habuit; quæ ad ſimilitudinem caudarum equinarum ibi naſcerentur, ut Feſtus auctor eſt. Duplicem fuiſſe, *majorem* alium, alium *minorem*, Suetonii locus Cæſ. c. 39 indicio eſt; quippe ubi *minoris codetæ* differre ſit mentio. Quod minime potuiſſet fieri, niſi & altera eſſet *major* appellata. Vide Turneb. Advers. 24, 14, & comprimis Ivon. Villionarum (hoc eſt, Scaliger.) in Titium animadv. 18, 12. Salmuth. ad Pancirolli. deperdita p. 213 in.

Cōdex, codicarius, codicilli, &c. vide *Caudex*, Codicula, *Caudex*

CŌDION, *i*, n. Græce κωδειον, Theophraſto lib. 4 c. 10. Plantis bulbi eſt, Sipontino vero genus loci ex cava corii tunicatione (κωδειον enim pedem ſeu corium ſignificat) in petris naſcentis, comoſiſſimi.

¶ Codiamnon, *i*, n. herba bis anno florens, cujus flos *Cenion*: Plin. 21, 11.

CŌDŌNES, *um*, m. pl. κωδωνες, tintinnabula, Græcam plane eſt, κωδων, eine ſchelle oder gloͤckleim. ¶ 2. Sed *Codo, onis*, vide *Codo.*

¶ Cōdonŏphŏri, qui funebres pompas cum tinnitu labuli, crepitantibus antecedunt, quos antea *bolones* atratos & feriales præcones dicere latine poſſumus. Bud.

CODRVS, *i*, m. ultimus Athenienſium rex Melanthi filius, qui cum Lacedæmonii gravi bello Atticos premerent, responſo Pythius, *quorum Dux ab hoſte eſſet occiſus, eos victores* depopulatione vaſtæ regia, paternalem cultum in ſe, immanitique cædis hoſtium, de induſtria rixam ciens, interemtus eſt, ut Vell. Paterc. 1, 2 narrat: inde Horat. 3 od. 9, 2 *Codrus pro patria non timidus mori.* Idem Proverbium: *Codro generoſior.* v. & Ter. in. 2, 6, 19; & Val. Max. 5, 6, 1 extr. & Cic. Tuſc. 1 extr. ¶ 2. Apud Virgil. ecl. 5, 11 *Codrus* paſtoris nomen perinde ut *Alcon* eſt. Et unde Servius cum recentiore *Codrus* Achaienſium refert, quem eo nomine jocante Scaliger. dicat & Augustinum, qui in eo ſecutus Servium eſt, notavit Animadv. Euſeb.

Cœlebs, vide *Cœlebs*, Coelementarius, Coelestis, *Cœlum.*

COELESYRIA, vel Cœlosyria, *æ*, f. κοιλησυρια, hoc eſt, *Cava Syria*, tota eſt regio ultra Seleuciden in Ægyptum & Arabiam recedens. ¶ 2. Sed proprie, quæ Libano terminatur, & Antilibano, nomen ſortita eſt a *concavitate*, quam Græci κοιλοτητα nominant, populi autem appellantur Græce κοιλοσυροι.

COELIĀCVS, *i*, m. κοιλιακος, morbus extremi ſtomachi ventriculi, quem πυλωρὸν Græci nominant; cum venter indurescit, doloreque cruciatur; & alvus aliquo nihil reddit, ut ne ſpiritum quidem transmittat, Celſus 4, 12. ¶ 2. *Cœliaci* Plinio 22, 14 qui coli morbo affliguntur, de his ſive ventriculoſis. conf. Cœl. Aurel. Tard. 4, 3, qui longe aliter, deſcribit. Viderint Medici.

¶ Amaceliafmus, *i*, m. ἀνεκοιλιασμος, medicamentum ventrifluum. Cœl. Aurel. Tard. 2, 14 n. 213 *Vti amacœliaſmis.*

Cœliolus, Cœlius, vide *Cœlius* per Æ.

Cœlum & Cœlus cum derivatis, vide *Cœlum* per Æ.

COEMĒTĒRIVM, *i*, n. κοιμητηριον ἀπὸ τῆς κοιμησεως, locus ſepulturæ humanorum corporum, ſic dictus propter ſpem certam reſurrectionis; latine *Dormitorium* ſonat, ein ſchlafhaus, kirchhof. v. Coquejus ad Auguſt. de C. D. 1, 13. Hieron. Script. Eccleſ. Catalogo de Ignatio: *Reliquiæ corporis ejus Antiochiæ jacent extra portam Daphniticam in cœmeterio.* Catullus 59, 2 *ſepulcretum* vocat.

Coëmo, coëmptio, &c. vide *Emo.*

COENA, *æ*, f. a communione victus ſic dicta, διὰ τὴν κοινωνιαν. Plutarch. Ac primum quidem cibus meridie ſumptus *cœna* dicebatur. v. Manut. ad Cic. fam. 1, 2 p. 25. Deinde cum eos invaluit, ut veſpere demum cibum communiter & cum hoſpitibus caperent, hinc factum, ut etiam apud nos *cœna* vulgo dicatur das abend-eſſen, die abendmahlzeit. Cic. Verr. 1, 15 *Quidlego verendis, cœnas commemorari?* Varro *Cœnalia*, *epiſpara, pontificia*, (Horatius enim *Pontificem cenavia* primis laudat: od. 14 extr.) Sic & *Cœna Cereales*, Plaut. Mon. 1, 1, 25. *Cœna recta*, id eſt, legitima, juſta. *Sportula* enim opponitur: Suet. Domit. c. 7 *Sportulis publicum ſuſtulit, revocata cœnarum veterum conſuetudine.* Martial. 8 epigr. 50 *Promiſſa eſt mihi ſportula: nulla data eſt. Recta* ſubaudi *cœna*: hoc enim frequenter omittebant. Suet. Aug. c. 74 *Convivabatur aſſidue, & ſæpe recta, ac ſplendida, & non mediocrem habens curam.* Id. Veſp. c. 19 *Convivanatus aſſidue: & ſæpius recta, ac ſplendida, et non mediocria adparavit.* Vbi Torrentius pro *recta*, ex MSS. *recta* legendum pronunciat. *Cœna adventitia*, quæ adventantibus peregre hoſtebat dari: quæ & *adventaria* & *viatica* appellabatur. v. Turneb. itemque Torrent. ad Suet. Vitell. c. 13. *Cœna ſubita* & *cenatica*, apud eumdem Claud. c. 21. De *cœnis tempeſtivis*, & quæ dicerentur, vide infra in *Tempus* & *Tempeſtivus.* De *cœna adituli* viae in *Ito. Ad cœnam invitare, vocare, itare*: item, *Dare, apparare, apponere cœnam*, notæ ſunt auctorum Latinorum locutiones. *Cœna dubia apponitur*, Ter. Phorm. 2, 1, 18, h. e. uti ſtatim explicatur, *ubi tu dubites quid ſumas potiſſimum. Cœnæ heroum quem dignavi*, Suet. Veſp. c. 2 extr. *Cœnam condiscere*, zuſagen zu kommen, Id. Tib. c. 42. Horat. 1 epiſt. 14, 35 *Cœna brevis juvat, & prope vivere ſummus in herba. Cœnæ ordinem explicibat* convivis hoſpes, Petron. c. 92; h. e. recitabat, quæ deinceps apponenda eſſent, ut ei deſinerent famem convivæ, quod gula maxime probaſſet: Vide Stuck. Antiq. Convival. 1, 5 & 6. Quid eſſet *Mortuus jam cœnæ parentat* apud Apul. Florid. 3 p. 352 ext. apparet ex eo, quod ſtatim ſubjicitur, cœnam feralem a tumulo ad menſam referrent.

¶ Cœnula, *æ*, f. dimin. ut, *Facere cœnulas*, Cic. fam. 9, 24 *Aliquem invitare ad cœnulam*, Suet. Claud. c. 21.

¶ Cœno, *avi, atum, are*, zu abend eſſen. Cic. fam. 1, 2, 8 *Ego adhuc cœno apud Pompeium cœnavi.* conf. Nep. 23, 13, 1. Perſius 5, 9 *Olim in ſolio cœnantis Gelonis*: Horat. 1 epiſt. 5, 1 *Cœnare rogo*, Id. 2, 2, 8, 35 *apponi.* Plin. 1 ep. 15 *Cœnare apud aliquem, cœnantem, liberius*: Imperialiter, *ut cœnantem*, Suet. Tib. c. 42. *Cœnare in, ſub apud* Vitellium, Liv. 2, 4. conf. Nep. 23, 13, 1. De cœnantibus Platonis cenis Timotheus Athenienſium dux dixit: *Qui cum bene cœnant, etiam poſtea bene bibere ſolent.* Plin. 2, 18 *Ori cœnanti* (pro cœnanti Latine dictum, adverſus Scriptum pro Vulgo) *adſtare.* Borrich. Cogit. de L. Lat. p. 279. ¶ 2. Peculiariter: idem eſt ac repetitæ inter cœnandum; unter der mahlzeit vorſtellen; ut, *Dum nova Dionæ*

rum cœnat adulteria, i. e. cœnando exprimit, Suet. Aug. c. 70. Sic &, *Non tam cœnam cœnare, quam disciplinam*, i. e. maxime curam morum in cœna gerere, Tertull. Apol. c. 39.

¶ Cœnans, *tis*. Cic. ad Att. 9, 8 *Cœnantibus nobis, ac noctu quidem*. Horat. 2 Sat. 8, 18 *Cœnantes una*.

¶ Cœnatus, *a, um*, id est, secundum Nonium 2, 195, confecta cœna, abgeſſen. Cic. Att. 2, 16 *Cœnato missi, & jam dormitanti epistola est reddita*. Horat. 1 Sat. 10, 60 *Amat scripsisse Ascentos Ante cibum versus, totidem cœnatus*.

¶ Cœnatio, *ōnis*, f. locus ad cœnandum, ſpeiſe-zimmer. Suet. Ner. c. 31; Plin. 2 epist. 17; Colum. 1, 6. Vide & supra *Triclinium*.

¶ Cœnatiuncula, *æ*, f. dimin. idem, apud Plin. 4 epist. ult.

¶ Cœnāticus, *a, um*, comica, ut videtur, licentia fictum verbum. Plaut. Capt. 3, 1, 36 *Nunc ibo ad portum hinc. Est illic mihi una Spes cœnatica*, h. e. cœnæ.

¶ Cœnator, *ōris*, m. Gloſſ. Græco-Lat. Δειπνητής, *cœnator*, qui cœnas amat, maltisque impensis initruit.

¶ Cœnatōrius, *a, um*, ut, *Fames cœnatoria*, Sidon. 2 epist. 9. *Vestis cœnatoria*, Capitol. Maxim. c. 4. Et substantive

¶ Cœnatorium, *i*, n. habit togatriclinaris, ein gaſt-kleid, Martial. 10 epigr. 87 *Pugnorum rex cornixque noctis Cœnatoria mittat advocato*. v. Erhard. ad Petron. c. 21 p. 71.

¶ Cœnito, *are*, frequent. *Foris cœnitare*, Cic. fam. 7, 16. *Solus cœnitabat*, Suet. Aug. c. 76. conf. Varr. L. L. 4, 33.

¶ Cœnaturio, *ire*, begierig ſeyn nach dem abend-eſſen, hungern. Martial. 11 epigr. 78 *Cœnaturit vaccerra, non cœnaturit*.

¶ Cœnurio, *ōnis*, m. vox Quintiliano attributa a Gebhardo & Pareo, idem ſignificatus quod parasitus. vid edit. Burm. 4, 2 p. 350.

¶ Cœnăculum, *i*, n. locus in quo cœnatur, die eß-ſtube, der eß-ſaal. Horat. 1 epist. 1, 91 *Mutare cœnacula, lectos, balnea*, &c. Varr. L. L. 4, 33 *Vbi cœnabant cœnaculum vocitabant*. Cic. cont. Rull. 2, 35 *Roma cœnae diu fulsura est pro suspensa*. ¶ 2. Est pars domus superior, Vella auctore 4, 22. v. in primis Varr. L. L. 4, 33 ext. Ibi autem pauperes & viliores homines ex conducto habitare solebant, proximi tegulis. Vide Plautinos Interpretes, quos ad illud Plauti Amph. 3, 1, 3 *In superiore qui habito cœnaculo*, Taubmannus allegat: itemque Lipſ. ad Sen. epist. 80, præcipue vero Torrent. Horat. Comment. in 1 epist. 1, 91. Add. Burm. ad Petron. c. 38 p. 350; Vitruv. 2, 8. Liv. 35, 14 *Consul rogat Iovem, ut aliquam partem ædium vacuam faceret, quo ingredi immigraret, cœnaculum super ædes datum est, sculis ferentibus in publicum vectigalis, aditu in ædes verso*. Suetonius quoque *Cœnaculum meritorium*, id est, mercede conductum, dixit Vitellio c. 7, eine miethe.

¶ Cœnacularis, *e*, f. der ſtuben-zins. *Exercere cœnacularian*, apud Vlpianum legitur l. 5 § 1, de his qui effuderint vel dejecerint. Est autem quæstum facere ex locatione cœnaculorum, ſtuben und kammern vermiethen. v. Alex. ab Alex. 3, 14.

¶ Cœnăcularius, *i*, m. ein miethmann. Gloſſ. gr. lat. σαδμῖχος ὁ τὰ ἐνοικια τῆς οἰκίας συνάγων, *Cœnacularius. Pactio cœnacularii*, der miethe-contract, L. 11 § 5 Dig. de pignorat. actione.

¶ Cœnīpeta, *æ*, m. ein gerne-gaſt, ungebetener, parasitus, Sipont.

¶ Antecœna, *æ*, f. missus primus, das voreſſen, erſte gericht. Macrob. Sat. 2, 9. Ita legit Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p. 262.

¶ Antecœnium, *i*, n. cibus ante cœnam: *Merenda*, veſper-brodt. Vſi hoc verbo sunt Isidorus 20, 2, qui *Merenda*, inquit, *a quibusdam antecœnia vocabantur*. Apul. Met. 2 p. 121 *Gladiatoriæ Veneris antecœnia*, Lipſ. Miscell. 1 epist. 65 sub fin. hæſitat, an forte utroque loco *antecœna*, quatuor syllabis, reponenda sit.

¶ Concœna, *æ*, m. qui una cœnat, tiſchgenoß. Lucil. apud Feſtum in *Tapulla: Tapullam rident legem concœnæ opimi*. Scaliger legit *congerræ*.

¶ Concœnatio, *onis*, f. compotatio, convivium, apud Cic. de Senect. c. 13 extr. & fam. 9, 24, quod reddit Græcorum συνδειπνον, & sapientius Romanos *convivium* dixiſſe oſtendit, eine gaſterey.

¶ Incœno, *āre*, cœnare, vel intus cœnare. Suet. Tib. c. 39 *Iuxta Terracinem in prætorio, cui spelunæ nomen erat, incœnante eo, complura & ingentia saxa delapsa sunt*, i. e. cœnante in eo.

¶ Incœnatus, *a, um*, non cœnatus, ungegeſſen. Cato c. 156 *Cubet incœnatus*. Scrib. Largus Comp. 140 *Incœnato dare medicamenta*.

¶ Incœnis, *e*, idem. Plaut. Caſ. 4, 1, 13 *Cupiunt extrudere incœnem ex ædibus*.

¶ Obcœno, *are*, abeſſen, ſich ſatt eſſen. Varro L. L. 6, 3 *De lumbo obcœnabis*.

¶ Percœno, *are*, idem. Gloſſ. gr. lat. ἀποδειπνῶσαι, *percœnare*.

¶ Pocœnium, *i*, n. hoc a cœna Hermolaus Barbarus nomen non inelegante finxit pro invitatione, quæ poculis fit poſt cœnam, der ſchlaftrunck, nachtzeche.

¶ Recœno, *are*, iterum cœnare. Macrob. Sat. 3, 17 *Fertur, eum, quoad vixit, foris postea non recœnasse*.

¶ Subcœno, *are*, lepida vox Galbæ apud Quintil. 6, 4 p. 559 Burm. qui, quum piſces pridie ex parte adeſi & poſtero die verſati, appoſiti eſſent, *festinemus, alii subcœnant*, inquit; h. e. ſub triclinio averſam partem piſcium edunt, ut metus ſit, ne & ad illam, quæ oculis noſtris patet, perveniant.

COENŌBIVM, *i*, n. κοινοβιον, locus convictus, vel vitæ communis, ein kloſter. Vox eccleſiaſtica. Exſtat quidem etiam apud Gell. 1, 9 extr. Græce, ſed lectio eſt ſuſpecta. Cæterum in cœnobiis ſolis longo tempore colebantur olim, & docebantur doctrinæ omnium literarum, vid. Barth. ad Briton. Armor. p. 745; & Hottinger. Analect. p. 22 ſeq.

¶ Cœnobīta, *æ*, m. qui in cœnobio vivit, ein mönch. Hieron. epist. 22 ad Euſtochium de cuſtod. Virginitatis c. 15 *Tria sunt in Ægypto genera monachorum: Primum Cœnobita, quod illi Sauses gentili lingua vocant, nos, In communi viventes, possumus appellare: Secundum Anachoritæ, qui soli habitant per deserta* &c. v. Cœl. Rhod. 10, 4.

¶ Cœnobiarcha, *æ*, m. κοινοβιάρχης, ein kloſter-herr, Abt oder Prior.

COENVM, *i*, n. koth, unflat. Cic. Tuſc. 4, 24 *Stoici dicunt, omnes stultos insanire, ut male olere omne cœnum*. Id. Att. 2, 21 *Cœno oblitus*, beſchmißt. Translate Id. pro Domo c. 13 *O cœnum! o portentum! o scelus!* Apud Lucretium 3, 77 *In tenebris & cœno volvi*, legitur, pro, vitam degere humilem & ſordidam, ein armſelig leben führen.

¶ Cœnōsus, *a, um*, kothicht. Prudent. in Symm. 1, 640 *Cœnosum versare solum*. Colum. 7, 10 *Nec ulla re (ius) magis gaudet, quam rivis atque cœnoso lacu volutari*. Et P. Chryſologus ſerm. 1 *Cœnosum pecus*, h. e. ſues. Compar. *Cœnosior liquor*, apud Solinum c. 62 (Salmaſ. c. 49) de Camelis.

¶ Cœnōsitas, *atis*, f. die unflätere. Fulgentius in Virgiliana Continentia p. 156 ed. Munk. *In temporales gurgitis cœnositates morumque fœculentias transit*.

¶ Cœnulentus, *a, um*, cœno conſperſus, kothicht. Tertull. de Pallio c. 4 *Cœnulenti pedes*.

COEPI, *cœpisse*, verbum defectivum, fürnehmen, anheben. Vnde vulgaris verſus: *Dimidium facti, qui bene cœpit, habet*: qui deſumtus videtur ex Auſonii epigr. 82 *Incipe, dimidium facti est cœpisse, superbit Dimidium, rursum hoc incipe, & efficies*. Operæ pretium eſt obſervare frequentem hujus verbi uſum, ſi vel ſolas Cic. ad fam. epiſtolas evolvas ed. Stutg. p. 844: e. g. *Cœpi agere, cogitare, diligere esse Romæ, intendere, loqui, navigare, posse ingredi, sapere, spem habere, velle* &c. Sic 14, 18, 2 *Si quæ rapinæ periri cœperint*: It. 3, 5, 11 *Simul ac progredi cœpero*. Olim integrum erat, unde Plaut. Truc. 2, 1, 23 *Quæstum cœpiat*: & in Perſa 1, 3, 41 *Lubido extemplo cœpere est convivium*: & Ter. Adelph. 3, 3, 43 *Sex mensibus prius olfeciſſem, quam ille quidquam cœpere*t: quam lectionem Priſcianus lib. 10 p. 879 (ed. Putſch.) tuetur. Add. Cic. Divin. 2, 2; & Liv. 21, 8. ¶ 2. *Cœpi* autem ſcribendum eſt, non *cepi*. Eſt enim ab antiquo *Cœpio*, ἄρχομαι, ut recte docet Voſſius de Art. Gramm. 1, 43, itemque Guyetus ad Ter. Heaut. 4, 5, 39. Rivius Ter. Adelph, 3, 4 p. 100. Agrætius de Orthographia: CEPIT *de capiendo*: COEPIT *de incipiendo ſcribimus*. ¶ 3. Nepos 4, 4, 6 *Tanto magis Pausanias orare cœpit*: ubi *cœpit* fere παρέλκει. Ita, *Cœpi facere*, pro *feci*, non ſemel Petronius dixit. Vid. Erhard. ad c. 6 p. 29 ſq. Burm. it. Græv. ad Cic. fam. 10, 16 *Flagitare senatus instituit*. ¶ 4. *Cœptus sum*, pro *cœpi*, vel inceptus ſum, verbaliter. Liv. 21, 8 *vineæ* (machinæ) *cœptæ agi*, & c. 23 *per Pyrenæum saltum traduci exercitus cœptus*. Nepos 13, 3, 1 *cœpti sunt premi*. Idem 15, 7, 1 *cœpta est desiderari diligentia ejus*. Imperſ. Cic. fam. 4, 4, 6 *Armis disceptari cœptum est*.

¶ Cœptus, *a, um*, adject. angefangen; ut, *Opus cœptum perficere*, Ovid. Faſt. 4, 16. *Carmina cœpta*, Virg. ecl. 8, 12. *Cœptum bellum*, Id. Æn. 2, 162. *Cœptus amor*, Ovid. Heroid. 17, 189. *Cœptus dies*, Tac. An. 4, 25, 2.

¶ Cœptus, *ūs*, m. ſubſt. das fürnehmen, der anfang. Cic. de Fin. 4, 15 *Primos suos quasi cœptus appetendi fuisse*. Sed uſitatius eſt

¶ Cœptum, *i*, n. idem; ut, *Dii cœptis adspirate meis*, Ovid. pr. Metam. *Desistere cœpto*, Sen. Theb. v. 103. *Manus ultima cœpto defuit*, Ovid. Triſt. 2, 555. *Bene cœpta male cedunt*, Vellej. 2, 14, 1. *Cœptorum socius*, Iuſtin. 1, 7, 1; *exitum operire*, Suet. Ner. c. 34.

¶ Cœpto, *āre*, frequent. anfangen. Ter. Eun. 5, 7, 1 *Quid cœptas, Thraso?* was nimmſt du für? quamquam alii hic *inceptas* legunt. Cic. de Fin. 5, 9 *Animal cœptat ea, quæ naturæ apta sentit appetere*. Tac. An. 1, 38, 1 *Cœptavere seditionem*. Id. Hiſt. 2, 41, 2 *Incertum fuit, insidias, an proditionem, vel aliquod honestum consilium cœptaverint*.

¶ Cœptans, *tis*. Solin. c. 2 *Olympiade VII cœptante*. Ammian. 20, 8 *Cœptante nocte*. Idem 16, 6 *Accusasse Adelphium, ut altiora cœptantem*.

¶ Cœptātus, *a, um*, angefangen, angenommen. Tac. Hiſt. 4, 44, 2 *Patres cœptatam libertatem omisere*. v. Daumius de cauſſis amiſſ. radicum L. L. c. 5.

¶ Concœpto, *are*, ſimül incipere, tribuitur Macrobio.

¶ Occœpi, *isse*, idem quod *cœpisse*. Plaut. Amph. 2, 2, 92 *Animo si male esse occœperit*. Tac. Hiſt. 2, 16, 4 *Vbi delectum agere Pacarius occœpit*. Ita Bernegger, Ryckius, Pichon per diphthongum ſcribunt. Alii ſcribunt in Ter. Eun. 1, 2, 45 *Qui me amare occeperat*, ſimplici E, quod nolim improbare, quum *Occipiunt* & *Occipit* ejusdem poëtæ ſint, ut ſupra in *Occipio* oſtenſum eſt, vide in *Capio*. Adde Lucret. 5, 887.

Coëpiſcopus, vide *Episcopus*, Coëpulonus, *Epulum*, Coëquito, *Equus*, Coërceo, coërcitio, &c. *Arceo*.

COERO, *are*, antique pro *Curare*. Gell. 15, 11 *Prætor animadverteret, cœraretque*. Cic. de Leg. 3, 4 *Qui cœret, populus creato, eique jus cœrandi dato*. Ita *Pœna punio*; *Pœni, Punicus*, &c.

¶ Cœrator, *ōris*, m. pro *Curatore*, Cic. l. c.

Coërro, vide *Errо*, Cœruleus, &c. *Cæruleus*, Cœſius, *Cæsius* per *æ*.

COETVS, *ūs*, m. a *coeundo* eſt: quippe contractum ex *coitus*: ſignificatque quamvis connexionem ſive conjunctionem, eine verſammlung, zuſammenkunfft, haufen. Lucret. 3, 863 *Nil tamen hoc ad nos, qui cœtu concilioque Corporis atque animæ consistimus uniter apti*. Sic conjunctiones ſtellarum *cœtus* appellat Geſſius 14, 1 *Nam si principes Chaldæi, qui in patentibus campis colebant, stellarum motus & vias, & discessiones, & cœtus intuentes, quod ex iis efficeretur, observaverunt*. Et aliquanto poſt: *Quid prænosceret aut cœtus stellarum, aut circuitus, aut transitus? Coitum* vocat Plin. 2, 13, cum de ſolis & lunæ congreſſu agit. ¶ 2. Pro congreſſu pugnantium poſuit Plaut. Amph. 2, 2, 25 *Primo cœtu vicimus*, im erſten angriff. *Cœtum* vocat, quam *coitionem* Terentius dixit Phorm. 2, 2 extr. *Prima coitio acerrima est*. ¶ 3. Sed & alia conventicula & congregationes ita appellantur. Sic *Cœtus habere*, pro *Scholam habere*, Livius dixit 1, 18. *Quem* (Pythagoram) *in ultima Italiæ ora circa Metapontum & juvenum æmulantium studia cœtus habuisse constat*. Sic, *Cœtum inire*, Cic. Verr. 5, c. ult. *In cœtum adducere*, Id. Fin. 2, 4. Et, *O Præclarum diem, cum ad illud divinum animorum concilium cœtumque profici*ſcar, Id. de Senect. c. ult. ¶ 4. Non raro & *Cœtus* factioſam turbam & ſeditioni paratam notat, quod Torrentius obſervat & exemplis confirmat in Cæſarem Suetonii c. 17, itemque Heraldus in Apolog. Tertulliani c. 39. Tac. Agric c. 27, 3 *At Britanni nihil ex arrogantia omittere*

omittere, quo minus juventutem armarent, cœtibus & sacrificiis conspirationem civitatum sancirent.

COGGYGRIA, *æ*, f. arbor Adrachnæ non absimilis, Plin. 13, 22. Harduinus legit *Coccygia. Cotinam Coriariam* interpretatur Dodonæus.

COGITO, *avi, atum, are*, quod contractum ex *coagito* volunt. Nam dum deliberat animus & rationes inquirit, quibus explicemus consilium, semetipsum agitat quasi atque perlequitur, ut reperiat, quid in remfit. Varro L. L. 5, 6 COGITARE a COGENDO *dictum: mens plura in unum cogit, unde deligere possit.* In hac propria significatione pro *contrahere* potuit Publius Syrus in illo: *Unus dies pœnam affert, multi cogitant.* Huc refer etiam illud Plaut. Mil. 2, 2, 46 *Severa fronte curas cogitans.* Sed ordinaria ellipsi significat animo cogitare, denken, gedencken, bedencken. Ver. Gloss. *Cogitat, ενε νοεται, λογιζεται, ενθυμειται, μεριμνα, βουλευεται.* Ter. Eun. 3, 3 pr. *Quanto magis magisque cogito.* Ibid. 4, 2, 3 *Aliam rem ex alia cogitare, Ein und her sinnen, sich mit allerhand gedancken schlagen.* Idem Prol. Heaut. v. 14 *Quantum ille potuit cogitare commode.* Sic, *Toto animo de aliquo cogitare*, Cic. fam. 1, 7. Horat. in Arte poët. v. 143 *Ex fumo dare lucem, cogitat.* Cic. de finibus 3, 5 *Quibus obortas oratienis adhiberi vix potest, ne cogitemus cogito confectari.* Notetur singularis constructio verbi apud Ter. Andr. 1, 2, 11 *Ut ne esset spatium cogitandi ad dissuadendas nuptias.* Et Plin. 9 epist. 36 *Cogito ad verbum*, h. e. non solas res animo comprehendo, sed ipsa etiam verba, qui e post scribam vel dictem. Nepos 23, 2, 6 *Si quid amice de Romanis cogitabis.* Ant. Cic. sub Att. 14, 13 *Si amabiliter in me cogitare vis.* Et Cic. fam. 7, 4 *Ego in Pompejanum cogito*, i. e. eo profecturus sum, ut Germani, ich gedencke dahin. conf. Id. Att. 2, 8.

¶ Cogitans, *tis*. Cic. pro Marc. c. 7 *Nihil unquam nec de sua nec de communi salute cogitans.* Et mox: *De te die noctesque cogitans.* Nep. 14, 8, 4 *Callide cogitans.* Cic. Att. 10, 10 ext. *Nihil vidi tam ἀνθρωπινον, tam nescio quid cogitans*, iterum ut Germani, ich weiß nicht, wo er hin dencket.

¶ Cogitātus, *a, um*, ausgesonnen. Justin. 21, 4, 4 *Plus negotii facit res cognita quam cogitata. Meditatum & cogitatum scelus*, Cic. Phil. 2, 34 est, de quo diu cogitavimus. *Cogitati furores*, Id. pro Mil. c. 12: Et, *Cogitatum facinus*, c. 17. Suet. similiter Tib. c. 19 *Tormentis expressa confessio est cogitati facineris*; & Calig. c. 12 *Ipsam postea etsi non de perfecto, at certe de cogitato quondam patricidio professum.*

¶ Cogitatum, *i*, n. subst. pro cogitatione, seu re cogitata, gedancken, anschlag, absicht. Cic. de Cl. orat. c. 72 *Cogitata mentis præclare eloqui. Interdum malefacta, quam optime cogitata probantur magis*, Vellej. 2, 13, 4. C. Nepos 14, 6, 8, cum recensuisset, qua solertia Pisidas perfugas ultus esset, subjungit: *Quo neque acutius ullius imperatoris cogitatum legimus.* His verbis designat describitque id, quod Græci στρατηγημα appellant, Kriegeslist. Conf. Nep. 4, 3, 1; & Ter. Phorm. 1, 5, 53.

¶ Cogitate, adverb. mit bedacht. Plaut. Pœn. 5, 4, 51 *Cogitate verba facere.* conf. Mil. 3, 3, 69. Cic. pro Arch. c. 8 *Accurate cogitateque scribere.*

¶ Cogitatim pro *Cogitate* Festus refert; Et

¶ Cogitato, adverb. dicitur idem esse. Vulgo profertur ex Cic. Off. 1, 8 *Permultum interest, utrum perturbatione aliqua animi, an consulto & cogitato fiat injuria.* Sed MSS. codices plerique *cogitata injuria* habent. Adi Grævium, bona fide referentem.

¶ Cogitatus, *us*, m. subst. das nachsinnen. *Cogitatu opus est ingenii*, dicente Vitruvio. *O felicem illum, qui non adspectus tantum, sed etiam cogitatus emendet*, Sen. epist. 11. Conf. Tertull. de Idolol. c. 23, de Virg. Veland. c. 15, & de Resurr. c. 15. Et Pet. Blesensis epist. 35 *Cogitatus tuos, & inchoatæ conversationis eventum illius committe arbitrio, qui te ad immaculati thori nuptias, & desiderabiles invitavit amplexus.* Adhibuit etiam Interpres Ecclesiastici c. 9, 23 & alibi.

¶ Cogitātio, *ōnis*, f. die gedancke. *Est cura studii plena* &c. ut describit Vitruv. 1, 2 *Cogitatione complecti, comprehendere*, überdencken, ausdencken. Cic. fam. 3, 11. Id. Off. 2, 1 *Omnem earum cogitationemque in rem aliquam conferre*, seriasitia nachdencken. Et Balbus Cic. sub Att. 8, 15 *Curam cogitationemque suscipere.* Vlp. L. 18 Dig. de Pœnis: *Cogitationis pœnam nemo patitur*, gedancken sind zollfrey. Chrysippus dixit: *Cogitationem orationis esse sententiam.* Horat. Art. v. 311 *Verbaque prævisam rem non invita sequentur.* Et, *Secunde semper cogitationes sapientiæ sunt*, Euripides in Hippolyt. αι δευτεραι πως φρονουσι σωφρονεστερα. ¶ 2. Pro solerter inventis, sive excogitatis, usus Vitruvius haud semel. Vt Præfat. lib. 2 *Dinocrates Architectus Macedo, qui ad te cogitationes & formas afferret dignas tua claritate.* Nempe *cogitationes* sunt, quas in fine ejusdem Prœmii *inventiones* appellat.

¶ Cogitatiuncula, *æ*, f. dimin. Cathol.

¶ Cogitāmen, *ĭnis*, n. idem. Tertull. de Trin. c. 6 *Necessaria hæc membra* (manus, lingua, &c.) *hominibus fuerunt, non Deo*, (cui cogitare jussisse est) *quia inefficax hominis consilium fuisset, nisi cogitamen* (i. e. cogitationem) *corpus impressisset.*

¶ Cogitamentum, *i*, n. idem. Vulg. Interp. 4 Esdr. 7, 22. Gloss. Iat. gr. *Cogitamentum, εὐθυμημα.*

¶ Cogitatorium, *i*, n. receptaculum cogitationum. Tertull. de Resurr. c. 15 *Animæ cogitatorium.* confer de Spectac. c. 2, & de Anima c. 14.

¶ Cogitabĭlis, *e*, ersinnlich, erdencklich. Apul. Apol. p. 315 *Paucis cogitabilis, nemini effabilis*, scil. Deus. Adde Sen. ep. 58.

¶ Cogitabundus, *a, um*, tiefsinnig, in gedancken. Gell. 2, 1 *Stare solitus Socrates dicitur — ore atque oculis eumdem in locum directis cogitabundis, tamquam quodam secessu mentis atque animi facto a corpore. Cogitabundi* præclara describitio vel pictura potius est ap. Plaut. Mil. 2, 2, 46 sq.

¶ Excōgito, *āre*, ausdencken. Cic. Phil. 8, 6 *Excogitare, quæ tua fuit fix, non possum.* ¶ 2. Est etiam accurate cogitare. Id. Att. 9, 6 extr. *Ad hæc igit ur cogita, vel potius excogita.* ¶ 3. *Pro caussum excogitare*, Cicero posuit in Verrem 3, 7 *Excogitavit, si scio quid audit.*

¶ Excogitatus, *a, um*, ausgesonnen; ut, *Ratio excogitata*, Cic. pro Cluent. c. 13. *Malitia excogitata*, Tertull. de Spect. c. 2. Hinc Superl. *excogitatissimæ hostiæ*, Suet. Calig. c. 22.

¶ Excogitatio, *ōnis*, f. die erfindung, erdenckung. Cic. Tusc. 1, 25 *Vis, quæ investigat occulta, inventio atque excogitatio dicitur.*

¶ Excogitatus, *us*, m. subst. idem. Gell. 5, 10 *Captionis versutæ excogitata frustratus fuit.* Sed præstat versute *excogitata.*

¶ Excogitator, *ōris*, m. qui excogitat. Quintil. Decl. 10, p. 218 *Excogitator mortis.* Arnob. lib. 3 p. 119 *Verborum excogitator & nominum.*

¶ Inexcogitatus, *a, um*, unerdacht, unausgesonnen. Plin 36, 15 *Inexcogitatum remedium.*

¶ Inexcogitabilis, *e*, unausdencklich. Lactant. 1, 8, de Deo differens: *Qui inexcogitabilis, ineffabilis, & nulli alii sui notas, quam sui.* Idem 4, 8 *Inexcogitabili majestatis virtute.* Adde Tertull. adv. Valent. c. 27.

¶ Incogito, *are*, cogitare contra aliquem apud Horat. 2 epist. 1, 122 *Non fraudem socio puerove incogitat ullam.*

¶ Incogitans, *tis*, temerarius, unbedachtsam, unachtsam. Ter. Phorm. 1, 3, 3 *Nisi fuissem incogitans.* Autor in Sapientibus, in Periandro v. 15 *Incogitantes furi, non consilium regit.*

¶ Incogitandus, *a, um*, undencklich. *Incogitandas mortes, dolor*, Plaut. Stich. 1, 1, 48; & Trin. 2, 1, 1.

¶ Incogitatus, *a, um, non cogitatus*, unvermuthet, unbedacht. Sen. epist. 57 *Celeritas incogitata reddit & ingrata.* Dein activo pro incogitans. Lamprid. in Alexand. c. 16 *Loco spatio ad diligendum cogitandumque, ne incogitati dicere cogerentur.* Plaut. Bacch. 4, 3, 1 *Animo incogitato.*

¶ Incogitantia, *æ*, f. die unbesonnenheit. Plaut. Mo. 1, 1 sive prolog. v. 27 *Incogitantia, excors immodestia.*

¶ Præcogito, *are*, vorher bedencken. Quintil. 12, 9 *Præcogitare plura, & animum ad omnes casus componere.* conf. Vulg. Marc. 13, 11.

¶ Præcogitatus, *a, um*, vorher bedacht. Liv. 42, 4 *Præcogitatum facinus.*

¶ Præcogitatio, *ōnis*, f. die vorsorge, fürsichtigkeit. Tert. adv. Marc. 4, 39 *Nec mirum, si ei obrepsit præcogitationem.*

¶ Recogito, *are*, zurück denken, wiederum bedencken. Cic ad Qu. Fr. 2, 2: *Si ea mihi vita data est in Sardinia ac formæ Mamertinæ, & de memoribus in otio Pomponiano recogitare.* Colum. in Præfat. *Cepe secum retractare ac recogitare.* Vlus & Seneca de Vita beata c. 2; & Tertull. adv. Marc. 1, 5, & ad Vxor. 1, 4 extr. Inde

¶ Recogitatio, *onis*, f. die erwegung. Tertull. Exhort. castitat. c. 4 *Recogitatio excessus sui.* Et

¶ Recogitatus, *us*, m. Idem adv. Marc. 4, 43 pr. *In recogitata mulierum.* Et Apolog. c. 22 *A recogitatu vestræ dignitatis.*

¶ Irrecogitatio, *onis*, f. die unerkänntlichkeit, vergessenheit. Tertull. de Castit. c. 4 *Irrecogitationem excessus sui pati.*

Cognatio, cognatus, vide *Nascor*, Cognitio, cognosco, *Nosco*, Cognobilis, *Nobilis*, Cognomen, &c. *Nomen*, Cogo ex Coago, *Ago*

Cohibeo, &c. vide *Habeo*, Cohonesto, *Honor.*

COHORS, *tis*, f. ein theurn, ein hauffe, ein geselschaft, die schaar. Prima decima pars legionis Romanæ tribus ipsa constans manipulis. Verum Cæs. Civ. 1, 73 *Cohortes alarius* alias, alias *legionarias* nominat, per *alarias* scilicet eas designans, quæ in societatem alis militabant; *Latinas* vel quæ in legionibus Romanorum sub signis erant. Quo respectu *cohortes & legiones* a Floro opponuntur 3, 20, 8. Nam per *cohortes* auxiliarem militem intelligit, qui diversus a legionario sive Romano. Nec alio pertinent illæ XXX cohortes, quarum Tacitus Hist. 2, 89, 2 meminit, cum introitum Vitellii in urbem describit. Etiam Vellejus 2, 5, 2 *Legionarias cohortes* constituerunt. Inde differentia Cæsii dicti, Idem cum c. 112 ejusdem libri *præfectos cohortium* nominat, *cohortes* de alariis dixit; legionariorum enim nulli erant. Ex pedite autem constabant cohortes. Itaque *cohors & equitatus* opponuntur in Cic. Imp. Pomp. c. 14. Apud Suet. Claud. c. 25 *Cohortes* quidem eo de equitibus interpretatur Torrentius, quod ibi *equestres militias* diserte nominat: quas tamen accipere licet, non ubi equestria stipendia fierent, sed quas equestri loco nati folerent obire; ut & Cæsianus apparebit. Quadraversionem est interpretatus. Quam expositionem & Lipsius admittit, licet aliter legat apud Suetonium, de Milit. Rom. 2, 9. Non aliter capiendus Vellejus est, cum 2, 111, 3 scribit, *Velut equestris militiæ ducatus prator, nec dum senatori, equestri genti datus, &c. Ipse militiam equestrem* enim tribunatum intelligit, item præfecturam, & legationem, de quibus supra c. 121 & 123 memineram. Primipilorum gradum quandam equestrem dignitatem observamus in *primipilus.* Interim apud Plin. 10 epist. 107 & seq. *Cohors equestris*, & novo instituto quidem *sexta* distincte appellatur. Vbi vide notas Bachneri. Orat. 14, 9 PRÆF. COH. IV. AQ. EQ. & 534. 4 PRÆF. COH. I. AQUITANOR. EQUIT. Vnde *cohors* [illegible] sint, & quibus ex tribus constitutæ; & si quæ alia hujus generis sunt, vide apud Lips. de Milit. Rom. 2, 4. De *sacra cohorte*, quæ Thebis ex amatoribus constabat, vide Plutarch. Pelopida p. 287 & seqq. *Cohors civilis* vel *castillaria*, hülfs-völcker. Cæs. B. C. 1, 63, & Hirt. B. Alex. c. 62. *Cohors oratoria*, die leib-wacht, leib-garde. Cic. Catil. 1, 11; Tac. Ann. 1, 7. Sic, *Cohors prima*, Curt. 6, 7, 10; *regia*, 9, 10, 26. ¶ 2. Id & quævis multitudo & cœtus hominum aliarumque rerum; ut, *Cohors amicorum*, Suet. Ner. c. 5; & Curt. 6, 2, 11. *Cohors nobilium*, Id. Curt. 8, 6, 7; & 10, 7, 16. Et, *Famula cohors*, Stat. Theb. 11, 292. Sic & *Nova febrium terris incubuit cohors*, i. e. magna morborum frequentia, die menge der seuchen, Horat. 1 od. 3, 20. ¶ 3. *Cohors* quoque idem est quod *Chors*: id est, septum in villa, quam Varro L. L. 4, 16 ira dictam putat, quod circa eum locum, recens [illegible] der hof genennet. Sed alii non a *cohercendo*, sed ex Græco καθος, deducunt; nec id immerito Varro: & approbat unice Scaliger; itemque Lipsius de Mil. Rom. 2, 4. *Chortes* sive *cohortes*, ut in quibusdam libris legitur, [illegible] quirit Varro R. R. 1, 13, quem ibi vide. Ibid. 2, 3: *Ab ovile* [illegible] *Contra illa, in quibus quæ pascuntur, & a tecto arcent, longe portant* [illegible] *locum cratis aut vetus, quod* [illegible] *Columella* 7, 3 *Itaque cohors clausa pedibus* [illegible] *debet, ut sit in eam partem aperta* [illegible] Ita quoque ibi de tribus ovibus. Etiam de bubus [illegible] Virro ius dom. 6, 10 [illegible] quibus gallinaceum genus continetur. *Cohortes* sive *cohortes* appellantur de quibus Colum. 8, 3. der hünerhauß. Hinc *cohortis* avis, sive

chortis, sunt, quæ ibi habentur, hüner. Ovid. Fast. 4, 704 de vulpe: *Abstulerat multas illa cohortis aves.* Martial. 7 epigr. 54 *Non porcus, non chortis aves, non ova supersunt.*

¶ Cohorticula, *æ*, f. diminut. Militari sensu Cælius Cic. fam. 8, 6 *Bibulus in Amano nescio quid cohorticularium amisit.*

¶ Cohortalis, *e*, vel Chortalis, *e*, aus dem hofe; ut, *Cohortales aves*, Colum. procem. lib. 1; & *Stabula cohortalium avium*, 8, 1, ein hünerhaus. Ibid. c. 2 *Rativ cohortalis*, & c. 3 *Officina cohortalis.* Cels. 2, 28 *Pullus cohortalis.*

¶ Cohortālīnus, *i*, m. ordini militiæ Palatinæ adscriptus. Cod. Theod. 6, 35 *Cohortalinorum militia.*

Cohortatio, cohortor, vide *Hortor*, Cohospes, *Hospes.*

COHVM, *i*, n. Festo lorum est, quo temo buris cum jugo colligatur. Coimbibo, vide *Bibo*, Coinfantio, *Fari*, Coitio, coitus, *Eo.*

COIX, *icis*, κόϊξ, vas farinarium ex arborum corticibus contextum, ein mehlsack, mehlbutte, apud Antiphanem; Sed planta est apud Theophrastum Hist. 1, 16.

CŌLACRÝTÆ. *arum*, m. pl. κωλακρίται, quæstores pecuniæ ad res divinas erogatæ; item ad res civiles, schatzmeister. Cæl. Rhod. 8, 9.

COLÆPIVM, *i*, n. legitur in Petronii c. 70 *Faciet de colepio gallinam.* Nodot habet *de colo suis:* alii de *Coliphio*; quam lectionem probat Heinsius, & pulmentum ex suilla carne interpretatur. vid. *Coliphium.*

CŌLĀPHVS, *i*, m. κόλαφος, & Colaphum, *i*, n. alapa, ein backenstreich. *Colaphos infringere*, Ter. Adelph. 2, 1, 46. *Incutere*, Iuvenal. 9, 5; *dare*, Spartian. in Hadriano c. 21; *ducere*, Quintil. 6, 3. *Colaphis tuber est totum caput*, Ter. Adelph. 2, 2, 37. *Colaphis quem percutere*, Sen. de Const. c. 14, maulschellen geben. *Colaphis in terram defigere aliquem*, einen schlagen, daß er des aufstehens vergisset, Plaut. Pers. 2, 1, 22. Erat autem hæc cædes contumeliosa admodum & servilis, itaque onirocritæ imperium iis pollicentur, qui dominientes sibi videntur aliis colaphos ducere, Artemidorus 2, 15. Vide ibi Rigaltium; itemque Donatum ad supra laudatum Terentii locum. Vet. Gloss. Κονδυλος, *Colaphus.*

¶ Colaphīzo, *are*, κολαφίζειν, depalmare pugnis, mit fäusten schlagen. Vulg. Interp. 2 Cor. 12, 7. Conf. Tertull. adv. Marc. 5, 12; & de fuga in persec. c. 2.

¶ Percolāpho, *are*, idem in Petronii c. 44. v. *Perbasiare* in *Basium.*

COLAPTĬCE, *es*, f. κολαπτική, sculptura, quæ lapides scalpit; Et

¶ Encolaptice, *es*, f. ἐγκολαπτική, quæ laminas cælando conformat, Cæl. Rhod. 29, 24.

Colaris, vide *Collum*, Colatorius, colatus, *Colo*, *are.*

CŌLAX, *ācis*, m. Menandri fabula, in qua accuratissime, ut Athenæus lib. 6 monuit, adulatorum ingenia expressit. Eam latine verterunt Nævius & Plautus, ut Terentius auctor Eun. Prol. v. 25. ¶ 2. *Colax*, ein schmarutzer, schmeichler. Vnde parasiti nomen *Colax* in eodem Prologo v. 30; κόλαξ enim *assentator*, *adulator* est.

CŌLAXES, *is*, m. Iovis & Oriæ filius, Val. Flacc. 6, 48.

CŌLCHI, *orum*, m. pl. populus Asiæ inter orientale litus Euxini Ponti, & Iberiam, veneficio infamis, & Medeæ ac Iasonis memoria & bularumque involucris apud poëtas nobilitatus. v. Horat. 4 od. 4, 63.

¶ Colchis, *idis*, f. regio Colchorum. Val. Flaccus 5, 505 *Vix tandem longis quæsitam Colchida votis Contigimus.* Horatio epod. 5, 51 putatur hæc regio *Colchos* dici; sed alii, & rectius quidem *tolcos* legunt, quod Thessaliæ oppidum est. v. Torrent. Materia navali præstabat hæc regio. v. Græv. ad Cic. Att. 9, 9 p. 43 ex Strabone. ¶ 2. *Colchis*, Κολχίς, gentile fœmineum, & speciatim Medeæ nomen apud poëtas. Horat. epod. 16, 58 *Neque impudica Colchis intulit pedem.* Et *Gens Colchis*, pro gente Colchorum, apud Flaccum 5, 418.

¶ Colchus, *a*, *um*, adject. qui ex Colcho est. Horat in arte v. 118

Colchus an Assyrius, Thebis nutritus an Argis.

Domus Colcha, Ovid. Fast. 3, 875. *Colcha littora*, Idem Met. 13, 24.

¶ Colchicus, *a*, *um*, adject. quicquid ex Colchide. Horat. 2 od. 13, 8 *Illevenena Colchica Et quicquid usquam concipitur nefas Tractavit.*

¶ Colchĭcum, *i*, n. κολχικόν, bulbus est agrestis, zeitlosen, oder wilde saffranblumen; inde dictum, quod maxima copia proveniat in Colchide. vid. Plin. 28, 9; Dioscor. 4, 83.

¶ Colchĭcus, *a*, *um*, aliud adject. Propert. 2, 1, 56

Seu mihi Circæo pereundum est gramine, sive
Colchis Colchicis urat abena focis.

CŌLES, vel Colis, *is*, m. idem quod caulis, ein stengel. Varr. R. R. 1, 31, 2 *Coles sarmenti* de vite. *Coles rapicii* sunt Caton. R. R 35, 2. *Vinearii* Col. 5, 6, 36. ¶ 2. Id quo viri sunt, e. g. Cels. 6, 18.

¶ Cōleus, *i*, m. testiculus, hoden. Cic. fam 9, 22 *Testes verbum honestissimum &c. honesti colei Lanuvini.* Adde Manutii Comm. Petron. c. 44 *Si coleos haberemus*, i. e. si viri essemus. v. Scheffer. in not. p. 93.

¶ Cōliculus, *i*, m. dimin. Varr. R. R. 1, 31, & Colum. 11, 2 *Si jam coliculus fabæ in qualitatem altitudines creverit.* conf. Id. 5, 9; Martial. 6 epigr. 80; & 14 epigr. 101.

¶ Coleātus, *a*, *um*. Pompon. ap. Nonium *Coleata cuspis*, i. e. mentula. v. Turneb. Adverf. 6, 9. *Coleatus equus*, ibid. 17, 21.

¶ Vnicoleus, *i*, m. Gloss. gr. lat. μονοχις, *Vniteſtis*, *unicoleus*, unum testiculum habens.

CŌLIAS, *æ*, m. κολίας, genus piscis. Plin. 32, 11. ¶ 2. Ædes Veneris apud Suidam.

Coliculus, vide *Coles*, Colicus, &c. *Colon*, Coligo, colium, *Colo*, *ere.*

CŌLĬPHIVM, *i*, seu Colliphium, *i*, n. κωλίφιον, panis infermentatus, quo utebantur athletæ, sic dictus ἀπὸ τῆς κώλης τοῦ ἴφι, hoc est, a robore membrorum: stärckbrot, krafftbrot, Martial. 7 epigr. 67 *Coliphia sexdecim comedit*: & Plaut. Pers. 1, 3, 12 *Coliphia mihi ne incocta datis*: & Iuvenal. 2, 53 *Luctantur pauca, comedunt coliphia pauca*: ubi Gangæus aliquid obsceni subesse putat, intelligitque panes in formam pudendi virilis effictos. Incerta omnia. Vide *Colæpium*; Sed & Petr. Fabrum Agonist. 3, 3, & Mercurial. Art. Gymn. 1, 15.

COLLA, *æ*, f. κόλλα, gluten est, seu glutinum, & fragmentum coriorum, ex quo excoquitur colla, leim. Sipont. ¶ 2. Vsitata inde compositæ sunt *Sarcocolla*, *Ichthyocolla*, *Chrysocolla*, de quibus suo vide loco.

¶ Collēma, *ātis*, n. κόλλημα, idem a κολλάω, *glutino.* Mart. Capella 3 p. 49 *Niloticæ fruticis collemata*, i. e. conglutinamenta.

¶ Collēticus, *a*, *um*, κολλητικός, vim glutinandi habens, anziehend, zusammenhaltend; ut, *Clysteria colletica* apud Vegetium.

¶ Anacollēma, *ātis*, n. ἀνακόλλημα, cataplasma restringens, ein zusammenziehendes pflaster. Veget. 2, 17.

¶ Paracollēticus, *a*, *um*, idem; ut, *Emplastrum paracolleticon*, id est, conglutinans, Cels. 5, 19.

Collabasco, vide *Labo*, Collabello, *Labium*, Collabor, *Lābor*, Collaboro, *Lābor.*

COLLĂBVS, *i*, m. nomen Servuli, Plaut. Trin. 4, 3, 13.

Collacero, vide *Lacer*, Collacrymo, *Lacryma*, Collactaneus, *Lac*, &c. Collævo, *Lævis.*

COLLAĬCVS, *i*, m. cognomen Iunii Bruti devictis Gallæcis, Ovid. Fast. 6, 461. Legunt etiam *Gallæcus.*

Collapsus, vide *Lābor*, Collare, &c. *Collum*, Collatatus, *Lātus*, Collateralis, *Lātus*, *eris.*

COLLĀTIA, *æ*, f. κολλατία, oppidum prope Romam, a quo porta Romæ *Collatia* appellata fuit, quæ & *Pintiane* nomen habuit. Conf. Ovid. Fast. 2, 733 & 785. *Collatia* dicta fuit eo, quod ibi aliarum civitatum opes fuerint collatæ, Festus.

¶ Collatīnus, *a*, *um*, adject. Plaut. Curt. 2, 1, 16 *Collatinum ventrem* magnum & turgidum dixit, quia in eum omnia edulia congerantur; *Quis hic est homo cum collatino ventre?* &c. mit dem grossen dicken wanst oder freß-bauch? Alii tamen ac ipse quoque Gronovius pater *Collativum* legunt. Conf. Ovid. Fast. 2, 787; ubi *penetralia Collatina* est domus Collatini, mariti Lucretiæ. Ita etiam Virg. Æn. 6, 774. De *Dea Collatina*, quam collibus præfecerunt, vid. Auguſt. C. D. 4, 8.

¶ Collatius, *a*, *um*, adject. *Via Collatia*, apud Frontin. de aquæd. in MSS. extat, teste Allio.

Collatio, collatus, &c. vide *Fero*, Collaudo, &c. *Laudo*, Collaxo, *Laxus*, Collectaneus, collectio, &c. *Lego*, *ere*, Collega, collegium, &c. *Lego*, *are*, Collema, colleticus, *Colla.*

COLLĒTIS, *is*, f. herba verbenacea, Apul. de Herb. c. 3.

COLLIS, *is*, m. κολώνη, monticulus leviter assurgens, ein hügel, bergkein; e. g. Cæs. B. G. 2, 8 *Collis, ubi castra posita erant, paullulum ex planitie editus.* Sic, *Collis molliter acclivis*, ibid. 7, 19; *molliter assurgens*, Colum. 2, 2; *deruptus*, *arduus*, Tac. An. 2, 80, 5. Virg. Æn. 7, 659 *Collis Aventinus.*

¶ Colliculus, *i*, m. dimin. Onomast. vet. *Colliculus*, μικρὸς βουνός. Apul. Florid. pr. *Colliculus sepimine consecratus.*

¶ Collicellus, *i*, m. idem. Auct. de agr. per Gœsium p. 245 *Area in colliculo circa viam.* Adde p. 272.

¶ Collīnus, *a*, *um*, adject. bergicht. *Vinea collina*, *vina collina*, utrumque apud Colum. 12, 21; Add. Id. 3, 2; & Varro R. R. 1, 6. *Aqua collina*, Colum. 1, 5. *Herbæ collinæ*, Propert. 4, 5, 11. *Frumentum valentius est collinum quam campestre*, Cell. 2, 18.

¶ Collīna, *æ*, f. porta Romæ eadem, quæ & *Quirinalis*, hodie *porta Salaria* est, a via scilicet, qua adeunda, sic appellata. Tac. Hist. 3, 82, 4 *Tertium agmen per Salariam Collinæ portæ propinquabat.* Iuvenal. 6, 290

Stantes Collinæ in turre mariti, &c.

¶ Septicollis, *e*, f. Prudent. Perist. 10, 413 *Quum fundaret arcem septicollem Romulus*, i. e. Romam, septem collibus impositam.

Collisio, &c. vide *Lædo*, Collo, *Collum*, Colloco, &c. *Locus*, Colloculeto, *Loculus*, Collocutio, colloquor, *Loquor*, Collubet, *Lubet*, Colluceo, *Lux*, Colluco, *Lucus*, Colluctor, &c. *Luctor.*

COLLVM, *i*, n. (& Collus, *i*, m. apud Plaut. Capt. 2, 2, 107 & 4, 3, 2) der hals. *Tollere aliquem in collum*, Id. Plaut. Bacch. 3, 6, 42. *Collum procerum & tenue*, Cic. de Clar. Or. c. 91. *Homini jam perdito, & collum in laqueum inferenti subvenire*, Id. Verr. 6, 17. *Alicui collum gladio secare*, τοῦτέα, Id. Pet. Conf. c. 3. *Eripe colla jugo*, id est, servitutem abjice, Hor. 2 sat. 7, 91, reisse dich los. Liv. 4, 53 *Consul paucis collum torsit*, quæ coërcitio refractariorum erat. v. Turneb. 28, 34. *Colli*, sive cadaveris hostilis calcationem necessariam olim fuisse adplenæ & perfectæ victoriæ usurpationem, probat prolixe Barth. ad 2 Theb. Statii p. 632, 633. ¶ 2. *Collum* montis est jugum sive pars subjecta vertici. Stat. Theb. 9, 643 *Frondea colla Parnassi.* ¶ 3. *Collum* etiam de vasculis, unde liquor effunditur, utur patur. Phædr. 1, 26 *Quæ cum lagenæ frustra collum lamberet.*

¶ Collus, *i*, m. idem quod *Collum*, v. *Collum.* ¶ 2. *Collus* (pro Culeus) *genus tormenti e corio*, Festus.

¶ Collulum, *i*, n. dimin. parvum collum. Cathol.

¶ Collaris, *e*, adject. ut, *Corona collaris*; tribuitur Iuvenali, sed nihil ejus reperio. *Infula collaris*, legit Burmann. in Petron. c. 56 pro *Offa colaris.*

¶ Collāre, *is*, n. subst. der kragen, das halsband. Nonius 1, 162 *Collare est vinculi genus, quo collum adstringitur.* Exemplum addit ex Lucilio: *Cum manicis, catulo, collarique, ut fugitivum Deportem.* ¶ 2. Apicius 7, 5 *Assatum in collari. Elixatur & infunditur in frustali piper, condimentum, mel, liquamen, & attorretur in clibano, quousque coquatur. Elixum vero collare, si voles, sine conditura assas & succum calidum perfundis:* ad quem locum Humelbergius, *collare* cervicem & ejus collique partem notare, observat.

¶ Collarius, *a*, *um*, adject. unde

¶ Collaria, *æ*, f. subaudi catena, das halseisen, pranger. Plaut. Capt. 2, 2 extr. *Collus collaria caret.* ¶ 2. *Collarium*, *i*, n. subintellige vinculum, sive cingulum, Varroni appellatur de R. R. 2, 9, quod significat & *Mulium* vocari. *Millum* quoque nominari Festus auctor est.

¶ Collo, *are*, conferre, steuern, einsammlen. Ita Bapt. Mantuan. uti observat Daumius de causs. amiss. red. lat. c. 9 usus est: *Regibus hinc æs grande solent collare quotannis Annua quæstores qui vectigalia curant.*

¶ Decollo, *are*, de collo deponere, vom halse thun, oder fallen lassen. Non. 2, 222 ex Cæcilio, *In tuo collo est, decolles cave.* Est igitur contrarium verbo *succollare.* ¶ 2. Intransitive defluere, quod ex

ex usu metaphorico intelligitur, hinfallen. Plautus apud Diomedem p. 361. *Si ea spes decollabit*, wenn die hoffnung fehl ſchlägt, Id. Capt. 3, 1 extr. Item, *Si fors decollasset*, Caſ. 2, 4, 38. Varro de R.R. 1, 2 *Quorum si alterum decollat.* Solebant nempe veteres de collo crumenam ſibi ſuſpendere. Quæ cum in collo amplius non erat, *decollare* dicebatur. Hinc *decollare* pro deeſſe vel periiſſe, ſive miſſum eſſe dicebatur. vid. Turneb. 29, 22, itemque Caſaubon. ad Theophraſtum περὶ ἀγροικίας extr. & Viſin. obſ. philol. c. 9 p. 140, ubi contra Gronovium diſputat, qui in his legi vult *decolare*. Conf. etiam Drakenb. ad Liv. 27, 17. ¶ 3. Apud ſequiores eſt caput gladio amputare, enthäupten. Suet. Calig. c. 32 *Miles decollandi artifex.* Sen. controv. 4, 25 *Facilius in honorem ejus decollas quam judicas* v. Burm. ad Petron. c. 51 p. 252.

¶ Decollatio, *ōnis*, f. die enthauptung. Gloſſ. Vet. *Decollatio τραχηλοκοπία, κεφαλῆς ἀποτομή.*

¶ Succollo, *are*, verbum quod proprie eſt levare ſive tollere in collum: ſive collo ſubire & bajulare, auf die achſel nehmen, hucken. (Nam geſtare, *ſubire humeris*, Virgil. dixit;) Varro R. R. 3, 16 *Apes regem ſuum ſequuntur quocunque it, & ſeſſum ſubleuant: & ſi nequit volare, ſuccollant.* ¶ 2. Commodiano Inſtr. 19, eſt collo appendere: *Succollat, quando lubet eum (Deum,) & quando deponit.*

¶ Succollans, *tis.* De lectionariis ſervis Suet. Claud. c. 10 *Ab his ſuccollantibus in caſtra delatus eſt.* Plin. 35, 10 *Succollantium ſpecie mulieres labentes trepideque.*

¶ Succollatus, *a, um*, gehuckt, getragen. Suet. Othone c. 6 *Sine mora ſuccollatus.*

Collumino, vide *Lumen*, Collurcinatio, *Lurco*, Collus, *Collum*, Colluſio, &c. *Ludo*, Colluſtro, *Luſtrum*, Collutulo, *Lutum*, Colluvies, &c. *Luo*

COLLYBVS, *i*, m. κόλλυβος, dicitur, non illud tantum, quod pro pecuniæ permutatione argentario ſolvitur, (aufgeld, lagio,) ſed & ipſa pecuniæ permutatio, ἀργυρίου ἀλλαγή, Polluce auctore 3, 9, der wechſel, geldhandel. Vnde *Manus collybo decoloratæ*, Suet. Aug. c. 5. *Collybi* mentio & apud Ciceronem in Verr. 3, 78; item ad Att. 12, 6.

¶ Collybiſtes, & Collybiſta, *æ*, m. κολλυβιστής, qui collybum ſive rei nummariæ negotiationem exercet: qui & trapezita eſt, ein wechſeler. Latinis *menſarius*, *nummularius*, qui majoris pretii numinis acceptis, minuſculam monetam per partes reddit, aut certæ regionis pecuniam regionis alterius pecunia permutat. vid. ICtos. Hieronymus tamen ſeparat, Comment. in c. 21 Matth. *Exegitaverunt*, inquit, *& aliam technam, ut pro nummulariis collybiſtas facerent. Cujus verbi proprietatem Latina lingua non exprimit.* Collyba *dicimtur apud illos, quæ nos appellamus* tragemata, *vel* vilia munuſcula: *verbi gratia fricti ciceris uvarumque paſſarum, & poma diverſi generis. Ideitur quia uſuras accipere non poterant* (Iudæi) *collybiſtæ, qui pecuniam fœnerati erant, pro uſuris accipiebant varias ſpecies: ut quod in nummis non licebat, in his rebus exciperent, quæ nummis coëmantur.* Sed hoc ad ſolos Iudæos pertinet.

¶ Collybiſticus, *a, um*, zum wechſel gehörig; ut, *Literæ collybiſticæ*, cambii ſymbola, wechſel-briefe.

¶ Collybiſcus, *i*, m. diminut. quod Plautus proprium villici nomen fecit, Pœn. 1, 1, 42, &c

COLLŸRA, *æ*, f. κολλύρα, panificii ex jure ſumpti genus Polluci eſt 6, 11 pr. gebackenes in einer bruhe. Habetur in Plauti Perſa 1, 3, 12 *Collyræ facite ut madeant.*

¶ Collyricus, *a, um*, adject. ut, *Collyricum jus*, eine mehrte, apud Plaut. Perſ. 1, 3, 15 & 17. vid. Turneb. 4, 1.

¶ Collȳris, *idis*, f. placentæ itidem genus, figura rotunda inſtar umbilici in ſcuto, ein kuchen, rund gebackenes. Vnde conjunxit Tertullianus de Cultu fœm. 2, 7 *collyridas & ſcutorum umbilicos*, ut priorem vocem Rhenanus & alii ediderunt; poſteriorem Rigaltius & Le Prieur emendaverunt, cum *ſputorum* alias legeretur. Sed hi pro priore habent *collyras* ſive *collaras*. Tamen & Vulgarus Interpres *collyrides* memoravit Levit. 7, 12 *Collyridas olei admiſtione conſperſas offerent*: & alibi. Et Auguſtin. de Geneſi ad lit. 8, 5. ¶ 2. *Collȳris* etiam herba, alias *malva erratica*, Apul. de herb. c. 40.

¶ Collyridiāni, m. pl. hæretici a ſacrificio collyride dicti, quo mulieres in honorem B. Virginis, tanquam Deæ, utebantur. vid. Epiphan. Hæreſ. 78 & 79 p. 342 ſeq.

COLLŸRIVM, *i*, n. κολλύριον, medicamentum oculorum, augenſalbe. Horat. 1 ſat. 5, 30 *Hic oculis ego nigra meis collyria lippus Illinere.* Add. Plin. 26, 12; & 27, 9; Celſ. 6, 6. Exſtat in Parabolis Alani 3, 12

Lippo, non luſco, collyria nigra medentur:

id eſt, non poſſunt vel corrigi vel tolli vitia, quæ inſunt natura. *Eodem collyrio mederi omnibus*, vide Chiliadas. ¶ 2. Celſus 5, 28, 12 aliquoties emplaſtrum illud vocat *collyrium, quod ea parte, qua tenuius eſt, antecedente demittitur in fiſtulam*, die wicke. add. Veget. Mulom. 2, 33, 16 ¶ 3. *Collyrium* etiam eſt in cura & medicina equorum, turunda inteſtino recto immittenda ſolicitandæ alvi cauſſa. In hominibus vocant cum ſtuhlzapfen. *Glandes* alias vocantur, item *globuli*. v. Rhod. ad Scribon. Larg. c. 142 p. 215. Ita Col. 6, 6, 5 *Collyria immittuntur alvo.* Col. 6, 30, 8 *Collyrium ſubjicere, quod ventrem moveat equi.* Et Col. 6, 30, 4 *Collyrium eſt urinam ducens.* Ita ſæpe Vegetius Mulomed. conf. omnino Salmaſ. ad Solin. p. 182 & 936.

¶ Collyriolum, *i*, n. dim. Macer 4, 12 *Vel collyriolum ſi ſupponatur in anum.*

COLO, *avi, atum, are*, durchſeihen, durchlaſſen. Colum. 12, 11 *Mel expreſſa aqua coletur.* Apul. 1 Florid. p. 343 de Gymnoſophiſtis: *Non illi norunt arvum colere, vel aurum colare.* Hinc

¶ Colatus, *a, um*, durchgeſeihet, rein, klar. Plin 13, 2 *Colato melle.* Tertull. de Anima c. 9 *Beryllı fluctuant colato nitore.* Et c. 48 *Certiora & colatiora ſomniari affirmant ſub extimis noctibus. Colatum ſomnium*, Tertull. l. c. eſt liquidum, non turbulentum. Eidem *Serenitas colata* eſt pura. vide Gronov. obſerv. 2, 7 p. 266.

¶ Colatōrius, *a, um*, tolutario & aſturcomino gradu incedens, trabend, tröpffelnd; ut, *Equi colatorii* Vegetio memorati, quos Græci σακκίζας vel σακκιστὰς vocant, ſelter pferde, quorum gradus in ambulando perinde minutus ac creber, quaſi facco colatus eſſet & eliquatus. v. Salmaſ. ad Capitol. in Maximinis p. 246. *Colatorii funes* apud Veget. Rei Mil. 5, 46 ſunt *Chalatorii* per Turnebum Adv. 24, 25.

¶ Colatūra, *æ*, f. die durchſeihung. Cæl. Aurel. Tard. 5, 3 *Colatura liquidæ colorem* fingere.

¶ Colamentum, *i*, n. das abgeführte. Conſtant. Afer 7, 1 *Vrina & ſanguis colamentum ſit ceterorum humorum.*

¶ Colum, *i*, n. vas in prælo, per quod vinum guttatim defluit, dictum a *colando*. Apul. 3 Met. p. 130 *Vaſculo quodam invicem coli graciliter fiſtulato.* Vbi Beroaldus: Figuratur Colum a ſummo patulum & ſatis latum, in imo autem faſtigiatur in acutam gracilitatem, quaſi in metæ modum, ein trichter, durchſchlag. Virg Georg. 2, 242

Colaque præſorum famoſis deripe tectis.

¶ 2. Et *Colum* morbi eſt genus, de quo infra in *Colon.*

¶ Decōlo, *are*, guttatim defluere, abtropffeln, item, zerrinnen. Ita hoc verbum I. F. Gronovius ſubſtitui vult in ea formula, ubi apud Plautum *ſpes decollare* ſcribitur vulgo, geminato l. v. g. Capt. 3, 1, 37 & Caſ 2, 4, 28. vide illum copioſe diſputantem ad Liv. 2, 1, 7. Igitur *Spes decolavit* ſecundum ipſum eſt delicuit, effluxit, elapſa eſt. Sed vid. quæ diximus in *Decollo.*

¶ Excōlo, *are*, ſeihen, ausſeihen. Pallad. Iul. 8 *Adjecta ſpuilla acetum diligentius excolabis.* conf. Vulg. Interp. Matth. 23, 24.

¶ Percōlo, *are*, idem quod *colare*. Colum. 12, 17 *Iunceis ſiſcellis, vel ſparteis ſaccis percolant.* Seneca ventri obedientes ait Præf. Qu. Nat. *cibos & potiones percolare.* Lucret. 2, 474 *Humor per terras percolatur.*

¶ Percolatus, *a, um*, durchgeſeihet. Plin. 31, 6 *In terra marina aqua argilla percolata dulceſcit.*

¶ Percolatio, *ōnis*, f. die durchſeihung. Vitruv. 8, 7 *Vti percolationibus aquæ mutari poſſint.*

¶ Recolo, *are*, iterum colare, wieder durchſeihen. Scrib. Larg. Comp. 268 *Recolare per linteum.*

¶ Transcōlo, *are*, idem quod *percolare.* Oct. Horat. *Agitatum transcolare in trullionem.*

CŌLO, *colui, cultum, colĕre*, verbum eſt ambiguum, & cum affectu alicui rei inhærere ſignificat: ideoque pro patientis caſus diverſitate ejus ſignificatio variatur. ¶ 1. Imprimis agros colimus, hoc eſt, curamus, excolimus vel exercemus, das feld bauen, beſtellen; & hanc propriam verbo ſignificationem eſſe, docet Vlitius ad Gratium v. 69 p. 123. Virg. Georg. 2, 412 *Laudato ingentia rura, Exiguum colito.* Cic. Tuſc. 2, 5 *Agri non omnes frugiferi ſunt, qui colantur.* Id. pro Roſc. Am. c. 7 *Prædia ſtudioſe coluit.* conf. ibid. c. 18. Id. in Oecon. ap. Macrob. 2, 16 *Vitem, quæ ſata eſt, diligenter colit.* Add. Colum. 2, 2. ¶ 2. Inde transfertur ad animum & corpus; & eſt *exornare*, zieren, ſchmücken. Ovid. de Art. am. 2, 121 *Nec levis ingenuas pectus coluiſſe per artes Cura ſit, & linguas edidiciſſe duas.* Sic, *Colere capillos*, Tibull. 1, 8, 9. Ovid. Art. am. 3, 225 *Tu quoque dum coleris*, wenn du dich anputzen läſſt. ¶ 3. *Colere urbem, ædes*, eſt inhabitare, wohnen, bewohnen, Cic. fam. 2, 12. *Qui has nobiſcum terras colunt*, Id. de N. D. 2, 66. *Regiones colere mavellem Acheruntinas*, Plaut. Baech. 2, 2, 21. *Ripam Rheni colunt*, Tac. Germ. 28, 7 & 8. *Hanc* (terram) *circum variæ gentes hominum atque ferarum Aeriaque colunt volucres*, Manil. 1, 235. Et Virg. ecl. 2, 61 *Pallas quas condidit arces, Ipſa colat.* Ponimus & abſolute *Colere*, pro incolere vel habitare. Plaut. Pſeud. 1, 2, 68 *Hunccine hic hominem pati colere juventutem Atticam?* i. e. in hoc loco degere. Plin. Epiſt. 6, 10 *Colere ſecuſſum* Vbi vulgo *incolere.* vide Daviſ. ad Cæſ. de B. Gal. 4, 1. Apul. Met. 1 p. 111 *Primus iſtic perhibetur Milo, qui extra urbem totam & pomerium colit.* Gell. 9, 4 *Sauromatæ ultra Boryſthenem colunt.* Vnde *Coligo & colium*, idem quod domus. Hinc etiam veteres dixerunt *domicilium* pro domicilium. v. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 642 ed. Lugd. ¶ 4. *Vitam colere*, i. e. vivere, leben, Auct. ad Herenn. 4, 14. Et Plaut. Rud. 1, 5, 25 *Egomet vix vitam colo.* Ter. Heaut. 1, 1, 2 *Vt ego illum illam vitam illam colet inopem.* ¶ 5. Speciatim *Colere* ad veſtitum corporis pertinet, & idem quod veſtibus ornare ſignificat, ſich (mit kleidern) putzen. Tibull. 1, 5, 67

Ah pereant artes & mollia jura colendi:

Idem 4, 2, 1

Sulpitia eſt tibi culta tuis Mars magne calendis.

Ita apud Liv. 4, 44 ext. *Veſtalem pontifex maximus coli ſancte potius quam ſcite juſſit*: nimirum *ob ſuſpicionem propter cultum amœniorem*: qui eidem vitio datus fuerat. ¶ 6. Omnia *colere* dicimur, quorum curam agimus, quibus proſpicimus aut ſtudemus, ſich auf etwas befleißigen, leben, üben; ut, *Colere religionem & pietatem*, Cic. pro Placco c. 4; *pietatem*, Suet. Cæſ. c. 30; *officium ſuum*, ſeiner pflicht wahrnehmen, Plaut. Stich. 1, 1, 35; *amicitiam*, treundſchaft halten. Auct. ad Herenn. 3, 3; *neque amicitiam, nec juſtitiam, nec liberalitatem*, Cic. Off. 1, 2. Idem de Amic. c. 15 *Coluntur ſimulatione amicitiæ, dumtaxat ad tempus.* Id. de Fin. 5, 19 *Propter animi voluptates coli dicunt ſtudia.* Propert. 3, 13, 48 *Aurum omnes victa jam pietate colunt.* Prud. 5, 2, 137 *Leno ſuam quæſtum colit.* Sallust. Iug. c. 85 *Neque milites ariſte colam, me opulenter*, ich will die ſoldaten nicht nährlich halten, mich aber wohl warten, nur güttlich thun Gell 3, 1 *Illum ita ſe colendo non æque eſſe parcum.* Vide plura exempla in Perizonii not. ad Mel 1, 8 in Miſcell. Obſerv. Vol. 8 p. 120. ¶ 7. *Colere* etiam ſignificat honorare, ehren, lieben; ut, *Colere Deum pietate*, Ovid. 4 Pont. 15, 24, Gott dienen. *Mirifice colere aliquem & amare*, Cic. Cupiennio ſub Art. 16, 16, einen hochhalten, reſpectiren. *Summa observantia colere aliquem*, Cic. fam. 4, 4. *Beneficiis meis ornatus me coluit diligentiſſime*, Id. fam. 3, 25. Ita, *Coli literis ab aliquo*, i. e. crebras literas accipere obſervantiæ teſtes, Nepos 25, 20, 4. *Aliquem donis colere*, mit gaben beehren, ſuchen zu gewinnen, Liv. 40, 57. *Nos amatores colunt*, Bacchis ap. Ter. Heaut 2, 4, 9. Hinc ¶ 8. Amicum ab & deformi obſequio & per humilitatem ſervilem alicui deditum eſſe, quod θεραπεύειν Græci; Latini *ancillari* dicunt, tertium. Suet Oth. c. 2 *Poſt patris mortem Libertinam auſcam gratioſam, quo efficacius coleret, etiam diligere ſimulavit, quamvis anum ac pene decrepitam.*

¶ Colens, *tis.* Cic. pro Plane. c. 33 *Sancti, religionem colentes.* Ovid. Met. 5, 663 *Dez Heliconia colentes.* Catull. 62, 17 *Idalium colens Venus,* i. e. inhabitans.

¶ Colendus, *a, um,* liebens- oder der ehren würdig ꝛc. Cic. de Leg. Agr. 2, 35 *In Deorum numero venerandi a nobis & colendi.* Ter. Phorm. 2, 2, 17 *Agrum colendum habere.* Gell. 19, 12 *Nihil admodum super vite aut arbore colenda scire.* Tibull. 2, 4, 52 *Colendus amor.* Sed superlativus ille *Colendissimus* merito rejicitur.

¶ Cultus, *a, um,* gebaut, geziert, geübt ꝛc. atque variat notionibus, ac verbum *Colere.* Cic. pro Quinct. c. 3 *Res rustica bene culta & fructifera,* Id. Tusc. 2, 5 *Animi non omnes culti fructum ferunt.* Curt. 6, 4, 20 *Ad cultiora pervenisse est,* quæ deterris & silvestribus opponuntur. Martial. 10 epigr. 98 *Filia cultior,* id est, ornatior. conf. Liv. 10, 4. Gell. 19, 8 *Nec in quem factum est, quoties eum* (Frontonem) *vidimus, loquentemque audivimus, quia rediremus fere cultiores doctioresque.* Cic. pro Rosc. Com. c. 12 *Ager cultissimus.* Colum. lib. 1 incunte, *Rus cultissimum.* Aur. Victoris Epitome in Valentiniano c. 45 *Sermone cultissimus.*

¶ Cultus, *ûs,* m. pl. tegetes sunt, vel agri culti, gebauet land; ut, *Pinguia culta,* Virg. Georg. 4, 372.

¶ Cultè, adverb. zierlich, prachtig; ut, *Culte dicentes,* Quintil. 8, 3. Compar. Sen. Suas. 4 *Nemo videtur dixisse cultius.* Val. Max. 2, 6, 8 *Cultius strato incubare lectulo.* Justin. 3, 3, 5 *Nec quenquam cultius quam alterum progredi permisit*

¶ Cultus, *ûs,* m. subst. σέβας, ἐπιμέλεια, θεραπεία, der dienst, die verehrung. Sic, *Cultus Deorum,* ritus & ceremoniæ, quibus honorantur dii & adorantur. Tac. An. 2, 58 *Ad ea Germanicus, de societate Romanorum Parthorumque magnifice, de adventu regis & cultu sui, cum decore & modestia respondit: Cultu sui,* id est, reverentia & honore sibi habito. ¶ 2. *Cultus* habitus sive vestitus ratio, die tracht; quem ab ornatu distinguit Tertull. de habitu muliebri c. 23 *Habitus fœminæ duplicem speciem circumfert* CVLTVM & ORNATVM. Cultum dicimus, *quod* MVNDVM *muliebrem vocant:* Ornatum, *quem* IMMVNDVM *muliebrem convenit dici. Ille in auro & argento, & gemmis & vestibus deputatur; iste in cura capilli & cutis earum partium corporis, quæ oculos urabant.* Suet. Ner. c. 20 *Iusignes pinguissima coma & excellentissimo cultu pueri.* Flor. 4, 11, 3 *Cleopatra maximos cultus induta.* Petron. c. 119 *Et tot nova nomina cultus:* al. *vestis,* neue muster und trachten. *Externus cultus,* ausländische fremde mode, Tac. An. 11, 26, 7. Ver. Gl. *Cultus,* σχῆμα καὶ ἕδος σχήματος. *Cultus pastoralis,* ein hirten-kleid, Vellej. 1, 2, 3. *Cultus justo mundior,* Liv. 8, 15. *Cultus concessus, magnificus,* item *muliebris, luxuriosus,* Quintil. præf. l. 8. ¶ 3. Sæpe & *Cultus* de universa vitæ ratione & confuetudine dicitur, die lebens-art, der zustand, die aufführung. Liv. 1, 39 *Eruditi artibus, quibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur,* in standes mäßigen künsten. Virg. Æn 5, 730 *Gens dura atque aspera cultu.* Val. Flacc. 4, 611 *Gens Chalybum duris patiens, cui cultus in arvis.* Ita contra *Delicatior cultus,* apud Suet. Aug. c. 65. *A cultu & humanitate linguæ me abosti,* Cæs. B. G. 1, 1. conf. ibid. c. 31; & Nep. 7, 11, 4.

¶ Cultio, *ônis,* f. idem; ut, *Agri cultio,* Cic. de Senect. c. 16, & Verr. 3, 97. Arnob. 4. p. 146 *Amplitudinis & honoris ritu, atque officio cultionis.* conf. Non. 8, 40.

¶ Cultura, *æ,* f. idem; ut, *Agrorum, fundi, vitium, cultura,* feldbau, ꝛc. Cic. Tusc. 2, 5 *Ager quamvis fertilis, sine cultura fructuosus non potest.* Pallad. 1, 6 *Addibere culturam.* Colum. 11, 2 *Auspicari culturam olivæ.* ¶ 2. Hinc pro disciplina animi Horat. 1 epist. 1, 40 *Cultura patientem aurem commodare,* sich ziehen lassen. ¶ 3. Deinde pro veneratione, verehrung. Lactant. 5, 7 *Dei unici pia & religiosa cultura.* Horat. 1 epist. 1, 86

Dulcis inexpertis cultura potentis avnici,
Expertus metuit.

¶ Cultor, *ôris,* m. qui colit, inhabitat, veneratur. Liv. 21, 52 *Auxilium Romanorum terræ ob similem cultorum fidem in Romanos laboranti orant.* Id. 32, 23 *Aquiæ simili metu a cultoribus desertæ sunt.* Cic. de Fin. 5, 14 *Cultor vitis.* Id. Off. 3, 30 *Veritatis cultores, fraudis inimici.* Horat. 1 od. 34, 1 *Parcus Deorum cultor.* Martial. 5 epigr. 5 *Sexte Palatinæ cultor facunde Minervæ.* Catull. 62, 1 *Collis o Heliconii cultor.* Sall. Iug. 5, 3 *Agri & pecoris magis quam belli cultor exercitus.* Grat. Cyn. 38 *Cultor Latii Thybris,* quia fecunditatem procurat. Apud eund. 69 *Cultorque feri Tyriatidas orbis* est domitor monstrorum: nam colit agrum, qui malas herbas vellit.

¶ Cultrix, *îcis,* f. quoque pl. ira significat. Primum quæ habitat. Virg. Æn. 11, 557

Nemorum cultrix Latonia virgo.

Catull. 65, 300 *Cultrix montibus Idæ.* Phædrus 2, 4, 3 *Sus nemoris cultrix.* ¶ 2. Deinde quæ veneratur; ut, *Cultrix deorum,* Lactant. de morte persec. c. 11. ¶ 3. Item, quæ exercet & perpolit. Cic. de Fin. 5, 14 *Nam est alienum, verum, quæ terra gignit, & augendarum & alendarum quamdam cultricem esse, quæ sit scientia.*

¶ Coligo, *înis,* f. domus, habitaculum, das haus, die wohnung. Laudatur Arnob. lib. 2. Adde Salmas. in Tertull. de Pallio p. 430.

¶ Colium, *i,* n. idem quod *Coligo.* Tertull. de Spectac. c. 5 *Lares colio potentes,* i. e. Lares familiares & domestici. Egregia hujus loci emendatio est Salmasii in Solin. p. 641 seq.

¶ Cŏlŏnus, *i,* m. cultor, ein bauer, einwohner. Virg. ecl. 9, 4 *Veteres migrate coloni.* *Coloni* autem liberæ conditionis homines erant, & pro dominis terræ habebantur: quippe qui non pro capite, sicut *Censiti,* qui serviebant; sed pro solo-dominio terræ reditus certos ex pensiones in pecunia aut speciebus præstabant. Vide Cujacium Paratitl. in C. de Agricolis. Colum. 1, 7 ita de illis agit, ut videantur a conductoribus vel redemtoribus parum diversi: quin aperte locationem nominat l. 3. Claud. in Eutrop. 2, 205 *Conciliisque capit vicisse colonos, Quam dominas rapuit.* ¶ 2. *Colonos* Romani vocabant cives suos, aut Latinos, aut milites veteranos, quos ad urbem aliquam habitandam mittebant. Patere. 1, 14, 6 *Simuessam Minturnasque missi coloni.* Nepos 1, 1, 1 *Colonos Chersonesum mittere.* ¶ 3. De duplici loco Athenis, qui *Colonus* dictus, vide mox seorsum *Colonæ.*

¶ Colona, *æ,* f. eine bauers-frau. Ovid. Fast. 4, 692

Cum duro parca colona viro. Add. in *Colonia* n. 2.

¶ Cŏlōnia, *æ,* f. civitas minor a majori, seu metropoli, ut matre distincta, eine neugebaute stadt. Gell. 16, 13 & Alex. ab Alex. 4, 10. Differt *colonia* a *municipio,* quia ex civitate *colonia* alio est traducta; *municipes* vero aliunde in civitatem veniunt. Erant vero coloniæ aliæ militares, aliæ a tenatu deductæ, diversis causis, & diverso jure: quippe quarum aliæ Romanam civitatem, aliæ Latinitatem haberent tantum; atque a municipiis & præfecturis differebant: de quibus omnibus Onuphrius Panvin. lib. 3 de Rep. Rom. copiose agit: nonnulla etiam conferet Signius de Iure Provinciarum c. 10, & de antiq. jure Italiæ 2, 2; qui & colonias plerasque Rom. enumerat ad Liv. 27, 9 ad A. V. C. 532: Sic & Henr. Valesius in Annot. ad C. Const. Porphyrog. it. Welserus Rerum August. Vindelicarum Comment. præcipue lib. 5. De utilitate Coloniarum Lipsius in Admirandis 1, 6. Extat & Iulii Frontini de Coloniis libellus: nonnulla de iis & apud Sic. Flaccum leges lib. de Agrorum Conditionibus p. 2 sqq. De coloniis imperatorum, quorum mentio in nummis, vid. Spanh. diss. 3 p. 593 sq. qui etiam p. 568 de communibus coloniarum insignibus cum patria antiqua, & p. 572 de Diis & sacris communibus agit. Hinc, *Mittere coloniam in locum,* Cic. Divin. c. 11 *deducere,* Id. Clar. Or. c. 20, quæ formula celebratissima est & hujus rei quasi propria. v. Vellej. 1, 14 & 15. Et, *Coloniam constituere in loco,* Cic. Agrar. 1, 5 extr. leute eine setzen, einweisen. *In colonias proficisci,* Id. pro Cæc. c. 33. *Coloniam agro alicui imponere,* Liv. 8, 23. Et, *Colonias condere,* Paterc. 1, 15 pr. Ac vet. Inscript. apud Gruter. p. 61 n. 3 AVSPICIIS - - TRAIANI AVGVSTI CONDITA COLONIA DACICA SARMIZ. Sic *Colonia Agrippina* s. *Agrippinensis,* Cöln am Rhein. *Colonia Allobrogum,* Geneva, Genff. *Colonia Trajana,* Kayserswerth. Athenarum colonias collegit, & digessit Meurius Fortun. c. 6. ¶ 2. Dicitur & per Syncopen *Colna,* l. 54 § f. ff. Locat.

¶ Colōnicus, *a, um,* adj quod ad coloniam vel ad colonos pertinet, zum landbau gehörig; ut, *Leges coloniæ,* Varr. R. R. 1, 2. *Oves coloniæ* dicebantur, quæ *tectis* opponuntur, Plin. 8, 47 extr. Sed *Cohortes colonicæ,* quæ in coloniis habebantur. Cæs. B. Civ. 2, 19. *Decuriones colonici,* id est, coloniarum. Suet. Aug. c. 46.

¶ Colonĭca, *æ,* f. subst. villa sive domicilium coloni, der bauer-hof. Auson. epist. 4, 5 *Et tingit piceo lacrymosa colonica fumo.*

¶ Colonārius, *a, um,* i. e. colonicæ conditionis. Sidon. 5 epist. 19 *Plebejam potius incipiat habere personam, quam colonariam.*

¶ Cŏlōnārium, *i,* n. subst. vectigal pro re rustica, lehn-geld, landsteuer. Cic. Att. 13, 6 *De aquæ ductu probe fecisti, Colonarium, vide ne nullum debeamus.* Vbi tamen & *Columnarium* legitur: Vide infra *Columna.*

¶ Colonĭtus, *ûs,* m. die beziehung der landschafft. Cod. Theod. 12, 18 *Colonatus quæstionem movere.*

I. A *Colo* composita cum nominibus, ut

Agricola, Amnicola, Anienicola, Apenninicola, Cælicola, Christicola, Dæmonicola, Dumicola, Gradivicola, Latebricola, Marticola, Martricultor, Monticola, Mutticola, Neptunicola, Nilicola, Nocticola, Paludicola, Paradisicola, Plebicola, Ruricola, Sacricola, Silvicola & Silvicultrix, Terricola, Ventricola, Viticola, &c. vide sub ipsis nominibus, in *Ager, Amnis, Anien,* &c.

¶ Vnicultor, *ôris,* m. unius Dei cultor, der nur einen Gott ehret. Prudent. passione Cypriani v. 90

Edere jussus erat, quid viveret? Vnicultor inquit,
Servo salutiferi mysteria confecrata Christi.

II. A *Colo* composita cum Præposit.

¶ Accolo, *ĕre,* juxta habitare, beyanwohnen; ut, *Accolit propinquus nostris ædibus,* Plaut. Bacch. 2, 1, 4. Et pass. *Fluvius accolitur crebris oppidis,* Plin. 3, 1. *Accolit fluvium* vel *fluvio,* auctore Prisciano 18 p. 1203. Cic. in Orat. c. 45 ex Nævio: *Qui accolitis Istrum fluvium.* Liv. 28, 13 *Accolunt viam.*

¶ Accolens, *tis,* Plin. 36, 12 *Sphinx quasi silvestre numen accolentium.*

¶ Accŏla, *æ,* ein nachbar; ut, *Accola Vulturni,* Virg. Æn. 7, 729. Sic, *Accola nostræ ripæ,* Martial. 5 epigr. 3. *Accolæ atque antistites Cereris,* Ennenses, Cic. Verr. 4, 50.

¶ Circumcŏlo, *ĕre,* umher wohnen. Liv. 5, 33 *Qui sinum circumcolunt maris.* Et 31, 41 *Qui paludem circumcolunt.*

¶ Circumcŏla, *æ,* m. qui circumcolit. Tertull. adv. Gnostic. c. 3 *Reservatis gentium circumcolarum viribus.*

¶ Circumcolĭtus, *ûs,* m. circumhabitatio, die wohnung umher, Tertull.

¶ Deculto, *are,* verbergen, a *Decŭlo,* ut *Occulto* ab *Occulo.* Festus: *Decultarunt, valde occultarunt.* De intendit. v. Dacer.

¶ Excolo, *ere,* exornare, polire, üben, ausputzen, zieren; ut, *Animum doctrina excolere,* Cic. pro Archia c. 6. *Excolere libros disciplinis,* Colum. 4, 3. *Qui vitam excoluere per artes inventas,* Virg. 6, 663. *Protinus excolimur teneri,* i. e. instituimur artibus & literis, Ovid. Trist. 4, 10, 15. Martial. 6 ep. 12 de tonsore: *Ductus & hirsutas excoluisse genas.* ¶ 2. Plin. 8, 47 pr. *Boves victum humanum excolunt,* h. e. cultu suo e terra producunt. ¶ 3. Idem est nonnunquam quod simplex *colere,* ehren. Phædr. 4, 10, 10 *Per quem verendos excolit pietas Deos.* v. Pursm. ad Quinct. Decl. 8, 12 p. 128. ¶ 4. An significet etiam *colendo auferre,* ut *excoquere,* vid. mox *Excultrix.*

¶ Excultus, *a, um,* ausgeziert. Sic, *Excultus doctrina, studiis, disciplinis,* ein gelehrter. Cic. Tusc. 1, 2; Ovid. Pont. 4, 8, 15; & Cic. in Orat. c. 15. Id. de Leg. 2, 14 *Excultus ad humanitatem.* Id. Att. 12, 46 extr. *Exculto animo nihil agrestis, nihil inhumanum est:* Agit ibi de sensu doloris ex morte conjunctorum non deponendo plane.

¶ Inexcultus, *a, um,* non excultus. Gell. 13, 23 pr. *Ville inexculte & rudes, ne tecto is quidem prælita.*

¶ Excultus, *ûs,* m. der schmuck, die auszierung. Festus in *Comtum: Comptum Afranius pro ornatu & exculta posuit.* Qui locus errore quodam huc positus ad *comtum* vel *comptum* pertinebat.

¶ Excultor, *oris,* m. qui excolit. Tertull. de Monog. c. 16 *Habet Deum etiam florum excultorem.*

¶ Excultrix, *icis,* f. Philosophiæ forte epitheton apud Cic. Tusc. 5, 2. Nam ubi vulgo *expultrix vitiorum,* Gruterus monet, in MS.

Fabr.

Fabr. esse *excultrix*: &, an sic, inquit, *excolere* usurpatur, ut *exco-quere?* ut Ovid. dixit, Fast. 4, 783 *Vitium excoquit ignis.* Ita & Cic. de Leg. 2, 14 *Tum nihil melius iis rysteriis, quibus ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem & mitigati sumus.* Sed hic locus parum juvare poterit Gruterum.

¶ Excolidus, *a, um*, ungebaut, wüste. Aut. de Limit. Agr. *Ager excolidus*, i. e. squalidus, non cultus.

¶ Extracčla, *æ*, m. ein auswertiger. Exstat in Glossis Isidori, quæ *Extracolas* interpretantur foris verlantes.

¶ Incčlo, *ui, ĕre*, wohnen. Lucan. 9, 891 *Incolere terras.* Cic. Verr. 1, 17 *Qui Deum incolebant.* Cæs. B. Gall. 1, 1 *Qui trans Rhenum incolebant.* Et alibi ita sæpius. Conf. Suet. Iul. 25 & Livii interpretes ad 21, 31.

¶ Incčlo, *are*, idem. Tertull. Resurr. carn. c. 26 *Paradisum incolare & custodire.* v. not. Pamelii.

¶ Incčla, *æ*, c. ein bürger, einwohner. vid. infra *Municeps.* Vtriusque generis est. Cic. Tusc. 5, 37 *Socrates totius mundi se incolam & civem arbitrabatur.* Id. Senect. c. 21 *Pythagoram Pythagoreosque, incolas pene nostros.* Et fœm. Phædrus de ranis 1, 7, 6 *Quædam tum stagni incola.* Prudent. Hamart. v. 950 *Corrupta quod incola luxu.* Sic & *Aquarum incolæ bestiæ*, Cic. Tusc. 5, 13. *Incola arbor*, ein inländischer baum, Plin. 12, 3.

¶ Incčlātus, *us*, m. subst. habitatio sine civitatis jure, der aufenthalt. Modest. l. 34 Dig. ad municipal. *Incola jam muneribus publicis destinatus, nisi perfecto munere, incolatui renunciare non potest.* Tertull. de Anima c. 57 pr. *Evocare ab inferum incolatu.* conf. Id. Apol. c. 22; & de Resurr. c. 26. Vulg. Ps. 119, 5; & adde Potter. Cellarii Curas, ubi etiam antiquam ex Hadriani ævo inscriptionem produxit, quam etiam Reinef. 7, 32 exposuit, OMNIA PER OPPIDA INCOLATVM EVITANT.

¶ Inculeus, *a, um*, ungebaut, wüste; ut, *Ager incultus*, Liv. 2, 34. *Regio inculta*, i. e. deserta, Cic. Nat. D. 1, 10. *Corpus incultum*, id est, inornatum, Id. Agrar. 2, 5. Sic, *Inculta oratio*, horrida, diligentia compositionis & ornatu carens, Id. de Orat. 3, 25. *Inculta & horrida vita*, ein wildes, grobes leben, Cic. de Clar. Or. c. 31. *Inculti capilli*, ungekämmt, Ovid. Heroid. 9, 125. *Incultior regio est*, Mela 2, 1. *Quid illis terris asperius? quid incultius oppidis?* Cic. de Prov. Conf. c. 12. conf. Cato ap. Fest. in *Repulsior*; & Plin. 19, 8.

¶ Inculte, adv. horride, inornate, grob, unlieblich, unhöflich. Cic. in Orat. c. 6 *Inculte & horride dicere.* Sallust. Iug. c. 19 *Super Numidiam Gætulos accepimus partim in tugurriis, alios incultius vagos agitare*; & c. 89 *In omni Africa, quæ procul a mari incultius agebat.*

¶ Inculeus, *us*, m. subst. omissio cultus, unsäuberkeit. Sall. Catil. c. 55 *Incultu, tenebris, odore fœda atque terribilis ejus* (cameræ in carcere Tulliano) *facies.* Et Iug. c. 2 extr. *Inculto atque socordia torpescere.*

¶ Inquĭlīnus, *i*, m. quasi *Incolinus*, qui incola quidem est, sed domus alienæ, hoc est, qui in alieno privato habitat, proprie tamen in conducto, sive in urbe, sive ruri, licet in proprio loco publico, h. e. in patria sua, ait Valla 4, 56 ein hausgenoß, miethmann. conf. Voss. Etymol. p. 149; & Isidor. 9, 4, cui *inquilini vocati, quasi incolentes aliena.* Idem inter inquilinos & advenas distinguit, quod illi emigrent, hi permaneant. Festus, *inquilinus*, inquit, *qui eundem colit focum, vel eundem loci cultor* Cic. Phil. 2, 41 *Te inquilino (non enim domino) personabant omnia vocibus ebriorum.* Suet. Claud. c. 33 *Inquilini prædiorum*, Martial. 1 epigr. 87 *Vicinus Novio vel inquilinus sit.* Adjective pro peregrino apud Sallust. Cat. c. 31 *M. Tullius* a Catilina vocatur *inquilinus civis urbis Romæ.* Lege 6 Cod. de agricol. &c. *inquilini colonis* opponuntur. vide ICtos. ¶ 2. Transfertur eleganter ad alia. Ammian. 30, 18 *Perpetui carcerum inquilini.* Tertull. de Anima c. 38 *Inquilinus carnis anima.*

¶ Inquilina, *æ*, f. Improprie Varro ap. Non. 4, 444 *In quarum locum subierunt inquilinæ, impietas, perfidia*, &c. Cic. fam. 15, 18 *Vbi, inquies, philosophia? Tua quidem inquilina*; al. inculina. De loco Plauti in Persa 4, 4, 79 v. Lipsi. Lect. ant. 1, 9 & Voss. Art. Gramm. 1, 18. Tertull. de Resurr. carn. c. 46 *Anima inquilina est carnis.*

¶ Inquilinātus, *us*, m. subst. habitatio inquilini, die miethe. Tertull. de Anima c. 38 *Desiderabit inquilinus toto inquilinatus sui tempore* &c. conf. Sidon. epist. 5, 19.

¶ Occulo, *ĕre*, ex *ob* & *colere*, i. e. abscondere, sub terra tegere, quatenus de cultura agri sermo est, verbergen, bedecken. Virg. Georg. 2, 346 *Quod superest, qua cumque premes virgulta per agros, Sparge fimo pingui & multa memor occule terra.* Tibull. 1, 8, 24 *Quibus in terris Nilus occuluit caput.* Cic. Att. 5, 15. *Vulnera non refrico, sed apparent, nec occuli possunt.* conf. Iustin. 1, 9, 11; Nepos 7, 9, 1.

¶ Occultus, *a, um*, abditus, reconditus, verborgen, heimlich; ut, *Occultum, intestinum & domesticum malum*, Cic. Verr. 3, 15. Et ibidem: *Nullæ sunt occultiores insidiæ, quam hæ, quæ latent in simulatione officii.* Id. Acad. Quæst. 4, 19 *Res occultissimas aperire & in lucem proferre.* Sallust. Iug. c. 19 *Occultiora delicta.* Id. Catil. c. 23 *Occultum aliquid habere*, heimlich halten, verschweigen. Cic. fam. 3, 10 *Sin autem me æstutum & occultum libet fingere.* Liv. 25, 16 pr. *Caveret sibi ab occultis hominibus.* Tac. Hist. 2, 38, 4 *Pompejus occultior, non melior.*

¶ Occultum, *i*, n. subst. die dunckelheit, finsterniß, der verborgene winckel. Plaut. Capt. 1, 2, 62 *Vt sæpe summa ingenia in occulto latent!* Idem Trin. 3, 2, 86 *Nihil ego in occulto agere soleo, meus ut animus est, eloqvor.* Tac. An. 1, 61, 2 *Occulta saltuum scrutari.*

¶ Occulte, adv. heimlich; ut, *Neque id occulte fert*, &c. Ter. Adelph. 3, 2, 30, es hat ihm kein hehl. *Occulte decrescit vomer in arvis*, Lucret. 1, 314; *Occulto* ibi legit Isidorus 20, 14. *Occultissime aliquid agere*, Cic. Verr. Act. c. 6. *Occultius conari*, Id. pro Dejot. c. 6. Et Gell. 1, 11 *Stetisse in circumstantibus dicunt occultius, qui fistula brevi gravinsculum sonum inspiraret.* Liv. 9, 2 *Castra, quam potest, occultissime locat.* conf. Sallust. Iug. c. 91. Cic. Off. 1, 38 *Necessitati naturæ quam occultissime parere*, i. e. fecedere alvi aut vesicæ levandæ causa.

¶ Occultim, aliud adverb. Solin. c. 4 *Occultim reptare.*

¶ Occulto, *avi, atum, are*, frequentativum, verstecken. *Latebris se occultare*, Cic. pro L. Man. c. 3. Id. Off. 1, 35 *Quæ natura occultavit, eadem omnes, qui sana mente sunt, removent ab oculis.* Et *Occultare causam alicujus rei*, heimlich halten, Id. Verr. 3, 31.

¶ Occultatus, *a, um*, idem quod *occultus.* Cic. Acad. qu. 4, 39 *Latent ista omnia crassis occultata & circumfusa tenebris.* Ovid. Pont. 3, 1, 18 *Epistola occultato nomine missa*, ohne nahmen.

¶ Occultate, adv. heimlicher weise. Compar. Aur. Vict. Cæs. c. 17 *Commodum occultius veneno petivere.*

¶ Occultatio, *onis*, f. die verbergung. Cic. N. Deor. 2, 50 *Cornibus tauri, apri dentibus, morsu leones, alia* (bellua) *fuga se, alia occultatione tutantur.* Id. de Fin. 2, 22 *Occultatione propositæ.*

¶ Occultator, *oris*, der verbirget; ut, *Occultator, & receptor latronum locus*, Id. pro Mil. c. 19.

¶ Percŏlo, *ĕre*, idem quod excolere, exornare, auszieren. Tac. Hist. 2, 82, 3 *Multos præfecturis & procurationibus, plerosque senatorii ordinis honore percoluit.* Plin. 5 epist. 6 *Amo, quæ maxima ex parte ipse inchoavi, aut inchoata percolui.* Solin. c. 35 de Britannis: *Deos percolunt.*

¶ Percolens, *tis.* Apul. Met. 8 p. 204 *Imaginem divinis percolens honoribus.*

¶ Perculeus, *a, um*, gepugt. Plaut. Pœn. 1, 2, 23 *Nisi perculta est, meo quidem animo quasi illauta est.*

¶ Percultor, *oris*, m. qui percolit. Aur. Victor in Augusto c. 1 *Deorum, qui abunde erant, necessariorumque percultor.*

¶ Præcolo, *ĕre*, præparare, zurüsten, zubereiten. Tac. An. 14, 22, 5 *Nova & anceps præcolere.* conf. Quintil 11, 1.

¶ Præculsus, *a, um*, abgerichtet, vorbereitet. Cic. Partit. c. 23 *Animi habitus ad virtutem præculti & præparati.* Stat. Theb. 2, 298 *Sacro præculta supervenit auro.*

¶ Recčlo, *ĕre*, renovare, restituere, wieder bauen, wiederum anrichten. Liv. 39, 24 *Metalla vetera iam missa recolant, & nova maltis locis instituit.* Tac. An. 3, 72, 2 *Avitum decus recoluit.* Plin. 7 epist. 9 *Vt terra variis mutatisque seminibus, ita ingenia nostra nunc hac, nunc illa meditatione recoluntur.* ¶ 2. Item repetere, animo retractare, sich erinnern. *Recolere memoriam alicujus rei. Artes inter se recolere*, künste mit einander üben, Cic. de Orat. 1, 1: *studia*, Id. pro Arch. c. 6. *Quæ si tecum ipse recolis*, wenn du es erwegest, Id. Phil 13, 20.

¶ Recŏlens, *tis*, erwegend. Virg. Æn. 6, 681 *Studio recolens*, i. e. studiose, der fleißig überleget.

¶ Reculsus, *a, um*, wiedergebaut. Ovid. Met. 5, 647 *Spargere humo recultæ semina.*

COLŌBATHRĀRIVS, *i*, m. der auf stelzen geht. Nonius 2, 361 *Grallatores sunt colobathrarii*; uti Vossius legit Etym. p. 239. Nam κωλοβαθρα, *grallæ*: ex κωλον, *membrum* & βαθρα, *gradus.* Si legas *Calobatarii*, habent Glossæ καλοβάται, qui ligneis perticis innixi incedunt, ex κᾶλος *ligneus* & βαω *incedo.*

CŌLŌBIVM, *i*, n. κολοβιον, vestis erat brevis, sine manicis, cujusmodi olim utebantur monachi & eremitæ, ein kurtzer rock ohne ermel, ein koller. Κολοβὸν enim Græci mutilum dicunt, verstumpt. Vtebantur *Colobiis* & pilei Latini: unde Turnus Æneæ socius manicatas tunicas objicit. Virg. Æn. 9, 616 *Vt tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.* Vbi Servius: *Tunicæ vestium habent manicas, quod etiam Cicero vituperat, dicens:* Manicatis ac talaribus tunicis. *Nam* Colobiis *utebantur antiqui* Vocantur & *Colebii*: & *Colobiones*, ut Salmasius ad Hist. Aug. p. 385 observat. Vet. Gloss. Κολόβιον, *Colobium, subicula.*

CŌLŌCASIA, *æ*, f. faba Ægyptia, Plin. 21, 15, &

¶ Colocasium, *i*, n radix colocasiæ. Virg. eclog. 4, 20 *Mixtaque ridenti colocasia fundit acantho.* Dioscorides hoc nomine radicem fabæ Ægyptiacæ appellari scripsit 2, 59. Alii apud Dodonæum *arum* volunt esse.

CŌLŌCYNTHIS, *ĭdis*, f. κολοκύνθη, cucurbita silvestris dicitur, sativa minor, ut Plinius ait 20, 3, koloquinten, wilder kürbs. Quid apud Prophetam Jonam *Colocynthia* sit, præter recentiores, & veteres inquinverunt. Nam alii enim & hederam ea voce comprehendi existimarunt. Cæterum Basilius Seleuciens. Orat. 12 in Jonam, cucurbitam accepit, ut Dausquejus ostendit Notis Baianis. Festivissimum librum de morte Claudii ἀποκολοκύντωσις inscripsit Seneca, quasi ut in Deos alii imperatores, ita ipse in hoc fructus genus, boletorum venenatorum ope, transierit, ac mutatus sit. Forma vocis convenit cum ἀποθεώσει, ἀποθανατώσει. Vid. Dan. Heinsius peculiari Dissertatione de ea Satyra. Vet. Gloss. Κολόκυνθα, *cucurbita.*

CŌLON, *i*, n. κῶλον, membrum orationis majus & perfectius, cujus partes commata dicuntur, Conf. Voss. Instit. Orat. p. 60. Coli notæ sunt duo puncta: Vide *Levi admodum quæ multis conflat ex membris, quæ Cola Græci dicunt*, Mart. Capella lib. 5 p. 173. ¶ 2. Est & *Colon*, sive *Colum*, intestinum laxius, ut Celsus 1, 7 vocat, & crassum, inter cœcum & rectum medium, das mittle eingeweide, zwischen dem darm. Gell. 12, 5 *Videmus hominem dolentibus cruciatibusque alvi, quod Græci colon dicunt, & febri simul vehementi affligari.* Et 17, 11 *Aridiora ex his recremento in alvum cohærente, quod Græce κῶλον dicitur.* Apud Scribon. Larg. n. 121 *Cola inflammari* legitur pro laborare colica; ubi etiam sæpe occurrit *Colicus dolor.* Hoc genus morbi primum in Italia sensisse Tiberius princeps dicitur, cum antea fuisset ignotum, Plin. 26, 1.

¶ Cōlĭcus, *a, um*, adi. κωλικὸς a κῶλον, ut, *Colicus dolor, Colici cruciatus*, qui in colo flatibus oppleto generari solent; *Colica passio*, Isidor. 4, 7. Medicis & absolute vocatur *Colicus*. *Colicam passionem*, Cels. 4, 11. Et absolute *Colici*, qui hoc morbo laborant, Plin. 20, 4, ubi alii *Cœliaci* legunt.

¶ Colice, *es*, f. κωλικὴ ἴασις, remedium ad colicam. Sic *Celice Cassii Medici* & *Indii Bassi*, Cels. 5, 25, 12. & Scrib. Larg. Comp. 120, 121

¶ Incolon,

¶ Isĭcōlon, *i*, n. *ἰσόκωλον, combar*, vocat auctor ad Herennium membris æquatum, quo duobus aut pluribus sententiis brevibus, & inter se paribus exigitur, cujusmodi illud est: *Nequaquam mihi eum co res est, qui neque finem habet capiendi, neque meum statuis utendi. Nam & malt um desiderare egentis est signum, & nihil parcere egestatis est initium.* conf. Mart. Capella lib. 5 p. 174. Quintil. 4, 2 *ἰσόκωλα, in pares elocutionum tractus incidentia* vocat.

¶ Mŏnŏcōlus, *i*, m. *μονόκωλος, unimembris.* Solin. c. 51 *Legimus, monocolos ibi quoque nasci singulis cruribus & singulari pernicitate.* Plinius & Gellius corrupte *Monoscelos* nominarunt, & *Ab nomeros*, de quibus infra in M. vid. Turneb. Adverſ. 24, 42. Salmaſ. in Solin. p. 708.

¶ Tetrācōlon, *i*, n. *τετράκωλον*, quatuor membris seu versibus constans. Sen. Controv. 4, 25 *Et illud tetracolon* &c. conf. Excerpt. Contr. 9, 2. Id. Controv. 5 præf. *Nulli non post primum tetracolon præferendus*, i. e. post quatuor primi nominis declamatores, ut exponit Turneb. Adverſ. 3, 8.

¶ Tricōlum, *i*, n. *τρίκωλον*, sententia vel carmen tribus membris constans. Sen. Controv. 12 *Quasi tricolum tale* Id. Controv. 25 *In tricolis & in omnibus hujus generis sententiis.* Iſt autem adjectivum. Ita Grammatici de Odis Horatianis, *monocolos, dicolos, tricolos.*

CŌLŌNAE, *arum*, f. pl. Nepos 4, 3, 3 *Spartam redire nolebat. Colonas, qui locus in agro Troade est, se contulerat.* Pauſanias in Phocicis: *Cycnum ajunt Neptuni filium: regnasse eum Colonis: oppidum hoc in Troade fuit ad Lecophryn insulam, postea Tenedos dictam.* Adde, quæ ad Nepotis locum dictum commentatus est Cellarius.

¶ Cŏlōnus, *i*, m. equeſtris locus erat Athenis Neptuno sacer, in quem equites convenieſbant; ex quo *Coloneus Oedipus*, & Fabula Sophoclis pulcherrima dicta est, de qua Apul. Apol. p. 298 *Sophocles poeta, Euripidi amulus & superstes, vixit enim ad extremam senectam. Cum igitur accusaretur a filio suorum dementiæ, quasi jam per ætatem desipere: protulisse dicitur Coloneum suam peregregiam Trajœdiarum, quam forte tum in eo tempore conscribebat, eamque judicibus legisse, nec quicquam amplius pro defensione sua adhibuisse, nisi ut eadem dementiæ condemnarent, si carmina senis displicerent. Ibi ego comperior, omnes judices tanto poetæ adstrictos, miris laudibus eum tulisse, ob argumenti solertiam & eloquiorum facundiæ* &c. ¶ 2. Porro alius locus erat Athenis ejusdem nominis juxta templum Vulcani, a foro seu mercatu dictus ἀγοραῖος. Ibi consistebant, qui mercede conducebantur: unde Adagium: *Sero venisti, sed in Colonum ito.* Comperit in eos, qui mercede quippiam facturi tardius rem aggrediuntur. v. Chil. (¶ 3. De longe alia *Coloni* significatione vide supra in *Colo, ere*).

¶ Colonētae, *arum*, m. pl. erant Athenis operarii, qui conductorem quærebant, in *Colono*, de quo n. 2. Suidas.

Colonia, colonicus, colonus, &c. vide *Colo, ere.*

CŌLŌPHON, *ōnis*, m. κλεινῶν, clariſſima Ioniæ urbs, inter illas septem, quæ de Homeri patria inter se certarunt. vid. Horat. 1 ep. 11, 3. ¶ 2. *Colophonem imponere* vel *addere alicui rei*, locutio proverbialis est, pro, ſummam manum rei imponere; aut id adhibere, sine quo negotium confici non poteſt, festia machen, zu ende bringen. Occasio proverbii inde est, quod Colophonii equeſtri militia adeo excelluerunt, ut nullum propemodum prœlium sine Colophonii equitatus ope atque auxilio confici poſſet. vid. in Chiliad. Τὸν κολοφῶνα ἐπέθηκε.

¶ Cŏlŏphōnii, *orum*, m. pl. incolæ Colophonis. Cic. pro Archia c. 8 *Homerum Colophonii civem esse dicunt.*

¶ Cŏlŏphonius, *a, um*, adject. ut, *Colophonia ferocitas. Colophonium suffragium:* Vtrumque vide in Chiliadibus Erasmi declaratum. *Resina Colophonia*, Plin. 14, 20, geigenharz, vulgo calfonium; cujus nomen ab urbe Colophone esse, & Dioſcor. 1, 92 teſtatur.

¶ Colophonĭcus, *a, um*, aliud adject. Vetus poëta in Ciri v. 65 *Q.e Colophoniaco Scylle dicuntur Homero.*

CŎLOR, *ōris*, m. antique *Colos*, die farbe; a *Colo*, orno, apto; quod *color* sit rei cultus sive ornatus. Iſidor. 19, 17 *Colores* dictos ait, *quod calore ignis vel solis perficiantur*, &c. Plaut. Pfeud. 4, 7, 99 *Quem ego hominem nullius coloris novi:* id est, plane non novi, nec scio, albusne sit, an ater. Etiam apud Plin. 13, 15; 16, 40; & 35, 11 extr. *colos* legitur, ut & ap. Martial. 7, 46. *Decere colorem*, ſich färben. Virg. ecl. 9, 47 *Duceret apricis in collibus ista colorem.* Translate Sen. epiſt. 108 *Nondum quosdam, qui multis apud philosophum annis perfederint, & ne colorem quidem duxerint*, id est, nihil profecerint, præsertim in moribus. *Colorem inducere, illinere*, eine farbe anſtreichen. Plin. 35, 10 de Protogenis, Caunii pictoris ludo: *Hunc picturæ quater colorem induxit, subjecto inquit & vetustatis, ut decedente superiore, inferior succederet.* Et Cic. de Orat. 3, 52 *Venuſtatis non fuco illitus, sed sanguine diffuſus insidere debet color.* Qui idem est & *Color nativus* natürliche farbe. *Colores teneri, floridi, austeri, saturi - colorem omnis ſere, translatus*, Plin. 35, 5 & 6. *Pulcherrimus est color, qui per vercundiam ingenuis choris fluit*, dixit Pythias Ariſtotelis filia, ſchamröthe iſt die ſchönſte farbe: Πυθιὰς ἡ Ἀριστοτέλους τῶ φιλοσόφω συγκάτω, ἐρυθρὸν ἁπάντων κάλλιστον χρῶμα; ἔφη, τὸ διὰ τὴν αἰδὼ ἐλευθέροις ἐπιγιγνόμενον, Stob. ſerm. 122. Sed apud Plaut. Mil. 2, 2, 30 *Colorem obtinere* est non erubeſcere. ¶ 2. Ornamenta, quin argumenta etiam oratorum *colores* dicuntur. Cic. ad Qu. frat. 2, 15 post princ. *Modo mihi date Britanniam quam pingam coloribus tuis, penicillo meo*, i. e. argumentis a te ſuppeditatis, ſed arbitrio meo expolitis. Speciatim *Colores rhetorum* sunt rationes defenſionum, ſpeciosæ potius quam veræ; itemque falsæ expoſitiones, ut Quintiliano 4, 2 vocantur. conf. Idem 9, 1. Qua ratione *deformibus*, id est, turpibus, *colorem dandum*, id est, honeſtatis ſpeciem, ait 3, 8, einen ſchein geben, bemänteln. Hinc color & pro fuco, sive prætextu & culpæ excuſatione ponitur: Iuvenal. 6, 279 *Dic aliquem, sodes dic, Quintiliane, colorem.* Ipse Quintil. 4, 2 p. 343 *Quedam esse*, ait, *quæ colorem non recipiant, sed tamen defendenda sint.* Hermogenes inter genera quæſtionum inconſiſtentia ponit ἀχρώματον, id est, colore carens, quod tamen interdum conſiſtere idem putat Fabius. ¶ 3. *Color vitæ*, ratio atque conditio vitæ & ſtatus est, die beſchaffenheit, der ſtand. Horat. 2 ſat. 1, 60

Quisquis erit, feribam, vitæ color.

Id. 1 epiſt. 17, 23

Omnis Aristippum decuit color & ſtatus & res.

Cic. Att. 4, 16 *Amiſimus coloren & ſpeciem priſtinam civitatis.* Strat. Præfat. 2 lib. Silvar. MELIOR, *vir optime, nec minus in judicio literarum, quam omni vitæ colore terſiſſime*, id est, in omni vitæ genere & cultu. ¶ 4. *Color* idem ac character vel nota, ein merck und kennzeichen. Sen. epiſt. 75 *Sed nec hic quidem contemnendus est color tertius, & tertium genus philoſophiam perficientium.* Vide quæ præcedunt, itemque Barth. ad Stat. Silv. p. 161. Idem Sen. ep. 52 *Hic tertius color est* ſcil. ingeniorum. Vtroque loco pro Synonymis habentur *gradus, claſſis, ſors, color*, & metaphora petita videtur a vegetabilibus, quorum ſpecies fere per colorem diſtinguuntur.

¶ Cŏlōrius, & Coloreus, *a, um*, varii coloris, buntfarbicht. Vopiſc. Aureliano c. 46 *Idem conceſſit, ut blatteas matronæ tunicas haberent, & cæteras veſtes, cum antea coloreas habuiſſent.* Et Paulus IC. l. 32 §7 Dig. de auro, arg. mundo &c. *Putavit ſibi legata ornamenta - - & veſtem tam coloriem, quam verſicoloriam.* Vbi differentiam notes inter *colorium* & *verſicolorium*. Hoc varii coloris erat; illud ſimpliciter tinctitium. Salmaſium adi, qui in d. l. Vopiſci p. 558 in hanc rem multa attulit. Auguſtus apud Chariſium 1 p. 80 *Lodices purpureæ & coloreæ.*

¶ Cŏlōro, *are*, colorem inducere, färben, anſtreichen. Propert. 3, 12, 15

Felix Eois lex funeris una maritis,
Quos aurora ſuis rubra colorat equis:

Colorat, id est, fuſcos facit. Sen. epiſt. 108 *Colorari ſole*, von der ſonnen verbrannt werden. Cic. de Orat. 2, 14 *Vt cum in ſole ambulamus, etiamſi aliam ob cauſſam ambulemus, ſit natura tamen ut coloremur: ſic cum auctorum libros ſtudioſius legimus, ſentimus orationem noſtram, illorum cantu quaſi colorari. Colorare* plus est, quam *inficere.* Seneca iterum ep. 71 *Virtus, niſi alte deſcendit, animum non colorat, ſed inficit.* Cic. in Orat. c. 13 *Eloquentiæ ipſa ſe colorat & roborat.* Val. Max. 8, 2, 2 *Libidinoſam liberalitatem debiti nomine colorare*, beſchönigen. Quintil. Declam. 1 *Rem minime manifeſtam impudenter colorare*, ubi vulgo *complorare.* v. Miſc. Obſerv. Vol. 8 p. 440.

¶ Colōrātus, *a, um*, cui color inductus, gefärbt, farbicht. Colum. 11, 2 *Coloratæ uvæ.* Tac. Agric. 11, 3 *Silurum colorati vultus, & torti crines, & poſitus contra Hiſpaniam, Iberos veteres trajeciſſe, easque ſedes occupaſſe, fidem faciunt.* Nimirum Silures, Britannicam gentem, ab Hiſpanis liberis originem ducere, duabus rebus arguit. Primo ex poſitu: deinde vultus ſimilitudine: quippe qui & ipſi perinde fuſci, ſicut Hiſpani. Virg. Georg. 4, 293 de Nilo: *Vsque coloratis amnis devexus ab Indis:* Vbi *colorati* fuſci sunt ex ſolis vapore, geſchwärzt. Compar. Celſus 2, 2 *Si plenior alioquis & ſpecioſior, & colorator fuſcus est.* Frontin. Strateg. 1, 2 extr. *Coloratiora hominum, ut ex via, corpora*, id est, ardore ſolis rubicunda.

¶ Colorate, adverb. ſcheinbar. Quintil. Decl. 285 *Colorate adfert iſte tale patrocinium.*

¶ Colorator, *ōris*, m. ein färber, tüncher, mahler. Gloſſ. lat. gr. *Colorator*, ϛιλβωτής, & ϛνδικοπλάϛης. v. Salmaſ. Hiſt. Aug. p. 451. Lapis Murat. p. 1524 COLORATOR LIVIÆ. Et apud Gell. 7, 9 citatur *Laberius in coloratore.*

¶ Colōrīnus, *a, um*, pro colorato esse dicitur apud Cyprianum.

¶ Colorābĭlis, *e*. Mart. Capella lib. 9.

¶ Colorĭficus, *a, um*, colorem inducens, färbend, mit farben ſpielend. Virg. vel Auctor Iridis v. 5 *Cumque colorifico nimbos fulgore replevit, Apparet varii radiis diſtincta coloris.*

Compoſita cum nominibus: ut,

Albicolor, vide in *Albus*, Atricolor, *Ater*, Auricolor, *Aurum*, Diverſicolor, *Verto*, Floricolor, *Flos*, Ignicolorus, *Ignis*, Iricolor, *Iris*, Lacticolor, *Lac*, Multicolor, *Multus*, Nocticolor, *Nox*, Omnicolor, *Omnis*, Oſtricolor, *Oſtrum*, Verſicolor & verſicolorius, *Verto.*

II. Compoſita cum numeral. & præpoſ.

¶ Bĭcŏlor, *ōris*, o. zweyfärbig. Ovid. Met. 10, 98 *Bicolor myrtus.* Add. Plin. 10, 52.

¶ Bicolorus, *a, um*, formavit Vopiſcus Aurel. c. 13. v. Salmaſ. ibi.

¶ Concŏlor, *ōris*, o. gleichfärbig. Virg. Æn. 8, 82 *Cum fœta concolor albo.* Ovid. Faſt. 1, 80 *Et populus feſto concolor ipſe ſuo eſt.* Colum. 7, 3 *Concolor alteri.* conf. Plin. 10, 29.

¶ Concŏlōrus, *a, um*, idem. Mart. Capella lib. 6 *Caryſtos marmoreis fluctibus concolora.*

¶ Concŏlōro, *are*, gleichfärbig ſeyn. Tertull. de Pudic. c. 8 *Concoloratæ figuræ.*

¶ Dēcŏlor, *ōris*, o. cujus color vitiatus est, unſcheinbar. *Decolor ætas*, quæ a præſtantia ſua degeneravit, apud Virg. Æn. 8, 326. Ita Ovid. Her. 9, 4 *Decolor fama* h. e. deformis. vid. Burm. *Decolor ſanguis*, Cic. Tuſc. 2, 8. conf. Iſidor. lib. 10 in D.

¶ Decŏlōrus, *a, um*, idem. Prudentius hymno Calagurrit. v. 113

Algidus cum decoloros horror artus concutit.

¶ Decolōro, *are*, unſcheinbar machen. Sen. Quæſt. N. 2, 41 *Decoloratur id, cujus color vitiatur, non mutatur.* Celſus 2, 8 *Ex ſuppurationibus eæ peſſimæ ſunt, quæ intus tendunt, ſic, ut exteriorem quoque cutem decolorent.* Horat. 2 od. 1, 35 *Quod mare Daunie Non decoloravere cedes?* Plin. 23, 1 *Decolorare aurum.* v. Lipſ. Elect. 2, 8. Sed, *uvæ decolorantur*, i. e. colorem mutant. Colum. 12, 16. conf. ibid. c. 47.

¶ Decŏlōrātus, *a, um*, verblichen, entfärbt; ut, *Decoloratum corpus mortui*, Aut. ad Herenn. 2, 5. *Manus collybo decoloratæ*, Suet. Aug. c. 4.

¶ Decoloratio, *ōnis*, f. mutatio coloris. Cic. Divin. 2, 27 *Decoloratio quædam ex contagione terrena poteſt ſanguini ſimilis eſſe.*

¶ Diſcŏlor, *ōris*, o. bunt, ſchäckigt. Cic. Verr. Act. c. 13 extr. *Diſcoloribus ſignis.* ¶ 2. Diverſus. Perſ. 5, 52 *Eſt rerum diſcolor uſus.* Horat. 1 epiſt. 18, 3 *Matrona meretrici diſpar atque diſcolor.* Plura Heinſ. ad Ovid. Her. 9, 4.

¶ Diſcolorius, & diſcolorus, *a, um*, idem. Petron. c. 57 *Diſcoloria veſtis.* Mart. Capella 1 p. 19 *Florida diſcoloraque veſtis.* Prudent. Periſt. 10, 302 *Quos lana terret diſcolora in ſtipite.*

¶ Incŏlor,

¶ Incolor, *ōris*, bleich. Gloss. Vet. Gr. lat. Ἀχρόος, *Incolor*, *Decolor*.

¶ Incoloratus, *a*, *um*, ohne colore, unde

¶ Incoloratē, adverb. superl. Lege 18 § 1 Dig. de Minoribus; *Incolorate reflexit deprecatur*, i. e. nulla allegata causa.

¶ Vnicŏlor, *ōris*, o. unius coloris, einfarbig. Plin. 32, 9 *Dubiores sunt & unicolores*. Addunt Ovid. Met. 11, 611 pro *Arrisanur*.

¶ Vnicŏlōrus, *a*, *um*, idem. Prudent. Hamartig. v. 819 pro simplici, *Sic animæ, cæli de fontibus unicoloras Infudit natura fide*.

CŎLOSSÆ, *arum*, f. pl. vel Colossis, *idis*, f. urbs Phrygiæ, quæ cum vicina Laodicea & Hierapoli, temporibus Neronis, ut Orosius testatur, per terræ motum concidit. Hinc

¶ Colossēnsis, *e*, adject. & Colossēnses, incolæ, quos Paulus insigni epistola dignatus est.

¶ Colossīnus, *a*, *um*, aliud adject. ut, *Flos Colossinus*, Plin. 21, 9.

CŎLOSSVS, *i*, m. κολοσσός, statua ingentis magnitudinis. Plin. 34, 7 *Moles exsuperatas videmus statuarum, quas Colossos vocant, turribus pares*, ein riesen-bild, Rulano. Denominatas ab oculorum lassitudine argutatur Matth. Raderus, auctore Barthio ad Stat. Silv. 1, 1 p. 38.

¶ Colossēus, *a*, *um*, sehr groß; ut, *Colossea statua*, Suet. Vesp. c. 23, & Spartian. in Vero c. 7. Lamprid. Alex. c. 25 *Statuas colossas* vocat, quod tuetur Gruterus: Casaubonus autem *Colossæas* vult legendum. Plin. 35, 7 *Nero princeps jusserat Colossum se pingi*.

¶ Colossēros, ob egregiam corporis amplitudinem & speciem appellatus est Ejus Proculus, Suetonio auctore Calig. c. 35.

¶ Colossĭcus, *a*, *um*, in modum colossi statuæ; ut, *Colossicum signum*, Plin. 34, 8, Græca terminatione. Latine, *Colossici Apollinis in fano basis*, Vitruv. 10, 6. Id. 10, 4 comparative *Onera Colossicotera* dixit, schwere lasten.

CŎLOSTRVM, *i*, n. & Colostra, vel Colustra, *æ*, f. lac primum post partum, die erste mutter-milch, dicke milch, *a coalescendo* quasi *coalostrum*; vel a κολος, quod sit primus animantium cibus. Plin. 11, 41 *Ex primo lacte semper a partu colostra sunt*. Colum. 7, 3 *Agnus cum est editus, erigi debet, atque uberibus admoveri: tum etiam ejus ab ore os pressis hinnulæ papillis, ut consuescat maternum trahere alimentum. Sed principium hoc fiat, exigunt omnibus ejus, quod pastores colostram vocant: ea, nisi aliquatenus emiserint, nocet agno*. Eadem apud Palladium Nov. t. 13 hebes de Colostella transscripta. conf. Plin. 28, 9; Nonium 2, 117. Nonii vocant gleb. Virg. ecl. 2, 22 *Lac mihi non æstate novum, non frigore defit*. Vbi Servius: *Lac novum, id est, colostrum* &c. Martial. 13 epigr. 35 *Sumpsit pastor, quæ nondum glarea bovis De primo tumidi lacte colostra dami*. ¶ 2. In blanditiis amatoriis utuntur Plaut. Poen. 1, 2, 154 *Meum mel, meum cor, mea colostra* &c. conf. v. 177.

¶ Cŏlostrātio, *ōnis*, f. Plinio 11, 41 malum, quod parvis ex colostri potu evenire solet.

¶ Cŏlostrātus, *a*, *um*, laborans colostratione: ut, *Infantes colostrati*, Plin. 28, 9 pr.

COLOTES, *æ*, m. κολοτης, lacertæ genus, Plin. 29, 4 & 9, 30.

CŎLVBER, *bri*, m. serpens, cui subjungo, nomen ei, qui *natrix* vel *natter* dicitur. *Tetro affectus colubro*, Virg. Georg. 3, 418. Id. 2, 471 sqq. *Colubri positis novus exuviis nitidusque juventa* &c. conf. Ovid. Met. 15, 710.

¶ Colubra, *æ*, f. idem. Apud Nonium 3, 69 Lucilius: *Marsis colubras disjungit canis* &c. Adde Ovid. Met. 4, 784; & 6, 69. Juvenal 5, 103 *Vocat anguilla natrix longæ cognata colubræ*. Plin. 32, 5 f. 19 *Colubra in aqua vivens*, quæ alias enhydris. Imo & Horat. 1 sat 8, 42 *Varias colubras* habet, qui 1 od. 17, 8 *Virides colubras* dixit. Colum. 10 v 221. Cæterum serpentum genera multa sunt, *serpens*, *anguis*, quæ appellationes sunt generales, *aspides*, serpentes Ægypti, *basiliscus*, *cerula*, *cenchris*, *seps*, *vipera*, *dracon* &c. De quibus singulis suo vide loco.

¶ Colubercŭlus, *i*, m. parvus coluber. Cathol.

¶ Colubrāria, *æ*, f. scil. insula, scatens multo ac malefico genere serpentum, Mela 2, 7, 117.

¶ Colubrīnus, *a*, *um*, metaphor. Plaut. Truc. 4, 3, 6 *Colubrino ingenio est*, listig.

¶ Colubrīna, *æ*, f. subst. herba eadem, quæ *dracontea*, vel bryonia, vel vitis alba, schwarzwurz, hundsbeere, teufelsbeere, tollkraut. v. Apul de Herb. c. 14. ¶ 2. Hodie tormenti genus, eine feldschlange.

¶ Colubrĭfer, *a*, *um*, voll schlangen. Ovid. Met. 5, 241 *Colubrifera lambitur hasta*. conf. Lucan. 9, 672.

¶ Colubrīnulus, *a*, *um*, in modum colubrorum. Corippus Præfatione: *Illa colubrinodis Avarum gens dura capillis*.

¶ Colubrōsus, *a*, *um*. Tertull. adv. Valentin. c. 4 *Aliis colubrosior*, hoc est, detorto, curvo.

Colum, vide in *Colo*, *are*, & *Colon*.

CŎLVMBA, *æ*, f. avis domestica, eine taube. Columbarum aliæ *agrestes*, aliæ *domestice*, aliæ *mixtæ*, de quibus Varro R. R. 3, 71 & Plin. 10, 34. Varro l. c. *a columinibus ville appellatas*, ait, *quod propter timorem naturalem summa loca in tecto capessunt. Genera columbæ, Veneris aves*, dicos Æneæ ad aureum arborem, Virg. Æn. 6, 190. Cæterum feras fuisse Veneri columbas, apud Syros præsertim, docebunt, quos laudat Burm. ad Petron. c. 85 p. 418; it. Selden de Dis Syris 2, 3; & quos allegat Broukh. ad Tibull. 1, 8, 18 *Alba Palæstini fundta columba Syro*. Plin. 10, 34 de columbis: *Conjugii fidem non violant*. Cic. Fin. 2, 5 *Plumæ vestis dotes columbis* scil. a natura donantur. *Par columbarum*, Ovid. Met. 12, 283. *Totæ sine fele columbæ*, Iuvenal. 2, 537. *Columba mitissima*, per celebriter hominem dicimus ingenio maxime mansueto. *Fellea* enim, si quosdam audimus, *columba caret*. *Trepido trepidis effudit columba*. Δεῖλαι τοι δειλοῖσιν ἐρέσσονται πελειαί. Antipatri est, Emile illi, *semper graculus assidet graculo*.

¶ Columbus, *i*, m. ein täubert. Colum. 8, 8 *Farcire columbos*. Horat. 1 epist 10, 5 *Annuimus pariter vetuli notique columbi*. Vbi nescio an per *columbos* intellexerit senes falaces. Nota enim hæc columbarum natura est: quarum de amoribus & pudicitia ad Propertii 2, 15 nonnulla notavit Passeratius. conf. Plin. 10, 54. *Columbus collaris*, vide *Collaris*.

¶ Columbŭlus, *i*, m. diminut. Plin. 9 epist. 25.

¶ Columbīnus, *a*, *um*, adject. von tauben: ut, *Columbinum flocci*, Plin 35, 6. *Pedes columbini*, Cic. Amic. 23 & Colum. 8, 7. *Columbinus color*, Hor. ser 2 lib. 4, 50. *Columbinus* & *Columbulus* color avis ita videtur dictum. Conf. Salmas. ad Iul. 1, 12, 3 3

¶ Columnārius, *a*, *um*, aliud adject. idem. Gel. Aurel Acut. 2, 18 *Pedes columnarii vel columnarios*.

¶ Columbārius, *a*, *um*, aliud adject. idem; ut, *Columbare flocci*, taubenmist, Colum. 8, 8.

¶ Columbārius, *i*, m. qui columbis curandis præst. Varr. de R. R. 3, 7.

¶ Columbārium, *i*, *n.* das tauben-haus. Varro R. R. 3, 7 & 8; Colum. 8, 8; & Pallad 1 tit 24. ¶ 2. A columbarium columbarum, in quibus columbi nidificant, libidinis etiam ita, 2 *Columbaria* vocant loca illa concava in omnibus navium fluentibus, per quæ cursant remi. Of. 2; *Graci ipsorum cubilia, uti Latini ea cava nominant columbaria*, Vitruv. 4, 2. Idem 10, 9 de tympano, hausteria machinæ: *Secundum autem columbaria sunt, concavata in modum specus*. Sed & laculos ad illos cinerarios alterandos *Columbaria* dicit, ex Interpretibus, probat Ludovicus Interp. p. 6 seq.

¶ Columbar, *āris*, n. est genus cuculli, seu collum interius, halskragen. Plin. Pand. 3, 6. 50. vid. Tunneb. Adv. 26, 2, & Salmas. de modo usur. p. 583.

¶ Columbor, *āri*, verbo, pro, columbam more ejus ova pangere, Mæcenas ufus apud Senecam epist. 122, 8 jam dixerat.

¶ Columbātim, adverb. columbarum more, von der tauben Martino apud Gell 20, 8 *Columbatimque labra conferens lavit*: vel ut alii legunt: *Labra quæ labra conferens columbatim*. Nisi forte, ut fecunda fede pudens sit, *Columbatim*, a *columbo*, recte tadam, quod Vossio videtur ad Iustin. Obs. p. 51. Adde Lennep, quod Corn. Gallo nomine citetur, *De linguæ latinæ origin. basis*.

Columella, Columellares, vide mox in *Columen*.

CŎLVMEN, *ĭnis*, n. trabs columnis sublata, quæ subjugum domus vel sustentat, vel, ne dilabatur, continet, giebelspieß, balcke. Vitruv. 4, 2 *Trabes supra columnas & antas & ante pronaos in extimis angulis tigna & uno, sub tecto, summa supra fores; columen in fronte fastigii, cornices, mutuli & columæ dicuntur*. Varro R. R. 3, " *Tigna columina vocat*. ¶ 2. Videre Ter. Phorm. 2, 1, 57, & ex eo Cic. Verr. 3, 65 *Columen familiæ* dixit pro præsidio familiæ, ein stammhalter. *Columen reipublicæ*, Cic. pro Sest. c. 8, auf den sich die republic stützet. *Columen patriæ*, Tac. An. 6, 37, 6. Ita & Horatius Mæcenatem, Patronum, *fuit ut veretur columen familiæ* 2 od. 17, 4 Troades apud Senecam de Hectore in Tro. de v. 123 *Columen patriæ, mora fatorum*. Et de ipsa Troja sub Hec. fæ persona Idem poeta pr. tragœdiæ: *Columen Asiæ, Dardanæ turris Asiæ*. conf. Sil 15, 385; Gronov. ad Sen. Thyest. v. 54 & Burm. ad Ovid. Metam. 1, 689.

¶ Columna, *æ*, f. eine seule, a *Columen* dicitur, ut Vitruvi is docet demonstravit. Ovid. 3 Fast. 2, 49 *Vestis innixa columni Templa*. Et vide de Orat. 3, 46 *Columnæ & templa & porticus sustinent*. Nec vero solæ columnæ sunt, quæ portant & sustinent ædificium superstructum; sed libera etiam & vacua rerum monumenta, quomodo Cicero *celeberrimam columnam* dixit Phil 1, 2 & Suet. *Scholæ columnam*, Cæs. c. 55, quam inscripto populo Cæsari in foro fuisse erat. Columnæ partes sunt, *basis*, das fußgestelle, deinde *scapus* columnæ corpus, ist ein, vel ingarum vel lapis cylindrus & serpentinus, der schaft. supra scapum *capitulum* est, das capital. Huic columnæ subjicitur *stylobates*, das postament, & imponitur *trabeatio*, das hauptgesimse, quarum partium utraque iterum certa membra, & hæc minores particulæ & quasi articulos habent, quarum varia combinatione oriuntur diversi columnarum genera seu ordines. Horum genera tria præterea apud Græcos, *Doricus*, *Ionicus*, *Corinthius*: *Tuscanum* enim, proprium *Romanum Comp. 6 m*, quod ex *Ionico*, & *Corinthio* genere mihi tum fuit, laborum fuit. V. de Vitruvium, & ejus interpretes. *Columnæ rostratæ* Suetonius memnit Galba extr. Quæ qualis fuerit, ex nummis antiquis ibi ostendit Torrentius. ¶ 2. Eleganti translatione *Columnæ* dicuntur illi, in quibus salutis nostræ spes rerum præsidium maxime positum est, die stütze. Horat. 1 od. 35, 15 de Cæsare Augusto: *Ingens ne ped. propinqua Subtrahat nobis columna*. Sic Pindarus Heliodromi, Ἀστρῶν, ἀφορμὰ νίκας, Τύπος, in proœmiis, *firmam columnam* Græci, vocant Olymp. od. 2 strophe 5 initio. ¶ 3 *Columnæ Herculis*, montes ad fretum Herculeum, alter in Hispania, in Africa alter. vid Mela 1, 5. Sic *Procli Columnæ* apud Virgil. Aen. 11, 262, ubi Servium vide.

¶ Columnella, *æ*, f. dimin. columna parva Cæs B. C 2, 10 *In trabibus columnellæ infigantur*. Ita edidit Lon. v. Alg. Sed ex MSS. alii *Columellæ*. v. not. Davisii p. 426. Sic & in Catone R. R. c. 20 & seqq. *Columella ferrea*, legit Meursius, alii *Columellæ*. Perbat ergo

¶ Columella, *æ*, f. dimin. Cic. Tusc. 5, 23 *Animadverti columellam non multum e domo eminentem*. conf Cato R. R. c. 21 Quæ vero *Columella* a Columna dicatur, nec portæ *columellæ*, disputat Vossius in Etymol. f. 150. ¶ 2. *Columella* Anatomicis est gurgulio, vel uvula, der zäpfen im halse. ¶ 3 Sic Donatus explanans in Ter. Phorm. 2, 1, 57, *Columellæ* apud veteres dicti servi majores domus, quod is ex Lucilio probat, *Columellæ* enim Mercurius prædicit: ut emigret *Lucilii columellæ*, *Mercurius*. Dubium vero, an recte dicat Lucilius sint *columellæ*, quod ego sequi servilem consuetudinem est. Plautus Sosiam *columellam* vocat, *Lucullus hic Est Mercurius*, h. e. talis hic *columella*. Adde Vossium & Turnebum in Adv. 26, 2 & 3. ¶ 4. *Columella* & prænomen scriptoris est, a nobis sæpe numero dilandati. Integre dicitur *L. Iunius Moderatus Columella*, scripsitque elegantissime, nec minus diserte de agricultura, quam poeta eximius. Nam decimus liber, qui de hortorum cultu agit, heroico carmine, eoque multo cultissimo, condicus est. Scripsit & contra Astrologos libros aliquot.

oliquot, de quo ipse testatur 11, 1 extr. ¶ 5. *Marcus Columella patruus alterius doctissimus & diligentissimus agricola*; laudat eum L. Colum. 2, 16; & alibi.

¶ Cŏlŭmellāres, *ium*, m. pl. ita dentes appellantur in jumentis proximi caninis, quia sunt rotundi instar columnæ, die backenzähne an pferden. Plin. 11, 27. Varro R. R. 2, 7.

¶ Columnāris, *e*, gleich einer seulen; ut, *Lux columnaris*, die feuerseule, Prudent. Hamart. v. 476.

¶ Columnārium, *i*, n. tributi genus, quod pro singulis columnis pendebatur, seulengeld. Ejus meminit Cic. Att 13, 6, ita enim ibi legendum, non *columnarium*, v. Aution. Propma ad h. l. & Locnf. Epiphyll. 8, 19. Cæs. B. Civ 3, 32 *Ad ha pistorea generationi ad avaritiam excogitabantur in capita singula servorum ac libertorum tributa imponebatur. Columnaria, ostiaria, frumentum, militesi &c.*

¶ 2. Pro ædilitaris usus Vitruvius 8, 7.

¶ Columnarii, m. pl. viles & improbi homines Manutio, ad columnam Mœnium in judicium sæpe vocati. Alcipro vero funt ærarii se circa columnas occultantes. Cælius ad Cic. fam. 8, 9 mentionem fecit

¶ Columnātus, *a, um*, gesault, unterstützt. Varro R. R. 3, 5 *Tholus rotundus columnatus*. Plaut. Mil. 2, 2, 55 de eo, qui utroque cubito nixus assidet; *Os columnatum gerit*; *non placet mihi ista ædificatio*.

¶ Columnatio, *ōnis*, f. ædificatio per columnas, seulenstellung. Apul. 4 Florid. pr. p 359 *Prosecuit contabulatio, scenæ columnatio*.

¶ Columnifer, *a, um*, Prudent. hymno 3, 52 *Sic habuit generosa patrum Turba columniferum vadium*.

¶ Circumcolumnium, *i*, n. περισύλιον, ein creutzgang.

¶ Intercolumnium, *i*, n. spatium est inter columnas, Cic. ad Q. frat. 3, 1, 2 *Intercolumnia ambulationis convestit hedera*. Adde Vitruv. 3, 1.

CŎLŬMIS, *e*, hac voce Plautus usus est Trin. 3, 3, 15, pro sano, gesund. Sed

¶ Incŏlūmis, *e*, ab eo compositum magis usitatum est pro sano & salvo, qui extra omne est periculum, cujus res sunt integræ, unversehrt, frisch und gesund. Ter. Andr. 3, 5, 5 *Positne incolumem fas scio fore me, nunc hoc si dextro matum. Status incolumis*, Suet. Ner. c. 54, id est, sanitas, prosperitas. Horat. 3 od. 24, 31 *Virtutem incolumem odimus*: *Sublatam ex oculis quærimus invidi*. *Navis incolumis*, Aut. ad Her. 1, 11. *Argentum incolume*, Plaut. in Pœn. 2, 5. *Imperium incolume*, Liv. 1, 3. *Pecunia incolumis*, Valer. Max. 1, 1. Compar. *Incolumiores* Cell. 17, 2 ex Q. Claudii Annal. produxit.

¶ Incolume, adverb. unversehrt. Zeno Veron. *Incolume requiescere*, v. Barth. Adv. 42, 14.

¶ Incolumitas, *ātis*, f. gesundheit, wohlstand. Est, ut Cic. de Invent. 2, 56 ait, *Salutis tuta atque integra conservatio*. De Attico vent. 2, 56 ait, *Salutis tuta atque integra conservatio*. De Attico Nepos 25, 10, 6 *Singulari prudentia ex procellis civilibus ad incolumitatem pervenit*. Cæs B. Civ 3, 23 *Incolumitatem deditis pollicebatur*. Plur. Arnob. 2 p. 52 *Pro animarum incolumitatibus curas gerere*.

Columna cum derivatis, vide in *Colmen*.

CŎLŪRI, *orum*, m. pl. κόλοροι, duo circuli in sphæra ita dicti. vid. Macrob. in Somn. Scip. 1, 15, & Schotti Curs. Mathem. p. 239.

CŎLŪRIA, *orum*, n. pl. κλεῖθρα, femicolumnia, ab una parte in acumen desinentia, spitzige seulen. Sidon. 2 epist. 2 *Porticus rotundatis fulta coluriis*. Sic dicuntur, quæ caudam non habent omnino, aut mutilatam præsimaque; κολοβὰ τὴν ἀρχήν v. Cæl. Rhod. 3, 30. ¶ 2. Sunt & medicamenta rotunda & oblonga, *colyria*. vid. Salmas. in Solin. p. 182 & 649.

CŎLVRNVS, *a, um*, καρύινος, bœsen. Virg. Georg. 2, 396 *Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis*. Servius ibi: *quia vitibus nocet corylus*: atque ita haud obscure a Corylus deduxit *Colurnus*, q. d. *Corylnus* per metathesin emollita dictione. Festus autem: *Colurna hastilia ex cerno arbore facta*.

CŎLVS, *ūs*, f. & Colus, *i*, m. & f. simul, ein rocken, spinnrocken. Ovid. Fast. 3, 817 *Lanam mollire paella Discant, & plenas onerare colos*. Plin. 9, 43 *Inde factum, ut in bonates virgines comitaretur colus compta, & fusus cum pharetra*. Virg. 8, 409 *Vitam exercere colo*, sich mit spinnen ernehren. Cum est quartæ declinationis, fœminum est. vid. Broucklı. ad Propert. 4, 9, 48, ubi est in optimis libris: *Lyda colu*. Itaque plerumque fœminei ordinis est; rarius masculini, ut, *Colus lana amictus*, Catull. 65, 311. Quartæ formæ exemplum etiam Cicero præbet de Orat. 2, 68 extr. *Quando ad me venis cum tua cola & lana*. Cæterum officia colo facta eleganter describit Catullus l. c. *Læva colum molli lana retinebat amictum*, *Dextera tum leviter deducens fila supinis Formabat digitis: tum prono in pollice torquens*, *Libratum tereti versabat turbine fusum*. ¶ 2. *Colus*, idem quod *Colon* n 2. nempe dolor intestinorum, die colick. Seren. Sam. 579 *Cum colus, invisum morbi genus, intima carpit*.

Coluſtrum, vide *Colostrum*.

CŎLŬTEA, *æ*, f κολοτέα, arbor fructum ferens in siliqua magnitudine lentis, folia habet non absimilia fœno græco, ut ejus planta, quam *Senam* Mauritani vocant. senet, welsche linsen, lombardische linsen. Hadrianus ex Theophrasto de plant 3, 17. Vide descriptionem ejus apud Matthiolum. ¶ 2. Est & *Colytea*, sed ab illa diversa.

¶ Coluthea, *orum*, n. pl. fructus hujus arboris; ut, *Coluthea apparare*, apud Plaut. Perf. 1, 3, 7, interpretantur bellaria & τραγήματα, ebd. confer.

CŎLŬTHVS, *i*, m poëta Lycopolita Thebæus fuit, ex Lycopoli, nempe civitate Thebaidis, quæ regio est Ægypti, in qua fuit Thebe urbs maxima: præter alia Raptum Helenæ scripsit versibus elocantissimis.

CŎLYCÆ, *arum*, f. pl. specus, in quibus aphronitrum invenitur, salpeterhöhlen. Plin. 31, 10 *Specus aphronitri colycas vocant*.

¶ Colycia, *orum*, n. pl. *muricum generis sunt, quæ vocant Græci Colycia, alii corythia oris halitum custodientia*, Plin. 32, 7. Ibid. c. 11 habet *Colycia sive corophya*; Hard. *Colutia*.

CŎLYMBVS, *i*, m. κόλυμβος, piscina, natatio, ein teich, schwemstte. Lamprid. Eliogab. c. 23 *Maxime aquæ colymbos exhibuit, ia mediterraneis locis maxime eosdem & singulis amicis natantibus dimisit* &c. Prudent. Pass. Petri & Pauli v. 36 *Donec virenti fluctuet colymbo*.

¶ Cŏlymbădes, f. pl. κολυμβάδες, olivæ conditæ, eingemachte oliven, dictæ a κολυμβᾶν, *innatare*. Plin. 23, 3 & sic Apic. 6, 9.

COM, pro *Con*, præpositio inseparabilis ante p, b, m; ut, *Compleo*, *Combibo*, *Commoror*; item ante e in *Comedo*, *Comes*.

CŎMA, *æ*, f. κόμη: proprie capillus intonsus, nondum cæsus, qualis mulierum & puerorum olim fuit, natürlich haar, Isidor. 11, 1. *Nativa conspiciere coma*, Ovid. Amor. 1, 14, 55. Festo *Coma dicitur capillus cum aliqua cura compositus*, zierlich haar. Vide supra *Cirrus*. Itemque Salmas. de Cæsarie p. 552 seq. *Coma*, sing. plus significat quam *come*, vid. in *Crinis*. Ovid. de Arte 1, 517 *Nec male deformet rigidos tonsura capillos*, *Sit coma*, *sit docta barba resecta manu*. *Comam alere*, *nutrire*, Val. Flacc. 6, 709 das haar wachsen lassen. *Coma calamistrata*, Cic. pro Sext. c. 8; *crispa*, Sil. 16, 120; *flava*, Horat. 1 od. 5, 4; *nativa*, Ovid. Amor. 1, 14 ext. *flexilis*, *culta*, Val. Flacc. 5, 588 & 591; *spissa*, Horat. 3 od 19, 25; quæ *pinguis* Suet. Ner. c. 20 dicitur. Atque Torrentius quidem ibi *pinguissimam comam* interpretatur, ex eo quod idem Suetonius *pinguem togam* pro crassa Aug. c. 82, sicut Juvenalis etiam 9, 28 *pingues lacernas* pro crassis dixerit. Casaubonus vero Ἀπαλοκόμιον, quem Græci vocant, interpretatur Ita *Comæ Ambrosiæ*, Virg. Æn. 1, 507; *longæ*, Ovid. Amor. 1, 1, 20; *promissæ & nutritæ*, Liv. 34, 17; *compti*, Virg. Æn. 6, 48; *arrectæ horrore*, ibid. 4, 280. *Nodo comas cogere*, Sen. Hipp. v. 399. *Comam in gradum formare*, in buckeln legen, Suet. Ner. c. 51. *Suggestum comæ* Statius dixit 1 silv. 2, 114. Vide auctoris utriusque interpretes. Lycurgus apud Spartanos edicto sanxit, ut pubertatis annos egressi comam nutrirent, quo videretur graviores, ὅτι τὰς μὲν κεφαλὰς, inquit, ἡ κόμη ἐυπρεπεστέρας ποιεῖ, hoc est, *pulchros quidem coma decentiores præstat*, Plutarch. Et Nicander, quamobrem comam barbamque nutrirent Spartiatæ, interrogatus, respondit, *quod omnium pulcherrimus ac minime sumptuosus suas esset cuique ornatus*, ὅτι πάντων κάλλιστος ἀναπάντητος ἀνδρὶ ὁ ἴδιος κόσμος. Idem in Apophthegm. Idem fecit apud Lacedæmonios Agesilaus, qui comam nutritam ornamentum dixit esse minime constans. Comæ encomium Dion Prusæus scripsit. Multa ad h. l. pertinentia dabunt Interpretes Petronii ad c. 109. ¶ 2. De ovibus & quidem intonsis Columella 7, 3 *Mercabet is oves intonsas*: *vanam & canam comam improbabis*, i. e. lanam. ¶ 3. *Coma* etiam de arborum frondibus dicitur, das laub. Ita Virg. Æn. 12, 209 de arbore loquens: *Posuit comas & brachia ferro*. Horat. 1 od. 21, 5 *Nemorum coma*; & 4 od. 7, 2 *Redeunt gramina campis*, *Arboribusque comæ*. Tibull 1, 4, 28 *Quam cito purpureos deperdit terra colores*, *Quam cito formosas populus albe comas*. V. Barth. ad Nemesia. ecl. 4, 23.

¶ Comula, *æ*, f. dimin. apud Petron. c. 58; & Commodian. Instr. 60, 11.

¶ Como, *are*, a κομάω, κομῶ, coma superbio, nondum habet auctoritatem. Loca Tertulliani & Taciti pertinent ad *Como*, *is*. Est ergo

¶ Cŏmans, *tis*, participium sine verbo, quod dicit Serv. ad Æn. 3, 468, geschmückt mit haaren oder federn, büschicht. Apud poëtas frequenter legitur pro capilloso aut cristato: ut, *Comans galea*, Virg. Æn. 2, 391, & de leone 12, 6 *Gaudetque comantes luctatus cervice toros*. Sic & *Equæ comantes*, Plin. 10, 63. Et, *Colla comantia*, sc. equorum, die mähnen haben. *Comans stella*, ein scheinender stern. Ovid. Met. 15, 749. ¶ 2. Item, pro virenti & florenti. Virg. Georg. 4, 122 *Narcissus fera comans*, der lanasam blühet. Val. Flacc. 1, 429 *Sylvæ comantes*. Stat. Theb. 5, 502 *Humus comans*.

¶ Cŏmātus, *a, um*, qui comam habet longiorem, langhärichr. Plin. 4, 17 *Comata Gallia*. Mart. 10 epigr. 83 *Calvo turpius est nihil comato*. Martial. 12, 99 *Rumpis*, *Galle*, *latus*; *sed in comatis*. Catull. 4, 11 *Sylva comata*, mit laub bewachsen.

¶ Comatŭlus, *a, um*, diminut. Hieron. epist. 10 ad Furiam de viduitate fervanda: *Comatulos*, *comtos*, *atque lascivos domus tuæ tecta non videant*.

¶ Comatōrius, *a, um*, zum haarschmuck gehörig: ut, *Acus comatoria*, die haar-nadel. *Acu comatoria malas alicui pungere*, Petron. c. 21.

¶ Cometa, vide mox seorsum.

¶ Cŏmōsus, *a, um*, idem quod *Comatus*, vel qui comam pascit. Phallicorum poëta 36, 2 *Phœbus comosus*, *Hercules lacertosus*. Plin. 16, 4 *Arbor in orbem comosa*. Superl. *Comosissimus*, ejusdem Plinii est 26, 8.

¶ Comotria, *æ*, f. gr. κομώτρια, perita complicandorum capillorum, eine haarflechterin, putzmacherin. Auctore Festo, *Romæ Vestæ ministræ Comotriæ dictæ fuerunt*, *quasi comptrices sive ornatrices*.

¶ Poëtarum usus etiam multa ex *Coma* composuit epitheta, quæ omnia sub prioribus suis nominibus quæri possunt; ut, Albicomus, Anguicomus, Auricomus & Auricomans, Flammicomus, Flavicomus & Flavicomans, Floricomus, Frondicomus, Ignicomus & Ignicomans, Mollicomus, Viticomus; vide *Albus*, *Anguis*, *Aurum*, *Flamma*, *Flavus*, *Flos*, *Frons*, *Ignis*, *Mollis*, *Vitis*.

¶ Bicŏmis, *e*, das doppelte haarlocken oder mähnen hat; ut, *Equus bicomis*, Veget. de re veter. c. 56.

¶ Prōtŏcŏmium, *i*, n. πρωτοκόμιον, prima coma, der erste haarwachs, der vorderste schopf, Veget. de Re Vet. 2, 11.

CŌMĀGĒNA, *æ*, f. vel Comagēne, *es*, Græcanica terminatione, Syriæ pars septemtrionalis, sub Tauro monte sita: Strabo & Dio lib. 36 itemque Plinius 5, 12 & 24. Etiam Cælius Ciceroni fam. 8, 10 pr. *Copias Parthorum profectas per Comagenem in provinciam nostram*. ¶ 2. Est & herba, quæ *Comagene* vocatur, Plin. 39, 3.

¶ Coma-

¶ Comagēnus, *a, um*, adject. ut, *Rex Antiochus Comagenus*, Cic. fam. 15, 1. *Comagena gallia optima*, Plin. 24, 4. *Comagenus aruspex*, Iuvenal. 6, 548. *Comagenum*, scil. unguentum vel medicamentum, apud Plin. 10, 22; & 29, 3; & Pompon. ICt. l. 21 § 1 ff. de auro, arg. mundo &c.

CŎMĀNA, *orum*, n. pl. τὰ Κόμανα, urbs Cappadociæ, in Antitauri valle sita, Ciliciam versus, opulento fano atque sacerdotio Bellonæ Deæ inclyta. Hirt. B. Alex. c. 34. Strab. 12 p. 369. ¶ 2. *Comana* alia in Ponto τῇ αὐτῇ θεῷ καθιερωμένα, *eidem deæ consecrata*. Strab. eod. lib. p. 383.

¶ Cŏmāni, *orum*, m. pl. κόμανοι, sacri servi sunt Bellonæ, dicti ab ipsius deæ fano, aut ab ejusdem nominis civitate, in qua fanum illud fuit. vid. Strab. lib. 12. Gladiis mutuis se petebant, sanguinem in honorem deæ fundentes, unde Valerius in Argonaut. 7, 636 *Exsectus lacerat Bellona Comanos*. ¶ 2. *Comanus* quoque Segobrigiorum Rex fuit in Galliis, de quo Iustin. 43, 4, 3.

CŎMARCHUS, *i*, m. κωμαρχος, vici magister vel præfectus, der oberſte im dorf, oder über die dörffer. Plaut. Curc. 2, 3, 7.

CŎMĂRUS, *i*, m. Comaron, ita unedinem Plin. vocat 15, 24. vide *Unedo*. ¶ 2. Est & *Comarus* portus Thesprotiæ, haud longe ab Ambracio sinu. Strab. lib. 7 p. 224.

Comassor, vide *Comissor*, Comatus, &c. *Coma*, Combennones, *Benna*, Combibo, *Bibo*, Combinatio, combino, *Bis*, Combito, *Bito*.

COMBRĒTUM, *i*, n. herba Plinio 21, 6 bacchari similis.

Comburo, combustio, vide *Uro*.

CŎME, *es*, f. κόμη, hoc nomine dici herbam *barbulam hirci*, Dioscor. indicat 2, 132, bockbart, oder gauchbrodt, τραγοπώγων. vid. Plin. 21, 15.

Comedo, comedus, vide *Edo*, Comentis, *Conum*.

CŎMES, *itis*, m. & f. qui iter cum aliquo facit, qui cum aliquo simul it, ein gefehrt, reiſe-geſell, begleiter. Publ. Syrus: *Comes facundus in via pro vehiculo est*. Cic. fam. 1, 9 *Comitem se alicui præbere*. Vellej. 2, 53, 1 *Hos comites ei fortuna aggregavit*. Et ibid. n. 2 *Fugæ comitem habet uxorem*. Virg. Æn. 3, 913 *Comes infelicis Ulyssis*. ¶ 2. Additur & aliis, & significat plerumque particeps, theilhafftig; ut, *Comes imperii*, ein reichsgenoß, Sen. Hipp. v. 1108. *Comes tum honoris tum etiam calamitatis*, Cic. pro Sylla c. 23. *Comes laborum, periculorum*, &c. Id. fam. 13, 71; Conf. Ovid. Met. 8, 565, ein mitgenoß. Conf. Lanf. de Academ. p. 80. *Grammatica est dulcis comes secretorum*, Quintil. 1, 4. *Eloquentia pacis est comes otiique socia*, Cic. de Clar. Or. c. 12. Lucret. 2, 580 *Pluvialus mortis comites & funeris atri*. Horat. 4 od. 5, 24 *Culpam pœna premit comes*. ¶ 3. *Comitum* nomine veniebant & illi proprie, qui proconsules atque prætores in provinciis sequebantur, consilii juxta vel operæ officiique præstandi gratia: qui cœtus & *amicorum cohors* dicebatur. Servi enim comitum nomine (quippe quo honestiores tantum continebantur) excluſi erant, ut clare docet Suetonii locus Cæs. c. 4. Horat. 1 ep. 8, 1 *Celsi gaudere & bene rem gerere Albinovano Musa rogata refer comiti scriboque Neronis*. Vbi operæ erit Torrentium legere. Vide & Sigon. lib. 2 de Antiquo Iure Provinc. p. 145; itemque Barth. ad 10 Theb. Statii p. 1176. A Scipione primum introductum hunc morem Casaubonus ad Suet. p. 145 observat. ¶ 4. Hinc, qui circa imperatorem poſtea dignitate aliqua vel militari, vel togata conspicui essent, (οἱ περὶ τὸν βασιλέα, ut Zosimus 5, 25 appellat,) ut & provinciis dati essent rectores, sic appellabantur. Hinc *Comes Palatii*: *Comes consistorii*: *Comes stabuli*: *Comes sacrarum largitionum*: *Comes archiatrorum*; item *Comes Africæ*, *Illyrici*, &c. Quorum passim in utroque Codice, Notitia Imperii, apud Symmachum etiam & alios hujus generis auctores mentio fit. Conf. Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p. 47, 48. Schild. ad Suet. p. 344 seq. Barth. ad Rutil. Itinerar. p. 168. Eitque hic titulus ac honor a Conſtantino M. inſtitutus, ut Euſebius auctor est lib. 4 de vita ejus. Nec ex origine alia deducendi sunt, qui appellantur hodie *Comites*, Grafen. Sed nunc id nominis hæreditariæ cujusdam nobilitatis gradum dominioque proprii speciem designat, quod muneris olim atque officii & delegati imperii ac potestatis fuit. Sic *Comites Palatini*, Pfalß-Grafen, Saxonib. epiſt. 263. Vide Cambdenum in Britannia; Sig. Gelenium in Notit. Imperii; nec non Rhenanum lib. 1 Rerum Germ. & alios. ¶ 5. Sed & *Pædagogi* olim honestiore vocabulo *Comites* appellati: qui & *monitores*, item *rectores* dicebantur. Ita Suet. Aug. c. 98 Thrasyllum *Tiberii comitem*; & Tib. c. 12 M. Lollium, *comitem & rectorem C. Cæsaris* vocat. Item Claudio c. 35 *Et ne cuivis comiti aut librario calamariæ aut graphiarium thecæ adimerentur*. ¶ 6. *Comites* etiam dicuntur milites aliis adjuncti, apud Nepot. 17, 6, 3.

¶ Comitissa, *æ*, f. id est, *illustrissima comes*, eine Gräfin; recens & minus Latinum vocabulum.

¶ Cŏmito, *avi*, *atum*, *are*, & frequentius Comitor, *atus sum*, *ari*, einen gefehrte ſeyn, einen begleiten, folgen. *Superbia comitatur honores*, Claudian. de Conſul. Mall. Theod. v. 243. Cicero etiam cum Dativo junxit Tuſc. 5, 35 *Cæteraque, quæ comitantur hanc vitæ*. Eodem modo Accius apud Nonium 2, 125 *Si comitassit patri*. Sed *Comitari famus*. Nepos 25, 22, 4, zur leichę gehen. Itaque hoc verbum inter voces hujus officio proprias, quas refert Kirchm. de Funer. 2, 10. Virg. Æn. 11, 51 *Non invenio exanimum vano mœsti comitamur honore*, conf. ibid. v. 51. Absolute Idem Æn. 3, 660 *Lanigeræ comitantur oves*, i. e. sequuntur eam. Et Cic. fin. 2, 19 *An est aliquid per se ipsum flagitiosum, etiamsi nulla comitetur infamia*. Activa forma Ovidius aliquoties usus est, ut 2 ex Ponto 3, 43

Pirithoum Theseus Stygios comitavit ad undas.

Id Met. 14, 259 *Nyctaque adulantes comitant Stygia*, conf. ibid. 8, 692. ¶ 2. Et hunc passive Idem Trist. 3, 7, 47 *Ingenio non comitante fuit*.

Iustin. 30, 2, 4 *Iam pacatantis, jam comitantium*.

¶ Comitans, *is*. *Comitantium turba*, Ovid Amor 1, 7, 37. *Non æquo comitantes ordine*. Sil 4, 31. *Nullo lætas comitante*, Sen Hippol. v. 924. Nep. 25, 22, 4 *Comitantibus omnium bonis*. Virg. Æn. 4, 48 *Teucrûm comitantibus armis*. Propert. 4, 3, 16 *Nupsi non comitante Deo*. Add. Curt. 5, 13, 18; & 6, 5, 11.

¶ Comitantia, *æ*, f. die begleitung, apud Iul. Firmicum.

¶ Cŏmitātus, *a, um*, begleitet, vergeſellſchafftet. Virg. Æn. 1, 316 *Ipse una graditur comitatus Achate*. Add. 2, 580 Ovid. de Arte 2, 279 *Ipse licet Musis venias comitatus, Homere*, &c. Virg. Æn. 6, 112 *Ille meum comitatus iter*. Cic. Catil 2, 2 *Illud nolite fieri, quod ex urbe parum comitatus exierit*. Comparativo etiam usi sunt Cic. Tuſc. 5, 29 *Ajebat piadem ferunt, cum quidam quæreret, qui? ei cæcitas attulisset: respondisse, ut uno puero esset comitatior*. Plin 10, 37 *Furto* (columbas) *comitatiores reverti*. Et Apul. Apolog. 1 p. 288 *Hercules neque una pelle vestitior, neque uno baculo comitatior fuit*.

¶ Comitatus, *us*, m. ſubſt. cœtus vel munus comitum; vel qui sequuntur aliquem, das geleite, gefolg, reiſe-geſellſchafft: ut, *Semvir comitatus*, Virg. Æn. 4, 215. *Magno comitatu venire*, Sen. epiſt. 7. Cic. Catil. 3, 2 *Cum magno comitatu ingredi*. Et c. 3 *Literæ eorum in eo comitatu*. Et, *Comitatus virtutum*, Id. Parad. c. 2. ¶ 2. Apud Cæſarem *Comitatus* vocari videtur numerus, sive turba collecta ex vario hominum genere, qui per dubium belli tempus simul faciunt iter, ut sibi præsidio mutuo sint, si quis incidat casus, & tuto, quo destinarunt, & in amica castra præcipue supportandorum commeatuum, aut aliarum rerum causſa perveniant, eine reiſe-volck. Vt B. Civ. 2, 48 *Neque civitates, quæ ad Cæsarem omnibus rebus accesserant, frumentum supportare neque ii, qui paludatum præsidii erant, intercluſi fluminibus revertı, neque maximi comitatus, qui ex Italia veniebant, in castra pervenire poterant*. Habes utus hujus exempla & c. 51 & c. 54 ext. Ita *comitatum* dixeris, quem itinerum scriptores *Caravanam* vulgo appellant, i. e. manum una iter per deserta aut periculoſa loca facientium. ¶ 3 Vt *Comites* dicebantur, qui in palatio imperatoris, ut observavimus paullo ante, militabant, sic ipſa aula principis recentioris notat scriptoribus *Comitatus* haud raro appellatur, die hofſtat. Ausonius epiſt. 17 *Expertus es fidem meam mentis atque dictorum, dum in comitatu degimus ambo, avi cisparres*. Vbi κατ' ἐξοχὴν comitatum aulam principis vocat. Symmachus ut notam discriminis adderet, *sacrum comitatum* non semel dixit, ut 9 epiſt. 8 & 10 epiſt. 39. Sidon. 1 ep. 11 *Temporibus Augusti Majoriani venit in medium charta comitatum, sed carens indice, versuum plena satyricorum*. Quin ipſe Tacitus Hiſt. 2, 65, 4 *Cluvius comitatu principis adjectus, non adiuta Hispania, quam vexit absens*: id est, in aulam aſſumtus. ¶ 4. *Comitatus*, ſubſt. die grafſchafft, ex vulgari usu temporum nostrorum. Hinc

¶ Comitātensis, *e*, adject. pro eo, quod in comitatu est. Sic *munus comitatense*, L. 38 Cod. Theod. de Decurionibus; *Comitatensis fabrica*, Ammian. 18, 8, (Valeſ. c. 4.) id est, machinatio & delatio a comitatensibus instituta: *Comitatenses excubiæ*, Ennod. 8 ep. 16. *Comitatense exercitium*, Id. 4 ep. 33, ad quem locum Sirmondus: *Comitatenses generaliter vocantur omnes, qui in sacro palatio militant in principis comitatu: interdum palatini peculiariter appellati, qui in officio erant utriusque comitis largitionum*. Vide ibi plura, etiam exempla utriusque notionis.

¶ Comitivus, *a, um*, ad comites pertinens; ut, *Comitiva dignitas*, apud Veget. 2, 9, ubi Scriver. vide. Etiam absolute *Comitiva*, pro dignitate comitis. Vid. du Freſne Gloſſarium.

¶ Comitābilis, *e*, geſellig. Paulinus Nolanus Ausonio Carm. 10 (vet. ed. 12) v. 291 *Ipse obit, atque illi suus est comitabilis error*.

¶ Concomitor, *ari*, Comiter, Quintiliano tribuitur. Hinc philoſophi *Concreta* vocant *Concomitantia*. Et hinc

¶ Concomitatus, *a, um*. Plaut. Mil. 4, 3, 10 *Quibus concomitata recte dare iter dom. m.*

¶ Excomite dicitur, qui fuit comes proconſulis aut prætoris (de quo in *Comes* n. 3) apud Ammian. 14, 7.

¶ Incōmitatus, *a, um*, sine comite, unbealeitet. Ovid. 2 ex Ponto 3, 35 *Ludice te me cede caret, per sæpe patenda est Exterius virtus incomitata bonis*. Cic. de orat. 1, 55 *Cujus artem cum indutatam esse, atque incomitatam, & incentam videres, verborum cum & re ipsa ornatu & ornasi*. Virg. Æn. 4, 467 *Sola sibi semper longam incomitata videtur Ire viam*. Et Sil. 9, 101 *Incomitata vestigia*. conf. Varr. R. R. 2, 10.

¶ Incōmes, *itis*, ſine comite. Feſt.

Comeſſor, comeſſator, &c. vide *Comissor*, Comestor, comesus, *Edo*.

CŌMĒTA, vel Comētes, *æ*, m. Græce Κομήτης, Latine *Crinita* & *cincinnata stella*, fecundum Cic. de N. Deor. 2, 5; ein comet. Apul. de Mundo: *Ex ea parte, qua cornibus finitimi imminet sol, ejaculari atque emicare & scintillare flamme quædam offensa oculis nostris videntur, quas Græci Cometas, & Dædalas, & Bothynos appellant*. An ſtellæ sint, disputant philoſophi. Esse, erudite docet Seneca Quæſt. N. 7. Plinius certe 2, 25, ubi plures cometarum species, suis nominibus distinctas, refert; *Sidus terrificum*, cometen vocat. Vide & Servium ad Æn. 12, 272 Ammian. 25, 10 (ubi & variantes Physicorum rationes pertinent) & 30, 21 *Sidera cometarum* appellat. *Cometæ præmuncii sunt magnarum plerumque calamitatum*, Cic. Nat. D. c. 1. Tibull. 2, 5, 71 *Belli mala signa, cometes*. Lucan. 1, 526 *Ignota obscuræ videramt pallere nubi, &c. O magnas per inane faces, crinemque timendi Sideris, & terris mutantem regna Cometen*. Valer. Flacc. 6, 697 *Iratoque vocati Ab Ioue fatales ad regna infida cometæ*. Contra quam opinionem eruditissima oratione disseruit Andreas Dudithius. Alii, inter quos & Chæremon Stoicus fuit, tradiderunt, Cometarum alios mala & tristia, alios læta atque felicia significare, illos nempe, qui de Ioue & Venere fiant. Sic cometa, qui in ludis Veneris genetricis apparuit, salutaris Augusto fuit, teste Plin. 2, 25. Contra qui ex Marte & Saturno, diros exsistere & infelices; ut Servius ex Avieno annotat. Quem vide ad illud Georg. 1 sub fin *Non divi vetuere seres cometen*: Et Iliad. Æn. 12, 272 *Si quando nocte cometæ Sanguinei lugubre rubent*. Locum illum Plinii 2, 25 de cometarum generibus, nominibus &c. explicat & illustrat Gesnerus Chretien p. 52. Elit & elegans disputatio Ioach. Camerarii de eorum, qui cometæ appellantur, natura, causſis, signifi-

cationibus. ¶ 2. *Cometes* unus ex Argonautis, Ovid. Met. 10, 284; Val. Flacc. 1, 356.

Comicus, comicus, vide *Comœdia.*

COMINIA, *æ*, f. genus olivæ Plin. 15, 3; & Pallad. 3, 18.

Cominus, adverb. vide in *Manus.*

COMIS, *e*, in omni sermone & cultu vitæ facilis, amœnus, jucundusque, hoflich, sittsam, freundlich, holdselig. Extenditur & ad liberalem atque benignum: unde Plautus & pro prodigo *comem* dixit Trin. 1, 1, 24. Cic. pro Balbo c. 16 *Comes, benigni, faciles, suaves homines*, &c. Plin. 35, 4 extr. Tiberium *parum comem* imperatorem vocat, id est, elegantiarum parum studiosum, (loquitur enim de picturis eo loco) atque subrusticum adeo. Vet. Gloss. *Comis, κόμιος.* ¶ 2. Compar. Cic. pro Mur. c. 31 *Quis C. Lælio comior, quis jucundior?* Superl. vulgo profertur ex Suet. Vesp. c. 22 *Semper alias comissimus*: sed Gruterus ex MS. restituit, *super aleas communissimus*, quod mirifice placuit Casaubono, etiam ab editore Græviо expressum est. Legitur tamen idem gradus apud Apul. 10 *Comissimis affatur sermonibus.* Ita Elmenh. p. 247, & Pricæus p. 224. Et lib. 11 p. 268 (Pric. 255) *Senex comissimus.*

¶ Cōmiter, adverb. idem; ut, *Consolari comiter*, Cic. Att. 3, 15. *Comiter aliquem adjuvare*, Ter. Phorm. 3, 3, 4. *Comiter & benigniter aliquem compellare*, Liv. 2, 44. *In convivio jucunde ac comiter esse*, Cic. pro Dejot. c. 7, quod Livio 1, 22 est *Convivium cumiter celebrare. Comiter habitare*, pro, eleganter & splendide habitare, Plin. 17, 1 dixit. *Comiter alicujus majestatem conservare*, quorundam fœderum formula erat, quam explicat Cic. pro Balbo c. 16. Superl. Plauti est Mil. 3, 3, 66 AC. *Datne ab se mulier operam?* PA. *Lepidissime & comissime.*

¶ Comitas, *ātis*, f. ipsa virtus, a qua perhibemur *comes*: quæ humanitatis species est, & eadem ferme, quæ alias appellatur *benignitas*; de qua supra ex Hieronymo diximus, die freundlichkeit, höflichkeit. Opponitur enim duritiæ, & severitati, & tetricis moribus &c. Tac. Agric. 16, 4 *Trebellius segnior & nullis castrorum experimentis comitate quadam curandi provinciam tenuit*: i. e. facilitate, lenitate. Namque & Cic. ad Q. Fratr. 1, 1, quam lenitatem in prætore commendaverat, & severitati oppoſuerat, mox *comitatem* dicit, & ab effectu *jucundam* voverat: cum *severitas* contra acerba sit atque ingrata. Hoc est, quod idem Tacitus Hist. 1, 13, 6 *Comiter administrare provinciam*, dixit. *Cœnam exquisitissimæ comitatis*, i. e. jucunditatis & hilaritatis, Suet. dixit Othone c. 3. Id. Auguſt. c. 98 *Caprearum quoque secessus quatridaum impendit: remississimo ad otium & omnem comitatem animo.* Et hujus *comitatis* excessum *petulantiam* vocat Plin. 8 epist. 21. De *Comibus* & *comitate* plura etiam apud Pontanum leges de Serm. 1, 10 & 28. Conf. & Indicem ad Corn. Nep. hac voce.

¶ Incōmis, *e*, unhöflich, unfreundlich. Macrob. Sat. 1, 7 *Incomis & tenebrosa vita.*

¶ Percōmis, *e*, valde comis. Cic. de Clar. Or. c. 58 pro superlativo usus est: *Scævola peritissimus juris, idemque percomis esse habitus.*

CŌMISSOR, *āri*, (ita enim scribendum, non *Comessari* & *Commessari*) ex Græco κωμάζειν, est a cœna bibere, & foris quidem maxime. Festo *Comissor* appellatur a *vicis, quos Græci κώμας dicunt. In his enim habitabant prius, quam oppida conderentur, quibus in locis alii alios convictus caussa invitabant.* Plaut. Most. 1, 4, 5 *Nunc comissatum ibo ad Philolachen.* Horat. 4 od. 1, 11 *Tempestivius in domo fastum ibo ad Philolachen.* Horat. 4 od. 1, 11 *Tempestivius in domo Paulli purpureis ales oloribus, Comissabere Maximi.* Liv. 40, 7 *Hujus rei ignarus Demetrius, quin comissatum, inquit, ad fratrem imus.* conf. Ter. Eun. 3, 1, 51. Suet. Dom. c. 21 *Convivabatur non ultra solis occasum, nec ut postea comissaretur.* Originem verbi reique aperit Scalig. de Satyra 1, 4 extr. & Voss. Etym. p. 151. Add. Burm. ad Petron. c. 65 p. 324.

¶ Comissans, *tis.* Suet. Cal. c. 32 *In conspectu prandentis vel comissantis.* Adde Curt. 8, 10, 18; 9, 10, 27.

¶ Comissatio, *ōnis*, f. comporatio a cœna, Suet. Vitell. c. 13 *Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in jentacula, prandia, cœnas, comissationes.* Id. Tito c. 7 *Ad medium noctem comissationes cum aliis extendere.* Cic. Catil. 2, 5 *Comissationes quærere.* conf. Id. pro Cælio c. 15; Varr. L. L. 6, 5; & Fest.

¶ Comissator, (commessator,) *ōris*, m. qui comissatur. Apul. de Mundo p. 74 *Hic ad convivii repotia & vespertinus comissator adventat.* conf. Idem Apol. p. 322; & Gell. 4, 14. Martial. 9 epigr. 62 *Atque oluere Lares comissatore Lyæo.* Liv. 40, 7 *Comissatores, tamquam ad cædem suam venientes, aditu januæ arcet.* Cic. Att. 1, 16, Catilinarios vocat *comissatores conjurationis*, a vitæ studiis, quibus deditissimi erant. Vid. Catil. 2, 5.

¶ Comissabundus, *a, um*, Liv. 9, 17 de Alexandro M. *Per Indiam temulento agmine comissabundus incessit.* Plin. 21, 3 *Comissabundi juvenes.* Add. Curt. 5, 7, 10; 9, 10, 26.

¶ Comissalia, *orum*, genus convivandi. Laudat Ramires. pentecont. c. 11 extr. c. cum oportet 2 dist. 44 *Non oportet ministros altaris vel quoslibet clericos, aut etiam laicos christianos, ex symbolis, quæ vulgus comessalia appellat, convivia celebrare.*

¶ Comissaliter, (vel Comessaliter,) adverb. bey der jeche, bey dem schmauß; ut, *Cantare comissaliter*, Sidon. 1 epist. 5.

Comitas, comiter, vide *Comis*, Comitatus, &c. *Comes*, Comitialis, &c. *Comitium.*

COMITIVM, *i*, n. videtur proprie quemlibet cœtum seu conventiculum significare, a *coëundo* videlicet, unde & cœtus dicitur: *Comitium*, quasi *Coitium*, eine versammlung, zusammenkunfft. Vet. Gloss. Ὀχλαγωγιον, *Comitium.* Item Ὀχλαγωγῶ, *comitium facio, circuitor.* Sic *Comitia amicorum*, Nepos 25, 4, 3, in quibus agitur de amicorum dignitatibus: ad hæc ventitare, ibique petitionem amici auctoritate & suffragio juvare, officii erat. ¶ 2. *Comitium* locus Romæ in foro juxta curiam; ut indicat Liv. 1, 36. Ibi antiquitus disceptabantur caussæ, habebanturque curiata comitia a populo: qui cum eo coiret, inde nomen accepit. Varro L. L. 4, 32 *Comitium*, inquit, *ab eo, quod coibant eo comitiis curiatis & litium caussa.* Vel quod Romulus Tatiusque, cum sociarent regnum Romæ, pangendi fœderis caussa ibi coierunt, ut Plutarchus in Romulo auctor est p. 30. Sumebantur ibi & supplicia de fontibus. Vnde *Comitium & virgas pati*, pro pœnam pati, Plinius dixit 4 epist. 11; Vbi vide & notas Buchneri. Multis annis *Comitium* tecto caruit, unde comitia indicta sæpe ob tempestatem dissoluta: longo tempore post, ubi Hannibal in Italiam venit, tectum impositum fuit, ut Liv. 27, 36 refert: a Cæsare postea instauratum. Cic. pro Sext. c. 35 *Forum, comitium, curiam armatis hominibus occupare.* Hujusmodi locus hodie diceretur das land-haus, parlament-haus. Cæterum præter hoc in foro comitium erat etiam aliud in campo Martio. vid. de utroque Spanh. de usu & præst. num. diss. 10 p. 191 seq. ¶ 3. *Comitia* in plurali numero dicebantur conventus universi populi Romani, cum in Campo Martio ad Tiberim, cum creandorum magistratuum, tum ferendarum legum & exercendi judicii caussa coibat, quæ non unius generis erant. Alia enim *Centuriata*, cum populus per classium centurias ferebat suffragia, de quibus Cic. pro domo sua c. 14 f. & Plutarch. in Gracchis; alia *Tributa*, cum populus tributim, sive per tribus descriptus suffragia ferebat, v. Cic. de Leg. 3, 19; Gell. 15, 27; & alia *Curiata*, sub quibus *Calata* etiam continebantur, quæ a Curiis, quas XXX instituit Romulus, minores Romani Pop. partes (majores enim *tribus* appellabantur,) dicta sunt. v. Liv. 5, 52; Gell. 15, 27. De omnibus autem, & qua tatione, atque quibus haberentur, peculiari opere in tres divisso libros Nic. Gruchius Rotomagensis expoſuit DE COMITIIS ROM. inscripto. Adde de iisdem P. Merulam; & Rosini Antiq. lib. 6. Porro *Consularia Comitia* dicebantur, quæ creandorum consulum; *Prætoria*, quæ prætorum; *Ædilitia*, quæ ædilium: *Tribunitia*, quæ tribunorum: *Quæstoria*, quæ quæstorum caussa habebantur. v. Cic. pro Mur. c. 18; ad fam. 7, 30. Apud Liv. 1, 35 *Comitia creando regi* etiam legas. *Comitia imperii*, der reichstag, recte dici negaverat Vossius; sed asserit Sciopius Animadv. p. 10.

¶ Comitialis, *e*, ad comitium pertinens: ut *Comitiales dies*, rathes oder gerichts-tage, wahl-tage, *quibus cum populo agi licet*, ut Macrob. Sat. 1, 16 interpretatur. Adde Varr. L. L. 5, 4; Cic. ad Qu. Fr. 2, 13; Liv. 3, 11. Sic, *Mensis comitialis*, Cic. Ver. 2, 52. *Homines isti comitiales sunt meri*, i. e. semper in comitiis agunt, Plaut. Pœn. 3, 2, 7. ¶ 2. *Comitialis morbus*, qui ἐπιληψία Græcis, Latinis *Caducus* dicitur, quo homo subito concidit, & spumæ ore moventur, die böse kranckheit, die schwere noth, fallende sucht. Plinius sic appellavit 20, 6; & Celsus 2, 8; præcipue 3, 21 & 4, 20. Sic Sen. de Ira 3, 10 *Comitiali vitio corripi.* Hinc *Comitialis homo* ap. Plin. 20, 5. Clarius Apulejus Apol. 1 p. 306 *Repentino mentis nubilo obtorpescunt, & moribundo corpore, cessante animo, cadunt. Eum nostri non modo majorem & comitialem, verum etiam divinum morbum, ita ut Græci ἱερὸν νόσον vere nuncupari unt; videlicet quod animi partem rationalem, quæ longe sanctissima est, eam violat.* Vid. P. Crinit. de H. D. 25, 1. Ideo sic appellatus, quod dirimerentur comitia, si quis ex eo, cum haberentur, concidisset. Q. Serenus Samm. c. 57, 1015 sq. *Est subiti species morbi, cui nomen ab illo est, Quod fieri nobis suffragia justa recusat.* Festo est *morbus major* in voce *Prohibere*; & Iust. 13, 2, 11 *Valetudinem majorem* vocat. Alii appellant *morbum caducum, Herculeum, sacrum*, &c.

¶ Comitialiter, adverb. idem ac epileptice. Plin. 22, 21 *Si id comitialiter accidat*, i. e. in morbo epileptico.

¶ Comitiarius, *a, um*, idem ac *Comitialis*; ut, *Comitiaria statio*, Liv. 23, 16, sed meliores libri habent *cotidiana statio.* vid. Gronov.

¶ Comitio, *are.* Sic rectius forte pro *Comitare* in Isidori Gloss. & Exc. Pithœanis: *Comitiare, loqui in conventu, eundo, redeundo, ambulando.* Hinc formula ap. Varr. L. L. 5, 4 *Quando rex* (sacrificulus) *comitiavit fas.*

¶ Comitiatus, *a, um*, suffragiis populi in comitiis electus, erwehlt in öffentlicher wahl. Asconius in Prœm. Act. in Verrem p. 56 *Tribunorum militarium duo sunt genera: Primum eorum, qui* RVFVLI *dicuntur, hi in exercitu creari solent; Alii sunt* COMITIATI, *qui Romæ Comitiis designantur.* Conf. Cic. Att. 4, 15.

¶ Comitiatus, *ūs*, m. subst. comitia, conventus comitialis, die versammlung. Cic. de Leg. 3, 19 *Lex altera de capite civis rogari, nisi maximo comitiatu, vetat.* conf. ibid. c. 4.

¶ Incomitio, *are*, pro, in comitia vocare, zusammenruffen. Plautus posuit Curc. 3, 1, 31. Sed Festus, INCOMITIARE, inquit, *significat tale convicium facere, pro quo necesse sit in comitium, hoc est, in conventum venire*; hoc est, *caussam dicere.*

Comitivus, comitor, vide *Comes.*

COMMA, *ātis*, n. κόμμα, *incisum*, vel *incisum*, ein kleiner abschnitt, ut Cicero in Orat. c. 62 vertit; pars periodi, perfecti nihil habens, & sæpe una tantum voce constans, vide *Periodus.* ¶ 2. In Carmine *Commata* dicuntur partes versuum, quæ integros pedes, sive integras regiones non habent, nam quæ habent, *cola* appellantur. Vt, *Arma virumque cano*: Comma est: neque enim habet tres pedes perfectos. Contra Colon est: *Defecisse videt sua.* Sunt enim tres integri pedes. Vide Mar. Victorium & Atilium Fortunatianum Grammaticos, itemque Voss. lib. 4 Instit. Orat. p. 58, 61. ¶ 3. *Commata* sunt etiam aquarum emissaria & incilia, teich-graben. v. Vlp. 47 Dig. t. 11 l. 10. ¶ 4. *Comma* etiam dicitur character nummi; unde *nummi πονηρᾶ κόμματος, mali commatis*, apud Aristophanem. Vide infra in *Nota.*

¶ Commaticus, *a, um*, brevis, succisus, kurtz, wohlgefaßt; ut, *Hymnus commaticus*, Sidon. 4, 3. *Commatica pronunciatio*, Cæl. Rhod. 27, 7. *Hoseus commaticus est, & quasi per sententias loquens*, Hieron. Prologo in 16 Prophet.

¶ Incomma, *ătis*, n. ἔγκομμα, in Gloss. Isidori *Incomma, mensura militum*, ein soldaten-maaß. Veget. 1, 5 *Proceritas tyronum ad incommam semper exacta*: nempe ad palum in terram defixum, ad quem statura cujusvis in militiam adsciti exigebatur. v. Salmas. Hist. Aug. p. 199.

Commaculo, vide *Macula*, Commalaxo, *Malacia*, Commalle, *Volo*, Commalhoro, *Malleus*, Commando, *ere*, commanduco, *Mando, ere*, Commanipulus, &c. *Manipulus*, Commargino, *Margo*, Commasculo, *Mas*, Commaticus, *Comma.*

Commeatus, &c. vide *Meo*, Commeleto, *Meletema*, Commemoro, &c. *Memini*, Commendatio, commendo, &c. *Mando, are*, Commensalis, *Mensa*,

Mensa, Commentarius, commentor, &c. *Mens*, Commercium &c. *Merx*, Commessor, &c. *Comissor*, Commeto, *Meta*.

Commictilis, vide *Mingo*, Commigratio, *Migro*, Commilito, *Miles*, Comminatio, *Mina*, Comminctus, *Mingo*, Comminiscor, *Mens*, Comministro, *Minister*, Comminor, *Mina*, Comminuo, *Minor*, Comminus, *Manus*, Commiseratio, commiseror, &c. *Miser*, Commissio, &c. *Mitto*, Commitigo, *Mitis*, Commixtio, &c. *Misceo*, Commobilis, *Moveo*, Commodatio, *Modus*.

COMMŎDIĀNVS, *i*, m. poëta Christianus, qui, ut Gennadius in Catalogo Illustrium Virorum de eo scripsit, dum inter seculares literas Christianorum legit, occasionem accepit fidei, atque ipse Institutiones LXXX adversus paganos pro Christiana disciplina exaravit, in quibus falsos gentium Deos pravosque cultus acriter perstrinxit. Vixit sub initia quarti a Christo nato seculi. Cujus vero civitatis fuerit, non satis constat. Rigaltius Romanum civem facit: Sed Dodwellus Afrum fuisse ostendit, eo quod multa cum Cypriano communia habuerit. Vide Schurtzfleischium in præfat. Commodiani, & Dodwelli huic annexam dissertationem.

COMMODVS, *a*, *um*, vide in *Modus*, a quo dictum est, cum omnibus derivatis & decompositis. ¶ 2. *Commodus*, L. Aur. Antoninus, patri M. Antonino, cui in Imperio successit, prorsus dissimilis, & alter Nero. vid. Lamprid. in ejus vita, Eutrop. lib. 8, & Ausonii Cæs. 18.

¶ Commodianus, *a*, *um*, adject. a Commodo Imp. ut, *Horti Commodiani*, ap. Spart. in Pesc. Nigro. *Conchicla Commodiana*, Apic. 5, 4.

Commollio, vide *Mollis*, Commolo, *Mola*, Commonitio, &c. *Moneo*, Commoratio, *Mora*, Commorior, &c. *Mors*, Commoror, *Mora*.

COMMŌSIS, *is*, f. κόμμωσις, *gummitio*, primum mellificii fundamentum, Plin. 11, 7.

Commotio, &c. vide *Moveo*, Communico, &c. *Munus*, Communitio, *Muvio*, Communio, *onis*, communis, &c. *Munus*, Commurmuro, *Murmur*, Commutatio, *Muto*.

Como, *are*, vide paullo ante *Coma*.

COMO, *compsi*, *comtum*, *comāre*, ornare, componere, schlichten, schmücken. Maxime ad cultum capitis & capillorum pertinet, ut exempla auctorum testantur. Sic Sil. 7, 447 *Nivea comebat fronte capillos*. Tibull. 1, 8, 15 *Comserit arte caput*. conf. Id. 4, 2, 10. Ovid. Fast. 2, 560 *Comat virgineas hasta recurva comas*. Add Id. Amor. 2, 8, 2. ¶ 2. Inde ad omnem cujusque rei ornatum transfertur, & simpliciter *ornare* significat. Inde *comtum opus*, de libro eximie & eleganter culto Tibullus dixit 3, 1, 14. Idem 4, 6 pr. *Tuta tibi est bello, tibi se letissima comsit*: i. e. ornavit, excoluit. Sequitur enim mox: *Illa quidem ornandi caussas tibi, Diva, relegat, Sed tamen occulte est, cui placuisse velit*. Ter. Heaut. 2, 2, 10 & 11 *Nosti mores mulierum: Dum moliuntur, dum comantur, annus est*. Stat. Sylv. 1, 2, 110 *Comere colla genasque*. Martial. 12 ep. 84 *Exiguus flexo comentem dente capillos, Dicet Achilleas dispositisse comas*. Ovid. Heroid. 4, 75 *Stat procul a nobis juvenes, ut fœmina, comti*; *Fine coli modico forma virilis amat*. Tac. Germ. 18, 3 *Munera, quibus nova nupta comatur*. Tert. de pall. 3 *Vellera, quæ lautiores comant*.

¶ Comtus, *a*, *um*, geputzt, gezierct; ut, *Erant illi comti capilli*, Cic. in Pis. c. 11. *Comtis est veneranda comis*, Tibull. 4, 2, 10. *Præcinctî pueri comtique*, Horat. 2 sat. 8, 70. *Comti de more capilli*, Virg. Æn. 10, 832. *Natura comta*, Lucret. 1, 948, id est ornata. Tibull. 3, 1, 14 *Comtum mittere opus*. Tac. Hist. 1, 19 pr. *Comtior sermo*. Et Augustin. de Quantitate Animæ c. 33 *Animam mundissimam reddere & comtissimam*.

¶ Comte, adverb. Gell. 7, 3 *Nimis comte atque modulate res acta est*. Et paucis interjectis: *Ea omnia distinctius memoriosiusque, ac comtius, fortasse dici potuerunt*. Sen. epist. 75 *Comte differere*.

¶ Comtus, *ûs*, m. subst. ornatus, der Schmuck, Zierath. Lucret. 1, 87 *Infula virgineos circumdata comtus*. Conf. Fest. in *Comitum*.

¶ Incomtus, *a*, *um*, inornatus, ungeputzt, ungeziert. *Capilli incomti*, Horat. 1, 12, 41. *Caput incomtum*, Id. Epod. 5, 16. *Oratio incomta*, Cic. in Orat. c. 23. Comp. *Incomtiore capillo*, Suet. Aug. c. 69.

¶ Incomte, adverb. idem. Ammian. 31, 2 *Stipites dolantur incomte in hominum figuras*. Et Stat. Sylv. 5, 5, 34 *Incomte laudare*.

CŌMOEDIA, *æ*, f. κωμῳδία, ein Schauspiel, dicta vel a κώμη & ᾠδή, quod in vicis ejusmodi poëmata decantarentur, vel a κωμάζειν & ἄδειν, h. e. a *comissando* & *canendo*. Definitionem ejus vide apud Scalig. Poët. 1, 5. Duplex erat: *Vetus*, cujus ingens fuit invehendi in mores hominum licentia; de qua Horat. 1 sat. 4, 4 *Si quis erat dignus describi, quod malus, aut fur, Quod mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui Famosus, multa cum libertate notabant*. Et Cic. in Bruto c. 62 *Athenienses Hyperboli improbitatem veteres Atticorum comœdiæ notaverunt*. Vide & Horat. de Art. Poët. v. 281; Quintil. 1, 8; & Lucianum de Gymnasiis p. 849, ubi de utilitate hujus licentiæ habes; de qua etiam Quinct. 10, 1 p. 896 sq. Ejus auctores præcipui fuerunt *Eupolis*, *Cratinus* & *Aristophanes*, ut Horatius l. c. itemque Quint. l. c. enumerant. *Nova*, quam Menander instituit, minus habuit libertatis & acerbitatis, plus elegantiæ. De origine comœdiæ apud Rom. v. Liv. 7, 2. Est autem *Comœdia imitatio vitæ*, *speculum consuetudinis*, *imago veritatis*, ut Cicero definit apud Donatum in Vit. Terent. *In qua effictos nostros mores in alienis personis*, *expressamque imaginem nostræ vitæ quotidianæ videmus*, quemadmodum idem de ea scripsit pro Rosc. Am. c. 16. Quænam in comœdia potissimum spectanda, legere poteris apud Voss. Instit. or. p. 21. Partes habet necessarias *Protasin*, *Epitasin*, & *Catastrophen*, quibus Scal. Poet. 1, 9 addit *Catastasin*, cum jam fabula est in vigore. Harum partium communes portiones majores *Actus*: Actuum autem portiones minores sunt *Scenæ*, Accessoriæ partes sunt *Argumentum*, *Prologus*, *Chorus*, *Mimus*. Circumstantes denique, *titulus*, *modi*, *cantus*, *saltatio*, *apparatus*. A Tragœdia differt *Personarum conditione*, *fortunarum negotiorumque qualitate*, & *exitu*. Vide Scal. de Poetica & Donati Prolegomena in Terent. *Agere comœdiam*, Ter. Heaut. prol. v. 5. Si cum benevolentia spectator & probatur, dicitur *stare*: si minus, *exigi* Ter. Prologo Hec. v. 15 *Partim earum fam exactas*, *partim vix steti*.

¶ Comœdus, *i*, m. *actor comœdiarum*, ut Quintilianus 3, 8 vocat, ein comödiant, comödien-spieler; qualis fuit Roscius, Ambivius &c. Symmach. 10 epist. 2 *Magnis negotiis iridem ut magnus comœdus*, *electamati apponuntur actores* *Non idem honor in pronunciandis fabulis Publ. Pollioni*, *qui Ambivio fuit*; *neque par Æsopo & Roscio fama processit*. Hæc exempla hominum sunto: ipso autem nomine *Comœdi* usus est Cic. in Orat. c. 31 *Comœdiam in tragœdiis*, & *tragœdiam in comœdiis admodum placuisse videmus* conf. Quintil. 1, 11 & Plin. 1 Epist. 16, ubi comœdos etiam in convivis adhibitos esse, ostendit.

¶ Comœdus, *a*, *um*, adject. comödianten-haftig. Juvenal. 3, 100 *Natio comœda est*.

¶ Comœdicus, *a*, *um*, id. Apul. 3 Florid. p. 353 *Hisce laudibus diu in arte comœdica nobilis*.

¶ Comœdice, adv. idem quod festive & concinne, Plaut. Mil. 2, 2, 58.

¶ Comœdiālis, *e*. Scribanius de Pass. Christ. c. 9 *Theatralis vel comœdialis scena*.

¶ Comœdiographus, *i*, m. κωμῳδιογράφος, ein comödienschreiber. Cic. apud Victorinum & Probum Gramm.

¶ Comicus, *a*, *um*, κωμικός, idem; ut, *Comica verba*, Plaut. Pseud. 4, 6, 19. *Comici senes* pro fatuis, Id. Most. 5, 2, 30. *Res comica*, Horat. Art. v. 89. Sic, *Auctores comici*, *poëta comicus*: Cic. in Orat. c. 20 *Locutio Comicorum poëtarum*, *nisi quod versibus fiat*, *nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis*. ¶ 2. Absolute etiam *Comicus* dicitur scriptor comœdiarum, qualis Plautus, Terentius &c. v. Plaut. Pœn. 3, 2, 4, & Pers 4, 2, 4; Horat. 2, 5, 91. ¶ 3. Disputatur quid sit apud Cic. fam. 2, 13 κωμικὸς μάρτυς, *comicus testis Phanias*? Simpliciter & vere Gronovius: ille cum comico nomine rhanias. Phanias enim personæ nomen apud Menandrum & Terentium. Vide illum Observ. Eccl. c. 2 p. 23 sq.

¶ Comice, adverb. Cic. de Orat 3, 8 *Res tragicas comice*, *tristes remisse tractare* Sen. epist. 100 *Sit aliquid oratorie acre*, *tragice grande*, *comice exile*.

COMŌPŎLIS, *is*, f. κωμόπολις, locus major quam κώμη *vicus*, & minor quam πόλις, *urbs*, ein marckflecken. Marc. Emp. lib. 1.

Comosis, vide *Commosis*, Comosus, *Coma*.

Compactilis, compactio, compages &c. vide *Pango*, Compar, *Par*, Comparo, &c. *Paro*, Compasco, &c. *Pasco*, Compasso, *Passus*.

COMPASTICVS, *a*, *um*, κομπαστικός, arrogans, jactabundus, a κομπάζω, übermüthig, prahlerisch. Plaut. True. 5, 1, 45 *Da tu de tuis deliciis compasticis*. Ita retulit Laurembergii Antiqu. p. 96. Sed Taubm. & Gronov. *Da tu de tuis deliciis quid pauxillulum*. Et versu interjecto: *Compas dicis*.

Compatriota, vide *Pater*, Compatronus, *Patro*, Compavesco, *Paveo*, Compedio, *Pes*, Compellare, *Pello*, *are*, Compellucidus, *Lux*, Compendium, compensio &c. *Pendo*, Comperendino, &c. *Dies*, Comperio, *Pario*, Compernis, *Perna*, Compes, *Pes*, Compesco, *Pasco*, Competitio, &c. *Peto*, Compilo, &c. *Pilo*, Compingo, *Pango*.

COMPĬTVM, *i*, n. idem quod quadrivium, ein creutzweg, wegescheide. Servio auctore, ad illud Virgilii Georg. 2, 382 *Pagos & compita circum*. Ovid am. 3, 1, 18 *In multas compita fœda vias*. Cic. cont Rull. 1, 3 *In triviis & compitis auctionari*. Sic, *Frequentia compita*, Horat. 2 sat. 3, 26; *ramosa*, Pers. 5, 35. *Ad compitum Anagninum*, Liv. 27, 4. Varro etiam virili genere dixit, *Vbi compitus erat aliquis*, apud Nonium 3, 38. Isidoro 15, 2 & 16. *Compita* sunt quasi *Competa*, quia plures viæ in ea competunt, id est, conveniunt. Vel dicuntur ab antiquo *combitere*, *bitere* autem est ire. Vide pluribus hæc disputantem Vlitium ad Grat. 483.

¶ Compitālis, *e*, zum scheidewea gehörig; ut, *Lares compitales*, Suet. Aug. c. 31. Neque enim ædibus tantum ac focis, sed viis publicis etiam præesse credebantur. Vnde *Lares viales*, Plaut. Merc. 5, 2, 24. Ovid. de Lare Fast. 5, 140

Compita grata Deo.

Et 2, 616 Lares ita describit,

Qui compita servant,
Et vigilant nostra semper in urbe Lares.

¶ Compitalia, *orum*, n. pl. sacrificia & ludi, qui Larium (ubi dicta vide) honori in compitis peragebantur circa Calendas Ianuarias quotannis. Nullum certum diem præfinitum fuisse his sacris, ex loco Varronis de L. L. 6, 3, ad Suet. recte observavit Casaubonus, confirmatque Antonius Idyll. 25, cum ait: *Et nunquam certis redeuntia festa diebus*, *Cum jam per vicos compita quæque colit*. Non longe tamen a Saturnalibus celebrata persuader Dionysius, lib. 4. Institutio eorum a Servio Tullio est, ut idem Dionysius, itemque Plinius lib. 36 extr. docet. Cic. in Pison c. 4 *III Calend. Ianuarii*. Augustus bis celebrasse per annum, quæ semel ante peragerentur tantum, ejus vita significat Suetonius c. 31. Vid. de his sacris Intr. ad Grat. Cyneg. 483.

¶ Compitālitius, *a*, *um*, ad id adject. *Dies ipsi eorum festivitatum Compitalitii* dicebantur. Cic. Art. 7, 7 *Compitalitius dies est*. Ibid. 2, 3 extr. *Hæc ambulationibus compitalitiis reservemus*. Et, *Ludi Compitalitii*, Id. in Pis. c. 4. ¶ 2. Et *Compitalitia*, substantive apud eund. ibid. *Cum in Calendas Ianuarias compitalitium dies incidisset*.

Complano, &c. vide *Planus*, Complector, *Plecto*, Complementum, compleo, *Plenus*, Complexio, &c. *Plecto*, Complico, &c. *Plico*, Complodo, *Plaudo*, Comploro, &c. *Ploro*, Complures, *Plus*, Compluvium, comploio, *Pluvia*, Compondero, *Pondo*, Compos, *Potis*, Compositio &c. *Pono*, Computatio, computo, *Puto*, Compraendo, *Prændo*, Compreco, &c. *Precis*, Comprehendo, &c. comprendo, *Prehendo*, Compressio, &c. comprimo, *Premo*, Compromitto, *Mitto*.

COMPSANI, *orum*, m. pl. Hirpinorum populi in Italia, quorum urbs *Compsa* nunc ad regnum Neapolitanum pertinet. v. Plin. 3, 11 & Vellej. 2, [illegible].

Compsus, vide *Como*, Compulse, &c. *Pello*, Compunctio, compungo, *Pungo*, Computo, &c. *Puto*, Computrefacio, *Putris*.

COMVM, *i*, n. κῶμον, Gallice Cisalpine civitas juxta Larium lacum; mediocris primum fuit colonia trans Padum, sed aucta est postea a Scipione, Pompejo & Cæsare patria Plinii Junioris.

¶ Comensis, *e*, adj. Plin. 2, 103 *In Comensi agro juxta Larium lacum* &c. Idem lacus *Comensis* dicitur, die Quatersee. *Comenses populi*, Plin. 5, 32. *Comensis lapis viridis*, Id. 36, 22.

¶ Novocōmum, *i*, n. *Comum* etiam dicitur; unde
¶ Novocomenſes, m. pl. Novocomi incolæ.

COMVS, *i*, m. κῶμος, apud Græcos auctores Deus comiſſationum, nocturnarumque ſaltationum præſes. Hinc *Comiſſari*, de quo ſupra.

CON, præpoſitio inſeparabilis, conſignificans fere *cum* vel *ſimul*, ut *Conjungo*; interdum *contra*; ut, *contendo*; interdum *valde*, ut *concrepo*. Ante vocalem & h abjicit *n*, ut *Coërceo*, *cohortor*; ante b, m & p, mutat n in m; ut, *Combibo*, *Commuvco*, *Compono*; Ante l & r conformat in ſimilem, ut *Colligo*, *Corrigo*.

Conamen, conatus, vide *Conor*, Concaco, *Caco*, Concædes, *Cædo*, Concalefco, &c. *Caleo*, Concalleſco, *Callus*, Concamero, &c. *Camera*.

CONCĂNA, *æ*, f. civitas Hiſpanica in Aſturia. Hinc

¶ Concānus, *i*, m. incola ejus civitatis, cujus potus fuit ſanguis ex equini cruris venis ſubtractus & lacti commixtus. Horat. 3 od. 4, 34

Et lætum equino ſanguine Concanum.

Et Sil. 3, 361

Cornipedis fuſa ſatiaris, Concane, vena.

Concapes, vide *Caput*, Concaptivus, *Capio*, Concatenatus, *Catena*, Concavus, &c. *Cavus*, Concelebro, *Celebris*, Concelo, *Celo*, Concentio, &c. *Cano*, Concenturio, *Centuria*, Conceptus, &c. *Capio*, Concerpo, *Carpo*, Concerto, &c. *Certo*, Conceſſio, &c. *Cedo*.

CONCHA, *æ*, f. genus piſcis teſta contextum, κόγχη, ein fiſch in der muſchel. Veneri ſacra, Plin. 9, 35. Intt. ad Grat. 403. Leviorem habet ac politiorem teſtam, *Oſtrea* vero, eine meerſchnecke, aſperiorem: ſed *Cochleæ* teſtudines & limaces terreſtres ſunt, tametſi & fluviatiles & marinæ cochleæ ſint multarum ſpecierum. Concharum diverſa genera & ludentis naturæ circa eas varietates refert Plinius 9, 33 f. 52. *Conchas & umbilicos legere*, Cic. de Orat. 2, 6. ¶ 2. *Concham* pro *tuba*, poëtæ dant Tritonibus. Virg. Æn. 10, 209 *Triton cærula concha Exterrens freta*. vid. ibi Cerda. Id. Æn. 6, 171 *Sed tum forte cava dum perſonat æquora concha*. Et *viſum auditumque in quodam ſpecu concha canentem Tritonem ſide legationis Olyſſi ponenſium* narrat Plinius 8, 5 f. 4. ¶ 3. *Concha* eſt pro natura muliebri. Plaut. Rud. 3, 3, 42 *Te ex concha natum eſſe autumant; Cave tu harum conchas ſpernas*. ¶ 4. Eſt & *Concha* vaſis genus, a ſimilitudine concharum ſic appellatum. Cato de R. R. c. 66 *Continuo capulator, concha oleum quam diligentiſſime poterit, tollat*. Colum. 12, 50 *Conchæ ferreæ, quibus depletur oleum*, ſchale, damit man das öl abſchopffet. conf. Plin. 33, 8. ¶ 5. Vaſcula etiam, quibus unguenta ſervabantur, *conchas* appellavit Horatius 2 od. 7, 22 *Fundo capaciores unguenta de conchis*. Ita de ſalino adhibuit Idem 1 ſat. 3, 14 *Concha ſalis puri* &c.

¶ Conchŭla, *æ*, f. diminut. Val. Max. 8, 8, 1 *Conſtat, vagas litoribus conchulas & umbilicos lectitaſſe*. Dracontius 2, 68 *Et generat pelagi conchula divitias*. conf. Apul. Apol. 1 p. 296.

¶ Conchātus, *a*, *um*, in ſpeciem conchæ curvatus, geſtalt wie eine muſchel; ut, *Conchata cauda*, Plin. 10, 20 de pavone.

¶ Conchites, *æ*, m. κογχίτης, lapis apud ſolos Megarenſes effodiendus, inſigni candore & mollitie, conchis undique refertus: ex quo exſtructum fuit monumentum Cari. v. Pauſan. in Atticis.

¶ Conchȳlium, *i*, n. κογχύλιον, eine meerſchnecke; nomen generale omnium *concharum* eſt. v. Plin. 9, 36. Horat. 2 ſat. 4, 30 *Lubrica naſcentes implent conchylia lunæ*. ¶ 2. Κατ' ἐξοχήν ita appellatur murex, cujus ſanguine purpura tingebatur: & ipſe color ille, de quo Plin. 21, 8, purpur-farbe. Hinc Sen. epiſt. 7 *Lanarum conchylia quis in priſtinum candorem revocet?* Add. Quint. 1, 2 p. 26.

¶ Conchyliātus, *a*, *um*, murice tinctus, purpureus, von purpur; ut, *Veſtis conchyliata*, Plin. 9, 39, pro veſte conchylio tincta. Et, *Conchylia periſtromata*, Cic. Phil. 2, 27, quæ Plauto *Conchyliata tapetia*, Pſeud. 1, 2, 14. Sed vid. *Concilio* n. 7. *Conchyliata ſupellex*, Sidon. 1 ep. 2.

¶ Conchȳlis, *is*, f. purpur-farbe. Sed quæ proferuntur, ſunt genitivi contracti ex *Conchylium*. Ita Lucret. 6, 1072 *Purpureique colos conchyli*. Et apud Catullum Argonaut. ſive Carm. 65, 49 legunt quidam: *Indo quod dente politum Tincta tegit roſeo conchylis purpura fuco*. Sed & ibi Scaliger malit *conchyli* legere. Quin *Conchyli* expreſſum in Voſſiano p. 177. Et inde forte Serenus Carm. 44 *Purpura torretur conchyli perlita faco*. Vbi *Fucus Conchyli* color conchylii eſt.

¶ Conchȳta, *æ*, m. qui conchylia piſcatur in mari, ein muſchelfänger, perlenfiſcher. Plaut. Rud. 2, 2, 5 *Fures maritimi, conchytæ atque hamiotæ*. ¶ 2. *Conchites* etiam lapis, qui apud Megarenſes in Graecia effoditur, inſigni candore & mollitie, marinis conchis undique refertus. Ex quo exſtructum fuit monumentum Cari, filio Phoronei, via quæ Megaris Corinthum ducit. Pauſan. in Atticis.

¶ Conchylilegulus, *i*, m. idem, l. 15 Cod. t. 7 de murilegulis.

CONCHIS, *is*, f. fabæ genus, ſchalbohne; item edulium ex fabis. Martial. 13 epigr. 7 *Si ſpumet rubra conchis tibi pallida teſta, Lautorum cœnis ſæpe negare potes*, i. e. ſi fabam folliculatam condimentis ſuis apparatam habes, poteris domi cœnare. Idem 7 epigr. 78 *Et bene ſi cœnas, conchis inunéta tibi eſt*. Iuvenal. 3, 293 *Cujus conchæ tumes?*

¶ Conchicla, *æ*, f. vel Conchicula, dimin. ut, *Conchicla Apiciana, farſilis*, &c. Apic. 5, 4.

¶ Conchiclātus, *a*, *um*, mit bohnen ausgefüllt; ut, *Conchiclatus pullus vel porcellus*, ibid.

Conchula, conchylis, conchyta &c. vide *Concha*, Concĭdo, *Cado*, Concīdo, *Cædo*, Conciliatio, concilio, &c. *Concilium*.

CONCĬLIVM, *i*, n. conventus, ſynodus, deliberandi & conſultandi cauſſa convocata a *conciendo*, i. e. convocando, feſto dictum, eine verſammlung. Iſidorus vero 6, 16, ubi de primis Concilii agit, ſatis inepte a communi intentione adeoque a ciliis oculorum deducit. Virg. Æn. 10, 2 *Conciliumque vocat divum pater atque hominum rex*. Vetus Terentii interpres exponit *Nundinas* & *Concilliare* per *Emere*; vid. deinde *Concilio* n. 6. Proprie *Concilia* dicebantur Romanis, quando plebs tantum in concionem vocabatur a patribus, non univerſus populus Romanus, de quo Lælius Felix ap. Gell. 15, 27. Ita *Concilium populi datur a magiſtratibus*, Liv. 3, 71 pr. ut Senatus a Coſſ. Sic dicitur *Indicere, convocare, vocare, cogere, habere concilium*: v. Liv. 1, 50; Cæſ. B. G. 1, 30 & 40; Ovid. Met. 1, 167; Virg. 5, 735; Cic. de Invent. 2, 17. *In* vel *ad concilium adhibere*, Liv. 1, 54 & Cæſ. B. G. 1, 40. *Concilia vel inſtituta dimittere, vel habita reſcindere*, Cic. de Leg. 2, 12; conf. Liv. 2, 56 ext. *In concilium cœtumque proficiſci*, Cic. de Senect. extr. Et de Fin. 2, 4 *Non eſt neceſſe, voluptatem in virtutum concilium adducere*. Et, *Concilia conventusque fugere*, Cæſ. B. Civ. 1, 19. Quæ duo ita conjunxiſſe videtur, ut primum ad pauciores, alterum ad plures referretur. *Concilium Hiſpaniæ*, Liv. 21, 19. conf. Gronov. ad Liv. 44, 11. ¶ 2. Poſtea Conventus eccleſiaſtici epiſcoporum ita appellari cœpti ſunt, quæ vel *generalia* ſunt ſive *Oecumenica* vel *provincialia*. Dicuntur etiam *Synodi*. ¶ 3. Pro *Diœceſi* uſurpari cœpit, poſtquam *Conſtantini M.* ævo, quotannis conventus civilis diœceſeos in primaria urbe agebatur. Vnde & Patriarchæ & Metropolitæ dicuntur convocaſſe *epiſcopos concilii ſui*, i. e. diœceſeos, ſive provinciæ. Liberatus Breviar. c. 4 *Mandavit Andreæ & Theodoro epiſcopis concilii ſui*, i. e. diœceſeos ſuæ. De quibus Calixtus in Apparatu p. 120 ſqq. quem vide. ¶ 4. Lucretius non raro iſto vocabulo pro rerum quarumlibet conjunctione ac copula uſus eſt. Vt 1, 181 *Quippe ubi nulla forent primordia, quæ genitali Concilio poſſent arceri tempore iniquo*. Et ibid. v. 518 *Id porro nihil eſſe poteſt, niſi materiai Concilium*. Arnob. 2 p. 54 *Edunt* (animantes brutæ) *per uteros fœtus & corporalibus concilii procreant. & nos corporum conjugationibus naſcimur, & ex alvis fundimur atque emittimur matrum*. Vbi vides, *concilia* & *conjugationes* ſynonyma eſſe. v. *Concilio* n. 7. ¶ 5. *Concilium*, flos herbæ laſones, Plin. 22, 22. ¶ 6. *Concilium* & *conſilium* miſcentur a librariis. v. *Conſilium*.

¶ Conciliābŭlum, *i*, n. locus, ubi in cœtum convenitur, die verſammlung. Liv. 7, 15 *Nundinas & conciliabula obire*. Tac. An. 3, 40, 4 *Per conciliabula & cœtus ſeditioſa diſſerebant*. conf. Prudent. Apoth. v. 778. Sic *Damni conciliabulum*, i. e. ubi damnum conciliatur, Plaut. Trin. 2, 2, 33. vid. Gronov. ad An. 3 Tac. 41, & Roſini Ant. Rom. 10 p. 993.

¶ Concĭlio, *avi*, *atum*, *are*, eſt duos animos conjungere, & alterum alteri reddere benevolum, vereinigen. Cic. Off. 1, 16 *Conciliat & conjungit inter ſe homines ratio & oratio*. Corn. Gallus eleg. 2, 54 *Par ætas animos conciliare ſolet*. Sen. Herc. Oetæo v. 407 *Conciliat animos conjugum partus fere*. Cic. de Orat. c. 35 *Ordiri orationem in qua aut concilietur auditor, aut erigatur*. ¶ 2. Hinc ad matrimonii rem ſæpe transfertur; ut apud Plautum Trin. 2, 2, 104 *Tute ad eum adeas, tute concilies, tute poſcas. Concilies*, i. e. adjungas tibi, quo deſpondeat filiam. Iuſtin. 7, 6, 10 *Philippus Olympiada uxorem ducit conciliante nuptias Arisba*; Vid. Bernegg. ad Suet. Cæſ. c. 50, 4, ubi ait: *Exiſtimabatur Servilia, etiam filiam ſuam Tertiam Cæſari conciliare*. Nam ſic & ad lenocinia transfertur. v. Petronius c. 112 & 127. add. *conciliatrix*, & *conciliatura*. Sane & *conciliare*, pro adducere, Plautus dixit Capt. 1, 2, 28; quemadmodum idem & *reconciliare*, pro reducere poſuit ejusdem fabulæ prologo v. 33, & act. 1, 2, 65. ¶ 3. Infamiam etiam habet hoc verbum aliam, ut *cæpere*. Cic. Verr. 3, 30 pr. *Quid eſt aliud capere & conciliare pecunias*: Nam ſtatim adjicitur explicandi cauſa, *Vi atque imperio cogere invitos iuerum dare alteri, hoc eſt, pecuniam dare*. ¶ 4. Eſt contrahere, comparare; ut, *Conciliare amicitiam, benevolentiam, gratiam, amorem, favorem, conjunctionem, nuptias*, freundſchafft ſtifften. Quæ notæ locutiones ſunt. Vid. Cic. pro Dejot. c. 14; de Orat. 2, 49, & fam. 4, 13, & 3, 10; pro Mur. c. 20; pro Arch. c. 8 &c. *Magnam alicui invidiam conciliare*, einen ſehr verhaßt machen, Vellej. 2, 56, 4. ¶ 5. Quando autem non cum re, ſed cum Deo, ſive homine jungitur, ſignificat placare, & amicum facere, verſöhnen. Virg. Æn. 1, 78 *Tu ſceptra Iovemque Concilias*. Catull. carm. 69, 77 *Hoſtia cœleſtes conciliaſſet heros*. Nep. 2, 10, 1 *Conciliari mihi cum cupio*, i. e. amicum fieri. ¶ 6. Nonnunquam idem eſt quod acquirere, procurare. Nepos 20, 3, 2 *Conciliare otium regioni*, ruhe verſchaffen. ¶ 7. *Conciliare bene ac pulchre*, eſt vili emere, wohlfeil kauffen; contra *male conciliare*, care & magno pretio, theuer kauffen. *Omnis enim Conventio eſt conciliatio*: quod Donatus notat Ter. Eun. 4, 4, 2. Plaut. Epid. 3, 4, 35 MI. *Eſtne emta mihi hæc?* PE. *Iſtis legibus habeas licet*. MI. *Conciliaviſti pulchre*. Idem *recte conciliare* dixit Rud. 4, 3. Conf. Turneb. ad Orat. Cic. pro leg. agrar. p. 20. ¶ 8. *Conciliare* eſt verbum fullonium, ubi cogunt lanam. Varro L. L. 5, 53 pr. *Veſtimentum apud fullonem cum cogitur, conciliari dicitur*. v. Scalig. ad h. l. & Salm. ad Tertull. de Pall. p. 279 ſq. ubi explicat *Concilium vocis*. h. e. compoſitionem & originem. Sed Voſſ. ad Catull. p. 195 in quantum fullonium eſt hoc verbum, putat ſcribendum *conſiliare, conſiliatus*, quaſi a *ſaliendo*: & huc refert a Scaligero jam laudatum ex Sen. epiſt. 15 *Saltum fullonium*, legique vult Plautum Pſeud. 1, 2, 14 *Conſiliata tapetia*, ubi al. *conchyliata*. Et certe Pareus & hic & Stich. 2, 3, 54 *Conciliata tapetia* eſſe in MSS. indicavit.

¶ Concilians, *tis*. Ovid. Rem. Amor. v. 524 *Partes conciliantis agere*.

¶ Concĭliātus, *a*, *um*, vereiniget; ut, *Mulier conciliato viro*, Catull. 69, 130. *Mele conciliatus*, i. e. cum diſpendio emptus, an dem man ſein geld übel angelegt, Ter. Eun. 4, 4, 2; Plaut. Pſeud. 1, 2, 1. Compar. Quint. 4, 2 *Conciliatior judex*. Superl. Symmach. 9 ep. 36 *Eſt nobis conciliatiſſimus ob vitæ integritatem*.

¶ Conciliatus, *us*, m. ſubſt. nexus, miſtio, die verknüpffung. Lucret. 1, 575, & 2, 99, 133 *Condenſo conciliatu artari*, &c.

¶ Conciliatio, *onis*, f. die ſtifftung, vereinigung; ut, *Conciliatio gratiæ*, Cic. pro Cluent. c. 31 pr. Idem Off. 1, 41 ext. *Communem totius generis hominum conciliationem & conſociationem colere, tueri, ſervare debemus*. ¶ 2. Eandem vim, quam *commendatio*, habet ap. Cic. de Fin. 3, 6 *Prima eſt conciliatio hominis ad ea, quæ ſunt ſecundum naturam*. v. plura in Obſervat. L. L. Menckenii.

¶ Concĭliator, *ōris*, m. qui conciliat, ein ſtiffter; ut, *Amicitiæ conciliator*, Suet. Aug. c. 48; *proditionis*, Liv. 27, 15 ext. *Conciliator nuptiarum*, Nepos 25, 12, 2, der eine heyrath ſtifftet.

¶ Concĭliatrix, *īcis*, f. Cic. de amic. c. 11 *Conciliatrix amicitiæ virtutis opinio eſt*. Idem Leg. 1, 9 *Oratio conciliatrix humanæ ſocietatis*.

¶ 2. Item

¶ 2. Item, *lena sive adductrix*, ut Apulejus 9 Milef. appellat: h. e fequestra stupri & adulterii internuncia, eine kupplerin. Plaut Mil. 5, 17 *Viduam esse consui: itaque ancilla, conciliatrix quæ erat, decedat mihi.* Vet. Gl. *Conciliatrix*, περιεργάτρια. Cic. N. D. 1, 27 *Blanda conciliatrix & quasi lena.*

¶ Conciliatricula, *æ*, f. dimin. Cic. pro Sextio c. 9 metaphorice: *Nobilitas blanda conciliatricula.*

¶ Conciliatūra, *æ*, f. pro lenocinio, kuppeley. Senec. epist 97 *Conciliaturas exercere.* Vid. Lipf. ad I An Tac. p. 18.

¶ Deconcilio, *are*, malevolum reddere, verunglimpffen. Plaut. in Fragm. & ap. Festum in *Farsere: Nihil deconciliatres illi, nisi quid personas fapit.* v. Gothofr. not. ad Fest. & *Personus* in *Silvo* huc loco.

¶ Inconcilio, *are*, pro irritare, alienare & inimicam reddere, verbetzen. Ita usus est Plaut Most. 3, 1, 84. Et Trin. 2, 1, 93 pro decipere usus est, quemadmodum & Festus interpretatur. conf. Plaut. Bacch. 3, 6, 22; & Pers. 5, 2, 53; Isidon. 3 epist. 9. Festus etiam exponit per *Commendare.*

¶ Interconcilio, *are*, unterhändler ſeyn. Quintil. 12, 10 p. 1100 *Interconciliandi præstare officium*; & mox: *In interconciliando lenitas esse videatur.*

¶ Reconcilio, *are*, eſt in gratiam reducere, verſöhnen. Cic. fam. 1, 9 extr. *Vir bonus auctor, ut qui se reconciliet, cum tibi ordinem aut reconciliet, aut inimicet*: Id. pro Deiot. c. 13 *Tecum plane Deiotarus reconciliet omnia.* conf. Liv. 2, 41 & ib Drakenb. Sic, *Reconciliare pacem*, den frieden herſtellen. Id. 42, 46 *Reconciliare in gratiam*, Cic. pro Domo c. 50 & de Prov. Conſ. 9.

¶ Reconcilietus, *a, um*, ausgeſöhnt; ut, *Infirmior fides reconciliat e gratiæ*, Cic pro Mil. c. 8. *Videntur nobis senatus reconciliata voluntas*, Id. fam. 1, 2. *Fructu libertatis reconciliato*, Id. anteq. exil. c. 1. *Dextera reconciliati pignus animi*, Curt. 6, 10, 11.

¶ Reconciliatio, *onis*, f. die verſöhnung. Cic. Aruſp. R. c. 24 *Sit ripeat, reconciliationem esse gratiæ factam.* Et Catil. 3, 10 *Reconciliatio conversæ.* Et ad Quir. post red. c. 5 *Reconciliationes gratiarum.*

¶ Reconciliator, *oris*, m. ein verſöhner. Liv. 35, 45 *Reconciliatore pacis & disparatore dextræ, quæ in contumelia cum P. R. est, utendam censuit* Apul Apol. p. 386 *Aquigga populi reconciliator.*

¶ Irreconciliabilis, e, pro implacabilis, unverſöhnlich, ut barbarum rejicitur. vid. Voſſ. de Vit. L. L. 3, 16 p. 484.

Concinnitas, &c. vide *Cinnus*, Concino, &c. *Cano*, Concio, concionor, &c. *Cieo*, Concipilo, *Pilo*, Concipio, *Capio*, concinnus, & *Cædo*, Concitatio, concito, &c. *Cieo*, Conclamatio, *Clamo*, Conclavatus, conclave, *Clavis*, Concludo, concluſio, *Claudo*, Concoctio, *Coquo*, Concepto, *Cæpio*, Concomitor, *Comes*, Concopulo, *Copula*, Concordia, &c. *Cor*, Concorporo, &c. *Corpus*, Concretitius, *Cresco*, Concretus, &c. *Cresco*, Concriminor, *Crimen*, Concripso, *Crispus*, Concrucio, *Crux*, *Crucio*, Cubicularius, Concubina, &c *Cubo*, Conculcatio, conculco, Concruſtatus, *Crusta*, Concubina, &c *Cubo*, Conculcatio, conculco, Concruſtatus, *Crusta*, Concumbo, *Cubo*, Concumulatus, *Cumulus*, Concupiſco, &c. *Cupio*, Concurratio, &c. *Curro*, Concurvo, *Curvus*, Concuſsio, concutio, &c. *Quatio.*

CONDYLVS, *i*, n. annuli genus Feſto eſt, quem ſervi digitis gestant, ein ring. v. Plaut. Trin. 4, 3, 7 & 15. Est a Græco κόνδυλος, qui *Articulum* notat. v. Dacer. ad Fest in *Condolere*, de quo & infra.

Condecet, condecoro &c. vide *Decet*, Condemnatio, condemno, *Damno*, Condemno, &c. *Domus*, Condepſo, *Depso*, Condefcenſio, *Scando*, Condico, condictio, *Dico*, Condimentum, *Condio.*

CONDIO, *ivi*, *itum*, *ire*, condimento aliquid ornare, & ſapidum facere, würzen. Plaut Pfeud. 3, 2, 21 *Non ego istidem cœnam condio, at alii cœpi.* Cic. Tuſc. 5, 34 *Labore in venatu, fodere, cædere, fame, siti, condiebant epulas Lacedæmonii.* ¶ 2. Idem Att. 12, 40 per metaphor. dixit, *Hilaritatem illam, qua hanc tristitiam temperum condiebamus, in perpetuam amisi.* Et ironice pro Cluent. c. 26 extr. *Qui ea vitia, quæ à natura habebat, etiam studio atque artificio quodam malitiæ condire sit, &c.* Id. Tusc. 1, 45 *Condire mortuos*, balſamiren.

¶ Conditus, *a, um*, wohl eingemacht: ut, *Conditus sapor*, ſc. vini, Colum. 12, 20. *Male conditum jus apponere*, Horat. 2 Ser. 8, 69. Tralate *Bene coctus & conditus sermo*, Cic. Att. 13 extr. *Comitate condita gravitas*, Id. de Senect. 4, 1. Compar. *Nemo umquam urbanitate, nemo lepore, nemo suavitate conditior*, Id. de Clar. Orat. c. 48. conf. c. 29. *Festivitate conditior*, Id. de Orat. 2, 56.

¶ Conditio, *onis*, f. die würtzung; ut, *Conditio ciborum*, Cic. de Nat. D. 2, 52. Varr. de L. L. 4, 22 *Res jucundum magis conditione est.*

¶ Conditus, *us*, m. idem Colum. 2 c ult. *Vexas item que olivas conditui loge videat*, zum einmachen.

¶ Conditor, *oris*, m. ein koch. Cic. poſt Redit. in Sen. c. 6 *Conditores instructoresque convivii.* Tralate Id. pro Cluent. c. 26 *Conditor totius negotii*, &c. Vulgo *condiores* hodie, qui bellaria e ſaccharo conficiunt, zucker-becker.

¶ Condimentum, *i*, n. gewürtz. Colum. 12, 8 *Viridium condimentorum hortensium.* Plaut. Caſ. 2, 3, 3 *Coquos domitor. qui tot utuntur condimentis &c.* Cic. de Fin. 2, 28 *Acutos dicentem, cibi condimentum esse famem, potionis sitim*: de Socrate, der hunger iſt ein guter koch. Id de Amic c. 18 *Condimentum amicitiæ suavitatem* dixit *esse morum & sermonis.* Et *Facetiæ omnium rerum sunt condimenta*, de Orat. 2, 67, die würtze, der zucker, Plaut. Rud. 2, 3, 71 *Animus æquus optimum est æruinnæ condimentum.*

¶ Condimentārius, *a, um*, zum einmachen dienlich Plin. 10, 8 *Satureja in condimentariorum usu est.* ¶ 2 *Condimentarii*, Subſtant qui condimenta conficit aut vendit, ein zucker becker, würtzkramer. Alludit huc Tertullianus, cum de Anima c. 23 dicit: *Dolo sibi non animum hæreticorum condimentarium facimus*: hoc eſt, ex philoſophia ſua hæreticis præbere, unde ſpeciem ac fucum inducere erroribus poſſint.

¶ Conditāneus, *a, um*, quod conditur, vel condiri poteſt, einzumachen. Vt, *Pisces conditanei*, Apic. lib. 9 ineunte. Et, *Ostreæ conditaneæ*, ibid. c. 6. At Varro R. R. 1, 24 pr. dixit *Oleam conditaneam ſevere.*

¶ Conditārius, *a, um*; ut, *Coquina conditaria*, Auguſt C. D. 22, 8

¶ Conditītius, *a, um*, eingemacht: ut, *Cibaria condititia*, Colum. 8, 8.

¶ Conditīvus, *a, um*, eingemachen: ut, *Conditiva mala*, &c. Cato R. R. c. 73 & Varro 1, 59. *Conditivi cibi*, Colum. 7, 9.

¶ Conditura, *æ*, f. die würtze, würtzung Colum. 12, 17 *Condituram qualemcunque recipere.* Ibid. *Hæc conditura composita olive.* Sen. de Ira 3, 15 *Ignavi libi epulandi apposuit, sollicitæ mensæ acuit, an placeret conditura.* Et epist. 69 *Inventa sunt malæ condituræ, quibus aviditas excitaretur.*

¶ Præconcino, *ire*, ante condire, zuvor würtzen. Apicius 2, 8 *Leporem si eos suas sunt præcondias, perinde ut se bodies. Lasepatium.*

Conditio, conditor, condo cum derivatis &c. vide in *Do.*

CONDRILON, *i*, n. ove *Condrilos*: ita enim apud Plin legitur 22, 22 & *condrilla*, 21, 18; quæ apud Dioſcoridem *Chondrilla*, 3, 22, 23, appellatur, ſpecies eſt cichorii, ſed gracilioribus foliis, caule floribusque ſe mine, ſtein wegwart. Dioſc. 2, 126. vide ſupra *Chondrilla.*

Conduco, &c. vide *Duco*, Condulas, *Conjux*, Conduplico, &c. *Duo.*

CONDVRDVM, *i*, n. herba ſolſtitialis, quæ comprimere dicitur ſtrumas, Plin. 26, 5.

Conduro, vide *Dure*, Condus, *Do*, Condyloma, *Condylus.*

CONDYLVS, *i*, m. κόνδυλος, pl. *Condyli*, dicuntur articuli eminentes in manu in pugnam contracta, nodi digitorum, die knoten der finger an händen und füſſen. Vide Lexicon Græcum Mart. Capellæ ho 1 p. 21 *Complicati in condylos digiti.* Martial. 5 epigr. 79 *Curvi tibiæ condyli.* ¶ 2. Apud eundem 5 epigr. 94 *Servi à manu.* ¶ 3. Item talitrum, colaphus. Vet. Gl. Κόνδυλος, *colaphus.* Item Κόνδυλος πους, ἢ χαλός, *hoc talitrum.*

¶ Condylātus, *a, um*, nodo conſtrictus, knoticht; ut, *Condylata lana*, Plin. Valer. v. Barth. Adv 36, 3

¶ Condyloma, *atis*, n. κονδύλωμα, pl. *Condylomata*, tubercula ex inflammatione hæc erum autem, feigblatter. Sic, quæ in pene hominum eruptiones. v. Plin. 21, 20; & 23, 8, & 24, 9; & 34, 11. Cels. 5, 26, 20. Apul. de Herb. c. 45 & 87 Plinius alibi *Procidentium ani & uteri* vocat.

¶ Condylomatīcus, *a, um*, nodoſus, puſtuloſus, knorricht, blatterricht; ut, *Condylomatica passio*, Carnol.

¶ Condīlias, *i*, m. apud Feſtum *annulus*, ein ring, a κόνδυλος, quod in digitorum articulis geſtari ſoleat v *Condylus* n.

Contabēsco, vide *Tabes*, contabulatio, *Tabula*, Contamulor, *Famulus*, Confarreatio, *Far*, Contaralis, *Fatum*, Confectio, &c. *Facio*, Confercio, confertus, *Farcio*, Confertim, &c. *Farcio*, Confervefacio, *Fervefacio*, Confibulo, *Fibula*, Conficio, *Facio*, Confictio, &c. *Fingo*, Confidentia, *Fido*, Confirmo, &c. *Firmus*, Confiſco, &c. *Fiscus*, Confiteor, *Fateor*, Confixus, *Figo*, Conflaccefco, *Flaccco*, Conflagellator, *Flagrum*, Conflagito, *Flagitium*, Conflatio, *Flo*, Conflexus, *Flecto*, Conflictus. *Fligo*, Confluctuo, *Fluctus*, Confluxus, *Fluo*, Confocillatio, *Focus*, Confœdero, &c. *Fœdus*, *eris*, Confœdo, *Fœdus*, *a, um*, Confœtus, *Fœtus*, Confore, *Forem*, Confortio, *Foria*, Conformo, &c. *Forma*, Confornico, *Fornix*, Conforto, *Fortis*, Confoſſio &c. *Fodio*, Confractio, confragoſus, *Frango*, Confrequento, *Frequens*, Confrigero, *Frigus*, Confringo, *Frango*, Confugio, *Fuga*, Confumero, *Fumus*, Confuſio, &c. *Fundo*, Confutatio, confuto, *Futilis*, Confutuo, *Futuo.*

Congelatus, congelidus, &c. vide *Gelu*, Congemiſco, *Gemo*, Congemino, *Geminus*, Congener, *Genus*, Congenero, *Genus*, Congeniculo, *Genu*, Congenitus, *Cignus*, Conger, *Congrus*, Congeries, *Gero*, Congermano, &c. *Germanus*, Congermino, *Germen*, Congerro, *Gerro*, Congeſto, &c. *Gero*, Congialis, congiarius, *Congius.*

CONGIVS, *i*, m. menſura, ſex ſextarios continens. vid. *Sextarius.* Vſus voce Plin. 14, 9. Et Liv. 25, 2 *Congii olei in vicos singulos dati.*

¶ Congiālis, e, ut, *Fidelia congialis*, quæ congium capit, Plaut. Aul 4, 2, 15. *Situli congiales*, Vitruv. 9, 9.

¶ Congiārius, *a, um*, idem; ut, *Congiarius cadus*, Plin 14, 14. Ita vulgares libri: Harduin. *Millia cadum in congiarium divisit.*

¶ Congiarium, *i*, n. abſolute de vaſe, quod congium capit, quam ob cauſſam *congiaria* Paulus ICtus in cuponatis tabernæ inſtrumento memorat *L. taberne* D. de Inſtr. & Inſtr. Leg. ¶ 2. Et quoniam principes non in pecunia tantum, ſed aliis etiam rebus, & vino quoque liberalitates præſtare populo ſolebant, idcirco omnes eorum liberalitates, quas conferebant in populum, *congiaria* appellatæ, ſpenden. Hinc Quintilianus 6, 3 *Congiarii vocem, cum in annonam & mensuram & liberalitatis*, ſcribit. v. Burm. p. 543. *Congiarium* autem proprie ad populum pertinebat. Nam militi quod præbebatur, *donativum* dictum fuit. Suet. Ner. c. 7 *Deductus in forum Tiro, populo congiarium, militi donativum proposuit.* Adde Plin. Paneg. c. 25, & Capitol. in Pio c. 8. Budæus in Pand. Srewech. ad Veget. 2, 20. De *Congiarii* in nummis memoria Spanh. diſſ. 13 p. 529 Aliquando tamen hæc confunduntur a ſcriptoribus. Curt. 6, 2, 12 *Millia tot numerum proxima prædæ erant: e quibus XII millia in congiarium militum absumta.* vides hic *Congiarium* pro *Donativo* poſitum. Add. Spanh. l. c. p. 533. ¶ 3. Neque vero Cæſarum tantum, eque in populum; ſed procerum quoque & in amicos quidem privatim collatæ liberalitates *Congiariorum* nomine veniebant. Quintilianus ſupra laudato loco: *Lucius Maximus*, inquit, *in amicos divisit congiarium, quo amicis debuerit, exiguitatem.* hemina ita *esse dixit* Cic Fam. 7, 3 *quo amicis daturus congiario donatus a Cæsare.* Suet Cæſ c 27 *Decreto liquo quoque ordinum genere vel invitatos, vel sponte ad se commeantes, congiario congiario prosequebatur.* Similiter uſus vocabulo & rei, *Congiarium* Plin. 33, 3 Vet Gloſſ *Congiarium*, ἐπιδόσεις, διδόσεις. Et varius. *Congiarium*, ἐπιδόσεις, ἐπιταγάριον, δωρεά

¶ Tricongius, *i*, m. tres congios hauire ſolitus. Plin. 14, 22 de Ciceronis filio.

Conglacio, vide *Glacies*, Conglobo, &c. *Globus*, Conglomero, &c. *Glomus*, Congiutino &c. *Gluten*, Congreco, *Grex*, Congregator, *Gratia*, Congredior, *Gradus*, Congrego, &c. *Grex*, Congruo, &c. *Grus.*

CONGRVS, *i*, m. & Conger. κόγγρος. apud Plin 9, 16 & 62. Quo nomine anguillam marinam, piſcem oblongum & lubricum, appellant; meerâal oder ſeeaal. ¶ 2. Sunt, qui pro anus inter; retentur;

tur, einen welfs. Ter. Adelph. 3, 3, 23 *Congeram ipsum maximum in aqua frigida lautè paullisper &c.*

Congelis, vide *Gangelis.*

CONI, is, f. Prencipinis pro *Ciconia*, Plaut. True. 3, 2, 23.

Conicimen, conjectio, conjectura, conjicere, vide *Iacio*, Conifer, conjugi, *Comes.*

CONICLA, æ, f. herba alias *cunila* vel *cunela*, *Origanum*, beſſen. Apul. de herb. c. 122.

CONION, i, n. κώνειον, cicuta. Dioſc. 4, 77; & 6, 11. Theod. Med. de Lapid. c. 21.

CONICO, are, vel potius, Conisso, are, die köpffe zuſammen ſtoſſen. Lucretius de agnis lascivientibus & cornibus inter se lactantibus 2, 320 *Ut putiati agni lasciui blandicque cornisant*, ſie ſtoſſen. Ex Cic. Quinct. 8, 3 *Genus oppositi, cum se conigunt.* Beemannus putat, *Conigunt*, propriè esse, in pulvere verſari, pulvere implere, ex Græco κονίζειν vel κονίζεσθαι. Tutius ad lusus traduci, ut quæ non sine pulvere, vel etiam in pulvere & arena fiebant. Si voluerris a *Cono* deducere, sive galeo, obtutu, dolore quantitas.

¶ Coniſterium, i, n. locus in palæſtra, ubi pulvere poſt unctionem athletæ aſperge bantur, ut prehensiones eſſent firmiores & non lubricæ. Vitruv. 5, 11 in palæstrarum ædificatione memorat, a κόνις *pulvis* denominatum eſt. Κονίστραν dixit Pollux & poëta quidam apud Suidam. vid. Mercurial. de Arte gymnast. 1, 6.

¶ Coniſticus, a, um, κονιστικός, pulverulentus, ſtaubicht. Sic *Aves coniſticæ*, quæ ſe pulveri ſolent immergere, Cæl. Rhod. 7, 26.

CONITUM, i, n. *genus liciminis, quod ex farina conspersa solebant facere.* Feſtus.

Conjuga, conjugium, &c. vide *Iugum*, Conjunctio, &c. *Iungo.*

CONIVOLUS, a, um, a *Coniveo* f. *Conniveo*, i. e. cluſus, heimlich, verborgen; ut, *Coniuoli*, occlusi, clausi. Verum in Isidori Gloſſ. *Conivoli, concordes, famuli.* Hinc & in Feſto aliqui non *occulta*, *ſed oſcula* legunt. Variat etiam ipſa vocis lectio, cum ſit in quibusdam *Colivoli.*

Conjuratio, &c. vide *Iuro*, Conjux, *Iugum.*

Conlabor, vide *Collabor* in *Labor*, *lapsi*, Conleboro, *Collaboro*, in *Labor*, *oris*; Conlacrymor, &c. *Collacrymor*, &c. in *Lacryma.*

Connato, vide *Nato*, Connatigo, &c. *Navis*, Connatus, *Nascor*, Connexio, *Nexus*, Connoto, *Notus*, Connubium &c. *Nubo*, Connudo, *Nudus*, Conrumpo, *Rumpo*, Connuto, *Nuo*, Connutrio, *Nutrio.*

CONON, onis, m. duo Athenienſis fuit tempore Lyſandri Lacedæmonii. Hunc eſſe putat Pomerius, quem Lucianus de Hiſt. ſcrib. p. 571 ob conſitutem corporis ridet. Cononis filius Timotheus fuit, & ipſe clariſſimus vir: cujus filius avito nomine *Conon* appellatus fuit. De quibus Nepos in Cnone & Timotheo: Lege & Plutarchum. ¶ 2. Fuit & *Conon* alius mathematicus Ptolemæo carus, qui Berenices, fuit hæc Ptolemæi uxor) comam inter ſidera retulit, ut ex Catullo & Arati Scholiaſte diſcimus. Ejus meminit Virg. ecl. 3, 40; & Propert. 4, 1, 79. Vet. Gloſſæ: *Conon*, μαθηματικὸς Σαμιος. v. Voſſ. de Mathem. c. 6, 33 & 54.

CONOPAS, æ, m. forte a κώνωψ, pulex; vel quaſi *cnopus*, *nanus*, *pumilio* ein zwerg. Plin. 7, 16 *Minimus homo duos pedes & palmum, Conopas nomen, qui deliciis Iuliæ neptis Augusti fuit.*

CONOPEUM, i, n. κωνωπεῖον, velum ſeu papilio lineus vel bombycinus, quo Ægyptii utuntur ad arcendos culices, quos Græci κώνωπας vocant. Nam propter paludes Nili & Ægypti maritimas eorum ibi magna copia, ein mußhang. Penultimam Horatius & Propert. etiam per figuram objecto diphthongi elemento altero, corripuerunt. Propert. 3, 11, 45 *Fœdaque Tarpejo conopea tendere saxo.* Horat. ep. ad. 9, 16 *Interque signa, turpe, militaria Sol aspicit Conopeum.* Iuvenalis naturam diphthongi ſecutus, produxit 6, 80 *Vt testudineo tibi Lectulo ceruical conopeio.* Ad quem locum Veterus Scholiaſtes: *Hoc est*, inquit, *lineum temisimile reticulis vasculum*, (legendum puto, diſtinctum) *quia Latini conopeum* CVICARE *dicunt.*

CONOR, atus sum, ari, eſt niti & operam dare, aut moliri, ſich bemühen, unterſtehen. *Conari manibus pedibusque*, keinen fleiß ſparen. Ter. Andr. 4, 1, 52. Manil. 1, 55 *Omnia conando docilis solertia vincit.* Attieus apud Nepotem Vita ejus c. 21, 6 *Quare a vobis peto, primo ut consilium petenti meum, deinde, ne frustra deliberando consumam.* Conari aliquando eſt προσφέρεσθαι πράγματι, & ipſum actum notat: effectui rem dare. Nepos 14, 7, 1 *Qui prius cogitare, quam conari consuerit.* Amanian. 18, 5 *Fugiendum iti molimine conabatur.*

¶ Conans, *tis.* Nep. 23, 3, 4 *Alpicos conantes prohibere transita.*

¶ Conatus, ûs, m. ein fürnehmen, unterſtehung. Cic. pro Quint. c. 14 *Magno conatu studioque agere aliquid*, ernſtlich. Id. Catil. 1, 5 *Comperisse vos nefarios conatus amicorum præsidio & copiis.* Auctor decl. antequam iret in exil. c. 4 *Conatibus malorum obviam ire.* Ovid. Remed. am. v. 6, 3 *Sed quid præcipue nostris conatibus obstet, Eloquar.* Egregie Hieronymus *Malitia non habet tantas vires, quantos conatus.*

¶ Conata, orum, n. pl pro *conatibus* dixerunt veteres: ut, *Conata perficere*, Cæſ. B. G. 1, 3; Nep. 10, 8, 5; Suet. Galb. c. 17: *Conata exsequi*, Accius ap. Nonium 3, 73: & Vellej. 2, 29, 1; *patrare*, Lucret. 3, 386; *peragere*, Juvenal. 13, 210. Liv. 42, 11 *Moneret senatum, ut Perſei conatis obviam iret.* Vellej. 2, 42 pr. *Longum est narrare, quanto opere conata ejus magistratus P. R. meta sua desistuerit.*

¶ Conatio, onis, f. conatus. Sen. Qv. Nat. 2, 12 *Fulguratio, ut ita dicam, comminatio est, & conatio sine ictu.* Plin. Valer. 2, 28 *Conationes* ſunt, cum ſtricta alvo nihil egeri ſummis viribus poteſt.

¶ Conatuncum, i, n. idem. Plin. 19, 2, ubi *ligneæ conamenta* vocat fuſtes teretes, quibus in evellendo ſparto conatus juvabatur. vid. Harduin. hebzeug. Tamen etiam pro *Conatu*, ut *Conamen*, ſimpliciter poni poſſe, non dubitatur.

¶ Conâmen, *ĭnis*, n. poëtarum dictio eſt. Lucret. 6, 325, & Ovid. Met. 3, 62 *Malorum magno conamine missi.* Adde I. f. C. de Iurisd. omn. jud. In Ovid. Met. 15, 224 videtur idem eſſe quod adminiculum.

¶ Conâbilis, e, mühſam. Cæl. Aurel. Acut. 3, 1 *Conabiles ac laborisi motiones.*

Conquadro, vide *Quatuor*, Conquaſſo, &c. *Quatio*, Conqueror, conqueſtio, *Quæror*, Conquieſco, *Quies.*

CONQVĬLĬĀTVS, a, um, pro *quisquiliatus*, zuſammen gerafpelt. Plin. Valer. 1, 9 *Conpaliata lana obscurare.* Reinef. Var. Lect. 3, 4 legit *convulcata.*

Conquiniſco, vide *Cano*, Conquiro, conquiſitio, *Quæro.*

Conſagio, conſagmo, vide *Rego*, Conreus, *Reus*, Conrideo, *Rideo*, Conruo, *Ruo*, Conruſpor, *Raspor.*

Conſaburro, vide *Saburra*, Conſalaneus, *Sal*, Conſaluto, &c. *Salus*, Conſanefco, *Sanus*, Conſanguineus, &c. *Sanguis*, Conſarcino, &c. *Sarcio*, Conſarcul.s, conſarrio, *Serrio*, Conſaucio, *Saucio.*

Conſcelero, vide *Scelus*, Conſcendo, conſcenſio, *Scando*, Conſcientia, *Scio*, Conſcindo, *Scindo*, Conſcribo, *Scribo*, conſcriptus, &c. *Scribo*, Conſecro &c vide *Sacer*, Conſectio, *Seco*, Conſeclor, &c. conſecutio, *Sequor*, Conſeminalis, &c. *Semen*, Conſenefco, *Senex*, Conſentio, conſentes, &c. *Sentio*, Conſepio, *Sæpes*, Conſepultus, *Sepelio*, Conſequentia, &c. *Sequor*, Conſereno, *Serenus*, Conſermonor, *Sermo*, Conſerratus, *Serra*, Conſervus, &c. *Servio*, Conſeſſio, *Sedeo.*

Conſideo, vide *Sedeo*, Conſidero, &c. *Sidus*, Conſido, *Sido*, Conſigillo, conſigno, conſignifico, *Signum*, Conſilefco, *Sileo*, Conſiliarius, *Consilium*, Conſiligo, *Siligo*, Conſilio, *Salio.*

CONSILIVM, i, n. anſchlag, rath, ſchluß, fürnehmen, ratio excogitata faciendi aliquid, aut non faciendi, quam five excogitaveris, ut ea ipſe utaris, five cum alio, ut eam ſequatur, communicare velis. Quæ duo Latini vix diſtinguunt. Itaque conjunctim exempla proponentur. Dictum, quod ſilentio cogiterur. Sane a *Sileo* cum Feſto deducunt aliqui, quia ſilentio in deliberando opus eſt. Aliis vero potius a *Conſiliendo* dicitur, quod plures in unam ſententiam conſiliant quaſi & conveniant; vel a *Conſidendo*, quaſi *Conſinium*, quod in conſeſſu deliberetur. Ter. Andr. 2, 1, 9 *Facile omnes, cum valemus, recta conſilia ægrotis damus.* Nepos 18, 8, 4 *Statuit aliquid sibi conſilii novi esse capiendum.* Add. Id. 4, 3, 3; Cic. fam. 3, 3 & 9, 2. Id. formulam: *conſilium capere*, paſſim infinitivo junxit, ut Lib. 2 in Verr. 17 *Capit conſilium de amicorum & propinquorum sententia, non adesse ad judicium.* Conf. Or. pro P. Quint. c. 16 & Menckenii Obſervat. h. v. Ter. Heaut. 3, 1, 64 *Conferunt conſilia adoleſcentes*, ſie ſtecken die köpffe zuſammen. *Sequi alicujus conſilium*, Id. Adelph. 3, 4, 54 *Is*, inquit, *quod mihi debuit vel debuit conſilium, id sequar. Conſilium capere poſſ*, Id. Phorm. 2, 4, 21 ed. Daceriæ. *Intro conſilia*, i. e. invenire, capere, Nepos 6, 3, 1; 25, 22, 3. Sic, *Repudiare, abjicere, rejicere, respuere conſilium*, einen anſchlag verwerffen. Cic. fam. 2, 7 *Te adhibe in conſilium, &c. Alteri quæ melius dare conſilium poſſit, quam tu, non facile invenies i poteſ Conſilium conſumere*, Ter. And. 1, 1, 132. Cic. fam. 14, 12 *Metuo, ne id conſilii ceperimus, quod non facile explicare poſſimus.* Id. fam. 10, 16 *Conſilium ab aliquo petere*, um rath anſuchen. Nepos 18, 9, 6 *Conſilium mutare*, anders ſinnes werden. Cic. fam. 11, 29 *In te & in capiendo conſilio prudentia ſumma eſt, & in dando fides & religio.* Id. Att. 14, 20 *Conſilia temporum ſunt, quæ in horas commutari vides.* Quint. 8, 2 p. 678 *Id ipſum in conſilio eſt habendum*, i. e. diligenter hoc eſt cogitandum. Liv. 38, 32 *Conſilia calida & anxia, prima ſpecieſa, tractatu dura, eventu triſtia ſunt.* Et, *Conſilium præceps & immaturum*, i. e. audax, nec ſatis deliberatum, Suet. Aug. c. 8. Plauto *incoctum* eſt. *Mala conſilia agitare*, auf loſe händel umgehen. Sen. epiſt. 10. Elegans & hæc locutio Ter. Phorm. 3, 1, 17 *De ejus conſilio velle se facere &c.* nach ſeinem rath. Nep. 9, 4, 2 *Id arbitrium negavit Conon ſui conſilii esse*, i. e. ſtatuere de ea re aliquid, negavit Conon, ſe dare regi conſilium poſſe. Cic. fam. 3, 2 *Quid tuo genere efficere poſſis, tui conſilii eſt.* Ibid. 16, 1 *Tuum conſilium eſt.* Ovid. Amor. 1, 4, 54 *Conſilium nobis resque locusque dedit*, der mardt lehret framen. Plin. 5 epiſt. 22 *Eſt omnino iniquum, ſed uſu receptum, quod honeſta conſilia vel turpia, prout male aut proſpere cedunt, ita vel probantur vel reprehendantur*, &c. Similia Cicero pro Rabir. poſt. c. 1 pr. & Att. 9, 10; & Plaut. Pſeud. 2, 3, 15 ſqq. dixerunt, quorum loca ad Plin. l. c. notavit Buchnerus p. 59. Ita *Sibi conſilium capere* dicuntur, qui a reliquorum ſententia, & rationibus diſcedunt, factionis & ſeditionis cauſſa, Cæſ. Civ. 1, 1 *Lentulus conſul ſenatui reique publ. ſe non defuturum pollicitur, ſi audacter ac fortiter ſententias dicere velint; Sin Cæſarem reſpiciant, atque ejus gratiam ſequantur, ſe ſibi conſilium capturum.* Et c. 76 *Poſtulat, ut jurent omnes, ſe exercitum ducesque non deſerturos, neque prodituros, neque ſibi ſeparatim a reliquis conſilium capturos.* Heſiodus Ἔργ. 264 Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη, quod ab Romanis ſcite verſum cantatumque ita apud Gell. 4, 5 *Malum conſilium conſultori pessimum*, unrecu ſchlägt ſich auf ſeinen herrn. Liv. 25, 38 *In rebus asperis & tenui ſpe fortiſſima quæque conſilia tutiſſima ſunt.* Phædr. 5, 3 *Venia mage datur, qui caſu peccat, quam qui conſilio eſt nocens*, ubi v. P. Burmannus. ¶ 2. *Conſilium* idem eſt, quod σοφισμὸς ars, prudentia, callidum & fubdolum inventum, eine liſt, erfindung, apud Nep. 23, 11, 7, quale quoque fuit Temiſtoclis apud eumd. 2, 6, 5; & Datamis in Vita 6, 3. conf. Idem de Eumene c. 8, 4; & 9, 3; & 10, 1. *Conſilium invidorum*, Cic. fam. 3, 10, 2. ¶ 3. Eſt & *conſilium* aliquando ipſe conſulentium cœtus, five qui judicibus aſſiſtunt, die rathsverſammlung. Cic. Verr. 7, 21 *Cum conſilio caſſum Mamertinorum cognovit, & de conſilii ſententia Mamertinis ſe frumentum non imperare pronunciat*, i. e. ſicuti conſulentes ſtatuerant. conf. Id. de Clar. Orat. c. 22. Idem de Orat. 1, 26 *Continuo conſilium dimiſit.* Nep. 18, 12, 1 *Ad conſilium revocat*, & mox *cognita conſilii voluntate.* conf. Id. 19, 3, 4; & Curt. pluribus locis. Suet. Aug. c. 35 *Sibi conſtituit conſilia ſortiri ſemeſtria, cum quibus de negotiis ad frequentem ſenatum referendis, ante tractaret.* v. ibi Bernegg. Id. Domit. c. 8 *Numerios judices cum ſuo quemque conſilio notavit.* Vellej. 1, 8, 6 *Romulus centum patres inſtar habuit conſilii publici.* Et ipſe Liv. 1, 8 *Conſilium viribus parat*, ſc. Romulus. Cic. fam. 7, 24 *In conſilium ire neceſſe erat.* Ibid. 15, 2 *Quæ cum eſſem in conſilio meo cum rege locutus.* Et Cæl. fam. 8, 8 *Mittit in conſilium judices*, läſt ſie votiren. ¶ 4. Interdum *Conſilium* eſt ratio & prudentia, verſtand und klugheit. Manil. 2, 527 *Viribus amplis Conſilium eſt majus.* Cui illud Horatii ſimile 3 od. 4, 65 *Vis conſili expers mole ruit*

vuit ſua. Poſſis in iſtis *Conſilium* rationem interpretari. Id Manil. 4, 889 de brutis animantibus, *Et quia conſilium non eſt, & lingua remiſſa.* Vbi & Scaliger λογισμὸν ex Ariſtotele interpretatur. Ita de ipſa facultate ingenii prudentis *Conſilii maximi vir*, Nepos 14, 1, 1. *Conſilii plenus*, Id. 4, 1, 2. ¶ 5. *Conſilium* denique dicitur is, qui conſulit, der rathgeber. Ovid. Triſt. 4, 2, 32 *Hortatur pugnæ conſiliumque fuit.* ¶ 6. *Conſilium* & *Concilium* miſcentur a librariis, v. Drakenb. ad Sil. 8, 71. Burm. ad Ovid. Met. 1, 167.

¶ Conſilior, *atus ſum*, *ari*, pro conſulere, rathen. Horat. de Arte v. 196 *Ille bonis faveatque & conſilietur amice.* Et 3 od. 3, 17 *Gratum elocuta conſiliantibus Iunone Divis.* Vſus eodem verbo & Cæſar eſt B. Civ. 1, 19 & 73. Tac. Hiſt. 2, 53, 3 *Rediere Bononiam rurſus conſiliaturi.* Epit. Livii lib. 125 *L. Antonius COS. M. Antonii frater eadem Fulvia conſiliante, Cæſari bellum intulit.* Quin ipſe Cic. Att. 15, 9 ext. *Difficili ad conſiliandum legatione*, i. e. in qua difficile eſt, conſilium dare. Sunt clariſſimi viri, qui hoc verbum Latio abjudicant, Olaus Borrichius in Analectis, & Theod. Ryckius ad dictum locum Taciti &c. ut de Voſſio in de Vitiis Serm. taceamus. Quæ vero defenſionis cauſſa pro rea hac voce adferri poſſunt, Curis Cellarii poſterioribus congeſta & explanata videas. Conf. Macrob. 3 Sat. c. 12, & Parei Lex. Crit. p. 260. ¶ 2. *Conſiliare* in quantum fullonium eſt verbum, vid. in *Concilio* n. 8.

¶ Conſiliator, *ōris*, m. conſiliarius, ein rathgeber. Plin. 4 epiſt. 17 *Ille in gerendis conſiliator & rector.* Phædrus 2, 7 *Acceſſit conſiliator maleficus.*

¶ Conſiliatrix, *īcis*, f. Apul. 5 Met. p. 169 *Illæ quidem conſiliatrices egregiæ tuæ.* Ita edidit Elmenhorſt. quamquam in Indice *conciliatrices* præferat. Tamen etiam Pricæus *conſiliatrices*, idque Notis ad lib. 1 p. 32 tuetur.

¶ Conſiliarius, *i*, m. ein rathgeber, rath. Cic. fam. 1, 9 *Tu me conſiliario fortaſſe non imperitiſſimo, fideli quidem & benevolo uſus eſſes.* Vellej. 2, 56, 3 *Conſiliarii cædis.* ¶ 2. Plautus etiam adjectivo uſus eſt: *Magis ei conſiliarius hic amicus eſt, quam auxiliarius*, Truc. 2, 1, 6. *Senatus conſiliarius*, Id. Epid. 1, 2, 56. Et Apul. Phil. Mor. p. 20 *Conſiliaria anima.*

¶ Conſiliāris pro *Conſiliario* l. 5 ff. de offic. aſſeſſ. edit. Florent. eſſe ait Bynckersh. Obſerv. Iur. Rom. 1, 25 p. 103, ubi plura geminæ terminationis in *aris* & *arius* exempla habet.

¶ Conſiliōſus, *a, um*, id eſt, conſilio valens, dixit Marcus Cato, teſte Gellio 4, 9. *Tractatus conſilioſior*, Sidon. 7 epiſt. 9. *Conſilioſiſſimum eſſe*, Idem 1 epiſt. 1.

¶ Conſulo, *lui, ultum, ĕre*, verbum diverſam vim habet: prout vel abſolute ponitur, vel cum diverſis caſibus conjungitur. Nam ſine adjecto idem eſt, quod conſultare, deliberare, live habere conſilium, rath halten, rathſchlagen. Cæſar B. G. 7, 83 *Repulſi Galli, quid agant, conſulunt.* Sic *in medium*; *in unum conſulere* pro deliberare dicimus. Lucan. 5, 46 *Conſulite in medium patres.* Plin. 9 epiſt. 13 *Quod intermiſſum tamdiu morem in publicum conſulendi, reduxiſſem.* Tac. Hiſt. 1, 68, 1 *In unum conſuleres* & ibid. 2, 53 *Poſitis odiis in medium conſuluere.* Et An. 12, 5, 4 *Domeſtica cura vacuus, in commune conſulat.* conf. Ter. And. 3, 3, 16. Cæſ. B. C. 3, 51 *Ad ſummam rerum conſulere.* Obſerva & illud Cic. fam. 10, 22 *Cum ea, quæ conſulebantur, ad exitum non perveniret*, worüber man zu rathe gieng. Salluſt. B. Cat. pr. *Priuſquam incipias, conſulto, & ubi conſulueris, mature facto opus eſt.* Ariſtoteles Ethic. 6, 9 Φασὶ πράττειν μὲν δεῖν ταχὺ τὰ βουλευθέντα, βουλεύεσθαι δὲ βραδέως, h. e. *Ajunt, celeriter quidem deliberata eſſe agenda, cum mora autem conſulendum.* ¶ 2. Cum genitivo *Boni, aqui conſulere*, eſt in meliorem & æquiorem partem interpretari & accipere, wohl aufnehmen. Eſt vero genus loquendi ellipticum. Quintil. 1, 6 per judicare explicat: *Sitne*, inquit, *Conſul a conſulendo, an a judicando? nam & hoc conſulere veteres appellaverint, unde adhuc remanet illud: Rogat, boni conſulas, id eſt, bonum judices.* Ovid. 3 Pont. 8 extr. *Tu tamen hæc, quæſo, conſule miſſa boni.* Sen. epiſt. 9 *Vtemboni conſulere.* ¶ 3. Cum dativo junctum, non quidem *Dare conſilium*, ſignificat; quod optime negaſſe videtur Vorſtius de Latinitate merito ſuſpecta c. 30; ſed quod idem oſtendit *Conſulere* ſic oppoſitum eſt τῷ *nocere*. Ita *bene* vel *male alicui conſulere*, eſt proſpicere ſive facere, ut alicui bene vel male ſit; ubi etiam Germani, einem wohl oder übel rathen. v. Nep. 15, 10, 1; 19, 2, 2; Cic. Cat. 4, 2 pr. Sic, *Optime mihi conſultum vult eſſe pater*, Ter. Phorm. 1, 3, 1, er meynt es gut. *Commodis, dignitati, gloriæ alicujus conſulere*, Cic. Q. frat. 1, 1, 19, & fam. 11, ep. ult. i. e. proſpicere ſeu providere. Elegans luſus Ciceronis ad Trebatium ICtum fam. 7, 11 *Conſuli quidem te a Cæſare ſcribis, ſed ego tibi ab illo conſuli mallem.* Aliquando dativus & circumſcribitur per præpoſitionem *in* cum accuſativo. Vt, *Conſulere in longitudinem*, i. e. longitudini temporis, Ter. Heaut. 5, 2, 10, id eſt, ita conſulere rebus ſuis, ut diu ſufficiant. Liv. 45, 8 *In ſecundis rebus nihil in quemquam ſuperbe ac violenter conſulere decet.* Tac. Agric. 6, 13 *Hic cum egregiis cetera, ari oganter in deditos, & ut ſuæ quoque injuriæ ultor, durius conſuleret*, hart mit ihnen umgieng. Ac ſicut hoc in loco *in deditos*; ita An. 14, 38, 4 *Clementer ſubditis conſulere*, in tertio caſu dixit. conf. Iuſtin. 1, 7, 10. In his *ſuperbe, arroganter, durius, clementer conſulere* eſt, *ita habere*, ſive *ita cum illis agere.* Nam antecedens pro conſequenti ponitur. Primo enim deliberat animus ac ſtatuit; deinde agit. ¶ 4. *Conſulere* cum accuſ. eſt, petere conſilium, um rath fragen, zu rathe ziehen. *Conſulere Apollinem*, Cic. de Leg. 2, 16; & Nepos 1, 1, 2. *Mittere conſulum*, Id. 2, 2, 6. *Conſulere aliquem per literas*, Cic. fam. 11, 29. *Conſulam hanc rem amicos*, Plaut. Men. 4, 3, 26. conf. Cic. Att. 7, 20. Sic, *Iuriſperitos conſulere* dicimur, cum eos de jure interrogamus: item *Chaldæos, & mathematicos*, cum de futuris quærimus. Suet. Aug. c. 94 extr. *Apollonio Theogenis mathematici pergulam comite Agrippa adſcenderat, cum Agrippæ, qui prior conſulebat, magna & pene incredibilia prædi reretur, reticere ipſe genituram ſuam, nec velle edere, perſeverabat.* Id. Calig. c. 57 *Conſulenti de genitura ſua, Sylla mathematicus certiſſimam necem appropinquare affirmavit.* Sed & *conſulere* dicimur, cum de quacunque re alios, vel ut ſciamus tantum, interrogamus. Suet. Aug. c. 98 *Verſum compoſitum extempore clare pronunciavit, converſuſque ad Traſyllum, Tiberii comitem, contra accubantem, & ignarum rei, interrogavit, cujusnam poëta putaret eſſe: quo hæſitante, ſubjecit alium: de hoc quoque conſuluit &c.* id eſt, interrogavit, cujus eſſet. Sic & *Conſulere ſpeculum* Ovid. Art. am. 3, 136.

¶ Conſulens, *tis*; ut, *Cicerone conſulente*, Salluſt. Catil. c. 48. conf. Nep. 1, 1, 3. ¶ 2. Proſpiciens Salluſt. B. Iug. c. 33 *Dignitati magis quam iræ conſulens.* Et c. 35 *Regno conſulens.*

¶ Conſultus, *a, um*, participium, befragt; ut, *Conſulti haruſpices*, Iuſtin. 1, 4, 3. ¶ 2. Adject. bedächtig, erfahren. Ovid. de A. A. 1, 467 *Sit tibi credibilis ſermo, conſultaque verba*, hoc eſt, cauta, prudentia. Alii *Conſuetaque*: Gell. 6, 7 *Omnia & ſponte, neque opera conſulta, ſed a militibus forte inceſta ſunt.* Horat. 1 od. 34, 2 *Inſanientis ſapientiæ conſultus.* Idem de Arte v. 369 & Nep. 24, 3, 1 *conſultus juris*, ein juriſt, rechtsgelehrter; & abſolute *Conſultus*, pro eo, qui conſulitur, quique aliis conſulit, Idem 2 epiſt. 2, 87 & 159. conf. Ovid. 1 Art. am. v. 83; Horat ſat. 1, 1, 17; & L. 8 C. Theod. de div. reſcr. Liv. 10, 22 *Iuris atque eloquentiæ conſultus.* Item, *Conſultus eloquentiæ*, Auct. de viris illuſtr. in Æmil. Scauro, c. 12. Et, *Conſultiſſimus juris ſcientiæ*, Idem c. 44 in Scip. Naſica. conf. Gell. 1, 13. *Vir conſultiſſimus*, Liv. 1, 18 pr. Et Cic. de Clar. Or. c. 40 de Scævola & Craſſo; *Conſultorum alter diſertiſſimus: diſertorum alter conſultiſſimus.* Comp. Tertull. adv. Marc. 2, 2 *Conſultiores ſibimet videntur Deo.* v. *Iuriſconſultus* in *Ius.*

¶ Conſultus, *ūs*, m. ſubſt. conſilium, conſultatio, die berathſchlagung. Liv. 3, 62 *Conſultu Collegæ*; ubi adde Gronovio & Drakenborchio notata. Plin. 3, 20 f. 24 *Vetere conſultu patrum*; Sed Hard. *Conſulto.* Add. Gronov. ad Liv. 25, 16 pr.

¶ Conſultum, *i*, n. ſubſt. decretum, ein ſchluß. Auct. ad Her. 2, 30 *Ex conſulto factum*, wohlbedächtig. Salluſt. B. C. c. 1 *Priuſquam incipias, conſulto opus eſt.* Vellej. 2, 18, 5 *Bene conſulta male cedant.* Sic, *Senatusconſulta*. v. infra Senatus in *Senex.* Horat. 1 epiſt. 16, 41 *Vir bonus eſt quis? Qui conſulta patrum, qui leges juraque ſervat.* ¶ 2. Transfertur etiam vox ad dogmata placitaque philoſophorum & aliorum, qui quid præcipiunt & docent, lehren. Apul. de dogmate Platonis p. 3 *Quæ conſulta (quæ dogmata Græce licet dici,) ad utilitatem hominum, vivendique & intelligendi & loquendi rationem extulerit, hinc ordiemur.* Gell. 14, 1 *Curſum illum temporis transvolantis quonam pacto aut conſulto aſſequi queant?* ubi per *Conſulta*, Chaldæorum decreta intelligit.

¶ Conſulte, adv. prudenter, weislich. *Cavere conſulte*, Plaut. Rud. 4, 7, 14. Compar. Liv. 22, 24 *Ferocius quam conſultius rem gerere.* Tac. Hiſt. 2, 24, 2 *Avidius quam conſultius.* Superl. Capitol. Pertinace c. 7 *Annonæ conſultiſſime providit.*

¶ Conſulto, adverb. cum conſilio, cujus contrarium *temere*, wohlbedächtlich. Cæſ. B. Gall. 5, 36 & 50. Cæſar ibid. c. 16; Horat. 1 ſat. 10, 14; Iuſtin. 1, 10, 21.

¶ Conſultor, *ōris*, m. clienti conſulens, ein rathgeber. Varro R. R. 3, 2 *Malum conſilium conſultori eſt peſſimum &c.* Salluſt. Iug. c. 64 *Cupido atque iræ peſſimi conſultores.* ¶ 2. Eſt & *Conſultor*, qui diſcit, & juris conſultum conſulit, der um rath fraget. Horat. 1 ſat. 1, 10 *Conſultor oſtia pulſat*, ſcil. *juris legumque periti.* Cic. pro Mur. c. 10 ext. *ICti eſt cavere, ne ſui conſultores capiantur.*

¶ Conſultrix, *īcis*, f. Cic. Nat. D. 2, 22 *Natura non artificioſa ſolum, ſed plane artifex, ab eodem Zenone dicitur conſultrix & provida utilitatum opportunitatumque omnium.*

¶ Conſulto, *are*, conſilia conſerre, deliberare, rathſchlagen. *Omnes fere Galliæ civitates de bello conſultabant*, Cæſ. B. Gall. 5, 51 *Deliberare & conſultare de re aliqua*, Cic. Off. 3, 2. ¶ 2. *Conſultare* & *Conſulere* ſæpe a librariis confundi, ad Liv. 21, 16 Drakenb. notar.

¶ Conſultatio, *ōnis*, f. die berathſchlagung. Ter. Hec. 4, 4, 28 *Nulla tibi, Pamphile, hic jam conſultatio eſt*, es gilt hier nicht lange bedenckens. Sall. Iug. c. 27 *Id agi, ut omnis invidia, prolatandis conſultationibus, dilapſa foret*: hoc eſt, odium exſtinguatur, differendo deliberationes. Cic. Partit. Orat. c. 18 *Eſt conſultatio quaſi pars cauſſæ quædam & controverſia.* Id. de Legib. 2, 18 *Quæcunque nova cauſſa conſultatiove acciderit.* Conf. Menck. Obſ.

¶ Conſultātor, *ōris*, m. qui conſulit, conſilium petit, der um rath fraget. L. 2 Dig. de Orig. jur. § 35 Pomponius: *Conſultatoribus potius, quam diſcere volentibus, ſe præſtabant.*

¶ Conſultātōrius, *a, um*, idem; ut, *Sacrificium* vel *huſtia conſultatoria* apud Macrob. Sat. 3, 5, quæ per extra voluntas Dei diſquirebatur.

¶ Inconſilium, *i*, n. conſilii inopia, mangel am rath. Gloſſ. gr. lat. ἀβουλία, *inconſilium.*

¶ Inconſultus, *a, um*, unbefragt. Varro R. R. 1, 10 *Inſcio & inconſulto domino.* ¶ 2. Et imprudens, qui ſine conſilio agit, unbeſonnen. Quintil. Decl. 19 *O inconſultam muliebrem ſemper amentiam!* Liv. 3, 21 *Turba inconſulta.* v. Burm. ad Grat. Cyn. 4. Comp. Nazar. Paneg. Conſtant. c. 13 *Confeſſus eſt ſe inconſultior dolor.* Veget. de Re mil. 1, 2 *Septentrionales populi inconſultiores.* Superl. ap. Salvian. 1 de Avaritia p. 18 *Inconſultiſſimum ac ſtultiſſimum eſt, id quosdam agere, ut quod adfectu ac voto volunt, id ipſum re atque actu nolle videantur.* ¶ 3. Cui non datum eſt conſilium. Virg. Æn. 3, 452 *Inconſulti abeunt.* v. ibi Servium.

¶ Inconſultum, *i*, n. ſubſt. temerarium conſultum, unrath. Sil. 8, 216 *Arma ſenatus Ex inconſulto poſuit Tiryntius heros*: h. e. ex aperte frivolo & noxio Senatus conſulto.

¶ Inconſultus, *us*, m. idem. Plauto Trin 1, 2, 130 *Inconſulto meo*, i. e. me inconſulto, ohne mein einrathen.

¶ Inconſulte, adverb. ſine conſilio, unweislich, unvorſichtig. Cic. Nat. D. 1, 16 *Inconſulte ac temere dici.* Liv 4, 37 *Inconſulte conſulteque.* Cæſ. B. Civ. 1, 45 *Incitati ſtudio, inconſultius proceſſerunt.* Salluſt. Iug. c. 35 *paullo inconſultius Maſſivam agreditur.*

¶ Inconſulto, idem. Auctor Libror. ad Herenn 3, 5 *Ne Dii quidem eſſe auxilio iis, qui ſe inconſulto in periculum mittunt.* Vlpian. L. 1 ff. de his, quæ in teſtamento delentur &c *Quæ in teſtamento legi poſſunt, ea inconſulto delata & inducta, nihilo minus valent: conſulto, non valent.*

Conſimilis, vide *Similis*, Conſimulo, *Simulo*, Conſipio, *Sapio*, Conſiſto, conſiſtorium, *Siſto*, Conſitio &c. conſiva, *Sero.*

Conſobrinus, vide *Sobrinus*, Conſocer, *Socer*, Conſocio &c *Socius*,

Consolido &c. *Solidus*, Consolor &c. *Solor*, Consomnio, *Somnium*, Consono &c. *Sonus*, Consopio, *Sopor*, Consors, consortium, *Sors*

Conspectio, vide *Specio*, Conspergo, conspersio, *Spargo*, Conspicillum, *Specillum*, Conspicio, conspicor &c. *Specio*, Conspiro &c. *Spiro*, Conspisso &c. *Spissus*, Conspondeo &c. *Spondeo*, Conspurco &c. *Spurcus*, Constabilio, *Stabilis*, Constabulo &c. *Stabulum*, Constagno, *Stagnum*, Constans, constantia, Constantinopolis &c. *Sto*, Constellatio, *Stella*, Consternatio, *Sterno*, Constimulo &c. *Stimulus*, Constipo &c. *Stipo*, Constituo &c. *Statuo*, Constratus, *Sterno*, Constrictio, *Stringo*, Constructio, *Struo*, Constupro &c. *Stuprum*, Consuadeo &c. *Suadeo*, Consualia, *Consus*, Consuavior, *Suavis*, Consubstantialis &c. *Sto*, Consudasco, *Sudo*, Consuetudo, *Suesco*.

CONSUL, *ŭlis*, m. penes quem summum erat reipubl. Romanæ imperium, dictus a *consulendo*, h. e. providendo & judicando, Quintil. auctore 1, 6. Hinc illud vetus apud Varronem L. L. 4, 14 *Qui bene consulat, consul cluat*. Græce dicitur στρατηγός, ὕπατος, tum separatim, tum utraque voce conjuncta. vid. Perizon. Animadv. c. 1 p. 35 sq. Consultissimum videtur nomen Latinum retinere, der consul, quam substituere nomina nimis infra dignitatem consulum florentis Romæ posita. Cic. in Pis. c. 10 *Animo consulem esse oportet, consilio, fide, gravitate, vigilantia, cura, toto denique munere consulatus, omni officio*. Primi fuere consules *L. Iunius Brutus & L. Tarquinius Collatinus*, postremus fuit *Belisarius*, ut testatur Cassiodor. anno a nato Christo 543. Sed vid. Ant. Pagius diss. hypat. p. 302. *Consulem facere, designare, declarare, resignare*, Cic. pro Mur. c. 1 & 4; & cont. Rull. 2 c. 1 & 2. Ciceronis etiam sunt, *Iterum, tertium, quartum, sextum, septimum Consul*, non secundo, tertio, quarto &c. consul, zum andern, zum drittenmal ꝛc. *Quinquies consul*, Val. Max. 2, 2, 4. Ibid. exter. *Agere consulem*. Diu autem hoc nomen Romæ sanctum summi magistratus proprium fuit: tandem tamen & ad proconsules, & municipiorum magistratus translatum est, quod Casaubonus Notis ad Apuleji Apologiam observat; & plures inscriptiones apud Gruterum confirmant. v. Bœcler. ad An. Tac. 1, 2 p. 26, 27 seq. ubi plura de consulibus, viris consularibus, & consulatibus. De *ordinariis consulibus*, qui calendis Ianuariis publicæ salutis gubernaculis admovebantur, v. Lev. Torrent. in Suet. Domit. c. 11 f. 1579. Turneb. Adv. 5, 10, & Lipsi. de Magistr. Rom. c. 9. De titulo consulis in nummis imperatorum vide Spanh. diss. 12 p. 452 sq. ibid. p. 460 Harduini sententiam de consulatu in imperio Rom. supremo, qui a magistratu urbano distinctus fuerit, refellit. Antiqui dicebant *cosul*, ut *cojunx, coservus*. Inde notæ COS. & COSS. v. Perizon. Animadv. c. 7 p. 296. ¶ 2. *Consulem* pro anno non poëtæ tantum dicunt, sed historici etiam & oratores. Lucan. 5, 441 *Anni a consule nomen habentes*. conf. 5, 399. Idem 4, 379 *Ignoto consule*, i. e. tempore sive anno incognito. Horat. 3 od. 21 pr. de amphora: *O nata mecum consule Manlio*. Sen. epist. 114 *Vnum putas videri ventrem, cui tot consulum regionumque vina conduntur?* i. e. tot annorum, quia consularis magistratus annuus erat. Idem epist. 4 *Inter magna bona multos consules numerare*. Hinc quoque profecta formula, *Cum* vel *sine die & consule*, apud ICtos.

¶ Consŭlātus, *us*, m. officium, vel dignitas consulis, consulat. *Capere, consequi, inire, suscipere, obtinere, gerere consulatum: Abdicare se, abire consulatu*, omnia ex Cicerone aliisque notissima sunt. *Curio consulatum Ciceronis ἀποθέωσιν vocabat*, i. e. consecrationem, Cic. Att. 1, 16 p. 121 Græv. *Honorum populi finis est consulatus* &c. *quem nemo unquam sic egit* &c. Id. pro Planc. c. 25. Pluraliter Val. Max. 5, 7, 1 *Quinque consulatibus summa cum gloria peractis*. Vid. & Bernegg. ad Suet. Cæs. c. 19, & Vellej. 2, 12, 3.

¶ Consŭlāris, *e*, consulr. *Dignitas consularis; homo, vir consularis*, qui consul fuit. *Imperium, officium consulare*, Cic. pro Rab. c. 1. *Tribuni militum consulari potestate*, de quibus infra in *Tribunus*. Horat. 2 od. 16, 9 *Consularis lictor*, fasces scil. & secures consuli præferens. Subst. Cic. fam. 12, 4 *Egregios consules habemus, sed turpissimos consulares*. Posterioribus temporibus *Consulares* dicebantur etiam, qui alias *legati*, seu *rectores provinciarum* appellabantur: ut, *Consularis Cretæ, Consularis Siciliæ* &c. quod Gronovius Monobiblo Observat. in Script. Eccl. c. 21 observat. *Consulare vinum*, idem ac optimum, ex eo, quod cadis nomina consulum olim erant inscripta. v. Martial. 7 ep. 78, & Turneb. Adv. 25, 24. ¶ 2. *Consularia* absolute atque per ellipsin, *Consularia ornamenta* integre dicebantur, insignia consularis dignitatis propria: quæ principum indulgentia conferebat nonnullis, quos illi dignitati æquatos volebant, licet consulatum ipsum nec gererent, neque gessissent. Non semel Tacitus & *Consularia insignia* vocat, e. g. Hist. 4, 4, 3; & 13, 10, 1 &c. Vellej. 2, 58, 3 *Fasces atque insignia corripere consularia*. Suet. Claud. c. 5 *Tiberius patruus petenti* (Claudio) *honores*, (i. e. consulatum) *consularia ornamenta detulit. Sed instantius legitimos flagitanti* (i. e. ipsum magistratum, non nuda insignia) *id solum codicillis rescripsit* &c.

¶ Consulariter, adverb. ut dignum est consule. Liv. 4, 10 extr. (al. 11) de Quintio: *Quinque consulatus eodem tenore gesti, vitaque omnis consulariter acta*.

¶ Consulārĭtas, *atis*, f. munus consulatus. Theod. lib. 6 Cod. tit. 19 *Consularitatis honore functus*. Eadem vox in Inscript. apud Fabrettum p. 99 occurrit.

¶ Exconsul, *ŭlis*, m. & *Exconsule*, qui consulatu functus est. Utrumque in Pandectis legitur. *Exconsule* in Sidon. 1, 11. Vide P. Crinit. de H. D. 10, 12, & Isidor. 9, 3; & Cæl. Rhod. 25, 12.

¶ Exconsularis, *is*, m. & Exconsulari, idem in Codice, vel qui Consularis fuit, ut Minervius apud Ammianum 27, 1.

¶ Proconsul, *ulis*, m. item *pro consule*, per omnes casus: in plurali *proconsules* & *pro consulibus*, proconsul. Disputat Manutius in princ. Comm. in Cic. Epistolas, utrum *pro consule*, an *proconsul* melius dicatur, cui posterius plus videtur placere propter analogiam vocis *pronepos*, cui minus recte subitituas *pro nepote*. Saltim hoc confirmat, bonum & purum verbum compositum *proconsul* esse, quamvis elegantissime quoque *pro consule* aliquando dicatur. Ita Liv. 4, 41 ext. *Tribunus militum pro consule* i. e. consulari potestate. Conf. etiam Drakenborch. ad 23, 30. *Proconsules* autem, qui κατ' ἐξοχήν ita dicuntur, tum cœpere, postquam aucto amplificatoque imperio consules, penes quos adhuc summa rerum fuerat, consulere æque partibus omnibus ac providere non possent. Itaque dicebantur *proconsules*, quia cum imperio consulari regendis tuendisque provinciis, loco consulum, præerant, sive gesto consulatu irent in provinciam, sive gesta prætura, quin interdum etiam quæstura. vid. Manut. ad Cic. fam. 1, 1 p. 5 sq. Græv. Plura apud Sigonium de antiquo jure provinc. nec non Onuphrium in 1 Fast. Comm. licebit legere. Sub principibus, conversa republica, cum alia ratione, quam ante, provinciæ essent divisæ, *Proconsules* tantum dicebantur, qui in provinciis populi (namque & hic suas habebat provincias) curabant. Nam qui Provincias principum regebant, *legati* aut *rectores* appellabantur. Aut si *Proconsules* (quod aliquando fieri solebat) dicerentur, *imperatorum proconsules* ad cæterorum discrimen appellabantur. v. Lipsi. in 2 An. Tac. itemque Casaubonum p. 8 sq. Salmasiumque, licet ab altero dissentientem nonnihil, in Hist. Aug. p. 9 sq. Inprimis autem legendus Spanhemius diss. 10 p. 174 sq. qui & diss. 12 p. 463 sq. docet, hunc titulum ipsis etiam Augustis tributum esse ob proconsulare imperium; ac tandem p. 471 concludit triplicem esse *proconsulatum*, 1. qui imperium in toto orbe Rom. in perpetuum conferebat, ac pars erat principatus, isque imperatoribus ac secundi fastigii Cæsaribus datus. 2. in magna orbis Rom. parte ad certum tempus datus, ut Germanico sub Tiberio, Corbuloni sub Nerone. 3. qui a senatu mitterentur in provincias post divisionem Augusti senatui relictas.

¶ Proconsulāris, *e*, adject. ut, *Proconsularis dignitas, imperium, provincia*. v. Gell. 5, 14; Capitolin. in Pio c. 4, & Vero c. 4. Sic & Ammian. 22, 9 *Achaia proconsularis*. Livius 5, 2 *Proconsularem imaginem* appellat tribunatum militum consulari potestate.

¶ Proconsulatus, *us*, m. proconsulat. Plin. 2 epist. 12 *Summotus a proconsulatu*.

Consulo, consultus, consultatio &c. vide *Consilium*, Consummo, *are*, &c. *Super*, Consumptio &c. *Sumo*, Consurgo &c. *Surgo*.

CONSVS, *i*, m. consiliorum apud Romanos veteres Deus habitus, quod eum consuleret Romulus, ut testatur Augustinus de C. D. 4, 11. Vnde & Arnobius 3 p. 113 *Consum* dictum ait, *quod salutaria & fida consilia suggerat cogitationibus. Consum* quidam Neptunum filium Saturni dicunt. Auson. epigr. 69, 9 *Proles Saturnia Consus*.

¶ Consualia, *orum*, n. pl. feriæ & ludi, qui Consi honori celebrabantur. Plutarchus Romulo: Liv. 1, 9. itemque Varro L. L. 5, 3 & Festus in *Consualia*. Sic Dion. Halicarn. 1 Hist. *Dedicarunt*, inquit, & *Romani Neptuno equestri templum, atque diem illum solennem, quem Arcades Hippocratia, Consualia Romani vocant, iidem constituere, quo in die cessant ab operibus equi & muli, redimiti floribus capita*. conf. Ovid. Fast. 3, 199. Auson. ecl. de feriis Rom. v. 19.

Consusurro, vide *Susurrus*, Consutilis, consutura, *Suo*.

Contabesco &c. vide *Tabes*, Contabulatio, contabulo, *are*, *Tabula*, Contactus, contages, contagio &c. *Tango*, Contaminatio, contamino &c. *Tamino*, Contatus, *Contor*.

Contechnor, vide *Techna*, Contextus &c. *Tego*, Contemero, *are*, *Temere*, Contemno, contemtibilis &c. *Temno*, Contemplari, contemplatio &c. *Templum*, Contenebro, *Tenebræ*, Contente &c. contentio, contentiosus &c. *Tendo & Tuneo*, Contermino &c. *Terminus*, Conterraneus, *Terra*, Contesseratio, contessero, *Tessera*, Contestari, contestatio &c. *Testis*, Contextio, contextus, *Texo*.

Conticesco, conticinium, vide *Taceo*, Contiscium, *Coxtus*, Contignare, contignatio, *Tignus*, Contiguus, *Tango*, Continentia, *Teneo*, Contingo, *Tango*, & *Tingo*, Continuitas, continuus &c. *Teneo*.

Contogatus, vide *Toga*, Contolero, *Tolero*, Contor, *Contus*, Contorqueo, contorsio, contortus, *Torqueo*.

CONTRA, præpos. & interdum adverb. wider, gegen; ut, *Contra officium*, Cic. Off. 1, 6. *Contra naturam vivere*, ib. 3, 5. *Contra commodum suum facere aliquid*, Suet. Aug. c. 78. *Quibus contra valetudinis commodum laborandum est*, Cic. pro Mur. c. 23. *Radix contra serpentium morsus efficax*, Plin. 20, 8. conf. 5, 1. *Præsidia contra vim collocata*, Cic. pro Mil. c. 1. *Ne contra te arma ferrem*, Nep. 25, 4, 2. Add. Cic. Off. 3, 12. ad Her. 4, 39. Vell. 2, 21, 4. *Hæc res est contra me*, Cic. Acad. qu. 4, 18; & Sen. de Benef. 6, 31. *Contra aliquem, aut aliquid, venire* est oppugnare aliquem, rem aliquam eversum ire, Cic. pro L. Mur. 4, & alibi, v. Menckenii Observ. *Contra victorem facere*, Cælius Cic. Att. 19, 9. Sed *Contra aicere* est accusare apud Cic. pro Cluent. c. 48. ¶ 2. Vsurpatur etiam de loco, & idem est quod ex adverso, e regione, entgegen, gegen über. Virg. Æn. 3, 692 *Sicanio prætenta sinu jacet insula contra Plemmyrium*. Cæs. Civ. 3, 23 *Insulamque, quæ contra Brundusinum portum est, occupavit*. Et c. 28 *Naves contra Lissum in anchoris constiterunt*. conf. Liv. 3, 26. Hac ratione & absolute atque in modum adverbii usurpatur. Liv. 5, 37 *Omnia contra circaque hostium plena erant*. Cæs. B. G. 2, 17 *Legiones contra consistere non audent*. Tac. Agric. 10, 2 *Septemtrionalia ejus nullis contra terris, mari pulsantur*. Livius l. 16, 6 *Vt contra intueri fas esset*. Plautus in Casin. 5, 3, 2 *Contra aspicere. Contra tollere & attollere oculos*, in not. Bentleji ad Horat. L. 1 Carm. 3 v. 18. ¶ 3. Vetus elegantia *contra ea*, pro *contra*, vel *e contrario* dicere, hingegen. Nepos præfat. n. 6 *Contra ea plerique moribus nostris sunt decora*, conf. Id. 6, 9, 5; 7, 8, 4; 9, 5, 4 &c. Sic Liv. 2, 60 pr. *Contra ea in Æquis inter consulem ac militem comitate ac beneficiis certatum est*. conf. 41, 24. Cæs. de B. C. 3, 74 *Contra ea Cæsar neque satis militibus perterritis confidebat*. conf. Id. B. G. 5, 2, 29. Sallust. Orat. 1 ad Cæs. pr. *Contra id eniti decet, cum ipse bonus ac strenuus sis, uti quam optimis imperites*. ¶ 4. Sed cum *ac, atque, quam*, particulis idem eleganter significat, quod *diversum, aliter* aut *secus*, anders als. Cic. Divin. 2, 24 extr. *Vides, omnia certe contra ac dicta sint, evenisse*. Id. in Orat. c. 40 *Vt contra ac dicit, accipi velit*, Id. pro Sylla c. 24 *Contra atque in cæteris caussis fieri solet* Et de Orat. 2, 20 *Contra quam decet*. pro domo c. 46 *Contra, quam proposueram*. Id. in Pis. c. 8; Vt, *senatus contra, quam ipse censuisset, ad vestitum rediret*. v. Hadr. Apud Senecam epist. 7 absolute dicitur: *Contra est*, i. e. contrarium evenit, umgekehrt. Sic Cic. Off. 1, 15 *Contra fit a plerisque*. Id. fam. 13, 18 *Vtrumque contra accidit*. ¶ 5. *Auro contra carus non est*, Plaut. Epid. 3, 3, 29 *Ne tu habes servum graphicum, & quantivis pretii! Non carus est auro contra*: er ist nicht mit Golde zu bezahlen. Turneb. Adv. 30, 29 *Mira loquendi ratio*, contra carus non est. *Illud* contra,

val. re-

valere mihi videtur, ſi contra appendatur: *vel* pari pondere auri carus non eſſet. Vide Scalig. eruditiſſime, ut ſolet, hanc phraſin enucleantem Not. p. 195 ad illud Varr. R. R. 1, 2 *Vbi poma venient contra aurum.* ¶ 6. Aliquando ponitur pro *viciſſim*, wiederum, hinwiederum. Ter. Adelph. 1, 1, 24 *In eo me obtiſco: ſolum id eſt carum mihi, illeut item contra me habeat, facio ſedulo.* conf. Id. Eun. 2, 3, 64; & Hec. 4, 27. Et ita Plaut. Amph. 2, 2, 23 *Quæ me amat, quam contra amo.* ¶ 7. Sic & adverbialiter e diverto, e contrario, notat, hinwegen, anderu theils. Vellej. 2, 56, 3 *Iul. Cæſar Brutum non obligaverat, contra offenderat Caſſium.* Et ita ſæpe Cicero uſus eſt, e. g. fam. 4, 4 *Tibi beati videmur: at contra nobis tu beatus.* Ovid. de Arte am. 2, 604 *At contra gravis eſt culpa.* conf. Nepos 2, 4, 5; 7, 5, 3; 7, 8, 1; 17, 3, 4; 15, 6, 1; Tac. An. 5, 28, 4. ¶ 8. Hoc quoque notandum h. l. eſt, ultimam ſyllabam in *contra* ab ævi ſequioris poetis non raro correptam eſſe. Pro qua obſervatione Voſſius de Arte Gramm. 2, 24 hunc Manilii verſum, qui lib. 2, 252 eſt, producit: *Contra jacet cancer paullum diſſentus in alvum.* Manilium enim non Auguſtei ævi, ſed multo recentioris; & *σύγχρονον* adeo Auſonii (de quo longe aliud mihi perſuadeo) poetæ eſſe exiſtimat. Sed quia alias ultimam in *contra* produxit ſemper, quod ſciam; miror profecto, eccur hic demum eam legem migrarit. Quin potius exiſtimo, *τὸ jacet* per dialyſin trifyllabum feciſſe, ut elideretur ultima litera in *contra*, primæ autem duæ in *jacco* corriperentur. Ita & Calpurnius ecl. 6, 50 *Genus eſt ut ſcitis equarum Non ſingule mihi.* Item Sen. Hipp. v. 287 *Si qua ferventi ſubiecta cancro*, &c.

¶ Contrārius, *a, um*, repugnans, adverſus, zuwider, widrig, entgegen. Cic. Off. 3 ſub fin. *Omnis voluptas honeſtati eſt contraria.* Id. de Orat. 1, 34 *Diſputari de omni re in contrarias partes.* Id. Divin. 1, 35 *Flamma in contrarias partes fluunt.* Pollio ap. Cic. fam. 10, 33 *Verebar, ne pium conſilium meum raperent in contrariam partem obtrectatores mei*, unaleich oder anders deuten. Cic. de Invent. 2, 52, & Aut. ad Herenn. 1, 3 *Il. vel ex contraria parte*, idem quod *contra*; item *e regione. Res contrariæ* ſunt adverſæ, quæ moleſtiam hominibus creant, ap. Cic. Tuſc. Diſp. 4, 24. Læl. c. 13. Pollio Cic. fam. 10, 31, 10 *Id maxime contrarium eſt*, i. e. abſurdum. Liv. 2, 6 ext. de Bruto & Tarquinio per mutua vulnera cadentibus: *Contrario ictu per parmam uterque transfixus.* ¶ 2. *Contrarium* cum *ac*, eadem ponitur elegantia qua *contra*, ut Cic. Verr. 3, 46 *Decernit contrarium ac paullo ante decreverat*, i. e. diverſum ab eo, quod paullo ante. Idem Somn. Scip. c. 4 *Aſtra errantia verſantur retro contrario motu, atque celum*, dem lauf des firmaments entgegen. Hor. 1 ſerm. 2 v. 24 *Dum vitant ſtulti vitia, in contraria currunt.*

¶ Contrarium, *i*, n. ſubſt. das gegentheil, widerſpiel. Aut. ad Herenn. 4, 19 *In contrario*; & mox: *Sententiam & contrarium & concluſionem frequentibus efferat verbis.* conf. c. 34 &c. Et plur. c. 45 *Contentio eſt, per quam contraria efferuntur.* Nep. 15, 4, 2 *Sin vult contraria.* Cic. Tuſc. 5, 17 *Contrariorum contraria ſunt conſequentia.* conf. mox *Econtrario.*

¶ Contrarie, adverb. hergegen, deme zuwider. Cic. Partit. Orat. c. 31 *Alio ſe eadem de re contrario ſcripto defendere.* Id. de Orat. 1 c. 31 *In quo aut ambigue quid ſit ſcriptum, aut contrarie.*

¶ Contrario, idem; quo Nepos uſus eſt 18, 1, 5 *At apud illos contrario nemo ad id officium admittitur.* Vitruv. 8, 1 extr. *Campeſtribus locis contrario non poſſunt haberi copiæ.* Conf. Borrich. Cogit. p. 76.

¶ Contrario, *are*, adverſari, zuwider ſeyn. Poſtremæ Latinitatis verbum. Proſper Aquitanicus de Promiſſ. 2, 33 *Qui dum ſibi quaſi contrariare viſi eſſent.* Duo loca contra Voſſium, qui improbarat hanc vocem, affert Sciopp. Animadv. p. 9.

¶ Contrarietas, *atis*, f. die widerwertigkeit. Macrob. Somn. Scip. 2, 15 *Numquam ex duplicatis ſimilibus contrarietas emergit.* Et c. 16 *Nulla eſt contrarietas* &c. conf. Tertull. adv. Hermog. c. 35; & Sidon. 4, 12.

¶ Contraverſum, im gegentheil. Solin. c. 15 de Thracibus: *Recentem natum fletu parens excipit: Contraverſum læta ſunt funera.*

¶ Econtra, idem quod *contra*, hingegen; quo uſus non ſemel vetus Bibliorum interpres eſt. Nam apud Claſſicos auctores vix invenitur. Cicero ſimpliciter *contra* habet, aut *ex contraria parte*. E junioribus tamen & eruditiſſimi etiam illius uſu non abſtinuerunt: quos Voſſius notat de Vit. ſerm. 1, 24. Et putat ille quidem illud *econtra, ex e contrario* per compendium ſcripturæ, vel *& contra*, ſive *συζευκτικῶς eccontra* natum. Poſſumus conjicere ex *ea contra* contractum eſſe. Nam ſicut *ea propter* pro *propterea* dixerunt veteres: ita & *ea contra* pro *contra ea* dicere potuerunt. Simpliciſſima ratio eſt, ex *e* & *contra* compoſitum ſtatuere. Non raro enim præpoſitiones componebant veteres, ſive geminabant: ut in *exante, inante, propalam*, &c. factum novimus. Nonnunquam & adverbiis eas dem jungebant. Ita enim *demagis, deforas, aforis*, &c. in veteribus ſcriptoribus & monumentis legimus. Adde, ſi placet, Anti-Barb. Latin. & Curas Poſteriores Cellarii, ubi auctores allegantur medii ævi, qui hac vocula uſi ſunt, & Tacitus, cui plures editores 12, 47, 5 tribuerunt, ab illa liberatur. Patronis ejus adde Alcimum Avitum epiſt. 4, & Servium in Æn. 6, 772; Impugnatoribus autem adjunge Theod. Ryckium ad d. l. Tacit. Aur. Vict. Cæſ. c. 39 ſub fin. *Et econtra ſuppliciis flagitioſi cujusque virtutum ſtudia augebantur.*

¶ Econtrario, diviſim debet ſcribi, dagegen, im gegentheil. Sen. epiſt. 85 *E contrario non remittetur*, &c. Tertull. de Anima c. 5 *Si non altos e contrario inſpexerint.* Colum. 11, 3 *In locis ſiccis* &c *at uligineſis e contrario in dorſo.* Et ſic apud Nepotem 11, 1, 4; 22, 1, 2; 25, 9, 3. Et Cic. pro Roſc. com. c. 16 *Ex contrario.*

Contractio, &c. vide *Trahо*, Contradico, &c. *Dico*, Contraliceor, *Liceo*, Contrarietas, contraverſum, *Contra.*

CONTREBIA, *æ*, f. urbs Hiſpaniæ, victoria Metelli memorabilis apud Florum 2, 17, 10; Vellej. 2, 5, 2; Aur. Vict. Vir. illuſtr. c. 61, & Frontin. 1, 1, 12. Dicitur & *Centobrica*, de qua ſupra. *Contrebiam* Livii 40, 33, *Complegam* Appiani eſſe vult Ortelius.

Contrectabilis, contrecto, &c. vide *Trahо*, Contremo &c. *Tremo*, Contribulis, *Tribus*, Contribulo, &c. *Tribula*, Contribuo, &c. *Tribuo*, Contriſto, *Triſtis*, Contritio, *Tero*, Controverſia, &c. *Verto*, Contrucido, *Trux*, Contrunco, *Truncus.*

Contubernali-s, contubernium, vide *Taberna*, Contubulatio, *Tubus*, Contueor, &c. *Tueor*, Contumacia, contumax, contumelia, *Tumeo*, Contumulo, &c. *Tumulus*, Contundo, &c. *Tundo*, Conturbatio, conturbo, &c. *Turba*, Conturmo, *Turma.*

CONTVS, *i*, m. *κοντὸς*, pertica, eine ſtange. Vet. Gl. *κοντὸς, pertica, ſudis, camax.* CAMAX autem & ipſum Græcum eſt. Idem Gloſſ. *κάμαξ, Rutica, pertica. Ratem conto ſubigere*, Virg. Æn. 6, 302; *regere*, Sen. Herc. fur. v. 768. *Contis remisque ſuperare adverſum amnem*, Plin. 8 epiſt. 8. Perticæ autem iſtæ, ſive conti, ſi ferrum haberent præfixum, inter arma non modo & inſtrumenta nautica, ſed bellica etiam erant. Virg. Æn. 5, 208, de Naumachia exponens: *Ferrataque ſudes & acutos cuſpide contos Expediunt.* Tac. An. 14, 5, 5 *Aceronia imprudens, contis & remis, & quæ fors obtulerat, navalibus telis conficitur.* Ibid. 6, 35, 2 in Sarmatarum armatura & *Contos* numerat: eosque prælongos fuiſſe Hiſt. 1, 79, 5 ſignificat. Item 4, 44, 3 *Præfixa contis capita geſtans*, &c. *Contus* etiam inter tela, quibus in muros emitens hoſtis dejicitur. Ita Virgilius appellat Æn. 9, 510, & Lucan. 6, 174. ¶ 2. In Codice nonnullos ladi genus, *κοντάρους κοντοὺς χωρὶς τῶν τοξικῶν* appellatum; quod Imperator Valentinianum Quintianum interpretatur, de quo Salmaſ. exerc. Plin. f. 726, *Κοντᾶς* namque *parvus contus* eſt.

¶ Contor, *atus ſum*, *ari*, verbum citatur ex Cic. Art. 11, 10 *Cumque ex eo de me contactus*, hoc eſt, *ſciſcitatus, quæ eſſent*, ubi exemplaria quædam legunt *percontatus*: verum etiam Græcius *contaretur* edidit; forſchen, a conto, nautarum pertica. *Cunctari* etiam ſcribi hanc vocem, teſtatur Donatus in Ter. Hec. 1, 2.

¶ Contrabendus, *a, um*. Apul. Met. 8 p. 203 *Quem primum inſiliat, contabunda* (beſtia) *rimatur.* Sed malim referre ad *cunctari* tamdiu *cunctatur* beſtia, dum rimetur. Ita

¶ Contanter, ex Apul. pro *Cunctanter*, vide infra in *Cunctor.*

¶ Contatio, *onis*, f. die forſchung, apud Plinium 1 epiſt. 8, 4 ſq. Ita etiam Apul. 7 legunt *nec mora nec contatio* pro *cunctatio.*

¶ Contatus, *i*, m. conto armatus, ein reuter. Veget. 3, 6 *Vtrum pedites, an equites? utrum contati, an ſagittarii amplius valeant, ſcire nos convenit.* Hi Græce dicuntur *Κοντοφόροι.*

¶ Contēgnobēlon, *i*, n. *κοντοφορβόλιον*, ludus, quo jactu perticæ ſe exercebant, luſtinian. Cod. l. 3 t. 34 l. 3.

¶ Contĕphĕri, milites longioribus haſtis inſtructi, piquenirer. Pollux 1, 10, 5 *δορατοφόροι, κοντοφόροι.*

¶ Contificium, *i*, n. vel Contiſigium, ut Caſaubonus putat, tamquam amphitheatrale verbum, ex Vopiſci Probo c. 19 affertur, ut contum vel venabulum ſignificet, vel actum tranſfixionis ferarum. Editum enim eſt: *edunt centum ſabatos leones, qui omnes contificiis interemti ſunt.* At Salmaſius ex MSS. Palatino *poſticeis* legit, quæ ibidem explicat.

¶ Decontor, *ari*, i. e. percontari, ſcrutari, rarius verbum, unterſuchen. Apul. Met. 7 p. 198 (Pricæo 148) *Dum in iſta necis mee decontor electione.* Vſus & lib. 10 eſt p. 239 *Vnde potiſſimum caperet exordium, decontatur.* Etiam forte melius ad *cunctari* retuleris.

¶ Percontor, *ari*, eſt conto explorare; a re nautica ad aliam translatum, promiſcue a quibusdam ſcribitur: *Percontari & Percunctari*, nachforſchen, fragen, erfunctigen. Cic. de Inv. 2, 1 *Socrates percontando & interrogando eliciere ſolebat eorum opiniones.* Horat. 1 ep. 18, 96 *Leges & percontabere doctos.* Plaut. Aſin. 2, 4, 95 *Si eſſes percontatus me ex aliis.* Id. Aul. 2, 2, 33 *Quæſo quod te percontabor, ne id te pigeat proloqui.* Auct. ad Herenn. 2, 15 *Ab adverſariis percontabitur accuſator.* Cic. in Bruto c. 46 *Theophraſtus cum percontaretur ab anicula quadam, quanti aliquid venderet.* Id. Somn. Sc. c. 1 *Ille me de republ. noſtra percontatus eſt.* Ter. Hec. 5, 3, 12 *Tua quod nihil refert, percontari deſinas.* Idem cum Plautino in Stich. 2, 1, 48 *Tua quod nihil refert, ne cures.* Rurſus Ter. Phorm. 2, 4, 12 *Percontatum ibo ad portum.* Quintil. 9, 2 p. 770 ita diſtincta eſſe *Percontari & interrogare* docet, ut illud noſcendi, hoc arguendi cauſſa quærere ſignificet. Quod cum contra intelligeret Popma de Differ. Verb. male arguit falſitatis. v. Burm.

¶ Perconto, *are*, activa forma, idem. Apul. Met. 11 p. 266 *Quod ſedulo percontaveram.* conf. Priſcian. 8 p. 799; & antiqua exempla ap. Nonium 7, 52.

¶ Percontans, *tis*. Apul. Flor. p. 362 *Percontanti nemo reſponderet.*

¶ Percontatio, *ōnis*, f. die unterſuchung, nachfrage. Cic. de Univerſ. ſub init. *Primum tempus ſalutationibus, reliquum percontatione conſumſimus.* Cæſ. B. G. 5, 13 *Nihil de eo percontationibus reperiebamus.* Scribitur etiam *Percunctatio*, ut Dialog. de Oratoribus c. 1. conf. Feſtum.

¶ Percontator, *ōris*, m. der zur unterſuchung anſtellet. Horat. 1 epiſt. 18, 69 *Percontatorem fugito; nam garrulus idem eſt: Nec retinet patulæ commiſſa fideliter aures.*

¶ Procontor, *ari*, ausforſchen. Symmach. 6 epiſt. 53 Ed. Parei: *Ab hoc procontanda diſcetis.* Sic expreſſe ex MS. Gifan. al. aliter.

Contuſio, contuſus, vide *Tundo*, Contutor, *Tueor.*

Convacillo, vide *Vacillo*, Convadari, *Vas, vadis*, Convaleſco, *Valeo*, Convallare, &c. *Vallum*, Convallis, *Vallis*, Convariare, &c. *Varius*, Convalare, *Vas, vaſis*, Convaſtare, *Vaſtus.*

Convectio, &c. quære *Veho*, Convelare, *Velum*, Convellere, *Vello*, Convena, conventiculum, &c. *Venio*, Convenuſto, *Venuſtus*, Converbero, *Verber, ĕris*, Converritor, converro, *Verro*, Converſatio, converſio, converto, &c. *Verto*, Converſtire, *Veſtis*, Convexare, *Vexo*; Convexio, &c. *Veho.*

Convibro, vide *Vibro*, Conviciator, convicium, *Vox*, Convictor, convictus, &c. *Vivo*, Conviolo, *Vis*, Conviſo, *Video*, Convitium, *Vitium*, Conviva, convivium, &c. *Vivo.*

Convoco, &c. vide *Voco*, Convolvo, convolvulus, *Volvo.*

CŌNUS, *i*, m. *κῶνος*, eſt corpus, quod circumactu trianguli circa latus ſuum gigni intelligitur; aliis *meta* dicitur, ein kegel. Cic. Nat. D. 1, 10 *Mihi vel cylindri forma, vel quadrati, vel coni, vel pyramidis videtur eſſe figuratior.* Et ibid. 2, 18 pr. *Conum tornatis, & cylindros & pyramidem ſolidiorem, quam ſphæram videri.* ¶ 2. Ab hac forma ita ſpeciatim dicitur ſuperamen galeæ, ſuper quo criſtæ ſunt, die ſpitze am helm. Virg. Æn. 5, 468

Et conum tollit, geminæ galeæ, criſtaque comantes.

Et Ovid. Met. 3, 108 *Tegmina mox capiti conus pictus natantia cono.*

¶ 3. *Coni* etiam fructus abietis, pini, & cupressi dicuntur, tannzapfen, zirbelnüsse. Serv. in Æn. 3, 680 *Conus*, inquit, *dicitur fructus cupressi, & ipsa κωνοειδὴς est. Nam a rotunditate in acumen levatur.* ¶ 4. *Conus* pix liquida, Dioſc. 1, 79.

¶ Conula, æ, f. dimin. herba, **polium**. Apul. de Herb. c. 57.

¶ Cōnĭfer, & Cōnĭger, *a, um*, arborum, quæ conos ferunt, epitheta. Virg. Æn. 3, 680 *Aeriæ quercus, aut conifera cyparissi.* Catull. de Nupt. Pel. & Thet. 164, 106 *Quercum aut conigeram sudanti cortice pinum.*

¶ Cōnoïdes, κωνοειδὴς, quicquid coni habet figuram, was eine geſtalt hat wie ein kegel. Vide modo adducta Servii de cupreſſo verba, quæ de formina arboris potiſſimum intelligenda ſunt.

¶ Convulnero, vide *Vulnero*, Convulso, *Vello*.

CŌNŸZA, æ, f. κονυζα, Theophraſtus *pulicariam* vocat, quia ſubſtrata pulices necat, gelbe münz, Matthiol. dürrwurz, flöhkraut. Conf. Plin. 21, 9 & 10.

¶ Cony zois, *idis*, f. herba eadem quæ *Conila*, kleiner pfeffer, Plin. 19, 8.

Coodibilis, vide *Odi*, Coolefco, *Oleo*, Coonero, *Onus*, Cooperator, &c. *Opus*, Cooperculum, cooperio, &c. *Pario*, Cooptatio, *Opto*.

CŌOS, κῶος, in ludo talorum ſenio ſive ſenarius erat, ἓξιτης. Vide *Senio*, ſub *Sex*; Item *Canis* & *Talus*. ¶ 2. Cōos, Inſula, vide infra *Cous*.

Cōpa, vide *Caupo*, & mox *Copiæ*, Copadia, vide *Cupedia*.

COPE, es, f. κοπὴ, *ſectio*, der ſchnitt, a κοπτω, *ſeco*.

¶ Cōpis, *idis*, f. κοπὶς, a κοπτω, *ſeindo, ſeco*, cultor ſive gladius levirer curvatus, falci ſimilis, ein ſebel. Curt. 8, 14, 29 *Copidas vocat gladios leviter curvatos, falcibus similes.* Apul. Met. 11 p. 260 *Illum sacrificulum chlamyde copides & venabula venatorem fecerant.* Ergo tam in bello, quam venatione uſus illarum fuit. v. Freinsh. Ind. Curt. hac voce. Leunclav. ad Xenoph. not. p. 1036 ſeq. & in Pand. Turc. c. 172. Briſſon. de Regno Perſ. 3 p. 268. Lipſ. Analect. ad Milit. Rom. 3, 3, & Saturn. 2, 9. ¶ 2. Eſt etiam cœnæ Laconicæ nomen, Freinsh. ibid. & Rhodig. Lect. ant. 14, 58. Hinc

¶ Copiſſo, *are*, κοπιζω, eſt convivium celebrare in Tirthenidiis, i.e. quando nutrices pueros deferunt in Dianæ templum. v. Rhodig. l. c.

¶ Syncŏpe, *es*, f. ἀποκοπὴ, figura contraria paragogæ; ut Virg. ecl. 1, 53 *Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi*, pro *peculii*.

¶ Apocŏpus, *i*, m. ἀπόκοπος, abſciſſus, ſpado, mutilus, ein verſchnittener. Iul. Firmicus 3, 14, 8 *Ineffaces & apocopos reddunt, & qui nihil agere possunt.*

¶ Pericŏpe, *es*, f. περικοπὴ, amputatio, conciſio. Hieron. ad Pammach. vulgo ita vocant locos ſcripturæ ſacræ, ut *Pericopæ Evangelicæ*.

¶ Syncŏpe, *es*, f. συγκοπὴ, figura dictionis ejectiva contraria; ut, *Cingite fronde comas & pocula porgite dextris*, pro *porrigite*, Virg. Æn. 8, 274. ¶ 2. *Syncope* defectio ſeu deliquium animi dicitur, ohnmacht. Vide *Syntexis*.

¶ Syncŏpo, *are*, in ohnmacht fallen. Veget. de Re vet. 1, 56 *Si quod jumentum syncoparuerit.*

¶ Syncopātus, *a, um*, ohnmächtig, apud eumdem Veget. 1, 53.

CŌPHINUS, *i*, m. κόφινος, ſporta, corbis, ein korb, kober. Colum. 11, 3 *Stercorata terra indita cophinis.* Juvenal. ſat. 3, 13 *Debibra locantur Iudaïs, quorum cophinus fœnumque supellex.* Rationes mercenariorum & expenſarum in exercitu adſervabantur in cophinis. vid. Veget. 12, 20. Vet. Gloſſ. κόφινος, *Corbis, corbula, qualus.* conf. Iſidor. 20, 9.

CŌPIA, æ, f. (quaſi Coopia,) Dea ubertatis ac abundantiæ apud antiquos, Fortunæ comes, de qua Luctatius, vetus ſcholiaſtes Statii, in Theb. 4, 106. Hæc fingebatur cornu geſtare plenum uvis, malis, ac ſpicis: unde *Cornu Copiæ*, proverbia iter quaſi, de abundantia celebratur. de quo vide Chiliad. & ſupra *Amalthea*. Huc reſpexit Horat. 1 od. 17, 14 *Hinc tibi Copia Manabit ad plenum benigno Ruris bonorum opulenta cornu.* Et Carm. ſeculari v. 59 *Apparetque beata pleno Copia cornu.* Et 1 epiſt. 12 v. ult. *Aurea fruges Italiæ pleno diffudit Copia cornu.* Alii tamen hoc cornu ipſi Fortunæ tribuunt. vid. Plutarch. de fortun. Rom. Pop. p. 318; & Heinſium ad Heſiod. c. 11. ¶ 2. Hinc de quavis abundantia & multitudine *Copia* dicitur, menge, überfluß. Cic. Att. 2, 6 *Libris me delecto, quorum habeo Antii festivam copiam.* Id. Off. 1, 43 *Omnium rerum copia affluat.* Et de Amic. c. 15 *Omnibus copiis circumfluere.* Sic & dicendi ubertas *copia*. Cic. de Orat. 1, 12 pr. *Quid discernes eorum ubertatem in dicendo & copiam ab exilitate?* Et Verr. 2, 4 pr. *Quod est ingenium tantum? quæ tanta facultas dicendi & copia? Bonam copiam ejurare.* v. *Ejuro*. ¶ 3. *Copia* pro facultate & poteſtate, die gelegenheit, die macht, das vermögen. Ter. Andr. 2, 1, 20 *Neque pol auxilii locum habeo, neque consilii copiam*, ich weiß weder zu helfen noch zu rathen. Hinc *Copiam rei dare, facere*, geſtatten, macht geben, zulaſſen. Ter. Heaut. Prol. v. 28, 29; & 2, 3, 41; Cic. de Orat. 3, 33; Plaut. Capt. 3, 5, 90; & Curc. 2, 3, 51. *Copiam alicujus habere*, Sall. B. Iug. c. 111. *Copia eſt, illi in otio vivere*, Id. B. Cat. c. 17. *Ea res dedit existimandi copiam*, Ter. Heaut. 2, 3, 41. Virg. Æn. 1, 520 *Postquam introgressi, & coram data copia fandi.* Cum infinito Sall. Catil. 17, 6 *Quibus magnifice vivere copia erat*, h. e. vivendi. ¶ 4. *Ex copia verum ſtatuere & consilium capere* Salluſtio Iug. 39 extr. & 98, 3 ſignificat ex conditione rerum. Id. Iug. 90, 1 *pro rei copia.*

¶ Cōpiæ, *arum*, f. pl. exercitus ſignificant, ein heer, kriegs-volck. Ter. Eun. 4, 6, 17 *Videt militem secum ad te quantas copias adducere?* Cic. fam. 12, 5 *Magnas Romæ Pansa copias ex delectu Italiæ comparat.* Hinc eleganti metaphora Ter. Heaut. 4, 1, 56 *In angustum oppido nunc meæ coguntur copiæ*, i. e. in extremo verſor diſcrimine, ich weiß weder aus noch ein. Sic enim laborat exercitus iniquo concluſus loco. ¶ 2. Sed & ſingularis de multitudine militari uſurpatur. Virg. Æn. 2, 564 *Reficiris, & quæ sit me circum copia luctus*, i. e. quanta manus militum ſive numerus; itaque locutum Salluſtium Servius ibidem obſervat. Pompejus ad Lentulum ap. Cic. Att. 8, 12 *Ad Domitium literas misi, uti ipse cum omni copia ad nos veniret.* Et paullo poſt: *Alter in Siciliam, cum ea copia, quam Capuæ, & circa Capuam comparasti.* Ipſe Cic. Att. 13 epiſt. ult. *Omnis armatorum copia.* Sic, *Levis copia*, Tac. An. 2, 52, 4. v. Bernegg. ad Suet. Aug. c. 21. Adde Hirt. B. Afric. c. 16. ¶ 3. *Copiæ* & commeatus ſignificant, hoc eſt, quicquid ad victum pertinet, proviant. Cæſ. B. G. 4, 4 *Se eorum copiis alueruni.* Cic. pro Dejot. c. 5 *Ille exercitum Cn. Domitii suis copiis & tectis sustentavit.* Sen. ad Helviam c. 6 *Quid tam abruptum undique, quam hoc saxum? quid ad copias respiciente jugunius?* Plin. 2 epiſt. 17 *Suggerunt affatim ligna proximæ silvæ: cæteras copias Ostiensis culonia ministrat.* Tac. Hiſt. 3, 15, 3 *Auxiliares cohortes in agrum Veronensium missæ, ut specie parandarum copiarum, civili præda miles inbueretur.*

¶ Copiŏlæ, f. pl. dimin. *Extenuatissimæ copiolæ*, Brut. ad Cic. fam. 11, 13.

¶ Copio, *are*, vel Copior, *ari*, augere, locupletare, parare copias. Q. Claudius apud Gell. 17, 2 *Romani armis & magno commeatu prædaque ingenti copiantur:* ubi Gellius addit: *Copiari* verbum caſtrenſe eſſe, ex eademque figura, qua *liguntur, pabulantur & aquantur*, conf. Nonium 2, 141.

¶ Copĭrius, *i*, m. idem qui *Parochus* in Horat. 1 ſat. 5, 46, ubi Acron: *Parochi latino vocabulo Copiarii dicti sunt, ut auctor est Porphyrius, quod omnium rerum necessariam copiam regum populorumque legatis suppeditabant.*

¶ Copiōſus, *a, um*, quod abundat copiis, häufig, volckreich, überflüſſig. Cic. Att. 5, 18 p. 529 *Locus copiosus a frumento.* Nepos 18, 8, 5 *Illa* (via) *qua omnes commeabant, erat copiosa, omniumque rerum abundans.* Sic Cic. pro Arch. c. 3 *Urbs copiosa*, in qua omnium rerum eſt copia. Id. Off. 2, 22 *Numquid copiosior L. Mummius, cum copiosissimam urbem funditus sustulisset?* & de Orat. 3, 32 *Copiosior orator.* Cic. Verr. 2, 36, 1 *In dicendo copiosus.* Cæſ. Gall. 1, 23 *Oppidum maximum & copiosissimum.*

¶ Copiosē, abundanter, überflüſſig, reichlich. Cic. Nat. D. 2, 47 *Pastum animantibus large & copiose natura comparavit.* Sic, *De re aliqua copiose differere.* Id. pro Flacco c. 17 ext. *loqui*, Id. de Orat. 2, 35. Id. in orat. c. 4. *Copiosius dicere:* de Orat. 1, 62; & 3, 32 *Copiosissime dicere; laudare*, ibid. 2, 10; *defendi*, pro Quintio c. 28.

¶ Copiōsĭtas, *atis*, f. die menge. Pacuvio tribuitur.

¶ Cōpis, *is*, antiquum adjectivum, contractum ex *Coopis*, quaſi cum ope, i. e. copiosus, dives, reichlich, voll. Plaut. Bacch. 2, 3, 117 *Ut amantem herilem copem facerem filium.* conf. Id. Pſeud. 2, 3, 8; & Pacuv. teſte Nonio 2, 119; & Feſtus. Veteriſſimi *Ops* & *Cops* pro *opulentus* & *copiosus* dicebant, teſte Priſciano 7 p. 752.

¶ Cōpōna, *æ*, f. *taberna*, inquit Feſtus, *a copiis dicta*, ein gaſthof, vide ſupra *Caupona* in *Caupo*.

¶ Copo, *ōnis*, m. primum, poſtea *Caupo* dictus. Vide locum Cicer. ſupra in *Caupo* & adde Martial. 3 epigr. 57.

¶ Cōpa, *æ*, f. mulier quæ cauponam exercet, eine wirthin. Suet. Ner. c. 27 *Disposita per litora & ripas diversoriæ tabernæ parabantur, insignes gaudæ, & matronarum institutas operas imitantium*, &c. Vide plura ſupra in *Caupo*. Adde Voſſ. 1 Inſtit. Orat. p. 161.

¶ Adcopiōſus, *a, um*. Gloſſ. lat. gr. *Adcopiosus*, ἐυπορος.

¶ Percopiōsus, *a, um*, valde copioſus, weitläuffig. Plin. 9 epiſt. 31 *Legi, quæ de me scripsisti: in quibus percopiosus fuisti.* conf. Sidon. 1, 1.

¶ Percopiōsē, adverb. ſehr reichlich). Sidon. 4 epiſt. 7 *Percopiose me officii votivi compotem fecit.*

¶ Incopiōsus, *a, um*, ſine copia, leer. Tertull. de Jejun. c. 5 *Solitudo incopiosa.* Contrarium *copiosus* fuit ſupra in Nepote 18, 8, 5.

CŌPIĀTA, *æ*, m. κοπιατὴς, velpillo, ein todtengräber. Copiatæ, quorum munus erat, cadavera mortuorum obvolvere, efferre, ſepelire, clericis accenſetur l. 1 Cod. Theod. de luſtrali Collat. & l. 15 de Epiſc. Adde Novell. Iuſtin. 59, & Briſſon. de V. S. lib. 3.

Copis vide in *Copo* & *Copia*: Copo, copena in *Caupo* & *Copia*.

COPREA, vel Coprias, *æ*, m. ſcurra, a κόπρος, *ſtercus*, quaſi *Stercoreus*, βωμολοχος, γελωτοποιὸς, ein poſſenreiſſer, hof-narr. Vſus Suet. Tib. c. 61 extr. item Claud. c. 8. Vide ad priorem Suet. locum Caſaubonum; Lipſ. Elect. 2, 17; Turneb. 22, 32; Taubm. Plaut. p. 791; Salm. de Pallio p 334. *Capreas* malit Torrentius, laſcivos animalis illius inſtar.

¶ Copri nus, *i*, m. idem. Ita *Cyprianus ab inimicis immutata una litera Coprianus* vocatus, quaſi qui elegans ingenium & *melioribus rebus aptum ad aniles fabulas contulisset.*

¶ Copros, *i*, m. κοπρος, *ſtercus*, koth, miſt. Varro: *Non Hercules potest, qui Augiæ agebat Copron.*

¶ Coprŏphŏrus, *i*, m. κοπροφόρος, κοπαγωγὸς, qui exonerat latrinas fœcibus.

¶ Incoprio, *are*, ἐγκοπριῶ, dicteriis impetere, & conviciis quaſi ſtercore conſpurcare, verläſtern, ſchmähen. Commodian. Inſtr. 19 *Incopriat cives unus detestabilis omnes.* In Gloſſ. Iſidori eſt *Scurra, qui incopriatur.*

COPTA, *æ*, f. κοπτὴ, placenta tundendo facta & propter duritiem colaphi vice ſervis porrigenda, ut fuadet Martial. 14 epigr. 68. *Peccantis famuli pugno ne percute dentes: Clara Rhodos coptam, quam tibi misit, edat.*

¶ Coptoplăcenta, *æ*, f. idem. Petron. c. 40 *Porcelli ex coptoplacentis facti.* Adde Scheff. not. p. 83.

COPTUS, *i*, f. quæ nunc Cana eſt, Ægypti fuit urbs, cujus meminit Plin. 6, 23. Ælian. 10, 23 Ἐν Κοπτῳ τῇ Αἰγυπτίᾳ τὴν Ἶσιν σέβουσιν Αἰγυπτιοι, &c. *In Copto Ægyptia urbe Isin Ægyptii colunt.*

¶ Copticus, *a, um*, adject. Ægyptius. Apul. Met. 2 p. 127 *Miscrere, per nocturna silentia, & adyta Coptica, & per incrementa Nilotica*, &c.

¶ Coptites, *æ*, m. una ex Ægypti nomis ſive præfecturis, Plin. 5, 9.

CŌPŬLA, *æ*, f. quicquid connectit & conjungit, ein band, & ſpeciatim vinculum ſive lorum, quo ligantur canes venatici, eine koppel. Nepos 14, 3, 2 *Gerens dextra manu clavam, sinistra copulam, qua vinctum ante se Thyum agebat.* Plaut. Epid. 5, 1, 11 *Queritant me, in manibus gestant copulas.* Ovid. Triſt. 5, 9, 27 *Canem Luctantem frustra copula dura tenet.* Id. Met. 7, 774 *Copula detrahitur canibus.* Quod hic *detrahere copulam canibus*: id lib. ſeq. in Meleagri fabula v. 333 *Vinculum canibus adimere*; Vid. Barth. Adverſ. 8, 14 dixit. Vet. Gloſſ. *Copula*, χὰς, ἁλυσίδιον μέλος, ἄρθρον χηρὸς, χαπάλυσις, χηρόδεσμος. Horat. 1 od. 13, 17 de amantibus: *Felices ter & amplius, Quos irrupta tenet copula*, &c. Sic *Copula æmulorum* dicitur, qui intercedit veluti medius, ne æmulatio in obtrectationem erumpat. Sic, *Copula fuit Attius Ciceronis, & Hortensii*, Nepos 25, 5, 4. Sic Iulia Pompeji & Cæſaris,

ris *copula* fuit: qui enim illa neceſſitudine continebantur adhuc, ſoluto per mortem Juliæ fœdere, ad arma prompere: *Male ſolidatis pignus concordiæ* Vellejo ob id dicitur 2, 47, 2. *Copula* grammaticis eſt particula copulativa: Logicis vinculum ſubjecti & prædicati; ſcil. verbum *eſt*, aut explicitum, aut vi in verbo alio latens.

¶ Cōpulo, *avi, atum, are*, colligare, conjungere, verbinden, vereinigen. Cic. Acad. Qu. 4, 45 extr. *Tu cum voluptas in voluptate contemnenda conſiſtat, honeſtatem cum voluptate, tanquam bonum cum bona copulabis?* Id. de Orat. 1, 51 *An hæc inter ſe jungi copularique poſſint.* Id. de Fin. 3, 4 *Copulare voluntates. Copulare ſermonem cum aliquo*, ein geſpräche halten, Plaut. Pœn. 3, 3, 42. Id. Aul. 1, 2, 38 *Dexteras copulantur*, pro *copulant*.

¶ Copulatus, *a, um*, conjunctus, verknüpft, verbunden. Cic. Tuſc. 1, 29 *Nihil animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex.* Id. Verr. 4, 66 *Copulati in jus perveniemus*, zugleich, mit einander. Et Off. 1, 17 *Nihil amabilius, nec copulatius, quam morum ſimilitudo bonorum.* Lucret. 6, 1086 *Inter ſe quædam copulata*, contracte pro *copulata*.

¶ Copulatum, *i*, n. ſubſt. Gell. 16, 8 *Quod Græci* συμπεπλεγμένον, *nos vel conjunctum vel copulatum vocamus.*

¶ Copulatio, *onis*, f. die verknüpfung, verbindung. Cic. Nat. D. 2, 46 extr. *Copulatio rerum, & quaſi conſentiens ad mundi totius unitatem, coagmentatio naturæ.* Et de Fin. 1, 20 *Primi congreſſus copulationeque conjectus.*

¶ Copulatus, *ûs*, m. ſubſt. idem. Arnob. lib. 1 ſub init. *Rationum conſequentium copulatu.*

¶ Copulate, adverb. aneinander. Gell. 10, 24 *Dic-quinti pro adverbio copulate dici non eſt.* Fest. 17, 7 *Copulate, paronymaque dictum.*

¶ Copulatim, idem. Gloſſ. Vet. *Copulatim, ἁθρόως.*

¶ Copulativus, *a, um*, verbindlich. Eadem Gloſſæ: *Copulativus,* συνδετικός, συμπλεκτικός. conf. Iſidor. 1, 11. Mart. Capella 3 p. 70.

¶ Copulator, *ōris*, m. qui copulat, apud Firmicum.

¶ Copulatrix, *īcis*, f. Pervigil. Veneris v. 5 *Cras amorem copulatrix inter ambras arborum Impleat.* Ambrof. epiſt. 84 T. 263 ed. Froben. *Indubitanter apparet, copulatricem quandam eſſe virtutem, quæ ſibi confœderatur & concinit multiplex ſanctorum unitas.* Et Auguſtin. de Trinit. 11, 9 extr. *Voluntas copulatrix parentis & prolis.*

¶ Concopulo, *āre*, idem quod ſimplex *Copulare*. Lucret. 6, 1075 *Denique res auro argentum concopulat una.*

COQUO, *coxi, ctum, ĕre*, kochen. Notæ verbum ſignificationis. *Coquere panem*, backen. Varro ap. Nonium 12, 52. *Coquere cerevſiam*, brauen. *Coquere cibum*, Lucret. 5, 1101, kochen: & alia ſignificatione pro *concoquere*, dauen, verdauen. *Coquere latera*, ziegel brennen, Cato R. R. c. 39. Tribuitur & fabris, Iuvenal. 16, 165 *Cum raſira & ſarcula tantum Aſſueti coquere. Coquere ferrum*, eſt candefacere, & ita fingere ac formare. Conf. paulo poſt *Incudias*. *Coquebatur ei cœna*, id eſt, apparabatur, Nep. 15, 5, 3. conf. Plaut. Pſeud. 3, 2, 100. *Sol coquit fructus*, ſie machet reiff, Varro R. R. 3, 14. ¶ 2. *Bellum & conſilia coquere*, Livius 8, 3 dixit pro clanculum moliri: *Omnibus conſultationibus inter ſe principes Romanum coquebant bellum*; heimlich führhaben. Silius ita uſus eſt 10, 430 *Latio jus extrema coquebant Cœpta viri.* Et 16, 3 *In tempus poſita ad reparationem bella coquebat.* Adde quæ ad 7, 403 ex Barthio notavit Cellarius, & quæ Drakenb. ad Sil. 2, 327. ¶ 3. *Coquere* & cura hominum dicitur, id eſt macerare, affligere, quälen. Ennius apud Cic. de Senect. pr. *O Tite, ſi quid ego adjuto, curamve levaſſo, Quæ nunc te coquit, & verſat ſub pectore fixa*, &c.

¶ Coctus, *a, um*, gekocht; ut, *Coctus parvo*, Horat. 2 ſat. 2, 28. *Cocta vendere*, Suet. Claud. c. 38; quod plenius Salluſtius Iug. c. 45 dixit *cibum coctum vendere.* Vid. Torrent. ad d. l. Suetonii. *Cibaria cocta decem dierum*, Nep. 18, 8, 7. *Poma matura & cocta*, reif obſt, Cic. de Senect. c. 19. ¶ 2. Translate pro ſuavi. Cic. Att. 3 extr. *Bene coctus & conditus ſermo*, wohl eingerichtet.

¶ Coctio, *ōnis*, f. die kochung, dauung. Plin. 20, 9 *Coctionem facere*, i. e. concoquere. Tres autem feruntur coctiones: Prima fit in ventriculo coquente chylum, unde & χύλωσις dicitur; ſecunda in hepate, in quod venæ meſaraicæ, quod de chylo exſuxerunt, convehunt; tertia in extremis ſurculis venarum diſtributarum in membra ſingula nutritionis cauſſa. Vide Digeſtio in *Digero*.

¶ Coctūra, *æ*, f. idem quod *coctio*. Colum. 12, 18 extr. de vaſis vindemiæ picandis: *Si quanta pars picis Bruttiæ in univerſam coctu ram adjiciatur, utiliſſimum ſit omni vindemiæ.* Vitruv. 7, 9 *Coctura creberis efficitur, ut adveniant minio colores.* Apicius 6, 2 pr. *Dimidia coctura decoques, dum obduretur*, laß es halb einkochen. ¶ 2. Calor, quo fructus matureſcunt. Plin. 14, 4 *Ea cœli temperies falſit, quam coctūram vocant, ſolis opere*, gut reif-wetter.

¶ Coctor, *ōris*, m. pro coquo, ein koch. Petron. c. 95 *Coctores infularii*que. Apud Plaut. Pœn. 3, 2, 9 Pareus legit, *Iuris coctores, qui lites creant.* Sed Turneb. 15, 7 *coctiones legit*, & ridiculi cauſſa cum alluſione ad jus culinarium ita dici obſervat, qui *juris doctiones* eſſe debebant. ¶ 2. Prodigus, ein ſchlemmer, praſſer, quod habet Cælius in Foro R. ex Sen. de Benef. 4, 26, ubi Gruter. & Gronov. legunt *Decoctor: Qui coctori credet pecuniam?*

¶ Coctilis, *e*, gebrannt: ut, *Tegulæ coctiles*, dachziegel. *Lateres coctiles*, hoc eſt, cocti, gebackene ſteine, mauer-ziegel, Vall. 1, 8. Sic, *Coctilibus muris cavilje Semiramis urbem*, Ovid. Met. 4, 58 dicitur. Et, *Murus inſtructus laterculo coctili*, Curt. 5, 1, 25. ¶ 2. Treb. Pollioni Claud. c. 14 *Coctilia* ſunt, quæ Vlpianus de V. S. l. 167 *ligna cocta* vocat, *ne fumum faciant.* Vulgo, *acapna.* Non multum differebant a carbonibus: nec enim manu, ut ligna, ſed batis ſive batillis tractari ſolita, ut carbones, quod Trebellii locus indicat. Vid. Lipſ. Elect. 1, 30.

¶ Coctibilis, *e*, leicht zu kochen; ut, *Caro coctibilis*, Plin. 16, 6, quæ facile coquitur. Scribitur etiam *Coquibilis, e.*

¶ Coctilicius, *a, um*; ut, *Taberna coctilicia*, ubi coctilia coquuntur & venduntur, Capitol. Pertin. c. 3, garküche.

¶ Coctivus, *a, um*, das leichtlich gut kochet. Plin. 15, 23 *Coctiva caſtaneæ.*

¶ Cocturarius, *i*, m. ein koch. Gloſſ. gr. lat. Ἑψητὴς, *Cocturarius.*

¶ Cŏcŭlum, *i*, n. plur. *Cŏcŭla, orum, ligna ollarum coctionibus aptæ*, kochholtz. ¶ 2. Et *vaſa quædam ænea*, in quibus coquitur, heiſſo ſunt, kochtöpffe. In ſing. *Cŏcŭlum ahenum*, ein kessel. Cato R. R. c. 11. Varro in Scalig. Fragm. p. 27 & ap. Non. 12, 52 *Cŏcŭla, quæ coquendum panem.* De lignis Plaut. Capt. 4, 2, 67 *Ligulas ſuccidi ſarculis ferventibus*, al. *foculis.* v. Gronov. & Iſid. gloſſ.

¶ Cŏquus, ſive Cocus, *i*, m. ein koch, ein kocher. Coquum & piſtorem apud antiquos eundem fuiſſe, monet Feſtus. v. Taubm. in Plauti Epid. p. 493. Quantus coquorum in familiis beatorum numerus fuerit, conjice ex illo Petronii c. 27, *Nil quod ſpectet ad coquum decuriæ mentio.* quamquam Servius hy verbum non ſimile. Legens illud Martialis eſt 14 *Cocus.* 21 *Nunquam ego me cocum fervire palatum Nolo: cocus domini debet habere gulam:* Significat, Cocum in apparandis cibis, non tam ſuam artem, quam dominum palatum debere ſequi: neque enim hunc ſervire temere, hoc eſt, probare maxime, quod cocus ex præſcripto artis diligentiſſime curaverit, ſed ſuo pro ſtomacho quod maxime petat. ¶ 2. *Coque* vel *coce* vocativum & particulam *quæſo* eodem ſono pronunciatam apparet ex jocis Ciceronis apud Quintil. 6, 3 p. 541, ubi ſimilis ex Donato ad Ter. Adel. 3, 3 adfertur.

¶ Cŏqua, *æ*, f. Plaut. Pœn. 1, 2, 38 *Coqua eſt hæc quidem.* vid. Goclen in Probl. Gramm. 3, 25 & Pincier in Orio 3, 12.

¶ Cŏquīna, *æ*, f. veros pro *culina* eine küche. Sic Nonius 1, 273 *Cŏlinam*, ut ſcribit, per *Cŏquinam* interpretatur. Fest. & apud Pallad. 1, 37 *Coquina ſcoriis*, die ſtinne oder eiſſe in der küche. Sed apud Apul. de Philoſ. mor. p. 17 coquendi artem notat; culinam vero apud Arnob. 4 p. 130. Add. Auguſt. de C. D. 22, 8.

¶ Cŏquīnus, *a, um*, adject. küchen-; ut, *herbæ coquinæ*, Plaut. Pſeud. 3, 2 pr.

¶ Cŏquino, *are*, pro *coquere*, kochen. Ita idem v. 85 & v. 64 *An tu coquinatam te ire quoquam poſtulas?* hoc eſt, ire ad coquendum. conf. Aul. 3, 1, 3; & Nonius 2, 129.

¶ Coquito, *are*, frequent. a *coquere*, Feſto teſte, qui interpretatur, *frequenter coquere.* Plautum poſuiſſe ait; Sed quia nusquam apud illum hodie comparet, ſuſpicantur eruditi, Feſtum legiſſe *Coquitare*, ubi *Coquinare* eſt in locis jam citatis.

¶ Coquinaris, *e*, küchen-. Varro apud Nonium 3, 32 *Nulla cultro coquinari ſe trajecit.*

¶ Coquinārius, *a, um*, idem, ut, *Veſa coquinaria*, Plin. 31, 11. Sic ars coquendi dicitur *Coquinaria.*

¶ Coquinātōrius, *a, um*, idem, pro quo *Cocinatorius* apud Iurisconſultos legitur, ſicut *Cocus* pro *Coquus* veteres dixerunt. v. L. 19 §. 12 Dig. de Auro, argento &c. *Coquinatorium inſtrumentum.* Sed l. 6 D. de Penu legat. *cocitatoria vaſa*, quaſi a cocitare vel coquitare frequentativo.

Compoſita a Coquo.

¶ Concŏquo, *xi, ctum, ĕre*, verdäuen. *Cibus facillimus ad concoquendum*, eine ſehr dauliche ſpeiſe. Cic. de Fin. 2 c. 20. ¶ 2. Ad Metaphoram tranſtulerunt Cic. ad Qu. fratr. 3 extr. *Hæc odia non ſorbeo ſalum, ſed etiam concoquo*, ich freſſe es in mich, und verdaue es auch. Liv. 4, 15 *Quem ſenatorem civitas concoquere vix poſſet, eum ferret*, vertragen. Sen. epiſt. 2 *Cum multa percurreris, unum excerpe, quod concoquas.* Petron. c. 125 *Tres plagas Spartanæ nobilitate concoxi.*

¶ Concoctus, *a, um*, una coctus, durch einander gekocht; ut, *Concocti odores*, Lucret. 2, 852.

¶ Concoctio, *ōnis*, f. ἡ πέψις, die verdäuung. Plin. 11, 37 *Concoctione maturata.* Id. 20, 5 *Concoctionibus confert.* Solin. c. 40 *Si concoctio non fuerit inſecuta.*

¶ Decoquo, *ĕre*, abkochen, abſieden, einkochen. Horat. 2 ſat. 1, 74 *Decoqueretur olus.* Virg. Georg. 1, 295 *Decoquit humorem.* Liv. 32, 2 *Quarta pars argenti decocta erat*, es war ihm ein ſechtheil abgangen. ¶ 2. Tralate dicuntur *decoquere*, & *decoquere rem*, qui eam dilapidant & conſumunt, verthun, durchbringen. Cic. Phil. 2, 18 dixerat: *Qui fortunæ vitio, non ſuo decoxiſſet.* Cæterum dilapidatores ejusmodi rerum ſuarum, & *decoquere* dicuntur & *decoqui.* Perſius 5, 57 *Hunc ædea decoquit, ille in Venerem putret.* ¶ 3. Interdum autem actīvum ponitur pro paſſivo, e. g. Flor. prœem. 1 n. 8 *Inertiâ Cæſarum quaſi conſumit atque decoxit*, ſo. Imperium, i. e. diſſipatum eſt. Colum. 1, 8 *Jam res ipſa decoxit*, i. e. abſumpta eſt. Et Tertull. adv. Gent. c. 42 *Templorum veſtigalia quotidie decoquunt.* ¶ 4. Eſt & translatio elegans in illo Quintiliani 2, 4 *Materiam primo eſſe volo vel abundantiorem, atque ultra quam oporteat fuſam. Multum inde decoquent anni, multum ratio limabit, aliquid vel ipſa ſibi detrahetur.* Sic Claudian 2 in Eutrop. v. 239 *Accenſam decoquit iram*, er ſtill den zorn fallen laſſen. v. Drakenb. ad Sil. 2, 327. Add. *Indecoctus.*

¶ Decoctus, *a, um*, abgekocht ausgeſotten milde; ut, *Aſparagi decocti in cibo*, Plin. 23, 1. Impropriè, *Suavitas dulcis, & decocta*, Cic. de Orat. 3, 26. Hinc compar. apud Perſium ſat. 1, 125 *Si forte aliquid decoctius audis*, id eſt, limatius, caſtigatius. Nam quemadmodum aqua defæcatur, dum coquitur, ita ſcripta dum caſtigantur, & plurima de illis detrahuntur, meliora fiunt. ¶ 2. *Decocta* abſolute, geſotten waſſer. Iuvenal. 5, 50 *Frigidior Geticis petitur decocta pruinis.* Add. Suet. Ner. c. 48.

¶ Decoctum, *i*, n. ſubſt. pro re aliqua decocta, quam decoctionem vulgo dicunt, ein abgeſottener tranck. Plin. 22, 20 *Datur in decocto balani.* conf. 23, 1.

¶ Decoctus, *ûs*, m. ſubſt. das abſieden. Plin. 37, 12 de gemmis: *Mellis decoctu niteſcunt.*

¶ Decoctio, *onis*, f. idem: ut, *Radicum decoctio potui data*, Apul. de Herb. c. 77. conf. Apic. 4, 3; Macer. 1, 1, 8; & 1, 2, 4 *Elixi decoctio.* Cæl. Aurel. Chron. 2, 13, 268 *Decoctio lenisci confecitur.* conf. Cod. 11 t. 9 l. 5.

¶ Decoctor, *ōris*, m. ein ſchlemmer, verpraſſer. Cic. Catil. 2, 3 *Ruſtici decoctores:* & Phil. 2, 18 *Lege Roſcia decoctoribus certus locus conſtitutus.* Catull. 42, 4 & 44, 5 *Decoctoris amica Formiani.*

¶ Indecoctus, *a, um*, de quo nihil decoſſit, vel minutum eſt. Hcanus *B.* Troj. 3, 131 *Dum præclarum aliquid dolor indecoctus anhelat.* v. *Decoquere* n. 3.

¶ Diſcŏquo, *ĕre*, wohl kochen, lange kochen laſſen. Plin. 29, 6 *In decem ſextariis olei veteris diſcoquunt.* Et eodem capite, multis interjectis, *diſcoquitur melle in vaſe novo.*

¶ Diſcoctus, *a, um*, ausgekocht. Idem 22, 25 *Lens magis diſcocta cæleſti aqua.* & mox: *ex aceto diſcocta.*

¶ Excŏquo, *ĕre*, perfecte coquere, durchkochen, durchbraten. Lucret. 6, 962 *Terram ſol excoquit.* Sic & improprie, *Excoquere alicui malum*, i. e. excogitare, Plaut. Perſ. 1, 1, 53, & Mil. 2, 2, 53. *Omnia purgat edax ignis, vitiumque metallis Excoquit*, i. e. coquendo tollit, Ovid. Faſt. 4, 785.

¶ Excoctus, *a, um*, ausgebrannt. Ter. Adelph. 5, 3, 63 *Tum excoctam vedelam atque atram, quam carbo eſt.* vid. *Percoctus.* Ennod. 4, 33 *Urbanitas multis excocta fornicibus.*

¶ Excoctio, *onis*, f. ut, *Excoctio calcis*, das kalchbrennen, Impp. Cod. 12 t. 16 l. 3. *Excoctio panis*, brot-back, ibid. t. 39 l. 1. Et ibi l. 2 *Excoctio buccellati.*

¶ Inexcoctus, unausgekocht, unausgezehrt; ut, *Vertere inexcoctam gleban*, Sidon. Carm. 7, 381.

¶ Incŏquo, *ĕre*, hinein oder dran kochen. Apicius 2, 2 *Triti piperis cochlear unum incoques.* ¶ 2. *Incoquere*, coquendo applicare, hoc eſt, deurere, ſtatare vel deplumbare, glaſuren. Plin. 34, 17 *Argentum incoquere*, verſilbern.

¶ Incoctus, *a, um*, etiam dicimus, quod coctum non eſt, vel crudum, unar, unzekocht, roh; ut, *Caro incocta*, Gell. 10, 15 ex Fabio Pictore. Plaut. Mil. 2, 2, 53 *Incoctum non experimit: bene coctum dabit.* ¶ 2. *Incoctum* eſt coctum in quo, ab incoquere, in etwas gekocht. Plin. 35, 15 *Conficiuntur oleo incocta.* Et 36, 13 *Trabes ſpinæ oleo incoctæ*, in öl gekocht. Sil. Ital. 17, 633 *Incocti corpora mauri*, h. e. Barthio interprete, nigri quaſi colore tincti poſtea incocto. Metaphorice Perſ. ſat. 2, 74 *Incoctum generoſo pectus honeſto*, h. e. imbutum, tinctum.

¶ Incoctilis, *e*, überzogen. Plin. 34, 17 *Operaærea incoctilia*, id eſt, ſtanno vel argento inducta.

¶ Incoctio, *ōnis*, f. das einſieden, Cæl. Aurel. Tard. 4, 3 *Incoctio aquoſi liquoris.*

¶ Percŏquo, *ĕre*, durchkochen, reif machen. Ovid. Rem. am. v. 83 *Nam mora dat vires, teneras mora percoquit uvas.*

¶ Percoctus, *a, um*, durchkocht. Plin. 22, 25 *Lens minus percocta.* Lucret. 6, 722 & 1107 *Nigra virum percoctaque ſæcla colore*: Intelligit Æthiopas calore ſolis peruſtos. vid. *excoctus.*

¶ Præcŏquo, *ĕre*, apud Plinium aliquoties legitur, zuvor kochen. Vid. 14, 9; & 18, 29 &c.

¶ Præcoctus, *a, um*, vorher gekocht; ut, *Præcocta alba facere*, Plin. 14, 9. Hinc

¶ Præcŏquus, *a, um*, frühzeitig, apud Martial. 13 epigr. 46, & Colum. 12, 37. Tertull. 4 adv. Marc. 4, 27 *Præcoqua, imo acerba dilectio*, id eſt, immatura. ¶ 2. *Præcoquis* & *Præcoquius.* Nævius ap. Nonium 2, 627 *Huic puellæ præcoquis libido ineſt.*

¶ Præcox, *ōcis*, quod ante tempus maturuit, was zu früh und vor der zeit reif iſt, quicquid *præcoquam contraxit maturitatem*, ſicut Columella l. c. ait: ut, *Præcox fructus*, Cart. 8, 5, 15. Sic *poma præcocia*; *ficus, uvæ præcoces.* v. Valla 6, 106, & 5, 31. Plin. præfat. lib. 6 *Riſus præcox ille & celerrimus ante quadrageſimam diem nulli datur.* Quintil. 1, 3 *Illud ingeniorum velut præcox genus non temere unquam pervenit ad frugem*, hoc eſt, non fere unquam ad perfectionem, tamquam ad frugem fructumque pervenit. vid. quos laudat Pareus ad h. l. Huc reſpexit Poëta vetus ap. Apul. Apol. p. 328 *Odi puerulos præcoci ſapientia.* Sicut Catonem velut ex oraculo prodidiſſe Plinius refert 7, 51 *Senilem prudentiam præmaturæ mortis eſſe ſignum.* Vid. & Sen. Conſ. ad Marc. c. 23 extr. Mantuan. lib. 7 Silv. *Mors ingeniis eſt invida ſemper præcocibus.* Adde Nonium 2, 627 & 678; & Voſſ. Etym. p. 405. ¶ 2. *Præcox medicina*, qua præveniuntur & præverturtur morbi. v. Samon. 852.

¶ Recŏquo, *ĕre*, zum andern mal kochen, aufwärmen, umſchmeltzen. Cic. Senect. c. 23 *Neque me quis tanquam Peliam recoxerit.* Quem ſenem Medea, ut eſt apud Plaut. Pſeud. 3, 2, 81, medicamento & ſuis venenis dicitur feciſſe rurſus ex ſene adoleſcentulum; vid. Taubm. ad l. c. p. 1005. De armis Virg. Æn. 7, 636 *Recoquunt patrios fornacibus enſes.* Add. Drakenb. ad Sil. 4, 15. ¶ 2. Metaphorice, denuo erudire. Quintil. 12, 6 extr. *Dare ſe magiſtris informandum ac velut recoquendum.*

¶ Recŏquens, *tis*. Seren. Sam. c. 2 *Pulegium recoquens clementer.*

¶ Recoctus, *a, um*, aufgewärmt, umgeſchmoltzen. Flor. 3, 20, 6 *Ferrum recoctum* eſt in ignem iterum immiſſum, & ad alios uſus formatum. Sen. epiſt. 71 *Lupi ſapius macerata & recocta*, ausgebrüht. Martial. 11 epigr. 53 *Meſſa recocta ſero.* Horat. 2 ſat. 5, 55 *Sæpe recoctus Scriba ex quinqueviro.* Ad quem locum quæ affert Acro, vaniſſima ſunt. *Scriba ex quinqueviro* eſt, qui ante quinqueviralı procurationc functus ſit; *Recoctus*, id eſt, exercitatus in officiis, uſuque callidus effectus. Itaque *recoctus* eſt iterum iterumque coctus, & ita percoctus. vid. Torrent. ad h. l. & Drakenb. ad Sil. 7, 403.

¶ Semicoctus, *a, um*, halb gekocht, halb gar. Plin. 18, 11 *Grana tritici ſemicocta.* Colum. 8, 5 pr. *Hordeum ſemicoctum.*

COR, *cordis*, καρδία, fons caloris vitalis in corpore humano, das hertz; ut, *Cor palpitat*, Cic. Nat. D. 2, 29. *Cor ſalit*, Plaut. Caſ. 2, 6, 62. *Cor emoritur noviſſime*, Plin. 11, 37, 69. *Duplex cor* habere dicuntur Paphlagonicæ perdices, Plin. 11, 37 poſt med. ubi plufcula de hoc viſcere. ¶ 2. Pro animo ſæpe ponitur; quod ibi ejus ſedes credita. Cic. Phil. 3, 6 *Stupor cordis.* Sil. 8, 465 *Ore puer, puerique habitu, ſed corde ſagaci Æquabat ſenium.* Pythagoræ eſt: *Cor ne edito*, hoc eſt, ne te conficias curis non neceſſariis, frißt dir das hertz nicht ab. vide Laërt. & Gell. 4, 12 cum not. Thyſii conf. locum Cic. Tuſc. 3, 26 mox n. 5 laudandum. Plin. 2, 22 *Improbitas cordis humani*, de conatibus aſtronomor. Plaut. Capt. 2, 3, 26 *Quod in rem recte conducat tuam Id petam, idque perſequar corde & animo atque viribus:* id eſt, quanta contentione & animi & virium poſſum. Et v. 60 *Videas corde amare inter ſe*, ſie haben einander hertzlich lieb. Id. Trin. 3, 2, 34 *Te hæc dicta corde ſpernere Perpeti nequeo: Corde*, id eſt, ſerio, prorſus. In Vet. Inſcript. SVVM MARITVM CORDE DILEXIT SVO. *Cordi eſſe* dicuntur, quæ curæ ſunt. Lucil. ap. Nonium 2, 155 *Quod tibi magnopere cordi eſt, mihi vehementer diſplicet.* Gell. 12, 13 *Cordi mihi fuit quærere explorareque.* Cic. de Amic. c. 4 *Id mihi eſt cordi.* Et Att. 5, 3 *Dionyſius nobis cordi eſt.* Ter. And. 2, 1, 28 *Tibi ſi nuptiæ hæ ſunt cordi.* Id. Phorm. 5, 3, 17 *Vterque utrique eſt cordi.* Plura exempla ad Liv. 30, 17 Drakenb. notavit. Ita, *Sedato corde*, ſanfftmüthig, Virg. Æn. 12, 19. *Ponere ferocia corda*, den muth fallen laſſen, Id. Æn. 1, 306. ¶ 3. Sæpius *Cor* pro prudentia, ſapientia, ſolertia & acumine ponitur. Plaut. Moſt. 1, 2, 3 *In meo corde, ſi eſt quod mihi cor, eam rem voluntavi*, wenn ich noch einigen verſtand habe. Vnde non ſemel Idem dixit, *Cor habet*, id eſt, ſapit, er iſt klug. vid. Perſa 4, 4, 71, & Cic. Fin. 2, 28. Ovid. Her. 17, 102 *Nec tibi plus cordis, ſed magis oris ineſt.* Martial. 3 epigr. 28 *Et cor ſolus habes, ſolus & ingenium.* Et epigr. 27 *Et mihi cor non eſt, nec tibi, Galle, pudor.* Et 5 epigr. 76 *Haud mihi cor, Papiline, nec genium.* Furius Bibulus de Catone Grammatico: *En cor Zenodoti! en jecur Cratetis!* Cic. Tuſc. 1, 9 *Aliis cor ipſum animus videtur: ex quo excordes, concordes vecordesque dicuntur: & Naſica ille prudens, is Conſul,* CORCVLVM; Et, *Egregie cordatus homo catus Aelius Sextus.* v. Drakenb. ad Sil. 13, 805. Sen. procem. lib. 5 Controv. *Muſa Rhetor multum habuit ingenii, nihil cordis.* Conf. Voſſ. 2 Inſt. Orat. p. 125. ¶ 4. Eſt & illud uſitatum auctoribus, præcipue poëtis, ut *Cor* pro ipſo homine ponant. Perſ. ſat. 6, 10 *Cor jubet hoc Enni*, i. e. Ennius. Et Ennius ipſe apud Gell. 7, 2 *Quem credidit eſſe meum cor Suaſorem ſumnum, & ſtudioſum robore belli.* *Quem cor meum credidit*, id eſt, quem ego credidi. Quæ loquendi forma & ſacris literis uſitata. Virg. Æn. 5, 729 *Lectos juvenes, fortiſſima corda, Defer in Italiam.* Hinc & in blanditiis ap. Plaut. Pœn. 1, 2, 154 *Meum mel, meum cor.* conf. v. 170 &c. ¶ 5. Ad quantitatem ſyllabæ quod attinet, videbatur quidem id rectiſſime produci. Eſt enim *Cor* a κῆρ ex κ. ε. ρ contracto. Tullius tamen corripuit: cum Tuſc. 3, 26 illud Homeri de Bellerophonte carmen latine verteret: *Qui miſer in campis mœrens errabat Aleis Ipſe ſuum cor edens, hominum conſortia vitans.* Et Ovid. 1 de Pont. 4, 32 *Conficior miſero molle cor eſſe mihi.* Et ita aliis pluribus locis: quem Martialis etiam Auſoniusque ſecuti ſunt. Et ita Paullinus de Cello v. 379 *Ergo mei fratres, mea cura, meum cor, in iſta Mœrentes animos lætificate fide.* Vnus contra Ovidii verſus eſt epiſt. Sapphus, ubi producitur, v. 79 *Molle meum levibus cor eſt violabile telis.* Et multo concinniorem hunc verſum Mycilliana & aliorum emendatio reddidit, qui legunt ipſo etiam ſuffragante Burmanno: *Molle meum, levibusque cor eſt violabile telis.* Ancipitem tamen faciendam hanc ſyllabam Aldus exiſtimabat.

¶ Corcŭlum, *i*, n. diminut. Plaut. Caſ. 2, 6, 9 *Corculum aſſudaſſit jam ex metu*, h. e. ſuder cor tuum præ timore. Add. Moſt. 4, 2, 70. ¶ 2. Blandientis vox eſt, *meum corculum*, mein hertzgen, eadem Caſ. 4, 4, 14. ¶ 3. *Corculum* eſt ſapientia præſtans, atque idem quod cautus, ein fürſichtiger, kluger mann. Cic. Tuſc. 1, 9 verbis modo adductis in *Cor* n. 3. Plin. 7, 31, & ibi Dalech. quo nomine Scipio Naſica Romæ cohoneſtatus. vid. Rupert. ad Pomp. Ench. p. 325.

¶ Corcŭlus, *i*, m. etiam exſtat, atque idem eſt quod Cordatus; vel quod *ſolers, acutus* apud Feſtum, verſtändig, ſcharffſinnig. *Qui præſtitere cæteros mortales ſapientia, ob id Cati, Corculi apud Romanos cognominati*, Plin. 7, 31.

¶ Coricillum, vel Corcillum, *i*, n. aliud diminut. Petron. c. 75 *Coricillum eſt, quod homines facit, cætera quisquilia omnia.*

¶ Cordatus, *a, um*, weiſe, beherʒt. Ennius apud Cic. de Orat. 1, 45 *Egregie cordatus homo catus Æliu' Sextus.* Sen. de morte Claudii p. 405 *Cecidit pulchre Cordatus homo, Quo non alius Fuit in toto Fortior orbe.* Compar. Lactant. 3, 20 *Non inficior, fuiſſe Socratem paullo cordatiorem quam cæteros.*

¶ Cordate, adverb. idem. Apud Plaut. Pœn. 1, 1, 3 & Mil. 4, 2, 96 conjunguntur *docte & cordate.* vid. Borrichii Vind. p. 45.

¶ Cordiālis, *e*, & Cordialiter, vitioſis accenſentur. v. Voſſ. de Vitiis L. L. 4, 31.

¶ Cordicĭtus, aliud adverb. intime. Sidon. 4 epiſt. 6 *Prudentibus cordicitus inditum eſt, vitare fortuita.*

¶ Cordŏlium, *i*, καρδιαλγία, a dolore cordis, hertzweh, hertzleid; ut, *Tibi erit cordolium, ſi conſpexeris*, Plaut. Pœn. 1, 2, 86; conf. Ciſt. 1, 1, 67, ubi *nulla mulier cordolium habere* dicitur, quod nulla ex animo doleat. Sic & Apul. Met. 9 p. 226 *Non uxori nec ulli familiarium cordolio parefacto.*

¶ Bicors, *dis*, c. falſchgeſinnt. Commodianus Inſtr. 11 *Virginem bicordem* vocat, quæ vafra, verſuta & duplici corde fuit, fefellitque amatores ſuos.

¶ Circumcordālis, *e*, was um das hertz herum iſt. Tertull. de Anima c. 43 *Circumcordialis calor.*

¶ Concors, *dis*, o. einig, einträchtig. Cic. de Leg. 3, 12 *Moderatus & concors civitatis ſtatus.* Ovid. Met. 3, 473 *Duo concordes anima moriemur in una.* Perſ. 5, 49 *Concordia fata.* Comp Plaut. Aul. 3, 5, 7 *Civitas concordior.* Sup. Cic. pro Ligar. c. 2 *Concordiſſimi fratres.*

¶ Concor-

¶ Concordis, *e*, idem. Cæcil. apud Prisc. an. 6 p. 726 ext. *Modo sit comis, communis, concordis.*

¶ Concordia, *æ*, f. consensus, die eintracht, einigkeit. *Reducere in concordiam*, Balbus Cic. sub Att. 8, 15. *Adducere in concordiam*, Cic. Att. 7, 3, vertragen. Scipio, cum delera Numantia cæteras Hispaniæ gentes ordinaret, interrogavit quemdam Celtarum principem, *qua de caussa res Numantina invicta ante fleterit, nunc autem everſa ſit*; ille respondit: *Concordia invicta: diſcordia exitio fuit*; ex Oroſio 5, 8. Antisthenes fratrum, qui concordes essent, convictum quovis muro dicebat esse fortiorem, ὁμονοούντων ἀδελφῶν συμβίωσιν παντὸς τείχους ἰσχυροτέραν εἶναι, Laërt. in Antisthene. conf. Sen. epist 94, & Spartian. Severo c. 21. Sil. 9, 408 *Parvis dives concordia rebus.* ¶ 2. Romanis *Concordia* inter Deos habita & templo honorata fuit, de qua Ovid. Fast. 1, 639, & 6, 637. conf. Elmenhorſt. in Arnob. p. 128. *In cella Concordiæ boni ominis cauſſa ſenatus habebatur*, Cic. Phil. 3, 12.

¶ Concordium, *i*, n. pro *Concordia* legitur l. 27 ff. de pact. dotal.

¶ Concorditas, *ātis*, f. etiam pro *Concordia*. Pacuv. ap. Nonium 2, 151 *Concorditatem conſervare.* Ejusdem est *Diſcorditas*, ut videbimus.

¶ Concorditer, adverb. einträchtig, einmüthig: ut, *Concorditer inter ſe congruere*, Plaut. Curc. 2, 2, 14. Et Suet. Tib. c. 7 *Cum Iulia primo concorditer & amore mutuo vixit.* Ovid. Met. 7, 752 *Dulces conditer exigit annos.* Compar. Liv. 4, 45 *Bellum utinam conſideratius concordiusque gerant.* Superl. Cic. pro Rab. perduell. c. 5 *Concordiſſime cum aliquo vivere.* Vetus Inscriptio apud Gruter. p. 612 n. 1 CONIVGI BENE MER. DE SE CVM QVA CONCORDISSIME VIX. ANN. XXII.

¶ Concordo, *avi, atum, are*, gleiches sinnes sein, übereinkommen. Ter. Phorm. 2, 2, (aliis 3) 58 *Si concordabis cum illa, habebis quæ tuam ſenectutem oblectet.* Cic. Tusc. 4, 13 *Animi ſanitas dicitur, cum ejus judicia opinionesque concordant.* Sen. epist. 75 *Concordet ſermo cum vita.* Ovid. Met. 1, 518 *Concordant carmina nervis.* Et Met. 10, 146 *Et ſenſit varios, quamvis diverſa ſonarent, Concordare modos.*

¶ Concordans, *tis*; ut, *Concordante uxore*, apud ICtos & Brisson. in Parerg.

¶ Concordantia, *æ*, f. vulgo pro consensu, harmonia seu locis parallelis, die übereinſtimmung, concordanz. v. Voss. de Vit. L. L. 3, 6.

¶ Concordatus, *a, um*, vereiniat. Sic *Matrimonium bene concordatum dirimere*, Papinian. ICt. l. 11 § 11 ff. ad L. Iuliam de adult

¶ Concordatio, *nis*, f. die einigkeit. Vet. Interp. Sirac. 22, 22 *Non timeas; eſt enim concordatio*, conf. c. 27, 21.

¶ Concordabilis, *e*, einſtimmig. Censorin. de Die Nat. c. 10 *Non voces omnes cum aliis jonctæ, concordabiles in cantu reddant effectus.*

¶ Concordium, *i*, n. pro concordia, pacto, fœdere; ut, *venale concordium*, l. 27 ff. de pact dotal.

¶ Discors, *dis*, uneinig, zwiſpaltig. Ovid. Trist. 5, 5, 35 *Ipſa ſibi diſcors* ic favilla. Liv. 2, 27 *Civitas ſecum ipſa diſcors.* Id. 4, 26 *Ad alia diſcordes in uno conſenſiſſe conſtat.* Vellej. 2, 37, 3 *Diſcors patri.* Ovid. 2 Am. 10, 9 *Ventis diſcordibus acta phaſelos.* Sic, *Diſcordia pectora*, Lucan. 10, 12, & Sil. 2, 380. *Non ambitione diſcordes*, Cic. conf. Rull. 2, 33.

¶ Discordis, *e*, antiquum pro discors. Pompon. apud Prisc. an. p. 726 *Blanda, fallax, impotens, ſuperba, diſcordis.*

¶ Discordia, *æ*, f. dissensio, die uneinigkeit. Est apud Cic. Tusc. 4, 9 *Diſcordia ira acerbior, intimo odio & corde ſuſcepta.* Sic, *Diſcordiam concitare*, Id. pro Mur. c. 39; *ſedare*, Id. Phil. 1, 1. Et Offic. 1, 25 *Res perniciosiſſima in civitate ſeditio atque diſcordia.* Sall. Iug. c. 10 *Concordia res parvæ creſcunt, diſcordia maxime dilabuntur.* Iustin. 16, 3, 1 *Aſſiduum inter pares diſcordiæ malum.* Graphice & eleganter Discordiæ imaginem expressit Petronius c. 124 *Intremuere tubæ ac ſciſſi Diſcordia crine Extulit ad ſuperos ſtygium caput; hujus in ore Concretus ſanguis, contuſaque lamina ſtebant*; &c.

¶ Discorditas, *atis*, f. pro *Diſcordia*. Pacuv ap. Nonium 2, 216 *Ex diſcorditate eladem importare familiæ.* Idem dixit *Concorditas.*

¶ Discordo, *are*, inter se dissidere, uneins sein. Simpliciter Plaut. Merc. 2, 1, 7. Sed Ter. And. 3, 3, 43 *Qui ſcis, eos nunc diſcordare inter ſe*, daß ſie zerfallen ſeyn. *Æternum diſcordare cum aliquo*, Tac. An. 12, 28, 2. conf. Cic. fam. 1, 18. *Scire, quantum diſcoraet parcus avaro*, Horat. 2 epist. 2, 194. *A ſermone tenui ſublime verbum diſcordat*, Quint. 8, 3 p. 684. conf. Id 11, 3 p. 1007.

¶ Discordans, *tis*, uneinig, streitig. ungleich. Cic. fin. 1, 18 *Animus a ſe ipſe diſſidens, ſecumque diſcordans.* Colum. præfat. lib. 6 *In diſcordantibus votis eſt tamen quædam ſocietas.* Ibid. c. 36 *Diſcordans utero ſuo ſtirps.* Vellej. 2, 53, 3 *A ſe diſcordans fortuna*, das unbeſtändige glück. Quint. 5, 11 p. 441 *Nota illa de membris humanis adverſus ventrem diſcordantibus fabula.* Plin. 3 epist. 20 *Venti diſcordantes.*

¶ Discordatio, *onis*, f. die uneinigkeit, apud Boethium.

¶ Discordabilis, *e*, widersinnisch. Plaut. Capt. 2, 3, 42 *Inter ſe eſſe ingenio haud diſcordabili*, können sich wohl vertragen.

¶ Discordilis, *e*, quod dissidium parit, hadersaftig *Abominantur diſcordialem domibus*, Plin. 37, 10.

¶ Discordiosus, *a, um*, seditiosus, quieti & otio adversus, unruhig, uneinig; ut, *Diſcordioſam vulgus*, Sall. Iug. c. 66, 2 *Stilo diſcordioſo ſcripta*, Cyprian. epist. 42, 2 *Domus diſcordioſa*, Sidon. 6 epist. 2 extr.

¶ Excors, *dis*, qui sensu communi & quasi corde caret, demens, insanus, tumm, unvernünftig, wahnwitzig. Cic. Phil. 5, 2 *Hoc qui non videt, excors.* Horat. 1 epist. 2, 25 *Turpis & excors.*

¶ Excordor, *ari*, est insanire. Commodian. instruct. 21 *Excordatis homo, ſi putas, ut Dii te ſaluvent.*

¶ Incordio, *are*, in cor immittere, fuadere volunt esse Plaut. Cist. 1, 1, 111 *Vtut me erga meritus eſt, tamen incordies.* Ita veteres Lexicographi legunt; alii aliter. Gron. *Mihi cordi eſt tamen.*

¶ Præcordia, *orum*, n pl. ad verbum membranæ cordi prætentæ, hodie vocant anatomici *pericardium*: aut si latius accipias, totam *pleuram*, das netz um das herz. Plinius vocat ita diaphragma sive Φρένας, 11, 37 *Exta hominis ab inferiore viſcerum parte ſeparantur membranis, quæ præcordia appellant, quia cordi prætenduntur. Græci appellaverunt phrenas. Præcordia mollia, dura*, apud Celsum 3, 20. ¶ 2. Poëtæ pro ipso corde frequenter usurpant: Virg. Æn. 2, 367 *Quondam etiam victis redit in præcordia virtus.* Horat. 1 sat. 4, 89 *Condita cum verax aperit præcordia Liber.* Quin & Cic. Tusc. 1, 40 *Iam præcordiis conceptam mortem continere.*

¶ Præcordialiter, adverb. herzinniglich. Compar. Saresb. epist. 125 *Præcordialius ſtudere promoveri.*

¶ Recordor, *atus ſum, ari*, quasi in cor revocare, ut Varro tradit L. L. 5, 6, reminisci, sich erinnern, besinnen. *Recordari alicujus rei, vel aliquam rem, vel de re aliqua.* Sic enim Cic. de Fin. 1, 6 extr. *Scire volim, equid de te recordere.* Id. de Leg. Agrar. 2, 27 *Eſt operæ pretium, diligentiam majorum recordari.* Id. Tusc. 1, 24 *Socrates triduo ante, quam cicutam biberet, diſputavit, diſcere nihil eſſe aliud quam recordari.* Id. in Pis. c. 6 *Cum aliquo dolore flagitiorum ſuorum recordari.* Id. pro Cluent. c. 25 *Recordari eum animo ſuo vitam ſuam.* Virg. Æn. 8, 156 *Et vultum Anchiſæ vocemque recordor.* ¶ 2. Etiam futura perpendere significat. Ovid. Her. 10, 79 *Quæ ſim paſſura recordor.*

¶ Recordo, *are*, in memoriam revocare, erinnern. Quadrig. apud Nonium 7, 65 *Vbi patria cum recordavit.* Gloss. *Recordat* ἀναμιμνήσκει. Lauremb in antiqv. h. v. laudat etiam Tac Agr. 32, 7 *Recordabant Galli priorem libertatem.* Sed al. *recordabuntur.*

¶ Recordans, *tis*, i. e. memor. Cic. Att. 4, 17 *Valde timebam, recordans tuæ transmiſſionis.*

¶ Recordatus, *a, um*, eingedenck. Tac. Ann. 15, 70, 1 *Recordatus carmen, verſus ipſos retulit.* conf. Ovid. Met. 13, 705. Passive Sidon. 9 epist. 3 *Anima male conſcia, & per horas ad recordata pœnalis vitæ debita contremiſcens.*

¶ Recordatio, *ōnis*, f. reminiscentia, die erinnerung, das andencken. Cic. de Senect. c. 7 extr. *Conſcientia bene actæ vitæ, multorumque benefactorum recordatio jucundiſſima eſt.* Id. Fam. 5, 12 *Habet præteriti doloris ſecura recordatio delectationem.* Id. Att. 12, 18 pr. *Recordationes fugio, quæ quaſi morſus quosdam dolorem efficiunt.* Et fam. 5, 13 *Das mihi jucundas recordationes conſcientiæ noſtræ.*

¶ Recordatus, *ūs*, m. subst idem. Tertull. de Resurr. Carn c. 4 *Caro recordatui tuo erepta.* Id. de Ieiun. c. 5 *Quos recordatu Ægyptiarum copiarum exacerbabat.*

¶ Recordābilis, *e*, erinnerlich. Absolute Claud. Mamertus de statu Animæ 3, 14 *Memoria multitudine recordabilium diſtenditur.*

¶ Recordātivus, *a, um*, idem; ut, *Species recordativa*, Mart. apella lib. 3 p. 85.

¶ Irrecordabilis, *e*, unerinnerlich, unempfindlich. Arnob. lib. 2 p. 62 *Irrecordabili obliteratione deperdere.*

¶ Sōcors, *dis* & *Socors* apud Festum, itemque Sallustium edit. Corr. sapius, quasi *ſine corde. Cor* autem pro animo, in quo sapientia est, ponebant veteres, de quo supra. Vnde & *ex cordo* stulti dicuntur; itaque proprie *ſocors* stultus, imprudens, stupidus, sine mente, blöde, der keinen verſtand hat. Vet. Gloss. *Socors*, ἀκαρδίας, ἄφρων. Item *ſocors*, ἄνους, ἀκαρδίας. Hinc *ſocordes* & *ſapientes* opponuntur: Apul. Apol. p. 289 *Apud ſocordiſſimos Scythas Anacharſis ſapiens natus eſt, apud Athenienſes catos Meletides fatuus.* ¶ 2. *Socors* ignavum, tardum, negligentem; incuriosum significat, nachläßig, träg, faul. Ter. Adelph. 4, 5, 61 *Nolim cæteranim rerum te ſocordem eodem modo.* Cic de clar. Or. c. 86 *Socors alicujus natura negligensque.* Similiter Tac. Hist. 3, 31, 2 *Miles futuri ſocors*, der sich ums künftige wenig bekümmert. Comparat hinc eleganter Sidon. 5 epist. 7 *Tiberius callidior, Cajus periculoſior, Claudius ſocordior, Nero impurior.*

¶ Socordia, *æ*, f. (*Socordia* apud Festum) proprie tarditas mentis ac stupor est: deinde ignavia, torpor, inertia, blindheit, trägheit, unachtſamkeit. Vet. Gloss. *Socordia* μωρία, ἀδράνεια. Ter. And. 1, 3 pr. *Enim vero Dave, nihil loci eſt ſegnitiæ, neque ſocordiæ.* Vbi Donatus: SEGNITIÆ, *ad agendam*: SOCORDIÆ, *ad conſiderandam.* Ergo *ſocordia* est, quæ nihil excogitare & invenire potest, quodad rem sit: *ſegnities*, quæ in agendis sit remissior est, quæ provida consultaque sunt: quamquam & ita quoque *ſocordiæ* vox accipitur, & *diligentiæ* ind *ſtrictæque* opponitur. Suet. Claud c. 3 *Si quam ſocordiæ arguerent*, STVLTIOREM *agebat* FILIO *ſuo* CLAVDIO. Liv. 7, 35 *Delendi exercitus fortuna per ſocordiam non uti.* Sallust. Cat. c. 52 *Vigilando, agendo, bene conſulendo proſpere omnia cedunt. Vbi ſocordiæ te atque ignaviæ tradideris, neque quisquam Deos implores: irati infeſtique ſunt.* Ita *Rejicere ſocordiam*, Plaut. Mil. 2, 1, 6 *Socordiam ex pectore amovere*, Id. Pseud. 1, 2, 11.

¶ Socorditer, adverb. nachläßig. Compar. Liv. 1, 22 *Ab Albanis ſocordius res actæ.* Tac. Hist 2, 15, 1 *Succeſſu rerum ſocordius agens.* Curt. 9, 9, 1 *Dacos ſocordius aſſervati.*

¶ Tardicors, *dis*, vide infra *Tardus.*

¶ Vēcors, *dis*, idem quod excors, vesanus, ohne sinn und verstand. Vet. Gloss. *Vecors*, ἄφρων. Festus: *Vecors eſt turbati ac mali cordis*, v. ibi Dacer. Apul. Met. 2 p. 117 & 3 p. 137 *Vecors animi.* Cic de Arusp. resp. c. 1 *Vecors repente ſine ſuo vultu, ſine colore, ſine voce conſtitit.* conf. Horat. 2 sat. 5, 74. Pro ἀναισθήτως, uterque Victor in Claudio dixit. Liv 4, 49 *Audita vox ejus in concion. ſolida, ac prope vecors.* Comp. Aur Vict. de Cæſ. 40, 17 *Agreſtium parentum vecordior.* Sup. Cic pro Domo c. 55 *Iſtius vecordiſſimi hominis caritate metuque terrebant.* Et Apul Apolog. p. 274 *Vecordiſſimas iſte.*

¶ Vēcordia, *æ*, f. die unbesonnenheit Ter And. 4, 1, 2 *Tanta vecordia innata cuiquam, ut malis gaudeat alienis*, &c. Sallust. Cat. 2, 15 extr. *In facie voltuque vecordia inerat.* conf Id Iug c. 72 extr. Ovid. Met. 12, 227 *Quæ te vecordia pulſat?* ¶ 2 Aliquando *Vecordia* & ἀπόνοια est, Vide Casaub. ad Theophrasti characteres.

¶ Vecorditer, adv. Plauto quidam tribuunt.

¶ Vecorditer, adv. Plauto quidam tribuunt.

CŌRA, *æ*, f. pupilla oculi, ex Græco κόρη, der augapffel Auson. epist. 16, 59 *Cutique vigiles laminum Vacare cognoſcant cōræ.* ¶ 2. *Cora*, oppidum Latii anti multimum non procul a Velitris; ante Romam a Dardanis conditum. v. Lucan. 7, 392. Sil. 8, 380. ¶ 3. Est item *Cora* nummi species, &c v. Cæl. Rhod. 7, 15.

¶ Corani, *orum*, m. populi illius oppidi in Latio, Plin. 3, 5. Adde Murat. Inscript. p. 1041.

Coracinus, vide *Corax*, Corago, Corrago

CŌRALLIVM, *i*, n. & Cōrallium, ac Cōrălium; nec non Cōrallum contracte, Κοράλλιον, κοράλιον, κοράλιον, die coralle. Ovid. Met. 15, 416 *Sic & curalium, quo primum contigit auras, Tempore durescit, mollis fuit herba sub undis.* Auſon. Moſel. v. 69 *Cum virides algas & rubra corallia nudat.* Sidon. Carm. 11, 110 *Lactea punico ſinuantur colla corallo. Melitesia curalii laudat* Gratius 405. Ovid. Met. 4, 749 *Nunc quoque curaliis eadem natura remanſit.* Ad quem locum Heinſii obſervationem de ſcriptura & quantitate primæ conſulas. Non inepte amari deducitur, quaſi κόρη, κώρη, ἡ κῦρος ἁλός, i. e. pupilla, aut quaſi quædam virguncula maris. ¶ 2. *Coralliorum* tres ſunt ſpecies, alba, rubra, quæ & lithodendra, rothe corallen, & nigra propter raritatem pretioſiſſima. Magnam vim habere creditur coralium ad abſtergendum oculi maligni faſcinum. Dioſcorid. 5, 76. Mira quoque ejus vis prædicatur in magicis. v. Barth. ad Script. Venat. p. 136; Solin. 8, 188 ſeq.

¶ Cōrallinus, *a, um*, ut, *Labra corallina.* Gallus in Lyrico.

¶ Corallis, *idis*, f. gemma, Plin. 37, 10.

¶ Corallĭticus lapis memoratur eidem Plinio 36, 8.

Corallăchātes, *æ*, m. inter gemmas copioſiſſima in Creta, Plin. 37, 10.

CŌRALLI, *orum*, m. populi Pontici immanes. v. Ovid. Pont. 4, 2, 37; & 8, 83; & Val. Flacc. 6, 96.

CŌRAM, præpoſ. in conſpectu, ob oculos, vor, vor augen; ut ſit quaſi κο *η*, *pupilla.* Cic. fam. 5, 12 pr. *Coram me.* Horat. A. P. v. 185 *Coram populo.* Sen. epiſt. 11 *Coram pluribus.* Nep. 15, 6, 4 *Coram conventu.* Iuvenal. 10, 22 *Cantabit vacuus coram latrone viator.* Quo ſenſu Tacitus *Coram* ſæpius poſtponit, ut An. 3, 14, 3 *Ipſo Germanico coram id auſum.* Adde Indic. Freinsh. & Pichonis. Sic & Nep. 15, 4, 2 *Diomedonte coram.* ¶ 2. *Coram*, adverbialiter, im beyſeyn, gegenwärtig, perſönlich. *De his rebus coram inter nos conferemus*, Cic. Att. 1, 20 *Coram inos aliquem laudare*, Ter. Adelph. 2, 4, 5, ins geſicht loben. *Coram adducere*, Id. Andr. 5, 3, 92, unter augen ſtellen, *Ante oculos coram*, Id. Eun. 4, 7, 24. *Coram eſſe*, zugegen ſeyn, Cic. Att. 12, 1; *adeſſe*, Curt. 8, 10, 1: *teneri*, Cic. pro Cluent. c. 13, öffentlich ergriffen werden.

¶ Incoram, idem. Cum genitivo Apul. Met. p. 197 *Incoram omnium*, i. e. coram omnibus. Id. 9 p. 223, & 10 p. 241 *Incoram ſui.* Sed adverbialiter *incoram* ut coram, Id. 10 Met. p. 249.

CŌRAMBLE, *es*, f. herba oculis inimica, Colum. 10, 178.

CŌRAX, *ăcis*, m. Κόραξ, Corvus, ein rabe. Vſus eſt Solinus c. 40 (al. 53,) Antiſthenes dixit, κρεῖττόν ἐστιν ἐς κόρακας ἀπελθεῖν, ἢ ἐς κόλακας, h. e. *Satius eſt in corvos incidere, quam in aſſentatores.* Exiſimilitudine vocum Græcar. V. epigr. Palladii Ρῶ γὰ λάμβδα μόνον κόρακας κόλακας τε διῳᾷ κ. τ. λ. vid. *Corvus.* ¶ 2. *Corax* machina eſt Vitruvio 10, 16. v. *Cornus* n. 2. ¶ 3. *Corax* antiquiſſimus inventor artis rhetoricæ fuiſſe dicitur. vid. Cic. Brut. c. 12, & de Orat. 1, 20, ad cujus nomen alludens ibid. 3, 21, *Coracem*, inquit, *veſtrum patiamur nos quidem pullos ſuos excludere in nido.* conf. Quintil. 3, 1. Ad ejus cum diſcipulo Tisia [illegible]am, quod Gell. 5, 10 Protagoræ & Evathlo tribuit, refertur origo [illegible]overbii κακὰ κοράκος κακὸν ὠόν, *mali corvi malum ovum.* vid. Chiliad. & Voſſ de Rhetor. 9, 10.

¶ Cōrăcinus, *a, um*, κορακινος, rabenſ. Vt, *Color coracinus* pro *nigerrimo*, Vitruv. 8, 3. *Coracina ſacra*; vid. infra *Corvus.* Eadem *Cuvacica* in Reinel. epiſt. p. 649.

¶ Cōrăcīnus, *i*, m. lubit. κορακῖνος, piſcis niger, ſquamoſus & latus, cujus generis eſſe videtur, eine fu[illegible]e, quod ad Coracini nomen alludit. v. Plin. 9, 10; 32, 5 & 11; Pallad. Mart. tit. 12, de ficu; Martial. 13 epigr. 85 *Princeps Niliacis raperis, coracine, macellis.*

CORBIS, *is*, Græce κοφινος, ein korb; mate. ſecundum Priſcianum lib. 5 p. 652: ſed etiam fœm. eſt. *Corbem* enim *meſſoriam* Cicero dixit pro Sextio c. 38; & *Corbem pabulatoriam*, Colum. 6, 3. Varroni de L. L. 4, 31 *Corbes* ſunt ab eo, *quod ſpicas aliudve quid corruebant.* Sed Iſidoro 20, 9: ita dicti, *quia curvatis virgis contexuntur.* ¶ 2. *Corbis* & *Orſua* illuſtres fratres apud Livium 28, 21 de principatu civitatis ſuæ certant. conf. Val. Max. 9, 11 ext. 1; & Sil. 16, 533 ſqq. qui geminos fuiſſe & mutuis vulneribus concidiſſe docet; unde hoc par Thebano pari ſimile facit Barthius ad Stat. lib. 3 p. 1375.

¶ Corbŭla, *æ*, f. dimin. *Surſum ſubducemus corbulis*, Plaut. Aul. 2, 7, 4, & Suet. Ner. c. 19 *Humum effodit, & corbulæ congeſtam humeris* extulit. Adde Nonium 3, 48; & Varr. R. R. 1, 15.

¶ Corbĭcŭla, *æ*, f. diminut. aliud. Pallad. 3, 10 *Fit ex vimine parva corbicula, quæ* &c.

¶ Corbīta, *æ*, m. navis oneraria, ein laſtſchiff. Sic dicta, quod ejus malus præferat corbem inſummo faſtigio. v. Gell. 10, 25; & Feſtus; & Nonius 13, 2. Plaut. Pœn. 3, 1, 4 *Tardiores multo, quam corbitæ inſunt tranquillo mari.* Et ibid. v. 4 *Obſecro celocem mihi, non corbitam date.* Cic. Att. 16, 6 *Corbitâne Patras, an actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum.* Sic *Corbitam cibi comeſſe poſſunt*, Plaut. Caſ. 4, 1 ext. ex Turnebi 16, 5, & Lambini lectione, ſie können ein ganz ſchiff auseſſen.

¶ Corbīto, *are*, in corbitam immittere, beladen, einſacken. Vnde elegantiſſime de mulieribus cibo ſe ingurgitantibus ad menſam Plautus dixit Caſ. l. c. ex veteri lectione, quam Meurſius retinet: *Novi eſtrices: Corbitant, ubi comeſſe poſſunt.* conf. Taubm. ad h. l. p. 414.

¶ Corbītor, *ōris*; Vbi Feſtus *Simpludiarea funera* deſcribit, illis etiam *Corbitores adhibitos* dicit. Gutherius 1, 21 de jure Manium, vult hos fuiſſe comeſtores & helluones, qui epuli reliquias in corbibus exportatas ad rogum & ſepulturam pauperiorum avidius abſumerent, diſtentoque ventre convivas ſcurruli ſaltatione oblectarent, rejectis & inverſis poſt tergum manibus ad circuli modum caput deorſum ad pedes usque inflectentes, &c.

CORBIO, *onis*, f urbs veteris Latii, Liv. 3, 66.

CORBONA, *æ*, f. Syriaca vox vel Hebraica, notans gazophylacium metonymice. Proprie enim δῶρον, *donum*, exponitur Marc. 7, 11. Eccleſiaſtici ſcriptores uſi ſunt. Hieron. epitaph. Paullæ ſive ep. 27, 14 *In corbonam Dei aera congeſta.* Adde Cyprianum apud Car. du Freſne in Gloſſ.

Corbulani, vide *Corbis.*

CORBŪLO, *ōnis*, m ſub Nerone diſciplinæ militaris rigidus obſervator, de quo Tacitus, Plinius & alii. ¶ 2. *Corbulonem*, cujus Iuvenalis 3, 251 meminit, aliqui athletam fuiſſe volunt.

CORCHŌRVS, *i*, m. κόρχορος, herba, quo nomine *anagallida* dici ab aliquibus Plinius ſcripſit 25, 13, gauchel. ¶ 2. Idem vero inter olera Alexandrina *corchorum* numerat 21, 32. Καὶ κόρχορος ἐν λαχάνοις, *Etiam Corchorus inter herbas*, de hominibus nullius pretii, qui in aliquo tamen numero haberi ſtudeant.

Corculum, Corculus, vide *Cor.*

CORCVS, *i*, m. paſſio apud Marc. Empir. c. 20.

CORCŪRA, *æ*, f. Κορκύρα, inſula eſt maris Ionii, Alcinoi & Phæacum memoria, tum & Vlyſſis naufragio, & hortorum Alcinoi fama clariſſima; Venetorum eſt hodie, & *Corfu* dicitur. Lucan. 9, 32 *Corcyræ ſecreta petit; ac mille carinis Abſtulit.* Alia *Corcyra*, Melæna cognominata & in ſinu Illyrico non procul Salonis ſita fuit. v. Cæſ. de B. Civ. 3, 10. Plinius 3, 26, 42.

¶ Corcyræus, *a, um*, adject. Cic. Att. 6, 2 extr. *Cognovi ex epiſtola tua Corcyræa.* Nepos 2, 2 pr. *bellum Corcyræum.*

Corda vide *Chorda*, Cordatus, cordate, cordicitus, *Cor.*

CORDAX, *ăcis*, m. κόρδαξ, ſaltatio turpis. v. Heſych. & Meurſii Orcheſtra h. v. Latine eſt in Petronii c. 52 *Credite mihi, cordacem nemo melius ducit.* v. *Reſtis.*

¶ Cordacĭſmus, *i*, m. eadem ſaltatio comica & indecens, Rhodig. 2, 4.

¶ Cordacĭſtes, *æ*, m. κορδακιστής, qui ſaltat cordacem.

¶ Cordacicus, *a, um*, ad cordacis ſaltationem pertinens. Ita *Cordacicum pedem* dixere poſt Ariſtotelem Cic. in Orat. c. 57; & Quint. 9, 4, ubi vid. Burm. p. 857.

CORDĪLIO, *ōnis*, m. Philoſophus fuit Stoicus, Pergamenus, tantæ ſeveritatis, ut omnium regum ac principum amicitiam ſperneret, quem tamen Cato Vticenſis in Macedoniam cum exercitu miſſus exoratum in caſtra ſua duxit. Volaterranus.

Cordolium, vide *Cor.*

CORDŬBA, *æ*, f. Κόρδυβα, Bæricæ urbs eſt Hiſpaniæ clariſſima, utriusque Senecæ & Lucani patria, Martial. epigr. 62 *Duoque Senecas, unicumque Lucanum Facunda loquitur Corduba.* Silius 3, 401 *Nec decus auriferæ ceſſavit Corduba terræ.* Add. Cæſ. B. C. 2, 19 &c. Cicero pro Arch. c. 10 *Cordubæ natos poëtas pingue quiddam ſonantes atque peregrinum commemorat.* Colonia quondam Romanorum fuit, Oſio epiſcopo, Conſtantini Magni tempore, celebris.

¶ Cordubenſis, *e*; ut, *Conventus Cordubenſis*, Plin. 3, 1; & Hirt. B. Alex. c. 57 &c.

Cordus, *a, um*, vide ſupra *Chordus.*

CORDŸLA, *æ*, f. vel Cordylla, lego & *Cordilla*; ſed probate parum, rectius enim *Scordyla* vel *Cordyla*, σκορδύλη, κορδύλη, primus dicitur fœtus thunnorum ab ipſis ſtatim ovis ein junger thunin. vid. Plin. 9, 15; & 32, 11; Martial. 11 epigr. 53; & infra *Thunnus.* Idem Martial. 13, 1 *Ne toga cordylis & penula diſſit olivis.*

¶ Cordȳlus autem, five Cordulus, *i*, m. κορδύλος, amphibium eſt pedibus gradiens. Vide Geſneri de animalibus hiſtoriam.

CORELLIĀNVS, *a, um*, adject. a Corellio equite Romano; ut, *Corelliana caſtanea*, al. *Corellina.* Plin. 15, 13.

CORFINIVM, urbs dicta ſociali bello *Italica*, ubi vid. n. 2. Hinc

¶ Corfinienſes, *ium*, ejus urbis incolæ in Iap. Murat. p. 1041.

CORGO, i. e. *corde ago*, adverb. pro *profecto*, fürwahr. Feſt.

CORIACĒSIA, *æ*, f. herba, qua a magis aqua glaciari traditur, Plin. 24, 17.

Coriago, Coriaginoſus, vide *Corium.*

CŌRIANDRVM, *i*, n. κορίον vel κορίαννον, coriander; cujus ſemen moderate ſumptum ventriculo ip præſtat beneficii, ut cibus in eo rectius contineatur & perfectius concoquatur, ideo poſt cibos uſitate ſumitur, v. Plin. 20, 20; Colum. 11, 3; & Apic. 4, 3. Plur. Colum. 10, 244 *Famoſa coriandra.*

¶ Coriandrātum, *i*, n. coriandrum cum liquamine tritum. Apic. 9, 1 *Infunditur coriandratum.*

¶ Coriannon, *i*, n. [illegible]orion, *i*, n. κορίαννον & κόριον, græce *Coriandrum* vocatur, v. [illegible]ſc[illegible] Apulei de Herb c. 102. ¶ 2. Idem Apul. c. [illegible] in nomina *Scorpii.* ſi. ſat.

Coriārius, vide *Coriam*, Coribas, *Coriarius.*

CŌRIAS, *æ*, LL. κορίας, piſcis. Plin. 32, 11 Harduinus legit *Coliat.*

CORICEVM, *i*, n. *locus*, uti Mercurialis de Arte Gymn. 1, 8 deſcribit, *pro denudandis hominibus, qui vel exercerentur vel lavarentur, vel utrumque agere volebant.* Hæc vox legitur apud Vitruv. 5, 11, ubi alii accipiunt pro loco, ubi κορεῖν, i. e. puellæ exercerentur; vel pro tonſtrina, vel a *Coryco*, pilæ ſpecie pro loco, ubi ludus talis ageretur. vid. Baldi Lex. Vitruv. p. 303 Turneb. Adverſ. 10, 10; Mercurial. Art. Gymn. 1, 10: 2, 4; & 3, 4.

CŌRINNA, *æ*, f. Thebana mulier, Lyrica fuit, quæ libros & epigrammata ſcripſit, Pindaroque dixit, fabulas poëticas manu, non ſacco, eſſe inſpergendas. Plutarch de glor. Athen. ¶ 2. Eſt & *Corinna* alia, Ovidio in deliciis & ſtilo frequens; vid. Amor. 2, 280; &c. cui & ingenium fecit, quod de ſua Cynthia fatetur Propertius 2, 1. Martial. 8 epigr. 72 *Non me Pelignus, nec ſpernet Mantua vatem, Si qua Corinna mihi, ſi quis Alexis erit.* Obſerva, genuina & vera Venerum ſuarum nomina poëtas plurimum diſſimulaſſe, quod Apulejus in ſua Apologia p. 279 ſequentibus oſtendit: *Eadem igitur opera acuſent C. Catullum, quod Lesbiam p. o Clodia nominavit: & Ticidam ſimiliter, quod quæ Metella erat, Perillam ſcripſerit: & Propertium, qui Cynthiam dicat, Hoſtiam diſſimulet: & Tibullum, quod ei ſit Plautia in animo, Delia inverſa.*

¶ Corinnus, *i*, m. Ilienſis, ante Homerum Iliada ſcripſit belli Trojani tempore, ex quo Homerus putatur omnem hauſiſſe ſui operis materiam. Suidas.

CORINTHAS, *ădis*, f. herba, quæ Menais alias dicitur. Plin. 24, 17.

CŌRINTHVS, *i*, f. Κόρινθος, Achajæ metropolis & caput Apulejo 10 Met. p. 247, in medio Iſthmo ſita inter duo maria, Ægæum, orientem verſus, ubi portu Cenchræo ex Aſia advenientes excipiebantur; & Ionium, ubi Lechæo appellebant mercatores & nautæ. Vnde Horat. 1 od. 7, 2 *bimarem Corinthon* eam appellat. Ad emporium hoc tota Aſia & Europa confluebat. Eam Græciæ lumen Cicero dixit pro Pompejo, ſeu L. Manil. c. 5. *Mitis, tranquilla, otioſa, opulenta*: peculiaribus titulis hæc urbs dicta, de quibus Barth. ad Stat. 1 Theb. p. 105. *Nobilis*

ere Corinthio, Ovid. Met. 6, 416. *Non est cujuslibet, Corinthum appellere, ὐ παντὸς ἀνδρὸς, ἐς Κόρινθον ἐσπλεῖν ὁ πλοῦς*, paremiacē dicitur de rebus arduis & aditu periculosis. Vnde hoc natum, docet Strabo l. 8 p. 261. Horatius sic extulit 1 epist. 17, 36 *Non cuivis homini contingit adire Corinthum.* De pulchritudine urbis Strabo lib. 10; & Cic. in Rull. 2, 32: Id. Nat. D. 3, 38. Flor. 2, 16, 1 *Decus Græciæ* appellat. Primo *Ephyre* appellata fuit. *Corinthi* nomen a *Corintho* rege accepit, ut Heraclides de Politiis auctor est. A Romanis duce L. Mummio fuit destructa, a Iul. Cæsare reparata, & a Paullo luce Evangelii collustrata, cujus duæ exstant epistolæ eo missæ.

¶ Corinthia, *orum*, n. pl. subst. vasa ex ære Corinthio, quæ maximo in pretio olim & aurum contra habita. v. Cic. Tusc. 2, 14. Quare & luxus eorum coërcendus Tiberio fuit, de quo Suet. ejus vita c. 14. De ære Corinthio, & unde natum, & quantum ejus pretium fuerit, consule Plin. 34, 2; Plutarch. libello, cur Pythia oracula nulla nunc reddat; Flor. 2, 16; & Isidor. 16, 19. Adde, quæ supra notavimus in *Æs*. Mart. 9 epigr. 60 de Mamurra: *Confluxit auro, argento, aere Corinthon.*

¶ Corinthius, *a, um*, adject. ut, *Vasa Corinthia*, Cic. pro S. Rosc. c. 46 & in Verr. 4, 52. *Agri Corinthii*, Id. in Rull. 2, 19. *Æs Corinthium*, Flor. 2, 16, 6; & Plin. 34, 2. De ejus origine vide citatos autores supra in *Æs*. ¶ 2. Incolæ etiam *Corinthii* dicti, ap. Nepot. 20, 2, 2.

¶ Corinthiăcus, *a, um*, idem; ut, *Corinthiace Cenchreæ*, Ovid. 1 Trist. 9, 9. *Corinthiacus finis*, Id. Met. 15, 507.

¶ Corinthiensis, *e*, idem apud Plautum, qui Aul. 3, 6, 23 *Corinthiensis fontis Virenes* mentionem facit. Et Tac. An. 5, 10, 4 *Corinthiense litus. Corinthienses* unde dici cœperint, vid. apud Festum.

¶ Corinthiārius, *i*, m. Sic Augustus dictus, quod nimis vasa æris Corinthiaci amaret; Suet. Vita c. 70. Allio in Lex. Crit. Corinthiarium non amatorem vasorum Corinthiorum, sed artificem notare, Augustumque ita amasse Corinthia, ut artifex visus sit, arbitrarur. ¶ 2. *Corinthiarius* etiam est, qui vasis Corinthiis præest. Inscr. Murat. p. 650 *Servus Corinthiarius*, qui etiam servus a Corinthiis vocatur.

¶ Acrŏcŏrinthus, *i*, f. mons circa Corinthum immensæ altitudinis, in eo arx edita. vid. Stat. Theb. 7, 106.

CORIOLĀNVS, *i*, m. vir illustris Romanus, alter Themistocles Ciceroni, qui ejus meminit inter claros Oratores c. 10; & in Lælio c. 11, ubi viginti Coriolanum annis ante Themistoclem celebrem fuisse indicat.

¶ Coriolani, incolæ Coriolorum oppidi in Latio, de quo Plin. 3, 6. Et adjective *Coriolana pyra*, Id. 15, 15.

CŌRION, *i*, n. ita Plinius 26, 8 & 15, & Ruellius; Sed

¶ Coris, *is*, f. *κόρις*, apud Dioscoriden 3, 165 legitur, herba quam *Hypericon* vulgo nominant, erroneo; sed quomodo ab eo differat, Matthiolus indicat. vide Plin. 26, 8 & 11.

CŌRIPPVS, *i*, m. Fl. Cresconius, grammaticus & poëta Afer, tempore Iustini II Imp. de cujus laudibus scripsit 4 libros carmine heroico. vid. Voss. de Hist. Lat. 3, 3, & de Poët. c. 5.

CŌRISCVS, *i*, m. leve missile Nonio 18, 31; rectius *Corytus*.

CŌRĪTVS, *i*, sive Cŏrithus, est & civitas Tusciæ, & mons, & pater Dardani rex, ut tradit Servius ad illud Virg. Æn. 10, 719 *Venerat antiquis Coriti de finibus Acron.* Adde Silium 4, 722, & quæ ibi notavit Cellarius. ¶ 2. Fuit *Corithus* vel Corytheus homo deformis, bardus & stupidus, unde in proverbium abiit: *Corytheo deformior*. v. Chil. *Cŏrytus* quid sit, vid. infra.

CŌRIVM, *i*, n. pellis crassior & durior animalium, ut boum, equorum, asinorum &c. das fell, das leder. Cic. Nat. D. 2, 47 *Animantium aliæ coriis tectæ sunt, aliæ &c.* Ita, *Corium apro tollere*, Apic. 8, 1 *Perficere corium*, Plin. 13, 9, leder bereiten, gerben. *Plagiva coriis tecta*, Iustin. 2, 2, 4. *Coria inducere* &c. Cæs. B. C. 2, 10. ¶ 2. Plautus humani corporis pellem etiam hac voce sæpius per jocum nominat. e. g. Amph. prol. v. 85 *Corium concidere*, id est, virgis dorsum conscribere sive stylis ulmeis. Idem, *Detegetur corium de tergo meo*, das fell wird mir über die ohren gezogen werden, Epid. 1, 1, 63 & 83; conf. 5, 1, 19; & Cist. 4, 2, 36. ¶ 3. *Corium castaneæ*, die schale. Plin. 15, 28 *Putamine clauduntur nuces, corio castaneæ.* Sic & *Corium amygdali*, Pallad. 2 t. 15. ¶ 4. Transfertur ad alia etiam. Namque & philuram, quæ ex papyro scindebatur rexendo chartæ, eine haut; itemque rectorii inductionem, quæ etiam rūndwerck, hic appellatam notat Salmasius, quem vide ad Firmum Vopisci c. 3 p. 450. Adde de papyro Plin. 13, 12. De rectoriis Pallad. 1, 15 *Hæc marmoris grani inductio cum ficcari cœperit, aliud corium subtilius oportet imponi.* Etiam Vitruv. 2, 3 *Laterum corium* dixit pro superficie & crusta rectioriorum; Item 7, 3 *Tribus coriis arenæ & marmoris solidatos parietes.* Similiter Cato R. R. c. 18 *Calce arenato corium struere, facere.* Conf. Baldi Lex. Vitruv. p. 31. ¶ 5. Proverbialiter dicitur, *Canis assuetus corio*, de eo, qui illecebris vitiorum semel degustatis avocari se ab iisdem non patitur. Horat. 2 sat. 5, 83 *Vt canis a corio nunquam absterrebitur uncto*: an kleinen riemen lernet die hunde leder essen. Lucian. *ὅδε κύων παυσεται, ἂν ἅπαξ σκυτοτραγῶν μάθωσι.* Est & proverbiale, *De alieno corio ludere*, quod est, secure agere alieno periculo, von eines andern haut ist gut riemen schneiden. v. Martial. 3, 16. Plaut. Mil. 2, 2, 80 *Herus meus elephanti corio circumtectus est*, id est, plane hebes & nullius sensus.

¶ Corius, *i*, m. idem quod pellis, Plauto in Pœn. 1, 1, 11 *In tergo meo tres facile corios contrivisti bubulos.* conf. Festus.

¶ Cŏriāgo, *inis*, f. hartháutigkeit, boum est morbus, cum aut ex languore aliquo, aut pluvia sub onere madefactis, pellis adeo tergori ipsorum adhæret, ut manibus apprehensa deduci a costis non possit, Colum. 6, 13. *μάρανσις* Græci dicunt & *μαρασμὸν* a *μαραίνειν*, *tabefacere*: Germani quidam das feuer.

¶ Coriaginōsus, *a, um*, laborans coriagine, harthäutig. Veget. 1, 38 *Qua ex re fiunt coriaginosi, hepatici* &c.

¶ Cŏriārius, *i*, m. ein gerber, leder-bereiter. Plin. 17, 9 *Coriariorum officinæ.* Horum alii coria conficiebant, qui *Coriarii fabaliarii* dicebantur, alii coria vendebant, & *Coriarii magnarii* vocabantur, uti ex lapidibus antiquis Allio in Lex. Crit. observat. ¶ 2. *Coriarius* frutex Rhus est, sic dictus, quod eo coriorum infectores utantur, ad inspissandas pelles, Dioscor. 1, 124; Plin. 24, 11.

¶ Coriaria, *æ*, f. officina coriarii, die gerber-hütte. Petron. c. 2 *In coriaria habitare*: ita Salmas. de Vsuris p. 528. al. in *culina*.

¶ Corrigia, *æ*, f. a coriis Isidoro 19, 34 dicta, vid. *Corrigo* in *Rego*.

¶ Decŏrio, *are*, idem quod sequens *Excoriare*, die haut abziehen, schälen. Tertull. de Anima c. 33 *Vt periade juguletur, quia & ipsa jugulaverit: perinde decorietur, quia & ipsa despoliaverit.*

¶ Decoriatus, *a, um*, abgeschält. Pallad. 2, 15 *Amygdala decoriata* vocat, quæ ante paullo *corticibus spoliata* dixerat.

¶ Dĭcorio, *are*, schinden, gerben. Gloss. gr. lat. *ἀποδέρω, dicorio.*

¶ Excŏrio, *are*, das fell abziehen, schinden. Vet. Gloss. *Excorio, ἀποδέρω.* ¶ 2. Medii ævi scriptoribus est virgis cædere, stäupen, Gr. *δέρειν*. v. Gloss. du Fresne.

Cornarius, corneatus, vide *Cornu*.

CORNĒLIVS, *i*, m. Gens nobilissima Romæ, e qua plurimi fuerunt celebres. ¶ 1. *Cornelius Cossus*, tribunus militum, de quo Liv. 4, 19. ¶ 2. *Cornelius Asina*, de quo Macrob Sat. 1, 6. ¶ 3. *Cornelius Cethegus*, Consul. ¶ 4. *Corn. Merula Consul.* ¶ 5. *Corn. Balbus*, civis Gaditanus, quem Cicero defendit. ¶ 6. *Corn. Nepos*, vitæ illustrium virorum, de quibus vita tantum Pomponii Attici & alia pauca fragmenta reliqua sunt. Scripsit & excellentem hujus generis vitas, quas habemus, seu Æmilii Probi nomine male inscriptas. Est cultissimus cantilis nec quæ orationes, & quas Ciceronem, Terentio, Cæsare optime jungitur. Poëtis vel adolescentulis tam difficiendus. ¶ 7. *Corn. Gallus*, poëta elegiacus, ex Virgilii bucolicis notus. Hujus nomine Aldus Manutius elegiam & epigrammata vulgavit, sed quæ cujusvis alterius potius, quam Galli esse videntur. In hac tamen plera-que inepta, tria tamen quædam non infacunda latent, ut apparet ex Scaligeri ad illa Notis, quæ in variis ejus opusculis post varios exstant. Circumferuntur & aliæ elegiæ Cornelii Galli nomine inscriptæ, sed quæ ignobilis versificis Maximiani fœtus, ut ex MStis libris, qui id nomen asservant, Gyraldus & alii monuere. In illis sæpius in leges peccatum est, sæpius in latinitatem, peccatum est. De vero poëta Gallo vide Servium in Ecl. 6 & 10 Virg. Conf. Voss. Inst. Orat. p. 417. ¶ 8. Alii fuere *Corn. Severus*, poëta epicus, cujus Quintil. meminit 10, 1 p. 906 natura elaboratæ versificatorem, quam poëtam melioremve habet in deliciis. Fuit apud Senecam partem Suasoriæ 6 fragmentum carminis, quo Cornelius ille Ciceroni mortem deplorat. In quo ista enigmata: *Abdidit unus quidem, deceat, ideoque lucta Conticuit Latie tristis facundia linguæ.* Atque hujus ipsius C. Severi carmen etiam illud de Ætna est, quod vulgo Virgilio inscribitur, & cum eo junctum editur, ut docet Scalig. Comm. in illud poëma. ¶ 9. *Aur. Corn. Celsus*, scripsit octo libros de Medicina, qui adhuc in eruditorum manibus versantur; diligenter pervolvendi legendique illis, qui de medicis rebus loqui latine volunt. Scripsit & pluralia. Vide supra *Celsus*. ¶ 10. *C. Corn. Tacitus* vide in *Tacitus*.

¶ Cornelia, *æ*, f. Africani prior, mater Gracchorum, cujus eloquentiam Cicero laudavit de Clar. Orat. c. 58, & Quintil. 1, 1. ¶ 2. Fuit & *Cornelia* alia P. Scipionis uxor: itemque ¶ 3. *Cornelia Maximilla*, virgo Vestalis, quam vivam defodi Domitianus jussit. v Plin. 4, 11. Plura vide in Francisci Nannii libello peculiari de Claris Cornelliis Romæ. Fuit autem amplissima, omniumque gentium nobilissima *Cornelia* ab antiquis habita, & quidem jure & merito: familias præcipue quatuor habuit, *Malugin enſiam, Scipionum, Pinorum, Lentulorum*, de quibus hinc inde quædam annotata reperies

¶ Cornelianus, *a, um*, adject. occurrit in Lap. Murator. p. 444.

Corneolus, cornesco, corneus, cornicen &c. vide *Cornu*, Cornetum, corneus, *Cornus*; Cornicula, cornicor, *Cornix*.

CORNĪCŬLVM, *i*, n. clarum in Latio oppidum, Plin. 3, 5. Hinc

¶ Corniculānus, *a, um*, adject. Sic *Corniculana* mater regis Tullii fuisse dicitur Ovid. Fast. 6, 628.

CORNĪFĪCIVS, *i*, m. poëta ingenio eleganti & lepido, scripsit epigrammata. ¶ Habuit & *Cornificiam* sororem, cujus carmina laudantur. ¶ 2. *Cornificius* alter, amicus paternus & collega fuit Ciceronis, cujus ad eum multæ exstant epistolæ.

¶ Cornificia, *æ*, f. soror M. Antonini Philos. Capitolino ejus vita c. 1.

Corniger, Cornipes, vide *Cornu*

CORNIX, *īcis*, penult. prod. f. avis inauspicata Plinio 10, 12, quem admodum & corvus & bubo, eine krähe. *Cornix improba*, id est, importuna, Virg. Georg. 1, 389 dicitur, *garrula*, Ovid. Met. 2, 547. *Annosa & vetula* Horat. 3 od. 17, 13; & 4 od. 13, 25, propter prudentiam seu fabulosam potius vivacitatem, de qua Poëta. *Ἐννέα τοι ζώει κορώνας; Ter tria secla vivunt cornices, quæ* eine Cornice vivacior, & *cornicibus omnibus sæpe* Martial. epigr. 67. pro vehementer vivace. v. Cic. Tusc. 1, 31, & Juvenal. 10, 246. *Theophrastus mordens accusasse naturam dicitur, quod cornicis vitam diuturnam, quorum nihil interest, homini, qui ante senectutem interfuisset, tam exiguam vitam dedisset &c.* Cic. Tusc. 3, 28. vid. inox n. 3. *Cornicum oculos* eruunt sagæ venefici cadaveri. v. Prudentium adv. Symm. 1, 4, 5, 16. Sed ¶ 2. *Cornicum oculos configere*, apud Ter. Maur. v. 11, est callidos ac prudentes, qui cavere possent ac deberent, fallere. Dictum enim de Cn. Flavio, qui publicatis fastis formulas & dies agendarum rerum edidit. v. Cameracium adh. l. qui confert proverbium Germanicum: die cornice alterius oculos non configente, ex quo patet oculos imprimis petere hanc avem. Adde e fastis Prov. 30, 17. Cicero etiam pro Flacco c. 20 *Cornici oculum* dixit eadem prorsus sententia. Add. Burm. ad Quint. 8, 3 p. 686; & Brouckh. ad Prop. 4, 5, 10 & Tib. 2, 2, 21; qui etiam observat ¶ 3. *Cornicis* nomen jactari in mulieres, quæ cornuta-rumeliæ causa. vid. locus Cic. Tusc. 3, 28 modo laudatus n. 1. ¶ 4. Est & *Cornix* annulus, quo nuptiarum tempore, cui rima veluti hiemat an der thür, damit man anklopfet *κρούειν* Homero.

¶ Cornĭcŭla, *æ*, f. dimin. Horat. 1 epist. 3, 19 *Metuat cornicula risum.* ¶ 2. Est & adulatoris nomen *Annii Cornicularii, qui Gallienum quasi constantem principem sua voce laudaret*, Treb. Pollio Gallien c. 17.

¶ Cornĭcor, *āri*, kacken wie die krähe, pro importune garrire. v. Prisc. 8 p. 828. Pers. sat. 5, 12 *Nescio quid tecum commercii, inepte*, Hieron epist. 4 ad Rusticum: *Inepta se nobis cornicantes.*

¶ Cornĭcŭlæ, *ārum*, f. pl. locus erat trans Tiberim, a cornicibus dictus, quod in Junonis tutela esse putabant. v. Festum & P. Victor. de region. urb. Romæ.

CORNV, cui form. n. sing. indeclinabile a curvitate secundum Varronem L. L. 6, 3 plur. *Cornua*, ut, *Animantes cornibus, armatæ*,

Cic. Nat. D. 2, 47. Cornua enim anna sunt boum, cervorum &c. v. Virg. ecl. 7, 30. Horat. 1 sat. 4, 34 *Fanum habet in cornu, longe fuge.* Ex his bibere olim solebant. v. Barth. ad 2 Theb. Statii p 575. Petron. c. 39 ludit in ærumnosos, dum *illis præ moleſtia cornua naſci* dicit, noſtri, ſie möchten vor angſt hoͤrner kriegen. v. Scheff. nor. p. 81; Burm. p. 174. Cornua in galeis geſtabant heroës. vid. Cerda ad Virg. Æn. 12, 89; Drakenb. ad Sil 15, 682; & inprimis Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 7 p. 387 sqq. ubi de cornutis Alexandri M. & ſucceſſorum nummis, & ea occaſione de cornibus *Deorum, fluviorum, heroum*, it. de varia vocis *cornu* ſignificatione p. 399. Inter alia utebantur *cornu* ut *ſtrigili* ad medicamenta infundenda. v. Plin. 23, 1 f. 23; & Scrib. Larg. Compoſ. 7 De *aris e cornibus victimarum*, quos laudat Burm ad Ovidii Her. 21, 99 *innumeris ſtructam de cornibus aram.* ¶ 2. *Cornu* pro arcu ſæpe poëtis eſt, der bogen. Virg. Æn. 11, 773 *Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu.* Ovid. Met. 5, 56 *Lenta flectere cornua.* ibid. 5, 383 *Curvacornu.* Ovid. Met. 5, 56 *Lenta flectere cornua.* ibid. 5, 383 *Curvacornu.* Ovid. Met. 5, 56 *Lenta flectere cornua.* ibid. 5, 383 *Curvavit flexile cornu.* Et Sil. 2, 129 *Crebra Cydoneo fundebat ſpicula cornu.* ¶ 3. *Cornua lunæ*, Virg. Æn. 3, 646, & Ovid. Met. 7, 179, die ecken oder ſpitzen des monds Et *Lunaria cornua*, Id. Ovid. Met. 2, 454. ¶ 4. *Cornua* fluminum dicuntur flexus & brachia præfertim ante oſtia. Virg. Georg. 4, 371 *Et genino auratus taurino cornua vultu Eridanus.* Val. Flaccus 1, 106 *Hatis cornibus amnes.* Silius 3, 405 *Palladio Betes umbratus cornua ramo.* Ac Claud. Conſul. Honor. 4, 651 *Trans Rhoni cornua victor.* Vid. Sitzm. ad Rutil. itin. 1, 179. Spanh. de uſu & pr. num. diſſ 7 p. 490. Pari metaphora Solinus c. 8 de Italia, ad terrarum excurſus applicat, cum *Italiam* ait, *ubi longius proceſſerit, in cornua duo ſcindi*: id eſt, in Calabriam & Bruttiorum agrum. *Cornu portus*, Cæſ. epiſt. ad Q. Pedium lib. 9 epiſtol. Cic. ad Att. 14. ¶ 5. *Cornua in exercitu duo ſunt, dextrum & ſiniſtrum*, quæ & *alæ* dicuntur, der rechte und lincke flügel, & quod inter utrumque eſt, dicitur *media acies.* Ter. Eun. 4, 7, 4 *In medium hoc agmen cum veſti Donax, tu Simalio in ſiniſtrum cornu, tu Syriſce in dexterum.* v. Lipſ. Mil. Rom. 2, 7. Liv. 31, 21 *Circumvenire a cornibus aciem*; item: *Equitatum in cornua hoſtium immittere &c.* Apul. de Mundo p 72 *Equites cornibus præh

Novarienſi ſub voc. Vnicorn. p. 102. Et Ambroſius de Benedict. Patr. c. 11 p. 270 *Vnicornuus* uſurpat. Et hinc fortaſſe antiqua Bibliorum verſio in Vaticana Bibliotheca, Breviariis hac in parte conſona, *Vnicornuorum* vocem flectit, prudente Bartholino c. 6 tract. de Vnicornu. conf. Tertull. adv. Iudæos c. 10, & adv. Marc. 3, 18, ubi *cornua unicornuorum*, ſive *unicornis*, de apicibus ſive extimis crucis Chriſti explicat.

CORNVS, *ûs*, & *i*, f. arbor a ligni cornea duritie ſic dicta, baccas ferens olivæ modo oblongas, virentes primum, deinde per maturitatem rubeſcentes. Baccæ, *Corna* dicuntur, ſed arbor, *Cornus*, cornelbaum, ſuberbaum, & hagdorn, *baccæ*, welſche kirſchen. Dioſcor. lib. 1 Matthiol. Plin. 28, 11 *crudi cornus farina*. ¶ 2. *Cornus* & neutro *Cornum* non raro pro haſtili apud poëtas ponitur. Ex corno enim arbore plerumque illa conficiebant. Virg. Æn. 9, 698 *Volat Itala cornus Æra per tenuem*. Ovid. Met. 8, 408 *Ærata torſit grave Cuſpide cornum*. Ibid. 12, 451 *Fixit in adverſo cornum ſine cuſpide vultu*. Et Sil. 13, 204 *Validam torquebat tertia cornum*. v. Drakenb. ad 10, 122.

¶ Cornum, *i*, n. fructus hujus arboris, welſche kirſchen. Virg. Æn. 3, 649 *Victum infelicem baccas, lapidoſaque corna Dant rami*. ¶ 2. Haſta vel telum, ut modo vidimus in *Cornus* n. 2.

¶ Corneus, *a*, *um*, vom hagdorn; ut, *Cornea venabula*, Ovid. Heroid. 4, 83. *Cornea pyxis*, Plin. 21, 20.

¶ Cornētum, *i*, n. ein hagdorn-buſch. Vet. Gloſſ. *Cornetum*, κραναιών.

Corocotra, vide *Crocotta*, Corolla, corollarium, *Corona*.

CŌRŌNA, *æ*, f. στέφανος, ein krantz, eine krone; ut, *Corona laurea, myrtea, oleagina, populea, roſacea*. Erant autem in varia diſtinctæ genera, aliæ paci, aliæ bello militiæque inſerviebant. Ac illæ quidem aliæ lætitiæ, aliæ voluptatis cauſſa adhibebantur. Sane in lætitia publica ſumtas coronas, præter innumera alia loca, teſtatur Cic. Tuſc. 1, 35; Tac. Hiſt. 2, 55, 2. Ad voluptatem ſpectabant maxime convivales, de quibus Nepos 17, 8, 4, atque Plutarch. in Ageſilao. Horat. 3 od. 14, 17, & Lipſ. ad Tacit. Præter has & aliæ erant, quæ viris præpotentibus & præclare meritis honoris, reverentiæ & gratulationis ergo conferebantur: quarum paſſim mentio fit apud auctores; ut apud Nepotem 7, 6, 3; 8, 4 pr. 16, 5, 5. Alia exempla Petavius notat ad Syneſium de Regno. Eæ plerumque *aureæ* erant: v. g. apud Nep. 23, 7, 3; Curt. 4, 2, 2 *Tyrii Alexandro coronam auream donum afferebant*. Sed his donati & Olympiæ victores. v. Nep. 7, 6, 3, & in mortuorum coronis etiam *aureæ* memorantur. conf. Kirchm. de Funer. 1, 11. Quin *coronæ* & religionis pars erant, atque in ſacris funeribusque adhibebantur: de quibus nonnihil & P. Victorius Var. Lect. 2, 7; it. Reinef. ad Inſcript. 1 n. 41 p. 73 ſq. Militares rurſus plura genera continebant: Alia enim *triumphalis*, alia *obſidionalis*, alia *civica*, quam civis civi, a quo in bello ſervatus eſſet, dabat, alia *muralis, caſtrenſis, navalis, &c.* dicebatur: vide Gell. 5, 6, & Plin. 21, 2 & 3; & 16, 4; de quo Geſner. Chreſtom. Plin. p. 545 ſqq. His aliud genus Caligula addidit, quas *exploratorias* appellavit, Suet. ejus vita c. 45. Conf. Car. Paſchal. pecul. de Coronis libro, & Io. Andr. Boſii Στεφανοφεζιν, Ienæ 1669 editam, & quos laudat Fabric. Bibliogr. ant. c. 14 § 13. *Coronis* quoque inducta mancipia venalia bello capta producebantur; unde, *Sub coronâ venire*, apud Liv. 21, 51, ſervi captivi dicebantur, ut Cælius Sabinus ſcripto reliquit: quamquam aliam ejus rei cauſſam Gellius affert 7, 4. v. Briſſon. de formulis ſolennibus. Cæſ. B. G. 3, 16, & Iuſtin. 8, 3, 3 *Sub corona venditi*, i. e. coronatos vendidit. Et Flor. 4, 12, 52 *Hoc ſub corona jure belli venum dedit*. Navibus etiam coronarum aut vittarum genus impoſitum. Virg. Æn. 4, 418 *Et leti nautæ impoſuere coronas*. Et Ovid. Amor. 3, 11, 29 *Votiva puppis redimita corona*. Add. Suet. Vitell. c. 10. Ita vittata navis obviam miſſa Platoni a Dionyſio ap. Plin. 7, 30 pr. Ita etiam *Delubra coronata* legas. v. *Corono*. ¶ 2. *Corona* de turdis facta placet Martiali 13 ep. 5. ¶ 3. *Corona* etiam obſidionis militiæ genus eſt, unde *Corona cingere*, umringen. Cæſ. B. Gall. 7, 72, & Liv. 4, 27. *Coronâ urbem capere*, Liv. 43, 18. *Coronâ circumdare*, Id. 4, 47; Hirt. Hiſp. c. 13; & Curt. 4, 6, 10. *Coronâ undique mœnia aggredi*, Liv. 42, 63, in quibus de ſubita fere incurrentium militum oppreſſione ſermo eſt. *Coronâ vallare*, Sil. 13, 140. Fit, cum omni ex parte loca circumdantur copiis, ut nullus uſpiam exitus obſeſſis detur. v. Lipſ. in Poliorceticis 1, 4; & Caſaub. ad Polyb. ¶ 4. *Corona* etiam metеorum eſt, quod *aurea* alias & *Halo* appellatur: vide Dalechamp. ad Plin. p. 85; & Sen. Nat. qu. 1, 2. it. Vell. 2, 59, 6. ¶ 5. Hoc nomine eſt etiam ſidus cœleſte, quod *Corona Ariadnes* dicitur, & *Gnoſia ſtella coronæ*. v. Hygin. Aſtron. 2, 5; Virg. Georg. 1, 222; Plin. 18, 31; Colum. 11, 2; Stat. 1 Silv. 6, 88. ¶ 6. *Projecturas coronarum* Vitruvius 2, 8 vocat partes ſummas parietum ſive murorum, die kracksteine des mauerkrantzes, des ſimſes unts haus. conf. Baldi I ex. Vitr. p. 31. Sic, *Muri corona*, Curt. 9, 4, 30. ¶ 7. Significat & cœtum hominum, ein hauffen volcks; ut, *Maxima corona cauſſam dicere*, Cic. Tuſc. 1, 5. *Corona conſeſſus cinctus*, Id. pro Mil. c. 1. *Corona & turba*, Cic. pro Flacc. c. 28. *Latior ſcena, corona diffuſior*, Plin. 7 epiſt. 17. *Corona dicitur circumſtans in urbe populus*, Lactant. 4, 26, 21. *Coronam ne carpſeris*, inter Pythagoræ Symbola refertur, hoc eſt, ne violes leges civilis ſocietatis. ¶ 8. Poëtæ poëmata ſua, in virorum illuſtrium laudem facta, nonnunquam *Coronas* vocarunt, præſertim quod capita illorum, quos laudant, iis quaſi exornant atque redimiunt, teſte Mureto Var. Lect. 8, 1 p. 186. ¶ 9. Eſt etiam epiſcopalis reverentiæ nomen, quod vulgo a *coronæ tonſura* derivant, repugnante Salmaſio de Coma p. 76, 104, 121, 158 &c. Sed vid. etiam Iac. Gothofr. ad L. 38 C. Theod. de Epiſcopis.

¶ Corōnula, *æ*, f. dimin. Vulg. Interp. Exod. 39, 28 *Mitræ cum coronulis e byſſo*.

¶ Corolla, *æ*, f. aliud dimin. idem. Catull. 64, 66 *Mihi floridis corollis redimita domus eſt*. Propert. 1, 3, 21 *Noſtra de fronte corolla*. Plin. 8, 5 *Elephantus amavit quandam corollas vendentem*. Talis etiam fuit illa ſtephanopolis vel ſtephanoplocos Glycera, Pauſiæ pictori amata, de qua Plin. 35, 11 f. 40.

¶ Corollaria, *æ*, f. quæ corollas nectebat. In Lap. Murat. p. 999.

¶ Cŏrollārium, *i*, n. quicquid ſupra pondus juſtum adjicitur, *auctarium, ſuperpondium*, die zugabe. Varr. L. L. 4, 16. Et *Corollarium nummorum*, Cic. Verr. 3, 50. Ita Cleopatra apud Plin. 9, 35 f. 57 cibos quotidianos Antonio appoſitos *corollarium* vocat illius cœnæ, qua centies HS conſumptura ſola erat. ¶ 2. Apud Suet. Aug. c. 45 ita appellantur munera, quæ ultra legitima præmia ſcenicis dabantur, geſchenck. Plin. 21, 2 *Corollaria è lamina æ. ea tenui inaurata aut inargentata dabantur*. Meminit & Cicero Verr. 3, 79: Apul. 2 Mileſ. p. 125 *Sine cura ſis, inquam; modo corollarium idoneum compara*. Idem Cic. Verr. 4, 22 *Hic, quaſi feſtivum acroama, ne ſine corollario de convivio diſcederei, ibidem convivis inſpectantibus, emblemata avellenda curavit*. vid. Rhodig. 16, 58. ¶ 3. *Corollarium* dicitur etiam πόμμα, ſeu confectarium. Boëth. de Conſol. Philoſ. 3 Proſa 10 *Super hæc igitur veluti Geometræ ſolent, demonſtratis propoſitis, aliquid inferre, quæ πορίσματα ipſi vocant, ita ego quoque tibi veluti corollarium dabo*. Idem 4 Proſa 3 *Memento enim illius corollarii, quod paullo ante præcipuum dedi*.

¶ Cŏrōnālis, *e*, gleich den kronen. Apul. 1 Mileſ. p. 106 *Vt illa Medea unius diecula a Creonte inspetratis indaciis, totam ejus domum, filiamque cum ipſo ſene flammis coronalibus deuſſerat*.

¶ Cŏrōnāmen, *ĭnis*, n. die bekräntzung. Apul. 11 Mileſ. p. 261 *Mulieres verno florentes coronamine*.

¶ Cŏrōnāmentum, *i*, n. idem. *Coronamenta omne genus* Catoni c. 8, & Plinio 21, 5 flores ſunt, qui in ferta concinnantur, kräntz-blumen. ¶ 2. Tertulliano, ineunte libro de Corona, *Coronamentum* eſt ipſa corona: *Coronamento*, inquit, *in manu otioſo*. Et c. 7 pr. *Capiti coronamentis interdicunt*.

¶ Cŏrōno, *avi*, *atum*, *are*, krönen, bekräntzen, ſchmücken; ut, *Coronari ramis arborum in ſacris certaminibus*, Plin. 21, 2 *Coronare aditum cuſtode*, Virg. Æn. 9, 386 um und um den paß verlegen. *Sylva coronat aquas*, er liegt um den ſtrom herum, Ovid. Met. 5, 390. *Pluma coronat collum columbæ*, Lucret. 2, 801. Suetonius nova quadam ac peculiari ratione hoc verbo uſus eſt, pro efficere, ut aliquis coronetur, Claud. c. 10. v. ibi Torrent. Apud Virg. Georg. 2, 528 *Cratera coronare*, eſt vino implere, ut inſtar coronæ labra poculi contingat. Quamquam etiam veræ coronæ circumdari ſolebant. v. Id. Æn. 1, 728. Sil. 12, 743 *Delubra coronare* eſt ornare illa frondibus. v. ibi Drakenb. Tales forte etiam ſunt *coronæ navium*, de quibus in *Corona* n. 1.

¶ Coronans, *tis*. Horat. 3 od. 23, 15 *Parvos coronans marino rore Deos fragilique myrto*. Vitruv. 9, 4 *Mercurii & Veneris ſtellæ ſolem ipſum, uti centrum, itineribus coronantes*.

¶ Cŏrōnātus, *a*, *um*, gekrönt. Horat. 2 od. 7, 7 *Coronatus nitentes capillos*. Curt. 9, 7, 20 *Oleo nitens & coronatus*. Add. Propert. 3, 1, 10.

¶ Coronātus, *i*, m. ſubſt. genus nummi tum aurei, tum argentei, krone, v. Cæl. Rhod. 10, 2. ¶ 2. *Coronati* olim appellati gentilium ſacerdotes, de quibus Paſchal. de Coronis 4, 13. conf. Firmic. Aſtron. 3, 4 & 14.

¶ Coronatio, *ōnis*, f. die krönung, στεφάνωσις.

¶ Coronator, *ōris*, m. der da krönet, apud Auguſtinum. ¶ 2. Apud Anglos pervetuſtum nomen eſt judicis, qui cognoſcit delicta ad coronam pertinentia. Paſſim occurrit apud ſcriptores Anglicos v. Th. de S. Quercu Lex. Philol.

¶ Coronārius, *a*, *um*, ad coronas ſpectans, zu kräntzen, oder kronen gehörig; ut, *Coronaria herba*, Plin. 21, 23. *Coronarium opus*, Idem 15, 30, & Vitruv. 7, 3 & 6, pro ornamento cameræ. Sic eſt Æs *Cyprium tenuiſſimum, quod coronarium vocant*, Plin. 33, 9. *Aurum coronarium*, Cic. Agrar. 2, 22 ſunt coronæ triumphales, ut Gellius quidem interpretatur 5, 6. Proprie autem ſic dicebatur aurum, quod coronarum aurearum loco dono dari Imperatoribus ſolebat; vide Cic. in Piſ. c. 37; it. Caſaub. Notis ad monumentum Ancyranum p. 135 D. & ad Spartiani Hadrianum c. 6. Adde Capitolinum in Pio c. 4, qui itidem hujus auri mentionem fecit. Eſt in utroque Cod. titulus *de auro coronario*, ad quem videndus uterque Gothofredus, præſertim Iacobus ad Theodoſianum.

¶ Coronarius, *i*, m. ſubſt. qui coronas conficit, ein kranzbinder, krantzmacher, in Gloſſ. gr. lat. στεφανοπλόκος. vid. Plin. 21, 9, f. 30, & alias.

¶ Coronaria, *æ*, f. ſubſt. ut, *Clycera coronaria*, quæ coronas venditando ſuſtinuit paupertatem, apud Plin. 21, 2 f. 3. Meminit hujus *Glyceræ* etiam 35, 11.

¶ Coronarium, *i*, n. ſubſt. pro *Corona*. Gell. 4, 14 *Fum venire cum coronario non decuiſſet*. Nonnulli tamen interpretum coronarum convivalium concinnatorem hic intelligunt. Aliter Ammian. 25, 4 *Coronarium* (i. e. aurum coronarum nomine principi offerri ſolitum) *indictum, remiſſi dicitur, &c.*

¶ Incoronatus, *a*, *um*, uncekrönt. Apul. 4 Met. p. 155 *Cerimoniæ ut gliguntur; incoronata ſimulacra, & æræ vidua, frigido cinere fœdatæ*.

CŌRŌNĒA, *æ*, urbs Bœotiæ, Plin. 4, 7: & Stat. Theb. 7, 301 ſq.

CŌRŌNĔŎLA, *æ*, f. roſa autumni tempore in rubro proveniens, eine herbſt-roſe, Plinio 21, 4.

CORŌNIS, *idis*, f. Phlegyæ filia, quæ ab Apolline compreſſa Æſculapium edidit. vid. Ovid. Met. 2, 542, & ibi Heinſ. ¶ 2. *Coronis* altera Coronei filia, in cornicem mutata, de qua Ovid. met. 2, 569 ſq. ¶ 3. *Coronis* etiam nota Critica dicebatur: linea videlicet brevis ſuperne aliquantum incurvata. Ejus in Dramatibus uſus triplex erat: Vel, cum hiſtrionibus nonnulla locutis, ac digreſſis relinquebatur chorus, aut contra: vel, quando tranſire de loco ad locum videbatur ſcena, ut ex Hephæſtione Scholiaſtes Ariſtophanis ad Plut. 2, 1 annotat. ¶ 4. Eadem & in librorum finibus ſolebat appingi: unde & pro fine ipſo accipi poteſt, der ſchluß, das ende; ut, *Coronidem imponere*, i. e. finem. Martial. 10 ep. 1 *Si nimias videor, ſeraque coronide longus Eſſe libro, legito paucа, &c.*

¶ Coronides, *æ*, m. Æſculapius, Apollinis & Coronidis filius, de quo Ovid. Faſt. 6, 746 *Nulla Coronides cauſſa doloris erit*.

CORŌNISMA, *ătis*, n. κόσμημα, honeſtum mendicandi genus apud Rhodios, cum quidam cornicem circumgeſtans huic avi ſtipem poſceret. vid. ex Athenæo Cæl. Rhod. 17, 12. Hinc

¶ Coronista, *æ*, m. κορωνιστής, i. e. ſtipem colligens τῇ κορώνῃ, i. e. *cornici*. v. ibid.

CŎRŌNŎPUS, i, & ŏdis, κορωνόπους, herba, krähen-fuß, non tamen pes corvinus, qui ranunculus est: Matthiol. vid. & Plin. 21, 16; & 25, 19.

CORONOPUS, n. pl. concharum genus, Plin. 32, 11.

CORPUS, ŏris, n. σῶμα, artubus constat & membris, der leib, cörper. Cic. Off. 1, 23 *Exercendum corpus, & ita assuefaciendum est, ut obedire consilio rationique possit in exsequendis negotiis, & in labore tolerando.* Ovid. de Arte 2, 112 *Inveni dotes corporis addo bonis.* Nepos 14, 5, 5 *Corpore & statura similimus.* Sic *Corpus solidum & succi plenum*, Tac. Ann. 2, 3, 26: *Proximum, exile*, Suet. Claud. c. 30; *Amplum, robustum.* Idem Tib. c. 68. *Corpus salubre, sanum, quadratum ac

vum æſtimatio, adhuc dubitatur. Apul. de Dogm. Plat. p. 49 *De Deo ſentit, quod ſit incorporeus.*

¶ Recorpŏro, *are*, wieder zuſammen verleiben. Tertull. de Reſurr. c. 7 *Figulo licet argillam temperatu ignis adſtatu in materiam robuſtiorem recorporare.* Et de Anima c. 35 *Recorporari animas, &c.* Cæl. Aurel. Acut. 3, 4 ext. *Virtus recorporandi.* conf. Barthii Adverſ. 35, 3.

¶ Recorporatio, *ōnis*, f. die wiedervereinigung des leibes. Tertull. de Reſurr. c. 30 *Recorporatio & readmitio oſſium.* Conf. Cæl. Aurel. Tard. præf. & 1, 4, 112.

¶ Recorporativus, *a*, *um*, das wieder einverleibet. Cæl. Aurel. Tard. 1, 4 *Recorporativa curatio.* Idem Acut. 3, 16 *Helleborum eſt recorporativæ virtutis.*

¶ Semicorporālis, *e*, halbcörperlich; ut, *Signum in cælo ſemicorporale*, Firmic. Aſtron. 2, 12.

¶ Transcorpŏro, *are*, q. d. vercörpern, dixit Interpres Irenæi 1, 24.

¶ Tricorpor, *ŏris*, & Tricorpŏrus, *a*, *um*, drei leibig habens corpora, dreyleibig. Virg. Æn. 6, 289 *Et forma tricorporis umbræ.* Sil. 3, 422 *Geryonis petiere cum longa tricorporis arma.* Lucretius de eodem loquens 5, 28 *Inde tricorpora tergemini vis Geryonai*; (al. *tripe-flora*).

¶ Vnicorporeus, *a*, *um*, einleibig. Firmic. Aſtrol. 2, 12 *Signum in cælo unicorporeum.*

CORRAGO, *ĭnis*, f. herba ſic dicta, quod cordis affectibus medeatur: aliis *Borrāgo*, verum ſcil. & legitimum *Bugloſſum. Corrago*, & Apulej. de Herb. c. 41.

Correctio, &c. vide *Rego*, Correptio, &c. *Rapio*, Corrigia, corrigo &c. *Rego*, Corripio, *Rapio*, Corrivalis, corrivo, &c. *Rivus*, Corroboro, *Robur.*

CORRŎCO, *ōnis*, m. pilci, voce Vibiſca, Auſon. epiſt. 4, 58.

Corrogatio, corrogo, vide *Rogo*, Corrotundo, *Rotundus.*

CORRŪDA, *æ*, f. wildſparrel. Silveſtris aſparagus Dioſcoridi eſt, & Plin. 20, 5 & 10. Add. Id. 19, 36: Cato R. R. c. 6. Et Colum. 10, 375 *Prædit & aſparagi corruda ſimillima ſylo.*

Corrugis, corrugo, vide *Ruga.*

CORRŪGVS, *i*, m. flumen deductum ex montium jugis, a corrivatione ſic dictum, vel quaſi *corrigunus*, waſſergraben. Plin 33, 4 *Flumina jugis montium duxere. Corrugos vocant; a corrivatione, credo.*

Corrumpo, corruptio vide *Rumpo*, Corruſpor, *Ruſpor*, &c.

CORS, *cortis*, f. der hüner hof. Ita pro *hors* nonnulli, ſed male, ut Lipſius cenſet, ſcribunt: vide ſupra *Cohors.* Sic apud Martial. 7 epigr. 53 *Cortis avec*, hüner. Idem 3 epigr. 58 *Tavon Jvelade cortis.* ¶ 2. *Cortes* plur. ſunt villarum intra maceriam ſpatia, die ſchlippen, der raum zwiſchen 2 wänden. v. ex Varr. Nonius 2, 112. Sed, *Argentarie cortes*, ſunt tabernæ, ubi lenones & meretrices. v. Taubm. not. ad Plaut. Truc. 1, 1, 48: & Parei Lex. p. 292.

CORSA, *æ*, f. eſt tempus, pars capitis, quam κόρσην Græci vocant, die platte. A capite humano tranſfertur ad mechanica; eſtque prima antepagmenti in oſtiis faſcia, apud Vitruv. 4, 6. vid. Baldi Lex. p. 50. ¶ 2. *Corſa* mulier, quæ Corſicæ inſulæ nomen dediſſe fertur. Iſid 16, 6 ex Salluſtio.

¶ Corſoïdes, *is*, m. lapis canitici hominis ſimilis, Plin. 37, 10.

CORSALVIVM, *i*, n. ita aliqui *Salvium* vocant, ſalbey. Apul. de Herb. c. 101.

CORSĬCA, *æ*, f. inſula eſt in mari Liguſtico, quam Græci *Cyrnon* appellavere; ſed Tuſco propior a ſeptemtrione in meridiem projecta, inquit Plin. 3, 6. Civitates XXXIII habuiſſe, idem teſtatur. Hodie unica conſtat metropoli, quam *Baſtia* jam vulgo nominant. De vaſtitate ejus ſterili Seneca Epigrammatis in exilium ſuum, (eo enim relegatus fuit, ut Dio Caſſius lib. 110 prodit;) de ejus incolis variis Idem Conſol. ad Helviam matrem c. 8, quem librum ibi exul ſcripſit. Diſtat a Sardinia milliari Germanico: notiſſima eſt vino præſtanti, & mellis copia, ſed venenati, ob toxicorum in ea inſula multitudinem; quo Ovidius reſpexit 1 Am. 12, 10 *Melle ſub infami Corſica miſit apis.* vid. *Corſa* n. 2.

¶ Corſicus, *a*, *um*, adject. ut, *Mare Corſicum*: Sen. Octav. v. 382 *Remotus inter Corſici rupes maris.* Sic Plin. 37, 12 *Omnes gemmæ mellis decoctu nitescunt, præcipue Corſici.* De *ape Corſica* jam ex Ovidio dictum.

¶ Corſus, *a*, *um*, adj. idem. Ovid. Faſt. 6, 194 *Corſis obruta claſſis aquis.*

¶ Corſi, *orum*, m. pl. incolæ. Plin. 15, 29 extr. *Papirius Maſo in monte Albano triumphavit de Corſis.*

¶ Corſicānus, *a*, *um*, idem quod *Corſicus*; ut, *Mella Corſicana*, Serv. in Virg. Georg. 4, 101.

CORTEX, *ĭcis*, f. eine rinde: dubii ſive utriusque generis; ut, *Cortice ſicco*, Ovid Met. 8, 642; Et *Lentus cortex*, Idem 9, 353. Ibid. v. 362 *Sub eodem cortice condi.* At Virg. cl. 6, 52 *Maſco circumdat amaræ corticis.* Et Ovid. Met. 10, 512 *Fiſſâ cortice*, ut ex pluribus MSS. Heinſius emendavit, quod vulgo editum erat *ſciſſo* vel *fiſſo cortice.* Sic enim Idem 14, 630 *Fiſſâ modo cortice virgam Inſerit.* Quint. 1, 5 p. 60 jam a Virgilio utroque genere dictum fuiſſe *corticem* docet. Adde Heinſium ad Metam. 4, 375, ubi de ambiguo verbi *Corticis* genere: & Nonium 3, 61, ubi Varro, *Corporeum corticem relinquere*, dixit: & Lucret. Ind. in *Cortex.* Cic. Nat. D. 2, 47 *Trunci obducuntur libro aut cortice.* Vitruv. 3, 3 *Cortex ovi*, eine eyerſchale. Phædrus 2, 6 teſtudinem *duram corticem*, cellulas apum cereas, *odori corticis antræ*, Silius 2, 219 dixit. *Leviorem cortice* dixit Horat. hominem admodum levem atque inconſtantem 3 od. 9, 22. ¶ 2. Idem & *ſine cortice nare*, proverbialiter dixit 1 ſat. 4, 120, pro eo, quod eſt, in regendis rus moribus non indigere præceptore, monitore.

¶ Corticula, *æ*, f. diminut. Colum. 12, 47 *Refollatis corticulis eximus eam*, ſcil. baccam. conf. ibid. c. 50.

¶ Corticeus, *a*, *um*, von oder mit rinde. Varro R. R. 1, 40 *Pilæ corticeæ*: & 3, 16 *Alvi optimæ corticeæ.* Prud. Cathem. 3, 43 *Corticeo glutine.*

¶ Corticārius, *a*, *um*, was rinde hat. Pallad. 4, 1 *Corticata pars cortici novæ matris aptetur.* Quomodo *pix corticata* confletur, docet Columella 12, 23.

¶ Corticōſus, *a*, *um*, id. Plin. 20, 19, & Solin. c. 33 (al. 20,) de ſuccino.

¶ Decortico, *are*, die rinde abſchälen, ſchälen. Plin. 16, 39 *Cædi, quæ decorticentur.*

¶ Decorticeus, *a*, *um*, abgeſchält; ut, *Alni decorticeæ*, Plin 16, 41.

¶ Decorticatio, *ōnis*, f. die abſchälung. Plin 1, 24 *Si augeſcia decorticatio fuit*, &c.

¶ Excortico, *are*, ausſchälen. Gloſſ. lat. gr. *Excorticat*, ἀποξύει. conf. Frontin. de Aquæduct. ſub fin. ubi pro vulgari *excorticentur* Polenus in ſua edit. p. 228 maluit reponere *excodicentur.*

CORTĪNA, *æ*, f. λέβης, lebes ſive vas, in quo tinguntur lanæ, aut decoquitur, ſive recipitur aliquid, ein keſſel, dreyfuß. Cato R. R. c. 66 *Cortinam plumbeam in lacu ponito, quo olea fluat.* Nomen a rotunditate deducit in Conjectaneis Scaliger p. 127 ſq. quod inſtar *certis* rotundum ſit. Vnde & *Cortinam freto cæruleo*, i. e. *cæli* Ennius dixit apud Varr. L. L. 6, 3, ubi a *corde* derivat. Conf. Voſſ. Etym. p. 161. Plaut. Pœn. 5, 5, 12 *Qui cortinam ludis per circum ferunt*, i. e. vas aqua plenum, ut equos curſu defeſſos in ludis Circenſibus frigida adſpergerent. ¶ 2. Virg. Æn. 3, 92, & 6, 347, tripodem illam, in quo Phœbades ſedentes oracula reddebant, *Cortinam Phœbi* appellat. Namque & tripus vas rotundum erat. Ver. Gloſſ. *Cortina, λεβὶς κύκλος τρίπους; Ν' ὀλλωνος.* Vid. N. Heinſ. & Burm ad Val. Flacc 1, 5. Prudentius tamen *Cortinam* a tripode diſtinguit. Ita enim Apotheoſi v. 506 ſcribit: *Delphica damnatis tacuerunt fortibus antra, Non tripodas cortina tegit.* Nimirum *cortinam* vocat operculum, ſive mentulam, in qua ſedebat vates: *tripodas* ipſum ſubſtantiale, cui imponebatur cortina, tribus pedibus nixum. Nempe *cortina* hic eſt, quod ὄλμον Pollux 10, 23 appellat. *Cortinas tripodum*, pro operculis & Plinius dixit 34, 3 itemque Suet. Aug. c. 55. Conſule ibi Caſaub. & vide Peirefcii vitam p. 357. Circulari forma fuiſſe, ex Polluce eſt clarum. ¶ 3. Severus in Ætna v. 294 *Cortinam theatri*, de convexa & cava theatri capacitate dixit: quemadmodum *cæli cortinam* Firmicus dixerat ante; der himmel glas. Et ſic Tac. 14 Ann. Dial. de Orat. 19. 6 *Cum vix in cortinam quingenta adſint*, &c. i. e. in fabelliorum juxta tribunal loco auditor conſiſtat. v. Lipſ. & Pichon. ¶ 4. Recentioribus auctoribus *Cortinæ*, aulæa quoque appellantur, περιπέτασμα, ſpitzhänge. Amb. l. 5 epiſt. 33 *Scripſerat ad me quidam ex illis centibus pueris cortinæ regiæ*, &c. Iſidor. 19, 26 *Cortinæ ſunt aulæa, id eſt, vela de parietibus, aliove loco pendentia*, &c.

¶ Cortĭnula, *æ*, f. diminut. Ammian. 2, 7 (Valeſ. c. 1 f. 553) *Cortinulis penſilem annulum libras.*

¶ Cortināle, *is*, n. locus in villa, ubi cortinæ habebantur, in quibus decoquitur aliquid. v. Colum. 1, 6.

¶ Cortiniſpŏtens, *tis*. Hac voce Lucilius Apollinem, quod Cortinæ præeſſet, vocaſſe dicitur.

CORTŌNA, *æ*, f. urbs Etruriæ prope lacum Traſimenum; Liv. 22, 4.

¶ Cortonenſis, *e*, adject. ut, *Montes Cortonenſes*, apud Livium c. l. & *Cortonenſes incolæ*, apud Plin. 3, 5.

Corvinus, vide *Corvus.*

CŌRVS, *i*, m. vel Caurus, occidentalis ventus, nord-nord-weſt. Plin. 2, 47; Cæſ. B. G. 5, 7: Vitruv. 1, 6: & Sen. Nat. Qu. 5, 16. Græcis Λίψ, ὅσος eſt, & *Iapyx*, Lucan. 7, 125 *Vicinus violentus navita coro Dat regimen ventis.* Vide ſupra *Caurus.* ¶ 2. Eſt & *Cōrus* menſuræ maximæ apud Hebræos nomen, quæ continet medimnos Atticos decem, Joſepho auctore 15, 11. vid. Prudent. Apoth. v. 421.

CŌRVSCVS, *a*, *um*, hell, glänzend; ut, *Sol coruſcus*, Virg. Georg. 1, 233. *Vis fulminis coruſci*, Cic. Tuſc. 2, 9. Et Virg. Æn. 9, 163 *Coruſcus auro.* Id. Æn. 2, 333 *Stat ferri acies mucrone coruſco.* Servius in 2 Æn. *CORVSCVM alias fulgens, alias tremulum eſt.*

¶ Coruſco, *are*, ſchimmern, glänzen, blicken. Verus poëta ap. Cic. de Orat. 3, 39 *Flamma inter nubes coruſcat, cælum tonitru contremit.* ¶ 2. Active, vibrare, ſchwingen, it. blicken laſſen. Virg. Æn. 12, 431 *Haſtamque coruſcat.* Idem 12, 651 *Strictam quæ coruſcat mucronem.* Apul. de Deo Socrat. p. 45 *Vel fulminibus jaculandis, vel nubibus coruſcandis.*

¶ Coruſcans, *tis*; ut, *Coruſcans clypeus*, Claudian. de Conſ. Honor. 3, 29.

¶ Coruſcatio, *ōnis*, f. der glantz, der blitz. Solin. c. 66 (Salm. 55) ubi de margaritis agit, *Si repente micaverit coruſcatio.* Tertull. adv. Marc. 4, 39 *In lucem coruſcationis tuæ.* Mart. Capella 5 p. 136 *Arma fulminea quadam coruſcatione renitebant.* Vopiſc. Caro c. 8 *Ingenti exorta tempeſtate, immani coruſcatione, immaniori tonitru, exanimatus eſt.* conf. Auguſt. de C. Dei 2, 22.

¶ Coruſcāmen, *ĭnis*, n. idem. Apul. de Deo Socr. p. 43 *Rapidiſſimo coruſcamine lumen candidum intermicare.*

¶ Cōruſcifer, *a*, *um*, coruſcus. Martian. Capella: *Coruſciferi laquearia cæli.*

CORVVS, *i*, m. κόραξ, ein rabe, avis Apollinis ſacra, inauſpicata Plinio, & Horatio, videlicet ſi a ſiniſtra appareat: a dextra enim bonum augurium erat. Vide Plaut. Aul. 4, 31; & Cic. Divin. 1, 7 & 39. Sexagenis diebus, antequam ficus matureſcant, ſitire, Plinius ſcribit 10, 12. Cauſſam ejus rei ad fabulam referr Ovidius, quem vide Faſt. 2, 249 ſqq. *Corvos in cruce paſcere*, dixit Horatius 1 epiſt. 16, 48 pro, ſuſpendio puniri, *Ad corvos*, εἰς κόρακας, an den galgen. Antiſthenes dixit: *Præſtare neceſſitate urgente in corvos, quam in aſſentatores incidere: illos quippe mortuos, iſtos viventes devorare:* νρῶτον ἔφησεν ἐν τοῖς κρέασιν εἰς κόρακας ἐμπεσεῖν· εἶτα εἰς τοὺς νεκρούς, οἱ δὲ ζῶντας ἐσθίουσιν. Vbi alliteratio eſt inter κρέασι & κόρακας. Diogen. Laert. *Mali corvi, malum ovum*, ſententia judicum de Corace & Evarcho apud Sextum Empir. 7 Math. f. 99 p. 3 & Hebr. *Corvi luſciniis honoratiores.* Cæterum inter aves *corvos* maxime ſuperſtitioſi colebant Ægyptii, unde *Coracina ſacra*, quæ apud Coptum ſiebant, Ambroſ. in c. 1 Epiſt. ad Rom. ¶ 2. *Corvus* & machinæ genus eſt, quo in navalibus prœliis utebantur, quod accurate deſcribit Polybius 1, 22. Add. Curt. 4, 2, 12 & 4, 3, 24; Vitruv. 10, 19: & Lex. Vitruv. p. 32; & *Corax* n. 2. Ejus generis fuerunt & *ferreæ manus*, diverſæ tamen: nam & auctores diſtinguunt. Vide Aur. Vict. de

Vir. illuſtr. c. 38: & infra *Manus*. ¶ 3. Stella etiam dicitur corvus, qui ineſt in cauda anguis, Vitruv. 9, 7.

¶ Corvinus, *a*, *um*, quod corvi vel de corvo eſt, vom raben; ut, *Corvina nigredo*, Apul. lib. 2 de Aſino p. 118. ¶ 2. *Corvini*, Romanæ familiæ cognomen, de cujus origine conſulatur Livius 7, 26.

¶ Corvito, *are*, corvorum more ingurgitare, freſſen wie die raben. Sic Plaut. Cal. 4, 1, 20 ed. Taubm. *Corvitant ubi*. Sed Salm. in editione Gronov. illud *Corvitant* nihili eſſe ait, legendumque *Corbitam cibi comeſſe poſſunt*. v. *Corbita* in *Corbis*.

CŎRŸBANTĒS, *ium*, m. pl. Κορύβαντες, numine & furore correpti Cybeles dicebantur ſacerdotes, a κορυβαντιᾶν, id eſt, infantium more caput jactare & tinnitum edere, ne Saturnus Iovis infantis vagitum audiens ipſum devoraret. vid. Strab. lib. 10 p. 226, & Rutgerſ. Var. Lect. 6, 7. Horat. 1 od. 16, 8 *Sic geminant Corybantes æra*. conf. *Regredo* in *Gradus*. ¶ 2. Caſu ſingulari Claudianus uſus eſt Cons. Hon. 4, 150 *Non te progenitum Cybeleius ære canoro Luſtravit Corybas*: Cybeles enim & Iaſii filius fuit. conf. Martial. 1 epigr. 71. ¶ 3. *Corybas* pictor, Nicomachi diſcipulus, Plin. 35, 11. ¶ 4. Adjective neut. plur. *Corybantia æra*, Virg. Æn. 3, 111.

¶ Corybantio, *are*, κορυβαντιᾶν, i. e. oculis apertis dormire, einen haſenſchlaf thun. vid. Eraſmi Chil. *Lepus dormiens*. Præcipue Scalig. ad illud Catulli epigr. 38 *Solet hæc imaginoſum*, &c. ubi tamen longe aliter If. Voſſ. p. 33. Plin. 11, 37 *Patentibus oculis dormiunt lepores multique hominum, quod κορυβαντιᾶν Græci dicunt*. Vbi Hard. a κόρη pupilla derivat. v. Spanh. ad Callim. H. in lov. v. 52 p. 21 ſq. & quos laudat Langbaen. ad Longin. περὶ ὕψους ſ. 39.

¶ Corybantiaſmus, *i*, ὁ κορυβαντιασμός, eſt morbus, quem pati dicuntur, qui patentibus oculis dormiunt. Qua de re Turnebus locum Plinii modo laudatum corruptum credens Adverſ. 13, 24. De Corybantiaſmo oratorio vid. Longin. loco modo indicato, ejusque interpretes.

CŌRȳCVS, *i*, m. Κώρυκος, qui mons Ioniæ, qua parte Chium inſulam ſpectat, ſublimis & portuoſus, latrociniis olim infeſtiſſimus: unde locus proverbio datus, κωρυκαῖος ἠφοάζετο, id eſt, *Coryceus auſcultavit*, ea iſt ein ſpion dahey geweſen, in eum, qui rem diſſimulat & occultat, deprehenſam tamen. In illo enim litore piratæ, quo abituri eſſent, mercatores clanculum ſciſcitabantur, ac mox in altum ſolventes ſpoliabant. Lege Strabonem lib. 13 p. 443, & Eraſm. Chiliad.: *Coryceus Dæmon*. Cic. Att. 10, 18 *Poſthac non ſcribam ad te, quid factarus ſim, ſ. d. qui? facerem. Omnes* κωρυκαῖοι *videntur ſubauſcultare, quæ loquor*. ¶ 2 *Corycus* quoque Ciliciæ oppidum & portus, Plin. 5, 27. Ibi ſpecus mirabilis, & croci proventu nobiliſſima, de qua Mela legatur, 1, 13. Vid. ad Colum. 3, 8, 4 *Tmolon & Corycon florere croco*. Ita Geſn. Al. *Corycion*. C. Caſſ. Cic. fam. 12, 13 *Lucilius Corycum ſe contulit*. Vulgo etiam ex Cebetis tabula locus de *antro Corycio* laudatur: Sed ibi legi vult κηρύκιον H. Schultzius in Bibliioth. Hal. Obſervatt. ac recenſſ. T. 1 n. 6.

¶ Cōrȳcæus, *i*, m. (quod nomen Strabo d. l. a monte Ioniæ Coryco derivavit,) qui auribus venatur, clam alios obſervat. De quo ſatis jam in *Coryeus* dictum eſt.

¶ Coryceum, *i*, n. vide *Coriceum*, & Philandrum ad Vitruv. 5, 11.

¶ Cōrȳcius, *a*, *um*, adject. Curt. 3, 4, 10 *Corycium nemus, ubi crocum gignitur*. Horat. 2 ſat. 4, 68 *Corycioque croco ſparſum ſtetit, inſuper addes*, &c.

¶ Cōrȳcīdes Muſæ, vel ab *antro Corycio* in Parnaſſo, vel a Nympha *Corycia*, Ovid. Met. 1, 320.

CŌRȳDĂLVS, *i*, m. κορυδαλός, alauda criſtata, quæ & *caſſita* & *galerita* dicitur, eine haubelerch. Celebratur inter Parœmias, & Simonidi tribuitur, dictum hoc a Plutarcho, Πάσηι κορυδαλοῖσι χρὴ λοφον ἐγγενέσθαι, hoc eſt, *oportet omnibus Corydalis criſtam ineſſe*, id eſt, Nemo eſt, quem non videas alicui vitio eſſe obnoxium.

¶ Corydalis, herba eſt Galeno κορυδαλίς, quam *fumariam* nonnulli interpretantur, erdrauch. Matthiolus.

CORȳDON, *ōnis*, m. κορυδών, paſtor Theocrito & Virgilio. Hic ecl. 7 pr. *Compulerantque greges Corydon & Thyrſis in unum: Thyrſis oves, Corydon diſtentas lacte capellas*. conf. 2, 1 & 69.

Coryſaſia, vide *Coryphaſia* in *Coryphæus*.

CŌRȳLVS, *i*, f. eine haſelſtaude; cujus fructus *avellanæ* dicuntur, haſelnüſſe. *Inter denſas corylos*, Virg. ecl. 1, 14. Adde ecl. 5, 3 & 21, &c. Ob denſitatem inter vites non eſt ferenda, juxta Virg. Georg. 2, 299. Ejus furculi bifidi, auri argentique venas deregunt, quos vocant wünſchelruthen. conf Camerar. Hor. Subſ. 1, 73. Sed ex detritis ſcopis etiam & durioribus metallis pari confici ſucceſſu poſſe ejusmodi virgulas, quin ex bifidis omnibus inſtrumentis & furculis, alii affirmant.

¶ Corylētum, *i*, n. ein haſelbuſch. Ovid. Faſt. 2, 587 *Illa modo in ſilvis inter coryleta jacebat*. Servius inde denominativum deducit *Colurnus*, in illo, *Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis*, Virg. Georg. 2, 396. Feſtus autem *Colurnus* a *Cornus* deducit. Vide ſupra in *Colurnus*.

CŌRYMBVS, *i*, m. κόρυμβος, bacca, ſive uva hederæ, ein träublein von epheu. Virg. ecl. 3, 39 *Diffuſos hedera veſtit pallente corymbos*. Propert. 4, 6, 3 *Cera Philiteis certet Romana corymbis*. Nemeſia. Cyneg. *Corymbis implicitum retineri* ſe ait ab Apolline. Cognata numina Apollo & Bacchus quantum ad poëtarum præſidium; itaque hedera etiam coronantur poëtæ. ¶ 2. *Corymbi*, ornatus ſive hederaceæ *coronæ navium*. vid. Roſin. Ant. Rom. 10, 20 p. 989. ¶ 3. *Corymbus* ornatus capillorum in fœminis. Thucydidis Scholiaſtes non procul ab initio: κρωβύλος ὅσος πλέγματος τῶν τριχῶν ἐκαλεῖτο δὲ τῶν μὲν ἀνδρῶν κρωβύλος, τῶν δὲ γυναικῶν κορυμβος, τῶν δὲ παίδων σκορπίος, &c. Videtur fuiſſe, cum crines in uvæ vel coni ſpeciem ficti & fattigiati. ¶ 4 De roſa etiam uſurpatur hoc vocabulum per translationem. vide *Roſa*. ¶ 5. De papillis mammarum intelligenda vox, etiam reclamante Keuchenio, videtur Samo. 356 *Lumbricis terræ tanguentes ungue corymbos*. V. Bur. *Corymbi crocei* Col. 10, 301 ſunt ipſi flores croci.

¶ Corymbia, *æ*, f. ferulæ caulis decoctus, muriaque & melle conditus, Plin. 19, 9.

¶ Cōrȳmbium, *i*, n. & apud Petron. c. 110 *Corymbion* capillamentum eſt, ſive προκόμιον, προθετον, eine haarſtirne, haarlocken; ut Wowerius exponit. Vide & Salmaſ. in Hiſt. Aug. p. 339; item de *Coma*.

¶ Cōrȳmbiātus, *a*, *um*, inſtar corymbi. Treb. Pollio Claud. c. 17 *Diſcus corymbiatus argenteus*. v. ibi Salmaſ.

¶ Cōrȳmbĭfer, *a*, *um*, ferens ſeu geſtans baccas corymbi. Ovid. Faſt. 1, 393 *Feſta corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi*.

¶ Cōrȳmbītes, *æ*, m. κορυμβίτης, tithymalli ſpecies, Plin. 26, 8.

CŌRȳPHÆVS, *i*, m. κορυφαῖος, dux ſeu caput ordinis vel ſectæ, die hauptperſon, der anführer. Cic. Nat. D. 1, 21 *Zenonem, quem Philo noſter Coryphæum appellare Epicureorum ſolebat, cum Athenis eſſem, audiebam frequenter*. Eſt a κορυφή, quod *apicem* ſignificat.

¶ Cōrȳphaſia, *æ*, f. equeſtris Minerva dicta, *vel a Coryphæ matris ſigno*; (Nam *Coryphe*, Oceani filia, mater Minervæ fuiſſe dicitur, Cic. de Nat. D. 3, 23.) *vel quod ex vertice ſummo Iovis parmam ferens emicuit, atque armorum accinctu terroribus*: ita ſentit Arnob. 4 p. 137. conf. p. 136. Clemens in Protrept. Meſſenios κορυφασίαν ἀπὸ τῆς μητρὸς denominaſſe ſcribit. Conf. Reinef. Lect. Var. 3, 2 p. 367.

CŎRŸTHVS, *i*, m. vir quondam fœdiſſima forma: unde homo bardus & deformis per jocum *Corytheo deformior* in Adag. Eraſmi.

CORYTHIA, *orum*, n. pl. Plin. 32, 7, vide *Colycia*.

CŎRŸTHVS, *i*, Etruriæ princeps, a quo *Corythi arx*, i. e. Corthona. vid. Drakenb. ad Sil. 5, 123 & quos laudat Burm. ad Rutil. itin. 1, 600.

CŌRŸTVS, *i*, m. γωρυτός, ſive χωρυτός, *pharetra* vel *theca arcus*, ein köcher. Virg. Æn. 10, 169 *Corytique leves humeris, & lethifer arcus*. Alii legunt *Corici*, item *Coriſci*, &c. Sed illa veriſſima lectio eſt, quam poſuimus. Vide Erythræum. Ovid. 5 Triſt. 7, 15 *In quibus eſt nemo, qui non Coryton, & arcum, Telaque vipereo lurida felle gerat*. Sen. Herc. Fur. v. 1127 *Telum Scythici leve Coryti*. Conf. Sidon. Carm. 11, 56. Ex quibus clarum, errare eos, qui *Corytos* apud Virgilium ſagittas interpretantur. Eſt enim τοξοθήκη, πυλήκος, ut Heſychius interpretatur. Quæ ſignificatio apertiſſima eſt in illo Statii Theb. 9, 729 *Cæleſtibus implet Coryton telis*. Add. Sil. 7, 443. Reineſius Inſcr. p. 106 etiam Valerio Flacco 3, 524 reſtitui vult hanc vocem, & addit, ex Gloſſ. γωρυτός, σγωρυτός, σγωρίον, eſt θήκη δεξιατίνη βελῶν. Sed nulla ejus ratio habita in edit. Burm.

CŎRŸZA, *æ*, f. ἡ κόρυζα, der ſchnupffen. Celſus 4, 4 ex Hippocrate.

CŌS, *cōtis*, f. ſaxum abruptum, ein ſtein-felſ. Virg. ecl. 8, 43 *Duris in cotibus illum Iſmarus, aut Rhodope aut extremi Garamantes, &c.* Curt. 5, 3, 8 *Prærupta erant omnia, ſaxis & cotibus impedita*. ¶ 2. Item, lapis acuens ferrum, ein weßſtein, ſchleifſtein. Accium augurem *novacula cotem diſcidiſſe* ferunt, narrante Livio 1, 36. Alias *Novacula in cotem*, ſubaudi, *incidit*, proverbialis eſt locutio de eo, qui nocendi cupidus in eum incidit, a quo viciſſim lædi poteſt. Horat. Art. poët. v. 304 *Fungar vice cotis, acutum Reddere quæ ferrum valet, exſors ipſa ſecandi*. Plin. 34, 14 ſ. 41 *Quippe cum in exacuendo oleares cotes aquarieque differant, & oleo delicatior ſiat acies. Aquariæ* etiam mentio eſt 18, 33. ¶ 3. Translate incitamentum eſt, eine anreißung. Cic. Tuſc. 4, 19 *Iracundiam cotem fortitudinis eſſe dicunt*.

¶ Cōtĭcula, *æ*, f. Lydius lapis, βάσανος, ein probierſtein. Plin. 33, 8 *Lapis quem coticulam vocant, - - alii Heraclium, alii Lydium vocant*, ubi vid. plura. *Terere in coticulis*, Id. 34, 10.

¶ Cōtāria, *æ*, f. ein weß- und ſchleif-ſteinbruch, locus de quo cotes eruuntur, Lege 15 Dig. de publicanis.

¶ Cōtĭārius, *i*, m. ein ſchleiffer. Vet. Gl. ἀκονητής, *Cotiarius*, *Acutiator*.

¶ Cōtĭfĭco, *are*, in cotaria laborare, cotem fecare, ſteine ſchneiden. Apul. de Deo Socr. p. 76 *Non pro majeſtate Deorum fuerit, ut eorum quiſpiam Accio Navio cotificet*.

¶ Decōtes, *togæ, detritæ*, abgetragene kleider. Feſtus; quaſi cotibus attritæ; al. quaſi ſine cute vel flocco.

Cos, inſula, vide in *Cous* infra.

CŌSA, *æ*, f. urbs Hetruriæ, apud Virg. Æn. 10, 168; & Rutil. 1, 284. Popma ad Cic. Att. 9, 6 p. 21.

COSCINOMANTĪA, *æ*, f. die wahrſagung durchs ſiebblauffen. Κόσκινον enim *cribrum* eſt. vid. Auguſtin. T. 5 p. 426.

COSMĪCVS, *a*, *um*, κοσμικός, *mundanus*, weltlich; a κόσμος, ex quo nomine, ornatum ſignificante, vocatus eſt *mundus*. *Coſmicum ſe* Socrates *eſſe* interrogatus de patria, reſpondit, ut Cicero refert Tuſc. 5, 37 *mundanum* vertens vocabulum Græcum: quo pertinet Martial. epigr. 7, 41, quod explicat Turnebus Adverſ. 25, 24 *Coſmicus eſſe tibi, Semproni Tucca, videris*: *Coſmica, Semproni, tam mala quam bona ſunt*. ¶ 2. *Coſmicus ortus* Aſtronomis eſt, cum ſtella ſupra Horizontem una cum ſole emergit. *Occaſus coſmicus* contra eſt, cum ſtella ex adverſa cæli parte infra Horizontem deſcendit, oriente ſole. Vide Caſp. Schotti Curſ. Mathem. p. 257.

¶ Coſinēta, *æ*, f. κοσμητής, exornator. Iuvenal. 6, 476, ubi Scholiaſtes: *Coſmetas eos dicit, qui ornamentis præſunt*.

¶ Coſmographus, *i*, m. κοσμογράφος, deſcriptor mundi, ein weltbeſchreiber. Meiſ. Corvin. p. 1 *Totus terrarum ambitus ab Hiſtoricis & Coſmographis trifarie dividitur*.

¶ Coſmographia, *æ*, f. κοσμογραφία, mundi deſcriptio, die weltbeſchreibung.

¶ Acoſmus, *a*, *um*, negligens ornatûs, der nichts auf den puß hält. Ita apud Lucretium 4, 1153 ſtultus amator puellam ſuam *immundam & fœtidam, acoſmon* vocat.

COSMVS, *i*, m. nomen unguentarii. Vetus Scholiaſtes ad illud Iuvenalis 8, 85 *Cœnet licet oſtrea centum Gaurana, & Coſmi toto mergatur ære*: Coſmus *luxurioſus fuit, qui ſolium, in quod deſcendebat, multis diverſorumque unguentorum odoribus miſcebat*. Martial. 11 epigr. 9

Quod

Quod Cosmi redolent alabastra, fucique Deorum &c. ¶ 2. Fuit & servus Augusti hoc nomine, de quo Suet. ejus vita c. 67.

¶ Cosmianum, *i*, n. feil unguentum, quod Cosmus invenit. Martial. 12 epigr. 55 *Ad libram potat illa Cosmiani.*

Cossigero, cossiliris, cossim, vide *Coxa*, Cotis, *Cossus.*

COSSUS, *i*, m. ξυλοφθορος, vermis arrodens ligna, ein holzwurm. vid. Plin. 11, 33; & 17, 24, 1. 37, n. 3 ubi etiam in ciborum deliciis fuisse, & farina taginatos, docet: & Veget. de Arte vet. 1, 52. Sed

¶ Cossis, *is*, m. ejusdem generis insectum minus. Plin. 30, 13 *Cossis, qui in ligno nascuntur, sanant ulcera omnia.*

COSSUS, *i*, m. Cornelia gentis cognomen, ac Lentulorum in eadem gente prænomen vid. Spanh. de usu & præst. num. diff. 10 p. 36. v. g. Tribunus militum, de quo Virg. Æn. 6, 841 *Quis te, magne Cato, tacitum, aut te, Cosse, relinquat?* Vide *Cornel. Cossus.* ¶ 2. Est & hoc nomine captator sive hæredipeta celebratus luvenali 10, 202. ¶ 3. *Cossi* ab antiquis dicebantur *natura rugosi corporis homines, a similitudine vermium ligno editorum, qui* Cossi *appellantur*, runtzlichte leute. Festus.

Cossyra, vide *Cossyra.*

COSTA, *æ*, f. eine riebe oder rippe. Virg. Æn. 1, 215 *Tergora diripiunt costis, & viscera nudant.* Id. Georg. 1, 273 *Costas aselli* (i. e. aselium) *onerare oleo aut pomis.* ¶ 2. *Costæ* navium latera sunt Plinio 33, 9; Cæsar *statumina* vocat, ligna scil. arrectaria interiore alvo, quæ navis latera fuppingunt, σαμιναι Græci vocant, baudstücken. Virg. Æn. 2, 16 *Sectaque intexunt abjete costas.* vid. Turneb. 26, 23.

¶ Costātus, *a, um*, wohlgeerüst, unterseint. Varro R. R. 2, 5 *Pecudes corpore amplo, bene costato, latis humeris, &c.*

COSTUS, *i*, f. & Costum, *i*, n. κόστος, heydnisch wundkraut, herba, quæ ut peregrina paucis nota est, ita aliis apud alios fortita est appellationes. v. Plin. 12, 12. Matthiolus speciem quamdam ejus affirmat esse radicem laudatam illam, quam *Angelicam* vulgo vocant, angelicken-wurtzel. *Achæmenium costum* apud Horat. legitur 3 od. 1, 44, h. e. Persicum, ab Achæmene rege Persæ. Propert. 4, 6, 5 *Costum molle date, & blandimini thuris honores, &c.*

COSYRA, *æ*, f. Κόσυρα, insula maris mediterranei inter Siciliam & Africam, cui vicina est *Gaulos* & *Melita*, Pomp. 2, 7; Plin. 5, 7. Ovid. Fast. 3, 567 *Fertilis est Melite sterili vicina Cosyræ Insula.* Etiam producta prima & S duplicato invenitur. Sil. 14, 273 *Et bellare Tubas docilis Cosyraque parva.*

Cotaria, vide *Cos.*

COTHON, *onis*, m. κόθων, artificialis portus, qui *aggestis* fit molibus, ein gebauter hafen. Scribitur & *Cathon*, *Caton.* vid. Festus. Servius ad Æn. 1, 431 ita Carthaginiensium fossitium portum vocat. Adde Strab. lib. 17. ¶ 2. *Cothon* nomen viri apud Silium 2, 164; & 6, 358.

CŎTHURNUS, *i*, m. κόθορνος, calceamentum venatorium & tragicum, fubere altius elevato, ut personæ heroum, quas in tragœdiis inducebant, apparerent grandiores. v. Voss. 4 Inst. Orat. 230 hohe schuhe, fuhr-ftiefel. Quinct. proverbialiter dixit 6, 1 *Heroëis personam & cothurnus infantibus aptare*, pro eo, quod est *applicare non convenientia.* ¶ 2 Porro *Cothurni* illi, quibus Tragici utebantur, utrumlibet pedi conveniebant & applicabantur; Hinc *Cothurno versatiliorem*, lubricum dicimus & inconstantem. ¶ 3. Poëtæ *Cothurni* nomine pro tragico seu grandi dicendi genere usi sunt, quemadmodum *pexi* pro comœdia dicuntur. Virg ecl. 8, 10 *Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.* Horat. Art. Poët. v. 80 *Hunc fecit cepere pedum grandesque cothurni.* Apul Florid. p. 347 *Poëmata omne genus, apte vinxit, lyrae, scaeo, cothurno*: id est, heroica sive epica, lyrica, comœdias, tragœdias. Sic, *Cothurnum facundiæ*, Apul. Apol. p. 298, & Sidon. 2 epist. 9 dixerunt. Plin. 35, 10 de Nicophano pictore: *Cothurno & gravitas artis*, id est, excellentia, sublimitas, qua aliis præstabat.

¶ Cothurnātus, *a, um*, qui cothurnis indutus est, der hohe schuh trägt. Cothurnatos *exercitatores* opponit Seneca epist 5 & 76 Ovid 5 Fast. 347 *Scena levi debet tunica: nam tibi, mobilis exstat, non est Ilia cothurnatas inter habenda Deas.* Vbi μετωνυμικῶς potes graves & ab joco alienas interpretari. ¶ 2. It. qui sublimi orationis genere utitur, hochtrabend. Martial. 5 epigr. 5 *Grandia cothurnati pone Maronis opus.* conf. lib. 7, 63. ¶ 3. Et ipsum opus sublime ac grande *cothurnatum* dici potest: ut, *Sermo cothurnatus*, Macrob. Sat. 7, 5. ¶ 4. Et quia tragœdiarum cothurnus nullas personas repræsentat, nisi illustres & magnificas, hinc illustri & splendido etiam *Cothurnatus* ufurpeatur, vetustius. Alcimus Avitus 3, 222 divitem hominem ex parabola Lucæ XVI describens: *Ipse cothurnatus gemmis, & fulgidus auro, Serica bis coctis ostentabat tegmina: blattis.*

¶ Cothurnate, adv. hochtrabend; cujus comparativum Valesius Ammiano 28, 1 tuetur. *Cancr cothurnatius flybis provocaret lacrymosus.* Vbi Lindebrog. Boxhorn. & alii ediderunt *Cothurnarius flybis.* Sed minus bene: & præstat Valesium sequi.

¶ Cothurnatio, *ōnis*, f. ein prächtiger aufzug. Tertull. adv. Valent. c 13 *Alia tragoedi sparsim cothurnatio est.*

Cotiarius, coticula, vide *Cos.*

Cotidie, adverb. vide *Quotidie* in *Dies.*

CŎTĬNUS, *i*, f. κοτινος, genus oleastri, wilder ölbaum. Plin. 16, 17.

COTIŌNOR, *ari*; De origine & vi verbi hujus vide, quæ diximus in *Cocio.* Græcis est καπηλεύω, quod de iis dicitur, qui in eodem foro negotiantur, h. e. emta prius lucri causa vendunt. Add. omnino Burm. ad Quinct. decl. 12, 21 p. 263.

CŎTĬSON, *onis* & *ōnis*, Regis Getarum nomen apud Suet. Aug. c 63. Horatius *Dacum* vocat 3 od. 8, 18, quod Getæ a Romanis Daci appellarentur, ut Plin. auctor est 4, 14.

COTŌNA, *orum*, sive Coctona, seu Cortana, vel Cotana, & Coctana, n. pl. ficus parvæ genus Plinio 15, 5 & Martial. 7 epigr. 53 *Parvaque cum canis venerunt cocta pruni* Iuvenal. 3, 38 *Quo pruna & coctona vento?* eine art kleiner feigen; a *Cotone* urbe Syriæ. Casaub. ad Athen. 3, 33 exponit pruna Syriaca, vulgaribus minora. vid. Barth. ad Statii Silv. p. 419.

CŌTONEA, *æ*, f. herba odorata, quam *Italam* Galli vocant, sitim sedans, &c. Plin. 26, 7.

CŎTONĔUM, *i*, n. vel *malum Cotoneum*, Græce Κυδώνιον, quod in Italiam primum a *Cydone* urbe Cretæ advecta fuerint *cotonea.* Plin. 15, 11, quitten. *Struthea* vel *pyra cotonea*, grosse quitten. Adde infra *Cydonium* in *Cydon*, & *Cydonium.*

COTTA, *æ*, m. Orator, cujus multa fit mentio in libris Ciceronis de Oratore: Idem in Bruto c. 55 *Invenio at acute Cottam, diserte pure ac solute, nihil vero in quo oratione, nisi proxime, nihil, nisi sicum atque sanum.* ¶ 2. Fuerunt eodem tempore & alii *Cottæ* duo: Vnus contra Mithridatem infeliciter pugnavit, Syllam Cæsari reconciliavit; Alter legatus Cæsaris in Gallia insidiis circumventus ab Ambigiorigis ducis exercitu interficitur v. Aemn. Paedian. Et *Cottæ* cuidam Ovidius dedicavit epist. 8 lib. 2 & 2, lib. 3 de Ponto. *Cottæ* poëtæ meminit idem v. 41 ep. ult. lib. 4. Plures *Cottas* Fasti consulares nominant.

COTTĂBUS, *i*, m. sonus vini in lancem elisi. Græcis enim in more erat positum, ut reliquias vini arte quadam in pelvim elideret, sono inde quodam resultante. Id κοτταβίζειν, hoc est, *Cottabum facere* vocabant, ita, ut nonnulli magis gloriarentur, quia Cottabis certare essent periti, quam quod perite jacularentur. Vide Athenæum lib. 14 & 15, & Lipsium 3 Antiq. Lect. Tantum studii fuit hujusce rei a Siculis inventæ Græcis, ut vel *Certamina Cottabia* vocata introduxerint in sympofia, atque calices postea huic rei maxime idonei, *Cottabides* dicti, efformati fuerint. vid. Athen. 11, 9; Suid. & Pollux 6, 19. Ad hunc morem pertinet illud Ciceronis Tusc. 1, 40 de Theramene: *Cum tormentum*, inquit, *ei fictum esset, reliquum sic a poculo ejecit, ut id vitaret, quo sine vellet, proprio hoc, inquit, pulchro Critiae - - Graeci enim in conviviis solent nominare, cui poculum tradituri sint.* ¶ 2. Facete Plaut. Trin. 4, 3, 4 *Cottabos babulos* vocat, vel crepitus plagarum, quæ loris bubulis mentiebatur, vel lora ipsa: *Caveris*, inquit, *ne lorandi cottabi intrepent*: bei Hasch einen streichs.

Cottănum, minor ficus, vide *Cotona.*

COTTIUS, *i*, m. Alpium Rex, a quo *Alpes Cottiæ* appellatæ. Vide Suet. Tib. c. 37 & Ner. c. 18, & ibi interpretes.

¶ Cottius & Cottianus, *a, um*, adject. ut, *Alpes Cottiæ*, Aur. Victor, & Eutrop. in Nerone: At, *Alpes Cottianæ*, Tac. Hist. 1, 61, 2.

CŎTŬLA, & Cŏt*y*la, *æ*, f. Cŏtȳlus, *i*, m. vasculum quoddam seu poculum concavum, forma scutellæ, κοτυλη Homero. ¶ 2. Mensura Græca est, quæ *heminæ* Romanæ convenit, & mediam partem sextarii continet, sive quatuor acetabula. Martial. 8 epigr. 71 *Post hanc in cotula rapa feliciora data est.* Palladius, 12, 10 remedium sterilis vitis dicit, *Vrinae veteris humanae quatuor cotulas circa truncum affundi.* ¶ 3. Fannius de mensur. & pond. liquidor. *At cotylas, quas, si placeat, dixisse licebit Heminas, accepit geminas sextarias unas.* Vid. Budæus lib. 5 de Asse: & supra *Acetabulum.*

COTURNIUM, *i*, n. pro *Gutturnium*, apud Festum.

CŎTURNIX, *icis*, f. eine wachtel, a *sonitu cis*, Fest. Ovid. 2 Am 6, 27 *Ecce, coturnices inter sua praelia vivunt.* Græcis ὄρτυγες sunt, unde ὀρτυγομήτραν, ortygometram, ducem avolantium corturnicum vocat Plin. 10, 23. Prior longa est Lucret. 4, 642 *At cupris adipes & coturnicis augat.*

CŎTȳLĒDON, *ōnis*, f. κοτυληδών, herba, quæ Latinis est umbilicus Veneris, & acetabulum, & cymbalaria, seu cymbalion potius Dioscoridi, nabelkraut. vide Plin. 25, 13, & Apul. de Herb. c. 43.

COTYS, *yos*, m. latina terminatione Cotus, *i*, Thraciæ Regum nomen. Nepos 11, 3, 4 *Alcesilaus [...] reliquit ex Thraessa natum, Cotin Regis filium.* Idem 13, 1, 2 *Cotyn* ea ratione appellat *Cotin* Odrysarum Regis meminit Livius 42, 29. Odrysarum enim imperium Thracicum fuit. *Cotum* Thraciæ Regem in Pompejana militia commemorat Cæsar B. Civ. 3, 4, ubi vide Cluverium. Alius Regis Thraciæ hoc nomine mentio fit & apud Tacitum Annal. 2, 64, 3 & seqq. Hic ille *Cotys* est, ad quem Ovidius epist. 9 lib. 2 de Ponto scripsit, exul scil. in ejus regno. Vide Lipsium ad eum Taciti locum. Inprimis Spanhem. de usu & præst. num. diff. 8 p. 499. Alius *Cotys* Cassi Cæsar. B. C. 3, 82 meminit. *Cotyn* Romanæ Deæ Thraciæ est, quæ & *Cotytto* appellata, de qua jam sequitur.

COTYTTO, *us*, f. quæ & Cotys, Dea impudicitiæ apud Thraces, Chios & Corinthios, cui nocturna sacra peragebantur, *Cotyttia* dicta ab Horatio epod. 17, 56, cujus sacerdotes *Baptae* appellari. Iuvenal 2, 92 *Ceromoniam [...] Vti Baptae [...] Cotyttus*: Vide interpretes Horatianos, Angeli Polit. Miscell. c. 101 & Dan. Heinsii Lect. Theocr. 2, 11 p. 333. Similis huic Deæ erat *Cicinnia*, quæ in veteri Glossario Θεὰ κινιδῶν exponitur: fortassis quia Cinædi cincinnati, ut observat Scaliger in Catalecta.

¶ Cotyttia, *orum*, n. pl. festum in honorem Cotyttus, de quo jam dictum. Vnde proverbium: ἀφαγὴ κοτυτλικὴ, *rapina Cotyttia*; dici solitum de bonis temere profusis direptisque. Nam illo festo placentulæ quæpiam & arboreum fructus passim alligabantur, eaque diripienda proponebantur. vid. Plutarch. in Collectan. & Erasm. in Adag.

CŎVELLA, *æ*, f. id est, *cohestis.* Nam *covum* veteribus idem ac *celum* a κοοις cavitas, unde *celum* apud Festum. *Covella* autem dicta est *Luna.* v. Dillenii T. 1 Diss. p. 326. Vid. Seld. de Dis Syris 2, ubi apud Varronem de L. L. 5, non *Luna Noverca* leni vulnere, sed *Luna Covella*, ut adeo sit *Luna celestis.* *Lunam* certe *Lunam* dixit Varro de R. R. c. 37. vid. *Covum.*

CŎVĪNUS, *i*, m. Britannici & Belgici vehiculi armati genus, ex quo depugnabatur, aut fugi tutum. Pomp Mela 3, 6 de Britannis: *Discrepant bini [...] & currus, quibus [...] armati [...] vehuntur, quos vocant falcatos axibus utrorum.* Lucan 3, 426 *Et duodecim rectos [...] ferati Belgae covini.* v. Sil. 17, 418, & ibi Drakenb.

¶ Cŏvīnārius, *i*, m. qui ex covino pugnat. Tac Agric. 35, 4 & 36, 4.

CŎOS, *i*, m. sive Cŏus, & Cos; κῶος, κῶως, κῶος, insula Asiæ, Philetæ Elegiarum poëtæ & Apellis præstantissimi pictoris, & Hippocratis medici patria. De Hippocrate v. Plin. 29, 1. De Phileta Statius Epithal. Stellæ v. 152 *Hunc ipse, Coo plaudente Philetas, Callimachaque Iones, Utroque Propertius antro, Aemulus Ausoniæ Lucretius arce quierit.* Hæc insula etiam *Cea* dicta fuit. l. 1in. 5, 31 *Nobilissima in eo fuit Cos, ab Halicarnasso quindecim millia passuum distans, circuitu centum: ut plures existimant, Meropie vocata: Cea, ut Staphylus.* Ita Harduinus ex fide MSStorum. Diversa autem ab hac Cea sive Co est *Ceos*, κέως, Cycladum una, prope Naxum & Andrum, quam Strabo deteribit sub fin. lib. 10 p. 335, de qua supra in *Cea*. Vid. Salmas. exerc. Plin. p. 401 sq. ubi has insulas confulas sæpe distinguit, & utriusque memorabilia profert.

¶ Cŏus, *a, um*, adject. Ovid. 3 Arte v. 401 *Si Venerem Cous nusquam posuisset Apelles.* (Sic est in MSS. sed vulgo: *nunquam pinxisset*).

¶ Coa, in genere neutro, dicuntur vestes *Coæ*: quemadmodum & *Tyria*, pro Tyriis vestibus appellabantur. *Coa*, faciendi, *vestimenta*. De his vide supra *Cea*. · *Coa* autem appellata, quod in Co insula inventa essent: a Pamphila quadam, ut Aristot. lib. 6 de Hist. animal. auctor est. Vnde Tibull. 2 eleg. 6, 35 *Ille gerat vestes tenues, quas femina Coa Texuit.* Vid. Broukh. ad Prop. 1, 2, 2, ubi inter alia *Coæ* non *Coæ* dicendas esse has vestes, docet. Prima autem pro lucitur, quia in adjectivo prima Syllaba ω habet, κῶος. In Appellativo contra est κῶος vel κωος. ¶ 2. De *Coo*, senione in ludo talarum, vide in *Canis* n. 5, in *Senio* & *Talus*.

CŎVOMUS, a, um, id est, cavum, quod sub jugo medio aratri est, Varr. de L. L. 4, 32. Et *Covum* antiqui dixere cœlum. v. paullo ante *Covella*, & Voss. Etym. p. 146.

COXA, *ae*, f. ras supra femur & vertebram ipsam, das schloß oder die hüfte et cum sequentibus. Dicitur a *coeundo*; rectius a *coxis* vel *coxo*: unde & *Coxis* antique. Plin. 2 epist. 1 *Per laxe & laticlavium parvi nostrum balteare vestigio excidit, coxamque fregit.* Celsus 2, 8 *In coxæ laxitate frigefacit coxa & coxa.* Idem 8, 2 *Ima spinalis coxarum est dejecta.* Iuvenal. 10, 227 *Ille humeri, hic lumbis, hic coxa debilis.* ¶ 2. In singulari notione reperitur *Coxa* apud Labrerr. inscript. p. 130 T. CAPELLI T. F. VINDICIS IN F. P. XXXVII. A. T. COX. S. P. XLVII. INFRA. COX. P. XXXVII. Vitatus Marmor. Erud. Ep. 11 p. 277 adscrit. *Coxam* aggerem quendam fuisse, quo Titi Capelli monimentum circumdatum opinatus est. Sed ipse Sic. Flaccus, cujus auctoritate nititur, haud obscure, quid *Coxa* sit, in agrorum mensura docet. Quemadmodum in humano corpore est os femoris ofti sacro, per vertebram adstrictum, angulum internum in sui flexura constituens: Ita in agris angulum internum signat, unde angulo externo opponitur a Siculo p. 6 *Possessiones terminis omnibus anguli coxisque positi esse debent.* Quæ etiam naturali similitudine retenta, externus angulus coxam claudens CVBITVS vocatur ab incerto inter varios Auct. de Limit. pag. 266.

¶ Coxendix, *dicis*, f. die hüfte, das hüft-blat. *Coxendix laxa*, vide de Caton. c. 160; Serenus c. 56 *Dilue præterea glomeramina, quæ gerit intus Clausa aries inter geminæ coxendicis umbras.* Lucil. apud Nonium 2, 193 *Truncus sustentatur coxendicibus &c.* Suet. Aug. c. 80 *Coxendice, & femore, & crure sinistro non perinde valebat.*

¶ Coxatio, *onis*, f. die einrichtung, zusammenschränckung. Vitruvius 9, 2 usurpat de contignatione fcalarum in ædificiis: *Summa coxatio ad imam lioramentum.* Idem est ac *Coaxatio*, de qua supra in *Axis*.

¶ Coxigo, *are*, claudicare, lahm seyn, hincken. Gloss. lat. gr. *Coxigat, χωλαινει.*

¶ Coxo, *onis*, m. pro *Cotax*, i. e. claudus, lahm. v. Nonius 1, 100. In Isidori Gloss. *Coxus*. vid. *Catax*.

¶ Cossim, adv. quasi coxim. i. e. in coxas, gräßlich, kauernd. Pomponius Porcaria apud Nonium 1, 191 *Hæc omnes, quantum est, qui cessim cacant.* Apul. Milet. pr *Complectitur denique pedibus, ac palmulis, inter alternos utrorum vicissim clunes ſ per genua connexis, sic grabatum cessim insistens, obortim sedens.*

¶ Cossigĕro, *are*, est in collum vel coxam aggerare & attollere. Accius apud Nonium 1, 305 *Bene profecisse cessigerare crudine porcas.* v. Turneb. Adv. 29, 19.

¶ Cossĭlĭris, *e*, ignavus, qui per vies urbis otiosus incedit varicus, gräfschlich, einherschleudernd. Metaphora ab aratoribus, quos, dum porcas in agro faciunt, oportet pedes ambos in fulcis seu liris, & porcam in medio habere, ut necesse sit *cossim*, i. e. varicitus incedere, quod dicebant *Cossim litare*, unde *Cossilitis*.

¶ Bicoxus, *a, um*, zweyhüftig. Gloss. l. gr. *Bicoxum, δίμηρον.*

¶ Incoxo, *are*, in coxas sidere, niederkauern. Pompon. apud Nonium 1, 180 *Cacandi causa incoxavi antes.* Et Pacuv. *Incoxanti mihi pes obstupuerat.*

¶ Craber, *a, um*, gracilis, geschlanck; a *Cracco*: apud Frontinum. ¶ 2. *Crabra aqua* in Tusculano, Cic. Agr. 3, 2; Et fam. 16, 18.

CRABRO, *ōnis*, m. insectum affine vespis, eine hertiß, oder hornis. Nidos sub terra ex luto crabrones conficiunt, silvestres vero in arborum degunt cavernis. Plinius 11, 21 auctor est, ter novenis crabronum punctionibus hominem interfici. *Crabrones irritare*, Plautus dixit in Amph. 2, 2, 75, pro, ad iram provocare, ins wespen-nest stören, Ovid 15 Met. v. 368 *Pressis humo bellator equus crabronis origo est*, vid. Plin. 11, 20.

CRACCA, *æ*, f. genus leguminis degenerantis, Plin. 18, 16.

CRĂCENTES, antique pro graciles, geschlanck. Ennius apud Festum *Succincti gladiis medii regi ne crudentes.*

CRAGUS, *i*, m. Κράγος, mons Lyciæ, Apollini sacer. Ovid. 6 Met. v. 654 *Iam Cragon, & Lymiren, Xanthique reliquerat undas.*

CRAMBE, *es*, f. κράμβη, brassica est, kohl, de qua Plin. 20, 9. Dicta quasi τῷ κάρῳ ἀντιβαίνουσα, quod crapulæ resistat, postrema scil. in cibo sumpta. Δὶς κραμβη, θάνατος, *Crambe bis appositа, vel recocta, mors est*, Proverb. de molestia & horrore rerum ingratarum, si sæpius obtrudantur. Iuvenalis de declamatione indocta sæpe repetita 7, 154 *Occidit miseros crambe repetita magistros.* Sed ibi potius legendum *Cambre*, ut ostendit Scopas ad h. l. in edit. Hennin. vulgata tamen lectio patronum habet Ang. Politianum, & ipsum Scholiasten veterem.

¶ Crambion, *i*, n. frutex Pithyusa, teufelsmilch. Dioscor. 4, 160.

Crane, nympha; vide supra *Carna*.

CRANIUM, *i*, n. τὸ κράνιον, die hirnschale. Antiqui olim mortui cranium mensæ inserebant, quod ab Ægyptio ritu vitæ vanam spem notat vid. Lipsius Saturn. 1, 19 & Lotich. ad Petron. ¶ 2 *Cranium Corinthiorum*, non minus celebre Gymnasium, quam Athenense Lyceum, indicat Lucianus in Dialogis mortuorum, T. 1 p. 262, quando introducit Diogenem, qui Menippo per Pollucem renunciare jubet, ut Philosophos in *Cranio* ridere quidem desinat, sed potius hortetur eos, & moneat, a nugis, crocodillis & cornutis syllogismis abstinere. Laërtius lib. 6 in vita Diogenis testatur, ante Corinthum fuisse *Cranium*, in quo Cynici philosopharentur.

¶ Bucranium, *i*, n. βουκράνιον, *capus bubalum*, ein ochsen-schädel. ¶ 2. Herba Galeno dicta *Antirrhinum*. v. Apul. de Herb. c. 86.

¶ Hēmicranium, *i*, n. ἡμικράνιον, dimidia pars capitis, der halbe kopf. Sereni c. 2 est de *Hemicranio medendo*. conf. Apul. de Herb. c. 53, 2. Sic &

¶ Hemicrania, *æ*, f. ἡμικρανία, vel ἑτερικρανία, Medicis dicitur morbus & dolor, quo dimidium capitis infestatur, kopfschmertz auf einer seite des haurts.

¶ Hemicranicus, *a, um*, hemicrania laborans. Oct. Horat. 2, 21 *Hemicranicis adjutoria adhibere.*

¶ Pericranium, *i*, n. περικράνιον, membrana tenuis sub capitis cute cranium ambiens.

CRANTOR, *ŏris*, m. Κράντωρ, Solensis fuit, Xenocratis auditor, & admirator Homeri & Euripidis ob eam virtutem, quod uterque tragice, & cum affectu miseri cordiæ scriberet, τραγικῶς ἁμα καὶ συμπαθῶς, Diog. Laërt. Et Plutarchus hoc ei tribuit, τ' ἀνδρώπινα, τιμωΐα, hoc est, *Res humane sunt pœna*. Meminit ejus Horat. 1 epist. 2, 4.

CRĂPŬLA, *æ*, f. κραιπάλη, affectio & noxa quæcunque capitis factaex vino intemperantius hausto, hauptweh vom rausch, dicta a vibrando & concutiendo capite, auctore Galeno, παρὰ τὸ κραίνειν πάλλεσθαι, quod caput vibret. Mater enim est crapula multorum periculosissimorum morborum, de qua dicitur: *Ense cadunt multi, perimit sed crapula plures*: Et, *Non fecit ad longam crapula multa diem. Crapulam exhalare, edormire*, Plautus dixit, atque ex eo Cic. Phil. 2, 12, den rausch ausschlaffen. *Crapula & capitis error lapsare*, Flor 2, 10, 2, taumeln. Apul. lib 1 Milet. *Mediici sibi cibo & crapula dissentus jecva & gravia stomachere autument.* Machæra a Philippo rege temulento immerenter damnata, *Provocarem ad Philippum*, inquit, *sed sobrium. Excussis crapulam ofcitanti, & præsenti animo ebrium respiscere, cæsisque diligentius inspecta postiorem sententiam ferre coëgit*, Val. Max. 6, 2, 1 ext. ¶ 2. *Crapula* est resina ad certum modum incocta, quæ condiendo vino adhibetur. Plin. 16, 11 ſ. 22. Id. 23, 1 ſ. 24 *Vinum novitium vespactum nulli conducit, capitis dolorem & vertigines facit, ab hoc dicta crapula est.* v. Hard. ad ll. cc. it. ad 14, 20 ſ. 25.

¶ Crapulentus, *a, um*, id est, crapula gravatus, berauscht. Ammian. 29, 34 (Valef. c. 5) *Vinoque consulto distentus, & crapulentus, &c.* Ita ex Colbertino Codice Hadrian. Valesius: Lindebrogius autem, *crapularis*.

¶ Crapulātus, *a, um*, idem, quasi a *Crapulor, ari*. Vulg. interp. Ps. 77, 65 *Tanquam potens crapulatus a vino.* Improbat Voss. de Vit. L. L. 4, 4.

¶ Crapulārius, *a, um*, ad crapulam pertinens; ut, *Vncliones crapularia*, Plaut. Stich. 1, 3, 74.

¶ Crapulōsus, *a, um*, Firmicus 8, 20 *Gulæ crapulosis libidinibus servitus*, ein trunckenbold.

CRAS, adverb. morgen. Horat. 1 od. 9, 13 *Quid sit futurum cras, fuge quærere, &c.* Martial. 5 epigr. 58 ad Postumum: *Cras te victurum, Cras dicis, Postume, semper: Dic mihi Cras istud, Postume, quando venit? Quam longe est Cras istud? Ubi est? aut unde petendum? &c.*

¶ Crastĭnus, *a, um*, morgend; ut, Cic. Att. 15, 8 extr. *Aliquid crastinus dies ad cogitandum nobis de ea re*, scil. dabit. Et pro futuro Stat. 3 Theb. v. 562 *Quid crastina volverit ætas, Scire nefas homini. In crastinum differo res faciendas*, inquit Archias Thebanus ea nocte, qua interfectus est, vid. Nepos 16, 3, 2. Et hinc proverbialiter dici cœptum, ἐς ἴυριον τὰ σπουδαῖα, *in crastinum seria*, Plutarchus auctor est Pelopidæ vita. Martial. 1 epigr. 16 *Non est, crede mihi, sapientis dicere: Vivam: Sera nimis vita est crastina, vive hodie.*

¶ Crastino, adverb. idem quod cras, morgen. Gell. 2, 29 *Crastino seges non metetur.*

¶ Diecrastini, id est, crastino, pro adverbio copulate dicebant veteres. Vid Gell. 2, 29; 10, 24, & ejus compilatorem Macrob. Sat. 1, 4; Plaut. Most. 4, 1, 25.

¶ Procrastino, *are*, in diem crastinum rejicere, von tag zu tag aufziehen. Cic. Lib. 1 in Verr. c. 54 *Iste vero non procrastinat, locare incipit.* Sic Lib. 2 c. 37 & 5, 39. Id. pro S. Rosc. 9 *Rem differre quotidie, ac procrastinare isti cœperunt.* Id. Verr. 4, 45 *Res non procrastinatur.* Gr. ἀναβάλλεσθαι dicitur, unde Hesiodeum est Dier. v. 480 ἠὼ ἀναβαλλόμενος.

¶ Procrastinatus, *a, um*, aufgeschoben. Gell 17, 10 *Quæ procrastinata sunt ab eo.*

¶ Procrastinatio, *onis*, f. die aufschiebung, verzögerung. Cic. Phil. 6, 3 *Plerisque in rebus gerendis tarditas & procrastinatio odiosa est.* Procrastinationis incommoda elegantissime descripsit Ovid. R. A. 81 sqq.

¶ Recra-

¶ Recrastino, *are*, idem quod procrastinare. Colum. 1, 1 *Propter quæ recrastinari non debet.* Plin 17, 14 extr. *Punicam & ficum, quamquam alias ficca sint, recrastinare minime utile.*

CRĀSIS, κρᾶσις, temperamentum, die complexion, convenientia primarum qualitatum inter se. ¶ 2. Grammaticis est contractio duarum syllabarum in unam.

¶ Dyscrasia, *æ*, f. δυσκρασία, adversa constitutio, mala temperies, üble complexion, Macrob. Sat. 7, 10.

Crassesco, Crassities, crasso, vide *Crassus, a, um.*

CRASSVS, *i*; *P. Licinius Crassus*, Pontifex Maximus fuit Romæ. ¶ 2. Filium habuit alterum *L. Crassum* Oratorem, quem cum Antonio disputantem Cicero introducit in libris suis de Oratore: elegantissime vero in Bruto eumdem comparat cum Antonio eodem, & Scævola, mortemque ejus multis deplorat verbis in exordio libri tertii de Oratore. ¶ 3. Alterum filium habuit *P. Crassum* juris peritissimum. De quo Gellius 1, 13. ¶ 4. Hujus filius *M. Crassus* Romanorum ditissimus locum proverbio fecit, *Crasso ditior*; vid. Chiliad. Ipse Cic. Att. 1, 4 extr. *Supero Crassum divitiis.* Dicere is confuevit, *Neminem esse divitem, nisi qui fructibus aut reditibus suis exercitum alere posset*, ut Plutarchus ejus vita auctor est p. 544. Plinius dictum non ad exercitum, sed legionem restringit 33, 10. ¶ 5. Hujus rursus filius Ciceronis discipulus fuit, cujus in Bruto Cicero meminit, & legatus Cæsaris in bello Gallico, in Cæsarianis tandem partibus adolescens occubuit.

¶ Crasianus, *a, um*, adject. Plin. 6, 16 *Crassiana clades.*

CRASSVS, *a, um*, pinguis, densus, opponitur macro & liquido, feist, dicke; ut, *Sanguis crassus*, hoc est, concretus, Plin. 11, 39, geliert blut. *Crassis tenebris circumfundi*, Cic. Acad. 4, 39 pr. in grosser blindheit stecken. *Crassa, pingui Minerva*, id est, nude & simpliciter, grob und ungeschickt. *Crassiore Musa*, Quintil. 1, 10 de musica. *Arbor crassior quinque digitis*, Plin. 17, 11. *Crassissimus aër*, Cic. Nat. D. 2, 6. *Crassissimus cortex*, Plin. 16, 6.

¶ Crasse, grob, tölpisch. Horat. 2 epist. 1, 76 *Crasse compositum illepideve.* Plin. 37, 7 *Crassius nitent.*

¶ Crassulus, *a, um*, diminut. unde *Subcrassulus.*

¶ Crassula, *æ*, f. herba, eaque major, bruch- oder wund-kraut, & minor, hauswurtz. Marthiol.

¶ Crassities, *ēi*, f. die dicke. Labbæus Gloss. ex vet. Onom. *Crassities, πάχος.* Apul. lib. 7 Met. post pr. *Pectus & venter crassitie velutabant.*

¶ Crassitūdo, *inis*, f. die dicke. Cic. de Divin. 1, 42 *Aëris crassitudo.* Cæs. B. Civ. 2, 8 *Parietum crassitudo.* Colum. 4, 6 *Cacumina infringenda sunt, ut crassitudine convalescant.* Plural. *crassitudines* Vitruvius dixit 3, 2 & 4, 3.

¶ Crassēdo, *inis*, f. die grobheit. Fulg. de cent. virg. *Adipata crassedo ingenii.*

¶ Crassitas, *ātis*, f. die dicke. Apul. *Noxia crassitate densus.*

¶ Crasso, *are*, crassum facere, dick machen. Apul. lib. 3 de Asino p. 139 *Pili crassantur in setas.*

¶ Crassatus, *a, um*, dick gemacht. Ammian. 19, 4 *Terrarum halitu densiore crassatus aër.* Et mox: *Exigais imbribus dejecto concreto spiritu & crassato.*

¶ Crassāmen, *inis*, die grundsuppe, das dicke. Colum. 12, 25 *Semper in requieta aqua crassamen aliquod in imo reperitur.*

¶ Crassamentum, *i*, n. idem. Colum. 12, 12 *Aliquod crassamentum in imo, simile feci, reperitur.* conf. Gell. 17, 9.

¶ Crassesco, *ere*, dick werden, feist werden. Plin. 13, 18 *Purgamentis suc crassescunt.* ¶ 2. Durescere, hart werden. Plin. 33, 5 pr. *Crassescente limo usque in duritiem pumicis.*

¶ Crassifico, *are*, dick machen. Cæl. Aurel. Tard. 5, 2 *Crassificare corpus.*

¶ Crassificatio, *ōnis*, f. die dickmachung. Cæl. Aurel. Tard. 5, 3 *Viscosa crassificatio.*

¶ Crassivenium, *i*, n. aceris arboris genus vilius. Plin. 16, 15.

¶ Concrasso, *are*, crassare. Cæl. Aurel. Tard. 4, 3 *Concrassare liquida.*

¶ Incrasso, *are*, idem; & passive Incrassari, dick und fett werden, zunehmen. Tertull. adv. Psych. c. 6 *Incrassatus est dilectus & pinguefactus.* Item verstockt werden. Id. Tert. adv. Marc. 3, 6 *Incrassitum est cor populi hujus.*

¶ Incrassatus *a, um*, trotzig, verhärtet. v. Vulg. Interpr. Deut. 32, 15; Matth. 13, 15.

¶ Percrassus, *a, um*, sehr starck und dick. Celsus 5, 26 *Meliceria percrassa.*

¶ Præcrassus, *a, um*, sehr dick. Plin. 16, 8 *Cortex præcrassis.*

¶ Subcrassulus, etwas dick, fett, unterfeßt. Capitol. Gordian. c. 6 *Corporis qualitate subcrassulus.*

CRATÆGIS, *is*, f. herba Venerem stimulans, Plin. 26, 10.

CRĀTÆIS, *idis*, f. alias *Hecate*, mater Scyllæ, Ovid. Met. 13, 749.

CRATÆOGŎNON, *i*, n. κρατιόγονον, herba foliis melampyro similis, multis calamis ex radice una emicantibus multorumque geniculorum, semine milii. Dioscorid. 3, 122. *Perficariam* esse putant, flöhkraut. vid. Plin. 27, 8.

CRĀTER, *ēris*, m. κρατήρ, est poculum amplum, ex quo vinum bibitur, dictum vel ἀπὸ τῆ κεκρᾶσθαι, quod est *tenere*, vel ἀπὸ τῦ κεκρᾶσθαι, quod est, *mistum est*, eine trinck schale, grosser becher. Virg. 3 Æn. v. 525 *Tum pater Æneas magnum cratera corona Induit, implevitque mero. Crateres* vasa ingentia fuisse, in medio conviviorum loco collocata, unde minoribus poculis hauriebant, Barthius ait ad Theb. Statii p. 300. Vbi tamen & minutiora fuisse non negat. ¶ 2. *Crater* in monte Ætna foramen appellatur, per quod ignis cinisque evomitur, das lufftloch, die höhle. Plin 3, 8 *Mons Ætna noctiurnis mirus incendiis: crater ejus patet ambitu stadiorum viginti.* Atque ita etiam Græci: Diogenes Laërtius in vita Platonis: Τοῖς πεπλευκόσι εἰς Σικελίαν· πρῶτον μὲν κατὰ θέαν τῆς ὑλης καὶ τῶν κρατήρων, i. e. *Ter navigavit in Siciliam: primo quidem, ut insulam & crateres videret*, hoc est, ut Ætnæ naturam, ac hiatus contemplaretur. Hinc pro simili hiatu videtur posuisse Ovid. Met. 5, 424. ¶ 3. Sidus est, Hydræ cœlesti impositum. Aratus v. 448 de Hydra: Μεσσῃ δὲ πυμάτῃ ὑ ἐπίκειται Ἔιδωλον κόρακος. Quod Germanicus Cæsar vertit: *Hic primus ortus crater premit &c.* Festus Avienus, itidem Arati interpres, *gestat cratera coruscum.* ¶ 4. Concepraculum est aquæ salientis in fonte, die schale. Plin. 5 epist. 6 *In hoc fonte crater: circa siphunculi plures miscent jucundissimum murmur.* ¶ 5. Sinus maris inferi, in quo Baiæ, *Crater* etiam vocatur. v. Intr. ad Cic. Att. 2, 8.

¶ Crātēra, *æ*, f. in latinam formam deflexum, idem quod *Crater.* Cic. de Nat. D. 2, 44 edit. Gronovii: *Fulgens cratera.* Horat. 2 sat. 4, 80 *Veteri cratera limas adhosit.* Apul. 4 Florid. *Celebre dictum est: primam crateram pertinere ad sitim, secundam ad hilaritatem, tertiam ad voluptatem, quartam ad insaniam.*

CRATERĪTES, *æ*, m. gemma est Plinio 37, 10, medium quiddam referens inter Chrysolithi & electri colorem.

CRATERRA, *æ*, f. vasis genus, nunc *situla* dicitur, ein zuber, wasser-eymer. Quale vasis genus, & quale hoc vocabulum, vid. apud Barth. ad 2 Theb Stat. p. 300. Nævius apud Nonium 15, 36 *Craterris fomere aquam ex fonte.* Idem Nonius huc refert versum ex Cic. de Nat D. 2, 44 *In malloque sine fulgens crateræ velacet.*

CRĀTĒRVS, *i*, m. statuarius. & alius pictor apud Plin 36, 5, & 35, 11. ¶ 2. Alius Macedo, ex convivis Alexandri sive amicis. ¶ 3. Fuit & Medicus hoc nomine, cujus Cicero meminit Att. 12, 13, itemque Horat. 2 sat. 3, 161.

CRĀTES, *ētis*, m. Κράτης, Philosophus Thebanus, qui pecunias suas omnes abjecit in mare, ut liberius philosopharetur, ceu tradidit Philostratus; sed rem aliter narrat Suidas & Laërtius. *Possibile non esse dixit inveniri, qui lapsus nimpam fuisset: Ἀδύνατον, ἀδιάπτωτον εὑρεῖν*, Laërtius. *Iecur Cratetis*, i. e. sapientia. Vid. Voss. 4 Inst. Orat. p. 125. ¶ 2. *Cratetes* olim viri celebres multi fuerunt: Diog. Laërtius lib. 4 decem enumerat, quos inter septimum habet locum *Crates Mallotes*, qui, ut Suetonius de Illustr. Grammat. c. 11 opinatur, studium Grammaticæ in urbem intulit primus, Aristarchi æqualis. Missus ad senatum ab Attalo rege inter secundum ac tertium bellum Punicum, sub ipsam Ennii mortem, cum in regione palatii prolapsus in cloacæ foramen crus fregisset, per omne legationis simul & valetudinis tempus plurimas ἀναβάσεις subinde fecit &c. Vnde apparet, politica ipsum etiam attigisse, & in Pergamenorum regum aula non sine dignatione esse versatum. Confer Suidam.

CRĀTES, *is*, f. sed usitatius plurale est *Crates, ium*, hürden, flechten, wagen korb. Cato c. 10 *Crates sarcerarias.* Liv. 10, 38 *Medius castris locus est crutibus consptus.* Cæs B. G 5, 40 *Pinnæ loricæque ex crutibus attexuntur*, quatis forte. Singulari usus est Livius 1, 51 *Crate super ne injecta: & 4, 52 quas neuri sub crate jusserat.* ¶ 2. Metaphorice Ovidius Met. 8, 806 in famis descriptione de summa macie, *pendere paucos Pectus & a spina tantummodo crate teneri.* ¶ 3. Accipitur & pro *occa*, eine ege, apud Virg. 1 Georg. v. 95; unde

¶ Cratio, *ire*, Plinius 10, 28 pr. dixit pro *occare*, zuegen. *Vtilissimum simul & herbæ crave, deinde cratire, ferere florem ex fumilibus &c.*

¶ Crāticŭla, *æ*, f. ein rost; ut, *Craticula argentea*, Petron. c. 31. Martial. 14, 221 *Parva tibi curva craticula sudet ofella: Spumens in longa cassidile flamet apex.*

¶ Craticium, *i*, n. idem apud Festum.

¶ Craticulus, *a, um*, videtur etiam adjective pro craticulatus vel *Cancellatus* fumi. Cato R. R. c. 13 in instrumentis torculario necessariis requirit *lucernas craticulas duas.* Sed vid. var. Lect. in edit. Gesneri.

¶ Crātītius, *a, um*; ut, *Cratitius paries*, geflochten, von hürden gemacht. Vitruv. 2, 8 sub fin. Et Oros. 5, 12 *Resciso cratitio pariete.*

¶ Concrātītius, *a, um*, zusammen geflochten, apud Papinianum ICtum l. 52 § 13 Dig. Pro socio, uti a Cælio in Foro R. citatur. At in emendatissimis libris *Con* non apparet, sed simpliciter scribitur: *ut ibi cratitium parietem inter se ædificarent.*

CRATEVAS, Medicus celebris, cujus Plinius aliquoties meminit. vid. Ind. Hard.

CRĀTĪNVS, *i*, m. Κρατῖνος, Athenienſis fuit Comicus, sed veteris Comœdiæ. Horat. 1 epist. 19 pr. *Prisco si credis, Mecenas docte, Cratino.* Et 1 Sat. 4, 1 *Eupolis atque Cratinus, Aristophanesque poëtæ* &c. Principes hos veteris Comœdiæ facit etiam Quinct. 10, 1 p. 897 Bur.

CRĀTIPPVS, *i*, m. Athenienſis Philosophus, præceptor filii Ciceronis, ut est in procœmio de Officiis. Cœnas videtur amasse, & a jocis laudatur. v. Cic. fam. 16, 21.

CRĀTŸLVS, *i*, m. Philosophus alius Athenienſis, discipulus Heracliti, Platonis, mortuo Socrate, præceptor, qui ejus memoriæ etiam nobilem dialogum dicavit. Diog. Laert.

CREACENTRVM, *i*, n. κρεάκεντρον, ein spießnadel.

CREAGRA, *æ*, f. κρεάγρα, ex κρέας caro, & ἄγρα captura, eine fleischgabel. Marc. Capella 9 p. ult *Actes creagris vix amicas Atticis.* Gloss. Isidori: *Creagræ, fuscinæ ad carnes de caldariis profecendas.*

Creatio, creator &c. vide *Creo.*

CRĔBER, *cretra, um*, frequens, mulcus, assiduus, stetig, öfter; ut, *Crebræ compellationes*, Cic. fam 12, 25, 1, oft frequentes. Valer Max 3, 2 *Scuto crebris feramintbus a fimo Asiæ ictu crebro procellis*, Virg. Æn. 1, 89, der oft sturm erweckt Cic. de Orat. 2, 15 *Thucydides crebro rerum frequentia. Literæ crebriores*, Cic Att 11, 10, & Cæs. Gall. 5, 44. Supremus gradus variat: Cic. Phil. 14, 5 *Scitis, per hos dies creberrimum fuisse sermonem.* Sallust. Iug. c. 106 *Ignes quam creberrimos fieri jubet*: & sic optimus quisque Latinorum At Gell. 2 c. ult. *Fluctus crebrissimi.*

¶ Crebro, adverb. frequenter, oft. Cic. Att. 6, 5 *Obvias mihi literas de omnibus rebus crebro mittas.* Id. fam. 5, 6 extr. *Velim literas crebrius mittas.* Et Divin. 1, 27 *Creberrime commemorantur a Stoicis.* Sed & Cæl. Aurel. Tard. 2, 2 *Adducere buccas crebrissime.*

¶ Crebro, idem. Vitruv. 2, 9 *Palationibus crebre fixa.*

¶ Crebriter, crebro, etiam. Vitruvii eſt 8, 3, & 10, 19.

¶ Crēbritas, *etis*, f. vielheit, ſtetigkeit. Cic. fam. 3, 1 *Perficiam profecto, ut longi temporis uſuram, qua carnimus, intermiſſa conſuetudine noſtra & gratia, & crebritate & magnitudine officiorum meorum farciam.* Et Att. 13, 18 *Crebritas literarum.* Plur. *Crebritates*, Vitruv. 2, 1 & c. ult.

¶ Crebrĭtūdo, *inis*, f. idem; Siſenna apud Nonium 2, 178.

¶ Crebro, *are*, crebro facere, iterare, etwas oft thun. De amatore, qui crebras noctes impetrat; Plaut. Truc. 1, 1, 29 *Sic crebravit, ipſus gaudet, res perit.* Taubmannus mavult *Increbravit.*

¶ Crebreſco, *ĕre*, crebrum fieri, zunehmen, überhand nehmen; ut, *Fama crebreſcens*, Tac. Hiſt. 4, 12 pr Virg. 3 Æn. v. 530 *Crebreſcunt optatæ auræ.* Aliis *Crebeſco* ſcribitur, quod defendit P. Manutius ad Cic. fam. 7, 20. Sic Apul. lib. 10 Metam. p. 247 *Iamque rumor publice crebuerat:* ut ſolet in Præterito. v. Drakenb. ad Sil. Barth. ad Stat. Theb. 4, 30 & Adverſ. L. 28.

¶ Crebrĭſūrus, *a, um.* Ennius apud Feſtum: *Crebriſurum vallum*, i. e. crebris ſuris ſive palis munitum.

¶ Concrebreſco, *ere*, mit einander heftig werden. Virg. Cir. v. 25 *Cum levis alterno Zephyrus concrebuit Euro.*

¶ Increbro, *are*, oft wiederholen. vide in *Crebro*, *are*.

¶ Increbreſco, *ere*, ſich mehren, überhand nehmen. Plaut. Merc. 5, 1, 9 *Mores deteriores increbreſcunt indies. Increbreſcit fama*, Liv. 7, 12 *Ventus increbreſcit*, Cic. fam. 7, 21; Cæſar de B. Civ. 3, 26 Præteritum *increbui* facit. Curt. 6, 2, 15 *Rumor ſine auctore increbuit.* Horat. quoque 2 ſat. 5, 93 *Obſequio graſſare: mone, ſi increbuit aura.* Cic. Phil. 14, 5. Liv. 8, 8 aliique *increbrai* formant, adeo ut alterum ab *increbeſco*, quo Valer. Max. 3, 7, utitur, potius factum videatur, obſervante Menckenio, Obſ. Lat. L. quæ vide.

¶ Percrebreſco, *ere*, divulgari, ruchbar und laut werden. Cic. Att. 11, 9 *Putavi pernicioſum fore, ſi ejus hoc tantum ſcelus percrebuiſſet. Percrebruit* ſcribunt omnes apud Cic. fam. 10, 10 pr.

CRĔDO, *credĭdi*, *creditum*, *ĕre*, fidem habere, trauen, glauben. *Quid credas? aut cui credas?* Ter. Adelph. 3, 2, 32. Q. Cic. de Pet. Conſ. c. 10 *Epicharmion illud teneto, nervos atque artus eſſe ſapientiæ, non temere credere.* Et, *utrumque vitium eſt, & omnibus credere & nulli*, Sen. epiſt. 3. *Non facile ad credendum inducitur*, er läſt ſich nicht leicht bereden. Nepos 9, 3, 1. Ter. Phorm. 1, 2, 90 *Ad præconem abeam, credo, qui mihi Sic oret: nunc amitte quæſo hunc &c.* ¶ 2. Pro *confidere* Virgilius poſuit ecl. 2, 17 *O formoſe puer, nimium ne crede colori.* Servius: NE CREDE, *ne confide. Salluſtius: Virtuti ſatis credebant*, i. e. *confidebant.* Vid. Taubm. ad Virg. ecl. p. 20. ¶ 3. Eſt *committere*, anvertrauen; ut, *Credere ſuum animum*, Ter. Andr. 1, 5, 37. Cic. Catil. 3, 9 *Tanta res credita & ignotis & barbaris*; hoc eſt, Allobrogibus conjuratio concredita. *Credere pecuniam*, mutuo dare, geld leihen. Idem ſam. 1, 7. Eleganter Petronius & vere: *Crede vatem venti, animum ne crede puellis: Namque eſt fœmineæ tutior unda fide. Credere ſolo*, pro affligere, ſive projicere in ſolum, Lucanus dixit 4, 647, & 653 *Terriſque diu non credidit hoſtem.* Similia dabit Nic. Heinſ. ad Sil. 4, 571. ¶ 4. *Credo* & *Quæro* confundi ſolent a librariis, v. *Quæro.* it. *Credo* ac *Trado*, ubi vid.

¶ Crēditus, *a, um*, geglaubt, anvertraut, geliehen. Tac. Ann. 13, 30, 3 *Haud creditus ſufficere.* Cic. Of. 2, 24 *Fides eſſe nulla poteſt, niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum.* Idem de Prov. Conſul. c. 4 *De pecuniis creditis jus dicere.* ¶ 2. Cui fides habetur. Ovid. met. 7, 98 *Creditus* Iaſon *accepit cantatas protinus herbas. Male credita Claudia* eſt male audiens Sil. 17, 34.

¶ Crēditum, *i*, n. quod debetur, ſchuld. Sen. de Benef. 2, 34 *Aliter beneficium, aliter creditum ſolvitur.* Alio ſenſu Ovid. Art. 2, 351 *Requietus ager bene credita reddet*, h. e. ſemen.

¶ Crēditor, *ōris*, m. ein gläubiger, dem man mit ſchuld verhaftet iſt, qui vel *Chirographarius* vel *pignoratitius* eſt. Cic. Phil. 6, 4 *Audiſſe arbitror, ſponſores & creditores convenire.* Et mox: *Fraudare creditores.* Sen. ep. 87 *Creditoribus ſolvere.* Metaphorice Plin. 1 ep. 13 de eo, qui officium ſeu beneficium ideo præſtat, ut mutuo accipiat: *Poſſum jam repetere feceſſum, & ſcribere aliquid, quod non vecitem: ne videar, quorum recitationibus adfui, non auditor fuiſſe, ſed creditor.*

¶ Creditrix, *tĭcis*, f. Cyrilli Gloſſar. *Creditrix*, δανείστρια. Paullus IC. l. 16 ff. Qui potiores in pignore &c. *Prima creditrix.*

¶ Credĭbilis, *e*, veriſimile, quod ejusmodi eſt, ut credi facile poſſit, glaublich. Cic. in Orat. c. 36 *Narrationes* (ſint) *credibiles.* Curt. 5, 13, 22 *Vix credibile dictu.* Comp. Lactant. 2, 9 *Credibilius eſt.* Quinct. decl. 7, 9 *Quis credibilior in cæde pauperis, quam dives inimicus*, h. e. de quo facilius creditur? ¶ 2. Affectato & declamatorio opponitur Ovid. A. A. 1, 467 *Sit tibi credibilis ſermo conſultaque verba Blanda tamen, præſens ut videare loqui.*

¶ Credibiliter, adverb. idem. Cic. pro Dejot. c. 6 *Non modo non credibiliter, ſed ne ſuſpicioſe quidem.* Comp. Quinct. 4, 2 *Nihil his neque credibilius fingi, neque vehementius exprobrari, neque manifeſtius oſtendi poteſt.*

¶ Credŭo, *ĕre*, pro *Credere*, fæpe habet Plautus: e. g. Bacch. 3, 3, 72; Amph. 2, 2, 40; Capt. 3, 4, 74; Truc. 2, 2, 52; &c.

¶ Crēdŭlus, *a, um*, der bald glaubt. *Credulum ſe præbere*, leichtgläubig ſeyn, Cic. Att. 15, 16. Ovid. Met. 7, 831 *Credula res amor eſt.* Tibull. 2, 7, 19 *Credula vitam Spes fovet, & melius cras fore ſemper ait.* Calpurn. ecl. 6, 35 *Sequiturque vocantem Credulus* de cervo manſuefacto, h. e. obſequioſus, neque timens inſidias. Paſſivam ſignificationem habet in his Taciti Hiſt. 1, 34 *Credula fama inter gaudentes & incuriosos*; ubi Savil. vide. Avianus Fab. 21, 5 *Sed vox implumes turbavit credula nidos.*

¶ Credŭlitas, *ātis*, f. ipſa credendi facilitas, die leichtgläubigkeit, quæ *error eſt magis, quam culpa & quidem in optimi cujusque mentem facillime irrepit.* Plancus ad Cic. fam. 10, 23. ¶ 2.

In bonam partem Chriſtiani ſcriptores pro fide aliquando uſi ſunt: Salvian. lib. 3 de Provid. *Qui tam magnam credulitatis & fidei mercedem hoc ſeculo eſſe volumus, qualis credulitas & fides eſſe debeat, conſideremus.*

Compoſita:

¶ Adcrēdo, vel Accredo, *ĕre*, idem quod credere, glauben, zutrauen. Lucret. 3, 870 *Facile hoc adcredere poſſis.* Plaut. Aſin. 5, 2, 4 *Neque divini, neque humani quidquam mihi poſthac accredas, ſi &c.* Horat. 1 epiſt. 15, 25 *Scribere te nobis, tibi nos adcredere par eſt.*

¶ Concredo, *ĕre*, pro credere, ſervandum tradere, anvertrauen, aufzuheben geben. *Fortunas, famam ſuam commendare alicui & concredere*, Cic. pro S. Roſc. c. 39. Idem pro Quintio c. 20 *Cui tu & rem, & famam tuam commendare proficiſcens, & concredere ſolebas.*

¶ Concrēditus, *a, um*, anvertraut; ut, *Fortunæ concreditæ*, Cic. pro Roſc. Am. c. 39. conf. Plaut. Pœn. 4, 2, 104.

¶ Concreduo, *ere*, pro *Concredere*, antique apud Plaut. Aul. 3, 6, 48. Sic *Concredui*, pro *concredidi*, Id. Caſ. 2, 8, 45.

¶ Diſcrēdo, *ĕre*, non credere, nicht glauben. Aliquoties habet Commodianus, poëta Chriſtianus in Inſtruct. adv. gentiles.

¶ Incredibĭlis, *e*, unglaublich. Cic. Att. 5, 16 *Incredibilem in modum concurſus fiunt ex agris.* Et, *Incredibilis virtus*, Ibid. 14, 15, id eſt, magna & eximia. Comp. Sen. epiſt. 92 *Hoc quoque incredibile eſt, imo incredibilius.* Conf. Idem Nat. qu. 3, 17.

¶ Incrēdibilĭtas, *ātis*, f. die unglaublichkeit. Lege 29 Dig. ad Leg. Iuliam de adult. *Adumbrare patientiam prætextu incredibilitatis.*

¶ Incredibiliter, adv. überaus ſehr. Cic. de Senect. c. 15 pr. *Voluptatibus agricolarum incredibiliter delector.* Idem Phil. 1, 15 *Voluntas incredibiliter conſentiens.*

¶ Incrēdendus, *a, um*, ſic compoſitum ut intolerandus, & idem eſt quod *incredibilis.* Apul. 2 Metam. p. 120. *Incredenda fabula.* Et lib. 2 Florid. p. 351 *Pythagoram cæremoniarum incredendas potentias* (ab Ægyptiis) *didiciſſe.*

¶ Incrēditus, *a, um*, ungeglaubt. Apul. de Deo Socr. *Incredita vaticinia Caſſandræ.*

¶ Incredŭlus, *a, um*, ungläubig. Horat. Art. P. v. 188 *Quodcunque oſtendis mihi ſic, incredulus odi.* Quinct. 12, 8 p. 1079 Burm. *Optimus eſt in dicendo* (int. cauſam) *patronus incredulus.* ¶ 2. Paſſive, cui non creditur. Gell. 9, 4 *Res inauditæ incredulæ.* v. Drakenb. ad Sil. 2, 98.

¶ Incredulĭtas, *ātis*, f. das mistrauen. Apul. 1 Met. p. 111 *Obſtinata incredulitate ſermonem ejus reſpuebat.* Vt vero *Credulitas* nata *incredulitate ſermonem ejus reſpuebat.* Vt vero *Credulitas* nata *incredulitate* ſermonem *

¶ Concrĕmatus, *a, um,* eingeäſchert; ut, *Concremata urbes*, Sen. ep. 9.

¶ Concrematio, *ōnis,* f. die verbrennung. Fulg. 1 Myth. *Mundo concremationis diſcrimina conſtare.*

¶ Decremo, *are,* ausbrennen. Tertull. vel Cyprian. Carm. 2 adv. Marc. c. 3 *Grex omnis in aras decremet.*

¶ Excremo, *are,* ausbrennen. Tertull. de Cultu Fœm. c. 6 *Quodcunque immundo ſpiritui excremari ſolet.*

¶ Incremo, *are,* idem, quod concremare; unde

¶ Incrĕmatus, *a, um.* Flor. 4, 12, 24 *Viginti centurionibus incrematis, hoc vidit ſacramento ſumpſerant bellum.*

¶ Sēmicremus, *a, um,* gebrannt, halb gebrannt. Ovid. Met. 12, 287 *Semicremoque notat repetitum ſtipite vulnus.*

¶ Semicremātus, *a, um,* idem. Martial. 11 epigr. 55 *Thuraque de medio ſemicremata rogo.* Et Ovid. Ibidis v. 634 *Membra feras Stygie ſemicremata rati.*

Flammĭcrĕmus, vide *Flammæ*, Vrbicremus, *Vrbs.*

CRĔMŌNA, *æ,* f. Italiæ civitas Pado propinqua; nota ex Virg. ecl. 9, 28 *Mantua, væ miſeræ nimium vicina Cremonæ.*

CRĔMOR, *ōris,* m. liquor, qui ex granis exprimitur aqua maceratis; ut, *hordei, piſanæ,* der ausgedruckte ſaft. Caro de R. R. c. 86 *Voi coctum erit, hoc addat paullatim usque adeo, donec cremor craſſus factus erit.* Celſus 3, 7 *Cremor piſanæ.* Ovid. de Medicam. faciei v. 95 *Hordea quem faciunt, illis infunde cremorem.*

CREMVTIVS, *i;* ut *A. Cremutius Cordus,* vir eloquens, ingenio, animo, manu liber, ut Seneca laudat Conſol. ad Marciam, quam pater genuerat, c. 1; de quo & c. 22, ubi exitum ejus deſcribit. Vide & Tacitum Ann. 4, 34, 1.

CRĒNA, *æ,* f. κρουνη, inciſura, qualis in calamo ſcriptorio eſſe ſolet, eine kerbe, krinne, ſpalte, ſchlitz. ¶ 2. Sectio item illa infima ſagittæ, quæ nervo inſeritur, die kerbe am pfeil. ¶ 3. Denique inciſuræ in utraque extremitate arcus, quibus nervus inſeritur, *crenæ* dicuntur. Hermol. in Plin. 11, 37. Plinii verba, ut vulgo editum, *decreſcentibus crenis,* ſunt, isque agit de marinæ teſtudinis ſtomacho denticulato. At vero nullus MS. liber, quod Harduinus obſervavit, *crenis* legit, ſed *venis,* aut *venis:* nec aliunde facile vocem *Crena* oſtendas. Vetus tamen Onomaſticum, *Crenæ,* ϛ λυρίδες.

CRĒO, *āvi, ātum, āre,* producere, facere, parare, &c. machen, ſchaffen anrichten. *Creare ſcrummas aticui,* Plaut. Mil. 1, 1, 33. *Creare ibi, capiti ſuo, ſtudium,* ibid. 2, 3, 23. *Creare periculum alicui,* Cic. Verr. 2, 37 pr. ihn in gefahr anrichten. Salluſt. Orat. 2 de ordinanda Rep. *Ad virtutem ana & corda viaeſſe: ad peccandum, qui cuique labor, nisi metus: & malis & bonis rebus illa creatur.* Celſus præfat. *Vel ſuperantia, quæ vel deficientia, adverſari valetudinem creat.* Lactant. Epit. Div. Inſt. 24 *Cujus rei ut poſſit memoria ſervari, fanum ſibi creari jubebat (Iupiter) atque ab hoſtibus annua ſua feſta celebrari.* Conf. Div. Inſt. 1, 22. Ennius eodem libro 1, 2 adductus: *Ibique in monte aram creat cælo.* ¶ 2. Aliquando idem eſt, quod gignere, & de parentibus dicitur, zeugen. Liv. 1, 3 *Is Æneam Silvium creat.* Horat. 4 od. 4, 29 *Fortes creantur fortibus.* Auſon. ſentent. ſeptem ſapientum in Solone v. 5 *Pulchrius multo pueri, quam creari nobilem.* ¶ 3. Dicuntur etiam *creari,* qui deliguntur per ſuffragia adminiſtrandis magiſtratibus, muneribusque publicis, erwehlen. Sic *Conſules & prætores creare,* Cic. Att. 9, 9. *Magiſtratum,* Cæſar Gall. 7, 32. *Dictatorem,* Liv. 1, 23. *Ducem gerendo bello,* ibidem. Et qui legitimo ac auſpicato electi non erant, dicebantur *vitio creati,* Liv. 8, 17; & 9, 7. Id χειροτονῆν dixerunt Græci. Vet. Gloſſ. *Creat,* χειροτονεῖ, γενναῖ.

¶ Creatus, *a, um,* erſchaffen, gebohren, erwehlt. Flor. 1, 6, 1 *Matre ſerva creatus.* Virg. Æn. 10, 517 *Sulmone creatos quatuor juvenes rapit.* Ovid. 5 Met. v. 145 *Dubio genitore creatus.* Nepos 1, 4, 4 *Prætores creati.*

¶ Creator, *ōris,* m. ein vater, ſchöpffer. Cic. pro Balbo c. 13 *Princeps ille creator hujus urbis Romulus.* Ov. Met. 8, 309 *Magnique creator Achillis,* h. e. pater. ¶ 2. Qui nominat quem ad munus ſeu functionem publicam, der erwehlet. Vlp. l. 2 Dig. de adminiſtr. rer. ad civit. § 7 *Si eo tempore, quo nominatus eſt, idoneus, poſtea lapſus facultatibus, damnum debitis reipublicæ dederit: quia fortuitus caſus nullam humanum conſilium providere poteſt; creator hoc nomine nihil præſtare debet.* conf. l. 2 C. quo quisque ord. conv.

¶ Creatrix, *icis,* f. eine mutter, urſache. *Rerum natura creatrix,* Lucret. 1, 622. Et Sil. 15, 184 *Bellorum dira creatrix Evaſtanda tibi tellus.*

¶ Creatio, *ōnis,* f. die ſchöpffung, erwehlung; ut, *Creatio magiſtratuum,* Cic. de Leg. 3, 3 extr.

¶ Creātūra, *æ,* f. ein geſchöpf. Synecdochice pro homine ponitur, quæ loquendi ratio more Hebræo uſurpatur Marc. 16, 15, & ad Coloſſ. 1, 13. Vſu tritiſſimum nomen, ſed dubiæ auctoritatis. Præter enim Eccleſiaſticos nemo illo uſus eſt. His vero frequentiſſimum: v. g. Tertulliano Apologet. c. 30 *Illius eſt ipſe* (imperator) *cujus & cælum eſt, & omnis creatura.* Alcimo Avito c. 2, 47 *Quique creaturæ præfuſſit in ordine primus, Primas venturo pendet ſub judice pœnas.*

¶ Creāmen, *ĭnis,* n. idem quod *creatio*, pariter & *res creata.* Prudent. Hamartig. v. 505 *Ex elementis Cuncta ſolubilibus, fluxoque creamine conſtant.*

¶ Creābilis, *e,* quod creari poteſt. Apul. Trismeg. p. 85 *Materia creabilis eſt.* Auguſtin. Confeſſion. 12, 19 *Quidquid creabile atque formabile eſt:* & c. 28 *creabilis materies.*

Compoſita:

¶ Concreo, *are,* Gell. 19, 5 in Tit. *Quod ex nive cryſtallus concreatur,* h. e. oritur, concreſcit. conf. Sirac. 1, 12.

¶ Increātus, *a, um,* unerſchaffen, apud Lactantium.

¶ Intercreatus, *a, um,* darzwiſchen entſtanden. Cæl. Aurel. Tard. 5, 1 *Humor augmento paſſionis intercreatus.*

¶ Procreo, *are,* zeugen, herfürbringen. Cic. de Senect. c. 15 *Terra ex minutiſſimis ſeminibus tantas truncus ramosque procreat.* Idem Roſc. Am. c. 14 *Pater amens ſit, qui odiſſet eam ſine culpa, quem procreaſſet.* Macrob. Sat. 2, 13 *Leges bonæ ex malis moribus procreantur.*

¶ Procreatus, *a, um,* gezeugt, zur welt gebracht. Cic. de fin. 3, 19 *Neque hæc inter ſe congruere poſſunt, ut natura & procreari velles, & diligi procreatos non curaret.*

¶ Procreātio, *ōnis,* f. die zeuguug, gebährung. Cic. Tuſc. 1, 14 *Procreatio liberorum.* Idem de Divinat. 2, 46 *Diſſimilitudo locorum diſſimiles hominum procreationes habet.*

¶ Procreātor, *ōris,* m. ſchöpfer, vater. Cic. de Vniverſ. c. 8 *Ille procreator mundi, Deus.* Idem de Finib. 4, 7 *A natura tributum eſt, ut bi, qui procreati eſſent, a procreatoribus amarentur.*

¶ Procreātrix, *icis,* f. eine mutter, gebährerin; ut *Procreatrix omnium artium Philoſophia,* Cic. de Orat. 1, 3.

¶ Improcreabilis, *e,* unerſchafflich. Apul. de Doctr. Plat. *Materia improcreabilis.*

¶ Recreo, *are,* proprie denuo creare eſt, inſtaurare, reparare, wieder gebähren, erneuern. Vnde in Vet. Gloſſ. *Recreatum,* παλιγγενες; Et *Recreatio,* παλιγγενεσία exponitur. Cic. de Leg. 3, 8 de tribunatu plebis agens *Cujus primum ortum, ſi recordari volumus, inter arma civium, & occupatis & obſeſſis urbis locis procreatum videmus. Deinde cum eſſet cito necatus* (vel *lethatus,* ut Gruterus conjiciebat) *tamquam ex XII tabulis, inſignis ad deformitatem puer; brevi tempore recreatus, multoque tetrior & fœdior natus eſt.* Produximus locum, uti Puteanus partim ex conjectura, qui pro *legatus, necatus* reſtituit; partim Giphanius ex Codice veteri emendavit. *Recreatus* certe etiam Gronovio patri placuit Obſ. ad Scriptt. Eccl. c. 19, quanquam non auſus eſt in contextum recipere. Et vero *recreare* verbo Cic. de Nat. D. 2, 4 ita eſt uſus. Vbi etiam *τὸ iterum,* quod additum ibi legitur, pro gloſſemate habere poſſis. Quamquam minime ignotum eſt, Pleonaſmos hujus generis & Ciceroni & aliis vetuſtis ſcriptoribus frequentatos. Lucret. 5, 757 *Solque ſuos etiam dimittere languidus ignes Tempore cur certo poſſeat, recreareque lumen.* Lactantius Inſtit. Div. 7, 21 *Idem igitur divinus ignis eadem vi & potentia & cremabit impios & recreabit,* &c. Sedulius de Lazaro reducto in vitam lib. 3 Paſchal. carmin. ſub f. *Poſtque ſepulcralem tandem recreatus honorem.* Et quoniam baptiſmus lavacrum regenerationis eſt, ut Apoſtolo dicitur, idcirco hoc verbum ad Sacramentum iſtud Chriſtianis ſcriptoribus non infrequenter transfertur. Vetus poëta Chriſtianus de Babiani baptiſm. v. 40 *Vnanimam alloquitur recreato corde jugalem: Recreato,* i. e. renato per baptiſmum. Paulinus Nolanus ad Cytherium v. 465 *Et quos creator opere uno die condidit, Hos recreat uno munere: Vnum munus* baptiſmum vocat. Vſus ita & Arator eſt in Act. Apoſtol. v. 118. ¶ 2. *Recreari* etiam dicuntur ægroti & vulnerati, cum ſanitati reſtituuntur, geſund werden, wieder aufkommen. Cic. poſt red. c. 1 *Qui e gravi morbo recreati ſunt.* Conf. de Inv. 2, 51. Nepos 18, 4, 4 *Eumenes Craterum ex acie ſemivivum elatum recreare ſtuduit.* Tac. Ann. 2, 69 pr. *Dein Piſo abire Syria ſtatuit, mox adverſa valetudine Germanici detentus, ubi recrudescentem accepit, votaque pro incolumitate ſolvebantur,* &c. Stat. 1 Silv. Soteriis pro Rutilio Gallico v. 63 *Ingentem recreare virum tentemus adorti.* Loquitur poëta ex perſona Apollinis, adhortantis Æſculapium filium, ut in curando & reſtituendo valetudini priſtinæ, graviter ægrotante Rutilio, mutuas operas ſibi præſtare velit. ¶ 3. Denique *Recreare,* reficere, refocillare eſt, deque feſſis afflictisque omnibus, qui in melioren ſtatum labore miſeriaque reſtituuntur, dicitur, erquicken. Sic, *civitas & deſertas urbes recreare,* Cic. ad Quint. Fratr. 1, 1, 8. *Recreare afflictos bonorum animos,* Idem Att. 1, 16. *Colligere & recreare,* Idem Tuſc. 1, 24 *Afflictam & perditam provinciam evigere & recreare,* Idem Verr. 5, 91.

¶ Recreātus, *a, um,* relevatus, reſtitutus, erquickt, neubelebt. Cic. Verr. 3, 61 *Cum ex illo metu mortis, ac tenebris, quaſi luce libertatis, & odore aliquo legum recreatus, revixiſſet.* Plura percepimus in ipſo Verbo.

¶ Recreātio, *ōnis,* f. refectio, die ſtärckung, erquickung. Plin. 22, 23 *Ab ægritudine recreationi efficax in cibos;* item παλιγγενεσία. Vide ſupra in *Recreo* n. 1.

¶ Recreātor, *ōris,* m. ein wiederbringer. Tertull. de Anima c. 43 *Somnus recreator corporum.* Add. Inſcript. Grut. p. 1095 n. 7.

CREOBVLA, *æ,* f. mentaſtrum, wilde krausmünze. Apul. de Herb. c. 90.

CRĔON, *ontis,* m. Κρέων, Rex Corinthiorum, Creuſam, filiam Iaſoni in matrimonium, Medea repulſa, dedit. ¶ 2. *Creon* alter Rex Thebanorum filiam ſuam Megaram Herculi junxit; vide Tragœdias Senecæ Medeam, & Herculem Furentem, item Phœniſſas Euripidis.

CREOPHĪLVS, *i,* m. Samius, Homeri hoſpes, de quo Strabo lib. 6. Suid. Voſſ. de Hiſt. Gr. l. 3 p. 347, & de Poët. c. 2.

Crepæ, crepax, creperus, vide *Crepo.*

CRĔPIDA, *æ,* f. genus calceamenti, quo Græci communiter utebantur: Vnde *Grajorum crepidas* Perſius dixit ſat. 1 ſub f. Cujusmodi fuerit, ex Gellio diſces 13, 21 extr. Vid. & *Soccus,* ein ſchuch ohne pantoffel. Primam corripit, quamvis ex Græco κρηπίς, κρηπίδος, veniat, Horat. 1 ſat. 3, 127 *Chryſippus dicat, ſapiens crepidas ſibi nunquam, Nec ſoleas fecit.* Gellius quoque l. c. *Crepidas,* inquit, & *crepidulas, prima ſyllaba correpta, id genus calceamentum appellaverunt, quod Græci* κρηπῖδας *vocant.* Proverb. *Ne ſutor ultra crepidam,* videl. *judicet,* reprehenſio fuit Apellis in futorem, inepte in pictura alia quædam cavillantem, quum, quod in crepidarum forma ante reprehenderat, ab ipſo auctore emendatum vidiſſet. vid. Plin. 35, 10. Simile huic eſt, quod fabro cuidam de Muſica ſecum contendenti Stratonicum citharœdum objeciſſe, Athenæus tradidit: *Non ſentis, te ultra malleum loqui.* Vid. Chiliad.

¶ Crepidula, *æ,* f. dimin. modo in *Crepida* ex Gellio probatum fuit. Add. Plaut. Perſ. 4, 2, 3.

¶ Crepidārius, *a, um,* adject. Gell. 13, 21 extr. *Crepidarius cultellus,* ein ſchuſter meſſer.

¶ Crepidārius, *i,* m. ſubſt. ein ſchuſter. Gellius ibidem: *Ejus calceamenti* [illegible] CREPIDARIOS *dicemus.* Ipſe vero mox ex Sempronio Aſello conjuncte, *crepidarius ſutor.* Vt ita omnino adjectivum ſit, quod, ut alia, κατ' ἐλλειψιν ſubſtantive interdum ponatur.

¶ Crepidātus, *a, um,* qui hoc calcei genere utitur. Cic. in Piſon. c. 38 *Noctu intempeſta, crepidatus, veſte ſervili navem conſcendit.*

CRĔPĪDO, *ĭnis*, f. fluminis extrema terra, quam aqua crepitans alluit, das ufer, der rand, die lehne, der damm. Stat. 9 Theb. v. 492 *Stabat graminea producta crepidine ripæ Virdarum ac terræ dubio.* Curt. 5, 1, 28 *Vbi flumen appositæ crepidinis fastigium excessit.* Iuven. 5, 8 *Nulla crepidonis vocat, nusquam pons?* Virg. 10 Æn. v. 53 *Forte ratis celsæ conjuncta crepidine saxi Stabat, &c.* ubi non est opus, ut *altitudo & moles saxi abrupti* intelligatur, quod vult Servius. Satis est eminere saxum, ad quod religari navis & excensus fieri possit. ¶ 2. *Crepido* etiam basis, der grund, unterzug; ut, Stat. 1 Achill. v. 448 *Rupibus expositis, longique crepidine dorsi Euboicum scandens aulis mare*, h.e. Aulis longe exporrecta in mare Euboicum scopulis prominentibus. Item Silv. 1, 1, 58 *Tenent æterna crepido, Quæ superingesti portavet culmina montis.* Cic. in Orat. c. 67 *Omnia tanquam crepidine quadam sustinentur.*

CRĔPIS, *idis*, f. κρηπὶς, herba caule foliato, Plin. 21, 16.

Crepitaculum, crepitus, &c. vide in sequenti *Crepo.*

CRĔPO, *crĕpŭi, ĭtum, pare*, platzen, knarren, rasseln; ut, *Crepuerunt fores*, Ter. Heaut. 1, 1, 121. *Cum pessimum crepuerint catenæ*, Sen. epist. 9. *Crepare & crepitare* eum derivatis præsertim de verberibus & plagis adhiberi, observatio est Brouckh. ad Prop. 6, 7, 21. Etiam vestes, auro, vel spisso & crassiore filo textæ crepare dicuntur. Claud. de Laud. Stilic. 2, 2 *Trabeæ crepantes.* v. Misc. Observ. Vol. 1 p. 179. ¶ 2. Rumpi, brechen, entzwey gehen. Virg. 5 Æn. v. 205 *Acuto in murice remi Obnixi crepuere.* Pall. Mar. 10, 4 *Si crepant pomi*, i. e. finduntur, de malis Punicis. ¶ 3. Est & *crepare*, subinde quid habere in ore ac molestè repetere; quod querum non tantum, sed jactatores etiam & gloriosi facere solent, oft fürbringen. Horat. 1 od. 18, 5 *Qui post vina gravem militiam aut pauperiem crepat?* i. e. de laboribus militiæ & onere paupertatis queritur. Lucret. 2, 1166 *Laudat fortunas sæpe parentis, Et crepat antiquum genus ut pietate repletum*, i. e. assidue prædicat.

¶ Crepans, *tis.* Horat. Epod. 16, 48 *Crepante lympha desilit pede.*

¶ Crepax, *ācis*, knarrend, klapperend. Sen. epist. 114 *Crepacem molam, focum invisum:* Puta, in Genii festo die.

¶ Crepæ, a priscis *Capræ* dictæ, quod cruribus crepent, ziegen. Festus in *Capra.*

¶ Crepi, *orum*, m. pl. Luperci, quos *Crepos dicebant a crepitu pellicularum, quem faciunt verberantes. Mos enim erat Romanis in Lupercalibus nudos discurrere, & pellibus obvias quasque fœminas ferire.* Fest.

¶ Crĕperus, *a, um*, idem quod dubius, zweifelhaft, mißlich, gefahrlich. Symmach. 1 epist. 1 *Res crepera & anceps*; & epist. 13 *Priusquam manifesta dies creperum nollis absolveret.* Apul. de Deo Socr. p. 51 *Rebus creperis & afflictis.* Lucret. 5, 1295 *Exæquataque sint creperi certamina belli.* conf. Nonium 1, 45, & Festum. vid. *Crepusculum* f. l.

¶ Crĕpulus, *a, um*, idem quod *crepax.* Avienus Arat. in Virgine: *Sed crepula ut late vomeret convicia voce.* Et Sidon. 4 epist. 15 *Autumnus aures crepulo fragore circumstrepit.* Id. 9 epist. 13 in subnexo Anacreontico: *Date vasculos choraulæ, Quibus antra per palati Crepulis restanda buccis Gemit aura tibialis.*

¶ Crepitus, *a, um*, idem; ut, *Crepita Majestas* laudatur ex Lactant.

¶ Crepĭtus, *ūs*, m. βομβος, sonus collisione excitatus, das geraßele, der knall; ut, *Crepitus armorum*, Plin. 2, 57; *dentium*, das zähnklappern, Cic. Tusc. 4, 8; *plagarum*, Idem Verr. 5, 62. Claudius Imp. edictum meditatus dicitur, *quo veniam daret, flatus crepitusque ventris etiam inter epulas emittendi*; Suet. Claud. c. 32. *Crepitus ventris* omen apud Romanos infaustum, felix apud Græcos. Scal. Auson. lect. 1, 25 p. 72. *Demetrio* Stoico apud Senecam ep. 91 p. 541 *Eodem loco sunt voces imperitorum, quo ventre redditi crepitus.*

¶ Crepĭtulum, *i*, n. ornamentum capitis, kopf-geschmeide. *Id enim in capitis motu crepitum facit.* Festus & Tertull. de Pallio c. 4 *Et crepitulum & caliendrum.*

¶ Crĕpito, *āre*, prasseln, rauschen, knirschen. Virg. Æn. 5, 458 *Quam multa grandine nimbi culminibus crepitant.* Plin. 12, 17 *Myrtata crepitant in igne.* Plaut. Rud. 2, 6, 5 *Clave crepito dentibus.* Idem Amph. 4, 2, 12 *Vacuus mihi venter crepitat*, der bauch knarret mir. ¶ 2. *Crepitare & Trepidare* mitcent librarii, vid. *Trepido.*

¶ Crepĭtans, *tis*; ut, *Arma crepitantia*, Ovid. Met. 15, 783. *Crepitantia æra*, i. e. cymbala aut similia instrumenta, Virg. Georg. 4, 151.

¶ Crepitanter; ut, *Crepitamer explicare*, Sidon.

¶ Crĕpĭtăculum, *i*, n. eine klapper. Colum. 9, 12 *Crepitaculis æreis terrere fugientem juventutem apium*, den bienen klingeln. Arnob. lib. 7 p. 233 *Parvuli pusiones ab ineptis vagitibus, crepitaculis exterruntur auditis.* ¶ 2. Thuanus illud tormenti bellici genus, quo vi nitrati pulveris dejiciuntur refringunturque portarum claustra, *crepitaculum* vocat, lib. 133 Histor. p. 1048.

¶ Crĕpĭtăcillum, *i*, n. diminut. Lucret. 5, 232, sed Salmasius, Gifanius, Pareus, & Fayus *crepitacula* legunt. Tamen Tertull. adv. Iudæos c. 9 *Scilicet vagitu ad arma esset convocaturus infans, & signum belli non tuba, sed crepitacillo daturus.* Eadem repetit adv. Marcion. 3, 13.

Crepundia, & Crepusculum, vide mox seorsim.

Composita:

¶ Concrĕpo, *ui, ĭtum, āre*, sehr knarren, krachen. *Ostium concrepuit*, Ter. Hec. 4, 1, 6. *Digitis concrepare*, schnippen, ein klippgen schlagen. Plaut. Mil. 2, 2, 51. conf. Cic. Off. 3, 19. Idem pro Cæl. c. 27 de clausula comœdiæ: *Scabilla concrepant. Concrepare digitos* Petronii est c. 27. Vid. interpretes apud Burm. p. 97.

¶ Concrepatio, *ōnis*, f. das geklapper. Arnob. lib. 2 p. 73 *Concrepationes scabillorum.*

¶ Concrepārius, *a, um*, klapperend, klatschend; ut, *Ore concrepario frequenter fremere*, Plaut. Bacch. suppos. Prolog. v. 3.

¶ Concrĕpito, *āre*, zusammen prasseln. Prudent. Perist. 11, 56 *Virgarum concrepitat fragor.*

¶ Decrĕpo, *āre*, pro, ultimum crepitum edendo exspirare, de candelis. Scaliger laudat ad Festum in *Decrepitus.* Hoc enim inde nomen deducit.

¶ Decrepĭtus, *a, um*, festus senio atque defectus, sehr alt, wohl betagt. Ter. Adelph. 5, 8, 16 *Anus decrepita.* Cic. pro Cæl. c. 16 *Tristis ac decrepitus senex.* Vet. Gloss. *Decrepitus, ὑπεργηρως, ἐκπεπνευκὼς, ἐξίδος, γέρων.* Nonius 1, 45 *Senem in dubio vitæ constitutum* interpretatur, der auf der grube gehet. Vid. Voss. 3 Theol. Natural. p. 819. Festus DECREPITVS, inquit, *est desperatus crepera jam vita, ut crepusculum extremum dici tempus.* Mox tamen & aliam rationem adducit: *Sive* DECREPITVS, inquit, *dictus, quia propter senectutem nec movere se, nec ullum facere potest crepitum.* Donatus: *Quasi jæpe ei, ut morituro, planctu crepuerit familia.* Taubm. ad Plauti Epid. 5, 2, 1 a lucerna vel candela, quæ ultimum exspirans crepitum edere solet, dici existimat, idque proprie *decrepare* esse. Adde Gataker. in Cinno 2, 14, qui Taubmanni sententiam pluribus illustrat. Eugraphio videtur ita dici senex, quod vix loqui possit amplius, & tantummodo fictis vocibus loquatur, ut quasi quoddam crepitaculum. Lege de Kirchmann. de Fun. Rom. 1, 12.

¶ Discrepo, *āre*, dissonare, wider einander klingen. Cic. Off. 1, 40 *Vt in fidibus, aut in tibiis, quamvis paullum discrepent, tamen id a sciente animadverti solet.* ¶ 2. Dissentire, discordare, per metaphoram, unterschieden seyn, mißhellig seyn. Plancus Ciceroni fam. 10, 4 *Neque, si facultas tui præsentis esset, unquam a consiliis tuis discreparem.* Et Cic. Att. 2, 1 *Id a tuis literis, quas ad me accessit tuo miseras, discrepabat*, es kam nicht überein. Idem de Fin. 2, 30 *Facta ejus cum dictis discrepant.* Conf. Menckenii Observ. 4. Idem de Invent. 2, 49 pr. *Cum inter se duæ videntur leges, aut plures discrepare.* Verbum *discrepare* non raro neutraliter a Livio usurpari, ut 24, 61 *Discrepat inter auctores*, idem Menckenius observat.

¶ Discrĕpans, *tis*, unterschieden, mißhellig. Cic. Leg. 1, 10 *Oratio verbis discrepans, sententiis congruens.* Id. Tusc. 4, 28 *De rebus discrepantes philosophi.* Superl. Solin. c. 52 Salmas. (al. 65) de India: *In quantum mores populorum dissonant, habitus quoque discrepantissimus est.*

¶ Discrĕpantia, *æ*, f. dissonantia, dissensus, der unterschied, mißhelligkeit, zwiespalt. Cic. Top. c. 25 *Discrepantia scripti & voluntatis.* Idem de Fin. 3, 12 *Mihi nihil tam perspicuum, quam majorem multo habere Stoicos & Peripateticos rerum ommino discrepantiam, quam verborum.*

¶ Discrepatio, *ōnis*, f. idem; apud Tertull. adv. Marc. 5, 10, ut Froben. & Pamel. legunt, id quod in Annotationibus Fr. Iunius contra Rhenani conjecturam, *disceptationem*, (ut Rigaltius etiam expressit) non incrudite tuetur. Sed & apud Livium 10, 18 *Ea ipsa inter consules discrepatio fuit.*

¶ Discrepator, *ōris*, m. discrepans. ICt. in Dig.

¶ Discrĕpito, *are*, frequent. ungleich seyn. Lucret. 2, 1017 *Positura discrepitant res.*

¶ Discrepitans, *tis.* Lucret. 3, 805 *Inter se disjunctum discrepitansque.*

¶ Increpo, *are*, einen knall von sich geben, laut schallen. Virg. 9 Æn. v. 504 *At tuba terribilem sonitum procul æra canoro Increpuit.* Cic. Orat. 2, 5 de ludi genere dixit: *Simul ut discus increpuit.* Calpur. ecl. 5, 56 *At simul argutæ nemus increpuere cicadæ*, h. e. fonitum per nemus dederc. vid. Heinf. ad Ovid. fast. 6, ult. qui etiam active usurpavit Heroid. 3, 115 *Threïciam digitis increpuisse lyram*, ubi est schallend machen. Cic. Cæcil. 1, 7 *Me totum esse in metu propter te unum, quicquid increpuerit: &c. ferendum non est*, wenn sich etwas reget. Ita, *suspicio increpuit*, Idem pro Muræna c. 10. Ita Liv. 3, 43 extr. *Vnde si quid increpet terroris.* Seneca Troad. 302 *Timide, cum increpuit metus.* Auctor de Causs. corr. eloq. *Sin proprium periculum increpuit* Præteritum *increpavi* occurrere in ea, quam Tullii esse contendit Sigonius, Consolatione, Menckenius in observat. Lat. L. animadvertit. ¶ 2. Transit. Liv. 6, 37 pr. *Increpare aliquid alicui*, est inclamare, einem zuruffen. Liv. 4, 50 *Quæstor saxo ictus turba excessit, insuper increpante, qui vulneraverat, habere, &c.* ¶ 3. Objurgare, reprehendere, übel aufahren, schelten, strafen; ut, *Arrogantiam, perfidiam alicujus increpare*, Suet. Calig. c. 39 *Modo avaritiæ singulos increpans:* & Galba c. 15 *Iniquæ sævitiæ populum increpuit. Increpare in aliquem*, Liv. 1, 50 & Sallust. de ordinanda Rep. c. 3. ¶ 4. Neque vero *increpare quem*, de verbis tantum, quamquam ut plurimum, dicitur, sed & de facto. Tibull. 1, 1, 11 *Nec tamen interdum pudeat, tenuisse bidentem, Aut stimulo tardos increpuisse boves.* In quo *increpare*, ferire, pulsare, percutere est. Ovid. 3 Amor. 15, 17 *Corniger increpuit thyrso graviore Lyæus.* Horat. 4 od. 15 pr. *Phœbus volentem prælia me loqui Victas & urbes, increpuit lyra.* Similiter *quem flagro admonere; ferulis objurgare*, boniauctores dixerunt, ut suis locis ostenditur. Flor. 1, 1, 8 *Ad tutelam novæ urbis sufficere vallum videbatur: cujus dum irridet angustias Remus, idque increpat saltu, dubium an jussu fratris occisus est.*

¶ Increpĭtus, *a, um*, der einen verweis bekommen, gescholten. Liv. 23, 26 *Præfecti post classem per pavorem desertam graviter increpiti*, hoc est, objurgati. Suet. Calig. c. 44 *Cæterorum increpita cupiditate.* Vellej. 2, 55, 3 *Increpita fortuna.*

¶ Increpatus, *a, um*, alia forma participium. Prudent. Cathem. 7, 195 *Increpata fraude.* Et Iustin. 11, 3, 5 *Legatis increpatis:* quamquam & Iunta ibi *increpitis.*

¶ Increpitus, *ūs*, m. subst. objurgatio, das schelten. Apul. de Deo Socr. p. 52 *Increpitu indignatus.*

¶ Increpĭtio, *ōnis*, f. idem. Vet. Gloss *Increpatio*, ἐπιτίμησις, ἐπιψόγησις. Tertull. adv. Marc. 4, 7 *Veri similiorem statum non habet increpatio*, & ibid. c. 23; & 5 c. 20, &c.

¶ Increpator, *ōris*, m. in eisdem Gloss. vertitur ἐπιτιμητὴς.

¶ Increpatōrius, *a, um*, scheltend. Sidon. 9 epist. 7 *Nostra judicia nil mordax, nihil quoque minantur increpatorium.*

¶ Increpative, adverb. idem. Sidon. 6 ep. 9 *Non increpative, sed consolatorie aliquem compellare.*

¶ Increpito, *are*, iisdem modis, quibus *Increpare*, accipitur. Cæs. Gall. 2, 15 *Increpitare atque accusare*; & c. 30 *irridere ex more, atque increpitare vocibus, &c.* lose worte geben. conf. Virg. Æn. 3, 454, &c. Cum genitivo rei Sil. Ital. 8, 265 *Fabiumque moræ increpitare professus.*

¶ Increpitans, *tis*, Virg. Georg. 4, 138; & Æn. 1, 742.

¶ Percrepo, *are*, erschallen. Cic. Verr. 7, 13 *Lucus ille litoris percrepat totus mulierum vocibus.*

¶ Recrĕpo, *are*, wiederschallen. Catull. Carm. 64, 29 *Leve tympanum remugit, cava cymbala recrepant.*

CRĔPVNDIA, *orum*, n. iudicra sive παίγνια, nec non ornamenta infantum, klappermerck, spielzeug, kinderspiel. Item, quæ Græcis λειψανα & γνωρίσματα appellabantur: *monumenta* Latinis

tinis & *signa*: hoc est,' literæ, annuli, atque aliæ res, quæ cum infantibus exponi solebant, unde agnosci olim possent. Vide Petr. Victorium Var. Lect. 2; Casaub. ad Theophrasti characteres περὶ ἀρχαικῆς; Lindebrogium ad Ter. Eun. 4, 5, 16. Plaut. Rud. 4, 4, 125 *Sunt crepundia, ensiculus aureolus, securicula aurea, sicula argentea, & duæ connexæ manicolæ, & sucula, & porculi, & bulla aurea* Val. Max. 6, 9 ext. 7 *Caducu hæc & fragilia puerilibusque consentanea crepundiis.* Plin. 11, 51 pro cunabulis aut simili infantili apparatu posuisse videtur: *Semestris*, inquit, *locutus est Cræsi filius in crepundiis.* conf. Prudent. Apoth. v. 711.

CRĔPVSCŬLVM, *i*, n. diluculum, die demmerung. Cum illucere incipit, &, ut Apulejus loquitur, *nox it in diem.* Sic appellatum, quod neque veræ tenebræ amplius sint, & tamen adhuc incerta lux ac dubia veluti. Ovid. 1 Am. 5, 5 *Qualia subluent fugiente crepusculu Phœbo: Aut ubi nox abiit, nec tamen orta dies.* Id. Fast. 4, 734; & 5, 455 *Prima crepusculu. Creperum* enim dubium est, ut Festus interpretatur. Serv. in Æn. Virg. 2, 268, de CREPVSCVLO, *quod est dubia lux, quæritur: Et licet utrique tempori* (matutino juxta ac vespertino) *jungi possit, usus tamen, ut matutino jungamus, obtinuit. Licet Lucanus dixerit: Longa repercussu nituere crepuscula Phœbo.* Contra Varro de L. L. 5, 2 *Crepusculum* de vespertino tempore interpretatur, & ita appellatum tradit, *quod dies etiamnum sit, an jam nox, multis dubium.* Nec aliter Censorinus de die Natali c. ult. quo noctis & diei partes exponit; ubi post *vesperum* collocat *crepusculum*, tum illud tempus, quod *luminibus accensis*, vel *prima face* dicebatur. Vet. Gloss. *Crepusculum ἡ ἑσπερινὴ ὥρα.* Item, *ἑσπέρα, sera vespera, crepusculum.* Nec aliter usus Ovidius laudato loco. Et Plin. 13, 25 *Quo die incipiunt apparere vel desinunt, oriente sole aut occidente, matutini vespertinive cognominati, prout alterutri eorum mane vel crepusculo contingit.* Apul. 2 Milet. *Cum ecce crepusculum, & nox provecta, & nox altior, & deinde concubia altior, & jam nox intempesta.* Sed tamen aliæ Glossæ cum Servio conspirant, *Crepusculum* interpretantes ὄψιος ὑπερα. Res eo redit, ut dicamus, aliud esse crepusculum matutinum, aliud vespertinum, illudque etiam diluculum vel auroram, hoc occasum & vesperam appellari.

¶ Crepusculasco, *ĕre.* Sidon. 8 epist. 3 *Hora crepusculascens*, die abend stunde.

¶ Crepusci, olim nominati, *qui tempore crepusculi nati erant*, Varro de L. L. 5, 2.

¶ Crespulus, *a, um*, demmericht. Gloss. gr. lat. *ὀρθρινὸς, matutinus, crespulus.*

CRESCO, *crēvi, crētum, crescĕre*, wachsen, zunehmen, steigen, sich bessern, überhand nehmen. Ovid. 1 Fast. v. 211 *Creverunt & opes, & opum furiosa cupido*, &c. Iuvenal. sat. 14, 138 *Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.* Horat. 3 od. 16, 17 *Crescentem sequitur cura pecuniam, Majorumque fames.* Sic & *Crescit animus*, Cic. pro Lege Man. c. 15. Liv. 28, 19, ubi plura exempla Drakenb. congestit. *Crescit mihi materies scribendi*, Cic. Att. 2, 12. *Hæc villa inter manus meas crevit*, Sen. epist. 12. *Crescit labor*, Sil. 3, 529. ¶ 2. Eleganter & de iis dicitur, qui aut eruditionis copia, aut dignitate augentur, aut opibus, & ita ad ampliorem statum adspirant: Virg. ecl. 7, 25 *Crescentem ornate poëtam.* Ter. prologo Heaut. v. 28 *Date crescendi copiam.* Nepos 25, 21 pr. *Cum ad extremam senectutem non minus dignitate, quam gratia fortunaque creviss.* ¶ 3. *Crescere ex mœrore alicujus*, eleganter dicitur Ovidio, pro, fructum & gaudia ex alicujus mœrore capere: Heroid. 15, 117 *E nostro crescit mœrore Charaxus.* vid. omn. Heins. Sic & *Crescere ex aliquo*, est, alicujus detrimento ditiorem, potentiorem, & celebriorem reddi, Cic. pro R. Amer. c. 30 pr. *Accusarem alios potius, ex quibus possem crescere.* Talia attulit Burm. ad Ovid. Her. 1. c. ¶ 4. *Cresse* pro *crevisse* dixit Lucretius 2, 684.

¶ Crescens, ut, *Crescenti segetes in herba*, Ovid. Met. 8, 290. *Crescentes abscidit annos*, Id. 10, 24. *Medici ex quibusdam rebus & advenientes & crescentes morbos intelligunt*, Cic. Divin. 2, 69. v. plura in *Cresco.*

¶ Crescentia, *æ*, f. das zunehmen. Vitruv. 9, 9 *Horarum brevitates aut crescentias cuneorum adjectus aut exemtus perficere cogit:* puta in horologio. Vox aliquoties ibi repetitur.

¶ Crētus, *a, um*, creatus, propagatus, gezeugt, gewachsen. Virg. Æn. 2, 74 *Quo sanguine cretus?* Et 4, 191 *Trojano a sanguine cretus.* Lucret. 5, 6 *Mortali corpore cretus*, ein menschen-kind. Idem mox v. 60 *Animi natura creta.*

Cretio, & Cretura, vide supra in *Cerno.*

¶ Crēmen, *ĭnis*, n. der aufwachs, occurrit in Fragm. Poët.

¶ Cremencum, *i*, n. idem, pro quo usitatius *Incrementum* dicitur. Vet. Gloss. *Cremenca, ἀυξήσεις.* Usus est Varro apud Nonium 2, 767 *Cremento corpora fierent majora.* Tertull. Res. carn 58 *Virgulum & capillorum facilia cremenca.* Arator in Act. 2 *Fœcundi cremenca maii.*

Composita:

¶ Accrescо, & Adcrescо, *ĕre*, zunehmen, zuwachsen. Cic. de Invent. 2, 31 *Flumen subito accrevit.* Tac. Ann. 1, 19 pr. *Cespes jam pedibus usque accreverat*, de exstructione valli aut scripticii munimenti. *Per amicitiam ero, quæ incepta a puero cum ætate accrevit simul*, Ter. Andr. 3, 3, 7. *Vana fides accrescit*, Liv. 1, 54. Et, *Veteribus negotiis nova accrescunt*, Plin. 2 epist. 8. Sallust. Or. in Cic. c. 2 *Redde rationem, quid tibi litibus accreverit.*

¶ Accrētio, *ōnis*, f. incrementum. Cic. Tusc. 2, 27 *Accretio Lunæ & diminutio*, das zu- und abnehmen des monds.

¶ Accrementum, *i*, n. idem; Vulgatum ex Plin. 9, 2; sed Harduinus ex MSS. legit *nutrimentum.*

¶ Inaccrescо, *ĕre*, idem quod *Accrescere.* Tertull. adv. Gnost. c. 1 *Naufea nominis inaccrescit.* Rigaltius legit *inacrescit.*

¶ Concrescо, *ĕre*, zusammen wachsen, bauen gerinnen. *Mare concrescit glacie*, Ovid. 3 Trist. 12, 29. *Aqua concrescit nive pruinaque*, Cic. N. Deor. 2, 10. Et, *Cinis in foco concrescit*, Plin. 18 c. ult.

¶ Concrētus, *a, um*, zusammen gewachsen. Liv. 21, 36 extr. *Hererent indurata & adhæ concreta glacie.* Plin. 30, 13 *Sanguis concretus*, geronnen blut. Tac. de Germ. 23, 2 & Virg. 3 Georg. v. 463 *Lac concretum*, quarck. Paulinus Carm. 6, 310 *Qui sentosarum purgans concreta viarum.* Cic. Tusc. 1, 27 pr. *Nihil est in animo concretum, atque coagmentatum, aut quod ex terra natum atque fictum esse videatur.* Compar. Lucret. 4, 1217 *Semen concretius æquo.* ¶ 2. Quintil. decl. 8, 8 p. 173 *Diutino squalore concreta facies.* v. Burm.

¶ Concretum, *i*, n. subst. der zusatz, die einmischung. Cic. Nat. D. 1, 27 *Species Deorum, quæ nihil concreti habeat.* ¶ 2. Philosophis *Concretum* est, quod concretæ in Subjecto; ut, *Album, Niger*: ubi contra *Abstractum*, quod abstrahit a Subjecto: ut, *Albedo, Nigredo.*

¶ Concretus, *us*, m idem. Plin. 12, 16 *In concretu elaborantis fuci.*

¶ Conerētio, *ōnis*, f. die zusammenwachsung, verenbarung. Tertull. de Anima c. 52 *Concretio spiritum substantiarum*, i. e. animæ & corporis. Lactant. 1, 5 *Mens segregata ab omni concretione mortali*, quæ verba ex Cic. Tusc. 1, 27 hausit: qui & N. Deor. 1, 25 extr. *Corporum concretionem* dixit.

¶ Concrēmentum, *i*, n. idem. Apul. Apol. *Concrementa variis fellis.*

¶ Concrescentia, *æ*, f. idem. Vitruv. 8, 3 *Ex aquarum subsidentia in corporibus & concrescentia.*

¶ Concretivus, *a, um*, esse dicitur apud Firmicum.

¶ Dēcrescо, *ĕre*, abnehmen; ut *Morbus, febris decrescit*, Celsus 3, 6 & 20. *Decrevit metus*, Sil. 7, 82. Elegantter Statius 2 Silv. 1, 127 de celeri incremento, *Vise puero decrescere vestes.*

¶ Decrescens, *tis*; ut, *Tunica decrescentia*, Horat. 4 od. 7, 3. *Luna decrescens*, Plin. 27, 9. *Decrescente die*, Id. 2, 8.

¶ Decrētus, *a, um*, abgenommen; ut, *Nodis denique decretum & auctum*, quod ex Livio, vel potius Lævio notat Vossius de Analog. 4 p. 200, & addit, quod nec idem refugisset, *luna decrevit*, vel *ossibus decretis.*

¶ Decrementum, *i*, n. das abnehmen; item, schade, abbruch. Gell. 3, 10 *Quasi jam modo senescente, verum atque humanis decrementa sunt.* Apul. de Mundo p. 247 *Manifestis cursibus luna decrementa deprehendantur.* Adde Mer. lib. 11; & Tertull. de Anima c. 25.

¶ Decrescentia, *æ*, f. idem: ut, *Decrescentia lunæ*, Vitruv. 9, 4.

¶ Excrescо, *ĕre*, in die höhe wachsen, überhand nehmen. *Cornua ad semipedem* (lactucæ) *excreverint*, Plin. 19, 8. *Carnes excrescentes*, Idem 32, 7 extr. *Luxus in dies excrescit*, Idem 37, 2. Lucan. 4, 11 *Lenique excrevit in altum Pompæ fides tumulo.*

¶ Excrētus, *a, um*, aufgewachsen. Virg. 3 Georg. v. 397 *Excretos hædos a matribus prohibere*, i. e. adultiores, maturiores.

¶ Excrescentia, *æ*, f. das aufwachsen; ut, *Virorum excrescentia*, Plin. 34, 18; nisi potius nomen adject. plurale est, ut lac. Facciolatus monuit.

¶ Increscо, *ĕre*, sehr zunehmen, steigen. Cels. 2, 7 *Febris interdiu levior est; nocte increscit.* Suet. de Gramm. c. 3 *Magis ac magis & gratia & cura artis increvit.* conf. Virg. Æn. 3, 46.

¶ Increscens, *tis.* Cels. 2, 14 *Morbi increscentes; febris increscens.* Liv. 10, 5 *Increscens certamen.* Idem 1, 33 *Carcer ad terrorem increscentis audaciæ, media urbe, imminens foro, ædificatur.*

¶ Incrēmentum, *i*, n. augmentum, vermehrung, wachsthum, gedeyen. *Incrementum afferre*, Cic. Fin. 2, 2, 27. *Incrementum alicui rei dare*, Quintil. 3, 2. *Capere incrementum*, sich bessern, zunehmen, Colum. 2, 10. ¶ 2. Semen quoque, unde fit incrementum, significat, Virg. ecl. 4, 49 *Magnum Jovis incrementum.* Ovid. Met. 3, 103 *Jubet supponere terræ Viperæos dentes, populi incrementa futuri*

¶ Incrementulum, *i*, n. diminut. ein kleiner zuwachs. Apul. Met. lib. 5 p. 104 *Incrementulum uteri.*

¶ Incremento, *are*, i. e. incrementum dare, gedeyen geben. Augustinus: *Dominus incrementat.*

¶ Adincrescо, *ĕre*, groß werden. Vulg. Interp. Sirac. 23, 3 *Ne adincrescant ignorantiæ meæ.*

¶ Superincrescо, *ĕre*, drüber wachsen. Celsus 8, 10 fin. *Superincrevit nimius callus.*

¶ Percrescо, *ĕre*, einher wachsen. Quintil. 7, 1 *Percrescere & ad potentissima pervenire.*

¶ Prōcrescо, *ĕre*, herfür wachsen. Lucret. 2, 546 *Procrescere alique.* Et mox v. 566 *Et res progigni, & genitas procrescere posse.* Adde eundem 6, 664.

¶ Recrescо, *ĕre*, wieder wachsen. Liv. 26, 41 extr. *Favete milites nomini Scipionum, velut accisis recrescenti stirpibus.* Ovid. 2 Heroid. v. 5 *Luna quatuor latuit, toto quater orbe recrevit.*

¶ Recrētus, *a, um*, wieder gewachsen. Paulinus Iambo ad Cytherium v. 562 de Samsone: *Licet ille fortis postea receperit robur, recretis crinibus.*

¶ Recrēmentum, *i*, n. purgamentum, sordes, spreu, schlacken, unflat. Plin. 18, 16 *Recrementa farris.* Gell. 17, 11 *Aridiora recrementa in alvum convenire: humidiora per renes in vesicam.*

¶ Sucrescо, *ĕre*, mit unterwachsen, mit zuwachsen. Proprie Col. 4, 14 *Frequenter solum exercendum est, nec patiantur herbam succrescere.* Tralate Plaut. Trin. 1, 1, 8 *Mores mali, quasi mala fruges, succreverunt uberrime.* Liv. 10, 13 *Gloriæ seniorum succrevissi.*

¶ Supercrescо, *ĕre*, drüber wachsen. Celsus 5, 28, 2 de carcinomate: *Si id nimium supercrevit.* Et c. 22 pr. *Ad carnem supercrescentem exedendam*, das wilde fleisch wegzubeißen.

Cressa, vide mox in *Creta.*

CRĒTA, *æ*, f. insula in mediterraneo mari, nunc *Candia* dicta a montibus ejus occiduis, qui λευκοὶ, hoc est, *candidi* dicuntur, Strabone teste. Olim vocabatur ἑκατόμπολις. Virgil. 3 Æn. v. 104 *Creta Jovis magni medio jacet insula Ponto; mons Idæus ubi & gentis incunabula nostræ*, &c. v. If. Voss. ad Catull. p. 207. Insula fertilissima nobilissimi est vini, quod *Creticum* dicitur, malvasier. *Nobilem insulam* vocat Florus 3, 7, 1, quod Iupiter ibi natus crederetur. Hinc

¶ Cres, *Crētis*, plur. Crētes; ut, *Ispiomides Cres*, hoc est, Cretensis, Cic. de Divin. 1, 18.

¶ Cressa, *æ*, f. *Puella Cressa*, Ovid. Heroid. 2, 76. *Nota Cressa*, Hor. 1, 36, 10, est vinum Creticum, præstantissimum, quod ostendit Hard. ad Plin. 7, 10, f. 41 no. 116. Vitterminia scilicet, Horatio etiam, *notæ* significatio de vino ubi agitur, & notæ bonitatis vinum

Creticum. Ante hoc vulgo trahebant ad morem Thracum, de quibus Plin. l. c. *quæ gens calculos calore distinctos pro experimento cujusque diei in urnam condit, ac supremo die separatos dinumerat* &c. Itaque erant etiam, qui *Thressam* notam darent Horatio, cum viderent a creta, argilla, vix derivari posse adjectivum *cressus*. *Cressa* igitur est fœminimum a masculino *Cres*. De ipso ceteroquin more, qui alioquin certus est candido calculo notandi dies felices, dubium nullum est. Considera tamen notam Bentleii & vid. *Calculus* n. 6.

¶ Cressius, *a, um*, aus Candien. Creticus, Virg. 4 Æn. v. 70 *Quam procul incautam nemora inter Cressa fixit &c.*

¶ Crētæus, *a, um*, idem; ut, *Cretæa navis*, Propert. 3, 19, 25. Et, *Cretæa juga*, Avien. Periegef. v. 162.

¶ Cretis, *idis*, f. gentile; ut, *Nymphæ Cretides*, quæ Cretam incolunt, Ovid. 3 Fast. v. 444.

¶ Crētensis, *e*, aliud adj. Κρὴς, κρητῶος. *Cretiza cum Cretensi*; πρὸς Κρῆτα κρητίζων, hoc est, *adversus mendacem mendaciis utitur*, fumum a Cretensium vanitate, de qua Epimenidis testatur a Paulo citatus versiculus: Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί; *Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri*; quo Plutarchus quoque est usus in Lysandro p. 444. Prœtia præcinente cithara aggrediebantur, teste Gell. 1, 11, & Mart. Capell. lib. 9.

¶ Crēticus, *a, um*, idem; ut, *Mare Creticum*, Horat. 1 od. 26, 2. ¶ 2. Cognomen fuit Q. Metelli, qui insulam armis domuit; Flor. 3, 7, & Eutrop. 6, 9. ¶ 3. Pes trisyllabus est in prosodia, quem *Creticum* appellant, qui, definitore Cicerone de Orat. 3, 47 *est ex longa, & brevi, & longa: ut*, Quid petam *præstidii, aut* exlequar?

¶ Syncretismus, *i*, m. συγκρητισμὸς, Cretico proverbio dicebatur repentina concordia propter malum aliquod incidens eorum, qui hostes modo esse videbantur. Vide Chiliadas & Plutarch. de fraterno amore. Hodie vox ista ad tentatam in religionis negotio conciliationem transfertur.

CRĒTA, *æ*, f. appellativum, *terram albam* significat, kreide. Non alba tamen tantum, sed & viridis etiam & nigra est, grüne und schwarze kreide. Agricola. *Viridis* meminit Vitruvius 7, 7, & Plin. 35, 6. Idem alia aliquot genera eodem libro recenset c. 17 Var. Lect. 3, 21. *Creta notare*, Persio approbare est; contra *Carbone notare*, damnare. *Album* enim ad bonum notam pertinere, censuit Pythagoras: *atrum* ad malum. Pers. Sat. 5, 107 *Quæ si fœcunda ferent, & quæ vitanda vicissim, Illa prius creta, nox hæc carbone, notasti.* De *Cressa nota*, quam interpretantur quidam felicem & candidam, qualem *Creta* facit, diximus paulo ante. Est enim a *Cres* i. e. Cretensis.

¶ Cretula, *æ*, f. dimin. Cic. Verr. 4, 26 pr. *Cum epistola allata esset, signum iste animadvertit in cretula.* Nimirum utrebantur ea etiam ad obsignandas literas, quo in genere *Asiaticæ cretæ* meminit Cic. pro Flacco c. 16. Plinio 35, 7 pr. est coloris genus: *Ex omnibus*, inquit, *coloribus cretulam amant.*

¶ Crētāceus, *a, um*, kreidicht. Plin. 18, 9 *Siligo ponderosior cretacea*, quæ vel a colore candido ita dicta fuit, vel quod in solo nata cretoso.

¶ Crētārius, *a, um*, der mit kreide umgehet; ut, *Cretaria taberna*, Varro L. L. 7, 30.

¶ Crētātus, *a, um*, creta infectus, mit kreide geweisset; ut, *Cretatæ fasciæ*, Cic. Att. 2, 3. *Cretatus bos*, luvenal. 10, 66. *Cretata ampulla*, Pers. Sat. 5, 177. De *cretatis pedibus* mancipiorum venalium v. Broukh. ad Prop. 4, 5, 52. Locus classicus Plin. 35, 17 it. 18.

¶ Crētōsus, *a, um*, kreidicht. *Locus cretosus*, Plin. 15, 18. *Terra*, Varr. R. R. 1, 9.

¶ Cretifŏdīna, *æ*, f. ubi creta foditur, eine kreide-grube. Vlpian. l. 7 de solutio matrim. § 14, & l. 13 § 5 Dig. de usufr. & quemadm.

¶ Increto, *are*, mit kreide weiß machen. Petron. c. 102 *Incretare faciem.*

CRĒTERRA, vide supra *Craterra. Creterræ vocabulum trahitur a Cratere, quod vas est vini*, Fest.

CRETHMVS, *i*, m. κρῆθμος, herba, in officinis *Creta marina*. vid. Dioic. 2, 157; Plin. 25, 13; 26, 8 & 10; 27, 13.

CRĒTĬCA, *æ*, f. herba, hibiscus, ibisch. Plin. 25, 8; Apul. de Herb. c. 38 & 62.

Cretio, Crettura, vide in *Cerno*: Cretus in *Cresco*.

CRĔŪSA, *æ*, f. Æneæ conjux, mater Ascanii, amissa in excidio Ilii, cum Æneas fugiens efferret patrem humeris. Virg. 2 Æn. v. 651 *Nos contra effusi lacrymis, conjuxque Creüsa, &c.* ¶ 2. Fuit & *Creusa* alia, Creontis, Corinthiorum regis, filia, vide *Creon.* De hac Propert. 2, 16, 29 *Adspice, quid donis Eriphyla invenit amaris, Arserit & quantis nupta Creusa malis.* Medea enim ductæ a Iasone Creusæ indignata, seriniola ei quædam dono missit, quibus apertis, flamma protinus exiit, quæ Creusam cum tota regia combussit. Hæc est *Iphyrea flamma Creusæ* apud Ovid. A. A. 1, 335. ¶ 3. *Creusas* duas alias dabunt intt. ad Ovid. am. 3, 6, 31.

CRĪBRVM, *i*, n. ein sieb. *Cribrum farinarium*, Plin. 17, 11 sub fin. ein beutelsieb. Et *Cribrum pollinarium*, Plaut. Pœn. 3, 1, 10; *Aquam cribro haurire*, frustra laborare est. Plaut. Pseud. 1, 1, 100 *Non pluris refert, quam si imbrem in cribrum geras.* Et, *Cribrum carnificinum*, Idem Most. 1, 1, 52 de eo dixit, cujus pellis loris, flagris & virgis ita perforata est, ut cribri speciem exhibere videatur, quod servis alicujus facinoris compertis fiebat. Cic. Divin. 2, 27 *Quasi quidquam interesit, mures cribro, an scuta, corroserint.* Pers. 3, 112 *Cribro decussa farina*, ausgebeutelt mehl.

¶ Cribellum, *i*, n. diminut. Pallad. 3, 24 *Nitrum tritum cribello desuper spargat:* & 7, 11 *Cribello spisso cernere, ut grana non transeant.*

¶ Cribro, *are*, cribro incernere est, aut succernere, sieben, sichten, Plin. 25, 5. Et Colum. 12, 23 *In pulverem resolvitur atque cribratur.*

¶ Cribratus, *a, um*, gesiebt, gebeutelt; ut, *Tunsa cribrataque*, Apic. 1, 35. Sed in Hom. 11, 24 *Textiles cribratæ telæ*, das löchricht wie ein sieb.

¶ Cribello, *are*, idem quod *Cribrare*. Th. Prisc. an. 1, 17 *Crabrones convulsos terere & cribellare.*

¶ Cribellātus, *a, um*, ausgesiebt. Pallad. 1, 41 *Sevum liquefactum cribellato cinere admistum.*

¶ Cribrārius, *i*, m. ein siebmacher. Gloss. gr. lat. κοσκινοποιὸς, *Cribrarius.*

¶ Cribrārius, *a, um*, adject. quod cribro committitur, das man siebet. Plin. 17, 11 sub fin. *Farina cribraria, quæ in tertio remansit cribro angustissimo.*

¶ Decribro, *are*, conficere tanquam per cribrum, ausbeuteln, ausleeren. Plaut. Capt. 4, 4, 6 *Decribravit totum cum carne carnarium:* Ita Pareus in textum recepit pro *detur bavit*, quod retinuit Gronov. vid. Taubm. p. 296.

¶ Percribro, *are*, durchsieben, durchrädern, Scribon. Larg. compositione 87 *Contunditur crocum, percribratur, &c.*

¶ Percribratus, *a, um*, durchgesiebt. Idem Largus Compos. 269 *Res contusæ & percribratæ grandioribus foraminibus cribri.*

CRICĒTVS, *i*, m. animal parvum, in cavernis agrorum habitans, segetibus noxium, iracundum admodum, & mordax, ein hamster. Gesn. Agricolæ, ἀρκτομῦς, ab ursi in facie figura est.

CRĪCVS, *i*, m. κρίκος, gestamen brachii, quo Demosthenes, præsidio ultimorum casuum, dicitur venenum gestasse inclusum. Hinc Proverb. *Cricus Demosthenis*, i. e. res extrinsecus speciosa, sed intus servans perniciem. v. Cæl. Rhod. 5, 13.

CRĪMEN, *inis*, n. delictum, culpa, noxa, peccatum: & proprie significat id, quod per contentionem alicui objicitur, unde sæpe pro accusatione ipsa & objectione ponitur, sæpe autem utraque significatio quasi confunditur, eine beschuldigung, vorwurf; it. übelthat, sünde, schuld. Cic. Verr. 5, 18 *Cur quidquam contra leges parasti? valeret hoc crimen in illa veteri severitate* &c. vid. Burm. ad Quinctil. decl. 1 p. 9. Huc pertinet etiam illa formula, *sub crimine*, v. g. *adulterii, aliquem occidere*, de qua id. Burm. ad decl. 379 p. 776, ubi etiam quædam loca habes, in quibus pro falsa accusatione ponitur. *Dare crimini*, Cic. Verr. 5, 50, übel deuten. *In crimen vocare*, ibid. schuld geben. *Esse crimini*, zum vorwurf gereichen, Idem pro S. Rosc. c. 29; Et *Esse in crimine*, Idem Verr. 4, 45. Sic, *Venire in crimen*, Ter. Hec. 3, 1, 55, hoc est, accusationem, beschuldigt werden. Cic. pro S. Rosc. 38 *Cum Erucii crimina diluissem*, i. e. accusationem. Id. in Verr. 5, 29 *Iudicium & crimen horrere.* Id. pro R. Dejotaro c. 6 *Quam festive crimen contegitur.* vid. Menck. Obs. L. L. Drakenb. ad Liv. 6, 15. *Acerba crimina objicere*, Quintil. 6, 3. *Criminibus convinci*, Cic. Verr. 1, 9. *Repellere crimen*, Quintil. 4, 2. Ovid. A. A. 3, 454 *Decepta a multis* (puellis) *crimen amantis habent*, quidam juvenes, quos proximo versu *mala nomina* dixit, a multis puellis accusantur propter perfidiam. Auson. in Sapientibus de dicto Cleobuli v. 3 *Felix criminibus nullus erit diu*; glück haben. *Crimine quem accusare: compellare*, Nepos 1, 8, 1. *Crimen alicui movere*, Suet. Claud. c. 16. Eleganter infelices, *Deorum fortunæque crimina*, appellantur, propter quos nimir. accusatur fortuna. Lucan. 5, 59 *Fortunæ, Ptolemææ, pudor, crimenque Deorum.* Vide Barth. ad Claud. de Conf. Honorii v. 65, & ad Nemesia. Cyneg. 44. itemque Wowerium in Apul. 2 Met. ¶ 2. *Crimen* quoque poni videtur pro *reo*, in illo Maronis 2 Æn. v. 65 *Accipe nunc Danaum insidias, & crimine ab uno Disce omnes.* Sententia est: Ex uno Sinone discе, omnes Græcos esse insidiatores. vid. Voss. l. 4 Instit. Orat. p. 131. ¶ 3. *Crimen* & *crimen* miscent librarii, Burm. ad Nemesia. Cyneg. 44.

¶ Crīmĭnōsus, *a, um*, worüber man einen verklagen kan; ut, *Criminosum hoc, tibi nunquam putasti*, h. e. crimini datum iri, ut invidiosum, quod invidiam movet, Cic. Verr. 5, 18. Idem pro Ligar. c. 2 *Quod si est criminosum, necessitatis crimen est, non voluntatis.* Et pro Plancio c. 19 *Officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso.* ¶ 2. Maledicus, mordax est, lästerlich, schmähsüchtig; ut, *Iambi criminosi*, Horat. 1 od. 16 pr. *Orationibus in patres criminosis*, Liv. 8, 12. Compar. *Criminosior*, Aut. ad Herenn. 4, 40. Superlat. Suet. Cæs. c. 75 *A Cæcina criminosissimo libro laceratam existimationem suam civili animo tulit.* Et l. 4 Cod. Theod. de pœnis: *Facultas supplicandi criminosissimis patet.*

¶ Criminose, adv. ut, *Criminose dicere*, Cic. pro Rosc. c. 20 aperte calumniæ opponitur, ut significet dicere ita, ut crimen verum adesse indices suspicari possint, die klage gefährlich vorbringen. Comp. *Qui suspiciosius, aut criminosius diceret*, Cic. de Clar. Orat. c. 34 extr. Et, *Criminosissime insectatus est*, Suet. Tib. c. 53.

¶ Crīmĭnor, *ātus, sum, ari*, beschuldigen, angeben, anklagen. Ter. Eun. 5, 2, 16 *Hanc metui, ne me criminaretur tibi. Invidiose potentiam alicujus criminari*, Cic. pro Mil. c. 5. Hyginus Astron. 2, 18 *Verita, ne se ad regem criminaretur.* Passive a Cic. Or. 3 contra Rull. c. 4 usurpatur: *Sullanas res defendere criminor.* Hyg. Astron. Poët. 2, 18 *Alii ac non criminatum ab Antia dixerunt.* Conf. Prisc. L. 8.

¶ Crimino, *are*, active idem. Ennius apud Nonium 7, 16 *Non bene vult tibi, qui falso criminat apud te.* Et Plaut. Pseud. 1, 5, 78 *Herum ut servus suum criminaret apud herum.*

¶ Crimĭnātus, *a, um*, active significat. Liv. 3, 9 *Patrum superbiam ad plebem criminatus.* Vellej. 2, 74, 2 *Criminatus apud veteranos Cæsarem.* Hyginus l. c. etiam passive dixit, *non criminatum ab Antia, sed &c.*

¶ Crimĭnātio, *ōnis*, f. obtrectatio, die lästerung, schmachrede, beschuldigung; ut, *Allatas criminationes repellere*, Cic. de Amic. c. 18. conf. Curt. 3, 6, 14.

¶ Crimĭnātor, *ōris*, m. qui criminatur. Tac. Ann. 4, 1, 5 *Sui obtegens, in alios criminator.* Adde Plaut. Bacch. 4, 7 28. Lactant. 6, 4, 2.

¶ Criminatrix, *īcis*, f. Vulg. Interpr. ad Titum c. 2, 3.

¶ Crimĭnātōrius, *a, um*; apud Plautum esse ajunt.

¶ Crimĭnālis, *e*, magnum crimen intentans, leib und leben betreffend, peinlich; ut, *Accusatio criminalis*, l. 3 Cod. de Lege Aquilia: *Causa criminalis*, quæ pecuniariæ opponitur l. 15 Cod. de quæstionibus.

¶ Crimĭnāliter, adverb. idem. Vlpian. l. ult. Dig. de furtis: *Meminisse oportebit, nunc furti plerumque criminaliter agi.* Quod opponitur τῷ *agi civiliter*. Sic l. 18 Cod. de re militari § 1 *Agentibus causas tam criminaliter, quam civiliter.*

¶ Concri-

¶ Concrĭmĭnor, *ari*, idem quod *Criminari*. Plaut. Mil. 2, 2, 87 *Si conciminatus sit adversum militem vidisse &c.*

¶ Concriminatio, *onis*, f. criminatio. ICt. in Dig.

¶ Incriminatio, *onis*, f. irreprehensibilitas, die unsträflichkeit. Tertull. de Resurr. Chr. c. 29 *Persequor ad palmam incriminationis.*

CRIMESSVS, *i*, m. sive Crimissus, vel Crimisus, fluvius Siciliæ, cui verum locum restituit Cluverius Sicil. Ant. 2, 2. Adde Nepotis interpretes in 20, 2, 4 & Bochart. Canaan 1, 29.

CRIMNVM, *i*, n. κρίμνον & κρίμνος, crassior tritici & zeæ farina, ex qua puls fit, grieß, Plin. 18, 8; & Dioſc. 2, 112.

Crinalis, criniculum, &c. vide *Crinis.*

CRĪNIS, *is*, m. capillus, a discretione dicitur, h. e. ἀπὸ τῦ κρίνειν, secundum Festum, das haar. *Comere crinem*, Stat. 2 Silv. 1, 122. *Deseare crines*, Ovid. Triſt. 2, 394. *Promittere crinem*, Tac. Ann. 2, 59, 3. *Crinis intonsus*, Tibull. 1, 4, 34. *Intorti crines*, Val. Flacc. 6, 563. *Crinis niger, crinis rutilus & æri ſimilis*, vide ſuis locis. *Criſpare crinem annulatim*, in annulos ponere, item *ſubannulare*, quid ſit, & plura alia, quæ ad ſtructuram crinium pertinent, vide apud Salmaſium in Capitol. Pertin. c. 12. De cultu & luxu veterum circa crines, inprimis ξυθισμῷ τῶν τριχῶν, v. Reineſ. inſcr. 1, 89 p. 124. Interpr. ad Samon. 55. Germanarum crinem affectabant Romanæ. v. Ovid. Am. 1, 14, 45, quæ tota elegia de cura comæ muliebris & laudibus ejus agit. Add. & A. A. 3, 165. coll. 163. it. 3, 235. ¶ 2. *Crines* etiam dicuntur crinium fectæ, ſive plectæ: Græcis, πλεκταί, zöpffe. De quo Salmaſius de Cæſarie p. 570 & 572. ¶ 3. *Crinis* eleganti quoque translatione de arborum fronde foliisque dicitur. Venantius de Reſurrect. v. 21 *Tempore ſuoque hiemis foliorum crine revulſo.* Et Prudent. præfat. lib. 1 adv. Symmach. v. 71 *Ut concreta vagis vinea crinibus.* Adde, quæ plura in hanc rem Buchnerus congeſſit ad laudatam Venantii elegiam. ¶ 4. Crinem vovere *ſe non depoſituros niſi cæde hoſtium patrata*, Germanis ſolenne fuiſſe, Tacitus obſervat de Germ. 31, 1. Vide eumdem & 4 Hiſt. c. 61, & ibi Lipſium, nec non Cluverium in antiqua Germania. Solebant veteres & alias Diis vovere crinem, nec deſecare: quod *alere, paſcere Deo crinem* dicebant. Vide Cenſorinum de die natali c. 1 extr. & ibi Lindebrogium. Etiam reſectum crinem Deo alicui devovere ſolenne fuit. v. Intt. Petro. c. 107 extr. & Lucia. de Dea Syr. extr. ¶ 5. *Crinem* & *Crimen* confundunt librarii. V. *Crimen.*

¶ Crinĭculus, *i*, m. diminut. Adelhelm. de Virg. c. 24 *Raſi criniculi.*

¶ Crīnālis, *e*, ad crines pertinens, vel crines habens; ut, *Acus crinalis*, Apul. Met. lib. 8 p. 207, eine haar-nadel. *Crinales tauros* dixit Rutil. it. 1, 115, ubi Burmannus obſervat frequentem Claudiano hanc vocem eſſe. Vid. Id. ad Ovid. Met. 5, 53. *Vitta crinalis*, Ovid. Met. 9, 770 eine haar-haube. Et in Fragm. Halieut. v. 30 *Crinale corpus* dixit, i. e. crinibus obductum, ein rauher leib.

¶ Crināle, *is*, n. ſubſt. die haar-nadel; ut, *Curvum crinale*, Ovid. Met. 5, 53, quod etiam *diſcriminale* dicitur, vel *diſcerniculum.* Sed lectio non ſatis certa. Vid. Bur.

¶ Crineſco, *ere*, haaricht werden, haare bekommen. Cathol.

¶ Crinio, *ire*, feu paſſive *Crinivi*, eſt crinibus veſtiri. Stat. 4 Theb. v. 217 *Frondenti crinitur caſſis oliva.* Idem 4 Silv. 5, 10 *Crinitur arbos.* Hinc

¶ Crīnītus, *a, um*, mit haar bewachſen, haaricht. *Crinitus vertex*, Stat. 9 Theb. v. 129. *Galea crinita*, Virg. Æn. 7, 785. *Gorgonis os crinitum anguibus*, Cic. Verr. 2, 56. *Apollo crinitus*, Idem Acad. 4, 28. *Stellæ, quas Græci Cometas, noſtri crinitas* (vel ut emendate legitur, *cincinnatas*) *vocant*, ſchwantzſterne, cometen, Idem N. Deor. 2, 5. conf. Suet. Cæſ. c. 88; Aur. Vict. de Cæſ 41, 16.

¶ Crinisātus, *a, um*, ex crinibus factus vel natus, haaricht. Sidon. Carm. 22, 81 *Hic crin ſatas jungebat Pegaſus alas:* ubi Sirmondi ad hunc locum Adnotationem videas.

¶ Crīnĭger, *a, um*, der lange haar träget. Lucan. 1, 463, ubi *Caycos*, Germaniæ populos, vocat *crinigeros.*

Crinomēnon, vide *Criſis.*

CRINON, *i*, n. κρίνον, lilium rubens, eine lilie. Plin. 21, 5.

¶ Crīnīnus, *a, um*, κρίνινος, liliaceus, von lilien; ut, *Unguentum crininum*, Dioſc. 1, 53.

¶ Crinus, *a, um*, idem; ut, *Unguenta crina*, l. 21 ff. de auro, arg. &c.

CRINNVS, *i*, m. nomen ſervi apud Plaut. Trin. 4, 3, 13.

CRIŎBOLIVM, *i*, n. κριοβόλιον, genus ſacrificiorum [illegible] ictibus cæſis ita dictum, ut, *Taurobolium* a *bobus.* Inſcriptio Romanæ apud Gruter. p. 27 n. 3 TAVROBOLIVM SIVE CRIOBOLIVM FECIT. Et alia ibidem n. 4, PERCEPTO TAVROBOLIO CRIOBOLIOQVE. v. infra *Taurobolium*, & Ferrerii Muſ. lapid. p. 10. It. Reineſ. Inſcr. 1, 40 p. 76. inprimis Salm. ad Lampridii Elagab. c. 8.

CRIŎDŎCHE, *es*, f. κριοδόχη, *machina arietaria*, Vitruv. 10, 19; i. e. in quam aries ſuſcipitur. v. Baldi Lex. Vitr. p. 33.

CRIPA, *æ*, f. herba; ut, *Cripæ pampinaceæ libra*, Colum. 12, 20.

CRĪSIS, *is*, f. κρίσις, judicium, a Medicis vulgo vocatur, eventus aliquis aut phænomenon morbi, unde de futuro conjectura fieri poſſit. Seneca epiſt. 83 *Puerait nos eamdem criſin habere, quia utrique dentes cadunt.*

¶ Crinŏmĕnon, *i*, n. κρινόμενον, judicatio ſive judicii quæſtio; in quo quaſi certamen eſt controverſiæ, vulgo ſtatus controverſiæ. vid. Cic. ad Her. 1, 16; Orat. c. 36 & Top. c. 25.

¶ Crites, *æ*. m. κριτής, judex, arbiter, ein richter, ſchiedsmann. Tertull. adv. Gnoſt. c. 3 *Inſtituit ſuper illos Deus critas, quos cenſores intelligimus.*

¶ Crĭtĭcus, *a, um*, κριτικός; ut, *Critica nota*, quibus Critici utuntur. Critici judices & cenſores erant Poëmatum, Grammatici, quales fuere *Ariſtophanes* & *Ariſtarchus*, de quibus Quintil. 10, 1, qui & 1, 4 ſub initium, eorum officium deſcribit. conf. Senec. epiſt. 108, & Phil. Caroli Var. Lect. 2, 13. Nam iidem Critici, qui veterum Grammatici erant. *Literatiſſimus Criticus* vocatur Serv. Papirius Pætus Ciceroni fam. 9, 16, qui & ſeiplum ibid. 9, 10 *Criticum antiquum* nominat. Vide Wowerium de Polymath. *Dies Critici*, κρίσιμοι, quibus de morbi ratione judicium fieri poteſt, quod vel exitii vel ſalutis notæ apparent. Sunt autem dies impari numero, *tertius, quintus, ſeptimus, nonus, undecimus*; Qui vero præ cæteris maxime obſervantur, *ſeptimus & decimus quartus.* vide Gellium Noct. Att. 3, 10; Macrob. Somn. Scip. 1, 5; Galenum de diebus decretoriis & Cenſor. c. 11.

¶ Critice, *es*, ſive Critica, *æ*, f. Philologiæ pars eſt, quæ in emendatione auctorum & in judicio conſiſtit: Varro apud Diomedem lib. 2.

¶ Anacriſis, *is*, f. ἀνάκρισις, i. e. quæſtio ſeu inquiſitio, l. 6 ff. de cuſt. exhib. reor.

¶ Apocriſārius vel Apocriſiarius, *i*, m. ἀποκρισιάριος, verbum medii ævi ſignificans pontificis aut epiſcopi [illegible] epiſcopi pontificive aut epiſcopo reſpondeat Beda Hiſt. Eccl. 2, 1 *Conſtantinopolim apocriſarius ab apoſtolica ſede directus eſt.* Conſtit. Novell. 123, 21 *Reverendiſſimi apocriſiarii cujuscunque ſanctiſſimæ eccleſiæ, aut ad beatiſſimos patriarchas, aut ad metropolitas a ſuis epiſcopis ordinati & deſtinati.* ¶ 2. Aliter, & quidem in cauſſa militari, hoc verbum adhibetur Nov. 25, 1.

¶ Catacriſis, *is*, f. κατάκρισις, *decretum, ſanctio*, ein urtheil, ein entſchluß. Cic. Att. 9, 18 *Illa κατακρισις illius eſt odioſa.* Ita legit Victorius, alii κατακλίσις.

¶ Eccritus, *a, um*, ἔκκριτος, i. e. ſelectus, egregius, auserleſen. In Petronii c. 63 pro *Cacritus* habet Reineſius in Schol. ad Fragm. Trag. p. 92 & M. Nodot p. m. 320.

¶ Epicriſis, *is*, f. ἐπίκρισις, dijudicatio, die entſcheidung.

¶ Hypocriſis, *is*, f. ὑπόκρισις, alienæ perſonæ ſimulatio, die verſtellung. ¶ 2. Proprie eſt concinna vocis moderatio & geſtuum repræſentatio rebus, de quibus agitur, ad amuſſim reſpondens. Ea utramque facit paginam in oratoria, ipſo Demoſthene cenſente. Nam cum interrogaretur, quidnam eſſet in dicendo efficaciſſimum, reſpondit, ἡ ὑπόκρισις. Iterum deinde & tertio interpellatus, item dixit, pæne totum ſe illi debere confeſſus vid. Val. Max. lib. 11, 10 Quint. 2, 16 p. 92 *Æſchinem hypocriten* vocat. ¶ 3. *Hypocriſis* apud eccleſiaſticos eſt fucata pietas, cum impius ſanctitatis præ ſe fert umbram, heuchelen.

¶ Hypocrīta, *æ*, m. ὑποκρίτης, ſimulator, hiſtrio, comediant: ut in dicto Demoſthenis, ὑποκριτὰς τὰ κλίμακα τῆς φωνῆς, &c. Vide Hiſtrio, iremque Torrent. ad Horat. 1 epiſt. 18, 44; & ad Suet. Ner. c. 19. ¶ 2. Quoniam autem qui pietatem, aut probitatem, qua nihil habent minus, ſimulant, alienam revera agunt perſonam, ideo & ipſi *hypocritæ* dicuntur, heuchler, ſchein-Chriſten.

¶ Hypocrītĭcus, *a, um*, ὑποκριτικός, ſimulatus, heuchleriſch.

¶ Synerīſis, *is*, f. σύγκρισις, ſive Antithteſis, comparatio eſt rerum & perſonarum inter ſe contrariarum: ut Cic. pro Muren. c. 9 *Vigilas tu domi, ſed tuis conſultoribus reſpondeas, ille, ut eo, quo intendit, mature cum exercitu perveniat.*

Criſpatus, criſpico, &c. vide *Criſpus.*

CRISPĪNVS, *i*, f. frutex nobilis; quem *ſpinam appendicem* Plinius 24, 13 vocat: Matthiol. *Criſpinum*, ſaurach, verſch: frutex in cibaria cum acinis ſuis expetitus. Hadrian. vid. Matthiol. in Dioſcor. 1, 105. ¶ 2. Eſt & nomen proprium Romanorum. *Criſpini* centurionis meminit Tac. Hiſt. 1, 58, 5. *Criſpinum* præfectum prætoris apud Domitianum celebrat Statius in Silvis, exagitat Iuvenalis ſat. 4, &c. ¶ 3. Eſt & philoſophus Stoicus, quem paſſim pungit Horatius, v. g. 1, ſat. 1, 120.

¶ Criſpinilla, *æ*, nomen proprium Romanum, in Lap. Murat. p. 1029.

CRISPVS, *a, um*, intortus, kraus: ut, *Coma criſpa*, kraus haar, Sil. 16, 120. *Criſpiores jubæ*, Plin. 8, 16. *Criſpiſſimum folium*, Colum. 11, 3.

¶ Criſpŭlus, *a, um*, dimin. Martial. 5 epigr. 62 *Criſpulus iſte quis eſt?* Et Sen. epiſt. 66 *Comatus & criſpulus.* Et epiſt. 95 *Ne quis, cui reſtior eſt coma, criſpulis miſceatur.*

¶ Criſpĭtūdo, *inis*, f. die kräuſelung, drehung. Arnob. lib. 2 p. 73 de laſcive ſaltantibus: *Lumborum criſpitudine fluctuare.*

¶ Criſpo, *are*, kraus machen, kräuſeln. Plin. 28, 8 *Ajunt ſimi*, (de camelo) *cinere criſpari capillum cum oleo.* ¶ 2. Transfertur ad alia. Virg. Æn. 1, 317 *Bina manu lato criſpans haſtilia ferro*, ſchwingend. De quo Scaliger Poët. 4, 1 COLOREM, inquit, *in oratione per metaphoram intelliges nitorem illum verborum. Ipſi enim nitidius verbum, & quaſi coloratius* CRISPARE, *quam* QVASSARE, *ſi id apud Virgilium ſignificat.* CRISPVM *enim non eſt rectum. Quaſſatu haſta concutitur ac criſpatur.* CRISPARI *etiam dici poteſt id, quod manu colligitur. Sic enim criſpatur veſtis limbus, cum colligendo digitis corrugatur. Sic duo haſtilia veluti duæ rugæ.*

¶ Criſpans, *tis*, ad varia adhibetur; ut, *Buxus criſpans*, kraus, Plin. 16, 16. *Crepitus ædificiorum criſpans*, Id. 2, 82 de terræ motu, ein knitterndes krachen. Et Perſ. ſat. 3, 87 *Ingeminat tremulos naſo criſpante cachinnos*, mit gerümpffter naſe. Rutil. itin. 2, 13 *Adridet placidum radiis criſpantibus æquor.*

¶ Criſpātus, *a, um*, gekräuſelt. Claudian. 2 de Rapt. Proſerp. v. 110 *Denſæ criſpata cacumine buxus.*

¶ Criſpico, *are*, idem quod *criſpare*. Gell. 18, 11 *Ventus mare cæruleum criſpicans.* Plin. 16, 16 *Buxus varo criſpicans.*

¶ Criſpicāpillus, *a, um*, krauskopfficht. Gloſſ. lat. gr. *Criſpicapillus*, ἀλλοφυής.

¶ Criſpiſulcans, *tis*, hin und her fahrend; ; ut, *Criſpiſulcans flumen.* Cic. Top. c. 16 ex veteri poëta.

¶ Concriſpo, *are*, idem quod *criſpare*. Ammian. 16, 29 *Tela concriſpans*, id eſt, vibrans. Idem Vitruv. 8, 1 *Humores ſe concriſpantes.*

¶ Concriſpātus, *a, um*, aufgekräuſelt; ut, *Capillamento concriſpati cincinni*, Vitruv. 4, 1.

¶ Incriſpo, *are*, auffkräuſeln: unde

¶ Incriſpātio, *onis*, die auffkräuſelung. Auguſtin. epiſt. 112 ad Paulinam c. 22 *Ornatus capillorum incriſpationibus.*

¶ Subcriſpus, *a, um*, etwas kraus; ut, *Subcriſpus capillus*, Cic. Verr. 4, 44. *Canda ſubcriſpa*, Varro R. R. 2, 7.

CRISPVS, *i*, m. Prænomen Romanum: ut, *Criſpus Salluſtius* vide *Salluſtius.* ¶ 2. *Criſpus Paſſienus*, quo nihil te cognoviſſe ſubtilius in omnibus rebus, maxime in diſtinguendis curandisque vitiis, Seneca ſcribit præf. lib. 4 Quæſt. Nat. ¶ 3. *Vibius Criſpus* orator nobilis. vid. Burm. ad Quinct. 5, 13 p. 474.

CRISSO, *are*, meretrices dicuntur, cum agitant se, atque subsultim in coitu movent corpus. Visus hoc verbo Lucilius est apud Nonium 1, 69, itemque Priapejorum poëta, & Martial. 10 epigr. 68; Juv. 6, 322. vid. *Frictus*. Vide & Donatum ad Ter. Eun. 3, 1, 34; & Scalig. ad Priapeja; qui & Poët. 1, 18 p. 64 scribit: *Exfœdis erat μιγνυμια. Nam μιγνύειν est lumbis & femoribus fluctuare.* Crissare *Latini dicunt.*

¶ Crissans, *tis.* Iuvenal. 6, 322 *Medullina frictus crissantis.*

CRISTA, *æ*, f. λόφος, ein federbuſch. *Cristæ galeæ.* Virg. Æn. 7, 185 *Crista capitum.* Id. 7, 779 *Geminæ flant vertice cristæ.* ¶ 2. In avibus quod capiti supereminet, der kamm, oder buſch auf dem kopff. Plin. 10, 29 *Upupa cristâ visenda plicatili.* Hinc *Cristas tollere*, proverbialis est locutio, pro ferocire ac animo sibi placere, animo effetri, ſich brüſten, ſtoltziren. Iuvenal. 4, 69 *Suggebant illi cristæ*, er ließ ſich etwas dünckẽ. *Cristas* Germani, Gallique, in galeis gestabant, ut terribiliores essent hostibus. v. Cluver. Germ Antiqu. 1, 44. Casaub. ad Suet. Cæs. c. 24. ¶ 3. Iuv. 6, 421 κλητωρίδα significare videtur.

¶ Cristula, *æ*, f. dimin. Colum. 8, 2.

¶ Cristātus, *a, um*, mit einem kamm oder federbuſch; ut, *Cristatus Achilles*, Virg. Æn. 1, 471. *Galea cristata*, Liv. 9, 40. Et Sil. 1, 401 *Cristatæ cassidis æra.* Sic *Aves lucis cristatæ*, Martial. 14 epigr. ext. i. e. galli gallinacei. *Angues cristati*, Sen. Herc. Fur. v. 216.

CRITHAMVS, *i*, m. & Crithmum, *i*, n. κρίθμον, creta marina, baccula, meer-fenchel, planta.

CRITHE, *es*, f. κρίθη, hordeum, ein gerſten-korn am auge; h. e. tuberculum, quod in palpebris in loco pilorum nascitur, Gell. 7, 7, 2.

¶ Crithologia, *æ*, f. κριθολογία, cura hordei & frumenti colligendi. Theod. Cod. lib. 14 tit. 25 *Crithologiæ & Zygostasii manus.*

¶ Crithológi, *ōrum*, m. pl. præfecti colligendis sacrificiorum primitiis, in quibus plurimus erat hordei usus, quod *Crithen* vocant; Rhodig. 12, 1.

CRITIAS, *æ*, m. unus e triginta tyrannis Athenis; Nepos 8, 2, 7. Critice, criticus, vide *Crisis.*

CRÝTO, *ōnis*, m. Atheniensis, Socratis familiaris. ¶ 2. Alius historicus, scripsit res Persicas & Macedonicas: Suidas.

CRITOBŬLVS, *i*, m. medicus, cujus magna fama est, *extracta Philippi ferè jaculo jacitta, & circa deformitatem oris curata orbitate luminis*, Plin. 7, 37. Is est, qui & Alexandro vulnerato spiculum evulsit feliciter, *Critobolus* dictus Curtio 9, 5.

CRITOLĂVS, *i*, m. Athenienſis, nobilis Peripateticus, cujus meminit Cic. Tusc. 1, 17 *Quo loco*, inquit, *quæro, quem vim habeat libra illa Critolai, qui, cum duabus trutinam lancem animi imposuit, in alteram corporis: & æterna, tantam propendere illam boni lancem putet, ut terram & maria deprimat.* Hujus Critolai rationes, quibus æternitatem mundi conatus adstruere, recenset Philo περὶ ἀφθαρσίας κόσμου, i. e. *demundi compage incorruptibili.* ¶ 2. *Critolaus* alter Achæorum dux Corinthum evertit, Cic. N. D. 3, 38. ¶ 3. *Critolaus Tegeates*, Rheximachi fil. qui apud Græcos contra tergeminos Phenecatas eadem & conditione & fortuna pugnavit, qua apud Romanos Horatius. Nam is quoque Demodicam sororem interemit, quod sponsum occisum lugeret: Auctor Demaratus in Arcadicis apud Plutarchum in Parallelorum libello.

CRÓBYLVS, *i*, m. κρώβυλος, aureus vel argenteus corymbus, ex capillis dependens, idque proprie in viris: sive crinium plexus in acutum desinens, ein haarſchmuck, zopff in haaren. Tertull. de veland. Virg. c. 10.

CRÓCALE, *es*, f. Ismeni fluvii filia, Ovid. Met. 3, 169.

CRÓCALLIS, *is*, f. gemma est Plinio ceratum repræsentans, 37, 11. Crocatus, croceus, crocinum, crocinus, vide mox *Crocus.*

CROCIO, *crocire*, & Crocito, *crocitare*, corvorum est, ſchreyen wie ein rabe. Plaut. Aut. 4, 3, 2 *Corvus voce crocitabat sua*; al. *crocibat.*

¶ Crŏcītus, *ūs*, subſt. apud Nonium 1, 218, &

¶ Crocatio, vel si mavis, Crocitatio, *ōnis*, f. apud Festum, corvorum vox, krächtzen.

CRŌCIS, *idis*, f. κρόκις, herba, cujus tactu phalangia moriuntur, Plin. 24, 17

CRŌCODĪLVS, *i*, m. κροκόδιλος, dictus ἀπὸ τῆ θαλάττε ἕκκι κρόκου, *quod crocei reformidet nitoris*, ein crocodill. Ægypti animal est quadrupes, nascitur ex ovo magnitudine ovi anserini, & excrescit in horrendam magnitudinem. Nusquam nisi in Nilo Ægypti & Indo flumine, (unde appellatur India,) Crocodilos nasci, Philostratus auctor est de vita Apollonii 6, 1. *Crocodili lacrymæ* de iis dicuntur, qui simulant, se graviter eorum dolore vicem, quibus tamen ipsi perniciem & interitum machinantur; sumta figura ex eo, quod Crocodilus, homine conspecto, lacrymas emittit prius, mox tamen eumdem devorat. Asterius apud Photium Cod. 271 de Crocodilis ferri scribit, eos capita hominum, quos devorarunt, deflere, & mortuorum deplorare reliquias, non facti pœnitentia adductos, sed dolentes, ut ipsi videtur, ipsum caput carne carere, quam devorent. Apul. Apologia: *Belua inermis: Crocodilus ille, qui in Nilo gignitur: ea quoque, ut comperior, purgandæ illi dentium vinuxio hiatui præbet. Nam quod est ore amplo, fedelingui, & plerumque in aqua recluso, multa arundine dentibus implectuntur. Eas illi, cum egressus in proripia fluminis hiavit, una ex quibus, fluctibus amica avis, tepido vestro sine noxæ periculo exscalpit.* Multa de hoc animali, in nummis utpote frequenter obvio Spanh. diſſ. 4 p. 175 sq. *Crocodili flexcus* lucandæ nigræ faciei adhibitum dicit ex Hor. epod. 12, 11. it. Ovid. A. A. 3, 270. Phædrus fab. 25, 4 primam prodixit cognitionem elementi. Nisi ibi *Crocodilis* scribendum. ¶ 2. *Crocodilus terrestris* quibusdam dictus est *scincus*, Plinio teste 28, 8 f. 30. Lacerte genus Græcis esse κροκόδειλον, a cujus illi forma Ægyptium animal dixerint, auctor est Herodotus Eut. c. 69. Vid. Salmas. Exerc. Plin. p. 613, a.

¶ Crocodilĭca, *æ*, anim. f. similis crocodilo, Plin. 28, 8.

¶ Crocodilīnus, *a, um*, adject. ut, *Ambiguitates Crocodilinæ.* Quintil. 1, 10 vid Interpretes p. 102 Burm. Breviter Angelus Politianus miscell. c. 55 ex Aphthonio argumentum & formam Crocodilini syllogismi profert: *Crocodilus redditurum se promittit matri infantem raptum, si verum dixerit: illa, non reddes, inquit.*

Crocomagma, Crocōta, vide *Crocus.*

CRŌCŌTTA, *æ*, f. vel Crocuta, quod & Corocotta dicitur, onstrosum Æthiopiæ animal, ex leone & hyæna genitum, quod sermones hominum imitetur, de quo Plinius 8, 21 & 30; item Ælian. Hist. Animal. 7, 22, & Capitolin. Pio c. 10.

CROCVFANTIA, *ōrum*, n. pl. in ornamentis muliebribus ponuntur l. 25 Dig. de aur. arg. mund. § 10. Gloss. Vet. Philoxeni, κροκύφαντος, *reticulus.* Atqui dicta lege conjunguntur *reticula, crocufantia.*

CRŌCVS, & Crocum, *i*, n. κρόκος, κρόκον, ſafran. *Crocum* in neutro proprie, in masculino poëtice dici, auctor Lactatius Placidius est Statii scholiastes. v. Arnob. L. 1 p. 36 ed. Mair. Prima nobilitas Cilicio est, quod in monte Coryco nascitur, Plin. 21, 6; Isidor. 14, 3. Hinc *Cilicum flores*, pro *Croco Corycio* Statius dixit Epicedio in Glauciam 2 Silv. 1, 160. Vbi nota luxum in funeribus, qui croco etiam rogum respersere. Quamquam Theatra quoque *Croco* (id est, liquore crocino sive croco aqua diluto) sparsa, Lipsius de Amphitheatro, itemque Scaliger & Passeratius ad Propertium 3, 8, 22 observant. Redeunte ex Achaja Nerone Romam, *sparsum per vias identidem crocum* Suetonius refert Ner. c. 25. Cereri & Eumenidibus alias crocus dicatus erat: Voss. 1 Instit. Orat. p. 102. v. omnino de *croco* & luxu circa illum Spanhem. ad Callim. p. 97 sq. *Crocum silvestre*, vide *Cnicus.* ¶ 2. Plinius *Crocum* etiam luteos illos apices in medio lilio vocat 21, 5. Ad rosas quoque hoc nomen Ausonius transtulit Edyllio 14, 32 *Prodens inclusi semina densa croci.*

¶ Crŏceus, *a, um*, ſafran-; ut, *Chlamis crocea*, Virg. Æn. 11, 775; *Odor croceus*, Idem Georg. 1, 56.

¶ Crocātus, *a, um*, idem. Plin. 16, 34 *Semen crocatum.*

¶ Croceatus, *a, um*, idem. Adelhelm. de Virg. c. 3 *Croceata geniſtarum cacumina.*

¶ Crŏcĭnus, idem; ut, *Semen crocinum*, Plin. 21, 19.

¶ Crŏcĭnum, *i*, n. subſt. κρόκινον, genus unguenti ex croco, ſafran-balſam. Propert. 3, 8, 22 *Et crocino nares myrrheus ungat onyx.* Vnde & ipse Celsus 3, 19 dicit *Crocinum unguentum.*

¶ Crocĭ magma, *ătis*, n. κροκόμαγμα, genus unguenti ex croco & vino duci. Plin. 21, 20 *Vnguento crocino, quod crocomagma appellant.*

¶ Crocia, *æ*, f. gemma, a croco dicta, Plin. 37, 11.

¶ Crŏcōta, *æ*, f. κροκωτὸς, veſtimentum muliebre, colore croceo, ein gelb frauen-fleid. Cic. de aruſp. resp. c. 21 *Clodius a crocota, a mitra, a muliebribus soleis, &c. est factus repente popularis.* Virg. Cir. 251 *Puella quæ prius in tenui stetterat succincta crocota.* Apul. lib. 11 Met. *Vidi & simiam pileo textili, crocotisque phrygiis, catamiti pastoris specie, aurcum gestantem poculum.* Suidas; Κροκωτὸς, ἔνδυμα ἐγκύκλιον, veſtimentum orbiculatum est. *Mustelæ crocoton*, ſcilicet, *addere*, est honorem conferre indignis. vid. Chiliad. *Feli crocotam.* Etiam Maro, cum Æn. 9, 614 dicit: *Vobis picta croco, & splendenti murice vestis.* Veſtem intelligit, quam Græci κροκώτιον appellant, ut effœminatos & semiviros incessat Trojanos. v. Turneb. 29, 25, & 26, 29.

¶ Crŏcōtula, *æ*, f. dimin. idem. Plaut. Epid. 2, 2, 47.

¶ Crŏcōtulārius, *i*, m. crocotarum infector. Plaut. Aul. 3, 5, 44.

¶ Crocotĭlus, *a, um*, valde exilis. Plaut. apud Fest. *Crocotila crusula.* vid. *Crotilus.*

¶ Crocōtĭnum, *i*, n. *genus operis pistorii.* Festus.

¶ Epicrŏcum, *i*, n. *genus amiculi croco tinctum, tenue & pellucidum*, Fest. Hinc Næv. apud Varr. L. L. 6, 3 *Erat amictus epicroco.* conf. Nonius 4, 227; & Plaut. Perf. 1, 3, 16.

CROESVS, *i*, m. Κροῖσος, Lydorum rex opulentissimus. Cum Solonem ad se accersitum interrogasset, utrum se feliciorem cognovisset quemquam, ille post aliquot nominatos, quos beatos quoque ipse judicaret, tandem respondit: *Orex, cum hominis vita variis fortunæ vicibus assidue rotetur, nos Græci felicitatem adhuc obnoxiam vicissitudini temporis non solemus suspicere: si cui vero prosperitatem Deus honesto exitu confirmarit, hunc nuncupamus beatum. Spirantis enim adhuc, periculisque in vita expositi felicitas, sicut certantis præconium & corona, fluxa & vana est.* Hoc responsi tum quidem non admodum tulit patienter: Sed paullo post a Cyro in acie superatus, amissa urbe captivus, cum ad incendium duceretur, ascendens pyram, quam potuit altissima voce, spectantibus Cyro & cunctis, *ô Solon*, terque quaterque exclamavit. Quod cum audisset Cyrus, interrogari jussit, quis hominum deorumve esset hic, quem ultimo in supplicio tantopere efflagitasset? Qui nihil dissimulans rem ordine narravit, quibus rationibus sapientissimus ille vir eum monuisset, ut vitæ exitum metiretur; quandoquidem neminem beatum dici debere existimaret ante obitum, neque quicquam propter assiduas fortunæ vicissitudines stabile perpetuumque teneri: *Quæ cum secundis ego*, inquit, *rebus aspernarer, triste nunc omnibus spectaculum factus, sero pœnitentia afficior.* Hæc cum Cyro renunciarentur, cautior & ipse factus Crœsi periculo, ejusque fortem miseratus, non solum ab incendio eum liberavit, sed ad ultimum usque diem summo honore prosecutus est. v. Plutarch. vita Solonis, & Gell. 5, 9. Sed de servato Crœso longe aliter narrat Nic. Damascenus, non verisimiliter tamen. Vide ejus fragmenta, & Grotium ad Gallos epist. 110. Respexit huc Iuvenal. 10, 273 *Festino ad nostros, & regem transeo Ponti, Et Crœsum, quem vox justi facunda Solonis Respicere ad longæ jussit spatia ultima vitæ.* Et Ovid. Met. 3, 135 *Sed ultima semper Expectanda dies homini est: dicique beatus Ante obitum nemo supremaque funera debet.* Porro apud Xenophontem lib. 7 de Pædia Cyri Crœsus ipse post ingentem, quam filiorum suorum causa expertus fuisset, calamitatem, hoc etiam sibi ab Apolline redditum oraculum testatur: Σαυτὸν γινώσκων εὐδαίμων Κροῖσε πεφάσθαι. *Ipsum te noscens es felix, Crœse, futurus.* ¶ 2. Pro *opulentis* usurpatur: 2 Ovid. 5 Trist. 7, 42 Et Martial. 11 ep 6 *Ardua res hæc est, opibus non tradere mares: Et cum tot Crœsus diceris esse Numam.*

CROMATARICÆ, quid sibi velint, in Petronii c. 53, nondum liquet, nisi vel alio modo, vel cum M. Nodot p. 266 ita legas; *Reliqua animalia & vramuta tricas meras esse* v. Burm. p. 261

CRŌMMYON, *i*, n. κρόμμυον, cepa, die zwiebel. Dioſc. 2, 140.

CRŌMYON, *onis*, f. oppidum regionis Corinthiacæ, ubi Theſeus ſuem agros infeſtantem peremit. Ovid. Met. 7, 435 *Quodque ſuis ſecurus arat Cromyona colonus.*

CRŌNIA, *ōrum*, Κρόνια, latine *Saturnalia* dicuntur, Saturni feſta, quem κρόνον Græci dicunt, Macrob. Sat. 1, 7. Adde Reineſ. Inſcr. 14, 192.

¶ Crŏnos, *i*, m. χρόνος, qui eſt idem χρόνος, *i*. e. *Spatium temporis*. Ita *Saturnus eſt appellatus, quod ſaturetur annis* &c. vid. Cic. N.D. 2, 25; Macrob. Sat. 1, 8: Sidon. Carm. 15, 61.

CROSMIS, *is*, f. ſalvia, ſalbey. Apul. de Herb. c. 101.

CRŎTĂLUM, *i*, n. κρόταλον, æneum crepitaculum, quo utebantur mulieres Syræ, quæ *Ambubaiæ* dicebantur, eine klapper oder ſchelle, Cic. in Piſon. c. 9, & Macrob. Sat. 2, 10. Quale, & unde fuerit, unice docet Scaliger ad Copam Virgilii p. 254; item Animadverſ. in Euſeb. Chronicon p. 156. Vide & Laurent. Pignorium de Servis p. 87 ſeq. ubi & figuram exhibet optime cum verbis Apuleji, Met. 11 p. 240 Pric. a Scaligero productis, congruentem. Crepitaculum vocat Apulejus.

¶ Crotalia, *ōrum*, n. pl. margaritas colliſu ſonantes, quarum crepitu feminæ delectabantur, Plinius vocat 9, 35.

¶ Crotaliſtria, *æ*, f. quæ Crotalum puſſat, die da klappert. Propert. 4, 9, 13 *Nilotes tibicen erat, crotaliſtria Philis*: ut vere emendavit Scaliger. *Crotaliſtria Philis* dicitur, ut *Hoſpes Zacyntho*, apud Plautum Merc. 5, 2, 99, pro *Zacynthio*. Omittitur autem in talibus præpoſitio A vel Ab, ut integrum ſit; *Crotaliſtria a Philis*. Vide ſupra in *A* & *Ab*. Philæ autem inſula ad Sienen Ægypti eſt. conf. Barth. ad Stat. Silv. p. 157. Laberius apud Petronium c. 55 ciconiam avem elegantet *Crotaliſtriam* vocat, quod voce, quam edit, crotalorum crepitus imiretur. Sed apud Cæl. Rhodig. 13, 66 eſt *chorali-ſtria*, der klapperſtock.

CROTĪLUS, *a*, *um*, quaſi *curtulus*, i. e. exilis, tenuis, ſchwach; ut, *Crotila cruſcula* ex Plauto apud Feſtum vide in Taubm. Comm. Plaut. p. 1465, pro *Crocotilis*, de quibus diximus in *Crocus*. Hinc

¶ Sucerotilus vel Sucrotillus, idem; ut, *Sucerotila vocula*, Tiſinn. apud Feſtum.

CRŌTON, *ōnis*, f. ſive Crŏtōna, *æ*, Sil. 11, 17 *Patefecit amicas Alta Croton portas*. Κρότων, Italiæ civitas in ſinu Tarentino, celebris tum ingenti numero Pythagoræorum, tum multitudine præſtantium athletarum, quos inter Milo Crotoniates eminet. Iuſtin. 20, 4 *Crotoniam venit*. Et poſt paullo: *Pythagoras cum annos XX Crotonæ egiſſet*. Plin. 2, 96 § 98 *Crotone & Locris nunquam peſtilentiam fuiſſe, nec ullo motu terræ laboratum, annotatum eſt*. Hinc proverbium *Crotone ſalubrius*, Κρότωνος ὑγιάτερον de re innoxia, & μᾶλλον τ' ἄλλα παρὰ Κρότωνα τ' ἄσεα, *Nihil aliæ civitates ad Crotonem*. Vtrumque apud Strabon. L. 6 p. 262. vid. Chiliad. ¶ 2. *Crŏton*, κρότων, Dioſcoridi *ricinus* eſt, ſeu *Cici*, κίκι, planta, wunderbaum. Vide *Ricinus* infra, & Plin. 16, 23.

¶ Crŏtoniāta, *æ*, m. vel Crotoniates, civis, incola; ut, Strabo l. c. Κροτωνιάτων ὁ ἔσχατος, πρῶτος τῶν ἄλλων ἐθαύμασεν. *Qui Crotoniatorum poſtremus eſt, is reliquorum Græcorum primus eſt*. Natum adagium inde eſt, quod in uno aliquando certamine *Olympico* victores omnes *Crotoniatæ* fuerunt. Hinc & intelliges elogium Cic. de Invent. 2, 1. Conſule Eraſmi Chiliadas.

¶ Crotoniēnſis, *e*, idem qui Crotoniates, Iuſtinus 20, 4 pr.

Crucifer, crucifigo, crucio &c. vide *Crux*.

Crudelis, crudeſco, cruditas &c. vide *Crudus*.

CRŪDUS, *a*, *um*, Græce ἄπεπτον, incoctum dicitur, acerbum & recens, ungekocht; ut, *Caro cruda*, quali adhuc cruenta, roh fleiſch. Iuvenal. 1, 143 *Crudum pavonem in balnea portas*, i. e. cibum per ſe difficillimæ concoctionis, & in ſtomacho nondum digeſtum. *Cruda poma*, Cic. de Senect. c. 19 unreife äpfel. ¶ 2. *Crudum* etiam dicitur, quod nondum ex maturitate aruit, & ſole excoctum cœpit flacceſcere; ſed adhuc valde viride eſt, friſch: quemadmodum *palmitem crudum* Lucanus dixit 4, 317; Virgilius vero *crudum* & *viride* conjunxit, cum 6 Æn. v. 304 ait: *Cruda Deo viridisque ſenectus*. Quod ſuum fecit Tac. Agric. 29, 3 *Cruda & viridis ſenectus eſt*, quam *Aquile ſenectutem* Terentius Heaut. 3, 2, 10 dixit: i. e. robuſtam, validam, integris viribus &c. Sic *Crudum funus* Zeno Veronenſis dixit; quod acerbum alias, hoc eſt, immaturum vocabatur, Serm. de Iob. &c. *Cruda funera*, Stat. 9 Theb. 380 frühzeitiger tod. Sic Martial. 8 ep. 63 *Crudum viro puellam* dixit pro immatura & nondum nubili: Varro Agathone *virginem acerbam* appellat. v. Drak. ad Sil. 5, 569. ¶ 3. Et hinc pro recente *crudum* ponitur. Sic *crudum ſervitium*, Tacitus dixit Ann. 1, 8, 7; *Crudum vulnus*, eine friſche wunde. Plin. 5 epiſt. 21 extr. quo ſenſu Caſſius Parmenſis apud Suet. Aug. c. 4 ſupremo gradu *cruditſſimum piſtrinum*, id eſt, recentiſſimum dixit. ¶ 4. *Crudos* dixit Horat. 1 ſat. 5, 49 qui ἀπεπίᾳ vitio laborant, quique cibum concoquere nequeunt. Sic etiam Cicero hac voce uſus eſt de Fin. 2, 8; pro Clu 60 & paſſim, uti Menkenius Obſerv. L. L. docet. Simpliciter nonnunquam recentes a cibo, ut videtur Quinct. 11, 3 p. 1002 Bur. ¶ 5. Idem etiam eſt, quod ferus, cruentus, ut *Crudus Dionedes*, Ovid. 9, 67. *Crudus Atreus*, Id. epiſt. ex Ponto 2, 121, & alibi. Sic in marmore antiquo ap. Reineſ. 7, 32 *Crudo & truculento lethi genere*. ¶ 6. *Crudus* & *durus* miſcentur in MSS. vid. Drakenb. ad Sil. 6, 78.

¶ Crūditas, *ātis*, f. ἀπεψία, ſtomachi dicitur affectus ex difficili concoctione, ſtudioſis plerumque inimicus, die unverdauung und ſchwachheit des magens. Quod vitium plurimorum morborum causa eſt, quemadmodum Cicero dixit de Fato c. 15. *Cruditatem contrahere*, Quintil. 7, 3 ſub fin. Colum. 6, 25 *Lumbrici fere naſcuntur cruditatibus*.

¶ Crūdeſco, *crudui*, *crudeſcĕre*, zunehmen, roh oder arg oder heftiger werden. Symmach. 8 epiſt. 68 *Credo, ex vigiliis nocturnis, quarum in præſentia exiguus fuit ſenſus, noxa poſt cruduit*. Sic quoque Virg. 3 Georg. v. 504 *Sin in proceſſu cœpit crudeſcere morbus*. Transfertur & alia: Tac. Hiſt. 3, 10, 6 *Crudeſcit ſeditio*. Iuſtin. 8, 4, 4 *Crudeſcente ira*. Et Sil. 1, 432 *Fidebat magica ferrum crudeſcere lingua*, i. e. crudelius fieri, majorem nocendi vim accipere.

¶ Crudĭto, *āre*, male concoquere, vel nondum concoxiſſe, nicht verdauen. Tertull. de Ieiun c. 16 *Populus carnis aviditſſimus usque ad choleram ortygometras cruditando*.

¶ Cruditās, *ātis*, f. die unverdaulichkeit. Cæl. Aurel. Tard. 1, 2.

¶ Crudāria, *æ*, f. argenti vena in ſummo reperta, Plin. 33, 11, ein ſilbergang vom gediegenen ſilber.

¶ Crudēlis, *e*, qui crudo eſt animo & ſitit cruorem, immitis, atrox, grauſam, tyranniſch, unbarmherzig; ut, *bellum crudele*, Cic. Att. 9, 5 *Crudelior famina ipſa domina ſua*, quæ ſupplices non admittit, Propert. 1, 16. *Crudeliſſimi parricidæ*, Salluſt. Catil. c. 52.

¶ Crudele, adv. Claudia. in Eutrop. 2, 107 *Subripiſti crudele pater*: It de raptu Prof. 1, 283 & 3, 340.

¶ Crūdēlitas, *ātis*, f. die grauſamkeit. Cic. Off. 3, 11 *Hominum naturæ maxime inimica crudelitas eſt*. Et pro Flacco c. 11 *Hæc crudelitate barbarus*. Idem de Orat. 1, 52 *Quorum crudelitas noſtro ſanguine non potuit expleri*. Et Phil. 11, 3 *Ita ſuam inſatiabilem crudelitatem exercuerit non ſolum in vivo, ſed etiam in mortuo*.

¶ Crudēliter, adverb. grauſam. Cic. Catil. 1, 12 *Crudeliter & regie factum*. Curt. 10, 5, 2; *Ipſum Dariam florentiſſ. pauliſper, ut crudelius poſſit exſtingui*. Catull. 63, 23 *Capta crudelius urbe*. Cic. pro Milone c. 33 *Crudeliſſime necatus*. Cæſ. Civ. 1, 2 *Vt qui quæ acerbiſſime crudeliſſimeque dixit, ita quam maxime ab inimicis Cæſaris collaudaretur*.

¶ Percrūdus, *a*, *um*, valde crudus. Colum. 12, 10 *Pruna percruda*.

¶ Rĕcrūdeſco, *ĕre*, eſt denuo crudum fieri, h. e. irritari, exacerbari, wieder ärgerlich werden, neu werden; ut, *Hoc tam gravi vulnere etiam illa, quæ conſenuiſſe videbantur, recrudeſcunt*, Cic. fam. 4, 6. Et, *Seditio recrudeſcens*, Liv. 6, 18.

¶ Sēmicrūdus, *a*, *um*, halb roh; ut, *Semicruda exta*, Suet. Aug. c. 1. *Lupini ſemicrudi*, Colum. 6, 25. Et, *Caro ſemicruda*, Flor. 2, 18, 12. Metaphorice Sidon. epiſt. 8, 3 *Libri impoſitus ſemicrudatique*, das noch in der arbeit und unverfertiget iſt. Et Stat. 4 Silv. 9, 48 *Quid ſi cum bene mane ſemicrudos Idotam tibi dixere ſalutem*: ubi *ſemicrudus*, lemtopitus, noch nicht ausgeſchlafen. Cæterum *illotam* ſcribendum videtur pro *illatam*, quod habent editio Gevartii & Barthii, *illota ſalus* eſt ore illoto dicta.

¶ Subcrūdus, *a*, *um*, crudus aliquantulum, de braſſica Cat. R. R. 156, 2. Cæſ 2, 29 *Alvum movet braſſica, ſi ſubcruda eſt*. Et 6, 13 *Vlcus ſubcrudum incidendum*.

Cruentatus, cruento, cruentus, vide *Cruor*.

CRŬMA, *ātis*, n. κρῦμα, dictum a κρούω, h. e. feriendo vel crepando, ein klapper- oder ſpielwerck oder tand-ſpiel. Erant autem *crumata* ex teſtulis five oſſiculis, eisque utebantur mulieres Gaditanæ & Cantabræ, quemadmodum æneis illis crepitaculis Syræ. Incebantur & *Scabilli*: quæ vox hodieque durat, licet aliquantiſper depravata. Hiſpani enim & Aquitani ſimilia crepitacula *Castañetas* vocant. Vide Scaliger. ad Copam Virgilii, & paullo poſt *Cruſma*.

CRŬMENA, *æ*, f. loculus, eine taſche, ſeckel, beutel: a κρεμάω, *pendeo*, quia vel in collo vel ad femora ſuſpenſa geſtatur. Nonio 2, 76 Crumena non minus ac Bulga eſt *ſacculus ad brachium pendens*. Dicitur & *Fundus*: item *Ventriale*: Cupacius Obſervatio, 26. *Crumena deficiens*, eine ledige taſche; apud Horat. 1 epiſt. 4, 11; & Iuvenal. 11, 38 *Quis te deficiente crumena Et exſiccute gula manet exitus, aere paterno, Ac rebus menſis in ventrem?* Prov. *Cupidinum crumena porri folio vincta eſt*, vide Chiliadas.

¶ Crāmina, *æ*, f. idem loculi genus Feſto, & Plauto: e g. Aſin. 3, 3, 71 *Crumina aere plagarum* &c.

¶ Crumenārius, *i*, m. qui crumenas conficit, ein beutler, seckler.

¶ Crumenīſeca, *æ*, m. ein beutelſchneider.

CRŪOR, *ōris*, m. geronnen oder geliefert blut. Salluſt. Catil. c. 51 *Cadaveribus, cruore, atque luctu omnia complevi*. Horat. 2 od. 1, 4 *Arma nondum expiatis uncta cruoribus*. ¶ 2. *Cruor cavens* apud poëtas eſt ſpuma, e. g. Sil. 1, 424, ubi vid. Drakenb.

¶ Cruentus, *a*, *um*, blut-rünſtig, blutig, ut, *Cædes cruenta*, Sen. Herc. Fur. v. 1160. *Cadaver cruentum*, Cic. pro Mil. c. 13. *Cruenta atque luctuoſa victoria*, Salluſt. Catil. c. 58 extr. *Ira cruenta*, Horat. 2 od. 2, 11, blutgieriger zorn. Ovid. 12 Met. 592 de Achille: *Ille ferox, bellaque cruentior ipſo*. Sic, *Cruentam haſtam proponere*, mos erat apud Romanos, ſi qua civitas vi ſubacta hoſtili incurſu diripienda foret. v. Alex. ab Alex. 3, 16. Vellej. 2, 71, 2 *Non aliud bellum cruentius cæde clariſſimorum virorum fuit*. Item c. 52, 2 *Cruentiſſimus Romano nomini dies*. Lactant. de Mort. Perſecut. c. 8 *Cruentiſſimus fiſcus male partis opibus adfluebat*.

¶ Cruente, adverb. grauſam. Iuſtin. 39, 3, 8 *Soror, quæ tam cruente ſæviat*. Prudent. in Romano v. 1095 *Si cruente puniamur, vincimus*. Sen. de Benef. 5, 16 *Ceteri arma cruentius exercuerunt*. Et Vopiſc. Aureliano c. 21 *Cruentius, quæ mollius fuerant curanda, compeſcunt*. Et Oroſ. 1, 17 *Bello cruentiſſime geſto*.

¶ Cruenter, idem. Apul. Met. lib. 3 poſt pr. *Civium lanienam cruenter exercuit*.

¶ Cruento, *āre*, mit blut beflecken. Cic. Aruſp. Reſp. c. 16 *Cruentavi ſcelere*. *Cruentare manus ſanguine ſuorum*, Nepos 15, 10, 3 de iis, qui ſe miſcent bellis civilibus. Propert. 4, 9, 39 *Impoſitque natam colli, moriſque cruentat*.

¶ Cruentātus, *a*, *um*, blutig, mit blut beſprizt; ut, *Gladium cruentatum in vaginam recondidit*, Cic. de Invent. 2, 4 *Os cruentatum*, Ovid. Met. 4, 124.

¶ Cruentātio, *onis*, f. die beſprengung mit blut. Tertull. adv. Marc 4, 39 *Nemo tanta ſanguinis ſiccina unius altaris cruentatione adequat*.

¶ Cruentĭfer, *a*, *um*, idem quod *cruentus*: ut, *Cruentifera ſigna*, Tertull. in carmine de judicio Dom. c. 10.

¶ Incruentus, *a*, *um*, non cruentus, ut, *Incruenta victoria*, Salluſt. Catil. fin. *Præſtium incruentum*, Liv 2, 56. Id 8, 29 extr *Haud tamen incruento militi ſuo*.

¶ Incruente, adverb. idem. Prudent. Romano v. 1094 *Si vos ſimatis, incruente virilmus.*

¶ Incruentátus, *a, um*, non cruentatus. Foro Rom. Steph. Tacitus citatur Hiſt. 4, 37, 4, ſed meliores libri, ut Berneggeri, Ryckii, Pichonis &c. *incruenti* habent. Rectius certiusque Ovidio hæc vox vindicari poteſt Met. 12, 496 *Manet imperfoſſus ab omni Inque cruentatus Cæneus Elatcius ictu:* hoc eſt, *incruentatusque*, eleganti tmeſi.

¶ Subcruentus, *a, um*, i. e. cruentum aliquid habens admixtum, etwas blutig. Celſus 4, 18 *Deſcendunt pituitæ, mucisque ſimilia, interdum etiam leviter ſubcruenta.*

CRVPELLĀRIVS, *i*, m. ein Küraßirer, geharniſchter. Tac. Ann. 3, 43, 4 de Aeduis, *Adulantur e ſervitiis gladiaturæ deſtinati, quibus more gentico continuum ferri tegimen, crupellarios vocant, inferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles.*

CRVS, *cŕuris*, n. eſt a genibus ad inferiorem pedem usque, conſtat ex *tibiâ* & *ſurâ*, das bein. ſchienbein. *Crurum gracilitas*, Suet. Calig. c. 3. Quam equitando emendari, ibid. obſerva, & conſule ſimul Caſaubonum. Sic, *Crus arboris*, der ſtamm bis an die äſte. Colum. 5, 11. *Crurum tenus*, Virg. 3 Georg. v. 53.

¶ Cruſculum, *i*, n. dimin. Ex Plauto *Crotila cruſcula*, vide in *Crotilus*. Martial. 3 epigr. 93 *Pectus cicadæ, cruſculumque formicæ.*

¶ Crurālis, vel Cruralis, *e*, ad crus pertinens; ut, *Crurales faſciæ*, knieb̈inder. Petron. c. 40 & Vlpianus l. 25 D. § 4 de aur. arg. mund. *Faſciæ crurales pedulesque.* Alii *cruratas* legunt. Videntur adhibitæ in vicem eorum, quæ vulgo hodie vocamus tibialia, ſtrümpfe.

¶ Cruricrepĭda, *æ*, m. geſtiefelt. Plaut. Trin. 4, 3, 14.

¶ Crurifragium, & Crurifrangium, *i*, n. Vetus Gloſſar. interpretatur σκελονοκοπίαν, das radbrechen Cic. pro S. Roſc. c. 20 *Crura cui ſuffringere* dixit: & Phil. 13, 12 *Proverbii loco dici ſolet, perire eum non poſſe, niſi ei crura fracta eſſent.* Apul. Met. lib. 9 *Crurum ejus fragium abominata.* De ſervili hoc ſupplicii genere conſulatur Lipſius de Cruce c. 14, & Caſaub. ad Suet. Aug. c. 67. ¶ 2. *Crurifragium* Plautus Pœn. 4, 2, 64 ſervum vocat, cui crura debeant ſuffringi; alii ibidem *crurifragum* legunt, ut primo caſu ſit, *crurifragus.*

Æquicrurius, *a, um*, vide ſupra *Æquus.*

CRVSMA, *ătis*, n. pulſus, ejusdem cum crumate originis: unde & Muſicæ pars *Cruſmatica* appellata. Vetus auctor fragmenti, quod cum Cenſorino edi conſuevit, c. 11 *Muſica eſt peritia facinorum & canendorum modorum: ejus partes*, HARMONICA, ORGANICA, CRVSMATICA. *Cruſmata pulſus decem: five carmina vocantur.* Martial. 6 epigr. 71 *Edere laſcivos, ad Batica cruſmata, geſtus, Et Guditanis ludere docta modis.*

¶ Apocruſis, ἀποκροῦσις, ita enim legendum Colum. 2, 10, 10 pro ἀποκαυσις, eſt initium decreſcendi in luna, quod fit, cum radios ſolis e diametro oppoſiti transcurrit.

¶ Apocruſticus, *a, um*, ἀποκρουστικός, medicis dicitur, quod repellendi vim habet.

CRVSTA, *æ*, f. die ſchale oder rinde. Eſt in pane cruſta ſuperior, quam Græci ἄρτέφαγον, & inferior, quam ἔμψιχον vocant, rectius ψωμία. Euſt. Athen. *Cruſtæ argenti celati*, Cic. Verr. 4, 23 extr. das erhobene bildwerck am ſilber-geſchirr. Sunt & *parietum cruſtæ*, das tünchwerck an wänden. Plin. 36, 6 *Primum Romæ parietes cruſtâ marmoris operuiſſe totius domus ſuæ tradidit Mamurra.* Hinc eleganti metaphora Seneca de provid. c. 6 *Non eſt ſolida & ſincera felicitas: cruſta eſt, & quidem tenuis.* Eadem eſt, quam *bracteatam felicitatem* epiſt. 115 vocavit. Virg. 3 Georg. v. 360 *Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ*, eiß-ſchollen. Servius ad eum locum: *Notandum, quia cum hæc cruſta dicimus fœminino genere, lapidis aut ligni, aut gelu partem ſignificamus. Cum vero* Cruſtum *dicimus*, edulium aliquod *ſignificamus, partem panis vel placentæ &c. Cruſta ex fundo*, ein ſtück erde, ein kloß, l. 9 de damno infecto &c. Lucr. 6, 625 *Una nocte vias quoniam perſepe videmus Siccari mollisque luti concreſcere cruſtas.*

¶ Cruſtŭla, *æ*, f. dimin. Plin. 22 ult. *Lens cruſtula ulcerum rumpit.*

¶ Cruſtum, *i*, n ein ranft, ſtuck brot. Virg. Æn. 7, 115 per *Orbem fatalis cruſti* intelligit quadram ive placentam, quæ pro patina eſſe conſuevit. conf. in *Cruſta* locum Servii.

¶ Cruſtŭlum, *i*, n. fruſtum panis bene cocti, leviter melliti, ein ſchnittküchen, oblat, eiſen- oder honig-kuchen. Vide Liſt. ad Senecam epiſt. 56. Horat. 1 ſat. 1, 25 *Vt pueris olim dant cruſtula blandi Doctores, elementa velint ut diſcere prima.* Apul. Met. 10 p. 244 *In cellulam ſolebant deportare mei domini, ille porcorum, pullorum, piſcium, & ejuſcemodi pulmentorum largiſſimas reliquias: hic panis cruſtula, lucunculos &c.* Sen. epiſt. 99 *Conſolamur cruſtulo puros*, Plaut. Stich. 5, 4, 9 *Cruſtulum comminutum.* Vetus Inſcriptio apud Gruter. p. 228 n. 8 MVLSVM ET CRVSTVLA PECVNIA NOSTRA DEVOTIS OMNIBVS ET POPVLO DEDIMVS.

¶ Cruſtŭlārius, *i*, m. ein kuchenbecker. Sen. epiſt. 56.

¶ Cruſtulātus, *a, um*, gebacken; ut, *Perna cruſtulata*, i. e. cui cruſtula ex melle & farina inducta, Spartian. in Vero c. 5.

¶ Cruſto, *avi, atum, are*, cruſtam inducere, überziehen, tünchen. Plin. 15, 6 *Mala generoſiſſima cruſtant gypſo & cera.* Similem fermem in ædificiis deſcripturus 36, 6 *cruſta marmoris parietes operuiſſe*, dicit.

¶ Cruſtārus, *a, um*, überzogen, übertünchet; ut, *Cruſtata domus*, quæ cruſtis marmoreis veſtita eſt. Lucan. 10, 114 *Nec ſummis cruſtata domus, ſectiſque nitebat Marmoribus.* ¶ 2. *Cruſtata animalia*, cujusmodi ſunt teſtudines canoræ, locuſtæ, & piſcium genera nonnulla, Plin. 11, 37. Et *Porta craſſo ferro cruſtata*, mit eiſen beſchlagen. Ammian. 24, 2 ſub fin.

¶ Cruſtārius, *i*, m. qui cruſtat parietes, ein tüncher, gipſer. Plin. 33, 12 *Habuit & Teucer cruſtarius famam.*

¶ Cruſtārius, *a, um*, adject. ut, *Cruſtaria taberna*, a vaſis cruſtatis, quæ ibi venduntur, dicta: Feſtus.

¶ Cruſtōſus, *a, um*, rindicht. Plin. 12, 9 *Facilius hoc & cruſtoſius.*

¶ Concruſtātus, *a, um*, verharſcht. *Soliditates concruſtatæ*, Ammian. 17, 7. Et, *Membra gelidis frigoribus concruſtati*, Idem 30, 6.

¶ Incruſto, *are*, idem quod *Cruſtare*, bekleiſtern. Horat. 1 ſat. 3, 55 *At nos virtutes ipſas invertimus, atque Sincerum cupimus vas incruſtare.*

¶ Incruſtātus, *a, um*, übertünchet; ut, *Incruſtati parietes*, Varro apud Nonium 2, 461.

¶ Incruſtātio, *ōnis*, f. L. 79 de Verborum Signif. *Incruſtationes, loricationes, picturæ.*

CRVSTVMĔRIVM, *i*, n. vel Cruſtumeria, *æ*, f. oppidum Sabinorum, Albanorum colonia, prope Tiberim; Plin. 3, 5. *Cruſtumeros* vocat Virg. Æn. 7, 631 *Ardea, Cruſtumerique, & turrigeræ Antennæ.*

CRVSTVMIVM, *i*, n. oppidum Italiæ juxta Vejos. ¶ 2. Fluvius in Flaminia ex Apennino monte ortus, de quo Lucanus 2, 406 *Cruſtumiumque rapax, & junctus Iſopis Iſauro.*

¶ Cruſtuminus, *a, um*, adject. ut, *Pyra Cruſtumina* ex generoſiſſimorum genere Plinio 15, 15, & Colum. 5, 10.

¶ Cruſtūmius, *a, um*, idem. Virg. 2 Georg. v. 88 *Cruſtumiis Syriiſque pyris, gravibuſque volemis.* Vbi Servius: *Cruſtumia pyra ſunt ex parte rubentia, ab oppido Cruſtumio nominata.*

CRVX, *crŭcis*, f. gabalus, patibulum, σανίς, ein creutz, galgen. *In crucem tollere*, Cic. Att. 7, 11 & *agere*, Id. pro Cluent. c. 67. *Crucí ſuffigere*, in Piſon. c. 18; & *Crucí affigere*, Verr. 1, 4, & Curt. 7, 5, 40, creutzigen. *Corvos in cruce paſcere*, Horat. 1 epiſt. 16, 48. Crux latronum præſertim pœna, Erh. ad Petron. c. 3 p. 513. ¶ 2. Generaliter *Crux*, pro omni angore, cruciatu, atque interitu accipitur, plage, verderben. Plaut. Men. Prologo v. 66 *Abſtraxitque* (fluvius) *hominem in maximam malam crucem.* Et Rud. 1, 2, 87 ſimiliter de puella aquis merſa: *Sed dextro verſum averſa it in malam crucem*; Et Aul. 3, 5, 48 *Aliqua mala crux ſemper eſt, quæ aliquid petat.* Colum. 1, 7 *Ius ſummum antiqui, ſummam dicebant eſſe crucem.* Ter. Eun. 2, 3, 91 *Cruces* dixit, qui affligunt & cruciant. Cic. Verr. 3, 29, 1 *Malas cruces propoſitas effigere cupiebat.* ¶ 3. Maſculine *Malo cruce* Ennio tribuit Nonius 3, 32. Sed confer notam Columnæ per Hellelium in Ennii Fragm. p. 95.

¶ Crucĭcŭla, *æ*, f. dimin. Cathol.

¶ Crūcio, *avi, atum, are*, cruci affigere. creutzigen. Hegeſippus 5, 18 *Capiebantur innumeri*, (Iudæi) *quingenti ferme ad diem cruciabantur.* Vet. Gloſſ. *Cruciat, crucifigit*, σανοῖ. ¶ 2. *Cruciare* eſt quovis modo affligere, quälen, peinigen. *Cruciare dolore*, Cic. de Fin. 2, 4; *vigiliis & fame*, Ibid. c. 20. Et Plaut. Capt. 3, 4, 69 *Crucior, lapidem non habere me, ut illi moſtigiæ Cerebrum excutiam*; es thut mir weh, verdreuſt mich.

¶ Crūciātus, *ūs*, m. ſubſt. qual, marter. *Cruciatu angi*, Cic. Off. 2, 7; *confici*, Id. Att. 11, 11; *perire*, Nat. D. 3, 33. *Cruciatus perferre: in cruciatum venire*, apud Cæſ. Gall. 1, 31 & 32. Plural. Ibid. 5, 56 *Omnibus cruciatibus affectus necatur.*

¶ Cruciamentum, *i*, n. idem. Cic. Phil. 11, 4 *Cruciamenta laborum.* Arnob. lib. 7 p. 248 *Orbitatis cruciamenta ſentire.* conf. Plaut. Aſin. 2, 2, 51; & Capt. 5, 4, 2.

¶ Cruciāmen, *ĭnis*, n. idem. Prudent. hymno Exequiar. v. 90 *Per cruciamina leti Via panditur ardua juſtis.*

¶ Crūciātor, *ōris*, m. qui cruciat. Arnob. lib. 1 p. 23 *Pœnas cruciatoris perpetitur ſævitate.*

¶ Crūciarius, *i*, m. ſubſtantive, qui pendet in cruce; vel cruce dignus: ein ſchächer, gehenckter. Petron. c. 112 *Cruciarii unius parentes ut viderunt nocte laxatam cuſtodiam, detraxere pendentem.* Apul. Met. lib. 10 *Nec tantillum cruciarius ille detertitus &c. Ammian. 29, 13 Longum eſt, quæ cruciarius ille conflavit.* Iſidor. lib. 10 in C. *Cruciarius, eo quod cruce dignus.*

¶ Cruciarius, *a, um*, adject. quicquid cruciat. Tertull. adv. Hæretic c. 2 pr. *Febris per cruciarios & mortiferos exitus erogat hominem.*

¶ Cruciābĭlis, *e*, idem. Apul. Met. lib. 10 ſub init. *Cruciabili ſilentio diutiſſime fatigata.* Gell. 3, 9 *Cruciabili exitu.* Prudent. Pſychom. v. 447 *Iter ad cruciabile.* Et Ammian. 29, 5 *Animam abſque mortis cruciabilibus exhalavit.*

¶ Cruciabilĭtas, *ātis*, f. *Cruciabilitates animi*, herzeleid. Plaut. Ciſt. 2, 1, 3.

¶ Cruciabĭlĭter, adverb. ſchmertzlich, jämmerlich. Hirt. Bell. Afr. c. 46 *Cruciabiliter interfecti.* Plaut. Pſeud. 4, 1, 40 *Cruciabiliter me accipio.*

¶ Cruciabundus, *a, um*, crucians, Cyprian. epiſt. 55 c. 4.

¶ Crucius, *a, um*, idem. Vndo apud Feſtum Lucilius *vinum cruciam* dixit, einen matter-tranck. Id quod & Dalechampius notat ad Plin. 14, 1, ubi Cyneas Pyrrhi legatus miratus altitudinem vitium, propter auſteriorem guſtum vini dixit: *Merito matrem ejus pendere in tam alta cruce.*

¶ Crūcĭfer, *ĕri*, m. idem qui *cruciarius*, cruce dignus, quia damnati crucem in ſupplicii locum ipſi afferre cogebantur. Sed etymi ſolius reſpectu Prudentius Salvatorem alloquitur 3 Cathemer. pr. *O crucifer bone, lucifator &c.*

¶ Crucĭfīgo, *xi, xum, ĕre*, in crucem tollere, creutzigen. Vox eccleſiaſticorum tantum & a Chriſtianis in quosdam veteres ſcriptores, Suetonium maxime, inſerta, uti Grævius ad Suet. Domit. c. 10 notavit; ubi apud vetuſtiores autores gentilis ſeculi deprehenditur, ſeparanda eſt, ut oſtendit v. g. Plinii locus 36, 15 ſ. 24 *Vt omnium ita defunctorum figeret crucibus corpora.* Diviſim igitur lege apud Sen. Controv. 3, 22, & Excerpt. 7 Decl. 7 *Dixit, ſe aurum ad redemptionem tuliſſe, filium cruci fixum eſſe.* Idem Excerpt. Contr. 3, 9 *Cavit teſtamento, ut ab hæredibus cruci figeretur.* Servavit hoc Burmannus Quinct. 7, 1 p. 587, ubi eandem, quam Seneca, ſpeciem tractat, & Declam. 274 extr. *quoties noxios cruci figimus.* Ita & Munker. ad Hyginum fab. 194 extr. *quos rex juſſit cruci figi.* Hinc &

¶ Crucifixus, *a, um*, gecreutziget. vid. modo dicta ad *Crucifigo.* Nimirum diviſe ſcribendum eſt, exemplo Grævii, Munckeri, Burmanni. Sen. Controv. 3, 22 *Perveniunt ad cruci fixum Imperatorem.* Quinctil. 7, 1 *Invenerunt ducem cruci fixum.* Et Plin. 8, 16 *Polybium leones in Africa cruci fixos vidiſſe.*

¶ Crucifixo,

¶ Crucifixor, *oris*, m. qui crucifigit. Paulinus Nolanus epist. 18, 7 (vet. ed. 28) *Christus suis crucifixoribus rogavit ignosci.* Sarisb. epist. 286 *Immaniores Christi crucifixoribus.*

¶ Crucisalus, *i*, m. Plauti lectum verbum Bacch. 2, 3, 128, pro eo, qui salit in crucem.

Composita cum præposit.

¶ Concrucio, *are*, zugleich ängstigen. Lucret. 3, 149 *Omni concruciari corpore.* Eleganter hic exprimitur συμπάσχειν, quo usus est Cicero Att. 12, 11, mitleiden haben.

¶ Concrucibilis, *e*, apud Hyginum.

¶ Concruciarius, *a, um*, apud Firmicum.

¶ Concrucifigo, *ere*, mitcreutzigen. Sidon. 6 epist. 1 *Inter me & illum, cui concrucifigeris, Iesum Christum.*

¶ Diserucio, *are*, jermartern, zerplagen. Passive Ter. Adelph. 4, 4 pr. *Diserucior animi.* Cic. pro Rosc. c. 11 *Cum tam de percipi videt, diserucior.* conf. Plaut. Pœn. 1, 2, 155; & Catull. 67, 76.

¶ Diseruciatus, *a, um*, gemartert; ut, *Diseruciatos necare*, Cic. Phil. 13, 18; Suet Aug. c. 14.

¶ Diseruciātus, *ūs*, m. subst. die plage, marter. Prudent. Hamartig. v. 834 *Vermibus & flammis & diseruciatibus æviam Immortale dedit.*

¶ Exercūcio, *are*, vehementer cruciare, sehr ängsten. Cic. Terentiæ fam. 14, 3 *Nec me meæ miseriæ magis excruciant, quam tuæ.*

¶ Excruciātus, *a, um*, abgemartert. Cic. Verr. 1, 17 *Hominem fumo excruciatum seminecem reliquit.* conf. Suet. Cal. c. 16; Tac. An. 2, 31, 2.

¶ Excruciātus, *ūs*, m. subst. marter, qual. Idem Prudentius passione Agnetis v. 19 *Corpusque duris excruciatibus Vitro efferebat.*

¶ Excruciabilis, *e*, peinermartig. Plaut. Cist. 4, 1, 1 *Nullam ego me vidisse credo magis unam excruciabilem*, h. e. cruciatu dignam, vel etiam molestam. Prudent. hymno Eulaliæ v. 114 *Dece parata mysteria Excruciabilis exitii.*

¶ Percexcrucio, *are*, sehr peinigen. Plaut. Stich. 3, 1, 32 *Meam culpam habeat : nisi ego excruciavero : si probe excruciavero.*

¶ Percrucio, *are*, idem quod *Excruciare.* Plaut. Bacch. 5, 1, 13 *Hoc est demum, quod percrucior.*

CRYPTA, *æ*, f. κρύπτη, conclave subterraneum, fornix, hypogæum, a κρύπτειν, *abdere, recondere*, eine gruft, ein gewölbe unter der erde. Petronius c. 17 p. 56 Lat. quem vide & Erh. de cella meretricia: *Ego sum ancilla Quartilla, cujus sacra ante cryptam turbastis.* De sepulcro arcuato opere facto Prudentius ultus Passione Hippolyti v. 154 *Mersi latebrosis crypta patet fovea.* Sed & perfossorum montium fauces ac transitus *cryptæ* vocantur: ut, *crypta Neapolitana*, de qua Sen. epist. 57, & Strabo. ¶ 2. Aliquando & *Cryptæ* dicuntur occulti atque angusti transitus etiam super terra: qui & *Cryptoporticus* appellantur. Ita Suetonius vocabulo usus est Calig. c. 58.

¶ Crypticus, *a, um*, verborgen, heimlich; ut, *Arcus cryptici*, i. e. subterranei, apud Sidonium 1 epist. 5. Iulius Firmicus lib. 3 Mathes. *Crypticos* vocat homines reductos & additos & taciturnos; qui commissa fideliter custodiunt, verschwiegene.

¶ Cryptoporticus, *ūs*, m. ein heimlicher gang, sub terra juxta, atque in edito: Plin. 2 epist. 17, & 5 epist. 6.

CRYSTALLVS, & Crystallum, *i*, fœm. & neutr. gemma candida, nota: fit ex gelu vehementer concreto, Plinio auctore 37, 2 f. 9 ubi est locus classicus: quod tamen negat Solinus c. 15. vide ibi Salmasium: ein crystall; a κρύος, *gelu*, & στέλλω, *contrabo*. Martial. 8 epigr. 77 *Candida nigrescunt vetulo crystalla Falerno.* Sunt inter Claudiani aliquot epigrammata, de crystallo, cui aqua inerat.

¶ Crystallinus, *a, um*, von crystall; ut, *Calum crystallinum*, apud veteres philosophos. *Calices crystallini*, Capitolinus in Vero c. 5. Et absolute

¶ Crystallīna, *ōrum*, n. pl. vasa ex crystallo. Iuvenal. 6, 154 *Grandia tollantur crystallina, maxima variis Murrhina, &c.* Martial. 14, 111 *Frangere dum metuis, frangis crystallina, peccant Securæ nimium sollicitæque manus.*

¶ Crystallion, *i*, n. herba, alias *Pfyllion*, &c. Plin. 25, 11.

¶ Crystalloides, *is*, m. κρυσταλλοειδής, *honor, ovi albo similis, a quo videndi facultas proficiscitur*, die sehe im auge. Cels. 7, 7, 13.

CTESIBIVS, *i*, m. Alexandrinus, *pneumaticam rationem & hydraulica organa reperit*, Plin. 7, 37. conf. Vitruv. 9, 9; & Athen. lib. 4. ¶ 2. *Ctesibius* parasitus Athenis, dicens: ex philosophia sibi supellectile, ἀμφόδου ἀκούειν, *ut sine symbola cœnaret.* Et propter jocos, quibus scatebat, sæpius vocabatur. Cœl. Rhod. 27, 24.

¶ Ctesibicus, *a, um*, adject. ut, *Machina Ctesibica altissime extollens aquam*, Vitruv. 10, 12.

CTESIPHON, *ontis*, m. Κτησιφῶν, Athenienſis: decreto perſuaſit Athenienſibus, coronari oportere Demoſthenem aurea corona in theatro, probitatis & virtutis omnis gratia. Ob id ab Æſchine, tamquam pernicioſi decreti auctor, accuſatus, defenditur a Demoſthene præclara illa atque omnium optima oratione, quæ περὶ στεφάνου, i. e. *de corona*, inſcribitur. ¶ 2. Oppidum vel caſtrum Aſſyriæ, Seleuciæ ad Tigridem oppoſitum, hiberna regum Parthorum. Fatalis ille locus fuiſſe dicitur Romano principi, eos fines transgreſſo. vid. Vopiſc. in Caro c. 9; & Sext. Ruf. c. 24.

Cuba, cubatus, cubiculum, &c. vide *Cubo*, Cubicus, *Cubus.*

CVBITVS, *i*, m. & Cubitum, *i*, n. der ellbogen. *Cubito innixi*, Virg. Æn. 4, 690, das haupt in die hand legen. *Cubitum ponere apud aliquem*, Petron. c. 27 p. 96 eſſe cœnare, phraſi, ut videtur, plebeja. ¶ 2. Significat & menſuram cubiti, eine elle, πῆχυν. Plin. 27, 9 *Filices bina cubita excedentes longitudine*; & c. 12 *Binûm cubitorum in altitudine.*

¶ Cubitālis, *e*, ellenlang, ellen-hoch. *Caule cubitali*, Plin. 12, 12. Et Lib. 24, 34 *Archimedes marum ab imo ad summum crebris cubitalibus fores cavis aperuit.*

¶ Cubital, *is*, n. cubiti fulcimentum dicitur, ein polſter unter die arme. Horat. 2 lat. 5, 255 *Fasciolas, cubital, focalia.*

¶ Bicubitālis, *e*, zweyellicht; ut, *Ilexa crassitudinis tenuibus, bicubitis*, Apul. de Herb. c. 72.

¶ Bicubitālis, *e*, idem. Plin. 20, 23 pr.

¶ Semicubitālis, *e*, halb ellen groß. Liv. 42, 65 *Bipalmis spiculum hastili semicubitali infixum erat, crassitudine digiti.*

CVBO, *cubui, cubitum, cubare*, liegen, zu bette ſeyn. *Cubare in faciem*, Iuvenal. 3, 280, auf dem angeſichte: & *pueri perire*, in den wochen, Plaut. Taue. 2, 5, 22. *Cubare in spem*, Plin 12, 1 *Molliter ossa cubant*, ſie ruhen, Ovid. Amor. 1, 8, 108. *Valles & Pisææ cubantis lavia postquam nemora*, Horat. 1 od. 17. ¶ 2. Pro accumbere, bey tiſche ſeyn, eſt apud Cic de Orat 2, 86. ¶ 3 *Cubare*, etiam abſolute dicuntur, qui ex morbo decumbunt, ſive ægrotant, darniederliegen. Horat. 1 lat. 9, 17 *Quando ullo veto vigilare, non tibi notum? Trans Tiberim longe cubat is prope Cæsaris hortos.* Et 2 epist. 2, 68 *Cubat hic in colle Quirini, Hic extremo in Aventino : visentias utrumque.* Sic etiam Cic. Tusc. Disp. 2, 25. Ita *in morbo cubare*, Plautus dixit Cas. Prol. v. 37. *Ægrum cubare*, Suet. Aug. c. 72. ¶ 4. Pro concumbere, beyſchlafen. Plaut. Mil. 1, 1, 65 *Ne illæ sint fortunatæ, quæ cum isto cubant.*

¶ Cubans, *tis*. Tibull. 1, 1, 45 *Quam juvat immites ventos audire cubantem.* Suet. Ner. c. 34 *Cum ex duritia alvi cubantem visitaret.* Aut. ad Herenn. 3, 20 *Ægrotus in lecto cubans.* Feſtus: *Cubans aspexatur, qui in lecto quærit augurium.*

¶ Cuba, *æ*, f. lectus, ein bette. *Cubam Sabini vocant, quam militares lectiam*, Feſtus. ¶ 2. Dea præſes cubantium, cum e cunis transiissent, non minus ac Edusa & Potina edentium ac potantium puerorum præſides apud Romanos. vid. Nonius 2, 310, & Donat. in Ter. Phorm. 1, 1.

¶ Cubātus, *ūs*, m. das liegen, brüten. De avibus Plinius dixit 10, 57.

¶ Cubātio, *onis*, f. idem. Varro L. L. 7 p. 94 *A cubatione cubiculum.*

¶ Cubātor, *ōri*, m. der da liegt. Paulin. epist. 25, 4 (vet. ed. 24) *Ioannes beati dominici pectoris cubator.*

¶ Cubāto, *are*, frequent. liegen. Cic. pro Cœlio c. 15 *Præsertim cum majore fœnore cubitavit.* Sen. epist. 90 *Diogenes in dolio cubitavit.*

¶ Cubītus, *ūs*, m. actus cubandi, das liegen; ut, *Primi, supini cubitus*, Plin 28, 4 fub fin. Et Cato de oſtreo villici, de R. R. c. 5 *Primus cubitus surgat, postremus cubitum eat*, er ſoll der erſte ſeyn aus dem bette, und der letzte nieder. Niſi tamen hic eſt lapſus.

¶ Cubitio, *onis*, f. idem Augustin. epist. *Longi litterat : ne a lucernam jam exanatus : proxima erat cubitio, si diutius lucubrasset.*

¶ Cubitura, *æ*, f. idem. *Ad cubitum me magis fore cerebo, &c.* Plaut. in Fragm. Taubm. p. 1463 v. 12. conf. Muretus Var. Lect. 18, 10.

¶ Cubītor, *oris*, m. ut, *Bos cubitor*, Colum. 6, 2, qui opere decumbit, der ſich gern niederlegt; cui vitio quomodo obviam eatur, vide ibidem.

¶ Cubitōrius, *a, um*, bequem zu liegen. Petron. c. 30 *Vestimenta cubitoria*: al. *accubatoria*. At Lipſ. Saturn. 1, 2 legi vult *acubitoria*, quem plures ſequuntur.

¶ Cubīle, *is*, n. ein lager, bettſtatt, neſt. Cic Catil. 4, 8 *Nulli sunt inventi, qui non cubile ac lectulum suum salvum esse velint.* Et N. Deor. 2, 49 extr. *Bestiæ in cubilibus delitescunt.*

¶ Cubīculum, *i*, n. conclave, ubi per diem manemus, præterquam, cum prandendum cœnandumque eſt, ein gemach, zimmer, kammer. Male enim de dormitoriis cubiculis nonnulli hanc vocem tantum accipiunt. Plinius certe *cubiculum noctis & somni* 2 epiſt. 17, & *Cubiculum dormitorium* 5 epiſt. 6 faciendi diſcriminis cauſſa diſerte dixit, ein ſchlaf-gemach. Sed Liv. 3, 57 pr. *Ministeri cubiculi*, turpis officii nomen eſt. ¶ 2. Suet. Ner. c. 12 uranicum ſive ſuggeſtum, ex quo ſpectare ludos principes ſoliti, *Cubiculum* appellat: ubi vide Caſaubonum.

¶ Cubīcularis, *e*, ad cubiculum pertinens: ut, *Lectus cubicularis*, Cic. Divin. 2, 65, & Val. Max. 9, 3, 4. *Cubicularis imago*, Suet. Aug. c. 7.

¶ Cubicularius, *a, um*, adject. idem: ut *Lucerna cubicularia*, Mart. 14 epigr. 39. Adde epigr. 150.

¶ Cubicularius, *i*, m. ſubſt. qui in cubiculo miniſtrat, cujus ſunt varii gradus, ein kammerdiener, kammerling, kammerherr. Hoc genus ſervorum & admiſſiones curabat & dominum defendebat; vide Pignorium de Servis p. 237. Cic. Verr. 1, 4 *Hunc vestri janitores, hunc cubicularii diligunt.* Frequens mentio horum cubiculariorum apud Suetonium & alios auctores: His qui præerat, *Præfectus cubiculo* appellabatur, Suet. Domit. c. 16. Quem tamen ſequenti capite & *Decurionem cubiculariorum* nominat. Nimirum princeps plures cubicularios habebat, eosque in decurias, ut arbitror, diſtinctos, ut per vices miniſtrantes. Singulis decuriis præerat, qui ex re ipſa *Decurio* appellabatur. Hos ſupra omnes præfectus erat, qui tamen aliquando *Cubicularius* ſimpliciter appellabatur. Capitol. Pertinace c. 4 *Commodo interfecto, Lætus præfectus prætorio, & Electus cubicularius ad Pertinacem venerunt, ut eum confirmarent : atque in castra duxerunt.* Oportet ſummum ordinis ſui fuiſſe, qui cum præfecto prætorii novum imperatorem conſtituceret.

¶ Cubiculātus, *a, um*, mit kammern verſehen; ut, *Triremes cubiculatæ*, Sen. de Benef. 7, 20.

¶ Cubitissim, adverb. liegend, apud Plaut. Caſ. 5, 2, 43.

I. Composita formam simplicis retinentia:

¶ Accūbo, *ui, itum, are*, beyſitzen, beytiegen. *Accubare in convivio*, Cic. Tuſc. 4, 2 zu gaſte ſeyn, an der tafel mit ſitzen. *Regio accubare*, Plaut. Stich. 2, 3, 52, qui tricliniari hoc verbo ſæpe uſus eſt. De concubitu Idem Bacch. 1, 1, 39.

¶ Accūbātio, *onis*, f. das tiſch ſitzen. Cic. de Senect c. 13 *Accubatio epularis*, eine gaſterey. Alii legunt *Accubitio*, Spartian in Vero c. 5 *Accubationes ac mensas de rosis ac liliis fecit.*

¶ Accubitus, *ūs*, m. idem. *Prior accubitus*, das obenanſitzen. Sic Plin. 8, 2 *Plenis hominum triclinia accubitu.*

¶ Accubita, *orum*, n. pl. tiſch-polſter. Lamprid. Heliog. c. 9 *Nec cubuit in accubitis facile, &c.* vide ibi Salmaſ. & conf. c. 25.

¶ Accubitalia, *ium*, n. pl. bettgeräthe, tiſch-tücher. Pollio Claud. c. 14 *Accubitalium Cyprium paria duo.*

¶ Accubitōrius, *a, um*, zum tiſch gehörig; ut, *Accubitoria vestimenta*, kleider darinnen man ſpeiſet, apud Petron. c. 30. v. Bayf. de re veſtiar. c. 30.

¶ Accŭbĭto, *are*, frequent. oft beyſitzen. Sedulius principio operis: *Dignatus noſtris accubitare toris.*

¶ Accubuo, adverb. liegend, ad imitationem ut *aſſiduo* finxit Plautus Truc 2, 4, 68 *Accubuo mavelim juxta me cubes.* Amator ad meretricem, quæ dixerat, ſe *aſſiduo* cum illo futuram.

¶ Concubo, *ui*, *itum*, *are*, ſimul cubare, beyliegen, beyſchlaffen. Præſentis quidem forma nondum reperta: hic enim ſolet adhiberi *concumbo*. Sed præteritum uſitatum Ter. Hec. 3, 3, 33 *Ajunt tecum poſt duobus concubuiſſe eam menſibus.* Et Ovid. de Arte 3, 522 *Cum viris concubuiſſe.*

¶ Concubĭtus, *us*, m. das beyliegen, der beyſchlaf. Sic *vetiti, vagi concubitus*, Ovid. Met. 10, 353. Horat. Art. poët. v. 398. Cic. de Nat. Deor. 1, 16. Liv. 26, 19, & paſſim.

¶ Concubĭtio, *onis*, f. idem. Hygin. Aſtron. 2, 12 *Perſeus inuſitato genere concubitionis natus.*

¶ Concubitor, *oris*, m. ein beyſchläfer, ſchlafgeſell. Vulgatus Interpres 1 Corinth. 6, 10 *Maſculorum concubitores*, ἀρσενοκοῖται. Onomaſt. Vet. συγκοιμητής, *Concubitor*. Conf. Tertull. de Pudicit. Salvian. lib. 7 p. 251.

¶ Concubitalis, *e*, ad concubitum pertinens. Tertull. ad Nation. 2, 11.

¶ Concubīnus, *i*, m. lecti ſocius, ein beyſchläffer. Curt. 10, 2, 27 *Pellicun concubini.* Catullus Epithalamio Mallii v. 135 *Concubinum inertem* dixit; Et Feſtus: CATAMITVM *pro Ganymede dixerunt, qui Jovis concubinus fuit.* Vide & Servium ad illud Virg. ecl. 8, 30 *Sparge, marite, nuces*; & Tac. Ann. 13, 21, 5, & Plin. 8, 45.

¶ Concubīna, *æ*, f. παρακοίτις: quæ pro uxore cohabitat, legitimis tamen nuptiis fœderata haud eſt, eine beyſchläfferin. Vid. tit. Dig. de Concubin. & Leg. 144 de verborum ſignif. Cic. de Orat. c. 40 *In concubinæ locum ducere.* Sic *Concubina tori*, Meſſala Corv. p. 5. ¶ 2. Aliquando ita appellatur & *pellex*, quæ uxori legitimæ ſuperinducitur, ein ebs-weib. Spartian. Ælio Vero c. 5 *Iacensque cum concubinis, velamine de liliis facto ſe tegebat.* De quo cum conquereretur ad eum uxor, reſpondit: *Patere, me per alias exercere cupiditates meas: uxor enim nomen dignitatis eſt, non voluptatis.*

¶ Concubinula, *æ*, f. dimin. Cathol.

¶ Concubinātus, *us*, m. unehelicher beyſchlaf. Plaut. Pœnuli prologo v. 102 *Illam minorem in concubinatum ſibi Volt emere miles quidam.* Et Suet. Ner. c. 28; Cal. 24.

¶ Concubātus, *us*, m. pro *Concubinatu* legitur l. 3 ff. de Concubin.

¶ Concubinālis, *e*. Sidon 9 epiſt. 6 extr. *Concubinales illecebræ.*

¶ Concubius, *a*, *um*, vix aliter occurret, quam in formula *Concubia nox*, mitternacht. Cic. de Divinat. 1, 27; Tac. Ann. 1, 39, 3; Val. Max. 1, 5, 4. Sic & Liv. 25, 9 *Hannibal concubia nocte movit*, id eſt, quum cubitum itum eſt.

¶ Concubium, *i*, n. ſubſt. noctis primus ſomnus, concubia nox. Plaut. Trin. 4, 2, 44 *Concubium ſit noctis.* ¶ 2. Gellius pro concubitu poſuit 9, 10 *Venerandum illud concubii pudici ſecretum.*

¶ Decubo, *are*, deſino cubare. Gell. 10, 15 *De eo lecto trinoctium continuum non decubat.* ¶ 2. Pro cubare eſſe dicitur Apul. Met. *Excitare feram decubantem.*

¶ Decubiæ, *arum*, f. pl. das niederliegen, bettlager. de Ianua in Cathol. *Mulier jacet in decubiis*, i. e. in partu vel in infirmitate.

¶ Diſcubo, *are*, ſcil. ad menſam, vel ad ſomnum, ſich lagern zu tiſche oder zu bette. Præſenti vix occurret, dicitur enim *diſcumbo*, ſed præteritum in uſu eſt. Cic. Att. 5, 1 *Diſcubuimus omnes preter illam.* Id. de Invent. 2, 4 *Cœnati diſcubuerunt ibidem.* conf. Ovid. Met. 8, 565; & 12, 155. Plaut. Merc. prol. v. 100 *Diſcubitum noctu ire*, ſich ſchlaffen legen.

¶ Diſcubĭtus, *us*, m. das tafelhalten. Val. Max. 2, 1, 9 *Ne ſenioris adventum diſcubitu præcorrerent*, daß ſie ſich vor ſeiner ankunft nicht niederlieſſen. Vulg. Interp. Marc. 12, 39 *Primi diſcubitus in conviviis*, der vorne.

¶ Diſcubitōrius, *a*, *um*; ut, *Lectus diſcubitorius*, in quo cœnaturi diſcumbebant. Plin.

¶ Excubo, *are*, vigilare, wache halten, wachen. Cic. Phil. 6 ſub fin. *Quamobrem, Quirites, conſilio, quantum potero; labore plus pene, quam potero, excubabo vigilaboque pro vobis.* Et Att. 9, 11 p. 65 *Et ego excubo animo, nec partem ullam capto quietis.* Eleganter ſcribit Planeus ad Senat. fam. Cic. 10, 8 *Cura Reip. defendendæ apud nos excubat*, i. e. curam Reip. nunquam deponimus.

¶ Excubatio, *ōnis*, f. die wache, fürſorge. Val. Max. 4, 7, 7 *Amicorum perpetua excubatio.* conf. l. 3 § 6 de re milit.

¶ Excubĭtus, *us*, m. idem. Hirtius Hiſp. B. c. 6 *Vt pedeſtres copiæ in ſtatione, & in excubitu caſtris præſidio eſſe poſſent.*

¶ Excubĭtor, *oris*, m. qui excubat, ſive excubias agit, der die wache hat; & dicitur æque de præfectis, ac de milite. Sic *Excubitorem tribunum* dicit Suet. Claudio c. 42, qui pro tempore ſtationi excubitorum præeſt; & *excubantem Tribunum* Idem Ner. c. 9 vocat. Apul. lib. 2 Doctr. Plat. p. 26 *Excubitorum loco militet juventus pro utilitate cunctorum. Excubitor ales* pro gallo Virgil. in Moreto.

¶ Excubiæ, *arum*, f. pl. diurnæ & nocturnæ vigiliæ, die wache, ſchildwache. *Excubias agere*, Suet. Galb. c. 10; & *diſponere*, Tac. Hiſt. 2, 44; 4.

¶ Excubialis, *e*, der auf der wache ſtehet. Sarisb. 2, 27 *Excubiale obſequium.*

¶ Excubus, *i*, m. ein wächter. Idem Sarisb. 2, 27 *Vulgo dici ſolet, quovis excubo vigilique mendacior eſt.*

¶ Excubicularius, *i*, m. cubicularii munere functus, l. 13 Cod. de excuſat. libert.

¶ Incubo, *are*, drüber liegen, ſitzen. *Ovis incubare*, über dem neſt ſitzen, brüten, ausbrecken. Colum. 8, 8 *Quæ ovis vel pullis incubant.* Quod ibidem c. 5 abſolute *incubare* dixerat. Plin. 8, 25 cum quarto caſu, *ova incubat*: unde paſſive 10, 53 extr. *ova incubanda* dixit. Id. 2, 1, 1 *Si una* (natura) *omnes* (mundos) *incubaret*, h. e. foveret produceretque. vid. Gronov. ad Senec. Phœn. 499. ¶ 2. Ad alia plurima transfertur, nec una conſtructione: *Incubare pecuniis, theſauris, auro*: quod ad avariam tibi aliisque mutuum pertinet. Iumtum forte a fabula de cane fœno incubante, vel dracone divitiis, de quo Martial. 12 epigr. 53 in Avarum: *Largiris nihil, incubasque gazæ, Vt magnus Draco, quem canunt Poëtæ Cuſtodem Scythici fuiſſe luci.* Virg. 2 Georg. v. 507 *Condit opes alius, defoſſoque incubat auro.* Liv. 6, 15 *Incubantes publicis theſauris.* Vſurpamus & cum præpoſitione: Sen. de Vita Beata c. 25 *Super tormentum incubabo.* Et Plaut. Caſ. 1, 1, 21 *Rure incubabo usque in præfectura mea.* Idem Curc. 1, 1, 61 *Leno ægrotus incubat in Æſculapii fano.* Ibid. 2, 2, 16 *Incubare Iovi* dixit, pro, in templo Iovis incubare ſive dormire. Solebant autem vereres in templis Deorum dormire, quorum ope atque auxilio indigebant, reſponſa ab iis oraculave accepturi. Quos proprie *incubare* dicebant: & qui id faciebant, *Incubatores*: vid. Suet. Veſp. c. 7, Turneb. 11, 7, & Henr. Meibomii exercitat. de Incubatione in fanis Deorum Helmſtadii Anno 1659. Etiam Virg. Æn. 7, 88 *Pellibus incubuit ſtratis ſomnoque petivit.* Vbi Servius: INCVBARE *dicuntur proprie, qui dormiunt ad accipienda reſponſa. Vnde eſt*: Ille incubat Iovi, *id eſt, dormit in Capitolio, ut reſponſa poſſit accipere.* Tota Pluti Ariſtophanici œconomia nititur hac ἐγκοιμήσει. Prudent. Apoth. v. 153, & Tertull. de Corona c. 10 *in idolis incumbere*, dixerunt. Idolum enim fanum ſive templum idoli eſt, quemadmodum apud Prudentium & Iſo interpretatur. ¶ 3. Apud ICtos *Incubare* eſt mala fide poſſidere. Namque & alias vi quadam & pertinacia inhærere ſignificat: ut, cum hoſtis inſedit, & nullo modo depelli poteſt. Sic & Florus 2, 6, 57 *Factum eſt, ut inhærentem & incubantem Italiæ extorqueret Hannibalem.* ubi v. Dukeri notam.

¶ Incŭbĭto, *are*, frequent. brüten. Plin. 7, 43 *Spatioſa incubitant laxitate.* Et Colum. 8, 14 *In cellis incubitant.*

¶ Incŭbĭtatus, *a*, *um*, ſtupratus, ad infamem libidinem uſurpatus. Plaut. Perſ. 2, 4, 13 *Video ego te jam*; *Incubitatus es.*

¶ Incubatus, *us*, m. das liegen, das brüten. Plin. 10, 54 *Si incubatu tenuerit, ova pereunt.* Solin. c. 39 *Carnes aſſiduo incubatu calefactæ.*

¶ Incŭbĭtus, *us*, m. idem. Plin. 28, 4 *Facilius concoquitur dextri lateris incubitu*, i. e. ſi quis in dextrum latus cubat. Idem 10, 54 *Citra incubitum gignere.* Solinus c. 53 *Incubitus aſſiduitas.*

¶ Incŭbatio, *onis*, f. idem. Plin. 10, 54 *Incubationi datur initium poſt novam lunam.* Ibid. c. 56 *Rara incubatio ovis noxia.* ¶ 2. Pro injuſta detentione rei, l. ult. Cod. Ne rei dominicæ.

¶ Incŭbator, *oris*, m. injuſtus poſſeſſor, quale quid de verbo incubo n. 3 obſervavimus. Macrob. Somn. Scip. 1, 10 *Dionyſius aulæ Siculæ inclementiſſimus incubator.* Ita *incubator imperii* etiam apud Servium accipitur, quem laudamus in *tyrannus*. Sed ¶ 2. Tertull. de Anima c. 49 *Incubatores fanorum.* Pertinet ad ἐγκοίμησιν, de qua n. 2 in *Incubo*.

¶ Incŭbus, *i*, m. dæmon inſultor, vel morbus, cauſſam ex repletione & cruditate trahens, cum externa quædam vis quieſcentes videtur invadere, ac pondere ſuo preſſos gravare, der alp. Vide *Iphialtes*, & Beckmanni Orig. L. L. in *Cubus*. ¶ 2. Incubus vulgo apud eos, qui Moraliſtæ vocantur, dæmon ludificator mulieris, quæ rem cum eo ſe habere putat.

¶ Incŭbo, *onis*, m. idem, & certioris quoque auctoritatis. Scrib. Largus Compoſ. 100 *Ab incubone deludi*, vom alp gedruckt werden. Tertull. de Anima c. 44 *Genus gravioris ſoporis, ut de incubone præſumtio eſt.* Petron. c. 38 *Incuboni pileum rapere*: vid. Scheff. not. p. 76.

¶ Superincŭbo, *are*, drüber liegen. Liv. 22, 51 *Subſtratus Numida mortuo ſuperincubanti Romano vivus naſo auribusque lacer atis.* Sed alii *incubanti* legunt. Grut. *ſuperincumbenti.*

¶ Occŭbo, *are*, darnieder liegen, umfallen, ſterben. Virg. Æn. 5, 371 *Idemque ad tumulum, quo maximus occubat Hector.* Liv. 1, 7 *Morte occubuit.* Abſolute Ovid. Arte 3, 18 *Fertur & ante annos occubuiſſe ſuos.*

¶ Occŭbĭtus, *us*, m. der untergang; ut, *Occubitus ſolis.* Vulg. Interp. Gen. 28, 11. conf. Deut. 11, 30.

¶ Percubo, vel percumbo. Varr. de L. L. 8, 34 *Quod ajunt ut perſedit & perſtitit, ſic percubuit* &c.

¶ Procŭbo, *are*, pro extendi, ſich hinſtrecken. Virg. 3 Georg. v. 145 *Et ſaxea procubet umbra.* Ovid. Met. 3, 414 *Leſſus procubuit.*

¶ Prōcŭbĭtor, *oris*, m. ein wächter. Feſtus: *Procubitores dicuntur, qui noctu cuſtodiæ cauſſa ante caſtra excubant, cum caſtra hoſtium in propinquo ſunt.* Gloſſ. Vet. *Procubitor*, Φρούρος.

¶ Rĕcŭbo, *are*, quieſcere, ruhen. Cic. de Orat. 3, 5 *In qua exhedra lectulo poſito recubuiſſet.* Ovid. 2 de Art. v. 342 *Sub qua nunc recubas arbore, virga fuit.* conf. Virg. ecl. 1, 1.

¶ Recŭbĭtus, *us*, m. das niederliegen. Plin. 24, 13 *Ipſum per ſe ſervecubitu propius adlabi.*

¶ Sĕcubo, *are*, alleine liegen. Apul. lib. 2 Milef. *Omnium ora & obtutus in unum quempiam angulo ſecubantem conferuntur.* Propert. 2, 25, 5 *Miles depoſitis annoſus ſecubat armis. Secubare* dicebantur, qui matrimonio juncti, ſoli tamen dormirent, & quisque ſeorſum cubaret religionis cauſſa, cum operaturi ſacris eſſent, vel diſſidium. Liv 39, 10 *Vetat eum mirari, ſi per aliquot dies ſecubuiſſet, religionis ſe cauſſa Bacchis initiari velle.* Suet. Tib. c. 7 *Cum Iulia primo concorditer, & amore mutuo vixit: mox diſſedit, & aliquanto gravius, ut etiam perpetuo ſecubaret.* Tibull. 1, 3, 24 *Quidve, pie dum Sacra colis, pureque lavari Te memini, & puro ſecubuiſſe toro?* vid. Titius ad Calpur. Speciatim ſacris Cerealibus ſecubabant, quod indignatur Ovid. am. 3, 10. Apud Græcos conſuetudine quadam viros a mulieribus ſeorſum cubaſſe perpetuo, mulieresque ad viros acceſſiſſe deinde, Meurſius ex Diogene Laërtio obſervat Mantiſſa ad lib. de Luxu Romanorum c. 14.

¶ Secubito, *are*, frequent. Lucil. ap. Non. 4, 397 *Ferri tantum ſi roget me non dem, quantum auri petit. Si ſecubitet, ſic quoque a me que roget non impetret.* Ita Merc. *Secubitum* minatur amatori mulier, ubi blanditiæ non proficiunt.

¶ Sĕcŭbĭtus, *us*, m. ſcheidung vom bette. Catull. Carm. 65 ſive Argonaut. v. 379 *Anxia mater diſcordis mœſta puellæ ſecubitu.* Add. Ovid Am. 3, 10, 16.

¶ Secubatio, *onis*, f. idem Solin. c. 39 de urſis Numidicis: *Partitis ſecubationibus dividuntur*, ſie liegen nicht beyſammen.

¶ Succŭbo, *are*, ſubjici, unten liegen. Apul. lib 1 Metam. poſt pt. *Grabatulo ſuccubans.*

¶ Succu-

¶ Succubus, *i*, m. dæmon ludificator maris, qui rem cum eo se habere putat, ein buhl-teufel oder drache.

¶ Succuba, *æ*, f. eine beyschläfferin. Glossæ Vet. *Succuba, παλλακή.* Ovidius etiam *succuba lecti* dixisse creditur Heroid. 6, 153; verum Heinsius mavult *subnuba*, & illud vix latinum esse judicat. Habet tamen virili genere Prudentius in Romano v. 192 *florulentum subcubam*, scortum masculum intelligens.

¶ Subcuboneus, *i*, m. pro *succuba* positus a Titinnio apud Nonium 3, 204 *Ancillarum subcuboneum esse.*

¶ Supercubo, *are*, drauf liegen. Apul. Met. lib. 6 *Europam tauro supercubasse.* Colum. 7, 4 *Vt grex supercubet.*

¶ Vnicuba, *æ*, f. eines mannes weib. Glossæ Vet. *Vnicuba, μονολεχώς: Vnius viri uxor*, ut Isidorus explicat in Glossis. Vetus poëta Christianus anonymus de Beliani baptismo v. 127 *Felix Apra, cui licuit terraque poluque Conjugis unicubæ juge tenere bonum.*

II. Composita formam simplicis mutantia:

¶ Accumbo, *cubui, cubitum, cumbĕre*, epulis & convivio assidere, zu tische sitzen; vel potius ex more veterum bey tische liegen. Cic. Verr. 1, 26 *Negavit moris esse Græcorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres.* Plaut. Stich. 3, 2, 37 *Accumbere in summo*, oben an sitzen. Cum casu quarto hoc verbum Apulejus conjunxit Metam. 2 p. 28 *Mensulam rogatus accubueram*, & sic sæpe. De ordine & locis accumbentium vide Salm. ad Solin. p. 885 sq. Tota res comprehendi poterit hoc diagrammate: in quo locus sextus s. secundi lecti ultimus est *Consularis* s. honoratissimus; septimus s. ultimi lecti primus est domini &c.



¶ Concumbo, *ĕre*, beyschlaffen. *Concumbere cum uxore.* Cic. de fato c. 13, & Sen. Controv. 4, 21. *Concumbere viro*, Ovid. Met. 10, 338.

¶ Decumbo, *ĕre*, darnieder liegen, zu bette liegen. Colum. 7, 9 *Si quem*(porcellum) *decumbens mater oppresserit, cubanti* (custos) *subtrahat.* ¶ 2. Est *accumbere*, sich zu tische setzen. Ter. Phorm. 2, 2, 28 *Prior bibas, prior decumbas.* Plaut. Merc. 1, 1, 97 *Ad cœnam vocat: venio, decumbo.* ¶ 3. *Mori, cadere*, & sic fere de gladiatoribus accipitur. Cic. Phil. 3, 14 *Quod gladiatores faciunt, ut honeste decumbant; faciamus nos principes orbis terrarum.* Adde cumprimis Tusc. 2, 17.

¶ Discumbo, *ĕre*, idem interdum quod *accumbere*, zu tische sitzen, sich lagern. Virg. Æn. 1, 700 *Stratoque super discumbitur ostro.* Sic *Mensis discumbere*, Stat. 5 Silv. v. 33. conf. Ovid. Met. 12, 212; Tac. Hist. 2, 68, 2; & 15, 69, 4. Et Gell. 2, 2 *In convivio familiari discumbatur.*

¶ Incumbo, *ĕre*, inniti, sich über oder auf etwas legen. Virg. Æn. 4, 656 *Incubuitque toro, dixitque novissima verba.* Veget. 1, 25 *Si hostis incumbat.* Id. 3, 19 *Inparatis conturbatisque hostis incumbit.* Seneca Troad. 14 *Excisa ferro est Pergamum, incubuit sibi*, h. e. in se ruit, in cinerem versa est. Cum casu quarto Avien. in Descr. orbis 839 conjunxit: *Asiam incumbit vasto mons aggere Taurus.* Sic, *incumbere in curam, cogitationem*, elegans & Ciceroni frequens locutio est, sorgen, gedancken machen; ut, fam. 10, 5 *Tota mente omnique animi impetu in remp. incumbas*, strecke allen fleiß dran, & 10, 10 extr. *Incumbe toto pectore ad laudem.* Et, *Incumbere voluptatibus*, Lactantius dixit 2, 1, 3. *Ferro incumbere*, Phædr. 8, 10 *gladio*, auct. ad Herenn. 1, 11; *in gladium*, Cic. de Inv. 2, 51 & passim. v. Menck. Obs. L. L. Aliquando & cum Infinitivo ad istum modum jungitur: Tac. Hist. 2, 10, 4 *Ad hæc terrore & propria vi Crispus incubuerat delatorem fratris sui pervertere.* Cic. Phil. 4, 5 *Incumbere in causam*, sich die sache lassen angelegen seyn. Etiam absolute pro laborare, operam dare a Livio ponitur 10, 15 *Cum suis tum totius nobilitatis viribus incubuit, ut se cum Q. Fabio Consulem dicerent.* Ita etiam Valer. Max. 2, 9. Est & hæc recepta formula: *Hoc negotium, hoc onus, molestia, &c. mihi incumbit*, es liegt auf mir. Ulp. l. 1 § 3 Dig. de tutel. & rationibus: *Officio tutoris incumbit.* ¶ 2. Inclinare ad aliquid. Cic. pro Mur. 26 *Magna est comitiis consularibus repentina voluntatum inclinatio, præsertim cum incubuit ad virum bonum.* Adde de Orat. 3, 14 & ad Q. Fr. 1, 1, ubi etiam L. 3 c. 8 cum casu sexto & præpositione hoc verbum conjunxit: *Pompejus dicit, se perfecturum, ut in illo Cæsar incumbat.* ¶ 3. Est & incumbere idem quod *incubare*, quo sensu usus est Petronius c. 33, & quartum casum addidit: *Repositorium allatum est cum corte, in qua gallina erat lignea patentibus in orbem alis, quales esse solent, quæ incumbant ova.* Est grande sonorumque & vehemens verbum, itaque sæpius usurpatum Virgilio, ut Scaliger observat Poët. 4, 16.

¶ Incumba, *æ*, f. pars pilæ in conformicationibus, cui onus ædificii incumbit, das obertheil der tragenden seule. Vitruv. 6, 8 *Cum cunei ab oneribus parietum pressi extruderint, incumbas.* v. Baldi Lex. p. 61.

¶ Superincumbo, *ĕre*, idem, quod incumbere. Ovid. Heroid. 11, 57 *Superincumbens refovisti pectora nostra.* Lucan. 9, 939 *Tunc superincumbens pallentia vulnera lambit.*

¶ Occumbo, *ĕre*, niederfallen, todt bleiben. Vellej. 2, 70, 3 *Occumbere in gladium*, sich selbst erstechen. Additur sæpe *mortis* nomen vel tertio vel quarto vel sexto casu. Virgil. Æn. 2, 62, Phædrus 4, 1. Cic. Tusc. 1, 42 extr. *Vt esset, qui pro patria mortem non dubitaret occumbere.* conf. Curt. 8, 2, 8; & Suet. Aug. c. 13.

¶ Procumbo, *ĕre*, sich niederlegen. *Procumbere ad genua*, zu fuß fallen, Liv. 25, 7 pr. & *in genua*, Curt. 9, 5, 13.

¶ Recumbo, *ĕre*, sich wieder niederlegen. Cic. de Divin. 1, 27 *Primo perterritum somnio surrexisse, dein - - recubuisse.* ¶ 2. liegen, sich strecken. Cic. de Orat. 2, 71 *M. Lepidus cum, cæteris exercentibus, in herba ipse recubuisset, vellem hoc esset, inquit, laborare.* Catull. 17, 3 *Ne in palude recumbat*, i. e. occumbat. vid. ibi Livinejus. Sil. 6, 594 *Rector, cui Latium & moles rerum quassata recumbat.* ¶ 3. zu tische sitzen. Plin. epist. 4, 22, 4 *Cœnabat Nerva cum paucis. Vejento proximus atque etiam in sinu recumbebat.* ¶ 4. im bette liegen. Nepos Dione 9 *Cum in conclavi edito recubuisset - - At illi in lecto cubantem invasunt.* ¶ 5. Inclinare in aliquid, niedersincken. Ovid. Met. 10, 195 de moriente: *Ipsa sibi est oneri cervix humeroque recumbit.* Et hinc eleganter de loci positione acclivi, ap. Martial. 4 epigr. 64 *Iugera pauca Martialis Longo lanuculi jugo recumbunt.*

¶ Concumbo, *ĕre*, mit zu tische sitzen. Tertull. adv. Gentes c. 4 *In convivio præsentes & concumbentes.*

¶ Succumbo, *ĕre*, unten liegen, gewonnen geben. *Succumbere oneri, labori, doloribus*, Cic. de Fin. 1, 15, hoc est, vinci. *Cedere & succumbere fortunæ*, Cic. Tusc. 3, 17.

CŬBUS, *i*, m. κυβος, figura quadrata, etwas viereckigtes. Vitruv. lib. 5 præf. *Cubus est corpus ex sex lateribus æquali latitudine planicierum quadratum.* Inde descendit verbum *Cubo, are*, de quo supra. confer & paullo post *Cybium.* ¶ 2. *Cubi* dicuntur punctis distincta ossa, quibus utuntur οἱ ταυλίζοντες, i. e. tabliliantes, ut est apud Diomedem, würffel.

¶ Cubĭcus, *a, um*, viereckicht. Vitruv. præf. lib. 5 *Cubicis rationibus præcepta scribere.*

CŬCUBĂLUM, *i*, n. herba, de qua Plin. 27, 8 *Cucubali folia trita cum aceto serpentium ictibus mederi.* al. *Culiculi*, al. *Cuculi.*

CŬCŬBO, *are*, proprium nocturæ, schreyen wie eine nachteule. Auctor de Philomela v. 41 *Noctua lucifuga cucubat in tenebris.*

Cuculio, cucullatus, vide in *Cucullus.*

CŬCULLUS, *i*, m. tegmen capitis vulgare, eine kappe, mütze, hülle. Hinc *durus cucullus* Iuvenali 3, 170, quia crassi filii erat. Idem 6, 118 *Sumere nocturnos meretrix angusta cucullos*, scilicet, ne noscereturin lupanari, quo abibat. Et v. 329 *Illa jubet sumto juvenem properare cucullo.* ¶ 2. Nec tantum capitis tegumentum *Cucullus* sive *Cucullio* erat, verum etiam aliarum rerum. Martial. 3 epigr. 2 de libro: *Vel thuris piperisque sis cucullus*, id est, involucrum, quo aromata clauduntur, eine würtz-deute. Et Salmas. in Capitol. Pertin. c. 18 ex Notis Tironis atque Senecæ observat, fuisse etiam pedum cucullos, qui *cucullopedones* & *pedoculli* dicebantur. Vet. Glossæ *Cuculio, σκεπαστόν*, sive, ut Casaubonus ad Capitolini Verum c. 4 emendat, *σκεπαστρον*, quo quodvis tegumentum generaliter significatur.

¶ Cuculla, *æ*, f. idem Paullinus Iambo ad Cytherium v. 389 *Donumque tunicæ, quæ sodalem ornaverat, Geminat cucullæ munere.* Ita quoque Hieronymus Vita Hilarionis sub finem: *Cucullam & pallium ei derelinquens.* Et Ambrosius extremo Sermone 92 de Baptismo Augustini: *Novis vestimentis cuculla nigra induimus.* Glossæ Cyr. *Cuculla, κατακάλλιον.*

¶ Cucullio, sive Cucullio, *ōnis*, m. idem. Cato c. 2 de R. R. *Cum tempestates pluviæ fuerint, centones, cuculiones, familiam oportuisse sibi sarcire.* Capitol. in Vero c. 4 *Vt vagaretur nocte per tabernas ac lupanaria obtecto capite cucullione vulgari viatorio.*

¶ Cucullātus, *a, um*, cucullo rectus, item, quod cucullum habet; ut, *Vestis cucullata*, apud Isidorum 19, 24 mönchskutte. *Saga cucullata*, Colum. 11, 1 quibus tegumentum capitis affutum.

Bardocucullus, vide supra *Bardi.*

CŬCULUS, κοκκυξ, de genere accipitrum est, ein kuckuck. Plinius 18, 26 *aliter* vocat *temporarium.* Avis est timida; ideoque nec proprium sibi struit nidum, nec pullos suos excludit, sed ovum suum in alieno, ac plerumque corrucæ deponit nido. Fœtus autem posteaquam exclusus est, pullis cæteris cibos omnes præripit, deinde una cum matre devorat. Ita quidem vulgo ex Plin. 10, 9 f. 11 & 15 ex Aristotel. lib. 9 de Nat. animalium. ¶ 2. Per convicium *Cuculi appellantur*, qui insulso ac inordinato sermone molesti sunt. Item, focordes ac desides, & qui fero ac intempestive quid faciunt; tum qui nobiles quidem, sed inertes atque degeneres; item qui in re turpi deprehensi; denique qui ex quavis caussa digni opprobrio. Vide Lambinum & præsertim Torrentium ad Horat. 1 sat. 7, 31, ubi ait: *Magna compellan voce cucullum.* ¶ 3. *Cuculus* etiam vocarunt eos, qui cum uxorem haberent domi, alias tamen amarent, v. Plaut. Asin. 5, 2, 73, & Pseud. 1, 1, 94. In caussa est, quod avis ea in alieno pariat nido, ac pulli ejus ab aliis educentur avibus: qua de re Antigon. Carystius in Narrat. Mirabil. mem. 1 & 9, 10. Ex Horatio & Plauto apparet, mediam in *Cucŭlus* produci: aliqui tamen corripiunt. vid. Gloneri Prosod. p. 85. Et hinc

¶ Cuculo, *are*, schreyen wie ein kuckuck. Autor Philomelæ v. 35 *Et cucŭli cucŭlant.*

CŬCUMA, *æ*, f. ahenum aquæ calefaciundæ, superne angustum & cum porrecto collo, kupfferne blase, kessel. Petron. c. 135 *Cucumam ingentem fuco appofuit.* Mentio fit etiam l. 1 § 3 Dig. ad leg. Corn. de fic. Sed synecdochice Martiali 10 epigr. 79 integrum balneum est, privatum tamen & parvum, cujus calidæ vel cucuma sufficiat.

¶ Cucumŭla, *æ*, f. dimin. Petron. c. 136 *Cervix cucumulæ.*

¶ Cucumella, *æ*, f. aliud diminut. l. 17 Dig. Si servitus vind. § 1. Sed variant ibidem libri.

CŬCŬMIS, & Cucumer, *ĕris*, m. a *curvare* dicitur, Varrone auctore, L. L. 4, 21, plur. *Cucomeres*, kleine furbse, oder gurcken; macerantur & condiuntur, ut ad carnes assas esui esse possint. Virg. Georg. 4, 121 *Tortusque per herbam Cresceret in ventrem cucumis, nec seva comantem &c.* Plinius etiam hujus *cucumis, cucumi, cucumim* declinavit; exemplavide 19, 12 & 20, 1 & 9. ¶ 2. *Cucumis marinus*, colore & odore cucumeri terrestri similis. Plin. 9, 2; & 32, 11. Vulgo piscem intelligunt; Harduinus autem fruticem marinum.

¶ Cucumerarium, *i*, n. ein furbis-beet. Vulg. Interpr. Esa 1, 8. conf. Tertull. adv. Iudæos c. 3 & 13: & adv. Marc. 2, 23.

CŬCURBĬTA, *æ*, f. kurbis. Plin. 19, 5 *Cucurbitarum nomen & usus.* Propert. 4, 2, 43 *Cæruleus, cucumis, tumidoque cucurbita ventre.* Proverbio *Lippire cucurbitas* dicuntur habere & stupidi, quem admodum *caput cucurbitæ habere* stolidum & vecordem dixit Apulejus 1 Milef. *Hem*, inquit, *nos cucurbitæ caput non habemus, ut pro te moriamur. Abi & cucurbitas pinge.* Νῆπιε, οὐ τοι κεφαλὴν ἔμπεδον ἐστὶ πεπαφὼς, τῶν γὰρ δὴν ἐπέλασσον. Vox Apollodori Architecti ad Hadrianum juvenem, inepte de illius arte judicantem, cum ille forte cum Trajano de ea ageret. Scire autem cucurbitas paullo ante pinxerat Hadrianus. Dio l. 69 p. 780. ¶ 2. *Cucurbita* instrumentum medicum vid. statim *Cucurbitula.*

¶ Cucurbĭtŭla, *æ*, f. diminut. ¶ 2. Quo nomine & ventosam dicunt, qua in scarificatione sanguis educitur, sive vasculum, quod

cuti cum flamma affigi solet, ein schröpff-kopff, laß-korff. *Sanguinem cucurbitulis educere*, köpffe setzen, schröpffen. Iuvenal. 14, 57 *Vacuumque cerebro lampridem caput hoc ventosa cucurbita quærat?* De quo versu vide Heinf. Dissert. de Apocolocynthosi Senecæ. Duplici autem cucurbitularum genere uti veteres, æreis & corneis. v. Celsus 2, 11 *de sanguinis detractione per cucurbitulas.* Apud Plin. Valer. 2, 28 etiam *Cucurbitella* legitur.

¶ Cucurbitinus, *a, um*, quod cucurbitæ refert similitudinem; ut, *Pira cucurbitina*, Cato c. 7.

¶ Cucurbito, *are*, schropfen. Gloss. lat. gr. *Cucurbitas*, σικύας. ¶ 2. *Cucurbitare* dominos vasalli dicuntur, qui eorundem uxores corrumpunt Salmurh. ad Pancirolli. deperd. p. 214, Dilher. dispp. Philolog. Tom. 1 p. 349.

¶ Cucurbitatio, *ōnis*, f. das schröpffen. Cæl. Aurel. Tard. 2, 1.

CVCVRIO, *ire*, gucken, locken wie ein hahn, krähen. Auctor Philomelæ v. 25 *Cucurire solet gallus, gallina gracillat.*

CVCVTIVM, *i*, n. vestimenti genus, vel, ut Casaubonus censet, cucullorum species, eine kutte, hütte. Treb. Pollio in Claudio c. 17 *Cucutia villosa duo*, vid. Interpretes. Meurlio *cucullia* legere placet.

CŪDO, *cudi, cusum, cudĕre*, schlagen, schmieden. *Cudere argentum*, münzen. In Ter. Heaut. 4, 4, 15 idem est ac comparando argento dare operam. *Cudere frumenta*, dreschen, Colum. 2, 10. Ter. Eun. 2, 3, 89 *In me hæc cudetur faba*, das spiel wird über mich auslauffen. Vide Donatum ibi. ¶ 2. Diomedes, Charnias & Phocas formant præteritum *Cusi*: cum aliis Priscianus p. 839 mavult *Cudi* propter *Excudit* Virgilii Æn. 1, 174.

¶ Cūso, *are*, frequentat. apud eundem Priscian. p. 890.

¶ Cūsor, *ōris*, m. qui monetas cudit, ein münz-schlager. Gloss. gr. lat. ἔκτυπος χρυσὸς ἢ ἄλλως ὕλης, *Cusor*. L. 1 Cod. de Excusat. artif. inter alios artifices etiam sunt *cusores*. Romæ monetæ omnis generis cusoribus præerant triumviri menfarii, de quibus Liv. 23, 21, &c.

Compositæ:

¶ Accūdo, vel Adcudo, *ĕre*, zusammen oder darzu schmieden. Metaph. *Tres nummos accudere possem, ut triginta sint*: Plaut. Merc. 2, 3, 96.

Apilascus, *ūdis*, vide supra in A.

¶ Concūdo, *ĕre*, apud Firmicum.

¶ Excūdo, *ĕre*, ausarbeiten, fertigen, herausschlagen. Cic. Att. 15, 27 *Tibi de gloria excudam aliquid, quod lateat in thesauris tuis*, i. e. componam. Quo pertinet illud Plinii 1 epist. 3 *Effinge aliquid atque excude, quod sit perpetuo tuum.* Virg. Æn. 6, 847 *Excudent alii spirantia mollius æra*: i. e. elaborabunt, effingent. Idem Æn. 1, 174 *Ac primum silicis scintillam excudit Achates*: EXCVDIT, *feriendo elicit*: *quia* CVDERE *est ferire*, ad eum locum Servius scribit.

¶ Excūsus, *a, um*, geschlagen, getrücket, gedrucket.

¶ Excūso, *ōnis*, f. die ausferrigung, prägung, apud Apulej.

¶ Excūsor, *ōris*, m. vocari potest, ein bildhauer, kupfferstecher, drucker. Quintil. 2, 21 eum ita vocat, cujus ars dicitur χαλκευτική, qui non statuas, sed vasa efficit.

¶ Incūdo, *ĕre*, cudendo asperare vel imprimere, einhauen, einprägen. Hinc

¶ Incūsus, *a, um*, eingehauen, eingeprägt. Perf. sat. 2, 52 *Incusa auro dona.* Virg. Georg. 1, 275 *Lapidemque revertens Incusum, aut atræ massam picis urbe reportat*: einen gepickten oder geschärfften mühlstein.

¶ Incus, *incūdis*, in qua aliquid cuditur, ein amboß. Virg. Georg. 2 extr. *Impositos duris crepitare incudibus enses.* Translate Horat. in arte v. 441 *Et male tornatos incudi reddere versus*: hoc est, denuo componere & perpolire. Sidon. 8, 4 *Versus a meditationis incude adhuc calidi.* Idem 4, 1 *Philosophica incude formatus.* Prov. *Inter malleum & incudem esse* dicuntur, qui anxietatibus & malis premuntur, im gedränge seyn; vide Chiliadas.

¶ Percūdo, *ĕre*, durchhacken, durchschlagen. Colum. 8, 5 *Die undevicesimo* (aviarius) *animadvertat, an pulli vostellis ova percuderint, & auscultetur si pipiant.*

¶ Procūdo, *ĕre*, probe cudere, ut Servius exponit, zurichten, schmieden. Hinc ad alia eleganter transfertur: ut, *Procudere dolos*, i. e. effingere, Plaut. Pseud. 2, 2, 20. *Procudere linguam*, Cic. de Orat. 3, 30 extr. *Non enim solum accenda nobis; nec procudenda lingua est, sed onerandum complendumque pectus maximarum rerum & plurimarum suavitate, copia, varietate.* ¶ 2. Est & producere, & longius ampliusque efficere aliquid, erlängern, quemadmodum fabri cudendo malleis ferrum extendunt. Lucret. 5, 1263 *Quamvis in acuta & tenuia posse Materiam duci fastigia procudendo.* Virg. Georg. 1, 261 *Durum procudit arator Vomeris obtusi dentem*: i. e. cudendo extenuat, producit tundendo, ut Servius interpretatur. Varro apud Nonium 2, 677 *Legendo aut scribendo vitam procudito*, id est, producito, longiorem effice. ¶ 3. Hinc & pro gignere ac propagare usurpatur. Lucret. 2, 1112 *Terreno corpore terra Crescit, & ignem ignes procudunt, æthera æther*: Sic *Procudere sæcla, prolem*, Idem dixit 5, 848 & v. 854.

¶ Recūdo, *ĕre*, umschmieden. Laudatur Varro: *Ut solent ii, qui vetera metalla recudunt.* Et Manil. 1 s. p. 114.

¶ Succūdo, vel subcudo, *ĕre*, darzwischen schlagen. Varro L. L. 4, 24 *Succuderunt Gabi e ferro sub id vocabulum* (de lorica loquitur) *ex annulis ferream tunicam.*

¶ Subscus, *ūdis*, f. ut Incus; id nempe quod sub, subtus vel super cuditur, ein band, ringel, klammer. Pacuvius apud Festum: *Nec ulla fabrica cohibet compagem.* Cato de R. R. c. 18 *Subscudes ligneas adindere.* Subscudes, fuscudes & subcudes lignea sunt vel ferrea retinacula, quibus duo ligna vel asseres inter se vinciuntur. *Subscudibus & fecuriculis compingi*, Vitruvius dixit 4, 7. v. Securicula. Et Arnob. lib. 6 p. 202 *Ab vanarum cassibus & dissolutionis subscudibus & ligneis uncis atque ansatis retentari.* Sed *Subscudines* plurali numero apud Augustin. legitur l. 15 de Civ. D. *Ferrea subscus*, Vitruvio 10, 13, quæ molam sustinet, vide Baldi Lex. Vitr. p. 119.

CŪDON, *ōnis*, m. pelliis cruda & dura, qua capita teguntur adversus ictus vice galeæ, cujus usus etiamnum apud Hibernos durat: legunt & *Codio*. Nam græce κώδιον *corium* est. Silius 8, 494 *Capiti cudone ferino sat cautum.* Idem 16, 59 *Scipio contorquens hastam, cudone comantes Dejecit crines.*

CŪIAS, *ātis*, o. pronomen interrogativum, cujus nationis, seu gentis, secte? *Cujas es?* wo bist du her? Respondere debet, *sum Germanus, Gallus, Italus, &c.* Cic. Tusc. 5, 37 *Socrates, cum interrogaretur, cujatem se esse diceret, Mundanum inquit; totius enim mundi se incolam & civem arbitrabatur.* Apul. 1 Milef. post init. *ut prius noveritis, qui sim, & cujatis*, subaudi *gentis*: & lib. 8 p. 212 *præconem rogat, cujatis essem.*

¶ Cujus, cuja, cujum, antiquum, wessen. Ter. And. 4, 4, 24 *Cujum puerum hic apposuisti?* Nunc usitatius dicimus, *cujus puerum &c.* Virg. ecl. 3, 1 *Cujum pecus? an Meliboei?* Plura exempla ex Cicerone, Terentio, Plauto & aliis congessit Ol. Borrich. in Cogit. de L. L. p. 77 seq.

Cujuscemodi, Cujusmodi &c. vide *Modus*.

¶ Cujusvis, Cujavis, Cujumvis, ein jeder. Apul. Apol. *Cujavis oratio.*

CVLBICIO, *ōnis*, f. dictus affectus stranguriæ similis, die harnwinde. Gloss. gr. l. στραγγουρία, *Culbicio.*

CVLCÍTA, *æ*, f. omne stragulum, in quo quiescitur, dicta ab inculcando; ein banck-pfül, polster. *Culcita plumea*, Cic. Tusc. 3, 19, ein federn-pfül. Sic Gronov. edidit: vulgo *Culcitra*, invitis Criticis. Vide Manut. Orthograph. & Torrentium ad Suet. Tib. c. 54, ubi Tranquillus: *Drusso adeo alimenta subdidit, ut tomentum e culcita tentaverit mandere.* Sen. epist. 87 *Culcita in terra jacet, ego in culcita.* Et epist. 108 *Laudare solebat Attalus culcitam, quæ resisteret corpori.* Adi & Festum, & Plaut. Mil. 4, 4, 42, &c. Et Ulp. l. 25 § 4 ff. de auro & arg. leg.

¶ Culcitŭla, vel Cucirella, *æ*, f. dimin. Plaut. Most. 4, 2, 14 *Suam culcitulam oportet* scil. *nosse.* Eodem modo Dolabella C. Cæsarem, qui audiebat Delicium Nicomedis, appellare solebat *spondam regiæ lecticæ*, vid. Lipsi. Ant. Lect. 2, 9.

¶ Culcitrārius, *i*, m. qui culcitas facit & vendit, ein polstermacher. Diomed. lib. 1 p. 313.

CVLEST, pro *quale est*, Plautus Amph. 1, 3, 39 apud Nonium 3, 56. vid. Taubm. p. 48.

CŪLEUS, *i*, m. uter, sive saccus coriaceus, ein schlauch, lederner sack. In Gloss. *Culeus* & *Culleus*, scribitur, & κοιλὸς βοὸς, item ἀσκὸς ταυρίας explicatur. *Parricidæ in culeum vivi injiciebantur* atque in mare vel flumen dejiciebantur. v. Cicero pro Rosc. Am. c. 11, Sen. de Clement. c. 23, Suet. Ner. c. 45 & Aug. c. 30, ubi vide Casaub. & Bernegg. itemque Lipsi. ad allegatum Senecæ locum, nec non Colerum; Turneb. Adv. 13, 13. Tandem hoc mutatum est, cœptumque, ut darentur ad bestias, aut vivi exurerentur. Julius Paulus Sentent. 5, 24. ¶ 2. *Culeus* cum utribus jungitur, inter vasa militaria, trajiciendo amni, apud Nepot 18, 8, 7. ¶ 3. Est & *Culeus* mensuræ majoris nomen continentis amphoras viginti. vid. Dalechamp. ad Plin. 14, 32.

¶ Culeum, *i*, vel Culleum, n. idem quod *Culeus* notione tertia. Varro R. R. 1, 2 *In eo agro aliquot fariam in singula jugera dena culleo vini sunt.*

¶ Culĕŏla, *orum*, n. pl. cortices sunt nucum viridium, grüne nußschalen, a similitudine culeorum vini. Et etiam Cic. Att. 6, 3 p. 614. Græv. hoc nomen. Sed dubium, propriumne, an appellativum. Junius laudat Gloss. *Culleola publica*, τοῦβλαι, ἐταιρικαί, διεταιρικαί. Ut eadem mente, qua *scortum*, quod & ipsum e corio, appelletur. Festus.

¶ Culearis, *e*, ut, *Dolium culeare*, quod culei capax est, Cato c. 112. v. *Culeus* n. 3.

¶ Cŭlullus, *i*, m. urceolus, ein wein-krauß, krug, humpe. Horat. in Arte v. 434 *Reges dicuntur multis urgere cullullis, Et torquere mero, quem perspexisse laborant*: *An sit amicitia dignus*: sie sehen ihm mit grossen gläsern zu. Add. 1 od. 31, 11 *Aureis cullullis vina exsiccare.*

CVLEX, *ĭcis*, m. vermiculus omnis alatus, eine mücke. Differentiæ eorum plures; alii enim *culices ficarii* dicuntur, quos κωνωπες vocat Aristoteles, alii *muliones* dicuntur. Plin. 11, naturam miratus, *tot*, inquit, *sensus collocavit in culice.* Horat. 1 sat. 5, 14 *mali culices*, id est, molesti. *Culices pati rotundos*, Hadrianus dixit apud Spartianum in Vita c. 16. Proverb. *Culicem elephanti conferre*, de iniqua rerum minimarum cum maximis comparatione.

¶ Culĭcŭlus, *i*, m. diminut. Gloss. Cyrilli *Culiculus*, κωνώπιον.

¶ Culicāre, *is*, n. idem quod *Conopeum*, de quo supra.

¶ Culiciarius Apollo in Attica celebatur, quod infestos culices ex agris propulsaret. vid. Alex. ab Alex. 1, 13 & 15.

CVLIGNA, *æ*, f. vas potorium a græco κύλιχνος, Cato c. 132 & Fest.

CŪLĪNA, *æ*, f. ab igne colendo; vel quasi *calina* a calendo dicta, quo nomine dicebatur in villa locus, ubi versabatur familia, & ubi focus & Lares erant, die küche. Vnde & Laribus sacra juxta Servium. Varro de R. R. 1, 13, & Colum. 1, 6. Martial. 10 epigr. 66 *Faciem nigra violare culina.* ¶ 2. Accipitur & pro latrina sive secessu, ein abtritt, heimlich gemach. Vet. Gloss. ἀφεδρών, *Culina.* Atqui ἀφεδρών, cloaca sive latrina est. Eædem Glossæ: ἀπόπατος, *culina.* Isidorus quoque *Culinam*, in Glossis *Latrinam*, *Secessum*, interpretatur. Petron. c. 2 *Qui inter hæc nutriuntur, non magis sapere possunt, quam bene olere, qui in culina habitant.* Varro de L. L. 4, 25 *Lavatrinam* & *culinam* conjungit: *Trinæ*, inquit, *quæ crilina in lavatrinam aquam fundunt.* Deinde a coquendo *Coquina*, Sipontinus. ¶ 3. *Sunt in suburbanis loca publica, in-pum destinata funeribus, quæ culinas appellant*, Aggenus in Front. de Limit. p. 60. Conf. Kirchman. de fun. Rom. 2, 24 p. 188: & Festus.

¶ Culina

¶ Culinarius, *i*, m. coquus, der Koch. Scrib. Largus Compositione 230 *Lixivia, qua culinarii utuntur.*

¶ Culinaria, *orum*, n. plur. Küchen-geräth.

CVLIX, *icis*, herba est, qua trita semen cucumerum maceratum seri jubent, ut sine semine nascantur, Plin. 19, 5.

CVLMEN, *inis*, n. a *culmis* dictum, quia vereres culmo sive stramine ædificia tegebant; vel a *Columen* per syncopen, der forst des hauses, giebel, dach-spitze. Virg. ecl. 1, 69 *Pauperis & tuguri congestum cespite culmen.* Et v. 83 *Et jam summa procul villarum culmina fumant.* Sed & ad alia tecta transfertur. *Culmen ædis Iovis fulmine ictum*, Liv. 27, 4. ¶ 2. Per metaphoram, pro eminentia, dignitate atque fastigio, quo excedimus alios, dicitur, die höheit, würde. Apul. 3 Florid. *Quid ergo superest ad honoris mei tribunal & culmen, ad laudis meæ cumulum?* Ita *regale culmen* pro majestate regia apud Claudian. 6 conf. Honor. v. 64 legimus. Plin. 9, 35 *Principium ergo culmenque omnium rerum pretii margaritæ tenent.* Sic, *pervenire ad culmen*, i. e. ad summum, idem dixit. Virg. Æn 2, 290 *Ruit alto a culmine Troja*: Vbi Servius; *Vel a dignitate sua, vel a tectis suis. Nam ideo dixit culmina, tecta, quia veteres de culmo ædificia protegebant.* Vide eumdem etiam ad eclog. 2. ¶ 3. *Culmen* pro *culmo* posuit Ovidius Fast. 4, 734 *Duræ culmen inane fabæ.*

¶ Culminius, *a, um*, adject. zugespitzt; ut, *Culminia olea*, Colum. 5, 8; & 12, 49. (Putant rectius dici *Cominiam*, de qua supra). Sic *Culminia bacca*, Idem 12, 52.

¶ Culmĭno, *are*, culmen facere, attollere, erhöhen. Mart. Capella lib. 9 p. 309 *Quæ senatum lumina Deûm verendo culminatis vertice.*

CVLMVS, *i*, m. calamus frumenti, qui a radice ad spicam protenditur, der halm, strohhalm. *Geniculato culmo erecta herba*, Cic. de Senect. c. 15. Virg. Georg. 1, 111 *Negravidis procumbat culmus aristis.* Lucan. 6, 9 *Nondum surgentibus altam In segetem culmis. Homo tam bene culmo quam auro tegitur*, Sen. epist. 8. *E culmo spicam conjicere*, id est, ex senectute judicare de juventa. Vide Chiliad.

¶ Culmōtus, *a, um*, das einen halm oder stengel hat. Sidon. Carm. 9, 72 *Madere Culmotos viridi cruore fratres.*

CVLPA, *æ*, f. noxa, crimen, schuld, mishandlung, versehen. Ter. Eun. 5, 6, 10 *Quicquid hujus factum est, culpa non factum est mea*, da habe ich keine schuld dran. Idem c. 1. 2, 3, 96 *Ne post conferas culpam in me. Culpam in aliquem transferre*, Idem Andr. 2, 3, 5, die schuld auf einen werfen oder schieben. Cic. fam. 6, 2 *Ferenda est fortuna, præsertim, quæ absit a culpa.* Et 12, 22 *Quicquid acciderit, a quo mea culpa absit, animo forti fero.* Contra ferre ea molestissime homines dicunt, quæ ipsorum culpa contracta sunt. Idem pro Rosc. Am. c. 16 extr. *Vitio & culpæ dare alicui aliquid. Culpam præstare*, sicut *præstare dolum, vitium.* Cicero fam. 6, 1 *Simus ea mente, ut nihil invitis nobis præstandum putemus præter culpam.* Et 9, 16 *Video Philosophis placuisse, nihil esse sapientis præstare, nisi culpam.* Vide & 5 epist. ult. & 6, 4; & ad Q. Fratr. 1, 1 *Commerui culpam*, est, contraxisse culpam, ideoque & cattigationem sive pœnam commeritum esse; Vsus Plaut. Aul. 4, 10, 8, & Capt. 2, 2, 42. Tandem Horat. 4 od. 5, 24 vere dixit: *Culpam pœna premit comes.*

¶ Culpo, *avi, atum, āre*, tadeln, straffen. Colum. princ. Operis: *Audio culpantes agrorum infœcunditatem.* Publius in Mimis: *Feras, non culpes, quod mutari non potest.* Ovid. 2 Am. 4, 21 *Est etiam, quæ me patem, & mea crimina culpet.*

¶ Culpātus, *a, um*, beschuldiget, tadelhafft. Hinc Comp. Gell. 11, 7 *Molestius culpatiusque esse arbitror, verba nova, incognita, inaudita dicere, quam invulgata & sordentia.*

¶ Culpate, adverb. idem. unde *Culpatius* apud Celsum.

¶ Culpātio, *ōnis*, f. die beschuldigung. Gell. 10, 22 *Ne ipsi quoque culpationes hujusce modi mercamur.*

¶ Culpābilis, *e*, strafbar, zu tadeln. Apul. Apolog. *Culpabile judicandum est.* Arnob. lib. 7 p. 222 *Opinio culpabilis.* Salvian. de Gubern. Dei 4 p. 110 *Sed hoc culpabilior tu, quam ille.* Et Tertull. ad Vxor. 2, 1 *Tanto culpabilius est.*

¶ Culpabiliter, adverb. idem. Symmach. 9 epist. 43 *Nolo existimes, culpabiliter ad me esse perlatum, quod &c.* hoc est, in malam partem, cum criminatione. Augustin de Genes. ad lit. 11, 9 *Quicquid culpabiliter dixerat.* Paulinus Nol. epist 39 (vet. ed. 30) n. 4 *Nos culpabilius insistit.*

¶ Culpīto, *are*, frequent. Plaut. Cist. 2, 1, 19 *Ne jusjurandum nostrum quisquam culpitet.*

¶ Conculpo, *are*, culpare, ICr. in Digest.

¶ Deculpatus, *a, um*, verworffen. Gell. 19, 10 *Dehonestum tibi deculpatumque hoc verbum videtur. Deculpatum*, id est, damnatum vel culpæ notis compunctum. Critici enim recensentes libros, quod minus recte politum, nota infigebant: quas *Culpas* vocabant. Qua de re multa Scaliger Notis ad Varronem de R. R. itemque Wowerius de Polymathia c. 17.

¶ Deculpatio, *ōnis*, f. die verwerffung, scheltung. August.

¶ Diculpo, *are*, rechtfertigen, entschuldigen; esse dicitur Plauti.

¶ Inculpatus, *a, um*, qui caret culpa, unsträfflich, untadelhafft; ut, *Comes inculpata Minervæ*, scil. noctua, Ovid. Met. 2, 588. *Omnis culpæ privatio inculpatum facit*, Gell. 1, 5 *Mores inculpati*, ein wandel ohne fehl. *Vita inculpatissima*, Idem Gell. 14, 2.

¶ Inculparim, adverb. idem. L. 20 Cod. Theod. de palatin. sacrar. largit. *Qui inculpatim ad calcem terminumque militiæ pervenerint.*

¶ Inculpābilis, *e*, inculpatus. Solin. c. 30 (al. 43) de Æthiopia, *Hyacinthos lapis pretiosas, si quidem inculpabilis inveniatur.* Prudent. Apotheos. v. 951 *Inculpabile Numen.* Avienus in virgine Astrea v. 280 *Pro manere morum Inculpabilium nomen dedit omnibus astris.*

¶ Inculpabiliter, adverb. idem. Sarisb. 1, 4 *Inculpabiliter profecisti.*

CVLTER, *tri*, m. & Cultrum, *i*, n. ein messer. *Acutum cultrum habeo*, Plaut. Epid. 2, 2, 2. *Virginius, ab lanio cultro arrepto, pectus puellæ transfigit.* Liv. 3, 48. Horat. 1 sat. 9, 74 *Fugit improbus, ac me sub cultro linquit*, h. e. in periculo. *Culter venatorius*, Suet. Aug. c. 19, & Claudio c. 13, ein weidmesser, hirschfänger. Neutro genere est in Gloss. Vet. *Cultrum κοπὶς, ἡ μάχαιρα, σφαγίς.* Addunt quidam Propertium 4, 5, 72, sed variant libri, & vel *clastra* vel *claustra* legunt. *Cultra* autem minus illi versui conveniunt. Iuvenal. 12, 84 *Sertaque delubris & farra imponite cultris*; Vbi Scholiast. inedit. *Cultrum*, inquit, *est genus patinæ, quæ in miscellaneis templi adhibebatur.* ¶ 2 Est & instrumentum arandi, das pflug-eisen. *Culter vocatur, prædensam terram secans, &c.* Plin. 18, 18. Hinc apud Vitruv. 10, 10 & 14 *in cultrum* vel *in cultro collocare*, de iis dicitur, quæ recto situ ad perpendiculum posita sunt. v. Baldi Lex. Vitruv. p. 33.

¶ Cultrellus, *i*, m. dimin. Horat. 1 epist. 7, 51 *Cultello pugnare angues.* Plin. 12, 25 *Incidatur vitro, lapide, aut ive cultellis.* Pallad. 1 extr. *Præparemus cultellos curvos minores, per quos novellis arboribus furculi aridi aut exstantes facilius amputentur.*

¶ Cultellātus, *i*, m. aliud diminut. Solin. c. 38 *Cultelluli effecta.*

¶ Cultello, *are*, ad perpendiculum constituere, gleich richten, gleich abmessen. *Cultellare agrum eminentiorem, & ad planitiei redigere æqualitatem*, apud Frontin de Limit. p. 43, idem est ac cogitare, clivorum inæqualitatem planam esse. conf. Hygin. p. 178, & Gœsii Ind. sub voce *Cultellare.* Item Borrich. Cogit. p. 79.

¶ Cultellātus, *a, um*, scharff wie ein messer. *Dorsa anthiæ piscis cultellata*, Plin. 32, 2. Id. 8, 25 i. q. dixerat, *cultellata spina in dorso Delphini.* Laudatur similitudo non inepta nescio cujus *Vt palma, quæ cortice sit cultellato, difficilis quidem est ascensu; sed fructum habet dulcissimum: itidem eruditio & virtus aditum habent difficilem, sed fructum dulcissimum.* Apud Hyginum Gœsii pag. 214 *Cultellatus lapis* est, qui pentagoni recipit rationem, ein fünffeckichter stein.

¶ Cultratus, *a, um*, idem. Plin. 13, 4 *Folia cultrato mucrone.*

¶ Cultrarius, *i*, m. victimarius, qui victimam immolat, Suet. Calig. c. 32, ein opffer-schlächter. ¶ 2. ein messer-schmied. Vet. Inscriptio apud Gruter. p. 640 n. 11 Q. TVRRVRTI Q. L. MENOLANI CVLTRARII OSSA HEIC SITA SVNT. Vbi appictos cultros vides, non dissimiles iis, quibus nostri victores utuntur.

¶ Cultellārius, *i*, m. ein messer-schmied, in Gloss. gr. lat. μαχαιροποιός.

¶ Subcultro, *are*, cultello concidere, zerschneiden. Apicius 4, 2 *Subcultrare pulpas.*

¶ Subcultratus, *a, um*, zerschnitten. Idem 8, 8 *Thymum subcultratum.*

Cultio, cultura, cultus, &c. vide *Colo*, Culullus, *Culeus.*

CVLVS, *i*, m. idem quod podex, sed obscœnius, ut videtur, a græco κῶλος. Catull. carm. 23, 19 *culus purior salillo.* Vsus idem est carm. 95 & 96 ad Æmilium & Vectium, ubi vide. Sæpe & Martialis, ut, *culus macer*, 3 epigr. 98 *culus tritior*, 9 epigr. 58.

CVM, præpositio, vim habet societatis & convenientiæ cum persona & re, mit. sammt, e. g. *Cum alio consentire.* Nepos 19, 2, 2. *Audire cum severitate, cum voluptate*, Cic. Orat. c. 52 *Venire cum magna calamitate & periculo civitatis*, zu grossem unglück und schaden. Id. Verr. 3, 24. Cic. ad Q. Frat. 1, 2 *Certo scio, te feceris cum caussa*, h. e. non sine causa. Nepos 12, 3, 1 *Quod Crabrias adversum regem bellum gereret cum Ægyptiis*, hoc est, socius & auxiliator Ægyptiorum. Cic. fam. 1, 1 *Esse cum imperio*, commandiren. *Esse cum potestate*, macht haben. Idem de Invent. 1, 25 *Cum bona gratia aliquem dimittere*, Idem de Fato c. 4, einen in guten von sich lassen. *Cum aliquo facere*, est, ejus partes sequi, es mit ihm halten; Cic. Att. 6, 8 *Cum Cæsare Lentulum consulem facere.* Nepos 17, 2, 5 *Cum animadverteret, Deorum numen facere secum.* ¶ 2. Elegans formula est: *Cum eo mihi omnia sunt*, i. e. conjunctissimus mihi est. Cic. fam. 13, 1 *Cum Patrone Epicureo mihi omnia sunt; nisi quidam Philosophia vehementer abeo a isto.* Contra Idem Att. 12, 17 *Mihi ante ædilitatem meam nihil erat cum Cornificio*: Nempe significat, se eo familiariter haud usum, er habe keine freundschaft oder genemschafft mit ihm gehabt. Plaut. Cas. 2, 2, 12 *Num vicinam neminem amo meorum magis, quam te; Nec quicquam plura sunt mihi, quæ ego velim. Flava*, nempe *communia*: hoc enim in hoc elliptico dicendi genere subaudiendum est. v. Gron. ad h. l. Ita Sen. epist. 12 *Quid tibi cum alieno?* ¶ 3. In exceptionibus, cum restringimus aliquid ad quandam conditionem seu legem, invenitur hæc formula *cum eo*, solchergestalt, mit dem bedinge, doch so. Cic. Att. 6, 1 p. 574 Græv. *Sit sane, quoniam ita tu vis, sed tamen cum eo, quod sine peccato meo fiat.* Liv 8, 14 *Lavinii civitas data, sacraque sua reddita, cum eo, ut ædes Iunonis communis Lavinii, cum Pop. Rom. esset.* &p p. *Antium nova colonia missa, cum eo, ut Antiatibus permitteretur* &c. Colum de re Rust. 5, 1 *Obsequar voluntati tuæ cum eo, ne dubites, id pas geometrarum magis esse, quam rusticorum.* conf. Cell. 2, 17; 3, 5 & 22; 4, 6; 7, 2 & 27, &c. ¶ 4. Sæpe cum elegantia quadam veteri additur hæc præpositio, ubi abesse poterat in significatione instrumenti, vel medii, vel temporis, ubi & Germanorum lingua suum mit addit. Cic. pro Cæcina c. 9 *Advenientem cum ferro invadere.* Idem de N. D. 2, 23 *Agere* vel *moliri cum labore operaque.* Catull. 62, 19 *Bona cum bona Nubat alite virgo.* Cic. Off. 3, 31 *Accumbere Romam, & cum prima luce Pomponii domum venire, dicitur.* Etiam Ter Adel. h. 5, 3, 55 *Cum primo lucu*, quod est ἐξαιφνῆς, pro *luce*: & Sallust. Iug. c. 106 *Cum ortu solis.* Plin. H. N. 12, 11 19 *Vehicula cum cadet cinctu.* Quin Cic. Verr. 1, 8 *Fasces complures cum pecunia Siciliæ.* Et Varro de L. L. 4 p. 9, 21 *Tera cum R uno scripta in antiquis libris.* Plin. 2 epist. 19 *Quæ scripsimus cum labore, etiam cum lepore audiri putemus.* Imperator Proœm. Inst. § 2 *Quorum utramque rationem cum summa hominis vigilitis summaque providentia, auxiente Deo, confici.* Vide & Indicem Lucretianum Gifanii. Itemque Scalig. post. 4, 34, ubi nonnihil de Pleonasmi hoc genere meminit. ¶ 5. Aliquando idem est quod *contra.* Sallust. Iug. c. *Bellum cum Iugurtha gessit*, i. e. contra.

Et

Et ita passim in *belligerandis* formulis. ¶ 6. *Cum* efficit Syllepsin casuum, ubi ejus loco *Et* poni debuisset. Ita Cic. fam. 14, 7 *Me cum similibus nostri Remp. defensuros*, i. e. *Me & similes*. Sallust. Iug. c. 101 *Bocchus cum peditibus invadunt*. Liv. 21, 60 *Dux cum aliquot principibus capitur*. Nep. 19, 2, 2 *Demosthenes cum ceteris erant expulsi*, conf. 22, 1, 5. vid. Gron. ad Liv. 21, 60 & 22, 21 Bentlej. ad Hor. 1 S. 7, 20, Burm. ad Ovid. Met. 1, 320. ¶ 7. Distributivis formulis eleganter intervit. Cic. Verr. 3, 47 *In jugere agri Leontini medimnum fere tritici seritur, perpetua atque æquabili satione. Agger efficit cum octavo bene ut agatur: verum ut omnes DI adjuvent cum decimo, quod si quando accidit, tum ſit, ut tantum decumæ ſit, quantum ſeveris, hoc eſt, quot jugera sunt sata, totidem medimna decimæ debeantur*, der acker trägt 8fältig oder 10fältig.

CVM, conjunctio & adverbium, wenn, indem, als, da, dieweil. Quintil. 1, 7 pr. *Illa quoque servata eſt a multis differentia, ut* cum *ſi* tempus *significaret*, per q; *ſi* conitem, per ci *ſi vero cauſſam, per q, ac duas ſequentes* un *ſcribebatur*. Diligenter autem discendum est, quando & quibus locutionibus præcedat Indicativum, aut Conjunctivum. Indicativo quoties *quia* aut *quod* aut *quandoquidem* significat. Cic. fam. 21, 25 *Tibi maximas gratias ago, cum tantum meæ litteræ potuerunt*. &c. Ter. Phorm. 5, 7, 73 *Ego redigam vos in gratiam, Chreme, hoc fretus, cum de malo excessi*, h. e. *quandoquidem*. Et in ejusmodi locutionibus: *Nondum sex menses sunt, cum huc commigravit*, Plaut. Perſ. 1, 3, 57. Cic. pro Cluent. c. 9 *Dies nondum decem intercesserant, cum ille alter filius necatur*. Servius ad illud Virg. Æn. 2, 455 *Inſelix qua ſe, comitata manebant, Sospes Andromache ſ. vre incomitata solebat*: DVM, inquit, *donec*: *alii tamen* CVM *legunt*: *Sed* cum manebant *quamdo decimus, cum conſuet*, manebant, *Indicativum eſſe? Hoc vero ſciendum eſt, quia, quando conjunctio eſt, neceſſe eſt aliquid jungi aut subaudiri. Vt*: cum venirem, vidi illum: *Si autem* cum veniebam *dicamus, aut modus pro modo eſt, hoc eſt, indicativus pro conjunctivo: aut etiam* CVM *non erit conjunctio, ſed adverbium temporis: & ſignificet*: tempore, quo veniebam. Hæc ille. Observa tamen, Hemsium legere DVM. Nepos 11, 2, 4 *Cum Artaxerxes Ægypti Regi bellum inferre voluit, Iphicratem ad Athenienſibus petivit Ducem*: id est, tempore, quo bellum inferre voluit. Cic. pro Sulla c. 10 *Difficile eſt tacere, cum doleas*. ¶ 2. *Cum quidem*, pro etsi, obgleich. Nepos 8, 2 extr. *In ſecundo prælio cecidit Cretheus, cum quidem fortiſſime pugnaret*. Idem 24, 2 pr. *Neque hoc per Senatum efficere potuit, cum quidem Scipio in civitate principatum obineret*. Eadem vi est, ubi sequitur *tamen* vel *nihilominus*. Cic. fam. 1, 2 *Cum Catone & Caninius intercesſ nt, tamen eſt perſcriptum*. Hirt. B. Alex. c. 50 *Cum familiares ejus in illa ſocietate versarentur, nihilo minus vetuerunt eum*. ¶ 3. Accipitur nonnunquam pro *Quando*, Ter. Eun. 3, 3, 16 *Quid hæſitſt cum perit?* Donatus ibi: *Cum pro Quando*. Et miscentur *quom* h. e. *cum*, *quondam* & *quando* lexcentes a librariis. ¶ 4. Interdum pro *Ex quo*. Cic. fam. 15, 14 *Multi anni ſunt, cum ille in ære meo eſt*. Et epist. 16 *Triennium eſt, cum virtuti nostrum remiſſi*. ¶ 5. Porro eleganter *Cum* & *Tum*, so wohl, als; beydes, und, so in sich in eadem clausula subsequuntur, sed cum differentia quadam, nimirum, ut *cum* quiddam minus, *tum* quiddam majus significet. Cic. Off. 1, 33 *Luxuria cum omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſſima eſt*. Hoc quoque hic monent nonnulli, τὸ CVM, cum Indicativo construendum esse. Ac est hac ratione non semel usus quidem Cicero, atque post eum alii etiam. Nepos 11, 3, 2 *Quod cum in aliis rebus declaravit, tum maxime in Amynte liberis tuendis*. Plin. Paneg. Traj. c. 74 *Sed cum multa illo die dicta sunt sapienter & graviter, tum vel inprimis*, CREDE NOBIS, CREDE TIBI: Interim tamen hæc observatio perpetua non est. Nam & exempla conjunctivi appositi apud Ciceronem non pauca occurrunt, uti ad Mamertini Maximianum c. 1 observavit Livinejus. Sed neque prima observatio procedit semper. Quod vel illud Ciceronis arguat pro Murena c. 11 *Rerum conſilio & periculo, cum Rep. tum etiam rebus noſtris perfrui poſſumus*. Enimvero in Republica aliquid majus est, quam privatorum in rebus atque fortunis. ¶ 6. Sed certa conditione temporis posita, *cum* redditur, wenn, so bald, & *tum* alsdenn. Cic. fam. 16, 2 *Cum reſte naviguri poterit, tum naviges*. Idem Leg. Manil. c. 6 *Cum venit calamitas, tum detrimentum accipitur*. conf. fam. 14, 3; & pro Cæl. c. 26, & infra *Tum*. Cic. pro Rosc. Am. c. 35 *Quæ ſi prodierit, atque adeo cum prodierit (ſcio enim proditurum eſſe) audiet*. ¶ 7. Notanda enim elegans hujus vocis & veluti transposita usurpatio, ad hunc modum apud Nepot. 18, 9, 1 *Dimidium ſpatium confecerat, cum allata eſt ſuſpicio*; pro, cum dimidium spatium confecisset, tum allata est, & ita persæpe Curtius & Poetæ. ¶ 8. Frequens est etiam genus dicendi concisum, omisso *cum*. Nepos 25, 2 pr. *Atticus adoleſcens ſeni Syllæ fuit jucundiſſimus, ſenex adoleſcenti Bruto*: i. e. cum esset adolescens, cum esset senex, &c. ¶ 9. *Cum* & *jam* miscentur a librariis. Burm. ad Calpur. ecl. 1, 88.

Cummaxime, compositum, vide infra in *Magis*.

Cumplurimum, vide *Plus*, Cumprimis, cumprimum, *Prior*.

CVMÆ, *arum*, f. Κύμαι, Campaniæ civitas in Italia, a Chalcidensibus (vide supra *Chalcis*) condita: quam Sibyllæ illustrat divinitas, cujus libris pro oraculo Romana usa est prudentia. Silius 8, 532 singulariter extulit: *Linitimam & quondam fatorum conſcia Cumæ*, ut sit *Cume, Cumes*. Quamquam & ibi Dausquejus pluraliter *Cumæ* legat. Dicta autem *Cumæ* Servius ad Æn. 3, 441 putavit, vel ἀπὸ τῶν κυμάτων, h. e. ab undis, vel ab auspicio mulieris prægnantis, qua conspecta Chalcidenses prope Bajas urbem ibi poluerunt, ἔγκυον enim gravidam Græci dicunt. Liv. 4, 44 extr. *A. V. C.* CCCXXXV *a Campanis Cumæ, quam urbem Græci tum tenebant, capiuntur*.

¶ Cumæus, *a, um*, object. Virg. Æn. 3, 441 *Hucibi delatus Cumæam accesſeris urbem*. Idem ecl. 4, 4 *Vltima Cumæi venit jam carminis ætas*, i. e. Sibyllini.

¶ Cumānus, *a, um*, idem; ut *Vates Cumana*, Lucan 5, 183. *Æſinus apud Cumanos*, competit in eos, qui cum sint inepti, tamen apud ignotos habentur in pretio. v. Chil. ex Luciano T. 1 p. 407 Græv. *Cumanum* int. prædium Ciceronis & aliorum v. g Ac 1, 1 *In Cumano nuper cum meo cum Atticus &c*

¶ Cumana, *æ*, f. subst. vas fictile sive olla a Cumis, ein topf, irden gefäß. Apic. 4, 2 *Aquam in cumana compones*. Idem 5, 4 *Cumana munda*. conf. 6, 6; & 7, 2. Apud Mart. 14 epigr. 114 dicitur *Cumano pulvere testa*.

¶ Cumanum, *i*, n. caulis species, Plin. 19, 8.

¶ Cumatilis, *e*, cæsius sive cæruleus, himmel-blau, wasser-farbe. *Cymatilem* alii dicunt a κῦμα, Plaut. Epid. 2, 2, 49 *Cumatile, aut plumabile, aut cerinum*. Nonius 16, 1 de Colore vestimentorum: *Cumatilis, quaſi fluctuum ſimilis*.

CVMBO, *are*, unde supra *Cubo*, vide Composita.

CVMĔRA, *arum*, f. pl. aut singulare Cumera, *æ*, vas in quo frumenta conduntur, ein korn-kasten. Horat. 1 sat. 1, 53 *Cum tua plus laudes cumeris granaria noſtris*. conf. 1 epist. 7, 30 Festus: *Cumeram vocabant antiqui vas quoddam, quod opertum in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis utenſilia*. Idem *Cumerum appellat*, ein schlagfaß.

CVMĪNVM, *i*, n. & Cyminum, κύμινον, numeratur inter optima legumina, kümmel. *Cuminum ſativum*, römisch-kümmel, *Cuminum ſylveſtre*, ritter-sporn, tertium genus culinis notum, quod in pratis nascitur, wiesen-kümmel, *Cuminum pratenſe*, v. Plin. 21, 13 & 14. Vsus ejus studiosis confert ad capitis confortationem & flatus educendos. Perſ. sat. 5, 55 *Rugoſum piper & pallentis grana cumini*. Horat. 1 epist. 19, 18 *Quod ſi pallerent caſia, biberent exangue cuminum*, pallorem nempe concilians, ut & ipsi imitatores stulti pallere videantur.

¶ Cuminītum, *i*, n. condimentum ex cumino factum, eine kümmelbrühe. Apic. 1, 29 *Cuminatum ſuperfundere*, Id. 4, 2 e. conf. 3, 21.

¶ Cuminisector, *ōris*, m. κυμινοπρίστης, parcus & fordidus, qui nec cumini granum integrum dare sustinet, ein knicker, karger stitz, &c. vid. Chiliad.

CVMMIS, *is*, gummi, κόμμι. Cato de R. R. c. 69. vide *Gummi*.

CŬMŬLVS, *i*, m. acervus, accesio, ein hauf, zugabe. *Magno cumulo augere*, Cic. fam. 13, 63 *Iucundiſſimæ tuæ literæ cumulum mihi gaudii attulerunt*, Cic. fil. fam. 16, 21. *Cumulus accedit*, Cic. pater ibid. 6, 9. v. Casaub. ad Cic. Att. 1, 16 p. 105. Tac. Hist. 2, 24, 6 *Super hoc & Prætorio auxiliisque mille equites, cumulus proſperis, aut ſubſidium laborantibus, duecbantur*. ¶ 2. Virgilius quoque ad aquam transtulit Æn. 1, 105 *Inſequitur cumulo præruptus aquæ mons*. Vbi Servius: CVMVLO, *exuberante fluctu, i. e. altitudine cum cumulo*. Item 2 Æn. de exundante fluvio v. 498 *Fertur in arva furens cumulo*, CVMVLO, i. e. augmento, exuberante fluctu. ¶ 3. *Cumulus* etiam Fabio 6, 1, teste, quibusdam orationis est conclusio, seu epilogus.

¶ Cumulo, *avi, ātum, are*, coacervare, häuffen, vermehren. *Cumulare beneficia*, Plin. 3 epist. 4; *gloriam*, Cic. Off. 1, 32 *Invidiam ſibi*, Liv. 3, 12. *Cumulari gladio*, Cic fam. 9, 14, sehr erfreuet werden. Claudian. de bello Get. v. 208 *Gaudia præmiſſa cumulant inopina dolores*.

¶ Cumulātus, *a, um*, überhäufft, angefüllt, groß. Cic. de Orat. 2, 8 ext. *Omni rerum genere cumulata oratio*. Et c. 4 *Vitio cumulatus*. Idem 1, 6 *Omni laude cumulatus orator*. Liv. 2, 47 *Spreta in tempore gloria, interdum cumulatior redit*. Cic. Verr. 3, 50, 1 *Qui ſi largiſſimus eſſe vellet, cumulatiore menſura uteretur*. Cic. de Clar. Orat. c. 4 *Heſiodus beneficia accepta eadem aut cumulatiore adeo menſura redd. i jubet*. Ita vero Græce ἐσθ. 348 Εὖ μὲν μετρᾶσθαι παρὰ γειτόνος, εὖ τ' ἀποδοῦναι. Αὐτῷ τῷ μέτρῳ, νῷ λώιον ἄμμε δύνηαι. *Cumulatiſſimus ſceleruin*, Plaut. Aul. 5, 16.

¶ Cumulate, adverb. reichlich, häuffig, sattsam, überflüßig: ut, *Cumulate publicanis ſatisfactum*, Cic. Att. 6, 3 *Cumulatius quid augere*, Idem in Orat. c. 17 pr. *Cumulatiſſime alicui ſatisfacere*, Idem fam. 10, 29. *Cumulatiſſime gratiam referre*, 13, 4. *Cumulatiſſime polliceri*, Ib. epist. 42.

¶ Cumulatim, idem, Varro R. R. 3, 15 *Cumulatim ponere*. Prudent. ἀποθ. v. 721 *Ambeſis dapibus cumulatim adgeſta redundant Fercula*.

¶ Cumulatio, *ōnis*, f. coacervatio, die häuffung; ut, *Buccarum cumulatio*, pausebacken. Arnob. lib. 3 p. 108.

Composita:

¶ Accumulo, *āre*, aufhäuffen, mehren; ut, *Accumulare acervos pecuniæ*, geld summlen, Cic. pro Leg. Agr. 2, 22. Et Lucret. 6, 1261 *Acervatim mors accumulabat*. Virg. Æn. 6, 885 de Marcelli funere: *His ſaltem accumulem donis, & fungar inani Munere*.

¶ Accumulatus, *a, um*, häuffig; ut, *Semen accumulatum*, Apul. de Herb. c. 106.

¶ Accumulate, adv. häuffig, mit hauffen. Apul. lib. 10 Met. *Prolixe accumulateque polliceri*. Superl. Auctor ad Herenn. 1 ext. *Vt pro tuo officio, & noſtro in te ſtudio munus hoc accumulatiſſime tuæ lætitiæ voluntati*.

¶ Accumulatio, *ōnis*, f. idem fere quod cumulus. Sic Plin. 17, 26 *Accumulationem* inter arborum morbidarum remedia recenset, quæ est, cum terra circa eas aggeratur, ut tectiores sint radices.

¶ Accumulator, *ōris*, m. qui accumulat. Tac. Ann. 3, 30, 2 *Opum accumulator*.

¶ Concumulo, *are*. Hinc

¶ Concumulatus, *a, um*, zusammen gehäuft. Tertull. de Vel. Virg. c. 7 *Coma concumulata in verticem*.

¶ Concumulatio, *onis*, f. apud Firmicum.

CŬNÆ, *arum*, f. pl. cubile mobile, in quo infantes fasciis involuti cubant, eine wiege. *Repuerascere & in cunis vagire*, Cic. de Sen. c. 23. *Cunarum fueras motor*, Martial. 11 epigr. 40. ¶ 2. Singulari usus est Prudentius, sive quisquis auctor Diptychi n. 28 *Præſepe jacenti Cuna erat*. v. Barth. Adv. 8, 12. Origo vocis est vel a κινέω, *movere*: vel a κυνᾶν, *decubare*; vel a κοινᾶν, *polluere*, vel a κύω, *parere*, quia ibi partus reponi solet.

¶ Cūnulæ, *arum*, f. pl. dimin. Prudent. Cathem. 7, 164 *Parvulorum cunulæ*. conf. 11, 98.

¶ Cūnābula, *orum*, n. pl. & lectuli infantium, & loca, in quibus nascimur, ut tradit Servius ad Virg. ecl. 4, 23, das kinder-bette, die geburtsstelle *Vogue a cunabulis ſapere*, Plaut. Pseud. 2, 4, 48. *Cunabula avium*,

avium, Plin. 10, 33, vogelneſter. *Gentis cunabula noſtræ*, Virg. Æn. 3, 295, id eſt, initium. Sic Apul. lib. 3 Milet. *Solennis dies a primis cunabulis hujus urbis conditæ craſtinus advenit.*

¶ Incunabula, *orum*, n. pl. idem. Ovid. Met. 8, 90 *Jovis incunabula Crete.* Plaut. Amphitr. 5, 1, 52. Proprie videntur ipſæ faſciæ ſignificari, quibus colligatur infans. Perinde etiam pro initiis ſumitur, ac ſimplex *Cunabula*. Cic. de Orat 1, 6 *Ab incunabulis noſtræ veteris puerilisque doctrinæ.* Declam. in Sallust. ſub Ciceronis perſona, c. 3 *Rudimenta & incunabula virtutis.* Quintil. proœm. lib. 1 *Ab ipſis diſcendi velut incunabulis.*

¶ Cunālis, *e*, adj. von der wiegen an. C. Nep. de Bello Troj. *Cunalis in altum Surgit honos.*

¶ Cunīna, *æ*, f. Dea, quæ cunis præerat. Lactant 1, 20, 36 *Cunina infantes in cunis tuetur, ac faſcinum ſubmovet.* Citat etiam ex Varrone Nonius 2, 756.

¶ Cunio, *ire*, Feſtus interpretatur, ſtercus facere, quod imprimis dicendum de infantibus faſcias in cunis ſtercore polluentibus.

¶ Ancunulenta, *æ*, f. ab am & cunio: *Fœmina mediocri tempore appellatur: unde trahitur inquinamentum.* Feſtus.

¶ Conquiniſco, *conquexi, ĕre*, a *cuniſco*, quod eſt a *cunio*, & ſignificat inclinare ſe, cernuare, ſich bücken, kauern. Plaut. Cist 4, 1, 5 *Faciundum eſt puerile officium, conquiniſcam ad eiſdem* Idem 3, 2, 75 *Si conquiniſcet iſtic, conquiniſcito ſimul.* Præteritum *conquexi* ex Pomponii Atellana, & plura de vera ſignificatione vocis, vide in Voſſii Etym. p. 147. Eſt etiam in obſcenis, quod Plautini interpretes obſervant, & ita uſi Græci ſuo κεχοκκινῖσθαι, e. g. Xenarch. apud Athen. 13, 3 p. 569.

¶ Conquiniſco, *ĕre*, idem, apud Nonium ex Pomponio 2, 118 & 600.

¶ Inquino, *are*, &c. Feſtus quoque a *Cunire* deducit, vide in I Cunctamen, cunctanter, cunctatio, vide *Cunctor.*

CVNCTOR, *atus ſum, ari*, quod quidam *Contari* ſcribunt; eſt morari, differre, ceſſare, zaudern, verziehen, aufziehen, ſäumig ſeyn. Cic ſam. 10, 15 *Quibus rebus cognitis cunctatus non ſum in curſu honorum conſiſtorum.* Ennius de Fabio Cunctatore apud Cic de Senect. c. 4 *Unus homo nobis cunctando reſtituit rem &c.* Proprie *Contari* eſt quærere de aliqua re, quam agitamus; quod cum ſit, ſuſpendimus negotium, nec aggredimur ſtatim, de quo deliberatio eſt, donec ſtatui de eo poſſit; hinc *contari* ſive *cunctari* (eadem enim ſunt) pro morari dicimus. ¶ 2. Plaut. Caſ. 4, 2, 13 activo *Cunctare* uſus eſt; *Abi hinc*: *Cunctas.*

¶ Cunctans, *tis*. Virg. Æn. 4, 133 *Reginam thalamo cunctantem expectant.* Idem 10, 831 *Increpat cunctantes ſocios.* Comp Suet. Cæſ. c. 60 *Ad diminuendum cunctantior factus.* Lucr. 3, 193 de natura mellis, *Et, pigri lateces magis & cunctantior acſtus*

¶ Cunctanter, adverb. langſamlich, ſäumig; ut, *Facere aliquid cunctanter*, Plin. 33, 1. *Haud cunctanter*, Liv 1, 30, & 3, 6. *Dum conanter accedo*, Apul. 4 Met. p. 412. Comp. Val. Max. 9, 3, 8 *Cunctantius dare.* Et Tac. Ann. 1, 71 *Data utrique venia: facile Segimero: cunctantius ſilio.*

¶ Cunctātus, *a, um*. Curt. 5, 6, 2 *Rex phalangem nil cunctatus induxit*, ungeſäumt. Vnde Comp. apud Plin. 2 epiſt 16 *Cunctatior fortaſſe & cautior eſſe deberem.* Apul. 4 Florid. *Sum ad dicendum nimia reverentia veſtri contatior.*

¶ Cunctatio, *onis*, f. das zaudern, aufſchub, langſamkeit, ſäumung. Cic. de Amic. c. 13 *Studium ſemper adſit, cunctatio abſit.* Idem pro Sextio c 47 *Nonnunquam cunctatione & tarditate, dum otium volunt etiam ſine dignitate retinere, utrumque amittunt.* Liv. 21, 56 *Inter cunctationem ingrediendi flumen ab hoſtibus oppreſſi*, indem ſie ſich beſonnen. Tac. Germ. 30, 5 *Velocitas juxta formidinem, cunctatio propior conſtantiæ eſt.*

¶ Cunctātus, *ūs*, m. tardus, ſegnis, ein zauderer. Cælius Ciceroni ſam 8, 10 *Noſti Marcellum, quam tardus & parum eſt ax ſit: itemque Servium, quam cunctator.* Liv. 6, 23 *Cunctatorem ex acerrimo bellatore factum.* Id nomen Q. Fabio quaſi proprium hæſit, ut eo notior celebriorque etiam aliis ſit, Ennio præſertim præcone, cujus verſum in *Cunctor* retulimus.

¶ Cunctābundus, *a, um*, langſam, ſäumig, verzögernd. Liv 6, 7 *Segniter arma capta, cunctabundique & ſolitudine caſtris eſſe.* Ic. Tac. de Tiberio ann. 1, 7 *Nusquam cunctabundus, niſi cum in ſenatu loqueretur.*

¶ Incunctans, *tis*, non cunctans, unaufhäumt. Paullinus Petrocorius 5, 132 *Incunctante fide*, quæ etiam legis lib. eod. v. 297, & de Viſitat. nepot. v. 40.

¶ Incunctanter, ſive Incontanter, unſäumlich, unverzüglich. Lactant. 6, 12 *Incunctanter ac fortiter mortem ſubire.* Apul. Mileſ. lib. 11 poſt initium: *Incontanter ergo, dimotis turbulis, alacer continuare pompam* &c.

¶ Incunctātus, vel Incontatus, *a, um*, unſäumig, eilfertig. Apul. 5 Met. p. 587 *Ille incontatæ ſtatim conferto veſtigio domum penetrant.*

¶ Incunctibilis, *e*, unverzüglich, unſtreitig. Dig. lib. 22 tit. 5 l. 21 *Illud incunctabile eſt*, ut, *ſi &c.*

¶ Percunctari, Percontari, eſt interrogare; vide ſupra *Contus.*

CVNCTVS, *a, um*, omnis, univerſus, geſamt, alle, ganz; ut, *Cunctus populus*, Cic. fam. 3, 11. *Cunctus ſenatus*, Ibid. 4, 4. *Lex dilata in ordinem cunctum*, Idem de Leg 3, 14. Nepos 2, 9, 4 *Nunc autem ad te confugi exagitatus a cuncta Græcia.* Manil. 3, 522 *Et ſubtexta malis bona ſunt, lacrymæque ſequuntur Vota, nec in cunctis ſervat fortuna tenorem, Vsque adeo permixta fluit, nec permanet usquam, Amiſitque fidem, variando cuncta per omnes.* *Cuncta*, i. e. cunctas res. Virg. Æn. 1, 233 *Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis.* Horat. 2 epiſt. 1, 81 *Cuncti pene patres.* ¶ 2. *Cuncti* & *Cunei* confunduntur, Heinſ. & Drakenb. ad Sil. 4, 144, & 6, 690 It. *Cuncti* & *Iuncti* iid. ad 9, 641.

¶ Cunctim, adverb. zuſammen, mit einander. Apul. 2 Florid. *Non ſigillatim ac diſcretim, ſed cunctim & coacervatim offerre.*

¶ Cunctālis, *e*, generalis, allgemein, ut, *Lex omnium cunctalis*, ſcil. familiari oppoſitus, Mart. Capella lib. 1 p. 16

¶ Cunctiſĕcnus, *a, um*. Idem Capella lib. 9 p 306 *Plenitudo cunctiſicæ voluptatis*, h. e. undique ſonantis.

¶ Cunctipărens, *tis*, parens omnium natura. Prudent. Paſſ. Agnetis v. 128 *Cui poſſe ſoli cunctiparens dedit.* Adde eumdem in Hamartig. v. 931.

¶ Cunctipăter, *tris*, omnium pater, Deus. Theodulfus 1 Carm. v. 69 de Hiskia rege: *Cui tria cunctipotens voluit ſuperaddere luſtra.*

¶ Cunctipŏtens, *tis*, omnipotens, allmächtig. Idem Prudent. Paſſione Quirini v. 56 *Ieſu cunctipotens.* Drepanius carm. ad Amicum pro ſuſcepta ſui defenſione: *Det tibi cunctipotens cœli de rore ſalubri.*

¶ Percunctātus, *a, um*, allgemein. Cæl. Aurel. Acut. 1, 5, 46 *Non febricitare furioſos, percunctatum non eſt ſive univerſale.*

¶ Percunctātivus, *a, um*, idem. Cæl. Aur. Tard. 4, 8, 114 *Percunctativo ſive univerſali modo.*

Cuneatus, cuneo, *are*, &c. vide *Cuneus.*

CŬNEVS, *i*, m. σφὴν, inſtrumentum illud dicitur, quo adacta ictibus ligna finduntur, ein keil. Forma talis eſt, ut illa pars, qua adigitur, latior craſſiorque ſit, ut fortius poſſit excipere ictus: altera contractior & in acumen deſinens, quo facilius penetret & ſcindat. Virg. Georg. 1, 144 *Nam primi cuneis ſcindebant ſiſſile lignum.* B. Hieron. in c. 21 Matth. *Hoc eſt, quod vulgo dicitur, malo arboris nodo malus clavus aut cuneus infigendus eſt*, auf einen harten knoten gehört ein harter keil. ¶ 2. Dicuntur & in exercitu, *Cuneus*, pedites ita collocati, ut priores ordines anguſtiores, ſubſequentes vero latiores exeant. vid. Veget. de Re milit. 3, 19. Cum Iſidorus 9, 3 hunc militarem ordinem quaſi *coïneum*, quod multitudo militaris in unum coëat, dici putat, more ſuo nugatur. Tac. de Germ. 6, 8 *Acies per cuneos componitur.* Et, *Cuneos perrumpere*, durch die ſchlachtordnung brechen. Liv. 8, 10. Etiam de equite pediti mixto, etiam de navali militia dici volunt Heinſ. & Drak. ad Sil 4, 144. ¶ 3. In *Cuneos* etiam diviſa erant ſpectatorum ſedilia in theatro. Vitruvio 5, 6; & Iuvenali 6, 61. Cum enim ambitus circularis ſedilium per ſingulos gradus augeſceret, bina quæque ſcalæ, per hos gradus radiorum inſtar ex communi centro in altum eductæ, cunei figuram videbantur includere. Vide Lipſ. de Amphitheatr. c. 13. Suet. Aug. c. 44 *Maritis e plebe proprios ordines aſſignavit: prætextatis cuneum ſuum.* Ita *cuneos equeſtris & ſenatorii ordinis*, Idem Domit. c. 4 vocat, in quibus Equites & Senatores ſpectabant. Adde Iuvenal. 6, 61. Vet. Gloſſ. *Cuneus*, Θεάτρου κερκὶς, ἡ σφὴν, ἡ τραπεζῶν λόχος. *Cuneos* pro his qui in cuneis ſedent Phædrus dixit 5, 7, 35 *Vt cuneis notuit res omnibus.* ¶ 4. Cunei ſunt triangulares figuræ, quæ inter quadratas & quavis ſpecie lateratas formas, quin orbiculares etiam alternatim ſibi impoſitas, in pavimentis aut picturis parietum interponi ad ornatum & decorem ſolent, die zwickel. Vit. 7, 4 & 5. ¶ 5. *Cunei* & *Cuncti* confunduntur in MSS. vid *Cuncti.*

¶ Cūneŏlus, *i*, m. dimin. Colum 4, 29 *Adactis arundinis cuneolis arctantur*, man verkeilet ſie. Et Cic. de Vniv. c. 13 *Crebris quaſi cuneolis injectis.*

¶ Cuneo, *are*, σφηνόω, ſpalten. Quintil. 4, 3 *Atque eo* (exſpatiandi genere) *vel maxime illuſtrari ornarique orationem* (confiteor,) *ſed ſi cohæret & ſequitur, non ſi per vim cuneatur, & quæ natura conjuncta erant, diſtrahit.* Loquitur de egreſſionibus, quas non per vim intrudi vult, ut findant quaſi orationem, ſed ſequi ſponte rem & vi quaſi hærere. ¶ 2. Eſt aliquid cuneo ſimile in ea, quæ hiant, immittere, quod vacuum expleat, verzwicken, verkeilen. Plin. 16, 11 de CORNO: *Lignum*, inquit, *non alio pæne, quam ad radios rotarum utile: aut ſi quid cuneandum ſit in ligno, clavisque figendum.* Sen. epiſt. 118 ſub fin. *Vnus lapis*, inquit, *fecit fornicem: ille, qui latera inclinata cuneavit, & interventu ſuo vinxit.* In fornicati operis ſtructura leviter acclinatos lapides, non rectos collocare oportet, quo firmius hæreant, atque in curvitatem dirigi patiantur. Cum ex utroque latere in ſummum procelſit opus, relinquitur aliquid ſpatii infra anguſtius, latius ſupra; hoc eſt, in cunei formam. Id igitur æque impleri lapide neceſſe eſt, qui claudat arcum, atque abſolvat, (das ſchloß). Hic igitur quando immiſſus eſt, *Cuneus inclinata latera & interventu ſuo vincire, & facere fornicem, ſive abſolvere*, Senecæ dicitur. ¶ 3. *Cuneare*, eſt formam cunei dare, zuſpitzen; ut *rotundare*, rotundum facere, ſive rotundam dare figuram Mela 3, 6 *ſcin diverſos angulos cuneat.* Plin 3, 3 de Hiſpania: *cuneatur anguſtiis inter duo maria.*

¶ Cuneatus, *a, um*, zugeſpitzt, wie ein keil; ut, *cuneatum theatrum*, quod gradus ſubſelliorum & ordines ex anguſto in latum, modo cunei aſſurgant. Auſon prologo Ludi VII Sapientum v. 21 *Cuneati crevit hec theatri immanitas.* Et alius poëta vetus apud Lipſium de Amphitheatro c. 13 *Cuncati leta theatri Sedilia.* v. *Cuneus* n 3. Colum. 5, 2 *Ager cuneatus.* Hinc Comp Liv. 9, 40 *Forma ſcuti ad imum cuneatior.*

¶ Cuneatim, adverb. inſtar cunei ex ſignificatione 2. Cæſar B. G. 7, 28 *Hoſtes in foro locis patentioribus cuneatim conſiſterunt.* Vet. Gloſſ. *Cuneatim*, κατὰ σφῆνα.

¶ Cuneatio, *ōnis*, f. Scrib. Largus compoſ. 47 *Narium cuneatione quadam.*

¶ Diſcuneo, *are*, immiſſo cuneo diffindere, vel diſtinere, ſpalten, von einander ſpannen; apud Apuleium.

¶ Diſcuneātus, *a, um*, cuneis diffiſſus, apertus, patens, mit einem keil aufgeſpannt. Plin. 9, 30 *Concha ſe contrahunt, ſed fruſtra, diſcuneate.*

¶ Diſcuneatio, *onis*, f. Auguſtin.

¶ Diſcuneator, *oris*, m. ein holzſpelter. Idem.

¶ Excuneatus, *a, um*, cuneis expulſus. Hi *excuneati* dicebantur, qui extra cuneos theatrales in via ſtantes ſpectabant. Apul. 3 Met. *Extimus quisque excuneati querebantur* v. Salmat. ad Solin. p 675.

¶ Subcuneatus, *a, um*, verkeilt. Vitruv 6, 11 *Subcuneati poſtes.*

¶ CVNICVLVS, *i*, m. κυνίκλος, Athen & Ælian animal lepore minus, album aut varium; cætera lepori ſimile, antra quærit & excavat, & cunei inſtar findit terram, ein kaninchen. v. Varr. de R. R. 3, 12 Catull 25, 1 *Mollior cuniculi capillo.* Martial 13 epigr 60 *Gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris, Munſtravit tacitas hoſtibus ille vias.* Fœtus eorum, quos vel uberibus ablatos, vel ventre exſectos, in deliciis vereres habuerunt, Latini *laurices* vocarunt, Plin. 8, 55. ¶ 2. *Cuniculus*, ein heimlicher gang unter der erden,

ein ſtollen. *Agere cuniculo*, Cic. Off. 3, 23; & Curt. 4, 6, 8, i. e. ſpecus ſubterraneos effodere, per quos occultus in locum aliquem fiat aditus, untergraben, miniren. *Cuniculis ſubruere muros*, durch minen breſche legen, Curt. 4, 6, 21. conf. 7, 6, 23; & Liv. 5, 19 & 21; vide Drakenb. ad Liv. 5, 19. Frat de cætero apud veteres duplex expugnationis urbium genus, quod *cuniculis* fiebat, & longe agebantur ſpecus ſubter, quibus immiſſus miles in mediam urbem ſurſum erumperet, & oppidanis ex improviſo ſuperveniret. Quintil. Declam. 255 *Supervacuum eſt, cuniculos fodere, & per occultos ſpecus ingenti labore exhauſtos terræ, in mediam ſubito emergere civitatem.* Aliquando non in mediam ipſam urbem, ſed usque ad fundamenta tantum murorum agebantur cuniculi: quo cum perventum eſſet, ſubtrucbatur murorum moles, ut per ruinam eam invadendi & ingrediendi obſidentibus daretur facultas. Quas rationes ab animantis natura *cuniculorum* accepiſſe nomen, Vegetius docet de Re milit 4,24, & eo tendit Martialis carmen, ſupra allegatum. Sed ultimum genus cuniculorum in noſtra quoque militia obtinet: in hoc diverſum tamen a veteri, quod ibi tormentarii pulveris vi, concepto igne, deturbantur muri, & aperitur aditus ſubiturisin urbem. Quam rationem Peerum Navarrus, ex gregario milite belli ducem, gente Hiſpanum, cum Genuenſibus militaret in Italia, inſtituiſſe, Guicciardinus lib. 6 Hiſt. obſervavit. Hinc elegantes aliquot metaphoræ dicendique formulæ natæ ſunt; Vt: *aliquem occulte oppugnare cuniculis*, Cic. de lege Agrar. 1, 1, h. e. inſidiis, dolo, fraude. ¶ 3. Ad alias cavitates pertinet. Ita de ſubterraneis metallicorum meatibus. Plin. 2, 43 *Si illi eſſent inferi, jam profecto illos avaritiæ atque luxuriæ cuniculi refodiſſent.* Idem eſt *Cuniculus* quod canalis, eine rohre, ap. Plin. 9, 28 *Torreri longinquæ fornacis cuniculo. Cuniculus rivi* eſt rivus tectus, Colum. 8, 17. Et Plin. 2, 80 f. 82 *Cuniculos* de cavernis & meatibus montium ſubterraneis a natura ipſa relictis dixit.

¶ Cuniculum, *i*, n. idem quod *Coniculus* n. 2; ſive *foramen ſub terra occultum, aut ab animali appellatum, quod ſubterfoſſa terra eſt latere ſolitum; aut a cuneorum ſimilitudine, qui omnem materiam intrant findentes*, Feſt.

¶ Cuniculinus, *a, um*, von kaninchen; ut, *Cuniculinæ pelles*. Cathol.

¶ Cuniculāris, *e*, aliud adject. ut, *Cuniculares herba*, Marcell. Emp. c. 14.

¶ Cuniculārius, *i*, m. qui cuniculos fodit. Conf. Barth. ad 2 Thebaid. Stat. p. 494 ſeq. ein minirer. ¶ 2. *Cuniculārii* vel *cuniculares* ſunt milites, qui cuniculis ſubfoſſis improviſi emergunt, & hoſtilia munimenta invadunt. Ammian. 24, 15 (Valeſ. c. 4) *ut cuniculariorum ſubito manus emergat.* Et Veget. 2, 11 *Ut etiam cuniculariorum ſubito manus emergat. Et ubi ſubterris cuniculo, muriique intra fundamenta perfoſſis, improviſo emergerent ad urbes hoſtium capiendas.*

¶ Cuniculātim, adverb. in modum cuniculi, apud Plin. 9, 33; & 36, 5: quamvis utrobique lectiones variantes ſint, quibus illud *Cuniculatim* tamquam per cuniculos videtur ſubrui: tamen Harduinus quoque vulgarem lectionem retinet, ſine dubio in optimis MStis, quibus uſus fuit, repertam & expreſſam.

¶ Cuniculator, *ōris*, m. ein minirer. Lutatius in 2 Theb. Statii: *Foſſores dicuntur in exercitu cuniculatores, qui cuniculos faciunt, per quos introgreſſi milites murorum fundamenta convellunt.*

¶ Cuniculōſus, *a, um*, cuniculis plenus, voll kaninichen, it. löchricht, hohl. Catull. 40, 12 *Celtiberia cuniculoſa.* Sed emendat Voſſius p. 90 *Celtis peroſe.*

CVNILA, *æ*, f. herba, quam Columella *Saturejam* a ruſticis vocari ſcripſit 9, 4, quam appellationem etiam Germani retinent, ſatureyen. ¶ 2. Dioſcorides *Origanum* quoque Heracleoticum cunilam ſcripſit 3, 28, wohlgemuth oder toſten, conf. Plin. 19, 8.

¶ Cūnilāgo, *inis*, f. cunila erratica, eſt Plin. 19, 8.

Cunina, cunio, *ire*, vide *Cuna*.

CVNNVS, *i*, m. pudendum muliebre, in Priapeis luſibus, & apud Martialem 7 epigr. 17 &c. Iam Ciceronis ætate obſcenum, v. tam. 9, 22. ubi de *Conno* fidicine. ¶ 2. Pro ipſa femina, Hor. 1 ſer. 3, 107.

¶ Cunnilingus, *i*, m. qui cunnum lingit, ſpurciſſimum vocabulum ejusdem Martialis, impuri moribus poëtæ, 4 epigr. 43 &c.

CVNQVE, vel Cumque, particula pro *utcunque*, wie es ſey. Horat. 1 od. 32, 15 *Mihi cunque ſalve rite vocanti.* Cic. pro Seſt. *Quod judicium cunque ſibi erat, damnebatur.* Idem de leg. 3, 3 *Equitem cunque qui regat, habeto &c.* v. Turneb. Comm. ad h. l. p. 173. Sæpius componitur cum aliis particulis, ut ſunt: *Qualiscunque, quantuscunque, quicunque, utcunque &c.*

CVPA, *æ*, f. vas vinarium majus, ein weinfaß, tonne. Sæpe *Cuparum* ſit mentio apud rei ruſticæ Scriptores. Sic Varro apud Nonium 2, 113 *Cupas vinarias* dixit. Et ibidem ex Seſquiulyſſe ejusdem: *Carneadem alteram vim virtutis deformaſſe e cupis acris aceti.* conf. l. 15 § 6 ff. de uſufr. & Nonium 15, 17. Iſidorus 20, 6 a *cupiendo* deducit, unde & *caupones*. Procul dubio hinc noſtrum, eine fuſſe. Vid. Keuchen. ad Frontin. p. 160. Lucan. 4, 420 *Namque ratem vacuæ ſuſtentant undique cuppæ*, ubi interpretes ſcaphas intelligunt propter ſimilitudinem. Tamen de veris cupis ſimile aliquid narrat Herodianus in Aquilejenſi obſidione 8, 4. ¶ 2. Illud autem Ciceronis in Piſonem c. 27 *Piſtor domi nullus, nulla cella: panis & vinum a propola atque de cupa*; huc non pertinet. Et male Turnebus 1, 1 *Vinum de cupa*, doliare, ſive novum, ac ideo vilius, interpretatur. *Cupa* ibi non vas eſt, ſed mulier cauponatrix, itaque *vinum de cupa*, eſt quod a *Copa* ſive *Cupa* petitur: ſeu quod in taberna venale eſt. Vinum autem e taberna petere, non de cella ſua, ad vilitatem & ſordes interpretari veteres ſolebant. Atque hanc notam Piſoni Cicero hic volebat inuſtam. Vide Scal. Conject. & Caſauboni Animadv. in Suet. ad illud Claud. c. 15 *Deſcripſitque abundantium vetcrum tabernarum, unde ſolitus eſſet vinum olim & ipſe petere.* ¶ 3. Cæſar Civ. 2, 11 *Cupas teda & pice refertas* inrer incendiaria inſtrumenta refert, pechtonnen. ¶ 4. Vtuntur & pro cyatho, & ex Nevio citant: *Duas cupas mero plenas exhauſit.* Sed poteſt apud Nævium fuiſſe hyperbole. ¶ 5. Oſſa etiam in cupa condebantur Murat. Inſcr. 673 *In hac cupa poſiti ſunt.*

¶ Cūpula, *æ*, f. dimin calix, ein kelch. Dig. l. 33 t. 6 l. 3 *In cupis ſive cupulis admitti*

¶ Cupella, *a*, aliud dimin. vaſculum. Apic. 1, 2 *In cupellam mittere.*

¶ Cupellum, *i*, n. idem. Pallad. Febr. c. 25 ſect. de liquamine pyri: *Vel in cupellis, vel in vaſculis fictilibus condiuntur.* Κυπελλον, Polluci 6, 16.

¶ Semicūpa, *æ*, f. apud Ammianum 28, 4 inter nomina hominum ſcurrilia & ridicula.

CVPĒDIÆ, *arum*, f. & Cupedia, *orum*, n. pl. cibi ſunt lautiores, leckerbiſſen, naſchwerck, a *Cupio* & *Edo*. Quamquam Scaliger *Cupedia* quaſi *Caupedia*, a *cauponando* dicta malit, ut ſint *Cupedia* lautiora, eſculenta venalia: quem contra tamen veteres Grammatici ſunt. Ammian. 26, 18 *Cupediarum vilium mercatores.* Sed Plaut. Stich. 5, 4, 32 *Nihil moror cupedia*, neutro genere & pluraliter.

¶ Cupedia, *æ*, f. Cicero ſingulari uſus eſt, pro cupiditate edendi, Tuſc. 4, 11, naſcherey.

¶ Cupedulæ, *arum*, f. dimin. idem, quod cupediæ. Gell. 6, 13 *Cupedulæ ciborum.*

¶ Copadia, *orum*, n. pl. idem, quod *Cupedia*; ut, *Copadia porcina*, Apic. 5, 1. conf. 7, 6; & 8, 6, poſſis etiam a κόπτειν derivare, & interpretari ſegmenta.

¶ Cupedinārius, *i*, m. & Cupediārius, ein zuckerbecker, pfefferküchler. *Venditores eſculentorum & potulentorum a rebus Cupidinis, ob alimentum, CVPEDINARII appellantur*, ut exponit Donatus ad illud Ter Eun 2, 2, 25 *Concurrunt læti mî obviam cupedinarii omnes.* Eugraphius ibidem: *CVPEDINARII ſunt, qui cupiditatibus populi ſerviunt.* Lamprid. Heliogab. c. 30 *Pinxit ſe ut cupedinarium, ſoleaſiarium, ut popinarium.* Salmaſ. ad h. l. p. 195 ſcribit *Cuppedinarius.*

¶ Cūpēdo, *inis*, f. vel Cuppedo, pro Cupido, die begierde, antiquum eſt, & frequens Lucretio, ut 5, 46 *Quantæ conſcindunt hominem cuppedinis acres Sollicitum curæ?* Et inde *forum Cupedinis* Romæ appellatum: quamquam alii, a *Cupe* quodam, ſive *Cupedio*, famoſo latrone, qui ante ibi ædes habuerit, dici maluerint. Vide Varronis verba ex libris humanarum rerum a Donato ad ſupra laudatum locum Terentii in Eunucho producta. Idem Varro de L. L. 4, 32 *Ad Cornera* FORVM CVPIDINIS *a Cupedio: quod multi* FORVM CVPIDINIS *a cupiditate.* Nempe ſignificat, FORVM CVPEDINIS, ibi a Cupedio appellatum videri, non paucis aliis tamen a Cupiditate. Vtrumque Scaligero diſplicet, qui a cauponando vocem deducit. Vide Conjectanea ejus Varroniana.

¶ Cupes, *ēdis*, m. ein naſcher, leckermaul, qui cupedias ſectatur, Plaut. Trin. 2, 1, 13. Vide Feſtum, ibique Scaligerum.

¶ Cupēdipēta, *æ*, f. genäſchig, leckerhaft. Budæus.

Cupella, cupellum, vide *Cupa*, Cupido, cupidus &c. *Cupio*.

CVPIO, *ivi, itum, ĕre*, expetere, deſiderare, avidum eſſe, begehren, verlangen. *Ardenter cupere alicui id*, Cic. Tuſc. 4, 17, nach etwas verlangen. ¶ 2. Eſt & pro bene velle Latinis in uſu eleganti. Cic. fam. 12, 4 *Tibi, cui maxime cupio, ſatisfaciam.* Ibid. 2, 15 *Cæſari honeſtiſſime cupio*, pro quo alii legunt: *Cæſarem honeſtum eſſe cupio.* Hinc *favere* & *cupere* conjungit Cæſ. B. Gall. 1, 18 *Favere & cupere* (Dumnorigem) *Helvetiis propter eam affinitatem.* Ter. Andr. 5, 4 pr. *Mitte orare. Vna harum quævis cauſſa me, ut faciam, monet: Vel tu, vel quod verum eſt, vel quod ipſi cupio Glycerio.* ¶ 3. *Cupio* & *Capio* confunduntur in MSS. v. *Capio*.

¶ Cupiens, *tis*. Saliuſt Iug. c. 64 extr. *Animo cupienti nihil ſatis feſtinatur.* Super. Idem c. 84 *Marius cupientiſſima plebe conſul factus eſt*, nach dem eifrigen verlangen des volcks. *Cupiens nuptiarum*, Plaut. Mil. 4, 4, 29 *Cupientiſſimus legis*, fragm. Salluſtii apud Diomedem. *Dominandi ſatis, quam ſubigendi externos cupientiores*, Aur. Vict Cæſ. 24, 9.

¶ Cupienter, adverb. begierig. Plaut. Pſeud. 2, 3, 17 *Quod cupienter dari petimus nobis.* Ennius Phœnice apud Nonium 2, 173 *Stultus eſt, qui cupida cupiens cupienter cupit.*

¶ Cupientia, *æ*, f. die begierde. Gloſſ. lat. gr. *Cupientia*, ἐπιθυμία.

¶ Cupītus, *a, um*, gewünſcht, verlangt. Ovid Faſt. 3, 21 *Mars videt hanc, viſumque cupit, potitumque cupita.* Tac. ann. 14, 2. *Fabius Ruſticus non Agrippinæ, ſed Neroni cupitum id memorat.* Plaut. Pœn. 5, 4, 88 *Cupitus atque expectatus.*

¶ Cupītum, *i*, n. abſolute pro deſiderio, der wunſch, das verlangen. Plaut. Pœn. 5, 4, 99 *Tandem cupitum contigit.* Aur. Vict. Cæſ. 19, 4 *Neque tamen cupito potitus diu.*

¶ Cupītor, *ōris*, m. qui cupit, Tac. ann. 15, 42, 5 *Incredibilium cupitor.* Idem ann. 12, 7, 3 *Cupitor matrimonii*, ein freyer. Apul. Florid. 3 *Amicitiæ cupitor.*

¶ Cūpidus, *a, um*, begierig, willig; ut, *Cupidus ſtudiorum*, Ovid. 1 de Ponto 5, 35; *pacis*, Hor. 2 ſat. 1, 44; *vitæ*, Cic. fam. 14, 4. *Homo cupidus ſati faciendi reipubl.* Plancus Ciceroni 10, 18 Et, *Græculi homines contentionis cupidiores*, Cic. de Orat. 1, 11. *Homo pecuniæ, quam recte faciendi, cupidior*, Vell. Paterc. 2, 97, 1 *Homo noſtri cupidiſſimus*, h. e. amantiſſimus. Cic. de Orat. 1, 22. *Pecoris cupidiſſimi ſunt barbari*, Cæſ. Gall. 6, 34. ¶ 2. Exceſſum cupiditatis notat, auf etwas erpicht. Itaque aliquando pro avaro, ſive divitiarum *cupido*, ponitur, geitzig. Tibull. 1, 1 extr. *Vos ſigna, tubæque Ite procul, cupidis vulnera ferte viris.* Aliquando *Cupidi* dicuntur, qui puellarum libidine ardent; quemadmodum & Terentius uſus eſt Phorm. 1, 3, 6. Ita *Cupidus* dicitur, qui nimio partium ſtudio eſt abreptus, qui eſt, ut barbari loquuntur, *partialis*, parteyiſch. Cic. pro Fontejo c. 6 *cupidi teſtes*, id eſt, partibus addicti. Idem Verr. 4, 56 *Nemo ſuſpicari debet, me eſſe tam cupidum.* v. Burm. ad Quint. decl. 1 p. 3.

¶ Cūpĭde, adv. begierig; ut. *Cupide appetere*, Cic. pro Roſc. Am. c. 18 luſt zu etwas haben. *Cupide elaboro*, i. e. vehementer ſtudeo, Nepos 3, 1, 4. *Cupidius inſequi*, Cæſ. B. Gall. 1, 15; *inſtare*, ibid. 5, 43. *Cupidiſſime populi R. amicitiam appetiſſe*, iterum 1, 40. *Quæque imperarit, ſeſe cupidiſſime facturos pollicentur*, Idem de B. Civ. 1, 15. Ter. And. 2, 2, 2 *Cupide accipiat fare*, daß er froh ſeyn wird, wenn ers bekömmt. ¶ 2. *Cupide agere*, eit nimio partium ſtudio abreptum agere. Cic. fam. 6, 11 *Nos agimus nihil cupide, eoque eſt noſtra pluris auctoritas.*

¶ Cupiditas, *ātis*, inremperantior impetus animi cupientis, luſt, begierde, affect. *Cupiditate incendi*, Nepos 23, 2, 1. *Cupiditatem explere*, Cic. Part. Orat. c. 27, die luſt büſſen. *Cupiditate flagrare*

Nepos 1, 5, pr. begierig ſeyn. *Cupiditates frangere*, Cic. Orat. 1, 19; *coërcere*, ibid. c. 43, cujus & illud eſt pro S. Roſc. c. 35 *Homines cæcos reddit cupiditas & avaritia.* Cic. Att. 13, 1 *Non dubito, quin, quod me valde velle putes, in eo tu me ipſe cupiditate vincas.* ¶ 2. Eſt nimium partium ſtudium, die parteneigung, teil. Cic. pro Fontejo c. 7 *Quarum virtuti, generi, rebus geſtis ſidem & auctoritatem in teſtimonio cupiditatis atque inimicitiarum ſuſpicio derogavit.*

¶ Cupīdo, *inis*, f. vehementior impetus, die begierde. Ovid. Faſt. 1, 211 *Creverunt & opes & opum furioſa cupido.* Iuvenal. 10, 143 *Laudis titulique cupido.* Salluſt. Iugurth. c. 64 *Cupido atque ira peſſimi ſunt conſultores. Noviſſima gloriæ cupido ſapientibus exuitur*, Tac. Hiſt. 4, 6 pr. Citatur alioqui ex Philone, Φασί τινες, ὅτι ὕψιστον ἀποδύεται τὸν τῆς κενοδοξίας χιτῶνα ὁ σοφός; hoc eſt, *Dicunt quidam, inanis gloriæ veſtem poſtremam exuere ſapientem. Cupidinibus incepta patrandi anxius*, Salluſt Iug. c. 70. *Omnium cupidinum victor*, Aur. Vict. Cæſ. 42, 23. ¶ 2. Invenias tamen apud probatos etiam auctores eadem ſignificatione uſurpatum in genere maſculino, Horat. 1 ſat. 1, 61 *At bona pars hominum decepta cupidine falſo.* Idem, *Sordidus cupido*; 2 od. 16, 15. Et Silius 4, 99 *Geminuſque cupido laudis.*

¶ Cupīdo, *inis*, m. Deus amoris, filius Veneris, & Amor ipſe. A quo Amore nonnulli tamen *Cupidinem* ita diſtinguunt, ut ipſe ſit impetus; *Amor* vero judicii. Vide Nonium 5, 1. Deorum potentiſſimum, & omnium victorem fingunt: unde Poëta quidam *Triumphum Cupidinis* ſcripſit, de quo Lactant. 1, 11 ineunte. Plaut. Curc. 1, 1 pr. *Quo Venus Cupidoque imperat, ſuadetque Amor*, Ovid. 1 Am. 9 pr. *Militat omnis amans & habet ſua caſtra Cupido.* Id. Remed. Am. v. 139 *Otia ſi tollas, periere Cupidinis arcus.* Eum *ingenuum & inverſum puerum* elegantiſſime Apulejus lib. 5 Mileſ. p. 604, ubi ſuus ſibi ſermo de Pſyche eſt, hunc in modum depinxit: *Cum primum luminis oblatione tori ſecreta claruerunt, videt Pſyche omnium ferarum mitiſſimam beſtiam, ipſum illum Cupidinem, formoſum Deum, formoſe cubantem.* Poſt pauca: *Dum ſæpius divini vultus intuetur pulchritudinem, recreatur animi. Videt capitis aurei genialem cæſariem ambroſia temulentam, cervices lacteas, genasque purpureas, &c.* ¶ 2. In plurali habet Catullus; pr. *Lugete o Veneres Cupidinesque.* Plures fuiſſe, docet Cic. de Nat. D. 3, 23. Arnob. lib. 4 quatuor Veneres & tres Cupidines facit, vid. Auguſt. de Civ. D. 4, 10, & Barth. Adv. 6, 16.

¶ Cupīdineus, *a, um*, ad Cupidinem ſpectans; ut, *Sagittæ Cupidineæ*, Ovid. Rem. Am. v. 157. Prudent. Pſych. v. 60 *Aſſyrium poſtquam thalamum cervixque Holofernis Caſta, Cupidineo madefactum ſanguine lavit.*

¶ Cupīdicœnus, *i*, m. Gloſſ. lat. gr. *Cupidicœnus*, τρεχέδαιπνος, ein ſchmarotzer.

¶ Concupio, & Concupiſco, *ivi, itum, ĕre*, begierig ſeyn, ſich gelüſten laſſen, in familiari uſu apud Latinos eſt. *Concupiſcere mortem*, Cic. de Divin. 1, 24 extr. *Vt quisquam domum aut villam concupiverat*; Salluſt. Catil. c. 51 *Si quid unquam tale concupiveris*, Horat. Epod. 3, 19. *Credo vos caritatem civium & gloriam concupiſſe*, Cic. Phil. 1, 12. *Nihil tam efficere concupiſcebat, quam quod poſſe effici negaretur*, Suet. Cal. c. 37. Paſſ. Plin. 11, 6 *Apes id faſturas conſciæ, quod concupiſci poſſit.*

¶ Concupiens, *tis.* Enn. ap. Cic. de divinat. 1, 48 pr. *Curantes magna cum cura, concupientes Regni.*

¶ Concupiſcendus, *a, um.* Cell. 1, 1 *Concubitus neque nimis concupiſcendus.*

¶ Concupītus, *a, um*, verlangt. Cic. Tuſc. 4, 6 *Concupitum adipiſci. Pecunia concupita*, ibid. c. 11.

¶ Concupītor, *ōris*, m. Iul. Firmicus Aſtronom. 8, 22 *Rerum alienarum concupitores.*

¶ Concupiſcentia, *æ*, f. die luſt, begierde. Tertull. Refurr. carn. c. 45 *Corrumpi ſecundum concupiſcentiam ſeductionis.* Curtii exemplum 8, 6, 18 ſuſpectum eruditis eſt. v. Cellar. Cur. poſt. p. 260.

¶ Concupiſcentivus, *a, um.* Tertull. de Anima c. 16 *Concupiſcentivum, quod vocant ἐπιθυμητικόν*, &c.

¶ Concupiſcibilis, *e*, appetitlich. Hieron. Quæſt. Ebr. in Paralip. 1, 1 nomen *Hamdam* exponit *concupiſcipilis.* Ambroſ. epiſt. 11 ad Irenæum: *Concupiſcibile & delectabile bonum.*

¶ Inconcupiſco, *ere*, darnach ſtreben. Apul. 3 Flor. *Amicitia mihi veſtra inconcupiſcenda.*

¶ Diſcupio, *ĕre*, ſehr begehren. Plaut. Trin. 4, 2, 87; ut, *Diſcupio dicere*: & in epiſtola Cœlii ad Cic. fam. 8, 15 *Te vivere & omnia intima conferre diſcupio.*

¶ Percupio, *ĕre*, idem. Ter. Eun. 5, 2, 57, valde cupere.

¶ Percŭpidus, *a, um.* Cic. fam. 1, 7 *Cognovi Hortenſium percupidum tui*, h. e. amantem.

¶ Percupide, adv. ut, *Percupide loqui*, Feſtus in *Blaterare.*

¶ Præcŭpidus, *a, um*, idem. Suet. Aug. c. 70 *Pretioſæ ſupellectilis præcupidus.*

¶ Procupido, *inis*, f. anteceptus amor. Minuc. Felix c. 26 *Movet etiam in nos procupidinem amoris.* Vbi Rigaltium inſpicias. Meurſius tamen legit: *Ex qua manet in nos porro cupido amoris.*

¶ Recupio, *ere*, laudatur ex Plaut. Capt. 4, 2, 76 *Faciam, ut recupias facere ſumptum.* Sed Gron. *Vt te cupias*, quæ eſt haud dubie manus Plauti.

CŬPRESSVS, *i*, & *ūs*, f. *Græce* κυπάρισσος, unde *Conifere cypariſſi.* Virg. Æn. 3, 680, ein cypreſſen-baum. Funeribus adhibebatur, ut mox dicemus. Hinc Virg. Æn. 3, 64 *Cæruli is meſſe vittis, atraque cupreſſo.* Et Æn. 6, 216 *Ferales ante cupreſſos.* Et ecl. 1, 26 *Inter viburna cupreſſi.* Altera forma Colum. 4, 26 *Iunipero, & lauro, & cupreſſa.* Horatio epod. 5, 8 *cupreſſus funebres* libri meliores vindicant, quamvis nec contemnendi *cupreſſi* tradunt. ¶ 2. Sed frutex Germaniæ notus ejusdem nominis, cypreſſen, dici forteſſe, *Cypariſſus* poſſet *coronaria.* Matthiolus *Cupreſſum puſillam* vocat, & abrotanum fœminam eſſe putat. *Cupreſſum ſimulare*, Horatius de arte v. 19 dixit, i. e. pingere, quod deinde ab aliis proverbialiter uſurpatum eſt in oſtentatores importunos ejus, quod tenent. Diti & inferis ſacra erat Cupreſſus, & ſigno funebri, ut Plin. ait 16, 33, ad ædium oſtia ponebatur, ea occaſione, quod rami ejus arboris exciſi nunquam renaſcuntur. Quamquam alii alias afferant cauſſas: de quibus Torrentius ad Horat. 2 od. 14, 23. In divitum tantum ac nobiliorum funeribus locatam ante ædes cupreſſum, illud Lucani videtur adſtruere 3, 442 *Et non plebejos luctus teſtata cupreſſus.* Hinc *atra, funeſta, funebris, feralis cupreſſus*, apud Poëtas, ut vidimus.

¶ Cupreſſĭnus, *a, um*, von cypreſſen; ut, *Oleum cupreſſinum*, Plin. 23, 4. *Cupreſſinæ frondes*, Colum. 2, 2.

¶ Cupreſſeus, *a, um*, idem. Plin. 27, 37 *Duo ſigna cupreſſea Iunonis reginæ portabantur.* Iullus Obſequens *cupreſſea ſimulacra* vocat Obſerv. 108. Et Vitruv. 2, 9 *Cupreſſeæ foliaturæ ſimile.*

¶ Cupreſsētum, *i*, n. locus cupreſſis conſitus, ein cypreſſen-garten. Caro c. 151 *Quo paclo cupreſſeta feri oporteat.* Cic. de Leg. 1, 5 *In cupreſſetis Cnoſiorum.*

¶ Cupreſsĭfer, *a, um*, das cypreſſen trägt. Ovid. Heroid. 9, 87 *Vt Tegeæus aper cupreſſifero Erymantho Incubet, &c.* Id. Faſt. 5, 87 *Cupreſſiferæ Cyllenes.*

CŪPRVM, *i*, n. κύπριον, factum ſine dubio videtur ex *Cyprium*; ſiquidem metallum illud Plinius 33, 5 *æs* vocat *Cyprium*, kupffer. Spartianus Caracalla c. 9 *ex ære, vel cupro cancelli ſuperpoſiti.* Vide Cur. Poſterior. Cellarii p. 206.

¶ Cupreus, *a, um*, kupffern; ut, *Vas cupreum*, Plin. 23, 3. Sic Frobenius: at Harduin. *in Cyprio vaſe.*

¶ Cuprīnus, *a, um*, idem; ut, *Cuprinus clavus*, Pallad. Ian. t. 16.

CVR, adverb. interrogandi, warum? weswegen? Ter. Andr. 5, 3, 15 *Quid ago? Cur me excrucio? cur me macero? &c.* Cic. Att. 7, 3 *Cur imperium illi, aut cur illo modo prorogatum eſt?* ¶ 2. Infinite quoque ponitur, & quidem elegantèr, ubi præceſſit vocabulum *cauſſæ*, aut ſimile. Cic. pro Roſc. Com. c. 16 *Non fuit cauſſa, cur tantum laborem caperes.* Idem de Orat. 2, 45 *De me cauſſa eſt, cur mentiar.* Ibid. 1, 25 *Cujus rei cauſſam cum quærerem, quidnam eſſet, cur, &c.* Et Att. 12, 29 *Erant cauſſæ, cur hoc tempore iſtic eſſ nollem.* Id. fam. 6, 8 *Affert rationem, cur neget.* Et Nat. D. 3, 4 *Affert argumenta, cur dii ſint.* ¶ 3. Aliquando ſignificat, *propterea quod*, darum daß. Horat. 1 ep. 8, 9 *Iraſcor amicis, Cur me ſumſto propevent arcere veterno.* Cic. fam. 7, 28 *Miror, cur me accuſes*, conf. Phil. 2, 20. ¶ 4. Idem quod *ut* ſignificare videtur in illo Liv. 5, 46 *Negat ſe commiſſurum, cur ſibi quisquam imperium finiret potius &c.* Int. *ut cauſſa ſit, cur &c.*

CŪRA, *æ*, f. φροντίς, μέριμνα, ſolicitudo, ſtudium, diligentia, ſorge, ſic dicta, quod *cor urat*, ſicut *coqui curis homines*, Cicero dixit de Senect. pr. Vel a κείρω, *tondeo*, unde κουρὰ, *tonſura*, quod attondeat quaſi membra. Sicuti græca vox μέριμνα eſt a μερίζειν, quod dividat & diſtrahat mentem. Etenim ut Maro habet Æn. 4, 285 *Cura animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc. Illicitæ, ſpinoſæ, ſequaces, vigilantes, vigiles, pervigiles curæ* Poëtis dicuntur. Virg. Æn. 1, 662 *Sub noctem cura recurſat. Curarum fomenta*, Horat. 1 ep. 3, 26, quæ curas cumulant & arceſſunt. *Curam agere alicujus*, Sen. epiſt. 14, ſorge tragen. *Curam agere ſepulturæ*, Inſcr. Grut. p. 555 n. 7. *Curæ ſibi habere aliquid*, Nepos 25, 20, 4. Et, *Curani habere alicujus rei*, Ovid. Triſt. 5, 2, 48, ſich ein ding laſſen angelegen ſeyn. Cic. fam. 10, 1 pr. *Itaque maxime mihi curæ eſt, non de mea quidem vita, &c. ſed me patria ſollicitat*, ich bin beſorgt. Ovid. Am. 3, 2, 8 *Ergo illi cura venit eſſe tuæ. Omni cogitatione curaque in rem aliquam incumbere*, Cic. fam. 10, 1. *In eam curam incumbere*, ibid. epiſt. 3. Et, *Injicere curam*, Ter. Adelph. 4, 5, 76, einem gedancken und ſorgen machen. *Curas adimere*, Idem Phorm. 5, 6, 46. *Curam abjicere*, die ſorgen außſchlagen, Cic. fam. 9, 24. Curtius 3, 3, 4 *Vates varia interpretatione curam diſtrinxerant*, hatten ihm den kopf warm gemacht. Et, *Difficilis eſt cura rerum alienarum*, Cic. Off. 1, 9. *Cum cura*, pro diligenter, non obiter ac tralatitie, bedächtig, ſorgfältig, Salluſtiana dictio eſt, (vid. Iug. c. 54, 66, &c.) quam & Tacitus frequentare amavit. Sen. de Tranquill. anim. c. 14 extr. *Non raptim relinquatur magnus vir, & cum cura dicendus.* ¶ 2. *Cura* etiam dicitur munus atque officium, ſive adminiſtratio rei atque tutela cujuslibet, die verwaltung. Tac. Hiſt. 4, 68, 4 *Aretinum Clementem Prætorianis præpoſ it, patrem ejus ſub Cæſo Cæſare egregie functum ea cura dictitans.* Suet. Claud. c. 25 *Provincias Achaiam & Macedoniam, quas Tiberius ad curam ſuam tranſtulerat, Senatui reddidit.* ¶ 3. *Cura* quoque medicinale verbum eſt, quod ea ſcientia ſibi vindicavit quaſi proprium, die cur, wartung. Hinc cura pro applicatione medicinæ, vid. Barth. ad Script. Venat. p. 129. Sic *Curam adhibere in valetudine tuenda*, Nepos 5, 21, 5. *Saucios cura ſuſtentare*, Tac. An. 4, 63, 6. v. Drakenb. ad Sil. 6, 551. ¶ 4. Non tantum *cura*, ut *amor, odium*, &c. ſignificat, eum qui curatur, v. g. Virg. ecl. 1, 58 *Tua cura, palumbæ*: ſed etiam curatorem: Ovid. Her. 1, 104 *Immunde cura fidelis haræ*, i. e. ſubulcus. vid. quos laudat Burm.

¶ Curioſus, *a, um*, ſorgfältig, πολυπράγμων, quod in bonam aliquando partem, in malam plerumque uſurpatur. Cic. fam. 3, 1 *Eſt homo non modo prudens, verum etiam curioſus*, id eſt, *ſolicitus*, der ſich eines dinges annimmt. Cic. Att. 2, 4 *Quidquid indagaveris de rep. facito ut ſciam; tametſi minus ſum curioſus* Idem Nat. D. 1, 20 *Curioſus & negotiis plenus.* Id. Tuſc. 1, 45 *Chryſippus, ut eſt in omni hiſtoria curioſus*, id eſt, diligens, atque indagans omnia, quorum inveniendi copia ſit. Spartian. Hadrian. c. 11 *Erat autem curioſus non ſolum domus ſuæ; ſed etiam amicorum, ut per frumentarios occulta omnia exploraret: Curioſus erat*, id eſt, ſciendi cupidus, & quid in domo ſua fieret, & quid amici agerent. Ita Capitol. in M. Antonino Phil. c. 20 *Erat enim famæ ſuæ* (id eſt, quid de ſe diceretur) *curioſiſſimus, & requirens ad verum, quid quisque de ſe diceret, emendans, quæ bene reprehenſa viderentur.* Sic in bonam partem accipitur, cum idem eſt quod πολυμαθὴς ſive Philologus: de quo ad Vopiſcum obſervat Caſaubonus p. 242 & 264; & Barthius Adverſ. 19, 1. ¶ 2. *Curioſus* in malam partem, qui vana quadam cupiditate inquirit omnia, &, quæ ſua nihil intereſſt, ſcire laborat, cujusmodi hominem eleganter notat Terentius Eun. 3, 5, 5; item Plutarchus de Curioſitate p. 519. Cic. pro domo ſua c. 12 extr. *Quid tam curioſum, quam ea ſcire vele, de quibus majores noſtri vos ſolos & conſuli & ſcire voluerunt.* Plaut. Stich. 1, 3, 45 *Curioſi ſunt hic quam plures mali, alienas res qui curant ſtudio maximo.* Et ibidem v. 55 *Curioſus nemo eſt, quin ſit malevolus*: quin & maledicus ¶ 3. Sed illi ipſi obſervatores,

vatores, qui conducti a Principibus erant, ut referrent ad se, quæ explorassent, quos ὠτακούστας vocabant Græci, & primus, ut Plutarchus de Curiositate extr. observat, Darius instituit, *Curiosi* appellabantur, quo munere ferme milites fungebantur. Vide L. 13 Cod. de Curs. Publ. & Tit. Cod. de Curiof. & Stationariis, qui quidem fere conveniunt cum nostris *posterorum magistris*; itemque Casaub. ad supra productum Spartiani locum, & Rigalt. ad Tertull. de fuga in persec. c. 13. Item supra *Agentes in rebus*, in verbo AGO. Suet. Aug. c. 27 *Pinarium Equ. Rom. cum concionante se admissa turba paganorum apud milites subscribere, quædam animadvertisset, curiosum ac speculatorem ratus, coram se confodi imperavit.* ¶ 4. Summum gradum hujus vocis vidimus n. 1 ex Capitolino. Sed esse etiam Cic. de Nat. De. 1 dicitur, *Ne curiosissimi quidem homines exquirendo audire tam multa possunt.* Comparativus est Cic. fam. 4, 13, it. Phædri 4, 1 *Quidam curiosior*: ita Macrob. Somn. Scip. 1, 2 *Numenium inter philosophos occultorum curiosiorem* dicit.

¶ Curiosulus, *a, um*, diminutivum, fürwitzig. Apul. sub fin. lib. 10 *Curiosulus ventus lacinium reflabat.*

¶ Curiose, adverb. sorgsam. Quintil. 8, 1 *Multos invenias, quos curiose potius loqui dixeris, quam latine.* Cic. de Claris Orat. c. 35 *Conquiram ista posthac curiosius*; & de Fin. 5, 15 *animadvertunt ea, quæ domi fiunt, curiosius.* Colum. 11, 2 *Vitiaria diligenter facienda, malleolisque quam recentissimis curiosissime pangenda.*

¶ Curiositas, *ātis*, f. vulgo cura rerum ad se nil pertinentium, vitium ut terrimum, ita tamen vulgare, fürwitz, quo vitio digno plane quovis odio dehortari & avocare Socrates solebat hoc Homeri versu Odyss. Δ v. 392 ὄ, τίπτοτ ἐν μεγάροισι κακῶν τ' ἀγαθῶν τε τέτυκται. Vide supra dicta in *Ædes.* ¶ 2. Sed non semper in vitio est, & simpliciter notat cupiditatem sciendi, quid agatur. Cic. Att. 2, 12 *Sum in curiositate*, ὀξύπεινος. ¶ 3. Aliquando *curiositas* πολυμάθεια est seu Philologia, (de quo Casaubonus & Barthius supra laudatis locis) vel eruditio, gelehrſamkeit. Gell. 2, 18 *Esse arcanas caussas, ad quas paucorum potuit pervenire curiositas.* ¶ 4. Interdum περιεργίαν & vanitatem magicam notat. Tertullianus de Præscript. adv. hæreticos c. 3. Idem c. 17 ejusdem: *Notata sunt etiam commercia haereticorum cum magis quampluribus, circulatoribus, cum Astrologis, cum Philosophis curiositati deditis.* Ita Apol. c. 25 *Etsi a Numa concepta est curiositas superstitiosa.*

¶ Curo, *avi, atum, are*, ſorge haben, verſorgen, verſchaffen, beſtellen, ausrichten. Vt, *Studiose diligenterque curare*, Cic. fam. 14, 13, fleißig in acht nehmen. *Curare aliquem interficiendum*, Nepos 10, 6 extr. einen umbringen laſſen, de auctore & mandante uſurpatur. Conſtruitur etiam cum præpoſit. *de.* Cic. ad Attic. 13, 21 *Vides quanto hoc diligentius curem, quam aut de rumore aut de Pollione.* Id. 6 Div. epiſt. 19 *Omnino de tota re sapientius faceres, si non curares.* v. plura exempla ap. Mencken. CVRA ALIVD: elegans forma, qua ſecuros eſſe alios jubemus: beſümmere dich um etwas anders. Ea uſus Plautus haud ſemel, & Ter. Phorm. 2, 1, 5. Formulam *non curo* ad contemtum pertinere notat Brouckhuſ. ad Tib. 1, 1, 57. Huc ref. Cic. Ac. 1, 2 pr. *Varro, inquit, scribere, quod neque inscitis intelligere possint, neque doctis legere curarent.* Sed interdum tamen *non curo* ſimpliciter ſignificare videtur *nolo.* Cic. Att. 7, 15 p. 719 *Cato in Sicilium ire non curat*: quod de metu ejus intelligendum, certe non de contemtu. Ita illud pervulgatum Lucilii apud Cic. de Orat. 2, 6 extr. *Perfium non curo legere*, haud dubie ſignificat *nolo.* Cic. fam. 2, 8, 1 *Ne illa quidem curo mihi scribas.* Sed etiam adfirmative poſita periphraſi infervit. Petron. c. 84 *Qui solas divitias extruere curant.* Cic. pro domo c. 3 *Hanc tu civem domo & patria cedere curasti* pro coëgiſti. vid. Barth. & Burm. ad Rutil. itin. 1, 429 *Currere curamus velis.* ¶ 2. Vtimur hoc verbo & circa res victui neceſſarias, pro paſcere, accipere quem, einen wohl oder übel tractiren, halten. Plaut. Pſeud. 4, 7, 34 *Qui se huncque atatem bene curant, Edunt, bibunt, scortantur*, die ihrer wohl warten. Ita, *Curare quem mulliter*, Ter. Adelph. 1 pr. *Curare cutem*, Horat. 1 epiſt. 4, 15 ihme gütlich thun. Liv. 3, 2 *Corpora cibo somnoque curare*: & hic paſſim. vid. Drakenb. ad 21, 54. Salluſt. apud Nonium, & Macrob. ſat. 2, 9 *Cum ad cœnam invitaverant, ultra Romanorum & mortalium etiam morem curabant, exornatis adhuc per aulæa & insignia, scenisque ad ostentationem histrionum fabricatis, simul croco sparsa humus, &c.* Ita elegantiſſimus auctor Sulp. Severus 2, 1 cum de Daniele, Anania, Miſaële & Azaria reddit, *aliquem delicatioribus cibis curare* dixit. ¶ 3. Apud Ter. in illo And. 1, 1, 3 *Nempe ut curentur recte hæc: τὸ curare*, coquere interpretatur Donatus. Ita Varro de L. L. 6 *aliud est cibum curare quam parare.* vid. *curatus* n. 2. ¶ 4. Interdum & adhibere medicinam ſignificat, & ſanitati reſtituere, geſund machen, arzneyen. *Corpora curari possunt, animorum medicina nulla*, Cic. Tuſc. 3, 2. *Sanguinis detractione curare aliquem*, Quintil. 2, 10. Et Tertull. ad Scap. c. 3 *Qui eum per oleum aliquando curaverat.* Hinc ſævus ille Neronis jocus, de quo ita Suet. ejus vita c. 37 *Movit, jussis non amplius, quam horariam spatium dabat. At ne quid mora interveniret, medicos admovebat*, QVI CVNCTANTES CONTINVO CVRARENT. *Ita enim vocabat venas mortis gratia incidere.* v. plura apud Drakenb. ad Liv. 2, 17. Verbo *procurare* ſimiliter uſus Catullus eſt, de quo infra. ¶ 5. Vſurpatur hoc verbum & circa cultum atque munditias. Plaut. Ciſt. 1, 1, 114 *Cura te, amabo! siccine immunda, obscero, ibis*, putze dich. ¶ 6. Eſt & militare verbum CVRARE, idemque ſignificat, quod præeſſe, regere, imperare, commandiren. Salluſtius lug. c. 46 *Ipse* (Metellus) *cum expeditis cohortibus, item funditorum & sagittariorum delecta manu apud primos erat, in postremo C. Marius Legatus cum equitibus curabat.* Et c. 57 *Legatis imperat, ubi quisque curaret.* Neque vero in hoc ſignificatu abſolute tantum ponitur, ſed & conſtruitur cum certo caſu, vel tertio, vel quarto. Sic, *Curare legiones*, Tac. Ann. 6, 30, 3. *Curare provinciam*, Idem Agric. 16, 4 dixit. Cum Dativo junxit Apulejus de Mundo: *Veteres cœlestium deum adorant, ordinibus principes curant, equites cornibus præsunt.* Translatum etiam ad civiles præpoſituras eſt. Namque qui ferinis præerant, *Curare ferinis* dicebantur: de quo in *ferinum* vide. Hinc & pro *tueri* ſumitur. Ideo enim imperamus & prætamus, ut, quæ commiſſa nobis ſunt, tueamur. Ita *fecundum locum curare*, Suet. dixit Tib. c. 11 extr. ¶ 7. Eſt & Sacrorum verbum pro *expiare, placare*, ein verſohn-opfer thun; quamquam in hac ſignificatione frequentior compoſiti *Procurare* uſus eſt. Sic, *Curare prodigia*, Livius dixit 1, 20. Et Tertull. adv. Pſychicos c. 16 *Officia curantia Deum, & qui in idolis comendis, & in ornandis, & ad singulas horas saltandis, adulantur*, CVRATIONEM FACERE *dicuntur.* ¶ 8. *Curari* pro *cicurari* dixit P. Nigidius apud Priſcianum c. de communibus, *Fera manſuescunt & curantur*, i. e. cicurantur, & domantur, modo librarii hic culpa non intercesſerit, ſyllabam primam omittentis. ¶ 9. Eſt *observare, colere*, aufwarten; proprium verbum clientum, qui dicuntur curare patronos. Plin. 1 epiſt. 5 *Est locuples, factiosus, curatur a multis, timetur a pluribus.* Cic. Att. 5, 4 *O provincia! etiamne hic mihi curandus es?* Martial. 6 epigr. 50 *Obscenos postquam cœpit curare cinædos.* Quod Gruterus non intellexit. ¶ 10. Circa conſtructionem hujus verbi notandum & cum Dativo jungi. Plaut. Rud. 1, 2, 93 *Illis curandum censeo*, h. e. operam illis dandam. Apul. Apol. p. 281 *Solis hominibus & eorum paucis curare.* Huc retulerim etiam illud ejusd. Apul. de Deo Socr. p. 68, 1 *Dæmones quidam certis potestatibus curant.* Ita enim lego pro vulgato *curentur.* Item cum Ablativo & cum præpoſitione: Plaut. Pſeud. 1, 3, 3 *Ego pro me & te curabo.*

¶ Curatus, *a, um*, cum cura factus, procuratus, accuratus, verpflegt, verſorgt; ut, *Bene curata cute nitidus*, Horat. 1 epiſt. 4, 15. *Boves corpore curatiores*, Cato c. 103. *Curatissime preces*, id eſt, accuratiſſimæ, Tac. Ann. 1, 13 extr. Et Cic. fam. 5, 20 *Erat curata nobis pecunia*, i. e. procurata, angeſchafft. ¶ 2. Purgatus. Celſ. 5, 19, 11 ext. *Quæ τεθηγμένα Græci appellant, nos curata vocamus; cum ex sevo puta omnes membranulæ diligenter exemtæ sunt, aut ex alio medicamento.* Id. 6, 5 *Cadmia curata.* Et Veg. 4, 8, 1 *Hedinum caput curatum.* Conf. Columm. 9, 14, 1; 12, 18, 6. Add. *Curo* n. 3 & *Curatio.*

¶ Curate, adv. accurate, mit fleiß. Hinc Comp. Tac. Ann. 2, 27 pr. *Curatius disseram*: & l. 14, 21, 2 *Ludi curatius editi.* Superl. Salluſt. lug. c. 16 *Eum Jugurtha curatissime recepit*, h. e. cum cura & honore.

¶ Curātio, *ōnis*, f. adminiſtratio, die pflegung; proprie medici eſt. Nepos 25, 21, 3 *Tres menses sine ullis doloribus, præterquam quos ex curatione* (ſcil. morbi) *capiebat, consumpsit.* Donatus ad illud Ter. Andr. 1, 1, 3 *Nempe ut curentur recte hæc*: CVRENTVR RECTE. *Diligenter coquantur.* CVRATIO *propria medicorum est*: CVRA *reliquorum. Sed coquina Medicinæ famulatrix est.* Vide & *Curatura* paullo poſt. *Adhibere curationem*, arzney-mittel verordnen, brauchen; Cic. Off. 1, 24 *Periculosas & ancipites curationes morbis gravioribus medici adhibere coguntur.* Sed, *Curatio & administratio rerum*, die beſtellung, verwaltung, Cic. Nat. D. 1, 1. *Munerum regiorum curatio*, Id. fam. 6, 19. Ita *Curationem hæreditatis* Paullus dixit l. 13 ff. de negotiis geſtis. *Curatio agraria*, Cic. fam. 11, 21. Ita Liv. 4, 13 *Curationem* (annonæ conquirendæ) *publice agere aut privatim.*

¶ Curatrix, *ātis*, f. die wartung. Ter. Eun. 2, 3, 24 *Virgines Reddunt curatrix juncas.* Vbi Donatus: CVRA *mentis est*: CVRATIO *Medicinæ*: CVRATVRA *diligentiæ.* Sed ut exemplis apparet, id diſcrimen, ut aliæ vulgo jactatæ verborum differentiæ non eſt perpetuum.

¶ Curantia, *æ*, f. idem quod curatio. Cic. ad Q. frat. 2, 9 *Quod me admones de non curantia*, i. e. de incuria; ita Gruterus & alii legunt in membranis. Sed ediderunt omnes *de nostra Vrania.*

¶ Curātor, *ōris*, m. ein ſchaffner, befehlhaber, pfleger. *Curator restituendi Capitolii*, Catullus apud Gell. 2, 10 vocatur. *Curatores viarum, aquarum, alvei Tiberis, operum publicorum, frumento pop. dividendo*, Suet. Aug. c. 37. *Curator viæ Flaminiæ*, Cic. Att. 1, 1. *Urbis, annonæ ludorumque*, Idem de Leg. 3, 3. Et, *Curator munerum & venationum*, Suet. Calig. c. 27. ¶ 2. ein vormund. *Curatorem præfecere*, Cic. Verr. 2, 59; *constituere*, Id. Agrar. 2, 7. Quod vero diſcrimen ſit *curatoris ac tutoris*, quære apud ICtos. Breviter *Tutor* perſonæ eſt, bonorum *Curator.*

¶ Curatrix, *īcis*, f. eine pflegerin. ICt. l. 21 ff. de tut. & curat. princ. *Curatrices minoribus mulieres non creabant.*

¶ Curatoria, *æ*, f. munus curatoris pupillorum, die vormundſchafft, vocabulum eſt juridicum. Vide Leg. 1 & 2 Dig. de Excuſat. utr. pr.

¶ Curatēla, *æ*, f. ICtis eadem poteſtas adminiſtrandi bona ejus, qui ob ætatem vel mentis corporisve vitium ſuis rebus præeſſe nequit.

¶ Curābilis, *e*, pro medicabilis, heilbar, improbat Voſſ. de Vit. L. L. 3, 7. ¶ 2. Sed Iuvenal. 16, 21 *Efficiunt, curabilis ut sit vindicta*: h. e. non negligenda, ſed metuenda.

¶ Curax, *ācis*, curioſus, ſorgfältig. Cajus ICt. l. 18 ff. de ædilit. edicto: *Curacem esse.*

¶ Curius, *a, um*, curarum plenus, ſorgen-voll. Vocabulum fictum Plauto Pſeud. 4, 7, 44 *Cave sis tibi a curio infortunio.* conf. Taubm. p. 1020. ¶ 2. *Curius* ſubſt. vide ſuo loco.

¶ Curīto, *are*, frequentative, verpflegen. Ita Apuleji locum lib. 7 p. 140, Pricæus p. 142 expreſſit: *Exin me, suum suspitatorem nuncupatum, matrona prolixe curitabat.* Vbi *curabat* Elmenhorſt.

¶ Curagendarius, *i*, m. qui curam publicam agit. Cod. Theod. 6, 29 *Hi, quos curagendarios sive curiosos provincialium consuetudo appellat.*

Compoſita cum præpoſit.

¶ Accūro, vel Adcuro, *āre*, diligenter curare, ſorge tragen, anſchaffen. Ter. Hec. 5, 1, 11 *Omnes res cautius, ne temere faciam, accuro.* Plaut. Trin. 1, 2, 41 *Omnes bonos bonaque accurare addecet, suspicionem & culpam ut ab se segregent.* Colum. præf. lib. 12 *Vitius & cultus accurandas erat.* Ita *Accurare alicui prandium*, das mahl bereiten, Plaut. Men. 1, 3, 25. *Accurare hospites*, gaſte bedienen, bewirthen, Id. Epid. 5, 1, 55. *Penjum suum lepide accurare*, Id. Bacch. 5, 2, 33.

¶ Accūratus, *a, um*, mit fleiß gemacht. *Accurata commendatio*, eine nachdrückliche vorſchrift, Cic. fam. 13, 17. *Accurata oratio*, Id. Amic. c. 7. *Accuratissima litterarum*, Id. Att. 7, 3 pr. *Debebam accuratiorem habere*, Liv. 5, 37.

¶ Accuratum, *i*, n. abſolute Plaut. Bacch. 3, 6, 21 *Accuratum habere*, in bereitſchaft halten. Id. Mil. 3, 1, 209. *Accurato opus.*

¶ Accurate, adverb. eigentlich, mit fleiß. *Accurate & cogitate scribere*, Cic. pro Arch. c. 8. Sall. Iug. 103, 5 legatos Sulla *accurate & liberaliter habuit. Accuratius ædificare*, Cæſ. B. G. 6, 21. *Accuratissime accusare*, Nepos 6, 4. 2. *Accuratissime tutari quem ejusque causam*, Cic. fam. 5, 17.

¶ Accura-

¶ Accūratio, ōnis, der fleiß, die sorgfalt. Cic. de Clar. Or. c. 67 *Inveniendis componendisque rebus mira accuratio.*

¶ Accurator, ōris, m. Laudant quidam Quintil. Declam. 377 *Accuratorem ipsum laudatorem dabo*, sed al. *accusatorem*, quod bene servat etiam Burmannus.

¶ Concūro, āre, curo. Plaut. Bacch. 1, 2, 23 *Hæc concuret coquus.*

¶ Concurātor, ōris, m. qui una cum cæteris curat. Ulpianus l. 19 Dig. de adminiſtr. & peric. tut. *Actus ſui rationem concuratori reddere, non eſſe compellendum.*

¶ Excūro, āre; unde

¶ Excūrātus, a, um, wohl zubereitet; ut, *Excuratus victus*, i. e. accurate præparatus, Plaut. Pseud. 5, 1, 8. *Lepide excuratus*, Id. Caſ. 3, 6, 6.

¶ Incūratus, a, um, non curatus, ungeheilt, unbeſtellt. Horat. 1 epiſt. 16, 24 *Stultorum incurata pudor malus ulcera celat.* Vopiſcus Aureliano c. 28 *Neque quidquam vir fortis reliquit, quod aut imperfectum videretur aut incuratum.*

¶ Incūrabilis, e, unheilbar, improbat Voſſius de Vit. L. L. 3, 16. Apud Fulgent. epiſt. ad Venantium *Morbus incurabilis* dicitur.

¶ Incūria, æ, f. contrarium curæ, negligentia, unfleiß, unachtſamkeit. Cic. de Amic. c. 23 pr. *Vituperanda eſt rei maxime neceſſariæ tanta incuria.* Horat. de Arte v. 352 *Incuria maculas fudit.*

¶ Incūriōſus, a, um, ſorgenlos, unachtſam. Tac. Ann. 2 extr. *Veteva extollimus, recentium incuriosi.* Sic Plinius quoque 8 epiſt. 20 *Proximorum incuriosi.* Suet. Aug. c. 79 *In capite comendo incuriosus.*

¶ Incūrioſe, adverb. idem. Liv. 8, 38 *Caſtra in hoſtico incurioſe poſita.* Gell. 2 c. ult. *Non incurioſe verſus legere*, mit fleiß. Tac. Hiſt. 4, 28 *Cæſæ cohortes, incurioſius agentes.* Apul. Apol. p. 274 (ed. Elmenh.) *Pudor, veluti veſtis, quanto obſoletior eſt, tanto incurioſius habetur.* Apud Plinium eſt *Incurioſiſſime.*

¶ Incurius, pro *incurioſus.* Iuſtin. 5, 9, 10 *Pro aliena dominatione incurius pugnatur.* Hodie omnes habent *ſecurius.*

¶ Incūrioſitas, ātis, f. die unbedachtſamkeit, ſorgloſigkeit. Caſſiod. 7 ep. 4 *Nec ſub incurioſitate transmittat.* Et Salvianus pr. lib. 1 de Gubern. Dei: *De incurioſitate ac negligentia ſenſiſſe.* Gloſſ. vet. *Incurioſitas, ἀπραγμοσύνη.*

¶ Obcūrus, a, um, cum derivatis, vide in O.

¶ Percūro, āre, perfecte curare, ausheilen. Sen. Q. Nat. 3, 1 *Inveterata & deſperata a medicis vitia percurant.*

¶ Percūrātus, a, um, Liv. 21, 57 *Vix dum ſatis percurato vulnere.* conf. Curt. 4, 6, 21, & 7, 6, 23.

¶ Percuriōſus, a, um, valde curioſus, ſehr ſorgſam. Cic. pro Cluent. c. 62 *Servulus percurioſus.*

¶ Procūro, āre, curare, adminiſtrare, verwalten. Cic. fam. 12, 24 *Is procurat rationes negotiaque Dionyſii noſtri*; quod vulgo fere dicunt, er iſt deſſen Factor. Prima anceps eſt: Silius 6, 330 *Stabulis* prōcūrans *oſtia paſtor.* Tibull. 1, 5, 13 *Ipſe* prōcuravi, *ne puſſent ſæva nocere Somnia.* Vbi *procuravi*, expiavi eſt. Nam ¶ 2. *Procurare* ſacrorum verbum erat. Sic, *ſacra procurare* munus ſacerdotum, apud Nepotem 2, 2 extr. Et Apul. Met. 9 p. 233 Elmenh. *Cæleſtium minas procurare hoſtiis*, verſöhn-opfer bringen. Inde Cicero *procurare* & *expiare* conjungit de Divinat. 2, 63. Id. 1, 2 *Magna vis eſt in monſtris interpretandis ac procurandis in Aruſpicum diſciplina.* Sic Suetonius *fulgur procurare* dixit Galba c. 4. v. Brouckh. ad Tib. 1. c. it. interpr. Petron. c. 10. Drakenb. ad Sil. 8, 125. ¶ 3. De valetudine pro ſimplici *Curare*, uſus Catullus eſt epigr. 45, 15 *Et me procuravi ocimoque & urtica.* Vbi ſimiliter, ſicut Tibullus, primam corripit: aliqui *recuravi* ſubſtituunt. ¶ 4. Pro *præeſſe* ſive cum poteſtate eſſe exercendi juris in alios, videtur ICtus l. 86 Dig. de acquirenda & amittenda hæred. *Pomponius Avitus cum in Cilicia procuraret*: id eſt, cum præpoſitus eſſet Ciliciæ, v. Procurator.

¶ Procurator, ōris, m. ſervi genus, tam in villa, quam in urbana familia, qui idem cum illo fuiſſe videtur, qui *Actor* (de quo ſupra in *Ago*) etiam appellabatur: is videlicet, qui domini ſui res atque negotia ageret, rationesque adminiſtraret, ein pfleger, ſchaffner, verwalter, anwald. Hoc ſuadere videtur Martialis 5 epigr. 61. Et Lepidus ad Cic. fam. 10, 35 *A meis procuratoribus certior ſum factus.* Nec alium Columella, puto *Actorem* lib. 1, 7 & 8 vocat; quam quem c. 6 *Procuratorem* dixerat. Talis etiam eſt, qui plene *Procurator a rationibus dicebatur.* v. Gonſal. ad Petron. c. 30 p. 109. Alii tamen ut Plinius, Salvianus, &c. diſtinguunt. Eatenus puto, quod *Procuratorum* poteſtas vagata aliquando latius fuerit: cum alias non niſi nomine differrent. Vide Lipſ. ad 2 Tac. Ann. p. 94 ſqq. ¶ 2. Sed & cuique parvæ rei curator ſeu cuſtos datus *Procurator* appellatur, ein wärter. Sic, *Procurator aviarii*, Varro R. R. 3, 6; & *procurator apum*, Columell. qui eumdem *Cuſtodem* & *Curatorem* appellat 9, 9. Sed ¶ 3. Latiſſime patet etiam illud Ovid. A. A. 1, 58 *Inde procurator nimium quoque multa procurat.* Quin *Procurator regni*, apud Cæſ. B. Civ. 3 extr. ¶ 4. Habebant & principes *Procuratores* ſuos, in provinciis maxime; qui duorum generum erant. Alii, qui pecunias colligebant; qui *Procuratores privatæ rei* etiam dicebantur; & a tractandis rationibus tandem *Rationales.* Hos merum imperium non habuiſſe, obſervat Bynck. Obſ. Iur. Rom. 2, 20. Alii, qui poteſtatem & jurisdictionem habebant, qui ad differentiam priorum ſæpe & *Præſides* dicebantur: atque hi proprie erant, qui in minoribus provinciis curabant. Vide Lipſ. ad Tac. Ann. 12, 60 p. 175, itemque Salmaſ. ad Spartiani Hadrian. c. 13. Bynckersh. l. c. c. 21, qui ad hoc genus etiam refert Pontium Pilatum, quem Procuratorem totius Syriæ fuiſſe vult cum poteſtate Præſidis in Iudæa. ¶ 5. Sed & qui aliarum rerum curæ præpoſiti ab Imperatoribus *Procuratores* appellati fuerunt: ut, *Procurator ad bona damnatorum: Procurator ad prædia Gallicana: Procurator ad vicesimam: Procurator aerarii*, &c. apud Auguſtæ hiſtoriæ ſcriptores.

¶ Prōcūratrix, īcis, f. Cic. Fin. 4, 7 *Sapientia totius hominis cuſtos & procuratrix.*

¶ Procuratio, ōnis, f. die verwaltung, pflegung: ut, *Procuratio Aſiæ*, Lent. ad Cic. 12 epiſt. 14. *Nimis magna procuratione liberatus*, pro R. Dejot. c. 13. *Quæſtoria procuratio*, Id 1 in Verr. 36. *Procuratio negotii publici*, Id. pro Sextio c. 30. *Alienorum honorum mercenaria procuratio*, Sen. de Brev. Vit. c. 17. ¶ 2. Expiatio. Cic. Divin. 1, 45 *Vt ſue plena procuratio fieret, vocem ab æde Iunonis ex arce exſtitiſſe.*

¶ Procuratiuncula, æ, f. dimin. Sen. epiſt. 31 *Omnia* (Alpes, Syrtes, Scyllam) *tranſiſti procuretiuncule pretio.*

¶ Prōcūrātorius, a, um. Symmach 5 epiſt. 66 *Veterator quidam procuratorio nomine caput extulit.* Quod etiam l. 7 God. de Procuratorib. occurrit; & l. 3 Dig. Famil. herciſc. *Procuratorio nomine agere*, cui ibid. opponitur, *agere ſuo nomine.*

¶ Subprōcūrator, ōris, m. qui *curat* ſub alio procuratore. Occurrit in Inſcript. Gruteri.

¶ Recūro, āre, wieder heilen. Catull. carm. 45, 15 *Et me recuravi ocimoque & urtica.* al. *procuravi.* Apul. 6 p. 183 *Vulneratis domi relictis, & plagas recurantibus.*

¶ Sēcūrus, a, um, ſine cura, vel ſeorſim a curis, ἀμέριμνος, ſicher, ſorglos. Ovid. Met. 1, 100 *Mollia ſecuræ peragebant otia gentes. Securus a metu*, Plin. 28, 9. *Securior ab hoſtibus*, Liv. 9, 22. *Securus de bello*, Idem 35, 41. Et, *Animi ſecuri eſſe de re aliqua*, Cic. Att. 12, 52. Superl. Spartianus Severo c. 18 *Tripolim, contuſis bellicoſiſſimis gentibus, ſecuriſſimam reddidit.* Sidon. 8 epiſt. 12 *Incautiſſimus, ſecuriſſimus.* Vſus hoc ſuperante gradu & Tertull. de Anima c. 50, & Auguſtinus Retract. 1, 13 *ſecuriſſima ſalus.* Tamen & Quintiliano Declam. 267 vindicat Borrich. Vind. p. 320. ¶ 2. Nonnunquam abſolutam felicitatem notat. Stat. 8 Theb. v. 14 *Illum & ſecuri circumſpexere fragorem Elyſii.* Pariter de Diis ſuis Lucret. 6, 57 *Nam bene qui didicere Deos ſecurum agere ævum*, hoc eſt, omni fortuna, affectu, ſpe, metu, iracundia, curaque omni procul quietum, ut fingebantur Numina Epicurærorum, quæ falſe propterea *neque caput, neque præputium habere* dixit Varro. ¶ 3. Genitivo interdum opponitur, ac ſignificat idem, quod negligens, deſes, unbekümmert; ut, *Fortunæ virtus ſecura*, Claud. de conſ. Mall. Th. v. 2. *Odii ſecurus*, Id. in Eutrop. 2, 52. *Damni ſecura libido*, Tac. Agric. 43, 6. Opponitur *ſollicitus*: Tac. Hiſt. 4, 58 pr. *Nunquam apud vos verba feci, aut pro vobis ſolicitior, aut pro me ſecurior.* ¶ 4. *Securus* & *ſecretus* confunduntur in MSS. v. Drak. ad Sil. 11, 326.

¶ Secure, adverb. frey, ſicher. *Secure continere aliquid*, Vellej. 2, 129, 4. *Inter caligines ſecurius florent*, Pallad. 3, 9. Et Sen. epiſt. 18 *Securius divites erimus, ſi ſcierimus, quam non ſit grave pauperes eſſe.* Plin. 2 epiſt. 17 *Hæc ſubjacens mare longius quidem, ſed ſecurius intuetur.* Et Iuſtin. 5, 9, 10 *Securius pugnare pro aliena domo.*

¶ Sēcūritas, ātis, f. die ſicherheit, quam animi tranquillitatem & ægritudinis vacuitatem Cicero vocat. Eſt enim animi conſtitutio placida, malorum impendentium cura vacans. Cic. de Nat. D. 1, 20 *Nos beatam vitam in animi ſecuritate ponimus*, wenn das herz wohl zu frieden, und ohne ſorge und furcht iſt. Ita Tuſc. 5, 14 *Securitatem nunc appello vacuitatem ægritudinis, in qua vita beata poſita eſt. Securitatem præſtare*, Cato ad Cic. fam. 15, 5 extr. ſed Græv. & Gron. *ſevveritatem. Securitatem parere*, Quintil. 2, 2. Et Plin. Paneg. c. 50 *Tanta temporum ſecuritas eſt, ut &c.* friede und gute zeiten. Edicto Nervæ apud eumdem Plin. 10 epiſt. 66 *Me ſecuritatem omnium quieti meæ prætuliſſe*, die gemeine ruhe. Sic enim latine in bonam partem ſemper: ſecus ac noſtris vitium incuriæ & ſupinæ negligentiæ ſignificat. Plurali uſus eſt Plinius 23, 1 *Semno ac ſecuritatibus jamdudum viaum profuit.* Nim. cum ſomno curarum inducitur oblivio. ¶ 2. *Securitates* ſunt apochæ, verſchreibung, verſicherung, apud Ammian. 17, 10 *Suſceptorum vilium more ſecuritates accipiens pro illatis.* Et Symmach. 10 epiſt. 43 *Cum videretur omnibus ſecuritatibus eſſe vehementior Imperatoris aſſertio.*

¶ Sēcūro, āre, & Atsēcūrare, barbara ſunt.

¶ Subcurātor, ōris, m. qui ſub alio curatore eſt. Lege 30 Digeſt. de Negot. geſt. *Curator cum ſubcuratore experiri poſſit.*

Curalium, vide *Corallium.*

CVRCVLIO, vel Gurgulio, ōnis, m. vermiculus, qui in excuſſis frumenti naſcitur granis, eaque corrodit & devorat, ein kornwurm. Græci a κίς & τρώξ. Virg. Georg. 1, 185 *Populatque ingentem farris acervum Curculio.* Conf. Plin. 18, 30. Sed Gurgulio vide in G. ¶ 2. Pro membro virili occurrit ap. Perſ. Sat. 4 *Quare detonſus curculio exſtat?* ¶ 3. Eſt etiam nomen paraſiti Plautini, unde toti fabulæ nomen: eſt enim hoc genus fruges conſumere natum.

¶ Curculiuncŭlus, i, m. dimin. Apud Plaut. Rud. 5, 2, 38 *Curculiunculos minutos fabulari*, idem eſt ac narrare res nullius uſus; quaſi de vermiculis ſermonem habere.

CŬRES, ium, f. pl. oppidum Sabinorum, de quo præter alios Dionyſ. Halicarn. 2, 50. Inde accitus Numa Pompilius in regnum Romam, datus Romulo ſucceſſor fuit: de quo Virg Æn. 6 ſub fin. *Primus qui legibus urbem Fundabit, Curibus parvis, & paupere terra Miſſus in imperium magnum.*

¶ Curūlis, e, adject. quod Lipſius deducit, vide ſeorſim.

CŪRĒTES, um, m. pl. Cretæ ſunt incolæ, ſeu primi ejus inſulæ cultores, quemadmodum Servius in Virg. illud Æn. 3, 131 tradit, *Et tandem antiquis Curetum allabimur oris.* Vnde dicti, non convenit. Hinc triplices Curetes Ætolicos, Phrygios, & Creticos, e Voſſio producit Gallæus ad Lactant. p. 65. ¶ 2. Et *Curetes* Iovis fuere Curatores in Dictæo monte Cretæ. vid. Lactant. 1, 21. ¶ 3. Sacerdotes denique Cybeles, qui & *Corybantes*, *Curetes* fuere. v. Lucret. 2, 629 & ſeqq.

CŪRIA, æ, f. a cura dicta, locus eſt, ubi publicas curas gerebant, inquit Feſtus; hoc eſt, ſedes ac remplum publici conſilii, das rathhaus. Cic. fam. 9, 2 *Si minus in curia atque in foro, at in literis & libris juvare remp. debemus.* Liv. 2, 23 ad ext. & Sueton. Iul. 22 *Frequenti curia*, im vollen rath. Ovid. 3 Am. 8, 55 *Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores.* ¶ 2. Per metaphoram Cic. de Orat. 3, 42 ait appellari *Curiam pro Senatu*, i. e. pro Senatorum ad res civiles tractandas conventu, der rath, die rathsverſammlung. Sic *curia ſenatoria* dicitur l. 1 de conſul. in C. Theod. ¶ 3. *Curiæ* dictæ partes populi, in quas Romulus populum diſtribuit, quæ numero 30. Curiæ autem & tribus ſe habent ſicut majus & minus. Romulus primo univerſum populum in tres partes deſcripſit, easque tribus

appellavit: singulas vero tribus in decem Curias, &c. v. Aur. Vict. Vir. Illustr. 2, 15. ¶ 4. *Curiæ* etiam antiquitus dictæ, ubi Sacerdotes res divinas curabant. Varro de L. L. 5, 6.

¶ Curiālis, *e*, ad curiam pertinens; ut, *Curiales flamines, Curiales mensæ*, de quibus Festus.

¶ Cūriālis, *is*, m. Iubst. *Curiales* dicebantur, qui ejusdem curiæ; sicut *tribules*, qui ejusdem tribus. Fest. ¶ 2. Quo nomine tamen & municipiorum *Decuriones* sive Senatores appellati. Vet. Gloss. βουλευτὴς, *Decurio, Curialis*. ¶ 3. *Curialis* pro aulico, sequiorum ætatum scriptoribus ponitur, quemadmodum Io. Sarisberiensis libros suos, quibus aulicorum vanitates perstringit; *de nugis Curialium* inscripsit: Atque iidem & *Curiam* pro aula dicebant. Sed & Ammianum 21, 12 & 22, 9; nec non Symmachum 9 ep. 10; & 10 ep. 48 nomine *Curialium* intellexisse eos, quos hodie *Aulicos* appellare solenne est, ostendit Borrich. in Voss. p. 80. Sic Sciopp. animadvers. ad Voss. de vit. Lat. serm. p. 10 recte dici putat *Curiales vernulas* eos, qui curiam Ro. suæ utilitatis causa sectantur. ¶ 4. *Curialis Flamen*, id est, sacerdos Curiæ, qui &

¶ Curio, *ōnis*, m. qui pro curia sacra facit; ut, *Maximus curio*, Liv. 27, 8 pr. ¶ 2. Sed & *Curio* est, qui Curiæ præfectus; ut, Tribunus, qui tribui. ¶ 3. *Curio* etiam dicebatur præco, qui palam legebat epistolam, qua se vel populo vel principi commendabant Tragœdi. Et hinc inter alia Martialis præfat. lib. 2 Epigr. *Epigrammata curione non egent, sed contenta sunt sua, id est, mala lingua*. Treb. Pollio in Gallienis c. 12 *Ille per curionem dici jussit: Taurum toties non ferire difficile est*. Sed male huc refertur Plin. 4 ep. 7. Ibi enim non de *curionibus*, sed de *decurionibus* sermo est, i. e. Senatoribus municipiorum, quod etiam epistolæ finis ostendit. *Sodales* enim suos vocat Plinius. *Decuriones* etiam legunt Grut. & Cellar. ¶ 4. *Curio agnus* Plauto Aul. 3, 6, 27, ut ipse explicat, est, *qui ossa atque pellis totus est, ita cura macet*, ein hund- oder bein-dürres lamm. Forte etiam ad hominem transferas macilentum, qui curis semetipsum macerat & conficit, ein grillenfänger, der sich abgrämet. ¶ 5. *Curio* Scriboniæ familiæ cognomen fuit; ex qua *C. Curio*, ad quem scriptæ sunt epistolæ Ciceronis lib. 2 fam. ut se ære alieno liberaret, I. Cæsarem ad bellum civile impulit. De eo Lucan. 1, 267 &c. Flor. 4, 2, 34; Plin. 36, 15.

¶ Curiōnālis, *is*, m. idem, qui *Curio*, sive *curialis* flamen, ein priester; ut, *Curionalis publicus*, in Inscript. Ant. Gruteri p. 305 n. 5 & 6.

¶ Curionātus, *us*, m. curionis dignitas. Fest.

¶ Curiōnius, *a, um*, adject. ut *Curionia sacra*, quæ in curiis fiebant; *Curionium æs*, quod dabatur curioni ob sacerdotium curionatus: Fest.

¶ Curiatus, *a, um*, quod fit per curiam; ut, *Lex curiata*, qua arrogationes fiebant, Suet. Aug. c. 65. Tac. Hist. 1, 15 pr. & Gell. 5, 19. Sed *Comitia Curiata*, quæ curiatim per lictorem calabantur, id est, convocabantur, Gell. 15, 27. In iis conciliis tractabantur ea, quæ rem militarem continerent: in Centuriatis vero consules, & tribuni militares creabantur, ut docet Livius lib. 5 sub finem. Vide plura de iis apud Onuphrium Panvinium in Civitate Romana, & Gruchium de Comitiis.

¶ Cūriatim, adverb. per curias. Gell. 15, 27, ut Mosellanus, Oiselius & Gronovius ediderunt: quidam legunt, *per lictorem curiatum*, [illegible] etiam Proustius.

¶ Decūria, *æ*, f. Hoc nomen non ad numerum pertinet, siquidem decuria una vel millenos homines habebat: sed idem fere significat, quod λευκωμα i. album, ordo quidam & τάξις eorum, qui ad judicandum adhibentur. Harum decuriarum initio fuerunt tres; quartam Augustus addidit, ut Sueton. c. 32 testatur, ubi vid. Casaub. Quintam adjecit Caligula, eodem auctore Cal. c. 16. Petita a Galba & sexta est, sed negata, teste iterum Suet. Galba c. 14. ¶ 2. Fuerunt & in militia *decuriæ*, φρατρίαι, ut in Vet. Gl. exponuntur, pedestri juxta atque equestri, de quibus Herm. Hugo de equestr. milit. 5, 4.

¶ Decurialis, *is*, m. vel præfectus Decuriæ, vel consors. Vetus Inscript. apud Gruterum p. 36 n. 6 LARATIVS PHOEBVS DECVRIALIS DECVR. IVLIÆ. Sic & Inscript. apud Fabrettum p. 86 Q. MARCIVS ITALICVS DECVRIALIS NEGOTIATOR.

¶ Decūrio, *ōnis*, m. qui decuriæ vel toti turmæ præest. Veget. 2, 14. *Quemadmodum inter pedites centuria, vel manipulus, appellatur: ita inter equites turma dicitur. Et habet una turma equites XXXII. Huic qui præest, decurio nominatur*. Vbi tamen Stewechius legendus. Vide & Hugonem d. l. ¶ 2. Appellati & *Decuriones*, qui per provincias in Coloniis Romanis & municipiis consulebant in publicum, & loco Senatorum erant. Vnde *Decuriones municipiorum & Coloniarum*: & *Coloniæ Decuriones*, Suet. Aug. c. 46 & c. 100. Meminere & ICti. Nomen inde factum volunt, quod initio, cum coloniæ deducerentur, decima pars eorum, qui ducerentur, consilii publici gratia conscribi solita. v. Pompon. ICtus leg. 39 § 5 D. verb. significat. Festus quoque & Nonius 12, 7 *Decuriones* a numero, cui in militia præerant, dictos existimant. Sed Velserus sic dictos arbitratur potius, quod in decurias distribuiri videantur. Rer. August. Vindelic. lib. 5 p. 74 sqq. Nam *primi singularum decuriarum decuriones dicti*, sec. Varr. de L. L. 4, 16. Isidorus 4, 9 DECVRIONES *dicti, quod sint* DE ORDINE CVRIÆ. *Officium enim curiæ administrant. Vnde non est decurio, qui summam non intulit, vel curiam participavit. Curiales autem iidem & decuriones. Et dicti curiales, quia civilia munera procurant & exsequuntur*. Vet. Gloss. βουλευτὴς, *Decurio, Curialis*. Hinc Vetus Interpres Marci c. 15, 43, & Luc. 23, 50, quem Evangelistæ βουλευτὴν vocat, *Decurionem* recte & latine reddidit. Et vero *Buleutarum* vox pro *Decurionibus* & apud Plin. legitur 10 epist. 49. Horum legitimus census centum millia, eodem auctore 1 epist. 19. Vet. Gloss. *Decurio*, βουλευτὴς, δεκαδάρχης. ¶ 3. Extra militiam curiamque *Decuriones* etiam dicebantur, qui aliis præessent. Ita Suet. Domit. c. 17 *Saturius decurio cubiculariorum* dicitur. Vbi tamen non is intelligendus, qui toti cubiculariorum corpori, sed parti præest. Nam in uno corpore plures Decuriones numerantur, ut Torrentius observat, qui & DECVRIONEM LECTICARIORVM in veteri inscriptione nominatim notat. ¶ 4. Ex lapide, a Muratorio p. 936 edito, in quo legitur: *Decurio Philerotis Alexandrea*, vocem *Decurio* communis generis esse, non masculini tantum, Allio cölligit in Lex. Crit.

¶ Decūres, id est, Decuriones, apud Festum.

¶ Decūrialis, *e*, ad decuriam pertinens; ut, *Decurialis numerus*, Tertull. de anima c. 37.

¶ Decūrio, *āre*, in decurias distribuere. Cic. pro Planc. c. 18 *Dece, decuriasse Plancium, conscripsisse &c.* Hinc

¶ Decuriatus, *a, um*; ut, *Decuriati equites*, apud Liv. 22, 38 pr.

¶ Decuriatus, *ūs*, m. divisio in decurias. Liv. 22, 38 *Vbi ad decuriatum aut centuriatum convenissent*.

¶ Decuriatio, *ōnis*, idem. Cic. pro Planc. c. 18 *Decuriatio tribulium*.

¶ Decurionatus, *ūs*, m. munus decurionis. Vet. Gl. *Decurionatus*, βουλὴ, δικαδαρχία. Cato ap. Festum *Parare bonis atque strenuis decurionatus*. Macrob. Saturn. 2, 3 *Cicero ab hospite rogatus, ut decurionatum privigno ejus expediret*. Vlpian. l. 2 ad municipal. pr. *Consensisse pater decurionatui filii videtur*. Plin. ep. 10, 114 *Honorarium decurionatus inferre*.

¶ Decurionalis, *e*, senatorius. Vetus inscriptio apud Sponium Misc. erud. Antiq. p. 169 EXORNATO ORNAMENTIS DECVRIONALIBVS. Et Gloss. gr. lat. βουλευτικὸς, *decurionalis*.

¶ Excūrio, *āre*, est curia ejicere, aus dem rath stossen. Varro apud Nonium 1, 164 *Apollonium ideo excuriant, quia nihil habebat*.

¶ Excuriatus, *a, um*, curia exclusus, der nicht mehr im rath ist. Idem Varro: *Excuriati exterminatique*. v. Cæl. Rhod. 13, 42.

Curiatii tergemini fratres, vid. *Horatii*.

Curio, curionatus, curionius, &c. vide *Curia*.

Curiositas, curiosus, vide *Cura*.

CVRIS, *is*, f. κύρις, Curim Sabini hastam nominabant; v. Fest. & Macrob. Saturn. 1, 9. ¶ 2. Inde *Quirinus* Romulus dictus est, vide infra *Quirinus*. Ovid. Fast. 2, 477 de Quirino: *Qui tenet hoc nomen, Romulus ante fuit. Sive quod hasta Curis prisci est dicta Sabinis, &c.*

¶ Curītis, *is*, f. Curitim Iunonem appellabant, quia eandem ferre hastam putabant. Fest.

Curito, Cūrius, *a, um*, vide *Curo*.

CVRIVS, *i*, m. Dentatus, Romanus civis frugalitate, fortitudine & felicitate victoriarum clarissimus. Cum aurum multum Sabini (Samnites habent alii) pacis redimendæ causa illi obtulissent, se non indigere auro, respondit, donec cibis hujusmodi uteretur; cum maxime autem rapas torrebat. οὐκ, ἔφη, δέομαι χρυσέᾳ, ἣν ἂν τοιούτα δαπανᾷ, Athen. lib. 2. De eo Seneca Consol. ad Helviam c. 10 *Scilicet minus beate vivebat Dictator noster, cum vilissimum cibum in foco ipse manu sua verteret*. Claudian. de 4 Consul. Hon. v. 412 *Pauper erat Curius, reges quum vinceret armis*. Et per antonomasian pro frugalibus, Iuvenal. 2, 3 *Qui Curios simulant & bacchanalia vivunt*. ¶ 2. *Q. Curius*, vir quæstorius, aleator notissimus, inter Catilinæ locios fuit. De eo Suet. Cæs. c. 17 refert, primum conjuratorum consilia detexisse: constituta autem publice munera non accepisse, quod Cæsarem inter locios Catilinæ nominasset.

CVRMI, n. 3 species cereviæ, sive potionis ex maceratis & coctis frugibus, bier. Vlpian. in l. si quis ff. de tritic. & vin. *Et acetum, quod vini numero pater familias habuit, & zythum & curmi &c.* ¶ 2. Item *Curmen*. Gloss. lat. gr. *Curmen*, ζύθος ἀπὸ σίτου. v. Meibom. de cereviſ. vett. 6, 7, 3 in Thes. Gron. tom. 9.

Curo, *āre*, vide *Cura*.

CVROPALATES, *is*, m. ita Iustiniani temporibus dici cœpit *Comes aulicorum*, quod docet Alem. ad Procop. p. 95.

CVROTROPHVM, *i*, n. κυροτρόφιον, dici potest domus alendis parvulis destinata.

CVRRO, *cucurri, cursum, currere*, lauffen. *Currere subsidio*, Cic. Att. 12, 3. *Qui stadium currit, eniti debet, ut vincat*, Idem Off. 3, 13. *Eosdem cursus, quos antea, cucurrerunt*, Idem de Lege Agr. 2, 17. Propert. 3, 10, 21 *Nox inter pocula currit*, verlàufft sich. Sil. 15, 63 *Currit mortalibus ævum, Nec nasci bis posse datur*. Veteres etiam dixisse *Cecurri* pro *cucurri* docet Gell. 7, 9. ¶ 2. Aliquando *Currere* est in orbem agi, sich herum drehen, herum lauffen; sicut & verbo θεῖν usus Homerus est, quod Scholiastes observat. Horat. de Art. v. 22 *Currente rota cur urceus exit*. ¶ 3. *Currere* est navigare, schiffen. Virg. Æn. 3, 191 *Vastumque cava trabe currimus æquor*. conf. Horat. 1 epist. 1, 45. ¶ 4. Passive Quintil. 1, 4 *Verbs habitatur, campus curritur, mare navigatur*.

¶ Currens, *tis*; ut, *Currentem incitare*, Cic. ad Qu. frat. 1, 1 c. ult. quod idem ac τὸν τρέχοντα ὀρούειν, *currenti calcar addere*, proverbiali locutione. *Freta currentia*, Horat. 1 epist. 3, 4.

¶ Currax, *ācis*, m. läuffig. Gratius Cynegetico v. 89 *Nam fuit & laqueis aliquis curracibus usus*. Vbi Barthius, & Cajum ICtum, *curracem servum* dixisse observat. Lex est 18 Dig. de Ædil. edicto. Gloss. gr. lat. δρόμαξ, *curax*. Etiam Iuretus ad Symmach. 9 ep. 23 in MS. apud eund. 4, 60, ie observasse dicit.

Currūlis, *e*. vid. infra *Curulis* n. 2.

¶ Currus, *ūs*, m. vehiculum, ein wagen. Plaut. Men. 5, 2, 110 *In currum inscendere*, auf den wagen steigen. *Curru vehi*, Cic. Divin. 2, 70, fahren. *Currus bovem trahit*, proverb. de negotio, quod præpostere geritur, dici solet; quemadmodum Germani dicunt, die pferd de hinter den wagen spannen. Curruum appellationes aliæ sunt *Plaustrum, Rheda, Carpentum, Petoritum, pilentum, Cisium, Essedum, Carrus*: De quibus singulis suo loco. *Currus arcuatus*, ein wagen mit sprügeln, Liv. 1, 21, cujus species in nummis antiquis sæpe visitur. *Currum* pro equis currui junctis Virg. posuit fine 1 Georg. *Fertur equis auriga, neque audit currus habenas*: Claudian. de Conf. Mall. Theo. v. 187 *Defidis aurigæ non audit verbera currus. Nec manus agnoscit, quam non exercuit arten*. Eodem cum superioribus curru vehi, f. *rheda tolli*, magnus olim honor. Barth. ad 1 Theb. Statii p. 1607. ¶ 2. *Currus* synecdochice pro triumpho. Cic. fam. 15, 6 *Quem ego currum, aut quam lauream cum tua laudatione conferrem?* Et Florus 4, 12, 53 *Digna res lauro, digna curru senatui visa*. v. Drakenb. & Heinf. ad Sil. 6, 545. ¶ 3. Poëtæ etiam navim *Currum* vocant. Catullus de Nupt. Pel. & Thet. v. 9 *Ipse levi fecit volitantem flumine currum*. Vid.

Voſſ. 4 Inſtit. Orat p m. 83. ¶ 4. De *curru ſolis, lunæ, aurora, aſtris* vid. quæ congeſſit Burm. ad Rutil. itin. 511. ¶ 5. Etiam ſibi *currum* tribuunt poetæ ad curſum operis indicandum. vid. Burm. ad illud Nemeſia cyneg. 9 *Iuvat aurato procedere curru.* ¶ 6 *Curſus* & *Curſus* confunduntur in MSS. vid. Drak. ad Sil. 16, 334 Burm. ad Val. Flacc. 5, 612

¶ Curriculum, *i*, n dimin. **ein kleiner wagen.** *In eumem pro ipſis pugnare curriculo*, Curt. 8, 14 *Et jam curriculo nigrum nec rubrum metam ſtringebat.* Sil. 5, 24 *Quin in curriculum vos conſcitis*, Plaut. Merc. 5, 2, 91. Ita vulgo accipiunt; ſed curſum etiam ſignificare poteſt: pedes enim ſuos alloquitur. Nimirum ordinarie; minus ¶ 2. Pro curſu: *Honeſtum, mediocre, breve &c. vitæ curriculum*, ſo **benlauf.** Cic. pro Rab. perd. c. 10 extr. *Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumſcripſit, immenſum gloria*, eine geringe zeit zu leben. Sic, *ſeptem curricula ludorum Circenſium*, ſieben gänge, apud Gellium 3, 10.

¶ Curriculus, *i*, m. aliud diminut. quod Chariſius ab illo altero diſtinguit. Ita enim ille lib. 1 CVRRICVLVS *maſculino dominatio eſt* CVRRVS; *neutraliter autem* CVRRICVLVM *ſignificat locum currendum aptum, vel ipſum currendi officium, ut Cicero & Varro interpretantur.* Priſcian. lib. 6 *Cognatio eſt* CVRRVS *ad* CVRVVM, *quod diminutivum* CVRRICVLVM *pro* CVRVV *accipitur.*

¶ Curriculo, adv. **auf friſchem fuß, alsbald.** *Curriculo percurrere*, Ter. Heaut. 4, 3, 11. Plautus, cum idem veller, dixit Trin. 4, 4, 11 *Curre in Piræum, atque unum curriculum fac* Idem Perſ. 2, 2, 17 *Vola curriculo*: & Rud. 3, 5, 19 *Curriculo affer huc duas ciconias.* Ita, *Curriculo ire: curriculo viam confecere.* Apulejus dixit in Apologia

¶ Curſus, *ûs*, m. currendi actus, **der lauf.** *Curſus inſtituere.* Ter. Phorm. 5, 6, 8. *Revocare a curſu.* Cic. Top. pr. *Iſſe in curſu*, Idem de Orat. 1, 32 *Confecere curſum*, **den lauff vollbringen**, Id. de Clar. Or. c. 94. *Curſu ſuperare canem*, **überlauffen.** Horat. 1 ep. 18, 51. *Curſus aquarum.* Virg. Georg. 4, 136. *Stellæ curſus certos & conſtantes habent*, Cic. de Nat. D. 3, 9. Idem fam. 4, 2 *Perſpicis, qui curſus rerum, qui exitus futuri ſint*, **wie die ſachen lauffen.** Cæſarum *curſu* reges, aliique olim plurimum certarunt. Alexander Macedo ita in currendi peritia ſe exercuit, ut præter cæteros æquales ſuos currendi celeritate præſtiterit. De Achille, (cujus apud Homerum perpetuum fere epitheton eſt *ποδας ωκυς*), Pelopida Thebano, Papyrio Curſore, Mario, Pompejo, Sertorio, aliisque res nota eſt Vnde Plato ad bellicas exercitationes *curſum* quoque commendavit. Hieron. Mercurial. 1, 10. ¶ 2. *Curſus publicus* dicitur, qui & *vehiculari* appellatur, **die poſt, das poſtwesen.** Vide *Vehiculum.* ¶ 3 *Curſus* de volatu, **der flug.** Virg. Æn. 6, 194 *Curſum per aurea dirigere*, flieſgen. conf. ecl. 6, 80; & Nonius 4, 52. it. Heinſ. ad Ovid. am. 2, 6, 11. ¶ 4. De navigatione etiam *curſus* dicitur, **die fahrt, der lauf.** C. Nepos 1, 1, 6 *Mirandi tempus non habens, curſum direxit, quo tendebat.* Idem 18, 3, 3 perinde & *transcurrere* pro trajicere dixit. v. Lambin. ad Horat. 1 od. 28, & conf. Vellej. 1, 4, 1, & 2, 43, 2. ¶ 5. De fluentibus. Samo. 541 *Sæpe etenim nivio curſu fuit impetus altri.* Ita *menſtruus curſus* Plin. 11, 39 hic laudat Burm. & Samon. 601 de calculo veſicæ, *qui retinet curſus* &c. ¶ 6. *Vox erat in curſu*, O. id. Am. 1, 8, 109, & Faſt. 5, 240, *curſus loquendi* eſt etiam Her. 6, 39. Sic Faſt. 6, 362 *Spes erat in curſu.* Id. R A. 119 *Dum favor in curſu eſt, currenti de favori.* ¶ 7. *Curſus* & *Currus* confunduntur. v. *Currus.*

¶ Curſūra, *æ*, f. idem. Plaut. Aſin. 2, 2, 61 *Ex curſura anhelitum ducere.* Et Varro R R 2, 7 ſub finem: *Equi idonei ad curſuram.*

¶ Curſor, *ôris*, **ein bote**, lauffer laqueo. Martial. 3 epigr. extr. *Curſores ſexta tibi, Ruſe, remiſſimus hora.* Cic. Tuſc. 2, 23 *In ſtadio curſores exclamant, quam maxime poſſunt.* Paulus IC. l. 99 § ult. Dig. de Legat. & fideicomm 3 *Stabularios, aut curſores legari ſoet*, ubi ſervos oportet intelligi. v. Brisson. ad Petron. c. 28 p. 120 Burm.

¶ Curſorius, *a, um*, idem. 1 epiſt 5 *Tecini curſoriam (ſic navigio vocem) aſcendi*, **ein jagt ſchiff** Scal. Auſo. lect. 2, 6pr Complete: *Navis curſoria.* conf. Iſidor. 19, 1 De *equis* & *navibus curſoriis* ciriſſime equitantibus, & eorum ortu Barth. ad Britom. Aremor. p. 303, poſt-pferde poſt-reuter. Ita *Termini curſorii*, Frontin de Colon. p. 141. Hinc &

¶ Curſorium, *i*, n. ſubſt qua limitum ſive terminorum curſus incedit. v. Regalr. Gloſſ. Agrimenſ p. 299

¶ Curſorie, vulgare adverbium, pro *curſim.*

¶ Curſuālis, *e*, idem ac *Curſorius.* Cod Theod. 12, 11 *Rheda curſualis*, **ein poſt wagen**

¶ Curſuālras, *ātis*, f. **die lauf-begierde.** Fulgent 3 Myth. *Vagabunda curſuālitas diſplicet.*

¶ Curſim, adv. h. e. currendo, Valla auctore, **lauffend, ſpornſtreichs, geſchwind.** Liv. 27, 16 *Dies noctesque curſim agmine acto, feſtinans ad opem ferendam.* Sic, *Cito & curſim aliquid agere*, Plaut. Pœn. 3, 1, 64. *Curſim advolare*, Cic de Orat. 2, 89. *Curſim tranſire libros*, Gell. 9, 4 beherzte durchleſen, durchlauffen. *Curſim attingere*, Plin 1 epiſt. 20. *Senſim* & *curſim dicere*, contraria ſunt apud Cic. Phil. 2, 17

¶ Curſio, *onis*, f. **das lauffen, rennen.** Varro de L. L. 4, 1 *Corpus eſt, ut curſor: locus, ſtadium, qua curvit: tempus, hora, qua curvit: actio, curſio. Campicurſio* vide ſupra in *Campus.*

¶ Curſo, *are*, frequent. rennen. Cic. de Senect. c. 6 *Cum alii majore ſcandant, alii per foros curſent.* Et pro Roſc. Amer. c. 22 *Homines curſare ultro & citro non deſiterunt.* Paſſ. Ter. Hec. 3, 1, 35 *Trepidari ſactio, curſari rurſum prorſum.*

¶ Curſans, *tis.* Cic. de Divin. 1, 8 ex poëta: *Curſans per littora comæ.*

¶ Curſito, *are*, aliud frequent. ſchnell lauffen. Ter. Eun. 2, 2, 47 *Surſum deorſum curſitant.* Aut. ad Herenn. 4, 3 *Quomodo Ladas aut Bojus cum Sicyoniis curſitarint.* conf. Horat. 1 ſat 6 v. 107.

¶ Curſitatio, *onis*, f. **das ſchnelle lauffen** erläuffte. Donat. ad Ter. Hec. 3, 1, 35 *Trepidatio ad vocem referitur loquentium, curſatio ad ſonum pedum.*

¶ Curſitatio, *onis*, f. idem. Solin c 54 de Bithynia: *Solemni curſitatione lucum populus circuit.*

Compoſita:

¶ Accurro vel Adcurro. *accurri* & *accucurri*, *accurſum, ĕre*, **zulauffen** Cic. Divin. 2, 67 *Ita nobis dicto audientes ſunt, ut ſimul atque vocabimur, accurrant*, ſie kommen gleich gelauffen. Id. Lib 5 in Verr. c 3 *Illam cupide ad Prætorem, quaſi ad laudem atque præmium accurriſſe.* Idem Off. 3, 31 *Accurriſſe Romam dicitur* Et Art 15, 3 *Accurre, in Tuſculanum.* Impersonaliter Tac. Ann. 1, 21, 5 *Accurritur ab univerſis. Accurrere* & *occurrere* paſſim in MSS. permutari obſerv. Drakenb. ad Liv. 23, 24.

¶ Accurſus, *ûs*, m. **der zulauf.** Tac Ann. 27, 4 *Lentulus jam lapidis ictu eruentus, & exitii certus accurſu multitudinis protectus eſt.* Sen. Hippol. v. 895 *Civium accurſum timens.*

¶ Accurro, *are*, i. e frequenter accurrere, **oft hinzulauffen.** Cathol.

¶ Accurſōrius, *a, um*, vide *Antecurſorius.*

¶ Antecurro, *ĕre*, **vorherlauffen, voranlauffen.** *Stella ſolem antecurrens.* Vitruv. 9, 4.

¶ Antecurſor, *ôris*, m. *προδρομος*, **ein vorbote, vorläuffer.** Cæſ Gall. 5, 45 *Hora circiter tertia, ab antecurſoribus de Craſſi adventu certior eſt factus.* Tertull. de Monog. c. 8 *Johannes antecurſor.*

¶ Antecursōrius, *a, um*: ut, *Antecurſoria potio*, Apul Met. 9 al. *Accurſoria.*

Campicurſio, vide ſupra *Campus.*

¶ Circumcurro, *ĕre*, **herumlauffen.** Quint. 1, 10 *Illa circumcurrens*, (linea ſive forma) *ſi efficiet orbem.* Græce *περιδρομος*, Id. 2, 21 p. 226 Rhetoricen *quidam autem circumcurrentem vocant, quod in omni materia dicerat.* Virt. 4, 6 *Eoque curſe eam aſtragalis circumcurrunt.*

¶ Circumcurſio, *ōnis*, f. **das herumlauffen.** Apul. Met. 9.

¶ Circumcurſo, *are*, frequent. **ſtets umherlauffen.** Cic. fam 7, 1 *Lecticula circumcurſare*; al *concurſare.* Plaut. Rud. 1, 4, 4 *Omnia jam circumcurſavi.* Lactant. 6. 12 *Mihi per omnes portas circumcurſes.* conf. Lucret. 4, 401.

¶ Circumcurſans, *tis.* Catull. 69, 132 *Circumcurſans huc illuc ſæpe Cupido.*

¶ Concurro, *ĕre*, **zuſammenlauffen.** Cic. Phil 10, 10 *Concurritur undique ad communi incendium reſtinguendum.* Cæſ. B. G 5, 38 *Concurrere ad arma.* Ter Heaut. 2, 2, 3 *Concurrunt multæ opiniones*, h. e. conveniunt. Val. Max. 4, 1, 12 *Metellus cum interceptum Scipionem conclamari audiſſet, in publicum ſe proripuit, mœſtoque vultu & voce confuſa, concurrite, concurrite, inquit, cives, mœnia urbis noſtræ, everſa ſunt.* Suet. Cal. c. 6 *In Capitolium concurſum eſt.* Etiam de uno cum cura & ſollicitudine quadam huc & illuc currente, dicitur. Cic. pro Quint. c. 16 *Non ſtatim ad C. Aquilium concurriſſe*: ubi v. Græevii notam. adde Liv. 2, 11. ¶ 2. *Concurrere*, & militare verbum, & pro congredi ſive in certamen deſcendere ponitur: **zuſammen treffen.** Et vel cum Ablativo cum præpoſitione: vel cum Dativo ſolo conſtruitur. Sic, *Hoſti concurrere*, Ovid Met. 12, 595. *Manibus concurrere*, Val. Flacc. 3, 512 dixit. Virg. Æn. 1, 493 *Gaudetque viris concurrere virgo* Vellej. 2, 70, 1 *Cum aliquo acie concurrere.* Sen. Conſol. ad Helv. c. 2 *Itaque ne ſtatim cum eo* (dolore) *concurram: adero illi, &c.* Etiam cum præpoſitione *Inter.* Liv. ſub fin. lib. 26 *Tertio die ſubibus inter ſe in modum juſtæ pugnæ concurrerunt: — quinto iterum in armis concurſum eſt.* Abſolute Horat. 1 ſat. 1, 7 *Concurritur.* ¶ 3. *Concurrere* etiam eſt contingere, **ſich zutragen.** Cic. pro Planco 32 *Quia ſæpe concurrit propter aliquas de re militari rum inter ipſos contentiones.* Id. de Div. 2, 68 *Niſi iſta caſu nonnumquam, forte temere, concurrerent.* v. Menck. Obſerv. L. L.

¶ Concurrens, *tis*; ut, *Concurrentes inter cautes*, Ovid. Amor. 2, 11, 3 de ſymplegadibus.

¶ Concurſus, *ûs*, m. **der zulauff.** Cic. pro Clu. c. 49 *Maximo clamore & concurſu totam illam quæſtionem repudiavit.* Cic. Att. 5, 16 *Ex agris concurſus fiunt.* Sic, *Occupationum concurſus*, i. e. turba, apud eumdem fam. 7 ep. ult. ¶ 2 Congreſſus pugnantium, prælium. Nepos 5, 2, 3 *Barbarorum uno concurſu maximam vim proſtravit*, in einem treffen. Id 18, 4, 1 *Acerrimo concurſu pugnare.*

¶ Concurſio, *ōnis*, die **zuſammenkunfft.** Cic. Top. c. 19 *Concurſio verorum fortuitarum.* Auctor ad Herenn. 4, 12 *Crebræ vocalium concurſiones.* ¶ 2. **Die eilfertigkeit.** Cic. 1 in Verr 30 *Quid ego nunc hujus lacrymas & concurſiones præferam?* ubi tamen Lambinus *concuſſationes* legit.

¶ Concurſo, *are*, frequent. **herennen, belauffen.** *Omnes omnium domus concurſare*, ſic enim conſtruitur, Cic. pro Muræn. c. 21 *Concurſare circum tabernas*, Idem Catil. 4, 8.

¶ Concurſator, *ōris*, m. qui ad concurſandum expeditus eſt, quales fere ſunt, quos Huſſaros hodie dicimus. Liv. 27, 18 *Levem & concurſatorem hoſtem expulerunt loco.* Idem 31, 35 extr. *Pedes concurſator & vagus.*

¶ Concurſatio, *ōnis*, f. Duorum aut plurium in eundem locum concurſus, **das zuſammenlauffen.** Cic. pro Dom. 6 *Puerorum illa concurſatio nocturna.* Id. de Divin. 2, 71 *Ordo & concurſatio ſommiorum.* Tac Annal. 6, 17 *Ita primo concurſatio & obſcura contentioque &c.* Liv. 5, 40 *Mulierbris fletus & concurſatio inſerta.* Idem 21, 63 *Fuga & concurſatio*, 30, 34 *Concurſatio & velocitas.* Sen. epiſt. 3 *Exagitat e mentis concurſatio.* v. Menckenii Obſerv. L. L.

¶ Concurſatorius, *a, um*, **zuſammenſtoſſend.** Ammian. 16, 14 *Concurſatoria pugna.*

¶ Decurro, *ĕre*, **herablauffen, zulauffen.** Virg. Æn. 2, 41 *Laocoon ardens ſumma decurrit ab arce.* Plin. 3 epiſt. 20 extr. *Rivi ex fonte decurrunt.* Et Cic. Tuſc 1, 8 *Decurrere ad eaſtrum*, **den lauff vollenden.** *Decurrere ſpatium ætatis* vel *vitæ*, Cic pro Quint c ult Id fam. 16, 4 *Puto te beatiſſime decurſurum*, id eſt, Manutio interprete, te maritimo curſu ad me venturum. ¶ 2 *Decurrere* etiam dicitur exercitus, quando diviſus bifariam, inſtar duarum acierum armatarum concurrit, & pugnæ ſimulacrum ciet, ſibarmutiren Quod fieri apud Macedonas inſtructo exercitu facit que peractis ſolemnibus Livius narrat 40, 8. Itaque pars religionis miſteriis erat quam ob cauſſam honoris ergo & in heroum funeribus idem ſolebat fieri, de quo Lipſ ad Ann 2, 40 p. 83. Torrent ad vet. Claud c 1 Item que Stewech. ad Veget 2, 22. Aliquando tamen & alia de cauſſis inſtituebatur Vide Liv 29, 22, & 40, 47 Vbi d *armis decurrere*, item *armatos decurrere* dixit. ¶ 3 Brevi meditatione argumen-

tum aliquod perſequi, etwas kürtzlich berühren. *Iſta quæ abs te breviter de arte decurſa ſunt.* Cic. de Orat. c. 32 *Equos pugnasque virum decurrere verſu.* Stat. Sylv. 5, 3, 149. Conf. Obſerv. L. L. Menckenii. ¶ 4. Vti *ſuccurrere* eſt opem ferre, ita *decurrere* opem implorare. Iuſtin. 14, 2, 6 *Optimum viſum eſt ad Alexandri Magni Argyraſpidas, inviſum exercitum & tot victoriarum præfulgentem gloria decurrere.* vid. 16, 3, 4. Plin. 3 ep. 20 *Ad remedium aliquod decurrere.* Add. Græv. ad Cic. pro Cæci. c. 23.

¶ Decurſus, *a, um*, verlauffen, abgelauffen, vollbracht. Cic. pro Quint. c. 31 *Prope acta jam ætas decurſaque.* Lucret. 3 ſub fin. *Ipſe Epicurus obit decurſo lumine vitæ.* Plaut. Merc. 3, 2, 4 *Decurſo in ſpatio, breve quod vitæ reliquum eſt, voluptate, vino & amore ſe delectavero.*

¶ Decurſus, *ûs*, m. verbi ſui ſignificationes habet. *Decurſus mei temporis*, der verlauff. Cic. fam. 3, 2. *Decurſus aquæ*, Lucret. 5, 264. *Exercitio equitum, decurſibus cohortium intereſſe*, Tac. Ann. 2, 55, 6, i. e. ſimulacris pugnæ &c. *Deſtituit ante decurſum*, vor vollendung des lauffs, Suet. Ner. c. 24.

¶ Decurſio, *ônis*, f. das herablauffen. Brutus Ciceróni fam. 11, 10 *Antonius Apennino Alpibuſque ſe teneat, & decurſionibus per equites veſtet ea loca, in quæ incurrerit.* Hic proprie deſcenſum ex montibus notat. ¶ 2. Pro militum exercitio, ein turnier, chargirung. Suet. Ner. c. 7 *Indicta decurſio prætorianis*: & Galb. c. 6 *Campeſtris decurſio.* Veget. 2, 22 *Ad decurſionem campi milites exeunt.* Hæc exercitii tantum cauſſa inſtituebatur, cum eductus miles in campum aliquot millia paſſuum armatus inſtructusque telis pedes militari gradu ire ac redire in caſtra, eques etiam perinde armatus procurrere jubebatur: de quo exercitio militari Liv. 26, 51. Veget. 1, 27; qui & 3, 4 *Campicurſionem* vocat: Hoc exercitationis genus ter quot menibus ex inſtitutione Auguſti uſurpari ſolitum, ad illum Taciti locum An. 2, 55, 6 Lipſius notat.

¶ Decurſito, *are*, frequ. Apul. de Deo Socrat. p. 116 *Ejusdem artis diſciplinam ſimul & ignorantiam decurſitant.*

¶ Decurſorius, *a, um*; ut, *Termini decurſorii*, Innocent. de Caſ. p. 223. Poſſis etiam dicere ſpatium *decurſorium*, ubi decurritur.

¶ Diſcurro, *ere*, hinc inde, vel in diverſas partes currere, aus einander oder hin und her lauffen. Plin. 11, 37 *Ex hoc fonte duæ grandes venæ in priora & terga diſcurrunt.* Liv. 1, 9 de raptu Sabinarum: *Signo dato, juventus Romana ad rapiendas virgines diſcurrit.* Præt. perf. Suet. Cal. c. 32 *More victorum cum palma diſcucurrit.* ¶ 2. *Diſcurrere* ſemibarbaris eſt differere, diſcuriren, invenitur tamen apud Amm. Marcell. 17, 6 *Sper quo nunc pauca diſcurram.* Marcellinus, nátione Græcus, cum ſciret, græcum διαλέγειν tali ſignificatione uſurpari, latinum quoque *diſcurrere* eadem ſignificatione ſúmi poſſe credidit. vid. Vorſt. de Latinit. mer. ſuſp. c. 14 p. 103.

¶ Diſcurſus, *a, um*, laudatur a Falſtero ex Ammia. 29 ... *Diſcurſus itineribus magnis.*

¶ Diſcurſus, *ûs*, m. das gelauffe, das herumlauffen. Hirt. de B. G. 8, 29 *Multo clamore diſcurſuque paſſim ſe fugæ mandant.* Ovid. Faſt. 2, 223 *Latis vallem diſcurſibus implent.* Lucan. 3, 640 *Diſcurſusque animæ, diverſa in membra meantis, interceptus aquis.* ¶ 2. *Diſcurſus* vulgo eſt ſermo, diſſertatio, ein diſcurs; ſed absque auctoritate veterum, niſi quod Lindebrog. in Comm. ad Ammian. 17, 6 addit e lege 3 Cod. Theod. rap. virg. *redemtique diſcurſus pœna immineat.* conf. Cellarii Antib. p. 155, & Cur. poſt. p. 325.

¶ Diſcurſio, *ônis*, f. idem. Lactant. Opif. Dei c. 3 *Dies diſcurſione conſumunt.*

¶ Diſcurſo, *are*, herumlauffen, hin- und wieder lauffen. Quintil. 11, 3 p. 840 de oratoris geſtu ac actione: *Diſcurſare ineptiſſimum.* De ſeditioſis & populum in partes cientibus uſus eſt Florus 3, 18, 10 *Inde jam paſſim ab omni parte diſcurſante Popedio*, &c.

¶ Diſcurſatio, *ônis*, f. das hin- und hergehen. Sen. de Brev. Vitæ c. 3 *Officioſa per urbem diſcurſatio.* Aliqui legunt *diſcurſitatio.* Frontin. 1, 5 extr. *Magna diſcurſatione.*

¶ Diſcurſator, *ôris*, m. proprie qui diſcurrit. Dein militum genus. v. Amm. 16, 26 *Ubi in ſpatioſis miſcere pedites diſcurſatores & leves.* Et 29, 23 *Hoſtem cap. vet diſcurſatorum & repentinum, inſidiisque potius clandeſtinis, quam præliorum ſtabilitate conſiſum.*

¶ Diſcurſim, adv. hin und wieder. *Diſcurſim variantibus poculis* &c. Macrob. Saturn. 7, 1.

¶ Excurro, *ere*, auswerts lauffen, heraus ſpatieren. De brevi fere itinere. Cic. Att. 5, 15 fin. *Excurro in Pompejanum.* Idem fam. 3, 7 *Mandavi utrique, ut ante ad me excurrerent.* ¶ 2. *Excurrunt* milites, cum in hoſtium agros ex caſtris egreſſi graſſántur, einfallen, einfall thun, ausſtreiffen. Liv. 1, 15 *In fines Romanorum excucurrerunt, populabundi magis, quam juſti more belli.* Et Veget. 1, 28 *Viginti annorum, & quod excurrit pax*, zwantzig jahr und drüber. Conf. l. 26 § 2 ff. depoſ. vel contra.

¶ Excurrens, *tis*. Cic. in Orat. c. 53 *Produ&ior alia & quaſi immoderatius excurrentia.* Plin. 17, 5 *Excurrens in meridiem planities.*

¶ Excurſus, *a, um*, vollendet. Ter. Adelph. 5, 4, 6 *Prope jam excurſo ſpatio.*

¶ Excurſus, *ûs*, m. der auslauf. Hirt. B. Alex. c. 19 *Navigiorum excurſus.* ¶ 2. Metaphorice *excurſus eſt* in dicendo vel ſcribendo *digreſſio*, ausſchweiffung. Plin. 5 epiſt. 6, 43 *Vides, ut Ariatus minutiſſima etiam ſidera conſectetur & colligat, modum tamen ſervat. Non enim excurſus hic ejus, ſed opus ipſum eſt.*

¶ Excurſio, *ônis*, f. der ausfall; ut, *Excurſio equitatus*, Cic. pro L. Man. c. 6. Item: *Excurſiones & latrocinia hoſtium*, das ſtreiffen der feinde, Cic. pro Dejot. c. 8. Transfert Cicero etiam ad orationem de Divinat. 2, 10 *Sed hæc fuerit nobis tanquam levis armaturæ prima orationis excurſio.* Oratori tribuit in Or. c. 18 *Status erectus & celſus, rarus inceſſus, nec ita longus, excurſio moderata, eaque rara.*

¶ Excurſor, *ôris*, m. ein partenganger, der einfällt und ſtreiffet. Cic. Phil. c. ult. *Victori certamen eſt cum excurſore, cum latrone*, &c. Add. Val. Max. 7, 3, 7.

¶ Excurſo, *are*, frequent Cathol. Hinc

¶ Excurſatio, *onis*, f. pro militum excurſione. Val. Max. 2, 3, 3 poſuit. Vet. etiam Gloſſæ: *Excurſatio*, κατάδρομή.

¶ Excurſator, *ôris*, m. idem quod excurſor. Ammian. lib. 24 ſub init. *Excurſatores quingentos & mille præire juſſit.*

¶ Superexcurro, *ere*, darüber hinauslauffen. Ulpian. l. 1 § 2 Dig. de Arbor. cædend. *Si arbor ædibus alienis impendeat: utrum totam arborem jubeat prætor adimi, an vero id ſolum, quod ſuperexcurrit, quæritur.*

¶ Incurro, *ere*, einlauffen, anlauffen, gerathen. Sic, *Incurrunt acies*, Sil. 4, 143. Et, *Incurrere & offendere in tenebris*, Cic. fam. 9, 2 *Incurrere in difficultatem*, Id. 4, 2 *Incurrere in reprehenſionem*, getadelt werden. Id. de Fin. 1, 1 *Incurrere in oculos*, ſich ſehen laſſen, für augen ſeyn. Idem fam. 2, 16 Cic. pro Sextio 6, *Vt in eum non invaſiſſe, ſed incurriſſe videamur.* Idem pro Cæc. c. 29 *Hic eſt mucro defenſionis tuæ; in eum ipſum cauſſa tua incurrat, neceſſe eſt.* conf. Mencken. Obſerv. hac voce. ¶ 2. Einen anfallen. Cic. pro M. Cœl. c. 18 *Parcat juventus pudicitiæ ſuæ, ne incurrat in alterius domum atque famam.* Idem de finib. 1, 13 *In alios cæco impetu incurrunt.* Et ſic paſſim. ¶ 3. Incidere etiam eſt, einfallen. Suet. Tib. c. 26 *Natalem ſuum, plebejis incurrentem Circenſibus, vix unius bigæ adjectione honorari paſſus eſt.* Et Cic. fam. 15, 11 extr. *Navigatio incurrebat in ipſas Etesias.* ¶ 4. Etiam de agris, qui interjecti ſunt aliis agris, uſurpatur. Cic. orat. 2 contra Rull. c. 30 *Privati agri, qui in publicum Campanum incurrebant.*

¶ Incurrens, *tis*. Cic. ad Qu. Fratr. *Ne in noſtra tempora incurrens offenderem quempiam.* Id. ad Att. 12, 21 *In oculos incurrentes.*

¶ Incurſus, *a, um*, angefallen, angekommen; ut, *Vinculum incurſi anguis*, Sidon. 8 epiſt. 9.

¶ Incurſus, *ûs*, m. der einfall, anfall, anfaß. Tac. Hiſt. 3, 9 pr. *Repentino incurſu ſtationes hoſtium irriputt.* Liv. 2, 25 *Primo ſtatim incurſu pulſi hoſtes.*

¶ Incurſio, *ônis*, f. idem; ut, *Incurſio atque impetus armatorum*, Cic. pro Cæcina c. 15 *Incurſionem facere*, Liv. 1, 11.

¶ Incurſo, *are*, frequent. ut, *Incurſare in fortunas omnium civium*, eingriff thun in haab und güter. Auctor ad Herenn. 4, 39. *Volſinienſes agros Romanos incurſavere*, Liv. 5, 31, ſind eingefallen. Id. 3, 70 *In adverſam incurſare aciem*, id eſt, eam a tergo aggredi. conf. Drakenb. ad 8, 38. Sed Quint. 10, 3 p. 937 *Intentionem ſi tota mente in opus ipſum direxeris, nihil eorum, quæ oculis vel auribus incurſant, ad animum pervenit*, was in die augen fällt.

¶ Incurſans, *tis*. Plin. 11, 37 *Natura oculos compoſuit lubricos, propter incurſantia, & mobiles.*

¶ Incurſatus, *a, um*, angefallen, angegriffen. Liv. 24, 41 *Agmen Romanum impune incurſatum ab equitibus hoſtium fuerat.*

¶ Incurſatio, *ônis*, f. anlauf, ubfall. Nonius 1, 213 in voce Ceriti: *Male ſani aut larvarum incurſatione animo vexati.*

¶ Incurſito, *are*, aliud frequent. Sen. de Vita beata c. 27 *Alter in alterum incurſitate*, einer ſey über den andern her.

¶ Incurſitans, *tis*. Sen. de Ira 2, 35 *Talem nobis iram figuremus, incurſitantem, vaſtantem, fugantemque.*

¶ Incurſax, *acis*, qui amat incurſare. Sidon. 8, 12 *Incurſaces Maſſagetæ.*

¶ Incurſim, adverb. pro celeriter, eilend. Cæcilius apud Nonium 2, 448 *Rem omnem incurſim perdere.*

¶ Intercurro, *ere*, darzwiſchen lauffen Cic Phil. 8, 6 *Pugnatur acerrime, qui intercurrerent, miſſimus, &c.* conf. Plin. 5, 18.

¶ Intercurrens, *tis*, mit unterlauffend; ut, *Intercurrentes ſpinæ*, Plin. 12, 3.

¶ Intercurſus, *a, um*. Amnian. 15, 10 *Intercurſum ſpatium maris*, h. e. interfluens.

¶ Intercurſus, *ûs*, m. die darzwiſchenkunfft. Liv. 2, 29 *Conſulum intercurſu rixa ſedata eſt.* Et 34, 3 *Intercurſu matronarum inter acies duas prælium ſedatum eſt.* Et 37, 42 *Suorum intercurſu.*

¶ Intercurſo, *are*, frequent. ut intercurrere, darzwiſchen kommen. Liv. 21, 35 *Intercurſantibus barbaris.* Et Plin. 3, 26 *Aſſiduis intercurſantibus.*

¶ Introcurro, *ere*, hineinrennen. Nov. apud Nonium 3, 92 *Dubiè faventem per fretum introcurrimus.*

¶ Occurro, *ere*, venire obviam, incidere, begegnen, entgegen kommen, vorfallen. Ad Cic. Brut. ep. 6 *Scripſi ad eum, ut mihi Heracleam occurreret.* Virg. Æn. 10, 734 *Obvius adverſoque occurrit.* Liv. 28, 5 *Vt ad omnes hoſtium motus poſſit occurrere.* conf. Drakenb. ad 23, 24. Ovid. Heroid. 2, 136 *Occurram oculis tuis*, ich will mich darſtellen. conf. Colum. 2, 2. Et Phædr. 2, 10, 15 *Sin doctus illis occurret labor.* Cic. pro Dejot. c. 14 *Miſericordia tua occurrere ſolet ſupplicibus & calamitoſis, nullius oratione evocata.* Hirt. B. Afric. c. 68 *Legionibus occurrere ſuppetias.* Cic. 2 ad Attic ep. 22 *Domus celebratur, occurritur, renovatur memoria conſulatus.* ¶ 2. Prævenire, zuvor kommen. Cic. pro Cluent. c. 23 *Sed ego occurram expectationi veſtræ.* ¶ 3. Obſtare, reſiſtere, widerſtehen. Plin. 20, 8 *Occurrit pernicioſibus herba hæc.* conf. 8, 27. Perſ. 3, 64 *Venienti occurrite morbo.* Cic. Cat. 3, 7 *Conſiliis alterius occurrere.* Nep. 16, 3, 1 *utrique vei occurram.* ¶ 4. In mentem venire, in ſinn kommen. Cic. de Orat. 2, 34 *Omne quod erit in re occurret atque incidet.* Etiam de ſomniis Cic. Div. 1, 29 *hi viſa quietis occurrunt.* Et mox c. 30 *His occurrunt plerumque imagines mortuorum.* Ad alias cogitationes pertinent iſta: Cic. pro Cæcina c. 8 *Occurrit utrique veſtrum.* Idem de Orat 1, 33 *Omnes ſive artis ſunt loci ſive ingenii, inquirentibus nobis oſtendunt ſe atque occurrunt.* conf. de Fin. 4, 17. Et Ovid. Heroid. 10, 81 *Occurrunt animo perendi mille figuræ.* ¶ 5. Reſpondere & opponere ſignificat, antworten, einwenden. Virg. Æn. 12, 625 *Soror hæc talibus occurrit dictis.* Et ſic imperſonaliter Cic. Off. 2, 2 *Occurrit autem nobis, & quidem a doctis & eruditis &c.* Et Acad. 4, 14 *Occurretur enim, ſicut occurſum eſt.* ¶ 6. Alicujus negotii cauſa huc & illuc currere, apud Cic. Catil. 3, 7 *Nihil erat, quod non ipſe obiret, occurreret, vigilaret, laboraret*, obſervante Menckenio h. v. ¶ 7. Habere videtur vim Græci φθάνω in illo Palladii Aug. 7 *quæ Iulio non occurrimus (facere)* ex Cod. Medic. & antiquis edit. eſt *occurrimus; facere* ſolius Codicis Medicei. Quo forte pertinent hæc Cic. fam. 8, 8, 4 *At ego ſimul atque audivi, invocatus ad ſubſellia rei occurro*: Adde Suet. Calig. c. 39.

¶ Occur-

¶ Occurrens, *tis.* Petron. c. 79 *Nec silentium nostris jam mediæ promittebat occurrentium lumen.* Virg. Æn. 6, 695 *Imago sæpius occurrens.* conf. Ovid. Meram.

¶ Occursus, *ûs*, m. die entgegenkunft. Ovid. Met. 14, 260 *Versique lenque Occursu fecere metam.* Solin. c. 57 (al. 45) pluraliter: *Obvitis occursibus impediri.*

¶ Occursio, *ônis*, f. idem. Sen. Consol. ad Marc. 18 *Videbis nostrarum hunc faciesionem a fraternis occursionibus lene remissimque lumen mutuantem.* Sidon. 7 ep. 10 *Culpa raræ occursionis.*

¶ Occurso, *are*, frequent. Virg ecl. 9, 25 *Occursare capro.* Tractare de animo & memoria. Plin. 5 epist. 5 *Occursat animo meo mortalitas.* Et 2 epist. 3 *Occursant verba*, ich erinnere mich der worte, sie fallen mir ein.

¶ Occurtans, *tis.* Lucret. 5, 717 *Labitur omnimodis occursans.*

¶ Occursito, *are*, aliud frequent. Solin. c. 38 de elephantis: *Si conferris pecoribus occursitent &c.*

¶ Occursatio, *ônis*, f. studium præveniendi & occupandi alterum humanitate, ea præterrim quæ inter candidatos & eorum fautores versatur. Cic. pro Mil. c. 35 *Vestrorum ordinum occursationes, studia, sermones, scum obtuerum esse dicit.* Id. pro Planc. c. 12 *Occursatio & blanditia popularis.*

¶ Occursator, *ôris*, m. qui hac blandiendi ratione utitur. Auson Eidyll. 2, 25 *Non occursator, non garrulus, obvia cervens.*

¶ Occursatrix, *îcis*, f. Festus in *Spinitymix: Occursatrix artificum.*

¶ Occurtaculum, *i*, n. quicquid occurrit, inopinatum præsertim, & erriſicum, was jählings aufſtößt. Apul. Apolog. p 315 *Noctium occursacula*, i. e. ſpectra, geſpenſter.

¶ Occursorius, *a, um*, adject. occurrens. Apul. lib. 9 p. 227 *Occursoria potio*, der willkomm, bewillkommungs-trunck.

¶ Percurro, *ĕre*, laufen, durchlaufen, überlaufen. *Properans percurro ad forum*, Ter. And. 2, 2, 18. *Animo celeriter percurrere*, Auct. ad Herenn. 3, 22 extr. *Pauclis percurrere*, mit wenig worten berühren. Cic. pro Cluent. c. 60 *Hæc ego si sic agerem, tanquam mihi crimen esse dilucndum; hæc pluribus verbis dicerem, quæ nunc paucis percurrit oratio mea.* Id. 3 in Verr. 42 *Per omnes civitates percurrit oratio mea.* De tractatione præſertim, quæ ſit celeri ac ſuſpenſa manu, v. g. Samo 8, 5 *Atque hinc in calido percurres membra lavacro.* Paſſive Cic de Orat. 1, 47 *Quæ valde breviter a te percursa sunt.*

¶ Percurrens, *tis.* Curt 4, 12, 14 *Omnium pectora occulto metu percurrente.* Lucret. 1, 273 de vento: *Rapido percurrens turbine campos.* Virg. Æn. 7, 14 *Tenues percurrens pectine telas.*

¶ Percursus, *a, um*, perceptus, cognitus, überlegt, erwogen. Cic. de Orat. 2 *Quæstiones animo percursas & prope decantatas habere.* Et Tac. Ann. 4, 40 pr. *Suis in eum beneficiis modice percursis.*

¶ Percursio, *onis*, f. Cic. Tuſc. 4, 13 extr. *Animi multarum rerum percursio*, die erinnerung.

¶ Percursor, *ôris*, m. ut, *percursor viæ*, quod in libris aliquot Lactantii eſt 6, 7, 3. MSS. vero Lipſ. Goth. & Cantabrig. item edit. Romana, Aldi & Sparki *præcursor* expreſſum eſt.

¶ Percurso, *are*, durchſtreiffen. Liv. 23, 42 *Percursas nostris finibus*, i. e. per noſtros fines.

¶ Percursatio, *ônis*, f. der zug. Cic. Phil. 2, 25 *Italiæ percursatio.* Et c. 39 *O præclaram illam percursationem tuam mense Aprili atque Majo!*

¶ Præcurro, *ĕre*, vorhin, vorher laufen. Ter. Eun. 3, 2, 64 *Abi, præcurre, ut domi sint parata omnia.* Cic. in Orat. c. 52 *Horum uterque Isocratem ætate præcurrit*, iſt älter. Sic, *Studio aliquem præcurrere*, Idem Catil. 4, 9. fleiſſiger ſeyn. Nepos 8, 1, 3 *Sed nescio quo modo, cum eum nemo anteiret his virtutibus, multi nobilitate præcurrerunt.* Et Plinii elegans de ſtudio & voluntate proficiendi dictum eſt 4 epiſt. 15 *Amor votis suis plerumque præcurrit*, die begierde erwartet der zeit nicht.

¶ Præcurrens, *tis*, i. e. antecedens. Cic. Part. Orat. c. 2 *Primordia rerum & quasi præcurrentia.* conf. de Orat. 2, 39 & 40.

¶ Præcurrentia, *æ*, f. ſubſt. Zeno Veron. *Præcurrentiæ studio convenire.*

¶ Præcurſus, *a, um*, particip. vorhergegangen. Ammian. 18, 2 *Rumore præcurso.* conf. ibid. 23, 2.

¶ Præcurſio, *ônis*, f. actio præcurrendi. Cic. de Fato c. 19 *Non fieri affectiones sine præcursione visorum.* Plin. 6 epiſt. 13 *Quasi præclusio atque præcursio.*

¶ Præcurſus, *ûs*, m. idem. Plin. 16, 25 extr. *Etesiarum præcursu.*

¶ Præcurſor, *ôris*, m ein vorläuffer. Cic. Verr. 7, 41 extr. *Quem præcursorem habere solebat & emissarium.* Livio 26, 17 extr. *Præcursores* ſunt, die vertrauen.

¶ Antepræcurſor, *ôris*, idem quod præcurſor, Tert. de baptiſmo c. 6; niſi tamen diviſe legendum *ante præcursor fuit.*

¶ Præcurſorius, *a, um*, vorhergehend, Plin. 4 epiſt. 13 *Interim, ne quid festinationi meæ pereat, quod sum præjens petituras; hac quasi præcursoria epistola rogo.* Ammian. 15, 1 *Præcursorius index.*

¶ Prætercurro, *ĕre*, fürübergehen. Veget. 3, 24 *Equis prætercurrentibus.*

¶ Prætercurſus, *a, um*, vorbeygelaſſen. Ammian. 22, 22 (Valeſ. 23) *Prætercursa Chalcedona & Libyssa.*

¶ Procurro, *ĕre*, herfür laufen. *In publicum procurrere*, Liv. 34, 2. *Clamore procurrere*, Id. 22, 47. Sic dicimus, *Procurrere in aciem, in pugnam*, v. g. Cæſ. de B. G. 5, 34 *Quoties quæque cohors procurrerat, ab ea parte magnus hostium numerus cadebat.* Idem B Civ. 3, 93 *Cum milites infestis pilis procurrissent.* add. Drakenb. ad Sil. 7, 566. ¶ 2. Speciatim *procurrere* dicuntur milites vel equi in præliis, cum extra ordines currunt: unde ad oratorum etiam excurſiones hoc verbum transfertur. v. Burm. ad Quintil. 4, 3 p. 356 & quæ dicemus in *Procurso.*

¶ Procurrens, *tis.* Cæſ. B. G. 5, 43 *Duæ ex multitudine procurrentes.* Virg. Æn. 11, 624 *Procurrens gurgite pontus.*

¶ Procurſio, *onis*, f. i. e. excurſio, die ausſchweiffung. De oratoribus Quint. 4, 3 p. 355 Bur *Non semper est necessaria post narrationem illa procursio.* vid. *Procurro* n. 2.

¶ Procurſus, *ûs*, m. das herfürlaufen, der anfall. Livius proprie 22, 41 pr. *Tumultuario prælio ac procursu magis militum, quam ex præparato aut jussu imperatorum orto.* Et Virg. Æn. 12, 711 *Procursu rapido conjectis eminus hastis Invadunt Martem clypeis.* Pluraliter Statius 4 Theb. v. 787 *Stevnit procursibus herbas.* Et metaphorice, die ergieſſung. Avienus Perieg. v. 555 *Æquoris infusi procursibus patefecimus*, den fortgang

¶ Procurſo, *are*, frequent. ut, *Procursare a stationibus*, aufallen. Liv. 27, 2. v. *Procurro* n. 2.

¶ Procurſatio, *ônis*, f. der anfall, ſcharmützel. Liv. 5, 19 *Procursationes modice temere inter murum ac vallum jubant.* Et 22, 44 *Hannibal dirigit aciem, lacessitque Numidarum procursatione hostes.*

¶ Procurſator, *ôris*, m. levis armaturæ miles ad lacessendum hostem, leichte vortrouppen. Idem Liv. 42, 64 *Brevis certamen levis armaturæ maxime cum procursatoribus fuit.* Hi iidem ſunt, qui *Excursatores*, qui etiam *Procedentes* appellabantur, de quibus Valeſium vide ad Ammian. 27, 10 (Grat. c. 23) l. 499.

¶ Procurſorius, *a, um*: ut, *Procursorius index*, Ammian. 31, 9 Grut. (edit. Lindenbr. p. 471). At Valeſ. c. 3 p. 622 *Procursorius.*

¶ Recurro, *ĕre*, zurück laufen. *Luna recurrit ad initium*, wird neu, Cic. Nat. D. 2, 19. *In Tusculanum recurram*, Idem Att. 13, 47

¶ Recurrens, *tis.* Virg. Æn. 7, 100 *Quæ sol utrumque recurrens Aspicit Oceanum*, i. e. verſus orientem & occidentem.

¶ Recursus, *ûs*, m. die wiederkunft. Ovid. Heroid. 6, 59 *Dent modo fata recursus.* Liv. 26, 42 extr. *Ut subeunti ad mœnia urbis recursus pateret*, die retirade. conf. Virg. Æn. 5, 583.

¶ Recursio, *onis*, f. idem. Marc. Capella lib. 9 in Chorambice, *Suevit lege vatis sacra recursio.* Adde Apul. in Asclepio.

¶ Recurso, are, frequent. Virg. Æn. 1, 652 *Sese mollescens recursat*, ſtrecken ſich wieder. Tac. Hiſt 2, 78, 2 *Recursitabat animo vetera omnia*, fielen ihm wieder ein. Et ſine animi mentione eodem ſenſu abſolute Silius 6, 555 *Captaque recursat Attonitis arcis facies.*

¶ Recursito, *are*, idem. Marc. Capella lib. 1 p. 10 *Hic cursor plerumque recursitans gaudet occasuri.*

¶ Subcurro, *ĕre*, drunter hinlaufen. Vitruv. 9, 6 *Perfusa dexterioribus subtercurrens basin Vergiliarum.*

¶ Succurro, *ĕre*, venire ſuppetias, zu hülfe kommen. Virg. 11, 335 *Consulite in medium, & rebus succurrite lapsis.* Et Æn. 1, 630 humaniſſime Dido inquit: *Non ignara mali, miseris succurrere disco.* Cic. pro Reb. perdueli c. 1 *Fecere opem patriæ, succurrere labenti fortunæ civium.* ¶ 2. *Venire in mentem*, einfallen. Cic. Att. 4, 1 *Ut quicquid succurrit, libet scribere.* Pali *succurrere alicui fortunæ alicujus adverse*, Liv. 3, 58. Celſ. 8, 4 *Os frictum, nisi succursum est, gravibus inflammationibus afficit.* Quinct. 10, 7 *Stabitne mutus, & fauturæ potentibus vocem statim, si non succurratur, peritaris &c.*

¶ Succurſor ſeu Subcurſor, *ôris*, m. Lucilius apud Gell. 1, 16 *Campanus sonipes subcursor*: i. e. equus duriore gradu incedens. Sed forte legendum eſt *succussor.*

¶ Supercurro, *ĕre*, drüber laufen. Plin. 7 epiſt. 18 *Ager propter id, quod vestigali lavre superceritis, semper alienum, a quo exercetur, invenit*, weil ſich die einkunfft weit über den zins oder pacht beläuft.

¶ Transcurro, *ĕre*, hinüber laufen, durchlaufen. Virg. 9, 110 *Visus eb aurora cœlum transcurrere nimbis.* Et Liv. 25, 39 *In altera transcurram castra ac Romanis est.* ¶ 2. Pro trajicere, ſive navibus tranſire. C. Nepos uſus eſt 18, 3, 3 *Cum adventare diceretur, Hellespontumque transcurrisse Antipater & Craterus &c.* (al. *transisse* legunt.)

¶ Transcurſus, *a, um.* Amnian. 21, 14 *Euphrate ponte navali transcurso*, nachdem man übergeſetzet. Hujus participii Ablativo pro Infinitivo utitur Ter. Hec. 3, 4, 17 *In arcem transcurso opus est.* Vide Donatum.

¶ Transcurſus, *us*, m. *In transcursu*, beyläuffig, id eſt, obiter & interea dum alia percurruntur; Plin. 18, 13 pr *Nostri in transcursu ea attigere.* Hac voce aliquoties brevitatem ſcripturæ ſignat Vellejus 2, 55, 1, & c. 86, 1, & c. 92, 4.

¶ Transcurſio, *ônis*, f. der verlauf. Cod. 6 t. 23 l. 27 *Per decennii transcursionem.*

¶ Transcurſorius, *a, um*, quod fit in transcurſu. Scriban. in Med. Chriſt. *Levis & transcursoria enumeratio.*

CVRRVCA, *æ*, f. ὄνακλις, ſeu ἐπίκλις, *quæ* potius, avis nota, alienos excludens & paſcens pullos, maxime cuculi, eine graſmücke. ¶ 2. Curruca etiam dicebatur maritus, qui pateretur uxorem ſuam ab aliis adulterari; quem Itali *Becam*, nos habuten appellamus: quod ex Juvenale 6, 275 Torrentius obſervat ad Horat. Sat. 8, 31 Vide Ver. Scholiaſten Iuvenal. c. 1. Late ea res patuiſſe debet Ovidii tempore. Nam is Am. 3, 4, 37 *Rusticus est nimium, quem lædit adultera conjux, Et notus mores non satis urbs habet* &c.

Currus, curſor, curſus &c. vide *Curro.*

CVRTIS, *is*, f. idem quod *Cors* vel *Cohors*, pars ſeu ſi licet domus vel villæ; Et interdum idem quod *curia* vel *regia*, apud Rotos & ſcriptores ævi medii. v. Iornand. de rebus Get. c. 34; & Blanch. Adv. 4, 8.

CVRTIVS, *i*, m nomen gentis Romanæ. *M. Curtius*, adoleſcens eques Romanus, abrupto per medium forum ingenti ſpecu, reſponſoque oraculi accepto, nobilem ex civibus aliquem id poſcere, ſeſe ſponte in hiantem terram conjecit eques, ſuosque ex calamitate ſalvos reddidit. A quo *Curtius* deinde *lacus* hiatus ille appellatus eſt. Auctor Ariſtides apud Plutarchum in parallelis. Alii tamen de hoc lacu, & appellationis cauſſa alia afferunt. Vide Varr. de L. L. 4, 32; Val. Max. 5, 6, 2. it. Dionys. Halicarnaſſ. lib. 2, & Plutarchum in vita Romuli, ubi pugnam cum Sabinis exponit. Dubitanter etiam Livius loquitur 7, 6. In hanc locum omnes ordines pro ſalute Auguſti ſupem vocere iubent, Suet. auctor eſt Aug. c. 57. De quo religionis ſeu ſuperſtitionis genere vide ibi Caſaubonum. ¶ 2. Alius *Q. Curtius Rufus*, Hiſtoricus nobilis, res geſtas ſcripſit Alexandri M. Exſtant ex 10 libris ejus octo, amiſſis prioribus, diſertiſſime ſcripti. ¶ 3. Alius *Curtius Rufus* proconſul Africæ, cui mira prædictio facta. v. Plin. 7 ep. 27.

CVRTVS, *a, um*, fuſus, ſtatus, ſobrius. Cic in Orat. 50 *Curta sententia, nec ornata redundantia.* conf. c. 61, & de Fin. 4, 14. Horat. 3 od. 24, 64 *Curtæ nescio quid semper abest rei.* Vbi *Curta res*, ein geringes vermögen. Perſ. 1, 4 ext *Tecum habita, & noris, quam sit tibi curta supellex*; i. e domi tuam explora facultatem, & ſcires quam

quam tenuis ſit. *Curtum mulum*, Horat. 1 ſat. 6, 105 pro eo dixit, cui cauda deminuta. Vide ibi Vet. Scholiaſten & Torrentium. Comp. apud Innocent. de Caſis p. 228 & 230 *Fines curtiores* opponuntur *Spatioſis*. ¶ 2. Fractus, mutilus, zerbrochen; ut, *Curta dolia*, Lucret. 4, 1020. vid. ibi Parei Ind.

¶ Curto, *are*, eſt diminuere, abkürzen, abbrechen. Horat. 2 ſat. 3, 124 *Quantulum enim ſummæ curtabit quisque dierum.*

¶ Decurto, *are*, verkürzen, verſtümmeln. Arnob. lib. 5 p. 163 *Decurtans cantherios.*

¶ Decurtatus, *a, um*, abgekürzt, verſtümmelt. Cic. in Orat. c. 53 *Mutila & decurtata.* Plin. 25, 5 (ſect. 21) *Radices breves, ac velut decurtate.* Et Sen. de Ira 3, 17 dicitur *Decurtatus, cui aures naſuſque abſciſſus.*

Curvamen, curvatio &c. vide *Curvus.*

CVRVLIS, *e*, adject. unde *Sella curulis*, cujus ſæpe mentio fit apud auctores, ein thron. Ea fuit fublata gradibus, eboreque & ſignis ornata pulchre, ut docent Lipſ. ad Tac. p. 194, itemque de magiſtratibus Rom. c 12, nec non Caſaub ad Suet. Aug. c. 82. Fuerunt autem proprie initio Regum; deinde majorum magiſtratuum, ut Conſulum, Prætorum, Ædilium: illorum pura, qui ex Patribus creati eſſent, & ideo *Ædiles Curules* appellati; non qui de plebe erant. Hinc in illo Hor. 1 ep. 6, 53 *Cuilibet hic faſces dabit, eripietque curule, Cui volet, importunus ebur* Plerique interpretum *Curule ebur* ædilitatem majorem accipiunt: quamvis & de Conſulatu accipere nihil impediat. Nam & Auſonius epiſt. 20 *Sellam Curulem* pro Conſulatu poſuit, quin epiſt. 16 carmine ad librum med. *curulem* abſolute pro curuli ſella videtur poſuiſſe. Sed Conſularem Curulem ad differentiam cæterorum, *majorem* Stat. 1 Silv. 4, 82 & *ſummam* Silv. 3, 115, it. Iuvenal. 5, 91 apt ellitant. Aſconius Pedianus in Divinat. Cic. *SVBSELLIA*, inquit, *ſunt Tribunorum, Triumvirûm, Quæſtorum & hujusmodi minora judicia exercentium, qui non in ſellis curulibus, nec tribunalibus, ſed in ſubſellis conſidebant.* Vnde vocis ratio non convenit ſatis. Alii enim a *Curia*, alii a *curro* deducebant. Quod vetus Scholiaſtes ad ſupra allegatum Horatii locum ſignificat. Priori originationi ſyllabæ quantitas repugnat. Primam enim in *Curulis* omnes corripuerunt: quæ contra in *Curia* producta eſt. Rectius itaque a Curru *Curulis*, & altero R abjecto *Curulis*. Conſules enim ac Prætores apud veteres propter itineris longinquitatem curru in forum provehebantur. Sellæ autem, quæ poſt eos vehebantur, quibus ſedentes dicere jura ſolebant, a curru *Curules* ſellæ ſunt nominatæ. Ita Feſtus & Ind. 20, 11, & Gell. 3, 18. Servius quoque in 11 Æn. ideo a *curru* deducit, quod iſtoc ſellæ genere non niſi illi uſi ſunt, qui triumphali curru fuiſſent invecti. Sane & Suet. Aug. c. 22 *Curules triumphos* plenos & legitimos dixit, ubi currus & quadrigæ adhibebantur, & ab Ovationibus diſtinxit, quæ ſingulari equo peragi ſolitæ. Etiam Dionyſ. Halicarnaſſ. Poſtumii & Menenii Conſulum triumphos ita dignoſcit, ut hujus majorem & honoratiorem ex eo pronunciet, quod ſella regia curuli in urbem eſſet invectus, Antiq. 5, 46. Et *ludi curules* ſunt Circenſes Minuc. Fel. c. 37. Lipſius a *Curibus* Sabinorum oppido deducit. Et facit quidem pro eo ſyllabæ ratio. Hoc tamen non ſatis eſt. Quid? ergone inventa res Curibus, an inde traducta Romam? Inventam quis credat in parvo oppido, & paupere terra? Ita Virg *Curves* deſcribit. Et vero *curules* cum cæteris imperii ac magiſtratuum inſignibus, non a Sabinis, agreſtibus illis atque ſimplicibus, ſed ab Etruſcis, opulenta & culta gente accepta: ut Dionyſ. Antiq. 3, 84; Salluſt. Catil. c. 51; Liv. 1, 8, 4; Flor. 1, 5, 6; item Macrob. Saturn. 1, 6 teſtantur. De *ſella curuli* doctiſſime diſputat Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 87, qui etiam p. 208 ſq. de *ſella curuli abſentibus* vel *mortuis* honoris ergo *poſita*, tractat. ¶ 2. *Curulis* pro currulis, ut, *equus curulis*, Apul. lib. 4 Mileſ. poſt princ. Et Feſtus, *Curules equi quadrigales.*

CVRVVS, *a, um*, adject. krumm, gebogen. *Curvo dignoſcere rectum*, Horat. 2 ep. 2, 44. *Curvæ falces*, id eſt, inflexæ ac contortæ, Virg. Georg. 1, 508 *Et curvæ validum falces conflantur in enſem.* Ovid. 2 de Arte v. 670 *Iam veniet tacito curva ſenectа pede*: i. e. quæ ſenos curvos facit. *Hic erit, qui nobis curva corriget*: proverbiale in cenſorios ſeverosque homines, & qui cum rigore quodam decori juſtique ſtudioſi eſſent. Vſus eo Sen. Ludo de morte Claudii, & Plin. 5 ep. ult. ¶ 2. *Curvus* & *Furvus* a librariis confundi ſolent. Drakenb. ad Sil. 5, 129.

¶ Curvor, *ōris*, m. die Krümme. Habet Varro de L. L. 6, 3, ubi ait: *Cornua a curvore dicta, quod plerique curvamus.* conf. 4, 21.

¶ Curvo, *avi, atum, are*, krümmen, beugen. Stat. 1 Achill. v. 487 *Manu arcum curvare.* Virg. Georg. 4, 299 de vitulo: *Bima curvans iam cornua fronte.* Translate eſt idem ac commovere apud Horat. Carm. 3, 10, 13 *Neque te munera, nec preces - - Curvant.*

¶ Curvatus, *a, um*, gekrümmt, gebogen; ut, *Curvata quædam & quaſi aduncа*, Cic. de N. D 1, 24. *Curvata cuſpis*, Ovid. Met. 2, 199. *Solis orbis æqualiter curvatus*, Vellej. 2, 59, 6. *Curvatas undas κυρτὰ* vel *κυεπωδεντα κύματα* poëtæ dicunt de fluctibus in altum ſublatis. v. Drakenb. ad Sil. 1, 472.

¶ Curvābilis, *e*, das ſich beugen läſſet. Pallad. 12, 15 *Vlmus & fraxinus curvabiles.*

¶ Curvatio, *ōnis*, f. die beugung, krümmung. *Curvatio vitis*, Col. 4, 12.

¶ Curvatūra, *æ*, f. idem. *Curvatura rotæ*, Ovid. Met. 2, 108, die felgen; radeſchienen. *Is locus eſt curvaturæ theatri ſimilis*, Vitruv. 2, 8. *Curvatura montis*, Id. 2, 10. *Curvatura portus*, Id. 5, 1. *Foramen habet curvaturam molliter circumactam*, Id. 10, 17.

¶ Curvāmen, *ĭnis*, n. die krümme. Silius 13, 29 *Patulo curvamine ripæ.* Plin. 9 epiſt. 7 *Villa ſinuum* (maris) *molli curvamine amplectitur.* Ovid. Met. 2, 130 *Sectus in obliquum eſt lato curvamine limes.*

¶ Curvitas, *ātis*, f. idem. Macrob. in Somn. Sc. 1, 15 *Adverſa Zodiaco curvitas obliquavit.* Et Iſidor. 20, 16 *Camus dictus a curvitate.*

¶ Curveſco, *ĕre*, *κυρτόμαι*, krumm werden. Auctor carminis de laudibus Domini. Vnde *Incurveſco.*

¶ Curvifrons, *tis*, qui fronrem curvatam habet, ut Pecudes; Pacuv ap Nonium

¶ Curvīpes, *ĕdis*, der krumme füſſe hat. Onomaſt. Vet. *Curvipes, ἀγκυλόπους.* Meliſſo dicitur *Curvipoples.*

¶ Concurvo, *are*; ut, *Curvare.* Laberius Mimus apud Macrob. ſat. 2, 7 *Non flexibilem me concurvaſti, ut carperes.*

¶ Incurvus, *a, um*, idem quod *Curvus.* Ter. Hec. 2, 3, 44 *Incurvus, tremulus, labiis demiſſis &c.* Cic. Verr. 2, 35 *ſtatua ſenilis incurva.* Plin. 18, 19 *Arator, niſi incurvus, prævaricatur.* Mela 1, 19 *Incurvum littus.*

¶ Incurvo, *are*, idem quod Curvare, einbeugen. Virg. Æn. 5, 500 *Tum validis flexos incurvant viribus arcus.* Sen. de Ira 3 *Non eſt magnus animus, quem incurvat injuria.* conf. epiſt. 104. Plin. 16, 42 *Incurvari & cedere ponderi*, conf. 4, 11.

¶ Incurvatus, *a, um*, eingebogen. Ovid. Met. 6, 246 *Incurvata dolore membra.* Cic. fin. 2, 11 *Bacillum incurvatum de induſtria.* Grat. 478 *Incurvatam podagram* vocat.

¶ Incurvatio, *onis*, f. die krümmung; ut, *Incurvatio caudæ*, Hygin. Aſtron. 3, 16.

¶ Incurveſco, *ĕre*, in die krümme wachſen, ſich beugen. Cic. de Orat. 3, 38 *Rami incurveſcunt baccarum ubertate.* conf. Tuſc. 1, 28.

¶ Incurvicervīcus, *a, um*, krummhälſicht; ut, *Incurvicervicum pecus*, Pacuv. apud Quintil. 1, 5; qui duræ compoſitionis vocabulum vocat.

¶ Superincurvatus, *a, um*, drüber gebogen. Apul. lib. 9 p. 220 ed. Elmenh.

¶ Procurvus, *a, um*, vorwärts krumm; ut, *Procurva falx*, Virg. Georg. 2, 2, 421. Et Æn. 5, 765 *Procurva littora.*

¶ Procurvo, *are*, niederbeugen. Stat. Theb. 6, 849 *Et celſum procurvat Agyllea Tydeus.* Tertull. ſ. Cyprian. Geneſ. 1, 14 *Pomiferique ſimul procurvant brachia rami.*

¶ Recurvus, *a, um*, rückwärts gebogen. Ovid. Rem. Am. 210 *Abdere ſupremis æra recurva cibis.* Claud. in Eutrop. 2, 230 *Roſtrum recurvum.* Ovid. Her. 10, 71 *telum recurvum.* h. e. labyrinthus.

¶ Recurvo, *are*, herumbeugen. Ovid. Amor. 1, 8, 6 *Inque caput liquidas arte recurvat aquas*, i. e. ad fontes reflectit magica arte.

¶ Recurvatus, *a, um*, zurück gebogen. Colum. 3, 18 *Materia torta & recurvata.* Celſus 8, 1 ſub fin. *Recurvatus in exteriora.* Ovid. Met. 2, 246 *Recurvatis in undis.*

¶ Retrocurvatus, *a, um*, idem. Plin. 4, 12 *Pontus Euximus magno litorum flexu retrocurvatus in cornua.*

¶ Subcurvus, *a, um*, etwas krumm, gebückt. Ammian. 26, 27 (Valeſ. c. 9 extr.) *Subcurvus, humumque intuendo ſemper incedens.*

Cuſculium, vide infra *Quisquilium.*

CVSCVTA, *æ*, f. ſive rectius *Caſſatba*, vitium in herbis, illis ſeſe circumvolvens, adeo ut ſtrangulet, fitz-kraut, todtern, *angina* vel *podagra lini*, quemadmodum exponit Iunius, qui *Caſſata* ſcribit. Sed *κασσυτα* Plinii eſſe, dubitat Matthiolus.

CVSPIS, *ĭdis*, f. pars exacuta in gladio aut haſta, die ſpitze, ein ſpieß; ut, *Cuſpis acuta*, Virg. Æn. 5, 208. *curvata*, Ovid. Met. 2, 199. *arata*, ibid. 5, 9. ¶ 2. Tubulus fictilis cum fundo pertuſo, Varr. R. R. 1, 8, 4.

¶ Cuſpīdo, *are*, ſpitzen. Plin. 11, 37 poſt init. *Alii præfixa haſtilia cuſpidant.*

¶ Cuſpidatus, *a, um*, ſpitzig, geſpitzt, zackicht; ut, *Stimulus cuſpidatus*, Plin. 18, 19.

¶ Cuſpidatim, adverb. i. e. in cuſpidis formam, idem. Plin. 17, 14 *Cuſpidatim deciſus calamus.*

¶ Tricuſpis, *ĭdis*, adject. dreyzackicht. Ovid. Met. 1, 330 *Poſtoque tricuſpide telo Mulcet aquas rector pelagi.*

CVSSILIRIS, i. e. ignavus, apud Feſtum; ex *coſſim* & lirare. vide *Coſſiliris.*

CVSTOS, *ōdis*, c. curator alicujus rei & tutor, ein hüter, wächter, aufſeher. Cic. Phil. 12, 10 *Qui multorum cuſtodem ſe profitetur, cum ſapientes ſui primum capitis ajunt cuſtodem eſſe oportere.* Idem pro Sextio c. 24 *Cuſtos & conſervator urbis.* Id. Phil. 2, 11 *O præclarum cuſtodem ovium, ut ajunt, lupum!* Et Off. 2, 7 *Malus cuſtos diuturnitatis metus*, was lange währen ſoll, muß ohne furcht zuachen. *Hortis cuſtodem fructus ſervandi gratia imponere*, Nepos 5, 4, 1. *Cuſtos gazæ regiæ*, Idem 14, 5, 3, ſchatzmeiſter. *Cuſtos pecuniæ regiæ*, Curt. 5, 1, 20. *Regi cuſtos ſalutis datus*, Id. 3, 6, 1, leib-medicus. *Cuſtodes corporis, σωματοφύλακες*, Nepos 14, 9, 3, qui, quales fuerint, explicat Curt. 5, 1, 42, ubi Freinsh. Quod etiam compoſito quaſi vocabulo *Corpore cuſtos* in veteribus inſcriptionibus invenitur, ut apud Reinef. p. 560 MAGER GERMANICI GERMANVS CORPORE CVSTOS. Adde ſupra in *Corpus* dicta. ¶ 2. *Cuſtodes* ſæpe dicuntur, qui præſidii tutelæque cauſſa loco impoſiti ſunt, beſatzung, bedeckung. Nepos 3, 1 *Pontis, dum ipſe abeſſet, cuſtodes reliquit principes.* Lucan. 4, 433 *Illyricæ cuſtos Octavius undæ.* ¶ 3. Sed & prædagogi *Cuſtodes* appellantur, hofmeiſter. Hor. de Arte v. 161 *Imbuet his juvenis tandem cuſtode remoto, Gaudet equis canibusque, & aprici gramine campi.* conf. Iuvenal. 7, 218: & Nepos 10, 4, 5. ¶ 4. Sic Suetonius *Cuſtodes* dixit, qui obſervandis aliorum dictis factisque admovebantur, Tib. c. 12, ad quem locum nonnihil & Torrentius obſervat, kundſchaffer, conf. Curt. 5, 11, 2. ¶ 5. *Cuſtodem turi acervum* dixit Ovid. Met. 13, 703. ¶ 6. *Cuſtos* etiam reſex, ſeu prædiarius palmes dicitur, in trunco vitis in pollicem præciſus. Colum. 4, 21. ¶ 7. Reciprocus etiam eſt uſus *canis* & *cuſtodis.* Nam Æſchylus Agamemnone eos, qui rerum cuſtodias agunt, vocat *κύνας* ſive *canes.* Ac ſimiliter Seneca de Ira 3, 37 janitorem prius *oſtiarium*, mox appellat *catenarium*, quia nempe olim cum canes, tum cuſtodes etiam ſive janitores, in catenis erant. Viciſſim Virgilius Æn. 6, 424 de Cerbero dixit; *cuſtode ſepulto* &c. v. Voſſ. Inſtit. Orat. p. 89. Plaut. Mil. 2, 2, 57 *Bini cuſtodes accubant*, es liegen zween hunde da.

¶ Cuſtodio, *ivi, itum, ire*, bewahren, bewachen, beſchützen. *Salutem alicujus cuſtodire*, Cic. pro Plancio c. 1. *Memoria cuſtodire*, Idem de Orat. 1, 28, mercken. *Cuſtodire aliquid ab aliquo*, Nepos 25, 9, 4, vor einem etwas verwahren. *Cuſtodire quem honorate*, Tac. Hiſt. 4, 63, 3. Cic. fam. 9, 14 extr. & ſub Att. 14, 17 *Tu quoniam reinpubl. nosque conſervas, fac ut diligentiſſime te ipſum, mi Dolabella, cuſtodias.* ¶ 2. Nonnunquam *cuſtodire* eſt obſervare, & facere, quæ præcepta ſunt, in acht nehmen, beobachten. Plin. 8 ep 10 *Dum quædam cuſtodienda prægnantibus omittit, facit omittenda.*

tenda. Colum. 9, 1 *Hoc igitur cuſtodire oportet villicum, &c.* Et rurſus: *Iam illa, quæ in majoribus imperiis difficulter cuſtodiuntur.* Sen. epiſt. 10 *Lugentem timentemque cuſtodire ſolemus &c.* Vetus inſcriptio: QVÆ FORMA INTERDICTI ET DISPOSITIO SVB GLADII PERICVLO PERPETVO CVSTODIENDA MANDATVR. *Cuſtodire ſermones,* Tac. Hiſt. 2, 52, 2 eſt obſervare ac captare ſermones, auf eines rede achtung geben. *Cuſtodire feriis,* pro obſervare, Plin. 35, 2. *Cuſtodire literis,* Cic. de Orat. 2, 2, in ſolvit verſſen. ¶ 3. *Cuſtodire aliquem* ſignificat etiam ab eo ſibi cavere, vel obſervare eum cavendi cauſſa, einem auf die finger ſehen. Quint. 4, 2 p. 333 *Judicem ad cuſtodiendam patronum excitaſſent.* Vid. Burm. ad h. l. Ita eod. ſenſu p. 351 *Neque enim ſe ipſum magis cuſtodit Judex,* i. e. a ſe ipſo ſibi cavet, ne affectu aliquo abri, i ſe patiatur.

¶ Cuſtoditus, *a, um,* verwahrt. Virg. Æn. 8, 218 *Ilocce cuſtodita.* Suet. Tib. c. 7 *Ut cuſtoditum ſit, ne unquam in conſpectum ejus poſthac veniret. Cuſtoditam,* id eſt, diligenter obſervatum & cautum, fleiſig in acht genommen, verhutet.

¶ Cuſtodite, adv. i. e. cum cura & curatione, bedachtſam. Comp. Plin. 11 ep. 26 *An illa cuſtoditius preſſuſque?* Subaudi, *dicta.* Nam tota ejuſmodi ſtola de dicendi genere optime agit. *Cuſtodite igitur dicere,* eſt cum cura dicere: behutſam reden. *Ludere cuſtodite,* id eſt, inſpectante pedagogo, Plin. 5 epiſt. 16.

¶ Cuſtoditio, *ōnis,* f. die bewahrung. Feſtus. *Cuſtoditio eſt opera ad cuſtodiendum quid ſumta.* conf. Vulg. Interpr. Sap. 6, 19.

¶ Cuſtoditivus, *a, um.* Sarisb. epiſt. 158 *Aurum alterum metallorum cuſtoditivum eſt.*

¶ Cuſtodia, *æ,* f. die verwahrung, bewachung, huth. Cic. Nat. D. 2, 63 *Canem tam fida cuſtodia.* Liv. 6, 1 *Literæ non cuſtodia fidelis rerum geſtarum.* ¶ 2. *Cuſtodia pro carcere* ubitate, gefangnüß. *Publica cuſtodia,* Cic. Divin. 1, 25. *Militaris cuſtodia,* Tac. Ann. 3, 22, 5. *Aſſervari in cuſtodia,* Cic. Verr. 5, 30, gefangalich gehalten werden. *Dare in cuſtodiam,* ibid. c. 27. *Tradere,* Id. Catil. 3, 6. *Includere in cuſtodiam,* Cic. Verr. 5, 55. *Liberare ex cuſtodia,* Cic. Tuſc. 1, 29. *Eripere ex cuſtodia,* Id. ad Brutum epiſt. 6. *Emittere e cuſtodia, & levare vinculis,* Id. Tuſc. 1, 49. *Ponere quem ſummo imperii eſt cuſtodiæ,* Corn. Nep. 18, 11, 3, der die wache eines groſſen gefangenen commandirt. ¶ 3. Pro iis, qui in carcere ſunt, ſeu cuſtodiuntur, Suetonius dixit *cuſtodias,* Tib. c. 62 ſub f. & in Caligula c. 27. Sic Sen. ep. 5 *Eadem catena & cuſtodiam & militem copulat;* ubi cuſtodia is eſt, qui cuſtoditur. conf. Ulpian. l. 6 ff. de offic. proconſ. ¶ 4. *Cuſtodia libera,* de iis dicitur, qui non in carcere etiam attinentur vinculis, ſed in urbibus, domibusque certis, ut egredi, quanquam ſub ſervatoribus, poſſent. Quod quidem in illuſtrioribus obtinebat, der weite arreſt. Salluſt. Catil. c. 47 *Senatus decernit, uti Antonio magiſtratu Lentulus itemque ceteri in liberis cuſtodiis haberentur.* Vellej. 1, 11 pr. *Poſt victam captumque Perſen, qui quadriennio poſt in libera cuſtodia deceſſit, &c.* Cicero *liberalem cuſtodiam* in Bruto c. 96 vocat. Vide Lipſ. ad illud Taciti Ann. 6, 3, 4 *Retrahitur in urbem, cuſtuditu que domibus magiſtratuum:* ubi de aliis quoque cuſtodiarum generibus docet. *Apertam & liberam & in ufum hominum inſtitutam cuſtodiam militarem* vocat Conſtantinus l. 2. C. de exact. trib. ad quam v. Byncker ſh. obſſ. jur. 1, 2 p. 17. ¶ 5. Sepe & de præſidiis tutelisque locorum uſurpatur hoc nomen, die wacht. Sic ap. Cic. *Excubiæ & cuſtodiæ* junguntur, pro Marcell. c. 10. Id. Catil. 1, 3 *Præſidiis, cuſtodiis, vigiliisque locum munire* dixit. Nepos 1, 3, 2 *In hoc fuit tum numero Miltiades, cui illa cuſtodia* (pontis) *crederetur,* die aufſicht. Similiter hoc vocabulo utus eſt Cæſar de B. Civ. 1, 17; & 3, 23.

¶ Cuſtodiola, *æ,* f. diminut. a Cuſtodia. Lap. Muret. p. 1013 *Cuſtodiola cum ædificio.*

¶ Cuſtodela, *æ,* f. pro *Cuſtodia* aliquoties dixit Apul. v. gr. lib. 9 ſub initium: *Cuſtodela ſalutaris mihi quadebam carceris.* Et lib. 10 p. 245 *Curam diligentiorem & acriorem cuſtodelam adhibebant.* Feſtus: *Cuſtodelam dicebant antiqui, quam nunc dicimus cuſtodiam.*

¶ Cuſtodiārius, *i,* m. cuſtos, ein wächter. Inſcript. Vet. Grut. p. 48 n. 1 SANCTISSIMO HERCVLI INVICTO CORPOR. CVSTODIAR. &c.

¶ Cuſtodiarium, *i,* n. pro loco, ubi quid cuſtoditur, ein wachthaus. Tertull. ad Martyres c. 2 & adv. Iudæos c. 3.

¶ Incuſtoditus, *a, um,* unbewehrt, ohne aufſicht. Ovid. Met. 2, 686 *Incuſtoditæ boves.* Silius 5, 40 *Incuſtoditum littus.* Frontinus 3, 2, 6, & Sil. 15, 245 *Vias incuſtodita* Apulej. lib. 9 p. 178 *Incuſtodito paſtu vagari.* Iterum Ovid. 1 Triſt. 5, 19 *Incuſtoditum captat ovile lupus.*

¶ Subcuſtos, *ōdis,* m. pro alio cuſtode ſubſtitutus, ein lohnwächter. Plaut. Mil. 3, 2, 54 *Hunc ſubcuſtodem ſuum foris abſignavit.*

CVTHÆI, *orum,* m. pl. Perſæ quondam ſic appellati; quod nomen in ſcriptura ſacra occurrit. Ovid. Sam. Bochartus in Phaleg p. 204.

CVTILIÆ, *arum,* f. aquæ medicatæ agri Reatini, quæ ſtrumarum minuunt tumores. v. Vitruv. 8, 3; Celſ. 4, 8; Plin. 31, 3; Sen. Nat. qu. 3, 25; Suet. Veſp. c. 24; Macrob Sat. 1, 7.

CVTIS, *is,* f. pellis, corium, die haut, das fell. Perſ. ſat. 3, 63 *Cutis æqua tumebit. Cutem* vel *cutteolam curare,* ſein wohl pflegen. Horat. epiſt. 4, 1, 15 *In cute curanda plus æquo operata juventus.* Rurſus Perſius proverbialiter ſat. 3, 30 *Ego te intus & in cute novi,* ich kenne dich auswendig und inwendig. Sen. ep. 9 *Aliquem intra cutem ſuam cogere,* i. e. intra ſe. ¶ 2. *Cutis arboris,* die rinde des baums, Plin. 12, 19. *Vivæ cutis,* die hülſe. Id. 15, 24.

¶ Cūticūla, *æ,* f. diminut. Perſ. ſat. 4, 18 *Semper & aſſiduo curata cuticula ſole.* Iuvenal. 11, 203 *Noſtra libat veruum contracta cuticula ſolem.*

¶ Cuticulāris, *e;* ut, *Cuticulares meatus,* Plinii eſſe ajunt.

¶ Cutālis, *e,* idem; ut, *Cauſſa forenſis ſive cutalis,* i. e. externa, quæ foris cutem obtidet. Cæl. Aurel. Tard. 4, 1, 6, ſi ſequimur Reinet. Var. Lect. 3, 18 p. 670.

¶ Curio, *ōnis,* f. beſtiola multorum pedum, a dura cute ſic dicta, ein kellerwurm. Marc. Emp c. 9. v. Barth Adv. 40, 4.

¶ Intercus, *ūtis,* c. omnis generis inteſtinum, ſeu quod inter carnem & cutem eſt, inwendig, das zwiſchen fell und fleiſch iſt; ut, *Aqua intercus,* Cic. Off. 3, 24. waſſerſucht. Translate Gell. 13, 8 *Intercutibus vitiis madentes,* die voller heimlicher luſter ſind.

¶ Intercutītus, *i,* m. i. e. ſtupratus. *Intercutitos* enim, vel *inter cutem flagitatos* antiqui dixerunt mares ſtuprum paſſos. Feſt.

¶ Recūtītus, *a, um,* cui reſecta cutis eſt, quod epitheton Martialis Iudæis tribuit 7 epigr. 29, verſchnitten, beſchnitten. Vet. Gloſſ. *Recutiti, ἀποτεθειμένοι περιτομὴν.* conf Martial. 9 epigr. 59. Nonnullis *Recutiti* ſunt quaſi *nova cute tecti,* v. Io. Britann. ad Perſ. Sat. 5, 184, & Baron. Annal. Eccl. A. C. 57 & 70.

¶ Subtercutāneus, *a, um,* das unter der haut iſt. Epitome Aurel. Victoris in Hadriano: *Hic morbo ſubtercutaneo, quem diu placide pertulerat, victus, dolore ardens, &c.* id eſt, aqua intercute.

CYĀMVS, *i,* m. κύαμος, herba, nobiliſſima Colocaſia, Plin. 21, 15, eine bohne.

¶ Cyamea, *æ,* f. κύαμια, gemma, quæ fracta fabæ ſimilitudinem parit, Plin. 37, 11.

CYĀNE, *es,* f. nympha Sicula, a Plutone, quod Proſerpinæ opitularetur, in montem mutata. vid. Ovid. Met. 5, 409 ſeqq. ¶ 2. *Cyane* oppidum Lyciæ, Plin. 5, 27.

CYĀNEE, *es,* f. Mæandri fluvii filia, ex Mileto, Phœbi filio, gemellos peperit. v. Ovid. Met. 9, 452.

CYĀNOS, κυάνος, gemma colore cæruleo ex jaſpidum genere Plinio 37, 9, & Theophraſto, ein ſapphir. *Cyanos mas,* ein blauer ſapphir. *Cyanos fœmina,* ein weiſſer ſapphir. Agricola, κυανος, luſur. ¶ 2. *Cyanus* eſt etiam herba ſeu flos Plinio 21, 5 & 8 blaue kornblume.

¶ Cyāněus, *a, um,* blau; ut, *Cyaneus color,* i. e. cæruleus, Plin. 37, 9. Avienus Arateis v. 769 de Sirio loquens: *Alvus cyanea eſt, mente gravis effluit ardor.*

¶ Cyānēæ, *arum,* f. pl. κυανέαι, contra Thracium Boſphorum inſulæ duæ parvæ, quæ & *Symplegades* dicuntur, quas, quia inter ſe concurrere videntur, *Inſtabiles* vocat Ovid. Triſt. 1, 9, 34. Flaccus 4, 661 *Hinc iter ad Ponti cæpit errantesque per altum Cyaneas, furor bis medio concurrere Ponto.*

CYĀTHVS, *i,* m. κύαθος, ein becher. Auſon. Monoſyl. c. de Hiſtoriis: *Stat lovis ad cyathos, genuit quem Dardanius Tros,* er wartet auf, ſchencket ein. Plaut. Pœn. 1, 2, 62 *Nebula cyatho non emam:* pro re levisſima. ¶ 2. Eſt & menturæ nomen *cyathus,* duodecima nim. pars ſextarii, adhibetur de potu, ubi noſtri ein glaß, ein trunck. Sextarius enim duodecim cyathos continet. Martial. 1 epigr. 72 *Nœvia ſex cyathis &c.* vide in *Bibe,* ubi interpretamur formulam, *bibere nomen,* & add. Scriver. ad Mart. 8, 51. it. hiſt. Academiæ Gallicæ elegantior. literar. tom. 1 p. 166.

¶ Cyathiſcus, *i,* m. κυαθίσκος, pars ſpecilli concava, cochlearis inſtar. Cæl. Aurel. Tard. 5, 2, 33 vindicat Reineſius Var. Lect. 3, 16 p. 673.

¶ Cyathiſſo, *are,* apud Plautum eſt Men. 2, 2, 29, pro, cyathis admetiri, einſchencken.

¶ Sesquicyathus, *i,* m. Celſus 6, 7 & 18.

CYBEA, *æ,* f. navis oneraria appellatio eſt, apud Cic. Verr. 5, 17 *Navem vero Cybeam maximam, triremi inſtar &c.* Eam quadratam fuiſſe, & a κύβος dictam, ſuſpicantur, ein laſtſchiff.

CYBĒBE, *es,* f. κυβήβη eadem, quæ Cybele. Ita autem ſcribi volunt viri docti, quoties poëtæ penultimam in nomine hujus deæ producunt. v. quos laudat Drakenb. ad Sil. 17, 8, impr. Brouckh. ad Prop. 3, 15, 35, qui & alias ita ſemper.

CYBĒLE, *es,* vel *i,* f. κυβέλη, mater magna, mater Deûm, quæ & *Rhea,* & *Ops,* & *Terra,* & *Veſta,* & *Berecynthia,* & *Pales,* & *Bellona,* & *Iſis,* & *dea Syria* dicitur. De ſeminis ejus ſacerdotibus, vide omnino Apulejum lib. 8 Miles. circa fin. Martial. 1 epigr. 71 *Et Cybeles picto ſtat corybante tholus.* Sed Propert. 3, 17, 35 *Vertice turrigero juxta Dea magna Cybelle,* per diplaſiaſmum. Verum repete, quæ diximus in *Cybebe.* Ejus pompam, & ſymbola deſcribit explicatius Lucret. 2, 598 & plurimis ſeqq. Conf. Lactant. 1, 17, Auguſtin de C. D. 6, 7, 16. Add. Seld de Dis Syris 2, 2. Pignor. imit. Magnæ Deûm matris & Atthidis, Lucia. De Dea Syria &c.

¶ Cybeleïus, *a, um,* adject. Ovid. Met. 10, 104 *Cybeleius Attis.*

CYBYRA, *æ,* f. urbs Lycaoniæ. v. *Cibyra.* Hinc

¶ Cybirāticus, *a, um,* adject. ut, *Cybiratica negotia,* Horat. 1 ep. 6, 33. *Cybiratici canes,* Cic. Verr. 4, 22. *Pantheræ,* Cic. Att. 5, 21 p. 548 Græv.

CYBISTRA, *æ,* f. urbs Cappadociæ. v. Cic. Att. 8, 18 pr.

CYBIVM, *i,* n. κύβιον, Feſto eſt, *cujus medium æque patet in omnes partes,* quod genus a geometris κύβος *cubus* dicitur. ¶ 2. *Cybium* piſcis genus Plinio 32, 11, Varroni de L. L. 4, 12, & Feſto, qui ita dictum ait, quod *piſcantes id genus piſcium velut aleam ludant.* Forſan a forma quadrata aut cubica nomen habet. Salmaſ. in Solin. p. 792 non piſcem, ſed fruſtum ſaltamenti quadratum eſſe contendit; ſed utrumque eſſe poteſt, & alterum a Plinio, Varrone, & Feſto jam approbatum eſt. Suffragatur his Oppianus, cui 1 Halieut. v. 183 κυβιὰς dicitur. Adde Harduini Emendat. in Plin. 32 num. 29.

¶ Cybĭcus, *a, um,* cubicus, quadratus, würflicht; ut, *Cybica ſolidita,* Mart. Capella lib. 2 p. 25.

¶ Cybi rius, *i,* m. qui cybia vendit. Arnob. lib. 2 p. 70 *Cybiarios, ſaltmatores, bolonas* conjungit. Vide Salmaſ. in Solin. p. 174 ed. nov.

¶ Cybioſactes, *is,* m. κυβιοσάκτης, Straboni lib. 17 τῶν τὰ ταρίχη τὰ κύβια, cognomen unius e regibus Alexandriæ tarpariſmarum fordium, quo & Alexandrini Veſpaſianum vocarunt, ein trodler, heringskrämer, Suet. Veſp. c. 19.

CYCA, *æ,* f. palmæ genus, Plin. 13, 4. Harduino *Coica.*

CYCEON, *ōnis,* m. κυκεών, genus potionis ex multis liquoribus confectum. Arnob. 5 p. 175 *Ebibi cyceonem.* Inter nugas ſacrorum Eleuſiniorum. Id. ex Orphicis, *Perducit totum Cyceonis læta liquorem.*

CYCHRĂMUS, *i*, m. avis, quæ coturnicibus trans mare tedeuntibus comitarum præstat, Plin. 10, 23.

CYCLĂDES, *um*, f. pl. Κυκλάδες, insulæ in mari mediterraneo circa Delon, clarissimam earum, sitæ, sic dictæ, quod circulari figura sitæ appareant; post quas *Sporades* sunt passim & sine ordine sitæ, unde & nomen acceperunt. Ovid. Metam. 2, 264 *Exsurgunt montes & sparsas Cycladas augent.* Virg. Æn. 8, 692 Cleopatræ naves insulatæ magnitudinis his insulis comparat. ¶ 2. Dicitur etiam *Cyclas* singulariter, de una illarum insuiarum. Vitruv. 7, 7 *Ejus vis metalli insulæ Cycladi Melo dicitur esse.*

¶ Cyclas, *ădis*, f. vestis muliebris circularis figuræ, quam tenuissimem & sic pellucidam, eoque parum honestam, Torrent. ad Suet. Calig. c. 52 interpretatur. Male. Omnino enim matronarum & virginum vestis fuit seu tunica, eaque satis honesta per se, forte hodie ita dicas einen reifen-rock. Ambrosius Sermone 90 de pallione S. Agnetis p. 394 *Vident in medio nuptiis silentio exercitum virginum, quæ omnes auro textis cycladibus indutæ cum ingenti lumine præteribant.* Ex eo sic appellata, quod limbum aureum aut purpureum ad oram extremam haberet adfutum. *Limbum* enim Græci κύκλον appellarunt. Imo & κυκλάδα, si Glossatori veteri fides; apud quem legimus κυκλὰς ἡ περὶ τὰν χλαῖναν πορφυρᾶ κύκλω, *Limbus.* Propert. 4, 7, 40 *Aurata cyclade verrit humum.* v. Iuvenal. 6, 268. Salmas. ad Vopisci in Saturnino verba: *Cyclade uxoria amictus:* & Savarenem ad Sidonium 1 ep. 5, cujus est *cyclas pronoba.* Penultimam hujus vocis produxisse videtur Venantius l. c. in *Cateno.*

¶ Cycladātus, *a*, *um*, cycladem indutus. Suet. Cal. c. 52 *Sæpe depictes gemmatasque indutus penulas, manuleatus & armillatus in publicum processit, aliquando fericatus, & cycladatus.*

CYCLĂMĪNUS, *i*. m. Κυκλάμινος, herba dicta vulgari nomine *Rapum terræ*, schwein-brodt, erd-äpffel. Matthiol. Theocrit. Eidyll. 5, 123 Ἐνδὼν τὰν κυκλάμινον ὄρυσσέ νυν ἐς τὸν ἅλεντα. *Hinc ablens flavio infodias Cyclaminon Halenti.* Vide Chil. Erasmi; & Plin. 21, 9; 25, 9; 26, 8; & 29, 3; Apul. de Herb. c. 17. Dioscor. 2, 153 & 154.

Cyclas, cyclicus & cyclopædia, vide *Cycladesi, Cyclus.*

CYCLOPS, *ōpis*, m. Κύκλωψ, a circulari dicitur oculo, quem ingentem & unum in fronte Cyclopibus poëtæ affinguunt, quemadmodum ex fabula de Ulysse & Polyphemo apud Homerum liquet. Hinc *Cyclopi excæcato similem Macedonum exercitum*, Alexandro mortuo, Demades dixit, quemadmodum Plutarchus indicat. Apud Horatium 1 sat. 5, 63 Messius Scurra Sarmentum ejusdem furfuris hominem *Pastorem saltaret uti Cyclopa rogabat, Nil ibi larva, aut tragicis opus esse cothurnis.* Nimirum insignem ei deformitatem ita objiciebat. Sed saltari, i. e. gesticulationibus exprimi etiam solitum Cyclopa ostendit Pollio in Gallienis c. 8, ubi *Cyclopea*, inquit, *etiam luserunt omnes apenarii, ita ut miranda quædam & stupenda monstraverint omnes apenarii, ita ut miranda quædam & stupenda monstraverint.* Add. idem Pollio Carin. c. 19 extr. utrumque locum jam vidit P. Crinitus de hon. disc. 17, 3. ¶ 2. *Cyclopas* impios, barbaricos & truculentos dicimus, wilde menschen. Tales enim esse Polyphemus affirmat, Odyss. 9, 275 Οὐ γὰρ κυκλωπες Διὸς ἀιγιόχε ἀλέγουσιν. *At non Cyclopes numen cœleste verentur.* Conf. Ovid. Met. 5, 93; 13, 780; & 14, 249. Cic. Divin. 2, 19.

¶ Cyclōpeus, vel Cyclopius, *a*, *um*, adject. Virg. Æn. 1, 205 *Cyclopea saxa.* Claudian. Rapt. 1, 95 *An forte jacentes Ignavosque patas, quod non Cyclopia tela Stringimus, &c.* Ie. in Eutrop. 2, 377 *Cyclopia fames*, unersättlicher hunger. *Cyclopea saltare* modo habumus ex Pollione. Et Sil. 14, 33 *Cyclopia regna.* Nostrates *Cyclopicam vitam* vocant, quæ est vehementer effera, ac barbara, quæ neque legibus neque disciplina civili constat, neque religione numinis gubernatur, qualem poëtæ describunt sub persona Polyphemi.

CYCLUS, *i*, m. Κύκλος, circulus, orbis, ein circkel, uti explicat Cic. de N. D. 2, 18. conf. Mart. Capella lib. 8 p. 277. ¶ 2. De *Cyclo epico*, i. e. corpore quodam epicorum poëtarum, unde posteriores materiem sumebant carminibus, vid. C. G. Schwarzius peculiari diss. 1714 Altdorfi habita.

¶ Cyclicus, *a*, *um*, κυκλικὸς, circularis, orbicus, rund. Sed quis *Cyclicus scriptor*, apud Horat. de Arte v. 136, quique generatim *Poëtæ Cyclici* fuerint, v. ap. Casaub. Animadv. ad Athenæum 7, 3, & Danielem Heinsium notis in Horat. 1 od. 7, 7 & quem modo in *Cyclus* n. 2 laudavimus, Schwarzium.

¶ Cyclōtes, *æ*, m. κυκλωτὴς, machina tractoria rotunda, Vitruv. 10, 8.

¶ Cyclopædia, *æ*, f. κυκλοπαιδεία, omnium scientiarum circulus, pro *Encyclopædia* scribitur a quibusdam. Verum improbatur Vossio de Vit. L. L. 3, 7 p. 421.

¶ Encyclios, ἐγκύκλιος, circularis, ὀγκύκλιος παιδεία, orbis disciplinarum, sive, ut Vitruvius vocat præf. l. 6 *Encyclios doctrinarum omnium disciplina*; quæ & *Encyclopædia*, ἐγκυκλοπαιδεία, dicitur. Quintil. 1, 10 *Orbis illæ doctrinæ, quam Græci ἐγκυκλοπαιδείαν vocant.* Quædam disciplinarum series, quæ ostendit inter omnes artes esse conjunctionem quamdam, & communionem. Vid. Schott. Observ. poët. 2, 1. Lipsii Manuduct. ad Philosoph. Stoicam 1 Dissert. 1 & 2 p. 1, & Ioh. Wower. Polym. c. 3 & 24.

¶ Encyclopædia, *æ*, f. jam modo ex Quintiliano *orbis doctrinæ* versa fuit in *Encyclios.*

¶ Epicyclus, *i*, m. ἐπίκυκλος, parvus circulus. Mart. Capella lib. 8 p. 297.

¶ Hēmĭcyclus, *i*, m. Semicirculus, ein halber circkel, ἡμίκυκλος. ¶ 2. Ap. Cic. de Amicit. c. 1 significare videtur sedem dimidii circuli vel figuratis formam habentem, ein rundes gestühle, sessel oder erker. *Cum sæpe multa, tum memini domi in hemicyclo sedentem, ut solebat, in eum sermonem incidere, qui tum fere multis erat in ore.* v. *Sigma* & *Hemicyclion* n. 2.

¶ Hemicyclion, *i*, n. idem. Vitruv. 9. 8 *Describantur hemicyclia duo:* & mox: *Ab extreme hemicyclie.* ¶ 2. *Hemicyclia* dicebantur mensæ semicirculares aut etiam sedes semirotundæ plurium sellarum capaces, in quibus solebant sedere confabulantes, inprimis seniores, unde Plutarchus in Nicia, νέος ἐν παλαίστρᾳ, καὶ γέροντας ἐν ἐργαστηρίοις καὶ ἡμικυκλίοις συγκαθεζομένους. Hinc quod Sidon. Apollin. ep. 2 modo vocavit in cella caldaria *Solii hemicyclium*, paullo post dicit *solii sigma* propter figuram hujus literæ, quæ tum sic scribebatur C, quum ob rem mensa quoque semirotunda, ad quam accumbentes epulabantur, *sigma* dicta est, ut nemo humanior ignorat, & cujus figura in multis antiquitatis monumentis conspicitur. Etiam de aliis rebus, quæ forma erant semicirculari, dicitur. Plin. 5 ep. 6, cum *rectum hippodromi limitem in extrema parte hemicyclio frangi* scribit, vult eum definere in formam semirotundam.

CYCNUS, *i*, m. dux Ligurum. Virg. Æn. 10, 185 *Non ego te Ligurum ductor fortissime, bello Transierim, Cycne, &c.* Alii vero *Cinyra* heic legunt. ¶ 2. Fuerunt & alii hoc nomine; ut Hieres filius: item alius Neptuno natus, qui hoc a patre acceperat, ut nullo ferro vulnerari posset. De illo Ovid. 7 Met. fab. 13 pr. De isto idem lib. 12 ejusdem operis fab. 2 & seqq. Vterque in sui nominis avem mutatus fingitur. ¶ 3. De ave vide paullo post *Cygnus.*

¶ Cycneus, *a*, *um*, epitheton montis in agro Brixiano ap. Catull. 68, 32 *Brixia Cycneæ supposita speculæ* ex emendatione If. Vossii p. 276.

CYDA, *æ*, m. vir Cretensis perditissimus, ab Antonio Romæ inter judices relatus. v. Cic. Phil. 5; & 8, 9.

CYDĂRUM, *i*, n. genus navigii, Gell. 16, 25.

CYDIAS, *æ*, m. pictor est. Plin. 35, 11 *Pinxit Argonautas, quam tabulam* CXLIV HS *Hortensius Orator mercatus est, eique ædem in Tusculano suo fecit.*

CYDIPPE, *es*, f. virgo ab Acontio adamata. v. Ovid. Heroid. 20 & 21. Virg. Georg. 4, 339. Ovid. Rem. Am. v. 382 *Cydippe non est uxis, Homere, tui.*

CYDNUS, *i*, m. Ciliciæ fluvius, non spatio aquarum, sed liquore memorabilis: incorruptus quippe & frigidissimus. vide Curt. 3, 6. Ejus aquas salubres podagricis, inersis in iis eruribus, Vitruvius prodidit 8, 3. v. Brouckh. ad Tib. 1, 8, 13.

CYDON, *ōnis*, m. oppidum Cretæ, vel potius *Cydonia*, *æ*, ut vult Salmasius ad Flor. 3, 7, 4, qui *matrem urbium* vocat, Græcorum more. Sane *Cydoniam* Plutarchus Pompejo, Dio Cassius lib. 36, & Strabo appellant, κυδωνίαν, Herodot. 3, 44. Quocirca & apud Solinum c. 16 pro *Cydona*, *Cydoniam* rescribendum fortassean est. ¶ 2. *Cydon* alias & viri nomen est Virgilio Æn. 10, 325. ¶ 3. Et Statuarii Plin. 34, 8. ¶ 4. *Cydon* Corinthius adeo insignis fuit hospitalitate, ut etiam proverbio locum fecerit: *Semper aliquis in Cydonis domo.* Suid. Zenodot. & Aristoph. Interpres.

¶ Cydŏnes, *um*, m. populi, apud Lucanum 7, 229.

¶ Cydŏnēus, *a*, *um*, gentile. Sil. 10, 261 *Ecce Cydonea violatus arundine.* Stat. 7 Theb. 339 *Cydoneos anteibunt gæsa sagittas.* Nam Cretas jaculandi arte præstabant. conf. Ovid. Met. 8, 22.

¶ Cydŏnius, *a*, *um*, idem ac Cretensis. Virg. ecl. 10, 59 *Partho torquens Cydonia cornu Spicula.* ¶ 2. A quo etiam *mala Cydonia* sunt, alias *cotonea*, quitten. Plin. 15, 11 pr. *Mala, quæ vocamus cotonea, & Græci cydonea, ex Creta insula advecta.* conf. Colum. 5, 10. Ovid. de Arte 3, 705. Et Serenus Samon. c. 25 *Aut quæ poma Cydon Cretæis mittit ab oris.*

¶ Cydonītes, *æ*, m. quitten-safft, quitten-brodt, Pallad. 11, 20. Sic *Vites Cydonitæ*, Colum. 3, 2.

¶ Cydonēum, *i*, n. subst. potio ex pomis cotoneis, quitten-wein, Vlpian. l. 9 ff. de trit. vin. ol.

¶ Cydōnŏmeli, κυδωνόμελι, vinum etiam ex cydoniis & melle confectum, Dioscor. 5, 20.

¶ Diacydonium, διακυδώνιον, quitten-lattwerge.

CYGNUS, *i*, m. κύκνος, cycnus, olor, ein schwan. Sæviunt Cygni in suam speciem, ipsique se inter se devorant, morituri suaviter canunt, quod ita tamen sine experimento certo aliquo de iis proditur. Quin jam Plin. 10, 23 f. 32 falsum id arbitratur. Poëtis tamen placuit fabula. Martial. 13 epigr. 77 *Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator Cygnus funeris ipse sui.* Ovid. Met. 14, 430 *Carmina jam moriens canit exsequialia cygnus.* Cic. Tusc. 1, 30 *Vt Cygni prævidentes, quid in morte boni sit, cum cantu & voluptate moriuntur: sic omnibus & bonis & doctis est faciendum.* Horat. 4 od. 3, 19 *O mutis quoque piscibus Donatura cygni, si libeat sonum.* Nec alia causa, quam ob cantus, quem nemo audit, suavitatem, & quod divini aliquid habere crederentur, Apollini sacri fuere cygni, ut Plato in Phædone, & ex eo Cicero refert Tusc. 1, 30. vid. Thomasii de cantu cygnorum dissertat. & Voet. part. 1 Disp. Theolog. p. 725, est & peculiaris Thom. Bartholini de Cygno disputatio. ¶ 2. *Cygnos* pro poëtis, Maro ecl. 9, 29, dixit, & Horat. 4 od. 2, 25 Pindarum vocat *Dircæum cygnum.* vid. Voss. 4 Instit. Orat. p. 107. ¶ 3. Antiquiores κατ' ἀντίφρασιν etiam Æthiopes *Cygnos* vocabant. Vnde Iuvenal. 8, 32 *Nanum cujusdam Atlanta vocamus: Æthiopem cygnum.* Veneti hodie similiter eos *blanco* nuncupant. Idem Voss. ibid. p. 251.

¶ Cygnēus, *a*, *um*, κύκνειος, vom schwan. Cic. de Orat. 3, 2 *Illa tanquam Cygnea fuit divini hominis vox & oratio*, h. e. ultima. Sed & *Cygnea* dicitur *cantio*, quicquid vel in eloquentia, vel doctrina alicujus senis fedatum, suave & elaboratum esse videtur. Vid. *Olor.* Erasmi Prov. ¶ 2. Cygneam vel *Cygneum*, vocant hodie urbem in Misnicorum Variscorumque confinio, Zwickau, quæ nomen accepisse putatur a *Cygno* Herculis filio. Habetur in vetusto admodum epitaphio Schuenhildis Cygni filiæ inter multa ad Cygneos oracula & illud, *Cygneorum meorum candorem soliciti servate.*

¶ Cygneius, *a*, *um*, aliud adject. ut, *Cygneia tempe*, ubi Phyllius in cygnum conversus, Ovid. Met. 7, 371.

Cylibathum, vide *Cilibantum.*

CYLINDRUS, *i*, m. κύλινδρος, lapis, seu columna teres, rotatu facilis, qua vel areæ, vel agri complanantur, eine walze, walstein. Apul. de Mundo: *Si quis sphæram, & quadratum, & cylindrum, & alias figuras per proclive simul jactat, deferentur quidem omnia, sed non eodem genere movebuntur.* Vius & Virg. Georg. 1, 178 *Area tum primum ingenti est æquanda cylindro.* Ciceroni sæpius est res aliqua volubilis; ut de fato c. 19 *Qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit; &c.* Extat eadem vox & in Pythagoræ carminibus: οἱ δὲ κυλίνδροις Κύλοθ' ἵπ' ἄλλα φέρονται, i. e. *Homines quasi per cylindros ex aliis in alia mala feruntur.* ¶ 2. *Cylindros* dixit etiam Plin. 37, 6 & 8 gemmas teres & oblongas. Et Iuvenal. 2, 61 *Tu nube atque tace, donant arcana cylindros.*

¶ Cylin-

¶ Cylindrāceus, *a, um*, walzicht: ut, *Siliquæ cylindraceæ*, h. e. quæ cylindri referunt formam, Plin. 18, 12.

¶ Hemicylindrus, *i*, m. ἡμικύλινδρος, dimidiatus cylindrus, Vitruv. 9, 3. v. Baldi Lex. p. 56.

CYLLĂRVS, *i*, m. equus Pollucis. Virg. Georg. 3, 89 *Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus.* Meminit & Claud. 4 Conf. Honorii v. 557, ubi Barth. vide.

CYLLĒNE, *es*, f. mons Arcadiæ, in quo Maja a Iove compressa peperit Mercurium. Virg. Æn. 8, 138 *Vobis Mercurius pater est, quem candida Maja Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.*

¶ Cyllēnius, *i*, m. Mercurius dictus; cujus nominis plures rationes adducit Festus. Lucan. 1, 663 *Mutuque celer Cyllenius hæret.* Conf. Ovid. Met. 13, 146. Idem Mercurius & adjective *Cyllenia proles* dictus est Virg. Æn. 4, 258. Sed Ovid. A. A. 3, 72, *Cyllenia proles* vocatur *Cephalus*, filius ipse secundum quosdam Mercurii, Hygin. f. 241 add. Burm. ad Ovid. Met. 7, 673.

¶ Cyllēnēus, *a, um*, adject. Horatio epod. 13, 9 *Fides Cyllenea* est Lyra. Hanc enim Mercurius invenit.

¶ Cyllēnis, *idis*, f. i. e. Mercurialis Silio 16, 500 *Credas Cyllenida plantam Æthereo nexis cursu talaribus ire*, i. e. pedes Mercurii.

CYLLO, *ōnis*, m. idem esse videtur, quod mutilus & debilis, cum enim κυλλὸν Græci dicunt. Alii cyllonem dicunt esse, qui crassa habet genitalia. Usus eo Cicero est in Sallust. c. 6 *Quicquid impudicorum cyllonum fuit, &c.* Legunt alii *Cylonum.*

CȳMA, *æ*, f. & Cyma, *ătis*, n. Isidorus *Cima* scripsit 17, 6 & 10. Est cauliculus brassicæ tenerior & delicatior, ein junger sprosse am kohl, ein kämmlein, seu brassicæ summitas, sic enim a Columella 7, 12 proprie usurpatur. Græci κυμαε *partum* dicunt. Plin. 19, 8 *Cymas a prima sectione præstat proximo vere transferri.* Colum. 12, 129 *Fribus caules & veri cymata mittit.*

¶ Cymătilis, vide *Cumatilis*, & Beroald. ad Apul. P. 2 p. 44.

¶ Cymōsus, *a, um*; ut, Colum. 10, 137 *Quæ duri præbent cymosa stirpe Sabelli*, die da käumet.

¶ Cymatium, *i*, n. κυμάτιον, undula, sive parvum membrum ornatus causa additum in architectura. Usus est Vitruvius sæpe, v. gr. 3, 3 *Projectura cymatii &c.* Inspice Lex. Vitruvianum p. 34.

CYMBA, *æ*, f. κύμβη, navicula, ein kahn. Cic. de Off. 3, 14 *Cymbarum ante oculos multitudo.* Ovid. Trist. v. 329 *Non ideo pelago debet se credere, si qua Audeat exiguo ludere cymba lacu. Alterum pedem in cymba Charontis habere*, mit einem fuß im grabe stehen. vid. supra *Charon.* Propert. 3 eleg. 3, 22 *Non est ingenii cymba gravanda tui.*

¶ Cymbula, *æ*, f. dimin. Plin. 8 epist. 20.

CYMBĂLVM, *i*, n. κύμβαλον, eine cymbel. Cic. in Pison. c. 9 *Neque collega tui cymbala ac crotala fugi.* Mollibus fere ac effœminatis tribuunt auctores *Cymbala.* v. Quintil. 11, 3 p. 1010 Burm. Est etiam de cymbalorum forma usuque digressio Gonf. de Salas ad Petron. c. 22 p. 92 sq. De forma colligi etiam aliquid potest, quod poculi vicem præstant Nemesia. ecl. 3, 51. ¶ 2. *Cymbalum mundi* dictus fuit a Tiberio Cæsare Apion Grammaticus, Plinio auctore in præfat. Histor. Mundi. v. Chiliadas.

¶ Cymbălista, *æ*, m. qui sonat cymbalo. Apul. de Deo Socr. p. 49.

¶ Cymbalistria, *æ*, f. Petron. c. 22 *Intrans cymbalistria & concrepans æra, omnes excitavit.*

¶ Cymbalisso, *are*, ludere cymbalo, apud Nonium 2, 169.

¶ Cymbalicus, *a, um*, adject. ut, *Cymbalicæ voces*, apud Fortunatum Venantium 2 Carm. 10.

¶ Cymbalāris, *e*, idem. Sic herbam *Cotyledonem* aliqui *cymbalarem* appellant, Apul. de Herb. c. 43, nabelkraut.

¶ Cymbalium, *i*, n. κυμβάλιον, eadem herba, Dioscor. 4, 88.

¶ Cymbalītis, *ĭdis*, f. eadem. Marc. Empir. c. 14.

CYMBIVM, *i*, n. κύμβιον, alveus seu vas cymbæ similitudinem referens, Virg. Æn. 3, 66 *Inferimus tepido spumantia cymbia lacte.* Conf. Dempsteri Paralip. ad Rosin. 5, 30 p. 539. ¶ 2. *Cymbium*, est genus navis paulo longioris, Macrob. Sat. 5, 2 *Quod* (sc. cymbium) *& apud Græcos & apud nos ab illis trahentes navigii genus est.* ¶ 3. Est poculi genus Virgilio Æn. 5, 267. Macrobius c. l. *Hæc cymbia pocula procera & navibus similia.* Lege 32 § 1 ff. de aur. arg. &c. *Cymbia argentea, cruslis aureis illigata.* Apul. lib. 11 p. 161 *Aureum cymbium.*

CȳME, *es*, f. Cuma, Græcorum forma. Sil. 13, 494 *Cymes anus*, i. e. Sibylla Cumana.

¶ Cymæus, *a, um*, adject. Cumanus. Ibidem v. 498. Val. Flacc. 1, 5. v. Heinf.

CYMINDIS, *is*, κύμινδις, accipitris genus, noctu tantum volans. Plin. 10, 8.

CYMĪNVM, *i*, n. idem quod *Cuminum*, kümmel. Hinc

¶ Cyminatus, *a, um*, cymino infectus, mit kümmel gemischt; ut, *Cyminatus sal*, Pallad. 12, 22.

¶ Cyminīnus, *a, um*, aus kümmel bereitet; ut, *oleum Cyminininum*, kümmel-öl. Apul. de Herb. c. 74 n. 2.

¶ Cyminālis, *is*, f. herba Gentiana, enzian, Apul. de Herb. c. 16. Cyminus, vide supra *Ciminus.*

CȳMŌDŌCE, *es*, vel Cymodocēa, *æ*, f. nympha marina, Nerei & Doridis filia, Stat. 2 Silv. 2, 20; Virg. Georg. 4, 338; & Æn. 5, 826; & 10, 225.

Cymolus, vide *Cimolus*, Cymosus, *Cyma.*

CȳMOTHŌE, *es*, f. uxor Neptuni cursus fluctuum, ἀπὸ τῦ θέειν γρὶ κύμα. Servius. Virg. Æn. 1, 144 *Cymothoe simul & Triton adnixus acuto Detrudunt naves scopulo.*

CYNA, *æ*, f. κύνα, arbor Arabica, vestium materiam de se præbens folio palmæ simili, Plinio est 12, 11. ¶ 2. Item, pileus Lacedæmoniorum Straboni lib. 6.

Cynædus, vide supra *Cinædus.*

CYNÆGĪRVS, *i*, m. Athenienſis, in bello Persico magna pertinacia hostes confectatus est. Nam & navem onustam dextra manu tenuit, eaque amputata, sinistram injecit, quam & ipsam cum amisisset, navem mordicus arripuit: moriuque retinuit furenti similis. Herodot. 6, 114. Iustin. 2, 9, 16. Suet. Cæs. c. 68.

CYNĂMOLGVS, *i*, m. avis Arabica, Plin. 10, 33. Rectius *Cinnamologus*, de quo supra in *Cinnamum.*

CYNANCHE, *es*, f. κυνάγχη, der rang, morbus est faucium, si dictus a canibus, quos infestat, ἀπὸ τῦ κυνὸς & ἄγχω, *suffoco*, idem quod angina.

¶ Paracynanche, *es*, f. παρακυνάγχη, tumor & rubor in faucibus, Cels. 4, 4 al. 7.

CYNAPES, *is*, m. flumen cadens in Euxinum, Ovid. Pont. 4, 10, 49.

CYNĂRA, *æ*, f. κυνάρα & κύναρος. Cynirus, *i*, m. carduus est sativus, cujus vetustissimi quique Græci tum Poëtæ, tum Oratores meminerunt, artischock. Describitur eleganter a Columella in Horto v. 235 *Hispida pomatur cynara, quæ dulcis Iacchi Potanti veniat, nec Phœbo grata canenti, Hæc modo purpureo surgit glomerata corymbo: &c.* ¶ 2. Didymus, Sophoclis interpres, κυναρέαν κυνὸς βρτον exponit, *Cynobatum*, butten oder hanbutten auf den hagedornen. Vide & supra *Cinara.*

¶ Cynāris, *is*, f. herba eadem, quæ *Cynara*, quam cervi contra noxia edunt gramina, Solin. c. 31.

CYNASŌNES, *um*, *acus sunt, quibus mulieres caput ornant*, haarnadeln. Fest.

CYNĔAS, *æ*, m. κύνεας, Thessalus, Pyrrhi regis legatus, qui facundia sua plures Pyrrho civitates subegit, quam armis ipse expugnavit: Demosthenis enim auditor fuerat. v. Plutarch. in Pyrrho. Celebratur & singulari memoria Ciceroni Tusc. 1, 24. Plin. 7, 24; & 14, 1. Plutarcho non κυνέας, sed κινέας scribitur.

CYNĔGĔTICA, *orum*, κυνηγετικά, volumina de venatione, bücher von der jagerey. Cujusmodi apud Græcos scripsit Xenophon utreque prosa oratione; versu Oppianus; apud Latinos Gratius, & Olympius Nemesianus carmine hexametro.

CYNIA, *æ*, f. herba eadem, quæ nox *Cynocrambe.*

CYNICVS, *a, um*, hündisch; ut, *Cynica gens*, Plaut. Pers. 1, 43. *Cynica cœna*, pro vili Petron. c. 13. ¶ 2. *Cynici* Philosophi erant, quorum principes habebantur Antisthenes & Diogenes, ne dicti vel a mordaci infectatione & castigatione vitiorum, vel a rabiosa obscenitate & licentia sermonis, vel a Gymnasio, cui Cynosarges nomen. Cic. Off. 1, 42 *Cynicorum ratio tota rejicienda est.* Diogenem, *Cynicum nudum*, appellat Iuvenal. 14, 309. Idem 12, 121 *Et qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata legit A Cynicis tunica distantia.* Vbi Scholiast. inedit. *Cynici & Stoici iidem erant, excepto, quod Cynici nudi philosophabantur, unde & Gymnosophistæ vocati: Stoici vero vestiti, unde ait, a Cynicis tunica distantia. Cynici autem a parcitate vitæ dicti sunt.* Cur Vespasianus Demetrium Cynicum *canem* appellarit, ex Suet. c. 13 vide supra in *Canis* n. 4. Adde Voss de Sect. Philos. c. 18.

¶ Cynice, *es*, f. secta Cynicorum, Auson. epigr. 27.

¶ Cynice; adverb. ut, *cynice accipi*, Plaut. Stich. 5, 4, 22.

CYNIPS, *ĭphis*, κυνίψ, musca minutissima, eine hundsmücke. Cyniphes Augustinus de Trinit. 3, inter plagas Ægyptiacas numerat, & *muscolas brevissimas* interpretatur. LXX interpretes Exodi 8, 17 σκνῖπες; vel σκνίπες legunt: Vulgatus, *Sciniphes*: Oros. 1, 10 *cinipbes*, forte *cymiphes*, quia mox *muscas caninas* memorat, licet distinguere ab illis videatur, vide supra *Cinipes* & infra *Sciniphes.* ¶ 2. *Cynips* vel *Cinyps* etiam Africæ fluvius prope Garamantas. v. Claudian. 1 Stilic. v. 251. Hinc

¶ Cyniphius, vel rectius Cinyphius, *a, um*, idem ac Africanus; ut *Cyniphii hirci*, Virg. Georg. 3, 312. *Cinyphia setis arista*, Ovid. Pont. 2, 7, 25. *Cinyphia sub syrte*, Sidon. carm. 2, 124. conf. Martial. 14 epigr. 140.

CYNŌCARDĂMON, *i*, n. pro *nasturcio*, kresse. Apul. de Herb. c. 20.

CYNŌCAVMA, *ătis*, n. κυνόκαυμα, *Chrysologo* Serm. 51 pr. calor a Sirio excitatus, die hundstagehitze. conf. Barth. ad Stat. 1 Silv. 2, 156.

CYNŌCĔPHĂLVS, *i*, m. κυνοκέφαλος, ein hundskopf. Plur. *Cynocephali* hominum produntur esse monstra, facie canina & latratu, apud Indos, Plin. 6, 30. Si quid veri subest, similarum genus esse videntur. ¶ 2. Anubis quoque Ægyptiorum Deus, quod caput caninum haberet, sic appellatus. Minuc. Fel. c. 21.

¶ Cynocephalion, *i*, n. herba est Plinio 30, 2; & Apul. de Herb. c. 87. ¶ 2. Dicitur & *Cynocephalea* & *Antirrhinum*, ἀντίρρινον, & a Galeno βυκράνιον *bucranium*, propterea, quod semen ejus vitulinum caput referat. Germani orant, vocant, & steckkraut, streichkraut. Matthiolus.

¶ Cynocephalæ, *arum*, f. pl. locus tumulosus in Thessalia, de quo Polyb. lib. 7. Liv. 33, 7. Florus 2, 7, 11, ubi Salmasius videri potest.

CYNOCHALE, *es*, f. alias *Polygonon*, weggras. Apul. de Herb. c. 18.

CYNOCHĂRON, *i*, n. eadem herba, quæ *Cynocrambe.*

CYNOCRAMBE, *es*, f. κυνοκράμβη, herba brassica canina, wild bintgelkraut, Matthiolus. Eadem dicitur *Cynia* & *Cynocharon.* v. Dioscor. 4, 184; & Apul. de Herb. c. 127.

CYNOCTŌNON, *i*, n. κυνεκτόνον, aconitum; quo sumpto canes necantur, Dioscor. 4, 76 & 79.

CYNODONTES, *um*, m. pl. κυνόδοντες, dentes canini acuminati, spitzzähne. v. Plin. 11, 37. ¶ 2. Portentosi homines, *quibus gemini procedunt dentes*, uti ex Solini c. 4 hausit Isidorus 12, 3. conf. Salmas. in Solin. p. 24.

CYNOGLOSSA, *æ*, f. vel cynoglossus, *i*, m. κυνόγλωσσος, herba lingua canina, hundszung; a foliis linguæ caninæ similitudinem habentibus. vid. Plin. 25, 8; Apul. de Herb. c. 1, 55; & 96; Dioscor. 4, 81.

¶ Cynoglossus, *i*, m. piscis, *solea.* Plin. 25, 8.

CYNOĪDES, *is*, f. κυνοειδής, alias psyllion, flöh-kraut. Plin. 25, 11.

CYNOMĀZON, *i*, n. κυνομάζον, carduus silvaricus sic dictus, quod in offa vel pulte datus canes necet; Apul. de Herb. c. 109.

CYNŌMŌRION, *i*, n. ita orobanchen a quibusdam dictam, Plin. scribit 22, 25, ervum necantem: vide *orobanche*; ervi angina, somerwurtz; sic enim Cordus

CYNOMYIA, *æ*, f. κυνομυῖα, musca canina, eine hundsfliege. ¶ 2. Et *Cynomyam* Plin. indicat, vocari a quibusdam *Psyllion* herbam, seu *pulicariam*, quod semen ejus pulicem referat, 25, 9, psillen-kraut.

CYNOPS, *ŏpis*, κύνωψ, herbæ genus spicatum, Plin. 21, 17.

CŸNŎPVS, *i*, m. κυνόπους, piſcis marinus, Plin. 32 c. ult.

CYNORRHŎDON, *i*, n. roſa canina, ſeu ſilveſtris Plin. 25, 2, wilde roſen. Hanc aliqui a *cynosbato* diſtinguunt, non flore roſeo, quem fert utrumque, ſed ſpongiolis, quas cynorrhodon habet, cynosbatos non habet: Geſnerus κυνορόδον. *Cynorrhodos flos*, Plin. 21, 5.

CYNOSARGES, *is*, f. Gymnaſium ſive Templum Athenis extra mœnia, Herculi ſacrum. Quo coire nothi ſolebant: quod neque Hercules juſtus Deus, ſed nothus ex genetrice mortali eſſet. Plutarchus Themiſtocle princ. Ibi docuit Ariſtippus ſectæ Cyrenaicæ princeps, ut Laërtius auctor eſt. conf. Athen. lib. 6, & Voſſ. 1 Inſtit. Orat. p. 65.

CYNOSBĂTON, *i*, n. rubus, hagdorn, haabutten, κυνόσβατον. Plin. 24, 14. Dioſc. 1, 108. Romanos *ſentem canis*, appellare ait Columella 11, 3. Alia frutex eſt.

¶ Cynosbatos, *i*, f. ſive Capparis, kapern, *quam Medici Cynosbaton appellaverunt*, dicente Plinio 24, 14. conf. 13, 23.

CYNOSDEXIA, *æ*, f. piſcis, Plin. 32, 11.

CYNOSORCHIS, *is*, f. planta, quæ *teſticulus* Dioſcoridi 3, 132 & 133 dicitur, Germanis knabenkraut. Græcis ὄρχις & κυνὸς ὄρχις, *teſticulus* & *teſticulus canis*. vid. Plin. 27, 8.

CYNOSPASTON, *i*, n. idem quod paulo ante *Cynosbatos*, Plin. 24, 14.

CYNOSPRASION, *i*, n. idem quod *Marrubium*, andorn. Apul. de Herb. c. 45

CYNOSSĒMA, *ătis*, n. ſepulcrum Hecubæ, quæ propter acerbitatem animi fingitur in canem eſſe converſa. vid. Plin. 4, 11; Solin. c. 15; & Taubm. in Plaut. Men. p. 732.

CŸNŎSŪRA, *æ*, f. κυνόσουρα, i. e. *canis cauda*, quam habet urſa minor, der kleine heerwagen, index poli; interdum ipſa *urſa minor*, nam major *Helice* dicitur: utraque ἄρκτος, *Vrſa*, der bär. Cic. ex Arato Nat. D. 2, 41 *Ex his altera apud Grajos Cynoſura vocatur*. Conf. Vitruv. 9, 6; Lucan. 3, 219; Manil. 1, 299. Stat. Theb. 4, 295.

¶ Cynosūris, *idis*, f. alia forma κυνοσουρὶς Græcæ. Ovid. 5 Triſt. 3, 7 *Stellis Cynoſuridos Vrſæ*.

¶ Cynosūrus, *a*, *um*, ovorum nomen, quæ & *hypenemia*, *Zephyria* item dicuntur, quæ excludi non poſſunt. Plin. 10, 60 *Ova fiunt irrita* (quæ c. 58 *urina* dixerat) *incubatione derelicta, quæ alii Cynoſura dixere*.

CYNOZŎLON, *i*, n. hoc nomine Plin. ait a quibusdam vocari *chamæleonem*, ſeu rectius *chamæleontem nigrum*, herbam, eberwurz. Vide *Chamæleon*, & Plin. 22, 15; Apul. de Herb. c. 109.

CYNTHVS, *i*, m. mons Deli. Virg. Æn. 4, 147 *Ipſe jugis Cynthi graditur*.

¶ Cynthius, *a*, *um*, adject. ut, *Apollo Cynthius*: *Diana Cynthia*, apud Poëtas: quod ibi nati. vid. Horat. 1 od. 21, 2: & 3 od. 28, 12.

¶ Cynthia, *æ*, f. puella, amore & carmine Propertii nobilis: cujus primus liber carminum hoc nomen habet. v. Broukh. vide *Corinna*.

CŸPĂRISSVS, *i*, f. κυπάρισσος, cypreß. vide *Cupreſſus*. Virg. Æn. 3, 680 *Coniferæ Cypariſſi*. conf. Georg. 2, 84. Dicta eſt *cypariſſus*, παρὰ τὸ κύειν παρίσης τὰς ἀκρεμονας, id eſt, *quod pariles fructus & ramos pariat*. ¶ 2. *Cypariſſos* herba verbenaca, eiſenkraut. Apul. de Herb. c. 3. ¶ 3. De *Cypariſſo*, formoſo puero, vid. Ovid. Met. 10, 121.

¶ Cyparissĭas, *æ*, m. tithymali ſpecies, eiula minor, wolfsmilch; κυπαρισσίας, quod folia emittat cupreſſi ſimilitudine; Dioſc. 3, 159; Plin. 26, 8.

¶ Cyparissĭa, *æ*, f. cometæ genus, Sen. Nat. qu. 1, 15. Et Feſtus: *Cypariſſæ* vel *Cypariſſiæ ignes prodigioſi*; ſive *faces quædam igneæ, quæ noctu apparere ſolent ad ſimilitudinem cupreſſi*.

¶ Cyparissĭnus, *a*, *um*, κυπαρίσσινος; ut, *Vinum cypariſſinum*, Dioſc. 5, 34.

¶ Cyparissĭfer, *a*, *um*, voll cypreſſen; ut, *Cypariſſifer Lycæus*, Sidon. Carm. 23, 417.

CŸPASSIS, *is*, f. ancilla Corinnæ, Ovid. Amor. 2, 8.

CŸPELLON, *i*, n. κύπελλον, poculum, ein becher. Pollux 6, 16. Et

¶ Amphicypellum, *i*, n. ἀμφικύπελλον, poculum utrinque anſatum, ein henckelbecher. v. Cæl. Rhod. 15, 6; & Alex. ab Alex. 3, 10.

CYPERIS, *idis*, f. *herba Indica*, *zingiberis effigie*, *commandacata croci vim reddit*, Plin. 21, 18; Apic. 7, 4.

CYPĒRVS, *i*, m. & Cypĕron, *i*, n. planta, κύπειρος, juncus odoratus, wilder galgan. *Cyperus Babylonius*, galgant. v. Plin. 21, 18. In genere neutro Petronius c. 127 *Emicuere roſæ violæque & molle cyperon*, &c. Itemque Varro R. R. 3, 16, & Colum. 12, 20.

¶ Pſeudocypĕrus, *i*, ocyſima frutex, Plin. 17, 13, & 34, 13.

CŸPHI, *is*, n. odoratum incenſum, κῦφι, eine räucherkertze. Dioſc. 1, 24.

CYPĪRVS, *i*, m. bulborum genus, gladiolus, ſchwertel. Plin. 21, 17 & 18.

CYPRIĀNVS, *i*, m. Cæcilius Cyprianus ante fui converſionem Rhetoricam docuit, factus deinde Epiſcopus Carthaginienſis, cujus vitam deſcripſit Pontius Diaconus. Conf. Lactant. div. Inſtit. 5, 1; & Prudent. Periſt. 7, 18.

CYPRĪNVS, *i*, m. piſcis, vulgo carpio, ein karp, Plin. 32, 11. *Cyprinus latus*, ein brachſem, oder braſſen. Geſner.

CYPROS, *i*, m. κύπρος, allium eſt ulpicum, ferngert. Hinc

¶ Cyprinum, *i*, n. oleum & unguentum; de quo copioſe Plinius 13, 1, & 23, 4. Conf. Iſidor. 4, 12. Refertur in ea, quæ calefaciunt, apud Celſum 2 c. ult.

CYPRVS, *i*, & CYPROS, Græca terminatione, f. inſula, Macaria dicta alio nomine ob fertilitatem, Cypern. Novem aliquando regnorum fuit ſedes. uti Plin. ſcripſit 5, 31. De ejus divitiis ac opibus Strabo lib. 14 ſub f. itemque Ammian. lib. 14. Eam ob rem Veneri ſacram fuiſſe, Florus tradit 3, 9, 2. Adde Lucan. 8, 461.

¶ Cypris, *idis*, f. Venus, *Diva potens Cypri*, ut Horatius deſcribit 1 od. 3, 1. vide C. Gall. v. 92; & Auſon. epigr. 56. Prudent. περιστεφ. 10, 230, & omnino Miſcell. Obſerv. Vol. 2 p. 212.

¶ Cyprius, *a*, *um*, adject. ut, *Venus Cypria*, apud poëtas, quia primum in Cypro templum ei conſtitutum, Feſtus. *Æs Cyprium*, Plin. 33, 5, ſeu *Cyprium* abſolute 36, 26, vulgo cuprum, kupffer; in Cypro inſula prius repertum. vid. Iſid. 16, 19. *Cypria hirundo*, Plin. 24, 11. *Cypriæ merces*, Horat. 3 od. 29, 60. *Bos Cyprius*, homo dicitur ſordidus & impurus, ein unflat; propterea, quod boves in Cypro humanis excrementis veſcerentur. ¶ 2. *Cypria*, poëma nobile fuit. v. Salm. ad Solin. p. 598 ſq.

¶ Cypricus, & Cypreus, *a*, *um*, idem; ut, *Laurus Cyprica*, Cato R. R. c. 8. *Bidentes Cyprei*, Pallad. Iul. t. 5.

¶ Cypriăcus, *a*, *um*, kupffern; ut, *Cypriaca pecunia*, kupffer-geld, Val. Max. 4, 1, 12.

CYPSĔLVS, *i*, m. quod nomen hirundinibus, quæ *Apodes* dicuntur, a quibusdam tribui, Plinius ſcribit 10, 39 κύψελοι dicti, quod in ciſtellis ex luto compactis ac conformatis nidificent, νεοττευουσιν ἐν κυψελίσιν ἐκ πηλοῦ, eine mauer-ſchwalbe. Vide *Apodes*. *Cypſelus non parit aquilam*, Proverb. apud Heldelinum, Eraſm. non meminit. ¶ 2. *Cypſelus* tyrannus Corinthius, Plin. 35, 3, & Cic. de Fat. c. 7, & Tuſc. 5, 37. Ejus colloquium cum 7 ſapientibus refert Diog. Laërt. lib. 1 in Thalete. Hinc

¶ Cypſelĭdes, *æ*, m. patronym. Virg. in Ciri v. 464 *Cypſelidæ magni florentia regna Corinthi*.

CYRĒNE, *es*, f. nympha, Penei fluvii filia, quam raptam Apollo tranſtuliſſe dicitur in eam Africæ partem, quæ ab ea *Cyrenaica* dicta eſt. vid. Virg. Georg. 4, 321 & 354, & Miſcell. Obſerv. Vol. 10 p. 389. Nam ¶ 2. Cyrene & Cyrenæ, *arum*, pl. urbs præcipua regionis ſeu provinciæ Cyrenaicæ, quæ & Pentapolitana eſt Africæ. Lucan. 9, 297 *Proximus in mauros & mœnia Cyrenarum*. Catull. 7, 3 *Quam magnus numerus Libyſſæ arenæ Laſerpitiferis jacet Cyrenis*: (ubi corripitur). Cæteroquin de quantitate primæ ſyllabæ v. Dausquej. ad Sil. 8, 57, & Drak. ad eund. 4, 778. it. Vulcan. & Spanh. ad Call. H. Apoll. v. 73. Nimirum ancipitem hanc ſyllabam poëtæ fecerunt.

¶ Cyrenenſis, *e*, gentile. Plautus Rud. 3, 2 pr. *Proh! Cyrenenſes populares*. Et Tac. Ann. 3, 70, 1 *Cyrenenſes*.

¶ Cyrenæus, *a*, *um*, idem. Cic. Acad. 4, 24 *Cyrenæi videntur mihi minime contempti Philoſophi*. conf. Propert. 4, 6, 4.

¶ Cyrenaicus, *a*, *um*, idem, ut, *Cyrenaica provincia*, Plin. 2, 45. ¶ 2. *Cyrenaici* dicti Philoſophi quidam ſunt, qui ſummum bonum in voluptate ſtatuebant, quod & Epicurei aſſerere fuerunt conati. Ejus ſectæ auctor & parens Ariſtippus fuit. Cic. de Orat. 3, 17, quo omnes Philoſophantium ſectas ortas a Socrate memorat. *Tum ab Ariſtippo, quem illæ magis voluptariæ diſputationes* (Socratis) *delectaverant, Cyrenaica Philoſophia manavit: quam illi & ejus poſteri ſimpliciter defenderant; ii, qui nunc voluptate omnia metiuntur*, &c. Quamvis autem & Epicurus, qui Ariſtippo poſterior fuit, & ipſe ſummum bonum voluptatem pronunciaverit, non ei tamen cum altero plane convenit. De quo Cic. Acad. 4, 42. Vide & Laërtium Ariſtippi vita.

¶ Cyrenaica, *æ*, f. abſolute pro regione ſeu provincia Cyrenaica, apud Plin. 10, 29, & Geographos alios: Regio ſcilicet Africæ inter Syrtes & Ægyptum, ab urbibus primariis etiam *Pentapolis* dicta.

CŸRILLVS, *i*, m. Alexandrinus fuit Epiſcopus, cujus extant ſcripta. Sed de hoc videndi ſcriptores ſunt Eccleſiaſtici. ¶ 2. Fuerunt & alii *Cyrilli* diverſarum religionum & profeſſionum, de quibus hiſtorias conſule Eccleſiæ.

CYRNEA, *æ*, f. ἡ κυρνία, vas vinarium, ein legel. Nonius 15, 29.

CYRNOS, *i*, f. Κύρνος, inſula eadem quæ *Corſica*, de qua vide ſupra. Plinio tamen 4, 12 diverſa eſt a *Corſica*. Hæc inſula navigantibus olim erat inacceſſa propter loci aſperitatem & propter prædonum ac piratarum circa illam frequentiam. Atque hinc vulgo proverbium increbuit: κυρνία γῆ, *Cyrnia tellus*, pro regione impervia & latrociniis infeſta. Eraſm. in Adag.

¶ Cyrnii, *orum*, m. pl. incolæ, Corſi, ſecundum Strab. lib. 5.

¶ Cyrnæus, *a*, *um*, adject. Virg. ecl. 9, 30 *Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos*.

Cyrrha, vide *Cirrha*.

CYRRHESTICA, pars Syriæ. v. Intt. ad Cic. Att. 5, 18 pr.

CYRSĪLVS, *i*, m. Κυρσίλος, Athenienſis, propterea, quod inhoneſta fuaſiſſet, lapidibus obrutus eſt, Cic. Off. 3, 11.

CŸRVS, *i*, m. Cambyſis & Mandanes filius; infans ab avo Aſtyage Medorum rege, ſomnii cujusdam occaſione occidendus traditus; ſed paſtori commiſſus, ab uxore ejus educatus eſt. Fatis tandem ita ferentibus ad regnum adſpiravit, ac Monarchiam a Medis ad Perſas primus ipſe tranſtulit. Cum *Scythis* tandem poſt Aſiam ſubactam bellum intuliſſet, infeliciter pugnans cæſus cum exercitu eſt. Caput ejus amputatum in utrem humano expletum ſanguine conjici a *Scytharum* regina, quæ tum erat *Tomyris*, juſſum eſt, cum exprobratione iſta, *Satia te ſanguine, quem ſitiiſti, cujusque inſatiabilis ſemper extitiſti*. Sed narrationem illam refellit Xenophontis hiſtoria, qui in lectulo fato ſuo functum commemorat. De illius memoria ex veteribus diſputat, eosque conciliat Muret. V. L. 3, 1 & Hard. ad Plin. 7, 24. Herod. 1, 214. Iuſt. 1, 8. ¶ 2. *Cyri* duo fluvii, unus Mediæ, alter Perſiæ, qui & *Agradatus* dictus fuit. ¶ 3. Eſt & neſcio cui hoc nomen apud Horat. 1 od. 33, 6.

¶ Cyropædia, *æ*, f. Xenophontis liber, de vita & diſciplina Cyri. De quo ita Cic. ad Qu. fratrem 1, 1 *Cyrus ille a Xenophonte non ad hiſtoriæ fidem ſcriptus, ſed ad effigiem juſti imperii: cujus ſumma gravitas ab illo Philoſopho cum ſingulari comitate conjungitur, quos quidem libros non ſine cauſſa noſter ille Africanus de manibus ponere non ſolebat: nullum eſt enim prætermiſſum officium diligentis & moderati imperii*. Diligenter lectum hunc librum a Romanis proceribus exemplum Scipionis arguit; it. quod ap. Cic. ſequenti ad Fratrem epiſtola legitur. Nec non quod in de Claris Orat. commemorat, ubi de Scauro exponit, c. 29 extr.

¶ Cyropolis, *is*, a Cyro condita urbs, de qua Freinsh. ad Curt. 7, 6.

CYSSĪTES, *æ*, m. κυσσίτης, a κύω *pario*, gemma alios lapillos intra ſe habens tanquam partum, Plin. 37, 10 & 11.

CYSTHOS, *i*, m. κύσθος, res fœtida Coſto oppoſita apud Auſon. epigr. 123, 5. Ita legit Beroaldus; ſed Vinetus mavult *Ciſthos*.

CŸTA, *æ*, & Cyte, *es*, f. κύτα, oppidum regionis Colchicæ, Medeæ patria, herbis veneficis famoſa. Hinc

¶ Cytæus, *a*, *um*, adject. Valer. Flacc. 6, 693 *Tum juvenem terris Parcæ tenuere Cyteis*.

¶ Cytæus,

¶ Cytăĕus, *a, um*, aliud adj. *Cytaea Carmina* pro magicis Propert. 1, 1, 25. vide supra in *Citæa*.

¶ Cytæis, *ĭdis*, f. aliud gentile. Propert 2, 4, 7 *Non hic herba valet, non hic nocturna Cytæis*, i. e. mulier magica, qualis Medea Colchica fuit. al. *Citeis*.

CȳTHĂRVS, *i*, m. piscis marinus. Plin. 32, 11.

CYTHĒRA, *æ*, f. Κύθηρα, & Cythēra, *orum*, n. pl. illa insula est in Sinu Laconico, hodie *Cerigo* dicta; hæc urbs Cypri, ad quam primum devecta Veneris concha est, cum mari nata esset, ut Festus auctor est. Vnde & ipsa Venus *Cythēre*, seu *Cythera*: item

Cythēreis, *ĭdis*, & Cythērea, *æ*, f. appellata. vid. Vinet. Not. Auson. in epigr. 38 p. 219. Notandum autem, secundam modo produci, modo corripi. Virg. Æn. 1, 257 *Parce metu Cythērēa, &c.* Ovid. Fast. 4, 15 *Mota Cythērēa leviter mea tempora myrto Contigit, &c.* Sed hic adjectivum est etiam MSS. *Cytheriaca*. Idem Met. 4, 288 *Mercurio puerum diva Cythērēida natum*. Producitur cum retinetur elementum Græcum H; Corripitur cum in E convertitur. Mencken. in Observ. L. L. Adjectivum esse, non Substantivum, censet & Horatii locum huc trahit, od. 1, 4, 5 *Iam Cytherea choros ducit Venus*. Sic

¶ Cȳthērēĭus, *a, um*, adject. ut *Herus Cytherēius*, h. e. Æneas Veneris filius, Ovid. Fast. 3, 611. *Cytherēius ignis*, i. e. Lucifer vel Hesperus, vulgo quoque *Venus*. Vid. Intt. ad Sil. 12, 247.

¶ Cythĕrĭăcus, *a, um*, idem. Ovid. Heroid. 7, 60 *Nuda Cytheriacis edita fertur aquis*.

CYTHERIS, *ĭdis*, f. nobilis mima, quam Antonius Triumvir secum circumvehere solebat, etiam curru leonibus juncto. vid. Plin. 8, 16, 21. Ab hac ipse vocatus

¶ Cytherius, Cic. Att. 15, 22.

Cythĕron mons. Vide *Citheron*.

CYTHION, *i*, n. κύθιον, collyrium apud Celsum 6, 6.

CYTHNVS, *i*, f. insula una ex Cycladibus in mari Ægæo. v. Ovid. Met. 5, 253: & 7, 465.

CYTHŌRVS, *i*, m. Κύθωρος, mons est Paphlagoniæ buxo abundans. Catull. 4, 13 *Buxiferum* vocat. Virg. Georg. 2, 437 *Et juvat undantem buxo spectare Cythorum*.

¶ Cythŏrĭăcus, *a, um*, idem ac buxeus. buchebäumern. Ovid. Met. 6, 132 *Utque Cythoriaco radium de monte remittat*.

¶ Cythorius, *a, um*, aliud adj. ut, *Iugum Cythorium*, Catull. 4, 12.

CYTHRVS, calidæ aquæ in Ægypto, de quibus ex Herodoto apud Ammianum 22, 15 *Sunt therma lutea, quæ Cythrus indigenæ vocant*. Sed hæc verba ut spuria Valesius cum Gelenio maluit abesse.

CYTĬNVS, *i*, m. κύτινος, flos mali punicæ, erumpere incipiens sed fativæ, die blüt der granatäpffel; nam silvestris puniceæ flos *balaustium* est, wilde granatäpffel-blüt, Plin. 23, 6 dictus a tumore, qui κύτος dicitur Græcis.

CȳTĬSVS, *i*, m. Κύτισος, klee, vulgo; sed frutex est sine omni nunc controversia, & sativus quidem in Italia, pabulo pecudum, maxime vero ovium & caprarum conveniens, apibusque gratissimus. vid. Plin. 13, 24. Vidi ego in Germania alicubi monstratum mihi *cytisum*, salici graciliori non absimilem, & in longitudinem mediocrem excrescentem. Virg. ecl. 1, 79 *Florentem cytisum & salices carpetis amaras*. conf. ecl. 2, 64. *Cytisus* autem a Cynthio insula, una ex Cycladibus, ubi inventa primum, in omnes deinde Cyclades, mox in omnes urbes Græcas propagata est.

CYTŌNIVM, *i*, n. malum Cotoneum vel Cydonium, eine quitte. Macrob. Sat. 7, 6 *Ex fructibus arborum illi sunt frigidiores, quorum succus imitatur vini saporem: ut mala seu simplicia, seu granata vel cydonia, quæ cotonia vocat Cato*. Adde supra *Cotoneum*, & *Cydonium* in *Cydon*.

CYZĬCVS, *i*, Κύζικος, urbs Mysiæ ad Propontidem, sic appellata a rege *Cyzico*; arce olim, mœnibus, portu, turribusque marmoreis Asiaticæ plagæ litora illustravit, ut scribit Florus 3, 5, 15. Ovid. Trist. 1, 9, 30 *Cyzicon Æmoniæ nobile gentis opus*. Script. ejus laudem Aristides.

¶ Cyzicēni, *orum*, m. pl. incolæ, cives Cyzici. Cic. pro Leg. Man. c 8 *urbs Cyzicenorum*. ¶ 2. *Cyzicenus Stater* viginti octo drachmas valebat. Vide Vitruv. 6, 6; & Plin. 32, 6.

D LITERA, quæ secundum Capellam 3 p. 38 *appulsu linguæ circa superiores dentes innascitur*, figuram videtur olim a Græcis traxisse, altero angulo ex Δ in Semicirculum transeunte. Ille autem triangulus Græcus hieroglyphice *Deum* significabat, & Trinitatis nota esse potuit. ¶ 2. Potestatem ista sectes, pro integris interdum dictionibus ponitur, in propriis appellationibus maxime, quamquam & apud Romanos veteres pro appellativis, non nominibus tantum, sed & verbis & aliis partibus. Hodie hæc adhuc tamen observantur: *D. Augustus*, *D. Iunius Brutus*, pro *Divus*, *Decius*, *&c.* Triplex D. D. D. significat *Do, Dico, Dedico*. D. M. S. valet *Diis Manibus Sacrum &c.* ¶ 3. In numeris, D majuscula depictum figura, *numerum* repræsentat *quinquies centenarium*, *Mille* scilicet *dimidiatum*. Verum id puerili errore accidisse ob affinitatem hujus notæ 10 & D, existimat Baudius, atque hinc inter literas numerorum indices hanc minime refert Cent. 1 epist. 97. ¶ 4. Porro, quas cum aliis literis D cognationes habeat, & in quas in verborum compositionibus euphoniæ caussa transeat, pueris in *Orthographia* præcipiendum est. Mutatur enim nonnunquam in C: ut, *Accedo, accuso, acquiro*; vel F; ut, *officio, affectus*, quamvis & *adficio, adfectus*, usitate scribitur; vel in G: ut, *Aggero*; vel in L: ut, *Alludo, allido*; vel in N: ut, *Admiro*; vel in R: ut, *Arrideo, arripio, &c.* Tamen & *Adludo, Admiro, &c.* antiquis receptum. Præterea ex *ad* & *tero* fit *attero*; ab *Ostendo* fit *Ostentum*. Vice versa ex *Mentior* fit *mendax*: a *quatuor quadra*, ut mutuum inter t & d commercium intercedere agnoscas. Hinc & Quintil. 1, 4 legi ait *Alexander* & *Cassantra*. Scribitur & *quicquid, quicquam*, pro *quidquid, quidquam*. ¶ 5. In compositis quibusdam, ne vocales concurrant, d inseritur; ut, in *Redeo, Redhostio, Redintegro*. ¶ 6. D & T sæpissime permutari a librariis, observant quos laudat Drakenb. ad Sil. 1, 11, ac præterea ¶ 7. *d* & *el* sæpe misceri in Longobardica scriptura, idem ostendit ad 2, 52. Ita *d* pro *el* putamus positum Plin. 11, 20 pr. *Spatiatæque in aperto & in altum datæ* &c. pro *elatæ*.

DAAE, *arum*, m. pl. Δάαι, & *Dahæ*, Scythiæ sunt populi ex Nomadum genere, Servio teste in Virgilii illud Æn. 8, 728 *Indomitique Daæ, & pontem indignatus Araxes*. Et Pomponius inter Scythicas gentes *Dahas* numerat, ubi tamen dubium est, annon vel *Sachæ*, vel *Sacæ*, vel *Sagæ* legendum videatur. v. Vadiani in Melam comment. Drakenb ad Sil. 13, 764. Lucan. 7, 429. Senec. Thyeste v. 370 & 603. v. *Dacus*.

DABŬLA, *æ*, f. palmæ genus apud Scenitas Arabas, Plin. 13, 4.

DACA, *orum*, n. pl. vilissima poma, Plin. 15, 14.

DACAR, *arcis*, δάκαρ, genus canis, Diosc. 1, 12.

DĀCIA, *æ*, f. omnis illa regio appellata est, quæ hodie Transilvania, Valachia & Moldavia censetur. Hanc Trajanus, devicto rege Decebalo, provinciam Rom. fecit. Eutrop 8, 2. ¶ 2. *Dacia* medio ævo fuit Cisdanubiana, inter utramque Mœsiam ab Aureliano instituta, quæ in Mediterraneam, Macedoniæ vicinam; & Ripensem, Danubio propinquam, divisa fuit. Vide Eutrop. 9, 9, 11, Sex. Rufum c. 8, & Sirmondum ad Panegyricum Sidonii Anthemio dictum v. 272.

¶ Dācus, *i*, & Dăca, *æ*, m. gentis ejus nomen: antiquitus *Davorum* nomine appellatæ, ut Strabo auctor est lib. 7, vide infra Græcorum nonnulli eosdem *Getas* dixerunt, ut in Domitiano Xiphilinus ex Dione observat. Dicuntur *Daci* & *Dacæ*, die Dacier: *Daci* cum dicuntur, prior syllaba vocis producitur: Corripitur cum *Dacæ*, ut observatum L. Hortensio ad Lucan. p. 102. conf. Virg. Georg. 1, 497, Stat. 1 Silv. 1, 7. Sen. Thyest. v. 47 & 602. Verum intercedit Drakenb. ad Sil. 13, 764, ac in talibus Daas vel Dahas legendum contendit. Dacis olim mons, cui *Cogæono* nomen, facer fuit, sacerdos autem in eo Deus habitus, ut est apud Strabonem lib. 7.

¶ Dacĭcus, *a, um*, gentile. Iuvenal 6, 204 *Dacicus nummus*. Claudian. 6 Cons. Hon. v. 335 *Dacica arma*. Sidon. paneg. Anthem. v. 272 *Dacica rura*. *Dacius* habet Ovid ad Liv. 387.

DACNĂDES, vel Dagnades, *um*, f. pl. δάκνας δες, avium genus, quas Ægyptii inter potandum cum coronis divincire soliti sunt, ut vellicando, morsicandoque & canturiendo assidue, non paterentur dormire potantes: Festus. Vide supra in *Canturio* sub *Cano*. Et Gv. Pancirolli. T. 2 tit. 2 de Porcellanis p. 253.

DACRŸMA, vel Dacrima, *æ*, f. pro *Lacryma* ex Liv. Andron. Festus; nempe a Græco δάκρυμα.

DACTŸLVS, *i*, m. δάκτυλος, digitus. ¶ 2. *Dactylus*, pes, quem *Herum* Cicero vocat de Orat. 3, 47. Ejus leges hoc versiculo comprehensæ: *Dactylus ex prima longa brevibusque duabus*. ¶ 3. Est & Concharum quoddam genus, & Gemmæ *Dactylus*, Plin. 9, 61: & 37, 10. *Dactyli Conchæ* etiam *Solenes*, Græcis σωλῆνες, & *angues* Latinis dicuntur, finger-muscheln oder schalen. Gesn. ¶ 4. Et *Dactyli* fructus palmæ sunt arboris, qui & palmulæ dicuntur, datteln. Plin. 24, 19. v. Spanh. de usu & præst. num. diss. 6 p. 348. ¶ 5. De *Dactylis Idæis*, sive Corybantibus, matris Deûm ministris, & cur sic dictis, videndus Strabo, Diod. Siculus & Pollux, quorum loca aliaque congessit Marsh. Can. Chron. p. 206. ¶ 6. Adjective vites quasdam *dactylos* vocat Colum. 3, 2, vel quod graciles sint, vel quod grana habeant dactylis similia.

¶ Dactylion, *i*, n. δακτύλιον, ein fingerhut.

¶ Dactȳlis, *idis*, f. fingers dicke; ut, *Vites dactylides digitali gracilitate*, Plin. 14, 3. ¶ 2 *Dactylidis* statuarii opera refert idem 36, 5.

¶ Dactylĭcus, *a, um*, adject. ut, *Numerus dactylicus*, Cic. in Orat. c. 57. *Serta texta pede dactylico*, Prudent Peristh. 3, 209. Sic, *versus Dactylicus*, meris dactylis constans, cujusmodi est Virg. Æn. 8, 596 *Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum*

¶ Dactylītis, *idis*, f. aristolochia longa, sive malum terræ erraticum longius, ein länglichet erdäpffel Diosc 3, 4.

¶ Dactyliŏthēca, *æ*, f. δακτυλιοθήκη, ein ringfutter futteral zu ringen. Mart. 11 ep. 60 *Senex Charinus omnibus digitis gerit, Nec nocte ponit annulos: Nec cum lavatur. Caussa quæ sit, quæritis? Dactyliothecam non habet*. ¶ 2 Pro numero & copia gemmarum. Plin. 37, 1 *Gemmas plures, quod peregrino appellant nomine dactyliothecam, primas omnium habuit Romæ privignus Syllæ Scaurus*. Lege ex § 8 Dig. de Legat. III *Pomponius in dactyliotheca legata tractat, & ait, annulos quoque contineri, non solum thecam, quæ annulorum caussa parata sit*.

¶ Dactyliŏthēca, *æ*, f. idem quod *Dactyliotheca*; Item *Chirothecæ*, ein handschuh. v. Martial. l. c. & Mantuan. epigr. 67.

¶ Pentadactȳlus, *i*, m. vel Pentadactylis, *e*, der fünff finger hat; ut, *Cochleæ pentadactyles*, Plin. 32, 11.

¶ Pentadactȳlon, *i*, n. quod & Pentaphyllon, &c. fünfffingerkraut. Apul. de Herb. c. 2.

DAEDĂLVS, *a, um*, usurpatur interdum adjective, pro scite & affabre constructo, kunstreich, künstlich. Virg. Georg. 4, 179, de favis, *Dædala tecta*. *Dædala rerum natura*, Lucret. 5, 235. *Dædala tellus*, Id. 1, 228, δαίδαλον enim Græcis *ingeniosum* & *artificiosum* est. Aristoteles lib. 1 de Anima refert, a Philippo comico *Dædalum Veneris signum* factum esse, quod infuso argento vivo moveretur. ¶ 2. *Dædalus* proprium summi artificis nomen, qui in Sicilia multa opera fecisse dicitur; cujus fabula & Icari ex Ovidio nota est: Art. Am. 2, 21 sq. Meminit etiam Trist. 3, 4, 21 *Quid fuit, ut tutas agitaret Dædalus alas, Icarus immensas nomine signet aquas? Nempe quod hic altæ, submissus ille volabat, &c.* Elapsus ex manibus Minois Dædalus navigio est, cujus vela alas fabula vocat. Icarus naufragio periit, ut scribit Tzetzes. *Dædali alæ*, proverbium de iis, qui ex inopia sibi alieni aliquid adsciscunt. *Dædali opera* de egregiis artificiis. Suid. Vid. Chiliad. & Plin. 7, 56: & 36, 3 Calumpuerum, discipulum, & fororis filium, ob artis peritiam & nova quædam reperta ex invidia de turri præcipitem dedit. Voss. 2 Instit. Orat. p. 278.

¶ Dædăleus, *a, um*, adject. pen. prod apud Horat. 4 od 2, 2 *Ceratis ope Dædalea nititur pennis*. Sed Propert 2. 11, 8 correpta, prout e vel retinetur, vel a huic abjicit.

¶ Logodædalus, vide infra *Logus*.

DAEMON, ŏnis, m. δαίμων, ein geist; pl. Dæmones δαίμονες, a *scientia*, quasi δαήμονες. Plato in Cratylo p. 398. Lactant. 2, 14. Chalcidius in Timæum Platonis, & Lud. Viv. in August. de C.D. 9, 20. Dæmones genii sunt, μεσαγωγοὶ τῶν θεῶν, ut Menander inquit, *domini vitæ: lares* Ciceroni, alii etiam *Manes & Lemures*. Genii boni, & mali, qui diaboli sunt & κακόδαιμονες, gute und böse engel, geister. vid. Tertull. Apolog. c. 22; Sidon. 7, 1. De varia significatione hujus vocis vide Dausquejum in Basilium Seleuciens. p. 62 & seqq. Generaliter *Dæmon* vocatur quivis Deus vel Dea; sed interdum Diis contradistinguitur; de quorum distinctione Plotinus Ennead. 8, 3. De Dæmonibus plurima apud Voët. part. 1 disp. Theolog. p. 906 sqq. De consuetudine colendorum Dæmonum Barth. ad Briton. Aremor. p. 661. ¶ 2. Astrologis *Dæmon* undecimus locus ab horoscopo, Græcis ἀγαθοδαίμων dictus. Iul. Firmicus 2, 19. ¶ 3. *Dæmonum infesta* in America haud procul a terra nova variis spectrorum illusionibus infamis. v. Geogr.

¶ Dæmŏnium, *i*, n. δαιμόνιον, idem. Cic. de Divin. 1, 54 *Esse divinum quiddam, quod dæmonium* (Socrates) *appellat*. conf. Apul. Apol. p. 189. Tertull. Apol. c. 21; & de Anima c. 47. Iuvenc. 2, 613 *Dæmoniacæ dolio, qui princeps Dæmoniorum*.

¶ Dæmŏniăcus, *a, um*, teufelisch. Lactant. 4, 15 de Christi miraculis: *Indici dæmoniaca fieri potentia arguebant*. Idem c. 30 *Dæmoniacis fraudibus irretiti*, vom teufel verblendet. Tertull. de Anima c. 46 *De oraculis, apud quæ nemo dormitat, quid promoriabimus aliud quam dæmoniacam esse vationem*. In N. T. *Dæmoniaci* dicuntur obsessi a Dæmone, besessene.

¶ Dæmŏnicus, *a, um*, id. v. Tertull. de Anima c. 36, 46 & 50. Prudent. Peristeph. 6, 36 *Deus dæmonicas coli jubebat*. Sedulius in Luc. 8 *Dæmonico cuneata globo*.

¶ Dæmoniĕcŭla, *æ*, m. ein teufels-diener. Augustin. de C.D. 18, 4 *Dæmoniculæ civitas*. Idem Confess 8, 2 *Offenderet superbos dæmonicolas*. Licet hanc vocem benignius olim interpretati fuerint; a multis tamen jam seculis nonnisi in malam partem audiri consuevit.

¶ Dæmorgorgon, ŏnis, m. δαιμογοργών, *Deus terræ*, quo nomine veteres intelligebant naturam, rerum omnium matrem & altricem.

¶ Dæmŏna, æ, m. δαιμονάρχης, beelzebub, der oberste teufel. Bud. 2 de Contract. forcult. *Dæmarchæ ancipiti animadvertere*.

¶ Dæmonolatria, *æ*, f. δαιμονολατρεία, teufels dienst.

¶ Eudæmon, ŏnis, m. bonus genius, vide Capra in A.

¶ Eudæmon, ŏnis, m. εὐδαίμων, idem; & domus undecima cæli apud Astrologos. ¶ 2. *Eudæmon* cognomen Arabiæ felicis apud Melam 3, 8, 35. ¶ 3. *Eudæmon*, Peluliota, Poëta Græcus, apud Suidam.

Dignades, vide paullo ante *Dacnades*, Dahæ, *Daæ*.

DĂLIVUS, *i*, m. de quo Festus: *Dalivum jactivum ait esse Aurelius, Ædilis plebem. Ofworum quoque lingua figurat infamem. Sanctum vero dicit patat ipsum, quem Græci βάλιον, i. e. propter cujus fatuitatem quis misereri debeat*. Affine videtur esse Latinorum *Davus*, & Germanorum toll, albern. vid. Voss. Etym. p. 174.

DALMĂTIA, *æ*, f. Δαλματία, regio est illyrica ad mare Adriaticum, Liburniæ occasum versus contermina, quam *Delmatiam* potius dicendam, Velius Longus auctor est de Orthograph. p. 102, quod veteres etiam inscriptiones & nummi confirmant.

¶ Dalmăta, æ, m. qui ex Dalmatia est, ein Dalmatier. Cic. fam. 5, 11 *Dalmatis Dii malefaciant, qui tibi molesti sunt*. Stat. Silv. 7, 14 *Dalmata montes, ubi Dite visa &c.* Sapphicum est. *Dalmatæ* autem hic adjective, pro *Dalmatici* dicuntur: Sic *Sodomita cinis*, apud Prudentium passione Vincentii v. 195.

¶ Dalmătĭcus, *a, um*, adject. ut, *Dalmaticum frigus*, Ciceroni Vatinius fam. 5, 10, *bellum*, Suet. Aug. c. 20, *metallum*, pro auro, Statius 1 Silv. 2, 153. v. Flor. 4, 12, 12. Nummus Hadriani MET. DELM. i. e. *metallum Dalmaticum*.

¶ Delmatica, æ, f. vestis olim mollium & deliciatorum, postea gravissimorum sanctissimorumque Episcoporum. Isidor. 19, 22 *Dalmatica primum in Dalmatia provincia Græcis texta est, tunica sacerdotalis candida cum clavis ex purpura*.

¶ Dalmaticātus, *a, um*, Dalmatica indutus. Lamprid. de Commodo c. 8 *Dalmaticatus in publico processit*. vide ibi Casaub. & conf. Lamprid. de Heliog. c. 26.

¶ Dalmatensis, *e*, adj. Vopisc. Claud. c. 17 *Singiliones Dalmatenses*.

DĂMA, *æ*, dub. gen. plur. *Damæ*, gemsen: differunt a capris solis cornibus, quæ antrorsum habent incurvata. ¶ 2. Sed Gesnerus gemsen, *R. picapras* esse ostendit, ac *Damas* appellat, dam, damhirsch. Martial. 13 epigr. 94 *Dente timetus aper, defendant cornua cervum, Imbelles dammæ quid nisi præda sumus!* Invenitur in utroque genere. Horat. 1 od. 2, 12 *Et leporem celsis pavidæ natarunt Æquore damæ*. Martial. 3 epigr. 58, 28 *Aut impedita cassibus vehert damam*. Contra Virg. Georg. 3, 539 *Timidi dammæ cervique fugaces*. Vbi Servius notat, mutasse genus poetam, ut ὁμοιοτέλευτον vitaret.

¶ Dămula, æ, f. diminut. Apul. 8 Met. *Nec ulla capra, nec pavens damula, nec præ cæteris feris mitior cervæ, &c.*

DĂMĂLIO, ōnis, ein junges rind. Lamprid. 11 Alexand. c. 22 *Iussit, ne quis fœminatam occideret, ne quis luctantem, ne quis vaccam, ne quis damalionem*. Ad quem locum Salmasius: DAMALIO *vox Græca, quam Latini suam fere more fecerunt*: τὸ δαμάλιον, *Damalio, onis*.

DĂMALIS, *is*, f. fœmina bibax: *multi Damalis meri*, Hor. 1 od. 36, 15.

DAMASCUS, *i*, f. Δαμασκός, Syriæ urbs. v. Plin. 5, 18. Stat. 1 Silv. 6, 14; Lucan. 3, 215. Interdum adtribuitur Arabiæ. v. Spanh. de us. & præst. num. diss. 13 p. 609.

¶ Damascēna, æ, vel Damascene, *es*, f. regio circa Libanum, Plin. 5, 12 Hodie *terra de Damasco* nuncupatur.

¶ Damascēnus, *a, um*, adject. *Prunæ Damascenæ*, Plin. 15, 13, zwetschken. ¶ 2. *Ioannes Damascenus*, a patria ita dictus, floruit circa A. C. 731, Pater ecclesiæ ac Historicus, de quo Voss de Hist. græc. 2, 24 & Io. Arnd. Lex Antiq. Eccles. p. 1051. ¶ 3 *Damascius Damascenus*, Stoicus Philosophus sub iuliano sec. 6, de quo Suidas, Photius 130 & 180, & Voss. l. d. c. 22. ¶ 4. *Nic. Damascenus*, Historicus & Philosophus, ipsi Augusto Cæsari familiaris, de quo Voss. l. d. c. 4 p. 142.

DĂMĂSICHTHON, ŏnis, m. Niobes filius, cum sex fratribus ab Apolline cæsus. v. Ovid. Met. 6, 254 & in Ibide v. 581.

DĂMĂSIPPUS, *i*, m. Licinius, Senator, Iubam regem victorem Vticam ingredientem comitatus. v. Cæs. B. Civ. 2, 44, de ejus morte Hirtius B. Afr. c. 96. ¶ 2. *Damasippus*, histrio, cujus meminit Iuvenal. 8, 185. ¶ 3. *Damasippus*, lignorum & vasorum antiquorum mercator apud Horat. 2 sat. 3, 16 & 64. Vbi Lambinus eumdem esse suspicatur, de quo agit Cic. fam 7, 23.

¶ Pseudodamasippus, *i*, m. Cic. l. c. *Aliquem Pseudodamasippum, vel cum jactura reperiemus*.

DĂMASSŌNIUM, *i*, n. Lucians-kraut, Plin. 25, 10; & 26, 5; Apul. de Herb. c. 29.

DAMASTES, æ, m. tempore Herodoti scripsit genealogiem eorum, qui Trojam obsederunt, &c. v. Suid. Strab. lib. 14; Val. Max. 8, 13 ext. 6; Voss. de Hist. Gr. 1, 2; & 4, 5.

DĂMĂSUS, *i*, m. Virquidam Stat. Theb. 8, 495; & Democriti frater, Plin. 18, 35. ¶ 2. *Damasus*, poëta Hispanus, ex gentili Romæ episcopus, cujus opuscula exstant. v. Voss. de Hist. Lat. c. 8 p. 200; & c. 35 p. 318.

DAMIA, *æ*, f. cognomen Cybeles sive Bonæ Deæ; Vnde

¶ Damium, *i*, n. sacrificium, quod fiebat in operto in honorem Bonæ Deæ; dictum a contrarietate, quod minime esset δημόσιον, i. e. *publicum*: Festus. Rectius, quia fiebat pro δήμῳ sive populo. v. Voss. Etym. p. 174.

DAMIĀNUS, *i*, m. Ephesius, nobilis Sophista, circa M. Antonini principis tempora, de quo Philostratus lib. 2.

Damnabilis, damnas, Damnatio, &c. vide *Damnum*.

DAMNUM, *i*, n detrimentum, jactura, a diminutione dictum, schaden, verlust, einbusse. *Damnum a demptione, cum minus re factum, quam quanti constat*. Varr. L. L. 4, 36. *Damnum dare*, Ter. Andr. 1, 1, 116, schaden thun. *Damnum facere*, pass. schaden nehmen oder leiden. Plaut. Capt. 2, 2, 77 *Est, ubi profecto damnum præstet facere, quam lucrum*. Cic. Bruto c. 33 *Damnum Gracchi immaturo interitu res Romanæ Latinæque litteræ fecerunt*. Sed & *damnum pati* invenias apud Senecam de Ira 1, 2, & Lucan. 8, 750. vid. Borrich. Cogit. adv. Scioppp. 292. Sic, *Damno augere*, Ter. Heaut. 4, 1, 15, in schaden bringen. Contra *Hoc paulum lucri quantum ei damni apportat*, ibid. 4, 4, 25. *Damnum infectum* ICtis dicitur, quod nondum factum est, futurum tamen veremur, ut Cajus describit l. 2 Dig. de damno infecto, ein besorglicher schaden. Hinc *damni infecti promittere, & repromittere*, quod idem est, quam cavere de damno: ut, si quod detur, præstare debeat, qui damni infecti promiserat. Cic. Topic. c. 4 *Si quis in pariete communi demoliendo damni infecti promiserit*. Est autem elliptica locutio *damni promittere*, pro, damni nomine promittere: ut, *dare dotis*. Acute *ditia damna* dicit Rutil. itin. 1, 123 clades populi Ro. a quibus major furrexit, sumsitque *ab ipso*, quod ait Horatius, *opes animumque ferro*. ¶ 2. Pro multa, pignore. Cic. Off. 3, 5 *Hoc spectant leges, hoc volunt, incolumem esse civium conjunctionem, quam qui dirimunt, eos morte, exilio, vinculis, damno coercent*. Id. Phil. 3, 5 *Quis unquam tanto damno, senatorem coegit?* Liv. 4, 51 *Consuli damnum aliamve coercitionem detractantibus militiam inhibenti*.

¶ Damnōsus, *a, um*, qui damno est, seu damnum affert, schädlich. Martial. 14 epigr. 18 *Alea damnosa*. Sen. epist. 7 *Nihil tam damnosum est bonis moribus*, es schadet nichts so sehr. Horat. 3 od. 6, 45 *Damnosa quid non imminuit dies?* Ovid. Amor. 3, 6, 99 ad amnem: *Damnosus pecori curris, damnosior apris*. Liv. 4, 47 *Discordia tribunorum damnosior resp. quam &c.* Idem 6, 11 *Erat ærisalieni magna vis, re damnosissima etiam divitibus, ædificando contracta*. conf. Plaut. Stich. 1, 2, 9. ¶ 2. Aliquando & παθητικῶς accipitur de eo, qui damnum facit, seu patitur: Plaut. Epid. 2, 3 extr. *Ibo intro, argentum accipiam a damnoso sene*. Et indè de prodigo etiam & sumtuoso usurpatur: Ter. Heaut. 5, 4, 10 *Gerro, iners, fraus, helvo, ganeo, damnosus*. Suet. Ner. c. 13 *Non in alia re damnosior, quam in ædificando*. Nam mera damna impensæ sunt, quæ neque necessariæ sunt, & nihil emolumenti & fructus afferunt.

¶ Damnōse, adverb idem. Horat. 2 sat. 8, 34 *damnose bibimus*.

¶ Damno, *avi, atum, are*, improbare, verdammen, verurtheilen, contrarium est verbi *absolvere*. Proprie, quia dubio procul a *damnum* est, aliquid tamquam damnosum rejicere, aut damnum alicui inferre. Ita Nonio, 4, 111 *Damnare est damno afficere*. Sil. 6, 448 *Patrios damnare penates*. Imitatur syntaxin verborum accusandi, ut, *Damnari ambitus*, Cic in Bruto c. 43; *proditionis*, Nepos 3, 8, 3; *capitis*, 18, 5, 1; *veneficii*, Tac. Ann. 12, 66, 3, ubi subintelligendum *crimine* vel *nomine*: unde plenius Cicero Verr. 5, 5 *nomine sceleris conjurationisque damnati*, vid. Voss. de Constructi. c. 26. Et, *Damnari scelere, capite*, Cic. Tusc. 1, 22 pr. & interventu præpositionis, *de repetundis damnari*, Id. pro Cluent. c. 41; *de vi publica*, Tac. Ann. 4, 13, 3. ¶ 2. *Damnare reum* dicitur etiam accusator in argum. declam. Quint. 299, 300. it. 313, & in ipsa decl. 331 p. 675 *Si quis capitis accusaverit, & non damnaverit, ipse capite puniatur*. Eadem ratione Val. Fl. 1, 70 *Flava quercum damnavit arista*; significat, inventis frugibus glandem contemtibilem reddidit. Vbi Burmannus laudat Sil. 8, 495, & Stat. Silv. 3, 2, 126. ¶ 3. *Damnari voti* est, quando quis impetravit optata, & ita obnoxius factus est ad solvendum illud, quod voverat. Subintelligendum autem iterum *obligatione, persolutione*. Voss. l. c. & Brisson. de Form. lib. 1. Vide Interpretes Virgilii ad illud ecl. 5, 80 *Tibi sic vota precantis Agricolæ facient: damnabis tu quoque voti*. Vide & Petitionum ad Sanctii Minervam p. 411, ubi *Damnatum voti* dici eodem modo tradit, quo *Voti reum*. Esse autem voti reum, qui se obligavit Diis ad præstandum aliquid, si consequatur id, quod petit. Id vero ubi jam consecutus est, dicitur damnatus voti, h. e. jam damnatus ad præstandum id, quod voto promisit. Explicat ibid. quid sit *damnari rei capitalis*. Cic. de Senect. c. 12, & *pœnæ capitalis*, Liv. 42, 43. Nempe subaudiri *sententia*, vel *subeundæ pœnæ ergo*. Adde eumdem p. 114.

¶ Damnā-

¶ Damnātus, *a, um,* verurtheilt, verdammt, verworfen. Horat. 2 od. 14, 19 *Damnatus longi Sisyphus laboris.* Lucret. 6, 1230 *Damnatus morti:* Virg. Æn. 6, 430 *crimine mortis.* ¶ 2. Interdum idem quod obligatus, verbunden. Nepos 20, 5, 3, & Liv. 7, 28 *Voti damnatus.* conf. Erythræi Ind. Virg. in *damnabis.* Hinc compar. Cic. in Pison. c. 40 *Quis te damnatior?* ¶ 3. Omnes morti quacunque ratione destinati damnati vocantur. v. Burm. ad Petr. c. 3 p. 517 ex Barthio.

¶ Damnās, ex *damnatus* est per syncopen; nisi dictum velis ad eum modum, quo optimās, primās &c. Vlpianus l. 4 § ult. de legat. & fideicom. 1 *Quisquis mihi hæres erit, dare damnas esto,* er soll verpflichtet seyn. Etiam apud Quintil. 7, 9 talis formula habetur: *Hæres meus dare illi damnas esto omnia sua.*

¶ Damnātus, *ūs,* m. die verdammung. Plin. 7, 44 *Alieno beneficio vixit a damnatu suo.*

¶ Damnātio, *ōnis,* f. idem. Cic. Att. 7, 3 *Damnatione ignominiaque digni* Idem Pison. c. 36 *Reorum acerbissimæ damnationes.*

¶ Damnator, *ōris,* m. qui damnat. Tertull. 1, 3 ad Nation. *Neque exquisitio damnatoribus semper confidenda.* conf. adv. Marc. 5, 7. Sedul. Carmine Epanaleptico v. 9 *Frater iniquus erat, justum qui perculit olim, Damnator Christi frater iniquus erat.*

¶ Damnātōrius, *a, um,* verdammend. Cic. Verr. 3, 22 *Iudicium damnatorium.* Suet. Aug. c. 33 *Damnatoria tabella.*

¶ Damnaticius, *a, um,* verdammt. Gloss. lat. gr. *damnaticius,* κατάδικος. Adde Tertull. de Præscript. c. 34.

¶ Damnabilis, *e,* verdammlich. Treb. Pollio XXX Tyrann. c. 17 in Mæonio; *Damnabili invidia ductus.* Salvian. lib. 6 Gub. Dei p. 215 *Res turpes atque damnabiles.* Sidon. 6 ep. 1 *Ad mea ipse verba damnabilis* (fum) *cum imperem, quæ non impleo.* Gr. ἐυτοκατάκριτος, conf. l. 2 C de malef. & mathem. Compar. *Facinus damnabilius,* Salvian. 4 de Gub. D. p. 137. Et Fulgent. ep. ad Theod. de Converf. *Damnabilior est, qui spiritualibus bonis superbus.*

¶ Damnabiliter, adv. verdammlicher weise. *Damnabiliter indigni,* Augustin. epist. 23, & Fulgent. ad Donat. *Voluptas carnem damnabiliter nutrit.*

¶ Damnifico, *are,* in schaden setzen. Sarisb. 88 *Hoc modis omnibus agitur, ut pater familias, cui impensæ perit & opera, damnificetur.*

¶ Damnificus, *a, um,* adject. damnosus, schädlich. Plaut. Cist. 4, 2, 62 *Bestia damnifica.* Pallad. 3, 9 *Damnificum, exspectare feras maturitatis.*

¶ Damnigerūlus, *a, um,* idem. Plaut. Truc. 2, 7, 1.

Composita cum præpositi.

¶ Condemno, *are,* ejusdem pæne cum simplici tum significationis, cum structuræ, verdammen. Cic. fam. 8, 1 *Hoc te deprecor, ne meum hoc officium arrogantiæ condemnes,* nicht vor einen hochmuth auslegen. *Condemnari injuriarum,* i. e. convinci, Id. Verr. 2, 8. *Condemnari crimine,* Id. fam. 2, 1. *Condemnari de alea,* Id. Phil. 2, 23. *Condemnare ex criminibus,* Suet. Calig. c. 38.

¶ Condemnatus, *a, um,* verdammt. Cic. fam. 6, 6 *Nefariorum sceleram condemnati.* Tirinnius Veliterna apud Nonium 4, 111 *Nunc ejus voti condemnatus, immolavit hostiam &c.*

¶ Condemnatio, *ōnis,* f. damnatio, die verdammung; ut, *Condemnatio pecuniaria,* Vlp. l. 5 Si ex noxali causs. ag. Et Afconius in Divinat. Verr. *A, absolutionis, C, condemnationis litera.*

¶ Condemnabilis, *e,* verdammlich, verwerflich. Pallad. de Insit. v. 11 *Et nostræ studium non condemnabile Musæ.*

¶ Condemnātor, *ōris,* m. i. e. accusator, ein ankläger. Tac. An. 4, 66, 2 *Claudiæ condemnator.* Tertull. adv. Marc. 2, 9 *Delicti interdictor & condemnator.*

¶ Condemnatrix, *icis,* f. die anklägerin. Sarisb. epist. 188 *Condemnatrix pagina.*

¶ Dedāmno, *are,* sententiam damnationis rescindere, unschuldig sprechen. Rarum verbum, quo Tertull. usus est de Pudicit. c. 15 *Qui scelestis manifestum dedamnaverit.* Vide ibi Rigaltium.

¶ Indemnātus, *a, um,* unverurtheilt. Cic. Verr. 7, 6 *Ut, quam damnatis servis crucem fixeras, hanc indemnatis civibus Rom. reservares.* Plaut. Curc. 5, 3, 17 *Indemnatum atque intestatum arripi.* Vellej. 2, 45, 1 *Indemnatum civem interimere.* ¶ 2. Accipitur etiam, ut de *damnatus* n. 3 observavimus, ubi vid. ¶ 3. *Indemnatus* pro damnatus falso esse dicunt Plauti Capt. 4, 3 extr. *Pendent pernæ indemnatæ.* Alludit enim ad litem *pendentem,* ubi reus nondum est damnatus. Et pernæ tum demum damnatæ dici possunt, cum demtæ de carnario in aqua molliuntur.

¶ Indemnis, *e,* adj. h. e. immunis a damno, schadlos, unbeschädigt. Senec. de Const. Sap. c. 5 *Stilpon sic, urbe capta, non invictam tantum, sed indemnem esse testatus est.* Est epist. 9 de eodem: *Illæsas & indemnis evasit.*

¶ Indemnitas, *atis,* f. die schadloshaltung. Ammian. Marcell. 21, 15 *Nec provinciarum indemnitati prospexit.* Vlpian. l. 8 § 1 ad SC. Vellej. *Se indemnitatem repromisisse.*

¶ Prædemno, *are,* vorher verurtheilen; etiam *Prædamnare* scribitur. Val. Max. 6, 9, 1 *Perpetuæ infelicitati se prædemnare.* Lactant. 5, 1 *Non licet prædemnari quamquam incognita caussa.* Suet. Aug. c. 56 *Prædamnare ami. um.*

¶ Prædamnātus, *a, um.* Liv. 4, 41 extr. *Culpam in prædamnatum collegam transferre.* Et 27, 15 *Prædamnata spe dimicandi*

¶ Prædamnatio, *onis.* Tertull. Apol. c. 26 *Desperata conditio eorum ex prædamnatione,* h. e. anticipata damnatione conf. Idem de hab. mul. c. 4.

¶ Redamno, *are,* widerruffen. Octav. Hor. 2, 2, 5 *Redamnare suam sententiam.*

Damocles, vide *Democles.*

DĀMOETAS, *æ,* m. nomen pastoris Virg. ecl. 2, 37, & 3, 1.

DĀMON, *ōnis,* m. & Pythias, Δάμων καὶ Πυθίας, (quinquam in quibusdam codicibus Ciceronis & Val. Maximi, *Pythias & Phintias* vocetur, de quo fuo loco.) Pythagoræi, hoc animo inter se fuerunt, ut, quum eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinavisset, & is, qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum caussa postulavisset, vas factus sit alter sistendi ejus, ut si ille non revertisset, moriendum esset ipsi: qui cum ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem Tyrannus petivit, ut se ad amicitiam tertium adscriberent. v. Cic. Off. 3, 10. (Cujus loci sensum exposuimus supra in *Alter* n. 5). Meminit & Latinus Facatus Panegyr. Theodosii c. 17; & Ambros. Off. 3, 12, ubi cum Iephtæa virgine comparat, ita tamen, ut hanc illis longe anteponat. Adde Val. Max. 4, 7 ext. 1, & Lactant. 5, 18. ¶ 2. Est & prænominis Mutii nomen, cujus apud Nepotem 15, 2, 1 mentio fit, ubi vide Lambinum, & Rhodig. 9, 3. ¶ 3. *Damon Cyrenæus* de Philosophis scripsit, ejusque meminit Plin. 7, 2. vide Voss. de Hist. Græc. lib. 3 p. 270.

DĀNĀCE, *es,* f. δανάκη, nummus vel obolus, quem veteres mortuis dabant, ut Charonti solverent, una cum mellita placenta pro Cerbero placando. Suid. Hist. col. 211.

DĀNAE, *es,* trisyllabum, Δανάη, Acrisii, Argivorum regis filia, ab Iove in aurum conversio vitiata. Lege Ter. Eun. 3, 5, 37, & Horat. 3 od. 16, 1 *Inclusam Danaen turris aheneæ &c.* ¶ 2. *Danæ,* herba, victoriala, fellerhals, Apul. de Herb. c. 58.

¶ Danaëius, *a, um,* adj. Ovid. Met. 5, 1 *Danaëius heros,* i. e. Perseus Danaes filius, & A. A. 1, 225 *Hec est Danaëia Persis,* h. e. Persia.

DĀNĀVS, *i,* m. Δανάος, Beli filius in Ægypto regnavit, cujus filiæ quinquaginta, matrimonio cum totidem filiis Ægypti regis junctæ, prima nocte sponsos omnes interfecerunt, una excepta. Hygin. fab. 168. Hoc est *Danai agmen* in porticu Apollinis, de quo Ovid. am. 2, 2, 4. vid. Heins. ad Ei. Art. 1, 73.

¶ Danai, *orum,* m. pl. ab eodem Danao Græci dicuntur apud Poëtas. Virg. Æn. 2, 49 *Quicquid id est, timeo Danaos & dona ferentes.*

¶ Danaïdæ, *arum,* & Danaides, *um,* f. pl. 50 filiæ Danai. Sen. Troad. v. 605 *Quid agis Ulysse? Danaïdæ credent tibi?* Idem Herc. v. 736 *Vinacque fraudes Danaïdes plenas ferunt.* De fabula Danaidum v. Lambin. ad Horat. 3, 11, 23; quem non videtur legisse, certe non attendisse Brouckh. ad Tib. 1, 3, 79. vid. eund. ad Propert. 4, 7, 67.

DANI, *orum,* m. pl. Septentrionales Germaniæ populi, die Dänen oder Dännemärcker. Procop. Got. 2, 15 Δανῶν τε ἔθνη.

¶ Dania, *æ,* f. chersonesus Cimbrica, Dännemarck.

¶ Danicus, *a, um,* adj. Dänisch; ut, *Regnum Danicum* &c.

DĀNĪEL, *ēlis,* & Daniēlus, *i,* m. propheta V. T. v. Isidor. 6, 1 & 2; & 7, 8. Tertull. carm. adv. Marc. 3, 6 *Quam magnus Daniel &c.* Prudent. Cathem. 4, 70 *His sumptis Danielus excitavit.*

DĀNISTA, *æ,* m. fœnerator, δανιστής, ein wucherer; a Græco δανείζω, quod *mutuare* significat. Plaut. Epid. 1, 1, 53 *Is danista advenit una cum eo, qui argentum petit.*

¶ Danistĭcus, *a, um,* fœneratorius, wucherhaftig. Plaut. Most. 3, 1, 128 *Genus hominum danisticum.*

DĀNO, *ĕre,* antique dare, distribuere. Plautus hoc verbo sæpe utitur: e. g. Most. 1, 2, 48 *Adminiculum eis danunt.* conf. Fest. & Non. 2, 210.

¶ Danosus, *a, um,* pro liberali legit Parcus in Plauti Epid. 2, 3, 14; & Truc. 1, 1, 64. Sed Taubmannus ridet & *damnosus* retinet.

DĀNTISCVM, *i,* n. Prutenorum oppidum & emporium clarum atque opulentum, Dantzig in Preussen. Etiam *Gedanum* appellatur.

DĀNVBIVS, *i,* m. maximus Europæ fluvius Ptolemæo & cæteris, Orientem versus fluens, ubi & *Ister* nominari solet, unde *binominis* vocatur Ovid. 1 Pont. 8, 11, die Donau. Auson. epigr. 3 *Illyricis vegnator aquis, tibi Nile secundus, Danubius latum profero fonte caput.* Acro Horatii interpres neutro genere *Danubium* exrulit. Vide *Ister.*

¶ Transdanubianus, *a, um,* adj. Liv. 40, 58 *Transdanubianam regionem repetiit.* Lactant. de Mort. Persec. c. 9 *Mater ejus Transdanubiana, instantibus Carpis, in Daciam Novam, transjecto amne, confugerat.* Inscriptio apud Grut. f. 453 EX NVMERO TRANSDANVBIANORVM.

Dapalis, dapeo, vide *Daps.*

DAPHNĒ, *es,* f. Δάφνη, Penei fluminis filia, a Phœbo adamata & in laurum versa. Ovid. Met. 1, 492. Inde *Daphne* etiam pro lauru ponitur poëtis. Græce nimir. δάφνη, laurus est conf. Dioss. 1, 91. Et sic *Daphne Alexandrina,* ibid. 4, 142; Apul. de Herb. c. 58. ¶ 2. *Daphne* altera Tiresiæ Thebani variis filia. ¶ 3. *Daphne* castellum in Mœsia Secunda, *Constantiniana Dafne* in numine Constantini conditoris appellata, de qua Valesius legatur ad Amm. 27 f. 485, & Gisb. Cuperus de Apotheosi Homeri p. 256. Vnde funt *Dafnenses ballistarii,* & *Constantini Dafnenses* inter militares ordines in Notitia Imperii. vid Spanh. de us. & præst. num. dis. 13 p. 613. ¶ 4. *Daphne* etiam suburbium Constantinopoleos, ut laudatus Cuperus c. 1. ex Steph. Byzantio atque Suida ostendit. ¶ 5. *Daphne* suburbium Antiochiæ ad Orontem in Syria celeberrimum, voluptatum illecebris quasi infame. Ipsa urbs inde *Epidaphne* q. d. ἐπὶ Δάφνης dicta. Vide Eutrop. 6, 11, & quæ ibidem commentatus est Cellarius ex Capitolini Marco c. 8 & aliis, ac adde superius in *Diseinctus* dicta. Vnde sunt

¶ Daphnenses, *ium,* m. pl. incolæ. Eutrop. c. 1. *Aliquantum agrorum Daphnensibus dedit.* Et

¶ Daphnĭcus, *a, um,* adject. Vulcat. Gallic. in Avid. c. 5 *Diffluentes luxurias, & Daphnicis moribus agentes,* h. e. dissolutis & ad omnem voluptatem compositis.

¶ Daphnæus, *a, um,* aliud adject. ut, *Daphnæi Apollinis fanum,* Ammian. 22, 13, ubi vide, quæ Valesius de origine & nomine Daphnensis luci atque fani commentatus est.

¶ Daphnīnus, *a, um,* δαφνῖνος, ideinæ laurinus, von lorbeeren; ut, *Oleum daphninum,* Dioss. 1, 40. *Vinum daphninum,* Idem 5, 34.

¶ Daphnia, *æ,* f. gemma comitiali morbo utilis exiitimata, Plin. 37, 10

¶ Daphnis, *is,* & *idis,* m. puer formosissimus Poëtis, & pastor, carminis bucolici inventor: Suidas, & Ælianus in Varius 10, 18. Vide & Serv. ad Virg. ecl. 2, 5 & 8, itemque Philarg. ad ecl 5

¶ Daphnītis, *idis,* f. δαφνῖτις, laurus Alexandrina, Plin. 15, 30; Apul. de Herb. c. 27 & 58.

¶ Daphnon, *ōnis,* f. δαφνών, lauretum, ein lorbeer garten. Petron. c. 126 *Flexit se in eum daphnona.* Martial. 10 epigr. 79 *Disposuit Daphnona suo Tarquinius in agro.* Id. 12 epig. 50 *Daphnonas, platanonas & aceras cupavit.*

¶ Daphnoïdes, *æ,* m. δαφνοειδής, planta, quam laureolam vulgo dicunt,

cunt, Kellerhals. vide *Chamædaphne*, & Apul. de Herb. c. 58. Dioſc. 4, 14.

¶ Daphnelæon, *i*, n. δαφνελαῖον, *oleum laurinum*, lorbeer-öl. Dioſc. 1, 40.

¶ Daphnēphágus, *i*, m. δαφνήφαγος, vaticinans, ein weiſſager; qui laureis corollis reſponſa Dei edebat, perſuadens populo, comeſto lauro haurire ſe numen. v. Cæl. Rhod. 5, 7. Hinc Iuvenal. 7, 19 *Laurumque momordit.*

¶ Diadaphnīdon, *i*, n. gr. διὰ δαφνίδων, emplaſtrum lauri baccas habens, Celſ. 5, 19.

¶ Epidaphne, *es*, & *æ*, f. urbs Syriæ, quæ & *Antiochia* appellata, de cujus vicino ſuburbio *Daphne* vide in hac voce ſimplici n. 5. Eo in loco vitam finierat Germanicus, Tac. An. 2, 83, 4.

Dapifer, dapino, vide in *Daps.*

DAPS, *dăpis*, *dăpem*, *dape*, f. Plur. dapes, *ium*, δαῖς, δαΐς, vel δατή, largior & opiparus ciborum apparatus, herrliche koſt und ſpeiſe. *Feſtæ dapes*, Horat. epod 9 pr. feſtlaub-eſſen. *Dapibusque epulamur opimis*, Virg. Æn. 3, 224. Sing. *Amor dapis*, Horat. 4 od. 4, 12 &c. Primus caſus *Daps* reperitur ap. Feſtum, & dicitur *certum genus epularum, ſive res divina facta apud antiquos aut hiberna femente aut verna.* Sic & Cato R. R c. 50 *Vbi daps profanata conieſtaque erit.* Id. c. 132 *Daps Iovi aſſiaria. Dapes* proprie ad Deos pertinere, ut epulas ad homines, docet etiam Serv. ad Virg. Æn. 3, 223. Il. Voſſius ad Catull. p. 203 derivat a δάϊς, δάϊος, δάϊς ſ. δάψ, & in genit. *dapis*, *dapſis*, *daptis* feciſſe putat, unde diverſæ derivatorum formæ. ¶ 2. *Dapes humanas* σεμνολογίᾳ quadam pro fimo & excrementis poſuit Plin. 17, 9 ſ. 5 qui & p. p. *hominum potus* metalepſi ead. dixit.

¶ Dápifer, *ĕri*, m. ein truchſeß. Onomaſt. Vet. *Dapifer*, σιτοφόρος. Lapis Murat. p. 914 *Dapifer Cæſaris.*

¶ Dapālis, *e*, adj. feſtlich. Nonius 2, 200 *Dapalis cœna eſt amplis dapibus plena.* Vtitur auctoritate Titinnii, & Varronis. Sed & Cato R. R. c. 132 *Iupiter dapalis.* Et Auſonius ep. 9, 13 *Nam mihi non ſaliare epulum, non cœna dapalis.*

¶ Dāpīno, *āre*, apud Plautum Capt. 4, 2, 17 ad formam τὸ *propinare* confictum; *Dapinare victum alicui*, einem zu eſſen geben.

¶ Dapeo, *ēre*, wohlleben. Gloſſ. lat. gr. *Dapet*, ἑωυκῶτεω.

¶ Dapsĭlis, *e*, largus, ſumptuoſus, herrlich, ſtattlich. Colum. 4, 27 *Dapſilis proventus. Dapſilis copia eloquutilis facundiæ*, Apul. ſub init. lib. 11 Metam. Et Plautus *Dapſiles ſumptus facere* dixit in Moſt. 4, 2, 66. ¶ 2. Adverbialiter Suet. Veſpaſ. c. 19 *Dapſile convivari.* conf. Nonium 11, 34.

¶ Dapsĭlus, idem. Plaut. Pſeud. 1, 4, 3 *Herili filio Largitus diſtilis dapſilis.*

¶ Dapsĭliter, adverb. idem. Nævius in Corollar. *Meretur, quamobrem ametur, ita dapſiliter ſuos amicos alit.* v. Cariſius Inſtit. Gramm. 2. Apud Nonium 4, 232 Lucilius comparativo uſus eſt, *Scito, bene longinquum morbum in vino eſſe, ubi quis invitavit dapſilius ſe.*

¶ Dapticus, *a*, *um*, idem. *Dapticum negotium* antiqui dicebant amplum & magnicum; Feſtus.

¶ Daptice, adverb. *Daptice ſe acceptos* antiqui dicebant, ſignificantes magnifice. Idem.

DARDĀNVS, *i*, m. Δάρδανος, Iovis & Electræ filius, Virg. Æn. 8, 134 *Dardanus Iliacæ primus pater urbis & auctor.* ¶ 2. *Dardanus* magus eſt Plin. 30, 1. ¶ 3. *Dardanos*, ariſtolochia, holtz-wurtz. Apul. de Herb. c. 19.

¶ Dardana, *æ*, f. perſonacia, Apul. de Herb. c. 36, rectius *Bardana.*

¶ Dardanus, *a*, *um*, gentile nomen, eſtque idem quod Trojanus, vel qui ab his originem habet, Romanus: ut, *Dardanus auctor*, Sil. 1, 14.

¶ Dardānius, *a*, *um*, aliud adj. ut, *Dardanium aurum*, Plin. 33, 3. *Dardaniæ artes* magicæ ſunt Colum. 10, 357, a Dardano impuriſſimo & ſceleſtiſſimo quodam mago. *Dardanius Æneas*, Virg. Æn.

¶ Dardānia, *æ*, f. regio inter Helleſpontum & Granici fontes, in regno Trojano; Mela 1, 18. ¶ 2. Mœſiæ ſuperioris pars, Illyrico & Macedoniæ vicina, cujus incolæ *Dardani* dicti; Plin. 3 c. ult. De his Eutrop. 6, 2 *Is* (Scribonius Curio) *Dardanos vicit, & usque ad Danubium penetravit.*

¶ Dardānis, *ĭdis*, f. adj. *Matres Dardanides*, i. e. Trojanæ, Ovid. Met. 13, 413.

¶ Dardānĭdes, *æ*, m. ſubſt. *Dardanidæ duri*, Virg. 3, 94, & Æn. 5, 45 *Dardanidæ magni, genus alto a ſanguine Troum.*

¶ Dardanārius, *i*, m. annonæ flagellator, ſive qui frumentum comprimit, ein korn-jude, aufkaufer; in libris ICtorum. Vlpian. l. 6 Dig. de extraord. criminib. *Præterea debebis caſtodire, ne dardanarii ullius mercis ſint:* Vet. Gloſſ. παλιγκάπηλος, *Dardanarius.* Item: *Dardanarius*, παντοπώλης, παντιμετάβολος, αἰτοκάπηλος. In hoc hominum genus invehitur Ambroſ. Offic. 2, 6.

DĀRES, *ētis*, m. apud Virg. cum Entello congreditur Æn. 5, 375, 456, 460. ¶ 2. *Dares Phrygius*, hiſtoricus, bello Trojano interfuit, idque deſcripſit lingua græca, quam in latinam tranſtuliſſe Cornel. Nepos a quibusdam putatur: ſed ſuppoſititia ſunt, quæ hujus nomine circumferuntur. v. Voſſ. de Hiſt. Græc. 4, 1.

DĀRĪVS, *i*, m. Δαρεῖος, nomen trium regum Perſarum, qui fuerunt *Darius Hyſtaſpis*, *Darius Nothus*, & *Darius Codomannus* ultimus. In plerisque MSS. Curtianis legitur *Dareus*, quam lectionem eruditorum plerique probant; nec tamen altera ideo in vitio eſt, niſi breviter pronuncietur media. Cum diphthongo enim ſcribitur. vid. Freinſh. ad Curt. 3, 1, 7. Ovid. in Ibin v. 315 *Vtque necatorum Darii fraude ſecundi.* Claudian. epiſt. ad Hadrian. pr. *Darium famulis manibus ſolviſſe peremptum.*

¶ Dāricus, nummus a Dario dictus δαρεικός. V. Gron. 3, 7 p. 168. P. V. it. Prideaux hiſt vet. teſt. Cumberlandus de Ponder. & Menſ. S. Scr. p. 188; Miſcell. Obſ. Vol. 4 p. 361; Cuperi epiſtolas ad Lacroſium.

DARTŌN, *i*, n. δάρτον, tunica nervorum, a quibus teſticuli dependent, Celſ. 7, 18.

DASYPVS, *ŏdis*, m. idem quod lepus, δασύπους, ab hirſutis pedibus, ein haasen oder caninichen. Plin. 10, 63 *Daſypodes omni menſe pariunt, ſicut lepores.* Alii erraſſe Plinium exiſtimant, dum diverſum a lepore daſypodem fecit. Nec ſatis conſtat, quod animal *daſypus* ſit, ſi a lepore & cuniculo, ut apud Plinium alibi, diſtinguitur. Vide Harduin. in Plin. 8, 55 p. 245. Adde Prov. *Daſypus carmen deſiderat.*

Datarius, datatim, vide in *Do.*

DATHĬĂTHVM, *i*, n. thus minus probatum & ſecunda vindemia, geringer weyrauch. Plin. 12, 14.

DATHVS, *i*, f. Colonia Thraciæ juxta Strymonem, opulenta ac florens, & auri venas habens. Hinc proverbium Δάθος ἀγαθῶν, *Dathus bonorum*, de conferta rerum opulentia. Suid. & Eraſm.

DATIS, ſive Dathis, *is*, & *ĭdis*, m. nomen præfecti Perſici. vid. Nepos 1, 4, 1, & Val. Flacc. 6, 65. Hic excellens in rei bellicæ gloria, græce loqui conatus, confueverat dicere: ᾤδομαι καὶ ἐυθρώνομαι, καὶ χαίρομαι. Hinc in vulgi jocum abiit, Δάτιδος μέλος, *cantilena Datidis*, de re ſæpius & male pronunciata: Et

¶ Datiſmus, *i*, m. pro barbariſmo uſurpatur, ut habet interpres Ariſtophanis, eo quod χαίρομαι Datis dixit pro χαίρω. v. Eraſm. in Adag.

Dativus, dato, dator &c. vide in *Do.*

DAVCVS, *i*, m. δαῦκος, herba, beerwurtz. Matthiol. vogelneſt, aliis. Plin. 19, 5; & 25, 9; & 26, 5; & 32, 5. Celſ. 5, 23: Dioſc. 3, 76; & Iſid. 17, 9.

¶ Daucion, *i*, n. idem. vid. Dioſc. l. c. & Apul. de Herb. c. 80.

¶ Daucītes, *æ*, m. δαυκίτης, vinum ex dauco, Dioſc. 5, 41.

DĀVĪD, *ĭdis*, m. notus ex & propheta apud Hebræos, quod nomen *dilectum* ſignificat, vel *deſiderabilem.* v. Iſidor. 7, 6.

¶ Dāvidicus, *a*, *um*, adject. Sedulius in Matt 21 *Talia Davidicam poſt facta reliquerat urbem, Bethaniæ vicina petens.* Idem exordio Operis 1, 7 *Cur ego Davidicis adſuetus cantibus.* Prudent. Hymno Epiph. v. 49 *Iam flos ſubit Davidicus Radice Ieſſæa editus.*

DAVLIA, *æ*, ſive Daulis, *ĭdis*, f. & oppidi in Phocide, ad pedem Oetæ montis & regionis circumjacentis nomen, Plin. 4, 3, & ibi Harduin. add. omnino Bur. ad Ovid. met. 5, 276.

¶ Daulias, *æ*, patronym. Albinóvanus de Philomela eleg. ad Liviam v. 106 *Deflet Threicium Daulias ales Ityn.* Nim. Daulide natam faciunt quidam Philomelam, quam Athenienſem facit Ovidius.

DAVNIA, *æ*, f. Δαυνία, Apulia, dicta fuit a Dauno fluvio. (Feſtus: *A Dauno Illyricæ gentis claro viro, qui eam propter domeſticam ſeditionem excedens patria occuparit*,) de quo Horat. 3 od. 30, 11 *Et qua pauper aquæ Daunus agreſtium Regnator populorum &c.*

¶ Daunius, *a*, *um*, adject. ut, *Regna Daunia*, Silius 8, 358. Et, *Camænæ Dauniæ*, Horat. 4 od. 6, 27.

¶ Dauniācus, *a*, *um*, idem. Silius 12, 429 *Iamque in Dauniacos perfundens agmina campos.* Ita Nic. Heinſius pro vulgato *Daunivagos.*

DĀVVS, *i*, m. antiquis idem, qui poſtea *Dacus*: ut ex Strabone ſupra notabamus in *Dacia.* ¶ 2. Hinc *Davus* ſervile in Comœdiis nomen, ut *Geta*, *Syrus &c.* A natione enim ſervi vulgo nominabantur. Multum etiam cognationis habet cum *Dalivus*, de quo ſupra. Ter Andr. 1, 2, 20 *Davus ſum, non Oedipus*, i. e. ſimplex & minime aſtutus. Horat. Art. Poët. ad Piſon. v. 114 *Plurimum enim intererit, Davusne loquatur an Heros.* Davus, i. e. Servus. Hanc lectionem etiam Donatus agnoſcit. Alii vero legunt *Divusne.*

DĒ, præpoſitio cum ablativo, von. Interdum vim habet comparium A & AB. Cic. fam. 5, 6 *Domum emi de Craſſo.* Id. pro Flacco c. 20 *Fundum mercatus eſt de pupillo.* Ter. And. 4, 1, 27 *De te exemplum agit.* Virg. ecl. 1, 17 *Decælo tactæ quercus.* Idem Æn. 2, 662 *Iamque adcrit multo Priami de ſanguine Pyrrhus*; i. e. a ſanguine, a cæde. ¶ 2. *De* plurimum addit diverſis loquendi formulis elegantiæ, quæ ex auctoribus latinis ſedulo animadvertenda eſt. Ita ſæpe ſignificat *ex.* v. Ter. Adelph. 3, 3, 38 *De grege illo eſt*, er iſt einer von derſelben compagnie. Id. Andr. 2, 1, 3 *De Davo audivi*, i. e. ex Davo. Suet. Calig. 23 *Exquiſiturum ſe vel ſiduciis de Cæſonia.* Cic. Att. 1, 11 *Conſul de Pompejo quæſivit, quid de religione ſentiret.* Id. fam. 7, 5 *De manu in manum tradere.* Id. Phil. 10, 2 *Dicere de ſcripto*, aus dem zettel. Adde fam. 10, 3; Att. 4, 3; & in Bruto c. 12. Plin. 7, 44 *De exuviis trahere*, bey den kleidern. Et hujusmodi alia infinita exempla paſſim occurrunt, quorum partem ad Priapeja quoque notavit Scioppius. Hinc interpretanda tuendaque inſcriptio eſt librorum Ovidii de Ponto, quam reprehendit Scaliger. Nam *Elegiæ de Ponto*, dicuntur ex Ponto miſſæ, ſeu *Ponticæ.* Aliquando enim adjectiva ita circumloquimur. Ipſe Ovidius de mundi ætatibus in Met. 1, 127 *De duro eſt ultima ferro*, id eſt, tertia ferrea eſt. Et Cic. de Orat. 2, 7 *Homo de ſchola*, i. e. ſcholaſticus. Et ſic *Declamator aliquis de ludo, rabula de foro*, Id. in Orat. c. 15. *Accuſator de plebe*, i. e. plebejus, Id. Brut. c. 34. conf. Liv. 7, 17. ¶ 3. Si ad tempus referatur, optime notat *per* & *in*: e. g. *De die, de nocte*, i. e. *interdiu, noctu*, vel *per diem, per noctem*, vel *in die &c.* Horat. 1 ep. 2, 32 *Vt jugulent homines, ſurgunt de nocte latrones.* Suet. Veſp. c. 21 *Ac de nocte evigilabat*, i. e. adhuc durante nocte, neque dum penitus exacta, vor tags. Id. Aug. c. 97 *De nocte ad occaſionem auræ evectus eſt.* Ter. Adelph. 5, 9, 8 *Apparare de die convivium*, noch bey hohem tage. *De die* cum dicunt Latini, illud tempus intelligunt, quod poſt matutinum ad meridiem & inde ad ſupremum incedit, ut Salmaſ. Exercit. Plin. p. 456 obſervat. Suet. Domit. c. 21 *Lavabat de die, prandebatque ad ſatietatem*: i. e. ſtatim a matutino. Nam ante meridiem diſtentum cœna ſolitaria Domitianum Plinius perſtringit Paneg. Trajan. c. 49. Il. Voſſius ad Catulli epigr. 48 *de die* in poëtæ verbis: *Vos convivia laute, ſumptuoſe De die facitis*, exponit *ſtatim, repente*, ſecutus, ut ait, Donatum ad Terentium, laudatque Porphyrionem, cui ad 13 epod. Horatii *de die* ſit *primo mane*, quod tamen in Catulli loco locum habere negat. Similiter *de tertia vigilia: de quarta vigilia: de media nocte &c.* paſſim & apud Cæſarem & alios invenitur. Cic. ad Quint. Fr. 2, 1 extr. *Fac ſi me amas, ut conſideratæ diligenterque naviges de menſe Decembri.* In quibus & DE abundare ſeu παρέλκειν, dicere poſſumus: Vt in illo Sympoſii præf. ænigm. v. 1 *Hæc quoque Sympoſius de carmine luſit inepto.* Pro, hæc luſit Sympoſius inepto carmine. add. v. 15 & Heum. ad l. c. Auguſt. Confeſſ. 10, 32 *Et regem meſtrum non de carne, ſed de pane eſſe tentatum &c.* Sed & alibi De per *in* explicatur. Ter. And. 3, 2, 11 *Clamat de via*, auf der ſtraſſe. Sic *De transverſo*, Cic. Att. 15, 4. *De principio*, anfangs, Id. pro Sulla c. 24.

¶ 4. Inter-

¶ 4. Interdum idem est ac *post*. Plaut. Most. 3, 2, 8 *Non bonus somnus est de prandio*, nach dem mittags-mahl. Liv. 5, 48 *Diem de die prospectabat*. ¶ 5. De pro *secundum*: Plaut. Capt. 3, 1, 14 *Rem de compendio gerere*, nach der abrede. Ter. Adelph. 5, 9, 2 *De sententia*, nach willen und meynung. Liv. 2, 39 *De sententia populi lectus Imperator est*. Cic. Att. 7, 5 extr. *Nihil faciam, nisi de tua sententia*. Aliud est, *de sententia deducere*, von seiner meynung abwenden, Cic. Tusc. 2, 25. *Facturus nihil sum, nisi de tuo consilio*, nichts, als was du mir rathen wirst: vid. Cic. Sam. 12, 3. *De voluntate civium*, Cæs. de B. C. 3, 4. *De concilii sententia*, Cic. Att. 4, 2. *Sella de more posita*, wie es gebräuchlich, Suet. Galb. c. 18. conf. Id. Tit. c. 5; & Plin. 7, 30. ¶ 6. *De* in causla declaranda idem ac *super* vel *propter*: Cic. Off. 1, 13 *Regulus de captivis commutandis missus est*. Cæs. B. G. 2, 6 *De pace legati venerant*, h. e. propter pacem, um friedens und vertrags willen. Cic. Att. 10, 3 extr. *Provide, ne quid ei desit, de qua re scis miserrimum esse*, i. e. Tulliæ, de qua misere solicitus sum. Cujusmodi & Terentianum illud est Eun. 3, 2, 4 *Requid nos amas de fidicina isthac*, i. e. *propter*, ut & Donatus interpretatur. Horat. 1 epist. 14, 7 *Rapto de fratre dolentis*. Ter. Adelph. 2, 2, 45 *Sed Cteſphonem vicino: letus est de amica*. Prudent. hymn. 5, 131 *Sed terris Domini de cruce tristibus*. ¶ 7. De etiam particulas circumscribit: ut, *De integro*, i. e. denuo, aufs neue, Cic. Att. 13, 27 & 49. *De indistria*, Id. Off. 1, 7, quod vulgo dicitur *studio*, fürsetzlich. Ter. Hec. 5, 1, 1 *Non hoc de nihilo est*, das ist nicht umsonst. Id. Andr. 2, 2, 23 *De improviso naptiæ*, so plötzlich, unversehens. Cæs. B. G. 2, 3 *de improviso celeriusque omnium opinione venit*. ¶ 8. Sæpe explicare licet per *quod attinet*, was anbelanget oder betrift. Plaut. Merc. 3, 1, 22 *De lanificio neminem metuo*, i. e. quod ad lanificii laudem attinet, nemini mulieri concesserim. Id. Rud. 4, 7, 2 *De illo viduo, si sapias, taceas*, i. e. quod ad illum vidulum attinet, &c. Locutus ita & Cic. Fam. 14, 1 *de familia, quomodo placuisse amicis scribis, faciemus, &c.* Ter. Adelph. 2, 1, 50 *De argento somnium*. Vide & Plaut. Cas. 2, 6, 20, & Trin. prol. v. 16. Huc refer & illud Cic. Att. 2, 5 *Quid de P. Clodio fiat, rescribe*. Vid. Græv. ad Cic. fam. 1, 2 *de tribus legatis*, it. Canter. ad eund. locum. ¶ 9. Vsus & hujus præpositionis in circumloquendis Genitivis. Ter. Heaut. 2, 2, 1 *Si mihi fecunda res de amore meo essent*: i. e. amoris mei. Ibid. 4, 1, 39 *ne expers esset partis de bonis nostris*, i. e. nostrorum bonorum. Cic. Parad. 1, 2 *Multa de suis rebus exportabant*. Nep. 8, 2, 1 *Non plus habuit secum, quam triginta de suis*. ¶ 10. De plerumque materiam spectat: hinc vulgaria quidem, & elegantia tamen sunt; *de meo, de tuo, de nostro, &c.* Ter. Adelph. 1, 2, 37 *Obsonat, putat, ol: unguenta, de meo*, auf mein conto, aus meinem beutel. Cic. Att. 16, 1 *pecuniam numeravi de suo*. conf. Plaut. Bacch. 1, 1, 65; & Liv. 4, 59 ext. Sic, *Largiri de alieno*, Liv. 3, 1. *Convivari de publico* scil. sumptu, Cic. Verr. 5, 44. ¶ 11. Abundare videtur interdum hæc particula. Vid. Barth. ad Ceir. Virg. ad Claudia. præf. L. 2 in Eutrop. v. 25, & Adv. 1, 17. ¶ 12. Nonnunquam pronomine *pri* postponitur & pro *de quo*, dicitur *quo de*. Cic. pro L. Manil. c. 16 *De hujus autem hominis felicitate, quo de nunc agimus*. vide plura exempla ap. Mencken. Observ. L. L. ¶ 13. Observa, hanc præpositionem in quibusdam compositis augendi vim, in quibusdam minuendi obtinere: Augendi, ut in *deamo, deprecor, decerto, &c.* Minuendi, ut in *depleo, defando, depilo, &c.* Aliquando & finem notat, ut in *detumere, deludere, detonare, degrandinare, desluere, &c.* ¶ 14. De ac *di* in compositis solere confundi, observant Drak. ad Sil. 17, 164, & Brouckh. ad Tib. 1, 5, 40.

Dehinc, vide infra *Hic, hæc, hoc*.

¶ Dein, & Deinde, adverb. ordinis, darnach, hernach, nachmahls. Cæs. B. Civ. 1, 74 *Primum agunt gratias &c. dein de Imperatoris fide quærunt*. Ter. prol. Heaut. v. 19 *Neque se id pigere, & deinde facturum autumat*. Cic. fam. 3, 7 *An ego tibi obviam non prodirem? primum Appio Claudio, deinde Imperatori, deinde more majorum, deinde (quod caput est.) amico*. ¶ 2. Cum vehementia quadam, ut Græcum ἔπειτα in reprehensionibus, Cic. Verr. 3, 16 *Adspice ædem Castoris* (in qua extabant importunæ illius avaritiæ vestigia) *DEINDE si audes facti mentionem innocentiæ*. conf. quæ seq. ¶ 3. *Deinde Deinceps* junguntur apud Cic. L. 1 de Divin. c. 30 *Qui primus eorum, qui sortiuntur, qui deinde deinceps moriturus esset*. v. Wopkens Lect. Tull. L. 3 c. 3. Sic, *deinde postea*, Liv. 41, 24; *postea deinceps*, Id. 45, 14. *Deinde ad extremum*, Cic. 1 in Verr. 10, aliaque ejus generis, de quibus Mencken. Observ. L. L. hac voce.

¶ Deinceps, significat idem quod Gr. ἑφεξῆς, ordine continuato. Liv. 1, 21 extr. *Duo deinceps reges*, i. e. successores proximi, zhnter einander nach einander. Id. 2, 47 fin. *Funera duo deinceps ducit*. Cæs. B. C. 1, 25 *His perfectis collocatisque, alias deinceps pari magnitudine rates jungebat*. Cic. de Clar. Orat. 3 *Prosperæ res deinceps multæ consecutæ sunt*. ¶ 2. Adhibetur etiam, ubi ad absurdum deducere volumus adversarium, vel absurde ipsum rationes putare, aut facere adeo demonstramus. v. Schult. ad Quint. decl. 1 p. 15 sq. Similem τῆς ἄτας usum ostendit Devarius. Vid. Deinde n. 2.

¶ Deorsum, adverb. pronunciandum cum aliquantula mora in prima syllaba, quemadmodum Quintilianus monuit, herabwerts, hinabwerts. *Deorsum versus*, Ter. Adelph. 4, 2, 37. Et Colum. 12, 43 *Deorsum versus spectantes*. Contrarium est *sursum*, cum quo etiam conjungi potest. Senec. de Tranquill. c. 11 *In tanta rerum fortuna sursum ac deorsum euntium versatione*, da alles darunter und drüber, oder bunt über einander. Idem de Provid. c. 5 *Non erit idi planum iter: sursum oportet ac deorsum eat, fluctuetur, &c.* Id. Quæst. nat. 6, 21 *Terra quatitur & sursum ac deorsum movetur*. Sic, *Sursum deorsum cursitare*, Ter. Eun. 2, 2, 47, ἄνω κάτω, auf und nieder.

¶ Deorsus, Apulejus dixit l. 8 Met. p. 207.

¶ Defub, unter; præpos. compos. Hor. 2, 3, 2 *Sub Alpibus*, i. e. *defub ipsis Italiæ faucibus gentes, &c.* i. e. *sub Alpibus*. Add. Gesn. Ind. Scriptt. R. R.

Deinsuper, & Desuper vide in *Super*.

Dea, vide *Deus*, Deacinatus, *Acinus*, Dealbator, dealbo, &c. *Albus*, Deambulatio, &c. *Ambulo*, Deamo, *Amo*, Deargentatus, *Argentum*, Dearmo, *Arma*, Dearruo, *Artus*, Deascio, *Ascia*, Deauro, *Aurum*.

Debacchor, &c. vide *Bacchus*, Debasiatus, *Basium*, Debatuo, *Batus*, Debellator, debello, &c. *Bellum*.

DĒBEO, *ui, itum, ēre*, sollen, müssen. Cic. de Orat. 2, 77 *Et principia, & cetera partes orationis habere hanc vim magnopere debent*. Et c. seq. *Principia dicendi caussarum propria esse debent*. Et fam. 6, 6 *Debobit habere fidem nostra præditio*, i. e. æquum est, ut habeat. ¶ 2. It. obligatum esse, schuldig seyn. Nepos 25, 2, 4 *Non est passis longius debere eos*, de æris alieni solvendi tempore observato. Debetur autem officium, beneficium, gratia, præmium, pecunia: & contra, mala gratia, pœna, &c. Cic. in Pison. c. 37 *Pœna tanto facinori debetur*, auf eine so grosse übelthat gehöret eine straffe. *Animam debere*, Ter. Phorm. 4, 3, 56 significat, immodico ære alieno teneri, mehr schuldig seyn, als man bezahlen kan. Ad hanc notionem referendus etiam est usus participiorum, ut ille perrarus est. Sen. de Benef. 1, 4 *Pertinax sit memoria debentium*. Et Alcimus Avitus ad Sororem v. 150 *Conversio fratrum Exemplo debenda tuo*. ¶ 3. Eleganter *debere* nos *ea* dicimur, quibus obnoxii sumus, quæ metuenda nobis impendent. Horat. 1 od. 14, 15 *tu, nisi ventis Debes ludibrium, cave*, i. e. nili vis fortunaram adire naufragium, Lambinus ad eum locum exemplis docet, eam loquendi rationem a Græcis sumtam, quem vide. Idem Horat. ad Pison. v. 63 *Debemus morti nos nostraque*. Similiter *pœnas debere*, Juvenalis dixit 10, 312, de quo Lipsius epist. Quæst. 4, 24. Ita *fatis debetur*; quod certo futurum est. Virg. Æn. 3, 184 add. Burm. ad Quint. decl. 9, 5 p. 194. ¶ 4. *Deberi videri debere non posse*, quod præstandum erat, eleganter quoque dicitur. Ovid. Heroid. 16, 103 *Nec potui debere mihi spem longius istam, Cautela peterem quin mea vota via*. Cic. Att. 4, 2 *Itaque oratio juventuti nostræ deberi non potest*, i. e. cogimur illam juventuti describendam concedere, ut inde proficiat. Id. de Leg. 3, 11 *Deberi non posse huic civitati eam potestatem*. Plura dabit Victor. ad h. l. ¶ 5. *Debet*, i. e. verisimile est, &c. Cic. de Inv. 2, 1 fin. *Qui verissimum pulchritudinis habere judicium debuisset*, h. e. de quo verisimile est, illum habuisse. Id. Att. 6, 1 p. 378 Græv. *Antonius debet etiam fratris App. Claudii amorem erga me cum reliqua hæreditate crevisse*. Add. Græv. ad Cic. Att. 10, 4 p. 131 sq. Cic. pro Sulla c. 13, 1 *debebat minuere*. it. Burm. & Sciopp. ad illud Petron. c. 33 extr. *Hic nescio, quid boni debet esse*. conf. c. 49 p. 246. Similia de *oportet* habet Pareus Lex. Crit.

¶ Debens, *tis*: ut, *Opus debentes*, Horat. 1 ep. 1, 21. conf. ex *Debeo* n. 2. Et absolute *Debentia dici*, Idem de Arte v. 43.

¶ Debitus, *a, um*, gebührend, gehörig, schuldig. Cic. Phil. 7, 3 *meritos ab Romanis & debitos decernere*. Id. pro Flacc. c. 23 *debitam pecuniam solvere*. Id. Catilin. 1, 8 *Supplicia justa debitaque*. Id. pro Mil. 31 *Justæ & debitæ pœnæ solutæ sunt*. Id. Phil. 14, 12 *O fortunata mors, quæ naturæ debita pro patria est reddita*. Est etiam omne id, quod fieri debet, & jure fit. Cic. Tusc. Disp. 3, 27 *Hæc omnia recta, vera debita putantes*. Conf. Menck. Obs. L. L. h. v. Interdum idem est ac destinatus, gewidmet. Sulp. Sev. Hist. Sacr. 1, 94 de Sedechia: *posteris donique malis deditus, Regis animum effendit*.

¶ Dēbĭtum, *i*, n. subst. eine schuld: ut, *Debitum exigere*, Sen. Phœniss. v. 171, einmahnen. *Solvere debitum*, Cic. ad Quint. frat. 1, 2, bezahlen. *In debitis residere* dicitur, quod nondum solutum est, restiren. Lege ult. Cod. de præd. Senat. *Docuit tua sublimitas, exactionem Trihunorum Senatus non posse concurrere, adeo, ut in nonnullis provinciis Senatori Canonis medictas in debitis resederit*. Vno nomine *Reliquum* dicitur, de quo suo loco. ¶ 2. *Debitum naturæ reddere*, i. e. mori, Nepos de Regib. 1, 5. Pari elegantia Curt. 10, 5, 3 de Alexandro moriturο: *velut omni vitæ debito liberatus*; scil. fatum & mors subinde creditori aut depositori comparantur, & vitam tamquam debitum reposcere dicuntur.

¶ Debĭtio, *ōnis*, f. idem. Cic. pro Planc. c. 28 *Dissimilis est pecuniæ debitio & gratiæ*.

¶ Debĭtor, *ōris*, m. ein schuldner. Cic. pro Flacco c. 20 *Fecit eadem omnia, quæ nostri debitores solent*. Ovid. Pont. 4, 1, 2 *Debitor vitæ suæ alicui est*.

¶ Debĭtrix, *īcis*, f. eine schuldnerin. Vlpian. l. 8 ad SC. Vellej. § 2 *Si quasi debitrix delegata est, una fit intercessio*. Hieron. epist. 150 ad Hebidiam, quæst. 1 *Debitricem esse te noveris*. Tertull. de Anima c. 35 *Si omnium facinorum debitrix anima est*.

¶ Indebĭtus, *a, um*, unverdient. Virg. 6 Æn. v. 66 *Non indebita posco Regna meis fatis*, i. e. promissa & futura. vid. *Debeo* n. 3. Ovid. Heroid. 16, 19 *Præmia magna quidem, sed non indebita posco*.

¶ Indebĭtum, *i*, n. subst. das man nicht schuldig ist; ut, *Solutio indebiti*, l. 25 § 4 de Probationib. & præsumtion.

¶ Indebĭte, adv. ungebührlich, nicht aus schuldigkeit. Paulus ICtus lege jam citata, eodemque § 4 *Si cautio indebite expossita esse dicatur*. Cassiodorus 1 ep. 19 *indebite retinere*; & epist. 22 extr. *Si rebus indebite victoria suffragetur*. Aug. serm. 122 *Cur indebite occidisti*.

DĒBĬLIS, *e*, adj. infirmus, matt, schwach, kraftlos, unvermöglich, gebrechlich. *Imbecillis ac debilis senex*, Cic. pro Sextio c. 10. *Ferrum debile*, Virg. Æn. 12, 50. Præcipue vero & proprie quasi, resolutum, fractum, deminutumque ac mutilatum & ita inhabilem seu inutilem significat. Nam & *debilitatum*, inhabilem ICtus, de quo infra; & *debile* Vet. Gloss. ἀχρεῖον, interpretatur. Mæcenas ap. Sen. ep. 101 *Debilem facito manu, Debilem pede, coxa, &c.* lahm an händen und füssen. Tac. Ann. 13, 14, 5 Burrhum *debilem* vocat, quod *manca manu* esset, ut ipse interpretatur. Idem Hist. 4, 62, 6 *Dux Claudius Sanctius effosso oculo, dirus ore, ingenio debilior*. Nempe *debilem* vocat, tum quod effosso oculo, tum quod pravo corruptoque ingenio esset. Victor Junior de Constante Imp. *Hic fuit debilis pedibus manibusque, articulorum dolore*, er ist contract gewesen. Prudent. Hymn. 2, 78 de Iacobo Patriarcha cum Angelo luctante: *Lapsane claudus poplite, Femur que victus debile Culpæ vigorem perdidit. Femur debile*, i. e. luxatum. Idem Apotheos. v. 270 *Quisquis ut redeam, mi reddit debile quicquam, Nam si debilitas redit, instauratio non est*. Apud Matthæum c. 15, 30 τοὺς κυλλούς, sive *mancos*, vetus interpres *Debiles* reddidit, latinissime, ut ibi Casaubonus laudat. Vide ibi & Bezam. A quibus tamen nonnihil abit Grotius, qui κυλλὸν sive *debilem mutilum* interpretatur, non cui manus morbo aut casu alio debilis reddita. Et ita acceptum Justinus quoque vocem *debilis*, supra producti de Tacito loci, item ille Prudentii Apotheosi restari possunt. Nam & *debilitare* nonnunquam truncare est, de quo infra. ¶ 3. Comp. Claudian. 1 in Ruf. v. 312 *pars una maneret debilior*. Et in Phœnice v. 45 *blandæ solem clangore salutat debilior*,

¶ Debĭlo, *ōnis*, m. pro debili dixere veteres. Ennius apud Festum: *debilo homo.*

¶ Debĭlĭtas, *ātis*, f. die ſchwachheit. Cic. de Fin. 5, 28 *Bonum, integritas corporis: miſera debilitas eſt.* Vbi *integritas* dicitur, cum ſuus vigor membris, ſuus uſus integer eſt: *Debilitas*, cum ea ademta, cum perdita, ut iis uti amplius non poſſis, quod paralyticis & articulorum morbo laborantibus accidit. Sic *debilitatem* Plin. 7 ep. 18 de eo dixit, qui, ut ipſe loquitur, *omnibus membris extortus & fractus*, der gantz contract. *Membris omnibus captum* Cicero vocat, & *debilem* conjungit; Locus eſt pro Rabirio perduell. c. 7. Gell. lib. 6 c. 1 plurative, *debilitates & egritudines corporum.*

¶ Debĭliter, adverb. ſchwächlich. *Lacrymis lingua debiliter ſtupet*, Pacuv. apud Nonium 2, 228.

¶ Debĭlĭto, *avi*, *atum*, *are*, ſchwächen, matt machen. *Dolor me debilitat*, Cic. pro Rab. poſt. ſub fin. *Metus animum affligit & debilitat*, Id. Tuſc. 4, 15. *Debilitari & frangi vitiibus*, Id. pro Marc. c. 3. *Frangi & debilitari moleſtia non oportet*, Id. ad Q. frat. Et, *Invidia debilitari*, i. e. premi, collabefieri, Nepos 23, 1, 2. *Debilitat vires animi &c.* Virg. Æn. 9, 611. Proprie eſt debilem facere, iis, puta, modis, quibus Latinis vocabulum accipi diximus. Suet. Aug. c. 43 *In hoc ludicro C. Nonium Aſprenatem lapſu debilitatum, aureo torque donavit.* Significat ſcil. membrum aliquod eo lapſu defractum illi luxatumve fuiſſe, ut recte uti amplius nequiverit. Sane & Cicero *debilitare* & *frangere* tanquam Synonyma conjungit. ICtus l. 4 § 12 D. de re milit. *Eum, qui filium debilitavit, delectu per bellum indicto, ut inhabilis militiæ fit, præceptum D. Trajani deportavit: Debilitavit*, i. c. mutilavit, ſive præcidit digitos. Ita enim faciebant, qui, cum delectus haberentur, detrectabant militiam, quaſi inhabiles tractandis armis: quos per jocum *Murcos* appellari ſolitos, Ammianus auctor eſt lib. 15, quod Cujacius notat, quem vide Obſerv. 15, 40. Exemplum habes apud Suet. Aug. 24. Vide & infra in *Murcus.*

¶ Debilitātus, *a*, *um*, geſchwächt, abgemattet. Cic. pro Quint. c. 1 *Multis incommodis veritas debilitata, tandem æquitate talium virorum recreatur.* Curt. 8, 1, 24 *Illum debilitatum vulnere jacuiſſe.*

¶ Debilitate, adverb. ſchwächlich. Ita Nonius 2, 227 explicat *Debiliter.*

¶ Debilitatio, *onis*, f. die ſchwächung. Cic. in Piſ. c. 36 *Debilitatio atque abjectio animi.*

¶ Debilitamentum, *i*, n. idem, apud Auguſtinum.

¶ Debilitator, *oris*, m. qui debilitat; apud eundem.

¶ Debilitatrix, *īcis*, f. apud Hieronymum.

¶ Subdebilis, *e*, aliquantum debilis; ut, *Femur ſubdebile*, Suet. Vitell. c. 17.

¶ Subdebilitatus, *a*, *um*, idem. Cic. Att. 11, 4.

Debitio, debitor, debitus, vide *Debeo.*

Deblatero, vide *Blatero*, Debreviatio, *Brevis*, Debuccellatus, *Buccă*, Debuccino, &c. *Buccina*, Debullitio, *Bulla.*

Decachinno, vide *Cachinnus*, Decachordum, *Chorda*, Decactinus, *Acadinus*, Decacumino, &c. *Cacumen*, Decadivus, *Cado*, Decalantico, *Calantica*, Decalco, decalicatus, *Calx*, Decalogus, *Logus*, Decalvo, &c. *Calvus*, Decanto, &c. *Cano*, Decanus, Decaproti, *Decas*, Decapulo, *Capula*, Decarchus, *Arche*, Decarno, *Caro.*

DĔCAS, *ădis*, f. δεκάς, id quod numero denario conſtat, das zehen ſtück hat, oder eine ſumme, ordnung, rotte von zehen. Sic apud Livium quælibet *Decas* decem libris abſolvitur. Mart. Capella lib. 2 p. 25 *Nonades decadibus ſubrogatæ.* Conf. Tertull. de Præſcript. c. 49.

¶ Dĕcānus, *i*, m. corporal, qui decem militibus præeſt. Veget. 2, 8 *Erant decani denis militibus præpoſiti.* vide ad h. l. Stewechii Comment. & conf. Vulg. Interpr. Deut. 1, 15. ¶ 2. Ex militia in cœnobia transducta vox eſt; nam novem ſemper hominibus decimus præerat, qui *Decanus* inde appellatus, de quo Hieronymus & Auguſtinus, de morib. Cathol. Eccl. c. 31. Inde in Collegia eccleſiar. cathedralium, item in Academias devenit, ubi *Decanus* appellatur, qui dat collegio caput, ein Dechant. v. Buchneri de Philoſ. ecloga.

¶ Decanātus, *us*, m. officium ſive dignitas Decani.

Compoſita:

Decachordum, vide *Chorda*, Decalogus, *Logus*, Decanummus, *Nummus*, Decapolis, *Polis*, Decarchus, *Arche*, Decaſtylus, *Stylus*, Deceris, *Erates.*

¶ Dĕcăprōti, m. pl. δεκάπρωτοι, quos *decemprimos* Cicero vocat, die oberſten zehen. vid. l. 3 § 10 & l. 18 § 26 de muner. & honor. vid. mox *Decemprimi.*

¶ Decaprotia, *æ*, f. decemprimatus, ibid. l. 18 § 26.

¶ Decatorthōma, *ătis*, n. δεκατορθωμα, medicina ex decem rebus parata, apud Seren. Samon. v. Keuchenii not. p. 181.

¶ Dŏdĕcatēmōrium, *i*, n. δωδεκατημόριον, pars ſigni duodecies computata. vid. Manil. 2, 672 ſeqq. cum Comm. Scalig. p. 163 & 168.

¶ Dodecatheos, *i*, f. δωδεκάθεος, a duodecim Diis majoribus dicta herba, *cujus maxima autoritas eſt, omnium Deorum majeſtatem commendantis*, Plin. 25, 4. ¶ 2. Cœna Auguſti δωδεκάθεος vocabatur, *in quo Deorum Dearumque habitu diſcubuerunt convivæ, & ipſe pro Apolline ornatus fuit*, Suet. Aug. c. 70.

¶ Dyodĕcas, *ădis*, f. δυόδεκας, ein dutzend. Tertull. de Præſcript. c. 49.

Decauleſco, vide ſupra *Caulis.*

DĔCEATES, populus, Flor. 2, 3, 5 non Liguriæ, ut is tradit, ſed Galliæ Tranſalpinæ, Vide Grævium ad h. l.

DĔCEM, δέκα, zehen; numerale indeclinabile, ut notum: ut, *Decem talenta*, Ter. And. 5, 4, 49. *Fundos decem & tres reliquit*, Cic. pro Roſc. Am. c. 7, de quo infra in *Tredecim.*

¶ Decies, adverb. zehenmahl. Plinius 10, 53 *Decies anno pariunt columbæ.* Item: *Decies centena millia*, zehenmahl hundert tauſend. Plaut. Amph. 2, 1, 27 *Decies dixi*, i. e. ſæpe.

¶ Dēcimus, *a*, *um*, ordinale, zehend; ut, *Hora diei decima*, Cic. Phil. 2, 31. *Decimus quisque*, ie der zehende, Plaut. Pſeud. 4, 2, 17.

¶ Dēcumus, *a*, *um*, idem. Plaut. 1, 2, 19 *Alter decumo poſt menſe naſcetur puer.* Tac. Ann. 3, 21, 1 *Decumum quemque fuſti necat.*

¶ Decimum, adverb. zum zehenden mahl. Liv. 6, 40 *Nos reficietis decimum tribunos.*

¶ Dĕcĭmæ, & Decūmæ, *arum*, f. pl. der zehende, der zehen; ut, *Decimæ vini, olei, frugum, &c.* Vide Ciceronis Verrinam 3 de re frumentaria. Has regibus olim & Diis libatas, Victor tradit de Orig. gentis Rom. c. 6, ubi in fine. *Decima pecoris: Decima fructuum.* Sic & *Herculi decimam vovere*, dixit Cic. de N. D. 3, 36. ¶ 2. *Scenicis ludis decimæ datæ*, apud Suet. Cal. 26 ſunt miſſilia & teſſeræ, quas ſpargebat, decimam bonorum ſuorum partem Diis conſecraturus vid. Turnebi Adverſ. 18, 5. ¶ 3. De Decima Dea, Tertull. de Anima c. 37 *Superſtitio Romana Deam finxit & Nonam & Decimam a ſollicitioribus menſibus.*

¶ Dĕcĭmānus, & Decumanus, *a*, *um*, ſehr groß. Sic *Decumanus lines* in agro dicitur, qui ſit ab orru in occaſum. Sed limes transverſus *Cardo* dicitur, qui eſt ab auſtro in ſeptentrionem. Plin. 18, 34 pr. adde ſupra in *Cardo* dicta, & Sic. Flaccum Gœſii p. 14, & Hyginum p. 151 ſeqq. Sic apud Feſtum *Ova decumana*, ova dicuntur majora, quorum decimum ſemper majus cæteris naſci dicitur. *Decumana porta* patentior averſaque porta in caſtris, apud Cæſ. ſæpe: e. g. B. G. 2, 24; 3, 25; &c. Vid. Lipſ. ad Tacit. & de Militia. Ita *Decumanam* in vineis ſemita majus ſpatium, plauſtro, credo, pervium, vid. Col. 4, 20, 5 & 12, 43, 4. *Decumanus fluctus*, i. e. maximus, Feſtus. Talis enim eſt poëtarum opinione, qui decimus venit. Vnde Ovid. Met. 11, 530 *Vaſtius inſurgens decimæ ruit impetus undæ.* Id. 1 Triſt. 2, 49 *Qui venit hic fluctus, fluctus ſupereminet omnes: Poſterior nono eſt, undecimoque prior.* Et Sil. 14, 124 *Quum ſeſe immiſit, decimoque volumine pontum Expulit in terras Boreas.* Hæc & plura jam obſervavit Polit. miſcell. c. 86. Sic &, *Acipenſer decumanus*, Cic. de Fin. 2, 8. Sic Cic. Verr. 2, 7 *Decumani ſunt principes & quaſi ſenatores publicanorum*, diverſi proinde ab his, de quibus n. 3. ¶ 2. Sed *ager decumanus* eſt, qui decimas pendit, ein acker, ſo den zehenden giebt, Cic. Verr. 3, 6. Cujusmodi agros *Decimales* videtur appellare Tac. Germ. 29. ¶ 3. Eidem Ciceroni modo laudato loco *Decumanus* dicitur, qui exigit agrorum decimas, vel redimit, publicanus videlicet, de quo & Aſconius, ein zehendner. Ejus uxor, *mulier decumana*, Cic. c. l. c. 34. Add. Id. Att. 5, 13 p. 513 Græv.

¶ Dĕcĭmo, *avi*, *atum*, *are*, den zehenden nehmen. ¶ 2. *Decimari* etiam *milites* dicebantur, cum ſolvendæ pœnæ cauſſa, quam omnes debebant, decimus quisque per ſortem interficiebatur. Suet. Aug. 24 *Cohortes, ſi quæ ceſſiſſent loco, decimatas hordeo pavit.* Dicit, decimum quemque cohortis, qui loco ceſſiſſet, interfectum: cæteris in annonam non triticum, ſed hordeum datum ignominiæ cauſſa, quippe quo gladiatores alias paſcerentur. Id. Galba 12 *Recuſantes atque inſuper aquilam, & ſigna pertinacius flagitantes, non modo immiſſo equite diſjecit, ſed decimavit etiam.* Conf. in Calig 48. Paſſim hujus *decimationis* (ita enim appellabatur hoc militaris ſupplicii genus:) meminere Hiſtorici. Quomodo inſtitui ſoleret, docebit Plutarch. Anton. p. 934 B. it. Appianus in Parthicis. Add. Henr. Savil. ad Tacit. p. 144, 150. Forſtner. ad eumd. p. 250, ubi de juſtitia hujus pœnæ. Ap. Romanos primum eo uſus videtur Appius Claudius, de quo Liv. 2, 49 extr. Statuebatur & in dedecus *decimatio.* Exemplum habes ap. Tac. Hiſt. 1, 37.

¶ Dĕcĭmātus, vel Decumātus, *a*, *um*, decimus quisque lectus; ut, *Cohortes decimatæ*, de quibus antea Suetonius. ¶ 2. Eſt & electus, auserleſen; ut, *Viri decumatæ honeſtatis*, Symmach. 3 ep. 49 & 51.

¶ Decumatio, *ōnis*, f. ſupplicium illud militare, quod in verbo *Decimare* jam deſcripſimus. Capitol. in Macrino c. 12 *Clementem ſe dicebat, quando eos centeſimaret, qui digni eſſent decumatione atque viceſimatione.* Adde ſupra *Centeſimare* in *Centum.*

¶ Decimatrus, ead. ratione dici, qua *Quinquatrus*, in hac ipſa voce Feſtus oſtendit.

Decuria, decuriare, decurio, &c. vide ſupra in *Curia*: quandoquidem rectius hæ voces ad illam referuntur originem.

¶ Dēni, *æ*, *a*, diſtributivum, je zehen. Curt. 6, 8, 19 *Singulos deni armigeri ſequebantur.* Virg. Æn. 11, 326 *Bis dena naves*, i. e. viginti.

¶ Dēnārius, *a*, *um*, gezehend; ut, *Denarius nummus*, ſic appellatus, quod X aſſibus conſtaret: quamquam denique & XVI valuerit; quod inter alios Marcellus Donatus ad Taciti Ann. 1, 26, 1 obſervat. Sed hac de re videndus omnino Gron. variis locis magni de P. V. operis. Liv. 8, 11 extr. *Denarios nummos quadringenos.* Sæpius etiam ſuppreſſo *nummi* vocabulo, & quaſi ſubſtantive: Cic. Off. 3, 23 *An emat denario, quod ſit mille denarium?* Hac nummi ſpecie tributum exigi ſolitum, notat Grotius ad Matth. 22, 19. Erat autem *Denarius Iudæorum* ad noſtram monetam octava pars Ioachimici. *Denaria Philippea* in neutro, ſubaudi numiſmata, Plautus dixit Rud. 5, 2, 27.

¶ Denariſmus, *i*, m. penſio denarii, tributi genus de agris ſive prædiis, cujus mentio fit Lege 107 & 123 Cod. Theodoſ. de Decurionibus. Adde Gloſſ. Car. du Freſne.

¶ Decemplex, *plĭcis*, zehnfältig. Nepos 1, 5, 5 *Tanto plus virtute valuerunt, ut decemplicem numerum hoſtium profligarent.*

¶ Decemplicatus, *a*, *um*, idem. Varro de L. L. 5, 5 *Heis decemplicateis conjuncto proverbio, ex uno quinque millia numero efficerent.*

¶ Decemprimi, *orum*, m. die zehen erſten. Nomen magiſtratus municipalis. Cicero pro Roſc. Amer. c. 9 *Itaque decurionum decretam ſtatum ſit, ut decemprimi proficiſcantur ad L. Syllam.* De his Grævius ad Cic. Att. 10, 13 p. 182 commendat epiſtolam 46 Reineſii ad Rupertum. v. *Decaproti.*

¶ Decemprimatus, *us*, m. eorum munus. Hermog. ICt. l. 1 § 1 de muner. & honor.

¶ Dĕcŭplus, decuplum, zehenfach. Priſci editores Livii, Aldus & Moguntinus Schefferus 39, 44 vulgaverunt *decuplo tanto pluris eſtimaventur*, ubi Grut. & Gronov. *decem tanto* legunt.

¶ Decuplātus, *a*, *um*, id. Auguſtin. ſerm. 2 in fer II Pentecoſt. c. 1 *Decuplato numero Apoſtolorum.* Iuvencus in Matth. 18 *Sic decuplata ſuper donentur vulnera fratri.*

Sed reliqua:

Decemjugis, vide *Jugum*, Decemmodius, *Modius*, Decempeda, decempedator, *Pes*, Decemremis, *Remus*, Decemſcalmus, *Scalmus*, Decemvir,

temvir, decemviralis, &c. *Vir*, Decennalis, decennis, decennium, *Annus*, Decunx, *Uncia*, Decussatim, decussis, &c. *As*.

I. Composita cum Præpositionibus.

¶ Addecĭmo, *avi, atum, are*, den zehenden von etwas heben. Vulg. Interpr. 1 Sam. 8, 14 *Addecimare segetes*.

¶ Edecĭmo vel Exdecĭmo, *are*, pro deligere, excerpere, sequiorum temporum auctores aliquando posuere, auslesen. Symmach. 5 epist. 83 *Equos ex Hispania lectissimæ nobilitatis edecumat*. Festo etiam *Exdecimare* est decimum quemque eligere.

¶ Edecumātus vel Exdecimatus, *a, um*, selectus, auserwehlt, auserlesen. Symm. 3 epist. 51 *Ut unum aut alterum æque edecumatæ honestatis invenias*. Id. 10 ep. 2 *Magnis negotiis itidem ut magnis comœdiis edecimati opponuntur auctores*. Ita Macrob. sat. 1, 5 *edecumatos fodales* dixit.

II. Composita cum aliis Numeralibus:

¶ Vndĕcim, eilf. Martial. 2 epigr. 44 *Debeo undecim Phileto*.

¶ Vndĕcĭmus, *a, um*, der eilfte. Plin. 11, 54 *Vltra undecimum diem*.

¶ Vndecies, adverb. eilfmahl. Cic. Verr. 2, 7 *Sestertium undecies perdidisse*. Martial. 5 epigr. 80 *Vndecies una furrexi zotte cœna*.

¶ Vndĕcēni, *æ, a*, distribut. Plin. 36, 7 extr. *Vndecenis pedibus*.

¶ Vndēni, *æ, a*, idem. Plin. 8, 42 *Partum undenis mensibus ferunt, duodecimo pariunt*. Manil. 4, 451 *Pars undena nocens*, h. e. vicesima secunda.

Vndecimviri, vide *Vir*, Vndeciremis, *Remus*.

¶ Duodĕcim, zwolf. *Pueri duodecim*, Cic. de Leg. 2, 23. *Duodecim tabulæ*, Idem 1 de Leg. 1, 5.

¶ Duodecimus, *a, um*, der zwölffte. *Duodecima legio*, Cæs. B. G. 2, 23: & Tac. Ann. 15, 6, 3. *Duodecimo die*, Cæs. ibid. c. 2. Auctor Vetus argum. Virgil. *Duodecimo Turnus divinis occidit armis*.

¶ Duodecimo, adv. Iul. Capitoli. Anto. Pi. *Fl. Domitiano duodecimo & Cornelio Dolabella coss*.

¶ Duodecies, adv. zwolffmahl. Liv. 38, 8 *Tiberis duodecies campum Martium planaque urbis inundavit*.

Duodecennis, vide supra *Annus*.

¶ Duodēni, *æ, a*, distribut. Plin. 11, 25 *Pariuntur duodeni*. Virg. Georg. 1, 232 *Certis demensum partibus orbem Per duodena regit mundi Sol aureus astra*.

¶ Duodenārius, *a, um*, gezwölft. Varro de Lat. L. 4, 4 *Multa antiqui duodenarii numero finiebant*.

¶ Tredecim, dreyzehn. Liv. 36, 45 *Tredecim captis navibus*. Idem 37, 22 *Tredecim fuis navibus*: & cod. libro c. 6 pr. *Cum tredecim millibus peditum*. Sic Gronovius plene exscripsit, quod Vossianæ dubitationi opponendum est. Hunc tamen etiam, & sequentes numeros, eleganter veteres divisserunt: Cic. pro Rosc. Am. c. 7 *Fundos decem & tres reliquit*.

¶ Tredecies, adv. dreyzehnmahl. Cic. Verr. 2, 80 *Sestertium tredecies*. Ibidem, paucis interjectis, & *terdecies* legunt; sed Grut. etiam h. l. *Tredecies*.

¶ Terdecies, adv. dreyßig mahl. Auson. ep. 7, 31. Et Vitruv. 9, 4 *Quem circulum Luna terdecies in duodecim mensibus percurrit*.

¶ Terdēni, *æ, a*, dreyßig, je dreyßig. Virg Æn. 8, 47 *Ex quo terdenis orbem redeuntibus annis*. Forte melius dividitur.

¶ Ternideni, *æ, a*, idem. Plin. 18, 26. Distributiva hæc sunt, quibus pro Cardinalibus Poëtæ utuntur.

¶ Quatuordĕcim, vierzehen. Plin. 2, 14 *Intra quatuordecim partes*. Florus 2, 18 *Per quatuordecim annos*. *Inter quatuordecim sedere*, apud Suet. Cæs. c. 39 est, in equestribus sedere, sive equestris ordinis esse. Totidem enim gradus, sive ordines sedilium attributi in theatro post Orchestram, in qua magistratus senatoresque spectabant, Equitibus erant lege theatrali. Vide Lipsi. de Amphith. c. 14.

¶ Quatuordĕcies, adverb. vierzehen mahl. Plin. 3, 7 *Quatuordecies centena millia passuum*. ita Hard.

¶ Quaterdecies, adv. est quadragies, vierßig mahl. Cic. Verr. 1, 39 *Sestertium quaterdecies*. Ita optimi libri, etiam Grut.

¶ Quaterdēni, i. e. quadraginta, vierßig. Ovid. Met. 7, 293 *Anni quaterdeni*. Idem Pont. 3, 2, 50 *Pergae quaterdenos itur in illa gradus*. Potest tamen etiam divise *quater deni* scribi.

¶ Quartadecimāni, milites quartæ decimæ legionis. Tac. Hist. 2, 11, 2. Plures libri, iique præstantiores *Quartadecumæ*, ultima vocali, ibidem exhibent, quemadmodum sæpius quoque apud Tacitum scriptum est *Quartadecuma legio*. Vide Indic Tacitush

¶ Quindĕcim, funffzehn. Plaut. Pseud 1, 1, 51 *Quindecim miles minas dedit*. Martial. 12 epigr. 59 *Post annos modo quindecim reverso*. Pro *Quindecim virorum* eleganti tmesi Horat. Carm. Secul. v. 70 *Quindecim Diana preces virorum Cures*.

¶ Quindĕcies, adv. funffzehnmahl. *HS Quindecies*, Cic. Verr. 2, 25. Et Martial. 7 epigr. 9 *Dicere quindecies poteram, quid pertinet ad te?*

¶ Quindēni, *æ, a*, five Quinideni, distributivum, quod ut reliqua, interdum pro cardinali usurpatur. *Quindena agri jugera data in singulos pedites*, pro quindecim, Liv. 35, 40. Alii, (ut Grut. ad Gronov.) *quina dena* legunt: & Quintil. 1, 10 sub fin. *quindeni* scripsit, quæ genuina scriptura videtur. Plaut. Most. 2, 1, 11 *Quindecim hastis corpus transfigi* dixit.

¶ Quintusdecimus, der funffzehende. Gell. 1, 16 *In libro quintodecimo*.

¶ Quintadecimani, Legionis decimæ quintæ milites, Tac. Hist. 36, 2.

¶ Sēdĕcim, vel Sexdecim, sechzehn. Ter. Eun. 2, 3, 20 *Annos nata est sedecim*. Hunc quoque numerum eleganter dividimus. Cic. pro Cluent c. 27 *Sententiis decem & sex abjudicatis confici poterat*. Liv. 37 extr. *Sexdecim elephanti*.

¶ Sēdĕcies, adverb. sechzehnmahl. Plin. 6, 29 sub fin. *Sedecies centena millia passuum*. Rutilius Numat. Itiner. 1, 135 *Quamvis sedecies denis & mille peractis, Annus præterea jam tibi nonus erat*.

¶ Sēnidēni, *æ, a*, je sechzehn; ut, *Stipendia senadena facere*, Tac. Annal. 1, 36, 4.

¶ Sēdĕcennis, *e*, adj. sechzehnjährig. Auson. Epicaph. Her. tit. 3: *In tumulum sedecennis matronæ*.

¶ Septemdĕcim, siebenzehen. Cic. Verr. 5, 47 *Septemdecim populi Siciliæ*. Id. Leg. Agrar. 2, 7 *Per tribus septemdecim*. Et Liv. 35, 33 *Septemdecim interfecti sunt*. Ita Ciceronis verba Gruterus; Livii Gronovius, expresserunt, quod ideo observari velim, ne quis, quia quibusdam libris numeri leguntur XVII, hanc vocem cum ejus similibus *Octodecim, Novemdecim*, in dubium vocet. Quamquam enim & has in libris nonnullis invenii consiet; tamen [ures & meliores vel numeris *XVIII* aut *XIX* notatum habent, vel divise *decem octo, decem & octo*, &c. ac optimus quisque *duodeviginti, und. viginti* pro iisdem ponunt.

¶ Octodecim, achtzehen, an latine dicatur, dubius est Vossius. Tutius est cum Cicerone & aliis *duodeviginti*; aut cum Livio *decem & octo* dicere. Cic. Acad. 2, 26 *Mathematici solem amplius duodeviginti partibus confirmant majorem esse, quam terram*. Florus 2, 6, 1 *Punicum II bellum decem & octo annos habet*. Plura de hoc in Curis Poster. Cellarii p. 184 & in Antib. p. 124.

¶ Novemdecim, neunzehen, pro quo Classicis est *und. viginti*: e. g. Liv. 23, 46. Et sic etiam Ordinale *Vndevicesimus*, Idem 10, 47. *Novemdecim* quidem exstat in quibusdam libris Epit Livianæ 119. Sed Gronovius annotavit, in MSS. haberi *decem & novem*. vid. Cellarii Cur. post. p. 361 & Antib. p. 124.

DĔCEMBER, *bris*, m decimus a Martio mensis: Germanice e Caroli M. instituto, der Christmonat. Vellej. 2, 103, 4 *Adjicit usque in mensem Decembrem pendulta*. Horat. de arte sua 1 epist. 20, 26 *Forte meum si quis te percontabitur ævum, Me quater undenos sciat impleviſſe decembres*, h. e. annos.

¶ Dĕcembris, *e*, adj. Horat. 2 sat. 7, 4 *Age, libertate decembri utere*, hoc est, ea libertate, quæ servis solet concedi tempore Saturnaliorum. De hac Sen. ep. 18 pr. *Non videtur erraſſe, qui dixerit, olim mensem Decembrem fuisse, nunc annum*, q. d. toto anno esse Saturnalia. Liv. 4, 37 *Consules Idibus decembribus magistratum occœpere*.

Decennis, decennalis, &c. vide *Annus*, Decentia, *Decet*, Deceptio, deceptus, &c. *Capio*, Decermen, *Carpo*, Decerno, *Cerno*, Decerpo, *Carpo*, Decertatio, decerto, *Certo*, Decervicatus, *Cervix*, Decessio, &c. *Cedo*.

DĔCET, *decuit, decĕre*, verbum, ex eorum numero, quæ nec personalia omnino sunt, nec impersonalia, ut Valla admonet 3, 60, quia numeros habeant; ut, *Superbiæ decent res fecundas*. Significat autem convenire, honestum esse, geziemen, gebühren, löblich seyn, wohl anstehen. Sen. ep. 11 *Hic mire illum pudor decuit*. Ovid. de Art. Am. 1, 509 *Forma viros neglecta decet, &c.* Id. Met. 13, 850 *Barba viros hirtæque decent in corpore fetæ*. Cic. de Orat. 1, 29 *Rostium sæpe audio dicere, caput esse artis, decere*. Sen. in Octavia v. 44 *Id facere laus est, quod decet, non quod licet*. ¶ 2. Veteres etiam Dativo jungebant: Ter. Adelph. 3, 4, 45 *Ita vobis decet*, so wills euch gebühren. Gell. 9, 15 *Præfatur arrogantius & elatius, quam ætati ejus decebat*. Hos imitatus Alcimus Avitus, Christianus poëta, Consolatoria ad Soror. v. 130 *Nunc decet attentis vitare pericula nobis*. Plura vide de hac syntaxi in Sanctii Minerva 2, 4. ¶ 3. Eleganter & absolute ponitur: Virg. Æn. 12, 153 *Perge, decet, forsan miseros meliora sequentur*. Id. Æn. 4, 597 *Tum decuit, cum sceptra dabas, &c.* ¶ 4. *Decere* ac *Docere* confundi a librariis vid. in *Doceo*.

¶ Dĕcens, *tis*, gebührlich, fein, anständig; ut, *Color decens*, Horat. 4 od. 13, 17. *Decens facies*, Ovid. 3 Tritt. 7, 33. *Pæna decentior*, Senec. Thyest. v. 150. Et, *solito decentior*, Claudian. 6 Conf. Hon. v. 537. Etiam Seneca Controv. 10 extr. *Decentior facies, in qua aliquis nævus*. Superl *Decentissimum sponsalitium genus*, Sen de Benef 1, 9. conf. Lact. de Opif. Dei 10, 2. ¶ 2. *Decens* est, cui est dignitas formæ, & totius corporis habitus decens, hübsch, wohlgestalt. Suet. Dom. c. 2 *Præterea pulcher & decens maxime in juventa, & quidem toto corpore*. Horat. od. 4, 6 *Gratiæ decentes*. Contra *indecens* vide infra.

¶ Decenter, adverb. zierlich, gebührlich; ut, *Lacrymare decenter*, Ovid. 3 de Arte am. v. 219. Horat. 2 ep. 2, 216 *Lascivia decentius ætas*, vor die sich der muthwille besser schicket. *Iura finium a majoribus decentissime descripta*, Cic. pro Cæcin. c. 26.

¶ Decentia, æ, f. der wohlstand. Cic Nat. D. 2, 58 *Venustatem atque ordinem, & ut ita dicam, decentiam oculi judicant*.

¶ Dĕcor, *ōris*, m. holdseligkeit, zierde, schönheit. Domitianus apud Suet. c. 18 *Sciat, nec gratius quicquam decore, nec brevius*. Ovid. 2 de Pont 3, 13 *Ipse decor recti, facti si præmia desint, Non movet, & gratis punitet esse probum*. Scal. lect. Auson. 2, 21, archaicum dicit vocabulum *decor*. Cæterum decor seu venustas non affectari debet, sed sponte tua subsequi. Tib. 4, 2, 7 *Illum, quidquid agit, quoquo vestigia movit, Componit furtim subsequiturque decor*. Ita Quint. 1, 11 fin. *Subesse aliquid vult oratori e palæstræ exercitatione, unde nos non id agentes furtim decor ille discentibus traditus prosequatur*.

¶ Dĕcōrus, *a, um*, decens, conveniens, elegans, zierlich löblich, anständig. *Crinis decorus*, Claudian. 1 Cons. Stilic. v. 156. *Senex fenis decorus*, Cic Senect. c. 9. *Silentium parum decorum*, Horat. 4 od. 1, 35. Summo gradu Apulejus Apol. p. 276 *Zenonem, Velia oriundum, decoriſſimum faiſſe Plato autumat*

¶ Dĕcōrum, *i*, n. subst. πρέπον, id. quod Decor, wohlanständigkeit. Vid. Cic. Off. 1, 27.

¶ Dĕcōre, adverb. decenter, wie es sich schickt. Cic. de Orat. 1, 32 *Ad verum dignitatem apte & quaſi decore loqui*

¶ Decōriter, zierlich. Apul lib. 5 Met. *Crinibus globi decoriter impediti*. Idem lib. 6 *Frontem ei patam decoriter diſcriminare*

¶ Decus, *ŏris*, n. dignitas, ornamentum, ehre, zier, schmuck. Cic. ad Plane fam. 10, 12 *Verum decus in virtute positum eſt*. Virg. En. 1, 429 *Decora alta*. Id. ecl. 4, 11 *Decus hoc ævi te Conſule inibit*.

¶ Dĕcōro, *avi, atum, are*, zieren, zieren; ut, *Laudibus, honoribus, præmiis decorari*: Cic. pro C. Balbo c. 6 *Quem populus Rom. singulis ibus honoribus*

honoribus decorasset. Horat. 1 epist. 6, 37 *Et genus & formam regina pecunia donat, Ac bene nummatum decorat Suadela Venusque.*

¶ Dēcŏrātus, *a, um,* geschmückt, geziert. Cic. Tusc. 5, 40 *Cassim quiddam & inani vocis sono decoratum.*

¶ Decoratio, *ōnis,* f. der Schmuck, apud Augustinum.

¶ Decōrāmentum, *i,* n. idem ac *Decus.* Tertull. de Cultu fœm. c. 12 *Matronalia decoramenta.*

¶ Dēcōrāmen, *ĭnis,* n idem. Silius 16, 268 *Vittaque, majorum decoramen, fronte sine ullo Delapsa attactu.* Auson. Mosell. v. 320 *Molitos collis, flavii decoramine, villas.*

¶ Dēcōrōsus, *a, um,* adj. wohlgestalt. Ambrosius habet de Helia & jejunio c. 18; & de Tobia c. 7. vid. Lex. Cyrilli p. 479. Gloss. gr. lat. εὐσχήμων, *decens, decorosus.*

Composita:

¶ Addĕcet, *ēre,* idem quod *Decere.* Plaut. Amphitr. 3, 4, 21 *Patris studio servire addecet.*

¶ Condĕcet, *ēre,* idem. Plaut. Amph. 2, 2, 90 *Capies quod te condecet.*

¶ Condĕcens, *tis,* decens. Ammiam. 16 p. 131 *In loco condecenti.* Compar. Auson. grat. actione ad Imp. Gratianum: *Cujus incessus modestior, habitudo cohibitior, familiaris habitus condecentior.*

¶ Condĕcenter, adverb. idem. Gell. 16, 12, ut Aldus & Mosellanus edidere: alii *conducenter.*

¶ Condĕcentia, *æ,* f. wohlstand, zierlichkeit. Cic. de Orat. 3, 52 *Orator verbis quidem ad aptam compositionem & condecentiam; sententiis vero ad gravitatem orationis utatur.*

¶ Condecŏrus, *a, um,* unde adverbium

¶ Condecŏre, idem. Gell. 14, 4 pr. *Condecore depingere.*

¶ Condecŏro, *āre,* idem ac decorare, schmücken. Plin. 35, 10 recitat versus in Ardeate templo picturis adscriptos: *Dignis digna locis pictoris condecorarit &c.* Et Ter. prol. Hecyræ v. 37 *Potestas condecorandi ludos facilior.*

¶ Dēdĕcet, *ēre,* non decere, übel anstehen, nicht gebühren. Cic. Off. 1, 41 *Non est incommodum, ex aliis judicare, ut si quid dedeceat in aliis, vitemus & ipsi.* Ovid. 1 Amor. 7, 12 *Nec dominam mota dedecuere comæ.* Statius Theb. 10, 335 *Si non dedecui tua jussa.*

¶ Dēdĕcus, *ŏris,* n. infamia, turpitudo, unehre, schande, schimpf. Cic. Tusc. 2, 5 *Nihil videri decet pejus dedecore.* Id. Off. 1, 33 *Optima hæreditas a patribus traditur laudis gloria virtutis, cui dedecori esse, nefas judicandum est.* Sic, *Macula ac dedecori esse suis,* ein schandfleck sein, Aut. ad Heren. 4, 35. conf. Cic. Off. 1, 33; & Ter. Heaut. 2, 3, 93.

¶ 2. Eft & extremum hominis perditi convicium. Vid. Barth. ad Claudian. p. 820 edit. in 8vo.

¶ Dēdĕcor, *ōris,* adj. garstig. Auson. epist. 9, 5 *Quæ viridis muscus, quæ dedecor alga recondit.* it. Sallust. Fragm. c. 17 ex Prisciano p. 699; & Stat. Theb. 11, 760.

¶ Dēdĕcōrus, *a, um,* non decorus, schändlich, unanständig. Tac. Ann. 12, 47, 4 *Quod dedecorum barbaris.* Adde 3, 32, 2.

¶ Dēdĕcorōsus, *a, um,* schändlich, schmählich. Victor in Diocletiano: *Suspectum, immo nefas dedecorosum, venenum dicitur hausisse.* conf. Firmic. 3, 8; & Sulvian. de Gub. Dei lib. 6 p. 209; & 7 p. 271.

¶ Dēdĕcorōse, adverb. idem. Nero eadem Victoris epitoma exclamat: *Dedecorose vixi, turpius peream.*

¶ Dēdĕcŏro, *are,* schänden, verunehren. Horat. 4 od. 4, 36 *Dedecorant bene nata culpæ. Dedecorare se flagitiis,* Sallust. Iug. 85. *Et te, & familiam dedecoras,* Ter. Hec. 2, 1, 13. Adde Propert. 3, 21, 36.

¶ Dedecŏrans, *tis.* Cic. Off. 3, 2 *Dedecorans & urbis auctoritatem & magistri.*

¶ Dedecorātus, *a, um,* beschmitzt, geschändet. Suet. Ner. *Dedecoratus flagitiis omnibus.* Tertull. de spectac. c. 30 *Sputamentis dedecoratus.*

¶ Dedecoratio, *ōnis,* f. schimpffung, verunehrung. Tertull. adv. Marc. 5, 5 extr. *Carnis jam erubescentis dedecoratio.* Et de Anima c. 34 *Postrema dedecoratio.*

¶ Dedecoramentum, *i,* n. ex Graccho: ein schandflecken. Isidor. 2, 21 *Adolescentia senectatis dedecoramentum fuit.*

¶ Dedecorator, *ōris,* m. ein lästerer. Tertull. Apol. c. 14 *Dedecorator deorum.*

¶ Indecet, *ēre,* non decere, übel anstehen. Plin. 3, 1 *Iuvenes adhuc, confusa quadam & quasi turbata non indecent.*

¶ Indĕcens, *tis,* ungeziemend, unanständig, garstig, ungestalt; ut, *Risus indecens,* Suet. Claud. 30. Petron. c. 128 *Dic verum, nunquid indecens sum, nunquid incompta?* Martial. 5 epigr. 14 *Oculoque ludos spectat indecens uno.* Superl. *Indecentissimus,* ex Senec. de Benef. 1, 9 producunt multi, non observantes, in castigatissimis libris scriptum esse *Decentissimus,* ut modo in *Decens* allegavimus, quamquam Tarvisiensis editio de A. 1478 & aliæ veteres, *Indecentissimus* habent, quod corrigendum censuit etiam Pincianus.

¶ Indĕcenter, adv. id. Quintil. 1, 5 *Non indecenter efferri,* sich zierlich aussprechen lassen. Comp. Sen. ep. 27 *Nunquam vidi hominem beatum indecentius.* Et Superl. id. Quintil. 8, 3 p. 590 *Interfistere indecentissime.*

¶ Indĕcentia, *æ,* f. der übelstand. *Vitium indecentiæ,* Vitruv. 7, 5.

¶ Indĕcor, vel Indĕcoris, schändlich, unwürdig. Accius apud Nonium 8, 43 *Cujus sit vita indecoris, mortem fugere turpem convenit.* Virg. Æn. 7, 231 *Non erimus regno indecores.* & 12, 25 *Sunt aliæ insidiæ Lattis & Laurentibus agris, Nec genus indecores.* Conf. 11, 845. Claud. de laud. Stil. 2, 145 *Non indecores æraria lassant Impensæ.*

¶ Indĕcŏrābiliter, adverb. idem. Accius apud Sosipat. *Indecorabiliter actionem agunt.*

¶ Indĕcōrus, *a, um,* adj. übel anstehend. Cic. Off. 1, 27 *Injusta omnia, ut turpia, sic indecora sunt.*

¶ Indĕcōre, adv. unanständig. Cic. Off. 1, 4 *Cavet, ne quid indecore effeminateque faciat.*

¶ Indecoro, *are:* ut, *Sermone indecorare,* schmähen, lästern, Accius ap. Non. 2, 442.

¶ Perdecōrus, *a, um,* sehr zierlich. Plin. 3, 9 *Est alioqui perdecorus, a me tamen non ideo pet*

Decĭdo, vide *Cado,* Decīdo, *Cædo,* Decimæ, decimare &c. *Decem.*

DECIMIVS, *i,* m. a numero decimo nominatus. v. Sigon. lib. de Nom. Rom. Meminit C. Decimii Cic. Att. 4, 16. Hinc

¶ Decimianus, *a, um,* adject. ut, *Pyra Decimiana,* nobilitantia autorem, apud Plin. 15, 15. Et

¶ Pseudodecimianus, *a, um,* apud Plin. l. c.

Decipio, vide *Capio,* Decircino, *Circinus,* Decisio, *Cædo.*

DĔCIVS, *i,* m. Decii Romani nobilissimi tres fuerunt, pater, filius & nepos, quemadmodum Cic. Tusc. Q. 1, 37 scripsit: *Mors si timeretur,* inquit, *non cum Latinis decertans pater Decius, cum Etruscis filius, etiam cum Pyrrho nepos, se hostium telis objecissent.* conf. Iuvenal. 8, 254, 258. it. 14, 239. Pater & filius se etiam pro salute & victoria exercituum suorum devovere. Val. Max. 5, 6 ex. 5 & 6. De patre Liv. 8, 9 & 10. De filio 10, 28 & 29. Laudat illos & Virg. Æn. 6, 824. ¶ 2. *Decius* Rom. Imperator, atrocissimus Christianorum persecutor fuit, anno Christi 253, de quo Aur. Vict. Cæs. c. 29 & Epit. c. 44.

¶ Decianus, *a, um,* adj. apud Cic. pro Flacco 21 & 29.

Declamatio, declamo, &c. vide *Clamo,* Declaratio, declaro, &c. *Clarus,* Declinatio, declino, &c. *Clino,* Declivis, declivitas, *Clivus,* Decoctus, &c. *Coquo,* Decollo, &c. *Collum,* Decoloro, &c. *Color,* Decor, decoro, &c. *Decet,* Decortico, &c. *Cortex,* Decotes, *Cos.*

Decrementum, vide *Crescо,* Decrepitus, *Crepo,* Decresco, *Crescо,* Decretum, &c. *Cerno,* Decubo, *Cubo.*

DĔCVLA, Tulliæ gentis cognomen. v. Spanh. de usu & præst. num. diss. 10 p. 17 sq.

Deculco, vide *Calx,* Deculpatus, *Culpa,* Deculto, *Colo,* Decumare, &c. *Decem,* Decumbo, *Cubo,* Decunx, *Uncia,* Decuplex, &c. *Decem,* Decurio, &c. *Curia,* Decurro, decursio, *Curro,* Decurtare, &c. *Curtus,* Decus, *Decet,* Decussis, &c. *As.*

Dedecet, dedecor, &c. vide *Decet,* Dedicare, &c. *Dico, are,* Dedignari, &c. *Dignus,* Dedisco, *Disco,* Deditio, dedo &c. *Do,* Dedoceo, *Doceo,* Dedolare, &c. *Dolo,* Dedolere, *Doleo,* Deduco, deductio, *Duco.*

Defæcare, &c. vide *Fæx,* Defalcare, &c. *Falx,* Defanare, *Fanum,* Defatigare, &c. *Fatim,* Defarinatus, *Far,* Defectio, &c. *Facio,* Defendo, defensio, *Fendo,* Defero, *Fero,* Defervere, &c. *Ferveo,* Defessus, defatiscor, *Fatim,* Deficio, *Facio,* Defigo, *Figo,* Definire &c. *Finis,* Defioculus, *Oculus,* Defit, *Fio,* Defixio, *Figo,* Deflagro, &c. *Flagro,* Deflammo, *Flamma,* Deflecto, *Flecto,* Defleo, *Fleo,* Defio, *Flo,* Deflocco, *Floccus,* Deflorare, &c. *Flos,* Defluere, &c. *Fluo.*

Defodio, vide *Fodio,* Defœnero, &c. *Fœnus,* Defoveo, *Foveo,* Defore, *Fore,* Deformatio, deformis, &c. *Forma,* Defossus, *Fodio,* Defraudo, &c. *Fraus,* Defremo, *Fremo,* Defrenatus, *Frenum,* Defrensus, *Frendeo,* Defrico, *Frico,* Defrigesco, *Frigus,* Defringo, *Frango,* Defrugo, *Fruges,* Defrutum, *Ferveo,* Defungor, &c. *Fungor,* Defustо, *Fustis,* Delusus, *Fundo.*

Degener, degenero, &c. vide *Genus,* Degero, *Gero,* Deglabro, *Glaber,* Deglubo, *Glubo,* Deglutino, *Gluten,* Deglutio, *Gluttus,* Dego, *Ago,* Degrandino, *Grando,* Degrassor, *Grassor,* Degravo, *Gravis,* Degredior, *Gradus,* Degrumor, *Gruma,* Degulare, *Gula,* Degumio, *Gumma,* Degustare, &c. *Gusto.*

Dehaustus, vide *Haurio,* Dehinc, *Hic,* Dehisco, *Hisco,* Dehonesto, &c. *Honor,* Dehortor, &c. *Hortor.*

DEĬĀNĪRA, *æ,* f. Oenei Ætoliæ regis filia, Herculis uxor. Hæc adeo forma eminebat, ut multos haberet procos, tandem Acheloo desponsata est primo, deinde Herculi. Itaque nuptiarum gratia ortum inter eos est certamen, & superato Acheloo Herculi cessit. Ovid. Met. 9, 136 *Victor ab Oechaliâ Cenæo sacra parabat Vota Iovi, quum fama loquax pervenit ad aures, Deianira, tuas.* Vide *Achelous.*

DEĬDĂMĪA, *æ,* f. Lycomedis regis Scyri filia, quam Achilles, in Gynæceo regis sub muliebri veste latens, gravidam fecit, & ex ea Pyrrhum genuit. Vide Statii Achilleida. Propert. 2, 9, 15 *Quando ibi nec Peleus aderat, nec cærula mater, Scyria nec viduo Deidamia toro.*

Dejectio, require in *Iacio,* Dejero, *Iuro,* Deificus, *Deus,* Dejicio, *Iacio,* Dein, deinceps, deinde, *De,* Deinsuper, *Super,* Deintegro, *Integer,* Deintus, *Intus.*

DEIONEVS, *ei,* m. Hygi. f. 241 *Cephalus Deionei* (ita legi vult pro *Deionis* Micyll. ad Ovid. A. A. 3, 725) *sive Mercurii filius Procridem, Pandionis filiam imprudens* &c.

DEĬŌPĒIA, f. Δηϊόπεια, nympha Iunonis. Virgil. Æneidos 1, 72 *Quārum, quæ formâ pulcherrima, Deiopeian Connubio jungam stabili, &c. Deiopeja* quinque syllabis.

Dejectio, require in *Iacio,* Dejero, *Iuro,* Deificus, *Deus,* Dejicio, *Iacio,* Dein, deinceps, deinde, *De,* Deinsuper, *Super,* Deintegro, *Integer,* Deintus, *Intus.*

DEĬŌTĂRVS, *i,* m. tetrarcha fuit Galatiæ, Senatus Romani beneficio Rex appellatus. Cæsari amicus, tamen accusatus a Philippo quodam, quod insidias ipsi apud se divertenti struxisset, & a Cicerone defensus est luculenta illa pro Dejotaro Rege oratione. v. Lucan. 5, 55 sq. Ad Dejotarum regem senem, novam exstruentem urbem, Crassus dixit: *O rex duodecima hora ædificare incipis,* ὦ δωδεκάτης ὥρας οἰκοδομᾶν ἄρχῃ: refert Appianus in bellicis Parthicis. De filio *Dejotaro* Cic. Att. 5, 17.

DEĬPHĪLE, *es,* f. Δηΐφιλη, Adrasti fuit filia, Tydei uxor, ex qua Diomedes natus est.

DEĬPHŌBVS, *i,* m. Δηΐφοβος, Priami filius, Helenæ, post Paridem interfectum, maritus. Virg. Æn. 6, 494 *Atque hic Priamidem laniatum corpore toto Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora, &c.*

Deitas, vid. *Deus,* Dejugare, &c. *Iugum,* Dejugulare, *Iugulum,* Dejungo, *Iungo,* Dejurium, *Iuro,* Dejuvo, *Iuvo.*

Delabor, vide *Labor,* Delacero, *Lacer,* Delacrymo, &c. *Lacryma,* Delacto, &c. *Lac,* Delævo, *Lævis,* Delambo, *Lambo,* Delamentor, *Lamentor,* Delapido, *Lapis,* Delasso, &c. *Lassus,* Delatio, &c. *Fero,* Delavo, *Lavo,* Delecto, &c. *Lacio,* Delectus, *Lego, ere,* Delegare, &c. *Lego, are,* Delenire, &c. *Lenis.*

DĒLEO, *ēvi, ētum, ēre,* διαίνω; ab antiquo *Leo,* vel quasi *Deoleo,* est extinguere, obruere, vertilgen, ausleschen. Notetur vulgaris versiculus *Deleo scripturam, cum flamma extinguo lucernam. Delere epistolam lacrymis,* Cic. fam 14, 3. Auct. ad Herenn. 3, 18 *Imagines,*

gines, ſicut litere, delentur. Et delere ex animo, Cic. pro Roſc. Am. c. 2, aus dem ſinn laſſen. Id. Phil. 1, 1 *Omnem memoriam diſcordiarum oblivione ſempiterna delendam cenſui*, in ewiges vergeſſen ſtellen. Idem pro Dejot. c. 13 *Hæc nulla unquam vetuſtas obruet, nulla delebit oblivio.* ¶ 2. *Delere urbem, Rempubl.* ut *Scipio Numantiam delevit*, id eſt, evertit, Cic. Catil. 4, 10, zerſtören. *Delere urbem incendio*, Nepos 2, 4, 1, mit feuer vertilgen. *Delere copias hoſtium*, Cic. pro Lege Man. c. 8, ſchlagen, ruiniren. ¶ 3. *Delere ingenium*, extinguere vim ingenii. Petron. c. 2 *Nondum umbraticus doctor ingenia deleverat.*

¶ Dēlĕtus, *a, um*, ausgelöſcht, vertilget. Cæſ. B. G. 6, 36 *Diſperſis ac pene deletis hoſtibus.* Deletus ergo plus eſt, quam fugatus. *Delete cohortes*, Tac. Hiſt. 4, 18, 2.

¶ Dēlētus, *us*, m. ſubſt. die austilgung. Tertull. adv. Marc. 2, 24 *Creatura deletui vindicanda.*

¶ Delētio, *ōnis*, f. die vertilgung: ut, *Deletio exercitus ad unum*, Lucil. apud Nonium 2, 217.

¶ Deletor, *ōris*, m. qui delet. Accius: *Scelerum deletor.*

¶ Delētrix, *icis*, f. ut, *Sica deletrix*, Cic. Aruſp. R. c. 23.

¶ Dēlēbilis, *e*, qui poteſt deleri, vergänglich. Martial. 7 epigr. 83 *Nullis delebilis annis, Vivet.*

¶ Indēlēbilis, *e*, unauslöſchlich. Ovid. Metam. 15, 876 *Nomenque erit indelebile noſtrum.*

¶ Delētilis, *e*, quod delet; ut, *Spongia deletilis*, damit man auswiſcht. Varro apud Nonium 2, 212.

¶ Deletitius, *a, um*; ut, *Charta deletitia*, Vlpian. lege 4 D. de bonor. poſſ. ſec. tab. darauf man auslöſchen kan, das concept.

¶ Perdeleo, *ere*, exſtirpare, ausrotten. Tertull. adverſ. Iudæos c. 11 *Interficite omnes, ut perdeleantur.* Et Veget. 3, 10 *Ab adverſariis perdeleri.*

Deliacus, vide *Delus*, Delibare, &c. *Libo*, Deliberare, &c. *Liber, a, um*, Delibro, *Libra*, Delibratus, *Liber, i*, Deliburus, *Libo*, Delicatus, deliciæ, delico, delicus, &c. *Lacio*, Deligare, *Ligo*, Deligere, *Lego*, Delimare, &c. *Lima*, Delineare &c. *Linea*, Delingo, *Lingo*, Delinire, &c. *Lenis*, Delinquo, *Linquo*, Deliquare, &c. *Liqueo*, Deliquium, *Linquo*, Delirare, delirium, *Lira*, Deliteo, *Lateo*, Delitigare, &c. *Lis*, Delius, *Delus.*

DELPHI, *orum*, m. pl Δελφοὶ, oppidum nobiliſſimum Phocidis, templo (quod Agamedes & Trophonius condidiſſe traduntur Ciceroni Tuſc. 1, 47,) & oraculis celeberrimum. Ibi enim primo Tellus, hinc Themis, tandem Phœbus reſponſa dedere, teſte Pauſania in Phocidis. Phœbum ſeu Apollinem Conſtantinus M. ex adyto ſuo extraxit, tripode Conſtantinopolin lato. Socrat. 1, 16 Hiſt. Eccl. ubi eum ævo ſuo fuiſſe ſcribit Priſcianus lib. 1. Livius 38, 48 *Orbis umbilicum Delphos* vocat, Pindarus. Pythionicarum ode 6 pr. Ἀφροδίτας ἢ χαρίτων ἀφορᾷν, ὁμβλὸν ἐρισμὸν χθονός, *Veneris aut Gratiarum arvum, umbilicum horriſone terræ.* Et Ovid. Met. 15, 630 *Mediamque tenentes Orbis humum Delphos adeunt oraclaque Phœbi*; de quo in Geograph. 1, 4 diſputat Cellarius. *Delphis oracula jam non eduntur*, Cic. de Divin. 2, 57. Et Symm. 4 ep. 33 *Non vides, oracula olim locuta deſiſſe, nec ullas in antro Cumano literas legi, nec Dodonam loqui frondibus, nec de ſpiraculis Delphicis ullum carmen audiri?* Deletum funditus templum Delphicum eſt terræ motu & fulminibus, nec poſtea unquam reſtructum. Vide de oraculo Pythio Delphis erudita multa in divinatione Peuceri. Et quod ad fraudes detegendas pertinet, apud van Dalium, de Oraculis. Reſponſa ejus intricata, & ænigmatica fuerunt, qua de re Voſſ. 4 Inſtit. Orat. p. 210.

¶ Delphicus, *a, um*, adj. Δελφικός; ut *Delphica tellus*, Ovid. Met. 1, 515. *Delphica laurus*, Claudian. Gigantom. v. 34, quod Apollini ſacra eſſet. *Delphicus Deus*, Apollo eſt, Cic. de Leg. 1, 22, qui & abſolute *Delphicus*, Ovid. Met. 2, 543 & 677 dicitur. Apul. lib. 2 Mileſ. p. 125 *Et ne Deus quidem Delphicus facile diſcerneret, duobus nobis jacentibus, quis magis eſſet mortuus.* Quintil. 10, 1 p. 903 Burm. *Plato non hominis ingenio, ſed quodam Delphico videtur oraculo inſtinctus. Delphicæ menſæ* ſunt cortinæ tripodum donis Apollinis dicatæ, Cic. Verr. 4, 59. vid. *Delphica.* Plin. 11, 33. *Delphicus gladius* de re dicitur ad diverſos uſus accommodabili. Nam ad eum modum erat fabrefactus, ut eodem ſimul ſacras mactarent victimas, & nocentes afficerent ſupplicio. vid. Eraſm. Adag.

¶ Delphica, *æ*, f. menſa, quod nomen ſubintelligitur, abacus in triclinio. vid. Wow. ad Petron. c. 22 p. 75 Burm.

¶ Delphĭcĕus, *a, um*, aliud adject. apud Martial. 11, 22.

¶ Delphis, *idis*, f. pro Sacerdote Delphica ritus eſt Martial. 9 ep. 43 *Nec Delphis tua mentiatur ulli.* ¶ 2. Delphis autem maſc. idem qui Delphin, quia Dicatalectum Græcis. Vide Avien. Phænom. v. 700.

¶ Delphicŏla, *æ*, m. Apollo Delphis habitans. Auſon. Technopægn. c. de hiſtoriis: *Ludit & Æacidem Parnaſſia Delphicolæ ſors.*

DELPHIN, *īnis*, m. & Delphīnus, *i*, Δελφίς, belua marina, inter omnia animalia, terreſtria & marina, velociſſima, ein delphin, meerſchwein. *Curvi delphines*, Ovid. Heroid. 18, 131. Et Horat. Art. poët. v. 30 *Delphinum ſilvis appingit, fluctibus aprum*, de illis, quæ non ſunt tempeſtive & in loco. *Delphinum cauda ligas, Delphinum natare doces*, proverbialia ſunt de operis fruſtratis. T. Veſpaſianus Imper. admodum amans utiliſſimi præcepti σπεῦδε βραδέως, *Feſtina lente*, adumbrari illud in publicis curavit numiſmatis figura delphini ancoram complectentis, ut delphinus feſtinationem, ancora, quia navem ſiſtit, tarditatem repræſentaret. Probat & Gell. 7, 8 delphinos φιλανθρώπους, i. e. *hominum amantes* id quod multis ac variis probat exemplis Plutarchus in lib. de induſtria animalium. Quo pertinet & illa hiſtoria de delphino, quam Plin. 9 ep. 33 diſertiſſime juxta & elegantiſſime exponit. add. Athen. L. 13 p. 606. Ob hanc φιλανθρωπίαν hujus animalis pro ſacrilegio habitum videtur, illius carne veſci. Caſaub. ad Athen. 7, 7. Apul. lib. 3 Flor. *Orpheus in ſilvis, inter delphinas Arion. Quippe, ſi fides fabulis, Orpheus exilio deſolatus, Arion naufragio præcipitatus. Ille immanium beſtiarum delenitor; hic miſericordium belluarum obteſtator. Ambo miſſi primi cantores, qui non ſponte ad laudem, ſed neceſſitatis ad ſalutem nitebantur. Eos ego impenſius mirarer, ſi hominibus potius, quam beſtiis placuiſſent.* De *Delphino* in nummis Spanh. diſſ. 4 p. 224 ſq. ¶ 2. *Delphinus* ſidus apud Aratum & Hyginum, quod Avieno Arati interpreti v. 700 alia forma dicitur *Subit inter fidera Delphis.* Conf. Plin. 18, 26 & 31, & Varr. de R. R. 2, 5. ¶ 3. Eſt & genus vaſis argentei apud Plinium 33, 11. ¶ 4. *Delphini ærei* ſunt pondera in organo hydraulico ſive horologiis appenſa, a forma ſic dicta, Vitruv. 10, 13. ¶ 5. *Delphinum* Galli vocant aut natu maximum Regis filium, aut ſi filius non ſit, deſignatum Regem, h. e. eum, qui Regi ſucceſſurus eſt ob generis propinquitatem. ad hunc proprie pertinet ea regio, quæ Delphinatus dicitur. Vid. Conring. de Fin. Imp. Rom. German. c. 24, it. Bernegg. ad Suet. Cæſ. c. 79.

¶ Delphinium, *i*, n. Athenis forum, ubi cauſſa diſceptabatur, ſi quis ſe occidiſſe aliquem fateretur, ſed jure diceret occidiſſe; qua ratione Theſei primum in eo judicium factum eſt. Aliud forum erat *Palladium*, quod erat τῶν ἀκουσίων φόνων, id eſt, de cæde non voluntaria. Auctor de utroque Helladius in Eclogis Photii, & Pollux 8, 10. conf. Rhodig. Lect. Ant. 8, 6. ¶ 2. *Delphinium*, herba, quam hyacinthum alii qui vocant, Dioſc. 3, 77.

DELTA, Græca litera triangulæ figuræ, Δ, ut notum eſt. ¶ 2. *Delta* propter illam figuram inſula dicitur certorum fluminum, ubi in mare exeunt, ut Nili in Ægypto, Strabo 17 p. 542; *Indi* fluvii, Id. Strabo 15 p. 482, & Arrian 5, 4; & Padi, Plin. 3, 16.

¶ Deltŏton, *i*, δελτωτὸν, ſidus ſic dictum a figura litera Δ. Cic. in Arato: *Andromedæ ſignum, Deltoton, dicere Graji Quod ſolidi ſimili quia forma litera claret.* Aliis minorum ſiderum aliquod, quod *Triangulum* vocamus, inter Andromedam & Arietem, *Deltoton* eſt. Vid. Hier. Vital. Lex. Math. Manil. 1, 352. In Cicerone autem l. c. conjunctio *Et* poſt *ſignum*, ſubaudienda

DELVBRVM, *i*, n. fanum, templum, præcipue paganum, ein tempel. v. Barth. ad Claudian. p. 867. Ita dictum, quod ibi Dii ponuntur: ſicut Candelabrum dicitur, ubi Candela ponitur. vid. Plin. 36, 15 pr. Cic. Verr. 2, 5 *Verres delubra ſanctiſſima religionibus conſecrata depeculatus eſt.* De etymo vocis alias tres opiniones habentur. Alii *delubra* a diluendo dicta ea templa volunt, quæ uno tecto plures ædiculas continerent diverſis Diis conſecratas, quod uno tecto a diluvio pluviarum munirentur. Alii vero ea templa *delubra* appellata ſtatuerunt, in quibus labra ſunt, ad abluenda corpora. Denique fuerunt, qui *delubra* dicerent ligna decorticata, quaſi delibrata, hoc eſt, libro ſeu cortice nudata, quæ pro Diis venerabantur. Priores duas Servius affert ad Virg. Æn. 2, 225; Univerſas tres Aſcon. in Divin. Cic. Verr. Sed ultimam improbat ac rejicit, quem Feſtus ſequitur. Iſidorus ſcribit 15, 4 *Delubra veteres dicebant templa fontes habentia, quibus ante ingreſſum diluebantur, &c.* Vid. & Chriſtoph. Coleri Parerg. c. 2. *Muſarum delubra colere*, Cic. dixit pro Archia c. 11 ſtudiren.

Delŭctari, &c. vide *Luctor*, Deludifico, deludo, &c. *Ludus*, Delumbare, delumbis, &c. *Lumbus*, Deluo, *Luo.*

DĒLVS, *i*, f. Δῆλος, inſula Cycladum clariſſima, Apollinis templo celebris, dicta a repentina, poſteaquam undis aliquando obruta eſſet, apparitione, quia δηλόω, *oſtendo*, δῆλον, *manifeſtum.* Eadem & errare credita, antequam ibi Apollo naſceretur. Vnde Claud. de 4 Conſul. Honor. v. 133 *Hæſit Apollineo Delos Latonia partu.* Vide Philonem libro de incorrupt. mundi p. 743, ubi docet & *filiam Ponti* ea de cauſſa Pindaro appellatam. Commune ærarium Græciæ aliquando fuiſſe, Nepos obſervat in 3, 3, 1. Dicta fuit & *Cynthia* & *Ortygia* a coturnicibus ibi primum repertis aut viſis: ὄρτυξ, *coturnix.* v. Iac. Phil. Dorvilii exercitatio, qua Inſcriptionibus Deliacis certa ætas adſignatur, & alia ad Delum ſpectantia obiter tanguntur & illuſtrantur, in Miſc. Obſerv. Vol. 7.

¶ Delius, *a, um*, adj. Δήλιος: ut, *Apollo Delius*, Virg. Æn. 3, 162. *Vates Delius*, Idem 6, 12. *Delia Dea*, i. e. Diana, Horat. 4 od. 6, 33, quæ & abſolute *Delia*, Virg. eclog. 3, 67, & 7, 29. Hinc, *Delio natatore opus eſt*, proverbialiter de obſcuris dicitur. Vide Chiliades, & Diog. Laërt. vita Socratis.

¶ Delĭăcus, *a, um*, adj. ut, *Vaſa Deliaca*, Cic. pro S. Roſc. c. 46. *Deliaca ſupellex*, Idem Verr. 2, 34 & 72, in qua erant triclinia & lecti cum pedibus & fulcris ex ære Deliaco factis v. Plin. 34, 2. De *navi Deliaca* Plutarchus lib. an ſeni gerenda Reſp. p. 786.

¶ Delĭăcus, *i*, m. ſubſt. apud veteres & pro gallinarum curatore ponitur. De eorum mira in ovis dignoſcendis ſagacitate vid. Cic. Ac. 4, 18. Deliaci enim valde ſolerter curarunt gallinarum ὀρνιθοσκαΐα, & ex iis magnos fructus perceperunt, ut docet Varro de R. R. 3, 9, ad quem locum v. Joſ. Scaligerum; Vbi &, qui ap Petron c. 23 *Recifi Deliaci manu* ſint, interpretatur. Add. Erh. & Burm. p. 78.

Deluſio, *Ludo*, Delutare, *Lutum*, Demadeo, &c. *Madeo.*

DĒMĂDES, *is*, m. Δημάδης, ex remige, ut ait Quintil. 2, 26 p. 192 Burm. Orator Athenienſis potens, dives & luxurioſus, de quo multa Plutarchus in Demoſth. *Pudorem* ajebat *in muliere pulchritudinis arcem eſſe:* Εἶπε τὴν αἰδῶ τὸ κάλλος ἀκρόπολιν εἶναι, Stob. Philippum Regem, cum is aliquando victis a ſe impudenter & contumelioſe illuderet, libere admonuit, ac cum, o Rex, dixit, fortuna Agamemnonis perſonam tibi appoſuerit, nonne pudore afficeris, Theriſtæ actiones referens? βασιλεῦ, τῆς τύχης σοι περιτιθείσης πρόσωπον Ἀγαμεμνονος, αὐτὸς οὐκ αἰσχύνῃ πράττων ἔργα Θερσίτου. Diod. Sicul. lib. 16.

DĒMĂGOGVS, *i*, m. δημαγωγός, i. e. *populi ductor*, qui multitudini ſervit, der dem pöbel flattirt.

Demandare, &c. vide *Mando*, Demano, *Mano.*

DĒMĂRĀTVS, *i*, m. Corinthius, Tarquinii Priſci, quinti Romanorum regis, pater; Liv. 1, 34. ¶ 2. Fuit & alius Corinthius *Demaratus*, de quo Plutarchus in Alexandro. ¶ 3. Et alius Lacedæmoniorum dux, cum exularet apud Xerxem, bellique contra patriam cerneret apparatus, plus ſe debere patriæ, quam Perſis ratus, clam certiores fecit Lacedæmonios; Iuſtin. 2, 10, 11. ¶ 4. Ex *Demarato* hiſtorico adduxit nonnulla Io. Stobæus. vide Voſſ. de Hiſt. Græc. p. 271.

DĒMARCHVS, *i*, m. princeps populi ſeu Tribunus plebis, Δήμαρχος, ein obriſter, apud Plaut. Cure 2, 3, 7, & Spartian Adriano c. 19.

DĒMEA, *æ*, m. perſona ſenilis, ruſtica & dura, Terent. in Adelph. Demeio,

Demeio, vide *Meio*, Dememini, *Memini*, Demens, *Mens*, Dementio, &c. *Metior*, Dementia, &c. demento, *Mens*, Demeo, *Meo*, Demereo, *Mereo*, Demergo, demersus, *Mergo*, Demessus, *Meta*, Demetare, *Meta*, Demetior, *Metior*, Demeto, *Meto*.

DĒMĒTRIVS, *i*, m. Δημήτριος, Antigoni, Macedoniæ Regis filius fuit, post Alexandrum præter alios Macedonas nomine & virtute clarus. *Poliorcetes* dictus ob urbium capiendarum artem. Vitam ejus habes apud Plutarchum. ¶ 2. *Demetrius* alius Phalereus, Δημήτριος ὁ Φαληρεύς, fuit Theophrasti auditor, de quo multa in Bruto Cicero. Hic a Cassandro Macedoniæ rege Præfectus datus est Athenis, cum iis potitus esset, de quo Strabo lib. 9 & Diogen. Laërtius: qui & CCC statuas ei positas tradit, quarum & Nepos 1, 6, 4 meminit. Regem is Ptolemæum hortabatur, ut libros de regno scriptos emeret ac legeret. *Primus inclinatis eloquentiam dicitur, ultimus ex Atticis, qui dici possit orator*, ut de illo Quint. 10, 1 p. 902, qui tamen nec virtutes ejus reticet. Congessit Apophthegmata septem Sapientum, quæ Stobæus exposuit, & suis locis adducuntur. Extat ejus liber de Elocutione. Demetrium tamen Rhetorem alium esse a Phalereo, comprobat Vossius 6 Institt. Orat. p. 433 sq. ¶ 3. *Demetrius* Syrus, fuit Ciceronis præceptor, quemadmodum ipse testatur in Bruto c. 91; *Eodem tempore*, inquit, *Athenis apud Demetrium Syrum, veterem & non ignobilem dicendi magistrum, exerceri solebam.* ¶ 4. Alius etiam *Demetrius* Cynicæ sectæ Philosophus fuit, Vespasiano imperante, Suet. Vesp. c. 13; & Tac. Ann. 16, 34, 2, ubi Lipsium vide, & Voss. de Sect. Phil. lib. 2 p. 535.

¶ Demetrias, *ădis*, f. δημητρ.ὰς, herba verbenaca, Apul. de Herb. c. 3.

¶ Exdemetrĭcus, *i*, m. *Liber satyrarum M. Varronis, qui inscriptus est Exdemetricus*, Gell. 19, 8, f.

Demigro, &c. vide *Migro*, Deminuo, *Minor*, Demiror, &c. *Miror*, Demissio, &c. *Mitto*, Demitigo, *Mitis*.

DĒMIVM, *i*, n. sic enim apud Plin. legitur 37, 7 in descriptione Sardæ gemmæ: *In* India *trium generum, rubrum, quod & demium vocant a pinguedine, &c.* δημὸν *pingue* Græcis est.

DĒMIVRGVS, *i*, m. Δημιοργος, magistratus nomen est. Liv. 38, 30 *Demiurgis civitatem: qui fuimus est magistratus, evocantibus, &c.* Et Demosthenis δημιοργοι, magistratus quidam sunt Peloponnesi. Conf. Cic. fam. 9, 22.

Demo, *ĕre*, vide *Emo*.

DĒMŌCHĂRES, *is*, m. Orator Athenensis, Demosthenis Nepos ex sorore Legatus cum aliis ad Philippum Regem ab Athenensibus missus, expositis mandatis, petenti regi, quid gratum Athenienibus facere posset, respondit, *Suspende te.* Indignantibus ob eam rem cæteris, Rex incolumem demisit, *Vos*, inquiens, *cæteri Athenienses renunciate, quosnam censeant superiores, utrum qui talia dicunt, an qui audiunt patienter*, v. Senec. de Ira 3, 23.

DĒMOCLES, *is*, m. (Ciceroni *Damocles*,) adulator ille fuit, quem quod Dionysii beatam vitam prædicasset, tyrannus regio induit habitu, & mensam copiose instructam apponi ei jussit, sed super caput ejus suspendit gladium seta equina aptum, ut tyrannicam vitam miserrimam esse, inde animadverteret. Cic. Tusc. 5, 21.

DĒMOCRĂTIA, *æ*, f. δημοκρατία, gubernatio vel principatus populi, ein regiment, da die gemeine die oberhand hat. Contrarium Aristocratiæ, quæ optimatum est principatus.

¶ Democrăticus, *a, um*, δημοκρατικὸς, ad Democratiam pertinens. Et *Democraticus* subst. ein Republicaner.

DĒMOCRĪTVS, *i*, m. Abderites, diligentissimus scrutator naturæ: hic, ut omni cura liber contemplandis rebus vacare posset, fundos agrosque suos reliquit incultos, in nemora secedens, quam ob caussam civibus suis pro phrenetico habitus fuit. Ad quem curandi caussa cum missus Hippocrates, & collocutus cum eo esset, reversus, sapientissimum ipsum, dementesque illos pronunciavit, qui eum stultitiæ accusarent. Vide Hippocratis quæ feruntur, Epistolas. De instituto autem isto Democriti, præter Laërtium, Cic. de Fin. 5, 19, it. Origen. 2 contra Celsum p. 46. Perstringit quoque Horat. 1 ep. 12, 12. Id. Cic. Tusc. 1, 11 & Fin. 5, 19 *magnum virum* appellat, quod sapientiæ studium ante divitias, honores, gloriam habuisset. Idem iste Democritus luminibus oculorum se sponte privasse traditur, ne videndi illecebris a contemplandi studio revocaretur. Quod tamen Laberius Poëta ideo factum ait: *Malis bene esse ne videret civibus*, ut ipse loquitur. Vid. Gell. 10, 17. Sed dubitat de eo Cic. de Fin. 5, 19. Plutarchus vero plane falsitatis arguit libro de Curiositate. Hoc quoque commemorator de Democrito, irrisisse humanas res, quas Heraclitus contra deflevit perpetuo. In quo Democritum rectius, quam alterum feciss, statuit Seneca: cum tamen interim satius exstimet, placide accipere, neque in risum excidere, neque in lacrymas. Vide ipsum de Tranquill. animi c. 15, & de Ira 2, 10, adde Iuvenal. 10, 28 seqq. Fortuito omnia ex atomis facta afferere conatus est. vid. Lactant. 1, 2. Et notum est huic Epicurum sua prope debere omnia. Democrito egregia multa Cicero tribuit: cujus & illa Stobæus annotavit, τῆς ἡσυχίης πάντες οἱ πόνοι ἡδίονες, *Otio labores omnes jucundiores sunt.* Item: πλέονες ἐξ ἀσκήσιος ἀγαθὰ γίγνονται, ἢ ἀπὸ φύσιος, *Plures exercitatione boni evadunt, quam natura.* Odore panis calidi morti propinquus vitam per triduum extraxit, cum Cereris sacris interesse soror cogeretur. Mortuus tamen placide est 109 ætatis anno, ut Hipparchus ait. v. Diog. Laertius.

¶ Democrītēus, *a, um*, adj. ut *Sint sane illa Democritea vera* &c. Cic. de Divin. 2, 13. conf. de Nat. D. 1, 26.

¶ Democriticus, *a, um*, adj. ut, *Democritici*, scil. Philosophi, sive Physici, Cic. de Orat. 1, 10.

DĒMŌDŌCVS, *i*, δημόδοκος, citharœdus cœcus, quem apud Alcinoum in convivio cum Vlysse de Veneris & Martis adulterio, & de equo Trojano, canentem introducit Homerus lib. 8 Odyss. Vossius sub hujus persona Homerum seipsum depingere putat, cui ait bonum cum malo datum divinitus: nam orbatum fuisse visu, at insignem fuisse arte musica: 1 Instit. Orat. p. 76. Demodoci mentio fit apud Virg. 10 Æn. v. 413, & Ovid. in Ibin v. 272.

DĒMOI, δῆμοι, *apud Atticos sunt, ut apud nos pagi*, Fest.

DĒMŎLĔVS, *i*, & Demoleon, *ontis*, m. Græcus aliquis ad Ilium pugnans. vide Virg. Æn. 5, 260 & 265. Ovid. Met. 12, 356 & 368.

Demolior, demolitio, &c. vide *Molior*.

DĒMŌNAX, *actis*, m. Philosophus fuit Hadriani Imperatoris temporibus, qui nihil prius habuit amicitia. Centenarius decessit, elatus publico sumtu. In Luciani opusculis unum ejus mores & apophthegmata continet.

¶ Demonactes, *is*, m. præfectus Armeniæ sub Claudio, Tac. Ann. 11, 9, 1.

Demonstratio, demonstro, vide *Monstro*.

DĒMŌPHŌON, *ontis*, m. Thesei & Phædræ filius, ad quem extat Phyllidis Thraciæ reginæ epistola apud Ovidium Heroid. 2. Conf. Virgil. Æn. 11, 675.

Demordeo, vide *Mordeo*, Demorior, *Mors*, Demoror, *Mora*.

DĒMOSTHĒNES, *is*, m. Δημοσθένης, Athenienſis, Oratorum Græcorum princeps. Natus fuit patre Demosthene, quem cultellos vendidisse ait Val. Max. 3, 4, ext. 2. Certe μαχαιροποιὸς vocatur ab Æschine Orat. περὶ παραπρεσβείας. Vid. Iuvenal. 10, 130. Cum Platonis studiosissimus esset, dicendi artem didicit ab Isocrate, qui duas minas, cum plures solvere per tenuitatem suam Demosthenes non posset, pretium constituit. Naturæ & ingenii beneficiis cum minus valeret, impedimenta multa diligentia atque industria, quemadmodum de eo Cicero de Orat. 1, 61 scripsit, superavit. Nam & in secreto subterraneo loco se exercens, corporis gestum & vocem sibi formavit, & balbutiem, qua ne primam quidem literam ejus artis, cui studeret, proferre recte posset, conjectis in os lapillis emendavit, ac vocem sibi currendo, scandendo, pronunciandoque adeo confirmavit, ut planius ipso loqueretur nemo. Bis in exilium pulsus, quod habuit in insula Calauria juxta Trœzenen, cum inde ad Antipatrum trahendus esset, venenum, quod in calamum, quo scribebat, vel in armillam ut alii, clam abdiderat, fuxit ac paullo post exanimem se persecutoribus suis tradidit. Ad quod non inscite alluisse Iuvenalis videtur, hæc de Ciceronis & Demosthenis exitu ostendens fat. 10, 118 *Eloquio sed utrique pari Oratores utrumque Largus & exundans leto dedit ingenii fons.* Athenienses statuam ei æream posuerunt cum inscriptione hac: *Si pares ingenio tibi vires fuissent, Demosthenes, Græciæ nunquam apud Macedonas imperium fuisset.* Elogia eius prope infinita sunt, inter quæ lectu dignum Quint. 10, 1 p. 901 Burm. Plutarchus & Lucianus ex instituto vitam illius scripsere, de aliis suo more, i. e. exquisita diligentia Fabr. B. G.

¶ Demosthĕnĭcus, *a, um*, adj. ut: *Demosthenicum illud ter primum.* Auson. Profess. Burd. 1, 19, i. e. quod Demosthenes dixit, in toto dicendi genere actionem esse primum, esse secundum, esse tertium. Conf. Cic. de Orat. 3, 56, & Brut. c. 38.

Demotus, demoveo, vide *Moveo*, Demptio, demptus, *Demo* in *Emo*, Demugio, *Mugio*, Demulceo, *Mulceo*.

DĒMVM, adverb. tandem, endlich, cum aliis junctum elegantiam habet. Videtur esse a *Demo*, quia significat id, quod demtis prioribus postremo supereſt. Festus: *Demum significat Post: apud Livium* (Andron.) *Demus legitur. Alii Demum pro Duntaxat posuerunt.* Ter. Adelph. 5, 8, 15 *Ego novus maritus annos demum quinto & sexagesimo, &c.* allererſt. ¶ 2. *Nunc demum*, nun allererſt. Ter. Heaut. 2, 3, 12 *Vah nunc demum intelligo!* Cic. Att. 16, 3 *Nunc demum literis tuis respondebo, quas ad me misisti.* ¶ 3. *Tum demum*, Plaut. Mil. 4, 8, 55, denn erſt. ¶ 4. *Ita demum*, alſo erſt. Quintil. declam. 10 *Ita mihi demum satisfacies.* ¶ 5. *Igitur demum*, pro, tum demum, non semel posuit Plautus: ut, Most. 2, 2, 32 *Miserum est opus, igitur demum fodere puteum, ubi sitis fauces tenet.* Rudent. 2, 4, 25 *Iam ubi liber ero, igitur demum instruam agrum.* ¶ 6. Sæpius, quando jungitur cum, *si, quasi*, habet significationem ut *præcipue, omnino.* Cic. in Sallust. *Ea demum magna voluptas est: æqualem ac parem verbis vitam agere*, hoc est omnino, das iſt allererſt ein vergnügen. Cic. Att. 8, 8 pr. *Sic enim sentio, id demum, aut potius id solum esse miserum, quod turpe sit.* v. Valla 9, 21.

Demurmuro, vide *Murmur*, Demussatus, *Mutio*, Demutatio, demuto, &c. *Muto*, Demutilo, *Mutilus*.

Denarius, vide *Decem*, Denarro, &c. *Narro*, Denascor, *Nascor*, Denaso, *Nasus*, Denato, *No*.

DENDRACHATES, δενδραχάτης, & Dendritis, *ĭdis*, f. δενδρῖτις, gemmæ sunt Plin. 37, 10 & 11, a δένδρον, arbor. ¶ 2. *Dendrites* etiam inter herbas apud Mart. Capell. lib. 1 p. 20, rectius *Dendroides*.

DENDRŌCISSVS, *i*, m. δενδροκίσσος, hedera arborea stans sine adminiculo, epheubaum, κίσσος, hedera, & δένδρον, arbor.

DENDROĪDES, *is*, δενδροειδὴς, herba, tithymali species, eine art der wolfsmilch, in petris nascens, Dioſc. 4, 159; Plin. 26, 8; Apul. de Herb. c. 108.

DENDRŎPHŎRI, *orum*, pl. δενδροφόροι, collegium & corpus fuerunt, ut patet ex Inscript. Gruteri p. 194 n. 2, & p. 444 n. 2; & Sponii p. 55, 56. Quibusdam sunt lignorum venditores: at Salmasio in Spartiani Caracall. c. 9 de sacro seu superstitioso quodam ordine, ex l. 20 Cod. Theod. *de Paganis sacr. & templ.* interpretatur eo, qui Dei cujusdam honori, Bacchi videlicet aut Silvani, aut similis, arbores evulsas gestabant. Adde Iac. Gothofredi in illam legem, qua inter nomina & professiones gentilitias etiam *Dendrophori* censentur. Vide accurate de his agentem Reinesium ad Inscriptt. 1, 40 p. 75.

Denego, vide *Nego*, Deni, *Decem*, Denicalis, *Neco*, Denigro, &c. *Niger*.

DĒNIQVE, adv. ordinis, ex *dein* per Metathesin, & *que* factum, endlich, zuletzt. Collocari solet in fine sententiæ post multa enumerata; Aliquando etiam in fine orationis. Ter. Heaut. 1, 1, 16 *Quin te in fundo conspicer Fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique.* Neque enim ibi audiendus Rivius est, qui post *τὸ ferre* stigma ponit, & *τὸ denique* ad sequentia refert. Contra enim, ut produximus, citatur hic locus & Ciceroni de Fin. 1, 1, & Donato in Phorm. ad illud 1, 2, 71 *Quid fit denique?* Ad quem locum Idem observat, morem esse Terentio, *denique* in fine sensus ponere. Ita & Hecyra 1, 2, 81, & Eun. 1, 2, 78. Præcedente unico membro idem est ac *breviter, uno verbo.* Nepos 12, 1. Sic sæpius alii. Cæs. de B. G. 2, 33 *Illi, ante inito, ut intellectum est, consilio, quod deditione facta, nostros præsidia deducturos, aut denique indi-*

ligentius

ligentius ſervaturos crediderant. Nep. in Regibus c. 2 *Minime libidinoſus, non luxurioſus, non avarus, nullius rei denique cupidus &c.* Interim tamen aliquando & ponitur, cum nihil præceſſerit: Et ſignificat fere idem, quod, *ut paucis* abſolvam. Vid. Schulting. ad Quintil. decl. 1 p. 15. Flor. 1, 16 *Nihil mollius cælo* (Campaniæ,) *denique bis floribus vernat.* Quam lectionem contra alias tuetur Gruterus non modo, ſed & Salmaſ. Exercit. notatque Heinſhemius ibi, ſic ufum Particula Juſtinum quoque & Papinianum. ¶ 2. Pro *tandem*, uſus Lucretius 3, 764 *Quare diſſolvi quoque debent* (animæ) *poſſe per artus, Denique ut intereant una cum corpore cuncta.* Nepos in fragmento de Cornelia Gracchorum matre: *Denique quæ pauſa erit, & quando deſinet &c.* ¶ 3. *Nunc denique*, pro etiamnum, noch jetzund, poſuit Albinovanus elegia ad Liviam, v. 105 *Talis in umbroſis mitis nunc denique ſilvis Deſtet Thracicium Daulias ales Ityn.* ¶ 4. *Tum denique*, pro tum demum, alsdenn erſt. Plaut. Capt. 1, 2, 39 *Tum denique omnes noſtra intelligimus bona, Cum, quæ in poteſtate habuimus, ea amiſimus.*

Denomino &c. vide *Nomen*, Denormo &c. vide *Norma*, Denoto &c. *Nota.*

DENS, *dentis*, m. plur. *dentes*, qui cibos conficiunt, quaſi *edentes*, zähne. Horum alii dicuntur *anteriores, diviſores*, τομικοί, & γελάσινοι, quod in riſu nudentur, die vorder-zähne: quibus proximi ſunt *Canini*, die ſpitz-zähne; ulteriores *molares* dicuntur, a Græcis γομφίοι, die backen-zähne; ultimi, qui poſtremi poſt annos ſeptem naſcuntur, κλαντῆρες dicuntur, a Varrone *genuini*, die verbergenen backen-zähne, quos Plinius ramen poſt annum viceſimum naſci tradidit 1, 37. Idem Plin. 11, 37 f. 61 locum claſſicum habet de *dentibus*, ubi inter alia diſcrimen *ferratorum, continuorum, exſertorum.* Vide & Rigaltium ad Artem. p. 15 & 16. *Dentes febri, exigui*, Suet. Aug. c. 69. *Piceique buxeique*, Martial. 2 epigr. 41. *Atri* ſive *obſcuri dentes*, Juvenal. 6, 144: ubi *nitentibus* opponit, ſchwarze zähne. Horat. tamen 1 epiſt. 18, 7 *atros* vocat: quos *Theoninos* alibi dixit, de quo infra. *Dentes naſcuntur*, Celſ. 7, 12. *Dentes ſtupent*, ſind ſtumpf, quod aceto & ſimilibus rebus contingit. vide *Stupeo. Dentes eruere*, Plin. 28, 8, *evellere*, Id. 30, 3, ausreiſſen: *eximere & reſicere*, Mart. 10, 48. *Dentes decidunt anno ſeptimo*, Plin. 7, 30, ſie fallen aus. *Omnes dentes labefecit mihi*, Ter. Adelph. 2, 2, 37. Apul. Apol. p. 278 *Exotico pulvere dentes emaculare*, mit zahn-pulver reiben. *Dentes ſcalpere & fricare*, Plin. 30, 4. *Dentibus ſtridere*, Celſ. 2, 6. *Tangere male dente ſuperbo*, i. e. faſtidire, verſchmählich und mit ekel eſſen, die zähne hoch aufheben, Horat. 2 ſat. 6, 87. *Deate maledico carpere*, Cic. pro Balbo c. 26, läſtern und zur bauck hauen. *Albis dentibus videre*, eſt effuſius ridere, ita ut dentes denudentur, Plaut. Epid. 3, 3, 48. *Dente Theonino circumrodi*, Horat. 1 epiſt. 18, 82 convicliis lacerari, formula ſumta a petulantia & maledicentia Theonis poëtæ. *Mordere genuino*, eſt clanculum obtrectare & conviciari, heimlich ſtechen, propterea, quod genuini in aliquibus vix conſpiciantur. Hieronymus *genuinum infringere*, contra Rufin. 1, 7 dixit, ubi vide Mar. Victorii ſcholion, quo lectionem hanc contra vulgarem *infigere*, ex Perſ. 1, 115 defendit. Martial. 13 epigr. 2 *Quid dentem dente juvabit Rodere? carne opus eſt, ſi ſatur eſſe velis.* Rurſus, *Dente morderi invido*, Horat. 4 od. 3, 16. Symmach. 10 ep. 1 *Præconia virtutum tuarum preſſo dente perſtringo.* Confine illi videtur, quod 1 ep. 6 legas: *Ille Severos, Catones, gentem Fabiam, decora Scipionum, totumque triumphalem Senatum parca laude perſtrinxit.* At, *dentes reſtringere*, geſtus eſt iraſcentis: *labella* vero ridentis. Scip. Gentil. ad Apol. Apul. p. 51. Barth. ad Claudian. p. 161. *Dentium crepitus & ſtridor* metum arguit. vid. Lambin. ad Hor. 1 ep. 18 p. 347. ¶ 2. *Dens* etiam ferrum notat, quo præfixum venabulum eſt. Gratio Cyneget. v. 108 *Ille etiam valido primus venabula dente Induit.* Nam, ut Nonius 6, 77 obſervat, *Dentes non ſolum ſunt, quibus cibus atteritur, ſed omne, quo aliquid exſecari vel teneri poteſt.* Sic, *dens ancoræ*, apud Virg. Æn. 6, 3 *Tum dente tenaci Ancora fundabat naves.* Et, *dens vomeris* ſive *aratri*, apud eumdem Georg. 2, 423 *Tellus cum dente recluditur unco.* Vnde Plin. 18, 18 *Inciſuras reſupinus in arando mordeat vomer.* Et Colum. 2, 4 *Reſpicitur duritia ſoli dens aratri.* Venuſte quoque *falx vinitoria* Virg. Georg. 2, 406 *dens curvus Saturni* appellatur. Et Plin. 34, 8 f. 19 *Vertebratum dentem* in pede cervi ænei dixit, das gelencke. ¶ 3. *Claves* etiam olim vocabant *dentes.* Sic Tibull. 1, 2, 18 *Seu referat fixo dente puella fores.* Vbi laudat Brouckh. Salmaſium Ex. Plin. p. 928. Eſt, qui *dentem* partem clavis dici velit, der kamm.

¶ Denticŭlus, *i*, m. dimin. Apul. Apol. p. 278 *Quæ, malum, ratio eſt, linguam mundam & lotam, vocem contra ſpurcam & tetram poſſidere? viperæ ritu, niveo denticulo atrum venenum inſpirare?* ¶ 2. Eſt etiam architectorum. Vitr. 1, 2 *Si Doricis epiſtyliis in coronis denticuli ſculpentur.* Add. 4, 6 præf. 3, 3, fälber-zähne.

¶ Dentio, *ire*, dentes emittere, zähne gewinnen. Plin. 30, 3 *pueri tarde dentientes.* Celſ. 2, 1 *dentientes gingivæ.* Sed apud Plaut. Mil. 1, 1, 34 *Dentes dentiunt* præ fame, uti famelicis canibus crepare ſolent.

¶ Dentītio, *ōnis*, f. das zahnhecken. Plin. 30, 15 *Ad dentitiones ſevérum pecoris utiliſſimum eſt.*

¶ Dentātus, *a, um*, der zähne hat. *Male dentatus*, dem die zähne ausgefallen, der wenig zähne hat. Ovid. de Remed. Am. 1, 340. ¶ 2. Dente politus, lævigatus. Sic Cic. ad Qu. frat. 2, 15 *Dentatam chartam* dixit, ut recte interpretatus Manutius eſt. Male enim de acerba & mordace ſcriptura Eraſmus interpretatur: de quo & ſupra monuimus in *Calamus.* ¶ 3. Exporrectus: Petron. c. 18 *Capillos ab aure deſcendentes dentata manu duxit*, i. e. manu digitis explicata pro pectine uſus. ¶ 3. *Dentatus* cognomen fuit M. Curii, quod cum dentibus natus fuerit; Plin. 7, 16.

¶ Denticŭlātus, *a, um*, ad dentium formam factus, zackigt, mit zähnen; ut, *Serra denticulata*, aut *dentata* potius; *falx denticulata*, Col. 2, 21. *Bina brachia denticulatis forcipibus*, Plin. 9, 31 de cancris.

¶ Dentōſus, *a, um*, idem. Ovid. 6 Faſt. 5, 229 *Dentoſa crimen depectere buxo*, mit einem kamm.

¶ Dentāle, *is*, n. lignum cui vomer inſeritur. Virg. Georg. 1, 172. Vid. *Aratrum.*

¶ Dentarius, *a, um*, zähne. Gloſſ. gr. lat. ὀδοντάγρα, *forfex dentaria.* Matthiol. *Herba dentaria*, zahn-kraut. conf. Apul. de Herb. c. 4 & 8.

¶ Dentrix, *icis*, f. piſcis pro multitudine & granditate dentium dictus Isid. 12, 6, 2. *Dentex* eſt Plinio 37, 10. conf. Ælian. 11, 40; Colum. 8, 16; Apic. 4, 2.

¶ Dentarpăga, *æ*, f. inſtrumentum chirurgicum ad evellendos dentes, ein zahn-freiheiſen. Quas Græci ὀδοντάγρας vocant, latine ſic voluit appellari Varro apud Nonium 2, 237 *Hic bipenſiles forcipes, dentarpagæ.*

¶ Dentidūcus, *a, um*, das zähne ausziecht. Cæl. Aurel. Tard. 2, 4.

¶ Dentifrangĭbŭlum, *i*, n. inſtrumentum, quo dentes effringuntur, ein zahnbrecher. Ita pugnos vocat Plautus non invenuſte Bacch. 4, 2, 14. Et maſc. *Dentifrangibulus*, ibid. v. 23.

¶ Dentifricium, *i*, n. medicamentum quodcunque, quo dentes fricantur, ut mundi fiant & candidi, zahnpulver. Scrib. Largus compoſ. 59 *Dentifricium, quod ſpleudidos facit dentes, & confirmat.* Plin. 28, 11 *Capitis eorum* (lupi, leporis) *cinis dentifricium eſt.* Varia antiquorum dentificia dilce ex Keuchenio ad Samo. 239. Apul. Apol. p. 277 ed. Elmenh. *Mundicinæ dentium* vocat.

¶ Dentilegus, *i*, m. Sic apud Plaut. Capt. 4, 2, 18, eſt ita percuſſus, ut opus ei ſit, ſuos dentes colligere; *Dentilegos eos faciam.*

¶ Dentilŏquus, *a, um*, i. e. male loquens propter dentium abſentiam. Legunt aliqui apud Plaut. l. c. pro *dentilegis.*

¶ Dentiſcalpium, *i*, n. ein zahnſtocher. Martial. lemm. 14 epigr. 22.

Compoſita ab initio:

¶ Ambĭdens, *tis*, f. non ſecus ac *bidens*, ovis, quæ ſuperioribus & inferioribus eſt dentibus. Feſt.

¶ Bidens, *tis*, m. inſtrumentum foſſorum, ſic dictum a duobus dentibus, Græce δικέλλα, eine weinhacke, Iuſt. Colum 4, 14. Virg. Georg. 2, 355 *Duros jactare bidentes.* Et ibid. v. 400 *Glebaque verſis Æternum frangenda bidentibus.* Tibull. 1 eleg. 10, 50 *Pace bidens vomerque vigent.* Idem 2 eleg. 3, 6 *Verſarem valide pingue bidente ſolum.* ¶ 2. *Bidens* etiam fœm. pro *ove* ponitur. Quod ſcil. duos dentes eminulos habeat, ut putat Feſtus & vetus Scholiaſtes Horat. 3 od. 13. At vero Nigidius ap. Gell. 16, 6, ab ætate ſic dictas center, quæ videlicet *bimæ*: ut *bidens* ſit quaſi *biens*, h. e. binorum annorum. Videtur tamen Gellius adſtipulari Hygino, qui *bidentes* dictas centuit, quæ per ætatem duos dentes altiores haberent. Vide & Scalig. Caſtigat. in Feſtum: It Conject. in Varr. p. 43. Virg. Æn. 6, 39 *mactare lectas de more bidentes*: & 7, 93 *Inmigeras maclabunt more bidentes*, i. e. oves. Obſervandum vero ex Gellio, non oves ſolum, ſed & tauros, verres, *bidentes* dici. Conf. Iani Gebhardi animadverſ. in Tibull. 1, 1, 19.

¶ Bidental, *ālis*, n dicebatur τόπος κεραυνοπλὴξ, id eſt, *locus de cœlo tactus*, quod in eo bidentibus ſacrificaretur. Vide Scalig. ad Feſtum. Hinc & Perſ. ſat. 2, 27 *bidental* dixit hominem fulguritum: *Triſte tacet lucis evitandumque bidental.* Vbi Scholiaſt. *Bidental locus ſacro percuſſus fulmine, qui bidente ab aruſpicibus conſecratur, quem calcare nefas eſt.* Conf Horat. Art. v. 471. Ipſe enim fulguritus, quo loco ictus erat, ſepeliebatur. v. Quint. decl. 274.

¶ Bidentatio, *ōnis*, f. Gloſſ. gr. lat. σκαθετὸς, *occatio, bidentatio.*

¶ Condentalis, *e*, zuſammengenagelt. Gloſſ. gr. lat. συγγομφωμένος.

¶ Edento, *are*, id eſt, dentes excutere, die zähne ausſchlagen. Plaut. Rud. 3, 2, 48 *Nimis velim improbiſſimo homini malas edentaverint.*

¶ Edentatus, *a, um*, dem die zähne ausgeſchlagen ſind. Macrob. 7 Sat. 13 *Scommata minus aſpera, quaſi edentatæ bellue morſus.*

¶ Edentatio, *onis*, f. die ausreiſſung der zähne, apud Celſum.

¶ Edentārius, *i*, m. nonnullis eſt, qui dentes eximit, ein zahnbrecher.

¶ Edentŭlus, *a, um*, qui dentibus caret, der keine zähne hat. Plaut. Caſ. 3, 2, 20. Vide adagium, *Edentulus veſcentium dentibus invidet.* Fœm. Id. Plaut. Moſt. 1, 3, 118 *vetule, edentule* &c. Lapis antiq. ex Reinef. 12, 30 *Edentula ſenectus.* Et Plaut. Pœn. 3, 3, 87 *Vinum vetuſtate edentulum*, i. e. leve & fugiens, ein gelinder wein, der die ſchärfe verlohren. vid. Parei Lex. Plaut. p. 1301.

¶ Exedentulus, *a, um*, idem; ut, *Beſtia exedentula*, Tertull. de Pallio c. 5.

¶ Quadridens, *tis*, vierzackigt, mit vier zähnen; ut, *Quadridentes reſtri*, Cato R. R. c. 10 & 11.

¶ Tridens, *tis*, m. quicquid tres habet dentes, was drey zacken oder ſpitzen hat. Piſcatorum præſertim inſtrumentum percutiendis piſcibus majoribus. Plin. 9, 15 de thynnis: *Ne tridente quidem in eos ſæpius jacto territi.* ¶ 2. Sceptrum Neptuni: Virg. Georg. 1, 13; & Æn 1, 142.

¶ Trĭdentĭfer, *i*, m. Neptunus, de illo ſceptro appellatus; Ovid. Metam. 8, 597.

¶ Trĭdentĭger, *i*, m. idem. Ovid. Met. 11, 203 *Cumque Tridentigero tumidi genitore profundi &c.*

¶ Trĭdentĭpŏtens, *tis*, idem Neptunus. Silius 15, 159 *Dive Tridentipotens*, ut in MSS. eſt: ruptum vulgo *tridente potens.*

DENSUS, *a, um*, contrarium raro, frequens, dick, dichte; ut, *Denſus aër*, Horat. 2 od. 7, 14, quod Celſus præfat. dixit *cœlum denſum*, idque *tenui* oppoſuit, dicke trübe luft. *Silva denſa atque aſpera*, Cic. Att. 12, 15. *Vbi ex uno femine pluribus culmis fruticavit, etiam ex rara ſegete denſam facit*, Colum. 2, 9. *Denſos fertur moriturus in boſtes*, Virg. Æn. 2, 511. *Denſior his tellus*, igni & aëre, Ovid. Met. 1, 29. *Denſiores frivæ*, Cæſ. B. G. 3, 29. *Sepes denſiſſimæ*, ibid 2, 22. *Denſiſſimus imber*, Virg. Georg. 1, 334.

¶ Denſe, adv. confertim, dicht, dick. Cæl. Aurel. Acut. 2, 37, 214 *Denſe vinum detrahere.* Comp. uſus eſt Plin 16 c. 37 *Alni caſa denſius innumero hereale proſunt*, ſie wachſen dichter Ovid 1 Pont. 9, 11 *Nulla tamen ſubeunt mihi tempora denſius iſtis*, h. e. frequentius. Cic. in Orat 2 *Quod in perpetuitate dicendi non ſæpe atque haud ſcio an unquam, in aliqua autem parte elucet aliquando illum apud alios denſius, apud alios varius.* Superl. Vitruv 5 c. ult. *Bene & quam denſiſſime calcatum.*

¶ Denſitas, *ātis*, f. craſſitudo, ſpiſſitas, die dicke. Plin 9, 45 *Denſitas ſpiſſa.* Gell. 2, 6 *Denſitas auri.* conf. Cæl. Aurel.

¶ Denſo, *āre*, dichte an einander fügen. Virg Georg. 1, 248 *Denſantur noſtræ tenebræ.* Horat 1 od 28, 19 *Denſentur funera* Sed utroque loco optimi quique Codd. *denſentur.* v. *Denſeo.* Certior

forte, quamquam & hunc ſolicitat Heinſius, locus Calpurnii ecl. 7, 29 *Aut eques, aut nivei loca denſavere tribuni.* Ita edidit Burm. Heinſius ſuſpicabatur *denſa habuere.*

¶ Denſātus, *a, um,* zuſammen gedruckt, gepreßt. Liv. 28, 2 *Tela denſatis ſcutis excipere.* Curt. 5, 3, 23 *Denſata agmina.* Id. 6, 1, 6 *Denſati ordines.*

¶ Denſatio, *ōnis, f.* inſpiſſatio, verdickung. Plin. 30, 7 *Prima denſatio in bitumen liquidum cogitur.*

¶ Denſator, *ōris,* m. apud Statium.

¶ Denſābilis, *e,* denſans, ſtringens. Cæl. Aurel. Acut. 2, 8, 36 *Abſinthium denſabile.* Et 3, 3, 22 *Vaporatio denſabilis.* Et Apul. de Herb. *Herba virtutis denſabilis.*

¶ Denſativus, *a, um,* idem. Cæl. Aurel. Acut. 2, 37 *Denſativæ virtutis eſſe.*

¶ Denſeo, *denſēre,* dick machen, quod germanum, alterum vero *denſare,* corruptum putant Lambinus ad Hor. 1 od. 28, & Giphanius Indice Lucretiano, quos vide & adde, quæ diximus in *Denſo.* Ita *Denſēre* Virgilio ex MSS. & auctoritate Priſciani lib. 8, vindicatur Georg. 1, 419, & Æn. 12, 264. Plura loca Ovidio & aliis autoribus reſtituit Heinſius in Not. ad Ovid. Faſt. 3, 820. Add. Drakenborch. ad Silium 4, 159, & Miſcell. Obſerv. Vol. 9 p. 217.

¶ Denſeſco, *ĕre,* dicht, dick werden. Paull. Petrocor. lib. 6 de vita Martini v. 234 *Vicinum doluit tenebris denſeſcere ſolem.*

Compoſita:

¶ Addenſo, *are,* idem quod *denſare.* Plin. 20, 21 *Aquam addenſavi atque lacteſcere.*

¶ Addenſeo, *ēre,* idem. Virg. Æn. 10, 432 *Extremi addenſent acies.*

¶ Circumdenſatus, *a, um,* dicht an einander hangend. Iuven. 3, 713 in Matth. 21 *Cui jugera multa nitentis Vineti ſcpes circumdenſata coërcet.*

¶ Condenſus, *a, um,* denſus, derb, dichte; ut, *Olivetum crebris arboribus condenſum,* Hirtius B. Afr. c. 50. *Condenſæ turmæ,* ibid. c. 14. *Condenſa acies,* Liv. 26, 5. Abſolute Plin. 12, 73 *Condenſa arborum.* Et Sil. 13, 600 *Harpyiæque fovent nidos, atque omnibus hærent Condenſæ foliis.*

¶ Condenſitas, *ātis, f.* die dicke, die einpreſſung. Apul. de Mundo: *Ignis ex aëris condenſitate conflatur.*

¶ Condenſo, *are,* zuſammenpreſſen. Colum. 7, 8 de caſeo: *Ponderibus condenſatur.* Hirt. c. 1. c. 13 de acie: *Levis armaturæ Numidas & ſagittarios pedites interpoſuerant, & ita condenſaverant, ut &c.*

¶ Condenſeo, *ēre,* idem. Lucret. 1, 392 *Quia ſe condenſeat aër.*

¶ Condenſatio, *ōnis,* f. die zuſammenfügung. Vet. Gloſſ. Condenſatio, συνάφεια. Cæl. Aurel. Acut. 3, 18, 187 *Effecta conſtrictio atque condenſatio.*

¶ Obdenſatio, *onis,* f. die verſtopfung. Cæl. Aurel. Tard. 1, 1, 47 *Obdenſatio cutis ac totius corporis*

¶ Perdenſus, *a, um,* ſehr dicht, derb. Colum. 3, 12 *Perdenſa humus.*

¶ Prædenſus, *a, um,* idem. Plin. 18, 18 *Prædenſa terra.*

Dentatus, dentex, dentifrangibulum, dentio &c. vide *Dens,* Denubo, *Nubo,* Denudare &c. *Nudus,* Denumerare &c. *Numerus,* Denuntiare &c. *Nuntius,* Denuo, *Novus.*

DEO, δῶ, Ceres, quaſi a δῶ, *invenio,* quod frugum fuerit inventrix. Hinc

¶ Deois, *ĭdis,* f. patronym. δωΐς, Cereris filia Proſerpina. vid. Ovid. Met. 6, 114; & Auſon. epiſt. 4, 48.

Deoccare, vide *Occo,* Deonerare &c. *Onus,* Deoperio, *Pario,* Deoro, *Oro,* Deorſum, *De,* Deoſculari &c. *Os, oris.*

Depactus, vide *Pango,* Depalare &c. *Palus, i,* Depalmo, *Palma,* Deparcus, *Parco,* Depaſtus, *Paſco,* Depavio, *Pavio,* Depeciſcor, depectio &c. *Pax,* Depecto, *Pecten,* Depeculor &c. *Peculium,* Dependo, dependſus, *Pendo,* Deperdo, *Do,* Depereo, *Eo.*

DEPESTA, *æ,* f. vas vinarium; in Varr. de L. L. 4, 26 *Depeſta, orum,* n. p. a δέπαστρον, uti eſt apud Athenæum & Pollucem. Sed in Feſto & Nonio 15, 35 eſt *Lepeſta.*

Depetigo, vide *Petigo,* Depilis, depilo, *are, Pilus,* Deplanto, *Planta,* Deplano, *Planus,* Depleo, *Plenus,* Deplumis, deplumo, *Pluma,* Depontani, *Pons,* Depopulari &c. *Populo,* Deprætentiarum, *Præſens,* Depravare &c. *Pravus,* Deprecari, *Precis,* Depretiare, *Pretium.*

DEPSO, *ĕre,* apud Caton. c. 90, & ex Varrone apud Nonium 2, 234 legitur pro manibus ſubigere, mit den händen kneten, würcken, a Græco δέψω, quod eſt *coquio* ſeu *mollio.* ¶ 2. In obſceno uſu impudentius etiam dici *depſit.* vide apud Cic. fam. 9, 22.

¶ Depſtus, *a, um,* geknätet. Cato R. R. c. 40 *Luto depſto oblinere.* Idem c. 135 *Coria depſta.*

¶ Depſiticius, *a, um,* idem. Cato c. 74 *Panem depſiticium ſic facito &c.*

¶ Condepſo, *ere,* idem, aut multa ſimul depſere, einknäten. Cato R. R. c. 41 *Hæc una bene condepſito.*

¶ Perdepſo, *ere,* Catulli eſt carm. 75 obſceno ſenſu.

Depubis, vide *Pubes,* Depudico &c. *Pudeo,* Depugno &c. *Pugna,* Depulſo &c. *Pello,* Depulvero, *Pulvis,* Deputo, *Puto,* Depuvio, *Pavio,* Depygis, *Pyga.*

DERBIA, *æ,* f. impetigo, die raude, apud Medicos.

¶ Derbiōſus, *a, um,* räudig. Oct. Horat. 1, 10 *Derbioſi oculi, quos impetiginoſos dicimus.*

DERCE, *es,* ſeu Derceto, *ūs,* f. Syrorum dea, de qua in *Atargatis.*

¶ Dercea, *æ,* f. herba Apollinaris, Apul. de Herb. c. 22.

DERCYLIDES, *is,* m. celeberrimus Laco, cujus egregia in bello Peloponneſiaco fuere facinora. Multa de illo & cognominibus Burmannus ad Grat. 103, ubi

¶ Dercylos vocatur, & retium inventor perhibetur.

DERECTARIVS, vid. *Directarius* in *Dirigo* ex *Rego.*

Derelictio, quære in *Linquo,* Derepente, *Repens,* Derepo &c. *Repo,* Derivatio, derivo, *Rivus,* Derogo, *Rogo,* Deruo, *Ruo,* Deruptus, *Rumpo,* Deſero, *āre, Sera,* Deſcro, *ĕre,* deſertio &c. *Sero.*

Deſes, deſidia &c. vide *Sedeo,* Deſiderium, deſidero &c. *Sidus,* Deſido, *ĕre, Sido,* Deſilio, *Salio,* Deſino, *Sino,* Deſipio, *Sapio,* Deſiſto, *Siſto,* Deſitudo, *Sino,* Deſolare &c. *Solus,* Deſpectus, *Specio,* Deſpero &c. *Spes,* Deſpicientia, deſpicio &c. *Specio,* Deſpumo, *Spuma,* Deſquamo, *Squama,* Deſtina, deſtinare &c. *Stino.*

Deſtituo &c. vide *Statuo,* Deſtructio, deſtruo &c. *Struo,* Deſuetudo, *Suefco,* Deſultor &c. *Salio,* Detector, detego, *Tego,* Detendo, *Tendo,* Detentio, *Teneo,* Detergo, *Tergo.*

Deterior, vide *Tero,* Determino &c. *Terminus,* Detĕro, *Tero,* Deteſtari &c. *Teſtis,* Detineo, *Teneo,* Detondeo, detonſo, *Tondeo,* Detŏno, *Tono,* Detorno, *Tornus,* Detractio, detraho, detractatio, detrecto, *Trabo,* Detrimentum, *Tero,* Detriumpho, *Triumphus,* Detruncatio, detrunco, *Trunco,* Deturbo, *Turba,* Deturgeo, *Turgeo,* Deturpo, *Turpis,* Devaſto, *are,* &c. *Vaſtus, a, um.*

DEVCALION, *ōnis,* f. Δευκαλίων, Promethei filius, rex Theſſaliæ, qui diluvio quodam Theſſaliæ Parnaſſi juga petiit, atque ibi ratibus ad ſe confugientes benigne fovit, inde reparator humani generis a Poëtis fingitur. Vide Juſtin. 2, 6, 7 & 11. Fuit id diluvium annis aliquot non ita multis ante exitum Iſraelis ex Ægypto. Primus templum condidiſſe dicitur Apollonio Argon. 3, 1087 ὃς πρῶτος ποίησε πολιοῦχῳ ἑδάματο ναὸς Ἀθωνάτοις. Vid. ibi Schol. de pluribus Deucalionibus.

¶ Deucalionēus, *a, um,* adject. Ovid. Met. 7, 357 *Deucalioneas effugit inobrutus undas.* conf. Lucan. 1, 653.

Deveſtio, devĕho, quære in *Veho,* Develare, *Velum,* Deveneror, *Veneror,* Devenio, *Venio,* Devenuſto, *Venuſtus,* Deverbero, *Verber,* Devergentia, devergo, *Vergo,* Deverro, *Verro,* Deveſtio, *Veſtio,* Devexitas, devexus, *Vexo, āre,* Deviare, devius, *Via,* Devigeſco, *Vigeo,* Deunx, *Uncia.*

DĔVS, *i,* m. θεός, Gott. Notæ ſunt etymologiæ, quas alii alias faciunt, vel a θέειν, *currere,* vel a θεάομαι, *contemplor*: *Cernit Deus omnia vindex: vel* ἀπὸ τοῦ δέους, δέος, reverentia & timore, ad quam etymologiam alluſiſſe videtur Petronius p. 676 *Primus in orbe deos fecit timor.* Gataker. de Styl. Novi Inſtr. p. 33 ab Æolico Δεύς, quod pro Ζεύς dicitur, cum Iunio deducit, illosque, qui a *timore* derivant, refellit. *Dii,* plural. qui vel majorum gentium, *Selecti* dicti, vel minorum, *Adventi* & *Aſſcriptitii* appellati. Cic. Tuſc. 1, 13 *Ipſi illi majorum gentium dii, qui habentur, hinc a nobis profecti in cœlum reperiuntur.* Quæ verba, & iis connexa, reperit, urget, & illuſtrat Lactant. 1, 15, qui videatur. Addi poteſt Coquejus ad Auguſtin. de C. D. 1, 4 p. 18. *Dii meliora,* ſcil. dent, vel afferant, Virg. Georg. 3, 513, & Cic. Phil. 8, 3, da ſey Gott für. *Si Diis placet,* ironica formula, Terentio familiaris, wills Gott, hinter ſich. *Dii bene vortant,* vel *vertant,* da gebe Gott ſeinen ſegen zu. Ter. Phorm. 3, 3, 19, & Eun. 2, 3, 98 &c. vid. Briſſon. de form. p. 66 & 68. Apud Cic. de Leg. 2, 11 Thales dixit, *Homines exiſtimare oportere, Deos omnia cernere, Deorum omnia eſſe plena.* Plaut. Capt. 2, 2, 63 *Eſt profecto Deus, qui quæ nos gerimus, auditque & videt.* Lucan. 9, 575 *Eſtque Dei ſedes, ubi terra, & pontus, & aër, Et cœlum, & virtus, ſupcros quid quærimus ultra? Jupiter eſt, quodcunque vides, quocunque moveris.* Lucret. 2, 989 *Denique cælicti ſumus omnes ſemine nati* &c. Manil. 4, 893 *Exemplumque Dei quisque eſt in imagine parva.* Ovid. A. A. 1, 637 *Expedit eſſe Deos, & ut expedit, eſſe putemus.* ¶ 2. Obſervandum, Latinos Poëtas imitatione Græcorum, quibus ὁ θεὸς καὶ ἡ θεός dicitur, Dei vocabulum tam viris, quam fœminis attribuiſſe. Ita enim Virg. Æn. 2, 632 *Venerem Deum*; & 7, 497 *Ianonem Deum* vocat. Similiter Q. Catullus apud Cic. de Nat. D. 1, 28 *Mortalis viſus pulchrior eſſe Deo,* i. e. aurora, de qua præcedit. Conf. Plaut. Pœn. 2, 1, 10; & 5, 3, 13. ¶ 3. *Deus* interdum idem eſt ac *genius.* Ter. Phorm. 1, 2, 24 *Memini, relinqui me Deo irato meo,* i. e. irato genio. Attributum enim antiquitas ſuum cuique Deum cuſtodem credidit, & ſecundas res, eo propitio, adverſas irato ac infeſto evenire. v. Turneb. Adverſ. 19, 4. ¶ 4. *Deus* etiam pro benefico, ſervatore. Ter. Phor. 2, 2, 31 *Non tu hunc habeas plane præſentem Deum?* Id. Adelph. 4, 1, 19 *Fucio te apud illam Deum.* Curt. 7, 8, 26 *Si Deus es, tribuere mortalibus beneficia debes, non ſua eripere.* Cic. ad Quirit. poſt red. c. 5 *Lentulus conſul, parens, deus, ſalus noſtræ vitæ, fortunæ.* Ipſi Mezentio *Dextra Deus,* Virg. Æn. 10, 773. ¶ 5. *Deus ſum,* ſermo illius eſt, qui ſibi maxime felix videatur ac fortunatus. Plaut. Curc. 1, 3, 11 PHAEDR. *Eſt lepida.* PAL. *nimis lepida.* PH. *Sum Deus.* Sic Clinia apud Ter. Heaut. 4, 2, 15 *Deorum vitam adepti ſumus,* i. e. fortunatiſſimi ſumus. ¶ 6. *Dei* nomen Imperatoribus tributum in nummis v. Spanh. diſſ. 12 p. 489. it. Regibus Seleucidis & aliis Id. diſſ. 7 p. 419 ſq. De honoribus & appellationibus divinis Imperatorum in libris juris vid. Johnſon. ad Nemeſia. Cyneg. 66. ¶ 7. Quisquis in ſuo genere excellentiſſimus *Deus* vocatur. Ita *Platonem Philoſophorum Deum* vocat Cic. de N. D. 2, 12 pr. Id. de Orat. 1, 23 *Te in dicendo ſemper putavi Deum.* & 2, 42 *In quo tu mihi ſemper Deus videri ſoles.* Ita Virgilium *Deum* appellat Calpur. ecl. 4, 20 interprete Burm. vid. *Divinus* n. 2. ¶ 8. *Introite: nam & hic Dii ſunt.* Heracliti Epheſii dictum ap. Gell. 20, c. ult. De quo auctoris ejus loco vide Salmaſ. Proleg. Exerc. Plin. p. 24, & Lambec. Prodrom. Lucubrat. Gellian. p. 109 ſeqq. ¶ 9. *O Dee,* bis habet vocandi caſu Prudent. Hamart. v. 931 *O Dee cunctiparens, animæ dator, o Dee Chriſte.* Sed Vulg. Interpres in Pſalmis hoc caſu ſemper *Deus* dixit. Plur. *Dei* & *Dii* & interdum apud Poëtas *Di* legitur; ſic & *Deis, Diis & Dis.*

¶ Dea, *æ,* f. eine göttin. Fœminium hoc paſſim occurrit apud auctores. In Cic. Nat. D. 3, 18 octies politum, ſexies in ſing. bis in plur. Apud Virg. ecl. 4 v. 63 cum Deus conjungitur: *Nec Deus hunc menſa, dea nec dignata cubili eſt.* Sæpe hæ voces, *dii deæque omnes,* conjuncte leguntur. vid. Propert. 3 eleg. 12. Virg. Georg. 1, 21. Ter. Phorm. 4, 4, 6, & 5, 7, 83. Conſule Briſſon. 1 de form. p. 54. *Deabus* etiam dixit Cicero pro Rab. c. 2, ubi diſtinctione ſexus opus erat. Alias pro eodem, ut in aliis hujus commatis, uſurpatur etiam terminatio maſculini. v. Voſſ. de Analog. 2, 4, & in addendis.

¶ Deitas, *ātis,* f. divinitas, die Gottheit; vox non antiquiſſimi uſus. Auguſtin. de C. D. 7, 1 *Hanc divinitatem, vel ut ſic dixerim, Deitatem; nam & hoc verbo uti jam noſtros non piget, ut e Græco expreſſius transferant, quod illi* θεότητα *appellant.* Hieron. ep. 57 ad Damaſum: *In tribus perſonis Deitas una ſubſiſtit.* Adde Prudent. Apoth. 338.

¶ Deificus,

¶ Deificus, *a, um.* Tertull. Apol. 11 illum *Deum deificum* vocat, per quem gentiles credebant, conſecrationes fieri, ſeu mortales homines in numerum deorum ſuſcipi.

¶ Dīus, *a, um,* divinus, generoſus, göttlich, herrlich, himmliſch). Solet epitheti loco propriis proponi: *Dia Camilla,* Virg. 11, 057, edel. *Dia Moſella,* Auſon. Idyll. 12, 374. *Dea Dia* in inter. fratr. arval. Grut. p. CXXI, 1 eſt *Diana* vel etiam *Iuno.* vid. Gelnerus ad Cato, p. 128 & ſq. it. Phil. a Turre ante. Antii p. 101 & 389. ¶ 2. Et appellativis: *Dia ſententia,* eine rechtſchaffene meynung, Horat. 1 ſat. 2, 32. *Otia dia,* edle und gewünſchte ruhe. ¶ 3. Ponitur & pro Deo. *Dius Fidius,* per quem, quod fiebat ſacramentum, omnium ſanctiſſimum erat. Vid. Plaut. Amn. 1, 1, 8, & ibi Interpretes, & infra *Fidius* in *Fides.*

¶ Dīum, *i,* n. ſubſt. das helle unter dem himmel. *Sub dio,* unter dem freyen himmel. v. Feſt. Nep. 4, 5, 2; Colum. præf. lib. 12. Horat. 2 od. 1, 22 *Nil interreſſi, an pauper & infima de gente ſub Dio moreris.* Quamquam alii *divo* legunt, quod verum putat Torrentius, non ibi tantum, ſed ad Suet. Caſ. quoque c. 72. Vide infra *Divum.* Colum. 12, 12 *Aquam cæleſtem vaſis includunt, & ſub dio in ſole habent,* ſie diſtilliren regenwaſſer an der ſonne. Alcon. in Verr. de Prætura Vrb. SVB DIO, *id eſt, ſub cælo. CÆLVM Græci τὸν Δία dicunt. Sed ita declinatur:* HOC DIVM, HVIVS DII, &c. Varro de L. L. 4, 10 *Olim* (Jupiter) DIIOVIS, & DIESPITER *dictus. Hoc eſt aër, & dies pater; a quo* Dii *dicti: qui inde* & Dies & Dius & DIVVS *Unde ſub* DIO, & DIVO, & DIVS FIDIVS. *Itaque inde ejus perforatum tectum, ut videatur* DIVVM, *id eſt, cælum.* Exiſtis locis conſtare poteſt, utrumque ufurpatum Veteribus *ſub dio,* & digammate nim. Æolico interpoſito, *ſub DIVO.* Pro quo quoque Virgilius dixit Æn. 2, 512 *nudoque ſub æthere axe.* vid. Vorſtii Ind. ad Nepotem. *Dium fulgur,* pro diurno; Feſtus: DIVM FVLGVR *appellabant diurnum, quod putabant Iovis: ut nocturnum Summani.* Vet. Gl. κεραυνοβολιον ἡμερινὸν, *Fulgurium:* Lege cum Cataubono *fulgur diurn.*

¶ Dialis, Diale, quod Iovis eſt, ἀπὸ τοῦ Διός. *Dialis ſacerdos,* Suet. Domit. 4. *Diale flaminium,* Id. Aug. c. 31. *Dialis flamen,* Vellej. 2, 43, 1; & Gell. 10, 15. *Apex dialis,* Liv. 6, 41. De ceremoniis hujus Flaminii impoſitis, vide Gell. 10, 15, deque ejus Sacerdotio enucleate Alex. ab Alex. G. D. 6, 12. ¶ 2. *Neptuni Dialem* per ſe terre videtur inſcriptio vetus apud Reineſ. 1, 97, qui tamen p. 137 conjunctim legi vult *Neptunialis* vel *Neptunialis* adeo. Certe ſi vera ſit lectio κατασχεσιν φρεαι eſſe arbitratur. ¶ 3. *Dialis* eſt unius dei, de qua notione & loco Pitholai vide infra in *Dies.*

¶ Dīvus, *a, um,* per conſecrationem in numerum deorum relatus, qui ex hominibus pro Deo colitur, ein heiliger, ein gott, oder vottin. Diſcrimen ergo faciunt inter *deos,* qui immortales & æterni dicuntur, & *divos,* qui defuncti conſecrantur; cujus appellationis honorem primum Cæſari contigiſſe, Servius obſervat ad ecl. 5 Virg. Sic, *divus Cæſar, divus Auguſtus.* DIVI tamen Imperatores boni & laudatiores, non niſi morte obita appellabantur. *Nam Deum honor principi non ante habetur, quam agere inter homines deſierit,* Tacitus An. 15, 74, 5 ſcribit. Sed per adulationem & mali & vivi adhuc divorum nomen accepere. Improbat Vorſtius, quod ſanctos Apoſtolos *Divos* appellemus, v. g. *Divus Paulus.* Tutius dixeris, *Divinus Paulus,* ſicut Cic. *divinum Platonem* vocavit, & paſſim *divinam virtutem.* Sic Græci: θεῖος ἀνὴρ ἔτος. Nec unquam Patres Latini *divos* apoſtolos aut patriarchas dixere, ſed *beatos, ſanctos,* quod etiam Georg. Caſſander Dedicat. Hymnor. Eccleſ. obſervavit, & in abutum ſeculi acerrime invectus eſt. Recte tamen a catholicis ita dici conſecratos (canonitatos vulgo appellant) vult Sciopp. in Voſſ. de vitiis ſerm. p. 12. ¶ 2. Horatius *Divam* pro Dea dixit 1 od. 3, 1 *Sic te Diva potens Cypri.* Et *Divos* pro Diis poſuit Cic. de Leg. 2, 8 *Ad Divos adeunto caſte.* Verumque conjungit Liv. 7, 26 *Si divus, ſi diva eſſet, qui ſint propetem miſſi, volens propitius adeſſet.* ¶ 3. *Divus,* adjectivum, pro *Divinus,* ſubdubium nonnullis & ſuſpectum eſt. Videtur enim appoſitio ſubſtantivorum eſſe, cum *diva mater, diva Iuno, divi penates* dicuntur, Alcimus tamen 5, 64 *divæ vocis Anubem* dixit; & apud Prudent. Pſychom. v. 76 eſt *diva caro,* ut annotat Cellarius Cur. poſt. p. 243. De hujus vocis uſu lege plura ibid. & in Borrich. Cogit. p. 89 & 274.

¶ Divum, *i,* n. ſubſt. idem quod *Dium. Sub divo,* i. e. aëre. Lucret. 4, 211 *Sub diva ſplendor a pati Ponitur.* v. ſupra in *Dius.* Cell. 1, 2 *Ambulatio melior ſub divo.*

¶ Divālis, *e,* divinus, göttlich; ut, *Divale nomen,* Spartian. Carac. c. 11. Sic, *divales conſtitutiones,* Imperatorum conſtitutiones, qui *Divi* nuncupabantur, Iuſtinianus præfatione Codicis ſui & alibi vocat. Symm. 7, 96 *Divalia conſtituta* vocat. Sic, *Divale ſacrum,* pro Euchariſtia ſeu ſacra Cœna Poëta incertus de Bebiani baptiſmo dixit. Coripus de laud. Iuſtini 1, 42 *A magno dilecte Deo, divalis origo.*

¶ Divātus, *a, um,* vergöttert. Gloſſ. lat. gr. *Divatus,* ὁ τῆς θέας μυήσεως.

¶ Diviāna, *æ,* f. Diana appellata apud Varr. de L. L. 4, 10 quaſi *diva Iana.*

¶ Divigĕna, *æ,* f. Gloſſ. gr. lat. θεογενὴς, *divigena*; ὑπωθρος, *ſubdivus.* v. Salmaſ. de Pallio p. 137.

¶ Subdivalis, *e,* idem quod *Subdialis. Noſtri pruinis ſubdivales moras difficile tolerabant,* Ammian. 19, 23 tam Lindebrog. quam Valeſ. editione.

¶ Subdival, *is,* idem quod *Subdiale,* pars namque domus ſine tecto. Tertull. adv. Iudæos c. 11 *ſubdival domus.* Gloſſ. Vet. ὑπωθρον, *area, ſubdival, impluvium.* Idem: ὑπαιθριον, *ſubdiale, ſubdivium.*

¶ Divīnus, *a, um,* cœleſtis, ex Deo, vel ad Deum pertinens, göttlich; ut, *Animos hominum eſſe divinos*; Cic. de Amic. c. 4, id eſt, cœleſtis originis. *Res divinam facere,* des gottesdienſt verrichten. Ter. Eun. 3, 3, 7. conf. Nep. 23, 3, 4. ¶ 2. Deinde *divinum* dicitur omne excellens, & communem conditionem in aliquare excedens, übermenſchlich, fürtrefflich: ut, *divina virtus, divina liberalitas,* Cic. poſt Red. ad Qu. c. 3. *Divinum beneficium,* Id. Fam. 12, 14 fin. Petron c. 133 de formoſa puella: *Si permitteretur ejus amare, ſi illud caſtiſſe & divinum pectus amplecti.* Sic, *Divina tomacula* Iuvenalis dixit propter guſtus ſuavitatem 5, 335. Ariſtoteles Ethic. Nicom. 7, 1 obſervat, Lacones, quos propter virtutem maxime mirarentur, θείους appellaſſe. Iamblichus quoque c. 35 de vita Pythag Pythagoram, tradit. a diſcipulis divinum ſive θεῖον, ſemper ſalutatum. Homero quoque tam uſitatum eſt, homines præſtantes in aliqua re θείους vocare, ut & fabuleos bonos eo dignari epitheto haud vereatur. Sane *homunculus,* quod Seneca dicebat, *apud Deo nulla eſt:* quem vide epiſt. 3 & Maximum Tyrium Diſſ. 22 Quid? quod & ipſe S. Baſilius τὸς κατ' ἀρετὴν τελειους, plane θείους appellat lib. 3 contra Eunom. Atque ibidem Spiritus Sanctus θεοποιὸν dicitur, quos τελειους facit. Vide & Hieron. in Matth. c. 16, & in epiſt. ad Gal. 1, 11, & Clem. Alexand. 7 Strom. p. 537. ¶ 3. *Divina* appellantur, quæ ad rerum naturam & factum mundi pertinent. Quippe quod non pauci mundum vel Deum ipſum, vel Dei patrem ſtatuerint, æternum certe & ſic divinum exiſtimarint. Senec. præf. Quæſt. Nat. *Hoc habet argumentum divinitatis ſuæ anima: ſpicit, quotidianis, ut ita dixerim, delectatur.* DIVINA, id eſt, τὰ φυσικὰ. Sic eidem *ſupra humana erigere ſe,* eſt, rerum naturam contemplari. Lege totum illud proœmium. Hinc intelligendus Æthicus eſt præfatione Coſmographiæ, cum ait: *Plurimi, qui res divinas evidentius cognoverunt, duas tantum partes accipiendas ſtatuunt.* Nam *divinas res* vocet, ex quibus natura rerum conſtat. Idem cum paullo poſt Cæſarem *divinis humani quæ rebus ipſe ſtatum* dicit, naturalium eum juxta & civilium rerum his verbis peritum ſignificat. Nempe antiqui illi Deos duplices faciebant, animales alios ſive ſenſibiles, & intellectuales. Animales habebant Solem, Lunam, & cætera, ex quibus mundus contextus eſt. Quare nihil non eſt, τὰ φυσικὰ, divina ut habuiſſe, ita appellaſſe. vide Apul. de dogmate Platonis: & infra in *Sidus.* ¶ 4. *Divina* & appellabant veteres Romani, quæ ad Principes ſeu Imperatores pertinerent. Vide ſupra *Cæleſtis* in *Cælum.* ¶ 5. Sed & *divinus* dicitur ariolandi ſive divinandi peritus, wahrſager. Cic. de Divin. 2, 3 *Nec hac, qui divini habentur, profitentur, ſe eſſe dicturos.* Id 1, 50 *Ne Pherecydes quidem ille, qui magus magiſter, putius divinus habebitur, quam phyſicus.* v. pluraexempla in Obſerv. L. L. Menckenii. Horat. 3 od. 27, 10 *Imbrium divina avis imminentium,* id eſt, præſignificatrix. Et 1 ſat. 9, 30 *Quod puero cecinit divina mota anus urnâ.* Et ſat. 6, 114 *Aſſiſtit divinis,* id eſt, ariolis Martial. 3, 71 *Non ſum divinus, ſed ſcio, quid facias.* Ita & Manilius 1, 1 Astrologiam, quæ ex ſtellis futura prædicit, *divinas artes* dixit vid. Intr ad Petron. c. 7 *Divinam patriam.* ¶ 6. *Divinus* etiam dicitur, qui ea parte prudentiæ, quæ divinatio ſeu providentia dicitur, valet, rectitudine ſollicet conſtantiaque conſilii & proponi. Nep. 25, 9, 1 quem vide. Compar. Horat. 1 Sat. 4, 43 *Mens divinior.* Cic. de Fin. 5, 11 *Major aliqua cauſſa atque divinior hanc vim ingenuit*: & c. 13 *Ratione nihil eſt homine divinius.* Idem Paradox. 1, 4 *Animo nihil eſt divinius.* Superl. *Divinisſima dona,* Cic. de leg. 2, 18. Ib. poſt *Divinatores.* ¶ 7. *Diviniſcens, tis,* divinans, prædicens futura. Apul. Apol. 1 p. 148 *Magiam* vocat artem piam & diviniſcientem.

¶ Divīnālis, *e,* idem: ut, *Divinalis Aſtronomia,* quam deſcribit Iſidor. Orig. 2, 24. vulgo *Aſtrologia* vocatur.

¶ Divinĭtas, *ātis,* f. die Gottheit, gottlich? art. Cic. de Divin. 2, 11 *Ex divinitate omnes animos ha ſos, aut acceptos, aut ſuos habemus.* Idem in Orat. c. 19 *Theophraſtus divinitate loquendi nomen invenit.* Sic de Orat. 2, 74 *Perfecti oratoris divinitas.* Liv. 1, 19 *Divinitas poſt mortem credita.* ¶ 2. Idem eſt, ac *divinatio* ap. Cic. de Divin. 2, 30 *Placet igitur, humanitatis experies habere divinitatis auctores.* vid. Mencken. Obſerv. L. L.

¶ Divine, adv. cum divinatione quadam. Cic. Att. 10, 4 *Cum cogito, me de rep. aut meruiſſe optime, cum potuerim: aut certe nunquam, niſi divine coguiſſe,* h. e. præſentiſſe ante, quæ geſta deinde ſint. Sed Quintil. 1, 6 *Cicero in oratione divine, ut omnia, exſequitur,* übermenſchlich, unvergleichlich ſchön.

¶ Divinĭtus, adverb. aliud; id eſt, a Deo. Cic. pro Syll. 15 *Multa providâ divinitus, non meâ ſponte,* i. e. divino quodam inſtinctu, aus gottlichem trieb. *Divinitus accidiſſe,* Idem Partit. orat. c. 24. *Divinitus illis ingenitum eſt,* ſie haben es von Gott, Virg. Georg. 1, 415. Cic. Att. 1, 16 *Ille locus inductus a me eſt divinitus.* VBI Cataub *Cave,* inquit, *confundas cum multis divine & divinitus. Qui ait ſe aliquid divine feciſſe, tribuit ſibi laudem mirificam, & quæ vix homini conveniat. Qui dicit, divinitus ſe aliquid egiſſe, laudem Deo tribuit, non ſibi. Eſt enim* divinitus, *quod Homerus dicere ſolet,* ἐκ Διός, *i. e. Deo auctore & impulſore.* Sed etiam pro *divine* interdum Cicero, v. g. de orat. 1, 7. ic. 2, 2 &c. ita ad Att. 2, 21, 21 extr. *Pompejus loquitur divinitus,* i. e. ſumma omnia ramquam Deus aliquis mihi polliceretur. Comp. *divinitus* laudat ex Cic de orat. 3 p. 1. 121 col. 2. Falſterus animadv. epiſt. p. 104.

¶ Dīvino, *avi, atum, are,* augurari, ariolari, errathen, wahrſagen. Cic pro Quint. c. 19 *Neque ego iſta jam divinare potui, ut ſi ſtudium.* Nepos 17, 6, 1 *Vt ſi de exitu divinaret, exire nolnit.* Horat. 2 Sat. 5, 6 *Divinare magnus mihi donat Apollo.*

¶ Divinans, *tis.* Ovid. 4 Triſt. 8, 29 *Animus divinans futura,* i. e. præſagiens. Cic. de Divin. 1, 23 *Eſt quiddam in nobis præſentiens & divinans.*

¶ Divinātus, *a, um,* geweiſſaget, prophezenet. Ovid. de Nuce v. 80 *Vt divinatas auferat augur oges.*

¶ Divinātio, *ōnis,* f. die weiſſagung, wahrſagung. Nepos 25, 16, 4 *Facile exiſtimari poſſit, prudentiam quodammodo eſſe divinationem.* conf. c. 9, 1. Cic. de Divinat. 1, 55 *Siunum aliquid ita fit prædictum præſumque, ut, cum evenerit, ita cadat, ut prædictum ſit, neque ſine* [illegible] *& fortuito fuiſſe apparent; eſſe certe divinationem.* Sunt autem divinationum genera plura, & quibus poſt ipſum Ciceronem C. Peucerus pecul. Tr. & breviori non pejori Ioach. Camerarius. Præcipue autem duo ſunt ſecundum Cic. Divin. 2, 11; unum naturale, quod raptu animi & divino quodam inſtinctu conſtat; alterum artificioſum, ex conjectura & obſervatione diuturna: de utroque Cic. 1 & 2 de Divin. it. fam. 6, 6. ¶ 2. Et de Iorem ſuperſtitioſi generis, cui non de facto, ſed de futuro quæritur, quid agendum ſit. Ita apud Ciceronem in Caecilium divinatio, quæ interdum Verrina prima appellatur. In hanc commentatur Asconius DIVINATIO, inquit, *de iure hoc actum, quis non de facto quæri oportere contenderet, ſed de futuro, quæ ſi divinatio, uter deberet accuſare. Alii ideo putant divinationem dictam, quia ſummati Iudices in hac cauſſa ſedeant, ut, quod velint præſentire, de utroque poſſint. Alii, quod res agatur ſine teſtibus & ſine tabulis, & universa argumenta ſola ſequantur Iudices, & quaſi divinent &c.* Vide & Quint. 5, 10, & Gell. 2, 4. Divinationis cujusdam Cæſaris ex hoc genere meminit Suet ejus vita c. 55.

¶ Divinator, *tor*, m. qui divinat, divinus vates, ein wahrſager. Hieron. Comment. epiſt. 6 conſtat hominum

¶ Divinatrix, *icis*, f. eine wahrſag. erin. Tertull. de Anima c. 22 *Deſcribam eam novam, & ſtatu naturali, & mentali, - - - dominatricem, divinatricem &c.* Et c. 46 *Præſidia divinatricium artium & diſciplinarum.*

¶ Divinipotens, *tis*, in divinis poteſtatem habens. Apul. Met. 1 p. 72 *Sigui, & divini, potentes, calum regere &c.*

Comparata ab initio:

¶ Addivinus, *a, um*, ad divinum, wahrſagend. Plin. 35, 10 *Alpion Grammaticus ſcripſit, quendam ex facie hominum addivinantem, quos Metopoſcopos vocant, ex iis dixiſſe aut futuræ mortis annos, aut fortunæ.*

¶ Indiges, *itis*, in Diis agens. vide infra ſuo loco.

¶ Prædivinatio, *onis*, f. wahrſagung, ein divinum n. 1; ut, *prædivina ſomnia*, apud Plin. 37, 10, quod ita legit, ut ſolet, Solinus de Arietis gemmis c. 40 (al. 27.)

¶ Prædivino, *are*, præſentire, futura conjicere, zuvor wiſſen. Varr. L. L. 5, 7 pr. *Qui futura prædivina non ſolum fieri poſſe dicit.* Plaut. Tr. 2, 3, 17 *Prædivinant, quo die eſuri ſunt.* Plin. 11, 10 de apibus: *Pares præcinunt nantes imbrem.* Trone. Strueg. 2, 5, 31 *Quod futurum eſſe prædivinaſſet Cæſar.*

¶ Prædivinatio, *onis*, f. vorahnung. Plin 8, 25 de Crocodilo: *Pueri vera, eventumque ſuum prædivinationis humanæ ſagacitate intuentur, prædivinationem præſtat, ea quem ſumma mobilis ex omni corpore ſenſus.* Nol.

¶ Semideus, *i*, heros, ein halbgott. Adj. Ovid. in Ibin v. 80 - - *Nympha, ſemideumque genus.* Lucan. 8, 831 *Nos in templa tuam Romæ accepimus, Iſin, Semideumque canes.* Lucr. eſt, Aeneid. 1d 9, 7 *Semideumque.* Et Statius 9 Theb. v. 370 *Hoc tu ſi ſemideum numen tibi fecerit &c.*

¶ Semidea, *æ*, f. eine halbgöttin. Ovid. epiſt. 41, 40 *Semidea Dryades.* Auſonius Grypho v. 21 *Tres veteres, tres ſemideæ, tres ſemipuellæ.*

¶ Subdialis, *e*, quod ſub dio eſt, unter freyem himmel: ut, *Ambulationes ſubdiales* Plin. 14, 1, quas Græca voce ita vocatas Vitruvius 5, 9 *ambulationes* appellat. Scribitur etiam *Subdiales*, de quo poſtea.

¶ Subdiale, *is*, n. ſubſt. idem quod *Subdialis*, de quo modo dicemus, ein dach. Plin. 36, 15 *Subdialia Græci nuncupare.* Onomast. Vet. *Στεγαστρον, Subdiale.*

¶ Subdivus, Subdius, *a, um*, ferenus, heiter. Gloſſ. gr. lat. *Ὑπαιθρος, ſubdivus.* v Salmaſ de Pallio p 137.

¶ Subdivalis, *e*, idem quod *Subdialis. Noſtri prædiis ſubdivalibus moras difficile tolerabant*, Ammian. 19, 23 tam Lindebrog. quam Valeſ. editione.

¶ Subdivalis, *is*, n. idem quod Subdiale, pars nempe domus ſine tecto. Tertull. adv. Judæos c. 11 *Sub divali cœlo.* Gloſſ. Vet. *Στεγαστρον, area, ſubdivale, inpatulum.* Idem: *Ὑπαιθριον, Subdiale, Subdivale.*

DEVTĒRIA, *æ*, ὑστεραια, iterum, rurſum. *Non poſſunt jure divinæ, quæ Græci deuteria appellant, Cato & Varro ſcripſerunt, nascentes ex pampinis vinaceis*, Plin. 14, 10.

DEVTERONŌMIVM, *i*, n. δευτερονομιον, i. e. lex iterato vel repetitio, das zweyte buch Moſis. vid Tertull. adv. Marc. 4, 1. Lactant. 4, 17. Sidon. 9, 9.

DEXTREON, *onis*, m. nauclerus Sami ait, in Cyprum navigaturus, Veneris ſimulacrum lanceam nihilo ceteram quam quod ſit, quam novam laborantibus ſociis vendidit, & multum argenti coëgit. Hinc ſtatua, erecta *Deo cum Venere dextera*, ut non eum tantum dirigat, ſed multos per unum ſervare voluerit. v. Plutarch. in Quæſt. Gr.

DEXTANS, *antis*, dictus quia additi ſextans, vide *As*: Colum. 5, 1 *Pars Tuſca & tertia pedum ſexſcil quam vocant nullas, hoc eſt, dextans, in qua ſunt ſcrupula 240.* Gloſſ. Vet. *Δεκανξ, ἑξαντος.*

DEXTER, *tra, & dextera*, Dextrina, & *Dextra manus*, zur rechten ſeiten, oppon. to ſiniſtro: *Dextram & ſiniſtram ſcimus in aede*, Livy 3, 70, der rechte und linke flügel in der ſchlacht ꝛc. Nep. vit. Ages. *Dextra corporis calliditas.* Sen. ep. 56 ab ſp. *Ita ſinuoſa dextra facit podagra*, cum ita illos intorquet, ut ad eandem utrique partem ſpectet. Ita vir doctus l. l. interpretatur, quem vide. Ita opus eſt aliorum emendatione, *utra que pedis ſit vitium.* Quid in caſu *dextrum* & *ſiniſtrum* eſſet, de eo non convenit inter Græcos & Romanos. His lævus oriens (facie ſcilicet in meridiem converſa) illis occidens. Plin. 2, 8 *Irrantium ſolem motus - - contrarii in mundo agere cuſpiam, id eſt lævum, illo in dextrum ſemper recipiti.* De Græcis vid Io. Pap. Bellas de temp. lo Augur. c. 3. ¶ 2. Proſper, propitius, erſprießlich, günſtig; ut *Dexter amor*, Ovid. Fast. 1, 611. Et Sil. 11, 531 *Conceſſit dexter Deus.* Apul. lib. 2 Miles. *Sisque felix, & iter dexterum pergas.* Sic, *Dexter Apollo* apud Stat. 5 Silv. 1, 13. Et ibid. v. 71 *Dextros tua tecta marito Promovere Deos.* Item, *Cæſare tam dextro*, ibid. v. 144. Ipſe Quintil. l. 4 proœm. *Dexterque ac velox aſſit*, de Domitiano. *Dextera progreſſio*, *dexter pes*, lieti ominis; *lævus gradus*, malum portendit. v. Barth. ad 3 Theb. Statii p 731. *Sentina dextra*, quæ favere ex debantur: læva, quæ placanda, ne nocerent, ib. p. 807. ¶ 3. Aptus, geſchickt, dienlich. *Quis erit ad dexteriora mortis*, Virg. Æn. 4, 243, wer die ſachen füglich und beſſern fortnehmen. *Dextera inſolentia*, quæ *ſiniſtrata* opponitur, Ovid. Art. am. 2, 145. Compar. Lucan. 2, 421 *Dexteriora potens montis.* Martial. 5 epigr. 62 *Cubito dexteriore premit.* Plin. 5, 26 de Euphrate: *Dexteriore alveo Babylonem petit.* Superlat. *Dextimus*: Varro apud Nonium *Dextimum* ſignificat ſiniſtrum. Feſtus: *Dextimum & Siniſtimum antiqui dicebant.* ¶ 4. *Dextrum & lævum*, continuſi in MSS. obſervat Broukh. ad Sil. 2, 1.

¶ Dextra, æ, f. ſubſt. die rechte hand. Signum erat ſolis, ſi de una & centeſima *Dextra* ſederet, Virg. Æn. 1, 438; *porrigere*, Cic. poſt Red. in Sen. c. 9: *prehendere in dextram*, refertur Liv. 1, 24; *porrigere*, Suet. Ner. 10; *dare*, Ovid. Met. 13, 6; *ne* c. c. *in dextram tuam ſit ſpes*, Sen. Ep. 31; *dextra* ſæpe pro *manu*, quæ diligas, Sen. Medea v. 243 *Fidemque ſupplex præfidis dextræ peti.* Virg. Æn. 7, 286 *Una mihi pacis erit, dextram tenigit Tyrrhus.* Vid Bernegg. ad Juſtin. 11, 15: 13, 1, & Freinsh. Curt. 6, 4, 14. Et putabatur fides in dextris ſacrata eſſe, de quo Livius 1, 21. *Dextera* etiam inter ſignamilitaria erant, quæ mitti ad eos ſolebant. Vide Tac. Hiſt. 1, 54, 1, item Hiſt. 2, 8, 4. Inaugurandis Regibus dextram imponi ab auguribus ſolitam, Liv. arguit 1, 18.

¶ Dextella, *æ*, f. dimin. parva dextra. Cic. Att. 14, 20 *Q. filius, ut ſcribis, Antonii eſt dextella.* Hoc eſt: utitur eo tamquam parva dextra: ut Germani dicunt; er iſt ſeine rechte hand.

¶ Dextere, vel Dextre, adverb. feliciter, recht und wohl. Liv. 1, 34 *Dextre obire officia*, ſeine pflichten mit guter manier ausbringen. Horat. 1 ſat. 9, 45 *Nemo dexterius fortuna eſt uſus.*

¶ Dexteritas, *tis*, f. die geſchicklichkeit, fertigkeit. Liv. 28, 18 *Tanta inerat comitas Scipioni, atque ad omnia naturalis ingenii dexteritas.* Id. 37, 7 *Multa in eo & dexteritas, & humanitas vija.* Gell. 13, 16 Dexteritate pro *Comitate* uſus eſt.

¶ Dextratus, *a, um*, zur rechten hand liegend; ut, *Ager dextratus, pars dextrata*, Auct. de Limit. edit Goesii p. 298.

¶ Dextratio, *onis*, f. motus, qui fit a ſiniſtra ad dextram. Solin. c. 57 *Tarpejum Iovem trina dextratione luſtravit.*

¶ Dextrale, *is*, n. ein arm band. Sanct. 3, 20 *Aſſimere dextralia* vid. Salmaſ ad Hiſt. Aug. p. 145.

¶ Dexterārium, *i*, n. dimin. ein armgeſchmeide. Vulg. Interpr. Iudith. 10, 3.

¶ De trochērium, *i*, n. armillarum quoque genus, quod in dextro brachio gerebant. Idem enim quod *χειροβραχιον*: & brachium quoque *χειρ* ὡς appellatione Græci anquando complexi ſunt. Vide Cuiac. ib. in Capitol. in Maximinis c. 6 *Maximinus tam veſto ſili pallio, at manicas dextrocherio tectus pro amuſo.* Ambrol. lerm. 90 live pallione Agnetis poſt princ. *Ornavit me luteſſimabili dextrocherio.*

¶ Dextrorſus, Dextrorſum, & Dextrovorſum, itu, oder nach der rechten hand. Liv. 6, 31 *M. Horatius dextrorſus mare tenens aciem aquæ Antium: Q. Servilius & L. Cæganius lava ad montes pergunt.* Cic. Divin. 1, 22 ex veteri poëta: *dextrorſum orbem flammeum Radiatum ſolis liquier curſu novo.* Plaut. Curc. 1, 1, 70 anxius Phædromus *Ire me extrorſum, neſcio.* Pal. jocum ex ambiguo captans, *Si deos ſalutas, dextrovorſum cenſeo.* Nam in ſalutandis & precandis Diis dextro vertum ſe vertere ſolebant. Vid. ibi Taubm. it. Chveſtom. Plin. Gelneri p. 715.

¶ Ambidexter, *tri*, m. qui ſiniſtra æque ut dextera utitur, lincks und rechts, ἀμφιδέξιος Græcis: Synefius *περιδέξιον* vocat, & pro ambiguo ponit Dione p. 32. *Ambimanus* etiam appellatur, Vet. Gloſſ. *Ambimanus περιδέξιος.* Symmachus *Æquimanum* dixit 9 epiſt. 105. Add. Iſid. 10, 1.

¶ Prædexter, *tri*, idem Gratius Cynegeticus poëta v. 68 de Ancæo: *Ut prædexter erat, geminisque ſecuribus ingens.*

DI, præpoſitio inſeparabilis cujus ſignificationis in compoſitione verborum: ut, *diduco*, *digero*, *dijudico*, *dilao*, *dimitto*, *diverto*, &c. conf. infra *Dis*. *Dis* ac *Di* in compoſitis frequentiſſime confundi a librariis monumus in *Dis*.

DĪA, *æ*, f. inſula Cretæ adjacens, alias Naxos, Plin. 4, 12; Ovid. Met. 3, 5-7 & 640; & de Arte am. 2, 24.

Diabolus, vide ſupra *Bajis*.

DIABATHRA, *æ*, f. *διαβαθρα*, ſolea genus. Feſtus.

¶ Diabathrārius, *i*, m. qui facit diabathra. Plaut. Aulul. 3, 5, 39.

DIABĒTES, *æ*, f. διαβητης, ipſum, cui ſpritze, ſpritzrohre; a *διαβαίνειν*, *tranſire*. Colum. 3, 10. Verba vid. infra in *Sipho* n. 3. ¶ 2. Eſt & morbi nomen, quo ſine dilatione hauſtus liquor per utinam quaſi per ipſum tranſiens egeritur, da man das waſſer nicht halten kan.

Diabolus, diabolicus, vide in *Bole*.

DIABRŌSIS, *is*, f. διαβρωσις, i. e. corroſio, qua exeſa parte aliqua ſanguis exit; nempe per rem acrem & mordacem, die zerbeiſſung, Celſ. 4, 7, 5.

DIACĀTŌCHIA, *æ*, f. διακατοχη, poſſeſſio, der beſitz. Leg. 7 C. de omni agro deſ. *Ad diacatochiæ vicem*, i. e. poſſeſſionis titulo & jure.

DIACHĒTON, *i*, n. ſpina alba, weiſſer dorn. Plin. 24, 13.

DIACHŸTON, *i*, n. dulcis vini genus, Plin. 14, 9.

DIACŌDION, *i*, n. medicamentum ex papaveris ſucco confectum, Plin. 20, 18 & 19.

DIACŌLEA, *æ*, f. chamæmelum, die camillen-blume. Apul. de Herb. c. 29.

DIACŌNVS, *i*, m. διακονος, miniſter eccleſiæ, cui cura pauperum præſertim demandata & ægrotorum. Etiam mulieribus olim ad ea miniſteria utebantur, quæ *Diaconiſſæ* appellabantur, de quibus Act. Apoſt. 6, 1, ubi de illarum e Diaconorum officio habes. Earum mentio quoque in C. l. 9 de Epiſc. & Clericis, item Ammiano Marc. ut & Ignatio epiſt. 9. Talem Phœben ſignificat Apoſtolus Rom. 16, 1: v. Calp. Ziegleri librum integrum *de Diaconis & Diaconiſſis*. Adde Car. du Freſne ad Alexiæ Comnenæ lib. 15 l. 416 ſeqq. & in Gloſſar mediæ Græcit. p. 254 ſeq. ubi veſti Diaconorum ordines exhibentur. De Cardinalibus Diaconis adi Reinef. de Palatinis Lateranenſ. p. 57 & 71.

¶ Diaco, *onis*, m. plur. Diacones, alia flexione in epiſt. 33 Ambroſii ad Marcellinum, poſt princ. *miſſis presbyteris & diaconibus.*

¶ Diaconiſſa, *æ*, f. de hoc jam dictum in *Diaconus*.

¶ Diaconium, *i*, n. διακονιον, aliqui *Diaconatum* vocant. Sulp. Sev. 1 de Mart. *impoſito diaconii officio.* ¶ 2. *Diaconium*, ſacrarium, ubi ſacra continentur vaſa. v. Rhodig. 26, 23.

¶ Archidiaconātus, *us*, m. Hieron. epiſt. 85 & Evagr. & epiſt. 61 ad Pammach. c. 4. Adde Sidon. 4 epiſt. 25.

¶ Archidiaconus, *i*, m. archidiaconi officium.

¶ Hypodiaconātus, *i*, m. ὑποδιακονος. Hieron. 1 epiſt. 18 & 22.

¶ Pleurodiaconātus, *i*, m. idem Hieron. ep. 79 ad Alipium & Auguſt.

¶ Subdiaconus, *i*, m. hybrida vox pro Hypodiacono paſſim in Cod. v. g. 1, 3, 6 *Presbyteros, diaconos, ſubdiaconos.* Add. Pol. Verg. 4, 5. Iſid. 7, 12.

DIACOPE, *æ*, f. διακοπη, in aggeribus meatus interciſi, ſive incilia hiantia, per quæ rivus transmittitur in arva remotiora, waſſergraben. Ulpian. l. pen. ff. de extraord. Crim.

Diadapinis-

Diadaphnidon, vide *Daphne.*

DIADEMA, *ătis*, n. διάδημα, insigne regium, quod capiti imponebatur, Cic. Phil. 2, 34. Fuit autem fascia candida, cum longitudine lunae, frons. Et confirmant Numismata veteres, Iubae & Ptolemaei Regum imagines referentes, quos Torrentius ad Suet. Calig. c. 26 produxit. Hinc Monima Mithridatis uxor cum fascinum esset, diadema pro fasce corripuit, ut Plutarchus Luculio p. 503 refert. Sed non omnino ita habuerunt veterum Regum diademata: vide Brisson. de regno Pers. lib. 1 p. 32, & Lindebrogium ad Ammian. nec non Lambinum ad Nepot. 15 n. 126; itemque Cael. Rhodig. 24, 6; Camerar. Cent. 1 Hor. Subc. c. 61; Barth. ad lib. 2 Theb. Statii p. 515. Veterum diadematum, i. e. fasciarum morem servat & hodieque gens Turcica. De diademate Augustorum Spanhem. de usu & praest. num. diss. 12 p. 785. De Imperatorum Byzantinor. diadematibus sive σκιαδίοις, vide Goar. Observ. ad Codin. de Off. Aulae Constantinop. c. 3 n. 47 & Du Cang. ad Ioann. Ille Differt. ling. ¶ 2. Erat etiam *Diadema* pontificum & sacerdotum, ut praeclare docet Cuj. ceps in Consect. Homer. p. 1 c. 12. ¶ 3. Muliebri genere *diadema* exstitit Pompeiorum in Asyria *Diademan*: venit Laberius in Cancro, qui *Agnoman*: Plaut. Mil. Glor. 2, 1, 70 *Agnoscam.* Eodem itaque genere usurpat Apul. l. 10 Met. *Caput stringebat diadema candida.* vid. Voss. 5 instit. Orat. p. 258.

¶ Diadematus, *a*, *um*, diademate ornatus, refrenatus; ut, *Apollo diadematus*, Plin. 34, 8. *Diadematae lineae*, quod frontem ex ulcere diu ligatae fuerint, Sigon. de Nom. Rom.

¶ Diadematus, *a*, *um*, frenis ornatus, ut, *Diadematicum frenum*, scil. Pifaeum, in quo victoribus diademata & coronae tribuebantur, Tit. Liv. apud Nonium 3, 14. conf. Turneb. Adv. 18, 5.

¶ Diadumenus, *a*, *um*, διαδούμενος, ligatus, cinctus, Plin. 34, 8 *Tum, electo diademate quod fuit in Dianae templo, id est, diadumenae redimitam aut natratam.* Lampridius vero Diadumeni caenis c. 4 *Quamvis me natum imperatorem, ne vile fuisse videretur nomen Diadumeni.* Vel Commodus: *Invito me tandem quidem diadumenum.* Nam Diadumenus est Cic. ad Att. 1 Diadematus *natum.*

¶ Diadumenus, *i*, m. Coter, unus Maximi Augusti, naturali diademate insignitus, ut Lampridius c. 1. tradit, unde & nomen habuit. Dicitur etiam *Diadumenianus*, διαδουμενιανός, apud Herodianum 5, 4 extr. quasi, qui antea *Diadumenus* erat, *Diadumenianus* adoptione in Antoninorum familiam fierat, sicut ex Flavio *Aurelianus*, ex Octavio *Octavianus* post adoptionem. vid. Casaub. in Lamprid. c. 2.

¶ Diadēmālis, *e*, adj. ad diadema pertinens. Dracont. 2, 31 de Nebuchadnezare: *Tam tandem mala parta pudet diademate fronem.* Et Theodulfus l. 3 carm. v. 15 *Ut diadematis sit dignus, qui gerit, honore.*

DIADOCHUS, *i*, m. διάδοχος, gemma Berylio similis, Plin. 37, 10.

Diadumenus, vide in *Diadema*, Diaereseis, *Haereses.*

DIAETA, *ae*, f. διαῖτα, ratio victus seu vivendi, ordinata in essen und trinken. Cic. Att. 4, 3 *Dieta curari incipit*, mit einer guten Diät. Prov. Ἄλλος βίος, ἄλλη διαῖτα, *Alia vita, alia diaeta.* Ita est in sententiis Pythagoreorum l. A. C. Ἐπίδειξε τὸ διαιτᾶν ἔχον κατὰ τὸν κ. τ. λ. ¶ 2. *Diaeta* etiam cubiculum est, cui tabulae pictae, tabel stube. Veteres Glossae: δίαιτα, τὸ ὑπαιθρον, *dieta, coenaculum.* Et l. 32 D. de Donat. *Hospitio ita, quamdiu voluerit, superioribus diaetis omnibus gratuito.* conf. l. 13 § 7 & seff. de usufr. & quemadm. & Stat. 2 Silv. 2, 83. ¶ 3. Item habitatio, wohnung. Plin. 5 ep. 17 *Contra meridiem fere porticum et ea recedit, quae quatuor plerumque immutatur.* Ubi in Cod. Palatino *Zeta.* Est enim *Zēta* idem, quod *dieta*: saltim mutatur scriptio. Ita apud Cyprianum, Paulinum & alios, *Zebedaeus*, pro *Diabedas.* Vide & Laur. Pignorium de servis p. 572, & Antonium Velserum epist. de *Zeta*: nec non Casaubonum ad Suet. p. 122. Dalechampad. Plin. 19, 4 p. 898. Non autem tantum tantum διαιτᾶν, cavum unum semper habet diaeta. Plin. epist. 5, 6, 21 *Ejus in hac dieta cubiculum.* It. l. 31 *Dietae duae, quarum in altera cubicula quatuor, in altera tria.* ¶ 4. Apud Petronium c. 115 & magistri navis cubile, dicitur, ubi vide interpretes, praeterea Gruterum. p. 157.

¶ Diaeta, *ae*, f. diaeta. v. ap. Plin. 5 ep. 6 cum notis Thomasii.

¶ Diaeteticus, *a*, f. διαιτητική, pars medicinae, quae victus ratione morbos curat. Celsus praefat.

¶ Diaetārius, *i*, in Curia servitium, ein kammer diener. Vlp. l. 12 § 42 de instructo vel instrum. legato: *Ostiarii vel topiarii, diatarii, aquarii, cetera tantum non excludentes.* Dicti & *Zatarii*, de quibus Pignorius videatur c. l. & p. 480.

¶ Diaetarchus, *i*, qui coenaculo vel diaetae praeest. Inscr. Murat. p. 796 *Diaetarchus domus Aug.*

Diaglaucion, vide *Glaucium*, Diaglyphice, *Glyphice.*

DIAGONOS, *i*, m. διαγωνος, vel linea diagonalis, vel angularis, linea ab angulo ad angulum ducta, vel cum eâ aliam undern gezogen. Vitruv. 9, 1 *Una a cornigulo ad angulum diagonios perducatur.* Et 6, 11 *Diagonios structura.*

¶ Diagonius, *a*, *um*, adject. idem. Vitruvius ibidem: *Duo trigona linea diagonica fuerint designata.*

¶ Diagonalis, *e*, idem. Vitruv. 9, 1 *Ad lineam diagonalis longitudinem bene quadratus paribus lateribus describatur.*

DIAGORAS, ae, m. Δίαγορας, Philosophus Milesius & poëta melicus post Pindarum & Bacchylidem, ut Suidas tradit. ¶ 2. Alium *Rhodium*, qui gaudio exspiraverit, Cic. Tusc. 1, 46, & Gell. 3, 15 memorant. ¶ 3. Fuit & *Diagoras* alius ex Melo insula, quae una Cycladum, qui, quod Deos negaret, ATHEUS appellatus est. Cic. N. D. 1, 23, & 3, 37. Val. Max. l. 1 c. 1. Lact. de [illegible] & Athenagoras Legatione pro Christianis. Alii alios *Diagoras* citant, qui sermones Phrygios scripsit, dicuntur Voss. de [illegible] 4, 2 p. 320.

Diagramma, vide *Gramma*, Diagraphice, *Graphice.*

DIALECTICA, *ae*, f. διαλεκτική, ars disputandi & perspicue dicendi, die disputir kunst. Cic. [illegible] appellat *scientiam vel facultatem bene disputandi*, Gell. 20, 1. Ita Plato, [illegible] ὁ καταλαβὼν τὴν διαλεκτικὴν, vel [illegible] *a Deo quidpiam fuit, qui Dialecticam* [illegible] *attulit.* It. de inde, *Quam artem [illegible] ad disputandum, sed ad docendum, ad definiendum, ad dividendum, ad rationem vitae conferendam.* Et *Dialectica, scientia bene disputandi.* Et Stoici *Dialecticam* [illegible] *sapientiae* [illegible] Plato 6 de Rep. ubi τὸ ὄντι ὂν [illegible] τῆς ψυχῆς· ὄμμα κατοζωγωγεῖται, ἡγεμὼν ἕλκει, τῇ ἀνωτάτω παιδείᾳ, id est, *Et revera animi oculum cum barbarico chratum paullatim sursum trahit ac ducit dialectica.* Dialectices & Rhetoricae discrimen Zeno Stoicae sectae conditor nonnullis exemplis docebat. *Nam cum compressérat digitos, pugnumque fecerat, Dialecticam ajebat ejusmodi esse: cum autem diduxerat & manum ostenderat, palmae illius similem eloquentiam esse dicebat*, ut Cic. exponit in Orat. c. 32. Nimium ejus studium improbatur Gell. 16, 8 & Sen. ep. 49.

¶ Dialecticus, *a*, *um*, adject. ut, *Dialectice captiones*, Cic. de Fin. c. 6. *Dialectica disputationes*, Quintil. lib. 12 lib. 2.

¶ Dialectica, *orum*, n. pl. ἡ διαλεκτικά. Dialectica Cic. Fin 3, 12.

¶ Dialecticus, *i*, m. fabile dialectices Professor, vel qui interrogando disputat. Cic. in Orat. c. 32. Sidon. 4 epist. 11 carm. v. 5. ¶ 2. Stoicis quoque hoc attributum ita nomen, ut, cum *Dialecticus* diceretur, intelligendus Stoicus esset, notat Turnebus Advers. 20, 20.

¶ Dialectice, adv. ut, *disputare dialectice*, Cic. de Fin. 2, 6.

¶ Dialectus, *i*, forte idioma [illegible] apud Veteres civitatum, quia unaquaeque lingua aliquid peculiare habet, de [illegible] recens ait. *Lingua*, si velimus accurate definire, est [illegible] *dialectus* [illegible] *linguae* [illegible] gentium; *Dialectus* vero modus loquendi in diversis provinciis unius gentis una lingua utentis. Sic apud Graecos alia *dialectus* est *Attica*, alia *Ionica*, alia *Doria*, alia *Aeolica*, alia *Communis.* Sic Suet. Tib. c. 56 *Graecae [illegible]*

DIALEUCONOS, *i*, m. διαλεύκωνος, [illegible] candidus, Plin. 21, 6.

Dialibanum, vide *Libanotis*, Dialis, *Deus & Dies.*

DIALIUM, *i*, n. heliotropium, die [illegible] Apul. de Herb. c. 49.

Diallage, vide *Allage*, Dialogus, &c. *Logus.*

DIALYMA, *ătis*, n. διάλυμα, [illegible] *Dialyta* Cic. quae rem [illegible] [illegible] [illegible]

DIARRHYTVS, *a, um*, διάῤῥυτος, irriguus, aquosus, gewässert, befeuchtet. Hoc nomine Hipponem, Africæ Zeugitanæ oppidum, ab Hippone regio, oppido Numidiæ, distinxerunt. vid Hermol. Barb. ad Plin. 5, 4.

DIAS, *ădis*, δίας, a δὺς *bis*, numerus binarius, ein zweyfaches; ut, *Monas* est unitas, ita *Dias*, dualitas, die zweyfaltigkeit, apud Mart. Capellam lib. 6 p. 228; & 7 p. 238.

DIASPENDÖNE, *es*, f. διασπενδόνη, supplicii genus apud Derbices, Persarum gentem, cum arborum duarum incurvatis cacuminibus alligatum hominis corpus discerperent. Cæl. Rhodig. 10, 5. v. fundum totius rei in *Disphendomena*.

DIASTĒMA, *ătis*, n. διάστημα, i. e. intervallum, eine lücke, zwischenraum. Censor. c. 13 *Pythagoras prodit, hunc mundum habere intervalla mutilis diastematis congrua*. Add. c. 10 & conf. Isid. Or. 2, 19, Cæl. Rhod. 9, 5. Sidon. 8, 11 *In diastemate zodiaco*. Idem Carm. 15, 64 licenter corripuit penultimam. conf. Mart. Capell. lib. 9 p. 321.

¶ Diastemāticus, *a, um*, διαστηματικός, divisus, zertheilt; ut, *Vox diastematica*, Mart. Cap. 9 p. 318.

DIASTOLE, *es*, f. διαστολή, subdistinctio, commatis nota: *Procubuit, viridique in litore conspicitur sus*. Hac enim nota non satis cohærentia discernuntur. ¶ 2. Vocant Diastolen etiam *Eclasin*, Systolæ contrariam, vide *Eclasis*.

¶ Paradiastŏle, *es*, f. παραδιαστολή, figura, qua res similes discernuntur. Virg. ecl. 3, 80 *Triste lupus stabulis, maturis frugibus imber*.

Diastylus, vide *Stylus*, Diasyrmos, diasyrticus, *Syrma*, Diatessaron, *Tessares*, Diatheca, *Theca*, Diathesis, *Thesis*, Diathyrum, *Thyra*, Diatonus, *Tonus*, Diatorus, *Torus*.

DIATRĒTVM, *i*, n. διάτρητον, calix aut poculum tornatile, ein gedrehteter becher. Τρῆιν, *perforare* est, drehen. Martial. 12 epigr. 71 *O quantum diatreta valent, &c.*

¶ Diatretārius, *i*, m. tornator, qui tornata opera conficit, ein drechsler, l. 1. C. de execut. artif. conf. Rhodig. 22, 26.

DIATRĪBE, *es*, sive Diatriba, *æ*, f. διατρίβη, & locus disputationis, sive schola: & disputatio ipsa. Quemadmodum & scholæ vocabulum usurpatur. Gell. 1, 16 *Interrogatum in diatriba Taurum, an sapiens iracesceretur, dabit enim sæpe post quotidianas lectiones, quærendi quod quis vellet, potestatem*. Et 17, 20 *Recens in diatribam acceptus*, id est, novitius discipulus. Idem 18, 13 *Dialecticus quidam ex Platonis diatriba*.

Diatyposis, vide *Typus*, Diaulus, *Aula*, Diaxylon, *Xylon*, Diazeugmenon, *Zeugma*, Diazona, *Zona*, Dibalo, *Balo*, Dibaphus, *Baphia*.

DĪBVTĀDES, *æ*, m. plastices primus inventor, Plin. 35, 12.

DĪCA, *æ*, f. δίκη, causa, judicium, ein rechts-handel. *Dicam alicui scribere, impingere*, ap. Terent. est in jus vocare, actionem alicui intendere, ut Donatus interpretatur; vid. Phorm. 1, 2, 77; & 2, 2, 15; & 2, 3, 92; It. 4, 3, 63 *Sexcentas proinde scribito dicas*. Quo in loco Nannius *Dicas* expensarum caussas interpretatur Miscell. 2, 16, sine caussa, ut opinor. *Dicas sortiri*, Cic. Verr. 2, 15. Ordinem caussarum diceptandarum sorte constituere. ¶ 2. Ponitur Græce & pro Dea Iuris, sive Iurisprudentia vel Iustitia.

¶ Dicastĕrium, *i*, n. δικαστήριον, locus judicii, das rathhaus, gerichte.

¶ Dicographus, *i*, m. δικόγραφος, ein gerichtsschreiber. ICr.

¶ Ecdicus, *i*, m. ἔκδικος. In municipiis *Ecdici* & plebem ab injuria optimatium tuebantur, & caussas ærarii gerebant; unde defensores civitatis dicti; Item Syndici. vide Cic. fam. 13, 56; & Plin. 10 epist. 11. Eorum munus erat, judicio experiri contra eos, qui aurum vel argentum & pecuniam Reipub. deberent, cujus generis munus *Advocati fisci* est, Fiscal.

¶ Syndicus, *i*, m. plur. Syndici dicuntur, qui in eamdem caussam incumbunt: sunt que civitatum advocati, & defensores juris publici. Athenis iterato Syndicum fieri lege vetitum. Conf. Wolff. Tom. 5 Operis Demosthenici p. 359.

Dicabulum, Dicacitas, dicaculus, vide in *Dico, ere*.

DICÆARCHÆA, *æ*, f. Dicæarchea, & Dicæarchia, it. Dicarchia, δικαίαρχεια, urbs Puteoli, sic dicta, *quod quondam justissime regebatur*, Fest. Poëtæ secundam & tertiam syllabam contrahunt, & pronunciant. *Vrbs Dicarchæa, Sinus Dicarchæi*, ap. Sil. 13, 385; & Stat. 2 Silv. 2, 110. v. Drakenb. ad Sil. 8, 534.

¶ Dicæarchus, *i*, m. Siculus e Messana, Aristotelis auditor, Philosophus, Orator & Geometra fuit, cujus multis in locis meminit Cicero, c. g. Att. 2, 12 extr. *Dicæarchum recte amas. Luculentus homo est, & civis haud paullo melior, quam istius nostri*

¶ Δικαιάρχεια, ubi Pompejum, Cæsarem, Crassum intelligit, injusta imperia affectantes.

DICÆOLOGIA, *æ*, f. δικαιολογία, schema, quo ipsi nos quasi justificamus, vel rationem reddimus, nos jure quippiam fecisse: ut, *Cælius lapsus est, sed in adolescentia, cui nihil non est donandum*. Item, *Inter tales versatus sum, inter quos non potui non corrumpi*.

DICÆVS, *i*, m. δίκαιος, i. e. *justus, Apollo Citharœdus Dicæus appellatus est, quod cum Thebas ab Alexandro caperentur, aurum a fugiente conditum sinu ejus celatum esset*, Plin. 34, 8. Idem cognomen tulit Aristides, de quo Plutarch. & Nepos 3, 1, 2.

Dicatio, dicatura, vide *Dico, are*, Dicax, *Dico, ere*, Dichalcum, *Chalcus*, Dichomenion, *Menis*.

DICHŌNEVTVS, *a, on*, διχόνευτος, *bis constatus*; ut, *Æs dichoneutum*, Theod Cod 11, 2.

Dichoreus, vide *Choreus*, Dichotomia, *Tome*, Dicibulum, *Dico, ere*,

DICIS, quasi a *Dex*, genitivus; ut, *Dicis caussa, Dicis gratia*: forma Ciceroni sæpius usurpata: idem est ac leviter, perfunctorie, non serio; sed in speciem & quantum satis sit ad vitandam reprehensionem, nec jam sobrie. conf. Varr. L. L. 5, 7. Vnde autem ducatur, certant eruditi: alii a *Dico, are*, alii a *Dico, ere*: quidam & a *dica*, δίκη derivant. Vide Petrum Pithœum Adverss. 2, 13 & And. Schottum Observ. Hum. 5, 23. Est etiam peculiaris C. S. Schurzfleischii de hac formula diss. 1703 habita. Vet. Gloss. *Dicis caussa*, νόμῳ χάριν, λόγῳ χάριν: *Dicis gratia*, νόμῳ χάριν, ὡς παρὰ βαίων τῶ νομικῶ. Cic. Verr. 4, 24 *Vt aliquid illis nummulorum dicis caussa daret*. Vsus est & Nepos 25, 8, 5. vid. ibi Indicem Vorstii, & Elmenhorst. ad Apul. p. 38

DĪCO, *avi, atum, are*, a δίκη vel δικάζω, nuncupare est, tradere, donare, & quasi consecrare, zueignen, ergeben, widmen. Cic. fam. 2, 6 *Huic meæ laudi tuum studium dices, &c.* Id. de Leg. 2, 3 *Hunc totum diem dicamus tibi*, diesen ganzen tag wollen wir dir zubringen. Sic, Id. de Orat. 3, 3 *Dicare se alicui*. Id. ep. ad Cæsarem ex Nonio 4, 139 *Balbum quanti faciam, quamque ei me totum dicaverim, ex ipso scies*. Ter. Phorm. 1, 2, 12 *Hanc operam tibi dico. Dicare se alicui in clientelam*, Cæs. 6, 11. ¶ 2. *Dicare* est indicare, nuntiare, kund machen, ap. Non. l. c. ex Lucilio: *Vbi ad aures fama tuam pugnam claram allatam dicasset*.

¶ Dicatus, *a, um*, zugeeignet, gewidmet, geweihet. Cic. in Orat. c. 13 *Epidicticum genus gymnasiis & palæstræ dicatum*. Virg. Æn. 5, 60 *Templa dicata*. Vet. Inscript. Grut. p. 258 n. 6 & 273 n. 5 &c. NVMINI MAIESTATIQ. EIVS SEMPER DICATISSIMVS. Augustin. Civ. D. 1, 1 *Locæ Christi nomini dicatissima*.

¶ Dicatio, *onis*, f. die zueignung, ergebung. Cic. pro Balbo c. 11 *Dicatione fit civitatis mutatio*, quod proximis ante verbis dixerat: *Non esse hujus civitatis civis, qui se alii civitati dicarit, potest*. Gloss. Vet. *Dicatio*, καθοσίωσις.

¶ Dicatura, *æ*, idem esse conjecit aliquis apud Plin. præf. p. 4 Hard. Sed optimæ quæque editiones, *Neque fiducia operis hæc est, sed indicatura*. Non contemnendum tamen, neque antiquis libris incognitum putat *dicaturæ* vocabulum Facciolatus ad Calepinum.

Composita:

¶ Abdĭco, *avi, atum, are*, enterben, verstossen. Abdicat pater filium dum vivit, exhæredat post mortem. Nepos tamen *exhæredatum* pro *abdicato* posuit, 2, 8, 2. Proprie Plin. 6, 22 *Eligi regem, liberos non habentem: & si postea gignat, abdicari, ne fiat hæreditarium regnum*. De caussa abdicationis liberorum vide Lucianum in *Abdicatio*, Quintil. Declam. 279 & 290, & Alciat. Disputt. 2, 34. vid. *Abdicatio*. ¶ 2. *Abdicare se magistratu, consulatu, prætura*, est deponere magistratum, &c. vom amt abdancken, es aufgeben. Cic. Catil. 3, 6 *Cum se Lentulus prætura abdicasset*. Sed, *abdicare cui magistratum*, absetzen. *Abdicare legem*, est abrogare, abschaffen, Plin. 7, 30. *Democritus in Abdicare legem*, est abrogare, abschaffen, Plin. 7, 30. *Democritus in totum rapum abdicavit in cibis*, i. e. prorsus damnavit, er hat sie zu essen verboten, idem Plin. 20, 3. *Abdicare patrem*, Curt. 4, 10, 3. *Generum abdicat*, id est, repudiat, er sagt ihm den kauf auf, Sulp. Apollin. Perioch. Andr. Ter. v. 10. conf. Nonius 6, 14.

¶ Abdicātus, *a, um*, abgesetzt, verworffen; ut, *Abdicatus magistratus*, Sallust. Catil. c. 47. Eleganter Prudentius passione Cypriani v. 52 *Antra abdicata Soli*.

¶ Abdicatio, *onis*, f. die aufgebung, ablegung; ut, *Abdicatio dictaturæ*, Liv. 6, 16. ¶ 2. Speciatim Rhetores etiam Latini materiam declamandi sumserunt, a liberorum abdicatione Græcis usitata, cujus formæ duæ, de quibus Quintil. 7, 4. Solebant Græci filios suos abdicare ob delictum aliquod, atque e conspectu removere, & tum filii dicebantur ἐκπίπτειν τῆ γένες, cum autem cum patre in gratiam redirent, ἀναλαμβάνεσθαι εἰς τὸ γενος, Cataub. ad Laërt. L. 1 § 94. Huc ref. Plin. 7, 45 *Abdicatio Postumi Agrippæ post adoptionem*, dessen verstossung. Cæterum an & quatenus abdicatio Romano jure aut consuetudine recepta fuerit, erudite disputat Burm. ad Quint. l. c. p. 630. Add. Herod. ad Quint. decl. 260 p. 481.

¶ Abdicator, *ōris*, m. qui abdicat, unde est

¶ Abdicatrix, *ĭcis*, f. Salvian. 2 adv. Avarit. p. 76 *Abdicatrix misericordiæ inhumanitas*.

¶ Abdicativus, *a, um*: ut, *Abdicativa propositio*, quæ eadem antiquis philosophis est, quam recentes *negativam* vocant, Apul. 3 Dogm Plat. Huic opposita *Dedicativa*, de qua suo loco.

¶ Abdicative, adverb. idem. Mart. Capella 4 p. 128 *Abdicative concludere*.

¶ Abdicatorium, *i*, n. locus habilis ad abscondendum, Cathol.

¶ Dēdico, *are*. Festo autore proprie est *dando deferre*, sein vermögen angeben. Africanus minor ap. Gell. 7, 11 *In uno scorto majorem pecuniam absumsisti, quam quanti omne instrumentum fundi Sabini dedicavisti*. Cic. pro L. Flacco 32 *Ad hæc prædia etiam in censu dedicavisti*, ubi v. Græv. & Menck. Observ. L. L. ¶ 2. weihen, heiligen, zueignen. Vet. Gloss. *Dedicat*, καθιεροῖ, ἀφιεροῖ, ἀφοσιοῖ. Cic. pro Archia c. 8 *Smyrnei delubrum Homero dedicaverunt*. Formula dedicantium aliquid Numinibus exponitur a Barth. ad 2 Theb. Stat. p. 648. Hinc & *libellos alicui dedicare*, inscribere & consecrare veluti est, Plin. præf. Hist. Nat. *Dare* ac *dedicare* quid differant, vid. Periz. animadv. c. 7 p. 307 sq. ¶ 3. Non raro idem est ac usum alicujus rei, idque ferme cum festivitate aliqua, auspicari, einweihen. Ascon. in Orat. Cic. contra Pisonem: *Hæc oratio dicta est ante paucos dies, quam Cn. Pompejus ludos faceret, quibus theatrum a se factum dedicavit*. Suet. Ner. c. 35 *Ejusmodi domum absolutam cum dedicaret*. Hoc significatu idem *dedicationem patinæ* Vitell. c. 14 dixit. Id. Vespas. c. 19 *Ludis per quos scena Marcelliani theatri restituta dedicatur, &c.* Plin. 10 ep. 117 *Qui virilem togam sumunt, aut nuptias faciunt, vel ineunt magistratum, vel opus publicum dedicant: &c.* ¶ 4. Hinc ad alia eleganter transfertur. S. Hieron. ep. 9 ad Salvinam de viduitate: *Qui primus ab Apostolis baptisatus salutem gentium dedicavit*. Id. ep. 17 sub Paulæ & Eustochii persona ad Marcellam: *Qui* (Melchisedec) *jam tunc in typo Christi panem & vinum obtulit, & mysterium Christianum in Salvatoris sanguine & corpore dedicavit*. Sic, *Martyrium dedicasse Stephanum*, Pet. Chrysologus serm. 153 in Stephanum Protomartyrem scribit. Non semel ita hoc verbo de novis rebus & Tertullianus usus: ut, de Pœnit. c. 2 *Cum rursus suam misericordiam maturavisset* (Deus), *jam inde in semetipso pœnitentiam dedicavit*. Id. 1 adv. Marc. *Vt imperio ejus divina bonitas in terris dedicaretur*, i. e. initium caperet, & primum exsereret se. Paul. IC. l. 19 ff. de in rem verso *Dedicare togam in funus*; i. e. togam in id dare, ut ea mortuus involvatur, darin anwenden.

¶ Dedicātus, *a, um*, geweihet, gewidmet. Cic. de N. D. 3, 5 *Nonne ædem Castori & Polluci in foro dedicatam vides?* Id. Leg. 1, 22 *Ingenium in se suum, sicut simulacrum aliquod, dedicatum putabit*, i. e. divinæ illam auræ particulam, mentem, in corpore tanquam signum in templo positam. Superl *Dedicatissimus numini ejus*, in arcu Gallieni Romæ

¶ Dedica-

¶ Dedicatus, *ta*, dedicatio. Apud Flor. *Sermo dedicatu religiosissimus.*

¶ Dedicatio, *ōnis*, f die einweyhung; ut, *Dedicatio templi*, Cic. pro Domo c. 46. *Populus dedicationem ædis Mercurii dat M. Lætorio*, Liv. 2,27. Ariſtides Sophiſta: τὰς μὲν ἄλλας τοῖς θεοῖς προσήκει καθιερῶν, τὰς δὲ ἀνδρὸς τὰς ἐλλογίμου τῷ τῶν βιβλίων ἀναθέσει τιμᾶσι, *Templa Diis conſecrare convenit, viros vero eximios decet librorum dedicatione honorare.*

¶ Dedicātor, *ōris*, m. qui dedicat. Tertull Apol. c 5 *Tali dedicatore* (Neronem putat) *damnationis noſtræ etiam gloriamur*, i. e. inchoatore, auſpice.

¶ Dedicativus, *a, um*, idem quod vulgo affirmativus, bejahend; ut, *Dedicativa propoſitio*, Apulej. 3 Dogm. Plat. Adde *Abdicativus*, de quo paullo ante diximus.

¶ Dedicative, adv. idem. Mart. Capella 4 p. 128 *Dedicative concludere*, i. e. affirmare.

¶ Indico, *avi, atum, āre*, oſtendere, darthun, anzeigen. *Indicare aperte*, Cic. ad Brut. ep. 5. Sic, *Vultus indicat mores*, Idem de Leg. 1, 9. *Indicare conſilium ſuum*, Planeus Ciceroni fam. 10, 21, entdecken, an tag geben, offenbaren. *Indicare de conjuratione*, Salluſt. Catil. 30, 48. de epiſtolis, Cic. pro Fl. 37. *Res ipſa indicat*, Ter. Adelph. 3, 2, 40, αὐτὸ δηλοῖ, τὸ πρᾶγμα λέγει, es weiſt ſich ſelbſt aus. ¶ 2 De mercibus eſt, bieten. Plaut. Aul. 2, 5, 3 *Vento ad macellum, rogito piſces, indicant Caros, agninam caram, carambubulam.* Idem Perſ. 4, 4, 25 TOX. I, *ſane, hanc eme atque auſculta mihi.* DOR. *Modo ut ſciam, quanti indicet.*

¶ Indicātus, *a, um*, angezeigt, geboten. Plin. 31, 1 *Indicatus ſmaragdus ſex aureis denariis.*

¶ Indicatio, *ōnis*, f. die anzeigung, das gebot, der anſchlag. Plaut. Perſa 4, 4, 30 *Tua mer ex eſt, tua indicatio eſt.* Conf. Plin. 22, 24. Sed Ulpian. l. 13 § 3 ff. de Action. emp. & ven. *Non debuit facilis eſſe ad temerariam indicationem.*

¶ Indicatūra, *æ*, f. idem, vel ipſum potius, quod indicatur, pretium. Plin. præf. p. 4. " *Nec fiducia operis hæc eſt, ſed indicatura.* Id. 37, 2 *Neque eſt hodie margaritæ alterius præſtantior indicatura.*

¶ Indicator, *ōris*, m. ut, *Indicator naturæ Anaxagoras*, Solin. c. 53.

¶ Indicativus, *a, um*, anzeigend. Sic, *Indicativum modum* Grammatici vocant, quo præſens actus indicatur, v. Mart. Capell. 3 p. 68; Iſidor. 1, 8.

¶ Index, *icis*, c ein anzeiger, angeber, weiſer, regiſter. Cic. in Orat. c. 18 extr. *Imago animi vultus eſt, indices oculi.* Id. Off. 1, 37 *Orationis judicem vocem habemus.* Id. Catil. 4, 3 *Hæc omnia indices detulerunt, rei confeſſi ſunt* Curt 5, 10, 13 *Lacrymæ pœnitentiæ indices.* ¶ 2. *Index* proprie ſecundum Aſconium *is eſt, qui facinoris, cujus eſt ipſe conſcius, latentes indicat, immanitate præpedita.* v. *Indicium.* ¶ 3. *Index* etiam eſt titulus ſub imaginibus illuſtrium virorum. Tib. 4, 1, 30 *Nec quæris, quid quæque index ſub imagine dicat.* Etiam titulus libri Liv. 38, 56 *Index orationis P. Scipioni, nomen M. Naevii tribuni plebis habet.* Sic Id. 41, 28. Cic. de Or. 2, 14. *In Philoſophos ſi quando ineidi, deceptus indicibus librorum.* Martial. 3, 2 *Et cocco rubeat ſuperbus index.* v. Menck.

¶ Indiculus, *i*, m. dimin. parvus index. Ennodius 5 epiſt. 24 *Divinis legibus cognationem indiculo comprehenſam, in matrimonio licere ſociari.* Puto ex forma verbi *Indicatus* flexiſſe, quæ analogiæ primitivæ vocis propior: quamquam medii ævi ſcriptores etiam

¶ Indiculum, *i*, n. neutro genere dicebant. Gregor. Turonenſ. 8, 28 *Indiculum eſt repertum*

¶ Indicium, *i*, n. die anbeutung, anzeigung. *Indicio eſſe*, Ter. Heaut. 2, 4, 4. *Indicium facere*, Id. Adelph. 4, 4, 8, anzeigen. Præmia indicii. Cic pro Roſc. c. 37 *Si cum qui indicii partem acceperit.* Apulej. 6 Miſc. p. 665 *Si quis demonſtrare poterit Pſychen, & accepturus indicii nomine ab ipſa Venere ſeptem ſuavia ſuavia, & unum blandientis appoſitum linguæ longe mellitum.* Qui locus ex Moſchi Idyllio, qui AMOR FUGITIVUS inſcribitur, expreſſus videtur. Nota autem hic genus præconii, de quo & Pitholeum licebit videre Adverſ. Subiec. 1, 2. ¶ 2. *Indicium* eſt proprie illius, qui una peccavit. *Indicium profitetur*, eſt declarare, te velle indicare de ſociis conjurationis, *indicium profiteri*, eſt declarare, te velle indicare de ſociis conjurationis, ſi impunitas tibi promittatur. Hæc copioſius Græcius ad Cic. Att. 2, 24 p. 281.

¶ Indicīna, *æ*, f. indicatio, aut ex Elmenhorſtii mente præmium, quod indici datur. Apul. ſub fin. lib. 7 *Ob indicinæ præmium.* Gloſſ. Vet. *Indicina*, μήνυτρον.

¶ Indicabilis *e*, indicans. Cæl. Aurel. Acut. 2, 3 *Signum facere indicabile lethargi.*

¶ Prædico, *āre*, eſt palam dicere. & opponitur τῷ *tacere*, öffentlich ſagen. Ter. Eun. 3, 4, 54 *Vtrum taceamne, an prædicem.* Videturque proprie quaſi verbum de præconibus uſurpatum, quando præconium facerent. Qua de cauſa & Apulejus 6 p. 605 *Mercenium prædicatorem* dixit, quem *Præconem* ſignificabat. Plaut. Bacch. 4, 7, 16 *O ſtulte, neſcis nunc venire te, Atque in eo ipſo aſtas lapide, ubi præco prædicat.* ¶ 2. Hinc pro *quidvis commemorare* ponitur, & μᾶλλον eſt, ut in utramque partem ſignificari poſſit, erheben, verachten. Ter. Andr. 3, 1, 7 *Quid ergo audio? adeſt, ſimulacrum hæc vera prædicat.* Et ita ille ſepius. Plaut. Amph. 1, 1, 46 *Quod mihi prædicas virtutes, id tibi eſt.* Nepos 17, 4, 8 *Itaque prædicabat, mirari ſe, non ſacrilegorum numero haberi.* Cæſ. B. Civ 1, 32 *Injuriam in eripiendis legionibus prædicat.* Suet. de Grammat. c. 23 *Tiberio & mox Claudio prædicantibus, nemini minus inſtitutionem puerorum committendam.* ¶ 2. Frequentiſſime tamen in meliorem partem ſumitur, & nihil aliud, quam dilaudare eſt, loben. Quamquam non nihil aliquando adjici ſoleat, quod id declaret. Cic. Phil. 11, 13 *Honorifice & graviter multa de aliquo prædicare.* Id. Off. 1, 38 *Deforme eſt, de ſeipſo prædicare, falſa præſertim.* Plin. 25, 5 *Minus laudibus prædicavit has herbas.* ¶ 3 Vulgo ubi de ſacris loquuntur, *Prædicare* idem eſt quod concionari; unde & Germanorum, predigen.

¶ Prædicans, *tis*. Salluſt. Cat. c. 48 *Craſſum ea prædicantem audivi &c.* Cic. fam. 5, 13 *Ignoſces mihi aliquid de me ipſo prædicanti.*

¶ Prædicātus, *a, um*, berühmt; ut, *Arbor hiſtoriis prædicata*, Plin. 16, 41. ¶ 2. In Logicis *Prædicatum* eſt pars propoſitionis, & id, quod de Subjecto dicitur.

¶ Prædicāmentum, *i*, n. ein lob. Gloſſ. lat gr. *Prædicamenta*, προκηρύγματα. Quod Logici *Prædicamenta* vocant, Quintiliano 3 6 *Decem elementa* ſunt: *Primum*, inquit, *Ariſtoteles elementa decem conſtituit, circa quæ verſari videatur omnis quæſtio.*

¶ Prædicatio, *ōnis*, f. proprie præconis eſt, die ausruffung. Cic. Agr. 2, 18 *Ego præconi auctionem ipſum inchoaſam, & acerbam prædicationem puto.* ¶ 2. Deinde laudatio; ut, *Prædicantio beneficiorum*, Cic. Arusp. c. 8 *Prædicationem nobilitatemque fugere*, Id pro Arch. c 11, ſich nicht wollen loben laſſen. ¶ 3. Publica alicujus rei declaratio. Liv. 4, 49 *Quod in urbe nuper direpta -- minus prædicatione tribuni prædæ fuerit.* ¶ 4. Vulgo idem ac concio, de rebus ſacris; ut, prædicatio verbi die predigt des worts.

¶ Prædicator, *ōris*, m. qui prædicat. *Te ipſo prædicatore & teſte*, Cic. fam. 1, 9. Id. pro Balbo c. 2 *Pompejus ſui facti, ſui judicii, ſui beneficii voluit meeſſe prædicatorem*, h. e laudatorem. ¶ 2. Qui concionatur, ein prediger. Tertull. adv. Marc. 4, 8 *Chriſtus præmiſerat utique digniores prædicatores.*

¶ Prædicatrix, *icis*, f. idem. Tertull. de Anima c. 46 *Hæc ſpecie: ſummarum prædicatrix poteſtatum*

¶ Prædicabilis, *e*, preislich, rühmlich. Cic. Tuſc. 5, 17 *In miſera vita nihil eſt prædicabile aut gloriandum.* Auguſtinus ſæpe utitur hac voce in epiſtolis: *Dominis dilectiſſimis & prædicabilibus, Domino merito prædicabili & venerando fratri.* ¶ 2. *Prædicabile* apud Logicos eſt, quod prædicatur de pluribus.

¶ Prædicativus, *a, um*, vox philoſophica. Apulejus de Syllogiſmo, *Præpoſitio prædicativa.*

¶ Prædicatōrius, *a, um*. Salvian. lib. 3 contra Avarit. ſub fin. *prædicatoria verba*, id eſt, laudes.

¶ Deprædico, *are*, decompoſitum perquam tritum, ſed priſcis inauditum, quibus *Prædicare* ſufficit. v. Cellar. Antib. p. 29.

¶ Vindico, *are*, videtur a *Dicare* etiam eſſe; ſed de hoc vide ſuo loco.

DICO, *dixi, dictum, dicĕre*, ſprechen, reden, ſagen, nennen, a δείκνυμι vel δικ-νυμι oſtendo. Sic, *Dicere in aurem*, Horat. 1 ſat. 9, 10 *Dicere contumeliam*, unnütze worte geben. Ter. Phorm. 2, 3. 29 *Ius dicere*, gericht halten, Cic. pro Flacc. c. 3 &c. *Fœderis æquas dicere leges*, Virg. Æn. 11, 322. ¶ 2. Et *dicere* eſt eleganter facundeque dicere, eine rede thun. *Dicere e ſuperiore loco*, Cic. Verr. 2, 42, von der cantzel oder catheder reden. *Stylus eſt optimus effector & magiſter dicendi*, Cic. de Orat. 1, 33. *Dicere ad judicem*, Id de Clar. Or. c. 84. *Dicere pro aliquo*, Nep. 1, 5. *Dicere ea ſſim*, Cic. de Orat. 3, 8, ſich verantworten. ¶ 3 *Dico* etiam eſt dicendo promitto, conſtituo, deſtino, verſprechen. Ita Ter. Heaut. 5, 1, 64 *Q. id dotis dicam te dixiſſe filiæ?* Et v. 69 *Me mea omnia bona doti dixiſſe illi.* vid. Salmaſ. de modo uſurarum c. 16. conf. Nonius 4, 122. ¶ 4. *Dicere* aliquando eſt laudare, celebrare. Barth. ad Script. Venat. p. 186 ex Virg. ecl. 8, 5 *Damonis dicemus &c.* Item ecl. 10, 6 *Galli dicemus amores.* ¶ 5. *Dicere diem* eſt præſtituere, ſive in jus vocare & accuſare, einen termin anſetzen; ut, *Dicere diem alicui propter injurias*, Cic. 1 Verr. ita & Suet. in Cæſ. c. 12. Ter. Andr. 1, 1, 75 *Hic nuptiis dictas eſt dies*, dieſer tag iſt zur hochzeit beſtimmet und angeſetzet. Nepos 18, 2 *Hoc tempore data eſt Ivmeni Cappadocia, ſive potius dicta.* Ita *Dictatorem dicere* eſt conſtituere, creare, Liv 7, 12. ¶ 6. Eſt & Curiæ ac Iudiciorum verbum, & idem ſignificat, quod ſententiam dicere. Nam ſententiam ſuam de re relata a magiſtratu cum juberentur patres dicere, ita nominatim appellari ſolebant: DIC-TV M. TVLLI &c. Plin. 9, 13 *Iam conſendi tempus: dicit Domitius Apollinaris, conſul deſignatus, dicis Fabricius Vejento, &c.* Cæterum juſſi dicere, cum ſatis feciſſent verborum, in fine dicere ſolebant, DIXI. Lege Ter. Phorm. 2, 3. Aſconius in Prœm Act. Verr ſub fin. *Moris*, inquit, *veterum fuit, cum ſatis viſum eſſet fluxiſſe verborum, hanc ſibi neceſſitatem ſpiendæ orationis imponere, quod dicerent ad ultimum*, DIXI. *Quod etiam ab utraque parte oratione conſumpta, ut in conſilium dimitterentur, Prætor ſoleret pronunciare*, DIXERVNT. ¶ 7. *Dicere* etiam de oraculis uſurpatur. v. Paſſerat. ad Propert. 1, 9. Heinſ. ad Ovid. epiſt. 5, 33, & Faſt. 1, 939. Conf. quæ in voce *Dictio* n. 5 notantur. ¶ 8 *Tuo dico* graviter increpantis & minantis formula Terent. Eunuch. 2, 3 *Heus, heus, tibi dico, Chærea.* v. Burm. ad Phædr. 4, 19. ¶ 9. *Dicere aliquid, nihil*, vide *Aliquis* in *Alius*. *Dicebo* pro *dicam* refert ex Nævio Nonius 10, 17; & *Dice* pro *Die* Feſtus. ¶ 10. *Dictu* ſæpius occurrit apud Curt. ut, 3, 6, 18 *Haut facile dictu eſt.* 1, 5, 8 *ſpeciosa dictu ſequi.* 4, 7, 16 *incredibile dictu.* 4, 2, 10 *haud parva dictu res* Et Horat. Art. P. 107 *ſeria dictu.* ¶ 11. De ellipſi verbi *dicere* vid. ad audio n. 1 it. Burm. ad Quinctil. decl. 305 p. 590. ¶ 12. De ſyncope vel contractione *dixti* & ſimilibus, v. quos laudat Burm ad Quintil. 9, 3 p. 806. ¶ 13. *Dicere* ac *Ducere* confundunt librarii, vid. Drakenb. ad Sil. 12, 221, & Burm. ad Nemeſ. ecl. 1, 63.

¶ Dicens, *tis*. Horat. 3 od. 13, 14 *Me dicente*. Id. Art. P. v. 112 *Dicentis fortunis abſona dicta.* Cæſ. B. C. 2, 33 *Crebro dicentem interpellabant.*

¶ Dicentārius, *i*, m. orator, ein wortſprecher, in Gloſſ. gr, lat. λέκτης.

¶ Dictus, *a, um*, geſagt, vorgeſetzt. Ter And. 1, 1, 2 *dictum puta.* Ad eandem faciem fere idem Phorm 3, 3, 8: & Plaut Perſ. 4, 7, 19 *Dictum ſapienti ſat eſt.* Ter. Eun. prol. v. 41 *Nollem eſt jam dictum, quod non dictum ſit prius.* Sophocles Ajace v. 727 *καὶ δὶς λέγειν ἀνάγκαιον.* Id. Ter. Adelph. 5, 3, 10 *Dictum inter nos fuit*, id eſt, conventum, pactum, abgeredt. Horat Art P. v. 403 *Dicta per carmina ſortes. Hæc ubi dicta dedit* poëtarum formula nec Livio inuſitata v. g. 3, 61. ¶ 2. *Dictum & factum*, i. e. confeſtim, celeriter, ſtracks in teller eil Græce ῥᾳδίᾳ τῇ πραχθέν. It. ἅμα ἔπος ἅμ' ἔργον dicunt Ter. Andr. 2, 3, 7 *Dictum & factum invenerit aliquam cauſſam, quamobrem ejiciat domo.* Id. Heaut. 4, 5, 22 *Dictum ac factum recidit.* Et 5, 1, 31 *Dictum factum huc abiit.* Simile eſt, *dicto citius.* Hor 2, ſat. 2, 80; Virg. Æn. 1, 146.

¶ Dictum, *i*, n. ſubſtant. pro ſententia ſive ſermone & verbo, ein ſpruch, wort, ſprichwort. Cic. pro Flacco c. 29 *Cerevis eſt dictum, pedibus pecuniam compenſari*, mit unverdroſſenen füſſen ſey viel geldes zu erſparen.

erſparen. v. Chiliad. Ter. And. 1, 5, 49 *Etiam nunc mihi ſcripta illa dicta ſunt in animo Chryſidis. Dicto audientem eſſe*, vide in *Audio* n. 5. ¶ 2. Peculiari quadam ratione uſus Ennius hoc nomine apud Cic. de Cl. Orat. cum ait: *Verſibus, quos olim Fauni Vatesque canebant, Cum neque Muſarum ſcopulos quisquam ſuperarat, Nec dicti ſtudioſus erat.* Significat etiam, tum neque Poëtam aliquem, nec Oratorem exſtitiſſe. *Dictum* itaque ibi dicendi ratio elegans, ſive eloquentia eſt. ¶ 3. *Dictum* & aliquando convicium ſive maledictum notat. Ter. Prol. Eun. v. 4 *Qui dictum in ſe inclementius exiſtimavit eſſe, exiſtimet reſponſum, non dictum eſſe. Non dictum eſſe*, i. e. non convicium eſſe. Vide ibi Donatum. Plaut. Pſeud. 1, 3, 124 *Iam ego te differam dictis meis, impudice.* Non raro & pro lepidiore facetoque ſermone, ſeu joco uſurpatur *dictum:* unde & *dicaces* appellati, de quibus infra. Enimvero & Cicero duo facetiarum genera facit, quorum alterum æquabiliter in omni ſermone funditur, quam *Cavillationem* nominat: alterum quod in celeritate & *dicto* conſiſtit, quod peracutum & breve eſt, quam *dicacitatem* appellavit. Locus eſt de Orat. 2, 54. Vbi diſerte etiam tradit, DICTA proprio jam nomine appellari *Sales:* & ita non ſemel iſta voce uſus eſt Fabius 6, 4, quo de riſu agit. v. Voſſ. Inſtit. Orat. 3 p. 384. Bœcler. Chreſtomath. Ter. Statius Epicedio Patris v. 250 *Rurſusque, ubi dulce remitti, Gratia quæ dictis?* Plaut. *dicta ridicula*, Capt. 3, 1, 22. Lucan. Panegyr. Piſonis v. 103 *dicta jocorum* appellavit. Sic διακελευσμάτας, quas milites in duces ſuos jaciebant, *dicta* vocari veteribus, Caſaubonus ad Suet. Cæſ. c. 49 obſervat.

¶ Dictio, *ōnis*, f. dicendi actus, ein vortrag, ausſpruch; ut, *Iuridictio*, de qua infra in *Ius* copioſe. *Sententiæ dictio*, Cic. de Invent. 2, 4. Sic, *Cauſſæ dictio*, die verantwortung; Idem pro Quint. c. 10 *Totam cauſſæ meæ dictionem in certas partes dividam.* Cæl. B. G. 1, 4 *Die conſtituta cauſſæ dictionis.* ¶ 2. Oratorum opera, orationes, reden. Auctor de cauſſis corruptæ eloquentiæ 34, 2 *Hanc factari, hunc proſequi, hujus omnibus dictionibus interſſe, ſive in judiciis, ſive in concionibus aſſuſcebat.* ¶ 3. Genus & ratio dicendi, die redensart. Cic. de Orat. 1, 34 *Educenda dictio ex hac domeſtica exercitatione, & umbratili, medium in agmen.* ¶ 4. Vocabulum, ein wort, præſertim apud Grammaticos, etiam veteres, Scaurum, Diomedem, &c. Catonis & Quintiliani teſtimonio utitur Ol. Borrich. Cogit. p. 87. Adde Analect. p. 12, & And. Borrich. Vind. p. 59. ¶ 5. Pro Oraculo. Vetus poëta apud auctorem ad Herenn. 2, 26 *Aperte fatur dictio, ſi intelligas.* Liv. 8, 24 de Alexando Epirota: *Accito ab Tarentinis in Italiam, data dictio erat,* CAVERET ACHERVSIAM AQVAM &c. Pacuv. apud Turn. 30, 1 *Plexa non falſa autumare dictio Delphis ſolet.*

¶ Dictionarium, *i*, n λεξικόν, ein wörter-buch. Improbat hanc vocem Voſſ. de Vit. L. L. 1, 17.

¶ Dictioſus, *a, um*, verboſus, wort-reich. Varro de L. L. 5, 7.

¶ Dictor, *ōris*, m. der da ſagt, ein ſprecher. Auguſt. de doctr. Chriſt. 4, 19 *Doctor iſte debet verum dictor eſſe magnarum.*

¶ Dicteria, *orum*, n. pl. falſe dicta, σκώμματα, ſtichelworte, ſpottreden, Martial. 6 epigr. 44 *Omnibus arridet, dicteria dicis in omnes, Si te convivam poſſe placere putas. Dicteria* Nonio 2, 249 ſunt quaſi *dicta non ſeria.* Sed res ipſa e Græcia petita eſt. Nam διακηρία proprie dicebantur dicta, quæ fundebant numarii ſcurræ in initio fabularum ad colligenda ſtudia ſpectatorum. Quæ cum eſſent pleraque ridicularia, hoc vocabulum in maledicæ procacitatis infamiam abiit. v Scalig. ad Manil. lib. 5 p. 390. A *dico* tamen derivat Cicero apud Macrob. Sat. 2, 1.

¶ Dīcax, *ācis*, facetus, qui dictis alios aut tangit lepide, aut admordet, ut riſum moveat, ſchwatzhaft, ſcherzhafft. Vet. Gloſſ. *Dicax*, σκώπτης καὶ εὐτράπελος. Sen. Med. v. 113 *Feſta dicax fundat convicia Feſcenninus.* Tales in fabulis & ſatyris introducebantur, unde & *Dicaces* Horatius appellat Art. poët. v. 225, & 1 ſat. 4, 82 *Qui captat riſus hominum famamque dicaces.* Vbi Vetus Schol. *Dicaces hic ſunt, qui riſum movent, dicendo male & jocis mordacibus.* De hoc ingeniorum genere vide etiam, ſi lubet, Barclajum Icone anim. c. 10. *In conviviis & ſermonibus multi ſunt dicaces.* Quintil. 6, 3. Comp. Cic. Orat. 2, 60 *Granio quidem nemo dicacior.* Superl. Petron. c. 113 *Homo dicaciſſimus.*

¶ Dīcăcŭlus, *a, um*, dimin. ex *Dicax. Sermone dicaculo*, Apul. lib. 3 Mileſ. p. 135. *Puella dicacula*, Idem lib. 2 p. 118. *Dicacula amatrix*, Plaut. Aſin. 3, 1, 8.

¶ Dicacule, adv. idem. Apul. lib. 8 *Sic præco lurconem tractabat dicacule.* Id paucis interjectis verſibus explicatur hac phraſi: *Scurrilibus contra aliquem velitari jocis*, einen hetzen, höniſch halten. Idem lib. 1 Mileſ. p. 106 *In eam dicacule probrum dixerat.*

¶ Dīcācĭtas, *ātis*, f. termo cum riſu alios incellens, die ſpötterey, höneren. Quintil. 6, 3, *Scurrilis & ſcenica dicacitas*, lotterbübiſche ſpötterey. Cic. de Orat. 2, 54 *Peracutum & breve genus facetiarum dicacitas*, quo modo a *facetiis & cavillatione* differat, vide his vocibus. Et c. 60 *Scurrilis oratori dicacitas magnopere fugienda eſt.* Apul. Met. 1 p. 66 *Dicacitas tinnula.* v. ibi Stewech.

¶ Dīcībilis, *e*, dicendus, *a, um*, quod dici poteſt, debet. Gloſſ. lat. gr. *dicibile*, λεκτόν, ῥητόν.

¶ Dīcĭbulum, wel Dicabulum, *i*, n. augamentum, ein ſcherzwort, mährlein. Tertull. adv. Valent. c. 20 *Puerilia dicibula, in mari poma naſci & in arbore piſces.* Marc. Capell. 8 p. 273 *Dicabulis cavillantibus ſaltque contenta.*

¶ Dicto, *avi, atum, are*, frequent. fürſagen, fürleſen, in die feder ſagen, dictiren. Cic. Att. 7, 13 *Epiſtolam dictavi propter lippitudinem.* Quintil. 3, 4 *Ratio ita dictat*, i. e. ſuggerit, die vernunfft lehret es alſo. Proprium eſt magiſtrorum ſive literatorum verbum, cum pueris diſcenda præcipiunt. Horat. 1 ſat. ult. v. 4 *An tua demens Vilibus in ludis dictari carmina malis?*

¶ Dictātus, *a, um*, fürgeſagt, aufgegeben. Hinc

¶ Dictata, *orum*, n. pl. ſubſt. quæ ad diſcendum propoſita, das aufgegeben iſt, die lection. Horat. 1 epiſt. 1, 54 *Hæc tamen ſummus ad imum (al ab imo) Perdocet: hæc recinunt juvenes dictata ſenesque.* Et epiſt. 18, 13 *Vt puerum ſævo credas dictata magiſtro Reddere.* Cic ad Quint. Fr. 3, 1 *Calventii Murii orationem cum nemo lecturus ſit, ſi ego nihil reſcripſero; mea in illum pueri omnes tamquam dictata perdiſcant.* Hinc & ad Laniſtas translatum. Suet. Cæſ. c. 26 *Tirones neque in ludo, neque per laniſtas, ſed in domibus per equites Romanos, ac etiam per Senatores armorum peritos eruditebat: precibus enitens, ut diſciplinam ſingulorum ſuſciperent, ipſique dictata exercentibus darent*, ſie möchten Lectiones geben. Vide ibi interpretes. Tertull. ad Martyres c. 1 *Veruntamen & gladiatores perfectiſſimos non tantum magiſtri & præpoſiti ſui, ſed & idiotæ, & ſupervacue quique adhortantur de longinquo, ut ſæpe ab ipſo populo dictata ſuggeſta profuerint.* ¶ 2. *Dictatum* pro epiſtola poni Barth. obſervat ad Claudian. p. 1216.

¶ Dictatio, *ōnis*, f. dictandi actus, die dictirung, fürſagung. Symmach. 6, 4 *Dictatione properata.* conf. Sidon. 9 epiſt. 9; & Paul. IC. in Dig.

¶ Dictamen, *ĭnis*, n. idem Gloſſ. *Dictamen*, Φωνή.

¶ Dictātor, *ōris*, m. extraordinarius magiſtratus Romæ, qui non niſi in ſummis periculis remedii loco aſſumebatur, penes quem unum omnium magiſtratuum vis atque poteſtas eſſet, a regno non niſi tempore differens: *nam ad tempus tantum dictatura ſumebantur*, Tac. Ann. 1, 1, 1. Appellatus ita fuit, vel quod a conſule diceretur, id eſt, dicendo crearetur, ut Varro tradit de L. L. 5, 7; vel quod dicto audientes ipſi omnes eſſent: vel quod crebro diceret ediceretque, quæ eſſent ex uſu, quæ Dionyſii Halicarnaſſ. opinio eſt lib. 5: vide & Plutarch. Marcello p. 312. *In rebus trepidis optimum conſilium, dictatorem dici*, Liv. 4, 56. Dictus idem & *Magiſter populi*: item *Prætor Maximus* fuit: Vide Senecam ep. 10. Cic. de Finib. 3, 22; Liv. lib. 7 & Feſtum. Cætera vide apud eos, qui de Romanis magiſtratibus ſcripſerunt: itemque Muretum ad Tacit. p. 19, nec non Bœclerum in Vellej. 2, 28, 2, imprimis Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 171 ſq. Eſt etiam diſſ. de *Dictatore* in Leuſii cerculo literario. ¶ 2. Etiam Latinæ quædam urbes & municipia *Dictatores* vocarunt magiſtratus ſuos; ut, *Dictator Lanuvinus*, Cic. pro Mil. c. 10. Sic Spartian. Had. c. 19 *Per Latina oppida & dictator, & ædilis, & duumvir fuit.*

¶ Dictatrix, *ĭcis*, f. Plaut. Perſ. 5, 1, 18 *Tu hic eris dictatrix nobis.*

¶ Dictatūra, *æ*, f. officium & dignitas dictatoris, die ober-gewalt; ut, *Dictaturam gerere*, Cic. Off. 3, 31. Vide Lætum & Feneſtellam. Extat de eadem accuratiſſimus & pleniſſimus locus apud Vellej. 2, 28, 2, in quem vid. copioſe Bœcler. ibid. p. 141 ſq. & Zevecot. ad Flor. p. 207, 208. conf. l. 2 § 18 ff. de O. I. Erat *Dictatura* magiſtratus regius, A. V. C. 252 introductus, & in ſolis periculis reip. repetitus, a quo non erat provocatio, v. Liv. 3, 20, cui conſules cæterique magiſtratus dicto audientes erant. Sex menſibus lege finiebatur: Sed propter invidiam Cæſaris, perpetui dictatoris, qui non niſi morte depoſuit, lege M. Antonii conſulis in perpetuum ſublatus.

¶ Dictātōrius, *a, um*, quod ad dictatorem pertinet; ut, *Gladius dictatorius*, Cic. pro Cluent. c. 44. *Dictaturia majeſtas*, Liv. 4, 14. *Dictatoriam fulmen*, Id. 6, 39 *Dictatoria animadverſio*, Vellej. 2, 68, 5.

¶ Dictīto, *are*, aliud frequentativum, oft ſagen, lehren. *Vulgus dictitabat* &c. Nepos 10, 7, 3 *Poeta dictitat*, Ter. prol Heaut v. 22. ¶ 2. Eſt & προφάσει ἔχειν, prætextu uti, vorſchützen, vorwenden. Nepos 6, 1, 4 *Cum Lacedæmonii dicititaſſent, hanc cauſſam eſſe belli.* Liv. 1, 49 de Tarquinio: *Cui Superbo cognomen facta indiderunt, quia ſocerum genere ſepultura prohibuit, Romulum quoque inſepultum periiſſe dictitans.*

¶ Dictĭtātio, *onis*, f. apud Mart. Capell.

¶ Dictĭtātor, *ōris*, m. apud eumdem.

¶ Dictūrio, *ire*, dicere moliri, gerne reden wollen. Macrobius 7 Sat. c. 2 *Fortiter a ſe facta ſemper dicturiunt.* Vbi jactationis laudationisque conatum ſignificat.

¶ Dictoaudiens, *tis*, vide in *Audio* n. 5.

¶ Dictoaudientia, *æ*, f. der gehorſam. Vetus Interp. Irenæi 4, 79 *Secundum dictoaudientiam non omnes Dei filii ſunt.*

Benedīco, benedictio, benedicus, vide ſub *Bonus*, Blandidicus, *Blandus*, Fatidicus, *Fatum*, Hymnidicus, *Hymnus*, Maledīco, maledictio, maledicus, *Malus*, Suavidicus, *Suavis*, Valedīco, valedictio &c. *Valeo.*

Compoſita cum præpoſit.

¶ Abdīco, *xi, ctum, ere*, augurale verbum, eſt averſari, rejicere, zuwider ſeyn, nicht darein willigen, abſprechen, verwerffen Cic. Divin. 1, 17 *Cum tres partes aves abdixiſſent.* Etiam de aliis rebus: Pompon. l. 2 de Orig. Iur. § 24 *Virginius cum animadverriſſet, Appium Claudium contra jus vindicias filiæ ſuæ a ſe abdixiſſe.* Ovid. Met. 1, 617 *Crudele, ſuos abdicere amores:* quanquam alii hic legant *addicere.*

¶ Addīco, *ere*, in diſciplina augurali eſt *approbare*, quod alias & *admittere* dicitur, de quo ſuo loco zufallen, einwilligen. Liv. 27, 16 *Aves ſemel atque iterum non addixerunt.* Tac. Ann. 2, 14, 2 *Auctus omine addicentibus auſpiciis vocat concionem.* ¶ 2. Eſt vendere & tradere venditum, übergeben, einräumen, zueignen. *Addicere bona alicui*, Cæſ. Civ. 2, 18, zuſchlagen. *Minimo addicere alicui aliquid*, Suet. Cæſ. c. 5, Ita idem uſus hoc verbo Calig. c. 34 extr. Horat. 2 ſat. 5, 109 *Nummo alicui quid addicere.* ¶ 3. Hinc ad alia transfertur. *Addicere perpetuæ ſervituti*, Cæſ. Gal. 7, 77. *Addicere corpus turpiſſimæ cupiditati*, Auctor ad Herenn. 4, 16. Et *Addicere ſe in ſervitutem*, Liv. 3, 56, ſich einem als eigen unterwerffen. ¶ 4. Damnare etiam apud Feſtum, verurtheilen. Ita Cic. Off. 3, 10 *Addicere morti.* Forte huc referas Cic. parad. 4 pr.

¶ Addictus, *a, um*, zugethan, ergeben. Cic. pro Cæl. c. 32 *Addictum, deditum, obſtrictum vobis ac liberis veſtris habebitis.* Horat. epod. 17, 11 *Feris alitibus atque canibus addictus*, i. e. adjudicatus atque expoſitus. *Addicti* etiam fuerunt, quos lex ſervire creditoribus, donec ſolverent, jubebat, die ihre ſchulden abarbeiten müſſen. vid. Quintil. 7, 4; Gell. 20, 1; Parei Lex. Crit. p. 33; Et Rævard c. 8 L. Sing. ad Leg. XII Tabb. Neque tamen ideo pro ſervis habebantur. Burm. ad Quintil. 3, 6 p. 244. ¶ 2. Inde etiam ad alia transfertur, quæ tradita vel expoſita ſunt. v. Drakenb. ad Sil. 15, 247.

¶ Addicte, adv. idem. Compar. *addictius* quidam afferunt ex Taciti Germ. 43, 7, ubi meliores libri *addutius.*

¶ Addictio, *ōnis*, f. die übergebung, zueignung. Cic Verr. 2, 4 *Bonorum poſſeſſionumque addictio.*

¶ Antĕdico,

¶ Antědico, *ere*, idem quod prædicere, vorher ſagen. Cic. Philip. 10 *Antedicere ea, quæ vitari poſſunt.*

¶ Antedictus, *a, um*, vorgemeldt; ut, *Antedictus perfuga*, Ammian. 16, 12.

¶ Condico, *ere*, eſt in ſe recipere, zuſagen, angeloben. *Condicere operam alicui*, Plin. præfat. Operis. *Condicere cœnam, ad cœnam*, & abſolute *condicere alicui*, differt ab illo, *promittere ad cœnam &c. Promittit ad cœnam* invitatus: *Condicit*, qui prior & ultro denunciat, ſe apud alterum cœnaturum eſſe, quod non niſi inter familiariſſimos fieri aſſolet, ſich ſelbſt zu aaſte bitten. Hinc *Condicta & ſolita cœna*, Suet. Claud. c. 21, ubi v. Torrent. Cic. Fam. 1, 9 *Craſſus, cum mihi condixiſſet, cœnavit apud meum generi Craſſipedis hortis.* At, *Feras condicere*, ſich anderswo verſuchen, Plaut. Menæch. 1, 2, 25. Scaliger in notis ad Cirin p. 62 *Condictum* proprie proditorum eſſe contendit. Nam ii, inquit, quibus accem aut urbem proditari ſunt, proprie condicere & conſtituere dicuntur. Sed refutatur a Gronovio obſerv. lib. 1 p. 18, ubi plura de hoc verbo leges. Iuſt. 3, 7, 14 *Inducias, quas proprio nomine condixerant, ex ſociorum perſona rumpebant.* Id. 15, 2, 10 *tempus & locum coëundi condicunt.* Singularis locus eſt Liv. 1, 32 extr. *Quarum rerum, cauſſarum, litium, condixit pater patratus.* Iac. Gronovius ad h. l. non ad clarigationem pertinere hæc verba, ſed ad fœdus olim percuſſum, arbitratur contra ſententiam Turnebi & H. Grotii, primo quod pater patratus non ad bellum indicendum, ſed ad fœdus pangendum crearetur, deinde quod vox ea non niſi de duobus in unam rem aut locum convenientibus dicatur. Sed contra priorem rationem facere videtur locus Servii laudatus in *clarigatio*, contra poſteriorem *condictio indebiti.* ¶ 2. Tacitus & ad conſilia transtulit de Germania c. 11, 3 *Sic conſtituunt, ſic condicunt.*

¶ Condictus, *a, um*, abgeredt, angeſagt. *Condictus dies*, Plaut. Curc. 1, 1, 5 *Condicta hora*, Ammian. 20, 1. ¶ 2. Subſt. *Comeſtum eſt, quod in communi eſt dictum*, Feſtus; h. e. promiſſo ſeu pactum mutuum, gemeinneme abrede.

¶ Condictio, *ōnis*, f. die anſagung, abrede. Feſtus: *Condictio, in diem certum ejus rei, quæ agitur, denunciatio.* Vox frequens in lure. vid. Briſſon. de S. V. conf. l. 10 § 3 ff. de edendo; & l. 5 § 2 de impenſis in res dot.

¶ Condictitius, *a, um*, anklagend; ut, *Condictitia actio.* l. 7 Dig. de condict. cauſ. dat. Et l. 13 D. de Iurepn. § 2 *Neque fieri, neque condictitia tenetur.* Eſt autem tam condictio, quam actio condictitia, actio in perſonam. Conſule Iurisperitos.

¶ Condicto, *are*, frequent. gewiß verſprechen, apud Firmicum.

¶ Contrādico, *ere*, widerſprechen. Cic. Att. 1, 1, 17 *Contradixerat Metellus. Contra dicere* apud Cic. pro Cluent. c. 48 videtur accuſare. *Dixit ſe ſcire, illum conceptis verbis pejeraſſe, ſi quis contradicere vellet, uſurum eum eſſe ſuo teſtimonio: deinde, cum contra nemo diceret.*

¶ Contradictus, *a, um*, widerſprechen; ut, *contradictum judicium*, i. e. contentioſum, Vlpian. ICt. l. 34 ff. de LL. ¶ 2. Subſt. *Contradictum*, ein gegenſpruch; ut, *contradicta diſſolvere*, Quintil. lib. 4 proœm.

¶ Contradictio, *onis*, f. die widerrede, widerſprechung. Quintil. 2, 17 *Ponuntur hæ quoque in ſecundo Ciceronis de oratore libro contradictiones.* Id. 5, 13 *Contradictionibus reſpondere, occurrere.* Tac. Ann. 14, 43, 2 *Aliquid crebris contradictionibus deſtruere.*

¶ Contradictor, *ōris*, m. qui contradicit. Oroſius 3, 1 *Contradictorem pacis bello impetendum.* Et Ammian. 31, 40 *Contradictoris copia ſervata.* Et Auguſtin. C. D. 21, 3 *Attendunt iſti contradictores.*

¶ Contradictōrius, *a, um*, widerſprechend; ut, *Oppoſitio contradictoria*, in Logicis, ubi e. g. ſibi invicem opponuntur *homo non homo, ens non ens.*

¶ Contradicibilis, *e*, cui contradicitur. Tertull. de Carne Chriſti c. 23 *Signum contradicibile.*

¶ Incontradicibilis, *e*, unwiderſprechlich. Id. 4 adv. Marc. c. 39 *Quid ſapientius & incontradicibilius conſtitione ſimplici &c.*

¶ Edico, *ere*, anſagen, gebieten, anbefehlen. Magiſtratuum eſt, certe publice aliquid & omnibus declarantium. Ter. Eun. 5, 5, 20 *Dico, edico, noſtrum eſſe illum herilem filium*, id eſt, *denuncio.* Cic. Off. 3, 20 *Quod communiter (edictum) compoſitum erat, Marius ſolus edixit.* Liv. 8, 36 extr. *Dictator prædam omnem edixit militibus.* Id. 2, 52 extr. *Duo millia æris damnato multam edixere. Edicere ſenatum*, Idem 3, 38; ubi Drakenb. vid. ¶ 2. Idem, quod impoſe dicere, aut exponere. Cic. de Amicit. 16 *Alius finis veræ amicitiæ conſtituendus eſt, ſ. prius, qui maximus Scipio reprehendere ſolitus ſit, edixero.* conf. de Leg. 2, 10, & Menck. Obſerv. h. v.

¶ Edictus, *a, um*, geboten, anbefohlen. Plin. 12, 29 *Edicto mercatu vendere.*

¶ Edictum, *i*, n. ſubſt. magiſtratus decretum, ein gebot, ausſchreiben Erat Edictum olim prætorum maxime. Cic pro Quinct. c. 19 *Ex edicto prætoris bona poſſidere.* Et mox. *Prætor ex edicto ſuo ſecuri jubebat.* Et pro Flacco c. 20 *Flaccus fecit edictum, ne &c.* Claudian. 4 Conſ. Honor. v. 300 *Non ſic inflectere ſenſus Humanos edicta valent, ut vota regentis.* conf. Suet. Aug. c. 28

¶ Edictio, *ōnis*, f. ein befehl, herren gebot. *Baſilicas editiones habet*, Plaut. Capt. 4, 2, 31.

¶ Edicto, *are*, gebieten. Plaut. Amph. 2, 2, 184 *Edictare alicui aliquid.*

¶ Edictālis, *e*, gebietend; ut, *edictalis lex*, apud ICtos. *Edictale prægnans*, ein patent, Cod. l. 7 var. epiſt. 42.

¶ Indico, *ere*, denuncio, anſagen, verkündigen Iuris verbum eſt. Virg. Æn. 5 758 *Indicit jus Latinus, ritus dat jura vocatis.* Vbi vide Servium. *Indicere bellum*, Cic. Conſ. 2, 6. *Idem prior*, Liv. 12, 25, & eleganter Horatius, *Indicere honori viridi proelia Martio*, quod eſt, *ut verſi explicabo pugnas, ut ſolet ille ad bellum*, Cic. de Senect c. 14 *Indicere ſupplicia*, Quintil. 5, 13. *Indicere funus*, Suet. Cæſ. 84 Et Ovid. Faſt. 6, 594 *Si vir es, indictas exige dotis opes.* Vbi *indictas opes*, pro promiſſas potiſſimum. ¶ 2. *Indicere* nonnunquam idem eſt, quod indicere, intimare, e. g. Suet. Caligul. c. 26 *Nonnunquam horreis proſcriptis populo famem indixit* v. omnino Burm. ad Quintil. decl. 13, 5 p. 277

¶ Indicens, *tis*, non dicens, (ſicut dicitur *inſciens, inſpirans*) apud Livium 22, 59 *etiam me indicente* Adi Gronovium egregie explanantem, & defendentem, qui Midæ aures vocat, quibus hujusmodi elegantiæ ſonent inſolentes.

¶ Indicendus, *a, um*, unſäglich; eodem modo compoſitum eſt pro *non dicendus.* Gloſſ. Cyr. *Indicendus, ἀρρητος.*

¶ Indictus, *a, um*, unverkündiget; ut, *Indictum adventu ejus*, Senec. epiſt. 5. Et Cic. 5, 71 *Indict. & quaſi tacitis & occultis* ¶ 2. Item, non dictus, unternemet. Virg. Æn. 7, 723 *Carminibus indictis.* Ter Phorm. 5, 7, 50 *Quod dictum, indictum eſt.* Sic, *Indicta cauſſa in aliquem animadvertere*, Cic. fam. 5, 2 *In vincula duci*, Liv. 3, 56. *Condemnari*, Cic pro Rab. perduell. c. 4, unverhorter ſache, ehe man zur verantwortung gelaſſen wird.

¶ Indictio, *onis*, f. penitatum genus de quibus apud Veteres. quod extra ordinem atque de novo imp & exigebatur atque *Oblatione* differebat, eine ſchatzung, auflage. Hæc enim tria penſitationum genera recenſet Alconius in 4 Verr. Verba Ciceronis ſunt c. 2 *Quando illa (Sicilia) frumentum quod decretum, non ad diem dedit? Quando id, quod opus eſt parari, non imperatur? Quando id, quod imperareretur, recuſavit?* Ad quæ Aſconius: *Omne*, inquit, *genus penſitationis inhoc capite poſuit ipſe CANONI., OBLATIONIS, INDICTIONIS. Canon* in frumento erat, & ad certum diem penditur. De eo in prima parte agit. *Oblatio* eſt, quod datur ultro, de ea in ſecunda parte agit. *Indictio*, cum quid indicitur, ſeu imperatur; ejus ultimo loco meminit. Plin. Paneg. Traj. c. 29 *Nec novis indictionibus preſſi ad vetera tributa deficiunt.* Lactant. de Mort. Perſec. c. 7 *Vt enormitate indictionum conſumtis viribus colonorum deſererentur agri, & culturæ verterentur in ſilvam.* ¶ 2. Eſt & Computi genus, quo paſſatur *indictio*: & hoc quoque obtinet, præcipue in diplomatibus & publicis inſtrumentis, Romanis, ſeu ſtädtiſchen. Eam quindecim annis vulgo definunt. Sed de ratione, ejus & appellatione, & cauſſis atque origine, non conſentiunt eruditi. Alii ab *indicando*, alii aliunde dici volunt. Sunt, qui a Conſtantino ejus originem repetunt, qui in Olympiadum locum ſurrogaverit: nonnulli ad Auguſtum, & illa Quinquennalia Imperatorum malunt referre. Alii rurſus hæc omnia vocant in dubium, atque conantur refellere, ut tota hæc diſputatio valde ambitioſa perplexaque ſit & infinita prolixitate. Vide Onuphr. Panvinium Comment. in 2 Faſtor. in A. 864. Ioſ. Scalig. 5 de Emend temp p. 4 , Bucherium Animadverſ. in Euſeb. & Hagenbuchium Canonibus, nec non Petavium de doctrina temporum 11, 25 & 42, & Rationali 7, 1. Antediem Iudin. Medi Hist c 8 p. 494, ubi probat, indictionem cœpiſſe A. C. 313 ante diem 8 Kal. Octobr. Conſtantino II & Licinio II Aug. Conſ quo die Nazianzenus a Conſtantino M. cæſus, pax Eccleſiæ reſtituta & decretum eſt, ut diplomatibus Indictiones adſcriberentur &c.

¶ Indictionālis, *e*, ad indictionem pertinens, ausgeſchrieben. Ammian. 17, 3 *Indictionale augmentum (quantum ſibi nemo precepit.*

¶ Indictīvus, *a, um*, quod per præconem indicitur; ut, *Funus indictivum.* Feſtus.

¶ Indicibilis, *e*, unſäglich. Sarisb. epiſt. 291 *Referre longum eſt & indicibile nobis.*

¶ Indictoaudiens, *tis*, i. e. immorigerus, ungehorſam. Vet. Interpr. Irenæi 4, 80 *Filii patribus indictoaudientes.*

¶ Superindico, *ere*, extra ordinem indicere, noch mehr ſagen ICt.

¶ Superindictus, *a, um*; In Godice diversi tituli ſunt *de indictione & de ſuperindicto.*

¶ Superinterdictio, *ōnis*, f. ultra ſolitam collationem indictio, eine auſſerordentliche ſchatzung, auflage. ICt.

¶ Interdīco, *ere*, interloqui, datum reden, Cic. ad Herenn. 2, 11. *Improviſum videri, hoc interdicere ne nonnullum fuit, ut inquit Antias, prudens diſciplinam exercendi remisſa.* conf Menck. Obſ. ¶ 2. Prohibere, unterſagen, verbieten. Iungitur Dativo & Ablativo frequentiſſime: ut, *Interdicere alicui aqua & igni*, Cic. Phil. 1, 9, in die acht erklären. Sic: *Alteri domo interdixit*, Suet. Auguſt. c. 66. Iungitur & cum Accuſativo: Suet. Ner. c. 33 *Cum interdici Tyrio ſibi ſuoque ſanguine ac Tyrii coloris &c.* Liv. 34, 7 *Fœminis duntaxat purpuræ uſum interdicemus?* Add. Gronov. ad Senecæ epiſt. 18 p 86. Etiam cum Infinitivo: Suet. Galb. c. 6 *Interdixit commeatus peti.* ¶ 3. Et in genere paſſivo, *Interdicor aqua & igni.* Item, *Interdictus mihi aqua & igni*, impertonaliter, q. d. mir wird alle gemeinſchaft aufgelagt und verboten. D. Brutus Cic. fam. 11, 1 *Vt aqua & igni mihi interdicatur.* Conf. Vellej. 2, 65, 5. Primo caſu Cic pro Domo c. 18 *Vt M. Tullio aqua & ignis interdicatur*, er ſoll in die acht erklaret ſeyn. Idem pro L. Corn. Balbo 13 *Defendo rem univerſam, nullam eſſe gentem - - ex qua nobis interdictum ſit, ut neque adſciſcere civem, aut civitate donare poſſimus.* Nep 22, 3, 2 *Quod non eis eorum non poterat interdici Patria genere.* ¶ 3. *Interdicere*, eit verbum juris: is enim qui poſſidet, memoriæ ante ipſam actionem, qua proprie *petit*, *interdicere* dicitur Quint. 3, 6 p. 257 *Non debuiſti interdicere* (i. e. interdicto uti, vel poſſeſſionem per interdictum Prætoris quærere) *ſed petere*, (h. e. actionem inſtituere). In hunc locum vellus Turnebo in Iurisprudentia explic. Heinecc. antiquitr. ad Inſtitt. 4, 15 § 1. Qui tamen ipſum etiam Prætorem *interdicere* monet, cum *interdictum* dat, de quo ſtatim.

¶ Interdictus, *a, um*, unterſagt, verboten; ut, *Interdicta voluptas*, Horat 1 epiſt. 6, 64. *Interdictum*, Suet. Cal. c. 5 ¶ 2. *Interdicti* certi exules ſunt; quibus interdictum & certi loci aditu commercioque; veluti ſi quis Roma abeſſe jubeatur a conſule, ut L. Lamia eques Rom. quem P. Gabinius Conſul juſſerat abeſſe millia paſſuum decem. *Interdictus* Hungaris & Dalmatiis dicitur, vid. in tit. ff. de interd. & releg. &c.

¶ Interdictum, *i*, n. ſubſt. prohibitio, ein verbot, unterſagung. Cic. Att. 7, 26 *Cæſaris interdicta reſpuentur.* ¶ 2. Eſt Prætoris actio, cum ab eo petit, ut ſe vi dejectus eſt, reſtitui jubet, donec pateat, uter poſſidere debeat, q. d. ein zwiſchenſpruch. v. Man. ad Cic. fam. 7, 13. Sed *ad interdictum venire* apud Petron. c. 13 p. 48 ſimpliciter eſt jure ordinario agere. v. Interpr. & conf. c. 83 p. 411, inprimis Heinecc. l. c. in *interdicto* n. 3

¶ Interdictio, ōnis, f. die unterſagung, verbot. *Interdictio tecti, aquæ & ignis*, die acht-erklärung. Cic. pro Domo c. 30. Et Vlp. l. 2 D. de Pœnis: *Peſtquam deportatio in locum aquæ & ignis interdictionis ſucceſſit.* Arnob. lib. 2 p. 49 de miraculis Chriſti: *Quis potuit una interdictione ſanare?* durch einen ausſpruch.

¶ Interdictor, ōris, m. qui interdicit. Tertull. Præſcript. adv. hæret. c. 33 *Interdictores nuptiarum.* Idem 2 adv. Marc. c. 9 extr. *Non idem habendus eſt delicti auctor, qui inventur interdictor, immo & condemnator.* Adde eumdem de Jejun. c. 15.

¶ Interdictorius, a, um, interdicens. *Præceptum interdictorium*, Salvian. lib. 3 contra Avarit. p. 130.

¶ Perdīco, ĕre, ausreden. Alcimus Avitus lib. 5, 596 *Vix hæc perdixerat, illi Proſilunt.* Ita Fabricius, Zehnerus, Sirmondus, & Biblioth. PP. editores conſtanter legunt. Adde Quintil. Declam. 19.

¶ Prædīco, ĕre, zuvor ſagen, prophezeyen. Ter. Andr. 1, 1, 19 *Hoc primum in hac re prædico tibi.* Cic. Divin. 1, 1 *Prædicere futura & intelligere.* Nepos 25, 16, 4 *Non enim Cicero ea ſolum, quæ vivo ſe acciderunt, futura prædixit: ſed etiam, quæ nunc uſu veniunt, cecinit ut vates.* ¶ 2. Aliquando præmittere quædam dicendo parandis animis, docendisque, vorher erinnern. Cic. de Orat. 3, 10 *Hæc eo mihi prædicenda fuere - - ut id a me genus exprimi ſentiretur, quod maxime mihi ipſi probaretur.* conf. or. pro Cn. Planco c. 34, de Div. 2, 34 & paſſim. Sen. epiſt. 102 *At niſi aliquid prædicero, intelligi non poterunt, quæ refellentur.* Et ita in ſequentibus bis, *Quid eſt quod prædicere velim*, ait. Vellej. 1, 4, 1; & 1, 12, 1 *ut prædiximus.* ¶ 3. Eſt & adfirmatius monere, inſtruction geben. Nepos 2, 7, 3 *Collegas ſuos juſſit proficiſci: eisque prædixit, ut ne &c.*

¶ Prædictus, a, um, vorhergemeldet; ut, *Prædictarum artium profeſſores*, Colum. præf. l. 1. *Prædictaque dona ferebat*, Stat. Theb. 2, 45. *Prædicta cœnæ hora*, i. e. præſtituta, Suet. Claud. 8. Abſolute Tac. An. 16, 33; 3. *Prædicto* (ſcil. eo) *ne in rep. haberetur.*

¶ Prædictum, i, n. ſubſt. die weiſſagung, verkündigung; ut, *Prædicta aſtrologorum*, Cic. Divin. 2, 42, & ſam. 6, 6 *Ex meis ſuperioribus prædictis.* v. Græv. *Vatum prædicta*, Virg. Æn. 4, 464.

¶ Prædictio, ōnis, f. idem. *Haruſpicum & vatum furibundæ prædictiones*, Cic. divin. 1, 2. *Prædictiones divinæ*, Plin. 7, 37.

¶ Prædictīvus, a, um, vorhergenannt. Cæl. Aurel. Acut. 1, 12 *Libro prædictivo.*

¶ Prodico, ĕre, beſtimmen. Sic Liv. 3, 57 *Tribunus ei diem prodixit.* Feſtus autem *prodicere diem*, explicat *prodere.*

¶ Prodictus, a, um, angeſetzt. Cic. pro Domo c. 17 *Ne, niſi prodicta die, quis accuſetur*, i. e. ante dicta.

¶ Prodictio, ōnis, f. apud Feſtum explicatur per proditionem, quæ in præſens valeat.

¶ Prodictator, ōris, m. qui extra ordinem dictaturam gerit, Liv. 22, 8.

¶ Superdico, ĕre, dicendo adjicere, noch mehr darzu ſagen. Cic. de Leg. 2, 1 *Superdicebant, quicquid cepiſſet, adſtringi.* Ita Grut. ex MSS. Palatinis; at Lambin. & Turneb. *ſuperiores dicebant.* ¶ 2. Deinde Iuris verbum eſt, & adhibetur de præcone, in ſuppliciis capitalibus reliquos officii ſui elogio funeſto admonente, e. gr. l. 13 § ult. ff. de Iurejurando: *Si quis juraverit in re pecuniaria, - - - & pejeraverit - - - Imperator reſcripſit, juſtitiam cum cæſigandum dimittere, & ita ei SVPERDICI: προστεῶς μὴ ὄμνυε, PEIVLANTER NE IVRATO.* Adde l. 16 C. ex quib. cauſ. infam.

¶ Supradictus, a, um, obenerwehnt. Macrob. 5, 20 *In ſupradictis verſibus.* Vopiſc. Aurel. c. 36 *In ſupradicto loco iter faciens.* conf. Lamprid. Commod. c. 6; Quintil. 6, 1 & 2; Pallad. Ian. t. 14; & Febr. t. 32. Sed rectius diſtinguitur.

DICROTVM, *i*, n. δίκροτον, navis, quæ duobus gubernaculis regitur, biremis. Legitur in ep. Cic. Att. 5, 11 cum duabus appellationibus aliis navigiorum *ἄφρακτα Rhodiorum, & dicrota Mitylenæorum habebam, & aliud ἐπίκωπον; ἄφρακτα* naves non munitæ: *ἐπίκωπον* navis non faltigiata. Id. Att. 16, 4 *Ipſe Domitius bona plane habet dicrota.* Iul. Pollux 1, 9 etiam διήρους mentionem facit.

DICTĀMVS, *i*, f. vel Dictamum, n. ſcribunt & *Dictamnus* & *Dictamnum* ex Theophraſti & Galeni appellatione, *ἡ δίκταμνος*, pulegium ſilveſtre vocant, inquit Dioſcorides 3, 32, wilder poley. Lucinæ ſacrum ſcribunt. Vim habet adverſus venena, & cervis vulneratis remedium eſt, quemadmodum Cic. de N. D. 2, 4, & Plin. 8, 27, & Apul. de Herb. c. 62 teſtantur. Tertull. de Pœnit c. 11 *Cervus ſagitta tranſfixus, ut ferrum & immedicabiles moræ citius de vulnere expellat, ſcit ſibi, dictamno medendum.* Tam inimicam venenatis animalibus Theodorus ſive Diodorus Tarſenſis lib. 5 de Fato apud Photium p. 681 tradit, ut vel ſolo odoratu recepta nocendi omnem vim eripiat. Alluſit eo Virg. Æn. 12, 411 *Hic Venus indigno nati concuſſa dolore Dictamnum genetrix Cretæa carpit ab Ida &c.* Ariſtot. lib. de Mirabilibus auſcultationibus; *ὡ ἐν κρήτῃ αἶγες ὅταν τοξευθῶσι, ζητοῦσι τὸ δίκταμνον, τὸ ἑκὰ φυόμενον, ὅταν γὰρ φάγωσιν, εὐθὺς ἐκβάλλουσι τὰ τεθέντα.* Porro, *Dictamnum* a *Dicte* Cretenſi monte appellatum videtur, quod ibi cervi vulnerati primum offenderint. De *Dictamno* in nummis v. Spanh. diſſ. 6 p. 361.

¶ Dictamnītes, æ, m. διταμνίτης, vinum ex pulegio confectum. Dioſc. 5, 38.

¶ Pſeudodictamnus, i, f. ψευδοδίκταμνος, *ſimilis acrimoniæ dictamni*, Apulej. de Herb. c. 62. *Pſeudodictamnum* Plinio eſt 25, 8 *maltis in terris naſcens &c* conf. 26, 8 & 15; Dioſc. 3, 33. Eſt & *Pſeudodictamnum* & *Dictamnum album*, in montibus Hercynicis noſtris notum, vulgo dipram.

Dictator, dictatura &c. vide *Dico.*

DICTE, es, f. Δίκτη, mons Cretæ Ptolemæo eſt & Straboni.

¶ Dictæus, a, um, Cretenſis; ut, *Antrum Dictæum*, Virg. Georg. 4, 152. *Arva Dictæa*, Id. Æn 3, 171. *Dictææ Nymphæ*, Id. ecl. 6, 56.

Dicterium, dictio, dicto, dicturio &c. vide *Dico.*

DICTYNNA, æ, f. Δίκτυννα, Dianæ cognomen eſt, a retibus, quæ invenit, & Græcis ſunt δίκτυα. Statius Theb. 9, 632 *Mitis Dictynna.* De origine nominis lege etiam Diodor. Siculum 5, 76.

¶ Dictynnæus, a, um, ut, *Mons Dictynnæus*, Plin. 4, 12, idem qui *Dicte* vel *Dictæus*, in Creta. vid. Harduin.

DICTYŌTON, i, n. δικτυωτὸν, reticulata ſtructura, ein gegitter. Vulgo legitur *Dictyotheton*, Plin. 36, 22.

DICTYS, m. Cretenſis fuit, qui bellum Trojanum, cui interfuit, deſcripſit lingua Phœnicum. Extat ea deſcriptio hodie latine, quemadmodum & Daretis Phrygii, utraque ſuſpecta & ſuppoſititia. vid. Voſſ. de Hiſt. Gr. 4, 1 p. 342 & de Hiſt. Lat. 4, 2.

DIDACTRVM, *i*, n. das lehr-geld, ſchul-geld. Onomaſticon Vetus: *Διδακτρον, Minervale.* Minervale enim ſive Minerval (ut Varro R. R. 3, 2 expreſſit) eſt præmium docenti debitum. Aliter vocatur *Διδασκάλιον.* Plutarch. in Alexandro f. 668 *καλὰ κἀγὼ πρεσπονται διδασκάλια τελέσας αὐτῷ*, puta, Ariſtoteli.

DIDASCALVS, *i*, m. διδάσκαλος, magiſter, præceptor, ein lehrer oder ſchulmeiſter; ut in verſu, quem Cic. fam. 9, 7 citat Varroni ſcribens, *πολλοὶ μαθηταὶ κρείσσονες διδασκάλων, Multi diſcipuli præſtantiores didaſcalis*, h. e. magiſtris.

¶ Didaſcalicus, a, um, lehrhaft. Auſon. epiſt. 17 *Didaſcalicum aliquod opuſculum mittere.*

Chorodidaſcalus, vide ſupra in *Chorus.*

¶ Hypodidaſcalus, i, m. ὑποδιδάσκαλος, qui ſub magiſtro aut in loco inferiori docet, ein unter-lehrmeiſter. Cic. fam. 9, 18.

DIDIVS, *i*, m. ut *T. Didius, P. Didius* apud Cic. in Piſ. c. 25 & pro Font. c. 15. Id. pro Mur. c. 8 *recentes homines* vocat. Plures etiam apud Tacitum. Hinc ¶ 2. *Didia lex*, a Didio lata, Cic. pro Sext. c. 64, neceſſitatem ſervandæ legis ſumtuariæ univerſæ imponens Italiæ, Macrob. Saturn. 3, 17. v. P. Manutius de L L. Roman. p. 215.

DIDO, ōnis, f. & *Didus* declinat. græca, cui proprium nomen Eliſa fuit, conjunx Sichæi & ſoror Pygmalionis, cujus ſcelus, quod maritum ſuum vi oppreſſiſſet, averſata, Tyro relicta in Africam profugit, & Carthaginem condidit. Hiarbæ regis Mauritanorum, ad poſtremum nuptias fugiens, gladio vitam finivit. Nam quæ Virgilius de ea prodidit, conficta omnia ſunt. Neque enim inter ſe Dido & Æneas per ætatem potuerunt videre; cum ab Ilii excidio ad natalem Carthaginis anni ſint 499, vid. omnino Voſſ. Inſt. Orat. p. m. 122. In quam rem exſtat Epigramma græcum, quod Auſonius vertit, & ſuo more didicit ac ſuus explicavit epigr. 118.

Dido, ĕre, vide *Do*, Didoron, *Doron*, Didrachmum, *Drachma*, Diduco, diductus, *Duco.*

DIDYMAON, ōnis, m. artifex armorum. Virg. Æn. 5, 359 *Et clypeum aſſueri juſſit, Didymaonis artes.*

DIDYMVS, *i*, m. δίδυμος, geminus, ein zwilling. ¶ 2. *Didymus*, Alexandrinus Grammaticus, Macrobii teſtimonio Grammaticorum omnium inſtructiſſimus, docuit Romæ Auguſti tempore; cognomen habuit ob ſtudia indefeſſa *χαλκέντερος, Chalcenteri*, quod eum, cujus ænea fuit viſcera, ſignificat, *χαλκὸς, æs, ἔντερα, viſcera.* Tria millia librorum ſcripſiſſe, Seneca epiſt. 87 retulit. Quintil. 1, 13 *Didymo*, inquit, *quo nemo plura ſcripſit, accidiſſe compertum eſt, ut cum hiſtoriæ cuidam, tamquam vanæ repugnaret, ipſius profecretur liber, qui eam continebat.* Meminit alicubi & Plutarchus. ¶ 3. Porro de *Didymo* Cæco, Alexandrino quoque, qui Arianis reſtitit, & Athanaſio carus fuit, cuique Iuliani interitus divinitus annunciatus fuit, conſule ſcriptores Eccleſiaſticos.

¶ Didymæus, i, m. Apollinis eſt cognomen, quia ex uno fonte lucis, gemino ſidere, tum per ſe, tum per Lunam nobis lucet. Macrob. Sat. 1, 17; Plin. 34, 8. v. *Branchis.* ¶ 2. Sed & Solem Didymei Apollinis appellatione Romanos veneratos, Macrobius ſcripſit. Templum Apollinis Didymei Mileti fuit, de quo Plinius 5, 29, & Strabo lib. 14 p. 436.

Diepriſſini, dierectus, vide in *Dies.*

DIES, ēi, c. der tag. *Dies dictus*; inquit Feſtus, *quod divini ſit operis &c.* Sen. epiſt. 12 *Dies* (naturalis) *tempus eſt viginti quatuor horarum.* Grammatici hanc vocem pro diverſa ſignificatione diverſi generis pronunciant. Aſconius in 2 Verrin. DIES *fœminino genere tempus: & ideo diminutive* diecula *dicitur, breve tempus & mora*, DIES (artificialis) *horarum XII generis maſculini eſt, unde* Hodie *dicimus, quaſi hoc die.* Et ita quoque Servius ad illud Virg. Æn. 2, 324 *Venit ſumma dies, & ineluctabile tempus.* Quin ipſe Varro apud Cariſium lib. 1 Grammat. c. *de nomine*, hanc ſententiam pro illo diſcrimine cum retuliſſet, ſubjicit denique: *Quod nemo ſervavit*, Auctorum puta. Et pergens addit: *Eſt ſecundum hanc diſtinctionem dixit Virgilius*, Venit ſumma dies, i. e. *tempus: Et*, ille dies primus leti; *pro uno die tamen & fœminino genere diei ſpatium ſignificat, cum ait:* Iamque dies infanda aderat &c. Æn. 2, 132. Recte itaque Servius noſtri arbitrii facit, vel fœminino, vel maſculino genere talia proferre. add. Man. ad Cic. fam. 1, 2. Sen. Her. Fur. v. 874 *Thebis læta dies adeſt.* Vbi fane unum & certum diem deſignat. Et Cæſ. de B. Civ. 1, 5 *Qua ex die conſulatum iniit Lentulus.* Ovid. Faſt. 1, 72 *Nunc dicenda bona ſunt bona verba die.* Vbi *bona dies* feſta & felix eſt. Horat. 3 od. 21, 5 ad amphoram: *Quocunque lectum nomine Maſſicum ſervas, moveri digna bona die.* Seneca de vita beata c. 23 *Sic illum afficiunt divitiæ, & exhilarant, ut navigantem ſecundus & ferens ventus, ut in bruma & frigore apricus locus.* Quamquam hic *dies bonus* ſerenus & nulla ſpurcus tempeſtate ac aſper intelligi poteſt: quemadmodum alibi & *pius dies* dicitur. Sed *diem bonum & magnum*, diem feſtivitate aliqua ſolennem, Iudæis dici ſolitum, Caſaubonus obſervat Exerc. 16 contra Baron. ſect. 18. *Dies immotus*, ein ſtiller tag, vide in *Moveo. Die multo*, bonam partem acto, weit, hoch am tage. Cæſ. de B. Gall. 1, 22 *Multo denique die per exploratores cognovit &c.* Nempe ſignificat, non primo & incunte die id factum, ſed jam adulto. Aliter Tac. Hiſt. 2, 44, 3 *Multa adhuc die vallum ingreſſus &c.* Significat enim, nondum veſperaſcente & jam eunte in tenebras die ingreſſum eſſe, bey hellem tage, da es noch tag war. *Dies jam illuſtris*, heller lichter tag, Curt. 3, 3, 8. Contra, *dubius dies* dicitur, cum nondum plene lucet exorto ſole, vermöge noch nicht recht tag iſt. Ilin. 6 epiſt. 20 *Iam hora diei prima; & adhuc dubius & quaſi languidus dies*, Hieron. epiſt. 49 ad Innocentium de muliere ſepties icta, *dubiam lucem* ſimiliter dixit. *Dies obſcurus, proceſſoſus*, ein trüber, ungeſtümer tag. Suet. Domit. c. 21 *Quoties otium eſſet, alea ſe oblectabat, etiam profeſtis diebus, matutinisque horis, ac lavabat de die, prande-*

prandebatque ad satietatem. Quo loco DE DIE, illud tempus significat, quod post matutinum ante meridiem est. Quamquam & illud notat, quod *ad meridiem* Censorinus dixit, & quod meridiem proxime sequebatur, & *meridie* appellabatur, ut Salmas. exercit. Plin. p. 648 observat. ¶ 2. *Hic meus dies est,* formula eorum, qui genio & hilaritati indulgebant: quod tempus sibi maxime impertite existimabant. Similiter nos in re eadem dicimus: der tag ſoll mein ſeyn. Corn. Severus apud Senecam Patrem Suasoria 2 *Stratige per herbam* HIC MEVS EST, *dixere,* DIES. Vide ipsum Sen. d. l. Nimirum ¶ 3. *Dies meus* est natalis meus. Cic. Att. 13, 42 extr. *Diem meum scis esse III Non. Ian. aderis igitur.* Sed ¶ 4. Cic. Att. 8, 4 extr. *Dies tuus* est dies periodi febrilis, dein boſer tag. Quin ¶ 5. & dies mortis ita significatur Dial. de Orat c 13 *Quandocunque fatalis & meus dies venerit.* Ita vulgari formula *obire diem ſuum,* mori est. Serv. Cic. fam. 4, 12 *Paullo ante lucem Marcellum diem suum obiisse.* Et sine Pronomine Nepos 10, 10, 4 *Diem obiit circiter annos* LV *natas.* Interdum, idem auctor, ut significantius scriberet, epithetum *supremi* adjunxit. Id. 1, 7, 6 *In vinculo conjectus est, ibique diem obiit supremum.* Et 10, 2, 5 de Dionysio: *Somno sopitus diem obiit supremum.* ¶ 6. Non raro *Dies* pro diurno lumine ponitur, das tageslicht. Tac. Hist. 3, 56, 1 *Concinanti tantum fœdavum volucrum supervolitavit, ut nube atra diem obtenderent:* Et Hist. 4, 81, 7 *Statim conversa ad usum manus, ac cæco reluxit dies.* Sic, *Admitti dies,* dicitur Plinio 9 epist. 35, quando remotis vellis apertisque fenestris admittitur lux. ¶ 7. Pro æstu seu calore diei, posuit Calpurnius ecl. 5 init. *Iuvat humida forsan Ripa, levatque diem vicini spiritus amnis.* Et Claudian. de 4 Consul. Honor. v. 63 *Cum procul insanæ traherent Phaëthontia quadrigæ, Sæviretque dies.* Vbi tamen Barthius *Diem* Solem ipsum interpretatur ¶ 8. Sed solet latinis scriptoribus *Diei* nomine non raro venire, quicquid per diem accidit, vel nota aliqua diem insignit. C. Nepos 25, 4, 5 *Tranquillatis autem rebus Romanis remigravit Romam, &c. quem diem sic universa civitas Athenienſis prosecuta est, ut lætitiæ & fidei ſuturi doloren indicaret.* QVEM DIEM, i. e. discessum ejus, sive discessus ejus tempus. Neque enim opus est, cum Rutgerlio *discedentem* pro *diem* legere. Senec. de Ira 3, 36 *Totum diem meum scrutor.* Vbi Gronovius: *Notissimo tropo DIES pro ACTIS DIEI;* & interpretatur statim: *FACTA AC DICTA MEA REMETIOR.* Addit exempla: Ciceronis fam. 9, 6 *Hos tues Tusculanenses dies instar esse vitæ puto:* & Plin. 3 epist. 9 *Memento, esse non epistolam longam, quæ tot dies, tot cognitiones, tot denique rerum caussarumque complexa sit.* Idem 6 epist. 31 *Quam sæveri dies, quæ jucundissimæ remissiones sequebantur.* Nec aliter Cic. pro Marcello c. 4 *Hanc tu igitur diem maximis gratulationibus tuis antepones,* i. e. hanc clementiæ laudem, quam restituto Marcello consecutus es. Sic, *dies* pro pugna seu clade, quæ per diem accidit, auctoribus dicitur, quod Casaubonus notat in Suet. Aug. c. 23. Vellej. 2, 52, 2 *Acie Pharsalicam & item cruentissimam Romano nomini diem.* Vide & Berneggeri Indicem in Florum. ¶ 9 Pro summo etiam discrimine ac tempore ultimo, quin morte ipsa nonnulli *Diem* dixerunt. Tac. Hist. 3, 85, 1 *Vitellius, capta urbe, per aversam palatii partem Aventinum, in domum uxoris sellula defertur, ut, si diem latebra vitavisset, Tarracinam ad cohortes fratrem-que perfugeret.* L. Florus *diem ultimum* vocat l. 2, 6, 19. Homerus, κακὸν ἦμαρ, Odyss. κ. v. 269. vid. Barth. ad Stat. Silv. p. 173. Adde Dialog. de causs. corrupt. eloq. c. 13 n. 8, cujus verba paullo ante n. 2 prodidimus. ¶ 10. Sed & pro vita *Dies* ponitur; qui vivunt enim, diem vident. Ovid. Trist. 5, 4, 44 *Sive diem videat, sive tegatur humo.* Statius Theb. 2, 657 *Nunc arma diemque Prosice.* Avienus Periegesi v. 545 *Absolvere diem, finemque dedere labori,* i. e. finierant vitam, quam homines hactenus duxerant. Loquitur enim de Cadmo & Hermione, qui in Dracones mutati. ¶ 11. Notat *dies* certum quoque ac præstitutum alicui rei tempus, ad quod vi pacti, aut fidei datæ, vel ex constituto venemur, ein termin. Sic, *Pecuniarum dies,* der zahl-tag, Colum. 1, 7. *Dies stipendii,* quibus stipendium debetur. Hinc, *in diem emere,* ut solvas post aliquod tempus, Nep. 25, 9, 5 auf zeiten kaufen. *Cum dies advenerit,* Phædrus 1 fab. 1, 8, wenn der termin erscheinen wird. *Diem proferre,* den termin aufschieben. *Laxiorem diem dare,* Liv. 39, 17, einen geraumern termin ansetzen. *Plus annua die postulare,* den zahlungs-termin über das jahr hinaus gesetzt wissen wollen, Cic. fam. 7, 23. Vid. quæ Græv. ad Cic. Att. 9, 9 p. 48 ex Gron. ad Sen. de benef. 4, 12; add. Sen. de benef. 4, 12. Laudatur etiam ejusd. locus ex fuator. - - - *Dicito tibi illa annua, bima, trima die debere.* De tribus æqualibus pensionibus tribus singulis annis solvendis. Cæterum *dies cedit,* cum incipit res ad jus alicujus pertinere, licet agi adhuc non possit; *venit dies,* cum pertecte pertinet; quia & obligatio & actio efficaciter & vere orta est. v. ICtos e. g. Alciat. ad l. 213 de V. S. Duaren. ad l. 3 de legatis & fideicom. p. m. 482. Sic & Suet Aug. 101 *Legatis solvendis annuum diem finiit.* conf. l. 19 ff. de pactis dotal. *Diem servare,* den termin inne halten. *Diem obire,* auf den bestimmten tag erscheinen. Cic. Att. 13, 14 *Obire auctionis diem facile potuerunt: est enim III Idus.* Id. in Lælio c. 2 *Cum in hortos Bruti, commentandi gratia, proximis Nonis venissemus, tu non adfuisti, qui diligentissime illum diem, & illud munus fuisse esses obire. Dies rerum,* i. e. agendis rebus destinatos, Tac. Hist. 3, 50, 4 dixit. Seneca Quæst. Nat. 3, 1 *Nilum interim seponamus &c. Illi diem ſuum dabimus,* id est, præstituemus tempus, quo ejus naturam explicemus. *Diem dicere,* Cic. de Arusp. c. 4, ernennen, ankündigen. Et, *diem operi dicere,* Idem in Verr. 1, 57. Sed, *diem* alicui homini *dicere,* est accusare, in jus vocare. Cic. 1, 2 *Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia concurret.* ¶ 12. Diem incertum futurum significat. Ita *In diem,* & *præsens* opponuntur. Ter. Phorm. 5, 2, 16 *Præsens quod fuerat malum, in diem abiit,* ist aufgeschoben. Cic. pro Cælio c. 24 *In diem fraudis præsentis pœnas Dii reservant,* bis zu ſeiner zeit. Speciatim ¶ 13. Plaut. Pseud. 1, 3, 67 *Eme die cæca hercle olivum: id vendito oculata die;* ubi *dies cæca* dicitur, cum solutio differtur in diem, wenn man borgt, und keinen gewiſſen termin zu bezahlen setzt; *oculata,* cum præsenti pecunia, ac Græca mercamur fide; ut explicat Festus Pompejus. v. Voss. 4 Inst. Orat. p. 244. ¶ 14. In plurativo etiam numero pro tempore. Tac. Hist. 3, 46, 1 *Turbata per eosdem dies Germania &c.* quod etiam singulari accidit, præsertim si longum tempus est significandum. Cic. fam. 5, 16 *Certe nos, quod est dies allatura, id consilio anteferre debemus, neque exspectare temporis medicinam.* Idem Att. 12, 10 *Impetret ratio, quod dies impetraturа est.* Et Ter. Heaut. 3, 1, 13 *Dies adimit ægritudinem hominibus.* ¶ 15. De divisione dierum vide Censorin. ult. & Macrob. sat. 1, 3. De superstitiosa observatione dierum apud Romanos veteres aliasque gentes, vide Plutarch. Camillo p. 138, item in Caussis rerum Romanarum: & Dionys. Halicarnass. Præcept. Rhetoric. p 83. E junioribus Casaub. ad Suet. Aug. c. 92, it. in Append. in Othon. c. 6. ¶ 16 Notetur usus cum præpositionibus quibusdam, e. g. *De die,* hoc est, interdiu, bey ſonnenſchein, des tages über. Vide supra in *De. In dies singulos,* alle tag: vide infra *Singuli.* Apulej. lib. 1 Milet. *Nox it in diem,* es wird tag. Ter. Eun. 3, 4, 2 *In hanc diem,* auf dieſen tag. *In dies paucos,* auf wenig tage. *In diem vivere,* Cic. Phil. 2, 34, in den tag hinein f. ohne ſorge leben. Idem Cicero lepide ad philosophandi rationem transtulit Tusc. 5, 11 *Nos* (Academici) *in diem vivimus, quodcunque nostros animos probabilitate perculsit, id dicimus.* Idem de Orat. 2, 40 *Barbarorum est, in diem vivere.* At, *in diem excolere,* est differre, Plaut. Mil. 3, 2, 47. ¶ 17. Sententias quasdam & formulas per lancem saturam superaddimus. Cic. 2 de Finib. *Non potest dies esse sapius, qui semel fuit,* der gestrige tag kommt nicht wieder. Senec. Hippol. 450 *Optimi dies vitæ effluunt.* Plin. 7, 40 *Alius de alio judicat dies, sed postremas de omnibus.* Silius 3, 134 *Et pace & bello cunctis stat terminus ævi, Extremumque diem primus tulit.* Apud Horat. 2 od. 7, 6 *Morantem diem mero frangere,* est potando & epulando conterere. Dialog. de causs. corrupt. eloq. 19, 3 *Id ipsum laudi dabatur, si dicendo quis diem eximeret,* i. e. consumeret, ne alter eo uti ad causam dicendam aut jus obtinendum posset. Plauti est Epid. 3, 2, 5 *Alicui diem dare luculentum,* einem einen freuden-tag machen; unde verbo mutato est, *Diem luculentum habere,* luſtig ſeyn. *Hilarem diem sumere,* idem est; de quo in *Sumo. Alio die,* est formula augurum, qui, cum de cœlo servarent aliquid, quod rem susceptam dirimeret, his verbis denunciabant. Exempla vide apud Brisson. de Form. lib. 1 p. 119 edit. Wechel. ¶ 18. *Die crastini,* adverbialiter pro *die crastino,* vide supra in *Cras.* Sic & *die quarti, die quinti, die noni,* pro adverbiis copulate dictum est, Gell. 10, 24; & Macrob. Sat. 1, 4. Item *die pristini* vel *pristine,* pro die priore, ibid. Etiam antiquum genitivum esse *die* v. g. in formula *die vesper* ex Gellio 9, 14 & aliunde probat Cort. ad Sall. Iug. 52, 3. *Dies* genitivus a Cicerone in Or. pro P. Sext. usurpatur: *Equites vero Romani daturos illius dies pœnas.* conf. Menck. Observ.

¶ Dierectus, *a, um, per antiphrasin significatur dies malus,* ut Festus exponit, quasi minime rectus, sed sævus & sævus. Aliis est *die erectus,* i. e. in crucem actus, ut in luce publice pendeat. Plaut. Pœn. 1, 1, 32 *Abi dierectus,* geh an galgen. Et Trin. 2, 6, 56 *Abin' hinc dierecte.* conf. Rud. 4, 4, 126. Sed Salm. ad Capr. 3, 4, 103 *Abi dierectus* idem vult esse, quod ἀπῆθι διερρικτος, i. e. διαῤῥαγης &c.

¶ Diespiter, *tris,* m. i. e. die pater. Ita Horatio Iupiter dicitur, 3 od. 2, 29 *Sæpe Diespiter Neglectus incesto addidit integrum.* Et 1 od. 34, 5 *Namque Diespiter Igni corusco nubila dividens.* Vid. Varro L. L. 4, 10; & 8, 46. Expressis verbis Macrobius Sat. 1, 15 *Iovem Romani Diespitrem appellant, ut diei patrem.* Nihilominus hoc cognomen Plutoni tribuit Isidorus 8, 11; & Lactant. 1, 14.

¶ Diĕcŭla, *æ,* f. dimin. Ter. And. 4, 2, 27 *Non satis habes, quod tibi dieculam addo.* Cic. Att. 5, 21 *Dieculam ducere.* Apul. lib. 1 Mil. *Et ut illa Medea, unius dieculæ a Creonte impetratis induciis &c.*

¶ Dialis, *e,* unius diei, auf einen tag. *Votacilius Pitholaus, cum Caninus Revilius uno tantum die consul fuisset, dixit: Ante flumines, nunc consules diales sunt,* apud Macrob. Sat. 2, 2. Lusit nempe vocabuli ambiguitate, de qua in *Dies* plura supra in *Deus.*

¶ Diarius, *a, um,* ἐφημερος, alltäglich; ut, *Febris diaria,* täglich fieber, apud Medicos. Hinc

¶ Diarium, *i,* n. subst. demensum cibi pro uno die, tags-koſt. Mart. 11 epigr. 109 *Sed lupus usuram puerique diaria poscunt.* Petron. c. 24 *Hodie post asellum diaria non sumo.* Vide Torrent. ad Horat 1 ep. 14, itemque Pignor. de Servis p. 160. Cic. Att. 8, 14 p. 810 *Cæsar celeritatem militum incitat diariis,* i. e. interpretante Manutio, quem probat Grævius, majore in singulos dies stipendio & præmiis. v. Græv. ¶ 2. Commentarius rerum quotidianarum *Diarium* appellatur apud Gell. 5, 18.

¶ Dieĭcit, es wird tag. Veteres malunt *Lucescit, diluescit, &c.* vid. Barth. ad Gu. Briton. p. 495. Rejicit Vossius de Vit. Serm. 4, 6 p. 704.

¶ Dietim, adv. pro *quotidie,* vel *in dies singulos,* barbarum censetur Vossio ibid. 1, 21 p. 108.

Diu, diutinus, diurno, &c. vide seorsim *Diu.*

¶ Dius, antique pro *Dies,* unde *Diu* pro *Die,* bey tage. Ita Titinn. & Plautus apud Non. 2, 230 *Nec noctu, nec diu:* Hinc & *Interdius, Perdius.*

¶ Diurnus, *a, um,* quod unius spatio diei continetur, sicut *annuum,* quod anni, was den tag über geſchiehet, täglich; ut, *Diurni labores,* Cic. de Senect. *Diurna quies,* Id. Agrar. 2, 2. ¶ 2. Videtur idem, quod diuturnus, significare apud Avien. Fab. 36, 18 *Quum miseros vita diurna regat:* ad quem locum v. in Miscell. Observ. Vol. 7 p. 243 notata.

¶ Diurnum, *i,* n. subst. pro dimenso Seneca posuit ep. 80, vel *Diario,* ubi vid. Tac. An. 16, 22, 7 *Diurna populi Rom. per provincias leguntur.* ¶ 2. Dicebatur *Diurnum,* diurnarum seu quotidianarum rationum liber, ein tagebuch, ein handbuch. Juv 6, 483 *Longi relegit transversa diurni.* Ibi enim *Diurnum,* Scholiastes vetus *Ratiocinium* interpretatur. Nempe *Diurnum* Ephemeris est: Ephemeris autem commentarius, in quo & acta & rationes quotidianæ perscribebantur. *Quotidianum diurnum* Seneca 5 Controv. 33 sub f. *Diurnos commentarios* Suetonius appellat Aug. c. 53.

¶ Diurnālis, *e.* Gloss. lat. gr. *Diurnalis,* ἡμεσιος.

¶ Diurnārius, *i,* m. der das tagebuch hält. Theod. Cod. 8, 4 *Subscribendarii, tabularii, diurnarii, &c.*

I. Composita cum Numeralibus:

¶ Biduum, *i*, n. duorum dierum intervallum, zwey tage. Cic. Att. 8, 14 *Absunt biduum aut triduum*: & Nat. D. 2, 38 *per biduum*. Ter. Eun. 1, 2, 107 *Eus ibo, ibi hoc me macerabo biduum*.

¶ Biduānus, *a*, *um*, zweytägig. Rabanus Maurus de Instit. Cleric. 2, 26 *Biduanus mos jejunii inde sumtus, quod Apostoli jejunaverunt illo biduo, quo Dominus passus & sepultus est*.

¶ Triduum, *i*, n. trium dierum intervallum, drey tage. In utroque primam produxere Veteres. Ter. And. 2, 3, 9 *Bidui est aut tridui hæc sollicitudo*. Martial. 2 epigr. 6 *Si totus tibi triduo legatur*.

¶ Triduānus, *a*, *um*, dreytägig, das drey tage währet. Apulej. lib. 10 p. 247 *Triduanum spectaculum*. P. Chrysolog. serm. 81 *Triduana mors, Triduanus dominus*. Et Hieron. epist. 10 ad Furiam de Viduit. serv. *Pars cibus, & venter semper esuriens triduanis jejuniis præfertur*. De biduanis autem & triduanis Christianorum veterum jejuniis consulas du Fresne Glossar. in voce utraque.

¶ Quatriduum, *i*, n. vier tage; ut, *Iter quatridui*, Lentulus fam. 12, 15. *Triduo aut quatriduo ante hanc rem*, Cic. Bruto ep. 3.

¶ Quatriduānus, *a*, *um*, viertägig. Hier. Epitaph. Paulæ, f. ep. 27, 11 *Quatriduanus mortuus Lazarus*. Gr. τεταρταῖος. Et P. Chrysologus serm. 81 *Nonne quatriduanum Lazarum jam fœtentem vobis coram vocavit ab inferis vox mea?*

¶ Novendialis, *e*, novem dierum, von 9 tagen, neuntägig; ut, *Novendiales feriæ*, quæ diebus novem celebrabantur, Cic. 3 ad Q. fr. ep. 5 *Novendiale sacrum*, quod defunctis fiebat nono, post sepulturam, die, Liv. 1, 31; 27, 37; & 29, 14. vid. Taubm. ad Plaut. Aul. 2, 4. Lambin. ad Horat. Epod. 17 p. 402. Lipf. ad An. Tac. 6, 18. Cerd. ad 5 Æn. Virg. v. 104. Petr. Greg. Tholos. Comm. in Syntax. art. mir. 8, 1, 10 p. 176. Apud Augustinum legas *Novendial* lib. 1 Qu. super Genesin c. penult. (Tom. 4 oper. f. 125) *Nescio utrum inveniatur alicui sanctorum in scripturis celebratum esse luctum novem dies, quod apud Latinos* Novendial *appellant. Unde mihi videntur ab hac consuetudine prohibendi, si qui Christianorum ipsum in mortuis suis numerum servant, qui magis est in gentilium consuetudine*. Sed refcribendum videtur *Novendiale*, quod & Index Augustini repræsentat. Ad hunc ipsum Augustini locum respiciens Alcuinus *Novendialem diem* vocat lib. de div. off. c. 50 oper. f. 1133 *Quod apud aliquos nonus dies celebratur*, & *vocabatur* Novendialis, *Augustinus in libro Quæstionum redarguit, maxime cum nullus sanctorum hoc fecisse probatur; cum sit consuetudo gentilium*.

¶ Nudius tertius, adverb. de tempore præterito, compositum ex *nunc* & *dies*, quasi dicas, *nunc est dies tertius*, vorgestern, ehegestern. *Nudius tertius dedi ad te epistolam longiorem*, Cic. Att. 14, 11.

¶ Nudius quartus, vor vier tagen: ac sic deinceps. Plaut. Most. 4, 2, 40 *Heri & nudius tertius, quartus, quintus, sextus, usque*. Id. Trucul. 2, 6, 28 *Heri nudius quintus natus ille est*, h. e. heri a quinque diebus. Quid, quod etiam *nudius tertius decimus* dixit Cic. Phil. 5, 2 *De quo gravissimum judicium nudius tertius decimus feceritis*.

II. Composita alia:

Æquidies, Æquidialis, vide *Æquus*.

¶ Hodie, quasi hoc die, adverb. heut. Prima tamen corripitur. Ovid. Rem. Am. 1, 94 *Qui non est hodie, cras minus aptus erit. Hodie nunc*, heut früh, Cic. Att. 13, 9.

¶ Hodiēque, eleganter connectitur. Liv. 1, 17 *Hodieque usurpatur idem jus*, noch heutiges tages. Adde eumdem ejusdem libri c. 26 cum Gronovii castigatione, & 5, 4; 42, 34. Et Vellej. 1, 4 *Vires veteres earum urbium hodieque magnitudo ostentat mœnium*. Et mox: *Quæ hodieque appellatur Ionia*. Sic & 1, 11, 3; 2, 8, 3; &c. Cic. Verr. 5, 25. Vitruv. 10, 7; Plin. 8, 45 *Et hodieque*; Id. 30, 1 *ut hodieque etiam* &c.

¶ Hodiēnum, vulgo dicitur pro *hodie etiamnum*.

¶ Hodiernus, *a*, *um*, heutig. *In hodiernum usque diem. Ante hodiernum diem*, Cic. Catil. 3, 8. *Hodierno die mane*, Ibid. c. 9. Horat. 4 oda 7, 17 *Quis scit, an adjiciant hodiernæ crastina luci Tempora dii superi?*

¶ Interdiānus, *a*, *um*, bey tage, täglich. Cæl. Aurel. Tard. 3, 7 *Post interdianum cibum deambulatio adhibenda*.

¶ Interdiārius, *i*, idem. Gloss. lat. gr. *Interdiarius*, ἡμεροκλέπτης, cui tanquam furi diurno opponitur ἡμερόκοιτος, *dormitator, fur nocturnus*.

¶ Interdiu, adverb. idem, quod per diem, am tage, des tages über; cui *Noctu* contrarium. Auctor ad Herenn. 2, 4 *Tempus ita quæritur, qua parte anni, quæ hora, noctu an interdiu, & qua dici, & qua noctis hora factum esse dicatur*. Cato de Re rust. c. 124 *Canes interdiu clausos esse oportet, ut noctu vigilantiores & acriores sint*. Plin. 18, 6 *Malus paterfamilias, quisquis interdiu facit, quod noctu possit*.

¶ Interdius, antique idem. Plaut. Asin. 3, 3, 9 *Negotiosus interdius*: & Aulul. 1, 1, 33 *Pervigilat noctes totas: tum autem interdius Quasi claudus futor domi sedet totos dies*.

Meridies, quære infra in sua litera.

¶ Perdius, *a*, *um*, i. e. per diem, den ganzen tag. Gell. 2, 1 *Stare solitus Socrates dicitur pertinaci studio perdius, & pernox*. Apul. lib. 5 p. 161 ed. Elmenh. *Hucine mihi pollicebare Psyche mea? Quid jam de te tuus meritus expecto? quid spero? Et perdia & pernox, nec inter amplexus conjugales desinit cruciatus*. Ammianus 31, 3 *Pernox & perdius*.

¶ Perendie, adv. significans diei crastino proximum, übermorgen. Cic. Att. 12, 44 *Scies fortasse cras, summum perendie*.

¶ Perendinus, *a*, *um*; ut, *Dies perendinus*, abhinc tertius, Cic. pro Muræn. c. 12, & Ascon. in Verr. de Pr. Vrb. p. 76. *In perendinum, subaudi diem*, idque idem est ac *perendie*, Plaut. Trin. 5, 2, 65 *Tu in perendinum paratus sis*.

¶ Perendino, *are*, i. e. morari in tertium; Hinc

¶ Perendinatio, *onis*, f. mora in diem tertium, der aufschub bis übermorgen. Mart. Capell. lib. 9 p. 304 *Perendinatio expectatur*.

¶ Comperendinus, *a*, *um*, idem; ut, *Comperendinus dies*, i. e. in jus vocationi dicendoque vadimonio destinatus, apud Macrob. Sat. 1, 16.

¶ Comperendino, *are*, procrastinare, in longum differre, von einem tage zum andern aufziehen. *Comperendinare reum*, dem beklagten frist geben, Cic. in Verr. 2, 11. *Comperendinare sermonem* pro differre, dixit Chrysologus homil. 149.

¶ Comperendinātus, *a*, *um*, aufgeschoben, ausgesetzt. Cic. in Verr. 1, 7 *Nemo istum comperendinatum, sed condemnatum judicaret*. conf. 4, 15. v. Budæus ad π. p. m. 41, 42.

¶ Comperendinatio, *onis*, f. mutua denunciatio litigatorum in tertium diem, ut Asconius d. l. definit, aufstellung auf andere zeit, aufschub von tag zu tag. Plin. 6 ep. 2 *Leges tot horas, tot dies, tot comperendinationes largiuntur*. Sen. ep. 97 *Intra comperendinationem*. Gell. 14, 2 *In rerum diffissionibus & comperendinationibus*.

¶ Comperendinatus, *ûs*, m. idem. Cic. Brut. c. 22 *Vnus, quasi comperendinatus, medius dies*. Idem in Verr. 1, 9 *Adimo comperendinatum*, ich gebe keine fernere frist: Budæus forens. p. 176.

¶ Comperendinator, *oris*, m. ein verzögerer, apud ICtos, qui novam semper causſam commiscitur, quo negotium proferat.

¶ Postridie, postero die, des andern tages. *Venit Chremes postridie ad me clamitans, &c.* Ter. Andr. 1, 1, 117, ubi nota, alteram produci. conf. Phorm. 1, 2, 62. ¶ 2. Effertur etiam cum Genitivo; *Postridie ejus diei*, Servius Ciceroni fam. 4, 12. ¶ 3. Cum Accus. Cic. Att. 16, 4 *Venatio postridie ludos Apollinares futura est*. Liv. 6, 1 extr. *Quod postridie idus Quintiles &c. inde ut postridie Kalendas quoque ac Nonas eadem religio esset, traditum*. Itaque omnes postridie Nonas, Idus, Kalendas atri dies. Add. locus Macrobii in *Postridianus*, & Gell. 5, 17. ¶ 4. Interdum sequente particula, *quam*, eleganter. *Quid causſæ fuerit, postridie intellexi, quam a vobis discessi*. Idem fam. 14, 7. vide *Dies*.

¶ Postriduo, adv. idem. Plaut. Mil. 4, 2, 90 *Postriduo natus sum ego, quam Iupiter ex Ope natus est*.

¶ Postridiānus, *a*, *um*, qui est postridie. Macrob. Sat. 1, 16 *Dies postridianos* post Kalendas, Nonas, Idus, *ad omnia majores nostri cavendos putarunt*.

¶ Prīdie, quasi priori die, ab antiquo *Pri*, quod idem cum *Præ*, a πρίν, des vorigen tags, tags vorher. *Pridie ejus diei*, Cic. fam. 1, 4. *Pridie Idus*, Suet. Cæs. c. 81. Sic & *Nonas*, vel *Nonarum*: Et, *De his rebus pridie, quam hæc scripsi, Senatus auctoritas intercesserat*, Cic. fam. 1, 2. Id. Att. 12, 18 p. 323 *Litera tuæ erant pridie fortasse scriptæ quam datæ*.

¶ Pridiānus, *a*, *um*, pro hesternus, gestrig, übernächtig. Suet. Caligc. c. 58 *Pridianus cibus*. Apul. Apol. *Convertitorem pridianæ reliquiæ*. Loquitur de pulvisculo defricandis dentibus. Id. l. 7 p. 196 *Pridiana pluvia*.

¶ Propediem, adverb. *Si prope est dies*, ehestens, gar bald, in einer kürze. Ter. Heaut. 1, 1, 108 *Illum tibi salvum adfuturum esse hic confido propediem*. Cic. Att. 6, 2 *Propediem te videbo*. ¶ 2. *Prope diem* disjunctis vocibus scribit ex MSS. in Sallustio Cortius.

¶ Quotdies, adverb. täglich. Apulej. 11 Met. *Sedulum quotdies obire ministerium*.

¶ Quŏtidie, & antique Cotidie, adverb. idem. Ter. Heaut. 3, 1, 14 *Nam mihi quidem quotidie augescit magis de filio agritudo*. Prima autem in *Quotidie*, correpta est: est enim a *quot*. Alteram producit Terentius in allegato loco. Sed & P. Syrus duobus hisce versibus: *Quotidie damnatur, qui semper timet, Quotidie est deterior posterior dies*. Martialis quoque in *Quotidianus*, cujus loca post paullo producemus. Nimirum sicut idem Terent. alteram in *postridie* produxit Andr. 1, 1, 117 *Venit Chremes postridie ad me clamitans*. Catullus tamen eandem in *Cottidianus* corripuit, de quo post. Porro Veteres pro *Quotidie* & *Cottidie* scribebant. C enim & Q mutuas operas antiquitus præstabant. Sicuti igitur dicebant CVIS (unde cujus, & cui) & QVIS, ita & COTTIDIE, & QVOTIDIE dicebant. Vide, si lubet, Vossium de Arte Gramm. 1, 18. Quint. 1, 7 p. 85 Burm. *Cotidie* præferre videtur. In Columellæ MSto Lipsiensi vix aliter. ¶ 2. *Quotidie* etiam dicitur pro quot noctibus; e. g. Quint. decl. 10, 14 p. 225. Vbi simile quid ex Ovidio Fast. 2, 67, itemque de σήμερον in sacris observat Burmannus.

¶ Quŏtidiānus, *a*, *um*, täglich; ut, *Cura quotidiana*, Ter. Phorm. 1, 3, 8, tägliche sorge. *Aqua necessaria est ad usum quotidianum*, Vitruv. 8, 1. Et, *Febris quotidiana*, Ter. Hec. 3, 2, 22. Et, *Epistulæ quotidianæ odiosæ*. Cic. Att. 8, 14, der briefe, so alle tage kommen, wird man müde. *Quotidiani sumtus*, Ter. Heaut. 4, 5, 7. *Victus quotidianus*, Cic. pro S. Rosc. c. 28. Et, *Audire aliquid de te non solum usitatum, sed etiam quotidianum est*, Cic. ep. 16 ad Brutum. Porro sicut *Cotidie*; ita & *Cotidianus* dicebant veteres; ut, *Patina cotidiana*, Apic. 4, 2. Catullus vero, ut primam, quæ natura brevis est, producere posset, *Cottidianus* dixit carm. 69 ad Malium v. 139 *Conjugis in culpa flagravit cottidiana*. Nec aliter scriptum a Martiale puto 10 epigr. 65 *Levis dropace tu cotidiano*. Et 11 epigr. 1 *Cultus sindone tu cotidiana*. Non *Quotidiano, Quotidiana*, ut legitur vulgo. Illud præterea in hisce Martialis versibus notandum, secundam in *Quotidianus* producte poni, contra quam Catullus fecit. Nisi συνίζησιν statuamus: quod non videtur faciendum. Nam I in talibus plerumque corripitur: ut in *Omnigenus, Vnicolor, Vniversus*, &c. Ergo produci modo hæc syllaba, modo corripi potest. ¶ 2. *Quotidianum* & pro vulgari & tralatitio ponitur. Sic, *formas quotidianas*, Ter. Eun. 2, 3, 6 dixit, id est, leves & usitatas, ut Donatus interpretatur. Cic. de Orat. 3, 49 *Opera quotidiana & pervaga*.

¶ Quotidiano, adv. pro *quotidie* antique. Plin. 11, 37 *Palpebræ in genis homini utrinque, mulieribus vero etiam insectæ quotidiano*. Apud Nonium 9, 16. Cic. 6 de rep. *Quotidiano in forum mille hominum descenderent*. conf. Parei Lex. Crit. p. 1655.

¶ Semidies, *i*, m. ein halber tag. Auson. eclog. de ratione dierum anni vertentis v. 5 *Semidiemque duosque dies*.

Subdialis, Sub dio, Sub divo, vide *Deus*.

¶ Subdiu, idem quod interdiu, bey tage. Plaut. Most. 3, 2, 78 *Nam subdiu sol agit hic perpetuum diem.*

DIĒSIS, *is*, f. διέσις, toni pars quarta, vel semitonii dimidium, vel semitonium minus, ein viertelton. Vitruv. 5, 3 & 4; Mart. Capell. 9 p. 315 & 316.

Diespiter, vide in *Dies*.

DIĒTĒRIS, *idis*, f. eine zeit von zweyen jahren. Censorin. c. 18 *Id tempus τετραετηρίδα Græci appellabant, quod tertio quoque anno intercalabatur, quamvis biennii circuitus, & revera διετηρὶς esset.*

Diezeugmenon, vide *Zeugma*.

Diffamo &c. vide *Fama*, Diffarreatio, *Far*, Differo &c. *Fero*, Differtus, *Farcio*, Diffibulo, *Fibula*, Difficilis, difficultas, *Facilis*, Diffidentia, diffido &c. *Fido*, Diffindo, *Findo*, Diffingo, *Fingo*, Diffinio, diffinitio, *Finis*, Diffissio, *Findo*, Diffiteor, *Fateor*, Diffletus, *Fleo*, Difflo, *Flo*, Diffluo, &c. *Fluo*, Diffringo, *Frango*, Diffugio &c. *Fugio*, Diffulmino, *Fulmen*, Diffundo, diffusus &c. *Fundo*, Diffuturus, *Futuo*.

Digamia, digamus, vide *Gamus*, Digamma, *Gamma*.

DIGENTIA, *æ*, f. rivi nomen Horatianæ villæ proximi: de quo epist. 18, 104.

Digestio, digestus &c. quære in *Gero*.

DIGITUS, *i*, m. pars in manibus pedibusque, ein finger, eine zehe. *Digito attingere*, Ter. Eun. 4, 6, 2. Et, *digito tenus contingere*, Apul. 9 p. 224. Et, *Digitis extremis attingere*, hoc est, leviter, gar ein wenig berühren, Cic. pro Cæl. c. 12. Et, *Digitum transversum non excedere*, nicht eines fingers breit, Plaut. Aul. 1, 1, 18. Et, *Non transversum digitum a re aliqua discedere*, Cic. Acad. 4, 18; quod alias *latum & transversum unguem* dicitur. Id. Att. 7, 3 *Mihi certum est, ab honestissima sententia digitum nusquam* subaudi *discedere*, im geringsten nicht. *Digitum medium ostendere*, proverbiale, quo extremus significatur contemtus. Germani dicunt, die feigen weisen. Iuvenal. 10, 52 *Cum fortunæ ipse minaci Mandaret laqueum, mediumque ostenderet unguem.* Vbi Vet. Schol. *Cum fortunam contemneret, nihil dicens se habere, ab ea quod exspectaret: quum imo infami digito ei turpiter insultaret. Infamem* vocat medium digitum, quod contumeliam afferat. Persius quoque sic appellavit sat. 2, 33, ubi vide Casaubon. ¶ 2. *Digito uno caput scalpere*: mollicelli, & impudici hominis indicium. Iuvenal. 9, 133. vide ibi Interpp. & Voss. 4 Inst. Orat. p. 159 add. Lucian. rhet. præc. p. 314 pr. ¶ 3. *Digitum exerere* sive *tollere*, est se victum fateri. Pers. sat. 5, 119 *Nil tibi concessit ratio: digitum exere, peccas.* Vbi Verus Scholiastes: *Digito sublato ostendere, victum se esse a vitiis, tractum a gladiatoribus, qui victi, ostensione digiti, veniam a populo postulabant.* Sidon. 5 ep. 7 *Hi sunt, quorum comparationi digitum tollerent, Narcissus, Asiaticus, Massa, &c.* Vbi plura alia Savaro observat. v. Scal. Auson. lect. 1, 27 extr. Huc referunt etiam viri docti v. g. Græv. præf. T. VI antt. Rom. illud Quintil. 8, 5 p. 725 *ad digitum pugnavi*, ita enim legunt, h. e. donec alter digitum tolleret. Vid. etiam Barth. ad Grat. 12. ¶ 4. *Digitum proferre, exferere, porrigere*, dicitur de actione minima. Cic. de Fin. 3, 17 *Chrysippus ne digitum quidem ejus causa porrigendum dicebat.* Id. pro Cæc. c. 25 *Qua denique digitum proferat, non habet*, h. e. ne tantillum quidem habet, quod agat aut moliatur, er kan sich nicht rippeln. Idem Off. 3, 19 *Digitorum percussione posse heredem scriptum esse*, i. e. negotio facillimo, so leicht als man ein knipgen schlägt. ¶ 5. *Digitum tollere* dicuntur etiam in auctione, qui emptores sunt, quoniam sublata manu id significabant. vid. Scaliger ad Manil. p. 418, & Hotom. ad act. 1 in Verr. c. 54. ¶ 6. *Summis digitis colere*, est phrasis, qua alluditur ad morem ethnicorum, res ad sacrificandum paratas, duobus vel tribus digitis accipientium. Lactant. Inst. 1, 20, & Gallæus ibi. ¶ 7. *Digito cælum attingere*, est summe beatum, & velut Diis proximum esse, Cic. Att. 2, 1. ¶ 8. *Monstrari digito*, est notabilem & insignem esse, Horatio & Persio, illi 4 od. 3, 22, huic sat. 1, 28. Et auctor Dialogi de Orat. c. 7 *Tunicatus hic populus transeuntes nomine vocat, & digito demonstrat.* ¶ 9. *Digitus* pro mensura quatuor hordei grana secundum latitudinem continente, ein zoll. *Quatuor ex granis digitus formabitur unus.* Vide Frontinum de qualit. agr. p. 35, & Anonymum Gromaticum apud eumdem Rigaltium p. 329. ¶ 10. *In digitos mittere*, pro eo, quod est accurate supputare, an fingern abzehlen. vide Cæl. Rhodig. 12, 45. Et de supputandi ratione, quæ certo digitorum gestu fiebat, vide, quæ ad Plaut. Epid. 1, 1, 50 ex Petro Colvio in Apol. Apul. Taubmannus notat: quibus adde c. 7 Woweriani Tractatus de Polymathia. Conf. Beda libro de Ratione computandi per digitos, Lilius Gyrald. dial. 2. Voss. Inst. Orat. 2 p. 537. Mart. Capell. lib. 7 init. Herm. Lignaridus Oblectam. Acad. c. 6 p. 58. Petr. Faber Semestr. 3, 23. Scip. Gentil. in Apol. Apuleji p. 429. Bernegg. ad Suet. Cæs. c. 33. Omnem ordinem *a Decem usque ad Mille millia* ære insculptum expressit Parisiis eleganter ad Bedæ præscriptum An. MDXLIV Iac. Bogardus, quam picturam in suis Conditoriis servari, Barthius in Claudian. p. 1116 scribit. Petr. Possinus spicilegio Evangelico suo subjecit ex MS. Nic. Smyrnæi *περὶ δακτυλικῆς μέτρου* libellum, e vers. notis & schematismis. Herodotus in Thalia vocat *ἐπὶ δακτύλων συμβάλλεσθαι*, unde moris antiquitas colligitur. ¶ 11. *Digitos* Minervæ *olim* sacros fuisse, notat Servius ad illud Virg. ecl. 6 *Cynthius aurem Vellit. Digitis concrepare* qui solerent vid. apud Intt. Petron. c. 17 p. 57. ¶ 12. Digitorum ordo & appellationes. *Pollex, ἀντίχειρ*, sic dictus, quod non minus, quam tota manus in officio sit semper, der daume. *Index*, der zeiger; qui & *salutaris* appellatur. Suet. Aug. c. 80 *Dextræ quoque manus digitum salutarem tam imbecillum interdum sentiebant, &c.* Rationem appellationis inde Beroaldus ducit, quod eo silentium suaderetur res saluberrima. Vide eum ad dictum locum Suetonii. *Medius*, der mittel- oder längste finger; qui & *infamis, impudicus, verpus*, dicitur. *Medicus* seu *Medicinalis*, secundum Macrobium Sat. 7, 13; & *Annularis*, der ehe finger. In quo digito manus sinistræ annulus ideo gestatur, quod in anatomiis ab Ægyptiis observatum est, nervum tenuissimum ab eo digito ad cor, quod ex auro vires habere putatur, protendi. *Minimus*, vel *auricularis*, der kleine oder ohrfinger. ¶ 13. *In digito mori* dicuntur, qui digitis veneno litris contacti exspirant. vid. Cæl. Rhod. 12, 45. ¶ 14. De pedum digitis, zähen. Ovid. Am. 1, 12, 4 *Ad limen digitos vestitis ictla Nape.* Nimirum malum omen *pedem offendere.* Bene præter alia huc laudat Burmannus Petron. c. 132 *Podagrici pedibus suis maledicunt & qui offenderunt sæpe digitos, quidquid doloris habent, in pedes deferunt.*

¶ Digitulus, *i*, m. dimin. Ter. Eun. 2, 2, 53 *Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus, &c.* Conf. Plaut. Pœn. 3, 1, 63; Rud. 3, 4, 25 Et Cic. pro Scauro in Fragm.

¶ Digitellus, *i*, m. sive Digitillum, n. herba est, quæ alio nomine sedum, vel semper-vivum majus appellatur, hauswurz. Plin. 18, 17; & 25, 12.

¶ Digitalis, *e*; ut, *Digitalis gracilitas*, Plin 14, 3, fingers dicke.

¶ Digitale, *is*, n. subst. ein fingerhut, item handschuh. Varro de re rust. 1, 55 *Melior olea, quæ digitis nudis legitur, quam illa, quæ cum digitalibus. Durities enim eorum non solum stringit buccam, sed etiam ramos glabit.*

¶ Digitatus, *a*, *um*, das finger oder klauen hat; ut, *Digitatæ aves*, Plin. 11, 47.

¶ Indigito, *are*, anzeigen; sunt, qui a digitis deductum volunt, ut idem sit ac nominare & quasi digito commonstrare, id quod negat Vossius de Vit. L. L. 1, 34. At pro *indicare* habet Tertull. de Iejun. c. 16 *Cum stupet cælum, & aret annus, nudipedalia denunciantur, magistratus purpuras ponunt, fasces retro avertunt, precem indigitant, hostiam instaurant.* Vide Ol. Borrichii Cogit. p. 129 & alium hujus vocis usum infra in *Indiges*, ad quem hic ipse etiam Tertulliani locus referri haud incommode posse videtur. Hinc

¶ Indigitamentum, *i*, n. Festus non inconvenienter *Indigitamenta* dicit *Indicia*. De alia derivatione & significatione vide in *Indiges*.

¶ Interdigitālia, *ium*, n. pl. morbi species, calli scilicet, vel verrucæ inter digitos, præsertim pedum, oborta, warzen an fingern, leichtdornen an zähen. Plin. Valer. 2, 52.

¶ Interdigitia, *orum*, n. pl. idem. Marc. Empir. c. 33 *Interdigitia sanare.*

¶ Sēdigitus, *a*, *um*, cui digiti in manibus seni, der sechs finger hat. Plin. 11, 43 *M. Curiatii filias duas sedigitas appellatas accepimus, & Volcatium sedigitum.*

¶ Semidigitālis, *e*, halben fingers breit. Vitruv. 10, 22 *Terebratur foramen semidigitale, digitale, sesquidigitale.*

¶ Sesquidigitus, *i*, m. anderthalb finger. Vitruv. 8, 6 *Canalis longus pedes quinque, latus digitum, altus sesquidigitum.*

¶ Sesquidigitalis, *e*, anderthalb finger groß. Vide paullo ante in *Semidigitalis* ex Vitruvio.

Digladium, vide *Glaber*, Digladiari &c. *Gladius*.

DIGLĪTO, m. *Tigris qua tardior fluit*, *Diglito*: *unde concitatus a celeritate Tigris incipit vocari*, Plin. 6, 27.

Diglossos, vide *Glossa*.

DIGMA, *ătis*, n. δεῖγμα, i. e. *specimen*, eine probe, ICt. in Cod. ¶ 2. *Digma* pars Piræei, cujus meminerunt Xenophon Ἑλλην. lib. 5; & Polyæn. 6, 2, 2.

¶ Paradigma, *ătis*, n. *παράδειγμα*, exemplum, ein exempel, beyspiel. Auct. ad Herenn. 4, 49 ait *esse facta alicujus aut dicti præteriti cum auctoris nomine accommodationem, quæ orationem ornatiorem, apertiorem, & probabiliorem soleat facere.* Virg. Æn. 1, 39 *Pallasne exurere classem Argivum potuit, &c. Aut ego quæ Iovis, &c.* Vide libellos de Schematib. & lib. 2 Copiæ Erasmi de ratione tractandi exempla, & Isidor. 1, 36.

¶ Paradigmatice, *es*, f. *παραδειγματική*, Statuariæ species, quæ gypsum tractans a typis non abscedit. Cæl. Rhodig. 29, 24.

Dignātio, dignitas &c. vide *Dignus*, Dignoro &c. *Gnarus*, Dignosco &c. *Nosco*.

DIGNVS, *a*, *um*, werth, würdig. *Dignus præmio*, Ter. Heaut. 1, 1, 55. *Dignus memoria*, merckwürdig. Nepos 13, 4, 4. ut, *Dignus memoratu*, Plin. 21, 12. *Dignus laude*, lobwürdig. Etiam de iis, qui mala quæque merentur, usurpatur. Liv. 7, 36 *Nec vos digni estis, quos cum tanta gloria in castra reduces silentium ac nox tegat.* Horat. 4 od. 8, 28. *Facere se dignum*, thun was ihm gebührt, Ter. Eun. 5, 2, 25. Sic, *Dignum exspectatione aliorum*, Planci est ad Cic. fam. 10, 7. Virg. Æn. 8, 364 *Aude hospes contemnere opes, & te quoque dignum finge Deo, rebusque veni non asper egenis. Dignum persenis juvenemve virorum*, Nepos præf. n. 1, id est, quod summis viris convenit, anständig. Ita de medicamentis Samo. 774 *Rabidæ medicamina digna podagræ.* Plin. 20, 14 *Digniore pulejo corona vertigini, quem e rosis, cubiculis nostris pronuntiata est.* Sed pro *Vertigini* Hard. Varroni. *Tua vita dignior æstas*, Virg. Æn. 9, 212. *Nihil Thaide dignius, quod ametur*, nichts liebenswürdiger, Ter. Eun. 5, 8, 21. Et, *Vir avo, patre, majoribus Suis dignissimus*, Cic. Phil. 3, 10. ¶ 2. Construitur aliquando cum Genitivo, Græcorum more. Plaut. Trin. 5, 2, 29 *Non ego sum dignus salutis*; qui & *indignus* ita construxit. Balbus ad Cic. sub Att. 8, 15 p. 10 Græv. *Suscipe curam dignissimam tuæ virtutis.* Add. Drakenb. ad Sil. 11, 318. Phædr. 4, 20, 3 *Quis quid putavit esse dignum memoriæ.* Priscianus sive Fannius de Situ Orbis v. 5 *Meteoris tonitruum promere carmine digno.* ¶ 3. Plautus etiam cum Accusativo junxit Capt. 5, 2, 16 *Non me censes scire, quid dignus sim?* Potest tamen & Ellipsis esse, & subaudiendum *ferre* vel *pati. Dignus*, i. e. commeritus. Et iterum Græcorum imitatione cum Infinitivo. Virg. ecl. 5, 89 *Et erat tum dignus amari.* Quod nec oratores defugiunt. Plin. Paneg. c. 7 *dignus alter elogi, alter elogere.* Cic. pro Quinct. 24 *Cum artifex ejusmodi sit (Roscius) ut solus dignus videatur esse, qui in scena spectetur: Tam vir eximiæ est, ut si las dignus videatur, qui eo non accedat.* Idem huic voci *quamobrem* subjecit lib. 1 in Verr. c. 14 *Investigent, equa virgo sit aut matter digna, quamobrem ipse Lampsaci diutius commoraretur.*

¶ Digne, adv. gebührend: ut, *Digne laudare*, nach würden loben, Cic. de Senect. c. 1. Et, *Digne de aliquo loqui*, Idem post Red. in Sen. c. 8. *Digne aliquem prosequi*, id est, prout meritus est, Suet. Aug. c. 66 *Fortunam satis digne dolere*, Veliej. 2, 67, 1. Seneca Troad. v. 960 *Celebrate Pyrrhi Troadas eximias, Celebrate digne planctus, & genitus sonet*, id est, ut ras est maxime, wie billig. Horat. 2 sat. 7, 47 *Peccat uter nostrum cruce dignus?*

¶ Dignĭtas, ātis, f. Gr. ἀξία, die würdigkeit, was einer werth iſt. Cic. de Invent. 2, 53 *Iuſtitia eſt habitus, ſuam cuique tribuens dignitatem*, h. e. id, quo quisque dignus eſt. Add. de L. Agrar. 2, 2 ubi *honorem conſulatus* ſe *dignitate*, h. e. meritis, *impetraſſe* dicit. Hinc ¶ 2. *Dignitas* etiam eſt exiſtimatio, auctoritas, amplitudo, die würde, hoheit. *Tueri ſuam dignitatem*, ſeinen ſtand und ehre behaupten, ſich demſelben gemäß halten, Cic. Off. 1, 36. *Ampliſſimos dignitatis gradus adipiſci*, Id. fam. 10, 6, zu hohen ehren kommen. Sic, *defendere, aſſerere, tenere dignitatem ſuam*, dicebant. In quibus omnibus nihil aliud dignitas eſt, quam concepta hominum de alicujus virtute opinio. Nepos 25, 2, 2 *Facultas pro dignitate vivendi*. Ib. 6, 2 *Honores non petiit, cum ei paterent propter vel gratiam, vel dignitatem*. Et mox n. 5 *Qua in re dignitati ſerviebat*, er nahm dabey ſeinen reſpect in acht. Ib. c. 19 *Elegantia vitæ, qua cæteros ceperat principes, dignitate pari, fortuna humiliore*, in quibus tamen Nepotis locis prima etiam ſignificatio locum habet. Id. 1, 2, 3 *Erat inter eos dignitate regia*, ubi non auctoritas modo, ſed etiam poteſtas regia indicatur. Et 25, 1, 1 *Equeſtrem obtinere dignitatem*, bey ſeinem ritterſtande bleiben. ¶ 3. Eſt quoque in ſermone dignitas, quam auctor ad Herennium 3, 13 ita deſcribit: *Dignitas eſt oratio cum aliqua gravitate & vocis remiſſione*. ¶ 4. Neque vero *Dignitas* tantum dicitur, quæ in opinione & exiſtimatione ſita eſt, ſed & ſpecies honeſta corporis ac pulchra ſic appellatur. Cic. de Off. 1, 36 *Cum pulchritudinis duo genera ſint, quorum in altero venuſtas ſit, in altero dignitas; venuſtatem muliebrem ducere debemus: dignitatem virilem*. Sic *dignitatem formæ* paullo poſt vocat, *quæ coloris bonitate tuenda eſt*. *Dignitas* itaque forma ſeu pulchritudo virilis. Vnde frequenter auctores hac voce utuntur in commendanda virorum forma. Sic Nepos, *magnam dignitatem corporis* Dioni 1, 2; *honeſtam dignitatem* Eumeni 11, 6 tribuit. Plin. Paneg. Trajan. c. 4 *Iam firmitas, jam proceritas corporis, jam honor capitis & dignitas oris, nonne longe lateque Principem oſtentant?* Suet. Claud. c. 30 *Auctoritas dignitasque formæ non defuit*. Et recte hæc duo conjungit: *dignitas* enim eam formæ pulchritudinem notat, *cui non minus auctoritatis, quam gratiæ inſit*, ut Idem in Tito c. 3 loquitur. Tacitus *Decorem oris cum majeſtate* vocat, Hiſt. 2, 1, 4. Adde, quæ notat Caſaubonus ad illum Suet. in Claudio locum, itemque in 1 Polybii p. 49. ¶ 5. Pro honore vel magiſtratu poni hanc vocem, docet Manut. ad Cic. fam. 2, 9 pr. *Lætor tum præſenti, tum etiam ſperata tua dignitate*.

¶ Dignitōſus, *a, um*, anſehnlich. Petron. c. 57 *Homo dignitoſus, cujus pluris erat unguis, quam tu totus es*. Philoxenus: *dignitoſus*, ἀξιωματικός. vid. de hujus notæ vocabulis Gell. 4, 9.

¶ Digno, *are*. Pacuv. apud Nonium 7, 17 *Quis Deos infernos, quibus cæleſtes dignet decorare honoribus?* Aulon. ep. 16, 59 de libro: *Cui quæ vigiles luminum Vacare dignabant κάμοι*. Vbi Vinetum inſpicias.

¶ Dignor, *atus ſum, ari*, verbum commune, dignum habere, judicare, werth achten, würdigen. Virg. Æn. 1, 335 *Haud equidem tali me dignor honore*. Sic, *laude dignari*, Cic de Orat. 3, 7. Et, *Virtutem honore dignari*, Idem de Invent. 2, 39. Horat. 1 ep. 19, 40 *Non ego nobilium ſcriptorum auditor & ultor Grammaticas ambire tribus & pulpita dignor*. ¶ 2. Paſſive Gellius 19, 11 *Celebrantur verſiculi multorumque doctorum hominum memoria dignantur*, i. e. digni æſtimantur. Ipſe quoque Cic. de Invent. 2, 53 *Obſervantia eſt, per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam & honore dignantur*. Ergo & verbum vere *in communibus verbis* eſt, ut dixit Gellius 15, 13. Hinc

¶ Dignatus, *a, um*, gewürdiget, würdig geachtet, paſſive Virgilium uſum notat Gellius 15, 13, idque probat ex Æn. 3, 475 *Conjugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo*. Nonius 4, 123 *Dignatus, ſignificat dignus habitus, &c.*

¶ Dignans, *tis*. Hinc Superl. Salvian. de Gub. Dei 1 p. 4 *Munus dignantiſſimæ viſionis*.

¶ Dignanter, adv. poſterioris ævi, würdiglich, gnädig. Vopiſcus in Tacito c. 8 *Loquentem dignanter audite*. Symmach. 5, 65 *Dignanter impertias*. Sidon. 4, 7 *Intuitu noſtri dignanter admiſſus*.

¶ Dignatio, *ōnis*, f. dignitas, amplitudo, reverentia, veneratio, würdigung, ſtand, anſehen. Liv. 10, 7 extr. *Qui ſacerdotiis non minus reddamus dignationi noſtræ honoris, quam acceperamus*. Non raro hac voce ita uſus Suetonius eſt, ut Aug. c. 46, Cal. c. 24, Veſp. c. 4, & de Illuſt. Gramm. c. 5. Non illibenter & Tacitus utitur. Sic, *Imperatoris dignationem*, Hiſt. 1, 52, 6; & 2, 9, 4 *dignationem Cæſaris*, alibi Magiſtratus, Principis, Sacerdotum, dixit. Et ante hos Vellej. 2, 52, 1 *dignatio partium*, i. e. auctoritas: & c. 69, 3 *Brutus Vatinium dignatione obruerat*: & c. 58, 2 *Dignatio conciliavit ei hanc uxorem*. Conf. Drakenb. ad Liv. 2, 16, 5.

Compoſita:

¶ Condignus, *a, um*, idem quod *dignus*, wohl werth. Gell. 3, 7 *Pulchrum facinus Græcarumque facundiarum magniloquentia condignum*. Arnob. lib. 1 p. 15 *Iuſta & honeſta & auditu ejus* (Chriſti) *condigna depoſcimus*.

¶ Condigne, adv. gebührlich. Gell. 1, 6 *Recte atque condigne locutum eſſe*: & 14, 4 *Condigne mehercle & condecore*. Eſt etiam Plaut. Pœn. 2, 17; Aul. 3, 4, 6; Capt. 1, 2, 22.

¶ Dedignor, *atus, ſum, ari*, i. e. indignum judicare, repudiare, unwerth achten, verſchmähen. Virg. Æn. 4, 536 *Quo ergo tam toties jam dedignata maritos*. Curt. 6, 11, 23 *Qui Philippum dedignatur patrem*. Plin. Paneg. c. 63 *Prava ambitio, concupiſcere honorem, quem dedigneris: dedignari, quem concupieris*. Paſſive Arnob. 2 p. 54 *Quæ in nobis eminentia tanta eſt, ut animantium numero dedigneniur adſcribi*.

¶ Dedignatus, *a, um*, der da verſchmähet hat; ut, *Dedignatus amicum*, Ovid. Pont. 1, 7, 33.

¶ Dedignatio, *ōnis*, f. dedignandi actus, unwill, verachtung, verweigerung. Plin. Paneg. 18 *Contumacia & dedignatio parendi*. Quintil. 1, 2 *Tacita dedignatio*.

¶ Indignus, *a, um*, unwürdig, ſchändlich. Ter. Adelph. 3, 3, 54 *Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere indigna genere noſtro?* das unſerm ganzen geſchlechte eine unehre iſt? Id. Phorm. 5, 8, 19 *Facinus indignum*, quod fieri minime debuit. Tmeſis videtur in illo Ovid. Met. 1, 231 *In domino dignos everti tecta penates*, h. e. everti tecta, penates indignos domino. ¶ 2. unbillig. Id. Eun. 5, 5, 4 *Quæ futura eſſe exempla dicunt in eum indigna*, h. e. crudelia. ſchreckliche ſtrafe. Vide ibi Donatum. Vellej. 2, 66, 2 *Nihil tam indignum fuit. Pro indigniſſimo habere*, vor die gröſſeſte unbilligkeit halten, Liv. 1, 40. Cic. pro Quint. c. 31 *Indignum eſt, a pari vinci aut ſuperiore; indignius, ab inferiore atque humiliore*. Id. Vatin. c. 16 *Cæſar te omni honore indigniſſimum judicat*. ¶ 3. Immeritus, unverdient. Lucret. 2, 113 *Exanimatque indignos, inque merentes*. Ovid. epiſt. 5, 8 *Quæ venit indigne, pœna dolenda venit*. Plura exempla Menckenius in Obſ. L. L. collegit. ¶ 4. Perſonis juncta vox ad decus & conveniens refertur. Ter. Hec. 3, 5, 27 *Sed quando eſſe indignam ſeſe deputat, matri mere Quæ concedat*, weil ſie ſich zu gut dünckt. Id. Eun. 5, 2, 27 *Nam ſi ego digna hac contumelia ſum maxime; at tu indignus qui faceres tamen*. ¶ 5. Cum Genitivo conjunxit Plautus Pœn. 2, 9 *Quonium illa (exta) non bona aruſpex dixit, Deûm eſſe indigna* (ita legendum) *credidi*. Sic & Virg. Æn. 12, 649 *Deſcendam, magnorum haud unquam indignus avorum*.

¶ Indigne, adv. indignum in modum, inhoneſte, unbillig, ungebührlich. Ter. Adelph. 1, 2, 11 *Clamant omnes, indigniſſime factum*, es ſey ſünde und ſchande, daß er ſolches gethan. *Indigne ferre, pati*, i. e. moleſte, ſich übel um etwas gehaben, Cic. Verr. 5, 12. *Indignius fieri*, Gell. 13, 8. *Indigniſſime aliquem luce privare*, i. e. occidere, Cic. pro S. Roſc. c. 22. *Immatura morte indigniſſime rapi*, Plin. 6 epiſt. 6.

¶ Indigniter, idem. Romæ in inſula Tiberina exſtat in fragm. lapidis: PARCÆ VITÆ FINEM STATAVERVNT INDIGNITER. vid. Ferretii Muſ. lapid. p. 261.

¶ Indignĭtas, *atis*, f. indecentia, ungebührlich und ſchändlich verfahren, *Indignitas rei, facti*. Liv. 2, 34 *Egone has indignitates diutius patiar, quam neceſſe eſt?* Idem 9, 4 *Subire indignitatem*. Cic. pro Mur. c. 25 *Pro rei indignitate non ſevere ſatis decernere*, nachdem die ſache ſo ſchändlich und greulich ꝛc. Conf. fam. 8, 17. Et Cæl. 8 Gall. 2, 14 *Omnes indignitates contumeliaſque perferre*. Liv. 2, 12 *Aliquo facinore eam indignitatem vindicandam ratus*, ubi v. Drakenb. & alia exempla apud Menckenium Obſ. L. L. ¶ 2. Eſt etiam indignus vitæ ſtatus, dedecus, turpitudo. Cic. Or. in Q. Cæcil. 19 *Neque L. Philoni in C. Servilium nominis deferendi poteſtas eſt data, neque M. Aurel. Scauro in L. Flaccum, - - quorum nemo propter indignitatem repudiatus eſt*. Sic. Or. in Vatin. 1 & alibi paſſim.

¶ Indignor, *atus ſum, ari*, deponens, übel zufrieden ſeyn, zürnen. Serv. Sulp. Ciceroni ep. 5 *Hem nos indignamur, ſi quis noſtrûm interiit*. Additur interdum Accuſativus: Quint. 1, 3 *Quidam indignantur imperia*, wollen nicht leiden. Et Virg. Æn. 8, 728 *Pontem indignatus Araxes*. De Dativo ita cenſet Scioppius infamia Fam. p. 150 *Inſolentius dicitur*, indignari alicui, *cum ſit uſitatius*, indignari ambitionem, dictum, *aut* factum *alicujus*: indignatur parere *monitoribus*. Attamen Vlp. l. 2 § 3 D. ad Leg. Iul. de adult. *Contaminationi indignari* dixit. ¶ 2. Rem indignam putare. Quintil. 1, 2 *Officio fungi quodammodo pædagogorum non indignantur*. Id. c. 11 *Et certe quod facere oporteat, non indignandum eſt diſcere*. v. plura exempla a Menckenio in Obſerv. L. L. notata.

¶ Indignans, *tis*, unwillig. *Verba indignantia*, Ovid. Met. 6, 584 *Genus ſervitutis indignantiſſimum*, das gar nicht vertragen kan. Columella 8, 17 de mulis.

¶ Indignatus, *a, um*, erzürnt. Virg. Æn. 7, 770 *Pater indignatus*. Idem Georg. 2, 163 *Æquor indignatum magnis ſtridoribus*. Idem Æn. 12, 786 *Venus indignata*. Et mox v. ult. *Vitaque cum gemitu fugit indignata ſub umbras*, mit unwillen.

¶ Indignativus, *a, um*, idem. Tertull. de Anima c. 16 *Indignativum, quod appellant θυμικόν*.

¶ Indignabundus, *a, um*, unwillig, ungehalten. Liv. 38, 56 *Illa* (Æmilia Scipionis uxor) *multiebriter indignabunda*. Suet. Calig. c. 35 *Ita je proripuit e ſpectaculis, ut calcata lacinia togæ, præceps per gradus iret indignabundus*.

¶ Indignanter, adv. idem. Arnob. lib. 3 p. 103 *Muſſitare indignanter*. Ammian. 15, 1 *Indignanter ferre*.

¶ Indignatio, *ōnis*, f. die ungedult, unmuth, grimm. *Indignatio erumpens animo ac pectore*, Vellej. 2, 66, 3. *Indignatio & dolor omnibus adeſt*, es verdreuſt alle, Idem 2, 61, 1. *Alicujus in ſe indignationem convertere*, Plin. 9, 30. Et Iuvenal. ſat. 1, 79 *Si natura negat, facit indignatio verſum, &c.* Eſt etiam in oratione indignatio. Cic. de Inv. 1, 53 *Indignatio eſt oratio, per quam conficitur, ut in aliquem hominem magnum odium aut in rem gravis offenſio concitetur*.

¶ Indignatiuncula, *æ*, f. dimin. Plin. 6 epiſt. 17 *Indignatiuncula, quam in cujusdam amici auditorio cepi, non poſſim mihi temperare, quo minus apud te per epiſtolam effundam*.

¶ Perindignus, *a, um*, unanſtändig. Sidon. 4 epiſt. 4 *Quæ vos non perindignum eſt deliberare*.

¶ Perindigne, adv. Suet. Tib. c. 50 *Tulit perindigne, actum in ſenatu, ut &c.* hat es ſehr hoch empfunden.

¶ Perdignus, *a, um*, dignus etiam atque etiam, ſehr wohl werth. Cic. famil. 13, 6 *Suſpicor, ipſum hominem, quem tibi commendo, perdignum eſſe tua amicitia*.

Digredior, digreſſio, &c. vide *Gradus*.

Dii, pl. vide *Deus*, Dijambus, *Iambus*.

DIIPOLIA, *orum*, n. plur. eadem ſunt feſta apud Athenienſes, quæ *Bupbonia*, de quibus ſupra in B.

Dijudico, &c. vide *Iudico*, Dijugo &c. *Iugum*, Dijunctio, dijungo, *Iungo*, Dilabi, *Labor, labi*, Dilacero &c. *Lacer*, Dilamino, *Lamina*, Dilancino, *Lancea*, Dilanio, *Lanio*, Dilapido &c. *Lapis*, Dilargior, *Largior*, Dilatare, *Latus*, Dilatio, dilator, *Differo* in *Fero*, Dilaudo, *Laudo*, Dilectio, *Lego*, Dilemma, *Lemma*, Diligens, diligo &c. *Lego*, Dilogia, *Logus*, Dilorico, *Lorica*, Diloris, *Lorum*.

DĪLOSOS, *i*, ales, oſcinum, mitior, Mart. Capell. 2 p. 42.

Diluceo, dilucido &c. diluculum, quære in *Lux*, Diludia, *Ludus*, Dilutum, diluvium &c. *Luo*.

Dimachæ, quære *Mache*, Dimanare &c. *Mano*, Dimeter, *Metrum*, Dimenſio &c. *Metior*, Dimicatio, dimico, *Mica*, Dimidiatus, dimidius &c. *Medius*, Diminuo, *Minor*.

DĪMĪRON, vel Dimœrom, *i*, n. δίμοιρον, zwey theil. vid. Vitruv. 3, 1 cum Baldi Lex. p. 40.

Dimiſſus, dimitto, vide *Mitto*, Dimoron, *Morus*, Dimotus, dimoveo, *Moveo*.

DINDŸMVS, *i*, m. *δινδυμος*, plurale Dindyma, n. ut Mænalus, a; mons Phrygiæ, Cybelæ sacer. Virg. Æn 9, 617 *O vere Phrygiæ, neque enim Phryges, ite per alta Dindyma.*

¶ Dindymène, *es*, f. *Δινδυμήνη*, ipsa Cybele a monte sibi sacro dicta. Mart. 8 epigr. penult. *Non peremptylica sacra Dindymenes luerat Gallia.*

DINOCRĀTES, *is*, m. architectus Macedo, qui Alexandriam in Ægypto jussu Alexandri Magni condidit. Præter Plin. 5, 10, (ubi alii legunt *Dinochares*) & Solin. c. 45 & 53, v. de eo Vitruv. Præf. l. 2, & Amm. Marcell. 22, 40. conf. Plin. 7, 37; & 34, 14. It. Anton. Itin. 3, 3.

DĪNOMĀCHES, *is*, m. *δεινομαχης*, i. e. *peritus pugnæ*. v. Pers 4, 20.

DĪNŌMĔNES, *is*, m. Syracusarum tyrannus apud Plutan. ¶ 2. Statuarius nobilis, Plin. 34, 8.

DINON, *ōnis*, m. celebris autor historiæ Persicæ. v. Ælian. de Animal. 17, 10; & Var. Hist. 7, 1; Plin. 10, 49. ¶ 2. *Dinon*, Statuarius, Plin. 38, 8.

DĪNŌSIS, *is*, f. *δεινωσις*, i. e. *indignatio*, Mart. Capell. 5 p. 186.

DINTRIO, *ire*, pfiffen wie eine maus. Autor Philomela v. 61 *Velox muſtelaque dintrit.*

Dinumero, vide *Numerus*, Dinummium, *Nummus*, Diobolus, *Obolus*.

DIOCLES, *is*, m. De variis hujus nominis hominibus vide Voſſ. de Hiſt. Græc. 3 p. 274. ¶ 1. *Diocles Peparethius*, primus e Græcis memoriæ prodidit originem urbis Romæ, de quo Plut. in Romulo. ¶ 2. *Diocles Carystius*, medicus, quem inter principes maximosque medicos fuisse, dicit Celsus 7, 5, 3. Et de eo Plin. 26, 2 *Hippocratis certe, qui primus medendi præcepta clarissime condidit, reperta herbarum mentione invenimus volumina: nec minus Diocles Carystii, qui secundus etate famaque exstitit.*

¶ Diocleus, *a*, *um*, adj. ut, *Diocleus graphiscus*, apud Celsum l. c.

¶ Dioclea, *æ*, five Doclea, urbs Dalmatiæ, Plin. 3, 23. ¶ 2. *Diocleæ* mater Diocletiani Imp. v. Aur. Vict. Epit. c. 54.

¶ Diocletiānus, *i*, m. donec imperium fumeret, Diocles appellatus, ubi orbis Romani potentiam cepit, Grajum nomen in Romanum morem convertit. vid. Aur. Vict. l. c. *Adorari se passus, appellarique uti Deum*, Vict. de Cæs. c. 38.

Diocmitæ, vel Dioconitæ, vide *Diogmitæ*.

DIŌDĔLA, *æ*, f. idem quod millefolium, tauſendblätterkraut. Apul. de Herb c. 88.

DIŌDŌRVS, *i*, m. *Διοδωρος*, fuerunt hoc nomine multi: ut, 1. *Diodorus Chronus*, Dialecticus, Euclidis auditor, Platonis tempore, de quo Plin. 7, 53, & Laert. in ejus vita. ¶ 2. *Diodori Comici* fabulas Athenæus recenſet. ¶ 3 Fuit & alius *Diodorus Alexandrinus*, temporibus Adriani. ¶ 4. Sed & ſub Auguſto *Diodorus Siculus* floruit, qui historiam orbis & regnorum omnium, reique omnes eodem tempore diverſiſſimis mundi partibus geſtas, accuratiſſime temporibus & annis ſingulis diſtinctis, ad Julii usque Cæſaris res geſtas, ex ultima vetuſtatis reperitas memoria, complexus eſt libris 40, quos Bibliothecam inſcripſit, ſed de quibus omnibus non ſuperſunt tantum quindecim, v. Voſſ. de Hiſt. Gr. 2, 2. ¶ 5. *Diodorus* alius eſt, de quo jam ſequitur.

DIŌDŌTVS, *i*, m. Stoicus, Ciceronis præceptor in Dialecticis, quemadmodum in Bruto ſcripſit ipſe; *Eram*, inquit, *cum Stoico Diodoto, qui nuper eſt domi meæ mortuus, a quo cum inutilis rerum, tam ſubtiliſſime in dialectica exercebar.* Conf. de N. D. 1, 3.

Diœceſis, diœceſes, vide in *Oecos*.

DIŌGĔNES, *is*, m. *Διογενης*, Cynicus Philoſophus, patriam habuit Sinopen civitatem Ponti, vixit Alexandri M. ætate, quem dixiſſe ferunt, ut Diogenes Laertius prodidit, *niſi Alexander eſſet, velle ſe eſſe Diogenem.* Didicit Athenis apud Antiſthenem, habitavit in dolio; profectæ ſuæ inſtituto nihil ne reprehendit omnia. Vnde & *Canis* appellatus eſt: & *Canem* tituli loco, ſepulchro inſculptum habuit; de quo Auſonii epigramma eſt, Epitaphius Heſiodum n. 31. Mortuus eſt annos natus 90 Corinthi, ubi Xeniadæ cujusdam liberorum pædagogus fuerat. Hiſtoriolam de dolio ejus, quod ſubinde verſavit, etiam Lucianus narrat libro, *Quomodo ſit ſcribenda Hiſtoria*. Effigiem viri atque dolii vides apud Sponium in Miſcell. ſect. 4 p. 125. Laudat nimis Diogenem Bartoli in Charact. hominis literati p. 84 q. Irridet & exagitat Lucianus in Auctione Vitarum. ¶ 2. Plures hujus nominis fuiſſe, notat Voſſius de Hiſt. Gr. p. 275, quorum quinque etiam Laertio memorati. Ipſe autem *Diogenes Laertius* egregios decem libros de vitis Philoſophorum reliquit, quos commendat Voſſ. l. c. 2, 13 p. 182. De *Diogene* Babylonio rerum Alexandri ſcriptore vid. ad Quintil. 1, 1 p. 15 Burm.

¶ Diogenianus, *i*, m. Grammaticus fuit ſub Hadriano. Suidas

¶ Diogenētus, *i*, Diognetus, *i*, *Διογενητος* vel *Διογνητος*, ſcripſit itinera Alexandri, neminat ejus Plin. 6, 17.

DIOGMITÆ, *arum*, m. pl. levis armaturæ milites Ammian 27, 20 (Valeſ. c. 9) *Adhibitis ſemiermibus paucis, quos Diogmitas appellant.* Capitolinus in Marco c. 21 *Armatis & diogmitis.* Scribunt & *Diocmitæ*: ſed cum Salmaſio præfert Valeſius ad d. l. Ammiani, quem inſpicias, & Turneb. Adv. 25, 18. Videntur dicti *ἀπο τῦ διωκειν*, quod perſequendis hoſtibus uciles eſſent, gut zum nachjagen.

DIŌMĒDES, *is*, m. *Διομήδης*, Tydei filius, Rex Ætoliæ, poſt Achillem Græcorum fortiſſimus, vide Homerum. ¶ 2. *Diomedes* alter rex Thraciæ fuit, quem Hercules equis, quia humano eos auiſſet ſanguine, objecit laniandos, Diod. 4, 15. Palephatus in 20. *διηγ.* equos Diomedis putat, quos *διαπαντοφαγε* tantum ederet: ejus abſurdum Suidam & Hyſychium ſecutum verbum in meretrices deformes *διομήδεις ἑταίρας, anus, Diomedis*, inde eſt, quod hospites ſuos corrupuerit rem habere cum filiabus ſuis deformibus ut, easque poſtea interemerit; Vnde fabula ſparſit, *Diomedis equos homines devorare. Diomedis campi* in Apulia appellantur, qui eſt in diviſione regni, quam cum Daunio fecit, celebrant. Feſtus.

¶ Diomēdēus, *a*, *um*, adj. ut, *Epiſt. Diomedea*, Claudian. præfat. 2 de Rapt. Proſerp. *Et Diomedeæ gravitate premit equos.* ¶ 2. *Inſula Diomedea* in mari Adriatico, in quam ad arcta ejus procul a Calabria ejectæ ſunt *aves Diomedeæ*, avidis (ſeu miſeris) per nubes, quas advenæ barbaros clangore infeſtarunt; aut certe *Diomedeæ*, quæ ibi natæ, Varinus ſcripſit, Græcis tantum adhuc ex his explendis tamquam manibus ad prenſationem & complexum ad diſcrimine, vel ut ait Plinius, ad prenſationem & complexum ad diſcrimine, vel ut ait Plinius, quotidie pleno gutture madentibus pennis periuerunt atque purgarunt. Vnde origo fabulæ, *Diomedis ſocios in earum effigies mutatos*, Plin. 10, 44, & Ovid. 14. Met. fab. 10, 496.

DIOMĒDON, *ontis*, m. Cyzicenus, quo Artaxerxes Perſarum Rex ad corrumpendum Epaminondam voluit uti, neſcio quam ejus abſtinentia tentata. v. C. Nep. 15, 4, itemque Plutarch. Apoph Regum & Imperatorum.

DION, *ōnis*, m. *Δίων*, *Syracuſanus*, potens & dives fuit, Platonis auditor, cujus conſilio & hortatu patriam ſuam tyrannide liberavit, Dionyſio exacto, ut auctor eſt Plutarchus & C. Nepos, qui ejus vitam condiderunt. *Dionis legatio* apud Cic. Att. 15, 10 eſt exitum legationis nomine tectum. ¶ 2. *Dion Caſſius Cocceianus*, Niceæ in Bithynia natus, hiſtoriam ſcripſit 981 annorum, ab urbe Roma condita ad annum usque Chriſti 231, quo ipſe Dion cum imperatore Alexandro Severo conſul fuit. ¶ 3. *Dion Chryſoſtomus*, Philoſophus & Sophiſta, apud Trajanum vixit, ſcripſit multa & varia, quæ Suidas recenſet. Exſtant ejus hodie orationes aliquot *de regno, de tyrannide, de virtutibus*, &c. ¶ 4. *Dionis* aut *Theonis* nomen uſurpant Philoſophi ad incertam perſonam ſignificandam. vid. locus Plutarchi, quem in *Cajus* laudavimus.

DIONE, *es*, f. *Διώνη*, Veneris mater, una ex Nymphis: non raro pro ipſa Venere ponitur, ut ap. Auſon epigr. 79. v. Stat. Sil. 1, 1, 86.

¶ Dionæa, *æ*, f. Venus ipſa. Virg. Æn. 3, 19 *Sacra Dionææ matri divisque ferebam.*

¶ Dionæus, *a*, *um*, adject. ad Venerem pertinens. Idem ecl. 9, 47 *Fecit Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum*, i. e. Leonis ſignum, quod in Julio oritur, qui mensis a Cæſare nomen accepit, cum antea *Quintilis* diceretur, Cæſaris autem origo ad Venerem refertur.

DIONYMVM, *i*, n genus gemmæ ardentis, Plin 37, 7. al. *Dionium*.

DIŌNȳSVS, *i*, m. *Διονυσος*, Bacchi apud poſtas, præſertim Græcos, cognomen v. Horat. 1 Sat. 6, 32. *ἀπο Διος καὶ νυσης, i. e. Jovis patris*, & educationis antro, ſive urbe Arabiæ, *Nyſa* Diodoro Siculo auctore 4, 2. Sed Macrobius Sat. 1, 18 *Dionyſus*, inquit, *dictus quaſi Διὸς νὸς, Jovis unus.* ¶ 2. Ptolemæi etiam Auletæ, Ægyptii regis, quod quatuor ſyllabis ſcribendum eſſe, non *Dionyſius*, Ezech. Spanhemius de Vſu Numiſm. diſſ. 7 p. 435 ſq. perdocet. Regis cognomen fuit ex æmulatione Dei, ut alia apud Syros & Ægyptios. Hinc

¶ Dionȳsia, *orum*, n. pl. *Διονυσια*, Bacchi feſta, quæ & *Bacchanalia* & *Liberalia* dicuntur, quæ Græci triennio quoque celebrabant, das ſchwarmfeſt, faſtnacht. Hefych *Διονυσια ἑορτη Διόνυσου, ἡ Διονυσα ἀγετος*. Ter. Heaut. 1, 1, 110 *Dionyſia hic ſunt, bodie apud me ſi*, velo. *Διονυσια* H. Caſaubonus ad Theophraſti Charact. *περι ἀδολεσχιας*, duplicia facit: quorum alia verno, alia auctumni tempore, celebrarentur, & *Dionyſia* abſolute dicta, de vernis accipienda. Scaliger vero tria feſta facit, quem vid. lib. 1 de Emendat. Temp. cum de menſibus Atticis agit. conf. Lakemacheri Antiq. Græc. faciæ p. 614.

¶ Diōnȳsias, *ădis*, f. gemma nigra ac dura eſt, mixtis rubentibus maculis, Plin. 37, 10. Vocant & *Dionyſium Lapidem*, quod tritus ex aqua ſaporem vini & odorem faciat. vid. Iſidor. 16, 4 & 11.

¶ Diōnȳsius, *i*, m. Syracuſarum tyrannus, quem ſolertiſſimum & cum judicio audacem, Polyb. lib. 15 p. 22 dixit. vid. omnino Cic. Tuſc. 5, 20 ſq. ¶ 2. Cujus filius *Dionyſius, Secundus* aut *Minor* dictus, regno expulſus Corinthi ludum aperuit. De quo adagium: *Διονυσιος ἐν Κορινθῳ, Dionyſius Corinthi*; de quo Cic. Att. 9, 9 p. 41 & ibi Interpr. quod accommodari poteſt ad omnes, qui exſulantis loco ad tenuitatem & pauperiatem extremam dejecti ſunt. Ælian. Var. Hiſt. 9, 8 ſcripſit, eum ob extremam mendicitatem ſtipem ab hominibus cogendo vitam exegiſſe. Conf. Lattin. 21, 5, 2. Ovidius 4 de Ponto 3, 59 *Ille Syracuſia modo fortunatus in urbe Vix Lamiæ dabat ſtamen.* ¶ 3. Sunt præterea multi Dionyſii, ut *Dionyſius Halicarnaſſenſis*, Antiquitatum Romanarum ſcriptor, etiam Rhetorices: de quo Voſſ. de Hiſt. Gr. 2, 3 p. 135, & ¶ 4. *Dionyſius Areopagita*, Pauli evangelio ad Chriſtiam converſus: de quo Suidas, & alii. ¶ 5. Plinio hujus nominis memorantur, geographus 6, 27, medicus 20, 11 & 32, 4 pictor, 35, 10 & 21, ſtatuarius 36, 5 &c.

¶ Dionyſiodorus, *i*, m. unus geometrica ſcientia nobilis, Plin. 2, 109. Alius pictor, 35, 11; ſtatuarius, 34, 8; muſicus, 37, 1.

¶ Dionyſiopŏlis, *is*, f. urbs Myſiæ inferioris, vulgo *Varne*, ſed *Varnæ* olim, teſte Plinio 4, 11. ¶ 2. Galliæque quoque urbs prope Lutetiam, quæ & *Dionyſii famum*, & Gallice *S. Denis* dicitur. vid. Aimon. Hiſt. Gall. 4, 33.

¶ Dionyſiopolītæ, *arum*, m. pl. urbis incolæ apud Plin. 4, 29, & Cic. Qu. frat. 1, 2

¶ Dionyſonymphas, *ădis*, f. *διονυσονυμφας*, herba magica. Plin. 24, 17.

DIOPĔTES, *um*, f. pl. ranarum certa ſpecies. Plin. 32, 7 & 10. ¶ 2. Cæterum non modo ſignum Dianæ Epheſiæ & ancile Ro. f. palladium, ita dictum eſt, de quo Cic Phil. 11, 10 *Signum quod de cælo delapſum Veſtæ cuſtodia continetur, quo ſalvo ſalvi ſumus, & incolumes.* Sed etiam ¶ 3. Epicuri *κυριαι* libellum magistri ſui *περι κατηρτισμενων* appellarunt. Plut. contra Colotem p. m. 1049 *ὅτι τὰς διαπεσὰς δοξας κυριὰς*. Cic. de fin. 1, 19 *Regula, quæ quaſi de cælo delapſa eſt ad cognitionem omnem.*

DIOPHANTVS, *i*, m. Lacedæmonius, condidit libros antiquitatum 14, teſte Eugenio, ex deſcriptis Dercylli ſcripſiſſe dicitur. ¶ 2. Alius eſt *Diophantus, Syracuſanus*, Philoſophus Pythagoreus. ¶ 3. Alii ſi etiam *Diophantus Alexandrinus*, inventor Algebræ, qui ſcripſit de Arithmetica libros 13 De prioribus Voſſ. de Hiſt. Gr. p. 277, de poſteriori idem de Scient. Mathemat. c. 10 § 3 p. 37, & Addit. p. 432.

Dioptrice, dioptra, vide *Optica*.

DIORES, *is*, m. a Turno interfectus Virg. Æn. 12, 509, & 512, 527 *Regius egregia Priami de ſtirpe Diores.*

DIORYX, *ygis*, m. *διωρυξ*, foſſa ex alveo Nili ducta in agros, eſt manſerat Iden. Pomponius Mela 3, 8 *Manet ſolitus annus, quod ex Nilo alveo diducta aqua adhibetur.* Strabo lib. 17 p. 542 de Nilo: *διαγων ἐπι θαλατ ταυτ τοπ, ἐφ' ἑκατ ἀπ' αὐτ διωρυχας πολλας ἀπολυων.* Ab hoc ut puto, fluit

DIOSCORĪDES, *æ*, & *is*, m. *Διοσκορίδης*, Pedacius Anazarbeus

arbeus fuit, medicus M. Antonio & Cleopatræ familiaris. Scripſit de Remedica lib 6, qui illuſtrati ſunt commentariis doctiſſimis Pet. Andr Mathioli. Meminit autem octo librorum ejus ſuper eodem argumento Galenus. Et feruntur ejusdem libri duo Græci, de curatione morborum a capite ad pedes usque, latere in bibliotheca Auguſtana. ¶ 2. *Dioſcorides Cynius*, unoculus fuit, de quo Laertius in Timon. ¶ 3. Alius Hiſtoricus de republica Lacedæmoniorum ſcripſit. vid Voſſ. de Hiſt. Gr. 3 p. 272. ¶ 4. Alius Aſtrologus, de quo Cenſorinus c. 17. ¶ 5. Alius miſſus ad Achillem legatus a Ptolemæo, cum S. Serapione, interficitur, C. B. Civ. 3, 109. ¶ 6. Alius ſculptor, Auguſti coætaneus, Plin. 37, 1.

DIOSCURI, *orum*, m. pl. Διόσκωροι, Jovis & Ledæ filii, Caſtor & Pollux. Cic. N. D. 2, 21, quamquam & alii Græcis Διόσκωροι appellati fuerunt, de quibus Idem dicto loco agit, zwillinge. Nautarum tutelares dii habebantur, Act. Apoſt. 28, 11, nec non certaminum equeſtrium & pugilatus. ¶ 2. Ignes etiam ſunt ſeu fulgores marini, malis aut antennis omine felici profperæ navigationis, ſi ſimul appareant, inſidentes. Plinius 2, 37 *ſtellas Caſtoris* appellat. Græci hoc meteoron πολυδευκικα vocant, recentiores *ignem præcedentem & ſequentem*. vide Comment. in lib. 2 Plinii lac. Milichii; præcipue Voſſ. Idololatr. 1, 13.

¶ Dioſcuria, *æ*, f Colchorum urbs, quam Amphitus & Circius, aurigæ Caſtoris & Pollucis, fabricaverunt, ex eorum nomine eam cognominantes. vid. Iſidor. 15, 1.

DIOSCYAMOS, *i*, f. herba ſymphoniaca, bilſenkraut. Apul. de Herb c. 4.

DIOSPNEVMA, *ătis*, n. roſmarinum, roßmarin. Apul. l. c. c. 79.

DIOSPYROS, *i*, f. herba eadem cum lithoſpermo, meerhirſen, Plin. 27, 11.

DĬOTA, *æ*, f. διώτη, vas fictile duas anſas habens, ſic dictum a duabus quaſi auribus, ein krug mit zweyen henckeln oder handhaben. Horat. 1 od. 9, 8 *Deprom. Sabina meram cado*.

DIOX, genus piſcis frequens in Ponto, Feſt.

DIOXIPPVS, *i*, m. Athenienſis, poeta comicus, cujus fabulas commemorat Suidas. Conf. Voſſ. de Hiſt. Gr. 3 p. 278. ¶ 2. Alius eſt *Dioxippus Hippocraticus*, vetus medicus & nobilis, Gell. 17, 11. ¶ 3. Alius nobilis athleta, cujus pugna cum Corrago vel Horrato provocante deſcribitur Curtio 9, 7, 16. conf. Plin. 35, 11. Alius Virg. Æn. 9, 574.

DIPĒCHAICE, *es*, f. διπηχαϊκὴ, pars eſt bicubitali ſpatio. Id enim ſonat διπηχυς. vide Vitruv. 1, 2 & Baldi Lex. p. 40.

DĬPHILVS, *i*, m. architectus in perducendis ad finem operibus tardiſſimus, adeo ut locum fecerit proverbio: *Diphilo tardior*. uſurpatum a Cic. ad Qu. fratr. 3, 1 & 9. vide & Rhodig. 15, 24. Plures ejusdem nominis recenſet Voſſ. de Hiſt. Gr. 3 p. 278. Adde de Poët. Gr. c. 8 p. 60; & Juvenal. 3, 120.

Diphon, vide *Daphnon* in *Daphne*.

DIPHRIS, *is*, f. gemma, Plin 37, 10 Harduinus legit *Diphyes*.

DIPHROS, *i*, m ita appellatus ab Iſocrate ephebus Cumanus, qui ſcholam ipſius reliquerat nullo profectu, atque ob id a patre Demophilo denuo miſſus fuerat, ut ab integro data mercede diſcipulum ageret. *Diphros* autem Græcis dicitur *currus*, quod duos ferat pugnantem & aurigam, quaſi δίφορος. Ex vocis itaque etymologia, ἀπὸ τῦ δὶς φέρειν, *a bis ferendo*, Iſocrates captavit jocum in ſtupidum discipulum, qui bis mercedem ſolverat vid tratm. Apoph. Victorio Var. Lect 4, 20 verbum translatum videtur ab iis, a quibus duplicatum tributum exigitur, cum φόρον τριβάτου velcat.

DIPHRYX, *ygis*, f. δίφρυγες, lmegma metallicum, quod exære liquato fit atque percocto, ſchlacken von dem metall. Plinio 34, 13. conf. Celſ. 5, 7 & 22. Dioſcorides 5, 120 aliquot ejus recenſet genera, ſed primum genus nativum metallicum eſt, materia conſtans nmili Chalcanthi, Encellus, Factitium, ofenbruch, vocatur. Dicta *diphrygæ*, quod bis torreatur, a φρύγω.

DIPHTHĔRA, *æ*, διφθέρα, pellis, & ex pellibus conſuta veſtis, vel tabernaculum, ein zelt. vid. Pollux 7, 15; & Ælian. Var. Hiſt. 9, 3. *Specialim* capræ Amaltheæ, Jovis nutricis, pellis ita vocatur, unde ὁ Ζεὺς κατῆσε χρονιος ἐς τὰς διφθερας, *Nero Jupiter diphtheram inſpexit*. Proverbiale in eos, qui fero quidem, ſed aliquando tamen, pro malefactis ſuis dant pœnas, quod fingerent, Jovem omnia, quæ gererentur, in ſua diphthera ſive caprina pelle ſcribere.

¶ Diphtheria, *æ*, f. διφθέρια, pro re ex diphthera ſeu pelle facta, v. g. pro libro & charta pergame na, pergament Sic, Cic. Att. 15, 24 *Quatuor* διφθερίων *ſunt in tua poteſtate*. Ita meliores libri, Victorii, Gruteri, Græevii: adde Boſii notas. Alii διφθεσιων, & hoc loco legunt quod explicat Manutius in commentario.

DIPHTHONGVS, *i*, f. ἡ δίφθογγος, ein doppellautender buchſtabe, geDoppelter vocalis, vide Grammaticos. ¶ 2. *Diphthongæ Syllaba, Græco nomine dictæ, quod in eis binæ vocales jungantur: ex his apud nos veras eſſe ſ. imas, quatuor, æ, œ, au, eu*, Iidor. 1, 15.

DIPHYES, *is*, f. δίφυής, i. e. *bifformis*, herba Callitrichon, ſteinbrech. Apul. de Herb. c 47.

DIPLANGIVM, *i*, n. vas duplex. Priſcian. 1, 19 *Amurca diplangio coſta* vide Reinef. Var. Lect. p. 512.

DIPLASION, διπλάσιον, duplum. v. Vitruv. 3, 1, ubi duodecim reſpectu Senarii διπλασίονα, vel quod malit Philander, διπλάσιον appellari docet. Mart. Capella 2 p. 265 *Diplaſio conficitur*, h. e. uno duobus collato, & 9 p. 316 *conſtat ex ratione diplaſia*, h. e. dupla.

DIPLE, *es*, f. διπλῆ, nota eſt, quam primus Leogaras Syracuſanus appoſuit Homericis verſibus &c vid. Iſidor 1, 20.

Diplinthus, vide intra *Plinthus*.

DIPLŌIS, *idis*, f. διπλοΐς, *veſtis duplicata militaris, abolla*, ein gefütterter mantel, reuter-kappe. Sev Sulpitius eo vocabulo uſus eſt 1, 35 in hiſtoria Davidis in ſpelunca latentis, quo & Saulus facceſſerat Rex, cum veſtis eram abſcidit David, LXX τὸ πτερυγιον της διπλοΐδος vocant. Hieronymus *oram chlamydis* reddit Horat. 1 epiſt. 17, 25 talem amictum *duplicis palliolum* vocat. conf. Iſidor. 19, 24: & Apic. 4, 2.

DIPLOMA, *ătis*, n. διπλωμα, literæ patentes cum ſigno, codicilli, ein offener brief mit einem ſiegel. Præcipue dabantur propter curſum publicum, item ob beneficium conceſſum ab iis, qui Reip. præſſent Appellatio ipſa a forma eſt. Nam formabantur in modum duplicium tabellarum vide Cafaub. ad Suet. Aug. p. 87, & Buchner. ad Plin. 10 epiſt. 14 p. 234. Cic fam. 6, 12 *Diploma ſtatim non eſt datum*. Uſus etiam ad Attic. eſt 10, 17; ubi commeatus cauſa datur, & Sidon. carm. 7, 400. ¶ 2. Eſt & *diploma* vas duplex, διπλοῦν ἀγγεῖον Galeno, quod vulgo *balneum Mariæ* vocant, ein doppelt-glas, gefäß oder zeug, eine brenn-kolbe.

DIPNOSOPHISTA, *æ*, m. δειπνοσοφιστὴς, qui inter cœnandum philoſophatur, vel qui de rebus ad convivium pertinentibus diſſerit *Dipnoſophiſtarum libri* ab Athenæo inſcripti largum eruditionis apparatum continent.

DIPOENVS, *i*, m. marmorarius, qui marmore ſculpendo primus inclaruit, Plin. 36, 4 & 5.

Dipondiarius, dipondium, dipondius, vide *Pondo*.

DIPSĂCVS, *i*, m. vel Dipſacum, n. δίψακος, ſpina, quæ & labrum Veneris dicitur, karten-diſtel, oder weber-karten. *Carduum fullonum* officinæ vocant. Plin 27, 9 *Siſtit alvum dipſacos*.

DIPSAS, *ădis*, f. δίψας, ſerpens, viperæ figura, ſed minor, nomen ab effectu habet: ſitim enim in iis, quos fauciat & veneno ſuo imbuit, accendit inexplebilem, qua velut ardenti flamma interius uruntur, adeo ut & rumpantur interdum, utplurimum vero conſumantur. Ælian. Hiſt. Animal. 6, 51 deſcribit copioſe. Et Plin. 35, 5 *A dipſade perciſſos*. Et 23, 8 *Lunæ i folia ſerpentium venenis reſtunt, maxime ſepis, dipſadis & viperæ*. Et Silius 3, 312 *Atro rapidas eſſe vaſcente veneno dipſadas* vocat. Eſt etiam inter Luciani libellos unus περὶ διψάδων, ubi de hac hujus ſerpentis natura. ¶ 2. Apte Ovidius Am. 1, 8, 2 hoc nomen lenæ tribuit.

DIPTĔRVS, *a, um*, δίπτερος, duas quaſi alas habens, mit zwey flügeln; ut, *ædes dipteræ*, duplicem columnarum ordinem habentes, Vitruv. 3, 1.

¶ Pſeudodipteros vocatur ædes, quæ dipteros quidem videatur, ſed vere non ſit, aliquo columnarum ordine ſublato. vid. Vitruv. 7 præf. & 3, 1 & 2, πτερὰ ſunt ad latera ædis columnarum ordines ſive porticus. vid. Baldi Lex. Vitruv. p. 82.

DIPTOTON, *i*, n. δίπτωτον, nomen duorum tantum caſuum: ut, *Fors forte*. Vid. Grammat. e. g. Iſidor. 1, 6.

DIPTYCHVS, *a, um*, δίπτυχος, duas habens plicas ſ. πτύχας, vid. *Polyptychus*. Nunc veſtium eſt, nunc pugillarium ſ. tabellarum epitheton: quod frequentius. ¶ 2. Neutro genere ſubſtantive uſurpatur. Vet. Schol. Horatii Cruquianus ad Epod. 12, 2 *tabellas* interpretans *epiſtolas diptychas*: & ſchol. Iuven. ad illud 9, 36 *Blandæ aſſidue deſcripſere tabellæ Sollicitent*, adſcribit, *blandis te epiſtolis & diptychis ſollicitet*. Papias, *Diptycha ſunt tabulæ, quibus corruptores amorem ſuum inſcribunt puellis*. Hinc *duplices* & *bipatentes tabellæ*, poëtis, v. g. Ovid. Am. 1, 12, 27. ¶ 3. Speciatim ita vocabantur tabellæ eburneæ binæ junctæ inſtar pugillarium, quibus adſervandis videntur primum excogitatæ, habentes ſculptas pro captu ſeculi donantium imagines: quales amicis mittere ſolebant magiſtratus Romani ſub imperatoribus De his Symmachus 2, 80; 5, 54; 7, 77; 9, 113. Unde apparet, non obſervatam, certe obſoleram fuiſſe tum legem Valentiniani, Theodoſii, & Arcadii, qui l. 1 C. Theod. de exſt. ſud. (15, 9) *illud conſtitutione ſolidant, ut exceptis COSS. ordinariis nulli prorſus alteri ſportadam auream, diptycha ex ebore, dandi facultas ſit*. Huc pertinet deſcriptio Claudiani de Laud. Stilicho. 3, 346 *Colligit* in gratiam Conſulis *Latonia dentes* elephantorum, *Qui ſecti ferro in tabulas utroque micantes Inſcripti rutilum* cælato conſule *nomen Per proceres & vulgus eant*. Huic deſcriptioni ex aſſe conveniunt *diptycha* aliquot quæ ſuperſunt, deſcripta poſt alios a Saligio, quem mox laudabimus. ¶ 4. Eccleſiaſtici ſcriptores hoc nomine vocarunt utrumque Teſtamentum, ſi vera eſt ratio Gifanii & qui illum ſecuti ſunt, cum ex veſtigiis veteris ſcripturæ Prudentii tetraſtichis ſ. enchiridio titulum faciunt *diptychon*. 2. Libri eccleſiaſtici, in quibus nomina Epiſcoporum, vivorum item omnium eccleſiæ membrorum, & mortuorum. Ita etiam conciliorum decreta in diptychis ſcripta apparet ex l. 7 C. de ſumma trinit. § 5. De toto hoc genere poſt alios diligenter nuper egit C. A. Salig. Halæ 1731, 4to. ¶ 5. De *diptycho* veſte Anaſtaſii tempore vid. Ferrar. anal. de re veſtiar. c. 19. Conf. tamen quæ contra Ferrarium I. H. Leichius in Diatr. de Diptychis diſputat. ¶ 6. In veteribus libris vix invenies *diptycha*, ſed *dyptica* fere aut *dypticha*.

Dipyros, vide *Pyrois*, Diradio, *Radius*, Diræ, *Dirus*, Dirarare, *Rarus*.

DIRCE, *es*, & Dirca, *æ*, f. Δίρκη, Lyci regis Thebarum uxor, alligata tauro indomito, atque eo modo extincta a privignis Zetho & Amphione, propterea, quod a patre ducta erat, repudiata matre Antiopa. Propert. 3 eleg 15, 37 *Puerique trahendam Vinxerunt Dircen ſub truci ora bovis* Plaut. Pſeud. 1, 2, 65 *Te quaſi Dircam olim (ut memorant) duo Gnati Jovis devinxere ad taurum &c.* vid. Intt. ad Nemeſi. Cyn. 22 *Vincula Dirces*. ¶ 2. Alia *Dirce Babylonia*, quæ, cum maledixiſſet Palladi, in piſcem mutata eſt; Ovid Met. 4, 43. ¶ 3. *Dirce* etiam dictus fons apud Thebas, in quem mutata Dirce regis Thebarum uxor. Quo reſpexit Ovid. Met. 2, 239. Seneca Theb. v. 126, & Statius Theb. 3, 204 *Verſo quod ſanguine fluxit In ſubitos regina lacus*. Vetus Schol. ad eum loc. *Dircem ſignificat, quem Amphion & Zethas, Jovis & Antiopæ filii, tauro vinxerunt, de cujus ſanguine fons natus, ejus nomine decoratus*. Hinc

¶ Dircæus, *a, um*, id eſt, Thebanus: *Amphion Dircæus*, Virg. ecl. 2, 24. *Cygnus Dircæus*, Pindarus eſt Horatio 4 od. 2, 25. *Cohors Dircæa* Thebana dicitur Lucano 4, 550. ¶ 2. Ab ipſo fonte *Dircæa* etiam dicta pars Bœotiæ. ¶ 3. *Dircæa* herba eadem, quæ *Circæa* Dioſc. 3, 134; & 4, 76.

¶ Dircetis, f. Lapithonia nympha, Stat. Theb. 7, 298.

Directio, dirigo, vide *Rego*, Direptio, &c. *Rapio*.

DIRĪBEO, *ēre*, aut Diribeo, *ēre*, potius, idem eſt quod diſtribuere, austheilen. Ab antiquo *Rabere*, quod præter *furandi* ſignificationem idem eſſe poteſt ac *vulgare*, *multis tribuere*. vid. Voſſ. Etym. p. 183. Val. Max. 9, 12, 7 *Licinius Macer, vir Prætorius, Calvi Patris, repetundarum reus, dum ſententiæ diribeuntur, in Mœnianum conſcendit*. Plin. 36, 15 *Hîc hîc eſt ille terrarum victor & totius domitor orbis, qui gentes & regna diribet*. Cic. in Piſon. c. 40 pr. *Dum de te*

de te LXXV tabellæ diribeantur. ¶ 2. Luſtrare milites, muſtern. Vide mox *Diribitorium.*

¶ Diribitus, *a, um,* ausgetheilt. Cic. ad Qu. Frat. 3, 4 *Cato diribitis tabellis de circulo ſe ſubduxit.* Ita legit Manutius.

¶ Diribitor, *ōris,* m. diributor, der etwas austheilet. *Diribitores* in judiciis & comitiis, qui tabulas ad ferendo ſuffragia diſtribuebant. Cic. poſt redit. in Senat. c. 11 *Quando hic, qui negat, ... gatores, diribitores, cuſtodes vindicis?* ¶ 2. *Diribitores,* qui ſcindant & dividunt epulorum partes in convivio, verſchneider. Apul. 2 Miſel. p. 123 *Diribitores pluſculi, ſplendide amicti, fercula copioſa.*

¶ Diribitio, *ōnis,* f. die austheilung. vulgo proferetur ex Cic. pro Planc. c. 6, ſed Graterus tradit, & veterum editionum, & omnium MSS. eſſe *dispti nem.* Grævius tamen auctoritate Codicis Lat. & ſententia ipſa ſufficiente recte tactam diribitio.

¶ Diribitorium, *ii,* n. locus, pro diribitoribus, Suet. Claud. c. 19. Adde Lam. 15, 4, & inprimis Dionem Caſſ. lib. 55 p. 562, qui deſcriptionem ejus operis deterbit, quod ipſe latino nomine *διανεμητήριον* appellat. Fuit autem *ὄκος τις ἐν τῷ πεδίῳ τῷ Ἄρεως τοῦ ἐκτὸς τοῦ ἄστεως, ὅπου σανίσιν, ἃς ἐκεῖνοι ἐκκλησίας ἕνεκα ποιοῦσιν, ἐπῆξαν,* quem Agrippa inſcripſerat reſpublicæ, Auguſtus autem abtulit & dedicavit. Aude etiam Forenzium ad d. l. Suetonii.

Dirigeo, vide *Rego,* Dirigo, *dīgo,* Dirimo, *ēmi,* Diripio, *Rapio,* Dirito, *Dirus,* Diritudo, *Rudo,* Dirumpo, *Rumpo,* Dirutus, *Deruo,* Diruto, *Iuuo.*

DIRVS, *a, um,* grauſam, ſchrecklich. Feſto *Dirus* eſt, *Dei ira natus.* Volno a *δεινός* derivetur, liquida tantummodo commutata, quemadmodum in Glottis etiam per *δεινός* Græce vertitur. Serv. ad Æn. 3, 235 docet, Sabinos & Umbros *dira* vocaſſe, quæ Romani *mala. Himmelsbriefe* nun vocavit Liv. 2 Car. 12, 2 & 3, 6, 36, quod ut ſchemens laudat Quint. 8, 2. v. Horat. p. 672. Virg. ac ſubinde eruditus Georg. 1, 488 *Nec dirī tantos ... ſcunt.* Liv. 27, 22 *Dirā ... cerari,* ſtrenge verfluchen. Ovid. Met. 5, 600 *Dirum omen.* Plin. 12, 12 *Dirum ... num,* ein verfluchter ... Virg. Æn. 2, 622 *Aſpice ... t diræ furiæ.* Cic de Divin. 2, 18 *Quibus ... vidi ... eſſe dirum.* Varro apud Nonium 2, 227 *Sicut, quem ſcelus ... ſcinus ... ſi eſt ... ſcum.* ¶ 2. *Dirus* & *Durus* confundantur a literatis. v. Interpr. ad Sil. 12, 385, 14, 126.

Dis..., *ārum,* f. habitantive ponitur, ſi portus ellipſice. Ac inter ... quidem intelligi videntur *portus,* ut Plin. 8, 7 *Ut portus ... ſcilicet ... ſcongerunt, ita ... ſcque ... ſcque ... ſcque

Præscr. adv. Hæret. c 22 de Apostolis: *Quis integræ mentis credere potest, eos aliquid ignorasse, quos magistros Dominus dedit, individuos babitos in comitatu, in discipulatu, in convictu.* Gloss. Vet. μάθησις, *doct. ina. disciplinatus.*

Composita:

¶ Addisco, *addidici, ĕre*, idem plerumque quod discere, vel addere aliquid ad ea, quæ didiceris, erlernen. Cic. de Orat. 3, 23 *Velocius puer addidicerat.* Solon, ὑπερακμὴ δ' ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος; quod de eo Cicero sic retulit in libello de Senect. c. 4 *Solon gloriari solebat, se aliquid quotidie addiscentem senem fieri.* conf. l. 20 ff. de fideic. libert.

¶ Condisco, *ĕre*, idem, Cic. pro Planco, 5 *Amplissimos honores, ut pro dignitate tua consequare, condiscas, censeo mihi paullo diligentius supplicare.* Plautus Pseud. 4, 1, 35 *Ego ibi te alia dare, condidici.* ¶ 2. Deinde fuescere, gewohnen. Ovid. Heroid. 4, 25 *Labris sit, ubi a teneris crimen condiscitur annis.* Horat. 3 od. 2, 3 *Pauperiem pati puer condiscat.*

¶ Condiscens, *tis.* Plin. 21, 5 de convolvulo *Naturæ rudimentum illis facere condiscentis*, daran sie lernet.

¶ Condiscipulatus, *us*, m. subst. schulgesellschaft. Augustin. ep. 34 ad Paullinum: *Beatissimus frater Severus de condiscipulatu nostro, Mediolanæ antistes ecclesiæ.*

¶ Condiscipulus, *i*, m. ein schulgesell, mitschüler. *Æquales & condiscipuli*, Cic. Tusc. 1, 18. *Generosi condiscipuli*, Nep. 25, 1, 3. De amicitiis condiscipulorum locus elegans Quint. 1, 2 p. 30.

¶ Condiscipula, *æ*, f. Martial. 10 epigr. 35 de Sulpicia: *Hæc condiscipula vel hæc magistra Isses doctior & pudica Sappho.*

¶ Condiscipulatus, *us*, m. schulgesellschaft. Nepos 25, 5, 3 *Eas nuptias M. Cicero conciliarat, cum quo a condiscipulatu vivebat conjunctissime.* Iustin. 12, 6, 17 de Alexandro: *Multum profuisse & Callisthenis Philosophi preces, condiscipulatu apud Aristotelem familiaris illi.*

¶ Dedisco, *ĕre*, verlernen, vergessen, entwohnen. Plaut. Amph. 2, 2, 55 *Haud æquum facit, qui quod didicit, id dedidicit.* Seneca Troad. v. 63 *Dedidicit animus ferox, quod dedicit dira.* Quintil. 1, 1 *Non assueſcant pueri sermoni, qui dedisceudus sit.* Et apud Ovid. 5 Trist. eleg. 12, 57 *Dedidicisse latine*, das lateın verlernt haben.

¶ Edisco, *ere*, memoriæ mandare, auswendig lernen. Cic. de Orat. 1, 34 *Exercenda est etiam memoria edisendis ad verbum quamplurimis & nostris scriptis & alienis.* Id. Acad. 4, 44 *Annotat & ad verbum edisceudas libellus.* Et ad Lepram 6 fam. 19 *Lepta suavissimus edidicit Hesiodum.* Ovid. 2 de Art. Am. v. 121 *Nec levis ingenuas pectus coluisse per artes Cura fuit, & linguas edidicisse duas.* Quia vero edisceudi labor magnus est, ideo a puero protinus ipsum devorandum censuit Quintilianus. Proconsul quidam torquebat præconem, cumque dubitaret, quodnam supplicii genus de ipso esset sumturus, superveniens forte fortuna Polemon, jube, inquit, ediscere ipsum veterum scripta: Ipse enim Polemon multa edidicerat, ac nihil ducebat laborioſius ac molestius edisceudi labore. Philostrat. in Sophist.

¶ Indisciplinatus, *a, um*, unerzogen, zuchtlos. Cyprianus epist. 4 ed. Oxon. (62 Pamel.) aliquoties usus est. Vulg. Interpr. Sap. 17, 1 *Indisciplinatæ animæ erraverunt.* conf. Commodiani Instruct. 30. Et Augustin. epist. ad Bonif. 50 *Indisciplinatus filius.*

¶ Indisciplinate, adv. idem. Commodianus Instruct. 76 *Indisciplinate loqueris.*

¶ Indisciplinatio, *ōnis*, f. unartigkeit. Cassiod. Var. epist. 7, 3 *Ne qua inter consortes indisciplinatio nascereter.* Vide & Sarisb. 8, 8.

¶ Indisciplinosus, *a, um*, liederlich. Vulg. Interpr. Sirac. 23, 7 *Indisciplinosa loquela.*

¶ Perdisco, *ere*, perfecte discere, wohl und fertig lernen. *Perdiscere & nosse omnia jus belli*, Cic. pro Balbo c. 20. *Non omnis ætas ad perdiscendum sat est*, Plaut. True. 1, 1. Rursus Cic. de Orat. 3, 36 *Qui non ciso quid didicit, nunquam omnino potest perdiscere &c.*

¶ Prædisco, *ere*, vorher lernen, erfundigen. Virg. Georg. 1, 51 *Ventos & variam cœli prædiscere morem Cura sit.* Cic. de Orat. 1, 32 *Quæ in foro agenda sunt, exercitatione prædiscere & meditari.*

Disconvenio, vide *Venio*, Discordia, discors &c. *Cor*, Discrepantia, discrepo &c. *Crepo*, Discretus &c. discrimen, discrimino, *Cerno*, Discubitus, Discumbo, *Cubo.*

DISCUS, *i*, m. δίσκος, eine schüssel, tischkorb, vas, quo reliquiæ ex mensa reponuntur. Apul. 2 Milet. p. 125 *Lucerna prægrandis, & oleum ad lucem loci sufficiens, & calida cum æsophoris & calice, cœnarumque reliquis discus ornatus.* ¶ 2. Orbis, ein teller. Pollux 13, 12 de vasis mensæ: ἃς μὲν δίσκας καλοῦσιν, ἐπὶς κύκλος ἀργυροῦς, ἢ χαλκᾶς ἀργυρᾶ, ἢ πίνακας, *quos discos dicunt, orbes vocabis argenteos, aut lances argenteas, aut patinas.* ¶ 3. *Discus* ex ludorum instrumentis erat, cujus plana forma, in circulum tamen rotundata, eine wurfscheibe. Hesychius: δίσκος, λίθος στρογγύλος, *Discis*, id est, *saxis rotundis.* Lapidei enim ut plurimum erant, interdum æneï, ut gravitas ponderis jacientis corpus exerceret. In altum siquidem projiciebant discum, qui hoc ludicro exercebantur, ut intra certum spatium decideret. De eo Horat. de Arte poët. v. 380 *Indoctusque pilæ, discive, trochive quiescit.* Disci jaculatione Ulysses certat apud Phæaces, quos omnes superat, uti refert Homerus lib. 8 Odyss. Conf. P. Fabri Agonist. 1, 4, Barthii ad 6 Theb. Statii p. 570, & Adversar. 35, p. 1590, & Hier. Mercurial. in Arte Gymn. 2, 12. de ratione ejus vid. etiam Ii. Voss. ad Cat. p. 59. Exercuisse etiam ludum ludum Spartanas virgines, refert, ex Plutarcho, ut apparet, Alex. ab Alex. 2, 25. *Discum, quam Philosophum audire malle*, est, delectationes leviſſimas & ineptias utilitati graviſſimæ anteferre, quod apud Cic. de Orat. 2, 3 de Philosophorum auditoribus, Crassus queritur. Vide Chiliadas.

¶ Discēus, *i*, m. δισκεύς, cometæ appellatio est, Plin. 2, 25, ein runder comet: a discо, cui forma est rotunda.

¶ Discobŏlus, *i*, m. δισκοβόλος, qui discum in sublime jaculatur, Germani vocant, der die scheibe treibt. Statuam *discoboli* Plinius laudat 34, 8; cujus generis eximiam quoque, Myronis opus, prædicat Quint. 2, 13, qui *diskorum discobolon* vocat, hoc est, nitu & jaciendi molimine membra mirifice torquentem & distrahentem.

¶ Discophŏrus, *i*, m. δισκοφόρος, der eine schüssel trägt. Hieron. in Proleg. Dan. ita Habacucum vocat.

Discussio, discutio, vide *Quatio*, Disertus, *Sero*, *ĕre*, Disjicio, *Jacio*, Dispalor, *Palor*, Dispareo, *Pareo.*

Dispendium, dispendo, dispensо &c. vide *Pendo*, Dispergo &c. *Spargo.*

DISPHENDŎMĒNA, a διασφενδονάω, *per cruciatum dissipo*, supplicii genus, quo Derbices, Persarum gens, proceris curvatis arboribus, & criminoso in deflexis cacuminibus alligato, illis repente laxatis, lacerum corpus in diversa distrahebant, Alex. ab Alex. 3, 5. Motus autem ut ipsa vox, uti legitur apud Alexandrum, sic probata satis, ac non potius temere conficta ex Plutarcho in Alex p. 690 ed. Paris de lictis supplicio. Βύσσον διεσφενδόνησεν ὀρθίων δένδρων εἰς ταυτὸ καμπτὴ γενῶν ἑκατέρου μέρος προσαρτήσας τὸ σώματος, ἅπερ μεθεὶς ἑκάτερον ὡς ῥᾳστα φερόμενον τὸ προσῆκον αὐτὸ μέρος νύσσα ξύει

Displiceo, vide *Placeo*, Displodo, *Plaudo*, Dispurgatio &c. *Puto.*

Dissemino, vide *Semen*, Dissentio, dissensus, dissentaneus, dissentio, *Sentio*, Dissepio, dissepsum, *Sepes*, Disserenare, *Serenus*, Differere, dissertare &c. *Sero*, Dissignare, *Signum.*

Dissipo &c. vide *Sipo*, Dissitus, *Situs*, *a*, *um*, Dissociare &c. *Socius*, Dissonantia, dissonare, *Sonus*, Dissors, *Sors*, Dissultо, *Salio*, Dissuo, *Suo*, *ĕre.*

Distabescо, vide *Tabes*, Distædet, *Tædet*, Distectus, *Tego*, Distendo, distentio, distentio, *Tendo*, Distermino &c. *Terminus*, Distorto, *Tero*, Distichon, *Stichus*, Distinctio, distinguo, *Stinguo*, Distineo, *Teneo*, Distorqueo, distortio, distortus, *Torqueo*, Distractio, distraho, *Trahо*, Districtus, *Stringo*, Distrunco, *Truncо*, Disturbo, *Turba*, Ditatus, ditesco, *Dives.*

DITHYRAMBUS, *i*, m. Διθύραμβος, Bacchi apud Græcos cognomen, quod datum ei volunt, vel quod in antro διθύρῳ seu bifori nutritus fuerit, vel quod bis natus fores transierit, alvum matris Semeles videlicet, & femur Iovis, ut in fabulis est. Cui originationi tamen quantitas syllabæ repugnat. Nam vocula Δι binarium numerum, seu iterationem denotans, primam semper corripit: quæ contra in *Dithyrambus* producitur. v. Bur. ad Ovid. Met. 2, 314. Arioni tribuit inventionem Herod. 1, 24. ¶ 2. Hinc *Dithyrambus* etiam dicebatur hymni genus, quod Baccho cani solebat. Nam quod a quodam Thebano, qui item *Dithyrambus* dictus fuerit, idque invenerit, dictum volunt nonnulli, approbari satis non potest. Nam si se ita haberet res, Pindarus certe inter ceteras laudes patriæ suæ hoc inventum non tacuisset, quin vel magnifice extulisset. Non vero tamen abest, ut unquam meminerit, ut laudem & inventionem Dithyramborum potius Corinthiis dicrre adscribat. Erat autem hoc carminis genus ita compositum, ut invention, dictione, & numeris a cæteris ratione abiret longius, & miram licentiam audaciamque cum tumore quodam referret, ut non tam a fanis & lobriis, quam concitatis furore Bacchico videretur scriptum, naturamque Dei, cujus honori dedicatum erat, imitaretur. Inde Horat. 4 od. 2, 10 *Seu per audaces nova Dithyrambos Verba devolvit, numeri que fertur Lege solutis.* Vbi vide interpretes, itemque Scalig. Poet. 1, 44, Schotrum ad Chreitomathiam Procli, & Ern. Schmidium peculiari diatribe de Dithyrambis, quam Pindari Commentario subjunxit.

¶ Dithyrambicus, *a, um*: ut, *Puëma Dithyrambicum*, Cic. de opt. gen. orat. pr. *Dithyrambica dictio*, i. e. audacior, licentior. Vnde & *Dithyrambicus intellectus* de obscuro nec cuivis pervio. v. Cæl. Rhod. 7, 5.

¶ Dithyrambios, herba symphoniaca, Apul. de Herb. c. 4.

DĪTIO, *ōnis*, f. qua dicere jus quis potest, imperium, potestas, recht und gewalt zu herrschen, herrschaft, botmäßigkeit. *Sub imperium ditionemque alicujus cadere*, Cic. pro Font. c. 1. *Rem alicujus ac ditionemque alicujus cadere*, Cic. pro Font. c. 1. ibid. 30 - - *Si fas est respirare Quintium, contra natum ditionemque Nervii. Ditione ac nomine Deorum res gerunt*, Id. de Leg. 2, 7. Et, *Redigere in ditionem*, de Prov. Conf. c. 13. Virg. Æn. 1, 236 & 622 *Ditione tenere.* Sil. 7, 506 *Ditione carere virtutem*, i. e. potestate, jure, imperio. Curt. 3, 1, 26 *Ditioni adjicere regionem.* Vbi manifestum discrimen, ait Freinsh. ind. *ditionis* & *regionis*, quæ vulgo confunduntur. Dionysius, Priscianus & plerique omnes Grammatici negant, nominativum extare, & tantum per quatuor casus declinari hoc nomen. Sexto aliquories usus est Virgilius, & primam corripuit; contra rationem, ut videtur, originis, sive ex *dico*, contractum sit; sive a *Dis ditis*, (quod civites imperium habent) derivatur. A verbo *dare* Servius deducit, forte idem ut esse dicat quod *datio* vel *dedicio.* Verba ejus ad illud Æn. 1, 740 *Post alii proceres &c.* hæc sunt: *Sunt* PROCERES, *de his est, quæ nominativum non habent: ut supra: Et vestræ ditione tenebat. Nam nec hoc in usu habet nominativum, licet in compositione dicamus* CONDITIO. Nempe putavit, ex τῷ DĪTIO, τὸ CONDITIO esse compositum, quo forte ipsum induxit syllabæ DI ratio, quæ utrobique correpta. Sed potest apud Virgilium *Diti ne* non quadrisyllabum, sed vero per crasin trisyllabon esse, quod aliter versus constare non posset, producta prima. Nisi forte dicendum, hoc nomen ex illorum genere esse, quæ a natura & quantitate primitivorum recedant, quorum nonnulla Vossius recenset de Arte Gramm. 2, 17. In Glossis Cyrilli *Dicio* per C scribitur, quasi sit a δίκη, quod per eam jus sive judicium exerceatur.

Dito, *are*, vide *Dives*, Ditrochæus, *Trochæus.*

DIV, id est, per dies; adverbium hoc notat continuationem dierum, lange. Ter. Eun. 2, 3, 4 *Vna hæc spes est: ubi est, diu celari forte potest.* Cic. pro Marcell. c. 9 *Quid est hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum?* Idem Phil. 13, 5 *Hæc satis diu multumque desiderata sunt.* Et pro Sylla c. 26 *Hæc diu, multum & multo labore quæsita una eripuerat hora.* Apul. Milet. p. 167 (Pric. p. 101) *Viam, quæ sola deducit iter ad salutem, diu diuque cogitatam monstrabimus tibi.* ¶ 2. *Diu*, pro *Die*, vide *Dius* in *Dies.*

¶ Diutius, compar. Cæs. Gall. B. 6 *Se diutius sustinere non posse.* Cic. fam 4, 13 *Tibi affirmo, te in istis molestiis non diutius futurum.*

¶ Diutissime, superl. Cic. Senect. c. 1 *Catо diutissime senex fuit.* Cæs. B. G. 6, 20 de Germanis: *Qui diutissime impuberes permanserunt, maximam inter suos ferunt laudem.*

¶ Diutule, eine feine weile Apul. princ. Flor. *Socrates, cum decorum adolescentem, & diutule tacentem conspicatus foret: ut te*

ut te videam, (inquit) *aliquid eloquere*. Gell. 5, 10 *Cum diutule auditor fuisset*. Macrob. Sat. 7, 11 *Diutule tacentem excitare*.

¶ Diuſcule, legitur eodem ſenſu apud Auguſtin. de Trinit. 11, 2 *Cum diuſcule attenderimus*.

¶ Diutinus, *a, um*, idem quod continuum vel diuturnum, langwierig. Cic. fam. 11, 8 *Odium diutinæ ſervitutis*. Et, *Diutinus labor*, Cæſ. B. Civ. 2, 13. *Diutinum bellum*, Liv. 25, 1.

¶ Diutine, adv. etwas, oder eben lang. Plaut. Rud. 4, 7, 15 *Diutine uti bene licet partum bene*, hoc eſt, diu frui recte partis. Apul. 3 Florid. *Diutine obrigui*. Id. Met. p. 238 *Milone diutine ſermocinante*.

¶ Diutino, adv. idem. Apul. Apol. 1 p. 134 *In faciendis imaginibus opera diutino junitur*.

¶ Diuturnus, *a, um*, langwierig. Cic. Off. 2, 12 *Nec ſimulatum quicquam poteſt eſſe diuturnum*, es kan nicht lange beſtand haben. In quam ſententiam & Att. 7, 1 pulcherrime dixit, *Quam non eſt facilis virtus, quam vero difficilis ejus diuturna ſimulatio!* Ficta enim cito ad naturam recidere ſuam, ut in veteri eſt Mimo. Ovid. Triſt. 4, 6, 30 *Non diuturna mala. Diuturniores moleſtiæ*, Cic. fam. 6, 13. *Equi diuturniores*, Varro Rei R. 2, 7. *Diuturnior impunitas*, Cæſ. B. Gall. 1, 14. *Bellum diuturniſſimum*, Oroſius fine lib. 5.

¶ Diuturne, adv. idem. Cic. fam. 6, 10 *Tibi iſtam acerbitatem & injuriam non diuturne fore*. Sic optimi Codd. MSS. Vulgo *diuturnam* editum. Comp. Sidon. epiſt. 9, 9 *Quo diuturnius expectatione pendere*. conf. 2, 14; & 8, 3.

¶ Diuturnitas, *ātis*, f. die langwierigkeit, lange der zeit. *Diuturnitas belli*, Cæſ. Gall. B. 1, 40; *Pacis*, Cic. de Orat. 1, 4. *Memoriæ*, ibid. c. 28. Id. fam. 5, 16 *Diuturnitas maximos luctus vetuſtate tollit*. Et Off. 2, 7 *Malus cujus diuturnitatis metus*. Plur. *diuturnitates* Arnob. dixit lib. 6 p. 202.

Diurnus, *a, um*, vide ſupra in *Dies*.

¶ Diurno, *are*, eſt diu durare, lange dauren. Gell. 17, 2 de Q. Claudio, vetere hiſtorico: *Neque optimum quempiam inter nos ſinunt diurnare*. *Inuſitate* dixit DIVRNARE *pro* DIV VIVERE.

¶ Dius, *a, um*, pro *Diutinus*, Varro apud Nonium 2, 248. Interdiu, vide ſupra in *Dies*.

¶ Perdiu, ſehr lange. Cic. Att. 3, 22 *Perdiu nihil eram auditurus*.

¶ Perdiuturnus, *a, um*, ſehr langwierig. Cic. pro Sext. c. 27 *Cum Tigrane grave bellum perdiuturnumque geſſimus*. Id. de N. D. 2, 33 *Conjunctio ſempiterna, aut certe perdiuturna, permanens ad longinquam & immenſum pene tempus*.

Quamdiu, vide in *Quam*: Subdiu in *Dies*.

Divagari, vide *Vagus*, Divalis, *Divus*, Divaricor, *Varus*, Divello, *Vello*, Divendo, *Vendo*, Diverbero, *Verber*, Diverbium, *Verbum*, Divergium, *Vergo*, Diverſitas, diverſor, &c. *Verto*, Divexo, *Vexo*.

DIVES, *itis*, o. fortunatus, rerum copia & opibus inſtructus, effluens, reich, vermögend, wohlhabend. Varro de L. L. 4, 17 *Dives a divo, qui ut Deus nihil indigere videtur*. Hinc Plaut. Trin. 2, 4, 89 *Dei divites ſunt, Deos decet opulentia*. Iſidoro lib. 10 dives eſt *diu veſcens*, vel cui *diu æs*. Sed hic luſus eſt non minus, quam ſi a *dividendi* facultate deducas. *Dives ſum ſatis*, Plaut. Aul. 2, 1, 44, ich habe genug. *Dives pecoris*, Virg. ecl. 2, 20. *Artium*, Horat. 4 od. 8, 5. Idem de Arte v. 421 *Dives agris, dives poſitis in fœnore nummis*. Hanc cum ablat. conſtructionem probat Burm. ad Petron. c. 79 p. 391 contra Servium. Cic. Paradox. 6, 1 *Animus hominis dives, non arca appellari ſolet*. ¶ 2. Improprie dicitur *Dives ingenium*, Ovid. Triſt. 2, 335. *Dives fortuna*, Propert. 3, 1, 59. *Gemma dives*, ibid. eleg. 4, 4. *Dives epiſtola*, Ovid. 17 Heroid. v. 65. Rutilius Lupus lib. 2 de figur. Sentent. in Iſocolo: *Nequaquam mihi dives eſt, quamvis multa poſſideat, qui neque finem habet cupiendi, neque modum ſtatuit utendi*, &c. *Divitior*, comparativus, etiam in uſu eſt. Cic. de Orat. 3, 48 *Divitior fluxit Dithyrambus*. Ovid. Heroid. 16, 34 *Divitiora oppida*. Martial. 1 epigr. 77 *Romanum propius divitiusque forum*. Idem *divitior Criſpo, Thraſea conſtantior*, 4 epigr. 54. Exſtat & apud Lucretium, Plautum, Tacitum & C. Nepotem, &c. Superlativo *divitiſſimus* uſus Cic. Divin. 1, 36. Itemque Nepos 1, 19, 1, 2. vid. Interpr. ¶ 4. *Dives* quaſi ſubſtant. Ovid. 3 Amor. 7, 49 *Quo mihi fortunæ tantum? quo regna ſine uſu? Quid niſi poſſedi dives averus opes*.

¶ Divitiæ, *arum*, f. pl. opulentia, opes, ad legem ſcil. naturæ compoſita paupertas, quemadmodum Pompon. Attic. definit, reichthum. *Divitias parare*, Ter. Andr. 4, 6, 2, gut erwerben. *Divitiis abundare*, Idem Heaut. 3, 2, 17. *Affluere*, Lucret. 6, 13, viel geld und gut haben. *Craſſum divitiis ſuperare*, Cic. Att. 1, 4. *Cræſi divitiæ*, maximæ: quæ & *divitiæ regales*, Horat. epiſt. 12, 5 *Si ventri bene, ſi lateri eſt pedibuſque tuis, nil Divitiæ poterunt regales addere majus*. Idem 2 ſat. 3, 94 *Virtus, fama, decus, divina humanaque pulchris Divitiis parent: quas qui conſtruxerit, ille clarus erit, fortis, juſtus, ſapiens: etiam & rex*; &c. Sen. præf. 4 Quæſt. Nat. *Demetrium egregium virum memini dicere cuidam libertino potenti: facilem ſibi eſſe ad divitias viam, quo die pœnituiſſet bonæ mentis*. Salluſt. Catil. c. 13 *Divitiæ ludibrio luxurioſis ſunt*. Periculum a divitiis metuendum; eleganter Seneca ſignificavit epiſt. 20, *Multum eſt*, inquit, *non corrumpi divitiarum contubernio*. Idem epiſt. 2 *Divitiarum modus primus, habere quod neceſſe eſt, proximus, quod ſatis eſt*. Cic. Tuſc. 5 divitias in bonis non numerat, quod eas quivis indignus habere poſſit. vid. Voſſ. 1 Inſt. Orat. p. 82. Iuvenal. 6, 29, *Turpi ſecerunt ſecula luxu Divitiæ molles*. Lucret. 5, 1117 *Divitiæ grandes homini ſunt vivere parce*. ¶ 2. Sing. *Divitia* ex Accio Non. 7, 64 *Æternabilem divitiam partiſſent*.

¶ Divitiārium, *i*, n. theſaurus, die ſchatzkammer, der ſchatzkaſten. Ambroſ. de Offic. *Sapienti & juſto totus mundus divitiarium eſt*. vid. Barth. Adverſ. 35, 22.

¶ Divito, *are*, reich machen: ex quo per Syncopen *Ditare*, quod uſitatius & receptius eſt. Illo uſus eſt Accius, cujus verſus alibi citat Cicero; Item Turpilius: *Dii me divitant*. vide Nonium 2, 201.

¶ Divitatio, *onis*, f. *Genus divitationis ſibi non diſplicere confeſſus eſt*, Petron. c. 17, die manier reich zu werden, oder ſich zu bereichern. v. ibi not.

¶ Dis, Ditis, m. nomen proprium, græce Πλούτων, divitiarum, & inferorum Deus, der höllen gott: ita dictus per antiphraſin, quia minime ſit dives. Hæc vulgaris opinio: Sed potius exiſtimato ſic dictum, quia maxime *Dives*. *Dis* enim contractum ex *Dives*. Nonnulli etiam a Ζεύς, Διός, deducunt: unde Cluver. ad Cæſ. B. G. p. 235 monet, quod *Dis* idem cum Jove conſentiat, qui & hinc vocetur *Diſpiter*, quaſi *Dispater*. Penes eum enim omnis torrena vis atque natura credebatur poſita, ſimulque & auctor ipſe omnibus & finitor eſſe. Vide intra *Finitor* in *Finis* & verbo *Finio*. Virg. Æn. 6, 126 *Facilis deſcenſus Averni, Noctes atque dies patet atri janua Ditis, &c.* ¶ 2. Dis, *ditis*, appellativum, ditior, ditiſſimus, dives, reich. Terent. Adelph. 5, 1, 8 *Dis quidem eſſe Demea, & rem tuam conſtabiliſſe*. Cic. de Amic. c. 16 *Ditior mihi & affluentior videtur eſſe vera amicitia*, reicher und überflüßiger. *Ditiſſimus ævi*, Sil. 3, 397, ſehr alt. *Agri*, Virg. Æn. 1, 343, ſehr wohl bebauet. *Arvi*, Id. 7, 537. Neutrum hujus adjectivi eſt *Dite*, quod non certo auctor Fori Rom. ex Lucretio 1, 414 probavit, quia poeta habet *diti de pectore*, non *dite pectus*: tutius probatur exemplo Val. Flacci, qui lib. 2, 296 *dite ſolum* dixit, quod Priſcianum fugit, qui lib. 6 p. 707 ait: HÆC DITIA, *cujus nominativum ſingularem in uſu non inveni: debet tamen ſecundum analogiam* HOC DITE *eſſe*.

¶ Dito, *āvi, ātum, are*, divitem facere, reich machen, bereichern. Liv. 21, 6 *Cæſtru multitem ditavere*. Horat. de Arte P. v. 57 *Sermonem patrium ditavit*.

¶ Ditātus, *a, um*, bereichert. Auctor ad Herenn. 4, 53 *Verbis triumphis ditata*. Et Ovid. Pont. 2 ep. 7, 62 *Ditata eſt ſpoliis perfida turba meis*.

¶ Ditator, *ōris*, m. qui ditat, der reich macht. Auguſtin. Confeſſ. 5, 5 *Spiritus Sanctus conſolator & ditator fidelium*. Et Petrus Chryſolog. ſerm. 9 *Venit tuus ditator in paupere*.

¶ Ditēſco, *ĕre*, reich werden. Claud. 2 de laud Stilic. v. 396 *Horrea diteſcunt*. Lucret. 5, 1248 *Diteſcere præda*. Horat. 2 ſat. 5, 10 *Accipe quæ ratione queas diteſcere*. Plutarchus in apophthegmatis Imperatorum, Ptolemæum Lagi filium dicere conſueviſſe indicat, *Ditare quam diteſcere, magis eſſe regium*, τὸ πλοῦτον τὸ πλουτίζον ἢ νμὶ βασιλικώτερον.

¶ Ditiſſime, adverb. ex *ditiſſimus*, ſehr prächtig. Apul. de Deo Socr. *Domos ditiſſime exornare*.

¶ Perdives, *itis*, valde Dives. Cic. ad Attic. 6, 1 *Amici regis duo tresve perdivites ſunt*. Idem in Verr. 4, 26 *Mulier Segeſtana perdives & nobilis*.

¶ Prædīves, *itis*, idem. Plin. 34, 3 *Tſtamentum prædives*: & Claudian. 2 in Rufin. v. 142 *Fores prædivitis aulæ*. Habet quoque Ovid. Met. 9, 91.

Divexo, vide *Vexo*, Diviana, *Deus*, Dividia, *Divido*.

DIVIDO, *divīſi, ſum, dividĕre*, partiri, ſecare, ſeparare, zertheilen, ſcheiden, trennen. Scaliger opinatur de cauſſis L. L. c. 34, eſſe a δίς, *bis*, & ἰδεῖν, *videre*, quia quæ divita ſunt, bis videntur. Voſſius autem cenſet conſiari ex *di* vel *dis*, & Hetruſco verbo *Idare*, id eſt, partior: Vnde *Idus*, qui menſem partiuntur; unde & vidua, quæ eſt a marito ſeiuncta ſeparataque. Et ſic antique *Dividuo* pro *Divido* dictum. *Dividere in partes æqualiter*, Cic. in Orat. c. 40. *Hunc ſcuri diviſit medium*, Horat. 1 ſat. 1, 99. *Tam procul a Græcorum omnium regionibus, diſciplinis linguaque diviſa*, Cic. pro Flac. 26. ¶ 2. Diſtribuere, austheilen. Senec. Med. v. 5 *Clarumque Titan dividens orbi diem*. Horat. 1 carm. 36, 6 *Oſcula dividere ſodalibus*, auf der reihe herum küſſen. Liv. 6, 3 *Magna multitudo in cuſtodias diviſa*. Id. 23, 34 *Ut in omnes navium legatos ſeparatim cuſtodiendos dividerent*. Suet. Aug. c. 40 *Singula millia nummum a ſe dividebat*. Sic, *agros dividere*, eſt juxta partiri, diſtribuere, ſeu aſſignare. Suet. Aug. c. 4. Vide & Gromaticos ſcriptores, ubi de aſſignatis agris agunt. Nepos 8, 1, 5 *Bona publicata inter ſe diviſerunt*. ¶ 3. Diſcernere, unterſcheiden. Cic. Orat. 32 *Campus ambigue multa dicentur, quomodo quidque eorum dividi explanarique oporteat*. ¶ 4. *Dividere Carmina* apud Hor. 1 Car. 15, 15 eſt alternis canere, ut explicat Iſ. Voſſ. ad Catull. p. 239. ¶ 5. *Dividere ſententiam*, eſt partem illius tantum probare. vid. Briſſo. L. 2 p. 182. ¶ 6. Eſt etiam in obſcœnis. v. Burm. ad Petron. c. 11. ¶ 7. *Dividere* & *dimittere* in MSS. commutantur. v. Drakenb. ad Liv. 37, 45.

¶ Diviſus, *a, um*, getheilet; ut, *Diviſum imperium*, ap. Virg. in Catalectis. Comp. uſus eſt Lucret. 4, 958 *Et diviſior inter ſe, ac diſtractior intus*.

¶ Diviſe, adv. abſonderlich. Gell. 7, 2 *Verſus ſeparatim atque diviſe legentur*. Et 1, 22 *Diviſe pronunciandum eſt, at non una pars orationis eſſe videntur, ſed duæ*.

¶ Diviſim, idem. Apul. in Aſclepio p. 413 *Creduntur eſſe quidem plurima diviſim*.

¶ Diviſio, *ōnis*, f. ſeparatio, die zertheilung, trennung; ut, *Diviſio tripartita*, Cic. Off. 3, 2. *Scrupuloſe in partes ſecta diviſio*, Quintil. 4, 5. ¶ 2. Diſtributio, die austheilung. Namque & ſportulæ in die natali populo datæ, *diviſiones* appellatæ, quod Hier. Magius obſervat Miſcell. 2, 2, & Lindebrog. Obſerv. in Ter. Phorm. 1, 1. ¶ 3. Rhetores ita vocant, quod ejus diſpoſitionem dicimus, ſceleton quaſi orationis, propoſitum a præceptore diſcipulis, ut diducant. v. Turn. ad Quint. 2, 6. v. *Partitio*.

¶ Diviſor, *ōris*, m. ſubſt. idem. Liv. 33, 46 *Veſtigalia prædæ ac diviſoris omnibus quibusdam erunt*, ſie theilen ſie unter ſich. Et 45, 30 *Quam diviſui facilis*.

¶ Diviſura, *æ*, f. die theilung. Plin. 12, 26 *Platani diviſuras* & 14, 3 *Folio parvo & rotundo, ſine diviſuris*.

¶ Diviſor, *ōris*, m. der austheiler. *Diviſores* dicebantur, qui pronunciatas in tribus pecunias nomine Candidatorum viritim diſtribuebant, Suet. Auguſt. c. 3. vide Interpretes. Plaut. Aul. 1, 2, 29, & 2, 2, 3 *Magiſtros auriarum* vocat. *Diviſoris* autem nomen criminoſum fuiſſe, quippe tribulium in ferendo ſuffragio corruptoris, apparet ex Cic. Orat. pro Planc. c. 19 in. *Quam tibi commodum eſt unam tribam deligere tu: doce id, quod debes, per quem ſequeſtrum, quo diviſore corrupta ſit*. Et Verr. 3, 69 Verres *in furis, ac diviſoris diſcipina* dicitur *educatus*. v. Caſaub. ad Cic. Att. 1, 16 p. 127.

¶ Diviſibĭlis, *e*, theilbarkeit. Improbat Voſſ. de Vit. L. L. 3, 9, pro quo elegantiſſimus quisque *dividuus* dixit. Sed inde eſt *Indiviſibilis*. Quin & Tertull. de Anima c. 14 *Anima non eſt diviſibilis ex ſe*.

¶ Dividuus, *a, um*, separatus, divisus, vel quod divisionem admittit, theilich, getheilet, halb. Ter. Adelph. 2, 2, 33 *Potius quam venias in periculum Samnio, fervente an perdas totum, dividuum face*, laß die beyste fahren. Sic, *Coma dividua*, i. e. discreta in summo vertice, Ovid. 1 Amor. 5, 19. *Munus dividuum*, quod dividi potest, Horat. 1 ep. 17, 49. *Dividui fulci*, Claud. in Cons. Prob. & Olyb. v. 102. *Dividua ferarum viscera*, pro dissectis, Plin. 5, 1. Ovid. A. A. 2, 488 *Anno dividuo*. Ovid. Met. 3, 682 *Qualia dividuae sinuantur cornua lunae*, ubi vid. Heins.

¶ Divīdus, *a, um*, id. Acc. ap. Non. 2, 205 *Nos ut scorsum dividos loto essevres*.

¶ Dividuĭtas, *ātis*, f. idem quod divisio, die theilung; aliqui legunt *Dividitas*, l. 80 in fin. ff. ad leg. Falc.

¶ Dividia, *æ*, f. quam Festus *discordiam*, Non. 2, 214 & 254 *taedium* & *dissensiones* interpretatur. Sane pro molestia & dolore Plautus aliquoties posuit, verdruß, zwiespalt; ut, Cas. 2, 2, 10 *Sed quid est, quod ino nunc animo aegre est? nam quod tibi est aegre, idem mihi est dividiae*: & Bacch. 4, 6, 1 *Nimio illaec res est magnae dividiae mihi*. Fulgentius de prisco sermone n. 34 etiam per *tristitiam* exponit ex Propertio: *Dividias mentis conficit omnis amor*.

¶ Dividicula, *orum*, n. pl. sunt castella, ex quibus a rivo communi aquam quisque in suum fundum ducit, Festus, eine brunnenstube.

¶ Condivido, *ere*, idem quod *dividere*. Cæl. Aurel. Tard. 1, 4 *Non enim naturali habitu constituta condividuntur*.

¶ Indivisus, *a, um*, unzertheilt. Varro R. R. 2, 7 de equis: *Indivisas ungulas habent*. Et Silius 8, 9 *Indivisus honos*.

¶ Individuus, *a, um*, unzertrennlich, unzertheilich. Cic. de Fin. 1, 6 *Atomi dicuntur corpora individua*. Apul. Met. lib. 4 *Individuum contubernium* dixit. vid. *Domuscula*. ¶ 2. Dialectici *Individuum* vocant, quod de uno solo prædicari potest, nec est communicabile pluribus. v. Mart. Capella 4 p. 98.

¶ Individuĭtas, *ātis*, f. die unzertrennlichkeit. Tertull. de Orat. c. 6 *Individuitas a corpore Christi*. Id. de Mon. c. 5 *Matrimonii individuitas*.

¶ Indivisibilis, *e*, unzertheilich, untheilbar; ut, *Indivisibilis materia*, apud Diomedem lib. 2 c. de Litera, ex vetusto grammatico Scauro, ut videtur. *Anima indivisibilis*, apud Tertull. de Anima c. 51.

¶ Indivisibiliter, adverb. idem. Tertull. ibidem: *Mors indivisibili animae indivisibiliter accidens*.

¶ Subdivido, *ĕre*, hoc est, divisum magis dividere. Tertull. adv. Iudæos c. 11 *Septem dimidiae hebdomadarum sunt subdivisae in absciscionem priorum hebdomadarum*. Et Augustin. 3 de Trinitate, procemio: *Deinde subdivisimus, ut haec diligentissime tractaventur*.

¶ Subdivisio, *ōnis*, f. in Cod. 6 t. 2 l. 22 & 3 t. 28 l. 37.

Divinitas, divinus, &c. quære in *Deus*, Divisio, *Divido*, Divitiæ, *Dives*, Dium, *Deus*, Divortium, *Verto*.

DIURĒTICUS, *a, um*, διουρητικός, urinalis, urin-treibend; ab οὖρον, *urina*. Cæl. Aurel. Tard. 1, 4, 117 & 138 *Medicamina diuretica*. Priscian. de Diæta c. 9 *Tripsaca herba calida & diuretica*. Pallad. Oct. t. 14 *Vina diuretica*.

Dius, vide *Deus*, Diutīnus, diuturnus, &c. *Diu*, Divulgare, &c. *Vulgus*, Divulsio, *Vello*, Divus, *Deus*.

DO, *dĕdi, dătum, dare*, tribuere, conferre, exhibere, geben. Locutiones bonas infinitas cum aliis atque aliis nominibus conjunctum parit. *Da hoc mihi*, idem est, quod obsequere, gratificare, thue mir das zu gefallen. Ciceroni Serv. Sulp. famil. 4, 5 *Da hoc illi mortuae, da cateris amicis ac familiaribus, da patriae, &c.* Cic. fam. 1, 1 *Quod dat, accipimus*. Vbi Man. ita loquimur, cum nec id plane, quod volumus, neque tamen nihil impetramus. *Facilem sese dare*, sich gutwillig erzeigen. Ovid. Fast. 1, 17 *Da mihi te facilem, dederis in carmina vires*. vid. plura n. 7. Plaut. Pseud. 5, 1, 31; & Cic. Att. 10, 4 *Dare se alicui*, est, sui copiam facere: applicare etiam se alicui, & in ejus transire obsequium, sich ergeben. Nepos 25, 9, 1 *Sed etiam amici adversariis ejus se dabant, & in eo laedendo se aliquam consecuturos sperabant commoditatem*. Vbi vide Schortum. Sic, *Dare se legionibus*, Tacitus dixit An. 1, 31, 1. Ter. Eun. 3, 3, 10 *Mihi sese dare* sc. cœpit, hoc est, familiariter mecum agere. *Dare se alicui ad docendum*, Cic. Brut. c. 89; *ad ludendum*, de fin. 5, 15. Vbi fere idem est, quod operam dare. ¶ 2. Virg. Æn. 2, 463 *Qua summa labantes, iuncturas tabulata dabant*. Vbi Servius: *Quidam* dabant, *pro* faciebant, *intelligunt*. Idem ad illud ejusdem libri v. 482 *Ingentem lato dedit ore fenestram*: DEDIT, inquit, *id est, fecit*. *Vt Terentius: quas turbas dedit*. Ter. Eun. 3, 2, 25 *Solertem dabo*: id est, faciam, reddam, præstabo. Sic & *Dare in ruborem*, beschämen, roth machen. Plaut. Capt. 5, 2, 9. *Dare in timorem*, furchtsam machen, erschrecken, Id. Pseud. 4, 1, 19. ¶ 3. *Dare* etiam *se* dicuntur, quæ eveniunt, & aliquem processum habent; Vt nos dicimus, es giebt sich. Virg. Georg. 1, 217 *Multa adeo gelida melius se nocte dederunt*. Gratius Cynegetico v. 143 *Post ubi proceris generosa stirpibus arbor Se dederit*. Ter. Hec. 3, 3, 20 *Omnibus nobis ut res dant sese, ita magni atque humiles sumus*, wie das glück fällt, nachdem die sachen lauffen. Id. Heaut. 5, 1, 43 *Quot res dedere, ubi possem personstitere? Dedere* subaudi *se*: id est, obtulerunt. ¶ 4. Formularum præterea magna est varietas. Cic. Att. 3, 8 *Animum mœrori dare*, trauren. Id. de Amic. c. 16 *Dare animum*, id est, occasionem, anleitung geben. *Dare auribus*, id est, assentari & blandiri, zu liebe reden: Sic Trebon. Ciceroni fam. 12, 16 *Noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare*; quod *auribus servire* dixit Cæs. Civ. 2, 27. Sed, *aures suas alicui dare*, significet obsequi, Cic. Att. 1, 5, gehorchen. *Dare beneficium*, Cic. fam. 6, 20 pro, rem gratam facere, einen dienst thun. Item, *Beneficium conferre*, ut in his Mimis: *Inopi beneficium vis dat, qui dat celeriter. Beneficium dando accepit, qui digno dedit. Dare catenas alicui* pro injicere, einen fesseln, Flor. 3, 5, 30. *Dare copiam*, h. e. permittere, Ter. Prol. Heaut. v. 28. Virg. Æn. 1, 520, erlauben. *Dare facultatem*, quod & *facere copiam*, *dare potestatem*, dicitur Ter. c. l. & Ciceroni. *Dare crimini*, i. e. vitio vertere, Cic. de Cl. Orat. c. 80, übel ausleaen. *Dare damnum*, *dare malum*, schaden zufügen, utrumque apud Ter. And. 1, 1, 116. Sic, *letbum dare alicui*, est interficere, Senec. Med. v. 28, & *letho dare aliquem*, idem, Ovid. Met. 3, 120. *Dextram & fidem dare*, sancte promittere, Liv. 1, 58. *Dare fidem*, confirmare, spondere, zusagen, angeloben. *Dare dono*, Virg. ecl. 2, 37, verehren. Cic. Verr. 4, 43 *Dent sese in fugam istius praetori imperatoris nocturni milites*. Cæs. B. Gall. 5, 49 *Caesar celeriter hostes dat in fugam, &c.* Sic *Dare se in pedes*, davon lauffen, Plaut. Capt. 1, 2, 12. *Dare in terram, dare in lectum*, conjicere est, Lucret. 6, 1247. Suet. Aug. c. 96 *Aquila corvos afflixit, & ad terram dedit*, conf. Plaut. Capt. 4, 2, 17. *Dare quem foras*, ejicere est. *Dare jusjurandum*, Ter. Adelph. 2, 1, 11, einen eid ablegen, schwören. *Dare manus*, est, dedere se ac victum fateri, sich geben. Ita boni scriptores sæpe: Nepos 22, 1, 4; Cic. Att. 16, 3; Cæs. B. G. 5, 31; Plaut. Perl. 5, 2, 72; Horat. epod. 17, 1. Aliud est, *Dare in manum*: Ter. Phorm. 4, 3, 28 *Ebo dic, quid velis tibi dari in manum*, was wolteſt du wohl nehmen; ꝛc. & in And. 1, 3, 62 *Hanc in manum dat*, sie beheket mir sie an. vide *Manus*. *Dare tempus, diem*, est praefinire. Alia notione dicitur *tempore ad comparandum dato* Corn. Nep. 8, 2, 2, ubi *tempus dare* est tempus concedere, non illico adoriri. Alia rursus notione legitur apud eumdem 23, 2, 3 *Tempore dato adiit Regem*, zu bequemer zeit. *Dare mutuum*, est mutuare, leihen, Cic. Agrar. 2, 30. *Dare negotium*, Ter. prol. Andr. v. 2, befehlen, zu thun geben, *Dare nomen suum militiae* vel *in militiam*, sich werben lassen, Liv. 5, 10. *Dare operam*, zu willen seyn, dienen. *Da mihi paullum operae*, Ter. Eun. 2, 2, 50. Sed, *Literis discendis operam dare*, studiren. Sic, *Operam stylo dare*, Suet. Dom. c. 20. *Dare operam praeceptori*, est eum audire. Cic. Acad. 4, 6 *Clitomacho* (philosopho) *Philo vester operam multos annos dedit. Dare palmam*, Ter. Heaut. 4, 3, 31, gewonnen geben. *Dare poenas, supplicium*, passive puniri, strafe leiden. Ter. Phorm. 4, 3, 22 *An legibus daturum poenas dices?* Cic. Phil. 12, 10 *Ipsi scelerati, nec dicam mihi, reipublicae poenas dederunt. Dare sermones maledicis*, den mißgünstigen in die mäuler gerathen. Cic. fam. 5, 3 *Nos incertis, qua data victoria esset, intervenit*, Liv. 10, 12. *Da mihi mutuum testimonium*, vide *Mutuus*. *Dare veniam*, zu gut halten, erlauben. Nepos 10, 2, 2. vide *Venia*. *Dare praecipitem*, est depellere, deturbare, Ter. Andr. 1, 3, 9. *Dare verba*, decipere, ibid. v. 6. *Ist istuc datum*, Ter. Eun. 3, 1, 5, diese gnade habe ich von Gott. *Dare ludum pueris*, est ludendi illis potestatem facere. Vnde per metaphoram, *alicui dare ludum*, dicitur pro indulgere; Plaut. Bacch. 4, 10, 7 *Ego dare me ludum meo nato institui*: & p. p. *Sed nimis nolo desidie ei dare ludum*. Horat. 3 od. 12, 1 *Miserarum est, neque amori dare ludum, &c.* ¶ 5. *Dare*, pro dicere, bonis auctoribus aliquando usurpatur; ut, *accipere* pro audire, anzeigen, sagen. Ter. Phorm. 5, 6, 38 PH. *Atque hercle ego quoque illam audivi fabulam.* GE. *Imo etiam dabo, quo magis credas*. Virg. ecl. 1, 19 *Sed tamen iste Deus qui sit, da, Tityre, nobis*: i. e. dic, doce vel enarra. conf. Virg. Æn. 6, 65. Horat. 2 sat. 8, 5 *Da, si grave non est, Quae prima iratum ventrem placaverit esca*. Et ita hoc verbo quoque usi Ovidius, Horatius, Claudianus, &c. Ipse Cic. Acad. 1, 3 *Sed da mihi nunc*. Sic contra *Accipe*, id est, audi, Virg. Æn. 2, 65. Ita *fama dare* dicitur, quæ narrat. vid. Burm. ad Val. Fl. 5, 507 *Qualemque dabat te fama, videmus*; itemque ad Grat. cyn. 100. ¶ 6. *Dare* etiam disputantium verbum, cum largiuntur & concedunt aliquid, qua notione & verbo *accipio*, (vide supra in *Capio*:) item *suscipio* quandoque utimur, zugeben, einräumen. Cic. Tusc. 1, 32 *Istos vero, qui, quod tota in hac caussa difficillimum est, suscipiant, posse animum manere, corpore vacantem: illud autem, quod nun modo facile ad credendum est, sed eo concesso, quod volunt, consequens, id certe non dant*. Lucret. 2, 1126 *Nam certe fluere atque recedere corpora rebus Multimodis dandum est*. Macrob. Somn. Scip. 2, 14 *Si damus*, ait, *& motum & quietem necesse est, aut alia semper moveri, aut alia nunquam moveri*. ¶ 7. Sed & extra disputationes, & in commune pro *concedere* usurpatur. Plaut. Amph. 1, 1, 54 *Neque dant, quae petunt*. Senec. Med. v. 32 *Da, da, per auras curribus patriis vehi*. Horat. in arte v. 53 *Quid autem Caecilio Plautoque dabit?* ¶ 8. *Dare* & Medicorum est, cum medicamenta exhibent: ut ægrotorum contra *accipere*. Nepos 10, 2, 5 *Quo ille commotus, ne agendi cum eo esset Dioni potestas, patri soporem Medicos dare coegit*. Nam *soporem* Nepos medicamentum soporiferum vocat. Sic, *Dare medicamentum*, Curt. 6, 10, 34 æger sumere dicitur. conf. Id. 3, 6, 3. ¶ 9. *Dare* etiam Iudicum est; nam *dare litem*, & *dare* absolute, pronunciare est, sententiam ferre, ein urtheil fällen. Suet. Claud. c. 15 *Absentibus secundum praesentes dabat*. Vide ibi Torrentium & Cujacium Observ. 6, 27. Sic, *Dare ad carnificem, dare ad bestias*, est damnare. ¶ 10. Est & Iudentium verbum, cum calculos ponunt, ad præscriptum numerum talis jactatum, wenn man einen stein giebt: ut nos etiam loquimur. Ovid. A. A. 2, 204 *Tu male jactato, tu male facta dato*. vid. Chrest. Plin. Gesneri p. 155. Vide paullo post *Datum*. Vius ejus in pilæ lusu est, vide infra *Dator*. ¶ 11. *Dare* etiam meretrices dicuntur, cum corporis sui copiam faciunt. Martial. 9 epigr. 33, quo de amica, qualem velit, agit: *Haec volo, quae puero jam dedit ante meo*. Id. 2, 31 *Det quam bene, quaeris?* Et alibi: Pertinet huc quoque illud Ciceronis apud Suet. Cæs. c. 44 *Remove isthaec, oro te: quando notum est, & quid ille tibi, & quid illi tu dederis*. Loquitur de pudicitia Cæsaris in contubernio Nicomedis illusa. conf. Plaut. Cas. 2, 6, 10; Asin. 1, 3, 15; Pseud. 3, 1, 19. ¶ 12. Pass. pro *eligor*. Plaut. prol. Amph. v. 34 *Ab justis justus sum Orator datus*.

¶ Danam, denit, danunt, dane, pro *Dabo, dat, dant, da*, antique ap. Plautum Cas. 1, 6, 22; Perf. 2, 3, 4; Most. 1, 2, 48; & 3, 1, 30; &c. Truc. 2, 2, 19. Vide supra *Dano*. Sic & *Duim, duis, duit, duint*, pro *dem, des, det, dent*, antique, a Plauto & Terentio dictum est. *At tibi Dii dignum factis exitium duint*, Ter. Andr. 4, 1, 43. Exstat & apud Ciceronem ipsum. Est ex Aristo 2 Attico Optat. δώην, δοίης, δοίη &c. verbi δίδωμι teste Vossio de Anal. 3, 37 p. 113.

¶ Ditus,

¶ Dătus, *a, um*, gegeben. *College dati*, Nepos 7, 1. *Data opera*, i. e. de industria, mit Fleiß, Plin. 7 epist. 12, 6. *Data poculo*, Ovid. Met. 14, 287. ¶ 2. *Data* & *rata*, confunduntur a librariis. vide Drakenb. ad Sil. 5, 304.

¶ Datum, *i*, n. plur. Dara, subst. Cic. de Amic. c. 16 *Hoc est minis exigue & exiliter ad calculos vocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum & datorum*, ausgabe und einnahme. ¶ 2. *Data* etiam dicuntur munera. Plaut. Pseud. 1, 3, 72 *Non est justus quisquam amator, nisi perpetuet data.* Propert. 3, 15, 6 *Heu mollis capta Licinna datis.* Ovid. Met. 6, 461 in fab. Philomelæ & Terei: *Impetus est ibi* (Tereo) *comitem corrumpere curam, Nutricique fidem, nec non ingentibus ipsam Sollicitare datis.* v. Rittershus. ad Salvi. p. 432. ¶ 3 Ad oleum & lusum pertinet Cic. ap. Non. 2, 781 *Itaque tibi concedo, quod in duodecim scriptis solemus, ut calculum reducas, si te alicujus dati pœnitet.* v. *Do* n. 10.

¶ Dătio, *ōnis*, f. das geben. Varro Rei Rust. 3, 9 *Remittendum in dationc.* Cic. Agrar. 2, 22 *Legum datio.*

¶ Dătus, *ûs*, m. idem. Plaut. Trin. 4, 3, 16 *Is se aurum meo datu tibi ferre ajebat.*

¶ Dător, *ōris*, m. ein geber. Virg. Æn. 1, 734 *Lætitiæ Bacchus dator.* ¶ 2. *Datores* in pilæ lusu dicebantur, qui mittebant primum illam, *factores*, qui feriebant ludebantque. Plaut. Curc. 2, 3, 18 *Et datores, & factores omnes subdam sub solum.*

¶ Dato, *datare*, frequent. Plaut. Aul. 4, 4, 10 *Te datare, credo, consuetum.* Plin. 25, 5 (sect. 23) *Binas, non amplius, drachmas datavit.* vide Harduin. Sidon. 5, 12 *Annuum tributum datare.*

¶ Datatim, adv. aus einer hand in die andere. Plaut. Curc. 2, 3, 17 *Tum isti, qui ludunt datatim, servi sourravum in via.* Erant enim pila ludendi genera, *datatim, raptim, expulsim ludere*, de quibus Turneb. Adverl. 7, 7. Laur. Ramirefius ad Martialem, Nonius 2, 213.

¶ Datarius, *a, um*: ut, *Nulla est mihi salus dataria*, Plaut. Pseud. 4, 2, 13. i. e. prior salutare homines non soleo.

¶ Dativus, *a, um*, idem; ut, *Dativi datores, qui testamento dati sunt*, ut vult Ulp. in fragm. tit. 11 §14. Sed Iustiniano l. ult. C. de legit. tut. *dativi* sunt, *qui a judice dantur*, sicuti *dativa tutela a testamentaria* distinguitur l. 40. C. de Episc. & Cler. *Dativus casus* ex Grammat. notus, & Gellio 4, 16.

I. Composita, quæ conjugationem verbi simplicis retinent:

¶ Circumdo, *dĕdi, dătum, dăre*, umgeben. Cic. ad Cat. fam. 15, 4 *Oppidum vallo & fossa circumdedi*, ich habe einen wall und graben herum geführet. *Circumdare famam inanem alicujus rei alicui*, Tac. dixit Hist. 4, 11, 4. *Portus circumdatus est montibus*, Nepos 2, 6, 1.

¶ Circumdătus, *a, um*, umgeben, eingehüllt. Virg. Æn. 9, 462 *Armis circumdatus in arma fuscitat.* Id. 10, 483 *Pellis tauri circumdata.* Nepos 14, 3, 2 *Amiculo circumdatus.* Cic. de Divin. 2, 65 *Argento circumdatum aurum*, gold in silber eingefaßt.

¶ Condĭtor, *oris*, m. der mit gewürz, der mit darzu giebt. Gloss. lat. gr. *Condatoribus*, συντελεσταῖς.

¶ Interdo, *āre*, æstimare, achten, pro quo Plautus antique habet *interduo*, Capt. 3, 5, 36 *Dum pereas, nihil interduo.* Sic idem Rud. 2, 7, 22, & Trin. 4, 2, 152 *Qui si, qui non sis, flocculum non interduim*, darum bekümmere ich mich keinen pfifferling.

¶ Interdătus, *a, um*, ausgetheilt. Lucret. 4, 866 *Cibus interdatus.*

¶ Introdo, *āre*, hineinbegeben, darbieten. Cic. pro Cæl. c. 5 *Se ipse inferebat & introdabat*; al. *Introdebat.*

¶ Pessundo, *āre*, vel divisim *pessum do*, ubi vid. in *pes*, proprie conculcare pedibus, zu boden stossen, stürtzen. Ter. Andr. 1, 3, 3 *Quæ* (nuptiæ) *si non aspu providentur, me aut herum pessundabunt.* Ovid. 3 Trist. 5, 45 *Pessundare cuncta.* Plaut. Rud. 2, 6, 23 *Pessundedisti me blandimentis tuis.*

¶ Pessumdatus, *a, um.* Sall. Iug. 1, 4 *Animus ad inertiam & voluptates corporis pessumdatus.* Al. *pessum datus.*

¶ Prædo, *are*, ante exhibere, vorhergeben. Hinc

¶ Prædătus, *a, um*, ante datus, vorhergegeben. Frequenter usurpat Cæl. Aurelianus: e. g. Acut. 3, 17 n. 163 *Prædato oleo.* Tard. 1, 1 n. 21 *Prædato initio, cui perfectio consummata respondeat.* Rursus Acut. 2, 37 n. 213 *Præsentientes jam fuisse digesta prædata.* conf. Reinef. Var. Lect. 3, 17 p. 657.

¶ Satisdo, *āre*, obligatione satisfacere alicui, versicherung thun, einen versaud schaffen. Cic. pro Quint. c. 13 *Quibus a me verbis satis accipiet, iisdem ipse quod peto, satisdet.* Et ib. c. 7 *Iste postulat, ut procurator judicatum solvi satisdaret. Negat Alphenus æquum esse, Procuratorem satisdare, quod reus satisdare non deberet, si adesset.* it. c. 28, 1 *P. Quintium judicatum solvi satisdaturum.* Idem Att. 5, 1 *De satisdando te rogo, quoad eris Romæ, tu ut satisdes.* Plin. 36, 21. 2 *Satisdari sibi damni infecti coëgit*, i. e. cautionem dare damni forte futuri.

¶ Satisdatio, *ōnis*, f. die gewehre, gemnathnung, bürgschafft, eadem est quæ cautio, sic enim ipsi loquuntur Iureconsulti. Pomponii verba jam vidimus: Cic. Attic. 5, 1 *Sunt aliquot satisdationes secundum mancipium.* Vbi interpretes adeas. *Satisdationem præstare*, Ulp. l. 7 § *Si necessaria* D. Qui satisdare cogantur.

¶ Satisdător, *ōris*, m. ein bürge, gewährmann. Gloss. gr. lat. ἐγγυητής, *satisdator.* Et Sidon. 4 epist. 24 *Curatori nodum satisdator inventus est.*

¶ Satisdato, adverb. per satisdationem, ex satisdationis formula. Cic. ad Att. 16, 15 *Illi turpe arbitror, eo nomine quod satisdato debeat, procuratores ejus non dissolvere.* Pompon. l. 4 D. de Solution. *Potius quod satisdato, quam quod sine satisdatione debeo.* v. plura exempla apud Mencken. Observ. L. L. hac voce.

¶ Superdo, *are*, drüber thun, drauf leaen. Cels. 7, 7, 4 *Superdandum cerussiram.* Et ibid. c. 2 *Paullum mellis insundendum, dein glutinantia superdanda.* conf. Idem 5, 28; & 7, 30, & 8, 4 &c. Et Colum. 7, 2 *Glutinantia superdare.*

¶ Superdătus, *a, um*, drauf gegeben; ut, *Superdatum oleum*, Cæl. Aurel. 3, 17 n. 163.

¶ Venundo, *āre*, vendere, venum dare, (nam & divise scribi potest,) zu kauff geben, verkauffen. Vlp. 7 pr. Dig. de liberali causa: *Nisi se venunderi passi sunt, ut participaverint pretium.* Tac. Ann. 14, 33, 5 *Capere, venundare, belli commercium.*

¶ Venundătus, *a, um*, verkaufft. Tac. Agric. c. 28 *Quos per commercia venundatos, & in nostram usque ripam mutatione mentium adductos &c.* Propert 3, 17, 21 *Tuque o Minoa venundata, Scylla, figura*, i. e. vicla, in servitutem quasi redacta Minois forma, propter quam fatalem patris crinem resecuisti.

¶ Venundătio, *ōnis*, f. die verkauffung. Gloss. Cyrilli: *Venundatio*, πρᾶσις.

II. Composita, quæ conjugationem mutant:

¶ Abdo, *dĭdi, dĭtum, dĕre*, propric opponitur *ad Addere*, estque excludere, removere, a se abjungere, ut Gronovius de Sebert 4, 8 p. 308 præclare id explicat, wegschaffen. Sic Virg. de e pro reiecte confecto, Georg 3, 95 *abde domo*, schaffe es aus dem hause, quod mire interpretes torsit, qui non aliam, quam occultandi notionem intellexerunt. Tibull. 2, 1, 82 de Cupidine: *Et procul a nobis hinc, precor, abde faces.* Et Silius 6, 21 *Nec magna anima puer abdere sese Pubescente gena castris optaverat*, i. e. exesse castris, ut Gronovius d. l. interpretatur. Plautus præterea dixit Pseud. 4, 7, 5 *Abdere se e conspecta bovi sui*, sich weg machen. ¶ 2. Est occultare, verbergen, verstecken, quæ quidem significatio ex priori orta est. Quæ enim occultare volumus, ea removemus a conspectu hominum. *Abdere se in interiorem partem ædium*, Cic. Att. 4, 3. *Abdo me in Bibliothecam*, Id. fam. 7, 28. *Me totum in literas abdo*, Id. ep. 33. Idem dixit, *abdere se literis*, pro Arch. c. 6. Et, *Abdere rem*, verstecken; ut, *abdere tabulas*, Cic. in Pison. c. 17.

¶ Abdĭtus, *a, um*, verborgen, versteckt. Horat. 1 epist. 1, 5 *Latet abditus agro.* Vellej. 2, 110, 3 *Abditus in interiora exercitus.* Liv. 1, 58 de Lucretia, *Cultrum, quem sub veste abditum habebat, cum in corde defigit.* Cic. Tusc. qu. 2, 25 *Sub terram abditus.* Etiam per gradus movetur Augustin. Confess. 5, 5 *Quæ abditiora sunt*: & 10, 10 c. l. *Quasi in cavcis abditioribus.* Idem Enchiridio c. 16 *Quæ abditissimis naturæ finibus occuluntur.*

¶ Abditum, *i*, n. subitantive ponitur pro loco occulto, ein heimlicher ort. Plin. 8, 5 *In abdito*, subaudi *loco.* Horat. de Arte v. 49 *Abdita rerum.*

¶ Abdite, adv. occultate, heimlich. *Conditum esse atque abdite latere*, Cic. in Verr. 2, 73.

¶ Abdĭtīvus, *a, um*, qui latuit, qui abductus, amotusque fuit, versteckt. Plaut. Pœn. prol. v. 65 *Filius abditivus a Patre.* Festo *abditivi* abortivi sunt, unzeitige geburten.

¶ Addo, *didi, ditum, ere*, adjungere, hinzuthun, hinzusetzen. Ter. Phorm. 1, 1, 7 *Quam inique comparatum est, ut bi, qui minus habent, semper aliquid addant ditioribus.* Nepos 24, 2, 2 *Multas res novas in edictum addidit. Addere animum*, Cic. Att. 7, 2 einen muth machen. *Addere calcar*, instigare, anreitzen, vide *Calcar.* Pallad. 1, 19 extr. *Herba conita substrata frumentis, addit ætati*, es macht, daß sichs hält. Construitur etiam cum præpos. *in.* Liv. 4, 25 extr. *Album in vestimentum addere.* vid. Gron. hic, & ad Cic. Att. 13, 20 pr. *Addunt se in spatia equi*, Virg. Georg. 1, 513. vid. Cerda, it. Burm. ad Quint. 8, 3 p. 706. Cum præpos. *ad.* Cæs. de B. Civ. 3, 49 *Hunc laborem ad quotidiana opera addebant.* ¶ 2. Ponitur pro simplici dare, vid. plurima exempla ap. Nic. Heinf. ad Sil. 3, 350. ¶ 3. Pro *indere* & *adjicere.* Sammon. 14 *Balsama si geminis instillans auribus addas.* Etiam Varro ita locutus R. R. 1, 54, 2, it. 3, 15, 2; & Colum. 12, 22, 15, 57, 1. Plin. 28, 4 f. 12 *in utramque aurem addito pane.* Conf. 13, 3; 16, 11; 20, 22. ¶ 4. Verbum hoc eleganter etiam infervit connexionibus, überdiß, worzu noch kömmt, ꝛc. Ovid. 2 Pont. eleg. 9, 48 *Adde, quod ingenuas didicisse fideliter artes Emollit mores, nec sinit esse feros.* ¶ 5. Additis, additit, antique pro *additeris, additerit*, Fest.

¶ Additus, *a, um*, hinzugethan. Horat. 2 od. 9, 21 *Flumen gentibus additum victis.* Et 3 od. 4, 78 *Nequitiæ additus custos.* Tac. Ann. 12, 6, 4 *Tempore addito*, pro successu temporis, mit der zeit. ¶ 2. Virg. Æn. 6, 90 *Teucris addita Iuno* Servio explicante est infensa, inimica. Add. Drakenb. ad Sil. 2, 565.

¶ Additāmentum, *i*, n. accessio, der beytrag, zusatz, zuanbe. Cic. pro Sext. c. 31 *Ligus additamentum inimicorum meorum.* Sen. ep. 17 *Sapientia, ultimum vitæ instrumentum, & ut ita dicam, additamentum.* Apul. de Deo Socr. p. 52 *Quo additamento intelligas, &c.*

¶ Additio, *ōnis*, f. idem. Quintil. 9, 3 p. 674 *Figurarum additio & abjectio.* Et Priscian. 14 p. 978 de *Absque*: *Additio magis putatur* QUE.

¶ Additĭtius, *a, um*, zugegeben, beykommend. l. 98 D. de Verb. signif. Cels. IC. *Cato*, inquit, *putat, mensem intercalarem additium esse.* Tertull. de Resurr. carn. c. 52 *Addititium corpus.*

¶ Additīvus, *a, um*, idem. Priscian. l. 17.

¶ Circumaddo, *ere*, um und um hinzuthun. Cato R. R. c. 114 *Duas partes terræ circumaddito*; al. *circumdato.*

¶ Coaddo, *ere*, mithinzuthun. Cato c. 40 de R R. (al. c. 41) *Argillam vel cretam coaddito.* conf. Plaut. Cas. 3, 1, 4.

¶ Superaddo, *ere*, oben drauf setzen. Virg. ecl. 5, 42 *Tiamulo superaddite carmen.*

¶ Superadditus, *a, um*, drauf gesetzt. Virg. ecl. 3, 28 *Lenta quibus torno facili superaddita vitis.* Et Propert. 2, 13, 32 *Laurus superaddita busto.*

¶ Condo, *dĭdi, ditum, ĕre*, abscondere, seponere, verbergen, hinlegen, beylegen; ut, *Condere & reponere fructus*, früchte einsammlen. Cic. de N. D. 2, 62. *Prædaci atque in carcerem condi*, Id. in Verr. 5. 29. Sic, *Condere frumentum*, getreyd einführen: item vom aufschütten. Horat. 2 epist. 1, 142. *Sorices & blattæ lucum condi, autor est Nigidius, sicut glires*, Plin. 8, 57. *Condere in animum*, merecken, Sen. epist. 7. *Nox ubi sidera condit*, Lucan. 1, 15, quo de loco vid. Miscell. Observ Vol. 3 p. 250, & 5 p. 167. ¶ 2 Ad furtum etiam transtulit Horat. 1 od. 10 de Mercurio v. 7 *Callidum, quicquid placuit jocoso Condere furto.* ¶ 3. Ponitur & pro sepelire, begraben. *In sepulcro condere*, Cic. de Leg. 2, 22. Et simpliciter *condere*, Cic. Tusc. 1, 45. vid. *Condere manes* in *manes* n. 2. *Condere simul omnem sepulcri elementa*, ait Barth ad Stat. Theb. 10, 227

Hinc *conditorium*, *conditivum*. Hinc *condere*, eleganti translatione pro *finire*, vivendo explere, posuere auctores: ut, *condere secla*, Lucret. 3, 1104. *Condere soles*, Virg. ecl. 9, 52. *Condere diem*, Horat. 4 od. 5, 29, & Plin. Paneg. c. 80. *Condere lustra*, Cic. de orat. 2, 66, in quibus omnibus Germ. zubringen. Male vero nonnulli huc trahunt illud Virg. ecl. 6, 6 *Namque super tibi erunt, qui dicere laudes, Vare, tuas cupiant, & tristia condere bella.* Ibi enim *condere*, non finire est, sed componere, concelebrare carminibus, ut recte Servius interpretatur. ¶ 4. Construere, ædificare, bauen, anrichten, ſchaffen; ut, *Condere urbem*, Liv. 3, 3. *Tyria classis Gades condidit; ab iisdem Utica condita est*, Vellej. 1, 2, 6. *Colonias condere*, Id. 1, 15, 1. Et Virg. Æn. 1, 37 *Tantæ molis erat, Romanam condere gentem.* Id. ecl. 2, 61 *Pallas, quas condidit arces, Ipsa colat.* Sic, *Condere carmen, poëma, historiam*, pro componere. Horat. de Arte v. 436; Plin. 12, 4; &c. Sic Cic. Att. 1, 16 *Condere alicujus laudes.* Huc pertinet Virgilianum illud *condere bella*, de quo n. 3. Sic &, qui primi quid invenerunt, & constituerunt, id *condidisse* perhibentur. Plin. præf. operis: *Lucilius, qui primus condidit stylı naſum*, i. e. satyricum genus scribendi invenit. Sic, *Augustum condidisse imperium*, i. e. ordinasse & constituisse, Florus scribit 4, 12, 66. Apud eumdem 1, 3, 1 *Tullus Hostilius militarem disciplinam artemque bellandi condidit.* Et Iustin. 36, 2, 7 de Iosepho loquens: *Somniorum primus intelligentiam condidit.*

¶ Conditus, *a*, *um*, absconditus, verdeckt, verwahrt, aufgehoben. Cic. de N. Deor. 1, 60 *Agri multa ferunt, manu quæsita, quæ vel statim consumantur, vel maneantur condita vetustati.* Horat. Epod. 7, 2 *Cur dexteris aptantur enses conditi?* i. e. non tantum absconditi vagina, sed plane ob pacem sepositi, quo loco confirmantur, quæ Burm. ad Quintil. L. 8 pro. p. 661 de vi hujus formulæ disputat. Sic, *Condita præcordia aperire*, sein herz aufſchütten, Id. 1 sat. 4, 89. *Conditum vinum*, ju eſruntet weiu, Id. 1 od. 20, 3. *Pocula condita servare*, aufheben. Virg. ecl. 3, 43. Catullus carm. 65, 232 *Memori tibi condita corde, Hæc vigeant mandata*, gedencke ſtets daran. ¶ 2. *Sepultus*, beerdiget. Valer. 5 Argon. v. 198 *Conditus tumulo.* ¶ 3. *Comparatus*, inventus, compositus, gebauet, verfertiget. Horat. 1 sat. 5, 92 *Locus a Diomede conditus.* Virg. ecl. 10, 50 *Chalcidico condita versu carmina.*

¶ Conditum, *i*, n. subst. & in plurali *Condita*, dicebantur annonariæ species, quæ in civitatibus, aut burgis conditæ servabantur, sustinendo militi, aut comitatui Principis, proviant, vorrath; ut, *Militaria condita*, Spartian. vocat Adriani vita c. 11, ubi plura Casaubonus. Hinc, *in condito habere*, im vorrath haben, apud ICtos v. Parei Lex. Crit. p. 249.

¶ Conditus, *ûs*, m. die erbauung. Apul. Apol. p. 289 de patria sua: *Veteranorum militum novo conditu splendidissima colonia fumus.* Censorin. c. 4 de Die Natali: *Qui in conditu Thebarum Cadmo fuerint adjumento.*

¶ Conditūra, *æ*, f. die verfertigung. Petron. c. 51 *Conditura vitrorum*, i. e. structura. Tiberium etiam Imp. usum hoc nomine, testatur Isid. 16, 15.

¶ Conditor, *ōris*, m. cujusque rei constructor, inventor, auctor, ein ſtiffter, urheber, verfertiger. *Et urbis & imperii conditor Romulus*, Flor. 1, 1, 1. conf. Plin. Paneg. c. 1. *Conditor conservatorque Romani nominis Octavius*, Vellej. 2, 60, 1. *Peripateticæ sectæ conditor Aristoteles*, Colum. 9, 3. *Conditor historiæ*, ein hiſtorienſchreiber, Ovid. Trist. 2, 416. *Rerum conditor*, Thucydides vocatur a Plin. 7, 30. Sed

¶ Conditrix, *īcis*, f. Macrob. Somn. Scip. 1, 11 *Luna mortalium corporum & auctor & conditrix.* Eumenius de restaur. Schol. c. 9 *Athenarum conditrix Minerva.* Apul. Apol. p. 285 *Paupertas prisca apud secula omnium civitatum conditrix.* Marianus Lupercalior. poëta etiam habet ap. Philarg. in Virg. ecl. 1, 20.

¶ Conditītius, *a*, *um*, was da dienet hinzulegen; ut, *Fruges condititicæ, mala conditicia.* Colum. 8, 8 de columbis: *Duobus aut tribus mensibus acceptant conditicia ciboria: cæteris se ipsas pascunt feminibus agrestibus*, ſie werden ein paar monate vom beden gefüttert.

¶ Conditīvus, *a*, *um*, eingelegt, aufgehoben; ut, *Conditiva mala, pira*, Cato R. R. c. 7; Varr. R. R. 1, 59; & Macrob. Sat. 2, 15 & 16. *Conditivis cibis sustinere pecus*, Colum. 7, 9.

¶ Conditivum, *i*, n. etiam subst. sepulcrum, ein grab. Ita appellat Sen. ep. 60 *Vivit is, qui se utitur: qui vero latitant & torpent, sic in domo sunt, tamquam in conditivo.* Id. ep. 82 *Multum interest inter otium & conditivum.*

¶ Conditōrius, *a*, *um*, zur erſchaffung gehörig. Scriban. de Pass. Christi c. 2 *Universum solo conditorio verbo* FIAT *condere.*

¶ Conditorium, *i*, n. locus, ubi quid conditur, sive reponitur & asservatur, ein behältniß. Ita, *Muralium tormentorum conditorium*, Marcellinus dixit 18, 22, ein zeughaus. ¶ 2. De sepulcris etiam & capulis mortuorum hæc vox scriptoribus usurpatur, ein grab. Petron. c. 111 *In conditorium etiam profecuta est defunctum.* Suet. Aug. c. 18 *Per idem tempus conditorium & corpus Magni Alexandri cum prolatum e penetrali subjecisset oculis*: Et idem Calig. c. 52 *Gestavit interdum & Magni Alexandri thoracem repetitum e conditorio ejus, &c.* Plin. 6 epist. 10 *Conditoria exstruere.*

¶ Condus, *i*, m. qui condit, ein verwahrer; ut promus, qui promit conditicia. Plaut. Pseud. 2, 2, 14 *Condus promus.* vid. *Promo.*

¶ Conditio, *ōnis*, f. fors, fortuna, status rerum, temporum, vitæ, gelegenheit, beſchaffenheit, ſtand. Cic. Att. 15, 1 *Ea conditione nati sumus, ut nihil, quod homini accidere possit, recusare debeamus*, darzu ſind wir gebohren. *Longe alia conditione sum ac ceteri.* Vatin. Ciceroni fam. 5, 10 *Homo bonæ conditionis*, i. e. in bona fortuna est, vel qui dives est. ¶ 2. *Conditio*, ein fürſchlag, bedingung, beſcheid, potestas oblata eligendi. Donato definitur *pactio, certam legem in se continens*, Ter. Andr. 1, 1, 52. Id. Heaut. 2, 3, 85 *Harum duarum conditionum nunc, utram malis, vide. Conditionem ferre, offerre, proponere, statuere. Conditionem accipere.* Cælius Ciceroni fam. 8, 8 *Ad alteram conditionem vult descendere Cæsar. Conditionem recusare, repudiare. Stare conditionibus.* Contr. *fugere a conditionibus*; Cic. fam. 16, 12 omnes fere hos dicendi modos complexus est. Et Att. 7, 15 pr. *Omnes cupiebant Cæsarem ſtare conditionibus iis, quas tulisset.* Id. p. p. *In conditione manere.* Ejusdem quoque est fam. 6, 7 *Ea conditione*, mit der bedingung. Et, *Sub ea conditione*, Plin. 4 epist. 13. Atque ita *Conditiones* sunt etiam leges pacis, vergleichspuncte. *Pacem fecit inter eos his conditionibus*, Nep. 8, 3, 1. Sic, *Conditiones pacis postulare, recipere, rumpere*, Vellej. 2, 48, 5. *Commodissima conditione negotium conficere*, Cic. fam. 13, 14. ¶ 3. Sumitur & *Conditio* pro conjunctione sponsaliorum & nuptiarum. Hinc parentes dicebantur *liberis conditiones quærere*, i. e. nuptias. Plaut. Aul. 3, 5, 1 *Narravi amicis multis consilium meum De conditione hac. Euclionis filiam Laudant, &c.* Nepos Attico 12, 1 *Nullius conditionis non habuit potestatem.* Sic, *Conditiones circumspicere*, Suet. Aug. c. 63; &, *de conditionibus tractare*, in Claud. c. 26 dixit. Id. Galb. c. 5 *Remansit in cælibatu: neque sollicitari ulla conditione amplius potuit.* Habes & apud Plaut. Trin. 1, 2, 22, & Quintil. declamat. 255 in f. exempla. vid. hic Burm. p. 472. ¶ 4. Cicero pro Cælio c. 15 & ad libidinosas illicitasque conjunctiones, quas vetus poëta *innuptas nuptias* appellat, traxit. *Habes*, inquit, *hos tos ad Tiberim: ac diligenter eo loco præparasti, quo omnis juventus natandi caussa venit. Hinc licet conditiones quotidie leges.* Suet. Aug. c. 69 *Antonius objecit conditiones quæsitas per amicos, &c.* ¶ 5. *Conditiones* etiam vocantur vocationes ad cœnam. Matt. 11 epigr. 52 *Cœnabis belle Iuli Cerealis apud me: Conditio est melior si tibi nulla, veni.* Ap. Plaut. Capt. 1, 2, 67 parasitus ab Hegione vocatus ad cœnam: *Quæ mihi atque amicis placeat conditio magis?* ¶ 6. Tandem propriam a *Condendi* verbo notionem addo, ex Tertull. de Habitu mulier. c. 8 *Dei conditio est thus & merum*, i. e. Dei opus, a Deo conditum, Gottes geſchopf.

¶ Conditiōnālis, *e*, quod ex conditione pendet, was mit bedingung geſchieht; ut, *Datio conditionalis*, Ulp. l. 9 D. de adimend. legatis, ubi *puræ* opponitur. *Venditio comitionalis*, l. 4 pr. D. de in diem addictione. *Conditionalis comminatio*, Tertull. adv. Iudæos c. 13.

¶ Conditionābilis, *e*, idem. *Si perfecutionem conditionabilem in solus Apostolos destinasset*, Tertull. adv. Gnost. c. 11.

¶ Conditionāliter, sub conditione, adv. bedingungs-weiſe. Institut. t. de Legat. § 32. Et Gajus l. 17 § 3 de condit. & demonstr. *At si conditionaliter concepta sit caussa.* Elegantius vero est, quo exposuimus, *sub conditione*, aut, *ea conditione*, quæ non modo apud antiquos Latinitatis magistros, sed veteres etiam Iurisconsultos legas.

III. Decomposita a *Condo*:

¶ Abscondo, *ĕre*, id est, penitus condere, occultare, verbergen, verſtecken, vergraben. *Abscondere in latebras*, Plaut. Cist. 1, 1, 65. *Terra abscondere*, unter die erde vergraben. *In terrem abscondere*, Columella dixit de Arbor. c. 7. Præteritum & Supinum geminum habet, *Abscondi* & *Abscondidi*, *Absconditum* & *Absconsum*, de quibus videndus Nonius 2, 59, & Prisc. an. 10. e. g. Silius 8, 191 *Virisque abscondidit antris.* Gell. 17, 9 *Abscondisse epistolam.* Curt. 6, 6, 30 *Fumus velut quadam nube absconderat cælum.*

¶ Absconditus, & Absconsus, *a*, *um*, duplex verbale, quod a duplici supino oritur, heimlich, verborgen. Illud usitatius est: ut, *Fontes abscondites aperire*, Aut. ad Herenn. 4, 6. *Silvis abscondita flamma*, Lucret. 1, 902. Altero *Abscensus* delectatus inprimis est Iul. Firmicus, qui vel uno c. 8 lib. 3 sæpius usus est, ut *abscensarum artium magistri*, n. 4, *abscensi, subdoli*, n. 12, qui inde etiam substantivum formavit *Abscensor*, ut videbimus.

¶ Absconditē, adv. latenter, abstruse, heimlich. Cic. de Invent. 2, 23 *Non implicite & abscondite: sed patentius & expeditius*; add. de Finib. 3, 1.

¶ Abscense, adv. idem. Vet. Interpr. Irenæi 4, 40 *Cogitabat abscense dimittere eam.* it. Hygin. fab. 184 *Filium infantem Merope mater abscense ad hospitem in Ætoliam mandavit.*

¶ Abscensio, *ōnis*, f. adfertur ex Plin. 8, 16 in Lexicis: verum libri habent, *abscendente.*

¶ Abscensor, *ōris*, m. qui abscondit. Idem Firmicus 3, 8, 5 *Abscensores auri & distiarum.*

¶ Abscenditor, *ōris*, m idem, apud eumdem Firmicum 5, 15 *Rerum humanarum abscenditores.* Tertull. adv. Marc. 4, 25 *Nec revelator ipse erit, qui abscenditor non fuit.*

¶ Inabscensus, *a*, *um*, unverſteckt, unverborgen. Irenæi Interp. lib. 1.

¶ Inabscendibilis, *e*, das ſich nicht bergen läſt. Gloss. gr. lat. ἀνεύρετον, *inabscendibile.*

¶ Decondo, *ere*, abscondere, deorsum condere, verſtecken. Seneca ad Marciam c. 10 *In alicujus ventrem immensæ belluæ decondet.* Quod Lipsius ex melioribus libris confirmat.

¶ Excondo, *ere*, Tertulliani est adv. Marc. 5, 18 *Verum eum & visibilem excondis præliatorem.*

¶ Inconditus, *a*, *um*, (cujus verbum in usu Latinis non est) vel rudis, vel inelegans, agrestis, ungeſchickt, ungeſchaffen, unordentlich; ut, *Verba incondita*, Cic. in Orat. c. 44 *Inconditum genus dicendi*, Idem de Cl. Orat. c. 69. *Incondita carmina*, Liv. 4, 20, qui hic & alias de rudibus militum in imperatorem suum triumphantem jocis adhibet. *Inconditus clamor*, Curt. 3, 10, 1. ¶ 2. *Insepultus.* Lucan. 6, 101 *Mista jacent incondita vivis Corpora.*

¶ Inconditē, adv. idem. Cic. de Orat. 3, 44 *Quod ille rudis incondite fundit.* Apul. 4 Met. p. 146 *Ejtur & potatur incondite.* Cic. de Rep. apud Augustin. de Civ. D. 22, 6 *Antiquitas recepit fabulas, fictas etiam nonnunquam incondite.*

¶ Recondo, *ere*, seponere, beylegen, einſchlieſſen, verwahren. *Recondere opes*, Ovid. 1 de Arte 628. *Gladium cruentum in vaginam recondidit*, hat eingeſteckt, Cic. de Invent. 2, 4. *Se recondere & fores claudere*, Sen. epist. 8. *Depositoque caput stratoque recondidit alto*, Ovid. Meram. 11, 649.

¶ Recon-

¶ Reconditeus, *a, um*, clausus & contrarius aperto & prompto, verschlossen, verborgen; ut, *Interiores quædam & reconditæ literæ*, nicht gemeine heimliche künste, Cic. Nat. D. 3, 16. Comparat. Id. Acad. 4, 4 *A Lucullo reconditiora desidero*, quod Brutus ad Cic. fam. 11, 10, ita circumloquitur: *Ad has literas statim mihi reſcribe, tuorumque aliquem mitte, si quid reconditum magiſve occ.* ¶ 2. *Reconditus* interdum de eo dicitur, qui ſolitudinem amat, ſibi vivit, domi ſuæ conditus, alienas a conventibus & conviviis hominum. Cic. pro Quint. c. 18 *Natura triſti & recondita fuit: non ad ſolarium, non in campo, non in conviviis verſatus eſt.*

¶ Perreconditus, *a, um*, ſehr geheim. Cic. de Orat. 1, 30 *Aut perrecondita aut valde difficilis ratio conſuetudinis.*

¶ Succonditor, *ōris*, m. qui ſub cutrum ſe condere ſoler, quando equi loris impediuntur. Ita interpretatur neſcio quis Vet. Inſcript. Grut. p. 340 n. 3. *M. Vippienio Quartinio ſuccondītori.*

IV. Plura composita a *Do*.

¶ Dēdo, *ĕre*, tradere, ed. & quaſi in manus & in perpetuum dare, zu eigen geben, ergeben. Proprie *Dedere ſe*, dicuntur, qui debellati ac capti in potestatem alterius ſe tradunt. Ac deprehenſi quidem caput clypeo ſubjiciebant, ſi dedere ſe vellent. Hoc ſignum deditionis erat, ut Appianus lib. 2 de Bell. Civil. eo loco nos docet, quo Cæſaris contra Ariovistum in Hiſpaniam res geſtas commemorat. Victi & expugnati qua forma ſe tradierint, Plautus oſtendit Amph. 1, 1, 71 & 122, item Liv. 1, 38. 7, 31. Vide & Perr. Februm Semeſt. 1, 7. Hinc *dedere ſe alicui*, alicui ſe obnoxium facere, & ita tradere eſt, ut plane ab ejus arbitrio pendeas. Ter. And. 1, 1, 30 *Cum quibus erat cunque una, is ipſe dedere, Partum obſequi ſtudiis, adverſo nomini.* Vbi Donatus: *Vim eſt dedere, quem conſentiat quemadmodum in hoſtium pot ſtatem hoſtes ſe dedant.* De iere ſe, e ſ obſequi ſuperioribus; non adverſari paribus: non ſe præponere inferioribus. Idem Ter. Heaut. 4, 3, 3 *Dedo patri me omnia tum* Cic. *Totum ſe alicui dedere*; ut, *nuptiæ*, de Leg. 2, 21 *libidinem*, Tuſc. 1, 20. *literis*, ad Qu. Frat. 3, 5. *doctrinæ*, de Oſſic. 1, 21 &c. Conſtruitur quoque cum præpoſ. *ad*. Cæſ. de B. G. 7, 26 *Ne ſe & communes liberos ſuos ad ſupplicium dederent.* ¶ 2. *Dedere* pro *Dabo* rarum atque inſolens: Ter. Andr. 5, 4, 3 *Dum ego iſtuc dedam jam negotii.*

¶ Dedītus, *a, um*, ergeben; ut, *Ardens amori deditus*, Ter. Hec. 3, 1, 12 *Jam ita a puerilia deditus es mihi*, Cic. fam. 1, 7. *Animus ludo dedītus.* Id. pro Cael. c. 19 *Deditæ operæ*, conſulto, de induſtria, quod vulgus dicit *ſtudio*, aus fleiß. Perennii eſt Eun. 5, 2, 2, & Cic. Att. 10, 3. Compar. Eutrop. 10, 15 *Vxoribus deditior.* Superl. Cic. fam. 9, 9 *Ab optimo certe animo ac deditiſſimo tibi.*

¶ Dedītus, *a, um*, qui ſe dedidit, der ſich ergeben hat. Cic. ad Brutum epiſt. 3 *Interpretantur, ad tuos, ſive captivos, ſive dedititios pertinere.* Cæſ. Gall. 1, 27 *In tanta multitudine dediticiorum ſuam fugam aut occultari, aut omnino ignorari poſſe.*

¶ Dedītio, *ōnis*, f. die ergebung. *Deditionem facere*, Hirt. Hiſp. c. 20 ſich geben. *In deditionem redigere*, Cic. Phil. 4, 5.

¶ Dedītor, *ōris*, m. qui ſe dedit. Tertull. de Orat. c. 11 *Deditoris exemplum.*

¶ Dīdo, *ĕre*, pro diſtribuere, austheilen. Horat. 2 ſat. 2, 67 *Dum munia didit*, hoc eſt, partitur ſervorum officia. Et, *Diditur per agmina rumor*, Virg. Æn. 7, 144. Item, *Cibus diditur in venas*, Lucret. 2, 1124.

¶ Ēdītus, *a, um*, herumgetheilt, ausgeſprengt. Lucret. 3, 478 *Ardor vivit in venas diditus.* Id. 5, 1092 *Flammarum diditus ardor.* Virg. Æn. 8, 132 *Tua terris dicta fama. Hinc & Silius 1, 186 Fama in populos didita.* v. Drakenb. l. l.

¶ Ēdo, *ĕre*, herausgeben, laſſen. *Edi in lucem*, naſci, auf die welt gebohren werden. Cic. Tuſc. 1, 18 *Edere clamorem*, ein geſchrey erheben. Idem Div. 2, 33. Vbi eſt tollere, ut etiam Tib. 4, 1, 114 *Ipſe tamen voces celavit ſuper edere corpus Cuadit equum. Eadem edere*, Liv. 5, 13. *Certum ſi cuentum edere.* Id. 21, 43. *Edere libellum*, Cic. Acad. 4, 49, ein buch ausgehen laſſen. *Cædes hominum*, Liv. 2, 54. *Edere ludos, Edere convivium*, i. e. præbere, beſtellen, Suet. Cæſ. c. 39. Cæſ. B. G. 1, 31. *Edere ratiocinia*, rechnung thun, bereden. Cic. Act. 8, 3. *Inane quam ſpiritum edere*, ſeinen geiſt aufgeben. Idem Phil. 12, 9. Ovid. 3 de Art. am. v. 61 *Dum licet, & veros etiam nunc editis annos*, h. e. quam diu fatemini, quot annos habeatis, Cic. pro dom. c. 6 *Nomen meum operis edidisti*, h. e. ſubornavit homines mercede conductos, qui me nominarent. Ita *edere ſymbolam* dici poteſt duo, cum illud facit, quod vocamus vulgo Die parole geben. *Edere operam* vel *operas*, vid. in *Opera*. Cic. de Orat. 1, 26 *Qui nihil poſſunt dignam hominum auribus offerre & edere*, ut mordicus tribuen. Juſtin. 2, 2, 9 *Hæc continentia illis mentem quoque jocoſitatem edidit*; edidit, i. e. peperit. Liv. 22, 10. *Ex fatalibus libris editum erat, ut is vovere, cujus maximum imperium in civitate eſſet.* Idem 30, 11 *Editi a collegio pontificum dii, quibus ſacrificaretur.* v. plura exempla a Drakenb. ad 21, 62 collecta.

¶ Ēdītus, *a, um*, altus, erhaben, hoch *In edito loco urbis ſita*, Cæſ. B. G. 7, 69. *Locus paroellus ac pæne editus*, Cic. Verr. 4, 48. Et plurative *Edita* opponuntur planis. Tac. Annal. 15, 27, 5 *Plana, edita, validos, invalidoſque pari motu complet.* Adde c. 38, 3. Et, *Edita montium*, Id. Ann. 4, 46, 1. Comp. *Tumulus paullo editior*, Cæſ. Civ. 1, 43. *Locis editioribus conſtituit*, ſecund. lib. c. 7. Superl. *Locus ſummus locus*, Hirt. B. Alex. c. 31. Et, *Editiſſima villa*, Tac. Ann. 14, 9, 2. ¶ 2. Geſtus, exhibitus, dargeſtellt. Sic ſæpe Velleius; e. g. *Magnificentiſſimo edito munere*, 2, 93, 2; *editis magnis ſpectaculis & quæ vetus*, 2, 76, 2; *editis haud incruentis certaminibus*, 2, 21, 6; *editis virtutum experimentis*, 2, 94, 4. ¶ 3. *Editum* eſt an edictum, juſſum. Ovid. Met. 11, 647 *Qui peragat Tmarum, nil dilatatus edito.*

¶ Ēdītĭcius, *a, um*, electus, erwehlt; ut, *Iudex edititius*, is ſcil. qui ab una parte eligitur, Cic. pro Mur. c. 23.

¶ Ēdītor, *ōris*, f. die herausgeberinn. *Libri editionem præcipitare*, Quintil. epiſt. ad Thryphonem bibliopolam; quod idem vel alius Dialogo de Orat. c. 3 dixit *libri editionem feſtinare.* Vſus voce etiam Cicero pro Planc. c. 16, ſed alio ſignificatu; ſcilicet *editio* tribuum ac judicum, ut Toxita interpretatur. *Editio* munerum & ſpectaculorum: Tac. Ann. 3, 37, 3 *Diem editionibus, noctem convivii trahere.*

¶ Ēdĭtus, *ūs*, m. der ausgang. Ejectio Vip. l. 1 *Sin e Jhordam 6* de Legat. l. 3 *In quibusdam pro locis editis eadem ad hoc vom utuntur*, hoc eſt, ſtercore, excrementis.

¶ Ēditor, *ōris*, m. qui edit. Lucan. 2, 423 *Nilus amne editor*, h. e. nebulas gignens. Interpres vetus apud Scriver. p. 343 EDITOR MANIBVS. Et l. 18 C. Theod. de prat. & quæſt. *Editores numerum pro lubitu.*

¶ Inēditus, *a, um*, ἀνέκδοτος, non editus, unbekannt, ungeben, noch nicht publicirt; ut, *Inedita carmina*, Ovid.

¶ Superēdĭtus, *a, um*, plus quam excelſus, drüber erhaben. Lucret. 5, 707 *Atque orientis obitus ejus ſuperedita vidit*, id eſt, orientis Lunæ obitum Solis.

¶ Indo, *ĕre*, anthun. Plaut. Menæch. 1, 1, 3 *Fugitivis ſervis compedes indere*, i. e. indiere, injicere, anlegen. *Indere nomina, cognomina*, eſt imponere, einen nahmen geben. Liv. 1, 34; & Gell. 1, 23.

¶ Inūtus, *a, um*, ſuaeleot, hujuserthan: ut, *Inditum nomen.* Curt. 4, 9, 16 *Venenum potenti indītum*, Idem 10, 10, 17 *Aſſyriæ gentis pœnitus penitusque indita*, Gell. 12, 5. Sic, *Inditam monti vocem*, i. e. impoſitam, Hor. 3, 1, 15, auf dem berge liegend.

¶ Adindo, *ĕre*, noch hinein thun. Cato de R. R. c. 18 *Subſcudes iligneas adhærito.*

¶ Subindo, *ĕre*, ſubjicere, mox addere, ab Aur. Vict. de Or. Ro. 4, 2 *Ac ſubindit* (Virgilii verſum laudaverat) *Ianiculum huic, illi ſuerat Saturnia nomen.*

¶ Obdo, *ĕre*, opponere, vorthun, vorſchieben, Ter. Eun. 3, 5, 55 *Anus foribus obdit peſſulum.* Et, *Obdere ceram auribus*, die ohren mit wachs verſtopffen. Sen. ep. 31 *Sapiens eris, ſi clauſeris aures, quibus ceram parari eſt obdere.* Horat. 1 ſat. 3, 59 *Nullique malo latus obdit apertum.*

¶ Obdītus, *a, um*, vorgeſchoben, bedeckt. Apul. Met. lib. 4 *Obdito celle poſſio.* Id. lib. 10 *Amicus inſtrictus atque obditus.*

¶ Perdo, *ĕre*, amittere, quamquam hoc minus aliquanto eſt, uanz und gar um etwas kommen, verlieren, verderben. Sen. Hippol. v. 441 *Ait ſi quis ultro ſe malis offert volens, Seque ipſe torquat, perdere eſt diligi bona, Qui neſcit uti &c. Oleum & operam perdere*, item, *oleum & impenſam perdere*, unkoſten und arbeit umſonſt halten. Cic. fam. 7, 1 *In quibus* (ludis) *Pompejo conſtitetur, ſe & operam & oleum perdidiſſe.* Vide & Plaut. Pœn. 1, 2, 119 Quæ loquendi forma de re culinaria ducta. Veteres enim omnes fere cibos oleo conjiciebant. Qui igitur coci cibum corrupiſſent, *oleum perdidiſſe* dicebantur. Etiam impliciter, *operam perdere*, nonnumquam Tullius dixit, ut pro Murena c. 10 &c. conf. Plaut. Bacch. 1, 2, 24; & 4, 3, 11 &c. *Profundere & perdere*, Cic. fam. 5, 5, weel anlegen, durchbringen. Sic *Perdere* abiolute pro diſſipare, Plaut. Bacch. 4, 4, 86 *Perdere anteparta*, Plaut. Trin. 3, 2, 17. De ludentibus Ovid. A. A. 1, 451 *Sic, ne perditorit, non eſſet perdere tutor*, verſpielen. Sed Ter. Adelph. 1, 1, 36 *Cur perdis adoleſcentem nobis?* i. e. corrumpis, warum verführeſt du ihn? Plaut. Cure. 1, 3, 41 *Noli amabo reverentem lacerdem, ne feceris mendum*, i. e. corrumpas vel ladas, daß du der hand nicht ſchaden thuſt. Sic, *Perdere equos*, pro corrumpere, Nepos 18, 5, 4 dixit. *Nomen perdidi*, hoc eſt, nomen mihi excidit, non fuccurrit, den nahmen habe ich vergeſſen, Ter. Phorm. 2, 3, 39. ¶ 2. *Perdere* etiam dicimus, ex quibus nullus fructus nobis redit. Sic, *Mala perdere*, eleganter dixit Seneca, quæ ita tulimus, ut nullum tum ferendi adverſa inde compararemus; Locus eſt Conſol. ad Helv. c. 3. Hue pertinet Titi vox, *Amici diem perdidimus.* ¶ 3. De luctu ex morte bene meritorum elegantor adhibetur hoc verbum. Cic. pro Roſc. Am. c. 12 *Scævolæ mors omnes cives perdidit & adflixit.* Ita Myſis apud Ter. Andr. 5, 1, 8. De hera defuncta nuper, *Nos quidem pol miſeras perdidit.* ¶ 4. *Perdere & perdere* a librariis permutantur, v. Drakenb. ad Liv. 10, 19, & qui ibi laudantur.

¶ Perduim, *is, it, int*, antique pro *Perdam, as, at, ant*, apud Plaurum ſæpe in execrationibus occurrit: e. g. Epid. 1, 1, 64 *Iupiter teperdint.* Atin. 2, 4, 61 *Iſtum Di omnes perdiint.* Sic & Ter. Hec. 1, 2, 59 *Di Dii Deæque perduint eum iſto odio.* Ipſe Cicero Att. 15, 4 pr. de Cæſare *Ita gratioſi eramus apud illum, quem Di mortuum perdiint.*

¶ Perditus, *a, um*, profligatus, deſperatus, verlohren, heillos. *Homo perditus*, Ter. Eun. 3, 1, 28 & 41, ein verderbener leichtfertiger menſch. *Res perditæ*, Liv. 5, 39, ubi v. Drakenb. *Omnia ad perniciem profligata atque perdita*, Cic. pro S. Roſc. c. 13 Comp. Horat. 1 ſat. 2, 15 *Quanto perditior quisque eſt, tanto acrius urget.* Cic. Att. 11 *Nihil peiri potuit miſerius, nihil perditius.* Superl. *Omnium mortium profligatiſſimos ac perditiſſimos*, Cic. Verr. 3, 26.

¶ Perdīte, adv. lo derlich ſchändlich. *Perdite vivere*, Cic. Att. 9, 2. ¶ 2. Vehementer, valde, überaus. Ter. Heaut. 1, 1, 25 *Vius filium ille amare cepit perdite*, ſterblich. Quintil. 2, 12 *Conatur perdite: unde eveni nonnunquam, ut eluat gravior inveniat.*

¶ Perditus, id. Charis. l. 2 ex Afranio Sed al. *perdite.*

¶ Perditor, *ōris*, ein verderber. *Perditor reipublicæ*, Cic. pro Planc. c. 36, cui ibidem *ſervatorem* opponit. Idem in Piſon. c. 34 *Vexatores ac perditores Macedoniæ.*

¶ Perditrix, *īcis*, f. idem. Tertull. Exhort. ad Caſtit. c. ult. *Luxuriæ caſtitatis perditrix.* Vet. Gloſſ. *Perditrix, ὀλέτειρα.*

¶ Perditio, *ōnis*, f. die verderbung. Plin. 9, 35 hoc nomine uſus fertur: ſed plurimi ibi MSS libri *perditio nepotum.* Vid. Hordinum. Alcimus Avitus 4, 138 *perditionis iter.* Gloſſ. Vet. *Perditio, ἀπώλεια.*

¶ Deperdo, *ĕre*, idem quod perdere, einbüſſen. Cic. pro Font. c. 9 *Ne quid apud vos popularitate R. de ea ſimulatione jam deperderet.*

¶ Deperditus, *a, um*, ut, perditus. Propert. 1, 3, 11 *Senſus deperditus omnis* Phædrus 1 fab. 15, 1 *Satur inopia deperditus.*

¶ Diſperdo, *ĕre*, idem quod perdere, verderben, verthun Cic. Agr. 1, 1 *Et a reipublicæ ſuæ vindex ſubſidium diſperdit & diſſipat.* Vatin. Cic. fam. 1, 10 *Cives diſperdit.* Virg. ecl. 3, 27 *Miſeram diſperdere carmen.*

¶ Diſperditus, *a, um*, verdorben. *Dii hunc diſperditum lenonem vo tant*, Plaut. Pœn. 4, 2, 96.

¶ Dīſper-

¶ Disperditio, *ōnis*, f. der verlust, untergang, verderbniß. Cic Phil. 2, 12 *Ad disperditionem urbis venire.*

¶ Imperditus, *a, um*, quod perdi non potest, unverderbt. Virg Æn. 10, 432 *Corpora imperdita.* Quod Silius pro more imitatur lib 12, 4 *Imperdita corpora penis.* Et statius, Theb. v 84 *Imperditus Lydo pectora*, i. e quæ quis vel noluit, vel non potuit perdere.

¶ Perditus, *a, um*, partic. cujus verbum non est in usu, anecthan, begabt. Participialem significationem aperte fervat in illo Apul. de Deo Socr. p. 68, etiamsi illam (*damonem*) *qui nobis præditus fuit.* Ablativo perperam gaudet, sed sine præpositione. Est autem *præditum ali*, ornatum esse. vid Valla 5, 15 Locutiones multas elegantes effert. *Rectissimis studiis atque optimis artibus præditus*, Cic pro Cæcil. c. 10, celebrat. *Singulari celeritate, constantia, gravitate, mansuetudine virtutibus præditus*, eum magnum non solebam nuncupare. Idem pro Dom. c. 15. Sic, *Præditus audacia, levitate, fidere*, loem Divin. in Verr. 2, & pro Flacc. c. 3.

¶ Prodo, *ere*. In formulis diversis diversa significat. Ter Andr. 2, 1, 15 *Credo, imparatus, ut ego sum, me non aspici prodidisse.* In quo exemplo pro *me videri* [illegible] *prodere* [illegible] sive *detexisse imperitiam meam*, (Donatus) [illegible] *ostendere.* Vide ibi Donatum. Quomodo [illegible] *Ter. Eun. 5, 5, 21 Nostri, infamare, amplis verbis coram prædicare*, [illegible] *prædicare*, wir werden aufgebracht. ¶ 2. Interdum idem est, quod periculo exponere, vel perdere. quo in [illegible] *Ter. Heaut. 3, 1, 69 Si id intermittit, perdit & prodit.* Idem Heaut. 3, 1, 69 *Si id intermittit, perdit & prodit.* Et *prodere fidem*, [illegible] *Pacuvium omnes*, du werdest gut unbilligen. Ita sæpe vid Drakenb. ad Sil. 16, 621. & quos passim ea locutio habet. ad Ovid Heroid. 5, 151 [illegible] *in omnis obscurare; prodit pudicitiam*, cum casu [illegible] *Ter. Andr. 1, 1, 48 Scelus, confiteri, prodere.* [illegible] *Ter. Phorm. 1, 4, 10 Patere*, quæ res aliter ea, dicimus de [illegible] *Ter. Eun. 5, 8, 12 Prodidit*. Cic. Div. in [illegible] *philosophi partibus, plane explanatum.* [illegible] ¶ 4. Item est, quod patefacere, revelare, ostendere. Seneca Hippol. v 573 *Favor prodit te culpa, tuæ tu crimen, cui vel terra, vel pelagus sit celare.* ¶ 5. Item propagare, fortpflanzen. Virgil Æn. 4, 329 *Genus unde latinum, Albanique patres.* Cic. Off. 3, 21 *Genus aliquod prodere.* ¶ 6. Item vocare, pronunciare, nominare, benennen. Liv. 5, 31 *Interregem prodere.* Sic etiam 6, 41, ubi plura exempla Drakenb. dixit. Cic pro Mil. c. 12 *Prodere Lucullum.* ¶ 7. Iocutionem auctores, in mstrare &c. Cic. pro Flacco c. 11 *Periculosam exempli imitationem reliquis prodere*, den reizum geben. Sic id. pro Mil. c. 30 *Prodere posteritati non ausim exemplum*, auf die nachkommen gelangen lassen. Id. *Prudere memoriæ*, & *memoriæ*, &, *prodere literis*, i. e. edere, heraus geben, beschreiben. Cic. pro Mil. c. 3 *Duæ illæ memoriæ memoriæ prodendæ.* Et in Verrem 1, 12 *Quod ego prodendæ memoriæ ac literis.* At Cæl. B. G. 5, 12 *Memoriæ prodita dicant.*

¶ Proditus, *a, um*, de rebus penitus perditis traditus, verlassen, verrathen Cic. ad Att. 3, 15 *Imperio proditus*, [illegible] *exercitus in provincia.* Sic *proditum* & *perditum* [illegible] *Cæsar B. Civ. 1, 53.* Sic *Deus, ita cassis perditus*, Martial 6 epigr. 80. Sed *Integer vitæ scelerisque purus non eget mauri jaculis neque arcu*, i. e. commendatus, Cic. pro Rab. perd. c. 7.

¶ Proditio, *ōnis*, f. die verrätherei, verrath. Cic. fam. 5, 12 *Multorum in me proditionem, insidias, fraudem notabis.* Plin. 7, 45 fin. *Arcadum in proditione.*

¶ Proditor, *ōris*, m. der verräther. *Proditores patriæ*, Cic. pro Mil. c. 30. *Proditores aut desertores salutis meæ*, Id. ad Quir. post red. c. 5. Horat. 1 carm. 9 *Odit scelestos insidiantes nocti proditor.*

¶ Proditrix, *icis*, f. die verrätherin. Liv. 1, 10 *Bacchus patris proditorem, fratris interemptorem in complexum sibi vindicavit.* Prudent Peristi. 1, 11 *Fama, proditrix.*

¶ Reddo, *ere*, restituere, geben, wiedergeben, zustellen, quanquam interdum & cum simplici dat. pereleganter [illegible] *Paul ICt. Lib. 8 de Iudicis & pœn. Pedem reddere*, [illegible] *Cic. Off. 1, 10 Reddere beneficia*, vergelten, [illegible] *Cic. Off. 1, 15 Reddere genera liberalitatis, [illegible] dicendi copiam, alterum reddamus.* Ibid. *Ita, quæ acceperis ut reddere magis [illegible] reddere videamur.* [illegible] *animam, respirare*, Id. de N. D. 2, 54, athem von sich geben. Sed, *Reddere animum*, est confirmare, trösten, einem ein herz machen Ter Andr. 2, 1, 55. *Reddere epistolam, literas*, einen brief überantworten, einhändigen, Cic. passim. *Reddere humorem*, Plin. 11, 26, [illegible] *Reddere vocem*, einen ton von sich geben. Idem 36, 19. *Reddere rationem suæ vitæ*, rechenschaft geben. Cic. in Verr Divin. c. 9 *Nihil est, quod minus ferendum sit, quam rationem ab altero vitæ reposcere cum, qui non possit suæ reddere.* Idem pro Planc. c. 37 *Vitam reddere pro Rep.* sein leben aufgeben, oder lassen. *Græca Latine reddere*, est interpretari, Idem de Orat. 1, 34. Et de opt. gen. Orat. c. 5 *Verbum pro verbo reddere*, quod idem sonat. *Fractum reddit ager, præstant*, das gut wirft ab, ergiebt. Ter. Phorm. 4, 3, 75. ¶ 2. *Reddere*, verbum de schola, i. e. recitare, quæ acceperis a magistro, sive didicēris ac mandaris memoriæ, aufsagen. Horat. 4 od. 6, 41 *Ego Diis amicum, Seculo festas referente luces, Reddidi carmen.* Idem 1 epist. 18, 13 *Credas dictata magistro Reddere.* Terentian. de Anacreont. choriambic. *Eugamus, [illegible] memoria Reddere, cum [illegible]* ¶ 3. Hinc *reddere* pro narrare, exponere, referre. Tacitus sæpe dixit : Vt Histor. 4, 67, 4 *Insigne Epponiæ uxoris exemplum reddetur suo loco*, & Cic. de L. L. 3, 5 *Reddes igitur nobis, ut in religionis lege fecisti* &c. Eadem ratione apud Plin. [illegible] H. N. 7, 21 *reddere [illegible] nomen suum, hæc nomina [illegible] reddere*, Martial. 1, 363 *Reddit, ut arbitrio fumo [illegible]* ¶ 4. Vir pecuniæ pro [illegible] ut simplex *dare.* Sic, *reddere jus*, dicere est. ¶ 5. Pro *reponere* usus est Plaut. Most. 1, 3, 2 *Reddidi [illegible] tempestas venit, [illegible] tegulas, imbricesque : ibi Dominus indidigens reddere alias nevolt.* ¶ 6. *Reddere*, par pari referre est. Ter. Eun. 5, 7, 18. ¶ 7. *Reddere*, sæpe est edere. *Reddere ludos*, Ter Andr. 3, 1, 21; &, *reddere jugla*, Catoni apud Colum. 11, 1, est *dare jugla.* Apud Petronium c. 132 *Apodixim defunctoriam reddere*, est specimen leve edere. ¶ 8. Reddere est efficere. Liv. 3, 26 pr. *Tantum vastitatem in agro Sabino reddidit.* Hor. A. P. 304 *Fungar vice cotis, acutum Reddere quæ ferrum valet, exsors ipsa secandi.* ¶ 9. *Reddere* ut *referre* aliquem similem esse illi significat. v. Drakenb. ad Sil. 2, 634. ¶ 10. Tib. 1, 3, 34 *Reddereque antiquo menstrua tura lari*, i. e. imponere. vid Broukh. ¶ 11. *Reddibo*, pro *reddam* Plaut. ap. Non. 7, 75.

¶ Redditus, *a, um*, wieder gegeben. Virg. Æn. 3, 42 *Vox reddita fertur ad aures.* Idem ib. 6, 18 *Redditus his terris*

¶ Redditio, *ōnis*, f. die wiedergebung. Quintil. 8, 3 *Redditio illa rem velut projicit oculis*; Et proxime ante hæc verba: *Similitudo cum re, cujus est imago, comparatur, collatione invicem respondente, quod facit redditio contraria, quæ ἀντιστροφὴ dicitur.* Et Augustin. Civ. D. 21, 7 *Redditionem rationis pœnitibus refundemus.*

¶ Redditor, *ōris*, m. qui reddit. Augustin. epist. 5 *Debitorum redditores.*

¶ Subdo, *ere*, subjicere, substituere, unterlegen; ut, *Subdere ignem*, Liv. 8, 30 *Ignem ac materiam fediti ut subderet*, metaphorice dixit Liv. ibid. c. 32 pro *augere*, etiam Germanis beigen zum feuer tragen. Plane. Ciceroni fam. 10, 21 *Tergo, in Hirtii locum ne subdas*, du wollest mich an seine stat treten lassen. *Subdere calcar equo*, Ovid. 2 de A. A. v. 732, die sporn geben. Prudent. Peristi. 1, 36 *Præsumit insigne legium, quod Araconem subdidit*, h. e. crucem, qua Christus devicit ac subjecit sibi Satanam.

¶ Subditus, *a, um*, untergelegt, eingeschoben; ut, *Subditus ignis*, Cic. N. D. 2, 16. Nigid. apud Gell. 19, 14 *Si & O semper principes sunt; I & V semper subditæ*, scil. in Diphthongis, quod tamen falsum est in *ui*. ¶ 2. *Puer subditus*, i. e. suppositus, ein untergeschobener knab. Ter. Heaut. 5, 5, 11 *Subditum se fuisse dicat.* Et, *Subdere filium vicini*, Plaut. Aulul. Mercur. v. Vet Gloss. *Subditus*, ὑποβολιμαῖος. Item *ὑποβολιμαῖος, supposititius, subditivus.* Nam cum clam accipitur fœtus alienus, & pro vero & legitimo venditatur, tum *subdi & supponi* dicitur, v. Plaut. Cist. 1, 2, 17 Ir Truc. 1, 2, 70, in qua fabula suppositionis hujusmodi exemplum habes. ¶ 3. Est quoque in obscœnis Ovid epist. 4, 57 *Deceptæ subdita tauro.*

¶ Subditus, *i*, m. subst. ein unterthan, ma dirum a priscis Latinis, qui longe aliter de re, qui subditione principum aut rerumpublicarum tam, loquuntur. Sallust. Iug. c. 102 *Parentes absunde habemus.* Plin. Paneg. c. 85 n. 3 *Neque ut ante subjectis, ita amor imperatur.*

¶ Subdititius, *a, um*, ausgewechselt, verstellt. Suppositivius ita vocatur Gellio ori Veteri, quem paullo ante laudavimus: *Subditius*, inquit, *ὑποβολιμαῖος.* Et Plaut. Pseud. 2, 4, 62 *Subditicium fieri ego illam mihi [illegible]* Sic & Cic. Verr. 3, 27 *Subditicius archipirata* est fictus, subordinatus.

¶ Subditivus, *a, um*, idem Plauto Amph. 1, 1, 252. & 2, 2, 198. Iremque Sen. Oedip. v 2 *Subditivi pignoris genitor*, &, ex. Nov. c. 7 *Ut Subditivum apud patrem arguatur crimine.* Rarius Cicero ver tus: *Subditivus, ὑποβολιμαῖος.* Elegantem ad corpus & in proprietatem se monis transfert Arnob. lib 5 [illegible] *Non quod ipsum ei, & in prima est positum verborum fronte, id ignoscatur & dicitur : sed illi quos subditivis & subditivis intelligantur omnia illa fecerit.* vid. Elmenh. p. 156.

¶ Subdo, *ere*, frequent. ex *Subdere*, Lucretii est 6, 623 *Subditat hanc stimulum quadam de parte timorem.*

¶ Trado, *ere*, übergeben, überliefern. Etiam *Transdo* scribitur. *Arma transdere*, Cæs. B. G. 7, 89. *Cassem adversariis tradere*, Terent Phorm. 2, 1, 7. Et, *Provinciam alicui tradere.* Id. Heaut. 3, 2, 5. Sic, *Totum alicui se tradere*, Cic. fam. 16, 1. *In disciplinam tradere*, Id. Phil 2, 2. *Literis & memoriæ tradere*, idem quod prodere literis &c. Quintil. Proœm lib. 1, 3; Colum. 8, 13. Martial. 11 epigr. 6 *Ardua res hæc est, opibus non tradere mores*, h. e. in civitis non assumere mores divitum. *Tradere bonas artes juventuti*, est docere. v. Ovid. Heroid. 5, 145 *Præcepta dicendi tradere*, Cic. de Orat 1, 18 *Artem memoriæ tradere alicui*, Id. Acad Qu. 4, 1. *De Deorum vi ac potestate disputant & posteris tradunt*, Cæs. B. Gall. 6, 15. ¶ — Tradere est propagare, fortpflanzen. Lucret. 4, 1216 *Quo patribus patres tradant simile propagine.* Cic. in Verr. 4, 2 *Erat apud Hyppum sacrarium magna cum dignitate in ædibus a majoribus traditum.* Sic passim; v. Mencken. Observ. ¶ 3. Pro *Prodere* usus Sedulius agnoscit. Christi v. 74 *Tunc ille Iudas Carnifex Ausus magistrum tradere.* Sane & *Traditorem* pro proditore Tac. Hist. 4, 24, 3 dixit, & durat hujus verbi & hodieque usus hac notione in Idiotismo Italico juxta & Gallico. ¶ 4. *Tradere aliquem alicui*, est fidei alicujus committere, seu commendare, vide mox *Traditus.* Horat. 1 ep. 18, 76 *Qualem commendes, etiam atque etiam aspice: ne mox Incutiant aliena tibi peccata pudorem. Fallimur, & quondam non dignum tradimus.* Et epist. 9, 5 *Scilicet, ut tibimet laudare & tradere coner.* ¶ 5. *Tradere se alicui*, est, ad partes alicujus accedere, se dedere, veluti Tac. Hist 2, 22, 6 *Tradidere se abeunti Turullius Cerealis cum compluribus classicis & Iulius Brigantiacus cum paucis equitum.* ¶ 6. *Credere & tradere* confunduntur, v. Drakenb. ad Sil. 16, 371.

¶ Traditus, *a, um*, verse oben, unbefohlen. *Falsa sunt, quæ iste tradita a magistro suo dixit*, Curt. 8, 8, 1 *Plerique a majoribus tradita mutavit*, Idem 5, 2, 6. *Ita tradito more*, nach hergebrachter weise. Id. 3, 11, 23. *Traditum & commendatum* conjungit Cæs. de B. C. 3, 57. Amyntas apud Curt. 7, 1, 28 *Ab illo* (Philota) *traditi, ad hunc gradum amicitiæ tuæ ascendimus*: TRADITI, i, e commendati. Nam paullo ante scripserat Curtius, n. 11 Amyntam istum cum Simmia omnium Philotæ amicorum carissimos fuisse, illiusque maxime suffragatione, ad magna & honorata ministeria productos fuisse a Rege.

¶ Traditio, *ōnis*, f. die übergebung. Cic. Top. c. 5 *Abalienatio est rei aut traditio aut in jure cessio* &c. ¶ 2 Doctrina, die lehre, satzung. *Iejuna atque aridæ perceptionis traditio*, Quint 3, 1.

¶ Traditor, *ōris*, m. qui tradit, prodit, ein übergeber, verräther. Tac. Hist. 4, 24, 3 *Interfectis traditore.* Tertull. de Fuga in persec. c. 13 *traditorem, persecutorem, confessorem* conjunxit. ¶ 2. Inter apostatas olim, qui sacræ Scripturæ codices exhibebant ad ignem, dicti

dicti sunt *Traditores*. v. Augustin. de Bapt. 7, 2, & Baron. ad A. C. 320 T. 2 Ann. § 2 & seqq.

¶ Contrado, *ere*, apud Lucret. 1, 401 *Fidem dictis contradere nostris*. Sic Gifanius legit: alii *conradere*. vide Th. Creechio notata.

¶ Retrado, *ere*, reddere, wiedergeben. Vlp. l. 9 § 7 D. Quod metus caussa: *Si per vim res tradita est, retradatur.*

¶ Vendere etiam his compositis annumerant, quod nos sub suam literam rejicimus.

DO, id est, *domus*; imitatione Homeri, qui δῶ pro δῶμα dixit. Ennius apud Carisium lib. 4 *Endo suam do*. Hinc Auson. Edyll. 12, 12 *Et cujus de more quod adstruit endo suam do.*

DŌCEO, *docui, doctum, docēre*, erudire, instituere, commonefacere, unterrichten, lehren. Cic. de Orat. 1, 28 *Literas docere mercede*. Id. Brut. c. 89 *Scævola se nemini ad docendum dabat*. Sen. epist. 7 *Homines dum docent, discunt*. C. Nep. præf. n. 1 *Docere aliquem musicam*. Id. 25, 19, 1 *Docere lectores exemplis*. Ter. Heaut. 4, 1, 35 *Male docet te mea facilitas multa*, i. e. male suadet facere, inducit, ut male multa facias. ¶ 2. *Docere quem fidibus*, Cic. dixit Fam. 9, 22; Subaudi, *canere. Docere quem equo, armisque*, Liv. 29, 1; subaudi, *uti*. Nam hæc elliptica videntur. Aliis subintelligitur præpositio IN. Quemadmodum, *erudire quem in jure civili*, Cicero dixit de Orat. 1, 59. ¶ 3. Est & significare, exponere, narrare, certiorem facere; item, ostendere & declarare, demonstrare: ut contra *discere* cognoscere, andeuten, berichten. Cic. fam. 3, 6 *Nec literas quidem ullas accepi, quæ me docerent, quid ageres.* Cæs. de B. G. 1, 3 *Pollicetur L. Piso Censor, sese iturum ad Cæsarem, item L. Roscius Prætor, qui de his rebus eum doceant.* C. Nep. 1, 6, 1 *Non alienum videtur, quale præmium Miltiadi sit tributum, docere*, & Suet. Cæs. c. 17 *Cum quædam se de conjuratione ultro ad eum detulisse docuissent.* Sic patronum cliens *causſam docere* dicitur, ipse vero patronus *discere*. v. *Causa* n. 3. ¶ 4. *Docere* etiam *fabulas*, dicuntur earum auctores: ut *discere* contra actores earum: Cic. Tusc. 4, 29 *Cum Orestien fabulam doceret Euripides, primos tres versus revocasse dicitur Socrates: Doceret*, i. e. scriberet aut ederet. Suet. Claud. c. 6 *Comœdiam quoque Græcam Neapolitano certamine docuit.* Gell. 17, 21 *Primus omnium L. Livius Poëta fabulas docere Romæ cœpit.* vide Torrentium etiam ad supra laudatum locum Suetonii, itemque Casaub. ad Athenæum 6, 8, & Wowerium de Polymath. c. 12. ¶ 5. *Docere* & *decere* confunduntur in MSS. v. Drakenb. ad Sil. 14, 509.

¶ Docens, *tis*; ut, *Peccare docentes historiæ*, Horat. 3 od. 7, 19. *Pueros elementa docens*, Id. 1 epist. 20, 17. Sen. ep. 108 *Idem & docenti & discenti debet esse propositum, ut ille prodesse velit, hic proficere.*

¶ Docenter, adv. idem. Mart. Capella lib. 4 p. 134 *Editum est compendio, Quicquid docenter docta disputatio Multo adstruendum contulit volumine.* conf. Barth. Adversar. 34, 19.

¶ Doctus, *a, um*, gelehrt; ut *eruditus*: quæ duo vocabula differre tamen volunt; ut prius referatur ad disciplinas graviores, & solidam, ut ita dicam, perfectamque doctrinam; hoc ad humaniorem literaturam & elegantiam. v. Scip. Gentil. ad Apolog. Apul. p. 219. *Vir absolute doctus*, Suet. de Gramm. c. 4 hochgelehrt. *Mediocriter doctus*, Idem ibidem, ziemlich gelehrt. *Doctus Græce & Latine*, ibid. c. 7, vel, ut est apud Cic. in Bruto c. 46 *Literis Græcis & Latinis doctus*. Cic. pro Lege Man. c. 7 *Id certe calamitate docti, memoria retinere debemus*, gewitziget, mit schaden klug gemacht. Sic, *Ora docta, Doctæ aures, Manus docta*, eine bedende oder kunstreiche hand. Nam de opificibus etiam *doctrina* dicitur, ut Cl. Cuperus observavit de Apotheos. Homeri p. 116 & 186. Inscriptio vet. apud Reines. classs. 17 n. 175 p. 863 NOVERAT HIC DOCTA FABRICARE MONILIA DEXTRA. *Docti doli*, geschwinde ränke, liste, Plaut. Mil. 2, 2, 93. Construitur quandoque eleganter cum Casu secundo; ut, *Legum atque morum Populi Rom. jurisque civilis doctus apprime*, Gell. 13, 12. *Doctissimus Grammaticæ artis*, Plin. 25, 2. Et cum Gerund. ut, *fandi doctissima Cymodocea*, Virg. Æn. 10, 225. Nec inscite Catullus carm. 36, 12 puellam *Musa doctiorem* dixit. Et inscriptio apud Cuperum c. l. p. 116 DOCTIOR HOC NEMO FVIT. Cæterum Casaubonus in Spartiani Hadrian. c. 15. Comparativum *doctior*, in comparatione cum aliis pro Superlativo positum (est enim ibi extremo cap. *doctiorem omnibus*,) pro idiotismo recentioris latinitatis habeat.

¶ Docte, adv. idem. Gell. 20, 1 *Philosophorum disciplinæ leges quis tam scite atque docte callet?* Habet etiam Plautus Mil. 4, 2, 96, qui etiam v. 99 dicit *doctius*. Ita Martial. 7 epigr. 45 *Mœnionque cupis doctius ore loqui*. Sallust. B. Iug. c. 95 *Doctissime eruditus.*

¶ Doctiuscule, adv. fast allzugelehrt. Gell. 6, 16 *Verbum deprecor docti sculæ positum in Catulli carmine.*

¶ Docilis, *e*, gelehrig. *Ingenium docile, puer docilis*. Quintil. 1, 3 *Imitatio est docilis naturæ*. Horat. 4 od. 6, 43 *Docilis modorum*. Et Silius 3, 233 *Docilis fallendi*. Cic. fam. 7, 20 *Docilis ad disciplinam*. Ac Quintil. 4, 2 *Iudex docilior & intentior*. Iuvenal. 14, 40 *Dociles imitandis Turpibus ac pravis omnes sumus &c.* Horat. 2 sat. 2, 52 *Pravi docilis Romana juventus*, so böses leicht lernet.

¶ Docilĕter, adverb. idem, apud Diomedem Grammat.

¶ Docilĭtas, *ātis*, f. die fähigkeit zu lernen. Plin. de Elephantis 8, 1 *Quod ad docilitatem attinet, Regem adorant.* Et Suet. Tit. c. 3 *Docilitas ad omnes fere tum pacis tum belli artes.* Vet. Gloss. *Docilitas, παίδευσις, ἐλλογιμότης. Docilitas ingenii*, Nep. 25, 1, 3. Et hactenus pro discendi facultate naturali, quam natura ingenio finxit. ¶ 2. Deinde etiam animi mansuetudo est atque lenitas. Eutrop. 10, 4 *Constantinus ex illa favorabili animi docilitate mutavit.* Vbi Anna, Tanaquilli filia, *Animi*, inquit, *docilitas hoc loco Lenitas est.* Mox n. 9 ejusd. cap. *Affectator justi amoris, quem ab omnibus sibi & liberalitate & docilitate quæsivit.*

¶ Docibilis, *e*, lehrhaft. Tertull. de Monog. c. 12 ita vertit, quod in episcopi officio Paullus posuit, verbum διδακτικός, ubi Vulgatus interpres *Doctorem* reddidit. Sic & Gloss. gr. lat. διδακτικός *Docibilis*. Et lat. gr. *Docibilis*, εὐδίδακτος, ἐυμαθής. *Docibilis, qui facile aliis docet, docilis qui facile potest doceri*, ut distinguit Scholiast. Prisciani ad lib. 4.

¶ Doctor, *ōris*, m. qui docet, ein lehrer. Cic. fam. 7, 19 *Libri juris civilis doctorem humenque desiderant*, sie wollen einen lehrer und unterricht haben. *Doctores liberalium artium*, Suet. Cæs. c. 42. ¶ 2. Poëtæ sive scriptores fabularum, qui & Græcis διδάσκαλοι dicebantur. Donat. Proleg. Ter. *Nec decerant præmia, quibus ad scribendum doctorum provocaverentur ingenia: sed & actoribus munera offerebantur &c.* ¶ 3. Hæc vox non solum disciplinarum, artium & sapientiæ professorem notat; sed per eamdem quoque in Inscript. Fabretti p. 109 laniſta significatur, qui Thraces gladiatores ad mutuam lanienam instituebat. Laniſtas apud Valerium & Quintilianum *doctores* dictos, observavit Lipsius Saturn. 1, 5. Applicatur & ad alia; ut p. 234 apud Fabrett. DOCTORIS SAGITTARI. ubi plura vide.

Campidoctor, vide supra *Campus.*

¶ Doctrix, *icis*, f. eine lehrerin. Servius in Virg. Æn. 12, 159 ad verba *Auctor ego audendi* hæc commentatur: *Nomina in* TOR *exeuntia fœminina ex se faciunt, quæ in* TRIX *terminantur, si tamen a verbo veniant, ut ab eo, quod est* LEGO, *&* LECTOR *&* LECTRIX *facit:* DOCEO, DOCTOR *&* DOCTRIX. Quidam etiam ex Apulejo de Philos. Mor. p. 14 allegant *vitiorum doctrices*, at meliores libri *dicatrices* habent. vid. Elmenh.

¶ Doctrina, *æ*, f. die lehre, kunst. Cic. Orat. c. 10 *In maximis occupationibus nunquam intermittere studia doctrinæ*, die studien, das studiren. Id. pro Arch. c. 6 *Animum doctrina excolere*, studiren. Et in Verr. 3, 88 *Omni doctrina & virtute ornatissimus homo.* Item: *Ad doctrinam accedere oportet & exercitationem, καὶ τὴν μάθησιν καὶ τὴν ἄσκησιν ἐπακολουθῶν.* Musonii est. Horat. 4 od. 4, 33 *Doctrina sed vim promovet insitam Rectique cultus pectora roborant.* Cic. pro Arch. c. 7 *Sæpius ad laudem atque virtutem natura sine doctrina, quam sine natura valuit doctrina.* Idem pro P. Sextio c. 56 *Sed mihi sumsi hoc loco doctrinam quandam juventuti, qui essent optimates.* Glycon quispiam *doctrinam sacrum asylum, ἱερὸν ἄσυλον* dixit, referente Maximo. Non autem de gravioribus tantum & Philosophicis *doctrina*; sed & de literis, it. Musica atque Poëſi dicitur; Cic. Tusc. 1, 2. Sic, *Multa doctrina comparet in hoc libro*, i. e. eruditio, Corn. Nep. 24, 3, 4.

¶ Doctrinālis, *e*, lehrreich. Isidor. 2, 24 *Philosophia doctrinalis.* Sarisb. 2, 19 *Multa sunt Matheſi doctrinali, & divinatoriæ communia.*

¶ Dŏcŭmentum, *i*, n. quod docet, exemplum, probatio, experientia, quæ nos aut doctiores reddit, aut certiores, aut prudentiores, beweis, zeugniß, probe. Cic. pro Rab. Posth. c. 10 *Rutilius documentum fuit hominibus nostris virtutis, antiquitatis, prudentiæ*, ein exempel der tugend &c. Idem Phil. 11, 2 *Ex quo nimirum nos documentum capere fortuna voluit, quid esses victlis extimescendum.* Et, *Documenta dare*, anzeigung von sich geben: Ovid. Met. 1, 414 *Inde genus durum sumus experiensque laborum, Et documenta damus, qua simus origine nati.*

¶ Documen, *ĭnis*, n. idem. Lucret 6, 391 *Documen mortalibus acre.*

¶ Documentatio, *ōnis*, f. Gloss. lat. gr. *Documentatio*, ὑπόδειξις.

I Composita poëtica:

¶ Docticĭnus, *a, um*, wohlsingend. Martian. Capella lib. 2 in Clio musa: *Docticanis sollers ludere sensibus.*

¶ Doctĭfĭcus, *a, um*, gelehrtmachend; ut, *Ardor doctificus*, Mart. Capella lib. 6 p. 188.

¶ Doctĭlŏquus, *a, um*, wohlredend. Ennius apud Varronem de L. L. 6, 3 *Oratores doctiloqui.* Arator in Act. 16, 10 *Doctiloquus convertit iter*, id est, Paullus. Et Mart. Capella lib. 9 metro 2 extr. *Doctiloquum caris juvenem complexa lacertis.*

¶ Doctĭlŏquax, *ācis*, idem. Dracont. lib. 2, 55 *Litera doctiloquax.*

¶ Doctisŏnus, *a, um*, wohlklingend. Arator in Act. 17 de Paullo: *Quem turba profari Doctisonis mirata modis.* Sidon. carm. 15, 180 *Doctisona artes.*

II Composita cum præposit.

¶ Addŏceo, *ēre*, idem quod *Docere*. Horat. 1 epist. 5 de ebrietate v. 18 *Sollicitis animis onus eximit, addocet artes*: ubi alii pro *addocet* legunt *ac docet.*

¶ Condŏceo, *ēre*, idem. Hirt. B. Afric. c. 19 *Frenato equo uti condocuerat.*

¶ Condoctus, *a, um*, abgerichtet. Plaut. Pœn. 3, 2, 3 *Condocta dicta ad fallaciam.* Et mox v. 4 *Condoctior sum, quam tragœdi aut comici.*

¶ Condocefacio, *ere*, gewöhnen, zu etwas ziehen. Cic. Tusc. Q. 5, 31 *Qui animum condocefaciat, ut ea, quæ bona malave videantur, possit contemnere.*

¶ Condocefactus, *a, um*, gewöhnt, abgerichtet; ut, *Belluæ domitæ & condocefactæ*, Cic. Nat. D. 2, 64.

¶ Dedoceo, *ēre*, secus docere, ab eo, quod quis edoctus est, dedocere, abgewöhnen, ausreden, anders lehren. Cic. Fin. 1, 6 *Geometriam dedocere.* Id. de Orat. 2, 40 *Docendus judex est aut dedocendus.* Quint. 2, 3 *Dedocendi onus gravius, quam docendi est.* conf. Sen. Controv. 2, 14.

¶ Edoceo, *ēre*, diligenter docere, fleißig unterrichten, anweisen. Sallust. Declam. in Cic. *Quem Minerva omnes artes edocuit.* Liv. 24, 24 *Ordine omnia edocere.* vide Drakenb. ad 3, 13 & Cort. ad Sallust. Catil. c. 48.

¶ Edocenter, adverb. i. e. utilirer ad docendum, ausführlich. Gell. 16, 8 *Edocenter & ad institutionem explanate scriptum.*

¶ Edoctus, *a, um*, angewiesen, unterrichtet. *Edoctus omnia per legatos*, Sallust. Catil. c. 45. *Edoctus belli artes sub magistro*, Liv. 25, 40.

¶ Indoctus, *a, um*, unselehrt. Cic. Part. orat. c. 15 *Hominum duo genera: alterum indoctum & agreste, alterum expolitum.* Horat. Art. Poët. v. 380 *Indoctus pilæ.* Cic. Tusc. 1, 2 *Themistocles cum in epulis recusasset lyram, docitus est indoctior.* Id. Divin. 2, 63 *Ex levissimo & indocilissimo genere constant* (somniorum interpretes). ¶ 2. Insuetus, ungewohnt. Horat. 2 od. 6, 2 *Cantaber indoctus juga ferre nostra.*

¶ Indocte, adverb id. Cic. Nat. D. 2, 16 *Astra qui videt, non indocte solum, verum etiam impie faciat, qui deos esse neget.* Gell. 12, 5

Dicam ego indoctius, ut ajunt, & apertius, quæ fuisse dicturum puto sinuosius atque sollertius, si quis nunc adesset Stoicorum.

¶ Indoctor, *oris*, m. idem quod *doctor* & quidem plagosus. Sic jocans Plautus Asin. 3, 2, 6 *Indoctores acerrimos* vocat lorarios. conf. Turneb Adv. 24, 31; & Taubm. ad h. l. p. 137.

¶ Indŏcilis, *e*, hebes, tardus, ungeſchickt, ungelehria; ut, *Animi indociles*, Ovid. Faſt. 3, 118. *Ingenii magnitudo non deſiderat indocilem uſus diſciplinam*, Cic. Acad. 4, 1. Et Silius lib. 1, 237 *Nec Ceveri terra indocilis, nec inhoſpita Bacchо*, i. e. doceri a Cerere patitur, ut fruges ferat. Et lib. 11, 11 *Indocilis quietem.* ¶ 2. Active poſuit Cic. Ac. 4, 1 *Indocilis diſciplina* eſt, quæ difficulter ac tarde docet. v. Pe. Faber ad h. l.

¶ Indŏcibilis, *e*, idem. Vet. Interp. Irenæi 4, 28 *Populum formabat, docens indocibilem, ſequi Deum.*

¶ Indocibilitas, *atis*, f. die ungelehrſamkeit. Apulej. lib. 2 de Dogm. Plat. poſt init. *Prudentiam indocibilitas impugnat.*

¶ Perdoceo, *ere*, docere perfecte. Plaut. Stich. 1, 3, 24 *Pauperias omnes artes perdocet, ubi quem attigit. Res difficilis ad perdocendum*, Cic. pro Sext. c. 44

¶ Perdoctus, *a, um*, wohl abgerichtet. Ter. Heaut. 2, 3, 120 *Perdocta eſt probe.* Et, *Rerum varietate atque uſu ipſo perdoctus*, Cic. pro Corn. Balbo c. 27.

¶ Perdocte, adverb. ſehr künſtlich. Plaut. Moſt. 1, 3, 122.

¶ Prædoceo, *ere*, vorher lehren. Prudent. Cathem. 12, 72 *Myrrheus pulvis ſepulcrum prædocet.*

¶ Prædoctus, *a, um*, belehrt. Vius eſt Salluſt. Iugurth. c. 94 *Prædoctſi a duce:* Et Plin 18, 34 *Prædoctus eſto.*

¶ Prōdŏceo, *ēre*, publice, palam docere, öffentlich lehren. Horat. 1 ep 1, 64 *Hæc Ianus ſummus ad imum Prodocet.*

¶ Semidoctus, *a, um*, halbgelehrt. Cic. de Orat. 2, 42 *Hæc ut & properans, & apud doctos, & ſemidoctus ipſe percurro.*

¶ Subdoceo, *ere*, mit unterweiſen. Cic. Att. 8, 4 *Cicerones noſtros meo potius labore ſubdocerri, quam me aliumvis magiſtrum quærere.*

¶ Subdoctor, *ōris*, m. ein unterlehrer. Auſon. Profeſſ. 22 titulo: *Victorio ſubdoctori ſive proſcholo.*

DŎCHĔLA, *æ*, f. herba chamæpitys. Apul. Herb. c. 26.

DŎCHĪMVS, *i*, m. δοχμος, genus pedis apud Grammaticos, & Oratores, eſt quinque ſyllabarum *v--v- amices tenet*, Cic. Orat. c. 64, quem tamen inter pedes Voſſius non numerat Inſtit. Orat. 4 p. 77, cum verius ſit numerus.

¶ Dochiminus, *a, um*, adject. ut. *Species dochiminæ*, Mart. Capella lib. 9 p. 334.

Docilis, docilitas, quære in *Doceo*.

DŎCĪMIA, *æ*, f. vicus Phrygiæ, in quo maximis Romanorum ſumptibus columnæ ingentes effodiebantur, varietate alabaſtro perſimiles. Strabo lib. 12 & ex eo Æn. Sylv. c. 61 Aſiæ.

DŎCIS, *ĭdis*, f. δοκις, flamma emicans in cœlo & aliquantiſper manens inſtar parvæ trabis, ein lichter feuer-ſtrahl am himmel. Apul. de Mundo p. 235 & 245.

DŎCISMVS, *i*, m. δοκισμος, a δοκέω, *probo*, id eſt, demonſtratio, qua res lectoris oculis ſubjicitur. Sen. Controv. 11 ſive lib. 2, 3 fin. *Hiſpo Romanus bello dociſmo uſus eſt.* Gronovius legit *Idiotiſmo.*

Docticanus, doctor, doctrina, documentum &c. vide *Doceo*.

DŎCVS, *i*, m. δοκὸς, trabs, tignum, ein balcken. Pro Metcoro Plin. 2, 26 *Emicant & trabes, quas ἀοcos vocant.*

Dodecatemorium, dodecatheos, vide *Decas*.

DODONA, *æ*, vel Dodone, *es*, f. urbs Chaoniæ in Epiro, juxta quam nemus fuit, in quo templum Iovis Dodonæi vetuſtiſſimo oraculo celebre. Nepos 6, 3, 2 *Dodonam adortus eſt*, i. e. Dodonæum oraculum corrumpere conatus. Ovid. 4 Triſt. 8, 43 *Hoc mihi Delphi, ſi Dodonaque diceret ipſa, Eſſe videretur vanus uterque locus.* Symmach. 4 ep. 33 *Non vides, oracula olim locuta deſiſſe, nec ullas in antro Cumano literas legi, nec Dodonam loqui frondibus, nec de ſpiraculis Delphicis ullum carmen audiri?* Quod autem columbas in ea ſilva vaticinatas fingunt, hanc habet rationem, quod mulieres fatidicas ſeu divinatrices lingua ſua Theſſali vocarunt πελειάδας, hoc eſt, *columbas*, Herodot. 2, 57. Vid. omnino Stephani Byzantini fragmentum de Dodone, c. exercitatt. Iac. Gronovii, & Iac. Triglandi conjectaneis tom. VII theſ. antt. Gr. a p. 269.

¶ Dōdōnæus, *a, um*, adj *Dodonæosque lebetes*, Virg. Æn. 3, 466. *Æs Dodonæum*, proverbialiter dici ſolet homo impenſe & importune garrulus, δωδωναῖον χαλκεῖον, ſeu τὸ ἐκ δωδώνης χαλκεῖον, ein plappermaul. v. Chil.

¶ Dōdōnius, *a, um*, idem. Ovid. Met. 8, 761. Et Claud. 1 de Raptu v. 31 *Ceſſerit inventis Dodonia quercus ariſtis.*

¶ Dōdōnis, *ĭdis*, f. adj. Val. Flacc. 1, 302 *Dodonida quercum Chaoniique vides famulam Iovis, æquora tecum Ingredior.* Verba tutelæ Argûs navis, ex Dodonea quercu fabricatæ. v. Carrio ad h. l. conf. Ovid. Met. 13, 716.

¶ Dōdōnīdes, *um*, f. pl. nymphæ Δωδωνίδες, apud Hyginum fab. 182, qui eas nominatim quoque recenſet.

¶ Dodonigena, *æ*, m. incolæ Dodonæ; ut, *Dodonigenæ populi*, Sidon. 6 epiſt. 12.

DODRA, *æ*, f. potio conſtans ex novem ſpeciebus, apud Auſonium epigr. 86 & 87.

¶ Dodrans, *antis*, m. a dempto quadrante dictus, novem uncias continet, drey viertel oder neun unßen. *Ex dodrante hæres*, Nepos 25, 5, 2, ubi novem partes hæreditatis intelligit. vid Gronov. de pec. vet. 3, 10. ¶ 2. *Dodrantem* etiam σπιθαμὴν appellari, Budæus auctor eſt lib. 1 de aſſe, hoc eſt, menſuram novem digitorum, intervallum ſcilicet illud inter pollicem & digitum minimum diductos, ſeu palmum majorem, eine ſpanne, oder anderthalb viertel einer elle. neun zolle. Suet. Aug. c. 79 *Statura ejus quinque pedum & dodrantis fuit.*

¶ Dodrantālis, *e*, dodrantis modum habens. Sic *craſſitudinem dodrantalem* dicimus, quæ novem eſt digitorum. Plin. 15, 30 *Ramos ſpargit a radice dodrantales.* Colum. 5, 6 *Stirpem dodrantalem relinquas.*

DŎGA, *æ*, f. capax receptaculum. Vopiſc. Aurel. c. 48 *Facta eſt ratio dogæ, cuparum.* conf. Salmaſ. in Hiſt. A. p. 408.

¶ Dogārius, *i*, m. Gloſſ. lat. gr. *Dogarius*, βαττοποιός, quæ vox convenit cum noſtris böttiger, büttner.

DOGMA, *ātis*, n. δόγμα, a δοκεῖν videri, ſententia, doctrina, decretum, der lehrſatz, ausſpruch. v. Cicero Acad. 4, 9.

¶ Dogmaticus, *a, um*, ad doctrinam aut decretum pertinens. Auſonius Idyll. 17, 16 *Dogmaticas agitat placido certamine lites.*

¶ Dogmatīzo, *are*, δογματίζω, doctrinam proponere, lehren, Auguſt.

¶ Dogmatiſtes, *æ*, m. δογματιστής, qui dogmata tradit, Hieronymus.

Dolabella, dolabra &c. vide *Dolo*.

DŎLEO, *ui, ĭtum, ēre*, eſt, capere dolorem, cruciari corpore & animo, affici dolore, ægre eſſe, dolenter ferre, ſchmertzen, betrübt ſeyn, wehe thun. Cic. pro Sext c. 69 *Meum caſum luctumque doluerunt.* v. Cort. ad Plin. epiſt. 1, 12. Virg. ecl. 3, 14 *Cum vidiſti dolebas.* Sic & *Dolere de aliquo* ſeu *de alicujus calamitate* dicimus: Cic. Att. 12, 1 *De Atticæ febricula valde dolui.* Vet. Inſcript. apud Grut. p 962 n. 9 DE QVO NIHIL DOLVIT NISI MORTEM EIVS. Et apud Reineſium p. 760 DE QVA NIHIL DOLVIT, NISI MORTE. Liv. 40, 10 *Tuis injuriis doleo.* Ovid Triſt. 3, 11, 60 *Auditis dolere.* Dicimus & *pro aliquo dolere:* Sen. Conſol. ad Helv. c. ult. *In mea tamen perſona non tantum pro te dolet.* Cic. Att. 6, 3 *Curionis & Pauli meorum familiarium vicem doleo*, ich beklage ſie. Sic, *Id mihi vehementer dolet*, das ſchmertzt mich, gehet mir ſehr nahe. Ter. Adelph. 4, 5, 48. Id. Eun. 3, 1, 58 *Facile ſit illi, quod doleat.* Cic. pro Mur. c. 20 *Cui placet, obliviſcitur; cui dolet, meminit*, i. e. eorum, quæ grata ſunt, ut beneficium, cito obliviſcimur; iræ autem & injuriarum diu meminimus. Dicimus etiam: *Dolet caput*, Plaut. Amph. 5, 1, 7. *Dolent oculi viro tuo*, Terent. Phorm. 5, 8, 64. Et Horat. de Art. poët. v. 102 *Si vis me flere, dolendum eſt Primum ipſi tibi.*

¶ Dolens, & pro eo Dĕliens, *entis*, in veteri Chriſtianorum Inſcript. apud Fabrettum p. 572 IVLIANICE PATER ET MATER DOLIENS FECERVNT. Et alia: HIC EGO SVM CORNVTVS DOLIENS CVM FILIS DVLCISSIMIS VIII. Sed *Dolens* uſitatius: *Quædam peſtis hominum laude aliena dolentium*, i. e. invidorum, der neider, mißgönſtiger. Cic. fam 5, 8 *Inire dolentem ſolando.* Virg Æn. 4, 393. *Dolentius* vid. in *dolenter*.

¶ Dolitus eſt, pro *doluit*, veteres quædam Inſcriptiones apud Gruterum habent. Nam p. 793 n. 4 & 794 n. 2 legitur: DE QVA NIHIL ALIVD DOLITVS EST NISI MORTEM. Adde *Perdolitus eſt*.

¶ Dolendus, *a, um*, cum dolore ferendus, ſchmertzhaft, kläglich. Cic. fam. 12, 23 *Quæ ulciſcenda, etiamſi non ſunt dolenda.* Apulej. in Trismeg. p. 91 *Fiet Deorum ab hominibus dolenda diſceſſio*, i. e. pœnitenda, quæ dolorem afferet. Ovid. Heroid. 5, 8 *Quæ venit indigna pœna dolenda venit.*

¶ Dōlenter, adv mit ſchmertzen, ſchmertzlich. Cic. Phil. 8, 7 *Dolenter hoc dicam potius, quam contumelioſe.* Planc. ad Cic. fam. 10, 24 *Dolenter magis quam inimice facio.* Val. Max. 3, 5, 2 *Dolenter hominis ferebant.* Etiam Comparativo Cicero uſus eſt c. 6 pro Sext. *Dolentius deplorare.* Et Ov. Met. 4, 246 *Nil illo fertur volucrum moderator equorum Poſt Phaëthonteos vidiſſe dolentius ignes.* Sunt, qui adjectivum putent, ad *dolens* referendum.

¶ Dolentia, *æ*, f. pro dolore; ſemel iterumque Arnobio uſurpatum: Antiquiſſimum etiam poëtam Nævium dixiſſe, Gellius memorat 19, 7. conf. Borrich. Cogit. de L. L. p. 91.

¶ Doleſco, *ĕre*, idem quod *dolere*. Gloſſ. gr. lat. ἄχθομαι, *doleo, doleſco*.

¶ Dolĭto, *are*, frequent. wehe thun. Cato de R. R. c. 157 *Omnia ſana faciet, intro quæ dolitabunt.*

¶ Dolĭdus, *a, um*, das weh thut, ſchmertzhaft. Cæl. Aurel. Acut. 3, 3 *Omnis motus dolidus eſt tumore oppreſſis.* Id. 3, 6 *Veſtigiorum dolidus ſenſus.*

¶ Dŏlor, *ōris*, m. ægritudo crucians, transfertur tam ad animam, quad ad corpus, & latius patet, quam *triſtitia*. Differunt enim ut genus & ſpecies: omnis enim *triſtitia* eſt *dolor*, ſed non omnis *dolor* eſt *triſtitia:* nam ægritudo illa, quæ ab externo tantum ſenſu naſcitur, non fortitur nomen *triſtitiæ:* at vero omnis ægritudo ſive animi ſive corporis, ſive ex ſolo ſenſu externo ſive ab interno proveniat, ſc. phantaſia aut ratione, vere *dolor* appellatur, ſchmertz, betrübniß, herzeleid. *Acer doloris morſus*, Cic. Tuſc. 2, 22. *Capere dolorem ex aliquo*, Idem pro Cæl. c. 14. *Accipere magnum & incredibilem dolorem*, Id. pro Dom. c. 36, ſich hefftig betrübet. *Dolorem afferre cui*, Celſ. 5, 28, 2. Et, *Affici dolore*, Cic. fam. 6, 19. *Dolores habere articulorum*, Idem Att. 1, 5. *Dolore tabeſcere*, Ter. Adelph. 4, 3, 11. *Dolor vix conſolabilis*, Cic. fam. 4, 3. *Dolores remittunt*, Id. de Clar. Orat. c. 34. *Nullus dolor eſt, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat*, Ser. Sulp. Ciceroni fam, 4, 5; & ad Att. 3, 15 *Dolores mitigantur vetuſtate.* Euripidis eſt: *Mortalis nemo eſt, quem non attingat dolor*, citat Cic. Tuſc. 3, 25. Tib. 3, 6, 43 *Felix quicunque dolore Alterius diſcis poſſe carere tuo. Dolor animum deſidioſiſſimum accendit*, Sidon. Apollin. 4 epiſt. 11. ¶ 2. Aliquando *dolor* pro ira ponitur. Namque & Ariſtoteles iram definit, ὄρεξιν μετὰ λύπης: *appetitionem cum dolore.* Horat. 1 epiſt. 2, 60 *Dolor quod ſuaſerit & mens*, i. e. dolor mentis, hoc eſt, ira. C. Nepos 6, 3, 1 *Quo dolore incenſus iniit conſilia, reges Lacedæmoniorum tollere.* Sen. Medea v. 13 *Ah melius dolor Furioſe loquere.* Et ſub finem fabulæ: *Plura non habui dolor, Tibi quæ litarem.*

¶ Dŏlōrōſus, *a, um*, ſchmertzhaft, ſchmertzend. Veget. 4, 22 *Doloroſi loci.* Cæl. Aurel. Tard. 4, 5 *Extantia reſiſtens & doloroſa.*

¶ Dolorĭficus, *a, um*, idem. Onomaſt. Vet. *Doloriſicus*, ἀλγυνός.

Compoſita:

¶ Ādŏlābilis, *e*, ſine dolore, ohne ſchmertz, unempfindlich. Ennius ap. Non. 2, 669 *Hinc eſt animus propitiabilis, ita & adolabilis.*

¶ Circumdoleo, *ēre*, umher ſchmertzen. Cæl. Aurel. Acut. 2, 14 *Spiratio circumdolens & frequens.*

¶ Condoleo,

¶ Condoleo, ēre, ſeu condoleſco, ēre, ſchmertzen, wehe thun Cic. Tuſc. 2, 22 *Si pes condoluit, ſi dens, ferre non poſſumus*, id eſt, doluit. Id. Acad. Qu. 1, 10 *Cum perturbationem ex homine non tollerent, naturaque & condoleſcere & concupiſcere dicerent.* Sen. de Ira 3, 10 *Vlcera ad levem tactum, deinde etiam ad ſuſpicionem tactus condoleſcunt.* Horat. 1 ſat. 1, 80 *Condoluit corpus tentatum frigore.* ¶ 2. Obſerva hic abuſum vocis, quem vulgo uſurpant pro συμπάσχειν, mitleiden mit einem haben, cum tamen *condolere* nihil aliud ſignificet quam *dolere*. In illo vero ſenſu melius dicetur: *Vicem ſeu casum alicujus dolere, affici alicujus dolore vel miſeria, commoveri ſeu perturbari malis alicujus.*

¶ Condolentia, & Condoleſcentia, æ, f. mitleiden, peſſimæ notæ ſunt. Purioris ſtili amantes aut συμπάθειαν aut cum Cicerone *æqualem dolorem, communem calamitatem, ſocietatem ægritudinis, &c.* appellant. v. Cellar. Antib. p. 24.

Cordalium, vide ſupra *Cor.*

¶ Dedoleo, ēre, & dedoleſco, ēre, dolorem omnem abjicere, verſchmertzen, ſeines leides vergeſſen. Ovid. 1 de remed. amor. v. 295 *Optimus ille fuit vindex, lædentia pectus Vincula qui rupit, dedoluitque ſemel.* Id. Faſt. 3, 480 *Potuit dedoluiſſe ſemel.*

¶ Dedolentia, æ, f. Gloſſ. græc. lat. ἀπαλγησία, actus dedolendi.

¶ Indoleo, ēre, ſeu Indoleſco, ēre, dolorem percipere, wehe und ſchmertzen empfinden. Cic. Phil. 2, 25 *Qui non indoluerit, tam ſevo ſe cognoſcere.* Ovid. Triſt. 2, 569 *Non igitur noſtris ullum gaudere Quiritem Auguror, at multos indoluiſſe, malis.* Id. met. 2, 788 legunt quidam *ſucceſſoremque Minervæ Inauuit*, non improbante Heinſ. Sed Bur. cum plerisque *ſucceſſoremque.*

¶ Indolescendus, a, um, bejammernswürdig. Sidon. 2 epiſt. 12 *Mœroris retia amicis & externis indoleſcenda.*

¶ Indolentia, æ, f. ἀναλγησία, doloris vacuitas, & perpetua voluptas eſt, ſtets freude, wolluſt, aliquoties Cicero; v. g. de Fin. 2, 4 *Num propterea idem voluptas eſt, quod, ut ita dicam, indolentia?* Ex quo apparet, Ciceronis ævo minus receptum vocabulum fuiſſe. Idem & *indoleriam* dixit, ſi Sidonio credimus, quamquam id analogiæ videatur repugnare. Vnde & nonnulli eruditorum Sidonium ivere correctum, *indoleriam* in *indolentiam* mutantes. Sed illud defendit eruditiſſ. Savaro: quem vide ad illum Sidonii locum, qui eſt epiſt. carm. 19 præfixa. *Indolentiæ* vocabulo & Seneca uſus in epiſt. 66 *Dolore corpus caret: quid ad hanc accedere indolentiam poteſt?* Et Lactant. 3, 8 *Corporis bona, id eſt, incolumitas, indolentia, valetudo.*

¶ Indolor, ōris, o. unſchmertzhaft. Cæl. Aurel. Tard. 2, 4 *Indoloria medicamenta*, i. e. anodyna.

¶ Perdoleo, ēre, & Perdoleſco, ēre, den ſchmertzen empfinden. Ter. Eun 1, 2, 74 *Hei noſter, tandem perdolui*, i. e. dolore generoſo afficitur, endlich thut es ihm wehe, oder geht ihm nahe. Gaudet Parmeno, tandem aliquando indigne ferre herum ſuum meretricias fraudes Thaidis. Itt igitur ejusdem formæ ac *peracceſcere.* Hyginus Aſtron. 2, 40 *Cuidam civium perdoluit inceptum Demipontis*, ubi idem quod doluit, vel valde doluit. Et Accius apud Nonium 2, 328 *Nec perdoleſcit fligi ſocios.*

¶ Perdolitum eſt, alia forma, pro perdoluit. Claud. Quadrigarius apud Gellium 9, 13 *Id ſubito pervolitum eſt cuidam T. Manlio.*

Doliaris, doliarius &c. vide *Dolium.*

DŌLICHVS, i, m. δόλιχος, legumen, phaſeolus vel ſimilax hortenſis, welſche bonen. Mathiol. vide *Phaſeolus.* ¶ 2. Et *Dolichus*, δολιχος, ſpatium eſt duodecim ſtadiorum Budæo.

DŌLIONIS, idis, f. inſula in Propontide, Plin. 5, 32.

¶ Dolionius, a, um, adj. ut, *Dolionius hoc*, Val. Flacc. 5, 7.

DŌLIVM, i, n. πίθος, vas vinarium, capax & ventricoſum, ut Budæus ait, menſuræ tamen non certæ, eine faure, groß faß. Dolando factum & efficitum. Dolia autem variæ erant materiæ: fictilia, quædam *diotæ* dicebantur, a duabus auris quaſi auribus, vide *Diota.* Nec vero omnia dolia, quæ fictilia erant, anſas aut aures habebant, quod ex marmore antiquo apparet, quo Diogenis dolium ut fictile repræſentatur ſine commiſſuris & viminibus, etiam ſine diotarum auribus. v. Iac. Sponii Miſcell. Erud. Antiq. p. 125. Et hujus generis dolio Diogenem uſum fuiſſe, etiam Iuvenalis 14, 311 ſuffragatur: *Sehſit*, inquit, *Alexander TESTA cum vidit in illa, Magnum habitatorem*, i. e. Diogenem. L. 26 D. de inſtructo vel inſtr. legato: *Dolia fictilia, item plumbea, quibus terra adjecta eſt, & in his viridia poſita*, groſſe blumen-äſche. Vitruv. 5, 5. conf. Non. 15, 16. Fuiſſe tamen etiam lignea, colligitur ex Plin. 8, 6 *Elephanti transvecti ratibus*, quas doliorum conſertis ordinibus impoſuerant. *Cava dolia*, Tibull. 1, 3, 79. *Haurire de dolio*, Cic. de Clar. Orat. c. 83. *In pertuſum ingerimus dicta dolium, operam ludimus*, Plaut. Pſeud. 1, 3, 135, wir füllen ein löchericht faß. Homer. Iliad. ult. v. 527 Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν δόῳ δῶρα, οἷα δίδωσι κακῶν, ἕτερος δὲ ἑάων. *Dolia namque Iovis duo ſtant in limine plena Muneribus, quæ is donat, in hoc mala ſunt, bona in illo.* Ita Eraſmus. ¶ 2. *Dolium inexplebile*, vel edacem nimium, vel bibacem, vel avarum dicere poſſumus, πίθον ἄπληστον, ein wolffsmagen.

¶ Dōliōlum, i, n. dim. Colum. 12, 43 *Doliola nova ſine pice in ſole ſiccant.* Et Liv. 5, 40 *Condita in doliolis ſacra.* Metaphor. Plin. 11, 13 *Ibi optimus ſemper* ſuccus, e quo mel conficiunt apes, *ubi optimorum doliolis florum conditur*, ſimiliter de cad. re c. 15 pr. Nimirum doliola vocat calyculos illos ſ. folliculos florum, in quibus ſuavis ille ſuccus deprehenditur. ¶ 2. *Doliola* locus Romæ ſic vocatus a doliolis ſub terra. v. Varr. de L. L. 4, 32, & Feſt.

¶ Doliāris, e, doliī inſtar *Anus doliaris*, Plaut. Pſeud. 2, 2, 64, dicke, wie ein faß. *Vita doliaris*, frugalis, vel potius ut illa Diogenis canina & ſordida, ζωὴ πίθοις, v. Chiliad.

¶ Doliarius, a, um. Vetus Inſcriptio apud Fabrett. p. 519 EX OFFIC. DOLIARIA, h. e. ubi fiunt dolia. ¶ 2. Subſtant. ein töpfer. Poſſis tamen ex noſtro more etiam interpretari, ein bottiger, faßbinder. Plin 3, 6 de inſula Pithecuſa, *Non a ſimiarum multitudine dicta, ut aliqui exiſtimavere; ſed a ſeptinis doliariorum* SERVVS DOLEARIVS, qui doliis præerat, in Lap. Murat. p. 932.

¶ Doliarium, i, n. i. e. apotheca vel hypogeum, ein weinkeller. Lege 35 § 7 de Contrab. emt.

DŌLO, avi, atum, are, eſt complanare, behauen, hobeln, zimmern. Cic. Divin. 2, 41 *Quis robur illud cecidit? dolavit?* Translate, *aliquem fuſte dolare*, Horatius dixit 1 ſat. 5, 22, abprugeln. *Dolare dolum*, einen poſſen reiſſen, Plaut. Mil 3, 3, 64 ¶ 2. Senſu obſceno *Dolare uxorem*, dixit Pomponius apud Nonium. *Vndenas dolat in die puellas*, Martial. 7 epigr. 66, 3.

¶ Dolatus, a, um, behobelt, gezimmert. Cic Tuſc qu. 4, 31 de homine: *Non eſt e ſaxo ſculptus, aut e robore dolatus.* Et, *Dolato confiſus ligno*, Iuven. ſat. 12, 57, de nauta.

¶ Dolītus, a, um, pro *Dolatus* Varro dixit apud Nonium 2, 235 *Scyphus cælo dolitus artem oſtentat Mentoris.* Nam & cæſa lingua *Materiam dolere* vel *dolare* uſurpat Lucretius 5, 1266.

¶ Dolātus, ūs, m. ſubſt. actio dolandi. Prudent. Pſychom. v. 837 *Sed cava per ſolidum, multoque forata dolatu Gemma relucenti lumen complectitur arcu.*

¶ Dolatio, onis, f. idem, apud Auguſtinum.

¶ Dōlāmen, ĭnis, n. idem. Apul. pr. Florid. *Truncus dolamine effigiatus.*

¶ Dolator, ōris, m. ein tiſcher. Gloſſ. Vet. *Dolator*, πελεκητής.

¶ Dolatorium, i, n. Hieron. epiſt. 135 ad Suniam & Fretelam, eſt *ferramentum, quo lapides & ligna dolantur*, λαξευτήριον. Veget. de re milit. 3, 6 *Securibus ac dolatoriis*, ubi vulgo *dolabris.* v. Miſc. Obſerv. Vol. 8 p. 330. ¶ 2. Apud noviſſimos locus, in quo dolatur, officina dolatoris.

¶ Dolātilis, e, quod facile dolatur, das ſich hobeln oder zerhacken läſt, ut, *charta dolatilis*, apud Venant. Fortunatum. *Lapides ſcutanei ſimi, hoc eſt, dolatiles*, inquit Auct. de Limit. Gœſii p. 270.

¶ Dolabra, æ, f. ferramentum, quo cædimus aut lævigamus, eine axt, beil, hacke, vulgo etiam, quamquam non ſatis accurate, nullo certe idoneo auctore, ein hobel, quod etiam de derivatis & compoſitis reliquis ſemel obſervarum volumus. Curt. 8, 4, 11 *Dolabris ſilvas ſternere adgreſſi.* Livius 9, 37 *Dolabræ calonibus diviſantur ad vallum proruendum, foſſasque implendas.* Curt. 9, 5, 19 *Dolabris perfregere murum.*

¶ Dolabratus, a, um, behauen, behobelt. Cæſ. B. Gall. 7, 73 *Truncis arborum aut admodum firmis ramis abſciſſis, atque horum dolabratis atque præacutis cacuminibus, &c.* ¶ 2. *Secures dolabratas* ſimplicibus opponit Palladius 1 c. ult.

¶ Dolabella, æ, f. dimin. a Dolabra. Colum. 4, 24 *Circa eas dolabella dimovenda terra eſt.* ¶ 2. *Dolabella*, m. Ciceronis gener & amicus: partium Cæſaris ſectator, eidem in conſulatu ſuffectus, Aſiam occupavit, & hoſtis judicatus, ac a Caſſio Laodiceæ obſeſſus, ipſe ſervolio cervicem præbuit. Dio Caſſ. lib 45 & 47. Vellej. 2, 69

¶ Dolabellianus, a, um, adject. ut, *Pyra Dolabelliana*, inter generoſiſſima apud Columell. 5, 10.

Compoſita a *Dolare*.

¶ Circumdolo, are, umher behauen, behobeln. Plin. 16, 32 *Platanus circumdolatis lateribus veſti ſis ſporte ſacta.*

¶ Dedōlo, are, perfecte dolare, behauen, abhobeln. Colum. 4, 26 *Partes eorum putres dedolandæ.* Martial 11 epigr. 15 *Fabrili dedolat oſſa manu.* Plaut. Menæch. 5, 2, 106 *Dedolat caſſidatim viſura.* Apul. 7 Met. p. 90 *Faſtim crebris ictibus perſepe dedolabar*, ich wurde oft geprugelt.

¶ Dedolatus, a, um; ut, *Dedolatæ ridicæ*, Col. 11, 2.

¶ Dedolatio, onis, f. die behauung, abhobelung, Vitruv.

¶ Dedolator, oris, m. ein zimmermann, apud Apulejum.

¶ Edōlo, are, ausarbeiten. Labrorum eſt verum verbum, cum materiarum complanatur aſperitas. Vſi ſunt eo laudandi ſcriptores veruſtatis, etiam ad alias fabricas rerum. Ennius dixit: *Ego unum libellum non edolem?* vid. Nonius 6, 6. Cic. Att. 13, 4. *Quod in manibus habebam, abjeci: quod jeceram, edolavi.*

¶ Edolatus, a, um, ausgezimmert, ausgemeiſſelt. Colum. 8, 2 *Partes ſummæ lingulas edolatas habent.*

¶ Edolatio, onis, f. apud Auguſtinum, actio edolandi.

¶ Edolator, ōris, m. Plinio tribuitur, qui edolat.

¶ Indolātus, a, um, non dolatus, unbehauen, unabgehobelt. Arnob. lib. 6 p. 196 *Lignum Icarios pro Diana indolatum colliſſe.* Idem lib. 7 p. 253 *Lapis indolatus & aſper.*

¶ Indōlatilis, e, quod dolari nequit, das ſich nicht hobeln läſt. Sidonius 5 epiſt. 5 *Corporibus ac ſenſibus rigidi indolatilesque.* Ita plures MSS. libri: unus *indociles.* vide Wower.

¶ Perdōlo, are, behauen, behobeln. Vitruv. 2, 10 *Cum in materiem* (arbores illæ) *perdolantur.*

¶ Perdolatus, a, um, idem quod *dolatus.* Vitruv. 2, 9 *Arbor præciſa alte & perdolata.* Arnob. 6 p. 209 *Fomes perdolatus in fulminis morem.*

DŌLON, ōnis, m. Δόλων, Trojanus, pro exploratore miſſus in caſtra Græcorum, a Diomede & Vlyſſe interfectus eſt. Homer. in 10 Iliad. Ovid. Met. 13, 98; Virg. Æn. 12, 347. *Dolum* Plautus vocat Pſeud. 4, 8, 7.

DŌLON, ſeu Dolo, *onis*, m. baculus incluſum regens enſem, vel pugionem: cujusmodi baculis monachi peregrinantes quondam utebantur. Dictus eſt *dolon a dolo*, ut Donatus auctor eſt ad Eun. Ter. 8, 3. Virg. Æn. 7, 664 *Pila manu ſævosque gerunt in bella dolones.* Vbi Servius: DOLO *eſt flagellum, intra cujus virgam latet pugio.* Heſychius, Δολωνες ξιφίδια εν ξύλοις αποκεκρυμμένα, interpretatur. Plutarchus in Gracchis λογχικὸν ξιφίδιον appellat. Suet. Claud. c. 13 *Reperti & equeſtris ordinis duo in publico, cum dolone a venatorio cultro præſtolantes.* conf. Reinef. 3 Lect. Var. p. 640. ¶ 2. Phædrus 3, 7, 3 *Dolonem*, pro aculeo muſcæ dixit, ſtachel der fliegen. Ita enim ibi muſcam loquentem inducit: *Vide, ne dolone collum compungam tibi.* ¶ 3. Livius pro armamentis navalibus uſus eſt, 36, 44 *Dolonibus erectis altum petere intendit*: ubi tamen velum ſignificare videtur, minimum ſcilicet ad proram. Pollux 1, 9 ὁ ἐλάττων ἱστὸς δόλων.

DŌLŌPES, um, m. pl. Theſſaliæ populi, Virg. Æn. 2, 7 & 29. Ætolis annumerat Plinius 4, 2. *Scyrum aliquando incoluere* Corn. Nep. 5, 2, 5.

¶ Dolopēus, a, um, adject. ut, *Dolopeia buſta*, Val. Flacc. 2, 10.

Dŏlor, dolorificus, vide *Doleo*, Dolosus, &c. *Dolus.*

DŎLVS, *i*, m. δόλος, fraus, deceptio, fallacia, betrug, liſt. *Dolus malus*, quo aliud agitur, & aliud ſimulatur, omnis denique fallacia ad decipiendum inſtituta, unredliche heimliche tücke; cujus contrarium eſt *bona fides.* Fuit ſane *dolus* primo vocabulum μέσον. Vlpian. l. 1 § 3 de dolo malo, *Veteres dolum etiam bonum dicebant, & pro ſolertia hoc nomen accipiebant: maxime ſi adverſus hoſtem latronemve aliquis machinetur.* Ita Salluſt. Catil. 26, 2 *Neque Ciceroni tamen ad cavendum dolus, aut aſtutiæ deerant.* Sed Ter. Eun. 3, 3, 8 *Iam tum ſuſpicio erat, dolo malo hoc fieri omnia.* Vbi Donatus: DOLVS *a ledendo dictus eſt, i. e. a dolando, i.e. muniendo; nam & δόλος Græcis laſio dicitur, &c.* Cic. Nat. D. 3, 29 *Dolum commoliri.* Tac. An. 4, 68, 4 *Dolum ſtruere*, mit betrug umgehen. Plaut. Capt. 2, 1, 26 *Doli non doli ſunt, niſi aſtu colas.*

¶ Dŏlōſus, *a, um*, betrüglich, falſch. *Illecebræ doloſæ*, Claudian. 2 de Laud. Stil. v. 136, liſtige reitzung. Perſ. prol. v. 12 *Quod ſi doloſi ſpes refulſerit nummi.* Horat. 1 od. 35, 26 *Diffugiunt cadis Cum fece ſiccatis amici, Ferre jugum pariter doloſi.*

¶ Dŏlōſe, adv. betrüglich. *Agere doloſe & malitioſe*, Cic. Off. 3, 15. Compar. Aſcon. Pedian. in Verr. de Prætura urb. *Cupidius accuſavit & doloſius.*

¶ Dolosĭtas, *atis*, f. die betrüglichkeit, Vulg. Interpr. Sirac. 37, 3.

¶ Subdŏlus, *a, um*, fallax, argliſtig, tückiſch. Martial. 3 epigr. 58 *Sed tendit avidis rete ſubdolum turdis.* Ovid. 1 Art. am. v. 598 *Subdola lingua.*

¶ Subdole, adverb. idem. *Subdole blandiri*, Plaut. Trin. 2, 1, 12. *Subdole & verſute quid invenire in cauſſis*, Cic. Brut. c. 9.

DŎMA, *ătis*, n. δῶμα, domus, ein haus, gebäude. Hanc vocem Latine extulit Hieron. 1 epiſt. 29 ad Exuperium. v. Barth. Adverſ. 33, 8.

Domabilis, domator, vide *Domo*, Domeſticus, domicilium, &c. *Dominis*, Dominator, dominium, dominor, &c. *Dominus.*

DŎMINVS, *i*, m. κύριος, δεσπότης, ein herr. Origo a *domo* eſt. Nam domui & familiæ qui præeſt, ita proprie appellatur: Pater nempe familias, qui *dominus major*: nam filius ejus *dominus minor*: filia *domina minor*, de quo & Auguſtin. Confeſſ. 9, 8. vide & *Herus.* Inde illud apud Cic. Off. 1, 39 *Odioſum eſt, cum a prætereuntibus dicitur: o domus antiqua, heu quam diſpari domino dominaris!* & ibid. *Non domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt.* Ita Ovid. Am. 2, 2, 32 *ambo domini* ſunt maritus & uxor. ¶ 2. Poſſeſſor, ein beſitzer. Cic. pro Roſc. Am. c. 8 *Ampliſſimæ pecuniæ dominus*, der groß geld und gut hat. Et Virg. Æn. 1, 282 *Romani rerum domini.* Idem ecl. 3, 16 *Quid domini faciant, audent cum talia fures?* id eſt, gregis poſſeſſores. Nec amplæ tantum fortunæ debet eſſe, qui *dominus* appellatur; ſed Apulejus quoque lib. 9 Met. p. 233 ed. Elmenh. dixit: *Quidam pauper, modicæ caſulæ dominus.* ¶ 3. Ad auctoritatem refertur, ut Græcum κύριος. Cic. de leg. 3, 12 *Si ſenatus ſit dominus publici conſilii, quodque is creverit, defendant omnes.* ¶ 4. Poſt ad regnantes translata vox eſt, gewalthaber, herrſcher; a qua tamen appellatione boni principes, ne cives pro ſervis habere, & ſic tyranni viderentur, (*Domini* enim & *Servi* Relata ſunt, ut artis vocabulo utamur) abſtinuerunt. Sane Auguſtus ut maledictum & opprobrium ſemper exhorruit, Suetonio auctore c. 53. Recuſavit Tiberius, ut videretur bonus. Id. Tib. c. 27, & Tac. Ann. 2, 87, 3. Alexander Severus ſe ita appellari vetuit, quia revera bonus erat, Lampridio teſte ejus vita c. 4. Primus ex Romanis Imper. Caligula uſurpavit hoc nominis, ut Aurel. Victor obſervat de Cæſ. c. 3; Euſebius hoc Domitiano tribuit. Et Statius Sylv. 4 præf. *Dominum Cæſarem* eum vocat. Et notum eſt, quod Epiſtolis ſuis ille, ut Suet. ejus vita c. 13 obſervat, præſcribere ſolitus fuit: *Dominus Deus noſter ſic fieri jubet.* vide Barth. ad Claudian. p. 472, Rhodium ad Scrib. Larg. p. 12 ſeq. & Spanhem. de Vſu Numiſm. diſſ. 12 p. 482 ſeq. Poſt ita invaluit, ut *Dominum* & *Imperatorem* ſeu *Principem* dici idem eſſet propemodum. Sic apud Plinium lib. 10 Epiſtolarum ad Trajanum frequentiſſime compellatio hæc legitur, *Domine.* Antonius Diadumenus Ep. ad Matrem apud Lampridium Diadumeno, extr. *Dominus noſter* (Opilium Macrinum Imperatorem, patrem ſuum intelligit,) *nec te amat, nec ipſum ſe, qui inimicos ſuos ſervat.* Iulianus defertor etiam refugit hanc appellationem, ſed poſt ejus exceſſum rediit conſuetudo prior. vide & Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 220. Minus tamen invidioſum *dominans*, quam *dominus* videbatur, ut Maral. ad Statii Sylvas p. 194 oſtendit. ¶ 5. Poſt ad alios quoque translatum, qui aliis eſſent præpoſiti. Nam & qui factionibus aurigariis præerant, *Domini factionum* appellabantur. Cujusmodi exemplum apud Suetonium habes Ner. c. 5 & 22. v. ibi Torrent. Appellabantur & *domini dominæque* nonnunquam, honoris cauſſa, & per blanditiam & adulationem. De adulatoribus vide Caſaubonum ad Theophraſti Charact. p. 121. Honoris cauſſa & per blanditiam ita frequenter ſe ſalutabant mariti invicem. Tibull. 1, 2, 7 *Ianua difficilis domini, &c.* i. e. mariti, ut Scaliger exponit. Ita Suidas in illa voce præconis mulierem Athenis in jus vocantis, ASPASIA & DOMINVS EIVS CITATVR; *Dominum* maritum explicat. Etiam maritum ſuum *Dominum* vocat Scintilla apud Petron. c. 67 p. 326. Ovid. 3 Amor. 7, 11 *Et mihi blanditias dixit, dominumque vocavit, Et quæ præterea publica verba juvant.* Alia exempla notat Marcilius ad Horat. 2 od. 12. Vid. Barth. ad Calpurn. p. 344, & ad Stat. Silv. p. 47. Rittershuſ. ad Salvian. p. 266 ſeq. Adde & Nonium 4, 125 ex Virg. Æn. 4, 214. ¶ 6. Quin commune honoris vocabulum *Dominus*, quo promiſcue patres, fratres, obvii, per catachreſin, & uxores *Dominæ* jam Senecæ temporibus cet. blandius appellabantur, ut notat Lipſius ad Tac. Ann. 2, 87. Apud Apul. Met. 3 p. 143 ipſum Apulejum magiſtratus Theſſalici alloquuntur *Luci Domine.* In quam rem eleganti epigrammate lusit Palladas in Anthologia Græcorum epigrammatum, quod ita vertit Alciatus: *Munera qui dederit, dominus fraterque vocatur; Si quis nulla ferat, vix bene frater erit. Hæc pretio mera verba gravi venalia præſtant; Ipſe ſed ut dominus, ſic nec ero dominus.* v. Voſſ. 4 Inſtit. Orat. p. 219, & Scriver. ad Mart. 1 epigr. 113. Qui & ſervos notat a dominis ſuis aliquando per ludum *dominos* appellatos ad 1 epigr. 80 &c. Hæc autem ad comiora illa tempora referenda ſunt; non antiqua illa atque ſevera: quæ quam abominata hoc nomen ſint, Seneca docet epiſt. 47. Sed Id. ep. 3 *Obvios*, inquit, *ſi nomen non ſuccurrit, dominos ſalutamus.* conf. Martial. 1 epigr. 113. ¶ 7. Hodie communis titulus ingenuorum omnium eſt, ut vix liceat mediocris ſortis hominem appellari niſi præmiſſo *dominationis* honore, contra indolem veteris latinitatis, cujus ſtudioſi ab hiſce blanditiis aut ineptiis, quantum fieri poteſt, temperant. ¶ 8. *Deum κατ' ἐξοχήν* & abſolute appellari *Dominum*, ſacrarum literarum propria ratio eſt. Sed & ethnicorum Dii appellantur *Domini.* Ovid. Heroid. 4, 12 de Amore: *In Dominos jus habet ille Deos.* conf. Apul. Met. p. 192. Et Grut. Inſcript. p. 506 n. 1 *Æſculapio Domino.* ¶ 9. Adjective vel certe per appoſitionem ponitur. Ovid. Her. 3, 100 *Sæpius in dominum ſerva vocata torum.* Ita Heinſ. vid. *Domina.*

¶ Domina, *æ*, f. frau. Cic. pro Marcell. c. 2 *Fortuna domina eſt rerum humanarum.* Idem de Fin. 2, 12 *Dominæ rerum omnium virtutes.* Id. Piſon. c. 2 *Sis ſane fors domina campi*, wer das glück hat, führet die braut heim. vide ſupra *Campus.* Et Off. 2, 10 *Voluptates, blandiſſimæ dominæ, ſæpe majores partes animi a virtute detorquent.* Inprimis Deæ dictæ ſunt *Dominæ*; ut, *Venus*, Petron. c. 85. *Iuno*, Virg. Æn. 3, 438. *Cybele*, ibid. v. 113. *Iſis*, Grut. Inſcript. p. 84 n. 2. ¶ 2. Deinde *Domina* iisdem notionibus, quibus *Dominus*, ad varia transfertur, ut dictum ſupra eſt. v. g. Vxores ſuas ipſi etiam plebeji *dominas* vocabant. v. Heinſ. ad Petron. c. 66 p. 330. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 12 p. 487. Inprimis heræ, matronæ, filiæque familiarum, hoc nomine augebantur, & poſt annum decimum quartum ætatis *Dominarum nomen puellis Romanis datum*, Tiraquellus notat ad leg. 5 Connub. c. 11, 12. Paullus Cypræus de Iure Connub. 2, 8. Epict. Ench. c. 55, eine haus-frau, haus-jungfer. ¶ 3. Amaſias amatores quoque *Dominas* per blanditias appellabant, quod ex amatoriis poëtis, & Petronio de Quartilla, notum eſt. ¶ 4. Adjective, vel certe per appoſitionem frequenter ponitur. Ovid. Am. 2, 5, 30 *Injiciam dominas in mea jura manus.* vid. Heinſ. ad Ovid. Her. 3, 100. ¶ 5. Notetur *Dominis* pro *Dominabus*, apud Curt. 3, 12, 8.

¶ Dominulus, *i*, m. dimin. ein juncker; l. 41 § 4 ff. de legatis 3.

¶ Dominŭla, *æ*, f. ein fräulein. Salvian. lib. 4 p. 309.

¶ Dominium, *i*, n. imperium, principatus, die herrſchaft, regierung. Suet. Tib. c. 59 *Impatientes dominii.* Val. Max. 4, 4 pr. *Dominium rerum collabi ſolet.* ¶ 2 *Dominia* convivia hilariora ſic dicta a Domino, convivii exhibitore, banquete, vide Varr. & alios ap. Gell. 2, 24; & Non. 4, 125.

¶ Dominĭcus, *a, um*, quod domini eſt. Sen. epiſt. 47 *Ædifice obſonatores, quibus dominici palati ſubtilior notitia eſt*, einkauffer, die verſtehen, was ihrem herrn ſchmecket. Petron. c. 31 *Vinum dominicum*: & c. 28 *Quisquis ſervus ſine dominico juſſu foras exierit.* Arnob. lib. 2 p. 61 *Columba diſcit manu miſſa revolare ad dominicas ſedes.* Inſcript. antiqua apud Velſer. in Monum. Aug. MERVM DE APOTHECA DOMINICA. Colum. 9, 1 *Dominica habitatio.* Vlpian. l. 29 ff. de pactis *Dominica pecunia.* ¶ 2. Sacro uſu *Dominicus* eſt divinus, ſeu quod Dei eſt, ad Deum pertinens: ut, *Dominicæ gratiæ viſceratio*, apud Tertull. adv. Marc. 3, 7, hoc eſt, diſpenſatio divinorum bonorum. Sic, *Dominicus dies*, (ſonntag,) quem religioſum haberi inſtituit Conſtantinus, ut Euſebius narrat lib. 4 de vita Conſtantini. Atqui Iuſtini tempore, juſtum & religioſum habitum hunc diem, ex Apologia ejus ſecunda conſtat. Itaque non ſub Conſtantino cœpit ejus diei religio, ſed peculiari & nova conſtitutione ſancita firmataque fuit. vid. Herald. ad Tertull. Apolog. p. 153, & Barn. Briſſonium ad L. Dominico C. de feriis: itemque Riveti diſſert. de origine Sabbati c. ult. conf. & Iſidor. 6, 18; ubi & *Cœna dominica*, der tiſch des herrn. ¶ 3. Id. Euſebius & templa Chriſtianorum, *Dominicæ*, κυριακαί, appellata fuiſſe tradidit, a qua voce ſine dubio hodie eſt, ein Dom oder Thum. Vide ſupra *Baſilica.* D. Hilarius ad Conſtantinum extremo libro: *Verentes igitur illi populi judicium e Dominico ad palatium tranſeunt.* DOMINICVM vocat, quod paullo inferius *Eccleſiam* dixerat.

Dominĭcālis, *e*, idem; ut, *Dominicales curiæ*, ICt. in Dig. Vulgo etiam *Dominicalis*, ſonntäglich.

¶ Dŏmĭnor, *atus ſum, ari*, rerum potiri & imperium gerere ſignificat, gewalt haben, herrſchen. Cic. Orat. c. 65 *Vbi libido dominatur, innocentiæ leve præſidium eſt*, wo alles nach affecten gehet. Conſtruitur varie, *alicui, in quem, inter quos, in quo.* Virg. Æn. 1, 285 *Victis dominabitur Argis.* Claudian. 1 in Rufin. v. 143 *Toti dominabere mundo.* Cic. de Senect. c. 11 *Senectus honeſta dominatur in ſuos:* Sed Grævius hanc ait eſſe interpretationem, verborum, quæ male ejecta fuerint. *Dominari* enim *in ſuos* ſub republica libera tribui tantum tyrannis. Ergo pro *dominatur in ſuos*, legendum, *vindicat jus ſuum.* Interim, niſi codices antiqui ſuffragentur Grævio, nihil mutandum putaverim. Eſt enim de auctoritate patriſſam. ſermo, non in liberos tantum ſuos, quos & ipſos in poteſtate habebat, ſed etiam in *ſervos*, quorum proprie erat *dominus.* Ovid. Met. 1, 77 *Dominari in cætera.* Curt. 8, 7, 1 *Quaſi in mancipia dominaris.* Cæſ. B. Gall. 2, 31 *Inter quos dominari conſueſſent*: ubi Metaphraſta, ὧν ἄρχειν. Ovid. 3 Am. 6, 63 *Inter dominabere Nymphas.* Quintil. 2, 5 *Orator dominatur in affectibus, atque in pectora irrumpit.* Servius Ciceroni ſam. 4, 12 *Caſus & fortuna in nobis dominantur.* Inſolens & Græcanicum eſt, cum Tertullianus princ. de Hab. mulier. dixiram ſententiam Gen. 3, 2 vertit: *Ille dominabitur tui.* Sed ita etiam Minuc. Fel. 12, 5 *Nonne Romani fruuntur orbe toto, veſtrique dominantur.* Vide de hac conſtructione Vechneri Hellen. 1 p. 205. ¶ 2. Paſſive vetus poëta apud Cic. Off. 1, 39 *O domus antiqua, heu quam diſpari dominare domino.* Et Nigidius ap. Priſcian. lib. 8 p. 791 *Eā natura eſt, ut curari & dominari poſſit*, daß man darüber herr werden kan.

¶ Dominans, *antis*, o. Cic. Tuſc. 1, 30 *Vetat dominans ille in nobis Deus.* Comp. *Dominantior* eſt Lucretii 3, 398.

¶ Domi-

¶ Dominatus, *a, um*, imperium habens, herrſchend. Virg. Æn. 2, 363 *Vrbs antiqua fuit multos dominata per annos.*

¶ Dŏmĭnātus, *ûs*, m. imperium, die herrſchafft, gewalt. *Occupare dominatum*, Cic. Tuſc. 5, 20. *Dominatu premi*, Cic. de Divin. 1, 25. *Vrbs a tyranno crudeli dominatu premebatur.* Prudent. Hamartig. v. 515 *Quorum dominatibus humidus iſte Et pigris denſus nebulis obtempe-rat aër.* Cæterum *Dominatus* & *Principatus* differunt; *Dominatus* eſt imperium deſpoticum atque tyrannicum: *Principatus* regium; & quod cum libertate eſt. Vnde Plin. Paneg. Traj. c. 55 *Scis, ut ſicut diverſa natura dominatio & principatus, ita non aliis eſſe Principem gratiorem, quam qui maxime Dominum graventur.* Huc dictum illud Tiberii pertinet: *Dominum ſe ſervorum, Imperatorem militum eſſe: cæterorum Principem.* Sic *dominatus* & *ſervile imperium* ſynonyma Donato ſunt Ter. Andr. 1, 1, 9. conf. Voſſ. Inſt. Orat. p. 39, qui δεσποτείαν, medium inter βασιλείαν, & τυραννίδα locum obtinere dicit.

¶ Dŏmĭnātor, *ōris*, m. ein regierer, herrſcher; ut, *Dominator rerum Deus.* Cic. Nat. D. 2, 2 ex Ennio. Seneca Hippol. v. 1159 ad Neptunum: *Profundi ſeve dominator freti.*

¶ Dŏmĭnātrix, *ĭcis*, f. *Dominatrix cæca & temeraria animi cupiditas*, Cic. Invent. 1, 2. Et rurſus Sen. Hippol. v. 85 *O magna vaſti Creta dominatrix freti.* Ac Prudent. Apoth. v. 88 *Dominatrix rerum.*

¶ Dominatio, *ōnis*, f. die gewalt, das gebiet, regiment. Cic. Att. 8, 11 de Pompejo & Cæſare: *Dominatio quæſita ab utroque eſt: non id actum, beata & honeſta civitas ut eſſet.* Auct. ad Herenn. 4, 19 *Non ſunt omnia committenda fortunæ, ne magnam nimis in nos habeat dominationem.* Et Aſin. Pollio ad Cic. fam. 10, 31 *Vita ſub dominatione miſera eſt.* ¶ 2. Pro tyrannide & illegitima uſurpatione imperii, ut *Dominatus*, de quo ſupra. Hinc Tacitus *Dominationes* ab *ambitione & vi* producas ſcribit Ann. 3, 26, 3. *Peſſimam*, inquit, *exui æqualitas, & pro modeſtia ac pudore ambitio & vis incedebat; provenere dominationes.* Vet. Gloſſ. *Dominatio*, τυραννὶς, δεσποσύνη. *Nefanda dominatio*, Vellej. 2, 60, 4. *Vim dominationis experiri*, ibid. c. 68, 4.

¶ Domnus & Domna, per ſyncopen pro *Dominus, a*, apud veteres legitur; ut, *Seculi domna* in Commodiani Inſtruct. 59, 1. ¶ 2. In proprium feminarum nomen abiit Suid. Δόμνος, ὄνομα κύριον, & a Syris ad Græcos tranſiſſe viri docti putant. *Julia Domna*, ſecunda uxor Septimii Severi, mater Caracallæ. v. Spanhem. de V. & P. Numiſm. T. II Diſſ. 11 p. 294. Sic

¶ Domnulus & Domnula, diminutiva, vide Sidonii ep. 15, 38: & Salviani ep. 4.

¶ Domnædius, *i*, m. pro Dominædius, i. e. Dominus ædis, der hausherr, gaſtherr. Gloſſ. lat. gr. *Domnædius, Cæreocularius*, κεραμεύς. Hanc vocem Autori Rhetoricæ ad Herenn. reſtituit Salmaſius de jure Attico p. 73: Paulinus Nolanus epiſt. 1 &c. S. Felicem ſæpe vocat *Dominædium.*

¶ Condomĭnor, *ari*, una dominor, apud Livium eſſe dicitur.

¶ Edomĭnor, *ari*, beherrſchen. Paſſive Arnob. 5 p. 163 *Æſtuatim eſt, quibus modis poſſet intractabilis* (mater Deûm) *feritatis edominari.* Quid ſi melius eſt *edomari?*

¶ Perdominor, *ari*, Claudian. Feſc. in Nupt. Hon. v. 85 *Solus zephyrus perdominetur annum*, i. e. dominetur per totum annum.

¶ Prædominor, *ari*, vulgus utitur: tu dices rectius *dominari aliis*, vel *præ aliis.*

DOMITIVS, *i*, m. gentis Romanæ nomen, quæ duas dedit familias, *Calvinorum* & *Ænobarborum*: ex qua Domitius Nero natus, qui poſt Claudium imperium adeptus eſt. vid. Suet. ejus vita prioribus 5 capp. ¶ 2. *Domitius Afer*, Orator fuit, quem Dio Caſſius lib. 59 *eloquentiſſimum* vocat: libro ſequenti *omnes cauſſarum patronos ſuæ ætatis ſuperaſſe* ſcribit. Meminit ejus Auctor Dialogi de cauſis corruptæ eloquentiæ non ſemel: non infrequenter & Quintilianus, qui ſenem ab adoleſcentulo ſe fuiſſe cultum 5, 7 ſcribit. add. 10, 1 p. 918, & inprimis 12, 11 p. 1107. Natum Auguſto Principe puto: nam ſub Tiberio Claudiam Pulchram accuſavit. Sub Nerone mortuus eſt. v. Tac. Ann. 4, 52, 1, & 14, 19, 1. Qui cum eloquentiam ejus prædicet, mores reprehendit. Meminit & S. Hieron. ep. 2 ad Nepot. de Clericorum vita, eique hoc dictum refert: *Cur ego te habeam ut principem, cum tu me non habeas, ut Senatorem?* Sed Quintilianus hoc L. Craſſo tribuit 11, 1. ¶ 3. De *Domitio Marſo* v. Brouckh. ad Tib. 4, 15. Add. Quint. 6, 3 p. 564. ¶ 4. *Domitius*, Deus conjugii apud antiquos, qui adhibetur, ut in domo ſit nova nupta. vid. Auguſt. de C. D. 6, 9.

¶ Domitianus, *i*, m. Flavius, Veſpaſiani filius, Imperator ſævitia primus, muſcas captare, & ſtylo præacuto configere ſolitus, de quo Suetonius ejus vita, & Aurel. Vict. c. 11.

¶ Domitianus, *a, um*, adject. ut, *Domitiana quæſtio*, i. e. ſtulta; originem quære l. 27 ff. qui teſt. fac. poſſ. ſ. l. 28 tit. 1.

Domitura, Domitus, vide in *Domo.*

DOMNOTONVS, *i*, f. urbs Galliæ in Medulis. vid. Scal. Auſon. lect. 2, 14.

DŎMO, *domui, domĭtum, domare*, δαμάζω, zähmen, bändigen, zwingen. Ovid. 2 de A. A. v. 183 *Obſequium tigresque domat tumidoſque leones.* Cic. de provinc. conſ. c. 13 *Omnes has nationes frangi domarique cupimus.* Interdum ad conatum potius pertinet, quam ad effectum. Liv. 3, 69 pr. *Domando aſperiorem facere multitudinem*, durch ſtrengen einhalt und verbot wilder machen. ¶ 2. *Domare carnem ferventibus undis*, Ovid. Met. 8, 656, mollire coquendo. Ita etiam *domare terram*, apud poëtas eſt aratro ſubigere. v. Burm. ad Petron. c. 99 pr. ¶ 3. *Domaverunt* pro domuerunt aliqui legunt in Flor. 3, 22, 6. Sed vide Brouckhuſ. ad Tibull. 4, 1, 116. Hinc

¶ Dŏmĭtus, *a, um*, gezähmt. Petron. c. 74 *Carabo domata ſit Caſſandra*, non ſecus ſcil. ac fera beſtia. Vſitatius

¶ Dŏmĭtus, *a, um*, gezähmt, bändig. Cic. Nat. D. 2, 64 *Belluæ domitæ & conducefactæ.* Et de Orat. 1, 43 *Domitas habere libidines*, ſeiner begierden herr ſeyn. Id. pro Font. c. 1 *Bello domitus*, ein überwundener. Vellej. 2, 53, 3 *Domitus orbis terrarum.* Virg. Georg. 3, 30 *Vrbes domitæ. Frenis domitis* Plinii eſt 8, 42 f. 64, de equo, ſecundum Solinum *lupatos ſpernente* n. 833.

¶ Domĭtus, *ûs*, m. ſubſt. die bändigung, zähmung. Cic. Nat. D. 2, 63 *Efficimus domitu noſtro quadrupedum vecti-ones*

¶ Domitio, & Domatio, *ōnis*, f. idem: Illud apud Aſconium, hoc apud Plinium occurrere dicitur.

¶ Domitūra, *æ*, f. idem. Colum. 6, 2 de bubus domandis: *Vt exiguus in domitura labor & minus ſit periculi.* Plin. 8, 45 *Domitura boum in trimatu, poſtea fera, antea præmature.*

¶ Dŏmĭtor, *ōris*, m. qui domat. Cic. Off. 1, 26 *Equos domitoribus tradere.* Id. pro Mil. c. 13 *Domitor armorum.* Virg. Æn. 5, 759 *Domitor maris.* Valentinianus Imp. in Inſcript. Grut. p. 1086, 9 DOMITOR GENTIVM BARBARARVM vocatur, ut a Veget. de re milit. prol. lib. 2. Conf. Spanhem. de uſu & præſt. Num. Diſſ. VIII p. 753, & Diſſ. XIII p. 638.

¶ Dŏmĭtor, *ōris*, m. alia & forte antiqua forma, pro *Domitor*, dixit Tibull. 4 ad Meſſal. paneg. v. 116 *Converſus terga domator.*

¶ Dŏmĭtrix, *ĭcis*, f. Virg. Georg. 3, 44 *Domitrix Epidaurus equorum.* Seneca Troad. v. 819 *Maris vaſti domitrix Iolcos*, Iaſonis Argonautæ patria.

¶ Domābilis, *e*, quod domari poteſt, das zu bändigen iſt. Horat. 4 od. 14, 41 *Cantaber non ante domabilis.* conf. Ovid. Met. 9, 253.

¶ Domito, *avi, atum, are*, frequent bändigen. Silius 3, 101 *Populos domitabat Iberos.* Virg. Georg. 1, 285 *Domitare boves.* Curt. 8, 9, 17 *Elephantos in Africa domitant.*

¶ Domitatio, *onis*, f. in Gloſſ. die bezwingung, bändigung.

¶ Domeſio, *ĕri*, pro Domari. Hinc

¶ Domefactus, *a, um*, bezwungen. Petron. c. 59 *Terra aratro domefacta nitet.*

Compoſita cum præpoſit.

¶ Condŏmo, *āre*, idem quod domare, zähmen. Prudent. Hymn. Iejunant. v. 98 *Veteresque nugas condomare ac frangere.*

¶ Dedŏmo, *are*, idem: unde

¶ Dedomatus, *a, um*, gezähmt. Commodian. Inſtruct. 34 *Equa primum dedomata.*

¶ Edŏmo, *are*, ſignificatione ſimili ſimplici *domare.* Cic. de Fato c. 5 *Scribunt, vitioſam naturam ab eo ſic edomitam, & compreſſam eſſe doctrina.* Plinius 17, 19 *Arbores edomari meditatione curvandi* dixit.

¶ Edomitus, *a, um*, gebändiget; ut, *Edomiti orbis opes poſſidere*, Ovid. Art. am. 3, 114.

¶ Edomator, *ōris*, m. idem, quod *Domitor.* Tertull. de Pallio c. 6 *Primus informator literarum, & primus edomator vocis*, i. e. præceptor formandæ ſeu exercendæ vocis, qui græce φωναικὸς dicitur.

¶ Indomitus, *a, um*, unbändig, wild. Colum. 6, 2 *Ex domitis bubus valentiſſimum cum indomito jungimus.* Cic. Verr. 1, 24 *Indomitas cupiditates atque effrenatas habebat.* Liv. 21, 20 *Ferocia & indomita ingenia Gallorum*, harte köpffe. Avian. Fab. 28, 9 *Indomito detractans vincula collo.* Plaut. Trin. 3, 3, 22 *Indomitus adoleſcens.* conf. Men. 1, 2, 1, & Bacch. 4, 3, 1.

¶ Indomabilis, *e*, idem. Prudent. de Vincentio martyre v. 11 *Teſtis indomabilis.* Et Plaut. Caſ. 4, 3, 12 *Indomabilis equus.*

¶ Perdŏmo, *are*, prorſus domare, unter ſich bringen, überwältigen. Vellej. 2, 95, 2 *Gentes perdomuerunt.* Liv. 3, 13 *Placuit ad perdomandum Latium, victorem circumducere exercitum.* Martial. 1, 27 *Bis denas pariter perdomuiſſe feras.*

¶ Perdomitus, *a, um*, bezwungen. Liv. 9, 20 *Apulia perdomita in Lucanos perrectum.* Colum. 6, 2 *Perdomiti boves.* Sil. 8, 290 *Perdomita armis Illyris ora.*

¶ Perdomitor, *ōris*, m. qui perdomat. Prudentius Cathem. 4, 12 *Mortis perdomitor, ſalutis auctor.*

¶ Prædŏmo, *are*, vorher bändigen. Seneca epiſt. 113 *Caſus antequam exciperet, meditando prædomuit.*

¶ Redŏmo, *are*, rurſus domare, zurückziehen. Cic. pro Sylla c. 1 *Improbi ac perditi cives, redomiti atque victi.* Ita plurimi MSS. libri, Palatini maxime; & vereres quoque impreſſi, Grutero obſervante. Recentius editi *Edomiti* ſubdiderunt.

¶ Subdŏmo, *are*, ſubigere, valde domare, überwältigen. Plaut. Aſin. 3, 3, 112 *Sic iſti ſolent ſuperbi ſubdomari.*

DŎMVS, *i*, & *us*, f. δόμος, ein haus. Proprie eſt ædificium, conſtans ex parietibus & tecto; ad habitandum factum: Improprie ſumitur pro quocunque habitaculo: unde & templa, & nidi avium *domus* dicuntur. v. Nonius 6, 73. Ita *domus æterna* paſſim in inſcriptionibus vocatur ſepulcrum. v. quas profert Brouckh. ad Tib. 3, 2, 23. Sen. ep. 8 *Domus munimentum ſit adverſus infeſta corpori.* Ter. Adelph. 4, 7, 42 *Domus ſumptuoſa*, da viel aufgehet. Cic. Off. 1, 39 *Ornanda eſt dignitas domo, non ex domo tota quærenda: nec domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt.* Impropriæ Virg. Æn. 10, 1 *Domus omnipotentis Olympi.* Duos Genitivos habet, unum ratione declinationis ſecundæ, *domi*, alterum quartæ, *domus*: cum priore utimur, locus ſignificatur, in quo quis manet; poſteriore autem ædificium ipſum notatur: ut, *domi maneo*, non *domus &c.* ich bleibe zu hauſe vel ut vulgus dabeint. *Domus* pro *domûs* Varro dixit apud Nonium 8, 66. Derivus ſemper quartæ declinationis eſt, *domui*; Ablativus ſecundæ, *domo.* Invenitur tamen *domu* in veteri inſcriptione apud Gruter. p. 566 n. 9 NATVS MESIA INFERIORE DOMV ESCVM. *Domos ſuas diſcedere*, Nepos 2, 4, 2. *Domum ſpectare*, Cic. pro Ligar. c. 1. *Domum ſe convertere*, Ter. Adelph. 2, 4, 22. Id. Eun. 3, 5, 62 *Domo exulo.* ¶ 2. *Domus* etiam patrium & habitationem ſignificat, da man wohnt und geſeſſen iſt Suet. Vitell. c. 11 *Cæterum P. Vitellius domo Nuceria, &c.* Atque ita non ſem. Livius. In veteſtis quoque inſcriptionibus legere eſt: DOMO PRÆNESTE: DOMO CREMONA, pro *Præneſtina, Cremonenſe, &c.* Virg. Æn. 10, 183 *Qui Cæretæ domo.* Conſ. Serv. ad Æn. 8, 65. Vetus inſcriptio apud Grut. p. 430 n. 4 C. TERENTIVS PHILETVS DOMO ROMA. Alia ap. Fabrett 2 n. 443 *De genitore mihi domus Vmbria.* Aliquando *domus* non patria eſt, ſed domicilium notat tantum Nepos 25, 3 *Vt eandem urbem & patriam haberet & domum*, ſed al. *dominam.* Vide & Schotium obſerv. 3, 11. ¶ 3. Ponitur & *Domus* pro familia Cic. fam. 5, 8 *Vt domus tua tota, me tibi*

tibi amicissimum esse, cognoscerer. Id. 15, 11 *Cum parentibus tuis, & cum tota domo.* Tac. Agr. 19, 2 *Domum suam coërcere plerisque haud minus arduum est, quam provinciam regere.* Iustin. 16, 1, 15 *Extinctor domus regiæ.* Horat. 4 od. 12, 6 *Cecropia domus*, pro familia regum Athenienſium. Virg. Æn. 2, 702 *Dii Patrii ſervate domum, ſervate nepotem*, & alibi ſæpius. *In H. D. D.* h. e. *in honorem domus divinæ*, de familia & imperio Auguſtorum Romani in inſcripcionibus. vid. Reinel. 1, 85 p. 122. Nos quoque ita dicimus, das haus Sachſen, *domus Saxonica &c.* ¶ 4. Græci urbes cognomines fluviis, aut iisdem vicinas *Domus fluviorum* appellarunt. Hos imitatus Horatius 1 od. 7, 13 *Domum Albuneæ reſonantis* dixit, ut Heinſius obſervat ad eum locum. ¶ 5. Apologus Græcus de teſtudine, ex eoque Cic. Att. 15, 16 οἶκος φίλος, ὄικος ἄριστος. *Domus amica, domus optima*, eigen herd iſt goldes werth. Adde Chiliad.

¶ Domi, zu haus, vel ut vulgus daheim. Ter. Heaut. 4, 8, 32 *Domi ero, ſi quid voles.* Id. Eun. 5, 2, 56 *Domi operiri. Domi ſe tenere*, Nep. 10, 9, 2. *Domi manere oportet belle fortunatam*, οἴκοι μενειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα. Vide Chiliadas. *Domi meæ, tuæ, veſtræ, alienæ.* Cic. fam. 13, 69 *Apud eum ſic fui, tamquam domi meæ.* Id. 4, 7 *Nonne mavi ſine periculo domi tuæ eſſe, quamcum periculo alienæ.* Genitivi, *domi & militiæ*, abſolute ſive adverbialiter poſiti, ſignificant in pace & bello. Terent. Adelph. 3, 4, 49 *Vna ſemper militiæ & domi fuimus.* Vellej. 2, 27, 1 *Domi bellique fortiſſimus.* Iuſtin. 5, 9, 6 *Domi nobilis*, i. e. in ſua civitate, non item apud exteros; vide quos ſic appellant Salluſt. Cat. 17, 5. Liv. 8, 19. Curt. 3, 13, 15. Cic. pro Cluent. c. 23 & in Verr. 1, 17 &c. *Domi nobis iſta naſcantur*, proverbialis locutio, de qua etiam in Chil. man hat es ſelbſt, man darf nicht darnach reiſen. Plaut. mil. 2, 2, 36. aud. 39 *Domi habet animum falſiloquum, domi dolos, domi delenifica facta, domi fallacias.* conf. Cic. Att. 2, 6; & 9, 3, & 10, 14; & luvenal. 11, 117. Sic fere Ter. Phorm. 3, 2, 19 *Quod ames, domi eſt.* Id. Adelph. 3, 3, 60 *Domi habuit, unde diſceret.* Contra eſt: *Foris quærere; aliende petere.*

¶ Domuncŭla, æ, f. dimin. Symmach. 5, 66 *Ampelius domunculum Romæ mercatus eſt.* Apul. 4 Mileſ. p. 146 *Chryſeros quidam nimularius copioſæ pecuniæ dominus, &c. ſed ſatis munita domuncula contentus.* Adde Vitruv. 8, 10; & Vlpian. Dig. l. 47 t. 12 l. 3 §. 11.

¶ Domuſcŭla, æ, f. idem. Apul. 4 ib. p. 154 *Mecum primis ab annis nutritus & adultus individuo contubernio domuſculæ, imo vero cubiculi torique ſanctæ caritatis affectione mutuo mihi pignoratus, &c.*

¶ Domicŭla, æ, f. idem apud Frontinum.

¶ Domeſticus, a, um, contrarium externo, häuslich, einheimiſch. Cic. fam. 4, 8 *Nullus locus eſt domeſtica ſede jucundior*, es iſt nirgends beſſer als daheim. Idem pro Sextio c. 45 *Malis domeſticis impediti.* Plin. 36, 10 *Sordent plerumque domeſtica. Domeſtica facta*, Horat. Art. P. v. 287. *Domeſtica judicia* privata ſunt & revera præſumtiones. Vide Heraldum ad Apolog. Tertull. *Domeſtica veſtis*, qua domi utimur. Vide infra in *Veſtis.* Eleganter Val. Max. 1, 6, 1 *Servio Tullio etiam tum puerulo dormienti circa caput flammam emicuiſſe, domeſtici oculi annotaverunt.* ¶ 2. *Domeſtici* in Cod. Theod. lib. 1 tit. 13, & paſſim in Hiſtoria Auguſta, milites dicuntur, qui circa principes ſunt, eosque ſequuntur, & a latere eorum non temere recedunt, quaſi cuſtodia quædam perpetua, die haus-treuppen. De quibus nonnulla ICtus Iac. Gothofredus Diſc. Hiſt. ad L. Quisquis C. ad L. Iuliam Majeſtatis c. 11. Item Calaub. ad Vopiſci Numerian. c. 13. Hinc elegantiſſime Tertullian. de Fuga c. 3 Chriſtianos, *Domeſticos Dei* appellat. Niſi forte Græcum οἰκεῖοι ſimpliciter interpretatus eſt.

¶ Domeſtice, adv. zu haus. Symmach. 10, 36 ed. Iuret. *Libellus domeſtice confectus.* Tertull. de Pallio c. 4 *Domeſtice & ſecrete.*

¶ Domeſticātim, i. e domi & per domeſticos. Suet. Cæſ. c. 26 *Ea, quæ ad epulum pertinerent, quamvis macellariis oblocata, etiam domeſticatim apparabat.* Item, per varias domus, von haus zu haus, ἰκιακῶς.

¶ Domeſticĭtas, ātis, f. die häuslichkeit, Vet. Interp. Irenæi 3, 20.

¶ Domicilium, i, n. die behauſung, wohnung. Significat habitationem longi temporis. Vnde *mutare domicilium* dicuntur, qui migrant, ut aliam urbem habitent. *Poſſe animos, cum e corporibus exceſſerint, in cælum, quaſi in domicilium ſuum pervenire*, Cic. Tuſc. 1, 11. *Humana figura domicilium eſt mentis*, Idem Nat. D. 1, 27. *Domicilium imperii orbis terrarum*, de Roma urbe, Nep. 25, 3, 3. ¶ 2. Sicuti Athenienſes *carcerem* vocarunt *domum*, ut miti nomine indignitatem rei temperarent; ita non ſine aſperitate Appius decemvir, quem conſtituit carcerem, *domicilium plebis nuncupavit.* v. Liv. 3, 57; Alex. ab Alex. 3, 5. Nec ſine acerbitate Cic. Verr. 5, 55 *Latomias Syracuſanas domicilium civium Romanorum* Verris imperio dicit fuiſſe.

¶ Domiccænium, *i*, n. οἰκοσιτία, cæna domeſtica, Martial. 5 epigr. 79 *Si triſtis domiccænio laboras, Turrani, potes eſurire mecum.* conf. 12 epigr.

¶ Dŏmidūca, æ, f. ſic Iuno dicebatur, quod novas nuptas in domum mariti deducendas curaret. v. Auguſtin. C. Dei 12, 3, & Mart. Capella 1 de Nuptiis Philolog. & Mercurii. Sed & DEVS *Domiducus* Auguſtino C. D. 6, 9, qui itinera novarum nuptarum protegeret.

¶ Domifĭco, *are*, ut *ædificare*, ein haus bauen. Varro.

¶ Dŏmiporta, æ, f. φερέοικος, cochleæ epitheton eſt, eine ſchnecke. Cic. Divin. 2, 64 *Quid me igitur mones? ut ſi quis medicus egroto imperet, ut ſumat terrigenam, herbigradam, domiportam, ſanguine caſſam, potius quam hominum more, cochleam diceret, &c.*

¶ Domiſēda, æ, f. matrona ſolitudinem amans domus ſuæ & ſibi vivens, Fabrett. Inſcript. p. 252 HIC SITA EST AMYMONE PVLCHERRIMA LANIFICA PIA PVDICA FRVGI CASTA DOMISEDA.

¶ Domuitio, ōnis, f. & Domum itio. Auctor ad Herenn. 3, 21, poëtæ verba referens, *Iam domuitionem reges Atridæ parant*, ſchicken ſich zur heimreiſe. Sic Victorius. Et Cic. de Div. 1, 32 *Rhodiorum claſſi propinquum reditum, ac domum itionem dari.* Sic ex MSS. Gruter. & Gronov. Et Apulej. Mileſ. 2 *Domuitionem capeſſere:* & lib. 3 *Domuitionem parare.*

¶ Domutio, ōnis, f. idem ac *domuitio*, apud Nonium 2, 209 ex Pacuv. & Lucilio.

¶ Domum reditio, reditus ad lares, die heimkehrung, heimreiſe. Convenit cum forma *domum itio*, de qua jam diximus. Cæſ. B. Gall. 1, 5 *Domum reditionis ſpe ſublata.* it. apud Hyginum fab. 125 eſt *Domireditio.*

¶ Isŏdŏmos, *on*, ἰσοδόμος, æqualiter ſtructus, ab ἴσος, *æqualis*, & δομεῖν, *ſtruere*, unde & Domus; Et

¶ Pſeudiſodŏmos, *on*, ψευδισόδομος, inæqualiter ſtructus. Vitruv. 11, 8 *Coagmenta duobus generibus ſtruuntur. Ex his unum Iſidomum, alterum Pſeudiſodomum, &c.* Plin. 36, 22 *Græci e lapide duro ac ſilice æquato conſtruunt, &c. Iſodomon vocant genus ſtructuræ. At cum inæquali craſſitudine ſtructa ſunt, Pſeudiſodomon.*

Donabilis, donare, donarium, vide *Donum.*

DŌNĀTVS, *i*, m. Grammaticus doctiſſimus, (quæ ei laus a multis tribuitur) D. Hieronymi præceptor fuit, quemadmodum ipſe aliquoties ſcripſit. Eraſmus, *dubitavi*, inquit, *utrum is Donatus Hieronymi præceptor fuerit, qui in Terentium commentarios ſcripſit, aut profeſſione Grammaticus fuerit. Quod mihi vero videtur eſſe veriſimile; ſiquidem in Commentariis in Eccleſiaſten Hieronymus teſtatur, ſe audiviſſe Donatum exponentem fabulas Terentii.* Scripſit de octo partibus orationis, quem librum emendatum operi ſuo Grammatico Diomedes adjunxit. Inde hodieque libelli rudimenta Grammatices complexi *Donati* nomine veniunt.

DŌNAX, *ācis*, f. δόναξ, calamus ſeu arundo craſſior, ein dick und lang rohr. Plin. 16, 36 *Calamus fruticoſiſſimus, qui vocatur donax.* conf. 24, 11. ¶ 2. *Donaces* piſces, Plin. 32, 11.

¶ Dŏnăce, *es*, f. puellæ nomen in Nemeſ. Cyneg. ecl. 2.

DŌNEC, adverb. quoad, quousque, bis, ſo lange als. Ter. Adelph. 4, 6, 6 *Certum obſidere eſt, donec domi redierit*, bis er wieder kommen iſt. conf. Virg. Georg. 4, 558; Liv. 4, 13; & 5, 17; Tac. An. 1, 67, 1; Plaut. Amph. 2, 1, 51. ¶ 2. *Donec* pro quamdiu, ſo lange. Liv. 4, 60 *Nemo, donec quicquam virium ſupereſſet, corpori aut ſanguini ſuo parceret.* Ovid. 1 Triſt. 8, 5 *Donec eris felix, multos numerabis amicos.*

¶ Donicum pro *Donec* veteres, ut Plautus, Cato, & Lucretius etiam dixerunt. Plaut. Capt. 2, 2, 89 *Donicum ille huc redierit.* Cato c. 149 *Donicum pecuniam ſatisfecerit.* Corn. Nep. 22, 1, 4 *Donicum aut certe viciſſent, aut victi manum dediſſent.* v. Solip. Carif. 2 p. 178, & Gifan. Ind. Lucret.

DONVM, *i*, n. munus, Græcis δῶρον, quod per manum ſeu de manu datur, δῶρον enim antiqui palmam, vocabant, quemadmodum Plinius 30, 14 indicat, eine gabe, verehrung, geſchenck. *Philoſophia donum Deorum eſt.* Cic. Tuſc. 1, 26. *Poëtæ quaſi Deorum aliquo dono atque munere commendati nobis eſſe videntur*, Idem pro Arch. c. 8. Sic, *Dona naturæ*, Idem de Orat. 1, 25. *Dona nuptialia*, hochzeit-geſchencke, Cic. pro Cluent. c. 9. Ter. Eun. 1, 2, 29 *Dono donare*, verehren. Claudian. de 4 Conſ. Honorii v. 46 *Non generis dono, non ambitione petitur.* Ter. Eun. 2, 3, 63 *Si ſcias, quod donum huic dono contra comparet.* Et 5, 9, 27 *Quodvis donum, præmium, a me optatu, id optatum feres.* Vbi Donatus obſervat: Proprie *donum* eſſe, quod Diis datur: *Præmium* virorum fortium: *Munus hominum.* Et, *Donum munusque* tam ante factum, quam poſt factum dari; *præmium* non niſi poſt factum. Et *donum* voluntarium eſſe, *præmium* deberi. Sed perpetuum certe id diſcrimen non eſſe, apparet. v. Popma. *Donum Deo dare*, Corn. Nepos 4, 1, 3, quæ formula inter ſolennia: ſic enim ſcrib. D. D. vel D. P. i. e. donum dedit, donum poſuit. Vid. de more toto Diis dona figendi, dicendi, Briſſon lib. 1 de Form. & Thomaſin. de Donariis. Sall. hiſt. 3 or. Licinii n. 27 *dono dantur agreſtes in provinciis magiſtratibus*, hoc eſt, libidini illorum permittuntur, werden preis gegeben. ¶ 2. *Donum* & *nodum* ſæpe confundunt librarii. vid. Drakenb. ad Sil. 2, 77.

¶ Dōno, *avi*, *atum*, *are*, munere afficere, munus dare, verehren, ſchencken. Sic autem utimur, *Dono tibi hoc præmium: &, Dono te hoc præmio*, ut Germani, ich ſchencke dir dieſes, vel ich beſchencke dich damit: *Large & effuſe multa alicui donare*, Cic. pro Roſc. c. 8. Idem de Leg. 2, 16 *Vir nemo bonus ab improbis ſe donari vult.* Et Liv. 30, 44 *Maſiniſſam Scipio urbibus agriſque donavit.* ¶ 2. *Donare* etiam dare, tribuere, impendere, concedere, gebeit. Quemadmodum *modum alicui donare*, Seneca dixit Med. v. 1036, ubi vide Gruter. Silius 11, 407 *Diſcatque Lyæo Imbellem donare diem.* Horat. 1 epiſt. 15, 32 *Quicquid quæſierat, ventri donabat avaro* Sic, *Spes ſua ambitioni donare*, Petronius c. 4. ¶ 3. Eſt & veniam dare, remittere, & quod frequentius *Condonare* dicimus, verzeihen. Seneca lib. 5 Controv. *Multa donanda ingeniis puto: ſed donanda vitia, non portenta ſunt.* Iuſtin. 32, 2, 5 *Donare filio patrem*, id eſt, ignoſcere patri, & culpam pœnamque remittere propter filium. Idem 38, 6, 6 *Ne victum quidem memoriæ patris donarent.* ¶ 4. Eſt etiam intermittere aliquid in gratiam alterius. Cic. fam. 5, 4 *Tuas inimicitias ut reipublicæ donares*, id eſt, ut propter rempublicam ſive boni publici cauſſa exueres inimicitias, & deponeres ſimultates. Ita *dono tibi teſtamentum patris*, hoc eſt, tua cauſſa omitto & negligo. vid. Gronov. obſerv. 3, 23, & Schultingius ad Quint. decl. 1, 9 p. 22. Burm. it. Drakenb. ad Sil. 15, 603. ¶ 5. Interdum ſignificat remittere laborem &c. vid. copioſe Drakenb. ad Sil. 1, 487 *Pyrenem Alpeſque tibi mea dextera donat*, hoc eſt, laborem eas ſuperandi remittit.

¶ Donatus, *a*, *um*, interdum eſt dono datus, geſchenckt. Cic. de Aruſp. reſp. c. 4 *Homo divino quaſi munere donatus reipublicæ.* Item dono affectus, beſchenckt, begabt. Curt. 10, 4, 7 *Magnificentiſſime donatos dimiſit.* ¶ 2. *Donatus*, ſubſt. v. ſupra ſeorſum.

¶ Dōnatio, ōnis, f. die beſchenckung. Cic. Phil. 4, 4 *Quos non bonorum donatio, non agrorum aſſignatio ſatiavit.* Id. pro S. Roſc. Am. c. 9 *Furta, rapinæ, donationes.*

¶ Donator, ōris, m. qui donat. Hieron. adv. Pelagium ad Teſiph. c. 3 *Semper largitor, ſemperque donator* (Deus) *eſt.* Beda Hiſt. Eccl. Angl. 1, 30 *Donatori omnium de ſatietate ſua gratias agant.* Adde Senec. in Hippol. v. 1212 & Symmach. 10 ep. 48.

Donatrix,

¶ Donatrix, *tricis*, f. Prudentius Hippolyti passione v. 171 *Illa sacramenti donatrix mensa.* conf. l 15 Cod. de donat.

Donābilis, *e*, das sich schencken oder beschencken läst. Plaut. Rud. 3, 1, 40 *Infortunio hominem præcipuo donabilem*: id est, donandum, mactandum. Ambrosius serm. 59 *donabile donum*, conf. Tertull. de Pudicitia c. 22.

¶ Dōnārium, *i*, n idem quod donum, ein kirchen-geschenck Lucan. 9, 515 *Non illic Libycæ posuerant dicta gentes Templa: nec Lodis splendent donaria gemmis.* Ovid. Fast. 3, 335 *Contingere manibus donaria.* ¶ 2. Item loc. as, ubi donaria sive dona Diis dicata reponuntur Servius ad illud Virg. Georg. 3, 533 *Vris imparibus ductos alta ad donaria currus: Donaria*, inquit, *proprie loca sunt, in quibus dona reponuntur: ut assiet templa. Nam sic pulvinaria pro templis ponimus, cum sint proprie lectuli.* Vet. Gloss. *Donaria*, χαρτηφιλακεῖα, ναοί, τεμένη, ἱερὰ ἀναθήματα.

¶ Donātivum, *i*, n. donum Imperatoris, eine gabe, herrn-geschenck; quod militibus non uno nomine conferebatur. Nam & *angustaria* & *calvaria* solvebantur; de quibus Lipsius ad Hist Tac 3, 50, 7 ait. Suet. Ner. c. 12 *Populo congiarium, militi donativum proposuit.* Vbi nota differentiam *congiariorum* & *donativorum.* Nam *Congiaria* populo; *Donativa* militi dabantur. Quam jam Curtius confudit, & *congiarium* pro *donativo* posuit, de quo supra suo loco. Plinius Paneg. c. 35 *Datum congiarium populo, & datum totam, cum donativi partem milites accepissent.* Et Tac. Ann. 12, 41, 3 *Additum nomine ejus* (Neronis) *donativum militi, congiarium plebi.* Et hoc plerumque pecunia erat. conf. Tac. Hist. 1, 5, 2, & v. Spanh de usu & præst. num. diss. 13 p. 533. Alia erant, quæ *dona militaria* appellabantur, & post egregiam navatam operam in acie dari solebant, de quibus Cæs. B. C. 3, 53. Item L. 10 Dig. de re militari, &c

¶ Donātārius, *i*, m. cui quid dono datur, der eine gabe bekommt; l. etiam l. absent. ff. de donat. l. nec ambig. C. eod. tit.

¶ Donāticus, *a, um*, quod dono datur, was man schencket; ut, *Donatica corona*, quibus victores in ludis donabantur Fest.

¶ Donōsus, *a, um*, liberalis, freygebig. Quidam Plauto vindicant Epid 2, 3, 14, & Truc. 1, 1, 64, ubi alii *damnosus* legunt. v. Pareum.

¶ Donifer, & Donĭfĕrus, *a, um*, idem apud Augustinum.

¶ Donĭfico, *āre*, minus probatum Hygini verbum ex Fab. 112, *Ajax*, inquit, *cum Hectore donificantes discessere*, id est, dona invicem dantes. vid. Muncker.

Composita:

¶ Condōno, *āre*, idem quod *Donare*, schencken Plaut. Menæch. 4, 2, 94 *Ego illam non condonavi, sed sic utendam dedi.* Cic. Off 2, 22 *Aliis aliud tribuitur, aliis condemnatur pecunia.* ¶ 2. Sed *condonare crimen*, Idem pro Mil. c. 2, ju gut halten, vergeben. *Supplicium & animadversionem remittere & condonare*, Vatin. Ciceroni tam. 5, 10. Ter prol. Eun. v. 17 *Hæc alia multa, quæ nunc condonabitur*: i. e. ad quæ quod attinet, nunc condonabitur. Nam Accusativus rei non regitur a verbo, sed a præpositione intellecta. Sic & Phorm. 5, 7, 54 *Argentum quod hinc, condonavi, te*: i. e. quod ad argentum illud attinet. v. Voss. Gramm. 7, 21 p. 55. ¶ 3. *Condonare alicui aliquem*, est propter aliquem, vel in alicujus gratiam, ignoscere alicui, einem andern zu gefallen jemanden verzeihen. Liv. 3, 58 *Potius unum tot Claudiis deprecantibus condonarent.* Aut. de Vir. Illust. c. 4 *Patris lacrymis condonatus, ab eo jus tigillum missus est.* Sic *condonare aliquem reip.* est reipubl. caussa ignoscere, seu veniam dare. Dicimus & *condonare aliquid alicui ex suo jure*: Cæs de B. G. 1, 20 *Cæsar tanti apud se gratiam ejus esse judicat, uti & reip. injuriam, & suum dolorem ejus voluntati ac precibus condonet & remittat* (Dumnorigem) *ut in reliquum tempus omnes perficiat res: præterea se Diviciaco fratri* (propter Diviticum) *condonare dicit.* Interdum quoque est, aliquem in alterius gratiam condemnare. Cic. pro A. Clu. 69 *Vos ne hujus bonissimæ matris crudelitati condemnetis, rogamus.* vid. plura exempla in Menckenii Observ. L. L. ¶ 4. Paullo aliter Cic. fam. 5, 18 extr. *Iudicium potentiæ alicujus condonatum*, i. e potentiæ illius caussa factum.

¶ Condonarus, *a, um*, geschencket. Cic. pro Planc. c 31 *Datus est tibi ille: condonatus ille.* Aurel. Vict. Vir. Illustr. c. 4 *Patriis lacrymis condonatus*, i. e. dimissus propter lacrymas.

¶ Condonatio, *ōnis*, f. idem quod donatio, die verehrung, vergebung. Cic. Verr. 2, 4 *In jure dicendo bonorum possessionumque contra omnium instituta addictio & condonatio.*

¶ Indonatus, *a, um*, unbeschencket. Lamprid. Heliogab. c. 28 *Nec quemquam facile indonatum relinquebat.*

¶ Redōno, *āre*, reddere, remittere, wiedergeben. Hor. 2 od. 7, 13 *Quis te redonavit Quiritem Dis patriis Italoque cœlo?* Sed ¶ 2. Hor. 3 od. 3, 31 *Invisum nepotem Marti redonavo*, h. e. Martis caussa ipsi parcam. vid. *Dono* n. 4.

¶ Redōnator, *ōris*, m. ein wiederbringer. Inscript. Gruter. p. 1095 n. 7 ex ævo Constantini: REDONATOR LIBERTATIS.

DŌNŪSA, æ, f. insula in mari Ægæo, in qua viride marmor nascitur. Virg. Æn. 3, 115 *Bacchatamque jugis Naxon, viridemque Donysam.*

DORCAS, *ădis*, f. δορκάς, eadem est, quæ *capræa* seu *capreolus*, ein reh, rehbock Martial. 12 epigr. 88 *Deliciam parvo donabis dorcada tuto.* Et 10 epigr 65 *Tam dispar aquilæ columba non est, Nec dorcas rapido fugax leoni.* ¶ 2 Grat. Cyneg. 200 *pavidos quojuvat compellere dorcas.* Quod vult Vlitius esse a δορξ, δορκάς, dama.

¶ Dorceus, *i*, m. canis, persequens dorcadas; vel ab oculorum acie, ut sit *Dorceus*, δορκεύς, quasi *Dorceus*, a δέρκομαι, *perspicio.* Inter canes Actæenis numeratur ab Ovid Met. 3, 210

¶ Dorcides, *um*, f. pl. insulæ sunt maris Æthiopici, quas *Gorgones* habitasse feruntur

¶ Doreadion, *i*, n. herba eadem, quæ *Dracontea*, vel *Dictamnus.* Apul. de Herb. c. 14 & 62.

¶ Dorcidion, *i*, n. etiam pulegium, poley. Apul. l. c. c. 92.

DORDRACVM, *i*, n. urbs Hollandiæ præcipua, Dortrecht. v. Rutgers. Var Lect. 3, 12

DŌRIS, *ĭdis*, f. regio Græciæ, sub monte Oeta, Plin. 4, 7 dicta a nympha *Doride*, Græce Δωρίς, ίδος. ¶ 2. *Doris* Asiæ. Cariæ Inscript. Plin. 5, 27 *Caria mediæ Doridi circumfunditur.* Proprie adjectivum est. Suet. Tib. c. 56 *Cum interrogassit, quænam illa tam molesta dialectus esset? & ille respondisset, Doridem.* ¶ 3. *Doris* nympha, quia maris dea est, Oceani & Tethyos filia, pro mari etiam a Poetis usurpatur. Virg. ecl. 10, 5 *Doris amara suam non intermisceat undam.* ¶ 4. *Doris* uxor Dionysii Locrensis, Cic. Tusc. 5, 20. ¶ 5. *Doris* herba, Pseudanchusa, 22, 20.

¶ Dorii, sive Dores, sive Dorienses, m. pl. dicti sunt a regione Græciæ, & dialectus vel lingua *Dorica.* ¶ 2. A Doriensibus originem traxisse volunt *Dores* etiam Asiæ populos, Cariæ regioni ad mare Carpathium vicinos, quorum sæpe meminit Herodotus lib. 1.

¶ Dōrius, *i*, m. est tropus principalis Musicus, de quo Mart. Capella lib. 9 p. 317. Et Apul. 1 Florid. *Antigenidas tibicen cum secundo modulos modulator, & idem omnimodis pectus mediocriter, seu in cellis Æolium simplex, seu Asium varium, seu Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicosum*

¶ Dōrus, & Dōrĭcus, *a, um*, adj. Virg. Æn. 2, 27 *Dorica castra.* Propert. 3, 8 (al. 9) v. 44 Philetam intelligens: *Et ceciniss modis, Dore Pœta, tuis.* MSS. *dure*, unde Scalig. *pure:* Beroaldus novum *Coe* substituit. Val. Flacc. 2 Argon. v 573 *Manet immotis nox Dorica lustris.*

¶ Dorice, adv. Suet. Tib. c. 56 *Dorice Rhodii loquuntur.*

DŌRIXĂNIVM, *i*, n. flumen Indiæ aurum vehens. Curt 8, 9, 18, Hinc Propert. 4, 5, 21 *Si te Lyn. Dorixanium, juvet aurea viva.*

DORMIO, *īvi, itum, īre*, neque Bas. bonum capere, schlaffen. *In medios dormire dies*, Horat. 1 ep. 2, 30. *Otiose in utramvis dormire aurem*, Ter. Heaut. 2, 3, 101, quod Plautus dixit *In oculum utrumvis conquiescere*, Pseud. 1, 1, 121. *Dormire in aurem dextram fiducia alterius*, Plin. 4 ep. 29, sicher und ohne sorge schlaffen. *Nox est prop tua ana dormienda*, Catull 5, 6. ¶ 2 Otiosum esse, quietum esse, ruhen, müßig seyn. Sic Martial. 10 epigr. 62 *Ferule, sceptra pædagogorum, cessare & dormire* dicuntur, quæ non usurpantur. conf. Iani Gebhardi Animadv. in Propert. 3, 5, 34 *Noctibus illorum dormiet ipsa Venus.* Plaut. Asin. 2, 4, 24 *Dum reperiam, qui quæritent argentum in fœnus, hic vos dormitis interea domi*: i. e. nihil agitis otiosi Ter. Heaut. 4, 4, 8 *Dormiunt: pol ego istos commovebo.* At, *non omnibus dormio*, proverbium, inquit Festus, natum a Cæpio quodam, qui *Pavarbenchon* dictus est, qui simularet dormientem, quo impunitius uxor mœcharetur. Vide & Plutarchum in amatorio p. 759 extr. & Rhodig. Ant. Lect. 12, 10. Plaut. Rud. 4, 2, 18 *Qui dormiunt libenter, sine lucro & cum malo quiescunt*, ein faullenzer wird nicht reich).

¶ Dormiens, *tis*. Cic. Divin. 1, 30 *Iacet corpus dormientis ut mortui.* Ter. Adelph. 4, 5, 59 *Quid credebas, dormienti hæc tibi confecturos Deos*, i. e. ignavo & cessanti. *Dormientis rete trahiti*, adagium de iis, quibus citra laborem obtingit, quod cupiunt, er hat mehr glück, denn recht: dictum fuit de Timotheo Athenienium Imperatore cognominato felici, cui dormienti finxerunt aditare fortunam atque urbes magnas ad rete cogere.

¶ Dormisco, *ĕre*, schlummern, einschlaffen. Plaut. Curc. 2, 3, 81, quamquam plures libri pro *cum dormiscit*, hic habent composite *condormiscit.*

¶ Dormītio, *ōnis*, f. κοίμησις, der schlaf. Varro apud Nonium 2, 239 *Quid mihi cum somno, si dormitio tollitur?* Augustin. epist. 151 ad Nebridium post initium: *Legi literas tuas ad lucernam, jam cœnatus; proxima erat cubitio, sed non ita etiam dormitio.* Pluraliter *Dormitiones* Arnob. dixit lib. 7 p 233 *Quid dormitiones illæ, quibus bene ut valeant, auspicabili salutatione mandatis.* ¶ 2. Pio more Christiani ita mortem appellant. Hieron. Epitaph. Paulæ c. 7 *Vsque ad diem dormitionis suæ*, i. e. mortis. Et Tertull. de Monogam. c. 10 *Offerat annuis diebus dormitionis ejus.* Et Augustin. Confess 9, 9 de matre sua: *Ante dormitionem ejus.*

¶ Dormītor, *ōris*, m. ein schläffer. Martial. 10 epigr. 4 *Quid tibi dormitor proderit Endymion?*

¶ Dormĭto, *āre*, frequent. vel desiderativum potius, schläffrig seyn, schlaffen. Cic. Att. 2, 16 *Cœnato mihi, & jam dormitanti*, i. e. dormire cupienti. Idem de Div. 1, 28 *Ad lucem arcte & graviter dormitare.* Horat. de art. poët. v. 359 *Bonus dormitat Homerus*, i. e. non sat scribit diligenter, errat, er verstehet etwas. Vide de h. l. in *Quandoque* sub *Quando.* Ovid. Her. 19, 195 *Sub aurora jam dormitante lucerna*, h. e. paullatim deficiente.

¶ Dormitans, *tis*; ut, *Oscitans & dormitans sapientia*, Cic. de Orat. 2, 33. *Cœnatus & jam dormitans*, Id. Att. 2, 16.

¶ Dormitatio, *ōnis*, f die schlafrichkeit. Apul.

¶ Dormītātor, *ōris*, m. ein schläffer. Plaut. Trin. 4, 2, 20, ubi furem interpretatur Turnebus ὑμεροκοίτου, Heliodi verbo, qui die dormiat, ut furgere de nocte possit.

¶ Dormitōrius, *a, um*, schlaff-: ut, *Cubiculum dormitorium*, Plin. 5 epist. 6, & *dormitoriam membrorum*, eodem intellectu Id. 2 ep. 17.

¶ Dormitorium, *i*, n. κοιμητήριον, subst. locus, ubi dormitur, Plin. maj. 30, 6, eine schlaff-kammer, schlaff-haus. ¶ 2. Sepulcrum etiam *Dormitorium* dici posset, uti *cœmeterium* vulgo etiam locum sepeliendis christianis destinatum notat. Nam usitatus christianis scriptoribus ἐνθνμισμὸς est, *obdormire, dormire*, pro mori, aut mortuum & sepultum esse: quia sanctorum mors somnus. Quin nec Ethnici videntur ab hac loquendi forma abhorruisse. Callimach. epigr. 14. Τῶδε Σαων ὁ Δικωνος Ἀκαρνανίς ἐνθα δ' ὕπνον κατέκλασ' ἀνηνύστου μιν ἀλγεσ τὸς ἀγρυπνίης. *Patre Dicone Saon jacuit Acarnanis hic modo somnum Carpit, namque bonos dicere nolo mori.*

¶ Dormiturio, *īre*. Apul. pro quo rectius *Dormitare.*

Composita:

¶ Addormio, *īre*, fest schlaffen. Cæl Aurel. Acut. 1, 11 *Rursum addormiunt, & deficile expergiscuntur.*

¶ Adormisco, *ĕre*, einschlaffen: quod sic quidam legunt in Suet. Claud c 8 *Quæties post cœnam addormiscerat*, sed legitur in quibusdam exemplaribus *obdormiscerat*

¶ Condor-

¶ Condormio, *ire*, ruhen. Hyginus fab. 125 *Cum Ulysses condormiret, socii involarunt pecus.* Adde Plaut. Most. 2, 2, 55.

¶ Condormisco, *ĕre*, idem. Plaut. Rud. 2, 7, 13 *Obsecro hospes, da mihi aliquid loci, ubi condormiscam parum.*

¶ Condormitio, *ōnis*, f. ex Firmico, der schlaff.

¶ Edormio, *ire*, ausschlaffen. *Edormire & exhalare crapulam*, den rausch verschlaffen. Cic. Phil. 2, 12. Item Gell. 6, 10 *Donec noctium omne vinum edormiant.*

¶ Edormisco, *ĕre*, idem. Plaut. Rud. 2, 7, 28 *Edormiscere crapulam.* Ter. Adelph. 5, 2, 3 *In angulum aliquo abeam, atque edormiscam hoc villi.* Absolute Cic. Acad. 4, 17 *Cum edormiverunt*, (vinolenti) *intelligunt &c.*

¶ Indormis, *e*, schlafflos. Gloss. gr. lat. ἀκοίμητος, *insomnis, indormis.*

¶ Indormio, *ire*, darüber schlaffen. Horat. 1 sat. 1, 70 *Congestis undique saccis indormis &c.* v. *Incubo.* ¶ 2. Cic. Phil. 2, 12 *Indormire caussæ* dixit, pro remisse & segniter agere. Idem cum sexto casu hoc verbum conjunxit epist. ad Quint. frat. 2, 15 *Quoniam in isto homine colendo tam indormivi diu &c. Indormire sibi*, publica & cætera negligere. ¶ 3. Robur amittere, einschlaffen, significat in his Vegetii de arte veterin. 3, 24 *Fustes vel de salice, vel de robore in os mittunt, ne maxillarum usus indormiat.* Idem 47, Si (jumentum) *armum læserit, vel supra ipsum jacuerit, ut armus indormiat.*

¶ Obdormio, *ire*, somno occupari, einschlaffen. Cic. Tusc. 1, 38 *Endymio nescio quando in Latino obdormivit, nondum, opinor, experrectus est.* In præsenti usitatius.

¶ Obdormisco, *ĕre*. Cic. ibid. c. 49 *Quid melius, quam in mediis vitæ laboribus obdormiscere, & ita conniventem somno consopiri?*

¶ Obdormito, *are*, idem. Fortun. 3 Carm. *Obdormitare graviter.*

¶ Perdormisco, *ĕre*, ausschlaffen, lang schlaffen. Plaut. Men. 5, 5, 29 *Perdormiscin' usque ad lucem?*

¶ Redormio, *ire*, wieder einschlaffen. Plin. 9 epist. 36 *Paullum redormio, dein ambulo, mox orationem Græcam Latinamve clare & intente, non tam vocis caussa, quam stomachi, lego.* Celsus 1, 2 *Si mane surgendi necessitas fuerit, redormire debet.*

¶ Redormitio, *ōnis*, f. ut apud Plin. 10, 75 Frobenius: sive

¶ Redormitatio, *ōnis*, f. uti Harduinus legit, der ander oder dritte schlaff. Verba sunt: *A vino & a cibis proxima, atque in redormitatione vana esse visa, prope convenit.*

DŌRON, *i*, n. δῶρον, palmus, eine hand-breit. ¶ 2. Item *Munus*, quia manu datur. Vtrumque Plinius confirmat 35, 14 *Græci*, inquit, *antiqui Dorum palmum vocabant, & ideo Dora munera, quia manu darentur.*

¶ Dorodocia, *æ*, f. δωροδοκία, & Dorophagia, *æ*, f. Δωροφαγία, improba & injusta donorum acceptio, gr.

¶ Dorotheus, *i*, m. & Dorothea, *æ*, f. δῶρον τῦ Θεῦ, *donum Dei*, nomina nota. *Dorothei* meminit Cic. Verr. 2, 36.

¶ Antidōron, *i*, n. ἀντίδωρον, remuneratio, ein gegengeschenck. Vlp. l. 25 § 11 ff. de petit. hæredit. *Si antidora acceperunt &c.*

¶ Didōron, *i*, n. δίδωρον, zweyer hände breit. Sic *Laterum genus didoron*, a latitudine duorum palmorum, Plin. 35, 14; Vitruv. 2, 3.

¶ Tetradōron, *i*, n. τετράδωρον, quatuor palmorum, vier hände breit. Plin. c. l. qui etiam *Pentadoron* ibidem memorat.

DORSVM, *i*, n. pars corporis posterior, der rücken. Ita dicitur, *quod pars ea corporis devexa sit deorsum*, secundum Festum. Plaut. Mil. Glor. 2, 4, 44 *Dorsum mihi prurit*, der buckel juckt mich; ubi Dorsus pro *Dorsum*, virili genere legitur. *Dorso onus subire*, Horat. 1 sat. 9, 25. ¶ 2. *Dorsum* in mari nautæ vocant *Pulvinum.* Est autem durior arena compulsa & densata fluctibus, ein sandhügel im meer. Virg. Æn. 1, 114 *Dorsum immane mari summo.* conf. Nonius 6, 61. Aliter *dorsa gurgitis* Paulinus Iambo ad Cytherium dixit v. 69, & Avienus Perieg. v. 217 *Obliqua maris dorsa.* Intelligunt enim superficiem maris, sive *summa fluctuum*, ut Prudentius vocat. *Terga amnica* similiter dixit Ausonius, de quo suo loco. ¶ 3. *Dorsum montis*, ὄπισθεν est, Curt. 3, 4, 7 *Per hoc dorsum* (montis, cujus modo mentionem fecerat,) *qua maxime introrsum mari cedit, asperi tres aditus & peranguſti sunt.* conf. 5, 4, 4; &c Sic *dorsum Apennini* Suet. dixit Cæs. c. 44. Quin omnis editior tractus *dorsum* appellatur, Horat. 2 sat. 6, 91 *Dorsum nemoris.* Liv. 1, 3 *Quæ ab situ porrectæ in dorso urbis*, Longa Alba *appellata est* Sic, *Dorsum Jaxeum: Dorsum editissimum*, Plin. 6 epist. 31, & 9 epist. 7.

¶ Dorsuālis, *e*, zum rücken gehörig. Apul. lib. 11 Met. *Nota dorsualis.* Solinus c. 12 (al. 22) *Aculeata sunt delphini spinæ dorsuales.* Ammian. 22, 15 *Ferarum dorsuales cruſtæ.* Idem 19, 8 absolute *Dorsuale* scil. jumentum, ein lastthier

¶ Dorsualia, *ium*, n. pl. subst. operimenta jumentoria, schabaracken, pferde-decken. Treb. Pollio in Gallienis c. 8 *Dorsualibus fericis discoloribus præfulgentes.* Agit de bobus spectaculo exhibitis.

¶ Dorsuōsus, *a, um*, bergicht, bucklicht. Solin. c. 27 (al. 40) *Incertis motibus nunc in brevia refciniditur dorsuosa*, (Africanum mare) *nunc æstibus inundatur inquietis.* Et Ammian. 22, 20 *Pontus consurgit in brevia dorsuosa.*

¶ Dossum pro *dorsum* antiqui dicebant. Hinc

¶ Dossuarius, *a, um*, lastbar; ut, *Dossuaria jumenta*: quæ onera imposita dorso vehunt, a Varrone dicta sunt 2, 10 de R. R.

¶ Dorsifer, *a, um*, idem; in ridiculo epitaphio mulæ in Ferretii Mus. Lapid. p. 344 DIS. PEDIBVS. SAXVM. CINCIAE. DORSIFERAE. ET. CLVNIFERAE. P. CRASSVS. MVLAE. SVAE CRASSAE. BENE. FERENTI. POS.

¶ Dorso, *onis*, m. ut Labeo, Mento &c. nomen Rom. de *C. Fabio Dorsone* memorabilis historia Liv. 5, 46 pr.

¶ Exdorsuo, *are*, dorsum eximere. Plaut. Aul. 2, 9, 2 *Muræna exdorsua.* Apul. Apol. *Dejquamare & exdorsuare pisces.*

DŌRYCNIVM, *i*, n. herba ideo sic dicta, quod lanceārum cuspides ea tingerentur in præsio, Plin. 22, 31.

DŌRYLAS, *æ*, m. Centaurorum unus, Ovid. Met. 12, 380. ¶ 2. *Dorylas* Nalamon ditissimus, Ovid Met. 3, 129.

DŌRYPETRVM, *i*, n. δορύπετρον, herba, quam & leontopodium vocant, Plin. 26, 8.

DŌRYPHŌRVS, *i*, m. δορύφορος, satelles, haſtifer, ein trabant, waffenträger; ſtatua Polycleti nobilis hoc habitu, cum Ialyſo Protogenis, & Iove Phidiæ jungi ſolita. Cic. Orat. 2. It. de Clar. Orat. c. 86, & Plin. 34, 8 a δόρυ *haſta*, & φέρω *fero.* Δορυφόρος autem Mariandynos Heracleotæ, non οἰκέτας, *ſervos*, nominabant, ut minuerent acerbitatem nominis. Athen. 6, 18 p. 263. De *Perſarum doryphoris* vid. Briſſo. de R. Perſ. p. 129, & Freinsh. ad Curt. 3, 3.

¶ Doryphorianus, *i*, m. inde Marcellinus 28, 12 format ſive prorium, ſive officii nomen.

DOS, *dōtis*, f. eſt id, quod datur marito a muliere, heyrath-gut, mitgabe, morgengabe. Ter. Adelph. 4, 7, 41 *Vxor ſine dote veniet.* Horat. 1 ep. 6, 36 *Vxor cum dote.* Tac. de Germ. 18, 2 *Dotem non uxor marito, ſed uxori maritus offert.* Sic, *Doti dicere*, Ter. Heaut. 5, 1, 69, mit zu geben verſprochen. *Dotis dare*, i. e. nomine dotis; Plaut. Ciſt. 2, 3, 19 *Vnde tibi talenta magna viginti pater det dotis.* Ter. Heaut. 4, 7, 10 *Porro hæc talenta dotis appoſcent duo*, h. e. dotis nomine danda. Apul. Apolog. *Pudentilla locuples fœmina trecentis millibus dotis fuit contenta: & maritum habet, & multis ſæpe & ingentibus dotibus ſpretis, inani nomine tantulæ dotis contentum &c.* Quanta dos dari a Romanis ſolita, vide Lipſ. ad Tac. Ann. 2, 88. *Dotis tabulæ*, Suet. Claud. c. 29, die eheſtiftung. Plaut. Perſ. 3, 1, 59 *Dum dos ſit, nullum vitium vitio vertitur.* Idem Amph. 2, 2, 209 *Non ego illam mihi dotem eſſe duco, quæ dos dicitur, ſed pudicitiam & pudorem &c.* Idem Aſin. 1, 1, 74 *Argentum accepi, dote imperium vendidi.* Horat. 3 od. 24, 21 *Dos eſt magna, parentium Virtus, & metuens alterius viri certo fœdere caſtitas.* Auſonius in Septenis VII Sapientum, in Biante: *Quæ dos matronæ pulcherrima? vita pudica.* Terentius intemeratum pudorem virginis *ſecundam dotem* appellat, Adelph. 3, 2, 47. *Dotibus de ærario datis collocatæ* Ariſtidis filiæ, C. Nep. 3, 3, 3. Vbi notandus mos, quo *Reſp. olim virorum bene meritorum filias pauperes ab indotatis nuptiis liberalitate ſua vindicavit*, ut loquitur Val. Max. 4, 4, 1, ubi Romanis quoque hanc laudem tribuit. ¶ *Ingenii animi dotes*, bona dicuntur & beneficia, gemüths-gaben, verſtand und klugheit. Ovid. 2 de art. v. 112 *Ingenii dotes corporis adde bonis.* Id. & *oris dotes* dixit, die beredſamkeit. Met. 5, 563, *Et raras dotes*, quas *natura dedit*, prædicat Triſt. 3, 7, 13. Et Plin. 9, 35 de margaritis: *Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, lævore, pondere* i. e. pretium, æſtimatio. Nempe *dos* dicitur id, quo margaritas ornavit ac dotavit veluti natura. Colum. 3, 14 *Pluribus dotibus præſtat vinea radix.* Mart. 13, 10 *Nec poteris ſimilæ dotes numerare, nec uſus.* Iuſtin. 12, 12, 11 *Dotes formæ pueritiæque.* Phædr. præf. *Duplex libelli dos eſt.* Similiter Vopiſc. Aurel. c. 44. Clementia *Dos prima Imperatorum* appellatur. ¶ 3. Pro quovis dono & mercede, invenitur in illo Vellej. 2, 67, 2 *Velut in dotem invitamentumque ſceleris Antonius avunculum, Lepidus fratrem proſcripſerant*, zum anreitz.

¶ Dōtalis, *e*, quicquid in dotem confertur vel accipitur, eingebracht; ut *Dotales agri*, Ovid. Faſt. 5, 209. *Dotales ædes*, Plaut. Mil. 4, 4, 30. *Dotalia prædia*, Cic. Att. 15, 20. Et, *Dotalis ſervus*, Plaut. Aſin. 1, 1, 72 eſt, quem uxor cum dote ad maritum attulit. Hic in mariti poteſtate non erat, ut reliqui, ſed matronæ peculiaris. v. Taubm. ad l. c. p. 103. Gell. 17, 6 *receptitium* vocat.

¶ Dotalitium, *i*, n. idem, quod dos, ſive donatio propter nuptias, apud ICtos.

¶ Dōto, *avi, atum, are*, ausſteuren. Apul. Apol. *Trecentis millibus nummum a creditore acceptis, filiam dotavit.* Suet. Veſp. c. 14 *Vitellii hoſtis ſui filiam ſplendidiſſime maritavit, dotavitque etiam & inſtruxit.*

¶ Dōtātus, *a, um*, adj. begabt, reich. Plaut. Aul. 2, 2, 62 *Dummodo morata recte venit, dotata eſt ſatis.* Horat. 3 od. 24, 19 *Dotata regit virum conjux.* Apul. in Apolog. *Virgo formoſa, etſi oppido pauper, tamen abunde dotata eſt. Adfert quippe ad maritum novam animi indolem, pulchritudinis gratiam, floris rudimentum. Ipſa virginitatis commendatio jure merituque omnibus maritis acceptiſſima eſt. Nam quodcunque aliud in dotem acceperis, potes, cum libuit, ut ſis beneficio obſtrictus, omne ut acceperas, retribuere &c.* Superl. *dotatiſſima* Ovidii eſt Met. 11, 302. ¶ 2. *Vinus vite dotata.* Pin. Hiſt. 18, 28.

¶ Dotatim, dotate, adv. zur morgengabe. Plauto tribuitur neſcio qua fide. Index certe negat, non Parei tantum, ſed alter omnium vocabulorum.

¶ Dotatio, *ōnis*, f. die ausſtattung, in Cod.

¶ Dotātor, *oris*, m. qui dotat, ibidem.

¶ Condotalis, *e*, zuſammengebracht, in Cod.

¶ Condōto, *are*, ibid.

¶ Condotātus, *a, um*, in Dig.

¶ Indotatus, *a, um*, carens dote, unbegabt, arm. Ter. Adelph. 2, 2, 47 *Indotata eſt.* Horat. 1 epiſt. 17, 46 *Indotata mihi ſoror eſt.* ¶ 2. Cic. de Orat. 1, 55 metaphorice dixit, *Indotatam artem dote verborum locupletare & ornare*, i. e. tenuem & jejunam artem.

DŌSIS, *is*, f. δόσις, latine, *datio*, exhibitio. Hodie Medicis eſt quantitas ſeu portio medicamenti, was dem patienten auf einmahl eingegeben wird.

Doſſuarius, doſſum, vide *Dorſum*, Dotalis, dotare &c. *Dos.*

DOXA, *æ*, f. δόξα, opinio, gloria, dignitas, die ehre, herrlichkeit; a δοκέω, *puto, videor.*

¶ Eudoxus, *i*, m. Εὔδοξος, geometra & aſtrologus, Platonis auditor. v. Cic. de Divin. 2 c. 42. Scripſit Ephemerides, & annum ad Ægyptiorum rationem reformavit. Vnde Cæſar, qui & ipſe poſtea annum correxit, apud Lucan. 10, 188 *Media inter prælia ſemper Stellarum cœlique plagis, ſuperisque vacavit, Nec mens Eudoxi incertæ faſibus annus.* Mentio ejus apud Plin. 6, 31 Petron c. 88; Diod. Sic. 3, 13; Mel. 3, 10. Alii Navigatorem fuiſſe volunt. Vide Strab. lib. 2 & Dalech. ad l. all Plinii p. 108. conf. Voſſ de Hiſt. Græc. 1, 6 p. 26.

¶ Eudoxia,

¶ Eudoxia, *æ*, f. Εὐδοξία, bona fama, ein gut gerüchte. v. Cic. de fin. 3, 17. ¶ 2. Huic & nomen uxoris Arcadii, quæ Chrysostomum pepulit: item filiæ Imperatoris Theodosii junioris, uxoris Valentiniani III. ¶ 3. Sed *Eudocia*, alias Athenais, Theodosii II Imp. conjux, cujus splendidam fortunam pater Leontius, Philosophus Athenien sis, augurarus fuerat.

¶ Paradoxus, *a, um*, παράδοξος, plur. Paradoxa, *admirabilia dicuntur quæque contra omnium opinionem.* Sic enim Cicero interpretatur, ſáße, ſo der gemeinen meynung zuwider ſind; ut, *Bonum id esse solum, quod honestum sit. Virtute sola vitam beatam effici. Solum sapientem esse divitem* &c. vid. Cic. in Paradoxis, & Acad. Qu. 2, 44, & de Fin. 4, 27. ¶ 2. *Paradoxi* etiam Mimi dicuntur. Vide Schol. Iuven ad Sat. 8, 184 SIPARIVM *velum est, sub quo latent paradoxi cum in scenam prodeunt.* Παραδοξολόγος; eosdem dictos Salmasius ad Vopiscum observat f. 384.

DRÄBE, *es*, f. ἄγριβη, naſturtium orientale, türckiſche kreſſe. Dioſc. 2, 146.

DRÄCA, *æ*, f. plur. *Dracæ*, δρακαὶ, canes articulis & unguibus ampliſſimis. Colum. 7, 12, 4. add. Vlit. ad Grat. 276.

Dracæna, vide *Draco.*

DRACHMA, *æ*, f. δραχμὴ, primum ponderis nomen eſt, ein quintlein, octava unciæ pars. Samo. 387 *simili drachma* dixit, h. e. æquali pondere. ¶ 2. Deinde pretii, ſeu pecuniæ, idem fere quod denarius, ſexta circiter thaleri imperialis pars. Ter. And. 2, 6, 20 *Vix drachmis ducentis est decem.* ¶ 3. *Drachmæ Olympicæ*, per epenthesin, Plaut. Trin. 2, 4, 23. conf. Gell. 1, 16.

¶ Drachmālis, *e*, adject. ut, *Drachmalis ustura*, i. e. centeſima, apud ICtos. Eſt enim drachma centeſima pars minæ.

¶ Drachmiſſo, *are*, Lambinus in codicibus MStis Plauti invenit. Sed recte in expreſſis legitur *drachmis ilsset*, Pſeud. 3, 2, 19. v. Gronov.

¶ Didrachmum, *i*, vel Didrachma, *ātis*, n. διδραχμον vel διδραχμα, nummus, duas drachmas continens, ein ort eines thalers. Tertull. de Præſcript. c. 11 *Vnam ex didrachmis perdere.* Sedul. 3, 316 *Hamum ferre jubet, gerulum didrachmatis aurei.* Sed obſervant, non aureum fuiſſe didrachmum, ſed argenteum. Vide quæ ad hunc poëtam notavit Cellarius.

¶ Tetradrachmum, *i*, n. quatuor drachmæ, ein halber thaler. Cic. fam. 12, 13 *Iam ternis tetradrachmis triticum apud Dolabellam est.*

DRÄCO, *ōnis*, m. δράκων, animal venenoſum, ſerpentis nimirum genus, ein drach. Virg. Æn. 2, 225 *Aduersi draconis*, Val. Flacc. 7, 120, geflügelte drachen. Ὅρως ἢ μὴ ἔλαφ ὄφιν, δράκων ἢ γενήσεται, *Serpens nisi devorat serpentem, non fiet draco*, i. e. Potentes non creſcunt, niſi damnis aliorum. vide Chiliadas. Servius ſuper Virg. Æn. 2, 204 *Dracones* ſerpentes eſſe indicat remplorum, manuſcripta lectio, vide *Serpens.* Dracones in deliciis habitos apud veteres, Caſaubonus ad Suetonium obſervat p. 153. Speciatim de Macedonicorum draconum mira manſuetudine vid. Luc. Pſeudom. Tom. I p. 718. De draconibus alatis, barbatis, aliisque in veterum nummis, v. Spanhem. diſſ. 4 p. 211 ſq. De miræ magnitudinis draconibus loca auctorum collegit Pe. Faber Agonist. L. 2 c. 25 p. 2043, tom. 8 theſ. Gron. n. 5, & habuiſſe ſe in Miſnia Draconem, ſcribit Georg. Agricola de animantibus ſub terra viventibus, referente Barthio ad 12 Theb. Statii p. 1430. De pugna eorum cum elephantis, & quomodo hos enecent, Philo docet de incorruptib. mundi p. 744 & Plin. 8, 11. ¶ 2. *Dracones* etiam inter ſigna & vexilla militaria fuerunt, de quibus ſcriptores militiæ. v. Veget. 2, 13 &c. A Parthis ſ. Perſis tracta res videtur, qui draconem in ſignis habuere, tanquam multitudinis ſignum, χιλιὰς γὰρ ὅπερ ὁ δράκων ἄγει ζῶντας ἀνθρώπους, Luc. de hiſt. ſcrib. p. 567, ubi habes lepidiſſimum hanc in rem commentum. Claudian. 4 Conſ. Hon. v. 543 *Vix comites ale, vix te suspensa sequuntur Agmina, ferventesque timent post terga dracones.* Vbi Barthium conſule & Pyrrhonem. Erant enim depicti aut intexti in vexillis dracones, qui ob celeriorem curſum turgebant vento vexillis tumentibus. Huc pertinet etiam illud Nemeſiani Cyn. 84 *Sinuatque trahes lenis aura dracones.* Amm. 16, 10 *Purpureum signum draconis flammitati hastæ longiori aptatum.* Adde mox in *Draconarius* dicenda. ¶ 3. *Draco* marinus piſcis eſt littoralis, quem & *Araneum* Plin. vocat 9, 48 *Squamosusque draco*, Virg. Georg. 4, 488. conf. Iſidor. 18, 3. ¶ 4. Sunt & *Dracones* in vitibus *palmites emeriti & multis annis durati.* Plin 17, 23 f. 35 n. 24. ¶ 5. Caput & caudam draconis in ecliptica Græci συνδέσμους vocant, nodos illius cum æquatore, hunc quidem καταβιβάζοντα, illum autem ἀναβιβάζοντα. v. Dalechamp. ad Plin. 2, 10: & Vitruv. 6, 6.

¶ Dracæna, *æ*, f. δράκαινα, draco fœmina: ut, *Lerna.* Servius ad illud Virg. ecl. 2, 63 *Torva Lerna lupam sequitur &c. Lerna*, inquit, *dicitur, ut Draco, cum draconis.*

¶ Dracuncŭlus, *i*, m. proprie diminutum a dracone. Lamprid. in Alex. c. 14 *Mater ejus pridie, quam pareret, somniavit, se parturire draconculum parere.* ¶ 2. Herba, quæ major, minor, & hortenſis eſt, natterwurtz. Plin. 24, 16. ¶ 3. Etiam piſcis eſt, quem Hermolaus Græce *draconidem* putat nominatum Athenæ. 7, 20 p. 322. ¶ 4. *Dracunculus* ulcus eſt apud Medicos & vermiculus in cute latens, mitteſſer der ſnider.

¶ Dracontea, *æ*, f. herba colubrina, drachenkraut. Apul. de Herb c. 14.

¶ Dracontion, *i*, n. δρακόντιον, eadem herba, quæ vulgo *Arum* dicitur, Aaron oder kleine natterwurtz; & *Serpentaria minor*, Plin. 24, 16. ¶ 2. *Dracontes* genus vitis eſt Columellæ 3, 2, 28.

¶ Draconārius, *i*, m. ſignifer, qui vexillum portat dracone inſignitum. Veget. 2, 7 *Signiferi qui signa portant; quos nunc Draconarios vocant.* Modeſtus de Vocab. milit. *Dracones per singulas cohortes a Draconariis feruntur.* Ammian. 20, 9 *Torquem, quo, ut draconarius utebatur, capiti Iuliani imposuit.*

¶ Draconiārium, *i*, n gen. coll. v. Tertull. de Cor. Mil. c. 16 *Quid caput protectis ad draconarii cassidem?*

¶ Draconĭtes, ſeu Draconītis, *æ*, m. gemma colore translucido, nata e cerebro draconum, v. Plin. 37, 10, & Solin. c. 23.

¶ Draconigĕna, *æ*, f. a draconibus nata, eine von denen gebohren. Sidon. paneg. Anthem. v. 80 *Quæque draconigenæ portas non clauserat hosti.* Sic & Ovid. Faſt. 3, 805 Thebas vocat *draconigenum urbem*, quia Cadmus in eo loco draconem interemit, ex cujus ſatis dentibus nati Cadmum in urbe condenda juverunt.

DRĂCO, *ōnis*, δράκων, antiquiſſimus Athenienſium legislator ante Solonem, qui Draconis leges propter ſeveritatem, exceptis iis, quæ de cæde erant conſtitutæ, abrogavit, quod non atramento, ſed ſanguine, quemadmodum de iis Demades judicavit, ſcriptæ viderentur, quarumque auctoritate & deſidiæ damnati & qui olera furripuiſſent, capite plecterentur. Inter eas enim leges fuerunt; *Otii convicti interficiantur; & omnium flagitiorum una poena erat: Qui olera aut mollioris corticis fructus furripuerunt, ut sacrilegi & homicidæ puniantur.* v. Gell. 11, 18; Rhodig. Ant. Lect. 1, 19. Alex. ab Alex. 3, 3.

Dracontes, Dracontion, Dracunculus, vide *Draco.*

DRAGANTVM, *i*, n. quædam gummi ſpecies, dragant, Veget. 1, 32; & Theodor. Med. de Diæta c. 9. Rectius *Tragacanthum.*

DRAHONVS, *i*, m. ſt. die Drou, Motelæ mſunditur. v. Scal. Auſ. Lect. 1, 2 pr.

DRĀMA, *ātis*, n. δρᾶμα, actio Comœdiæ vel Tragœdiæ, ubi poëtæ perſona non admiſcetur. *Proferre in scenam dramata*, Sidon. conf. Iſidor. 8, 7.

¶ Dramaticus, *a, um*; ut, *Opus* vel *Poëma dramaticum*, δραματικὸν, in quo perſonæ ſolæ colloquuntur, poeta ipſo excluſo; cujusmodi poëmata Comœdiæ, Tragœdiæ, Idyllia & Eclogæ nonnullæ.

DRAMĂSA, auſtrinum polum Indi vocant, Plin. 6, 19.

DRANCES, *is*, m. de quo Virg. Æn. 11, 335 *Quem gloria Turni Obliqua invidia stimulisque agitabat amoris: Largus opum & linguæ melioris sed frigida bello Dextera.*

DRĀPĔTA, *æ*, m δράπετης, ein flüchtiger; a δρᾶω, *fugio.* Plaut. Curc. 2, 3, 11 *Conferunt sermonem inter se drapetæ.*

DRAVCVS, *i*, m. damnatæ libidinis homo, ἀρσενοκοίτης, 1 Cor. 6, 9; ἄρσην ἐν ἄρσεσιν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενος, ut deteſtibitur Ro 1, 27. Vox occurrit Martial. ep 11, 73 & al. Forte ἀπὸ τοῦ ὄπιθεν, quod τῷ πυγῇ (unde *Pathici* dicuntur) opponitur: ὄπιθεν, per digamma Æolicum *dhopithen*, *draucus*, draucus ut ex *vastico vaucus.* *Draucus* igitur eſt relatum *Pathici.*

DRAVSI, *orum*, m. pl. populi Thraciæ, vide *Transi.*

DRENSO, *are*, vox cygnorum eſt. Auctor Philomelæ v. 23 *Cygni prope fluvia dirulant.*

DRĔPANVM, *i*, n. Siciliæ civitas non procul a monte Eryce trans Lilibæum. Drepani Anchiſes moritur apud Virg. Æn. 3, 707

Hinc Drepani me portus & illaetabilis ora Accipit &c.

¶ Drepanitani, *orum*, m. pl. incolæ hujus oppidi. Cic. Vert. 4, 17.

¶ Drepānis, *is*, f. avis ita dicta Plin. 11, 47.

DRILOPOTA, *æ*, m. δριλοπότης, qui e vitreo Priapo bibit, apud Iuvenal. interpr. Sat. 2, 14; ſicuti δριλοπότη, *drilipota*, f. poculum vetteri figura, in Gloſſ. Phil.

DRĪMYPHAGIA, *æ*, f. δριμυφαγία, acrium & falſorum ciborum eſus, quem adhibebant veteres vomitu excitando. Cæl. Aurel. 3 Tard. c. 1. Reineſ. 3 Lect. Var. p. 407.

DRINDIO, *ivi, itum, ire.* Vox muſtelæ. Auctor Philom. v. 61 *Mustelaque drindit*

DRŌMAS, *ātis*, f. δρομὰς, camelus, a currendo dictus, ein cameel. Liv. 30, 40 *Falcatæ quadrigæ & cameli, quos appellant dromadas*, conf. Vopiſc. Aurel. c. 28. v. *Camelus.* ¶ 2. Nomen canis Ovid. Met. 3, 217.

¶ Dromedarius, *i*, m. idem; vel *Cameli dromedarii*, a curſu, & velocitate, läuffer, oder laufthier. Hieron. in vita Malchi ſub fin. *Transacta die egredimur ad vesperam, vidimusque camelos, quos ob nimiam velocitatem Dromedarios vocant &c.* Vulg. Interpr. Ifai 66, 6.

¶ Dromon, *ōnis*, m. genus piſcis. Plin 32, 11. ¶ 2. *Dromones*, naves ſunt frumentariæ a celeritate dictæ, quarum meminit Caſſiodorus 5, 17. Verba ejus ſunt: *Officia jussimus præparare nautarum, ut dromones, quos industria fabricare valuisti, manus remigium provida susciperet.* Memorantur & ſequenti epiſtola, & l. 2 § 2 C. de off. Pr. Pr Africæ Eidoras Orig. 15, 1 *Longæ naves sunt, quas dromones vocamus.* Singularis eſt *Dromon*, δρόμων, ein laufſchiff. Zonaras in extremo Mauritio Imperatore T 3 p 64 δρόμων δ' ἐστὶν εἴδη, μεταξὺ τῆς γαυλοῦ καὶ τῶν τακτικῶν κελήτων. ¶ 3. *Dromones* dicti etiam, qui præerant navibus ad ſervandum trajectum maris, l. 2 C. de off. præf. præt. ¶ 4. *Dromo* denique ſervi nomen apud Terentium, ἀπὸ τοῦ δρέμειν, ein läufer.

¶ Amphidrŏmia, *æ*, f. ἡ ἀμφιδρόμια, apud Heſych. & Suid. & *Amphidromia, orum*, n. pl. τὰ ἀμφιδρόμια, apud Plut. in Theſeo. & Athenæum lib. 2 & 9 dies luſtricus, quo nomina infantibus impoſita, & illi curſim circa focum geſtati, & munera miſſa a propinquis & amicis. Hinc *Amphidromiam agere* eſt infantes oſtentare & circumferre ad captanda munuſcula. v. Eraſmi Adag. & Turnebi Adv. 3, 6; & 7, 21.

¶ Catadrŏmus, *i*, m. καταδρόμους. Male nonnulli decurſionis ſtadium interprerantur, & ita Suetonium etiam accipiunt, cum Ner. c. 11 ſcribit: *Notissimus Eques Rom. elephanto super sedens per catadromum decurrit.* Catadromus enim extentus funis eſt, per quem funambuli ſive ſchœnobatæ incedunt. Et per cujusmodi funem equitem R. elephanto vectum decucurriſſe ſignificat Suetonius, quemadmodum & Xiphilinus reddidit. Vide Torrentium Caſaubonumque ad allegatum Suet. locum, & Dalechamp. ad Plin. 8, 3. Sic l. penult. ff. de act. empti *servus per catadromum descendere solitus.*

¶ Endrŏmis, *ĭdis*, f. ἐνδρομὶς, veſtis villoſa vel pellibus ſuffulta, ſic dicta, quod ejus uſus fuerit ἐν δρόμῳ, h. e. in curſu & palæſtra. Martial. a epig. 59 *Dona tuere tui memorem endromidis emptor.* ¶ 2. Pollux lib. 3 extr. *Endromides* expeditæ ad curſum calceí ſunt, τὰ τῶν δρομέων ὑποδήματα. vid. Salmaſ. de Pallio p. 310.

¶ Endromĭtes, *æ*, m. endromide veſtitus. Sidon. 2 ep. 1 *Endromidatus exercitus, inertia & pigritia.*

¶ Epidrŏmis, *ĭdis*, f. pl. Epidromides, ἐπιδρομίδες, funiculi ſunt, in quos actiam plagæ diſcurrunt, & vel explicantur vel contrahuntur. Pollux etiam

¶ *Epidromus* & *Peridromus* vocat & *epidromi* rectius. Nam ἐπιδρόμους, unde recens aut finis erit Hermolaus, & ex poſteriore, die ſtrick am netz, ſic Danus interpretatur, unde jam ſuperius in textu correxi. Plin 32, 11. ¶ 2. Ita & *epidromus*, navis celeris, ſic dicta Festus l. 5. ¶ 3. Alii velum ad puppim, das hinterſegel v. Salmaſ. in Paneirol. P. 1 Depend. c. 5

Hemerodrómus. & Hippodromus vide in litera H.

¶ Hippodrómus, *i*, m. ὑποδρομος, clauſum undiquaque deambulacrum, ſub quo inceditur, ein verdeckter gang. Sid. 2 ep. 2 *Longitudo tecta introrſum, ſi non hypodromas, ſaltim cryptoporticus vocitabitur.*

¶ Paradromis, *idis*, f. παραδρομις, locus deambulationis, prope rectum, ein offener ſpatier-platz. Vitruv. 5, 11 extr. *Deſiguntur hypaethra, ambulationes, quas Graeci παραδρομιδας, noſtri Xyſta appellant.* Adde Lexic. Vitruvian. in *Xyſtus*, & Salmaſ. de Pallio p. 272.

¶ Peridrómis, *idis*, f. περιδρομις, hypæthra ambulatio, ambiens palæſtras, ein gang, gallerie. Vitruv. 5, 11; & 6, 10.

¶ Prodromus, *i*, m. πρόδρομος, præcurſor, ein vorläuffer, vorbote. Cic. Att. 1, 12 *Mihi Pompejani prodromi nuntiant.* ¶ 2. *Prodromi* Aquilones, caniculæ exortum diebus octo antecedentes, Plin. 2, 47 & 18, 28. Et de Pleſiis nondum ſtantibus Cic. ad Att. 16, 6 pr. *Prodromi nulli.* conf. Colum. 11, 2. ¶ 3. Item Ficus præcox, apud Plin. 16, 26, eine frühzeitige feige.

Stadiodromus, vide in *Stadium*.

Dropaciſta & Dropaco, vide in *Dropax*.

DRÓPAX, *ácis*, m. δρωπαξ, unguentum, ex reſina ſeu pice ad evellendos corporis pilos & lævigandam cutem adhiberi ſolitum. Martial. 3 epigr. 74 *Pilos tibi faciemque lavas, & dropace calvam.* Unguentum eſt depilatorium ſpilothrum, ψιλωθρον, eine ſalbe, davon das haar ausfällt.

¶ Drópaciſta, *æ*, m. der die haare wegnimmt. Gloſſ. gr. lat. δρωπαιστης, *dropaciſta, depilator.*

¶ Dropico, *are*, dropace inungere, mit haar-ausbeizender ſalbe ſalben. Oct. Horat. 4 *Liniendus eſt, ita tamen, ut ante hydropicus toto corpore dropacetur.*

DRÓSTA, *æ*, f. avis, vide infra *Palara*.

DRŬÍDÆ, ſive Dryidæ, *arum*, & Druides, *um*, m. pl. Δρυΐδαι, Δρυΐδες, Magi dicebantur & religioſi ſeu ſacerdotes Gallorum ab eo, quod rem divinam in lucis roborum & ſub arboribus facerent, quemadmodum & Germani veteres conventus habuerunt eccleſiaſticos ſub quercubus. Δρῦς, *robur* ſeu *quercus* ſignificat. Plin. 16, 44 *Nihil habent Druides, (ita ſuos appellant Galli magos,) viſco & arbore, in qua gignatur (ſimodo ſit robur) ſacratius. Iam per ſe roborum eligunt lucos, nec ulla ſacra ſine ea fronde conficiunt: ut inde appellari quoque interpretatione Graeca poſſint* Druides *videri.* v. Geſnerus ad h. l. Chreſtom. Plin. p. 556. Porro de Druidibus commemorat multa Cæſar B. Gall. 6, 12 &c. Cic. Divin. 1, 40. Vide Voſſ. de Idolol. 1, 35 p. 264. Cæl. Rhod. 18, 21. Dalechamp ad Plin. 16, 24. *Tiberii principatus Druidas Galliarum ſuſtulit*, Lucan. 1, 450 ſq. Humanis hoſtiis ſacrificare Mereurio ſoliti fuerunt, quam religionis immanitatem ſuſtulit Claudius, ut Suetonius ejus vita auctor eſt c. 25. De his nonnulla Marcellus Donatus diſputat ad Tac. Ann. 14, 30. vide & Cluver. Antiq. Germ. 1, 24. Cæterum non virorum ſolum hoc nomen; verum & fatidicarum fœminarum. Vopiſc. Aurel. c. 44 *Dicebat, quodam tempore Aurelianum Gallicanas conſuluiſſe Druidas.*

DRVNA, fluvius ex Alpibus deſcendens non procul a Valentia Rhodanum ingreditur, vulgo *Droma*. v. Scal. Auſ. lect. 1, 5.

DRVNGVS, *i*, m. globus inilitum, turma, ein trouppe, ein hauffe. Vegecius 3, 16 *Scire autem dux debet, contra quos drungos, hoc eſt, globos hoſtium, quos equites oporteat poni.* Vopiſcus in Probo c. 19 *Omnium gentium drungos usque ad quinquagenos homines ante triumphum duxit.* adde hic Salmaſ. & Caſaubonum: ad Vegetium autem Srewechium.

¶ Drungarius, *i*, m. præfectus & ductor drungorum, apud Leonem de Bell. Apparatu, ein wachtmeiſter. vid. Stewech. in c. 1. Vegetii.

DRVPÆ, *arum*, f. pl. baccæ ſunt oleaginæ nondum edules, unzeitige junge oliven. ¶ 2. Baccæ lauri, auctore Hermolao in Plin. 15, 1. ¶ 3. Alii tamen *Drupas* olivarum baccas ad maturitatem properantes vocant. Græci δρυπεπεῖς olivas primum nigreſcentes vocant. v. Dioſc. 1, 40.

DRVSVS, *i*, m. Δρῦσος, Romanus genere & eloquentia nobilis, Catonis avuſ. vide Vellej. 2, 13 & 14, & Aur. Vict. Vir. illuſtr. c. 66. ¶ 2. Alius *Druſus* Ciceronis ſodalis fuit, cujus meminit ipſe lib. 3 de N. D. Ædilis is fuit Romæ, Tribunus item plebis, & in Aſia Quæſtor. ¶ 3. Fuit & ante eum *M. Livius Druſus*, cognomento *Salinator*, Virg. Æn. 6, 824 *Quin Decius Druſusque procul &c.* ¶ 4. Fuit & hoc nomine Liviæ Auguſtæ filius, cognomento *Germanicus*, qui in Germania, quam magnam partem devicerat, & inde cognomen Germanici acceperat, periit, de cujus morte exſtat Ovidii, vel potius Pedonis Albinovani conſolatio ad Liviam. Druſi porro iſtius oden laudatricem vide apud Horat. 4 od. 4. Ejus elogium & Seneca dedit Conſol. ad Marc. c. 3. ¶ 5. *Druſus* Tiberii filius ex Vipſania, Tac. Ann. 3, 75, 1, nimis gaudet ſanguine, ibid. 1, 76, 4 &c.

¶ Druſianus, *a, um*, adject. ut, *Druſiana foſſa*, Tac. Ann. 2, 8, 1. Druſum Tiberii fil. petulantia inſignem, immiti adeo & ſanguinaria fuiſſe natura, ſcribit Dion, ut enſes præacuti ab eo *Druſiani* cœperint dici. v. Cæl. Rhodig. 11, 13 ex Dionis lib. 57.

¶ Druſilla, *æ*, f. relicto priore marito Felicis nuptias ſecuta eſt, cujus mentio fit Act. 24, 24. ¶ 2. Alia Germanici ex Agrippina filia, Tac. Ann. 6, 15, 4.

DRŸADES, *um*, f. pl. ſilvarum Deæ vel nymphæ, ἀπὸ τῆς δρυὸς dictæ, wald- oder baum-nymphen. Calpurnius ecl. 2, 14 *Aelfuerunt ſicco Dryades pede, Najades udo.*

¶ Hamádryades, *um*, f. pl. nymphæ, quæ cum arboribus naſci & occidere creditæ. Qualis illa, quam Eriſichton arborem incidens ſimul occidit apud Ovid. Met. 8, 758 &c. v. Servius ad illud Virg. ecl. 10 *Iam neque Hamadryades &c.* In ſing. *Hamadryas* apud Statium 1 Silv. 3, 63; & Propert. 1, 20, 32.

DRŸAS, *antis*, m. filius Hippolochi, pater Lycurgi, a Diana ſagittis occiſus. v. Stat. Theb. 8, 355; Ovid. Met. 12, 311.

¶ Dryantiades, *æ*, m. Lycurgus fil. Dryantis, Ovid. in lb. v. 345.

DRŸÍTES, *æ*, m. δρυΐτης, gemma, Plin. 37, 11.

DRŸOPE, *es*, f. Virgo ab Apolline compreſſa, poſt uxor Andræmonis, denique in lotum verſa, v. Ovid. Met. 9, 331 ſqq. ¶ 2. Mulier Lemnia, cujus forma ſumta Venus conſilium dedit, ſopitos viros occidendi, Val. Flacc. 2, 174. ¶ 3. Nympha, Virg. Æn. 10, 551.

DRYOPES, *um*, m. pl. Δρύοπες, populi circa Parnaſſum Servio ſunt in illud Virg. Æn. 4, 146

Cretesque Dryopesque fremunt pictique Agathyrſi.

DRYOPHŎNON, *i*, n. δρυοφόνον, herba, Plin. 27, 9.

DRYOPHYTES, *æ*, ſeu dryophytus, *i*, m. δρυόφυτος, vel δρυοβάτης βάτραχος, rana per arbores incedens, vel δρυοπετής, quaſi volans per arbores, *Calamita* Plin. etiam 32, 7 f. 24, in quo loco tamen *Diopetes* in exemplaribus correctioribus ſpeciatim Harduini legitur, i. e. rana ex imbre proveniens, ein kleiner regen-froſch. Græci enim Διοπετὲς dicunt, quicquid ex aëre delapſum, & tamquam a Jove demiſſum eſt.

DRYOPTĔRIS, *idis*, f. filix illa, quæ in quercubus naſcitur, & circa quercuum caudices, Matthiol. waldfahren an den eichen-bäumen, baumfahren. v. Plin. 27, 9.

DRYPĔTA, *æ*, f. δρυπετὴς, idem quod *drupa*, ſive bacca nondum matura, Plin. 15, 1. Dioſc. 1, 40.

DRYS, *os*, f. δρῦς, proprie *quercus*, die eiche. Dioſc. 1, 176. ¶ 2. *Drys* & *Dryſites*, herba, quæ & *Chamædrys* dicitur, gamanderle. Apul. de Herb. c. 24.

¶ Dryos hyphear, δρυὸς ὕφεαρ, genus viſci eſt, aliis viſcum quercinum dicitur. Plin. 16, 44.

Dualis, vide *Duo*, Dubito &c. *Dubius*.

DVBENVS, *i*, m. antiquis dicebatur, qui nunc *Dominus*, Feſt. Alii legunt *Dubienus*, *qui nunc dubius*. Vnde *Dubinus* vel potius *Dubienus* (quin *duinus* a *duo*) in Gloſſ. lat. gr. διστὸς, i. e. *binus*; male autem δεσπότης.

DŬBIVS, *a, um*, incertus, anceps, zweifelhaftig, ungewiß, gefährlich. Et ſæpe *Dubium* ſubſtantive ein zweifel. Ter. Andr. 1, 2, 1 *Non dubium eſt, quin uxorem nolit filius.* Cic. de Orat. 3, 8 *Non dubium eſt, quin ſi hoc animadvertit, poſſet notare.* Ter. Phorm. 5, 2, 9 *Etiamne id dubium eſt?* Manilius pariter 4, 884 *An dubium eſt habitare Deum ſub pectore noſtro?* Cic. Att. 11, 6 *De Pompeji exitu mihi dubium nunquam fuit.* Id. *ſine dubio*, fam. 2, 2. Lucret. 2, 261 &c. Suet. Ner. c. 3 *Procul dubio*, ohne zweifel, ungezweifelt. *In dubio eſſe*, im zweifel ſtehen. *Anima noſtra in dubio eſt*, Salluſt. Catil. c. 52, i. e. vita noſtra in ancipiti periculo eſt. *In dubium venire*, eſt, in diſcrimen venire, in gefahr kommen. Ter. Adelph. 2, 2, 35 *Etiam de ſorte nunc venio in dubium*, & pro *dubitari*, Liv. 3, 13. *Res in dubium vocatur*, Cic. de Orat. 2, 34. *Suas fortunas in dubium devocaturus*, Cæl. B. Gall. 6, 7. *Cœna dubia*, pro ſuſpecta veneni nomine, ut Eraſmus indicat. Horat. 2 ſat. 2, 77 *Vides, ut pallidus omnis Cœna deſurgat dubia.* Sed rectius pro laute inſtructa Acron accipit. Ter. Phorm. 2, 2, 28 *Cœna dubia apponitur.* GET. *quid iſtuc verbi eſt?* PHORM. *ubi tu dubites, quid ſumas potiſſimum. Argentum dubium*, i. e. pecunia, de cujus pondere & bonitate dubitatur, Plaut. Epid. 5, 1, 40. *Dubia cervix* apud Sil. 10, 458 eſt languida, ægra. *Res dubiae*, 1, 2, 10 *Is amicus eſt, qui in re dubia juvat, ubi re opus eſt.* Tac. Ann. 12, 5, 5 *Conjux proſperis dubiisque ſocia*; i. e. periculis. Statius 3 Theb. v. 6 *Peſſimus in dubiis augur timor*, i. e. male conſulit. Tacitus Hiſt. 2, 38 *Dubiis praeliorum exemtus*, ut cap. 77 *Praeliorum incerta. Dubius dies* quis dicatur, vide ſupra in *Dies*. Similiter *Dubia ſidera* appellantur, quæ adventante luce maligne apparent, Juvenal. 5, 22. Sermo enim eſt de matutino crepuſculo. His *certa* opponuntur. Horat. od. 16, 3 *Neque certa fulgent Sidera nautis.* v. Drakenb. ad Sil. 2, 98. ¶ 2. *Medius* ac *dubius* confundi ſolent a librariis. v. *Medius*.

¶ Dubie, adv. zweifelhaftig. Cic. Divin. 1, 55 *Signum dubie datum.* Id. fam. 15, 1 *haud dubie*, ohne zweifel, innumeris locis poſuit Livius. adde Ovid. Met. 7, 508.

¶ Dubietas, *atis*, f. dubium, apud ſcriptores ævi poſterioris; Eutrop. 6, 16, 2 *ſine dubietate.* Ammian. 20, 6 *Abſentia magiſtri equitum faciente dubietatem*: & alios horum æquales.

¶ Dubiōſus, *a, um*, idem quod *Dubius*. — Gell. 5, 10 *Tum judices dubioſum hoc inexplicabileque eſſe rati.*

¶ Dubito, *avi, atum, are*, dubium eſſe, zweifeln, ungewiß ſeyn. Ter. Andr. 2, 4, 2 *Hic nunc non dubitat, quin te ducturum neges.* Cic. Capitoni, ſub ult. ad Attic. *Non dubito, quin mirere, quid tecum de eadem re ſæpius agam.* Idem in Verr. *Dubitare, utrum ſit utilius.* Nota: Ciceronem verbo *Non dubitare* particulam *quin* ſubjicere, pro qua Corn. Nepos infinitivum ſubſtituit; ut in præfat. *Non dubito, fore plerosque, Attice &c.* ubi vide Lambinum. Similia exempla ex Livio Drakenb. ad 22, 54 congeſſit. Singularis & notabilis ſyntaxis eſt, cum poſt *Dubitandi* verba, ſine *Non*, ſed interrogative poſita (ut æquiparantur negationi) *Quin* ſubjicitur: v. g. Cic. pro Lege Man. c. 15 *Et quisnam dubitabit, quin huic tantum bellum hoc transmittendum ſit?* Id. pro Roſc. Am. c. 37 *Num ergo dubium eſt, quin ii obtulerint hanc praedam Chryſogono?* Alias ſi negativa oratio non fuit, nec interrogativa, *An, Num, Verum*, vel Infinitivus ſequitur. Claudian. de 4 Conſ. Hon. v. 184 *Stella die dubitanda nihil*: id eſt, clare videnda, de qua nihil dubitare oculi poſſint. Quint. 12, 1 p. 1055 *At hoc nemo dubitabit*, ubi Burm. plura Ciceronis, Virgilii, Terentii loca profert, qui quarto caſu junxerunt. ¶ 2. Idem eſt ac vereri, non audere, ſich ſcheuen. Is enim eſt elegans hujus verbi uſus. Plaut. Epid. 2, 2, 75 *Quid iſtud dubitas dicere?* hoc eſt, quid times, quid vereris? *Non dubitat mandare Lentulum vinculis*, Cic. Catil. 4, 5, er hat kein bedencken. ¶ 3. Renuere, ſich weigern Ovid. Met. 2, 461 *Dubitanti veſtis ademta eſt.* ¶ 4. Cogitare, deliberare. Cic. pro Sext. Roſc. 31 *Reſtat, judices, ut hoc dubitemus, uter potius Sext. Roſcium occiderit.* Juſtin. 21, 2, 4 *Diu dubitavit, imperium deponeret, an bello reſiſteret.* Suet. Claud. c. 33 *Dubitavit adhibitis principibus, an obtemperaret.* Virg. Æn. 9, 190 *Percipe porro, Quid dubitem, & quae nunc animo ſententia ſurgat.* ¶ 5. *Dubiat* pro *dubitat*, obſoletum, Feſt.

¶ Dubitans, *tis*. Salluſt. B. Catil. c. 28 *Perterritis ac dubitantibus caeteris.* Nepos 1, 3, 6 *Miltiades non dubitans &c. Dubitantia lumina*, Sil. 10, 154 jam morientia eleganter appellat.

¶ Dubitanter, adv. mit zweifel. Adhibus ad Cic. fam. 10, 32 *Plane pericula non dubitanter adii*, ohne alle furcht und bedencken. Cic de Invent. 2, 3 *Sine ulla affirmatione dubitanter nonnunquam dicemus*

¶ Dubi-

¶ Dubitātus, *a, um*, gezweiffelt, in zweiffel gezogen. Ovid. Met. 2, 20 *Intravit dubitati tecta parentis.* conf. Id. ad Liv. v. 84.

¶ Dubitatim, adv. zweiffelhafft. Sisenna apud Nonium 2, 231 *Hostem non dubitatim iter facere cernebat, &c.*

¶ Dubitātio, *ōnis*, f. der zweiffel. *In ea caussa dubitatio nulla est*, Cic. pro Cluent. c. 7. *In dubitationem adducere*, Id. fam. 3, 5. *Dubitationem afferre*, Id Off. 1, 41. *Tollere omnem dubitationem alicui*, Id. Att. 12, 6. *Scrupulus injectus & dubitatio*, Id pro Cluent. c. 28.

¶ Dubitator, *ōris*, m. qui dubitat. Tertull. adv. Haret. c. 33 *Negatores & dubitatores resurrectionis.*

¶ Dubitābilis, *e*, zweiffelhafft. Ovid. Met. 1, 223 *Nec erit dubitabile verum.* conf. Met. 13, 21. Prudent. active, ἀμφίβολα. v. 580 *Clientes nam Christus amat: dubitabile pectus, Sub titubante fide, refugo contemnit honore.*

¶ Dubitatīvus, *a, um*, zweiffelnd, voll zweiffel: ut, *Conjunctio dubitativa* apud Diomed. Gramm. Et Tertull. adv. Marc. 2, 25 *Dubitativum exprimere fastum.*

¶ Dubitative, adv. idem. Tertull. de Carne Christi c. 23 *Pronunciare dubitative.*

¶ Dubingeniōsus, *a, um*, i. e. stupidus, ineptus, quasi dubii ingenii, tumm, tolpisch. Gloss. lat. gr. *Dubingeniosus*, ἄφυης.

Composita:

¶ Addūbĭto, *are*, aliquantulum dubitare, etwas zweiffeln. Cic. Orat. c. 40 *Addubito, quid potius aut quomodo dicam.* Item fam. 7, 32 *Primum addubitavi, num &c.* Et Liv 8, 10 *Manlius paullisper addubitavit, an tempus esset &c.* vide & Horat. 1 Sat. 4, 125.

¶ Addubitātus, *a, um*, zweiffelhafftig. Cic. Off. 1, 24 *Si plus adipiscare explicata boni quam addubitata mali.*

¶ Addubitātio, *ōnis*, f. ut *Dubitatio.* Nizolius ex Cic. Off. 3, 4 producit: *Quid est, quod nonnunquam addubitationem afferre soleat?* Atque ita nonnulli libri, sed castigatiores Lambini & Gruteri, *dubitationem* exhibent. Habet tamen Mart. Capella lib. 5 p. 1, 1 *Diaporesis est addubitatio.*

¶ Indubito, *are*, pro *Dubitare.* Stat. 3 Silv. *Tuis moribus indubito.* Sed

¶ Indubitatus, *a, um*, certum dicimus, gewiß, ungezweiffelt; ut, *Indubitata spes*, Plin. 31, 3. *Indubitata cubilia*, Stat. Achill. 2, 73. Pro quo

¶ Indubius, *a, um*, Tacitus dixit Ann. 14, 45, 1 *Plurimorum indubia innocentia*: Et Quintil. 5, 13 *Exemplo indubia.*

¶ Indubitate, adv. sonder zweiffel, ohnfehlbar. Liv. 33, 11 *Quæ indubitate Lysimachi erant.* Et l. 4 D. de Lege Rhodia fin. *Indubitate utrumque onus patinon debet.* Vellej. 2, 60, 3 *Indubitate corrupti Commentarii.* Superl. *Indubitatissime*, Orosii est lib. 3 extr.

¶ Indubitato, idem. Tertull. adv. Marc. 1, 9 *Regio immensa aliqua & major indubitato.*

¶ Indubitanter, idem. Plinii exemplum, quod vulgo dant ex 18, 11 est falsum, legendumque *indubitata.* Sed tamen Augustin. de vera Relig. c. 46 *Indubitanter invictus est.* Et Salvian. lib. 2 Gub. *Indubitanter agnosce.*

¶ Indubitandus, *a, um*, idem. Augustin. epist. 19, 2 *Ut veritas indubitanda persistat.*

¶ Indubitabilis, *e*, ungezweiffelhafft, gewiß. Statius 11 Theb. v. 64 *Signum indubitabile.* Quintil. 4, 1 *Indubitabile genus causse*: & Declam. 9 sub fin. *Indubitabile seculi decus.* Arnob. lib. 7 p. 241 *Indubitabili assertione juramus.*

¶ Indubitabiliter, adv. ungezweiffelt. Arnob. lib. 5 p. 183 *Cunctis indubitabiliter notum est.*

¶ Subdubito, *are*, nonnihil dubitare, etlicher massen im zweiffel stehen. Cic. Att. 14, 15 *Iam dico mecum: antea credebam ibi, subdubitabam.*

Ducatio, &c vide *Duco*, Ducenti cum derivatis, *Centum.*

DŪCO, *duxi, ductum, ducĕre*, führen, trinnen, leiten; differt a *trahere*: ducuntur enim volentes. *Ducunt volentem fata, nolentem trahunt*, Senec. epist. 107. Vid. quæ ad *Trabo* de victimis observamus. Ter. Andr. 4, 6, 23 *Duc me ad eam, quando huc veni, ut videam.* Idem Eun. 4, 6, 30 *In jus ducere*, für gericht laden, klagen. Idem Phorm. 1, 2, 36 *In ludum ducere & reducere. Maximas copias ducit ad Trojam*, Cic. Tusc. 1, 41. *Ducere agmen*, Plin. 10, 44, vorumachen. *Exercitum ducere*, Cæs. Gall. 1, 11, eine armee führen, pro quo absolute *ducere*, Liv. 1, 23; 3, 22, dixit. *Ducere ordinem*, Liv. 3, 44, ubi Drakenb. plura exempla collegit. *Exsequias ducere*, Valer. Max. 4, 4. *Ducere in errorem*, Nep. 23, 9, 3, verführen. Cic. Agr. 2, 7 *Initium rerum ac legum fuarum hinc duxit. Spiritum, vitam ducere*, vivere, Cic. pro Leg. Man. c. 12. Lucret. 6, 1127 *Spirantes auras ducere.* Idem 4, 936 *Aerem ducere atque reflare. Aevum ducere* simpliciter ponitur pro terere, vel transigere hoc vel illud agendo: de qua locutione v. Passer. ad Propert. 1, 14. Markland. ad Stat. Sylv. 5, 3, 92. Sed Tib. 1, 1, 65 *Ducere soporem*, est conciliare. vid. Io. Frid. Gron. obs. 2, 1. ¶ 2. Auferre, sive accipere notat; ut, *præmia ducere*: Ovid. Met. 10, 630 *duxit sua præmia victor.* Liv. 4, 34 *Singulis captivis - sorte ductis.* Cic. Att. 5, 21 f. *Centesimas perpetuo fœnore ducere.* add. 6, 1 p. 585. ¶ 3. Lucan. 10, 124 *Nec ulla alia vivas nox unquam duxit abeno, Duxit*, id est, hausit. Nam & *ducere* pro haurire vel bibere fumitur. Horat. 1 od. 17, 21 *Hic innocentis pocula Lesbii Duces sub umbra.* Et Iuv. 15, 52 *Corcyræa temetum duxerat urna*, etiam Germani per jocum, ziehen. Similiter & cum trahere utebantur. Vide & intra *Educere.* Cæterum ut ipsum *vibere* ad colorem transfertur, & *ducere lana colorem* dicitur. v. Casaub. ad Pers. p. 274. ¶ 4. Est in carcerem ducere, Liv. infinitis locis. v. Drakenb. ad 3, 58. Tibull. 2, 3, 84 *Ducite: ad imperium domina falcabimus agros: Non ego mercinelli verberibusque nego.* Item ad supplicium: Suet. Calig. c. 27 *A calvo ad calvum duci imperavit.* Plin. 10 epist. 97 *Perfectissimos duci jussit.* Et aliquoties Senec. de Ira 1, 16 & in Pisone, & de Tranqu. animi c. 14. Etiam Lactant. de Mort. pers. c. 40 *Innocentes duci jussentur.* ¶ 5. Integre, *Ad supplicium ducere*, Suet. Tib. c. 57; & Cic. Catil. 1 pr. Sic Nepos 19, 4, 2 *Ad mortem duci.* ¶ 6. Sed & quum in auctione mancipium additum esset, dicebant DVCAS LICET. Cic. de Orat. 3, 63 *Quanti addictus? mille nummûm: nihil addo,* DVCAS LICET. Quo respexit & Seneca in Ludo de morte Claudii: *Ad summum tria verba Silo dicat, & servum me ducat*: quæ formula sponsionis est. ¶ 7. *Ducere*, & *uxorem ducere*, proprie de viris dicitur, ut nubere de mulieribus. Claudian. 1 in Eutrop. v. 223 de eunucho *Natas ducere locabit, Numquam mater eris, nunquam pater.* ¶ 8. *Ducere*, umführen, mit der nasen umführen. *Phaedriam deducere*, Ter. Phorm. 3, 2, 15. Et, *Dictis fatis quem ducere*, Idem in Andr. 4, 1, 20. *Duci falsegaudio*, ibid. 1, 2, 9. Propert. 2, 17, 1 *Mentiri veloces, promissa ducere amantes*, i. e. circumducere. Plaut. Capt. 4, 2, 46 *Hic ille est senex ductus, cui verba data sunt.* Alibi *ductare quem erat.* ¶ 9. *Ducigloria*, est gloriam spectare, ehr und ruhms halben etwas thun. Cic. pro Arch. c. 11 *Tractamus omnes laudis studio, & optimus quisque maxime gloria ducitur.* Item, *Duci mercede, præmio, quæstu & lucro, odio, &c.* ¶ 10. *Ducere bellum*, est protrahere, langweilig fren fahren. Cic. fam. 7, 3 *Suadere inflitiæ, ut bellum ducerent.* Nepos 7, 5, 1 *Invocatus, ut bellum quam diutissime duceret.* Cæs. B Civ 1, 61 *Ducere bellum in ciemum.* Quo pertinet, *diem ex die ducere*, verzögern, aufschub suchen, Cæs. Gall. 1, 15: & mox ibid. *Ubi jam dias duci Cæsar intellexit, &c.* ¶ 11. Supputantium etiam verbum est, qui calculos huc illuc ducunt, ut ratio appareat. Varr. R. R. 3, 16, 11 *Hos numquam numerant, ut pereque ducerent, dena millia ejus rei esse solitos*, eines in das andere gerechnet. Huc pertinent illa Cic. fam. 3, 5 pr. *ducere rationem judicii sui*, & pro Quinct. 16 *Fecit sui*, bedeuten. Hanc metaphoram aperte etiam imitatur Tert. lib. de Iug. 8, 26 *Ne quis modestiam in conspectum duceret*, die bescheidenheit vor den augen ansehen. ¶ 12. *Ducere* pro existimare, halten, darfür halten, Gr. ἡγεῖσθαι. Cic. de Fin. 3, 3 *Nihil ducere in bonis, præter virtutem.* C. Nep. 16, 3, 6 *Ut opinione omnium vestra ducatur.* Aliquando animo additur. Virg. Æn. 6, 690 *Sic equidem ducebam animis, &c.* Nepos præf. n. 4 *Laudi ducere.* Ter. prol. Adel. v. 4 *Vos eritis judices, laudine, an vitio duci factum oporteat.* Sallust. Catil. 12 *Innocentia pro malevolentia duci cœpit.* Cic. Tusc. 5, 10: *Divitiæ, honores, opes contemnere, eaque, quæ his contraria sunt, pro nihilo ducere.* ¶ 13 *Ducere*, bilden. *Ad exandi effigiem fabri Pœi, ebenus aere decoret*, Apul. 1 Florid. *Ducere ed. marmore vultus*, Virg Æn. 6, 847. Iuv. 7, 237 *Ducit, et marmorea caupoli educat, Vt si quis cera vultum facit.* Sed Pers. 5, 40 *Artificem pudet hæc tam diu fabre politos vultum animos.* Vel ut manet Casaubonus *Artifici quæ &c.* Vbi dicit est trahit, accipit, quod alias *sequendi* vocabulo exprimitur: unde & *sequax* dicitur materia, quæ facile ducitur. v. quos laudat Burm. ad Quinct. 2, 14 pr. & v. sub n. 15. ¶ 14. *Ducere servo pignora*, eine mauspfand haben. Plaut. 5, 3 *Aliquam sui duxit gravem.* Quintil. 6, 3 *Calumniæ libellum. Ducere gladium*, den degen ziehen. Sen. Oedip 936 *Hæc fatur aptat impiam capulo manum, Ensemque ducit.* Sil. 8, 342 *Vagina ducitur ensis.* add. 9, 314. it. Paullus ICtus l. 4 D. de injuriis & famos. libell. ¶ 15. *Ducere lanam*, est facere lanam, vel potius nere, v. Burm. ad Petron. c. 133 p. 635. Ovid. Met. 4, 33, spinnen. Vnde tralatio: *Versus, carmen ducere*, Ovid. 5 Trist. 12, 63, quamquam versus suspectus est Heinsio. Et, *Ducere aliquid*, pro carmine dicere, celebrare. Propert. 1, 7, 1 *Dum tibi Cadmea ducuntur Pontice Thebæ.* Claudian. Paneg. de 4 Conf. Honorii v. 648 *O mihi si liceat thalamis intendere carmen Connubiale tuis! si te jam ducere patrem:* Sed Heinsius hic *dicere*, vid. n. 18. Potest metaphora etiam a statuis desumta esse, quas ex ære *duci* modo observavimus n. 13. Certe Brouckhus. ad Tib. 2, 1, 51 ad heroicum proprie carmen pertinere confirmat. ¶ 16. *Ducere se aliquo*, i. e. conferre. Plaut. Amph. 4, 3, 8 *Ad regem recta me ducam.* Ipse Cic. fam. 10, 32 pr. *Duxit se a Gadibus.* v. Man. Ex quo formatur lectio loci Aulul. 4, 8, 7 *Vbi ille abiit, ego me deorsum duco ab arbore.* Non enim audiendus Schoppius est, qui ibi pro *Duco, duo*, i. e. *Do* legit. *Duco*, id est, demitto me sensim, descendo, ich mache mich herab. ¶ 17. *Duce*, pro *Duc* apud Plaut. Most. 1, 4, 10; Epid. 3, 3, 18; Trin. 1, 2, 42. ¶ 18. *Ducere*, ac *ducere* misceri a librariis, monemus in *Dico*, & modo exemplum habuimus n. 15.

¶ Ducens, *tis.* Virg. Æn. 2, 288 *Graviter genitus imo de pectore ducens.* Id. v. 632 *Ducente Deo.* Horat. 4 od. 9, 38 *Ducens ad se cuncta pecunia.* Tibull. 1, 2, 44 *De cælo ducens sidera.* Catull. 65, 327 &c. *Ducentes subtegmina*, wirckende.

¶ Ductus, *a, um*, geleitet, geführt. Cic. de N. D. 2, 55 *Succus permanat per quasdam ab intestino usque ad jecur ductas & directas vias.* Nep. 5, 1, 2 *Non magis amore quam more ductus*, bewogen, sed fere omittunt Germani, contenti dicere, aus liebe, aus gewohnheit. Idem 7, 5, 1 *Caritate patriæ ductus.* Id. 10, 10, 1 *Tutja Scipione ducti.* ¶ 2. Peculiaris est ratio & Ciceroniana, ubi *ductus* idem significat, quod derivatus ex Tusc. 5, 43 *A quibus ducti, deinde omnes*, & Tusc. 1, 29 extr. *Adhibuitque* Socrates *liberam contumaciam a magnitudine animi ductam, non a superbia.*

¶ Ductus, *ūs*, m. significat deductionem, die führung, leitung. *Aquæ, aquarum ductus*, i. e. derivatio, wasser-gang, leitung, Cic. Off. 2, 4. *Literarum ductus*, sunt formæ & tractus literarum, Plin. 8, 3, Quint. 1, 1, die züge der buchstaben. *Ductus oris*, lineamenta, Cic. de Fin. 5, 17. *Ductu suo vel alterius aliquid facere, instituere*, Cic. Arusp. Resp. c. 2, auf seines oder eines andern rath und anleitung. Cic. fam. 3, 11 *Omnes vires civitatis se ad Pompeji ductum applicaverunt.* Id. pro Lege Man. c. 21 *Pompejus rem optime ductu suo gessit*, unter seinem commando. Nam & de officio ducis bellici usurpatur, ut tamen diferimen sit inter *ductu suo* rem gerere, & *auspicio suo* rem gerere, & conjunctim *ductu & auspicio suo.* v. supra in *Auspicium.* Sic Nep. 4, 1, 3 *Suo ductu barbaros esse deletos*, unter seinem commando. Id. 14, 5, 4 *Quorum ductu res male gessæ.* Conf. Vellej. 2, 78, 1, & 79, 4 &c.

¶ Ductio, *ōnis*, f. Vitruv. 10, 19 *Ductio, reductio rudentum.* Idem 1, 1 *Aquarum ductiones*, wasser-leitung. Id 8, 7 *Non potuisse avertere* (aquas), *cum habeant a capitibus proprias ductiones.* Et Cels 4, 27 *Alvi ductione uti*, purgiren.

¶ Ductor, *ōris*, m. dux, ein führer. Cic. Tusc. 1, 37 *Ductores nostri ad non dubium mortem conciverunt.* Virg. Æn. 2, 14 *Ductores Danaum.* Et Stat. 3 Silv. 5, 111 *Ductor aquarum Tiberis.* ¶ 2. *Ductor* & *Victor* a librariis miscentur. v. Drakenb. ad Sil. 9, 199.

¶ Ductix, *icis*, f. l. 1 § 12 D. de exercit. action. *Veterum ductrices naves* explicantur ἐπιβατηγοί.

¶ Ductilis, *e*, geschmeidig, das man biegen oder ziehen kan; ut, *Æs ductile*, Plin. 34, 8 sub fin. i. e quod potest duci, & extendi. *Ductile flumen.* i. e Aquæductus, Martial. 12 epigr 31.

¶ Ductiqus, *a, um*, id. ut, *Ferrum ductilium*, drat. Quintil lib. 6.

¶ Ductim, adv. nach dem zug, gemachsam. Colum. 4, 25 *Major pars operis in vinea ductim potius, quam cæsim facienda.*

¶ Ducto, *are*, frequent. sæpius ducere, huc illuc ducere, zerren, ziehen. Plaut. Capt. 3, 4, 109 *Dolis aliquem ductare*, mit ränken bey der nase herum führen. Ter. Phorm. 3, 2, 15 *Ductare amicam.* Id. Adelph. 4, 7, 34 *Tu inter eas restim ductans saltabis*, du wirst den reihen führen. v. *Restis. Ductare exercitum*, Sallust. Cat. c. 11; & Iug. c. 38, quod male postea κακόφατον visum, notante Quintil. 8, 3 p. 695. Quod nempe obsceni quid habere hoc verbum videretur. Siquidem ductari proprie dicantur meretrices, ut modo ex Ter. Phorm. 3, 2, 15 vidimus. v. Burm.

¶ Ductārius, *a*, *um*: ut, *Ductarius funis*, ein zugseil, das im kolben geht. Vitruv. 10, 2, 3 & 5.

¶ Ductarie, adverb. zugweise. Plaut. Fragm. Frivolariæ v. 7 *Nave agere oportet, quod agas, non ductarie.*

¶ Ductābilis, *e*. Hinc

¶ Ductabilitas, *ātis*, f. die geschmeidigkeit, leichtgläubigkeit. Accius ap. Nonium 2, 626 *Plautum poeta ductabilitate nimia &c.*

¶ Ductĭto, *are*, novum et frequentativo frequentativum, schleppen, Plaut. Rud. 2, 6, 26 *Venales illic ductitavit.*

¶ Dux, *ūcis*, c. qui ducit, præit, præest, regit, ein führer, vorgänger. Cic. fam 2, 6 *Dux nobis & auctor opus est.* Senec. de Vita beata c. 8 *Natura duce utendum est.* ¶ 2. Cum cujus ductu imperium conjunctum est, ein herr, herzog. *Duce & auspice Tiberio*, Horat. 1 od. 7, 27. Sic *Duces mari* dicuntur Athenienses apud Nepot. 20, 2, 2, i. e. ϑαλαττοκράτορες, vel caput magnæ Græcor. societatis in bellis navalibus: & Lacedæmonii *mari & terra duces*, ap. eumd. 3, 2, 3. ¶ 3. Speciatim, qui ducit exercitum, qui præit bello; ein feldherr, General, qui majoribus nostris ein herzog; quod postea Principatus certi generis, & dignitatis hæreditariæ nomen factum est. Cæterum huc pertinet locus Liv. 4, 18 *Non novimus ducem, nisi cujus auspiciis bellum geritur.* Cic. fam. 7, 3 *Extra ducem pugnasque præteree, veliqui in ipso bello rapaces:* Extra ducem, i. e. Pompejum. Sil. 3, 172 *Turpe duci, totam somno consumere noctem*, quod ex Homeri illo Iliad. β v. 24 abrasum est, ut Dausquejus ait. *Dux prædonum*, Cic. in Verr. 5, 35. Etiam dii *duces* dicti sunt. Sic Pluto *dux orebi* ap. Stat. Theb. 8, 22, & 4, 254. *Duces nemorum*, nymphas sylvarum præsides, vocat. ¶ 4. Est autem, quacunque notione accipias, communis generis. In fœmineo usus est Florus 4, 11, 8 *Prima dux fugæ Regina.* Prudent. Psychom. v. 347 *Vexillum sublime crucis, quod in cognine primo Dux bona prætulerat.* Immo ipte Cic. Læl. c. 5 *Natura virendi dux optima:* Et Val. Max. 6, 1, 1 *Dux Romanæ pudicitiæ Lucretia.* Sed

¶ Ducissa, *æ*, f. eine Herzogin, barbarum est. Tutius *Serenissimam Ducem* vocare licet, ii de summis & principibus fœminis dicendum est.

¶ Ducatus, *ūs*, m. a Duce ut a Tribuno tribunatus. Est militiæ proprie vocabulum, imperium Ducis, das generalat. Suet. Ner. c. 25 *Privignum Rufinum Crispinum, Poppææ natum, impuberem adhuc, quia affrebatur ducatus & imperia lucere, mergendum mari demandavit.* Idem Tib. c. 19 *Ostento, sibi ac majoribus suis in omni ducatu expertissimo.* Extat & apud Spartianum in Pescennio Nigro c. 1 & 4. Capitolin. in Pertinace c. 5. Vet. Gloss. *Ducatus, ἡ ἡγεμονία. Ducatus latronum, ἀρχὴ λῃστέας.* Epitome Liviana lib. 113 *Contractis viribus, quarum ducatum nec Afranius, nec Petreius excipere volebant.* Flor 3, 21, 2 *Æquiore animo ducatum ferrem, si plebeji duces, aut si nobiles, mali saltem, ducatum sceleri præbuissent:* i. e. civile bellum gessissent: hoc enim per scelus intelligit. Et Iustin. 6, 8 *Cum honoratum insuper ducatu adversarium cerneret.* Et 2, 15, 14 *Pausanias pro ducatu regnum Græciæ affectans.* Conf. & Curt. 10, 4, 4, & Manil. 5, 360. ¶ 2. Novatianus ratio, quando regionem Principum *Ducatum* vocamus, ein herzogthum. ¶ 3. Nec minus cum pro moneta aurea ponitur, licet nitatur analogia, v. g. *bigati* &c.

¶ Ducatio, *onis*, f. ut, *Ducatio necessitatis*, Tertull. de Corona Mil. c. 11.

¶ Ducator, *oris*, m. pro *Dux*, l. 29 D. ad Leg. Aquil. § 4. Glossæ veteres: *Ducator, ἀγὸς, πρωτεύμενος.* Sed & Tertull. adv. Iudæos c. 13 *Ducator ejus civitatis.*

¶ Ducatrix, *īcis*, f. Apulej. de doctr. Platon. lib. 2 post princip. *Vitiorum ducatrices, iracundia & libido.*

¶ Ducalis, *e*, vulgo fürstlich. Glossæ: *Ducale, ἀγωγεύς.*

¶ Ducaliter, adv. idem. Sid. 5 ep. 13 *Ducaliter antecessurus*, i. e. in modum ducis. Et comparative Id. 8 ep. 6 pr. *Ferunt, nullum rem militarem ducalius C. Cæsare administrasse.*

¶ Archidux, *ūcis*, c. ein Erz-herzog; vox hybrida, ex græco latinoque conflata, consuetudine recepta. v. Voss. de Vit. L. L. 1, 16 p. 66.

¶ Archĭducatus, *ūs*, m. ein Erz-herzogthum, pari ratione se habet.

Domiduca & Domiducus, vide *Domus.*

Iterduca, vide infra *Iter.*

Composita cum præposit.

¶ Abdūco, *xi*, *ctum*, *ĕre*, abführen, hinweg führen. Ter. Eun. 3, 1, 17 *Tum me filii convivam abducunt sæpe.* Vi seu *per vim abducere*, mit gewalt entführen, Liv. 2, 56. Donatus ad Ter. Adelph. 3, 3 *Ducimus volentes: sed abducimus invitos.* Sic, *Abducere in servitutem*, Cæs. B. Gall. 1, 11. *Abducere animum a cogitationibus*, Cic. Nat. 2, 17, abhalten. *Abducere a studio*, Id. fam. 4, 4. Et ad Quint. fratr. 3, 5 ait: *Abduco equidem me ab omni Resp. cura & atque literis. Abducere aliquem ad nequitiam*, verführen, Ter. Adelph. 3, 3, 54. *Ars illa a religionis auctoritate abducitur ad mercedem atque quæstum*, Cic. de Div. 1, 41. *Abducere mentis aciem a consuetudine oculorum*, Id. Nat. D. 2, 17. *Abducere caput ab ictu*, dem schlage ausweichen, Virg. Æn. 5, 428. *De consiliis abducere aliquem*, Cic. Or 2 contra Rullum, c 13. *Abducere aliquem ex acie*, Id. in Bruto 62. ¶ 2. *Abducī* veteribus proprie illi dicebantur, qui vi aut a conjugibus, aut parentibus abstrahebantur libidinis vel quacunque de causa. Suet. Aug. c. 69 *Fœminam consularem e triclinio, viri coram in cubiculum abductam.* Virg. Æn. 12, 79 *Quid, soceros ligere, & gremiis abducere pactas?* Vid. Iustin. 21, 2, 10, & 42, 3, 1. Sicut contra *Adducere* est puellam alicui conciliare, Plaut. Mil. 3, 1, 95. Sic Tibull. 1. 6, 59 *Hæc mihi te adducit.* Græci παραγωγεύειν vocant. Cic. pro Clu. 64 *Oppianicus primo recusavit, postea quam illa, abducturam se filiam minaretur.* Idem pro Quint. 6 *Servulum, quem iste prehenderat, abducit.* ¶ 3. Scrib. Larg. in Comp. med. c. 29 *Cum autem calore temperata & potio datur abducenda, statim dolorem levat.* De quo loco docte disputantem Menckenium vide in Observat. L. L. hac voce. ¶ 4. *Aveduce* pro *Abduce* habet Terent. Adelph. 3, 4, 36; & Phorm. 2, 2, 63.

¶ Abductus, *a*, *um*, weggeführet, weggenommen. *Abductus in secretum*, Liv. 30, 14, 22, 22. *Abducti montes*, i. e. diducti, de Symplegadibus recedentibus, Val. Flacc. 4, 677. *Abductis armenta recipere*, Ovid. Heroid. 16, 357. *Ab ipso limine patriæ abductos decipere*, Iustin. 14, 3, 9.

¶ Abductio, *onis*, f. die wegführung. Vulg. Interp. Sirac. 38, 18 *In abductione permanet tristitia.*

¶ Adduco, *ĕre*, zuführen, herbeybringen. *Coram adducere*, Ter. Andr. 5, 3, 29. *Ante oculos adducere*, Id. Heaut. 5, 4, 18; & Eun. 4, 7, 24, unter augen stellen, für gesicht bringen. *Adducere aliquem in suam sententiam*, est persuadere, überreden, Liv. 36, 11. *In eam locum res adducta est*, Cic. fam. 5, 21, es ist dahin gekommen. *Adduci in periculum*, vel etiam *discrimen extremum*, gerathen, Id. pro Dom. c. 29, & fam. 12, 6. Et, *In summas angustias adduci*, Id. pro Quint. c 5. *Adducere vultum*, vide *Vultus.* In quo *adducere* est contrahere. *Adducitque cutem macies*, Virg. Æn. 3, 597. *Adducere equum*, est cohibere adductis frenis, cui contrarium *admittere equum.* Illud *habenas adducere*, Cicero dixit in Lælio c. 13. De significatu conciliandi vid. in *aduco* n. 2. ¶ 2. *Adduci re aliqua, benevolentia alicujus, commendatione, precibus, oratione, officio, metu, injuria*, pro, moveri seu impelli, bewogen werden, Ciceroni & Cæsari locutiones sunt frequentatæ. Cic. Div. 1, 18, *Non adducar, ut vear*, h. e non movebor. Id. de Leg. 2, 3 *Vt jam videar adduci, hanc quoque, quæ te procreavit, esse patriam tuam.* vid. Col. 2, 1. Vavass. antibarb. p. 470. ¶ 3 *Adducere arcum*, den bogen anziehen, spannen, Virg. Æn. 5, 507 v. Drakenb. ad Sil. 1, 334. ¶ 4. *Adducē* pro *Adduc-* apud Ter. Phorm. 1, 5, 79.

¶ Adductus, *a*, *um*, bewogen. vid. *Ductus*; adject. Cic. fam. 13, 54 *Quæ ea adductus mea commendatione fecisti* Cæs. B. Gall. 1, 3 *Hac oratione adductus &c.* Plin. 1 epist. 16 *In concionibus vis eadem, quæ in orationibus vis est: premitur tamen, & circumscribitur, & adductior*, eingezogener. Capitol. in L. Vero c. 10 *Fronte in supercilia adductiore.*

¶ Adducte, adv. genau, streng. Compar. *Adductius regnare*, severius strictiusve est Tac. Germ. 43, 7; & Hist. 3, 7, 2, quæ formula ex re equestri petita existimatur. Adde Auson. gratiarum act. p. 726 edit. Tollii: *Nemo adductius jocula contorsit.*

¶ Adductor, *ōris*, m. ein zuführer, kuppler. Vetus epigramma Petronii Afranii ad Debiam: *Graecule confecta lenandi calliditate arte Cæpisti addictor conjugis esse tuæ.*

¶ Superadduco, *ere*. Plaut. Truc. 2, 6, 53 *Quin etiam superaducas, quæ mihi concilint eicem?*

¶ Circumduco, *ere*, umher führen, herum führen. *Circumducere per dolos*, Plaut. dixit in Pseud. 1, 5, 115, den der nase herum führen. Sed & proprie, *Victorem circumducere exercitum*, Liv. 8, 13.

¶ Circumductus, *a*, *um*, adj. herumgezogen. Seneca ep. 12 *Æras orbes habet circumductos majores minoribus.*

¶ Circumductum, substant. pro periodo. Quinct. 9, 4 *Periodus est vel ambitus, vel circumductum, vel contentatus, vel conclusio.*

¶ Circumductio, *ōnis*, f. der umfang, umführung; ut, *Circumductio sphæræ*, Hygin. Astron. 1, 2 & 2, 1. e. peripheria. Virtuv. 8 c. ult. *Circumactiones aquæ* sunt, cum oblique ad lacum motus ducitur. ¶ 2. In oratione *circumductio*, est amplificatio & copia, opponiturque *paucioribus verbis* a Quintil 9, 4. ¶ 3. Fraudatio, die hintergehung. Plaut. Capt. extr. sive Grege v. 5 *Nec pueri suppositio, nec argenti circumductio.*

¶ Circumductus, *ūs*, m. idem. Quintil. 1, 10 *Deducent eodem circumductu.*

¶ Circumductor, *oris*, m. ein herumführer. Tertullianus adv. Valentin. c. 10 *Metagoga* vertit *Circumductorem.*

¶ Conduco, *ere*, cogere, zusammen bringen. *Conducere in unum locum*, Cæs. de B. C. 3, 13. Et Tac. Hist. 4, 71, 5 *Dum disjectas fusorum copias conducunt.* Ita frequentissimum est *Conducere militem* vel *exercitum*, werben. ¶ 2. Aliud est *conducere domum*, Cic. pro Cælio c. 7. Sic &, *horrea*, *navem*, miethen, um geld zu nehmen, pachten. Cic. Att. 1, 17 p. 133 Græv. *Qui de conductis conduxerant, conquæsti sunt, se cupiditate prolapsos nimium magno conduxisse, ut intercederetur locatio pristinorum.* ir. dingen, besolden. *Conducere aliquem ad cædem faciendam*, Id. de Prov. Cons. c. 4. ¶ 3. *Conducit, Conducere*, convenire est, expedire, nütz und zuträglich seyn. *Conducit hoc tuæ laudi*, Cic. fam. 13, 48, das dienet zu deinem lobe. *Scripsi ad te, quæ ad salutem tuam conducere arbitratus sum*, Id. fam. 4, 7. *Quod in rem conducit tuam*, Plaut. Capt. 2, 3, 26. Et, *Ea maxime conducunt, quæ sint rectissima*, Cic. fam. 5, 19.

¶ Conductus, *a*, *um*, zusammengebracht. Tac. Ann. 15, 26, 2 *Auxilia regum in unum conducta*, id est, congregata. Sed Horat. Art. v. 431 *Qui conducti plorant in funere*, gedingt. Idem 1 sat. 2, 9 *Conductis unere mammis*, mit gebornten oder aufgenommenen gelde. Id. 2 Sat. 7, 18 *Mercede diurna conductus*, ein tagelöhner. Et, *Conducta opera*, Cic. pro Sext. c. 17, verdungene arbeit. In summæ paupertatis indicium *conductus agellus*, *conducta ad nondum lana &c.* vid. Brouckh. ad Tib. 1, 7, 85.

¶ Conductum, *i*, n. subst. die miethe, das pacht-gut. Cic. pro Cluent. c. 62 *Solebat extra portum aliquid habere conducti.* Sen. de Benef. 7, 5 *Nec conductam meum, quamquam ex dominus, intrabis.* Petron. c. 9 *In conductum adcurrere.*

¶ Conductim, adv. apud Capitolinum.

¶ Conductilis, *e*. Firmicus.

¶ Condu-

¶ Conductĭtius, *a, um*, gedinget, geworben; ut, *Conductĭtias exercitus*, Nepos 11, 2, 4. conf. 12, 1, 2. *Conductĭtiæ operæ*, Varr de R. R. 1, 17. *Ne domus quidem habuit conductĭtiam*, Porc. vita Ter. ad Suetom. Et Fisur. Lpid. 2, 3, 8 *Fidicina conductĭtia.*

¶ Gonductĭo, *ōnis*, f. die miethung. Liv 43, 16, & Cic pro Cæcina c 32, cui & de Invent. 1, 43 idem est ac collectio, die zusammennehmung. ¶ 2. Medicipecies, quam Græci συναγωγὴν vocant, die zusammenziehung; ut, *Conductĭo præcordiorum, membrorum, nervorum*, Cæl. Aurel. Acut. 2, 31. 16 & 13, & 3, 18 n. 177.

¶ Conductus, *ūs*, m contractio, die zusammenziehung. Id Cæl. Aurel. Acut. 2, 15 *Conductus f. spercilierum.*

¶ Conductor, *ōris*, m. ein pachter: ex significatione secunda verbi: ut, *Ipse conductorem allevejus operis*, Cic. fam. 7, 1. Frequens vox in legibus antiquis: vide Tit *Locationis edict.* 1. 56 & 60 &c. Sic & Vitruv. 1, 1 *Conductorem locatori* opponit; Et Val Max. 8, 12 ext. 1 *Conductores sacrorum*, qui certo pretio faciendam suscepcrant.

¶ Conductrix, *ĭcis*, f. v Cod. 5 t. 12 l. 18, & 4 t. 65 l. 24.

¶ Conducibilis, *e*, dienlich, zuträglich. *Consilium conducibile*, Plaut. Epid. 2, 2. *Sententia conducibilis*, Apul. 7 Met. p. 192. Et Auct. ad Herenn. 2, 14 *Virum fuerit conducibilius.* Sidon. 6 ep 1 *Illud mihi conducibilius est.*

¶ Conducenter, adv. idem. Gell. 16, 12 *Commod. hæc sane omnia & conducenter.*

¶ Disconduciit, non conducit, non expedit, es benimmt, es schadet. Plaut. Trin. 4, 2, 85 *Nihil disconducit huic rei.*

¶ Reconduco, *ere*, iterum conducere, wiederum miethen, Quintil. Declam. 12 p. 173 *Vicinarum provinciarum copias reconducit.* Et l. 13 §11 D. de locat. cond. *Reconduxisse videbitur.*

¶ Reconductus, *a, um*, wieder gemiethet. Plin. 29, 1 *Vinum agrum ex provinciarium HS ducentis reconductum.*

¶ Contraduco, *ere*, laudatur ex Auct. ad Her. 4, 16. Sed bonæ edit. divisim, *Quid? quæ exercitus contra ducit.*

¶ Dēduco, *ere*, de loco ad locum alium ducere, abführen. Nepos 24, 1, 4 *Ne effecta deducere Q. hortum deduxerat.* Idem 25, 4, 2 *Quibus rebus fidem sibi, ut ipsa virginem eam ab je dimitteret, caperet atque Jam deduceret.* Sic *exercitus deduci* dicuntur, wenn sie abziehen. Plaut. Amph. 1, 1, 59 *Proinde ut Propere de finibus sui exercitus deducerent.* Ita Impius Cæsar. Nepos 1, 4, 2 *Copias in campum Martium deduxêre. Deducere magistratu* pro in longum trahere, Front. Strategem. 1, 5 & 2, 6. v. ibi Oudendorpius. *Actum in cornua deducere*, est ipsum in longum extendere. v. Drakenb. ad Liv 5, 38. Veget. de re milit. 2t *Vigil deducere.* Virg. Georg. 1, 270 *Vices deducere* Iuvenal. Sat 1, 155 *Sulcum:* in quibus locis *deducere* est in longitudinem extendere. Honoris causa deducebantur viri graves a juvenibus. Liv 22, 23 *Frequentes eum domum deducere.* Adde Brukh ad Fib 1, 4, 20. Sic, *Virum domum deducere*, heimführen, heimführen halten, Ter Hec. 1, 2, 60. ¶ 2. Hinc lenonum verbum, pro quo *perducere* alii dixerunt: quod idem est ac concinare, quemadmodum & Suetonius illum in eam Ciceronis, *tertia deducta est*, interverratur. Vide eum in Cæs. c. 50 & ibi Torrentium: quamquam in alium sensum interpretetur Casaubonus. conf. Ovid. Met. 10, 462. ¶ 3. *Deduci* etiam *naves & cha'æ* dicuntur, quando carnui atque itineri accingnntur; cui contrarium *subduci* est. Virg. Æn. 3, 69 *Vocant aquor in unitum. Deducunt socii naves & littora complent.* Vide infra *Subducere.* ¶ 4. Est deorsum ducere in his Silii 12, 223 *Obliqua trucis deducere cornua tauri assuevat.* ¶ 5. *Deducere vellere*, h. e. detrahere vel totam vel certe de summo vertice inferiora nudare corpora. Ovid. Am. 1, 7, 47 *Aut eruam summo vellere turpiter ora ad medium. Medice Zoæ tunsit opem.* Plurib. Burm. ¶ 6. Sed, *Cibum deducere*, est subducere, vel subtrahere, entziehen, den brot-korb hoher hängen, Ter. Eun. 2, 2, 23. Horat. 1 epist 2, 43 *Algeret domini deducto corpore febres*, abtreiben, vertreiben. *Deducere alvi*, h. e. partem de summa fortæ, abziehen, zurück halten. Ci Off. 2, 13 *Ut ea vel naturæ vires deficere, vel esse putemus, & addendo, deducendo que videre, quæ relinqui summa fata.* conf. Nonius 4, 143 lq. ¶ 7. Cic. Ac vocatr. *Ut contra omnium sententias dies jam plerosque deduceret*, h. e. diu jam protraheret consumeretque. ¶ 8. Habet præterea quæ hic notata sunt, verbum deducere eam vim, ut idem, quod abducere, permovere, abducere aliquem ab aliqua re, judicialem deductionem ex possessione agri, virginem in manum tradere mariti, honoris causa aliquem comitari, significet. Porro colonias, quæ in agros mittuntur, aqua emissa, carmina, *deduci* dicebantur, ut plurimis optimorum scriptorum, in primis Ciceronis exemplis, probat Menckenius in observ. L. L. conf. *Deductio.* ¶ 9. *Deducere* ac *diducere* miscens librarii. vid. p. p. item *Deducere* ac *Reducere.* v. Drakenb. ad Liv. 6, 26.

¶ Deductus, *a, um*, abgeführet, dahin gebracht. Nepos 15, 7, 1 *Deductæ eo res est.* Suet. Cæs. c. 4 *Exp situs in litore, non displicit, quin e vestigio deducta persequerentur abeuntes.* Ovid. Her. 17, 88 *Deducta mero litera*, h. e. scripta. Cic. de Legibus 2, 20 *Etiam dant hoc Scævolæ, quod est partitio, ut, si in testamento deducta, scripta non sit, ipsique minus ceperint, quam omnibus hæredibus relinquatur, facienti cautio.* in quo loco deducta dicitur ea hæreditatis pars, quæ ab hærede solvenda est legatario, atque adeo de hæreditate deducitur. v Menckenii observ. L. L. hac v. Sed *Deductum carmen*, Virg. ecl. 6, 5 tenue dixit, auctoribus Servio & Macrobio sumta Metaphora a lana, quæ in tenuitatem nendo deducitur. Sic Horat. 2 ep. 1, 225 *Tenui deducta poëmata filo* Sic *nasum deductiorem*, Suetonius pro tenuiore dixit Aug. c. 79, ubi vide Casaub.

¶ Deductĭo, *ōnis*, f. die ablcitung, abführung; ut, *Deductio aquæ*, Cic. Divin. 1, 44. *Deductio rivorum a fonte.* Idem Topic c. 8. *Deductio in domum mariti*, Paul. l. 5 ff. de ritu nupt. ¶ 2. *Deductio* etiam rationis ciniorum vocabulum est, abzug, abgang. Sen. de Benef. 2, 4 *Quæ beneficia tua illibata, integra ad eos, quibus promissa sunt, perveniant, sine ulla quod ajunt deductione.* vid. ibi Lipsium. Eadem formula usus est ep. 58.

¶ Deductus, *ūs*, m. idem. Apulej. de Asin. p. 129 (Pric. p. 12) *Capite laqueum indue. Dum pedo alterò fulcimentum, quo sustinebar, repello, ut ponderis deductu rectis ad laqueum astricta spiritus officia discluderet: repente parris finis disrumpitur.* conf. l. 3 ff de Instructo.

¶ Deductor, *ōris*, m. qui deducit, e. g. domum, in clientum officiis erat, ein begleiter. Qu Cicero de Petit. Conf. c. 9 *Deductorum officium majus est quam salutatorum* conf. Tertull. Apol. c. 21; de Coron. Mil c. 4; & adv. Praxeam c. 2 & 30.

¶ Deductōrius, *a, um*, ausheilend. Cæl. Aurel. Acut. 2, 15 *Deductoria (scil medicamenta) dantur postribus* conf. Veget. de Re Vet. 1, 50.

¶ Deductorium, *i*, n fubst. die wasserkruch oder das rad darauf das wasser vom feld abgeleitet wird. Pallad 12, 6 scil de Cochlea *Cochlea deductoria liquoris accipiat, ne humor inundans ima, quæ sunt, exsaturet*

¶ Deducto, *are*, frequent. oft abführen. Lucil ap. Nonium 4, 144 *Deductat hunc voce leo.*

¶ Dedux, *ucis*, c. ut tradux Symmach. 8, 19 *Nisi fuit Gallia tua dedux sit ab Helicone*, q. d derivata & translata ab sede Musarum.

¶ Diduco, *ere*, dirimere, von einander ziehen, theilen, aus einander thun, contrarium est verbo *contrahere* vel *comprimere.* Cic. Orat. c. 32 *Cum pugnum diduxerat & manum dilataverat.* Sil. 3, 194 *Fauces inmani diducere hiatu.* Horat. Art. v. 325 *Romani pueri longis rationibus assem Discunt in partes centum diducere.* ¶ 2. *Diducere* ac *dedu cere* confunduntur sæpe in MSStis. v. Drakenb. ad Sil. 15, 187 & Liv. 21, 55. it. Burm. ad Ovid. Am. 1, 7, 48. Add. Ovid. Met. 11, 477, ubi leg. *carbasa diducit*, i. e. expandit.

¶ Diductus, *a, um*, divitus, getheilt, aus einander gestellt Tac Ann. 2, 47, 2 *Diductis terris hauriebantur.* Ibid. 4, 2, 2 *Lascivit miles diductus.* Cæl. de B. C. 1, 7 *Imperius inimicorum diductus f. commovetur, quibus diductum & depravatum Pompejus quæritur.* *Diductum* ab ejd. alienatum, distractum ab amicitia. *Diductum matrimonium*, Suetonius dixit Othone c. 2.

¶ Diductĭo, *ōnis*, f. die ausdehnung. Sen. N. Qu 2, 6 *Ostendit intensionem spiritus velocitas ejus & diductio.* conf. ibid. 3, 13.

¶ Educo, *xi, ctum, ere*, einuttere, ausführen, ausziehen. *Exercitum in expeditionem educere*, Cic. Div. c. 33, einen feldzug thun, & 2, 30. *Exercitum ab urbe*, Liv. 3, 21. *E castellis educere*, Cic. Tusc. 1, 20, aus lassen. *Gladium e vagina*, Id. de Invent. 2, 1, 4. *E corpore hydam*, Valer. Max. 3, 2, 5. conf. Burm. ad Ovid metamorph. 6, 252. *Copias ex urbe*, Nepos 1, 5, 2. *Sortes ex urna*, Cic. orat. 2 contra Rull. 8 & passim. *Legatos*, Cic. pro L. Manil. 19. Iudiciale est Cic. Verr. 2, 26, 1 & 37, 1, in jus vocare. ¶ 2. Interdum idem est quod *educare*, Terentio maxime: ut in Eun. 1, 2, 76 *Eduxit mater puellam*, sie hat sie erzogen als wer ihr leiblich kind. It. Adelph. 1, 1, 23 *Eduxi a parvam*, Cic. de Orat. 2, 28. *Procreare & educere* conjunxit Iuven. 10, 236 *Quos genuit, quos eduxit.* ¶ 3. Ebibere, austrinken. Plaut. Amph. 1, 1, 273 *Cadus erat vini: inde implevi birneam. Eam ego, ut matre fuerat natum, vini eduxi mevi.*

¶ Eductus, *a, um*, ausgeführt. Cic. Att. 1, 12 *Per manus servate servatus & eductus.* ¶ 2. Educatus, erzogen, unterrichtet. Ter. Andr. 5, 4, 8 *Liberæ eductæ adolescentulæ.* Liv. 1, 39 *Puerum a parvo eductum.* Et 21, 43 *Me in prætorio patris prope natum, certe eductum*, Hannibalem puta. conf. Tac. Ann. 1, 41, 4.

¶ Eductĭo, *onis*, f. die auferziehung. Cato ap. Festum In *Properavit* ita *Tertia e castris eductio celeris properaque est.* conf. Pallad. Iun. t. 7.

¶ Edūco, *avi, atum, are*, auferziehen, verpflegen, ernehren. Varro de educandis liberis ap. Non. 5, 105 differentiæ causa dicit: *Educit obstetrix, educat nutrix, instituit pædagogus.* Id. Non. 5, 5 *Alere*, inquit, *est, vitæ temporali vitam sufficere: Educere animum ad virtutem perpetuam educere.* Hinc Plaut. Men 1, 1, 22 *Ibi homini homicida nemo adest, verum educat recreatque.* Idem Cist. 1, 3, 24 *Educavit eam sibi pro filia benigne ac pudice.* Ter. Adelph. 3, 4, 48 *Una a parvi, paene ut soror, educati*, wir sind mit einander zugleich erzogen. Iuvenal. 15, 72 *Terra males homines nunc educit.*

¶ Educātus, *a, um*, auferzogen. Cic. de Orat. 1, 31 *Quod est homine ingenuo liberaliterque educato dignum.* Id. Verr. 1, 19 *Habemus hominem in fociclam manibus educatum*

¶ Educatio, *onis*, f. die auferziehung. Cic. de Orat. 3, 31 *Institutus liberaliter, educatione dothinaque puerili.* In bestiis quoque *educationis laborem* miratur Id. Cicero Fin. 3, 19. Hæc *Disciplinæ caput, sirecta fis*, quemadmodum Plato cecinit, κεφάλαιον εἶναι παιδείας ὀρθὴν τροφήν. Quintil. 1, 2 *Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, nervos omnes & mentis & corporis frangit*, das zartliche auferziehen, oder die verziehung der kinder. Κακῆς τροφῆς ἀπέχου, νέον ταῦρον, h. e. *Fundamentum est reipubl. totius adolescentium educatio*, Diogenes apud Stobæum. Conf. Cic. 3 Tusc. init.

¶ Educatus, *us*, m. idem. Fulgent. 3 Myth. *Delicata confectudo mollitur educatu.* Adde Tertull. de Resurr. carn. c. 60.

¶ Edūcātor, *oris*, m. qui educat, ein auferzieher, pfleger. -Cic. pro Planc. c. 33 *Educatores cum grata recordatione in mente versantur.* conf. Idem de N. D. 2, 34; Gell. 12, 1. Sen. Controv. 26. Sic Tac. Ann. 14, 3, 4 *Educator pueritiæ Neronis.*

¶ Educatrix, *icis*, f. eine pflegerin. Cic de Leg. 1, 24 *Parens educatrixque sapientia*, rerum scil. quæ in homine bonæ insunt. Colum. 8, 12 Gallina *educatrix*, scil. pullorum.

¶ Ex-duce, qui dux fuit, laudatur ex Capitoli. Gordia. 22. Sed ibi divis. *A Gallicano ex consulibus, & Maecnate ex ducibus interempti sunt.* Vbi est ellipsis τῆ *uno.* Certius Ammian. 14.... *Eodem tempore Serenianus exulace.*

¶ Induco, *ere*, introducere, einführen; ut, *Inducere in animum morem judiciorum in Remp.* Cic. pro Rab. Posth. c. 4. *Rem perniciosissimam in civitatem inducere, seditionem atque discordiam*, Idem Off. 1, 25. Curt. 8, 8 *Non est diuturna possessio, in quam gladiis inducimur.* Stat. Thebaid. 2, 220 *Reduces induce regnis.* ¶ 2. *Inducere* sæpe idem est quod *adducere, impellere*, bewegen, bereden. *Malos inducit in peccandi pravitate spes*, Auct. ad Herenn 2, 19. Sic Cic. pro Rosc. Am. c. 28 *Pudor, gravitas, fides, promissis inducit adjicere*, verleiten. Phædrus 2 fab. 6 *Inducti verbis.* ¶ 3. Significat & *decipere.* Cic. pro S. Rosc. c. 40 *Homines honestissimos induxit*, id est, decepit; quod Germani dicunt, über den tolpel werfen. Tibull. 1, 7 pr *Semper, ut indicavi, blandis effugit mihi vultus.* v. Broukh. ¶ 4. *Inducere in animum*, & *Animum inducere*, ihm fürsetzen, in den sinn nehmen, sich einbilden, notat Livius, & Terentio & Ciceroni frequentissima Constructio cum Pr. ut modo minito. Cic. pro Rosc. Am. c. 19 *Quibus incensus parens potuit animum inducere, ut neminem insontem occideret?* II Divin. 20 *Tu animum induces, causam ipsam defendere?* Etiam cum Infin. Fam 9, 15 *Vos instituit animum inducere, quo minus &c. tueatis eum.* Ter Andr. 5, 3, 20 *Olim*

cum ita animum induxi tuum. v. Menck. Obſ. L. L. ¶ 5. Eſt & militare verbum *inducere.* Plaut. Amph. 1, 1, 88 *Illico equites jubet dextera inducere,* i. e. invadere. ¶ 6. Eſt & judiciorum verbum. Namque & *teſtes* & *neceſſati,* & *cognitiones &c. induci* dicuntur. Exempla habes apud Suet. Claud. c. 39, & Domit. c. 11. Plin. 5 epiſt. 4 & 20, & 6 ep. 30. ¶ 7. Eſt etiam rationum, anſetzen in die ausgabe. Vide Man. ad illud Cic. fam. 3, 10 med. *Quantum quæque voluit legatis tuis datum induxit,* in Verr. 1, 4 *Quemadmodum in rationem inducerent.* ¶ 8. Item picturarum. Horat. in Arte v. 1 *Humano capiti cervicem pictor equinam Iungere ſi velit, & varias inducere plumas.* Sic *Colores inducere.* ¶ 9. Item Medicinæ pro *illinere* vel *impunere,* de quo Barthius Adverſ. 37, 6. Burm. ad Samon. 21 illud *Viſco lintea nexo Induces fronti.* ¶ 10. Item tectorii operis: *parietem inducere,* Vitruv. 7, 3. Et, *tectorium inducere in parietem,* tünchen, Plin. 36, 23. ¶ 11. *Inducere* & delere eſt; *locationem inducere,* Cic. Att. 1, 17 p. 113 Græv. *Nomen inducere,* Cic. 4 ad Attic. epiſt. ult. ausſtreichen. *Inducto priore decreto,* Suet. Cæſ. c. 16, id eſt, abolito & abrogato. Et Vlp. l. 1 D. de his quæ in teſtam. *ſcriptum, inductum, deletumve.* Et ibidem, *Inconſulto deleta & inducta.* ¶ 12. *Inducere conſuetudinem,* Cic. pro Cæl. c. 23 *Sermonem,* or. pro Domo c. 34, & Epiſt. ad Attic. 13, 19, in quibus locis idem eſt, quod commemorare. ¶ 13. Mores alicujus, ſermones, &c deſcribere. Cic. Tuſc. 5, 39 *Tireſiam - - poetæ nunquam inducunt deplorantem cæcitatem ſuam.* conf. 2, 11 de Orat. 3, 4. ¶ 14. Obducere, überziehen. *Scuta pellibus inducere,* Cæſ. de B. G. 2, 33. *Sepra lateres coria,* Idem de B. Civ. 2, 3. ¶ 15. *Inducere* & fabulæ & operæ judicræ dicuntur, aufführen. Suet. Claud. c. 34 *Induxit & unum ex Nomenclatoribus ſuis, ſicut erat, togatum, &c.* Et c. 45 *Inducti per ſimulationem Comœdi.* Id. Ner. c. 11 *Inducti ſcil. & Afrania togata.* Plin. Paneg. Traj. c. 34 *At tu Cæſar, quam pulchrum ſpectaculum pro illo nobis execrabili reddidiſti? Vidimus delatorum agmen inductum, &c.* ¶ 16. *Inducere* pro Induere. Suet. Aug. c. 92 *Si mane ſibi calceus perperam, aut ſiniſter pro dextero inducereretur.* Plin. 2, 7 *Calceus præpoſtere inductus,* i. e. dexter pro ſiniſtro. Adde Miſcell. obſerv. Vol. II p. 455.

¶ Inductus, *a, um,* eingeführt, bewogen. Cic. pro Cæl. c. 11 *Oratio ſubtiliter ad criminandum inducta,* i. e. adornata, comparata. Id. pro Quintio c. 3 *Inductus conjectatione ac familiaritate feci.* Id. pro Planc. c. 42 *Falſa ſpe inductus pollicebar.* Id Att. 3, 15 *Ego produtas, inductus, conjectus in fraudem &c.* Id. Tuſc. 2, 4 *Sermo nobis inſtitutus, & a tali quodam inductus exordio.* vide plura in *Inducere* n. 3.

¶ Inductio, *onis,* f. die einführung, einleitung. Cic. Nat. D. 2, 60 *Aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus.* Et Vitruv. præfat. lib. 10 *Veterum inductiones.* ¶ 2. Introductio, die fürſtellung. *Perſonarum fictæ inductio,* Cic. de Orat. 3, 53. *Inductio erroris,* ibid. ¶ 3. *Animi inductio,* propenſio, inclinatio, die neigung. Idem fam. 1, 8, ubi ſimulationi opponitur. Etiam eſt firma animi perſuaſio, ut ap. Cic. Tuſc. 2, 13. conf. Menckenii obſ. L. L. ¶ 4. Genus argumenti, Logicis notum, de quo etiam Cic. de Invent. 1, 31. Sic etiam Arnob. 2 p. 49 *Concludere acutiſſime ſyllogiſmos, ordinare ſequaciter inductiones, &c.* ¶ 5. Incruſtatio eſt & rectorii appolitio, die bewerffung, überſtreichung. Pallad. 1, 15 *Prima trullis frequenter inductio &c.* ¶ 6. Et litura eſt, ausgeſtrichene ſchrifft. l. 1 D. de his quæ in teſtam. *Si teſtamento fuerit adſcriptum: lituras, inductiones, ſuperinductiones appoſi feci.*

¶ Inductus, *us,* m. ſubſt. idem. Auctor ad Herenn. 2, 17 *Quod alieno inductu fecerit,* i. e ſuadu, auf anderer leute einrathen, überredung.

¶ Inductitius, *a, um,* idem fere, quod inductus. Cyrill. Gloſſ. *Inductitius,* ἐπάκτητος.

¶ Inductor, *oris,* m. ein anſtifter. Gloſſ. Vet. *Inductor,* ἐπακτής.

¶ Inductrix, *icis,* eine reitzerin. Apuleji eſt Florid. extr. *Prædæ, quam ore geſtabat, inductricem* (corvus vulpem) *compotivit;* i. e. quæ inducerat, impulerat corvum ad grocciendum.

¶ Inductibilis, *e,* das ſich drüber ſchlagen läſſet. Cæl. Aurel. Acut. 2, 37 *Coagulata, inductibiliaque & digitis convoluta.* Id. ibid. *Qualitas inductibilis*

¶ Inductive, adv. anreitzend. Idem Tard. 1, 5 *Inductive indulgere.*

¶ Inductorium, *i,* n. quod induci & illini poteſt, ein umſchlag, pflaſter. Plin. Val. 1, 3 *Facere inductorium.*

¶ Indūciæ, *arum,* f. pl. belli ad tempus ceſſatio, ſtillſtand der waffen. Donatus: INDVCIÆ, *pax in paucos dies: vel quod in diem datur: vel quod in dies otium præbeant.* Nobis cum Aldo Manutio in Orthographia ſic dici placet *Indicias* quaſi *indictias* ab *indicendo,* quia ceſſatio ab armis indicitur. *Induciæ in centum annos factæ,* Liv. 7, 20. Et, *Inducias aliquot dierum cum hoſte paciſci,* Cic. Off. 1, 10. *Pacta cum Rom. inductarum fides,* Liv. 1, 30. *Agitare inducias,* Salluſt. c. 29 B. Iug. Varroni *Inducie* ſunt *pax caſtrenſis paucorum dierum;* Item, *belli feriæ;* qua de re diſputat Gellius 1, 25. *Pactionem* vocat Nepos 17, 2, 4, ubi etiam legitur *facere, petere, impetrare, conſervare inducias.* Ib. c. 3 *Dies inductarum præteriit,* i. e. exierunt induciæ. Vide quæ de hujus vocis etymologia notat Voſſ. 4 Inſtit. Orat. p. 252. ¶ 2. Tralarione eleganti, ut Gronovius reſtituit Obſerv. Eccl. Script. c. 22, Sedulius uſus eſt Oper. Paſch. 5, 7 *Cum divina clementia patienti longanimitate mitiſſimam judicii ſuſpendit ultionem, nulla nos ex iſtis induciis ſpes impunitatis obtundat.* Ter. Eun. 1, 1, 15 transfert ad amoiem, *in quo & inſunt inimicitiæ, inducia, bellum, pax rursum.*

¶ Obinductus, *a, um,* Gloſſ. gr. lat. παράκτος, *obinductus.*

¶ Superinduco, *ere.* Hinc

¶ Superinductus, *a, um,* überſchüttet. Plin. 15, 7 *Dulm pedum terra ſuperinducta.*

¶ Superinductio, *ōnis,* f. l. 1 § 1 D. de his quæ in teſtam. delentur: *Si noviſſime teſtamento fuerit adſcriptum: lituras, inductiones, ſuperinductiones ipſe feci, &c.* was an ſtat des weggeſtrichenen oder radirten darüber geſchrieben.

¶ Superinductitius, *a, um,* miteinſchleichend. Tertull. adverſ. Marc. 5, 3 *Superinductitios fratres* vertit, quos Apoſtolus παρεισάκτους dixerat, Galat. 2, 4.

¶ Interductus, *us,* m. nomen, ſignificat diſtinctionem. Cic. in Orat. c. 68 *Oratio ſpiritu pronunciantis, aut interductu librarii coacta inſiſtere.*

¶ Interduca, *æ,* f. Dea Iuno, quæ & domiduca, Mart. Capella l. 2 p. 37.

¶ Introduco, *ere,* einführen. *Prætorem introducere in ſenatum,* Liv. 10, 45: 34, 57, *legatos,* idem 34, 46. *Introducere præſidium in oppidum,* Cæſ. B. Civ. 1, 13. *Introducere novum in rep. exemplum,* ibid. c. 7. *Introducere ambitionem in Senatum,* i. e. inducere, invehere, Cic. Phil. 11, 8. Et, *conſuetudinem,* Val. Max. 2, 6, 5. *Introducuntur perſonæ colloquentes in dialogis, fabulis, &c.* v. Cic. c. 1 de Amic. ¶ 2. Eſt & fori & curiæ verbum, ſicut *inducere.* ¶ 3. Sed & *Scorta introduci* dicuntur. vide *Introductio.*

¶ Introductus, *a, um,* eingeführt; ut, *Introducta conſuetudo,* Cic. fam. 16, 21.

¶ Introductio, *ōnis,* f. die hineinführung. Sic *mulierum noctes & introductiones puerorum* conjungit Cicero Att. 1, 16. Nec vero ſemper obſcene ſignificat. Tertull. adv. Marc. 5, 6 *Quam introductione ſeculi revelaſſet.*

¶ Introductorius, *a, um,* qui introducit. Caſſiodorus Divinar. Lection. c. 24 *Poſt introductorios libros.*

¶ Subintroduco, *ere,* mitreinführen. Auguſtin. epiſt. 137 *Alicui per commendationem meam eum ſubintroducerem.*

¶ Obduco, *ere,* überziehen. *Obducere tenebras alicui rei,* Cic. Acad. 4, 6, die ſache verdunckeln. *Obducere velum,* Plin. 7 epiſt. 21, fürziehen. Cic. Varroni fam. 9, 2 *Conſuetudo diuturna callum jam obduxit ſtomacho meo,* hat mich unempfindlich gemacht. Vide *Gallus. Limo aliquid obducere,* verſchmieren, Plin. 8, 26. *Diem obducere,* diem addere, Popma exponit not. ad Cic. epiſt. ad Attic. 16, 6. conf. Menckenii Obſerv. L. L. ¶ 2. *Obducere aliquem,* eſt contra ducere, opponere, objicere, qui alteri adverſetur, entgegen ſtellen. Cic. Att. 1, 1, *Mihi videatur non eſſe ἀδύνατον, Curium obducere.* Accium & Plautum ſimiliter ulos hoc verbo, ad eum locum Popma obtervat. ¶ 3. Eſt & educere ſive cbibere Cic. Tuſc. 1, 40 *Qui* (Socrates) *cum conjectus in carcerem triginta juſſu Tyrannorum, venenum, ut ſitiens, obduxiſſet.* Ita enim Veteres Codices legunt, & firmat Victorius Var. Lect. 15, 7. Sen. de Provid. c. 3 *Male tractatum Socratem putas, quod illam potionem publice miſtani, non aliter, quam medicamentum immortalitatis obduxit.*

¶ Obductus, *a, um,* überzogen, bedeckt; ut, *Cicatricem velp jam obductam refricare,* Cic. Agrar. 3, 2, verharſcht. Lucan. 3, 572 *Cruor altus in undis Spumat, & obducta coeruleſcunt ſanguine fluctus:* Horat. epod. 13, 5 *Obducta fronte ſolvatur ſenectus,* i. e. triſti. *Obducta nox,* vide *Nox.*

¶ Obductio, *onis,* f. die umhüllung, bedeckung. Cic. pro Rab. perduell. c. 5 *Carnifex, & obductio capitis, & ipſum nomen crucis abſit.* Vbi *obductio,* involutio, contectio eſt, uti mos in ſuppliciis erat, caput obnubere.

¶ Obducto, *are,* frequent. zuführen. Plaut. Merc. 4, 4, 46 *Non patiar meas in ades ſcorta ſic obductarier.* Vid. *Introduco* n. 3, *Perduco* n. 2.

¶ Sub obduco, *ere,* drüber decken. Hinc

¶ Superobductus, *a, um.* Paulinus Nolanus Epithalamio Carm. 22, 110 *Sed ſuperobductio prædita palliolo.*

¶ Perduco, *ere,* hinausführen, durchführen; ut, *Vitam ad aliquot annos perducere,* Cic. de Senect. c. 17. *Rem ad exitum perducere,* Id. de Invent. 2, 59. *Aliquem ad ſuam ſententiam perducere,* Id. Att. 16, 8, auf ſeine meinung bringen, bereden. *Rem eo perducere,* es dahin bringen. Planc. Ciceroni fam. 10, 7. Et Virg. ecl. 1, 72 *En, quo diſcordia cives perduxit miſeros!* ¶ 2. Eſt & verbum lenonum: Scorta enim *perduci* dicuntur. vide mox *Perductus.* ¶ 3. *Perduci* æpe de captivis dicitur. Valer. Max. 3, 7 *Speculatores Hannibalis in caſtris deprehenſos & ad ſe perductos nec ſupplicio adfecit.* Sic 6, 5 ext. 1; 9, 2 ext. 2. Juſtin. 29, 4 *Qui comprehenſus & ad ſenatum perductus, incolumis dimiſſus eſt.* ¶ 4. *Perducere* etiam eſt, ægre ac difficulter commovere. *Perduciuntur enim neceſſitate coacti,* Donatus monet ad illud Ter. Andr. 1, 1, 35 *Filium Perduxere illuc ſecum, ut una eſſet, meum.* C. Nepos 18, 2, 5 *Cum eum perducere non poſſet, interficere conatus eſt.* Nam paullo ante ſcribit: *Is* (Leonatus) *multis magnisque pollicitationibus perſuadere Eumeni ſtuduit, &c.* ¶ 5. Eſt & *perducere,* perungere, oblinere, inducere, begreichen, überſtreichen. Virg. Georg. 4, 425 *Hæc ait, & liquidum ambroſiæ diffundit odorem, Quo totum nati corpus perduxit.* Vbi *perduxit* Phylarg. *unxit* interpretatur. Proprium Medicorum verbum eſt. Serenus Samonicus de Medicina c. 5 *Aut lacrimis hederæ, aut ſucco perducere cedri.* Idem c. 39 *Eſt qui gallinæ perducet ſtercore corpus.* Et c. ſeq. *Gramen hyoſcyami ceræ ſevoque vetuſto Concilia, miſtiſque locos perduce dolentes.* ¶ 6. *Perducere* ut *educere* eſt ebibere continuo uno hauſtu apud Scribo. Largum c. 135 extr. ubi vid. Rhodius p. 208. Apul. 10 p. 240 *Reperium vini poculum continuo perduxit hauſtu.* Arnob. 5 ex Orphicis, *Perducit totum Cyceonis læta liquorem.*

¶ Perductus, *a, um,* hinausgebracht, hingeführt. Lucret. 4, 540 *Perductus ſermo.* De ſcortis Suet. Tib. c. 41 *Quam perductam nequicquam amplius pati conſtantiſſime recuſantem, detaturibus objecit.* Et Calig. c. 25 *Perductam a marito conjunxit ſibi.*

¶ Perductio, *onis,* f. die durchführung. Vitruv. 8, 6 pr. *Nunc de aquarum perductionibus ad habitationes explicabo.*

¶ Perductor, *oris,* m. ein zuführer. Perductores ſunt, qui perſonas invitas ad aliquem pertrahunt; hoc enim a lenonibus differunt. Cic. in Verr. 1, 12 *Lenonum, aleatorum, perductorum nulla mentio fiat.* Vbi Aſconius: *Lenones ſunt ſcortorum: Perductores etiam invitarum perſonarum, & in quibus ſtupra exercita legibus vindicantur.* Lactant. 6, 17 *Multum refert, utrum pecuniem tuam perductores, aleatores, lenonesque diripiant, an illam pietati ac Deo præſtes.* Vide Heraldum ad Tertull. Apolog. & adde Plaut. Moſt. 3, 2, 158.

¶ Perducto, *are,* frequent. hinſchleppen. Plaut. Moſt. 3, 2, 157 *Vin', qui te perducſet?*

¶ Præduco, *ere,* vormachen, vorziehen. Tib. 4, 1, 83 *Qua deceat tutam caſtris præducere foſſam.* Tac. Ann. 14, 32, 5 *Neque foſſam aut vallum præduxerunt.* Silius 10, 411 *Foſſas inſtant præducere muris,* graben, aufwerffen. Proprium id hac in re verbum eſſe oſtendit Drakenb. ad h. l. conf. Miſc. Obſerv. Vol. VIII p. 333. Plin. 35, 17 *Creta circum præducere.*

¶ Præductus, *a, um,* vorgezogen; ut, *Præducta obſeſſis foſſa,* Sen. de Ira 2, 8. Sic *Præductis ſulcis,* Prudent. ἀποθέωσ. v. 356.

¶ Præductal, vel Præductale, *ālis,* vel etiam Præductile, n. in Gloſſ. παράγραφος, erat ſtylus vel plumbum, quo linæ præducebantur in membrana ad ſcripturam dirigendam, bleyſtifft. vid. Salmaſ. ad Solin. p. 643.

¶ Præductorius, *a, um,* ut, *lora præductoria,* Cato de R. R. c. 135.

¶ Præter-

¶ Præterduco, *ere*, fürüber führen. Plaut Mil. 1, 1, 67 *Vt te bodie, quasi pompam, illac præterducerem.*

¶ Produco, *ere*, herfür führen, aufſtellen. *Exercitum in aciem producere.* Plaut. Amph. 1, 1, 63. Et Nepos 1, 5, 4 *Ignitum aerem millia produxit præliumque commisit.* Er, *Producere teſtes*, Cic. Verr. 5, 59, zeugen herfür bringen. *Producere ad necem*, ibid. c. 60 *Producere e carcere*, ibid. c. 45 extr *Producere arborem*, Horat. Carm. 2, 13, ¶ 2. Ter. Adelph. 3, 2, 16 *Soni primum animum expungerem ipſi, qui illud produxit ſcelus*, id eſt, genüt, procreavit. Horat. Carm. Secul. v. 17 *Diva producas ſubolem, patremque Proſperes decreto.* ¶ 3. Ter. Andr. 3, 5, 9 *Producere eunorum alicui nato*, erlänaern, aufbalten *Producere convivium ad multam noctem*, aufſtehen, Cic. in Catone c. 14. *Producere aliquem falſa ſpe*, bey der naſe herum führen. *Animam producere*, i. e. longius vivere, Lucan. 4, 796. Sed Ter. Ad. 4, 2, 52 *Producere diem*, eſt conſumere, den tag zubringen. A quo non longe abit Tib. 1, 5 *Nodus & hiberna producit frigora bruma*, i. e. durat. ¶ 4. *Producere* & lenonum eſt, ſicut *perducere*. Vide Peeronianos interpretes c. 25; it. Caſaub. ad Suet. p. 145. ¶ 5. Eſt aliquando verbum funebre: ut, *longum producere funus ad tumulum*, zur leiche gehen, Lucan 2, 298. conf. Virg. Æn. 9, 487. ¶ 6. *Producere* eſt honoris cauſa comitari, ap. Terent. Adelph. 3, 3, 48. Valer. Flacc. 5, 382. vid. Menckenii Obſerv. L. L. hac voce. ¶ 7. Vſurpatur & hoc verbum de iis, qui commendantur, ut innoteſcant & provehantur. Et lib. 4 præf. *Niſi illum magnitudo patris non produceret, ſed abſconderet.* Suet. Claud. c. 4 *Quid eſt quod dubitemus, quin per eoſdem gradus producendas ſit, per quos frater ejus productus fuit.* Cic. *Ad dignitatem producere* dixit, ut ibi Caſaubonus obſervat, nempe 3 de Fin. c. 16. Id. de Amic. c. 20 *Non enim tu poſſis, quantumvis licet excellas, omnes tuos ad honores ampliſſimos producere.* Vulgo male dicuntur *promoveri ad honores.* ¶ 8. *Producti* dicuntur histriones, Suet. Claud. c. 21. Sen. Exc. controv. 1, 3 præt. *Prænuntiatio, quæ iſtrionem poſſit producere.* v. Burm. ad Quint. 3, 6 p. 241. ¶ 9. Et res venales; Ter. Fun. 1, 2, 53 *Pretium ſperans illico produxit, vendit.* Vbi Donatus: PRODVCIT, *propriæ.* Nam produci *res venales* dicuntur. Id. Heaut 1, 1, 92 *Omnes produxi* (ſervos, ancillas,) *ac vendidi.*

¶ Producta, *æ, um*, lang, erlängert. *Syllaba producta*, i. e. longa, Cic. de Orat 3, 47. *Dolores longinquitate producti*, Idem Tuſc. Qu. 5, 40. Et, *Dolor producitur*, Id. Tuſc. 3, 17 extr. *Producti vocalis & quaſi immoderatius excurrentia*, Id. in Orat. c. 55. *Producti flagrum flagellum*, (pars vitis) Columell. 3, 15. Sic, *Nox producitur*, Sen. epiſt. 12. *Quanto productior uſta faſcula*, Horat Art. v. 189. ¶ 2. Interdum *productas* idem eſt ac illectus. Sic Cæſ. de B. C. 3, 109 *Incaſſum is longius productam unam cepit.* vide ibi Cicconium. Et Nepos 13, 5, 3 *Dolo productum in prælium fugavit.* ¶ 3. *Productum*, ſubſt. occurrit apud Cic. Fin. 3, 16 *Non ea, quæ primario loco ſunt, ſed ea, quæ ſecundum locum obtinent, producta nominantur.* conf. Idem Fin. 5, 30. Nimirum ita interpretatur Cicero προηγμένα Stoicorum, quæ appetenda quidem non ſunt, ſed indifferentia, cum æſtimatione tamen mediocri. Vocat etiam *præcipua.*

¶ Producte, adv. idem. *Producte dicitur*, id eſt, longa, ut, vocant, quantitate, Cic. in Orat. c. 48. Ap. Gell. 7, 17 *Correpte & producte* ſibi opponuntur. Comparat. Id. 4, 17 *Syllaba productius latinoque pronunciata.* Et Auguſtin. ep. 28 *Temporalis vita brevius producitur quoque non teneatur, quam Deus diſpoſitor temporum novit univerſitatis moderamini conſonare.*

¶ Productio, *ónis*, f. die erlängerung. Cic. Fin. 3, 14 *Opportunitas non ſit temporis productione major.* Idem de Orat. 3, 50 *Quotusquisque eſt, qui teneat artem numerorum ac modorum? at in his ſi paullum modo offenſum eſt, ut aut contractione brevius fieret, aut productione longius, theatra tota reclamant.* Gellius 12, 5 Stoicorum προηγμένα vertit *productiones*, quæ *producta* a Cicerone dici, modo obſervavimus. Sic *Productio ſyllabæ*, Id. 2, 17.

¶ Productor, *óris*, m. qui producit. Ver. Gloſſ. *Productor*, προεκτικός. v. Caſaub. ad Cic. Att. 16, 1 *Productor & Perductor* in libris miſcentur, ubi vid.

¶ Productilis, *e*, quod extendi poteſt, geſchmeidig. Gloſſ. *Productile*, ἐλατόν.

¶ Produx, *úcis*, idem quod productor; ut, *Produx mutui coitus*, Tertull. de carne Chriſti c. 20. Ita Rhenanus & Iunius legi jubent, cum vulgo ſit *Tradux*. Verus Auctor: *Amorem Firmat, ut accepto produce totus eat.* v. Barth. T. 2 in Stat. p. 454.

¶ Reduco, *ere*, wieder führen, zurück führen, wieder bringen. *Reducere de exilio*, Cic. Phil. 2, 4. *Reducere in viam*, Plaut. Pſeud. 2, 3, 2. *Reducere animum a miſericordiam*, Ter. Andr. 3, 3, 27 ſenſtem, bewegen. Sed *mente reducere* apud Sil. 8, 136 eſt animo repetere. *Reducere in gratiam*, wiederum vertragen, eins machen, ibid. 5, 4, 45. Et, *in gratiam cum aliquo reduci*, Cic. pro Rab. Poſth. c. 8. Sic & Balbus ad Cic. Att. 8, 15 *In priſtinam concordiam diſtractos reducere.* Et Cic. ad Quirit. c. 6 *Ad ſalutem aliquem reducere medicina*, einem zur geſundheit wieder helfen. Nepos 14, 2, 3 *Aliquem ad officium reducere*, einen bekehren, zum gehorſam bringen. Id 10, 6, 2 *Vxorem reducere*, i. e. rurſus aſſumere, wieder annehmen. *Calculum reducere*, Cic. in Fragm. Hortenſ. ap. Non.

¶ Reductus, *a, um*, wiederbracht, zurück gezogen; ut, *Reductus teſtis*, Cic. pro Rab. Poſt. c. 17. Id. pro Cluent. c. 36 *Ab eo in gratiam reducti*, ausgeſöhnte. Horat. 1 ep. 18, 9 *Virtus eſt medium vitiorum utrimque reductum*, i. e. remotum. vide *Virtus*. Cic. Fin. 5, 30 *producta* & *reducta* conjungit. Virg. Æn. 6, 791 *Reducta valles* eſt ſecreta; & Æn. 1, 165 *Sinus reducti* iam repetitum. Comparativus eſt Quintil. 11, 3 *Alia eminentiora, alia reductiora.* De pictura loquitur. Quæ *reducta* hic vocat, *recedere* alias dicit. v. Burm. p. 1227.

¶ Reductio, *ónis*, f. die zurückführung, wiederbringung. Cic. fam. 1, 7 *Reductio regis Alexandrini.* ¶ 2. It. die zurückziehung. Vitruv. 5, 10 de Balneis: *Clypeum eneum catenis pendeat, per cujus reductiones & demiſſiones perficitur ſudationis temperatura.*

¶ Reductor, *óris*, m. qui reducit. Livius 2, 33 *Menenio, reductori plebis in urbem, ſumtus funeri defuit.* Plin. 8 epiſt. 12 *Literarum ſenescentium reductor.*

¶ Reductio, *are*, frequent. Aurel. Victor in Numeriano: *Cum exercitum reduituret.*

¶ Redux, *ücis*, c. qui vel ab exilio vel periculo ſalvus redit, aut reductus, der wiederkommt. Ter. Heaut. 2, 4, 18 *Tu nunc ſola reducem me in patriam facis.* Cic. pro Mil. c. pen. *Quid me reducem eſſe voluiſtis?* warum habt ihr mich wieder laſſen heimkommen? Liv. 6, 12 *Nec quemquam ex illo reducem eſſe.* Ter. Hec. 5, 4, 12 *Ab orco mortuum reducem ſalutem facere*, einen wieder lebendig machen. ¶ 2 *Fortuna Reducis* templum Romæ a Domitiano ædificatum docet Martialis 8, 65, ob *reditum* ejus teſte Claud. Conſ. 6 Hon. v. 1. *Redux* hic tranſitive capitur, pro reducente, unde crines in lapide ap. Gruter. viii, 2 *pro ſalute ejus & reditu* votum ei ſolvit is, & 1 xxxiii, 1 cum *lare viali* conjungitur. Ita Ovid. Her. 13, 50 *Et ſuadet reduci vir meus arma tuli.* Add Sabi. 1, 78.

¶ Irredux, *ücis*, c. non redux, non revocabilis, unwiederkehrlich. Lucan 9, 408 *Irreducemque viam deſperat omne caput.*

¶ Semireductus, *a, um*, halb eingezogen. Ovid. de A. A. 2, 614 *Venas paſſim Peregitur læva ſemireducta manu*, h. e. aliquantulum prona & reducto interius ventre ſe mouvans.

¶ Retroduco, *ere*, zurück führen. Vitruv. 10, 6 extr. *Neceſſe erat rurſus retroducere.*

¶ Sēduco, *ere*, ſeorſum ducere, beyſeit führen. Ter. Hec. 1, 2, 69 *Pamphilus me ſolum ſeduxit foras.* Sic, *Caſtra ſeducere*, apud Ovid. Met. 13, 611. Cic. fam. 1, 9 extr. *Severe ſeducere*, eſt familiariter & de rebus arcanis cum aliquo agere. Add. 10, 28 pr. & ibi Man. Ovid. Her. 19, 142 *Seducit terras hic brevis unda duas* de Helleſponto, h. e. ſeparat. Idem Metam. 4, 371 *Iſtam nulla dies a me, nec me ſeduxerit ab iſto.* v. Gronov. ad Senec. Conſol. ad Helv. c 16. ¶ 2. Eccleſiaſticis *Seducere* eſt quoque corrumpere, in vitia & errores ducere, verführen. Tertull. adv. Marc. 2, 8 *Angelus, qui ſeduxit: ſed liber & ſua poteſtatis, qui ſeductus eſt.* Quintilianum ad 7, 2 p. 603. it. Tacitum ac Vlpianum ab hoc uſu vocis defendit Barmannus.

¶ Seductus, *a, um*, diſcretus, abgeſondert. Seneca epiſt. 11, 7 *Animi habent propium quiddam & a corporibus ſeductum.* Ovid. R. A. 446 *Caſſaque ſeducto ſtipite flamma perit.* Perſius ſat 6, 42 *A turbæ ſeductior.* Et ſat. 2, 4 *Quæ niſi ſeductis nequeas committere auribus.* v Caſ. ad h. l. p. 177.

¶ Seductio, *ónis*, f. ſeorſum ductio, die beyſeitführung. Cic. pro Muræn. c. 24 *Seductiones teſtium.* ¶ 2. Item ſeparatio, die abſonderung. Lactant. 2, 12 *Mors eſt corporis animique ſeductio.* ¶ 3. Eccleſiaſtice, corruptio, die verführung. Tertull. adv. Marc. 2, 2 *Adam confeſſus eſt ſeductionem.*

¶ Seductus, *us*, m. die einſamkeit. Seneca de Tranquill. animi c. 3 *Hominem maxime in ſeductu adliones ſunt*, i. e. in ſecceſſu.

¶ Seductor, *óris*, m. ein verführer. Vulg. Interpr. 2 Tim 3, 13 uſus eſt, & vetus Gloſſator: *Seductor*, πλάνος, ἀπατητής, ἐξαπατεῶν. Adde Commodiani Inſtruct. 70.

¶ Seductrix, *ícis*, f. Tertullian. loco proxime notato adv. Marc. 2, 2 *Adam non occultavit ſeductricem.*

¶ Seductilis, *e*, leicht zu verführen. Onomaſt. Vetus: *Seductilis*, εὐεξαπάτητος. Auguſtin. Confeſſ. 2, 3 *Seducebat me, quia ego ſeductilis eram.* Et Alcimus Avitus 2, 166 *Ergo ubi mortiferum ſeductilis Eva venenum Auribus accipiens cladi conſenſit iniquæ.*

¶ Seducibilis, *e*, idem. Vet. Interp. Irenæi 1, 9 *Mulieres, quæ habent timorem Dei & non ſunt ſeducibiles.*

¶ Subduco, *ere*, wegnehmen, entziehen. Iuven. ſat. 1, 15 *Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus.* Cic. Tuſc. 2, 37 *Subducere cibum athletæ.* Virg. Ecl. 3, 6 *Et ſaccus pecori, & lac ſubducitur agnis.* Vellej. 2, 72, 5 *Quos præſenti periculo fortuna ſubduxit*, die der gefahr entgangen. Nep. in Alcib. 4 *A cuſtodibus ſe ſubducere.* Cic. epiſt. ad Q. Fratr. 4 *Se de circulo ſubducere.* Ter. Eun. 4, 7, 25 *Clam ſe ſubducere*, ſich davon ſchleichen. *Furto aliquid ſubducere*, entführen, ſtehlen, Liv. 9, 11. *Catonem tu non pro illius dignitate produxeras, ſed pro tuo ſcelere ſubduxeras*, Cic. pro Domo 9. ¶ 2. Eſt & nauticum verbum, cui contrarium *deducere*, Virg. Æn. 1, 551 *Quaſſatum ventis liceat ſubducere claſſem.* Vbi Servius: *SVBDVCERE in terram ducere, h. e. ſubtectam curare. DEDVCERE autem, in mare ducere.* Cæſ. de B. C. 3, 23 *Adeo loci opportunitate profecit, ut ed Pompejum literas mitteret; naves reliquas, ſi vellet, ſubduci & refici juberet*, zu lande ziehen. ¶ 3. Surſum ducere, apud Cæſ. de B. G. 1, 24 *Cæſar ſuas copias ex proximum collem ſubduxit.* Conf. Menckenii Obſerv. ¶ 4. *Subducere rationem*, die rechnung überſchagen, Ter. Adelph. 5, 4 pr. *Subducere calculos voluptatum*, Cic. de Fin. 2, 19.

¶ Subductus, *a, um*. Virg. Æn. 3, 135 *Subductæ litore puppes*, auf das ufer gezogen, & v. 565 *Subducta ad imos manes unda.* Cic. de N. D. 3, 29 *Inita ſubductaque ratione ſcelera vindicantes*, nach gemachter rechnung. Horat. 1 epiſt. 17, 54 *Aut ciſtam effractam aut ſubducta viatica ploret*, id eſt, clam furto ſublata. Compar. Mart. Capella 6 p. 192 *Concavis ſubductioris terræ latebris addere.*

¶ Subductio, *ónis*, f. ſubducendi actio, die anlandung. Cæſ. B. G. 5, 1 ineunte: *Naves ad celeritatem onerandi ſubductionesque paullo facit humiliores*, i. e. ut ſubduci in terram facilius poſſint. Vitruv. 10, 5 *Subductiones navium.* ¶ 2. Ratio, computus, ausrechnung. Cic. de Orat. 2, 30 *Occurrit naturali quadam prudentia, non his ſubductionibus, quas iſti docent &c.*

¶ Subductor, *óris*, m. ein entführer, ICt. in Dig.

¶ Subductarius, *a, um*, quo quid ſubducitur: ut, *Subductarius funis*, ein zieh-ſeil. Cato c. 12 & 68 de Re Ruſtica.

¶ Subreduco, *ere*, Plaut. Mil. 2, 3, 7 pro ſubducere. *Subreduxit ſe tempus huic occaſioni*, die zeit iſt verſtrichen.

¶ Superduco, *ere*, über bald führen. Capitol. in Marco c. 29 *Cum binas filii adhuc, ne tui libros ſuperduceret, novercas.* Quod eriam eſt in argumento Declamat. Quintil. xvi *Quidam filio ſuperduxit novercam.* Id. Plin. 6 epiſt. 33 eſt, *novercam filio inducere.* ¶ Superductus, *us*, m. Donatus in prol. Eun. v. 9 *Novercæ ſuperductus odio.* Sidonius 2 carm. 17 *Pantomimo ſuperductus tenebrat.* Superinducere, Superinduci, vide 1, 23 *Inducere, Obducere.*

¶ Supraduco, *ere*. Val. Probus de not. numer. *Quælibet figura, ſi ei jacens recta linea ſupraducatur, tot ſignificabit millenarios, quot per ſe ſignificat unitates.*

¶ Traduco, *ere*, hinüber führen, herüber bringen. Cæſ. de B. Gall. 1, 12

Vbi per exploratores Cæsar certior factus est, tres jam copiarum partes, Helvetios, id flumen traduxisse. conf. 2, 5 & 10, & quæ Davisius de hac constructione ad 1, 12 notavit. Ter. Adelph. 5, 7, 12 *Traduc & matrem & familiam omnem ad nos.* Suet. Tito c. 8 *Hos* (delatores) *affixae in foro flagellis & fustibus caesos, ac novissime traductos per Amphitheatri harenam partim subjici in servos ac venire imperavit &c.* Nimirum mos obtinuit olim, ut fontes & noxii per amphitheatra, ubi magna semper frequentia hominum erat, inter ludibria varia traducerentur, quo hic locus Suetonii pertinet. Vide in *Amphitheatrum.* Seneca de Ira 1, 7 *Hic damnatum cum dedecore, & traductione vitae exigit.* Hinc *traducere* diffamare est, de quo postea dicemus. ¶ 2. Metaphorice Cic. fam. 1, 2 *Traducere animum ab omni alia cogitatione ad tuendam dignitatem,* allein darauf bedacht ſeyn. Idem pæne est quod convertere, estque contrarium verbo *Abducere.* Cic. fam. 1, 5 *Animos a minore cura ad summum timorem traducere,* den ſinn drauf richten. ¶ 3. *Traducere tempus, vitam,* est transigere, die zeit hinbringen. Cic. de Sen. c. 23 *Vitam otiosam & quietam sine ullo labore & contentione traducere.* ¶ 4. Pro deferre infamiæ causſa, übel berüchtigen, austragen, durchziehen; quod & *Traducere per ora hominum,* Livius dixit 2, 38. Et Sen. de Ben. 2, 17 *Malignis luxuriosa proposita est, colluſorem traducere.* Iuvenal. 8, 17 *Squalentes traducit avos,* i. e. dedecorat. conf. Parei Lex. Crit. p. 1246. it. Erh. ad Petron. c. 17 p. 60. ¶ 5. Apud eund. Petron. c. 41 p. 184 *traducere* est ostentare. v. Scheffer. ¶ 6. Sed *Traducere* pro *vertere* latine dici, negat Voſſ. de Vit. L. L. 1, 34.

¶ Transduco, *ere,* idem ac *Traducere,* a quo ſola orthographia distat. Ita quidam libri antiqui. v. g. *Transduci in melius,* Senec. de Ira 2, 13, ubi aliis libris legitur *traduci.*

¶ Traductus, *a, um,* hingeleitet. Varro de R. R. 1, 8 *Ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit.* ¶ 2. Actus, zugebracht. Cic. pro Planc. c. 12 *O adolescentiam traductam eleganter.* ¶ 3. *Iulia Traducta* coloniæ nomen juxta Herculeum fretum, de qua Voſſium vide ad Melam 2, 6.

¶ Traiectus, *us,* m. die überfahrt. Ammian. 18, 8 *Praesidium per eos traiectus agentes.*

¶ Traiectio, *onis,* f. die überführung; ut, *Traiectio captorum,* Auſon. ad Gratian. c. 4. ¶ 2. Exactio: ut, *Traiectio temporis,* zeitvertreibung, Cic. de Divin. 1, 56. ¶ 3. Pro infamia, die verhöhnung: ut, *Damnatus cum dedecore & traiectione,* Senec. 1 de Ira c. 6. *Traiectio furibundi hominis ad plebem,* Cic. pro Sext. 7. ¶ 4. In oratoriis pertinet ad eam figuram, quam Metonymiam vocant, & cum idem verbum crebrius poſitum, non modo non offendit animum, ſed etiam concinniorem orationem reddit. v. Cic. de Orat. 3, 42, & Auct. ad Herenn. 4, 14.

¶ Traiector, *oris,* m. qui traducit. Cic. ad Att. 2, 9 *Traiector ad plebem,* de Pompejo, qui auſpiciis ſuis traduxit ad plebem Clodium.

¶ Traiectus, *ûs,* m. ein gefäncf; pl. *Traiectus,* vites dicuntur, quæ in alias atque alias arbores traduncuntur, weinſtöcke oder reben, die man forder lendt, überſchüßling; Vide Varr. de R. R. 1, 8, & Colum. 5, 6 & 7. Tac. Hiſt. 2, 25 *Spatium Vitellianis datum in vineas nexu traducum impeditas refugiendi.* ¶ 2. Traductum hinc vocabulum ad diſputationem de animarum origine. Iam olim enim quæſitum, an anima ex traduce ſit, hoc est, ex parentibus propagetur, quæ Tertulliani opinio fuit, quem vide de Carne Chriſti c. 20 & adv. Valent. c. 25, an a Deo dimanet & inſeratur in corpus, quæ receptiſſima veteris Eccleſiæ opinio fuit, adeo, ut erroris arguerent, qui aliter ſentiret. Hinc Prudentius Apotheoſi, ea parte, qua de natura animæ diſerte & copioſe diſputat, v. 983 *Vitandus tamen error erit, ne traduce carnis Transfundi in ſobolem credatur fons animarum Sanguinis exemplo, cui texta propagine vena eſt.* De quo cum Auguſtino veniſſet in mentem, hærendi ac dubitandi nata ipſi occaſio eſt, ut nihil ſtatuere aſſeveranter, ac definire de ea quæſtione vellet. Vide ipſum epiſt. 158.

DŸDVM, q. d. diudum, ut ſcribunt etiam aliqui, lang, längſt. Cujus ſignificationem explicat Donatus ad Ter. Andr. 3, 4, 3 *Adverbia,* inquit, *Temporis aut certa ſunt, ut* HODIE, CRAS; *aut incerta, ut* DVDVM, NVPER. *Itaque incertis certam additur tempus, ut* IAMDVDVM, NVNC, NVPER. Add. Valla 2, 34. Cic. Att. 11, 24 *Quae dudum ad me ſcripſiſti.* Plaut. Pœn. 1, 3, 7 *Dedi dudum.* Ter. And. 3, 4, 3 *Ego dudum nonnihil veritus ſum &c.* Et, *Ita viſus eſt dudum,* de eo, quod paucis ante horis factum erat Eun. 4, 4, 15. *Beneficium verbis initum dudum,* Andr. 5, 1, 5. Adde Virg. Æn. 5, 650. Plaut. Amphitr. 2, 2, 60. *Dudum, jam dudum, pridem, modo,* idem ſignificant, nempe tempus proxime præcedens. vid. *pridem* n. 2. ¶ 2. De futuro adhibuit Virg. Æn. 2, 103. vid. Taubm.

Iamdudum, vide infra in *Iam.*

¶ Quamdudum, wie neulich, wie lange. Ter. Andr. 5, 2, 9 *Modo introii.* Simo: *Quaſi ego, quam dudum, rogem.* conf. Eun. 4, 4, 30. Et Plaut. Trin. 3, 1, 7 *Quamdudum iſtud aut ubi actum eſt?*

¶ Perdūdum, ſehr lange. Plaut. Stich. 4, 1, 69 *Haud perdudum.*

DVELLVM, *i,* n. revera nihil aliud, quam bellum in genere ſignificat, krieg, ſtreit. Nam ſicut antiquiſſimi non *bonus,* ſed *duonus,* non *bini,* ſed *duini;* ita non *bellum,* ſed *duellum* dicebant. Cicero in Orat. c. 45 complura in latina lingua ſuavitatis & aurium cauſſa immutata a ratione veteri tradit: *Quid vero,* inquit, *licentius, quam quod hominum etiam nomina contrahebant, quo eſſent aptiora? Nam ut* duellum bellum, & dais bis: *ſic* Duellium *eum, qui Poenos claſſe devicit,* Bellium *nominarunt, cum superiores ſemper appellati eſſent* DVELLII. Vide & Quintil. 1, 4; itemque Scalig. Poët. 3, 89; & Barth. ad Briton. Aremor. p. 674. Cic. de Leg. 2, 18 *Iam aes atque ferrum duelli inſtrumenta.* Plaut. Amph. 1, 1, 33 *Legiones reveniunt domum duello extincto maximo.* Horat. 1 ep. 2, 7 *Graecia barbariae lento colliſa duello.* Loquitur de Trojano bello, quo Græcia Phrygiaque, quam *Barbariam* vocat, cujus princeps Priamus regnum fuit, commiſa fuit. Idem ad Auguſtum 2 ep. 1, 253 *Terrarumque ſitus, & flumina dicere, & arces Montibus impoſitas, & barbara regna, tuisque Auſpiciis totum confecta duella per orbem.* ¶ 2. A duabus partibus de victoria dimicantibus translata deinde vox est ad certamen ſingulare, ſive pugnam unius cum uno, ut ſit non niſi duorum concertatio ſeu dimicatio, ein duell, zweykampf. Quod vero vulgus *duellum* hodie vocat, *ſingularis pugna* dicitur Eutropio 2, 2, & Sulp. Sever. 1, 34. Item *ſingulare certamen* Vopiſco in Probo c. 9. Provocatio ad duella ſolennis olim inter proceres innocentiæ probatio erat. vid. Camerar. Cent. 2 Hor. Subcif. c. 19; Barth. loco proxime cit. p. 280, 545. Et qui de *Ordaliis Divinis* h. e. de judiciis ſcripſere, ad quæ referebant duella, v. g. Beemannus.

¶ Duellātor, *oris,* m. pro *Bellator,* ein krieger, dixit Plautus prol. ext. Capt. *Iudices juſtiſſimi Domi, bellique duellatores optimi.*

¶ Duellīcus, *a, um,* i. e. bellicoſus, kriegeriſch. Plaut. Epid. 3, 4, 14 *Arte duellica divitias magnas indeptus.* Lucret. 2, 660 *Duellica proles.*

¶ Duellis, *e,* i. e. hoſtis, ein feind. Arnob. lib. 1 *Duelles pereunt.*

¶ Duellona, *æ,* f. i. e. Bellona. Varro L. L. 4, 10 *Bellona a bello nunc, quae Duellona duello.* conf. 6, 3.

¶ Perduellis, *is,* m. hoſtis bellum pertinaciter urgens adverſus magiſtratum & communem tranquillitatem, ein abgeſagter öffentlicher feind. Cic. Off. 1, 12 *Animadverto, quod, qui proprio nomine perduellis eſſet, is hoſtis vocaretur, lenitate verbi triſtitiam rei mitigante.* Et 3, 29 *Piratae non eſt ex perduellium numero definitus,* ſed communis hoſtis omnium, l. 234 D. de Verb. Signif. *Quos nos hoſtes appellamus, eos veteres Perduelles appellabant, per eam adjectionem indicantes, cum quibus bellum eſſet.*

¶ Perduellio, *ōnis,* f. die fehd, abgeſagte feindſchaft. Vlp. l. ult. Dig. ad Leg. Iuliam Majeſtatis: *Qui perduellionis reus eſt, hoſtili animo adverſum remp. vel principem animatus eſt.* ¶ 2. Liv. 1, 26 pro *parricidio,* videtur poſuiſſe. vid. Godelenæus. Et vero Turnebus obſervat, antiquitus *perduellionem* nihil aliud ſignificaſſe quam cædem, quem vide Adverſ. 17, 7. Aliter Sigonius de antiquo jure Civ. Rom. 2, 5, 18. vid. & ICtos.

¶ Perduellum, *i,* n. idem ac *bellum* vel *duellum,* Varr. de L. L. 6, 3. Et Accius: *De ſumma tibi perduellum eſto.*

DVELLVS, *a, um,* apud veteres idem ac *Bellus,* ſchön. Nævius apud Quintil. 1, 4 *Facies viriginis duellae.* conf. Titinn. apud Nonium 3, 117.

Duicenſus, duidens, vide *Duo,* Duim, *Do,* Duitas, *Duo,* Dulcacidus, dulcedo &c. *Dulcis.*

DVLIVS, *i,* nomen Ducis Romani, qui primus Pœnos prœlio navali vicit, quam ob cauſſam ei columna poſita est roſtrata, peculiari libello expoſita a Pe. Ciacconio. Subjectus is eſt Floro v. g. Græviano. vide etiam Drakenb. ad Sil. 6, 663 ſq. ¶ 2. Plebejus aliquis patriciis infeſtus. vid. *Icilius.*

DVLCIS, *e,* jucundum, gratum, γλυκὺς, formant a deliciis, quæ dulcibus inſunt, lieblich, ſüſſe, angenehm. De ſapidis proprie, ut, *aqua dulcis,* quam *marinæ* Varro opponit de R. R. 3, 3. *Muſtum dulce,* Virg. Georg. 1, 295. *Matura dulcior uva,* Ovid. Met. 13, 796. *Dulcia poma,* Horat. 2 ſat. 5, 12. ¶ 2. Tralate jucundus, lieb, angenehm; ut, *Nihil dulcius his libris,* Nep. 25, 18, 4. *Dulciſſima epiſtola,* Cic. Att. 15, 13. *Dulce carmen,* Quint. 12, 10 p. 1094. *Dulce lucellum,* Horat. 1 ep. 18, 102. Et ante paullo v. 86 *Dulcis inexpertis cultura potentis amici, Expertus metuit. Dulcis amica* est ejusd. Hor. 1 ep. 7, 12. Ovid. Triſt. 5, 4, 29 *O dulcior illo Melle, quod in cerls Attica ponit apes.* Inprimis eſt paterni in filios affectus nota. vid. Bynckersh. Obſ. Iur. Ro. 1, 19. Iuv. 6, 38; 5, 139. conf. Menck. Obſerv. L. L. hac voce. ¶ 3. Dulcis etiam idem, quod formoſus eſt. Nam formoſorum adſpectus gratus & dulcis. Ita Horatius *Cupidines dulces* diſſite videtur, 4 od. 1, 4. Statius Epithalamio Steſichori v. 154 *Mihi dulcis imago Proſiluit.*

¶ Dulce, angenehmlich, quaſi adverbium. Catull. 52, 4 *Qui te Spellat & audit Dulce ridentem.* Horat. 1, 7, 27 *Dulce loqui.* Adde Martial. 7 epigr. 99. Apul. 6 Met. p. 660; & 2 Met. p. 204. Comp. & ſuperl. vide mox in *Dulciter.*

¶ Dulcia, plur. placentæ dulces, marcipan. Lamprid. Heliog. c. 27. Sic, *Dulcia de melle,* honigkuchen, Apic. 1, 14. *Dulcia piperata,* pfeffer-nüßgen, Id. 7, 11. conf. Iſidor. 20, 2.

¶ Dulciarius, *a, um,* dulcia faciens; ut, *Piſtor dulciarius,* ein küchel- zuckel- paſteten- becker. Martial. 14 lemmate epigr. 222 & Apul. 10 Met. p. 244 ed. Elmenh. Adde Lamprid. Heliog. c. 1. Romani primis temporibus ſtrenarum loco ſibi invicem mittebant caricas, caryotides, & mella, ut dulces amici a dulcibus rebus auſpicarentur, eſſentque in omen futuræ ſuavitatis ineuntis anni. Et hæc munera dicebantur.

¶ Dulciāria, *orum,* n. pl. zuckerwerck, ut notat Hoſpinian. c. 8 de Orig. Feſt. f. 55 b. Apicius 7, 11 *Dulcia domeſtica, quae dulciaria vocant.*

¶ Dulcĭcŭlus, *a, um,* dimin. ſüßlicht. *Dulcicula potio,* Cic. Tuſc. 3, 19. *Dulciculus caſeus,* Plaut. Pœn. 1, 2, 177.

¶ Dulcicŭlus, *i,* m. aliud dimin. zuckergebackenes, macrone. Apul. 4 Met. p. 516 *Mellitis dulciculis ventrem ſaginare.*

¶ Dulcēdo, *ĭnis,* f. ſuavitas, lieblichkeit, ſüßigkeit. *Dulcedo vivendi,* Cic. ad Brut. ep. 16. *Orationis dulcedo,* Id. Orat. 3, 40. *Somni dulcedine captus,* Stat. Theb. 10, 79. Et Marius Ciceroni fam. 11, 28 *Neque pecuniae dulcedine captus ſum,* ich habe mich die liebe des geldes nicht einnehmen laſſen. Sen. ep. 9 *Vt aliarum nobis rerum innata dulcedo eſt, ſic amicitiae,* es iſt eine natürliche begierde. Boëth. lib. 2 Proſa 4 *Quam multis amaritudinibus humanae felicitatis dulcedo reſperſa eſt!* Grat. Cyneg. 408 *At ſi deformis lacerum dulcedine corpus Perſequitur ſcabies.* Vid. *Scabies* n. 2.

¶ Dulcĭtas, *ātis,* f. idem. Accius apud Nonium 2, 215 *O dulcitas conſpirantis animae!* Apulej. de Mundo: *Dulcitas ſici.*

¶ Dulcĭtūdo, *ĭnis,* f. idem. Cic. de Orat. 3, 25 *Quin etiam qui eſt ſenſus ex omnibus maxime voluptarius, quique praeter caeteros ſenſus dulcitudine commoveatur.* Inſcriptio apud Gruter. p. 752 n. 3 CVM QVA VIXIT ANNIS XIII CVM MAGNA DVLCITVDINE.

¶ Dulcor, *ōris,* m. id. Tertull. adv. Marc. 3, 5 *Montes deſtillaturi dulcorem.* conf. Carm. 1 adv. Marc. c. 6; & Theod. Priſc. de Diæta c. 12.

¶ Dulciter, adv. ſüß, ſüßlicht. Cic. de Fin. 2, 6 *Voluptate ſenſus dulciter ac jucunde movetur.* Quintil. 12, 10 p. 1104 Burm. *Dicere dulciter.* Et Apul. lib. 2 Mile. *Meque reſpiciens, ſorbillat dulciter.* Comp. Cic. in Orat. c. 47 *Dulcius viſum eſt.* Prudent. Cathem. 5, 95 *Lignum eſt, quo ſapiunt aſpera dulcius.* Superl. Cic. de Clar. Or. c. 19 *Hiſtoria quaedam Graeca, ſcripta dulciſſime.*

¶ Dulcēſco, *ĕre,* ſüß und lieblich werdeñ. Cic. de Senect. c. 15 *Vva maturata dulceſcit.* Et Paullinus ad Nicetam v. 30 *Vnde miſſo Dulcuit ligno.* Adde Plin. 3, 18; 14, 1; & 31, 6.

¶ Dulcĭo, *ire,* pro *Dulcere,* idem. Lucretius 2, 473 *Humor dulcit, ubi per terras crebrius idem Percolatur.*

¶ Dulco,

¶ Dulco, *are*, i. e. dulce reddere, antiquum: recentioribus tamen usitatum verbum, ſüſſe machen. Sid. 5 ep 4 *Oſi mox amaritudinem poſtis affatibus dulcare non deſinant.* v. Voſſ 3 Inſtit Orat. p. 379.

¶ Dulcātus, *a, um*, verſ pet. Idem Sidon. 2 carm. v. 105 *Ferunt exorto flamina melle Dulcatis cunctata vadis.*

¶ Dulcōro, *are*, idem quod *Dulcare*. Sarisb. 8, 16 *Dulcorare aquas*, conf. Vulg. Interpr. Prov. 27, 9.

¶ Dulcorātus, *a, um*, idem quod *Dulcatus*. Ambroſ. de Inſtit. Virgin. *Fons Maria per lignum dulcoratus.*

¶ Dulcoratio, *ōnis*, f. die verſüſſung, apud Afranium.

¶ Dulcorārius, *i*, m. ein ſchmeichler. Sarisb. 8, 13 *Dulcorarii mendaces.*

Dulcacĭdus, *a, um*, ſaß und ſauer. Q. Seren. de Med. c. 12 v. 151 *Crudoque dulcacido miſcebis vapa liquori.* Ita & 733 & alias. Et Gloſſ. gr. lat. ὀξύγλυκυς, *dulcacidum.*

Dulcamārus, *a, um*, γλυκύπικρος, ſüß und bitter. Sic Meliſſus *Dulcamaram aquam* vocat lacrymas. ¶ 2. *Dulcamara* herba eſt Matthiolo, hünſöfraut. ¶ 3. A Plauto connectitur *Dulce-amarum* Cift. 1, 1, 71, Pſeud. 1, 1, 61, & 2, 4, 1, Truc. 2, 3, 25, ubi de amore & rebus amatoriis.

¶ Dulcifer, *a, um*, dulcis. Plaut. Pſeud. 5, 1, 18 *Cantharum dulciferum propinare.*

¶ Dulciſluus, *a, um*, poëticum, idem. Dracontius Hexaem. v. 49 *Dulciſlui fontes.*

¶ Dulciloquus, *a, um*, annehmlich redend. Onomaſt. Vet. *Dulciloquus*, μελίλογος. Apul. Apol. 1 p. 129 *Dulciloquus calamus.* Sidon. 8 epiſt. 11 *Dulciloqua canoras arte.*

¶ Dulciloquium, *i*, n. die ſüſſe rede. Sarisb. epiſt. *Aures dulciloquio perfricare.*

¶ Dulciloriloquus, *a, um*, qui dulci ore loquitur. Ira Nævius in Alceſtide græco more Neſtorem dixit apud Gellium 19, 7.

¶ Dulcimodus, *a, um*, wohllautend, wohlklingend, poët. Prudent. Pſychom. v. 657 *Myſtica dulcimodis Virtutum carmina pſalmis.*

¶ Dulcinervis, *e*, idem. Mart. Capella 9 p. 30 *Dulcinervis arcus.*

¶ Dulcisōnus, *a, um*, idem. Sidonius carm. 6, 5 *Dulciſonum quatitur fidibus dum pectine murmur.* Apul. Aſclep. p. 407 *Concentus dulciſonus.* Mart. Capella lib 9 *Dulciſoni toni.*

Compoſita cum præpoſit.

¶ Condulco, *are*, idem ac *Dulcare*. Vulg. Interpr. Sirac. 27, 26.

¶ Edulco, *are*, idem atque ſimplex, aut cum augmento. Martius in Mimiambis apud Gell. 15, 25 *Propterea edulcare convenit vitam Curasque acerbas Senſibus gaberunare.*

¶ Indulco, *are*, ſüß machen. Tertull. adv. Iud. c. 13 *Hoc enim lignum tunc in ſacramento erat, quo Moyſes aquam amaram indulcavit.* Conf. Vulg. Interp. Sirac. 12, 16.

¶ Indulcātus, *a, um*, verſſet. Optatus Afer lib. 6 *O aqua indulcata.* Oct. Horat. 1, 10 *Succus indulcatus.* Vulg. Interpr. Sirac. 38, 5 *Indulcata aqua.*

¶ Indulcĭtas, *atis*, f. idem quod *Dulcitas* apud Nonium 2, 215, ubi Cæcilius: *Tantan' invaſit in corda indulcitas.* Sed bene Mercerius conjicit *Tantan' invaſit in cor Davi dulcitas.* Certe ſub *Dulcitas* refert hoc exemplum Nonius.

¶ Obdulco, *are*, ſaß machen. Ambroſ. in Hexaem. 5, 21 de melle: *Fauces obdulcat & curat vulnera.* Cæl. Aurel. 4, 1, 12 *Obdulcare ſale & oleo*, i. e. condire, würtzen.

¶ Obdulcatus, *a, um*, verſüſſet. Vulg. Interp. Iudith. 5, 15 *Fontes amari obdulcati.*

¶ Obdulcesco, *ere*, ſüß werden. Gloſſ. lat. gr. *Obdulcesco*, περιγλυκύνομαι.

¶ Prædulcis, *e*, admodum dulcis, ſehr ſüß. Claud. 2 de laud. Stilic. v. 132 *Luxuries prædulce malum.* Nemeſian. eclog. 1, 22 *Prædulcis tibia.* Ac Statius 5 Silv. 3, 82 de Sirenibus: *Ty. ibene vocuces nautis prædulce minantur.* Vbi *prædulce* adverbialiter videtur uſurpari.

¶ Subdulcis, *e*, etwas ſüß und lieblich. Plin. 26, 8 *Radix ſubdulcis, in petris naſcens.*

¶ Subdulcesco, *ere*, ſüßlicht werden, apud Celſum.

DVLA, *æ*, f. δοῦλος, ſervitus ſive cultus, quem ſervi Domino exhibent, der dienſt. Vox eſt eccleſiaſtica.

¶ Dulice, adverb. δουλικῶς, inſtar ſervi. Plaut. Mil. 2, 2, 58 *Adſtare dulice.*

DVLICHIVM, *i*, n. inſula una Echinadum. Virg Æn. 3, 271 *Dulichiumque Sameque, & Neritos ardua ſaxis.* v. Barth. ad 1 Achilleid. Stat. p. 1555, quæ Vlyſſi paruit, a qua *Dulichius* cognominarus iuit. vid. Propert. 2, 11, 4, ubi bene Brouckhuſius obſervat, ſecernere ab Vlyſſis imperio Homerum Dulichiam; eam tamen a Propertio ſubinde cum Ithaca miſceri. vid. Heinſ. ad Ovid. R. A. 699, ubi *Dulichio more* eſt Vlyſſeo.

¶ Dulichius, *a, um*, adject. Idem ecl. 6, 76 *Dulichias vexaſſe rates, &c.*

DVM, adv. temporis, varia ſignificat, indent, wenn; & varie conſtruitur, modo cum indicativo, quoties ſcilicet temporis præſentis actum indicat, modo cum conjunctivo. Ter. Heaut. 2, 3, 16 *Dum ego patria carco.* Id. Andr. 4, 1, 53 *Dum proſum tibi.* ¶ 2. Deinde valet *donec*, bis, ſo lange bis. Cic. Arr. 7, 1 *Expecta, amabo te, dum Atticum conveniam.* Nepos 4, 3, 1 *Expectabant, dum ſe recipiſa aperiret.* Liv. 27, 42 *Conſul tamdem ini moratus, dum militi, ad pugnam diſcurrunt.* Cic. Tuſc. 4, 36 *Vleiſcendi vim differant in tempus aliud, dum deferveſcat ira.* ¶ 3. Sic & *Dum* pro *quamdiu*, ſo lange. Cic. pro Roſc. Am. c. 32 *Dum hominum genus erit, qui accuſet eos, non decrit: Dum civitas erit, judicia ſient.* Ter. Andr. 1, 2 *Dum tempus ad eam rem tulit, ſive &c.* ¶ 4. Pro *dummodo*, wenn nur. Phædrus 1, 16 *Clitellas dum portem meas.* Id. 5, 1 *Invitari dum non poſſit.* Quintil. Decl. 17 *Dum me ab vita, quæ animi mei tempore quod impulerit, abducat.* ¶ 5. Eleganter ei præponitur alia particula: v. g. *Tantiſper.* Ter. Heaut. 1, 1, 54 *Ego te meum dici tantiſper volo, dum, quod te dignum eſt, faci*, ſo lange, als du treuſt, was dir gebühret. Plaut. Moſt. 3, 1, 157 *Ego hic tantiſper, dum exeo, te operiar.* Sic *Qui dum?* warum denn? Sic *Nil dum*, noch nichts, id eſt, nihil adhuc; *vix dum* pro vix adhuc, noch kaum. Sic Livius quoque 21, 3 *Hanc vix dum ſpem ... adhuc ... haerebat, ad ſe accipiebat.* Et 25, 14 *Vix dum ſatis certa luce.* Et 24, 20 *Quamquam ſimulata lenitas nihil dum profecerat.* Et, *Nedum*, ja geſchweigen. Ter. Heaut. 3, 1, 24 *Sefferre amatur nedquam eas ſanctas facit ... nedum tu pudes.* Vel Max 3, 2, 26 *Ornamenta etiam hoſtes, nedum milites ſuos mirata ...* ¶ 6. At, *Nedum*, aber noch nicht. Liv. 21, 6 *Hae legationes ... recitatae ... nedum miſſa.* Idem 5, 12 *Nedum dum certamus*, i. e. nullo adhuc facto. conf. 3, 53; 7, 33; & 29, 11. conf. *Nondum*, *Haudam* in Non & Haud. ¶ 7. Apud veteres non raro redundans hæc adjungi particula ſolebat, verbis, atque nominibus etiam interdum. Senec. Med. v. 987 *Perage dum facinus manu.* Plaut. Menæch. 2, 3, 35 *Accipe dum hoc.* Id. Bacch. 2, 3, 25 *Primumdum inficias ire cœpit*, &c. Sic *Agedum*, *Ehodum*, *Vocadum*, vide in *Age*, *Eho*, *Voca*. vide etiam Pet. Colvii Not. in Apulej. Apol. p. 250.

¶ Dummŏdŏ, wenn nur. Cic. Off. 3, 21 *Omnia recta & honeſta negligunt, dummodo potentiam conſequantur.* Id. Catil. 1, 5 *Dummodo inter me atque te murus interſit.* Sic & in conditione negante Cic. ad Qu. Fr. 1, 1 *Sit ſumma in jure dicendo ſeveritas, dummodo ne ea varietur gratia.*

¶ Dumme, dummodo non. Cic. ad Pomp. ſub Att. 8, 11 *Ego, ſi cui adhuc vide ... ſcripſi, ſcripſi dumne tibi videa.* conf. Ter Andr 5, 3, 31.

¶ Dum tamen, ſi modo. Columell. præf. lib. 1 de R. R. *Cujus præcepta ſi vel temere ab indoctis, dum tamen agrorum poſſeſſoribus antiquo more adminiſtraventur, minus jacturæ pateretur res ruſticæ.* conf. Celſ. 3, 4.

DVMNOTONVS, *i*, locus Aquitaniæ. v. Auſon. epiſt. 4, 52: & 5, 13 & 29.

¶ Dumnētōnus, *a, um*, adject. ut, *Dumnetona domus*, Ibid. 7, 55.

DŪMVS, *i*, n. ein dornſtrauch, buſch, hecken; ut, *Sicca dumi torrida*, Virg. Æn. 9, 382. *Amantes ardua dumi*, Idem Georg. 2, 315. *Columbi ia e dumis eminens*, Cic. Tuſcul 5, 23.

¶ Dūmōtus, *a, um*, hecklicht, dornicht; ut, *Arva dumoſa*, Id. 2 Georg. v. 180. *Rupes dumoſa*, Id. eclog. 1, 77. *Dumoſi glareoſique montes*, Colum. 4, 33.

¶ Dumālis, *e*, idem. Mart. Capella lib. 3 *Dumalibus hirta ſetis.*

¶ Dūmētum, *i*, n. ein dornbuſch, gehecke, Virg. Georg. 1, 15. ¶ 2. Translate Cicero ſpinoſas & jejunas philoſophorum diſputationes *dumeta* vocat, Acad. Qu. eſt. 4, 35 *Cum ſit campus, in quo poſſit exiſtere oratio, eorum in tantas anguſtias, & in Stoicorum dumeta compellimus.* Conf. de Nat. Deor. 1, 24.

¶ Dumetum quaſi *Dumicetum* pro *Dumetum* antiqui dicebant, Feſt.

¶ Dumĭcŏla, *æ*, m. habitans inter dumos, der im gebüſche wohnt. Avienus Perieg. v. 895 *Dumicolas Arienos.*

DVNTAXAT, adverb. idem quod ſolum, nur, allein. Priſciano dicitur quaſi *dum taxetur hoc unum*, a *dum* & *taxo*, i. e. æſtimo. Cato R. R. 49, 1 *Vitem duntaxat bracchium craſſum tran ferre licebit*, h. e. non craſſiorem. Cic. de Amic. c. 15 *Cohortar autem ſpectatiſſimum quemque ... duntaxat ad tempus.* Id. de Orat. 2, 27 *Hae artes quidem & praecepta duntaxat requirunt.* Id. Att. 4, 3 ſub fin. *Nos animis duntaxat vigemus.* Et ad Brut. ep. 3 *Conſules duos bonos amiſimus, ſed duntaxat bonos*, die nichts mehr als fromm waren. conf. Lucret. 2, 122; & 3, 368. Vet. Gloſſ. *Duntaxat*, μόνον καὶ μέχρι τούτου, δηλαδή. Ad ultimam interpretationem illud Suetonii Aug. c. 66 *Non tantum virtutes ac merita cujusque digne perſecutus, ſed vitia quoque & delicta duntaxat modica perpeſſus*, refert Caſaubonus: ſed poteſt etiam ſignificare ſaltem, minimum. v. Græv. ad Cic. Att. 5, 10 p. 496.

DVO, *duæ*, *duo*, zween, zwo, zwey; ut, *Duo fulmina belli*, Virg. Æn. 6. *Duas vores habere*, Ter Phorm. 5, 1, 28. *Nat ... rum ... Dijudicare rerum*, Lucret. 1, 503. ¶ 2. Accul. Plur. Maſc. ... pro *duos* defendunt Gronovius ad Liv. 33, 21, quod pluribus ibi ex Livio exemplis, etiam de *Ambo*, confirmat: item I. G. Grævius ad Suet. Claud. c. 14, & Stewech. ad Arnob. lib. 3 p. 93. Veteres enim promiſcue dixerunt *duo & duos*; ... quod viri docti, & in hoc ... dati auctores, infinitis fere exemplis oſtenderunt. v. g. Cic. fam. 7, 29 *duos patricios ... eosdem ... ad eum.* Et ad Cæſar. ſub Attic 9, 11 *Vos duo delegi.* Sic Gruterus, Grævius, & optimi quique MStorum ſectatores. Varro de R. R. 2, 5 p. 78 ed. Scal. *duos tauros.* vid. etiam Burm. ad Quint. 2, 1 p. 197. ¶ 3. *Duo* in neutro plur. Veteres dixerunt pro *Duæ*, Quintil. 1, 12. Et apud Cic. in Orat. c. 45 Accius: *Video ſepulcra duo ... corpora.* Vbi idem dixit: *Mulier ... duum virûm*, pro *duorum virorum.* De illo *duæ* Brouckh. ad Prop. 2, 20, 39. Burm. ad Calpurn. ecl. 3, 29. ¶ 4. *Duobus*, *duabus* Dat. & Abl. plur. eſt ut, *Duabus ... addam*, Ter Hec. 3, 3, 33. *Natura duabus conſiſtit rebus*, Lucret. 1, 419.

¶ Duālis, *e*, zweyerley; ut, *Dualis numerus*, Quintil. 5, 1 Gloſſ. gr. lat. δυικὸς, *Dualis.*

¶ Dualiter, adv. idem apud Grammaticos.

¶ Duāni, *æ*, *a*, i. q. *bini*, *æ*, *a*, je zwey. Varr. de L. L. 7, 30.

¶ Duĭtas, *atis*, f. i. e. dualitas, die zweyfaltigkeit. L. 4 § 3 ff. de V. S. *Videam dictum ſit ſine duitate.*

¶ Duĭtæ, *arum*, m. pl. hæretici, qui duos Deos fingebant. vid. Prudent. Hamart. præf. v. 37.

¶ Duicenſus, *i*, m. dicebatur *cum altero, i. e. filio cenſur*, Feſt. Centenarium ei ... qui ne prole ... ter ... ad hoc ... tabat.

¶ Duidens, *tis*, i. e. *bifidus dentes*, Feſt qui e nimirum duos habet dentes.

¶ Duiger, *ara*, *um*, i. e. *Biga*. Varr. de L. L. 7, 30

Duodĕcim, duodecies, duodecimus, &c. vide *Decem.*

Duodeviginti, duodeviceni, duodevicesimus, vide *Viginti.*

Duodetriginta, duodetrecies, vide *Triginta* in *Tres.*

Duodequadraginta, duodequadragies, vide *Quatuor.*

Duodequinquaginta, duodequinquagies, vide *Sex.*

Duodeoctoginta, vide *Octo.*

Duodenonagenta, vide *Novem.* De his compoſitis in univerſum obſervandum, *duo* eſſe indeclinabile. Vid Perizon animadverſ. c. 10 p. 450 ſq

Ducenti, Duceni, &c. vide *Centum.*

Duopondium, duopondius, vide *Pondo.*

¶ Düplex, *icis*, o. zweyfach, zweyfältig, zweyerley, doppelt. Corn. Nep. 14, 3, 2 *Amiculum duplex.* Virg. Æn. 5, 421 *Duplex amictus.* Horat. 1 ep. 17, 25 *Duplex pannus.* v. Oct. Ferrar. de Re vestiar. 2, 1, 9, qui putat *duplex* dictum, quod denſum craſſumque ac villoſum eſſet, vel pro duplici panno confertum. Græcis eſt χλαῖνα διπλῆ. Ter. Phorm. 4, 2, 13 *Spe duplici uti*, zweyerley zu hoffen haben. *Duplices viri*, διπλοῖ ἄνδρες, proverbio dicuntur inſinceri & bilingues, quorum animus & oratio diſcrepant, falſche leute, die mit zweyen zungen reden. ¶ 2. Latus, craſſus, Virg. Georg. 1, 182 *Binæ aures duplici aptantur dentalia dorſo.* Vbi Servius: *DENTALE*, inquit, *eſt lignum, ad quod vomer includitur. DVPLICI autem DORSO dicitur, aut* late, *ut*: At duplex agitur per lumbos ſpina: *aut revera* duplici, *cujus utrumque eminet latus.* Vide Turn. 13, 1, & 28, 47. ¶ 3. *Duplicia ferramenta*, id eſt, duplo plura, Colum. 1, 8.

¶ Düpliciter, adverb. duobus modis, doppelt, zweyfach. Cic. fam. 9, 20 *Dupliciter delectatus ſum tuis literis.* conf. fam. 8, 10.

¶ Düplicĭtas, *atis*, f. die zweyfältigkeit. Lactant. de Opif. Dei c. 8 *Animum duplicitas.*

¶ Duplicarius, *i*, *Duplicarii*, ut Varro interpretatur L. L. 4, 16, *quibus ob virtutem duplicia cibaria ut daventur, inſtitutum*: ein doppel-ſoldner, Liv. 2, 59: ubi vid. Marcell. Donatus. Iidem *Duplares.*

¶ Duplio, *ōnis*, zweyfache ſtraffe oder buſſe. Plin. 18, 3 *Noxiam duplione decerni. Duplionis* voce veteres pro *duplo* uſi ſunt, eoque ſignificarunt duplicem vel pecuniæ vel capitis mulctam. vid. Feſt. Hinc in legg. XII Tab. *Duplionis pœnam ſubire.* vide Roſin. Antiqu. Rom. l. 8 p. 791.

¶ Duplus, *a, um*, zweymahl ſo viel; ut, *Dupla pars*, zwey theil, Cic. de Vniverſ. c. 7.

¶ Dupla, *æ*, f. ſubſt. ein zweyfältiges; ut, *Duplæ cautio*, de qua l. 48 & 56 ff. de evict. *Duplæ ſtipulatio*, l. 4 § 2 ff. de Verb. oblig. conf. Sid. 4 epiſt. 24.

¶ Duplum, *i*, n. ſubſt. id. Cato præf. de R. R. *Ita in legibus poſuere, furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli.* Cic. pro Flacco c. 21 *In duplum ire.* Plaut. Pœn. 1, 1, 56 *Dupli fur.*

¶ Düplo, *are*, doppelt geben. *Quod datum eſt, duplatur*, l. 14 § 5 ff. de ſerv. corrupt. & l. 20 pr. ff. de liber. cauſſa.

¶ Duplatio, *ōnis*, f. die verdoppelung, apud ICtos dupla pœna. vid. l. 31 ff. de nov. action.

¶ Duplaris, *e*, idem qui duplicarius, ubi vid. Macrob. de Somn. Scip. 1, 6 *Duplares milites.* Veget. 2, 7 *Duplares torquati.*

¶ Duplarius, *i*, idem, in ver. Infer. ap. Grut. DXXX, 5.

¶ Duplĭco, *avi, atum, are*, doppelt machen, verdoppeln. Nep. 11, 1, 4 *Modum haſtæ duplicavit*, noch einmahl ſo lang machen. *Duplicare numerum*, Cic. Nat. D. 1, 22. *Ærumna duplicatur viris piis, τὸ κακὸν ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐπαλξῆται*, Menander. ¶ 2. Eſt & ſimpliciter augere, mehren. Virg. ecl. 2, 67 *Et Sol creſcentes decedens duplicat umbras.* Duplicat, i. e. *auget*, inquit Servius. Salluſt. in fragm. *Et Marius victus duplicaverat bellum.* Tac. Hiſt. 4, 54, 1 *Mors Vitellii duplicaverat bellum*; Et c. 62, 6 *Duplicatur flagitium.* Sic *duplicata jejunia* dixit Hieron. Epitaphio Paullæ. ¶ 3. *Duplicare* eſt incurvare. Apul. Val. Max. 5, 1 exter. 1 *Duplicatum frigore corpus* eſt flexum, incurvatum, zuſammen gekrümmt. vid. Gronov. Obſerv. 4, 19. Al. *complicatum.* ¶ 4. Grammatico ſenſu Liv. 27, 11 pr. *Facilior ad duplicanda verba Græcus ſermo*, i. e. componenda, occaſione vocis ἀνδρόγυνος.

¶ Duplicatus, *a, um*, verdoppelt. v. in *Duplicare. Duplicata gloria diſcedere*, Cic. pro Domo c. 35. *Duplicata benevolentia*, Val. Max. 5, 1, 1. *Duplicato poplite*, mit gebeugten knien, Virg. Æn. 12, 927.

¶ Duplicato, adv. zweymahl ſo viel, ſo weit. Plin. 2, 17 *Stella Saturni & Jovis duplicato digrediuntur.*

¶ Duplicatio, *ōnis*, f. die verdoppelung. Senec. Quæſt. Nat. 8 *Radiorum duplicatio proxima quæque a terris calfacit.*

¶ Duplicator, *ōris*, m. qui duplicat. Sidonius lib. 3 ep. 13 *Siniſtrarum opinionum duplicatores.*

¶ Adduplico, *are*, idem quod duplico. Plaut. Pœn. 3, 1, 61 *Adduplicabit omne furtum.*

¶ Conduplico, *are*, idem. Varro R. R. 2, 4 *Hoc conduplicant, ut ſit mane & veſperi.* Ter. in Phorm. 3, 2, 31 *Idem non tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicaverit.* conf. Lucret. 1, 712 & 3, 71.

¶ Conduplicātus, *a, um*, verdoppelt, in Dig.

¶ Conduplicatio, *ōnis*, f. eine verdoppelung. Plaut. Pœn. 5, 5, 18; & Auctor ad Herenn. 4, 28.

¶ Reduplicatus, *a, um*, nochmahls verdoppelt. Tertull. de Patientia c. 14.

DVONVS, *a, um*, antique pro *Bonus*, gut, apud Feſtum. Gloſſis ἀγαθός. Plaut. Pſeud. 1, 3, 94 *Iovem duonis hoſtiis placare.*

Duplatio, duplex, duplus, &c. vide *Duo*, Dupondius, *Pondo*, Durabilis, duracinus, &c. *Durus.*

DŬRĀNVS, *i*, m. mons ex Cebennicis jugis: item fluvius ex iſto monte. v. Auſon. Idyll. 3, 463; & Sidon. carm. 22, 103.

DŬRĀTEVS, Durius vel Durëus, ligneus, holtern; δόρατα, δόρυ, ligna. Lucret. 1, 476 *Nec clam durateus Trojanus Pergama, partu Inflammaſſet equus nocturna Grajugenarum.* Aurel. Victor. ſive is Aſcon. Pedianus lib. de Origine urbis Romæ pr. *Itaque nunc*, primus, *ex ea quoque ſignificatione eſt, e qua illud in ſecundo Æneidos, de enumeratione eorum, qui equo durateo digrediebantur*, &c. ἐκφάτιος, δόρατος, δόριος. vid. Parei Lex. Lucret. in *Durateus.* Val. Flacco 2, 573 ab equo illo durateo, *nec dorico dicitur*, quæ per eundem conclunt exitium Trojæ. v. Taubm. ad Virg. Æn. 6, 515.

¶ Durēta, *æ*, f. ein holzerner keſſel. Suet. Aug. c. 82 *Ligneum ſolium Hiſpanico verbo durcum vocabat.*

Dūrātio, dureſco, duritiēs, duro, *āre*, vide *Durus.*

DŪRVS, *a, um*, rigidus & ἀκαμπής, ad trunci inſtar ſeu caudicis, unde & nomen eſt, q. d. δόρατος, quod ſolvi, ſubigi, vinci ægerrime poteſt; & ita molli, tenero, flexili opponitur, hart, feſt. *Duræ cautes, cotes, glebæ, cubile durum, dura ſilex*, apud Virgil. & Ovidium; hic etiam 13 Met. v. 800 *durior annoſa quercu*; & Plinius 36, 24 *duriſſimi lapides.* ¶ 2. Hinc quicquid affligit & premit, atque perpeſſu aſperum & calamitoſum eſt, *Durum* vocatur; ut, *Caſus durus, imperium durum, mors, pœna, ſervitus dura.* Sic Cic. pro Dom. c. 35 *Duriſſima reipub. tempora*: ac *durior annona*, ibidem c. 6. Sic, *Durum acetum*, pro acerrimo, Serenus c. 4 v. 40. *Duram muriam*, pro falſiſſima, Columella dixit 12, 6. Vide Rhod. ad Scribon. comp. 185, it. Lud. Non. Ichthyophag. 1, 42. *Durus ſapor*, Virg. Georg. 4, 102. ¶ 3. Ad hominem quando transfertur, inexorabilem, immitem & immiſericordem notat, unfreundlich. Antonius Ciceroni ſub Att. 14, 13 *Si duriorem te ejus miſeræ & afflictæ fortunæ præbes.* Et Cic. fam. 6, 13 *Perſpicio, non fore in te Cæſarem duriorem.* Virg. 1 Georg. pr. *Et duri miles Vlyſſis.* DVRI, inquit Servius, *non* laborioſi, *ſed* crudelis: *Vt, quem dat tua conjux Dura.* Nam Virgilius pro negotiorum qualitate dat epitheta. Ter. Heaut. 2, 4, 22 *Vt videt patrem tuum eſſe habitum, diu etiam duras dabit*, int. partes, er wird dirs noch ſauer genug machen. ¶ 4. Aliter Ovidius Vlyſſem *durum* vocat, Triſt. 5, 5, 51 *Si nihil infeſti durus vidiſſet Vlyſſes, &c.* Ibi enim *durus* patiens, id eſt, nullo labore, nulla acerbitate fractus, obfirmatus adverſus omnia, quæ incidunt atque affligunt. Vnde & *laborioſum* Horatius epod. 17, 16 appellat. Ita Virg. Georg. 1, 160 *Duros agreſtes*: & Æn. 5, 130 *Gens dura ac aſpera cultu Debellanda tibi Latio eſt.* Similiter *duros Iberos* Lucanus 2, 629 vocat: & Cic. Tuſc. 1, 43 *fortes & duri Spartiatæ.* ¶ 5. Plinio Paneg. Traj. c. 86, & lib. 6 epiſt. ult. *duri* ſunt, qui conſtantia excedunt, etiam hos Germani vocant harte leute. ¶ 6. Vſurpatur & de avaro & nimis attento ad rem Horat. 1 epiſt. 7, 91 *Durus, ait, Vultei nimis attentusque videris Eſſe mihi.* Sed & S. Matthæus evangeliſta talem hominem σκληρὸν appellat c. 25, 24, quem Vetus Interpres recte *durum* reddidit. ¶ 7. Sed & imprudentes *duri* appellati: Vt Cæſari B. Civ. 3, 20. *Os durum* Terentius dixit Eun. 4, 7, 36, quod 5, 1, 22 *impudens* vocat, das ſich keiner lügen ſchämt. *Ferreum os*, Suet. Ner. c. 2. v. in *Os, oris.* Ovid. Met. 5, 451 *Duri puer oris & aulax.* Sic *frons dura*, pro inverecunda dicitur. ¶ 8. *Durum* etiam dicitur, quod rude & ſine arte eſt, parum elegans atque concinnum. Qua ratione Ovid. Faſt. 3, 537 plebis & ruſticorum choreas *duras* dixit: item *Duriſſimum Poëtam* Cic. Att. 14, 20, & Marium *duriorem ad ſtudia humanitatis*, pro Archia c. 9. *Durum pictorem*, Plin. 35, 11. Similiter contra *Molle*, artem & cultum exquiſitum ſignificat, de quo ſuo loco. ¶ 9. Adv. Martial. 3 epigr. 89 *Durum cacans.* ¶ 10. *Durus* & *Crudus* confunduntur a librariis it. *Dirus.* vid. utraque ſuo loco.

¶ Duriuſculus, *a, um*, dimin. etwas hart. Plinius major princ. Operis: *Duriuſculum ſe fecit.* De Catullo loquitur, verſibus indignante, hat ſich etwas hart und wild angeſtellet. Et Iunior 1 ep. 16 *Inſerit, data opera, duriuſculos quosdam verſus*, i. e. interprete Harduino ad Plinii majoris l. c. acerbiores.

¶ Dure, adverb. hart. Horat. 2 epiſt. 1, 66 *Dure dicere*: &

¶ Duriter, adverb. idem. *Vitam parce ac duriter agere*, Ter. Andr. 1, 1, 47, ſich kärglich und genau behelffen. Vbi Donatus: DVRITER *contra rationem regulæ: debuit enim dicere* dure, *ab eo, quod eſt* durus. *Et tamen eſt differentia. Eſt enim* duriter, *ſine ſenſu laboris*: dure *autem, crudelitèr. Illud ad laborem: hoc ad ſevitiam relatum eſt.* Sed dure *in alterum*, duriter *in nos aliquid facimus.* Sed ſubtilior eſt quam verior hæc Donati obſervatio, ut nimir. multæ hujus generis. Contra enim & infra idem Ter. Adelph. 4, 5, 29 *Factum a vobis duriter Immiſericorditerque.* Cic. Att. 1, 1 *Durius aliquid accipere*, h. e. in malam partem. Et, *Sermones alicujus durius accipere*, Cæſ. B. Civ. 2, 29. *Durius appellare*, Cic. pro Ligar. c. 6. *Durius tractare corpus*, Sen. ep. 8. *Durius incedere*, Ovid. R. A. 337, & ruſtice. v. Burm. ad Quintil. decl. 2, 16 p. 53. *Duriſſime infamantes*, Tertull. de Pudicit. c. 1 extr. Adde Superl. ex Colum. 2, 8; & Pallad. Iun. t. 3.

¶ Duritas, *ātis*, f. die härtigkeit, unfreundlichkeit. Cic. de Senect. c. 18 *Quanta in altero duritas, in altero comitas?*

¶ Duritia, *æ*, f. die härte. Plin. 4, 36 *Tanta duritia aculeo eſt.* Idem 13, 9 de pomo perſica: *Lignum intus grande, firmæque duritiæ.* Id. 27, 11 *Duritia lapidea.* Id. 20, 13 *Induere duritiam* hart werden. Contra Ovid. Met. 1, 401 *Duritiem ponere*, weich werden. Etiam *pluraliter*: *Ammoniacum duritias emollit*, Plin. 24, 6. Et Tertull. ad Nation. 1, 6 *Duritias legum temperare.* ¶ 2. Ad animum cum transfertur, acerbitatem, fœvitatemque ſignificat, härtigkeit; & æquitati, lenitati, comitati opponitur. Ter. Heaut. 3, 1, 25 *Tum hoc timet Ne tua duritia antiqua illa etiam adaucta ſit.* ¶ 3. Sed & laborum patientia, atque vivendi aſpera ratio *duritia* appellatur. Plaut. Moſt. 1, 2 *Parſimonia & duritia diſciplinæ aliis eram*: i. e. eram exemplo, documento. Nepos 7, 11, 4 *Sic duritiæ ſe dediſſe, ut parſimonia victus atque cultus omnes vinceret. Duritia corporum & lucelorum*, firmitas & fortitudo aſſiduitate laborum parta, Plinio Paneg. c. 82. ¶ 4. Conſtantia in doloribus perferendis. Cic. de orat. 3, 17 *Qui patientiam & duritiam in Socratico ſermone maxime adamarat.* Id. partit. orat. c. 23 *Patientiam duritia immanis imitatur.* Conf. Mencken. Obſerv. L. L. ¶ 5. *Duritia oris*, inverecundia, Senec. de Conſtant. c. 18. ¶ 6. *Duritia alvi*, verſtopffung des leibes, Suet. Ner. c. 34. Nam & *dura alvus* dicitur. vide *Alvus.*

¶ Durities, *ēi*, f. idem. Cic. pro Domo c. 38 *Animi durities*, une empfindlichkeit, ἀναισθησία cum *impudentia oculorum* conjungitur. Lucret. 4, 286 *Durities ſaxi.*

¶ Duritudo, *inis*, f. idem. Sic *Duritudinem* Cato cum *impudentia* conjunxit, apud Nonium 2, 244; & apud Gellium 17, 2.

¶ Duro, *avi, atum, are*, eſt durum, firmum, ſolidum facere, idque tum phyſice tum ut loquuntur moraliter, härten, abhärten: cui contrarium *mollire.* Liv. 21, 11 *Cæmenta non calce duranda ſaxis, ſed interlita luto, ſtructuræ antiquæ genere.* Colum. 6, 37 *Annicula mula recte a matre repellitur, & amota montibus aut foris locis ſuſpicitur, ut ungulas duret.* Mart. 13, 26 *Sorba durant ventrem*, machen hartleibig, verſtopffen. Cæſ. B. G. 6, 21 *Hoc ſe labore durant adoleſcentes.* Sic, *Durare animum*, apud Albinovanum ad Liviam v. 198.

Cor durare est obfirmare, Phædrus 2, 10, 18 *Fatale exitium corde duravit feram.* Sic, *ad omne facinus duratus*, Tac. Hist 4, 59, 3. Quint. 1, 1 extr. *Multa linguæ vitia, nisi primis eximantur annis, inemendabili in posterum pravitate durantur.* Id. 1, 3 *Quod si cui mens tam est illiberalis, ut exaggerationem non corrigatur, is etiam ad plagas, ut pessima quæque mancipia, durabitur*, wird stockhart oder schlägefaul werden. ¶ 2. Virgilius pro *durescere* potuit, ut recte interpretatus Servius est ecl. 8, 35 *Tam durare solum, & tot sustinere Nerea ponto Caperit.* Nisi activo passive usus, ut Virg. Æn. 1, 108 *Dum prora avertit, & undis Dat latus*, i. e. avertitur. ¶ 3. *Durare* etiam dicuntur res juxta ac homines, cum tuentur flatum, atque in sustinenda vi, cui exponti, tolerandisque laboribus molestisque immoti invictique perstant, ausdauren, aushalten. Ovid. Fast. 2, 299 *Sub Jove durandum, & corpora nuda gerebam.* Et 4, 505 *Sub Jove duravit, multis immota diebus, Et lenta patiens, & pluvialis aquæ.* Virg. Æn. 1, 21 *Durate, & vosmet rebus servate secundis.* Liv 10, 46 *Nives jam omnia operuerant, neque durari extra tecta poterat.* Plaut. Amphitr. 3, 2 pr. *Durare neque in animo*, id est, non possum manere: vel, non possum inducere animum ut maneam. Ter. Adelph. 4, 2, 15 *Non video hic quidem, durare quicquam, si sic sit, potest.* Ita Quint. procem. l. 4 *Durandum est, quia cæpimus.* vid. Heinf. ad Sil. 2, 463. Neque tamen hic abhorrere tantum, sed & cum cætu suo ponitur. Horat. 1 od. 12, 6 *Sine rivalibus Vix durare carinæ Possint imperiosius Æquor*: id est, sustinere atque perferre, ac vincere maris vim. Recte etiam Torrentius inter disjungit hunc locum & interpretatur. Nam quod addit, non memmisse se legere apud auctorem verbum *durare* ita positum, nihil juvat. Ita enim Virg. Æn. 8, 527 *Pectus durescit duratæ cortice quercus.* Vbi *durare* Servius *sustinere* ex allegato Horatii loco interpretatur. Stat. 5 Silv. Protreptico ad Crispin. v. 152 *Fortes, qui cordis palam optetis juventa Durabile quascumque vires.* ¶ 4. Hinc pro *manere*, *vivere*, frequenter ponitur. Sic, *Durare in malitia*, & alia passim dicuntur. Plin. 5 ep. 3 *Duravit his illi animus usque ad extremum.* Dialog. de Orat. c. 17 *Ardor ille pene ad extremum* (principatum Augusti) *duravit.* Plaut. Trin. 2, 2, 12 *Lacrymas hæc mihi, cum video, lacient, quia ego ad hæc omnia hodiernum durem*, daß ich diese erlebt habe. Juven 10, 254 *Cui nec in te pota diu.* Statius 4 Silv. 7, 41 *Duret in longum generosus ingenio, &c.* ¶ 5. Sacer. Claud. c. 26 *Cognitum quæ pro concione apud Prætorianos, quatenus sibi matrimonia male cederent, permanjaram se in cælibatu: ac nisi permansisse, non recognaturam conjugii manium ipsorum. Nec durare valui, quin de conditionibus continuo tractaret:* id est, nec ab se impetrare valui, ut non statim de nova ducenda conjuge deliberaret. Ita fere Tac. Ann. 1, 6, 3 *In nullius unquam fuorum necem duravit*: id est, tam obstinare animum non potuit, ut aliquem fuorum occidi juberet, er hat es nicht können übers herze bringen. v. Petron. c. 41 p. 181. it. c. 105 extr. Ibique Erhardus & Gontal.

¶ Durans, *tis*; ut, *Durans antiquorum memoria*, Suet. de Illustr. Gramm. 24.

¶ Duratus, *a, um*, gehärtet; ut, *Duratus frigore pontus*, Ovid. 4 Pont. 9, 85, gefroren. *Duratus gleba*, Plin. Paneg. c. 22. *Durata calore coria*, Lucret. 6, 969, ausgetrocknet. *Cutis durata*, Ovid. Met. 3, 67. *Mens durata malis*, Lucan. 5, 798, abgehärtet.

¶ Duratio, *onis*, f. die dauernde Wärmung. Liv.

¶ Durabilis, *e*, währhaftig, dauernd. Ovid. Heroid. epist. 4, 89 *Quod caret alterna requie, durabile non est.* Pallad. Nov. c. 15 *Durabilis quercus.* Apul. Apol. p. 314 *Materies durabilior.*

¶ Durabilitas, *atis*, f. die dauerhaftigkeit, währung. Pallad. 1, 36; & 12, 7 *durabilitate præcipua est.* jedr lange halten.

¶ Dūrāmentum, *i*, n. firmitas, stabilimentum, die währhaftigkeit. Sen. de Tranq. an. c. 1 *Non est, quod dicas, omnium virtutum teneva esse principia, tempore ipso roborantia & robur accedere.* Val. Max. 2, 7, 10 *Humanæ imbecillitatis efficacissimum duramentum est necessitas.* ¶ 2. *Duramentum* item brachium vitis dicitur, der rebschoß zunächst am stock. Columella 4, 22 *Supervacaneam partem duramenti recidere.* Et ante paulo: *Si duramenta ejus longius excesserint.*

¶ Duramen, *ĭnis*, n. idem. Columella c. 1. de vitis brachio: *cujus longitudinis sint duramina.* Lucret. 6, 529 *Duramen aquarum* dixit pro glacie.

¶ Durator, *oris*, m. qui durat. Pacat. Paneg. Theod. c. 33 *Ingentium corporum durator Ister.*

¶ Duratrix, *icis*, f. adjective; ut, *Duratrix firmitas*, Plin. 14, 1.

¶ Durefco, *ui, ĕre*, hart werden verharten. *Limus durescit*, Virg. ecl. 8, 80. Metaphorice *in Gracchorum & Catonis lectione durescere*, Quint. 2, 5 dixit, h. e. duræ & insuavi illorum dictioni adsuefieri. Sed proprie Id. 10, 5 p. 945 *Durescit articulus*, i. e. mollis & flexilis esse desinit. *Saxum jam colla tenebat, Ora pedesque durabant*, Ovid. Met. 2, 832.

¶ Durāceus, *a, um*, härtlich; ut, *Vitæ duraceæ*, quasi duri acini, vel simpliciter a duritie calli, Plin. 14, 1, & Suet. Aug. c. 76, ubi Torrentium vide.

¶ Duricērius, *a, um*, hartbäutig. Sic *Duricerii ficus*, Plin. 15, 18.

¶ Duricors, *dis*, hartherzig, unbarmherzig. Sarisb. ep. 182 *Habitare apud duricordes.*

¶ Duricordia, *æ*, f. i. e. cordis duities, die hartnäckigkeit. Tertull. adv. Marc. 5, 4.

Composita cum præposit.

¶ Conduro, *are*, durum reddere, härten. Lucret. 6, 968 *Humor aquæ porro ferrum conducat et ignis.*

¶ Edūrus, *a, um*, non durus. *Edura coryli*, Virg. Georg. 2, 65. vide Servium, qui comparat cum *enodis*, nec tamen alteram augendi significationem rejicit. Interim hic & apud Heinsium & *duræ* legant. Et, *Edura pirus*, valde dura, Id. Georg. 4, 144.

¶ Edure, adv. gar hart. Ovid. de Arte am. 3, 476 *Nec tamen edure, quæ petit ille, nega.*

¶ Edūro, *are*, idem quod perdurare, ausdauren. Vtitur eo Seneca de Brevit. vitæ c. 1 *Natura animalibus tantum indulsit, ut quina vel dena sæcula edurent.* Probat Lipsius, quamquam *educerent* in MSS. quibusdam legisset. Et Gell. 14, 1 *Ut tanto ævo potuerint edurare* Etiam Tac. Germ. 45, 1 *Cadentis foliis fulgor in ortum edurat*, es dauert die ganze nacht.

¶ Eduratio, *onis*, f. die aushärtung, apud Celsum.

¶ Edurefco, *ere*, hart werden. Cæl. Aurel. Acut. 2, 34 *Neque emoritur, neque edurescit.*

¶ Exdurātus, *a, um*, erweicht. Tertull. de Pallio c. 4 *Mollitus, evigoratus, exduratus.* v. Salmas. ad h. l. p. 294.

¶ Induro, *are*, durum reddere, härten, hart machen. Plin. 8, 52 *Induratos attritu.* Id. 15, 7 *Puntea* (mala) *aqua marina fervens indurari.* Hinc

¶ Indūrātus, *a, um*, ausdauernd, ausgehärtet. Liv 30, 18 *Lentior sit pugna, & induratus prater spem resistendo hostium timor.* Statius Theb. 4, 64 *Robora flammis indurata.* Compar. *indurator*: Senec. de Ira 1, 11 *Germanis quid induratius ad omnem patientiam?*

¶ Induratio, *ōnis*, f. die verhärtung, verstockung; frequens apud Theologos, nec non apud Augustum.

¶ Indurator, *ōris*, m. qui indurat. Gloss. gr. lat. σκληρυντής, *indurator.*

¶ Indurefco, *ĕre*, verharten, starr werden. *Venter indurescit*, Cels. 4, 12 pr. Et Quintil. 1, 3 *Frangis citius quam corrigas, quæ in pravum indurescunt.* Nec non Ovid. Trist. 3, 2, 5 *Corpus vexatum indurescit usu.*

¶ Indurissus, *a, um*, & Indurioſe, adv. aliqui legunt pro *Industrius* & *Industriose* in Val. Max. 3, 4, 2; & Gellio 5, 1.

¶ Obdūrus, *a, um*, sehr hart; ut, *obdura inquisitio*, Hesych. in Barth. Advers. 44, 18.

¶ Obdūro, *are*, ausdauern. *Perstat atque obdurat*, Horat 2 sat. 5, 39. Ovid. Amor. 3, 11, 7 *Perfer & obdura, dolor hic tibi proderit olim.* Cic. Att. 12, 3 pr. *Obdurabat hoc triduum* videtur respexisse ad Ter. Eun. 2, 1.

¶ Obduratus, *a, um*, verstockt. Capitoli Pertin. 9 *Alimentaria etiam compendia - - obdurata verecundia fiscalia.* August. 3 p. 224.

¶ Obduratio, *onis*, f. die verstockung; frequens apud August. e. g. T. 2 p. 464; T. 4 p. 634 &c. Sic Fulgent. epist. ad Venant. *Cordis obduratio.*

¶ Obdurefco, *rui, ĕre*, hart werden; ut, *Obdurescere consuetudine*, Cic. Phil. 2, 42. *Obduruit animus ad dolorem novum*, Idem 2 fam. 16. Et, *Ad ista obduruimus & humanitatem omnem eximus*, Idem ad Att. 13, 2. Sic, *Obdurescere in patientia*, Id. 7 Verrin. c. 13. *Obdurescere contra fortunam*, Id. Tusc. Disp. 3, 28.

¶ Obdurefacio, *ere*, lapidem facere, verhärten; apud Nonium 1, 82 in *Lapis.*

¶ Perdūrus, *a, um*, sehr hart. Lege 2 § 1 Dig. de Custodia & exh. *Interpretatio perdura.*

¶ Perduro, *are*, ausharren, ausdauren. Ter. Hec. 2, 2, 27 *Sancte adjurant, non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare.* Ovid. Medicamine faciei v. 49 *Probitas longum perdurat in ævum.* ¶ 2. Indurare, härten. Prudent. Psychom. v. 447 *Formido pericli Perdurat teneras iter ad cruciabile plantas.*

¶ Perduratus, *a, um*, ausgehärtet. *Imbecillum in animo nec perduratum exulcerare*, Seneca: i. e. nondum confirmatum.

¶ Prædūrus, *a, um*, valde durus, sehr hart. Virg. Æn. 10, 749 *Prædurus viribus.* Colum. 6, 2 *Prædura ætas*, quam opponit *teneræ.* Quintil. 6, 4 *Prædurum os*, quod est impudens & maledicum.

¶ Præduro, *are*, sehr hart machen. Apicius 2, 1 extr. *Adipes phasiani prædurato.* Et 7, 8 *Lumbuli prædurentur, &c.* Vnde

¶ Prædurātus, *a, um*, ausgehärtet; apud Plin. 23, 7.

¶ Redurefco, *ere*, wieder hart werden. Vitruv 1, 4 *Ferrum cum molle & candens est, si refrigeretur tinctum frigida, redurescit & restituitur in antiquam proprietatem.*

¶ Subdūrus, *a, um*, etwas hart. Q. Cic. de petit. conf. c. 12 *Hoc probabile est: Illud alterum subdurum tibi homini Platonico suadere*, id est, aliquanto durum, difficile.

DVSARĒTIS, *ĭdis*, f. myrrhæ species, Plin. 12, 16.

DVSIVS, *i*, m. dæmon in Gloss. Isidori. Augustinus de C. D. 15, 23 *Quosdam dæmones, quos Dusios Galli nuncupant, hanc assidue immunditiam & tentare & efficere*, der alp. conf. Cæl. Rhodig. 2, 6.

DVSMŌSVS, pro *Dumosus* a *Dumus*, apud Festum ex Liv. Andr. *Dusmoso in loco.*

Duumvir, duumviratus, vide *Vir.*

Dux, ducis, cum derivatis, vide supra in Verbo *Duco.*

DYAS, *ădis*, f. δυάς, numerus binarius, ein doppeltes. conf. Salmas. ad Solin. p. 699.

DŸMAS, *antis*, m. pater Hecubæ, Ovid. Met. 11, 761. conf. Virg. Æn 2, 394. Hinc

¶ Dymantis, *idos*, f. Hecuba, Priami uxor, Ovid. Met. 13, 620.

DŸME, *es*, f. colonia in Achaja, Plin. 4, 5: & Strab lib. 8. conf. Stat. Theb. 4, 124. Hinc ¶ 2. Dymæi, *orum*, Cic Att. 16, 1 pr.

DŸNAMIS, *is*, f. potentia, vis, copia, die macht. Plaut. Pseud. 1, 2, 77 *Olivi Dynamin domi habent maximam.* conf. Arnob. 2 p. 60.

¶ Dynamene, *es*, f. δυναμένη, nympha, Nerei & Doridis filia, ita dicta, quod in mari plurimum polleat. v. Hesiod. in Theog.

¶ Dynastes vel Dynasta, *æ*, m. δυνάστης, Princeps, & qui dominium in alios sive imperium habet, atque pro Rege adeo est. Sane Nepos in Datame *Dynastes Paphlagoniæ* vocat, quem aliquanto post c. 3, 4 *nobilis Regni* appellat. Quem honorem ei & Athenæus tribuit lib. 4. Itaque *Dynastes*, idem qui *Rex*, ein herr, gewaltiger. Vtitur eo Cic. Att. 2, 9 *Si erit ipse nebulo cum his dynastis in gratia.* conf. Vorstii Indicem ad Corn. Nep. hac voce; Vellej. 2, 55, 1. Suet. Tib. c. 26.

¶ Dynastia, *æ*, f. die regierung, herrschaft, Græca vox δυναστία. Dyndima, vide *Dindymus*, Dyota, *Diota.*

Dypticum, vide *Diptycum.*

DYRASPES, *is*, m. Scythiæ fluvius, Ovid. Pont. 4, 10, 53.

DYRRACHIVM, *i*, n. Δυρράχιον, Macedoniæ civitas & portus celebris, hodie Italis *Durazzo* appellatus. *Ecquis? pii exilii locum Dyrrachium*, Cic. fam. 14, 1. conf. Lucan. 6, 14. De nomine atque origine ejus vide Dionem Cassium lib. 41, & Appian. lib. 2 de bellis civilibus vide & infra *Epidamnus*. Nam & hoc nomen aliquando huic oppido fuit.

¶ Dyrrachinus, *a*, *um*, adject. Cic. Att. 3, 22 *Quod mei studiosos habeo Dyrrachinos, ad eos pervexi.*

DYSCÓLVS, *a*, *um*, δύσκολος, idem quod difficilis, mürrisch. Vulg. Interpr. 1 Petr. 2, 18 *Subditi estote non tantum bonis, sed & dyscolis*, Bodth.

Dyscrasia, vide *Crasis*.

Dysenteria, dysentericus, vide *Enteron*.

DYSĔRVS, *a*, *um*, δύσερως, infelix in amore. Ausonius epigr. 92 *Suasisti Venus, ecce, duas dyseros ut amem.*

DYSOSMOS, *i*, δύσοσμος, id est, *mali odoris*; ita vocatur *Scordium* Apul. de Herb. c. 70.

DYSPEPSIA, *æ*, f. ægra difficilisque coctio, quam *cruditatem* Plinius appellat, unDauung, unDaulichkeit; δυσπεπτον Græci dicunt, quod difficile coquitur seu digeritur, a πεπτω, *coquo*. vid. Cato R. R. c. 127.

DYSPHĒMIA, *æ*, f. δυσφημία, malum omen, contrarium εὐφημίᾳ, eine böse vorbedeutung oder omen. Suet. Aug. c. 92 *Nihil aliud devitans quam δυσφημίαν nominis*

DYSPHILVS, *i*, m. δύσφιλος, ein falscher freund. Iuv. 3, 120.

Dysphoricus, vide *Phora*.

DYSPNOEA, *æ*, f. δύσπνοια, spirandi difficultas, ein schwerer athem, das keichen, engbrüstigkeit. *Dispnææ medetur centaurium majus*, Plin. 26, 7. vide *Centaurium*.

¶ Dyspnoicus, *a*, *um*, qui dispnæa laborat, engebrüstig, der schwer athmet. Plin. 24, 6 pr.

DYSPRŌPHĒRON, *i*, n. δυσπρόφερον, vitium sermonis per voces asperas, Mart. Capella lib. 5 p. 167.

DYSTŌCIA, *æ*, f. difficultas pariendi, die arbeit in schweren kindesnöthen, δυσκία. v. Cæl. Rhod. 4, 23.

DYSTRAPĒLI, *orum*, m. pl. δυστράπελοι, qui in ira vel alia affectione animi immobiles perseverant. Cæl. Rhod. 19, 12.

DYSŪRIA, *æ*, f. δυσουρία, difficultas urinæ cum cruciatu magno & lotii acrimonia, aut cervicis veficæ inflammatione vel exulceratione, die harnwinde, harnstrenge. Cic. Att. 12, 15. *Δυσουρία tua mihi valde molesta.* Tale quiddam & Stranguria est, στραγγουρία, urinæ scilicet stillicidium, cum stillatim totum redditur non sine dolore, der kalte harn.

¶ Dysuricus, *a*, *um*, adj. ut; *Affectio vel passio dysurica*, δυσουρικὸν πάθος, Cic. fam. 7, 26.

¶ Dysuriacus, *i*, qui tali morbo laborat. Iul. Firmicus 4, 8.

E VOCALIS altera, Capella judice 3 p. 58 *spiritus facit lingua paululum pressiore*: in multis dictionibus a veteribus pro i tertia vocali usurpata fuit, quemadmodum Quintil. monet 1, 4; & 9, 4. Sic *here* pro *heri* apud Iuvenalem & Martialem reperias. *Res hodie minor est here quam fuit*, &c. Iuvenal. sat. 3, 23. Sic & in marmoribus antiquis frequenter legitur, *Virgilius, Verginia, Deana*, pro *Virgilius, Viginia, Diana*. Ita *Menerva, Leber, Megestus, Dejores, Vejores*, casu tertio, Quintilianus laudat 1, 4 p. 45 Burm. Vid. Cl. Morhofii de Patavinitate librum p. 38. ¶ 2. Transit in quibusdam verbis in *a*; ut, *Reor, ratus sum*; *Sero, sevi, satum*: Aliquando in i: ut, *Antistes* qui *ante stat*; *Cribrum*, a *cerno, crevi*; *Undecim* a *decem*: *subtilis* a *sub* & *tela*. Sic composita ab *emo, premo, lego, rego, specio, egeo, sedeo, teneo*, e mutant in i: nonnunquam in *o*; ut, a *Tego, toga*; a *Pendo pondus*; pro *Sicors socors*; pro *Pellus pollus*: pro *Vertex vortex* &c. Interdum & in u; ut, a *Pello, pepuli, pulsum*: *Media tellus, mediutillium*. ¶ 3. Vice versa etiam transit a in e; ut, in compositis a *Damno, Lacto, Sacro*, &c. interdum i in e; ut. *Elegans ab Eligo*. Sic & o in e; ut, *Vester* a *vos*. Et u in e; ut, a *Iuro, dejero*. ¶ 4. Ejusdem cum diphthongo Æ pronunciationis fuisse, Rutgersius Var. Lect. 3, 5 observat. Sequiori ævo & pro diphthongo E simplex scribebatur non tantum, sed corripiebatur non raro ab ejus temporis Poetis. Sic, *Sphæra, bæres*, apud Prudentium; *Eramus*, apud Paulinum Benedictum: *Egyptiacus*, apud Spartianum & legitur: de qua re alibi dicendi fe dabit occasio. ¶ 5. Tandem & hoc notandum, vocalem E in Imperativis secundæ conjugationis fere produci: esse tamen exempla non pauca etiam, ubi eadem corripitur. vide Barth. ad Script. Venat. p. 150. 151.

E, aus, præpositio, ablativo serviens, diversas locutiones efficit. Ter. Andr. 1, 1, 10 *Fieri, e servo ut essem libertus mihi*. Id. *E medio abiit, E medio concedere*, den leuten aus den augen gehen. vid. Hec. 4, 3, 14, &c. Et, *Audivi e prædonibus*, in Eun. 1, 2, 34. *Fugere e conspectu*, Id. Hec. 1, 2, 107, aus dem gesichte gehen. *Laborare e dolore*, Id. Andr. 1, 5, 33. *E re nata*, id est, pro re nata, Ter. Adelph. 3, 1, 8 *E diverso*, id est, *contra*, wiederum, Plin. 4, 4. *E contraria parte, E longinquo*, von ferne, Plin. 21, 2. *E regione*, gegen über, Nep. 1, 5, 3; Cæs. B. G. 7, 35 & 36; Liv. 38, 7; quod ex *diverso* dicit Terentius, cui formulæ nonnunquam additur genitivus, *E regione foris*, Cic. Divin. 2, 6, gegen der sonnen über. *E republ.* hoc est, *ex utilitate reipub.* zum gemeinen nutzen, apud Cic. Sallust. & Liv. conf. Nep. 25, 6, 2; quemadmodum etiam dicitur, *e re mea, tua* &c. *E vestigio*, id est, quod confestim, propere, Serv. Sulp. ad Cic. fam. 4, 12. Cæs. B. Gall. 4, 5 &c. *Solem e mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt*, Cic. in Lælio c. 13. *Tutissimum e præsentibus*, Tac. Ann. 2, 80, 1. Idem: *Optimum e præsentibus*, Hist. 4, 56, 4. ¶ 2. Id. de Germ. 22, 1 *Statim e somno, quem plerumque in diem extrahunt, lavantur*; i. e. a somno, sive post somnum: quemadmodum & præpositione *Ex* solemus uti. Plaut. Aul. 3, 6, 3 *E meo quidem animo, ali quanto facias rectius*: i. e. secundum meam sententiam. Suet. Cæs. c. 6 *E more*, i. e. pro more. Cic. Tusc. 2, 25 *Lacrimæ e oculis*, thränen-beschwerung haben. ¶ 3. E in appositione & in compositione invenitur ante c, d, g, l, m, n, r, & ante i & v loco consonantium. ¶ 4. *E* vel *ex* in compositis librarii confundunt cum *Et*, ubi vid.

Ex, ejusdem valoris vide infra suo loco.

ĔALE, *es*, f. fera apud Æthiopes, magnitudine equi fluvialis, &c. vid. Plin. 8, 21; & Solin. c. 55.

ĔĂNVS, *i*, m. Ianus Deus, qui anno præest, Macrob. Sat. 1, 9.

ĔĂRĪNVS, *a*, *um*, ἐαρινός, vernus, frühjährig, ab ἔαρ, *ver*. Tertull. de Habitu mul. c. 8 *Ebrinæ oves*, i. e. virides, vernæ. conf. Martial. 9 epigr. 12.

ĔĂRĪTES, *æ*, m. ἐαρίτης, lapis, alias *Hæmatites* dictus, Cæl. 3, 12.

Eatenus, vide *Is, ea, id*, Ebacchor, *Bacchus*.

EBĂFALITIS, *idis*, f. rosmarin. Apul de Herb. c. 79.

ĔBĔNVS, *i*, f. ἡ ἔβενος, ein ebenbaum; & *L. cruce*, n. Virg. Georg. 2, 116 *Sola India nigrum Fert ebenum*; neutro genere, lignum intelligens: *Ebenus* autem est arbor, genere fequiori. Plin. 16, 40 *Spississima ex omni materie, judicatur ebenus & durus, gracilis natura.* Ad colorem resipexit Prudentius Cath. 2, 69 *Qui tetram picem Candore tingalis lacteo, Ebenoque cygnis illum facis.*

¶ Ebenīnus, *a*, *um*, von ebenholz. Vulg. Interpr. Ezech. 27, 15.

¶ Ebenotrichon, *i*, n. mauer-raute, Apul. de Herb. c. 51.

Ebibo, vide *Bibo*, Ebito, *Bito*, Eblandior, *Blandior*.

ĔBŌRACVM, *i*, Ἐβόρακον, Britanniæ civitas, vulgo Jorck. Eborarius, eboreus, vide *Ebur*.

EBRIVS, *a*, *um*, temulentus, trunken, a *hria*, quod est vas vinarium, de quo f. l. vid. Voss. etymol. Brouckhus. ad Tib. 1, 7, 28. *Ebriis & insanis multa videntur falsa*, Cic. de Divin. 2, 58. *Quod in animo sobrii, id est in lingua ebrii*, trunken mund redet eins heerens grund; celebratur a Græcis: τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ τῷ νηφοντος, ἐπι τῆς γλώττης ἐστι τῷ μεθύοντος, Plutarch. de Garrulitate p. 503. Pittacus Mitylenæus legem tulit, ut, si quis ebrius flagitii quidquam commisisset, duplo graviori supplicio plecteretur. Plaut. Aul. 4, 10, 20 *Nimis vinum vile atque amor, si ebrio atque amanti impune facere, quod libeat, licet.* Martial. 2 epigr. 15 *Ebrius es: nec enim facere id sobrius unquam, Ut velles coriô ludere, cardo, tuo.* Ebriorum titubantium poeticas descriptiones vide apud Drakenb. ad Sil. 7, 200. ¶ 2. Plaut. Cist. 4, 1, 15 *Alia mulier ipsa pulchra ducat, dicam, esse ebriam*; id est, non satis sanam, sive inertis compotem, ut ebrii solent. Nam & *sobrii* contra pro sanis dicuntur. ¶ 3. Eleganter Horatius *fortuna ebriam*, dixit Cleopatram, quam nimia felicitas de sanitate mentis dejecerit & insolenteni reddiderit, 1 od. 37, 10 *quodlibet impotens Sperare, fortunaque dulci Ebria.* Vide ibi interpretes, & Claud. Dausquejum Notis in Basilii Seleuciens. Orat. de Iosepho p. 57. Lucret. 3, 106 *Homines curis ebrios*: Cyprianus. *Mentem desiderii veneno ebriam*, dixerunt. *Peccatis ebrios* Salvianus lib. 7 de Gubernat. Dei. ¶ 4. Aliquando etiam pro pleno & refecto ponitur. Persius 1, 50 *Non est hic Itias Acel Ebria veratro.* Tertull. de Resurr. Carn. c. 16 *Gladium latrocinii ebrium*: Cn. Martius in Mimiambis: *Iam tonsiles tapetes ebrii succo.* Martial. 14 epigr. 54 *Ebria Sidoniæ cum sint de sanguine conchæ.*

¶ Ebricus, *a*, *um*, ebrius; in Plauti fragm. qua de voce certatur. vide Taubm. ad fragm. Plaut. p. 1489. Gloss. lat. gr. *Ebriacus*, μεθύσης. Add. *Ebriolatus*.

¶ Ebriŏlus, *a*, *um*, aliquantum ebrius. Plaut. Curc. 2, 3, 15 *Trifles atque ebrioli incedunt.*

¶ Ebriŏla, *æ*, f. Plaut. Curc. 1, 3, 36.

¶ Ebriŏlo, f. Ebriŏlo, *are*, trunken machen. Nonius 2, 306. Hinc

¶ Ebriŏlātus, f. Ebriulatus, *a*, *um*, ceu ebriatus, berauscht. Plaut. Fragm. *Homo ebriolatus somno sanari solet.* Sed Nonius 2, 306 legit *Ebriacus.* Ib. Laberius: *Ebriulati mentem hilarem arripiunt.*

¶ Ebriōsus, *a*, *um*, qui perniciosissimo laborat ebrietatis consuetæ morbo, ein versoffener, der immer voll ist. Seneca epist. 83 *Plurimum interesse concedes inter EBRIVM & EBRIOSVM. Potest & qui* Ebrius *est, tunc primum esse, nec habere hoc vitium: & qui* Ebriosus *est, sape extra ebrietatem esse.* Id. ep. 88 *Quæritur, libidinosior Anacreon, an ebriosior vixerit?* Catullus carm. 27 *Cadices* vocat *ebriosa acina ebriosiores.* vide Isaac. Voss. in h. l. p. 68, qui comparat Gellium 7, 20.

¶ Ebrietas, *ātis*, f. die trunckenheit. Virg. in elegia ipsi tributa de vino & Venere: *Arcanum demens detegit ebrietas.* De hoc effectu ebrietatis Horatius non uno loco: it. Plutarchus supra laudato libro de garrulitate p. 503. Et Seneca dicta epist. 83. Pythagoras *Ebrietatem* dixit esse μανίας μελέτην, hoc est, *insaniæ meditationem.* Stob. Gravem *ebrietatis* reprehensionem & ap. Plin. N. H. 14, 22. Ovid. A. A. 1, 597 *Ebrietas, ut vera nocet, sic ficta juvabit.*

¶ Ebriōsitas, *ātis*, f. die sauffsucht, vollsauffery. Differt ab *Ebrietate*: quæ est ipsum vitium, sive alienatio a mente nimio potu: *Ebriositas vero est propensio ad ebrietatem.* Cicero enim Tusc. Qu. 4, 12 distincte: *Inter ebrietatem & ebriositatem interest: alitdque est, esse amatorem, aliud amantem.* Vide locum Senecæ in *Ebriosus.*

¶ Ebrio, *are*, vollsäuffen, trunken machen. Macrob. 7, 6 *Mulieres raro ebriantur.* Ampelius c. de 12 signis: *Quibus vinum dedit, ebriati sunt.*

¶ Ebriāmen, *ĭnis*, n. τὸ μέθυσμα, οἴκερα, starck getränckе. Tertull. de Ieju. c. 9 *De Samuele mater, Et vinum, inquit, & ebriamen non bibet.*

¶ Inebrio, *are*, trunken machen. Plin. 12, 22 de palmæ quodam genere: *Vescentes inebriat.* ¶ 2. Implere, anfüllen; quomodo Iuvenalis sat. 9, 113 dixit, *inebriare aurem.*

¶ Inebriātus, *a*, *um*, trunken, vollgesüfft. Metaph. Sidon. 1 ep. 5 *Aër venenatis flatibus inebriatus.*

¶ Inebriatio, *onis*, f. die vollsäuffung, apud Firmicum.

¶ Inebriator, *oris*, m. qui inebriat. Tertull. adv. Marc. 5, 18 *Sanctorum inebriatores*

¶ Semiebrius,

¶ Semiebrius, *a, um*, halbtrunken. Petron. in Sat.

EBŬCUS, *i*, m. *qui idam sentit animi iactitatem & fanporem, qui ballucinantibus plerumque usu venit*, Fest. rectius *Elucus*. Ebullio, &c. vide *Bulla*.

ĔBŬLUS, *i*, m. sive Ebulum, *i*, n. frutex, alterum genus sambuci, attich, niederholder, quasi pumila sambucus. Plin. 24, 10.

ĔBUR, *ŏris*, n. helfenbein. *Ebur atramento candefacere*, Plaut. dixit, pro, formam genuinam lenocinio quodam magis obtrudere, quam ornare, Mostell. 1, 3, 102. Interim Ovidio teste am. 2, 5, 40 nonnunquam *Maonis Assyrium femina tinxit ebur*. add. Claud. de raptu Prof. 1, 274 & ibi Heins. *Ebur claræ plateæ*, Suet. Tito c. 2.

¶ Eburneus, *a, um*, helfenbeinern. *Pectines eburnei*, Apul. Met. lib. 11. *Eburnea fidia*, Liv. 5, 4. *Eburneæ quadrigæ*, Suet. Ner. c. 22.

¶ Eburnus, *a, um*, idem. Tibull. 3, 4, 39 *Plectro modulatus eburno*. Virg. Æn. 6, 893 *Porta eburna*.

¶ Eburneolus, *a, um*, dimin. *Eburneola fidicula*, Cic. de Orat. 3, 60.

¶ Ebŭrous, *a, um*, *Eburneus*. Quintil. 3, 6 *eburea cappida*, imagines devictarum urbium, in triumpho ostentari solitæ.

¶ Eburatus, & Eburnæus, *a, um*, ebore obductus & ornatus, mit helfenbein belegt, oder überzogen. Plaut. Stich. 2, 2, 53 *Lectus eburatus*. Lamprid. Heliogab. c. 4 *Scala eburnea*. Nam & *eburatus* scribitur. Plura exempla offert Oi. Borrich. Cogit. p. 54.

¶ Eborārius, *i*, m. artifex eboris, ein helfenbein-drechsler. L. 1 Cod. de Excusatione artificum. Et inscript. apud Grut. p. 65 L. PLOTIO SABINO EBORARIO. Alia apud Murat. 947 FABER EBVRARIVS. Adde Spon p. 222.

EBVRONES, *um*, m. pl. populus Galliæ Belgicæ juxta Mosam, Cæsari & aliis: creduntur esse Leodienses hodie. vid. Scal. lect. Auson. 2, 14 p. 126. Sed

¶ Eburum, *i*, n. Ptolemæo Germaniæ civitas est, putatur esse Olomuntia Moraviæ.

ĔBŬSUS, *i*, f. insula & oppidum a Phœnicibus conditum in mari Balearico, hodie *Yuica*. Plin. 3, 5 *Ebusi terra fugat serpentes*. Sil. 3, 363 *Iampne Ebusi Pœnissa movet*. Statio 1 Silv. 6, 15 *Ebusa* dicitur. Sed lubricatur ea lectio a viris doctis. Adde Manil. 4, 640; & Gevart. ad Stat. l. c. Penultimam produxit Avienus *Hac delecta nago pecori continet Ebusus*. Cum corripitur Ebosum, græca vocali scribi vult Heins. ep. ad Græv. Syll. Burm. T. 4 p. 461.

¶ Ebusitanus, *a, um*, ex insula Ebuso: ut, *Ebusitana terra*, Plin. 3, 5.

ĔBŬTIUS, *i*, m. Iujus Romani nominis nonnulli extant apud Livium. ¶ 2. *Ebutius* veterator, adversus quem Cicero pro Cæcinna peroravit.

EC, particula ab *ecce* interrogativis quibusdam adhærens: ut, *Ecquis, Ecqui, Ecquando, &c.* ¶ 2. Pro *e* vel *ex* verbis præfigi interdum vult post alios, quos laudat, viros doctos, Cortius ad Sall. Iug. 14, 11, ubi edidit *superbia sese eceferens*. Ita Virg. G. 4, 450 *ecfatus*, fuisse in MSS. testatur Pierius.

Ecademus, vide *Academia*.

Ecanto, vide *Cano*, Ecaftor, *Caſtor*, Ecbafis, *Baſis*.

ECBĀTĀNA, *orum*, n. pl. Ἐκβάτανα, Mediæ majoris metropolis est Straboni, alias regionis nomen. Caput Mediæ etiam Curtius vocat, eamque Parthis æstiva agentibus sedem esse, 5, 8 scribit. Corripuit penultimam Lucilius apud Nonium in *Cercurus*.

Ecbolas, ecbolia, vide in *Bole*.

ECCE, *en*, siehe da! repentinum quid & improvisum denotat. Præponitur autem vel nominativo, vel dativo, vel accusativo: ut, *Ecce Antonius, Ecce literæ*, Cic. Att. 13, 16. *Ecce tibi*, Cic. pro Cluent. c. 28. *Ecce alterum, Ecce me*, Ter. Eun. 2, 3, 5. Donatus ad Ter. Adelph. 4, 7, 4 observat, nunquam Virgilium hac particula usum, quam in repentino aliquo & inopinato malo. Atqui Æn. 2, 270 eum ait: *In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector Visus adesse mihi*: improvisum quidem aliquid, non malum tamen videtur significare. Nam consulit ibi Æneæ Hector, & quæ ex usu & salute ejus sint, admonet. Vbi simpliciter usum particulæ hujus in repentinis esse, Servius annotat. Et ita Ascon. in 2 Verr. *Proprium*, inquit, *hoc Ciceronis est, in rebus improvisis* (Ecce enim est) *quod eum extra Virgilius & legit & translulit*. De hoc *ecce* usu vid. Gron. ad Liv. 7, 35.

¶ Eccum, eccam, eccos, eccas, duo tantum accusativi; ut, *Ellum, ellos, &c. Eccum*, i. e. *Ecce hic eum*, de quo nimirum agebamus, Ter. Andr. 3, 3. Vall. 2, 15. *Eccum* etiam absentibus accommodari, observavit Taubm. ad Plaut. p. 614, 841, & alibi Boxhorn. ad eumd. p. 10.

¶ Eccillum, Eccillam, pro *Ecce illum, illam*, Plaut. Perf. 2, 2, 65; & Aul. 4, 10, 51.

¶ Eccistam, pro *ecce istam*, Plaut. Curc. 5, 2, 17.

Eccentron, &c. vide *Centrum*.

ECCĔRE, Plauti est Amph. 2, 1, 4, & alibi: & Ter. in Phorm. 2, 2, 5, de quo variæ sunt doctorum sententiæ. Festus adverbium per Ceremjurandi statuit. Vnde & nonnulli *Ecere* scribendum putant, alii *Eccere*, quasi *eccerres*, vel *Eccerem*. Vide interpretes Plautinos.

ECCHEVMA, *ătis*, n. ἐκχεύμα, *Unguento*. De unguento Plaut. Pœn. 3, 3, 88 *Te replebo usque unguentum Ecchematis*.

ECCLĒSIA, *æ*, f. ἐκκλησία, certus, congregatio, eine gemeine, kirche, (quod germanicum vel a κύριος est, (v. *Dominicum*) vel κηρύττω, *concionor*). In concionibus, sive ἐν ἐκκλησίαις Græci olim deliberabant, vel consultabant: quod apud Romanos maxime in Senatu factum. Nam hi judicia exercebant in foro, consilia autem inibant in Curia. Erant autem ἐκκλησίαι apud Athenienses duplices, aliæ κυρίαι, quæ erant *legitimæ*, vel *ordinariæ*, hoc est, *legitimæ*, & *statæ*, (statis enim temporibus fiebant,) aliæ autem δεύτεραι, extra ordinem congregabantur, urgentibus quibusdam negotiis, quas συγκλήτους vel περιπλάτους vocabant. Pollux 8, 8, 7. Dionys. Plinius a Senatu epistola ad Trajanum III & *bule & ecclesia consultum*. Vbi *bule* Senatus est, *ecclesia* concio universa populi. ¶ 2. Per similitudinem ab Apostolis demum vocabulum traductum est ad institutum sacrum; Et hic sumitur vel abusive pro templo & loco illo, in quo ad audiendas conciones, aliaque sacra obeunda, conveniunt homines, ut in tit. C. Theod. de *manumiss. in SS. ecclesiis*, ubi vid. Gothofr. vel proprie pro cœtu fidelium per prædicationem verbi collecto. ¶ 3. In *Ecclesia* antepenultimam Christiani poetæ perperam corripiunt: sed Prosper tenet. 13 *In toto mundo quem vera ecclesia probat*. conf. Alcim. 4, 498; Sedul. 4, 361. Tertull. 2, 42 & 190.

¶ Ecclesiastes, *æ*, m. ἐκκλησιαστής, concionator, ein prediger. Tertull. de Monogam. c. 3.

¶ Ecclesiasticus, *a, um*, kirchlich, zur Kirche gehörig: ut, *Conventus ecclesiasticus, &c. Pacem ecclesiasticam altrui turbare*, Tertull. de Pudicit. c. ult. aus dem Griech. ¶ 2. *Ecclesiasticus*, subst. dicitur Syracides ejusque liber, der Jesus Sirach.

¶ Ecclesiasterium, *i*, n. ἐκκλησιαστήριον, locus, in quo homines ad colloquendum, aut aliorum colloquia audiendum conveniunt, ein ort, da man zusammen kommt. Ita Baldus explicat ad Vitruv. 5, 5. Ecclillum, eccum, vide *Ecce*.

Ecerītus, vide *Ciris*, Ecdicus, *Dica*, Ecfero, *Fero*, Ecfodio, *Fodio*, Echea, *Lyra*, Echedemus, *Academia*.

ĔCHĔMȳTHIA, *æ*, f. ἐχεμυθία, professio rerum omnium difficillima, tacendi tenacer audiendique, ut Gellius ait 1, 9 tacturnitas, & autcultacio, das stillschweigen. Qua se ad certum tempus obligare cogebantur Pythagoræ discipuli. Propter hanc a plerisque, quod hos quasi suæ disciplinæ domesticos agnoscerent, eosdem abstinuisse, Plutarch. in Sympos. existimat.

¶ Echemȳthus, *i*, m. ἐχεμυθος, sermonis homo parcissimi, Budæus.

ĔCHĔNĒIS, *idis*, ἐχενηίς, latine *Remora*, pisciculus, qui navibus adhærens remorari eas creditur, quemadmodum Plin. scribit 9, 25, & 32, 1. Hinc ἐχενηΐδια ἀπὸ τῆ ἔχειν, κωλύειν ἐκεῖ τὰ πλοῖα τὰ πλέοντα, quod navem teneat, ut & Latini *remorari* & *remoramen* nominant. Oppianus *Lampretam*, echenetica vocat, alii *echeneida* piscem dicunt, Plinius *limacem marinam*, cui & cochlea, qui remotam illam, quæ Caligulæ Imp. navem tenuit, viderunt. *Imago est infirmitatis humanarum virium, quæ a levissimis etiam creaturis impediri & everti possint*. Tametsi id Plutarchus in Problematibus suis irrideat, & caussam aliam adducat, quamobrem navis tardetur, quam vide, & Iul. Cæs. Scalig Exercit. 218 de Subtilitate sect 8. cum eum reliq. Schotti Phys. Cur. 10, 14. Legitur autem penultima producta propter elementum Græcum. Luc. 6, 674 *Non puppim retines, Euro tendente vehentes, In mediis echeneis aquis, &c.* Ovid hal. 99, *Parua echeneis ait*.

¶ Echeuma, v. *Eccheuma*.

ĔCHIDNA, *æ*, f. ἔχιδνα vel ἐχίδνη, hydra, quæ al. Hercule interfecta fingitur. Ovid Met 9, 192 *Echidnæ viscera edidit*. ¶ 2. Alii viperam ἐχίδνην interpretantur, cujus sit ἔχις, eine natter, 10. ange. conf. Ovid. Met. 4, 502, & 9, 69. 11. 10, 313 *Tamidi quæ adspexit echidnis*.

¶ Echidnion, *i*, n. herba viperina, natterwurz; Apul. de Herb. c. 5. Echion, vide mox feorsum n. 3.

ĔCHĪNĂDES, *um*, f. pl. Ἐχινάδες, insulæ in Ionio, natæ Acheloi impetu, sicut pars Ægypti Nilo coeno. Avien. Perieg. 594 *Acheloüs Irruit Adriaci tergum maris: hinc frequentes Ellebilus attollunter Echinades. Haud procul inde &c.* Adde Dionysium Græcum, ex quo hæc expressa sunt, v. 433 seqq.

¶ Echīnæ, *arum*, eædem Insulæ, Sen. in Troade v. 838.

¶ Echīnæus, *i*, vel *entis*, f. insula, in mari Ægæo est. Cic. in Arato 426 *Excelsis arcuans in collibus amnis, Quos tenet Ægæo dissita in gurgite Echineis*. Sed variat lectio.

ĔCHĪNUS, *i*, m. ἔχινος, piscis ex genere cancrorum aculeatus, waſſer-igel, oder meer-igel. Terrestris enim echinus vel *hericius* vel *crinaceus* dicitur ein igel. *Multa novit vulpes, verum echinus unum magnum*, Πολλὰ οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἔχινος ἓν μέγα, Athen. 1 fine vide Chiliad. De Echino aquatico sic Martial. 13 epigr. 86 *Iste licet digitos sestudine pungat acuta, Cortice deposito mollis echinus erit*. conf. Iuvenal. 4, 143. Ælian. lib. 4 ὥσπερ γὰρ ἔχινον καλὸν μὲν ὁρᾶν, συνέχειν δὲ χαλεπὸν, ὅταν καὶ τὰ ῥάμματα; *Quemadmodum echinum, sic etiam nummos capere, facile est, retinere vero difficile*. De echino utroque Græcorum extat proverb. Περὶ δὲ δυο ἐχίνω ἡ μάχη, ὁ μὲν ἐκ πελάγους, ὁ δ' ἐκ χέρσου; vel, *prius de echini omnibus*; de moribus ac studiis maxime diverse. ¶ 2. Vocatur echinus ein igel, bürſte, peſten. ¶ 3. Et pars ventris boum & aliarum pecudum ruminantium; vulgo *multiplex* vocant, das manchfalt. ¶ 4. *Echinus* Horatio vasis est genus æneï, in quo calices lavantur, ein ſpülfaß, ſcheuerfaß, 1 sat. 6, 117. vid Wower. ad Petron. c. 34 p. 138. ¶ 5. Et *Echinus* simpliciter pro spinoso castaneæ operculo, die rinde, Calpur. ecl. 2, 83. ¶ 6. Architectorum vox est. Vitruv. 3, 3 *Cymatium echinis scalpendum est*. Est autem ornamentum in Ionicis Doricisque capitulis, castanearum in parentes echinos ordinatarum imaginem præ se ferens. Ita Baldus Lex. Vitr. qui etiam reliquas significationes persequitur.

¶ Echinātus, *a, um*, ſtachlicht; ut, *Echinata castanea*, Plin. 27, 9.

¶ Echinometra, *æ*, ἐχινομήτρα, echinus aquaticus major est Matthiolo. vid. Plin. 9, 31.

¶ Echinophthia, *æ*, f. ἐχινοφθία, genus conchæ, Plin. 32, 7.

¶ Echinōpus, *ŏdis*, f. ἐχινόπους, cardui species echini pedibus similis, Plin. 11, 8.

ĔCHION, m. pictor celebris, Plin. 35, 7. de cujus operibus ibid. c. 10. ¶ 2. Etiam *Echion* fictionarius laudatur Plinio 14, 3 & Cic par. 5. ¶ 3. Cultor nobilis, de quo Ovid. Met. 8, 311 *Conseret ingentes Echion*. ¶ 4. Rex Thebanorum. v. Stat Theb 4, 209 Et hinc

¶ Echiōnius, *a, um*, adject. ut, *Echionia arva*, Stat Theb 2, 102. *Nomen echionium*, Virg. Æn. 12, 553. *Echionius Pentheus*, Horat. lib. 4 od. 4, 63. Cont hæ Palmerii Quæstio Cur Thebæ, quarum fuerint & ubi Thebæ Echioniæ? in Miscell. Obs. Vol. IX p. 447.

ĔCHION, vel Echium, *i*, n. *ἔχιον*, herba, nidet cujus sunt flores, quod semen præterea viperinis comitibus [illegible] vid Matthiol Dioscor. 4, 22. & Plin. 25, 8. ¶ 2. *Echion* medicamentum ex vipera in fictili novo combusta, Plin. 29, 6.

¶ Echis, *is*, m. ἔχις, idem quod *Vipera*, Plin. 29, 4.

¶ Echīte, *es*, f. herba similis scammonio, Plin. 24, 15.

¶ Echites, *æ*, m. ἔχιτης, gemma viridi colore, viperæ similitudinem referens, Plin. 37, 11.

ECHO, *ēchus*, f. ἠχώ, ſonus, ab ἠχέω reſono. ¶ 2. Et ſoni vel vocis repercuſſio, der wiederſchall. Qua ratione reddatur, exponit Plin. 2, 43. Id 11, 19 pr. *Inimica* apibus *eſt & echo reſultante ſono.* Latinis *imaginem* dici, notat Philargyrus ſuper Virg. p. 267 *Iocoſa vocis imago.* Auſonius epigr. 11 *aëris, & linguæ filium* eſſe ait. vid. Ovid. 3 Met. fab. 1. Hujusmodi repercuſſionem ſoni per ſeptem turres in Cyzico urbe Bithyniæ inter miracula mundi numerat Plin. 36, 15. In Porticu Olympiæ ſeptes quoque redditam vocem Plutarchus de Garrulitate, libri principio ſignificat. Fabulam Echus nymphæ habet Ovid. Met. 3, 358 *Nec prior ipſa loqui didicit reſonabilis Echo.* Vbi multa de diſſenſu mythographor. Bur. Specimen echus habes apud Ariſtoph. θεσμοφορ. v. 1065 ſq.

¶ Echēa, *orum*, n. pl. ſubſt. ἠχεῖα, apud Vitruvium 1, 1 exponit Baldus *Sonorum diſcrimina:* Sed 5, 5 vaſa voces diſcriminantia.

¶ Echōicus, *a*, *um*, wiederſchallend. *Elegi echoici*, Sid. ep. 8, 11, quorum principium & finis idem eſt. Ita Sirmondus emendat vulgatam vocem *eſchoicos.* vide Notas ejus p. 90. Nec aliter Elmenhorſt.

ECLECTA, *orum*, n. pl. ἐκλεκτά, collectanea ſive annotata, anmerckungen. Hinc Budæus lib. 3 de Aſſe putat, in Plinii epiſt. 3, 5 pro *electorum* legi debere *echectorum.*

¶ Eclectici, *orum*, m. pl. philoſophantium genus, qui nulli certæ ſectæ addicti ex omnibus, quæ viderentur, optima deligebant, & ſequebantur, unde & nomen acceperunt. Auctor & conditor eorum Potamo, Diogene Laërtio procemio lib. 1 teſte, fuit, qui ante & poſt Auguſtum vixit, ut Suidas auctor eſt. Ex iſto genere Horatium quoque fuiſſe, ex iis poteſt conſtare, quæ 1 epiſt. 1, 14 ſeq. ſcribit. Torrentius antiquiorem Potamone, & nobiliorem ducem adſciſci hic poſſe vel Varronem vel ipſum Ciceronem putat, qui modo Platonem; modo Stoicos ſequi ſolent. Plerosque Patrum hanc rationem ſecutos conſtat, & unice probat & commendat Alexandrinus ille Clemens lib. 1 Stromat. p. 211.

ECLIGMA, *ătis*, n. leguntur & *Eclegma* ex Plinio, ἔκλειγμα, vulgo *electuarium* vocant vel *illinctum*, cui ſaſt, latwerge, a λείχω, *lingo*, quod lingendo abſumatur, quemadmodum Plin. ſcripſit 21, 3; 24, 7; 27, 12; & 28, 12. Si ἔκλειγμα vel ἔκλικτον, ſcripſeris, erit a λιχμάω, *lambo* vel *lingo.*

¶ Ecligmātium, *i*, n. ἐκλειγμάτιον, diminut. Theod. Priſc. 1, 17.

ECLIPSIS, *is*, f. ἔκλειψις, defectus vel defectio, finſternis, verdunckelung. Auctor ad Herenn. 3, 22 *Solis exortus, occaſus nemo admiratur, proterea quod quotidie fiunt; at eclipſes fere admirantur, quia raro accidunt: & ſolis eclipſis magis mirantur, quam lunæ, quoniam hæ crebriores ſunt.* Eclipſis ſolis fit, quando luna inter terram ſolemque fecundum diametrum locatur. Eclipſis lunæ eſt, quando terra inter ſolem lunamque ſecundum diametrum interponitur. Liv. 35, 4 *Interdia obſcurata lux eſt, cum luna ſub orbem ſolis ſubiiſſet.* Eclipſes magnam rerum mutationem portendere, vulgo a plerisque creditum eſt. Horum Solis, & lunæ defectuum ſcientia quantum quosdam juverit, ignorantia quibusdam nocuerit; leges apud Plin. 2, 10 & 12, & ibid. Dalechamp. p. 70, 72. adde Val. Max. 8, 11, 1 & ext. 1. Liv. 44, 37. Iuſtin. 22, 6, 1 ſqq. Plut. de Superſt. c. 13. Dio Caſſ. lib. 60. Seneca de Benef. lib. 5 c. 5. Curt. 4, 10, & ibi Freinshem. Tac. Ann. 1, 28, 1. Frontin. 1, 12, 9. Peucer. de Divinat. p. 661. Mart. Capella 5, 176. Piccarti Obſervat. 10, 3. Cæterum eclipſin proprie Solis eſſe defectum; Lunæ deliquium proprie καθαίρεσιν nominari, ſcribit Voſſius 5 inſtit. Orat. p. 346. ¶ 2. Porro *Eclipſis* in Syntaxi eſt, quam vulgo *Ellipſin* vocant. Talis eſt in Ter. And. 1, 5, 61 *Verbum unum cave de nuptiis.* Deeſt enim *dicas.*

¶ Ecliptĭcus, *a*, *um*, adj. ἐκλειπτικός. *Ecliptica linea* eſt via ſolis, quæ Zodiacum in duas partes æquales dividit, ſic dicta, quod Solis Lunæve eclipſis nunquam contingit, niſi ſub ea ambo corpora conſtant, Plin. 2, 26 *Latitudinum medios articulos vocant ecliptica.*

Ecloga, eclogarius, vide *Logus.*

ECNĔPHIAS, *æ*, m. ein windwibel; genus ſtatus repentini, ſive procellæ, de quo Ariſtot. de Mundo, & lib. 3 Meteorolog. Seneca Qu. Nat. 5, 15. Plin. 2, 48, & ibi Dalechamp. p. 96 & Apul. lib. de Mundo.

Econtra vide ſupra *Contra.*

ECPĔTĂLA, *orum*, pocula latiora ſecundum Rhodiginum Lect. Ant. 28, 6 ἀπὸ τῶν πετάλων. πέταλα enim Philoni lib. 3 de vita Moſis, proprie ſunt τὰ ἐκπεταλιζόμενα τῶν φύλλων τῶν ἐλαίων.

Ecphora, vide *Phora*, Ecphraſis, *Phraſis*, Ecquando, *Quando*, Ecquis, *Qui*, Ecquomodo, *Modus*, n. 1, Ecſtaſis, *Staſis.*

ECTĂSIS, *is*, f. ἔκτασις, figura dictionis, latine *productio*, ab ἐκτείνω, extendo. Eſt productio ſyllabæ natura correptæ: ut, *Grădiumque patrem, Geticis qui præſidet arvis.* Contraria figura *Syſtole* eſt, quam vide ſuo loco.

ECTHLĪPSIS, *is*, f. ἔκθλιψις, eliſio, figura ſcanſionis, qua abſorbetur *m* conſonans ante vocalem: *Omnibus hoc vitium eſt cantoribus inter amicos, &c.* ἐκθλίβειν elidere eſt. ¶ 2. *Ecthlipſis* eſt angustia, die enge, dte angſt. Oct. Horat. 2, 1, 13 *Ecthlipſes vel angeſtias efficere.*

ECTHŸMA, *ătis*, n. ἔκθυμα, plur. *Ecthymata*, quæ alias ἐξανθήματα, papulæ per cutem erumpentes, apud Medicos.

Ectomon, vide *Ectomon*, in *Tome.*

ECTRAPĔLUS, *i*, m. ἐκτρέπελος, inſuſtatæ aut magnitudinis aut formæ homo, ein wunder-menſch. Plin. 7, 16 de monſtroſis puerorum incrementis: *Ectrapelos*, inquit, *Græce eos vocant: in latino nomen non habent.*

ECTRŌMA, *ătis*, n. ἔκτρωμα, abortus, eine unzeitige geburt, apud Tertull. adv. Hæret. c. 7.

¶ Ectromātius, *a*, *um*, adject. Plin. 14, 16 *Vinum ectromatium vocant, quoniam abortus facit*, al. *Ptarium.*

Ectropium, vide in *Tropus*, Ectypus, *Typus*, Eculeus, *Equus*, Edacitas, edax, *Edo*, Edecumare, *Decem*, Edento, *ăre*, edentulus, *Dens*, Edepol, *Pollux*, Edico, edictum, *Dico*, Edifsăro, *Sero*, Editio, editor, *Edo*, *Do.*

EDESSA, *æ*, f. Macedoniæ urbs ad Erigonum fl. poſita, & antiquorum regum ſedes. ¶ 2. Alia urbs in Meſopotamia ſ. Osrhoena, Abgarorum regia. De utraque Spanhem. de uſu & præſt. num. diſſ. 2 p. 127 ſq. de poſteriore diſſ. 9 p. 602 ſq.

ĔDO, *edis*, *edit*, *edere*, & Edo, *es*, *eſt*, *eſum*, *edere*, eſſen, verzehren. Gr. ἔδω, ἐδίω, Auct. ad Herenn. 4, 28 *Eſſe oportet ut vivas, non vivere ut edas.* Virg. Æn. 4, 66 *Eſt mollis flamma medullas*, verzehrt marck und bein. Ovid. 3 Art. am. v. 578 *Deſine citra Quam cupies paullo, quam potes eſſe, minus.* Plaut. Capt. 4, 2, 70 *Scis bene eſſe, ut ſtehest dich wohl auf gute biſſen.* Cic. Att. 13, 52 *Edit & bibit ἀδεῶς, & jucunde & opipare ſane, & apparate.* Socrates interrogatus, quanam re ab hominibus cæteris differret, reſpondit, *ὅτι μὲν λοιποὶ ζῶσιν, ἵν' ἐσθίωσιν, αὐτὸς δὲ ἐσθίω, ἵνα ζῶ, Alii quidem vivunt ut edant, ego vero edo ut vivam.* Ovid. Her. 1, 95 *edendi pecoris actor*, i. e. mactandi. ¶ 2. *Eſtur*, impersonale, pro *editur*, man iſſet. Plaut. Moſt. 1, 3, 78 *Dies noctesque eſtur, bibitur.* Ovid. 1 de Pont. 1, 69 *Eſtur ut occulta vitiata teredine navis.* Seneca de Ira 3, 15 *Sic eſtur apud illos, ſic bibitur.* Sic & paſſ. *Eſſi* pro *Edi*, Plaut. Moſt. 4, 2, 41. Præt. depon. *Eſus ſum* pro *edi* Soli. 17 de tigribus, *quas*, carnes, ubi *eſa ſunt*, *fauces earum angina obſideantur.* Conſt. Salm. p. 212. Quin ait, *eſcrina* pro ederim Apul. Met. 4 p. 152. *Ego vero quamquam alias hordeum tunſum ſemper eſerim.* ¶ 3. Metaph. *Edere ſermonem*, i. e. avide audire, Plaut. aul. 3, 6, 1 &c. Plura ſimilia vide apud Burmannum ad Quint. decl. 268 p. 508.

Ĕdax, *ācis*, o. freſsig. Ter. Phorm. 2, 2, 21 *Alere nolunt hominem edacem.* Horat. 2 od. 11, 18 *Cave edaces*, verzehrende ferner. Ovid. Met. 15, 234 *Tempus edax rerum, tuque invidioſa vetuſtas, Omnia deſtruitis. Edax currus, edax triremis*, proverb. in gluttones, & voraces. Propterea, quod currus multum abſumit unguinis, ſive ceromatis, ſive quod ſumtuoſa res ſit, equos & currus alere: quod triremes etiam magnis conſtent impendiis. Superl. Sen. ep. 69 *Edaciſſimorum animalium aviditas.*

¶ Edĭculus, *i*, m. Carliol.

¶ Edācitas, *ātis*, f. voracitas, die freſsigkeit. Cic. fam. 7, 26 *Morbus edacitatis.* Et ad Qu. fratr. 3, 9 *Edacitatem pueri pertinescо.*

¶ Edeatræ, *arum*, m. ἐδεάτραι, *qui præſunt regiis epulis.* Feſtus.

¶ Edibĭlis, *e*, eſculentus, gut zu eſſen. Gloſſ. lat. gr. *Edibile*, βρώσιμον.

¶ Ĕdilis, *e*, idem. *Edilia*, Gellius 17, 11.

¶ Ēdulis, *e*, idem; ut, *edules capreæ*, Horat. 2 ſat 4, 43. Hinc

¶ Edŭlia, *ium*, n. ſubſt. pl. eſſende waaren. Lamprid. Heliogab. c. 27 *Quæcunque coqui de diverſis Julibus exhibuiſſent. Edulium caritas*, Apulej. ſub. fin. lib. 1 de Aſino; conf. lib. 10 p. 517.

¶ Edŭlium, *i*, n. alia forma, ein eſſen, gerichte. Suet. Calig. c. 40 *Pro eduliis, quæ tota urbe venirent, certum ſtatumque pretium exigebatur.* conf. Gell. 17, 9; & Tertull. adv. Ptych. c. 9. Capitol. Pertin. c. 12 *Niſi quod miſſum eſſet edulium.* Ammian. 30, 4 *Piſces aut edulii peregrinum vocabulum.*

¶ Edūlitas, *ātis*, f. largitio rerum edulium, die ſpeiſung. Bis habet Lampridius in Alex. Sev. c. 22 per Sylburgium. Per alios pro *edulitate* bis eſt *vilitas.*

¶ Edŭlica, *æ*, f. dea, quæ eſcam præbeat. Auguſt. de C. D. 4, 11.

¶ Edūſa, *æ*, f. eadem Dea præſes edendi, cui ſacrificabatur edulibus, uti potione Potinæ. v. Varro apud Nonium 2, 310.

¶ Edo, *ōnis*, m. ein freſſer, ſchlemmer. Varro apud Nonium 1, 237.

¶ Ēsĭto, *āre*, frequent. freſſen. Gell. 11, 7 *Furfurèum panem eſitare.* Apulej. lib. 9 p. 234 *Canes adſueti eſitare cadavera.* Cat. R. R. 157 *Qui braſſicam eſitaverit.* conf. Plin. 20, 9.

¶ Ēsĭtātus, *a*, *um*, apud Columellam eſſe dicitur. Dubito.

¶ Esĭtatio, *ōnis*, f. apud Celſum.

¶ Esĭtator, *ōris*, apud Firmicum.

¶ Esĭtia, *orum*, n. pl. huc referri forſan poſſunt Apicii 5, 3 n. 2, quæ lib. 2 incunte vocat *Hyſitia.* v. *Iſicium.* Vnde

¶ Esitiatus, *a*, *um*; ut, *Eſitiatus pullus*, eidem 8, 7, & *lepor eſitiatus*, ibid. c. 8.

¶ Esurio, *ivi*, *ire*, meditat. hungern. Plaut. Stich. 1, 3, 65 *Ridiculus æque nullus eſt, quam dum eſurit.* Cælius Ciceroni fam 8, 17 *Milites algere & eſurire conſueverunt.* Ovidius paſſive ex Ponto 1, 10, 10 *Nil ibi, quod nobis eſuriatur, erit.* ¶ 2. *Eſuribo*, pro *Eſuriam* ex Pomponio & Nævio Nonius 7, 90.

¶ Esŭriens, *tis*, hungrig. Horat. 1 ſat. 2, 115 *Eſuriens faſtidis omnia*, conf. 1, 3, 93; & 2, 3, 113.

¶ Esurienter, adv. idem. Apulejus lib. 10 p. 246 ed. Elmenh. *Eſurienter eſcas oppetere.*

¶ Esŭries, *ēi*, f. der hunger. Cæl. Cic. fam. 8, 1 *Vt ego miſererer ejus eſuriei.* Hieron. epiſt. 4 ad Ruſticum: quos *nec eſuries aliquando, nec fatuitas ſuperavit.* Sidon. 6, 6 *Salubritate ſermonis avidam noſtræ ignorantiæ paſcat eſuriem.*

¶ Esŭrītio, *ōnis*, f. edendi cupiditas, der hunger. Gellius 16, 3 *Ventris compreſſione eſuritionem poſſe depelli creditum eſt.* Catullus 23, 14 *Sole, & frigore, & eſuritione*

¶ Esŭrītor, *ōris*, m. ein hungerleider. Martial. 3 epigr. 14 *Romam petebat eſuritor Tuccius.*

¶ Esurio, *ōnis*, m. idem. *Eſurionem* dixit Plaut. Perſ. 1, 3, 21.

¶ Esŭrīgo, *ĭnis*, f. idem quod *Eſuries.* Varro apud Nonium 2, 291 *Eſurigo findebat coſtas.*

¶ Ēstor, *ōris*, m. fuerit edax. Nam &

¶ Ēstrix, *ĭcis*, f. *Eſtrices mulieres*, Plaut. Caſ. 4, 1, 20.

¶ Esturialis, *e*; ut, *Eſturiales feriæ*, apud eumdem Plaut. Capt. 3, 1, 8, quæ eſuritioni ſunt dicatæ, faſt-tage.

¶ Ēsus, *ūs*, *ui*, m. ipſa comeſtio, das eſſen. *Eſui eſſe*, zu eſſen ſeyn, oder dienen. Gell. 4, 1 *Quæ eſui & potui forent.* Adducitur & Plinius 20, 7; Sed ibi legitur: *in eo uſu.*

Compoſita:

¶ Ăbĕdo, *ĕdi*, *ēsum*, *ĕdere*, pro exedere vel abſumere, ex Tacit. 15 Ann. c. 5 in Lexicis affertur: *Exorta vis locuſturum abederat*, &c. Sed legendum eſt *ambederat* cum Lipſio, Pichena, Berneggero, Gronovio, Ryckio. vide poſt paullo in *Ambedo.*

¶ Abēsus

¶ Abēsus, *a, um*, abgezehrt. Prudent Cath. 10 v. 107 *Macies neque ficca lacertos Succo tenuēbit abeſo.*

¶ Ādēdo, *ere*, arrodere, anbeiſſen, annagen. Virg. Georg. 4, 242 *Nam ſæpe favos ignarus adedit Stellio, &c.* ¶ 2. Met. Perron c. 109 p. 502 *Quod ſolum formæ decus eſt cecidere capilli, Vernantesque comas triſtis adēdit hiems.*

¶ Adēſus, *a, um*, angebiſſen, verzehrt; ut, Siſenna apud Nonium 2, 19 *Æſernini duplici foſſa valloque circumdati, frumento adeſo, quod ex aredis in oppidum portatum eſt*, h. e. conſumto. ¶ 2. Translate, *Adeſa pecunia*, pro abſumta, Cic. pro Quint. c. 12. *Bona adeſa*, Tac. Hiſt. 1, 4, 4; *Fortunæ adeſæ*, Id. Ann. 13, 21, 4, i. e. egeſtas. Virg. Æn. 9, 537 de flamma, *quæ plurima vento Corripuit tabulas & poſtibus hæſit adeſis*, i. e. quos adedit adhærendo.

¶ Adeſurio, *ire*, hunger leiden. Plaut. Trin 1, 2, 132 *Adeſurivit magis & inhiavit acerbo.*

¶ Ambēdo, *ere*, & *Ambeſſe*, anbeiſſen, abfreſſen, benagen. Tac. Ann. 15, 5, 4 *Vis locuſtarum ambederat quidquid herbidum aut frondoſum.* Et l. 38 ff. de adquir. rer. domin. *Flumen ambedit agrum.*

¶ Ambadedo, *ere*, idem. Plautus Merc. 2, 1, 15 & 17 fingit decompoſitum *Ambadediſſe.*

¶ Ambedens, & ab *Ambeſſe*, Ambens, *tis.* Tralate Lucret. 5, 397 *Ambens ignis ſuperavit & multa peraſſit.*

¶ Ambēſus, *a, um*, umher benagt, befreſſen. Virg. Æn. 3, 25 *Ambeſus malis abſumere menſas.* Idem Æn. 5, 752 *Flammisque ambeſa reponunt Robora navigiis.*

¶ Ambeſtrix, *īcis*, f. ab Ambeſtor, quæ ambedit. Ammianus Marcellin. 29, 19 (c. 3 Valeſ.) *cum duas haberet urſas ſævas, hominum ambeſtrices.*

¶ Cōmēdo, *ere*, vel *Comeſſe*, idem quod ſimplex, eſſen. Suppoſita Martial. n. 10 *Scævola, tu comedis apud omnes, nullus apud te.* Sed aliqui *cænas*, pro *comedis*, legunt. Plaut. Moſt. 3, 1, 32 *Tum facile vinces, quam parum volpes comeſt.* Cic. pro P. Sext. 51 *Vsque eo non fuit popularis, ut bona ſolus comeſſet.* vid. plura exempla in Obſerv. L. L. Menckenii. Et, *Comedere nummos*, Cic. Att. 6, 1. *Bona alicujus*, Id. pro Sext. c. 51. Sic & *beneficia, patrimonium alicujus*, apud eumdem Cicer. verzehren. Plaut. Trin. 2, 2, 58 *Comedit quod fuit, quod non fuit.* Et cod. act. ſc. 4, 14 *Peſſimum comedit rem, peſt rationem putat.* Horat. 1 epiſt. 15, 40 *Aliquot, ſi qui comedunt bona.* Vbi vide Interpretes. *Comeſt* pro *comederat*, habet Catullus 29, 15. ¶ 2. *Aliquem comedere*, eſt, alicujus bona comedere, hoc eſt, conſumere, einen um das ſeine bringen. Plaut. Moſt. 1, 1, 11 *Sine modo venire ſalvum, quem abſentem comes.* Item Trin. 1, 2, 65 *Hoſtesne an cives comedis, parvipendere.* Vbi *Hoſtes* antique pro *peregrinis*: *comedis*, pro *comedas* dixit. Terent. *Aliquem exedere*: vide infra. Varro Synephebis ap. Non. 4, 328 *Credo mihi, plures Dominos ſervi comedere, quam canes. Quod ſi Actæon occepiſſet, & ipſe prius ſuos canes comediſſet.* ¶ 3. Mart. 9, 59 *Inſpexit mulles pueros oculisque comedit*, quod alias dicunt, devorantibus oculis adſpexit.

¶ Comēſus, vel Comeſtus, *a, um*, conſumtus, verzehrt. Cic. pro Cluent. c. 62 *Venenum celerrus potuit comeſtum, quam epotum in venas permanare.* Et in Salluſt. c. 7 *Patrimonio non comeſo ſed devorato* Plaut. Trin. 2, 4, 5 *Quid factum eſt ex?* (int. argento) *Comeſum, epotum, &c.* verfreſſen, verſoffen. An *Comeſtus* dicendum, vid. Pigh. in Val. Max. p. 605.

¶ Comētus, *ūs*, m. ſubſt. das eſſen. Iſidor. 20, 1 *Ab eſu & comeſu menſæ factum dicitur vocabulum.*

¶ Comēdo, *ōnis*, m. ein praſſer, verzehrer, freſſer. Varro apud Nonium 2, 189 *Comedonibus venit uſu.*

¶ Comēdus, *i*, m. *antiquis idem quod Comedo*, Feſt.

¶ Cōmēſor, *ōris*, idem. Tertull. adv. Marc. 1, 1 *Mus comeſor arroſit.*

¶ Comeſtor, *ōris*, m. idem. Vulg. Interpr. Sap. 12, 5, & Gloſſ. lat. gr. *Comeſtor*, κατάφαγάς.

¶ Comeſtura, *æ*, f. actio comedendi, die genieſſung der ſpeiſe. Cato R. R. c. 157.

¶ Comeſtibilis, *e*, zu eſſen dienlich; ut, *Vvæ comeſtibiles*, Dig. 50 t. 16 l. 205.

Comeſtari, Comeſtator, Comeſtatio, &c. vide in *Comiſſari.*

¶ Exēmēdo, *ere*, wegzehren, ausbeitzen. Apul. de Herb. c. 8 *Exomedet putredinem.*

¶ Exedo, *ere*, & Exeſſe, auseſſen, aufzehren, verzehren. Ter. Phorm. 2, 2, 4 *Tute hoc intriſti, tibi omne eſt exedendum*, was du eingebrockt, muſt du auch ausceſſen. Et Heaut. 3, 1, 53 *Quid te futurum cenſes, quem aſſidue exedunt?* täglich auszehren, ausſaugen. Sic, *Ægritudo exedit & conficit animum*, Cic. Tuſc. 3, 13. *Solicitudinibus animi dies noctesque exeduntur*, Idem Fin. 1, 16. *Quem exeſt anxius angor*, Lucret. 3, 1007.

¶ Exēſus, *a, um*, ausgefreſſen, ausgezehrt. Cic. Tuſc. 5, 23 *Epigramma exeſis partibus verſiculorum.* Virg. Georg. 4, 44 *Exeſa arbor*, wurmſtichig. Et v. 419 *Exeſas moles*, ausgehöhlt. Ibid. 1, 495 *Exeſa rubigine pila*, vom roſt gefreſſen. Auſon. epigr. 22, 3 *Exeſus tineis opicasque evolvere chartas.* Ita Tib. 1, 11, 37 *Exeſas genas* dixit, ex Nic. Heinſii conjectura, probata Brouckhuſio.

¶ Exeſor, *ōris*, m. apud Lucret. 4, 220 *Æſtus æquoris, exeſor murorum circum litora.*

¶ Inēſus, *a, um*, ungeſſen. Gloſſ. gr. lat. ἄβρωτον, *inroſam, ineſum.*

¶ Inēſus, *ūs*, m. ſubſt. der eckel vor der ſpeiſe. Plin. 7, 6 *Ineſce, atque omne, quicquid dici poteſt, in gravida refert.* Sed al. *inceſſus*, quod tuetur Harduinus & alterum illud a Salmaſio male conjectum putat.

¶ Inexeſus, *a, um*, non exeſus, unverzehrt. Minuc. Felix in Octavio p. 332 *Pœnale illud incendium* (apud inferos) *non damnis ardentium paſcitur, ſed inexeſa corporum laceratione nutritur.*

¶ Inēdia, *æ*, f. pro fame vel abſtinentia, der hunger, item das faſten. Cic Fin. 5, 27 *Regulus vigiliis & inedia necatus eſt.* Item fam. 16, 12 *Inedia conſumi*, ſich verhungern. Et Plin. 11, 63 *Homini non ante diem ſeptimum letalis inedia*, er ſtirbt nicht vom hunger. Differt a *fame*, quod *fames* ſemper eſt cum cupiditate edendi: *inedia* vero etiam ſine appetitu, ut in ægrotis, aut qui voluntariam mortem inedia arceſſunt, ut Atticus Nepotis, Corellius Plinii 2 epiſt. 12.

¶ Inēdus, *a, um*, der nicht viel iſſet. Gloſſ. gr. lat. ὀλιγοφάγος, *inedax.*

¶ Obēdo, *ere*. Hinc

¶ Obēſus, *a, um*, pinguis, craſſus, fett, unterſetzt, dlatt. Vide Gellium 2, 7. Virg. Georg. 3, 79 de notis equi generoſi *Et arduus cervix, Atque ſuperne cavat, tire ſit obeſus, acclinis tergo*, ein glatter rücken. Plin. 11, 37 *Mentes ſolertes, genas ei magnas ſcatere.* Horat. epod 12, 3 *Ivet jumo faveni, me parvo ob fa-* i. e. Veneris: petinde ut nos de ejusmodi homine dicimus: er hat eine feiſte nase. *Enandem narem*, idem familiariter dixit Plaut. 4, 8. *Obeſas aures*, eadem notione pro parum pertis & fagacibus. Calpurnius potuit ecl 4, 52, quibus ipſo principio carminis v. 12 *acutas* oppoſuit, quas & Horatius laudat 2 od. 19, 4. Nam vulgo pingues, five obeſi, ſtupidi haberesque habebantur.

¶ Obēſitas, *ātis*, f. die fettigkeit; ut, *Corporis obeſita*, Colum. 6, 24. Sic Suet. Claud. c. 41 *Obeſitate cujusdam defractis ſubſellüs.*

¶ Obeſo, *are*, pinguefacere, maſten, fett machen. Colum. 8, 7 *Madefacto triticeo pane obeſant avem.* Alii legunt *obeſcant.*

¶ Perēdo, *ere*, durchbeiſſen, durchfreſſen. *Lacrymæ peredunt bomore genas*, Cic. Tuſc 3, 12. Paſſive Catullus epigr. 56, 21 *Et multis languoribus peresus Eſſem.*

¶ Perēſus, *a, um*, aufgezehrt, verzehrt. Serenus p. 3 *Scylla quoque infelix tali languore peraſus Corrunt.* Prudent. Cath 9, 59 *Quinque panibus peraſis.* Adde Lucret. 1, 326; & 3, 414. Virg. Georg. 3, 561. Apul. 6 Met.

¶ Perēdia, *æ*, f. cupiditas edendi, ut Feſtus exponit, die begierde zu eſſen. Plaut. Curc. 3, 1, 74 *Peredium* conjungit cum *perbibeſia*, i. e. cupiditate bibendi.

¶ Sēmēſus, *a, um*, halb geſſen. Suet Tib. c. 34 *Peridiana ac ſemeſa obſonia appoſuit.* Virg. Æn. 3, 244 *Semeſam prædam:* & lib. 8, 297 *Oſſa ſuper recubans antro ſemeſa cruento.*

¶ Subēdo, *ere*, unten abwaſchen, abzehren. Ovid. Met 11, 783 *Dixit & e ſcopulo, quem rauca ſubederat unda, Se dedit in pontem.*

¶ Superēdo, *ere*, drauf eſſen, nacheſſen. Plin. 19, 6 *Menander auctor eſt, altum edentibus, ſi radicem ejus vetæ in prima toſtam ſuperedderint, odorem exſtingui.*

¶ Vnēdo, *onis*, elsbeer. Arbor eſt, quæ & arbutus, & fructus ejusdem, qui primo exortu viret, deinde flaveſcit, maturus vero ruber, aſpero tactu, nullo intus oſſiculo, fragorum modo, quorum etiam effigiem refert. Sapor ei inſipidus & auſterus, linguam & palatum ſtimulans: unde & *unedonis* nomen factum, quod uno comedo alter vel tertius non expetatur. vid. Matthiolus, & Plin. 12, 3 & 15, 24, & 23, 8.

Edoceo, edoctus, vide *Doceo*, Edolare, &c. *Dolo*, Edomare, &c. *Domo.*

EDŌNI, & Edōnii, *orum*, m. pl. Thraciæ populi ſunt Plinio & Solino. Meminit etiam Horat. 2 od. 7, 23. Penultimam produci, notat etiam Servius ad Æn. 12, 365.

¶ Edōnis, *idis*, f. Thraciæ regio, & civitas, quæ & *Antandros* dicta fuit. ¶ 2. *Edōnis*, patronymicum, ἠδωνίς. Ovid. Met. 11, 69 *Protinus in ſilvis matres Edonidas omnes, &c.* Lucanus per Syſtolen corripuit 1, 675 *Edonis Oeagrio decurrit plena Lyæo*: nihil ſortan *Odonis* Lucanus ſcripſit, quæ Salmaſii & Berkelii ſententia eſt, de qua ad Silii 4, v. 778 memoravit Cellarius. Eſt autem *Edonis*, Baccha, ſive Bacchum colens fœmina.

¶ Edōnus, *a, um*, adject. Thracius. Sic Ovid. Rem. am. v. 593 *Edono referens trieterica Baccho.* Et Claudianus 1 Conſul. Stilic. v. 122 *Quoties ſub pellibus egit Edonas hiemes.* ¶ 2. Fiunt autem omnia hæc ab *Edon* ſeu *Edonus*, qui Thraciæ mons eſt. Virg. Æn. 12, 365 *Ac velut Edonus Boreæ cum ſpiritus alto Inſonat Aegæo &c.* vide Servium. add. Brouckh. ad Prop. 1, 3, 6. Barth. ad Stat. Theb. 5, 78.

EDOR, *oris*, n. *ab antiquis appellatum fuit far, quod ſpelta Ador vocaverunt*, Feſt. rocken-korn. Dictum ab *Edendo*, quod populus Rom. trecentis fere annis ex omni frumenti genere ſolo farre eſus fuerit, Plin. 18, 7.

Edormio &c. vide *Dormio*, Educare &c. educere, *Duco*, Eduleare, *Dulcis*, Edulium &c. *Edo*, Edurare, *Durus.*

Effabilis, vide *Fari*, Effæco & *Fæx*, Effafilatus, *Filum*, Effari, effatum, *Fari*, Effarcire &c. *Farcio*, Effaſcinare &c. *Faſcinum*, Effectio &c. *Facio*, Efferare, efferus &c. *Ferus*, Effero, *Fero*, Efferveo, *Ferveo*, Efficacia, efficere &c. *Facio*, Effictio, effigiare, effigies &c. effingere, *Fingo*, Effio, *Flo*, Fillagrare &c. *Flagitium*, Effiere, *Flo*, Effinctio, effligere &c. *Fligo*, Effio, *Flo*, Effloreſco, *Flos*, Effluere, *Fluo.*

EFFLVI, *orum*, m. pl. populi, die Vefiländer oder Preuſſen. Althammerus.

Effluvium, vide *Fluo*, Effocare, *Faux*, Effodere, *Fodio*, Effœminare, *Fœmina*, Effœminatus &c. *Femina*, Effetus, *Feta*, Effore, *Foro*, Effore, *Forem*, Effoſſus, *Fodio*, Effractus, *Frango*, Effrenatio, efferus, *Frenum*, Fabricare, *Faber*, Effringere, *Frango*, Effrons, Effructico, *Frutex*, Effugio &c. *Fugio*, Effulcio, *Fulcio*, Effulgeo, *Fulgeo*, Effundo, effuſus &c. *Fundo*, Effutio, *Futilis*, Effutuo, *Futuo.*

Egelidare, egelidus, vide *Gelo*, Egens, egenus, *Egeo.*

EGEO, *ui*, *ere*, indigere, opus eſſe re aliqua: alicui, bedürfen. Adi ſicit genitivum & ablativum: ut, *Ego vestrum egeo*, Cic. Att. 7, 22, & *vestrâ*, fam. 12, 16. Sic *Indigere*. Horat. 1 epiſt 6, 39 Antiqui & cum accuſativo conſtruxerunt. Plaut. Men. 3, 2, 12 *Nec quicquam ego Cato apud Feſt. v. 322 Ubi tu eum, quia multa egeo; ut ego illis, quia nequeunt egere.* Auſon. præfat. Epiced. in Patrem: *Negue vero nunc patrem meum laudo, quod illa non egeat* Ita & *indigere* conſtruxerunt, de quo ſupra *Subinde egit admoneri Livius enim neceſſitatis eſt*, Sen. epist 6 *Qui laborat egetat, tui debuit deum, ὁ τὰ πάντα χρῄζων χρῄζει τοῦ θεοῦ*, Plutarch. de Anaxagora inopiam ſuam comprimente apud Periclem vide Cardinal. ¶ 2. Eſurire, hunger leiden. *Igitur egetur*, Plaut. Pseud. 1, 3, 39

¶ Egens,

¶ Egens, *tis*, o. egentior, *us*, egentiſſimus, *a*, *um*, nothdürftig, arm. Auctor ad Herenn. 4, 17 *Egens æque eſt is, qui non ſatis habet, & is, cui nihil ſatis poteſt eſſe.* Apulejus Doctr. Plat. p. 22 *Quanto plurium copiarum eſt, tanto egentior ſibimet.* Cic. Att. 6, 1 *Nihil illo regno ſplendidius, nihil rege egentius,* & 9, 7 *egeſtates tot egentiſſimorum hominum.* Id. pro Roſc. Am. c. 8 *Qui in ſua re fuiſſet egentiſſimus: erat, ut ſit, inſolens in aliena.* Conſtruitur, ut *Egeo.* Cic. fam. 6, 22 *egens rebus omnibus.* Plaut. Rud. 1, 5, 16 *egentes opum.*

¶ Egenus, *a*, *um*, plus quam pauper, dürftig. *Egenus rerum cunctarum*, Silius 8, 12, bettelarm. Corn. Gallus, aut quisquis ſub hoc nomine latet, v. 181 *Quid mihi divitiæ? quarum ſi demſeris uſum, Et ſi luxus opum, ſemper egenus ero.*

¶ Egĕnulus, *a*, *um*, dimin. Paulinus Nolanus epiſt. 29 (al. 10) n. 12 *Quod egenulæ noſtræ divitias in ejus filiis intuebamur.*

¶ Egerii, *orum*, m. pl. Romanis dicti pauperes, imo qui nihil proprii haberent. Vnde Damarati filius poſtumus, ad quem nulla hæreditatis pars pervenerat, ita appellatus. v. Liv. 1, 34, & Dionyſius Halicarnaſſ. lib. 3 p. 187 ἀπορεῖς τοῦ πτωχοῦς interpretatur.

¶ Egeſco, *ere*, arm werden. Cathol.

¶ Egeſtas, *ātis*, f. penuria, mangel, dürftigkeit. *Egeſtas infelix, turpis, dira, crudelis, proclivis ſceleri*, vid. Claudian. in Ruf. 1, 36; Virg. Æn. 6, 276; Val. Flacc. 4, 459; Sil. 13, 585. *Egeſtatem afferre*, Cic. pro S. Roſc. c. 5; & ibid. c. 49 *Vitam in egeſtate degere*; & poſt red. in Sen. c. 5 *Suſtentare egeſtatem.* Virg. Georg. 1, 145 *Labor omnia vincit Improbus, & duris urgens in rebus egeſtas.* Majus autem quid *Egeſtas*, & gravius, quam *paupertas* eſt. Hæc enim inter divitias & egeſtatem media eſt. In divitiis ſuperfluum eſt: in paupertate, quantum ſatis eſt, adeſt: in egeſtate, & neceſſaria deſunt, v. Sen. ep. 17. Hue pertinet illud Martialis 11 epigr. 32 *Non eſt paupertas, Neſtor, habere nihil.* Lucret. 1, 831; & ex illo Plin. 4 epiſt. 17 *egeſtas patrii ſermonis*, h. e. Latinæ linguæ anguſtia. Sen. epiſt. 58 *Quantu nobis verborum paupertas, imo egeſtas ſit. Frumenti, & aliarum rerum egeſtas*, apud Salluſt. Catil. c. 56. *Egeſtas animi* humilitas eſt, Cic. in Piſ. c. 11 pr.

¶ Egeſtuōſus, & Egeſtōſus, *a*, *um*, adject. armſeelig, ſicut Montoſus & Montuoſus. Aur. Vict. Epit. c. 24 de Nerva: *Natos parentibus egeſtoſis ſumtu publico ali juſſit*, Anna Tanaquilli Fabri F. habet *egeſtuoſis.* Ambroſius ſerm. 81 p. 380 *quid te egeſtuoſius: quid mendicius?* Auguſtin. epiſt. 254 *egeſtuoſa vita.* Et Salvianus lib. 1 de Gub. p. 9 ed. Baluz. *egeſtuoſa ac mendicante republica.*

¶ Egeſtuoſĭtas, *ātis*, f. die armſeligkeit. Plauto tribuitur.

¶ Ēgĭtĕra, *æ*, f. die dürftigkeit. Tertull. adv. Marc. 4, 24 *Egituram per ſolitudinem ſtruxerat.*

¶ Indĭgeo, *ui*, *ēre*, compoſitum, eamdem habet & ſignificationem & ſyntaxin, quam ſimplex, bedürfen. Ter. Andr. 5, 3, 19 *Quaſi tu hujus indigeas patris.* Cic. Att. 12, 35 *Conſilii tui indigeo.* Et pro Roſcio Com. c. 15 *Bona exiſtimatione indiget mea adoleſcentia.* Vitruv. 3, 1 *Ne quid ex his indigeat.*

¶ Indigens, *tis*, o. dürftig. Cic. Fin. 2, 35 *Ferre opem indigentibus.* Val. Max. 7, 2 exter. 8 de Themiſtocle, *Malo virum pecunia, quam pecuniam viro indigentem.* Sall. Cat. 1 *Virumque* (*conſilium* & *vis*) *per ſe indigens alterum alterius auxilio eget.*

¶ Indigentia, *æ*, f. die nothdurft. Cic. de Amic. c. 9 *Amicitiam ex inopia atque indigentia natam volunt.* ¶ 2. Cic. Tuſc. 4, 9, ex mente Stoicorum, *Indigentia*, inquit, *eſt libido inexplebilis.*

¶ Indigus, *a*, *um*, benöthiget, bedürftig. Lucret. 5, 224 *Indigus omni auxilio. Indigus æris, conſilii, &c.* Virg. Georg. 2, 428 *Opis indigæ noſtræ.* Plin. 8, 40 *Fidelioſſima auxilia, nec ſtipendiorum indiga.*

¶ Indiguus, *a*, *um*, idem. Apul. lib. 9 Met. *Refectione virium vehementer indiguus.*

¶ Perindĭgeo, *ēre*, ſehr dürftig ſeyn. Tertullian. Scorpiac. c. 13 vertens 2 Corinth. 4, 8 *Indigeamus, ſed non perindigeamus.*

Egeria, egeries, vide *Gero*, Egeries, *Egeo*, Egermino, *Germen.*

ĔGERSĬMON, *i*, n. ſubſt. ἐγερσιμον, *excitatorium*, ein ermunterungsmittel. Mart. Capella 9 p. 308 *Egerſimon ineffabile.*

Egeſtas, &c. vide *Egeo*, Egeſtio, egeſtuoſus, egeſtus, *Gero*, Egigno, *Gigno*, Egitura, *Egeo.*

EGLEGŎPALA, *æ*, f. ein taubenland. *Columbinam terram Gallia ſuo nomine Eglecopalam*, Plin. 17, 8. Negat Harduinus, quid hoc vocis ſit ſe noſſe.

ĔGO, ἐγώ, ich, pronomen cujus caſus ſunt, *mei*, *mihi*, *me.* Ter. Eun. 1, 2, 111 *Ego quid volim?* fragſt du, was ich will? Virg. ecl. 3, 17 *Non ego te vidi?* Ariſt. lib. 2 Moral. *Eſt, ut dicere ſolemus, amicus alter ego,* ἐστι ὡς φαμεν, φιλος ἕτερος ἐγω. Sæpe ita Cicero v. g. Att. 3, 15 *Me ipſum accuſo, deinde te, quaſi me alterum.* Ter. Andr. 5, 2, 28 *Nonne te miſeret mei?* Idem Eun. 4, 7, 31 *Faciam, mei ſemper memineris.* Plaut. Moſt. 4, 2, 8 *Mihi ſum*, elegans formula ſatagentis ſuis moribus. Invenitur etiam *mi* pro *mihi.* Varro R. R. 2, 5 *Tu vero, Murri, veni mi advocatus.* Lucret. 3, 106 *Magnopere in quo mi diverſi errare videntur.* Ter. Andr. 2, 2, 13 *Nil pericli eſt, me vide*, verlaß dich nur auf mich. Nec aliter Plautus Merc. 5, 4, 53. & Trin. 3, 3, 79 *me vide*: Pro quo in Aſin. 3, 3, 70 *Taceas me ſpectes.* ¶ 2. Singularem emphaſin parit hoc pronomen poëtis, ubi abundare videtur, v. g. Sil. 2, 340 *Vidi ego cum geminas*, &c. vid. Drakenb. ad h. l. & Brouckh. ad Tib. 1, 4, 29. ¶ 3. *A me*, i. e. de me, vel de meo. Plaut. Pſeud. 2, 4, 45 *A me poſſum dare.* Et Trin. 1, 2, 145 *Illi redemi rurſum, a me argentum dedi.* Ita apud Suet. *a ſe*, i. e. de ſuo. ¶ 4. *Ad me*, i. e. domum meam. Cic. fam. 3, 8 extr. *Neque domum unquam ad me* (ita MSS. Grævii) *literas mittam.* Vt nimirum apud Comicos, *Quis a nobis exit*, h. e. domo noſtra. ¶ 5. *Mihi* ſæpe παρέλκει Liv. præf. operis, *Ad illa mihi quisque attendat animum*, ut apud Germanos. Ita & *tibi.* vid. Drakenb. ad Sil. 1, 46. Burm. ad Calpur. ecl. 7, 33. ¶ 6. Sed *me* ante infinitum ſæpe deeſt. vid. Cort. ad Sall. Iug. 4, 2 *Ne quis exiſtimet, memet ſtudium laudando extollere.*

¶ Egomet, ich ſelbſt. Ter. Adelph. 4, 3, 13 *Egomet narrabo, quæ mihi dixit.* Virg. Æn. 3, 623 *Vidi egomet.* Cic fam 5, 9 *Memet totum.* Etiam *mihimet ipſi* ex Cic. & *mihipte* ex Catone apud Feſtum laudatur.

¶ Egone, interrogative. Ter. Eun. 1, 1, 20 *Egone illam?*

¶ Mecum, mit mir, (& ſic Nobiſcum) pronomen Priſciano; adverbium perſonale Donato eſt. Ter. Hec. 1, 2, 56 *Vt colloqui una mecum poſſet. Mecum facit*, er hält's mit mir, Horat. 2 epiſt. 1, 68. *Sæpe hoc mecum cogito*, ich denke bey mir ſelbſt, Cic. de Invent. 1, 1. Ter. Andr. 2, 1, 26 *Haud mecum ſentit*, er iſt nicht meiner meynung. *Cum me, cum te*, quod refugerint dicere, Cicero oſtendit in Orat. c. 45 *Non olet, unde ſit, quodammodo*, CVM ILLIS? CVM *autem* NOBIS, *non dicitur, ſed* NOBISCVM? *Quia ſi id diceretur, obſcenius concurrerent literæ: ut etiam modo, niſi* AVTEM *interpoſuiſſem, concurriſſent. Ex eo eſt*, MECVM & TECVM: *non* CVM ME, CVM TE, *ut eſſet ſimile illis*, VOBISCVM *atque* NOBISCVM. Ex quibus manifeſtum, hæc verius provocabula ſive pronomina, quam adverbia eſſe. Vide Priſcianum 12 c. penult. de figura.

Egredior, cum derivatis, vide in *Gradus.*

Egregius cum derivatis, vide in *Grex.*

ĔGŬLA, *æ*, f. genus ſulphuris, ſuffitu mollitiem candoremque lanis inducens, Plin. 35, 15.

Egurgito, &c. vide infra *Gurges*, Ehem, *Hem*, Eheu, *Heu.*

ĔHO, quærentis, conturbati, admirantis & vocantis interjectio. *Eho, nunquidnam accuſat virum? Eho obſecro, annon civis eſt? Propero ad filiam, eho mecum Crito, Eho, tu Glycerium hinc civem eſſe ais?* Ter. Andr. 5, 4, 5 & 48.

¶ Ehodum, vocantis & interrogantis ſimiliter. *Ehodum ad me, Ehodum bone vir*, Ter. Andr. 3, 5, 10.

EI pro I longo poni, obſervamus in hoc elemento.

EIA, ἔα, adverb. corrigentis & horrantis, ie, ja. *Eja haud ſic decet*, Ter. Eun. 5, 8, 35, ey es muß nicht ſo ſeyn. Id. *Eja, ut elegans eſt*, Heaut. 5, 5, 19. *Eja* quoque in principio epiſtolæ poſuit Plin. 4, 29.

Ejaculor, &c. vide *Iaculum*, Ejectamentum, ejectio, ejicio, &c. *Iacio*, Ejero, *Iuro.*

ĔIVLO, *avi*, *atum*, *are*, mulierum proprie eſt, laut weinen, heulen. Verbum a ſono factum, ſcil. ab *ei*, *hei*, vel *eheu.* Plaut. Aul. 4, 10, 66 *Cur ejulas?* Tranſit. certe per ellipſin τῆς propter, Apul. 3 p. 129 *Fortunas meas ejulabam.*

¶ Ejulans, *tis*, flebiliter lamentans. Plaut. Aul. 2, 4, 39 *Quinam homo hic ante ædes noſtras ejulans conqueritur mœrens.* Cic. Tuſc. 2, 7 *Ipſum Herculem viderat in Oeta magnitudine dolorum ejulantem.* Apul. 3 Met. p. 319 *Lugubriter ejulantes.* Id. 4 p. 80 *Altius ejulans ſe.*

¶ Ejulātio, *ōnis*, f. das geheule. *Lugubris ejulatio*, unmäßiges weinen, Cic. Leg. 2, 23. *Illa non virilis ejulatio*, Horat. Epod. 10, 17.

¶ Ejulātus, *ūs*, m. id. Cic. Tuſc. 2, 23 *Ingemiſcere nonnunquam viro conceſſum eſt, idque raro; ejulatus vero ne mulieri quidem.*

¶ Ejulābilis, *e*, flebilis, kläglich, jämmerlich. Apul.

¶ Ejulīto, *are*, frequent. ſehr heulen. Lucil.

Ejuncēſco, vide *Iuncus*, Ejuro &c. *Iuro*, Ejusmodi, *Modus.*

Elabi, Elaboro, cum derivatis, vide *Labor*, *labi* & *Labor*, *oris.*

ĔLĂCĀTA, *æ*, f. vel, ut apud Feſtum legitur, *Elacatena*, genus eſt ſalſamenti, quod appellatur vulgo *Malamurea.* vid. Colum. 8, 17, qui inter piſces refert. Nomen eſt a ſimilitudine coli muliebris, qui ἐλακάτη dicitur. conf. paullo poſt *Elegatus.*

Elacteſco, vide in *Lac.*

ĔLÆA, *æ*, f. ἐλαία, vel ἐλαῖα, olea, ein ölbaum. ¶ 2. *Elea* urbs eſt Æoliæ. ¶ 3. Et alia Phœnicum inter Tyrum & Sidona. ¶ 4. Navale præterea hoc nomine Bithyniæ, ¶ 5. & lacus quidam Æthiopiæ, ¶ 6. ac tres eodem nomine Inſulæ. v. Stephan. de urbibus.

¶ Ĕlæon, *i*, n. ἔλαιον, oleum, öl. Sed

¶ Elæon, *ōnis*, ἐλαιών, cella olearia, ein öl-keller, item der öl-berg. Tertull. adv. Marc. 4, 39 *Ad noctem in Elæonem ſecedebat.*

¶ Elæŏdes, *is*, n. ἐλαιώδες, aliquid oleaginum, unguinoſum, etwas öhichtes, ſchmierichtes: ut, *Acopum, quod elæodes vocant*, Celſ. 5, 24, 2. *Pus, quod elæodes appellatur*, id eſt, *oleo albo non diſſimile*, Id. 5, 26, 20.

¶ Elæŏnes, *is*, ἐλαιώνης, curator oleo coëmendo, l. fin. ff. de mun. & honor.

¶ Elæmpĕtria, *æ*, f. ἐλαιεμπορία, olei coëmendi cura, l. ult. § 19 ff. de mun. & hon. Ex ἔλαιον, *oleum*, & ἔμπορος, *mercator.*

¶ Elæŏgārum, *i*, n. ἐλαιόγαρον eine öl-brühe, Apic. 7, 3.

¶ Elæŏmalache, *es*, f. ἐλαιομαλάχη, öl-pappel, Apul. de Herb. c. 40.

¶ Elæŏmĕli, n. oleum ſaporis mellei ex olea, de quo ſic Plin. 23, 4 *Elæomeli, quod in Syria ex ipſis oleis manare diximus, ſapore melleo non ſine nauſea alvum emollit.* ἔλαιον, *oleum*, μέλι, *mel*, ἐλαιόμελι. Dioſcorid. 1, 32.

¶ Elæomĕlŏche, *es*, f. ἐλαιομολόχη, herba ibiſcus ſive malva, öl-ibiſch, Apul. de Herb. c. 35.

¶ Elæophyllum, *i*, n. ἐλαιόφυλλον, bingel-kraut, Dioſc. 3 p. 140.

¶ Elæŏthĕſium, *i*, n. ἐλαιοθέσιον, locus eſt, ubi allipta inungi corpora lotorum ſolebant, das ſalb-zimmer, Vitruv. 5, 11.

Elagabalus, v. *Heliogabalus.*

ĔLĂMĪTÆ, *arum*, m. pl. Perſæ olim a gentis conditore Elam non minus ac Elymæi dicti ſunt. v. Joſeph. Antiqu. 1, 14; & Rein. Reinecc. Hiſt. Iul. Vol. 2 f. 14 ſeqq. Strictius autem ſumti Elamitæ Parthis opponuntur, Eſr. 4, 9; Act. 2, 9. ¶ 2. *Elamitæ* etiam populi ad ſinum Arabicum, Plin. 6, 28.

Elangueo, elanguidus, vide *Langueo.*

ĔLĂPE, *es*, f. genus ſerpentis, Plin. 32, 5.

ĔLĂPHUS, *i*, m. ἔλαφος, *cervus*, ein hirſch. ¶ 2. *Elaphi* placentæ ex ſeſamo & farinæ flore confici ſolitæ in Elaphebolis, de quibus jam dicetur. v. Cæl. Rhod. 9, 10.

¶ Elaphæa, *æ*, f. Diana dicta a nutrice *Elaphia* in Elide v. Pauſan. 1 6

¶ Elaphē-

¶ Elaphebŏlia, *orum*, n. pl. ἐλαφηβόλια, Dianæ festa mense Decembri, vel, ut alii volunt, Februario celebrata ab Athenien sibus, in quibus cervi immolabantur. v. Plutarch de Virtut.

¶ Elaphebŏlion, *ĭi*, ἐλαφηβολιών, epitheton non modo mensis illius, quo cervi Dianæ oblati sunt; sed & ipsius Dianæ, quod in venatione jaculo figat cervos.

¶ Elaphŏboicon, *i*, ἐλαφοβοσκου, herba monstrata a cervis, ut Plinius ait 22, 22. Vnde & nomen habet, ἐλαφος, *cervus*, βοσις, *cibus*, *pabulum*: *Cervi cibum* vocant vulgo, hirſchwurz.

¶ Elaphoſcŏrodon, *i*, n. genus allii, de quo Dioſc. 2, 182.

Elapidare, vide *Lapis*, Elaptus, *Labor*, Elaqueare, *Laqueus*, Elargiri, *Largus*, Elaſticus, *Laſſus*.

ĔLĀTE, *es*, f. ελατη, involucrum novi fructus palmæ arboris, secundum Dioſcoridem & Theophraſtum. ¶ 2. Galeno vero *Elate* etiam tenerum palmæ eſt germen, & Heſychio τὸ φοινικος πρωτη ἐκφυσις, id eſt, prima palmæ germinatio. ¶ 3. Sed & abietem ἐλατην Græci appellant, ἀπο τὸ ελαυνω παρα τὸ πλιτυ, aut το ἐλαν, ὁ ἐστι εἰς ὕψος ἀνατἀζεσθαι, quod in longitudinem simul & latitudinem excrescat. ¶ 4. Denique & postrema & latior remi pars *Elate* dicitur, quæ Virgilio palmula eſt, Æn. 5, 163 *Littus ama, & lævas stringat sine palmula cautes*.

ĔLĀTĒRIVM, *i*, n. ἐλατηριον, succus cucumeris silvestris, medicamentum diuturnissimum juxta Theophraſtum, vid. Plin. 20, 1 & Dioſc. 4, 149.

ĔLĀTĪNE, *es*, f. ἐλατινη, herba folia habens helxinæ similia, sed minora, nascitur in segetibus & cultis, erdwinde. v. Dioſc. 4, 38; Plin. 27, 9.

ELĀTĪTES, *æ*, m. ἐλατιτης, lapis, quorum genus hæmatites, Plin. 36, 20, eine art eines blutſteins.

Elatrare, vide *Latro*, *are*, Elatus, elatio, *Fero*.

ĔLĀTVS, *i*, m. mons Aliæ, Plin. 4, 12. ¶ 2. *Elatus* Perrhæbus quidam Cænei pater. Hinc

¶ Elatēius, *a*, *um*, adject. ut, *Cæneus Elateius*, Ovid. Met. 12, 497. Et, *Proles Elateia Cænis*, ibid. v. 189.

Elaudare, vide *Laudo*, Elavare, *Lavo*, Elaxare, *Laxus*.

Elecebra, electo, are, vide *Lacio*, Elector, &c. *Lego*.

ELECTRA, *æ*, f. uxor Atlantis, Oceani & Tethyos filia. ¶ 2. *Electra* junior, filia superioris, concubina Iovis, mater Dardani. Ovid. Faſt. 4, 31 *Dardanon Electra neſcivit Atlantide cretum? Scilicet! Electram concubuiſſe Iovi!* Adde Virg. Æn. 8, 135. ¶ 3. *Electra* Oreſtis soror, Agamemnonis filia. Helena cum *annoſam virginem* per contumeliam dixit, quia diu cælebs fuit, antequam uxorem duceret Pyladi. Vnde & aliqui *Electram* dictam putant, quasi ἀ-λεκτραν, hoc eſt, sine thalamo. Sed alii a flavo colore, qui *electrum* refert, ita appellatam asserunt. vid. Ovid. Triſt. 2, 395. Horat. 2 Sat. 3, 139.

¶ Electrum, *i*, n. ἠλεκτρον gummi vel succus pineæ arboris in mari durescens, alio nomine *succinum* & *Chrysophorum*, agtſtein. Legunt id Effui & Boruſſi. Virg. ecl. 8, 54 *Pingata corticibus ſudent electra myrice*. Odor ejus cerebro mire confert & oculis, unde agtſtein, id eſt, augſtein, Germanis dicitur, alio nomine, bernſtein. Tac. de Germ. 45, 6 *Gleſum* ab illis, a quibus legitur, vocari scribit, quod vitri instar fortaſſe pelluceat, & intulam inde *Gleſoriam*. Attrahit paleas, & habet alias arcanas vires multas, prodeſt etiam apoplecticis. Phil. Beroaldus de laudibus Germaniæ: *Et dives pecoris feraxque gemmæ, Quod* Gleſum *vocitant tui parentes*, Electrum *Attica*, ſuccinum *Latini*. Ovid. Met. 2, 364 *Inde fluant lacrymæ, ſtillataque ſole rigeſcant De ramis electra novis*. Vide Plin. 37, 2. Kircher. Mund. Subterr. 2, 8, & cui potius, ubi ſcilicet diversa tradunt, fides habenda, Hartmannus in ſuccini Pruſſici historia. ¶ 2. *Electrum* metallum, aliud naturale eſt, aliud artificiale. Plin. 33, 4 ſect. 23 *Omni auro in ſt argentum vario pondere. Vbicumque quinta argenti portio eſt, electrum vocatur*. Et hoc de naturali. Alibi de factitio, ut 9, 41 *argentum auro confundere, ut electra fiant*. Adde Virg. Æn. 8, 402, ibique de la Cerd. & Taubm. item Æn. 8, 624; & Ovid Met. 15, 317. ¶ 3. Contra eos, qui primam syllabam corripiunt, diſputat vir doctus in Miſcell. Obſerv. Vol. 4 p. 330 ſq.

¶ Electréus, *a*, *um*, ex electro factus, aus gemiſchtem golde. Lamprid. Alex. Sev. c. 25 *Alexandri habita nummos pgr. avit, & quidem electreos aliquantos, ſed plurimos tamen aureos*. Adde Herald. ad Tertull. Apolog. p. 174.

¶ Electrīnus, *a*, *um*, idem. *Patera electrina*, Trebell. Pollio in vita Quieti. Et l. 32 § 5 D. de aur. arg. &c. *electrina vaſa*.

¶ Electrĭfer, *a*, *um*, reich von agtſtein. Claudian. Feſcenn. v. 55 *Et Padus electriferis Admodulatur alnis*. De iisdem Phaethontis ſororibus loquitur, de quibus modo Ovidium vidimus, in arbores electri feraces, ut in fabulis eſt, transformatis.

¶ Electrĭdes, *um*, f. ηλεκτρίδαι, insulæ maris Adriatici, sic a Græcis appellatæ, quod electrum in illis provenire putaverunt, *vanitatis Græcæ certiſſimo documento*, ut Plin. ait 37, 2.

ĔLEĔMŌSŸNA, *æ*, f. ἐλεημοσυνη, munus, quod inopi datur; ab ἔλεος, *miſericordia* vel *miſeratio*, verbum eccleſiaſticum; allmoſen; Tertull. de Patientia c. 7 *Qui minutum ſibi aliquid aut furto, aut vi, aut etiam ignavia*, (ablatum) *non conſtanter ſuſtinere conſtituit; neſcio, an facile vel ex animo ipſe rei ſuæ manum inferre poſſit in cauſſa eleemoſynæ*. Satis licenter in versu Alcimus ad Soror. v. 352 *Quas ſola eleemoſyna ſervat*.

¶ Eleemosўnor, *ari*, erogare eleemoſynas, allmoſen geben. Auguſt.

¶ Eleemoſynārius, *i*, m. qui diſtribuit eleemoſynas, ein allmoſenier, ein allmoſen-herr.

¶ Eleemoſynaria, *æ*, f. das allmoſen-amt.

ELĔGANS, *antis*, o. cultus, ornatus, politus, reinlich, zierlich, fein, ſauber. *Eſſ. dictus elegantes ex eligendo*, ipſe Cicero existimat de Nat. D. 2, 28, ut ſint quaſi eligentes, quod præſtantiſſimum eſt. vide Gell. 11, 2, ubi de mala & bona vocis ſignificatione differit. Civ. fam. 7, 23 pr. *Omni judicio elegantiſſimos*, de eo, qui recte de ſtatuis judicare poteſt. *Elegans formarum ſpectator*, Ter. Eun. 3, 5, 18, ubi *Elegantem* Donatus, qui ſit *cunctantis judicii & faſtidioſi, cui non quid facile placeat*, interpretatur, quorſum inprimis facit Eun. 5, 5, 19, ubi ad filium mater, *Nate mi ego pol tibi dudum illam lepidam, quam tu facile ames* &c. Reſpondet filius, *Rejumme illum vis ginem, exſtam ſparſo ore, adunco naſo? Non poſſum pater*. Hic pater indignatus, *Eia ut elegans eſt!* wie iſt er ſo delicat, man wird ihm wohl eine mahlen oder mitnigen müſſen! Nepos 25, 13, 5 *Elegans, non magnificus*. Et Cic. in Bruto c. 68 *Elegans in dicendo*. Idem c. 82 *Polita, urbana & elegans oratio*. Et Catull. 13, 10 *Sed quid ſuavius elegantiusve eſt*. Gell. 13, 29 *Elegantior vocis ſonus*. Nep. 25, 12, 4 *Multo elegantiſſimus poëta*; & Cic. pro Rofc. Am. c. 41 *Elegantiſſima familiæ*. Vet. Gloſſ. *Elegans* ἀστειος, λογιος, ἐκλελεγμενος, ἀκριτος, ἀκατηγητος. Elegantes ἀξιολογοι, ἐπιλεκτοι. Λιχετὸ ibid. *Elegans, formoſus, ſpectatus*. ¶ 2. Qui nimis lecto amœnoque cultu victuque esset, quod luxuriæ eſt, hunc *elegantem* vocabant veteres, ſarcitum, ut Gellius loco ſupra laudato monuit. Inde inter convivia apud Plaurum eſt Trin 2, 1, 13 *harpago mendax, cappes, avarus, Elegans, deſpectator*, &c. vide & Caraubon. ad Theophrasti Characteres p. 16 & 162. Nec aliter Tacitus usus voce *elegantiæ*, de qua ſequitur.

¶ Elegantĕr, adverb. proprie, perſpicue, polite, hübſch. Cic. Tuſc. 2, 3 *Eleganter & ornate ſcribere*. Idem fam. 3, 8 *Quid a me fieri potuit aut elegantius aut juſtius?* diſcret, raiſonnable, vid. Scripp. ad h. l. ap. Grævium. Id. de Clar. Or. c. 72 *Latine loqui elegantiſſime omnium*. Et Liv. 37, 1 *Lælius elegantius fæcharos duxit, ſi judicio patrum, quam ſorti eam rem permiſiſſent: Elegantius*, i. e. pulchrius, magis decore. Salluſt. Catil. c. 24 *Saltare elegantius, quam neceſſe eſt probe*.

¶ Elegantia, *æ*, f. cultus, ornatus, mundities, reinlichkeit, zierlichkeit. *Elegantia ſermonis*, Cic. Att. 7, 3. *Elegantia vitæ*, Corn. Nep. 25, 19, 2, quæ ad univerſi moris condecentiam referenda eſt. Sed *elegantiam*, quam vocabant veteres, probro vertebant. Nec aliter Tacitum ſenſiſſe, cum Ann. 14, 19, 2 ſcribit: *Servilia ludia foro, mox tradendis rebus Romanis celebri, & elegantia vitæ, quam clariorem effecit, ut par ingenio, ita morum diverſus*: clariſſimi Pichenæ opinio eſt. Putat enim, in ea clanculum notari luxum Servilii, ac nimis lautam vitam, tanquam Romano Senatori minus decentem: itaque accipiendam eandem vocem, cum C. Petronius *erudito luxu, & aſſumptus Neroni elegantiæ arbiter*, Tacito proditur Ann 16, 18, 3. Ita *Elegantia*, i. e. luxus in veſtibus, *olim viris non laudis nomen*, pracht. v. Gell. 11, 2.

¶ Inelegans, *antis*, o. unzierlich, unformlich). Catull. 6, 2 *Deliciæ illepidæ atque inelegantes*. Cic. de Clar. Or. c. 81 *Orationis non inelegans copia*.

¶ Inelegantĕr, adv. idem Cic de fin. 2, 9 *Diviſit inelegantĕr*. Gell. 17, 2 *Non uſitate dixit, ſed non horride inſuite, nec inelegantĕr*.

¶ Perelegans, *tis*, valde elegans. *Perelegans ac perſubtilis oratio*, Cic. pro Planc. c. 24. Et, *Perelegantis viri ingenii*, Vellej. Paterc. 1, 7.

¶ Perelegantĕr, adverb. ſehr nett. Cic. de Clar. Or. c. 52 *Cum ſatis ornate & perelegantĕr diceret*.

ĔLĔGĀTVS, *i*, m. piſcis genus, capi ſolitum ex Garumna Burdigalam præterfluente. Auſon. epiſt. 4, 59 *Virentes thynni, & male tecti ſpina elegati*. Turnebus Adverſ. 1, 23 cenſet legendum *Elacati*, quod reprehendit Scaliger in not. ad Auſon.

ĔLĔGĪA, vel Elegeia, *æ*, f. ἐλεγεια, nænia, carmen lugubre, ein trauer-gedichte. Nomen eſt ἀπο τὸ ἐ ἐ λεγειν, quæ ſentium vox eſt apud Æſchylum in Prometheo. Quod quidem ἑτυμον magis placet Voſſio, quam ut ſit ab ἔλεον. v. eund 4 Inſtit. Orat. p. 42. *Petulans* etiam dicitur Statio 1 Silv. 2, 7, quia Amorum libris ab innumeris olim vatibus dicata. Ita Ovid. qui & *amantis ei Cultum* adſcribit Amor. 3, 1, 9. At idem dicti libri eleg. 9 in mortem Tibulli v. 3 *Flebilis indignos elegeia ſolve capillos*. conf. Scalig. Poët. 1, 50. ¶ 2. *Elegia* vocatur a quibusdam arundo obliqua, fruticis modo ſe ſpargens, ap. Plin. 16, 36.

¶ Elegia, *orum*, n pl. Plaut. Merc. 2, 3, 74 *Implcantur meæ foves elegiorum carbonibus*. Alii rectius legunt *elegiam*, ubi interpretamur, in *Legus*.

¶ Elegidĭon, *i*, n. ἐλεγιδιον, dimin. parva Elegia. Perſ. ſat. 1, 51 *Non ſi qua elegidia crudi Dictarunt proceres*.

¶ Elegidarĭon, *i*, n. idem. Petron. c. 109 *Capit capillorum elegidarion dicere*, i. e. encomium. ¶ 2. *Elegion* occurrit apud Auſonium epigr. 94.

¶ Elegĭcus, *a*, *um*, adject. Sic, *Carmen elegiacum* Grammatici vocant, quod conſtat diſtichis, five hexametris & pentametris. vid. Mart. Capell. lib. 5 p. 168. Ovid. Am. 1, 1; 3, 4. it. 27 ſq.

¶ Elegus, *i*, m. ἐλεγος, verſus elegiacus. Horat. de Art. P. v. 77 *Quis tamen exiguos elegos invenerit auctor*, &c. Adde Horat. 1 od. 33, 3; & Ovid Faſt. 2, 3.

¶ Elegiographus, *i*, m. ἐλεγιόγραφος, elegiarum ſcriptor, der elegien ſchreibt.

Eleides vide nox in *Elis*.

ELELEVS, *i*, Bacchi cognomen. Ovid. Met. 4, 15 *Nyſteliusque, Eleleusque parens, & Iacchus, & Evan*. Hinc

¶ Elelēides, *um*, Bacchicæ mulieres vel Bacchantes Ovid. 4, 47, ubi vulgo legebatur *Eleïdes*. Nomen ductum ab ἐλελεῦ, quam tumultuantium vocem fuiſſe, apparet vel ex Aristoph Av 363.

ELELISPHĂCVM, *i*. n. & Elelisphăcus, *i*, f. ἐλελισφακος, *ſalvia*, ſalbey, v. Plin 22, 24; 23, 8; 25, 10; 26, 15; Apul. de Herb. c. 101; Dioſc. 3, 148, Seren v. 385. v. Keuch. & Burm.

¶ Elelisphacītes, *æ*, m. ἐλελισφακιτης, vinum ex ſalvia, ſalbey-wein. Dioſc. 5, 71.

ĔLĔMENTVM, *i*, n. στοιχειον eſt, ex quo corpus mixtum componitur, tanquam ex parte ſimplici, quæ non poteſt dividi in diverſarum ſpecierum corpora, das element, urweſen, anfang eines dinges. Dicuntur *elementa* quaſi *alimenta*, quod ex iis corpora conſtituantur & rerum naturalium tubitantiæ, unde & *Principia* vocat Cicero Tuſc. 1, 10. Talia vulgo ſunt illa quatuor, *Ignis, Aër, Aqua, Terra*, Plin. 1, 5; quibus primæ qualitates reſpondent, *calor, frigus, humiditas & ſiccitas*. ¶ 2 Sic probe expendatur Curtius 9, 9, 27, ipſum mare *elementum* vocat. Quemadmodum & Symmachus ſcripſit 6 ep 71

ta terræ ac variis copiis redundatis, ut vobis pollucibilem victum utriusque elementi ministret opulentia. v. Borrich Cogit. p. 302. ¶ 3. Est & *elementum* quodlibet primum seu principium in suo genere: Quintil. 1, 1: *Prima literarum elementa*, h. e. initia, der anfang des studirens. Cic. Acad. 4, 28 *Elementa loquendi.* Et Iuven. 14, 123 *Sunt quædam vitiorum elementa.* Ovid. Fast. 3, 179 *Parva fuit, si prima velis elementa referre, Roma.* Iustinianus libros Institutionum, *totius legitimæ scientiæ prima elementa* vocat § 4 proœmii. ¶ 4. Sic & ipsæ literæ *elementa* vel literæ elementariæ dicuntur, die ersten buchstaben des a b c. Horat. 1 epist. 20, 17 *Pueros elementa docens*, ein knaben-lehrer. Idem 1 sat. 1, 25 *Ut pueris olim dant crustula blandi Doctores, elementa velint ut discere prima.*

¶ Elementarius, *a, um*, quod ad elementa spectat: ut, *Puer elementarius*, ein a b c-schüler. Sen. ep. 36 *Turpis & ridicula res est elementarius senex; juveni parandum, jam utendum:* ELEMENTARIVS, qui aliena ætate sua inter pueros elementa seu literas discit. Adde Barth. ad Script. Venat. p. 133. Fœminino sexu *Elementaria* Arnobius dixit lib. 2 p. 61 *Noto illam* (animam) *ex docta, ut dicitur, elementariam fieri.* Cum addit, *ut dicitur*, proverbii locum habuisse, *ex docto elementarium fieri*, significat. Fit autem vere adjectivum. Iul. Capitol. in Pertinace c. 1 *Puer literis elementariis & calculo imbutus*, i. e. primis rudimentis literariis, der lesen, schreiben und rechnen kan.

¶ Elementitius, *a, um*, elementarisch. Tertull. de Anima c. 32 *Ex elementitiis subsidentiis conferri.*

¶ Cœlementātus, *a, um*, aus elementen bestehend; ut, *Mundus cœlementatus*, Tertull. adv. Valent. c. 23.

ĔLENCHVS, *i*, m. ἔλεγχος, syllabus, σύλλαβος, index libri, eine tafel oder register; ut, *Elenchi librorum Plinii*, ut in antiquissimis libris, Index præfationi subnexus, appellatur. ¶ 2. *Elenchus* Logicis nihil aliud est, quam contradictio sive reprehensio alterius, eaque vel vera vel falsa. Hinc *ignoratio elenchi* dicitur, ubi neque status controversiæ recte formatur, neque veræ contradictionis leges observantur. ¶ 3. *Elenchi*, genus margaritarum, quod deseribamus verbis Plinii 9, 35 f. 56 *Et pincerioribus fua gratia eft: elenchos appellant, fafligata longitudine, altabafirorum figura in pleniorem orbem definentes.* vid. Gesner. ad h. l. Chrestom. p. 435. Germani vocant gloecken, ob quamcunque cum campanis similitudinem, scilicet ut veteres *crotalia*, ubi vid. Iuvenal. 6, 459 *Auribus extensos magnos commisit elenchos.* Ex auribus enim suspendebantur. Idem & *Cylindri* eidem Poetæ dicuntur, vide *Cylindrus*, & Rigaltium ad Artemidorum p. 64; itemque Salmasium de modo usurarum p. 670; Et l. 32 § 8 ff. de aur. arg. leg.

¶ Elenchicus, *a, um*, widerlegend; ut, *Libri elenchici*, seu *sermones* ἐλεγκτικοί, ad coarguendos contra disputantes, ἐλέγχειν, *arguere*, ostendere, Quintil. 2, 6. Aliqui etiam *Elenchticus* scribunt.

ELEO, *ēvi, ētum*, ut deleo, ab E & oboleto *Leo*, i. e. *lino*, ut sit emaculare, purgare, mundare, säuber auswaschen. Lucil. apud Nonium 2, 273 *Si hic vestimenta elevit luto, &c.* Hinc

¶ Elēvies, *ei*, f. purgatio, die reinigung, ex Lucilio Nonius 2, 274. al. *Eluvies.*

ĔLĔPHAS, *antis*, ἐλέφας, & Elephantus, *i*, m. ein elephant, animalium terrestrium maximum, docile, clemens, prudens, memoria valens, φιλάνθρωπον, juxta Plinium 8, 5; & secundum Cic. Nat. 1, 35 *Elephanto belluarum nulla prudentior.* Idem N. D. 2, 60 *Elephantorum acutissimi sensus*, sie sind von scharffen sinnen. Exempla enim industriæ eorum mira Plutarchus recitat lib. de industria animalium. Domiti militant, & turres armatorum in hostes ferunt, magnaque ex parte orientis bella conficiunt. Decem annis gestare uterum a vulgo existimantur. Aristoteles biennio putavit, ac singulos tantum semel fœtus edere: Vivere ducenis annis, & quosdam trecenis. vid. Plin. 8, 10; & Aristot. lib. 6 de Nat. animal. Plaut. Stich. 1, 3, 13 de fœmina: *Audivi sæpe hoc vulgo a multis dicier, solere elephantum gravidam perpetuos decem esse annos.* Apulej. lib. 1 Milef. *Eadem* (saga) *amatoris sui uxorem, quod in eam dicacule probrum dixerat, jam in secundam prægnationis obscepto utero & repigrato fœtu, perpetua prægnatione damnavit: &, ut comiti numerant, octo annorum onere missella illa, velut elephantum paritura, distenditur.* Hinc de immodica cunctatione proverbiali figura dixit Plin. in præfat. *Celerius elephanti pariant.* Elephantorum historiam præter Plinium 8, 1 ad 12 *Boves Lucas* Romanis initio dictos scribit, & Ælianus & Strabo lib. 15 p. 704 & seq. item Philostratus lib. 2 de vita Apollonii p. 64; & Iunionibus Lipsius in epistolis, Rupertus ad Florum p. 259, 262, 266, & Herm. Hugo de Milit. Equest. 1, 5 exsecuti sunt, sed copiosissime D. Petri ab Hartenfels in elephantographia curiosa. De *elephantorum quadrigis triumphalibus* in nummis Spanh. diss. 10 p. 214 seq. Qui & generatim de elephantis plusculа habet egregia diss. 4 p. 179 seq. Quomodo a draconibus perimantur, Philo docet & Plin. 8, 12. vide supra in *Draco. Elephanti culicem conferre.* Item: *Elephantem ex musca facere.* Item: *Elephantem sub alis citius calere.* Item: *Elephantus Indus haud curat culicem.* Item: *Elephantus non captat murem*, quem maxime elephantus odisse Plinius scribit: locutiones proverbiales notissimæ sunt. *Elephanti corio circumtectus*, Plaut. Mil. 2, 2, 80 stupidus atque ἀνάισθητος dicitur: cùjusmodi hominem & nos, dictitantes, appellamus. ¶ 2. *Elephantus* pro ebore, helfenbein. Virg. Æn. 3, 464 *Dona dehinc auro gravia sectoque Elephanto.* Vbi Servius: ELEPHANTO *pro ebore.* conf. Georg. 3, 26. Nam elephantus pro elephanti dentibus, sive, ut Pausanias priori Eliacon libro dicere juber, cornu. v. Voss. Physiol. Christian. 3, 31. Cæs. Iustit. Orat. p. 143. ¶ 3. *Elephas* pro morbo elephantiasi. Serenus habet, v. 133; & Apul. de Herb. c. 36. Locus etiam Lucretii jam citabitur.

¶ Elephantia, *æ*, f. sive Elephantiasis, *f.* ἐλεφαντίασις, morbi genus, quod vulgo lepram interpretantur: cum sit, quam *vitiligînem* Latini, & Graeci λέπραν appellant die freze, aussatz. Cum cutis subasperis maculis albescit, sic, ut Elephanti videatur, quod Vossius notat de Vitiis serm. 1, 32. v. Cels. 3, 25; Plin. 25, 5; & P. Crinit. de H. D. 20, 10. Lucretius Ægypto tantum tribuit. Ita enim 6, 112 scribit: *Est Elephas morbus, qui propter flumina Nili Gignitur Ægypto in media, neque præterea usquam.* De Elephantiasi adde Plin. 20, 10 & 6, 14 c. 18 c. 24; 25, 5; 28, 9 & c. 12; 30, 13. Sere. Samo. 133 sqq.

¶ Elephanticus, *a, um*, qui hoc morbo laborat, apud Firmicum 8, 28, in 6 parte Capricorni, freyzig, aussätzig.

¶ Elephantiacus, *a, um*, idem; ut, *Elephantiaca contagio*, c. 19 ejusdem libri, parte Ariet. 23. Sed

¶ Elephantiōsus, *a, um*, idem quod *Elephantiacus.* Augustin. de Genesi ad Liter. 9, 10 *qui hydropicus, vel dysentericus, vel elephantiosus factus fuerit.* conf. Veget. 1, 19, & Priscian. 1, 3.

¶ Elephantīnus, *a, um*, de bellua tumtum adjectivum est, penultima longa, sed Græci, Hephæstio & Anacreon corripuerunt. vid. Borrich. in Parnass. & Cogit. de L. L. p. 314. De *elephantino emplastro*, Cels. 5, 19, 24. Sic dicitur *pellis elephantina.* De proboscide, elephanti rostro, vide suo loco. ¶ 2. *Elephantini libri* Vopisco in Tacito c. 8 sunt, quos *Codices eborei* Vlpianus vocat. Facti enim ex ebore sectili. Ex intestinis elephanti factos vult Scal. ad Guilland. p. 16 seq. sed Salm. ad l. c. ei respondit.

¶ Elephantinum, *i*, n. subst. genus coloris factitii. Plin. 35, 6 *Apelles commentus est ex ebore combusto facere, quod elephantinum vocant.*

¶ Elephantis, *idis*, f. Nisi insula, Plin. 5, 9; & 24, 17. ¶ 2. *Elephantis* & fœminæ nomen, quæ fœdissimos libellos scripsit, quibus varia concubitus exeuta est genera, quorum mentio apud Martialem, itemque in Priapeiis, ut & apud Suet. Tib. c. 43.

¶ Elephantistes, *æ*, m ἐλεφαντιστής, utitur hoc vocabulo pro elephanti rectore Aristot. lib. 2 de Nat. Animal. ein elephanten-führer.

Elevare, elevatio, &c. vide *Levis.*

ĔLEVSIS, *is*, & Eleusin, *ĭnis*, de qua forma Heinf. ad Ovid. Her. 4, 67, f. Ἔλευσις, civitas in Attica, a Triptolemo condita & in memoriam patris Eleusini sic appellata. Hic Triptolemus primus ex disciplina Cereris fevit fruges, & Cereris sacra instituit, quæ θεσμοφόρια, Latinis *Initia*, f. τελεταί (de quibus suo loco) itemque *mysteria* & *Eleusinia* appellabantur. Vide Hyginum in fabulis, Phornutum Theoria de Nat. Deorum, & Servium ad illud Virgilii pr. Georg. *Vncique puer monstrator aratri.* Alii tamen Eleusinia Sacra ab Eumolpo Eleusinio Musæi poëtæ filio, discipulo Orphei, instituta volunt. Vnde *Eumolpidæ* dicti Cereris Sacerdotes, qui ista Sacra curabant. Cic. Leg. 2, 14 *Quid ergo aget Iacchus Eumolpidæque nostri & augusta illa mysteria? Iacchum* autem sive Bacchum nominat, quod in iis Sacris non Ceres tantum, sed Bacchus etiam coleretur; cujus nomen tum sæpius inclamabatur: Ἴακχε ὦ Ἴακχε. Hinc Cic N. D. 2, 24 *Hunc dico Liberum, Semela natum, non eum, quem nostri majores auguste sanctèque Liberum cum Cerere & Libera consecraverunt: quod quale sit, ex mysteriis intelligi potest.* Tanta autem horum Sacrorum religio erat, ut non nisi integri & sceleris nullius sibi conscii interesse possent: de quo Suet. Ner. c. 34. Cæterum vel *Majora*, vel *Minora* erant, auctore Barth. ad Claudian. p. 862. vide not. Dionys. Petavii ad Orat. 12 Themistii. Adde Sen. Nat. qu. 7, 31. De tota re egit Meursius peculiari libro, Eschenbachius de poësi Orphica &c.

¶ Eleusinia, *orum*, n. pl. sacra Cereris, de quibus modo dictum. Conf. Tertull. adv. gent. c. 7, (ubi & *mysteria silentii* vocat) & adv. Valent. c. 1. *Eleusina sacra* sunt Iustino 2, 7, 1, & *Cerealia sacra*, Vellejo 1, 4, 1.

¶ Ĕleusīnus, *a, um*, adj. ut, *Mater Eleusina*, i. e. Ceres, Virg. Georg. 1, 163 *Tardaque Eleusinæ matris volventia plaustra.*

ELEVTHĔRIA, *orum*, n. pl. libertatis solennia apud Plautum Perf. 1, 1, 29 ἐλευθέριος, ἐλευθερία, *liber, libertas.*

¶ Eleutherius, *a, um*, adject. Sic Bacchus *Liber Eleutherius* apud Arnob. lib. 6 p. 207.

¶ Eleuther, *i*, filius Lycaonis, de quo Plutarch. in Quæst. Gr. p. 300. Hyg. fab. 225.

¶ Eleuthero-Cilices commemorat Cic. Att. 5, 20 p. 340. Græv. i. e. liberos.

Elibero, vide *Liber*, Elibo, *Libo*, Elibro, *Libra*, Elicator, *Liqueo.*

ELICHRȳSVM, *i*, herba umbellifera, Plin. 21, 25.

Elicio, vide *Lacio*, Elido, *Lædo*, Eligo, *Lego*, Elimino, *Limen*, Elimo, *Lima*, Elinguis, *Lingua*, Eliquamen, eliquare, *Liquet.*

ĔLIS, *is*, Ἦλις urbs Peloponnesi in Elide regione, celebris certaminibus, quæ ibi habebantur in honorem Iovis Olympici; qui notissimi *ludi Olympici* sunt.

¶ Elis, *ĭdis*, f. regio circa Elim urbem. v. Plin. 4, 5. Nam urbis nomen secundum casum similem primo habet: nomen regionis autem auget Genitivum syllaba. Vide sis Victorium ad Cic. fam. 13, 26.

¶ Elĕus, *a, um*, adject. Tibull. 1, 4, 27 *Quam jacet, infirmæ venere ubi fata puellæ, Qui prior Elæo cecidit carcere missus equus.* Eodem plane modo Ovidius epist. 18 Leandri v. 166 *Vt celer Elæo carcere missus equus.*

¶ Elĭades, *um*, f. pl. epitheton equarum, in Olympicis ludis velocissime cursu vincentium. Virg. Georg. 1, 59 *Eliadum palmas Epirus equarum*, scil. mittit.

¶ Elēis, *ĭdis*, pl. Eleides, patronymicum aliud, Ovid. Heroid. 4, 47 *Nunc feror ut Bacchi furiis Eleides actæ.* Ita libri omnes antiqui. Sed ostendit Egnatius itemque Micyllus, legendum *Eleleides.* v. *Eleleus.*

ĔLĪSA, *æ*, f. nomen Didonis. vide *Dido*, in elemento D. Eadem enim est Dido & Elisa. Virgil. Æn. 4, 335. *Elissa* scribi volunt Heinsius ad Ovid. Her. 7, 1, & alii apud Drakenb. ad Sil. 1, 81.

¶ Ĕlīsēus, *a, um*, adject. ut, *Elisei puer*, Silius 6, 546, h. e. Senatus Carthaginensis, ab Elisa Didone, conditrice urbis, ita appellatus.

Elisphacos ex Plin. 22, 25, vide *Elelisphacum.*

Elix, vide *Lacio*, Elixare, elixatim, elixus, *Lix.*

Elleborum, vide *Helleborum.*

ELLIPSIS, *is*, f. ἔλλειψις, defectus, sicuti in oratione per Ellipsin sæpius vox omittitur vel subintelligi solet.

ELLVM, Donato adverbium est demonstrantis, aliis pronomen: ut, *Eccum illum*, ecce illum. ¶ 2. *Ellum, ellam*, pro ecce illic, eum nimirum, de quo agebamus, Valla 2, 15. vid. Ter. Andr. 5, 2, 14, & Adelph. 2, 3, 7 &c.

Ellychnium, vide *Lychnus.*

Elocare, vide *Locus*, Elocutio, *Loquor*, Elogiare, elogium, *Legus.*

ELOHIM, vox biblica DEVM significans: in plurali vel ob ejus majestatem, vel ob mysterium Trinitatis ponitur.

Elongare.

Elongare, vide *Longus.*

ĔLOPS. *ŏpis*, m. ἔλοψ, pifcis facer. vid. Plin. 9, 17. Ovid. in Halieut. v. 96 *Et pretioſus elops noſtris incognitus undis.* Conf. Gell. 7, 16: Varr. R. R. 3, 6. Scribitur *Ellops.*

ELORONVM, *i*, Galliæ civitas. v. Scal. Auſon. lect. 2, 7.

Eloquentia, eloquor, vide *Loquor.*

ĔLŌRVS, *i*, m. Ἕλωρος, Siciliæ civitas, ab Eloro amne, quo campi ejus perfunduntur, dicta, proxime Pachynum. Silius 14, 270 *Sidonia Drepane atque unda clamoſa Elori.*

ELPĒNOR, *ŏris*, m. Ἐλπήνωρ, Ulyſſis ſocius, Ovid. 3 Triſt. 4, 17 ex Homeri lib. Odyſſ 10 *Quicadit in ſomno, (vivo hoc tamen evenit ipſum) Sic cadit, ut tecta ſuſpenſa reſſit humo: At miſer Elpenor tecto delapſus ab alto, Occurrit regi, flebilis umbra, ſuo.* Iuven ſat. 15, 22 *Et cum remigibus grumoſſe Elpenora porcis.* Martial. 11 epigr. 82 de Philoſtrato: *Pane imitatus obit ſævis Elpenora fatis, Præceps per longos dum ruit usque gradus.*

ELPIS, *ĭdis*, f. gr. ἐλπίς, *ſpes.* ¶ 2. Æon Valentini. v. Tertull. adv. Valent. c. 8. ¶ 3. *Elpis Samius* leonis, cujus ex dentibus os exemerat, gratiam expertus, Plin. 8, 16.

Elucere &c. vide *Lux*, Eluctari, *Luctor*, Elucubrare, *Lucubro*, Elucus, *Helucus*, Elumbis, *Lumbus*, Eluſcare, *Luſcus*, Elutia, elutius, elutrio, eluvius, *Eluo* ſub *Luo*, Eluxurior, *Luxus.*

ELŸMVS, *i*, m. ἔλυμος, i. e. *panicum*, leguminum genus, hierſe, Dioſcor. 2, 89.

¶ Elymæi, *orum*, m. Indiæ populi verſus auſtrum, Plin. 7, 2.

ĔLŸSIVM, *i*, n. Ἠλύσιος, cælum poëticum, hoſpitium & ſedes bonorum apud inferos, das paradies. Etymon vocis ex Homero declarat Origenes lib. 7 contra Celſum p. 355. conf. Barth. ad Script. Venat. p. 186, & Coquejum ad Auguſtin. de C. D. 10, 29. Virg. Æn. 5, 734 *Amœna piorum Concilia Elyſiumque colo.* Horatius 4 Od. 8, 27 vocat *divites inſulas.*

¶ Elyſius, *a*, *um*, adject. ut, *Campi Elyſii*, Virgil. Georg. 1, 38. *Vallis Elyſia*, Ovid. 3 Amor. 9, 60.

EM, pro *eum* ab *is*; & *Emem* pro *eundem*, apud Feſtum.

Emacio, vide *Macer*, Emacitas, *Emo*, Emaculare, *Macula*, Emancipare &c. *Manceps*, Emanſio, *Manſio*, Emarcelco, *Marceo.*

EMARCVM, *i*, n. genus vitis a Gallis ſic appellatæ, Colum. 3, 2, & Plin. 14, 2.

Emargino, vide *Margo*, Emaſculo, *Mas.*

ĒMATHIA, *æ*, f. Ἡμαθία, Macedoniæ ante antiquo nomine. Vid. Plin. 4, 10. Poëtis eſt Theſſaliæ pars, ſive Pharſalia. Vide Servium in Virg. Georg. 1, 491 *Nec fuit indignum ſuperis, bis ſanguine noſtro Emathiam & latos Æmi pinguescere campos.* conf. 4, 390.

¶ Emathius, *a um*, adject. *Emathii campi*, Lucan. lib. 1 pr.

¶ Emathion, *ōnis*, m. nomen viri Virg. Æn. 9, 571.

Ematuresco, vide *Maturus*, Emax, *Emo.*

EMBÆNETICA, *æ*, f. navicularia, ſcil. ars, ab ἐμβαίνω, *navem conſcendo*, die ſchiffer-kunſt. Cælius ad Cic fam. 8, 1 *Ego qui ſcirem, Q. Pompejum Badis embæneticam facere.* Ita meliores libri: alii *Embatica.* Turnebo placet *Empnetica*, de qua paullo poſt.

Embamma, vide *Bamma*, Embaliœtas, *Beſſam.*

EMBATA, n. pl. ἔμβατα, cothurni, calceamenta tragica, hohe comödianten-ſchuhe, ſicut *Embades* ſocci, ſive calceamenta comica. vide Cæl. Rhod. 5, 13.

¶ Embaterr, *ēris*, m. ἐμβατήρ, baliſtæ foramen. Vitruv. 1, 2. v. Baldi Ind. p. 43: quia ſcil. in illud aliquid ἐμβαίνει, i. e. intrat.

¶ Embateuticus, *a*, *um*, ἐμβατευτικός, ab ἐμβατεύω, *ingredior*: ut, *Jus embateuticum*, quod creditor in bonis ſibi pignoratis retinuit, propria autoritate ingrediendi, das recht beſitz zu nehmen. v. l. 3 § fin. ff. de reb. eorum, qui ſub tut. & cl. 49 ff. de V S. & l. fin. ff. de ſuperf.

EMBLĒMA, *ătis*, n. ἔμβλημα, opus vermiculatum, reſſellis inſitiis conſertum, künſtlich eingelegte arbeit, oder angeſetzter zierath). Publius in Mimis, *Inſertum* vocat. *Frugalitas*, inquit, *inſerta eſt rumoris boni.* Tralatio eſt. Vide Scalig. ad eum verſum Publii, item ad lib. 5 Manilii p. 505. Lucilius: *Quam lepide lexes compoſtæ ut iſſ rute omnes, Arte pavimenti, atque emblemate vermiculato.* Quos verſus reſpexit Cicero in Bruto c. 79, quum ſcribit: *Nullum, niſi loco poſitum, & tamquam in vermiculato emblemate, ut ait Lucilius, ſtructum verbum videres.* ¶ 2. Deinde & in vaſis aureis aut argenteis *emblemata* dicebantur ornamenta quædam, ita aptata vaſis, ut detrahi rurſusque reponi innoxie poſſent. Cic. Verr. 4, 24 *Illigare & includere emblemata in aureis poculis.* Item c. 22 & 23 *Avellere*, vel *detrahere emblemata.* Celſus l. 19 § 5 D. de auro & arg. leg. *Simili modo quæritur, ſi cui argentum legetur, an emblemata aurea, quæ inſeo ſunt, eum ſequantur* Vide & § ſeq. ibidem. ¶ 3. Hinc ad ornatum orationis vel ſententiarum transfertur *Emblema*, zierathen; ut, *Exornare dictiones quibusdam velut emblematis*, Quintilianus dixit 2, 4. ¶ 4. Recentius inventum ſunt ea, quæ innovata ſignificatione dicuntur *emblemata*, picturæ nimirum, quibus adſcripta pauca verba, ex poëta præſertim nobili petita, & rei depictæ naturam indicant, & aliud, cujus cauſſa tota res ſuſcepta eſt, declarant, ut cum pingitur falcis clavium diverſarum, adſcribiturque, *Non omnia poſſumus omnes.* Exſtant hodie *Emblemata Alciati*, libellus elegans & argumentorum diverſitate jucundus, plenusque graviſſimis ſententiis, ac dignus, quem familiarem ſibi adoleſcentes faciant, variis propterea variorum commentariis illuſtratus.

Embolion, embolimos, Embolum, &c. vide *Bole.*

EMBRECTVM, *i*, n. ἔμβρεκτον, genus intriti, eine mehrbe, ab ἐμβρέχω, *irrigo*, Apicius 9, 14. vid. §2. Fuchſ. ſaal T. 1 p. 62.

¶ Embregma, *ătis*, n. ive Embrocha, *æ*, f. ἔμβρεγμα, ἐμβροχή, medicis eſt inſtillatio liquoris fomentandis partes affectas, die anſtreichung mit ſchlaaw-aſſer oder andern ſäfftlichter.

EMBRYO, *ōnis*, m. & Embryon, ἐμβρύων, ſubſtantia fœtus ſeu infantis nondum perfecti in utero. Dicitur etiam τὸ ἔμβρυον, die leibes-frucht, ein unterliges kind im mutter leibe. Suidas: Ἔμβρυον, νεογνὸν βρέφος, ἢ τὸ ὠμὸν καὶ ἄπεπτον. *Embryon, recens natus infans: vel crudus & incoctus.* Vulgaris verſus: *Vivimus in verbo, velut embryo vivit in alvo.*

¶ Embryorectes, *æ*, m. ἐμβρυορήκτης, ab ἔμβρυον & ῥήγνυμι, *rumpo*, inſtrumentum extrahens fœtum in utero mortuum. v. Tertull. de Anima c. 25, dicitur etiam *Embryothlaſtes*, ἐμβρυοθλάστης, i. e inſtrumentum embryonem contundens. Sed ἐμβρυοτομικὸς, eſt *exſectile fœtus.*

Emeatus, quære *Meo*, Emedullare, *Medulla*, Emendatio, emendo &c. *Menda*, Emendicare &c. *Mendicus*, Ementior, *Mentior*, Emereor, *Merx*, Emereri, emeritus &c. *Mereo*, Emetior, *Metior*, Emeto, *Meta*, Emicare &c. *Mico*, Emineo &c. *Maneo*, Eminus, *Manus.*

EMIO, *ire*, antique *ornare*; unde *Redimio*, de quo in R.

Emiror, vide *Miror*, Emiſſarius, emiſſio &c. *Mitto.*

EMMANES, *is*, f. herba *hyoſcyamus*, bilſen-kraut. Apul. de Herb. c. 4.

EMMANVEL, Hebr. nomen Meſſiæ, quod idem eſt ac *Nobiſcum Deus*, Gott mit uns. v. Tertull. de Carne Chriſti c. 17; & adv. Marc. 3, 12; Lactant. 4, 13. Sed *Emanuel* eſt in Prudent. Apoth. v. 672.

EMMAVS, & Emaus, f. tribus ſyllab. Emmauntis & Emai, ſic enim Plin. 5, 14 *fontibus irriguam Emmaum* dixit. Ἐμμαοῦς, oppidum vetus Judææ, abfuit ab Hieroſolymis ſexaginta ſtadiis; cui Romani poſt devictam Judæam nomen mutarunt, *Nicopolin*, a victoria appellantes.

EMMOTON, *i*, n. ἔμμοτον, plur. *Emmota*, medicamenta ſunt liquida, ſive emplaſtra, quæ linteolis excepta intra vulnera, vel ulcera condentur, die wicken oder meiſſel, ſo die verbierer in die wunden drehen. vid. Celſus 7, 13; & Reinesii Var. Lect. p. 515.

EMO, *ēmi*, *emtum*, vel *emptum*, *ĕmere*, mercari, comparare, kauffen. *Emere de aliquo*, einem abkauffen, Cic. Att. 10, 5. *Emere magno, parvo, minimo*, Id. Att. 13, 29. v. *quantus* n. 2. *Emere tanti, quanti*, Id Off. 3, 14. *Emere pretio ſuo*, Ter. Hec. prolog. extr. Et Sen. de Benef. 2, 1 *Nulla res carius conſtat, quam quæ precibus emta eſt.* Hinc proverbiale in Verr. 6, 6 adducit Cicero illud, *Emere malo, quam rogare.* Apul 3 Florid. *Neque enim aut levi mercede emit, qui precatur: aut parvum pretium accipit qui rogatur, adeo ut omnia utenſilia emere potius velis, quam rogare. Emere in diem*, ut ſolvas poſt aliquod tempus, Nepos 25, 9, 5, auf tagezeiten kauffen. *Bene emere*, wohlfeil kauffen. Cic. Att. 12, 23 p. 378 *Sed quanti quanti bene emitur, quod neceſſe eſt.* Suet. Cæſ c. 50 *Facetiſſime Cicero: Quo melius emtum ſciatis, tertia deducta eſt.* Ita contra *Male emere*, theuer kauffen. v. Plaut. Moſt. 3, 2, 112, add. Drak. ad Sil. 4, 756. Sed, *Beneficiis quem emere*, i. e. conciliare, Plaut. Aſin. 1, 1, 57. *Emere gladiatores*, i. e. pecunia ad facinus obeundum conducere, Cic. pro P. Sul. 19. *Judices emere*, Epiſt. ad Att. 16, 15. *Emtum ſtupratumque judicium*, ibid. 1, 18. *Emtæ ſententiæ*, Id. pro Clu. 36. v. plura exempla in Menck. Obſerv. L. L. *Titivillitio non emerim: non eſſ mace*, ich gebe nicht einen pfifferling davor. ¶ 2 Metaphorice pro parare, &, ut Feſtus notat, *Emere*, quod nunc eſt mercari, antiqui accipiebant pro *ſumere*: quam ſignificationem in compoſitis quibusdam retinet, zuwege bringen, erlangen. Claudian. 3 Conſ Hon. v. 188 *Emtur virtute poteſtas.* Horat. 1 ep. 2, 55 *Sperne voluptates, nocet emta dolore voluptas.* Multa ſimilia vid. apud Drakenb. ad Sil. 5, 601; it. 7, 619. Quæ a Supino formantur, ſcribuntur a nonnullis per PT, ab aliis ſine P, ut *emtum*, *emtor.* Vid. Dausqu. Orthogr.

¶ Emtus, ſive Emptus, *a*, *um*, gekaufft; ut, *de lapide emtus*, Cic. Piſon. c. 15. v. *Lapis* n. 2. *Pax donis ingentibus emta*, Lucan. 10, 107. *Emtæ mercedibus ac viles operæ*, Petron. c. 122. Plura vide in *Emo.*

¶ Emtio, ſive Emptio, *ōnis*, f. der kauff. *Emtionem facere*, einen handel treffen, Cic. pro Cæcin. c. 6. *Abire ab emtione*, den kauff wiederruffen, l. 7 § 6 D. de pactis. *Emtio per æs & libram* quid? Lipſius explicat ad lib. 1 Ann. Tac. p. 3. Nimirum & *emtio mancipi* dicebatur, & erat ſolenne quoddam genus emtionis, quod fiebat inter ſolos cives Romanos, adhibitis non minus quinque reſtibus, Romanis civibus puberibus, & alio ejusdem conditionis, qui libram æneam teneret. Emtor ita dicebat: *Hoc ego ex jure Quiritum meum eſſe ajo, hoc quod emtum eſt hoc ære, æneaque libra.* Deinde libram ære percutiebat, idque æs dabat ei, a quo rem emtam accipiebat, & hæc mancipatio vocabatur.

¶ Emtor vel Emptor, *ōris*, ein käuffer. Cic. Off. 3, 12 *Ne quid omnino, quod venditor norit, emtor ignoret.* Et Sen. ep. 27 *Bona mens nec commodatur, nec emitur: & puto, ſi venalis eſſet, non haberet emtorem.*

¶ Emtrix, *īcis*, l. 63 Dig. de evict. & duplæ ſtipul. *Cum emtrix non provocaverat.*

¶ Emtiōnālis, *e.* Cic. Att. 7, 29, ubi *Coëmtionalis* Grævius, de quo ſtatim.

¶ Emtĭtius, *a*, *um*, quod emtum eſt, erkaufft. *Miles emtitius*, mercenarius, der um ſold dienet. *Servus emtitius*, qui opponitur *domi nato*, Petron. c. 47. *Glans emtitia*, Varr. R. R. 3, 2.

¶ Emtivus, *a*, *um*, apud Feſtum, idem qui *emtitius*, de milite.

¶ Emax, *ācis*, qui libenter & ſæpius emit, kauffſüchtig. Cic. Parad. 6, 3 *Nonneſſe cupidum, pecuniæ eſt: non eſſe emacem, vehtigal eſt. Patremfamilias oportet eſſe vendacem, non emacem*, Cato de Re ruſt. c. 2. Add. Perſ. Sat. 2, 3.

¶ Emācitas, *ātis*, f. cupiditas emendi, die kauffſucht. Colum. 4, 3 *Quosdam emacitas in armentis exercet, ſed iisdem tuendis nulla cura tangit.* Plin. 3, 7 de Silio Italico: *Erat φιλόκαλος usque ad emacitatis reprehenſionem.*

¶ Emitto, *āvi*, *ātum*, *āre*, frequent. Tac. An. 14, 41, 3 *Qui talem operam emtitaſſet vendidiſſetque.* Plin. 33, 1 pr. *Alios captivis vebus emtitaſſe tradit Homerus.*

¶ Empſito, *āre*, idem. Plaut. Caſ. 2, 5, 39 *Non ego verbum iſtud empſitem titivillitio.* Ita Feſtus legit.

¶ Emcītātus, *a*, *um*, erkaufft. Columell. 8, 10 *Ternis denariis ſinguli emtitati.*

¶ Emtĭtio, *īre*, aern kauffen mit kauff umgehen. Varro prooem. lib. 2 de R. R. *Quod te emtaritentem in campos macros ad mercatum adducunt crebro pedes.*

Compoſita:

¶ Abĭmo, vel Abemo, *ĕre*, idem eſt ac auferre, demere, Feſtus & Gloſſæ.

¶ Adĭmo, *emi*, *emtum*, *ĕre*, quod diverſam habet ab *Emo* ſignificationem, benehmen. Terent. Heaut. 3, 1, 12 *Falſum illud eſt, vulgo quod dici ſolet: Dium adimere agritudinem hominibus.*

Sic, *Adimere curam, consuetudinem alicujus*; apud eund. Hec. 5, 3, 19, & Phorm. 1, 3, 9.

¶ Ademtus, *a, um*, entzogen, entnommen; ut, *ademtum imperium*, Liv. 22, 27. *Ademtus Hector*, Horat. 2 od. 4, 10. *Ademta vati reddere lumina*, Idem epod. 17, 44.

¶ Ademtio, *ōnis*, f. die entziehung. Cic. pro Domo c. 30 *Ademtio civitatis.*

¶ Superadīmo, *ĕre*, noch darzu nehmen. Ammian. 14, 7 *Post statuas dejectas superadimenda vita.*

¶ Coëmo, *ĕre*, idem quod emere, einkauffen, zusammenkauffen. Ter. Adelph. 2, 2, 18 *Ajunt te coëmisse hinc, quæ illuc veheres, multa.* Cic. Verr. 4, 59 *Quæ tum non modo non vendebant, verum etiam coëmebant.* ¶ 2. Mercede conducere. Suet. Vesp. c. 18, & ibi Casaub. & Torrent.

¶ Coëmtus, *a, um*, aufgekaufft. Horat. 2 sat. 3, 245 *Luscinias prandere coëmtas.* conf. Suet. Ner. c. 5.

¶ Coëmtio, *ōnis*, ut emtio, der kauff. Cic. pro Muræn. c. 12 *Coëmtionem facere.* Est inter modos matrimonii contrahendi, de quo ICti, & Cic. pro Flacco c. 34 atque alias.

¶ Coëmtiālis vel Coëmptionalis, *e*, qui cum aliis emitur, nim. ipse non dignus, qui ematur, sed qui accedens aliis, pretium eorum auget, was man in den kauff giebt; ut, *Coëmptionalis senex*, Plaut. Bacch. act. 4 sc. 9, 52. Sic & Curius ad Cic. fam. 7, 29, & Manut. ad l. c. in pr. Io. Fr. Gron. observ. 3, 20, & de P. V. 4, 9.

¶ Coëmtor, *ōris*, m. Apul. Apol. p. 321 *Testium coëmtor.* Iuven. 14, 293 non est certus, quia alii *coëmti* legunt.

¶ Dēmo, contracte pro *Deemo, demsi, demtum, demĕre*, idem est atque *adimere* sive totum auferre, benehmen, hinwegthun. *Lubet scire, quantum aurum herus sibi demsit*, Plaut. Bacch. 4, 4, 14. *Demere metum, sollicitudinem*, Cic. Att. 11, 15; *molestias*, Ter. 5, 3, 33. Sic Horat. 1 epist. 18, 94 *Deme supercilio nubem; plerumque modestus Occupat obscuri speciem*, i. e. explica frontem liberaliter, ne adducto & ad severitatem composito vultu, superbus & fastuosus videaris. *Demere ungues*, die nägel abschneiden, Plaut. Aul. 2, 4, 33. *Ignominiam alicui demere*, Liv. 2, 6, aus der schande bringen. *Obluctanti caput gladio demsit*, er hat ihm den kopf abgehauen, Curt. 4, 9, 25. ¶ 2. Interdum idem fere significat, quod vulgare illud philosophis *abstrahere.* Liv. 2, 42 pr. *Dulcedo ipsa agrariæ legis per se, demto auctore*, vulg. præscindendo vel abstrahendo ab auctore. Ita Ovid. Trist. 1, 2, 52 *Demite naufragium, mors mihi munus erit.*

¶ Demtus, vel Demptus, *a, um*, weggenommen. *Demtus per vim mentis error*, Horat. 2 epist. 2, 140. *Demta æternitate*, id est, excepta, Cic. Fin. 2, 27, ausgenommen. Add. Liv. 2, 42 modo laudatus.

¶ Demtio s. Demptio, *ōnis*, f. die wegnehmung. Varr. L. L. 4, 36 *Damnum habet nomen a demtione.* Et Nonius 2, 906 *Virgarum apparatus vel demptio.*

¶ Dirimo, *ēmi, emtum, ĕre*, distrahere, separare, trennen, scheiden, unternehmen, aufheben; a *Di* & *emo*, interposita litera r; ut, *Prælium nox diremit*, Hirt. B. Alexand. c. 46. *Iras & altercationes dirimere*, Liv. 1, 13. *Dirimere controversiam*, Cic. 3 Off. c. ult. einen streitigen handel beylegen, aufheben. *Dirimere veterem conjunctionem cum aliquo*, Cic. fam. 2, 10, alte freundschaft trennen. *Quæ tam longo intervallo natura vidētur diremisse*, Curt. 7, 7, 14. Cic. de Div. 1, 19 *Quid habet haruspex, cur pulmo incisus etiam in bonis extis dirimat tempus, & proferat diem*, i. e. impediat, ne res destinata tempore agi constituto possit. Sic Id. de Leg. 2, 12. Conf. Menck. Obs. L. L. *Dirimuntur suffragia* in comitiis, cum discernuntur & in suos loculos referuntur numerandi caussa, ea quæ unusquisque candidatus tulit. v. Gesn. ad Varr. R. R. 3, 2, 1, & 3, 5, 18.

¶ Dīremtus, *a, um*, geschieden, abgesondert; ut, *anima morte diremta*, Lucret. 1, 114.

¶ Dīremtus, *ūs*, m. subst. die absonderung. Cic. Tusc. 1, 29 *Est interitus quasi discessus, & secretio ac diremtus* (al. direptus) *earum partium, quæ junctione aliqua tenebantur.*

¶ Diremtio, *ōnis*, f. actus dirimendi, die trennung, scheidung. Val. Max. 4, 7 pr. *Celerius est, sine reprehensione propinquam avertere, quam amicum: quia altera diremtio iniquitatis; altera utique levitatis crimini subjecta est.* Ita Pighius ex MSS. quem Vorstius & Cantelius sequuntur. Augustin. Confess. 3, 8 sub finem: *Letantur conciliationibus aut diremtionibus.* Idem epist. 154 ad Emeritum Donatistam: *Cur vos tam temeraria atque sacrilega diremtione præcidistis a communione innumerabilium ecclesiarum orientalium?*

¶ Eximo, *ĕre*, auferre, excipere, benehmen; ut, *Eximere curas*, Horat. 3 od. 14, 14. *Non eximis illud, quod me angit*, Cic. Tusc. 2, 11. *Scrupulum alicui eximere*, Plin. 3 epist. 17, einen seiner bekümmerniß entledigen. Cui contrarium est, *Scrupulum injicere*, vide *Scrupulus.* ¶ 2. *Eximere diem dicendo*, in Senatu, dicuntur, qui longi sunt in sententia dicenda, ne protracto sic tempore senatusconsultum fieri possit. Gell. in Noct. 4, 10. Cic. ad Attic. 4 epist. 3. Liv. 1, 50 & passim. Conf. Sigon. ad 25, 4, & v. Menck. Observ. L. L. ¶ 3. Iungitur & ablativo: ut, *Urbem obsidione eximere*, i. e. liberare, befreyen. Plin. 7, 28 *Cremonam obsidione eximit.* Sic, *eximere servitio*, Liv. 28, 39, & cum præpos. *ex*, Cic. epist. ad Div. 5, 6, de Amic. 7 &c. ¶ 4. Et dativ. vel ablat. ut, *Eximi noxæ*, aus dem verdacht oder schuld gelassen werden, apud Liv. 8, 35. Ovid. 2 de Art. v. 653 *Eximit ipsa dies omnes de corpore mendas.* Horat. 1 ep. 5, 18 de ebrietate: *Sollicitis animis onus eximit, addocet artes.* Cic. 4 in Verr. 19 *Absentem de reis eximit.*

¶ Exemtus, *a, um*, benommen. Virg. Æn. 1, 220 *Fames exemta epulis.* Horat. 2 epist. 2, 212 *De spinis pluribus una exemta*, i. e. sublata.

¶ Exemtilis, *e*, quod eximi potest, das man heraus nehmen kan. Columell. 8, 11.

¶ Exemtio, *ōnis*, f. die herausnehmung. Colum. 3, 19 *Per exemtionem frangere*, im herausziehen. Et cap. seq. *Exemtionem difficilem præbere*, sich nicht gern ausziehen lassen.

¶ Exemtus, *ūs*, m. subst. idem. Vitruv. 9, 9 *Quarum horarum brevitates aut crescentius cuneos um adjectus aut exemtus perficere cogit.*

¶ Exemtor, *ōris*, m. qui lapides eximit sub terra, ein steinbrecher, Plin. 36, 15. ¶ 2. Ex emendi significatione, Apul. Apol. *Testium exemtor.*

¶ Eximius, *a, um*, egregius, præstans, ab *eximo* est, ac de porcis majoribus, exemtis ex toto grege ad sacrificandum, proprie dicitur: vide *egregius*, besonder, trefflich. *Singularis & eximia virtus*, Cic. pro Leg. Manil. c. 1. *Eximia spe adolescens*, Idem fam. 1, 7. *Facies eximia*; ut, Cic. Verr. 5, 31 *Erat facie eximia Cleomenis uxor.* Ovid. 2 Artis v. 603 *Eximia est virtus, præstare silentia rebus*, quamquam meliores libri *Exigua* habent pro *Eximia.* v. Heins. *Eximia bos*, Liv. 1, 7. ¶ 2. Ter. Hec. 1, 1, 9 *Vtin' eximium neminem habeam?* id est, excipiam, eximam. Cic. Div. in Cæc. 16 *Cum omnibus Siculis faceret injurias, te illi uni eximium, cui consuleret, fuisse.*

¶ Eximie, adv. egregie, herrlich, sonderlich. Cic. pro Arch. c. 9 *Marinus L. Plotium eximie dilexit. Eximie ornatum templum*, Liv. 25, 40. Iuv. 11 pr. *Atticus eximie si cænat, lautus habetur.*

¶ Eximietas, *atis*, f. præstantia, die fürtrefflichkeit. Symm. 3 ep. 3 *Spondeo, tuam eximietatem reperire posse multa, quæ tacui.* Ambros. ep. 69 *Antiochus, vir consularis, reddidit mihi eximietatis tuæ literas.* Et August. ep. 32 *Qui hanc epistolam eximietati tuæ apportat.*

¶ Inemtus, vel inemptus, *a, um*, ungekaufft. Virg. Georg. 4, 133 *Dapibus mensas onerabat inemptis*, mit hauss-speise, hausmanns-kost. Tac. Hist. 2, 60, 6 *Consulatus inemptus*, i. e. pecunia non paratus. Pompon. l. 2 D. de Lege commissoria: *Accipitur inemptus esse fundus*, h. e. emptio pro irrita habetur.

¶ Interīmo, *ĕre*, interficere, würgen, umbringen. Cic. Fin. 2, 20 *Se ipsam interimit Lucretia a filio regis per vim stuprata.* Et pro Milon. c. 34 *Me exanimant & interimunt hæ voces Milonis &c. Interimere vitam alicui*, Plautus dixit Cist. 4, 2, 39. *Interimere Sacra*, Cic. pro Mur. 12, i. e. tollere.

¶ Interemtus, *a, um*, umgebracht. Horat. 4 Od. 4, 72 *Asdrubale interemto.*

¶ Interemtĭbĭlis, *e*, tödtlich. Tertull. cont. Marc. 3, 6 *Christum edicere interemtibilem.*

¶ Interemtio, *ōnis*, f. actio interimendi. Glossæ Cyrilli: *Interemtio*, κατασφαγή. Cic. pro Leg. Man. c. 11 *Iter Gallorum interemtione patefactum est*: ubi plures hodie legunt *internecione.* Porc. Latro decl. in Catil. c. 10 *Hastam, quam conturqueret in omnium nostrum ruinam atque interemtionem.* Et Fest. Ruf. c. 25 *Diocletianus subito innumera Persarum agmina aggressus ad interemtionem occidit.*

¶ Interemtor, *ōris*, m. qui interimit. Senec. epist. 70 *Interemtorem sui fieri.* Val. Max. 6, 1, 2 *Virginis pudicæ interemtor* (filiæ) *quam corruptæ pater esse maluit.*

¶ Interemtrix, *īcis*, f. Tertull. de Spectac. c. 17 *Pudoris sui interemtrices.* Lactant. 1, 10 Institut. *Fratris interemtrix.*

¶ Perīmo, *ĕre*, interficere, umbringen. *Dolo aliquem perimere*, Sen. Herc. Oet. v. 438. *Luna stellanti nocte peremta*, Cic. de Div. 1, 11. ¶ 2. *Perimere alicujus consilium.* Cic. Off. 3, 7, i. e. impedire. *Reditum perimere*, Id. pro Planco c. 42. *Caussam publicam*, Id. pro Sext. 22.

¶ Peremo, *ĕre*, etiam Cincius pro *prohibere*, & Cato pro *vitiare* dixerunt apud Festum.

¶ Peremtus, *a, um*, todt, umgebracht. Virg. Æn. 6, 163 *Indigna morte peremtus.* Lucret. 4, 44 *Corpus atque animi natura peremta.* Tertull. in Sodoma c. 4 *Flamma peremta*, i. e. extincta. ¶ 2. Confectus, de eo, qui adhuc vivit. Liv. 2, 23 *Fœdior corporis habitus pallore ac macie peremti.*

¶ Peremtor, *ōris*, m. qui perimit. Sen. Oedip. 221 *Equis peremtor inclyti regis fuit.* Apul. Met. 8 p. 207 *Cruentus mariti peremtor.* Prudent. præfat. Hamartig. v. 19 *Cruore Christi, quo peremtor concidit.*

¶ Peremtrix, *īcis*, f. Tertullian. de Anima c. 42 *Mors dissolutrix corporis & peremtrix sensus.*

¶ Peremtorius, *a, um*, quo quis perimitur, tödtlich. Tertull. de Anima c. 35 *Spiculum viventis infantis peremtorium.* Apul. 10 p. 243 *Peremtorium venenum comparare.* Inde ad forum transfertur; ut, *Peremtoriæ exceptiones*, l. 2 & 3 D. de Except. Et, *Peremtorium edictum* dicitur eo, quod perimat disceptationem inter litigatores, hoc est, ultra non patiatur adversarium tergiversari. Continet enim commationem, Prætorem, quantumvis diversa parte absente cognaturum & pronunciaturum, die endliche und letzte citation. vid. l. 68, 70, 73 ff. de jud. l. 53, 54 & 59 § ult. ff. de re jud. &c. & Tertull. de Pudicit. c. 1.

¶ Peremtālis, *e*, quod tollit superius. Sic, *Peremtalia fulmina*, quibus priorum fulminum minæ tolluntur: Senec. 2 Quæst. N. c. 49. vide & Festum.

¶ Semiperemtus, *a, um*, halb todt, halb erstorben. Tertull. f. Cyprian. in Sodom. c. 4 *Semiperemta illic jugera.*

¶ Præemtor, *oris*, m. ein vorkäuffer. Gloss. gr. lat. προαγοραστής, *præemtor.*

¶ Redīmo, *ĕre*, wieder zu sich kauffen, loskauffen, wieder lösen. Cic. Phil. 13, 5 *Domum non minoris, quam emit Antonius, redimet. Captum se redimere*, sich ranzioniren, Ter. Eun. 1, 1, 29. Ovid. de Remed. amoris v. 229 *Vt corpus redimas, ferrum patieris & ignes*, zu rettung des leibes, ꝛc. Cic. fam. 2, 16 *Acerbitatem a Rep. suis privatis & domesticis incommodis redimere.* Similiter Plinius Paneg. Traj. c. 28 *Crudelitatem redimere*, pro, largiendo crudelitatis odium atque memoriam obliterare. *Non volo videri præteritam culpam redemisse*, Cic. fam. 10, 8. *Redimere pretio*, Id. Verr. 5, 45.

¶ Redemtus, *a, um*, gelöst. Virg. Æn. 9, 213 *Pretio redemtus.* Petron. c. 5 *Plausor redemtus*, i. e. pretio ad plaudendum conductus. vid. Burm.

¶ Redemtio, *onis*, f. Cic. de Prov. Conf. c. 5 *Temeritate redemtionis everti*, durch allzu hohen pacht, den man unvorsichtig übernommen, sich ruiniren. Et, *Aurum pro redemtione alicujus afferre*, zur ranzion gold darlegen, Val. Max. 4, 3, 1.

¶ Redemtor, *ōris*, qui redimit. Liv. 34, 9 *Itaque redemtoribus vetitis frumentum parare.* Vt, *redemtor litis, caussæ*, qui certa mercede pacta periculum litis seu caussæ in se recipit, apud ICtos. ¶ 2. Item, qui opus aliquod faciendum certa mercede conducit, der ein werck übernimmt, ein pachter. Cic. Divin. 2, 21 *Redemtor columnam conduxerat faciendam.* Tac. Hist. 1, 27, 2 *Onomastus nunciat, exspectari eum ab architecto & redemtoribus.* Sic *Redemtor pontis, redemtor silva, redemtor* vectiga-

vectigalium, in Pandectis legitur. Conf. Horat. 3 Od. 1, 34, & 2 epist. 2, 72. ¶ 3. *Redemtor κατ' ἐξοχήν* Chriſtus, der erloſer. Prudent. Cath. 10, 161 *Sequimur tua dicta Redemtor.*

¶ Redemtrix, *ĭcis*, f. Prudent. in Romano v. 774 de lingua Maccabæo ephebo excisa: *Prima efferatur in ſacramentum necis, Ut ſit redemtrix prima membrorum omnium.* Et Corippus 4, 298 *E cælo veniens mundi perſona redemtrix.*

¶ Rēdemtūra, *æ*, f. idem quod *Redemtio*, v. g. ſilvæ, portus, aut conductio operis faciendi. Livius lib. 23, 48 *Cohortandos, qui redemturis auxiſſent patrimonia, ut reipublicæ, ex qua creviſſent, ad tempus commodarent.*

¶ Redemto, *are*, frequent. redimere ſtudeo. Tac. Hiſt. 3, 34, 4 *A propinquis occulte redemtabantur.*

¶ Redemtĭto, *āre*, idem. Feſtus Pompejus: *Redemtitavere, ut donitavere.* Et Cato ibid. *Malefacta benefactis redemtitare.*

¶ Redimiæ, f. plur. die raufen. Gloſſ. gr. lat *λύτραι, Redimiæ*, Redimio autem, ab inuſitato *Emio*, vide infra in R.

Sumo, vide infra in S ſeorſum.

Emolumentum, quære infra in *Mola.*

EMPÆCTÆ, *arum*, m. *ἀπὸ τοῦ ἐμπαίζειν*, illuſores & deriſores, pietatis in primis, religionis atque honeſtatis, 2 Pet. 3, 3.

EMPANDA, *æ*, f. paganorum Dea, teſte Feſto. Sic dicta, quod patentibus pagis, non clauſis urbibus præeſſet. Ipſam Cererem in paganalibus ſacris vocatam fuiſſe *Empandam*, Scaliger Conject. in Varr. docet. v. Roſini Ant. Rom. 5 c. 4 p. 440.

EMPĔDŌCLES, *is*, m. Agrigentinus fuit, Philoſophus & Poëta, qui de Phyſicis verſus ſcripſit, diſcipulus & ſectator fuit Pythagoræ, præceptor vero Gorgiæ Leontini. Rhetoricen primus inveniſſe dicitur. Iis fuiſſe moribus ſcribunt, ut aſſidue ſimultatem cum aliquibus ſuſciperet, eamque pertinaciſſime exerceret: unde proverbium: *Empedoclis ſimultas.* Furore melancholico correptus in Ætnæ ardentis infiliit voragines, quam rem patefecerunt ferreæ ejus crepidæ flammis ex Ætna rejectæ. Horat. in fin. libri de Arte Poëtica, *Deus immortalis haberi Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Ætnam Inſiliit.* vid. Fabric. Bibl. Gr. 2, 12 p. 473.

¶ Empedoclēus, *a, um*, adject. *Si Salluſtii Empedoclea legeris, &c.* Cic. 2, 10 ad Quint. Fratr.

EMPENĒTICA, *æ*, f. *ἐμπανητική*, ars ſtrenue eſuriendi. Ita Turnebus Adverſ. 13, 20 in Cælii ad Cic. fam. 8, 1 legit *empeneticam facere*, cum ſtatim de eſurie lequatur. conf. Salmaſ. ad Solin. p. 707, & vide ſupra *Embenetica.*

EMPETRON, *i*, *ἔμπετρον*, herba, *calcifraga*, Plin. 27, 9. Alias Dioſcorid. 4, 18 herba eſt notitiæ incertæ, ut ex Matthiolo apparet. Val. Cordus *Millegranam* vulgo dictam ſeu herbam cancri minorem, quæ Gallis *Herniaria* dicatur, affirmavit.

EMPHĂSIS, *is*, *ἔμφασις*, figura ſeu ornatus potius orationis, Quinctiliano teſte latine *ſignificantia* dicitur, etwas wichtiges, deutliches, nachdrückliches. Aut. ad Herenn. 4, 53 *Significationem*, vertit, *qua plus in ſuſpicione relinquitur, quam in oratione ponitur.* ¶ 2. *Emphaſis* eſt etiam, cum una aliqua in Oratione vox, ut ſignificantior & gravior cæteris, jubetur attendi. vid. Voſſ. 4 Inſtit. Orat. p. 233, 234.

¶ Emphaticus, *a, um*,

¶ Emphatice, adverb. vulgo eodem intellectu uſurpantur.

EMPHRACTUS, *a, um*, *ἔμφρακτος*, undique tectus, bedeckt; ab *ἐμφράττω*, *obſtruo*, *tego*; ut, *Emphractæ naves*, l. 2 ff. de exercitor. Sed lectio variat.

¶ Emphractum, *i*, n. intriti genus Apicio 8, 14. v. *Embreſtum.*

EMPHRAGMA, *ātis*, n. *ἔμφραγμα*, ſeptum, cancellus, apud Veget. 1, 47.

EMPHYTEVSIS, *is*, f. qua ſterilia prædia perpetuo fruenda pro certa penſione traduntur: vel qua utile dominium rei immobilis ſub certa lege ad alium transfertur, eine erb-verrachtung, erb-lehen. Vid. Inſt. lur. 3, t. 25 §. 4, quamvis ipſa vox, quæ ab *ἐμφυτεύω*, *implantare*, eſt, ibi non legatur; eſt tamen in Codice, *teſtamentum emphyteuſeos.* v. l. 1, 2, 3 C. de jure Emphyt. Cœlius ad Cic. fam. 8, 9 *agrum fruſtuarium* nominat.

¶ Emphyteuta, *æ*, m. qui tali conditione prædium obtinet. L. 4 Cod. de Iure emphyteutico, ſæpe occurrit.

¶ Emphyteuticārius, *a, um*: ut, *Emphyteuticum prædium*, l. 13 C. de Prædiis & aliis. Et, *Fundi emphyteutici*, l. 2 C. de mancip. & colon.

¶ Emphyteuticārius, *i*, m. ſubſt. idem qui *Emphyteuta.* Ibidem l. 1 *Emphyteuticarios gravant coloni.* ¶ 2. Adjective idem quod *Emphyteuticus*, l. 1 C. de jure emphyt. Sic *Fundi emphyteuticarii*, Theod. Cod. 2 t. 25.

¶ Emphyteuma, *ătis*, n. *ἐμφύτευμα*, prædium tale, l. 4 C. extr. de Iure emphyteut. *ad alios ſuam jus, vel emphyteumata transferre.*

EMPĪRĬCE, *es*, f. *ἐμπειρική*, ſecta Medicorum, quæ experimentis tantum nititur, & quam in Sicilia primum cœpiſſe Plinius ſcripſit 29, 1. conf. Iſidor. 4, 4.

¶ Empīricus, *i*, m. *ἐμπειρικός*, talis medicus. Celſus in præfat. *Qui ſe Empiricos ab experientia nominant.* *Ἐμπειρία experientiam* ſignificat.

EMPLASTRVM, *i*, n. ſeu cataplaſma, unguentum ſeu medicamentum in maſſam coactum, quod igni præmollitum vulneribus imponitur, ein pflaſter. Qui a *malagmate* & *paſtillo* differat, docet Celſus 5, 17. Nim. *emplaſtra* cum *paſtillis* ex metallis magis fiunt, *malagmata* ex floribus eorumque furculis, imponunturque integræ cuti, *emplaſtra* & *paſtilli* apertis vulneribus: ac *emplaſtra* quidem utique liquari aliquid habent, *paſtilli*, ubi utendum eſt, humore diluuntur. Laberius apud Gell. 16, 7 extr. *Quid eſt jusjurandum? emplaſtrum aeris alieni.* ¶ 2. Idem quod *emplaſtratio*, de qua ſtatim. v. Plin. 17, 16 ſ. 21.

¶ Emplaſtro, *are*, oculiren. Columell. 5, 11 *Arboris, quam emplaſtraturus es, nitidiſſimum ramum eligito.*

¶ Emplaſtrātus, *a, um*, oculirt; ut, *Emplaſtratæ gemmæ*, Pallad. Nov. t. 7.

¶ Emplaſtratio, *ōnis*, f. inſitionis eſt ſpecies, das oculiren, de qua integro capite præcipit Plin 17, 16, 21. Pallad. 3, 17. breviſſima deſcriptio eſt Col. 5, 10 *Tertium inſitionis genus eſt, quo arbor ipſas gemmas cum exiguo ſuo cortice in partem delibratam recipit, quam vocant agricolæ emplaſtrationem, vel ut quidam inoculationem.*

EMPLECTON, *i*, n. *ἐμπλεκτον*, genus ſtructuræ frontibus tantum politis, Vitruv. 2, 8. v. Baldi Lex. p. 44 & Plin. 36, 22.

Empneumatoſis, vide *Pneuma.*

EMPONĒMA, *ătis*, n. *ἐμπόνημα*, labor alicui rei impenſus, quo illa melior redditur, die verbeſſerung. Iuſtin l. 3 C. de jure Emphyt.

EMPŌRIVM, *i*, n. *ἐμπόριον*, eine handelſtadt, gewerbſtadt, niederlag; ab *ἐμπορεύω*, *negotior.* Cic. Attic. 5, 2 *Cum per emporium Puteolanorum iter facerem.* Liv. 36, 21 *Theſſpicæſtium emporium.* Adde Rutil. 1, 532.

¶ Emporetĭcus, *a, um*, adj. zur handlung dienlich; ut, *Emporetica charta*, Plin. 13, 12, quæ ſcripturæ inepta, tantum involucra mercibus præbebat, krauter papier, maculatur.

¶ Empōrus, *i*, m. *ἔμπορος*, mercator, qui mari & nave aliena negotiatur, ut Heſychius & Euſtathius tradunt, ein handelsmann; ut, *Novus emporus*, Auſon. epiſt. 22, 28.

¶ Emporiæ, *arum*, f. pl. urbs Sardiniæ, de qua Liv. 21, 60; 28, 42, &c.

¶ Emporitāni, *orum*, m. pl. incolæ ejus urbis, Liv. 34, 16.

EMPROSTHŌTŌNVS, *i*, m. *ἐμπροσθότονος*, ſpecies ſpaſmi ſive convulſionis, qua corpus torqueretur antrorſus. vid. locum Celſi in *Tetanus*, ubi & de *Opiſthotono.*

¶ Emproſthotonia, *æ*, f. idem. Apud Cæl. Aurel. Acut. 3, 6 vertitur *præpulsus pronus.* v. ibi Almelov. not. p. 623; & Barth. Adverſ. 38, 12.

¶ Emproſthotonĭcus, *i*, m. qui hoc morbo laborat, Priſcian. 2, 10.

Empſito, empſio, &c. vide in *Emo.*

EMPŪSA, *æ*, f. *ἔμπουσα*, ſpectrum, phantaſma, illuſio, ein geſpenſt. v. Ariſtophanes in Ranis v. 295 ſq. Philoſtrat. de vita Apollon. 2, 2. Cœlius 6, 38. *Empuſa mutabilior*, vide Chiliadas. Demoſthenes ait, Æſchinis matrem, cui ipſe Leucothoæ nomen mutaſſet, appellatam fuiſſe *Empuſam*, eo quod quæſtus gratia quidvis & faceret & pateretur.

EMPYĒTICVS, *a, um*, *ἐμπυετικός*, ſchwindſüchtig; apud Marcell. Emp. c. 16. *Ἐμπύημον* deſcribit Iſidorus 4, 7.

EMPYRĒVS, *a, um*, *ἐμπύριος*, feurig; ut, *cælum empyreum*, in quo beatorum ſedem eſſe dicunt Scholaſtici.

¶ Empyrius, *a, um*, idem; ut, *Empyrius mundus*, Mart. Cap. lib. 9 p. 315.

Emtio, emtor, &c. vide *Emo.*

Emucidus, vide *Muceo*, Emugio, *Mugio*, Emulceo, *Mulceo*, Emulgeo, *Mulgeo*, Emunctio &c. *Mungo*, Emundare &c. *Mundus*, Emunire &c. *Munio*, Emuſco, *Muſcus*, Emuſſitatus, *Amuſſis*, Emutatus, *Muto.*

EMYDES, *um*, f. pl. teſtudinum genus, quarum ſanguine inſtillato capitis dolores ſedari & ſtrumas tolli, auctor eſt Plinius 32, 5.

EN, *ηνί*, *ἰδέ*, adv. demonſtrandi. *En Priamus! En quatuor aræ*, Virg. Æn. 5, 639. *En crimen, en cauſſa!* Cic. pro Dejot. c. 6. Plerumque enim nominativis præponitur. Ovid. 2 de Ponto 3, 25 *En ego non paucis quondam munitus amicis, &c.* ¶ 2. Plautus etiam accuſativis præpoſuit: ut, *En tectum, en tegulas, &c.* ¶ 3. Et Verbis Ter. Hec. 1, 1, 5 *Vt quivis facile poſſet credere, nunquam illa viva ducturum uxorem domum. En duxit*, al. leg. *Hem.* ¶ 4. *En unquam*, pro unquamne, & apud Feſtum pro *ecquando.* Liv. 9, 20 *En unquam futurum, ut congredi armatis cum Samnite liceat?* Virg. ecl. 1, 66 *En unquam patrios longo poſt tempore fines, &c.* Et ecl. 8, 7 *En erit unquam Ille dies mihi, cum liceat tua dicere facta.* Plaut. Menæchm. 5, 5, 26 *Dic mihi, en unquam tibi inteſtina crepent, quod ſentias?* Ter. Phorm. 2, 2, 1 *En unquam cuiquam contumelioſius Audiſti factum injuriam.*

Enallage, vide *Allage.*

ĔNĂLVS, *i*, m. adoleſcens ſervandæ puellæ cauſſa in mare ſe conjiciens, ope delphinum cum illa ſervatus. v. Plutarch. in Sympoſ.

ENARGIA, *æ*, f. *ἐνάργεια*, non *ἐνέργεια*, quam lectionem eſſe corruptam Budæus cenſet; latine *evidentia* vel *illuſtratio*, a Cicerone dicitur, auctore Quint. 6, 2. Commemoratur inter figuras ſententiarum, quæ amplificandi, ornandi vel delectandi gratia rem, ceu coloribus expreſſam, in tabula ſpectandam proponit, ut depicta, non narrata, ſpectata, non lecta videatur: ut, *Ipſe inflammatus ſcelere ac furore in forum venit, ardebant oculi, toto ex ore crudelitas eminebat, &c.* Conſtat deſcriptione rerum, temporum, locorum & perſonarum, &c. Fuit *τὸ τῆς ἐναργείας ὄνομα* apicureis valde tritum, qui contendebant, judicium omnium rerum eſſe penes *τὰ φαινόμενα τοῖς αἰσθήσει.* vid. Hier. Wolff. annotat. ad vitam Iſocratis p. 795.

Enarmonius, vide *Harmonia*, Enarrare &c. *Narro*, Enatare &c. *No*, Enatus, *Naſcor*, Enavatus, *No*, Enavigare &c. *Navis.*

ENCÆNIA, *orum*, n. pl. *ἐγκαίνια*, feſta erant Iudæis, templi ſcil. initiatio, dedicationis feſtum, vulgus dixit, ein einweihungs feſt, kirchweih, kirchmeß. Etiam aliis quibuscunque rebus novis & recens dedicatis adhibetur hoc vocabulum. Auguſtinus Tractatu 48 in Ioannem ſub init. *Quandocunque novum aliquid factum fuerit dedicatum, encænia vocantur. Iam & ipſas habet hoc verbum: ſi quis nova tunica induatur*, ENCÆNIARE *dicitur*, einweihen.

Encanthis, vide *Canthus.*

ENCARDIA, *æ*, f. *ἐγκαρδία*, gemma a cordis effigie ſic dicta. Plin. 37, 10.

ENCARPA, *orum*, n. pl. vel Encarpus, *i*, ſing. *ἔγκαρπος*, Vitruv. 4, 3, implexus florum frondiumque Zophoro, h. e. picto veluti balteo, inſculptarum, die blumen und laubwerke an den ſäulen. Vide interpretes Vitruv.

ENCATHISMA, *ătis*, n *ἐγκάθισμα*, ab *ἐν* & *κατάθημαι*, die geſchwulſt, da ſich was zuſammen ſetzt; ut, *Encathismata in corpore*, Apul. de Herb. c. 38, 3

Encauſtes, encauſtice, &c. vide in *Cauſis.*

ENCAVTE, *es*, f. *ἐγκαύτη*, legebatur credo, ſed eſt *encauſtice*, Plin. 35, 11.

¶ Encauterium, *i*, n. *ἐγκαυτήριον*, opus encautes, l. 9 C. de agric.

ENCĔLĂDVS, *i*, m. Terræ filius, ab Iove fulmine ictus, & ſub Ætna monte ſepultus. Virg. Æn. 3, 578 *Fama eſt, Enceladi ſemuſtum fulmine corpus, &c.*

ENCHĪRĬDION, *i*, n. ἐγχειρίδιον, promptuarium ad manum semper habendum, ein handbüchlein. ¶ 2. Quo nomine Græci etiam *Capulum* in ense dicunt. Et inde translatum vocabulum ad libros est: quod, sicut pugiones militibus, ita hi illis, qui capere & scire cupiunt, in promptu semper esse debebant. Ut Simplicius explicat in Enchiridion Epicteti proœmii principio. Scripsit etiam Augustinus *Enchiridion ad Laurentium*, de quo ipse Retractat. lib. 2, 63 ita censuit: *Scripsi librum de fide, spe & caritate, cum a me, ad quem scriptus est, postulassei, ut aliquod opusculum haberet meum, de suis manibus non recessurum, quod genus* ENCHIRIDION *vocant*. In eadem metaphora perstitit Erasmus, cum libello suo nomen fecit, *Enchiridion militis Christiani*. Nam ἐγχειρίδιον est ξιφίδιον, seu *pugio*, apud Herodian. 7, 4.

ENCHRISMA, *ătis*, n. ἔγχρισμα, medicamenta, quæ illinuntur, salben, Cels. 5, 24.

ENCHŪSA, *æ*, f. ἔγχυσα, herba similis anchusæ. Plin. 22, 20.

Enclima, vide supra in *Clima*.

ENCLĪTĬCUS, *a*, *um*, ἐγκλιτικός. Sic Grammatici vocant *particulas encliticas*, quæ inclinant accentum ad eam dictionem, cui adhærent; ut, *que*, *ne*, *ve*.

ENCOLPIAS, *æ*, m. ἐγκολπίας, ventus, qui a mari venit per sinus, quos κόλπους Græci vocant. v. Apul. de Mundo; & Seneca Nat. Qu. 5, 8.

¶ Encolpīzo, *are*, sinum s. uterum clystere eluere. Oct. Hor. 4 *Diffumigatur mulier de sturace, & encolpizatur pigmentis*.

¶ Encolpismus, *i*, m. ἐγκολπισμὸς, clyster uterinus. Prisc. 3, 5 *Encolpismo uti*, ein mutter-clystier setzen. v. Reines. Var. Lect. p. 515.

ENCŌMBŌMĂTA, *um*, n. pl. ἐγκομβώματα, vestes, quas puellæ habent, secundum Varronem apud Nonium 14, 38.

ENCŌMIUM, *i*, n. ἐγκώμιον, laudatio, laus, eine lobrede. v. viri docti ad Quint. 3, 4 p. 226 & Spanh. ad Julian. Or. 1 p. 5. *Ante victoriam encomium canis*, πρὸ τῆς νίκης τὸ ἐγκώμιον ᾄδεις, de eo, qui bello vel re nondum confecta præpostere gloriatur. vide Chiliadas.

¶ Encomiastes, *æ*, m. ἐγκωμιαστὴς, ein lobsprecher.

¶ Encomiologicus, *a*, *um*, lobverhebend. Plotius sub fin. libelli de Metris, in generibus carminum ponit *Encomiologicum Stesichoricum*, & *Encomiologicum Archilochium*.

ENCRASICHOLUS, *i*, m. piscis minimus ex aquarum genere, eine art der meerfelchen. vide *Apua*.

ENCRATĔRA, *æ*, m. liquamen est ex piscium quorundam salsis intestinis, & liquatis.

Encycleos, encyclopædia, vide *Cyclus*, Endelechia, *Entelechia*.

ENDIADYS, f. legitur apud Serv. Æn. 1, 65; sed rectius Hendiadyo, ἓν διὰ δύο, vel δυοῖν, figura locutionis est, qua unum per duo effertur, ut: *Arma virumque cano*, pro, armatum virum. *Pateris libamus & auro*, pro, aureis pateris. Exempla plura vide in libello de Schematibus, & figuram contrariam, qua δύο δι ἑνός, duo per unum efferuntur, apud Donatum in Terentium. conf. Voss. Instit. Orat. 3, 4, 4.

ENDO, antique pro *In*: ut, *Omnibus endo locis*, Ennius. *Endo mari magno*, Idem. *Endo procinctu*, Festus. *Endo manu*, Lucret. 2, 1094. *Endo suam do*, Auson. Edyll. 12, 11 p. 497. ¶ 2. Reperitur etiam in Compositis, ut *Endogredi* pro *Ingredi*, ibid. 13, 81 &c.

Endromidatus, endromis, vide *Dromo*.

ENDYMION, *ōnis*, m. Ἐνδυμίων, pastor ille fabulosus, perpetuo dormiens, (ein siebenschläfer,) quod Luna amore ejus correpta effecisse fingebatur, ut ejus osculandi semper haberet copiam. Cujus fabulæ & Cicero meminit Tusc. 1, 38. Fuit, ut fabulantur, longe formosissimus. Vnde pro quovis specioso, *Endymiona* potuit luvenalis 10, 381. Et Apulej. lib. 1 de A. A. *Hic est, soror Panthia, carus Endymion; hic Catamitus meus, &c. Endymionis somnum dormis*, Ἐνδυμίωνος ὕπνον καθεύδεις; adagium est, de ultra modum somnolento, vide Chiliad. Tradit autem Plinius 2, 9, Endymionem multa deprehendisse ad Lunæ motum pertinentia, eamque occasionem fuisse fabulæ; Endymionem a Luna fuisse adamatum. Vide & Lucianum de Astrologia.

¶ Endymionēus, *a*, *um*, adject. Auson. Idyll. 6, 40 *Errat & ipsa olim qualis per Latmia saxa Endymionéos solita affectare sopores Cum face, & astrigero diademate Luna bicornis*.

Enechon, vide *Nechon*, Eneco, enectus, *Neco*.

ĔNĔMA, *ătis*, n. id quod per clysterem alvo immittitur, ein clystier, Cels. 5, 19; & Prisc. 2, 2. *Clyster* enim seu *Clysterium* instrumentum est, Reinesius Var. Lect. 2, 8 p. 200 Ἔνεμα, ἐνεμα, *id est*, κλύσμα, ἐγκλυσμα, *infusum*, *quo venter seu intestina subluuntur*, *alio nomine INIECTIO*.

¶ Enemion, *i*, n. papaver, mohn. Apul. de Herb. c. 53.

ĔNERGIA, *æ*, f. ἐνέργεια, operatio, die wirckung.

¶ Energēma, *ătis*, n. ἐνέργεμα, opus, effectus, seu apoteleſma, quod operationem sequitur. v. Tertull. de Præscript. c. 30; & de Carne Christi c. 34.

¶ Energasia, *æ*, f. ἐνεργασία, est evidentia orationis, qua rem magis ostendere videmur, quam dicere. Nisi, qui hanc vocem intulit, primus energiam potius cogitavit, de qua diximus suo loco. Potest etiam *Exergasia* hic latere.

¶ Energūmenus, *i*, m. ἐνεργούμενος, dæmoniacus, ein besessener; ab ἄγεσθαι, *detineri*, *impediri*, vel ab ἐγομαι, quod *agor* significat & *agitor*, a quo verbo id nominis Valla deducit. Vide Lexica Græca, & copiose de his Gisb. Voëtium part. 1 disp. Theolog. p. 1019. Cæl. Rhodig. 1, 34, & Casp. Schott. Phys. curios. 4, 1.

Enervis, enervo, *are*, vide *Nervus*.

ENGIBATA, *orum*, n. pl. inter organa hydraulica apud Vitruv. 10, 12. conf. Bald. in Lex. Vitruv. p. 45.

ENGŌNĀSIS, *is*, f. ἐγγόνασις, fidus cæleste, quod *nixus* dicitur. Cic. in Arato, *Engonasin vocitant*, *genibus quod nixa feratur*. Iulius Firmicus, *ingeniculum* latine vertit. v. Manil. 5, 340.

ENGŌNĂTON, *i*, n. ἐγγώνατον, inventum horologii solaris portatile. Vitruv. 9, 9. vid. Bald. l. c. ubi a forma nomen esse putat, vel quia angulatum, vel quia in genu plicatum est.

ĔNHÆMVM, *i*, n. ἔναιμον, emplastrum, quod cruentis protinus vulneribus injicitur, ut continhat cicatrices, ein wund-pflaster. Plin. 12, 17; Cels. 5, 19.

Enhydris, enhydros, vide *Hydra*, Enigrare, *Niger*.

ĔNIM, conjunct. causalis, denn, postpositiva est, quanquam non semel & in principio orationis posuerint optimi auctores, ut Plautus, Terentius, Lucretius, Cicero, Apulejus & Paulus ICtus. *Enim istic captio est*, Plaut. Most. 5, 2, 23. *Enim non sinam*, Ter. Adelph. 2, 1, 14. Vide Gifanii Indic. Lucret. Tac. Hist. 4, 11, 7 *Asiaticus* (*enim is libertus*) *malam potentiam servili supplicio expiavit*. ¶ 2. In quo Taciti loco *enim* pro *autem* videtur positum. Nam apud Latinos, *nam*, *enim*, *sed*, *autem*, sicut apud Græcos γάρ & δέ, mutuas præstabant operas & alterum pro altero ponebatur. Cæs. de B. Civ. 2, 32 *Defertos enim se ac proditos a vobis dicunt*, &c. Id. B. Gall. 5, 7 *Dumnorix cum equitibus Æduorum a castris, insciente Cæsare, domum discedere cœpit, &c. Ille enim revocatus resistere, ac se manu sua defendere, suorumque fidem implorare cœpit, &c.* Vtrobique certe τὸ enim nihil infert, & tantum adversativæ vim habet. Vnde & Græcus Interpres loci ultimi verba, *Ille enim revocatus*, &c. non ὁ γάρ; sed ὁ δὲ Δάμνορυξ, ἀπὸ τῶν διωκόντων αὐτὸ ἀποκαλέμενος, &c. vertit. ¶ 3. Est & asseverandi particula, ut, *enimvero*. Plaut. Cas. 2, 4, 1 CH. *te uxor ajebat tua Me vocare*. S. T. *Ego enim vocare jussi*, i. e. Ego vero. Idem Most. 3, 1, 24 TH. *Quid tute tecum?* TR. *Nihil enim*. Ter. Andr. 5, 1, 4 *Immo enim quam maxime abs te postulo atque oro Chreme*. Ita usus etiam in Eunucho est 2, 3, 63, & Phorm. 4, 4, 13. ¶ 4. *Quid enim*, usitata interrogatio bonis auctoribus, de qua Lambinus ad Horatium 1 sat. 1, 7. Plautus Amph. 2, 2, 62 *Quid enim censes?* Vbi plane παρέλκει.

¶ Enimvero, in principio ponitur ac significat certe, & confirmandi vim habet. Ter. Andr. 1, 3, 1 *Enimvero Dave nihil loci est socordiæ*, &c. warlich). Cic. in Verr. 1, 26 *Enimvero ferendum hoc non est*. ¶ 2. Interdum tamen postponitur etiam. Ter. Eun. 2, 3, 37 *Incommode hercle*. CH. *Imo enimvero infeliciter*. Plaut. Capt. 3, 4, 2 *Nunc enimvero occidi, eunt ad te hostes Tyndare*. Et, *enimvero*, Plaut. Amph. 2, 2, 126. *Tum enimvero Deorum ira admonuit*, Liv. 2, 36. Phædr. 2, 5, 21 *Ille enimvero adfilii*. Apul. Metam. 11, 242, 25 *Vitam quoque tibi prorogare mihi enimvero licere*. Sic in Codd. pro quo vulgo: *tantum licere*. Habet significationem nimium permoti ac irritati animi, ut Donatus notat ad Ter. Andr. 1, 3, 1.

¶ At enim, aber. Apul. Apol. p. 323 *At enim ille totum quadragies præsumtione cassa devoravat*.

¶ Etenim, caussalis conj. quæ semper initio ponitur. Ter. Andr. 2, 6, 11 *Etenim eam secum rem recta reputabit via*. Idem Eun. 5, 9, 44 *Et libenter vivis: etenim bene libenter vicitas*. Plaut. Amph. prol. v. 26 *Etenim ille, cujus hoc jussu venio*. Vertas licet allermassen, sintemahl.

¶ Verumenim, Verumenimvero, vide *Vero*.

ĔNĪPEVS, *ei*, m. trisyllabum, Ἐνιπεύς, Thessaliæ fluvius, juxta quem pugna inter Cæsarem fuit & Pompejum. Lucan. 7, 116 *Sanguine Romano quam turbidus ibit Enipeus*. A poëtis *altus*, *magnus*, *pulcher*, *Thessalicus*, dicitur. Tyro, amasia ejus a Neptuno formam illius induto corrupta. v. Lucia. dial. mort. Ovid. Met. 6, 116.

Enisus, vide *Nitor*, Eniteo, enitesco, *Niteo*, Enitor, enixus, &c. *Nitor*.

ENNA, *æ*, f. Ἔννα, Siciliæ civitas, juxta quam templum augustissimum Cereris fuit, cum ejusdem simulacro, a quo templo *Ennæa Ceres*, dicta fuit. Locum describit Cic. in Verrem 4, 48. Vbi & fabulam de raptu Proserpinæ leges.

¶ Ennensis, *e*, gentile. Cic. Verr. de Signis 4, 62 *Ennensis Ceres*. Liv. 24, 37 *Ennensium principes*.

¶ Ennæus, *a*, *um*, id. Sil. 14, 246 *Cum rapta præceps Ennæa virgine flexit*. Et, *Ennæa diva*, i. e. Proserpina, apud eund. lib. 13, 431. ¶ 2. Henna, Hennæus quidam scribere malunt. v. Drak. ad Sil. 1, 93.

Enneapharmacum, vide *Pharmacum*, Enneaphthongus, *Phthongus*, Enneaphyllon, *Phyllon*.

ENNIVS, *i*, m. Poëta vetustissimus, Calaber, Rudiæ alumnus, ut Cic. pro Arch. c. 10, & Mela 2, 4, & Silius 12, 395 tradiderunt. Hinc Horatio 4 od. 8, 20 vocatus *Calabra Pieris*. Natus est anno 411 post Romam conditam, ut Cicero observat Tusc. Q. 1, 1, Coss. C. Manlio Lucrino & Q. Valerio Flacco: aut potius anno 515, ut aliter de Clar. Orat. c. 18 refert. Romam puer translatus vitam ibi suam exegit, quam ad annos 70 perduxit. v. de illius temporibus Burm. ad Sulpic. Sat. 46. Dicitur fuisse ingenio acri & eruditione multiplici, ut qui domi forisque docuerit; & cum Græcam linguam, Osc amque & Latinam calleret; solitus est dicere, sibi esse tria corda, vid. Gell. 17, 17. Ex Silio Italico patet lib. 12, 293 seq. eum fuisse in bello Punico centurionem, præsentique animo rem gessisse; & apud Latinos fuisse primum, qui coronam sibi ex Helicone assumserit. Græcas ab eo literas Cato senex didicisse, scribitur. Scripsit præter Comœdias, Tragœdias, Satyras, Annales & Historiam belli Punici secundi versibus hexametris, de quibus tamen omnibus nil nisi fragmenta quædam superant, sparsim apud Ciceronem, Gellium, Macrobium, & Grammaticos relicta, & ab Hier. Columna collecta. De quibus hi sunt apud Augustin. C. D. 2, 21 ex Cicerone: *Moribus antiquis res stat Romana virisque. Haudquaquam quemquam semper fortuna secuta est. Fortibus est fortuna viris data*. Ac de Fabio Maximo ille in Cic. off. 1, 24, quem & Macrobius indicavit 6, 1 *Vnus homo nobis cunctando restituit rem. Non ponebat enim rumores ante salutem*, &c. Et apud Gellium 20, 10 *Pellitur e medio sapientia, vi geritur res, Vnde habeas quærit nemo, sed oportet habere. Benefacta male locata, malefacta arbitror*. Vocat hunc præclarum Ennii versum Cicero Off. 2, 18. Gellius ex Ennii satyris hoc producit 2, 29 extr. *Hoc erit tibi argumentum semper in promptu situm, Ne quid expectes amicos, quod tute agere possies*. Et hos ex Hecuba 11, 4 *Nam cum opulenti loquuntur pariter atque ignobiles, Eadem dicta eademque oratio æqua non æque valet*. Et hos ex Iphigenia apud Gell. 19, 10 *Otio qui nescit uti, plus negotii habet, Quam cum est negotium in negotio, &c.* Alios vid. 20, 10. Macrobius hos ex Ennii citat Annalibus Saturn. 6, 2 *Multa dies in bello conficit unus, Et rursus multæ fortunæ forte recumbunt*. Cic. Off. 1, 16 hos etiam Ennio tribuit: *Homo, qui erranti comiter monstrat viam, Quasi lumen de suo lumine accendat, facit: Nihilominus ipsi lucent, cum illi accenderit*. Et hos Off. 2, 7 *Quem metuunt, oderunt*:

Quam

Quem quisque odit, periisse expetit. Conf. ex Cic. de Senect. c. 14 infra in *Olympia*. Et ap. Non. 2, 173 in *Cupiemus: Statius ait, qui cupita cupiens cupienter cupit.* De Ennio Ovid. scripsit Trist. 2, 424 *Ennius ingenio maximus, arte rudis*: sicut & *rudem Lucili Musam* dixit Statius 2 Silv. 7, 75 ad nomen patriæ *Rudiæ* nimirum alludens utrique. Sed & Codrus Vrceus, *non versus*, inquit, *Lucili difficilis placet.* Meminit elogii sepulchri Ennii Cicero Qu. Tusc. 1, 15 *Adspicite, o cives, Senis Enni imaginis formam, Hic vestrum pinxit maxima facta patrum.* Et ibid illius: *Nemone lacrymis decoret, nec funera fletu Faxit, cum subito vivus per ora virûm.* Appositè Sen. lib. 22 ep. Moral. in Gell. 12, 2 *apud ipsum Ciceronem*, inquit, *invenies etiam in prosa oratione quædam, ex quibus intelligas, illum non pertidisse operam, quod Ennium legit.* Affert deinde Enniana quædam, quibus Cicero usus est. Ennii etiam persaltiones fuit Virgilius. Nam plura ex eo sumsit, & in carmina sua transtulit: quorum partem notavit Macrobius Saturn. 6, 1. Idem quum aliquando deprehenderetur Ennii poëtin legere, interrogatus quid ageret, respondit: *Aurum se ex Ennii stercore colligere.* Gyrald. Dial. 4 p. 137. Lipf. Antiq. Lect. 2, 22. De hoc Horat. 1 ep. 19, 7 *Ennius ipse Pater nunquam, nisi potus, ad arma Prosiluit dicenda.* Quint. 1., 1 p. 905 *Ennium, sicut sacros vetustate lucos, adoremus, in quibus grandia & antiqua robora jam non tantam habent speciem, quantam religionem.* ¶ 2. Alius Ennius de augurandi disciplina scripsit, de quo Suet. de Illustr. Grammat. c. 1.

¶ Ennianus, *a, um*, adject ut, *Ennianus populus*, Gell. 12, 2 *Ingenia cicuria Enniana*, Tertull adv. Valent. c. 37.

¶ Ennianista, *æ*, m. idem est, Ennii sectator, Gell. 18, 5.

ENNOEA, *æ*, f. gr. ἔννοια, notitia, intelligentia, qua voce usus est Cicero Top. c. 7; Fin. 3, 6; Acad. 2, 7; Tusc. 1, 24, die erkänntniß. ¶ 2. *Ennœa*, æon Valentini, Tertull. adv. Valent. c. 7: Irenæi Interp. 1, 10.

ENNOSIGÆVS, *i*, ἐνοσίγαιος, dicitur etiam ἐννοσίγαιος, Neptuni epitheton, quo luvenalis usus est sat. 10, 182 *Ipsum compedibus qui vinxerat Ennosigæum.* Ab ἐνόω, *concutio*, & γαῖα, *terra.*

Eno, *are*, vide *No*, Enodare &c. *Nodus*, Enorchis, *Orchis*, Enormis, *Norma*, Enotare &c. *Nota*, Enotescere, *Nosco*, Enovare &c. *Novus*, Enthythmus, *Rhythmus*, Ens, *tis*, *Sum.*

ENSIS, m. mucro, gladius, ein schwerdt, degen. *Ensem in pectus adigere*, Ovid. Met. 5, 79, durchstechen. *Ensis vagina tectus*, Horat. 2 sat. 3, 40, das in der scheide steckt. Tibull. 1, 10, 1 *Quis fuit horrendos primus qui protulit enses? Quam ferus & vere ferreus ille fuit!* Dextro lateri accinctum ensem habebant nonnunquam Romani. v. Drakenb. ad Sil. 5, 146. ¶ 2. *Ensis* & pro imperio ponitur, cujus erat insigne. Lucan. 5, 61 de Ptolemæo Ægypti Rege: *Sævum in populos puer accipit ensem.* Stat. 5 Silv. 1, 175 *Felix, qui magno jam nunc sub præside juras, Cuique sacer primum tradit Germanicus ensem:* Vbi alii Præsidatum provinciæ, vel præfecturam prætorio: alii sacri cubiculi curam per *Ensem* volunt notari. Vide Turneb. 12, 6, Petr. Fabrum Semestr. 1, 3, & Statianos interpretes Morellum atque Cruceum.

¶ Ensiculus, *i*, m. dimin. parvus gladius, apud Plaut. Rud. 4, 4, 113 seqq.

¶ Ensifer, *ĕri*, vel Ensiger, variant enim fere libri. Epitheton Orionis est. Ovid. 2 de Arte v. 56 *Ensifer Orion adspiciendus erit.* Meliores fere libri *Ensiger*. Adde Stat. Theb. 4, 321 & Ach. 2, 414. Ovid. Fast. 4, 388 *Ensiger Orion æquore mersus erit.* Vti iterum ex optimis membranis Heinsius legit, pro vulgato *Insifer*.

¶ Ensilia apud Lucretium legi vult Vossius, quod nos interpretamur in *Insilia* in *Salio*.

¶ Ensipotens, *entis*, handfest. Coripp. 4, 365 *Nec non ensipotens membrorum robore constans.*

ENTASIS, *is*, f. ἔντασις, intensio, productio, die ausstreckung; ab ἐντείνω, *intendo*, Vitruv. 3, 2. v. Baldi Lex. p. 45.

¶ Entaticos, gr. ἐντατικός, tentiginem ciens; ita herba Satyrion vocatur ab Apul. de Herb. c. 15, geil-wurtz.

ENTELECHIA, *æ*, ἐντελέχεια, pro qua tamen voce Aristoteles usurpat ἐνδελέχεια in animæ definitione non incommode, tametsi & de hoc ipso adhuc disputetur. Significat autem agitationem, continuationem, seu continuatem quandam motionem: vel, ut Cic. Tusc. 1, 10 reddidit, *continuatam motionem atque perennem*, cujusmodi animæ est, seu vitæ. Sic enim verterunt Gaza & Hermolaus. Sunt etiam, qui *Perfectihabiam* vel *perfectihabentiam* eam vocem interpretantur. vid. I. C. Scalig. Exercitat. CCCVIII n 12 & sqq. Boëthius *actum* verit, non etiam male. Ἐνδελεχὲς enim Græcis continuum vel continuatum est. A quo nonnullis factum videtur Germanicum endelich, sic enim dicimus nos Germani continuatum, non cessans, non interruptum. Apud Tertullianum de Anima c. 32 legitur: *Si entelechias Aristotelis occuparem.* Vide initium libelli de Anima Philippi Melanchthonis, ubi tum ἐνδελεχίας, tum ἐντελεχείας appellatio erudite explicatur. Iosephus Scaliger ad Eusebium p. 110 dicit, puerilem velitationem esse de differentia harum vocum. Quippe quæ unum & idem sint. *Veteres enim*, inquit, *ut ex Luciano constat, τὸ Τ tanquam Δ pronunciabant atque scribebant.* Quod & confirmat vetustissima inscriptio Romæ: DIAPANDON APOLLINIS SACERDOTI. Vbi DIAPANDON est διὰ πάντων, ut hodie pronunciat omnis natio Græca. Idem & diu ante ad Ciceronis Tusc. 1, 10 Camerarius observavit p. 167.

ENTERON, *i*, n. ἔντερον, *intestinum*, pl. Enteria, ἔντερα, *viscera*, quasi *interna*, vel *interiata*, ut in Gloss. redditur ἐξωτερικὰ ἔντερα, das eingeweide, gedärme. v. Voss. Etym. p. 200.

¶ Enterocele, *es*, f. ἔντερο κήλη, hernia species, quando intestina prolabuntur, & tumorem gignunt, ein darm-bruch. Cels. 7, 18. conf. Martial. 12 epigr. 56; & 11 epigr. 85.

¶ Enterocelicus, *i*, m. ἐντεροκηλικὸς, der gebrechen ist. Plin. 26, 8.

¶ Dysenteria, *æ*, f. δυσεντερία, das bauch-weh, rothe ruhr, durchlauf, exulceratio intestinorum. *Dysenteria infestari*, Plin. 22, 21.

¶ Dysentericus, *i*, m. qui morbo eo laborat. Plin. 22, 25 *Panicum in vino potum prodest dysentericis.* Adde 20, 2. ¶ 2. Adjective *Passio dysenterica*, Pallad. 3, 31.

¶ Exenterio, *are*, ἐξεντερίζω, *exviscero*, est, h. e. viscera interiora eximere, ut in pulcibus & feris, quæ dum ferit, aussnehmen. Dicebatur, auswerffen. Per metaphoram Plaut. Epid. 2, 2, 2 *Exenterare mavelim*, den beutel fegen, ausseeren. Ibid. 5, 2, 7 *Exenterare opes argentarias.*

¶ Exenteratus, *a, um*, ausgeweidet, ausgeleeret Iuslin. 1, 5, 10 *Epistola exenterato lepori inserta.* Legant & *exinteratus* v. Voss. l. c. Sic *Bacca exenterata*, Apic. 7, 5.

Entheca, enthecatus, vide *Theca*, Entherius, *Inthera*.

ENTHEUS, *a, um*, ἔνθεος, numine divino plenus, divinus, begeistert, apud Senecam le gitur Medea v. 392 *Incerta, quidi furibus cursus ferat:* Et apud Statium 1 Silv. 2, 250 *Hic omnia lustra, Tempora, Musæ etiam, primis hic carmina* v. Barth. ad Stat. Silv. p. 65, 732 adde Martial. 5 epigr. 43, & 11 epigr. 35.

¶ Entheo, *ēre*, numine afflare, begeistern. Hinc

¶ Entheatus, *a, um*, begeistert, geistreich; ut, *Turba entheata Bellonæ*, i. e. furentes, Martial. 12 epigr. 57.

¶ Enthusiasmus, *i*, m. ἐνθουσιασμὸς, afflatus & instinctus sacer, inspiratio divina, der anhauch oder antrieb Gottes, das gottbegeistert leben. Vox per se bona vitio hominum infamata. Nam sanctus etiam enthusiasmus est, de quo Hesychius: ἐνθουσιασμός, ἔπος, ὅταν ἡ ψυχὴ ὅλη ἀλλαχοῦσα ὑπὸ τοῦ θεοῦ. Vid. G. Vossius de arte poet. c. 12. P. Petitus de furore poetico, & Mer. Casaubonus de variis enthusiasmi generibus liber Angliæ editus Lond. 1656.

¶ Enthusiasticus, *a, um*, ἐνθουσιαστικὸς, & subst Enthusiasta, *æ*, m. ἐνθουσιαστὴς, idem qui Entheus. Badæus annot in Platon lib. 2 de leg. poëtarum genus θεῖον & ἐνθουσιαστικὸν, i. e. *divinum, Deo plenum & divinitus inspiratum* vocat. Addit Martinius l. c. hoc nomine merito ac vere vereri posse vates & prophetas sacros, sed profanos illos esse *damoniacos*, cum, quem Deum putent, damon sit & genius depravatus.

ENTHYMĒMA, *ătis*, n. ἐνθύμημα, argumentationis Dialecticæ species, significat animi cogitationem seu *commentum* vel *commentationem*, ut etiam Quintilianus interpretatur 5, 10 pr. qui adjicit, *Unum intellectum habet, quo omnia mente concepta significant: alterum, quo sententiam cum ratione: tertium, quo certam quandam argumenti conclusionem, vel ex consequentibus, vel ex repugnantibus, quamquam plures sint in ea opinione, ut id demum, quo pugna constat, enthymema accipi velint.* Ad mediam significationem pertinet Iuvenal. 6, 448 *Curtum sermone rotato Torqueat Enthymema, nec historias sciat omnes.* CVRTVM vocatur, quia præterit alteram propositionem, & duobus tantum constat Syllogismi pronunciatis. Aristoteli ob eandem caussam dicitur μονολήμματος συλλογισμός. Tertium ab Aristotele ἐνθύμημα ἐλεγκτικὸν appellatur. Add. Cic. in Topic. c. 13, & Quintil. 5, 14.

¶ Enthymemation, *i*, n. dimin. ἐνθυμημάτιον, commentatiuncula, Gell. 16, 1.

¶ Enthymēsis, *is*, f. ἐνθύμησις, cogitatio, inventum, die erfindung, gedancke. Tertull. adv. Valent. c. 9 *Totam enthymesin exposuit.* conf. c. 14; & de Præscript. c. 7.

Entomon, vide infra *Tome.*

Enubilo, vide *Nubes*, Enubo, *Nubo*, Enucleo &c. *Nux*, Enudare &c. *Nudus*, Enumerare &c. *Numerus*, Enuntiare &c. *Nuntius*, Enutrire, *Nutrio.*

Enydris, enydros, vide *Hydra*, Enypostata, *Hypostasis.*

ĒNYO, *hajus Inyus*, f. Ἐνυώ, Bellona, Martis soror, die kriegs-göttin. Hesychius: Ἐνυὼ πολεμικὴ θεὰ, ἡ μάχη. Silius 10, 203 *Velutî nondum satiatus Enyo Iret juxta truces.* Stat. Theb. 8, 638 *Et face mutata bellum integrabat Enyo.* Et Martial. spectac. 24 *Nec te decipiat ratibus navalis Enyo.* Idem 6 epigr 31 (al. 32) *Cum dubitaris adhuc belli civilis Enyo.*

¶ Enyalius, *i*, m. ἐνυάλιος, est inter propria Martis nomina, teste Macrobio 1 sat. 19 sic dictus, quasi ἐνυὸς υἱὸς, Bellonæ filius.

Eo, eodem, eone, &c. vide *Is, ea, id.*

EO, *is, it; ivi*, & *ii, itum, ire*, gehen. Ter Phorm 5, 6, 27 *Ire suspenso gradu*, auf den zeen gehen. Ovid. Art. am 3, 62 *Lentis, erunt animi mare fluentis aquæ*, die jahre laussen dahin. *Ire, redire*, hin und wieder gehen, Martial. 6, 10. *Hinc huc ire*, Ovid Heroid. 20, 130. *Lucifugam ire*, i. e. proficisci, reisen, Cic. fam. 3, 6 *Illi iit passim, ego ordinatim*, ib. 11, 13. *In occursum*, entgegen gehen, Nep. 1, 4, 3. *Ire cum exercitu*, scil. obviam hostibus, Id. 17, 3, 5. *Ire alicui subsidio*, ibid. 8, 2. Sed, *Ire in jus & in jus ambulare*, notat diceptationem rei & litigationem apud judicem. Nota sunt verba technica, quibus experiundi juris caussa veteres ad Prætorem se mutuo evocabant: *In jus eamus, in jus ambula.* v. Brisson. de Formul. pr. Terent. Adelph. 3, 2, 49. *Judices eunt in consilium*, Cic. pro Cluent. c. 20, sie gehen zu rath. *Ire in sententiam*, Liv. 1, 32. *Pedibus ire in sententiam*, Id. 5, 5, beystimmen. Ratio a Romana curia est. Nam super re aliqua, quæ consultabatur, cum duæ diversæ sententiæ essent, ne omnes Senatores figillatim interrogare esset necesse, discessio permittebatur. Hæc nobat, cum Consul adversæ sibi sententiæ auctorem in certam subtellionem partem jubebat discedere, atque ad eam se conferre, qui ejusdem sententiæ essent; cæterum ad se accedere, qui una sentirent. Tum enim ita, ut ex Festo & Plinio 8 epist. 14 constat, dicebat: QVI HÆC SENTITIS, IN HANC PARTEM ITE. QVI OMNIA, IN EAM PARTEM ITE, QVA SENTITIS. Hinc [illegible] ire illæ formæ: *Ire, discedere in alienam sententiam*, quæ in [illegible] ejus exstant. Vide & Lipsium ad Tacit. p. 185 *Ire in [illegible] ire multari duplo*, Cic. pro Flac. 21 *Ire in [illegible] in verba*, Claud. B. Gild. 221. *Ire in sidorem*, Flor. 2, 4, ubi vide Duckerum. Livius in præfat. *Mores quæ [illegible] prædicta, hoc est, abeunt [illegible] in deteriora, sequi in [illegible]* ¶ 2. *Ire* etiam pro venire, fieri, fieri. Virg. Æn. 2, 775 *Hos ego [illegible] ire [illegible]* Vbi Servius: ITIS, *pro* VENITIS. *Ire enim [illegible]* Nisi ego ad mercedem venio. *pro* EO. Sed Virgil. 7, 229 *Longa [illegible] ire Grajos Ire docens, nec jam Aonii procul asfore campis.* Ter. Adelph. 3, 3, 7 *Sed eccum Syrum ire video.* IRE. inquit Donatus, *pro venire*; ut, *Nec vero Alcidem in [illegible] coetum Accessisse [illegible]* Hinc autem Virgilianum carmen de 6 Æneid. v. 392 *Euntem*, i. e. venientem. Seneca

Seneca Medea v. 684 *It omne monſtrum: tractа magicis cantibus Squamea latebris turba deſertis adeſt, &c.* Plaut. Ciſtell. 5, 2, 3, LA. *Here, unde is?* DE. *Ex Senatu.* ¶ 3. *Ire* pro eſſe. Curt. 4, 14, 25 *Ite atacres & ſpe pleni.* Seneca Hercule Oetæo v. 282 *Non ibo inulta*, i. e. non ero inulta. Claudian. de 4 Conſulat. Honor. v. 109 *Non dabitis murum ſcelevi, qui vindicet, ibit*; i. e. erit, exiſtet. ¶ 4. Interdum *ire* idem eſt, ac procedere, von ſtatten gehen. Cic. ad Att. 12, 24 extr. *De Attica optime it.* Id. ibid. 14, 15 *Incipit res melius ire, quam putaram.* Tac. An. 12, 68, 3 *It in melius valetudo*, es beſſert ſich. Sen. ep. 5 *Miror, iſta ſic ire*, daß es angehet. ¶ 5. *Ire in* vel *ad aliquem*, eſt, hoſtili animo quem petere. Ter. Andr. 1, 5, 16 *Ea quoniam nemini obtruſi poteſt, itur ad me.* ITVR AD ME, *quaſi ad hoſtem*, inquit Donatus: (Neſcio quam bene!) *Plautus Pſeudolo: Itur ad me. Virgilius* (9, 424) *Simul enſe decore Ibat in Eurÿalum propere.* Vellej. 2, 48, 2 *Ad arma itum eſt.* ¶ 6. Ovid. Triſt. 5, 3, 27 *Me quoque, ſi fas eſt exemplis ire Deorum, Ferrea ſors vitæ difficilisque premit.* Vbi *ire exemplis* eſt, uti exemplis, vel exempla ſequi, nachfolgen. ¶ 7. *Ire in ſecula*, eſt prædicari, immortali laude ornari, verühmt werden, Plin. Paneg. c. 55. Silius 12, 311 *Factoque in ſecula ituro.* Claudian. Conſ. Mall. Theodori v. 115 de libris eruditis & ætatem ferentibus *Ibant in ſecula libri*, v. ibi Barthium p. 120. ¶ 8. *I nunc: Ite nunc*, formula increpantium. Virg. Æn. 7, 425 *I nunc, ingratis offer te irriſe periclis.* Iuv. 12, 57 *I nunc & ventis animam committe, dolato Confiſus ligno.* Et Seneca Medea v. 650 *Ite nunc fortes, perarate pontum Sorte timenda.* Petron. c. 115 *Ite nunc mortales, & magnis cogitationibus pectora implete. Ite cauti, & opes fraudibus captas per mille annos diſponite, &c.* v. quos laudant Pithœus & Burm. ad Petron. c. l. p. 534. præf. Heinſ. ad Ovid. am. 3, 3, 1. ¶ 9. Et *Ire* inter funebria verba. Ter. Andr. 1, 1, 90 *Effertur imus*: ubi Donatus: IRE *proprie ad exſequias.* ¶ 10. *Ire* aliorum verborum ſupinis junctum periphraſin facit. Plaut. Perſ. 1, 1, 12 *Aliena bona ire ereptum*, i. e. eripere. Id. Mil. 3, 1, 26 *Amanti ire opitulatum*, i. e. opitulari. Ter. Andr. 1, 1, 107 *Cur te is perditum?* i. e. perdis. Id. Heaut. 2, 3, 74 *Tu tibi laudem is quæſitum*, i. e. quæris. Sic paſſive *Iri*; Id. Andr. 1, 2, 6 *Poſtquam audierat, non datum iri filio uxorem ſuo.* ¶ 11. *Ire in corpus*, apud Quintil. 2, 10 p. 163 eſt pingueſcere, ubi Burmannus adfert ex Floro 2, 4 *in ſudorem ire*, ex Virg. Æn. 4, 413 *ire in lacrymas. Ire in ſitias*, vid. h. v. ¶ 12. *It* cum *et* permutant librarii. Drak. ad Sil. 2, 521. *Iſſe* cum *Eſſe* & ſimilia, teſte eod. ad 15, 151 add. Burm. ad Calpurn. ecl. 2, 99.

¶ Itur, impersonaliter, man gehet. Virg. Æn. 6, 179 *Itur in antiquam ſylvam.* Seneca epiſt. 73 *Hac itur ad aſtra.* Sic & *ibitur.* Plaut. Trin. 2, 4, 177; & Truc. 3, 1, 21. *Itum eſt in viſcera terræ*, Ovid. Met. 1, 138.

¶ Iens, *euntis.* Virg. Æn. 2, 607 *Ventos adſpirat eunti.* Ibid. v. 111 *Terruit auſter euntes.* Horat. 1 ſat. 10, 58 *Verſiculi euntes mollius.* Id. 2 epiſt. 2, 55 *Singula de nobis anni prædantur euntes.*

¶ Ito, *are*, frequent. eſt gehen. Cic. fam. 9, 24 *Te ad cœnas itare deſiſſe, moleſte fero.* Suet. de Clar. Rhet. c. 1 *Liberos in ludos itare velle.* Adde Plin. 9, 8; & Plaut. Moſt. 1, 2, 48.

¶ Itito, *are*, aliud frequent. ut, *Exſequias ititare*, Nævius.

¶ Iter, *itineris*, n. cum derivatis, vide infra ſuo loco in I.

¶ Itus, *us, ui*, m. verbale, der gang, das gehen. Ap. Cic. ad Att. 15, 5 *Quis porro noſter itus, reditus, &c.* Et Vitr. 10, 13 *Itus & reditus.* conf. Suet. Tib. c. 38; & Non. 2, 419.

¶ Itio, *onis*, f. idem. Ter. in Phorm. 5, 8, 24 *Hæccine erant itiones crebræ, manſiones diutinæ Lemni?* ubi itinera ſignificat. Cic. Att. 11, 10 *De obviam itione ita faciam, ut ſuades.* Et 13, 50 (vulg. 48) ad eumdem Attic. *Quæris, quid cogitem de obviam itione.*

Domuitio, vide in *Domus.*

¶ Huc-itio, *onis*, f. die herreiſe. Ita nonnulli legunt in Plauti Amph. 1, 2, 8 *Clandeſtina ut celetur huc-itio.* v. not. Taubm.

¶ Ilicet, dictum per ſyncopen, pro *ire licet*, præconis vox fuit, judicium dimittentis, ut Donatus notat ad illud Terentii in Phorm. 1, 4, 32 *Hoc nihil eſt, ilicet, quid conterimus operam fruſtra.* Convenit cum Græco ἄφεσις (ἐᾶτε) apud Apul. lib. 11 Miles. p. 265, ubi *Grammatea* inducit *de ſublimi ſuggeſtu, de libro, de literis fauſta vota præfatum:* PRINCIPI MAGNO SENATVQVE ET EQVITI TOTIQVE ROMANO POPVLO. *Nauticis, navibus, quæque ſub imperio mundi noſtratis reguntur, renunciat, ſermone rituque Græcienſi, ita,* ΛΑΟΙΣ ΑΦΕΣΙΣ, quod vertas, Miſſa eſt. Ilicet. Erat & ſolennis in funeribus, v. Turneb. 3, 12. Serv. ad Ae. 6, 216 & 231. Item in re deſperata. Plaut. Curc. 1, 3, 30, & Ter. Eun. 1, 1, 9. vid. & Taubm. ad Plaut. Epid. 5, 2, 19. Ita ad indicandum, rem dubio carere & nihil quaſi ſpei contrariæ ſupereſſe, Ter. Eun. 2, 5, 55 *Ipſa eſt ſcilicet, ilicet, deſine, jam conclamatum eſt.* Bene Daceria *cela eſt ſûr*, die ſache iſt richtig. ¶ 2. Virg. pro *Confeſtim*, uſus eſt Æn. 2, 424 *Ilicet obruimur numero.* v. Serv. ad h. l. it. ad 2, 758 & 8, 223. Sed aliquo modo in his etiam ad deſperationem refertur, indicatur certe nihil ſupereſſe aliud. Pro confeſtim etiam capiendum in illo Tib. 2, 5, 113 *Acer amor, fractas utinam, tua tela, ſagittas Ilicet, extinctas adſpiciamque faces.*

Compoſita cum præpoſit.

¶ Abeo, *ivi & ii, itum, ire*, a loco, de loco, ab aliquo, weggehen. *Abire inde hinc &c.* Ter. Eun. 4, 4, 29, & 4, 7, 29; & 5, 5, 28. Phorm. 5, 9, 30. *Abire ex oculis*, Liv. 25, 16. *Abire deambulatum*, Ter. Heaut. 3, 1, 26. *Abire exulatum*, Liv. 2, 15, ins elend ziehen. *Abiit tempus, hora*, die zeit, die ſtunde läuft dahin, Eun. 2, 3, 49. *Abire e medio*, Ter. *Abire evitа*, Cic. Tuſc. 1, 30, von dieſer welt ſcheiden. *Abire de provincia*, Id. in Verr. 2, 22. conf. Epiſt. ad Attic. 10, 4. *Abire magiſtratu, conſulatu*, eſt deponere magiſtratum, das regiment überaeben, Liv. *Abire honore*, Suet. dixit Aug. c. 26. *Honor* enim magiſtratus eſt. Ita *abiiſſe magiſtratu* etiam ille dicitur, qui quam deponere debebat poteſtatem, vi retinet, ut fecere decemviri, Liv. 3, 51 extr. *Deponerent inſignia ejus magiſtratus, qui anno jam ante abiiſſent.* Exercuerant autem ad eum diem poteſtatem decemviralem. ¶ 2. Interdum eſt idem, quod mutari, ubi Germani utuntur ſuo werden. *Abire in ſerum*, Plin. 16, 12. *Abire in ſalem*, Id. 31, 7. *Abire in ſemen*, Id. 21, 11. ¶ 3. Parit etiam formulas alias. *Inora hominum pro ludibrio abire*, den leuten in die mäuler gerathen, zu ſpott werden, Liv. 2, 36. *Abiit hoc oppidum in villas*, Plin. 3, 5. *Abeunt in ſumtus fructus prædiorum*, Cic. Att. 11, 2, gehen darauf. *Tu miſſus abibis*, i. e. dimitteris, Horat. 2 ſat. 1, 86. *Abire in diem*, ap. Ter. Phorm. 5, 2, 16, eſt, in aliud tempus differri, ſich verweilen. Plin. 3 ep. 19 *Pretium retro abiit*, es iſt wohlfeiler worden. *Abire ab emtione*, den kauf nicht halten. L. 7 § 6 Dig. de pactis: *poſſe abiri ab emtione.* ¶ 4. Eleganter etiam impunitatem *abeundi* verbo expreſſerunt. Catull. 14, 16 *Non, non hoc tibi, ſalſe, ſic abibit*, wird dir nicht ſo hingehen. Ter. Andr. 1, 2, 4 *Mirabor, hoc ſi ſic abiret.* Sen. ep. 3 *Hoc abierit.* Eleganter Id. ep. 10 *Vide, quo judicium meum abeat*, wo ich hinaus will.

¶ Abiens, *abeuntis.* Ter. And. 1, 1, 57 *Servuli venientes aut abeuntes:* Horat. 3 od. 6, 44 *Abeunte curru* (ſolis) i. e. veſperi.

¶ Abitio, *onis*, f. der abſchied, abzug, hingang. Ter. Heaut. 1, 2, 16 *Propter eam hæc turba atque abitio evenit.* ¶ 2. *Abitionem* antiqui dicebant mortem, Feſt.

¶ Abitus, *us*, m. diſceſſus, idem. *Abitus importuniſſimæ peſtis*, Cic. Verr. 3, 54. *Ceteri terga præbuere, difficili effugio, quia circumjecta vehicula ſepſerant abitus*, Tac. Ann. 14, 37.

¶ Abito, *āre*, vel *īre*, frequent. davon gehen. Plaut. Rud. 3, 4, 72 *Hunc quoque aſſerva, ne quo abitat.*

¶ Abeona, *æ*, f. Dea quæ abeundi facultatem præſtat. v. Auguſtin. de Civ. D. 4, 21.

¶ Transabeo, *īre*, weiter gehen. Stat. Theb. 6, 509 *Obliqua quantum vitare dabatur Transabire fuga.* Id. 9, 124 *Lernæam jacit ipſe trabem, volat illa ſagittis Æqua fuga, mediumque nihil cunctata Politem Transabit.* Val. Flacc. 4, 510 *Æquora longe Transabeunt, nullaque datur conſiſtere terra.* Et Silius 12, 264 *Transabiit - - - haſta.* Boëth. de Conſ. Ph. 3 metro 8 *Et quod ſtelliferum, transabiit polum, Tellure demerſi petunt.*

¶ Adeo, *ivi & ii, itum, īre*, accedere, hinzu gehen. *Aliqui me adiêre*, ſind zu mir gekommen, Ter. Andr. 3, 3, 2, & *Adire ad aliquem*, Id. Andr. 2, 1, 17; & Eun. 3, 5, 10. *Adire ad cauſſas*, Cic. Bruto c. 90, anfangen zu practiciren oder zu advociren. *Adire ad magiſtratus*, vor die obrigkeit gehen, Nep. 2, 7, 1. *Capitis periculum adire*, ſich in gefahr ſetzen, es auf leib und leben wagen. Cic. pro S. Roſc. c. 38. *Adire in jus*, Id. Epiſt. ad Attic. 11, 24 & paſſim. v. Mencken. Obſerv. L. L. *Adire in conventum*, Id. in Verr. 4, 11. ¶ 2. Eſt & in uſu paſſive, *Aditur, adeuntur, adiri &c.* Cic. fam. 3, 7 *Cum ad me aditum eſſet ab iis, qui &c.* & ad Quint. fr. 1, 2 ſub fin. *Neque prætores diebus aliquot adiri poſſent. Non placebat, adiri nomen*, int. Cæſaris cum hereditate, ab Octavio, Vellej. 2, 60, 1. *Cenſuit Aſinius, ut libri Sibyllini adirentur*, h. e. conſulerentur, Tac. Ann. 1, 76, 2. Et hinc

¶ Aditus, *a, um*, angetreten. Liv. 5, 13 *Libri Sibyllini aditi ex SCto.* Cic. Off. 1, 19 *Laboribus ſuſceptis periculisque aditis.* Et Vellej. 2, 5, 1 *Aditis, quæ vix audita.* Ovid. 3 Triſt. 1, 70 *Hæc quoque erant pedibus non adeunda meis.*

¶ Aditus, *us*, m. ſubſt. acceſſus, der zugang, zutritt, zuſpruch. Cic. ad Q. frat. 1, 1 *Facillimos eſſe aditus ad te*, du läſſeſt dich gerne ſprechen. Id. ad Att. 15, 8 *Difficilior ad Antonium aditus eſſe dicitur. Intercludere aditum ad aliquem*, Id. pro S. Roſc. c. 38, einen nicht verlaſſen. *Aditum januamque patefacere*, Id. de Orat. 1, 47, gelegenheit machen. Phædr. 4, 17 *Aditum rogantes, continuo impetrant. Aditus mihi patet ad cauſſam*, Cic. pro Sylla c. 2, ich habe mir den weg gebahnet. ¶ 2. Appellantur hoc nomine & loca, qua adiri provinciæ & regiones poſſunt commode, paſſe. Cæſar de B. Gall. 4, 20 *Magno ſibi uſui fore arbitratur, ſi genus hominum perſpexiſſet, loca, portus, aditus cognoviſſet.* Virg. Æn. 9, 381 *Omnem aditum cuſtode coronant.*

¶ Aditiculus, *i*, m. parvus aditus. Feſtus.

¶ Aditio, *onis*, f. der hinzugang. Plaut. Truc. 2, 7, 63 *Quid tibi hanc aditio eſt?* i. e. cur hanc adis? *Aditio hæreditatis*, Papinianus L. 95 § 2 pr. Dig. de ſolutionib. & liberat. antretung der erbſchafft.

¶ Aditialis cœna vid. *Adjicialis* in *Iacio.*

¶ Aditto, *are*, frequent. quidam ducunt ex Plauti Capt. 3, 4, 72, ſed lege *adbites*, de quo in *Bito* diximus.

¶ Adeona, *æ*, f. Dea, cui commendabantur adeuntes, Auguſtin. de C. D. 4, 21.

¶ Inadibilis, *e*, inacceſſibilis, da man nicht benkommen kan. Sidon. 2 ep. 2 *Lacus voraginoſus, & veſtigio inſpectoris inadibilis.*

¶ Ambio, *ivi & ii, itum, īre*, circumdare, cingere, umgeben, umfangen. Ovid. Faſt. 5, 81 de Oceano: *Qui terram liquidis, qua patet, ambit aquis.* Tac. Ann. 1, 68, 1 *Vallum armis ambire.* Virg. Æn. 10, 243 *Oras ambiit auro.* In Curtio 4, 2, 9 eſt, *Muros mare ambiebat.* Sed ap. Ovid. Met. 5, 361 eſt, *ambibat.* Et ſic vult Sofipater. Verumque admittit Raderus. v. Freinsh. Ind. Curt. Secus ac cætera verbi *Eo* deſinit hoc compoſitum in *io*: & penultima ſupini, ut & præteriti paſſivi hinc deſcendentis, fit longa ob craſin vocalium ex *ambi* pro ἀμφὶ *circum*, & *eo.* vid. Voſſ. Etym. p. 22; & Art. Gramm. 2, 18. ¶ 2. Per metaphoram ſignificat ambitioſe affectare, appetere, um etwas werben, darnach ſtehen, ſtreben. Plaut. in prol. Amph. v. 78 *Virtute ambire oportet, non fautoribus.* Boeth. de Conſol. Philoſ. 3 metro 8 *Quid dignum ſtolidis mentibus imprecer? Opes, honores, ambiant, Et cum falſa gravi mole paraverint, Tum vera cognoſcant bona.* Tac. de Germ. 17 *Ambire aliquam nuptiis*, i. e. in matrimonium magno ſtudio petere. Virg. Æn. 4, 284 *Quo nunc reginam ambire furentem Audeat affatu?* wie er herum kommen, und ſein wort anbringen wolte. Ponitur & abſolute pro contendere, niti, anhalten. Suet. Aug. c. 21 *Cum ambirent multi, ne filias in ſortem darent.* ¶ 3. *Ambior* paſſ. Luca. 1, 593, 10, 303 & Soli. c. 49.

¶ Ambiens, *tis.* Curt. 4, 7, 16 *Sedes ambientibus ramis contecta eſt.* Suet. Cæſ. c. 18 *Cum ambienti, ut legibus ſolveretur, mihi contradicerent.*

¶ Ambienter, adv. flehentlich; ut, *ambienter expetere*, Sidon. 7 epiſt. 9.

¶ Ambitus, *a, um*, umgeben: item erſucht, particip. paſſiv. quod contra naturam cæterorum mediam producit Ovid. Met. 1, 37 *Iuſſit*

& ambire circumdare brachia terræ. Ita etiam Met. 15, 287, it. Val. Flacc. 5, 621. Cic. pro Planc. c. 4 *Populus ædiles facit eos, a quibus est maxime ambitus.* Vſus & Tac. Hiſt. 3, 39, 3 *Integris quoque rebus a Cæcina & primoribus partium jam Vitellium aſpernantibus ambitus.*

¶ Ambĭtus, *ûs*, m. penult. brevi, quaſi ab *Ambeo*, der umfang, umgang, begriff. *Ambitus ædium*, Cic. Top. c. 4. *Totius operis ambitus*, Curt. 5, 1, 26. conf. 4, 8, 2. Cic. in Orat. c. 50 *Perfecto completoque ambitu verborum gaudent aures meæ*, i. e. periodo. Sen. ep. 12 *Ambitu ſuo aeſtringere*, in ſich faſſen, begreifen. ¶ 2. Pro actu ambiendi Plin. 2, 3 pr. *Æterno & irrequieto ambitu circumagi*, de mundo. Eum. c. 5 *irrequietum circuitum* appellat. Feſtus: AMBITVS *proprie dicitur inter vicinorum ædificia locus duorum pedum & ſemipedis ad circumeundi facultatem relictus*, Metaph. Liv. 27, 29 extr. *Ambitus facere circa aliquam rem* (h. e. per ambages narrare). ¶ 3. Sed & crimen affectati honoris *ambitus* dicitur, & plus eſt, quam *ambitio*; dictus a circumeundo ſupplicandoque, ut idem Feſtus ibidem docet: *Qui dilargitur pecuniam ſuam, aut populo muneribus ludisque blanditur, aut ceteris artibus, quæ legitimæ non ſunt, ad publicos honores tendit, ambitum commĭttit. Accuſari ambitus, & de ambitu.* Namque & ſæpius leges latæ fuerunt, quibus coercereturur hoc crimen; at nunquam ſatis obſervatæ: ut, Petilia, Cornelia, Bæbia, Calpurnia, Tullia, item Pompeja & Iulia: de quibus conſuli Ant. Auguſtin. lib. de Legib. & Senatus conſultis poteſt. Cæterum ambitûs qui eſſent convicti, his neque magiſtratum gerere, neque Senatoribus eſſe licebat, & multa pecuniaria irrogabatur, ut Dio docet lib. 36 p. 18 & ſeq. Lege Iulia, quam Auguſtus tulit, convictus ambitus, tanquam vis publicæ reus, deportabatur, ut Paullus ICtus lib. 5 Sententiarum auctor eſt. Sub principibus non nisi in municipiis obtinuit, quod omnis de magiſtratibus creandis cura ad Imperatores pertineret, ut ex Modeſtino de Lege Iulia ambitus, Auguſtinus obſervat. *Effuſæ ambitus largitiones*, Nepos 25, 6, 2. ¶ 4. *Ambitus* etiam quævis contentio & quodvis nimium in aliqua re auc & ad ostentationem navatum ſtudium dicitur, die auſſerordentliche bemühung. Seneca Medea v. 399 *Segnis hic abit dies Tanto petitus ambitu, tanto datus.* Tac. Hiſt. 1, 19, 5 *Ambitu remanendi aut eundi, ut quem pacem ea res vel ſpes impulerat.* Quintil. 12, 10 p. 1086 *Proprius quidam intelligendi ambitus*, illis tribuitur, qui præ aliis in picturis veteribus ſapere nihi videntur, die ſich hervirren, ſie verſtunden ſich auf die mahlerey. Prudentius Cath. 10, 47 *Horor ultimus accipit artus, Et funeris ambitus ornat*, das leichen-begängniß. Florus 1, 16 *Gemmeis & argenteis armis usque ad ambitum ornatum.* Sed & *ambitionis* vox ita uſurpatur.

¶ Ambitio, *ōnis*, f. circuitio proprie, die umrahmung, apud Solin. c. 35 *Alveos circumdant ambitione tergorum habalorum.* Id. c. 48 *Ambitio extimæ cutis.* ¶ 2. Affectatio dignitatis, honorum, ehrſucht, ehrgeiz. Cic. Off. 1, 25 *Miſerrima eſt omnino ambitio honorumque contentio* Vſus & plurali idem eſt, ut Tuſc. 2, 26 *Quid de noſtris ambitionibus, quid de cupiditate honorum loquar?* Liv. 2, 25 *Tollendæ ambitionis cauſſa lex fertur*, i. e. ne malis artibus quæri honores poſſint. Cic. Att. 1, 1, 20 *In Domitio uno omnis ambitio noſtra nititur*, h. e. unus nos adjuvat in perendo &c. Id. fam. 5, 20 *Moleſte tuli non illa beneficia, tuæ potius ambitioni reſervata eſſe, quam meæ, qui ambitione nihil uterer.* Quint. 1, 2 p. 30 *Licet ipſa vitium ſit ambitio, tamen frequenter cauſſa virtutum eſt.* ¶ 3. Item gratiæ ſtudium & affectatio, ſchmeichelung. Tac. Hiſt. 1, 1, 4 *Sed ambitionem ſcriptoris facile averſeris: obtrectatio & livor pronis auribus accipiuntur: quippe adulationi* (hoc *ambitionem*, quam dixit, reſpicit) *fœdum crimen ſervitutis, malignitati* (hoc ad *obtrectationem* referendum eſt) *ſpecies libertatis inſit.* Sic Iuſtino 12, 15, 11 *Ambitio vulgi* eſt, quæ 13, 3, 2 *vulgi adulatio* dicitur. ¶ 4. Vſurpatur & de magno & affectato ſtudio, non ſecus atque ambitus, die bemühung. Nep. 10, 2, 2 *Magna eum* (Platona) *ambitione Syracuſas perduxit.* Liv. 3, 47 queritur Claudius, *per ambitionem ſibi pridie jus dictum non eſſe*, i. e. per adverſariorum machinationes. B. Hieron. ep. 53 ad Ripar. adverſus Vigilantium: *Et quid paſſi ſunt Apoſtoli, ut immundum Stephani corpus tanta funeris ambitione præcederent?* Sic etiam *Ambitionis* voce Iuſtin. 1, 3, 2 uſus eſt, *cum admiti magna ambitione ægre obtinuiſſet.*

¶ Ambitūdo, *ĭnis*, f. in prima ambitionis ſignificatione Apul. in Aſclepio: *Tempus per alterius ambitudinem rediens.*

¶ Ambītor, *ōris*, m. qui ambit. Paulinus epiſt. 13 (ed. nov.) ſect. 16 *Æterne laudis ambitor.* Lamprid. in Alexandro c. 28 *Patronis auctoribus damnatus ambitor eſt.* Et Salvian. lib. 5 Gub. p. 118 Baluz. *Novorum bonorum religioſi ambitores.*

¶ Ambitiōſus, *a, um*, adject. proprie ac primario, qui ambit, aut ambiendo implicat atque amplectitur, umfaſſend. Horat. 1 od. 36, 18 *Nec Damalis novo Divelletur adultero Laſcivis hederis ambitioſior*, i. e. artius complectens, quam hedera. Solinus etiam proprie uſus hoc nomine, cum c. 17 de Creta ſcribit: *Non ſtipata centum urbibus, ſicut perhibent, qui prodige lingua largi ſunt; magnis & ambitioſis oppidis.* Nam *ambitioſa oppida*, quæ magno ambitu ſunt, weitläuftig. Similiter Plin. 5, 15, *amnis ambitioſus.* Huic *Inambitioſum* opponitur, de quo infra. ¶ 2. Deinde, affectatum ſtudioſe & ad ambiendam gratiam vel honorem pertinens. *Amicitiæ ambitioſæ*, Cic. Att. 1, 8. *Ambitioſæ rogationes*, quibus ea gloria queritur, ut multum auctoritate valere videamur, Id. fam. 6, 12. Quint. 1, 2 p. 31 *Præceptor ambitioſis utilia præferret.* Et 1, 4 p. 47 *Ambitioſa feſtinatione a poſterioribus incipiunt quidam præceptores. Diligentia ambitioſa*, fleiß, ſo da will geſehen und geruhmet ſeyn. L. 33 pr. ff. de uſur. & fruct. *Ambitioſæ ſententiæ*, adulatoriæ & ad aucupandam gratiam latæ, Suet. Domit. c. 8. Id. Aug. c. 25 *Ambitioſius id exiſtimans*, (i. e. magis ad aucupandi favoris ſtudium comparatum ſtatuens) *quam aut ratio militaris*, (quæ ſeveritatem amat) *aut temporum quies*, (per quam captandi & adulandi milites non ſunt) *aut ſita domuſque ſuæ majeſtas*, (quæ ſtabilita undique & in ſummam adducta) *poſtularet.* ¶ 3. *Ambitioſus* etiam is dicitur, qui multa, & magno ſtudio petit, anhaltend. Cic. fam. 13, 1 *A me hoc contendit homo minime ambitioſus, minime in rogando moleſtus.* ¶ 4. *Ambitioſus* pro gratioſus poſuit Iuſtin. 17, 2, 6. *Ambitioſus apud populares*, gefällig. Et 20, 2, 2 *Ambitioſæ pulchritudinis ſervitium.*

¶ Ambitioſe, adv. cum affectatione, & ſupra modum. Martial. in præfat. *Ambitioſe triſtitia*, der ſich eine ehre daraus macht ein ſauertopf zu ſeyn. ¶ 2. *Ambitioſe*, mit ehrſucht, ſich ſehen zu laſſen. *Ambitioſe pro aliquo ſcribere*, Cic. fam. 13, 69. *Reum ambitioſius, quam honeſtius, defendere*, Tac. Hiſt. 4, 40. *Ambitioſiſſime provinciam petere*, Quintil. 6, 3. conf. Petron. c. 62. *Ambitioſiſſime comitia ſunt*, Iul. Obſequens c. 71. ¶ 3. *Ambitioſius* ſæpe eſt humilius, indecentius; Cic. fam. 3, 7 *Præſertim cum in iſto genere multa ambitioſius facere ſoleam, quam honor meus & dignitas poſtulat.* Ambitioſa enim ſunt, quæ favoris parandi cauſſa fiunt. Hæc quoniam ſunt plerumque blanda nimis & humilia, inde ambitioſus eſt humilis, blandus, adulatorius. Itaque Cicero de ſe affirmat, er mache gar zu viel complimenten, er gebe allzu unter worte. vid. Græv. ad l. c. Ita Cic. Att. 7, 3 p. 665 *Utramque ſimul agi non poteſt, & de triumpho ambitioſe* (i. e. humiliter ad gratiam captandam) *& de rep. libere* (quo offendi vulgus ſolet). Et Att. 15, 1 p 691 *Brutus miſit ad me orationem ſuam - - petivitque a me, ut eam nec ambitioſe corrigerem*, h. e. libere, ſine adulatione.

¶ Exambio, *ire*, per ambitum conſequi, erbitten, erlangen. Symm. l. 7 *Suffragium favoris tui exambio.* Cyprian 3 ep. 5 *Exambire ad martyres.* Paſſ. Arnob. l. 3 p. 114 *Numquid ex poſt libamine aliquo exambitur aut heſtia?*

¶ Exambītus, *a, um*, auserbeten; ut, *Exambita regia*, Ammian. 26, 19.

¶ Inambitiōſus, *a, um*, non ambitioſus. Ovid. Met. 11, 766 *Secretos montes & inambitioſa colebat ſtatua*, &c. ubi *inambitioſa ſtatua* ea ſunt, quæ ab hominibus non ambiuntur, & celebrantur, ut ex verſibus, qui hunc præcedunt, colligitur.

¶ Anteco, *ire*, vorangehen, vorhergehen. Val. Fl. 1, 31 *Anteire metus* eſt prævertere, occupare eum, quem metuas. Horat. 1 ep. 2, 70 *Strenuus anteit.* Suet. Cæſ. c. 57 *In agmine, nonnunquam equo, ſæpius pedibus anteibat.* Ter. And. 3, 3, 24 *Anteeamus, dum tempus datur*, i. e. prevenianus. Ter. A. 3, 69, 2 *Si anteiſſent delicta.* ¶ 2. Et Antecedere; ut, *Anteire cæteris virtute*, Cic. Off. 2, 10. Et, *Antiire ætate*, Id. 1 Tuſc. 3, andern vorgehen, ſie übertreffen. Plaut. Amphitr. 2, 1, 18 *Virtus omnibus rebus antiit.* In hac etiam forma quarto caſu ut untur Scriptores: ut Cic. Tuſc. 1, 3 *Studioſum autem eum, qui hos ætate anteibat, Catonem.* Id. in Bruto 64 *Omnes intelligentia anteibant.* Nepos 8, 1, 3 *Cum eum nemo his anteiret virtutibus.* Item 12, 4, 1 *Si omnes, qui in magiſtratu erant, auctoritate anteibat.* Paſſ. Tac. Hiſt. 2, 101, 2 *Ne ab aliis apud Vitellium anteirentur.*

¶ Antideo, *ire*, pro *Anteire*, vorgehen; interto d, ut in *Redeo.* Plaut. Pers. 5, 2, 2 *Solus omnibus antideo miſerrimus.* conf. Ciſt. 2, 1, 33 & Trin. 2, 4, 145.

¶ Circúmeo, *ire*, vel Circuire, herumgehen; item circumdare, umgeben, umringen; ut, *Circumire manitiones*, Cæſ. 6. Gall. 7, 87. *Circumire vinilias* v. *Vigiliæ. Muro laterizio circuit urbem*, h. e. circumdedit, Meſſala Corvin. p. 15. Paſſive, Nep. 2, 3, 2 *Multitudine circumire*, i. e. a multitudine. Et Cic. Phil. 13, 9 *Totius belli ſtudium circuniri.* ¶ 2. Idem, ac blandiriis aliquem demulcere, prenſare. Liv. 1, 47 *Circumire & prenſare Patres.* Id. 2, 6 *Circumire urbes Etruriæ*; & ſic paſſim. vid. Menckenii Obſerv. L. L. ¶ 3. De paraphraſi vel circumlocutione Quintil. 8, 2 p. 676 *Circumeant omnia copioſa loquacitate, quæ dicere volunt.* ¶ 4. Vtrum *circumire* an *circuire* ſcribi debeat, diſquirunt Ciofan. ad Ovid. Metamorph. 8, 748, & Brouck. ad Prop 2, 4, 26.

¶ Circumiens, *euntis*. Ovid. Pont. 1, 2, 20 *More lupi clauſas circueuntis oves.*

¶ Circueundus, *a, um*. Ovid. A. A. 3, 396 *Metaque ferventi circueunda rota.*

¶ Circuītus, *a, um*, adj. umgangen. Cic. fragm. pro Cornel. 1 *Circuitio noſtris ejicerentur lapidibus homines.* Suet. Claud. c. 8 *Circuito demum triclinio reperiebatur.* Id. Ner. c. 19 *Circuitis templis*, conf. Senecæ Med. v. 98.

¶ Circuītus, *ûs*, m. & Circumitus, der umkreis, umgang. *Circuitus verborum, orationis περίοδος*, ambitus. *Circuitum & quaſi orbem verborum conficere*, Cic. de Orat. 3, 51 extr. *Circuitus Solis & Lunæ*, Cic. in Tim. 9. Et Seneca epiſt. 79 princ. *Circumitus Siciliæ totius.*

¶ Circuītio, *ōnis*, vel circumitio, f. ambages, umſchweiff. Ter. Andr. 1, 2, 31 *Ita aperte rem ipſam modo locutus nihil circuitione uſus es.* Cic. Divin. 2, 61 *Quid opus eſt circuitione & anfractu?* Proprie Liv. 3, 6 extr. Pluraliter Vitruv. 2, 10 *Apenninus pertingit circuitionibus contra fretum*, pura, Siculum. *Circumitione fluminis vallatum munimentum*, Ammian. 24.

¶ Circuītor, *ōris*, m. plur. *Circuitores* ſive *Circitores*, qui vigilias circumeunt, & an omnia recte ſe habeant, inſpiciunt, die nacht-wächter, ſchaar-wächter, die rund gehen; qui & *Circatores*, de quibus ſupra in *Circa.* Veget. 3, 8 *Idoneos tribuni & probatiſſimos eligant, qui vigilias circumeant, & renuncient, ſi qua emerſerit culpa, quos Circuitores appellabant. Nunc militia factus eſt gradus, & Circitores* (unus Cod. *Circatores*) *vocantur.* ¶ 2. Pro inſtitoribus, haufirer. vide acceptum l. 5 Dig. § 4 de Inſtitor. v. ſupra *Circatores.*

¶ Coëo, *ivi* & *ii*, *itum*, *ire*, congredi, convenire, zuſammen kommen. Ter. Eun. 3, 4, 1 *Heri aliquot adoleſcentuli coiimus in Piræo.* Sic, *Coire in unum*, Liv. 6, 3, apud quem ſæpe *patricii coeunt, ad prodendum inter regem. Coire in fœdera*, Virg. 11, 292, alliance ſchlieſſen. Et *Coire ſocietatem*; i. e. in ſocietatem, compagnie machen: Cic. pro Roſc. Am. c. 31 *Qui ſoci tatem coierit de cognati fortunis cum alieniſſimo.* Et Phil. 2, 10 *Vtinam Cn. Pompei, cum C. Cæſare ſocietatem aut nunquam coiſſes, aut nunquam diremiſſes.* Lucan. 8, 494 *Virtus & ſumma poteſtas Non coëunt*, ſie ſind nicht bey einander. ¶ 2. Frequenter uſurpatur hoc verbum de conventiculis illegitimis, quæque ad factiones ſeditionesque aut proditiones comparatæ ſunt. Nep. 25, 8, 4 *Reſpondit, ſe neque cum quoquam de ea collecturum, neque coiturum, &c.* Id. 16, 2, 3 *Duodecim adoleſcentuli coierunt ex iis, qui exilio erant multati*, i. e. conſpiraverunt, ſie haben ſich zuſammen gerottet. Suet. Aug. c. 32 *Plurimæ factiones titulo collegii novi, ad nullius non facinoris ſocietatem coierunt.* Hinc *Cœtus* pro improbæ conſenſionis globo, de quo ſupra in *Cœtus.* ¶ 3. Et vero *coire* eſt, quavis de cauſſa convenire aut congregari. *Cicatrix, vulnus coit*, die narbe, wunde wächſet zu, giebt ſich wieder zuſammen. Horat. 1 epiſt. 3, 31 *Male ſarta Gratia nequicquam coit, & reſcindilur, &c. Coire cum aliqua*, de Veneris actu. Plin. 10, 83 de avibus ſic uſurpavit

etiam Ovid. Fast. 3, 193, & Epist. Her. 4, 129 *Privigno coitum nocuerca.* Et de equis Colum. 6, 27 *Arcior cupido coeundi.* ¶ 4. De pugnantibus Manil. 4, 83 *Mutuaque armati cornua in vulnera fratres.* Nemes. ecl. 4, 34 De tauris: *pro niveæ colore in cornua vacca.* Adde Liv. 28, 14. Etiam nostri zusammen gehen.

¶ Coiens, *entis.* Ovid. Trist. 4, 4, 41 *Nondum coëuntia rumpere vulnera.* Sil. 1, 52 *Coëuntibus ripis.* conf. Iustin. 41, 16.

¶ Coitus, *a, um,* zusammen gepaart; ut, *honestæ rei societas coita,* Vlpian. l. 57 ff. pro socio. conf. ibid. l. 32 & 33.

¶ Coitus, *ûs,* m. subst. die zusammenkunft. Plin. 2, 9 *Coitus solis, qui c. 13 Coitus Lunæ,* conjunctio, der neumond. ¶ 2. Maris & feminæ copulatio, beyschlaff, fleischliche vermischung, *ή συνουσία.* Gell. 19, 2 *Coitus Venereus.* conf. Colum. 6, 22, & Quintil. 8, 6.

¶ Coitio, *onis,* f. idem. Ter. Phorm. 2, 2, 32 *Prima coitio est acerrima,* hoc est, prima congressio vel pugna, der erste anfall. Cic. pro Plancio c. 22 *Dubitabitis, quin coitio facta sit?* Id. ad Q. frat. 3, 1 *Candidatorum coitioni interfuisse,* hoc est, in conventu. ¶ 2. Etiam conjuratio est, die zusammenhaltung. Liv. 3, 65 *Quum per coitiones potentiorum injuria fieret.* Ita etiam 3, 35 extr. & 4, 13 extr. *Coitiones* legendum, non *conciones*: quod de privato cœtu Livius concionem dicere non solet, nisi cum particula diminuente *quasi, prope* &c. vid. ibi Sigo. hic. Gro. Apulej. Apol. p. 313 (ed. Elmenh.) *Vidi, te quoque coitionem adversum me & comparationem eorum pro tua sapientia suspicatum.* ¶ 3. Coitus Venereus, die zusammenpaarung. Solin. c. 49 (al. 62) extr. de camelis fœminis: *Ad bellum famineæ præparantur, inventumque est, ut desiderium eis coitionis quadam coërcitione excæcaretur. Putant enim, fieri validiores, si a coitibus arceantur.*

¶ Coitilis, *e,* vereinbarlich, geschicklich. Gell. 16, 19 *Celeri & coitili oratione fabulam scribere,* al. *cohibili.*

¶ Incoibilis, *e,* ungereimt, unfüglich. Gell. 5, 3 *Genus oneris impedimenti ac incoibile,* das sich nicht wohl packen läßt. Sed MSS. & Gro. *incohibile.*

Cœtus, Comes, Comitium, vide suis locis singulatim.

¶ Contraco, *ire,* zuwider seyn, wider einen handeln. Tac. Ann. 14, 45 *Sententiæ Cassii nemo unus contraire ausus est.* Arnobius princ. lib. 1 *Contraire invidiæ.* Hieronym. ep. 84 ad Magnum, *auctoritati contraire.* Et per Tmesin Virg. 6, 95 *Ilis ne cede malis, sed contra audentior ito.*

¶ Deco, *ire,* herabgehen; ut, *Deire jugis,* i. e. ire de jugis, Stat. Theb. 2, 551, ex MSS. restituit Gronovius.

¶ Exeo, *ire,* egredi, herausgehen. *Exire domo,* Cic. fam. 1, 9, & *ex urbe,* Id. 4, 1 extr. *a patria*; Id. in L. Pis. 14 *a memoria hominum,* Sen. de Benef. 3, 38; *extra castra,* Liv. 10, 35; *de nave,* Cic. Famil. 14, 5. *Ad bellum exire,* Id. 2, 16, ausziehen. Lucan. 8, 493 *Exeat aula, Qui volet esse pius. Exire e Patriciis,* i. e. plebejus fieri, Cic. pro Dom. 14. Eleganter quoque dicitur *Exire ære alieno,* i. e. liberari, Cic. Phil. 11, 6, aus der schuld kommen. *Exire vita,* Cic. de Amic. 3, *de vita,* Plin. 3 ep. 9 n. 5, aus der welt scheiden. Sic Vellej. 2, 82, 3 *Hanc tamen fugam Antonius, quia vivus exierat, victoriam vocabat,* weil er noch mit dem leben davon gekommen. *Exire intus,* Plaut. Mil. 4, 4, 33, von drinnen heraus gehen. ¶ 2. Est & gladiatoriæ rei verbum. Nam cum declinatione quadam corporis petitiones adversarii frustramur atque eludimus, *exire* dicimur, ausparieren. Virg. Æn. 5, 438 *Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit.* Manil. 5, 163 *Ille cito motu rigidos eludere cæstus, Nunc exire levis missus.* Vid. Heins. ad Ovid. Met. 7, 517, & Burm. ad Grat. 197, ubi *exire vitium* est deponere. Hinc idem Grat. 455 *Si tibi fatorum labes exire, minasque Cura prior.* ¶ 3. Alia quoque ratione huc verbum istud pertinet. Nam gladiatorum tela cum parant iterum, *exire* dicuntur. Seneca ep. 100 sub fin. *Feteor: exibant multa, frigeri, & interdum otiosa præterlabitur oratio, &c.* ¶ 4. *Exeunt* sortes, quæ præ ceteris ex urna eŭcuntur. Cic. in Verr. 2, 51 *Recitatur lex, in qua scriptum erat, ut, quot essent renunciati, tot in hydriam sortes conjicerentur, cujus nomen exisset, ut is haberet sacerdotium.* Adde Liv. 24, 7. ¶ 5. *Exire* etiam dicuntur, quæ erumpunt in vulgus & sermones hominum. Cic. fam. 15, 21 *Calvo literas missi, non plus, quam has, quas nunc legis, existimans exituras.* Nep. 14, 6, 3 *Id Datames, ut audivit, sensit, si in turbam exisset,* &c. i. e. si innocuisset multitudini, manus ausgekommen wäre. Id. 23, 9, 2 *Magnam secum pecuniam portabat, de qua scibat, exisse famam,* er wusse, daß ein gerücht davon ausgekommen wäre. ¶ 6. Est etiam præterire, hingehen, vorbeygehen. Sen. ep. 8 *Nullus mihi per otium dies exit.* Ita Livius: *Exierat inducianum dies,* der stillestand war zu ende. Et 22, 23 *Dies stipendii exiit,* ist verlauffen. ¶ 7. *Exire* dicuntur, (quasi e manu artificis) quæ absolvuntur. Cic. Att. 13, 13 med. *Libri quidem ita exierunt,* sind so gerathen. Plura ad h. l. dabit Gron.

¶ Exiens, *entis.* Ter. Hec. 4, 1, 35 *Vidisse exeuntem aut introeuntem ad amicam.*

¶ Exitus, *a, um,* ausgegangen. *Ad exitam ætatem,* Festus sub voce *Ad* explicat, *ad ultimam ætatem,* bis in tod.

¶ Exitus, *ûs,* m. subst. egressio e loco, der ausgang. Lucret. 4, 724 *Illis exitus ex oculis liber datur.* Sic Virgil. 6, 894. Cic. ad Attic. 9, 3 *Faciles ex Italia exitus.* Liv. 7, 34 *Qua patent hinc exitus, explorentur.* Id. 30, 5 *Exitus itinerum.* v. Menck. Observ. L. L. ¶ 2. das ende, der ausgang. *Habere exitum bonum, felicem, optabilem, tristem &c.* Cicero. *Hæc æstas hunc habuit exitum, sane felicem,* Id. fam. 2, 10, mit diesem sommer ist es so wohl abgelauffen. *Fatales exitus habere,* Id. de Divin. 2, 9, ein bös ende nehmen. Sed in bonam partem Cic. Att. 11, 15 med. *Habet aliorum omnium ratio exitum, mea nullum,* sie wissen wo hinaus. *Ad exitum adducere,* Cic. Tusc. 5, 6, zu ende bringen. *In exitu est meus consulatus,* Cic. pro Muræn. c. 37, es geht zu ende. Id. Att. 7, 3 *Armorum exitus semper incerti sunt & timidi.* Et pro Marcello c. 5 *Incerti sunt exitus & anceps fortuna belli* Idem de N. D. 3, 36 extr. *Bonos exitus habent boni. Exitus in dubio est,* Ovid. 2 Fast. v. 731. *Exitus acta probat,* im ausschricht findet sichs, Id. Heroid. 2, 85. Cæs. B. G. 4, 8 *Cæsar, quæ visum est respondit: sed exitus fuit orationis.* ¶ 3. *Exitum facere,* ein ende haben, ein ende nehmen, ut nos loqui solemus. Suet. Ner. c. 46 *Cum recitaretur in Senatu, daturos pœnas scelerates, & brevi dignum exitum fa-*

turos. Ad quem locum, Senecam, Petronium, Quintilianum, Marcellum C. similiter locutos, Casaubonus ostendit. Sic & *Exitum fortitus facilem,* der sanft verschieden, Suet. Aug. c. 99. *A primo die natali ad exitum ejus,* bis in seinen tod, ibid. c. 100. Conf. Liv. 5, 27, & ibi Interpretes, Bauldr. ad Lactant. de mortib. Perfecut. c. 1, & Elsneri Observ. ad Luc. 9, 31. ¶ 4. *Exitus* notat felicem rei alicujus eventum, vel rationem certe ejus expediendæ. Cic. pro domo sua c. 47 *Date huic religioni aditum, nullum fortunis communibus exitum reperietis,* i. e. rationem, qua quisque suas fortunas ab improborum hominum impetu ac scelere defendere queat. ¶ 5. *Exitus & Exitium* passim a Librariis permutantur. v. Cort. ad Sallust. Catil. 55, 6, & Interpretes Valerii Maximi 1, 6 ex. 10.

¶ Exitio, *onis,* f. idem. Plaut. Truc. 2, 6, 30 *Quid illi ex utero exitio est,* i. e. quid exit, ut alia verbalia Plautina.

¶ Exitium, *i,* n. *Antiqui ponebant pro exitu: nunc exitium pessimum exitum dicimus,* secundum Festum. De priore intellectu plura ad Sall. Cat. 55 ext. Cortius. ¶ 2. Est itaque pernicies, interitus, der verderb, das verderben, der untergang. *Exitio remedium invenire,* Ter. Phorm. 1, 4, 23. *Interitus & exitium urbis, reipubl.* Cic. Catil. 1, 4. *Exitio esse alicui,* Virg. Georg. 3, 511. Rursus Cic. Tusc. 2, 17 vel ex Heliodo, vel alio quopiam poëta vertit: *Qui alteri exitium parat, eum scire oportet, sibi paratam pestem, ut participet parem.* Apul. lib. 4 Mil. *Totius orbis exitio natus,* & lib. 7 *Sed hic etiam spes hilarior in capitale processit exitium.* Et plurali, *omnibus exitiis publicis,* Cic. pro Mil. c. 2.

¶ Exitialis, *e,* verderblich, schädlich. Cic. Verr. 5, 6 *Perditæ civitates solent exitus exitiales habere.* Plin. Paneg. c. 50 *Exitialis erat apud principem, huic laxior domus, illi amœnior villa,* gereichte ihm zum untergang. Vellej. 2, 72, 5 *Exitialem tempestatem effugere.*

¶ Exitiabilis, *e,* idem, apud Ovidium sæpe. v. g. Met. 8, 425 *Exitiabile bellum,* Cic. Att. 10, 4. *Tyrannus exitiabilis,* Liv. 29, 17 ext. *Exitiabilis morbus,* Tacit. 16, 5, 4.

¶ Exitiabiliter, adv. idem. Augustin. Confess. 6, 7 *Compereram, quod circum exitiabiliter amaret.*

¶ Exitiosus, *a, um,* idem: ut, *Bellum exitiosum,* Cic. Att. 9, 8. *Conjuratio exitiosa,* Id in Catil. 4, 3. *Exitiosior discordia,* Tac. Ann. 3, 12, 1. Et, *Helena exitiosissima Priamo,* Tertull. de Anima c. 34.

¶ Exitiose, adverb. Id. August. ep. 8, 3 *Videtur mihi exitiosissime credi.*

¶ Superexeo, *ire,* drüber hinausgehen. Auson. Idyll. 18 pr. *Ter binos deciesque novem superexit in annos.*

¶ Ineo, *ire,* eingehen, antreten. Sic, *domum inire,* est ingredi. *Inire prætium,* Cic. Off. 1, 11, die sache recht abwägen. *Inire magistratum,* Id. Phil. 3 extr. sein amt antreten. *Inire alterius manus,* Virg. Æn. 5, 846. *Inire decus,* i. e. incipere, Id. ecl. 4, 11. *Inire consilium,* est capere consilium, Cic. ad Brut. 15, rathschlagen. *Inire epulas, convivium,* sich zu tische setzen, Tac. A. 15, 52, 1; & 4, 10, 4. *Inire thalamum,* hochzeit machen, heyrathen, Ovid. Met. 4. *Inire adulterium,* Vellej. c. 45, 1. Conf. Misc. Observ. Vol. 8 p. 381. *Scenam inire,* einspielen, Virg. ecl. 1, 56. ¶ 2. *Inire rationem,* Cic. fam. 13, 29, vel, *Inire & subducere rationem,* überschlagen, die rechnung machen, Id. de N. D. 3, 29. Sic Ter. Heaut. 4, 2, 7 *Ratio de integro ineunda est mihi,* ich muß auf einen neuen fund bedacht seyn. *Numerum inire,* ap. Liv. 38, 23 numerare significat, vel numerum colligere, zehlen. conf. Tac. A. 2, 83, 4. *Mensuram inire,* Columell. 5, 3, messen. ¶ 3. *Inire societatem cum aliquo,* sich in gesellschaft begeben, Plancus ad Cic. fam. 10, 8. ¶ 4. *Gratiam ab aliquo inire,* Ter. Eun. 3, 5, 3, & Cic. Arusp. Resp. c. 23. Et, *Gratiam apud aliquem inire,* Liv. 36, 5, danck verdienen. Et rursus, *Gratiam cum bonis omnibus inire,* Cic. Att. 7, 9. ¶ 5. Est & obscenum *inire,* pro *coire,* begatten, Suet. Aug. c. 69. conf. Plin. 8, 44. Passive Idem 10, 63 *Incuntur a parta sexto mense.*

¶ Iniens, *ientis*; ut, *Ab ineunte adolescentia,* Tac. Orat. 8, 9, idem est, quod *initio adolescentiæ.* Cic. Off. 1, 34 *Ineuntis ætatis insitia sensum constituenda & regenda prudentia est. Ab ineunte ætate,* locutio elegans, Id. de Orat. 1, 21, von jugend auf. Sic, *Ineunte vere,* Id. pro Marcell. c. 12 extr. *æstate,* Id. Att. 2, 2 sub finem. *Ineunte Januario, cura, ut Romæ sis,* wenn der Jenner antritt, Id. Att. 1, 2 extr. fed meliores libri pro *ineunte* hoc loco *mense* legunt. *Ineunte anno,* id est, novo anno, Suet. Tiber. c. 51 & 61.

¶ Initus, *a, um,* angefangen, angetreten; ut, *Inita æstate,* Cæs. B. Gall. 2, 2. *Inita potentiæ societas,* Vellej. 2, 65, 2. *Inita & subducta ratio,* gemachte rechnung, Cic. de N. D. 3, 29.

¶ Initus, *ûs,* m. idem quod *Coitus,* die begattung. Plin. 8, 42 *Initus tolerare.* Ovid. Fast. 4, 94 de Venere, *Perque suos initus continet omne genus.*

¶ Initium, *i,* n. principium rei, scilicet majoris, quemadmodum Valla docet, der anfang. *Facere, ponere, sumere initium*: e. g. Cic. Att. 10, 18 *Vt male posuimus initia, sic cætera sequuntur,* wie wir den grund übel gelegt haben. *Ducere initium fuarum rerum aliunde, ex re aliqua,* Quintil. 2, 17, den anfang machen. *Ab initio,* von anfang; ut, *ab initio belli,* Cic. ad Brut. epist. 10. Ibidem: *Cui Consuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit.* Iustin. 4, 3, 6 *Prima initia prospera fuerant.* Vellej. 2, 76, 4 *Initiis obscurissimis natus,* i. e. genere ignobili. ¶ 2. *Initia* sunt prima rerum stamina, elementa, ap. Cic. Acad. Qu. 1, 7, 11; 3, 6, & passim. vid. Menck. Observ. L. L. ¶ 3. *Initia* quoque dicebantur Cereris sacra, quæ μυστηρια appellabantur, atque duplicia erant, *minuscula & majuscula,* de quibus Scal. ad Tibull. Ita autem dicta, quod agricultura nihil antiquius. Inde enim principia vitæ, vid. Varr. de R. R. 3, 1, & infra in *Epopta.* Cic. de Legib. 2, 14 *Nihil melius illis mysteriis, quibus ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem & mitigati sumus: INITIAQVE* ut appellantur: *ita revera principia vitæ cognovimus.* Etiam Bacchi sacra *initia* a Livio 39, 13 dicuntur. ¶ 4. Catullus *initia* pro crepundiis sacrorum dixit in carm. de Atys v. 9 *Tympanum, tubam, Cybellæ, tua mater initia.*

¶ Initio, anfänglich, erstlich, für das erste, adverb. vel ablativus potius, subaudita præpositione. Cic. fam 3, 7 *Redeo ad illud, quod initio scripsi.*

¶ Initio.

¶ Initio, *are*, proprie eſt initium capere, auſpicari, anfangen. Sic Firmicus: *Ver initiatur, quum primam aricti partem ſol fuerit ingreſſus.* ¶ 2. Eſt etiam ſacris imbuere, præcipue Cereris, quæ initia dicta eſſe, modo obſervavimus, einweihen. Cic. de Nat. D. 1, 42 *Mitto Eleuſinam ſanctam illam & auguſtam, ubi initiantur gentes terrarum ultimæ.* Tertull. de Pallio c. 4 *Ob privilegium galeri Cereri initiantur.* Vbi Salmaſ. v. p. 352. ¶ 3. Hinc generatim eſt inſtituere, zu etwas anführen, anweiſen. Plin. 30, 2 *Magicis etiam cœnis eum initiaverat.* ¶ 4. *Initiare* dicebantur infantes, quum ablactarentur, entwöhnen. Varro ap. Non. 2, 310 *Cum prius cibo & potione initiarent pueros, ſacrificabant ab edulibus Eduſa, & a potione Potina matrices.* ¶ 5. Eccleſiaſtice *initiare* idem, ac *baptizare*, taufen. v. Tertull. de Monogam. c. 8

¶ Initiatus, *a, um*, anaefangen, angewieſen, einaeweihet. L. 1 §1 Dig. de officio Præfecti Prætorio: *His cunabulis præfectorum auctoritas initiata in tantum meruit augeri.* Sid. 2 ep. 1 *Vix primis quidem apicibus ſufficienter initiatus.* Inprimis appellantur *Initiati* myſtæ ſive catechumeni, qui nondum ad majuſcula myſteria adſpirarant, & in diſcendis ſacris adhuc occupabantur, quos *Initiantes* Vitruvius dixit præfat. 7 fub fin. v. Scalig. dicto loco. Iuſtin. 11, 7, 14 *Midam ab Orpheo ſacrorum ſolemnibus initiatus, Phrygiam religionibus implevit.*

¶ Initiatio, *onis*, f. ipſe actus initiandi ſeu cooptandi in participationem horum ſacrorum, qui eo ſe dabant, die einweihung. Quod quibus ritibus peragereturr, Apulejus nos docet lib. 11 Milet. ¶ 2. Item, ipſa initiorum ſacrorum celebratio: Suet. Ner. c. 34 *Peregrinatione quidem Græcia, Eleuſiniis ſacris, quorum initiatione impii & ſcelere ati voce præconis ſubmoverentur, intereſſe non auſus eſt.* Et Tertull. Apolog. c. 7 *Semper etiam impiæ initiationes arcent profanos.*

¶ Initiamentum, *i*, n. initium. Sic *Initiamenta* Seneca dixit elementa, aut prima dogmata religionis, epiſt. 90, *Hæc*, inquit, *initiamenta ſunt, per quæ non municipale ſacrum, ſed ingens omnium deorum templum, mundus ipſe reſeratur.*

¶ Initiātor, *oris*, m. qui initiat. Tertull. adv. Marc. 4, 14 *Novi teſtamenti initiator.* Et Ambroſ. ep. 13 *Pater & initiator virginitatis.* Gloſſ. gr. lat. Μυσαγωγός, *initiator.* Ita forte dicere poſſis, den weihbiſchoff.

¶ Initiatrix, *īcis*, f. Salvian. contra Avaritiam lib. 4 p. 165 *De miſericordia & largitate quid dicam? quæ virtus quaſi omnium virtutum initiatrix eſt.*

¶ Initiālis, *e*, adj. primordialis, anfänglich, urſprünglich. Apul. Met. lib. 11 *Natura rerum parens, ſeculorum progenies initialis.*

¶ Initalia, *ium*, n. pl. ſacra & ceremoniæ initiorum. Capitolin. in Marco c. 27, ſecundum ſcripturam Palatini Cod. *Attonitis faſt, & initalia Cereris adiit*, quod Salmaſius defendit ex analogia, ſicut *parricidalis* a parricidio, extruſa litera, dicatur. Gruterus autem ſuſpicatur, legendum *Initialia*. Et parricidalis poteſt æque a *parricida* eſſe, quam a parricidio.

¶ Inito, *are*, frequenter inire, oft betreten. Pacuvius: *Loca arida initas.*

¶ Ininitiātus, *a, um*, unanaefangen, ohne anfang. Claud. Mamert. c. 23 *Deus immotus & ininitiatus ſubſtantia ſua.*

¶ Intĕreo, *ivi & ii, itum, ire*, perire, untergehen, *Ignis interiit, niſi altior*, Cic. N. D. 3, 14 extr. das feuer gehet aus. Sic, *Interire naufragio*, Cæſ. 3 B. C. 27. *Interire a valentiore*, umgebracht werden, Nic. Acad. 1, 7. *Interit ira mora*, der zorn leat ſich endlich, Ovid. de A. A. 1, 374. *Intereunt ſacra Clodiæ gentis*, Cic. pro Domo 13, h. e. finitur & tollitur familia, quod plerumque per adoptionem, aut matrimonium, fiebat. Conf. Cic. l. c. c. 14, pro L. Mur. 12, & Heineccii Antiq. Iur. 1, 11 p. 163. *Interire in nihilum*, Cic. Acad. Qu. 1, 7 obſervante Menckenio.

¶ Interītūrus, *a, um*, veraänalich, bauiallig; ut, *Interitura domus*, Ovid. 3 Pont. 2, 108. *Æſtas interitura*, Horat. 4 od. 7, 10. *Interitura verba*, Id. 4 od. 9, 1.

¶ Interītus, *a, um*, verderbt, vertilget. Claud. Quadrigarius apud Priſcian. *Pugna acriter commiſſa, multis utrimque interitis.* Sid. 2 ep. 19 *Dedere brevi abolitam inter itamque.*

¶ Interītus, *us*, m. der untergang, tod. *Occaſa interitusque Reip.* Cic. pro Sulla c. 11. *Immaturus interitus Gracchi.* Id. de clar. Orat. c. 33. *Acerbiſſimus interitus Conſulum*, Plancus Cic. fam. 10, 17.

¶ Interitio, *onis*, f. idem. Hirtius B. Hiſp. c. 24 *Centurionum interitio.* Cic. in Verr. frum. c. 54 *Aratorum interitio facta nulla eſt.* Sic & olim Nonius legit, & Gruterus ex Palatinis reſtituit pro eo, quod vulgatum adhuc fuit, *interneciо* vel *internitio*. Arnob. 2 p. 87 *Chriſtias in hoc miſſus a Deo eſt, ut infideles animas ab interitionis exitio liberaret.*

¶ Interibilis, *e*, veraänalich. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 34 *Anima interibilis, ita eſt, non immortalis.* Adde adv. Hermog. n. c. 43 et Arnob. lib. 2 p. 65 *Alias animas paſſivas & interibiles eſſe tradit. Alias contra divinas immortalesque.*

¶ Introeo, *īre*, intrare, hineingehen. *Introire in urbem*, Cic. Att. 7, 7. *Introire in vitam*, h. e. naſci, de Amicit. c. 4. *Domum introire*, Cic. Phil. 2, 28. Paſſiv. *Introitur.* v. in Cat. R. R. c. 66, & Varr. 1, 63.

¶ Introiens, *entis*. Ter. Hec. 4, 1, 35 *Introeuntes ad amicam.*

¶ Introĭtus, *a, um*, betreten; ut, *Domus vi introita*, Ulpian. l. 5 ff. de injur. & fam. lib.

¶ Introĭtus, *us*, m. ſubſt. der eintritt, einzug. *Omnes introitus erant præcluſi*, Cæſ. B. G. 5, 9, die päſſe. *Adventus meus atque introitus in urbem qui fuit?* Cic. pro Domo c. 28. *Introitus in cauſſam*, Id. 1 Att. 18, der eingang oder vorrede.

¶ Introitōrius, *a, um*, ad introitum ſpectans. Gloſſ. lat. gr. *Introitorius*, εἰσοδικός.

¶ Subintroeo, *īre*, mit einachen, einſchleichen. Arnob. l. 6 p. 198 *Qui Mars fuerat, ſubintroire ſpeciem Iovi poſſit Hammonis.* Adde Tertull. adv. Marc. 5, 3 & 13.

¶ Obeo, *īre*, in diverſis locutionibus diverſe accipitur: primo circumire ſignificat, *Obire urbes*, Curt. 4, 5, 13, i. c. peragrare, durchwandern; *Obiturus provincias*, Vellej. 2, 74, 1. *Obire domos amicorum*, Cic. pro Cæl. c. 7. *Regiones obire pedibus*, eidem Fin. 5, 29. Tale etiam Ovid. Met. 11, 417 *buxoque ſimillima florem Pallor obit.* vid. Heinſ. ad Met. 1, 552. Inde ¶ 2. *Obire legationes*, Cic. Acad. 4, 2 eſt adminiſtrare, geſandtſchaften verrichten. Ita *Obire munus*, Id. de Amic. c. 2. *Obire ſolennia*, Liv. 5, 52. *Negotium, provinciam, pericula, labores, bella*, Cic. & Liv. qui hoc verbum etiam cum præp. *ad* conjunxit, 10, 25. *Ne ad omnia ſimul obire unus non poſſit.* ¶ 3. Adire vel obviam ire eſt in illo Sil. 17, 492 *Pertiſſima quæque Nomina obit ferro.* ¶ 4. Hinc porro *obire* eſt occidere, v. g. Scat. Sil. 2, 1, 210 *Obeunt noctesque dieſque Aſtraque.* Sic *Sidera obire* dixit Plinius 2, 26, & Prudent. Cath. 12, 15. ¶ 5. Ex eadem ratione, quia *obire* eſt adire, *Obire diem* dicimur, cum ad diem certum, vel vadimonii vel officii aliave cauſſa adimus, ſich zu rechter zeit einfinden, oder erſcheinen, den termin abwarten. Cic. Lælius c. 2 *Tamen aſſiſti, qui diligentiſſime ſemper illum diem & illud munus ſolitus eſſes obire.* Plin. 8 ep. 8 *Vides, quam non dilecta me cauſſa obire primum conſulatus tui diem non ſinat.* Suet. Iulio c. 9 *Tanuſias adjicit, Craſſum, pœnitentia vel metu, diem cœdi deſtinatum non obiiſſe.* Plura exempla Menck. in Obſerv. L. L. congeſſit. Huc pertinet *Obire diem, ſuum diem:* & ſæpe abſolute, *obire*, pro *mori* dicimus, per ellipſin, ſterben, untergehen. Donatus ad illud Ter. Andr. 1, 3, 18 *Is obiit mortem: Plene*, inquit, *dixit, quod nos* OBIIT *tantum.* Serv. Sulpicius Ciceroni 4 epiſt. 12 *Diem ſuum obiit*; at Suet. Veſp. c. 1 *diem obiit*, ſine pronomine. conf. Nep. 10, 10, 4. Id. 1, 7, 6; & 7, 10, 6 *Diem obire ſupremum.* ¶ 6. *Obire non potui*, ich habe nicht vollbringen können, de mari transeundo loquitur. Cic. Att. 8, 12 (al. 16). Paſſive Ovid. Faſt. 1, 464 *Campus obitur aqua*, i. e. alluitur.

¶ Obiens, *entis*. Virg. Æn. 6, 58 *Magnus obeuntia terras Tot maria.* Cum *ad* Plin. 8 ep. 12 *Obſtrictus obeunti ad vadimonia.*

¶ Obĭtus, *a, um*, vollbracht. Virg. Æn. 10, 641 *More obita quales fama eſt volitare figuras.* Ita quoque locuti Lucret. 1, 135; & 4, 735; Cic. pro Sext. c. 38; & Gell. 15, 20.

¶ Obĭtus, *ūs*, m. occaſus, der untergang. Cic. de Divin. 1, 56 *Qui ſiderum ortus, obitus motuſque cognoverunt.* ¶ 2. Interitus, mors, das abſterben. Cic. de Divin. 2, 16 *Interitus atque obitus omnium rerum confecit natura.* Ovid. Met. 3, 135 *Sed ſcilicet ultima ſemper Exſpectanda dies homini eſt, dicique beatus Ante obitum nemo ſupremaque funera debet.* ¶ 3. Occurſum notat in illo Ter. Hec. 5, 4, 19 *Vt voluptati obitus, ferno, adventus tuus, quocunque adveneris, ſemper ſiet.*

Obiter, vide *Iter.*

¶ Pĕreo, *ii, ire*, interire, umkommen, untergehen. *Perire funditus*, Horat. 1 od. 16, 19, zu grunde gehen. *Dies perit otio*, der tag gehet dahin, Plin. 11, 6. Et Plaut. Bacch. 3, 3, 81 *Ego illum periiſſe duco, cui quidem periit pudor*, wer ſich nicht mehr ſchämt, den halte ich vor verdorben. ¶ 2. *Perire* etiam pro *mori* ponitur, ſive vivendi facere finem. Quo ſenſu & Chriſtiani ſcriptores uſi: non quod penitus interiret homo, exſtincta ipſa anima quoque: ſed quod ſeparata hac, corpus tantum decideret, diffluereteque ad tempus. Vnde Tertullianus: *Nobis*, (i. e. Chriſtianis) inquit, *perire, ſolvi eſt.* ¶ 3. *Perii, Periimus:* frequentata Comicis deſperantium aut certe infortunium aliquod ſuum narrantium audientiumve formula, e iſt aus. Sed & *Periam* aſſeverandi formula: ut, *Periam, ſi te ferre poterint*, Cic. fam. 11, 23. conf. Plaut. ap. Gell. 3, 3. ¶ 4. Eſt etiam amatorium. Horat. 1 od. 17, 10 *Dicas Opuntiæ Frater Megillæ, quo beatus Vulnere, qua pereat ſagitta*, Germani, an welchem ſieber er kranck liege. v. Burm. ad Quintil. decl. 15, 18 p. 314. ¶ 5. *Perire ab aliquo.* Prop. 2, 20, 69 *Solus amans novit, quando periturus, & a quo.*

¶ Pĕrĭturus, *a, um*, vergänalich, ſterblich. Virg. Æn. 2, 660 *Peritura Troja.* Id. Georg. 2, 498 *Peritura regna.* Id. Æn. 11, 856 *Huc periture veni.* Petron. c. 120 *Periturum extollere molem.* Id. c. 104 *Periturus navita.* Id. c. 21 *Periturum inter nos ſecretum.*

¶ Pereundus, *a, um*. Plaut. Epid. 1, 1, 70 *Puppis pereunda eſt probe*, pro puppi pereundum eſt. Sed conjicit Salm. *perdunda.*

¶ Perito, *are*, Plautus frequentativo hoc uſus eſt in Captivis 3, 5, 32 *Qui per virtutem peritat, non pol interit.*

¶ Perdeo, *ire*, antique idem quod *Perire* inferto d. Plaut. Pœn. 4, 2, 62 *Metuo ne a te perdeam.*

¶ Antepĕreo, *ire*, vorher umkommen. Auſon. epigr. 34 *Incipe verſiculis antе perire meis.*

¶ Deperĕreo, *ire*, valde perire, (*De* enim auget.) gar umkommen; ap. Lucret. 2, 296. Sic Cæſar B. G. 5, 23 *Tempeſtate deperierant naves.* Et Ovid. Met. 15, 168 *Nec tempore deperit ullo*, i. e. non prorſus perit. ¶ 2. Vehementer amare eſt, ſehr lieben. Plaut. Epid. 1, 1, 62 EP. *Amatne iſtam, quam emit de præda?* TH. *Rogas? deperit.* Ter. Heaut. 3, 2, 24 *Minimeque miror, Clinia hanc ſi deperit.* Livius 26, 50, neutraliter, *Amore alicujus deperire.*

¶ Diſpĕreo, *ii, ire*, ſich verlieren, umkommen. Cic. 2 contra Rull. 29 *Vnumne fundum pulcherrimum populi Romani - - - - diſperire patiemini?* Plaut. Pœnul. 4, 2, 22 *Male partum, male diſperit*, quod ex Nævio Feſtus ſic citat, & Cic. Phil. 2, 27 *Male parta, male dilabuntur*, übel gewonnen, übel zerronnen; unrecht gut gedeihet nicht. Auguſtin. ep. 238 *Non ſerviant huic ſeculo, ne vaneſcant cum illo atque diſpereant.* ¶ 2. *Diſpeream*, jurantis vox ſeu imprecantis. Martial. 2 epigr. 69 *Si non mentiris, Claſſice, diſpeream.*

¶ Poſteo, *ire*, nachgehen. Sidon. ep. 11 *Severinum ſicut honore poſtibat, ita favore præceſſerat.*

¶ Præeo, *ire*, vorgehen, voranaehen, vorſagen. Quintil. 2, 5 *Non videntur tempora ſuffectura, ſi legentibus ſingulis præire ſemper ipſi* (præceptores) *velint. Præire verbis*, Plaut. Rud. 5, 2, 48. *Præire voce alicui*, Cic. pro Mil. c. 2. *Præire* enim hoc loco præcipere eſt: alibi prælegere ſive pronunciare, quæ ceteri ſuccinant, vorleſen und die andern nachſprechen müſſen. Plin. 28, 2 *Vidimus certis precationibus obſecraſſe ſummos magiſtratus, & ne quid verborum præteretur, aut præpoſterum dicatur, de ſcripto præire aliquem.* Suet. Claud. c. 25 extr. *Vt diva avi in urbe aut in Capitolio viſa, obſeratio haberetur, eamque ipſe juve Max. Pontifex commonito pro Roſtris populo præiret.* Et ap. Liv. 8, 9 Decius conſul: *Pontifex, præi verba, quibus me pro legionibus devoveam.*

¶ Præterĕo, fürüber gehen. Auſon. epiſt. Idyllio 4 præfixa: *Auroras noſtras audita velocius, quam lecta præterierunt.* Ter. Adelph. 4, 2, 35 *Præterito hoc recta platea ſurſum.* Sic, *Ætas, dies, tempus præteriit*, die zeit iſt vergangen, verlaufen. Ovid. A. A. 3, 63 *Nec, quæ præterit curſu, revocabile tempus. Nec, quæ præterit, hora redire poteſt.* Præterire ſenectam. Cic. in Bruto c. 22 extr. überachen. *Præterit me hoc res*, ich weiß es nicht. Ter. Hec. 5, 4, 37. *Non te præterit*, es iſt dir nicht verborgen, du weiſt es wohl Cic. fam. 1, 8. ¶ 2. Aliquando & negligere ſignifi-

cat, hindanſetzen. Cic. pro Planc. c. 3 *Populus ſolet nonnunquam dignos præterire.* Id. Phil. 2, 16 *Beatris filium præteriit*, i. e. nihil ipſi teſtamento reliquit. Adde Valer. Max. 7, 7. Paſſ. Cic. Tuſc. 5, 19 *Vir ille ſuffragiis præteritus.* conf. Ovid. Faſt. 6, 418. ¶ 3. Eſt &, ubi ſuperare ſive excellere aliquem ſignificat. Metaphora a curſoribus ſumta, qui præterеunt, quos vincunt. Martial. 12 ep. 36 *Vis curſu pedibuſque gloriari? Tigrim vince, levemque Paſſerinum. Nulla eſt gloria, præterire aſellos.* Varro de R. R. 1 præf. *Hos nobilitate Mago Carthaginenſis præterit.* Similiter & *tranſire* uſurpant, de quo infra.

¶ Præteriens, *euntis*, vorbeygehend. Ter. Andr. 1, 5, 19. *A populo præteunte legi*, Ovid. Amor. 1, 3, 54. *Curru præterеunte*, Tibull. 2, 6, 120. *Quaſi præterеuntem, ὡς ἐ παρόδων illis ſatisfacere* ſe dicit Cic. Div. in Cæcil. 15 extr. *In quorum mentionem non conſulto, ſed caſu incideris.*

¶ Prætĕritus, *a, um*, vergangen, hindangeſetzt. Cic. de Senect. c. 19 *Præteritum tempus nunquam revertitur.* Virg. Æn. 8, 560 *O mihi præteritos referat ſi Jupiter annos.* Ovid. Triſt. 2, 409 *Et in obſcenos deflexa Tragœdia uſus, Multaque præteriti verba pudoris habet. Præteriti*, i. e. neglecti. Vellej. 2, 68. 1 *Suo præteritum loco referre*, i. e. omiſſum, das überhüpffte, ausgelaſſene. Plur. *Præterita*, vergangene dinge; ut, *Memoria præteritorum*, Cic. de Senect. c. 21. *Præterita mutare non poſſumus*, Id. in Piſ. c. 25 pr. ¶ 2. *Præteriti*, qui in petitione magiſtratuum repulſam paſſi ſunt, die man übergangen, und ſitzen laſſen. Cic. pro Plancio c. 21 *Ædilitate præteritos ſcimus conſules eſſe factos.* ¶ 3. Demortui, die abgeſtorbenen. Propert. 2, 13, 52 *Fas eſt præteritos ſemper amare viros.*

¶ Præteritio, *onis*, f. die vorbeygehung, auslaſſung. Cod. 6 tit. 29 l. 4 *Pœnam pati præteritionis.* ¶ 2. Eadem figura, quæ *Paralipſis* dicitur, de qua infra.

¶ Prödeo, *ire*, herfür gehen, heraus gehen. Ter. Eun. 5, 7, 4 *Nunc id prodeo, ut convoniam Parmenonem.* Cic. Att. 8, 11 fin. *Prodire in publicum*, unter die leute gehen. *Prodire alicui obviam*, Cic. fam. 3, 7 & paſſim. *Prodire in funus*, zur leiche gehen, Ter. Andr. 1, 1, 88. *Prodire in ſcenam*, auf den ſchauplaz treten, Nepos præf. 5. Et Horat. ep. 1, 1, 32 *Eſt quodam prodire tenus, ſi non datur ultra.* Pompæ muliebris verbum eſſe *prodire* obſervat Brouckh. ad Tib. 1, 10, 70.

¶ Prödimunt, pro *produnt*, Ennius apud Feſtum.

¶ Prödius, *a, um*, a prodeundo, fortgehend. Varro apud Nonium 2, 231 *Accedit prodius atque introit domum.*

¶ Redeo, *ire*, reverti, wiederkehren, zurück kommen; ut, *redire domum*, Ovid. Faſt. 5, 455. *De exilio*, Sall. Or. in Cic. 4. Et paſſ. *Inde Romam redium eſt*, Liv. 3, 5. ¶ 2. *Animus mihi redit*, Terent. Heeyr. 3, 2, 12, ich komme wieder zu mir ſelbſt. *Ad ingenium redire*, Id. Hec. 1, 2, 38, auf die alten ſinnige kommen. *Redi mecum in memoriam*, Id. Phorm. 5, 3, 19, laß dich wieder darauf bringen. *Redire in viam*, Id. Andr. 1, 2, 19, ſich bekehren; quod ſic extulit Cic. Phil. 2, 2 *Si eſt erratum, redeamus in viam, optimus eſt portus pœnitenti mutatio conſilii.* Ter. Phorm. 5, 8, 40 *Redire in gratiam*, ſich verſohnen, vertragen. Sic & Nepos 25, 17, 1 *Atticum vere gloriantem audivi, ſe nunquam cum matre in gratiam rediiſſe, &c.* qui eam nec facto, nec dicto, nec vultu læſerat. Tiberius Cæſar *precanti cuidam pœnæ maturitatem, reſpondit: Nondum tecum in gratiam redii*, Suet. Tib. c. 61. Et Cic. fam. 9, 1 *Scito, me rediiſſe cum veteribus amicis, id eſt, cum libris, in gratiam*, daß ich wieder zu ſtudiren angefangen. ¶ 3. Non raro & *redire* pro ſimplici *venire* uſurpatur. Sic, *Redire ad gladios*, Cæſ. B. Civ. 3, 93 eſt *venire.* Sic: *In eum res rediit locum*, Ter. Adelph. 2, 4, 8. *Adeo res rediit*, Id. Phorm. 2, 2, 5, es iſt dahin gekommen, gerathen. *Res mihi ad reſtem rediit*, Ibid. 4, 4, 5, *ad raſtros redii*, ich bin an bettelſtab gekommen. *Redit ad me hæreditas*, Id. Hec. 1, 2, 97, das erbe fället mir zu. Et ſane, quæ ex rebus, quas tractamus, emolumenta & commoda ad nos veniunt, *redire* dicuntur. Seneca Thyeſte v. 311 *Sæpe ad magiſtrum ſcelera redierunt ſua*, untreu ſchlägt ihren eigenen herrn. Nepos 2, 2, 2 *Pecunia publica, quæ ex metallis redibat*, ſo einkam. Id. 2, 10, 3 *Ex qua regione quinquagima ei talenta quotannis redibant*, davon er einzunehmen hatte. ¶ 4. Ter. Andr. 3, 3, 35 *Incommoditas omnis huc redit, ſi eveniat diſceſſio*, kommt darauf an. Eun. 1, 2, 78 *Nempe omnia hæc verba huc redeunt denique: Ego excludor &c.* ¶ 5. *Redire ad ſe* dicuntur, qui conſopiti aut deliquium paſſi ſenſum recipiunt, ſich wieder erholen, wieder zu ſich ſelbſt kommen. Item, qui animum ex metu & trepidatione colligunt, ut uſus Ter. Andr. 5, 5, 6. Et Liv. 1, 41 *Iubet bono animo eſſe, ſopitum fuiſſe regem ſubito ictu: ferrum haud alte in corpus deſcendiſſe: Iam ad ſe rediiſſe.* Pro eo Cic. fam. 5, 18 *ſe colligere* dixit. ¶ 6. *Rurſus* vel *rurſum redire*, antiquus, non plane inelegans tamen, pleonaſmus eſt: ita enim & *rurſus reverti, rurſus revocare, rurſus repetere, &c.* dicebant. Ter. Eun. 4, 2, 6 *Eum ſenſi, redeo rurſum.* conf. Id. Adelph. 1, 1, 45.

¶ Rediens, *euntis*: ut, *Peregre rediens*, Ter. Phorm. 1, 5, 13. *Anno redeunte*, Horat. 3 od. 8, 9, alle jahre. *Redeuntis cornua lunæ*, Ovid. Met. 10, 479, der neumond.

¶ Rĕditus, *us*, m. die wiederkunft. *Dulces reditus abſcindere*, Horat. epod. 16, 35. *Reditu excludi*, Nep. 2, 5, 1. ¶ 2. *Reditus in gratiam*, Cic. Att. 2, 3, die verſöhnung. Et, *Gratiæ reditus ei patet*, Id. de Aruſp. Reſp. c. 24 extr. er kan wieder zur vorigen gunſt gelangen. ¶ 3. *Reditus*, proventus, einkommen, zuwachs. Ovid. Ponto 2, 3, 17 *At reditus jam quisque ſuos amat, & ſibi quid ſit Vtile, ſollicitis computat articulis. Pecuniæ reditus*, geld-einnahme, zinſe, Nep. 25, 14, 3. *Status reditus*, apud Plin. 3 ep. 19, gewiſſe, beſtändige einkunft. ¶ 4. Male nonnulli *Redditus* ſcribunt: quaſi a *reddere* ſit, non autem a *redire.* Hunc morem librariorum fere perpetuum eſſe ait Burm. ad Quint 1, 15 p. 290.

¶ Reditio, *onis*, f. die wiederkehrung. Cic. Verr. 1, 6 *Quo in negotio induſtriam celeritas reditionis declaravit.* Cæſar B. G. 1, 5 *Domum reditionis ſpe ſublata*, ſubſtantivo cum caſu ſui verbi poſito. Ter. Eun. 4, 4, 4 *Quid huc reditio eſt.*

¶ Reditivus, *a, um*, in orbem rediens. Anaſt. l. 10 C. de hærett. & Manich. *Ut Omnipotentis Dei templa cultu aſſiduo per omnia ſecula reditiva ſerventur.* Sed adeſt V. L. *rediviva.*

¶ Redĭvĭvus, *i*, m. Deus apud Romanos, *cujus fanum extra portam Capenam fuit: ſic appellatus, quia accedens ad ui bem Hannibal ex eo loco rediverit, quibusdam viſis perterritus.* Feſtus. Meminit ex Plin. 10, 42 l. 60, & ponit in via Appia, adeoque extra portam Capenam & ipſe, ad ſecundum lapidem *campum Redivivi appellatum.*

¶ Redimunt pro *redeunt*, Ennius apud Feſtum.

¶ Redĭto, *are*, frequent. ſtets, ſtracks wiederkommen. Plaut. Capt. 2, 3, 20 *Si non reditas huc*, al. *rebitas*, etiam Gron.

¶ Retroco, *ire*, umkehren, zurück gehen. Plin. 2, 16 *Retroire incipiunt ſtellæ.*

¶ Subeo, *ii*, & *ivi, itum, ire*, ingredi, ſuſcipere, promiſcue modo cum dativo, modo cum accuſativo conſtruitur, quod uſitatius, unter was gehen, über ſich nehmen, hinzu- oder eindringen. Cic. Divin. Verr. c. 14 *Poteriſne eius orationis ſubire invidiam?* (vulg. *invidiam.*) Vbi Aſconius: *Quaſi latine dixit, ut magno ponderi ſubire.* Sed illud *quaſi* procul dubio in mendo. Manutius legit: *Translative.* Poſis & *Jatis latine*, hoc ſenſu: Quamvis paullo inſolentius dictum videatur *ſubire invidiæ orationis*: iatis latine tamen ad exemplum ejus dictum, quod ſubjicit. Ita ſane & Virgil. Æn. 7, 161 *Muroque ſubibant.* Et 6, 222 *Subiere feretro.* Tibull. 1, 4, 41 *Ne te pœniteat duro ſubiiſſe laburi.* Propert. 3, 18 (19) v. 14 *Quæ voluit liqui do tota ſubire Deo.* Sed uſitatius, ut monebam, cum quarto caſu jungitur: ut, Virg. Æn. 10, 824 *Et mentem ſubiit, patriæ pietatis imago.* Idem abſolute in Æn. 2, 560 *Subiit cari genitoris imago.* Et paullo poſt v. 562 *Subiit deſerta Creuſa. Subeunda eſt fortuna*, man muß es wagen, Cic. fam. 14, 6. Sic, *Timor ſubit animum*, es kommt mich furcht an, Liv. 39, 16. *Subit animum cogitatio*, es fällt mir ein, Liv. 36, 20. *Subit* abſol. pro, *cogitatio ſubit*, Plinii eſt 29, 1. Ovid. Met. 1, 130 *Fingere pudor, verumque fidesque, In quorum ſubiere locum fraudeſque dolique*, ſind an deren ſtat gekommen. *Subire* ipſum eſſe verbum occultæ ac furtivæ molitionis, docet Brouckh. ad Prop. 1, 9, 26, & probat Burm. ad Grat. 183. Paſſive, Cic. Verr. 7, 71 *Inimicitiæ ſunt? ſubeantur: labores? ſuſcipiantur.* Livius addit præpoſitionem 34, 16 *ſubire ad portam*, & 26, 42 *ſubire ad mœnia.*

¶ Subiens, *euntis*; Sil. 7, 596 *Nondum ſubeunte ſenecta.*

¶ Subitus, *a, um*, inexſpectatus, repentinus, plözlich, unvermuthet, geſchwind. Ter. Phorm. 1, 4, 23 *Quodnam ſubito huic exitio remedium inveniam miſer?* Et Cic. 10 fam. 16 *Rebus tam ſubitis tamque anguſtis conſilium petere.* Id. de Div. 2, 32 *In Lyſandri ſtatuæ capite Delphis exſtitit corona ex aſperis herbis, & quidem ſubita.* Cic. fam. 13, 2 *Subitum eſt ei renigrare*, int. nimis ſubitum ut *ſerum.* ¶ 2. *Subita*, ſubſtantive, quæ ſubito & improviſo accidunt. Ita, *ſubitis etiam fortes viros terreri*, Tacitus dixit Ann. 15, 59, 2. Ita, *ſubita belli*, Id. Hiſt. 5, 13, 6, itemque Agr. 37, 1 dixit. Adde Liv. 6, 32, ubi plura exempla Drakenborch. notavit. Id. *Subita vernat* 9, 43 dixit. ¶ 3. *Subitus* etiam idem eſt ac recens, neu-entſtanden. Plin. 8 ep. 10 *Liberis non ſubitas imagines relicturus*, i. e. nuper exortas. Contra admodum antiquæ nobilitatis imagines dicebantur *fumoſæ.* ¶ 4. *Subitus & Subitis* apud Sueton. in Tib. 68 in Codd. permutantur.

¶ Subito, adv. geſchwind, unverſehens. Cic. fam. 14, 8 *Nunciatum eſt mihi, te in febrem ſubito incidiſſe.* Id. pro Fontejo c. 15 *Bella ſubito, atque improviſa naſcuntur.* Sen. epiſt. 11 *Subito deprehenſus.* Adde Plaut. Bacch. 11, 49; & Cure. 2, 3, 4 & 5, 1. Cic. Epiſt. ad Qu. Fr. 1, 13 *Si quid eſt penitus inſitum moribus, id ſubito evellere*, & ita paſſim. v. Menck. Obſerv. L. L. Vere nomen eſt, ſexto caſu per ellipſin præpoſitionis poſitum. Veteres enim plene *de ſubito*, uti ex Ennio, Afranio, Cæcilio, Pomponio & aliis Nonius Marcellus 12, 1 oſtendit.

¶ Subitaneus, *a, um*, jählings, ſchnell, eilfertig; ut, *Subitaneus imber*, Colum. 1, 6. *Subitaneus vomitus*, Theod. Priſc. 2, 13.

¶ Subitārius, *a, um*, idem; ut, *Subitarii milites*, qui in auxilium ſubito mittuntur, Liv. 40, 26. *Exercitus ſubitarius*, Id. 3, 30. conf. Alex. ab Alex. 4, 2. ¶ 2. Et, *Subitaria ædificia*, temere & ſubito exſtructa, Tac. Ann. 15, 39, 2. *Subitaria dicta*, eine rede aus dem ſtegreif, Gell. 9, 15. Adde Plaut. Mil. 2, 2, 70; & Apul. 11 Met.

¶ Subito, *are*, frequent. i. e. re ſubitanea & inſolita percellere, plözlich überfallen. Cypr. ep. 57 *Ad prælium fortiores apparet nuper ſubitatos eſſe, & novæ atque inſuetæ rei pavore trepidaſſe.*

¶ Subitatio, *onis*, f. die plözliche überkunft. Vulg. Int. Sapient. 5, 2 *Subitatio ſalutis.*

¶ Desubito, adv. überaus ſchnell, in einem hui. *Dè de* auget, ut in derepente. Plaut. Moſt. 2, 1, 63 *Desubito facile eſt facere nequiter.* conf. Id. Stich. 5, 4, 39, & plura exempla ap. Non. 12, 1.

¶ Desubito, *are*, überhineilen. Firmic. 3, 4 *Easdem artes crebra eversione desubitat.*

¶ Supereo, *ire*, rari uſus, pro *ſuperare*, Lucret. 3, 1045.

¶ Transeo, *ii & ivi, itum, ire*, übergehen, überſetzen. *Tranſire ad forum*, Ter. Phorm. 5, 7, 28. *Tranſire flumen, mare*, Cic. ad Att. 8, 12; & 5, 21. Simul enim de navali itinere & de pedeſtri uſurpatur. De illo Nep. 2, 9, 1 *Scio, plerosque ita ſcripſiſſe, Themiſtoclem Xerxe regnante in Aſiam tranſiiſſe.* Id. 7, 9, 3 *Ad Pharnabazum in Aſiam tranſiit.* Eſt autem contracta dicendi ratio. Plenum enim eſt: *Tranſire mare, & in Aſiam venire.* Ita enim idem loquitur Nep. 22, 4, 1 *At Hamilcar poſtquam mare tranſiit, in Hiſpaniamque venit.* De terreſtri itinere Idem 23, 3, 4 *Saltum Pyrenæum tranſiit.* Et paullo poſt: *Quas* (alpes) *nemo unquam exercitu ante eum præter Herculem Grajum tranſierat.* Id. 7, 10, 5 *Vim flammæ tranſiit.* Adde Varr. R. R. 1, 40; Cels. 1, 3. Tac. Hiſt. 2, 59, 3 *Brevi auditu, quamvis maxima, tranſibat: impar curis gravioribus.* Cic. Att. 2, 19 *Silentio aliquid tranſire*, übergehen, nicht gedencken. *Finem & medium tranſire*, ziel und maas überſchreiten, Id. Off. 1, 29. *Vitam ſilentio tranſire*, zubringen, eſt ap. Sall. Cat. 1, 1 in optimis libris, ubi alii *tranſigant.* vid. Cort. qui laudat præſertim Sen. ep. 90 *hiemem tranſire.* ¶ 2. Vſurpatur & de transfugis, überlauffen. Cæſ. 3 de B. C. 60 extr. *Ad Pompejum tranſierunt cum iis, quos ſui conſilii participes habebant.* ¶ 3. *Tranſiit dies*, i. e. elapſa eſt, præteriit, Cic. Att. 7, 7, der tag iſt verlaufen. Tibull. 1, 4, 23 *At ſi tardus eris, cerabis, tranſiet ætas: Tranſiet, ἀσχαίτως*, pro *tranſibit.* ¶ 4. Pro ſuperare, vincere, übertreffen.

Quint. 12, 11 p. 1113 *Verum ut transeundi magna spes non sit, magna tamen est dignitas subsequendi* Lucan. 4, 497 *Quæcunque per ævum Exhibuit monimenta fides, servataque ferro Militiæ pietas, transilit nostra juventus. Transire cursu equum*, Virg. Æn. 12, 719, ein Pferd überlaufen. Passive Cæs. B. G. 1, 6 *Rhodanus nonnullis locis vado transitur.* Et Gell. præfat. *Volvendis transeundisque voluminibus exercitus.* ¶ 5. *Transire tellus* dicitur, quam transimus vel præterimus. vid. Drak. ad Sil. 3, 157.

¶ Transiens, *entis.* Justin. 13, 5, 12 *Telo e muris in transeuntem jacto occiditur.* Id. 4, 1, 17 *Admiratio transeuntium.*

¶ Transeunter, adv. obiter, in transitu, im verbengehen. Ammian. 28, 4 *Transeunter judiciorum fide discussa, supplicio letali damnavit.*

¶ Transitus, *a, um*, durchzogen, durchreiset. Manil. 1, 438 *Ignotaque hominum gentes & transita regna.* Et rursus 2, 367 *Alterius ductu locus est per transita signa.* Item Liv. 21, 43 *Alpes integris ac vigentibus transitæ.*

¶ Transitus, *us*, m. verbale, ein Durchgang, durchpaß. *In transitu*, i. e. cursim, obiter. Quintil. 2, 11 *Si quid inciderit, quod ad scholas pertineat proprie, in transitu non omittamus*, beyläufftig. Dicitur & *in transcursu*, v. suo loco supra. Nep. 25, 3, 4 *Transitum prohibere.* Adde Cell. 1, 3. De coloribus & picturis Ovid. Met. 6, 65 *Diversè micant tum mille colores Transitus ipse tamen spectantia lumina fallit. Vsque adeo quod tangit idem est, tamen ultima distant.*

¶ Transitio, *ônis*, f. idem. Liv. 27, 17 *Propior excusanti transitionem, ut necessariam.* Et ipse locus, per quem transitur. Cic. Nat. Deor. 2, 27 *Transitiones pervie lani nominantur.* ¶ 2. Pro contagio. Ovid. Remed. am. v. 616 *Multaque corporibus transitione nocent.* ¶ 3. Hanc vocem Livius pro defectione usurpat, ut, *Transitio ad hostes*, 1, 27. *Transitio nocturna*, 2, 25. *Vocati ad transitionem ab hostibus per colloquia erant*, 25, 15 übergang zu den feinden. conf. Justin. 2, 5, 9; & 26, 2, 10. Sen. de Benef. 3, 23. ¶ 4. *Transitio*, Schema Rhetoricum, cum, quod hactenus dictum est, breviter repetimus, & monemus, quid sit reliquum, ut Virg. 2 Georg. ineunte: *Hactenus arvorum cultus & sidera cœli, Nunc te Bacche canam, &c.* ¶ 5. *Transitio* quoque dicitur, cum homines ex Patriciorum gente in Patum plebejum transmittuntur. v. Cic. de Clar. orat. 16. ¶ 6. Apud eundem de Nat. Deor. 1, 18 *Imagines, similitudine & transitione perceptæ*, sunt, cum species rerum transit in mentem nostram, & ie huic repræsentant. v. Mencken. Observ. L. L.

¶ Transitor, *ôris*, m. qui transit, ein durchgänger, überläuffer. Ammian. 15, 2 *Singulos transitores observans.*

¶ Transitorius, *a, um*, per quod transitur, durchgängig; ut, *Domus transitoria*, Suet. Ner. c. 31. Et, *Forum transitorium*, Eutrop. 7, 15. ¶ 2. Quod transit, inconstans est, vergänglich. Augustin. 13 de Trin. 7 *Multi per transitoria mala ad bona permansura fortiter tetenderunt.*

¶ Transitorie, adv. id. Augustin. Serm. 62 extr. *Non transitorie, nec solis corporis audiamus auribus, sed fideliter audientes.* Id. de Trinit. 12, 7 *Cum aliquid temporaliter & transitorie geritur.* ¶ 2. *Transitorie* i. e. μεταφορικῶς dixit Hieron. ad Matth. 26, 51.

¶ Transito, *are*, übertreten. Cic. Att. 5, 21 *Catervoqui abstinere, sed Julia lege transitans.* Ita emendant viri docti apud Gron. al. *transita.*

¶ Pertranseo, *ire*, vorbey vorüber- oder mitten durchgehen. Senec. ep. 4 de morte: *Necesse est, aut non perveniat, aut pertranseat.*

¶ Pertransibilis, *e*, durchdringend. Isidor. in Alphab. *Amarum hoc est & leve, quia pertransibile.*

¶ Retranseo, *ire*, wieder durchhingehen. Innocent. de Cas. p. 222 *Via retransit limitem.*

ĔŌNE, *es*, f. arbor, similis robori, quæ nec aqua nec igni posset corrumpi, ex qua facta fuit Argo. Plin. 13, 22.

EOS, *Eois, Eoi, Eoa*, Græca vox, auroram significans, qua de causa & primam communem habet. Non enim ἠὼς tantum dixerunt Græci, sed & ἑως, quod apud Thucydidem, Aristotelem, Xenophontem diligentissimus Vossius notavit, die morgenrothe. Ovid. Fast. 3, 877 *Tres ubi Lucifero venient præmiserit hos.*

¶ Ĕōus, *a, um*, adj. ἑῶος, orientalis, matutinus, **morgenländisch**, frühe. Virg. 1 Georg. 221 *Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur.* Propert. 3, 12, 15 *Felix Eois lex funeris una maritis, &c.* Lucan. 4, 352 *Tradimus Hesperias gentes, aperimus Eoas.*

¶ Ĕous, *i*, subst. unus est ex equis Solis Ovidio Met. 2, 153. ¶ 2. Quin & Lucifero est id nomnis. Virg. Georg. 1, 288 *Aut cum Sole novo terras irrorat humus.* Et Silius Ital. 9, 180 *Nox roseo cedebat Eoo.* Atque Idem 11, 517 *Lucem fugientis Eoi.*

ĔPACTÆ, *arum*, f. pl. ab ἐπάγειν, i. e. invehendo seu intercalando dictæ sunt apud Astrologos & Chronologos undecim dies intercalares, quibus solaris annus communis 365 dierum, superat annum lunarem 354 dierum; & hinc annus intercalaris, est eredecim mensium lunarium. v. Casp. Schotti Curs. Mathemat. p. 313.

Epagoge, vide *Agoga*, Epagon, *Agon.*

ĔPĂMINONDAS, *æ*, m. Ἐπαμεινώνδας, Dux fuit Thebanorum clarissimus, literarum etiam ac philosophiæ studio egregie excultus, in cujus virtutibus prædicandis multus est Justinus lib. 6, ubi patriæ suæ gloriam & natam & exstinctam cum eo fuisse scribit, & C. Nepos in vita ejus. Occubuit in pugna Thebanorum adversus Lacedæmonios ad Mantineam, adeo pauper, ut sumptus funeri defuerint, quemadmodum Justinus tradidit. Hinc inter optimos Græcorum, sed pauperrimos, ab Æliano Var. Hist. 2, 43 numerarus est, sic enim, πενέστατοι ἐγένοντο οἱ ἄριστοι τῶν ἑλλήνων Λύσιππος καὶ Φειδίας, καὶ Ἐπαμινώνδας, &c. i. e. *Pauperrimi fuerant optimi Græcorum; Aristides, Phocion, Epaminondas, &c.* Cum e curia aliquando regrederetur, & catellus cauda ipsi blandiretur, ad eos, qui cum ipso erant, dixit: *Hic mihi pro beneficio gratiam reponit; at Thebani, de quibus sæpe multumque jam præclare meritus, mortem mihi judicio pœnam constituerunt:* Ælian. 13, 42.

Epanadiplosis, vide *Anadiplosis.*

EPANALEPSIS, *is*, f. ἐπανάλεψις, repetitio sententiæ post aliqua interjecta: ut Virg. 2 Georg. pr. *Huc pater, o Lenæe, tuis huc omnia plena Muneribus, &c. Huc pater, o Lenæe, veni.* Auctor ad Herenn. 4, 14 *Qui sunt, qui fœdera ruperunt? Carthaginienses. Qui sunt, qui crudele bellum in Italia gesserunt? Carthaginienses. Qui sunt, qui Itam deformarunt? Carthaginienses. Qui sunt, qui sibi postulant ignosci? Carthaginienses.* Quod exemplum ἀνανδὸς facit Quintil. 9, 3. Adde Mart. Capell. 5 p. 174.

Epanaphora, vide *Phora*, Epanastrophe, *Strophe*, Epanodos, *Hodos*, Epanorthosis, *Orthios.*

ĔPANTĔMON, *i*, n. herba, quæ & *Chamælæa* & *Laderis* dicitur. Al. *Eupanthemon.* v. Apul. de Herb. c. 111.

Epapheresis, vide *Hæresis.*

ĔPAPHUS, *i*, m. filius Iovis ex Iside, de quo Ovid. Met. 1, 748 *Hinc Epaphus magni genitus de semine tandem Creditur esse Iovis, &c.* ubi Bur. diversa de illo commenta, narrationes certe diversas antiquor. de Epapho (plerique eundem qui *Apin* volunt) prodit.

Epar, vide *Hepar*, Eparchia, *Archæ*, Epastus, *Pasco*, Epaticus, *Hepar*, Epidæ, *Epicleros.*

EPENDYTES, *æ*, m ein unterkleid. Ioan. Evangelista 21, 7 ἐπενδύτης. Latine usus Hieronym. est vita Hilarionis p. 93 *pellicea ependytes.*

Epenthesis, vide *Thesis.*

ĔPĒUS, *i*, m. trisyllab. fabricator equi Trojani. Virg. Æn. 2, 264 *Ipse doli fabricator Epeus.* conf. Justin. 20, 2, 1.

¶ Epĕi, *orum*, m. pl. Ἔπειοι, populi, qui regem Amarynceum sepeliverunt. Homer. Iliad. ψ. cont. Plin. 4, 5.

EPEXĔGĔSIS, *is*, f. ἐπεξήγησις, appositio, figura Syntaxeos: ut, *Alexin delicia domini: Verba Roma &c.*

ĔPHĂLMĀTOR, *ôris*, m. saltator, ein täntzer. Firmicus 8, 15 *Petaminarius, ephalmator, orchestropalarius.*

ĔPHĔBUS, *i*, m. ein jüngling. *Ephebus factus est*, C. Nep. 15, 2, 4, i. e. ad pubertatem venit. v. Interpp. ad Ter. Andr. 1, 1, 24. Prudent. passione Cassiani v. 27 *Doctor amarus enim discenti tempore ephebo.* Ἔφηβος, ab ἐπί, & ἥβη, qui ad annos pubertatis accessit, ein junger gesell, von vierzehen oder sechzehen jahren. Ter. Eun. 5, 1, 8 *Ille ephebus Thaïn Phædriæ.* Adde Horat. epist. 2, 1, 170. Hinc *Excedere ex ephebis*, die kinder-schuhe vertreten. Ter. Andr. 1, 1, 24, & Plaut. Merc. prol. v. 40. Græci παῖδα ἔφηβον appellant, ut Censorinus notat.

¶ Ephebicus, *a, um.* Apul. 10 Milef. p. 253 *Adest lasciviens puer nudus, nisi quod ephebica chlamyda finistrum tegebat humerum*, h. e. qualem gestant ephebi.

¶ Ephebia, *æ*, i. ἐφηβία, pubertas, prima ætas adolescentiæ, die jugend, sive finis pueritiæ, principium adolescentiæ, sive extrema pueritia & prima adolescentia. Donat. ad Ter. Andr. 1, 1, 24. ¶ 2. Pro gymnasio, Vulg. Interp. 2 Maccab. 4, 9. Nempe

¶ Ephebium, sive Ephebeum, *i*, n. ἐφήβιον & ἐφήβειον, pars illa est palæstræ, in qua ephebi exercentur. Vitruv. 5, 11 *In duplici porticu collocentur hæc membra: ephebeum in medio.* v. Dalechamp. ad Plin. 16, 44, & Rhodig. Var. Lect. 8, 8. Pollux 4, 19 vocat ἐφηβεῖον. *Ephebicum.* ¶ 3. *Ephebia* appellantur ea omnia, quæ sunt a pube usque ad ilia. v. Cæl. Aurel. Acut. 3, 17, 140.

¶ Ephebātus, *a, um*, ephebus. Varr. ap. Non. 2, 552 *Ephebatum muleavit.*

¶ Synephebi, m. pl. συνέφηβοι, adolescentes simul pubescentes, æquales. ¶ 2. Et nomen Comœdiæ Statii Cæcilii. Cic. de Senect. c. 7 *Ait Statius in Synephebis.* Et de opt. gen. Orat. c. 6 *Andrium & Synephebos* legunt.

ĔPHECTĬCUS, *i*, m. ἐφεκτικὸς, qui nihil certo, sed de omnibus rebus dubitanter pronunciat, ein zweifler. Cujusmodi Philosopho competit illud: κατὰ & κατὰ, item N. L. id est, *non liquet.* Dicitur alio nomine Scepticus, Pyrrhonicus, novus Academicus.

ĔPHECTON, *i*, n. ἕφεκτον, septenarium, quod continet senarium & unitatem impositam, Vitruv. 1, 1, conf. Bald. p. 46.

Ephedra, ephedros, &c. vide *Hedra.*

ĔPHĒLIS, *idis*, f. ἔφηλις, *est asperitas quædam & durities mali coloris, non nisi in facie*, ut Celsus 6, 5 describit, ein sonnen-flecklein, sommer-sprosse. Plinio *discolor à sole cutis* dicitur.

Ephemeris, ephemeron, &c. vide *Hemeresios.*

ĔPHĔSUS, *i*, Ἔφεσος, omnium Ionicarum urbium clarissima quondam & præcipua, condita ab Amazonibus, quemadmodum Iustinus scripsit 2, 4, 15; & Plinius retulit 2, 29. Iam Servio Tullio apud Ro. regnante inclita, Liv. 1, 45. Celebris opulentissimo & ornatissimo templo Dianæ, quod *admirationem Græcæ magnificentiæ* Plinius 36, 14 vocat & inter mundi miracula numerat. Conditum fuit id templum annis ducentis a tota Asia. Longitudo ejus pedum fuit CCCCXXV, latitudo pedum CCXX, juxta quod asylum fuit Libertatis, conditum ab Alexandro, quod Augustus postea destruxit, quod impunitate proposita multorum libido ad scelera perpetranda invitaretur. Vide de templo Ephesino Philonem Byzantium de septem mundi miraculis: & copiosius differentem Pet. Peritum de Amazonib. c. 30. Porro *Ephesum* inde dictam, quod eam terram Amazonibus Hercules permiserit, (ἔφεσιν enim Græci *permissionem* seu *concessionem* dicunt) scribit Heraclides de Politiis. Fuit Ephesus prima vel inter primas certe Asiæ Proconsularis urbes. v. Spanh. de us. & præst. num. diss. 9 p. 603 sq.

¶ Ephĕsinus, *a, um*, de rebus dicitur: ut, *Concilium Ephesinum.* At

¶ Ephĕsius, *a, um*, de personis & rebus: ut, *Diana Ephesia*, Cic. de Divin. 1, 23, & Plin. 36, 14. Item, *vinum Ephesium*, Plin. 14, 8, & *minium Ephesium*, Id. 33, 7. Sed *Literæ Ephesiæ*, notulæ erant magicæ & superstitiosæ, quibus utentes in omni negotio victores evadere sese, non dubitabant, cujusmodi literis usum fuisse Crœsum in rogo, Eustathius Homeri commentator scripsit. De quibus etiam Actor. 19, 19, & Clemens Alexandrinus 5 Stromat. Hesychius, & Athenæus lib. 12. Adde Kircher. Oed. To. 2 p. 469 sq. Cuperum de Consect. Hom. p. 270, & v. infra *Phylacteria.* Est etiam sebum sacrificii de hoc argumento dissertat.

¶ Ephesia, *æ*, f. subst. herba, vel artemisia, vel aristolochia. Apul. de Herb. c. 10 & 19.

ĔPHĔTÆ, *arum*, m. pl. ἔφεται, judices Athenis, ab ἔφεσις, *appellatio*, quod ad eos provocaretur, ab iis vero non esset provocatio. Suid.

ĔPHIALTES, *æ*, m. ἐφιάλτης, seu ἐπιάλτης, & ἔφιαλος, *incubus*, der alp, cum per somnum quis sibi videtur ab aliquo graviter premi, adeo, ut & voce sua destituatur. Plin. 22, 10 *suffocationem* scil. quandam, vocis spiritusque meatum liberum intercipientem. Dicitur ἐφιάλτης ab ἐφάλλεσθαι, *insilire*, quod invadi se

ab alio putent, qui id mali patiuntur. Videtur illusionem hanc expressisse Virg. Æn. 12, 908 *Ac velut insomnis oculos ubi languida pressit Nocte quies, nequicquam avidos extendere cursus Velle videmur, & in mediis conatibus ægri Succidimus: non lingua valet, non corpore notæ Sufficiunt vires, nec vox nec verba sequuntur.* vid. Macrob. in Somn. Scip. pr. 8, qui bene de hac re philosophatur Vossius de Idololatr. 3, 35 extr. ¶ 2. Hanc rem poëta divinus Odyss. A. fabulis involvit, ubi Orum & Ephialtem Iphimedis & Aloei aut Neptuni filios, latos novem cubitus novemque ulnas longos fingit, & de iis pronunciat, quod ὅσσαι ἐπ' ἄλσεσιν μέμασαν ἰέμεν, αὐτὰρ ἐπ' ὄσσῃ Πήλιον οὐσιήεσσαν, ἴν' ἔσσετο δῖπετὸς οὐρανός. Quos versus ita vertit Virg. Georg. 1, 282 *Ter sunt conati imponere Pelio Ossam Scilicet atque Ossæ frondosum involvere Olympum.* Adde Virgilii Cul. v. 235.

ĔPHIPPIVM, *i*, n. ἐφίππιον, stragulum vel sella, quæ equis imponitur, eine roßdecke oder sattel. Horat. 1 epist. 14, 44 *Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.* Quod Cic. fam. 6, 1 dixit: *Suæ quemque fortunæ maxime pœnitet.* Adde supra *Bos.* Vet. Schol. Horatii locum: *Sellam*, inquit, *alii stragulata. Nonnulli ea, quæ propter jugum equis curulibus imponuntur: & hoc verius.* Nonius 2, 312 EPHIPPIVM, inquit, *tegmen equi ad mollem vecturam paratum.* Gell. 5, 5 *Equitatus frenis, ephippiis, phaleris prafulgens.*

¶ Ephippiatus, *a, um*, der auf einem sattel reitet. Cæs. 4 B. G. 2 *Neque Suevorum moribus turpius quidquam aut inertius habetur, quam ephippiis uti. Itaque ad quemvis numerum ephippiatorum equitum, quamvis pauci adire audeant.*

¶ Ephippiarius, *i*, m. qui ephippia conficit, ein sattler.

ĔPHŌRVS, *i*, m. vulgo inspector, ein aufseher. *Epsori*, ἔφοροι, ab ἐφοράω, magistratus erant Lacedæmoniorum, eadem prædita dignitate & potestate, qua apud Romanos Tribuni plebis, ad quos a regibus etiam Lacedæmoniis provocare licebat, (quemadmodum a consulibus ad tribunos provocare Romæ jus erat,) quique in vincula reges conjicere poterant, ut ex Nep. 4, 3, 5 constat. Quæ Aristoteles in hoc magistratu reprehendat, v. Polit. 2, 7. Adde Gebhardum ad Nepotis Pausan. & Nic. Cragium de Rep. Laced. 2, 4, & Vbb. Emmium lib. 3 Græc. vett. p. 122 sqq. ¶ 2. *Ephorus* Isocratis discipulus, quem calcaribus egere hic dicebat, historicus non ignobilis. v. Quintil. 10, 1, p. 901. Bttm.

¶ Ephoria, *æ*, f. officium ephororum, die aufsicht.

ĔPHYRA, *æ*, sive Ephyre, *es*, f. Corinthus primum dicta fuit Ἔφυρα. Plin. 4, 4 *Corinthus antea Ephyra dicta.* Adde Paulaniam princ. Corinthiac. Virg. Georg. 4, 343; & Stat. Theb. 4, 59. v. viri docti ad Sil. 4, 656 Hinc

¶ Ephyrēias, *ădis*, f. patronymicum. Claudian. de B. Get. v. 629 *Scilicet Argolicas Ephyriadesque puellas, Cœperat & pulchras jam fastidire Lacenas.*

¶ Ĕphyrĕus, Ephyræus, & Ĕphirēius, *a, um*, i. e. Corinthiacus. Lucan. 6, 17 *Insedit castris Ephyreaque mœnia servat*, i. e. Dyrrachium, a Corcyræis conditum, qui coloni Corinthiorum erant. Silius 14, 181 *Aganine progrediens Ephyræa ad mœnia vertit.* Vbi Syracusæ intelliguntur, itidem a Corinthiis conditæ. Diphthongus etiam Paulaniæ cit. principio Corinthiacorum: ἀπὸ Κορίνθῃ τὴν Ἐφυρέων μετονομασθῆναι. Virg. Georg. 2, 464 *Illusasque auro vestes Ephyrëiaque æra.* conf. Stat. Theb. 2, 207.

EPIALOS, *i*, m. ἠπίαλος, febris genus ex pituita, hoc est, vitreo & acido phlegmate nascens, in qua eodem tempore calor frigusque in quavis corporis parte sentitur, *Epialos* dicta, quod ἠπίως ἀλεαίνει, i. e. miti calore afficiat. v. Cels.

ĔPIBADES, *um*, f. ἐπιβάδες, seu rectius *Epibatæ*, ut Bayfius censet, sic dictæ, quod epibatis, hoc est, vectoribus trajiciendis serviant, fährren oder schiffe, so da überfahren. Exstat in libris quibusdam Digest. L. 1 § 12 de Exercitoria actione. Meliores enim libri ἐπιβατικοὶ habent, i. e. *vectorum ductrices.*

ĔPIBATA, *æ*, m. ἐπιβάτης, miles in navibus merens, ein schiff-knecht, schiff-soldat, matrose; utitur aliquoties Hirtius, ut de B. Alex. c. 11, & de Afric. c. 20, 62, & 63. Cæsar *classiarium* vocat. ¶ 2. Apud Græcos *Epibatæ* pro vectoribus etiam accipiuntur.

¶ Epibatēgi, ἐπιβατηγοί, *naves vectorum* ductrices, schuyten, l. 1 § 12 ff. de exerc. act.

¶ Epibaterios, *i*, m. ἐπιβατήριος, Apollo dictus, cui templum dicavit Diomedes, quod evasisset tempestatem in reditu ab Ilio. Cæl. 11, 24.

¶ Epibaterium, *i*, n. ἐπιβατήριον, carmen vel sermo, quo reduces excipimus, eine bewillkommungs-rede.

ĔPIBATHRA, *æ*, f. ἐπιβαθρα, accessus, machina scansoria, scala, die leiter. Vitruv. 10, 19.

ĔPĪCĒDIVM, *i*, n. ἐπικήδιον, nenia & monodia, carmen, quod in laudem defuncti canebatur ad cadaver vel sepulcrum, ein todten-lied, leichen-gesang. Differunt autem ἐπικήδιον & θρῆνος, illud pro funere, cadavere adhuc jacente, dicitur: hic vero nullo circumscribitur tempore. Proclus in Chrestomath. apud Photium in Bibliotheca.

Epicephalium, vide *Cephalus.*

ĔPĪCHARMVS, *i*, m. Ἐπίχαρμος, Siculus fuit Poëta, Comicus & Philosophus, auditor Pythagoræ, scripsit Commentarios de natura rerum. Meminit ejus Horat. ep. 2, 1, 57. & Cic. Att. 1, 19 *Ita tamen novis amicis implicati sumus, ut crebro mihi vafer ille Siculus insusurret Epicharmus cantilenam illam suam:* Νήφε κἀμέμνασ' ἀπιστεῖν. ἀρθρα τᾶυτα τῶν φρενῶν, i. e. *Sobrius esto, & memento diffidere: hi enim nervi sapientiæ sunt.* Hujus dicti etiam Q. Cic. de Petit. Consulat. meminit c. 10. Vide supra *Artus.* & adde Cic. Tusc. 1, 8. Sed & hunc versum Epicharmi esse, Socrates in Platonis Axiocho testatur, ἡ δὲ χειρὸν χεῖρα νίπτει, δὸς τι καὶ λαβοις τι: quod est, *Manus manum fricat, da quidlam & accipe aliquid.* Quo indicatur, officium officio, beneficium beneficio, invitari & provocari: quod & sic effertur, χεὶρ χεῖρα νίπτει, *manus manum lavat.* Epicharmo porro & illud tribuitur a Stobæo fem. πᾶν τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν πάντα τ' ἄγαθ' οἱ θεοὶ, *Laboribus vendunt nobis omnia bona Divi.* Eum Theocritus epigr. 17 hoc maclat elogio: πολλὰ γὰρ ποτ' ἂν ζώων τοὺς παῖδε ἔτι χρήσιμα. Μεγάλα χαρίεις ἀνήρ. *Multa ad vitam pueros docuit utilia: Magna illi sit gratia.*

¶ Epicharmius, *a, um*, adj. Cic. de Pet. Conf. c. 10 *Epicharmium illud teneto, nervos ut quæ artus esse sapientiæ, non temere credere.*

ĔPĪCHĪMĀZIN, græce ἐπιχειμάζειν, est *hybernare*, cum tardius post sideris tempus hyberna tempestas venit; uti *Prochimazin*, cum maturius præcurrit. v. Plin. 18, 25 cum not. Dalech.

ĔPĪCHĪRĒMA, *ătis*, n. ἐπιχείρημα, argumentum mente conceptum ad alicujus rei probationem. Cicero *ratiocinationem* vocat, habet enim quiddam commune cum Syllogismo. vid. Quintil. 5, 10 & 14. Sen. 1 Controv. p. 75 & Hieronym. ep. 18. Id certe voluit quoque Isidorus 2, 9, cum ait, *epichirema* a dialectico Syllogismo solum distare latitudine & productione sermonis. Vulgo *epicherema* scribunt per secundam in tertia vocalem: nec aliter Isidori Codd. M3Cti Vossiani. Sed perperam: quod quamcunque minutum sit, tamen non monere piguit Cæsarem Scaligerum in præclaro de re Poetica opere 3, 71. Scribitur tamen *epicherema* etiam in Quintiliano Burmanni.

ĔPĪCHYSIS, *is*, f. ἐπίχυσις, vas vinarium, e quo in cyathos vinum effundebatur, eine gieß-kanne, apud Plaut. Rud. 5, 2, 32. vide Turneb. Adverss. 22, 30, & Varr. de L. L. 4, 26, & Scalig. ibid. qui docet, apud Pollucem vasis etiam coquinarii genus esse.

Epicitharisma, vide *Cithara.*

ĔPĪCLINTÆ, m. pl. ἐπικλίντοι, ab ἐπικλίνω, *inclino*, sunt terræ motus *lateribus proxima quæque jactantis & acutis angulis mobiles*, Apul. de Mundo p. 398 edit. Colvii, ante quem vulgaverant *Epedita.*

ĔPĪCOENVM, *i*, n. ἐπίκοινον, *promiscuum genus eorum nominum, in quibus sexus uterque per alterum apparet*, Quintil. 1, 4, ut, *aquila, passer, perdix, lepus, &c.*

ĔPĪCOPVS, *i*, adj. ἐπίκωπος, phaselus, qui remis agitatur, ein fleit ruder-schiff. Cic. Att. 14, 16 pr. De *Epicopis* conf. Cæl. Rhod. 27, 25, & Ioh. Scheff. de milit. nav. vet. L. 2 c. 2 p. 64.

EPICRĀTES, *is*, m. princeps Athenien sium. Cic. fam. 16, 21. Quo nomine idem Pompejum notat, ad Att. 2, 2. Nam ibi *Epicrates* verti potest, *omnia tenere.* ¶ 2. Plures fuerunt ejusdem nominis. Cicero enim meminit *Agyrinensis*, Verr. 2, 9, & *Bodini*, ibid. c. 22. De *Epicrate Milesio, servo I. Cæsaris*, v. Polyæn. Strat. 8, 23, 1. De *Epicrate Ambraciota, poëta comico*, v. Suidam.

Epicrisis, vide *Crisis*, Epicrocum, *Crocum.*

EPICTĒTVS, *i*, m. Ἐπίκτητος, Philosophus Hierapolitanus, Romæ fervivit cuidam Neronis familiari Epaphrodito. Quamobrem *servilis eum fuisse conditionis & pauperem*, a Gellio ostenditur 2, 18, ubi Epicteti ipsius de sua fortuna versus duo proferuntur. Vide & Origenem contra Celsum lib. 7 pr. Romæ duravit ad Marci usque Antonini tempora, sed sub Domitiano rediit Hierapolim. In tanta apud omnes admiratione fuit, ut Lucianus Syrus prodiderit libro *adversus ind. tum* p. 386 Græv. lucernam ejus fictilem tribus drachmarum venisse millibus. Scripsit Enchiridion, quod latinitate donavit Angelus Politianus, it. Io. Caselius. Extant & Arriani Philosophi, discipuli Epicteti, libri quatuor de Epicteti dissertationibus, relicti præceptis utilissimis. v. Gell. 19, 1. Philosophiam totam & universa Philosophorum dogmata duobus complexus est verbis ἀνέχου καὶ ἀπέχου, *Sustine & abstine*, leide und meide, Gell. 17, 19. ¶ 2. Epictetus, ἐπίκτητος etiam Phrygia minor dicitur, q. d. recens acquisita. Quam vocem Ciceroni fam. 3, 10 med. ex Strabonis 12, restituit Victorius.

ĔPĪCŪRVS, *i*, m. Ἐπίκουρος, Athenienſis, sed pater ejus ex pago Gargetio, unde ipse Gargetius senior Statio dictus 1 Silv. 3, 94; annis natus septem post Platonis obitum: annum autem agens ætatis suæ XVIII Xenocratis & Aristotelis ludum Athenis sectatus est, postea sectam a se nuncupatam ipse instituit. In victu, quemadmodum contubernales ejus, ex quibus Diocles fuit, testati sunt, temperantissimus fuit, pane & aqua contentus: & si pretiosius cœnare ipsi aliquando liberet, caseo. Legit Aristippi librum de voluptate, quam finem hominis constituit, non luxuriosorum aut porcorum, sed eam, quæ esset, *non dolere.* Huc pertinet, quod de eo scripsit Ælianus Var. H. 4, 13, exclamare eum solitum: ὦ ἀλίγου, οὐκ ἱκανόν, ἀλλὰ τοῦτο γε οὐδὲν ἱκανον. Ἔλεγε δὲ ἑτοίμως ἔχειν, καὶ εὐδαιμονίας τῷ Διὶ περὶ ἐγκωιζεσθαι, μάζαν ἔχων, καὶ ὕδωρ, id est, *Cui parum non sufficit, eidem nihil satis est. Dixit vero etiam, se, si opus esset, paratum esse vel cum Jove certare felicitate, modo offam haberet & aquam.* Democritus εὐθυμίαν appellavit, & eam ipsam finem hominis statuit, ut Diogenes auctor est. A Democrito autem pleraque hausit Epicurus, ut ex lib. 5 Cic. de Fin. & lib. 2 de N. D. sub fin. constat. Seneca hanc *εὐθυμίαν Tranquillitatem* vertit: de quo ipse libro de Tranquillitate animi c. 2. Non desunt, qui alia ac diversa plane de Epicuro & libidinibus ejus tradiderunt; sed falso, quod Diogenes agnoscit. Atque quod ipse juxta & Philosophia ejus male audiit, discipuli ejus degeneres & intemperantes, atque imprimis Metrodorus fecerunt, qui prave detorserunt ejus dogmata, & quæ de pura illa atque constante & sancta animorum voluptate tradiderat, ad istam impuram & fugitivam & pecuniam transtulerunt. Itaque Seneca de vita beata c. 13 *Non dico*, inquit, *quod plerique nostrorum, sectam Epicuri flagitiorum magistram esse. Sed illud dico, male audit: infamis est: & immerito. Nec hoc scire quisquam potest, nisi interius fuerit admissus, &c.* Vide & Lactantium 3, 17. Epicureæ doctrinæ, atque auctoris ipsius laudem habes apud Lucianum in Pseudomanti. Nec repugnant, quæ in vitarum auctione scribit: ea enim ad degeneres discipulos pertinent, ut sequens dialogus docet, quem *Piscatorem* inscripsit. A discipulis ita colebatur, ut ejus imaginem in annulis, in tabulis, in poculis venerarentur, & tantum non haberent pro DEO. v. Cic. Tusc. 1, 21, & 5 de Fin. pr. & Plin. 25, 6, Laërt. lib. 1, itemque Lucret. 5, 50. *Acutum nec insulsum hominem* idem Cicero vocat Tusc. 1, 8. *Indoctum & parum purum in sermone.* Dialectices præsertim & matheseos plane rudem idem Cicero plurimis locis, & Sextus Empiricus quoque procem. lib. adversus Mathematicos notat. Quam male conveniat Epicuro cum ICtis eleganter jocatur Cicero ad Trebat. 7, 11. Mortuus est Athenis calculi doloribus, annos natus 72. Diu exsulantem restituit philosophorum cœtui Pet. Gassendus non solum vita illius doctissime descripta, sed & ipsis dogmatum rationibus declaratis egregie. Horat. 1 epist. 4, 15 de discipulis ejus: *Me pinguem & nitidum bene curata cute vises, Cum ridere volet Epicuri de grege porcum.* ¶ 2. *Epicuri decreta*, κύριαι δόξαι Ἐπικούρου, quæ

quæ labefactari non posse opinabatur, suisque discipulis pro oraculis obtrudebat, veluti principia naturæ nota. v. Barth. Adverſ. 20, 20, & ad Statii Silv. p. 110. Voſſ. de Sectis Philoſ. c. 8. Buchner. Vol. I Programmat. p. 568 ſeqq.

¶ Epicurēus, *a, um*, pl. *Epicurēi*, denominativum ſectæ, ein Epicurer. Act. Apoſt. 17, 18. Et Cic. Tuſc. 3, 21 *Quæruntur quidam Epicurei, vivi optimi, (nam nullum genus eſt minus mutilioſum,) me ſtudioſe dicere contra Epicurum.* ¶ 2. Adjective, quod ad illos philoſophos pertinet, epicuriſch; Id. de Fin. 2, 7 extr. *Doloris medicamenta illa Epicurea tanquam de narthecio promant: Si gravis, brevis: ſi longus, levis.* ¶ 3. Vulgari uſu *Epicureus* eſt voluptarius: ut, *Homines Epicurei*, id eſt, dediti voluptatibus, wollüſtige. Sic fere Sidonius carm. 15, 125 *Aſt Epicureos eliminat undique virtus.*

Epicus, *a, um*, vide *Epos*, Epicyclus, *Cyclus.*

Ēpidamnus, *i*, m. Ἐπίδαμνος, vel Epidamnum, *i*, n. Macedoniæ ad Adriaticum mare oppidum, a Romanis, cum eo coloniam deduxiſſent, poſtea *Dyrrhachium* dictum, quemadmodum Plinius indicat 3, 23. Durazzo nunc eſt. Plaut. Menæch. 2, 1, 42 *Ne mihi damnum in Epidamno duis.* Alluſit ad nomen inauſpicatum a damno factum, atque ideo a Romanis mutatum; quaſi nemo illuc ſine damno divertatur, ut ipſe v. 39 interpretatus erat.

Ēpidaurus, *i*, m. urbs Argolidis in Peloponneſo, celebris quondam templo Æſculapii, Podalirii & Machaonis parentis. ¶ 2. *Epidaurus*, vel *Epidaurum*, ut Plin. 3, 22 vocat, urbs Illyrici in litore Adriatici maris, hodie *Ragusi Vecchio.*

¶ Ēpidaurius, *a, um*, ad Epidaurum priorem ſpectans, Ovid. Ponto 1, 3, 21 *Affuerat ipſe licet cunctis Epidaurius herbis, Sanabit nullo vulnera cordis ope.* Subintelligitur *Medicus*, ſive *Æſculapius.* Id. Met. 15, 643 *Epidauria litora.* Stat. Theb. 4, 123 *Rura Epidauria.*

Epidēmia, *æ*, f. ἐπιδημία, acceſſus ad urbem, ſive via trita, qua ad eam itur, die Land-ſtraſſe. Vlpian. l. 4 § ult. de oſſ. proconſ. ¶ 2. Morbus ſparſus & graſſans per populos, eine anſteckende Land-krancheit, ſeuche, peſtilentz.

¶ Epidēmĭcus, *a, um*, ἐπιδημικός, gemein; ut, *morbus epidemicus*, qui communis & contagioſus eſt, anſteckende krancheit. Med.

¶ Epidĭmĕtæi, *orum*, m. pl. de quibus titulus eſt apud Juſtinianum, metatores hoſpitiorum ſunt in urbibus, quos vulgo fourrierer, quartiermeiſter, vocant. Alciatus, ἐπιδημεῖν, *in urbem venio.*

Epidicticus, vide mox *Epidixis.*

Ēpidĭmĭron, ſive Epidimæron, ἐπιδιμοιρον, i. e. ſuperius dimiron, über 2 theil. Vitruv. 3, 1. vide ſupra *Dimiron.*

Ēpidipnides, *um*, f. pl. ἐπιδαπνίδες, cujus ſingulare eſt ἐπιδαπνίς, epulæ ſunt in extrema cœna vel prandio, bellaria, das letzte gericht, der nachtiſch. Martial. 11 epigr. 32 *Hic feras epidipnidas parabit.*

Ēpidixis, *is*, f. ἐπίδειξις, demonſtratio, ein erweiß, eine fürſtellung, probe. Invenitur in Inſcript. vet. Patav. illuſtrata a Reineſio. Sophiſtarum Oratorumve μελέτας & declamationes erant ἐπιδείξεις, quod fierent cum quadam oſtentatione. v. Plut. de laude ſui. *Epidixes* autem non de ſolis poëtarum & rhetorum recitationibus, ſed & de omnium generum ludis & artificiis accipi, oſtendit Lucas Holſtenius epiſt. ad Ioh. Rhodium ex Creſollio.

¶ Epidĭctĭcus, *a, um*, ἐπιδεικτικός, demonſtrativus, ut, *Genus epidicticum.* v. Cic. Orat. c. 11 & 61.

Epidromides, epidromos, vid. *Dromas*, Epiglottis ſ. epigloſſis, *Gloſſa.*

Ēpigŏni, *orum*, m. pl. ἐπίγονοι, auctores ſecundi belli Thebani, ſic dicti quaſi fœtus vel poſteri primorum, die nachkommen. v. Diodor. 4, 6. Eſt etiam nomen Tragœdiæ deperditæ, forte Sophoclis. Meminit Cic. de opt. gen. Or. 6 & Tuſc. 2, 25. ¶ 2. *Epigoni* etiam dicti ſunt, quos ſuſceperunt Alexandri M. milites ex Aſiaticis fœminis. v. Juſtin. 12, 4, 11.

Epigramma, epigrammaticus &c. vide *Gramma.*

Epigraphe, vide *Graphice.*

Epigrus, *i*, m. clavus, quo lignum ligno adhæret, ein nagel. Seneca de Benef. 2, 12 extr. *Niſi in os ſenatoris ingeſſiſſet imperator epigros ſuos.* Ita Gronovius reſtituit, cum vulgo legeretur *pigros.* v. ejus Not. p. 628, & Gataker. in Cinno 2, 19 p. 273. It. *Ipiarus.*

Ēpilepsia, *æ*, f. ἐπιληψία, corporis convulſio. *Caducus* etiam & *Comitialis* appellatur, item *Herculanea*, v. Chiliad. Eraſmi: & *Morbus ſonticus* Plin. 36, 19, ἱερὰ νόσος Aretæo, quod nulli remedio cedat aut expugnari ſe patiatur, die ſchwere noth. *Ab epilepſia tutus*, Lamprid. Heliog. c. 20.

¶ Epilepticus, *a, um*, ἐπιληπτικός, epilepſia laborans, mit dem böſen gebrechen behafftet.

Epilimma, *ătis*, n. genus viliſſimi unguenti. Forte ἐπάλειμμα. Feſt.

Epilĕgus, vide *Logus*, Epimedium, *Epimenidium.*

Epimēlas, *antis*, m. ἐπιμέλας, gemma candida, nigricante ſuperne colore, Plin. 37, 10.

Ēpimēlia, *æ*, ἐπιμέλεια, i. e. *cura, aſſiduitas*, ſorgfältigkeit, fleiß. Mart. Capella l. 2 p. 37 *Epimelia & Agrypnia dilecta Philologiæ mancipia.*

¶ Epimelēta, *æ*, m. ἐπιμελητής, curator bonorum a magiſtratu conſtitutus; ein verſorger, verpfleger. l. 46 § 1 ff. de admin. & per. tut.

Ēpĭmēnĭdes, *is*, m. Ἐπιμενίδης, Cretenſis, qui puer ambulando feſſus, in ſpecum ingreſſus, obdormivit, nec a ſomno experrectus eſt ante exactos annos XLVII, aut ſecundum Laertium & Plinium 7, 52, ante annos LVII. Quinque ſimul Plutarchus refert libro *An ſeni ſit gerenda Reſp.* rotundiore numero uſus. *Epimenidis ſomnus*; item, *Ultra Epimenidem dormis*; ὑπὲρ τὸν Ἐπιμενίδην κεκοίμησαι; item, *ipſum Epimenidem ſomno viciſſti*: proverbialiter de iis, qui vel nimium ſunt ſomnolenti vel perpetuum agunt otium, dici ſolet. Verſus, quem de Cretenſibus Paulus citat, ad Epimenidem hunc refertur: Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. *Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri.* Vid. Max. Tyr. diſſ. 28. Heſych. Mileſ. Suid.

¶ Epimenidēus, *a, um*, adj. ut, *Epimenidea cutis*, proverbium de rebus arcanis, quia Epimenidis cutem longo tempore poſt literis diſtinctam repertam eſſe tradunt, cum anima ejus quoad vellet, exciſſerit e corpore, & in id reverſa fuerit. Suid.

Epimenidium, *i*, n. ita bulbi genus quoddam appellari, ait Plin. 19, 5. ¶ 2. Matthiolus tamen ex Dioſc. 4, 21 legit *Epimidium*, ἐπιμήδιον, & incognitam ſibi herbam eſſe affirmat. conf. Plin. 27, 9. Dodonæo herba eſt foliis latis & rotundis, hederæ quodammodo, aſaro tamen ſimilioribus, exſtans in aquis, in quibus naſcitur ſine fructu. Legunt ex Iuvenal. 7, 120 vocem eam quaſi ſyncope affectam: *Pelamidum aut veteres Afrorum epimenida bulbi.* Sed ibi *epimenia* legendum eſt Nam

Epimēnium, *i*, n. ἐπιμήνιον, ſtipendium militis in menſem, ein monats-ſold, quod exiliter & ſordide dari cauſidicis, Iuvenalis d. l. notat.

Epimerismus, vide infra *Merismus*

Ēpimēthĕus, *ei*, m. ἐπιμηθεύς, Promethei frater, qui poſt factum ſapit, der nur ſpäden erſt klug wird. Prometheus, cui, priusquam rem aggrediatur, in promtu conſilium eſt, der rath trifft, ehe denn er das werck anfahet. Lucianus extremo libro, Prometheus es in verbis: Ἐπὰ τό γε μεταβάλευεσθαι, Ἐπιμηθέως ἔργων, ὃ Προμηθέως ἐστίν. *Nam illud quidem poſt rem conſulere, Epimethei eſt, non Promethei.* v. Claudian. in Eutrop. 2, 490 & ſeqq.

¶ Epimēthis, *ĭdis*, f. Pyrrha Epimethei filia, Ovid. Met. 1, 390.

Epimŏne, *es*, f. ἐπιμονή, perſeverantia; figura, quæ & *Epizeuxis*, ἐπιζευξις, dicitur, quæ ejusdem dictionis ſine intervallo geminatio eſt cum impetu pronunciationis, ſecundum Diomedem: ut Virg. Æn. 9, 428 *Me, me: adſum, qui feci, in me convertite ferrum, O Rutuli.* Et Æn. 4, 660 *Sic moriamur, ait, ſic ſic juvat ire ſub umbras.*

Epimythium, vide *Mythos.*

Epinĭphridium, *i*, n. ἐπινιφρίδιον, pinguedo, quæ eſt in renibus. Fulg. 2 Myth. *Epinephridia formandis fatibus opponuntur.*

Epĭnīcium, *i*, n. ἐπινίκιον, plur. Epinicia, celebritas pro victoria parta, ſiegs-lieder, freuden-feſt. *Inter lætos cantare epinicia*, Suet. Ner. c. 45, ubi exemplum habes ejus ſtultitiæ, quæ ante victoriam epinicium canit. Epiniciorum originem gentes ad Apollinem referunt, qui fugato Saturno Iovis victoriam carmine ad citharam celebravit. Quo Tibullus reſpiciens 2, 5 Apollinem alloquitus ita canit: *Sed nitidos pulcherque veni, nunc indue veſtem Sepoſitam, longas nunc bene pecte comas. Qualem te memorant, Saturno rege fugato, Victori laudes conſtituiſſe Iovi.* Add. Voſſ. Inſt. Orat. 3 p. 417.

Epĭnyctis, *ĭdis*, f. ἐπινυκτίς, plur. Epinyctides, puſtulæ dicuntur in tibiis aut pedibus noctu maxime infeſtantes, a quo & nomen habent. Plin. 23, 8 *Amygdalæ epinyctidas ſanant.* Et 36, 19 *Melilites lapis epinyctidas tollit.* ¶ 2. Eſt & *Epinyctis* ulcus in oculi anguło perpetuo humore manans, Plinio 20, 6. ¶ 3. Item rerum nocturnarum commentarius, auctore Budæo.

Epipactis, *ĭdis*, f. ἐπιπακτίς, frutex, quem alii *Eleborinem* vocant. Plin. 13, 20. Dioſc. 4, 104.

Ēpĭpĕdonicus, *a, um*, quod eſt ἐν ἐπιπέδῳ, in loci ſuperficie; ut, *terminus epipedonicus*, ein mittelrain, feldrain. Front. de Col. Geſſ p. 112 & 133.

Epipentamiron, vide *Pentamiron.*

Epipetros, *i*, m. ἐπίπετρος, herba, quæ & Acinos, ſponte naſcens & nunquam florens, Plin. 21, 15.

Epiphanes, *is*, m. aliquot Antiochorum, Syriæ regum, cognomen, præcipue illius, qui Antiochi Magni filius, Philopatoris frater, pater Eupatoris fuit. Adde Vaillantium in nummis Antiochi VI & VIII & Spanh. diſſ. 7 p. 425 ſq. qui diſſ. 8 p. 466 obſervat, Parthos quoque eo cognomine usos. ¶ 2. Eſt etiam Ptolemæus *Epiphanes* cognominatus, quintus Lagidarum Ægypti regum. Strab. lib. 17 p. 547. ¶ 3. Alius rex *Epiphanes* Tacito memoratur Hiſt. 2, 25 filius Antiochi Comageni.

¶ Epiphanēa, ſive Epiphania, *æ*, f. urbs Ciliciæ, ſub Amano monte, cujus Cicero fam. 15, 4 mentionem fecit: & Plin. 5, 27. ¶ 2. Sunt & duæ hujus nominis urbes in Syria, altera, cujus incolas Plinius 5, 23 *Epiphanenſes* vocat, ſita inter Lariſſam & Arethuſam; altera, quæ *ad Euphratem* cognominatur, eoque alluitur, ibid. c. 24. Adde Harduinum in annotatis.

Epiphania, *æ*, f. ἐπιφάνεια, apparitio, manifeſtatio: & Epiphania, *orum*, n. ut, *Dies Epiphaniæ*, vel *epiphaniorum*, der tag der erſcheinung, das feſt der offenbarung, dies Magorum, ſeu omnes potius dies feſtivi in natali Chriſti, quod in iis Deus homo apparuit, ut Nazianzenus ait, *epiphaniæ* vocantur. v. Dorſch. Pentadecad diſſ. 3 § 13, ubi Baronium cathigat. De Epiphaniis deorum gentilium plurimis Iac. Gothofr. diſſert. de Myſter. pietat. p. 105 ſeq.

¶ Epiphanius, *i*, m. Salaminis in Cypro epiſcopus olim ſcriptis clarus, de quo Hieron. Auguſt. & alii.

Ēpĭphonēma, *ătis*, n. ἐπιφώνημα, eſt rei narratæ vel probatæ ſumma acclamatio, plerumque ſententioſa, ſitque per particulas *Tantum, Adeo, Usque adeo, Sic*, & ſimiles; Virg. Georg. 1, 199 *Sic omnia fatis In pejus ruere, &c.* Ovid. Met. 7, 454 *Usque adeo nulla eſt ſincera voluptas: Sollicitumque aliquid lætis intervenit.* Cic. Att. 1, 19 *Quid ego aliorum in me ἐπιφωνήματα expectem?*

Epiphora, Epiphoremata, vide *Phora.*

Epiphyllis, *ĭdis*, f. ἐπιφυλλίς, ultimus in ſummo vitis palmite racemus, qui plerumque parvis rarisque acinis ſero matureſcit, quoniam poſtremus conceptus eſt, ideoque inutilis, & in vindemia plerumque negligitur, eine kleine unreife weintraube. v. Cæl. Rhod. 7, 6. *Epiphyllides ſunt & ampullæ meræ*, proverb. in blandiloquos & verbis magis inſtructos quam factis. vid. Erasm. Adag.

Epiplŏcēle, *es*, f. ἐπιπλοκήλη, deſcenſus omenti, quod ἐπίπλοον Græci dicunt, vulgo *Herniam* vocant, ein bruch. vide *Enterocele.*

Epipŏlæ, *arum*, f. pl. ἐπιπολαί, locus præruptus, Syracuſas contingens, frequens cuſtodiis, Liv. 25, 24.

Epiptĕron, *i*, n. ἐπίπτερον, lens paluſtris, die waſſer-linſe, Matthiolo; φάσκει ὁ ἐπὶ τῶν τελμάτων, ſic ex Dioſcor. 4, 84 adducit Kyberus Argentinenſis; ſed ἐπίπτερον vox in Dioſcoride non reperitur.

Epirhedion, vide *Rhoda*, Epirota, *Epirus.*

EPIRVS, *i*, f. Ἤπειρος, regio sita inter Macedoniam, Achajam & mare Ionium; cujus partes *Thesprotia*, *Molossia* & *Chaonia* quondam dictæ, Ovid. Met. 8, 282 *Majores bebuda tauros Non habet Epirus, sed habent Sicula arva minores.* Accessit medio ævo *Epirus nova*, vereri a septemtrione adjecta. Sext. Rufus c. 8 extr. *Epiri duæ.*

¶ Epirōta, *æ*, m. Ἠπειρώτης, Epiri incola. Livius 29, 12 &c.

¶ Epirōticus, *a, um*, ἠπειρωτικός, adj. ut, *Epiroticæ possessiones*, Nep. 25, 14, 3, quas Atticus in Epiro habebat. *Mala Epirotica*, Plin. 15, 14 orbiculata. *Epirotica signa*, Sil. 1, 628.

¶ Epirensis, *e*, latina forma idem est. Liv. 8, 17 *Samnites bellum Alexandri Epirensis in Lucanos traxit.*

Episcenium, episcenos, vide infra *Scena.*

EPISCHIS, *idis*, f. ἐπισχίς, Epischidion, *i*, n. ἐπισχίδιον, dimin. cuneus, cuneolus, ein keil. Vitruv. 10, 17, & Bald. Ind. p. 46.

ĔPISCŌPVS, *i*, m. ἐπίσκοπος, ein auffeher. Notione nimir. generali cujusvis rei inspectorem notat. v. Lud. Vives ad Aug. de C. D. 1, 19. Sed speciatim ¶ 1. solebant reges ac civitates ad sibi subjectos populos mittere, qui aut inspicerent eorum res, aut ordinarent ac constituerent, & cum imperio præessent. Hoc Græci ἐπισκέπτεσθαι & ἐπισκοπεῖν, Latini *Visere* & *Visitare*: ipsos autem, qui mittebantur, Athenienses quidem ἐπισκόπους: Spartiani vero ἁρμοστὰς & ἁρμοστῆρας appellabant, ut Harpocration, & qui descripsit hunc Suidas, item Hesychius attestantur. Cic. Att. 7, 11 *Ego negotio præsum non turbulento, vult enim me Pompejus esse, quem tota hac Campana & maritima ora habeat ἐπίσκοπον, ad quem delectus & summa negotii referatur.* ¶ 2. *Episcopi* etiam dicebantur, qui panificio & cæteris rebus venalibus, quæ civitatum populis ad quotidianum victum usui sunt, præerant, ut ex l. 18 § 7 ff. de Mun. & Honorib. constat. ¶ 3. Et quoniam Salvator optimus Christus Iesus a S. Petro ἐπίσκοπος appellatus est, idcirco etiam, qui ejus vicem in terris gerunt præpositi Ecclesiis, sic appellantur, Bischof, quæ vox non minus quam Ital. *Vescovo* & Hisp. *Obispo* &c. Græcam originem utcunque retinent. Hodie in plurimis locis *Superintendentes* vocantur latine. Et ita sane Græcum convertit Augustinus etiam de Civit. Dei 19, 19. Hieron. epist. 1 *Non omnes Episcopi Episcopi sunt: Attendis Petrum, sed & Iudam considera.* ¶ 4. Imperatores etiam Christiani ob curam Ecclesiæ dicebantur Episcopi: *Communem Episcopum a DEO constitutum* Constantinum Imp. appellat Eusebius de vit. Constant. 1, 37, & ipsemet *Episcopum extra Ecclesiam sive templum se* appellavit apud eumd. 4, 24.

¶ Episcopālis, *e*, ad episcopum pertinens, bischöfflich. Prudent. in Cypriano v. 33 *Vsque episcopale Provehitur solium doctor.* Et passione Martyrum Tarraconensium v. 11 *Ad tantum decus ex episcopali Clarae nomine Fructuosus ibat.*

¶ Episcopaliter, adv. id est, ut decet episcopum. Augustin. Confess. 5, 11 *peregrinationem meam episcopaliter dilexit.*

¶ Episcopor, *ari*, Bischoff sein. Sarisb. 7, 8 *Eos episcopari non decet.*

¶ Episcopatus, *ūs*, m. das bisthum, bischöflich amt, ἐπισκοπή. Ammian. 27, 3 (Grut. c. 6,) *Damasus & Ursinus supra humanum modum ad rapiendam episcopatus sedem ardentes.* Ita Valef. p. 480; sed Lindebr. & Boxhorn. *episcopalem sedem.* Invenitur tamen ap. Tertull. de Præscript. c 30; & de Baptismo c. 17.

¶ Episcopius, *a, um*, ἐπισκόπιος, *Phaselus episcopius*, Cic. Att. 14, 16 pro nave exploratoria, ein nau-schiff, so nach kundschafft ausgesandt wird. Sed alii *episcopum*: doctissimi *epicopum* legunt, de quo paullo ante.

¶ Archiepiscopus, *i*, m. ἀρχιεπίσκοπος, princeps Episcopus sive Episcoporum, ein Ertzbischof. v. l. 7 § 8 Cod. de summa Trinit. epist. Hinc

¶ Archiepiscopālis, *e*, & Archiepiscopatus, *ūs*, m.

Chorepiscopus, vide supra in C.

¶ Coepiscopus, *i*, m. ein mitbischoff. Sid. ep. 4, 25 *Consilio cum coëpiscopis communicato.* conf. Hieron. adv. Lucif. c. 9; & l. 7 § 7 C. de summa Trin.

¶ Pseudoepiscŏpus, *i*, m. falsus episcopus, Cyprian. epist. 55, 11.

EPISCŸNIVM, *i*, n. ἐπισκύνιον, supercilium, cum nota severitatis, uti usus est Tertull. de Pallio c. 4 *Censoria intentionis episcynio dispersa.* conf. Turneb. Advers. 7, 20, & Salmas. de Pall. p. 342.

EPISĪTIVS, *i*, m. idem qui paralitus, ein fuchsschwäntzer, schmarutzer; qui cibi modo gratia subservit laborative. Nam & *Episitia* vocamus, quæ in alimoniam dantur. v. Cæl. Rhodig. 7, 1.

Episodion, vide *Oda*, Epispasticus, *Spasmus.*

EPISTĂTES, *æ*, m. ἐπιστάτης, qui rei alicui gerendæ præpositus est, præses, procurator, dispensator, œconomus, ein schaffner, verwalter; ab ἐπίστημι. Cato de R. R. c. 56 *villico, villicæ, epistatæ, opilioni.* Ita legendum cum Popma, ut inter *villicæ* & *epistatæ* interpungatur, quod vulgo negligunt, quasi fœmininum *epistata* sit, & cum *villica* connexum. ¶ 2. Apud Athenienses *Epistates* dictus, unus e senatoribus, h. e. antistes seu præses, cui id forte evenerat, ut custodiret templum, in quo ærarium erat, claves & publicum sigillum. &c. v. Suid.

¶ Epistathmus, *i*, m. ἐπίσταθμος, præfectus σταθμῶν, mansionum curator, hospitiorum scilicet in comitatu principis aut legati, ducisve exercitus, der fourier, quartier-meister. v. Plutarch. Conviv. quæst. 1, 1. Hinc

¶ Epistarhmia, *æ*, f. ἐπισταθμία, hospitii procuratio. Cic. Att. 13, 52 *Habet hospitium, sive ἐπισταθμίαν odiosam.*

ĔPISTŎLA, *æ*, f. animi scribentis simulacrum, εἰκὼν τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, ut Demetrius dixit. Ἐπιστολὴ ab ἐπιστέλλω, mitto, ein sendbrief, schreiben, mitin. Cic. ad Qu. fratr. 1, 1, 13 *Epistolæ proprium est, ut is, ad quem scribitur, de his rebus, quas ignorat, certior fiat.* Id. fam. 2, 4 *Epistolæ inventa, ut certiores faceremus absentes, si quid esset, quod eos scire, aut nostra aut ipsorum interesset.* Id. Att. 1, 13 *Epistolæ cum humanitatis sparsæ sale, tum insignes amoris notis.* Et p. p. *Quotus quisque est tabellarius, qui epistolam paullo graviorem ferre possit, nisi eam pellectione relevarit.* Et ibid. 2, 11 *Epistola ponderosa plena omnium non modo actorum, sed etiam opinionum tuarum.* Id. Att. 16, 11 *Epistola longissima quæque optima videtur.* Et rursus ad Quint. Fr. 1, 1, 16 *Longissima quaque epistola maxime delector.* Quod tamen non in universum accipiendum, sed ad certa tempora, personas ac res referendum est. Alias enim propria epistolæ virtus, brevitas: quam eam ob caussam *Siniſtram manum haud implere debere*, Seneca scripsit ep. 45 extr. & Cic. fam. 9, 21 *Epistolas quotidianis verbis texere solemus.* Id. Att. 12, 1 med. *Cum complicarem hanc epistolam. Epistolam tradere. Resignare epistolam*, Cic. Att. 11, 9. *Solvere epistolam*, erbrechen. Nep. 23, 11, 3. 11, 4, quod 4, 1 *epistolæ vincula laxare* dixit. *Epistolam obsignare; annuli sigillum imprimere epistolæ, &c.* zusiegeln, Curt. 3, 7, 12 & 14. ¶ 4. Iustinus fere hoc proprium habet, ut plurali numero apud eum *Epistolæ* pro singulari dicantur, sicut literæ. vid. 1, 6, 1. It. 11, 12, 3 *Interjecto tempore alie epistole Darii redduntur.* Et mox § 9 *Scribit & tertias epistolas.* conf. 17, 2, 9; & 20, 5, 12. ¶ 3. Epistolarum nomine rescripta quoque principum & Codicilli atque diplomata veniunt. Nep. 25, 7, 3 *Attici quies tantopere Cæsari fuit grata, ut victor cum privatis pecunias per epistolas imperaret, &c.* Vlpian. de Officio Quæstoris § ult. *Ex his* (Quæstoribus) *sicut diximus, quidam sunt, qui CANDIDATI PRINCIPIS dicebantur, quique epistolas ejus in Senatu legunt.* Paullo ante *libros principales* dixerat. Suetonius quoque Aug. c. 65 *libellos* vocat. Vocabantur & *Orationes*, de quo infra suo loco. vid. Donat. Marcell. ad Ann. Tacit. 3, 44, & Casaub. ad Suet. p. 178. Ac hæ Epistolæ ut a familiaribus distinguerentur *formales* appellabantur. Suet. Domit. c. 13 *Pari arrogantia cum procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam, sic cœpit &c. Formales* a formando: quod in vim legis transituræ, majore cura, & fere de consilii sententia certa aliqua formula conciperentur, ut Torrentius ad Suet. Domit. c. 20 explicat. Græcis ἐγκυκλίους ἐπιστολὰς vocatas Casaubonus observat. Capitolinus in Antonino simpliciter *Formas* appellat. Nec aliter ICti, ut ibidem observat Casaubonus. ¶ 4. Sed & Pontificum & Episcoporum epistolæ, quibus commendant clericos, & commeatum iis indulgent, *formatæ* appellabantur: de quibus vide Savaronium ad Sidonii 6 epist. 9 extr. & 7 epist. 1. ¶ 5. *Ab epistolis* dicitur minister vel servus, qui præest epistolis, ein secretair oder schreiber, Suet. Claud. c. 28. Memineris autem, in ejusmodi locutionibus, *ab epistolis, a pedibus*, semper subintelligi, aliquando vero etiam addi nomen *servus*, vel *libertus.* Frequens hoc in vetustis inscriptionibus: v. g. apud Grut. p. 482 n. 3 T. VARIO CLEMENTI AB EPISTVLIS AVGVSTOR. Et p. 566 n. 4 AVG. LIB. AB EPISTVLIS. Veteres enim *Epistola* & *Epistula* scripserunt.

¶ Epistŏlium, *i*, n. ἐπιστόλιον, dimin. Catull. epigr. 69, 2 ad Manlium: *Conscriptum lacrimis mittis epistolium.* Adde antiquam Inscriptionem in Manut. Orthograph.

¶ Epistŏlāris, *e*; ut, *Epistolaris charta*, schreib-papier. Martial. in lemmate 14 epigr. 11. Et, *Epistolare colloquium*, brief-wechsel. Augustin. epist. 5 ad Marcellin. sub initium.

¶ Epistolicus, *a, um*, adj. idem. *Epistolicæ quæstiones*, Gell. 14, 7. Usus etiam est in præfatione operis.

¶ Epistolārius, *i*, m. qui epistolam adfert. Salvian. lib. 5 Gub. p. 174 (110 Baluz.) *Veniunt plerumque novi nuntii, novi epistolarii a summis sublimitatibus missi.*

ĔPISTŎMIVM, *i*, n. ἐπιστόμιον, obturaculum, seu æramentum, quod os vasis vel claudit, vel laxat, der hahn am faß, daraus man zapffet. Senec. ep. 86 de luxu Romanorum in balneis: *aquam argentea epistomia fuderunt.* ¶ 2. Sed & obturaculum illud, quod ori dolii inseritur idque obstruit, *epistomium* dici potest, der spont, zapf. ¶ 3. Vitruv. 10, 13 *epistomia* etiam dixit in canalibus hydraulicis obturacula spiritum vel continentia vel laxantia, ut opus est, wirbel, stöpsel.

Epistrophe, vide *Strophe*, Epistylium, vide *Stylus.*

Epitaphista, epitaphium, vide *Taphus.*

EPITĂSIS, *is*, f. ἐπίτασις, intensio, occurrit hæc vox apud Grammaticos, ut si dicam, *Epitasis est in hac vel illa voce*, i. e. emphasis, dis wort hat etwas nachtiges auf sich, ist mercklich. ¶ 2. In Comœdiis ἐπίτασις, pars est illa turbulenta & contentiosa ante Catastrophen. v. *Comœdia.*

Epithalamium, vide *Thalamus*, Epitheca, *Theca*, Epithematium, *Thema*, Epithesis, epitheton, *Thesis.*

Epithymum, vide infra *Thymus.*

EPITIMIA, *æ*, f. ἐπιτιμία, honor, bona existimatio. Modest. l. 21 § 2 de Tut. & Cur. *Manente epitimia*, i. e. salvo honore. Alii exponunt de prohibitione & pœna.

EPITITHĪDES, *um*, f. pl. ἐπιτιθίδες, suprema membra coronidis, quæ fastigio summo superimponuntur. vid. Vitruv. 3, 3, & Baldi Lex. p. 47.

Epitogium, vide *Toga*, Epitome &c. *Tome*, Epitonium, *Tonus.*

EPITOXIS, *idis*, f. ἐπιτοξίς, der lauff des armbrusts. Τόξον arcus est. Vitruv. 10, 15 de catapultis loquens: *Epitoxidos longitudo &c.* Ita græce susceptivum teli cavum vocant. v. Baldi Lex. Vitruv. p. 47, & Turnebi Advers. 2, 4.

ĔPĪTRĪTVS, *i*, m. ἐπίτριτος, pes tetrasyllabus in versu. Epitriti quatuor sunt: primus *v --- Salutantes.* Secundus *- v -- Concitati.* Tertius *-- v - Communicant.* Quartus *--- v Incantare.* ¶ 2. De *epitrito numero* v. Gell. 18, 14. Vitruv. 3, 1, & Salmas. de modo usur. p. 17.

Epitrochasmus, vide *Trochus.*

EPITVS, *i*, m. mons in sinu Thermaico, Plin. 4, 10. ¶ 2. Apud Alex. ab Alex. 3, 10 per manifestum errorem *Epitus* dicitur, qui fuit Ennius, poëta, qui primus Latinorum Heroica attigit, &c. conf. *Epytus.*

ĔPĪTŸRVM, *i*, n. ἐπίτυρον, conditura olivæ, cujus rationem explicat Colum. 12, 47, eingemachte olive. *Epityrum* apud Plaut. legitur in Milit. 1, 1, 24. Nomen habet, non quod in eo τυρὸς sive caseus esset; sed quod caseo accederet, sive cum caseo apponeretur. vid. interpretes Plaut.

EPĪVRVS, *i*, m. ἔπίουρος, prima notione custos, & deinde paxillus est, cujus usus in rebus compingendis & conservandis, ne dissipentur, ein pflock, nagel, Pallad. 12, 7, 14 de pruno: *oleastri epiurum infige radici.* Sed vid. no. Gesneri.

EPIZEVXIS, *is*, f. ἐπίζευξις, inter figuras rhetoricas vocatur immediata ejusdem vocis repetitio. e. g. *Ab Corydon, Corydon, &c.* Virg. ecl. 2, 69. Vocatur etiam *Epimone.*

EPIZYGIS, *idis*, f. ἐπίζυγις, foramen arcus balistarii, seu locamentum potius balistæ, sive fibula illa ossea, & transversa clavicula, quæ nervum deductum recipit & retinet, die kerbe des armbrusts. v. *Crena*, & Vitruv. 10, 17.

ĔPŎCHA, *æ*, f. ἐποχή, est initium certum aliquod, unde anni numerantur, quod principium etiam *Æra*, rectius *Era* appellatur, die jahrs-rechnung. Sic Christianorum Epocha a Christo nato, Græcorum ab Olympiadum initio, Romanorum a condita Roma &c. Cum itaque *Epocha* nihil sit aliud, quam regni cujusque aut imperii initium, & temporis quasi retinaculum, quo velut certo & fixo signo continentur historiæ, ne sine meta atque carceribus vagentur, nomen accepit ἀπὸ τοῦ ἐπέχειν, i. e. *sistendo*, vel *cohibendo*, aut denique *remorando*. v. Epochas collectas a Iot. Scalig. lib. 6 de Emend. temp.

ĔPŎDES, *is*, m. ἐπώδης, *male olens*, ab ἔποζω, *oleo*, genus piscis, ein stockfisch, Plin. 32, 11. Mediam corripit Ovid. Halieut. v. 126 *Tunc epodes lati, tunc molles tergore ranæ.*

Epodus, vide infra *Oda*.

ĔPŌMIS, *idis*, f. ἐπωμις, vestimenti genus brevioris, quod humeris injicitur, quasi dicas *Superhumerale*, ein kurtzer mantel, Pollux 7, 13. ¶ 2. Id. etiam 2, 4 n. 29 & 31 in partibus scapularum & manuum numerat ἐπωμίδα.

Epona, vide *Hippona*.

ĔPŌPS, *ōpis*, c. ὁ ἔποψ, ein wiedhopf. Pollux 5, 13 n. 2 de avium vocibus: ἔποπας ποπίζειν, *upupas popisseare*, scil. ὄπιες, *dices*. Prov. *Epops cum cygno, pica cum luscinia certat*, ein ungleich paar. v. Chil. adde Ovid. Met. 6, 674; & Virg. Cul. v. 253.

¶ Epopeus, *ei*, m. gubernator navis, Ovid. Met. 3, 619.

ĔPOPTA, *æ*, m. plur. Epoptæ, qui ad ipsa sacra interiora Cereris admissi, *majora*, quæ dicebantur, *mysteria* tractabant: *mystæ* enim sive *initiati* tantum *minoribus* dediti intra vestibulum consistebant. v. Scalig. ad lib. 3 Tibull. & lib. 5 de Emend. temp. nec non Calaub. ad Athenæum. De Epoptis Eleusinioram vide etiam Tertullianum, principio libri contra Valentinianos.

¶ Epopticus, *a, um*, adj. ut, *Disputationes epopticæ*, quas Chalcidius in Timæum Platonis *naturalibus* opponit. v. cum p. 220 & 370.

ĔPOS, n. in gen. *Epeos*, ἔπους, proprie carmen Heroicum, ein heroisch gedicht. Martial. ad Tuccam 12 epigr. 94 *Scribevamus epos, capisti scribere, cessa.* Adde Hor. sat. 1, 10, 43.

¶ Epicus, *a, um*, ἐπικὸς, heroisch; ut, *Epicus versus*, hexameter; quem *longum* Ennius vocat. *Poeta epicus* Ennius dicitur a Cic. de opt. gen. Orat. c. 1. Sed Quintil. 10, 1 *Stesichorus epici carminis onera lyra sustinet*, i. e. ad naturam heroicæ poëseos accedit. Dicimedes, vetus gramm. lib. 3 p. 493, *Versus Heroicus diversis vocabulis appellatur. Idem enim & Hexameter, vel Pythius, vel Epicus, vel Priapeus, & Bucolicus vocatur.*

Epostracismus, vide *Ostrea*, Epoto, epotus, *Poto.*

ĔPŬLIS, *idis*, f. ἐπουλὶς, excrescentia gingivæ, caruncula inter dentes gingivis enata, das fleisch zwischen den zähnen. Cæl. Rhodig. 4, 1.

ĔPŬLUM, *i*, n. solenne & publicum convivium, sive in dedicatione templi, sive in triumpho, sive in funere, sive ludorum caussa, quale apud Romanos exhibebant Imperatores, ein banquet, gastereyherrlich mahl. *In Iovis epulo num alibi quam in capitolio salvumve fuscipi possit*, quæritur Liv. 5, 52 pr. vid. *Epulones* n. 2. Cic. in Vatin. c. 12 extr. *Epulum funebre*, ein trauer-essen, Plin. 20, 11 sunt *defunctorum epulæ ferales.* Suet. Cæs. c. 38 *Adjecit epulum ac visceralionem, & post Hispaniensem victoriam duo prandia.* Vbi non frustra *Epulum* & *Prandia* distinguit. Nam *Epulum* ad magistratus & senatum, (unde & inter senatorum privilegia erat jus epulandi publice, de quo idem Suet. Aug. c. 35,) *Prandia* ad populum pertinebant. Id. Tiber. c. 20 *Prandium dein Pop. mille mensis, & congiarium trecenos nummos viritim dedit.* Itaque cum Id. Iulio c. 26 scribit: *Munus populo, epulumque pronunciavit in filiæ memoriam:* non ita accipiendum, ut munus, sive spectaculum gladiatorium cum epulo promiserit populo; sed quod spectaculum seu ludos populo, magistratibus autem & senatui epulum pronunciaverit. Celebrabantur autem hæ epulæ de die, hoc est, meridie, hora quinta aut sexta, cum prandere alias solebant, de quo Salmasius ad Vopiscum. Iuvenal. 3, 229 *Vnde epulum possis centum dare Pythagoreis.*

¶ Epulæ, *arum*, f. plur. allerley kost und speise. vid. Vall. 4, 23. *Epulæ lautæ, lautiores*, Suet. 1 Silv. 6, 32. *Solennes epulæ*, Tac. Ann. 1, 50, 4. *Epulis accumbere*, Virg. Æn. 1, 79. *Mensæ conquisitissimis epulis exstructæ, instructæ*, Cic. Tusc. 5, 21. *Adhibere fides ac tibias veterum Romanorum epulis moris fuit*, i. e. conviviis, Quintil. 1, 10. *Adire epulas*, Ovid. Am. 1, 4 pr. zu gaste gehen. ¶ 2. *Epulam* antiqui etiam singulariter posuere, teste Festo Pompejo.

¶ Epularis, *e*, adj. zur mahlzeit gehörig; ut, *Epularia sacrificium*, Cic. de Orat. 3, 8. *Epularis dies*, Suet. Domit. c. 13, ein gast tag. *Accubatio epularis*, Cic. de Senect. c. 13. *Epularis sermo*, id est, convivalis, tisch- oder gast-gespräch, Apul. lib. 2 p. 123. ¶ 2. *Epulares* appellabantur, qui in quibusdam ludis nocte epulabantur. Fest.

¶ Epulo, *ōnis*, m. conviva, ein gast. Apul. lib. 2 Mil. *Frequens ibi numerus epulonum, &, utpote apud primatem fœminam, pios ipse civitatis.* ¶ 2. *Epulones* Romanis etiam erant, ut Festus auctor est, qui epulas indicendi Iovi cæterisque diis potestatem habebant. His epulis ordinandis (lectisternia vocabant) qui præessent, inirio *Triumviri Epulones* dicti. Cic. 3 de Orat. 19 *Vt pontifices veteres, propter sacrificiorum multitudinem, tres viros Epulones ex. roberunt, cum essent ipsi a Numa, ut etiam ludorum epulare sacrificium facerent, instituti* &c. Adde Livium 33, 42. Postea facti *Septemviri*. Vetus Inscr. ap. Grut. p. 227 n. 1 Augusto dedicata: SACERDOTI BONÆ DEÆ ET COLLEG VII VIR. EPVLON. Et Plin. 2 ep. 11 *Septemvir epulonum*, vel aliquis e collegio eorum, qui sacris epulis profuciebant. ¶ 3. Est & nomen proprium viri, Virg. Æn. 12, 459.

¶ Epulonus, *i*, m. idem. Apul. 9 Met. *Inter epulones caseum dividere.*

¶ Coëpulonus, *i*, m. qui epulatur cum alio. Apud Plautum est Persa 1, 3, 20 *Te coëpulonus compellat tuus.*

¶ Epulor, *atus sum*, *ari*, convivari, gastiren halten, banquetiren, schmausen. Liv. 24, 16 *In publico epulari.* Nep. 4, 3, 2 *Epulari luxuriosius.* Cic. Att. 5, 9 *Saliarem in modum epulari.* Virg. Æn. 3, 224 *Dapibus epulamur opimis.* ¶ 2. Transitive, comedere, essen. Ovid. Met. 15, 110 *Corpora non epulanda fuerunt.* Sen. Thyeste v. 750 *Avibus ferisque epulandum aliquem tradere*, quod passivum arguit etiam activum cum quarto casu componi posse, ut *carnem humanam epulari*, Hyginus dixit fab. 125. Alias neutrum est, uti ex superioribus liquet; & Tac. Hist. 3, 38, 3 *Epulari apud aliquem*, bey einem zu gaste seyn.

¶ Epulatus, *a, um*, der da gegessen hat. Cic. Tusc. 1, 47 *Epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse.*

¶ Epulatio, *ōnis*, f. ἐσίασις, die gastierung. Colum. 12, 9 *Quæ ad mensam quotidianam aut epulationem pertinent.* Adde Petron. c. 141; & Suet. Cal. c. 18.

¶ Epulatitius, *a, um*, qui epulis dat operam, schmausend. Gloss. Isidor.

¶ Epulator, *ōris*, m. idem qui epulo, Augustino tribuitur.

EPŸTUS, *i*, m. Albæ rex, Ovid. Fast. 4, 44, al. *Epitus.* conf. Strat. Theb. 10, 397.

Eques, equestris, quære in *Equus*, Equidem, *Quidem*, Equiria, equiso, equito, &c. *Equus*, Equirine, *Quirinus.*

ĔQVVS, *i*, m. ein pferd, ros gall. *Acer, generosus, arduus, asper, bellator, spumans, anhelans, &c.* Poëtarum epitheta sunt. *Equus candidus*, ein schimmel. *Ater*, ein rapp. *Spadiceus, puniceus, rufus*, braun. *Giltus*, saal. *Scutulatus, maculosus, difformis, varius*, eine schäcke. *Rufus*, ein fuchs. *Equus macie corruptus*, ein dürres pferd. *Frenatus, paratus*, das fertig gemacht. *Auratus equus* ap. Prop. 8 El. 12, propter frena, ephippia, bullas & ungulas auratas, dicitur, pro quo *æratas* Passeratius legere mavult. *Durior oris equus*, Ovid. Am. 2, 9, 30, ein hartmäulig pferd. Equi Solis ab Ovidio numerantur *Pyroïs*, rubens, *Eous*, candicans, *Æthon*, coruscans, *Phlegon*, nigricans. Vide de singulis suo loco. Apul. lib. 7 Milet. *Equi rivalem summo fuventes persequuntur odio. Hic elatis in altum vastis pectoribus, arduus capite, & sublimis cervice, primoribus in me pugillatur ungulis: ille terga pulposis torulis obesa convertens, postremis velitatur calcibus: alius hinnitu maligno comminatus, remissis auribus, dentiumque candentium venudatis hastis totum me commorsicat. Sic apud Historiam de Rege Thracio* (Diomede) *legeram, qui miseros hospites ferinis equis suis lacerandos devorandosque porrigebat. Equo vebi*, Cic. Div. 2, 68, reiten. *In equum ascendere*, Id. de Senect. c. 10. *Insilire in equum*, Liv. 6, 7, aufsitzen. *Equo insidere*, Aur. Victor. in Fabio Rulliano. *Equum incitare*, Cæs. B. Gall. 4, 24, anstechen. *Equum concitare in aliquem*, Nep. 16, 5, 4. *Equo concitato vebi*, Id. 14, 4, 5, rennen. *Equo gestari*, Martial. 1, epigr. 13. *Equo sedere, & equum sedere*, reiten; Spartian. Adriano c. 22 *Sederi equos in civitatibus non sivit.* Et, *in equo ire*: Ovid. Trist. 5, 7, 14 *Per mœstas in equis itque reditque vias. Super equos ire*, Iustin. 41, 8. *Ire* autem *equis* non tantum de illis qui equis, sed etiam qui currui insident, usurpari docet Burman. ad Ovid. Art. Amat. L. 1, 214. *Equo desilire*, vom pferde springen, absteigen; quod & honoris habendi caussa fiebat; de quo Lipsius Elector. 1, 21. *Equus exultat*, das pferd springet: *calces remittit*, es schlägt aus, Nep. 18, 5, 5. Ovid. Fast. 3, 130 *Legitimo quique merebat equo*, est eques Rom. *Adducere equum*, anhalten, die zügel anziehen. *Admittere equum*, est celeri cursu equum in aliquem concitare. Liv. 2, 19 *In Postumium Tarquinius Superbus - - equum infestas admisit*, ubi v. Drakenb. *Avertere equum*, wenden. Ovid. de arte 3, 785 quanquam de re obscena *Tu quoque, cui rugis uterum Lucina notavit, Vt celer aversis utere Parthus equis. Equo vebi*, ad superbiam interpretatus est Plato. Et habet revera id aliquid speciei ac dignitatis. Vnde nec omnibus ire in equis, per urbes puta & civitates, licuit. Quo illud Claudii pertinet, de quo Sueton. ejus vita c. 25 *Viatores ne per Italiæ oppida, nisi aut pedibus, aut sella, aut lectica transirent, monuit edicto.* Torrentius quidem hic respexisse Claudium putat, ne viæ cotrumperentur: Ego vero eo, quod dixi, retulerim, atque id civitatum honori crediderim datum. Sane prohibuisse Hadrianum & Marcum Philotophum, equis atque vehiculis uti in civitate, Spartianus & Capitolinus eorum vitis testantur: & in Aureliano Vopiscus: *Invidiosum*, inquit, *erat, vehiculis in civitate uti.* Etiam Valentinianus & Valens Impp. nonnisi certis & honoratis personis usum equorum concesserunt, de quo Cod. Theod. L. 9 tit. 30 legere est. De Græcis vid. Nepos Timol. fub fin. Vide de Equis Plin. 39, 49, & Lipf. epist. Cent. 3 ad Belgas epist. 56. Ph. Caroli ad Agell. p. 203 seqq. Patrias equorum nobilium disce ex Iac. Gothofr. ad L. 1 C. Theod. de equis curul. & ad L. un. C. Theod. de grege dominico. Itemque viris doctis ad Gratii Cyneg. 503. Præstantissimi erant Medi, κενταυρίδαι, καππαδόκαι v. Lucian. adv. Indoct. p. 381 extr. Genealogiæ etiam nobilium equorum observatæ v. Græv. præfat. Tom. IX antiquitt. De equis athletis & agonistis multa Faber Agonist. L. 2 c. 28. *Marti indolatos equos*, vid. apud Festum in *Equi.* ¶ 2. *Equus Trojanus* a Cicerone aliquoties pro insidiis occultatis & periculo præsenti usurpatur, vide *Dureus* vel *durateus*: (Homer. de eo agit Odyss. 6. v. 500 seqq. ubi Demodocus Trojæ ruinam coram Alcinoo canit). Ceterum de equo Trojano, cujusmodi fuerit, Plin. 7, 56 nc: *Equum, qui nunc aries appellatur, in navalibus machinis Epeum ad Trojam invenisse dicunt.* conf. Barth. ad Statii Silv. p. 17, 18. ¶ 3. *Equis & quadrigis*, & *Velis equisque*, &c. locutiones sunt proverbiales, pro eo, quod est omni conatu, mit aller macht, nach vermögen. Ita Cic. Off. 3, 33 *Cum his viris equisque, ut dicitur, si honestatem tueri ac retinere sententia est, decertandum.* add. tam. 9, 7 *Equis virisque.* conf. Flor. 2, 7, 8, & Parei Lex. Crit. p. 420. ¶ 4. De *equis solis, lunæ, aurore, luciferi, noctis*, Vid. quæ constipat Burm. ad Rutil. Itin. 1, 511. Equi Plutonis recensentur Claud. de Ra. Pro. 1, 283.

¶ Equa, *æ*, f. eine stute, mutter-pferd. *Trima equa*, Horat. 3 od. 11, 9. *Equa apta quadrigis*, ib. 2, 16, 31. *Fortis equus visæ semper adhinnit equæ*, Ovid. Remed. am. v. 634. conf. Lucret. 5, 1073. De equabus Lusitanicis Pavonio flante concipientibus Varro 2, 1, Columell. 6, 27;

Plin. 7, 42; Sil. 3, 380; Virg. Georg. 3, 275. Plur. *Equis* pro *Equabus* apud Plin. 7, 41: & Columell. 1, 73.

¶ Equuleus, *i*, m. dimin. &

¶ Equulus, *i*, m. utroque enim Cicero utitur, pullum significat aut parvum equum, ein füllen, klein pferd; ut de N. D. 2, 14 *Omnia in perfecto & matura melius: ut in equo quam in equulo, &c.* Id. Verr. 4, 20 *Et in his equitabit equuleis.* ¶ 2. *Equuleus* tormenti genus est. *Eculeo imponi*, (nam *Equuleus* & *Eculeus* scribitur) Curt. 6, 10, 10, auf die leiter gespannet werden. *Quæstio in eculeo* est, cum vi tormentorum veritas eruitur, eine peinliche frage, folter, Cic. pro M. l. c. 21 extr. vide Turetum ad Paullinum de vita B. Martini 5, 47, & HS. Hieronym. ej lib. 49 ad Innocent. de muliere septies icta, Turneb. Advers. 15, 16, Brod. 2, 9, Barth. ad Stat. Silv. p. 175. Erat nimirum stipes, cui velut equo noxii imponebantur, & iudiculis sive nervis ac chordis, quæ eculeo semper annexæ erant, extendebantur, ita ut illa torura ossium compago divelleretur. Sen. ep. 8 *Eculeo longior factus.*

¶ Equŭla, & Equĭla, *æ*, f. Plaut. Cist. 4, 2, 68 *Albinnire equulam, &c.* admisit cum Lambino Pareus, omisit Taubm. quem vide p. 466. Varro ap Nonium 2, 290 *Asinus, qui suam saliat equilam.*

¶ Equĭle, *is*, n. equorum stabulum, ein pferd-ſtall. Caro R. R. c. 14.

¶ Equīnus, *a, um*, adject. vom roß, vom pferde; ut, *Caudæ equinæ pilos vendere*, Horat. 2 ep. 1, 45. Et, *Iuba equina*, die mähne, Plin. 2, 25. *Seta equina*, pferde-haar, Cic. Tusc. 5, 20. *Equinum pecus*, pferde-vieh, Varr. R. R. 7, 2; Colum. 6, 27: & Virg. Georg. 3, 72.

¶ Equārius, *a, um*, zun pferden gehörig; adject. & subst. Solinus c. 57 (al. 45) de Bucephalo: *Cum ab equariis suo etiam molliter sedi veretur: accepto regio stratu, neminem unquam alium, præter dominum, vehere dignatus est. Equarius* igitur est Equito, ein ſtall-knecht. Varro præfat. 2 de R. R. *Pecuarias habui grandes, in Apulia ovariias, & in Reatino equarias*, subaudi, *res*, ſtuterenen. *Equarius medicus*, Val. Max. 9, 25, 2, ein pferd-arzt. Gloss. gr. lat. *ἱπποναμεὺς, equarius, equi pastor.*

¶ Equīria, *orum*, n. pl. ludi, *quos Romulus Marti instituit per equorum cursum, qui in campo Martio exercebantur*, Fest. & Varro l. L. 5, 3, thurnier, ritterſpiel. Ovid Fast 2, 859 *Ite vero positum permansit Equiria nomen.* Tertulian. de Spectac. c. 5 *Equiria Marti Romulus dixit.*

¶ Equĭto, *ōnis*, m. ein pferd-hirt, reit-knecht, bereuter. Val. Max. 7, 3 extr. 2 *Darius acumine equisonis sui proscorum exoptatæ rei effectum assecutus est.* Vtus aliquoties Varro est apud Nonium: v. gr. 2, 288 *equisonem docent tolutim.*

¶ Equitātus, *i*, n. armentum equorum, die ſtuterey. Vlpian. L. 1 § ult. Dig. de rei vindicat. *Idem de armento, & de equitio, cæteroque, quæ gregatim pascuntur, dicendum est.* Adde L. 12 § 4 de usu & habitatione. Habent etiam MSS. Cod. 6, 27, 1.

¶ Equitius, *i*, m. cognomen familiæ Romanæ ab equino pecore deductum. v. Varr. R. R. 2, 1.

¶ Equitiārius, *i*, m. qui præest equitio, ein bereuter, ſtallmeiſter. Iul Firmicus Astrol. 8, 13 *Centauro oriente qui natus fuerit, aut erit auriga, aut equorum nutritor & cultor, vel eorum exercitator, aut mulomedicus, vel equitiarius.* Gloss. lat. gr. *Equitiarius, ἱππικός.*

¶ Eques, *ĭtis*, m. ein reiſiger, reiter. Proprie, homo insidens equo. Plaut. Mil. 2, 5, 54 *Neque eques neque pedes.* Prov. *Eques equitare novit & cantor canere.* ¶ 2. Notandum autem, *equitem* tam hominem insidentem equo, quam equum ipsum notare; de quo Gell. 18, 5, & Philarg. ad Virg. Georg. 3, 116. Inde Horat. epod. 16, 11 *Vrbem eques sonante verberabit ungula.* Vbi *eques* equus est ab equite insessus. Neque enim equiti ungula est, qua verberet solum urbis, nisi forte per *ungulam* subintelligas ungulam equi. Prop. 4, 3, 36 *Quot sine aqua Parthus millia currat eques.* vid. Brouckh. ad h. l. Sed & Minucius Felix Octavio c. *Festis & Circensibus, qui equitis sui Imolæ vel nere hictum profudit sanguinis conquavit.* Neque audio hic Wowerium *Equitis in equi* commutantem. Vt neque illum, qui apud Cæsarem de B. Civ. 2, 35 pro, *Omnes homines equitesque producebantur: Capti homines equique, &c.* retentibit. ¶ 3. Elegans quo que tyrocinio est, cum *Eques*, singulari numero, pro equitatu seu equestri exercitu ponitur: quod etiam in *Pedes* observantur, & in *Miles*. Tac. Ann. 1, 60, 3 *Simul pedes, equo, classis, apud præditum omnem convenire.* Sic & Florus 2, 6, 13, & 3, 1, 34. ¶ 4. *Eques* & ordinem Senatorio proximum Romæ denotat. Alii horum dicti *illustres, insignes, splendidi*: quibus velut opponebantur, quos Tac. Ann. 1, 73, 1 *medios* dixit. vid. Lipt. ad Tac. p. 263, & infra in *Splendidus.* Sed una conjunge Ryckium in Taciti Ann. 2, 59, 4, qui Lipsii sententiam refutat. Quando equis mereri inceperint, & alia de equitibus v. Liv. 5, 7, & quæ ibi Gron. De *transvectione Equitum* & *Equo eorum publico*, Suet. Aug. c. 38 & seq. & ibi Casaubonus atque Torrentius: itemque Lipsi. de Militia Rom. 1 dial. 5.

¶ Equester & Equestris, *e*, quod pertinet ad equitem, reiſig; ut, *Ordo equestris*, qui medius erat, inter patricios & plebem, Plin. 33, 3. Sic Cic. pro Planc. c. 35 extr. *Aderat mecum cunctus equester ordo.* Id. pro Rosc. Am. c. 48 *Equestre nomen* pro *ordine* dixit. Nep. 25, 1, 1 *Equestres ordines continere dignitatem* vide ibi interpretes. ¶ 2. Equo militans: ut, *Copiæ equestres*, Cic. de Fin. 2, 34, der reuterey. *Equestris pugna*, Idem in Verr. 4, 55. *Equestris militia*, quæ equo obitur: item, quam loco equestri nati obire volent, licet in pedestri acie constituti: ut erat *Præfectura castrorum, Tribunatus &c.* v. supra in *Cohors*. conf. Herm. Hugonem ibi de re ex instituto. De *equestrium ludorum* ratione multa discres ex Silio & ejus interpretibus l. 16 præsertim ad 356.

¶ Equestri-um, n pl. Ven. de Benef. 7, 12, ordines dixit 14, in quibus equites sedebant. Erant autem in theatro hi ordines, lege Roscii Othonis primum equitibus, exclusis populo, assignati. In circo enim promiscue spectabant usque ad Neronem, qui mutavit. Lege Suet. Ner. c. 11, & ibi Torrent. Pro in *Equestribus* seu *quatuordecim spectare*, dicitur & *in Equite spectare*. Vide imra in *Senatus.*

¶ Equio, *ire*, equarum est coitum appetentium, läufig oder reitbar ſeyn, roſſen. Plin. 10, 63 *Equas domitas 60 diebus equire.*

¶ Equīmentum, *i*, n. merces, quæ datur pro admissura equi. Varro: *Quantum poposcisses, dedissem equimenti.*

¶ Equito, *avi, atum, are*, equo insidere, equo uti, reiten. Horat. 2 sat. 3, 248 *Ludere par impar, equitare in arundine longa.* Ovid. Met. 12, 468 *Equitavit in orbem*, i. e. in circulum. Adde Gell. 18, 5. *Equitare antiqui dicebant equum publicum mereri*, Fest. Passive Plin. 8, 18 de camelis: *Etiam equitantur in præliis.* Flor. 3, 4, 5 *Dum per flumen equitatur.*

¶ Equĭtātus, *ūs*, m. equitum exercitus, die reiterey, cavallerie. *Instruere aliquem equitatu, peditatu, copiis*, Cic. Phil. 5, 2. *Valere equitatu*, Nep. 18, 3 extr.

¶ Equitātio, *ōnis*, f. das reiten. *Equitationem utilissimam esse stomacho*, Plinius scribit 28, 4. Quin omnium exercitationum, quæ ad futurum regem spectant, habetur præcipua equitandi ratio: quæ in pace jucunda, in bello autem non modo utilis, verum etiam perquam necessaria.

¶ Equitatūra, *æ*, f. idem. Pro equis, quibus utimur in itinere. Sarisb. epist. 285 *Equitaturas & expensas præparare.*

¶ Equĭtābilis, *e*, bequem zu reiten. Curt. 4, 9, 10 *Equitabilis & vasta planicies.*

¶ Equĭferus, *i*, m. equus ferus, ein wild pferd. Plin. 28, 10 *De equiferis non scripserunt Græci, quoniam terræ illæ non gignebant.* Et c. 13 *Suspiriosis efficax est potus equiferorum sanguinis.*

¶ Equimulga, *æ*, m. vel Equimulgus, *i*, m. ein pferd-melcker. Sidon. 4, 1 *Equimulgæ Geloni.* Alii legunt *Equimulgi.*

¶ Equiscētum, *i*, n. herba, cauda equina, ein roß-ſchwantz, kannenkraut, Plin. 26, 13. Vocatur & *Equiſetis* Plin. 18, 28.

Composita cum præpositione.

¶ Abĕquĭto, *are*, wegreiten. *Prætores pavidi abequitabant Syracusas*, ſie ritten eilend in vollem ſchrecken nach Syracus, Liv. 24, 31.

¶ Adequito, *are*, herzu reiten, hinan reiten. Liv. 9, 22 *Ægre fervens, quo tam ferociter adequitasset, inde se fundi fugarique.* Plin. 15, 18 *Collinæ portæ adequitans Hannibal.* Curt. 4, 9, 23 *Iam per armatos adequitare cœpit.* Cæs. de B. G. 1, 46 *Cæsari nunciatum est, equites Ariovisti nostros adequitare.* Liv. 24, 31 *Vt prætores inter tumultum pavidi adequitaverint Syracusas.*

¶ Circumequito, *are*, um etwas herum reiten. Liv. 10, 34 *Circumequitare mœnia atque explorare omnia jubet.*

¶ Coequito, *are*, mit einander reiten; vulgo citatur ex Livii 37, 18, ubi Aldus & æqualis ei Scheferus Moguntinus ediderunt: *coequitaverant autem sex millia equitum*: Frobenius autem, & Gruterus, ac Gronovius, *cum equitatu: erant autem VI millia equitum.*

¶ Inequito, *are*, einher reiten. Apul. lib. 6 p. 177 *Aurora commodum inequitante, vocatæ Psychæ Venus insit talia.* Ita Elmenh. & Pric. ¶ 2. Est & insultare, verächtlich tractiren. Macrob. Sat. 7, 15 *Audet inequitare philosophiæ.* Arnob. 7 p. 235 Mair. *Frustra inequitas nobis*, du mogteſt dich.

¶ Inequitābilis, *e*, da man zu pferde nicht fort kan. *Imber campos lubricos & inequitabiles fecerat*, Curt. 8, 14, 4.

¶ Interequito, *are*, mitten inne, zwiſchen inne reiten. Liv. 6, 7 *Ordines interequitans*; add. 34, 15; & 35, 5.

¶ Obequito, *are*, umher reiten. Liv. 23, 46 *Cum obequitasset hostium tumulis*, & sic semper, ut exempla a Drakenb. ad Liv. 2 c. 45 ostendunt. At cum quarto casu Curt. 3, 10, 4 *Cum agmen obequitaret.*

¶ Pérequito, *are*, durchreiten. Cæs. 4 B. Gall. c. 33 *Per omnes partes perequitant.* Liv. 23, 47 *Claudius cum ex via longe perequitasset.*

¶ Prætĕrequito, *are*, vorüber reiten. Liv. 3, 61 *Plerosque e castris avertant, prætereuntesque absterrent.*

Eradico, vide *Radix*, Erado, *Rado.*

ĔRĀNOS, sive Eranios, *i*, n. gemma, Iaspis borea, Agricolæ, aliis ἴασπις ἐκτέζουσα, ein türkis. ¶ 2. *Eranos* etiam collecta, sive collatio publica dicebatur: qua voce Plin usus 10 epist. 93 & 94, ubi vide Buchnerum. ¶ 3. Item privata, v. Cic. Att. 12, 5 p. 291 Græv.

ĔRANTHĔMON, *i*, n. ἐράνθεμον, herba, sic dicta, quod floreat vere, Plin. 22, 21.

ĔRĀPHIUS, *i*, m. rex Ægypti, qui obeliscum posuit sine notis quadragenûm octonûm cubitorum, Plin. 36, 9.

ĔRĀSINĀDES, *is*, m. dux quidam, qui, ut Suidas refert, Argimusam obsederat. Infeliciter autem pugnatum est, ad internecionem extinctis cum aliis, tum ipso duce. Hinc vulgo de eo, cui res undiquaque male procedunt, dicitur: *Militavit cum Erasinade.* vid. Adag.

ĔRĀSĪNVS, *i*, m. Peloponnesi fluvius in sinu Argolico; vid. Mela 2, 3, 85. *Subit terras rursusque redditur*, Plin. 2, 103. conf. Ovid. Met. 15, 276; & Stat. Theb. 1, 357.

ĔRĀSISTRĀTVS, *i*, m. Ἐρασίστρατος, Medicus eximius, ex Aristotelis familia natus, in quem sæpius invehitur Galenus. Meminit ejus multis in locis Plinius, qui & centum talenta in munus a Rege Antiocho accepisse eum, quod morbum ipsius sanasset, prodidit 28, 15. Hic primus cum Herophilo Anatomiam instituit. vid. supra in *Anatomia.*

ĔRĀTO, *Erato*, f. Ἔρατω, una Musarum, ab amore nomen habens, quod præsit potissimum his, qui heroum amoros canunt. Virg. Æn. 7, 37 *Nunc age, qui reges, Erato, quæ tempora rerum, &c.*

ĔRĀTOSTHĔNES, *is*, m. Philosophus & Poëta Cyrenæus, ex quo Strabo 15 ferm. 44 citat, ὅτιος τε τυχὶ ἴσον ἔχει μένος, &c. *Vinum igni æqualem habet vim.* Et refutat opinionem ejus, quod ante septennium eruditi in literis, inutile esse censuerit, Quintil. 1, 1. Adde Cic. Att. 2, 6; Varr. R. R. 1, 2. Cæs. B. G. 6, 23. Plin. 2, 108.

Ercinia, vide *Hercynia*, Ercisco, erctum, *Herciſco.*

ĔRĔBINTHVS, *i*, m. eine gattung erbſen, fichern: legumen est, flatuosum, copiosi nutrimenti, alvo movendæ habile, ciendæ urinæ idoneum, lacti & semini ingenerando aptum Galen. Cicer. Dioſco-

Dioſcoridi 2, 95. ¶ 2 Heſychio ἐρεβιθῶνος διόνυσος, *nullius rei homo eſt.* v. Eraſm. in Adag. h. v. ¶ 3. Eſt & *Erebinthus* inſulæ nomen, Plin. 5, 32.

ĔRĔBVS, *i*, m. ἔρεβος, orcus, inferi, die hölle. Cic. Nat. D. 3, 17 *Erebo & nocte nati.* Virg. Æn. 6, 247 *Cœloque Ereboque potentem.*

¶ Erĕbēus, *a*, *um*, adj. ἐρεβεῖος. Ovid. in Ibin v. 227 *Pectoraque unxerunt Erebeæ felle colubræ.*

ERECHTHEVS, *ei*, m. vel Erichtheus, Rex Athenienſis, cujus filiæ virgines mortem pro patria contemſiſſe dicuntur. v. Cic. pro Sest. c. 21, item de Fin. 5, 22, & Tuſc. 1, 48; Ovid. Met. 6, 677.

¶ Erechthis, *ĭdis*, f. Procris, Erechthei filia, Ovid. Met. 7, 731.

¶ Erechthides, *æ*, m. plur. *Erechthidæ* Athenienſes ab Erechtheo dicti. Ovid. Met. 7, 430.

¶ Erechthēus, *a*, *um*, adj. ut, *Erechtheæ arces*, i. e. Athenæ Erechtheo olim regnatæ; ita legit Heinſius apud Ovid. Met. 8, 547. *Erechtheum litus*, Val. Max. 6, 1. ext. 1. conf. Virg. Cir. v. 22.

Erectio, vide *Rego*, Eremigo, *Remus*, Eremita, &c. *Eremus.*

ĔRĒMVS, *i*, f. ἔρημος, ſolitudo, deſertum, die einöde wüſten. Revera adjectivum eſt, ut Cod. Iuſtin. 11, 57, 4 *Vt ſterilia atque exema his, quæ culta vel opima ſunt, componentur.* Itaque quando in fœminino uſurpamus, id κατ' ὑπόνοιαν fit. Tum enim integre ἔρημος γῆ, vel χώρα. Poſſim itaque & in maſculino uti, ſi τόπος, locus ſubintelligitur. In fœminino *Eremum habitari cœptam* B. Hieronymus dixit in vita Pauli princ. Eſt enim vox hæc eccleſiaſticis, quam aliis, uſitatior. vid. Tertull. de Idolol. c. 5; & adv. Iudæos c. 2; Sidon. 7 epiſt. 9.

¶ Erēmīta, *æ*, m. ein wald-bruder, einſiedler. Primus in Ægypto eremita fuit Antonius, vitæ monaſticæ ſeu ſolitariæ auctor ſub annum Chriſti 400, quemadmodum ex ſcriptoribus Eccleſiaſticis conſtat. Sed verius id Paulo Thebæo tribuitur: quod & S. Hieronymus comprobat, quem vide in vita Pauli. Quid *Eremitæ* & *Anachoritæ* differant, vide ſupra in *Anachorita.*

¶ Erēmītis, *ĭdis*, f. Sidon. 9 epiſt. 3 *Palæſtra congregationis eremitidis.*

¶ Eremĭtĭcus, *a*, *um*. Eccleſiaſtica vox.

¶ Eremĭcŏla, *æ*, m. idem qui *Eremita* apud Hieronym.

¶ Eremĭpĕta, *æ*, m. qui petit eremum. Tertull.

¶ Erēmŏdĭcium, *i*, n. ἐρημοδίκιον, ab ἐρήμη δίκη, vadimonium deſertum, vel cauſſæ deſertio, abſentia ſeu negligentia partium facta, verſäumung des termins, l. 7 §. ult. ff. de minor. & l. ult. ff. ad S. C. Trebell. & Tertull. ad Martyr. c. 2. Eraſmo eſt ἐρημοδίκιον, cum altera parte abſente fertur ſententia. vid. Proverb. ἐρημοδικία, *deſerta cauſſa.*

Erepere, ereptare, quære in *Repo*, Ereptio, &c. *Rapio.*

ĔRES, *is*, m. erinaceus, ein igel. Nemeſianus in Cyneget. v. 57 *Implicitumque ſinu ſpinoſi corporis erem Ferre domum.* Vbi Barthius monet, aliud ſibi non ſubire huius vocis exemplum. vid. Vlit. Adde Reineſium Var. Lect. 2, 8 p. 18, & confer infra *Erinaceus.*

ĔRĔTES, *æ*, m gr. ἐρέτης, *remex*; ἐρετμός, *remus.* Hinc

¶ Dĕcēris, *is*, f. δεκήρης, ſubaudi ναῦς, i. e. *decemremis*, ein zehnrudericht ſchiff. Pro hac voce pugnans Turnebus Adverſ. 22, 31 ſtatuit in Suet. Calig. c. 37 legendum eſſe: *Fabricavit & decēris Liburnicas.* Nam Tranquillum naves intellexiſſe ingentis magnitudinis: Sed imperitos emendatores pretium materiæ ſecutos feciſſe *de cenris.* De Turnebi emendatione amplius dubitandum negat Græv. ad l. c.

¶ Dĭēris, *is*, f. διήρης, *biremis*, ein zweyruderig ſchiff; in Gloſſ. gr. lat.

¶ Heptēris, *is*, f. ἑπτήρης, *ſeptiremis*, ein ſchiff mit 7 ſtehe-rudern; ut, *Hepteris regia*, Liv. 37, 24. conf. ibid. c. 23 & 30.

¶ Hexēris, *is*, f. ἑξήρης, navis ſex remorum habens ordines, ein ſchiff mit 6 ruderbäncken. Liv. 27, 23 *Regia claſſis ſeptem & triginta majoris formæ navium erat, in quibus tres hepteres & quatuor hexeres habebat*, &c. conf. c. 30.

¶ Mŏnēris, *is*, f. navium genus, quod uno ſeu ſimplice remorum ordine agitur; ut Tacitus Hiſt. 5, 23, 1 deſcribit. Liv. 38, 38 *Neve plures, quam decem naves actuarias habeto; neve monerem ex belli cauſſa, quod ipſe illaturus erit.* Gr. μονήρης, ut διήρης, τριήρης, *biremis, triremis* &c.

¶ Pentēris, *is*, f. πεντήρης, navis quinqueremis. Hirtius Bell. Alex. c. 47 *Capit ex eo prælio penterem I, triremes II, dicrotas VIII.*

¶ Triēris, *is*, f. τριήρης, navis triremis, eine galee mit drey rudern. Nepos 7, 4, 3 *In trierem, quæ ad eum deportandum erat miſſa, adſcendit.* Ita Gifan. & Io. And. Boſius legunt: vulgo *triremem*, ubi vid.

ĔRĔTRIA, *æ*, f. civitas Eubœæ inſulæ, Plin. 4, 12, & Mela 2, 7. Ab *Eretrio* Phaëthontis filio, ex numero Titanum. Circa hanc urbem effoditur terra, de qua in *Eretrius.*

¶ Eretrius, *a*, *um*, adject. ut, *Eretria terra, quæ & alba eſt & cinerea*, kreide oder bleyweiß. Plin. 35, 16. In pigmentis & in medicina ea præſtantiſſima. v. Vitruv. 7, 13; Celſ. 5, 15; & 6, 3; Dioſc. 5, 171. Sic *Eretria* ſcil. *creta*, Plin. 35, 6.

¶ Eretriăcus, *a*, *um*, idem. ut, *Eretriaci Philoſophi*, Cic. Orat. 3, 17. & Acad. qu. 4, 42; a Menedemo ſcil. qui *Eretrias* fuit. Horum omne bonum in mente poſitum & mentis acie, qua verum cerneretur. v. ib.

¶ Eretriensis, *e*, idem. Proverb. *Eretrienſium Rho*, in homines præcipites & violentos, ex Platone vid. in Adag.

ĔRĔTVM, vel Heretum, *i*, n. oppidum Sabinorum, ſiglinis celebre. In via Salaria haud procul Tiberis ripa, in edito colle, hod. *Monte rotundo*, v. Broukh. ad Tib. 4, 8, 4. Solinus c. 8 ſcribit *in honorem heræ*, i. e. *Iunonis ſic dictum eſſe.* conf. Virg. Æn. 7, 711.

¶ Eretinus, *a*, *um*, adject. ut, *Eretinus ager*, Tibull. 4, 8, 4. Sed *Eretinæ hominum mentes*, Fulgent. de priſco ſerm. ſunt ſtupidæ & quaſi argillaceæ & cetaceæ, tumme leute. v. Turneb. 10, 16. Reineſ. Var. Lect. 3, 1 p. 307 & *Aretinus* in *Aretium.*

Ereuthodanum, vide *Erythrodanum.*

ERGA, præpoſitio, cum Accuſativo adverſus, gegen. Ter. Heaut. 1, 2, 15 *Timet omnia, patris iram, & animum amicæ, erga ſe ut ſit, ſua.* Cic. de Amic. c. 16 *Affecti erga amicum ſimus eodem modo, quo erga nosmet ipſos.* Id. Off. 1, 14 *Benevolentiam erga aliquem habere. Erga aliquem odium ſuſcipere*, Nep. 10, 4. ¶ 2. *Erga* pro e regione, gegen über. Plaut. Truc. 2, 4, 52 *Quo modo erga ædes habet.*

ERGĂSĪME, *es*, f. ἐργασίμη, ſpecies myrrhæ omnium peſſima, Dioſc. 1, 69.

ERGASTĒRIVM, *i*, n. ἐργαστήριον, locus, ubi aliqui operantur, officina opificum mechanicorum, & taberna, in qua merces venduntur, eine werckſtat, handels-ſtatt. v. L. 2 C. de epiſc. & cler. L. 9 C. de oper. publ. &c. conf. Iſidor. 15, 16.

¶ Ergaſticus, *a*, *um*, ἐργαστικός, ut, *Ergaſtica ſchemata, quæ faciendæ cujuslibet formæ præcepta continent*, Mart. Capell. 6 p. 221, riſſe von die künſtler und handwercker. ¶ 2. *Ergaſticus* ſubſt. operarius, ein arbeiter, handwercks-mann. ICt.

¶ Ergaſtŭlum, *i*, n. carcer ruſticus: locus quippe in agris, ubi ſervi ad faciendum opus vincti attinebantur, ein gut oder neth-ſtall. *Ergaſtuli mancipia*, Colum 1, 8, & 11, 1. Horum hiſtoriam copioſe perſecutus Lipſius eſt Elector. 2, 15, & Pignorius de Servis p. 257. Ipſa vox græcæ originis, non græca tamen: Flexu enim a ratione græca abit. Nam cum ab ἐργάζομαι fit, ἐργαστήριον vel *ergaſterium* dici debebat: quod nunc *ergaſtulum* dicitur terminatione latina. Græci vero ἐργατῶνας vocant, quod ad Suet. Auguſtum obſervat Casaubon. p. 71. Apul. Apol. *Quindecim liberi homines; populus eſt: totidem ſervi, familia: totidem vincti, ergaſtulum.* Brutus Cic. fam. 11, 13. *Quacunque ivit, ergaſtula ſolvit*, er hat die gefangenen losgemacht. Iuvenal. 14, 24 *Quem mire afficiunt inſcripta ergaſtula, carcer Ruſticus?* ¶ 2. Sunt & *nautica ergaſtula*, galeen.

¶ Ergaſtŭlus, *i*, m. mancipium in ergaſtulo, ein gefangener. vid. Colum. 11, 1; & Plin. 18, 6. Sed Nonius 5, 102 etiam de ipſo cuſtode interpretatur, qui Columellæ *Ergaſtularius* dicitur: male, Lipſio judicante.

¶ Ergaſtŭlārius, *i*, m. ſubſt. qui ergaſtulo & mancipiis præeſt, ein ſtockmeiſter, zuchtmeiſter. Colum. 1, 8.

¶ Ergaſtŭlarius, *a*, *um*, adj. ad ergaſtulum pertinens. Ammian. 14 extr. *Eunus quidam, ergaſtularius ſervus, ductavit in Sicilia fugitivos.*

¶ Ergaſtŭlaris, *e*, id. Sid. 7, 9 *In tenebris ergaſtularibus conſtitutus.*

ERGĂTA, *æ*, f. ἐργάτης, machina tractoria, ein heb-zeug, wellbaum; apud Vitruv. 10, 4. v. Baldi Lex. p. 48.

ERGO, conjunctio illativa vel collectiva, *igitur*, alſo, demnach, derowegen, darum. Cic. de Amic. c. 13 *Ergo hoc eſt proprium animi.* Id. pro Quint. c. 2 *Quid ergo eſt?* was iſts denn nun? Liv. 21, 10 *Dedemus ergo Annibalem?* ¶ 2. Sed in his locutionibus, *Illius ergo venimus*, &c. Virg. Æn. 6, 670: & *Donari virtutis ergo benevolentiæque*, Cic. de opt. gen. Orat. c. 7 idem ſignificat, quod *illius gratia*, deſſenthalben, der tugend wegen. *Peregrinatio religionis ergo*, wahlfahrt. conf. Nonius 2, 300. ¶ 3. Aliquando & pro *deinde* ponitur. Propert. 3, 3, 27 *Hic erat affixis viridis ſpelunca lapillis, Pendebantque cavis tympana pumicibus. Ergo Muſarum & Sileni patris imago Fictilis, & calami, Pan Tegeæe, tui.* ¶ 4. Item, pro *At, atvero.* Albinovanus de obitu Mæcenatis v. 113 *Redditur diſcordibus florens revirentibus ætas: Ergo non homini, quod fuit ante, redit.* Ad quem locum alia exempla ſcaliger notat. ¶ 5. Apud Plautum etiam quibusdam in locis *ergo* pro *merito*, exponunt nonnulli: in quibus & Servius eſt ad illud Virg. ecl. 5, 58 *Ergo alacris ſilvas & cætera rura voluptas Panaque Palesque tenet.* Nec aliter uſus Terent. Heaut. 2, 4, 18 *Ergo, mea Antiphila, tu nunc ſola reducem me in patriam facis.* ¶ 6. Aliquando nihil ferme ſignificat, & tantum continuandæ narrationi inſervit, quemadmodum & τὸ *igitur* poni ſolet. Priſc. lib. 17 *Similiter* NAM, ENIM, ERGO, *non ſolum cauſſales, vel rationales, ſed etiam completivæ, & confirmativæ inveniuntur, & præpoſitivæ & ſubjunctivæ, quomodo* δή *apud Græcos.* Virg. Cir. v. 29 *Ergo Palladiæ texuntur ordine telæ.* Gratius Cyneg. v. 104 *Ergo illam primis nemorum Dea finxit in annis.* ¶ 7. *Ergo igitur* pro *ergo*, per pleonaſmum uſurpatum, apud Plautum Trin. 3, 3, 27; & Apulejum aliquoties, v. g. lib. 1 Mileſ. poſt init. *Ergo igitur inefficaci celeritate fatigatus, commodum veſpera oriente ad habenas proceſſeram.* Vide plura exempla in Indice Elmenh.

ERGŌLĂBVS, *i*, m. ἐργόλαβος, operarius, qui opus aliquod faciendum conducit, der die arbeit gedungen, apud ICtos. v. Iuſtin. t. de Monop.

ĔRĪCA, *æ*, & Erice, *es*, & Erix, *ĭcis*, f. ἔρεικη, fruticulus non multum differens a *myrica*, heyden. Plin. 24, 9.

¶ Ericæus, *a*, *um*, adj. ut, *Mel ericæum*, Plin. 11, 16 pr. ab erica lectum.

¶ Ericētum, *i*, n. locus abundans ericis.

Erichtheus, &c. vid. *Erechtheus.*

ĔRICHTHO, *ūs*, f. Ἐριχθώ, mulier Theſſala ſuis veneficiis famoſa, Lucan. 6, 508 ſeq. Et Ovid. epiſt. Sapphus v. 139 *Illecebris ſic inops, ut quam furialis Erichtho Impulit.*

ĔRICHTHŌNIVS, *i*, & Erichtheus, *i*, m. Vulcani filius, ab ἔρις, *lis*, & χθών, *terra*, quaſi de terra & lite procreatus, artis aurigandi inventor. v. Hygin. fab. 166. Virg. Georg. 3, 113 *Primus Erichthonius currus, & quattuor auſus Iungere equos.* Herodotus γυγενῆ nominat, Ariſtid. orat. in Minerv. p. 22 πάλαιον Ἀθηναῖε, Hyginus *Heniochum.* conf. Ovid. Met. 2, 553; & Auguſtin. de C. D. 18, 12.

ĔRĪCIVS, *i*, m. idem ac *Erinaceus*, ein igel. Gloſſæ Philoxeni: ἐχεῖνος, *ericius.* vid. Varr. apud Nonium 2, 292: & Iſidor. 12, 3. ¶ 2. Metaphorice machina eſt militaris, trabs videlicet, prominentibus ferreis aculeis munita, quæ transverſim portæ prætenſa inacceſſam eam faciebat, Spaniſche reuter. Cæſ. 3 Civ. 67 *Erat objectus portis ericius*, ubi vide interpretes, qui ex Salluſtii fragmento apud Nonium 18, 16 deſcriptionem præbent.

¶ Erinăceus, *i*, m. idem quod proprie *Ericius*, animal pelle aculeata veſtitum

veſtitum undique, præterquam in ima parte, ubi lanuginem habet mollem & innoxiam, cui igel. v. *Echinus*. Plin. 8, 37 *Præparant hiemi & erinacei cibos: ac volutati ſuprà jacentia poma affixa ſpinis, unam amplius tenente: ore, portant in cavas ſuas arbores.* ¶ 2. Duo eorum ſunt genera, *Erinacei porcini*, ſwinigel *Erinacei canini*, hundsigel, a capitis ſimilitudine. De ſolertia ejus animalis in cibo venando, quem voluratus aculeis ſuis figit, & in arborum cavernas importat, legitur epigramma incerti auctoris: Κάμψυλος τὸν ἐχῖνον ἰδὼν ἐπὶ νῶτα ϕέροντα βᾶγας, ἀπέκτανεν· τὸν δ' ἐτὶ θηλάσεσθε, / *ὠμοῦλα cernens dorſo veſtare racemos, Mox prope to cular cadit erinaceum, &c.* Nota, quicunque hoc epigr. vertit, tertiam in erinaceus corripuiſſe: quum producatur rectius, ad cæterorum morem, quæ ita terminant. ¶ 3. Nemeſianus *Erem* pro erinaceo dixit in Cyneget. v. 57, ut ſupra diximus. *Hericem* Ambrolius in Hexaemero vocat, ab *hærendo* fortaſſis. Adde Barthium in d. l. Nemeſiani.

ERIGLIMĒNVS, *i*, m. inter filios Neptuni, Hygin. fab. 157.

ĒRĬDĂNVS, *i*, m. Italiæ fluvius nobiliſſimus, quem Latini *Padum* dicunt, Itali *Po*: influit in mare Adriaticum, ducens ſecum celebres alios fluvios; unde Virgil. Georg. 1, 482 *Proluit inſano contorquens vortice ſilvas Fluviorum rex Eridanus.* Et Georg. 4, 372 *Eridanus, quo non alius per pinguia culta In mare purpureum violentior influit amnis.* v. & Lucan. 2, 409. Addunt poëtæ fabulam, Phaëthontem in eum delapſum eſſe, cum mundum incendiſſet. Stat. Theb. 12, 413 *Sic Hyperionum tepido Phaëthonta ſorores Fumantem lauere Pado, &c.* ¶ 2. Non de Italiæ fluvio, ſed de fluvio apud inferos in campis Elyſiis Virg. Æn. 6, 659 *Plurimus Eridani per campos volvitur amnis.* ¶ 3. Inter ſidera quoque Eridanus locatus, de quo Cicero in Aratæis, & Hyginus Aſtron. 2, 32, aliique. ¶ 4. *Eridanum* nonnunquam pro *Rhodano* poni, probare vult Rutgerſ. Var. Lect. 6, 4, die Rhone. Alii haud minus probabili conjectura pro fluvio *Radaune* in Boruſſia, ubi ſuccinum legitur, quod Eridano Italiæ fruſtra adſcribunt poëtæ.

ĒRĬGĔRON, *ontis*, m. ἠριγέρων, quæ vox vernum ſonat ſenem, latine *Senecio* dicitur, herba eſt notiſſima, creutz-wurtz, grind-kraut, Plin. 25, 13.

Erigidus, vide *Rigeo*, Erigo, *Rego*.

ĒRĬGŌNE, *es*, f. Ἠριγόνη, Icari filia, quæ ex dolore paternæ necis, quem ruſtici temulenti occiderant, ſe ipſam ſuſpendit; miſeratione autem deorum inter ſidera relata eſt. Hyginus fab. 130 Eſt autem illud Zodiaci ſignum, quod *Virgo* appellatur. Virg. Georg. 1, 33 *Qua locus Erigonen inter chelasque ſequentes Panditur*; Hyginus fabula 224 *Erigone in Virginis ſignum*, ſcil. relata vel mutata. conf. Ampelius c. de 12 ſignis: & Min Felix 21, 16.

¶ Erigŏnēius, *a, um*, adj. ad Erigonem ſpectans. Ovid. Faſt. 5, 723 *Nocte ſequente diem Canis Erigonēius exit.*

¶ Erigonus, *i*, m. pictor inſignis, Plin. 35, 11.

Erinaceus, vide paullo ante *Ericius*.

ĒRĬMANTVS, *i*, m. ἐρίμαντος, vi vocis *litium vates*, qui lites diſſeminat lo divinat, Iuvenal. 3, 120. Sed *Erymanthus*, vide infra.

ERINEON, *i*, n. herba, quam deſcribit Plin. 23, 7.

ĒRĬNNA, *æ*, f. Ἠρίννη, fuit poetria, Sapphus contemporanea, ſcripſit ἠλακάτην trecentis verſibus & epigrammata lingua Dorica & Æolica. Ejus mentionem facit Plin. 34, 8. Et Propert. 2, 3, 22 *Carminaque Erinnes non putat æqua ſuis.* Elegans 11. cam. extat epigramma græcum, cujus poſtremi duo verſus hi ſunt: Σαπφὼ δ' Ἠρίννης ὅσσον μελέεσσιν ἀμείνων, / Ἠρίννη Σαπφοῦς τόσσον ἐν ἑξαμέτροις. *Quanto Erinna Sappho in lyricis præſtantior eſt: Tanto Sapphus gloriam Erinna in Hexametris præcellit.*

ĒRĬNNYS, f. *Erinnyos* & *Erinnys* in genitivo, *Erinnya* & *Erinnyn* in accuſativo. *Erinnyes* plural. Ἐρινύς, furia infernalis, conſectans vindicta & ſupplicio flagitioſos. *Furiæ, Erinnyes, Eumenides*, hellſche plaegeiſter. *Crudelis, ſæva, fera, triſtis, atra Erinnys*, a poetis dicitur. Homero Odyſſ. Ο. v. 234 dicitur Θεὰ ὀλοόκρητις Ἐρινύς, *Dea gravis Erinnys.* Prop. 2, 16, 29 *Tum me vel Tragicæ vexetis Erinnyes.* Virg. Æn. 2, 573 Helena quoque appellatur *Trojæ & patriæ communis Erinnys.* Quia ferali illi & exitioſo bello, quo Græci & Trojani commiſſi fuerunt, cauſſa exſtitit. v. *Eumenides*. ¶ 2. Cereris etiam eſt epitheton *Erinnys*. v. Reineſ. Inſcript. cl. 1, 35 p. 62 & quem is laudat Pauſan. Att.

ĒRĬNVS, *i*, m. ἔρινος, herba, ocimum aquaticum, waſſer-baſilien, Plin. 23, 7; Dioſcor. 4, 30.

ĒRĬŌPHŌRVS, *i*, m ἐριοφόρος, bulbi genus, fohlwurtz, Plin. 19, 2.

ĒRĬŌXŸLON, *i*, n. ἐριόξυλον, lana ſive lanugo fruticis goſſypii, de quo Plin. 19, 1, baum-wolle. vid. l. 70 § 10 ff. de Legat. & fideic 3.

ĒRĬPHIA, *æ*, f. ab ἔριφος, hædus, eſt herba ſeptem lanuginoſis ramulis apii modo foliata. Hanc magi prodidere, in avena ſcarabæum habere, ſurſum deorſumque decurrentem cum ſono hædi, unde & nomen accepit. v. Plin. 24, 18.

ĒRĬPHŸLE, *es*, f. uxor Amphiarai, quem latentem, ne ad bellum Thebanum proficiſci cogeretur, accepto a Polynice aureo monili prodidit, perfidiæ hujus cauſſa deinde a filio Alcmæone interfecta. vid. Cic. Verr. 4, 18, & de Invent. 1, 50; Virg. Æn. 6, 445; Propert. 2, 13, 29. *Adſpice quid donis Eriphyla invenit amaris*, ubi terminatione Latina ſcribit Broukh.

¶ Eriphyléus, *a, um*, adj. ut, *Eriphylei penates*, Stat. Theb. 4, 211. Eripio, vide infra *Rapio*.

ĒRĬS, *idis*, f. Ἔρις, diſcordiæ dea, quæ non invitatam ſe ægre ferens inter accumbentes convivio nuptiali Pellei ac Thetidos deas Projecit pomum inſcriptum, τῇ καλλίστῃ, h. e. ut pulcherrimæ cederet, qua de re Lucianus. Hinc *pomum Eridis* dicitur quævis materia litis. vid. Chiliad.

¶ Eriſticus, *a, um*, ἐριστικός, litigioſus, zänckiſch, haderhaft. De Sophiſtis, qui *Eriſtici* dicti, vid. Turneb. 4, 2.

ERIS, Pamphylius, Harmonii filius, quem revixiſſe, cum mortuus eſſet, dixit Plato de rep. 10. Meminere etiam Plut. Sympoſ. 9, 5. Macrob. in Som. Scip. 1, 1. Auguſtin. C. D. 22, 28, & qui has laudat Huet. Dem. Evang. 9, 142 § 11.

ĒRĬSICHTHON, *ŏnis*, m. Theſſalus quidam, cujus voracitatem & diram famem deſcribit Ovidius Met. 8, 823 ſeqq. Ejus filia, Metra, in varias figuras transfigurata eſſe fingitur, quia adoleſcentes, ad illam commeantes, varia munera deferebant, alius equos, alius boves, alius verveces; & Theſſali per jocum dicebant, filiam verti in ea omnia, quæ illi ab amatoribus donabantur. Vide is, qui ſibi non conſtat, ſed ſubinde aliam atque aliam perſonam induit, vocatur *mutabilior Metra Eriſichthonis*. v. Adag.

ĒRISMA, *ătis*, n. græce τὸ ἔρεισμα, eine ſeule, ſtütze. Vitruv. 10, 1 *Scanſoria ratio eriſmatum fulturis continetur.* Idem Vitruv. 6, 11 fœminino genere: *In frontibus*, inquit, *anterides, ſive eriſmæ ſint.* Eædem ergo quæ anterides, ſaltem ſimiles eisdem, hoc eſt, columnæ ſeu lapides eminentiores, quæ interponuntur ad ſuſtinendam ſtructuram. v. interpretes Vitruvii.

ĒRĬSTĂLIS, *is*, f. gemma candida, ad inclinationes rubeſcere viſa, Plin. 37, 10.

ĒRĬTHACE, *es*, f. ἐριθάκη, apum dum operantur cibus, vel gluten, quo favos inter ſe conglutinant, hoc Varr. R. R. 3, 16; illud Plin. 11, 7, ab ἐρεύθω, *rubeo*; *rubentem* certe vocat Plinius.

¶ Erithacus, *i*, m. ἐρίθακος, Plin. 10, 29 *Erithacus hieme, idem phœnicurus æſtate*, quem errorem eſſe, diverſumque avium genus, oſtendit Hard. *Erithacus* forte *Rubecula* latine, rothkelgen. *Raticilla* autem *Phœnicurus*, φοινίκουρος, ein rothſchwänzlein, wüſtling. vid. Geſner. & Proverb. *Vnius ini avibuſtum haud alit duos erithacos*, zween hähne auf einem miſt vertragen ſich nicht.

ĒRĬTHĂLES, *is*, f. ἐριθαλής, ab ἐρί *valde* & θάλλω, *vireo*, alias ſedum, ſempervivum, hauswurtz, wintergrün, Plin. 25, 13; Apul. de Herb. c. 123.

ĒRĬTIVS, *i*, m. machina militaris, infeſtis undique horrens telis, ut aculeis Ericius, quomodo ſcribendum etiam videtur ap. Cæſ. B. C. 3, 67.

ERĬTŪDO, *inis*, f. apud Feſtum idem ac *ſervitudo*, ab antiquo *Erus* i. e. ſervus. Adde Laurenb. Antiq. p. 156.

Erivo, *are*, vide *Rivus*, Erix, *Erica*.

ERNEVM, *i*, n. placenta cocta in hirnea fictili, Cat. R. R. c. 81. vid. *Irnea*.

Ero, vide *Æro*, Erodere, *Rodo*.

ĒRODIVS, *i*, m. ἐρώδιος, avis, quam *ciconiam* putat eſſe Suidas. Auguſtinus *fulicam* interpretatur, ein fiſch. Theodorus *Ardeolam*, Cælio auctore Invenias & alicubi ex Diomedeis avibus eſſe ἐρωδιὸν, quas ſimiles eſſe fulicis, tradit Plinius 10, 44.

Erogare, erogatio, &c. vide *Rogo*, Erogenius, vide *Eros*.

ĒRŌS, *ōtis*, m. ἔρως, *amor*, die liebe. Apud Martialem 10 epigr. 80 nomen proprium eſt. ¶ 2. *Erotis* comœdi meminit Cic. pro Roſc. Com. c. 11. Idem ſervos hujus nominis producit fam. 12, 26; & Att. 10, 15; 12, 5 & 18; it. 15, 5.

¶ Erōtion, *i*, n. ἐρώτιον, ein liebchen, meretriculæ nomen in Plauti Menæchmis; item puellæ ſexennis mortuæ apud Martial. 5 ep. 35 & 38; item 10 epigr. 61.

¶ Erōticus, *a, um*, ἐρωτικός, amatorius; ut, *Carmen eroticum*, ein liebes-gedicht, buhler-lied, ſubſt. Gell. 19, 9 *Quædam erotica dulcia & venuſta cecinerunt.*

¶ Erōtўlos, *i*, m. ἐρώτυλος, q. d. *amatorculus*, gemma laudata in argumentis divinationum, Plin. 37, 10.

¶ Ērōgenius, *a, um*, ab ἔρως, & γένομαι *fio*. Theod. Cod. 16, 10 *Nullus ignem erogenium, penates odore veneratus, accendat.*

¶ Erogennēton, *i*, n. ἐρωγέννητον, herba amorem efficiens; apud Plinium, ab ἔρως & γεννάω, genero.

¶ Erōtōpægnion, *i*, n. ἐρωτοπαίγνιον, joculare de rebus amatoriis carmen, ein liebes-gedicht. v. Plin. 5 epiſt. 17; Gell. 2, 24; Auſon. Edyll. 13 p. 517.

ĒRŌTĒMA, *ătis*, n. ἐρώτημα, interrogatio, die frage. Mart. Capell. 5 p. 171; ut Virg. Æn. 2, 322 *Quo res ſumma loco, Panthu?*

Erotundare, vide *Rotundus*, Errabundus, erraticus, erratum, &c. *Erro*.

ERRHĪNVM, *i*, n. ῥῖνον, quod metæ forma naribus inditur. Vulgo *Naſale*, ein naſ-löpfgen.

ERRO, *avi, atum, are*, vagari, irre gehen, irren, hin und wieder gehen, umher wandern. Virg. Æn. 1, 322 *Ignari hominumque locorumque Erramus.* Et Ovid. Met. 14, 680 *Toto paſſim vagus errat in orbe.* Metaphorice, *Tota errare via*, Ter. Eun. 2, 2, 14. *Toto cælo errare*, v. Adag. Eraſmi. Ovid. Triſt. 5, 8 *Paſſibus ambiguis fortuna volubilis errat, Et manet in nullo certa tenaxque loco.* ¶ 2. *Errare* de animalibus, eſt paſci; ut Virgil. ecl. 1, 9 *Ille meas errare boves, ut cernis &c.* Et Eclog. 2, 1 *Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.* Et Ovid. Met. 15, 14 *Armento teneras errante per herbas.* ¶ 3. *Errare*, labi, peccare, fehlen, ea verſehen, irren; ſic dictum ab ἁμάρτω, i. e. perire, quod errantes in pericula certa pertrahantur, quemadmodum ex Verrio indicat Gell. 16, 12. Cic. Phil. 12, 2 *Cujusvis hominis eſt errare, nullius, niſi inſipientis, in errore perſeverare.* Paſſive Idem fam. 5, 20 *Quæ tot veſtigiis impreſſa, ut in his errari non poſſet.* Statius Silv. 1, 2, 122 de Violantilla: *Et ſi flammiferas licuiſſet ſcandere ſedes, Hasque intrare domos ipſe erraretis amores.* Vbi apertum eſt, etiam Cevartius vidit, Statium dicere, ipſos cupidines in Violantilla erraturos, & pro matre eam Venere habituros. Fruſtra ergo Morellus legendum putat *ipſi arderetis amores.* Cæterum, quod non nemo parum feliciter ad interpretandum h. l. adfert, id per ſe verum eſt, *errare* etiam ad amores pertinere. Hinc ille Terentianus ſenex, Andr. 1, 2, 16, dum frugi filium eſſe concupit, & amores relinquere, quibus hactenus deditus fuerat: *Redeat*, inquit, *in vium. Errare* igitur eleganter pro amare, & *error* pro amore ponitur. B. Hieronymus adverſus Vigilantium: *Error autem & culpa juvenum, viliſſimarumque mulierum, qui per noctem ſæpe deprehenditur, non eſt religioſis hominibus imputandus.* Et paullo poſt: *Et tamen paſcorum culpa non præjudicat religioni: qui & absque vigiliis poſſunt errare, vel in ſuis vel in alienis domibus.* Vbi *error* & *errare* de illicitis amoribus dicitur. Quod ſatis patere ex iis etiam poteſt, quæ aliquanto

aliquanto post legere licet: *Non vigilemus itaque*, inquit, *diebus Paschæ, ne exhausta diu adulterorum desideria compleantur; ne occasionem peccandi uxor inveniat.* ¶ 4. De deponentiali significatione, quam quidam fingunt, vid. pp. *Erratus*, a, um. ¶ 5. *Errare* & *Horrere* passim a librariis confundi Burm. ad Ovid. Fast. 1, 495 notat.

¶ Errans, *tis.* Ennius in Cic. off. 1, 16 *Homo, qui erranti comiter monstrat viam &c.* Ter. Heaut. 2, 3, 16 *Ego propter te errans caveo pativa.* Virgil. Æn. 1, 760 *Omnibus errans terris & fluctibus.* Horat. Epod. 2, 14 *Errantes greges.* conf. Curt. 5, 6, 15. *Sidera errantia*, die irrsternе, Plin. 2, 6. vid. *Planeta.*

¶ Erratus, *a, um*, durchwandert, geirret, da man irre gegangen. Virg. Æn. 3, 690 *Errata litora.* Ovid. Fast. 3, 655 *Pectinus erratis leti vescuntur in agris.* ¶ 2. Active quidam capi volunt in illo Cic. de L. Agr. 2 extr. *Cui errato nulla venia, recte facto exigua laus, non dubitanti fidele consilium - - ostenditur.* Sed præterquam quod Palatinus codex habet *cujus erratu &c.* etiamsi *cui* legas, tamen non est ἡμαρτηκότι, κατωρθωκότι, sed est ablativus absolutus, si erratum sit, &c. vid. Vrs. Inst. L. L. Tom. 1 p. 418 & quæ notamus ad *Peccatus*, a, um.

¶ Errātum, *i*, n. substant. idem quod error, ein fehler, versehen. *Erratum commune*, Cic. Att. 6, 1. *Petere veniam errato*, Cic. pro Sylla c. 23.

¶ Erratus, *is*, m. idem. Plin. 37, 5 *Vitia demonstrari oportet in tam praclivi erratu.* Theodulf. 2 carm. v. 607 *Proque meis orare erratibus opto.*

¶ Errātio, *ōnis*, f. die irrung, der irrthum. Ter. Adelph. 4, 2, 41 *Sane hac multo propius ibis, & minor est erratio*, man kan nicht so leichte irre gehen. Cic. Nat. D. 2, 21 *Nulla in cælo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec vanitas inest.*

¶ Errantia, *æ*, f. idem. Accius ap. Non. 3, 86 *Neque ego errantia animi prave morigerabor.*

¶ Errāticus, *a, um*, qui errat, herum schweiffend, irrend. *Herbas erraticas* agrestes dicimus, quæque non sunt sativæ, ut, *papaver erraticum*, Plin. 19, 8, fornrosen, wilder mahn. *Vitis multiplici lapsu & erratico serpens*, Cic. in Cat. 15. At *Erratica Delos*, Ovid. Met. 6, 333 est crebro terræ motu vexata. ¶ 2. Fronto Gram. p. 1333 Goth. *Erraticus*, inquit, *& potest errare, & solet.*

¶ Errativus, *animus est, qui solet errare, & desinit.*

¶ Errābundus, *a, um*, idem. Liv. 1, 29 de Albanis in excidio urbis suæ: *Errabundi domos suas, ultimum illas visuri pervagantur.* Suet. Cæs. c. 31 *Diu errabundus, tandem ad lucem duce reperto, per angustissimos tramites pedibus evasit.* Etiam Virg. eclog. 6, 58 *Errabunda bovis vestigia.* Apul. Met. 5 p. 171 *Psyche errabundo rursus gradu pervenit ad civitatem aliam.*

¶ Errābilis, *e*, irrig; ut, *errabilis soni*, apud Lactantium. Hinc

¶ Errator, *oris*, m. ein wanderer apud Tertullianum.

¶ Errātrix, *īcis*, f. Fronto Gr. p. 1333 Goth. interpretatur *raptam.*

¶ Erro, *ōnis*, m. ein landstreicher, umläuffer. Vlpian. L. 17 § 14 ff. de Æmilt. edict.: *Proprie*, inquit, *ERRONEM definimus, qui non quidem fugit, sed frequenter sine caussa vagatur & temporibus in res negatorias consumtis serius domum redit.* conf. ibid. l. 25 § 6. Horat. 2 Ser. 7, 112 *Non horum tecum esse potes, non otia recte Ponere; teque ipsum vitas fugitivus & erro.* Nigidius planetas *Erro*nes dixit, quos alii *erraticas stellas* vocarunt, apud Gell. 3, 10; & 14, 1.

¶ Errōneus, *a, um*, qui errat. *Canes erronei*, herumlauffende, Colum. 7, 12. Vet. Gloss. *Erroneus*, ἀλήτης, πλάνος.

¶ Error, *ōris*, m. ein irrthum. Quint. 1, 6 p. 72 Burm. *Vel error honestus est magnos duces sequentibus. Errore duci*, Cic. pro Balbo c. 12. *Per errorem labi*, strauchelu, fehlen. *In summo errore versari*, Cic. Nat. D. 3, 1. *Repi in errorem*, Id. de Leg. 2, 17. *Inducere in errorem*, Idem de clar. Orat. cap. 85, verführen. *Errorem sobrere*, den irrthum benehmen, Phædr. 4, 14. *Errorem cum lacte nutricis suximus*, Id. Tusc. 3, 1. *Natura nos noster delectat error*, Id. de Orat. 2, 64. Est autem *error* alterius pro alio, vel falsi pro vero existimatio. ¶ 2. Et imprudentia est, unverstand. Nep. 15, 7, 1 *Dux belli imperitus, cujus errore eo esset deducta &c.* ¶ 3. *Error*, pro amore. Virg. eclog. 8, 41 *Vt vidi, ut perii, ut me malus abstulit error.* ¶ 4. Poëtis omnis velocior cursus *error* est. vid. Barth. ad Claudian. p. 19. ¶ 5. Quamvis autem *Error* plerumque ad animum referatur: tamen ita late patet, ut ipsum verbum *Errare*, & de itineribus quoque non raro usurpetur. Liv. 24, 17 *Id errore viarum Nero exsequi non potuit.* Virg. Æn. 6, 532 *Pelagine venis erroribus actus?* ¶ 6. *Error* ac *Terror* sæpe a librariis confunduntur. v. omnino Burm. ad Quintil. decl. 17 p. 334. item *Error* ac *Horror* apud Veget. de re milit. 8, 12.

Composita:

¶ Aberro, *are*, errore a via deflectere, verfehlen. *Aberrare a proposito*, Cic. de Fin 5, 28, sich zu weit versteigen. *Aberrare a conjectura*, hoc est, conjectura falli, Id. Phil. 12, 9; & de N. D. 1, 36. *Redeat, unde aberravit oratio*, id est, ad illud redeamus, a quo longius digressi sumus, wovon wir abgekommen, Id. Tusc. 5, 23. *Aberrare verbo, aberrare nutu*, Id. Arusp. Resp. c. 11. *In melius aberrare*, scil. ab exemplari, Plin. 4 ep. 28. ¶ 2. Aberrare etiam dicimus, cum animum a molestis cogitationibus avocamus. Cic. Att. 12, 38 pr. *Ego hic scribendo dies totos nihil equidem levor, sed tamen aberro.* Et ep. 45 pr. *Ego hic duo magna συντάγματα absolvi, nullo enim alio modo a miseria quasi aberrare possum.* vid. *Aberratio.*

¶ Aberratio, *ōnis*, f. die abweichung. *Aberratio a dolore*, Cic. Att. 12, 38. Atque idem Cassio 15 ep. 18 *Aliam aberrationem a molestiis nullam habemus*, i. e. avocamentum. vid. *Aberro* n. 2.

¶ Adderro, *are*, sich hinzu machen. Stat. Silv. 2, 119 *Doctamque trahuntur Ad chelyn, & blandi scopulis Delphines aderrant.* Erroris tamen notio in hoc & reliquis hujus verbi compositis servanda. Add. Theb. 9, 178, cum Gronovii castigatione.

¶ Circumerro, *are*, herumlauffen Sen. Controv. 2, 1 *Turba luteri circumerrat.* Apul. de Mundo p. 71 *Saturnus sublimior triginta spatiis annorum circumerrat.* Virg. Æn. 2, 569 *Quos omnes undique Græcæ Circumerrant acies.* Sed quidam leg. divisim. De significatione vid. *Aderro.*

¶ Coërro, *are*, obambulare, herumwandern. Paulus IC. L. 3 § 3 D. de off. præf. vigil. *Sciendum, præfectum vigilum posse tam noctem vigilare debere, & coërrare calceatum, cum hamis & fuste vis.* vid. *Aderro.*

¶ Deerro, *are*, idem quod aberrare, sich verirren. *Deerrare in itinere*, Cic. Acad. ap. Lactant. 6, 24 *Caper deerraverat*, Virg. ecl. 7, 7. *Deerrare ab eo, quod exponere cœpimus*, unvermerckt abkommen. Auct. ad Herenn. 1, 9. *Sors deerrabat ad parum idoneos*, Tac. Ann. 13, 29, 2, daß blinde loos fiel den ungeschickten zu.

¶ Deerrans, *tis.* Sen. ep. 97 *Artium peccata offendunt deerrantem.*

¶ Deerrātum, *i*, n. ein fehltritt, tribuitur Apulejo.

¶ Deerratio, *onis*, f. die verfehlung. Augustin.

¶ Deerrabundus, *a, um*, abweichend, idem August.

¶ Exerro, *are*, ausschweiffen, herauslauffen. Stat. Theb. 6, 444 *Spargitur in gyros dexterque exerrat Arion.*

¶ Exerratio, *onis*, f. der ausschweiff, die verirrung. Gell. 15, 2 *Non defugiendas esse neque respuendas hujuscemodi exerrationes.* Ita legit Lipsius Elect. 1, 7, ubi al. *exhortationes* vel *exercitationes.*

¶ Inerro, *are*, idem quod errare in loco quodam, herumwagiren. Plin. 1 epist. 5 *Experieris, non Dianam magis montibus, quam Minervam inerrare*, Ciceroni tamen *Stellæ inerrantes* sunt *non errantes*, fixsterne, Nat. D. 2, 21. Et sic

¶ Inerrābilis, *e*, unfehlbar, richtig. Apul. de Dogm. Plat. p. 56 *Globorum cadentium supremus inerrabili metu censetur.* Id. de Mundo p. 234 *Orbis, qui inerrabilis dicitur.*

¶ Interero, *are*, darzwischen kommen. Prudent. Cathem 6, 4 de somniis: *Non splendor intererrat, Qui dat futura nosse.*

¶ Oberro, *are*, umher schweiffen. Plin. 29, 4 *Mustela, quæ in domibus nostris errat.* conf. 17, 19; & Pers. 4, 26 &c. v. *Aderro.* ¶ 2. Translatione eleganti Horatius de Arte poët. v. 356 *Et citharœdus Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem.* Vid. quæ dicuntur in *Chorda.* vulgo enim male hic versus intelligitur.

¶ Oberrans, *tis*, herumtriechend; ut *Cochleæ passim oberrantes*, Plin. 30, 14.

¶ Oberratus, *a, um*, vorbeygefahren. Apul. Met. lib. 9 *Nec paucis casulis atque castellis oberratis divertimus ad quemdam pagum.*

¶ Pererro, *are*, oberrando perlustare, durchwandern. vid. *Aderro.* Colum. præf. lib. 1 *Ritu volucrum ignotum pererrare orbem.* Horat. sat. 1, 6, 113 *Fallacem circum vespertinumque pererro Sæpe forum.* Virg. Æn. 4, 363 *Totumque pererrat Luminibus tacitis &c.* siehet ihn überall an. Pro simplici *erravit* vel *aberravit* ex MSS. restituit Plinio 8, 45 f. 70 Harduinus *Conceptio uno initu peragitur, quæ si forte pererravit marem fœmina repetit.* Passive Ovid. Amor. 2, 16, 4 *Arva pererrantur undis.*

¶ Pererratus, *a, um*, durchwandert; ut, *Pererrato orbe*, Ovid. Fast. 1, 234. *Pererratis terris*, Id. Met. 15, 53.

¶ Suberro, *are*, hin und wieder gehen. Claudian. in Conf. Prob. & Olybr. v. 255 *Italis quicunque suberrant Montibus.*

Erubescentia, erubesco, vide in *Ruber.*

ERVBRIS, *is*, m. fluvius in Mosellam se exonerans, hod. *Rover.* v. Scal. Auson. lect. 1, 2 pr.

ĒRŪCA, *æ*, f. insectum in olerum repens folia, eademque abrodens, brassicæ maxime, eine raupe, kraut-wurm. Colum. 11, 3 sub fin. *Vbi apricis regionibus post pluvias noxia incesserunt animalia, quæ a nobis appellantur erucæ; Græce autem κάμπαι nominantur, vel manu colligi debent, vel matutinis temporibus frutices olerum concuti.* Vide & 10, 333. Martial. 11 epigr. 19; & supra *Campe.* ¶ 2. *Eruca* planta etiam est, sativa alia, & alia silvestris, weisser senff. *Cordo*, ab erodendo dicta. In Venerem armare creditur, unde *Eruca salax* Ov. de Remed. am. 2, 402; & Columell. de Horto 10, 108. Sic & Virg. Moreto v. 86 *Venerem revocans eruca morantem.* Mart. 3 ep. 75 *Sed nihil erucæ faciunt, bulbique salaces, Improba nec prosunt jam Satureja tibi.*

Eructare, &c. vide *Ructus*, Erudero, *Rudus*, Erudio, eruditio, &c. *Rudis*, Erugatio, erugo, *Ruga*, Ervila, *Ervum*, Erumpo, eruptio, *Rumpo*, Erunco, *Runco*, Eruo, *Ruo.*

ERVS, *i*, m. antique pro *Servus*, Fest. conf. *Eritude.*

ERVSCVS, *i*, m. idem ac *rubus*, die brombeer-staude. Apul. de Herb. c. 87.

ERVVM, *i*, n. ὄροβος, legumen, erbsen. Cognata species est, *Ervilia, æ*, ὄροχος Theophrasto. Sed avacæ, vicia, erva sunt silvestria, vogel-wicken. Cognationem habent hæc omnia, *Pisa, Lentes, Erva, Vicia, &c.* de quibus singulis suo ordine & loco. Plin. 18, 15. *Nec ervi operosa cura est.* Erat ervum in boum pabulo, ut non modo Plinius d. l. sed Columella etiam 6, 3 tradiderunt, ut non sit, cur a vulgari lectione Virg. ecl. 3, 100 *quam pingui macer est mihi taurus in ervo*, cupide refugiamus, quamquam haud mala & altera sit scriptura, qua *arvo* expressum est.

¶ Ervila, & Ervilia, *æ*, f. genus leguminis, wicken. Varr. de R. R. 1, 32. conf. Nonius 3, 88. Et Festus: *Ervum & Ervilia a græco sunt dicta, quia illi ervum ὄροβος, ervilium ὀροβεῖον appellant.* De *ervilia* ejusque pinsendi ratione adde Plinium 18, 7 & 10. Et Seren. v. 587 *In speciem ervilia parvum glomerabis in orbem.*

Eryce, erycinus, erycus, vide *Eryx.*

ĔRŸMANTHVS, *i*, m. fluvius & mons silvosus Arcadiæ. De fluvio, ut nobili, & non exiguo amne Polybius lib. 4, ut de viliore Strabo lib. 8. De monte Apollodorus lib. 2, Vibius Sequester, alii infiniti. Barth. ad 4 Theb. Statii p. 1012 Peloponnesi montes esse Taygetum & Erymanthum, ex Homero ostendit, in quibus Dianam venandis apris & cervis occuparam, scribit Ælianus de Anim. 3, 27. v. Virg. Æn. 5, 448; & Ovid. Met. 5, 608.

¶ Erymanthæus, & Erymanthius, *a, um*, adj. ut, *Aper Erymanthius*, Cic. 6 Verr. 43, qui Valer. Flacco 1, 374 est *Monstrum Erymanthæum*, quod in Erymantho Hercules interfecit.

¶ Erymanthis, *idis*, f. patronymicum, ipsa est Arcadia, Ovid. Met. 2, 500 *Nexilibusque plagis silvas Erymanthidos ambit.* *Vrsa Erymanthis*,

Stat. Theb. 9, 549. *Custos Erymanthidos ursæ*, id est, *Arctophylax*, Ovid. Trist. 1, 3, 103.

ERYNGE, es, f. & Eryngion, Eryngium, i, n. ἠρύγγιον, herba spinosa cardui instar, Plinio 22, 7 pr. brachen-distel oder mannstreu. Plutarch in Problematibus: ἠρύγγιον, ὁ μιᾶς ἀιγὸς ἓς τὸ στόμα λαβούσης ἅπαν ἐπιπλῶσι τὸ αἰπόλιον, hoc est, *Eryngium vel ab una modo capra ore acceptum detentumque totum gregem sistit.*

ERYSIMVM, i, n. ἔρυσιμον, heiba eos, quæ Latinis *Irio* dicitur, hedericht, oder wilder senf. v. Cels. 5, 18 & 25; Plin. 22, 25; 18, 10. Dioſc. 2, 188; 3, 24.

ERYSIPELAS, arum, f. pl. legitur & Erysipelas, ātis, genere neutro, ἐρυσιπέλας, morbus, cancri ſpecies, Cels. 5, 26, 31. Aliis ignis ſacer, die roſe, das rothlauf, Gt. Antonsfeuer.

ERYSISCEPTRVM, i, n. frutex, qui & *Dipſacus*, Plin. 24, 13.

ERYSITHALE, es, f. herba flore luteo, foliis acanthi, Plin. 26, 13.

ERYTHACE, es, f. ἐρυθάκη, legitur & ἐρεθάκη apud Varr. 3, 16. Eſt autem illud, quo favos extremos inter ſe conglutinant apes, das bienen-gewircke. Primum enim quaſi ædificium, quod ad foramen introitus in alvum collocans *propolis* dicitur. Has quatuor enim appellationes Varro ibidem conjungit, *propolin, erythacen, favum, mel.* Sed Plin. 11, 7 f. 7 *Præter hæc convehitur erithace, quam aliqui ſandaracam, alii cerinthum vocant. Hic erit apium, dum operantur, cibus, qui ſæpe reperitur in favorum inanitatibus ſepoſitus, & ipſe amari ſaporis. Gignitur autem rore verno & arborum ſucco gummium modo.-- Menecrates florem eſſe dixit, ſed nemo præter eum.*

ERYTHEA, vel Erythia, æ, f. ἐρυθεία, inſula in mari Gaditano, ex qua Geryoni armenta abduxit Hercules, inſula adeo ferax, ut poſt unam ſationem agros in ſeptimum usque annum nec coli, nec conſeri ſit neceſſe Pomponii Melæ teſtimonio 3, 6. Et Propert. 4, 10, 1 *Amphitryoniades qua tempeſtate juvencos Egerat a ſtabulis, o Erythia, tuis.* Sil. 16, 195 *Hercules Erythia ad litora Gades* dixit. v. Drakenb.

¶ Erythēis, idis, f. patronym. Ovid. Faſt. 5, 649 *Victor abit, ſecumque boves Erytheida prædam Abſtrahit.*

¶ Erythīnus piſcis, vide poſt paullo *Erythrinus.*

ERYTHRÆ, arum, f. pl. Ioniæ civitas, ex qua Sibylla fuit Erythræa Alexandri Magni tempore.

¶ Erythræus, a, um, adj. ut, *Sibylla Erythræa*, vide *Sibylla.* Et *Erythræum mare*, rubrum vocat Plinius 6, 23. *Gemmæ* hinc *Erythræ*, Claudian. 4 Conſ. Hon. v. 605. *Smaragdi Erythræ*, Id. 6 Conſ. Honor. v. 563. Et *Lapilli Erythræi*, perlen. Statius 4 Silv. 6, 18. Ἐρυθρόν, *rubrum.* Mare ab *Erythra* Rege, non a colore, ſic appellatum, Curtius, 8, 9, 14 ſcribit. Martial. 10 epigr. 16 *Quidquid Erythræa niger invenit Indus in alga, Quidquid & in nidis unica ſervat avis.*

¶ Erythraicon, i, n. herba, quæ altera ſatyrii ſpecies, Plin. 26, 10.

¶ Erythros, i, m. etiam ſatyrii ſpecies, geilwurtz. Apul. de Herb. c. 15; Plin. 21, 31. ¶ 2. Idem eſt ac rhus, ſchlingenbaum, Plin. 24, 11; & Dioſc. 1, 147. ¶ 3. *Erythrus* rex, qui, ut diximus, rubro mari nomen dedit. Curt. 8, 9, 14; & 10, 1, 13.

¶ Erythranos, i, m. *Ciſſos erythranos*, ſpecies hederæ, epheu. Plin. 24, 10. conf. 16, 34.

¶ Erythrinus, i, m. piſcis Plinio eſt 9, 52. Ovid. hal. 104 *Cæruleaque rubens erythrinus in unda. Rubellionem* Latini interpretantur. Legunt & *Erythricus*, ab ἐρυθρός, & *Erythinus*, ut ſit ἐρυθῖνος καὶ ἐρυθρῖνος, roth-fiſch, roth-bart, kleine rothe meer-brachſmen. vide *Rubellio.*

¶ Erythrŏcŏmos, i, m. ἐρυθροκόμος, mali punici ſpecies, Plin. 13, 19.

¶ Erythrŏdănum, i, n. ἐρυθρόδανον, radix, qua inficiuntur lanæ, *Rubiam* dicunt & *rubiam tinctorum*, färber-röth. v. Plin. 24, 11.

¶ Erythrodăon, ŏnis, m. *Tetrax* vel *Tetrix* eſt quibusdam, *gallus urus* vulgo, ein auerhahn; ſic a magnitudine dictus. v. *Virus.*

¶ Erythrŏpus, ŏdis, m. ἐρυθρόπους, avis, ſic a pedum rubore appellata.

ERYX, Erȳcis, m. Rex Siciliæ, Virg. Æneid. 1, 574. *Sive Erycis fines regemque optatis Aceſtem.* ¶ 2. Eſt & mons ejusdem nominis Straboni in Sicilia, & Senecæ Tragœdo Medea v. 707 *Quæcunque generat invius ſaxis Eryx.*

¶ Erycus, i, m. idem mons, Ciceroni dictus in Verr. 2, 47 *qui Erycum montem obtinebat.*

¶ Erȳce, es, f. oppidum fuit Siciliæ, Ἐρύκη. In ea templum habuit Venus celeberrimum theſaurisque opulentum, quod Amilcar Afer magno ſuo & ſuorum damno ſpoliavit. v. Ælian. H. A. 10, 50, ubi miranda de eo narrat, 4, 2; & Var. Hiſt. 1, 15, ubi de Anagogiis & Catagogiis Siculorum feſtis Veneri ſacris agit.

¶ Erycīnus, a, um, adj. Stat. 1 Silv. 2, 160 *Idaliaque domos Erycinaque templa ſubiret.* ¶ 2. *Erycina* & ipſa Venus appellata eſt, a templo illo. Catull. in Argonaut. v. 72 *Spinoſas Erycina ferens in peſtora curas.* Quo nomine & culta Romæ ac templo honorata fuit. Suet. Claud. c. 25.

ESAIAS, æ, m. Evangeliſta potius quam Propheta V. T. a quibusdam dicitur. v. Auguſtin. T. 5 p. 1078. Vt triſyllabum *ſanctus Eſaias*, Prudent. Apoth. v. 663. conf. Tertull. adv. Marc. Carm. 3, 163.

ESCA, æ, f. δέλεαρ, illecebræ & invitamentum illud, quo capiuntur aves & piſces, das luder, lock-ſpeiſe, köder. Cic. de Senect. c. 13 *Pleto ejcam malorum voluptatem appellat*; (ἡδονὴ δέλεαρ ἐϛὶ τῶν κακῶν). Sic Plaut. Merc. 5, 3, 2, in ſupposit. *Voluptas eſt malorum eſca*, quod ea non minus homines, quam hamo capiantur piſces, weilluſt reizt zu allem böſen. ¶ 2. *Eſca* & quivis cibus dicitur. Cic. de Divin. 1, 51 *Si animus temperatis eſcis, modicisque potionibus ita eſt affectus, ut ſopito corpore ipſe vigilet. Simplex eſca*, Horat. 2 Sat. 2, 72, gemeine ſpeiſ.

¶ Eſcālis, e, ut, *Eſcale vel potorium argentum*, L. 8 Dig. de Supell. legata, ſilbern ſervice. *Eſcale vulnus*, Petronii in Pſeudepigraph. p. 220.

¶ Eſcārius, a, um, idem. *Eſcariæ menſæ quadratæ vocantur, in quibus homines epulantur*, Feſtus. *Eſcaria vincula*, Plaut. Menæch. 1, 1, 18. *Eſcaria vaſa*, Plin. 36, 26. Pro patinis *Eſcaria* abſolute dixit Iuvenal. 12, 46 ſqq. ſchüſſeln. Et *Eſcarium argentum*, l. 32 § 2 ff. de aur. arg. leg.

¶ Eſcātilis, e, das ſich eſſen läſt. Tertull. de Patient. c. 5 extr. *Poſt mannæ eſcatilem pluviam.* conf. adv. Marc. 1, 1.

¶ Eſculentus, a, um, quod eſui eſt, ſeu editur, was man eſſet oder genieſſen hat. Cic. Phil. 2, 25 *Antonius vomens fruſtis eſculentis vinum redolentibus totum tribunal implevit.* Sic & *Animalia eſculenta*, Plin. 8, 55. *Si quid datum ſit eſculentum*, Varr. apud Non. 2, 311. Et Comparativum uſus fert. Tertull. de Jejun. c. 5 extr. *Tam ingratis* (Iliaciſtis) *gratiora & eſculentiora quæque detracta ſunt* Hieronym. etiam ep. 22 de cuſtod. virgin. c. 5 pr. *A vino & eſculentioribus abſtinere.* ¶ 2. Eſcæ avidus, hungrig. Sidon. 6, 1 *Quis eſculentus abſtemium competenter arguerit.*

¶ Eſculenta, orum, n. pl. ſubſt. cibus, eſca, ſpeiſen. Cic. Nat. D. 2, 56 *Ea pars oris, qua eſculentis & potulentis iter natura patefecit.*

¶ Eſcifer, a, um, dapifer, ſpeiſe bringend. Paulinus Nolanus Natal. Fel. 4, 223 de corvis Eliæ: *Eſciferæ volucres.*

¶ Eſco, are, freſſen. Verbum ſignificatione veſcendi apud Solinum legitur c. 53 (al. 41) extr. *Cicuniæ ſerpentes eſcandi gratia inſectantur.*

¶ Eſcatio, onis, f. pabulatio, fütterung. Auguſt.

Eſculus, Eſculeus, Eſculetum, &c. ab *Eſca* derivantur; ſed quia veteres etiam per Æ ſcribunt, quære ſupra in Æ.

¶ Adeſcātus, a, um, faginatus, geäßet, gemäſtet. Cæl. Aurel. Acut. 1, 11 *Non pinguia, neque cibis nutribilibus adeſcata.*

¶ Ineſco, are, eſt eſca & artificio quodam illecebroſo invitare ad decipiendum, anfornen, locken. Ter. Adelph. 2, 2, 12 *Nunquam rem facies, abi, neſcis ineſcare homines.* Petron. c. 140 *Sicut mala animalia cibo ineſcantur: Sic homines non caperentur, niſi aliquid morderent.*

¶ Ineſcatus, a, um, adj. gelockt, angeludert. Liv. 2., 41 *transiisse id damnum haud ægerrime pati; quin potius credere, velut ineſcatam temeritatem ferociorisconſulis.*

¶ Ineſcatio, onis, f. die anreitzung, Auguſtin.

¶ Ineſcātōrium, i, n. idem. Sarisb. 3, 7 *Gratia, ineſcatorium lucri.*

¶ Obeſco, are, äßen, zu freſſen geben. Colum. 8, 7 *Titicto pane obeſcare aves.* Alii legunt *Obeſare.*

Eſcendo, eſcenſus, vide *Scando.*

ESCHĀRA, æ, f. ἐσχάρα, proprie *focus* ſeu *craticula*, der herd, roſt. Mechanica eſt *baſis*, ein grundſtück. v. Vitruv. 10, 16 & 22. conf. Lex. Vitr. p. 48. Medicis *Eſcharæ* ſunt cruſtæ ulceris, der grind, das harſche. v. Cels. 5, 26; Scrib. Larg. Comp. 25.

¶ Eſcharites, æ, m. ἐσχαρίτης, & *Eſcharites panis*, gebäckt brot, triſanet. v. Athen. lib. 3; Pollux 6.

¶ Eſcharōticus, a, um, ἐσχαρωτικός, i. e. cruſtam inducens, verharſchend. Cæl. Aurel. Chron. 1, 1, 50 *Vitur etiam eſcharoticæ*, ſcil. medicinæ.

ESCHATOCOLION, i, n. id eſt, ἔσχατον κῶλον, ultimum membrum ſcil. ſchedæ, das ende der ſchrift, Martial. 2 epigr. 6. Quemadmodum *Protocollon* eſt primum membrum.

ESCIT, antique pro *Erit*, Plaut. Amph. 1, 1, 14; Lucret. 1, 612; & Feſtus.

Eſculentus, vide *Eſca*, Eſculus, *Æſculus*, Eſernius, *Æſernius* in *Æſernia*, Eſito, *are*, &c. *Edo.*

ESOPON, i, n. lactucæ genus, ἔσοπον, quod ſucco turgeat, Plin. 20, 7. Harduinus legit *Caſapuri.*

ESOX, ŏcis, m. piſcis Rhenanus eſt Plinio 9, 15. *Salmonem* aliqui interpretantur, ein lachs, ſalmen. Vide *Salmo. Eſox*, ut vult Geſnerus. Heſychio eſt ἰόαξ. Aliter *Exos*, quod oſſibus careat.

ESSÆI, & Eſſēni, orum, m. pl. Iudæorum ſecta, de qua & inſtitutis ejus Solinus c. 28; item Porphyrius lib. 4 περὶ ἀποχῆς, &c. p. 382. Copiole de illis Philo περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον ἐλεύθερον p. 675 & ſeq. Item περὶ βίου Θεωρικοῦ p. 690 & ſeq. Vnde dicti, ex Epiphanio offendere conatus Petitus eſt Var. Lect. 4, 9 p. 205, qui de iisdem & 2, 7 agit. Vide & Salmaſii Exercit. Plinian. Eosdem & *Euthuſæos* appellatos, Fullerus obſervat Miſcell. facr. 2, 3, vide eum & 1, 3.

Eſſedarius, vide *Eſſedum.*

ESSĒDŎNES, um, m. pl. Plinius populos facit in Aſia ſuper Mœotin habitantes in utraque Scythia, 4, 12.

¶ Eſſedonius, a, um, adj. ut, *Eſſedoniæ phalanges*, Val. Flacc. 6, 751.

ESSĒDUM, i, n. ἔσσεδον, (& Eſſeda, æ, f. Senecæ ep. 56.) genus vehiculi Gallici & Britannici. Illæ enim gentes ex curribus hujus generis pugnabant, ut ex Cæſ. B. Gall. 4, 33, item Taciti Agric. c. 12, & Philarg. ad 3 Georg. Virgilii v. 203 conſtat, ſtreit-wagen. Vſi fuere & hoc vehiculi genere Imperatores. Suet. Calig. c. 26, Galba c. 6 & 18. Vide ſupra in *Covinus.* Virg. Georg. 3, 204 *Belgica vel molli melius feret eſſeda collo.* Add. Cic. Ep. ad Div. 7, 7. ad Att. 6, 1. Brouckh. ad Prop. 2, 1, 86.

¶ Eſſĕdārius, i, m. qui eſſeda regit, vel ex eſſedo pugnat, ut ex Cæſare 5, 19 conſtat, ein renner. vide Manut. ad Cic. fam. 7, 6 extr. Inde & *Eſſedarii* gladiatorum genus, de quibus Lipſius Saturnal. 2, 12. ¶ 2. *Eſſedarius*, qui eſſeda facit, in Lapide Murat. p. 959.

Eſſentia, &c. vide infra *Sum*, Eſtor, eſtrix, *Edo.*

ESVLA, æ, f. officinarum nomen eſt, quo omne illæ tithymalorum genus vocant, wolfs-milch. Male vulgo penultimam corripi docet Borrich. de lingua Pharmacop. ¶ 2. Eſt & *Eſula* rotunda iis peplus, πέπλος, teuffels-milch. ¶ 3. *Eſula* major, ſpringwurtz. ¶ 4. *Eſula* oppidum inter Tibur & Præneſte, Horat. 3 od. 29, 6.

Eſuries, Eſurio, eſuritor, &c. vide *Edo.*

ESVS, i, m. Gallorum Deus, victimis humanis cultus, de quo Lactantius Inſt. Div. 1, 21.

ET, conjunctio copulativa, und, atque poſtpoſita, auch, notiſſimi uſus e. g. *Fides & taciturnitas*: item *Iuſta & clemens ſervitus*, Ter. Andr. 1, 1, 7 & 9. *Celeritatem adhibere & imperata facere*, Nep. 10, 9, 2. *Si quid dedeceat alios, vitemus & ipſi*, Cic. Off. 1, 41. *Auctoritatem mereri debemus ante omnia quidem vita, ſed & ipſo genere orationis*, Quintil. 4, 12. *Non ſolum princeps, ſed & ſolus*, Nep. 8, 1, 5. ¶ 2. Copiam hanc induſtria interdum Cicero prætermittit: ut fam. 13, 24 *Patronæ ſic, ut eum etiam tuis officiis, liberalitate complectiare.* Et epiſt. 18 *Vt ipſe judices, homini tegratiſſimo, jucundiſſimo benigne feciſſe.* Et ad Att. 4, 3 *De cujus*

cujus constantia, virtute verissime literæ. ¶ 3. Aliquando ornamenti caussa ET iteratur, ubi commode reddi potest, beides, und, z. g. *Et mari & terra bellum inferre*, Nep. 2, 2, 4. *Fuit & animo magno & corpore, &c.* Id. 11, 3, 1. conf. 14, 1, 3; & 14, 6, 8. *Te & moneo & rogo*, Cic. ad Qu. Fr. 3, 8. Nonnunquam inferitur QVE post ET, quod minus tritum in confuetudine latinæ linguæ. Cic. de Fin. 4, 8 *Omne animal ipsum sibi commendatum, ut se & sistum in suo statu tueri, incolumque velle.* Idem Acad. Quæst. 1, 10 *Officia autem & servata, prætermissaque media putabat.* ¶ 4. Bis aut ter apius reperita eleganter distribuit & complet. Cic. pro Quint. c. 1 *Homo & in aliis caussis exercitatus, & in hac multum & sæpe versatus.* Horat. de Arte v. 333 *Et prodesse volunt & delectare poetæ.* Cic. pro Mil. 11 *Hoc & ratio docilis, & necessitas barbaris, & mos gentium, & leges naturæ ipsæ præscripsit.* conf. Ter. And. 1, 1, 22. ¶ 5. Est, quando vim adversativæ habere videtur. Ovid. Met. 4 fab. 15, 613 *Pœnitet: impositus mensæ modo natus & alter est alter; & alter Viperei referens spoliatum memorabile monstri Munus carpebat.* Apud Virg. ecl. 3, 61 cum Damœtas dixisset *sua carmina Jovi curæ esse:* Menalcas respondet: *Et me Phœbus amat.* Quo simillimus Statius 1 Achilleidos v. 529. ¶ 6. Plautus Amph. 2, 2, 91 *I nimvero oportet prægnanti & malum & malum dari*; ubi *Et malum & malum*, id est duo mala. Vide ibi. ¶ 7. Eleganter ET, post NEC & NEQVE sequitur. Cic. fam. 10, 1 *Nec miror & gaudeo.* Et Tusc. 1, 23 *Neque nata, & æterna est.* Post *minime* idem paullo fam. 3, 10 *Minime mihi mirandæ, & maxime jucundæ accidunt.* ¶ 8. Interdum invenias *& etiam, & quoque* simul positum. Cic. Att. 15, 16 *Mi Plance, rogo te, & etiam oro.* Et mox: *Is ille (bonitas, & vero etiam mihi.* Varro R. R. 2, 4 *Prisci Latini, & etiam Græci*, ja auch die Griechen. Id. 3, 9 *Ova quæ ante aut postea nata sunt, & etiam prima.* Cels. præf. Et caussæ quoque æstimatio *sæpe morbum solvit.* Liv. 41, 24 *Ne interdiu hiemem finium & nos quoque regno arceamus*, zugleich auch uns. *Et autem* vide in *Autem.* ¶ 9. *Et non* aliquando habet pro *nec* und nicht. Liv. 21, 41 *Vtinam pro decore tantum hoc vobis, & non pro salute esset certamen.* conf. 12, 8; & bis 45, 38. Ita Cic. Invent. 2, 47 *Verba spectare, & non ad voluntatem ejus, qui verba habuerit, accedere.* conf. Verr. 5, 9: pro domo c. 20: de Arusp. resp. c. 12; Varr R. R. 3, 14, Pallad. 6, 7. ¶ 10 *Et quidem* rarum non est. Cic. Phil. 2, 31 *At enim aspicis me, & quidem ut videris, iratus.* conf. ad Att. 14, 11; & 15, 13; &c. Celf. 3, 24. ¶ 11. *Et tamen*, und gleichwohl, iedennoch, haben Cic. de Senect. c. 10; de Off. 3, 10; pro Rosc. Am. c. 28; de Invent. 1, 9; &c. ¶ 12. *Et* ab initio eleganter etiam ponitur pro *& tamen, & vero.* Cic. pro L. Manil. c. 14 *Et quisquam dubitabit, quin &c.* conf. ibid. c. 15; pro Cluent. c. 10; Phil. 1, 8; Virg. ecl. 1, 27; Æn. 1, 52; & 6, 826. ¶ 13. Interdum per & ea copulantur, quorum unum sub altero continetur. Liv. 3, 25 pr. *Virginius* (tribunus) maxime & Tribuni de lege agebant. vid. Io. Fr. Gron. h. l. qui laudat etiam Plautinum ex Captivis *Jovi Dilique ago gratias.* ¶ 14. *Et* cum *it* permutatur in MS. Item cum epræpositione verbi. v. Drakenb. ad Sil. 3, 57. Cum *ut* v. Ind. ad 3, 78, & ad Liv. 21, 28. Cum *etiam*, Id. ad 22, 47. Cum *est*, Id. ad 5, 157.

Etenim, vide *Enim.*

¶ Etiam, primum copulæ nota est, auch, gleichfalls. Post particulas *non modo, non solum, non tantum*, vulgari usu sequitur *sed etiam.* Cum elegantia præmittit *Etiam* Cic. ad fam. 4, 14 *Secundas etiam res nostras, non modo adversas pertimescebam.* ¶ 2. Deinde vim & significationem diversam aliter atque aliter collocata præstat. Ter. in Andr. 1, 189 *Nihil sufficeres etiam mihi*, adsuc; ich vermuthete noch auf die stunde nichts arges. Sic & 3, 2, 23 ejusdem Andriæ: *Non satis me pernesti etiam, qualis sim?* Vbi Donatus: ETIAM *pro* ADHVC, *ut Virgilius* Æn. 6, 485 *Idemque etiam currus; etiam arma tenentem.* Ter. in eadem fabula 5, 2, 8 *Etiam tu hoc respondes*, hortantis significantem. Et ib. 2, 2, 31 *Etiam puerum abiens conveni Chremi*, hoc est, *pretereа.* ¶ 3. *Etiam atque etiam* latina elegantia est, pro magnopere seu majorem in modum, gar sehr, inständig. Ter. Eun. 1, 1, 11 *Provin tu, dum tempus est, etiam atque etiam cogita*, besinne dich ja. Cic. Qu. Fr. 1, 1 *Te prorsus etiam atque etiam vehementer rogo.* Id. fam. 16, 15 *Cura te etiam atque etiam diligenter.* Id. Att. 8, 12 *Etiam atque etiam te hortor.* Rursus fam. 13, 72 *Te etiam atque etiam esse commonefaciendum*, i. e. sæpe, oft und vielmahl. conf. 13, 28. Et Horat. epist. 18, 1, 76 *Qualem commendes, etiam atque etiam adspice*, siehe du fleißig drauf. Liv. 3, 45 *Pestilo, Appi, etiam atque etiam consideres*, ubi v. Drakenb. ¶ 4. Est & affirmantis particula, ja. Plaut. Amph. 1, 3, 46 IV. *Numquid vis?* AGM. *etiam.* Cic. Mure. 31 *Misericordia commotus ne fo.! Etiam; in dissolvenda severitate.* Plin. 4 epist. 13 *Huic ego*, STVDES, *inquam: respondit* ETIAM. v. Borrich. Cogit. adv. Voss. p. 95 seq. ¶ 5. Aliquando & increpantis particula est. Plaut. Perf. 6, 4, 4 *Scelerate, etiam respicis?* siehest du dich noch darzu um? & v. 19 *Etiam scelus male loquere?* Petron. c. 95 *Sclerate, etiam minaris?* It. c. 137 *etiam loqueris?* ¶ 6. *Etiamne* pro *nondum* dixit Plaut. Pseud. 1, 3, 46. Ita idem Persa laudato 2, 4, 7 *Etiamne dicis, ubi sis, venefice?* sagst du mirs noch nicht? ¶ 7. *Etiam* pro *etiamnum?* posuit Plaut. Pseud. 1, 3, 111 *Etiam quindecim hic habeo minas.* conf. supra locum Virg. Æn. 6, 485. ¶ 8. *Etiam, quin* quoque significat. Plaut. Asinar. 3, 3, 124 *Etiam tu, here, istunc amoves abs te, atque ipsemet me aggredere.* Ter. Heaut. 2, 2, 6 *Etiam, caves, ne videat forte hinc te a patre aliquis exire.* ¶ 9. Et pro *Quinpotius, Sed potius, τὸ Etiam* reperitur. Plinius Paneg. c. 77 *Nullius auctoritas imminuta est: aucta etiam.* ¶ 10. Componitur & ita, *Etiamdum, Etiamtum, Etiamtunc, Etiamnam, Etiamnunc, Etiamne, Etiam inquam, &c.* Exempla in Plauto, Terentio & Cicerone passim obvia sunt. v. g. Ter. Andr. 1, 5, 47 *Etiamnunc mihi scripta illa dicta sunt in animo Corydidis.* Et Eun. 3, 5, 22 *Neque is decretis etiamnum ad eam stat sententiam:* nam variant libri. Cic. Epist. ad Attic. 13, 31 *Cum poteris igitur, quoniam etiamdum abes.* Cic. in Verr. de præt. Sic. 39 *Cum isti etiamtum ac Siculo integra tota Sicil.* At Plaut. Pseud. 4, 2, 2 *Nihil etiamdum*, noch nichts. conf. Rud. 5, 3, 25.

¶ Etiamsi, obschon, wenn gleich. Cic. de Fin. 5, 7 *Etiamsi id assequi nequeas.* Liv. 41, 24 *Etiamsi non odia finiuntur.* Adde 3, 70. Sæpe dividitur, ut ad Attic. 7, 7 *Ego hanc vitam, aut eos, quicunque dicuntur boni sequar, etiam si vuent.* Etiam interjecta alia voce. Cic. orat. 1, 33 *Hanc affert facultatem, ut etiam subito si dicat, tamen &c.* Id. Att. 8, 2 *Vt etiam Italia si ille cedat, &c. tuta sint.*

¶ Etsi, tametsi, obschon, zwarest. Saepenumero plerumque indicativo. Ter. in Heaut. 3, 3, 44 *Istuc nunc quoniam ejus consuetudoque ejus tumet.* Cic. fam. 6, 19 *Ego etsi mutavi.* Id. Att. 7, 3 *Ego ex parte magna tibi assentior.* Sed & cum conjunctivo copulari, notantes docet in Ælio p. 109 & seq. Sic Cic. fam. 5, 4 *Etsi id ipsum nonnullis videatur secus.* Add. Plaut. Aul. 3, 2, 7; Capt. 2, 1, 13; & 4, 2, 76; Stich. 1, 1, 36. *Tametsi* vide in *Tam.*

ETEOCLES, *is*, m. Oedipi regis Thebanorum filius, cui cum Polynice fratre suo ita convenerat, ut alternis imperarent annis. Sed Eteocles anno exacto fratri regno cedere nolens. Quare Polynices Adrastum regem Argivorum socerum suum, aliosque Achajæ principes contra Eteoclem armavit. Quo in bello cum hostis hostem occidisset, utrique que essent, tandem fratres de regno decertantes mutuis se vulneribus confecerunt. Major vero inter filios vulnerum species mortem ipsi invenit. Super fratrum cadaveribus, cum regnum esset quæsitum, flammæ divisæ sunt, tanquam super regno adhuc dissentientibus. Stat. Theb. 7, 688 *Nec segnem Argolicæ senserе Eteoclea furiæ.*

ETEOCRETES, *um*, m. pl. Cretæ populi antiquissimi, Sil 13, 41.

ETEONOS, *i*, oppidum Boeotiæ, Strab. Theb 7, 670.

¶ Eteonicus, *i*, m. Dux Lacedæmoniorum, de quo Polyænus 1, 45.

ETESIÆ, *arum*, m. pl. ἐτησίαι, latine *annui venti*, sic dicti, quod stati sint, ac singulis annis eodem redeant tempore; quamobrem & *anniversarios* Cicero dixit, de fabricanda arce in Aventino monat. und hundestaem. v. Plin. 2, 47, itemque Gell. 2, 22. Et Apulej. de Mundo: *Sunt Etesiæ & prodromi spirantes ex omni parte eo tempore æstatis, quo Canis oritur.* His flantibus, mare in orientem navigantibus secundum. v. Tacit. Hist. 2, 98, 3, ubi Lipsius consulatur. Adversum est navigantibus in occidentem. Cic. Att. 6, 7 *Rhodum volo puerorum caussa, inde quamprimum Athenas, etsi etesiæ valde restant.* Idem Tac. Hist. 4, 38 *Status æstivis flatibus aies nonnunq.* De Etesiis vide & Sen. Qu. Nat. 5, 10, 11 & 18. Habes & quædam, quæ ad eas pertinent ejusdem operis 3, 2, itemque Anonymum de vita Pythagoræ apud Photium p. 1122, item Manutium Quæstis per Epist. Q. 6 & Hercalop. ad Cic. de N. D. p. 480. ¶ 2. *Etesiæ*, mugul. Plin. 18, 34 f. 77 *Aquilo mollitur sidere æstate media, mutatque nomen, & etesiæ vocatur.*

¶ Eteſius, *a, um*, adj. annuus, anniverſarius. Lucret. 5, 741 *Eteſia flabra Aquilonum.*

¶ Eteſius, *a*, genus uvæ, Plin. 14, 3.

Eteſticulatio, vide *Teſtis*, Ethe, *Ethos.*

ETHELVS, *i*, m. Cyzicenus, ingentis staturæ, ab Ancæo interfectus, Flacc. 3, 138.

ETHEMON, *onis*, m. nomen viri, Ovid. Met. 5, 169; Virg. Æn. 10, 126.

ETHESIVS, *i*, m. lapis mortariorum. Plin. 36, 22.

ETHICE, *es*, f. ἠθική, & Ethica, *æ*, *am*, n pl. die sitten-lehre. Philosophiæ pars, quæ de moribus scripsit ἦθος. v. h. *mores.* Hinc Cicero etiam hanc partem Philosophiæ *de moribus* & *moralem* latine appellat. Vide eundem de Fato princ. Ipsa vox Ethice est Quintil. 2, 12; 12, 2.

¶ Ethicus, *i*, m. ἠθικός, moralis disciplinæ præceptor, ein sucht-lehrer. vide *Philosophia.* Sen. Contr. 2, 10 *Declamabat Naso raro controversias, sed non nisi Ethicas.*

¶ Ethicus, *a, um*, adj. ad Ethicam spectans, sittig. Cic. Orat. c. 37 *quod Græci ἠθικὸν vocent, ad naturam, & ad mores, & ad omnem vitæ consuetudinem accommodatum.* Sid. ep. 8, 11 *Dicitis ethica*, i. e morata. Prudentius Hamart. v. 583 primam perperam corripuit: *Si licet ex Ethicis quicquam præfumere.*

ETHNARCHA, *æ*, f. ἐθνάρχης, princeps minor rege, major tetrarcha, phylarcha, ein lands-fürst. Archelaum Herodis filium, qui regium nomen & dignitatem adfectabat, Augustus Cæsar *Ethnarchum* appellari voluit, fratres *tetrarchas*, illi dimidia, horum alterutrique quarta, possessionum paternarum parte attributa, Iosephus Antiq. 17, 13.

ETHNICVS, *a, um*, ἐθνικός, gentilis, heidnisch; substantive, ein heide. Ethnici autem notio hoc sensu nova non est. Hieronym. Tom. 6 in Ephes. 5, 20 *Hos & gentiles facit, & Judæos, & publicanos, & ethnicos.* Et ep. 33 *Cernimus, ethnicos & Judæos volutari in cœno libidinis.* Adde Io. Vorst ad Sulp. Sever. p. 4. Quidam illos *paganos* magis latine dici existimant, de quo suo loco.

¶ Ethnice, adverb. idem. Tertull. de Pudicitia c. 9 *Ethnice vivens.*

¶ Ethnicālis, *e*, adj. inde formatur Tertulliano de Spectac. c. 5 pr. *Ethnicales literæ*, i. e. profanæ, scriptorum gentilium.

¶ Ethnicismus, *i*, m. das heidenthum. Prudentio dicitur *cultus deorum vanorum*, in pass. Laurentii v. 498.

ETHOLOGIA, *æ*, & ETHOPOEIA, *æ*, f. effictio & imitatio morum alienorum, quam Mimi & histriones præstant. *Ethologiæ* vocem Lipsius probe restituit Senecæ epist 120, cum antea esset *Æthiologia.* Conf. Quintil. 1, 9 *Ethopœia* est Prosopopœiæ species in Rhetoricis. v. Isidor. 2, 14.

¶ Ethologus, *i*, & Ethopœus, *i*, m. ἠθολόγος, ἠθοποιός, morum effictor & repræsentator, der andrer leute geberden und sitten fürbildet. Suidas, Budæus. Cic. de Orat. 2, 59 *Mimorum est ethologorum, si nimia est imitatio.* Reinef. Inscr 9, 20 AVG. VERNA ETHOLOGVS Exemplum ἠθοποιΐας Quintilianus Terentii illud proponit 9, 2 *Parvula hinc est abrepta, eduxit mater pro sua, favor dicta est, cupio adducere, ut reddam suis*, in Eun. 1, 2, 65. Quæ figura & μιμησις dicitur.

ETHOS, n. gr. ἦθος, mos, consuetudo, die sitte, gewohnheit: ut, *Logicum ethos*, Sidon. carm. 15, 121. Plur *Ethe*, ἤθη. Plinius 35, 10 De Aristide pictore: *Animum pinxit, & sensus omnes expressit, quæ vocant Græci ethe.*

Etiam, Etiamdum, &c. Etiamsi, vide *Et.*

ETRVRIA, vel Hetruria, *æ*, f. (sine aspiratione scribendum esse, Manutius Orthogr ex nummis & lapidibus antiquis probavit) Italiæ regio, quæ & *Tuscia* dicta, amnibus Maera & Tiberi, & jugis Apennini terminata. v. Plin. 3, 5; Virg Æn. 2, 533

¶ Etruſcus

¶ Etruſcus, *a, um*, Tuſcus, gentile adjectivum: ut, *Etruſca diſciplina*, Cic. ſam. 6, 6, id eſt, divinatoria, wahrſager kunſt. Nam, quod Arnobius lib. 7 p. 232 dixit, *genetrix & mater ſuperſtitionis Etruria*. Liv. 2, 34 extr. *Tanaquil perita, ut vulgo Etrusci, cæleſtium prodigiorum mulier*. Sed & literarum penes Etruſcos gloria erat. Liv. 7, 2 pr. *Ludiones ad agendos ludos ſcenicos ex Etruria acciti*. Id. 9, 36 *Olim Romani pueri, ſicut nunc Græcis, Etruſcis literis eruditi ſoliti*. De Etruſcorum vatum aſtu vide Plin. 28, 3. *Etruſcum aurum*, Iuven. 5, 164.

Etſi, vide *Et*.

ETYMOLOGIA, *æ*, f. ἐτυμολογία, ratio & origo vocum, caſuum & ſignificationis diſcrimen, die wort-kunſt. Quintil. 1, 6 *Etymologia, quæ verborum originem inquirit, a Ciceronе dicta eſt notatio, quia nomen ejus apud Ariſtotelem inveniturque σύμβολον, quod eſt* nota, *nam verbum e verbo ducitur, id eſt*, veriloquium, *ipſe Cicero, qui finxit, reformidat. Sunt, qui vim potius intuiti, originationem vocant*. conf. Iſidor. 1, 28. ¶ 2. Ineptas quasdam, Iſtorum præſertim etymologias vid. apud Regium ad Quint. 1, 6 p. 82, qui & ipſe hunc locum tractat.

¶ Etymon, *i*, n. ἔτυμον, idem. Varro R. R. 1, 48 de gluma: *videtur vocabulum etymon habere a glubendo*. Gell. 18, 4 *Verborum medullas & ſanguinem, & vocum origines* vocat.

¶ Etymologus, *i*, m. ἐτυμολόγος, qui rationes verborum inquirit.

¶ Etymologicus, *a, um*, ἐτυμολογικός, adject. ut, *ratio Etymologica*, Gell. 1, 18.

¶ Etymologice, *es*, ἐτυμολογική (τέχνη) Varro L. L. 6, 1 *Præſertim cum dicat etymologice, non omnium verborum poſſe dici cauſas*. Pro adverbio habuit Falliterus.

EV, particula approbantis, ſeu laudantis, bene, recte, optime. vide de Plaut. Moſt. 1, 4, 26.

ÉVA, *æ*, f. prima mulier ex Adæ coſta; *mater viventium*, Tertull. de Virg. vel. c. 5. Prudent. Hamart. v. 743 *Traxerat Eva virum prima ad conſortia culpæ*

Evacuare, &c. vide infra *Vaco*.

EVADNE, *es*, f. Εὐάδνη, Martis fuit filia, uxor Capanei ducis, quem adeo dilexit, ut in ejus rogum ſeſe injecerit, & cum cadavere illius exuſta ſit. Virg. Æn. 6, 447 *Evadnenque & Paſiphaen, his Laodamia It comes*. vid. Prop. 1, 15, 21. ¶ 2. Alii Aſopi filia Nilo fl. dilecto, vid. Ovid. am. 3, 6, 41.

Evado, vide *Vado*, Evagari, *Vagus*, Evaginare &c. *Vagina*.

EVAGÓRAS, *æ*, m. Cypri rex apud Nep. 12, 2, 2; & Iuſtin. 5, 6, 10. Integram orationem eamque funebrem in Evagoræ laudem Iſocrates ſcripſit vocavitque *Evagoram*, quam vide. ¶ 2. Fuit alius *Evagoras Laco*, qui Olympionicos equos magnifice ad ſepulturam dedit. vid. Ælian. Hiſt. Anim. 13, 40.

Evaleo, vide *Valeo*, Evallo, āre, & ĕre, *Vallum*.

ĒVAN, *antis*, m. ἐυὰν, Bacchi nomen, Ovid. Met. 4, 15. Hinc *Evantes*, bacchantes, Virgilio dicuntur Æneid. 6, 517 *Phrygiæ evantes Orgia circum &c*. Sil. 1, 101 ſingulariter: *Non ille evantis Meſſyle palluit iras*. vid. Drakenb.

ĒVANDER, & Evandrus, *i*, m. Εὐανδρός, Pallantis regis Arcadiæ nepos, *Romanæ conditor arcis*, ut Virg. ait Æneid. 8, 313. vide Iuſtinum 43, 1, 6; & Liv. 1, 7. Matrem habuit *Carmentam*, quæ & *Nicoſtrata* dicta fuit. *Cum Evandri matre loqui*, apud Gell. 1, 10 eſt, antique & obſolete loqui. Sic, *eatillum Evandri manibus tritum* pro antiquiſſimo, Horatius dixit 1 ſat. 3, 90. Liv. 1, 7 Evandrum vocat *virum miraculo literarum venerabilem*: Et ut Aur. Vict. de Orig. gent. Rom. c. 6 teſtatur, *primus omnium Italicos hominès legere & ſcribere edocuit, &c*. conf. Tac. Ann. 11, 14, 3.

¶ Evandrius, *a, um*, poſſeſſivum: ut, *Evandria regna*, apud Silium 7, 18, & *Evandrius enſis*, apud Virg. Æn. 10, 394. Sic, *Evandria cura* pro Romana, apud Prudent. in Symm. 1, 551.

EVANGĔLIVM, *i*, n. εὐαγγέλιον, ſermo res bonas & lætas nuncians, eine gute frölliche botſchafft. Appianus lib. 4 Civil. f. 306 de nece Ciceronis: ὑθεον ἀυτικα τὸ εὐαγγελιον Ἀντωνίῳ Φέροντες, *Currebant ſtatim Antonio lætum nuntium* (de occiſo Cicerone) *ferentes*. ¶ 2. *Evangelium*, apud Chriſtianos promiſſio, qua Deus pollicetur, ſe propter Chriſtum filium ſuum remittere peccata, nosque juſtos pronunciare & donare Spiritum ſanctum & vitam æternam, modo ut credamus, hæc nobis propter Chriſtum certo contingere. Alcim. 3, 383 *Clava evangelii verbique ardente lucerna*: Sed perperam corripuit primam Tertullianus Carm. 2, 47 *Tradit Evangelium Paulus ſine crimine mundum*. ¶ 3. *Præmium*, quod lætum afferenti nuntium datur, ſignificat Homero Odyſſeæ ξ. v. 152, ubi Vlyſſes ad Eumæum: Εὐαγγελιον δέ μοι ἐσω. *Præmium boni nuntii mihi ſit*. Vbi Euſtathius, Homeri interpres: Εὐαγγελιόν ἐστι ὦθρον ὑπὲρ ἀγαθῆς ἀγγελίας. Et Cic. Att. 2, 12 *O ſuaves epiſtolas tuas, uno tempore mihi datas duas! Quibus εὐαγγέλια, quæ reddam, neſcio: deberi quidem plane fateor*: ein botenlohn. ¶ 4. εὐαγγέλια ſunt ſacrificium ob lætum nuntium apud Iſocrat. in Areop. & Xenophontem. Adde Diod. Siculum 15, 74.

¶ Evangĕlus, *i*, m. nomen Pixodoro datum ob bonum nuntium. Vitruv. 10, 7.

¶ Evangelicus, *a, um*, adj. Tertull. 4 contra Marc. 39 *Scripturæ evangelicæ*. Prudent. Apoth. v. 15 *Evangelicus libellus*. Paulinus carm. 19 ad Iov. v. 155 *Aut evangelici quæ lex nova teſtamenti*.

¶ Evangeliſta, *æ*, m. ſcriptor hiſtoriæ evangelicæ, ut ſunt Matthæus, Marcus, Lucas & Iohannes. Prudent. Cathem. 6, 77 *Evangeliſta ſummi fidiſſimus magiſtri*. conf. Idem periſt. 10, 16.

¶ Evangelizo, *are*, εὐαγγελίζειν, læta nunciare, eccleſiaſticum verbum.

¶ Evangelizator, *oris*, m. apud Tertull. de Corona c. 9, & de Præſcript. c. 4 itidem eccleſiaſtici juris & uſus vocabulum.

Evannare, vide *Vannus*, Evaporare, &c. *Vapor*, Evaſtare, *Vaſtus*.

EVAX, interjectio exultantis, apud Plautum aliquoties, juch, henſa!

EVBĀGES, *um*, m. pl. εὐάγες, Straboni lib. 4, Gallorum vates, *ſcrutantes ſerium & ſublimia naturæ*, Ammian. 15, 9. Valeſius ibi legit *Eubages*. Eubages vero nomen habere ajunt a Perſico *Bacb*, h. e. ſanctus, uti Eumolpidæ ab Arabum Moallaphi, uti Ravius Paneg. 2 monuit. Syllabam *Eu* Græci ſæpe præfixerunt. Quam vere utrumque, non diſputo

EVBIVS, *i*, m. *impuræ conditor hiſtoriæ*, Ovid. Triſt. 2, 416.

EVBOEA, *æ*, f. Εὐβοῖα, inſula vicina Bœotiæ, a qua brevi Euripi alveo diſtinguitur, *Nigropontus*, hodie dicitur, Negropont. Ab Eubœa avulſam quidam dixere Atalantam, de qua ſ. l. Cæterum ipſam Eubœam Bœotiæ continentem fuiſſe dixit Plin. 2, 18 ſ. 90 & 4, 12 ſ. 21 pr. vid. etiam Bonifac. hiſt. Iud. 6, 22.

¶ Eubœus, *a, um*, adj. ut, *Plebs Eubœa* Stat. 5 Silv. 3, 136.

¶ Eubœicus, *a, um*, idem; ut, *Litus Eubœicum*, Propert. 2, 26, 38. *Virbs Euboica*, Ovid. Met. 14, 155. ¶ 2. Euboicus etiam eſt Cumanus, Cumæ enim Eubœorum colonia. v. Drakenb. ad Sil. 11, 293. Ita Virg. Æn. 6, 17 *Chalcidicum arcem* nominat Cumarum a Chalcide Eubœæ: quemadmodum ibid. v. 2 *Euboicas Cumarum oras* dixerat. Add. v. 42. Ita *Euboicos natatus* dixit Rutil. itin. 1, 247 *aquas Bajanas*, quæ alias *Cumanæ* dicuntur. vid. Burm. ad h. l.

¶ Eubœice, *es*, f. herba, Eubulus, attich. Apul. de Herb. c. 91. Eubœlus vide ſupra *Bolus*.

EVBVLVS, *i*, m. gr. εὔβουλος, prudens, qui bene conſulit. ¶ 2. Athenienſis quidam, Demoſthenis adverſarius, ut ex ejus in Midiam oratione apparet. ¶ 3. Mediæ comœdiæ poeta, Athenæo ſæpe memoratus. Suid. ¶ 4. Hiſtoricus qui hiſtoriam Mithræ explicuit. Hieron. l. 2 adv. Iovin. ¶ 5. Philoſophus Alexandrinus, diſcipulus Euphranoris, Ptolemæi magiſter. Diog. Laërt. in Timone l. 9. ¶ 6. Vir ſanctus, cujus meminit D. Paulus 2 Tim. 4, 21.

¶ Eubule, *es*, f. filia Leonis, Orphei filii, quam cum Phalithea & Theope ſororibus, civitati immolandas exhibuit, ut ingens annonæ caritas, quæ Atticam premebat, finem ſecundum oracula caperet. v. Ælian. H. V. 12, 28. Suidas in voce λευκώριον. Rhodig. 13, 7.

¶ Eubuleus, *ei*, m. Athenis ex Iove, rege antiquiſſimo, & Proſerpina natus, Cic. de N. D. 3, 21.

¶ Eubulia, *æ*, f. εὐβουλία, bona conſultatio, guter rath. Cæl. Rhod. 119.

¶ Eubulides, *is*, m. Mileſius, Philoſophus ſectæ Megarenſium, diſcipulus Euclidis, præceptor Demoſthenis. vid. Diog. Laërt. in Euclide, & Athenæus l. 8. Aliorum hujus nominis meminit Cic. 3 Verr. 23, & 5 Verr. 42. & Laërt. in vita Diog. & Socratis.

EVBVRIĀTES, *um*, m. pl. Ligueſtica gens apud Florum 2, 3, 5; & Plinium 3, 5.

EVCÆRIA, *æ*, f. εὐκαιρία, opportunitas, tempus agendi opportunum, die gelegenheit, bequemlichkeit. Cic. Att. 16, 8; de Fin. 3, 4. εὐκαίρως *opportune* habet Id. Att. 13, 9; ad Quint. 2, 3: Et εὐκαιρότερον *opportunius* Att. 4, 7.

Eucharis, euchariſtia, &c. vide *Charis*.

EVCHĒTÆ, *arum*, f. εὐχῆται, a precibus dicti hæretici, quod ſolas preces ad ſalutem ſufficere crederent. v. Auguſt. de Hær. c. 58. Rhodig. 2, 16.

Profeucha, vide infra in P.

EVCLĪDES, *is*, m. Εὐκλείδης, philoſophus Megarenſis, Socratis auditor aviditſimus. Vide hiſtoriam apud Gell. 6, 10. v. *Megara*. Auctor ſectæ Megaricæ, cui Eriſticorum & dialecticorum nomen hæſit. Ejus effigiem exhibet Sponius Miſcell. Antiq. p. 140. Adde Sidon. carm. 2, 167. ¶ 2. Geometra nobiliſſimus, Ptolemæi Lagi ætate floruit, cujus elementorum libri XV, & alia quædam hodieque ſuperſunt. De quo & aliis Euclidis Fabric. B. G. l. 3, c. 4.

EVCLIO, *ōnis*, m. avari & deparci ſenis apud Plautum in Aulularia nomen eſt, quod ad omnes eos, qui ejusdem morbi ſunt, transfertur vulgo, ein farger filz.

Eudæmon, vide ſupra *Dæmon*.

EVDĒMVS, *i*, m. Cyprius, amicus Ariſtotelis. Vide, quæ de eo commemorat Cicero Div. 1, 25. ¶ 2. Megalopolitanus, Philopœmenis ducis præceptor. Plut. in Philop. ¶ 3. Naxius, hiſtoricus, conditor hiſtoriæ aſtrologicæ, quem eumdem faciunt cum Eudemo Pario. v. Voſſ. de Hiſt. Græc. 3 p. 283, & de Mathem. c. 32. ¶ 4. Medicus Liviæ, Druſi uxoris, adulterii inter illam & Sejanum internuntius ac proxeneta. v. Plin. 29, 2, & Tac. Ann. 4, 3.

EVDIÆON, *i*, n. ἐυδιαῖον, *lineum filum, quod Medici in extremo clyſterio relinquunt, per quod mucoſus emittitur*. Feſt. ab ἔυ & διαίνω, *humecto*.

Eudocia, Eudoxia, eudoxus, vide *Doxa*.

Eveĉtio, eveho, vide *Vebo*, Evello, *Vello*.

EVĒNĔMOS, *i*, gr. ἐυηνεμος, i. e. proſpero vento uſus, hurtig. Plin. 34, 8 *Strongylion Amazonem ab excellentia crurum Euenemon appellant*.

Evenio, vide *Venio*, Eventilo &c. *Ventus*, Eventus, *Venio*

EVĒNVS, *i*, m. Philoſophus fuit, qui ignem optimum dixit eſſe ciborum condimentum, ut Plutarchus retulit. ¶ 2. Eſt & ejusdem nominis Ætoliæ fluvius. Ovid Met. 9, 104 *Venerat Iveni rapidas Iove natus ad undas*. conf. v. 513. Vid. Muret. ad Prop. 1, 2, 18. & Heinſ. ad Ovid. Her. 9, 141.

¶ Eveninus, *a, um*. Ovid. Met. 8, 527 *Eveninæ matres* ſunt *Calydonides*.

EVERGĂNEVS, *a, um*, ἐυεργὸς, affabre factus, compactilis, ausgearbeitet, ausgefünſtelt; ut, *Everganeæ trabes*, Vitruv. 5, 1.

EVERGĒTA, *æ*, m. εὐεργέτης, ein wohlthäter. Dein cognomen duorum Ægypti regum, tertii & ſeptimi Ptolemæi: ut etiam aliquot Syriæ, vid. Vaillantii Numiſm. in Antiocho Sidete, & Demetrio Eucæro, & Spanh. diſſ. 7 p. 439 ſq. qui Parthorum etiam cognomen eſſe docet diſſ. 8 p. 460. ¶ 2. Evergĕtæ, *arum*, m. pl gens Aſiæ, quæ a Cyro hoc beneficium nomen indepta pro vulgari Agriaſparum, quia exercitum ejus frigore victusque penuria affectum tectis & commeatibus juverant. v. Iuſtin. 12, 5, 9. Diod. Sicul. 17, 81, & Curt. 7, 3, 1.

Evergo, vide *Vergo*, Everſiator, everriculum, everro, *Verro*, Everſio, everſor, everto, *Verto*, Everſtigo, *Veſtigium*.

EVGĂLACTON, *i*, n. ἐυγάλακτον, herba, poſtea *glaux* dicta, Plin. 27, 9.

EVGĂNEI, *orum*, m. pl Italiæ Tranſpadanæ populi, Liv. 1, 1. Vid. Cluver. Ital. Antiq. lib. 15; Pignor. Orig. Patav. c. 1 p. 8 ſqq. & Bernardinus Scardeonius de Antiqu. Patavii & Patavinis. Etiam Plinius 3, 20 laudat *præſtantes genere Euganeos*, tracto nomine ab ἐυγενὴς, *generoſus*.

¶ Eugmeus, *a, um*, gentile adjectivum. Silius Ital. 8, 604 de Patavinis: *Tellure antiquitus orti Euganea*. Et Idem 212, 16 *Euganeis dilectum nomen in oris*. conf. Lucan. 7, 192.

EVGE, εὖγε, interjectio vel exultantis vel congratulantis, ſo recht, ſchön. Ter. Adelph. 5, 7, 13 *Euge jam, lepidus vocor.* Plaut. Trin. 3, 2, 79 *Euge! euge!* Idem Merc. 3, 4, 41 *Euge papæ.*

¶ Eugepæ, Interjectio gaudentis & approbantis, qua Plautus ſæpe uſus eſt: ut, Amph. 4, 1, 10 &c.

EVGĔNIÆ, *arum*, f. pl. *εὐγενίαι*, uvæ generoſiores a generoſitate ſic dictæ apud Columellam 3, 2, gute neun-beer, edle trauben. conf. Plin. 14, 2.

¶ Eugenia & Eugenius, fœminæ & viri nomina Alcim. ad Soror. v. 578 & 600.

EVGIVM, *i*, n. pellicula mulierum, quæ & *hymen* dici ſoler, & pro ſigno virginitatis habetur; a græco *εὔγιος*, *fertilis*. Apud Nonium 3, 304 Laberius: *Eugium ſcindere.* Et Lucilius: *Sine Eugio ac deſtina.* Pro tota parte pudenda ponitur apud Non. 8, 36, cujus locum repetimus in *Puellitor.*

EVHĒMĔRVS, *i*, m. antiquus auctor, ex civitate Meſſana ſecundum Lactant. 1, 11. Arnobius Agragentinum vocat lib. 4, Plutarchus vero Meſſenium. conf. Cic. de N. D. 1, 42. Varro de R. R. 1, 48. Colum. 9, 2. Voſſ. de Hiſt. Græc. 1, 11 p. 55. ¶ 2. *Euhēmĕrus* etiam Parthici regis cognomen, de quo Diodorus in Excerpt. Valeſ. p. 376.

Euhyus, vide mox *Evius.*

Evidens, vide *Video*, Evigilo, *Vigil*, Evileſco, *Vilis*, Evinco, *Vinco*, Eviratus, *Vir*, Evireſco, *Vireo*, Eviſcerare, &c. *Viſcus*, Evitare, &c. *Vito.*

EVIVS, *i*, m. *εὔιος*, Bacchi cognomen eſt, quaſi boni filii, apud Horat. 2 od. 11, 17 *Diſſipat Evius curas edaces.* Colum. R. R. 10, 224 *Evie, Evie paan.* Scribitur quoque *Evhyus*, ac *Evous*, unde ſolennis inclamatio vocandi caſu: *Evoe* ſive *Evohe* Bacche, &c. v. Horat. 3 od. 25, 9. v. Burm. ad Petron. c. 41 p. 183 & de varietate ſcriptionis, quem ille laudat Heinſ. ad Ovid. A. A. 1, 563. ¶ 2. Eſt & adjectivum *Evius, a, um*, id eſt, Bacchicus. Statius Achilleid. 2, 154 *Quater Evia pulſant Terga manu*, h. e. tympana in Bacchi ſacris.

¶ Evias, *ădis*, f. ſacerdos Bacchi.

EVLĀLIA, *æ*, f. virgo martyr, Prudent. Periſt. 3, 1. Adde Sidon. Carm. 24, 95.

Eulogia, Eulogius, vide *Logus.*

EVMĀCHVS, *i*, m. teſte Athenæo, res geſtas Annibalis conſignavit. ¶ 2. Alius *Eumachus* Siculus Municus apud Plinium 4, 18. v. Voſſ. de Hiſt. Gr. 3 p. 284. Alius Sil. 4, 394.

EVMARVS, *i*, m. Athenienſis pictor, omnes figuras imitari auſus, Plin. 35, 8.

EVMĒCES, *is*, *εὐμήκης*, genus arboris balſamiferæ procerioris, Plin. 12, 26. ¶ 2. *Eumece* lapillus erat, quem veteres cubitum euntes ſupponebant capiti, ut ſomnia evaderent vera. v. Reinef. *ἀτοφωμένα* Lingu. Pun.

EVMĒDES, *is*, m. pater Dotonis ſpeculatoris ad Græcorum caſtra miſſi & occiſi. v. Ovid. Triſt. 3, 4, 27 Adde Virg. Æn. 12, 346.

EVMĒLIS, *ĕlis*, m. augur fuit nobilis, de quo Statius 4 Silv. 8, 49 *Reſpicions blande f. lix Eumelis adorat.* v. Reinef. Inſcr. 1, 35 p. 63.

¶ Eumēlus, *i*, m. Trojanus eſt ex Æneæ ſociis. Virg. Æn. 5, 665 *Incenſa perfert naves Eumelus, &c.* Add. Ovid. Met. 7, 391. ¶ 2. Alius Corinthius, qui patriæ ſcripſit hiſtoriam v. Varr. R. R. 2, 5, & Voſſ. de Hiſt. Gr. 1, 1 p. 4. ¶ 3. De Eumelo Elienſi cithariſta Lucia. adv. indoct. p. 384.

EVMĒNES, *is*, m. Cardianus, ex ſcriba nobiliſſimus dux, de quo Nepotem ejus vita vide. ¶ 2. Alius *Eumenes* fuit Peigami rex, *amiciſſimus Romanis*, ut eum Nepos 23, 10, 2 vocat. Quem *φιλορωμαῖον* Plutarchus dixit in Catone.

EVMĒNĬDES, *um*, f. pl. furiæ infernales, die hölliſchen plage-geiſter ſic dictæ per Antiphraſin, *Εὐμενεῖς*, *benevolæ*, quæ vere *δυσμενεῖς.* Hoc autem nomen acceperunt ab Oreſte, qui Palladis conſilio illas Argos profectus placaverat, a benevolentia & manſuetudine, cum prius ab indignatione Erynnyes dicerentur, uti docet Sophocles in Oedipo de Colone v. 477 *ὦ σφᾶς καλέμεν εὐμενίδας ἐξ ἐυμενῶν στέργον δέχεσθαι τὸν ἱκέτην σωτῆριον. Ipſas vocamus Eumenidas, pectore Quod ſupplicem ſervaverint amabili.* v. Virg Georg. 4, 482. Stat. Theb. 2, 52; & 5, 302. Singulari *Eumenis* uſus eſt Silius 2, 558 *Diripiſque crimen Eumenis, in medios irrumpit &c.* Acherontis noctisque filiæ fuiſſe produntur, & furoris Deæ. Quidam duas eſſe dicunt, *Alecto*, & *Tiſiphonem*: alii *Megæram* ſororem addunt: quas uno complexus verſu eſt Orpheus: *Τισιφόνη τε, καὶ Ἀληκτω, καὶ δῖα Μέγαιρα.* Catull. in Argonaut. v. 192 *Quare fatla virûm mulſantes vindice pœnâ, Eumenides, quibus anguineo redimita capillo Frons exſpirantis præportat pectoris iras.*

EVMETRIS, *ĭdis*, f. gemma apud Bactros naſcens, Plin. 37, 10. Harduinus legit *Eumithris.*

EVMOLPVS, *i*, m. *Εὔμολπος*, Muſæi poëtæ filius, ſcripſit ante Homerum. v. Suid. & Ovid. Pont. 2, 9, 2. v. Fabr. Bibl. Gr. 1, 6, 7. it. Huet. Dem. Ev. 4, 8, 22. ¶ 2. Diodorus vero *Eumolpum* Ægyptii generis regem fuiſſe tradidit.

¶ Eumolpides, *um*, m. pl. *εὐμολπίδαι*, ſacrorum quorundam præſides, quorum meminit Æſchines in Orat. contra Cteſiphontem, & Suidas. Eos concilio publico aliquando præfuiſſe, auctor eſt Alexand. ab Alex. 4, 6, & Meurſ. Eleuſin. c. 13. Nep. 7, 4, 5 *Peſtilpam ſe capitis damnatum, bonis publicatis, audivit, & id quod ufu venerat, Eumolpidas ſacerdotes a populo coactos, ut ſe devoverent, &c.* *Εὐμολπιδῶν πάτρια* quæ ſint diſputant ad Cic. Att. 1, 9 extr.

EVNVCHVS, *i*, m. *εὐνοῦχος*, ab *εὐνή*, *cubile*, & *ἔχω*, *cuſtodio*, ein kämmerling, verſchnittener. Sed acutius, inquit Scal. ex antiqua eruditione. Venereum rem *amentiam* a prieſis appellatam, ex Ariſtophane conſtat. Hac quum putarent Eunuchos carere, contrariis vocibus compoſitis fecere nomen *εὖ νᾶν ἔχειν.* Vide ipſum Exercit. 277 ſect. 3, & Dan. Heinſium Introduct. in Heſiodum c. 6, ubi docet, Veteres, magiſtros continentiæ, quantumvis integros, *εὐνούχους* dixiſſe. Sane & Chriſtus Eunuchorum tria genera apud Matthæum c. 19, 12 recenſet. Et eleganter Clemens Alexandrinus Pædagog. 3, 4 *Εὐνοῦχος δὲ ἀληθὴς ἐχ ὁ μὴ δυναμένος, ἀλλ' ὁ μὴ βουλόμενος φιλήδην: Eunuchus verus eſt: non qui non poteſt, ſed qui non vult dare voluptati operam.* Plurimum apud orientis reges ſemper polluerunt Eunuchi, adeo ut nomen illud denique non ſexus conditionem, ſed officium denotaret, atque ſic etiam appellarentur ipſi mariti. Ita enim & Potiphar, *eunuchus Pharaonis*, LXX Interpretibus Gen. c. 39, 1 dicitur. Vetus quoque interpres latinus ſeq. c. v 1 pincernam & pictorem regium *duos eunuchos* vocat. Hinc in Conſtantinopolitanam quoque aulam penetrarunt: & plurimum potuere ſemper apud Imperatores; eorum tamen plerumque malo. De eorum ibi officiis vid Corippus lib. 3 de laud. Juſtini. Eunuchos a Perſis, qui eos a Babyloniis acceperant, inſtitutos, Donatus ad Ter. Eun. 1, 2 obſervat. De quorum ſalacitate & libidinibus in ea impotentia, idem Comicus eadem fab. 4, 3 extr. & ibi Lindebrochius. Lue. de Dea Syr. p. 668. Adde Barth. ad Stat Silv p. 331 ſeq. Voſſ. Inſt. Orat. 1 p. 77, 78. Savaronem ad Sidonii 1 epiſt 8. *Senem mulierem* Eunuchum idem Terentius cognomine Comœdia 2, 3, 65 vocat. Vide & *Spado. Se eunuchum facere*, Iuvenal. 12, 35. ¶ 2 *Eunuchas* mulieres primi feciſſe Lydi narrantur apud Athen. 12 p. 515.

¶ Eunuchīnus, *a, um*, adj. Hieron. ep. 22, 12 de Cuſtod. virg. ad Euſtoch. *Impudenter erigunt facies eunuchinas.*

¶ Eunuchīnatus, *a, um*, eſſe dicitur apud Tertull.

¶ Eunuchiſmus, *i*, m. *εὐνουχισμός*, eviratio, Cæl. Aurel. Tard. 1, 4 *Eunuchiſmum facere.*

¶ Eunuchīzo, *are*, h. e. caſtrare, apud Hieron. contra Iovinian.

¶ Eunucho, *are*, id. Varro ap. Non. 2, 289 *Is, qui ſe eunuchat.*

¶ Eunuchion, *i*, n. *εὐνούχιον*, lactucæ genus, Plin. 19, 8.

EVNVS, *i*, m. Syrus, ſervilis conditionis: ſed qui in Sicilia acerrimum bellum concitavit. v. Diod. Sicul. 35 ecl. 2, Flor. 3, 19, 4, & Alex. ab Alex. 2, 11.

Evocare, &c. vide *Vox.*

EVŌHE & Evoe, *εὐοῖ*, vox bacchantium apud Virg. Æn. 7, 389 *Evohe Bacche frementi.* Ovid. Met. 4, 522 *Evohe Bacche ſonant.* v. ſupra in *Evius* plura.

¶ Evœ diſſyllabum, Catull. Argonaut. v. 61 *Saxea aut effigies bacchantis proſpicit evæ.* conf. v 255

Evŏlo &c. vide *Volo, are*, Evolvo, *Volvo*, Evŏmo, *Vomo.*

EVONȲMVS, *i*, m. *εὐώνυμος*, dicunt & *anonymos*; arbor *fuſaria* vulgo, quod ex ea fuſi fiant, Germanis ſpindel-baum. vid. Plin. 13, 22. ¶ 2. *Evonymos*, inſula Æolia, Plin. 5, 19.

EVPĂLĀMVS, *i*, m. nomen viri, Ovid. Met. 8, 360.

EVPĂTOR, *ŏris*, m. *εὐπάτωρ*, i. e. *nobilis, clavo patre natus*, cognomen variorum olim regum. Et ita Mithridatem, Ponti regem, appellatum eſſe, docet Strabo lib. 10.

¶ Eupatoria, *æ*, f. & Eupatorium, *i*, n. *εὐπατώριον*, ſcribitur & *Hepatorium*, herba eſt, quam & *Agrimonium* dicunt, odermennig. Matthiol. *Dicunt & Hepatorium, quod epati præcipue medeatur.* conf. Plin. 25, 6.

¶ Eupatria, *æ*, f. gr. *εὐπατρία*, Suidas explicat, *καλὸν πατέρα ἔχειν, generoſum patrem habere*, eine edel dame. Sed Petronio c. 37 per ironiam ultimæ ſortis fœmina ita dicitur.

¶ Eupatrĭdæ, *arum*, m. pl. *εὐπατρίδαι*, apud Athenienſes erant civium nobiliores, qui apud Romanos *Patricii*: unde & in Gloſſis hæc vox ita vertitur, patricii, geſchlechter. v. Dion. Halic. lib. 2: & Petiti Comm. in Leges Att. 2, 3.

EVPĔLIOS, Daphnoides, laureola herba ſive Victoriola dicitur Apulejo de Herb. c. 58. Rectius

EVPĔTĂLOS, *i*, *εὐπέταλος*, Dioſc. 4, 143, & Plin. 15, 30, ein lorbeerſtrauch. ¶ 2. Gemma quatuor habens colores, Plin. 36, 10.

EVPHĒMIA, *æ*, f. *εὐφημία*, laus, favorabilis ſermo, die lobrede, guter leumund. Pro Dea gratiæ Fortunatus lib. 8 *Ille Euphemia & pariter quoque plaudit Agathe.* Perperam corripuit alteram Sidonius quoque Carm. 2, 482.

¶ Euphemiſmus, *i*, m. *εὐφημισμός*, figura rhetorica, qua res ingratas & odioſas mitioribus vocabulis exprimimus, quod interdum fit ironice: ut cum *Furiæ* vocantur *Eumenides*; cum *Pontus ἄξενος* dicitur *Euxinus.* Sic Vellej. 2, 93, 1 *Sic quid acciddiſſet Cæſari*, i. e. ſi mortuus eſſet. v. Voſſ. Inſt. orat. P. 2 p. 186.

EVPHONIA, *æ*, f. *εὐφωνία*, *vocalitatem* vertit Quintilianus 1, 5 eſt ſonus vocum jucundior, der wohlklang. Sidon. 5 epiſt. 5 *Pectora tua hauſerunt euphoniam gratis.*

EVPHORBVS, *i*, m. Trojani nomen a Menelao occiſi, cujus animam ſe habere Pythagoras jactabat. Ipſe apud Ovid. Met. 15, 160. *Ipſe ego (nam memini) Trojani tempore belli, Panthoide Euphorbus eram, &c.* Vnde & Lucilius Ennium, qui Pythagoricam ſectam ſequebatur, & animam Homeri in ſe derivatam eſſe gloriabatur, ap. Horat. 2 ep. 1, 50 ad Aug. hoc verſu irridet: *Ennius & ſapiens Euphorbus & alter Homerus.* Nam *ſapiens Euphorbus* eſt Pythagoras. v. Heinſ. ad Horat. ¶ 2. De *Euphorbo* Medico v. Plin. 25, 7.

¶ Euphorbium, *i*, n. *εὐφόρβιον*, planta, ejusdem ſuccus ingentis acrimoniæ, notus & unitarus Pharmacopolis. Libycam arborem ferulæ ſimilem Dioſcorides vocat; Macrob. Sat. 7, 5 *ſucco papaveris admiſcetis euphorbium.* ¶ 2. Dicitur & *Euphorbia, æ*, f. muliebri genere, de qua herba ejuſque ſucco plura legere apud Plinium licet 25, 7, ubi etiam de origine nominis diſſeritur. Adde ibi Harduin

EVPHŌRION, *ōnis*, m. Poëta Chalcidenſis, qui varia ſcripſit Namque & Elegos dediſſe, Diomedes lib. 3 teſtis eſt; & oſtendit Caſaubonus quoque ad Suet. Tib. quem vide p. 162 extr. Suidas & poëmatis ejusdam meminit, quod HESIODVM inſcripſerat. In quo prodit dubio de agricultura præcepit Quam torte ob cauſſam Varro & Columella eum inter ſcriptores ruſticos celebrant. Hujus græca carmina Gallum latine vertiſſe, Servius ſcribit, & inde Virgilium Ecl. 10, 50 ex Galli ipſius perſona canere: *Iho & Chalcidico quæ ſunt mihi condita verſu Carmina, paſtoris Siculi modulabor avena.* v. ipſum ad hunc locum; it. ad aliud Eclog. 6, 72 *His ibi Grynæi nemoris dictatur oraclo* Etiam Quintil. 10, 1 *Chalcidicum verſum* in illo Poëtæ carmine ad Euphorionem refert. *Quid* inquit, *Euphorionem tranſtulimus? Quem niſi ſtudioſus eſſet Virgilius, idem nunquam certe conditorum Chalcidico verſu carminum feciſſet in Bucolicis mentionem* Alii tamen aliter de illa re ſentiunt.

EVPHRĀGIA, *æ*, f. vulgo *Euphraſia*, herba, augen-troſt, alicubi & hirn-traut, vocant.

EVPHRĀNOR, *ŏris*, m. statuarius marmorarius, & pictor, de quo Aur. Victor in Hadriano & Plin 34, 8, & 35, 11. Iuvenal. 3, 217.

EVPHRĀTES, *æ*, m. Εὐφρατης, fluvius Mesopotamiæ, Cic. de Nat. D. 2, 52 *Mesopotamiam fertilem efficit Euphrates, in quam quotannis quasi novus agrus invehit.* Dictus videtur Ambrosio ab εὐφραίνειν, quod amœnitate sua delectet. v. Plin. 5, 24. Boëth. l. 5 metro 1 *Tigris & Euphrates uno se fonte revolvunt.* Adde Polyb. 9 Hist. extr. Virg. Ecl. 9, 726; Stat. Theb. 8, 290.

¶ Euphrātis, *ĭdis*, f. ad Euphratem posita. Sid. 8 ep. 9 in carmine fabjecto: *Ecce Euphratide.*

EVPHRŌSYNA, *æ*, f. & Euphrosyne, *es*, εὐφροσύνη, una ex tribus Gratiis: *Lætitia:* vide supra *Charites.* ¶ 2. Plin. 25, 8 *Bagloſſam* herbam *Euphrosynam* appellari tradidit, quod vinis injectum lætitiæ ac hilaritatis causam esse creditum sit, herrenſch.

EVPĪLIS, *is*, m. lacus cisalpinæ Galliæ, per quem Lambrus in Padum defluit, Plin. 3, 19.

EVPLĒA, *æ*, f. herba, qua perunctos commendatioris esse famæ, tradunt magi. Plin. 25, 10. ¶ 2. *Euplea*, insula maris Tyrrheni juxta Neapolim, vulgo *Gajola.* Stat. 2 Silv. 2, 79 *Inde vagis omnes Alix Euplea carinis.*

EVPLŌCĀMVS, *a, um*, εὐπλόκαμος, calamistratus, gekräuſelt. Lucil. apud Nonium 1, 155 *Explorato digitis diſcerniculoque capillo.*

EVPŌLIS, *ĭdis*, m. veteris Comœdiæ scriptor. v. Vellej. 1, 16, 3. Horat. 1 Sat. 4 prine. *Eupolis atque Cratinus Ariſtophanesque Poetæ, &c.* Et 2 Sat. 3, 12 *Eupolin Archilochum comites educere tantos?* Ejus versus aliquos allegat Gell. 5, 15; Plin. 1 ep. 20. Hunc cum Aristophane & Cratino principes ponit Quint. 10, 1 p. 897. ¶ 2. *Eupolis*, herba quæ & *Latteris*, Apul. de Herb. c. 111. al. *Eupaulis.*

EVPOMPVS, *i*, m. Macedo, Arithmeticæ & Geometriæ peritissimus, sine quibus negabat artem posse perfici. It. præclarus pictor, qui docuit Pamphilum Apellis præceptorem. Plin. 35, 9 & 10.

EVPŌRISTVS, *a, um*, εὐπόριστος, facile parabilis, leicht zu ſchaffen. Theod. Prisc. & Octav. Horat. 1 præf. & 1, 21.

EVPŌRVS, *i*, m. servus, qui C. Gracchum, qua potuit ratione, tutatus, super occisum deinde animam, scisis proprio vulnere visceribus, effudit; dictus ob hanc fidem *Philocrates.* v. Vellej. 2, 6, 6. Val. Max. 6, 8, 3. Aur. Vict. Vir. Illustr. c. 65. Macrob. sat. 1, 11.

EVPRŌSŌPON, *i*, n. εὐπρόσωπον, promontorium Phœniciæ, ab insigni adjectu.

EVPTĔRON, *i*, n. εὔπτερον, herba alias polytrichon, mauer-raute, frauen-haar. Apul. de Herb. c. 51.

EVREOS, *i*, f. gemma nucleo olivæ similis Plinio 37, 10. Eidem & *Tecolithus*, ut Dioscoridi τηκόλιθος, & *pyrena* & *phœnicites.* Vulgo *lapidem Iudaicum* appellant, juden-ſtein.

EVRĔTRON, *i*, n. εὕρετρον, præmium inventionis, sive merces ob indicium furis, Ulpian. l. 43 § 9 ff. de furtis, das trancksgeld vor den finder. *Indicinæ præmium* vocat Apul. Met. lib. 9.

EVRĪPICE, *es*, f. junci genus, cujus semine somnus allicitur, Plin. 21, 18, binſen.

EVRĪPĪDES, *is*, m. Εὐριπίδης, poëta tragicus, quem τραγικώτατον dixit Aristoteles. Natus fertur in Salamine anno primo Olympiadis 75, quo tempore Persæ *Xerxe* duce victi sunt. Matrem ejus vendidisse olera, cum Theopompus ap. Gell. 15, 20, Val. Max. 3, 4 exter. 2 & Suidas testantur, tum ex Aristophane ostendit Turnebus Adverſ. 15, 3. Philochorus tamen, apud Mosch opulum in vita Euripidis, eam nobilem fuisse asserit. Auditor fuit Anaxagoræ & Socratis. Cum Platone discendi caussa in Ægyptum ad sapientes & sacerdotes profectus aliquando est, quemadmodum Diogenes Laërtius tradidit. Tragœdiam scribere cœpit annos natus duodeviginti. Ac vidisse se speluncam terream & horridam in Salamine, in qua scriptitarit Euripides, Gellius affirmavit l. c. Scripsit Tragœdias 92, de quibus reliquæ nobis adhuc sunt 19. Cum in Oreste scripsisset: *Nullum esse usque adeo horribile malum, quod in hominem non cadat*; Socrates hos versus ejus sententiæ admiratus est, quos his verbis retulit Cicero Tusc. 4, 29 *Neque tam terribilis ulla fando oratio est, Neque fors, neque ira cœlitum invectum malum, Quod non natura humana patiendo ferat.* Μισογύνην ab odio, φιλογυνὴν vero ab amore mulierum, dictum eum fuisse, scripserunt aliqui. Quin & μισογέλωτα, quod joci & risus, & in conviviis quidem, osor esset, dictum eum Gellius tradidit; sed quicquid scripserit, id ejusmodi fuisse, ut a melle & Sirenibus profluxisse putarum sit. Versus Alexandri Ætoli in eam laudem de Euripide scripti apud Gellium leguntur l. c. Cum fabulam aliquando recitasset, & a populo rogatus esset, ut sententiam quamdam mutaret, in scenam progressus dixit: *se, ut populum doceret, non ut ab eo disceret, Tragœdias componere solere.* Alcestidi quoque Poëtæ Tragico objicienti, quod intra triduum tria tantum carmina composuisset, se vero centum; respondit: *sed hoc interest, quod tua carmina triduo tantum, mea vero in omne tempus sufficient.* v. Val. Max. 3, 7 exter. 1. Mortuus est annum agens ætatis suæ 75 a canibus discerptus, veluti Gellius 15, 20, & Val. Max. 9, 12 exter. 4 prodidere. Sepulcrum ejus Macedones hoc elogio ornarunt: Οὐ ποτέ σε μνήμας Εὐριπίδης ὤλετο πᾶς; quod sic Gaza transtulit, *Nulla etate tua Euripides monumenta peribunt.* Quanti ejus fecerit versus Cicero, non obscure testatus est fam. 16, 8 *Euripidis, cui tu quantum credas, nescio: ego certe singulos ejus versus singula teſtimonia puto.* Athenienses admirati ejus doctrinam & sapientiam *Scenicum Philosophum* merito appellarunt. Vitruv. 8 procemio: *Euripides*, inquit, *auditor Anaxagoræ, quem Philosophum Athenienses Scenicum appellavunt, aera & terram, eamque ex cœlestium imbrium conceptionibus infœcundatam, fœtus gentium & omnium animalium in mundo procreavisse &c. profeſſus est*, Boëth. lib. 3 prosa 7 *In quo Euripidis mei sententiam probo, qui carentem liberis infortunio dixit esse felicem.* Euripidis elogium habes etiam apud Quint. 10, 1 p. 897. Sidonius, accentum secutus, non quantitatem, quia græce Εὐρῑπίδης, produxit penultimam in phaleucis, Carm. 9, 135; & 23, 126. v. Fabr. B. G.

¶ Euripidēus, *a, um*, adj. quod Euripidis est. *Euripideum carmen*, Cic. Tusc. 3, 25.

EVRĪPVS, *i*, m. Εὔριπος, maris pars inter Æolidem, Bœotiæ portum, & Eubœam insulam, quæ septies (aut sæpius potius, ut inciderint passim venti, quemadmodum Livius existimavit 28, 6) die ac nocte recipro-

catur, quod Seneca his testatus est versibus in Hercule Oetæo v. 779 *Euripus undas flectit inſtabilis vagas, Sepemque curſus flectit; & totidem refert, Dum laſſa Titan emergit oceano juga.* conf. Lucan. 5, 235. Petrus vero Gyllius, qui ex nolitoribus, Euripi accolis, optime rem notat, ut plurimum quater ac die naturali cursum mutare annotavit; v. Voſſ. 5 Inſt. Orat. p. 298 299. Sed If. Vossius ad Melam p. 210 erudite conciliat, quater singulis diebus statum cursum mutare, & instabili cursu fluere ac refluere, tustro præsertim & Euro dominantibus. Unde fieri ait, ut septies aliquando Euripus cursum mutet. Iustinus Martyr Parænesi ad Gentes scribit p. 34, Aristotelem pudore atque dolore, quod Chalcidensis Euripi explorare naturam non potuerit, finem sibi vitæ attrexisse. ¶ 2 Hinc *Euripus homo*, εὔριπος ἄνθρωπος, sive *Euripo mutabilior, inquietior aut inconſtantior*, & τύχη εὐριπος, i. e *fortuna volubilis*, das unbeſtändige glück. Sic Cicero Att. 14, 1, εὐριπίτιχα vocat ea, quæ sunt mobilia & incerta ut Euripus. Eleganter quoque Boëthius 2 metr. 1 Euripum cum Fortuna comparavit. ¶ 3 Est & alius *Euripus* Eubœo similis apud Tauromitanos: de utroque Plin. 2, 97 circa fin. ¶ 4. *Euripi* etiam dicuntur fossæ atque incilia cum aquis, in hortis & prætoriis: ubi habebant etiam, quos *Nilos* appellabant, *Meergraben.* Cic. de Leg. 2, 1 *Ductus vero aquarum, quos ipſi vos & euripos vocant, quis non, cum hæc videat, irriſerit?* Seneca epist. 83 *Ille tantus Pſychrolutes, qui Kalendis Ianuariis in Euripum ſaltabat, &c.* Hieronym. ad Ruffinum ep. 41 de Bonoso Eremita: *Nullo Euriporum amœnitate perfruitur, ſed de latere Domini aquam vitæ bibit.* Adde Plin. 1 ep. 3. ¶ 5. Sic *Euripi* etiam dicebantur fossæ in circo, quæ impletæ subito aquis per occultos canales ex aquæ ductibus, totam arenam ad Naumachiam inundabant; de qua re Dio Cassius lib. 61 p. 694. Sen. ep. 90 *Virum ſapientiorem putas, qui invenit, quemadmodum in immenſam alcitudinem crocum latentibus ſiſtulis exprimat, qui Euripos ſubito aquarum impetu replet aut ſiccat?* De hoc circi *Euripo* etiam Suet. Cæs. c. 39; & Plin. 8, 7.

EVRŌPA, *æ*, f. Εὐρώπη, Agenoris Phœnicum regis filia, quam Iupiter rapuit, & in Cretam sub forma bovis abduxit. v. Plin. 12, 1. Cic. de N. D. 1, 28. Lactant. 1, 11. Dissensum mythographorum ostendit Burm. ad Ovid. met. 2, 859. ¶ 2. Ab hac nomen habet *Europa*, tertia pars orbis terrarum, incipiens a Tanai, qui in paludes Mæoticas exit, & desinens in fretum Atlanticum. Regiones ejus discæ ex Geographia: & conf. Plin. 3, 1, & 4, 23 &c. adde Varr. de L. L. 4, 6; Virg. Æn. 10, 91. ¶ 3. Est & quædam Thraciæ provincia, quæ *Europa* vocatur. v. Sext. Ruf. c. 9. Prima forte, a qua tota quam inhabitamus peninsula nomen fortita est, quale quid de Africa atque Asia constat.

¶ Europæus, *a, um*. Ovid. Met. 8, 23 *Noverat ante alios facinus Ducis Europæi*: i. e. Minois Cretensis, Europæ filium. ¶ 2. Incola *Europæ* regionis apud Nepot. 18, 3, 2 *Europæi adverſarii* sunt hostes ab Europa.

¶ Europensis, *e*, idem, latina formatione. Vopiscus Aureliano c. 21 pr. *Aureliano rebus Europenſibus occupato.*

¶ Europium, *i*, n. Syriæ urbs, olim *Thapſacum*, postea *Amphibolis*, Plin. 5, 24.

¶ Europus, *i*, m. inter primos reges Macedoniæ, Iustin. 7, 1, 6, a quo & *Europus*, urbs Macedoniæ, Plin. 4, 10. ¶ 2. Alius *Europus* rex pupillus, quo in cunis prolato & pone aciem posito, Illyrii infantiam ejus contemnentes, & bello Macedonas aggressi, victi sunt. v. Iustin. 7, 2, 5 seqq. cum not.

EVRŌTAS, *æ*, m. fluvius Laconum, præterfluens Lacedæmona. Vid. Ælian. 2, 34. Virg. Æn. 1, 498 *Qualis in Eurotæ ripis aut per jugæ Cynthi, Exercet Diana choros.* conf. Catull. 65, 89.

EVRŌTIAS, *æ*, m. gemma, quæ *ſitu videtur operire nigritiam*, ab εὐρωτιᾶν, quod est *ſitum trahere*, Plin. 37, 10.

EVRVS, *i*, m. εὖρος, ventus ab ortu spirans, alio nomine *Subſolanus*, der oſt-wind, morgen-wind. Apul. de Mundo p. 63 *Favonius, grace ζέφυρος, Euro contrarius.* Et paullo supra, *Euros Oriens, Boreas Septentrio, Occidens Zephyros, Auſtros, Medius dies mittit.* Virg. Æn. 8, 223 *Fugit ilicet ocior Euro*, so geſchwind wie der wind. Plur. Idem Georg. 1, 453 de sole: *Denunciat igneus Euros.* Et Furius apud Gell. 18, 11 *Spiritus Eurorum, &c.* ¶ 2. Nonnunquam & pro parte orientali a poëtis *Eurus* ponitur. Val. Flacc. 1, 538 *Regio, quæ deſcendit ab Euro.*

¶ Eurīnus, *a, um*, adj. idem ac orientalis, oſt-wärtig. Colum. 11, 2 *Incipit occidere ventus eurinus.*

¶ Euroāquilo, *ōnis*, m. *Cæcias* est, inter Eurum & Aquilonem violentus & tempestuosus, oſt-nord. v. Vulg. Act. 27, 14.

¶ Euroauster, *ri*, m. oſt-ſud. Colum. 11, 2; Isidor. 13, 11. Sic &

¶ Eurŏnŏtus, *i*, m. ventus ab oriente hiberno spirans inter Notum & Eurum, qui alio nomine *Vulturnus* dicitur. v. Apul. de Mundo p. 62; & Colum. 11, 12.

EVRYĀLE, *es*, f. filia Minois. ¶ 2. Et alia ejusdem nominis filia Prœti, regis Argivorum. ¶ 3. Et Gorgonum una *Euryale* est. Vide Servium ad Virg. Æn. 6, 289. ¶ 4. Amazonum regina, quæ Æetæ, Colchorum regi contra Persen auxilium tulit. v. Val. Flacc. 5, 612.

¶ Eurȳălus, *i*, m. unus, ex Ducibus Peloponnesiacis, qui bello ad Trojam interfuerunt. Virg. Æn. 5, 295 *Euryalus forma inſignis viridisque juventa.*

EVRYCLĒA, *æ*, f. nutrix Telemachi. Homer. Odyss. A. v. 429 Εὐρύκλεί Ὦπος Δυγατηρ Πασιμηδίδαο, *Eurycleæ Opis filiæ Piſenoridæ, &c.*

EVRYCLES, *is*, m. vates Athenis, semper aliquid de se fuisque incommodis vaticinans, & quod dæmonium in ventre habere crederetur, dictus ἐγγαστρίμυθος. Ab eo omnes arioli vocantur εὐρυκλεῖς vel εὐρυκλεῖδαι & ἐγγαστρίται. v. Cæl. Rhodig. 5, 10.

EVRYDĂMAS, *antis*, m. pugil nobilis Cyrenæus, cui cum inter certandum adversarius, plagarum vi, dentes excussissent, omnes devoravit, ne tali spectaculo illi animum adderet. vid. C. Rhodig. 11, 75. ¶ 2. Hoc nomine & *Hector*, qui cuncta domuit, significatur. v. Ovid. Ibis v. 331, & Sil. 2, 186. ¶ 3. Aliquis inter procos Penelopes, e cujus posteris cognominem laudat Sil. 2, 178. v. Drak.

EVRYDĪCE, *es*, f. Orphei uxor, pro qua recuperanda ad inferos descendit. Fabulam exponit Ovid. Met. 10, 31 &c. Virg. Georg. 4, 486 *Redditaque Eurydice ſuperas veniebat ad auras.* Vide & Luctat. Placid. Statii Scholiasten in 8 Theb. p. 357. ¶ 2. Alia *Eurydice*, Perdic-

Perdiccæ & Philippi mater fuit. Nep. 11, 3, 2 & Iustin. 7. 4, 5 & 7, 5, 4. ¶ 3. Plures huius nominis, nempe Aridæi, Lysimachi & Ptol. Philopatoris uxores, refert Iustinus 14, 5, 1 & 10: item 16, 2, 4 & 30, 1, 7.

EVRYLOCHVS, *i*, m. Socius Vlyssis, qui solus Circes pocula non gustavit, neque in suis figuram est transmutatus. Ovid. Met. 14, 287 *Vidimus Eurylochum, sortes data pocula fugit.* ¶ 2. Alius *Eurylochus* puerorum nobilium in Alexandrum conjurationem detexit. v. Curt. 8, 6, 20 & 23; & Iustin. 12, 6, 14.

EVRYMACHVS, *i*, m. Thebanorum potentissimus Platæas per proditionem cepit. Sed cum mox omnes rebellarent, hosti traditus & supplicio affectus est. Thucyd. ¶ 2. Vnus ex procis Penelopes, Ovid. Heroid. 1, 92 *Eurymachique avidas Alcinoique manus.*

EVRYMĒDON, *ontis*, f. pater Peribœæ, ex qua Neptunus suscepit Nausithoum, regem Phæacum, & Alcinoi patrem. v. Homer. Odyss. 7. ¶ 2. Filius Fauni, de quo Stat. Theb. 11, 32. ¶ 3. Dux Athenienſium cum Demosthene, Iustin. 4, 4, 11. ¶ 4. Fluvius, qui ex Tauri jugis ortus medium Pamphyliam secat. Mela lib. 1, & Plin. 5, 27.

EVRYMENÆ, *arum*, f. urbs Thessaliæ, apud Val. Flacc. 2, 14.

ERYMNVS, *i*, m. pro calumniatore abiit in proverbium, quia, cum moliretur serere dissidium inter Castorem & Pollucem, alterum apud alterum insimulans, utrique deprehensus pœnas dedit. v. Chiliad.

EVRYNOME, *es*, f. Oceani & Tethyos filia, uxor Orchami, Achæmeniorum regis, mater Leucothoes. Ovid. Met. 4, 210. ¶ 2. Nysi filia, Agenoris & Bellerophontis ex Neptuno mater, Hygi. f. 157. ¶ 3. Apollinis filia, quæ Adrastum Argivorum regem, & Eryphylen Amphiarai conjugem peperit. Hygi. f. 69, 70. ¶ 4. Doryeli filia, Codri uxor, apud Val. Flacc. 2, 136.

EVRYÖNE, *es*, f. Amyntæ Macedonum regis filia, quæ patrem a matris insidiis liberavit. Iustin. 7, 4, 5.

EVRYPYLVS, *i*, m. Hercules filius, omnium Græcorum augur peritissimus, regnavit in Co insula. v. Ov. Met. 7, 364; & Virg. Æn. 2, 114. ¶ 2. Alius Cerejorum i. e. Pergamenorum adversus Trojam dux, pulcherrimus ætatis suæ post Memnona. v. Ia. λ 818, Od. λ 519. it. Spanh. de usu & præst. num diss. 8 p. 505. it. diss. 11 p. 534.

EVRYSTEVS, *i*, m. Εὐρυσεύς, tribus syllabis, rex Græciæ, qui Herculem Iunonis instinctu cum tot monstris congredi coëgit, ut periret, quamobrem *durum* eum dixit Virg. 3 Georg. princ. *Quis aut Eurystea durum, aut illaudati nescit Busiridis aras.*

Eurythmia, vide infra *Rhythmus.*

EVRYTION, *onis*, m. rex Lacedæmoniorum, qui, ut Arcadas debellaret, factionem in ipsis movit. Polиæn. 2, 13. ¶ 2. Insignis faber argentarius, qui Pallantis arma fabricavit. Virg. Æn. 10, 499 *Quæ bonus Eurytion multo cælaverat auro.*

EVRYTVS, *i*, m. Mercurii filius, comes Argonautarum, de quo Val. Flacc. 1, 438; it. 3, 471; & 6, 570. ¶ 2. Vnus Centaurorum a Theseo occisus. Ovid. Met. 12, 224. ¶ 3. Oechaliæ rex, ab Hercule victus, & occisus, cum filiam Iolen certaminis lege promissam nollet tradere. Et hinc

Eurytis, *idis*, f. Iole, Euryti filia, patronym. Ovid. Met. 9, 395 *Eurytidos lacrymas admoto pollice siccat.*

Eusceme, vide infra *Schema.*

EVSĒBES, *is*, εὐσεβής, *religiosus, pius*, gottſelig. Cic. fam. 15, 2 *Rex Ariobarzanes Eusebes.* ¶ 2. *Eusebes gemma, ex qua Tyri in Herculis templo facta sedes, ex qua facile Dii surgebant.* Plin. 37, 10. i. e. interprete Harduino, eminebant, extabant.

¶ Eusebius, *i*, m. cognomento Pamphili, ob amicitiam cum Pamphilo martyre, chronologus & Cæsareæ Palæstinæ Episcopus, floruit temporibus Constantii & Constantini Cæsarum. Catalogum scriptorum exhibet Suidas. v. Voss. de Hist. Gr. 2, 17. ¶ 2. Fuerunt plures: ut, Emissenus, Nicomediensis, cujus sectatores *Eusebiani* dicti; Vercellensis, Samosatenus, &c. de quibus consule Hist. Eccles.

¶ Eusebia, *æ*, f. uxor Constantii Imp. de qua Zosimus & Ammian. Marcell. lib. 16 seq.

EVSTATHIVS, *i*, m. Epiphanæus, scriptor fuit sub Anastasio principe, quæ scripserit, Suidas indicavit. v. Voss. de Hist. Gr. 2, 21. ¶ 2. Fuerunt hoc nomine celebres aliquot præsules: ut, *Eustathius Antiochenus*, qui Arii dogma confutavit sub Constantino: & *Eustathius præsul Thessalonicensis*, qui illustres commentarios in Homerum, & Dionysium Periegetam scripsit sub Comnenis Imperator. v. Voss. l. d. 4, 19.

Eusesamum, vide *Sesamum*, Eustomachus, *Stomachus.*

Eutaxia, vide infra *Tagma.*

EVTERPE, *es*, f. Musa, latine *Iucunda* seu *Delectans* dici potest; εὐτερπής, *jucundus.* Studia enim delectationem præbent, quemadmodum aliquoties Cicero de studiis suis scripsit.

EVTHĂNĂSIA, *æ*, f. beata mors, ein ſanfter tod. *Augustus, quoties audisset, cito ac nulla cruciatu defunctum quempiam, sibi & suis* εὐθανασίαν *similem (hoc enim & verbo uti solebat) precabatur*, Suet. Aug. c. 99.

EVTHĒRISTON, *i*, n. εὐθηριστόν, balsami genus, Plin. 12, 25.

EVTHYCRĀTES, *is*, m. Lysippi filius & discipulus, in pictura celeberrimus, Plin. 34, 8.

EVTHŸDĒMVS, *i*, m. Philosophus Tarsensis, Apollonii Tyanei præceptor. Suid. ¶ 2. Alius Rhetor & Orator in Asia locupletissimus. Strab. l. 14.

EVTHYGRAMMVS, *i*, m. εὐθύγραμμος, regularis, ad quam expenduntur lineæ rectæ, ein lineal. Vitruv. 1, 1. *Geometria plura præsidia præstat architecturæ, & primum euthygrammi & circini tradit usum, e quo maxime facilius ædificiorum in areis describuntur, normaque & libramentorum & linearum directiones.*

EVTHYMIA, *æ*, f. εὐθυμία, animi tranquillitas, ipsa vita beata, guter muth. Cic. auctore de Fin. 5, 8 *Securitas, quæ est animi tranquillitas, quam appellavant εὐθυμίαν.*

EVTHŸMVS, *i*, m. pugil Locrensis inclytus, victor semper Olympiæ, victus semel, quemadmodum de eo Plin. scripsit 7, 47. Lapidem gestavit ingenti magnitudine, qui Locris ostenditur, & Temesæum heroa, quod cuique per vim abstulerat, reddere coëgit etiam cum fœnore, ut inde natum sit adagium de iis, qui sordidos & injustos quæstus faciunt, *affore Temesæum Genium.* v. Ælian. Var. Hist. 8, 18, & Chiliad. *Temesæus Genius aderit.*

EVTRĂPĔLVS, *i*, m. comis, facetus, furtzweilig, εὐτράπελος, unde cognomen adeptus procul dubio Volumnius ille, elegantis ingenii homo, cujus non semel meminit Cicero. v. Phil. 13, 2; & Att. 15, 8. De quo forsitan Horatii quoque illud accipiendum est 1 epist. 18, 31 *Eutrapelus, cuicunque nocere volebat, Vestimenta dabat pretiosa.* Vide ibi Lambin. Exstat & apud Martial. lib. 11 in Eutrapelum quemdam epigr. 83 *Eutrapelus tonsor dum circuit ora Laperti, Expingitque genas; altera barba fuit.* v. Voss. Inst Orat p. 384.

¶ Eutrapelia, *æ*, f. εὐτραπελία, festivitas, urbanitas, scherzhaftigkeit, ſcherz, furtzweil. Cic. Att. 7, 31.

EVTRŌPIVS, *i*, m. eunuchus, consul Romæ ab Arcadio factus omnibus vitiis infamis, periit exul in Cypro; in quem exstant duo libri Claudiani. ¶ 2. Alius, quem Suidas Sophistam Italum vocat, Breviarium scripsit rerum Rom. usque ad Flav. Valentem Aug. v. Voss. de Hist. Lat. 2, 8. ¶ 3. Alius Flav. Eutropius Vegetium de re militari Constantinopoli, Coss. Valentiniano Aug. VII & Avieno, A. C. 450 emendavit, ut in codicibus notatur.

EVTYCHE, *es*, f. mulier Tralliana, 30 partus enixa & a 20 liberis rogo illata. Plin. 7, 3.

EVTYCHES, *ētis*, & *Eutychis*, m. monachus Constantinopolitanus, fuit hæreticus tertius post Manetem & Apollinarem: negavit duas esse in Christo naturas. Vixit circa annum Christi 450. Damnatus est in Synodo Chalcedonensi sub Imperatore Marciano.

¶ Eutychiani, *orum*, m. pl. hæretici, sectatores Eutychis, de quibus consule Isidorum 8, 5; & Historicos ecclesiasticos.

EVTYCHĪDES, *is*, m. Plinio nobilis est statuarius 34, 8. ¶ 2. Alius T. Pomponii Attici servus litteratus, de quo Cic. ad Att. 4, 15 & 16, 5.

EVTYCHVS, *i*, m. comicum nomen, Cic. pro Rosc. Amer. c. 16. Adde Martial. 6 epigr. 68.

Evulgare, &c. vide *Vulgus*, Evulsio, &c. *Vello.*

EVXĪNVS, *a, um*, adj. Εὔξεινος, ut, *Pontus Euxinus*, qui contiguus est mari mediterraneo; Thraciam attingit & Mœsiam inferiorem, influit in eum aliquot alveis Danubius, vulgo das ſchwartze meer. Dictus olim ab inhospitali feritate *Axenus*, ἄξενος. Ovid. Trist. 4, 4, 55 *Frigida me cohibent Euxini litora ponti, Dictus ab antiquis Axenus ille fuit, &c.* Vide Plin. 4, 12, & 6, 1 princ. & præcipue Ammian. Marcell. lib. 22 & Eustathium in Dionysium: itemque Voss. Inst. Orat. 4 p. 287. Adjectivum autem *Euxinus* esse, Ovidius docet, cujus sunt: *Litus ad Euxinum*, 4 Pont. 3, 51. Et *Euxinæ aquæ*, 3 Pont. 2, 60. Item, *Euxinæ undæ*, 4 Pont. 7 pr. Quin & Cic. *Euxinus pontus*, de Orat. 1, 38.

EVZŌMOS, *i*, m. & Euzomon, *i*, n. εὔζωμος, herba quæ & ocimum basilicum traut; item eruca, senf, ex *εὖ bene* & *ζωμὸς, jus*, quod juris saporem commendet. v. Plin. 20, 13; Dioſc. 2, 170.

EX, præpositio, diversam juncta diversis verbis & formulis habet significationem. *Epicurei e Græcia*, Cic. de N. D. 1, 21, & ibid. *Nihil ex me audire potuisses. Nemo ex me scibit*, Ter. Phorm. 5, extr. aus meinem munde ſoll es niemand erfahren. *Ex animo*, herzlich, mit ernſt, vide *Animus. Ex adverso*, gegen über, Liv. 21, 27; & 22, 4; Suet. Cæs. c. 39. Sed *Exadversum*, vide in *Versus. Ex transverso*, von der ſeiten, Liv. 1, 13; 2, 20. *Ex propinquo*, in der nähe, Liv. 28, 44. *Ex itinere literas mittere*, unterwegs, Cic. fam. 3, 9. *Magna ex parte*, groſſen theils, Vellej. 2, 97, 3. *Ex æquo & bono*, Ter. Adelph. 5, 9, 30, recht und aufrichtig. *Aliud ex alio malum*, Id. Eun. 5, 5, 17, ein unglück über das andere. *Ex re alicujus*, quod est in commodum alicujus, zu eines nutz oder besten, quod & *ex usu* dicitur, Ter. Phorm. 5, 7, 76. Pro quo & E dicunt. Cicero ad Brutum ep. 4 *Facis ex tua dignitate, & e re publica*, wie es dir anſtehet, und zum nutzen der republic. Et Epist. 5 ad eundem: *Si arbitrare utile, eque republica esse.* ¶ 2. *Ex*, pro *Post*: ut, *ex eo die*, i. e. *ab eo die*, vel *post eum diem.* Cic. Phil. 1, 1; & fam. 5, 8. Cæsar de B. C. 22 *Quod provinciam ex prætura habuerat*, id est, postquam prætura functus esset. Nepos 14, 7, 1 *Qua ex re majoribus rebus præfuit*, worauf. Sæpe ita Suetonius usus, ut Cæs. c. 19; Vitell. c. 2 *Ex consulatu Syriæ præpositus, &c.* Vellej. 2, 33, 1 *Qui ante septem annos ex consulatu sortitus est Asiam.* Et rursus 2, 78, 3 *Domitius cum ex consulatu obtineret Hispaniam.* Vbi, cum Vossius *ex consulatu*, id est, *Consul*, interpretatur, aliud agebat. Liv. 3, 24 pr. *Ex quo semel fuit æger, nunquam* &c. i. e. postquam. Huc pertinet illud Terentii Eun. 4, 2 pr. *alium rem ex alia cogitare.* Et Heaut. 3, 3, 73 *Vt aliud ex alio incidit*, eines nach dem andern. Sic Cæsar *ex itinere confligere* dixit, pro, intermisso paulum itinere confligere; pro quo *in itinere confligere* Nepos dixit. Sic Cæsar B. C. 1, 70 *Ex magnis rebus nactus planitiem.* Idem B. Gall. 2, 8 *Collis paululum ex planitie editus.* Tacitus præpositione E similiter usus est. ¶ 3. Alias etiam particulas exprimit. Ter. Adelph. 2, 1, 22 *Ornatus essès ex tuis virtutibus*, id est, pro tuis virtutibus, prout virtus tua promerita est. Tac. Germ. 12, 2 *Distinctio pœnarum ex delicto. Ex dignitate*, h. e. pro dignitate vel ad dignitatem, Id. fam. 5, 8: interdum *secundum*, ut, *ex Platonis sententia.* it. *ex animi sententia*, Cic. Tusc. 1, 9, & ad Brut. 4. Interdum significat *in*: ut, *ex pedibus laborat*, i. e. dolorem patitur in pedibus, Id. fam. 9, 23; aliquando denotat *materiam*: ut, *statua ex ære facta, poculum ex auro*, Id. Verr. 2, 35; & 4, 27 aliquando etiam *ortum*: ut, *ex fratre ex sorore natus.* ¶ 4. Ponitur & pro *propter*, Suet. Cal. c. 56 *Modo ex aliqua caussa agenti gratias.* Apul. lib. 1 Milef. *Thessaliam ex negotio petebam.* Et Cic. fam. 13, 6 *Cures, ut ex hac commendatione mihi gratiasagat*, i. e. propter commendationem. ¶ 5. Pro *cum* in Ter. Eun. 5, 4, 17 *quo pacto ex jure hesterno panem atrum vocant, τὸ ex* interpretatur Donatus. Nisi quis velit madidum & maceratum subintelligere, quod idem eruditissimus Grammaticus monet. Sæpe Medici scriptores præpositione *Ex* ita utuntur. Celsus 3, 19 *Intritum ex vino*: & c. 29 *Ruta ex aceto contrita*, & aliis pluribus locis. Serenus c. 2 *Profuit autbedera ex oleo contrita vetusto.* Et paullo post eodem capite: *Sæpecheledonia ex acido perducta liquore.* Et c. 13 idem Serenus *Annosa rubros si legeris arbore vermes, Ex oleo tere.* Similiter Plaut Mercat. 1, 2, 28 *Resinam ex melle Ægyptiam vorato! salvum feceris.* ¶ 6. Quint 6, 1 p. 511 *Ex pædagogo se vellicari*, h. e. a pædagogo. Vid. Burm. qui advocat Flor. 3, 16 *In eo tumultu regem se ex satellitibus suis appellatum lætus accepit.* Et 2, 6 *Huic illud ex populo ut imperii scutum vocaretur.* Huc pertinet SERVVS EX HYDRIA in lap. Murat p. 664. Sed *ex populo, ex satellitibus* etiam partem videtur notare posse. ¶ 7. Aliquando

παρέλκει, ut, *ex ordine*, pro ordine: quæ ratio loquendi & circumscribendo adverbio facit. Sic *ex memoria*, pro memoriter, Cic. Catil. 3, 6 dixit: & sæpe solus ablativus loco adverbii est. ¶ 8. Aliquando genitivum circumscribit; ut, *unus ex meis intimis*, id est, meorum intimorum, Cic. fam. 12, 3. ¶ 9 In compositione hæc particula interdum auget, ut, *Exclamo*; interdum minuit, ut *Exsanguis*; quid quod & contrarias significationes in eadem voce admittat. Sic *Exarmare* & armis privare & armis instruere est. Ante vocales & h, & ante c, p, q, s, t, retinet suum x: ante f, vertit in similem, ut, *Effero*: ante reliquas fit E, de quo supra.

Exante, vide supra in *Ante*.

Excubicularius, Exquæstor & similia vide suis locis.

¶ Exinde & Exin, ut *dein, deinde*, adverb. ordinis, dannenher, darauf, darnach. Cic. Nat. D. 2, 39 *Exinde mari finitimus aër*. Ib. c. 43 in Arateorum versione; *Evia contortis Aries cum cornibus hæret*. Virg. Æn. 6, 743 *Exinde per amplum Mittimur Elysium*.

Extra cum derivatis, vide mox suo loco.

¶ Extunc, adv. von daran, hernach. Apul. Met. 7 *Extunc pœna reservatus*. conf. vulg. interpr. Ies. c. 44, 8.

Exacerbo, vide *Acerbus*, Exacervo, *Acervus*, Exacesco, *Aceo*.

EXACON, n. centaurii species, tausendgülden-kraut. *Galli exacon* vocant, *quoniam omnia mala medicamenta potum e corpore exigat per alvum*, Plin. 25, 6, ab ἐξακεῖσθαι *mederi*, vel ab ἐξάγων *educens*.

Exactio, exactor, &c. vide *Ago*, Exacuo, *Acus*, Exædifico, *Ædes*, Exæquatio, exæquus, *Æquus*, Exæstuo, *Æstus*, Exaggeratio, exaggero, *Agger*, Exagitator, exagito, exagium, *Ago*, Exagoga, *Agon*, Exalbesco, exalbidus, *Albus*, Exaltatio, exalto, *Altus*, Exaluminatus, *Alumen*, Exambio, *Eo*.

EXĀMEN, *ĭnis*, n. apum nova soboles & quasi colonia, quam ad novas quærendas sedes exire cogunt. Est enim quasi *exogmen* ab *exigo*, ein bienen-schwarm. Nonnulli dici putant quasi ἕξαμμα, i. e. *nexus, vinculum*, quod apum multitudo in nodulo ex arbore dependentium ita uniatur, ut simul videatur ligata. Sed conf. mox n. 3. Cic. Off. 1, 44 *Apum examina fingunt favos*. ¶ 2. Hinc & ad alia transfertur, ein haufen, schwarm. Plin. Paneg. c. 26 *Examina infantium, futurusque populus*. Dicuntur etiam Exercitus examina. Horat. 1 od. 35, 30 *Et juvenum recens Examen Eois timendum Partibus*. Et 2 ep. 19, 22 *Qui sibi fidit Dux, regis examen*. ¶ 3. Et *Examen* in bilance, quod *lingua*, seu *æquamentum*, *libramentum* dicitur, die zunge an der wage. In veteri inscriptione & EXAGIVM appellatur. SVB EXAGIO PECORA VENDERE, das fleisch nach dem gewicht verkauffen. Sane & hic *Examen* ab *Exigendo* est. Nonnulli idem cum trutina faciunt. Male. *Examen* enim in *trutina* est, Persius sat. 1 init. *Examenque improbum in illa Castiges trutina*. Vbi vetus Scholiastes: EXAMEN *est lingua vel lignum, quod mediam hastam ad pondera adæquanda tenet*. TRVTINA *vero est foramen, intra quod est lingula, de qua examinatio est*. Vide & ibi Casaub. *Examen æquum*, wanns gleich einstehet, Suet. Vesp. extr. ¶ 4. Per metaphoram & pro judicio ponitur & censura, erforschung, probe. Stat. 3 Silv. 3, 203 *Vlam morum longæque examina vitæ Poscam*. Solin. c. 1 ineunte: *Examen opusculi*, i. e. censura. Minut. Fel. Oct. c. 5 *Quid tempestates loquar varias & incertas, quibus nullo ordine vel examine, verum omnium impetus volutatur*.

¶ Exāmĭno, *avi, atum, are*, explorare, scrutari, wägen, nachfragen, betrachten, erwegen. *Diligenter examinare omnium verborum pondera*, Cic. in Orat. c. 8. Et Horat. 2 sat. 2, 8 *Male verum examinat omnis Corruptus judex*. ¶ 2. *Examinant apes*, Columell. 9, 14, die bienen schwärmen.

¶ Examinatus, *a, um*, gepröft, abgewogen. Cæs. B. G. 5, 12 *Taleæ ferreæ ad certum pondus examinatæ*. Vnde Superlativus apud Augustinum 7 Confess. 6 *Examinatissima diligentia nosse*.

¶ Examinate, adv. gründlich, eigentlich, mit bedacht. Tertull. de Præscript. c. 23 *Sufficit unicuique examinate credenti*. Comparativo usus est Ammianus 25, 23 *Dum deliberatur examinatius, quid fieri deberet*. Id. 30, 3 *Examinatius lecta*.

¶ Examinatio, *ōnis*, f. die erforschung, verhör. Vitruv. 10, 8 *Per scapi librationem & examinationem*. Et Vlpian. L. 1 § 4 de Abigeis: *Ad examinationem civilem remittendus est*.

¶ Examinator, *ōris*, m. der wäger, erforscher. Cassiodor. 6 ep. 18 *Panis pondera æquus examinator intende*. Tertull. ap. l. 9 *Examinator Christianorum*.

¶ Examinatorius, *a, um*, prüfend. Tertull. adv. Gnostic. c. 7 *Per martyria fidei examinatoria*.

¶ Inexaminatus, *a, um*, non examinatus, ungeprüft. Iul. Firmicus 1, 2 post principium: *Inexaminatæ allegationes*. Mart. Capella 9 p. 383 *Fœminas inexaminatas explodere*.

Examo, vid. *Amo*, Examplector, *Amplector*, Examussim, *Amussis*, Exancillor, *Ancilla*, Exanclo, *Anculo*, Exanguis, *Sanguis*, Exanimalis, exanimatio, &c. *Anima*, Exante, *Ante*.

EXANTHĒMA, *ătis*, n. ἐξάνθημα, apud Medicos efflorescentia in cute, ab ἐξανθέω, *effloresco*, die hitz-blatter, Cels. 5, 28.

Exantlare, quidam in *Antla*, Exaptus, *Apiscor*, Exaratio, *Aro*, Exarchus, *Arche*, Exardesco, *Ardeo*, Exarefacio, *Areo*, Exareno, *Arena*, Exarefio, *Areo*, Exarmo, *Arma*, Exaro, *Aro*, Exartuo, *Artus*, Exascio, *Ascia*, Exaspero, *Asper*, Exauctoratio, exauctoritas, exauctoro, *Auctor*, Exaudibilis, exaudio, &c. *Audio*, Exauguro, *Augur*, Exauspico, *Auspex*.

Exbalisto, vide *Balista*, Exbibo, *Bibo*, Exbromo, *Bromos*.

Excæcare, &c. vide *Cæcus*, Excalceare, *Calx*, Excaldare, excalfacere, *Calco*, Excandescere, &c. *Candeo*, Excantare, *Cano*, Excarnificare, *Caro, nis*, Excastrare, *Castro*, Excavare, *Cavus*.

Excedo, vide *Cedo*, Excellentia, excello, *Cello*, Exceptabulum, excepto, &c. *Capio*, Excerebro, *Cerebrum*, Excerno, *Cerno*, Excerpo, *Carpo*, Excessus, *Cedo*.

EXCĔTRA, *æ*, f. dicta est hydra lernæa, ab excrescentibus capitibus uno reciso, eine schlange mit vielen köpffen. Ad eam interficiendam missus Hercules. v. Ampelius c. de 12 signis. Apud Plautum est in Persa principio actus 1 *Cum leone, cum excetra, cum cervo, cum apro Aculeo, cum ursibus Stymphalicis, cum Antæo dedoctari mavelim, quam cum amore*. ¶ 2. Ponitur loco Convicii in rem quamcunque scelestam & exsecratione dignam. *Sic hæcetra* convicium est ad fœminam nefariam Liv. 39, 11 *Illius excetræ delinimentis & veneni imbutum, nec parentis, nec vitrici, nec Deorum verecundiam habere*. Ita filii amasiam mater vocat. Et Plaut. Pseud. 1, 2 *Eu excetra tu*, scil. Xystili, o du otter! De maledico lividoque usus est Hieronym. epist. 2 *Licet me sinistræ Ibera excetra ore dilaniat, &c.* ¶ 3. Alias *hæcetra* idem est, quod echidna seu vipera, eine natter. vide *Echidna*.

Excidium, quære supra in *Cædo*, & infra in *Scindo*.

Excido, quære in *Cædo*, Excido, *Cado*, Excipio, *Capio*, Excilio, *Cædo*, Exclamatio, exclamo, *Clamo*, Excludo, excisio, &c. *Claudo*, Excogitare, &c. *Cogito*, Excors, *Cor*, Excrementum, *Cerno*, Exercito, *Crux*, Excubiæ, excubo, *Cubo*, Exculcator, exculco, *Calx*, Excursio, *Curro*, Excuso, *Causa*, Excussorium, excurio, *Quatio*.

Exdecimo, vide *Decem*, Exdorsuo, *Dorsum*.

Execratio, execro, vide *Sacer*, Execucio, *Sequor*, Exedentulus, *Dens*, Exedo, *Edo*, Exedra, exedrium, *Hedra*.

EXĔDVM, *i*, n. herba, quæ veterno liberat, Plin. 24, 10.

EXĒGĒSIS, *is*, f. ἐξήγησις, narratio, expositio, eine auslegung, erklärung.

¶ Exegeticus, *a, um*, ἐξηγητικός, ad exegesin spectans, ut *Libri exegetici*, in quibus aliorum scripta enarrantur.

¶ Exēgēta, vel Exegētes, *æ*, m. ἐξηγητής, sacrorum interpres vel augur. Bud. ein auslegen.

¶ Exegemāticus, *a, um*, i. e. expositorius: ut, *Poëma exegematicum*, in quo poeta solus loquitur, contrarium *Dramatico*. Tale est in Virgilii tribus prioribus libris Georg.

¶ Epexegesis, *is*, f. ἐπεξήγησις, Appositio, figura Syntaxeos: ut, *Alexin delicias domini*; *Vrbs Roma, &c.*

EXEMPLVM, *i*, n. proprie hoc ipsum est, quod in aliis vel imitamur vel devitamus, ein beyspiel, fürbild, exempel. Componitur ab *ex* & *amplus*, quia eadem forma in pluribus amplificatur, & in multa alia similia diffunditur. Cic. in Orat. c. 38 *Si exempla quæ nam, a Demosthene sumamus, & quidem perpetuæ dictionis*. Sic & *Exemplum capere de aliquo*, Ter. Andr. 4, 1, 27. *E talis sumere exemplum sibi*, Id. Adelph. 3, 3, 62 ein exempel nehmen. *Exemplo alicujus facere*, Id. prolog. Heaut. v. 20. Et *Auctoritate & exemplo alicujus facere aliquid*, Cic. pro Balb. c. 13, einem nachthun. Idem sam. 4, 3 *Quod exemplo fit, id jure fieri putatur*. Sen. ep. 7 *Mala exempla in os redundant, qui faciunt*. Iuvenal. 13 pr. *Exemplo quodcunque malo committitur, ipsi Dispicet auctori*. Rursus Cic. de Leg. 3, 14 *Vitiosi principes plus nocent exemplo Reip. quam peccato*. Ter. Heaut. 5, 1, 47 *Non tibi ego exempli satis funi?* Et Liv. 3, 43 *Vir exempli recti domi militiæque*, ein exemplarischer mann, der mit gutem exempel vorgehet. Sen. Controv. 6, 25 *Facilius, quid imitandum vitandumve sit, docemur exemplis*. Id. ep. 6 *Longum iter est per præcepta, breve & efficax per exempla*, ad Her. 4 pr. disputatur, utrum is, qui dicendi artem promittit, suis uti exemplis debeat, an alienis? *Quibus*, inquit, *in rebus opus fuit exemplis uti, nostris exemplis usi sumus*. Vide & Plin. 8 ep. 14. Columella 11, 1 *Nihil recte sine exemplo docetur*. *Exemplum adest*, vulgaris formula, cum responso opus haud esse significabatur, quod ipsa loqueretur res. Vide Plautinos interpretes Epid. 1, 1, 7. *Exempli caussa*, Cic. pro S. Rosc. 10. *Exempli gratia*, Quintil. 6, 5, zum exempel. ¶ 2 *Exemplum* formam quoque significat, der aufsatz eines briefes, testamentes, non vero ἀπογραφον, die copie, abschrift, ut Menckenius in observ. L. L. ostendit; ut *Exemplum literarum*, Cic. Att. 9, 13. Sic, *Literæ binæ eodem exemplo*, Id. fam. 10, 5, zween briefe nach einem formular. Id. Att. 7, 23 *Cæsaris literarum exemplum tibi misi*. Suet. Claud. c. 20 extr. *Congestis pilis superposuit altissimam turrim in exemplum Alexandrini Phari, ut ad nocturnos ignes cursum navigia dirigerent*, nach art. Plaut. Most. 1, 3, 55 *Narravero, Queis me exemplis ille hodie ludificatus est*, i. e. quibus modis. Ita & 4, 3, 46 eadem fabula locutus est Plautus. ¶ 3. *Exempla* dicuntur etiam pœnæ gravissimæ, quæ sint aliis exemplo, ne peccent. *Exempla edere in aliquem*, einen straffen andern zum exempel und abscheu, Ter. Eun. 5, 6, 21. Vbi Donatus: *Nova ac mira tormenta, quæ pro exemplis narventur: aut quæ documento sint cæteris, ne delinquant*, EXEMPLA *dicuntur*. Idem paullo ante ad 5, 5, 4 *Graves*, inquit, *pœnæ, quæ possint cæteris documento esse*, EXEMPLA *dicuntur*. Plaut. Most. 5, 1, 67 *exempla faciam ego in te*. Vide & Gell. 6, 14. Ita *exempla novissima*, i. e. ultima supplicia Tacitus dixit Ann. 13, 20, 4. ¶ 4. Vendentes offerunt emturis exemplum, eine probe, ad Her. 4, 6 *Si merces ipsi qui venditant, aliunde exemplum quæritent aliud mercis; ut si acervos se dicant tritici habere & eorum exemplum pagno non habeant quod ostendant*. ¶ 5. Apud rhetoras *Exemplum est alicujus facti aut dicti præteriti cum certi auctoris nomine propositio*.

¶ Exemplar, *āris*, n. proprie id volunt esse, ex quo effictur similis aliqua species, quæ imago & simulacrum appellatur. Sed sæpe idem est, quod exemplum, ut difficile sit, certam utriusque nominis differentiam statuere. Frequentissime certe reddi potest ein muster, original, modell, form; ut, *Exemplar propositum ad imitandum*, Cic. pro Murena c. 31. Vt contra exemplum pro exemplari; Manilius 4, 892 *Exemplumque Dei quisque est in imagine parva*. Et Cic. de Amicit. c. 7 *Sui aliquod exemplar intuetur, qui amicum intuetur*. Sen. ep. 33 *Ab exemplari pendere*, immer nach dem modell sehen, nichts vor sich machen können. Suet. Aug. c. 31 *Illorum velut ad exemplar principes exigere*. Horat. 1 ep. 2, 18 *Homerus*, inquit, *Vtile proposuit nobis exemplar Vlyssem*, ein vorbild. Idem 1 ep. 19, 17 *Decipit exemplar vitiis imitabile*. Horatius in Arte poët. v. 268 *Vos exemplaria Græca nocturna versate manu, versate diurna*, i. e. libros ad imitandum propositos. Ita de pictura Plin 35, 10 *Sunt & alia ingenii ejus exemplaria*, i. e. specimina, quæ mirentur posteri. Simpliciter pro specimine posuit idem Plin. 30, 11 *Paucis exemplaribus docebo*. Plin. H. N. 35, 40 *Hujus tabulæ exemplar quod apographum vocant*, die copie. Cic. famil. 10, 31 *Ex literis, quas Paulæ misi, cognosces omnia. Nam tibi earum exemplar misi*. v. plura auctorum loca a Menckenio in Obs. L. L. notata. Vid. & de differentia *Exempli* & *Exemplaris*, Vall. 6, 33. Barth. ad Claudian. p. 264.

¶ Exem-

¶ Exemplare, *āris*, n. pro *Exemplar* etiam dicitur. Lucret. 2, 122 *Rerum magnarum parva poteſt res Exemplare dare, & veſtigia notitiai.*

¶ Exemplarium, *i*, n. id. Arnob. 6 p. 198 *Phryna illa Theſpiaca, cum in acumine ipſo eſſet pulchritudinis, venuſtatis, & floris, exemplarium fuiſſe perhibetur cunctarum Venerum.* Atque hoc etiam ad exempla librorum refertur. Hieronymus adv. Helvidium c. 8 *Ne forte de exemplariorum veritate cauſſaris, quia tibi ſtultiſſime perſuaſiſti, Græcos codices eſſe falſatos; ad Ioannis evangelium venio &c.* Adde L. 47 Dig. de legat. 2 ubi *exemplarii cauſa*, vel ut in quibusdam libris eſt, *exemplari cauſſa*, forſan contracte, legitur.

¶ Exemplaris, *e*, adj. ſecundum exemplar, item, quod præbet Exemplum, exemplariſch. Macrob. Somn. Scip. 1, 8 *Virtutes exemplares ſunt, quæ in ipſa divina mente conſiſtunt, quam diximus νῶν vocari: a quarum exemplo reliquæ omnes per ordinem deſtinant.*

¶ Exemplo, *are*, deſcribere, abſchreiben. Runcius 1 epiſt. 8 *Exemplare librum.*

¶ Exemplatus, *a, um*, Sidon. 4 ep. 16 *Exemplatus libellus.*

¶ Coexemplum, *i*, n. ſimile exemplum. Sarisb. 8, 19 *Coëxemplo ſuo aliquem ad mortem animare.*

Exemtilis, exemtio, &c. vide *Emo*, Exenterare, &c. *Enteron.*

Exequie, vide *Sequor*, Exerceo, exercitus, *Arceo*, Exero, *Sero*, Exerro, *Erro*, Exerugo, *Rudus*, Exetus, *Edo.*

Exfibrare, vide *Fibra*, Exfilatus, *Filum*, Exfio, *Fio*, Exfodio, *Fodio*, Exfolio, *Folium*, Exfornicor, *Fornix*, Exfundo, *Fundus*, Exfututus, *Futuo.*

Exgredior, vide *Gradus*, Exgregius, *Grex*, Exgrumino, *Grumus*, Exgurgitare, *Gurges.*

Exhæredo, exhæres, &c. vide *Heres*, Exhæreſimus, *Hæreſis*, Exhalatio, exhalo, *Halo*, Exhaurio, exhauſtus, *Haurio*, Exhebenus, *Hebenus*, Exherbare, *Herba*, Exhibere, &c. *Habeo*, Exhilarare, &c. *Hilaris*, Exhonoro, *Honor*, Exhorreo, *Horreo*, Exhortatio, exhortor, *Hortor*, Exhumero, *Humerus*, Exhydriæ, *Hydria.*

Exibilare, vide *Sibilus*, Exiccare, *Siccus*, Exicia, exico, *Sica*, Exigo, exiguus &c. *Ago*, Exilicus, *Exul*, Exilio, *Salio*, Exilis, exilitas, *Ile ſive Ilia*, Exilium, *Exul*, Eximius, eximo, *Emo*, Exin, *Ex*, Exinanire, exinanitio, *Inanis*, Exinde, *Ex*, Exiſtentia, exiſtere, *Siſto*, Exiſtimo cum derivatis, *Æſtimo*, Exitium, exitus, &c. *Eo*, Exjuro, *Iuro.*

Exlecebra, vide *Lacio*, Exlex, *Lex*, Exloquor, *Loquor.*

Exobruo, vide *Ruo*, Exobſecro, *Sacer*, Exoccupo, *Capio.*

EXŌCHE, *es*, f. ἐξοχή, excellentia: ut, *dici κατ' ἐξοχήν*, ſecundum præſtantiam. v. Cic. Att. 4, 15. Talis apud Virg. Georg. 1, 228 *Nec Peluſiace curam aſpernabere lentis:* Ad Peluſium enim Nili oſtium lentes optimæ proveniunt, Servius. Sed alia de cauſſa *Peluſiacam lentem* Virgilio dictam Hieronymus putat. Vide *Peluſium.*

¶ Exŏchas, *ădis*, ἐξοχάς, tuberculum in ano apud Auguſt. epiſt. 49, eine beule, ein geſchwär. Hinc

¶ Exochadium, *i*, n. dimin. idem. *Exochadia aceto illinere*, Marcell. Emp. c. 30. conf. Priſcian. 2 Med. c. 30.

EXŌCOETUS, *i*, m. ἐξώκοιτος, piſcis dormiendi cauſſa in ſiccum egrediens. v. Plin. 9, 19 pr. & Oppianum Halieut. 1, 158. Adde ſupra in *Adonis* dicta. Ab ἔξω *extra*, & κοίτη, *cubile.*

Exoculare, vide *Oculus*, exodiarius, *Odos*, Exodioſus, *Odium*, Exodium, exodus, *Hodos*, Exodoratus, *Odor*, Exoleſco, exoletus, *Oleo*, Exolvo, exolutio, *Solvo.*

EXŌMĀTÆ, *arum*, m. pl. populi Sarmatiæ Aſiaticæ, Val. Flacc. 6, 146 & 569. Mela 1, 22 *Iaxamathas* vocat.

EXŌMIS, *idis*, ἐξωμίς, ein leibrock ohne ermel. Feſtus: *Exomides ſunt comices veſtitus exertis humeris.*

¶ Exōmium, *i*, n. tunica brevis, deſinens circa humeros, a græco ὦμος, *humerus.* Quintil. 5, 10 *Exomium pallium.*

EXOMOLOGĒSIS, *is*, f. confeſſio, ἐξομολόγησις, die bekäntniß. Salvianus ad Eccleſ. proœmio; & Tertull. de Pœnitentia c. 9.

EXŌNYCHON, *i*, n. ἐξώνυχον, lithoſpermum, meer-hirſe, Dioſc. 3, 149.

Exonero, vide *Onus*, Exopto, *Opto*, Exorbito, *Orbita.*

EXORCĪZO, *are*, ἐξορκίζειν, beſchwören, verbum noti uſus in eccleſia; e. g. apud Tertullian. de Idolol. 11. Auguſtin. ep. 105 &c. Sed Vlpianus quoque L. 1 § 3 Dig. d. extraord. cognition. *Si incantavit, ſi imprecatus eſt, ſi, ut vulgari verbo impoſtorum utar, exorcizavit, non ſunt iſta medicinæ genera.*

¶ Exorcismus, *i*, m. ἐξορκισμός, die beſchwörung, ut, *Exorciſmis fugare*, Tertull. de corona c. 11. Adde Iſidor. 6, 19.

¶ Exorciſta, *æ*, m. ἐξορκιστής, qui exorcizat, ein beſchwörer. Paulinus Nolanus ep. 21 (vet. ed. 24) extr. *Vt exorciſtam demoniis terribilem videremus.* Adde Iſidor. 7, 12.

Exordior, exordium, vide *Ordior*, Exorior, *Orior.*

EXORMISTON, *i*, n. ἐξορμιστόν, murænæ genus, eine art von krichen oder lampreten. Caſſiod. Var. 12 ep. 14 *Exormiſton inter piſces regium genus, compar muræni corpore &c.* conf. Salmaſ. de Pallio p. 445, & Iol. Scalig. Lect. Auſon. 1, 26 p. 75.

Exorno, &c. vide *Orno*, Exoro, &c. *Oro*, Exors, *Sors*, Exorſus, *Ordior*, Exortus, *Orior*, Exos, *Os, oſſis*, Exoſculor, *Os, oris*, Exoſſatus, *Os, oſſis*, Exotus, *Odi.*

EXOSTRA, *æ*, f. ἔξωστρα, ab ἐξωθέω, *expello*: ſedes erat ſublicis elata, ſtrata longuriis, ſuperquibus ſella, Feſto; Pons, qui de turri in murum repente protenditur. Veget. de Re mil. 4, 21. ¶ 2. Machina lignea, qua, quæ intus gerebantur, verſatione rotarum ſpectatoribus exhibebantur. Ciceroni de Provinc. Conſul. c. 6 tribuit Turnebus adverſ. 20, 9 & recepit Grat. ¶ 3. Forte hoc nomen etiam tribuere ſis fuerit inſtrumento, quo ad portas efringendas uruntur.

EXOTICUS, *a, um*, ἐξωτικός, peregrinus, adventitius, ausländiſch, fremd. Plaut. Moſt. 1, 41 *Non omnes poſſunt olere unguenta exotica.* Apulej. Met. 1 p. 20 *Exotici ferminis radix.* Id. Apol. *Exotico pulvere dentes emaculare.* Gell. 13, 5 *Vinum exoticum.* Et Sidon. ep. 2 ad Carin. 22 *Sidera exotica ſparſa*, i. e. extra Zodiacum poſita. conf. Non. 2, 305.

¶ Exōticus, *a, um*, idem. Gell. 20, 5 Ariſtotelis libros diſtinguit in *Exotericos* & *Acroamaticos*, quod Græce Cicero ad Att. 4, 16 tribuit ἐξωτερικῶς, & de Fin. 5, 5. Erant autem *exotericæ* lectiones quasi exteriores, omnibus fine delectu patentes, ab *acroatici*, i. e. ſingularibus & privatis, diſtinctæ.

Expalleo, expalleſco, vide *Palleo*, Expalliatus, *Pallium*, Expalpo, *Palpo*, Expando, expanditor, &c. *Pando*, Expango, *Pango*, Expapillo, *Papula*, Expateo, *Pateo*, Expatro, *Patro*, Expaveſco, &c. *Paveo.*

Expecto, *āre*, vide *Pecten*, Expecto, *ĕre*, expectatio, &c. *Specio*, Expectorare, *Pectus*, Expedio, expeditus, &c. *Pes*, Expello, *Pello*, *ĕre*, Expendo, expenſa, expenſum, *Pendo*, Expergefio, expergiſcor, *Pergo* in *rego*, Experientia, experior, &c. *Perior*, Experrectes, *Rego*, Expers, *Pars.*

Expilatio, expilator, expilo, vide in *Pilo*, Expio, *āre*, cum derivatis, *Pio*, Explano cum derivatis, *Planus*, Expleo, *Plenus*, Explico cum derivatis, *Plico*, Explodo, *Plaudo*, Exploro cum derivatis, *Plora*, Expreſſe, expreſſio, exprimo, *Premo*, Expretus, *Expetior* ſub *Petior*, & in *Spernio*, Exprobro cum derivatis, *Probrum*, Expulſio, &c. *Pello*, Expumicare, *Pumex.*

EXQUĪLIÆ, *arum*, f. pl. mons & vicus Romæ, in quo arx fuit & excubiæ Tulli Regis v. Ovid. Faſt. 3, 245 Hinc

¶ Exquilinus, *a, um*, adj. Horat. epod 5, 99 *Poſt inſepulta membra different lupi, Et exquilinæ alites.* Quod ideo dixit, quia ante portam Exquilinam ſive Metiam ſupplicia ſumebantur de damnatis. v. Lipſ. ad 2 Annal. Tacit.

¶ Exquilius, *a, um*, idem, ut, *Monte ſub Exquilio*, Ovid. Faſt. 2, 430.

Exquiro, exquiſitus, vide *Quæro*, Exlanguis, *Sanguis*, Exlarcio, *Sarcio*, Excenſio, exſcentus, *Scando*, Exſcreabilis, exſcreare, &c. *Screo*, Exſecrari cum derivatis, *Sacer*, Exſectio, exſector, *Seco*, Exſecutio, exſecutor, *Sequor*, Exſenſus, *Senſus*, Exſequiæ, exſequor, *Sequor*, Exſerere, exſertare, exſerte, *Sero*, Exſibilare, *Sibilus*, Exſignare, *Signum*, Exſilio, *Salio*, Exſinuo, *Sinus*, Exſono, *Sonus*, Exſordeſco, *Sordes*, Exſors, *Sors*, Exſpatior, *Spatium*, Exſpergo, *Spargo*, Exſpiratio, exſpiro, *Spiro*, Exſputio, exſputo, *Spuo*, Exſpumo, *Spuma*, Exſtillo, *Stirio*, Exſtimulo cum derivatis, *Stimulus*, Exſtinctio, exſtinguibilis, &c. *Stinguo*, Exſtirpo cum derivatis, *Stirps*, Exſtructio, exſtruo, *Strao*, Exſuccus, exſugo, *Sugo*, Exſuperabilis, exſupero, &c. *Super*, Exſurdus, *Surdus.*

EXTA, *orum*, n. plur majora & ſuperiora dicuntur viſcera; ut, *pulmo, cor, jecur, lien*, dicta inde, quod extent & eminent, das eingeweide, geſchlincke. Plin. 11, 38 f. 77 *Exta homini ab inferiore viſcerum parte ſeparantur membrana, quæ præcordia appellant.* Potiora eorum officia verſu vulgari comprehenta ſunt: *Cor ſapit, at pulmo loquitur, fel commuvet iram, Splen ridere facit, cogit amare jecur.* Ab extis animalium multa ſolebat divinare veteſta ſuperſtitio. Inſpiciebantur enim cæſæ hoſtiæ viſcera: quæ ſi felicia apparerent, (quod ex certis notis conſtabat) coquebantur in foco: deinde profecabantur partes: quæ inferendæ altaribus immolandæ Diis eſſent; aut ad veſcendum ſacrificulis relinquendæ. Hic divinandi modus Ciceroni Top. c. 20 *præſenſio per exta* dicitur. *Exta quod perperam dediſſet C. Claudius flamen dialis, flaminio abiit* apud Liv 26, 23 extr. *Exta loqui* dicuntur apud poetas, cum aliquid portendunt, *tacere* cum contra. vid. Drakenb. ad Sil. 1, 138. Cæterum lætiſſima omnium habebantur exta, quæ duplicia eſſent, *repliciata* dicta Suetonio Auguſti vita c. 15 extr. ubi vide Caſaubonum. De hoc divinationis genere vide philoſophantes Plutarchum lib. cur Pythia oracula reddere deſierit p. 398; & Ammian. Marcell. 21, 1 ubi *exta fatidica* dicuntur. Adi & Origenem lib. 4 contra Celſum.

¶ Extalis, *is*, m. inteſtinum rectum, longanon, der after-darm, maſtdarm. Gloſſ. Vet. ἀρχός. Vulg. interpr. 1 Sam. 5, 9 *Computreſcebant prominentes extales eorum.* conf. Veget. Mulomed. 3, 11.

¶ Extar, *aris*, n. in vet. Gloſſ. eſt olla, in qua exta coquuntur. vid. Gron. ad Liv. 25, 16 pr. ¶ 2. Apud Solipatrum *Extar* dicitur *es theatricum*, quod ſpectaculi viſendi cauſa datur, geld vor die comödie. Modo non vitiatum iit ex *Iucar.*

¶ Extaris, *e*, adj. Plaut. Rud. 1, 2, 47 *Petant aulam extarem*, i. e. ollam extis coquendis.

¶ Extiſpex, *ĭcis*, m. qui ex inſpectis extis divinat. Cic. de Divin. 1, 16 *extiſpicum artem* vocat extiſpicii diſciplinam.

Extiſpicus, *ici*, m. Idem. Inſcr. Murat. p. 171, AVISPEX EXTISPICVS SACERDOS.

¶ Extiſpicium, *i*, n. ars illa aruſpicum ab extis conſpectis divinandi. Suet. Ner. c. 56 *Attendit & extiſpicio.*

Extabeſco, vide in *Tabes.*

Exemplo, vide *Templum*, Extemporalis, extemporaliter, *Tempus*, Extendo, *Tendo*, Extenebro, *are*, *Tenebræ*, Extenſe, &c. *Tendo*, Extenuo, *āre*, *Tenuis*, Exter, *Extra*, Exterebro, *Terebra*, Extergo, *Tergo*, Exterior, *Extra*, Exterminium, extermino, *Terminus*, Externus, *Extra*, Extero, *Tero*, Exterreo, *Terreo.*

Extimeſco, vide *Timeo*, Extimo, *Æſtimo*, Extimus, *Extra*, Extinguo, *Stinguo*, Extiſpicium, *Extra*, Extollo, *Tollo*, Extorqueo, *Torqueo.*

EXTORRIS, *is*, m. exul, ἔκτοπος, qui extra terram patriam vel extra terminos ejectus eſt, ein verwieſener, vertriebener, der im elend iſt. Alii a *terra*, alii ab *interdictione ignis* deducunt. Liv. 5, 30 *Exul atque extorris ab ſolo patrio.* Tac. Ann. 6, 36, 4 *Suis quisque ſedibus extorres.* Virg. Æn. 4, 610 *Finibus extorris.* Gell. 2, 13 *Exul extorriſque eſto.* Abſolute etiam ap. Liv. 2, 6, 2 & 37, 53 occurrit. Plura vide apud Nonium 1, 48.

Extortor, extortus, vide in *Torqueo.*

EXTRA, præpoſitio, auſſer, auſſerhalb; ut, *Extra culpam eſſe*, Cic. Verr. 5, 51. *Extra periculum. Extra omnem ingenii aleam* vide *Alea. Extra jocum*, Cic. fam 7, 32, ohne ſchertz. Sic, *Galbæ ingenium magis extra vitia, quam cum virtutibus*, Tac. H. 1, 49, 4 *Extra cancellos egredi*, ausſchweiffen, Cic. pro Quint. c. 10 *Extra ordinem*, auſſerordentlich, Id. pro Domo c. 8. ¶ 2. Non raro idem ſignificat, ac *præter*, ausgenommen, ohne; ut, *Nemo extra collegium nouit*, Cic. de leg. 2, 12, niemand als die Collegen *Extra conjurationem eſt*, Id. pro Sulla 13 *Iam tanta veſtigia ſepulcrorum eſt, ut extra ſacra & gentem inferri fas negent eſſe.* Id de Leg. 2, 22. *Extra Peloponneſum nulla urbs*, Nepos 2, 6, 2 *Extra unam aniculam*, pro, excepta una aniecula, elegans eſt locutio ap. Ter. Phorm. 1, 2, 84. Sic, *extra decem, paucosque præterea*, Cic. fam. 7, 3. Etiam ad excellentiam notandam Plin. 2, 8 de Venere *Magnitudine extra cuncta alia ſidera eſt.* ¶ 3. Et abſolute, ſine caſu, auswerts, auſſen. Vitruv. 10, 7 pr. *Puſillum extra progreditur, & de his lapidicinis exponam.* Cæſ. B. C. 3, 69 *Cum extra & intus hoſtem haberent.* Cic N. D. 2, 59 *Senſibus & animo ea, quæ extra ſunt, percipimus.* conf. Celſ. 6, 18; Colum.

8, 15; Plin. 6, 32. Et Horat. 2 epist. 1, 31 *Nil intra est olea* (sic Bentl.) *nil extra est in nuce duri.* Dicitur in eos, qui ea, quæ in confesso sunt, negant. v. Chil.

¶ Extro, *are*, herausgeben. Afranius ap. Non. 2, 279 *Simul limen intrabo, illi extrabunt illico.*

¶ Extrāneus, *a, um*, fremde; ut *Causſa extranea*, Auct. ad Herenn. 3, 2. *Extranea verba*, Id. 4, 8. *Res extraneæ*, Cic. de Inv. 2, 56. *Extranea ornamenta*, ib. 1, 22. *Hæres extraneus*, Suet. Claud. c. 4.

Extraneo, *are*, facere extraneum. Apul. Apol. *Extraneare aliquem.* Alii legunt *externare.*

¶ Extrārius, *a, um*, extraneus. *Hanc conditionem ſi cui tulero extrario*, Ter. Phorm. 4, 1, 3. Sed al. *extraneo. Canis extrarius*, ein fremder hund, Suet. Veſp. c. 5 etiam edit. Græv. *Extrarius arbiter*, Apul. Apol. p. 300. *Bona extraria*, Id. Dogm. Plat. 2 p. 18. *Extraria lux*, Lucret. 4, 277.

¶ Exter, & Extĕrus, *era, um*, idem quod externus, ἀυσωάρτιϛ, ξενικὸϛ, ἀλλοδαπόϛ, ut, *Exter bonos*, Stat. Theb. 11, 429, ut Priſcianus lib. 3 ſub initium legit. Item pro extraneo. Paulinus ad Cytherium v. 507 *Nunc iſte vobis exter & veſter manet.* conf. l. 84 ff. de acquir. vel omitt. l. 11 ff. de Leg. 1 & L. 69 § 2 & 3 ff. de Legat. 2. Sic & Cic. pro L. Manil. c. 16 *Apud exteras nationes.* Et Virg. Æn. 4, 350. Plin. 2, 1 *Mundi extera indagare, nec intereſt hominum, neque capit humanæ conjectura montis.*

¶ Extĕrior, *us*, Comp. ab *Exter*, äuſſerlich, auſſerhalb; ut, *Exterior orbis*, Cic. de Vniverſ. c. 7. *Comes exterior*, qui loco it minus honorato, Horat. 2 ſat. 5, 17.

¶ Exterius, adverb. idem. ut, *Radix interius alba, exterius nigra*, Apul. de Herb. c. 79. *Vrbes exterius ſitæ*, Ovid. Met. 6, 420.

¶ Extremus, *a, um*, ſuperl. ab *Exter*, äuſſerſt, letzt. *Cælum extremum atque ultimum mundi eſt*, Cic. de Divin. 2, 42. Petron. c. 22 *Lucernæ humore defecto tenue & extremum lumen ſpargunt.* v. Burm. ad h. l. Silius 3, 115 *Extremumque diem primus tulit*, i. e. natalis attulit diem mortis, olim fatis definitum. *Manus extrema non acceſſit ejus operibus*, Cic. de Clar. Orat. c. 33, er hat ſein werck nicht zum ende gebracht, v. infra *Manus. Manum extremam imponere bello*, Virg. Æn. 7, 572, den krieg zu ende bringen. Et, *extrema ætas*, ſenectus, Nep. 24, 2, 3. *Extremæ ſub caſum hyemis*, wenns mit dem winter zur neige geht. Virg. Georg. 1, 340. conf. Cic. de L. Manil. c. 12 extr. Cic. de offic. 3, 2 *Extremo libro tertio.* Id. pro Roſc. 44 *In extrema oratione noſtra.* Id. famil. 14, 8 *mihi Paulus dedit, ad ſe a fratre miſſas, quibus in extremis erat, ſibi inſidias fieri.* Plura exempla his ſimilia, Mænckenius in obſ. L. L. collegit. ¶ 2. Proverbialiter dicitur *Extremus actus fabulæ*, ſive *extrema linea*, quod in quaque re poſtremum eſt, das ende. *Extremis digitis attingere*, v. in *Digitus. Occupet extremum ſcabies*, acclamatio eſt puerorum curſu certantium. v. Chil. ¶ 3. Etiam perfectum, & ultra quod induſtria nulla poteſt adſcendere, *Extremum* dicitur. Cic. de N. D. 2, 13 *Neque enim dici poteſt, in ulla rerum inſtitutione non eſſe aliquid perfectum, & extremum.* ¶ 4. Comparativo novo uſus eſt Apul. 1 Met. p. 105 *Si quid eſt noviſſimo extremius.* Et lib. 7 poſt princ. *Quod cunctis eſt extremius.* Tertull. quoque de Anima c. 33 extr. *Nihil plenius, quam quod extremius.* Et Auguſtin. Confeſſ. 12, 29 fine: *Cum* (materia) *pendatur extremiore.* Hinc & ſuperlativus novus: ut, *Extremiſſimi prophetæ*, Tertull. Apolog. c. 9. ¶ c. *Extremus* & *externus* confunduntur in MSS. vid. Drakenb. ad Sil. 9, 209.

¶ Extremum, adv. zuletzt. Ovid. Triſt. 1, 3, 15. Stat. Theb. 10, 935.

¶ Extremum, *i*, n. ſubſt. das ende. Salluſt. B Cat. c. 52 *Reſp. in extremo ſita eſt.* Id. B. Iug. c. 22 *Intelligit fortunas ſuas in extremo ſitas*, er merckt die äuſſerſte gefahr. Id. c. 21 *Extremum diei erat*, es war abend. Cic. Att. 2, 3 *Illud te ad extremum oro*, endlich. Id. fam. 11, 16 *Ponam in extremo, quod ſentio.* Plur. Salluſt. B. Cat. c. 26 *Extrema omnia experiri*, alles auf das äuſſerſte wagen. De morte Tac. Hiſt. 2, 47, 6 ex perſona Othonis: *Plura de extremis loqui, pars ignavie eſt.* Ita & *ſuprema* idem de morte dixit, de quo ſuo loco.

¶ Extremitas, *ātis*, f. das ende oder äuſſerſte. *Extremitas circuli*, Plin. 2, 17. *Mundi extremitas*, Cic. de Vniverſ. c. 6. v. Parei Lex. Crit. p. 457. Cic. Ac. 4, 36 *Extremitatem & quaſi libramentum, in quo nulla craſſitudo ſit*, dixit, quam vulgo mathematici ſuperficiem.

¶ Extremo, adv. ad extremum, zuletzt. Cic. lib. 12 ad Att. *Quod enim ſcribis extremo, vide &c.* Adde Nepotem 22, 2, 3.

¶ Extĭmus, *a, um*, ſuperlativus alius, äuſſerſt. *Extimum eſt intimo contrarium*, ait Feſtus. Cic. de ſomn. Scip. c. 4 *Orbium unus eſt cæleſtis, extimus, qui reliquos omnes complectitur.* Plin. 2, 78 *Extimæ gentes.* Et Solin. c. 27 (al. 40) *Extimum Syrtium cornu.* Prudentius Hymno omnis horæ v. 40 *Extimum veſtis ſacratæ furtim mulier attigit.*

¶ Extimo, *as*, & Extimatio, *onis*, abſurde huc referuntur, & abhorrendi illis ſignificatio affingitur. Quæ laudantur exempla, & plura, proferimus ſub *Exiſtimo*, ex *Æſtimo.*

¶ Externus, *a, um*, äuſſerlich, ausländiſch, fremd. Cic. ad Brut. 10 pr. *Hoſtes externi*, oppoſiti *domeſticis*: & Tuſc. 5, 9 *Rerum externarum & ad corpus pertinentium domina fortuna.* Sic *externum malum*, Nep. 22, 2, 1. *Externi generi*, Virg. Æn. 7, 98, i. e. peregrini. ¶ 2. *Externus* & *extremus* miſcentur a librariis, ut modo obſervatum eſt.

¶ Externo, *are*, extra rapere, & velut externum facere, ſive ſui haud ſingere compotem, erſchrecken, entzücken. Carullus 64, 71 *Ah miſeram, aſſiduis quam luctibus externavit Spinoſas Erycina ferens in pectora curas.* conf. Non. 2, 308. Proprie uſus Apulejus Apolog. p. 548 *Pontianus ad ignominiam linteo adſcribi ducentorum fere denariorum juſſit: ut intelligeretur potius* EXTERNARE *eam, quam oblitus præteriiſſe.* Ita enim Caſaubonus legit in ſuis emendationibus p. 39. Sed *extrancaſſe*, quod in editione Vulcanii habetur, magis placet aliis, vor fremd halten. Cæterum ipſum *Externo* cum derivatis forte commodius ad thema *Sterno* refertur.

¶ Externatus, *a, um*, erſchreckt, ſchüchtern. Catull. l. c. v. 174 *Sed quid ego ignaris nequicquam conqueror auris Externata malo.* Adde Ovid. Met. 1, 641; & 11, 77.

¶ Externatio, *ōnis*, f. die entzückung, erſtarrung, Auguſtin.

¶ Externator, *oris*, m. Hieronym.

Extraordinarius, vide infra *Ordo.*

¶ Extraquam pro præterquam, ohne, auſſer. Cic. Att. 6, 1 *Extraquam ſi ait negotium geſtum eſt.* conf. de Invent. 1, 33; & Liv. 26, 34; 38, 38; 39, 18.

¶ Extrilidus, *a, um*, extra læſionem exiſtens, unerſchrocken, ſchadlos, frey. Gell. 19, 1 *Homo impavidus & extrilidus.*

¶ Extrinsĕcus, externe, foris, von auſſen, auswendig. Cic. Tuſc. 4, 27 *Adhibentur extrinſecus corporum adjumenta*, dem leibe geſchieht hülfe von auſſen. Suetonius Veſpaſiano c. 12 *Adeoque nihil ornamentorum extrinſecus cupide appetivit, ut triumphi die fatigatus tarditate, & tædio pompæ, non reticuerit, meritò ſe pudere, &c.* Sen. ep. 9 *Extrinſecus inſtrumenta quærere.* ¶ 2. Recentiores, v. g. Boëthium uſurpaſſe ut adjectivum, oſtendit Vorſtius de Latin. mer. ſuſp. c. 18. Tertull. de pall. c. 1 *Pallii extrinſecus habitus.*

¶ Extrorſum, adverb. herauswerts; ut, *introrſum*, hineinwerts.

Extractus, extraho, vide *Trahо*, Extremiſco, *Tremo*, Extremitas, extremus, *Extra*, Extrico, are, *Trica*, Extrinſecus, *Extra*, Extructus, &c. *Struo*, Extrudo, *Trudo*, Extubero, *Tuber*, Exturbo, *Turba*, Extuſſio, *Tuſſis.*

Exuberantia, exubero, vide *Vber*, Exudo, *Sudo*, Exvelare, *Velum.*

EXVL, *ŭlis*, c. quaſi *Exſul*, a *ſolum*, ut qui extra ſolum patrium ſit, patria pulſus: vel ab *ex* & *ſalio*, ſicuti *Conſul*, *Præſul*: unde etiam *Exſul*, *Exſilium* ſæpe ſcribitur litera S inſerta, ein exulant, vertriebener, der im elend iſt. Cic. pro domo c. 27 *Quid enim exul? Ipſum per ſe nomen calamitatis, non turpitudinis.* Horat. 2 od. 16, 19 *Exul patriæ.* Sic *Exules revocare, reſtituere*, Cic. Phil. 1, 1. Et *Exul terrarum orbis*, Curt. 5, 12, 2, der nirgends eine bleibende ſtat hat. *Exul mentis*, der nicht wohl bey ſinnen iſt, Ovid. Met. 9, 410. ¶ 2. *Exul* eſt & generis fœminini: ap. Ovid. Heroid. 7, 115 Dido fœmina de ſe loquitur: *Exul ego, cineresque viri patriamque relinquo.*

¶ Exularis, *e*, ad exilium ſpectans. Amnian. 15, 3 *Exulari pœna damnare aliquem.* Id. 14, 5 *Exulari mœrore aliquem multare*, einen des landes verweiſen.

¶ Exilium, ſive Exſilium, *i*, n. der zuſtand der vertriebenen, das elend, quod interdum pœna judicii eſt capitalis. Cic. in Parad. c. 4 *Neſcis, exilium pœnam eſſe ſcelerum?* Sic, *Exilio afficere*, Cic. ibid. verweiſen. *In exilium ejicere, pellere, ire, profiſciſci, de exilio reducere*, Ciceronis notiſſimæ phraſes: v. in Catilin. 1 & 2 &c. *Exiliumque pati*, Virg. Æn. 2, 638. Vellej. 2, 62, 3 *Libenter in perpetuo exilio vixiſſe.* Eleganter Apulejus ſine lib. 2 Florid. de Pythagoricorum ſilentio: *Loquaciores in quinquennium velut in exilium vocis puniebantur.*

¶ Exiliatus, *a, um*, ausgeſtoſſen, vertrieben, in Symmachi epiſt.

¶ Exilicus, *a, um*, idem quod *exularis*; ut, *Exilica cauſſa, quæ adverſus exulem agitur.* Feſtus.

¶ Exulo, ſive Exſulo, *avi, atum, are*, ſolum vertere, patria carere, vertrieben ſeyn, im elende leben. Virg. Georg. 3, 225 *ignotis exulatoris.* Martial. Spect. 4 *Exulat Ausonia profugus delator ab urbe.* Ter. Eun. 3, 5, 62 *Domo exulo*, ich darf nicht ins haus. Et, *Exulare ex urbe.* Plautus metaphora eleganti Perſ. 4, 4, 7 *Perfidia & peculatus ex urbe, & avaritia ſi exulant.* Id. Mercat. 3, 4, 59 *Exulatum ire*, ins elend ziehen. Ejusdem fabulæ prologo v. 43 *Res exulatum it ad quam*, i. e. patrimonium dilapidatur. ¶ 2. Sequioris ævi ſcriptoribus *Exulare* etiam eſt, exulem facere, in exilium ejicere. Petr. Chryſologus ſerm. 2 de filio prodigo: *Fames revocat, quem ſecuritas exulavrat.* Hoc forte non cogitavit Voſſius, cum de Vitiis ſerm. 4, 7 extremo *Exulari* apud Anaſtaſium duobus locis, quæ ibi adducit, deponentialiter pro *exulare*, dictum putat. Paſſive enim poſſuiſſe poteſt videri, *Quousque exulatur*, i. e. donec in exilium pelleretur. *In Cherſoneſum exulatur*, i. e. in Cherſoneſum abjicitur, ut ibi in exilio agat. Hygin. fab. 26 *Tunc iterum exulatur*, i. e. in exilium pellitur.

¶ Exulans, *tis*. Cic. Divin. 2, 24 *Annibal apud Pruſiam exulans.* Id. Tuſc. 3, 18 *Telamon pulſus patria, exſulans atque egens.*

¶ Exulātus, *us*, m. ſubſt. exilii ſtatus, der exulanten-ſtand. Meſſala Corvin. p. 19 *In exulatum perrexit.*

¶ Exulatio, *ōnis*, f. idem. Florus 1, 22 *Inde*, (a ſecunda Populi Romani ætate) *quod clariſſimos Principes, cum adverſarentur voluntati ſuæ, exulatione multavit*, i. e. exilio.

¶ Exulatitius, *i*, m. exul. Gloſſ. Græc. lat. Φυγὰς, *exulatitius.*

¶ Coëxul, *ŭlis*, m. ein miterulant. Sarisb. ep. 205 *Ego & coëxules experimur.*

¶ Coëxulo, *are*, miterulant ſeyn. Sarisb. ep. 174 *Coëxulare fidelibus.* Exulcerare, vide *Vlcus*, Exultare, *Salio*, Exululare, *Vlula*, Exunctio, *Vngo*, Exundare, *Vnda*, Exungulare, *Vnguis*, Exuo, ere, *Suo*, Exuperare, &c. *Super*, Exuſcitare, &c. *Suſcito* in *Cieo*, Exuſtio, &c. *Vro*, Exuviæ, *Suo.*

EZĔCHIEL, *ēlis*, m. prophera Vet. Teſt. Tertull. Carm. 3, 126 *Ezechiel fidus, dives cui gratia verbi.*

F LITTERA ex ordine mutarum, quam dicente Capella 3 p. 58 formant *dentes labrum inferius deprimentes*, figuram habet vel reflexo Hebræo ף, vel a Græco Φ, vel a dupli Ϝ, unde a veteribus *digamma Æolicum* dicta. Poſt varios uſus, quos præſtitit primum, poteſtatem tandem V conſonantis obtinuit: ut, *Fuma, fides, forum.* F inverſum (Ⅎ) invenit Claudius, quod digamma Æolicum eſt, & idem ac V conſonans: quod in lapidibus priſcis ſæpe obſerves: ut, TERMINAVIT: AMPLIAVIT: DIVI AVGVSTI. vide Lipſium in 10 Tac. Annal. p. 272. Spanhem. de Num. diſſ. 2 p. 107 ſq. it. 123. Dausquej. Orthogr. Tractatu 2 ſect. 1. Adde Seguinum epiſtola de Nummo Britannici, quam in calce Numiſm. Select. invenies, ubi genuina huius Æolici elementi figura exhibetur. Add. Serv. ad Æn. 7, 695, ubi de *Faliſcis.* ¶ 2. In propriis F. vel FL. notat *Flavius*: ut, T. F. *Titus Flavius*: item FL. vel FLAM. *Flaminius*: FAB. *Fabius*: F. FIL. *fecit filius.* ¶ 3. Geminum FF vel ff ICtorum, *Digeſta* notat: qua de re Scoppa Coll. 1, 9. Herm. Hugo

Hugo de prima ſcribendi origine c. 21 p. 153. Barth. Adverſ. 2, 17. Sed puerilem errorem hunc eſſe, nempe Pandectas ſignificari per ff. Baudius dicit Cent. 1 epiſt. 97, factum ob affinitatem notularum, qua Græci utebantur. conf Voſſ. de Idololatr. 4, 96. Forcatulus in Necyomant. p. 28. Cujac. Obſerv. 12, 40. Alciat. 2 Diſputĕt. 11. Coraſ. 5 Miſcell. 15 n. 6. Hotomann. in Memorabil. IV. *Pandectæ* p. 7, alii. ¶ 4. Cæterum F ſoni valentioris eſt, quam Græcorum Φ, utait Priſcianus lib. 1, & convenit exprimendis ſtatibus. vid. Voſſ. Inſt. Orat. 4 p. 44. ¶ 5. Ultimæ literæ in præpoſitionibus *Ad*, *Dis*, & *Ex* non dedignantur melioris ſoni cauſſa ante f in f tranſire; ut, *Affero*, *Differo*, *Effero*, &c.

FĀBA, æ, f. græce κύαμος, a κύειν, quod fœcunditatem adjuvare putetur, eine bohne. Dicitur quaſi *Faga* ἀφαγεῖν *comedere*, quia primum *homines hoc legumine uſi*, Iſidor. 17, 4, & Plin. 18, 10 & 12. Ovid. Faſt. 4, 734 *Culmen inane fabæ*. Ter. Eun. 2, 3, 89 *At enim iſtoæc in me cudetur faba*, das wird über mir ausdreſchen. Translatum a faba quæ cum ſiliquis exuitur, & fuſtibus tunditur; non ipſa tamen perinde laborat, ſed id demum, in quo cuditur. vid. Chil. & Turneb. Adverſ. 30, 1. Sed aliter MS. Perſii Scholion: *Scutica*, inquit, *erat quædam corrigia habens in ſummitate nodos quosdam in modum fabæ, ſimiles fere æſtuum: de qua Terentius: Hæc faba cudetur in me. Et erat pœna ſervorum.* Vid. & Læl. Biſciolam tom. 1 lib. 5 c. 22. Plin. 30, 1 & 8, 12 *Sequitur naturam leguminum, inter quæ maximus honor fabæ, quippe ex qua etiam tentatus ſit panis*. Ovid. Faſt. 5, 267 *Flore ſimul læſo pereunt vicisque fabæque*. Abſtineri a fabis Pythagoras voluit. Hinc *faba Pythagoræ cognata*, Hor. Sat. 2, 6, 63 & Samon. 741. Vid. Gell. 4, 11, qui etiam 10, 15, inter ea, *quæ flaminem dialem vel attingere vel nominare nefas erat, fabam refert.* conf. Plin. 18, 13, & ibi Harduinus. Hujus Pythagorici ænigmatis varia reperitur interpretatio. Alii ad bella fugienda trahunt, quia ibi allia & fabæ ad commeatum militarem pertinent. Alii Pythagoram a capeſſenda republica deterruiſſe putant, quod antiquitus in creandis magiſtratibus ſuffragia per fabarios calculos ferebantur: Vnde & aliis *edere fabas* dicuntur, qui lucro corrupti ferunt ſuffragia &c. vid. Suidam & Chil. item Miſc. obſerv. vol. 6 p. 417 ſqq. *Faba ſolida*; cui opponitur *Freſſa*, vide in *Frendo*. Plaut. Aul. 5, 1, 9 LYC. *Quid reperiſti?* STR. *non quod pueri clamitant In faba ſe reperiſſe*, i. e. ne exiſtimes, rem nihili, puta vermiculum, quem MIDAM vocant, me reperiſſe. De *faba Ægyptiaca* vide Athenæum 3, 1. *Faba Græca*, i. e. lotos, Plin. 24, 2. *Faba Marſica*, Col. 2, 9. *Faba trimeſtris*, Idem 2, 10.

¶ Fabula, æ, f. dimin. Plaut. Stich. 5, 4, 8. Sed &

¶ Fabulum, *i*, n. pro faba apud Gellium legitur 4, 11, quod aliis eſt hyoſcyamus. *Fabulum autem marinum*, papaver corniculatum.

¶ Fabāgo, *inis*, f. die bohnen-hülſe. Laudant ex Cat. R. R. ſed nituntur loco ſtatim laudando.

¶ Fabāginus, *a, um*, adj. bohnen-; ut, *Acus fabaginum*, Catoni eſt c. 54.

¶ Fābārius, *a, um*, adj. voll bohnen; ut, *Inſulæ fabariæ*, Plin. 4, 13; & 18, 12. *Calendæ fabariæ* Iuniæ dicebantur, quod in iis fabæ recentes rebus divinis adhibebantur, Macrob. Sat. 1, 1.

¶ Fabārius, *i*, m. ſubſt. cantor, qui fabis veſcitur, mollem vocem efficientibus, Iſidor. in Gloſſ. & de Div. Off. 2, 12.

¶ Fābālis, *e*, allud adj. aus oder von bohnen. *Siliquæ fabales*, ſchoten, Plin. 22, 25. *Stipula fabalis*, ein bohnen-ſtengel. Ovid. Faſt. 4, 225 *Certe ego de vitulo cinerem ſtipulamque fabalem, Sæpe tuli plena februa caſta manu.*

¶ Fabale, *is*, n. ſubſt. plur. Fabalia, ein ort, da bohnen ſind. Tertull. de Anima c. 31 *Pythagoras, ne per fabalia quidem transeundum, diſcipulis ſuis tradidit.* Adde Cat. R. R. c. 37. Plin. 18, 12 & 22; Colum. 2, 10 & 20.

¶ Fabāceus, *a, um*, aus oder von bohnen. Pallad. Nov. t. 1 *Qui calamos fabaceæ meſſis eduxit*. Macrob. Sat. 1, 12 *Puls fabacea*.

¶ Fābācia, æ, f. ſubſt. cibi genus e fabis confecti, ein bohnen-kuchen. Plin. 18, 12 *Priſco ritu fabacia ſuæ religionis Diis in ſacro eſt, prævalens pulmentari cibo*. At Apicio 5, 6 *Fabaciæ virides*, ſunt caules fruticesque fabarum.

¶ Fabatarium, *i*, n. genus vaſis, in quo fabata ſive grana fabarum reponuntur. Lamprid. Heliogab. c. 20 *Exhibere plenis fabatariis*. v. Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p. 187.

¶ Fabētum, *i*, n. locus, ubi fabæ naſcuntur, ein bohnen-beet.

FĀBĀRIS, *is*, m. Italiæ fluvius per Sabinos, qui & *Farfarus* dicitur. Virg. Æn. 7, 715 *Qui Tiberim Fabarimque bibunt*, &c. Ovid. Met. 14, 330 *Et amœnæ Farfaros umbræ*.

Fabella, vide mox *Fabula*.

FĀBER, *bri*, m. generale eſt, & quemlibet artificem & opificem ſignificat, ein werckmeiſter. *Faber aurarius*, ein gold-ſchmied. *Faber æarius*, Plin. 34, 1, ein roth-gieſſer. *Faber ferrarius*, Plaut. Rud. 2, 6, 47, ein grob-ſchmied, pro quo abſolute *Fabrum* Phædrus 4, 7 dixit. *Faber lignarius*, Cic. de Clar. Orat. c. 73, ein tiſcher, zimmermann. Hic & Ciceroni eſt *Faber tignarius*, de Clar. Orat. c. 73. Erant præterea *fabri navales*, *fabri cerdones*, *fabri centonarii*, *fabri materiarii*, *fabri tignarii*, *fabri ærarii*, *fabri argentarii*, *fabri eburarii*, v. Spon. miſc. erud. antiq. p. 222. *fabri automatarii* & *dendrophori* apud Gruterum occurrunt. ¶ 2. Metaphorice Salluſt. de Rep. ord. 1, 1 *Res docuit, id verum eſſe, quod in carminibus Appius ait: Fabrum eſſe ſuæ quemque fortunæ*. Quod in vita Attici per Nepotem ſic legitur 25, 11, 6 *Sui cuique mores fingunt fortunam: & ſui cuique mores fortunam conciliant.* ¶ 3. *Faber*, piſcis, alio nomine *Zeus*, appellatus Plinio 9, 18. Ovid. hal. 110.

¶ Faber, *bra*, *brum*, etiam adjective ſumptum invenitur, künſtlich. Ovid. Met. 8, 159 *Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis*, & Apul. Apolog. p. 282 *fabra ſpiculi levitas*. Vnde Superlativus apud eundem lib. 2 Florid. *Annulus aureus faberrimo ſignaculo*. ¶ 2. Caſaubonus etiam *Fabra* in plurali interpretatur quælibet callide & ad fallendum excogitata, auctore eodem Apulejo, ex cujus Apolog. p. 312 adfert: *Nam equidem hæc fabra tecum fabricantem &c.* Sed non eſt in toto Apulejo locus vexatior aut mendosior: & quot libri, tot fere lectiones. Vide Elmenhorſt. ibi, p. 346.

¶ Fabre, adv. künſtlich, meiſterlich. Plaut. Men. 1, 2, 23 *hoc factum eſt fabre*. Apul. 2 Mil. p. 123 *Vitrum fabre ſigillatum*: qui & Superlativo aliquoties uſus eſt, ut eodem lib. 2 ſub init. *ara faberrime polita*, hoc eſt, marmori inciſa: & 2 Florid. *gemma faberrime ſcalpenda*: & ruſtus lib. 11 *navis faberrime fabricata*. Ammianus quoque 28, 18 *thorace oblato, polito faberrime*.

¶ Fābrilis, *e*, quod fabri eſt, dem werckmeiſter gehörig; ut, *Fabrilis officina*, die ſchmiede, Treb. Pollio 30 Tyr. c. 8. *Gratianum fabrile*, tiſchler-leim, Plin. 28, 11. *Flamma fabrili*, Claud. 1 Conſ. Stil. v. 176. Horat. 2 epiſt. 1, 116 *Quod Medicorum eſt Promittunt Medici; tractant fabrilia fabri*.

¶ Fabriliter, adv nach handwercks-brauch. Prudent. Apotheoſ. v. 519 *Opifex fabriliter aptans Compoſuit*

¶ Fabrica, æ, f. officina fabri, eine werckſtat, Lucret. 4, 514. Sic, quas *officinas armorum* Cæſar dixit Vegetius 2, 11, & alii *Fabricas armorum* vocant: quas publicas Romani habebant, et urbes imperii: privatim enim exercere fas haud erat, ut ex Notitia Imperii & ex Novella 85 de armis, conſtat. Ibi igitur, qui cudebant arma, *Fabricenſes* vocati, quorum multa in Codice mentio eſt: qui præerat, *Præfectus fabrorum* dicebatur, de quo Vegetius d. l. ubi Stewechii addi Commentationes poſſunt. ¶ 2. *Fabrica*, fabrilis ars, die ſchmiede- oder bau-kunſt. Vitruv. 1, 1 *Fabrica*, inquit, *eſt continuata ac trita uſus meditatio, quæ manibus perficitur e materia, cujuscunque generis opus eſt, ad propoſitum deformationis*. Ita *Fabrica ferraria*, *fabrica materiaria*, Plin. 7, 56 ars ducendi conficiendique ferrum materiarium in opera varia. *Æris & ferri fabricam* Cic. dixit de N. D. 2, 60, ib. c. 13 *Pictura & fabrica, cæteræque artes habent quemdam abſoluti operis effectum*. Atque hinc Quintil. 8, 3 *Fabricam ſic quaſi MVSICAM dici* ſcribit. PIRATICAM *quoque*, inquit, *ſic quaſi muſicam & fabricam dici, adhuc dubitabant mei Præceptores*. Hinc *fabricam docere*, ICtus dicit L. 26 § ult. D. mandati. ¶ 3. Opus fabricatum, ein werck, gebäu. Cic. de N. D. 2, 4: *Admirabili fabrica membrorum animantium*. Ita Prudentius ipſum opus fabri ſeu κοίνμα appellavit *Fabricam*, Hymno de Natali Domini v. 45. Ita enim ibi: *Stragem ſed iſtam non tulit CHRISTVS cadentum gentium Impune; ne forſan ſui Patris periret fabrica*. De homine enim loquitur, principe Dei creatura. Sic & Treb. Pollio Gallien. c. 5 *Quo* (terræ) *motu multæ fabricæ devoratæ ſunt cum habitatoribus*. Ita Pallad. 1, 7, 4 & 1, 9, 2 *fabricæ* ſimpliciter ſunt ædificia. ¶ 4. *Fabricam* Terentius dolum dixit, ſeu eludendi artificium fallaciamque Heaut. 3, 2, 34 *Nonne ad ſenem aliquam fabricam fingat*, denckt er nicht etwa auf einen tanck, den alten über den tolpel zu werffen. *Fabricas admovere*, ſimili figura, Plaut. dixit Ciſt. 2, 2, 5.

¶ Fabrīcus, *a, um*, zum bau gehörig. Paul. ICt. L. 19 ff. de Inſtruct. & inſtrum. *Servus arte fabrica peritus*.

Fabricius, proprium nomen, vide poſt *Fabius*.

¶ Fabricenſes, *ium*, m. pl. qui in ſacris fabricis operantur, & arma cudunt, waffen-ſchmiede. Nam non niſi certis & conſtitutis locis arma telave fabricari licebat, juſſitque Iuſtin. Novell. de armis 85 *Fabricenſium certum corpus eſſe & militiam quandam*. Vide & de Fabric. Tit. in Codice: & Valeſium ad Ammian. lib. 31 p. 629.

¶ Fābrico, *avi*, *atum*, *are*, & Fabricor, *atus*, *ſum*, *ari*, zimmern, ſchmieden, bauen, *Fabricari ſigna*, bilder hauen, Cic. Off. 1, 41. *Fingere & fabricari hominem*, Idem Acad. 4, 27. *Fabricare verba*, Id. Tuſc. 4, 6 auf worte dichten. *Is qui fabricatus gladium eſt*, Idem pro Rab. Poſt. c. 3, der degen-ſchmied, ſchwerdtfeger. Et, *fabricare gladium*, Quintil. 3, 2. *Craterem fabricaverat Alcon*, Ovid Met. 13, 683. *Fabricari ratem*, Tac. Ann. 15, 37, 2. *Philoſophia animum format & fabricat*, Sen. ep. 16. Ita Manil. 1, 772 de Platone Socratis diſcipulo *& qui fabricaverat illum*. Paſſ. Apul. Met. lib. 7 *Illico prandium fabricatur opipare*. Et Virg. Æn. 2, 46 *Aut hæc in noſtros fabricata eſt machina muros*, &c.

¶ Fabricātus, *a, um*, adj. paſſive, zubereitet, verfertiget; ut, *Machina fabricata*, Virg. Æn. 2, 46. *Pocula fabricata fago*, Ovid. Met. 8, 669. *Fabricata claſſis*, Vellej. 2, 79, 2. *Cuniculi miro opere fabricati*, Idem 2, 27, 4.

¶ Fabrīcātus, *us*, m. der bau. Sidon. 3 ep. 13 *Hoc fabricatu Dædalus noſter amicitiarum culmen ædificat*.

¶ Fabricatio, *ōnis*, f. idem. Cic. N. D. 2, 53 *Fabricatio hominis* i. e. creatio.

¶ Fabricatūra, æ, f. opus fabrile, ein gemächte. ICt. in Cod.

¶ Fabricator, *ōris*, m. ein werckmeiſter, urheber. Virg. Æn. 2, 264 *Doli fabricator Epeus. Mundi fabricator*, Quintil. 2, 16. *Dolor & morbus leti fabricator*, i. e. cauſſa efficiens, Lucret. 3, 473.

¶ Fabricatrix, *icis*, f. Lactant. 6, 22 *Mortis fabricatrix voluptas*. Idem 7, 12 *Fabricatrix immortalitatis virtus*.

¶ Fabricābilis, *e*, adj. zum bau dienlich. Gloſſ. gr. lat. ἐργάσιμος, *fabricabilis*.

¶ Fabricarius, *a, um*, idem. Gloſſ. gr. lat. ξύλα ἐργάσιμα, *ligna fabricaria*, bau-holtz.

¶ Fabrio, *ire*, pro fabricare, bauen, ſchmieden. Exſtat apud Venant. Fortun. 2 carm. 9, 23 *Quod nullas veniens Romana gente fabrivit, Hoc vir barbarica prole peregit opus*.

¶ Fabrefacio, *feci*, *factum*, *ĕre*, fabricare, bauen. Aur. Victor de Vir. Illuſtr. c. 38 *Duilius claſſem validam fabrefecit*

¶ Fabreſio, *ēri*, aus künſtelt werden. Vulg. Interpr. Exod. 31, 4 *Quicquid fabreſieri poteſt ex auro & argento*. Hinc

¶ Fabrefactus, *a, um*, gekünſtelt. Plaut. Caſ. 5, 1, 8 *Nec fallacia n aſtutiorem ullus fecit poëta, atque ut hæc eſt fabrefacta a nobis*. Ammian. 29, 1 *Nam ex diverſis materiis fabrefacta*.

¶ Fabri-

¶ Fabrificatio, *ōnis*, f. die verfertigung. Tertull. Apolog. c 12 *Non sentiunt injurias & contumelias suæ fabrificationis dii vestri.*

Composita cum præpositi.

¶ Adfaber five Affaber, *bra, brum*, ſic dixerunt veteres artificioſe factum, *fabrefactum*, Feſt. gekünſtelt. Gloſſ. gr. lat. ἔντεχνος, *adfaber*. Ideo & *affabrias ſycophantias* dixit Poëta non invenuſtus Cordus 12 epigr. 21.

¶ Affabre, five Adfabre, adv. pulchre, artificioſe, künſtlich, meiſterlich, Cic. Verr. 2, 5 *Affabre atque antiquo artificio.*

¶ Affabricatus, *a, um*, angeſchmiedet, angekünſtelt. Auguſtinus: *Conſuetudo quaſi ſecunda & affabricata natura dicitur.*

¶ Confabricor, *ari*, deponens, zuſammenfügen. Gell. 3 *Moleſte atque odioſe confabricatas commolitasque eſt originem vocabuli.*

¶ Confabrefacio, *ere*, idem, apud ICtos in Digeſt.

¶ Confabrilis, *e*, apud Firmicum.

¶ Infabre, non fabre, minus artificioſe, ungeſchickt, tölpiſch. Liv. 36, 40 *Vaſa* (argentea) *non infabre facta.* Horat. Sat. 2, 3, 22 *Quid ſculptum infabre.*

¶ Infabricatus, *a, um*, inelaboratus, deproperatus, unförmlich, unzugericht. Virg. Æn. 4, 400 *Robora ſilvis Infabricata fugæ ſtudio &c.*

¶ Perfabrico, *are*, ausarbeiten. Plauto Perſ. 5, 2, 4 eſt, fabricis & dolis plane perdere. *Corruptor ita me perfabricavit*, hat mich fertig gemacht, hin auf das leimen.

¶ Refabrico, *are*, wieder bauen. Diocletianus l. 5 Cod. de Ædific. privatis: *Collapſum balneum refabricare eniſus eſt.*

FĂBIUS, *i*, m. Φάβιος. Fabii Romani nobiliſſimi potentiſſimique fuere: cognomen hoc fortiti ex re ruſtica, ſicut alii veterum haut infimæ ſortis; *Fabii a fabarum* ſatione: licet non deſint, qui a *fodiendo*, quod primum per *foſſas* venandi morem induxerint, *Fodios* primum, poſtea *Fabios* appellatos arbitrentur. vid Plutarch. in Fab. Max. vita. Vide etiam, quæ de origine nominis & gentis diſputat Drak. ad Sil. 2, 3. Trecentos illos Fabios, qui ſimul ad pugnum Romæ egreſſi interfecti ſunt, Ovid. Faſt. 2, 235 laudavit: *Una dies Fabios ad bellum miſerat omnes, Ad bellum miſſos abſtulit una dies.* v. Liv. 2, 48 ſq. Sil. Stat. 2 pr. Inprimis Perizon. animadv. hiſtor. c. 5. *Fabius* fuit *Maximus* Dictator, *Cunctator* appellatus, qui Hannibalem mora illuſit, & ut Ennius dixit, *rem cunctando reſtituit*: Cic. de Senect. c. 4. Fabiæ hujus gentis ſex ſtirpes fuere, ut tabulæ Capitolinæ & nummi veteres teſtantur. Tres frequentes, *Ambuſti, Maximi* & *Vibulani*. Minus frequentes, *Buteones, Dorſones, Pictores*. Aliqui addunt ſtirpes alias, ſed earum paucæ tantum in Vet. nummis reperiuntur. ¶ 2. Apud Horatium *Fabii* nomen de homine loquace uſurpatur 1 ſat. 1, 14 *Catera*, inquit, *de genere hoc, adeo ſunt multa, loquacem Delaſſare valent Fabium.* Vbi vetus Scholiaſtes: *Fabius*, inquit, *Narbonenſis equeſtri loco natus, & Pompejanas partes ſecutus, nonnunquam de Secta Stoica cum Horatio contendit aciter. Scripſit enim aliquot libros de Philoſophia Stoica.* Ad alium Fabium Torrentius hoc refert, quem ſi lubet, vide.

¶ Fabius, *a, um*, adj. ut, *Fabia tribus*, cujus apud Sueton. Aug. c. 40 mentio eſt.

¶ Fabianus, *a, um*, idem; ut *Fabiani luperci*, apud Feſtum. Et, *Fabiani milites*, C. Nep. 11, 2, 4 συνεκδοχικῶς de præſtantibus militibus dicti. Loccenius putat, vel ad 300 Fabios, vel ad milites Q. Fabii Maximi reſpici.

FABRĂTĒRIA, *æ*, f. Volſcorum oppidum in Latio, cujus meminit Cic. fam. 9, 24; Sil. 8, 397: Iuvenal. 3, 224.

¶ Fabraterni, *orum*, m. populi illius loci, Plin. 3, 5.

Fabrefacio, fabrica, &c. vide *Faber*.

FĂBRĪCIUS, *i*, m. nomen gentis Romanæ, ex qua *C. Fabricius Luſcinus* Conſul, magnus virtute animi & laude bellica fuit. Hic enim acerrimum ducem Pyrrhum, Epirotarum regem, vicit; & quamvis pauper eſſet adeo, ut mortuo ipſo, dotanda ex publico filia eſſet, tamen a rege Pyrrho follicitari haud potuit, quarta regni oblata parte. Quo illud Claudiani pertinet de 4 Honorii COS. v. 413 *Pauper erat Curius, reges cum vinceret armis; Pauper Fabricius, Pyrrhi cum ſperneret aurum.* Idem medicum promittentem, ſe ſublaturum veneno Pyrrhum, vinctum reduci ad dominum juſſit, & dici regi, quæ contra caput ejus medicus ſpopondiſſet. Quod adeo miratus rex fuit, ut diceret: *Ille eſt Fabricius, qui difficilius ab honeſtate, quam ſol a ſuo curſu averti poſſit*: ut Aurel. Vict. de Vir. Illuſtr. c. 35, & Eutrop. 2, 8 auctores ſunt. Quamquam aliter Florus narret lib. 1, 18. Sed pro Victore & Eutropio Cicero eſt Off. 3, 22, Plutarch. in Apophthegm. Val. Max. 6, 5, 1; Gell. 3, 8 itemque Frontinus 4, 4; &, Claudian. de bello Gild. v. 270.

Fabrico, Fabrilis, vide *Faber*.

FĂBŬLA, *æ*, f. a *fando* dicta, proprie nihil aliud eſt, quam ſermo, familiare colloquium, die rede, das geſpräch. Nam quod Plautus Stricho 4, 1, 71 dixit: *atque eccum tibi lupum in ſermone*: id Terent. Adelph. 4, 1, 21 ita expreſſit: *lupus in fabula.* Tac. Ann. 6, 5, 3 *convivalium fabularum ſimplicitas*, gemeine tiſch-reden. Capitol. Pertin. c. 12 *cum eo, qui docet, fabulas literatas habere*, gelehrte diſcurſe führen. conf. Lamprid. Alex. Sev. c. 34. Apul. Apol. *Tam rudes vos eſſe omnium literarum, omnium vulgi fabularum.* Vbi *literæ* ſunt narrationes literarum monumentis comprehenſæ, h. e. hiſtoriæ: *fabulæ*, quæ vulgi ſermone celebrantur. B. Hieronym. 1 epiſt. 38 *Et ne veteres replicando hiſtorias longum faciam, & excedam menſuram epiſtolæ, brevem tibi fabulam referam, quæ accidit infantiæ meæ temporibus.* *Fabula vulgi* eſt rumor publicus. Barth. ad Stat. Silv. p. 51. Statius epithalamio Stellæ, five Silva 2, 29 *Conſumta eſt fabula vulgi.* Et Propertius 2, 13, 13 *Populi cunſuſa valeto Fabula.* Sic *fabulam fieri: fabulam eſſe*, Horatius dixit 1 epiſt. 13, 9. Et, *in fabulis eſſe*, Suet. Aug. c. 70, i. e. ſermone hominum celebrari, den leuten in die mäuler kommen. Tibull. 1, 4, 75 *Parce puer, quæſo, ne turbis fabula ſuam.* Sed B. Hieronymus in epiſt. ad Philemon. c. 1 *Fabulam* & pro deſcripta dixit hiſtoria, eine erzehlung. *Longum eſt*, inquit, *diverſa Indicum geſta percurrere, & totam Samſon fabulam ad veri Solis* (*hoc quippe nomen ejus ſonat*) *trahere ſacramentum.* Hinc *fabulari*, proprie loqui, narrare, de quo infra. ¶ 2. Sed quoniam in vulgi ſermonibus multa falſa & confictitia ſunt, inde hoc nomen ad fictas narrationes, & poëtarum commenta translatum eſt, eine fabel, gedicht. Vetus Gloſſarium: *Fabula*, δρᾶμα, μῦθος. Nam ſpeciatim ad dramata pertinet. Ita Liv. 7, 2 *Livius auſus eſt primus argumento fabulam ſerere*, i. e. drama unius argumenti contexere. Sic, *Fabulæ Terentii, Plauti*, eorum Comœdiæ dicuntur. Vnde, *fabulam exhibere, agere*, &c. eine comödie ſpielen. Seneca epiſt. 77 extr. *Quomodo fabula, ſic vita: non quamdiu, ſed quam bene acta ſit, refert.* Sic & Apologi illi, qui Æſopi nomen præferunt, *Fabulæ* appellantur: quamquam Phædrus has *fabellas* potius dixerit, ut a *fabulis*, hoc eſt, Comœdiis Tragœdiisque diſtingueret, de quo infra. Nos mährlein, vel mährgen appellamus. Sic nutricularum fabulæ Quintil. 1, 13 *aniles fabulæ* dicuntur; & *fabulas* dicimus ſermones, quos vanitatis arguimus, lügen. Apul. lib. 1 Mil. *At ille comes ejus, qui ſtatim initio obſtinata incredulitate ſermonem ejus reſpuebat: Nihil, inquit, hac fabula fabuloſius, nihil iſto mendacio abſurdius: Et ad me converſus, Tu autem, inquit, vir, ut habitus & habitudo demonſtrant ornatus, accedis huic fabulæ?* Ter. Heaut. 2, 3, 93 *Longum eſt, Clitipho, Tibi ſi narrem, quamobrem id faciam, vera cauſſa eſt.* CLIT. *fabulæ! poſſem.* Id. Andr. 4, 5, 8 *Hem! quæ hæc eſt fabula?* Quod & Eunucho 4, 4, 22 invenias. Eſt autem formula de rebus miris, in quas imprudentes incidimus. Nos: was iſt das für ein ſpiel? für ein aufzug? *Facinorum* itaque nomine, veræ juxta & falſæ narrationes comprehenduntur. Vnde & Phædrus *veram fabulam* dixit a fab. 5, & *fictas fabulas*, prologo lib. 1 & epilogo lib. 2.

¶ Fabella, *æ*, f. dimin. *Commentitiæ fabellæ*, Cic. de Divin. 2, 38. Id. de Fin. 5, 15 *Parvi fabellarum auditione ducuntur.* Et Apul. 6 Met. *Sed adſtans ego non procul dolebam, quod pugillares & ſtilum non habebam, qui tam bellam fabellam pernotarem.* Phædrus ad Apologos reſtrinxit, ut ſupra monebamus. Ita enim 4 fab. 6 *Quid ergo tibi poſſim facere, lector Cato, ſi nec fabellæ te juvant, nec fabulæ: Fabellas* enim appellat Apologos: *fabulas* Tragicorum materias. Varias fabularum ſpecies recenſet Voſſ. Inſt. Orat. 2 p. 313.

¶ Fabellatio, *ōnis*, f. fabel-werck. Gloſſ. lat. gr. *Fabellatio*, μυθολογία.

¶ Fabellator, *ōris*, m. auctor fabellarum, Apul. De Æſopo vulgo dicitur. Itaque non ad contemtum pertinet, ut Germ. ein fabelhans. v. *Fabulator*.

¶ Fabellatrix, *īcis*, f. Afran.

¶ Fabŭlāris, *e*, f. erdichtet, fabelhaft; ut, *Hiſtoria fabularis*, quæ poëticis narrationibus referta: quales Diodorus Siculus, Didymus Grammaticus, Heliodorus, Lucianus, &c. ſcripſerunt. Suet. Tib. c. 70 *Maxime tamen curavit notitiam hiſtoriæ fabularis, usque ad ineptius atque deriſum.* Cenſorinus c. 4 *Fabulares poëtarum hiſtoriæ.*

¶ Fabulīnus, *i*, m. deus & præſes puerilitatis, de quo Varro apud Nonium 12, 56 *Cum primo fari incipiebant, ſacrificabant divo Fabulino*, v. Meurſ. Auctar. Philol. p. 170.

¶ Fabulo, *ōnis*, m. ein comödien-ſchreiber. Macrob. Sat. 2, 1 *Planipes & fabulo impudica & prætexta verba jactens* Cum vulgo ſit *fabulo*, & apud al. *Jannio*, ita reſtituit Salmaſius ad Suet. idque ex gloſſis Iſidori, in quibus *Fabulo* congerro exponitur; item fabulas componens; & *fabulones* fabularum inventores. conf. Voſſ. Inſt. Poët. 2, 2.

¶ Fabulōſus, *a, um*, fabulis plenus, de quo mulieræ fabulæ ſunt, fabelhaft. Ita *Hydaſpen fabuloſum* Horatius dixit 1 od. 22, 7: & Curt. 3, 1, 2 *Fabuloſa Græcorum carmina.* Apul. 1 Med. p. 111 *Nihil hac fabula fabuloſius.* Plin. 12, 19 *Fabuloſa antiquitas*; Idem 5, 1 *Fabuloſiſſimus Atlas.* ¶ 2. *Fabuloſus* etiam dicitur, qui delectatur fabulis, qui garrulus eſt, & plurimus in conferendis fabellis. Vet. Gl. ἀδολεσχής, Fabuloſus, ein ſchwätzer; qui & φιλόμυθος appellatur, de quo Caſaub. ad Theophraſti Characteres. Hor. 3 od. 4, 9 *Me fabuloſæ Vulture in Appulo Altricis extra limen Apuliæ, Ludo fatigatumque ſomno Fronde nova puerum palumbes Texêre. Apulia* ibi non eſt regionis vel provinciæ, ſed nutriculæ Horatii nomen; quam *fabuloſam* vocat, quia aniculæ & nutrices garrulæ & fabulatrices. vid. Torrent.

¶ Fabuloſe, adv. fabelhaft. Plin. 32, 11 *Inſulæ Oceani fabuloſe narratæ*: alii legunt *fabuloſæ*. Tamen ejusdem Plinii eſt 7, 48 *Fabuloſe multa de hominum ævo referens.* Et mox l. c. Comparativus: *Reliquæ fabuloſius in Phœnice.* Et Superl. 5, 1 *Fabuloſiſſime ab antiquis narrata.* Auguſtin. Retractat. 1, 15 *Manichei tenebrarum gentem fabuloſiſſime indicunt.* Ammian. 19, 18 *Vetuſtate, ut cætera, fabuloſius extollente*: & 23, 25 *Vt Homerus fabuloſius canit.*

¶ Fabulōsĭtas, *ātis*, f. ſtudium vel conſuetudo fabulas narrandi, ſive ipſæ fabulæ. Plin. 7, 28 *Si recipiatur poëtica fabuloſitas*: Et 36, 13 *Excedit omnia fabuloſitas.*

¶ Fābulor, *atus ſum, ari*, loqui, reden, ſagen, ſchwatzen. Plaut. Epid. 1, 1, 42 EP. *Quid ego ex te audio?* TH. *Hoc, quod fabulor.* Ireni Rud. 2, 3, 8 *Verum omnes ſapientes decet confvvre & fabulari.* Gell. 2, 22 *Tum Phavorinus ita fabulatus eſt.* ¶ 2. Item, ficta narrare, & inepte garrire, unnütze zeug reden. Liv. 45, 39 *Quid de imperatore Paulo Senatus decrevit, potius quam quid Serv. Galb. fabuletur, audi.*

¶ Fābulo, *are*, in activa voce, id. Plaut. Mil. 2, 4, 18 *Quæ cum hoc inſano fabulem?* Ita & legit Pareus ib. 2, 5, 33 Hinc *fabularier*, paſſive, pro dici, eſt in Amphitr. Supp. ſc. DI *voſtram fidem* &c. v. 3. Et Sarisb. ep. 190 *Ariſtippus interrogatus, quid ei Philoſophia contulerit? dicitur reſpondiſſe, ut cum omnibus intrepide fabularet.*

¶ Fabulatio, *ōnis*, f. geſpräch; ut, *Fabulatio forenſis*, Mart. Capella lib. 6 p. 189

¶ Fabulātor, *ōris*, m. collocutor, der mit einem redet. Suet. Auguſt. c. 78 *Lectoribus aut fabulatoribus accerſitis.* ¶ 2. Item ἀδολεσχής, nugator, qui ficta narrat, ein fabel-hans. Gell. 3, 10 *Herodotus homo fabulator.* Sed ¶ 3. Apud eundem Gell. 2, 29 *Æſopus ille e Phrygia fabulator*, in bonam partem, accipitur.

¶ Fabulatōrius, *a, um*, plenus fabulis, Cathol

¶ Confa-

¶ Confabulor, *ari*, colloqui, mit einander ſchwatzen, reden. Plaut. Ciſt. 4, 2, 77 *Sed ego rem meam magnam confabulari tecum volo.* conf. Id. Merc. 1, 2, 70: & 3, 3, 10.

¶ Confabulatio, *onis*, f. colloquium, eine unterredung. Tert. ad Vx. 2, 3 *Confabulationes pravæ.* Symmach. 9 ep. 89 *Sæpius ad me commeent* (epiſtolæ), *& confabulationem præſentis imitentur.* Hieron. ep. 2 ad Nepotian. *Corrumpunt mores bonos confabulationes peſſimæ.* Ita convertit illud Menandri a Paulo laudatum: φθείρουσιν ἤθη χρῆσθ' ὁμιλίαι κακαί. Et ep. 12 med. ad Gaudentium de infantulæ educatione: *Totos dies in hujus confabulatione conſumis.*

¶ Confabulatus, *us*, m. idem. Sidonius 9 ep. 11 extr. *Hos eloquii sui claritas, artifice confabulatu, dum compellat.*

FĂCĔLA, *æ*, f. oluſculum, quod aceto maceratum apponitur. Vetus epigr. *Quem vecreat foſſam gillo, facela, melo.*

¶ Facelāre, *is*, n. acerarium, ein kraut-ſalat. Lamprid. Heliog. c. 20 *Barbas mullorum pro naſturtiis, apiaſtris & facelaribus exhibuit.*

Facellō, vide in *Pacio.*

FĂCĔLĪNA, Phacelina, vel Phacelitis Diana, quæ in Siciliæ urbe cognomine colebatur, nomen habuit a φάκελος, quod falcem etiam ſarmentorum notat, quo tectum illius ſimulacrum ex Scythia attuliſſe dicitur Oreſtes. vid. quos laudant N. Heinſ. & Drakenb. ad Sil. Ital. 14, 260 *Mille Thoantææ ſedes Faceline Dianæ*, præſertim Cluver. 2, 6 Sicil.

FĂCĒTIÆ, *arum*, f. ſermonis deliciæ ac urbanitas & elegantia, ſierlichkeit, höfliche kurtzweil ſchertzreden, Vellej. 1, 17, 1 *Dulcesque latini ſermonis facetiæ per Cæcilium, Terentiumque & Afranium ſub pari ætate nituerunt.* Cic. de Cl. Or. c. 34 *Superabat ſale facetiiſque omnes Scipio.* vid. Id. Cic. de Orat. 2, 57 ſeqq. copioſe de *Facetiis.* Huc refpicit etiam Quintil. 6, 3 p. 540 *In narrando autem Cicero facetias putat, dicacitatem in jaciendo.* Sed, *Facetiæ acerbæ*, it. *aſperæ*, de jocis durioribus, & contumelioſis: Tac. Ann. 5, 2, 3 & 15, 68, 4. Inde *illudere, irridere, inſectari facetiis*, ibidem, & Ann. 15, 25, 6, beiſſende ſchimpfreden. Ver. Gloſſ. *Facetiæ, χαριτες ἐν λόγοις.* ¶ 2. In ſingulari uſus Apulejus eſt Apologia, cum ait: *Atque ego ſcio, nonnullos, & cum primis Æmilianum iſtum, facetiæ ſibi habere, res divinas deridere*, für einen ſchertz halten.

¶ Facētus, *a, um*, facetiis abundans, ridiculus; item urbanus, elegans, citra ſcurrilitatem tamen, &c. artig, manierlich, höflich, kurtzweilig, ſchertzhaft Neque enim circa ridicula tantum verſatur hæc vox, ſed & decoris & exquiſitæ elegantiæ ſignificationem habet, ut Quintilianus nos docet 6, 4. Hinc Cic. Of. 1, 29 probat *genus jocandi non profuſum, nec immodeſtum, ſed ingenuum & facetum, &c.* Vet. Gloſſ. *Facetus, ἐυχαρις.* Ter. Heaut. 3, 2, 10 *Mulier eſt commoda, & Faceta hæc meretrix.* Donatus quoque *facetam meretricis diſciplinam* in Ter. Eun. urbanam & elegantem interpretatur, & Chremetis ruſticitati opponit. Alibi *Facetum* interpretatur, *qui facit verbis, quod vult.* Et ſimilem in modum Iſidorus lib. 10 lit. f. *qui jocos & luſus geſtis & factis commendat, a faciendo dictus.* Sed forte originis cauſſa *facem* præferre licet, quia faces venuſtatis inſunt facetiis, quibus & Vellejus l. c. nitorem tribuit. Horatio 1 epiſt. 4, 55 *Facetus* eſt, qui loquitur blande. Columella 1, 1 *Iulius Græcinus duo volumina ſimilium præceptorum de vineis compoſita facetius & eruditi poſteritati narranda curavit. Facetius*, i. e. elegantius, ſcitius, effectius. Quod ut ab eruditis ingeniis expectandum maxime eſt; ſita *facetum & eruditum* Columella conjunxit. Nec aliter Lucilius apud Feſtum in REDARGVISSE: *Quo facetior videar, & ſcire plus quam ceteri.* Superl. *Facetiſſimus* eſt apud Plin. in præfat. Suet. Veſp. c. 22. Aur. Vict. Epit. c. 9. Auct. ad Herenn. 4, 11. Sed & Cic. de Leg. 2, 15 *Ariſtophanes facetiſſimus Poëta.* Iuvenal. 9, 19 *Conviva joco mordente facetus, Et ſalibus vehemens intra pomœria natis*, i. e. vernilibus, vel potius Romanis.

¶ Facete, adv. ſchertzhaft, artig; ut, *Facete dictum*, Ter. Eun. 2, 2, 57; & Plauto Capt. 1, 2, 73 pulchre & delectabiliter dictum eſt. Superl. Cic. de Orat. 2, 55 *Facetiſſime tres libellos tribus legendos dedit.* Plin. 1 ep. 9 *Facetiſſime dixit.* Comparativus eſt ipſius etiam Ciceronis l. c. c. 54; & Columellæ, loco proxime in *Facetus* indicato.

¶ Facetōſus, *a, um*, adject. poßierlich; ut, *Urbanitas facetoſa*, Cic. de Fin. 2, 31.

¶ Facetior, *ari*, facetiis uti, ſchertzen, poſſen machen. Sidon. 3 ep. 13 pr. *Qui, quod verbis inverecundis aurium publicarum reverentiam inceſtant, granditer ſibi videntur facetiari.*

¶ Infacetiæ, vel, ut rectius legitur, Inficetiæ, *arum*, f. pl. unhöfligkeit. Catull. 37, 19 *Pleni ruris & inficetiarum annales.*

¶ Infacetus, & Inficetus, *a, um*, parum elegans, ruſticus, tölpiſch, grob, unaeſchickt. Cic. Of. 3, 14 *C. Canius, eques Romanus, nec infacetus, & ſatis literatus.* Plin. 19, 8 *Non infacetum Tiberii Cæſaris dictum.* Adde Borrichii Cogit. p. 131. Catull. epigr. 22, 14 *Idem infaceto eſt inficetior rure.* Et ſic Plaut. Truc. 2, 4, 4.

¶ Infacete, & Inficete, adv. unhöflich, unaeſchickt. Suet. Veſp. 20 *Quidam urbanorum non infacete &c.* conf. Vellej. 2, 33, 4. Solinus c. 1 (al. 5) *Non infacete Thoranius id, quod emtor præcipue criminabatur, pretioſius probavit.* Plin. 35, 4 *Oſtendens in tabula pictum infaceti ſſime Gallum, exerentem linguam.*

¶ Perfacetus, *a, um*, valde facetus, ſehr artlich Cic. pro Plancio c. 4 *Si non perfacetum, attamen fortaſſe non ruſticum, me id dixiſſe dicunt.*

¶ Perfacete, adv. idem. Cic. in Verr. de Prætura urb. 46 extr. *Perfacete dicta.*

FĂCIES, *ēi*, f. forma exterior, aſpectus, anterior pars humani capitis, das antlitz, geſicht, die geſtalt. Martial 3 epigr. 5 *Formoſam faciem nigro velamine celas.* Sic, *Liberalis, ingenua facies*, ein ehrlich aufrichtig geſichte, Plin. 1 ep. 14. ¶ 2. Significat autem hæc vox non vultum tantum, hoc eſt, oculos & os hominis, ſed totam corporis ſtructuram ave facturam: nam & a *faciendo* dicta eſt, ut Gellius docet 13, 28, qui locus claſſicus eſt, ſæpius proinde a nobis advocandus, die leibs geſtalt. Ter. Eun. 2, 3, 5 *O faciem pulchram, &c.* FACIEM, inquit, *modo non partem corporis dicit, ſed totam ſpeciem, quæ apparet & cernitur.* Iuvenal. 6, 168 *Facies tua computat annos*, man ſiehet dirs am geſicht an, wie alt du biſt. Apul. lib. 2 Mil. *Etiam in mœrore luculentam proferre faciem*, munter ausſehen. Idem Apolog. *Cum tam ignotus illi fuerit, ut ſæpe ne in occurſu quidem filium fratris tui de facie agnoſceres*, am geſichte kennen. *Mala facies*, i. e. deformis, apud Quintil. 6, 4. ¶ 3. Nec de corporibus hominum tantum *facies* dicitur: ſed & de aliis rebus, quarum ſpecies objicitur oculis ſpectanda & arbitranda, de quo & Gellius dicto loco. Cic. Of. 1, 5 *Formam ipſam & tamquam faciem honeſti vides.* Id. pro Flacco 9 *Fateantur in Meandri perſona expreſſam eſſe faciem civitatis.* v. Zinzerl. Prom. Crit. c. 32. Virg. Æn. 2, 412 *Oriturque miſerrima cædes Armorum facie, & Graiarum errore jubarum. Facie armorum*, i. e. forma & ſpecie. Ita Æneid. 5, 267 *Quibus aſpera quondam Viſa maris facies.* Plin. 35, 4 *Super omnes Divus Auguſtus in foro ſuo celeberrima in parte, poſuit tabulas duas, quæ belli pictam faciem habent & triumphum.* Sallaſt. apud Gell. 13, 28 *Sardinia in Africo mari facie veſtigii humani in orientem, quam in occidentem latior prominet: Facie*, i. e. forma, figura, ſeiner geſtalt nach. Similiter Tac. Hiſt. 5, 23 extr. *Crebris pluvialibus imbribus ſuperfuſus annis paludoſam humilemque inſulam in faciem ſtagni opplevit.* Atque Idem Hiſt. 2, 54, 3 *Intendebat formidinem, quod publici conſilii facie diſceſſum Mutina*, i. e. ſpecie, unter dem ſchein. Calpurn. ecl. 1, 69 *faciem adumbrati honoris* vocat ſpeciem externam & umbram. Tac. hiſt. 2, 89, 4 *Et militum phaleræ, torquesque ſplendebant: decora facies, & non vitellio principe dignus exercitus.* Et Hiſt. 3, 68, 1 *Nec quisquam adeo humanarum rerum immemor, quem non commoveret illa facies, &c.* Virg. Georg. 1, 506 *Tam multæ ſcelerum facies.* In quibus locis *facies* ſpectaculum eſt, der anblick Ita Plinius in Paneg. c 35 *Memoranda facies, delatorum claſſis permiſſa omnibus ventis, &c.* Et c. 31 *Contingit ergo oculis noſtris inſolita facies, &c.* Adde Elmenhorſt. in Indice Apulejano. ¶ 4. *Acies* & *facies* confunduntur a librariis. Burm. ad Grat. Cyn. 97.

¶ Facitergium, *i*, n. linteolum, quo tergimus faciem, ein ſchnupftuch, Iſidor. 19, 25.

¶ Bifax, vel Difax, o habens duas facies, das zwey geſichter hat. Gloſſ. lat. gr. *Bifax, Difax, διπρόσωπος.* v. Meurſ. Exerc. 2, 4, 15.

¶ Bifaciātus, *a, um*, pro bifarius, zweyfeltig. Hoc barbaro vocabulo Petrus Cantor Pariſienſis miſſas plures in unum congeſtas bifaciatas, trifaciatas nuncupat, quia duplicem vel triplicem habeant faciem. v. Zimmerm. Analect. menſtr. menſ. 1 p. 29.

¶ Superficies, *ēi*, f. vulgo exterior & ſuperior rei cujusque pars, quæ Ciceroni *extremitas*, it. *libramentum*, die ſchne das auswendige eines dinges, der obere boden. ¶ 2. Sed ex antiquo vocis uſu, id potius, quod ſuper ſoli faciem, & ſolo ſuperimpoſitum eſt, veluti domus, vites, arbores, plantæ, ſegeres. Cic. ad Att. 4, 1 extr. *Superficiem aveæ* opponit, it. ep. 2 *Nubis ſuperficiem adhuc conſides de conſilii ſententia aſtimarunt HS. vicies.* Plin. 11, 48 *Longitudo ſuperficiem corporum ſola amplitat.* Ita *ſuperficiem vitis* accipit Col. de Arb. 10, 2. Et arboris Plin. 17, 14 ſ. 24 *Aufertur ſcrra æqualiter ſuperficies, lævigatur falce tremens.* v. tit. π. *de ſuperficiebus, quæ in conductо ſolo poſitæ*, conf. Parei Lex. Crit. p. 1206.

¶ Superficium, *i*, n. apud ICtos.

¶ Superficiārius, *a, um*, was auf grund und boden ſtehet; ut, *Superficiarie ædes*, L. 2 Dig. de Superficiebus, quæ in conductо ſolo poſitæ. Sen. ep. 88 p. 389 *Mathematica, ut ita dicam, ſuperficiaria eſt, in alieno ædificat, aliena accipit principia, &c.* Subſtantivo Sariſb. 6, 1 *Provinciales quaſi quidam ſuperficiarii ſunt*, erb ſtinſleute.

¶ Superficiālis, *e*, aliud adject. quod in ſuperficie eſt, obenhingehend. Tertull. 4 adv. Marcion. c. 28 *Incredulitatis ſecreta ſuperficialibus officiis obumbrans.*

FĂCĬLIS, *e*, adj. a *facio* eſt, quod factu arduum haud eſt: quod ſequitur manum, unde & ἐυχερὴς in Gloſſis exponitur, leicht, thulich, das bald von ſtatten gehet. *Cauſſa facilis & explicata*, Cic pro Planc. c. 2, eine leichte und klare ſache. Iuvenal. 15, 47 *Facilis victoria de madidis, & blæſis, atque mero titubantibus.* Grat. 307 *facilis manus* h. e. vilis, parabilis. Ita *facilis cibus*, ubi vid. Cic. fam. 6, 5 *Res tuæ quotidie faciliores mihi & meliores videntur*, h. e. minus impeditæ, ubi plus ſpei eſt. conf. Liv. 23, 11; & ibi Gronov. Nam al. *feliciores.* Salluſt. Catil. c. 43 *Facilior aditus ad conſulem:* & antea c. 14 *quod factu facillimum erat.* Tac. Hiſt. 4, 39, 5 *Ne paratis quidem corrumpi facilis, adeo metuens incerta.* Idem *Facilis bello* Agricola c. 21, i. e. ad capeſſendum bellum, vel capeſſendo bello; Ita enim Annal. 5, 11, 1 *Facilem capeſſendis inimicitiis* dixit. *Facilis ſævire*, quæ pulcra locutio eſt apud Propert. & Stat. vide Barth. ad Silv. Statii p. 14. ¶ 2. Alias *Facilis* benignum, lenem, exorabilem, qui annuit facile, qui ignoſcit facile, largiturque veniam, ſignificat, & *duro* ac *violento* opponitur, ut ait, militäriſch. Sic *facilem patrem* Terentius dixit Heaut. 1, 2, 43. Ovid. Faſt. 1, 17 *Da mihi te facilem, dederis in carmina vires.* ¶ 3. Ponitur & pro agili, celeri, geſchwind. Manil. 1, 68 *Circumfer faciles oculos, &c.* Et Virg. Æn. 8, 310 *Faciles oculos fert omnia circum.* Ita *Facilis manus*, ap. Tibullum 1, 1, 8 eſt manus gnara & induſtria. Vid. Burm. ad illud Nemeſia. Cyneg. 50 *Et varias cupimus facili cane ſumere prædas.* ¶ 4. Et quia facilitas comitati jungitur, eademque quodammodo eſt: ideo & *Facilis* comem aliquando ſignificat, freundlich. Sane cum Suetonius Vitellium c. 7 *facili & prodigo animo* fuiſſe ſcribit: per *facilem* nimis comem ſignificat, quod fatis ex illis, quæ conſequuntur, patere poteſt. ¶ 5. *Ex facili*, i. e. facile. Tac. Agric. 15, 2 *Nihil profici patientia, niſi ut graviora tamquam ex facili elevantibus imperentur.* Ita & *ex tuto, ex vero*, pro tuto, vere, dicitur. ¶ 6. *In facili* idem. Liv. 3, 8 extr. *Cum exitus haud in facili eſſent.* v. I. Fr. Gron. ad h. l.

¶ Facile, adv ſine labore, ſine moleſtia, leichtlich. *Ex malis facile emergere*, Ter. Andr. 3, 3, 20. Tac. Agric. 9, 2 *Agricola naturali prudentia, quamvis inter togatos, facile juſteque agebat: Facile*, i. e. ſine difficultate. Nep. 15, 3, 4 *Pauperiatem adeo facile perpeſſus eſt*, i. e. tam æquo animo tulit. Cæſar B. Gall. 1, 2 *Id facilius*

eis persuasit. Id. 3, 13 *Tempestatem ferre facilius.* Et 7, 31 *Oratione subdola aut amicitia facillime capi.* Cic. pro Rosc. Am. c. 12 extr. *Facillime intelligetis.* ¶ 2. *Facile vivere*, est, vitam curis & sordibus vacuam ducere, ita ut ventri animoque bene sit, sich wohl befinden, Plaut Curc. 5, 2, 6; & Epid. 2, 2, 59. Nec aliter Terentius in illo accipiendus est, Adelph. 3, 4, 56 *Quam vos facillime agitis.* Eodem modo Cic. fam. 2, 16 *Quod autem in maritimis sum facillime*, hoc est, quod ibi libentissime & maxime ex animi sententia vivo. vid. & Græv. ad Cic. fam. 3, 12. ¶ 3. *Facile princeps, facile primus*; i. e. citra controversiam, unstreitig, unfehlbar, gewiß genung. Cic. de Divin. 2, 42 *Fudoxus in Astrologia facile princeps.* Et pari modo pro Rabirio c. 9 *Vir unus totius Græciæ facile doctissimus, Plato.* Ter. Andr. 4, 3, 5 *Facile hic plus est mali, quam illic est boni.* Vbi Donatus: FACILE, inquit, *adverbium confirmantis est, id est, liquido, manifesto. Veteres dicebant* facile *pro certo.* Vt Cicero: ILLIVS CIVITATIS FACILE PRINCEPS.

¶ Faciliter, aliud adverb. ex quo & *difficiliter* est. Vitruv. 1, 1 sub f. *Itaque faciliter contra eas disciplinas disputare possunt.* Habes idem adverbium apud eumdem & 2, 1, & sæpe alibi. Quintilianus autem 1, 6 hanc adverbii formam non quidem laudat, sed permittit. conf. Borrich. Vindic. p. 69.

¶ Facilitas, *ātis*, f. humanitatis pars, comitati juncta & severitati gravitatique opposita, gelindigkeit, gelindigkeit. Cic. pro Murena c. 31 *Si illius comitatem facilitatemque tuæ gravitati severitatique asperseris.* Id. in Lælio c. 18 extr. *Amicitia ad omnem comitatem facilitatemque proclivior.* Nep. 25, 15, 1 *Comitas non sine severitate; gravitas non sine facilitate.* Nam gravitas quando excedit, *rigor* est: medium & laudem a *facilitate* consequitur, quæ ignoscit, remittit, cedit, sed non sine ratione. Sic *facilitatem imperii* Tacitus dixit Agricola 3, 1 de leni & moderato imperio Trajani, qui libertatem, ut idem auctor ibidem tradit, cum principatu misceuerat. Est itaque *facilitas*, lenitas, clementia, quæ multa ignoscit, atque condonat; &c. *Male docet te mea facilitas multa*, Ter. Heaut. 4, 1, 35. *Immoderate alicujus facilitate abuti*, Cic. fam. 12, 1. Idem in Tusc. 4, 12 propensionem ad res bonas quascunque *facilitatem* dixit. Terentius *Festivitatem* & *facilitatem* conjunxit Eun. 5, 8, 18. vide infra *Festivitas* in *Festus.* ¶ 2. Sen. ep. 11 etiam corpori tribuit: *Naturali in hoc facilitate corporis pronus*, (scilicet *ut erubescat*), der von natur leicht roth wird. Et sic pro expedita facultate apud Tac. Germ. 26, 2 *Facilitatem partiendi camporum spatia præstant.* Et Vlpian. l. 2 ff. qui satisd. cog. *Conveniendi facilitas.*

¶ Facul, & Faculter antiqui dicebant pro Facile: unde *Facultas* & *Difficultas* videntur dicta: sed postea *facilitas morum* facta est, *facultas rerum*, Festus. *Haud facul* (ait Pacuvius) *famina inventur bona.* Et Varro: *Virum sit magnum an parvum, facul an difficul.* Hæc & plura apud Nonium 2, 331.

¶ Facultas, *ātis*, f. copia & potestas faciendi, δύναμις: Festus *facilitatem agendarum rerum* rectè interpretatur, thatt, vermögen. Ter. Andr. 1, 4, 5 *Dii date facultatem, obsecro, hanc patiendi.* Sic, *Facultatem faciendi adimere, capere, prætermittere*, Cic. ad Pompej. sub Att. 8, 11. ¶ 2. Cæs. B. G. 1, 38 *Namque omnium rerum, quæ ad bell. usui erant, summa erat in oppido facultas*, id est, abundantia, copia, vorrath. Cic. fam. 5, 12 *Materies digna facultate, & copia tua.* Brut. ad Cic. fam 11, 20 *Legionibus iis, quibus agros dandos constituis, video facultatem fore ex agris Sillanis, &c.* Vet. Gloss. *Facultas*, πανσεία: Item *Facultates*, ἕξις, εὐτροφία. Sic, quod quisque in patrimonio ac bonis habet, sæpe *facultatum*, interdum & *facultatis* nomine venit, das vermögen. Sic, *Facultates equestris ordinis*, pro censu equestri Plinius 1 epist. 19 dixit. *Facultates patrimonii*, Quintil. fine prœmii lib. 6. *Facultatem patrimonii*, Paulus ICtus dixit l. 12 § 3 D. de administr. tut. Et, *Labi facultatibus*, an seiner habe herunter kommen. Vipian. l. 1 § 11 de Magistratib. conveniend.

¶ Facultatula, *æ*, f. dimin. Hieronym. epist. 27 ad Eustoch. c. 4 *Pro facultatula sua.*

¶ Difficilis, *e*, grave, arduum, factu minime facile, laboriosum, δυσχερές, δύσκολον, schwer. Ter. Heaut. 4, 2, 8 *Nihil tam difficile, quin quærendo investigari possis.* Et sc. 6 pr. *Nulla est tam facilis res, quin difficilis fiat, si invitus facias. Difficilioribus uti tempestatibus*, unbequem wetter haben. Cæs. Civ. B. 3, 15. Cic. de Orat. 3, 55 *Usus in dicendi studio difficillimus*, Virg. Æn. 5, 865 *Scopuli difficiles*, i. e. periculosi, gefährliche klippen. Id. Ge. 2, 179 *Difficiles primum terræ, collesque maligni*, unfruchtbar. Id. Æn. 4, 694 *Difficiles obitus τῷ εὐθανασίᾳ* opponuntur. ¶ 2. Ad hominem quando refertur, significat eum, qui leni & facili opponitur, hoc est, morosum, incommodum, ein verdrießlicher, wunderlicher mensch, dem man nichts recht oder zu dancke machen kan. Græci δύσκολον vocant. Cic. de N. D. 3, 29 *Parens illepidus, in liberos difficilis.* Nep. 25, 5, 1 *Habebat avunculum difficillima natura: cujus sic asperitatem veritus est, ut, quem nemo ferre posset, hujus sine offensione ad summam senectutem retinuerit benevolentiam.* Vbi, *difficillima natura* & *asperitas*, synonyma sunt. *Difficillimum Reip. tempus* etiam asperum & durum est, schwere zeiten. Cic. Phil. 5, 13.

¶ Difficile, adv. ægre, schwer, mit mühe. Cic. de Invent. 2, 56 *Difficile fieri*, quod proximis verbis dixerat *difficulter fieri.* Vellej. 2, 63, 3 *Sibi difficile consentiens.*

¶ Difficulter, adv. schwerlich, mit mühe. Cæs. Civ. B. 1, 62 *Difficulter & ægre fiebat.* Sallust. Catil. c. 15 *Adolescentium animi dolis haud difficulter capiuntur.*

¶ Difficiliter, adv. id. Cic. Acad. 4, 16 *Difficiliter internosci.* Col. 5, 3 pr. *Difficiliter mensuras inibimus agrorum.* Id. c. 7 *Aliæ arbores difficiliter comprehendunt.* ¶ 2. Gradus horum adverbiorum communes sunt. Plin. 22, 21 *Difficilius concoquitur*: & 19, 7 *Omnium difficillime opium nascitur.*

¶ Difficul, contrarium antiquo illi *Facul*, de quo supra.

¶ Difficultas, *ātis*, f. labor aliquid faciendi, asperitas, schwierigkeit. Quint. 1, 12 p. 124 Burm. *Difficultatis patrocinia præteximus segnitiæ.* Cic. Div. in Verr. c. 12 *Difficultas & magnitudo rei.* Ter. Hec. 4, 4, 45 *Nulla a me vobis difficultas erit*, von mir soll euch die sache nicht schwer gemacht werden. ¶ 2. *Inopiam* notat, nothdürftigkeit. Cic. Verr. 2, 28 *Simul ostendit, se in summa esse difficultate nummaria.* Id. pro Domo c. 5 *Difficultas annonæ summaque inopia rei frumentariæ*, wenn alles theuer und übel zu bekommen ist. *Affici atque affligi difficultatibus*, Id. pro Quint. c. 2. *Incurrere in difficultates*, Id. fam. 4, 2. *Erat res in magna difficultate*, Cæs. B. Civ. 3, 15.

¶ Difficulto, *are*, schwer machen. Gloss. græc. lat. δυσκολαίνω, *difficulto.*

¶ Indifficilis, *e*, unschwer. Sed pro valde difficili habetur in l. 29 § 15 ff. de liberis & post. *Ille casus indifficilis est.* v. Erythræi Ind. Virg. in *Infractus.*

¶ Indifficulter, adv. idem. Claud. Mamert. de Statu An. 1, 21 *Aquas indifficulter hauvire.*

¶ Perdifficilis, *e*, sehr schwer. Cic. de N. D. 1, 1 *Perdifficilis & obscura quæstio.* Id. Att. 3, 8 *Navigatio perdifficilis.*

¶ Perdifficiliter, adv. idem. Cic. Acad. 4, 15 *Quæ perdifficiliter, internoscantur tamen.*

¶ Prædifficilis, *e*, idem. Tertull. de Baptismo c. 2 *Prædifficiles penes homines, facilia penes Deum.*

¶ Subdifficilis, *e*, nonnihil difficilis, etwas schwer; ut, *Subdifficilis quæstio*, Cic. de Amic. c. 19.

¶ Perfacilis, *e*, sehr leicht. Cic. de Orat. 1, 20 extr. *Perfacili in audiendo.* Cæs. B. Gall. 1, 2 *Perfacile esse, totius Galliæ imperio potiri.*

¶ Perfacile, adv. Cic. Attic. 13, 32 *Curules magistratus perfacile cepisse.* Et in Verr. ult. c. 4 *Perfacile sese tuebatur.* Plaut. 3, 1, 93 *Perfacile perpetior.*

¶ Perfacul antiqui dicebant, quod nunc *perfacile* dicimus, Fest.

¶ Præfacilis, *e*, valde facilis, sehr leicht. *De præfacili exoras*, Plaut. Epid. 5, 2, 21 in MSS. v. Taubm. not. p. 532.

Facinorosus, vide mox in *Facinus.*

FACINVS, *ŏris*, n. a *facio*, factum, eine that, μέσον est, & in utramque partem fumitur; in pejorem frequentius. Enn. ap. Cic. de Div. 1, 22 *In cœlo contueri maximum ac mirificum facinus.* Sallust. Jug. c. 2 *Ingenii egregia facinora, sicut anima, immortalia sunt.* Plaut. Pseud. 2, 1, 3 *Stultitia est, facinus magnum timido corde credere.* Ter. Heaut. 2, 3, 73 *Facinus magnum & memorabile*: Et, *Facinus inceptare*, 3, 3, 39. *Facinus facere* Latinum esse probat Burm. ad Quint. decl. 2, 8 p. 46. Sic &, *committere, audere, patrare, perpetrare, designare, &c.* eine übelthat begehen. In his enim *Facinus* flagitium est: quamquam & hæc duo differant. v. *Flagitium.* Vet. Gloss. *Facinus*, ὄφλημα, ὄνοσεβημα. Item: ὄφλημα, ὅτι ἀτοπήματος, *Facinus.* Item: ἀτοπήμα, *Flagitium, Facinus.* Ovid. Met. 6, 623 *Triste parat facinus.* Idem Fast. 1, 249 *Nondum justitiam facinus mortale fugarat.* Livius pro *Stupro* passim *facinus* dixit 39, 13, 16, &c.

¶ Facinorosus, *a, um*, flagitiosus, scelestus, bösewichtig, lasterhaftig; ut, *Facinorosa culpa*, Val. Max. 2, 6, 3. *Facinorosa vita*, Cic. de Leg. 1, 14. *Temulentior ac facinorosior*, Sidon. 3 ep. 13. *Exilio facinorosior redditus.* Justin. 16, 4, 6. *Facinorosissimus sicarius*, Cic. pro Sextio c. 38.

¶ Facinorose, adv. idem, apud Augustinum.

FACIO, *fēci, factum, facĕre*, ποιᾶν, etwas machen, das sich sehen läst, ins werck richten; qua significatione ab *agere* differt, quamquam aliquando pro *agere* videtur poni, cum tempus designandum venit, de quo infra. v. Varr. de L. L. 5, 8, ubi addit: *Proprio nomine dicitur facere a* facie, *quod rei, quam facit, imponit faciem, &c.* Phrasibus latinis plurimis servit, quas subjicere hic omnes, non institutimus, quod & nimis sunt multæ, & in singulis aliquin nominibus, quibuscum jungitur hoc verbum, explicantur. Notabiliores per lancem saturam proponemus. ¶ 1. *Male ac injuste facere*, Nep. 2, 7, 6. *Negligenter malitiose*, Idem 7, 7, 2. *Finem maledictis facere*, Ter. Heaut. prol. v. 34, ein ende damit machen, aufhören. *Ægre facere*, Id. Eun. 4, 1, 10, zum verdruß thun. Et, *Æqui bonique facere*, Heaut. 4, 5, 40, vor gut nehmen. *Cortiorem quem facere*, einem zu wissen thun, Nep. 2, 5, 1. *Conjecturam facere*, muthmassen, Ter. ib. 3, 3, 13. *Facere civem*, i. e. adscisere, Nep. 25, 3, 1. *Heredem facere*, i. e. instituere, scribere, Idem 25, 5, 2. *Facere impetum in aliquem*, i. e. adoriri, Cic. fam. 15, 3. Apul. Met. 11, p. 269 *Mane factum est* h. e. perfectum, war es geschehen, fertig. ¶ 2. Germanismum sapiunt, eoque diligentius proinde notanda sunt, hæc & similia: Plaut. Mil. 4, 6, 28 *Tu te vilem feceris, si te ultro largiere*, du machest dich verächtlich. Plin. maj. præf. pr. *Facere se derisiculum*, de eo, qui indignationem præ se ferret, sich unnütz machen. Plautina plura ejus generis dabit Pareus. Ipse Cic. pro Flacco c. 20 pr. *Verbis se locoplotem facere*, sich reich machen. ¶ 3. Plin. 8, 6 *Nec quid de iis factum sit, explicant auctores*, wo sie hingekommen. Ellipt. Plaut. Capt. 5, 1, 32 *Meo minore quid sit factum filio.*, was mit ihm passirt. Bacch. 2, 3, 10 *Nescit, quid faciat auro*, was er mit anfangen soll. Et ita sæpe. ¶ 4. *Omnia facere*, nichts unterlassen, Cic. 16 ep. 17 ad Tironem. *Nihil reliqui feci*, i. e. omne expertus sum, Nep. 25, 21, 5. Ita Virg. ecl. 2, 35 *Quid non faciebat Amyntas?* Horat. 3 ode 24, 24 *Magnum pauperies opprobrium jubet Quidvis & facere & pati.* Liv. 2, 12 *Facere & pati fortia, Romanum est.* Id. 10, 19 *Facere strenue, quam dicere scite, laudabilius.* ¶ 5. *Bene facis*, formula testantis beneficium & gratias agentis, Ter. Eun. 1, 2, 116. Contra imprecandi formula: *Di tibi male faciant*, Cic. fam. 5, 11; & 11, 21. ¶ 6. *Fac, si facis*, proverbiale apud Martialem 1 epigr. 46. Plautus Trin. 4, 2, 139 *Age, si quid agis*: & in Persa 1, 3, 66 *Hoc si factumus, face.* Sen. Benef. 2, 5 *Fac, si quid facis.* Nos: was du thun wilst, thue bald. ¶ 7. *Quid faceret? Quid facerem?* was zu thun? elegans excusandi formula apud Plautum Rud. 2, 3, 21. Virg. ecl. 1, 41 *Quid facerem? neque servitio me exire licebat, Nec spes libertatis erat; nec cura peculi.* Ovid. Met. 6, 572 *Quid faciat Philomela? fugam custodia claudit.* Stat. Achill. 1, 674 *Quid faciat? casusne suos ferat ipsa parenti?* Vsus & S. Lucas c. 16, 3. Et plenius Nep. 2, 2, 6 *Miserunt consultum, quidnam facerent de rebus suis*, was sie anfangen, wie sie sich verhalten solten. ¶ 8. Aliquando *facere* pro efficere, concinnare, præstare ponitur, verschaffen, zu wege bringen. Virg. Georg. princ.

Quid faciat lætas segetes, &c. Hinc canere incipiam. Celsus proœmio: *Abditas causſas vocant, in quibus requiritur, ex quibus principiis noſtra corpora ſint? quid ſecundam, quid adverſam valetudinem faciat?* Paulo poſt pro eo verbo *creare* uſus eſt. Ait enim: *Si ex quatuor principiis, vel ſuperans aliquid, vel deficiens, adverſam valetudinem creat.* Plin. 4 ep. 19 *Avi ejus, & quaſi inſcriptio Comœdus, in qua plurimum facit,* worinnen er am meiſten gethan hat. Et 6 epiſt. 17 *Iquidem omnes, qui aliquid in ſtudiis faciunt, venerari etiam mirarique ſoleo.* Alibi *præſtare* dixit, ut 6 ep. 8 *Nam ſtudia, quibus plurimum præſtat, ad voluptatem tantum & gloriam exercet.* Sen. de Brevit. vitæ c. 1, *Experire* (virtutem) *quid in otio faciat.* Id. ep. 9 *Amicum facere: ſtatuam facere.* Cicero verbo *efficere* ita utitur: ut in Oratore perfecto de Demoſthene loquens: *In dicendo plurimum efficit.* Similiter Lamprid. in Alex. Sev. c. 55 *Cum ipſe Alexander cornua adiret, milites admoneret, ſub ictu teli verſaretur, manu plurimum faceret,* i. e. plurimum efficeret manu, ſive ſtrenue ipſe pugnaret; & ante paulo c. 51 *Cum quibus multum fecit in Perſide,* vide ibi Caſaub. De magiſtratibus ereandis *facere & fieri* ſæpe adhibetur. v. Burm. ad Quintil. 5, 10 p. 425. ¶ 9. *Facere gratiam,* veniam dare, zu liebe thun. Plaut. Caſ. 2, 6, 21. conf. Parei Lex. Crit. p. 524. *Facere gratiam delicti,* i. e. ignoſcere, Salluſt. Catil. c. 52. ¶ 10. *Facere ſe aliquo,* i. e. commovere, venire, accedere. Vide mox *Faceſſo.* ¶ 11. Aliquando *exercere* eſt: ut, *Medicinam facere.* Cic. fam. 14, 7. *Mercaturas facere,* handel treiben. Id. 3 Verr. 28. item *Hiſtrioniam facere,* Plaut. Amph. prolog. v. 90. *Fœtum facere,* ſtehlen, Id. Rud. 4, 3, 15. ¶ 12. Aliquando & gignere ſeu procreare eſt, zeugen. Varro de R. R. 3, 22 de anſeribus loquens: *Plerumque pullos ſimiles ſui faciunt.* Plaut. Ciſt. 5, 1, 50 *Aliena mihi opera fieri plures liberos.* Similiter ſpeculum *facere imagines* Gellio dicitur, cujus locum vide in verbo *Imaginor.* B. Hieronymus in vita S. Hilarionis: *Cumque centum lagenis æſtimata fuiſſet integra adhuc vinea, poſt dies viginti trecentas fecit:* id eſt, dedit, ſive ut Columella loquitur, *fudit.* Nam 3, 9 ſcribit: *Varro, & ante eum M. Cato poſſent affirmare, ſexcentenas urnas priſcis cultoribus ſingula vinearum jugera fudiſſe.* Vetus Interpres Iſaiæ c. 5, 2 de vinea: *Expectavit, ut faceret uvas, & facit labruſcas.* Vide & *Fio.* ¶ 13. *Facere annos, dies,* agere eſt, vel conficere, ſive conſumere, zubringen, item vivere, commorari. Paulus l. 14 § de ſtatu liberis: *Is ſervus fugerat, & annum in fuga fecerat.* Papin. l. 11 § 5 D. ad L. Iul. de adult. *Poſtulabat, ne ſibi computarentur dies, quos in cuſtodia feciſſet.* Vetus Inſcriptio: CVM MARITO FECIT MENSES. v. Gruter. p. 447 n. 2. Ita etiam FECIT ANNOS. v. Id. p. 838 n. 12; & 842 n. 7. v. Burm. ad Petron. c. 9 p. 39. Sed & Cic. Att. 5, 20 *Apameæ quinque dies morati, Iconii decem fecimus.* Sen. ep. 66 *Quamvis pauciſſimos una fecerimus dies.* v. ibi Gronov. Capitol. in Maximo & Balbino c. 5 *Pueritiam omnem in domo patrui Pinarii fecit.* Adde Gifan. Obſerv. L. L. p. 92; & Parei Lex. Crit. v. 462. Septuaginta interpretes ſæpe ita locutos oſtendit Reinef. Inſer. p. 948. ¶ 14. *Facere pecunias,* eſt redigere, cogere, zuſammen bringen. Nepos 5, 1, 3 *Qui magnas pecunias ex metallis fecerat.* Ita Horat. 1 epiſt. 1, 65 *Rem facere quocumque modo.* Et Nep. 12, 2, 3 *Magnas prædas facere.* ¶ 15. *Facere ad aliquid* dicitur, quod prodeſt, vel convenit, dienen, (ſich) ſchicken. Ovid. de A. A. 3, 540 *Et facit ad mores ars quæque noſtra ſuos:* i. e. prodeſt, confert. Id. Triſt. 1, 9, 44 *Non facit ad noſtras hoſtile major opes:* i. e. non convenit noſtris opibus. Ita Sen. de Tranquill. an. c. 4 *Quorumdam contumacia non facit ad autum.* Iungitur & cum Dativo in hac notione: Horat. 1 ep. 11, 17 *Incolumi Rhodos & Mitylene pulchra facit, quod Pænula ſolſtitio campeſtre nivalibus auris.* Propert. 3, 1, 20 *Non faciet capiti dura corona meo.* Sed Ovid. Her. 2, 39 *nimium mihi facientia tela* videntur explicante Heinſio potius nocentia, negotium faceſſentia. ¶ 16. *Facere cum aliquo,* eſt, adjuvare aliquem, pro aliquo ſtare, es mit einem halten. Cic. pro Cæcinna: *Rem & ſententiam interdixiſti ſecum facere fateabatur.* Nep. 17, 2, 5 *Cum animadverteret, Deorum numen facere ſecum.* Sic contra, *Adverſus aliquem facere,* Idem dixit 18, 8, 2 *Periculum eſt, ne faciant, quod illi fecerunt ſua intemperantia, minuque licentia, ut omnia perdant neque minus nos,* (perdant ſc.) *cum quibus ſteterint, quam adverſus quos fecerint,* i. e. quorum adverſarii fuerint, quos impugnarint. Nam ¶ 17. *Facere* aliquando pro *pugnare* ſumitur. Sen. decl. 1, 8 *Qui ter fortiter fecit, militia vacet.* Petronius in nequiſculum ſenſum c. 9 *Ne tum quidem, cum fortiter faceres, cum pura muliere pugnaſti.* ¶ 18. *Facere in aliquem aliquid,* i. e. ſtatuere. Ter. Heaut. 1, 1, 54 *Si id non facis, Ego, quod me in te ſit facere dignum, invenero,* was ich mit dir vornehmen will. Eadem fab. 1, 2, 24 *Vereor, ne quid in illum iratus plus ſatis faxit pater.* Similiter, *Exempla in aliquem facere,* Plautus dixit: v. ſupra *Exemplum.* Aliquando omittitur præpoſitio, & cum Dativo jungitur hoc ſignificatu hoc verbum. Ter. Eun. 5, 6 extr. *Iamdiu aliquam quærebat cauſſam ſenex, Quamobrem inſigne aliquid faceret iis.* Vbi Donatus: ἰδιωτικῶς id dictum notat, wie er ihnen einen rechten poſſen thun möchte. In edicto Cenſorio apud Suet. de Claris Rhet. c. 1 *Et iis, qui eos ludos habent, & qui eo venire conſueverunt, videtur faciendum, ut oſtendamus noſtram ſententiam, nobis non placere.* Quanquam hic forte commodius *iis* refertur ad *oſtendamus,* & *faciendum* abſolute poſitum eſt. *Faciendum, ut oſtendamus,* h. e. oſtendendum eſt. Vid. quæ deinde de uſu pleonaſtico hujus verbi dicentur, n. 21 & 30. Hinc formula illa in contemnendis minis periculisque, quæ ab aliis imminent: *QVID facies mihi?* plane ut nos in ſimili dicimus, was wird er mir denn thun? Plaut. Perſa 2, 3, 16 *Virtus eſt, ubi occaſio admonet, deſpicere: Quid faciet mihi?* Ter. Eun. 5, 2, 10 *Ah, quid faciam? quid mea autem? quid faciet mihi?* ¶ 19. *Facere* aliquando & pati ſive capere eſt: Sic, *damnum, naufragium, jacturam facere,* ſchaden leiden. Vide in adjectis nominibus. Sic *paries vitium facere* dicitur, i. e. contrahere ſive capere. v. *Vitium* n. 3. ¶ 20. *Magni, pluris, plurimi facere,* i. e. æſtimare, hoch ſchätzen. *Parvi, minimi, nihili, flocci, nauci facere,* geringe, nichts achten. Nep. 11, 3, 4. Cic. fam. 6, 10; & 15, 14. Plaut. Aul. 1, 2, 33; & Rud. 3, 3, 35 &c. v. Voſſ. de Conſtruct. c. 29. ¶ 21. *Miſſos nos face,* i. e. mitte, laß uns gehen. Ter. Andr. 5, 1, 14, & Nep. 4, 2, 4 *Certum hominem ad eum mittas face,* pro mitte. Qui verbi *facere* pleonaſmus frequens eſt. Ter. Heaut. prol. v. 28 *Facite, æqui ſitis,* pro eſtote æqui. add. n. 30. ¶ 22. *Fac eſſe, non eſſe: fac putaſſe, &c.* i. e. da, pone, vel ut vulgus, poſito, geſetzt, daß es alſo ſey.

Cic. fam. 9, 16 *Verum fac eſſe omnia.* Et Phil. 2, 24 *Sed fac, te dediſſe mihi, quod non ademiſti. Face* pro *fac* ſæpe habet Plautus. ¶ 23. *Facio* in ſignificatione efficiendi cum infinitivo interdum idem eſt atque ſinere, jubere, in culpa eſſe, laſſen, zugeben, anerkennen, verurſachen. Colum. 12, 38 *Mel Atticum ter infervere facito.* Varro R. R. 3, 5 *Macrefacere facit volucres incluſas.* Virg. Æn. 2, 538 *Qui nati coram me cernere letbum Feciſti, & patrios fœdaſti funere vultus.* Cic. Phil. 12, 12 *Facito hoc meum conſilium legiones novas non improbare.* Plura exempla collegit Pareus in Lex. Crit. p. 462 ſeq. & Borrich. in Vind. p. 70 ſeqq. ¶ 24. Sic & ſingere vel inducere ſignificat, vorſtellen, einbilden. Cic. de N. D. c. 16 *Quem Homerus conveniri apud inferos facit ab Vlyſſe.* Id. Orat. c. 6 *Iſocratem Plato laudari fecit a Socrate.* Id. Bruto c. 60 *In eo libro, ubi ſe cum Curione colloquentem facit.* Ter. Heaut. prol. v. 31 *Fecit ſervo deceſſiſſe populum.* ¶ 25. Aliquando *facere* & ſacrificare eſt. Varro de R. R. 1, 1 *Et quoniam, ut ajunt, Dii facientes adjuvant, prius invocato eos,* Cic. pro Mure. extr. *Iunoni ſoſpitæ facere omnes Coſſ. neceſſe eſt.* Virg. ecl. 3, 27 *Cum faciam vitula pro frugibus, ipſe venito.* Colum. 3, 21 *Neque arborem collocare,* (ritus majorum permittit) *ſed ne ſementem quidem adminiſtrare, niſi prius catulo feceris.* Plaut. Aul. 4, 2, 15 *Mulſi, congialem plenam faciam tibi fideliam.* Vtrumque autem dicitur, & *aliquo facere,* & *aliquid facere,* pro ſacrificare: Liberius: *Vt ſis hac nocte bidentes propter viam facere.* Græci non modo verbo θέειν, τέμνω, ſed & ποιῶ ſimiliter uſi ſunt, ut Lucas c. 2, 28. Quæ Vetus Interpres recte & erudite, *Et cum inducerent puerum Ieſum parentes ejus, ut facerent pro ipſo &c.* Vbi Lutherus: daß ſie thäten: melius clariusque, & magis ex linguæ patriæ uſu, daß ſie opfferten. Etiam Paſſ. *ſo* ita adhibetur Liv. 22, 10 pr. Cic. Att. 1, 12 p. 68 Græv. Sanctius in Minerva de Ellipſi p. 474 *facra* fabaudit, ut integrum ſit, *facere ſacra vitulo, bove, &c.* Etiam Nonio 4, 217 plene eſt *Facere rem divinam.* conf. Nepos 23, 2, 4. ¶ 26. Pictoribus etiam & ſtatuariis ſolenne verbum eſt *Facere,* quo auctores ſignorum imaginumve notantur. Plinius de Praxitele 34, 8 *Fecit & puherem Apollinem &c.* Ibid. *Alcamanes Phidiæ diſcipulus & marmora fecit, &c.* Adi Cuperum de Conſecr. Hom. p. 133, ubi & græcum ποιῶν ita uſurpatum, una cum aliis latinis exemplis, invenies. *Modeſtiæ cauſa* adſcripſiſſe illos operibus ſuis FACIEBAT, *tempore imperfecto, & ut corrigere ſibi aliquid liceret,* interpretatur Plin. præf. H. N. p. 10 Hard. f. Sed vid. quæ contra diſputat Geſn. Chreſtom. Plin. p. 1009. ¶ 27. Etiam colligere *faciendi* verbo ſignificatur. Florus 1, 1, 9 de Romulo: *Ex variis quaſi elementis congreguit corpus unum, populumque Rom. ipſe fecit.* Vbi ſuſpectum quidem τὸ FECIT Freinſhemio eſt, non autem I. G. Grævio, qui id fortiter tuetur & illuſtrat, quem tam ad illum Flori locum, quam in lectionibus Heſiodeis c. 14 pretium eſt inſpicere. Sic Salluſtius ap. Sen. ep. 114 *Exercitum argento facere.* Cic. in Verr. 5, 30 *Manum contra populum Romanum facere.* conf. Menck. obſerv. & Phædrus 3, 8, 5 *quo cibo feciſti tantum corporis?* i. e. adipem & obeſitatem paraſti, collegiſti. Interdum *facere* eſt labori ſe dare, non deſidem ſe gerere. Cato de R. R. 2 *Dicit villicus ſedulo ſe feciſſe, ſervos non voluiſſe.* Varro de R. R. 1, 1 *Quoniam Dii facientes adjuvant, prius invocabo eos.* ¶ 28. Ad actum Venereum pertinet, & ſubobſcenum videtur non minus ac Germanorum thun. Ovid. Am. 3, 7, 4 *Quæ, quia non licuit, non facit, illa facit.* vid. & Burm. ad Petron. c. 9 p. 89 & c. 11 p. 115. ¶ 29. Multa præterea ſingularia & periphraſtice occurrunt: e. g. *Bellum alicui facere,* i. e. inferre. Nep. 10, 4, 3. v. ibi interpretes *Heredem aliquem facere,* einen zum erben einſetzen, Id. 13, 5, 2. *Multa meliora facere,* verbeſſern, Id. 11, 1, 2. *Verba facere,* reden, Id. 2, 10, 1; 7, 6, 4; & Varr. L. L. 5, 8. *Facere convicium,* i. e. conviciari, Plaut. Moſt. 4, 2, 20. v. Parei Lex. Crit. p. 461. *Diſceſſionem,* Cic. fam. 1, 2. v. *Diſceſſio* in *Cedo. Facere finem,* i. e. finire, Plaut. Aſin. 3, 3, 15, & Nep. 22, 1, 3 &c. *Facere inſidias,* i. e. inſidiari, Id. 7, 9, 1. *Facere prædas ab aliquo,* Nep. Chabr. 2, 3. *Facere victoriam,* Minuc. Fel. 7. Veget. de R. Mil. 1, 20. v. Miſc. Obſerv. Vol. X p. 19. *Facere juſta,* i. e. ſepelire, Plaut. Ciſt. 1, 3, 28. *Facere viam,* gehen. Ita uſus eſt Phædrus 3, 1, 38 *Illius ſemita feci viam.* ¶ 30. Pleonaſtice interdum adhibetur, v. g. Cic. Cat. maj. c. 12 *Invitus feci, ut C. Flaminium ejicerem ex ſenatu.* v. Burm. ad Quint. proœm. L. 4 p. 297. Add. quæ n. 18 dicebamus de loco Sueton. ¶ 31. *Factor* in paſſivo veteres dixiſſe, patet partim ex participio *factus,* de quo ſequitur, partim ex compoſitis *afficior, efficior, &c.* partim ex Non. 10, 17, ubi Nigid. ποιούμενον, reddit *facitur,* & Titinnius ait: *Conſilium parvi facitur.* conf. Goclen. Probl. Gramm. 2, 83. Sed pro paſſivo hoc antiquato nunc dicimus *Fio,* de quo infra ſeorſim.

¶ Factus, *a, um,* gemacht, geſchehen. Ter. Andr. 1, 5, 14 de re abſoluta: *Facta transacta omnia.* Cic. 4 Verr. 18 *Pocula Menterbi manu, ſummo artificio facta.* Horat. 1 ſat. 5, 33 *Ab unguem factus homo,* i. e. perfectus. ¶ 2. *Factum velle alicui,* Plaut. Bacch. 3, 3, 91. Et, *Factum nolle.* Ter. Adelph. 5, 7, 21. vide *Volo.* ¶ 3. *Facta & Dicta* miſcentur a librariis. v. Drakenb. ad Sil. 17, 79. Item *factus & jactus* v. Miſc. Obſ. Vol. II p. 186.

¶ Factum, *i,* n ſubſt. eine that, handlung; in utramque partem accipitur. Cic. Phil. 2, 44 *Factum præclarum atque divinum.* Et Cæſar Ciceroni Att. 9, 16 *Meum factum probari a te, triumpho gaudio.* Virg. 10 Æn. v. 468 *Sed famam extendere factis Hoc virtutis opus.* In alteram partem Ovidius Met. 6, 535 *pro diri, Barbare, facti!* Et Quintil. 1, 2 *Cauſſe turpium factorum.* Media ſignificatione Ovid. Triſt. 3, 4, 58 *Succedunt que ſuis ſingula facta locis,* i. e. ipſe locus admonet eorum, quæ ibi facta ſunt. *Optimum factum,* pro eo quod contingit eſt, *facta* Sall. Cat. 32, 2 it. 55, 1 & ibi Cortius. Ovid. Her. 10, 60 *Non hominum video non ego facta boum,* h. e. veſtigia cultus urbani aut ruſtici. ¶ 2. *Factum & Fatum* confunduntur a librariis. v. *Fatum.*

¶ Factus, *ûs,* m. nomen, rei oleariæ proprium, ut *Factor, Factura, Factorium.* Cato de Re Ruſt. c. 66 *Factoribus* (confectoribus olei) *dat in ſingulos factus, olei ſextarios, & in lucernam, quod opus ſit.* Varro de Re Ruſt. 1, 24 HOSTVM *vocant, quod ex uno facto olei reficitur.* FACTVM *dicunt, quod uno tempore conficiunt,* was ſie auf einmahl preſſen; *quem alii CLX ajunt eſſe modiorum: alii ita minus magnum, ut ad CXX deſcendat, &c.*

¶ Factio, *ōnis*, f. ποίησις, das machen; *Testamenti factio.* Cic. in Topicis c. 11, & ICtis eſt *teſtamenti faciendi jus.* ¶ 2. *Factio* de iis etiam dicitur, qui unum corpus conſtituunt, ſocietas, eine partey, ein anhang, meuterey, zuſammenrottirung. Feſtus: FACTIO & FACTIOSVS *initio honeſta vocabula: unde adhuc* FACTIONES HISTRIONVM & QVADRIGARIORVM *dicuntur. Modo autem nomine* FACTIONIS *ſeditio & arma vocantur.* Nonius 4, 191 FACTIO *dicitur malorum conſenſus &c.* Salluſt. Iug. 21 *Quos omnes eadem cupere, eadem odiſſe, eadem metuere in unum coëgit: Sed hoc inter bonos amicitia: inter malos factio eſt.* Vet. Gloſſ. *Factio*, τάγμα. Item τάγμα, *Legio, agmen, globus, factio.* Sic & *agitatores*, ſive *Augustæ Cirenſes* in quatuor ταγματα ſive *factiones* diſtincti erant. Vide & ſupra in *Circus.* Auſonius in Cæſaribus de conjuratis adverſus Iulium: *Percitit armatæ factio ſæva togæ. Conſenſionis globum* eleganter Nepos vocat 25, 8, 4. In bonam partem hoc vocabulo Plautus uſus eſt cum alibi, tum in Trinummo 2, 4, 51; 67 & 89, & Tertullianus Apologet. c. 39 *Chriſtiana factio*, ubi vide, quæ de la Cerda annotavit. De iis, qui opulentos ſequuntur, tamquam clientes patronos, *Factiones comparare*, Nep. 10, 6, 3 dixit. *Factionis princeps*, das haupt einer partey. Id. 16, 1, 4.

¶ Factioſus, *a, um*, factionibus ſtudens, inquietus, ſeditioſus, aufrühriſch; *Factioſus, & potens*, C. Nep. 17, 1, 5, der einen großen anhang hat. Apud eumdem 6, 1, 3 *Semper factioſus audaxque.* ¶ 2. *Factioſi* olim dicti impigri aptique ad res gerendas; qui Græcis δραστήριοι, & opponuntur *inertibus.* Plaut. Bacch. 3, 6, 13 *Lingua factioſa*, (i. e. qui multa ſe facturos promittunt) *inertes opera.* v. Taubm. ad h. l. p. 570, ubi & locus Salluſtii adducitur. v. B. Iug. c. 8. ¶ 3. *Factioſi* pro opulentis ſeu potentibus accepti ab antiquis. v. Turneb. Adverſ. 2, 30, & Muret. Var. Lect. 17, 3. Sane Plautus pro opulento ſive bonis fortunæ affluente uſurpavit, Aul. 2, 2, 50 *Venit hoc mihi Megadore in mentem, te eſſe hominem divitem, Factioſum; me item eſſe hominem pauperum pauperrimum.* vid. Idem Trin. 2, 4, 51 & Ciſt. 2, 1, 17 *Neque nos factione tanta, quanta tu, ſumus.* Quibus locis etiam *factio* pro opibus eſt dicta. Summo gradu *factioſiſſimus*, Plinius dixit 4 ep. 9; medio, *factioſior*, Aur. Victor in Caracalla.

¶ Factioſe, adv. idem, Sid. 4 ep. 24 *Sacerdotio fungi, quo recuſantem factioſe ligaſſet civicus amor.* Etiam Livio tribuitur.

¶ Factiōnārius, *i*, m. ein aufrührer. Gloſſ. gr. lat. *ὁ τάγματος ἡγούμενος, factionarius.*

¶ Factītius, *a, um*, adj. gemacht, zubereitet; ut, *Color factitius*, Plin. 31, 7. *Sal factitium*, ibidem paullo ante, nativo oppoſitum. Et, *gemmæ factitiæ*, Idem Plin. 37, 7. Sic, *vina factitia*, nativis opponuntur, zugerichtete oder angemachte weine.

¶ Factitiōſus, *a, um*, kunſtreich, voller künſte. Gloſſ. gr. lat. πολυμήχανος, *dædalus, factitiosus.*

¶ Factor, *ōris*, m. ποιητής, creator, ein ſchöpffer, werckmeiſter. Prudent. Hymno 10, 129 *Animæ fuit hæc domus olim Factoris ab ore creatæ.* Tertull. adv. Marc. 1, 10 *Atque ita tres interim mihi deos numera Marcionis, Factorem, & Locum & Materiam.* Viſus ita hac voce & Lactantius 3, 9 *Factorem rerum omnium contemplemur.* Adde 7, 6. *Cuparum doliorumque factores* Palladius dixit de R. R. 1, 6. ¶ 2. Item reus criminis, der thäter. Macer IC. L. 7 Dig. de cuſtodia & exhibit. reorum; *Solent præſides provinciarum, in quibus delictum eſt, ſcribere ad collegas ſuos, ubi factores agere dicuntur.* ¶ 3. Veteres non niſi de illis uſurparunt hoc nominis, qui oleum conficerent, ölſchlager; ut apud Catonem c. 13 & 64; in quo eos reprehendit Scaliger Poëtic. 1, 1 extr.

¶ Factūra, *æ*, f. die zubereitung. Apud Plinium legitur 34, 14 de ferro: *In noſtro orbe ali, ubi vena boniſtatem hanc preſtat, ut in Noricis: alibi factura, ut Sulmone aqua* die kunſt; naturæ enim opponitur. Et Tertull. adv. Gnoſticos c. 2 *Factura & creatura idolorum.* Gloſſæ veteres: ποίησις, ἡ κατασκευή, *Factura, instructio.* ¶ 2. Opus factum, creatura, das werck, gemacht. Prudent. Apoth. v. 752 de *Anima, factura Dei eſt.* Et mox v. 855 *Iam, cui cerium ineſt modus, & cui noſſe negatum eſt Omnia, factura eſt; nam condita & aucta probatur.* Et Sedulius exordio opuſculorum; *Cui convenit uni Facturam ſervire ſuam.*

¶ Factōrium, *i*, n. locus, ubi opus perficitur, die werckſtat. In ſpecie *olei factorium*, die öl preſſe. Pallad. R. R 1 t. 20. *Vbi compleveris modum factorii*, Idem Oct. t. 10.

¶ Faceſſo, *ĕre*, primo idem ac *Facere*, ſignificat, thun, vollbringen. Virg. Æn. 4, 295 *Imperio parent ac juſſa faceſſant*, Id Georg. 4, 548 *Continuo matris præcepta faceſſit.* Sic *Dicta faceſſere*, Ennius ap. Nonium 4, 196. Et Cic. fam. 3, 10 pr. *Cum eſt ad nos allatum de temeritate eorum, qui tibi negotium faceſſerent*, die dir verdruß machten. ¶ 2. Deinde eſt *Reddere, Abire*: ut, *faceſſit cubitum*, Apul. lib. 6 p. 177. *Hæc hinc faceſſat*, i e. abeat, Ter. Phorm. 4, 3, 30, weg mit dieſer. Cic. de Leg. 1, 13 *Ab omni ſocietate reipublicæ paullisper faceſſant, vogamus.* Per ellipſin autem hoc dicitur: pro *faceſſat ſe.* Nam & *facere ſe aliquo* dicebant, pro commovere, venire, accedere. Terentius: *Huc te fac*, i. e. huc veni, accede, ut Donatus explicat. Apul. initio 5 Met. *Invitata Pſyche talium locorum obſecrationes propius acceſſit: & paullo ſidentior, intra limen ſeſe facit.* Ita plane nos: er macht ſich hinein. Cic. apud Nonium l. c. *Faceſſant hinc, qui docere nihil poſſunt.* Liv. 1, 47 *Faceſſe hinc Tarquinios, aut Corinthum.*

¶ Faceſſītus, *a, um*, verſchafft. Cic. Verr. 4, 64 *Cum audiſſent ei negotium faceſſitum.*

¶ Facto, *are*, frequent. pro facere; ut, *Lucrum ingens facto*, Plaut. Merc. 1, 1, 94. conf. Epid. 5, 1, 54; Truc. 3, 2, 22; & 5, 1, 23 in MSS. Et hinc porro

¶ Factīto, *are*, aliud frequentat. idem. *Egomet quod factitavi in adoleſcentia*, Plaut. Epid. 3, 3, 51. conf. ibid. 3, 4, 21; & Bacch. 2, 2, 28. *Idem Pyrrhus factitavit*, Ter. Eun. 4, 7, 13, das hat er offters gethan. *Verſus factitare*, Horatius dixit de Arte P. v. 470. Et Tac. Hiſt. 2, 10, 2 *Qui temporibus Neronis delationes factitaverat.*

¶ Factītātus, *a, um*, gethan, geſchehen. Cic. Off. 2, 24 *Hæc apud majores noſtros factitata*, ſo hat man es vor dieſem gehalten. Adde fam. 12, 21.

¶ Factitatio, *ōnis*, f. die zubereitung, ſchaffung. Tertull. adv. Hermog. c. 32 *Corporum factitatio.*

¶ Factītator, *ōris*, m. qui frequenter facit. Tertull. adv. Praxeam c. 18 *Idolorum factitatores atque cultores.* Et in Apolog. c. 21 *Zeno λόγων determinavit factitatorem, qui cuncta in diſpoſitione formaverit.*

¶ Factitatrix, *īcis*, f. apud Hieronymum.

¶ Factitamentum, *i*, n. ein gemächt, geſchöpf. Tertull. de Anima c. 18 *Inviſibilia ejus a conditione mundi de factitamentis intellecta.*

¶ Facturio, *ire*, gern thun wollen. Nonnulli Plauto tribuunt: Sed ibi eſt *Facto, are.*

¶ Faxim, & faxo; pro *fecerim* & *fecero*: de cujus analogia vide Voſſium de Arte Gramm. 2, 41 *Deus faxit*, das gebe Gott. Plaut. Amph. 2, 1, 85 *Vtinam dii faxint.* Liv. 29, 27 *Dii hoſtium ulciſcendorum copiam faxitis.* Sed ad alias etiam res transfertur. Liv. 6, 25 *Faxo, ne juvet vox illa* VETO. Sic Ter. Heaut. 1, 2, 13 *Cave faxis.* Virg. Æn. 9, 154 *Haud ſibi cum Danais rem faxo & pube Pelasga Eſſe putent.* Plaut. Amph. 2, 1, 42 *Faxo expetant.* Et ſic ille ſæpius. Conjunctio *ut* in talibus fere omittitur. v. Drakenb. ad Sil. 17, 236. Item *faxem* pro *feciſſem*, Pſeud. 1, 5, 84. ¶ 2. *Faxit* pro *faxit* ſemper eſt Inſcript. antiquis: nam veteres non habuerunt literam X.

Compoſita:

¶ 1. Compoſitorum a *Facio* primum ordinem eorum inſtituimus, quæ cum nominibus aut verbis aliis componuntur: ut, *Aſſuefacere, Benefacere, Calefacere, Cinefacere, Commonefacere, Condolefacere, Frigefacere, Labefacere, Lucrifacere, Magnifacere, Malefacere, Patefacere, Rarefacere, Satisfacere, Torrefacere, Tremefacere, Vacuefacere, &c.* de quibus ſingulis ſub ſuis elementis & ſimplicibus. ¶ 2. Secundum eorum, quæ partim conjugationem, partim etiam genus mutant: ut, *Amplificare, Gratificari, Ludificari, Magnificare, Mirificare, &c.* De quibus etiam ſuis locis. ¶ 3. Tertium locum adjectivis, cum nominibus compoſitis & inde derivatis, damus; ut ſunt *Fumificus, Horrificus, Lætificus, Luctificus, Magnificus, Mirificus, Monſtrificus, Regificus, Superbificus, Vulnificus, &c.* de quorum ſingulis etiam in ſuis literis. ¶ 4. Quarum tandem illis tribuimus, & hic ſubjicimus, quæ cum præpoſitionibus ut plurimum componuntur: ut,

¶ Adficio, vel Afficio, *feci, fectum, afficĕre*, late patens verbum, ſignificans, facere aliquid aut efficere, quod ad alterum quocunque modo pertineat. Germani in multis poſſunt adhibere fuum anthun. Sic, *lucris afficere*, & *lucro auctare*, ſynonyma ſunt Plauto Amph. princ. Sic, *honora, præmio, beneficio, ignominia, injuria, moleſtia, ſupplicio, morte, ſepultura afficere*, paſſim. *Aliquem magnis adficere muneribus*, einen ſtattlich beſchencken. Nep. 17, 3, 3. *Gravioribus pœnis adficere*, hart ſtraffen. Id. 17, 4, 8. *Pari leto affectus eſt*, er iſt eben ſo ums leben gekommen, Id. 21, 3, 2. *Gravibus variisque cladibus affecere Italiam.* Vellej. 2, 30 *Majore periculo, quam vulnere affectus.* Curt. 9, 8. ¶ 2. Abſolute idem eſt ac commovere, irritare, reitzen, bewegen. Cic. Att. 14, 13 *Literæ tuæ ſic me affecerunt, ut, &c.* ſie ſind mir ſo nahe, ſo zu hertzen gegangen. Liv. 28, 15 *Fames ſitisque corpora afficit.* Tac. Ann. 11, 19, 1 *Terror milites hoſtesque in diverſum affecit.* Suet. Tib. 52 *Ne mortuo quidem perinde affectus eſt.* ¶ 3. Interdum idem valet, quod tractare aliquem, ſe gerere erga aliquem. Cic. in Verr. 4, 67 *Syracuſanam civitatem, ut abs te affecta eſt, ita in te eſſe animatam videmus.* v. plura in Menck. obſ. L. L. hac voce.

¶ Affectus, *a, um*, behaftet; item krancke ꝛc. ut, *Affectus febre*, qui febre laborat. Lucret. 6, 843 *Quo magis eſt igitur tellus affecta calore. Quo me putatis animo eſſe affectum?* id eſt, conſtituram, wie meynet ihr, daß mir zu muth ſey. Cic. fam. 14, 17 *Ego quomodo ſim affectus, ex Lepta potes cognoſcere.* ¶ 2. Transfertur & ad corpus: ut, *male, graviter affectus*, der übel auf iſt. Sen. ep. 101 *Amico graviter affecto & ſine ſpe jacenti.* Sed & ſine adverbio ita hoc verbo utimur. Suet. Tib. c. 21 *Ex itinere revocatus, jam quidem affectum*, (morbo puta, i. e. ægrotantem), *ſed tamen ſpirantem adhuc Auguſtum reperit.* Id. Claud. c. 25 *Cum quidam ægra & affecta mancipia in inſulam Æſculapii tædio medendi exponerent.* Apul. Apol. *Ego ex fatigatione itineris affectus apud Appios veteres amicos meos, aliquam multis diebus decumbo.* Hinc *opes, res affectæ*, i. e. debilitatæ, fractæ, Tac. Hiſt. 2, 69, 4. *Animus affectus*, Liv. 21, 11, ein beſtimmertes gemüthe. *Affecta ætas*, Cic. Verr. 4, 43. Superl. *Affectiſſimos inopia remiges*, Vellej. 2, 82, 2 dixit. ¶ 3. *Affectum* etiam dicitur, quod inchoatum, ſed nondum tamen plane abſolutum perfectumque eſt. vid. Gell. 15, 5, qui id exemplis Ciceronianis confirmat, ac male *profligatum* eo ſenſu dici oſtendit. Idem 3, 16 *Ea veterum elegantiſſimis* affecta *dicta eſſe, quæ non ad finem ipſum, ſed prope finem progreſſa deductave erant.* Sic *hiems affecta*, eſt ad finem properans. Sil. Ital. 15, 502.

¶ Affecte, Adfecte, adv. quaſi cum affectu. Tertullian. de Anima c. 45 *Adfecte & anxie.*

¶ Affectus, *ūs*, m. omne id quo afficimur. Phædr. Prol. L. III v. 34 *Servitus affectus proprios in fabellas transtulit*: ubi Burmann. *Affectus, id eſt, ſenſus animi ſui, quicquid animo ſentiebat.* Corpori quoque *affectus* Celſus tribuit 1 præf. v. Menck. obſerv. p. 2, die gemüthsbeſchaffenheit. Cic. Tuſc. 5, 16, ex Socratis ſententia, *Qualis cujusque animi affectus eſſet, talem eſſe hominem* &c. Conſtantem igitur animi habitum atque affectionem notat Ciceroni. Sed ¶ 2. Affectus, die gemüths neigung, begierde, recentiorum eſt. Cicero Tuſc. 4, 16, it. Ac. 1, 10 & multis aliis locis *perturbationes mentis*, vel ſimpliciter *perturbationes* dixit. Eſt tamen Ov. Triſt. 4, 3, 32 *Affectum quem te mentis habere velim.* add. Met. 7, 171. Pacatus Paneg. Theodoſii c. 37 *Intimos mentis affectus proditor vultus enunciat.* Affectus concitatos, πάθη; mites atque compoſitos, ἤθη eſſe dixerunt. Sen. ep. 75 *Affectus ſunt motus animi improbabiles, & ſubiti, & concitati, qui frequentes neglectique fecere morbum: ſicut diſtillatio una nec adhuc in morem adducta, tuſſim facit: aſſidua & vetus pothiſin. Itaque qui plurimum profecere, extra morbos ſunt, affectus adhuc ſentiunt, perfecto proximi.* MORBOS inveterata vitia vocat, ut in proxime præcedentibus docet. Idem Seneca epiſt 88 *Quid prodeſt equum regere, & cur-*

& cursum ejus freno temperare: affectibus efferatissimis abstrahi. conf. Quintil. 6, 2 p. 517 Burm. Ovid. Met. 8, 473 *Theseus haud aliter dubiis affectibus errat.* Grat. Cyn. 204 *Ocior affectu mentis de cane*, ubi cogitationem omnem videtur significare. Sunt tamen celerrimæ v. g. iræ. ¶ 3. *Affectus*, aliquando pro illis dicitur, quos omni affectu profequimur: ut, *liberi, propinqui.* Apul. de Dogm. Plat. lib. 2 *Nec augetur carissimis, orbatus affectibus pius urbe educitur, urbes cum habitatoribus concremator impius.* Vulc. Gallicanus Avidii Cassii c. 7 *Nec in ejus liberos aut affectus sævit.* Et c. 8 *Mitis in hostem fuit, ejusque liberos & affectus.* Capitol. in Maximinis c. 23 *Militum affectus in Albano monte erant*, hoc eſt, πάθος γυναικός, ut Herodianus 8, 5 dixit. Similiter *necessitudines*, pro *necessariis* dixit Suetonius Aug. c. 17.

¶ Affectio, *ōnis*, f. idem. Cicero de Invent. 1, 25 definit *animi aut corporis ex tempore aliqua de caussa commutationem*, ut eſt *lætitia, cupiditas, metus, morbus, debilitas, &c.* add. 2, 8. Gellius *sensum* & *affectionem* conjungit 12, 5: & 1, 26 τὰ πάθη, *affectiones* reddit. ¶ 2. Status, conſtitutio, die beſchaffenheit. Cic. de Div. 2, 47 *Fac in puero referre, ex qua affectione cœli primum spiritum duxerit:* i. e. ex qua conſtellatione. ¶ 3. Philoſophica dicendi ratio eſt *affectio ad aliquam rem*, & locum habet in comparatione rerum, ut ex Cic. Topic. 18 docet Menck. in obſ. L. I.. ¶ 4. Amor, ἔρωτ, bezeigung der liebe, gewogenheit. Vet. Inſcript. ap. Grut. p. 459 n. 4 OB ADFECTIONEM ET PIETATEM IN SE EXIMIAM. Min. Felix princ. *Tanta dulcedo & adfectio hominis* (mihi) *inhæsit.* Tac. Ann. 4, 15, 5 *Lætas inter audientium affectiones* conf. Iuſtin. 24, 3, 6; & Vlpian. l. 17 §1 ff. de adopt. Et ſic Hieron. *Domino vere sancto & omni mihi affectione venerabili Papæ, Augustino, Hieronymus in Christo salutem.*

¶ Affectiōſus, *a, um*, amoris & affectus plenus, günſtig, geneigt. Vſus hac voce Tertull. de Anima c. 19 *Infantia naturaliter affectiosa.*

¶ Affectuōſus, *a, um*, idem. Vſi hoc nomine ſunt ævi poſteriores ſcriptores. Macrob. Sat. 2, 11 *Piam affectuosamque vim fecisse.* Cafliod. 5 epiſt. 2 *Salutatio affectuosa.* Et Tertull. adv. Marc. 5, 14 *Amore fraternitatis invicem affectuosi.* Reddit Apoſtoli verba ad Rom. 12, 10, ubi Græce φιλόστοργοι; Vulgata Verſione *diligentes.*

¶ Affectuoſe, adv. voll vom affect. Caſſiodor. 3 ep. 4 *Dicam libere, dicam affectuose, quod sentio.* Sid. 4 ep. 11 *Fratrem majorem natu affectuosissime observans.*

¶ Affecto, *avi, atum, are*, eſt, cupide & anxie appetere, begierig nach etwas ſtreben. Secundum Feſtum eſt *pronum animum ad faciendum habere.* Sic, *Affectare regnum*, Liv. 1, 46. *Affectare divinitatem*, Lactant. 5, 3, vor einen Gott wollen gehalten ſeyn. *Affectare civitates*, Sall. Iug. 1, 66. it. Tac. Hiſt. 4, 66, 1 pro ſollicitare, ſive in ſuas traducere partes ſtudere. Plaut. Bacch. 3, 1, 10 *Flagitia, quibus patrem & me, teque, amicosque omnes affectas tuos ad probrum, damnum, flagitium, appellere*, i. e. paras. Nep. 25, 13, 5 *Mundities, non affluentiam affectabat.* ¶ 2. Sed *Affectare iter*, eſt moliri, Cic. pro S. Roſc. c. 48, mit einer reiſe umgehen. Sic *viam affectare* dicimus. Virg. Georg. 4, 562 *Viamque affectat Olympo.* Ter. Phorm. 5, 8, 71 *Hi gladiatorio animo ad nos affectant viam.* ¶ 3. *Adfectare* & *adfectare* a librariis permutantur. v. Miſc. Obſ. Vol. II p. 453.

¶ Affector, *ari*, vel depon. *concubitum petere*; vel paſſ. *cupidum reddi*, begierig werden. Apul. de Herb. c. 15 *Si quis ad mulierem non poterit affectari.* Et mox: *Affectaberis continuo.*

¶ Affectans, *tis.* Ovid. Pont. 4, 8, 59 *Sic affectantes cælestia regna gigantes.* Et Ammian. 26, 3 *Curiosius spectari affectans.*

¶ Affectātus, *a, um*, angenommen. Plin. Paneg. c. 20 *Affectata* (ſimulata, contra naturam aſſumta) *aliis castitas, tibi ingenita & innata.* Lampr. Anton. Diad. c. 8 *Tyrannidis affectatæ consciī.* Quint. 1, 1 extr. *Versus affectatæ difficultatis*, i. e. ſtudio quæſitæ. Compar. Quint. 12, 10 *Dandum putant nonnihil esse temporibus atque auribus, nitidius aliquid atque affectatius postulantibus*, h. e. ſtudioſius elaboratum.

¶ Affectato, adv. begierig, apud Lampridium, Heliog. c. 17.

¶ Affectatio, *ōnis*, f. κακοζηλία, æmulatio, ſed infelix, gezwungene nachahmung. Quintil. 1, 6 p. 82 Burm. *Nihil odiosius affectatione*, i. e. conatu æmulandi alterius veritatem, quam aſſequi nequeas. *Affectatio verborum*, Suet. Gramm. c. 10, add. Valla 4, 77. In bonam partem uſus Seneca epiſt. 89, cum PHILOSOPHIAM *sapientiæ amorem & affectationem* definit, die begierde. Cic. Mure. 34, 1 *Homines tenues unum habent — beneficii locum, hanc in nostris petitionibus operam atque affectationem.* Modo non f. leg. *affectat.* De comitatu & deductione candidatorum. Plin. 34, 2 f. 3 *Mira multorum circa ea Corinthium affectatio fuit.* De ſtudio inſano illud habendi. Tertull. pluraliter de Baptiſmo c. 5 *Minime*, inquit, *credunt rebus Dei, quarum affectationibus apud æmulum Dei credunt.*

¶ Affectator, *ōris*, m. der nach etwas begierig iſt; ut, *Affectator imperii*, Flor. 2, 7, 2. *Affectator libertatis*, Quintil. 6, 2. *imperii*, Spartian. Hadriano c. 23, & rurſus Quintil. 6, 3 de Cicerone: *Non solum extra judicia, sed in ipsis etiam orationibus habitus est nimius risus affectator.*

¶ Affectatrix, *icis*, f. ad ſimulatum fictumque ſtudium referre videtur Tertull. adv. Hæretic. c. 7 *Fuerat Athenis* (Paulus), *& istam sapientiam humanam, affectatricem & interpolatricem veritatis, de congressibus noverat*, i. e. quæ quærere videri vult.

¶ Inaffectatus, *a, um*, ungezwungen, natürlich; ut, *Oratio inaffectata*, Quintil. 8, 3 extr. & 11, 1 extr. Et, *Simplex & inaffectata superstitio*, Tertull. de Pallio c. 4.

¶ Inaffectus, *a, um*, idem. Apul. Met. 2 *Inaffectum capillitium.* Alii legunt *inaffectatum.*

¶ Antefacio, *ere.* Hinc

¶ Antefactus, *a, um*, vorhergethan; ut, *Furta antefacta*, Gell. 17, 7.

¶ Antefactum, *i*, n. ſubſt. das vorhergeſchehene. Liv. 37, 53 *Conveniens esse antefactis.* Vitruv. 9, 7 *Antefacta & futura ex ratiocinationibus astrorum explicare.*

¶ Confĭcio, *eci, ectum, ĕre*, perficere, ausrichten, zuwege bringen; ut, *Conficere negotium*, Cic. Att. 1, 16. *Facinus conficere*, Id. pro Roſc. Am. c. 28, verüben. Rurſus Attico 12, 19 *Cum Apella Chio confice de columnis*, ſchlieſſe, handele mit ihm. Et 12, 37 med. *Hortos mihi, confice as necesse est*, du muſt mir einen garten ſchaffen. *Conficere rationes*, Cic Att. 6, 7, rechnung ſchlieſſen. Et, *Bellum conficere*, Varinius Cic. fam. 5, 10, endigen. Sic & *Cursum vitæ conficere*, Cic. Tuſc. 3, 1, vollenden. Id. in Orat. c. 52 *Prope centum confecit annos*, hat zuwege bracht. *Conficere sacra*, idem quod *facere.* Cic. in Verr. 4, 45. *Confici fidus* dicitur, cum ad metam ſui curſus venit. Plin. 2, 42 *Cum tempestatibus fidus confici intelligimus.* v. *Confectus.* Cic. de Invent. 2, 4 *Ex quo conficitur*, woraus folget. ¶ 2. Aliquando eſt comparare, contrahere, zuſammen bringen. Sic, *Conficere exercitum*, Cicero dixit Att. 8, 11. *Conficere pecuniam*, id. pro Flac. 9 & paſſim. Nep. 23, 10, 5 *Horum* (ſerpentum) *cum confecissent magnam multitudinem, &c.* v. Gronov. ad Liv. 29, 35. ¶ 3. Significat etiam conſumere, aufreiben, abmatten. Cic pro Mil. c. 14 *Me pene confecit*, er hat mir faſt den reſt gethan. Id. Att. 3, 5 *Dolore maximo conficior. Confecerunt me infirmitates meorum*, Plin. 8 ep. 16. Donatus ad Eunuchum Ter. obſervat, verbum *conficere* proprie convenire gladiatoribus iis, qui graviſſimis vulneribus occubuerunt: adducitque pro illo Ciceronis illud Catil. 2, 11 *Gladiatori illi confecto & saucio.* Et quia arenæ verbum, idcirco non ad gladiatores tantum, ſed beſtiarios etiam, hoc eſt, illos, qui cum beſtiis pugnabant, transterebatur, qui *ferum* ſeu *bestiam* diceebantur *conficere*, cum ſuperabant & dejiciebant. Lamprid. Commodo c. 13 *Virium ad conficiendas feras tantarum fuit, ut elephantum cursu transigeret.* Suet. Ner. c. 29 *Novissimum quasi genus lusus excogitavit: quatenus feræ pelle contectas emitteretur ex cavea, virorumque ac fœminarum ad stipitem deligatorum inguina invaderet: & cum affatim desævissent, conficeretur a Dorypboro liberto, &c.* In quo arenæ illud verbum in obſcenum ſenſum transfertur. Hinc *Confectiones & Confectuarii*, de quibus mox. Honeſta metaphora, *aliquem verbis conficere*, pro refutare, Plautus dixit Pſeud. 1, 5, 49. *Confeximpro confecerim*, Id. Truc. 4, 4, 39.

¶ Confĭcio, *ĕre*, eſt una facere, zugleich machen. Feſt. *Mollia confaciunt*, Lucret. 2, 905.

¶ Conficiens, *tis*, ut, *Civitas conficientissima literarum*, Cic. pro Flacc. c. 19 pr. i. e. quæ omnia ſcribit, quæ agit, v. Gron. obſ. 1, 14: *Caussæ conficientes* eædem, quæ *efficientes*, Cic. Partit Orat. c. 26.

¶ Confectus, *a, um*, ad finem perductus, vollbracht, ausgemacht. Cic. Att. 8, 4 *Confecta res est.* idem Att. 4, 14 *Itinere ex sententia confecto.* Idem de Provinc. conſ. c. 8 *Bellum affectum videmus, &, fere, ut dicam, pene confectum.* Id. Att. 5, 6 *Confectam relinquere*, wercklichen laſſen. Horat. 2 epiſt. 1, 254 *Confecta duello.* *Confectum fidus*, quod ad metam pervenit. Ita Plin. 16, 23 f. 36 pro ſolſtitio æſtivo ponitur. Id. 36, 10 f. 15 *Brumæ confecta Dies.* ¶ 2. Languidus, ſchwach, müde, krafftlos, ſchachmatt. Ter. Andr. 2, 1, 5 *Confectus cura.* Cic. in Piſon. c. 34 *Summa senectute confectus.* Sic, *Gladiator confectus*, de quo in *Conficere* n. 3.

¶ Confectio, *ōnis*, f. effectio, die verfertigung; ut, *Confectio olei*, Pallad. 12, 5. *Confectio escarum*, i. e. præparatio, Cic. N. Deor. 2, 54. ¶ 2. Abſolutio, endigung; ut, *Confectio belli*, Id. Phil. 14, 1. ¶ 3. Deſtructio, die verwüſtung, verderbung. Cic. in fragm. Hortenſ. ap. Auguſt. L. IV contra Pelag. *Quæ confectio est valetudinis, quæ dformatio coloris & corporis, quod turpe dammum, quod dedecus, quod non evocetur atque eliciatur voluptate.* ¶ 4. Exactio tributorum. Cic. pro Flac. 9 *Nec tabulæ creditoris proferuntur, nec tributi confectio ulla recitatur.*

¶ Confectura, *æ*, f. die zurichtung; ut, *Confectura mellis*, Col. 9, 14.

¶ Confector, *ōris*, m. qui rem conficit, ein zuberetter. Spon. in Miſcell. E. A. p. 221 CONFECTORES ÆRIS, qui in fodinis & officinis præparant. ¶ 2. Qui rem ad finem ducit, Cic. de N. Deor. 2, 15 *Ignis confector & consumtor omnium*, ſo alles verwüſtet und verzehret. Et 10 ep. 20 ad Plancum, *totius belli confector*: quod etiam Taciti eſt 14, 39. ¶ 3. Qui beſtias elidit, ſive beſtiarius, occiſor. Vet. Gloſſ. *Confector*, ἀναιρέτης. Item *Confectores*, καταβόλοι. Suetonius *Confectores ferarum* appellat Aug. c. 43; & Ner. c. 12.

¶ Confectuārius, *i*, m. idem ac confector feræ. Nam & Beſtiarios *Confectuarios* in veteri Inſcriptione vocari ad 4 Manilii obſervat Scaliger p. 286.

¶ Confectrix, *icis*, f. Lactant. 7, 11 ex Ciceronis incerto loco: *Confectrix omnium rerum vetustas*, h. e. quæ conficit & conſumit.

¶ Confectōrium, *i*, n. ein ſchlacht-ſtall. Gloſſ. gr. lat. κοιμοσφαγεῖον, *confectorium.* v. Voſſ. 2 Rhet. p. 237.

¶ Inconfectus, *a, um*, unverfertigt, unverdaut. Celſ. 4, 19, (al. 16) *Intestinorum levitas, qua continere nihil possunt, & quidquid adjumtum, inconfectum protinus reddunt.* Sic meliores libri: quidam *imperfectum.*

¶ Semiconfectus, *a, um*, halb vollbracht. Sidon. 6 ep. 10 *Sementem semiconfecto cæspiti injicere.*

¶ Deficio, *eci, ectum, ĕre*, i. e. deſtituere, fehlen, nicht haben; ut, *Deficiunt me solatia*, Cic. fam. 4, 6, es manquelt mir am troſt. *Deficit me tempus*, Id. pro Roſc. Am. c. 32 pr. *Deficit illum prudentia*, Id. de Clar. Orat. c. 24. Et, *Discentes vita deficit*, de Orat. 3, 23. *Deficit sol, luna*, Id. de Divin. 1, 43, i. e. obſcuratur, deficitur luce, wird verfinſtert. *Deficere viribus, animo*, i. e. deſtitui, ſchwach, kleinmüthig werden. Cic. pro Roſc. Am. c. 4. *Dies me deficiat, ſi &c.* Liv. 28, 41 ſub fin. Et hæc quidem uſitatior conſtructio cum quarto caſu. vid. Drakenb. ad Sil. 8, 661 & 10, 193. Cæterum Quint. 12, 11, de Domitio Afro, ob ſenectutem jam parum ad agendum apto, *malle*, inquit, *deficere, quam desinere.* ¶ 2. Deſciſcere ſignificat, abfallen; ut, *Deficere ab aliquo ad alium*, Cic. fam. 14, 3. *Deficere a virtute*, Id. de Amic. c. 11. *Deficere a se ipso*, i. e. a natura, a conſuetis moribus, umſchlagen. Cic. fam. 2, 16. ¶ 3. Legitur & paſſivum pro deſtitui: ut, *Consilio & ratione defici*, Cic. pro Cluent. c. 65. Ovid. Her. 5, 150 *Deficiur prudens artis ab arte mea. Defici fructu rei, defici materia adipiscendi triumphalia*, Vellej. 2, 116, 3. Et Plin. eleganter 2 ep. 17 de villa ſua: *Hæc amœnitas deficitur aqua salienti.* Frontin. Strateg. 1, 7, 1 *Metellus usu navium, quibus elephantos transportaret, deficiebatur.*

¶ Deficiens, *tis.* Cic. Tuſc. 1, 30 *Cum acriter oculis deficientem solem intuerentur*, i. e. eclipſin patientem, die verfinſterte ſonne. Lucret. 6, 1231 *Deficiens animo mœsto.*

¶ Deficientia, *æ*, f. der mangel. Paulinus Nolanus 23 n 8 *Ad deficientiam indeficientem.*

¶ Defectus, *a, um,* orbus, deſtitutus, morti proximus, verlaſſen, kraftlos, halb todt, mangelhaft. Cic. Att. 13, 23 *Libri ſunt defecti*; qui locus tamen corruptus a librariis videtur: conſule interpretes & Menck. obſerv. L. L. Tibull. 2, 5, 76 *Sol defectus lumine.* Cell. 1, 8 *Defecta a menſtruis mulier.* Quintil. 8, 3 *Aqua ciboque defecti.* Apul. 5 Mileſ. *At vero Pſyche tanto adſpectu deterrita, & impos animi, marcido pallore defecta tremensque deſedit in imos poplites; &c. Iamque laſſa, ſalutoque defecta, dum ſæpius divini vultus intuetur pulchritudinem, recreatur animi.* Et Martial. 13 epigr. 77 *Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator Cygnus funeris ipſe ſui.* Val. Flacc. 2, 463 *Defectaque virginis ora Cernit.* Phædrus 1 fab. 22 *Defectus annis & deſertus viribus Leo cum jaceret ſpiritum extremum trahens.* Vbi male Schoppius pro *defectus, deſſus* ſubſtituit. Colum. præfat. *Sed ſive fundum locuples mercatus eſt, e turba pediſſequorum lectiariorumque defectiſſimum annis & viribus in agrum relegat.* Quint. decl 13, 2 p. 273 *Defecta labore ſenectus,* quæ labori jam non amplius ſufficit, vel quæ laboribus fatigata eſt, ut Grat. 435 *defecta mala pecuaria tabe.* Similiter Apul. Apol. p. 283 *In planis ſpeculis ferme pares obtutus & imagines videntur: in tumidis vero & globoſis omnia defectiora: at contra in cavis auctiora.* Et eadem Apolog. *Item tibi illa accuſatio jugiis inita, verbis aucta, argumentis defecta.* Idem extremo Floridor. comparate: *Oratione defectior.* Adde l. 12 § 3 ff. de uſufr. & l. 11 § 1 de uſur. Salmaſ. in Tertull. de Pallio p. 197 ſeq. & Borrich. Cogit. p. 256.

¶ Defectum, *i,* n. ſubſt. ein fehl, verſehen. Laudat Nizolius Cic. pro Sext. f. 135 *Ille ad eos, a quibus audiebatur, quotidie aliquid defecti afferebat.* Sed ibi quidem non invenitur.

¶ Defectus, *ûs,* m. der mangel. Symmach. 1 epiſt. 23 *His vicibus humana variantur, ut defectui ſuccedat ubertas.* Plin. 20, 2 extr. *Defectus animi,* ohnmacht. *Defectus ſolis, lunæ,* Virg. Georg. 2, 478, ſonn- und mondenfinſterniß. Et Cic. N. D. 2, 19 *Lunæ ſpecies ac forma mutatur, tum creſcendo, tum defectibus in initia recurrendo.*

¶ Defectio, *ônis,* f. debilitas, die abnahme; ut, *Defectio virium.* Cic. de Senect. c. 9. *Animi defectio,* kleinmüthigkeit. Id. Att. 3, 18. Item *ſolis & lunæ,* Id. Divin. 1, 49; & Nat. D. 2, 61. Exempla ubi bene vel male ſcientia vel ignorantia ejus rei apud exercitus ceſſerit. v. Quint. 1, 10 extr. ¶ 2. Deinde ex altera notione deſertio, ſive receſſio militis a duce, der abfall. Nep. 14, 7, 1 *De defectione patris detulit.* Cic. Tuſc. 4, 9 tralate: *Intemperantia eſt a tota mente ac recta ratione defectio.* ¶ 3. Etiam Ellipſis figura ita dicta Macrobio 6 Sat. 8.

¶ Defector, *ôris,* m. qui deficit, ein abtrünniger. Suet. Ner. c. 43 *Revocatis ad pœnitentiam defectoribus.* Et Tac. Ann. 12, 50, 3 *Truculentior quam antea, tamquam adverſus defectores.* Id. Hiſt. 3, 12, 3 *Soli in principia defectores coirent.*

¶ Defectrix, *îcis,* f. abfällig. Tertull. adv. Valentin. extr. *Virtus defectrix.*

¶ Defectivus, *a, um,* abnehmend, unvollkommen. Tertull. adv. Valent. c. 14 *Defectiva & obortiva genitura.* Cæl. Aurel. Acut. 2, 10 *Defectiva febris,* i. e. intermittens.

¶ Defectuôſus, *a, um,* mangelhaft. Iuſtin. l. 7 § 4 C. de Summa Trin. *Non quod defectuoſum eſſet prius.*

¶ Indeficiens, *tis,* non deficiens, unmangelhaft, unaufhörlich. v. Paulini locum in *Deficientia.* Tertull. adv. Iudæos c 14 *Decorem habiturus indeficientem.* Et Lactant. 4, 8 extr. *Lumen indeficiens.* Item Auguſtin. Confeſſ. 2, 8 *Indeficiens copia:* & 9, 10 *Vbertas indeficiens.*

¶ Indeficienter, adv. idem. Auguſtinus Confeſſ. 12, 11 *Indefinenter & indeficienter cohærere.*

¶ Indefectus, *a, um,* perpetuus, immerwährend. Apul. de Deo Socr. p. 44 *Vivacitas æterna & indefecta.* Et Tertull. Apolog. c. 21 *Integra & indefecta materiæ matrix.* Et de Pallio c. 3 *Chamæleon ſi jugulus ſemper, & indefectus.* Salmaſium ibi p. 198 conſulere licet.

¶ Subdeficio, *eci, ectum, ere,* nicht fort können. Curt. 7, 7, 20 *Hæc quaſſa adhuc voce ſubdeficiens, vix proximis exaudientibus, dixerat.*

¶ Difficax, *ácis,* invenitur pro *difficilis,* inquit Io. de Ianua.

¶ Difficacia, *æ,* & Difficacitas, *atis,* eidem pro *difficultate.*

¶ Efficio, *ere,* machen, verfertigen. *Efficere epiſtolam,* Cic. ad Att. 13, 26 *Facinora efficere,* Id. Phil. 2, 42 *opera efficere,* Id. ad Att. 14, 10 *naves,* Liv. 23, 33. v. Drakenb. ad 23, 25, ausrichten, hinaus führen, zuwege bringen. Cic. Att. 16, 13 *Hoc nec inſtitui, nec effici poteſt, ſine tua ope.* Cic. Verr. 3, 33, -- de decumis vendendis *Liciti ſunt, quoad ſe efficere poſſe arbitrabantur.* Virg. ecl. 3, 51 *Efficiam poſt hæc ne quemquam voce laceſſas. In ſtudiis aliquid efficere,* i. e. præſtare, Quintil. 2, 1. *Efficit ager cum octavo, decimo,* trägt 8 oder 10fach, vid. *Cum* n. 7. ¶ 2. Exædificare, ausbauen. Cic. in Verr. 5, 19 *Vel Capitolium -- publice, gratis, coactis fabris operisque imperatis exædificari atque effici potuit.* ¶ 3. *Efficere* etiam eſt diſputantium verbum, pro adſtruere, probare, concludere, behaupten. Cic. Tuſc. 1, 11 *Efficiet ratio, ut quecunque vera ſit earum ſententiarum, quas expoſuit.* Idem Paradox. præfat. *Minutis interrogatiunculis, & quaſi punctis, quod propoſuit, efficit.* Alibi & *perficere* dixit. Idem Off. 3, 5 *Ex quo efficitur, ut &c.* woraus denn folget. conf. Off. 1, 17. ¶ 3. Poſt verbum *Efficio* infinitivus non minus pro conjunctivo interdum ſequitur, quam poſt *Facio.* Vitruv. 2, 6 *Vehementer efficit ea coire.* v. plura in Borrich. Vind. p. 73. *Effexis* pro *effeceris,* Plaut. Caſ. 3, 5, 61; & Pœn. 1, 3, 19.

¶ Efficiens, *tis.* Cic. off. 1, 20 *Cauſſa & ratio efficiens magnos viros.* Idem 3, 3 & 33 *Virtus efficiens utilitatis, voluptatis.* Idem Ac. 1, 6 extr. *Natura in duas res dividebatur, ut altera eſſet efficiens, altera efficeretur aliquid.*

¶ Efficienter, adv. Cic. de Fat. c. 15 *Quod cuique efficienter antecedat,* i. e. ut cauſſa.

¶ Efficientia, *æ,* f. die wirckung. Cic. de Fato c. 9 *Naturalis efficientia.* Et Nat. D. 2, 38 *Efficientia ſolis.*

¶ Effectus, *a, um,* elaboratus, verfertiget, ausgearbeitet. Plin. 8 ep. 4 *Reſpondebis non poſſe perinde inchoata placere, ut effecta.* Per periphraſin *effectum aliquid dare, reddere,* idem quod efficere Ter. Eun. 2, 1, 7. Ita Plaut. Curc. 3, 15 *Ego hoc effectum tibi lepide tradam.* Apulej. Florid. 2 p. 350 *Inde ante aram Bathylli ſtatua a Polycrate tyranno dicata: qua nihil videor effectius cognoviſſe,* id eſt, abſolutius & conſummatæ magis artis. Id. lib. 3 Flor. p. 357 *Sed de hoc tum ego perfectius, cum vos effectius.* Reſtituendum hoc & Quintiliano eſt. Nam apud eum quod 12, 10 legitur: *Qui dandum putant nonnihil eſſe temporibus, atque auribus nitidius aliquid, atque affectibus poſtulantibus;* pro eo, *nitidius aliquid atque effectius* legendum eſt.

¶ Effecte, perfecte, adv. Ammian. 16, 6 (Valeſ. p. 115) *Cum hæc effecte pleneque colligeret.* Mart. 2, 27, 3 *Effecte, graviter, cito nequiter,* i. e. perfecte &c. Comp. *Effectius* dicitur eſſe in Apul. Floridis. Sed eſt adjectivum.

¶ Effectus, *ûs,* m. ſubſt. das werck, die wirckung. Effectus enim eſt, quod poſt agentem cauſſam relinquitur. Cic. de Fin. 3, 9 *In libidine eſſe, peccatum eſt, etiam ſi ſine effectu.* Et Tuſc. 2, 1 *Effectus eloquentiæ eſt audientium approbatio.*

¶ Effectum, *i,* n. idem. Quintil. 8, 3 *Ex cauſſis, effectis, ſimilibus.* Adde 7, 3; & Cic. Topic. c. 21. Et Plancus Cic. fam. 10, 8 *Vt ad effectum horum conſiliorum pervenirem.*

¶ Effectio, *ônis,* f. idem. Cic. de fin. 3, 14 κατόρθωσις exponitur *recta effectio.* add. Ac. 1, 2.

¶ Effectivus, *a, um,* pro efficiens: ut, *Cauſſa effectiva,* apud Philoſophos, & Plinium. Et hinc

¶ Effective, adv. wircklich; apud Quintil. 2, 18.

¶ Effector, *ôris,* m. qui efficit. *Stilus eſt præſtantiſſimus dicendi effector ac magiſter,* Cic. 1, 33 de Orat. Et Lactant. 5, 8 *Deus hujus mundi effector.*

¶ Effectrix, *îcis,* f. Cic. de fin. 2, 17 *Pecunia eſt effectrix multarum & magnarum voluptatum.*

¶ Efficax, *ácis,* quod ad agendum aliquam vim habet, ac maxime conducit, kräftig. Horat. 4 od. 12, 20 *Cadus amara curarum eluere efficax.* Liv. 1, 9 extr. *Efficaces ad muliebre ingenium, virorum præces.* Id. 1, 19 *Metus Deorum res ad imperitam multitudinem efficaciſſima.* Boeth. 3 Proſa 5 extr. *Quæ peſtis efficacior ad nocendum, quam familiaris inimicus?* Plin. Panegyr. c. 84 *Dubitare, utrum ſit efficacius ad recte vivendum, bene inſtitui, aut feliciter naſci.* Et c. 70 *Efficaciſſimum genus eſt rogandi, gratias agere.* ¶ 2. *Efficax* etiam interdum dicitur, qui acer & ſtrenuus, & nihil non efficit, thätig. Vet. Gloſſ. πραακτικός, *actuarius, efficax, agilis.* Sic *Herculem efficacem* Horatius epod. 3, 17 dixit. Cælius Cic. fam. 8, 10 *Noſti, Marcellus quam tardus & parum efficax ſit.*

¶ Efficacia, *æ,* f. vis, quæ rei ineſt, die kraft, wirckung. Plin. 11, 5 de apibus: *quos efficaciæ induſtriæque tantæ comparemus nervos?* Item efficacitas, ſive ſtrenui, virtus ſeu habitus. Vetus Inſcriptio ap. Grut. p. 405 n. 5 PROMOTO XVIRO STLITIBVS IVDICANDIS ORATORI MAXIMO, DECVRIONES ET PLEBS COLONIÆ ASCVLANORVM PROPTER HVMANITATEM, ABSTINENTIAM, EFFICACIAM, &c. Sed quia *Efficacia,* a colore naturaque ignea eſt, & itaque facile abripi & tranſilire limites poteſt, & injuſtitiæ fieri affinis, cum aliquid magis urget, quam par eſt, & æqui patitur ratio, idcirco miratur Ambroſius, in fratre ſuo Satyro *efficaciam* ſimul & *innocentiam* fuiſſe, Oratione ejus funebri. Sane & apud Græcos δεινός, & ſtrenuum, ſeu efficacem & iniquum atque atrocem, ſive amarum & aſperum notat, ut Servius auctor eſt. vide in *Acer.*

¶ Efficacitas, *ătis,* f. idem. Cic. Tuſc. 4, 13 *Viribus corporis, & nervis, & efficacitati ſimiles animi vires.*

¶ Efficaciter, adv. i. e. cum effectu, nachdrücklich, kräftig. *Efficaciter ſanare,* Plin. 28, 11. *Efficacius rogare,* Plin. Iun. 6 ep. 6. Et, *Efficaciſſime cœrcere,* rurſus Plin. major c. 1. Et, *Efficaciſſime ſanari,* 26, 12.

¶ Efficabiliter, idem. Vetus Interp. Irenæi 2, 22 *Efficabiliter emiſſus.*

¶ Efficialiter, idem. Sarisb. ep. 277 *Vtinam efficialiter audiſſetis.*

¶ Exefficio, *ere,* perfecte efficere, völlig ausrichten. v. Parei Animadverſ. ad Plaut. Curc. 2, 3, 85; & Truc. 5, 1, 17.

¶ Inefficientia, *æ,* f. die kraftloſigkeit. Caſſian. de Incarn. Dom. 7, 3.

¶ Inefficax, *ácis,* unkräftig. Sen. de Ira 1, 10 *Ratio ſine affectu inefficax.* Plin. 27, 12 *Genus inefficacius.* Id. 34, 11 *Squama inefficacior.* Gruterus Inſcriptionem antiquam adfert p. 415 n. 10, in qua PARENTES INEFFICACISSIMI dicuntur, qui liberis orbati ſunt. ¶ 2. Segnis, iners, faul, verdroſſen. Vet. Gloſſ. ἀδρανής, *Segnis, inefficax, ſecors, ignavus, iners.* Talem ſe oſtendit Charinus Terentianus Andr. 2, 1, 4 & 5 *Vt animus in ſpe atque in timore usque antehac attentus fuit, Ita, poſtquam ademta ſpes eſt, laſſus, cura confectus ſtupet.*

¶ Inefficaciter, adv. unkräftig, ungültig. L. 2 Dig. Quæ ſententia ſine appell. reſcind. *inefficaciter condemnatus.* Symmach. 6 epiſt. 53 *Verecundiam creant inefficaciter poſtulata.*

¶ Inficio, *eci, ectum, ere,* i. e. non facere, inuſitatum: unde *inficiens* participium manet, müßig. Varro de R. R. 3, 16 de apibus præcipiens: *Neque ipſæ ſunt inficientes, nec non oderunt inertes. Namque infectantes a ſe ejiciunt fucos, quod hi neque adjuvant, & mel conſumunt.* ¶ 2. Tingere, imbuere, färben, ſchminken. *Inficere lanam,* Plin. 7, 56; *capillos,* 22, 25: Item: *Inficere pocula veneno,* vergiften. Virg. Georg. 2, 128. *Animum deliciis, otio, deſidia, inficere,* i. e. vitiare, anſtecken. Cic. de Leg. 3, 13 *Vt cupiditatibus principum & vitiis infici ſolet civitas, ſic emendari & corrigi continentia.* Sen. ad Marc. c. 7 extr. *Prout illum conſuetudo infecit,* wie er es gewohnt iſt. Apul. Met. 1 p. 122 *Spurciſſimo humore me infecerunt,* i. e. fœdaverunt. ¶ 3. Vt alia tinctoriæ artis verba etiam ad animum transfertur. v. g. Cic. de fin. 3, 2 extr. *Infici debet artibus.* v. Caſ. ad Perſ. p. 224.

¶ Infectus, *a, um,* non factus, ungemacht. Ter. Phorm. 5, 8, 4 *Factum infectum fieri nequit.* Et Plaut. Aul. 4, 10, 15 *Quid vis fieri? factum eſt illud: fieri infectum non poteſt.* Id. Truc. 4, 2, 17 *Stultus es, qui facta infecta verbis facere poſtules.* Vulgare dictum hoc eſt, quo & Sophocles uſus Trachinis v. 753, quibus gemella dixit Agathon ap. Ariſtotelem Ethic. ad Nicomach. 6, 2 extr. *Aliquid infectum reddere,* etwas wieder unmöglich. Horat. 3 od. 29, 47. *Infecta re abire,* Liv. 9, 32, unverrichteter ſache. *Omnia pro infecto ſint,*

ib. c. 11, es soll nichts gelten. *Infecta victoria*, eod. libro c. 23. Et, *infecta pace*, apud eumdem 30, 31 extr. & Ter. Eun. 1, 1, 8. *Infectum argentum*, quod *signato vel facto*, apud Liv. 36, 40 opponitur, ungemünzt silber. Huc pertinet *damnum infectum* apud ICtos, cujus actio dabatur (Gr. ζημίας μέλλουσης ἀγωγή) si quis damnum metuerer ab altero. vid. Plin. 36, 2 f. 2. ¶ 2. Qui aliqua sorde vel morbo contaminatus, angesteckt; ut, *Infectus sanguine*, Stat. Theb. 9, 187.

¶ Infectus, *us*, m. subst. ipsa tinctura, die färbung. Plin. 8, 48 *De reliquarum* (lanarum) *infectu suis locis dicemus.*

¶ Infectio, *onis*, f. idem. Vet. Gloss. *Infectio*, βαφή, βάμμα. Apud Eumenium Panegyr. Constantii Cæsaris c. 18 legitur *infectio fortunæ*, sed invitis Criticis, Grutero, Acidalio, Livinejo, de la Baune, quos consulas, si placet. Habet tamen Octav. Horat. 1, 1.

¶ Infectivus, *a, um*, färbend. Vitruv. 7, 14 *Hæc infectiva appellantur.*

¶ Infector, *ōris*, m. qui lanas inficit, ein färber. Plin. 20, 7 *Infectores lanarum.* Sen. Quæst. Nat. 3, 23 de flumine nigrorem inducente: *Si lana opus fuerit pulla, paratus gratuitus infector est.* Et Cic. fam. 2, 16 *Curius noster dibaphum cogitat, sed eum infector moratur.* Plin. 11, 3 *Purpurarum generi pro sanguine est infector ille succus.* Adde Festum.

¶ Infectōrius, *a, um*, zum färben dienlich. Marcell. Emp. c. 4 *Infectoriam alumen.*

¶ Infectorium, *i*, n. subst. das farb-haus. Gloss. gr. lat. βαφεῖον, *infectorium.*

¶ Interfacio, *ere*, darzwischen machen. Liv. 25, 11 *Reliquit præsidium, ut simul interfaciendo muro adjuvaret.* Sed

¶ Interficio, *ēci, ectum, ĕre*, occidere, todten, umbringen. *Vita quem interficere*, Gell. 12, 7. *Per insidias interficere*, Cic. pro Domo c. 23. Et Phil. 1, 14 *Qui eo lege vivit, ut eum summa interfectoris gloria interfici possit.* ¶ 2. Etiam res inanimatas *interfici* cum corrumpuntur dici, probat Non. 6, 9.

¶ Interfectus, *a, um*, getödtet. Curt. 9, 2, 7 *Interfectus per insidias.* Apul. 5 Met. *Novæ nuptæ interfectæ virginitatis.*

¶ Interfectio, *ōnis*, f. cædes, der mord, die ermordung. Brut. ad Cic. 2 *Quem si vexavi a Dolabella audio, ut jam non videatur crudelissimum ejus* (Dolabellæ) *facinus interfectio Trebonii.* Lamprid. Commod. c. 4 *Crudelis vita Commodi Quadratum & Lucillam compulit ad ejus interfectionem consilia inire.* Et Augustin. de C. D. 3, 15 *Tarquinius parricida, socevi interfectione regnans.* Id. ep. 23 *In illis quidem interfectionem non faciunt, sed quantum in ipsis est, interfectores sunt.* Et 2 de mor. Manich. 17 extr. *Interfectio pulicis.*

¶ Interfectibilis, *e*, todtlich: ut, *Ruta interfectibilis viperarum*, Apul. de Herb. c. 89.

¶ Interfectivus, *a, um*, idem. Cæl. Aurel. Acut. præf. *Interfectivis morbis affici.*

¶ Interfector, *ōris*, m. ein mörder, todtschläger. *Interfectorem veritatis*, pro *destructore*, Tertullianus dixit de Carne Christi c. 4. ¶ 2. Est autem vocabulum μέσον, der umbringt. Val. Max. 3, 2, 11 *Quantum interfectore fortior interfectus?* qui nempe post Cannensæ prœlium sui spoliatorem, naribus & auribus corrosis, deformem reddidit. Cic. pro Mil. c. 27 *Sp. Melii & Ti. Gracchi interfectores implerunt orbem terrarum nominis sui gloria.* Et Vellej. 2, 58, 3 *Interfectores Cæsaris*, conf. Sen. ep. 7. Tac. An. 1, 9, 4.

¶ Interfectrix, *īcis*, f. Tac. An. 3, 17 *Id ergo fas aviæ, interfectricem nepotis adspicere?* Hyginus fab. 122 *Idem nuncius* (falsus) *dixit, Iphigeniam fratris interfectricem esse.*

¶ Officio, *ĕre*, obesse, obstare, nocere, hinderlich seyn, im wege stehen, schaden. Cic. pro Rosc. Am. c. 38 *Cur meis commodis officio simulato officis?* Id. Tusc. Q. 5, 32 *Offecerat videlicet apricanti*, war ihm in der sonne gestanden. Ee Off. 3, 16 *Cum augures jussissent avem aliquam videri ea, quorum altitudo officeret auspiciis.* Liv. 2, 2 *Ne libertati officeret.* Hirt. B. Afric. c. 61 *Iter officere excursionibus*, den weg verhauen, ubi notandus est accusativus adjectus, in aliis subaudiendus ipse aut similis. Plin. 20, 7 *Claritati oculorum lactucæ officiunt.* Virg. Ge. 1, 69 *Officiunt frugibus herbæ.* Et pass. Lucret. 2, 155 *Corpuscula officiuntur*, i. e. impediuntur.

¶ Officiens, *tis.* Cic. N. D. 2, 19 *Umbra terræ soli officiens noctem efficit.* conf. in Ejus Arat. v. 344. Et Lucret. 5, 717 *Corpus occurrens officiensque.*

¶ Offectus, *a, um*, impeditus, obstructus, verhindert, verstopft; ut, *Offecti sensus*, Lucret. 4, 764. *Offecto lumine obire*, Id. 5, 774.

¶ Offectus, *ûs*, idem quod offectio, h. e. noxa, Grat. Cyn. 406 *Ac sic offectus, oculique venena maligni Vicit, &c.* de fascinationibus.

¶ Offectio, *ōnis*, f. die hinderung. Arnob. lib. 5 p. 164 *Illis color est purpurei luminis offectione jubilatus*, id est, contraria & opposita infectione.

¶ Offector, *ōris*, m. qui officit. Fronto, Vet. Gramm. *Offector officio obest.* Item, *Offectores, colorum infectores, qui e colore proprio novum efficiunt*, färber. Festus in *Infector.*

¶ Offex, *ĭcis*, m. Gloss. Isidori *Impeditor*, qui officit.

¶ Officīna, *æ*, f. taberna Paulo ICt. lib. 2 recept. sentent. tit. 8 sent. 3. Locus videlicet, in quo officia sua faciunt, quibus operis aliquid efficiendum commissum est, eine werckstat; ut, *officina ærariæ*, Plin. 18, 10 pr. eine schmelz-hütte. Ita dixeris *Chartariam officinam*, eine papier-mühle. *Officina pictoris*, Plin. 35, 10 de Apelle, die mahler-stube. *Ex eadem officina exire*, Cic. procœmio Paradox. extr. eines musters oder gattung seyn. *Officina armorum*, Nepos 17, 3, 2 & Tac. Hist. 2, 82, 1, ein zeug-haus, arsenal. *Officinas promercalium vestium exercere*, Suet. de illustr. Gramm. 32. Cæterum Vossio *taberna* & *officina*, quæ eædem Paulo, differunt, cum *officina* sit, ubi artifices opus faciunt; *taberna*, ubi merces venduntur. *Officinæ* magister, *Tabernæ* institor præest. Sic *officina libraria* erit, ubi imprimuntur vel compinguntur libri, *taberna libraria*, ubi divenditur tantum. Vide eum de Vitiis serm. 130. ¶ 2. Per metaphoram festive dicitur *officina vitiorum, flagitiorum, nequitiæ*, Cic. pro Rosc. Am. c. 46, ein ort, da man alle schand und laster treibet. Id. Phil. 2, 14 Antonii domum vocat, *quæstuosissimam falsorum commentariorum & chirographorum officinam.* Contra: *Instruxerunt quasi officinas sapientiæ Philosophi*, Id. de Leg. 1, 13. *Domus Isocratis officina habita eloquentiæ est*, Id. in Orat. c. 13. ¶ 3. Plin. 11, 2 pr. *In magnis corporibus facilis officina sequaci materia fuit*, i. e. explicante Harduino, molitio, fabricatio.

¶ Officinātor, *ōris*, m. magister officinæ, der werckmeister. Glossæ græc. lat. Ἐργαστηριάρχαι, *Officinatores, Institores.* Vitus & voce hac Apul. lib. 9 post pr. *Forensi negotio officinator noster attentus, ferias nobis fecit.* Et Vitruv. 6, 11 ab architecto distinguit.

¶ Officium, *i*, n. καθῆκον, die gebühr, pflicht, schuldigkeit, item, munus, administratio, ein amt, dienst. Donatus: Officium *ab* efficiendo: *ab eo, quod queritur, quod efficere in eo unumquemque conveniat pro conditione personæ.* Ambrosius quoque Offic. 8 OFFICIVM, inquit, *ab* EFFICIENDO *dictum putamus, quasi* EFFICIVM: *sed propter decorem sermonis una immutata littera* OFFICIVM *nuncupari.* ¶ 1. Igitur ad publicum munus pertinet. Cæs. de B. C. 3, 5 *Præerat Ægyptiis navibus Pompejus filius, Asiaticis D. Cælius & C. Triarius; Syriacis C. Cassius &c. toti tamen officio maritimo M. Bibulus præpositus cuncta administrabat.* Id. c. 8 *Expositis militibus naves eadem nocte Brundisium a Cæsare remittuntur, ut reliquæ legiones equitatusque transportari possent. Huic officio præpositus erat Fufius Calenus; &c.* In quibus exemplis officium administrationem universam rei cujusdam significat, quæ per plures geritur, sed quibus omnibus unus aliquis præest ac imperat, qui quidem *princeps officii*, Lampridio in Alexand. c. 32 vocatur: ubi vide Salmasium. Similiter corpus judicum, cui præpositus prætor est, *officium* appellatur: unde *Cavere officio* vel *apud officium*: item, *deponere apud officium*, apud ICtos legimus, verthrilich angeloben, beylegen ꝛc. ¶ 2. Deinde, ut diximus, καθῆκον generatim notat, die pflicht. *Est in officio adhuc Orpheus*, Cic. fam. 14, 4; & Ovid. Fast. 2, 729. Quint. 10, 3 p. 932 *Cuncta, ut in familia bene instituta, in officio erunt.* Plaut. Stich. 1, 1, 38 *Omnes sapientes suum officium æquum est colere & facere.* Id. Trin. 3, 2, 71 *Is est homo: homini pudet, meminisse officium suum*; Contra, *Officium suum deserere*, Cic. 1 Off. 9. *Discedere ab officio*, ibid. c. 10. *Deesse officio suo*, Id. fam. 7, 3. *Cessare in officio*, seine gebühr nicht thun, Liv. 45, 23. ¶ 3. *Officium*, beneficium est, dienst, wohlthat. *Mea in te omnia officia constabunt*, Cic. fam. 3, 4. *Officia meminisse debetis, in quem collata sunt, non commemorare, qui contulit*, Id. de Amic. c. 20. Et Cæs. de B. C. 3, 110 *Monuitque, ut ex præteritis officiis reliqua sperarent.* Speciatim ad literarum amicis scribendarum diligentiam spe pertinet v. g. Cic. fam. 15, 20 *Tu frequentior in isto officio esse debes.* Caro 1 dist. cho 15 *Officium alterius multis narrare memento, Atque alii: cum tu beneficeris ipse, sileto.* Ceterum hac notione *Officium* proprie illud beneficium appellatur, quod a necessitudine conjunctis præstatur. Sen. de Benef. 3, 18 *Sunt qui ita distinguant: quædam* BENEFICIA *esse, quædam* OFFICIA, *quædam* MINISTERIA. BENEFICIVM *esse, quod alienas det*; ALIENVS *est, qui potuit sine reprehensione cessare.* OFFICIVM *esse pii, uxoris, & earum personarum, quas necessitudo fecit, & fovere opem jubet.* MINISTERIVM *esse servi, quem conditio sua eo loco posuit, ut nihil eorum, quæ præstat, imputet superiori.* Sæpe tamen confusis vocabulis *officium* dictum, quod proprie erat *ministerium.* vid. Burm. ad Quinct. 8 pr. p. 666. v. g. Petron. c. 31 de *pueris paronychia tollentibus, ac ne in hoc quidem tam molesto tacebant officio.* ¶ 4. *Officium* quoque dicebatur, quum quis honoris caussa alteri aderat, puta sponsalibus, nuptialibus, funeribus, &c. die bewohnung, erscheinung zu ehren. Hor. 1 ep. 7, 47 *Ab officiis octavam circiter horam dum redit.* Iuvenal. 2, 132 *Officium ceras Primo sole mihi properandum in valle Quirini. Quæ caussa officii? quid quæris? nubit amicus.* Suet. Calig. c. 25 *Liviam Orestillam C. Pisoni nubentem, cum ad officium & ipse venisset, ad se deduci imperavit.* Idem Ner. c. 28 *Puerum Sporum cum dote & flammeo per solemne nuptiarum celeberrimo officio deductum ad se pro uxore habuit.* CELEBERRIMO OFFICIO, i. e. magna eorum frequentia, qui officii & honoris caussa eo venerant. Alibi *deductionis officium* appellat. Qui etiam ita *novorum consulum officium* dixit Cæl. c. 13. Plin. 1 epist. 9 *Si quem interroges hodie,* QVID EGISTI? *respondeat,* OFFICIO *togæ virilis interfui, sponsalia aut nuptias frequentavi, &c.* Quæ *privata officia* appellat Cæsar B. C. 1, 8. Ita *Urbana officia* Nep. 25, 4, 3 vocat, *quod Atticus ad comitia amicorum ventitavit, &c.* quæ nominat etiam Martial. 1 epigr. 56. Ad sepulturam illud pertinet Petronii c. 112 *Cruciarii unius parentes, ut viderunt laxatam custodiam, detraxere nocte pendentem, supremoque mandaverunt officio*, h. e. justa solverunt, ut explicat ibi Gonsalius p. 183, quem vide. Nos dicimus: den letzten ehren dienst beweisen. ¶ 5. Officium pro συνουσία vel venereo actu. v. Brouckh. ad Prop. 2, 18, 24. vid. *Officiosus* n. 2. ¶ 6. *Officia* etiam ipsi homines dicuntur: puta apparitores, sive officiales, de quibus v. ICtos & Marcell. Donatum ad Tac. Ann. 16, 12. Suet. Ner. c. 15 *De quibusdam rebus rationes ad senatum missas, præterito Quæstoris officio, per COSS. pleramque recitabat.* QVAESTORIS OFFICIO, i. e. Quæstore. Id. Vesp. c. 21 *Deinde perlectis epistolis, officiorumque omnium breviariis*, i. e. omnium, qui Palatinis officiis præpositi. ICtorum loca plusquam in hanc sententiam protulit Bynckersh. obs. Iur. Rom. 3, 14 p. 275.

¶ Officialis, *is*, m. minister, apparitor, ein amts-diener. Apul. lib. 1 Milef. *Ædilis jubet officialem suum insuper pisces insecndere, ac pedibus suis totos obterere.* Spartian. c. 6 Caracallam tradit *non ignorantibus plerisque officialium* interfectum esse. Gruterus Inscript. p. 422 n. 7 OFFICIALES EIVS (consulis) PROVINCIAE AQVITANIAE. Add. infra *Apparitor* in *Pareo.*

¶ Officialis, *e*, adj. est ad officia pertinens, sive de officiis tractans. Lactant. 6, 11 *Tullius in officialibus libris.*

¶ Officiōsus, *a, um*, officii seu beneficii reddendi studiosus, dienste hastig, willfertig. *Esse in aliquem officiosum*, Cic. Verr. 1, 24. *Diligens & officiosus*, Id. Att. 13, 45. Nec homines tantum, sed & alia dicuntur *officiosa.* Id. pro Mil. c. 5, *officiosi labores.* Id. Tusc. 3, 28 *Dolor officiosus.* Et Senec. epist. 99 *officiosa pietas.* Compar. Cic. fam. 14, 16 *Volumnia debuit in te officiosior esse, quam fuit.* Id pro

Rosc. Com. c. 6 *Ipsne quisquam, qui tibi humanior, officiosior, liberaliorque videatur.* Superl. *Officiosissima nutrix candidatorum*, Cic. in Pison. c. 25. Add. Fam. 11, 22.

¶ Officiōsus, *i*, m. substantive, qui servile officium seu ministerium præstat, ein Diener, aufwärter. Petronius c. 92 *At ego ne vestimenta quidem mea ab officioso recepissem, nisi notorem dedissem.* Vbi *officiosus*, servus dicitur, qui vestimenta in balneis servabat, *Capsarius* alias dictus. Vide ibi Interpretes. ¶ 2. Impudicos etiam & obscenos, h. e. qui muliebria paterentur, *officiosos* dictos, ex Seneca Patre præsat. lib. 4 Controv. in Excerptis discimus. v. *Officium* n. 5.

¶ Officiosē, adv. dienstlich. *Officiose factum*, Cic. de Amic. c. 20 *Officiosius facere*, Id. Att. 6, 1. Sid. 2 ep. 12 de malis medicis: *Languidos multos officiosissime occidunt.* Apulej. Apol. p. 335 *In quo* (testamento) *mei officiosissime & honestissime meminit.* Est etiam Plin. 10 ep. 32.

¶ Officiōsitas, *ātis*, f. studium præstandi officia, die dienstfertigkeit. Sidon. carm. 23, 478 *Seu nos eximii simul tenebat Nectens officiositas Marini.* Et Sarisb. epist. 178 *Officiositati vestræ plurimas habet gratias.*

¶ Offĭcĭperda, *æ*, five Officiperdus, *i*, m. qui perdit officium, five beneficium, dum gratiam non reddit, da nichts wohl angewendet ist. Exstat apud Dionys. Catonem in distichis 4 distich. 43 *Gratior*, inquit, *officiis, quo sis mage charior, esto: Ne nomen fabeas, quod dicitur officiperdæ.* Quam compositionem duriorem censuit Scaliger Pater ad Historiam animalium Aristotelis. Ita tamen *domiportam testudinem* veteres Poëta apud Ciceronem; alii *lunonem domiducam* dixerunt. Nec alia ratio in *Celicula* est. Et *Officiperdi* in Isidori Gloss. sunt, *qui sui laboris non habent remunerationem*, die undanck zu lohne haben.

¶ Inofficiōsus, *a, um*, unbehülflich, undienstbaftig. Cic. Att. 13, 27 *Aliter fuissimus in hos inofficiosi.* Et Apul. Apol. p. 336 *Inofficiosus privignus.* ¶ 2. *Inofficiosum testamentum*, quod contra officium pietatis fit, unverbührlich. Cic. Verr. 1, 42, 1. Quintil. Declam. 264 *Arguere testamentum tamquam impium & inofficiosum.* Apul. Apol. p. 337 *Cape illud matris tuæ testamentum, vere hoc quidem inofficiosum.*

¶ Inofficiose, adverb. idem, in Dig.

¶ Inofficiōsitas, *ātis*, f. die undienstbaftigkeit, apud Ruricium 2 epist. 15; & Salvianum epist. 3 p. 303.

¶ Perofficiōsus, *a, um*, sehr dienstbaftig. Hinc

¶ Perofficiose, adv. mit vieler hoflichkeit. Cic. fam. 9, 20 *Qui me perofficiose & peramanter observant.*

¶ Perficio, *ēci, ĕctum, ĕre*, penitus facere, absolvere, vollbringen, ausrichten. *Poëma inditatum perficere*, zu ende bringen, Cic. ad Q. Frat. 3, 8. *Cogitata perficere*, Id. pro Dejot. c. 7. Sall. in Cic. 13 *Egeris, oro te Cicero, perfeceris, quod libet.* Vopiscus de Probo c. 20 *Multa opera militari manu perfecit*, i. e. multa fortia facta in præliis defignavit. ¶ 2. *Perficere* & obtinere est. Ter. Eun. 1, 2, 100 *Quam joco rem voluisti a me tandem, quin perfeceris?* das du nicht erhalten hast. ¶ 3. Est & dispütantium verbum, idem quod *Efficere*, de quo supra. Cic. Tusc. 1, 8 *Quoniam coëgisti, ut concederem, qui mortui essent, eos miseros non esse: perficito, si potes, ut ne moriendum quidem esse, miserum putem.* Pass. Quintil. 2, 18 *Actu perfici.* conf. Plin. 11, 53 & Menck. Observ. L. L. ubi plurima Cic. loca, in quibus *perficere* pro *efficere* usurpavit, collegit. ¶ 4. Est & verbum nequius, sicut Græcorum ἐκτελεῖν. Capitol. in Maximinis c. 4 in impuro joco Elæagabali ad Maximinum: *cum muliere perficere.* ¶ 5. Conficere, enecare, significat in lapide antiquo Muratorii, 1645. *Huic sit iniqua Ceres, perficiatur fame.* ¶ 6. *Perficior* depon. Veteres etiam dixisse observat post Caprum Priscia. p. 290 Bryling.

¶ Perficiens; ut, *Perficiens cibos stomachus.* Laudant Plinium, sed ignorat Index Hard.

¶ Perfectus, *a, um*, absolutus, expletus, vollkommen, vollständig. Cic. in Orat. c. 1 *Summam & perfectissimum illud est, cui nihil addi potest.* Id. de Clar. Or. c. 18 *Inventum simul & perfectum nihil est*, ubi participium est. Id. Divin. 2, 63 extr. *Eruditione perfecta & ingenio præstanti ad hoc opus est.* Id. Verr. 4, 56 *Valvæ ex auro atque ebore perfectiores nullæ.* Martial. 5 epigr. 64 *Nihil est perfectius illis.* Ovid. Am. 2, 8, 1 *Ponendis in mille modos perfecta capillis*, i. e. doctissima. *Perfectus medicinæ*, Celsus de R. M. 1, 1. *Perfectissimus in opere eo Homerus*, Vellej. 1, 5. *Perfectus in forma operis sui*, Id. 2, 36. ¶ 2. *Perfectissimus* & inter dignitatum titulos sub posterioribus Imperatoribus, ut, *Illustris, Spectabilis, Clarissimus*, fuit: cujus passim mentio fit in Cod. *Clarissimatu* inferiorem fuisse Ammianus significat 21, 31 de Constantio Imp. scribens: *Nec sub eo dux quisquam cum CLARISSIMATV provectus est. Erant enim, ut noi quoque meminimus, PERFECTISSIMI, &c.* Vnde

¶ Perfectissimatus, *ūs*, m. dignitas perfectissimi. L. un. Cod. utriusque de Perfectissimatus dignitate: *Codicillis perfectissimatus fruentur, &c.* Adde L. 3 Cod. Theod. de Cohortal. princip. corniculi. v. in *Egregiatus* infra in *Grex*; & Reines. ad Inscript. 6, 28. Gr. vocatur διασημότης ac τελειότης, proxima Clarissimatui dignitas. Greg. Naz. ep. 128.

¶ Perfecte, adv. vollkommlich. Cic. de Cl. Orat. c. 81 *Erat cum institutus optime, tum etiam perfecte planeque eruditus.* Gell. 11, 16 extr. *A Græcis perfectissime uno verbo & planissime dicitur.* Tertull. Apol. c. 45 *Perfectius prohibere adulterium.* Et Apul. 3 Florid. *Sed de hoc tum ego perfectius.* conf. Veget. de Re mil. 1, 4.

¶ Perfectio, *ōnis*, f. die vollkommenheit, vollendung. Cic. de Cl. Orat. c. 36 *In omnibus rebus difficilis optimi perfectio atque absolutio.* Et pro Marcello c. 8 *Tantum abes a perfectione maximorum operum, ut fundamenta, quæ cogitas, nondum jeceris.*

¶ Perfectus, *ūs*, m. subst. id. Vitruv. 1, 2 *Si interiora perfectus habuerint elegantes*, conf. 2, 5 & 8. It. 9, 7; It. 10, 8; & Tertull. de Anima c. 20.

¶ Perfector, *ōris*, m. qui perficit, ein vollender, vollbringer. Cic. de Orat. 1, 60 *Stilus, quem tu vere dixisti perfectorem dicendi esse, multi fulgoris est*, welcher beredt macht. Ter. Eun. 5, 9, 4 *O Parmeno mi, ô mearum voluptatum omnium Inventor, inceptor, perfector, &c.* Cic. Att. 8, 11 p. 765 Grev ex quinto de rep. *Hujus enim operis maximi inter homines atque optimi, illum esse perfectorem volo.*

¶ Perfectrix, *īcis*, f. eine vollenderin. C. Nep. ad Ciceronem (apud Lactant. 3, 15) *Tantum abest, ut ego magistram esse putem vitæ philosophiam, beatæque vitæ perfectricem, ut nullis magis existimem opus esse magistris vivendi, quam plerisque, qui in ea disputanda versantur.*

¶ Perficus, *a, um*, perficiens, vollbringend. Lucret. 2, 1114 *Perficæ naturæ.* Sed alii *perfice.* Creech. *Perficæ*, qui huc etiam Perficam deam refert, de qua statim.

¶ Perfica, *æ*, f. dea rerum obscenarum, quibus perficiendis Venerem præesse credebant Romani. v. Arnobii lib. 4 p. 131 & 133 ed. Mair. ubi cum *Pertunda* jungitur.

¶ Perfice, perfecte, adv. Ita apud Lucret. l. c. legit Nonius 2, 698. Hinc & pro *præfiscine* in Plaut. Rud. 2, 5, 4 Camerarius edidit *perficisime.* v. ibi Taubm. p. 1201.

¶ Imperfectus, *a, um*, unvollkommen. *Opus imperfectum*, Ovid. 4 Pont. 16, 15. *Insuavius hoc imperfectiusque est*, Gell. 1, 7.

¶ Imperfecte, adv. unvollkommlich. Gell. 2, 8 *Imperfecte atque præpostere, atque insite syllogismo uti.*

¶ Imperfectio, *ōnis*, f. die unvollkommenheit. Augustinus de Genesi ad liter. 1, 4 *Imperfectio creaturæ.*

¶ Semiperfectus, *a, um*, halb vollkommen, halb fertig. Apulej. lib. 2 Dogm. Plat. p. 17 *Virtutes semiperfectæ.* Et Ambrosius Offic. 2, 3 pr. *Semiperfecta sententia.* Suet. Cal. c. 21 *Opera semiperfecta absolvit.*

¶ Postfacio, *ere*, hernachthun; hinc

¶ Postfactus, *a, um*, nachgeschehen; ut, *Postfacta furta*, Gell. 17, 7.

¶ Postfactum, *i*, n. subst. die nachhandlung. Paul. ICt. *Ex postfacto decrevit obligatio.*

¶ Præficio, *ēre*, præponere, einen über etwas setzen. *Elephantis quem Indicis præfecerat*, Ter. Eun. 3, 1, 23. *Ducem populo præficere*, Cic. pro Dom. c. 33. Et, *Imperatorem bello præficere*, Id. pro Leg. Man. c. 16, verordnen, fürsetzen. *Exercitui præficere*, Nep. 1, 2, 4. Et pass. *Pari imperio præficitur*, Id. 7, 5, 4; conf. Justin. 5, 5, 1. &c.

¶ Præfectus, *i*, m. qui alicui rei curandæ præpositus, ein fürsteher, obrister, commandant, verwalter. Late patet hoc nomen, & tam civiles, quam militares administrationes complectitur: ut, *Præfectus annonæ*, provianmeister: *Præfectus vigilum*, wachtmeister: *Præfectus urbis: Præfectus vicorum: Præfectus regionis: &c. Præfectus castrorum*, feldmarschall: *Præfectus classis*, admiral: *Præfectus prætorio*, marschall. Quæ summa & maxima dignitas fuit sub Imperatoribus: atque initio quidem tota militaris, postea vero pæne togata & judicialis: quippe quæ & ICtis collata fuit, ut Savilius de Militia Romana p. 433 observat. Adi etiam P. Fabri Semestr. 1, 3; & Panciroll. sect. 3 p. 4. ¶ 2. Cæterum in militia Romana *Præfectorum* nomen ad auxilia, & socios, non ad legiones pertinebat: simulque ad equestrem & ad pedestrem militiam extendebatur. Neque enim tantum *Præfectis alarum*, (qui ad equestrem militiam pertinent) sed & *cohortis præfectos*, apud Plin. Suet. & Tacitum legimus, de quo supra in *Cohors*. Quod itaque in legione *Tribuni*, in auxiliis *Præfecti* erant. Vnde distinctе Cæsar B. G. 1, 39 *Hic primum ortus est a tribunis militum* (legionariorum) *ac præfectis* (auxiliarium) *reliquisque, qui ex urbe amicitiæ causa Cæsarem secuti, non magnum in re militari usum habebant.* Cic. pro M. Marcello c. 2 *Nihil sibi ex ista laude centurio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit.* Quo in loco *Centurio* ad *cohortem*, quæ pedestris militia in legione: *Præfectus* ad *turmam*, eamque auxiliarem pertinent. Et sicut legiones ante auxilia; ita tribuni ante præfectos erant. Hinc supra adducto Cæsaris loco, primo *tribuni*, deinde *præfecti* nominantur. Suet. Claudio c. 25 *Equestres militias ita ordinavit, ut post cohortem alam, post alam tribunatum legionis daret.* Tribunatum nempe post alam, hoc est, *præfecturam* alæ, dedit, ut altiorem dignitatem, post inferiorem. Plinius etiam 10 epist. 19 primo tribunum, ut honoratiorem, deinde præfectum nominat. Quæ cum ita sint, nescio, quid de loco Suetonii Aug. c. 38 faciendum sit, ubi præfecturas alarum, tribunatui anteferri, locutionis genus videtur suadere. Ait enim: *militiam auspicantibus non tribunatum modo legionum, sed & præfecturas alarum dedit.* An putabimus, transpositione peccasse librarios, & referibendum, *militiam auspicantibus non præfecturas alarum, sed & tribunatum legionum dedit?* Neque enim aliquid mutatum in ea re pro ratione temporum crediderim temere, quod Casaubono venisse in mentem non ignoro. Sed & *præfectum legionis* apud Vegetium, qui & describit officium, legimus 2, 9. Sed hæc appellatio ab ævo recentiore est. Aliter enim apud Tacitum accipienda verba sunt Hist. 1, 82, 1, cum ait: *Vulnerato Iulio Martiale tribuno, & Vitellio Saturnino præfecto legionis, dum vuentibus obsistunt.* Nam Saturninum *præfectum legionis* vocat, ut a Martiale distinguerer, qui tribunus prætorianæ cohortis erat, ut ex Tac. Hist. 1, 28, 1 clarum. A *Prætorianis* autem. *Legionarii* distincti & alii erant, ut notum. *Præfectum* autem *legionis* dicit, quod præfecturam aliquam legionis, sive in legione, administraret. Sive illa castrorum, sive fabrorum, sive alia fuerit. ¶ 3. *Gymnasii præfectus*, Plaut. Bacch. 3, 3, 21, ein schul-inspector, schul-obrister. Qui in adolescentes animadvertebat, Turneb. 2, 30. Cæsar Romæ censor dici noluit, sed *præfectus moribus*, ein policey-meister; & sic eum appellat Cic. fam. 9, 15. Etiam Plautus Aul. 3, 5, 30 *Moribus præfectum mulierum* vocat, quem Cicero apud Nonium 9, 7 vult esse *censorem, qui vires doceat moderari uxoribus.* conf. Victorius Var. Lect. 21, 6.

¶ Præfectianus, *a, um*, ad præfectum prætorio pertinens. Ammian. 17, 3 *Nec præfectianus, nec præsidialis apparitor.* conf. l. 2 & 3 C. de apparit. præf. præt.

¶ Præfectio, *ōnis*, f. actus præficiendi, die verordnung, bestallung; ut, *Mundana præfectio*, Mart. Capella lib. 6 p. 239.

¶ Præfector, *ōris*, m. idem quod *præfectus*, apud Iustinian. de confirmat. Digest. § 9: & Ferret. Mus. lapid. p. 276 in lapide Romæ ad D. Luciæ in fili. c: SEXTILIVS AGESILAVS AEDESIVS--PRAEFECTOR PER HISPANIAS.

¶ Præfectorius, *a, um*, præfectura functus *Præfectorius vir an consulari fœmine præferatur, videndum.* Ulpian. l. 1 ff. de Senator.

¶ Præfectura, *æ*, f. administratio, procuratio, das amt, verwaltung, woeten. *Dare, promittere præfecturas alicui*, Cic. Att. 6, 1. Nep. 25, 6, + *Multæque eorundem prætorumque præfecturæ delatæ, sic acceptæ*, id est, a Cæs. Praeterea delatas. Sic, *Præfectura alæ, cohortis, annonæ, urbis, orbis*, &c. asiæ plures apud auctores passim nominantur. *Præfectus amnis* f. *ripæ*, Cæs. B. G. 8, 12. De præfecturæ urbis origine, atque progressu v. Tac. Annal. 6, 11. De præfectura annonæ Lipf. ad Tacit. p. 15. ¶ 2. *Præfecturæ* etiam dicebantur civitates quædam in Italia, ut *Capua, Cæretium &c.* quod non suo magistratu, sed Roma missi præfecto regerentur: de quibus vide Onuphrium lib. 3 de Rep. Rom. p. 328 seqq. & p. 358. Sed & extra Italiam Coloniæ etiam suas habebant præfecturas, hoc est, ex vicinis agris assumtas regiones & universitati Colonarum applicitas, quo magistratus seu Iudices mittere Coloniarum magistratus solebant. Siculus Flacc. de Condit. agrorum, cap. de Divisis & Adsignatis p. 20 edit. Gœs. *Comperimus, deficiente numero militum veteranorum agro, qui territorio ejus loci continetur, in quo veterani milites deducebantur, sumtus agros ex vicinis territoriis conditores divisisse & adsignasse: Horum etiam agrorum, qui ex vicinis populis sumti sunt, proprias factas esse formas; id est, fas limitibus quæque regio divisa est, & non ab uno puncto omnes limites facti sunt: sed ut supra dictum est, sua quæque regio formam habet. Quæ singula PRÆTER IURA appellantur ideo, quoniam singularum regionum divisiones alii præfecerunt: vel ex eo, quod in diversis regionibus magistratus colonarum jurisdictionem mittere solti sunt, &c. Inridiculum* pro juridicis, sive qui jus dicunt; *in regionibus mittere*, pro, *in regiones mittere*, ἀσχαίως dixit: Ita supra, *in quo veterani deducebantur*, pro *in quem*, agrum pura. Nulla igitur emendatione opus in loco incorrupto, quod Rigaltius existimabat.

¶ Præfica, æ, f. mulier conducta ad funus deplorandum, & mortuum laudandum, eine leid-träuerin, leid-frau, klag weib. Plaut. Truc. 2, 6, 14. *Sine vi tute argutum civem nihil habeam pro præfica, Quæ alios collaudat, cassæ fe vero non potest.* Elegantes sunt veteri postæ Trabeæ a Muretο allati versus, & digni qui hic legantur: *Heu, si querelis, ejulatu, fletibus Medicina fieret miseriis mortalium, Auro parandæ lacrymæ contra forent. Nunc hæc ad minuenda mala non magis valent, Quam nenia præfica ad excitandos mortuos. Res turbidæ consilium, non fletum expetunt.* Vid. Varr. L. L. 6, 3 & Festum. Ver. Gloss. *Præfica, ἡ πρὸ τῆς κλαυσῆς ἐν τῇ ἐκφορᾷ, κοπτομένη, θρηνοῦσα ἐπ' ἐκφορᾷ ἀν.*

¶ Exprærfectus, *i*, m. qui præfectura functus est, der zuvor die verwaltung gehabt, Sidon. 1 ep. 11. Sic *Exquæstor, Exconsul*, Iustinian præf. Sed *ex præfecto* est Capitoli. in Maxim. c. 20 *Maximum Pupienum ex præfecto urbi Imperatorem creavit.* Ammian. 28,... *Prætextatus ex urbi præfectis, & ex vicario Venustus.*

¶ Proprærfectus, *i*, m. ein statthalter. Ammian. 29, 1 *Asiam paullo ante proprærfectis rexerat.*

¶ Subprærfectus, *i*, m. præfectus est, sed sub alio præfecto, ein Unterofficier; occurrit in opere Inscript. Grateri. v. Fabrett. p. 345.

¶ Prōficio, *eci, ectum, ĕre*, quasi porro facere, sive faciendo progredi & aliquid sibi addere veluti, atque acquirere, sich bessern, zunehmen. *Parum, nihil proficere: plurimum proficere.* Lucejus Cic. fam. 5, 14 *Tu non intelliges, te querelis quotidianis nihil proficere?* Liv. 3, 61 extr. *Parva certamina in spei totius summam profecerant.* Sen. ep. 108 ex Attali Stoici sententia: *Idem & docenti & discenti debet esse propositum, ut ille prodesse velit, hic proficere.* Quintil. 10, 1 *Ille se profecisse sciat, cui Cicero valde placebit.* ¶ 2. Aliquando & prodesse significat, nutzen. Prudent. Cathem. 12, 133 *Quid proficit tantum nefas?* Ovid. Ponto 3, 2, 138 *Profectura aliquid tum tua verba putes.* Idem Heroid. 5, 116 *Non profecturis litora bobus aras.* Cic. Phil. 1, 14 *Nihil cujusquam proficiet, nec valebit oratio.* conf. Menck. obs. L. L. Passive Plin. 17, f. 35 n. 22 de vitibus, quo sunt excellsiores, tanto meliora vina ferentibus. *Adeo excelsitate proficitur.* Id. 23, 7 f. 71 *Ad idemque potu proficitur*, i. e. potus prodeit ad idem.

¶ Proficiens, *tis*, nützlich, fruchtbarlich. Horat. 2. ep. 2, 151 *Herba nihil proficiente curari.* Ovid. Trist. 1, 2, 13 *Verba non proficientia.*

¶ Proficienter, adv. idem. Augustin. epist. 80 *Cum se in hac delectatione cor nostrum proficienter extendit.*

¶ Prōfectus, *a, um*, a *Proficio*, zugenommen. Cæs. B. G. 4, 19 *Satis & ad laudem & ad utilitatem profectum arbitratus.*

¶ Prōfectus, *ūs*, m. subst. nutz, fortgang. Sen. ep. 20 pr. *Experimentum tui profectus capias.* Id. ep. 11 *In eo quantum est ingenii, quantum jam etiam profectus, sermo ostendit.* Quintil. 10, 3 meinte: *Ut terra alte effossa generandis alendisque seminibus fœcundior est: sic profectus non a summo petitus studiorum fructus effundit uberius, & fidelius continet.*

¶ Prōfecto, adverb confirmandi, idem quod nimirum, certe, gewiß, fürwahr; quasi *pro facto*; vel quasi *cum profectu*, i. e. sine frustratione. Ter. Adelph. 1, 1, 3 *Profecto hoc vere dicunt, si absis ulpiam, &c. Profecto negare non potes*, Cic. Verr. 2, 18 pr. Adhibetur plerumque ad responsionem; ut, *Quis hoc renunciat? is profecto, qui interfuit*, Id. conf. Cæs. B. G. 8, 21; Horat. Art. v. 315. ¶ 2. Interdum vim habet diminuendi, ut *Certe*. Cic. fam. 1, 5 méd. *Catoni quidem profecto respiravimus.*

¶ Prōficiscor, *fectus sum, ficisci*, eundi & veniendi significationem habet, ziehen, reisen; quasi *porro iter facio*: ut, *Proficiscor Romam*, ich ziehe oder reise nach Rom. *Proficiscor Roma*, ich komme von Rom. *Etsi poteram remanere, tamen proficiscar hinc*, Cic. Att. 11, 26. ¶ 2. Et cum præpositione, Propert. 3, 22, 1 *Magnam iter ad Dardas proficisci cogor Antonio. Proficiscar ad Catonem*, Cic. de Senect. c. 23. *Proficisci ad bellum*, Ovid. Fast. 1, 279. *Proficisci de* vel *ex aliquo loco*, sich von einem ort aufmachen und davon ziehen. *Ex Asia Romam versus proficisci*, Cic. fam. 2, 6. *Obviam alicui proficisci*, Cæs. B. Gall 7, 12. *Proficisci novi*, Cic. ad Q. frat. 3, 2, 3, ich gerüste reisen. ¶ 2. Notandum autem, utrumvis hoc verbum auctoribus etiam de non adeo longo itinere. Sic Plaut. Amph. 1, 2, 7 *Profectus in urbem* Sosia dicitur, qui eo postea commeasset. C. Nep. 4, 3, 1 *Qui cum essent profecti &c.* i. e. exirent. Loquitur de Ephoris Lacedæmoniis, qui egressi in fanum Neptuni, quod extra urbem in Tænaro erat. Id. 14, 4, 4 *Quæsit, quibus locis sit Alpis, cum sciret haud longe abesse, profectumque eum venatum.* Quin & de iis utrumvis hoc verbo, qui intra urbem manent, cum prodierunt. Ter. Andr. 3, 4, 21 *Quid causse est, quin hinc recta in pistrinum proficiscar via.* Aliter Id. Eun. 2, 2, 49 *Detineo te fortasse: ta profectus alio facies*, ubi melius quidam libri *profecturus*. ¶ 4. *Imperia sæpe a meta proficiscuntur*, Cic Off. 1, 7, 1 i. e. oriuntur, gewalt kommt oft von furcht her. Sic eleganter dicitur: *Hæc a me, ab illo profecta sunt*: &, *beneficia ab aliquo proficiscuntur*; quemadmodum Cic. fam. 5, 5 dixit: *Omnia a me in te profecta sunt.* Nep. 25, 9, 4 *Proficisci a parente non potuerunt plura.* Item: *Oratio mea inde proficiscatur*, daher will ich anfahen zu reden, Cic. pro Leg. Manil. c. 2. Ita de quocunque progressu Grat. Cyneg. 5 *Hinc alia propiore via melioraque proficiscitur*, Gr. ὁ μαθητὴς. ¶ 5. *Proficisceret* pro *proficisceretur*, Turpil. ap. Non. 7, 21 Ita Liv. 9, 14 pr. quidam habent *proficiscitur* imperf. sed *proficiscimur* Gruter.

¶ Proficiscens, tis. Nep. 1, 1, 5 *Domo navibus proficiscens*: Item: *Ventus adversum tenet proficiscentibus.* Et Horat. 1 epist 13, 1 *Ut proficiscenti docuit te sæpe diespe.*

¶ Prōfectus, *a, um*, a Proficiscor, gereist. Nep. 1, 1, 4 *Classi Chersonesum profectus.* Liv. 2, 4 *Consules ad deprehendendos legatos conjuratosque profecti domo &c.* Sed *Genus a Pallante profectum*, herstammend, Virg. Æn. 1, 58.

¶ Prōfectio, *ōnis*, f. eine reise. *Profectionem parare*, Cæs. 1 B. Civ. 27, sich zur reise schicken. It. *præparare*, Suet. Tib. c. 38 *Profectionem intermittere*, Cæs. B. G. 5, 7 *Recordare consilium, quod fuerit profectionis instituæ*, Cic. ad Q. fratr. 3, 8 Nep. 16, 3, 2 *Omnia de profectione exacte perscripta.* Alio sentit ap. Cic. or. pro A. Clu. 1, 30 occurrit: *Profectio ipsius pecuniæ requiratur*, i. e. a quo data sit pecunia.

¶ Profectĭtius, *a, um*, aliunde in nos delatus, adventitius, eingebracht. L. 5 Dig. de jure dotium: *Videri dotem non esse profectitiam.*

¶ Profector, *ōris*, m. ein wandersmann, Gloss. gr. lat. ἐκδημος, *profector.*

¶ Proficuus, *a, um*, nützlich; postremæ latinitatis vocabulum. Cassiod. 1 ep. 39 *Quibus mora potest esse proficua.* vid. Cellarii Cur. post. p. 316.

¶ Refĭcio, *eci, ectum, ĕre*, instaurare, reparare, farcire, wieder anrichten, wieder bauen. *Reficere naves*, Cæs B. Civ. 2, 23, & Horat. 1 oda 1, 17. *Ædes, quæ vitium fecerunt, reficere*, Cic. Top. c. 3, aus bessern. *Muros diruros reficere*, Nep. 9, 4, 5. Et, *Vires cibo reficere*, Liv. 37, 24, 1. i. e. recuperare. Nep. 17, 7, 1 *Sine dubio post Leuctricam pugnam Lacedæmonii se nunquam refecerunt*: i. e. vires suas recuperarunt, sie haben sich nie wieder erholet. *Reficere copias*, pro, imminutas supplere, recruriten, Cæs. dixit de B. C. 3, 87. Rursus Nep. 22, 1, 4 *Vt statim mente cogitaret, si pacillum modo res essent refectæ, bellum renovare.* Alibi τῷ recreare ita utitur, de quo supra. Sæpe & duo hæc conjunguntur: Cic. pro Mil. c. 1 *Recreat me & reficit Cn. Pompeji consilium.* Etiam dicimus, *Labore refici*: Plin. Paneg. c. 77 *Tam assiduus in tribunali, ut labore refici ac reparari videretur*, als wäre die arbeit seine erquickung. Ac Cæs. Gall. B. 7, 83 *Milites ex nocturno labore sese reficere jussit*, er hat sie ausruhen lassen. Sic &, *equorum reficiendorum caussa substitisse*, Id. dixit de B. Civ. 2, 42. *Ex longo morbo refici*, genesen, Sen. epist. 7. ¶ 2. Liv. 2, 56 pr. *Plebs Volerouem tribunum reficit*, h. e. denuo vel iterum creat, add. 3, 21 pr. 6, 35 extr. & 36 pr. ¶ 3. *Refacere* pro *reficere* est Prop. 2, 24, 22 ex emendatione Scal. probata Brouckhusio *Noctibus his vacui refaciamus iter.* Sic Plaut. Truc. 4, 4, 24 *Neque refacta usui essent futura.* S. C. vetus ab Reines. 7, 10. v. Allio in Lex. Crit.

¶ Refectus, *a, um*, erquickt erquickt. Cic. Art. 16, 3 ἀκρότυπον *ipsum crebris locis inculcatum & ref. tum*, dazwischen geschrieben und corrigirt. Curt. 7, 5, 16 *Nec aut cibo refectus aut potu*, der weder gegessen noch getruncken. conf. 5, 4, 23. Horat. 2 ep. 2, 136 *Cognatorum opibus curisque refectus.*

¶ Refectus, *us*, m. subst. die labung, erquickung. Plin. 18, 7 sub fin. *Panem ex hordeo, antiquis usitatum, vita damnavit, quadrupedumque tradidit refectibus.*

¶ Refectio, *ōnis*, f. restauratio, reparatio, die ausbesserung; ut, *Refectio Capitolii*, Suet. Cæs. c. 15. *Restitutionem* Id. Vesp. c. 8 appellat. Et Vitruv. 6, 3 *Ea compluvia habent in refectionibus molestiam magnam.* ¶ 2. Recreatio, die erquickung, ergötzlichkeit. Quintil. 10, 3 *Tempora ab ipsa rerum natura ad quietem refectionemque data in acerrimum laborem convertimus.* Plin. Paneg. c. 81 *Instar refectionis existimas mutationem laboris*, quod proxime citato loco dixerat: *labore refici.*

¶ Refector, *ōris*, m. qui reficit & reparat, ein ausbesserer. Suet. Vesp. c. 18 *Colossi refectorem insigni congiario magnaque mercede donavit.* Vet. Inscript. ap. Sponium in Misc. Erud. Ant. p. 231 REFECTOR PECTINARVM.

¶ Semirefectus, *a, um*, halb wieder zurecht gebracht. *Classis semirefecta*, Ovid. Heroid. 7, 176.

¶ Subrefĭcio, *ĕre*, modicum reficere. Hinc

¶ Subrefectus, *a, um*, in etwas erquickt. Paterculi est 2, 123, 3 *Subrefectus conspectu alloquioque carissimi.*

¶ Semifactus, *a, um*, halb fertig, halb gemacht. Tac. Ann. 15, 7, 3 *Hostiæ*, (f. Hostiæ) *quæ munitionibus, hibernaculis adsistens, semifacta opera fuga perrupit.* Hirt. B. Afric. c. 83 *In portas valli semifactas ruere.*

¶ Sufficio, *eci, ectum, ĕre*, genug seyn. Dativo fere jungitur, & accusativo cum præpositione, aut ponitur absolute. Virg. Æn. 5, 21 *Nec nos obniti contra adsistimus*, i. e. non satis virium habemus ad contra nitendum. Calpurn. ecl. 7, 35 *Quæ vix sufficimus ipsi Per partes spectare suas.* Liv. 29, 23 *Sufficit hic mons alimentis hominum.* Cum præpositione Curtius 9, 5, 10 *Adeo refectus, ut ne ad evellendum quidem telum sufficeret dextra.* Tertull. 1, 28 *Sufficura est quodammodo spiritus anima.* ¶ 2. Invenitur & active positum, pro suppeditare, darreichen. Liv. 3, 61 *Sufficere militibus excursionibus*, i. e.

frequentes emittere excurſores. Iuſtin. 44, 1, 4 *Terra urbi rerum abundantiam ſuffecit.* Virg. Georg. 2, 423 *Ipſa ſatis tellus cum dente recluditur unco Sufficit humorem.* Ibidem v. 425 *Aut illæ pecori frondem, aut paſtoribus umbram Sufficiunt.* ¶ 3. Hinc pro ſubſtituere, & ſurrogare in locum alterius aliquem, etiam ſumitur. Nep. 23, 3, 1 *Cum patre in Hiſpaniam profectus eſt, cujus poſt obitum Hasdrubale imperatore ſuffecto, equitatui omni præfuit.* Dicimus &, *in locum alterius ſufficere aliquem*, e. g. Vatinius Cic. fam. 5, 10 *Si Appii os haberem, in cujus locum ſuffectus ſum*, h. e. ſucceſſor datus. Iuſtin. 22, 1, 12 *In locum demortui ducis ſufficeretur.* Etiam Liviſ eſt 5, 31 *In demortui locum ſuffici.* Hinc

¶ Sufficiens, *tis*, genugſam, ſattſam. Vellej. 2, 127, 3 *Sufficiens vigori animi compages corporis.* Curt. 8, 4, 12 *Sufficiens malis*, der dem übel gewachſen L. 8 Dig. de Iure Codicillor. *Sufficientium teſtium facultatem habere.* Et Tertull. adv. Marc. 5, 2 *Sufficientiſſima definitio.*

¶ Sufficienter, adv. nothdürftig, genüglich. Vlpian. L. 15 § 2 Dig. de Vſufructu & quemadmodum qui fruatur: *Sufficienter alere & veſtire.* Pallad. 1, 25 *Nucem peſſoram jubent: & ceram cum ſatare ſufficienter includi.* Et Sidon. 2, 1 *Ne primis quidem apicibus ſufficienter initiatus.*

¶ Sufficientia, *æ*, f. die genügſamkeit. Sidon. 6 ep. 12 *Ad ſui ſufficientiam pervenire.* Adde Tertull. ad Vxor. 1, 4, & Vulg. Interpres 1 Timoth. 6, 6. Eugenius Toletanus Carm. 1 *Sit comes alma ſalus, & ſufficientia victus.*

¶ Suffectus, *a, um*, ſubſtitutus, eingeſchoben. Iuſtin. 5, 6, 1 *Suffectus alteri*, der an des andern ſtelle gekommen. Id. 11, 10, 7 *Suffecti in loca eorum novis regibus.* Et Cic. fam. 5, 10 *In Appii locum ſuffectus.* ¶ 2. Sumitur & pro infectus, coloratus, gefärbt. Virg. Æn. 2, 210 *Ardentesque oculos ſuffecti ſanguine & igni.* Valer. Flacc. 1, 821 *Suffectaque lato Lumina.* Et 2, 104 *Eadem effera & ingens Et maculis ſuffecta genas.* Sen. Q. N. 1, 5 *Nubes ſole ſuffecta.* conf. 5, 16.

¶ Suffectio, *ōnis*, f. ſubſtitutio, die dargegenſtellung. Arnobius lib. 5 p. 166 *Putorem unguentorum ſuffectio temperaret.* conf. 7, 212; & adde Tertull. de Anima c. 28.

¶ Inſufficiens, *tis*, non ſufficiens, nicht genugſam. Tertull. adv. Hermog. c. 15 *Niſi ſi inſufficiens fuit divina virtus omnibus producendis.*

¶ Inſufficientia, *æ*, f. die ungenügſamkeit, ap. eundem Tertull. c. 1. ad Vxor. 1, 4 *Secularis concupiſcentia cauſſas habet gloriam, cupiditatem, ambitionem, inſufficientiam.*

¶ Superficio, *ēre*, übrig genug ſeyn. Superficeri v. in *Fio.* Hinc

¶ Superficiens, *tis*, ſuperfluens, exuberans, überflüſſig; ut, *aqua ſuperficiens*, Vlpian. l. 1 § 11 D. de aqua & aqua pluv. arc.

Superficiarius, &c. vide ſupra in *Facies.*

Factio, factioſus, &c. vide *Facio*, Facula, *Fax*, Facultas, *Facilis.*

FACVNDVS, *a, um*, diſertus, beredt, geſprächig. Varr. L. L. 5, 7 pr. *Adhæc eandem vocem qui facile famam facundi dicti* Ovid. Art. am. 2, 123 *Non formoſus erat, ſed erat facundus Vlyſſes.* Quintil 12, 10 *In omnibus gentibus alius alio facundior habetur.* Idem 12, 2 ſub finem: *In exemplum bene dicendi facundiſſimam quemque proponet ſibi ad imitandum.* Prudent. 2 adv. Symmach. v. 19 *Auſoniæ vir facundiſſime linguæ.*

¶ Facunde, adv. beredſam. Liv. 28, 18 *Facunde allequendo ſibi conciliare quem.* Val. Max. 5, 3 exter. 4 *Totius mundi naturam prudentiſſime & facundiſſime expromſit.* Adde Gell. 13, 8.

¶ Facundia, *æ*, f. eloquentia, die beredſamkeit, wohlredenheit. Plin. 7, 30 *Facundiæ Latiarumque literarum parens Cicero.* Quintil. Procem. lib. 1 ſub fin. *Altere facundiam, vires augere eloquentiæ.* Plur. *Facundiæ* eſt Gell. 3, 7.

¶ Facunditas, *ātis*, f. idem. Plaut. Truc. 2, 6, 13 *Facile ſibi facunditatem virtus argutam invenit.*

¶ Facundiōſus, *a, um*, wortreich. Sempronius Aſellio apud Gell. 4, 9 *Facta ſua ſpectare oportere, dicta non, ſi minus facundioſa eſſent.*

¶ Facundo, *are*, facundum facere, beredt machen. Sidon. & Apul.

¶ Infacundus, *a, um*, unberedt. Liv. 4, 49 *Vir acer, nec infacundus.* Et 7, 4 *Infacundior & lingua impromtus.*

¶ Infacundia, *æ*, f. unberedtſamkeit. Gell. 11, 16 *Tui erroris culpam iſſi intelligo in mea infacundia.*

¶ Perfacundus, *a, um*, valde facundus, ſehr beredt. Apul. 4 Florid. *Protagoras ſophiſta fuit longe multiſcius, & cumprimis Rhetorice repertis perfacundus.* Vtitur & Iuſtin. 22, 1, 9 *In concionibus pei facundus.*

Fæcula, Fæculentia, Fæculentus, vide *Fex.*

FÆSVLÆ, *ārum*, & Fæſulæ, *ārum*, f. Etruriæ urbs, ad Apennini radices, Romanorum colonia, caſtris Catilinariis nota, v. Salluſt. c. 27 & Cic. Catil. 2, 6. Silius 8, 478 *Fæſulæ, & antiquus Romanis montibus horror &c.*

FAEX, *facis*, alii Fex, *fecis*; Diphthongo ſcribendum, Manutius docuit. Gr. τρύξ, τρός. Sordidum illud eſt, & excrementoſum, quod in vaſis fubſidit fundo, hefen, ſchaum. Horat. 1 oda 35, 26 *Diffingant cœlo Cum fœce ſiccatis amici*, wenn der vorrath aus iſt, ſo iſt die freundſchafft auch aus. Cic. Att. 2, 12 p. 235 *Sed tota res etiam-nunc ſtabat; nec' ὀπώρᾳ τρύξ, quæ ſi defederit, magis erunt judicata quæ ſerbuntur.* faex ipſo autumno, i. e. omnia turbulenta adhuc ſunt, es gehet noch alles bunt über. ¶ 2. *Fæcem bibat, qui vinum bibit:* proverb. wer des guten genoſſen hat, mag des böſen auch mit entgelten, Erasm. ex Ariſtophane. *Fæcem civitatis*, Cic. pro Flacco c 8. Item, *Perditiſſimam & infimam populi fæcem*, Cic. 2 ad Quint. frat. epiſt. 6 dixit homines viles & abjectos. Sed Id. Att. 2, 1 p. 175 totam remp. ita appellat, *Cato dicit tanquam in Platonis πολιτᾳ, non tanquam in Romuli fœce ſententiam*, in der grundſuppe ꝛc.

¶ Fæcula, æ, f. dimin. fed condimenti genus, ex Coi vini ſedimento natum. vid. Horat. 2 ſat. 8, 9, & Lucret. 2, 430.

¶ Fæcārius, *a, um*, zum hefen gehörig. Cat. R. R. c. 11 *Sportæ fæcariæ.*

¶ Fæcātus, *a, um*, heficht, unlauter; ut, *Fæcatum vinum*, Cato de Re Ruſt. n. 154.

¶ Fæcīnius, *a, um*, idem; ut, *Fæciniæ uvæ*, ap. Columell. 3, 2, quæ plus, quam cæteræ, fæcis afferunt.

¶ Fæcīnus, *a, um*, idem; ut *Fæcinum vinum*, Colum. 12, 45, wein von trauben mit dicken hülſen.

¶ Fæcōſus, *a, um*, idem. Martial. 13 epigr. 102, 2 *Accipe fœcoſum munera cava garum.*

¶ Fæculentus, *a, um*, trübe, voll hefen. Colum. 2, 2 *Fæculentum vinum.* Gell. 5, 26 *Fæculentum pus* dixit. Apul. de Deo Socr. p. 47 *Fœculenta nubecula.* Macrob. 7 Saturn. 12 *Tubes fœculenta.* Comparative Solinus c. 46 *Fœculentior ſuperficies.* Superlative Auguſtin. de vera relig. c. 40 *Quorum aliud fœculentiſſimum redditur.*

¶ Fæculente, adverb. idem, apud Celſum.

¶ Fæculentia, æ, f. ſchlamm, unflat. Fulgentius in Contin. Virgil. p. 156 *In temporales gurgitis cænoſitates morumque fœculentias tranſit.* v. ibi Munckero notata. Sidon. 3 epiſt. 13 *Fœculentia par cloacali.* conf. Claud. Mamert. 1, 7.

¶ Fæculōſus, *a, um*, ſchlammicht. Gell. 13, 19 *Neque fœcutinas Grammaticas ſpectaveris, ſed aurem tuam interroga.* Alii legunt *fœtatinas.* Alio in Lex. Crit. *fœcatiſſimas.*

¶ Dēfæco, *āre*, a fæcibus purgare, lautern, abziehen. Apul. lib. 9 de A. A. *At pudica uxor ſtatim cœnas ſaliares comparat, vina pretioſa defæcat, pulmenta vicentia acetis temperat.* Metaphorice Sid. 1 ep. 1 *Literas defæcandas limandasque alicui committere*, hoc eſt, corrigendas, ubi plura huius metaphoræ exempla a Savarone allegata habes.

¶ Defæcatus, *a, um*, geläutert, abgeſchäumt; ut, *Vinum defæcatum*, purum, non fordibus, neque heſen. Et, *defæcatus animus*, hilaris, Plaut. Aubul. 1, 2 pr *Defæcata mente*, Macrob. 2 Somn. Scip. 12.

¶ Defæcate, adv. lauter, ohne heſen, Celſus.

¶ Defæcatio, *ōnis*, f. purgatio, die läuterung. Tertull. de Anima 27 *Ex carnis defæcatione.* conf. Celſus.

¶ Defæcabilis, *e*, leicht zu reinigen; ut *Ciſterna defæcabilis*, Sidon. 1 epiſt. 5.

¶ Defæcis, *e*, ſine fæce, ohne heſen, rein. Virg. de Ætna v. 424 *Quam levis excoctio defæcis robore pumex.* vid. Scalig. in Catalect. p. 133

¶ Effæco, *are*, idem quod defæcare, a fæcibus purgare. Hinc

¶ Effæcatus, *a, um*, ausgeſeget Apulej. 2 Dogm. Plat. p. 22 *Purgata & effæcata voluptas animi.*

¶ Infæco, *are*, fordibus implere, beſudeln. Tertull. de Anima c. 53 *Infæcare animam carnis concretione.*

FAGVS, *i*, f. φηγός, a φάγω, quod ejus fructus eſui ſit, eine buche. *Sub tegmine fagi*, Virg. ecl. 1, 1. An glandifera, vid. apud Taub. ad Virg. Bucol. p. 6.

¶ Fāgineus, *a, um*, büchin, buchbäumin Colum. 12, 45 *Aveulæ fagineæ.* Ovid. Faſt. 4, 656 *Faginea tempora fronde premit.*

¶ Fāginus, *a, um*, &

¶ Fāgeus, *a, um*, idem: ut, *Pocula fagina*, Virg. ecl. 3, 37. *Scyphus faginus*, Tibull. 1 eleg. 10, 8, ubi Brouckhuſius ad frugalitatem denignandam pertinere oſtendit fageæ inpellectilis commemorationem. *Glans fagea*, Plin. 16, 5, buchecker.

¶ Fāgūtālis, *e*, a fagis nomen habens; ut, *Fagutalis Iupiter*, Varro de L. L. 4, 32; & Plin. 16, 10.

¶ Fagutal, *ālis*, n. facellum Iovis, in quo fuit fagus arbor Iovi ſacra, Feſt. conf. Varr. L. L. 4, 32.

FĀLA, *æ*, f. plur. *Falæ*, turres rotundæ & faſtigatæ in circo. Feſtus ex Etrusco verbo ab altitudine appellatas putat, ubi *Falanam* eſt cænum. v. Ferrar. Elect. 2, 15. Lipſ. 1 Elect. 2; & in Poliore. 5, 5. Itemque Stewech. ad Veget. 4, 18 p. 312. Plaut. Moſt. 2, 1, 10 *Subemi ſub falas*, Nonio c. 2 n. 351 Falæ ſunt turres lignæ, ubi Ennius: *Malos diffindunt, ſiunt tabulata falaque.* conf. Iuvenal. 6, 588. Scribitur etiam *Phala.*

FĀLĀGER, *ĕris*, m. unus ex quindecim flaminibus, quos Romani aucta civitate, auctisque ideo ſacerdotiis conſtituerunt. Nomen accepit a *Falacre*, pomorum Deo, cui ſacra faciebat. vid. Varr. L. L. 4, 15 & 6, 3.

FĀLĀRĪCA, *æ*, f. teli genus miſſile, apud Ennium & Virg. Æn 9, quod ex turribus ligneis, quæ *Falæ* appellatæ, mitti in hoſtes ſolebat, ein geſchoß. Ennii locus eſt ap. Nonium 18, 20. Virgilii verba v. 706 ſunt: *Sed magnum ſtridens contorta falarica venit.* Liv. 21, 8 *Falarica erat Saguntinis miſſile telum haſtili oblongo &c.* v. Stewech. ad Vegetium, itemque Caſaub. ad Æneam Tactic c. 34. Luca. 6, 189 *Horrendum tortilibus vibrata falarica nervis Obruit.* Sed nemo lucidius deſcripſit ejus materiam, fabricam, uſum, quam Silius Ital. 1, 351 ſeq. *Librari multa conſueta falarica dextra. Horrendum viſu robur, celſiſque nivoſæ Pyrenæ trabs lecta jugis, cui plurima cuſpis, Vix muris toleranda lues, ſed cætera pinguê Vincta pice, atque atro circumlita ſulfure fumant* &c. Vid. Drakenb. ad h. l. ubi tamen manu etiam vibrari *falaricam* docet. Scribunt etiam *Phalarica.*

¶ Semifalarica, *æ*, inter tela recenſetur Gell. 10, 25.

Falcarius, Falcatus, &c. vide *Falx.*

FALCIDIA, *æ*, f. dicitur lex lata a C. Falcidio tribuno, anno poſt interfectum Ciceronem, qua cautum eſt, ne plus dodrante legare liceret, ut ad minimum quarta pars remaneret hæredi. v. Pomp. Lætus & ICti.

FALCO, *ōnis*, m. ὁ ἱέραξ, ein falcke. Iul. Firm. *quia eſt falcatis unguibus.* Feſt. *quia digiti pollices in pedibus intro ſunt curvati inſtar falcis.* ¶ 2. *Falco* Mathematicis eſt ſidus, quod aliis eſt Lyra vel Vultur cadens.

¶ Falcun-

¶ Falcunculus, *i*, m. dimin. ein kleiner falcke, Plin. Abeſt in Ind. Hard.

Falcula, vide *Falx*.

FĂLĔRE, *is*, n. architecturæ nomen eſt, apud Varronem de Re Ruſt. 3, 5 *Subter columnarum*, inquit, *ſtylobaten eſt lapis a falere pedem & dodrantem alta*; ad quem locum Scaliger: *Lapis ἐφχικῶς in fœminino.* Ennius: *tanto ſublatæ tunc agmine ſunt lapides.* Lapidem *vocat, qui pro ſtrevebate ſubſtituitur ſtylobatæ.* Falere *vocat id, quod magis proprie eſſet* pila, ein pfeiler. χηλὴν *vocat Thucydides, Virgilius ſaxeam pilam. Et verbum apud Lucret.* Oppilare *oſtia contra. Suſtinet autem falere totum periſtylii onus, & ſtagno oppoſitum ac oppilatum eſt. Itaque pilæ litoribus* immolitæ *a veteribus propterea Faleria dicuntur, quia antea Haleria dicerentur, παρὰ τὸν ἅλας. Argumento quod Faleriі populi inde dicti ſint, qui, quia apud eos ſal fieret, prius Halerii dicti, auctor Feſtus. Niſi ſit, quod omnia alta* ϕάληρα *vocabant Græci &c.*

Faleriі, vide *Faliſci*.

FĂLERNVS, *a*, *um*, adj. ut, *ager Falernus* in Campania, collibus vitiferis abundans. vid. Plin. 3, 5; & 14, 6. *Vites Falernæ, vina Falerna*, ap. Horat. 1 od. 20, 10; & 2 ſat. 4, 55. Originem fabuloſam hujus vini, & nominis etiam, jucunda deſcriptione adfert Silius 7, 166 ſeq. Varro ap. Macrob. Sat. 3, 16 *Ad victum optima fert, ager Campanus frumentum, Falernus vinum.*

¶ Fălernum, *i*, n. ſubſtantive, pro vino ex agro Falerno. *Acre, forte, ardens Falernum*, ſtarcker, welſcher wein. Varr. R. R. 1, 65 *Falerna, quanto plures annos condita, tanto fructuoſiora.* Horat. 2 ep. 18, 91 *Potores bibuli media de nocte Falerni.* Martial. 1 epigr. 19 *Quid te, Tucca, juvat vetulo miſcere Falerno In Vaticanis condita muſta cadis? &c.* Et 8 epigr. 76 *Candida nigreſcant vetulo cryſtalla Falerno. Deſpumare Falernum*, Perſ. ſatyr. 3 pr. eſt edormiſcere.

FĂLISCI, *orum*, m. (non *Phaliſci*, ut eſt in quibusdam libris) Etruriæ populi, quos *æquos* Virg. Æn. 7, 695 dixit, hoc eſt, legum cuſtodes, quia jura, & legum XII Tabb. ſupplementa, apud eos aſſervata fuerunt: *Hi Feſcenninas acies, æquosque Faliſcos &c. Faleriі* tam Livio, quam aliis dicuntur: licet Strabo inter eos videatur diſtinguere. v. Keuchen. ad Frontin. p. 93. Vrbs eorum *Faleris*, vel *Falerii* plur. fuit, obſeſſa a Camillo, ut Livius tradidit. *Faleria* Rutil. Itin. 1, 371 ubi vid. intt. Conditor *Halefus*, a quo nomen, ſpiritu in F tranſeunte. v. Spanh. de uſ. & præſt. num. diſſ. 2 p. 107.

¶ Fălifcus, *a*, *um*, adj. ut, *Præſepes Faliſcæ*, quæ a ligno Faliſco optimæ fiebant, Cato R. R. c. 4. *Venter Faliſcus*, i. e. *ventriculus fartus*, quem ſic farcire Romani a Faliſcis didicere, eine magen-wurſt, groſſe wurſt. Martial. 4 epigr. 46 *Et Lucanica ventre cum Faliſco.*

Fallax, &c. quære mox in *Fallo*.

FALLO, *fefelli*, *falſum*, *ĕre*, betriegen, teuſchen. *Fallere technis*, Ter. Heaut. 3, 1, 61. *Fallere fidem*, &, *fidem datam fallere*, Cic. Off. 1, 13, ſein verſprechen nicht halten, treulos werden. *Fallere promiſſum*, Curt. 7, 10, 9, Idem. *Fallitur auro Jupiter*, Propert. 4, 1, 81, i. e. falſo promittitur. *Falli opinione ſua*: *Opinio me fefellit*, Curt. 4, 5, 16. *Spes mea fefellit*: &, *Spem meam fefellit improborum vis*, Cic. 4 Catil. 11. Vid. Gron. Pater ad Liv. 2, 39 pr. Iuvenal. 16, 109 *Fallis enim vitium ſpecie virtutis, & umbra. Multi fallere docuerunt, dum timent falli*, Sen. ep. 3. *Fallere ſermonis* pro *ſermone*, Plaut. Epid. 2, 2, 55. *Falli animi* pro *animo*, Lucretius dixit lib. 5, 98. etiam quaſi impersonaliter, Cic. pro domo c. 43 med. *Tantumne te fefellit*, int. opinio. ¶ 2. Interdum idem quod pejerare, falſch ſchworen. Propert. 2, 20, 16 *Oſſa tibi juro per matris & oſſa parentis, Si fallo cinis heu ſit mihi uterque gravis.* vid. ibi Livinejus; & conf. Horat. 2 od. 8, 10. ¶ 3. *Falle vivens*, λάθε βιώσας, quod falſo dictum eſſe, probat prolixe Plutarchus ideo, quia omnia a Deo condita ſint & ordinata, ut innoteſcant, lib. Num recte dictum ſit, λάθε βιώσας. Horat. 1 epiſt. 17, 10 *Nec vixit male, qui vivus moriensque fefellit.* Vbi *fallere* eſt, latenter agere, ut ignoreris. Quemadmodum aliis etiam locis hoc verbo Græcorum more poëta eſt uſus. Tac. Hiſt. 2, 98 *Plures fefellerunt, fide amicorum aut ſuomet aſtu occulti.* Sic & Curt. 4, 2, 21 *Incrementum eos fefellerat*, es hatte unverſehens zugenommen. Et Vellej. 2, 53, 4 *Eos fefellit quinquennium*, i. e. eorum curam præteriit, ſie haben 5 jahr verſehen. Ovid. 4 Pont. 10, 67 *Detinui, dicam, tempus curaſque fefelli*, habe die zeit und grillen vertrieben. Id. Triſt. 3, 2, 16 *Fallebat curas ægraque corda labor.* conf. 4, 1, 14.

¶ Fallens, *tis*, betrüglich. Cic. de Orat. 1, 20 *In unum exitum ſpectantes & nunquam fallentes res.* Ovid. Art. am. 2, 189 *Fallentia vetia.*

¶ Fallenter, adv. idem. Novatian. de Trinit. c. 26 *Ortus luminaris iſtius mediocribus incrementis fallenter aſſurgens*, unvermerckt.

¶ Falſus, *a*, *um*, mendax, vanus: ſumitur active pro eo, qui fallit, & paſſive pro eo, qui deceptus eſt, unwahr, unrecht, falſch. *Falſa cauſſa*, Ter. Andr. 1, 5, 22 eine vermeinte urſach. *Falſa ſolicitudo*, Id. Heaut. 1, 2, 3. *Falſa ſpe aliquem producere*, Idem Andr. 4, 1, 24, einen am affenſeil herum führen. *Spes falſa & fallax*, Cic. Phil. 12, 2 extr. *Vt falſus eſt animi*, wie iſt er in ſeinen gedancken betrogen. Ter. Eun. 2, 2, 43. ¶ 2. Sed etiam *Falſus* pro ficto & ſimulato, betrüglich, falſch. Salluſt. Catil. 1, 10 *Ambitio multos mortales falſos fieri ſubegit: aliud clauſum in pectore, aliud in lingua promptum habere &c.* Ita Plaut. Bacch. 3, 6, 11. Tac. A. 1, 7, 15 & 3, 3, 1. De compar. ita Feſtus Pompejus: FALSIVS, & FALSIOR *cum rationabiliter dici poſſint, non tamen ſunt in conſuetudine.* Petronius tamen c. 132 *Nihil eſt inepta perſuaſione falſius.* Et Auguſtin. de Civ. Dei 7, 5 dixit: *quanto eſt abjectior & falſior iſta civilis* (Varronis theologia,) *quæ maxime circa corporum eſt occupata naturam.* Colum. 1, 6 *Id falſiſſimum eſt.* ¶ 3. *Falſæ voculæ*, falſette, de fracta & contra naturam quaſi eliſa voce Cic. de orat. 3, 25.

¶ Falſum, *i*, n. ſubſt. res vel ſententia falſa, die falſchheit. Horat. 1 ep. 10, 29 *Vero diſtinguere falſum.* Tac. A. 12, 26, 2 *Falſi intelligens.* Lucret. 4, 478 *Notitiam veri, quæ res, falſique crearit.* Iterum Horat. Art. P. v. 151 *Sic veris falſa remiſcet.* ¶ 2. *Falſum* pro eo quod iniquum & abſurdum eſt, ut contra *verum* pro bono & juſto. Petro. c. 71 p. 354. *Valde falſum eſt, vivo pridem domos cultas eſſe, non curari eas, ubi diutius habitandum ſit.* ¶ 3. Adverbial. Ovid. de A. A. 1, 635 *Per ſtyga lumen falſum jurare ſolebat.* add. 3, 11.

¶ Falſo, adv. fälſchlich, vergeblich. C. Nep. 7, 9, 1 *Si vana fortunam ſuam oculi poſſe: falſo.* Quæ formula inter rhetorices elegantias merito reponatur. *Falſo* ſolum, periodum conſtituit, & tantumdem valet, quantum valet hæc, *At falſo ita ſperavit.* Ter. Heaut. 2, 3, 27 *Tu me habebis falſo ſuſpectum.* conf Cic. Off. 3, 19.

¶ Falſe, adv. idem. Cic. Acad. 4, 46 *aſſentiri falſe.* Auguſtin. Confeſſ. 10, 13 pr. *Quæ adverſus hæc falſiſſime diſputantur.* Id. epiſt. 222 *quod falſiſſime creditur.*

¶ Falſitas, *ātis*, f. unwahrheit, unarund, falſch heit. Cic. pro Cluent. c. 2 *Parum firmamenti & parum virium habet falſitas. Inditæ ſcriptis & commentariis falſitates*, Arnob. lib. 1 p. 33.

¶ Falſimonia, *æ*, f. ut ægrimonia &c. vel Falſimonium, *i*, n. ut teſtimonium &c. idem. Plaut. Bacch. 3, 6, 12 *Reperiantur falſi falſimoniis.*

¶ Fallo, *are*, fälſchen, verfälſchen; ut, *falſare ponderа, & menſuras*, l. 32 § 1 de Lege Corn. de falſ. conf. Hieron. ep. 65, 4; & Tertull. adv. Marc. 5 carm. c. 3.

¶ Falſatus, *a*, *um*, verfälſcht. Sulp. Sever. Dial. de virt. monach. orient. c. 3 *Cum regentium fides facile poſſit habere diſcrimen, ne falſata ſi quæretur & tumen Catholice diſputata retineret. Falſata* vocat, quæ corrupta fraudulenter ab hæreticis inſerta erant Origenis ſcriptis. De iis enim ibi loquitur. Et aliquanto poſt: *quæ defenſores ejus falſata contendebant.*

¶ Falſarius, *i*, m. qui falſum facit, ein betrüger, verfälſcher. Suet. Claud. c. 14 & Ner. c. 16. Qui eo comprehendantur nomine, vide D. ad L. Corneliam de falſis. Id. Suet. in Tito c. 3 eum principem ſcribit *imitari ſolitum chirographa, quæcunque vidiſſet, ac ſæpe profiteri*, SE MAXIMVM FALSARIVM ESSE POTVISSE.

¶ Falſidicus, *a*, *um*, lügenhaft. Plaut. Capt. 3, 5, 13 *Me meamque rem falſidicis fallaciis dilaceraviſti.* conf. Idem Trin. 3, 3, 40. Auſon. epigr. 118, 17.

¶ Falſificus, *a*, *um*, der mit betrug umgehet. Plaut. Mil 2, 2, 36.

¶ Falſifico, *are*, crimen falſi committere, falſch handeln. ICt.

¶ Falſificātus, *a*, *um*, verfälſcht. Prudent. Hamart. v. 549 *Falſificata terrarum ſpolia.*

¶ Falſificatio, *onis*, f. die verfälſchung. ICt.

¶ Falſificātor, *ōris*, m. der mit falſchheit umgehet. ICt.

¶ Falsijūrius, *a*, *um*, meineidig. Plaut. Mil. 2, 2, 36.

¶ Falsĭlŏquus, *a*, *um*, lügenhaft. Prudent. ἀποθέωσ. v. 107, & Plaut. c. l.

¶ Falſiloquax, *ācis*, idem, apud Fortunatum.

¶ Falſiloquium, *i*, n. figmentum, ein gedicht, lügen. Auguſtin. prologo in libb. Retract. *Incidunt ex multiloquio etiam in falſiloquium.*

¶ Falſipărens, *tis*, c. qui falſum habet parentem. Catull. 69, 112 *falſiparens Amphitryoniades.* vid. ſupra *Amphitryo.*

¶ Falſiteſtis, *is*, ein falſcher zeuge. Gloſſ. gr. lat. ψευδομάρτυς, *falſiteſtis.*

¶ Fallax, *ācis*, betrüglich. Cic. Acad. 4, 46 *fallax imitatio ſimulatioque virtutis.* Ovid. 13 Met. v. 799 *fallacior undis.* Hirtius B. Alex. c. 24 *animus diſciplinis fallaciſſimis eruditus*, Cic. pro Dom. c. 9 *homo fallaciſſimus.*

¶ Fallācia, *æ*, f. dolus, fraus, techna, betrug, ſchalckheit. *Fallacia alia aliam trudit*, Ter. Andr. 4, 4, 39, eine tück oder lügen jagt die andere. *Sine fuco & fallaciis homo*, Cic. Att. 1, 1 ohne allen falſch. Contra, *Ex fraude, fallaciis, mendaciis conſtare totus videtur*, Cic. pro Roſc. Comœd. c. 7, aus eitel betrug und lügen zuſammen geſetzt. *Fallaciam in aliquem intendere*, Ter. Heaut. 3, 2, 2.

¶ Falla, *æ*, f. pro fallacia, vetus poëta apud Nonium 2, 316 *Me non vocavit; ob eam rem hanc feci fallam.*

¶ Fallacies, *ēi*, f. idem. Apul. Met. 5 *Fallacie germanitatis inducta.*

¶ Fallaciter, adv. fälſchlich, betrüglich. Cic. de Div. 1, 18 *fallaciter portenta interpretari.* Id. Off. 3, 17 *Ratio poſtulat, ne quid infidioſe, ne quid ſimulate, ne quid fallaciter.* Plin. 12, 16 *fallaciſſime adulteratur Indica myrrha.*

¶ Fallāciōſus, *a*, *um*, id eſt, fallax, Gell. 14, 1 *ambages fallacioſæ.* Apul. 8 Met. p. 205 *promiſſio fallacioſæ mulieris.*

¶ Fallibilis, *e*, qui fallit, non qui fallitur, betrüglich. Adducit ex Gloſſario veteri Salmaſius in Solin. p. 615.

¶ Fallaciloquentia, *æ*, f. betrügerey. Cic. Fin. 4, 25 *difficultas fallaciloquentiæ.*

¶ Infallibilis, *e*, unfehlbar, untrüglich, vox recentior.

¶ Refello, *refelli*, *ĕre*, compoſitum a fallere, cui opponitur approbare, & ſignificat refutare, widerlegen, das widerſpiel erhalten. Ter. Phorm. 1, 2, 81 *Cum tu horum nihil refelles, vincam ſcilicet.* Et Cic. Tuſc. 2, 2 *Et refellere ſine pertinacia, & refelli ſine iracundia parati ſumus.* Idem de Orat. 1, 19 *Mendacius exemplis magis, quam argumentis conabatur refellere.* Id. pro Ligar. c. 5 *refellere & coarguere mendacium.* Et de Fin. 2, 25 *Ita vivunt quidam, ut eorum vita refellatur oratio.*

Falſitas, falſus &c. vide in *Fallo*.

FALX, *falcis*, f. qua ſecantur & reſecantur frumenta, ſegetes, herbæ, eine ſenſe, ſichel. *Falces a farre, litera commutata*, ait Varro L. L. 4, 31. *Falx fœnaria*, die ſenſe, *meſſoria*, die ſichel, *ſtramentaria*, die futter-klinge, *arboraria*, das raup-eiſen. *Falx vineatoria*, vel *vinitoria*, vel *putatoria*, ein winter-meſſer, quæ conſtat, *capulo*, das heft, *cultro*, die ſchneiden, *ſinu*, die krümme, *ſcalpro*, quæ pars ſinui proxima, die ſchabe, *roſtro*, quæ pars eſt adunca, der ſchnabel, *ſecuri* & *mucrone*, die ſpitzen. De generibus falcis conſule Cato-

nem c. 10 & 11. De partibus Colum. 4, 25. *Falce resecare*, abmähen, ernöten. Ovid. Amor. 1, 15, 12 *Dum cadit incurva falce resecta Ceres.* ¶ 2. *Falcem suam in alienam messem immittere*, in ein fremd amt greiffen, proverbialis locutio. ¶ 3. Erant & *Falces* in bellicis machinis. Cæf. B. Gall. 3, 14 *Vna erat magno usui res præparata a navibus, falces præacutæ, affixaque longuriis, non absimili forma muralium falcium, &c.* Adde Vegetium 4, 46; qui & c. 23 pr. (libri ejusd.) *muralis falcis* mentionem fecit.

¶ Falcicula, *æ*, f. &

¶ Falcula, *æ*, f. diminutiv. eine hippe, reben-meſſer. Pallad. 1, 43 *falcicula brevissimæ tribulatæ.* Colum. 12, 18 *falcula & ungues ferrei parandi.* ¶ 2. Sunt & *falculæ* ungues bestiæ, klauen, krallen. Ita Plin. 8, 15 de pardis, pantheris & leonibus: *averſis falculis currere.* conf. Solin. c. 40.

¶ Falcārius, *i*, m. ein ſichelmacher, ſenſen-ſchmid. Vnde vici Romani nomen, apud Cic. Catil. 1, 4, ut Turneb 30, 15 interpretatur. Gloſſ. lat. gr. *Falcarius*, ὀρεπανοποιός.

¶ Falco, *are*, falce proſcindere, mit der ſichel abſchneiden. Plin. 17, 10.

¶ Falcatus, *a*, *um*, formam falcis habens, gekrümmt: ut, *Enſis falcatus*, ein krummer ſäbel, Silius 3, 278. ¶ 2. Falcibus armatus, inſtructus, ut, *Currus falcati*, Liv. 37, 41. *Falcatæ quadrigæ*, Curt. 4, 9, 4. ¶ 3. Falce abſciſſus, beſchnitten. *Arbores falcatæ*, Plin. 17, 10.

¶ Falcator, *oris*, m. ein mäder, ſchnitter, apud Columellam.

¶ Falcaſtrum, *i*, n. inſtrumentum ferreum curvum cum manubrio ad reſecandam vepriam denſitatem. Iſidor. 20, 14.

¶ Falcĭfer, *a*, *um*, der eine ſichel hat; epitheton Saturni, apud Martial. 5 epigr. 16. *Falcifero ſenem* vocat etiam Ovid. Faſt. 1, 627.

¶ Falcĭger, *a*, *um*, idem. Auſon. eclog. de Feriis Rom. v. 35 *Falcigerum placant ſanguine cælicolam.*

¶ Falcipēdius, *a*, *um*, cui ſunt crura *ſimulent quæ cornua lunæ*, ut jocatur Martial. 2 epigr. 34, krummfüßig. Ita Trimalcion uxorem *falcipediam* vocat in Petron. c. 75. v. Reinef. in Petron. fragm. p. 115. Aliis eſt *Fulcipedia.*

¶ Defalco, *are*, quaſi falce amputare, abſchneiden, abkürtzen. ICt.

¶ Defalcatus, *a*, *um*, falce abſciſſus, abgemähet, Colum.

¶ Defalcatio, *ōnis*, f. die abmähung, abſchneidung, Idem.

FĀMA, *æ*, f. φήμη, rumor, ac incerti plerumque auctoris, a *fando* dicta Feſto; vox media: eſt enim quicquid de aliquo dicitur ſive in bonum, ſive malum, ein gut oder böſes gerücht, geſchrey. Quintil. 5, 3 *Famam atque rumores pars altera conſenſum civitatis & velut publicum teſtimonium vocat: altera ſermonem ſine ullo certo auctore, diſperſum, cui malignitas initium dederit, incrementum credulitas.* In malum fumitur apud Virg. 4 Æn. v. 170 *Neque enim ſpecie famave movetur*, i. e infamia. Id. Æn. 7, 174 *Fama malum &c.* Mantuan. ecl. 9, 169 *Credere fallaci gravis eſt dementia famæ.* In bonum accipit Ter. Andr. 1, 1, 72 *Hac fama impulſus Chremes ultro ad me venit.* Sic, *Famam diſſipare*, Cic. Phil. 14, 6, ein geſchrey ausbringen. *Fama percrebeſcit, percrebuit*, Id. fam. 10, 10 *Fama prægravit*, Id. pro Mil. c. 35. Et, *Conſtans fama atque omnium ſermone celebrata eſt*, ad Q. frat. 1, 1, 8, es iſt ruchtbar, man redet ſtarck davon. *Pervenit fama ad aures, &c.* Nepos 14, 3, 1. *Famam extinguere*, Virg. Æn. 6, 527, die nachrede dämpfen. *Fama in majus omnia extollit*, das geſchrey machts groſſer, als es an ihm ſelbſt iſt. Sic Liv. 21, 32 *Fama incerta in majus ferri ſolent.* Et, *Fama exit*, es kommt ein geſchrey aus, Nepos 17, 2, 1. Vide *Exeo* in *Eo. Hoc in fama eſt*, i. e. omnium ſermone celebratur: Tac. Hiſt. 3, 13, 4 *Sed vbi totis ceſſiris in fama proditio.* Et, *fama eſt*, es gehet die rede, daß Liv. 27, 32 *Tema erat, magnum navalem apparatum eo anno Carthagine eſſe.* Virg Georg. 4, 42 *Si vera eſt fama.* ¶ 2. Exiſtimatio, l. ehr, der ruf, die ehre, der ruhm, v. g. *Poſſidere famam & exiſtimationem*, Cic. pro Quint. c. 15. *Famam in poſteros præmia cogitavit amplissima.* Tac. Ann. 11, 6. *Affectare famam eloquentiæ*, Quintil. 7, 1, vor beredt wollen gehalten ſeyn. *Aucupari famam ſibi obtrectatione alienæ ſcientiæ*, Plin. ſub fin. præfat. Operis. *Servire famæ*, Nepos 2, 1, 3. *Magnam reliquere ſui famam magis felicitate quam virtute parta*m, Id. 6, 1, 1. ¶ 3. Infamiam, malam opinionem paſſim ap. Ciceronem, aliosque notat, v. Mencken. in Obſ. L. L. collecta.

¶ Famella, *æ*, f. diminut. ein kleins geſchrey.

¶ Famo, *are*, fama vulgare, kund machen, Hieron. Hinc compoſita *Diffamare*, *Infamare.*

¶ Famātus, *a*, *um*, beruffen. Chalcid. *Maximus & famatiſſimus.*

¶ Famōſus, *a*, *um*, de quo fama celebris eſt, beſchrieben, beruffen. Ciceroni & vetuſtioribus in malam fere partem accipitur, ſequioribus, Plinio puta, Tacito, Apulejo, &c. etiam in bonam. *Carmen famoſum*, *epigrammata famoſa*, *libelli famoſi*, paßquill, ſchmähe-ſchrifften; quæ ſunt Horatii 1 epiſt. 19, 31. Suet. Cæſ. c. 73; Aug. c. 55; & Tib. c. 28. Contra, *famoſa urbs*, Tac. Hiſt. 5, 2, 1. *Famoſa manus gladiatores*, Apul. Met. 4 p. 148; & lib. 11 p. 267 *vir gravis & ſobriæ religionis obſervatione famoſus.* Vetus onomaſt. *famoſus*, ἔνδοξος, berühmt. Supremo gradu *famoſiſſimam ſuperbiam Rhodienſium* dixit Gellius 7, 3. Et *ſcribere ad quem famoſiſſimas literas*, Apul. Apol. p. 324, einen ehrloſen brief ſchreiben, quod apud Spartianum Hadriano c. 15 eſt, *famoſiſſimis literis quem laceſſere.*

¶ Famoſe, adv. idem. Tertull. adv. Marc. 1, 22 *Quid de tali medico judicabis, qui natviat morbum, quo pretioſius aut famoſius curet?*

¶ Famoſĭtas, *ātis*, f. fama, infamia, nachrede, ſchande. Tertull. de Spectac. c. 23 *Damnandi in quemdam ſcopulum famoſitatis.*

¶ Famiger, *a*, *um*, der neue zeitungen bringt oder hat. Varro L. L. 5, 7; in antiquatis ſcripſit Ioh. Laurembergius.

¶ Famigĕro, *are*, rumores ſpargere, unter die leute ausſtreuen. Gloſſ. gr. lat. διαβολέω, *famigero.* Hinc

¶ Famigerātus, *a*, *um*, beruffen; ut, *famigeratum antiquitus famam*, id eſt, celebre & notum, Apul. 2 Florid. & Pomp. Mela 2, 7 de Creta inſula: *multis famigerata fabulis.*

¶ Famigĕrātio, *ōnis*, f. der ruhm. Plaut. Trinum. 3, 2, 66 *Famigeratio te honeſtet.*

¶ Famigĕrātor, *ōris*, m. ein zeitungs-träger: Plaut. Trin. 1, 2, 178 & 182, qui famam rumuſculosque diſſeminat ac circumfert.

¶ Famigeratrix, *īcis*, f. rumorum ſeminatrix, eine poſt-trägerin. Apul.

¶ Famigerābĭlis, *e*, nobilis, celebris, fama notus, non antiquiſſimæ Latinitatis eſt, berühmt, *Famigerabile prælium*, apud Zenonem Apul. 2 Mil. p. 271. *Provincia famigerabilis.* Id. 1 Mil. p. 67 *Spectaculum ſatis famigerabile.*

Compoſita cum præpoſit.

¶ Defamo, *are*, eſt fama privare & in oblivionem adducere. Hinc

¶ Defamatus, *a*, *um*, idem quod infamatus, geſchimpft. Gell. 9, 2 *Vt vocabula quoque eorum defamata atque demortua cum iis videantur.* Id. 14, 2 *Sparcissima vita ac defamatissima.* Et 18, 3 *turpitudine priſtinæ vitæ defamatiſſimus.*

¶ Defamatio, *onis*, f. die beſchimpffung, apud Firmicum.

¶ Diffamo, *are*, ausſchreyen. Apulej. lib. 1 Milef. *Hic eſt, quæ meis amoribus inſuper habitis, non ſolum me diffamat probris, verum fugam inſtruit.* Tac. Ann. 1, 42, 4 *Viros fœminasque illuſtres procacibus ſcriptis diffamaverat*, er hatte paßquille auf ſie gemacht ¶ 2. In bonam partem Auguſtinus uſus eſt de Moribus eccleſ. cathol. c. 14 de Deo loquens: *Quanto melius atque diffuſius diffamatur: tanto diligitur & amatur ardentius.*

¶ Diffamatus, *a*, *um*, übel beſchrieben. Tac. Ann. 15, 49, 4 *A Nerone probroſo carmine diffamatus.* Ovid. 4 Met. v. 236 *Vulgat adulterium, diffamatumque parenti indicat.*

¶ Diffamatio, *onis*, f. violatio famæ, die läſterung, durchziehung. Auguſtin. Quæſt. Vet. Teſt. & de C. D. 3, 31.

¶ Diffamia, *æ*, f. damnum famæ, üble nachrede. Auguſt. l. c. *Senatoribus fœnus diffamia eſt.*

¶ Diffamator, *oris*, m. ein läſterer, ſchmäher, in Cod.

¶ Infāmis, *e*, qui male audit, unehrlich, in übler nachrede. *Facere infamem*, in ſchande bringen, Ter. Heaut. 5, 4, 14 *Homines vitiis infames*, Cic. pro Cluent. c. 47. *Infamis ſtupro*, Vellej. 2, 45, 1. *In adoleſcentes infamis, adveſcendum intemperans fuit*, Aur. Vict. Epit. 6, 2. Superl. *infamiſſimus* eſt in L. 34 Cod. de Decurionib. *Infamiſſimam ſuſcipiens vilitatem.* Et Servius in Æn. 12, 603 *Mors infamiſſima.*

¶ Infamiſſime, adv. ſchimpflichſt. Capitolinus in Pertinace c. 13 formavit, quaſi ab *Infamiter*, cujus exemplum non occurrit. *Corruficie*, inquit, *infamiſſime dicitur adhæſiſſe.*

¶ Infāmia, *æ*, f. probrum, dedecus, turpitudo, nachtheil, ſchande, ſchmach. *Infamiam alicui inurere*, Cic. Catil. 1, 6, einen ſchandfleckẽ anhängen. Id. de provinc. Conſul. c. 12 *Vrgeri infamia alicujus rei*: & c. 15 *Aliquem infamia liberare.* Nepos 7, 3, 6 *Infamia adſpergi.* Plaut. Perſa 3, 1, 27 *Hominum immortalis eſt infamia: Etiam tum vivit, cum eſſe credas mortuam.* Ter. And. 2, 6, 13 *Cavit, ne unquam infamiæ ea res ſibi eſſet*, Curt. 10, 4, 19 *Infamiam potentia oppreſſit.* Horat. 1 ep. 16, 39 *Mendax infamia terret.* Iuſtin. 3, 4, 10 *Infamiam colligere:* Id. 27, 1, 3 *Infamiæ maculam ſubire*, in unehre gerathen.

¶ Infāmo, *are*, infamiam conciliare, ignominia notare, übel berüchtigen, zu ſchanden machen. Cic. fam. 9, 12 *Tua moderatio & gravitas aliorum infamet injuriam.* Quintil. 10, 1 *Clitarchi probatur ingenium, fides infamatur.* Tac. Hiſt. 1, 64, 7 *Secretis eum criminationibus infamaverat.* Quintil. 10, 1 p. 921 Bur. de perverſis Senecæ imitatoribus, *Deinde cum ſe jactaret eodem modo dicere, Senecam infamabat*, brachte ihn in übeln credit. Sen. ep. 22 med. *Non eſt, quod quisquam illos apud te teneritatis infamet.*

¶ Infāmans, *tis*, ſchmähend; ut, *Infamantia bellum funera*, Stat. Theb. 9, 96.

¶ Infamātus, *a*, *um*, vituperatus, übel ausgeſchrien, geſcholten. Nep. 7, 11, 1 *Hunc infamatum a plerisque tres historici laudibus extulerunt.* Ovid. 14 Met. v. 446 *Infamataque relinquunt, Tecta dea*, id eſt Circes.

¶ Infamatio, *ōnis*, f. die verunglimpffung, ſchmähung. ICt.

¶ Infamator, *oris*, m. ein ſchmäher, läſterer, in Dig.

¶ Perinfamis, *e*, ſehr berüchtiget. Suet. Vitell. c. 2 *Amore libertinæ perinfamis.* Et cum ſecundo caſu Apulej. 3 Met. p. 136 *Aliqui publicitus maleficæ diſciplinæ perinfames ſumus.*

Famelicus, vide *Fames*, Famen, *Fari.*

Famigerare, Famigeror, vide in *Fama.*

FĂMES, *is*, f. (tertiæ declinationis: antiquis quintæ, ut Gellius teſtatur 9, 14, unde & in ſexto caſu ultimam producit) edendi deſiderium vel cupiditas, hunger, hungersnoth. Differt ab *inedia*, quod *fames* ſemper eſt cum cupiditate edendi; *inedia* vero etiam ſine appetitu, ut in ægrotis. *Maleſuada fames*, Virg. Æn. 6, 276 *Famem explere*, Cic. pro Domo c. 23. *Famem depellere*, Id. de Fin. 1, 11. Et, *Famem compeſcere*, Senec. Hippolyt. v. 515, quod Symmacho 1 ep. 23 eſt *famem frangere*, den hunger ſtillen. Cic. Catil. 1, 10 *Famo confici.* Id. fam. 14, 14 *Verendum, ne brevi fames in urbe ſit*, hungersnoth. Sic, *Cibi condimentum fames*, Id. de Fin. 2, 28, hunger iſt die beſte würtz, der beſte koch. Antiphanes apud Stobæum: Ἄριστόν ὁ λιμὸς γλυκέα πλὴν αὐτὸς ποιεῖ. *Omnia fames dulcia, præter ſe ipſam efficit.* ¶ 2. Tralate Florus 3, 21, 6. *Inexplebilis honorum fames*, der ehrgeitz. Virg. Æn. 3, 57 *Auri ſacra fames*, der geldgeitz.

¶ Fămēlicus, *a*, *um*, fame laborans, verhungert, hungerig. Plaut. Rud. 2, 2, 6 *Maritimi, famelica hominum natio*, die hungerleider. Ter. Eun. 2, 2, 29 *Ille ubi miſer famelicus videt, me eſſe in tanto honore.* Prov. *Famelicus non eſt interpellandus*, i. e. niſi placato ante ſtomacho non eſt confabulandi otium. v. Chiliadas.

¶ Fame-

¶ Famelicōsus, *a, um*, da nichts zu eſſen iſt: ut, *Terra famelicoſa*, terra paluſtris, apud Feſtum.

¶ Fameſco, *ĕre*, hungerig werden, Alcimus: *Ora fameſcentum ſatiare.*

¶ Famis, *is*, f. idem quod *fames*. Varro R. R. 2, 5 de ſuibus: *Algor eas & famis macreſcere cogit.* Prudent. Ptychom. v. 479 *Spoliatque ſuos famis improba natos.* Conſ. Barth. Adverſ. 41, 3; & 51, 9.

FĂMŬLIA, *æ*, f. quaſi *famulia*, cœtus ſervorum in una domo; vel a *fame*, quod ſit famis miniſtra, das hausgeſinde. De Servis enim proprie *familiæ* dici, poſt Douſam, Briſſonium, alios, in excercitationibus Plinianis etiam Salmaſius p. 891, & Voſſ. Inſt. Orat. 4 p. 151 docet. Ita *familiam in poteſtate habere juſſ.*, qui crimmis alicujus erant ſuſpecti, uti ſcilicet quæſtio haberi de ſervis poſſet, e. g. Liv. 8, 15. Hinc Imperator *familiam libertate donare*, Inſt. de L. Fuf. Can. tollenda dixit. Hinc Apulejus inter *domum*, id eſt, conjugem liberosque, & *familiam*, i. e. ſervos diſtinguit, & qui his præeſt, illorum *Rectorem*, iſtorum *Dominum* pronunciat. Verba ejus Apologia iſta ſunt: *Ipſe domi tuæ rector, ipſe familiæ dominus, ipſe magiſter in convivio, &c.* Et idem aliquanto ante p. 304 dixerat: *Quindecim liberi homines populus eſt; totidem ſervi familia: totidem vinĕli, ergaſtulum.* ¶ 2. Aliter Feſtus: FAMILIA, inquit, *antea in liberis hominibus dicebatur, quorum dux & princeps generis vocabatur* PATER & MATER FAMILIAE. *Unde* familiæ *nobilium Pompiliorum, Valeriorum, Cornelierum, &* familiares *ex eadem familia. Poſtea hoc nomine etiam famuli appellari cœperunt, permutata* l *cum* V *litera.* Idem tamen paullo poſt: FAMULI, inquit, *origo ab Oſcis dependit, apud quos ſervus* FAMVL *nominabatur, unde* & familia *vocata.* Quod ſi igitur *familiæ* nomen a famulis eſt: primario proprieque ſervos notat. Quamquam id nominis poſtea ad liberos quoque fuerit translatum. Hinc Vet. Gloſſ. *familiam* & οἰκετεῖαν & γένος interpretatur. Vnde *Vetus illuſtris familia*, Cic. pro Muræn. c. 8, ein altes und berühmtes haus oder geſchlecht. *Ampla & honeſta familia plebeja*, ibid. c. 7 *Familia patritia*, geſchlechter. Hac ratione autem *Familia* gentem, quæ unum auctorem habet, notat; ¶ 3. Nonnunquam vero & ſtirpes ſingulas, in quas diviſa eſt gens, ſignificat. Suet. Ner. princ. *Ex gente Domitia duæ familiæ claruerunt.* v. Vlpian. L. 195 § 11 extr. D. de Verbor. ſignificat. *Gens* itaque, & *familia* differunt ut totum & pars: gens ad nomen, familia ad cognomen refertur. v. Bernegg. ad Suet. Cæſ. c. 6. Sigo. ad Liv. 4, 1 pr. ¶ 4. Vlpianus & ad familiarem rem hoc nomen l. 195 D. de verb. Sign. interpretatur, improbante Salmaſio ſupra citato loco. ¶ 5. Eleganter & ad philoſophantium ſectas transfertur: ut, *Platonicorum, Peripateticorum, familia*, ihr anhang, Cic. Att. 2, 16 p. 248 Græv. Hoc ſenſu & *Familia gladiatorum* dicitur, ubi tota illorum manus, quæ ſub uno laniſta, intelligitur. Salluſt. Cat. 30. In periculo *gladiatoriæ familiæ per municipia diſtribuuntur*, ne quid turbarum in urbe dare poſſint, arbitror. Cæſ. B. C. 3, 5 *gladiatorum familiam* vocat. Suet. Aug. c. 42 *Laniſtarum familias*; & Sen. de Benef. 6, 12 *Laniſta familiam ſuam ſumma cum cura adminiſtrat.* v. Lipſ. Saturn. 1, 15. ¶ 6. *Familiam ducere*, proverbiali ſermone dicimus, quod præcipuum volumus ſignificare, & principem adeo obtinere locum, der fürnehmſte ſeyn. Qua forma ter uſum Ciceronem Muretus obſervat Var. Lect. 4, 17. Conf. Manut. in Cic. 7 ep. 5 ad verba Tullii: *Accedit etiam, quod familiam ducit &c.* ¶ 7. *Familias* pro *familiæ*, antiquus genitivus; ut *Patresfamilias, Materfamilias, &c.* de quibus in P. & M.

¶ Familiaris, *e*, ad familiam pertinens, häuslich; ut, *Res domeſticæ ac familiares*, Cic. Tuſc. 1, 1, nahrung, haushaltung: *Familiares* ſunt, qui de una familia ſunt: item Servi. Sen. epiſt. 47 DOMINVM *patrem familiæ appellarunt.* SERVOS *(quod etiam in mimis adhuc durat) familiares. Pars familiaris extorum* ap. Liv. 8, 9 & Cic. de Div. 2, 12 ea eſt jecinoris portio, quæ ad gentem, cujus commoda procurabant augures, pertinet. ¶ 2. Notus, amicus, bekandt, freundlich, vertraulich. *Sermones familiares conferre*, Cic. Off. 2, 11, freundliche geſpräche mit einander halten. Id. fam. 3, 1 *Eſt ex meis domeſticis & intimis familiaribus*, mit dem man täglich umgehet. ¶ 3. Eſt enim *Familiaris* amicus nobis familiariter conjunctus, & aſſidua noſtri conſuetudine utens, neceſſarius, ein guter freund. Sic *Terentium familiarem ſuum* dixit Cicero in Lælio c. 24, quod familiariter lectione ejus uteretur, vel quod cognitum eum haberet familiariter. *Familiarem inimicum* Boëthius dixit. v. *Efficax.* Rurſus Cic. de Orat. 3, 19 *Demoſthenes familiarior nobis propter ſcriptorum multitudinem eſt.* Id. fam. 13, 30 *Vir optimus mihique familiariſſimus.* Et Hirt. B. Afr. c. 68 *Reginus, Scipionis familiariſſimus.* ¶ 4. Conſuetus, ſolitus, gewöhnlich, gebräuchlich. Plin. 4 ep. 24 n. 7 *Mihi familiare eſt, omnes cogitationes meas tecum communicare.* Id. 2 ep. 5 n. 10 *Inpræſentia & iſta tibi familiariora fient.* Ita *Familiaris oculis meis.* Petro. c. 12 p. 46 eſt, quem alias vidiſſe mihi videor. v. Schult. ad Quintil. decl. 1, 8 p. 21.

¶ Familiariter, adv. freundlich. *Loqui cum aliquo familiariter*, Cic. Div. in Verr. c. 12. *Familiariter cum aliquo vivere*, Idem, Attic. 6, 6. Et, *familiariter aliquo uti*, Verr. 4, 20, gute freundſchafft mit einem halten, quod *familiariter aliquem complecti* dixit Plinius jun. 9 ep. 19. Sen. de Tranquill. an. c. 1 ſub fin. *Familiariter domeſtica adſpicimus, & ſemper judicio favor offertur.* At, *Familiariter alicujus mortem ferre*, eſt graviter ferre, ut familiares & inter ſe amantes ſolent, apud Ter. Andr. 1, 1, 84. *Familiarius, & familariſſime cum quo vivere*, etiam Ciceronis ſunt, illud pro Cælio c. 23, hoc divin. in Verr. c. 9. ¶ 2. *Familiariter* idem eſt ac per familias, geſchlechts-weiſe. Frontin. de Colon. p. 119 *Agros in montibus Romani acceperunt familiariter.*

¶ Familiaritas, *ātis*, f. die freundſchafft, gemeinſchafft. *Affert familiaritatem conſuetudo*, Cic. pro Dejot. c. 14, mit einem umgehen, macht freundſchafft: & Verr. 4, 70 *Venire in alicujus familiaritatem.* Id. pro Cæcin. c. 5 *Inſinuare ſe in alicujus familiaritatem*, ſich in eines freundſchafft ſetzen. *Familiaritatem cum aliquo contrahere*, Cic. Off. 1, 17. *Summa familiaritate alicui eſſe conjunctum*, ibidem. *Magna mihi cum eo familiaritas interceſſit*, Ter Phorm. 4, 1, 17, ich halte mit ihm gute freundſchafft. Plur Cic. Off. 2, 8 *Familiaritates fidas habere amantium.* Adde Suet. Tib. c 51.

¶ Familiareſco, *ĕre*, bekannt werden. Sidon. 7 ep. 2 *Summatibus innoteſcere, familiareſcere.*

¶ Familiarĭcus, *a, um*, familiaris. Varro de R. R. 1, 13 *Sellæ familiaricæ*, abtritt, nachtſtuhl. Vitruv. 6, 10 *Cellæ familiaricæ.* Niſi tamen & hic legendum *Selle.*

Filiusfamilias, Materfamilias, Paterfamilias, v. ſub literis initialibus.

¶ Perfamiliaris, *e*, h. e. valde familiaris, ſehr vertraut, Cic. de Fin. 5, 31 extr. *Carneades, Epicuro perfamiliaris.* Elegans etiam tmeſis eſt apud Gellium 1, 18 pr. *Phædon, Socrati & Platoni per fuit familiaris.*

Faminor, vide *Fari*, Famoſus, &c. *Fama.*

FĂMŬLUS, *a, um*, ab hoc nomine Feſtus familiam deducit; eſtque interdum adjectivum, behülflich, dienſtbar. Ovid. Faſt. 1, 286 *Tradiderat famulas jam tibi Rhenus aquas. Dextræ famule*, i. e. famulantes, Lucan. 4, 207. *Famula Tyros*, Sil. 1, 74 ubi ſimilia Drackenb. ¶ 2. *Famulus*, Subſt. ein diener. Cic. Off. 2, 7 *Adhibenda heris ſævitia in famulos, ſi aliter teneri non poſſint.* ¶ 3. *Famulus* inter deos fuiſſe videtur, quod inter homines genius Dan. Heinſio ad Sil. 13, 124. ¶ 4. *Famul*, antique pro Famulus, Ennius apud Nonium 2, 322 *Famul optimus.* Et Lucret. 3, 1049 *Famul infimus.*

¶ Fămula, *æ*, f. eine magd, dienerin. Cic. Tuſc. 1, 31 pr. *Res familiaris eſt miniſtra & famula corporis.* Virg. 8 Æn. v. 411 *Famulas ad lumina longo Exercet penſo.*

¶ Fămularis, *e*, adj. dienſtbar. *Turba famularis*, Stat. Achill. 2, 67, das geſinde. *Veſtis famularis*, Cic. Tuſc. 1, 48 geſinde-kleid. In neutro pro adverbio *Famulare timens*, i. e. ſerviliter, more famulari, Stat. Sylv. 3, 1, 40.

¶ Fămulātium, *i*, n. der dienſt. Varro: *Apud ignavum dominum duro famulitio adſtrictus.* ¶ 2. Pro Servis, das geſinde. Apul. Apol. p. 285 *Famulitii paucitatem opprobrare.*

¶ Famulĭtas, *ātis*, f. eſt ſervitus, die dienſtbarkeit. Apud Nonium 2, 319 Accius: *Poſtquam parvos vos oppreſſit famulitas.*

¶ Fămulor, *atus ſum, ari*, ſervire, dienen, aufwarten. Cic. apud Nonium 2, 313 *Eſt genus injuſtæ ſervitutis, cum ei famulantur, &c.* Plin. 2, 63 *Vt alimentis famuletur noſtris.* ¶ 2. *Famulare* active, Tertulliano eſt famulos conſtituere, pro famulis uti, dienſtbar machen. Nam Apologetico c. 21 *Cum elementa* (Chriſtus) *ipſa famulavit.*

¶ Famulans, *tis*, ut, *Famulantis fiſtula Phœbi*, Stat. Sylv. 3, 3, 58. *Fortuna famulante*, Claudian. B. Get. v. 513.

¶ Famulanter, adv. Nonius 2, 331 *ſuppliciter* interpretatur, idque ex Accio probat, cujus eſt *famulanter pete*, unterthänig.

¶ Fămulatus, *ūs*, m. ſervitium, der dienſt. Cic. Off. 3, 33 *Quam miſer virtutis famulatus, ſervientis voluptati.* confer. Colum. præf.

¶ Famulatio, *ōnis*, f. der dienſt, Gloſſ. Vet. *Famulatio*, δουλεία. Onomaſt. Vet. *Famulatio*, θεραπεία. ¶ 2. ein hauffen geſinde. Apul. lib. 2 Mileſ. ineunte: *Ecce mulierem frequenti ſtipatam famulatione.*

¶ Famulator, *ōris*, m. ein diener, aufwärter, apud Statium.

¶ Famulatrix, *īcis*, f. die dienerin. Donatus ad Ter. Andr. 1, 1, 3 *Coquina medicinæ famulatrix eſt.* Sidon. Carm. 2, 128 *Famulatrix penna.*

¶ Famulatōrius, *a, um*, adj. dienend. Tertull. ad Nation. 2, 14 *Famulatoria mendicitas.*

¶ Famulabundus, *a, um*, idem. Tertull. adv. Marc. 3, 7 ex Dan. c. 7, 14 *Omnis gloria famulabunda.*

¶ Confamulor, *ari*, zugleich dienen. Participium habet Macrobius Sat. 1, 17 ſub fin. *Hylen naturamque ſignificant confamulantes.*

Fanæ, Fanaticus, vide *Fanum*, Fandus, *Fari.*

FANNIA lex, de numero ſumptuariarum fuit, de qua Gell. 2, 24, & Macrob. Saturn. 3, 17.

¶ Fannii vero inter oratores claros numerantur a Cic. in Bruto c. 26.

¶ Fannianus, *a, um*, adj. ut. *Fanniana epitome Bruti*, ap. Cic. Att. 12, 5.

FĀNVM, *i*, n. a *fando*, vel *Phanum*, ἀπὸ τῦ φανεῦ, a manifeſto, hoc eſt, a reſponſis, quæ in fano dabantur, ein tempel, götzen-haus. Nepos 4, 4, *Fanum Neptuni.* Cic. pro Lege Manil. c. 9 *Fanum locupletiſſimum & religioſiſſimum.* ¶ 2. Etiam *Fanus*, maſcul. rectè dici, contendit Iſaac. Voſſ. ad Melam p. 147, qui ipſius antiquiſſimo Cod. Cic. N. Deor. 3, 18 legatur, *Eumenidum Athenis fanus eſt.* ¶ 3. *Fanum Fortunæ*, quod etiam ſimpliciter *Fanum, & Colonia Fanestris* dicitur, Vmbriæ in Italia oppidum, v. Plin. 3, 14; Mela 2, 4.

¶ Fanæ, vel etiam *Fantuæ*, Deæ ſunt Mart. Capellæ lib. 2 p. 41 *Fanæ, a quibus fana dicta, quod ſoleant divinare.* Videtur igitur *Fanus, a, um*, adjectivum olim fuiſſe, ut Gr. φανός.

¶ Fano, *are*, weyhen, heiligen. Varro L. L. 5, 7 *Herculi decuma data ab eo eſt, quod ſacrificio quodam fanatur, id eſt, ut fani lege ſit.*

¶ Fanāticus, *a, um*, nunine afflatus, furens, ἔνθεος, beſeſſen, unſinnig. Ridiculo enim geſtu, a dæmone incitati, divinabant. *Homo fanaticus*, Cic. pro Dom. c. 60. v. Herald. ad Arnob. p. 21, ein ſchwärmer. Liv. 38, 18 *Fanatico carmine vaticinantes.* Quintil. 11, 3 p. 1014 Bur. de indignis oratore geſtibus, ut *caput jactare & comas excutientem rotare fanaticum eſt.* Abſolute Prudentius Peri-ſteph. 10, 1061 ſacerdotem Cybeles *Fanaticum* vocat. Ita vero eos dictos eſſe, qui vi numinis interiori agitari ſe finxerunt, copioſa ſcriptorum auctoritate probat Gothofredus ad l. 4 Cod. Theod. de Malef. & Mathem. tom 3 p. 120. Sic *Fanaticus furor*,

Flor. 3, 19, 4. Ita Liv. 4, 33 pr. *Velut fanatico instincta cursu.* Adde Horat. Art. P. v. 454; Iuvenal. 2, 113; & 4, 123. Broukh. ad Tib. 1, 7, 52.

¶ Fanatice, adv. furiose, unsinnig. Apulej. 8 Met. p. 214 *Absurdi, adulatibus consilescentes fanatice perjolant.*

¶ Detano, *are*, idem ac profanare, sed perrari usus, entheiligen. Arnobius lib. 4 extr. *Spatiola defanata.*

¶ Prōfānus, *a, um*, quasi *porro*, i. e. *procul a fano*, irreligiosus, impius, unheilig, gottlos. Paullo aliter Varro de L. L. 5, 7 *Profanum est, quod ante fanum, id est, conjunctum fano. Error profanus*, Claudian. adv. Rufin. 3, 75. *Vulgus profanum*, Horat. 3 od. 1, 1. *Loca sacra & religiosa vocare profana*, Cic. de Arusp. c. 5, heilige örter entweihen. *Usus profanus*, ein weltlicher brauch, Plin. 15, 30. *Miscere sacra profanis*, id est, confundere fasque nefasque, alles verwirren. Horat. 1 ep. 16, 57. v. Chiliades. *Procul, o procul este profani, Conclamat vates*, Virg. Æn. 6, 258, ἔκας, ἔκας ὄσις ἄμυητος. Pro infesto potuit Tac. A. 14, 2, 2. ¶ 2. Substantive poni videtur neutrum Plin. 16, 4. *Civilium bellorum profano*, i. e. per scelera belli civilis.

¶ Profane, adv. ruchlos. Lactant. 6, 23 *Profane ac petulanter illudere.*

¶ Profānĭtas, *ātis*, f. die unheiligkeit. Tertull. de Pallio c. 2 *Ut autumat [periorum profanitas.*

¶ Profano, *avi, atum, are*, prima significatione idem erat quod *fano dicare*, weihen. Vid. Ca. de V. V. c. 50 & 132 & quæ dicentur jam mox in *profanatus.* ¶ 2. Pall. 1, 35, 2 *res profanata* est divulgata, eliminata, ut, *profanus*, procul a fano pellendus. ¶ 3. Violare, polluere, entheiligen, entweyhen. *Dies festi, sacra, sacerdotes profanantur*, Liv. 31, 44. Et Ovid. Amor. 3, 9, 19 *Scilicet omne sacrum mors importuna profanat.*

¶ Profanatus, *a, um*, uti interpretatur Varro L. L. 5, 7 p. m. 54, *Profanatum, quod in Sacrario poll tum.* Vbi legendum *pollutum* de quo f. l. geweyhet. ¶ 2. Violatus, pollutus, entweyhet. Petron. c. 89 *Profanatis sacris.* Stat. Silv. 3, 3, 2 *Profanatas inspectare terras.* Id. Theb. 9, 8 *Profanatum fanus vulnere.*

¶ Profanatio, *ōnis*, f. die entweyhung, entheiligung. Plin. 16, 4 pr. sed alii *profano* ibi legunt, testaturque Harduinus, in omnibus MSS. *profano* legi, cui subaudit ipse *scelere.* Tertull. de Idol. c. 18 *Habent profanationis suæ maculam.*

¶ Profanator, *ōris*, m. ein verunehrer. Prudent. Apotheos. v. 178 *Cede, profanator Christi, jam cede Sabelli.*

FAR, *farris*, n. farina, mehl, getreyde, rocken. *Far* primo molitur, ac tum *farina* nomen accipit. *Seges farris*, Liv. 2, 5. Halicarnasseus exponit *far, zeam*, spelsen. In multitudinis numero *farra* dixit Virg. Georg. 1, 73 *Aut ibi flava seres mutato sidere farra:* & alibi. Ovid. Fast. 6, 180 *Terra fabas tantum duraque farra dabat.* Far quid esset, quove nomine esset apud Græcos, & utrum idem res factitia esset, disputat Cognatus obs. 2, 23. To. 3 Fac. Grut. ¶ 2. *Far pium* dicebatur mola salsa, quæ a virginibus Vestalibus parabatur, v. Heinsius epist. ad Ballac. p. 185. Brouckh. ad Tib. 3, 4, 10.

¶ Farrĕus, *a, um*, von rocken. Plin. 24, 7 *Cum polline farreo.* Et Varr. R. R. 1, 31 *Farracea seges.*

¶ Farrarius, *a, um*, idem; ut, *Farraria fistula.* Cato R. R. c. 10. *Farraria agri*, l. 58 § 1 ff. de usufr.

¶ Farrārium, *i*, n. subst. ein korn-boden. Vitruv. 6, 9 *Horrea, fænilia, farraria, pistrina facienda.*

¶ Farrĕārius, *a, um*, zum korn gehörig; ut, *Pilum farrearium*, ein korn-stämpfel. Cato R. R. c. 10.

¶ Farreus, *a, um*, von rocken, Colum. 7, 12 *Panis farreus*, rockenbrot. *Farreæ mensæ*, Aur. Vict. de Orig. gent. Rom.

¶ Farreum, *i*, n. subst. libi genus ex farre, ut Festus explicat, ein brot oder kuchen. Plin 18, 3 *Novæ nuptæ farreum præferebant.*

¶ Farrĭculum, *i*, n. dimin. Pallad. Octobr. t. 21 *Ex novo tritico purgato farriculum facias.*

¶ Farreo, *are*, backen, item heyrath stifften, in Dig.

¶ Farreatus, *a, um*, vereinbaret, in God.

¶ Farreatio, *onis*, f. die vereinbarung; ibid.

¶ Farreator, *oris*, m. ein heyraths-stifter, ibidem. v. *Confarreatio.*

¶ Farrīgo, *ĭnis*, f. gemengt und geschroten futter oder mehl. Varro de Re Rust. 1, 31 *Far ferro cæsum, farrago dictum, aut quod primum in farraceæ segete seri captum. Ea equi & jumenta cetera verno tempore purgantur ac faginantur.* Vid. Vlit. & Bur. ad Nemes. Cyn 283. ¶ 2. Quævis item commixtio, ein mischmasch von allerhand sachen. Iuvenal. 1, 85 *Quicquid agunt homines &c. nostri est farrago libelli.*

¶ Farraginaria, Colum. 11, 2, idem, si fanus est locus.

¶ Farratus, *a, um*, aus mehl gemacht; ut, *farrata olla*, i. e. puls in olla ex farre cocta, Persius 4, 31. conf. Iuvenal. 11, 109

¶ Fārīna, *æ*, f. dicta, quod sit far molitum, mehl, *Hordeacea farina*, Varro de R. R. 2, 5, gersten-mehl. *In subtilem farinam molere*, Plin. 18, 7, klar mehl machen. *Cribro decussa farina*, Persius 3, 212, durchgebeitelt. Etiam aliarum rerum pulvis, non frumenti tantum, farina dicitur. Sic, *farina pumicis*, Plin. 14, 22; *marmoris*, Id. 32, 7; 36, 9 *Folia* (myrti) *siccantur in farinam, quæ inspergitur ulceribus.* Proverbiales locutiones sunt, *ejusdem farinæ, nostræ farinæ*, ejusdem generis, aut gregis, plane similes, einerley gattung oder gleichsters. Persius 5, 115 *Si tu, cum fueris nostræ paullo ante farinæ.*

¶ Farinŭla, *æ*, f. dimin. ein bißlein mehl. Festus, *Insipere farinulam, jucere pullis.* Vulg Interpr. 1 Reg. 17, 13 *Fac de ipsa farinula subcinericium panem parvulum.*

¶ Farinēus, *a, um*, aus mehl gemacht. Vet. Onomast. *Farinaceus*, ἀλευρώδης.

¶ Farinārius, *a, um*, ad farinam pertinens, zum mehl- gehörig. Plin. 18, 11 sub fin. *Farinario cribro subcernunt.* conf. Cato R. R. c. 76.

¶ Farinarium, *i*, n. subst. ein mehl-kasten. Vet. Onomast. *Farinarium*, ἀλευρών.

¶ Farinōsus, *a, um*, farina consperſus, mehlicht. Veget. 2, 30 *Farinosa congeries.*

¶ Farinulentus, *a, um*, idem. Apulej. 9 Met. p. 222 *Farinulento cinere sordidi candidati.*

¶ Confarreo, *are*, libato farre matrimonio jungi, v. *Confarreatio*, hochzeit machen. Apulej. lib. 10 Met. p. 252 *Mulieris matrimonium confarreaturus.* Hinc &

¶ Confarreatus, *a, um*, zusammen gegeben. Apud Apulej. lib. 5 Met. Cupido ad Psychen inquit: *Tu quidem, ob istud tam dirum facinus confestim toro meo divorte tibique res tuas habeto. Ego vero sororem tuam, & nomen, quo censeris, jam mihi confarreatis nuptiis conjugabo.*

¶ Confarreatio, *ōnis*, f. sacrificii genus ex farreo, quod fiebat inter maritum & uxorem in signum conjunctionis, ein opffer der eheleute, item ehestifftung. Serv. ad Virg. Georg. 1, 31 *Cum per Pontificem Max. & Flaminem Dialem per fruges & molam salsam conjungebantur.* add. la Cerda. Plin. 18, 3 *In sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat, novæque nuptæ farreum præferebant.* Et, *Assuetudinem confarreandi*, Tacitus dixit Ann. 4, 16, 2. ubi de privilegiis eorum agit, qui ex confarreatis nuptiis nati essent. Locus clarissus est Dionys. Halic. l. 2 p. 95 Sylb. v. Lipsi. ad h. l. & quos laudat Elmenh. ad Arnob. 4, p. 140.

¶ Defārinātus, *a, um*, gemahlen. Tertull. ad v. Valentin. c. 31 *Ad molas delatus & defarinatus.*

¶ Diffarreo, *are*, trennen, scheiden, in Dig.

¶ Diffarreatus, *a, um*, getrennt, geschieden, ibid.

¶ Diffarreatio, *onis*, f. die ehescheidung. Festus Pompejus: *Diffarreatio genus erat sacrificii, quo inter virum & mulierem fiebat dissolutio.*

¶ Suffarrāneus, *i*, m. qui far in castra convehit, der proviant zuführet. Plin. 7, 43, ubi *mulio castrensis suffarraneus* a Cicerone vocatus esse dicitur P. Ventidius. Sed notavit Harduinus, variare MSS. libros: & Turnebo quoque *Suffarraneus* suspectum fuit, Adverſ. 29, 18 extr.

FARCIO, *farsi, fartum* vel *farctum, farcire*, proprie quasi farre implere, füllen, stopffen, mästen. *Anseres farcire*, i. e. faginare Cato R. R. c. 89. *Farcire centones alicui*, apud Plautum quidam legunt Epid. 3, 4, 19, i. e. gloriosis mendaciis explere, mit worten speisen. Sed haud dubie legendum est, *Quin tu alium quæras, cui centones farcias*, bey dem du deine lügen anbringen kanst, die zusammen hängen wie ein bettlers-mantel. v. Gron. ad h. l. *Centones farcire* proprium in ea re verbum v. g. Cato de R. R. c. 2. Hinc defendendus etiam est Tertullianus de præscr. c. 39. ab emendatione, quam vir doctissimus propoſuit in A. E. L. Suppl. Tom. 6 p. 197.

¶ Fartus, vel Farctus, *a, um*, gestopft, gefüllt. Cic. Verr. 5, 11 *Pulvinus Melitensi rosa farctus.* Plin. 10 ep. 48 *Parietes cæmento medii farti.*

¶ Farsus, *a, um*, idem. Hygin. fab. 126 *Victor capiet ventriculum farsum.* Et Apic. 8, 8 *Lepus farsus.*

¶ Fartus, *ūs*, m. quicquid farcit & implet, die stopffung. Plaut. Most. 1, 3, 13 *Non vestem amatores mulieris amant, sed vestis fartum*, sie lieben nicht das kleid, sondern was drinne steckt. Colum. 5, 10 *Ea res efficit uberiorem fructum, & fartum fici pleniorem & meliorem.* Plaut. Mil. 1, 1, 8 *Fartum facere ex bustibus.* Sed est diversa lectio. Gron. malit *offam.* Sententia aperta & Thrasonica, hostes minutatim concidere.

¶ Fartura vel Farctura, *æ*, f. die mastung. Colum. 8, 7 extr. *Si fastidiet cibum, totidem diebus minuere oportebit, quot jam farturæ processerint.* ¶ 2. Quævis interna oppletio, præsertim parietum, die ausstopffung, füllung. Vitruv. 2, 8 *Tres fascitantur in structura crustæ, duæ frontium, & una media farturæ.* Et eod. cap. paullo ante: *Monumenta facta e marmore seu lapidibus quadratis, inter insecusque medio calcata farturis.*

¶ Farsura, *æ*, f. id. Tert. adv. Valent. c. 27 *Marcescit reliqua farsura.*

¶ Fartĭlis, *e*, idem quod fartus vel saginatus. *Anser fartilis*, eine gemästete gans. Plin. 10, 22. v. Harduin. in h. loc.

¶ Farsĭlis, *e*, idem. Apicius 8, 7 *Porcellus farsilis.* Repetitur ibidem: & 5, 3; & 8, 8. conf. Borrich. Cogit. p. 103.

¶ Fartilia, *orum*, n. pl. subst. rotunda, mast-kugeln, Plin. 10, 22, conf. Tertull. adv. Valent. c. 27.

¶ Fartim, adv. confertim, dichte. Apul. lib. 3 Milet. p. 130 *Aditus etiam, & tectum omne fartim stipaverant.*

¶ Fartor, *ōris*, m. Ter. Eun. 2, 2, 26 *Concurrunt læti mihi obviam fartores &c.* Donatus, *qui farcimina & insitia vendunt*, interpretatur, ein wurst-macher, oder wurst-verkauffer. Vet. Scholiast. Horatii: *Qui fusillas vendit, & ex iis facit fusiticias.* Casaubono ἀλλαντοπῶλαι sunt. Festus & Nomenclatorum genus *Fartores* dictum ait, quem vide. In veteri Inscriptione, quam Gruterus p. 530 n. 15 adduxit, FARTOR AVIVM legimus: Vet. Gloss. *Fartores*, Σιτευταί.

¶ Farcīmen, *ĭnis*, n. eine wurst. Varro de L. L. 4, 22 *Farturæ in extis farcimina appellata.* conf. Gell 16, 7.

¶ Farcimĭnum, *i*, n. morbus jumentorum, die wurst-krancheit; ut, *Affectus farcimino*, Veget. 1, 7.

¶ Farciminōsus, *a, um*, laborans farcimino, Veget. 1, 14.

¶ Farcīno, *are*, stopfen. Martian. Capella 9 carm. ult. p. 336 *Fandis tacenda farcinat.*

¶ Farcinōma, *ātis*, n. stopfwerck. Veget. 1, 28 *Farcinomata præcidere*; nisi forte legendum *carcinomata.*

Compo-

Composita:

¶ Confercio, *īre*, dichte in einander schieben oder stopffen. Plin. 12, 15 *Myrrham in folles conferciant.* Inde

¶ Confertus, *a, um*, dichte zusammen gestopfft, angefüllt. Sic, *Agmen confertum*, Virg. Georg. 3, 369. *Confertus cibo*, Cic. Caril. 2, 5, wohl gefüttert. *Vita conferta varietate omnium voluptatum*, Cic. de Fin. 2, 20. Movetur etiam per gradus: *Confertiores fluerant*, Liv. 9, 27. *Vsque plures confertioresque medios urgebant*, Idem 39, 31. *Confertissima turba*, Id. 2, 12 & 55. *In confertissimos hostes*, Sallust. Catil. c. 60, wo die feinde am dichtesten stunden.

¶ Confertim, adv. dicht. Liv. 21, 8 *Confertim utrinque pugnabatur*; Et 31, 43 *Confertim & pugnant, & cedunt.* Ammian. 24, 7 *Aliquoties confertius resistentes.* Idem etiam *conferte* dixit 31, 15.

¶ Differcio, *īre*, impiere, ausstopffen. Vnde

¶ Differtus, *a, um*, angefüllet. *Differtum transire forum*, durch den marck, so voll volcks ist, gehen, Horat. 1 sat. 5, 4. Et 1 epist. 6, 58. Sic, *Differtum odoribus corpus*, Tac. Ann. 16, 6, 3, balsamirt.

¶ Effarcio, *īre*, vel Effercio, *ire*, auffüllen. Cæs. B. G. 7, 23 *Intervalla grandibus saxis effarcire.* Itemque apud Plaut. Most. 1, 1, 62 *Effercite vos.*

¶ Effarctus, vel Effertus, *a, um*, angefüllt: ut, *Effertus fame*, Plaut. Capt. 3, 1, 6, ridicule pro eo, qui a cibo inanis est. Id. ibid. 4, 1, 8 *Hæreditatem effertissimam*, & *opimitates efferissimas* dixit Ann. 2, 2, 16.

¶ Infarcio, & Infercio, *īre*, einfüllen, einstoffen. Plin. 35, 14 *Parietes* (quos fornaces vocat) *circumdatis utrinque duabus tabulis infercimtur veribus, quam instruuntur.* Colum. 12, 53 *In carnes talem infarcire*, fleisch einsaltzen.

¶ Infersus, *a, um*, gefüllt, ausgestopfft; ut *Caro sterc oribus inferta*, Tertull. adv. Marc. 3, 10.

¶ Infertor, *ōris*, m. ein stopffer, der hinein stopffet. Gloss. lat. gr. *Infertor*, παραθέτης.

¶ Oſſarcinātus, *a, um*, vollgesackt; ut, *Profectio oneribus ossarcinata*, eine reise mit sack und pack, Tertull. adv. Marc. 4, 24.

¶ Offertus, *a, um*, voll. Adiertur ex Plaut. Capt. 4, 1, 8 *Hereditas offertissima*; pro quo nunc legitur *effertissima.*

¶ Rĕfercio, *īre*, replere, complere, voll machen, anfüllen. Cic. pro Rab. Post. 14 extr. *Aures referti istis sermonibus.* Id. de Orat. 1, 35 *Quæ coarctavit, & perangusta referit in oratione sua.* Lactant. 6, 6 *Qui ærarium pecunia referserit.*

¶ Refertus, *a, um*, voll, angefüllt. *Domus referta doctissimis hominibus*, Cic. in Orat. c. 42. *Invidis referta sunt omnia*, ibid. c. 41. *Refertus erit ærarium, quam unquam fuit*, Id. Verr. 3, 87. *Theatrum celebritate refertissimum*, Id. ad Quint. frat. 1, 14. *Literæ refertæ officio, diligentia, suavitate*, ad eundem 2, 14 ineunte. Et cum Genitivo: *Referta Gallia negotiatorum est, plena civium Romanorum*, Id. pro Fontejo c. 1.

¶ Suffertus, *a, um*, a *Suffercio* videtur fieri, atque idem esse, quod plenus, ausgefüllt, voll; ut, *Nubes sole sufferta*, apud Senecam. *Sufferti aliquid tinuire*, hoc est, pinguius aliquid & densum, Suet. Ner. c. 20: aliqui legunt Suffertim.

¶ Suffarcīno, *are*, unterstopffen. Tralate Apul. 9 Met. p. 389 *Fœminam multis suffarcinat muneribus*, giebt ihr drein und drüber, stopfft ihr das maul mit geschencken.

¶ Suffarcīnatus, *a, um*, bepacket. Ter. Andr. 4, 4, 31 *Vidi Cantharam suffarcinatam.* Vbi male Lambinus *subfarcinatam* emendat. Vulgatam enim Donati tuetur auctoritas. *Suffarcinatam* dixit, quod puerum sub veste portaret in corbe, ex quo suffertior incedebat. Plaut. Curc. 2, 3, 10 *Qui incedunt suffarcinati cum libris.* Antiqui enim & *farcio*, & *farcino* dicebant, ut Eugraphius observat. Tam pie, quam eleganter Paulinus Nolanus epist. 29 (al. 10) c. 2 *Suffarcinatos arcla non capiunt*, h. e. angusta cæli via excludit mundanis rebus onustos & differtos. Apul. Met. 10 p. 517 *Ego jam bellule suffarcinatus.*

Farctura, vide *Fartura*, sub *Farcio.*

FARFĂRVS, *i*, m. fluvius in Sabinis, qui *Fabaris* Virg. Æn. 7, 715. Circa illum dicunt fuisse frequentissimas arbores & umbra gratissimas. Vnde Ovidio Met. 15 *Amœne Farfarus umbræ*; & Plaut. Pœn. 2, 1, 32 *Eos prosternebam ut folia Farfari*, ex lectione Meursii. ¶ 2. *Farfarus* sive *Farferum* Festo est virgulti genus. conf. Turneb. Advers. 15, 7: & Plin. 24, 15. Apulejus: *Folia sunt farfari & nugæ meræ*, quod tanquam proverbium annotat Lipsius epist. Qu. 2, 22.

FARFŬGIVM, *i*, n. arbor, quæ & *Chamæleuce* & *Farfarus* dicitur, Plin. 24, 15. Alii herbam faciunt, brand-lattich.

FĀRI, defect. (a For) reden; unde *Faris* vel *Fare*, *Fatur &c.* Virg. 6 Æn. pr. *Sic fatur lacrymans.* Proprium *Vatum* est: qui inde & *Fatui* appellati. Vide infra FATVVS. *Fandi doctissima*, trefflich, wohl beredt. Id. Æn. 10, 225. Imperativum *fare age*, habes apud eund. Æn. 3, 362, & apud Auson. Parent. 5, 1.

¶ Farior, *ari*, etiam pro *Fari* veteres usi sunt, teste Diomede. v. XII Tab. & Rosini Ant. Rom. lib. 8 edit. Dempst. p. 793.

¶ Fans, *fantis*, particip. Propert. 3, 7, 62 *Subtrahit hæc fantem torta vertigine fluctus.*

¶ Fandus, *a, um*, aliud participium, das man redt, das zu sagen ist. Virg. Æn. 1, 543 *Deus memores fandi atque nefandi.* ¶ 2. Fando eleganter usurpatur Cic. de N. D. 1, 29 *At vere ne quidem fando auditum est, crocodilum, aut ibim, aut felem violatum ab Ægyptio*, i. e. alio dicente. Et Virg. Æn. 2, 81 *Fando aliquid si forte tuas pervenit ad aures.* Sed ibid. v. 6 *Quis talia fando Temperet a lacrymis?* i. e. dum ipse dicit, vel narrat.

¶ Fatus, *a, um*, particip. der es gesagt hat. Sic fæpe Virgilius, e. g. Æn. 1, 614 *Sic fatus &c.* & Æn. 4, 685 *Sic fata evaserat &c.*

¶ Fātus, *us*, m. subst. die rede. (conf. *Fatus* in *Fatum.*) Virg. Æn. 12, 25 *Haut mollia fatu.* Paulinus Nolanus poem. 17 ad Nicetam v. 246 *Ad tuos fatus Scytha mitigatur.* Sid. 9 ep. 13 intexto carmine: *Removete ficta fatu.*

¶ Fāmen, *ĭnis*, n. ut *Affamen*, de quo postea, idem. Guil. Brito lib. 8 *Consulit & tali compellat famine Tranes.* conf. Daum. in Caton. p. 235. Eugenius Toletanus carm. 1 *Secreti tacitus, & linguæ famine cautus.* Theodulfus 2, 633 *Et circumstantes famine pasce pio.*

Fabula, Fatum cum derivatis, & *Fas*, unde *Nefas*, *vide* seorsim.

I. Composita a *Fari.*

¶ Affari, alloqui, anreden. Cic. Phil. 2, 13 *Qui locus est aut tam defertus, aut tam inhumanus, qui illos*, (ab Antonio expulsos) *quo accesserint, non affari, atque appetere videatur.* Virg. Æn. 3, 492 *Hos ego affabar, &c.*

¶ Affatus, *a, um*, der angeredet hat. Virg. Georg. 4, 320 *Hæc affatus voce parentem.* Id. Æn. 4, 632 *Breviter nutricem affata*, conf. ibid. 2, 644. &c. ¶ 2. Passive Apul. 11 Met. *Affatis ex officio singulis.*

¶ Affatus, vel Adfatus, *ūs*, m. subst. alloquium, die anrede. Virg. Æn. 4, 284 *Quo nunc regnum ambire furentem audent affatu?* Deinde *mandatum* notat, præsertim scriptoribus posterioris ævi. Cassiodor. 2 epist. 29 *Præsentibus te affatibus admonemus.* Et L. 3 Cod. de Epist. audient. *Nemo deinceps tardiores fortassis affatus nostræ perennitatis exspectet*, befehl.

¶ Affāmen, *ĭnis*, n. idem quod *Affatus.* Apulej. lib. 11 Met. p. 260 *Orbis dominam blando mulcentes affamine.* Et Theodulfus 3, 21 *Atque audire tui perpulchra affamina fontis.*

¶ Affabilis, e, qui fur alloquendi copiam dat, gesprächig, freundlich in reden. Cic. Off. 1, 31 *Cum in omni sermone omnibus affabilem & jucundum se esse vellet.* Comp. Sen. epist. 79 *Alius erit affabilior.*

¶ Affabiliter, adv. idem. Macrob. Saturn. 7, 2 *Comiter affabiliterque susceptus.* Spartian. in Caracall. c. 3 *Affabiliter alloqui.* Superl. Gell. 16, 3 *Multa ipsissimodi alia affabilissime docebat.*

¶ Affabilitas, *ātis*, f. die freundlichkeit. Cic. Off. 2, 14 *Conciliat animos hominum comitas, affabilitasque sermonis.*

Affamen, vide supra *Affamen.*

¶ Affāri, eloqui, ansprechen. Cic. pro Domo c. 55 *Neque verbum ullum solenne potuit effari.* Virg. Æn. 6, 560 *O virgo, effare.* Id. Æn. 3, 463 *Sic ore effatus amico est.* conf. Æn. 4, 6, &c. Et Messala Corv. p. 4 *Effari ad aliquem. Ejor* 1 pers. Cajum ex veteribus dixisse, testis est Dionemes 1 f. 65, b.

¶ Effātus, *a, um*, der gesprochen hat. Virg. Æn. 6, 197 *Sic effatus vestigia pressit.* conf. Æn. 4, 30; &c. ¶ 2. Passive augurale verbum, devovebat. Gell. 13, 14 pr. *Effati fines urbis.* Cic. de Leg. 2, 8 *Verbum & agros & templa sacrata & effata habento.*

¶ Effātus, *ūs*, m. der ausspruch. Apul. Met. 4 esse dicitur. Sed Elmenh. p. 157 *Affatu sanctæ vaticinationis accepto. Effatu* tamen, quod est in Cod. Flor. melius convenit oraculo. Add. Tert. de anima c. 6.

¶ Effatum, *i*, n. subst. sententia, ein ausspruch. Cic. Acad. 4, 29 ἄξιωμα est quasi effatum. Idem de Leg. 2, 8 *Fatidicorum & vatum effata incognita.*

¶ Effāmen, *ĭnis*, n. idem. Martianus Capella princ. lib. 4 *Hæc quoque contortis stringens effamina nodis.*

¶ Effābilis, e, ausspreclich. Apul. Apol. *Nemini effabilis.* Virg. Æn. 3, 621 *Nec dictu effabilis ulli*; Al *affabilis.*

¶ Ineffābilis, e, unausspreclich. Plin 28, 2 *Ineffabilia verba.* Et Apulej. 8 Milef. p. 204 *Fraudes ineffabiles.*

¶ Ineffabiliter, adv. idem. Augustinus Enchirid. c. 89 *Deus mirabiliter & ineffabiliter artifex.* Id. de Trinit. 3, 3 *Ineffabiliter jubenti obedient.* Adde Lactant. 2, 9.

¶ Ineffabilitas, *ātis*, f. die unausspreclichkeit. Augustin. epist. 112, 13 ad Paulinam: *Ineffabilitas visionis Dei.*

¶ Infandus, *a, um*, unsäglich, schändlich. Ter. Eun. 4, 3, 22 *Infandum facinus.* Liv. 5, 49 *Infanda merces*, das nicht zu sagen taugt. Silius 4, 160 *Infandi Senones.* Varius, Tragicus poëta, apud Quintilian. 3, 8 *Iam fere infandissima.* ¶ 2. Interjectionis vicem sustinet in illo Virgilii Æn. 1, 255 *Navibus infandum amissis.* Et Georg. 1, 479 *Infandum! sistunt amnes, terræque debiscunt.*

¶ Infans, *tis*, nomen, ein junges kind. Ovid. 15, 221 *Editus in lucem jacuit sine viribus infans.* Et Liv. 21, 62 *Infans semestris.* Atqui in Veteri lapide sic appellatur 7 annorum puer apud Gruter. p. 679 n. 7 CRASSICIO. CONSTANTINO. INFANTI. DVLCISSIMO. QVI VIXIT ANNOS VII. Sane & Hippocrates primum gradum ætatis humanæ, ut Censorinus observat, septimo anno finivit. Et prima ætas, quæ alia quam infantia est: cui puericia succedit ad ann. 15, ut Varro apud Censorinum definit. Qui ætates quoque ita divisit, ut primo *infantiam*, deinde *pueritiam* locaret, ut Servius auctor est in 5 Æneid. p. 89. Horatius *pudorem* vocat *infantem*, quia *verecundia elingues facit*, quemadmodum Porphyrio interpretatur. Locus est 1 sat. 6, 57. ¶ 2. Revera adjectivum est. Ovid. lb. v. 229 *Guttura infantia lacte imbuere.* Plura id genus conduxit Nic. Heinius ad Ovid. Her. 9, 86, quem ita emendat, *Infantem nodis involuisse manum.* Met. 4, 517 *Infantia saxo Discutit ossa ferox.* Ac ita interdum est ¶ 3. Indifertus, unberedt. Cic. de Clar. Orat. c. 26 *Faunii historia neque nimis est infans neque perfecte diserta.* Compar. Cic. ad Quint. fr. 3, 4 pr. *Nihil accusatore Lentulo subscriptoribusque ejus infantius.* Id. pro Cluent. c. 18 extr. *Timebam, si nihil dixissem, ne infantissimus existimarer.* Et Auctor ad Herenn. 2, 11 *Dialectici, dum caute expediteque loqui volunt, infantissimi reperiuntur.* conf. Prudent. Perist. 10, 3. ¶ 4. Interdum ad mores pertinet, kindisch, albern; ut Cic. Att. 10, 18 pr. *Illa Hortensiana omnia fuere infantia.*

¶ Infantulus, *i*, m. dimin. ein kindlein. Apul. 8 Met. p. 207 *Gerebamus infantulos & mulieres.* Et fœmininum

¶ Infantula, *æ*, idem. Apul. 10 p. 252 *Habebat filiam parvulam de marito, quem nuper necaverat. Huic infantulæ, quod leges necessariam patris successionem deferrent, substitebat egerrime.* Adde Sidon. ep. 7, 2.

¶ Infan-

¶ Infantia, *æ*, f. die kindheit. *Ab infantia*, Quintil. 1, 2 *Infantiam statim deliciis solvimus*, i. e. infantes. Id. 1, 1 p. 19 *Est sua etiam studiis infantia.* ¶ 2. Pro imperitia & simplicitate Suetonius posuit de Illustr. Gramm. c. 9 *Quæ quidem omitti jam video defidia quorundam & infantiæ: non enim facilitate putem.* ¶ 3. Apud Ciceronem & imperitia dicendi est, Topicis c. 21 extr. *Quæritur, possitne eloquentia converti in infantiam.*

¶ Infantilis, *e*, ad infantem pertinens, kindisch. Iustin. 17, 3, 20 *Parvulum infantilibus blandimentis inductus alu protexit.* Apul. Met. 5 p. 164 *Infantilis uterus.*

¶ Infantarius, *a, um.* Martial. 4 epigr. 88 de Bassa: *Infantaria non est*, i. e. non amat infantes, sie ist keine kinder-freundin. ¶ 2. *Infantarii* dicebantur olim Christiani, crediti infantem in suis conventibus maclare & comedere. v. Tertullian. ad Nation. 1, 2.

¶ Infanto, *are*, instar infantis nutrire, kindisch tractiren. Tertull. adv. Marc. 1, 14 *Mellis & lactis societate suos infantat.*

¶ Infanticida, *æ*, m. ein kinder-mörder. Tertull. Apol, c. 4; & ad Nation. 1, 15.

¶ Infanticidium, *i*, n. der kinder-mord. Id. Tertull. ad Nation. 1, 15 usus est: & Apolog. c. 2 *Quot quisque jam infanticidia degustasset.*

¶ Coinfantio, *are*, kinderleicht machen. Verus Interpr. Irenæi 4, 75 *Coinfantiatum est homini verbum Dei.*

¶ Interfāri, darzwischen reden, in die rede fallen. Liv. 3, 47 *Appius interfatur*, & 7, 37 *Interfante Decio.* Et. Val. Max. 9, 5, 2 *Interfari concionantem ausus fuerat.* Virg. Æn. 1, 340 *Medio interfata dolore est.* Et Prudent. adv. Symm. 2, 33 *Talia principibus dicta interfantibus.*

¶ Interfātio, *ōnis*, f. interpellatio, einrede, einspruch. Cic. pro Sext. 37 de tribuno pl. *Cum se non modo contra vim & ferrum, sed etiam contra verba atque interfationem legibus sacratis esse armatum putaret.* Quintil. 4, 2 *Interim expediet, expositiones brevi interfatione distinguere.*

¶ Nefandus, *a, um*, turpis, dictu indignus, idem atque paullo ante *Infandus.* Virg Æn. 1, 543 *At speravit Deos memores fandi atque nefandi.* Cic. de Arusp. Resp. c. 20 *Per nefandum scelus.* Iustin. 16, 4 11 *Nefandissima quæque tyrannicæ crudelitatis exercuit.*

¶ Nefans, *tis*, idem; ut, *Facta nefantia, omnia nefantia*, Lucilius & Varro apud Nonium 8, 47.

¶ Prætāri, vorher reden, eine vorrede thun. Cic. Divin. 1, 45 *Majores nostri omnibus rebus agendis, Quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset, præfabantur.* Ita *præfari carmen devotionis* est præire Liv. 5, 41 med. ¶ 2. In narratione rei turpis aut parum verecundæ adhibetur. Cic. 9 epist. 22 n. 12 *Nos ridicule: si dicimus, ille patrem strangulavit, honorem non præfamur: sin de Aurelia aliquid, aut Lollia, honos præfandus est.* Et Apul. Apol. *Honos auribus præfandus est: domus ejus tota lenonia, &c.* mit einem zu melden. conf. Cic. de Fin. 2, 10; Plin. 7, 51 & v. Borrich. Vind. p. 187.

¶ Præfans, *tis*, est vaticinans & prædicens, weissagend, in illo Catulli 64, 378 *Talia præfantes quondam felicia Peleï Carmina divino cecinerunt omine Parcæ.*

¶ Præfandus, *a, um*, was man nicht, ohne erlaubniß zu bitten, nennet, Ita *præfandi humoris effluvium* h. e. urinæ incontinentiam inter vicinæ mortis præfagia refert Plin. 7, 51 pr.

¶ Præfatus, *a, um*, passive idem est ac cum honore dictus. Quintil. 8, 3, ubi de κακοζήλοις agit: *In præfata videmur incidere.* Arnob. lib. 5 p. 176 *Partes, quas inter aures castas sine venia nefas est, ac sine honoribus appellare præfatis.* conf. Vopisc. Aureliano c. 1. ¶ 2. Interdum est prædictus, supradictus, vorher gesagt, oder gedacht, e. g. lib. 1 Cod. t. 9 l. 13, & t. 5 l. 2. Et sic Apicius 4, 5 *Cucurbitulæ jam præfatæ.* v. Borrich. l. c.

¶ Prætātio, *ōnis*, f. præloquium, die vorrede. Cic. Verr. 5, 80 *Quæ porro præfatio tuæ donationis fuit?* Suet. Claud. c. 25 *Præfationem adhibere.* Quintil. 4, 1 sub fin. *Sua quibusque partibus danda præfatio est.* ¶ 2. Val. Max. 6, 3, 1 *Præfatio abhorrens*, i. e. titulus supplicii. Etiam alias titulum significat v. g. Plin. præf. pr. *Jucundissime imperator, si enim hæc tui præfatio verissima.*

¶ Præfatiuncula, *æ*, f. dimin. Hieronym. epist. 89 c. 6 ad Augustin. *Præfatiunculæ divinorum voluminum.*

¶ Præfatus, *ūs*, m. subst. idem quod *Præfatio.* Symmach. 10 epist. 29 *Comperit meo præfatu*, i. e. prædictione.

¶ Præfatum, *i*, n. id. Symm. 6 ep. 3 *Præfato opus est, si avidus postulentur.*

¶ Præfāmen, *ĭnis*, n. idem. Symmach. 2 epist. 34 *Recordaris, hoc te præfamine epistolam texuisse.*

¶ Prĕfāri, sprechen, daher sagen. Virg. Æn. 1, 561 *Tum breviter Dido vultum demissa profatur.* Petron. c. 121 *Profari vera impune.* ¶ 2. Deinde *Profari* est præfari, prædicere, weissagen, ut Gronovius ad Livii 22, 1 auctoribus probavit non erubescendis. Livii verba, ut Gronovii, pater & filius, emendarunt, hæc sunt: *Vt ita fierent, quemadmodum cordi esse Divi suis carminibus profarentur.* Sic *Ex tripode Phœbi profari*, Lucret. 1, 739; & 5, 113.

¶ Profans, *tis.* Petron. c. 89 *Delio profante.*

¶ Profārus, *a, um*, heraus gesagt, gesprochen. Lucret. 6, 80 *Sunt a me multa profata*: al. *profecta.*

¶ Profātum, *i*, n. ein ausspruch. Gell. 16, 8 *Axiomata Varro alias profata, alias proloquia appellat.*

¶ Prŏfātus, *ūs*, m. die rede. Sen. apocol. 3 *Quid nunc profatu vocis incerto fonas?* Gell. 18, 11 *Voces dicta profatuque ipso tetræ aut infames.* Stat. Silv. 5, 3, 103 *Sive orsa libebat Aoniis vincire modis, seu voce soluta Spargere, & effreno nimbos æquare profatu.*

¶ Suprafatus, *a, um*, obengemeldt. Sidon. 5, 14 *Suprafatus summus sacerdos.*

II. Composita a *Farius* & *Fariam:*

Nam de sententia Prisciani lib. 15, quem Vossius sequitur, huc pertinent, quæ in FARIVS & FARIAM composita cadunt, ut sunt

¶ Aliquotfariam, mannigfaltig. Varro R. R. 1, 2. vid. *Alius.*

¶ Ambifarius, *a, um*, duplex, beyderley. Arnob. 5 p. 181 *Ambifariæ fabulæ:* & p. 182 *Ambifaria obtentione velatus.*

¶ Ambifariam, adv. auf beyderley weise. Apul. Apol. p. 276 *Ambifariam dissolvere*; & 4 Florid. p. 360 *Anceps argumentum ambifariam proposuit.*

¶ Ambifarie, idem. Claud. Mamert. de Statu an. 1, 3 *Quicquid afficitur contrariis, congruentibus pariter obnoxium, ambifarie subditum proposuit.*

¶ Bifarius, *a, um*, duplex, in utramque partem aptus, zwiefach. Apul. 3 Dogm. Plat. 39 *Bifaria sit sublata illatio.* Ammian. 18, 8 *Retione bifaria.* Commodian. Instruct. 24 *Quid in Synagoga decurris ad bifarios.*

¶ Bifariam, adv. dupliciter, in duas partes, in zwey theil, zweyfältig. Cic. Tusc. 3, 11 pr. *Bifariam quatuor perturbationes æqualiter distributæ sunt.* Varro de R. R. 2, 4 *Divisus annus bifariam.* Liv. 3, 23 extr. *Bifariam COSS. ingressi hostium fines.*

¶ Trifarius, *a, um*, dreyerley, dreyfältig. Solin. c. 27 *Quorum trifarium genus scinditur.* conf. Cassiod. 5, 40.

¶ Trifariam, adv. in tres partes, auf dreyfache art. Liv. 5, 26 *Trifariam Romani muniebant.* Id. 3, 22 *Trifariam adortus vastra circumvenit.* Apul. de Deo Socratis pr. *Plato omnem naturam rerum trifariam divisit.* Adde Suet. Vitell. c. 13.

¶ Trifarie, idem. Diomedes, vetus Grammat. sub fin. c. de Declinatione Masc. *Genitivo trifarie proferuntur.* conf. Messala Corv. p. 1.

¶ Quadrifariam, adv. in quatuor partes, vierfältig, Liv. 38, 1 *Quadrifariam se diviserunt.* conf. 4, 22; & Suet. Vitell. c. 13.

¶ Quadrifariter, alia forma, L. 10 Dig. de Gradibus § 14.

¶ Septifariam, siebenfältig. Sanctra apud Nonium 1, 779 *Volumen septifariam divisum.*

Multifarius, &c. vide *Multus*, Plurifariam *Plus*, Omnifariam, *Omnis.* Farina, farinosus &c. vide *Far.*

FARIO, *ōnis*, m. piscis, qui alias trutta dicitur, eine fohre, forelle. Auson. Mosella v. 130 *Amborum medio fario intercepte sub ævo.*

FARNVS, *i*, f. arbor de genere quercuum, diutissime durans, apud Vitruv. 7, 1; & Pallad. 1 tit. 9.

¶ Farneus, *a, um*, eichen; ut, *Fungi farnei*, Apic. 7, 13.

Farraceus, farrago, farreus, &c. vide *Far.*

Fartilis, fartor, fartura, &c. vide *Farcio.*

FAS, n. indecl. quod pium, sanctum, religiosum, & licitum, quod fari dignum sit, was für Gott ziemlich und recht ist. *Iustum* enim ad homines refertur, *fas* ad Deum. Virgilius aptissime conjunxit utrumque Georg. 1, 268 *Quædam etiam festis operis exercere diebus, Fas & jura sinunt*, göttliche und weltliche rechte lassen zu &c. *Contra fas, contra omnes divinas atque humanas religiones aliquid facere*, Cic. Verr. 5, 13. *Contra jus, fasque*, wider recht und billigkeit, Id. de Arusp. c. 16. Et, *Quod fas est*, quoad licet, so fern es zu verantworten ist, Id. Agrar. 2, 7. ¶ 2. Quod fieri quocumque modo potest. Ovid. Trist. 2, 213 *Fas ergo est, aliqua cæcitate peccora falli.* v. Menck. obs. l. l. ¶ 3. Per prosopopœian Livius quasi deam facit, 1, 32, in formula Fetialis, *Audiat Fas.*

¶ Infas, n. indecl. unrecht. Gloss. lat. gr. *Infas*, ἀδίκημα.

¶ Nefas, n. indecl. facinus impium & atrox, eine greuliche sünde, schande, übelthat. Apud poëtas cum epithetis legitur: ut, *Dirum nefas*, Virg. Æneid. 4, 565; *Immane nefas ausi*, ibid. 6, 624. Et, *Maculosum nefas.* Horat. 4 oda 5, 22. *Gens humana ruit per vetitum nefas*, Id. 1 od. 3, 26. *Grande nefas & morte piandum*, eine todsünde, Juvenal. 13, 54. *Ineffas est dicta*, Cic. de Senect. c. 5. ¶ 2. Idem ac impossibile. Horat. 1 od. 24, 20 *Lacrumis pati tientia, quicquid corrigere est nefas*, h. e. non licet, es ist unmöglich. ¶ 3. Sæpe eleganter interseritur, & interjectionis vicem, ut *Medeam*, & similia, habet. Virg. Æn. 6, 087 *Et ultima secum Bactra vehit, sequiturque (nefas) Ægyptia conjux.* Vide & *Mutum.* ¶ 4. *Per fas & Nefas*, formula vulgaris, quæ si scite adhibeatur, tam sordida nequaquam est, quam plerisque putatur. Liv. 6, 14 de Manlii Capitolini factione: *Id vero accendit animos, ut per omne fas ac nefas secuturi vindicem libertatis viderentur.* Horat. 1 oda 18, 19 *Fas atque nefas exigui sine discrimine*, recht und unrecht ist ihm einerley. Hinc

¶ Nefārius, *a, um*, adj. schändlich, gottlos; ut, *Facinus nefarium*, Cic. pro Rosc. Am. c. 13. *Nefario scelere obstringere*, Cæs. Civ. B. 2, 32. *Nefarius Atreus*, Horat. Art. v. 186.

¶ Nefarie, adv. idem. *Multa in Dios hominesque nefarie facere*, h. e. scelerate, Cic. Divin. in Verr. c. 12, viele schändliche thaten thun.

FASCĔLIS, *idis* & *itis*, Diana, a fasce lignorum dicta, auctore Servio in Æn. 2, 116, quem intpidias. Hinc

¶ Fascĕlīnus, *a, um*, adj. ut, *Fascelina sedes*, apud Silium 14, 261, locus, in quo templum hujus Diæ. Adde quæ ibi notavit Cellarius.

FASCIA, *æ*, f. linteolum ad ligandum aptum, eine binde, schleyertuch, windel. Ita dici potest *Fascia crinalis*, eine haube. *Fasciæ quibus crura vinciuntur*, Quintil. 11, 3. *Fascia pectoralis*, ein brust-tuch, Martial. 14 ep. 134. Seneca in epist. 80 extr. *Sub regis fascia multum latet mali*, i. e. *diademate*, ubi vid. De fasciis veterum plura Casaub. ad Suet. Aug. c. 82, cum de *feminalibus* & *tibialibus*, quorum ibi mentio, explicat, & Salmas. ad Hist. Aug. non uno loco, itemque Voss. Inst. Orat. 4 p. 159. ¶ 2. *Fascia* pro nube, in modum fasciæ cœlum percurrente. Iuvenal. 14, 294 *Nil color hic cæli, nil fascia nigra minatur.*

¶ Fasciŏla, *æ*, f. dimin. *Fasciolæ purpureæ*, Cic. de Arusp. Resp. c. 21, rothe bänder, binden. Vopisc. Aurel. c. 4 *Vinctus fasciola.*

¶ Fascio, *are*, fasciis ligare, bewinden, einwickeln. In Antonino Pio Capitolinus c. ult. *Tiliaceis tabulis in pectore positis fasciabatur, ut rectius incederet.* Sed Vulg. Interpr. Ezech. 30, 21 *Vt ligaretur pannis & fasciaretur linteolis*: a *Fascio, īre.*

¶ Fasciātus, *a, um*, umwunden, eingewickelt. Martial. 12 epigr. 57 *Fasciato trunco naufragus loquax.*

¶ Fascĭā-

¶ Fasciātor, *ōris*, m. ein ballenbinder, Hieronym.

¶ Fasciatrix, *īcis*, f. eine schlengerfrau, Idem.

Fasciatim, fasciculus, vide *Fascis*.

FASCĪNVM, *i*, n. & Fascinus, *i*, m. βασκανία, a fascinando dicitur, quibus ligabant, quos fascinabant, zauberey, beschreuung, bezauberung. Symmach. 1 epist. 13 *Nullo fascino felicitas publica moriatur*, i. e invidia non corrumpatur. Duplex autem habetur fascinus, alius qui oculo, alius qui lingua fit. De primo Virg. ecl. 3, 103 *Nescio, quis teneros oculus mihi fascinat agnos.* De altero ecl. 7, 27 *Aut si utra placitum laudavit, baccare frontem Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.* Nam nimium laudare, fascinare est. Verumque genus complexus Horat. 1 ep. 14, 37 *Non illis obliquo oculo mea commoda quisquam Limat, non odio obscuro, morsuque venatur.* De cassis fascinationum non ineleganter philosophatur Heliodorus 3 Æthiopicorum ex Calasiridis persona: vide & Plutarch. lib. 5 Sympos. quæst. 7, Aristotelem (hujus enim nomine interdum hi libri) de secretiore Philosophia apud Ægyptios 5, 6 & seq. itemque Tertull. de Virginib. velandis c. 12, Turneb. 9 Adverss. c. 28, Casaub. ad Pers. p. 202, & ad Theocrit. p. 75, Lambin ad Horat. p. 365. Mercer. ad Aristæn. ep. p. 211. Gesner Chrest. Plin. p. 95 seq. ¶ 2. Sed & ipsa remedia contra fascinum, seu amuleta, quæ & *prabia* dicebantur antiquis, & membri virilis, sive mentulæ figura pueris suspendebantur e collo, quorum specimen Pignorius explicatione mensæ Isiacæ p. 17 exhibuit, *fascini* nomine appellata fuerunt. Hinc Varro ait de L. L. 6, 5 *Pueris turpicula res in collo quædam suspenditur, ne quid obsit bonæ fœcundæ causa.* v. Hard. ad Plin. 19, 4 f. 19 no. maj. 9. Add. 28, 4 f. 7, ubi *fascinus imperatorum quoque non solum infantium custos* dicitur. ¶ 3. Atque hinc ipsum membrum virile, seu veretrum perinde *fascinum* appellatum. Cujusmodi non unum exemplum in Priapeis licet notare, ubi & *fascinosum* pro bene vasato legere licet. Horat. epod. 8, 17 *Illiberati nimis nervi vigent, Minusque languet fascinum.*

¶ Fascino, *avi*, *atum*, *are*, bezaubern, beschreyen. Virgilii locum vide supra in *Fascinum*. Catull. 7, 12 *Mala fascinare lingua.*

¶ Fascinans, *tis*. Plin. 13, 4 *Contra fascinantes*, i. e. eos, qui fascinant.

¶ Fascinātio, *ōnis*, f. die bezauberung, hexerey. Plin. 28, 2 *Fascinationibus occurrere.*

¶ Fascinator, *ōris*, m. ein zauberer. Vet. Gloss. *Fascinator*, βάσκανος.

¶ Fascinatrix, *īcis*, f. die zauberin, unholdin, hexe. Apulej.

¶ Fascinamentum, *i*, n. zauber-werck, apud eundem.

¶ Fascinōsus, *i*, m. qui magno Priapo præditus. Priap. Carm. *Non est poëta fascinosior nostro.*

Effascino, *are*, ut, *Fascinare*, beschreyen, beheren. Plin. 7, 2 *Visu quoque effascinare. Voce atque lingua effascinare*, Gell. 9, 4 ex Plinio; sed de suo adjecit *voce atque lingua*, ut Plinii interpres esset.

¶ Effascinans, *tis*. Plin. 7, 2 *In Africa familias quasdam effascinantium tradunt, quarum laudatione intereant probatæ*, (i. e. laudata) *arbores arescant, enecentur infantes*; &c. ubi vid. Dalechamp. & Gesneri Chrestom. Plin. p. 95.

¶ Effascinatio, *ōnis*, f. Plin. 19, 4 *Contra invidientium effascinationes.* Id. 37, 10 *Eam* gemmam, cui nomen Antipathes) *contra effascinationes, auxilia magi volunt.*

¶ Infascinatus, *a*, *um*, unbehext, unbeschrieen. Hinc

¶ Infascinate, adv. idem. Gloss. gr. lat. ἀβασκάντως, *infascinate.*

¶ Infascinabilis, *e*, frey von bezaubern. Gloss. gr. lat. ἀβάσκαντος, *infascinabilis.*

¶ Præfascinus, *a*, *um*, sehr zauberisch. Gloss. gr. lat. πάνυ βάσκανος, *præfascinus.*

¶ Præfiscine, vel Præfiscini, a *Fascino* est, quasi dicas *præter fascinum*, ἀβασκάντως, ohne neid, zur guten stunde. Apul. 3 Florid. *Præfiscine dixerim.* Quam vocem plerumque addebant veteres, quum aliquid laudarent. Putabant enim, se amoliri hoc voce fascinum, a quo metuebant, si quis impentius se laudaret ipse, aut ab alio laudaretur. Simile est, quod & hodieque usurpamus, *dicto absit invidia.* v. Scalig. ad Fest. & Muret. Var. Lect. 9, 3. Plaut Asin. 2, 4, 84 *Præfiscine hoc mane dixerim, nemo etiamnæ accepit it Meritonico; neque me Athenis est alter hodie qui plus, Cui credi inde æque patent.* Titinnius in Setina apud Charis. lib. 2 p. 189 *Paula mea, amabo! Pol tu ad laudem addito Præfiscini.* Ne sc. puella fascinetur, addit rei explicandæ lib. 2 Charisius. v. Stewech. ad Apuleji Florida p. 398. Vbi e Iof. Scaligero observat, *Præfiscine* de præsenti; *præfiscini* de futuro dici.

FASCIS, *is*, m. congeries colligata, ein bund, bündel, bürde; ut, *Fascis virgultorum ac sframentorum*, Hirtius B. Gall. 8, 15. *Calamorum*, Martial. lemm. 14, epigr. 38, & aliarum quarumcumque rerum. *Epistolarum fasces*, Ammian. 21, 16. Pro onere generatim accipit Virg. ecl. 9, 65 *Ego hoc te fasce levabo.* ¶ 2. Sed *Fasces* plural. insignia dicebantur Magistratuum Romanorum. Erant autem fasciculi colligati ex virgis seu bacillis de betula arbore, ut auctor est Plinius 16, 18, f. 30, inter quas obligata fecuris ita erat, ut ferrum in summo fasce emineret. Hos fasces Romulus jam instituit auctore Dionysio 1 3 & Liv. 1, 8. Sed Flor. 1, 5, 5 *Tarquinius*, inquit, *duodecim Tusciæ populos frequentibus armis subegit. Inde fasces*, &c. Habebant deinde COSS. duodenos fasces, Prætorum erant seni, tam in urbe quam in Provincia, sed hic cum, ibi sine fecuribus. Dictatorum erant XXIV cum fecuribus etiam in urbe. vid. omnino Spanhem. de usu & præstant. num. diss. 10 a p. 88 ad 172. Decemvirorum tantum ille primum fasces habebat, qui tum jus diceret. Liv. 3, 33. Sed post *CXX lictores fasces inplebant* c. 36 pr. Nimirum fasces a totidem lictoribus præferebantur honoris terrorisque causa, sive, ut Plutarchus expositi in Problem. Rom. probl. 82, ut per virgas significaretur, corrigendum esse a magistratu, quod mutari possit; quod vero emendari nequiret, abscindendum. Fiunguntur per tumultum fasces Liv. 3, 49 pr. Plura de fasc bus dabunt Spanhem. l. c. Lipsius elect. 1, 23 & antiquitatum scriptores &c. ¶ 3. Hinc & pro consulatu aut magistratu ipso interdum ponuntur: ut, *Extraordinarii fasces*, apud Cic. pro Dom. c. 10. Et Tert. de Pœnit. c. 11 *Securium virgarumque petitio* est petitio honorum *Fasces summittere*, est cedere, & se imperio facere. *Tirocinia omnes fasces sine sobole sunt*, sie haben sich alle vor neue soldaten. Veiled. 2, 99, 3. vid. speciatim de hoc usu Liv. 1 c. *Imaginarii fasces Nostrorum* vocat. Liv. 3, 4 pr. porro latum contra jus ab ipsis continuatum. ¶ 4 *Fasces* & *Fasti* confunduntur a librariis. v. *Fasti* p. p.

¶ Fasciculus, *i*, m. dimin. ut, *Fasciculus epistolarum*, Cic. ad Qu. frat. 2, 11. *Fasciculus literarum*, Horat. epist. 1, 13, 13; *florum*, ein strauß; unde, *Fasciculum ad nares admovere*, Cic. Tusc. Quæst. 3, 18 extr.

¶ Fasciculāris, *e*, zusammen gebunden. Veget. 2, 19 *Fasciculavia, id est, lignum, fœnum, aquam, stramen, etiam legitimi milites in castris portabant.*

¶ Fasciatim, adv. bündel- oder büschel-weise. Quintil. 4, 6 p. 47 Burm. legit *fasciatim.* Significare non *per fascias*, sed *per fasces*, testatur Diomedes p. 166.

Fascēlis Diana, vide paullo ante suo loco.

FASĒLVS, *i*, m. navigium, ein schiff. v. in *Phaselus*, ubi & *Phaseolus.* ¶ 2. *Faselos*, legumen, welsche bohnen. Virg. Georg. 1, 227 *Viciamque seres vilemque faselum.*

¶ Faselus, *i*, m. legumen est Columellæ & Plinio, semen habet candidum, forma ac magnitudine inter fabas & ipsa media, v. Plin. 12, 7. Colum. 11, 2.

FASTI, *ōrum*, m. plur. ein calender, allmanach; ut, *Fastorum notare dies*, Cic. Tusc. 1, 28. I ctis *fastorum libri* sunt, *in quibus totius anni fit descriptio.* ¶ 2. Sed & *Fastus*, *fastuum*, Varro divit de L. L. 5, 4. Et Lucan. 10, 187 *Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus.* Observat idem & Prisc anus lib. 6. Et ita apud Horatium 4 od. 13, 4. *Fastus*, non *festos* in quibusdam codicibus invenii, notat Torrentius. Columell. 9, 14 *Sequor nunc Ludovici & Metonis antiquorumque Astrologorum fastus.* Silius 2, 10 *Ausonios atavo docebat consule fastus.* Et Claudianus epistola ad Probinum v. 15 *Incipiensque tuis a fastibus omina cepi*; i. e. a consulatu tuo. Plura de hoc vide apud Nic. Heinsium in Claudiani 4 consul. Honor. v. 155 & Drakenb. ad Sil. 2, 10. Cæterum FASTI dicebantur libri, in quibus totius anni res Romani populi continebantur perscriptæ; nec non dierum singulorum observationes. Itaque & qui nascebantur, eo referebantur. v. Suet. Tib. c. 5, & ibi Torrentium. Cæterum *fastos*, occultatos ante, *C. Flavius ædilis cur. per contumaciam adversus nobiles in albo proposuit, ut quando lege agi posset, sciretur.* Liv. 9, 46 pr. ¶ 2. *Fasti* & *fasces* inscentur in MSS. vid. Drakenb. ad Sil. 2, 10 it. *Fasti & Fata* in obliquis v. *Fatum.*

¶ Fastus, *a*, *um*, da man gerichte hält, &

¶ Nefastus, *a*, *um*, da man fenert, dierum potissimum epitheta. *Fasti dies* dicebantur, gerichts-tage, in quibus fine piaculo prætoribus tria hæc licebat profari verba *Do*, *Dico*, *Addico*. *Nefasti*, in quibus idem fieri non licebat, quæ ipsius Varronis observatio est de L. L. 1 5 p. 50. Ovid. Fast. 1, 47 *Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur: Fastus erit, per quem lege licebit agi.* Liv. 1, 19 de Numa: *Nefastos dies fastosque fecit, quia aliquando nihil cum populo agi, utile futurum erat.* Suet. lib. 4 Prætorum, ut Prisc anus lib. 8 laudat, FASTI *dies sunt, in quibus jus fatur, id est, dicitur*; *Nefasti in quibus non dicitur.* conf. Varro de L. L. 5, 4 & 7, & Festus, qui docet, *nefastos dies* N litera notari solitos. Quod etiam apparet ex Kalendariis antiquis, quæ superstunt, e. g. illo, quod ex Maffeano lapide primus edidit Manutius. Vide & Plutarchum Camillo, & de rerum Romanarum causis. Institutio ipsa a Numa est, apud Livium 1, 19. ¶ 2. Suetonius Tib. c. 53 *Nefastos dies* pro atris, inauspicatis dixit: quod prave tamen & perperam fieri, Gellius 4, 9 existimat. ¶ 3. *Nefastus* etiam aliis nominibus adjectum invenitur, & accipitur pro nefario vel infausto & ominoso, unglücklich, verdächtig. Cic de Leg. 2, 8 *Quæ augur infausta, nefasta, vitiosa, dira dixerit, irrita infectaque sunto.* Plin. 20, 11 *Ea caussa est, ne inter nefastos frutices damnetur.* Liv. 6, 28 *Ne qua terra sit nefasta victoriæ suæ.*

Fastidio, fastidiosus, fastidium, vide *Fastus.*

FASTĪGIVM, *i*, n. summitas quævis a fastu sic dicta, die höhe oder spitze. De monte Cæs. B. C. 1, 45 *Præruptus locus erat: ab oppido autem declivi fastigio vergebat in longitudinem passuum circiter DC.* Et 2, 24 *Id autem est jugum directum, eminens in mare, utraque ex parte præruptum atque asperum, sed paulo tamen leniore fastigio ab ea parte, quæ ad Veteam vergit.* Liv. 1, 38 *cloacis e fastigio in Tiberim ductis*, ubi conf. Gronovius pater. Sic *molle fastigium* Cæs. B. C. 2, 10, eine nicht jähe höhe. Ita & Varr. R. R. 1, 14, 2 & 1, 20, 5. ¶ 2. Pro honore & dignitate ponitur, quod metaphoricum est. Vellej. 2, 69, 1 *In consulare fastigium provectus.* Nepos 25, 14, 2 *Pari fastigio* (dignitatis) *stetit in utraque fortuna*, ist einmahl so groß müthig geblieben als das andere mahl. Sic Plin. Paneg. c. 52 *Fastigium summum inter homines servare* dixit, pro excellere honoribus & dignitate, atque sic peculiariter *regnum*, sive *regium dignitatem* notat, der höheste seyn. v. Barth. Adverss. 27, 7; & ad Claudian. p. 813. ¶ 3. Sed & ædificiorum summa, *fastigia* appellantur. Unde, *Operi fastigium imponere*, Cic. Offic. 3, 7 ablolvere est, das werck vollenden. Hoc enim in ædium exstructione opus ultimum est. ¶ 4. Fuit & *Fastigium* peculiare genus tecti, quod non nisi Deorum templis & Cæsarum palatiis proprium erat, cujus Suetonius Cæs. c. 81, & Claud. c. 17 mentionem facit. Id Græcis ἀετός & ἀέτωμα appellabatur, ut Casaubonus ad locum in Cæsare notat, quem vide. ¶ 5. Virgilius etiam de profunditate hoc nomine usus est, quæ & *altitudo* similiter dicitur, 2 Georg. v 288 *Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia quæras*, die tiefe. v. & Servium in 2 Æneid. v. 758. Cæs. B. G. 7, 74: *Scrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur, paullatim angustiore ad infimum fastigio.* conf. Misc. Observ. Vol. 5 p. 65

¶ Fastigio, *are*, seu potius *Fastigare*, est cacuminare, attollere in fastigium, zuspitzen, spitzig machen. Mela 1, 4 *Fastigetque se molliter.* Et Silius 5, 50 *Sensim fastigans, compressa cacumina nectit.* Plin. 18,

7 Frumenta hiemi in herba sunt: verno tempore fastigantur in stipulam. Solon. 7, 9 *Dignitatum insignibus fastigari*, erhoben werden.

Fastigatus, five Fastigiatus, *a, um*, gefirſtet, item erhoben. Caes. B. G. 2, 8 *Celsis latiter fastigiatus.* conf. 1, 17. Liv. 28, 27 *Collis in modum metae in acutum cacumen a fundo satis lato fastigatus.* Solin. c. de Aegypto ext. *Pyramides turres sunt fastigatae.* Sidon. 1 ep. 9 *Fastigatis, ut consolares*, i. e. superbissimi. Id. 2 ep. 3 *Ad errorem fastigati bona felicitatis ruebas.* Haac. Voſſius ad Pomp. Melam p. 17 negat, *fastigatus, fastigiare*, bona eſſe, quod MSS. paſſim habeant *fastigare, fastigatus*, quocum I. F. Gronov. ad Liv. 1, 33, 6 conentit. Non enim verbum a nomine eſt, ſed hoc ab illo, ſicut *vestigium a vestigare*. Poſſe corrumpi non poſſunt. De Silio jam vidimus: addi Sidonius poteſt carm. 2, 5 *Diademate crinem fastigatus eas.* v. omnino Drakenb. ad Sil. 5, 50.

¶ Fastigiare, adv. idem, apud Boethium.

¶ Fastigatio, *ōnis*, f. die aufſpitzung. Plin. 17, 14 *Fastigatio levi descendat cacumen.* Arnob. 2 Florid. *Recta fastigatione clausula.*

¶ Semifastigium, *i*, n. die halbe höhe. Vitruv. 7, c.

FASTUS, *ūs*, m. admiratio ſui, ſuperbia, ſtolz, prächtige bekleidung, hochmuth. *Alto fastu turgidus*, Claud. de Laud. Stilic. 2, 159, aufgeblaſen. Et Ovid. Fast. 1, 417 *Fastus inest pulchris, sequiturque superbia formam*, ſchöne leute ſind ſtolz. ¶ 2. Pro contemtu, qui ex ſuperbia eſt, Tacitus poſuit Annal. 2, 2, 5 *Accendebat dedignantes & ipse, diversis a majorum institutis, raro venatu, signi equorum curva, quaries per urbes incederet, lectica gestamine, fastuque erga patrias epulas.* v. ibi Pichenam. conf. Lipſ. Var. Lect. 2, 22.

¶ Fastuosus, *a, um*, prächtig, ſtolz. Apud Martialem 10 epigr. 13 *Fastuose limina maechi.* Auctor panegyr. ad Piſon. v. 107 *Domus fastuosa.* ¶ 2. Formæ *Fastuosior* non obvia exempla ſunt.

¶ Fastose, adv. idem, apud Plautum.

¶ Fastidio, *ivi, itum, ire*, quod eſt, cum faſtu deſpicere, einen eckel haben, verſchmähen. Virg. ecl. 2 extr. *Invenies alium; si te hic fastidit Alexis.* Plaut. Curc. 5, 2, 35 *Ut fastidii gloriosus?* de eo qui dedignatur reſpondere, ubi etiam noſtri, warum thut er ſo eckel? Id. Bacch. 2, 3, 99 N1. *Cur ita fastidit?* CH. *Tantas divitias habet: Nescit, quod faciat auro; Cur ita fastidit?* ſcil. aurum, ut eo ſuppactos toccos habeat. Curt. 5, 5, 12 *Nemo fideliter diligit, quem fastidit.* ¶ 2. De cibis uſus Horatius eſt 1 ep. 17, 15 *Si scirret regibus uti Fastidiret olus.* Colum. 2, 9 extr. *Militem cum lucle pultem non fastidiendam praebet*, cui brey der nicht zu verachten.

¶ Fastidiens, *tis*, eckelnd, verabſcheuend. Sen. ep. 2 *Fastidientis stomachi est multa desiderare.*

¶ Fastidienter, adv. mit verdruß. Apul. 5 Met. p. 166 *Parentibus fastidienter appellatis.*

¶ Fastiditus, *a, um*, deſſen man überdrüßig worden. Plin. præf. *Res ardua, vetustis novitatem dare, fastiditis gratiam &c.* Ovid. Pont 4 epiſt. 1, 19 *Verba fastidia repellere.* Lucan. 7, 844 *Pars turbae fastidita jacet.*

¶ Fastidium, *i*, n. contemtus, tædium, eckel, verachtung, unwille. Cic. de Invent. 1, 17 *Cibi latietas & fastidium.* Et, *Fastidium stomachi*, Id. fam. 2, 16. *Fastidium movere* Quintil. 2, 4, einen eckel machen. *Fastidium deducere*, Plin. 15, 8, den eckel benehmen. *Fastidii audiendi*, Cic. de opt. gen. or. c. 4. it. de Fin. 1, 2. *Rudem esse omnino in nostris poetis, aut inertissime segnitie est, aut fastidii delicatissimi.* Id. de Orat 3, 25 *Omnibus in rebus voluptatibus maximis fastidium finitimum est*, nach luſt folget unluſt. Sen. ep. 9 *Omnis stultitia laborat fastidio sui.* Juſtin. 8, 4 *Philippus vanditatione gloriae suae, tamquam urbium fastidium gerat.* Alio ſenſu Horat. epiſt. 14 *agitare fastidia*, pro exagitare, increpare, dixit.

¶ Fastidiosus, *a, um*, qui faſtidit, eckelhaft, verdrüßlich. *Fastidiosus literarum latinarum*, Cic. de Claris Orat. c. 70. *Aurium fastus fastidiosissimus*, das gehör iſt ein überaus eckeles ding, ubi idem fere eſt quod delicatus. Auct. ad Herenn. 4, 23. Ruſus Cic. de Clar. Or. c. 57 *Antonius facilis in causis recipiendis erat: fastidiosior Crassus.*

¶ Fastidiose, adv. mit eckel. *Fastidiose spectare*, mit verdruß zuſehen: Cic. de Orat. 1, 61 *Quod ego non tam fastidiose in nobis, quam in dissimilibus, spectari puto*; & 2, 89 *Fastidiosius accedere.*

¶ Fastidibilis, *e*, unangenehm. Tert. de Anima c. 33 *Iudicia fastidibilia.*

¶ Fastidiliter, adv. mit überdruß. Varro apud Nonium c. 2 n. 336 *Non habere fastidiliter.*

¶ Infastiditus, *a, um*, cujus non eſt faſtidium, deſſen man nicht überdrüßig wird. Caſſiod. epiſt. 41 *Infastidita suggestio.* Sidon. carm. 16, 12; *Infastiditum fors ipse ad busta cadaver.*

Fatalis, &c. vide *Fatum.*

FĀTEOR, *fassus sum, fateri*, bekennen, geſtehen. *Fatetur* is, qui in culpa eſt, & qui cogitur; Vitro enim de ſe affirmate, *profiteri* eſt. *Peccatum fateri*, Horat. 2 ſat 4, 4. Et Claudian. in Eutrop. 2, 7 *Quid juvat, errorem mersa jam puppe fateri?* Conſtruitur etiam cum præpoſitione, ut, *Fateri de se*, Liv. 24, 5. Et cum infinitivo, ut, *Fatendum est, summum bonum esse jucunde vivere*, Cic. de Fin. 1, 12 extr. ¶ 2. Paſſive uſurpavit Cicero contra Rullum ad 3 op. c. 21 extr. *Quae est ista aequitas, hunc agrum excipere nominatim, qui publicus esse fateatur?* ut volunt Turn. & Lamb. Duriuſculum enim eſt, Græcam conſtructionem comminiſci, quaſi idem ſit ac, *qui publicum esse se fateatur. Fatendi modus* Quint. 1, 6 p. 73 eſt indicativus.

¶ Fassus, *a, um*, der bekennet hat. Varro de L. L. 5, 7 *Ab eodem verbo fari fassi & confessi, qui fati id, quod ab his quaesitum.* Ovid. Heroid. 12, 11 *Parce, precor, fasso.* Et ibid 19, 4 *Da veniam fasso.* Et, *Da veniam fassae*, Pont. 1, 7, 22. *Causisus fassas amoris*, Ovid. Met. 2, 8 N.

¶ Confiteor, *fassus sum, fateri*, eſt etiam inviti, ut Donatus ait, beichten bekennen. Ter. Phorm. 5, 3, 46 *Jam scio, orat, confitetur, purgat, quid vis amplius?* Cic. fam. 5, 2 *Aperte atque ingenue aliquid confiteri*, öffentlich und aufrichtig geſtehen. Id. de N. D. 2, 4 *Peccatum suum quod celari possit, non sapiens confiteri invitus.* Id. pro Cæcina c. 9 *Ita videntur confitetur, ut non solum fateri, sed etiam profiteri videantur.* Id. pro Roſc. 31: *Ut nihil interesset, utrum eam rem recusarent; an de maleficio confiterentur*; atque ita ſæpius v. Menck. Obſ. L. L.

¶ Confessus, *a, um*, der bekannt hat. Active Sall. Cat. 52, 36 *Itaque judicia Vulterci convicti confestique sunt.* Ovid. ex Pont. 2, 2, 56 *Rem confessi.* Paſſive *Res confessa*, eſt manifeſta, & de qua nulla eſt controverſia, Cic. Verr. 5, 56, ein ding, das am tage und unleugbar iſt. *Ipse in confesso*, klar und am tage ſeyn. Sen. Benef. 3, 11 *Parentum in confesso merita sunt.* Adde Dialog. de Orator. c. 25 n. 2 & c. 27 n. 2. Sic, *Ex confesso*: Quintil. 3, 5 *Utraque res, quae ex confesso sunt tarpia*, öffentlich und unzweifelt. *In confessum venire*, Plin. dixit 10 ep. 85 extr. pro eo, quod eſt, *omnium confessione comprobari*, von jedermann bekannt werden. ¶ 2. *Confessus* idem fere eſt, quod ſimilans, habitu referens. Virg. Æn. 11, 591. & Serv. ad h. l. add. Comm. Petro. c. 41 p. 183.

¶ Confessio, *ōnis*, f. confitentis actio, die bekenntniß, beichte. *Culpae confessionem exigere*, auf das geſtändniß dringen, Quintil. 4, 2. *Virgeri confessione sua*, Cic. in Verr. 6, 27. *Taciturnitas imitatur confessionem*, Cic. de Invent. 1, 32. Id. in ep. ad Octavium: *Sit erranti medicina confessio*, denn ſicher zu rathen, der ſeinen fehler bekennet. *Confessionem judicoris tormentis exprimere: Cruciatu confessionem exprimere*, Suet. Tib. c. 19 & Galb. c. 10, martern.

¶ Confessor, *ōris*, m. ein bekenner. Speciatim illi Chriſtiani ita honoris cauſa vocabantur, qui veritatem divinam profiterentur etiam in tormentis; quod ſi mors accederet, *martyres* vocabantur. Interdum tamen etiam pro martyre ponitur. Tertull. de Corona mil. c. 2 *Confessores & martyres, vel negatores.* conf. ad Marc. 4, 28; adv. Gnoſt. 11; adv. Praxean. c. 26. Lactant. de Mort. Perſec. c. 35 *Cum ceteris confessoribus e custodia liberatus.* Adde Sid. ep. 4, 18; 7, 1 & 17.

¶ Confessarius, ſive Confeſſionarius, *i*, m. pro eo, qui eſt a confeſſionibus, ein beichtvater, damnat Sciopp. Infam. Famiani p. 126.

¶ Confessorius, *a, um*, bekennend; ut, *actio confessoria*, cui oppo-nitur *negatoria*, lib. 8 ff. t. 5 l. 2.

¶ Inconfessus, *a, um*, non confeſſus, der nicht bekennet. Ovid. Met. 2, 557 *Servandum debuerat: sed enim inconfessa, quid esset.* Heinſius autem hunc verſum tollendum cenſuit.

¶ Diffiteor, *eri*, negare, inficiari, leugnen, verneinen. Plancus Ciceroni ſam. 10 ep. 7 *Nunquam diffitebor, multa me dissimulasse cum dolore*, das will ich nicht widerreden.

¶ Infiteor, *eri*, nicht bekennen. Feſtus Pompejus: *Infiteri, non fateri.* Idem continuo ſubdit; *Infitiari, creditum fraudare.* Ideo huc referimus quoque *Infitiari.*

¶ Infitens, *tis*, leugnend. Gloſſ. lat. gr. *Infitentes, ἀρνούμενοι.*

¶ Infitior, *ari*, ire infitias, leugnen, de quo dubitat Voſſius Etym. p. 266, num rectius a facio, an a fateor deducatur, adeoque per T, an per C ſcribi debeat. Cic. in Catil. 3, 5 *Cum id possit infitiari, repugnante praeter opinionem omnem conscientia est.* Ap. Plaut. Amph. 2, 2, 247 *infitiare* in MSS. per T clare ſcribi teſtatur Pareus. Id. Plautus Cist. 4, 1, 9 *Infitiare* activa forma uſus eſt.

¶ Infitiatus, *a, um*, der da leugnet, & Infitiandus, *a, um*, das zu leugnen iſt, participia apud Ovidium ſunt: ut, ex Ponto 1, 7, 27 *Infitiatus amicos.* It. ep. 9 Deianirae v. 4 *Fama facilis infitianda.*

¶ Infitias, accuſativus ſolus pluralis cum verbo *Eo* effertur, ut, *Infitias ire*, hoc eſt, negare, verneinen, verleugnen. *Si infitias ibit reflis, mecum est annulus &c.* Ter. Adelph. 3, 2, 49, & alibi ſæpe. Et Quintil. 3, 7 poſt princ. *Neque infitias eo, quasdam esse ex hoc genere materias ad solam compositas ostentationem.* Et Tac. A. 15, 2; 3 *Non ibo infitias* Voſſius de Analog. 1, 4 dictum vult; ut, *Ire exsequias, suppetias*; & utrobique ſubintelligit *ad.*

¶ Infitiatio, *ōnis*, f. negatio, die leugnung, verneinung. Cic. de Orat. 2, 25 *Causis, quae criminum sunt, plerumque infitiatione defenduntur.* Et Quintil. procem. lib 8 *Depulso omnis infitiatione duplici confiat.*

¶ Infitiator, *ōris*, m. ein leugner, der nichts geſtehet, alles leugnet. Martial. 1 epigr. 104 *In jus, ô fallax atque infitiator, eamus.* Ciceroni 2 Catil. c. 10 *Infitiatores lenti* ſunt, qui abjurant debita, böſe bezahler, die die ſchuld nicht geſtehen. Contra ap. Sidon. 3 ep. 13 *Infitiator soluti*, der da leugnet, was bezahlet worden. Non audiendus eſt Non. 2, 476 *Infitiatores sunt falsi criminis objectores.* Neque enim ab uſitata ſignificatione recedit locus, quem laudat Cic. de Orat. 1, 37 pr. *Infitiator* enim ibi eſt, is unde petitur, quique negat ſe debere.

¶ Infitiatrix, *icis*, f. Prudent. Pſychom. v. 632 *Fidei fraus infitiatrix.*

¶ Infitialis, *e*, leugbar; ut, *Status infitialis*, Cic. Topic. c. 24 extr. quo infitias imus, & negamus objecta, v. Vallam 6, 9.

¶ Profiteor, *eri*, & voluntarie & libere, freywillig von ſich ſagen und bekennen. Cic. pro Rabir. c. 5 *Fateor, atque etiam profiteor, & prae me fero*, ich ſage es frey öffentlich, und trage deſſen keinen ſcheu. ¶ 2. *Profiteri operam, studium suum*, eſt polliceri, ſeine dienſte anbieten. *Meum studium in omni genere officii tibi profiteor & polliceor*, Cic. fam. 5, 8. Id. pro Cluent. c. 18 *Impudentiae est profiteri, quod non possis implere*, mehr zuſagen, als man halten kan. Vellej. 2, 75, 1 *Profiteri alicujus patrocinium*, einem ſchutz verſprechen. ¶ 3. *Profiteri alicujus nomen*, Liv. 26, 18, ſich angeben. Sed elegans eſt Terentii formula in prologo Eunuchi: *Si quisquam est, &c. In his poeta hic nomen profitetur suum*, unter dieſelben will er ſich auch gerechnet haben. Ita vulgo *Profiteri se Grammaticum, Medicum, Philosophum*, ſich dafür ausgeben. *Profiteri Philosophiam*, eſt publice docere, Cic. in Piſonem c. 29. *Qui jus profitetur*, ein juriſt, Ovid. Art. 3, 531. & abſolute *profiteri* ap. Plin. 2, 18; 4, 11 publice docere. ¶ 4. *Profiteri pecuniae, agros suos, censorium est*, aufagen und verzeichnen laſſen, was er vermöge. Cic. in Verr. 5, 15 *Edixerat, ut aratores jugera sationum suarum profiterentur.* In eadem ſignificatione legitur Lucæ 2, 4 *Ascendit Joseph, ut profiteretur, &c.* daß er ſich ſchätzen lieſſe. Ita *Profiteri* abſolute, pro centum profiteri, Cicero pro Archia c. 4. Vti Salluſt. quoque Catil. 18 locutum eſſe, contra Cortium probat Menck. Obſ. L. L.

¶ Professus, *a, um*, idem aliquando paſſive, quod manifeſtus, de quo nemo negat, geſtändig, offenbar, kundbar. Stat. Silv. 1, 2, 24 *Ergo dies aderat Parcarum conditus alto Vellere, quo Stellae Victalitaque professus Clamaretur Hymen.* Phædrus 4 fab. 6, 8 *Vinam ne unquam*

unquam ad profesſe mortis audacem viam Fabricaſſet Argus opere Palladio vatem. Iuſtin. 8, 4, 4 *Bœotii orant, ut profeſſum adverſus Phocenſes ducem Græciæ exhibeat.* Ovid. Faſt. 2, 198 *Sumunt gentiles arma profeſſa manus.* ¶ 2. Sed active *Profeſſus* eſt, qui profitetur, der ſich ausgiebt; ut, *Profeſſus amicum,* Horat. 2 ep. 18, 2. *Profeſſus grandia turget,* Id. de Arte v. 27. *Ludimagiſtrum profeſſus pueros docebat,* Iuſtin. 21, 6, 8. *Aperte ſe hoſtem profeſſus,* Id. 29, 4, 1. ¶ 3. *Ex profeſſo,* offenbarlich, ohne ſcheu. Val. Max. 4, 1, 8 *Cum ex profeſſo inimicitias cum Scipionibus gereret:* hoc eſt, non diſſimulanter. Apulejus & *de profeſſo* dicit in Apolog. p. 274 ed. Elmenh. *Ac ne id quidem de profeſſo audet, &c.*

¶ Profeſſio, *ōnis,* f. ein öffentlich bekanntniß. *Profeſſione non egere,* Cic. fam. 16, 23. Salvian. de Gubern. Dei lib. 4. *Atrocius ſub ſancti nominis profeſſione peccatur.* ¶ 2. Etiam cenſum notat. Cic. pro Arch. c. 4 *Iis tabulis eſt profeſſus, quæ ſolæ ex illa profeſſione obtinent publicarum tabularum auctoritatem.* ¶ 3. Item ars, ſecta & ſocietas, quam quisque ſequitur & profitetur, geſchäfft, gewerb, ſtand, lebens-art, amt, lehr-amt. Cic. de Orat. c. 6 *Vis oratoris profeſſioque ipſa bene dicendi.* Seneca epiſt 5 *Ab ea profeſſione diſſimilitudo ſeparat.* Lamprid. Heliog. c. 20 *Prætuturus ultima profeſſionis hominem.* Adde Ulpian. l. 1 § 13 ff. de Offic. præf. urb. & Paul. l. 9 § 1 ff. de edendo.

¶ Profeſſor, *ōris,* m. qui profitetur, ſe artes liberales cognoviſſe & tradere publice poſſe, ein lehrer; ut, *Profeſſor Grammaticus,* Suet. Gramm. c. 9. *Profeſſor ſapientiæ,* Id. Tib. c. 14. *Etiam conſummatis Profeſſoribus difficile,* Quintil. 1, 9. Et, *Profeſſores magni nominis,* Id. 2, 11.

¶ Profeſſōrius, *a, um,* lehrend, des lehrers. Tac. An. 13, 14, 5 *profeſſoria lingua,* qua Senecæ eloquentiæ profeſſionem notavit Agrippina.

¶ Improfeſſus, *a, um,* unausgeſagt, uneingeſchrieben. Suet. Domit. c. 12 *Ad quem deferebantur, qui improfeſſi, ludicrum intra urbem vivere vitam; &c.* Marcianus l. fin. § 1 Dig. de Publican. *Si quis improfeſſis ſervus fuerit.*

Faticanus, fatidicus, fatifer, fatificus, vide *Fatum,* Fatigo, are, &c. *Fatim,* Fatilegus, fatiloquus, *Fatum.*

FĀTIM, vox antiqua *φάω,* quæ ſonuit *abundanter,* häufig, überflüſſig. Fulgent. 2 Mythol. *Conceptionem futuri germinis fatim ſubminiſtrare.* Hinc

¶ Fătigo, *avi, atum, are,* quaſi *fatim agere,* i. e. laſſare, ſive ad laſſitudinem perducere, perturbare, moleſtia afficere, müde machen. Poetæ aliaque atque alia ſignificatione hoc verbo utuntur. Virg. Æn. 5, 253 *Veloces jaculo cervos curſuque fatigat,* & 4 Æn. 572 *Corripit e ſomno corpus, ſociosque fatigat,* h. e. excitat & hortatur, er weckt ſie auf und macht ſie munter. Salluſt. Iug. c. 14 *Quos ego audio maxima opere niti, ambire, fatigare vos ſingulos, ne quid de abſente incognita cauſſa ſtatuatur.* Tac. Hiſt. 1, 29 pr. *Ignarus interim Galba & ſacris intentus, fatigabat alieni jam imperii Deos.* Nepos 18, 12, 4 *Fetigari fame:* ſic &, *verberibus torti, igne fatigati,* apud Cic. Top. c. 20. *Vinculis & carcere fatigandi* apud eund. c. 3, 18, teſte Nonio, eſt cohibendi, coërcendi. *Fatigabat impia aqua,* Tac. Hiſt 5, 3, 3. ¶ 2. *Fatigare ſilvas venatu, montes curſu, &c.* poëtica ſunt, de quibus Drakenb. ad Sil. 2, 74.

¶ Fatigæus, *a, um,* ermüdet, abgemattet. Vellej. 2, 69, 7 *Quem fortuna veluti fatigatu deſtituit.* Cæſ. B. Civ. 3, 95 *Magno æſtu fatigati.* conf. Hirt. B. Atric. c. 19. *In curſu fatigatus,* müde vom laufen. Petron. c. 6. ¶ 2. Pro recreato & refecto volunt nonnulli poſitum in illo Horatii 3 od. 4, 11 *Ludo fatigatumque ſomno, &c.* quod ſomnus non fatiget: ſed recreet. conf. nox *Fatigatorias.* Et laudantur a doctis veteres Gloſſæ, in quibus τὸ *fatigare* pro *titillare* exponitur. Petronius c. 87 *Rurſusque in ſomnum decidi gaudio laſſus.* Sed quidquid ſit de aliis, locus certe Horatii non indiget hac interpretatione. *Fatigatus ſomno* eſt vinctus & oppreſſus, qui ſe, quod etiam ſciſſi ſolent, non commovet.

¶ Fatigatio, *ōnis,* f. die ermüdung. Liv. 22, ... *Fatigatio equorum atque hominum.* Sen. de Ira 3, 9 *Bilem cibo temperant, quam maxime movet fatigatio,* ubi ad famem refertur, uti apud Hebræos. Quintil. 1, 12 *Minus afficit ſenſus fatigatio, quam cogitatio.* Curt. 7, 11, 17 *Fatigatione continuati laboris affici,* müde werden. ¶ 2. Pro facetiis & dicteriis *fatigationes,* ut & verbum *fatigare* pro cavillare poſuit Sidon. 1 epiſt. 8, ubi vide Savaronem.

¶ Fatigator, *ōris,* m. ein müdemacher, apud Auguſtinum.

¶ Fatigatōrius, *a, um,* facetoſus, verkiriſch. Sidon. 5 epiſt. 17 *Verba erant dulcia, jocoſa,* fatigatoria: *præterea* (*quod beatiſſimum*) *nulla mentio de poteſtatibus aut tributis.*

¶ Fatigabilis, *e,* leicht müde zu machen. Tertull. de anima c. 32 *Aſcenſa ſcelerum fatigabilis.*

¶ Fătīſco, *ĕre,* quaſi *fatim biſcere,* i. e. largiter ſeu abundanter aperiri, von einander gehen, zerklechzen. *Area fatiſcit,* Virg. 1 Georg. v. 180, die tenne reißt auf. Id. Æn. v. 123 *Accipiunt inimicum imbrem, immiſque fatiſcunt* Vbi Servius: ABVNDANTIA APERIVNTVR. Fatim *enim* abundanter *dicimus, unde & adfatim.* Hiſcere *autem frequentativum verbum ab* HIARE. Alibi FATISCVNT, *affatim hiſcunt,* interpretatur. Gell. 12, 1 *Ne æquor illud ventis irruat, & de gravitate oneris ac labore partus fatiſcat:* Vbi *fatiſcere,* eſt deſidere in rugas, & ſulcos, Prudent. Cathem. 9, 51 *Nec fatiſcit unda ſanctis preſſa ſub veſtigiis.* Loquitur de Chriſto incedente per aquas. ¶ 2. Significat & *Deficere,* matt werden, aufhören. Tac. Hiſt 3, 10, 8 *Donec fatiſceret ſeditio.* Auſon Idyll. 4, 10 *Studium puerile fatiſcit, Læta niſi auſteris varientur feſta profeſtis.* ¶ 3. Depo. *Fatiſcor.* Accius ap. Non. 7, 91 *Tamen haud fatiſcar, quin tuam implorem fidem.* Varro ibid. *Altera ita & altera vulneribus fatiſcuntur.*

¶ Feſſus, *a, um,* participium verbi fatiſcor, ut docet Priſcianus, fatigatum atque laſſum ſignificat ſive animo, ſive corpore, müde an kräften des leibes oder gemüthes. v. Vall. 4, 99. *Feſſus de via,* müde von wandern, Cic. Somn. Sc. c. 1 *Feſſus curis,* Sen Hippol. v. 247. *Feſſus rerum,* Virg. Æn. 1, 178, id eſt, interprete Servio, *penuria fatigatus.* Sic etiam *Feſſus valetudinibus,* Tac. Hiſt. 3, 2, 3; *bremę atque inopiæ,* Id. 3, 56, 5; qui & *feſſam ætatem* pro ſenectute dixit Hiſt. 1, 12; 2, 12; & Hiſt. 3, 59, 6. Lucan. 3, 729 *Feſſaque ſenecta,* Plin. 2, 71, 5 *Veſpaſianus Auguſtus feſſis rebus ſubveniens,* i. e. afflictis. Ita Aur. Victor de eodem, *Exſanguem diu feſſumque terrarum orbem brevi refecit.*

¶ Feſſŭlus, *a, um,* matt. In Pſeudepigraphis Petronii p. 228 *anima feſſula.*

¶ Feſſonia, *æ,* f. diva apud veteres *invocanda propter feſſos.* v. Auguſt. de C. D. 4, 21.

Compoſita:

¶ Affătim, vel ut Feſtus ſcripſit, Adfatim, adverb. abunde, abundanter, genug, häufig. Id enim ſignificabat Latinorum Veterum *Fatim:* unde & *fatiſcere,* ut Servius in Æn. 1, 123 obtervat. *Affatim* igitur ex *ad* & *fatim.* Et quia *fatiſco* primam brevem habet: ſequitur eandem & in τῷ *fatim* correptam ſtatuendam: & ideo *affatim* aeuendum in prima, quod & Gellius docet Noct. Attic. 7, 7. *Affatim alicui ſatisfacere,* Cic. Att. 2, 16 Liv 34, 26 *Auxiliorum affatim erat:* & c. 37 *Sibi copiarum affatim eſſe.* Plaut. Mil. 4, 1, 33 *Tibi divitiarum affatim eſt.*

¶ Defătigo, *are,* müde machen. Ter. Andr. 4, 1, 45 *Deſeprevſum, at non defatigatus,* ich bin noch nicht müde worden. *Labore corpora defatigare,* Cæſ. Bell. Gall. 7, 41. *Noli in conſervandis bonis viris defatigari,* Cic. pro Marcell. c. 6, müde werden.

¶ Defatigatus, *a, um,* languens, feſſus, laß, müde. Cic. Divin. 1, 46 *Puella defatigata petiit a matertera, ut ſibi concederet pauliſper, ut in ejus ſella requieſceret.* Id. pro Domo 44: *Emis domum licitatoribus defatigatis, prope dimidio carius, quam æſtimabat,* Aut. ad Herenn. 3, 9 *Animi defatigati ab adverſariis multitudine verborum.*

¶ Defatigatio, *ōnis,* f. ut fatigatio, müdemachung, abmattung. Cic. de Senect. extr. *Senectutis defatigationem fugere debemus.* Hirt. B. Gall. 8, 27 *Defatigatio equorum.*

¶ Indefatigatus, *a, um,* unermüdet. Sen. ad Marc. c. 18 *Indefatigata cœleſtium officia.*

¶ Diffătigo, *are,* idem cum notatione diſtractionis alicujus. Plaut. Epid. 1, 2, 15 *Quin adepol clamore diffatiger, differor.*

¶ Infatigatus, *a, um,* idem Mart. Capella 6 p. 190 *Viatrix infatigata.*

¶ Indefatigābilis, *e,* quod fatigari nequit, was nicht müde wird, unermüdet. Sen. de Ira 2, 12 *Indefatigabilis vigilia.*

¶ Infatigabilis, *e.* Plin. 28, 19 *Infatigabilis curſus.* Val. Max. 3, 2 ext. 1 *Infatigabilis pugna.* Sen ep. 66 *Servare animum infatigabilem.* Lap. ant. ap. Allio Lex. Crit. *ob infatigabilem pietatem.*

¶ Infatigabiliter, adv. idem Auguſtin. ep. 32 *Gaudent infatigabiliter & ineffabiliter.* Et Ven. Fortunatus proſa ſive ep. 1. 8 inter carm. 14 & 15 *Infatigabiliter laborare.* Gloſſ. gr. lat. ἀκαμάτως, *infatigabiliter.*

¶ Defetiſcor, *defeſſus ſum, defetiſci,* labore deficere, müde werden. Ter. Phorm. 4, 1, 23 *Neque defetiſcar unquam ego experirier, Donec tibi id, quod pollicitus ſum, effecero. Defeſſus ſum ambulando,* Id. Adelph. 4, 6, 1 ich habe mich müde gewandert.

¶ Defatiſcens, *tis.* Plin. 17, 2 *Arbores, ſi blandiantur auſtri, defatiſcentes.*

¶ Defeſſus, *a, um,* idem quod *feſſus,* müde, verdroſſen; ut, *Defeſſis ſatietate,* Cic. fam. 2, 3. *Defeſſus labore diſputationis,* Id. de Orat. 2, 57. *Animi forenſibus negotiis defeſſi,* eod. lib. c. 6. Sic & pro Archia c. 6 *Aures convicio defeſſæ.*

¶ Defetiſcentia, *æ,* f. die hinfälligkeit, mattigkeit. Tertull. de Anima c. 43 *Anaxagoras ſomnum defetiſcentiam affirmat.*

¶ Indefeſſus, *a, um,* der nicht müde wird, unverdroſſen; ut, *Indefeſſus agendo,* Ovid. 9 Met. v. 20. *Poſt labores duraque imperia indomitus ſemper indefeſſusque.* Plin. Paneg. c. 14.

¶ Indefeſſe, adv. unermüdet. Auſon. in gratiarum actione: *Omnia agere indefeſſe & benigne.*

¶ Indefeſſim, idem. Sidon. 3 epiſt. 2 *Bonorum amicitias indefeſſim expetas.* Claud. Mamert. 1, 7 *Igniculi indefeſſim ſcintillantes.*

Fatuari, Fatuitas, &c. vide *Fatuus.*

FĀTVM, *i,* n. a *fando,* cujuque participio *fatus.* v. Voſſ. Inſt. Orat. 4, p. 253. Significat enim *voluntatem,* juſſionem & decretum Dei de re, quam gubernat ipſius voluntas, Gottes verſehung, wille, ſchickung, verhängniß. Minucius Felix c. 36 *Quid aliud eſt fatum, quam quod de unoquoque noſtrum Deus fatus eſt?* Statius Poëta antiquus, non Papinius ille, apud Servium in 2 Æneid. *Fata ſunt, quæ Dii fantur. Divinam legem* Hierocles vocat. Sed de *Fato, ſempiterna quadam & indeclinabili ſerie rerum & catena,* vid. Gell. 6, 2; ubi etiam notat *homines nequam, qui in culpa & maleficio revicti perfugiunt ad fati neceſſitatem.* conf. 13, 1. Veterum Philoſophorum de FATO ſententias peculiari libro recenſuit Cicero, & ex recentioribus Hugo Grotius. Adde Voſſ. 2 de Orig. & progreſſu Idololatriæ cap. 44 ad 49. Petr. Frid. Arpe ſcripſit Theatrum fati, ſ. ſcriptorum de fato recenſum. Apul. de Mundo p. 263 *Fatum quod Græci εἱμαρμένην a tractu quodam cauſſarum invicem ſe continentium, volunt dici decretum; idem πεπρωμένην dicunt, quod omnia in hoc ſtatu rerum dominia ſint, nec ſit in hoc mundo aliquid interminatum.* Tac. Hiſt. 1, 18, 1 *Quæ fato manent, quamvis ſignificata, non vitantur.* Lipſ. Polit. 1, 4. ¶ 2. Aliud eſt *Fatum,* quod *Phyſicum* vocant, ſeries ſcilicet cauſſarum naturaliſm, de quo Manilius 4, 13 hyperbolice & falſo: *Fata regunt orbem, certa ſtant omnia lege: Longaque per certos ſignantur tempora curſus, &c.* De hoc etiam Ovid. Met. 1, 256. *Eſſe quoque in fatis &c.* Iuvenal. 9, 32 *Fata regunt homines.* Sen. Oedip. v. 977 *Fatis agimur, cedite fatis.* v. Dausquej. ad Q. Calabrum lib. 2 p. 50. Herald. ad Tertull. Apol. p. 43 ſeq. ¶ 3. Aliud *Aſtrologicum* ſeu *Mathematicum* vocatur, de quo Suet. Tib. c. 69. ¶ 4. *Stoicum* vero *Fatum,* quo ſcelera etiam neceſſitate quadam inevitabili fieri Stoici delirarunt, non ſolum ab Eccleſia, ſed cæterorum etiam Philoſophorum doctrina alienum eſt. De fato Stoico præter Lipſium, qui nimium ei tribuit, conſule Thomaſii Exercit. Stoic. diſſert. 13. De fato Ctorum Rom. ſtoico Bynckersh. obſerv. Iur. 4, 16. ¶ 5. Futura qui prædicunt, *fata concinere,* dicuntur. Cic pro Sext 21 *Non hæc a me tum tamquam fata --- concinebantur.* Hinc *fatidici.* ¶ 6. Sed *Fati* nomine etiam *Caſus* & *Calamitas* ſignificatur. Cic. ad Q. frat. 1, 4 pr. *Vnu meo fato, & tu & omnes mei corruiſtis,* durch meinen unfall. *Fatum alicui impendet,* Cic. Catil. 2, 5. ¶ 7. Et *mors* dicitur *Fatum:* ut, *Fata manent omnes,* Ovid. vel quisquis

auctor elegiæ de Druſi morte ad Liviam v. 357. *Fato fungi*, Quintil. 3, 7, & *Fato concedere*, Plin. Paneg. c. 11, utrumque pro *mori*, ſterben. Sed, ut Gellius obſervat 13, 1, veteres non quamlibet mortem, ſed quæ violentæ & inopinatæ oppoſita eſt, *fatum* appellaverunt, ein natürlicher tod. quod is ex Cic. Phil. 1, 4; & Virg. Æn. 4, 696, probare fategit. Add. Gonſal. ad Petro. c. 111 p. 180. ¶ 8. Reliquias etiam & reſiduum cadaveris *fata* dici, obſervatio eſt Paſſeratii ad Prop. 1, 17, 11. *An poteris ſiccis mea fata reponere ocellis.* ¶ 9. Etiam felicitatem ſignificat *fatum*. Ovid. R. A. 566 *Vxorem fato credat obeſſe ſuo.* Et alias etiam *Novum fatum* dicebantur veteres, quum inſolita & inſperata felicitas cui contigiſſet. Iuvenal. 7, 189 *Exempla novorum Fatorum tranſi.* Pacatus Paneg. c. 27 *Nullam majorem principum felicitatem eſſe crediderim, quam feciſſe felicem, & interceſſiſſe inopiæ, & fortunam feciſſe, & deciſſe homini novum fatum.* ¶ 10. *Fata inſcribere*, ſive *Fata ſcribenda advocare* dicebantur veteres eo die, quo pueris nomina imponebant, cum bona omina captarent, & ex nomine, & ex iis omnibus, quæ ab ejus horoſcopo ad luſtricum diem usque contigerant. vid. Tertull. de Anima c. 37 & 39; & Scalig. Lect. Auſon 2, 22 p 148. ¶ 11. *Tria fata* ſunt tres Parcæ, licet diſtinguat Auſon. Eid. 11, 17 ſq. Easdem vult Procop. de B. G. 1, 25. & Fulgent. mythol. L. 1. v. Spanh. de præſt. & uſu num. diſſ. 13 p. 639 ſq. ¶ 12. *Fata Troica* dicuntur, ex quibus Troje pendebat ſalus; nempe vita Troili, conſervatio Palladii, & ſepulcrum Laomedontis, quæ fata vicerunt Græci. Hinc Plautus Bacch. 4, 9, 29 *Ilio tria fuiſſe audivi fata, quæ illi forent exitio.* v. Taubm. ad h. l. p. 595, & Io. Caſtalion. Var. Lect. c. 26. Hoc intellectu *fata majora, victricia*, ſunt populi victoris. vid. Burm. ad Ovid. Her. 1, 28 *Illi* (Græci) *vita ſuis Troia fata canunt.* Eleganter Cicero Gabinium & Piſonem *duo reipublicæ fata* dixit pro Sext. 43. ¶ 13. *Fatum* & *fatum* infinitis locis miſcuere librarii. v. Bentl. ad Hor. 2 Ep. 1, 6. Burm. ad Quintil. decl. 338 p. 702. Drakenb. ad Sil. 1, 277 & 11, 9. *Fata* & *faſti* in obliquis confunduntur, eodem Drakenburgio teſte ad Sil. 16, 131.

¶ Fātālis, *e*, quidquid ex fato impendet, vel divinitus deſtinatum eſt, verſehen, verhängnet. Cic. Catil. 4, 1 *Mors conſulatus ad ſalutem Reipubl. prope fatalis fuit.* Id. de Aruſp. c. 4 *Eventus fatalis*, ein unumgänglicher fall. Et Catil. 3, 4 *Hic annus fatalis eſt ad interitum hujus urbis*, iſt beſtimmt. *Commune noſtrum & quaſi fatale malum*, Id. de Clar. Orat. c. 71. Et, *Fatalem mortem obire*, Vellej. 2, 4, 7. *Fatalis victoriæ locus*, Id. 2, 52, 1. *Fatalem juvenem* vocat Scipionem Livius 22, 53. *Fraudo & fatalibus arvis*, Virg. Æn. 4, 355. ¶ 2. *Fatalis* & *letalis* ſæpe confundunt librarii, vid. Burm. ad Rutil. 1, 357.

¶ Fātāliter, adv. ſecundum fata, vel ex fatis, durch Gottes ſchickung. *Definitum eſſe fataliter*, Cic. de Divin. 2, 7. Sed, *Fataliter mori*, eſt morbo mori, eines natürlichen todes ſterben. Vide quæ modo de *Fato* n. 7 dicta ſunt ex Gellio. Sic Eutropius 1, 10 *Valerius ille Bruti collega fataliter mortuus eſt*, de quo Dionyſius Halicarn. lib. 5, p. 314 νοσήσας ἐτελεύτα, *morbo mortuus eſt.* Vide ad Eutropium Cellarii notata.

¶ Fātālitas, *atis*, f. caſus vi humana major, das verhängniß. Zeno Imp. l. 1 Cod. de Iure emphyteut. *quod fatalitate ingruebat.*

¶ Fatus, *i*, m. idem quod Fatum, ſubaudito ſermone. Inſcript. vet. Grut. p. 661 IRVCTVM. ALIVM. MERITORVM. SVOR. REPORTARE. FATVS. MALVS. NEGAVIT. Etp. 663 VIRGINEM. ERIPVIT. FATVS. MALVS. conf. Scheff. & Burm. ad Petr. c. 42 p. 191.

¶ Fātor, *ari*, eſt quaſi frequentativum a *Fari*, verordnen. Feſtus *fatantur* expoſuit *multa fantur.* Hinc

¶ Fātātum, *i*, n. ſubſt. durch himmliſchen rathſchluß geordnet. Salluſt. Catil. c. 47 *Cui fatatum, urbis potiri*: al. *fatum.* Sic ap. Stat. Theb 1, 466 pro *conſcia fati*, Taurin Codicem *fatati* exhibere, notatur in Miſc. Obſ. Vol. 1, 176.

¶ Fātātō, adv. idem ac *fataliter*, apud Priſcianum p. 1016.

¶ Fātĭcĭnus, *a, um*, & Fātĭcĭnus, *a, um*, qui fata canit, weiſſagend. Ovid. Met. 9, 417 *Hoc ubi faticano venturi præſcia dixit Ore Themis.* Id. Met. 15, 436 *Faticinæ ſortes.*

¶ Fātĭdĭcus, *a, um*, idem. v. Varr. de L. L. 5, 7. Virg. 7 Æn. v. 81 *At Rex &c. oracula Fauni Fatidici genitoris adit lucoſque ſub alta &c. Vates fatidica.* Carmenta, Id. Æn. 8, 340. *Anus fatidica Sibyllarum Pronuba*, Cic. de Nat. Deor. 1, 8. ab Epicureis per jocum dicebatur.

¶ Fātĭfer, *a, um*, tödtlich; ut, *Fatifer enſis*, Virg. 8 Æn. v. 621, qui fatum, hoc eſt, mortem adfert. Sic, *Fatifero Mavors enſe*, Ovid. Amor. 3, 27. *Fatifer arcus*, Silius 2, 116.

¶ Fātĭfĭcus, *a, um*, weiſſagend. Claudian. in Eutrop. 2, 46 *Pectora fatifici ſtimulis igneſcere Phœbi*: al. *terrifici.*

¶ Fātĭlĕgus, *a, um*, zauberiſch. Lucan. 9, 821 *Toxica fatilegi carpunt matura Sabæi.*

¶ Fātĭlŏquus, *a, um*, adj. aliud, weiſſagend; ut *Carmenta fatiloqua*, apud Livium 1, 7, prædicens futura.

¶ Fatiloquium, *i*, n. die weiſſagung. Apul. de Deo Socrat. p. 102 *Vel Sibyllæ fatiloquia verſificet.*

¶ Confātālis, *e*, qui tenetur eodem fato, der gleiches glücke hat. Cic. de Fato c. 13 *Copulata res eſt & confatalis.*

¶ Trifatidĭcus, *a, um*, dreyfach weiſſagend; ut, *Trifatidicæ Sibyllæ*, quia illarum tres noverant veteres, Auſon. Gripho v. 85.

FATVVS, *a, um*, quod inſipidum eſt, was keinen ſchmack hat: ut, Mart. 13 ep. 13 *Vt ſapiant fatuæ fabrorum prandia bubæ, O quam ſæpe potet vina piperque cocus.* Ita Græcorum μωρός & μωραίνω ad ſapores, & contra ipſum *Sapere* ad animum transfertur. ¶ 2. Hinc inſipientem & vefanum hominem *fatuum* dicimus, thöricht, närriſch, qui tacere non poteſt. Ter. Eun. 5, 8, 49 *Fatuus eſt, inſulſus, tardus*, conf. Plaut. Bacch 5, 1, 2. Et Catull. 99, 2 *Id quod verboſis dicitur, & fatuis*, conf. 84, 2. Sen ep. 50 pr. *Si quando fatuo delectari volo, non eſt mihi longe quærendus: me video.* Quomodo a ſtulto & ſtolido differat, vide Vallam 4, 113. Iof. Scal. Conject. in Varronem notat, *vates* primum *fatuos* dictos, a *fando* ſcilicet, vel a φάω, φάτης, unde Latinorum *Vates*, qui quia furore correptus vaticinabatur, *fatuus* appellatus. Et hinc Fauni uxor fatidica *Fatua.* Vide Servium & Auctorem de Origine gentis Rom. p. 9. Lactant. 1, 22. Iſidor. lib. 12 Orig. litt. F. Sane & *Nugatores*, a fando *fatui* dicti. Caſaub. ad Theophraſti Characteres c. περὶ ἀδολεσχίας p. 128. ¶ 3. *Fatuus ignis* Phyſicis dicitur ſpecies meteori noctu flammam præ ſe ferentis & circa viatorem ſaltantis inſtar hominis fatui, ein irrwiſch.

¶ Fatua, *æ*, f. ſubſt. eine närrin. Sen. ep. 50 pr. *Harpaſte uxoris meæ fatua.* De *Fatua*, Fauni uxore, ex Iuſtino vide jam mox in *Fatuor.* Alias *Fauna* & *Dea bona* dicitur. v. Macrob. Sat. 1, 12; Lactant. 1, 22; Arnob. 5 p. 168; Mart. Capell. 2 p. 41.

¶ Fatue, adv. inſipienter, abſurde, albern. Quint. 6, 5 *Aliis ſtudio loquendi fatue modo accedendum.* Adde Tert. de Patientia c. 6; & adv. Herm. c. 10.

¶ Fatuellus, *i*, m. idem qui *Fatuus* & *Faunus*, ein feld- oder waldgott. Per antiphraſin ſic dictos vult Perottus Deos agreſtes, quod fari neſciant. v. Serv. ad Æn. 7. Improbat Goclenius in Probl. Gramm. 2, 61. Dicti potius a geſticulatione fatua & vaga.

¶ Fatuīnus, *a, um*, idem ac *fatuus.* Sic *Roſa fatuina*, i. e. pæonia, die pfingſt-roſe. Apul. de Herb. c. 64.

¶ Fātuĭtas, *atis*, f. ineptia, ſtoliditas, memoriæ vitium & mentis ignavia quædam, thorheit, narrheit. v. Cic. de Invent. 2, 32. Vulg. Int. Prov. 16, 22 *Doctrina ſtultorum fatuitas.*

¶ Fatuor, *ari*, verbo Seneca deponentiali figura uſus videtur in Ludo de morte Claudii, cum ait: *Audi me, & deſine fatuari*, id eſt, delirare, narredey treiben. Iuſtin. 43, 1, 8 *Fauno fuit uxor nomine Fatua, quæ aſſidue divino ſpiritu impleta velut per furorem futura prænonebat; unde qui adhuc inſpirari ſolent, fatuari dicuntur.* Sed

¶ Fatuarius, *i*, m. ein weiſſager. Sic ex Iuſtini l. c. *Fatuarii* inſpirati ſunt, qui futura prædicunt, uti vocem hanc accipit Calepinus.

¶ Infatuo, *are*, activum, apud Cicer. aliquoties legitur, pro dementare, fatuum reddere, bethören, äffen, närren, v. g. in Antonium Phil. 3, 9 *ut hominem ſtultum magis etiam infatuet mercede publica.* Seneca Pater Suaſor. 2 extr. *Sed ne vos diutius infatuem.*

¶ Infatuatus, *a, um*, qui Faunorum ludibriis agitatur, bethört, wahnwitzig. Vulgo *Dæmoniaci* vocantur.

¶ Perfatuus, *a, um*, ſehr thöricht; ut, *perfatuæ togæ*, Martial: 10 epigr. 18.

Fauces, vide *Faux.*

FĂVEO, *fāvi, fautum, ēre*, bene cupere, günſtig, geneigt, gewogen ſeyn. *Favere alicujus dignitati, laudi, honori*, Cic. fam. 1, 7. *Alicujus induſtriæ gloriæque*, Id. pro Ligar. c. 3. *Sententiæ alicui*, Id. Tuſc. 1, 23 extr. *Sibi favere*, Id. fam. 3, 6 ineunte: *Et ſi non magis mihi faveo in noſtra amicitia tuenda, quam tibi*, hoc eſt, ut Manutius interpretatur: non minus a te, quam a me ipſo, præſtari amicitiæ noſtræ ea, quæ debentur, officia cupio. *Favere partibus*, de ſtudio partium, Nep. 25, 2, 2. Sed Petron. c. 96. *Faveham vapulanti* eſt gaudebam, illum vapulare. A Supino *fautum*, eſt particip. *fauturus.* Cic. pro Plancio c. 1 *accuſationi fauturos eſſe.* Et Att. 12, 49 *me tamen ei fauturum.* ¶ 2. Proprium ſacrorum verbum erat, quæ cum peragerentur, præco jubebat *FAVERE linguis*, h. e. ſilere. Sen. de Vita beata c. 26 *Quotiens mentio ſacra literarum intervenerit, FAVETE LINGVIS. Hoc verbum non, ut plerique exiſtimant, a favore trahitur: ſed imperatur ſilentium, ut rite peragi poſſit ſacrum, nulla voce mala obſtrepente.* Donatus: *In Sacris, ORE FAVERE, eſt ſilentium accommodare.* Lege & Servium ad illud Virg. 5 Æn. v. 71 *Ore favete omnes.* Aliquando tamen *Favere linguis*, eſt bona verba dicere, hoc eſt, obſcenis vocibus abſtinere, bene ominatis uti, quod item fiebat in Sacris. v. Feſtum in FAVENTIA. Ov. Faſt. 1, 71 *Proſpera lux oritur: linguis, animisque favete: Nunc dicendo bono, ſunt bona verba, die.* Tibull. 2, 2 pr. *Dicamus bona verba, venit natalis ad aras: Quisquis ades lingua, vir mulierque fave.* Propert. 4, 6 pr. *Sacra facit vates, ſint ora faventia ſacris.* add. Intr. Sil. 16, 295. ¶ 3. Sed & theatrorum, circi præſertim, verbum erat, nec quicquam aliud, quam voce ac geſtu, ſive plaudendo & acclamando benevolentiam ſignificare: εὐφημεῖν. Vide Caſaub. ad Hiſt. Aug. & Lipſ. Elect. 2, 10 & Brouckh. ad Tib. 2, 5, 110. ¶ 4. *Favere* eſt quoque cupere, begehren. Ovid. ep. Hypſipyles v. 98 *Adde, quod adſcribi factis procerumque, tuisque Se favet.* Vbi Heinſ. ex Ennio *Matronæ muros complent ſpectare faventes.* Forte convenit cum *aveo* adjecto digamma.

¶ Favens, *tis*, günſtig, wohlwollend. Liv. 25, 40 *Spes apud faventes rebus Carthaginienſes.* Ovid. Art. A. 1, 148 *Plaude favente manu.* Id. Met. 15, 49 *Ventis faventibus æquor navigat*, er ſchiffet glücklich. conf. Heroid. 2, 19. Ennius apud Serv. in 4 Georg. *Matronæ muros complent ſpectare faventes*: i. e. volentes. Plin. 36, 3 f. 7. *Faventibus cunctis, ut vera eſſent, quæ facillima erant.*

¶ Faventia, *æ*, f. *bonam ominationem* ſignificat, ut Feſtus tradit; Item, favorem, gunſt. Accius apud Nonium 3, 93. *Adhibere faventiam.* ¶ 2. *Faventia*, altera Hiſpaniæ civitas, altera Italiæ eſt, Plinio 3, 1, & 3; & Ptolemæo 2, 4, & 3, 1. Silius 8, 596 *Vndique ſulcrs Arma coronantem nutrire Faventia pinum.* Hinc

¶ Faventinus, *i*, m. incola Faventiæ, Plin. 4, 15, & Martial. 2, 74.

¶ Fāvor, *ōris*, m. die gunſt, gewogenheit. Vox hæc nova erat, Ciceronis ætate, Fragm. Epiſt. ad Brutum: *Eum*, inquit, *amorem, & eum, ut hoc verbo utar, favorem in conſilium advocabo*, apud Quintil. 8, 3. Vſus tamen ipſe Cic. pro Roſc. Comœd. c. 10 *Favorem ſecum in ſcenam attulit.* Quintiliani locutiones ſunt: *Favorem facere*, & *favorem emereri*, 4, 1 & *favorem ex aliqua re captare*, 6, 1, gunſt machen, gunſt in etwas ſuchen, verdienen. Seneca in Thyeſte v. 351 *Nunquam ſtabilis favor.* Iuſtin. 5, 1, 11 *Quo ſe fortuna, eodem etiam favor hominum inclinat.* ¶ 2. Liv. 1, 17 *Favore multorum addito animo*: ubi favorem pro *ope, auxilio*, uſurpari ex Nonio docet Ioh. Scheffer. Miſc. obſerv. Vol. 8, p. 298. ¶ 3. *Favorum* nomine intelligit Caſſiodorus acclamationes, quæ effundebantur in applautum. Sic enim Var. 6 form. 4 inquit: *Carpento veheris per nobilem plebem: publica te vota comitantur: favores gratiſſimi conſona tecum voce procedunt.* v. omnino Drakenb. ad Sil. 16, 315. it. *Favorabiliter.* ¶ 4. *Favor* & *Furor* miſcentur a librariis, v. Drakenb. ad Sil. 7, 497.

¶ Fāvōrābilis, *e*, plenus favore, vel cui plauditur, angenehm, dem man günſtig iſt. Quintil. 4, 1 *Sed adhibendus modus autor frequens & favorabilis.* Suet. Calig. c. 4 *Sic vulgo favorabilis.* Hor. 4, 44 *Octavius Cæſar ætate & injuria favorabilis & nominis majeſtate.* Hactenus paſſive, ut plerumque ſolet ¶ 2. Eſt etiam ubi active, gewogen.

mogen. Liv. 22, 26 *Aura favorabilis populi.* Comparativus *Favorabilior* eſt apud Senec. de Ira 3, 2 in Codd. Pinc. & Schott. *Eloquio favorabilior habitus*; at Gronov. *Favorabilis.* Tamen Plin. 20, 8 *Intybi cleo paracelsi favorabiliores fieri.*

¶ Favorabiliter, adv. cum favore, ſive plauſu, mit zurrobation. Quintil. 4, 3. *Pleris que mariscſt, in aliquem letum ac plauſibilem locum, quam maxime poſſ ut favorabiliter excurrere*, i. e. cuptandam benevolentiam & plaudum. Sic Suet. Ner. c. 7 *Trojani favorabiliter lesit.* Macrob. Sat. 7, 1 *Recitando favorabiliter exceptus eſt.* Pallad. præf. lib. 14 *De his rebus favorabiliter ſentias.* Compar. *Favorabilius*, Dig. 40 t. 4 l. 10; & 13 t. 7 l. 9.

¶ Fautor, *oris*, m. ein gonner. Cic. pro Planc. c. 23 *Multi ſunt cupidi tui, multi fautores tui.* Et, *Studioſus ac fautor alicujus victoriæ*, Idem Att. 1, 16. *Fautor optimatum*, Nepos 7, 5, 3. Cicero eum casu tertio conjunxit pro Planc. 1.

¶ Favitor, *oris*, m. id. Plaut. prologo Amph. v. 79 *Sat habet favitorum, ſemper qui vellе facit*, wer recht thut, hat allezeit gonner genug. Lucilius ap. Non. 2, 326 *Favitorem me tibi, amicum, amatorem putes.* Frustra eſt Carrius p. 66, cui *Favitor nec autoritate nec ratione dicitur.*

¶ Faviſſor, *oris*, m. idem. Apul. Apolog. 2 p. 219 *Ego quietis & concordiæ & pietatis, auctor, conciliator, faviſſor.* Liphus mavult *Favitor.*

¶ Fautrix, *icis*, f. eine gönnerin. Cic. de Fin. 1, 20 *Amicitia fautrices ſunt fideliſſimæ, &c.* Nepos 17, 8, 1 *Naturam fautricem habuerat in tribuendis animi virtutibus.* Vius etiam eſt Ter. Eun. 5, 9, 22.

¶ Infavorabilis, *e*, favore carens. Gloſſ. gr. lat. ἀσυμπάθητος, *Infavorabilis*, warum ſich niemand mühe giebt. Cell. l. 6 ff. de Collat. *Nec infavorabilis ſententia eſt*, i. e. plauſu non indigna.

¶ Infavorabiliter, adv. idem Ulpian. l. 2 § 6 ff. de decur. & fil. *Non infavorabiliter reſpondere.*

FĂVIA, *æ*, f. ancillæ nomen apud Plautum Mil. 3, 1, 199. v. Taubm. Comm. p. 842. Huc refer *Favcam, cui det mandata, puellam* ex Iuvenal. 6, 354.

FĂVILLA, *æ*, f. dicta quaſi *favilla*, quod ignem tectum foveat, glimmende aſche. Ter. Adelph. 5, 3, 60 *Ibi favillæ ſumi plena ſit faxo.* Sic *Favilla famans, ater*, Virg. Æn. 3, 573; & 5, 666. Horat. 2 od. 6, 23 *calentem favillam amici lacryma ſpargere*, cum reſpectu ad cremationem, einen todten freund beweinen. Symmach. 1 ep. 25 *Fabiliis eſt, ardentes favillas ore comprimere, quam luculenti operis ſervare ſecretum.*

¶ Favillăceus, *a, um*, aſchicht; ut, *Fuligo favillacea*, Solinus c. 48 de Iudæa.

¶ Favillaticus, *a, um*, idem; ut, *Favillatica humus*, Solin. c. 27.

¶ Favilheſco, *ĕre*, zur aſche werden. Fulgent. de Cont. Virg. *Auſtoritas ſepulta in oblivionis cinere, favilleſcit.*

FĂVISSÆ, *arum*, f. pl. kammern unter der erde; ut Gell. 2, 10 ex Varrone interpretatur, *cellæ & cryptæ in arvis ſub terra ſunt, ubi frumenti ſit haut ſigna vetera, ex tempe collapſa, & alia demuriorum reliquiæ.* Nam de *Capitolini faviſſis* ibi diſputatio eſt. Ibidem refertur Q. Valerii Sorani opinio, qui ex *Flaviſſis*, de quibus ſ. l. corruptam vocem putabat. Onomaſt. Vet. *Faviſſæ*, θησαυροί. Adde Feſtum & Voſſ. Etymolog. p. 207.

Faviſſor, favitor, vide in *Faveo.*

FAVLA, *æ*, f. Herculis ſcortum, Dea poſtea apud Romanos. vide Lactant. 1, 20.

FAVNVS, *i*, m plur. *Fauni*, agrorum & ſilvarum Dii, qui Græcis σάτυροι dicuntur, feld- und wald-gotter. *Rurícolæ ſilvarum nomina Fauni*, Ovid. 6 Met. v. 392. Aucupio præfecit Propertius 4, 2, 34 *Faunus plenaſo ſim Deus aucupio.* Adde Turneb. Adverſ. 26, 19, Barth. ad Script. Venat. p. 184. Nomen a fando acceperunt, quod ſoliti in ſilveſtribus locis fari, id eſt, vaticinari. v. Varro de L. L. 6, 3: Iidorus 8, 11: & Servius ad 7 Æn. Huic deo, qui & *Pan* dicebatur, terrorum ſubitorum cauſas referebant Romani: unde *Panicos terrores*, v. Dionys. Halicarnaſſ. 6, 16. Idem & *Incubus* & *Imus* & *Epialtes* dicebatur, ut Servius alibi notat. v. eruditam etiam Huetii diſputationem in demonſtr. evangel.

¶ Fauna, *æ*, f. Fauni uxor, eine wald-göttin, quæ & *Fatua*, & *Bona Dea.* v. Macrob. Saturn. 1, 12, & Lactant. 1, 22. Habes de ea & apud Arnobium lib. 1 p 15, & 5 p. 168.

¶ Faunigĕnæ, *arum*, m. pl. Itali aut Latini a Fauno Aborigenum rege. Silius 8, 357 *Faunigenæ ſocio bella inviſere Sicano.*

FĂVÔNIVS, *i*, m. occidentalis ventus, Græcis ζέφυρος, Zephyrus, der weſt-wind, inter omnes mitiſſimus, unde, *Favonio veris initium notant*, Cic. Verr. 5, 10. Et Plin. 2, 46 *In principio veris Favonii hibernum mollimt cælum.* Horat. 1 od. 4, 1 *Solvitur acris hiems grata vice veris & Favoni.* Lucret. 1, 11 *Viget genitabilis aura Favoni.* Vnde Plin. 16, 25 *Hic eſt genitalis ſpiritus mundi a favendo* (ſic eſt in MSS.) *dictus.* ¶ 2. Eſt & *Favonius* viri nomen, Stoicam ſectam profeſſi & inſtituta Catonis ridicule æmulantis, unde & *Simia Catonis* appellabatur. De eo Plutarchus in Bruto; Val. Max. 2, 10, 8; Suet. Aug. c. 3

¶ Favoniālis, *e*, weſt-windiſch. Gloſſ. vet. *Favonialis*, ζεφύριος.

¶ Favoniānus, *a, um*, adj. aliud; ut, *Favoniana pira*, a Favonio quodam inſitore dicta, Plin. 15, 15.

Favor, favorabilis, vide *Faveo.*

FĂVORĪNVS, vel Phavorīnus, *i*, m. Philoſophus fuit Gallus Arelatenſis, ſub Hadriano principe, vixit Athenis, & ſit ejus mentio crebra a Gellio & Philoſtrato. Apulej. de Mundo: *At Favorinus non ignobilis ſapiens hæc de ventis refert, &c.*

FAVSTŬLVS, *i*, m. paſtor, cujus uxor Acca Laurentia Remum & Romulum expoſitos, & a Fauſtulo inventos, nutrivit. Liv. 1, 4. ¶ 2. *Fauſtulum*, porcellum, fœturam porcorum vocat Feſtus, ein ſpanferckel.

¶ Fauſtillus, *i*, nomen propr exſtat in lap. Muratt. p. 197, 1

FAVSTVS, *i*, m. Syllæ filius, v. Eutrop. 6, 18, quod cognomen non multum abhorret a paterno *Felicis. Fauſtorum* aliorum catalogum habet Volaterranus

FAVSTVS, *a, um*, proſper, felix, propitius, glücklich, beſeanet. *O fauſtum & felicem hunc diem!* Ter. Andr. 5, 4 extr. Cic. de Divin. 1, 45 *Antiqui omnibus rebus agendis, quod bonum, fauſtum, felix, fortunatumque eſſet, præfabantur.* Et, *Fauſtum omen*, ein gutes zeichen Liv. 7, 25 *Molle lyræ fauſtumque canant*, Claudian. in Nupt. Hon & Mariæ v. 196. ¶ 2. Apud Capitolinum in Maximo & Balbino c. 13 *Fauſta* ſubſtantive fauſtæ appellationes ſunt, quæ acclamari a Senatu Principibus ſolitæ: *Acclamationes*, inquit, *primum publice fuerunt, quæ milites contingerent, inde in Senatum itum eſt: ubi poſt illa, quæ communia ſolent eſſe* FAVSTA, (ita legendum, non FESTA) *dictum eſt*, SAPIENTER ELECTI PRINCIPES SIC AGVNT, &c. Cum in Miſcellis elogiorum Laurentius Pignorius explicat, quid ACCLAMATIONES fuiſſent, obſervat, has acclamationes militum etiam FAVSTVS PRAETORII appellatos a Spartiano in Geta Sed fallitur, & viro clariſſimo procul dubio memoria impoſuit. Cum pro *Fauſtino Prætore* (cujus ſub finem ejus libelli movetur mentio) *Fauſtus Prætorii* per errorem ſubſtituiſſet

¶ Fauſte, adv. zu glück. Cic pro Muræna c. 1 *Idem ego precatus ſum, ut ea res nobis fauſte, feliciter, proſperque eveniret.*

¶ Fauſtĭtas, *ātis*, f. die glückſeligkeit. Horat. 4 od. 5, 18 *Natrit rura Ceres almaque fauſtitas.*

¶ Fauſtĭtūdo, *ĭnis*, f. idem, Io. de Ianua in Cathol.

¶ Fauſtĭānus, *a, um*, adject. ut, *Ager Fauſtianus, Vinum Fauſtianum*, cujus maxima nobilitas in mediis omnibus agri Falerni, Plin. 14, 6.

¶ Infaustus, *a, um*, infelix, unglückſeelig. Ovid. Met. 14, 529. Fautor, fautrix, vide in *Feveo.*

FĂVUS, *i*, m. fruſtum eſt operis apiarii, a *favendo* dictum, in quo apes vel mel fovent, vel ſobolem, wachs oder honig-ſuchen, honig-ſeim. Petronius: *Crevit, quidquid crevit, tanquam favus.* ¶ 2. Sunt & *Favi* apum cellæ ſeu loculamenta, operis apiarii fundamentum, die bienen häuſer. Tibull. 2, 1, 50 *Apis complet mille favos.* Virg 4 Georg. v. 161 *Prima favis ponunt fundamina, deinde tenaces Suſpendunt ceras.* conf. 1, 344.

FAVX, *fauci*, f. quod tamen ſingulariter poſitum rariſſime reperitur, der rachen, ſchlund. Sed proprie *fauces*, ſpatium feu cavitas vicina utrique mituæ, œſophago ſcilicet ſeu gule, & trachææ; Palatum vero faſtigium eſt ſupra linguam usque ad fauces. v. *Palatum.* Iidorus Orig. 11, 1 *Fauces a fundendis vocibus nominatæ, vel quod per eas famur voces.* Apul. 4 Met. *Fauces diutina fame faucias & arancantes* dixit. *Fauces laqueo innectere, Fauces laqueo frangere*, poëtica ſunt (illud apud Ovid. 10 Met. v. 378; hoc apud Lucan. 2, 154) pro ſtrangulare, erhencken, erwürgen. *Fauces inpurnatæ*, Suet. Aug. c. 84. *Faucibus teneri*, i. e. captum eſſe, tractum a piſcibus & aliis animalibus, quæ faucibus capta nullo modo effugere poſſunt. Vius hac loquendi formula Plaut. Caſ. 5, 3, 1, *Fauces premere defenſionis.* Cic. contra Verr. 3, 76 dixit. ¶ 2. Sunt & *Fauces*, per translationem, vallium anguſti introitus, enge, hole wege, enger eingang oder paß. Græcis πύλαι. Curt. 3, 4 *Alexander fauces jugi, quæ pylæ appellantur, intravit.* De anguſtia portus Cæſar uſus eſt de B. Civ. 1, 25 Et Cic. in Agrar. 2, 32 *Corinthus erat ſita in anguſtiis atque in faucibus Græciæ.* ¶ 3. Sed metaphora alia elegantior dixit pro diſcrimine & periculo. Id. pro Archia c. 9 *Vrbe totius belli ore & faucibus erepta.* Et Apul. 7 p. 191 *Ex mediis orci faucibus ad lucem evaſi modum.*

¶ Fŏcāle, *is*, n. etiam a *Faux* eſt, quaſi *faucale*; & eſt faſcia, collum ſeu fauces, ægrotantium imprimis, muniens, eine halsbinde, halstuch. Lepide Martial. 14 epigr. 142 *Hoc focale tua aſſirat auricilas*, ne audias ſcilicet male recitantem. Add. 4, 41. Quintil. 11, 3 *Focalia & ligamina aurium ſola excuſare poteſt valetudo.* Horat. 2 ſat. 3, 254 *Ponas inſignia morbi, Faſciolas, cubital, focalia, potus ut ille, &c.* Erant autem *focalia* ex lana. Celſus 4, 2 *In gravedine primo die quieſcere, neque eſſe, neque bibere: caput velare: fauces lana circumdare.* v. & Gell. 11, 9; & Martial. 6 epigr. 41, qui per *lanam* focale intelligunt.

¶ Fŏcāneus, *a, um*, adj. quo, quæ faucium ſunt, aut his ſimilium rerum, ſignificantur. Columellæ eſt *palmes focaneus* 3, 24, ein nebenſchoß; qui in bifurco medius prorepit, ita ab ruſticis appellatus, *quod inter duo brachia, qua ſe dividit viti, enatus, velut* FAVCES *obſtet.*

¶ Fŏcīlo, *are*, (non *Focillare* de quo infra in *Focus*) den hals verbinden. Vet. Gloſſ. *Focilat*, ἀμπέχει. Lucanus (huic enim vulgo inſcribitur hoc Poëmation) Panegyr. in Piſonem v. 114 *Sed miſerum parva ſtirpe focilat, ut pudibundos &c.* Cafaubonus a faucibus derivat. Vt *Focillare* proprie ſit, ægras fauces appoſita lana fovere Pro quo Lucanus etiam eſt, qui primum produxit. Sed Scaliger legit *munerat.*

¶ Effŏco, *are*, faucibus obſtis interimere, erwürgen, erdrücken; idem ac præfocare, ſuffocare, quæ pariter a *faucibus* originem habent. Sen. de Brevit. vitæ c. 2 *Adſpice illos, ad quorum felicitatem concurritur: bonis ſuis effocantur.*

¶ Offŏco, *are*, i. e. *ſtrangulare*, würgen. Flor. 2, 11, 6 *Quum offocandas invicem fauces præbuiſſent.* Tertull. de Idolol. c. 24 *Quicunque fluctus ejus offocant.*

¶ Perfŏco, *are*, idem. Paulus L. 4 Dig. de agnoſcend. & alend. liberis: *Necare videtur, non tantum is, qui partum perfocat, ſed & is, qui abjicit.*

¶ Præfŏco, *are*, etiam eſt ſpiritum faucibus obſtructis præcludere, den athem benehmen, erſticken. Ovid. in Ibin v. 558 *Præfocent animæ Gnoſia mella viam.*

¶ Præfocatus, *a, um*, erſtickt. Calphurn. ecl. 4, 115 *Præfocata malignum Meſſis habet lolium.*

¶ Præfocātio, *ōnis*, f. die erwürgung, erſtickung. Scribon. Larg. compoſitione 100 *Subitæ præfocationes.*

¶ Præfocabilis, *e*, erſtickend. Cæl. Aurel. Acut. 2, 27 *Præfocabilis difficultas.* Idem 3, 2 *Præfocabilis ſenſus.*

¶ Suffŏco, *are*, ut originis, ita ſignificationis duplicis eſt, & mediam modo producam, modo correptam habet. A *faux* enim & a *focus* ducitur. A *faux* cum ducitur, ſtrangulare ſignificat, hoc eſt, fauces comprimere & intercipere ſpiritum, erſticken. Et tunc mediam producam habet. Vet. Gloſſ. *Suffocat, πνίγει, ἀγχονίζει.* Lucret. 3, 924 *Aut in mell. ſitum ſuffocare, atque igere Frigore.* Translate Cicero ad Att. 9, 7 *Primum conſilium eſt, ſuffocare urbem & Italiam fame*, aushungern, durch hunger verderben. Correptum Suffoco vide in *Focus.*

¶ Suffocatus, *a, um*, erſtickt. Arator in Act. Apoſt. c. 15 *Ne ſuffocata, eruore Quæ maculantur, edant.*

¶ Suffocatio, *ōnis*, f. die dämpfung, erſtickung. Plin. 20, 5 pr. *Semen ſtaphylini tumentem alvum, & ſuffocationes mulierum, doloresque lenit.* Sen. epiſt. 54 *In ipſa ſuffocatione non deſit &c.*

¶ Suffŏcābilis, *e*, erſtickend. Cæl. Aurel. Acut. 1, 9 *Parvus locus ſuffocabilis erit aëris paupertate.*

¶ Trifaux, *cis*, mit 3 rachen, Cerberi epitheton. Virg. Æn. 6, 417 *Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Perſonat, &c.*

FAX, *fācis*, f. eine fertze, fackel. *Faces nuptiales*, Cic. pro Cluent. c. 6, braut-fackeln. Poëtis omnem ignem notat, ut *lampas* omnem facem. v. Barth. ad Stat. Silv. p. 61. *Prima fax*, noctis pars, vide ſupra in *Dies. Funerea fax*, Martial. 8, 43. *Stella facem ducens multa cum luce*, ein ſchwantz-ſtern, comet. Plura loca his ſimilia Menck. Obſ. L. L. collegit. Virg. Æn. 2, 694 *Tax ſtellis comitata novis incendia ducit*, Petron. c. 122. *Vrbi faces ſubdere*, die ſtadt anſtecken, Curt. 5, 7, 4. ¶ 2. Per metaphoram uſurpatur eleganter, pro incitamento, cauſſa, impulſore, ut, *Seditionis faces*, anreitzung zur aufruhr. *Incendiorum Antonii fax Clodius*, Cic. Phil. 2, 90. *Cum his furiis & facibus — bellum mihi inexpiabile elico eſſe ſuſceptum.* Id. de Haruſp. reſp. 2. Qui & Catil. 1, 6 hoc eleganter exſtulit: *Cui tu adoleſcentulo non ad libidinem facem prætuliſti?* wem haſt du nicht das licht gehalten, vorſchub, böſes exempel gegeben? Sic, *Bello facem præferre*, ſimiliter dixit Tacit. Hiſt. 2, 86, 7. *Admovere faces dolorum*, Cic. Off. 2, 10, zu bekümmerniß reitzen. *Faces alicui ſubdere* ſive *ſubjicere*, etiam accendere eſt ſeu inſtigare. Cic. pro Miſone c. 35 *Quin hoc tempore ipſo, cum omnes a tuis inimicis faces invidiæ mihi ſubjiciantur.* Stat. 2 Silva 6, 14 *Heu mihi ſubdo Ipſe faces.* Sen. ep. 115 *Accedunt carmina poëtarum, quæ affectibus noſtris facem ſubdunt.* Tac. Hiſt. 1, 24, 1 *Flagrantibus jam militum animis velut faces addiderat Mavius Pudens.* Tralatio ab illis eſt, qui materiæ aridæ & flammæ concipiendæ dudum aptæ, facem addunt, vel a gladiatoribus, qui timidius pugnantes adhortis facibus incitabantur. De quo interpretes Petroniani & Lipſius ad Senecam: item Saturnal. 2, 5. *Fax* pro amica, ut ignis, flamma occurrit paſſim ap. ſcriptores. *Dilapſam in cineres facem* Hor. 4, od. 13 dixit. conf. Propert. 1, 2, 6 & Miſc. obſerv. Vol. 1 p. 430.

¶ Făcŭla, *æ*, f. dimin. unde & germanicum fackel. Propert. 2, 29, 5 *Quorum alii faculas, alii retinere ſagittas. Faculam allucere alicui*, eſt occaſionem & facultatem præbere, Plaut. Perſa 4, 3, 46.

¶ Faculārius, *i*, m. ein fackel-träger, apud Hieronymum.

¶ Trifax, *ācis*, telum eſt longitudinis trium cubitorum, quod catapulta mittitur, ut ait Feſtus Pompejus, apud quem & Ennius: *Aut permaneret paries percuſſus trifaci.* Inter tela & jacula etiam *trifaces* ap. Gellium 10, 25.

Faxim, faxo, vide *Facio.*

FĔBRIS, *is*, f. a fervore, ut græce πυρετὸς, das fieber, das kalte. Calor nativus nimium converſus. v. Iſidor. 4, 6. *Febris ephemera*, vel *diaria*, unius diei febris: *quotidiana, continua, tertiana, quartana, acuta, rapida &c.* Sed, *Febris rapida & quercera*, apud Gellium 20, 1, das kalte, ſchütternde fieber. *Febris intenditur*, nimmt zu; *decreſcit*, nimmt ab, *remittit*, läſt nach. *Febris accedit, deceäit*, kommt einen an, verläſt einen. Hæc & ſimilia paſſim apud Celſum 3 integris capp. ubi de febribus agitur, invenies. *Febri affici*, das fieber haben. *Febris recidiva*: quæ recurrit, poſteaquam quievit nonnihil, Celſus 3, 4. *In artus accipere febrim fervore coortam*, ein hitzig fieber bekommen, Lucret. 6, 655. ¶ 2. *Febris* a Romanis inter deos culta, ne noceret, Plin. 2, 7. Et Prudentius Hamartig. v. 157 *Par furor illorum, quos tradit fama, dicatis Conſeruiſſe deas Febrem Scabiemque jacellis.* v. quos laudat Geſner. Chreſtom. Plin. n. 4. p. 31 ſq. ¶ 3. Recentioris ætatis ſcriptores frequentius plurativo numero in deſignando hoc morbo uti ſolent. Cujus infinita exempla apud Prudentium, Tertullianum, Cyprianum, Lactantium, Severum & alios hujus commatis extant. Ita tamen etiam Ovidius Ponto 1, 10, 5 *Nec febribus uror anhelis.* conf. Horat. 1 epiſt. 2, 48. Et Nepos 25, 21, 4 *Poſtquam in dies dolores acreſcere, febresque acceſſiſſe ſenſit.* Ita enim in MSS. libris Schottus legit.

¶ Febrĭcula, *æ*, f. dimin. *Ex labore in febriculam incidi aſſiduam, & ſatis moleſtam*, Plancus Cic. fam. 10, 21. *Habere febriculam*, Cic. Att. 6, 9. *Febricula inſtat*, Celſ. 2, 7.

¶ Febricŭlārius, *a, um*, & Febriculāris, *e*, fieberlich. Boëth.

¶ Febriculentus, *a, um*, mit dem fieber behaftet. Marc. Emp. c. 22 *Febriculento potionem dare.*

¶ Febriculōſus, *a, um*, fieberhaft. Gell. 20, 1 *Morbus febriculoſus.* Catull. 6, 4 *Febriculoſum ſcortum.*

¶ Febrĭculoſe, adv. idem, apud Boëthium.

¶ Febriculoſĭtas, *ātis*, f. die fieberhaftigkeit, Apulej.

¶ Febrĭcōſus, *a, um*, der das fieber hat, Veget. 1, 38.

¶ Febrĭlis, *e*, fieberhaft; ut, *Ardore æſtuans febrili*, Apul. Et Verus Onomaſticon: *Febrile*, πυρέτιον. In Gloſſis autem Cyrilli πυρέτιον, *febricula* eſt, ut Febrile ſubſtantive videatur poni.

¶ Febribĭlis, *e*, idem. Cæl. Aurel. Tard. 4, 8 *Vivi, lumbrici febribiles.*

¶ Febreſco, *ĕre*, das fieber bekommen. Solin. c. 31 *Patuit nunquam eos himnulos febreſcere.*

¶ Febrĭco, *are*, am fieber liegen. Vnde

¶ Febrĭcans, *tis*, der am fieber liegt. Celſ. 2, 1 *Dolores & inſania febricantium* al. *Febricitantium.*

¶ Febrĭcito, *avi, are*, febrem pati, frieren, das fieber haben. Celſus 3, 6 *Scire oportet, non febricitare eum, cujus venæ naturaliter ordinatæ ſunt.* conf. 2, 7; & Scrib. Largus compoſ. 131.

¶ Febricĭtans, *tis*. Curt. 10, 4, 11 *Illis diebus Hephaſtion febricitans moritur.* Colum. 6, 9 *Febricitanti bovi convenit abſtineri cibo.* Martial. 11, 99 *Febricitantem beſabit & ſputum.*

¶ Febricĭtatio, *ōnis*, f. das fieber, apud Celſum.

¶ Febrĭo, *ire*, das fieber haben. Celſus, 4, 7, 2 *Si non febrit, venter ſolvendus eſt.* Id. 6, 11 *Pectiones ſi febriat puer.*

¶ Febrĭens, *tis*. Colum. 6, 38 *Febriens mula.* Spartian. Hadr. c. 25 *Venit quidam cœcus natus ad febrientem Hadrianum.* Et Macrob. 7, 4 *Febrienti ſimplicem cibum darent.* conf. Auſon. epigr. 117.

¶ Febrifŭgus, *a, um*, febrim fugans, das fieber vertreibend; ut, *Medicamentum febrifugum*, quod & *Antifebrile* Medici vocant.

¶ Febrifugia, *æ*, f. herba, centauria minor, tauſendguldẽn-kraut. Apul. de Herb. c. 35.

FEBRVO, *are*, verbum vetus, ſignificat luſtrare vel purgare, fegen, reinigen, ſühnen. Per XII enim dies continuos Februarii, celebrabantur *februa*, quæ & *feralia* Ovidius dixit, iisque diebus pro impetranda mortuorum animabus quiete, omnis populus piaculis ſacrificiisque circa ſepulcra, accenſis facibus cereisque, intentus erat. Hæc Feſtus, v. & Ovid. 2 Faſt. v. 19 ſqq. Plutarch. in Numa, Cenſorin. c. 22. *Liba februare*, Varroni eſt pura ea facere apud Nonium c. 2 n. 355.

¶ Februatus, *a, um*, purgatus, gefeget, gereiniget. Varro de L. L. 5, 3 *Rex cum ferias menſtruas Nonis Februariis edicit, hunc diem februatum appellat.* conf. Feſtus de *Ianone februata*, & *die februato.*

¶ Februatio, *onis*, f. luſtratio, die reinigung. Varro l. c. (Scal. p. 46) *Nam & Lupercalia februatio, ut in antiquitatum libris demonſtravi.*

¶ Februus, *a, um*, idem ac purgans, pians, fegend, verſühnend. Cenſorin. c. 22 *Eſt februum, quicquid piat purgatque.*

¶ Februus, *i*, m. ſubſt. deus, qui luſtrationum potens creditur, uti refert Macrobius Sat. 1, 13. Hunc plerique Plutonem vel Plutonis patrem arbitrantur. Servius 1 Georg. *Februus Ditis pater eſt, cui eo menſe* (Februario) *ſacrificatur.* conf. Varr. de L. L. 5, 4 fin. & Iſidor. 5, 33.

¶ Februa, *æ*, f. ſubſt. Iuno, quæ & *Februalis*. v. Mart. Capella lib. 2 p. 37; & infra *Februlis.*

¶ Februa, *orum*, n. pl. purgationes & expiationes dicebantur, fegopffer, verſühnung, aller ſeelen tag. Ovid. Faſt. 2, 19 *Februa Romani dixere piamina patres, &c.* conf. 5, 423.

¶ Februamentum, *i*, n. idem; purgamentum interpretatur Cenſorinus de die Natali c. 22. Verba ſunt: *Ianuarium ab Iano, cui attributus eſt, nomen traxiſſe, Februarium a Februo. Eſt Februum, quicquid piat purgatque; & Februamenta, purgamenta: &c.*

¶ Februarius, *i*, m. a Februo, menſis olim ultimus anni, dies habet XXVIII. Nonas IV. Idus VIII. Calendas Martii XVI. Germanis vocatur der hornung, vel a cervorum deciduis cornibus, vel a duritie frigoris nondum ceſſantis. Cic. Verr. 2, 31 *Quando homo tanta luxuria atque deſidia, niſi Februario menſe adſpirabit in curiam* v. Ovid. 2 Faſt. v. 31. Varron. Iſidor. & Macrob. locis jam citatis, Feſtum in *Februarius*, & Cenſorinum c. 1. qui omnes & originem nominis & ſignificationem exponunt. Adde Roſin. Ant. Rom. 4, 1.

¶ Februlis, item Februalis, *is*, f. Iuno, a Romanis dicta, quod ipſi menſe Februario ſacra fiebant; ejusque feriæ erant Lupercalia, quo die mulieres februabantur a lupercis amiculo Iunonis, id eſt, pelle caprina. Feſtus. *Februlis* eſt apud Arnobium l. 3 p. 118. *Februalis* Mart. Capellæ 2 p. 37.

Fecatus, &c. vide *Fecatus* in *Fex.*

FĒCENIA, *æ*, f. vitis, quæ & rubella, fæce nimia, Plin. 14, 2.

FĒCIĀLIS, *is*, m. plur. *Feciales*, quod & *Faciales* legitur, ſacerdotes dicebantur, qui fidei publicæ inter populos præerant. Nam per hos fiebat, ut juſtum fœdus conciperetur, & ut fœdere, a quo faciendo ſic dicebantur, fides conſtitueretur. Eos inſtituiſſe dicitur Numa. vid. Varro L. L. 4, 15; Plutarch. in Numa p. 68, A. & Dionyſ. Halic. 2, 73 & ſeq. Formula legati Fecialis, bellum indicentis, aut repetentis ablata, proſtat apud Livium 1, 32, quem vide & 1, 24. Nonius 12, 43 a *faciendo Feciales* nuncupatos indicat, quod belli pacisque faciendæ apud eos jus eſſet, quæ & Feſti ſententia. Varro l. c. a *fide* appellatos videtur putaſſe; quod & Plutarchum ſenſiſſe arbitror, qui χειριάλεως vocat, herolde in kriegs- und friedens-geſchäften. De Fetialibus Pop. Rom. eſt etiam diſſ. in ferculo literario Io. Ienſii.

¶ Fecialis, *e*, adj. ut, *Ius feciale*, Cic. Off. 1, 11, das heroldes-recht. v. & Liv. 1, 32 & ludibria hujus juris 9, 8 ſq. it. 21, 42.

Fecinus, fecoſus, fecula, feculentus, vide *Fax.*

FEL, *fellis*, n. flava bilis, quæ ſub ima hepatis parte, in veſicula quadam, quæ ob id *ciſta fellis* dicitur, continetur, die galle. Plaut. Truc. 1, 2, 76 *In melle ſunt linguæ fitæ veſtræ atque orationes. Corda in felle ſunt fita atque acerbo aceto.* ¶ 2. Tralate pro mordacitate & cavillatione ponitur. Auſon. epigr. 15 *Qui melle carmen atque felle temperans Torpere Muſas non ſinis.* ¶ 3. *Fel* pro veneno. Quint. Serenus Sammonicus c. 47 *Culmine non gladii, volucris nec felle ſagittæ.* Prudent. Cathem. 9, 176 *Fellis venenum.* Quod ex Virgilio eſt: Hic enim Æn. 12, 856 *Non ſecus ac nervo per nubem impulſa ſagitta, Armatam ſævi Parthus, quam felle veneni, Parthus, ſive Cydon, telum immedicabile torſit.* ¶ 4. *Fel terræ*, genus herbæ, centaurium minus, Plin. 25, 6; Celſ. 5, 5; Apul. de Herb. c. 34. ¶ 5. Pro quacunque acerbitate fortunæ. Tib. 3, 4, 12 *Omnia jam triſti tempora felle madent.*

¶ Felleus, *a, um*, bitter, vergällt. Plin. 26, 18 *Sudores felleos movent.*

¶ Fellĭtus, *a, um*, felle imbutus, voller galle. Feſtus Avienus loco ſupra cit. in *Amaro*; *Fellitus amarans Ore ſapor nil dulce meo finet eſſe palato.* Gloſſ. Vet. *Fellitus*, χολικός. Viſus & Macer 1, 7.

¶ Fellōſus, *a, um*, idem. Cæl. Aurel. Tard. 4, 6 *Felloſus & ſaniоſus.*

¶ Fellidūcus, *a, um*, gall abführend. Id. Cæl. Aur. Tard. 3, 4 *Medicamenta felliduca.*

¶ Fellifluus, *a, um*, gallflüßig. Id. Acut. 3, 19 de cholera: *Felliflua paſſio.*

FĔLES, *is*, (m.) (auctoritate caret) & f. ἄλμυρος, παρὰ τὸ ἀλόλαειν τὴν ὑδρὰν, hoc eſt, a vibratione caudæ, eine katze, kater. Varroni R. R. 3, 12, 3 *Felis* eſt nominandi caſu. Apud Plinium 6, 29 *Feles aurea & felis aurea* probatur Cariſio. Phædr. fab. 2, 5, 2 *Feles cavernam nacta, &c.* De felium aſtu in capiendis avibus & muribus, agit Plinius 10, 73. *Felem minacem* vocat Nemeſia. Cyneg. 55 feram, qua plenius in tantillo corpore animi & inimarum animal vidiſſe ait Barthius. ¶ 2. *Felem* pro Deo coluere Ægyptii v. Herod. in Euterpe, ſive 2, 66 ſeq.

seq. Cic. de Leg. 1, 11. Ejus tamen occursus habebatur infaustus. Herald. ad Martial. 7 epigr. 86. ¶ 3. Apud Plutarchum connubialibus Præceptis, unguentum odore in infantem vertens ita appellatur p. 144 C. ¶ 4. *Adores saltant fele comprehenſa.* v. Suid. in voce Στρατεία. ¶ 5. *Fele rapacior* homo furax dicitur. Ob eandem rapacitatem *feles virginaria*, vel *virginalis*, leno eſt, qui virgines inſcribit, apud Plautum Perſ. 4, 9, 14; & Rud. 3, 4, 42. Sic *Feles pallaria* pæderastes a puerulis captandis apud Auſonium epigr. 70, 5 *Quis Marcus? Feles nuper pallaria dictus, Corrupit totum qui puerile ſcelus.*

¶ Felineus, *a, um*, quod felium eſt, vel de felibus, wie von Katzen; ut, *Felinei oculi*, apud Servium in Georg. 3, 82, Katzenaugen, graue augen.

¶ Felinus, *a, um*, idem: ut, *Felinum ſiderus*, Cell. 5, 15.

Felebris, vide *Fello*, Felicatus, felicina, *Filix*, Felicitas, &c. *Felix*, Felineus, *Feles*.

FĔLIO, *ire*, ſchreyen wie ein parder. Auctor Philomelæ v. 50 *Pardus hiando felit.*

Felix ſubſt. v. *Filix*.

FELIX, *icis*, ſine diphthongo, dives, fortunatus, beatus, glückſelig, glücklich. *Felicibus æque auſpiciis*, Virg. Æn. 11, 32. *Nemo malas felix*, Iuvenal. 4, 8, es gehet keinem böſen buben wohl. *Felix, qui nihil debet.* Tibull. 3, 7, 11 *Felix, quicunque dolore Alterius diſces peſſe carere tuo.* Conſtruitur cum Genitivo etiam. Exempla ſunt ap. Sil. ut, *Felix uteri*, 4, 359: ἔυτεκνος, ut felices arbores. v. Drakenb. *felix leti*, ibid. v. 398; *felix famæ*, eod. lib. v. 731, & *felix necis*, lib. 2, 570. ¶ 2. Aliquando *felix* dicitur mortuus, Græcorum more, qui defunctos μακαρίτας vocant. Horat 1 ſat. 9, 27 *Haud mihi quisquam* (ſcil. cognatus,) *Omnes compoſci felices; Nunc ego reſto.* Ita idem Poeta *beatos parentes Phyllidis* dixit pro mortuis, lib. 2 od. 4, 14, ut rectiſſime exponit Heinſius. conf. Virg. Æn. 3, 321 *O felix una ante alias, &c.* ¶ 3. Pro eo, qui alios felices facit, Virgilius poſuit ecl. 5, 65 *Sis bonus o felixque tuis.* Vbi Servius FELICEM, *propitium* interpretatur; quemadmodum idem poëta Iunonem alio loco *infelicem* pro *iratam*, dixit. Iuvenal. 14, 312 *Quanto felicior hic, qui Nil caperet, quam qui totam ſibi poſceret orbem.* ¶ 4. *Felix*, frugifer, fruchtbar. Liv. 5, 24 *Nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum.* Contra, *infelix ſtipes*, Minucius Fel. c. 23 ſect. 9. conf. Nonius 4, 184. Vid. Intr. ad Grat. 442. ¶ 5. Cognomen fuit Syllæ Dictatoris, vid. Spanh. de uſ. & præſt. num. diſſ. 10 p. 72. Fuit idem cognomen Imperatorum quorundam, v. Spanhem. l. c. diſt. 12 p. 441. ¶ 6. Quod ad gradus, de Sylla Salluſt. Iug. c. 95 *Illi, fortiſſimo omnium ante civilem victoriam, nunquam ſuperbe indulſiſtam fortuna fuit, multisque dubiis uſa, fortior, an felicior eſſet.* Virg. Æn. 9, 722 *Quo non felicior alter.*

¶ Fēlĭciter, adv. glücklich. *Feliciter ſapit, qui alieno periculo ſapit*, Plaut. Merc. 4, 7, 40, quamquam a multis libris illa ſcena abeſt. Cæſar Gall. B. 4, 25 *Conteſtatus Deos, ut ea res ſuis feliciter eveniret.* Id. B. Civ. 1, 7 *Rem. feliciſſime geſſiſſe.* Virg. Georg. 1, 54 *Illic ſegetes, illic veniunt felicius uvæ.* ¶ 2. Vſitata & eſt precandi bene & gratulandi veteribus formula FELICITER! ſubaudi *eveniat.* v. Briſſon. lib. 8 Formular. Solenn. p. 719 & Lipſ. Elect. 2, 10. Suet. Claud. c. 7 extr. *Præſidibus nonnonquam ſpectaculis in Caji vicem, acclamante populo*, FELICITER! Phædrus 5 fab. 2, 13 *Vt mos eſt vulgi, paſſim & certatim ruunt*, FELICITER *ſuccłamant.* Flor. 3, 3 fin. *Frequenteque in ſpectaculo rumor victoriæ Cimbricæ*, FELICITER, *dixit.*

Felicitas, *atis*, f. wohlfahrt, glück. Per emphaſin *Felicitates* in plurativo numero Ter. Eun. 2, 3, 33 dixit, ut Donatus monet: *Nec quicquam eſſe ego hominem arbitror, cui magis bonæ felicitates omnes adverſæ ſint*, der weder ſtern noch glück hat. Plin. 7, 11 *Felicitas cui præcipue favit homini, non eſt humani judicii.* Et ib. *Mortalium nemo eſt felix.* Et c. 44 *Nulla profecto ſolida eſt felicitas.* Plinius alter 3 ep. 19 *Felicitas terræ*, die fruchtbarkeit. De felicitate abſoluta in rebus humanis Hor. 1 ep. 4, 8 *Quid vovet dulci nutricula majus alumno, Quam ſapere, & fari ut poſſit quæ ſentiat, & cui Gratia, fama, valetudo contingat abunde, Et mundus victus non deficiente crumena?*

¶ Felicio, *ōnis*, m. nomen pueri apud Petronium c. 60; & Senecam epiſt. 12. Eſt & nomen capſellæ aureæ Petron. c. 67. Al. *filicionem* legunt, ab opere filicato.

¶ Felicito, *are*, glückſelig machen, recentioris uſus vocabulum, quia apud Plautum habetur contrarium. Donat. in vita Virgilii: *Rogat, quam ad felicitandos homines facultatem haberet.* Et Mantuanus: *Horaque præteritus felicitat una labores.*

¶ Infēlix, *icis*, non felix, unglücklich. Cic. pro Quinct. c. 30 *Spes eſt, miſerum atque infelicem aliquando tandem poſſe conſiſtere.* ¶ 2. Infecundus, unfruchtbar. Virg. ecl. 5, 37 *Infelix lolium.* Sic, *Ingenium infelix*, Plin. procem. operis. *Infelicior domi, quam militiæ*, Liv. 5, 12. Et vet. Inſcript. apud Gruter. p. 668 n. 12, & p. 673 n. 10 INFELICISSIMI PARENTES: & p. 670 pr. INFELICISSIMA PVELLA.

¶ Infeliciter, adv. unglücklich. *Tentare rem infeliciter*, Liv. 1, 45; & 2, 35. conf. Ter. Eun. 2, 2, 13. Compar. Sen. Controv. 5, 33 *Infelicius ſuperſunt.*

¶ Infelicitas, *atis*, f. unglückſeligkeit. *Quid hoc, malum, infelicitatis?* Ter. Adelph. 4, 2, 5. Pluraliter Apulej. 2 Dogm. Plat. p. 17 *Miſeriæ & infelicitates.*

¶ Infelicito, ſive Infelico, *are*, unglücklich, unſelig machen. Magis id probant eruditi, quam *infeliceare* ex MSS. Plauti codicibus, ad quos provocat Pareus Lex. Crit. p. 601. conf. Voſſ. de Vit. L. L. 1, 22, & Taubm. ad Plaut. Caſ. 2, 3, 30, ubi eſt: *Di me & te infelicitent, ſi ego in os meum hodie vini guttam tetigi.* *Infeliceare* vide in Plauti Epid. 1, 1, 11; Merc. 2, 3, 99; & Pœn. 2, 1, 1 &c.

Fellator, vide *Fello*, Felleus, felliducus, &c. *Fel*, Fellito, *Fello.*

FELLO, *are*, ſive ut Salmaſ. p. 662 ad extrem. c. 45 Solini contendit, *Fello*, *felare*, i. ſimplici, eſt lac ſugere, a θηλάζω, ſaugen, ſeugen. Varro apud Nonium 2, 344 *lac hominum felliſſe.* Vnde id verbum ad fœdum libidinis genus translatum, quod ore patrabatur, ut aliud verbum *Irrumare.* Hinc Martial. 7 epigr. 9 *Pædicatur Oros, fellat Linus. Ole, quid ad te?*

¶ Fellator, *ōris*, m. qui fugit. Sarmas apud Martialem, uti verbum legitur. Ita corvus *fellator* habitus 14 epigr. 74, quod ore coire putaretur.

¶ Fellēbris, ſive Felebris, *e*, ſaugend. Solin. c. 8 de angue: *Fellebri ſatietate extuberatur*: ſcilicet, uti præcedit, *plenior lucis rigua bovis ſuctu continuo ſaginata.*

¶ Fellito, & *Felito*, *are*, frequent. ausſaugen. Solinus c. 57 (al. 45) de Cappadocia: *Nequaquam mater* (equa) *ſuis ubera præbet fellitanda.* Gloſſ. Iſidori: *Fellitat, ſugit.* Add. vulgat. ad Solin. l. c.

¶ Fellitans, *tis*. Arnob. 2 p. 70 *Lenerant fellitantes, mammas.*

FELLO, *ēre*, obſoletum eſt. Hinc

¶ Refello, *i, ēre*, refutare, widerlegen. Cic. de orat. 1, 19 extr. *Ea Menedemus exemplis magis quam argumentis conabatur refellere.* Ib. c. 20 pr. *Et id quod intenderemus confirmare, & id quod contradicerentur refellere.* Id. Att. 12, 5 *Sed tu me γεωμετρικως refelleres.* Id. 2 Tuſc. 2 extr. *Et refellere ſine pertinacia, & refelli ſine iracundia parati ſumus.* Id. 2 Fin. 25 extr. *Ita vivunt quidam, ut eorum vita refellatur oratio.* Id. 2 Div. 23 extr. *Num ergo opus eſt ad hæc refellenda Carneade.* ¶ 2. *Refello* & *repello* conf. in MSS. Burm. ad Ovid. Met. 1, 759.

¶ Refullens, part. Cic. 2 de orat. 2 extr. *In quo liceat mihi fingere ſiquid velim, nullius memoria jam refullente.* Here ut noſtri, in die ferne iſt gut lügen.

FELONIA, *æ*, f. vox Feudiſtarum, qua ſignificatur perfidia, crimen & quodvis capitale facinus vaſalli erga dominum; Latine *ſcelus*, eine ſchelmerey, ſchelmen-ſtück. Quidam derivant a Græco φήλωμα, vel φήλωσις, *fraus, deceptio, impoſtura*; alii a Germanico tehlen.

FĔMEN, *ĭnis*, n. plur. *Femina*, pri. corr. Nominativum ſingularem reperiri, negat Valla 4, 57. Sexto caſu, *vulnerato femine*, Plinius dixit 28, 2. Et ſecundo caſu Cæſar B. G. 7, 73 *Stipites feminis craſſitudine.* Sunt autem *Femina* pars in ſuperiore pede interior melioreque, quæ ſe contingant, das dicke oder dem fuß, der innere theil des ſchenkels. *Femora* vero, cujus ſingulare eſt *Femur*, pars exterior. Cic. N. D. 1, 35 extr. *Manibus, pedibus, feminibus, cruribus.* Et Plin. 28, 15 extr. *Femina atteri adjicique equitata, notum eſt*, daß man ſich mund reute. vid. Drakenb. ad Sil. 1, 540, qui etiam obſervat, *Femina* & *Femora* ſæpe confundi a librariis.

¶ Feminale, *is*, n. ſeu Feminalia, *um*, pl. potius, ſchürtzen, bein-kleider, hoſen. Gloſſ. Vet. *Feminalia*, περισκελίδες, περισκελίδια, Suet. de Auguſto c. 82 *Feminalibus muniebatur*, ubi habes longam doctiſſimamque Caſauboni diſputationem, qua oſtendit, ea quæ hodie *feminalia* vel *femoralia* vulgo vocantur, plane abſuiſſe a conſuetudine veterum Ebræorum, Græcorum, Romanorum; Nihil tamen abeſt, quo minus hodie ita appellemus braccas noſtras, hoſen, beinkleider. Vid. etiam Salmaſ. Hiſt. Aug. p. 223.

¶ Interfeminium, *i*, n. membrum pudendum, die ſcham. Apulej. Apolog. p. 296 *Interfeminium tegere.*

FĔMUR, *ŏris*, n. modo expoſuimus in *Femen*, die hüfte, der oberſchenckel. *Femur percutere*, Cic. de Clar. Orat. c. 80. *Eripit a femore*, Virg. Æn. 10, 788. ¶ 2. *Femur bubalum*, herba Plinio 27, 9. ¶ 3. *Femen* & *Femur* ſæpe confundi, modo obſervavimus.

¶ Fēmŏrāle, *is*, n. plur. *Femoralia* idem quod feminalia ſive braccæ ubi vid.

FENDĪCAE, *arum*, f. hiræ ſive ilia, a *findo*, quod a fiſſis carnibus fierent, caldaunen, gedärme, Arnob. 7 p. 230.

FENDO, *ĕre*, verbum antiquatum, cujus ſola ſuperſunt Compoſita. Priſcian. lib. 11 p. 923 *Offendo, quaſi a Fendo, verbo comporitur, quod non eſt uſitatum. Fendo* Voſſius Etymol. p. 266 interpretatur *ad iram concito.* Hinc

¶ Fenſus, *a, um*, participium, quod in Gloſſario Iſidori *iratus* redditur, erzürnt.

Compoſita:

¶ Defendo, *di, ſum, ĕre*, proprie eſt arcere, avertere, verhüten, abwenden. Virg. ecl. 7, 47 *Solſtitium pecori defendite.* Horat. 1 ſat. 3, 14 *Toga, quæ defendere frigus, Quamvis craſſa, queat.* Cic. Off. 3, 18 *Defendere ac propulſare injurias.* vid. Gell. 9, 1; & Lipſ. Var. Lect. 2, 22. Non ſemel hoc verbo ita uſus eſt & Cæſar: ut de B. Gall. 1, 44 *defendere bellum, non inferre*, & de B. Civ. 1, 73 & 2, 2. Hirt. B. G. 8, 9: *ut hoſtis a foſſa duplici propugnatorum ordine defenderetur.* Ovid. de Remed. am. 2, 228 *Proximus a tectis ignis defenditur ægre.* Sen. de Providentia 1, 4 de Germanis: *Imbrem culmo aut fronde defendunt.* Claudian. de 4 Conſul. Honor. v. 340 *Nec defenſura calorem Aurea ſummoveant tepidos umbracula ſoles.* ¶ 2. Deinde, quia, ſi ſalvi velimus eſſe, neceſſe eſt, ut illud, quod nocere poſſit, arceamus; inde defendere etiam *tueri* ſignificat, handhaben, ſchützen, vertheidigen, vertreten, verantworten. *Locum ſuum honeſtiſſime defendere*, Cic. pro Quint. c. 13, ſeinen ſtand mit allen ehren verwahren. *Caput & famam defendere*, Id. Acad. 4, 37. Et, *Salutem ſociorum defendere*, pro Lege Manil. c. 6. Conſtruitur & cum præpoſitione; Ibid. c. 6 pro Manilia: *Provincia non modo a calamitate, ſed etiam a metu calamitatis eſt defendenda.* Plancus Cic. fam. 10, 15 extr. *Italiam a vaſtatione defendat.* Rurſus Cic. pro Sylla c. 2 *Qui illum ſolus ante de ambitu defendiſſet.* Sed & præpoſitio *Contra*, quam nonnemo rejicit, locum hic habet. Idem Cic. fam. 11, 27 *Me ſcio a te contra iniquos meos ſolere defendi.* Et de Orat. 1, 39 *Cum ego C. Sergii Auratæ contra hunc noſtrum Antonium cauſſam defenderem.*

¶ Defendens, *tis*. Nepos 2, 4, 1 *Nullis defendentibus.* Virg. Æn. 11, 886 *Cædes defendentum animis aditus.*

¶ Defenſus, *a, um*, beſchützet beſchirmet. Nepos 19, 2, 3 *Ab eo in judiciis defenſus aliquoties liberatus diſceſſerat.* Curt. 10, 9, 21 *Ne loci quidem religione defenſo cecidit.*

¶ Defenſa, *æ*, f. ſubſt. ultio, defenſio, die rettung, abwehrung, beſchützung. Tertull. adv. Marc. 2, 18 *A Deo expetitare defenſam, &c.*

¶ Defenſio, *ōnis*, f. ſchutz, vertheidigung. *Defenſionem alicujus ſuſcipere*, Cic. fam. 1, 9 *Vti defenſione*, Id. Verr. 2, 10. *A defenſione deſiſtere*, ſeine vertheidigung thun. Cæſ. B. C. 2, 12. Quintil. 1, 10 p. 109 *Cæſum dubiam facere defenſionis ſolicitudine.*

¶ Defen-

¶ Defensor, *ōris*, m. qui defendit, ein beſchützer, vertheidiger. *Defensor & propugnator fortunarum alterius*, Cic. poſt Red. in Sen. extr. *Offendere se accusatum alicujus defensorem*, ſich eines andern beſtig annehmen, Id. fam. 1, 1. Sic Liv. 36, 35 *Defensor vocis adversi.* conf. Hor. 2 sat. 5, 39; & Virg. Æn. 2, 521. *Canssarum defensor*, ein Sachwalt. Ammian. 26, 1. *Defensores mœnium*, ſtadt-ſoldaten, beſchützer. Id. 19, 1. ¶ 2. Qui arcet & propulsat aliquid ab aliquo. Cic. pro Mil. 22 *Ultores sceleris, defensores necis.* Id. pro Mur. 2 *Auctor beneficii populi Romani, defensorque periculi.* v. Menck. Obſ. L L.

¶ Defenſrix, *icis*, f. eine beſchützerin. Cicero in Timæo de Univerſitate, reſtante Priciano p. 245.

¶ Defenſorius, *a, um*, ſchützend. Tertull adv. Marc. 2, 14 *Iudicia bona, qua justa, & bonorum defensoria.* Eſt etiam in lemmate Vitr. 10, 19.

¶ Defenſo, *are*, frequent. beſchirmen. Salluſt. Iug. c. 60 *Qui mœnia defensabant.* Liv. 24, 45 pr. *Mœnia ipsa satis esse defensabant*, pro ſatis robore & altitudine. Sic *Defensare injuria*, pro *ab injuria*, Plaut. Baccb. 3, 3, 39; & Rud. 2, 3, 30.

¶ Defensans, *tis*, beſchützend. Tac. Ann. 2, 5, 4 *Impedimentorum agmen defensantibus inspicere.*

¶ Defensito, *are*, alt. Frequentativum, eſt vertheidigen. Cic. Off. 1, 33 *Catilis defensitare* & Acad. Q. 4, 45 *Calliphontis sententiam Carneades studiose defensitabat.* Ibid. c. 22 *Quod postea defensitavisset*, & Gell. 2, 25 *Summa ope defensitavit.*

¶ Defenſitatio, *onis*, f. die ſchutzhaltung, apud Auguſtinum.

¶ Defenſaculum, *i*, n. ſchirm, ſchild, pro quo latinius dicitur *clypeus.* Adhelm. de Virg. c. 41 *Fixei defensaculo fretus.*

¶ Indefenſus, *a, um*, qui ine defenſione eſt, ſchutzloß, ohne ſchutz. Liv. 4, 23 *Præbitus vos telis hostium estis indefensi, inermes?* Silius 6, 652 *Campania indefensa.* Et Tac. Hiſt. 3, 71, 7 *Capitolium clausis foribus, indefensum & inclusum constigravit:* Id. Ann. 2, 77, 3 *Inanditus & indefensus.*

¶ Indefenſe, adv. idem. L. 2 § 2 C. de conſtituta pecun. *Quæ negotiatores indefense constituerint.*

¶ Infenſus, *a, um*, adj. ex In & Penſus ita compoſitum, ut IN ſignificationem non neget, ſed augeat. Eſt enim vehementer iratus & odium gerens, ſehr entrogen, gehäßig, auffätzig, feindſelig. Ter. Andr. 1, 3, 7 *Ms infensus servat.* Cic. Verr. 2, 6, *Infensi atque inimico animo in aliquem esse.* Tac. Ann. 11, 1, 2 *Infensi principibus opes*, i. e. formidabiles & noxiæ. Comp. Claudian. 3 de Raptu v. 201 *Phlegra nobis infensior æther*, h. e. Dii ætheris ſive cæleſtes funt nobis inimiciores, quam Phlegræi gigantes. Phlegra autem Theſſaliæ gigantum ſedes. Vopiscus Aurel. c. 36 *Incidit, ut libertum suum infensissima sui minando redderet.*

¶ Infenſe, adv. feindſelig. Tac. Ann. 5, 3, 6 *Tiberius infense invectus.* Compar. Cic. Orat. c. 51 *Isocrati est adversatus infensius*; Graterus legit *impensius.* Sed & Livius 34, 15 *Infensius hostes pro vallo pugnarent.*

¶ Infenſo, *are*, verbum, ap. Tacitum legitur, pro infenſum habere, anfeinden; ut, *Infensare fabula*, Annal. 6, 34, 1, i. e. intuta reddere. *Bello infensare Armeniam*, An. 13, 37, 1. Hinc

¶ Infenſans, *tis*, widrig geſinnet, zornig; ut, *Infensantibus Diis exitio tradi*, Tac. An. 13. 41, 5.

¶ Offendo, *di, sum, ĕre*, ab *Ob* & *Fendo* obſoleto, quadruplici notione reperitur: ¶ 1. *Offendere aliquem*, einen anrennen, finden. Ter. Heaut. 2, 3, 44 *Terentem telum festinus offendimus.* Et in Eun. 5, 8, 34 *Si in platea hac te offendere postbac, &c.* Cic. fam. 1, 9 *Non offendes earum bonorum sensum, Lentule, quem reliquisti.* ¶ 2. *Offendere ad quid, in quo, est impingere*, anſtoſſen. Ovid Pont. 4, 14, 21 *Ad veteres scopulos iterum devertor, & illas, In quibus offendit naufraga puppis, aquas.* Et Quintil. 6, 3 p. 480 *Cicero de Memmii homine præclaro, caput eum ad fornicem Fabii ostendisse.* Ciceronem vide, quamquam aliis verbis utentem, de Orat. 2, 66. ¶ 3. *Offendere*, eit etiam *peccare*, vel labi, & errare, ſtrauchlen, es verſehlen, fehlen. *Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat?* Cic. fam. 9, 2. Et C. Nepos 19, 2, 2 *Neque in eo idem offenderat, quod patriæ male consuluerat; sed etiam, quod amicitiæ fidem non præstiterat.* ¶ 4. *Offendere*, lædere, beleidi en, erzürnen, verdrüßlich ſeyn. Vel abſolute ponitur, ut Cic. Att. 10, 4 p. 128 *Quod intelligeret se apud plebem offendisse, de ærario.* *Magis offendit nimium quam parum*, Cic. Orat. c. 22. Cum accuſ. *Neque quemquam offendet oratio mea*, Id. pro Sext. c. 6 *Offendere alicujus animum*, Idem fam. 5, 7. Idem 1, 9 *Multis rebus meus offendebatur animus*, ich ſtieß mich daran. Vbi paſſivum habes. Sed eodem ſenſu activa voce uſus eſt Gellius 9, 15 *Adcrat nobiscum ibi Iuliani sectator, juvenis promptus & proficiens, & offendens jam in eo, quod audebat &c.* Manutius in Cic. fam. 5, 14 *fine* oſtendit, apud Ciceronem etiam *offendere* eandem patiendi vim habere, ut L. 1 in Verr. c. 25; ep. ad Qu. Fr. 1, 1: pro Mil. 20. conf. Menck. Obſ.

¶ Offenſus, *a, um*, angeſtoſſen. Nimirum non tantum corpus hominis *offensum* dicitur, ſed etiam res, ad quam corpus offendit, ut *offensa limina*, Quintil. decl. 1, ad quæ cæcus offendit. vid Schulting. & Burm. p. 8. ¶ 2 angetroffen. Nepos 5, 4, 2 *Cum aliquem offensum fortuna videret*; i. e. obviam factum fortuito, ut videtur Bœclero & Freinsh. ¶ 3. Potest tamen & hic *offensus* pro eo accipi, quem læſit fortuna & cui fors eſt iratior, quod Lambino placet. Iterum Nepos 10, 7, 3 *Offensa in eum mi itum voluntate*, da die miliz auf ihn ungehalten war. Notandum autem, quemadmodum de phyſico vocis intellectu modo obſervatum eſt, *offensum* non modo dici, quem offendimus, & qui nobis & ex eo iratus infenſusque redditus eſt; ſed & qui nos offendit, ideoque odioſus eſſe cœpit. Suet. Cæſ. c. 19 *Omnibus officiis civium Pompejum offensum, offensum Patribus*, *quod Mithridate rege victo, conclamatissima confirmarentur acta sua.* Id. Ner. c. 2 *Pontificibus offensum, quod alium, quam se in patris sui locum coopta sset.* In quibus exemplis *offensus* eum notat, qui ex offenſa aliorum dolet, qualem Italorum voce vulgo dicimus disgustirt. Pro eo vero, qui ex ſua ipſius offenſa invitum ſe fecit aliis, Cicero poſuit pro Sextio c. 69, cum ait: *Aliusne est aliquis peculiaris populus, qui nos offensi invitique fecerimus?* Et iterum ad Att. 2, 19 *Scito nihil unquam tam fuisse infame, tam turpe, tam peræque omnibus generibus, ordinibus, ætatibus offensum, quam hunc statum.* v. Casaub. ad Cic. Art. 1, 12 p. 51. Et ipſum Cic. ep. 17 p. 129. Suet. Galba c. 16 *Per hæc prope universos ordinum offensus.* Vbi etiam *offensus*, invisus eſt, verhaßt. Sed in Memmiano Codice, ut Caſaubonus auctor eſt, & MSS. Torrent. fuit, *offensi*, qua ratione etiam alias Suetonius. ¶ 4. *Offensior*, Compar. etiam reperitur. Cic. lib. 1 ad Attic. epiſt. 5 *Quem cum esse offensiorem arbitrarer.* Et Suet. Vit. c. 14 *Nullis offensior quam vernaculis.*

¶ Offenſa, *æ*, f. ejus eſt qui offendit, erzürnung, beleidigung. *Leves offensæ*, Suet. Claud. c. 26. Et Quintil. 2, 20 *Periculosa potentium offensa*, groſſe herren erzürnen, iſt gefährlich. Cic. Att. 9, 2 *Magnam in offensa fuit apud Pompejum hoc tempore*, ich bin in großen ungnaden. *Offensas subire*, Plin. 3 ep. 9 n. 26. Item, *Offensas suscipere in se*, Id. 2 ep. 18 n. 5. Et, *Si se offensa vivere cum uxore.* Id. 8 epiſt. 5, hoc eſt, concordiſſime. Adde, quæ ibi ex Inſcriptionibus Cellario notata ſunt. Sen ep. 7 de morbo: *Ægri non sine offensa proferuntur*, nicht ohne anſtoß.

¶ Offenſum, *i*, n. ſubſt. idem quod *offensa* vel *Offensio.* Cic. de Invent. c. 49 *Offensum est, quod eorum, qui audiunt, voluntatem lædit.*

¶ Offenſus, *ûs*, m. idem quod offenſa, occurſatio, anſtoß, begegniß. Sen. ep. 103 *Per hujusmodi offensus emetiendum est confragosum hoc iter.* Macrob. 2, 9 *Offensa fortuito.* Lucret. 4, 359 *Hebescere crebris offensionibus.* conf. 6, 332. Et 3, 955 *Vitaque in offensu est*, h. e. ingrata & moleſta. Vtitur & Statius Theb. 12, 283, ubi plura Barth.

¶ Offenſio, *onis*, f. die beleidigung; ut, *in offensionem cadere*, Cic. Nat. D. 1, 30, in ungunſt oder feindſchaft gerathen. *Incurrere in odium, offensionemque populi*, Id. in Verr. 2, 12, das volck vor den kopf ſtoſſen. Et *Graves solent esse offensiones ex gravibus morbis, si qua culpa commissa est*, Id. 16 ep. 10 ad Tironem. Et proprie, *Pedis offensio*, Id. de Divin. 2, 40 extr. anſtoß, ſtraucheln.

¶ Offenſiuncula, *æ*, f. dimin. parva noxa. *Si qua offensiuncula facta est*, ſo etwas kleines verſehen iſt. Cic. fam. 13, 1. conf. pro Planc. c. 21.

¶ Offenſor, *ōris*, m. qui offendit, ein beleidiger. Arnobius lib. 7 p. 216 *Iras ac animos ponant, & in gratiam suis cum offensoribus redeant.* Ad alias quoque verbi *Offendo* notiones transferri poteſt.

¶ Offendix, *icis*, f. ein knote. Feſto *nodus* eſt, *quo apex aut galerus retinetur, vel remittitur, spiræ injectus, sic dicta, quod mentum, ubi eo ventum est, offendat.* Scaliger in Conjectan. Varronianis *offendices* explicat ämenta infra mentum pertinentia, quæ pileum retinebant: Et dici offendices, quod ſe mutuo offenderent & convenirent. Lat. Gloſſ. *Offendices* nodi, quibus libri ſignantur. Hæc Scalig. ad Feſt. notat.

¶ Onendiculum, *i*, n. impedimentum, hinderniß, ärgerniß. *Sunt in hoc negotio offendicula nonnulla*, Plin. 9 epiſt. 11.

¶ Offendimentum, *i*, n. idem quod *offendix* apud Feſtum.

¶ Offendo, *nis*, f. idem quod offenſio. Affranius apud Nonium 2, 602 *Quo offendo sæpe peccat nostra sit mala.*

¶ Offento, *are*, frequent. anſtoſſen. Liv. 25, 37 *Flere omnes repente & offentare capita*, ſie ſtieſſen die häupter wider die wand. Adde Lucret 2, 1057; & 6, 1051.

¶ Offensans, *tis*, anſtoſſend. Quintil. 10, 7 *Interfistentes offensantesque.*

¶ Offensatio, *onis*, f. die anſtoſſung. Sen. de Benef. 5, 25 *Offensationes memoriæ labentis.* Plin. 28, 16 *Subtriti contusique offensatione.* Quintil. 11, 3 *Offensatione commoneri.*

¶ Offensiúncŭlum, *i*, n. idem. Apul. 9 poſt princ. *Crebris offensaculis & offensiunculis lapidibus jam contusis cruribus meis.* Lactant. de Opific. Dei c. 1 *Offensiuncula pedibus latenter opponere.* Prudent. Ptych. v. 485 *Cæcum errare finit, perque offensacula multa Ire.*

¶ Offenſator, *ōris*, m. qui offendat, ein ſtrauchler; ut, *Equus offensator. Offensatorem esse in legendo*, Quintil. 10, 3, eſt anſtoſſen.

¶ Offensibilis, *e*, anſtoßig, ſtrauchelnd. Lactant. 4, 26 *Offensibilibus & cæcis gressibus incedere.*

¶ Inoffenſus, *a, um*, adj. unanſtößig, ohn anſtoß. *Inoffensum pedem refellere*, Tibull. 1, 7, 62. *Inoffensa valetudine vivere*, Gell. 2, 1. Et, *Cursus honorum inoffensus*, Tac. Hiſt. 1, 48, 5. *Inoffensum lumen oculorum*, Pallad. 1, 3, gut geſichte.

¶ Inoffenſe, adv. unangefochten; cujus comparatione Gellius uſus eſt 6, 2 *Omnem illam vim, quæ de fato extrinsecus ingruit, inoffensus tractabilisque transmittant.*

¶ Suboffendo, *ĕre*, aliquantum offendere, ein wenig beleidigen. Cic. ad Quint. fr. 2, 8 *Insimam fecem populi propter Milonem suboffendit.*

FENESTELLA, *æ*, m. vel *L. Fenestella*, hiſtoricus Auguſti tempore, cujus teſtimonio frequentiſſime Plinius utitur. ¶ 2. *Fenestella* vero alter, cujus de Sacerdotiis & Magiſtratibus Romanis ſcriptum exſtat, eo multo eſt recentior. Quin ſub ficto hoc nomine verus libelli auctor eſt Andr. Don. Floccus, ſeculi XV ſcriptor, quod poſt Giraldum aliosque obſervat Fabric. B. L. P. 1 p. 745. ¶ 3. Eſt & poëtæ Romani nomen, de quo Ovid. Faſt. 6, 578.

FENESTRA, *æ*, f. a φαίνειν, *lucere*, Nonio 1, 159, ein luft-loch, ein fenſter. Iuven. 3, 275 *Nocte patent vigiles te præterennte fenestræ. Fenestram patefacere*, Ter. Heaut. 3, 1, 72 dixit pro eo, quod eſt occaſionem miniſtrare, januam aperire, anleitung und gelegenheit geben. Verba ſunt: *Huic, quantam fenestram illi ad nequitiam patefeceris!* Ita & Græcos locutos, ad Suet. Tiber. c. 28 Caſaubonus obſervat. Eſt enim *fenestra* quidvis patulum, qua tranſitus, aditusque eſt, ein loch. Vnde Virg. Æn. 2, 472 *Ingentem lato dedit ore fenestram.*

¶ Feneſtella, Feneſtrula, & Feneſtrella, *æ*, f. diminutiva ſunt. Colum. 1, 6 *Granaria modicis fenestellis Aquilonibus inspirentur.* Id. 8, 3 de gallinariis: *Debent parvis ab oriente illuminari fenestellis.* Apul. lib. 9 ſub finem: *Per quamdam fenestrulam prospicere gestio.* Pallad. 1, 24 *In columbariis fenestrellæ brevissimæ sient.* ¶ 2. *Porta fenestrelle*,

neſtrelle, Ovid Faſt. 6, 578 v. ibi Heinſius. In nonnullis veterum libris legitur ibidem *feneſtralis*, vel *feneſtrate*.

¶ Feneſtrālis, zum fenſter gehörig; ut, *Feneſtralis porta*, ex lectione veteri apud Ovidium l. c.

¶ Feneſtro, *are*, feneſtram facere, durchſichtig machen. Plin. 11, 37 *Medica oculorum cornea feneſtravit pupilla*. Hinc

¶ Feneſtratus, *a, um*, mit fenſtern verſehen, offen: ut, *Pectora feneſtrata & aperta*, apud Vitruv. lib. 3 proœm.

¶ Feſtra, *æ*, f. pro feneſtra, per detractionem mediæ ſyllabæ. *Feſtram antiqui dicebant, quam nos feneſtram*, Feſtus. Vbi etiam Scaliger reſtituit Macrobio Sat. 3, 12 *Quippe diſputat, quid ſit feſtra, quod eſt oſtium minuſculum in ſacrario; quo verbo Ennius etiam uſus eſt.* Et hic interpretes legendum cenſent in Plaut. Caſ. 1, 1, 44 *Concludere in feſtram firmiter*. Adde ad h. l. Lipſ. Elect. 2, 15 p. 53.

Fenum, vide *Fœnum*, Fenus, &c. *Fœnus*.

FĒRA, *æ*, f. bellua, beſtia, ein wildes thier, ein wild, θηρ, θηρίον. Sic dici quibusdam placet, quod ſine ratione feratur. *Feræ ſunt rationis & orationis expertes*, Cic. off. 1, 16. *Excitare & agitare feras*, lib. 3, 17, jagen. *Conſequi curſu excitatas feras*, Senec. Hippol. v. 110. *Veſtigare feras*, Idem Thyeſte v. 497, dem wilde nachſpüren. *Sanguinem feras*, fällen. vid. *Siſto*. Liv. 26, 13 *Feras beſtias cæco impetu ac rabie concitatas, ſi ad cubilia & catulos earum ire pergas, ad opem ſuis ferendam avertas*. Proprie femininum eſt nominis adject. *Ferus, a, um*, de quo ſtatim, intellecta voce beſtia vel bellua. Sed infinitis locis ſubſtantive ponitur, alia ex ſe adjectiva format &c.

¶ Ferīnus, *a, um*, belluinus, viehiſch, von wild. *Ferinus victus*, Cic. de Invent. 1, 2, nahrung wie der wilden thiere. *Ferina caro*, Salluſt. Iug. c. 18, vel *Ferina*, abſolute, Virg. Æn. 1, 215, wildpret.

¶ Ferus, *a, um*, adj. immanis, immitis, atrox, implacabilis, durus, wild, unbarmherzig, grauſam. *Immanis & fera bellua*, Cic. N. D. 2, 64. *Gens immanjſima & fera*, Id. de Legib. 1, 8, ein wild volck. *Feras & agreſtis homo*, Id. pro Roſc. Am. c. 27. *Hiems fera*, Ovid. Triſt. 1, 1, 42, der ſtrenge winter. *Mores feri, immanisque natura*, Cic. pro S. Roſc. c. 13. Horat. 1 ep. 1, 39 *Nemo adeo ferus eſt, qui non miteſcere poſſit*, &c. Vbi vide Torrentium. ¶ 2. *Ferus*, aliquoties Phædro ſubſtantive quaſi poſitum eſt, aut potius aliud ſubſtantivum maſculi formæ ſubauditur. Sic 1 fab. 13 *Silva tum recepit ferum*, h. e. cervum. Et fab. 22 ejusd. libri: *Aſinus ut vidit, ferum impune lædi*, i. e. leonem morientem. Et 4 fab 3 *Sunipes iratus ferro*, h. e. equus apro. Adde Catullum de Atys carm. 63, 85, ubi itidem *ferus* pro leone poſitus. Pro *equo* poſuit Virg. Æn. 2, 51 de equo Trojano loquens: *Sic fatus validis ingentem viribus haſtam In latus inque feri curvam compagibus alvum Contorſit*. Vbi Servius: FERI: *Quadrupedis ab eo, quod toto corpore feratur*. Petronius de eodem equo Trojano c. 89 *Hic titulus ferro Inciſus, hæc ad fata compoſitus Sinon Firmabat*. Auſon. quoque epiſt. 24 *Diomedis feros*, pro equis dixit. Iterum Virg. de Cervo Æn. 7, 489 *Peſtebatque ferum*. Horat. de Aſino 1 epiſt. 13, 8 *Clitellas ferus impingas*. Sic Græcum θηρίον, de quo Stanl. ad Aeſch. S. c. Theb. 783.

¶ Fĕritas, *ātis*, f. immanitas, wilde art, unbändigkeit. *Ex feritate ad manſuetudinem traducere*, zähmen. Cic. pro Sextio c. 42. *Feritas & immanitas beluæ in figura hominis*, Id. de tyranno Off. 3, 6.

¶ Feratrīna, *æ*, f. vivarium, ein thier-garten. Nonius 1, 320.

Fĕrox, cum ſuis derivatis, vide mox ſeorſim.

Compoſita:

¶ Efferus, *a, um*, adj. valde ferus, ſehr wild, unbändig; ut, *Effera corda*, Val. Flacc. 1, 798. *Effera juventus*, Virg. Æn. 7, 5. Et, *Facinus efferum*, eine grauſame that, apud Senecam in Phœniſſis v. 264.

¶ Effĕro, *avi, atum, are*, wilde machen; quo verbo aliquoties uſus eſt Liv. 2, 23 *Promiſſa barba & capilli efferaverant ſpeciem oris*. Et 25, 26 *Aſſuetudine mali efferaverant animos*.

¶ Efferātus, *a, um*, in feritatem quandam & crudelitatem verſus, frech, wild, verwildert; ut, *Odio iraque efferati*, ap. Liv. 5, 27. *Efferatus immanitate*, Cic. N. D. 1, 23. *Efferatæ voces*, Senec. in Herc. Fur. v. 397; & Comp. *Moribus ritibusque efferatioribus, quam ulli barbari*, Liv. 34, 24. Et ſuperl. Sen. ep. 121 *Affectus efferatiſſimos inhibere*.

¶ Efferāte, adv. idem. Lactant. 5, 20 *Sæviunt efferate adverſus non colentes*.

¶ Efferātio, *ōnis*, f. die verwilderung. Tertull. de Pœnit. c. 12 de Nebucadn. *Septenni ſqualore exomologeſin operatus, unguium aquilinum in modum efferatione, & capilli incuria horrorem leonium præferente*.

¶ Effĕreſco, *ĕre*, wilde werden, ergrimmen. Ammian. 18, 17 *Effereſcere immanius*.

¶ Efferĭtas, *atis*, f. die grimmigkeit. Lactant. 9, 2 de Maximiano *Inerat huic beſtiæ naturalis barbaries, efferitas a Romano ſanguine aliena*.

¶ Perferus, *a, um*, valde ferus, ſehr wild. Varro de R. R. 2, 1 *Boves perferi*.

¶ Sēmĭfer, & Semifĕrus, *a, um*, halb wild. Ovid. Met. 2, 633 de Chirone Centauro: *Semifer interea divinæ ſtirpes alumno Lætus erat*. Stat. Theb. 5, 220 *Semifer aeria talis Centaurus ab Oſſa Deſilit in valles*. Virg. Æn. 10, 212 *Semifero ſub pectore*.

FĔRĀBĬLIS, *is*, f. quaſi *vera vitis*, poſitum pro *agreſti*. v. Siſenna apud Nonium 2, 347.

Feracitas, vide *Ferax* in *Fero*.

FĔRĀLIA, *um*, plur. n. dicebantur dies, quibus manibus ſacra fiebant, todten-tage, todten-begängniß. Feſtus a ferendis epulis, vel a feriendis pecudibus appellata cenſet. Nam & victimas mactabant, & pro parentibus ſeu majoribus exſtructas epulas ſepulcris ferebant. conf. Varro de L. L. 5, 3. Ovid. Faſt. 2, 569 *Hanc, quia juſta ferunt, dixere feralia lucem*.

¶ Fĕralis, prima prod. ad mortuos pertinens, triſtis, dirus, funeſtus, exitialis, a feralibus ſacrificiis; ut, *Cœna feralis*, trauer-mahlzeit; quæ & *pompa feralis*, i. e. exſequialis, Apul. Met. 8, der leichen-proceß. *Arbor feralis*, Plin. 16, 10, picea, vel cupreſſus, in funeribus adhiberi ſolita. *Idus Martiæ Cæſari ferales*, Id. 18, 26. *Feralia officia perſolvere*, Apul. lib. 1 Met. p. 55, das begräbniß ausrichten. *Amiculum feræle*, ein ſterbe-küttel, ſicut Florus *habitum feralem* 1, 12, 7 dixit. Virg. Æn. 4, 462 *Solaque culminibus ferali carmine bubo*. conf. 6, 216, ubi *feralis cupreſſi* meminit. Prudentius contra primam corripuit Pſychom. v. 565 *Monſtrumque ferale ſequuntur &c. Præcones ferales*, qui & *Anteambulones atrati* dicuntur, i. e. funerum indictores, leichenbitter, auctore Budæo. *Tabula feralis*, Flor. 3, 22, 2, quæ proſcriptorum nomina tenebat. *Pediculi ferales*, Cæl. Aurel. Tard. 4, 2. *Cannis Collina feralior*, Pacatus Paneg. Theodoſii c. 46, quaſi majori ſævitia, civili bello Mariano, ad portam Collinam dimicatum ſit, quam vel ipſa Cannenſi acie. Et *Feraliſſimum noſtis*, Salvianus 1 de Gub. Dei p. 23. Idemque 6 p. 198 *Illud eſt feraliſſimum & graviſſimum, &c.* Id. de Avarit. 1 p. 29 *Peſſimum ac feraliſſimum morbi genus*.

¶ Feraliter, adv. Claudia. de raptu Proſ. 3, 130 *Si buxos inflare velim, ferale gemiſcunt*.

¶ Feraliter, adv. verderblich. Fulgentius Mythолog. 3, 1 *Dum amor noviter venit, ut leo feraliter invadit*.

Ferax, Ferculum, vide *Fero*.

FĔRE, adv. pæne, prope, propemodum, plerumque, faſt, beynahe. Ter. Heaut. 1, 1, 70 *Domum revertor mœſtus, atque animo fere perturbato*, faſt erſchrocken und beſtürtzt. Ibidem v. 3 *Nec vel fere ſane amplius quicquam fuit*. Id. Andr. 1, 1, 77 *Fere in diebus paucis, Chryſis vicina hæc moritur*, bald, in wenig tagen hernach. Cic. Att. 7, 1 *Hæc fere ſunt in illa epiſtola*. Id. de Invent. 2, 4 *Vt fere fit*, wie es faſt gemeiniglich zugehet. *Fere plerumque*, faſt meiſtens. Ter. Phorm. 1, 2, 39. v. Vall. 2, 49 De quantitate ultimæ ſyllabæ ambigi poſſit. Virgilius & Vereres producunt; corripit contra Auſonius. Sed quia diligentiores vereres in obſervandis ſyllabarum naturis fuerunt: idcirco potius eſt, auctoritatem eorum ſequi.

Ferentarii milites: vide poſt paullo in *Fero*, *ferre*.

FĔRENTĪNUM, *i*, n. Hernicorum oppidum in Latio, cujus incolæ Ferentinates: v. Plin. 3, 5; & Horat. 1 ep. 17, 8.

¶ Ferentīni, *orum*, m. iidem incolæ, de quibus Silius 8, 394. *Sylla Ferentinos, Privernatumque manipios Ducebat*.

¶ Ferentīna, *æ*, f. Dea neſcio quæ: quam, & Lucum ejus, memorat Livius 1, 1.

¶ Ferentum, *i*, n. Apuliæ eſt oppidum, a quo *Ferentani*. Horat. 3 od. 4, 15 *humile* a ſitu vocat. v. Cluver. 4, 12 p. 1225.

FĔRĔŌLA, *æ*, f. vitis genus eſt Columellæ 3, 2, forcaſſis a ferendo. *Ir iolam ferculamque non facile aſſeverem, quo gradu habendæ ſint*.

FĔRĔTRIUS, *i*, m. cognomen Jovis, a Romulo in id dedicati, ut capta bello ſpolia opima ipſi ſacrarentur. Inſtauravit templum Auguſtus. v. Liv. 4, 20. A ferendis ſpoliis lovem dictum volunt. v. Dalechamp. ad Plin. 2, 53, & Freinshem. ad Flor. 1, 10, 6. *A feriendo* hoſte, *Omine quod certo dux ferit enſe ducem*. Propertius, cujus integra eſt hac de re elegia 4, 10; verſus autem, quem laudavimus 46. Neque tamen idem alterum etymon improbat, vſ. 47 *quia victa ſuis humeris huc arma ferebant*. Quamquam alii a *ferendis victimis*, hic appellatum malint; proxime a *feretro* Perizonius animadv. hiſt. c. 7 p. 248. Vide Feſtum, Livium & Dionyſ. in Romuli Hiſtoria, itemque Plutarch. in vita Romuli & Marcelli. Eleganter vetus Poëta hoc nomen ad amorem retulit, qui & ipſe ſpoliis dives. Ejus verſus apud Terentianum ilti ſunt p. 98 *Optima apposui ſenex Amori arma Feretrio*.

Feretrum, vide in *Fero*.

FĔRIÆ, *arum*, f. plur. ceſſatio ab opere, potius ita dictæ a ferendis epulis, quam quia nihil feratur a foro, juxta Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 253, feyer, feyertag. *Celebrare feriæ*, feyern. *Feriæ indicere*, Liv. 3, 5, den feye-tag ankündigen. Cic. Leg. 2, 22 *Habere triduum feriæ*, drey tage raſten. *Feriæ Latinæ* agi Romæ ſolebant ex more veteri in monte Albano. Cic. fam. 8, 6. conf. Liv. 5, 17 & 19. *Feriæ ſolennes*, iunt annivertariæ, jährliche feſt-tage, Gell. 2, 24: & l. 26 § 5 ff. ex quibus cauſ. maj. & Varr. L. L. 5, 3, ubi etiam de aliis *feriis ſemeſtribus & paganicis*; item *conceptivis, quæ non ſunt annales*. Sed, *Feriæ belli*, induciæ, ſtillſtand, Gell. 1, 25. *Feriæ ſtatæ* vel *ſtativæ*, quæ communes univerſo erant populo, Macrob. Sat. 1, 16, qui locus de toto feriarum genere claſſicus eſt. *Eſuriales feriæ*, faſt-tage, Plaut. Capt. 3, 1, 8. Sed jocus eſt, & niſi alia auctoritas acceſſerit, non auderem *eſurialem diem* dicere jejunium vel jejunio religioſo celebrandum diem. Forte commodius vertas, ein hunger-feſt. *Ignavis ſemper feriæ ſunt*, δειλοῖς ἀεὶ ἑορτή, i. e. *ignavi facile capiunt otiandi occaſiones*, wer nicht gern arbeitet, hält feyertage, Theocr. Idyll. 15, 26. ¶ 2. *Feriæ* etiam appellantur ſinguli dies hebdomadis. De cauſſa ejus rei, ita Scaliger lib. 1 de Emend. tempor. p. 6 *Veteres*, inquit, *annum Eccleſiaſticum a Paſcha incipiebant, quod ea de re* annus novus *appellabatur. Erant autem paſchalis ſeptimanæ dies omnes feriati. Inde obtinuit, ut boni omnis cauſſa omnium conſequentium ſeptimanarum dies, primi* DOMINI, *reliqui* FERIÆ *appellarentur*. Hinc *feria prima*, ſountag, *feria ſecunda*, montag. Veteres autem nunquam ſingulari numero (uti Feſtus habet) appellaſſe *Ferias*, obſervat Gellius 19, 8.

¶ Fĕrior, *atus ſum, ari*, ceſſare, otioſum eſſe, feyern. Trebonius ad Cic. fam. 12, 16 *Ne putes in Aſia feriatum illum a ſtudiis futurum*. Varro de L. L. 5, 3 *Qui fornacalibus ſuis non fuerunt feriati*. Et mox: *tum non ſunt feriati olitores*. Similiter Cicero apud Macrob. Somn Scip. 1, 4 *Tertium jam diem feriati ſumus*. Id. Macrob. l. c. 1, 7 *Achilles ab armis cum ſuo milite feriabatur*: & Saturn. 1, 2 *Scio te non ludo, ſed ſerio feriari*. conf. Borrich. Vind. p. 74.

¶ Feriatus, *a, um*, otioſus, feſtus, feriarum compos, müßig, ausruhend; ut, *Feriati dies*, feriæ Plin. 3 ep. 14, feyer-tage. *A negotiis publicis feriati, totos ſe alii ad poëtas, alii ad geometras, alii ad muſicos contulerunt*, Cic. de Orat. 3, 15. v. Petr. Perrenonius Var. lect. 1, 28, quem laudat etiam Barthius ad Stat. Silv. p. 145. *Homo male feriatus*, qui ignavo otio & intempeſtiva lætitia ſibi damnum acceſſit, der zur unzeit und zu ſeinem ſchaden ſich luſtig machet. Sic *Troas male feriatos, & lætam Priami choreis aulam*, Horatius dixit 4 oda 6, 14. Vulgo extendunt nimis late uſum hujus formulæ, & *male feriatum* dicunt unumquemque male aburentem otio ſuo, quod jam obſervavit Reineſius Var. Lect. 1, 4, qui *male feriatos* recte & ſcite interpretatur. Poſſis tamen transferre etiam ad homines illos ignava opera & ſententia philoſopha, de quibus Gell. 10, 22.

¶ Feriaticus, *a, um*, feyerlich; ut, *dies feriatici*, i. e. festi, feyertage; l. 2 § 11 ff. de Feriis.

¶ Feriatio, *onis*, f. die feyerung, apud Boëthium.

Ferina, feriosus, vide *Fera*.

FERIO, *ferire*, percutere, treffen, schlagen, stossen. Dicitur vel a *Fero*, quod ferientes feruntur ira: vel a *Ferus*, quod sit feta actio. *Comua ferit illa, cauato*, er stost, Virg. ecl. 9, 25. *Ferire porcum*, Liv. 1, 24, schlachten. *Ferire fœdus*, Cic. Verr. 1, 30, enthaupten. *Ferire hostem*, Id. pro Balb. c. 22, verwunden. Et, *Ferire aures*, afficere vel excitare aures, in die ohren schellen, Id. de Orat. 2, 84 extr. *Ferire oculos* vid. omnino Burm. ad Quintil. decl. 301 p. 584. Galli hic utuntur suo *frapper*, quod etiam in usum Germanorum migravit. ¶ 2. *Ferire* est etiam decipere, tangere, betrügen. Prop. 4, 5, 44. *Cum ferit inflatos Cumsea mœcha Getas*, i. e. ductat, muneribus emungit. ¶ 3. Sancire, firmare: unde *Ferire fœdus*, einen bund oder verbündniß schlieſſen; quod ideo sic dicebatur, quod inter cæteras ineundi fœderis cerimonias, etiam porca diis immolandi feriretur. v. Liv. 1, 24. ubi in ipsa fœderis formula, *Tum tu, Iupiter, populum Rom. sic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam &c.* Cic. de Invent. 2, 30. Vius est formula hac præter alios Cicero aliquoties, vid. de Invent. l. c. & pro Rabir. Post. c. 3. ¶ 4. *Ferire* & *petere* sæpe a librariis confula. v. Burm. ad Quintil. decl. 301 p. 584.

¶ Feriens, *tis*, Lucan. 5, 98 *Numen humanam feriens animam*. Sen. Troad. v. 831 *Tinnulas plectro feriente chordas*. Ovid. Pont. 3, 3, 59 *Ferientes cuncta sagittæ*.

¶ Ferio, *onis*, m. ein wucherer. Ita Turnebus Adv. 4, 5 *Feriones* in Cic. Att. 14, 14 scribit *vocari, ioculari voce fœneratores a feriendo. Feriunt enim eos usuris, quos oberatos habent*. Al. *Phetriones*.

Ferula, *æ*, quam nonnulli a feriendo esse dicunt, vid. seorsim.

¶ Referio, *ire*, repercutere, wiederschlagen, zurückschlagen. Plaut. Asin. 2, 2, 108 *Patitor tu item, cum ego te referiam*. Ter. Adelph. 4, 2, 28 *Miseram mulierem & me servulum, qui referire non audebam, vicit*. Et Ovid 4 Met. v. 349 *Opposita speculi referitur imagine Phœbus*.

Ferior, vide *Ferie*, Feritas, *Fera*.

FERME, *fere*, fast, schier, beynahe. *Iam ferme moriens me vocat*, Ter. Andr. 1, 5, 49. Cic. ad Brut. ep. 2 ex Plauto: *Mihi quidem ætas acta ferme est*, es ist fast vollbracht. *Fidelem haud ferme mulieri invenias virum*, id est, haud facile, nicht leichtlich. Ter. Andr. 3, 1, 1. Et Iuven. 13, 236 *Mobilis & varia est ferme natura malorum*.

FERMENTVM, *i*, n. a fervore nuncupatum, porcio farinæ acidæ, quæ fabigitur, sauerteig. v. Plin. 18, 11, ubi historiam habes fermentorum. ¶ 2. Acerbitas iræ, geschwinder zorn Plaut. Mercat 5, 3, 14. *In fermento tota jacet*, sie ist voller gifft und hochert. Transfertur ad alia quoque. Sic Solinus c. 1 libro suo *Fermentum cognitionis* inesse dixit.

¶ Fermento, *are*, säuren. Plin. 18, 11 *Panis hordeaceus ervi aut cicerculæ farina fermentabatur*. Ibid. *Palam est, naturam acore fermentari*. Sed, *Fermentare terram*, ap. Varr. R. R. 1, 38 & Columell. 2, 15 est, leviorem eam, & solutiorem, si pulvis prius fuerit, reddere, quod fermentum in farinæ conspersione efficit.

¶ Fermentatus, *a, um*, gesäuert. *Panis fermentatus*, Celsus, 2, 25. is magis alere dicitur Plinio 18, 11. ¶ 2. Metaphorice, *Fermentati mores*, mali & acerbi sunt Prudentio Apoth. v. 354. *Fermentatum solum*, quod velut fermento quodam intumescit, Colum. 4, 1.

¶ Fermentatio, *onis*, f. die gähre, die säurung; apud Chymicos & Hier.

¶ Fermentator, *oris*, m. qui fermentat, apud Augustinum.

¶ Fermentarius, *a, um*, von sauerteig, gesäuert; ut, *Fermentarius panis*, fermentis confectus, Isidor. 20, 2.

¶ Fermentalis panis, idem ap. Festum in *Pollucere merces*.

¶ Fermenteico, *ire*, idem quod fermentari, seu fermento in raritatem & levitatem resolvi, aufgehen wie teig. Plin. 17, 2 *Tellus quoque illo modo fermenteſcit*.

¶ Confermento, *are*, einsäuern. Tertull. adv. Valentin. c. 31 *Donec totum confermentetur*.

¶ Infermentatus, *a, um*, ungesäuert. Paulinus Natal. Felic. 8, 47 *Infermentatis pulsi quia panibus olim Ægypto*.

¶ Præfermento, *are*, zuvor säuern, legunt quidam ap. Plin. 18, 11, sed Hard. f. 26 *Cum autem fieret panis hordeaceus, ervi aut cicerculæ farina ipsa fermentabatur*.

¶ Subfermentatus, *a, um*, eingesäuert, Tertull. est adv. Valent. c. 17.

FERO, ex græc. Φέρω, non minus atque hoc aliunde assumit præteritum *tuli*, & supinum *latum*, & varias admodum, præsertim vero compositorum suorum, significationes habet. ¶ 1. Significat idem prope quod portare, gerere, tragen, führen; ut Hor. ep. 9, 13. *Fert vultum & arma miles &c.* Ita *Ferre arma contra patriam*, Cic. pro Rabir. c. 1 & Vell. 2, 56, 1. *Nomen alicujus ferre*, eines nahmen führen. Cic. Off. 3, 18. Ita, *In oculis ferre* est observare, tenero amore prosequi Cic. ad Q. Fr. 3, 1, 3. Et Ter. Eun. 2, 1, 11 *Rex te ergo in oculis ferebat*, du wareſt sein augapfel. Huc pertinet etiam formula *præ se ferre*, i. e. profiteri, de qua dicimus in *Præ*: it. altera, ubi *ferre se* idem est, quod ire, incedere einher gehen. Suet. Aug. c. 2 *Nam & grassatorum plurimi palam se ferebant sacculeti ferro*. Virg. 9 Æn. v. 579 *Ibat & ingenti sese clamore ferebat*. C. Nepos 4, 5 *Id Datames ubi audivit, arma capit, suos sequi jubet, ipse equo concitato ad hostem vehitur, quem procul Aspis conspiciens ad se ferentem, extimescit*. Et, *Ferte vos hæc*, id est, adeste, apud Senecam Medea v. 946. Sic, *afferre se aliquo*, Plautus dixit, de quo infra in *Afferre*. v. Burm. ad Quint. Decl. 13, 14. Sic *Consulem se ferre*, sich so aufführen, Tac. An. 1, 2, 2. Hinc *ferri* dicuntur homines in aliquid, quod studiose & cum impetu petunt. Sall. Cat. 3, 3 *Ego studio ad remp. latus sum*. Cic. pro Cluent. c. 70 *At quæ mater? quam cæcam crudelitate & scelere ferri videtis*. It. Orat. 25 pr. *Hanc eloquentiam, quæ cursu magno sonituque ferretur*. Et 37, de eadem, *cum rapide fertur*. ¶ 2. Significat tolerare, pati, sinere, dulden, leiden, ertragen. Nepos 20, 4, 1 *Ferre calamitatem moderate*, id est, tolerare, sustinere. Ter. Phorm. 2, 3, 8. *Quin, quod est ferendum, feras*. Virg. 5 Æn. v. 710 *Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est*. Sic, *Ægre, moleste, gravi-ter, sapienter, animo æquo, iniquo, acerbe, patienter, iracunde ferre*, notissimæ formulæ sunt. *Indigne ferre* Nep. 18, 1, 3. Id. 25, 5, 1, *quem nemo ferre potest* de homine difficili ac aspero &c. *Bene ferre*, recht gebrauchen. Horat. 3 od. 27, 74 *Bene ferre magnam disce fortunam*. Sane *ferre* de utroque dicitur, de malo deque bono, & tam ad prospera ac læta, quam ad adversa, ſcite extendit. Hinc est apud Phædrum 1 fab. 2 *Quia nolabilis vestrum ferre bonum, malum perferte. Ferre expensum sumtui*, expensos sumtus in commentarium referre. C. Nep 25, 11, 6. ¶ 3. Adferre, vel causam alicui rei præbere. *Ætas, adolescentia fert*, die zeit, die jugend bringts mit sich, Ter. Adelph. 1, 1, 23. Et Heaut. 3, 3, 12 *Libido multa fert*, i. e. ad multa impellit. Ovid. princ. Met. *In nova fert animus mutatas dicere formas Corpora. Si tempus ferret*, wenn es seyn müſte, Cic. pro Cæcin. c. 27. *Res fert*, Id. fam. 1, 1, das werck oder die sache bringets mit sich. Cic. ad Brut. 9 *Gravioribus verbis per literas accusasti me, quam tua consuetudo ferebat*, härter denn ichs von dir gewohnt war. it. Cic. fam. 5, 2 med. *Meæ rationes ita tulerunt*, meine umstände haben es so erfordert, es war mein nutzen. Huc etiam pertinet phrasis *Opem ferre*. Ita Cic. ad Brut. ep. 13 *Ferre præsidium labenti & inclinatæ reipublicæ*. ¶ 4. Auferre, accipere. *Ferre inultum, impune*, non puniri: Ter. Heaut. 5, 1, 45 *At ne illud haud inultum, si vivo, ferant*, es soll ihnen nicht ungerochen hingehen. Et Cæsar B. Gall. 1, 14 *quod tam diu se impune tulisse injurias admirarentur*, id est, abstulisse, daß sie ungestrafft davon gekommen. *Palmam ferre*, Cic. Attic. 4, 15. *Victoriam*, Liv. 8 8 extr. *Præmium ferre*, Ter. Eun. 5, 8, 28, davon tragen. Ælius Spartianus in Hadriano c. 18 *Ergastula servorum & libertorum tulit*. Vbi Casaubonum vide, qui non modo ad æquales scriptores dicendi hoc genus refert, sed Virgilii quoque versum 51 ex ecl. 9 huc accommodat: *Omnia fert ætas animum quoque*. Eodem sensu L. Lucretius ap. Liv. 3, 12 *Fervorem & audaciam ætatem quotidie auferre*. it Liv. 8, 37 extr. *Candidatus nemo ex Pollia tribu fert Papiriam*, f. il. tribum, vel ejus suffragium. Simile est illud Horat. A. P. 343; *Omne tulit punctum &c.* de quo vid. in *Punctum* ex Pungo. *Ita repulsam ferre*, abschlägige antwort bekommen. v. g. Cic. Tusc. 5, 19 *A vano populo repulsam fert*, v. *Repulsa* in *Pello*. Tib. 1, 1, 24 *Fertis munera vestra Lares*, i. e. accipitis Ovid. Pont. 2, 3, 33 *Te nihil ex facto nisi non peccasse ferentem Sponte sua probitas officiumque juvant*, h. e. qui nihil impetrare aut lucrari beneficiis cupis. Singulare est Liv. 8, 9 med. *Veniam peto feroque*, i. e. auferre, impetrare cupio. ¶ 5. Efferre, erheben, loben; ut, Virg. ecl. 5, 52 *Daphnin ad astra feremus*. Cic. fam. 10, 26 *In cælum aliquem ferre laudibus*. ¶ 6. Offerre. In formula satis usitata *Conditionem ferre*, de qua in *Conditio* sub *Do*. Quin ipsa illa vox nonnunquam subauditur, v. g. Cic. Att. 15, 29 p. 693. Græ. *Ait hic sibi Iuliam ferre*, scil. conditionem, h. e. matrimonium offerre ex interpretatione Gronovii, Græv. probata. ¶ 7. Proferre, hervor bringen. Virg. Georg. 2, 109 *Nec vero terræ ferre omnes omnia possunt*, ein land trägt nicht alles. Et ecl. 4, 39 *Omnis feret omnia tellus*, quod contrarium superiori est, ex spe aurei, quod poëta pollicetur, seculi. Plin. 12, 8 *Saccharon & Arabia fert, sed laudatius India*, zucker wächst in Judien und Arabien. Ita Hor. 3, 6, 46 *Ætas parentum pejor avis tulit nos nequiores*. It. cum de sermone adhibetur, ut, *ferre sententiam, suffragium*. Cic. pro Cluent. 53 extr. *Quamobrem tam pauci de hominum fortunis sententium ferris*. De *suffragio* v. in *Frango*. Interdum & hic subauditur substantivum, & ita *ferre legem* quid sit, docemus in *Lex*, tale est *ferre privilegium*, de quo sub *privus*. it. *Rogationem &c.* Fuit FERO inter solennia populi Romani verba. Nam super re aliqua magistratus cum interrogabat pro concione populum, tum proprie FERRE AD POPVLVM: cum Senatum consuleret, REFERRE AD SENATVM, dicebatur. v. Brissonii formulas. v. g. Cic. pro Balbo c. 11 extr. *Ad populum latum, ut is Publicius ne minus civis esset &c.* Alia Cic. exempla Menckenius in Obs. L. L. collegit. ¶ 8. De *acceptum* & *expensum ferre* vid. sub *Capio* & *Pendo*. ¶ 9. *Ferre*, pro dicere sæpissime usus Tacitus est, ut Histor. 2, 26 *Timuisse se Paulinus ferebat*. Ita passim: *Ferunt*, id est, dicunt: *Fertur*, i. e. dicitur, man sagt, man giebt vor. Nepos 25, 13, 3 *Nobilis inter æquales ferebatur*. ¶ 10. Præteritum *tuli* commune cum verbo *Tollo*. Nepos 12, 6, 4 *Non tulit hoc animo æquo*, es hat ihn verdrossen. Sed *Tetuli* pro *Tuli* antique sæpe est apud Plautum: ut Most. 2, 2, 40 *Nemo intro tetulit*. Rud. Prol. v. 68 *Tetuli ei auxilium*. Cist. 3, 19 *Voi hanc ego tetulero intra limen &c.* Adde Accium & Cæcil. ex Nonio 2, 839. ¶ 11. *Ferre* & *Serere* confunduntur a librariis. v. Drakenb. ad Sil. 5, 233 & 15, 283. Item præterita in compositis confunduntur cum præteritis ex *Pello*, Id ad 9, 395. *Ferens* & *Furens* miscentur, eod. teste ad 12, 267.

¶ Ferens, *tis*, part. Ter And. 1, 1, 10 *Iratus atque ægre ferens*. Virg. Æn. 2, 49 *Dona ferentes*.

¶ Latus, *a, um*, irregulare participium verbi *fero*, proprie idem est ac portatus, getragen. Cic Phil. 2, 21 *Operta lectica latus est per oppidum, ut mortuus*. ¶ 2. *Latus* est pronunciatus, decretus; ut, *lex lata*, das gegebene gesetze. Cic. pro Sext. c. 16 *Vnus in legem per vim latam jurare noluerat*. Sed, *Latus*, breit, vide infra in L.

¶ Lātio, *onis*, f. der antrag, die einführung; ut *Legum latio*, Cic. Att. 3, 26. Sic *latio suffragii* apud Livium 38, 36.

¶ Lator, *oris*, m. qui portat, fert, ein träger. Sen. Tranq. an. c. 5 *Debet plus virium esse in latore, quam in onere*. ¶ 2. *Lator legis* est inventor, promulgator, ein gesetzgeber. Liv. 3, 31 extr. *Cum de legibus conveniret, de latore tantum discreparet &c.* Cic. Catil. 4, 5 *Lator legis Semproniæ*.

¶ Latūrio, *ire*, m. bajulus, ein träger, apud Augustin. T. 10 p. 688.

¶ Fertus, *a, um*, ab antiquo supino *fertum* pro *latum*, fruchtbar. Cic. Orat. c. 49 *Frugifera & ferta arva Asiæ tenet*. Hinc

¶ Fertum, *i*, n. subst. genus libi dictum, quod sæpius ad sacra ferebatur, ein opffer-kuchen. v. Festus & Isidorus 6, 19. Persius 2, 48 *Attamen hic extis & opimo vincere ferto Intendit*. v. Neapol. & Sturm. ad Ovid. Fast. 1, 176.

¶ Fertor, *oris*, m. a ferendo, antique pro *lator*, ein träger. v. Varro de L. L. 7, 32. Gloss. vet. *Fertores, ferto libantes*.

¶ Fertorius, *a, um*, das sich tragen lässet; ut, *Lectus fertorius*, Cæl. Aurel.

Aurel. Tard. 5, 1. *Sella fertoria*, Id. 1, 4. Et absolute *Fertorium*, Idem 1, 2, ein trag-seſſel.

¶ Ferito, *are*, frequentativum, tragen. Solinus c. 56 *Palmeta caryotas feritantia.*

¶ Fĕrax, *ācis*, fertilis, fœcundus, trächtig, fruchtbar; ut Ovid. Amor. 2, 16, 7 *Terra ferax Cereris, multoque feracior uvis.* Sic, *terax bonis artibus ſeculum*, ap. Plin. 5 ep. 15, eine zeit, darinnen gute künſte aufkommen und im ſchwange gehen. Palladius 3, 9 *Poteſt ferax vitis feraciores in ſe habere materias:* ibidem ante paullo: *Feraciſſime uvæ.* Plin. Paneg. c. 30 *Feraciſſima terræ.* Translate Cic. Off. 3, 2 *Nullus feracior in philoſophia locus eſt, nec uberior, quam de officiis.*

¶ Fĕrăciter, adv. fruchtbarlich. Comparativo uſus eſt Livius 6, 1 *Ab ſecunda ovigine velut ab ſtirpibus lætius feraciusque renata urbs.*

¶ Fĕrācitas, *atis*, f. die fruchtbarkeit. Colum. 3, 2 extr. *Vbi nihil erit, aut non multum, quod proritet; feracitatem potius ſequamur.*

¶ Fertĭlis, *e*, idem quod ferax, fruchtbar. Cic. Off. 1, 15 *Agros fertiles, qui multo plus afferunt, quam acceperunt, imitari debemus.* Id. de Divin. 1, 42 extr. *Vberrimos maximeque fertiles agros incolunt.* Et, *Fertilis hominum frugumque Gallia*, Liv. 5, 34, volck- und korn-reich. Ovid. 1 de arte v. 349 *Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in arvis, Viciniumque pecus grandius uber habet.* Liv. 29, 25 *Fertiliſſimus ager.* Val. Max. 8, 7 ext. 3 *Locus doctrinæ fertiliſſimus*, id eſt, Athenæ.

¶ Fertĭlĭtas, *ātis*, f. die fruchtbarkeit. *Fertilitas agrorum*, Cic. de Divin. 1, c. penult. *Propter loci fertilitatem*, Cæſar B. Gall. 2, 4.

¶ Fertĭliter, adv. fruchtbarlich. Comp. uſus eſt Plin. 34, 17 ſub fin. *Dereliƈta fertilius reviviſcunt.*

¶ Fĕrentārius, *a, um*, aliquid ferens, etwas tragend; ut, *Ferentarii milites*, qui levis ſunt armaturæ, kriegs-leute, die leichte rüſtung führen; vel ab auxilio ferendo dicti: Feſto auƈtore. Vegetius 1, 20 *Erant apud veteres inter pedites, qui dicebantur levis armaturæ funditores & FERENTARII: qui præcipue in cornibus locabantur, & a quibus pugnandi ſumebatur exordium.* Sic Salluſt. Catil. c. 60 *Poſtquam eo ventum eſt, unde a ferentariis prælium committi poſſit.* vid. quos laudat hic Cortius. ¶ 2. *Amicum ferentarium*, pro expedito & celeri Plautus dixit Trin. 2, 4, 55, der einem treulich beyſtehet.

¶ Ferculum, *i*, n. φορεῖον, machina, in qua aliquid fertur. Triplex fere ejus uſus obſervatur. Primus in menſa, ubi *ferculum* quandam lancium in unam machinulam compoſitarum notat, ein aufſatz, item tracht, it. gerichte, eſſen, nam a prima, ut fit, ſignificatione receditur, Petron. c. 36 *Videmus in altero ferculo attilia &c.* Id. c. 21 *Excepti pluribus ferculis.* Auſon. Epigr. 8 *Fercula gemmatis cum poneret aurea vaſis, &c.* Sen. epiſt. 95 *Multos morbus multa fercula fecerunt.* Vide Sueto. Aug. 74 & ibi Caſ. ¶ 2. *Fercula pomparum*, Cic. Off. 1, 36 vocat geſtamina, quibus in triumphis pompæ circumferuntur, ut ſimulacra Deorum, ſpolia hoſtium, coronæ, &c. trag-gerüſte zum gepränge. Suet. Cæſ. c. 37 *Inter pompæ fercula trium verborum præfulit titulum, Veni, Vidi, Vici.* Cujusmodi fercula ludorum etiam erant & ſacrorum, Suet. Cæſ. c. 76. Sen. Herc. Oetæo v. 107 *Quisquis ſub pedibus fata rapacia Et puppem poſuit liminis ultimi, Non captiva dabit brachia vinculis, Nec pompæ veniet nobile ferculum.* Prudentius contra Symmach. lib. poſter. v. 580 *Mille triumphorum memoras ex ordine pompas, Dućtaque per medium ſpoliorum fercula Romam.* Adde Schefer. de Re Vehicul. 2, 3. ¶ 3. In funere *ferculum* eſt *feretrum*, machina, in qua cadaver aut cineres adeo feruntur. Suet. Cal. c. 15 Matris fratrisque cineres *duobus ferculis Mauſoleo intulit.*

¶ Ferĭculum, *i*, n. pro *ferculo* apud Petronium legit Reineſius c. 60, ubi editur, *ſacrum eſſe periculum tam religioſo apparatu perfuſum*, receperat etiam in contextum Hadrian. Ita etiam Heinſius c. 39 reſtituit pro *ferĭculuſia*, quæ vox in Nodot. edit. plane omiſſa eſt, reddita in Burm. ſed non explicata. Etiam ap. Suet. Calig. 15 codices nonnulli ita exhibent. v. Miſcell. Obſ. Vol. 7 p. 257.

¶ Fĕrĕtrum, *i*, n. quod & *Pheretrum* ſcribunt, ut origine, ita ſignificatione cum ferculo multum convenit. Frequentiſſime quidem eſt capulus, in quo defuncti cadaver *fertur*, ut ſepeliatur, eine todten-bahre. *Ingenti ſubière pheretro*, Virg. 6 Æn. v. 222. *Feretro repoſito* ſive *poſito*, Id. Æn. 11, 149: & Ovid. 4, 849. ¶ 2. τρόπαιον: lignea crux, qua ſpolia figebantur, portabanturve in triumphis, a quibus *Feretrius* Iupiter dictus eſt, cujus imago in nummis frequens eſt. Tertull. de Patientia c. 14 *Quale in illo vivo* (Iobo) *feretrum Deus de diabolo exſtruxit.* De ferculo in pompa ſacrificantium Grat. 488 *Viridi fumantia liba feretro.*

¶ Feretrius Iupiter, vide ſupra ſuo loco.

I. Compoſita cum præpoſitione:

¶ Adfĕro, ſeu Affero, quod mollius legitur, *attuli, allātum, afferre*, mitbringen, zutragen. *Nunc hæc dies aliam vitam affert, alios mores poſtulat*, Ter. Andr. 1, 2, 18, bringt eine andere lebens-art mit ſich. *Solum unum hoc vitium ſenectus affert hominibus, attentiores ſumus ad rem &c.* Id. Adelph. 5, 3, 47. *Natura affert, ut iis faveamus, qui eadem pericula, quibus nos perfunƈti ſumus, ingrediantur*, Cic. pro Mur. 2. *Afferre cauſſam*, Ter. Heaut. 4, 3, 23, eine urſach fürbringen, fürwenden. *Afferre auxilium*, Id. Adelph. 3, 2, 2, helffen. Cic. Off. 1, 7 *Naturam ducem debemus ſequi, & communes utilitates in medium afferre*, gemeinen nutzen ſchaffen. Sic, *Afferre dolorem, luƈtum, lacrymas, lætitiam*, nota Ciceronis verba ſunt: *Afferre adjumentum*, Id. Off. 1, 1. *medicinam*, Id. Att. 2, 20. *Afferre nuntium*, Id. pro Roſc. Am. c. 7 botſchafft bringen. Et abſolute, *allatum eſt*, pronunciatum eſt; Liv. 33, 49 *Viſum Hannibalem Cercinæ, tandem allatum eſt.* Adde 10, 45, ubi bis occurrit. Et Tac. Hiſt. 1, 76 pr. *Idem ex Hiſpania allatum.* Sillus quoque 1, 456 *Sed poſtquam trepidis allatum, fervere partem, &c.* Et Cæſ. Civ. B. 3, 15 de legatis: *Magnum, quod afferebant, videbatur.* Sic enim legendum ex antiquis libris: non *aſſirebant*, ut recentes corrupte ferunt. Sed, *Afferre ſibi manus, & violentas manus*, eſt mortem ſibi conſciſcere, ſich ſelbſt entleiben. Plancus Cic. fam. 10, 23 *Manus alienis bonis afferre*, eſt aliena invadere, anderer leute gut anfallen. Cic. Off. 2, 15. *Rumor, rumores*, vel *nuntii afferunt*, das geſchrey kömmt. Nepos 1, 3, 3 *Dignitatem adfert fortuna*, bringt ehre. Quintil. 2, 3, 7. Cic. fam. 7, 17, med. *Quæ ad te ultro attulerim*, h. e. tibi obtulerim vel promiſerim. ¶ 2. *Afferre ſe aliquo*, pro conferre Plautus dixit Amph. 3, 4, 6, ſich wohin begeben. Ter. Andr. 4, 6, 12. *Haud auſpicato huc me attuli*: id eſt, acceſſi. conf. Virg. Æn. 8, 477. Ita *auferre ſe*, pro diſcedere etiam dicebant. Vide Georg. & Franc. Fabricius ad laudatum locum Terentii.

¶ Allatus, *a, um*, herzugebracht. Ter. Phorm. 1, 2, 99 *Epiſtolam ab eo allatam eſſe audivi.* Horat. 2 ſat. 4, 62 *Quæcunque ſervent allata pupinis.*

¶ Antefero, *ferre*, præferre, fürziehen. *Alterum alteri anteferre*: Cic. de clar. Or. c. 47 *Qui ſe illi anteferret.* Id. fam. 6, 6 *Cum vel iniquiſſimam pacem juſtiſſimo bello anteferrem.* conf. Nep. 15, 5, 3. Id. 17, 4, 6 *Antetulit iræ religionem.* Cic. fam. 5, 16 *Certe nos quod eſt dies allatura, id conſilio antefevre debemus.* de quo loco v. Menck. Obſ. L. L. Paſſ Id. 2, 1, 1 *Antefertur huic nemo.*

¶ Antelatus, *a, um*, fürgezogen. Cic. de Prov. Conſ. c. 11 *Cæteris omnibus omni honore antelatus.* Nep. 20, 3, 6 *Nullius conſilium antelatum.*

¶ Auf-ĕro, *abſtŭli, ablātum, auferre*, ex *ab* & *fero*, tollere rapere, hinwegnehmen, wegbringen. *Pecuniam de ærario auferre.* Cic. Att. 7, 21. *Famam gloriamque auferre alicui*, einem alle ehre abſchneiden, Vellej. 2, 66, 4. *Acies eum abſtulit*, er iſt in der ſchlacht geblieben, Id. 2, 56, 1. Cic. Verr. 1, 8, 1 *qui hoc non ex priore actione abſtulerit*, h. e. auditum meminerit, der nicht ſo viel behalten. ¶ 2. *Auferre ſe*, eſt abire, & quidem præcipitanter, wegeilen. Plautus Aſin. 2, 4, 63 *Aufer te domum, abſcede hinc, moleſtus ne ſis.* Et ſi MSS. ſe bene habent, ita Terentius ſine pronomine, Phorm. 3, 3, 27 *aufer hinc*, dixit eodem ſenſu, ubi editum eſt: *aufer te hinc.* Virg. Æn. 4, 389 *Sequere ex oculis avertit & aufert.* ¶ 3. *Auferri*, pro allici ac decipi dixit Ovid. de Remed. amor. 1, 344 *Auferimur cultu: gemmis auroque teguntur Omnia: pars minima eſt ipſa puella ſui.* Sic, Quintil. 8, 3 pr. *Admiratione auferri*, & 4, 5 p. 362 *Affectibus perturbandus & ab intentione auferendus eſt auditor.* Cic. fam. 2, 7 *Ne te auferant aliorum conſilia.* vid. Burm. ad Ovid. Her. 15, 140 & Met. 1, 306. ¶ 4. Interdum eſt impetrare, erhalten. Cic. ad Planc. quæ eſt ad Attic. 16, 14 *Verba fecimus pro Buthrotiis, liberaliſſimum decretum abſtulimus*, id eſt, impetravimus. Liv. 7, 18 pr. *Ablato poſt--- a plebe conſulatu.* Cic. fam. 4, 12 med. *Percleviter ſe ablaturum diploma.* Add. 7, 17 pr. Burm. ad Quintil. decl. 306 p. 596. Huc etiam pertinet, *inultum auferre*, ungeſtrafft bleiben, Ter. And. 3, 5, 4. Plaut. Moſt. 4, 1, 22 *Bene mevens hoc pretium inde abſtuli.* Horat. 2 ep. 1, 56 *Aufert Pacuvius docti famam ſenis, Accius alti.*

¶ Ablatus, *a, um*, weggenommen. Ter. Eun. prol. v. 26 *Paraſiti perſona inde ablata*, entlehnet Virg. Æn. 3, 258 *Pennis ablata refugit*, ſie iſt weggeflogen. Ita Sil. 6, 257 *Ablato equo.* Vid. Drakenb.

¶ Ablatio, *onis*, f. die wegnehmung. Tertull. adv. Marc. 4, 19 *Comminari ablationem.* Conf. Salvian. de Gub. Dei lib. 6.

¶ Ablatīvus, *a, um*, wegnehmend; ut, *Ablativæ præpoſitiones*, Iſid. 1, 12. ¶ 2. *Ablativus* caſus ſextus grammaticus, Latinis proprius, unde & *Latinus M.* Varroni appellatus: *comparativus* Priſciano dicitur. Ejus vim Græcorum Genitivus ſuſtinet: qui ea de cauſſa & apud Latinos haud raro Ablativi vicem obit. Gloſſ. lat. gr. *Ablativus* ἀφαιρετικός.

¶ Ablātor, *ōris*, m. qui aufert. Sedulius in Reſurrectionis hiſtoria: *beati corporis ablator.* Et Auguſtin. Civ. Dei 19, 13 *Sentientes bonorum ablatorem juſtiſſimum Deum.*

¶ Circumfero, *ferre*, umher führen, umher tragen. *Oculos circumferre*, die augen herum ſchieſſen laſſen. Ovid. Met. 6, 169; & Sil. 11, 263. Sic, *arma circumferre*, eſt bellum longe lateque proferre: Florus 3, 12 pr. *Romanus populus orbe toto arma circumtulit*; quod Tacit. Ann. 13, 37, 2 *bellum circumferre* dixit. *Sol circumfertur*, Cic. de Orat. 3, 46. *Hic atque huc acies circumtulit*, Virg. Æn. 12, 558.

¶ Circumferens, *tis*, Liv. 24, 10 *Circumferens inde truces minaciter oculos ad proceres.*

¶ Circumferentia, *æ*, f. περιφερεια, der umkreis. Apul. Florid. 4 pr. *Sedilium circumferentia.* Et Mart. Capell. 8 p. 276 *Linea usque in circumferentias ducta.*

¶ Circumlātus, *a, um*, herumgetragen; ut *Circumlata ſcriblita*, Martial. 3 epigr. 17. *Circumlata & ducta oratio*, Quintil.

¶ Circumlatitius, *a, um*, quod circumferri poteſt, aut circumfertur. Sidonius 2 epiſt. 2 *Quemdam vivum & circumlatitium carcerem corpulentia facit.*

¶ Circumlatio, *onis*, f. die herumtragung. Tertull. adv. Marc. 4, 12 *Arcæ circumlatio.*

¶ Circumlātor, *ōris*, m. ein herumträger. Tertull. adv. Marc. 1, 19 *Vt oſtendam Chriſtum Ieſum non alterius Dei circumlatorem.* conf. ibid. c. 21.

¶ Conf-ĕro, *contŭli, collatum, conferre*, comportare, tribuere, præſtare, beytragen. Liv. 7, 15 pr. *Confert ſigna in lævum cornu*, h. e. infert, thut den angriff. *Conferre officia, benevolentiam, benignitatem, ſtudia ſua erga aliquem, in aliquem, & alicui*, Cic. Off. 1, 15 &c. dienſt und guten willen erzeigen oder beweiſen. Sic in Verr. 3, 12 *Conferrent boni viri capita, loquerentur inter ſe*, ſteckten die köpffe zuſammen. Liv. 2, 45 *Conſules velut deliberabundi capita conferunt: diu colloquuntur.* Item, *Conferre conſilia*, Ter. Heaut. 3, 1, 64, rathſchlagen. *Conferre in commune*, Cic. pro Quinc. c. 3. Quintil. 1, 8 *Comœdia plurimum ad eloquentiam confert*, thut, hilfft, dienet, ꝛc. *Rem in pauca confer*, Plaut. 5, 4, 54, ſage es kurtz. Cic. pro A. Cæc. 6: *Coram inter nos conferemus*, int. *ſermones*, Cic. Att. 1, 20, wir wollen davon mit einander reden: Et plena oratione, *Conferre ſermonem cum aliquo*, Id. de Invent. 2, 4. *Coram igitur hoc quidem conferemus.* Id. ad Att. 16, 13. *Operam, ſtudium, plurimum ſtudii ad aliquid conferre*, mühe und fleiß anlegen, Idem fam. 10, 1. *Omnia intima cum quo conferre*, Cælius Cic. fam. 8, 15 i. e. communicare. ¶ 2. Idem quoque eſt, ac *Comparare*, vergleichen. Dicimus, Conferre quid *alicui, cum quo*, & *inter ſe*. Sen. Controv. 33 ſub fin. *Vt ingenia ingeniis conferatis.* Cic. de opt. gen. Orat. c. 6 *Vt cum maximis minima conferam.* Id. pro Roſc. Com. c. 7 *Vitam inter ſe utriusque conferte.* Phædr. fab. 4, 23, 3 *Conferre noſtris tu potes te laudibus?* kanſt du dich uns gleich ſchätzen? ¶ 3. *Conferre ſe aliquo*, eſt ire, proficiſci, ſich wohin begeben, wenden. Cic. pro Flacco c. 21 *Romam ſe contulit.* Id.

de Amicit. c. 1 *Me ad pontificem contuli.* Nec in locum aut ad hominem duntaxat nos *conferre* dicimur, verum etiam ad alias res: v. g. *ad amicitiam se meam contulit*, Cic. de Clar. Orat. c. 81. *Ad studium literarum*, Id. pro Arch. c. 7. *Ad studium scribendi*, ibid. c. 3. ¶ 4. Frequenter de pecuniis dicitur, quæ contribuuntur colliguntur que ad usum aliquem vel Reipubl. vel privatum, geben, zusammen bringen, steuern. C. Nepos 25, 8, 3 *Effici posse arbitrati sunt, si & principes illius ordinis pecunias contulissent.* Vet. Gl. Συνεισφέρω, *Collationem facio, Confero.* Sane & absolute hoc, *Conferre*, ICti dicunt. *Conferre ærario*, Vellej. 1, 9; Oros. 5, 18. ¶ 5. Interdum est transmutare, vertere, verwandeln. Ovid. Met. 4, 277 *Quem nymphæ pellicis ira Contulit in lapidem*, i. e. convertit. Cic. de Off. 3, 20. *In belluam se ex homine conferre.* ¶ 6. Interdum imputationem significat, præsertim falsam. Ter. Eun. 2, 3 extr. *Culpam in aliquem conferre* Cic. fam. 5, 5 med. *Hoc verbum falso abs te in me confertur*, i. e. criminose mihi tribuitur. ¶ 7. Nonnunquam pro differre, aufschieben, usurpatur, ut ap. Cæs. de B. Gal. 40 *Itaque se quod in longiorem diem collaturus esset repræsentaturum.* Sic etiam Cic. Famil. 11, 13. ¶ 8. Liv. 4, 4 *Cur ea non confertis, ne sit connubium divitibus ac paueribus:* quo in loco si mendo caret, *conferre* idem est, quod simul, eodem tempore legem ferre.

¶ Collātus, sive Conlatus, *a, um*, zusammen gebracht, zusammengesetzt. Curt. 3, 11, 5 *Collato pede in eodem vestigio stabant.* Id. 7, 11, 3 *E fontibus collatæ aquæ flumen emittunt.* Tertull. cont. Gentes c. 2 *Anima a Deo conlata.* ¶ 2. Interdum idem quod comparatus, verglichen. Cic. Acad. Qu. 4, 23 *Qui mihi cum illo collati quintæ classis videntur.*

¶ Collātus, *ûs*, m. der beytrag, gegenhaltung. Censorin. de Die nat. *Alicujus collatu plura didiciſſe.* Hirt. B. Hiſp. c. 31 *Congreſſus & clamor in collatu pari erant conditione.*

¶ Collatio, sive Conlatio, *ōnis*, f. die steuer, beystener. Differt a tributo, quia hæc libera; vel quasi liberæ voluntatis est, licet imponatur. Exempli gratia, cum imperatur certus modus pecuniæ alicui corpori; nec definitur tamen, quantum cuique conferendum sit, sed hoc integrum iis, qui conferunt, relinquitur. Hujus generis sunt, quæ nos präsent-gelder appellamus. Suet. Calig. 42 *Et patria onera conquerens, collationes in alimoniam atque dotem puellæ recipit.* Adde Nerone c. 32 extr. & Tito c. 7. Contra, *Collationes remittere*, erlassen. Plinius dixit Paneg. c. 41. Vbi Lipsius collationes de auro coronario interpretatur. Quemadmodum & in Suetonii locis plerisque accipiendum. v. Admiranda Lipſ. 2, 9. Plaut. Mil. 3, 3, 67 *Voi facta erit collatio noſtrarum malitiarum*, wenn wir unsre schelmstücken zusammen bringen. Grut. Inscript. *Conlationem reddere.* ¶ 2. Interdum est comparatio, die vergleichung. Cic. Tuscul. 4, 38 *Cum philoſophia ex rationum collatione conſtet. Reliqua ex collatione facile est conterere, atque contemnere.* ¶ 3. Etiam ad oratoriam artem pertinet. Cic. de Inv. 1, 30. *Collatio est oratio, rem cum re ex similitudine conferens.* v. Menck. Obſ. L. L. ¶ 4. Concessio est in Fragm. or. Cic. in Toga cand. *Neſcis— te conceſſione competitorum & collatione centuriarum, & meo maximo beneficio e poſtremo in tertium locum esse ſubſellium.*

¶ Collator, *ōris*, m. qui confert, qui colligit, ein einsammler. Plaut. Curc. 4, 1, 13 *Collatores lymbolorum*, qui de symbolis epulari solent: hos enim apud forum piscarium quærere fas est. Auguſtin. epist. 147 *Collator & diſputator*, i. e. qui placide sententias confert.

¶ Collatitius, *a, um*, ex collatione collectus aut factus, eingesammlet, zusammengeschossen: item, aus zusammen gelesenen geld gemacht. *Collatitia ſepultura*, Quintil. Declam. 6 p. 83. *Collatitia inſtrumenta*, Sen. Consol. ad Marc. c. 10 *Collatitia ſtipe*, Apul. 8 Met. p. 213. *Ex ære collatitio*, Tertull. adv. Valentin. c. 12.

¶ Collātīvus, *a, um*, idem. *Collativus venter*, magnus & turgidus: quippe in quem multa conferantur, ut Festus interpretatur, apud Plaut. Curc. 2, 1, 16, vel, ut Lambinus, in quem solum ex vitio quodam omne alimentum, quod in aptum corpus distribui debebat, confertur. Et, *Collativus favor*, apud Macrob. Somn. Scip. 1, 6, 6.

¶ Collatorius, *a, um*; ut *Collatorii fines* apud Veget. de re milit. 4, 46. Sed Turn. vult *Chalatorius.* v. in *Chalare.*

Collārus, *a, um*, vide infra *Latus, a, um*; in L.

¶ Defĕro, *ferre*, überbringen, hintragen, anbieten. Plaut. Amph. 2, 2, 69 *E portu navis huc nos dormientes detulit.* Proprie dicitur de iis, quæ venum exponuntur. vid. Gron. ad Liv. 34, 9. & mantiſſ. pec. vet. c. 5. it. Salm. ad Tertull. de pall. p. 454. it. Petron. c. 12. Cic. fam. 6, 10 *Univerſum ſtudium meum & benevolentiam ad te defero*, id est, ultro offero. Id. pro Lege Man. c. 24 *Polliceri & deferre*, & fam. 4, 13 *Ultro deferre alicui.* Et pro Flacc. c. 22 *Deferre querelas ad aliquem*, klagen für einen bringen. *Deferre alicui ſummam imperii*, Nep. 23, 3, 1, antragen. *Deferre honorem alicui*, Cicer. pro Dom. c. 9, ehre thun. *Deferre optionem eligendi*, Id. ad Att. 4, 18, die wahl geben. *Primas alicui deferre*, Id. in Orat. c. 9, den vorzug zuerkennen. *Deferre Senatui*, Nep. 23, 12, 2, exponere, referre, vortragen, hinterbringen. *Deferre nomen alicujus apud magiſtratum*, i. e. incusare, einen verklagen, bey der obrigkeit angeben. Cic pro Cælio c. 31 *Nomen amici mei de ambitu detulit.* Et ibid. *Maleficium alicujus ad judicem deferre.* conf. & c. 23. Neque vero de accusantibus tantum hoc verbo utimur; sed de quibusvis etiam aliis qui aliquid ad magistratum proficentur. Sic in *beneficiis ad ærari im d ferre.* vid. Man. ad Cic fam. 13, 20 Sic *artem deferre*, est profiteri & ejus exercendæ copiam a magistratu petere vel impetrare. Erant autem artes quædam vectigales, & quas sine magistratus venia, nec nisi numerato pretio, exercere fas minime erat. In his & Genethliaca erat. vid. Casaub. ad Suet. p. 166 B. 2.

¶ Delātus, *a, um*, hinzugebracht. Nepos 23, 3, 1 *Id Carthaginem delatum, publice comprobatum est*, i. e. nuntiatum, hinterbracht. Id. 5, 4, 4 *Iddeiatum accipere noluit*, das angebotene. Curt. 7, 1, 6 *A duobus indicibus delatus*, angegeben. Id. 6, 9, 8 *Delatum indicium ſupprimere.*

¶ Delātio, *ōnis*, f. die angebung, anklage; ut, *Delatio nominis & capitis periculum*, Cic. pro Cluent. c. 8. *Delationem facilitare*, Tac. Hist. 2, 10, 2.

¶ Delatūra, *æ*, f. die verrätherey, verleumdung. Tertull. adv. Marc. 5, 18 *Vocabulum diaboli quæro, ex qua delatura competat Deo.* Adde Vulg. Interp. Sirac. 26, 6.

¶ Dēlātor, *ōris*, m. ein angeber, verräther, verleumder. *Delatores*, qui sæpius Tacito & *Accuſatores*, hi dicebantur, qui reos criminis & contra leges admiſſi ad principes & magistratus deferebant, & pro indicio accipiebant præmium: Sic *Delatores Legis Papiæ* Suet. dixit Ner. c. 10. Quia vero hi ipsi sæpius fingebant crimina, & plane innoxios nominabant, ut consequerentur præmia, & libidinibus principum velificarentur: idcirco *Delatores* & *Calumniatores* iidem habiti. Egregie eos compescuit Domitianus, de quo Tranquillus ejus vita c. 9 extr. itemque Trajanus, de quo Plinius Paneg. ejus c. 34, 35, 36. Præclara Domitiani vox fuit: *Princeps, qui delatores non caſtigat, irritat.* Refert Suetonius dicto loco.

¶ Delatōrius, *a, um*, verrätherisch; ut, *Delatoria curioſitas*, Vlpian. L. 6 Dig. de luris & facti ignor.

¶ Differo, *distuli, dilātum, differre*, in diversas partes agere, hin und herführen. Vellej. 2, 79, 3 *Partem claſſis majorem vis Africi laceravit ac diſtulit.* Lucret. 6, 690 *Longeque favillam Differt & craſſa volvit caligine fumum.* Virg. Georg. 3, 197, de aquilone, *Scythiæque hiemes & nubila differt Arida.* Hor. Ep. 5, 99 *Inſpulsa membra different lupi* Et 10, 5 de naufragio, *Eurus fractosque remos differat.* Hinc ¶ 2. De animi distractione dicitur. Ac non tantum de dolore, ut Ter. And. 3, 4, 40. ubi puerpera, *Miſeram me, differor doloribus*, ich vergehe vor schmertzen. De amore Plaut. Cist. 2, 1, 5 *Exanimor, feror, differor, diſtrahor, diripior*, ich werde hin und her gerissen: sed etiam de lætitia, Truc. 4, 1, 3 *Vt ego lætus ſum & lætitia differor*, ich kan vor freude nicht ruhen. ¶ 3. Quasi neutraliter adhibetur, de iis quæ dilata, sive distracta jam sunt. Itaque *Differre est*, distare, unterschieden seyn: ut, *Hominis natura a reliquis animantibus differt*, Cic. Off. 1, 27. *Differre inter se*, Id. fin. 3, 10. *Paullum differre*, Id. Agrar 2, 31. *Differre alicui*, dixit Lactantius 1, 8, 3. *Res cum re differt*, Cic. de Invent. 1, 44. ¶ 4. *Differre*, est etiam extrahere, procraſtinare: aufziehen, verziehen, aufschieben. *Ad aliquod tempus differre*, Cic. in Vatin. c. 11. *In annum differre*, Horat. 1 ep. 2, 39. *In aliud tempus differre*, Cic. fam. 5, 12 ext. *In alicujus adventum aliquid differre*, Id. Att. 13, 37 extr. *Poſſe diem differri*, ubi tamen Gron. malit. *proferri*, Id. fam. 2, 3. *Tempus differre*, id. Phil. 8, 8. conf. Menck. Obſerv. L. L. *In diem differre*, aufhalten, Sen. ep. 8. *Differ*; *habent parvæ commoda magna more*, Ovid. Fast. 3, 394. Id. de R. A. 93 *Sed propera, nec te venturas differ in horas.* ¶ 5. *Differre rumores*, est dispergere, divulgare, ein geschrey hin und wieder ausbringen, ausbreiten. Ter. Heaut. prol. v. 15. *Et differre quem rumoribus*, einen austragen, Tac. Ann. 1, 4, 2; & Petron. c. 10. Ita Suet. in Iul. c. 13 *Fama diſtulit.* Tacito absolute est, *Differtur*, Ann. 3, 12, 6; & 4, 25, 5. Lucilius apud Nonium c. 4 n. 131 *Gaudes, cum de me iſta foris ſermonibus differs.* ¶ 6. Sed etiam cum accusativo personæ *differre aliquem* dicitur, i. e. objurgare, maledicere &c. einen herunter machen. Ter. Andr. 2, 4, 5 *Venit meditatus alicunde ex ſolo loco, orationem ſperat inveniſſe ſe, qui differat te.* conf. 1, 1, 130. *Et nunc id operam do, ut per falſas nuptias vera objurgandi cauſſa ſit.* Ita Plaurus Pseud. 1, 3, 125 *differre aliquem dictis.* Et Trin. 3, 2, 63 *Ne me hac fama differant*, daß sie mich nicht austragen. Apud Liv. vero 26, 51 *Legationes— diſtulit Tarraconem, differre* idem notat, quod jubere aliquem, ut expecter rei eventum in aliud tempus. ¶ 7. *Differre* est etiam hortense verbum. vid. quæ notamus in *Diſponere.*

¶ Differens, *tis*, diſpar, dissimilis, unterschieden. Cic. Orat. c. 23 *Ab indiſertis re plus quam opinione differens.* Id. de Fato c. 4 *Quid mirum eſt, has diſſimilitudines ex differentibus cauſſis eſſe factas?* ¶ 2. Sensu dialecticorum, pro differentia. Quinct. 5, 10 *Genus, ſpecies, differens, proprium* & ibid. sæpius.

¶ Differenter, adv. mit unterscheid. Solinus c. 1 *Inſeruimus pleraque differenter congruentia.*

¶ Differentia, *æ*, f. discrimen, ein unterscheid. Cic. Off. 1, 27 *Differentia honeſti & decori.* Et de Fin. 5, 7 *Quanta differentia in principiis naturalibus; tanta in finibus bonorum malorumque diſſimilitudo.* Petron. c. 84 *Morum differentia.*

¶ Differĭtas, *ātis*, f. apud Lucretium & Arnobium legitur pro *Differentia.* v. ille 4, 637, hic lib. 2 p. 54 &c.

¶ Indifferens, *tis*, subst. ἀδιάφορον, ein mittel-ding. Seneca epist. 82 *Mortem inter indifferentia ponimus, quæ ἀδιάφορα, Græci vocant.*

¶ Indifferens, adj. gleichgesinnt. Apud Suet. Cæs. c. 53 *Indifferens* morose opponitur: vid. ib. Casaub. ¶ 2. *Syllaba indifferens*, i. e. communis, quæ produci potest, & eadem corripi, gleichgültig.

¶ Indifferenter, adv. ohne unterscheid. Quintil. 9, 2 *Utroque utimur indifferenter.* Et 11, 3 pr. *Utraque appellatione indifferenter uti licet.* Gell. 10, 24 *Literis i & e uti indifferenter.* ¶ 2. Sine cura, susque deque, oben hin. Suet. Domit. extr. *Occiſum eum, populus indifferenter, miles graviſſime tulit.*

¶ Indifferentia, *æ*, f. convenientia, eine gleichheit. Gell. 13, 22 *Cujus ſonitus quanta apud veteres indifferentia ſit, notius eſt, quam &c.*

¶ Dilātus, *a, um*, dispersus, divulgatus, ausgebracht; ut, *Celeri rumore dilato*, Nepos 10, 10, 1. conf. Suet. Aug. c. 14. ¶ 2. Item, aufgeschoben; ut, *Res in poſterum dilata*, Cic. ad Quint. fr. 2, 3.

¶ Dilatio, *ōnis*, f. der verzug, aufschub. Senec. de Iracundia 3, 12 *Maximum remedium iræ delatio eſt.* Liv. 21, 52 *Hæc res dilationem non patitur*, die sache läßet sich nicht aufziehen. *Petere dilationem*, Plin. 1 ep. 18. *Sine dilatione*, unverzüglich, Vellej. 2, 50, 1.

¶ Dilator, *ōris*, m. ein säumiger, zauderer. Horat. de Arte v. 172 *Dilator, ſpe longus, iners*, &c.

¶ Dilatōrius, *a, um*, adj. verweilend, aufschub nehmend; ut, *Dilatoriæ exceptiones*, l. 2 & 3 ff. de except. & præscr.

Dilato, *are*, &c. vide *Latus, a, um*, in L.

¶ Ecfero, *ecferre*, pro *Efferre* Pareus Lex. Plaut. p. 398 non modo in locis aliquibus Plauti, sed & Ciceronis legit: e. g. fam. 9, 2; & ad Att. 8, 3.

¶ Effĕro, *extŭli, elātum, efferre*, hinaus tragen, hinaufheben, erheben. *Domo pedem efferre*, Cic. Att. 6, 8. *Efferre per omnes honorum gradus ad ſummum imperium*, evehere, extollere, Cic. Catil. 1, 11. Sic *fortu-*

fortuna effert, bläſet auf, Cic. pro Balbo c. 7. *Efferre ſonnis laudibus in cœlum*, Cic. fam. 9, 14, hoch loben und rühmen. *Efferre verbis aliquem*, mit worten erheben, Cic. de Orat. 3, 14. ¶ 2. *Efferri*, etiam eſt inſolescere, in ſuperbiam corrumpi, ſtolz werden. *Efferre ſe*, Cic. Off. 1, 34. *Inſolenter ſe efferre*, Id. Tuſc. 4, 17, ſich erheben, ſich groß machen. *Gloriando ſe & prædicatione efferre*, Cic. Paradox. 1 ſub finem. *Efferre ſe lætitia*, Cic. de Fin. 5, 15, ſich doch erfreuen. Et, *Incredibili gaudio ſum elatus*, fam. 10, 12. Sic, *Efferri immoderatione verborum*. Cic. pro Sulla c. 10, 1, herausfahren. *Ira dolore, faſtidio, cupiditatibus, ſtudio efferri*, Idem paſſim dixit. v. Menck. Obſ. L. L. *Cantandi ſaltandique voluptate ita efferebatur*, id eſt, movebatur delectabaturque, war ſo unmäßig, Suet. Calig. c. 54. Sed ap. Cic. de Orat. 2, 21 *Efferat ſe in adoleſcente facunditas orationis*, in Læl. 27 *Virtus cum ſe extulit*, efferre ſe eſt per nobiles conatus offendere ſe & virtutem ſuam. ¶ 3. Eſt & funebre verbum, idemque quod ſepelire, vel ad ſepulturam ferre, funus ducere, beerdigen, zur erde beſtatten. Nepos 3, 3, 2 *In tanta paupertate deceſſit, ut qui efferretur, vix reliquerit*. Et c. 4, 3 *Complures pauperes mortuos, qui, unde efferrentur, non reliquiſſent, ſumtu ſuo extulit*. Donatus: EFFERRI *proprie cadavera mortuorum dicuntur*. Petronius c. 111 *Hæc ergo cum virum extuliſſet*. Virgilius *exportare tectis* dixit 4 Georg. v. 256. Et recte dicuntur *Efferri* mortui, quia apud plerasque gentes obtinuit, ut extra urbem mortui ſepelirentur, ne ſepulcrorum aura publicæ ſanitatis rationem læderet. v. Kirchm. Fun. Rom. 2, 1 p. 115 ſq. ¶ 4. *Efferre*, eſt divulgare, ausbringen, unter die leute bringen. Ter. Adelph. 4, 4, 16 *Quod minime eſt opus, nusquam efferri*, id eſt, divulgari. ¶ 5. *Efferre* eſt afferre, dicere ap Ciceron. de orat. 2, 66, *Istiem illa, quæ minuendi, aut augendi cauſſa ad incredibilem admirationem efferuntur*. Sic ib. 3, 11 in Orat. c. 22, 44 &c. ¶ 6. *Decenter aliquid efferre*, id eſt, proferre, pronunciare, ſierlich ausreden, Quintil. 1, 5 ſub fin. ¶ 7. Cum de agris uſurpatur, idem quod ſimplex ferre, aut proferre notat. Cic. in Brut. 4 *Ager, qui, cum multos annos quievit, uberiores efferre fruges* ſolet. Sic 3 in Ver. 47, 86 &c. Inde translato de omnibus rebus, qui eumque aliquid ex ſe gignunt. Cic. de Nat. Deor. 2, 33 *Ita, quæ efferunt aliquid ex ſeſe, perfectiores habere naturas, quam ea, quæ ex iis efferantur*. v. Menck. Obſ. L. L.

¶ Elatus, *a, um*, proprie de loco, erhaben. Colum. 2, 4 *Modo in elatiora, modo in depreſſiora clivi obliquum agi ſulcum oportebit*. Superl. *elatiſſimæ lucernæ*, alto loco adfixæ, Tertull. Apolog. c. 35. ¶ 2. Deinde metaphorice inflatus, ſtolz. *Elati barbara arrogantia deſpiciebant ſuos*, Cæſ. B. Civ. 3, 59. *Elati iracundia victores*, Hirt. Gall. Bell. 8, 10. *Elatus cupiditate*, Cic. de Div. 1, 24. *immoderata lætitia*, idem Tuſc. 3, 10, 5, 6. Sed *elato magnoque animo eſſe* ap. Cic. Tuſc. 1, 40, Liv. 26, 19, & 28, 8 idem eſt, quod generoſo, excelſo, animo eſſe. *Elatum* in oratione eſt grande, ſublime, ſplendidum. Cic. Bruto 9. v. Menck. Obſ. L. L. ¶ 3. Item ſepultus, begraben. Horat. ſat. 2, 5, 85 *Anus ſic eſt elata*. Manilius 4, 71 *Ex ipſis quidam elati rediere ſepulcris*. ¶ 4. Evulgatus, ausgebracht, ut. *Elata res*, de arcano evulgato, Nep. 10, 8, 4. Ter. Phor. 5, 7, 67 *Vides tum peccatum eſſe elatum foras*.

¶ Elate, adv. hochtrabend. *Dicere elate*, mit hohen, groſſen worten reden, Cic. de opt. gen. Or. c. 4. Comp. *Elatius ſe gerere*. C. Nepos 4, 2, 1. *Fama elatius inflatiusque multo quam res erat geſta, percrebuerat*, Cæſ. Civ. B. 3, 79.

¶ Elatio, *ōnis*, f. die erhebung; ut, *Onerum elationes*, per machinas, Vitruv. 10, 8. Dein metaphorice, ut, *Elatione animi*, exultatio, elevatio, cum animus ſe vel gaudio effert, vel ſuperbia: Cic. Fin. 3, 10 *Lætitia, quaſi geſtientis animi elatio voluptaria*. Id. de Clar. Orat. c. 17 *Officit Theopompus elatione atque altitudine orationis ſuæ*.

¶ Elatorius, *a, um*, hyperbolicus, jactabundus, unde

¶ Elatorie, adverbium eſt, apud Aſconium Pedianum in Divinat. Verr. OMNIBVS SICVLIS, *elatorie*, inquit, *Cum enim a duobus quæſtoribus Sicilia regi ſoleat, uno Lilybetano; altero Syracuſano: ipſe vero Lilybetanus quæſtor fuerit, Sex. Peduceo prætore*; OMNIBVS *tamen ſe placuiſſe dixit*.

¶ Elativus, *a, um*, heraustragend. Gloſſ. lat. gr. *Elativa*, ἐκφορικά.

¶ Infĕro, *intŭli, illatum, inferre*, importare, hineintragen. *In medium agmen ſe inferre*, id eſt, cum impetu irruere, Liv. 2, 14 mitten in den haufſen hinein ſetzen. *Infert ſe ſocium Æneas*, er reitet mit in der ordnung, Virg. 4 Æn. v. 242. *Inferre pedem aliquo*, hinein treten, Cic. pro Cæcin. c. 14 pr. *Inferre bellum patriæ*, vel *contra patriam*, Cic. Philipp. 2, 22, bekriegen. Liv. 4, 18 *Dictator dextro cornu adverſus Faliſcos; ſiniſtro contra Vejentem Capitolinus Quinctius intulit ſigna*, hat den angriff gethan. *Inferre detrimentum*, Cæſ. B. Civ. 2, 2, ſchaden thun. Sic *Inferre injuriam, vim, manus alicui* & *in aliquem*. Cic. de Haruſp. reſp. 18 pro Sext. 27. *Inferre ſtuprum, terrorem, perturbationem, metum, necem*, &c. *Inferre malum in domum alicujus*, C. Nep. 2, 9, 2, i. e. vexare, detrimentis afficere. *Inferre ſe flammæ*, ſich ins feuer ſtürzen, Vellej. 2, 74, 4. ¶ 2. Idem quod afferre, pro ferre, valet. Cic. de or. 1, 8 *Solebat Cotta narrare, Craſſum ſermonem quendam de ſtudio dicendi intuliſſe*. Sic de Off. 1, 40 & paſſim. ¶ 3. Ex præmiſſis colligere. Cic. de Inv. 1, 23, *Hoc modo, ut ne quid poſterius, præter concluſionem inferatur*. Adde c. 34, 40, &c. ¶ 4. Apud eundem inferre eſt in rationes inferre, & quidem res falſas, quæ minime fuerant inferendæ, pro L. Flacc. 19. v. Menck. Obſ. L. L. ¶ 5. Eſt & funebre verbum, beerdigen, einſcharren. Nam & *inferri* dicuntur, qui componuntur ſepulcris: & munera etiam, quæ mortuorum manibus conſecrabantur. C. Nepos 4, 5, 5 *Mortui corpus, cum eodem nonnulli dicerent inferri oportere, quo hi, qui ad ſupplicium dati*. Virg. Æn. 3, 66 *Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte, Sanguinis & ſacri pateras*. conf. Cic. de Leg. 2, 22 & Miſc. Obſ. Vol. 4 p. 335.

¶ Infĕræ, inde quoque dictæ, i. e. ſacra, quæ inferis vel mortuis fiunt, todten-opfer, leich-begängniß; ut, *Inferias dare*, Curt. 7, 9, 21; & 10, 1, 30. Feſtus: INFERIAE *dicta ſacrificia, quæ Diis manibus inferebant*. Servius tamen ab *Inferis* potius inferias appellatas putat. Verum pro Feſto videtur eſſe Ovidius, cum Triſt. 3, 3, 81 ait: *Tu tamen exſtinctis feralia munera ferto*. Et Virg. Æn. 9, 215 *Abſenti ferat inferias*. vid. Kirchm. de Funer. Rom. 3, 22; & Turneb. 4, 22. Conſtabant *Inferiæ* liquoribus: *aqua, lacte, vino, ſanguine*: unde χοαὶ a *fundendo* Græcis appellatæ. Vide Kirchm. l. c. & adde imprimis Cenotaphium Lucii Cæſaris Piſaurum, ab Heni de Noris publicatum, ubi urna lactis, mellis, olei enumerantur, & decens quoque formula legitur, INFERIAS MANIBVS cujus MITTERE. Adde Reinef. claſſ. 7 Inſcripr. 12. Sed Flor. 2, 18, 12 *Ut deſtinata more in præſidium ruerent, quum ſeſe primum epulis, quaſi inferiis, impleviſſent*, Germani vocant die henckers-mahlzeit, quia ad ſupplicium ducendis epulæ præberi ſolent. v. ibi Freinsh. ¶ 2. *Inferiæ* annuæ parentationes dictæ, jährlich leichen-gedächtniß. Suet. Calig. 15 *Inferias matri & fratribus annua religione publice inſtituit*. conf. de Claudio c. 11; & de Virell. c. 11.

¶ Inferiālis, e, ferialis, funebris, exequialis, zum begräbniß gehörig. Apul. Met. 8 p. 169 *Officiis inferialibus ſtatim exactis*, nach dem leichbegängniß; quibus conferri poſſunt *officia feralia luctu & mœrore perſoluta*, ex lib. 1 Milef. poſt init. Vide ſupra *Feralis*.

¶ Inferius, *a, um*, ad inferendum vel ſacrificandum pertinens; ut, *Inferium vinum*, quod in ſacrificando infra pateræ labrum ponebatur. v. Feſtus, & Loënſ. 3, 12.

¶ Infĕrax, *ācis*, non ferax, unfruchtbar; ut, *Silvæ inferaces*, ap. Hier. 2 Homilia in Cantic. ex Orig. verſa, ed. Frob. p. 185 Colon. 369 Tom. 3.

¶ Infertilis, *e*, idem, apud Columellam. Hinc

¶ Infertilitas, *ātis*, f. die unfruchtbarkeit, in Gloſſ. gr. lat. ἀγονία.

¶ Infertus, *a, um*, pro *illatus*; ut, *Infertum vinum*, quod altario libatur atque offertur, Iſidor. 20, 3.

¶ Infertor, *ōris*, m. der hinein trägt, ein truchſes. Gloſſ. gr. lat. πραξιτής, *ſiructor, infertor*.

¶ Illātus, *a, um*, hineim gebracht. *Interiora, niſi lumine illato, obſcura ſant*, Curt. 8, 5, 21. conf. 8, 6, 22. *Regem monerat Parmenionis cum honore mentio illata*, daß er des Par. mit ehren gedacht, Id. 8, 1, 38. *Illata Græcis bella*, Id. 3, 10, 8.

¶ Illātio, *ōnis*, f. die hineinbringung. Vlpian. l. 2 § 3 Dig. de Relig. & ſumtib. funer. *De ea illatione Prætor ſenſit, quæ ſepulturæ cauſſa ſit*. Edicti prætorii verba præceſſerant: *Oſſa in ſepulcrum illata*. ¶ 2. *Illatio* eſt ſolutio ſive penſio tributorum. Caſſiodor. 2 ep. 16 *Senſimus auctas illationes: vos addita tributa neſcitis*. Sic quoque Græcum εἰσφορά. ¶ 3. Tandem *Illatio* philoſophis, etiam veteribus, concluſio ſyllogiſmi eſt, der ſchluß. Apulej. 3 Dogm. Platon. p. 34 *Dico illationem vel illativum rogamentum, quod acceptionibus colligitur & infertur*.

¶ Illātivus, *a, um*, illationem inferens. Iam ex Apulejo demonſtratum fuit, *illativum rogamentum* concluſionem ſyllogiſmi eſſe.

¶ Subinfĕro, *ferre*, einſchieben. Auguſtinus de Geneſi ad liter. 3, 200 *Poſtea ſubinferetur*: & c. 24 pr. *Subintulit de omnibus*.

¶ Introfĕro, *ferre*, hinein tragen. Cic. Verr. 5, 13 extr. *Lectica in urbem introferri ſolitus eſt*. Liv. 43, 7 *Princeps eorum, pedibus captus, lectica eſt introlatus*.

¶ Offĕro, *obtŭli, oblātum, offerre*, antragen, anbieten. *Opportune te mihi offers*, Ter. Hec. 5, 3, 10, du kömmſt mir zu gelegener zeit. Et, *Obviam ſe alicui offerre*, in Adelph. 3, 2, 24. Etiam hic fortuitum eſt. Sed Cic. Att. 3, 10 p. 304 Græv. ad ſtudium conſiliumque pertinet, *offerre ſe alicui*, einem unter augen gehen. *Offerre beneficium*, Cæſ. B. Gall. 6, 41 fin. *Officium*, Lucan. 9, 64. *Operam ultro alicui*, Liv. 40, 23. *Injuriam*, Ter. Hec. 5, 1, 13, anthun. Cic. fam. 10, 12 *Oblata religio Cornuto, pullariorum admonitu*, i. e. objecta, man hat ihm ein gewiſſen gemacht. *Offertur occaſio*, Cic. pro Lege Manil. c. 2, es giebt gelegenheit. Et Off. 1, 24 *Offerre ſe periculis ſine cauſſa*, ſich in gefahr wagen, h. e. audere rem periculoſam. Et, *In diſcrimen vitam ſuam offerre*, Cic. pro Sext. c. 28. Liv. 2, 55 *Huic tantæ tempeſtati cum ſe conſules obtuliſſent*. Tib. 4, 1, 48 *Nulla tibi adverſis regio ſeſe offeret armis*. Sen. Herc. furente v. 326, *Nemo ſe tuto diu periculis offerre tam crebris poteſt, &c.* Quod Germani non adeo dicunt ineleganter, der krug gehet ſo lange zum waſſer, bis er zerbricht. ¶ 2. *Offerre* etiam dicuntur ſubditi, cum pro neceſſitate reipublicæ aliquid ultro penſitant, & quaſi donant, freywillig ſteuern. Vnde hoc penſitationis genus *Oblatio* dictum, de quo paullo poſt aliquid dicetur. ¶ 3. Hinc apud veteres Chriſtianos *offerre* dicebantur, qui Deo eccleſiæve aliquid donarent, ſeu conſecrarent, opffern. Prudent. Hymno 5 Cath. v. 149 de cereis ardentibus: *O res digna Deus, quam tibi roſcidæ Noctis principio grex tuus offerat*. Et paullo poſt v. 155 *Lumen, quod famulans offero, ſuſcipe tinctum pacifici chriſmatis unguine*. Præcipue vero *offerre* dicebantur, qui poſt celebrationem Euchariſtiæ, collationem aliquam faciebant, ſeu conferebant aliquid, unde vinum panisque & alia in uſum Euchariſtiæ compararentur, itemque eccleſiæ pauperes ſuſtinerentur. De quo paſſim SS. Patres. Prudent. Hymno 2 περὶ στεφάν. de Laurentii paſſ. v. 73 *Tum ſumma cura eſt fratribus, Offerre fundis venditis ſeſtertiorum millia*. Loquitur poëta ex perſona gentilis inſultantis ritibus Chriſtianorum. Neque vero de donariis tantum hoc utebantur verbo, ſed & de precibus & cultu divino, in quo velut ſacrificium Deo offertur. Ita *offerre* eſt miſſam celebrare, ſive orare ad altare, Severo Sulpitio Dial. 2, 2. Tert. de Jejuniis c. 15 *Duas in anno hebdomadas Xenophagiorum nec totas, exceptis ſcilicet Sabbatis & Dominicis, offerimus Deo*. Infinita ſunt talia.

¶ Offĕrens, *tis*. Cic. pro Mil. c. 34 *Animoſi & ſe aciter ipſos morti offerentes*. Id. pro Planc. c. 10 *Vltro ſe mihi etiam offerentes rogavi*. Liv. 44, 8 *Offerentibus ſeſe rebus*.

¶ Offĕrentia, *æ*, f. die darſtellung, anerbietung. Tertull. adv. Marc. 4, 24 *Conſidera cauſſarum offerentiam*.

¶ Oblātus, *a, um*, angetragen, an hand gegeben, zugeſtoſſen. *Oblata omnia, facultas, fortuna, &c.* Cic. Catil. 3, 2. *Id non humano conſilio, ſed prope divinitus datum atque oblatum vobis videtur*, Id. Act. Verr. 1, 1. *Res nova oblata*, Virg. Æn. 1, 454. *Oblato fœdere bellum componere*. Id. ib. 12, 109. *Acerbo ex amore oblata*, Ter. Hec. 3, 1, 1. *In qua primum de ſortibus ipſis quædam dixit nova; quos junctos eſſe cenſuit a quadam quaſi impulſione, oblata extrinſecus*. Cic. Acad. 1, 11 *Species oculis animisque veſtris oblata*. Liv. 25, 38. *Oblatum* ab eo quod fortuito contigit Cic. in Orat. pro Domo, 24 diſtinguit: *Domus ardebat in palatio non fortuito, ſed oblato incendio*.

¶ Oblata, *æ*, f. ſubſtantive, Chriſtianorum veterum vox, de qua mox in *Oblatio* n. 2.

¶ Oblatio, *ōnis*, f. die darſtellung, darreichung. Cic. 2 in Verrem

Quando illa (Sicilia) *quod deberet, non ad diem dedit? quando id, quod opus esse putaret, non ultro pollicita est? Quando id, quod imperaretur, recusavit?* Vbi Afconius: *Omne genus penſitationis in hoc capite poſitum eſt*: CANONIS, OBLATIONIS, INDICTIONIS. OBLATIONEM illis verbis deſignavit Cicero: *Quando id, quod opus eſſe putaret, non ultro pollicita eſt?* Ergo OBLATIO dicitur penſitatio: quæ ſponte & ultro, non ex conſtituto, indictove præſtatur, cinc freiwillige Steuer. ¶ 2. Apud Chriſtianos veteres *oblationes*, res omnes, quæ ſacrificabantur Deo; præcipue quæ dicabantur altari in liturgia ſacra ſeu Miſſa, dicebantur, die opferung. Ac ſicuti veteres Chriſtiani *Miſſam* pro *miſſione*; ita pro *oblatione* & *oblatam* dicebant eodem modo. Vnde & ipſe panis myſticus, ſive qui in myſterio cœnæ fidelibus diſtribuitur, quia ex his oblationibus parabatur, *oblatæ* nomen accepit: ex quo & noſtrum oblat originem habet. Fulbertus Carnotenſis ep. 2 *Sicut multæ eccleſiæ ſunt per univerſum orbem terrarum, propter diverſa loca, & tam-n una ſancta eſt catholica eccleſia propter unam fidem: ſic & multæ* OBLATAE, *propter vota offerentium, unus panis ſunt, propter unitatem corporis* CHRISTI. Hildebertus Turonenſis de myſterio Miſſæ: *Offerimus tibi ſumme Deus: ſed propter eosdem Oblatæ pariter non operantur idem.*

¶ Oblatitius, *a, um*, angeboten. Sidon. 7, 9 *Oblatitium inpendium*, ut *aurum oblatitium*, quod imperatori Senatores promta liberalitate offerebant, veluti poſt victoriam a tyranno partam, quinquennalibus, decennalibus. V. Iac. Gothofr. ad Cod. Th. 6, 2 parat. & ad l. 5 laudati modo tit. de Senatoribus &c.

¶ Oblativus, *a, um*, idem. Sym. 10, 50, (al. 43.) *Quod oblativis functionibus ea demum domus eſſet obnoxia*, & iterum *Oblativa munera a clariſſimis fœminis ſoluta.*

¶ Oblător, *ōris*, m. qui offert, ein geber, ein opfernder. Tertull. contra Marc. 2, 26 *Chriſtum non agnoſcitis, Patris deprecatorem & oblatorem animæ ſuæ pro populi ſalute.* Gloſſ. lat. gr. *Oblator*, ευκτελεστης.

¶ Offertor, *ōris*, m. idem. Commodian. Inſtruct. 39 *Abel offertor maſtatus a fratre.*

¶ Offertorium, *i*, n. eſt locus, ubi ſacrificia offeruntur a pontificibus, das opfer-haus, v. Iſidor. Orig. 6, 19.

¶ Offerumentum, *i*, n. oblatio, das opfer. *Offerumenta dicebant, quæ offerebant*, Feſtus. Translate pro plagis, quæ ſcapulis & tergo offeruntur, poſuit Plautus Rud. 3, 4, 47, & quidem fœminino genere: *Offerumentas habebis plures in tergo tuo, quam ulla navis longa clavos*, prügel-ſuppe.

¶ Perfero, *ferre*, überbringen. *Literas, mandata, perferre*, briefe, befehl zuſtellen, Cic. fam. 2, 5, & Virg Æn. 11, 825. *Perferre nuncium*, Id. ad Q. fratr. 1, 1 pr. botſchaft bringen. *Fama adme perfertur*, Liv. 28, 13 pr. *Et literis multorum & ſermone omnium perfertur ad me*, Cic. fam. 14, 1 pr. ich ſehe aus vielen briefen, und höre von allen leuten. ¶ 2. *Perferre*, pati, perpeti, ertragen, erdulden. *Facile omnes perferre & pati*, Ter. Andr. 1, 35, er konte einen ieden wohl leiden. Cic. de Orat. 2, 19 *Perpetior ac perfero facile omnes.* Ter. Adelph. 3, 4, 50 *Paupertatem una pertulimus gravem*, wir haben hunger und kummer mit einander ausgeſtanden. *Perferre contumelias, cruciatum, frigus, famem, ſitim, vigilias, laborem, onus*, Cicero paſſim. Vide vel ſolam Catilin. 2, 5. *Decem annorum legitimam pœnam non pertulit*, C. Nep. 3, 1, 5, h. e. non omnem illam pœnam, quæ definita lege fuit, ſubire neceſſe habuit. Ergo *perferre plus* hic eſt, quam *tolerare*. Ovid. Amor. 3, 11, 7 *Perfer & obdura, dolor hic tibi proderit olim.* ¶ 3. *Perferre legem* eſt, ſuffragiis populi collectis, legem tanquam ab omnibus approbatam conſtituere & promulgare, ut ex multis Ciceronis locis Menckenius in Obſerv. L. L. oſtendit.

¶ Perferens, *tis*; ut, *Timidi, perferentes injuriarum*, Cic. de Orat. 2, 43.

¶ Perferentia, *æ*, f. tolerantia, die erdultung. Lactant. 3, 11 *Virtutis vis & natura in malorum perferentia poſita eſt.*

¶ Perferentārius, *a, um*, a perferendo, tragbar. In altercatione Epicteti & Hadriani, *Quid eſt homo?* Reſp. *Baineo ſimilis*, &c. *Tertiocella aſſa perferentaria*: de hac interrogat Scaligerum Oraſius, in illius Ep. 68, ut etiam *perferentarios milites* apud Varronem, Plautum, Salluſtium, eſſe dicat. Reſpondet Scaliger ep. 169 ut a *perferendo* ſimpliciter dictam putet.

¶ Perlātus, *a, um*, überbracht. Virg. Æn. 11, 803 *Haſta perlata hæſit.* Curt. 5, 12, 13 *Ad illos clamore perlato.*

¶ Perlatio, *onis*, f. die erdultung. Lactant. 5, 22 *Patientia eſt malorum, quæ aut inferuntur, aut accidunt, cum æquanimitate perlatio.*

¶ Perlător, *oris*, m. qui perfert, ein überbringer. Ammian. 21, 16 *Epiſtolarum perlatore capto.* Symm. 5 ep. 30 *Perlator harum literarum.* Et Auguſt. ep. 42 *Quæſivi ab epiſtolæ perlatore*: & ep. 205 extr. *Me feſtinatio perlatoris urgebat.*

¶ Perlatrix, *icis*, f. die überbringerin. Ennodius 1 epiſt. 22 *Perlatrices querelarum literæ.*

¶ Poſtfero, *ferre*, eſt poſtponere, nachſetzen, hintanſetzen. Liv. 3, 64 *Non ſemper Valerios Horatioſque conſules fore, qui libertati plebis ſuas opes poſtferrent.* Plin. 4, 4 pr. *Peloponneſus, peninſula haud ulli terræ nobilitate poſtferenda.* Curt. 7, 4, 34 *Animi & corporis robore nulli juvenum poſtferendus.* Vellej. 2, 69, 3 *Nulli nomini poſtferendus.* Sil. 2, 701 *Nec regnis poſtferte fidem.* Vbi Dausquejum, de elegantia hujus verbi non temere obvii monentem, velim conſulas, it. Drakenb. ad h. l.

¶ Poſtlātus, *a, um*. Sabi. 2, 68 *Viſaque poſtlatam jacuit ulta deam* verſus corruptus ille quidem; Ita Plin. 35, 1 *Nunc vero in totum marmoribus poſtlata* pictura, legit Pinſianus: ſed alii *pulſa.*

¶ Præfero, *ferre*, fürtragen. *Præferre facem ad libidinem*, Cic. Catil. 1, 6, vorſchub geben. *Præferre ſe aliis*, i. e. præponere, Cic. de Orat. 2, 84, ſich andern vorziehen, und beſſer dünken laſſen. Sed ap. Cæſ. de B. G. 2, 27 eſt alios virtute ac fortitudine ſuperare. *Salutem reipubl. ſuis commodis præferre*, Cic. pro Lege Manil. extr. Sic, *Alicui neminem præferre fide, conſtantia, magnitudine animi*, C. Nep. 8, 1, 1. ¶ 2. *Præferre* etiam uſurpatur pro, præ ſe ferre, anzeigen; ut, *Vultus tuus neſcio quod ingens malum præfert*, Curt. 4, 10, 26. *Qui ſapientiæ ſtudium habitu corporis præferunt*, Plin. 1 ep. 22. Ita optimi libri: quidam *præ ſe ferunt*, haud dubie interpolati. Sed & Plancus Cic. fam. 10, 8 *Cum præferremus ſenſus aperte*, da wir unſere meynung deutlich mercken lieſſen. ¶ 3. *Præferre* eſt anticipare, præcipere. Liv. 39, 5 *Ne plus in triumpho certaminum, quam in bello haberet: prætulit triumphi diem.* Adde Turneb. Adverſ. 30, 25. ¶ 4. *Præferri* apud Liv. ſæpe præterlabi notat: ut 2, 14: *Cumanæ cohortes arte adverſus vim uſæ, declinavere paululum; effuſeque prælatos hoſtes converſis ſignis ab tergo adortæ ſunt*: ad quem locum, v. Drakenb. & Menck. Obſ. L. L.

¶ Prælātus, *a, um*, vorgezogen; ut, *Prælatus honor*, Virg. Æn. 5, 541. Et Ovid. Met. 4, 56 *Altera, quas oriens habuit, prælata puellis.* Vnde Comp. *Prælatior*, Tert. adv. Marc. 1, 9; & ad Vxor. 1, 3. Liv. 7, 24 med. *Hoſtes præter caſtra ſua fuga prælati, Præter* omiſſum eſt 5, 26 med.

¶ Prælatio, *ōnis*, f. der vorzug. Val. Max. 7, 8, 4 *Non ſolum flagitioſum ſilentium, ſed etiam prælatio contumelioſa videri poſſet.* Tertull. Apolog. c 13 *Prælatio alterius ſine alterius contumelia non poteſt procedere.* & Chariſius lib. 1 c. de Gradibus: *Prælatio omnium.* Vide inferius *Superlatio.*

¶ Prælator, *ōris*, m. qui præfert. Tertull. de Pudicit. c. 2 *Miſericordiæ prælator, quam ſacrificii.*

¶ Præfericulum, *i*, n. vas patens, velut pelvis, quod in ſacrificiis præferre ſolebant, ein becken. Feſtus.

¶ Prætertilis, *e*, valde fertilis, ſehr fruchtbar. Prudentius 2 ad Symmach. v. 1025 *Quoniam præfertile germen Luxuriat.* Et Alcimus Avitus 5, 119 *Præfertilis ubere terra.*

¶ Prætorfero, *ferre*, vorbey tragen, neben hin führen. Liv. 21, 55 *Simul latebras eorum improvida acies prætorlata eſt.* v. *Prælatus.*

¶ Profero, *tuli, latum, ferre*, herfürbringen, darthun. *Pecuniam ex arca proferre*, Cic. pro Roſc. Com. c. 10. *Proferre palam*, öffentlich ausſagen. Ter. Adelph. 3, 2, 39; & Hec. 1, 2, 32 & 78. *Proferre foras, pati, facere, aperire & in lucem proferre*, Cic. pro Cæl. c. 23, & de Orat. 1, 34. *In medium proferre*, Id. 15, 2. *Proferre beneficium*, i. e. exhibere. Cic. pro Mur. 34. ¶ 2. Eſt & prolatare, quaſi porro ferre, aufſchieben. Ter. Andr. 2, 1, 28 *Sultem aliquo ad proferendum proficiſcar dies.* Sen. Herc. fur. v. 187 *Certo veniunt ordine Parcæ: Nulli juſſo ceſſare licet: Nulli ſcriptum proferre diem.* Statius Theb. 3, 665 *Obvius ire pares, ventisque aut alite viſa Bellorum proferre diem.* vid. Heinſ. ad Ovid. R. A. 93. ¶ 3. *Proferre ſe*, eſt in notitiam hominum adducere, ſich herfür thun, bekandt machen. Plin. 9 ep. 13 pr. *Statui mecum atque deliberavi eſſe magnam pulchramque materiam inſectandi nocentes, miſeros vindicandi, ſe proferendi.* Similiter *proferre ingenium*, Tac. Ann. 16, 29 extr. & *artem proferre*, Suet. Ner. c. 25. Sen. ep. 52 *Hos maxime laudat, quibus ex ſe impetus fuit, qui ſeipſos protulerunt.*

¶ Profera, *æ*, f. dea, de qua Mart. Capella lib. 8 p. 270 *Ne prioris proferæ admiratio laboretur.*

¶ Prolātus, *a, um*, herfürgebracht. Cic. de Div. 2, 66 *Multa ſunt ex hiſtoriis prolata ſomnia.* Ter. Hec. 1, 2, 29 *Non eſt opus prolato hoc.* ¶ 2. Suſpenſus, productus, aufgeſchoben. Cic. ad Qu. fratr. 3, 8 *Res prolatæ, ad interregnum comitia adducta.* Nimirum juſtitium & feriæ forenſes hac formula indicantur. Ita enim Att. 14, 5 med. Item pro Mur. c. 13 *Sapiens exiſtimari nemo poteſt, in ea prudentia, quæ neque extra Romam usquam, neque Romæ rebus prolatis quidquam valet.*

¶ Prolatio, *ōnis*, f. actus proferendi, & quidem vel loci reſpectu, die forttragung, erweiterung. Liv. 13, 5 *Aruſpices reſpondere, læta extra fuiſſe, & prolationem finium, victoriamque, & triumphum portendi*: vel reſpectu temporis, commoratio, & extractio, auffchub, verzögerung; ut, *Prolatio judicii*, Cic. pro Rab. c. 3. Et, *Prolatio rerum*, Cic. Att. 7, 12; & Plaut. Mil. 2, 2, 98, negotiorum ſuſpenſio & jurisdictionis ſilentium, vel juſtitio indicto belli temporibus, vel feriis & vacationibus. Tac. Ann. 4, 3, 7 *Sed magnitudo facinoris metum, prolationes, diverſa interdum conſilia adferebat.* Cic. de Orat. 34 *Prolatio exemplorum.* Liv. 22, 13 *Latinorum nominum prolatio.*

¶ Prolatus, *ūs*, m. idem, Tert. adv. Valentin. c. 33 *Facillimo prolatu.*

¶ Prōlato, *are*, frequent. proferre, erweitern; ut, *Prolatare agros*, Tac. Hiſt. 27, 8, 5. Et, *Prolatare rem ruſticam*, Colum. Procem. Oper. p. 7. ¶ 2. Deinde differre, aufſchieben. Cic. Catil. 4, 3 *Malum opprimi ſuſtentando ac prolatando nullo pacto poteſt.* Sal. Iug. 27 *Omnis invidia prolatandis conſultationibus dilapſa foret.* Liv. 21, 5 *Ex uno die dux eſt declaratus, velut Italia ei provincia decreta, bellumque Romanum mandatum eſſet, nihil prolatandum ratus, &c.* Silius 3, 142 *Prolatare diem.* Et Tac. Ann. 6, 42, 6 *Vbi diem ex die prolatabant.*

¶ Prolatatus, *a, um*, verzogert, aufgeſchoben, Tac. An. 13, 34, 4 *Mollibus adhuc initiis prolatatum bellum acriter ſumitur.*

¶ Prolatatio, *ōnis*, f. prolatio, dilatio, die verzögerung. Tac. Hiſt. 3, 82, 3 *Sed omnem prolatationem, ut inimicam victoriæ ſuſpectabant.*

¶ Prolativus, *a, um*, προφορικος, enunciativus, ausſprechend. Vet. Interp. Irenæi 2, 18 *Prolativum hominum verbum.*

¶ Prosfero, *ferre*, ex Gr. προσφερειν. Hinc apud Nonium 2, 687 *Prosferari* impetrari, ex Lucil. *Nec minimo, & prosferatur pax.*

¶ Refero, *tuli, latum, ferre*, reportare, zurückbringen, wiederbringen. Cic. fam. 12, 25 *Auſter adverſus maximo flatu me ad tribules tuos Rhegium retulit.* Plura de navigantibus loca adduxit Burm. ad Quint. decl. 6, 5 p. 132. Atque ita ad alias res easque varias transfertur, ut v. 9 promiſcue dicamus *victoriam referre*, cum Livio 4, 17, & Frontino Strateg. 2, 2, 4; ac, *victoriam repertare*, cum Cic. pro Lege Man. c. 3, den ſieg davon tragen. *Referre ſalutem*, eſt, reſalutare, Cic. Att. 16, 3 extr. Ita *referre controverſiam*, vicisſim accuſare luſti. 2, 10. Et Cic. p. Quint. 13 *referre* ſimpliciter eſt id, quod vulgo ICtis replicare. vid. Burm. ad Ovid. Met. 1, 759 *Priſcos referre labores*, Sil. Ital. 3, 165 pro reducere, dixit. Ad hæc de quovis regreſſu elegantur uſurpatur, atque ita, *Domum ſe referre*, Horatio 1 ſat. 6, 114; & *referre ſe Romam*, Ciceroni pro Flacco c. 21 eſt redire. Sic *gradum* quoque *referre* dicimus pro recedere, retrogredi, zurückweichen. Liv. 1, 14 *Cum velut inter pugnæ fugæque conſilium trepidante equitatu, pedes quoque referret gradum.* Et Ovid. Faſt. 2, 502 *Rettulit ille gradus, &c.* Ex Attici ad ſe epiſtola 6 ep. 1 repetit Cicero: *Ac vellem,*

vellem te in tuum veterem gregem retulisses, quod est, sich wiederum begeben. Ita *Referre se ad studia literarum*, Cic. fam. 1, 8. *Referre se ad manufactiones Musas*, Id. ibid. epist. 9. *Referre gratiam* est rebus, officiis se gratum præstare, in der that dankbar seyn, vergelten, quo ipso ab *Agere gratias*, aut *habere* distinguitur. Planeus Cic. fam. 10, 11 *Immortales ago tibi gratias, agamque dum vivam: nam relaturum me, affirmare non possum, nisi forte ita sensurus es, ut me referre gratiam putes, cum memoria tenebo.* Et, *Bonam vel malam gratiam referre*, guten oder bösen dank abstatten, wohl oder übel belohnen. Ter. Eun. 3, 1, 55 *Denique, tu par pari refero, quod eam mordeat.* Ovid. Her. 12, 194 *auxiliumque refer.* h. e. vicissim mihi fer. ¶ 2. Deinde est narrare quid superiori judicandum aut deliberandum: ut, *Referre ad senatum de re aliqua*, Cic. Catil. 1, 8, an den rath berichten lassen, vermelden. *De rebus dejuris & incertis ad Apollinem referre*, Id. de Divin. 1, 54. Ita Plin. ep. 9, 13, 6. *Omnia ea semper ad Cordilium retuli*, ich pflege es mit ihm zu überlegen. Cic Att 7, 16 pr. *Quid Cæsar alturus sit, cum acceperit ea, quæ referenda ad eum data sunt L. Cæsari. Ordine referre, narrare*, nach einander erzehlen, relation thun, Ovid. Met. 9, 5. ¶ 3. Est etiam memoriæ. Ovid. Am. 2, 8, 17 *Si forte refers*, i. e. recordaris. ¶ 4. Est etiam rationum vocabulum, & idem prope significat, quod inferibere, eintragen, einschreiben. *Referre in codicem*, Cic. pro Rosc. Com. 1. Sic quoque, *in album*, in *commentarium manu sua*, Id. ad Att. 7, 3; aufschreiben, ins buch eintragen, verzeichnen. *In rationes referre*, Id. de optimo gen. Orat. c. 7, in die rechnung bringen. *In reos referre*, Id. 5 in Verr. 42. Phil. 2, 23. Suet. Cæs. c. 88 *In numerum deorum relatus est*, quæ solennis formula, qua Augustæ historiæ scriptores consecrationem bonorum principum significant. Eutropio idem est *inter divos referri*, in Vespasiano, Tito, Nerva, Trajano &c. Cic. dixit *In deorum numero referre*, de N. Deor. 1, 12, de formula *Referre acceptum* dicimus in *Capio*. Huc pertinet *Referre omnia ad dignitatem*, Cic. fam. 12, 22, id est, meriri omnia dignitate, in allen auf ehr und ehrbarkeit sehen, cui contrarium est, *omnia ad suam utilitatem referre*, ibid. 3, 10. ¶ 5. *Referre* etiam relatum est verbi *vehire*, & significat, eintragen. Quint. 1, 12 p. 124 *Ne velim quidem mihi dari lectorem, quid studia referant computaturum.* Sen. ad Helv. c. 10 *Cum bene cesserit negotiatio, multum militia retulerit.* ¶ 6. Pro aufero Liv. 3, 45 extr. *Neque ea ipsa unquam decretum sine nostra cæde referes.* ¶ 7. Conferre significat, ut *Animum ad veritatem referre*, Cic. pro S. Rosc. c. 12, sein gemüth auf etwas richten, *Animum & oculos ad aliquem referre*, Id. pro Quintio c. 14, auf einen achtung geben. Dicitur & *Ad animum referre aliquid*, i. e. considerare animo & examinare, apud Phædr. 3, 20. ¶ 8. Initaurare notar, ut *veterem consuetudinem referre*, Cic. Div. in Q. Cæcil. 22, 1, in Verr. 6 &c. ¶ 9. Etiam respondere ulterius, reponere ad alterius objectiones. Cic. pro A. Cæc. 29 *Idque me non ad meam defensionem attulisse, sed illorum defensioni retulisse.* v. Meneck. Obs. ¶ 10. Similitudinem notat, ut *Ore aliquem referre*, einem gleich sehen. Virg. Æn. 4, 329. Plin. 5 epist. 16 *Amisit filiam, quæ non minus mores ejus quam os vultumque referebat.* ¶ 11. *Referre* de eo qui inscultus jacens sepulcro infertur Virgil. Æn. 6, 151 *Scilibus hunc refer ante fuis & conde sepulcro.*

¶ Refert, impersonale, ex quarta quam modo laudavimus verbi significatione desumptum, idem fere est, quod pertinet, es betrift. *Mea refert*, mir ist daran gelegen. Sic, *Magni, permagni, parvi refert: Multum, parum, nihil refert.* Cic. pro Cæl. 23 *Refert magnopere id ipsum.* Sallust. Cat. c. 52 *Refert, me mihi atque vobis timere*, i. e. necesse est, es ist dran gelegen. Sen. ep. 9 *Quid refert?* was liegt daran? Ter. And. 3, 2, 16 *Quid vetuli?* was hat es geholfen? Vellej. 2, 72, 2 *Tantum retulisset reipublicæ.* Varr. R. R. 1, 7, 5 *Refert, quæ res in eo seri possint*, es kommt darauf an. Et p. p. 1, 8, 1 *Refert, quod genus vineæ sit.* Vid. de hoc verbo Perizon. ad Sanctii Min. 3, 5 p. 418 sq. ubi ostendit, contractam esse hanc formulam ex pleniori, REFERT *se ad* MAGNI *momenti negotia* MEA &c. ac refutat ineptam ipsius Verrii Flacci apud Festum sententiam, qui *refert* dicebat significare *rei fert*, utilitatem scil. Usus hoc argumento, quod prima producatur. Quod tamen vel distinguendi causa, vel eo ipso errore, quem notamus, accidere potuit.

¶ Relatus, *a, um*, fürgebracht, aufs tapet gebracht. Nepos Præfat. n. 1 *Cum relatum legent.* Vellej. 2, 58, 4 *Exemplum relatum a Cicerone oblivionis, decreto patrum comprobatum est.*

¶ Relatus, *ûs*, m. subst. die erzehlung, das anbringen, die nachricht. Tac. 1, 30, 1 *Relatu virtutum opus est*; Symmach 5 ep. 64 *Suorum relatu.* Quo etiam *Relatu* pertinet, quod Supinum alii vocant: ut, *Digna relatu*, Ovid. Met. 4, 794. *Fedum relatu*, ib. 9, 167. *Res horrenda relatu*, schrecklich zu sagen. Id. 15, 298. Valer. Max. 1, 6, 11 *Vellem equidem placidius; sed quod relatu verum est.* Etiam ad formulam *referre gratias*, hoc nomen potest trahi. Ambrosius Ep. lib. 8 ep. 73, 2 *Peto, ut supersedeas gratiarum relatu.*

¶ Relatio, *ônis*, f. idem. Cic. in Pison. c. 13 *Quis audivit relationem tuam?* Consulis nimirum, cujus est referre ad senatum. Min. Felix in Octavio c. 2 *Relatione alterna*, darin er dem andern erzehlet. ¶ 2. *Relatio gratiæ, beneficii*, vergeltung, dancksagung. Senec. de Benef. 5, 11 *Beneficium & gratiæ relatio ultro citroque ire debent.* ¶ 3. In Rhetoricis, *Relatio criminis est, cum ideo jure factum dicitur, quod alius ante injuria lacessierit.* Cic. Invent. 1, 11. conf. de Orat. 3, 54. ¶ 4. In Logicis, *Relatio* est mutuus rerum inter se respectus, qualis inter patrem & filium, dominum & servum &c. Sed & alias idem ac *intuitus*, die absicht, betrachtung. Ita Paulus ICt. l. 11 ff. de l. & l. *Prætor quoque jus reddere dicitur etiam, cum iniique decernit; relatione scilicet facta non ad id, quod ita Prætor fecit, sed ad illud, quod prætorem facere convenit.*

¶ Relativus, *a, um*, relationem habens, auf etwas sich beziehend. Arnob. lib. 7 p. 221 *Honos relativi est ad alterum generis.* Augustin. de Trinit. 5, 16 *Appellatio relativa.* Adde Mart. Capell. 4 p. 111 sq.

¶ Relative, adv. ejusdem Augustini est, qui lib. 5 de Trinitate sæpius usus, ut c. 7 & c. 11 pr. & 12, 13 &c. conf. Mart. Cap. p. 110.

¶ Relator, *ôris*, m. qui refert. De Consule Balbus Ciceroni Attic. 8, 15 *Incipiam sperare, etiam consilio senatus, auctore te, illo relatore, Pompejum & Cæsarem conjungi posse.* Sidonius 7 epist. 2 *Si quispiam dignus relator evolveret, ferent jucunda memoratu*, h. e. narrator. Adde Tertull. de Anima c. 46.

¶ Relatorius, *a, um*, relationem continens. Cod. Theod. lib. 13 *Ostensis relatoriis* scil. literis, bericht.

¶ Referendarius, *i*, m. qui supplicum desideria principi refert, jussionesque principis judicibus insinuat. De *Referendariis* agit Cassiod. 6 Var. form. 17.

¶ Refriva, vel Referiva, *æ*, f. faba, quæ primum referri solet domum ex fegete auspicii caussa. Fest. & Plin. 18, 12, f. 30, ubi in MSS. integre legitur *Referiva*, & male in quibusdam Codd. *Refrina*, teste Vossio in Etym. p. 430 & Hard. ad l. c.

¶ Correlativus, *a, um*, reciprocum habens respectum, auf etwas anders gerichtet. Sic Correlativa sive correlata in Logicis, quæ nisi possent ad aliud referri, non existerent in rerum natura; ut *filius* respectu *patris*; *servus* respectu *domini.*

¶ Retrofero, *ferre*, tŭli, pro retrocedere, Senecadixit in præfatione Declamationum: *Nescio, qua iniquitate & ad malam pronitate naturæ eloquentia se retrotulerit.*

¶ Retrolatus, *a, um*, i. e. antea latus. Cod. Theod. 13, 1 *Retrolatarum functionum onera.* Sed videntur dividenda vocabula.

¶ Suffero, *sustŭli, sublātum, sufferre*, sustinere, ertragen. *Sumtum aliquem sufferre*, Ter. Heaut. 3, 1, 4. *Plus oneris sustuli, quam ferre possim*, Cic. pro Rosc. c. 4, ich habe mehr auf mich geladen ꝛc. *Laborem sufferre*, Lucret 1, 1013. *Supplicium sufferre*, Ter. And. 3, 3, 12. *Pœnam sui sceleris sufferre*, Cic. Catil. 2, 13. *Vix suffero anhelitum*, i. e. recipio, ich kan kaum athem holen, Plaut. Merc. 1, 1, 4.

Sublatus, *a, um*, Sublatio, vide in *Sustollo* in *Tollo.*

¶ Sufferentia, *æ*, f. tolerantia, die geduldung, Tertulliani est de Orat. c. 4 *Ad sufferentiam nonnullos præmonemus.* Et mox: *Demonstratio sufferentiæ debitæ.* conf. & adv. Marc. 4, 14.

¶ Superfero, *ferre. Periclitari partas dicitur, si superferatur*, wenn es über die zeit getragen wird. Plin. 32, 10.

¶ Superlatus, *a, um*, allzuhoch erhoben, hochtrabend: ut, *Verba translata & superlata*, Cic. Partit. c. 15; Quintil. 8, 3; & Apul. de Mundo.

¶ Superlatio, *ônis*, f. est *oratio veritatem superans*, hyperbole, Auctor ad Herenn. 4, 33, die übermäßige erhebung. Cic. de Orat. 3, 53 *Augendi minuendive caussa veritatis superlatio.* Val. Max. 6, 9, 12 *Turpis decoloris superlatio.* Sed melius est *superlatio*, i. e. contumelia. ¶ 2. Grammatici ad Superlativum gradum referunt. Sosip. Charisius 1 c. de Gradibus p. 90 *Ipsa superlatio per se prælationem omnium significat.*

¶ Superlativus, *a, um*, Grammaticorum verbum in discernendis gradibus; ut, *Gradus superlativus*, v. Charisium c. 1. & Isidor. 1, 6.

¶ Transfĕro, *tŭli, lātum, ferre*, versetzen, verrücken, fortsetzen, hinübertragen. Varr. R. R. 1, 39 *Semina transferuntur e terra in terram.* conf. c. 40; & Colum. 3, 9. Idem 12, 21 *Mustum transfertur in vasa.* Et de Arbor. c. 17 & 20 *Arbusculas transferre.* Virg. Æn. 3, 250 *Regnumque a sede Lavini transferet.* Ter. Adelph. 2, 3, 10 *Meum amorem & peccatum in se transtulit*, nim. quali ipse amaret & peccasset, hat es über sich genommen. Et Heaut. 4, 5, 52 *In eum suspicio translata est amoris.* Et Cic. de Orat. 1, 29 *Si placet, sermonem alio transferamus*, last uns von andern dingen reden. ¶ 2. Sed *Auctores Græcos transferre*, Quintil. 10, 5; *Ad verbum transferre*, Suet. Cæs. c. 10, von wort zu wort übersetzen, id est, interpretari, vertere. Sic, *in linguam latinam transferre, &c.* Metaphora *transfert* verbum a propria sua significatione ad aliam. Quintil. 8, 6 de Metaphora: *Transfertur nomenve verbum ex eo loco, in quo proprium est, in eum, in quo aut proprium deest, aut translatum proprio melius est.*

¶ Translātus, vel Tralātus, *a, um*, factus aliunde, übersetzt, versetzt. Quintil. 8, 3 *Sunt verba propria, ficta, translata.* Cic. in Orat. c. 27 *Illustrant orationem, quasi stellæ quædam, tralata verba, &c. Translatum exordium* quid sit, vide apud eundem de Invent. 1, 18.

¶ Translatio, *ônis*, f. die versetzung. *Vitis translatione optime provenit*, Plin. 21, 4, wenn er versetzet wird. Et Colum. 5, 9 *Arbusculæ habiles translationi.* conf. 3, 10; & 9, 14; & Varr. R. R. 1, 41 *Translatio criminis*, die ablehnung, Cic. Verr. 4, 42; & ¶ 2. *Translatio*, metaphora, Ciceroni in Orat. c. 27, & Quintil. 8, 6 latine vertitur. Vnde de Orat. 3, 41 *Durior translatio:* & *verecunda debet esse translatio.* Scribitur & *Tralatio.*

¶ Translator, *ôris*, m. Cic. Verr. 5, 58 *Translator quæsturæ.* Hieronymo adv. Ruf. 2, 8 *Translator* est interpres, metaphrastes, ein übersetzer.

¶ Translatītius, & Tralatitius, *a, um*, quod aliunde transfertur, entlehnet; ut, *Tralatitium edictum*, Cic. Verr. 1, 45, quod ex antecessoris fui edicto in suum modo transfert Prætor: ita etiam caput legis ita translatum tralatitium vocatur. Add. Cic. fam. 3, 8 *Hoc vero, ex quo suspicio nata est, translatitium est*, h. e. ex tuo, Appi, edicto in meum translatum, ut adeo suspicionem tibi movere non debuerit. v. Man. & Græv. & 8, 5. Gell. 3, 18: & Casaub. ad Suet. Domit. c. 13. Etiam in Suet. Aug. c. 10 *Translatitium jus* est quasi ordinarium, in quotidiano usu positum, ἐγκύκλιον, das gewöhnliche, das alte. ¶ 2. Usurpatur hoc nomen de omni eo, quod vulgare atque commune est, aut facile constat, was nicht viel auf sich hat, gemeinschätzig. Sic, *Officia translatitia*, Plin. 9 ep. 37 *Translatitium funus*, Suet. Ner. c. 33. *Tralatitia humanitas*, Petronius c. 114; *deformitas*, ibid. c. 110. v. Dan. ad h. l. apud Burm. p. 505. Vide & Voss. Inst. Orat. 4, 6 them. ult. ubi pluribus de vi ac usu hujus dictionis disputat.

¶ Translatitie, adv. i. e. perfunctorie, negligenter, hinlässig, liederlich, obenhin. Sic, *Translatitie defungi munere accusandi*, L. 1 § 6 Prævaricatorem, ad SC. Turpillianum: *Injuriam translatitie exsequi*, L. 1 D. de Iure patronatus.

¶ Translatīvus, *a, um*, ut, *Caussa translativa*, Cic. de Invent. 1, 10, & *Constitutio translativa*, ibid. 2, 19. Adde Quintil. 3, 6 p. 250, ubi μεταλῆψιν ita vertit.

¶ Translative, adv. idem; ut, *Translative fungi munere accusandi*, i. e, negligenter, perfunctorie, l. 1 ff. de l. P.

II. Composita cum numeralibus:

¶ Bifer, *a, um*, bis ferens, zweymahl tragend; ut, *Arbor bifera*, Plin. 16, 27 toto; & 15, 22. *Bifera ficus*, Columell. 5, 10; quod etiam de fructu Suetonius Aug. c. 76 dixit: *Cæsum bubulum & ficus virides biferas maxime appetebat.* v. ibi Torrentium. Solin. c. 8 *Bifera violaria.* Virg. Georg 4, 117 *Hortos quæ cura colendi, Ornaret, canerem, biferique rosaria Pæsti.*

¶ Trifer, *a, um*, ternos per annum fructus producens, dreymahl tragend. Plin. 16, 27 *Vites quidem & trifera sunt, quas ob id insanas vocant.* Colum. 5, 10 *Ficus bifera & trifera.*

¶ Vnifera, *æ*, f. herba scil. femel ferens, einmahl tragend. Ita *Centauriam* vocat *uniferam* Apulejus de Herb. c. 34.

III. Composita cum nominibus,

quorum ingens numerus est, in suis literis invenies. Hic nominasse potiora sufficiet, ut: Ærifer, Æstifer, Anguifer, Anniter, Anxiter, Aristifer, Armifer, Astrifer, Aurifer, Austrifer, Baccifer, Blattifer, Caducifer, Cælifer, Columnifer, Conifer, Corymbifer, Crucifer, Cupressifer, Electrifer, Ensifer, Falcifer, Fatifer, Flammifer, Fletifer, Fructifer, Furcifer, Gemmifer, Grandifer, Granifer, Hastifer, Humifer, Ignifer, Imbrifer, Laborifer, Legifer, Letifer, Lucifer, Malifer, Mellifer, Metallifer, Mortifer, Multifer, Noctifer, Nubifer, Odorifer, Olivifer, Omnifer *in dubia lectione*, Opifer, Ostrifer, Pacifer, Palmifer, Paludifer, Pestifer, Pinifer, Pomifer, Populifer, Rorifer, Sagittifer, Salutifer, Sanifer, Sceptrifer, Serenifer, Serpyllifer, Solifer, Somnifer, Soporifer, Spicifer, Spinifer, Taurifer, Vaporifer, Velifer, Venenifer, Vitifer, Vmbrifer, Votifer, &c.

Ferocia, ferocitas, vide *Ferox.*

FERONIA, *æ*, f. libertorum dea, in cujus templo servi manumittebantur pileumque accipiebant raso capite. v. Varr. L. L. 4, 10; Alex. ab Alex. 4, 10; Dalech. ad Plin. 2, 55; Serv. ad Virg. Æn. 8, 564; & Taubm. in Plaut. Mil. glor. p. 854, & Amph. p. 43. Vt epitheton Junonis occurrit in Inscript. apud Fabrett. p. 411 IVNONI. FERON. Item: IVNONI. REG. ET. FERONIAE. Alii ex Dionysii lib. 3 Antiqu. Rom. deam quamdam florum a Junone diversam credunt, quos inter Ilac. Oisellus in Thes. Numism. Antiqu. ad Tab. 48 n. 4. Virg. Æn. 7, 800 *Viridi gaudens Feronia luco.* v. Reinesi. Inscr. cl. 1, 11, 31. Sil. 13, 84. Horat. 1 Sat. 5, 24.

FEROX, *ōcis*, adj. est ferus, indomabilis, translatum a feritate, Nonio 4, 192, unbändig, muthig, frech, wilde, muthwillig. Virg. Æn. 4, 235 de Equo: *Frena ferox spumantia mandit.* Ter. Eun. 3, 1, 25 *Bene es ferox, quia habes imperium in belluas.* Comp. *Reddit hominem ferociorem impotentioremque victoria*, Cic. fam. 4, 9, sieg macht übermüthig. Id. in Vatin. c. 2 *Homo natura nimium vehemens feroxque*, gar zu heftig und trotzig. Liv. 1, 12 *Globus ferocissimorum juvenum.* Plura Lambinus de hac voce ad Horat. od. 15 lib. 1. Poëtæ frequenter hoc epitheton deabus, & heroinis, pro virginitate nihil non audsuris, tribuunt. v. Barth. ad Theb. Statii p. 639. ¶ 2. Est &, ubi in bonam partem accipitur, pro bellicoso, forti, cordato, beherzt, muthig. Ita *Ferocior*, i. e. bellicosior, C. Nep. 2, 2, 1. Sallust. Hist. fragm. c. 32 *Omnium ferocissimi ad hoc tempus Aebui.* It. Tacitus *ferocissimos* pro fortissimis dixit Hist. 2, 24, 3. Adde Nonium 4, 192, & Freinshemii indicem Curtianum. ¶ 3. Nomen id convenit quoque elato atque arroganti animo, wenn man auf etwas stolz ist; ut, *Forma ferox*, Plaut. Mil. 4, 9, 13. *Præsidio Veneris ferox*, Horat. 1 od. 15, 13; & Accius apud Nonium l. c. *Neque vi tanta quisquam est, neque tam abundans fortunis ferox.* ¶ 4. Quandoque crudelitas una notatur. Sic Virg. Æn. 5, 277 de lævo serpente: *Feroxardentesque oculis.* conf. Æn. 10, 711, ubi *feroxe* & *fævus* se invicem explicant. Adde Borrich. Cogit. adv. Voss. p. 105. ¶ 5. Denique *Ferox* cognomen Rom. a moribus tractum. De *Mutio Ferocie* vide Inscript. Patavinam a Reinesio illustratam. *Lucii Ferocis* cum laude meminit Plinius 2 epist. 11. Est etiam nomen canis Colum. 8, 12.

¶ Ferōculus, *i*, diminut. etwas wild. Hirtius B. Afric. c. 16 *Miles ferociulus.*

¶ Ferōcia, *æ*, f. übermuth, frechheit. *Effrenata ferocia*, Cic. fragm. apud Nonium 3, 15. *Comprimere ferociam alicujus*, Id. de Arusp. resp. c. 1, eines muthwillen steuren. *Ferociam exuere*, die wilde art ablegen, Tac. Ann. 2, 72. Cato apud Gell. 7, 3 *ferociam & superbiam* conjungit; sicut *virtutem & ferociam* Tacitus Agric. 31, 6; & Liv. 9, 6 extr. Adde de auspicatiore hac notione supra in *Ferox* dicta.

¶ Ferocitas, *atis*, f. idem. Cic pro Mure. c. 6 *Vidi eum cum insolentiam certorum hominum, tum etiam ipsius victoriæ ferocitatem extimescentem.* Id. Off. 1, 26 *Equi ferocitate exsultantes.* Suet. Vitell. c. 12 cum *contumacia* conjungit. Meliorem in partem adhibuit Val. Max. 3, 2, 7 *Numantino Theogenis ad virtutem capessendam, quasi magistra, gentis suæ ferocitas extitit.*

¶ Ferociter, ferocius, ferocissime, adv. trotzig. Liv. 23, 8 *Cum qua ferocissime pro Romana societate adversus Punicum fœdus steterat.* Sic *Matedicta in aliquem aspere, libere & ferociter dicere*, Cic. pro Planc. c. 13 extr. *Ferocius obequitare*, Liv. 9, 22. *Ferocius loqui*, Nepos 18, 11, 4. Et Plaut. Amph. 1, 1, 57 *Magnanimi viri freti virtute & viribus Superbe nimis ferociter legatos increpant.*

¶ Ferocio, *ire*, ferocem esse, frech seyn, toben. Gell. 1, 11 *Nihil in principiis præliorum ad virtutem aptius vati, quam si permulcti jumenti mitioribus non immodice ferocirent.* Festus, *Ferocit*, inquit, *apud Catonem ferociter agit.* Tertull. Apol. c. 5 *Reperietis, primum Neronem in hanc sectam Cæsariano gladio ferociisse.* Apul. 9 Met. post pr. *Rati, me eadem peste infectum ferocire.* Eumenius Paneg. Constantii c. 7 *Fluctibus ferocire*, de mari.

¶ Ferociens, *tis*, grimmig, tobend. Gell. 1, 11 *Orationem ferocientem sevientemque cohibere.*

¶ Præferox, *ōcis*, valde ferox, sehr trotzig. Liv. 5, 36 *Præferoces legati.* Suet. Cæs. c. 35 *Pharnaces multiplici successu præferox.*

Ferratus, ferreus, ferrugo, quære in *Ferrum.*

FERRVM, *i*, n. durissimum metallum, das eisen. De *ferro* agit Isidorus Orig. 16 c. 20 toto, ubi *ita dictum* ait, *quod farra, id est, semina frugum terræ condat.* Alii a *ferendo* derivant, quod in agros colendi gratia feratur; alii a *feriendo*, quod cætera eo feriantur adeoque domentur. Vossio est a *feritate*, quod sint *fera ferri corpora*, uti vocat Lucretius 2, 102. Sic & Ennius apud Gell. 16, 10 *Feroque ornatur fero.* Virg. Georg. 1, 57 *India mittit ebur; molles sua thura Sabæi: At Chalybes nudi ferrum.* Add. de patriis ferri Rutil. it. 1, 351 sq. *Ferrum vivum*, quod in magnete extritum, ferrum attrahit. *Ferrum Indicum, Sericum*, s. *azzalum*, hodieque frequentari, ex India in proximas Asiæ regiones delatum, vult Ioh. Bapt. Tabernar. Persic. 5, 13, & ex eo Byckerh. obs. 4, 5 p. 353. ¶ 2. Frequenter pro gladio, & armis ferre; uterpatur, das schwerdt. Apul. 3 Mil. p. 131 ed. Elmenh. *At illi barbari proiisus, & immanes homines neque fugam capessunt; & cum me viderent in ferro, tamen audaciter restiterunt.* Seneca Tragicus Octav. v. 456 *Ferrum tuetur principem*, ex Neronis persona, cui Seneca respondet: *Metias fides.* Nepos 15, 9, 3 *Si ferrum, quod ex hastili in corpore remanserat, extraxisset, &c.* das eisen am spieß. Plinius 34, 14 *ferrum* vocat *optimum pessimumque vitæ instrumentum.* ¶ 3. Pro *vomere* accipit Virg. Georg. 1, 50 *At prius ignotum ferro quam scindimus æquor.* Sic etiam Cic. de L. L. 2, 18, & de Nat. Deor. 2, 60. ¶ 4. *Ferrum tuum in igni est*, proverbiali formula dixit Seneca Ludo de Morte Claudii, pro, *Negotium tuum agitur*, deine sache läuft jetzund für.

¶ Ferreus, *a, um*, ex ferro, eisern. Ovid. 1 de Arte v. 473 *Ferreus assiduo consumitur annulus usu.* ¶ 2. Per Metaphoram *durum* significat & *inhumanum*, unbarmherzig. Cic fam. 15, 21 *Ferreus essem, si tui non amarem*, da müste ein harres herz haben, ꝛc *Ferreus ac ferus*, Idem Tibull. 1, 10, 1 *Quis fuit, horrendos primus qui protulit enses? Quam ferus, & vere ferreus ille fuit.* Item impudentem: ut, *Os ferreum* Cic. in Pison. c. 26, ein unverschämt gesichte: *Ferreus scriptor*, Id. de fin. 1, 2 pro dure, nec eleganter scribente.

¶ Ferrea, *æ*, f. subst. instrumentum rusticum. Cat. R. R. c. 10; & Varr. 1, 22. Sed al. *farcas* legunt, quod vocabulum certe intelligendum videtur.

¶ Ferrārius, *a, um*, zum eisen gehörig; ut, *Officina ferraria*, die eisen-hütte. Plin. 13, 23; & 35, 5. *Aqua ferraria*, ad extinguendum candens ferrum, losch-wasser, Id. 28, 16. *Ferrarium metallum*, Id. 34, 14. *Faber ferrarius*, Idem 13, 22; & 14, 4, ein schmid.

¶ Ferrārius, *i*, m. subst. ein eisen-schmid. Firmicus 4, 7 *Coquos ferrarios, atque ex igne vel ferro artes suas officiaque complentes.* Inscriptio vetus apud Sponium Misc. E. A. p. 66 COLL. FERRARIOR. i. e. *collegium ferrariorum*, die hammer-herren.

¶ Ferrāria, *æ*, f. subst. fodina, ex qua ferri materia prima extrahitur, ein eisenberg, eisengrube. Cæl. Gall. 7, 22 *Apud eos magnæ sunt ferrariæ, atque omne genus cuniculorum notum atque usitatum* Liv. 34, 21 *Vectigalia ex ferrariis.* ¶ 2. *Ferraria* herba, quæ & *Perstereos &c.* eisen-kraut. v. Apul. de Herb. c. 65 & 72.

¶ Ferrātus, *a, um*, ferro munitus, mit eisen beschlagen oder belegt; ut, *Hasta ferrata*, Liv. 1, 32. *Vectes ferratæ*, Plin. 36, 23. *Ferratus postrino*, i. e. ferreis catenis vinctus, angeschlossen, Plaut. Bacch. 4, 11. Et, *Agmina ferrata*, gebarnischte trouppen, Horat. 4 oda 14, 30. ¶ 2. *Ferrati* absolute sunt cataphracti, aut validius armati, fürsichrer. Tac. Ann. 3, 43, 3 *In fronte statuerat ferratos; in cornibus cohortes; a tergo semermes. Ferrati viri* dicuntur apud Claudian. de 6 Conf. Honorii v. 51. ¶ 3. *Aquæ ferratæ*, sunt aciduiæ, sauerbrunnen. Scrib. Largus Compos 146 *Hoc maxi ad aquis caldis, quæ sunt in Tuscia ferratæ.* Ad quem locum vide Io. Rhodio notata. Lucas Holstenius in Cluverii Antiqu. Italiam p. 34 *Ferratam*, inquit, *aquam vocabant fontes aciduli, ferri qualitate infectos.*

¶ Ferrātilis, *e*, von eisen, antragt. *Ferratile genus*, Plautus Most. 1, 1, 17 servos appellat ergastularios, ferreis compedibus vinctos, de quibus Lipsi Elect. 2, 15, & Muret. Var. Lect. 5, 9.

¶ Ferramentum, *i*, n. instrumentum ferreum, eisern zeug, eisenwerck. Varro R. R. 1, 22 *Ferramentorum varietas.* Tac. Germ. 30, 4 *Peditem ferramentis quoque coonerant.* Martial. in lemmate 1, epigr. 36 *Ferramenta tonsoria.* Apul. Florid. 2 *Nec radio, nec subula, nec lima, nec torno, nec id genus ferramentis uti.* Horatius de instrumentis fabrilibus utitur, 1 epist. 1, 85, & Cic. de nat. Deor. 1, 8 pr. Cæsar de iis, quibus terra foditur & cæspes cæditur de B. Gall. 5, 41 adhibuit. Progladiis ac telis Cic. Catil. 5, 5 *Cethegus dixit, se bonorum ferramentorum studiosum esse.* Petron. c. 94 *Eodem ferramento ad mortem viam quæro.* Liv. 1, 40 *agrestia ferramenta* nominat, quæ mox ipse interpretatur recurim. Asserenda hæc vox e MSStis Suetonio in Tito c. 9 pro *ornamento* est auctore Græv io, quamvis aliter Casaubonus & Torrentius velint, quorum sententiam Drakenb. ad Liv. 9, 40 probat. vid. infra *Ornamentum.* Paulanias in Laconicis ex Homero colligit, veteribus non fuisse in usu ferramenta, verum æramenta solum. Add. Hesiod. ἔργ. v. 150, & Voss. Orat. 4, 8, 11.

¶ Ferramentarius, *i*, m. ein eisenhändler. Firmicus, 3, 13.

¶ Ferrūgo, *ĭnis*, f. ferri rubigo est, ut ærugo æris, rost, eisen-rost. Plin. 23, 8 ¶ 2. Color ex rubro & nigro mixtus, qui alias cæruleus vocatur, dunckel-roth oder blaue farbe. vid. Brouckh. ad Tib. 1, 4, 37. Virg. Æn 9, 582 *Ferrugine clarus Iberæ*, conf. Æn. 11, 772. Claudian. 2 de Raptu v. 93 *Duxi violas ferrugine pingit.* Vet. Gloss. *Ferrugo πόα ἐξ ἁλὸς μέλαινα.* Prudent. Cathem 9, 8 *Lugubris ferrugo.*

¶ Ferrūginans, *antis*, ferrum sapere referens, das nach eisen schmeckt. Tert. adv. Valent c. 15 *Gutta bituminose, ferruginantes & sulphurantes.*

¶ Ferrūgineus, *a, um*, eisen-farb, castanien-braun. Constat hic color ex rubri nigrique mistura. Hinc *ferrugineos hyacinthos* Virgil. dixit Georg. 4, 183. conf. Æn. 6, 303. Ausonius epist. 10, 62 *Livor ubi iste tuus, ferrugineamque venenum Opportuna tuis inimicat pectora fucis.* vid. Il. Vossius ad Catull. p. 217.

¶ Ferrūginōsus, *a, um*, rostig, verrostet; ut, *Ferruginosum ferrum*, apud Sidonium.

¶ Ferrūmen, *ĭnis*, n. löt-werck, löt-metall. *Non arcessito ferrumine*, i. e. induramento, solidante glutine, Petron. c. 102. *Ferrumen cementorum*, fulck, Plin. 36, 23. Sed quid si hæc vox cum conjugatis potius a *ferveo*, unde *conferveo*, ubi vid.

¶ Ferrūmino, *are*, conglutinare, zusammenlöten. Plin. 31, 6 *Aquæ marinæ ferruminant fracturas.* Plaut. Mil. 4, 8, 25 *Ferruminare labra labellis*, de osculantibus jocus comicus.

¶ Ferrumīnātus, *a, um*, junctus, consolidatus, zusammen gelötet. Plin. 10, 33 *Ferruminato alvi glutine.* vid. Vallam 6, 58. Petron. c. 31

Ponticuli ferruminati. Idem c. 32 *Annulus aureus, ferreis veluti ſtellis ferruminatus,* ſchwartz geätzt.

¶ Ferruminatio, *ōnis,* f. die lötung, anſchweiſſung. L. 23 § 5 Dig. de rei vindicat.

¶ Ferruminator, *ōris,* m. qui ferruminat, apud Vitruvium.

¶ Ferricrēpinus, *a, um,* finxit Plautus Aſin. 1, 1, 21 *Apud ferricrepinas infolas,* ubi ferreæ compedes crepant, ut in ergaſtulis, auf dem bau oder im zucht-hauſe.

¶ Ferrīcŏdina, *æ,* f. idem quod ferraria, ubi foditur ferrum, eine eiſen-arube v. Varro de L. L. 7, 33.

¶ Ferricrus, *i,* m. fervus, qui ferrum terit, quo vinctus eſt, der in eiſern banden iſt. Plaut Trin. 4, 3, 14 *Ferriteri, maſtigiæ.*

¶ Ferriterium, *i,* n. locus, ubi ferrum teritur, ſeu carcer, ubi ferreæ compedes teruntur, das ſtock haus. Plaut. Moſt. 3, 2, 55 *Inde in ferriterium, poſtea in crucem rectà.*

¶ Ferrītribax, *ācis,* idem qui *ferriterus,* a τρίβειν ridicule dicitur Plauto Moſt. 2, 1, 9 *Plagipatidæ, ferritribaces viri.*

¶ Conferrumino, *āre,* idem quod *Ferruminare.* Plin. 27, 8 ſ. 45 extr. *Conſerva appellata a conferruminando.* Nimirum

¶ Conferva, *æ,* peculiaris Plinio referente l. c. *Alpinis maxime fluminibus ſpongia aquarum dulcium verius, quam muſcus aut herba, villoſæ denſitatis atque ſiſtuloſæ. Curatum ea ſcio omnibus fere oſſibus confractis &c.* vid. *Conferveo,* in *Fervco.*

¶ Præferratus, *a, um,* quod ferrum in cacumine habet, mit eiſern ſpitze. Plinius 18, 10 *Pilum præferratum.*

Fertilis, fertor, fertorius, fertum, vide *Fero.*

FERVEO, *fervi & fervui, fervēre,* heiß, hitzig ſeyn, ſieden. *Vina, muſta fervent,* der moſt brauſet. Plin. 14, 9. *Vbi ferbuerit,* Apicius 3, 2, ab inuſitato *Ferbeo.* ¶ 2. *Fervet opus,* cum continuatur, Virg. Æn. 1, 436, man iſt in voller arbeit. *Fura litibus omnia fervent,* Martial. 2 ep. 64. Sic dicitur, *Animus iracundia, vitiis fervet:* Horat. 1 ep. 1, 33 *Fervet avaritia miſeraque cupidine pectus.* v. Gronov. obſerv. L. 2, c. 15.

¶ Fervo, *ēre,* tertio ordine, idem. *Cum fervit maxime, tam placidum, quam ovem redto,* Ter. Adelph. 4, 1, 18. Virg. Georg. 1, 455 *Omnia tunc pariter vento nimbisque vidobis Fervere: non illa quisquam &c.* Et Propert. 2, 28, 4 *Incipit & ſicco fervere terra cant.* conf. 3, 8, 32. Ita etiam corripitur *i fervere,* de quo infra Ratio igitur fugit, vel memoria potius deſicuit Quintilianum 1, 6, p. 73. cum *fervere* ubi inauditum dicit. *Fervere* dicuntur loca, quæ frequentia hominum celebrantur, Bur. ad Val. Fl. 1, 121.

¶ Fervens, *entis,* fervidus, heiß, hitzig ſiedend. Cic. Verr. 3, 26 *Aqua ferventi perfunditur.* Id. Off. 1, 15 *Fortis animus & magnus in homine non perfecto, nec ſapiente, ferventior plerumque eſt.* Colum. 12, 50 extr. *Aqua ferventiſſima.* Pallad. 1, 33 *Sterquilinium columbinum ferventiſſimum.* Adde Prudent. Peristh. 10, 439.

¶ Ferventer, adv. heiß, hitzig. *Loqui ferventer,* heftig reden, Cælius Cic. fam. 8, 8 *Ferventer irati,* Apul. Metam. L. VI p. 115, ubi vulgo, *furenter.* Auguſtin. de Genes. ad liter. 2, 5 *Quæ celeritas, utique ferventius aguntur.* Id. de Civ. Dei 18, 52 *Paulus Chriſtum ferventiſſime prædicabat.* Sed & Cic. fam. 8, 6 *Curio ferventiſſime concerpitur.*

¶ Fervidus, *a, um,* fervens, ſiedend, warm; ut, *Aqua fervida,* Curt. 4, 7, 22. Sic *Ingenium fervidum,* i. e. vehemens, Liv. 27, 33, ein hitziger kopf. *Fervidum genus dicendi,* Cic de Clar. Or. c. 68. *Fervidior oratio,* ibid. c. 27, & proprie: *Dici fervidiſſimum tempus,* Curt. 3, 5, 1 *Fervidus puer,* pro Cupidine, Horat. carm. 1, 30, 5 *Iuvenes fervidi,* i. e. amore ardentes, id. 4, 13, 36.

¶ Fervide, adv. feurig, ſehr. Plaut. Truc. 2, 4, 2 *Fervide ut tota floret.* Sed vulgo legitur: *Ver vide.*

¶ Fervor, *ōris,* m. die hitze. Ll. e. Curt. 7, 5, 4 *Fervor terræ immoticus.* Plin. 5, 1 *Loca inhabitabilia fervore,* vor groſſer hitze. *Maris fervor,* Cic. de Prov. Conſ. c. 12, das ungeſtüme meer. *Fervores febrium,* Plin. 31, 9. Metaphorice Cic. de Senect. c. 13 *Fervor ætatis,* die jugend, die heiß vor der ſtirn iſt; & *Fervor mentis.* Idem de Orat. 1, 51.

¶ Fervunculus, & Ferbunculus, *i,* m. die hitzblatter. Arnob. 2 p. 49 *Fervunculum, ſ. fabiem ſanare:* Elmenhorſt. mavult *Furunculum. Ferbunculus* eſt Prisciano 1, 10.

¶ Ferveſco, *ĕre,* hitzig werden. Lucret. 6, 551 *Fontem acri Sale putant ſubter terras ferveſcere raptim.* Adde Cell. 6, 10; Vitruv. 2, 7; Sen. Nat. qu. 4, 2.

¶ Ferveſăcio, *ēre,* erwärmen, ſiedend machen. Plaut. Pſeud. 3, 2, 44 *Ipſæ ſeſe patinæ ferveſaciunt.* Apicius 4, 2 *Oenogarum ferveſacies.*

¶ Ferveſactus, *a, um,* erhitzt, heiß gemacht. Solinus c. 29 *Radiis ferveſacta ſunt omnia.* Et Plin. 20, 3 *Vinum ferveſactum.*

Compoſita:

¶ Conferveo, *ēre,* ſich erhitzen. Translate Horat. Sat. 1, 2, 71 in ridicula mentulæ proſopopœia: *Mea cum conferbuit ira.* ¶ 2. *Conferuere* dicuntur oſſa fracta, cum coire & conaleſcere, caloremque & humorem ubi invicem communicare incipiunt. Cell. 8, 10 *Donec duæ partes ejus temporis, quo os quodque conferuet, compleantur.* & ibid. lin. *Solent tamen interdum adverſa inter ſe oſſa conferuere.* Et paullo ante, *Si quando vero oſſa non conferbuerunt,* ac iterum poſt, *Nonnunquam autem vehe quidem oſſa conferbuerunt, ſuperincrevit vero nimius callus.* Eſt peculiaris de oſſibus conferuentibus diſſ. Io Henr. *Sebizii,* ubi oſtendit e dicit ima Platonis jam ἀναζύμωσιν & πρόσφυσιν eſſe Synonyma. Quæ etiam purat § 24 apud Celſum præf. l. 1, ubi *contactum, contractum* vel *confractum* habent libri, legendum eſſe, *confrutum.* Forte huc etiam pertinet *conferva* in ferrum.

¶ Conferveſco, *ĕre,* una ferveſcere, heiß werden. Vitruv. 5, 3 *Verſando conferveſcit:* & 7, 11 *Ab ignis vehementia conferveſcendo.* Adde 1, 5, ubi etiam *conferveſcit* legitur. Colum 12, 23, 2 *Conferveſcat vinum,* jähren, de motu illo inteſtino, unde fermentum nomen habet. Plin. 18, 20, 1. 3 *Granum, ſi tegulis ſubjiceat, conferveſcere.* Vitruv 2, 6 de pulvere Puteolano, *Calida humoris jejunitas aqua repente jutiata, communibus corporibus latenti calore conferveſcit, & vehementer efficit ea coire, celeriterque una ſoliditatis percipere virtutem.*

¶ Conferveſacio, *ere,* heiß oder ſiedend machen. Lucret. 6, 352 *Aurumque repente Conferveſacit.*

¶ Deferveo, *ēre,* Plin. 14, 4 extr. &

¶ Deferveſco, *ĕre,* fervorem remittere, mireſcere, kalt werden, aufhören zu brauſen; ut, *Ita ferveſcit,* Cic Tusc 4, 36 *Speabam, jam deferbuiſſe adoleſcentiam,* Ter. Adelph. 1 extr. er ſolte die kinderſchuh vertreten, die hörner eingezogen haben. Sic Cic. pro Cælio c. 18 *Multi ſummi & clariſſimi cives fuerunt, quorum, cum adoleſcentiæ cupiditates deferbuiſſent, eximiæ virtutes jam matæ jam ætate exſtiterunt,* wenn ſie vertobet ausgebrauſet.

¶ Deferveſcio, *ĕre,* idem quod ferveſcere, ſieden, apud Catonem legitur c. 157; & Vitruv. 8, 5 *In abeno ſi ea aqua deferveſcta fuerit.*

¶ Deferveſactus, *a, um,* idem quod ferveſactus, decoctus, abgeſotten: ut, *Deferveſacti caules,* Plin. 20, 7. *Semen deferveſactum in aqua,* Id. 26, 15. Et Varro apud Lact. de Opif. Dei c. 17 *Aer deferveſactus in pulmone.*

¶ Defrutum, *i,* n. quaſi defervitum, h. e. decoctum, eſt *moſtum ex duabus partibus ad tertium decoctum,* ut docet Columella 12, 20 & 21. conf. Plin. 14, 9, quem locum proferimus integrum in *Sapa.* & 31, meet, dick abſotten wein. Martial 4 epigr. 46 *Et Lucania ventre cum Falisco, Et nigri Syra defruti lagena.*

¶ Defrūto, *āre,* decoquere, abſieden. Colum. 2, 22 *Defrutare vinum.* Apud Catonem c. 24 *Quicquid vini defruabi,* recte *defrutabis.* Sed *Defrudo* vide in *Defraudo* in *Fraus.*

¶ Defrutarius, *a, um,* zum abſieden gehörig, ut, *Vitri defrutaria,* h. e. defruto coquendo apta, Colum. 12, 9 extr. *Defrutaria cella,* Id. 1, 6

¶ Efferveo, *ēre,* & Effervo, *ĕre,* heraus brauſen, heraus wüten. Virg. 1 Georg. de Ætna v. 472 *Cyclopum effervere in antros,* Id. Æn. 4, 165 *Effervere ad oras,* Id. 8, 528.

¶ Effervens, *entis,* rasend, wütend. Gell. 2, 27 *Cum gaudio efferventiore rerum expetitarum.*

¶ Efferveſco, *ĕre,* aufwallen, aufſieden; ut, *Aquæ efferueſcunt ignibus ſubditis,* Cic. N. Deor. 2, 10. ¶ 2. Gravem locutionem cum metaphora effecit; ut, *Poma amaritudine ſua ſponte ſua liſa atque erumpens,* ex Enio ait, Cic. de Provinc. Conſ. c. 4. sed, *Cenſeo intendam tantiſper animum, dum effervescat ira paullatim,* Id fam. 9, 2, i. e. deferveſcat, ut *exſervire,* finem hæviendi habere, uti Victorius contenit MStorum legit: quæ vero oblitatio terebarum Io. Georg. Grævio, perspicaciſſimo viro, videtur eſſe. Vide quæ ad hanc epiſtolam notavit.

¶ Efferveſcens, *tis,* ſiedend heiß; ut, *Verba efferveſcentia,* zornige worte. Cic. de Orat. 2, 20. *Efferveſcens venenum,* Sil. 3, 312.

¶ Efferveſcentia, *æ,* f. idem ac ebullitio, die aufwallung, apud Celſum.

¶ Inferveo, *ēre,* & Inferveſco, *ĕre,* idem eſt quod fervere, erhitzen ſieden Horat. 2 ſat. 4, 67 *Vinum ſictis inferbuit hebris.* Cato c. 108 *Ter inferveat.* Et Colum 12, 38 *Mel Atticum ter infervere facito.* Scribonius Largus Compoſ. 209 *Oleo inferveſcit ſpuma argentea trita curioſe.* Et Compoſit. ult. *Inferveſcunt ſuper carbones.* Et Silius 13, 341 *Obtendenique manum, ſolem inferveſcere fronti Arcet.*

¶ Intervefacio, *ere,* ſiedend machen, warme t. Eadem ut. Latgi Compoſitione: *Semel mane, & in nocte ſemel in æſtu facere oportet.* Ibidem: *Per ſtero & tertio die quam inferveſiunt.* Item: *Quam inferveſacta fuerint.*

¶ Perferveo, *ēre,* ſehr heiß ſeyn. Pompon. Mela 1, 8 de fonte Solis: *Tum eſt (nox) media, perferuet.*

¶ Perferveſio, *ĕri,* idem. Per tmeſin Varr. R. R. 1, 9 *Terra ſole perferve ita fit &c.*

¶ Perfervidus, *a, um,* valde fervidus, ſehr heiß. Colum. 5, 5 pr. *Æſtus perfervida.*

¶ Præfervidus, *a, um,* idem. Liv. 9, 18 *Trux ac præfervida ira.*

¶ Referveo, *ēre,* & Referveſco, *ĕre,* interdum idem ac refrigeſcere, erkalten. Cic. de Clar. Orat. c. 91 extr. *Referverat oratio.* Præceſſerat, *contentio nimia vocis recideratque,* & ſimilia, unde colligas, ita interpretandum. Quamquam nihil magnopere impedit, quo minus ſignificet, denuo effervelcere cœperat. Certe de Divin. 1, 23 *Sanguis referveſcere videretur,* i. e. effervelcere denuo, & bullas agere, aufwallen. Idem pro Qu. Roſc. c. 6 *Reſervens ſalium crimen, in puriſſimam & caſtiſſimam vitam collatum, ſtatim concidit & extinguitur:* quo in loco *reſervere,* idem, quod ſimplex fervere notat. Adde Plin H. N. 16, 11.

¶ Sufferveo, vel Subferveo, *ēre,* aliquantulum fervere, laulicht ſeyn. Apul. de Herb. c. 115 *Subferveat.*

¶ Suffervefacio, vel Subferveſacio, *ēre,* aliquantulum fervidum reddere, ein wenig erhitzen. Plin. 18, 11 *Vulgo nec ſuffervefacient.* Et paſſive *Suffervefio.* Plin. 27, 9 *Affirmant lapillos, qui ſuffervefiant, rumpi.* Id. 30, 6 *In aqua ſubferveſieri,* aufſieden. conf. Plin. Valer. 2, 17.

¶ Suffervefactus, & Subfervefactus, *a, um,* ausgeſotten. Id. Plin. 12, 26 *In vino ſuffervefactam.* Et 14, 9 *Cum quinque congiis auſteri muſti, cum congio mellis & ſalis cyatho ſuffervefactis.*

FERŪLA, *æ,* f. Græcis νάρθηξ, Germaniæ ignota frutex. Naſcitur autem ſponte in Italia, feniculo ſimilis, Plin. 13, 22; & Virg. ecl. 10, 25. ¶ 2. Propter levitatem pædagogis in uſu fuit ad caſtigandos pueros, ob id Columellæ in carmine de Cultu Hortor. v. 118 *Ferulæ minaces* dictæ, ruthen Indor. 17, 9 *A feriendo ferulam dicunt. Hac enim pueri vapulare ſolent.* Horat. 1 ſat. 2, 120 *Ferula cædere,* züchtigen. Iuvenalis 1, 15 *Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus.* Mart 10, 62; igr. 62 *Ferulaque tollies, ſcriptra pædagogorum, caſſura.* Eraſm. in proverb. *Contra retiarium ferulam: Lagi genus eſſe,* inquit, *quo quondam pueri cædi ſolebant, atque item milites, ſi quid contra diſciplinam fecere videbantur.* v. Auſon. Protreptico ad Nepotem: Auſonium de ſtudio puerili, Idyllio 4, 29. Plin. 8, 32 ſ. 50 de cervorum cornibus, *Teneris increſcunt ferulis molli pomata lanugine.*

¶ Ferulāgo, *ĭnis*, f. frutex. quem ferula humiliorem Theophraſtus, cæterum ſimilem omnino eſſe tradidit. Cæl. Aurel. Acut. 2, 12 *Thapſia, quam nos ferulaginem dicimus.*

¶ Ferulāetus, *a, um*, ferulæ ſimilis, ut, *Caulis ferulaceus*, Plin. 25, 5. *Herba ferulacea*, quo nomine omnes plantæ umbelliferæ dicuntur, ſo ihre blüte und früchte auf dottern tragen. *Elaphoboſcon ferulaceum eſt*, Plin. 22, 22.

¶ Ferŭleus, *a, um*, ex ferula factus. Cæl. Aurel. Tard. 2, 1 *Aleatis tabella aut ferulea.*

Fervor, vide in *Ferveo*, Ferus, *a, um*, in *Fera.*

FESCENNIA, *æ*, f. five Feſcennium, *i*, n. oppidum Etruriæ, Plin. 3, 5. *Oppidum eſt Campaniæ*, inquit Serv. *ubi nuptialia inventa ſunt carmina.*

¶ Feſcenninus, *a, um*, gentile; ut, *Feſcenninæ acies*, Virg. Æn. 7, 695. ¶ 2. *Feſcenninus* eſt impudicus, laſcivus, obſcenus, ſchandbar, unzüchtig. *Feſcennini verſus*, ſcribit Feſtus, *qui canebantur in nuptiis, ex urbe Feſcennia dicuntur allati; ſive ideo dicti, quia faſcinum putabantur arcere.* Macrob. Saturn. 2, 4 *Pollio cum Feſcenninos in eum Auguſtus ſcripſiſſet, ait: At ego taceo. Non eſt enim facile, in eum ſcribere, qui poteſt proſcribere. Feſcennina locutio*, Catull. carm. 62, 126. *Feſcenninus verſus: incompoſitus ac rudis*, Liv. 7, 2. Et, *Inter nuptiales feſcenninos*, Senec. Controv. 21. Sic etiam Auſon. Parcebat Idyll. 18 *Haſtenas caſtis auribus audiendum myſterium nuptiale ambitu loquendi & circuitione velavi. Verum quoniam Feſcenninos amat celebritas nuptialis, verborumque petulantiam, &c.* Horat. 2 epiſt. 1, 145 *Feſcennina per hunc inventa licentia morem.* Adde Elmenhorſt. in Arnob. lib. 4 p. 136. Apud Prudentium in Symmach. 1, 261 *Feſcennina* abſolute ſunt cantica nuptialia, ut non adeo ſemper verſus omni obſcenitate pleni denotentur.

¶ Feſcennia, *orum*, n. pl. joci & luſus nuptiales, hochzeit-ſpiele und kurzweil. Plin. 15, 22 *Iuglandes nuptialium feſcenniorum comites.*

¶ Feſcenniccla, *æ*, c. ſchertzhaft. Sidon. 12, 2 *Carmen feſcenniculæ Dionæ.*

FESNOE, vocabantur ita, *qui depellere faſcinum credebantur*, apud Feſtum; ubi Scaliger legit *Faſcinæ.*

FESSÆ, *arum*, l. pl. ſchlaf oder ſchläfrige läuſe. Reineſius Var. Lect. 3, 4 p. 394 *Feſſas ovium*, quas Plinius cum creta necari dicit, vocat pediculos oves infeſtantes.

¶ Feſſonia, *æ*, f. Dea, quæ feſſos juvabat. v. Auguſtin. C. D. 4, 21.

Feſſus, deſeſſus, vide *Latim.*

FESTĪNO, *avi, atum, are*, properare, eilen, beſchleuniqen. A *feſtis*, quia celeritas in his requiritur. Volunt autem hoc de corporis actionibus dici: *Properare* ad animi actiones & ſtudia referri. Sed male. Nam contra Horatius 2 od. 7, 24 *Deproperare coronas* dixit: Iuvenal. 9, 126 *Feſtinat enim decurrere velox Hoſpitis auguſtæ miſeræque breviſſima vitæ Portio. Feſtinare fugam*, i. e. accelerare, Virg. Æn. 4, 575. *Feſtinare in ſe mortem*, Tac. Ann. 4, 28, 3. Et cum infinito modo: *Feſtinabimus emandare*, Colum. 4, 27 pr. ¶ 2. Aliquando eſt latagere, geſchäftig ſeyn. Plaut. Caſ. 4, 1, 5 *Omnes feſtinant intus totis ædibus, &c.* Loquitur de apparatu nuptiarum. Horat. 4 od. 11, 9 *Cuncta feſtinat domus: hac & illuc Curſitant mixtæ puerique puellæ.* ¶ 3. *Feſtinare virginem*, pro, feſtinis nuptiis locare, zeitlich verheyrathen. Tac. de Germ. dixit c. 20 *Nec virgines feſtinantur.*

¶ Feſtinans, *tis*, eilfertig. Salluſt. B. Iug. c. 52 *Legatus feſtinans pergit.* Plin. Paneg. c. 4 *Feſtinantis ſenectutis inſignibus ornata ceſaries*, i. e. cani, zeitige graue haare. Prov. *Canis feſtinans cæcos parit catulos*, eilen thut kein gut. v. Chil.

¶ Feſtinanter, adv. in eil, eilend. Cic. de Fin. 5, 26 *Illud mihi a te nimium feſtinanter dictum videtur.* Tac. Ann. 15, 3 *Occulto præcepto, poſitis cunctis, quam feſtinantius agerent.* Suet. Aug. c. 29 *Feſtinantius publicatum.* Plin. H. N. 17, 11 *Feſtinantius germinat.* Plin. 5 ep. 17 pr. *Feſtinantius nuntio tibi.* Auguſtin. Paulino ep. 250 ſub fin. *Feſtinantiſſime reſpondiſſe.*

¶ Feſtinantia, *æ*, f feſtina celeritas, die eilung; in l. 52 Cod. Theod. de Hæret. & apud Bernardum in vita Malachiæ.

¶ Feſtinātus, *a, um*, übereilt, in eil gemacht. *Feſtinata maturitas celerius occidit*, Quintil. procem. lib. 6. *Honores feſtinati*, Lucan. 8, 24. *Feſtinatum prælium*, Tac. Hiſt. 3, 15, 3.

¶ Feſtinato & Feſtinare, adverbia ejusdem notionis, ut *Feſtinanter.* Quintil. 4, 2 *Quam nihil feſtinato feciſſe videtur Milo?* Colum. 1, 6 *Materia feſtinato ſecetur.* Gell. 10, 11 *Cum ſignificandum eſt, celeritas quid factum & feſtinatius.*

¶ Feſtinatim, pro *Feſtinanter*, ex Pompon. & Sifenna producit Nonius 11, 37.

¶ Feſtinātio, *ōnis*, f. celeritas, die eil, eilfertigkeit. *Remis velisque in patriam omni feſtinatione contendere*, Cic. fam. 12, 25. Liv. lib. 5 extr. *Feſtinatio curam eximit*, eilen thut kein gut. Idem, *Feſtinatio improvida eſt & cæca.*

¶ Feſtinātus, *ūs*, m. idem. Zeno Veron. *Quantus feſtinatus populi?*

¶ Feſtinator, *oris*, m. ein eilender. Quintil. Declam. 2 *Fores trepide feſtinatoris effringuntur impulſu.*

¶ Feſtinabundus, *a, um*, eilfertig. Val. Max. 2, 8, 5 *Feſtinabunda manu.*

¶ Feſtĭnis, *e*, hurtig. Titinn. ap. Nonium 8, 3 *Nunc hæc res me facit feſtinem.*

¶ Feſtĭnus, *a, um*, celer, behend, eilend. Ovid. Met. 11, 348 *Curſu feſtino anhelo.* Claudian. Epithal. Honorii & Mariæ v. 325 *Canities feſtina venit.* Prudent. Cathem. 11, 6 *Feſtina dies.*

¶ Feſtine, adv. aliud, alsbald. Cic. Att. 4, 14 *Feſtine odorari.*

¶ Confeſtim, adv. cum Voſſio huc referri debet, ſignificans mox, e veſtigio, alsbald. Chariſius Sofipater cap. de adverbio: CONFESTIM, *ut competenti feſtinatione. Sifenna Miles XIII. Confeſtim ſacta eſt.* Et ibidem: *Confeſtim pro continuo & ſine intervallo.* Gloſſ. Vet. *Confeſtim, παραχρῆμα, παραυτίκα, εὐθέως.* Cic. Phil. 5, 12 *Sine ulla mora & confeſtim rem gerere*, ohne verzug, ſtracks.

¶ Præfeſtino, *are*, ſehr eilen, ſich übereilen. Liv. 23, 14 *Ne deſicere præfeſtinarent.* conf. Plaut. Rud. 1, 2, 38. ¶ 2. Tacito eſt feſtinando præcurrere, præterire, vorbei eilen: *Quo vera ſeu falſa præteriret, Toronæum Thermæumque ſinum præfeſtinans, mox Euboeam &c. dein Corinthium litus auguſtiasque Iſthmi evadit*: Annali 5, 10, 4.

¶ Præfeſtinātus, *a, um*, aliqueſtig; ut, *Præfeſtinatum opus*, Col. 11, 2.

¶ Præfeſtinatim, adv. ſehr ſchnell. Siſenna apud Nonium 2, 708 *Quos vellent, inſtituerent præfeſtinatim & capide.*

¶ Præfeſtine, idem. Plaut. Rud. 2, 5, 4 *Vt ſine labore hanc extraxi præfeſtine*, al. *præſcine.*

¶ Reſeſtino, *are*, zurück eilen. Paulinus ad Auguſtin. epiſt. 45 (al. 44) extrema: *Qui a tenebris juſtiſſime refeſtinavit ad lucem ſuam.*

Feſtivitas, feſtivus, &c. vide *Feſtus*, Feſtra, *Feneſtra.*

FESTŪCA, *æ*, f. ſati cujusque pullulus, ein ſproß, halm, ſplitter. Colum. 8, 15 *Feſtucæ ſarculique.* Plin. 18, 27 *Cum herba creverit in feſtucam.* Vnde adagii forma, e ſacris petita, *Per trabem oculi ſui feſtucam alterius niti eruere*, dixit S. Hieronymus, vitiis ſuis cæcis non animadverſis, levia aliorum errata reprehendere. ¶ 2. *Feſtuca*, avena inanis, ſchmeilen. Plin. 18, 17; alias *Ægilops*, de qua ſupra in Æ. ¶ 3. *Feſtuca* quoque dicebatur virga, qua Prætor manu mittendi caput percutiebat, quæ & *vindicta* vocata, ideo, quod hominem libertati vindicet, ut docet vetus Schol. ad illud Perſii 5, 88 *Vindicta poſtquam meus a Prætore receſſit.* Plaut. Mil. 4, 1, 15 *Quid? ea ingenua an feſtuca facta e ſerva libera eſt?*

¶ Feſtucula, *æ*, f. dimin. Pallad. 5, 8.

¶ Feſtucārius, *a, um*, adj. *Feſtucaria vis*, Gell. 20, 10 extr. vocatur illa civilis manuum conſertio, in rei vindicatione fieri ſolita, quæ vera ac *ſolidæ vi* Enniana opponitur. *Feſtuca* enim Prætoris, ut modo diximus n. 3.

¶ Feſtūco, *are*, rectius *Fiſtucare*, de quo infra in *Fiſtuca*, derb machen. Cato R. R. c. 18 *Fundamenta prius feſtucato.*

FESTVS, *a, um*, adj. feriatus, feyerlich; ut, *Feſtus*, vel *feſta dies*, der feyertag; dies anniverſarius, cujus celebratio ſingulis annis recurrit. *Agitare, celebrare dies feſtos*, feyertage halten, begehen. Cic. Verr. 4, 63, & pro Arch. c. 6 *Feſta pax* præſertim ſolenni epitheto vocatur. vid. Burm. ad Grat. 487. ¶ 2. *Feſtus dies*, inter blandiendi formulas: in eos, unde ſibi plurimum gaudii & voluptatis (quibus per feſtos dies frui ſolebant) pollicerentur. Plaut. Caſina 1, 1, 49 *Sine, amabo, te amari, meus feſtus dies! Meus pullus, paſſer! &c.* Ter. Eun. 3, 5, 12 *O feſtus dies hominis, &c.* Erant autem FESTI DIES, aut ſacrificiorum, aut ſolennium conviviorum, aut ludorum, aut feriarum. v. Lucret. 5, 1166. ¶ 3. *Feſtior*, Comp. Claudian. Conſ. Honor. 3, 3 *Feſtior annus eat.* Superl. *Feſtiſſimi dies*, apud Vopiſc. in Tacito c. 11. ¶ 4. Statius 2 Silv. ult. v. 90 *O nunquam data feſta longa ſummis*: i. e. læta & proſpera. Tac. Hiſt. 5, 5 extr. *Quippe Liber feſtos lætosque ritus poſuit: Iudæorum mos abſurdus & ſordidus.* Sane feſti dies religioni juxta & recreationi corporis inſtituti apud gentes. Vnde *feſtum diem agere*, eſt genio & voluptatibus indulgere, apud Iuſtinum 38, 7, 6.

¶ Feſtum, *i*, n. ſubſt. ein feſt. Ovid. Met. 10, 431 *Annua feſta celebrare.* Quo referri poteſt Auſonius protreptico ad Nepotem v. 9 *Studium puerile fatiſcit, Læta niſi auſteris mutentur feſta profeſtis.* At elegantius eſt *Feſtus dies.* Virg. Georg. 1, 268 *Feſtis quædam exercere diebus, Fas & jura ſinunt.* Et Æneid. 6, 69 *Templa Inſtituam feſtoſque dies.* Horat. 3 od. 28, 1 *Feſto quid potius die Neptuni faciam?* Quos imitari præſtat pro prioribus. Nec aliter Cicero, Livius, Currius, Florus, quorum auctoritates alibi produximus. ¶ 2. *Venire poſt feſtum*, kommen, wenn die meſſe geſungen iſt. Socratis eſt apud Platonem in Gorgia, ἆρα τὸ λεγόμενον κατόπιν ἑορτῆς ἥκομεν νῦν ὑσεροῦμεν, h. e. *Num poſt feſtum, quod ajunt, venimus ſeroque adjumus?* v. Chiliad.

¶ Feſtīvus, *a, um*, lepidus, jucundus, facetus, frölich, lieblich. *Puer feſtivus*, Cic. Att. 1, 12. *Caput feſtivum*, Ter. Adelph. 2, 3, 8, ein artiger, luſtiger, lieber menſch. Et rurſus Cic. Att. 2, 6 *Libris me delecto, quorum habeo Antii feſtivam copiam*, i. e. magnam, eximiam, einen feinen vorrath. Comp. *Nihil poteſt eſſe feſtivius*, Cic. fam. 6, 4. *Feſtivioren titulum excogitaſſe*, Plin. procem. Operis. Superl. Ter. Adelph. 5, 9, 26 *O mi pater feſtiviſſime.* Gellius præfat. Oper. *Ariſtophanes homo feſtiviſſimus.* Quintil. 6, 3 *Id eſt feſtiviſſimum, quod adjicit orator.*

¶ Feſtive, adv. zierlich. *Belle & feſtive dicere*, Cic. de Orat. 3, 24. Summo gradu vocis aliquoties Gellius uſus eſt, 9, 15 extr. *Atque ibi Iulianus, feſtiviſſime, Nolite quærere, inquit, quid ſentiam*, ſchön, artig & 13, 4 *Olympiadem feſtiviſſime reſcripſiſſe leginus Alexandro.*

¶ Feſtīviter, idem, quo inprimis Gellius delectatus fuit. v. 1, 2 & 22; 15, 8 &c. Sic & Nævius apud Nonium 11, 10 *Domus parata feſtiviter.*

¶ Feſtīvĭtas, *ātis*, f. lepor, venuſtas, zierlichkeit, annehmlichkeit. Auctor ad Herenn. 1, 8 *Illud genus narrationis, quod in perſonis poſitum eſt, debet habere ſermonis feſtivitatem.* Ter. Eun. 5, 9, 18 *An fortunam collaudem, An mei patris feſtivitatem & facilitatem?* Vbi Donatus: FESTIVITATEM, *qua, ut feſtivus, amatori non obſtitit & ignovit, ut facitis.* Vnde FESTIVITAS, *in dictis*: FACILITAS *vero in animo & factis.* FESTIVITATEM *letam: ut* FESTIVVS DIES EST. Quemadmodum triſtes iidem ferme duri ac ſævi, ſi cauſſam irafcendi præbeas: ita læti ac hilares, quales per feſtivos dies ſolemus eſſe, placatos & faciles ad ignoscendum ſe præbent. Hinc recte *feſtivitatem & facilitatem* conjunxit Comicus. Solennitatem autem v. g. nuptialem &c. minus latine hæc vox ſignificat. vid. Antib. Lat. Cellarii p. 172.

¶ Feſtivo, *are*, feſtum diem agere, feyerlich begehen; e Lucretio laudatur; ſed non habet Index Creech.

¶ Biſeſtus, *a, um*, adj. ut, *dies biſeſtus*, ein gedoppelter feſt-tag: Prudent. Paſſ. Petri & Pauli extr. *Diem biſeſtum ſic colas, memento.*

¶ Infe-

¶ Infestīvus, *a, um*, illepidus, ungeſchickt, unhöflich; ut, *homo ſubagreſti ingenio & infeſtivo*, Gell. 1, 5, cujus etiam eſt adverbium

¶ Infeſtiviter. Noct. Att. 9, 9 *Cetera vertit non infeſtiviter.*

¶ Infeſtus, *a, um*, ſimpliciſſime cum Voſſio a *Feſtus* deducimus, & procul dubio rectius, quam ab *Inferre* cum Perotto, aut a *Feſtinare* cum Nigidio apud Nonium 1, 255. Infeſtus itaque quaſi minime lætus ac jucundus. Nam hoc quoque *Feſtus* ſignificat. Plus eſt quam inimicus; infenſus nempe, & vim inferens, ſeu, ut Valla 4, 3 interpretatur, vehementer moleſtus, öffentlich feind, anfäſſig, gehäſſig. Sic, Cic. Att. 10, 11 p. 168 de Q. Cicerone filio, *indulgentia ferocem atque arroganter & infeſtum facit. Animus infeſtus*, Cic. ad Brut. ep. 16. Id. pro Roſc. 31 *Is, qui ardens avaritia feratur infeſtus in ſuos. Infeſtis dictis quem diſcerpere*, Catull. in Coma Iberen. v. 73. *Arma infeſta*, Ovid. Heroid. 5, 91, feindliche waffen. *Signa infeſta*, vexilla in hoſtem euntia, Cæſ. B. Gall. 6, 7. *Haſtæ infeſtæ*, Liv. 2, 46. *Spicula infeſta* 2, 20; *cuſpis infeſta* 4, 19, 8, 7, ubi librarii paſſim *infeſtus* & *infenſus* commutarunt. v. Drakenb. ad Liv. 2, 46. Sed, *Itinera infeſta*, Cæſ. Civ. 3, 79, quæ a latronibus infeſtantur, unſicher weae, der ſtraſſen-räuber halber. *Infeſta provincia*, quæ ab hoſtibus aut prædonibus non eſt tuta, Cic. pro Ligar. c. 8. Et Aſin. Pollio ad Cic. 10 ep. 31 *Salius Caſtalonenſis frequentioribus latrociniis infeſtior factus eſt.* Ac Liv. 2, 42 *Infeſtior plebs.* Superlative idem Liv. 9, 12 *Infeſtiſſimum bellum.* Et Nepos 18, 10, 3 *Antigonus ei fuit infeſtiſſimus.* ¶ 2. Interdum & paſſive uſurpatur, verhaßt; ut *Filii vitæ infeſta, ſæpe ferro atque inſidiis appetita*, Cic. pro Roſc. c. 11. Sic, *Infeſta alicujus ſalus*, cui infeſti ſunt inimici: Id. pro Planc. c. 1 *Si hujus ſalus eſſet infeſtior.* Liv. 9, 34 *Infeſtius nomen.* vid. Drakenb. ad Sil. 12, 399. Cort. ad Sall. Catil. 15, 4.

¶ Infeſte, adv. feindſelig. Liv. 26, 13 *Age contra, que illi infeſte in nos fecerint, repetite.* Id. 2, 55 *Quo ferocius clamitabat* (Volero), *eo infeſtius circumſcindere & ſpoliare lictor.* Et 44, 4 *Infeſtius concurſum eſt.* Liv. 23, 29 *De nullis enim, quam de vobis infeſtius, aut inimicius conſuluerunt.* Et Cic. pro Quint. c. 21 *Sin inimiciſſime atque infeſtiſſime contendere perſeveret.* Quintil. 12, 8 *Interrogandus quam infeſtiſſime, & premendus.*

¶ Infeſto, *avi, atum, are*, moleſtiam inferre, ut exponit Valla, vexiren, anfeinden verderben. Plin. 7, 2 *Pygmæos a grubus infeſtari, Homerus prodidit*, daß ſie keine ruhe oder friede haben. Sic, *Vineta infeſtantur auſtris*, Colum. 3, 12 extr. i. e. vitiantur vel corrumpuntur. Ovid. de Amor. 2, 11, 18 *Quas Scylla infeſtet, quasve Charybdis aquas.* Hirtius B. Alexand. c. 3 *Vno tempore & noſtras munitiones inſtabant, & ſuas defendebant.* Eſt enim hoſtiliter agere, impugnare, Vellej. 2, 73, 3 *Mare infeſtare piraticis ſceleribus*, unſicher machen.

¶ Infeſtatus, *a, um*, verunruhiget. Vellej. l. c. *Latrociniis ac prædationibus infeſtatum mare.* Superl. *Infeſtatiſſimus* apud Oſilium eſt præfat. ad Auguſtinum: *Tempora malis extra ſolitum infeſtatiſſima.* Quidam *infeſtiſſima* legunt.

¶ Infeſtatio, *ōnis*, f. die anfeindung verfolgung. Tertull. Apol. c. 1 *Domeſticis fidelibus nimis operata ſectæ hujus infeſtatio obſtruit defenſioni.* Gloſſ. Vet. ὑβριστικὸς, ἀπέχθεια.

¶ Infeſtator, *ōris*, m. qui infeſtat, ein beleidiger. Plin. 6, 28 *Nomadas infeſtatores Chaldæorum Scenitæ claudunt.*

¶ Profeſtus, *a, um*, unheilig, unfeierlich: *dies profeſti*, wercktage, qui hominibus ad adminiſtrandam rem privatam, publicamque conceſſi erant: ſic dicti, ut air Feſtus, quod *procul ſint a religione numinis divini.* Horum alii erant *Faſti*, alii *Nefaſti*: de quibus alibi. Plaut. Aulul. 2, 8, 10 *Feſto die, ſi quid prodegeris, profeſto egere licebat, niſi peperceris.* Liv. 34, 3 *Feſtis profeſtisque diebus.* Horat. 2 Sat. 2, 116 *In luce profeſta.* Auſon. Idyll. 32, 11 *Læta niſi auſteris varientur, feſta profeſtis.*

Fetialis, vide *Fecialis.*

FEVDVM, *i*, n. barbarum eſt, pro prædio beneficiario, ut putat Budæus, ein lehn, lehn-auth, lehn-hof. Voſſius de Vit. L. L. 1, 7 Gothicam vocem nominat, eamque tolerari poſſe ſcribit. Eſt autem *Feudum* genus clientelæ, quo vel dignitas, vel vectigal, vel prædium aliquod ea lege alicui datur, ut & ipſe, & ipſius poſteri atque hæredes beneficii autorem perpetuo agnoſcant, & quaſi pro patrono colant, ejusque caput, exiſtimationem & fortunas tueantur. vid. ICtos.

¶ Feudālis, *e*; ut, *Ius feudale*, das lehn-recht, apud ICtos.

¶ Feudatārius, *i*, m. qui feudum ſibi commiſſum a Patrono accipit, ein lehn-mann, ibid.

Fex, quære ſupra *Fex.*

FIBER, *bri*, m. κάστωρ, ein biber, animal ἀμφίβιον; hoc eſt, vitæ ancipitis: victum enim & ex aquis, & in terra captat, morſus horrendi, quod arbores juxta flumina dentibus, ut ferro, cædit; Lutræ (fiſch-otter), fere formam refert, ſed ea major eſt. v. Plin. 8, 30. Teſtes fibrorum ab ipſis evelli, atque a ſe abjici, cum venatu urgentur, multorum traditio eſt, ad quam & Silius 15, 486 eleganter alludit. Adde Cic. apud Servium in Virg. Georg. 1, 59, ſed illud vanum eſſe tradidit Dioſcorides. Teſtes Medici *Caſtorum* vocant, *biberacil*, de quo ſupra in *Caſtor.* Sed non eſſe teſtes, experientia & inſpectione probari poteſt, ſed tumores potius inguinum, membranis concluſos, ex quibus liquor, qui *Caſtoreum* dicitur, manat. Geſnerus. Vnde nominis ratio, vide poſt in *Fibra.*

¶ Fibrīnus, *a, um*, vom biber; ut, *Pellis fibrina*, Plin. 17, 28.

Fibla, fiblo, vide in *Fibula.*

FĪBRA, *æ*, f. ora extrema fluminis, das ufer, der äuſſerſte winckel am waſſer, quaſi *finibra.* vide Feſtum in *Fiber.* ¶ 2. Extremitates pulmonis, jecoris & aliorum viſcerum, die äuſſerſten zipfel an lun und leber eingeweiden. Varro de L. L. 4, 13 FIBER, inquit, *ab extrema ora fluminis dextra & ſiniſtra maxime quod ſolet videri: & antiqui* FIBRVM *dicebant extremum: unde & in tuba extrema*, FIMBRIÆ: *& in jecore extremum*, FIBRA; *hinc* FIBER *dictus.* Lucan. 1, 622 *Pulmonis ambefi Fibra latet.* Et 6, 525 *Fibras latentes* pro ipſis viſceribus ſive extis viſcerum dixit. Nec aliter accipienda hæc vox in illo Virgilii Æn. 6, 600 *Nec fibris requies datur ulla renatis.* In primis autem fibrarum fit mentio, ubi de vaticiniis ex animalium extis ſermo eſt. vid. Drakenb. ad Sil. 3, 344. Brouckh. ad Tib. 2, 1, 26. ¶ 3. Sunt & craſſiores partes ſanguinis *fibræ*, ſtücken geſtefferten bluts, Bud. ¶ 4. Tenues denique radiculæ in plantis atque arborum & herbarum foliis extrema quaſi fila, die fäſichen an wurtzeln, äderlein an blättern. Cic. Tuſc. 3, 6 *Non ſolum ramos amputare miſeriarum, ſed omnes radicum fibras evellere.* conf. Idem de Senect. c. 15.

¶ Fibrātus, *a, um*, faſicht; ut, *Radix fibrata*, eine wurtzel von faſen, die fäſerlein hat, cujusmodi cepæ radix eſt, Plin. 27, 12.

¶ Exfibro, *are*, fibras evellere, abrupten, ausraufen. Colum.

¶ Exfibratus, *a, um*, ausgefaſet, ausgezupft, Cato.

FIBVLA, *æ*, f. quidquid ſtringit ac connectit, eine ſchnalle, haſt, ſchlinge ſenckel, ſpange vid. Iſidor. 29, 31. In Gloſſis antiquis περόνη item φίβλιον, item φίβλα exponitur. Itaque *Fibulæ* diverſi generis ſunt, aliæ ad ſubnectendas veſtes. Virg. Æn. 4, 139 *Aurea purpureum ſubnectit fibula veſtem.* Et tales variis formis effingebantur ære, argento, auro, ut uſui pariter, & ornamento eſſent. Cujusmodi fibularum ſpecies exhibuit Pignorius de Servis p. 82. Vtebantur Tragœdi etiam & Comici fibulis ad coniringendum penem, ne arrigeretur: vocis gratia, quam Venus corrumpit, atque obſcat. Has *circellos* fuiſſe, vetus Scholiaſtes luvenalis indicat ad illud 6, 378 *Nullius fibula dabat Vocem vendenti: prætoribus:* FIBVLAM, inquit, dicit *circellos*, quos Tragœdi ſive Comœdi in pene habent. Meminit harum fibularum & alio loco Satyricus, dictæ ſat. 6, 73, item Martialis aliquot epigrammatis. Hinc apud Terentianum elegantes translationes: *Fibulam carni imponere*, pro coërcere, & quod contrarium, *Fibulam laxare deliciis.* Quorum alterum in de Monogamia, alterum in de Corona militis legitur. Vbi Rhenanum licet videre, & addere Pignorium, quem paullo ante laudavimus. Nec illepide ex Seneca Lactantius 1, 16 *Quid eſt, quare apud poëtas ſalaciſſimus Iupiter deſierit liberos tollere? utrum ſexagenarius factus eſt, & illi lex Papia fibulam impoſuit?* Modum ita infibulandi deſcripſit Corn. Celſus 7, 25. Plura de Fibulis cupientem juvabunt Vlitius ad Nemeſ. v. 93. Intr. ad Calpurn. ecl. 7, 81. Ferrarius de Re veſtiar. Part. 2, 1, 16 ſeq. Smetius in Antiquit. Neomag. p. 81, ubi plures fibularum ſchematiſmos habebis. ¶ 2. *Fibula ferrea*, eine klammer, ferrum illud, quo lapides quadrati, & tigna inter ſe conjunguntur, quod & *Compibula* Catoni eſt c. 12 de Re R. Vitruv. 10, 2 *Tigna a capite fibula conjuncta, & in imo divaricata.* ¶ 3. *Fibula* porro os minus tibiæ eſt, die kleine röhr im ſchienbein. ¶ 4. *Fibula* dici illud poteſt, quo libri clauduntur, clauſuren.

¶ Fibla, *æ*, f. pro *Fibula.* Apicius 8, 7 *Cocto fiblas tollere.*

¶ Fibulo, & Fiblo, *are*, conjungere, zuhäfteln, zuſchnallen, knüpfen Columell. 2, 6, & Apicius 8, 7.

¶ Fibulatus, *a, um*, gehäftelt, zugeſchnallt; ut, *Pallia fibulata*, Vop. in Probo c. 4.

¶ Fibulatio, *ōnis*, f. conjunctio per fibulam, die heftung, Vitruv. 10, 3 *Vtendum in ſumma tignorum fibulationibus.*

¶ Fibularius, *i*, m. ein ſpangen- heftel- oder clauſur-macher, ſenckler, gürtler.

¶ Fibulatorius, vel Fiblatorius, *a, um*, quod fibula ſtringitur, das man zuſammen haftelt: ut, *faga fibulatoria*, Trebell. Pollio in Regillano tyranno. Indumentum etiam fibulatum in Gloſſ. gr. lat. πόρπη, *fibulatorium*, abſolute, eine ſchnür-bruſt.

¶ Confibŭla, *æ*, f. eine klammer. Cato de R. R. c. 12 *Confibulæ ligneæ, quæ arbores comprimunt*, ein band-nagel von holtz.

¶ Confibulo, *are*, zuſammenſchnüren, verknüpfen. Novatian. de Trinit. c. 18 *In ſemetipſo concordiam confibulare.*

¶ Confibulatio, *onis*, f. die zuſammenheftung, verknüpfung. Novatian. de Trinit. c. 19 *Mutui fœderis confibulatione ſociatum.*

¶ Diffibulo, *are*, aufſchnallen, aufhäfteln. Statius Theb. 6, 570 *Torto chlamydem diffibulat auro.* Quod imitatus eſt iisdem pæne verbis Alcimus Avitus 4, 386.

¶ Diffibulatus, *a, um*, aufgeſchnürt, aufgeknüpft. Tertull.

¶ Exfibulo, *are*, idem quod *Diffibulare.* Prudent. Pſychomach. v. 633 *Avulſis exfibulat ilia zonis.*

¶ Infibula, *æ*, f. uncus fibulam iniens, das häcklein oder zünglein an der ſchnalle. Ita legi vult Iunius in Tertull. de Pallio c. 1 *Pallii habitus infibulæ morſu humeris acquieſcebat.*

¶ Infibulo, *are*, & Infiblo, *are*, einſchnüren, einhäfteln. Celſus 7, 25, 3; & Apicius 7, 25; & 8, 7.

¶ Infibulatus, *a, um*, eingeſchnürt, zugeſchnallt; ut, *Infibulati flamines æreis fibulis*, Feſtus.

¶ Refibulo, *are*, fibulam ſolvere, abſchnallen. Martial. 9 epigr. 28 *Refibulavit faber.*

¶ Sufibŭlum, *i*, n. Feſto Pompejo eſt faſcia alba, quam in capite virgines Veſtales ſacrificantes habebant, & fibula conſtringebant, eine kopf-binde.

FĪCEDŬLA, *æ*, f. avis, eine ſchnepffe, ſchnerlein, conſpicitur cum ficus matureſcunt, & muſcas avidiſſime captat, unde ei nomen germanicum eſſe putatur. Nomen ab eo accepit, quod *ficus* edit. Vnde ſecunda rectius cum Iuvenale corripitur, quem & Alciatus ſecutus eſt; quam cum Martiale producitur. Iuvenal. 14, 9 *Iure natantes Mergere ficedulas didicit nebulone parente.* Martial. 13, 5 *Cæreus quæ patulo lucet ficedula lumbo.* Græce συκαλὶς dicitur, etiam a *ficubus.* Nam σῦκον ficus eſt. Vide de hac ave Varr. de L. L. 4, 11; Ariſtot. Hiſt. Anim. 9, 49; Plin 10, 29; Gell. 15, 8; Petron. c. 33. ¶ 2. Fuit & vicus Romæ ita vocari ſolitus.

¶ Ficedulenſis, *e*, Plinio eſt, qui id genus aves curat: Plauto contra Capt. 1, 2, 60, qui Romæ in vico hoc nomine inſignito degit.

Fictilis, fictio, fictor, fictrix, vide *Fingo*, Ficulea, Ficulnea, Ficulenſis, Ficulnenſis, Ficulneus, Ficulnus, *Ficus.*

FĪCVS, i, m. in secunda, & ūs, in quarta, f. non solum notat arborem, sed etiam fructum, die feige, der feigenbaum. De genere & inflexione vocabuli, lege Vallam 1, 4. *Aridæ ficus*, Plaut. Rud. 3, 4, 59, dürre feigen. Varro de Re R. 1, 41 *Fici semen naturale intus in ea fico, quam edimus.* Et mox: *Tum vesticulas per ficos, quas edimus, matitras perferunt.* Cic. pro L. Flacc. 17 *Homini Phrygi, qui arborem fici nunquam vidisset, siscinam ficorum objecisti. Bifera ficus*, apud Suet. Aug. c. 76, quam de certo genere accipit Torrentius, quem vide. Arbor hæc non floret, sed lactet, juxta Vossium Inst. Orat. 1 p. 10, ex Macrobii 3, 20, & Turneb. Adverss. 18, 4. Succus ille lacteus Græcis ὄπὸς dicitur. ¶ 2. Est & ulcus ex attritu natium, quod a fici similitudine *ficus* appellatur, de quo Celsus 6, 3, der wolf, feig-blatter, feig-warze. vid. Dalechamp. ad Plin. 15, 20, Mart. 14 epigr. 86 *Strangula succincti venator fame veredi Non solet a nudo fugere ficus equo.* Sed *Ficus* pro ulcere in fecunda declinatione & masculino genere ponitur. Quo pertinet epigramma Martial. 1, 65 *Cum dixi ficos, rides quæsi barbara verba, Et dici ficus, Cæciliane, jubes. Dicemus ficus, quas scimus in arbore nasci, Dicemus ficos, Cæciliane, tuos.*

¶ Fīcŭlus, *i*, m. diminut. eine kleine feige. Plaut. Stich. 5, 4, 8; Curt. 4, 1, 19.

¶ Fīcētum, *i*, n. locus ficubus consitus, ein feigen-garten. Varro 1, 41 *In locis*, inquit, *frigidis ficeta ficri non possunt.* ¶ 2. Sed Martialis de ficoso corpore, sive ficis pleno, usus est 12 epigr. 33 *Vt pueros emeret, Labienus vendidit hortos: Nil nisi ficetum nunc Labienus habet.*

¶ Fīcārius, *a, um*, zum feigen gehörig; ut, *Culices ficarii*, qui libenter comedunt ficos, Plin. 11, 35. *Ficariæ crates*, Cato de R. R. 48. Et *ficaria herba* Chelidonium minus est Iunio, feigwarzen-kraut.

¶ Fīcāria, *æ*, f. subst. locus ficis consitus, Pallad. 4, 10. ¶ 2. *Ficaria* est insula Sardiniæ propinqua, hodie *Isola rossa*, Plin. 3, 7.

¶ Fīcātum, *i*, n. jecur aprugnum aut fuillum arida fico faginatum. Nam ab isto pastu fuibus jecur in immensum crescere dicitur. v. Apicius 7, 3; & conf. Plin. 3, 51.

¶ Fīcītas, *ātis*, f. copia fici, überfluß an feigen. Nævius ap. Non. 2, 317.

¶ Fīcītor, *ōris*, m. ficorum collector, der feigen sammlet, Næv. l. c.

¶ Fīcōsus, *a, um*, ulceribus laborans, mit feigwarzen behaftet. Mart. 7 ep. 70 *Ficosa est uxor, ficosas & ipse maritus, &c.* Superl. in Priapeis carm. 50 *Ficosissima me puella ludit.*

¶ Fīcŭlneus, *a, um*, vom feigen-baum, item imbecillis, schwach; ut, *Ficulnea ligna*, Varro de R. R. 16 fin. Ita optimus quisque liber. Ita *Arbor ficulnea*, Colum. 5, 11. *Ficulnea cacumina*, Pallad. Mart. c. 10. *Fibulæ ficulneæ*, Cat. R. R. c. 31. *Ficulnei caules*, Plin. 15, 28. ¶ 2. *Ficulnea*, subst. vetus Latinorum oppidum a Tarquinio prisco captum, Liv. 1, 38. vid. Ficulnensis.

¶ Fīcŭlnus, *a, um*, idem. *Truncus ficulnus*, Horat. 1 sat. 8 pr. *Lignum ficulnum*, i. e. fragile & inutile, schwach holz. *Viros ficulnos, ἀνδρας σύκινους*, Theocritus aliquoties nominat molles atque inutiles, weibische und untüchtige männer. Eadem figura dicitur, *Ficulnum præsidium*, sive *auxilium*, h. e. infirmum & inutile, schwache hülfe. *Ficulna machæra, σύκινη μάχαιρα*, pro calumnia. Ficus enim mollis planta est, & ligna ejus nullius usus, interpretante sic Mich. Apostolio cent. 17 prov. 70.

¶ Fīcŭlnensis, *e*, adj. a Ficulnea oppido, de quo sub *Ficulneus* n. 2. *Ficulnensis via* olim dicta, post Numentana ad sacrum montem ducens, Liv. 10, 3. it. 3, 52 pr. Sed Cic. Att. 12, 34 editiones optimæ habent *Ficulensis*, quasi a *Ficulea*.

¶ Caprĭfĭcus, *i*, f. ficus silvestris, ein wilder feigen-baum. Describit Plinius 15, 19, & de etymo agit Isidorus 17, 7. Sed confer Voss. Etym. p. 105. Vulgo creditur parietes, quibus innascitur, atque adeo saxa obstantia carpere ac disrumpere: Vnde Martial. 10 epigr. 2 *Marmora Messalæ findit caprificus.* Hanc intelligit Iuvenalis, cum sat. 10, 244 ait: *Sterilis mala robora ficus.* Hor. epod. 5, 17 *Iubet sepulcris caprificos erutas aduri.* Adde Ter. Adelph. 4, 2, 38.

¶ Caprĭfĭco, *are*, nihil aliud est, quam culicibus, ex caprifico genitis, ficubus aliis maturitatem afferre, quam rem explicat Plin. 15, 19. Id. 16, 27 *Fici caprificantur.* Et Pallad. 7, 5 *Nunc caprificandæ sunt arbores fici.*

¶ Caprĭfĭcatio, *ōnis*, f. actus caprificandi sive ratio perficiendi, ut caprifici culices advolent, & ficos consumto lacteo humore ad maturitatem perducant. vid. Plin. 15, 19.

¶ Caprĭfĭcālis, *e*, ut *dies caprificiales*, i. e. caniculares, quibus mulieres sub caprifico sacra faciebant, legitur apud Plin. 11, 15. sed Harduinus ex MSS. *Initium caprifici.* vid. ipsius no. ad h. l. sed confer eundem ad 8, 33 f. 51. nom. 100.

FĬDĔLIA, *æ*, f. ein krug, τὸ ὑδρίαμα, *Samium vas ad plurimos usus*, ut Nonius 15, 5 interpretatur, Plaut. Aul. 4, 2, 15 *Fidelia congiolis.* ¶ 2. *De eadem fidelia duos dealbare parietes*, est officio ibi beneficio uno ac eodem duplicem inire gratiam. Vsus est proverbio Curius ad Cic. 7 ep. 29.

Fidelis, fidelitas, vide *Fides.*

FĬDĔNÆ, *arum*, f. pl. vicus Italiæ defertus, urbs olim in Sabinis, & colonia Romana Liv. 14, 17 pr. Primam produxere Horat. 1 ep. 11, 8, itemque Iuvenalis 6, 563 & 10, 100. Virgilius vero corripuit 6 Æn. v. 773 *Urbemque Fidenam.*

¶ Fĭdēnas, *ātis*, m. qui Fidenis natus aut colit. Adjective *Fidenas bellum*, quod inter Romanos & Fidenates fuit, Livius dixit 1, 15.

Fidens, fidenter, &c. quære in *Fido.*

FĬDES, sive Fĭdes, *ĭi*, seu Fides, *ium*, potius, f. plur. chordæ, saiten; dictæ a varietate & discordia fidei inter homines, secundum Ienii notas, quod tantum inter se chordæ, quantum inter homines fides concordet. *Canere fidibus*, Quintil. l. 1, 10, auf saiten spielen. *Scire fidibus*, Ter. Eun. 1, 2, 53, sich darauf verstehen. Et, *Fides epulis adhibere*, Quintil. 1, 10, al. 17, tafel-music haben. *Discebat fidibus antiquis*, Cic. de Senect. c. 8 extr. Singulari usus est Horatius 1 oda 12, 18 & *fide Teia dices &c.* Atque Persius 6, 4 *strepitum fidis intendis Latine.* Sic & Ausonius Idyll. 10, 443 *Audax exigua fide concino.*

¶ 2. *Fidis*, ut Fidicula, de qua mox dicemus, est fidus Lyræ. Colum. 11, 2 *Cal. Febr. Fidis incipit occidere.*

¶ Fĭdĭcŭla, *æ*, f. diminutivum, ein klein saiten-spiel. Cic. de N. D. 2, 8 *Fidiculæ numerosæ sonantes.* Gell. 1, 11 *Fidiculamque concentus.* ¶ 2. Est & sideris nomen, *Fidicula*, Lyra alias dicitur, sidus notum septemtrionale. Colum. 11, 2 post princ. *XI Kal. Febr. Fidicula vespere occidit.* Et Plin. 18, 26 *Pridie Nonas Ianuarii Cæsari Delphinus matutino exoritur: & postero die Fidicula.* ¶ 3. *Fidicula*, capillaris herba, *Trichomanes*, stein-brech, mauer-rauten. v. Vall. 1, 5.

¶ Fĭdĭcŭlæ, *arum*, f. plur. tantum, instrumenta tortorum, quibus rei in eculeo torquentur, ut fides inveniatur, quemadmodum tradit Isidorus 5, 27. Eculeus est machina multis intenta funibus, quibus ceu fidibus distenderentur facinorosi, hencker-oder folter-seile. Senec. de Ira 3, 3 *Eculei, & fidiculæ, & ergastula, & cruces.* Prudent. in Romano v. 481 contracti metri caussa: *Ignis & fidicle feviant.* Suet. Tib. c. 62 *Aliquem fidicularum tormento distendere.* Id. Calig. c. 33 *Exquirere fidiculis de aliquo*, einen auf die folter ziehen, martern.

¶ Fĭdĭcen, *ĭnis*, m. qui fidibus canit, ein saiten-spieler, geiger, lautenist, harffenschläger. Horat. 4 od. 3, 23 *Romanæ fidicen lyræ.* Cic. fam. 9, 22 *Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen.*

¶ Fĭdĭcīna, *æ*, f. eine lautene oder harffen-schlägerin. Ter. Eun. 3, 2, 4 *De fidicina istac?* id est, propter fidicinam, ut Donatus interpretatur, qui etiam ibidem adjecit: *Fidicinam esse, meretricum est.*

¶ Fĭdĭcīnus, vel Fĭdĭcīnius, *a, um*, musicalisch. Plaut. Rud. prolog. v. 43 *Eam vidit ire e ludo fidicinio domum.* Nostri vulgo aus der geig-stunde, schlag-stunde &c.

¶ Fĭdĭcīnarius, *i*, m. idem qui fidicen. Gloss. gr. lat. *Fidicinarius.*

¶ Fĭdĭcīno, *are*, auf saiten spielen, geigen. Mart. Capell. lib. 9; & Gloss. gr. lat. *fidicino.*

FĪDES, *ēi*, f. treu und glauben. *Fundamentum justitiæ est FIDES, id est, dictorum conventorumque constantia & veritas; credamusque appellatam FIDEM, quia FIAT, quod dictum est*, Cic. Off. 1, 7. Verum Tullius hic Στωικολογίᾳ ex mente Vossii Inst. Orat. 2 p. 243, cum *fides* sit a *fido*, atque hoc ex Græco πείθω, *persuadeo, fido, credo.* Donato ad Ter. Andr. 1, 1, 7 est *commendatorum fida executio vel observantia.* Seneca Medea v. 55 *Quæ scelere pacta est, scelere rumpetur fides.* Sed, *Fidem facere alicui*, Nepos 17, 8, 3, ein ding glaubwürdig machen. Ita Sall. Iug. 85, 29 *fidei caussa* h. e. ut nobis credatur. *Fidem dare* hoc sensu dixit Ovid. Fast. 2, 20 *Nunc quoque dant verbo plurima signa fidem.* Id. Art. 3, 674 *Prona venit cupidis in sua vota fides*, h. e. quæ cupimus facile vera esse credimus. Liv. 6, 13 extr. *Manifesta fides, publica ope Volscos adjutos*, h. e. satis constabat. Id. 10, 34, extr. *Dictis captivorum fides extitit*, id est, creditum est. *Habere fidem*, Ter. Eun. 1, 2, 59, & Nepos 2, 7, 2, glauben, glauben geben. Pro quo recentiores & *Adhibere*, exempli gratia Sulp. Severus vita Martini c. 1, & 11, & 23. Plautus vero Rud. 4, 2 *Adhibere fidem* dicit, ut adhibere diligentiam, curam: ubi *adhibere* idem est, quod *uti*, monente Vorstio, quem vide libro de Latinit. mer. suisp. p. 146. Profertur locus Cic. de div. 2, 59. Sed Gron. *Quodsi insanorum visis fides non est habenda. Quid est tam extra fidem?* Seneca ep. 92, was ist so ungläublich? *Fidere fidem, frangere fidem*, treulos seyn, untreu werden. Cic. pro Rosc. Comœd. c. 6 *Frangere fidem, perfidiosum & nefarium est. Fidem violare, ledere*, idem: Cic. pro Rosc. Am. c. 38 *Qui fidem ledit, oppugnat omnium communem præsidium. Fidem exuere*, Tac. Ann. 12, 14, 1. Contra, *servare fidem*, Virg. Æn. 2, 160, glauben halten. *Tueri fidem*, Cic. Att. 11, 1, seinen credit erhalten. *Liberare fidem*, Id. pro Flacco c. 20, zahlen, das versprochene erfüllen. *Fidem interponere suam*, Id. pro Rosc. Am. c. 39, bürge werden. Quæ ad pecuniariam rem fere pertinent, ut & illud Sall 24, 1 *Pecuniam sua aut amicorum fide sumtam mutuam.* Huc pertinet *fidejubere. Nusquam tuta fides*, Virg. 4 Æn. v. 373. *Fidem suam alicui adstringere*, Ter Eun. 1, 2, 22, zusagen. *Fidem alicui præbere*, Nep. 25, 4, 4, treu seyn. Liv. 28, 42 *Fraus fidem in parvis sibi præstruit, ut, cum operæ pretium sit, cum mercede magna fallat*, setzt sich in credit. Sic, *Fides angusta*, schlechter credit, Cæs. de B. Civ. 3, 1. Vbi vide Ciacon. *Fides labefactata*, Suet. Vesp. c. 4; add. Liv. 6, 11, extr. quam *affectam* Tacitus dixit Hist. 3, 65, 2, *afflictam*, Id. Hist. 1, 88, 5 vocat. *Male ambulantem* Petron. c. 12 p. 46. *Claudam* Sil. 13, 33. *Fides concidit*, credit fällt, Cic. pro Lege Manil. c. 7. Ter. Heaut. 3, 3, 10 *At mihi fides apud hunc est, nihil me istius facturum*, er traut mir so viel zu, daß ich nichts vergleichen vornehmen werde. *Hæc est fides?* formula in deserentes, Suet. Ner. c. 49. Sed, *Fides Deûm*, admirandi formula. Alia admirandi formula: *Mecæ fides!* qua sæpe usus Statius est. ¶ 2. *Fides*, idem quod pollicitatio, promissio, die zusage. *Fidem dare, accipere, servare, præstare*, Nepos 2, 3, 4; & 14, 10, 1. *Do fidem, futurum*, i. e. sancte promitto, ich verspreche bey treu und glauben, Ter. Eun. 5, 8, 30. *Admonet promissæ brevitatis fides*, die zusage erinnert mich der versprochenen kürze, Vellej. 2, 55, 1. Huc pertinet *fides publica* h. e. salutis promissio vel impunitatis, sicher geleit, pardon. Sall Cat. 47, 1 *Fide publica dicere jussus est.* add. c. 48, 4. Ita Iug. 32 fq. Cic. Cat. 2, 3. ¶ 3. *Bona fide* elegans formula apud Terent. Plautum & alios, cum quid vere & sine astu fallaciaque dictum factumque significant, treulich, auf euten glauben. Hinc transfertur ad alia, quæ vere ac serio, & cumulate ac largiter, nec tralatitie aut maligne facta denotamus. Sen. ep. 22 *Bona fide libertas placuit.* Tertullian. de Anima c. 1 *Dulce bona fide Platonem omnium hæreticorum condimentarium factum.* Apud Petronium c. 11 & 110 *Oscula bona fide exigere: basium bona fide dare*, legimus. Florus 2, 1 *Romanus cum bona fide adoleviscit.* Laberius apud Gellium 16, 7 *Tollet bona fide vos Orcus nudas in catonium.* Add. Burm. ad Quintil. decl. 12, 1 p. 241. Sed, *Græca fide mercari*, apud Plautum Asin. 1, 3, 47 est præsenti pecunia mercari, mit baarem geld. ¶ 4. *Fides* etiam significat auxilium, Ter. Adelph. 3, 4, 43 *Illa nunc fidem vestram implorat.* Statius vetus poeta apud Ciceronem de nat. Deor. 1, 6 pr. *Proh Deûm, popularium omnium adolescentium, clamo, postule, obsecro, oro, ploro atque imploro fidem.* Et Liv. 1, 7 *Fidem pastorum nequicquam invocans.* Apul. 8 Met. p. 209 *Illi Deûm fidem clami-*

clamitans. Quo pertinet formula, *Fidem Quiritum implorare:* Liv. 2, 23 *Nexo vinti fidatique se undique in publicum provipiunt, implorant Quiritium fidem.* ¶ 5. Sacris scriptoribus *Fides* sæpe ponitur pro fidei formula scripto comprehensa. Unde & *Scribere fidem* dicebant. Hilarius lib. ad Constantium Imp. quem Constantio ipse tradidit: *Perlecui fidem,* inquit, *nobis admodum atque miserabile est, tot nunc fides exigere, quot voluntates: & tot nobis doctrinas esse, quot mores: tot caplas blasphemiarum pullulare, quot vitia sunt: dum aut ita fides scribuntur, ut volumus, aut ita ut volumus, intelliguntur.* Et paullo post: *Confecit nobis invicem sumus, post Nicani conventus synodum nihil aliud, quam fidem scribi.* Apud Theologos hodie *fides* alia est, quæ creditur, quæ est externa fidei norma, alia, qua creditur, quæ est interna cordis fiducia. ¶ 6. Veteres inter numina *Fidem* numerabant, quo habitu fuerit depicta, docebit Weitzius ad Prudent. p. 683. v. Horac. 1 od. 35, & Varr. de L. L. 4, 10 fin. *Sancta fides* vocatur solenni epitheto. v. Drakenb. ad Sil. 2, 479. ¶ 7. *Fides, certus, fallere, mendax, &c.* de agris sertilibus vel sterilibus adhibentur. v. Burman. ad Petron. c. 117 p. 543. Add. Plin. Paneg. 32, 4. ¶ 8. *Fide* genitivo casu dictum poëtis v. g. Hor. 3 od. 7, 4 *Constantis juvenem* fide. v. Heinf. & Bur. ad Ovid. Met. 3, 341. Sic *in* S. C. apud Plin. Ep. 8, 6 *ut Pallas singularis fide, singularis industriæ fructum meritissime ferat.*

¶ Fidei committere, est alterius fidei præstandum ac faciendum aliquid demandare. Tertull. de præscript. adv. hæret. c. 37 *Sicut Apostoli cavebant, sicut fidei committerent, sicut adjuraverunt, ita teneo.*

¶ Fidei commissum, quod alterius fidei creditum, das anvertraut ist. Horat. 1 sat. 3, 94 *Si furtum fecerit, aut si Prodiderit commissa fide.* Vbi *fide* pro *fidi,* dixit antique. *Commissa fide,* i. e. fidei commissa. ¶ 2. Alias *Fidei Commissa* liberalitates dicuntur legato similes, quæ non civilibus verbis, sed precative testamento, codicillis, aut alio voluntatis ultimæ indicio conferuntur his verbis, RO-GO REDDAS: CUPIO DARI: VOLO UT DES, & quæ similia his erant. Nominis ratio inde est, quod a fide hæredis potissimum penderant. vide Ictos.

¶ Fideicommissarius, *a, um,* adj. ut, *Fideicommissaria hereditas,* quæ ex fidei commisso est, L. 77 § 24 Dig. de Legat. 2. Et, *Fidei commissaria verba,* quæ ad fidei commissa pertinent, L. 29 Dig. ad SC. Trebell. Et, *Fideicommissarius* substantive, cui fidei commissum cedit: ut, *Legatarius,* cui legatum cedit. v. l. 29 extr. Dig quibus mod. ususfr.

¶ Fidedictor, *ōris,* m. idem qui *Fidejussor,* ein bürge. Augustinus epist. 23 ad Bonifacium, de parvulis: *Quando ad baptismum offeruntur, pro eis parentes tamquam fidedictores respondent.* (al. *spondent*).

¶ Fidejubeo, *ēre,* bürge werden. Vlpian. L. 1 de Solutionibus & liberat. *Quod pro alio quis fidejusserat.* Verbum ortum, ut videtur, ex veteri sponsionum formula apud Brisson. p. 574. Salmas. de modo usur. c. 16.

¶ Fidejussio, *ōnis,* f. die bürgschafft. L. 20 Dig. de Fidejussoribus: *Servus fidejussionis nomine obligari non potest.*

¶ Fidejussor, *ōris,* m. ein bürge. v. Tit. de *Fidejussoribus* in Digestis: & Macrob. Saturn. 5, 19.

¶ Fidejussorius, *a, um,* bürgschaftlich: ut, *Fidejussoria cautio,* l. 38 § ult. ff. de sol. *Fidejussoria obligatio,* l. 50. ff. de fidejussoribus.

¶ Confidejussor, *ōris,* m. ein mitbürge. Vlpian. L. 26 Dig. de Pactis: *Idem & in confidejussoribus est.*

¶ Fideipromissor, *ōris,* m. ein bürge. Gloss. lat. gr. *Fideipromissor,* πιστοποιητὴς ἐγγύης.

¶ Fidius, *i,* m. deus, Iovis filius, a fide dictus, fideique præses, qui & *Sancus* seu *Sanctus* dicebatur. Hunc Herculem interpretantur. Lege Varronem de Lat. L. 4, 10; & Festum in *Medius fidius.* Ovid. Fast. 6, 213 *Quæreham, Nonas Sancus, Fidione referrem, An tibi, Semicaper: tum. mihi Sancus ait: Cuicumque ex istis dederis, ego omnia habebo.* Hinc formula jurandi, ME DIVS FIDIVS! seu *per Deum Fidium,* qui fidei præest; vel per Herculem, fidium, i. e. filium Iovis; vel *qui Me Dius filius,* cum Iupiter Graeci sit Ζεύς, Διός. Balbus Art. 8, 15 *Quod Lentulum voluisti hic manere, mihi gratissimum medius fidius fecisti.* Plaut. Asin. 3, 1, 8 *Per Deum fidium quæris.* conf. Plin. 4 ep. 3.

¶ Fidēlis, *e,* qui fidem servat, getreu der glauben hält. *Esse animo fideli in aliquem,* getreu seyn. Cic. pro Mil. c. 10 *Servi, qui animo fideli in dominum erant.* Id. fam. 9, 16 *Benevolentia fidelis.* Id. Att. 5, 18 *Fidelissimi sociis.* Et rursus pro Milone Cic. c. 27 *Homo mihi fidelissima gratia conjunctus.* Et 1 ep 3 ad Q. fratr. *Consilium fidelissimum.* Etiam ad alia transfertur. Cic. Ep. ad Div. 16, 17 *Et doctrina, & domus, & ars, & ager etiam fidelis dici potest, ut sic, quomodo Theophrasto placet, verecunda translatio.* Vide ad L. 1. Io. Fr. Gronovius. Sallustius huic voci casum sextum adjunxit, in Catil. c. 9 *Fidelis in amicis:* it. 52 *Misericordes in fratribus avarii,* ubi confer Cortio notata. ¶ 2. Substantive *Fidēles,* servi ministrique appellantur. Cic. Fam. 4, 1 *Si quem tuorum fidelium vobis, ad me mittas.* Vet. Gloss. *Fidelis,* πιστός ὄλος. conf. Taubm. ad Plaut. p. 263 ad v. 79. Nep. 2, 4, 3 *De servis quem habuit fidelissimum.* ¶ 3. Ecclesiastice *Fidelis* dicitur, qui Christianus factus est, ein gläubiger. v. Prudent. Perist. 2, 443; & 5, 334.

¶ Fidēle, adverbialiter pro *fideliter.* Prudentius in Romano v. 426 *Nunquam pro salute maximis Fortissimisque Principis cohortibus Aliter precabor, quam fidele ut militent.* Potest enallage esse, ut *Dulce ridere.* conf. Nonium 11, 25.

¶ Fidēliter, adv. treulich. *Constanter & fideliter in amicitia alicujus permanere,* Liv. 33, 35. Et Ovid. Ponto 2, 9, 47 *Didicisse fideliter artes, Emollit mores, nec sinit esse feros.* Compar. Cic. fam. 2, 12 *Quo fidelius ad te literæ perferantur.* Ovid Met 7, 36; *Quo proprior quisque est, fervidique fidelius ægro.* Quintil. 10, 3 pr. *Ut terra alte effossa fœcundior est: sic prælectus non a fonte petitus, studiorum fructus effundit uberius, & fidelius continet.* Gell. 17, 12 *Fideltus constantiusque valere.* Plin. Paneg. c. 56 *Fidelissime narrare.*

¶ Fidēlitas, *ātis,* f. treue, aufrichtigkeit. Cic. pro Planc. c. 29 extr. *Amicum in fidelitate servata mea vita est.*

¶ Infidelis, *e,* unglaubig. Cic Off. 3, 29 ex poëta veteri: *Neque decet neque fas fidelem esse in perfidum.* Cæsar B. Gall. 7, 59 *Bellovaci erant per se infideles.* Comp. *Infidelior* Plaut. Capt. 2, 3, 83 & Superl. *Infidelissimus* Cic. fam. 9, 1. ¶ 2. *Infidelis* ecclesiastice, ein ungläubiger. Salvian. princ. lib. 5 de Gub. *Scio quosdam infidelium quoque dicere.*

¶ Infideliter, adv. untreulich. Cic ad Brut. im libro a Germanis reperto ep. 1 *Minus putarim reprehendendum, si infideliter aliquid jenatui suaserim, quam si infideliter.* Superlativo utus Salvianus est lib. 3 contra Avarit. p. 122 *Si qui ex istis morte appropinquante filios non habent, quærunt infidelissime, quos aut propinquos, aut affines suos dicant.*

¶ Infidelitas, *ātis,* f. perfidia, die treulosigkeit. Cic. pro Mil. c. 26 *Quanta infidelitates in amicis.* Cæs. B. Civ. 2, 23 *Magno cum dolore infidelitatis suspicionem sustinere videbantur,* hoc est, ægre ferebant, suspectos se haberi.

¶ Perfidelis, *e,* recht getreu. Cic. Att. 2, 19 extr. *Si perfidelem habebo, cui dem, scribam plane omnia.*

¶ Perfidus, *a, um,* treulos, meineidig, violator fidei, mediam habet brevem. Cic. Off. 3, 14 *Omnes aliud agentes, aliud simulantes, perfidi, improbi, malitiosi sunt.* Id. post red. ad Quir. c. 9 *Perfidi amici.* Sup. *Perfidissimus* Ammiani esse fertur l. 19.

¶ Perfide, adv. falschlich, untreu. *Factum perfide rumpere,* Gell. 20, 1. Et M. Seneca Controv. 26 p. 317 *Perfide recuperare.*

¶ Perfidia, *æ,* f. untreu, falschheit. *Decipi alicujus perfidia,* Cic. pro S. Rosc. c. 38. ¶ 2. Aliquando *Veracitati* opponitur. Catull Epithal. Pelei v. 321 *Talia divino fuderant carmine fata. Carmine, perfidiæ quæ post nulla arguet ætas.*

¶ Perfidiosus, *a, um,* plenus perfidiæ, treulos, schelmisch, tückisch. Cic. fam. 13, 10 *Nihil in me perfidiosum, & infidiosum, & fallax in amicitia.* Ita & Div. in Cæcil. 18, 1. Et de Nat. Deor. 3, 32 *Omnium perfidiosissimus C. Marius.*

¶ Perfidiose, adv. tückischer weise. Cic. pro Rosc. Amer. c. 40 *Vbi multa audaciter, multa improbe, multa perfidiose facta videtis, ibi scelus quoque latere putatote.* Comp. Suet. Aug. c. 21 *Perfidiosius tumultuantes.*

Fidicen, fidicina, fidicula, vide supra *Fides, ium.*

FIDO, *fīsus sum, fīdere,* fidem habere, trauen. Iungitur dativo & ablativo. Sed de ablativo Servius negat. Ita enim ad illud Æn. 7 Virg. v. 290 *Moliri jam tecta videt, jam fidere terræ, Per dativum,* inquit, *jungendum: aliter non procedit.* Et iterum ad illud 10 Æn. *Fidite ne pedibus.* DATIVUS, inquit, *est* PEDIBVS, *Nam* FIDO TIBI *dicimus.* Cicero tamen cum ablativo junxit Aratum convertens; Ita enim lib. 2 vel 4 potius Acad Quæst. c. 20 *Meas cogitationes,* scribit, *sic dirigo, non ad illam Cynosuram, qua fidunt duce nostrarum Phœnices in alto, ut ait Aratus.* Et rursus de Nat. Deor. 2, 41 *Eumdem cæli verticem lustrat parva Cynosura, Hac fidunt duce nostrarum Phœnices in alto, &c.* Sic, *Fidere pecunia,* C. Nep. 6, 3, 5, & *victoria,* Id. 12, 1, 2, priore loco præpositio *in,* posteriore *de* subintelligi videtur. Adde quod mox in *Fidens* ex Cicerone exemplum recurret. ¶ 2. *Fidere,* absolute, getrost seyn. Philelphus ex Theocrito: *Fidere, Batte, decet, melius eras forsan habebit,* θαρσεῖν χρή, Φίλε βάττε, τυχὸν ἄμεινον ἐσσεῖ' ἄμεινον.

¶ Fidens, *tis,* vertrauend getrost, sich verlassend. Cic. Off. 1, 23 *Animus prudentia consilioque fidens.* Id. Tusc. 1, 46 *Fidenti animo, si ita res feret, gradietur ad mortem,* zuversichtlich. Virg. Æn. 2, 61 *Fidens animi.* Cic. Att. 6, 6. p. 627. Græv. *Puer bene sibi fidens* dictum videtur in eum, qui sibi plus justo tribuit. Apul. Met. 5 post pr. *Psyche paullo fidentior intra limen sese facit.* Et Ammian. 16, 31 *Romanus fidentior.* Id. 27, 24 *Fidentissimo impetu.*

¶ Fidenter, adv. cum fiducia, getrost. Apul. 2 Milef. *His auctoratus ad custodiam mariti tui fidenter accessit.* Ibidem: *Quotus operam nostrum desiderabis, fidenter impera.* Et Cic. de Divin. 2, 31 *Timide fortissimi signifer evellebat signum, quod fidenter infixerat,* & de Fin. 2, 7 *At ille non pertimuit: saneque fidenter.* Compar. Cic. Att. 6, 1 *De Octavio rescribo, te illi probe respondisse: paullo vellem fidentius.* Ammian. 17, 2 *Ausi omnes accedere fidentissime.* Id. 19, 3 *Dimicantes fidentissime.* Et Augustinus de vera religione c. 3 pr. *Fidentissime dixerim.*

¶ Fidentia, *æ,* f. prima animi consisio, ut ait Cicero Tusc. 4, 37, zuversicht. Adde eumdem de Invent. 2, 54.

¶ Fidus, *a, um,* getreu, quem quidam a *fideli* ita distinguunt, ut *fidum* amicum dicamus, *fidelem,* servum, vel *fidum* in majoribus, *fidelem* in minoribus negotiis. Attamen hæc duo sæpissime pro eodem accipiuntur. Dicitur etiam de iis, quæ sunt hominis, & ad hominem pertinent. C. Nep. 14, 8, 6 *Amicitiam nox fidam futuram putabat.* Virg. Æn. 6, 524 *Fidas enses,* darauf man sich verlassen darf. Comp. Iustin. 16, 5, 2 *Vt eos sibi fidiores redderet.* Superl. *Fidissima uxor,* Cic. fam. 14, 4 extr. *Fidissimi nostris rebus,* Hirt. Afr. B. c. 79.

¶ Fide, Fidissime, adv. treulich. Cic. fam. 2, 16 *Quæ mihi a te ad timorem fidissime atque amantissime proponuntur.*

¶ Fidimen, *ĭnis,* n. pro fiducia, gut vertrauen. Tertull. Carm. ad Senat. v. 83 *Corrige delictum fidamine.*

¶ Fidūcia, *æ,* f. zuversicht, trost, vertrauen. A spe differt ut major & certior. Sen. ep. 16 *Iam de te spem habeo, nondum fiduciam.* Sic *Fiducia mei, tui, sui, &c.* Liv. 25, 37. Propert. 3, 24 pr. *Falsa est fiducia formæ,* das vertrauen auf schönheit ist betrüglich. Virg. 1 Æn. v. 132 *Tanta ne vos generis tenuit fiducia vestri.* Servius ad 2 Æn notat, *Fiduciam* Veteres pro *crimine* etiam & *audacia* potuisse. *Nimia fiducia quante calamitati soleat esse,* Nepos 16, 3, 1. conf. Nonium 4, 205. ¶ 2. *Fiduciam accipere,* wiedertäuflich kaufen. *Fiducia commissa est,* i. e. res fiduciæ, seu pignori data, alterius propria est facta, debitore scil. ad diem non solvente. v. Menck. observ. h. l. Vtus est utraque formula Cicero in Topicis c. 10, & pro Flacco c. 21. Vide ICtos. ¶ 3. *Fiducia* in plurali sunt pignora & hypothecæ, verstrickung. Cic. Off. 3, 17 *Itemque bona nomen existimationemque manare latissime idque versari in tutelis, societatibus, pupillis, mandatis, rebus emtis, venditis, omnibusque locatis.* Id. pro Q. Roscio Comœdo c. 6 *Si quæ sunt privata judicia summæ existimationis & pene dicam capitis, tria hæc sunt fiducia, tutelæ, societatis.* Hinc apud veteres Iurisconsultos *Fiduciæ judicium* est, quod Tubonianus dixit *pignoratitium judicium.* v. Salmasius de Modo usurarum c. 14.

¶ Fiduciarius, *a, um,* anvertraut. Sic *venditio fiduciaria* est,

quæ fit sub lege, seu pactione redimendi, ein wiederkäuflicher kauf, mit vorbehaltener macht des wiederkaufs. *Mancipatio fiduciaria* idem fere. Sic *Hæres fiduciarius*, cui hæreditatis administratio ad tempus certum commissa est, quo restituat. vide ICtos. ¶ 2. *Fiduciarius* etiam antiquis nota tritaque vox fuit. Cæsar Civ. 2, 17 *Neque se ignorare, quod esset officium legati, qui fiduciariam operam obtineret*, hoc est, qui non propriam provinciam regeret, sed quam suo tempore deberet reddere. Sic Arsinoes *Regnum* appellatur *Fiduciarium* ab Hirtio B. Alexand. c. 23, quod erat redditura, controversia inter fratrem & Cleopatram sororem composita. Liv. 32, 38 *Philippus magis de Argis, quam de Corintho sollicitus, optimum ratus, Nabidi eam Lacedæmoniorum tyranno, velut fiduciariam dare, ut victori sibi restitueret.* Curt. 5, 9, 8 *Regem temporis gratia statuamus; compositis rebus justo regi fiduciarium restituet imperium.*

¶ Fiducio, *are*, verbum ICtorum veterum, verpfänden, wiederkäuflich verkaufen. Vnde Tertullianus, qui amat cum ICtis loqui, *Fiduciarii pignoribus*, de Idololatria dixit c. 23, ubi Rigaltius vide. Vetus Gloss. *Fiduciat, ὑποτιθέται: Fiduciatus, ὑποτιθέμενος*, versetzet. Vetus inscriptio in vinea Cardin. Carpensis: DIS MANIBVS. M. VLPIVS AVG. LIB. SYMPHOR. FLATVRARIVS AVRI ET ARGENTI MONETAR. SIBI ET VLPIÆ HELPIDI. QVÆ ET CLAVDIA LIB. ET VXORI SVÆ, &c. FECIT ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE VTRIVSQVE SEXVS, &c. EA CONDITIONE NE FIDVCIENT. NE VENDANT NEVE ALIO QVO GENERE ID SEPVLCRVM SIVE MONVMENTVM EST ALIENARE VLLI POTESTAS SIT. v. Gruteri Inscript. p. 638 n. 4.

¶ Fiduciatus, *a, um*, versetzet, verpfändet. Gloss. vet. *Fiduciatus, ὑποτιθέμενος. Pignora fiduciata*, Tertull. l. c.

¶ Fiduciālis, *e*, zuversichtlich; & hinc est

¶ Fiduciāliter, adv. cum fiducia, getrost. Gloss. vet. *παῤῥησιάζομαι, Fiduciāliter ago:* quo modo idem verbum Vulgatus quoque interpres Act. Apost. c. 9 v. 27, 28 expressit. Ambrosius ad lapsum virgin. c. 3 *Vales, aliquem sanctorum fiduciāliter intueri?* Et Augustinus Confess. 9, 13 *Fiduciāliter sperare.*

¶ Fiduștus, *a, um*, getreu; a *Fidus*, ut a *vetus, vetustus*. Festus: *Fiduśta a fide denominata ea, quæ maximæ fidei erant.*

Composita:

¶ Confīdo, *confīsus sum, confidĕre*, fidere, credere, jungitur iisdem casibus, quibus *Fido*, sich verlassen, trauen, vertrauen. *Sibi, virtuti suæ confidere*, Cic. pro Flacco c. 2; &, *Caussæ suæ confidere*, ad Att. 8, 9. Seneca Thyeste v. 615 *Nemo confidat nimium fecundis; Nemo desperet meliora lapsis.* Et Cic. Tusc. 1, 31 *Nil nimio oportet confidere*, man muß nicht zu viel trauen. ¶ 2. Cum ablativo: *Confidere affinitate* alicujus, Cæs. B. Civ. 3, 83. *Corporis firmitate & fortunæ stabilitate confidere*, Cic. Tusc. 5, 14. ¶ 3. Cum præpositione: *Confidere de salute*, Cæsar B. Civ. 2, 5. Et, *Confidere in aliquo.* Hirtius B. African. c. 19 *Qui in illorum sibi confideret multitudine.* Sic, *Confido fore*, ich bin des vertrauens ꝛc. Cic. ad Planc. Att. 16 epist. penult. *Deinde confido fore, ut alio genere literarum utamur.* Sic, *Confido, rem, ut volumus, esse*, Cic. Att. 6, 7 & absolute *Confide ut* &c. Plin. 2 ep. 5, 7 *Confiderunt* pro *Confisi sunt*, extat apud Liv. 44, 13. v. Borrich. Cogit. p. 289.

¶ Confīdens, *tis*, in utramque partem, getrost, beherzt, vermessen. Ter. Andr. 5, 2, 14 *Nescio, qui senex modo venit, illum, confidens, catus*, i. e. constans, gravis. Id. Phorm. 1, 2, 73 *Homo confidens*, id est, audax & temerarius, ein verwegener bube. *Confidens animi*, Suet. Domit. c. 12 extr. Virg. Georg. 4, 445 *Num quis te, juvenum confidentissime, nostras Iussit adire domos.* Cic. Tusc. 3, 7 *Confidens mala conjunctudine loquendi in vitio ponitur; ductum verbum a confiendo, quod laudis est.* Gell. 10, 26 *Quod est nimium confidentius.* Et Apul. Apol. p. 318 *Confidentissimo mendacio adseverabat.* Ammian. 24, 11 *Fudit confidentissimum Gallum alitis prægnatione Valerius.*

¶ Confidenter, adv. muthig, getrost, unerschrocken. *Dicam jam confidentius*, Cic. pro Cælio c. 19 pr. *Ego quidem loquar confidentius*, i. e majori fiducia, Id. de Orat. 2, 7. *Confidentissime alicui resistere*, sich einem trotzig widersetzen, Auctor ad Herennium 2, 5. *Confidenter, malitiose, flagitiose factum*, Id. 1, 5.

¶ Confidentia, *æ*, f. die zuversicht, freymüthigkeit. In malam plerumque partem, ut in bonam *Fiducia*. v. Voss. Inst. Orat. 2, 7 p. 243, ex Donato ad Ter. Andr. 5, 3. Et id. Eun. 5, 1 extr. *Tum quæ ejus confidentia est? Confidentia & temeritas tua*, dein trotz und vermessenheit. Cic. Philipp. 2, 40. In bonam partem Plaut. Amph. 5, 1, 3 *Nec ulla est confidentia jam meo in corde.* Id. Asin. 3, 2, 3 *Scapularum confidentia virtute ulmorum freti.* Cælius Cic. fam. 8, 8 *Quæ maxime confidentiam attulerunt hominibus.* conf. Nonium 4, 71, & Borrich. Vind. p. 32.

¶ Confīsus, *a, um*, sich verlassend, vertrauend. Lentulus Cic. fam. 12, 14 *Excelsus ab Antiochia Dolabella, nulla alia confisus urbe, Laodiceam se contulit.* Curt. 4, 10, 16 *Satis confisus Græcorum erga se benevolentiæ ac fidei.*

¶ Confissio, *ōnis*, f. fidentia, die vertrauung. Cic. Tusc. 4, 37 *Si fidentia, id est, firma animi confissio, scientia quædam est.*

¶ Confidentĭ-loquus, *a, um*, kühn in reden. Plaut. Trin. 1, 2, 164.

¶ Diffīdo, *diffīsus sum, diffidĕre*, desperare, credulitatem ponere, mistrauen, zweiffeln, verzagen. *Sibi diffidere*, Cic. Divin. 2, 3. Et, *Plura de hac re scribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere*, Serv. Sulpitius Cic. fam. 4, 5. *Rebus suis diffidere*, Liv. 1, 2. *Diffido, me posse in hac caussa consistere*, Cic. pro Quint. c. 24. Et, *Experire, quod te assequi posse diffidas*, in Orat. c. 1 *Memoriæ diffidere*, Quint. 6, 1 pr. *Solvitis ejus, ac memento diffidere*, Νῆσε, καὶ μέτρησο ἀνεμίαν, dictum Epicharmi, traue, und traue doch nicht zu viel. *Diffidit* pro *diffīdus est* invenitur apud Quintil. declam. 287 *Cum caussæ patris diffidisset vir fortis.*

¶ Diffīdens, *tis*, mistraulich. *Diffidens & desperans suis rebus*, Cic. in Pisonem c. 36.

¶ Diffidenter, adv. idem. *Timide & diffidenter attingere*, Cic. pro Cluent. pr. *Multo timidius ac diffidentius bella Pontica ingressus*, Iustin. 38, 7, 4.

¶ Diffidentia, *æ*, f. *ἀπιστία*, das mistrauen. Cic. Invent. 2, 54 *Fidentiæ contrarium est diffidentia, & ea re vitium est.* Et in meliorem partem Tusc. 4, 37 *Metus est diffidentia exspectati & impendentis mali.* Iustin. 1, 8, 10 *Similatæ diffidentia.*

¶ Diffīsus, *a, um*, nicht trauend, verzagt. Cic. pro Muræna c. 30 *Ego quoque diffisus ingenio meo, quæsivi adjumenta doctrinæ.*

¶ Subdiffīdo, *ere*, nonnihil diffidere, etlicher massen nicht trauen. Cic. Att. 15, 20 *Ego, quo die audivi, illum tyrannum in concione clarissimum virum appellari, subdiffidere cœpi.*

¶ Infīdus, *a, um*, media porrecta, non fidus, untreu. Cic. de Amicit. c. 15 *Tarquinium dixisse ferunt, tum, cum exsul esset, intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quosque infidos.* Horat. 1 od. 35, 25 *Vulgus infidum.* Et Liv. 1, 14 *Infida regni societas*, zween oder drey in einem regiment halten einander keinen glauben.

¶ Infide, adverb. untreulich, legitur apud Firmicum.

¶ Levifidus, vide infra *Levis.*

¶ Perfidens, *tis*, i. e. valde fidens, allzukühne. Aur. Vict. Cæs. c. 17 *Audacia ac robore corporis pugnandique arte perfidens.* Quin Cic. Off. 1, 26 *Homines fecundis rebus effrenati sibique perfidentes.* Sed hic rectius a

¶ Præfido, *ere, præfidentes* legitur.

¶ Præfidentia, *æ*, f. die vermessenheit. Scriban. de Pass. Chr. c. 5 *Præfidentium fugere.*

Fiducia, fiduciare, fiduciarius, fidus, quære in *Fido.*

Figlina, figmen, figmentum, vide *Fingo.*

FIGO, *fixi, fixum, figĕre*, immittere est, einsencken, einschlagen, stecken, heften. Virg. Georg. 4, 115 *Feraces figat humo plantas.* Cato R. R. c. 21 *Imbrices medias clavulis figito.* Sic, *Figere verubus*, affigere carnes, braten anstecken, Virg. Æn. 1, 212. *Figere cervos*, Id. ecl. 2, 29, trajicere est, wild fällen. *Figere arma*, id est, affigere, suspendere in foribus vel parietibus templorum, Id. Æn. 1, 248. Quod illorum erat, qui militiæ renuncibant. *Figere legem*, hoc est, ferre, constituere, gesetz machen, quia loco publico ad memoriam figebantur. vid. Brisson. form. 2 p. 137. Cic. Att. 14, 12 *Antonius fixit legem, a dictatore comitiis latam:* & Virg. Æn. 6, 616 *Leges fixit pretio atque refixit.* Et, *Figere tabulas*, idem, Cic. Phil. 1, 1. Metaphorice Id. fam. 2, 6 *Ego omnia mea studia, omnem operam, industriam, cogitationem, mentem denique omnem in Milonis consulatu fixi*, ich habe mir es lassen angelegen seyn, ich habe mich sehr darüber bemühet. Seneca epist. 11 *Figere oculos in terram*, die augen niederschlagen. Horat. 3 od. 15, 2 *Figere modum alicui rei*, maaß setzen.

¶ Fixus, *a, um*, ratus, firmus, fest gestellt, standhaftig. *Illud fixum in animis vestris tenetote*, Cic. pro Balbo extr. dencket fleißig daran, vel seyd versichert. Id. Att. 8, 14 *Simul scito, labare meum consilium illud, quod jam satis fixum videbatur*, es war fest beschlossen. Cic. fam. 10, 34 *Hæc perpetuo animo meo fixa manebunt*, es soll unvergessen seyn. Virg. Æn. 4, 15 *Si mihi non animo fixum immotumque sederet.* Comp. *Fixior*, apud Arator. in Act. Apost. c. 4 in invectiva adversus Iudæos: *Sol ruit in tenebras, tu* (Iudæa) *pectore nigra rebellas: Arva tremunt concussa locis, tu fixior hæres.*

¶ Fixe, adv. fest. Comp. Augustin. epist. 6 extr. *Vbi tenacius habitabit & fixius, nisi unde se Deum visurum esse præsumit?*

¶ Fixio, *onis*, f. die heftung. Vet. Gl. *Fixio, κάθηλωσις, πῆξις.*

¶ Fixūra, *æ*, f. idem. Vulgatus Interpres Ioann. 20, 25 *Fixura clavorum*, nägelmahl. Vet. Interp. Irenæi 5, 10 *Ostendere discipulis fixuram clavorum.* Adde Tertull. adv. Gnost. c. 1.

Composita a *Figo.*

¶ Affīgo, *xi, xum, ĕre*, anheften. Liv. 28, 37 *Laceratos verberibus cruci affigi jussit*, er hat sie henncken lassen. *Literas pueris affigere*, Quintil. 1, 1 pro inculcare, das a b c wohl einbilden. *Animis affigi* illa dicuntur, quæ tenaciter inhærent, Plin. 30, 1. Et Sen. epist. 11 *Affigere animo*, mercken. Arnobius ineunte lib. 6 *Confuestis crimen nobis maximum impietatis affigere*, anhängen. Cum præpositione *ad* hoc verbum Cicero in Tusculan. 2, 10 pro Rosc. 20 & alibi conjunxit, observante Menckenio, h. v. ¶ 2. *Affigere & affligere* sæpe miscent librarii. v. Drak. ad Sil. 1, 674.

¶ Affixus, *a, um*, angeheftet. Horat. 3 od. 5, 18 *Signa Punicis affixa delubris.* Virg. Æn. 10, 161 *Affixus lateri.* Cic. ad Quint. fr. 3, 1 *Jubes illum mihi esse affixum tanquam magistro*, daß er stets um mich seyn. Id. Verr. 6, 53 *Penitus affixum atque insitum in animo & sensu.* Id. fam. 1, 8 *Iis in rebus me sibi ille affixum habebit*, i. e. eadem omnia volentem & conantem. Compar. Porc. Latro Declam. in Catil. *Nihil illo perspe affixius ad colenda bonorum consortia.*

¶ Affixio, *onis*, f. die anheftung; item die beywohnung. Marc. Capell. 1 p. 14 *Hæc Philologiæ gracilentæ quadam adfixione consuevit.*

¶ Antefigo, *ere*; unde

¶ Antefixus, *a, um*, vorangeheftet. Vitruv. 10, 15 *Antefixa latitudo foraminis.* Liv. 26, 23 *Quæ in antefixis erant.* v. Gronov. Et 34, 4 *Antefixa fictilia Deorum.* Pompejus Festus: *Antefixa, quæ ex opere figulino tectis adfiguntur sub stillicidio.*

¶ Circumfigo, *ĕre*, umstecken. Cato R. R. c. 20 *Cuneis sulignis circumfigi oportet hanc.* Tertull. adv. Marc. 4, 42 *Duo scelesti circumfiguntur Christo.* Συσταυρωσιν aut περιστανρωσιν significat Gloss. Vet. *Circumfigo περιπήγω.*

¶ Configo, *ĕre*, erstechen, durchstechen. *Configere oculos cornicum*; vide *Cornix. Configere tabellam aculeis*, ein bret annageln, Colum. 7, 3. Cicero metaphor. Phil. 12, 7 *Diffidebant Servilio, meminerant ejus sententiis confixum Antonium*, daß ihm der schwären aufgestochen worden. Id. Phil. 7, 2 *Omnes curas cogitationesque in Reipubl. salute configere*, quod & *defigere* dixit in Phil. 14, 5.

¶ Confixus, *a, um*, durchstochen. Cicero de Natura Deor. 2, 50

Capræ in Creta feræ, cum sunt confixæ venenatis sagittis, dictamnum quærunt, geſchoſſen. Ex Ariſtotele, vid. *Dictamnus. Confixi ceciderunt*, ꝛc. relis, C. Nep. 14, 9, 5.

¶ Confixus, *ûs*, m. ein ſtich. Ex Lucilio Cic. de Orat. 2, 62 *An confixum vis facere?*

¶ Confixĭlis, *e*, zuſammen geheft. Apulej. 4 Mileſ. p. 148 *Confixilis machina*, i. e. pegma. Vid. Lipſ. de amphith. c. 22.

Crucifĭgo, *ĕre*, vide ſupra *Crux*.

¶ Dĕfĭgo, *ĕre*, hineinſtecken, einſencken; ut, *Terræ defigitur arbos*, Virg. Georg. 2, 290. *In eo mentem defigere*, ſein gemüth darauf richten, Cic. de Orat. 3, 8. *Defigere cultrum in corde*, Liv. 1, 58 de Lucretia. *Defigere gladium jugulo*, Id. 1, 25. *Defigere ſicam in corpore alicujus*, Cic. Catil. 1, 6 extr. einen erſtechen. *Defigere oculorum aciem in aliquid*, etwas ſcharf anſehen. Plin. 8, 16. ¶ 2. Idem videtur ſignificare quod refigere. Cic. fam. 7, 29 *Noſtra defigere, deportareque tuto poſſemus*, einpacken. De demigratione enim ſermo eſt. In editione Gothofr. adſcripturn f. *refigere*, quod probat etiam I. F. Gron. al. *deferre*, quod ex gloſſa verbi deportare ortum videtur. Tuetur *defigere* Grut. & Gron. ¶ 3. Eſt & veneficiorum & devotionum verbum, bezaubern, beſchwören. Virg. Cir. v. 377 *Regis Iolchiacis animum defigere votis. Vota Iolchiaca* ſunt devotiones magicæ, ſive veneficæ, qualibus Theſſali, gens iis rebus infamis, uti ſolebant. Auctor libri de herbis, qui vulgo Apulejo adſcribitur, c. 7 *Si quis DEVOTVS DEFIXVSQVE fuerit in ſuis nuptiis, ſic eum reſolvas.* Seneca Hercule Oeteo v. 123 *Hoc inquit magæ Dixere, amorem poſſe defigi malo.* Plura vide apud Ryckium in Tac. Ann. 2, 30, 4 p. 37. & Heinſ. ad Ovid. Am. 3, 7, 29 *Sagave pæniceæ defixit nomina ceræ.* ¶ 4. Hinc ad ſtuporem ex admiratione transfertur. Liv. 3, 47 extr. *Primo ſtupor omnes admiratione rei tam atrocis defixit*, ſie ſind erſtaunet.

¶ Defixus, *a, um*, eingeſencket, anklebend. Cic. de Haruſp. reſp. c. 26 *Multa in eo vitia penitus defixa atque hærentia.* Id. Phil. 4, 6 *Virtus eſt una altiſſimis defixa radicibus. Defixis oculis intueri aliquid*, Horat. 1 ep. 6, 14, ſtarr anſehen, kein auge verwenden. *Obtutu hæret defixus in uno*, Virg. Æn. 1, 499.

¶ Defixio, *onis*, f. die hineinſteckung, item, die bezauberung. Gloſſ. lat. gr. *Defixiones*, νεκρομαντεῖαι, κατάδεσμοι.

¶ Infigo, *ĕre*, hineinſtechen; ut, *Gladium hoſti in pectus infigere*, Cic. Tuſc. 4, 22, den degen in leib ſtoſſen, erſtechen. Sed, *Infigere animo*, eſt firmæ memoriæ tradere, mercken. Quintil. 1, 8 *Præcipue illa infigat animis*, magiſter puta: hoc eſt, doceat ſedulo atque inculcet. Cum præpoſ. *in* & caſu ſexto paſſim Cicero junxit, uti Mencken. in Obſerv. L. L. notat.

¶ Infixus, *a, um*, eingedrückt. Virg. Æn. 4, 4 *Hærent infixi pectore vultus.* Et v. 689 *Infixum ſtridet ſub pectore vulnus.* Sen. epiſt. 11 *Quicquid infixum & ingenitum eſt*, von natur eingepflantet. Liv. 3, 71 *Infit, ſe rem vetuſtate obliteratam, ceterum ſuæ memoriæ infixam afferre.* ¶ 2. *Inſidus* pro *infixus*, ICt. l. 7 ff. de incendio & ruina &c. *Navis vel inſida, vel fracta.*

¶ Offigo, *ĕre*, vorheften, vormachen. Liv. 33, 5 *Denſos offigunt implicantque ramos.* Et Cato c. 49 *Furcas circum offigito.* Sic Popma legit: *Affigito* alii. Plaut. Moſt. 2, 1, 13 *Offigantur bis pedes, bis brachia*, de eo, qui in crucem agendus erat.

¶ Circumoffigo, *ere*, umherſtecken. Cato R. R. 48 *Furcas circumoffigito.*

¶ Perfixus, *a, um*, durchſtochen; ut, *Perfixo pectore ictli*, Lucret. 6 391 *Natura perfixa pavoris telis torpet*, Id. 3, 306. conf. 2, 360.

¶ Præfigo, *ĕre*, vorſetzen verſtecken. Plin. 33, 4 *Lineas itinere præfigunt.* Virg. Æn. 10, 80 *Præfigere puppibus arma.*

¶ Præfixus, *a, um*, vorgeſteckt. Virg. Æn. 10, 479 *Robur præfixum ferro.* Plin. 16, 4 *Roſtra navium Triouanli præfixa, foro decus erant.* Suet. Cæſ. c. 24 *Caput haſta præfixum circumtulit.*

¶ Réfigo, *ere*, reſcindere, abreiſſen, losbrechen. *Leges refigere*, geſetze abſchaffen. Cic. Phil. 13, 3 *Acta Antonii reſcidiſſis: leges refixiſſis: per vim & auſpicia latas decreviſtis. Fixit leges pretio atque refixit*, Virg. Æn. 6, 622. vid. quæ diximus in *Figo*. Cic. fam. 12, 1 *Cujus æra refigere debebamus, ejus etiam chirographa defendimus?* Sic, *Refigere ſe crucibus*, eſt reſolvere & liberare a crucibus, auflöſen, apud Senecam de Vita beata c. 19.

¶ Refixus, *a, um*, abgeriſſen; ut, *Clypeus refixus*, Virg. Æn. 5, 360, & Hor. 1 od. 28, 11. *Cælo refixa ſidera*, Virg. ibid. v. 527, & Hor. epod. 17, 5.

¶ Suffĭgo, *ĕre*, affigere, proprie inferius figere, von unten heften. *Aureis clavis ſuffigere crepidas*, Plin. 33, 3, mit guldenen zwecken beſchlagen. Juſtin. 22, 7, 8 *A Pœnis patibulo ſuffixus eſt*, er iſt aufgehencket worden. *Suffigere cruci* (v. mox *Suffixus*) & *in altiſſimam crucem*, Juſtin. 18, 7, 15; & *in crucem*, creutzigen: Hirtius b. Afric. c. 66 *Iuba Numidas eos, qui loco amiſſo fuga ſe receperant in caſtra, in cruce omnes ſuffixit.* Interdum *Subigo* invenias, ut Firm. de err. prof. rel. c. 8 *Septem verubus corporis mei membra lacerata ſubſigunt.*

¶ Suffixus, *a, um*, aufgeſteckt aufgeheftet, gehencket. Cic. in Piſon. c. 18 *Si te & Gabinium cruci ſuffixos viderem.* Sen. de Tranqu. an. c. 10 *Nec ſublevati, ſed ſuffixi.* Catull. 68, 39 *Ianua ſuffixa tigillo.* Sil. 1, 153 *Erecto ſuffixus robore.* Lucanus 8, 684 *Phariique veruto Suffixum caput eſt*, Pompeji puta, auf eine pique geſteckt.

¶ Superfixus, *a, um*, draufgeſteckt, draufgeſteckt; ut: *Superfixa capita hoſtium*, ſcil. haſtis, Liv. 42, 60.

¶ Transfigo, *ĕre*, durchſtechen. *Gladio per pectus aliquem transfigere*, Liv. 2, 46, ad quem locum conf. Drackenb. *Dicentis latus haſta transfixit*, Curt. 8, 1, 51. *Haſtis corpus transfigi ſolet*, Plaut. Moſt. 2, 1, 11.

¶ Transfixus, *a, um*, durchſtochen, durchlöchert. Vellej. 2, 74, 4 *Transfixam ſe gladio flammæ intulit.* Cic. de ſin. 2, 30 *Evelli juſſit eam, qua erat transfixus, haſtam. Transfixi clypei*, Silius 10, 317. *Transfixum pectus*, Virg. Æn. 7, 488. Et *Haſta transyxa*, Id. 11, 645. Figulus &c. & Figura, &c. vide *Fingo.*

Filatim, vide *Filum*, Filiętum, filicula, *Filex.*

FĪLIVS, *i*, m. ein ſohn. ἀπὸ τῆς φιλίας, i. e. *amore:* vel a familia ſecundum Iſidorum 9, 5; ubi etiam quatuor modis filii appellantur, *natura, imitatione, adoptione & doctrina.* Cic. de Fin. 2, 18 *Effigies & humanitatis & probitatis paterna filius.* Et ſam 6, 5 *Imago animi & corporis filius*, der dem vater ähnlich ſiehet und nachſchlaget. *Ita mihi contingat hærede filio mori*, formula jurisjurandi apud Quintil. 9, 2. conf. Bynckersh. diſſ. jur. Rom 1, 19. *Iſſe loco filii*, an ſohns ſtat ſeyn, Cic. pro domo c. 14. *Filius herili*, der junge herr, Plaut. Caſ. 4, 2, 83; Bacch. 2, 2, 55; & Proverbium, multorum ſeculorum exemplis confirmatum: *Heroum filii, νόθοι*, groſſer und weiſer leute kinder gerathen ſelten wohl, ἡρώων τέκνα, πήματα. Spartian. in vita Sev. Imp. c. 20 *Nominem prope magnorum virorum optimum & utilem reliquiſſe filium, ſatis claret*, ubi porro eum locum ex hiſtoria Rom. tractat. ¶ 2. *Filii* numero plurium, etiam *filias* comprehendunt. Quint. 9, 3 p. 517 & ibi Burm. ¶ 3 *Filius legitimus*, qui ex legitima conjuge: *Naturalis*, ex concubina: quamquam eumdem & pro legitimo nonnulli dixerint. vide *Naturalis* in *Naſcor.* ¶ 4. *Filii* vox, quemadmodum & *Patris*, inter blandimenta etiam adulatoria fuit. Diogenes Cynicus Philippum, ad Dionyſ. Tyrannum: Σὺ δὲ ὥσπερ τὰ παιδία πάππας τινὰς καὶ πάππου ἀγαθοῦ καὶ Διὸς υἱοὺς, καὶ τέκνον, &c. *Tu vero taſſar puerorum eſſ inviſti tibi neſcio quos paterculos & nutrices, qui tibi ajunt:* ACCIPE HOC, FILI, &c. Obſervavit Casaubonus ad Theophraſtum περὶ κολακείας. ¶ 5. Ebræi eleganter *Filium* alicujus rei appellare ſolent, cui quis deſtinatus vel deditus eſt. Quemadmodum S. Matthæus υἱὸν γεέννης, c. 26, 15 *Filium gehennæ, filium perditionis, filium inobedientiæ*, Paulus 2 Theſſ. 2, 3; & Epheſ. 5, 6 dixit. Simili ratione & Varronem *inconſtantiæ filium*, de inconſtantiſſimo homine dixiſſe Casaubonus ad allegatum Matthæi locum obſervat. ¶ 6. Eosdem imitati Græci, *filiorum* appellationes ad res inanimatas transtulerunt, earumque rerum filios filiasve dixerunt, unde productæ eſſent. Ita Pindarus: ἡμέραν παῖδα ἁλίου, *diem, filium ſolis*, βιατὰν παῖδα ἀμπέλου, *vinum filium vitis* vocavit. Cujus generis infinita exempla Rittershuſius congeſſit Comment. in Oppianum. vide & Taubm. in Plaut. Amph. p. 41. Sic quoque apud Iulianum in Cæſaribus p. 44 edit. Petav. Silenus, Bacchi nutritius, Alexandro, ſe omnia viciſſe jactanti, objecit, ἀλλὰ ὑφ' ἑτέρων γε σὺ πολλάκις αἱ ἡμέτεραι θυγατέρες, *viceerunt te ſæpius noſtræ filiæ*, h. e. vites, ut Iulianus interpretatur. Similiter Paulinus præſtantiſſimo lambo ad Cytherium, *filiam* de Colonia dicit, v. 305 *Sed propter inde poſita Gallorum ſolo Maſſilia, Græjum filia.* Maſſilia enim a Græcis Phocenſibus condita fuit. ¶ 7. *Filii Medicorum*, παῖδες ἰατρῶν, i. e. Medici. Ad quam rationem & illud Plauti Bacch. 2, 3, 74 NI. *Qui iſtic Theotimus eſt?* CH. *Megabyzi filius*: id eſt, Megabyzus, ubi vid. ¶ 8. *Cæli filius* eſt, cujus virtutem miramur, vel qui repentino advenerit, quemadmodum *terræ filius* vocatur, qui ignotis parentibus natus eſt. Lactant. 1, 11 *Minucius Felix ſic argumentatus eſt: Saturnum, cum fugatus eſſet a filio, in Italiamque veniſſet*, Cæli filium *dictum, quod ſolearnus eos, quorum virtutem miremur, aut qui repentino advenerint, de cælo cecidiſſe, dicere: Terræ autem: quod ignotis parentibus natos*, terræ filios *nominemus.* Minucii verba habes p. 212 edit. Ouzel. Adde Tertull. Apol. c. 10. ¶ 9. *Fortunæ filius*, Hor. 2 ſat. 6, 49 eſt, cui omnia ſuccedunt proſperrime, ein glücks-kind. Sic, *Albæ gallinæ filius*, vide *Gallina.* ¶ 10. *Filius* dicitur etiam de brutis. v. Colum. 6, 37; & Vet. Interp. Iuvenal. ſat. 10, 230. ¶ 11. *Fili* in Vocativo uſitatum eſt unice. *Iupiter Saturni filie*, antique Livius apud Priſcianum dixit.

¶ Filius familias, vel familiæ, m. ein ſohn im hauſe. Cic. pro Cæl. c. 15 *Illum filium familias habere devinctum.* Salluſt. B. Catil. c. 43 *Filii familiarum parentes interficerent.* Vbi notandum obiter, Salluſtium dicere *filii familiarum*, non *filii familias:* quia ſermo eſt de diverſis familijs. De filiis unius familiæ dici poteſt *filiifamilias*; de diverſis vero familiis *filii-familiarum.*

¶ Filiŏlus, *i*, m. dimin. ein ſohnlein. Cic. fam. 1, 2 *Filiolo me autem ſcito, ſalva Terentia.* Et Iuvenal. 9, 84 *Quod tibi filiolus naſcitur.*

¶ Filia, *æ*, f. eine tochter. Cic. pro Cluent. c. 94 *Deſpondere alicui filiam.* Colum. 4, 3 fin. *Collocare nuptui filiam*; ſive *nuptum*, Cæſ. B. Gall. 18 verheiren, ausgeben, verehlichen. Virg. Æn. 7, 11 *Solis filia* eſt Circe. ¶ 2. Metaphorice pro colonia & aliis, vide paullo ante in *Filius* n. 5. ¶ 3. *Filiis* in Dat. & Abl. plur. pro *filiabus* habet Plautus Pœn. 5, 3, 9; & Stich. 4, 1, 61. Hirt. de B. Alex. 33 *Majorique ex duabus filiis Cleopatræ... Filiabus* eſt Liv. 24, 26 pr. Sed Iuſti. 7, 3 *Adhibitis in convivium ſuis ac filii uxoribus ac filiabus*, ultima duo verba pauci agnoſcunt.

¶ Filia familias, f. die tochter im hauſe. Sen. ad Helv. c. 14; & l. 21 § 3 ff. de Pactis: & l. 195 § 2 ff. de Verb. Signif.

¶ Filiŏla, *æ*, f. dimin. Cic. Divin. 1, 46 *L. Paullus filiolam animadvertit triſticulam.* Et pro Muræn. c. 10 *Mihi videris iſtam ſcientiam juris tanquam filiolam oſculari tuam*, i. e. ſumme amare.

¶ Filialis, *e*, kindlich, ignotum, ut videtur, veteribus. Auguſtin. Serm. 2 feſto Pentecoſtes: *Cui non filiali obedichant amore.*

¶ Filiaſter, *tri*, m. quibusdam eſt privignus, ein ſtief-ſohn; alii imitans filium. v. Vallam Gloſſ. gr. lat. ἀνψιαστὸς, *neptis, filiaſter.* Inſcript. vet. D. M. EPITYNCHANO FILIASTRO M. ANTONIVS HERMEROS B. M. I.

¶ Filiatio, *onis*, f. agnitio filii, die kindſchaft, annehmung an ſohnes ſtat. ICt.

¶ Adfiliatus, *i*, m. id eſt filius adoptivus, ein angenommener ſohn. Inſt. 1 tit. 4 § 2 *De adoptivis, hoc eſt adfiliatis, juſſum eſt obſervari.*

¶ Adfiliatio, *onis*, f. adoptio. Gl. Indori *Vene naturæ imitatio*, annehmung an kindes ſtat.

FĪLIX, *icis*, f. planta, dicta tanquam minus felix arvis, quæ ἀντιφορὰς ut merito exploditur, ita illud obtervandum, ſcribi interdum *felix, f. l. c. a.* Vid. viri docti ad Cic. Arr. 6, 1 p. 531 Græv. Græcis πτέρις & πτέριον. fahren kraut, vel male farren. Boethius 3 metro 1 *Qui ſerenæ ingeniorum volet agrum, liberet arma prius fruticibus, Falce ſublimes, ſilicemque reſecet, Vt nova frugi gravet Ceres eat.* v. Plin. 27, 9 f. 55. Virg. Georg. 2, 189 Horat. 1 ſat. 3, 37 *Neglectis urenda filix innaſcitur agris*, wo man das unkraut nicht ausreutet da nimmt

nimmt es überhand, hoc est, nisi animus honestis disciplinis & virtutibus excolatur, vitiorum silva occupatur & suffocatur. ¶ 2. De pilis locorum obscenorum Pers. 4, 40. ¶ 3. Sed filix nascens in arvis & muscosis quercubus, *Dryopteris* dicitur, δρυόπτερις, eichfarn. Plin. 27, 9 l. 38 *Dryopteris filici similis.*

¶ Filicula, *æ*, f. herba alia, *polypodium* vocant, πολυπόδιον, engelsüß oder rother steinbrech, τὸ πεζίδιον, Plin. 26, 8. *Felicula* dicitur a Catone R. R. c. 158.

¶ Filictum, vel filicetum, *i*, n. locus filicibus occupatus, ein ort voll jahren-kraut. Colum. 2, 2 *Ineuntem locum consideremus, juncone sit, an gramine vestitus, ac filicibus aliisve fruticis impeditus.* conf. Pallad. 9 tit. 3.

¶ Filicātus, *a, um*, wie fahren-kraut gemacht. *Filicatæ pateræ*, Cic. Paradox. 1, 3, dicuntur, quoniam hujus herbæ imago in poculis & pateris solica fuit cælari. *Filicatæ lances*, Cic. Att. 6, 1. vid. Comm. p. 581 Græv. Adde Pompejum Festum, qui clarius interpretatur.

¶ Filiceus, *a, um*, von jahren-kraut, apud Plinium.

¶ Filicina, *æ*, f. herba similis filici, alias *radiolum*, Apul. de Herb. c. 83.

¶ Filico, *onis*, m. ein bolucke, nichtswürdiger. *Filicones*, pl. *mali & nullius usus*, a filice dicti. Fest.

¶ Filipendula, *æ*, f. saxifraga rubra, rother steinbrech. Matthiol.

FILTRO, *are*, medicorum filtis est *percolare*, filtriren, durchseihen.

¶ Filtratio, *onis*, f. quæ & distillatio per filtrum, die durchseihung.

¶ Filtrum, *i*, n. colum chymicum, pannus scil. villosus, vel charta emporetica.

FĪLVM, *i*, n. quod ex lino aut lana nendo ducitur, ein faden, item garn, quasi minimum filum. *Fila* etiam dicebant veteres, teste Arrobio L. 1 p. 36. Val. Max. 6, 2, 1 *Tenui filo suspensi salus. Filum* vel *fila* *deducere pollice*, Ovid. Met. 4, 25, spinnen. *Conjicere filum in acum*, Celsus 7, 16, einfädeln. ¶ 2. *Filum orationis, stylus* dicitur, & *compositionis forma*. Cic. de Amicit. c. 7 *Aliud quoddam expetimus filum orationis tuæ*, eine andere art der worte oder rede. Horat. 2 epist. 1, 225 *Tenui deducta poemata filo*, i. e. subtiliter. Cic. 9 epist. 12 *Amico mansuetum mittere verbi lividense, crasso filo*, schlecht und grob. ¶ 3. Perinde etiam ad hominem transfertur. Plaut. Merc. 4, 4, 15 *Satis scitum filum mulieris*, i. e. lineamentum oris seu forma, seu species. Apul. 4 Milet. *Virginem filo liberalem.* Gell. 14, 4 *Forma atque filo virginali.* Idem 1, 9 de Pythagoræ discipulis receptis explorato ante *totius corporis filo atque habitu.* Et Lucretius 2, 341 *Esse pari filo, similique affecta figura.* Adde Salmasium in Capitolini Maximin. Junior. c. 1; & Nonium 4, 214. ¶ 4. *Fila* etiam ellychnia sunt. v. supra *Candela.* ¶ 5. Et Chordæ, die saiten. *Sonantia fila movere*, Ovid. Met. 10, 89.

¶ Filamentum, *i*, n. ein faden-gespinst, fäsichen, medicis relinquitur.

¶ Filo, *are*, filum ducere, spinnen. Fortunat. de Mart. 3, 112.

¶ Filatus, *a, um*, gesponnen, gezwirnt. Sidon. Hinc

¶ Filātim, adv. pro, filorum in modum, faden-weis. Lucret. 2, 830 *Filatim dum distrahitur, deperditur omnis.*

¶ Exfilatus, *a, um*, exertus, vel exerto brachio, i. e. *extra vestimentum filo contextum*, Fest. bloß, entkleidet. Vulgo legitur *Effasilatus.*

¶ Trifilis, *e*, dreyfädicht, ut *Calva trifilis*, Mart. 6, 74.

FIMBRIA, *æ*, f. extremitas vestimenti, der wulst schweif, saum am kleide, borde. Vet. Gloss. κράσπεδον, *Fimbria.* Nonius 2, 318 *Fimbriæ sunt omnis extremitas.* Nomen a FIBRO est, quod antiquis *extremum* erat. Vide Varronis locum paullo superius in *Fibra* adductum. ¶ 2. Sed *Fimbriæ*, non tantum oras sive extremitates vestium notabant, sed ornamenta quædam etiam iis adjuncta. Puta fila, ac flocci inde dependentes, (gebräm, franzen) item, cum ipsæ oræ minutim conciſæ essent, capitibus in acutum desinentibus, (zäcken): Alii has *Fimbrias* & *Cirros* vocant, de quo suo loco. Petron. c. 32 p. 126 mentio est *laticlaviæ mappæ, fimbriis hinc atque illinc pendentibus.* Add. Salmas. ad Spartian. Pertin. c. 8. ¶ 3. *Fimbriæ* etiam de capillis dicuntur, locken. Cic. in Pison. c. 11 *Erant illi conti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ.* v. *Cirrus.* ¶ 4. *Ex fimbria de texto judico*, hoc est, ex aliquo pusillo reliquorum conjecturam facio. v. Chiliades. ¶ 5 *Fimbria*, nomen quorundam Romanorum. v. Cic. Off. 3, 19 & 22; Verr. 5, 70; &c.

¶ Fimbriātus, *a, um*, einsäumt, bordirt, verbrämt, zäckicht; ut, *Fimbriatæ vestes*, fimbriis, de quibus diximus, ornatæ sive excultæ. Ita Sueton. Cæs. c. 45 *Latum clavum fimbriatum* dixit: ubi vide Casaubonum & Octav. Ferrarium de re vest. 2, 1, 19. Nec solæ vestes fimbriatæ, sed & aliæ quæcunque res. Apulej. Met. 8 p. 214 *Gestamen prolixe fimbriatum.* Vbi flagrum intelligitur, quod semiviri sacerdotes gestabant, ut se illo lacerarent. Sic *Fimbriata urticæ folia*, Plin. 21, 15, i. e. serrata, denticulata.

¶ Fimbriāturio, *ire*, i. e. amore ferri in fimbriam; meminit hujus verbi derivati a nomine Quintilianus 8, 3.

FĪMVS, *i*, m. & Fimum, *i*, n. letamen, allerlei dünge, mist, dreck. Virg. Georg. 1, 80 *Ne saturare fimo pingui pudeat sola, neve &c. Fimum gallinaceum, caballinum*, genere neutro dixit Plinius 29, 5. it. Samon. 721. ¶ 2. Sordes etiam notat, & excrementa corporis, koth, unflath; ut, *Fimum reddere*, Plin. 8, 15. Ita Samon. 354 *Murinus fimus.*

¶ Fimētum, *i*, n. stercorarium, ein mist-hauffen, mist-grube. Plin. 24, 19.

¶ Fimārius, *ii*, m. ein mist-bauer, schund-feger, apud Firmicum.

¶ Fimōsus, *a, um*, sehr unmicht, kothicht, in Digest.

Finalis, finaliter, vide *Finis.*

FINDO, *fĭdi, fissum, findĕre*, secundo dividere, spalten, theilen. Virg. Georg. 2, 78 *Enodes trunci resecantur, & alte Finditur in solidam cuneis via.* Eodem lib. v. 333 *Hinc sitis findit canis æstifer arva*, die erde reist auf. Non aliter Tibullus 1, 8, 21 *Arentes cum findit Sirius agros.* Et ad aquarum divortia transfertur; ut, *Euphrates finditur, &c.* Plin. 6, 26; nec non ad navigationes: Propertius 3, 9, 35 *Non ego velifera tumidam mare findo carina:* & ad agriculturam: Claudian. 1 in Eutrop. v. 112 *Finduntur vomere rura.* item ad volatum: Ovid. Met. 4, 666 de Perseo: *Motis talaribus aëra findit.*

¶ Fissus, *a, um*, particip. gespalten, geschlitzt; ut, *Fissum lignum*, Virg. Æn. 9, 413. Et, *Fissis tenui rima paries*, Ovid. Met. 4, 65.

¶ Fissus, *us*, m. subst. die spalte, spaltung, der riß. Cic. de N. Deor. 3, 6 *Unde porro ista divinatio? quis invenit fissum jecoris?*

¶ Fissum, *i*, n. idem. Cels. 7, 30 de ano: *Si qua fissa in eo inducruerunt.*

¶ Fissio, *onis*, f. idem. Cic. N. Deor. 2, 63 *Cum terræ subigerentur fissione glebarum.*

¶ Fissūra, *æ*, f. idem. Colum. 4, 29 de vitibus inserendis: *Refectionis fissura.* Plin. 5, 9 *Fissura Nili*, id est, divisio, dispensatio aquæ, ad Delta regionem.

¶ Fissĭculo, *are*, findendo rimari, genau besichtigen. Apul. de Deo Socratis: *Vel somniis confirmandis, vel extis fissiculandis*, v. Scalig. in Catalect. p 193.

¶ Fissĭlis, *e*, quod findi potest, das sich spalten läßt. Virg. Æn. 6, 181 *Cuneis fissile robur Scinditur.*

¶ Findibilis, *e*, idem. ICt. in Codice.

¶ Fissĭpes, *ĕdis*, fissos pedes seu ungulas habens, mit gespaltenen füssen oder klauen. Ausonius epist. 5, 1 *Fissipedes juvenes.* Et metaphorice de calamo scriptorio Id. ep. 7, 49 *Nec jam fissipedis per calami vias Grassetur Cnidiæ sulcus arundinis.*

Composita cum numeral. & præpos.

¶ Bifĭdus, *a, um*, in duas partes fissus, gespalten, zweyspaltig. Ovid. Met. 14, 303 *Bifidi pedes: Rhiræ bifidæ*, Colum. 4 ult.

¶ Bifĭdo, *are*, entzwey spalten. Zeno Veronens. *Esaiam Iudæorum barbaries sectum a capite duabus quasi offulis bifidavit.* Hinc

¶ Bifidātus, *a, um*, zertheilt; ut, *Latera bifidata*, Plin. 13, 6.

¶ Bifissus, *a, um*, idem. Solin. c. 51 *Bifisse ungulæ.*

¶ Trifĭdus, *a, um*, dreyfach gespalten, dreyspitzig. Ovid. Met. 2, 325 *Trifida fumantia flamma corpora.* Et Claudian. Rapt. Pros. 2, 181 *Trifida Neptunus cuspide.* Alcimus 2, 135 de serpente: *Trifidam dispergunt guttura linguam.*

¶ Trifissĭlis, *e*, idem. Auson. epigr. 128 de ψ græca litera: *Trifissilis forma.*

¶ Quadrifĭdus, *a, um*, vierspaltig; ut, *Quadrifida quercus*, Virg. Æn. 7, 509 *Trabs quadrifida*, Valer. Flacc. 1, 663. *Labor quadrifidus*, id est, quadruplex, Claudian. in Consul. Prob. & Olybr. v. 268.

¶ Centrifĭdus, *a, um*, hundertfach. Prudent. in Symm. 2, 889 *Dæmon centifidum confundit iter.*

¶ Multifĭdus, *a, um*, in multas partes fissilis, vielspaltig. *Ister multifidus*, Lucan. 3, 202. Et, *Multifida flamma comans pinus*, Silius 14, 421. Sic, *Multifidum iter*, Prudent. 2 adv. Symmach. v. 773. *Multifido buxus dente*, i. e. pecten buxeus, Mart. 14 epigr. 25.

¶ Confindo, *ĕre*, zertheilen, zerspalten. Tibull. 4, 1, 173 *Et ferro tellus, pontus confinditur ære.*

¶ Defindo, *ĕre*, abspalten. Ennius apud Nonium 2, 351 *Malos defindunt, sunt tabulata falæque.*

¶ Diffindo, *ĕre*, zerspalten. *Medium diffindere*, Cato R. R. c. 41. *Diffidit urbium portas vir Macedo*, Horat. 3 od. 16, 16 *Diffidit*, id est, fregit, prostravit. ¶ 2. *Diffindere diem*, est differre in sequentem, aufschieben. Liv. 9, 38. Sed Varro R. R. 1, 2, 5 *Diffindere diem instititio somno meridie*, significat interposito somno meridiano in duas partes dividere, ut minus longus videatur.

¶ Diffissus, *a, um*, zerspaltet; ut, *Saxum diffissum*, Cic. de Div. 1, 13. Item, aufgeschoben: *Lex* XII *Tabb. diem judicii jubet esse diffissum*, lib. 2 Dig. tit. 11 l. 2 § 3.

¶ Diffissio, sive Diffissio, *onis*, f. prorogatio, dilatio, aufschub. Gell. 14, 2 pr. *In rerum diffissionibus & compendinationibus.*

¶ Effindo, *ere*, spalten. Manil. 4, 280 *Flatibusque effindere rectos.*

¶ Infindo, *ĕre*, einschneiden. Virg. Æn. 5, 142 *Infindunt pariter sulcos.* conf. Id. eclog. 4, 33.

¶ Profindo, *ĕre*, quod Lexica ex Statii Theb. 10, 506 (512 al.) deducunt, suspectum, Gron. & Barth. *profringunt*, malunt.

FINGO, *finxi, fictum, fingĕre*, formare, facere, componere, quod proprium figulorum est, qui ex creta atque argilla opera formant, machen, bilden. Cic. fam. 5, 12 *Alexander ab Apelle pingi, a Lysippo fingi volebat.* Id. Off. 1, 44 *Apes fingunt favos. Volucres fingunt & construunt nidos*, Id. de Orat. 2, 6. *Natura te finxit ad honestatem*, Id. pro Muræn. c. 29, du bist von natur geartet zur erbarkeit. *Suis cuique fortuna fingitur moribus*, Id. in Parad. 5, 1. vide *Faber.* Plaut. Trin. 2, 2, 84 *Sapiens pol ipse fingit fortunam sibi.* Et, *Ex sua natura cæteros fingere*, Cic. pro Roic. Amer. c. 9, quod Terentius dixit Eun. 1, 2, 118 *Ex suo ingenio cæteros judicare*, andere leute nach sich beurtheilen. *Animo & cogitatione aliquid fingere*, etwas in gedancken haben, Cic. Tusc. 5, 24. *Vultus quoque hominum fingit scelus*, Ter. Heaut. 5, 1, 14, er lehret sie, was sie vor mienen machen sollen. In quibus omnibus fingere est proprie tractare & mulcere rem mollem. Ita Ovid. Her. 19, 44 legi vult Heins. *Pallade jam pingui fingere membra putes*, vide illum hic & ad Her. 20, 134. add. *effingo* n. 2. ¶ 2. Aliquando significat simulare, quoniam ea, quæ simulamus, ita formamus, ut vera esse videantur. Cic. fam. 3, 12 *Suscipe meas partes, & eum te esse finge, qui ego sum*, bilde dir ein, stelle dich. ¶ 3. *Fingere* itaque & docere seu instituere, formare, significat, abrichten. Ter. Heaut. 5, 1, 25 *Sed tuum quoque ille Syrus id.* mire *finxit filium.* Horat. 1 ep. 2, 64 *Fingit equum tenera docilem cervice magister Ire viam.* v. Drakenb. ad Sil. 1, 445. ¶ 4. Interdum ponitur pro excogitare & comminisci, erdencken, erdichten; ut, *Fingit causas, ne det*, i. e. comminiscitur,

ſcieur, Ter. Eun. 1, 2, 58. *fingere fallaciam*, Plaut. Aſin. act. 2 princ. Cic. pro S. Roſc. c. 19 *Finge aliquid ſaltem commode.* Adde Ter. And. 3, 2, 14. Et Ovid. Trift. 1, 2, 57 *Fingite me dignum tali nece.* ¶ 5. *Fingere fugam*, pro meditari, mit der flucht umgehen. Plautus dixit Capt. 2, 1, 13. ¶ 6. *Fingere parricidia*, i. e. ſtruere, parare, Senec. Conſol. ad Marc. 26. *Qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt*, Virg. ecl. 8, 108. ¶ 7. *Fingere* etiam ornate, excolere eſt, ſich putzen. Ovid de Remed. Amor. 1, 341 *Prodeſt & ſubito, cum ſe non ſaverit ulli, Ad dominam celeres mane redeſſe decet.* Hinc *Fictores* inter officia mulierum. vide infra in *Fictor.* ¶ 8. *Fingo* tandem de dulciario aut pictorio opere, quod ex farina variis figuris formatur, apud Suet. Aug. c. 4 extr. ubi Catubouanum vide.

¶ Fingibilis, *e*, fingi aptus, (beimbarlich. Cæl. Aurel. Tard. 1, 4, 104 *Pro oculis ſi intelligamus fingibilis viſus.*

¶ Fictus, *a, um*, factus, commentitius, gebildet, erdichtet. Cic. in Piſon. c. 25 *Homulus ex argilla & luto fictus.* Id. de N. Deor. 2, 28 *A phyſicis tracta ratio ad commentitios & fictos Deos.* Id Off. 3, 9 *Fabula ficta & commentitia.* Et Mimus Publ. *Ficta cito ad naturam recidunt ſuam.* Virg. Æn. 4, 188 *Unus ficti pravique tenax.* ¶ 2. Apud Horatium 1 ſat. 3, 62 *fictus* ſimulator, quem *fictum* Saluſtius dixit, de quo ſupra, ein heuchler. Plin. 8 epiſt. 18 *Alii ficti, ingrati, immemores, loquuntur.* Capitolinus in M. Antonin. Philoſ. extr. *Dederunt & vitia, quod fictus fuiſſet, nec tam ſimplex, quam videretur.* Sic, *Fictum poſſe*, Virg. Æn. 2, 107. ¶ 3. *Fictus* pro *fictus*, ut *pictura*, pro *picta*, *lingua* pro *lingua*, apud Avian. Fab 11, 4 occurrit. v. Mnic. Obſ Vol. 4 p. 303.

¶ Fictitius, *a, um*, adj. idem Plin. 23, 1 *Fictitium non poteſt videri, quod bion appellavimus.* Iul. Firmicus de Error. prof. relig. *Videtis, ut veſtros ementitos & fictitios deos turbulentus error excogitaverit.*

¶ Ficte, adv. ut, *Amicitia ficte reconciliata.* Cic. Fam. 5, 13 *Ficte & ſimulate loqui*, zum ſchein, ohne ernſt, Id. ad Quint. Fratr. 1, 1, 4.

¶ Fictilis, *e*, quod ex terra vel ex alia materia fingitur, das ſich bilden läſſet, thonern. Cic. de N. D. 1, 26 *Fingere aliquid fictilibus figuris.* Val. Max. 4, 4 priſcos Romanos *fictilibus vaſis contentos* laudat. *Fictilia* abſolute, topffer-werck, irden geſchirr. Sen. epiſt. 5 *Magnus eſt, qui fictilibus ſic utitur, quomodo dudum argento*, Auſonius epigr. 8 *Fama eſt, fictilibus olim Agathoclen regem &c.* Iuvenal. 10, 25 *Sed nulla aconita bibantur Fictilibus, tunc illa time, cum pocula ſumes Gemmata, &c.* Nim. ad tenuitatem & abſtinentiam ſignificandam ſæpe eorum mentionem faciunt, Broukhuſ. ad Tib. 1, 1, 30. Talia priſcorum etiam ſimulacra. Liv. 34, 4 *Fictilia Deorum.* Plin. 34, *Fictilia Deorum ſimulacra in delubris dicata.* Propert. 4, 1, 5 *Fictilibus crevere deis hæc aurea templa.*

¶ Fictiliarius, *i*, m. ein hafner, töpffer. Gloſſ. gr. lat. ὀστρακοτοὺς, *fictilia ſacius.*

¶ Fictio, *onis*, f. utrumque ſignificat, & plasmationem, die bildung, formirung, ut apud Lactant. 2, 12 *Elementorum omnis ratio in noſtri corporis fictione conclaſa eſt*; qui & 4, 4 *Fictionem hominis*, pro creatione, dixit: & falſi excogitationem, die erdichtung. Sic idem Lactant. 1, 1, 21 *Non exigo*, inquit, *ut aliquis poëtarum fictionibus credat.* Et Arnobius lib. 4 p. 131 *Inducere Deorum neſcio quas fictiones:* & lib. 5 p. 166 *Mendaciter & falſitatis alicujus fictione.* Vius & Quintilianus eſt 5, 10; & 8, 6, qui etiam 9, 3 p. 689 *Perſonæ fictionem*, profopopœiam appellavit.

¶ Fictor, *ōris*, m. ein bildhauer, pouſirer. Cic. N. Deor. 1, 29 *Deos ea facie novimus, qua pictores fictoresque voluerunt.* ¶ 2. Item, qui circa ornatum componendum occupatur. Iſidorus 10 in F. *Fictor appellatus a fingendo & componendo aliquid: ſicut qui capillos mulierum linit & pertractat, & ungit, & nitidat.* Sed & Dii habebant ſuos *fictores*, hoc eſt, qui ſimulacra eorum exornarent. Seneca apud Auguſt. de Civ. Dei 6, 10 *Alius nomina Deo ſubjicit, alius horas Jovi nunciat, alius fictor eſt*, (ita enim legendum cum Lipſio) *alius auctor* Sic & FICTORES PONTIFICVM & FICTORES VESTALIVM in antiquis lapidibus leguntur, & hi erant, qui vel de pane aut cera ſimulatas hoſtias facirbant pro tenuioribus, vel qui inter miniſteria ſacrorum liba fingebant. vid. omnino Græv. ad Cic. pro domo c. 54, ubi in conſecratione etiam vel dedicatione *fictoris* mentio. ¶ 3. *Fictores* etiam dicebantur dulciarii operis factores. v. Caſaub. ad Suet. Aug. c. 4 extr. & Varr. de L. L. 6, 3.

¶ Fictrix, *īcis*, f. quæ fingit; ut, *Divina providentia fictrix & moderatrix ſit materiæ*, Cic. de N. Deor. 3, 39. *Calix fictricis*, quid ſit apud Tertull. de Reſurr. carn. c. 16, vide in notis Iunii ad h. l. *Fictrices* & *Veratrices* olim dictæ mulieres veneficæ & ſagæ, wahrſagerinnen, de quibus Scalig. in Ciri.

¶ Fictūra, *æ*, f. die bildung, formirung. Gell 10, 5.

¶ Fictus, *ūs*, m. idem. Sariſb. 2, 27 *Diſciplina fictum effugere.*

¶ Figmentum, *i*, n. ein bild, gemächte, gedichte, *commentum.* Auctorem neminem veterem atque idoneum hac voce uſum Scioppius putavit infamia Famiani p. 114, & de Stylo Hiſtorico p. 167 & ſeqq. At vero poſterioris quidem ævi, nec tamen pœnitendi auctores, non raro hac voce uſi ſunt, vel proprie pro ſimulacro, ſicut Gellius 5, 12 *Capræ ſigmentum juxta ſimulacrum* (Vejovis) *ſtare* dixit: vel pro commento translate, ut *Figmenta poetarum*, apud Lactantium 7, 22, & Apulej. Met. 4 p. 155 *Somniorum figmenta.* Plura de his dedit Cellarius Poſter. Curis p. 131 ex Cypriano de Patient. c. 2, Arnobio 1 6 p. 198. Macrobio Somn. Scip. 1, 3, Lactant. 7, 22, Prudentio adv. Symmach. 2, 215, & ex aliis.

¶ Figmen, *ĭnis*, n. idem. Prudentius Apotheoſ. v. 798 *Factor utrus, & hominem meditans de ſtamine junctim Ædificare ſui ſimilem.* Et v. 1035 *Os capere, & fabro Deitatis ſtamine naſci.*

¶ Figulus, *i*, m. ein topffer, hafner. Plin. 35, 12 pr. *Figulus primus invenit ex argilla fingere ſimilitudines. Proverb. Figulus figulo invidet, & faber fabro*: Heſiodi eſt Ἔργων v. 25 Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων. ¶ 2. *Figulus* nomen Romanum. v. Cic. Brut. c 20: & de Leg. 2, 25.

¶ Figulinus, & Figlinus, *a, um*, töpfer; ut, *Fornacibus incocta figulinis*, Arnobius lib. 6 p. 200, in topfer-ofen. *Creta figlina*, Varro R. R. 2, 9. *Opus figlinum*, töpffer-arbeit. Plin. 31, 3. conf. 15, 17; & Vitruv. 5, 10.

¶ Figulina, *æ*, f. ſubſt. & Figlina per ſyncopen, ars & officina figulorum, topffer-kunſt, töpffers-werckſtatt; ut *Figlinæ exercendæ*, Varro de R. R. 1, 2. conf. Plin. 7, 56: & 28, 2: & 35, 12: & l. 6 ff. de ſervit. ruſt.

¶ Figlinum, *i*, n. ſubſt. figuli opus, töpffer-werck. Plin. 34, 18 *Donec perveniatur figlinum.*

¶ Figlinarius, *i*, idem qui *figulus*, in Dig.

¶ Figuro, *are*, pro fingere, bilden. Tertullianus aliquoties dixit; ut, adv. Valentin. c. 24 *Figulat hominem demiurgus.*

¶ Figulītus, *a, um*, gebildet, aus leim gemacht. Id. Tertull. de carne Chr. c. 9 *Corpus hoc noſtrum de lime figulitum.*

¶ Figulātio, *onis*, f. die bildung: ut, *Tota hominis figulatio*, Tertull. de Reſurr. carn. c. 3, & *Carnis figulatio*, Id. de Anima c. 25.

¶ Figulātor, *ōris*, m. ein topffer. Gloſſ. Vet. κεραμεύς, *Faber figulator.*

¶ Figulārius, *i*, m. idem. Gloſſ. lat. gr *Figularius*, κεραμεύς.

¶ Figulāris, *e*, adj. topffer-: ut, *De figulares, quam recta figularis*, ut ſcribit noſtri, verſ. monaſter, als eine fuhr mantle pottiſche. De inventore rotæ figularis vid. in *Anacharſis.* Petrus Epid. 3, 2, 35. *Figularis orcta*, Colum. 8, 2 ¶ 2. *In dolio artem figularem* ſeu *figulinam diſcere*, eſt præpoſtere in arte diſcenda verſari. Eraſm. ex Platone.

¶ Figūra, *æ*, f. forma, ſpecies, die figur, geſtalt, a *fingendo* Gell. 13, 25. Cic. de Nat. D. 1, 18 *Hominem figura conceit omnium animantium formam.* Id. Off. 3, 6 *In figura hominis ſevitas bellua*, Ter. Eun 2, 3, 24 *Nova figura veſt*, in laudem puellæ dictum. Iptas quoque puellas *figuras* dictas docet Burm. ad Quint. decl. 15, 2 p. 307, quale quid etiam de *forma* obſervamus ¶ 2. *Figura* eſt *Conformatio* quædam orationis remota a communi ratione, cum verbi ornate ut ſit recta. Sunt autem figuræ *Dictionis*, *ſententiarum.* vide libellos Rhetorum de *Schematibus.* ¶ 3. κατ' ἐξοχὴν, *figura & ſchemata* dicebantur cavillationes picturatæ, cum aliud dicitur, aliud intelligitur. *Morſus figurati* Macrobius vocat Sat. 7, 3. Sic Suet. Domit. c. 10 *Occidit & Hermogenem Tarſicum propter quaſdam in hiſtoria figuras, librariis etiam, qui deſcripſerant, crucifixit.* Id. Vetp. c. 13 *Amicorum libertatem, cauſidicorum figuras ac phil ſophorum contumaciem leniſſime tulit.* vide Calauth. ad Iuſtin priorem & Voſſ. Inſt. Orat 5, 6, 7. ¶ 4. Apud Grammaticos etiam formam & caſum vocam notat. Quint. 1, 4 extr. *Quadam tertiæ demum perſonæ figura dicuntur, ut Dicit, piget.* ¶ 5. *Figura Iuris* forma & ſpecies eſt: *Caſus* etiam vocant. vide *Lex.*

¶ Figūro, *are*, formare, eine geſtalt geben, bilden. *Figurare caſeum*, Plin. 11, 41, käſ machen. *Vaſi lavando fictæ figurant*, Plin. 8, 36. Horat. 2 epiſt. 1, 126 *Orbi rerum puer, ludo cui ficta figurat*, hoc eſt alſo reflexit ad divendum compoſite, format, fingit. Lactet 4, 550 de vocibus effingendis: *Mobilis articulat verborum dedala lingua, Formaturaque labrorum pro parte figurat.* Idem pœta de re muſica 2, 412 *Ac muſea mele, per chordas organici quæ Mobilibus digitis expergefacta figurant*

¶ Figuranter, adv. i. e. figurate, verblümt; apud Diomed. Gramm.

¶ Figurantia, *æ*, f. Auguſtinus.

¶ Figurātus, *a, um*, verblümt, formiret. Cic. de N D 3, 63 *Terga ad omas accipiendam figurata.* Tac. Germ. 9, 2 *Signum in modum liburnæ figuratum.* Item, figürlich, verblümt: ut, *Figurata oratio*, Quint. 9, 1.

¶ Figurate, adv. v. *Figura* n. 3. Aſcon. Ped. Proœm. Act. Verr. *Figurate dixit.* Sidon. 5 epiſt. 8 *Figuratius quem pungere.* Superl. *Figuratiſſime*, apud Mart. Capellam.

¶ Figurato, idem, apud Tertull. adv. Iudæos c. 9, & adv. Marc. 3, 14.

¶ Figuratio, f. *onis*, figura; ut, *Sphæræ figuratio*, Hygin. proœm. Aſtronom. Articulos corporum *hic teretes, illic latos eſſe*, Plinius ait 11, 37 ſub fin. *ut in unoquoque poſcit figuratio.* Et Vitruv. 9, 4 *Depicta figuratio.*

¶ Figurator, *ōris*, m. qui figurat. Arnob. 6 p. 196 *Vobis dacibus & figuratoribus luna fœmina eſt.*

¶ Figurālis, *e*, legunt Celſ. 1, 3 *Creta figuralis corpori illita.* Sed videtur legendum *figularis.*

¶ Figuraliter, adv. idem quod figurate. Gloſſ. gr. lat. ἀσχηματισμένως, *figuraliter.* Tertull. de Teſt. animæ c. 2 *Contraria propoſitione oblique & figuraliter exprobrans*, quod pertinet ad ſignificatum tertium vocis *figura.* Sid. 8 ep. 14 *Quicquid legis diebus figuraliter immolabatur*, h. e. typice, in figuris. Et Auguſtinus de Geneſi ad lit. lib. 1 pr. *Eſſe accipienda figuraliter.*

I. Compoſita a *Fingo.*

¶ Affingo, vel Adfingo, *finxi, fictum, fingĕre*, fingendo aliquid addere, etwas zuſetzen, andichten, cujus contrarium eſt, *detrahere.* Cic. de N. D. 1, 33 *Quæ procreationis cauſſa natura corpori affinxit ea, fruſtra habebit Deus.* Id. pro Lege Man. c. 4 *De Lucullo ita dicam, ut neque vera laus ei detracta oratione noſtra; neque falſa afficta eſſe videatur* Cæl. B. G. 1 *Addere & affingere rumoribus.*

¶ Affictus, *a, um*, angedichtet, hinzugethan. Cic. de Orat. 2, 80 *Proœmium affictum aliquod.*

¶ Affictitius, *a, um*, idem. Varr. R. R. 3, 12 pr. *Affictitium ad villam leporarium.*

¶ Circumfingo, *ĕre*, circa aliquid effingere, tranſetzen. Tertull. de Anima c. 23 *Qui illis* (animabus) *peccatricem circumfinxerit carnem.*

¶ Confingo, *ĕre*, idem fere cum ſimplici, machen. *Hirundines confingunt nidos*, Plin 10, 33. *Apes favos confingunt & cerā*, Id 11, 5. ¶ 2. Metaph. erdichten. Terentius Phorm. 1, 2, 81 *Omnia hæc confingam*, i. e. commiſcar.

¶ Confictus, *a, um*, erdichtet; ut, *Lacrymæ conficta dolis*, Ter. Andr. 3, 3, 26.

¶ Confictitius, *a, um*, & Confictilis, *e*, idem apud Firmicum.

¶ Confictio, *onis*, f. die erdichtung; ut, *Criminis confictio*, Cic. pro S. Roſc. c. 13.

¶ Confictor, *ōris*, m. qui fingit. Paulinus Nol. ep. 21 (al. 24) n. 4. *Manichæus veri creatoris negator, & falſi confictor.*

¶ Confictrix, *īcis*, f. apud Mart. Capellam.

¶ Confictito, *are*, frequent erdichten Nævius ap. Varr L. L. 6, 6

¶ Defingo, *ere*, fingere, bilden. Tertull. adv. Marcion. 2 extr. *Adam nunquam figulo Jam dixit: Non prudenter definxisti me.* Cato c. 75 de R R. *Panem defingere* dixit, brot wircken.

¶ Diffingo, *ere*, quod fictum formatumque est, destruere & refingere, zerbrechen und wieder ändern, umschmeltzen. Horat. 1 oda 35 v. 29 *Nova incude diffingere ferrum.* Et 3 oda 29, 47 *Neque Diffinget infecta resolvet, Quod fugiens semel hora vexit.*

¶ Effingo, *ere*, fingendo repræsentare, ad alterius formam fingere, nachmahlen, bilden, beschreiben. *Formam corporis cujuspiam verbis explicare & effingere*, Aur. ad Herenn. 4, 49. Et, *Effingere verba imitando*, Quintil. 1, 1. Plin. 1 epist. 3 *Ishinge aliquid & excudere quod sit perpetuo tuum.* ¶ 2. *Effingere spongia* est detergere. Vid. viri docti ad Cic. pro Sext. c. 35 *E foro spongiis effingi sanguinem*, & Heinf. ad Ovid. Her. 20, 134. it. Caro R. R. 67, 2.

¶ Effictus, *a, um*, ausgedruckt, fürgestellt. Cic. pro Rosc. Am. c. 16 *Hæc compta arbitror a poetis esse, ut efficios nostros mores in alienis personis expressamque imaginem nostram vitæ quotidianæ videremus.*

¶ Effictio, *onis*, f. repræsentatio, die fürstellung, abbildung. Aut. ad Herenn. 4, 49.

¶ Effigies, *ei*, f. figura ad vivam alterius similitudinem, vel ad veritatis imaginem facta, tam in picturis, quam in sculpturis, ein bild, contrefait, ebenbild, bildniß. Vall. 5, 43. *Effigies hominis & imago*, Cic. N. Deor. 1, 37. *Effigies simulacrumque*, id. Verr. 4, 65. Et, *Effigies humanitatis & probitatis patris filius*, Id. de Fin. 2, 18. Pluraliter Sil. 17, 402 *Clypeum, quo patris & una Cæsarei patrui spirantes proelia dira effigies.* ¶ 2. Pro *instar* ponitur etiam Plinio 21, 5 de Iolio: *Ab angustiis in latitudinem paululum fese laxantibus, effigie calathi.* Silius princ. lib. 5 *At parte a læva vestigiaans gurgite vasto Effigiem in pelagi lacus exundabat.* Auson. Parental. epigr. 6 *Pueri comis ad effigiem.* ¶ 3. Vmbra, manes. v. Drak. ad Sil. 13, 779.

¶ Effigia, *æ*, f. pro *Effigies*, Plaut. Rud. 2, 4, 7; & Lucret. 4, 46 & 83 & 103, ubi & plur. *Effigiæ.*

¶ Effigio, *are*, bilden, formiren, abschildern. Sidon. 6 ep. 12 *Quem Græcia effigiavit imaginibus.* Prudent. hymno in exsequias defunctorum, princip. *Vivum simul & moribundum Hominem pater effigiasti.*

¶ Effigiatus, *a, um*, gestaltet, gebildet. Apul. Apol. *Imagines variis artibus effigiatæ.* Id. princ. Florid. *Truncus dolamine effigiatus.* Ammian. 26, 7 *Nummi effigiati in vultum principis.*

¶ Effigiatus, *ûs*, m. subst. die bildung, formirung. Ejusdem est Apul. 2 Florid. *Magna*, inquit, *vis eris, vario effigiatu.*

¶ Effigiatio, *onis*, f. idem. Apul.

¶ Effigientia, *æ*, f. idem. Mart. Capella 9 p. 312 *Effigientiæ immensitas.*

¶ Effigiator, *oris*, m. qui effigiat. Augustin.

¶ Inefigiatus, *a, um*, figura carens. Tertull. de Anima c. 9 *Anima indissolubilis, qua immortalis: & inefigiata, qua insolubilis.*

¶ Inefigiabilis, *e*, das sich nicht abbilden lässet. Tertull. ib. c. 24 pr. animam cum Platone prædicat *invisibilem, inefigiabilem &c.*

¶ Perfingo, *ere*, ausdrucken, nachmachen. In veteri versu apud Fabrett. Inscript. p. 605 *Hic sita sum varios ævium posfingere cantus &c.*

¶ Refingo, *ere*, wieder darstellen. Apul. 3 Milef. p. 134. *Hilari vultu venidens, quantumque potevam, lætiorem me refingens*, simulans.

II. Composita a *Figulo*:

¶ Confiqulo, *are*, idem quod fingere; unde

¶ Confiqulatus, *a, um*, gebildet. Legitur in sacro Syllabo Paulini Aquilejensis: *Conjugulata summi artificis manu terra.*

III. Composita a *Figuro*:

¶ Affigūro, vel Adfiguro, *are*, fabriliter. Gell. 4, 9 (Voces) *disciplinosus, victoriosus, Cato ita adfiguravit.* Sed al. *effiguravit.*

¶ Configuro, *are*, est conformare, gleich machen. Colum. 4, 20 *Ne pravitas statuminum ad similitudinem sui vitem configuret.*

¶ Configurātus, *a, um*, gestaltet, gleichförmig. Lactant. 1, 17 *Simulacra configurata*: & 7, 4 *Homo ex rebus diversis ac repugnantibus configuratus est.*

¶ Configurate, adv. idem apud Apulejum.

¶ Configurātio, *onis*, f. die gleichförmigkeit, gleichstellung. Tertull. de Prodicit. c. 8 *Christianus admittitur ad configurationem animalis.*

¶ Infigūro, *are*, formiren, fürstellen. Legitur pro *Affiguro* in Gell. 4, 9.

¶ Infigurātus, *a, um*, unförmlich. Theod. Prisc. 2, 1 *Febris simplex & infigurata.*

¶ Infigurabilis, *e*, idem. Ammian. 24, 4 *Compage testorum, velut testudine infigurabilium formicum, operiebantur.*

¶ Præfigūro, *are*, ante figurare, formare, fürbilden. Lactant. 6, 20 *Se quisque pro sexu in illis imaginibus præfigurat*: De Ludis comicis agit, quos pueri virginesque non sine corruptione spectare possint. Vnde subjicit: *Probant illa, dum videntes & adhæ entibus vitiis, corruptiores ad cubicula revertantur*, præfigurati scilicet & præparati fictis comœdorum adulteriis ac libidinibus ad omnem obscenitatem.

¶ Præfiguratio, *onis*, f. die fürbildung. Augustinus Civ. Dei 16, 2 *Sine ulla præfiguratione futurorum.*

¶ Refiguro, *are*, reformare, verändern. Vulg. Interpr. Sap. c. 19, 6. *Omni creatura ad suum genus ab initio refigurabatur.*

¶ Transfiguro, *are*, in aliam figuram vertere, transformare, verwandeln; ut, *Transfigurari in lupum*, Plin. 8, 22. Senec. epist. 94 *Nondum sapiens est, nisi in ea, quæ delicit, animus eius transfiguratus est.* Id. epist. 6 *Non emendari tantum, sed transfigurari*, i. e. in alium habitum hominemque ire. Adde Suet. Ner. c. 25 & 46; Plin. 35, 11; & 17, 24; Solin. c. 2; Tertull. de Habitu mul. c. 8; & de Cultu fœm. c. 5.

¶ Transfiguratus, *a, um*, verwandelt. ut, *Ades transfigurata*, Suet. Calig. c. 22. Solin. c. 17; Vlpian. l. 10 § 6 ff. quibus mod. usufr.

¶ Transfiguratio, *onis*, f. die verwandelung. Plin. 7, 55 *μετεμψύχωσιν, transmigrationem* Pythagoræ appellat. Et Salvianus de Gub. Dei 142 *Quasi Circei poculi transfiguratione mutantur.* Adde Tertull. adv. Praxean. c. 27.

¶ Transfigurator, *oris*, m. qui transfigurat. Tertull. adv. Marc. 5, 12 *Dolosi transfiguratores sui*, heuchler

¶ Transfigurābilis, *e*, veränderlich, wandelbar. Tertull. de Carne Christi c. 6 *Angeli in carnem humanam transfigurabiles ad tempus.*

Finio, & derivata ejus, quære in *Finis.*

FINIS, *is*, non masculi. tantum, sed & fœminini generis, est extremitas uniuscujusque rei, h. e. id, in quo unaquæque res terminatur, das ende, das äusserste eines dinges. Sic ipse Cicero scripsit quinque libros *de finibus bonorum & malorum*, i. e. de extremis, ad quæ referuntur omnia, & quorum caussa omnia facienda sunt aut fugienda. P. Rutilius Lupus lib. 2 de figuris sentent. in AETIOLOGIA: *Ita, ut quod dubium est visum, ad certum finem adduci videantur.* Monet de eo & Priscianus. Cæterum proprie de agris dicitur. Isidor. 15, 14 FINES *dicti eo, quod agri faniculis sint divisi. Mensurarum enim lineæ in terrarum partitione tenentur.* Etiam Scaliger *Finis a ὀχοίνος finalis* deducit. *Antiquitus*, inquit, SFOENIS: ut σφόγγος, SFVNGVS. *Postea Speriit. Inde* FOENIRE, *nunc* FINIRE, pro termino regionis, genere fœminino, finem reperiri, Drakenb. dubitat ad Liv. 3, 3, conf. ad 4, 2. Cic. Off. 1, 29 *Finem & modum transeunt appetitus.* Lucret. 3, 59 *Denique avaritiæ & bonorum cæca cupido: Quæ miseros homines cogunt transcendere fines Iuris.* Sic, *Dominatio sine fine*, Tac. Hist. 4, 8, 6. Ovid. Her. 4, 76 *Fine coli medio forma virilis amat*, h. e. inter mediocritatem. ¶ 2. Hinc ad aliarum rerum exitus transfertur: ut, *Finem facere maledictis*, aufhören zu lästern. Ter. prol. Heaut. v. 34. Virg. Æn. 2, 554 *Hæc finis Priami fatorum, hic exitus illum Sorte tulit. Finem constituere controversiæ*, Cic. Verr. 1, 2, dem streit ein ende machen. Idem: *Finem imponere labori, curis, bello*, ein ende machen. Παυκὸ ἀνδρῶν τὸ πέρας. Pindar. Pyth. 10. ¶ 3. Pro morte, Tac. Hist. 1, 37, 6 *Septem a Neronis fine menses sunt.* Et alibi sæpius. Hinc *finire*, mori est, de quo infra. ¶ 4. Pro definitione, quæ *finitio* & *finis* est Quint. 5, 10 p. 412 Burm. ¶ 5. Est & in caussis *Finis*, propter quam aliquid fit, der endzweck. Seneca ep. 65 *Propositum potius operis:* item *faciendi*, & *facientis*, item *artificis propositum* vocat; der endzweck. *Quem ad finem*, worzu? weswegen? Cic. pro Cæl. c. 5. *Ea finis*, zu dem ende, deswegen, Gell. 7, 3. (Nam apud veteres in ablativo *fini* & *fine* dicitur). ¶ 6. Præpositionis naturam induit, certe usum. Hinc *Fini*, i. e. ad modum, ratio loquendi apud ICtos. Papin. l. 19 ff. de compens. *Fini peculii.* Idem l. 1 § 3 ff. de pign. & hypoth. *Fini legitimæ usuræ.* ¶ 7. *Fines* plurale, pro termini seu limitibus, die schrancken, grentzen, usitatissimum est. Ter. Heaut. 3, 1, 93 *Vicini nostri ambigunt de finibus*, der grentze weegen. *De finibus controversia est*, Cic. Topic. c. 10. vid. tit. juris *finium regundorum. Fines imperii prorogare*, Id. pro Muræn. c. 9 die grentze erweitern. *Fines suos tueri ab excursionibus*, Id. pro Dejot. c. 8. Ab hac significatione *Affinis est*, de quo postea. Horat. 1 sat. 1, 106 *Est modus in rebus, sunt certi denique fines, Quos ultra citraque nequit consistere rectum.* ¶ 8. Etiam singul. Metaph. Cic. Verr. 4, 17 *Difficile est finem facere pretio, nisi libidini feceris*, grentzen setzen, oder schrancken.

¶ Finalis, *e*, zum ende oder grentzen gehörig. *Finales quæstiones*, quæ ad controversias de finibus agrorum pertinent apud ICtos v. L. 11 Finium regund. in Dig. ¶ 2. ultimus. Sic *finale malum*, excidium Sodomæ, Alcimus vocat 2, 369, der endliche untergang. Et Augustinus de Civ. D. 9, 4 *Beatus illa finali beatitudine.* Etiam extremo hoc c. 4 & c. 10 ejusdem libri, *Finalis beatitudo*: & c. 11 *Pax finalis.*

¶ Finaliter, adv. ad finem. Improbat Vossius de Vit. L. L. 4, 32.

¶ Finio, *finivi*, & *finii*, *finitum*, *finire*, finem facere & habere, beschliessen, enden. *Finire vitam incilia*, Plin. 8, 42, *suspendio*, Suet. Aug. c. 65 *laqueo*, Seneca Hippol. v. 259; *gladio* vel *ense*: Ovid. Trist. 3, 7, 49 *Quilibet hanc sævo vitam mihi finiat ense.* Sic & perimere, interficere, tollere significat. Martial. 5 epigr. 6 *Sic te servior & beata quondam Salvo Cæsare finiat senectus.* Sen. præfat. 4. Controv. *Non finivit tantum se ipse, se etiam sepelivit.* Hinc *finiri* est mori. Cic. Tusc. Quæst. 1, 48 Oraculum Græcorum convertens: *Euthyneus potitur fatorum munere leto, Sic fuit utilitas finiri ipsique tibique.* Val. Max. 9, 12 extr. 4 *Sed atrocius aliquando Euripides finitus est.* Tac. Ann. 6, 50, 9 *Sic Tiberius finivit octavo & septuagesimo ætatis anno*; FINIVIT, pro finitus est, vel vitam finivit, sive obiit. ¶ 2. Idem est quod terminum pono, Cic. fam. 15, 7 *Tempus quod mihi & senatus consulto & lege finisti.* v. similia loca apud Mencken. in Obs. L. L. ¶ 3. Aliquando idem est ac definire, beschreiben. Quintil. 2, 15 pr. *Rhetorice finitur quidem varie.* Add. Gell. 16, 8. vide mox *Finitio.*

¶ Finītus, *a, um*, eingeschrenckt, ausgemessen, geendet; ut, *Finita ætas*, Ovid. Fast. 5, 65 *Lingua finita dentibus, vocem immoderate profusam fingit & terminat*, Cic. de N. D. 2, 59. *Finitam Carthaginem*, id est, subjugatam & everſam, Florus dixit 2, 15, 1.

¶ Finīte, adv. idem. Cic. de Fin. 2, 9 *Avarus erit, sed finite*, hoc est, intra modum, non immodice.

¶ Finitus, *ûs*, m. subst. die einschränckung; apud Apul.

¶ Finītio, *onis*, f. terminatio, divisio, die endung, theilung. Vitruv. 9, 9 *Sol menstruis finitionibus imagines efficit horarum & dierum.* Hyginus Astron. 1, 6 extr. *Si non in partes hemisphærium dividatur, sed in alias quotlibet finitiones.* Quintiliano *finitio* est definitio, ut, *Parum plena finitio*, 7, 3. conf. Gell. 15, 9, v. *Finire* n. 3.

¶ Finītor, *oris*, m. ὁριστής, qui fines terminosque constituit, ein ausmesser. Nonius 1, 27 *FINITORES dicebantur, quos nunc AGRIMENSORES dicimus. Dicti, quod fines dividerent.* Plaut. prol. Pœnuli v. 49 *Ejus nunc regiones, limites, confinia Determinabo ei rei sum factus finitor.* Cic. de Lege Agrar. 2, 13 extr. *Finitorem mittant, vatum sit, quod finitor sui illi, a quo missus erit, renuncuvit.* Plautus secundam corripit, quia non a verbo *finire*; sed a nomine *finis* est. Vt a *vinum, vinitor*, secunda & ipsa brevi. ¶ 2. *Finitor* a finire, qui finem facit. Stat. Theb. 8, 19 de Dite seu Plutone: *O cunctis finitor maxime rerum*, &c. Claudianus de eodem Plutone de Raptu Proserpinæ 1, 57 *Qui finem cunctis & seminia præbes, Nascendique vices alterna morte rependis: Qui vitam letumque regis &c.* ¶ 3. Sed & circulus, qui ὁρίζων Græcis, Latinis *Finitor* appellatur. Sen. Quæst. Nat. 5, 17 *Hunc lineam, quæ inter aperta & occulta*

occulta est, Græci δοξογνῶται vocant: nostri (Latini) *FINITOREM dixere: alii FINIENTEM.* Adde Censorin. c. 17.

¶ Finitimus, *a, um,* vicinus, propinquus, angrenzend, nachbar. *Finitimæ civitates,* Liv. 1, 32. *Finitimi,* Virgil. Æn. 6, 378. *Finitimis bellum inferre,* Cæs. B. G. 1, 2, &c. Cic. pro Sulla 20: *Cum ceteri deficerent finitimi ac vicini. Bellum finitimum,* Suet. Aug. c. 1. *Finitimis circumsonor armis,* um mich her ist lauter krieg, Ovid. Trist. 4, 10, 111. *Falsa veris finitima sunt.* Cic. Acad. 4, 21, sie sind einander ähnlich. *Ægritudini finitimus est metus,* Id. Tusc. 4, 30.

¶ Finitivus, *a, um,* ubi de finitione h. e. definitione quæritur. Quintil. 12, 2 *Vnde etiam status caussarum dicitur finitivus.* Mart. Capella 5 p. 150 *Finitiva quæstio,* quæ definitione clarescit. Id. 3 p. 54 *Vocalis finitiva.*

Composita:

¶ Affinis vel Adfinis, *e,* adj. ab *ad* & *finis:* quod ad finem alterius accedit, angrenzend; unde & proprie de agris dicitur, (nam *fines* agrorum sunt) ut L. 12 D. *Fin. reg.* ¶ 2. Deinde & ad homines transfertur, qui inter se conjunctionem sive propinquitatem contraxerunt. Festus: *Affines in agris vicini: in hominibus conjunctionem conjuncti.* In quibus verbis *consanguinitatis* vocabulo paullo latius usus est. Accuratius Modestinus IC. L. Non facile D. de Grad. & Affin. AFFINES, inquit, *sunt viri & uxoris cognati: dicti ab eo, quod duæ cognationes, quæ diversæ inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit,* beschwägert, anverwandt. Quia itaque Affines fiunt, cum duæ cognationes per nuptias junguntur, seu copulantur; idcirco & *Conjuncti* aliquando dicuntur *Affines,* & ipsa *Affinitas* appellatur *conjunctio.* Exempla vide infra in *Iungo.* Ac sunt *Affinium,* secundum Modestinum, nomina: *Socer, Socrus; Gener, Nurus; Noverca, Vitricus; Privignus, Privigna.* Ter. Heaut. 5, 1, 63 *Imo & gener & affines placent.* Vbi per affines pater materque sponsi designantur. Nec aliter fumitur hæc vox apud Plautum Trin. 5, 2, 39. *Affinis* etiam apud Lactantium de Mort. persec. c. 18 dicitur fororis filius. Etiam ad impuras libidines transfertur. Cic. Verr. 2, 14 *Hi autem, qui erant affines istius, quorum iste uxores nunquam alienas existimavit.* Ead. ratione c. 38 *Agathinum* Verris *affinem* vocat, conf. c. 36. ¶ 3. Hinc transfertur vocabulum ad plura alia, quæ juncta invicem & quasi connexa. Sic, *Affinis culpa, affinis facinori,* apud Ciceronem, der gleicher schuld ist, der theil hat an der that, illud pro Rosc. Am. c. 7; hoc in Catil. 4, 3. Qua ratione cum dativo non modo, sed cum genitivo construimus. Ter. Heaut. 1, 2, 39 *Æquum esse censent, nos jam a pueris illico nasci scenes: Neque illarum affines rerum esse, quas fert adolescentia:* id est, participes rerum, vel commercium aut consuetudinem habentes cum rebus, &c.

¶ Affinis, *is,* c. subst. ein schwager, schwägerin. Cic. post red. in Sen. c. 7 *Tu misericors me affinem tuum, constrictum inimicis recip. tradidisti: tu meum generum, propinquum tuum: tu affinem tuam, filiam meam, superbissimis & crudelissimis verbis a genibus tuis repulisti.*

¶ Affinitas, *atis,* f. die schwägerschaft. Ter. Hec. 4, 4, 101 *Manere affinitatem hanc inter nos volo.* Cic. de Clar. Orat. c. 26 *Affinitate sese cum aliquo devincire,* sich mit einem beschwägern. Et, *Affinitates jungere,* Liv. 1, 1, schwägerschaft machen. *Diligere alicujus affinitatem,* apud Nep. 25, 12, 1 est socerum aliquem eligere. Suet. de Ner. c. 35 *Interemit affinitate aliqua sibi aut propinquitate conjunctos.* ¶ 2. Est & quævis cohærentia & connexus, der zusammenhang. Varr. R. R. 1, 16 *Appendices vehementer pertinent ad culturam propter affinitatem.*

Arcifinalis, *e;* & Arcifinius, *a, um,* vide supra in *Arceo.*

¶ Circumfinio, *ire,* zu ende bringen. Solinus c. 3 *December solennem circumfiniebat annum.*

¶ Confinis, *e,* angrenzend, nahegelegen. Vnde *confines* dicuntur, quorum fines concurrunt, sive in unum desinunt. Varro R. R. 1, 16 *Si quid ita est in confinibus fundis, ut prosit aut noceat.* Nepos 14, 4, 1 *Quæ gens jacet supra Ciliciam, confinis Cappadociæ.* Ammian. 30, 22 *Latrones amni confines.* Et Sen. epist. 120 *Sunt virtutibus vitia confinia.* ¶ 2. *Confine,* & plur. *Confinia,* substantive, grenzen. *In confinibus hostis arcendus est,* Sen. de Ira 1, 8. *Ferit ad confine papillæ,* Val. Flacc. 6, 374.

¶ Confinis, *is,* m. subst. der nachbar. Cajus l. 35 § 8 ff. de contrah. emt. *Si quis in vendendo prædio confinem celaverit.* Lactant. 5, 2 *Vt confines suos, quos jugibus agrisque pellebat, a sua repetendo hac potentia retardaret.*

¶ Confinium, *i,* n. terminus agrorum, die feldmarck, da die grenzen zusammen fiossen. v. Sicul. Flaccus de Condit. agror. p. 6. conf. Cajus l. 7 § fin. ff. de acquir. rer. dom. & Marcian. l. 2 ibid. Cic. de Off. 2, 18 *Conveniet autem vicinitatibus & confinitis æquum & facilem esse.* ¶ 2. *Confinium lucis & noctis* dicitur crepusculum, die dämmerung. Apul. Met. 2 p. 122 *Ad confinia lucis usque pervigiles erimus.* Ovid. Met. 4, 399 *Iamque dies exactus erat tempusque subibat, Quod tu nec tenebras, nec posses dicere lucem; Sed cum luce tamen dubiæ confinia noctis.* Colum. 3, 5 *Mediocritas in confinio boni malique posita est.* Tac. Ann. 4, 58, 3 *Patuit confinium artis & falsi.* Isidor. Orig. 5, 35 *Propter confinium frigoris & caloris morbis abundat autumnus.* Plin. Paneg. c. 4 *Virtutes vitiorum confinio læduntur.* Cui Senecæ illud concinit, quod modo in *Confinis* dedimus. Vellej. 2, 124 *Arcto salutis exitiique esse confinio.* Apul. Met. 11 p. 268 *Accessi confinia mortis.*

¶ Confinitimus, *a, um,* angrenzend. Gell. 1, 2 *Officia virtutum confinitima.*

¶ Definio, *ivi, itum, ire,* finibus suis distinguere, grentze und ziel setzen. *Circumscribere & definire,* Cic. de Orat. 1, 16. *Definire imperium orbis terrarum terminis,* Cic. pro Sext. c. 31. *Definire sibi ædes optimas, hortos, Tusculana, Albana,* Id. Phil. 8, 3. *Definire diem, tempus,* einen tag bestimmen und ansetzen. Cæsar B. Gall. 1, 7, 83, & Civ. 3, 11. ¶ 2. *Definire,* est etiam vim alicujus vocis explicare ac describere, beschreiben, erklären. Cic. de Orat. 2, 39 *Ea breviter illustret, verbisque definiat.* Id. de Invent. l. 1, 1 *Vis vocabuli definienda verbis est.* Vid. *Diffinio.*

¶ Definitus, *a, um,* bestimmt, aeiwiß, abgemessen. Cic. Somn. Scip. c. 3 *Certum esse in cælo ac definitum locum, ubi beati ævo sempiterno fruantur.* Et 3 epist. 8 *Epistola nihil habet, quod aut definitum sit, aut certum.* ¶ 2. Interfectus. Apul. 8, 203 *Ad hunc modum definito juvene.* vid. Elmenh. Ind.

¶ Definite, adv. eigentlich, ausdrücklich. Cic. pro Balbo c. 14 *Lex definite potestatem Pompejo civitatem donandi dederat.* Plin. Paneg. c. 88 *Definite distincteque designat.*

¶ Definitio, *ōnis,* f. oratio, naturam rei explicans, sive qua explicatur, quid sit res, quæ genere, specie, differentia & proprio plerumque constat, eine beschreibung. Differt a *Descriptione,* quæ est rei copiosior per proprietates declaratio. Cic. de Orat. 1, 42 *Est definitio earum rerum, quæ sunt ejus rei propriæ, quam definire volumus, brevis & circumscripta quædam explicatio.* Id. Topic. c. 2 *Definitio, quæ se involutam evolvit id, de quo quæritur.* Id de Divin. 2, 54 *Hominum & temporum definitione sublata.*

¶ Definitivus, *a, um,* da es auf die erklärung ankommt. Cic de Invent. 2, 17 pr. *Cum est nominis controversia, quia vis vocabuli explicanda verbis est, constitutio definitiva dicitur.* Apud ICtos & 1 2 C. de sentent. ex peric. recit. *Sententia definitiva,* est definitio ultima, das end-urtel.

¶ Definitive, adv. erklärungs- oder ausspruchs-weise. Tertull. de Carn. Christi c. 18 *Sententialiter & definitive pronunciare.* Et Cæl. Aurel. Acut. præf. 1, 14 *Oportet definitive loquentem propriis uti sermonibus, & non abusivis.*

¶ Definitor, *oris,* m. der ein ziel setzet. Tertull. adv. Marc. 5, 10 *Habemus illum alicubi unius baptismi definitorem.*

¶ Indefinitus, *a, um,* unerörtert, unbestimmt. *Sermo indefinitus inexplicabilisque,* Gell. 16, 2. Adde Mel. 3, 7; & Apul. de Syllog. Categ. p. 374.

¶ Indefinite, adv. sine fine. Gell. 2, 24 *Promiscue atque indefinite largiri,* id est, nihil determinando.

¶ Diffinio, *ire,* idem quod *definire.* In Hygini Astron. 1, 6 Io. Schefferus edidit: *quem Arctico diffinivimus,* & ex parvo intervallo: *Zodiacus sic optime diffiniri poterit.* Munckerus utrobique *definiri.* Adde 2, 13 Hinc

¶ Diffinitio, *ōnis,* f. idem quod definitio apud Hygin. Astron. legit Schefferus: *Hac diffinitione sphæræ &c.* Munck *definitione.* Et Augustin. Retractat. 1, 15 *Vt hac diffinitione volens a nolente discerneretur.* Adde Mart. Capell. 5 p. 150; Cæl. Aurel. Acut. præf. 1, 13, &c. Etiam Symmachum & alios pro hac orthographia laudat Falsterus. Et videtur sane locum habere, quoties confusos antea fines intelligi volumus. Idem Falsterus laudat.

¶ Diffinitive, adv. ex Arco. Pedia. p. 117. Sed ed. Gronov. ad Verr. 2, 10 est *definitive.*

¶ Infinitus, *a, um,* contrarium est *finito,* immensum, unendlich, ohne ziel. Cic. Divin. 2, 50 *Quod definitum est, habet extremum, quod non habet extremum, infinitum sit necesse est.* Et Catil. 3, 4 *Cædem infinitam civium facere.* Aut. ad Herenn. 2, 22 *Immensa, infinita, immoderata cupiditas.* Liv. 3, 9 pr. queritur populus de consulum *immoderata infinitaque potestate. Ad infinitum,* Plin. 13, 9. ¶ 2. *Infinitus* etiam sæpe idem quod *multus* est, præsertim apud posteriores latinitatis scriptores. Sic Eutropius 4, 9, 2 *Infinita regent auxilia:* & 6, 18, 2 *Infinita nobilitas.* Spartianus Hadriano c. 20 *Aquarum ductus infinitos nuncupavit.* Sed & Cic. de Orat. 1, 1 *Infinitus rerum forensium labor,* unsäliche mühe. ¶ 4. Infinitum in oratoriis quæstionibus quid sit, docebit Cic. in Orat. part. 1 & 18. Conf. Menck. Observ. hac v. ¶ 5. Opponitur præfinito a Cic. c. Rul 1, 3 *Etenim quod superiore parte legis præfinitum fuit, — id rursus liberum infinitumque fecerunt.* ¶ 6. Est & comparativus *infinitior,* Cic. in Topicis c. 8 *Distributio infinitior;* & *Res infinitior.*

¶ Infinitum, *i,* n. quasi substantive cum secundo casu. Eutrop. 6, 13 de triumpho Pompeji: *Prælata ingens pecunia: auri atque argenti infinitum.* Et 9, 9, 9 *In quo* (templo) *infinitum auri gemmarumque constitit.* Videtur *pondus* subaudiri, sicut plene idem Eutrop. 2, 16, 5 dixit: *Infinitum auri argentique pondus in potestatem Romanorum redactum.*

¶ Infinite, adv. Cic. Paradox. 6, 3 *Infinite concupiscens.* Id. de or. 2, 15 *Res infinite posita.*

¶ Infinito, idem. Plin. 25, 8 *Infinito præstare ceteris.*

¶ Infinitas, *atis,* f. die unendlichkeit; ut, *Infinitas locorum,* Cic. N. Deor. 1, 26. Ammian. 15, 1 *Mundorum infinitate Democriti, quos Anaxarcho incitante Magnus somniabat Alexander.* conf. Nonius 2, 413.

¶ Infinitio, *ōnis,* f. idem. Cic. de Fin. 1, 6 *Infinitio ipsa, quam ἀπειρίαν vocant.* conf. Nonius 2, 469.

¶ Infinitivus, *a, um,* idem quod infinitus; ut, *Modus infinitivus,* qui personam verbi non definit, Isidor. 1, 8; & Mart. Capella 3 p. 82.

¶ Infinibilis, *e,* unendlich. Apul. de Dogm Plat. p. 50 *Materiam cum viduata sit fine, infinibilis recte videri potest.* Et Mart. Capell. 2, 45 *Infinibilis patris profunditas.*

¶ Perfinio, *ire,* finire. Lucret. 1, 611 *Nec res perfiniet ulla.*

¶ Præfinio, *ire,* præscribere, ansetzen, bestimmen. *Cuncadas Ianuarias tibi præfinitas esse scito,* Cic. fam. 6, 8. Et Tusc. 5, 8 *Tu vero, ut videtur: nam præfinire non est meum.*

¶ Præfinitus, *a, um,* bestimmt. Scævola L. 47 Dig. de Pactis, *Intra præfinitum tempus.* conf. Vulg. Interpr. Dan. 12, 4; Gal. 4, 2. ¶ 2. *Loqui præfinito,* apud Terent. est *loqui ex præscripto:* Locus est Hecyræ, 1, 2, 19 *Nam illic haud licebat nisi præfinito loqui, Quæ illi placerent:* Vbi Donatus: PRAEFINITO, *desiderato tempore; aut quid tale.* Et mox *Duo dixit, &* PRAEFINITO & QUAE ILLI PLACENT. *Vt neque quantum vellet, neque quod vellet, diceret.*

¶ Præfinitio, *ōnis,* f. die bestimmung, ansetzung; ut, *Præfinitio annorum,* l. 20 ff. quand. dies legat. *Secundum præfinitionem,* Tertull. de Monog. c. 2. conf. Vulg. Interpr. Eph. 3, 11.

¶ Trifinium, *i,* n. wo three drey zusammen grentzen. Isidor. 15, 14 *Trifinium dictum, eo quod trium possessionum fines adstringit.* Sic Flaccus de Conditione agror. p. 6 *Si in trifinium, id est, in eum locum, quem tres possessores attingebant, termini ponebantur.* conf. Goesii Rei agr. auct. & Legg. p. 206, 244 & 343.

¶ Quadrifinium, *i,* n. ex Trifinio intelligitur. Innocentii ex-

cerpta p. 227. *Area super ripa alvei constituta est in quadrissimio.* Isidorus c. 1. *Quadrissimum, quod quatuor possessionum fines adsignat.*

¶ Quadrinnalis, *e*, ut, *Quadrissimalis area*, in dictis Innocentii excerptis p. 222, & *Quadrimales*, p. 225 scilicet *termini*, ut Clar. Goesius interpretatur. conf. p. 245.

Fmitimus, quare supra in *Finis*.

FIO, *factus sum, fieri*, passivum habet verbi *facio* significationem; *Fieri*, accidere, werden, geſchehen, gethan werden. Venit a φύω, unde & antiquum *Fuo*, de quo l. l. Itaque etiam pro *esse* ponitur, ut Cic. fam. 3, 7 med. *Nec potest fieri me quidquam superbius.* Ter. And. 3, 3, 36 *Hoc nisi fit.* Et, *Fit contumelia*, Hec. 3, 5, 20. *Fit convicium*, Cic. fam. 10, 16. *Fit caedes civium*, id est, cæduntur. Idem Declam. antequam iret, &c. Et, *Caedes indignissime maximeque factae sunt*, Cic. pro Rosc. Am. c. 5. *Fit sumptus in classem*, id est, impenditur, Nepos 1, 7, 6. Et, *Illud ex otio fit*, Ter. Heaut. 1, 1, 57. *Ex ea re fit*, das folget daraus. Id. Andr. 2, 3, 11. *Mihi non fit verisimile*, ibid. 1, 3, 20, ich kans nicht glauben. *Vt fit*, Cic. in Orat. c. 53, wie es gehet. *Obstiam mihi fit tabellarius*, Id. Att. 16, 13, er kömmt mir entgegen. *Fio commodioris valetudinis*, Quint. 6, 3, mit meiner geſundheit beſſert ſichs. Ovid. A. A. 1, 536 *Quid mihi fiet?* wie wird mirs gehen? Sed Cic. Att. 6, 1 p. 582. Græv. *Quid illo fiet, quem reliquero? quid me autem?* ¶ 2. Quemadmodum autem *facere*, pro gignere, (de quo supra) ita & *fieri*, pro gigni, nasci usurparunt auctores. Varro de Re Rust. 2, 3 *Quidam etiam dant operam, ut ex insula media capras habeant; quod ibi maxime & pulcherrimi existimentur fieri haedi.* Et c. 6 *Ego*, inquit, *de ovibus maxime dicam, quod jam Reatinus: ubi optimi & maxime fiunt.* Id. 3, 12 de leporibus: *In Gallia Transalpina & Macedonia fiunt permagni: In Italia & Hispania mediocres.* Plin. 9 s. 51 de gemmis 37. ¶ 3. *Fit nihil*, es paßirt nichts, elegans formula, qua utebantur veteres, cum frustra diu aliquid se nacturos credebant. v. Gronov. ad Gell. 2, 29. Pro *consit* videtur positum, ut etiam in illo Ovid. Am. 1, 8, 92 *Fit cito per multas praeda petita manus.* ¶ 4. *Fimus*, plurale, apud Terentium legitur, auctore Mureto, Heaut. 3, 1, 74 *Deteriores omnes simus licentia. Fit anus*, Horat. 3 od. 13, 2. *Fi*, Imperativus apud Plautum Curc. 1, 1, 87 reperitur, *Fi mihi obsequens*, folge mir. *Fite*, Nonius 17, 62 ex Catone & Crasso adduxit. Cæterum in *Fio* vocalis ante vocalem producitur; (licet a poëtis Christianis corripiatur, v. Prudent. Peristr. 10, 815.) Sed ubi R inseritur, uti in *fierem, fieri*, prima corripitur, Ovid. Trist. 1, 7, 7 *Omnia jam fient, fieri quae posse negabam.* ¶ 5. *Fit* & *fit*, it. *defit* ac *desit* &c. confundi a librariis monet Drakenb. ad Sil. 9, 335.

Compoſita:

¶ Confit, *confieri*, idem fere quod fieri, geſchehen; ut, *Hoc confit, quod volo*, Ter. Adelph. 5, 8, 23. *Quod facilius per te res tota confieret*, Balbus Ciceroni Attic. 9, 8. Et ſub 8, 15 p. 819. *Vt res similis sanguine confieret.* Et Tac. An. 15, 59, 3 *Multa experiendo confieri, quae segnibus ardua videantur.* ¶ 2. Liv. 5, 50 *Quo summa pacta mercedis Gallis confierent*, zuſammen gebracht würde.

¶ Defit, *defieri*, Impersonale, pro deesse, mangeln. Ter. Eun. 2, 2, 12 *Nihil cum est, nihil defit tamen.* Et Hec. 5, 2 pr. *Nihil tibi apud me defieri patiar, Sostrata.* Et, *Defit mihi fortuna*, Cic. Tusc. 3, 19, ex poëta. *Ostreae, deficiente luna, desiunt*, Gell. 20, 7. Id. 1, 14 *Quod viderent, multa ad splendorem domus atque victus defieri.* Virg. ecl. 2, 22 *Lac mihi non aestate novum non frigore defit.*

Defioculus, vide infra in *Oculus*.

¶ Effio, *ēri*, idem ac *effieri*, gethan werden. Plaut. Perſ. 5, 1, 9 *Vt fiant, quae volui effieri.* Ita & Gron.

¶ Infit, incipit, er fänget an, etiam a *fieri* eſt. In Gloſſ. vet. exponitur ἐπιγίνεται, ἄρχεται. Feſtus: INFIT, *incipit. Sed diversae significationis ab eo, quod est* FIT: *nam* INFIT *agentis:* FIT *autem patientis est.* Plaut. Aſin. 2, 2, 75 *Me infit percontarier.* Id. Rud. prol. v. 51 *Is illius laudare infit formam virginis.* Virg. Æn. 11, 242 *Et Venulus dicto parens sic fari infit.* Lucret. 5, 1108 *Ille quoque expergefactum caput erigere infit.* conf. Sil. 12, 67. ¶ 2. *Infit*, pro inquit, ſive incipit loqui, er ſagt. Virg. Æn. 5, 708 *Isque his Aeneam solatus vocibus infit.* conf. 10, 100. Livius 3, 71 *Ibi infit annum se tertium & nonagesimum agere.*

¶ Interfio, *ēri*, id eſt, interfici, confici, abſumi, untergehen. Lucret. 3, 886 *Flammis interfiat.* conf. Plaut. Trin. 2, 4, 131.

¶ Superfio, *ēri*, ſuperesse, übrig ſeyn. Colum. 12, 1 *Separare, quae consumenda sunt, & quae superstieri possint, custodire, ne sumtus annuus menstruus fiat.* Auſonius epigr. 81 *Incipe, dimidium facti est coepisse, superfit Dimidium, rursum hoc incipe: & efficies:* Vbi *superfit* pro *superest.* conf. Plaut. Stich. 4, 2, 12; & Prudent. adv. Symm. 2, 982.

FIO, *fire*, a φύω, i. e. *sacrifico.* Vnde composita *Exfio, Suffio.* Fallitur enim Priscianus lib. 8 & 10, ubi *Suffio* ab altero illo *Fio* significante γίνομαι esse censet. conf. Voſſ. Etym. p. 215.

¶ Exfio, *ire*, gr ἐκθυμιάω, apud Feſtum idem ac *expurgo, are*, a quo

¶ Exfitus, *ūs*, m. Feſto eſt *purgatio.* Et

¶ Exfir, *purgamentum, unde adhuc manet suffitio*, die räucherung, Feſt. Suffitionis a Veſtalibus parari ſolitæ præcipuum genus fuit. Fabius Pictor apud Nonium 3, 197 *Exfir*, inquit, *est Sal fortidum, quod ustum est, & in ollam rudem fictilem abjectum &c.*

¶ Suffio, *ivi, ītum, ire*, ſuffumigare, räuchern, ausräuchern. Lucret. 2, 1096 *Ignibus aetheris terras suffire.* Id. 4, 1168 *Terris se suffit odoribus.* Plin. 20, 13 *Rutam suffire.* Virg. Georg. 4, 241 *Suffire thymo.* Propert. 4, 9, 55 *Quacunque locum tetigere puellae, Suffit.* Ita Beroaldus legit. Colum. 12, 18 *Cella vinaria bonis odoribus suffienda.*

¶ Suffitus, *a, um*, beräuchert. Colum 9, 14 *Suffitae apes.* Plin. 20, 17 *Anisum dolores capitis levat suffitum naribus.*

¶ Suffitus, *ūs*, m. das räuchern. Plin. 22, 5 *Psoras cortex ejus* (palmae clates) *capillum denigrat suffitu.* Visus & alibi saepe.

¶ Suffitio, *onis*, f. idem Plin. 25, 2 *Orpheus & Hesiodus suffitiones commendavere.* Arnobius 5 p. 156 *Verbenarum suffitio.* Idem 7 p. 233 *Quid interest, unde fumus altaribus conficiatur in sanctis, vel ex visci quo genere nubes suffitionis exaestuent?* wo der dicke rauch herkomme? conf. Colum. 1, 16; & 12, 50.

¶ Suffitor, *ōris*, qui ſuffit; ut, *Puer suffitor*, Plin. 34, 8.

¶ Suffimen, *inis*, n. quod ſuffitur, räuchwerck; item ipſa ſuffitio. Ovid. Faſt. 4, 731 *I, pete virgineae populus suffimen ab ara.*

¶ Suffimentum, *i*, n. idem Cic. de Leg. 1, 14 pr. *Sine suffimenti expiari.*

¶ Suffimento, *are*, beräuchern. Veget. rei vet. 3, 2 *Suffimentare aliquid.*

Firmamen, firmare, firmatio, &c. vide in *Firmus*.

FIRMVM, ſive Firmum, *i*, n. Piceni in Italia caſtellum, cujus meminit Plin. 3, 12, Lactantii patria; quod ancertum, in medio relinquit Gallæus in vita Lactantii, operibus ejus præfixa. Alii *Formianum* a *Formis*, urbe Campaniæ, dictum volunt.

FIRMVS, *a, um*, conſtans, ſtabilis, fortis, ſtandhaftig, feſte, tapffer, ſtarck. *Firma & perpetua amicitia*, Q. Cic. de Petit. conſul. c. 7. *Nihil firmi video*, Ter. Heaut. 2, 3, 96, nichts grundliches. Cic. fam. 15, 1 *Nec opibus satis firmi, nec voluntate sunt*, h. e. ſunt invalidi & mobiles. Sic *Firmus ab equitatu*, Plancus Cic. fam. 10, 15, mit reuterey wohl verſehen. Nep. 18, 3, 3 *Firmae copiae*, peritæ bellandi, indurata bello manus. *Firmum contraxit exercitum*, Vellej. 2, 29, 1. *Potentissimi ac firmissimi populi*, Cæſ. B. Gall. 1, 33 & 5, 52 *Senones, quae est civitas in primis firma & magnae inter Gallos auctoritatis.* Atque ita alibi ſæpe de belli potentia. v. Gronov. ad Liv. 23, 25. *Fuit viribus ad laborem ferendum firmis*, id eſt, invictus laboris, operis, &c. Nepos 18, 11, 5. Sic Cic. fam. 11, 27 *Nondum satis firmo corpore cum esset.* Et, *Valetudo firma, firmior*, Plin. 11, 37. *Firmus proposito*, id eſt, conſtans, Vellej. 2, 63, 3. Et Cic. pro Balbo c. 27 *Sunt fortasse in sententia firmiores.* ¶ 2. Speciatim ad fidem & conſtantiam militum & ſociorum refertur. Cæſ. B. G. 5, 20 *Firmissima civitas.* Plin. 2 epiſt. 11 *Pro veritate firmissimus.* Cæſar iterum B. Civ. 3, 86 *Firmiore animo in praelium prodire.* Et Cic. Top. c. 25 *Lege nihil firmius in controversiis.* Id. fam. 15, 4 *Ex insidelissimis firmissimos reddere.* Horat. 1 epiſt. 17, 47 *Et fundus nec vendibilis, nec pascere firmus*, id eſt, qui in annuum ſumtum non ſufficit; ut alias *fides* agris tribuitur.

¶ Firme, adv. ſteif und feſt; ut, *Firme graviterque aliquid comprehendere*, Cic. 1 de Fin. c. ult. *Firmius*, Flor. 3, 5, 8; Plin. 35, 12. *Firmissime aliquid asseverare*, Cic. Att. 10, 14, mit beſtändigkeit.

¶ Firmiter, idem. *Firmiter insistere*, Cæſ. B. G. 4, 26.

¶ Firmitas, *atis*, f. conſtantia, robur, die ſtärcke. *Animi firmitas*, ſtandhaftigkeit, ſtarcker muth, Cic. Att. 12, 38. Et, *Gladiatoria totius corporis firmitas*, exercitatione parta ſcil. unde robur, & agilitas, Cic. Phil. 2, 25, & Nepos 15, 3, 1. vid. Mercurial. Gymnaſt. 4, 2. Cic. fam. 11, 12 *Si aliquid firmitatis nactus fuerit*, h. e. ſi vires collegerit.

¶ Firmitūdo, *inis*, f. idem. Cic. fam. 5, 13 *Firmitudinem gravitatemque animi tui perspexi.* Et Plaut. Aſin. 2, 2, 54 *Si ibam firmitudinem animi obtines.*

¶ Firmo, *avi, atum, are*, firmum efficere, ſtabilire, feſt, ſtarck, gewiß machen, bekräftigen. De formula, *firmare aciem subsidiis*, v. Gron. pater, & Drakenb. ad Liv. 2, 31 pr. *Aliud si scirem, qui firmare meam apud vos possim fidem sanctius, quam jusjurandum*, Ter. Hec. 5, 1, 23. conf. Andr. 3, 1, 4. Cic. pro Sylla c. 11 *Filium suum vita privavit, ut in ceteris firmaret imperium*, ſeine autorität befeſtigen. Id. Tuſc. 2, 15 *Corpora juvenum si mari labore volverunt.* Et ibid. *Firmandus est animus ad dolorem ferendum.* Sic, *Firmare domum*, Ter. Heaut. 5, 5, 4. *Pacem firmare*, Cæſ. Gall. 84, 28, gewiß machen, befeſtigen. *Firmare gradum*, ſcil. baculo ſ. alio fulcro, Stat. Theb. 2, 265.

¶ Firmatus, *a, um*, geſtärcket, befeſtiget. Cic. de Div. 1, 1 *Vetus opinio est, omnium gentium firmata consensu.* Virg. ecl. 4, 37 *Hinc ubi jam firmata virum te fecerit aetas.*

¶ Firmator, *ōris*, m. qui firmat, der befeſtiget: ut, *Firmator pacis*, Tac. Ann. 2, 46, 7. *Firmator disciplinae*, Plin. 10 ep. 38.

¶ Firmāmen, *inis*, n. die befeſtigung, grundfeſte. Ovid. Met. 10, 491 *Porrigitur radix, longi firmamina trunci.*

¶ Firmāmentum, *i*, n. robur, ſtabilimentum, ſtärcke, ſtütze. Cic. Att. 1, 18 *Sic ille annus duo firmamenta Reip. per me constituta, evertit*, hoc eſt, ſenatus & equeſtris ordinis auctoritatem. Id. de Amicit. c. 18 *Firmamentum stabilitatis ejus, quam in amicitia quaerimus, est fides*, hoc eſt, fides efficit, ut amicitiæ firmæ ſint & ſtabiles. Id. de Inv. 1, 13 *Firmamentum causae.* conf. ib. c. 14. Grat. Cyneg. 10 *Sed primum auspicium Deus artibus, altaque circum Firmamenta dedit.*

Compoſita:

¶ Affirmo, Adfirmo, *are*, Confirmare, beſtätigen, befeſtigen. Liv. 1, 1 *Ea res Trojanis spem affirmat finiendi erroris.* Idem 26, 24 *Haec dicta promissaque affirmarunt autoritate sua.* Id. 32, 35 *Eam opinionem ipse affirmavit petendo.* Et Tac. Ann. 14, 22, 7 *Secuta anceps valetudo iram Deûm affirmavit.* Burm. ad Quintil. decl. 18, 6 p. 354. Apuleius. Metamorph. 11 p. 195 *Tu collapsam fortunam affirma.* ¶ 2. Aſſeverare, aſſerere, bejahen, für wahr und gewiß ausſagen. *Omni tibi asseveratione affirmo*, Cic. Att. 13, 23. *Affirmare jurejurando*, Liv. 29, 23, etwas beſchweren. *Non soleo temere affirmare de aliquo*, Cic. ad Brut. epiſt. 1. *Nemo scit & omnes affirmant*, Tac. Hiſt. 1, 35, 2. Et dum negat Ovid. Triſt. 3, 3, 27 *Non agis, adfirmo.*

¶ Affirmans. Hirt. B. Alex. c. 24 *Fore eum secum affirmans.*

¶ Affirmanter, adv. quod vulgus *affirmative* dicit, idem, Gell. 14, 1 *Potuisses praedici affirmanter.*

¶ Affirmatus, *a, um*, bekräftiget. Cic. de Invent. 1, 37 *Id quod breviter expositum est, rationibus affirmatum, probabilibus & apertis fit.*

¶ Affirmate, adv. ſicherlich, betheuerlich. Cic. Off. 3, 29 *Quod autem affirmate, quasi Deo teste promiseris, id tenendum est.* Gell. 10, 12 *Plerique nobilium Graecorum hoc affirmatissime scripserunt, simulacrum columbae e ligno ab Architа factum, volasse*, haben für eine gewiſſe wahrheit geſchrieben.

¶ Affirmatio, *onis*, f. die bejahung, betheurung. Cic. Off. 3, 29 *Iusjurandum religiosa est affirmatio.* Plin. 28, 2 *Constantissima annalium affirmatione.* conf. Cæſ. B. G. 7, 30.

¶ Affirmator, *ōris*, m. qui affirmat. Tertull. adv. Marc. 4, 7 *Romulus adsensus sui in caelum habuit Proculum affirmatorem.* Id. de Anima c. 46 *Quanti commentatores & affirmatores in hanc rem?*

¶ Circumfirmo, *are*, rings umher befeſtigen. Colum. 14, 17 *Vitis quadrato circumfirmanda est agmine.*

¶ Confirmo, *avi, atum, are*, eſt firmum reddere, deque iisdem rebus dicitur, ſtärcken, bekräfftigen. Cic. pro Leg. Manil. c. 9 *Mithridates*

dates suam manum jam confirmaverat Et fam. 16, 13 *Cura, ut valeas; & cum te bene confirmaris, ad nos venias; &c* i. e. cum plene convalueris. Cæs. B. G. 5, 50 *Militos consolatur & confirmat*, er macht ihnen einen muth. Sic, *Animos verbis confirmare*, Id B. Gall. 1, 33. *Confirmare amicitiam & pacem cum aliquo*, Cæs. B. Gall. 1, 3. *Confirmo tibi*, ich versichere dich, Cic. fam. 5, 14; & 13, 16. ¶ 2. Aliquando plus est, quam *promittere*, ut contra *persuadere* plus est, quam *confirmare*. Cic. fam. 12, 7 *Promisi & prope confirmavi*. Id. fam. 6, 6 pr. *Confirmare de reditu*, est certo augurari. Id. Att. 16, 5 *Hoc cum mihi non modo confirmasset, sed etiam perjasisset, egit mecum accurate. Confirmare aliquid rationibus & argumentis*, Id. de Fin. 1, 9, beweisen. *Confirmare suffragiis*, Cic. pro Dom. c. 18, bestätigen. ¶ 3. Aliquando est *efficere, affirmare*, bethenern. *Nemo unquam erit, & (ut confirmare possim) nemo certe fuit*, Cic. de Amic. c. 2.

¶ Confirmatus, *a, um*, kräftig, stark; ut, *Confirmata valetudo*, Cic. Att. 10, 17. *Ætas confirmata*, Id. de Sn. 22, das zur rechten starke gekommen ist. Comp. *Confirmatiorem efficere exercitum*, Cæs. B. Civ. 3, 84. v. *Firmus* n. 2.

¶ Confirmate, adv. idem, Auct. ad Her. 4, 11.

¶ Confirmatio, *onis*, f. die bestätigung, versicherung. *Non eget confirmatione virtus*, Cic. fam. 6, 3. i. e. consolatione. Cæs. Gall. 3, 18 *Gallos ad hoc consilium hortabatur perfugæ confirmatio*. ¶ 2. Et *Confirmatio*, pars Orationis Rhetoricæ, qua causam vel propositionem argumentis stabilimus & confirmamus. vid. Cic. de Invent. 1, 24.

¶ Confirmator, *oris*, m. qui confirmat. Cic. pro Cluent. c. 26 *Sequester & confirmator pecuniæ*. Tertull. adv. Marc. 4, 36 *Confirmator erroris*. Adde de Jejun. eumdem c. 10. Sic Lactantius 1, 2 *Cujus sententiæ auctor est Democritus: confirmator Epicurus*.

¶ Confirmatrix, *icis*, f. Tertull. de Corona mil. c. 4 *Consuetudo confirmatrix*.

¶ Confirmative, adv. Tertull. adv. Marc. 4, 41 *Confirmative pronunciare, respondere*.

¶ Confirmitas, *atis*, f. constantia. Plaut. Mil. 2, 2, 34.

¶ Effirmo, *are*, firmare. Accius apud Nonium 4, 64 *Tute ipse effirma & compara*.

¶ Infirmus, *a, um*, imbecillis, debilis, schwach. *Infirma & ægra valetudo*, Cic. de Clar. Or. c. 48 extr. &, *Infirmissima valetudo*, de Orat. 1, 45 extr. schwachheit des leibes. *Homo ætate affectus, & viribus infirmis*, Cic. Verr. 4, 43. *Nuptiæ infirmæ*, ehe, die keinen bestand hat, Ter. Phorm. 5, 1, 6. ¶ 2. *Ægrotus*, krank. Plin. 7, 26 *Nuper me cujusdam amici languor admonuit, optimos esse nos, dum infirmi sumus*. Ibid. idem: *Tales esse jam perjeveremus, quales nos futuros profitemur infirmi*. Vbi vides, *Sanos* & *Infirmos* opponi. *Infirmissimus valetudine*, Vellej. 2, 70, 1. ¶ 3. Ad idem refertur, ut *Firmus* n. 3. Ita Colum. 3, 10, 6 *Infirmissimi* sunt infidelissimi, qui, ut ibi dicitur, *nihil curiose, nihil religiose administrant*. v. *Infirmitas*. Ita Cæs. B. C. 1, 64 *Infirmiores milites*.

¶ Infirmis, *e*, Idem. Ammian. 20, 6 *Coagmenta lapidum recens structorum, madoreque etiam tum infirmium*.

¶ Infirme, adv. *Intelligebam, socios infirme animatos esse*, Cic. fam. 15, 1, sie waren wankelmüthig. Compar. Suet. Aug. c. 90 *Tonitrua & fulgura paullo infirmius expavescebat*, allzu kleinmüthig.

¶ Infirmiter, adv. aliud. Arnobius 7 p. 250 *Quam infirmiter invalideque dicatur, ipsa rerum inæqualitas indicabit*.

¶ Infirmitas, *atis*, f. imbecillitas, die schwachheit. *Infirmitas corporis, valetudinis*, Cic. de Cl. Orat. c. 91. Et, *Impositum onus propter infirmitatem animi deponere*, pro Rosc. Am. c. 4, aus kleinmüthigkeit. *Accidit hoc ab infirmitate mentis*, aus blödigkeit, Sen. epist. 11. Quint. procem. p. 11 Burm. *Quantum nostra valebit infirmitas*, extenuatio, meine wenigkeit. ¶ 2. Aliquando & levitatem & inconstantiam significat, die leichtsinnigkeit. Cæs. B. Gall. 4, 5 *Infirmitatem Gallorum veritus, quod sunt in consiliis capiendis mobiles & novis plerumque rebus student*. Et rursus c. 13 *Cognita Gallorum infirmitate, quantum jam apud eos hostes uno prælio auctoritatis essent consecuti*. Hoc intellectu est & Col. 3, 10, 7. vid. *Infirmus* n. 3.

¶ Infirmo, *avi, atum, are*, debilitare, infringere, refellere, schwächen, widerlegen, nichtig und kraftlos machen. Cic. pro Cæcin. c. 18 *Quæ lex, quod fœdus, aut pactio, quod testamentum non infirmari aut convelli potest*. Idem pro S. Rosc. c. 15 *Qua ratione infirmem ac diluam*, i. e. refutem argumenta. conf. Id. pro Arch. c. 4; & de Invent. 1, 44.

¶ Infirmatus, *a, um*, geschwächt. Cic. in Pison. c. 19 *Infirmatus conscientia scelerum*. Ammian. 17, 5 *Infirmato imperii robore*.

¶ Infirmatio, *onis*, f. debilitatio. Cic. Agrar. 2, 3 *Infirmatio rerum judicatarum*. Idem de Invent. 1, 11 *Infirmatio actionis*.

¶ Perinfirmus, *a, um*, sehr schwach. Cic. de Fin. 2, 16 *Sunt levia, & perinfirma, quæ dicebantur a te*.

¶ Obfirmo, *are*, & Offirmare, durum reddere, firmum facere, steifen, stärcken; ut, *Cor ium offirmare cineris insperso*, Apulej. Met. 7 p. 197, die haut gar machen. ¶ 2. Pertinax propositum apud animum concipere, & quasi obstinate in aliqua re persistere, sich etwas starck fürnehmen, fest drauf beharren. Plaut. Merc. prol. v. 81 *Animum offirmo meum*. Ter. Heaut. 5, 5, 8 *Ne tam obfirma te*. Id. Hecyr. 3, 5, 4 *Certum est, obfirmare viam me, quam decrevi persequi*. Vbi Donatus: OBFIRMARE VIAM, est *adversus omnia obstinate agere*.

¶ Obfirmatus, Offirmatus, *a, um*, induratus, steif, beständig. Plaut. Amph. 2, 2, 15 *Animo forti & obfirmato aliquid ferre & perferre*. Compar. Cic. Att. 1, 11 *Incredibile est, quanto mihi videatur illius voluntas obstinatior, & in hac iracundia obfirmatior*.

¶ Obfirmate, adv. hartsinnig; ut, *Obfirmate resistere*, Suet. Tib. c. 25.

¶ Refirmo, *are*, iterum seu denuo firmare, wieder fest stellen. Sextus Rufus c. 14 *Supra ripam Tigridis limes est refirmatus*.

Fiscalis, fiscella, fiscina, vide *Fiscus*.

FISCVS, *i*, m. proprie Φοφινὸς, κόφινος, quo utebantur, quum ad forum seu macellum irent, ein korb, kober. Vet. Gloss. *Fiscus*, κόφινος ἀλιευτικὸς, fisch-reuß. ¶ 2. Deinde pro nummorum receptaculo, ein geld-korb. Suet. Claud. c. 18 *Positis ante se cum pecunia fiscis* conf. Cic. Verr. act. 1, 8 *Fiscos complures cum pecunia Siciliensi*. vid. Ascon. h. l. & Sen. de Ira 3, 33. Isidorus, 20, 9 *Fiscus, saccus est publicus, unde & fiscellæ, & fiscinæ dicuntur. Hunc habent exactores, & in eum mittunt debitum publicum, quod redditur regibus*. Ascon. in Verrin. procem. *Fiscinæ, & fiscellæ sportæ sunt urbanæ, ad majoris summæ pecunias capiendas, &c.* ¶ 3. Ascon. l. c. *Ut pro censu privato loculos & arcam & saccellos divinus, sic pro publico thesaurus ærarii dicitur fiscus*, die casse, kammer, renterey. Sed fiscum ab ærario differre, in Trajani vita scribit Dion, & significat Plinius Paneg. Trajani, c. 36 *At fortasse non eadem sentiret* FISCVM, *qua* ÆRARIVM *cohibes: Imo tanto minore, quanto plus tibi licere de* PVBLICO (Fiscos) *quam de* PRIVATO (Ærario) *credis*. Sen. de Benef. 7, 6 *Cæsar omnia habet, fiscus ejus privata tantum ac sua: & universa in imperio ejus sunt, in fisco propria*, fürstliche kammer-güter. Suet. Domit. c. 12 *Præter cæteros Judæicus fiscus acerbissime actus*, die Juden sind scharf erequirt worden. Vid. quæ de *fisci Judaici calumnia* diximus in *Calumnia*. ¶ 4. Est & *fiscus*, qualus olearius, ein jeger-korb, in quem olivæ prelo subjiciendæ conficiuntur, v. Colum. 12, 47, 50 & 52. Huc pertinet significatio *fiscinæ* & *fiscellæ*.

¶ Fiscālis, *e*, ad fiscum pertinens; ut, *Jus fiscale*, L. 42 Dig. de Pactis: & *Calumnia fiscalis*, vide *Calumnia*. Sic, *Horrea fiscalia*, Paulinus Nol. epist. 49 (al 36) n. 1, herrschafftes getreyde. *Fiscalia* absolute vocantur tributa, schatzung, steuer, l. 3 C. de Episc. & Cler.

¶ Fiscarius, *i*, m qui fisci curam gerit, vel redimit fiscum, ein fiscal, schatzmeister. Firmicus 3, 13 *Annuæ fiscariorum præstationes*.

¶ Fiscina, *æ*, f. idem quod *fiscus*, ein korb. Cic. pro Flacco c. 17 *Homini Phrygi, qui nunquam aliorum fici viderat, fiscinam ficorum objecisti*. Plin. 18, 31 *Ivondarie fiscinæ*. Virg. Georg. 1, 266 *Nunc facilis rubea texatur fiscina virga*.

¶ Fiscella, f. dimin. ex junco, vel falictis, aut hibisco texebatur, quæ picabatur capiendis uvis. v. Barth. ad Script. Venat. p. 180, & Colum. 12, 38. Virg. ecl. 10, 71 *Gracili fiscellam texit hibisco*; i. e. sportam vimineam. ¶ 2. Vas item vimineum, seu junceum, per quod in expressione casei serum defluit. Colum. 12, 17 *In juncea fiscellis vel sporteis faecis pere lant*. ¶ 3 Quin & *fiscella* est, qua jumentorum ora capistrantur, ne tenera germina præcerpant, ein maul-korb. Plin. 18, 19 *Fiscelli capistrari oves oportet*.

¶ Fiscellum, *i*, n. idem. Colum. 12, 38 *Baccæ fiscello ligneo incluſæ*.

¶ Fiscellus, *i*, m. *Caſei mollis appetitor, ut catillones catillorum liguritores*, Fest. der frischen käse liebt; scil. quod ex ipsa fiscella caseum recentem appetat. Cæterum ipsa forma vocis *catillo* admonet, forte legendum esse *fiscello*, ut *curio, mirio, comedo, flagrio*, & reliqua hujus generis.

¶ Confisco, *are*, aufheben; ut, *Confiscare pecuniam*, i. e. in fisco vel fisco condere atque reponere: Suet. Aug. c. 101 *Quam summam repræsentari jussit: nam & confiscatam semper repositam ipse habuerat*. Tertullianus eleganti translatione de Fuga c. 12 *Felices itaque pauperes, qui animam totam in confiscato habent*: id est, in promtu, in parato; sive *in numerato* habent, ut Quintilianus, & Plinius loquuntur, de quo infra. ¶ 2. Alias *Confiscare* est, in fiscum principis redigere, confiscirer, einziehen. Suet. Calig. c. 16 HS *millies confiscatum*. Sic, *Bona alicujus confiscare*, vulgatum est. Suet. Domit. c. 12 *Confiscabantur alienissimæ hæreditates*. Dicuntur & *personæ confiscari*, quorum bona in fiscum rediguntur. Suet. Tib. c. 49 *Constat præterea Galliarum & Hispaniarum, Syriæque & Græciæ principes confiscatos &c.* Id. Calig. c. 41 *Cum præteruntes duos equites Romanos locupletes sine mora corripi confiscarique jussisset, exultans rediit*. conf. Id. Aug. Et l. 9 § pen. ff. de tut. & ration. *Si tutor fuerit confiscatus, adversus fiscum actio datur pupillo*.

Confiscātus, *a, um*, vid. in verbo *Confisco*.

¶ Confiscatio, *onis*, f. die einziehung der güter. Vet. Gloss. *Confiscatio*, δήμευσις. Et Flor. 3, 9, 3 *Socii vivique regis confiscatio*.

¶ Confiscator, *oris*, m. ein fiscal. Eædem Glossæ: *Confiscator*, ταμίευτος.

¶ Suffiscus, *i*, m. *Folliculus testium arietinorum, quo utebantur pro marsupio, a fisci similitudine dictus*. Festus.

Fissiculare, fissilis, fissio, fissipes, fissura, &c. vide *Findo*.

FISTŬCA, *æ*, f. est instrumentum utrinque anfatum, quo pali magna vi in terram figuntur, quoque uruntur etiam pavitores, ein schlägel, rammel, docke, damit man die pfähle in die erde treibet. *Adigere fistucis*, Cæs. Gall. B. 4, 17. *Pavimenta fistucis pavita*, Plin. 36, 25.

¶ Fistūco, *are*, einschlagen, einrammeln. Plin. 36, 25 *Necessium, rudus pedali crassitudine fistucari*.

¶ Fistucatus, *a, um*, geschlagen, eingerammelt. Plin. l. c. & Vitruv. 7, 4 *Solo fistucato*, h. e. fistuca æquato. ¶ 2. *Fistucatum* absolute pro fistucatione posuit Plinius 17, 11 extr. *Terra circa radices fistucato spissanda*.

¶ Fistucatio, *onis*, f. die einrammlung. Vitruv. 10, 3 *Pali resupinati defodiantur & circum fistucatione solidentur*.

FISTŬLA, *æ*, f. per quam aqua fusa educitur, vel aër commeat, eine röhre. *Fistula angusta*, apud Quintilian. 5, 14. *Eburneola fistula*, Cic. de Orat. 3, 60, eine pfeiffe. *Fistulam inflare*, ibidem, pfeiffen. *Fistula pastoritia*, Cic. Att. 1, 16, schäfer-pfeiffe; ubi tamen fibulas, alienatæ voluntatis signum significat. vid Popma p. 115 ed. Græv. Hinc fistulæ, & calami carminibus Bucolicis apti, quos deinde Fauno & Pani suspendebant. v. Barth. ad Script. Venat. p. 184. De his plura congessit Brouckhus. ad Tib. 2, 5, 31. Iunctis septem dispari longitudine arundinibus fere constabant. ¶ 2. Est & *fistula*, per quam spiratur. ¶ 3. Et ulcera *fistulæ* dicuntur seu ulcerum potius sinus & recessus, fisteln, röhrwunden. Nepos 25, 21, 3 *Subito tanta vis morbi in unum intestinum prorupit, ut extremo tempore per lumbos fistula putris eruperit*. Si bona lectio. Nam plerique doctorum malunt legi *fistula puris*. conf. Hippocrat. de fistulis, & Celsi de re med. 5, 18. ¶ 4. Est etiam in instrumento varii generis. *Fistula fatoria*, Plin. 17, 14, f. 23 scalprum f. ferramentum, ein kneif. *Fistula farraria* est apud Cat. de R. R. c. 10. *Fistula serrata*, Plin. 18, 10 f. 23 Quæ duo loca lucem forte sibi invicem fœnerantur. Vid. Gesneri Lex. Rust.

¶ Fistulo, *are*, est fistulam agere, seu fistulosum esse, löchericht senn. Plin. 18, 11 *Terra bibula, & pumicis vice fistulans.* ¶ 2. Item, pfeifen. Ver. Onomast. *Fistulo, συρίζω.*

¶ Fistulatus, *a, um*, cavatus in morem fistulæ, sive fistulis apertus, wie ein rohr, hohl. Suetonius, ex emendatione Salmasii ad Vopiscum, Ner. c. 31 *Cœnationes laqueatæ tabulis eburneis versatilibus: ut flores e fistulatis, ut unguenta desuper spargerentur.* Sic *æra fistulata*, Sidonius dixit 9 epist. 13 in carmine subnexo. Et Arnobius 2 p. 84 *Quid venas fistulatas & commeabiles fecerit.*

¶ Fistulatim, adv. quasi per fistulam, wie durch ein rohr. Apulej. Met. 4 *Fimus fistulatim excussus.*

¶ Fistulātio, *onis*, f. das gepfeiffe, apud Sidonium.

¶ Fistulātor, *oris*, m. qui fistula canit, Cic. de Orat. 3, 6 *Fistulatorem domi reliquerit.*

¶ Fistulātōrius, *a, um*; ut, *Artes fistulatoriæ*, Arnobius lib. 2 p. 73.

¶ Fistulāris, *e*, idem: ut, *fistulare medicamentum*, Veget. 2, 13. *Fistularis versus*, qui ab una syllabarum ad plures surgit, Diomed. Tale est *Syrinx* carmen, quod Theocriteis subjicitur.

¶ Fistularius, *i*, m. idem, qui fistulari, vel organi pneumatici structor, ein orgelmacher. Gloss. gr. lat. ὀργανάριος, *Organarius, Fistularius*, Vet. Inscript. apud Fabret. p. 625 Q. GRISIDIO. Q. F. SABINIANO. FISTVLARIO. CANTORI IMAGINARIO.

¶ Fistulesco, *ere*, löchericht werden. Fulgent. Myth. 2 *Ligna furfuracea tinearum terebraminibus fistulescunt.*

¶ Fistulōsus, *a, um*, fistulis, id est, foraminibus plenus, lecker, löcherricht; ut, *Terra fistulosa*, Plin. 17, 5. *Caseus fistulosus*, Colum. 7, 8. *Cancer fistulosus*, der krebs, so da frist und löcher gewinnet, Cato 157. *Lapis fistulosus*, Pallad. 1, 10. *Saxum fistulosum*, Vitruv. 1, 5.

FITILLA, *æ*, f. pultis species in sacrificiis adhibita. Arnob. lib. 7 *quid fitilla? quid frumen?* Id. lib. 2 *Fitilla de milio.* Meminit ejus quoque Plin. 18, 8 f. 19. Sed Hard. ex MSS. *Fritilla* & malit ipse *fritillo* a frigendo.

Fixul: pro *Fibula*, Fest. Fixura, fixus, vide *Figo.*

Flabellum, flabro, flabrum, vide *Flo*, Flacceo, *Flaccus.*

FLACCVS, *a, um*, languidus & ita pendulus, welck, lappicht, schlappicht: ut, *Aures flaccæ*, Cato de R. R 2, 9, hangende ohren. ¶ 2. Hinc *Flacci* dicti, quibus *aures flaccæ* sive pendiculæ essent, ut Plinius 11, 37 docet. Cic. de N. Deor. 1, 29 *Redeo ad deos, equos si non tam strabones, ut petulos esse arbitrantur? equos autem habere? equos pios, flaccos, frontones, capitones, quæ sunt in nobis?*

¶ Flaccus, *i*, m. subst. commune multorum apud Romanos cognomen, quorum scilicet aures essent flaccidæ. Notus est *Horatius Flaccus*, poëta lyricus. Crebra aliorum mentio apud Ciceronem, v. g. ejus, quem ipse oratione defendit, &c. *Siculus Flaccus* inter agrimensoriæ rei scriptores est.

¶ Flaccidus, *a, um*, aliud adject. φιμάκωσις, idem Plin. 15, 30 *folium flaccidum.* Metaphorice de vestimento Apul. 7 p. 191 *Sumta veste muliebri florida, in sinus flaccidos abundante.* vid. *Flavidus* in *flavus.* Comp. Lucr. 5, 631 *Flaccidiore turbine.*

Flaccide, adv. idem, apud Symmachum.

¶ Flacceo, *ēre*, welck seyn. Attius: *An sceptra jam flaccent?* v. Nonium 2, 323. Cic. Ep. ad Qu. Fr. 2, 15 *Messala flaccet ob consulem coitionem & Pompeji studium in Scaurum. Flaccente sententia*, Claud. Mamert. 1, 3.

¶ Flaccesco, *ĕre*, marcescere, welck werden. *Oratio flaccescit*, die rede wird schwach, verlieret ihr feuer. Cic. de Clar. Orat. c. 24. Plin. 15, 29 f. 36. *Flavescente* legit Hard. ex MSS. ubi alii *flaccescente.* Ita modo provocavimus ad vocem *Flavidus.*

¶ Conflaccesco, *ere*, idem. Gell. 2, c. ult. dixit: *Fluctus, simul ac ventus posuit, sternuntur & conflaccescunt.*

¶ Inflacceo, *ēre*, idem. Ennius in Thyeste apud Nonium 2, 323 *Inflaccebunt conditiones repudiato & reddito.*

Flagellare, flagellum &c. vide *Flagrum*, Flagitium, *Flagito.*

FLĀGĪTO, *avi, atum, are*, cum clamore & convicio petere, heftig fordern, tribuliren. Ver. Gloss. *Flagitaverit*, μετὰ βοῆς ἀπαιτήσῃ, ita leg. it. *Flagito*, προσλιπαρῶ, de mendicis, Plaut. Pœn. 3, 1, 36 *Neque nos quemquam flagitamus, neque nos quisquam flagitat.* Virg. Æn. 2, 124 *Quæ sint ea nomina Divûm Flagitat.* Hor. Sat. 2, 4, 61 *Stomachus flagitat in morsus resici*, Cic. pro Planc. 19 extr. *Etiam atque etiam instо atque urgeo, insector, posco, atque adeo flagito crimen.* Id. fam. 9, 8 *Misi, qui metue, ne te forte flagitent, ego autem mandavi, ut rogarent.* Id. fam. 3, 11 *Cum a te tua promissa per literas flagitabam.* Et fam. 4, 13 *Quid studia, quid artes, quibus a puerilia floruisti, a te flagitent.* Id. pro domo c. 6 *Me frumentum flagitabant.* Et pro Plancio c. 2 *Id quod me flagitat.* Etiam passive accusativi patiens est. Cæs. Civ. B. 1, 87 *Cum Petrejus atque Afranius stipendium ab legionibus, pœne seditione facta, flagitarentur.* Ita Plaut. Pseud. 4, 7, 46 *Flagitarer sæpe clamore in Fo.* ibid. 1, 5, 143 *Clamore magno & multum flagitabere.* ¶ 2. *Flagitare* speciatim est accusare, ut postulare. Tac. Hist. 1, 53, 2 *Ut speculatorem flagitari jussit.* ¶ 3. *Flagitare* etiam infamare esse ait Scal. ad Festum v. *Occentare* (idem enim significare ait *flagitare, occentare ostium, pipulo poscere*) & huc refert Caronis fragmentum *intercutios stupris flagitat us*, h. e. intestinis probris infamatus, itemque *flagitatoris & flagitii* nomina. Sed vid. etiam mox *Flagitatos.* ¶ 4. De stupro appellare non tantum, sed stupro etiam polluere, schänden. Apul. Met. l. 8 p. 215 Elmenh. *Passimque circumfusi mudatum supinatumque juvenem execrandis uredinibus flagitabant.* Ulpian. l. 2 π. de privat. del. § 5 *Si quis alienam ancillam surripuerit, & flagitaverit, utraque actione tenebitur: nam & servi corrupti agi poterit & furti.* Etiam hic amplius quid, quam adtentatam pudicitiam intelligi, vel ex actione apparere videtur. Nam & *si servi pudicitia attentata fuerit, injuriarum actio locum habet*, ut ait Ulpianus l. 8 π. de injuriis: hic autem *servi corrupti.* vid. statim *Flagitatus.* Huc referendus etiam Lact. 6, 32 *His objicitantibus animas ad sanctimoniam genitas: velut in cœni gurgite demersi Dæmon, pudorem extinxit, pudicitiam flagitavit.* Abstrusior vocis notio videtur lectionis & sententiarum varietatem hic peperisse, ut *prostigavit*, vel *fugavit* legant quidam, Buchnerus emendare voluerit *lapidavit* vid. *Lapido.* ¶ 5. Videntur cognatæ originis *flagito, flagrum, flagellum*, forte ex Græco πλήσσω, πλαγῶ ductæ. Feriendi certe quædam, pulsandi, impellendique notio toti quam dixi familiæ communis est. Quin ipsum verbum *flagro* ad impulsus & verbera flammæ referri posse videtur. Verberant aures & percutiunt, qui importune petunt, pulsant januam &c. Sic Donatus ad Ter. Eun. 2, 3, 90 *flagitationem* & *increpationem* συνωνύμως dicit. *Num flagitatio*, inquit, *a strepitu dicitur: unde* flamma, & flagella, & flagitare, *id est, personare intelligimus dici. Nam hæc omnia sine sonitu crepituque non sunt.* Verbo *flagro* & *flammæ* adeo cognatam vocem, agnoscere etiam Tullius videtur Tusc. 4, 32, cum *flagitiosos* dicit, *qui venereas voluptates* inflammato *animo* concupiscunt. vid. *Flagitamentum*, & locum Apuleji in *Flagito* n. 1 laudatum. it. locum Plauti in *Flagrantia.*

¶ Flagitans, *tis.* Cic. de Haruspic. resp. c. 22 *Cupientem Italiam, populum Rom. desiderantem, flagitantes vos excitavit.*

¶ Flagitatus, *a, um.* Festus, *Inter cutem flagitatus dicebant antiqui mares, qui stuprum passi aliquando essent.* Ex significatione verbi, quam explicamus n. 4.

¶ Flagitatio, *onis*, f. actus flagitandi, die forderung, anhaltung. Cic. Top. c. 1 *Nolui deesse ne tacitæ quidem flagitationi tuæ.* Conf. Iustin. 2, 3, 16.

¶ Flagitātor, *ōris*, m. qui flagitat; ut, *Flagitator molestus, assiduus, acer*, Cic. in Bruto c. 5. *Flagitator pugnæ*, Liv. 2, 45. Et, *Triumphi ante victoriam flagitator*, Id. 8, 12. ¶ 2. Speciatim fœnerator Plaut. Casi. prol. 24 qualis est ille itidem Plautinus Most. 3, 1, 74.

¶ Flagitatrix, *īcis*, f. apud Arnobium.

¶ Flagitamentum, *i*, n. Fulgent. Myth. 1 *Nautæ tempestatum flagitamento confracti*, quam lectionem tuetur etiam Barth. ad Rutil. itin. 1, 362.

¶ Flagitium, *i*, n. a *flagitando* dictum Isid. Orig. 2, 26 primo significare videtur convicium, efflagitationem, unqestume forderung. Ita certe explicat Douza Plaut. Epid. 3, 4, 79, ubi fidicina seni fides reddere recusanti, *Flagitio cum majore post reddes tamen.* Lucilius apud Non. 4, 215 *Qui & poscent minus, & præbebunt rectius multo & sine flagitio.* Quod recte comparat Mercerus ad p. 313, 16 cum illo Iuvenalis 6, 34 *Nonne putas melius, quod tecum pusio dormit, Pusio, qui nocta non litigat. Exigit ille Nulla jacens a te munuscula &c.* Rutil. it. 1, 362 *Auri flagitiis ambitus ipse furit.* Apul. Met. 6 p. 179 extr. Elm. *majora atque pejora flagitii comminans* Venus Psychæ; nili tamen non tam verba, quam *flagra* hic intelliguntur. ¶ 2. Dedecus & infamia, quæ tali flagitio conciliatur, vel occasionem illi præbet, schimpf, schande. Plaut. Cas. 5, 3, 1 *Maximo ego ardeo flagitio, nec quid agam meis rebus scio, Nec meam ut uxorem adspiciam &c.* Leges XII tabb. apud Scal. ad Festum v. *Occentare*, *Si quis carmen occentassit, quod alteri flagitium facit, capital esto.* Nep. 22, 1, 6 *Peritum se potius, quam cum tanto flagitio domum redivet.* Plin. 3 ep. 11, 5 *Effugere flagitium.* Prop. 2, 34, 12 *In tanto vivere flagitio.* ¶ 3. Factum dictumque turpe, eine schändliche rede, that, *res flagitatione digna*, ut ait Donat. ad Ter. Eun. 2, 3, 90. Cic. pro Cluent. 46, 1 *Si a multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animadverteretur.* Etiam de errato mediocri sine crimine. Cic. de nat. 1, 24 *Ista flagitia* (h. e. pudendi errores) *Democriti, esse corpuscula quædam lævia &c.* Id. Brut. 61 *Tantumne fuisse oblivionem, ut ne legens quidem unquam senserit, quantum flagitii commisisset.* Cic. Ep. ad Div. 9, 22 *Si quod sit in obscœnitate flagitium, id aut in re esse, aut in verbo.* Id. Tusc. 4, 34 *Quasi vero ipse propter libidinem tanta flagitia & faciat & dicat.* ¶ 4. Peculiariter tamen ad Venereas libidines & stupra refertur, ut *Flagito* n. 4, ut nostrum schande. Vet. Gloss. ἀτόπημα, βία, nimirum ut βιάζεσθαι παρθένον. It. Onom. Ver. *Flagitium* ὕβρις. Augustin. de doctr. Christ. 3, 10 *Quod agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum & corpus suum*, flagitium *vocatur: quod autem agit, ut alteri noceat*, facinus *dicitur.* Eadem fere habet Isid. Orig. 5, 26 pr. Non. 4, 215 Flagitium *veteres vitium, quod virgini infertur, dici voluerunt.* Cic. Tusc. 4, 33 versum Ennii laudat *Flagitii principium est, nudare inter cives corpora.* Et c. 32 *Amorem, flagitii & levitatis auctorem* nominat. add l. 1 π. de extraord. Crim. § 2, ubi variis libidinis veneræ generibus hoc nomen tribuitur.

¶ Flagitiōsus, *a, um*, sceleratus, schändlich, On. Vet. ὑβριστής: ut, *flagitiosæ libidines*, Cic. Verr. 2, 54. *Homo flagitiosissimus*, ibidem c. ult. *Dies festus & flagitiosus*, Id. Phil. 3, 5. Arnob. 7 p. 238 extr. *Existimatur tractari se honorifice Flora, si suis in locis flagitiosas conspexerit res agi.* Compar. Sallust. Iug. c. 85 de nobilibus majorum virtute deficientibus: *Quanto vita illorum præclarior, tanto horum socordia flagitiosior.*

¶ Flagitiosē, adv. Cic. Att. 7, 15 extr. *Sumus flagitiose imparati tum a militibus tum a pecunia.* Cic. Att. 6, 3 *Hortensius filius fuit Laodiceæ cum gladiatoribus flagitiose & turpiter.* Item, *Impure ac flagitiose vivere*, Cic. de Fin. 3, 11. Et, *Aliorum amori flagitiosissime servire*, Id. Catil. 2, 4, Arnob. 4 p. 141 ad Gentes: *Ipsum regem mundi* (Iovem) *flagitiosius liberos procreasse, quam ipse est natus atque editus, prædicatis.*

¶ Perflagitiosus, *a, um*, sehr schändlich. Cic. pro Cælio c. 20 *Num tibi perturpe aut perflagitiosum esse videtur?*

Composita:

¶ Conflagito, *are*, esse ajunt apud Plin. H. N.

¶ Efflagito, *are*, stark fordern *Convicio efflagitare*, Cic. ad Q. fratr. 2, 10. Quintilian. Tryphoni bibliopolæ: *Efflagitasti quotidiano convicio, ut libros, &c. jam emittere inciperem.* Virg. 12 Æn. v. 759 *Nomine quemque vocans, notumque efflagitat ensem.* Cic ad Quir. post red. 5 *Ai pro me superiores Consules semper, ut referrent, efflagitati sunt.*

¶ Efflagitatus, *a, um*, abgetrotzt. Cic. in Cæcil. s. Divin. c. 3 *Tribunitia potestas efflagitata.*

¶ Efflagitatus, *ūs*, m. subst. das antreiben. Cic. Verr. ult. c. 29 *Coactu atque efflagitatu meo.*

¶ Efflagitatio, *onis*, f. strenge forderung. Cic. fam. 5, 19 *Admonitio, vel potius efflagitatio, ad eoeundam societatem.*

¶ Efflagitator, *oris*, m. ein forderer, antreiber, apud Augustinum.

¶ Reflа-

¶ Reflagito, *are*, wieder fordern. Catullus carm. 42, 6 *Perſequamur eam, & reflagitemus*: hoc eſt, pugillares, codicillos ab ea repoſcamus. Et v. 6 *Circumſiſtite eam, & reflagitate.*

FLAGRO, *avi, atum, are*, ardere, brennen, brünſtig ſeyn. *Flagrare amore, cupiditate, deſiderio*, uñtare metaphoræ ſunt, pro ardenter amare, cupere, deſiderare, heftige, brunſtige liebe, luſt und verlangen haben: e g. Cic. pro Marcell. c. 9 *Animus tuus ſemper immortalitatis amore flagravit.* Sic, *Flagrare deſiderio urbis*, Id. Att 5, 11. *Conſules flagrant infamia*, Id. ad eundem 4, 18; ſie ſind beſchrien. *Flagrare incredibili ſtudio diſcendi*, Id. de Orat. 1, 4. Et, *Flagrat bello Italia*, Sallust. Jug. 41 *Miſeramque patri ſpectabat Iliſſam*, ubi idem eſt, ac *flagrare* faciebat. v. Mitc. Obſ. Vol. 2 p. 283. ¶ 2. *Flagrare* & *fragrare* confunduntur in MSS. v. Barm. ad Quint. Decl. 298 p. 574. Drak. ad Sil. 15, 117.

¶ Flagrans, *tis*. Cic. de Divin. 1, 32 *Noctu flagrantes cometas, quas incendrant milites, videbatis*. Vellej. 2, 48, 3 *Flagrantior fax.* Et Liv. 44, 36 *Flagrantiſſimo æſtu.* Solinus c. 46 de Arabia: *ortu Canis, flagrantiſſimis ſolibus.* Metaph. Virg. Æn. 11, 225 *Medio flagrante tumultu*: da der tumult am hitzigſten war. Cic. pro Mur. c. 31 *Recentibus præceptorum ſtudiis flagrantem uſus flectet, dies leniet, ætas mitigabit.* Apul. lib. 1 Dogm. Plat. p. 11 *Ira flagrantior.* Iuvenal. 13, 11 *Flagrantior æquo Non debet dolor eſſe viri, nec vultere major.* Cic. de Fato c. 2 *Oratoribus ſtudiis te incendi, quorumdam flagrantiſſimum, accepram.* Tac. Hiſt. 2, 31 *Flagrantiſſime licitines.*

¶ Flagranter, adv. brünſtig. Superl. Taciti eſt Annal. 1, 3 *Specie recuſantis flagrantiſſime concupiverunt.* Cic. pro Sext. Roſcio Amerino c. 46 *Flagranter, et Auguſtin. de Trinit. 8, 9 Quanto flagrantius diligimus Deum, tanto certius invenimus quæ videmus.*

¶ Flagrantia, *æ*, f. die brunſt, der brand. Gell. 17, 10 *Flagrantia montis Ætnæ*: & ex eo Macrob. 5, 17. Metaphorice Cic. pro Cælio c. 20 *Flagrantia cupiditatum*, de impudica muliere. Et Plautus Rud. 3, 4, 28 Concilium lenonum eſt cum alliciatione vel Peregmeno, *flagitii flagrantia.* Et Arnobius lib. 7 *Flagrantia luis*, de ejus vehementia.

Compoſita:

¶ Afflagrans, *tis*. Metaph. Ammian. 21, 12 extr. *Nec privatorum utilitates in tempore eſſlagrant: Aſpiciens*, i. e. turbulento.

¶ Circumflagro, *are*, umher glühen. Avienus in Arati Virgine: *Quoque per immenſum circumflagrantibus aſtris, Circulus obliquo late jacet aſſriger orbe.*

¶ Conflagro, *are*, ardere, incendio perire, verbrennen. *Conflagrare flammis*, Livius dixit 30, 7. *Conflagrare incendio*, abbrennen, Cic. Catil. 1, 11, aufs äuſſerſte verhaßt ſeyn, *Conflagrare amoris flamma*, ſterblich verliebt ſeyn. Cic. Verr. 5, 35. Active etiam Hygi. f. 179 *Iupiter Semelem conflagravit.*

¶ Conflagratus, *a, um*, combuſtus, verbrannt; ut, *Vrbs incendio conflagrata*, Aut. ad Herenn. 4, 8. Et Apul. de Mundo p. 73 *Regiones Phaetontis vaina conflagrat e periernnt.* Vtrobique paſſiva notione. Etiam Vitruvius ſub finem Operis ſui: *Naves malleolis confixæ incendio ſunt conflagratæ.*

¶ Conflagratio, *onis*, f. ein brand, verbrennung. Seneca Quæſt. Nat. 3, 29 de excidio mundi: *Beroſus adeo quidem id affirmat, ut conflagrationi atque diluvio tempus aſſignet.* Adde c. 28 ibidem. Et Lactant. 2, 9 *Conflagratione interire.*

¶ Deflagro, *are*, verbrennen, abbrennen. *Qua nocte Alexander natus eſt, eadem Dianæ Epheſiæ templum deflagravit*, Cic. N. Deor. 2, 27. Id. Acad. 4, 37 *Fore aliquando, ut omnino hic mundus ardore deflagret.* Et in Offic. 3, 5 *Phaethon ictu Iudentis deflagravit.* ¶ 2. *Iræ deflagrant, ſeditio deflagrat*, id eſt, langweilet, es leat ſich, hört auf. Sic Liv. 40, 8 *Si ea animum ſubiſſet, deſiderare ira veſtras, purgari ſuſpiciones poſſe.* Et Tac. Hiſt. 2, 29, 3 *Deflagrante paullatim ſeditione.*

¶ Deflagratus, *a, um*, paſſive, abgebrannt. Cic. Catil. 4, 6 *Vt gentem illorum in veſtigiis hujus urbi, atque in cinere deflagrati imperii collocarent.* Id. Tuſc. 3, 19 ex poeta: *fana flamma deflagrata, veſti alti ſunt pariſtes.*

¶ Deflagratio, *onis*, f. die abbrennung; ut, *Terrarum omnium deflagratio*, Cic. de Fin. 3, 19. *Cum mea domus ardore ſuo deflagrationem urbi minaretur*, Id. pro Plancio c. 40.

¶ Inflagro, *are*, anzünden. Solinus c. 5 (al. 11) de Sicilia. *Sarmenta, licet viridia, ignem ſponte concipiunt, & multo inflagrante habitu, ab ipſo numine ſit accendium.*

¶ Perflagratus, *a, um*, verbrannt; ut, *Diſpendia lini perflagrata*, Mart. Capella 6 p. 189.

FLAGRVM, *i*, n. flagellum, eine peitſche, geiſſel. *Flagris cædere*, Liv. 28, 11. *Flagris cæſpigare*, Suet. Oth c. 2, peitſchen. Et, *dura flagra pati*, Iuvenal. 5, 173, gepeitſchet werden.

¶ Flagellum, *i*. n. diminut. idem quod *flagrum*, die peitſche, der dreſch-flegel. Horat. ſat. 1, 2, 41 *flagellis ad mortem cæſus.* Generatim per *flagella* intelliguntur *verbera ſervilia.* Iuſtin. 1, 5, 2. Accurſius D. L. 49 de jure Fiſci leg. 12 *ſervilia verbera* interpretatur *flagella.* Hinc *flagella ſervorum*, apud Senecam de Ira 3, 28. Iuvenal. 6, 478 *His ſcrupi ſeruiat, qui illi flagello.* conf. Virg. Æn. 5, 579. vid. Diſputatiuncula II. Voſſii ad Catull. p. 222. ubi in primis de flagellis hamentibus. ¶ 2. Et *flagella* tamnæ arborum partes tum, auctore Servio in illud Virg. 2 Georg. v. 309 *Nunc inter vites corylum ſere, nunc flagella Summa pete*: die ruthen oder ſchoſſe. De vite tamen maxime uſurpatur adcletes, quo & Virgilii carmen pertinet. Catullus Epithal. de eadem v. 52 *Tum tua cunctinget ſummum radice flagellum.* Septimius apud Terentianum Maurum p. 2406 *Quando flagella, juga, ita juga, Vites & olmos uti ſolent cani.* Varro de Re Ruſt. 1, 31 *Inſecta ſarmentum pecter impunitatem ferit, neque ex ſe parit, ſi edere VITEM, quam vocant nonnulli, FLAGELLVM: majori in etiam, unde ſine naſcantur, PALMAM.* Sic, *luxuriantes flagellis vineas* B. Hieronymus dixit epiſt. 2, 13, 8.

¶ Flagello, *are*, flagella cædere, ſoſlagen, peitſchen, geiſſeln. Plin. 18, 30 *Mirum pertici flagellare*, dreſchen. Martial. 3 epigr. 42 *Lanuvina filicibus cervix flagellatur Ocilla comis.* *Flagellare animam*, theurung machen. Plin. 33, 13 Sic Mart 5 epigr. *At tua centenis incumbunt tecta columnis, Et libertinas area flagellat opes.* Quid ſit apud Perſium 4, 48 *Flagellare puteal multæ cubice*, vid. Caſaub. p. 352 ſeq. ubi etiam Martialis locum cit. explicat.

¶ Flagellarius, *a, um*, gepeitſcht. Plin. 2, 43 *Radierum multiformi jactu flagellatus aër.*

¶ Flagellario, *onis*, f. die geiſſelung, peitſchung. Tertull. ad Martyr. c. 4 *Apud Lacedæmonios ſolemnitas maxima eſt διαμαστιγωσεως, id eſt, flagellatio.* conf. Salmas. lib. 5 p. 179; & 1 p. 2 ff. de pœnis.

¶ Flagellator, *oris*, m. qui flagellat. Per ſuperiorum temporum barbariem ac ſuperſtitionem certa quædam ſecta fuit *flagellatorum*, in otioſas alioqui & ſceleratas pelles ſuas flagellis graſſantium religioſis, ſi Dis placet. Hiſtoriolam eorum ſcripſit Chriſtian. Schoettgenius.

¶ Flagellātivus, vel Flagellatitius, *a, um*, flagris dignus. Gloſſ. gr. lat. *μαστιγίας, verberoſus, flagellatitius.*

¶ Flagrator, *oris*, m. Feſtus: *Flagratores dicebantur genus hominum, qui mercede flagris cædebantur.*

¶ Flagrio, *onis*, f. *Flagriones* dicti ſervi, *quod flagris ſubjecti*, Nonio interprete c. 1, n. 117. Ver. Onomaſt. *Flagriones, μαστιγίαι.*

¶ Flagrifer, *a, um*, qui flagellum geſtat, qui flagellat, der da peitſchet. Autonius epiſt. 14, 10 *Flagrifer Automedon.*

¶ Flagritriba, *æ*, m. qui aſſidue flagris teritur, ein lotterbube, ſtaupa beſen-dieb. Plaut. Pſeud. 1, 2, 5 *Ita invenio ſunt flagritribæ.*

¶ Conflagello, *are*, zuſammen treiben, ICt. in Digeſt.

FLAMEN, *inis*, m. ſacerdos, non generatim omnium Deorum, ſed certi alicujus numinis, ut *Iovis, Martis* &c. dictus a *filo*, quo per æſtum capita flamines religabant, quod nudis eos penitus capitibus incedere nefas eſſet. Itaque FLAMINES quaſi FILAMINES ſecundum Varronem de L. L. 4, 15, & Feſtum. Vide Servium ad illud Virgilii Æn 8, 663 *Hic exultantes Salios, nudoſque Lupercos, Lanigeroſque apices, & lapſa ancilia cælo Extuderat.* Hos Numæ inſtituit, de quo Livius 1, 20; & Dionyſ Halic. 2, 65. Cic. de Leg. 2, 8 *Sacerdotes --- devis omnibus Pontifices, ſingulis flamines ſunto.* Itaque variis nominibus diſtincti erant, ab appellationibus deorum ſumtis, quorum ſacra curabant Vt, *Flamen Dialis, Iovis.* de quo Gell. 10, 15. it. Liv. 5, 52 extr. *Martialis; Vulcanalis: Quirinali., &c.* ¶ 2. *Flamen*, n. ventus eſt, de quo infra in *Flo, flare.*

¶ Flāmĭnia, *æ*, f. domus dicebatur Flaminis Dialis, Gell. 10, 15. ¶ 2. *Flaminia* uxor flaminis, aut fœmina ſacerdos. Inſcript. Reinef. 48 Claſſis quintæ: C. AMITIVS Q. F. QVIR. CAPITOLINVS FLAMEN MARTIALIS ET FLAMINIA AEMILIA VX. Feſto autem *Flaminia* eſt ſacerdotula præminiſtrans Flaminicæ Diali.

¶ Flamĭna, *æ*, f. ejusdem dignitatis mulier. Reinef. c. 1. Inſcript. 49 FLAVIA FLAMINA FLAVIAE. Adde Illuſtr. Spanhem. de Numiſm. p. 611.

¶ Flamĭnĭca, *æ*, f. Flaminis Dialis uxor. Gell. c. l. & Feſtus.

¶ Flaminium, *i*, n. ipſum Sacerdotium. Id. Gellius c. l. ut, *Flaminio decedere*, i. e. flaminis dignitate. Liv. 26, 23 *Flaminio abire.* Et *Flaminia*, plur. apud Cic. Phil. 13, 19. *Flaminia cui reliquiſti?*

¶ Flaminius, *a, um*, adj. ut, *Flaminius Camillus* ſive *pater*, *Flaminius circus*, *Flaminius lictor*, *Flaminia via*, apud Feſtum: quæ via & abſolute *Flaminia* Iuvenal. 1, 61 & 170. *Flaminia prata*, Liv. 3, 54 extr. it. 63 med. vid. *Apollinar.*

¶ Flaminius, *i*, m. eſt nomen proprium. *C. Flaminius*, iterum conſul, periit prælio ad Traſimenum: cum antea cenſor viam Flaminiam ſtraviſſet. *T. Quintius Flaminius*, (libri Flamininus) Philippum regem vicit Macedoniæ. Vide plures in gente Quintia apud Glandorp.

¶ Flaminiānus, *a, um*, adj. ut, *Flaminiana oſtenta*, Cic. de Divin. 2, 21.

¶ Flamonium, *i*, n. idem quoque quod Flaminium flaminis ſacerdotium. Sidonius 5 ep. 7 *Invident flamonia municipiis.* Vbi Sirmondum vide, qui ex Gloſſis, & Inſcriptione Dacica idem confirmat p. 56.

¶ Proflamen, *inis*, m. qui vice flaminis eſt, occurrit in Iap. Mur. p. 341.

FLAMMA, *æ*, f. φλὸξ, a φλέγω, *ardeo*, die feuerflamme, das feuer. *Flamma convaleſcit*, Quintil. 5, 13. *Flamma hauſit multos*, Liv. 30, 5. Et, *Flamma ferroque abjunti*, ibid. c. 6. Et Cic. de Orat. 2, 54 extr. *Quidam dicere ajunt Tantum flammam à ſapiente facilius in ore ardente opprimi, quam ut bona dicta teneat*, quod vide ab ipſo Ciceronis explicatum. Plaut. Curc. 1, 1, 53 *Semper tu ſcitus: Flamma fumo eſt proxima*, das feuer iſt dem rauche nicht weit: hoc eſt, periculum tempeſtive fugiendum eſt. *Flamma invidiæ*, Cic. Catil. 1, 11. *E flamma petere cibum*, inr. facrificii, quod facicbant impudentiſſimi Gr. *βωμολόχοι*, proverbiale apud Ter. Eun. 3, 2, 38. Cæterum flammæ aſpectus parentes lætos præceſſus, & claritudinem præſignificant, qua de re Freinshem. ad Curt. 3, 3, 3. & ad Flor. 1, 6, 1 Dalech. ad Plin. 2, 36. Gruterus ad Liv. 25, 39, alii.

¶ Flammŭla, *æ*, f. diminut. Cic. Acad. Q. 4, 25 *Duæ ex lucerna flammulæ.* Colum. 9, 14 *Papiliones dum circa flammulam volitant, aduruntur.* ¶ 2. *Flammulæ* etiam dicuntur vexilla equitum ex contis ſuſpenſa. v. Vegetius 3, 5.

¶ Flammeus, *a, um*, igneus, flammend. Cic. N. Deor. 2, 46 *Sunt ſtellæ natura flammeæ.* ¶ 2. Per metaphoram *Flammeum* dicitur quicquid concitata celeritate utitur, aut penetrat, haſtæ Sidon. 1, 7 *Acres & flammei viri.* Colum. 5, 5 *Velut flammeo habitu frudus uritur.* Virg. Æn. 7, 448 *Flammea lumina.* Ita Valer. *flammea vertex* ſus dixit ardore extemporali prodi-. Catull de nuptiis Pelei v. 337 *Flammea prævertet celeri veſtigia cerva.* Sic *ferrida vota* apud Horatium 1 od. 1, 4.

¶ Flammea, *æ*, f. & viola flammea, & flammula, herba ab acrimonia ſic dicta, quam *Clematin* ſpeciem fecit Matthiolus. Eſt autem *Clematis*, ſinerun brevi-ſtuloſa blumen, nonnullis ſpinel-blumen.

¶ Flammeum, *i*, n. vel Nonio Marcello 1, 3, cui tegmen capitis matronarum eſt, *Flammeo*, Virgilii genere. Apul de Aſino Aur. lib. 4 ſub fin. *Cantusque lætos Hymenæi [illegible] ſuitim ululatu & pacti vapitura deterget lacrymas ipſo ſuo flammeo* ict. *Flammarum virgineis*, Horatius

Hieronym. epist. 8 pr. **eun braut-schleyer, kopff-tuch, nacht-zeug.** Fuit autem capitis amictus luteo colore, quo regi solebant novæ nuptæ, Lucan 2, 361 *Latea demissos velarunt flammea vultus.* Et Iuvenal. 6, 224 *Flammea conterit*, i. e. fæpius nubit.

¶ Flammeŏlum, *i*, n. diminut. Iuvenal. 10, 333 *Dudum sedet illa parato Flammeolo.*

¶ Flammeŏlus, *a, um*, adj. feuerroth. Colum. 10, 307 *Pressaque flammeola rumpatur fiscina caltha.*

¶ Flammeārius, *i*, m. qui flammeo colore tingit, ut videtur viris doctis ad Plaut. Aul. 3, 5, 36.

¶ Flammĕus, *a, um*, idem quod *flammeus.* Apul. de Mundo p. 66 *Glacialibus flammida confundit.* Et lib. 11 Milef. poft princ. *roseo rubore flammida.*

¶ Flammigo, *are*, flammas fpargere, flammen werffen. Gell. 17, 10 *Interdiu fumare Ætnam; noctu flammigare.* Eodem modo repetit Macrobius Sat. 5, 17.

¶ Flammo, *are*, inflammare, feu accendere, entzünden. Tac. Hift. 2, 74, 3 *Omnes exercitus flammaverat arrogantia venientium militum.* Ibid. 4, 24, 4 *His inter se vocibus, insimbis flammavere insuper allatæ literæ.* Silius 1, 55 *Iuvenem facla ad Martia flammat.* Id. 4, 195 *Cuspide flammat equum.* Paff. vel depon. Apul. de Mundo p. 59 *Æther igneusque illi immortalis Dei vivacitate flammantur.*

¶ Flammans, *tis*, feurig. Virg. Georg. 3, 433 *Flammantia lumina torquens.*

¶ Flammandus, *a, um*, zum feuer verdammt. Tac. Ann. 15, 44, 7 *Crucibus affixi aut flammandi.*

¶ Fammātus, *a, um*, flammis combuftus, verbrannt. Catull. in Argonaut. v. 290 *Fletaque fervore Flammati Phaethontis.* ¶ 2. Vel flammis armatus five ardens, entzündet. Ita *Flammatus Iupiter* dicitur apud Cic. Div. 1, 11 ex poëta. *Flammatum cor Iunonis*, Virg. Æn. 1, 54. ¶ 3 *Flammata toga*, rubea, Martial 5 epigr. 20.

¶ Flammātio, *onis*, f. die entzündung, apud Apulejum.

¶ Flammātor, *oris*, m. apud Statium esse dicitur.

¶ Flammātrix, *icis*, f. Mart. Capell. 5 p. 137 *In elatione flammatrix.*

¶ Flammabundus, *a, um*, flammicht; ut, *Subsellia flammabunda*, Mart. Capella 1 p. 22.

¶ Flammesco, *ĕre*. Lucret. 6, 669 *Flammescere cœlum.* Hymno ecclefiæ ad horam tertiam (inter Ambrofianos exftat) *Flammescat igne caritas.*

¶ Flammōsus, *a, um*, hitzig, voll feuer. Cæl. Aurel. Acut. 2, 32 *Febris celerrima & flammosa.* Ibid. 3, 17 *Carbones non flammosi.*

I. Compofita maxime poëtica:

¶ Flammĭcŏmans, *tis*, brennend, flammend; epitheton tædarum apud Iuvencum in Matth. c. 25 De 10 virginibus: *Ornatu accinctæ tædarum flammicomantium.*

¶ Flammĭcŏmus, *a, um*. Prudent. Pfychomach. v. 776 *Si flammicomis ignibus inflilas Chrifti pro nomine.*

¶ Flammĭcrēmus, *a, um*, brennend. Fortunatus 1 carm. 15 in laudem Leontii v. 47 *Nullaque flammicremæ fenferunt damna rapinæ.*

¶ Flammĭfer, *a, um*, feurig, röthlich. Sil. 1, 257 *Flammiferi radii.* Et v. 461 *Crine ut flammifero terret fera regna cometes.* Et Val. Flacc. 1, 4 *Flammifero confedit olympo.*

¶ Flammiger, *a, um*, idem. Val. Flacc. 5, 581 *Flammigeri fulis proles.* Et Statius Theb. 8, 676 *Flammiger ales*, id eft, aquila, flammantia Iovis arma geftans.

¶ Flammipes, *ĕdis*, pedes flammantes habens. Iuvencus lib. 2 in Matth. 11 *Elias quondam, quem turbine jussa cerusco Flammipedum rapuit fimulatio quadrijugorum*, de Elia.

¶ Flammipŏtens, *tis*, des feuers mächtig, Vulcani cognomen. Arnob. lib. 3 p. 112 *Flammipotens Vulcanus fabricatur enses.*

¶ Flammivŏlus, *a, um*, cum flammis volans. Arator in Act. Apoft. c. 18 *Flammivolo fub fole jacet.*

¶ Flammivŏmus, *a, um*, feuer-fpeiend. Iuvencus procem. *Tum cum flammivoma defcendet nube coruscans Index.*

II. Compofita cum præpofitione:

¶ Conflammo, *are*, erhitzen, apud Apulejum.

¶ Deflammo, *are*, auslefchen. Apul. Met. 5 fub fin. *Illa mihi prorsus adhibenda est, quæ pharetram capiat & sagittas dearmet, arcum denudet, tædam deflammet*, id eft, facem reitinguat flammisque defpolier. Nam particula *De*, hic & in fingulis verbis privat.

¶ Efflammo, *are*, feuer ausweriffen. Mart. Capella lib. 2 *Stellis efflammantibus defluere.*

¶ Inflammo, *avi, atum, are*, incendere, anzünden, anftecken, erhitzen. Cic. Verr. 5, 35 *Claffem inflammari incendique jussit.* Id. Catil. 4, 6 *Vehem inflammandam Cassio attribuit.* Sed, *Inflammari cupiditate amore, furore, scelere, spe*, dicitur, ficut *flagrare*, apud Cic. paffim. conf. Virg. Æn. 4, 54 *Inflammare alicujus animum in aliquem*, eft impellere & exafperare, ut Cic. de Orat. 1, 46 *Populum inflammare in improbos*, hetzen und verbittern.

¶ Inflammans, *tis*. Hinc

¶ Inflammanter, adv. hitzig. Gell. 10, 3 *Acriter & inflammanter facit.*

¶ Inflammātus, *a, um*, angeflammet, entbrannt. Virg. Æn. 3, 330 *Magno inflammatus amore Conjugis.* Cic. fam. 1, 7 *Ad gloriam a puerilia inflammatus.* Id. pro Domo c. 23 *Mentes inflammatæ in aliquem.* Id. de Leg 3, 11 *Inflammata invidia.*

¶ Inflammatio, *ōnis*, f. die entzündung; vox nota medicis. *Inflammatio occupat*, Celfus 6, 6. *Inflammationem reprimere*, Id. 7, 25 *Levare inflammationes*, Id. 2, 28. *Remittit fe inflammatio*, Id. 4, 5. conf. Plin. 20, 21.

¶ Inflammator, *oris*, m. apud Firmicum esse dicitur.

¶ Inflammatrix, *icis*, f. Mamertin. Paneg. Iuliani c. 3 *Eædem odii causfæ, quæ amoris inflammatrices.* Ammian. 14, 1 de Galli Cæfaris uxore: *Megæra mortalis inflammatrix fævientis assidua.*

¶ Sufflammo, *are*, entzünden. Sidon. 4, 6 *Si calumniam plectibili fusflammat invidia, in eo jam præcessit vindicta pulsati.*

FLASCA, *æ*, f. inter vafa vinaria Ifidoro 20, 6, eine flafche.

Flatilis, Flatura, flaturarius, flatus, &c. vide *Flo.*

Flaveo, flavefco, vide *Flavus*, Flaviffæ, *Flo.*

FLĀVIVS, *i*, m. gentile nomen Veſpaſiani & filiorum, etiam Claudii Gothici, a quo Conftantini acceperunt. Hinc *gens Flavia ob scura illa quidem, &c.* vid. Suet. Vefp. c. 1 Martial. 9 epigr. 2; & Iuv. 4, 37. ¶ 2. Nobilis præfertim eft *Cn. Flavius* is, qui ædili curulis fuit, ac faftos populo prodidit. v. Cic. Att. 6, 1 p. 576. ¶ 3. De pluribus Flaviis Burm. ad Quint. 9, 3 p. 816.

¶ Flavia, *æ*, f. Auguftodunum, urbs Galliæ, a Flaviis Conftantio & Conftantino ornata. Incolæ *Flavienses*. v. Panegyr. Eumenii, horum nomine Conftantino dictum.

¶ Flavialis, *is*, m. Divis Flaviis facra operantes flamines five facerdotes *Flaviales* dicti. v. Infeript Gruteri p. 359 n. 4, Sponii Mifc. p. 177 pr. ¶ 2. Milites *Flaviales tanquam secundi Augustales divo Vespasiano legionibus additi*, Veget. rei mil. 2, 7.

¶ Flavīnus, *a, um*, ab iisdem derivatum nomen: ut, *Flavinæ partes*, Tac. Hift. 2, 67; & 3, 1.

¶ Flavina, *æ*, f. Etruriæ oppidum fub Soracte monte, Sil. 8, 491. Hinc

¶ Flavinius, *a, um*, adj. ut, *Flavinia arva*, Virg. Æn. 7, 696.

FLĀVVS, *a, um*, quod colorem refert auri, gold-gelb. *Cæsaries flava*, Val. Flacc. 6, 225, gelblear. Qui color in crinibus aliquando commendatiffimus erat, *rutilus* etiam dictus, ex auro & nigro mixtus. v. Brouckh. ad Tib. 1, 6, 8. Burm. ad Ovid. Her. 20, 57 & Salvagr. in Ibin v. 140. Apud Horatium Tiberis *flavus* appellatus propter arenam, 1, od. 2, 13, & od. 8, 8, 4.

¶ Flāveo, *flavēre*, gelb feyn. Colum. 10, 311 *Sed cum maturis flavebit messis aristis.*

¶ Flavens, *tis*, idem quod *flavus*. Virg. Æn. 4, 590 *Flaventes comæ.* Id. Georg. 3, 350 *Turbidus & torquens flaventes Ister arenas.*

¶ Flavēdo, *ĭnis*, f. flavus color. Apul.

¶ Flāvesco, *ĕre*, gelb werden. Cato c. 151 *Hordeum maturum est ubi flavescit.* Virg. ecl. 4, 28 *Molli paullatim flavescet campus arista.*

¶ Flavĭdus, *a, um*, flavus, gelb. Cæl. Aurel. Acut. 3, 20 *Fel flavidum.* Adde Plin. 18, 13 f. 24, ubi Harduin. ita ex MSS. al. *Flaccidus.*

¶ Flavicŏmans, *tis*, gelbhaaricht. Prudent. Apotheof. v. 495 *Armiger & canco puerorum flavicomantium.*

¶ Flavicŏmus, *a, um*, idem; ut, *Flavicomum corymbion.* Petron. c. 110.

¶ Pfeudoflāvus, *a, am*, flavedinem imitans, gilbicht; ut, *Pseudoflavus color.* Marc. Empir. c. 8.

¶ Subflāvus, vel Sufflavus, *a, um*, gilbicht. Suet. Aug. c. 79, & Ner. c. 51. Plebius, vide *Fleo.*

FLECTO, *flexi, flectum, flectĕre*, curvare, beugen, lencken. Ovid. de Arte am. 2, 179 *Flectitur obsequio curvatus ab arbore ramus. Flectere cursum, viam, iter*, Cicero. *Promontoria*, pro, curfum in aut circa promontoria flectere. Id. de Div. 2, 45. Sic fere Liv. *flectere ad oceanum* 28, 16. *Animum a vero flectere*, abbringen, Liv. procem. operis. *Teneros & rudes animos flectere, & inficere*, Cic. de Leg. 1, 17, fie lencken, und etwas in fie bringen. Sic, *Oratione, precibus flectere*, bewegen, erweichen. *Precibus fi flecteris ullis*, Virg. Æn. 2, 289. *Flectere si nequeo superos &c.* Ibid. 7, 312. *Deus suo numine prope fata ipsa flectit*, Cic. in Catil. 3, 8.

¶ Flexus, *a, um*, gebogen, gekrümmet, geneigt. Virg. Æn. 5, 500 *Arcus flexos incurvant.* Tac. Ann. 1, 16, 5 *Flexo in vesperam die*, gegen abend. Id. Ann. 3, 16, 3 *Os in mœstitiam flexum.* Ovid. Met. 4, 340 *Flexum genu fabinittere*, einen fußfall thun. Id. Heroid. 4, 80 *Exiguo flexos minor in orbe pedes.* Compar. Mart. Capella 8 p. 297 *Zodiacus flexior.*

¶ Flexum, *i*, n. fubft. die krümme. Minuc. Fel. 17, 12 *Collium flexa*, i. e. obliqua & tortuofa. conf. Turnebi Adverf. 29, 20.

¶ Flexus, *us*, m. fubft. eine krümme, biegung, ein umweg. Quintil. 9, 2 *Qui cursu parum valent, flexu eludunt.* Id. 1, 1 p. 20 Burm. *Ut corpora ad quosdam membrorum flexus formari, nisi tenera, non possunt; sic animos quoque ad plerasque duriores robur ipsum facit. Flexus vocis* eod. 1, 10. Et, *in hoc quasi flexu ætatis*, Cic. pro. Cælio c. 31. ¶ 2. *Flexus* & *fluxus* a librariis permutantur. v. Drakenb. ad Liv 5, 42.

¶ Flexio, *ōnis*, f. idem. Cic. in Pifon. c. 22 *Quæ diverticula flexionesque quæsisti?* krumme ausflüchte. Id. in Orat. c. 18 *Alter alteri objicit vocis flexiones.* Id. de Orat. 3, 25 *Molliores & delicatiores in cantu flexiones.* Id. de Leg. 2, 15 *Modorum flexiones.*

¶ Flexūra, *æ*, f. Idem. Lucret. 4, 312 *Latoris flexura.* Sen. epift. 71 *Virtus recta est: flexuram non recipit.* conf. Varr. L. L. 9, 1.

¶ Flexilis, *e*, quod flecti facile potest, beweglich. Ovid. Met. 5, 383 *Oppositoque genu curvavit flexile cornu*, i. e. arcum intendit. Et

¶ Flexĭbilis, *e*, quod facile flectitur. *Flexibilis ætas*, Cic. ad Brut. epift. 18. *Oratio flexibilis*, Id. in Orat. c. 16. *Flexibiles hominum voluntates*, Id. fam. 2, 7. *Flexibiles Apollinis arcus.* Ovid. Amor. 3, 183.

¶ Flexibĭlĭter, adv. idem, apud Auguftinum.

¶ Flexibilĭtas, *atis*, f. die beweglichkeit. Solin. c. 65 (al. 52) de India: *Circumferunt cornua flexibilitate &c.*

¶ Flexibŭlum, *i*, n. inftrumentum ad flectendum, eine kneipzange. Turneb. Adverf. 18, 24, ubi ait *Varronis* fuiffe *Satyram Flexibulorum nomine*, in qua de flectendis regendisque provincialibus differuerit. Sed in Plinii præfat. *Varronis Satyræ Sesculixes & Flexibulæ.*

¶ Flexo, *are*, frequent. krümmen. Cato de R. R. c. 49 *Flexatoque uti fuerit, crebroque fodito.*

¶ Flexumĭnes, *um*, m. pl. *equites Romani, qui prius Celeres dicebantur*, Plin. 33, 2 f. 9 a flectendis equis ita dicti.

¶ Flexuōsus, *a, um*, flexibus plenus, krumm, gebogen; ut *Flexuosa vitis*, Cato c. 33. *Iter flexuosum*, Cic. N. Deor. 2, 57. *Mons flexuosus*, Plin. 5, 27 de Tauro. *Flexuosissimi orbes*, Id. 11, 37.

¶ Flexuose, adv. Plin. 18, 35 *Flamma flexuose volitat.*

¶ Flexŭo-

¶ Flexănĭmus, *a, um*, herz-beweglich. Citat ex Pacuvio Nonius 2, 349 *O flexanima atque omnium regina rerum, oratio.* Citat eadem & Cic. de Orat. 2, 44. Et Catullus de nuptiis Pel. & Thet. v. 330 *Quæ tibi flexanimo mentem perfundat amore.*

¶ Flexĭlŏquus, *a, um*, ambiguum & obscurum, zweydeutig. *Oracula flexiloqua*, Cic. de Divin. 2, 56.

¶ Flexipes, *ĕdis*, flexis & curvis pedibus errans, krumm-füßig. Ovid. Met. 10, 99 *Vos quoque flexipedes hederæ.* conf. Turnebi Advers. 1, 23.

¶ Flexivice, adv. i. e. *flexifice* per multos flexus. Pacuv. apud Nonium 4, 68 *Quorsum flexivice contenderet.*

Composita cum præposit.

¶ Adflecto, *ĕre*, zuneigen. Avienus Arateis v. 734 *Huic rutilos si sol adflexerit axes.*

¶ Adflexus, *a, um*, gebogen. Cæs. in Cassiop. *Quo latus adflexum sinuosi respicit anguis.*

¶ Amflexus laudatur ex Mela 3, 2. Sed ibi *inflexa* invenio ac *deflexa &c.*

¶ Circumflecto, *ĕre*, herum beugen, herum lencken. Virg. Æn. 5, 130 *Vnde reverti Scirent, & longos ubi circumflectere cursus.*

¶ Circumflexus, *a, um*: ut, *Circumflexa fecula*, Claudian. Conf. Hon. 6, 391. Prudent. Apoth. v. 203 *Hos omnes quamvis anceps labyrinthus & error Circumflexa agat.*

¶ Circumflexus, *ûs*, m. subst. der umzug, die herumbiegung. Plin. 8, 11 *Vt circumflexu facili ambiant dracones elephantos.* Ita Frob. & Dalech. &c. at Chifflet. & Hardouin. *circumplexu.* Alibi tamen & Hardouin. in Plin. 2, 1 *Circumflexa mundi*: & 6, 34 *Cæli circumflexu.*

¶ Circumflexio, *ōnis*, f. idem. Macrobius Somn. Scip. 1, 12 pr. *Zodiacum ita latiorem circulus obliquæ circumflexionis occursu ambiendo complectitur.*

¶ Conflecto, *ĕre*, umbiegen. Vnde

¶ Conflexus, *a, um*, umgebogen; ut, *Conflexa cubito juga*, Plin. 2, 44.

¶ Conflexio, *onis*, f. ICt. in Cod.

¶ Conflexilis, *e*, apud Firmicum esse dicuntur.

¶ Deflecto, *ĕre*, herab beugen, ablencken, abweichen. *Deflectere de via*, Cic. Off. 2, 3. Et, *Deflexit consuetudo de spatio curriculoque majorum*, Cic. de Amic. c. 12. Et, *Deflectere de cursu fauram actionum*, Cælius ad Cic. Fam. 8, 11. Et, *Deflectere se de curriculo petitionis*, Cic. pro Mur. 22. Et, *Deflectere a veritate*, Cic. pro Rosc. Com. c. 16, id est, degenerare. Id. de Arusp. Resp. c. 19 *Deflectere a virtute patris.* Et transitive, *Sententiam deflectere.* Cic. in Orat. c. 40 *Vt declinet a præposito deflectatque sententiam.*

¶ Deflectens, *tis*. Vulg. Interp. Sir. 36, 22 *Deflectens ubicunque obscuraverit.*

¶ Deflexus, *a, um*, abgeleitet; ut, *Annos in alium cursum contorti & deflexi*, Cic. de Divin. 1, 19. Addunt, *Ætas a diuturnis laboribus ad otium deflexa*, Id ad Att. 9, 10, sed *devexa* legendum.

¶ Deflexus, *ûs*, m. subst. die beugung, abweichung. Colum. 4, 26 *Ne deflexu frangatur.* Val. Max. 4, 2 pr. *Transgrediamur ad egregium humani animi ab odio ad gratiam deflexum.* conf. 7, 3 pr. & Sic. Flacc. de Condit. agr. p. 20; & Colum. 4, 26.

¶ Deflexio, *ōnis*, f. idem. Macrob. in Somn. Scip. 1, 6 extr. *In lævam dextramve deflexio.* Iuvencus 4, 155 in Luc. 21 *Deflexio lucis.*

¶ Deflexura, *æ*, f. idem, apud Augustinum.

¶ Indeflexus, *a, um*, ungebogen, gerade. Plin. Paneg. Trajani c. 4 *Indeflexa maturitas*, id est, vigoris plena & nondum inflexa ac incurvata in senii debilitatem. Apul. de Deo Socr. post pr. *Indeflexo cursu.* Ammian. 27, 9 *Indeflexa facinora punire errata.*

¶ Inflecto, *ĕre*, einbeugen, einziehen, lencken. Cic. pro Cæcin. c. 26 pr. *Ius civile neque inflecti gratia, neque perfringi potentia, neque adulterari pecunia potest.* Id. 1 epist. 7 *Magnitudinem animi tui ne unquam inflectas cujusquam injuria.* Id. ad Quir. post red. c. 3 *Frater erat unus, qui suo squalore vestros oculos inflecteret*: ubi *inflectere* est ad misericordiam movere. Colum. 5, 6 *Radices in nodum inflectere.*

¶ Inflexus, *a, um*, eingebogen, krumm. *Inflexa ad miserabilem sonum voce dicere*, Cic. de Orat. 2, 46. conf. Orator c. 17. *Incurvum & inflexum a summo inflexum bacillum*, Id. de Divin. 1, 17. *Inflexa cervix*, Virg. Æn. 3, 631. conf. Mela 1, 17; & Colum. 4, 26.

¶ Inflexus, *ûs*, m. subst. die krümmung, herumdrehung. Sen. de Brevit. vitæ c. 12 *Vocem inflexu modulationis torquere.* Arnob. lib. 2 p. 57 *Inflexibus flexuosis adire.*

¶ Inflexio, *ōnis*, f. idem. Cic. de Orat. 3, 59 *Inflexio laterum.*

¶ Inflexibĭlis, *e*, quod flecti se non patitur, unbeweglich; ut, *Obstinato inflexibilis*, Plin. 10 epist. 97. Seneca epist. 95 *Necessaria sunt decreta, quæ dant animis inflexibile judicium.* Et Augustin. epist. 254 *Stoici animum prorsus ferreum & inflexibilem volunt.*

¶ Offlecto, *ĕre*, hinlencken. Plaut. Rud. 4, 3, 74 *Ego hinc offlectam navem, ne quo abeas.*

¶ Reflecto, *ĕre*, umlencken, wenden, zurück halten. Plin. 11, 50 *Canum degeneres caudam sub alvum reflectant*, sie schlagen den schwanz unter sich. Ter. Adelph. 3, 2, 9 *Neque illam misericordia repressit, neque reflexit. Animum revocare & reflectere ad aliquid*, Cic. pro Sylla c. 16.

¶ Reflexus, *a, um*, umgewandt, zurückgebogen; ut, *Cervice reflexa*, Stat. 1 Achill. v. 382.

¶ Reflexim, vice versa, umgekehrt. Apul. de Syll. Categor. in doctr. de convers. & extr. libro. Ibi est, *reflexim inferre*: hic, *cum directim, tum reflexim sumere.*

¶ Reflexus, *ûs*, m. subst. die umkehrung. Apul. lib. 1 Florid. p. 242 *Prope Oceani reflexus.*

¶ Reflexio, *ōnis*, f. idem. Apul. de Syllog. Categ. utitur hoc vocabulo in doctrina Conversionis.

¶ Retrodecto, *ĕre*, rückwärts kehren. Petron. c. 126 *Frons radices capilli non retrodecterat*, sie hatte die haare zurückgezogen.

¶ Retroflexus, *a, um*, rückwertig. Apul. Met. 3 *Retroflexum effligere lapidem.*

¶ Superflecto, *ĕre*, drüber ziehen. Sidon. 8 epist. 12 participio, *Superflexa crate.*

FLEMEN, *ĭnis*, n. plur *Flemina*, geschwulst an füssen. Plaut. Pseud. 4, 7, 92. Pœn. 3, 1, 67. Epid. 5, 2, 5 *Lassitudine invegrant misero in genua flemina.* v. ad h. l. Taubm. p. 531, Parei & Conrad ab Allio Lex. Crit. p. 492. *Flemina*, auctore Festo, dicuntur, *quum labore vitæ sanguis defluat circa talos, & tumorem faciat.* Idem fere cum *bua* & *tama.* Restituit hanc vocem etiam Plinio Hard. no. maj. 8 ad 23 f. 17 & laudat inter alia locum Capri Grammat. *Plemina qui, aut cura abundant sanguine: plemina cum in manibus vel pedibus callosi sunt sulci.*

FLEO, *flēvi, flētum, flēre*, weinen. *Flet pater de filii morte*, Cic. Verr. 1, 30. *Flere de lamentatione communi hospitis consolari*, id. de Orat. 1, 57. Seneca Herc. Oetæo v. 583 *Flemus casus, Oenei, tuos.* Horat. de Arte v. 102 *Si vis me flere, dolendum est primum ipsi tibi* ¶ 2. *Flere ad novercæ tumulum*, dolorem simulare est. Proverb. *Daphnin flere*, i. e. deflere, Virg ecl. 5, 20 *Imagine lacrymis flendique dolorem diffundere suum*, Ovid. Met. 9, 142. ¶ 3. *Fletur* imperf. Ter. Andr. 1, 1, 103.

¶ Flens, *tis*. Ter. Andr. 1, 1, 109 *Regerit jocis non flens quam familiariter.* conf. Nepos 25, 22, 1; Curt. 3, 5, 5; Tibull. 4, 72; & Ovid. Trist. 1, 3, 17 *Flentem jam acerbus ipse terrebat.* Virg. Æn. 6, 427 *Infantumque animæ flentes in limine primo.*

¶ Flendus, *a, um*, beklagens werth. Augustin. Civ. Dei 22, 22 *Hujus vitæ flenda & amissa.* Ovid. Trist. 3, 11, 37 *Casusque fortuna potest mea flenda videri.* & R. A. 494 *Ride cum tibi flendus eris.*

¶ Fletus, *a, um*, beweint, betrauert. Virg. Æn. 6, 441 *His multum fleti ad superos, bellique cadituri Dardanidæ.* Autonius Parental. præfat. *Nomina eorum jam conditæ humo fleta, illa prius lacrymis nunc memorabo elegis.* Et cit. lib. Carm. 9 pr. *Hactenus ut caros, ita justo funere fletos.* Vsus & Prudent. hymn. 10 περιστ. v. 84. ¶ 2. Pass. deploratus, Apul. 7 p. 199 *Mater pueri, mortem deplorans acerbam, flens, flete & luctuosa, & quoque modo comtemplatio.*

¶ Fletus, *ûs*, subst. das weinen. *Maximo cum fletu legi*, Cic. Fam. 14, 2. *Lacrymæ & fletus cum singultu*, Id. pro Planc. c. 31. *Fletus erumpit*, Quintil. 6, 2. *Prosequi natos fletibus*, beweinen, Id. 5, 11 sub fin. *Nullis fletibus moveri*, Virg Æn. 4, 439.

¶ Flēbĭlis, *e*, kläglich, jämmerlich; ut, *Gemitus flebilis*, Cic. Tusc. 2, 24. Et Horat 1 oda 34, 9 *Mutis ille quidem flebilis occidit, Nulli flebilior, quam tibi, Virgili.*

¶ Flebile, adv. Corn. Gall. 1, . . De senectute *Fitque tripes prorsus quadrupesque ut parvulus infans, Et per fordentem flebile serpit humum.* Add. Lucan 1, 548. Hygin fab. 154. Claudian. de rapt. Pros. 2

¶ Flebiliter, adv. ut, *Canere flebiliter, perquam flebiliter lamentari*, Cic. Tusc. 1, 35; & 2, 21. Comp. Paullin. Natal. Felic. 7, 62 *Flebiliusque ululant.*

¶ Flētifer, *a, um*, idem. Auson. in Cupid. sive Idyll. 6, 74 *Gemma fletiferi jaculatur succina trunci.*

Composita cum præpositione:

¶ Affleo, *ĕre*, mitweinen. Plaut. Perf. 1, 3, 72 *Vt affleat cum ea.*

¶ Defleo, *ēre*, fleru prodequi, beweinen, betrauen. Annius a Vic. fam. 10, 31 *Illud initium civilis belli lugere, Pt, Capitolium deflere*, Cic. Brut. c. 96. *Mortem alicujus immaturam deflere*, Plin. 2 epist. 1.

¶ Deflens, *tis*. Ovid. Met. 7, 388 *Deflens fata nepotis.*

¶ Detlendus, *a, um*, beklagens werth. Sen. Octav. v. 10 *Semper genitrix deflenda mihi.* Sic, *Funera deflenda*, Ammian. 27, 11.

¶ Deflētus, *a, um*, beweinet; ut, *Liberi defleti*, Cic. Tusc. 1, 35. *Mors a multis sæpe defleta*, Cic. de Orat. 3, 3. conf. Virg. Æn. 6, 220.

¶ Deflētio, *ōnis*, f. die beweinung. Iuvencus in c. 24 Matth. lib. 4, 122 *Adveniet jam tunc tristis deflatio terris.* Adde Firmicum.

¶ Condeflētus, *a, um*. Prudent. Hamart. v. 944 *Condefleta jacebit materies*; al. *Conclamata.*

¶ Indeflēbĭlis, *e*, unbeweinlich. Gloss. gr. lat. ἄκλαυστος, *indeflebilis.*

¶ Indeflētus, *a, um*, non defletus. Ovid. Met. 7, 611 *Indefletæque vagantur Natorum matrumque animæ, &c.*

¶ Diffletus, *a, um*, unaufhörlich; qua voce elegantissime usus est Apul. 1 Milet. p. 104 *Uxor perfusulis feralibus officiis lucta & mœrore diutino deformata, diffletis pæne ad extremam cæcitatem oculis suis.* vid. statim *Effleo.*

¶ Effleo, *ēre*, flendo consumere. *Efflere oculos*, die augen aus dem kopfe weinen. Quintil. declam. 6.

¶ Inflētus, *a, um*, unbeweint. Ausonius Parental. carm. 10 *Non ego te infletum memori fraudabo querela.* Et Virg. Æn. 11, 372 *Nos animæ viles, inhumata inflataque turba.*

¶ Perflētus, *a, um*, genetzt mit thränen. Apul. Milef. 2 p. 125 *Diutine visa perfleto.* Sic in contextu Elmenh. Pricæus & Iul. Flor. At in Not. p. 115 idem Pric. *præfletis.*

Flexibilis, flexuosus, flexus, vide *Flecto.*

FLĪGO, *ixi, ictum, ĕre*, antiquum verbum, pro *affligere*, schlagen. Lucret. 2, 85 *Obvia cum flixere, fit, ut diversa repente Dissiliant*, id est, confixerunt. Livius quoque Andr. atque Accius ap. Nonium 2, 328 usi sunt.

¶ Flictus, *ûs*, m. subst. ein schlag, streich apud Virgil. Æn. 9, 667 *Dant sonitum galeæ flictu, pugna aspera surgit*, hoc est collisione. Servius pro *afflictu* positum intellexit. Sic & Silius 9, 322 *Galeæ horrida flictu Adverse ardescit galeæ.*

Composita obsoleti *Fligo*:

¶ Affligo, *xi, ictum, ĕre*, quod proprie est, cum flictu sive sono ad terram dare, προσπίπτειν, niederschlagen. Suet. Aug. c. 96 *Contractis ad bonorum Triumvirorum copiis, aquila tentorio ejus superjecens duos cervos hinc & inde infestantes afflixit & ad terram dedit.* Plaut. Perf. 5, 2, 15 *Affligam te ad terram, scelus.* Cic. pro Rabir. 9 *Navis ad scopulos afflicta.* Conf. Menck. in observ. L. L. notata. Igitur manet in metaphora Cic. ad Att. 8, 11, vel potius ad Pompejum

p. 795 *Resp. & nunc afflicta est, nec excitari sine civili pernicie fortissimo bello potest.* Nimirum ¶ 2. Per metaphoram *Affligere* est perturbationem dolore adferre, betrüben, qvälen, ängsten. Cic. Tusc. 4, 15 *Perturbationes animum affligunt*, kräncken und qvälen das hertz. Cic. Att. 2, 9 *Pompejus ipse se afflixit.* Et pro Rosc. Am. c. 12 *Mors Scævolæ afflixit civitatem*, hat denen gantzen Stadt Rom einen jammer ¶ 3. *Affligere & effingere* sæpe confunduntur a librariis. v. *Affigo* in *Figo.*

¶ Afflictus, *a, um*, betrübt, qvelaut: ut, *Res afflictæ*, Lucan. 1, 497. *Afflictæ conditiones esse*, übler daran seyn, Cic. fam. 6, 1. *Tam afflicti nomen*, ead. epist extr. ¶ 2. Perditus, verderblich. Macrob. 6 Sat. 7 *Nemo tam afflicti est moribus, quin faciat aut dicat nonnunquam, quod laudari queat.*

¶ Afflictim, adv. heftig, äuſſerſt Mart. Capell. lib. 3.

¶ Afflictio, *onis*, f. der plage ängſtigung. Cic. Tusc. 3, 13 *Ægritudo habet tumorem, cruciatum, ejulationem, facilitatem.*

¶ Afflictus, *us*, m. subſt. idem. Nizol. Steph. & alii ex Tusc. 2, 8 extr. probant legentque, *fortunata virtus afflictu occidit:* sed Gruterus & Lambinus *afflicto.* Apul. de mundo p. 64 *Flamma vero illa, quam nubium adjectus excitat.*

¶ Afflictor, *oris*, m. ein plaeer, peiniger. Cic. in Pison. c. 27 *Senatus edit to, afflictorem & perditorem non modo dignitatis & auctoritatis, sed omnino ordinis ac nominis sui.*

¶ Afflicto, *are*, frequent. martern, qvälen. Ter. Eun. 1, 1, 31 *Et me te afflictes. Naves tempestas afflictabat*, beſchädigte, Cæſ. B. G. 4, 29. *Tempestate adversa vehementique vento afflictari*, Hirtius B. H. c. 3. *Afflictari morbo*, Liv. 39, 10, ubi tamen libri meliores habent *adfectari.* v. Gronov.

¶ Afflictatio, *onis*, f. trübſal, angſt. Cic. Tusc. 4, 7 *Solicitudo, molestia, afflictatio, desperatio, & si qua sunt de genere eodem.* Tertull. de Patientia c. 5 *Ut ael Ægyptiis afflictationibus extractus.*

¶ Afflictago, *inis*, f. idem. Hanc vocem Fr. Guyetus Comm. in Ter. Andr. 1, 5 p. 16 restituit veteris poëtæ septenario apud Cic. Tusc. 3, 13, ubi in omnibus libris est *Afflictatio* vel *Afflictio.*

¶ Afflictator, *oris*, m Id. Tertull. adv. Marc. 5, 16 pr. *Justum est, afflictatoribus nostris rependi afflictationem: & nobis, qui afflictamur requietem.*

¶ Confligo, *xi, ictum, ĕre*, eſt prælio congredi, kämpfen, scharmützen, auf einander ſtoſſen. *Armis confligere: Manu cum hoste confligere*, Cic. illud in Pison. c. 9: hoc Offic. 1, 23. Et, *Paucis navibus adversus elassem confligit*, Nep. 23, 8, 4. *Ipse causse inter se confligunt*, Cic. Catil. 2, 11. *Adversi venti confligunt*, Virg Æn. 2, 416. Hinc translate Cicero *confligere* pro *comparare*, dixit: de Inv. 2, 43 *Sæpe id quod scriptum est, rectando, sæpe cum scripto factum adversarii confligendo.*

¶ Conflictus, *us*, m. subſt. colliſio, die zuſammenſchlagung, der ſtreit. Cic. de Nat. D 2, 9 *Lapidum conflictu atque tritu elicere ignem*, feuer auffſchlagen. Gell. 6, 2 *Fatalis incommodi conflictu urgeri.*

¶ Conflictio, *onis*, f. idem. Cic. Partit. Or. c. 16 *Rerum inter se pugnantium conflictio*; & c. 29 *Quasi conflictio cum adversario.* Gell. 6, 3 *Magna totius exercitus conflictione.*

¶ Conflicto, *are*, ſtreiten, geplagt ſeyn. Ter. Phorm. 3, 2, 20 *Nec cum hujusmodi unquam usus venit, ut conflictares malo.* Active Tac. A. 6, 48, 4 *Qui plura per scelera vemp. conflictaviſſet.*

¶ Conflictor, *ari*, idem. Ter. And. 1, 1, 66 *Qui cum ingeniis conflictatur ejusmodi*, der mit ſolchen leuten zu thun hat. *Molestiis, fortuna varia, morbo, doloribus, adversa vel iniqua valetudine conflictari*, eſt exerceri, angefochten, geplaget werden. v. Cic. fam. 6, 12. Plin. 1 epist. 12. Nepos 10, 2, 4; & 20, 1, 2. Vere passivum eſt Cic. fam. 6, 12 med. *A quibus se putat in molestiis conflictatum.*

¶ Conflictatus, *a, um*, angefochten, beunruhiget. Nepos 16, 5, 1 *Conflictatus cum adversa fortuna.* Suet. Claud. c. 2 *Variis morbis conflictatus.*

¶ Conflictatio, *onis*, f. ein kampf: ut, *Duorum exercituum conflictatio*, Gell. 15, 18 extr. *Conflictationes* Quinct. 7, 1.

¶ Conflictator, *oris*, m. qui conflictat.

¶ Conflictatrix, *icis*, f. eſt Tertulliani adv. Marc. 2, 14 *Ægyptus hospitis populi conflictatrix.*

¶ Confligo, *are*, contendere, kämpfen, fechten. Pacuv.

¶ Confligatus, *a, um*, zerſchlagen. Frontin. in Strategem.

¶ Confligatio, *onis*, f. idem ac *conflictus* vel *conflictatio*, συμβολὴ ἐπὶ μαχῃ in Gloss. gr. lat.

¶ Confligium, *i*, n. idem. Solinus c. 14 (Salmas. 5) de Macedonia, *In latebrosis rupium cavaminibus, quæ fluctuum confligiis adsa sunt*, durch das anſchlagen der wellen.

¶ Efflīgo, *ĕre*, idem quod affligere, ferire, percutere, ſchlagen. Plaut. Adm. 4, 2, 9 *Efflīges scio*, id est, ad inopiam rediges: & Cist. 2, 1, 50 *Nisi pedatu tertio omnes efflixero*, hoc eſt, tertio congreſſu interfecero. Etiam Ciceroni hoc verbum doctiſſimi viri e manuſcriptis libris vindicarunt. Sane Gruterus & Grævius ad Att. 9, 19 legunt: *Servius filium misit ad efflīgendum Cn. Pompejum, aut certe capiendum.* EFFLIGENDVM, i. e. perdendum, ut laudatus Græv. contra Victorium interpretatur. Sen. de Ira 1, 15 *rabidos efflīgimus canes.*

¶ Efflictus, *a, um*, percuſſus, geſchlagen. Capitol. Vero c. 4 ex lectione Salmaſii: *Sæpe efflictum livida facie reddisse.*

¶ Efflicte, adv. quod *vehementer* significat, ſehr heftig. Symmachus 1 epiſt. 90 *Efflicte diligere.* Apul. Met. 5 p. 171 *Efflicte cupere*, ut Elmenhorſtius legit: at Pricæus *efflictim*, de quo jam dicemus.

¶ Efflictim, adv. idem. Plaut. Amph. 1, 3, 19 *Efflictim amare.* Et Apul. 5 p. 161 *Amo efflictim te, quicunque es.* Adde Nonium 2, 280.

¶ Efflicto, *are*, frequent. idem ac *Afflictare.* Plaut. Sticho 4, 2, 26 *Non tu scis, quam efflictentur homines noctu hoc in via.*

¶ Inflīgo, *ĕre*, incutere, darauf ſchlagen. Cic. in Vatin. c. 8 *Si mortiferam plagam inflixisses.* Id. Phil. 2, 21 *Tibi vulnus inflictum.* Et in Pison. c. 26 *Turpitudinem alicui inflīgere*, ſchande anthun. Id. L. II de Or. 63 *Cum in eum ipsum aliquid qui lacessivit, inflīgitur.*

¶ Inflictus, *us*, m. subſt. die anfoſſung. Arnob. lib. 3 p. 111 *Quorum (labiorum) inflicta & mobilitate lingua sonos articulat.*

¶ Inflictio, *onis*, f. die anlegung. Theod. Cod. lib. 9 tit. 17 *Multa inflictione corrigere.*

¶ Profligo, ex se format

¶ Profligtus, *a, um*, niedergeſchlagen. Gell. 15, 5 *Res profligtæ & perditæ.* Pro ipso verbo provocant ad Gol. 1, 3. Sed ibi mell. *Quos hostis profugiendo desolasset agros.*

¶ Profligo, *avi, atum, are*, perdere, peſſundare, ad interitum perniciemque deducere, vertreiben weeſchlagen; ut, *Copias hostium profligare*, Cic. Phil. 14, 14, die feinde ſchlagen. *Profligare rempublicam*, Id. de Orat. 3, 1. Cornelius apud Nep. fr. 12, 2 *Inimici ne sitre non peribunt, atque, uti nunc sunt, erunt potius, quam Resp. profligetur & pereat.* ¶ 2. *Profligare* etiam eſt, rem cœptam promovere, & prope finem adducere, ut, cum *ædificia, templa alia profligata* dicuntur, quæ bonam partem edicta quidem, ſed manum ultimam tamen nondum paſſa ſunt. Quod Gellius tamen 15, 5 recte & ſcite dici negat; cum, qui diligenter latineque locuti ſunt, hæc tanta, *prope absoluta* potius atque *affecta* dixerint: quod auctoritate Ciceronis maxime conatur adſtruere. Sed fallitur: & iniqua hæc ejus cenſura eſt. Namque & ipſe Cicero ſic loquitur Tusc. 5, 6 *Atqui si ita est, profligata jam hæc, & pæne ad exitum deducta quæstio est.* Atque hic forte, ut & cum de bellis ſermo eſt, fuerit, quod excipiat Gellius. Sed quid diceret de monumento Ancyrano, ubi Auguſtus de ſuis rebus geſtis: INTER ÆDEM CASTORIS ET ÆDEM SATVRNI COEPTA PROFLIGATAQVE OPERA A PATRE MEO PERFECI. De bellis quidem frequentiſſime adhibetur: Tac. Hiſt. 2, 4, 5 *Profligaverat bellum Judaicum Vespasianus, oppugnatione Hierosolymorum reliqua.* Id. Hiſt. 4, 73, 2 *Statui pauca differre, quæ profligato bello utilius sit, vobis audisse, quam nobis dixisse.* Et Liv. 21, 40 *Sed ita forsitan decuit, cum fœderum ruptore Duce ac populo Deos ipsos sine humana ope committere ac profligare bellum: nos autem, qui secundum Deos violati sumus, commissum ac profligatum conficere.* Plane ita Florus 2, 15, 2 de tribus bellis Punicis, *Atque*, inquit, *si quis trium temporum momenta consideret, primo commissum bellum, profligatum secundo, tertio vero confectum est.* Itaque non usque quaque certa obſervatio atque cenſura Gellii eſt: quamvis & Nonius ei videatur favere 2, 702. conf. Parei Lex. Crit. p. 995, & Scip. Gentil. Comm. in Apuleji Apol. not. 826 p. 406.

¶ Profligatus, *a, um*, afflictus & perditus, geſchlagen, verderbt. Nepos 16, 2, 3 *Tantæ opes sunt profligatæ.* Cic. Verr. 3, 26 *Profligatissimus omnium mortalium ac perditissimus*, ein ruchloſer menſch, ertz böſewicht. Et Suet. Tib. c. 35 *Ex juventute utriusque ordinis profligatissimos quisque.* Græce tales ἀποφευγότες dicuntur, ut Calaubonus ad Theophraſti Characteres obſervat. *Perdita ac profligata judicia*, verderbte und untüchtige gerichte. Id. Cic. Verr. 2, 3. ¶ 2. Interdum idem eſt atque pæne abſolutus, uti probatum in *Profligare* n. 2. Adde Cic. fam. 12, 30 *Profligato bello ac pæne sublato renovatum bellum gerere conamur.* Liv. 3, 50 med. *Profligatam eam rem Romæ esse nunciantes.*

¶ Profligator, *oris*, m. ein durchbringer. Tac. Ann. 16, 18, 1 de C. Petronio: *Habebatur non ganeo & profligator, ut plerique sua hauvientium, sed erudito luxu.*

FLO, *flāvi, flātum, flāre*, ſpirare, wehen, blaſen. Cic. Att. 7 epiſt. 2 *Belle nobis flavit ab Epiro leniſſimus Auster.* Plaut. Moſt. 2, 2, 104 *Simul flare sorbereque, haud factu facile est.* ¶ 2. Quint. 12, 6 p. 1072 *Omisso magna flandi semper tumore*, ubi *magna flare* eſt jactantius agere. Hinc *Flare* pro ſpernere, contemnere, uſus eſt Prudentius Agone Eulaliæ ſive Hymno 9 περὶ στεφ. v. 31 *Spernere succina, flare rosas, Fulva monilia respuere*, v. infra *deflare.* ¶ 3. *Flare nummos*, i. e. fignare, geld münzen, quod æs flando, hoc eſt, per flatum calefaciendo ſignetur. Ita noti *Triumviri A. A. A. F. F.* h. e. *auro, argento, ære, flando, feriundo.* Vlpian. l. 9. π. de L. Cornel. de falſis: *Lege Cornelia cavetur, qui in aurum vitii quid addiderit, qui argenteos nummos flaverit, falsi crimine teneri.* v. *Flaturarius*, it. *Conflare.*

¶ Flans, *tis.* Hirt. B. Alex. c. 11 *Vento leniter flante.* Lucret. 6, 717 *Aquilones contra fluvium flantes.*

¶ Flāmen, *inis*, n idem quod *flatus*, das blaſen, wehen, der wind. Virg. Æn. 4, 240 *Rapido cum flamine.* Ovid. Faſt 4, 18 *Dum licet, & spirant flamine, navet eat.* Id. Met. 13, 183 *Expectata dia, nulla aut contraria classi Flamina sunt.* Id. Faſt. 3, 599 *Figitur ingenti flamine ad litus puppis.* Horat. 3 Od. 19, 19 de tibiarum inflatu, *Cur Berecinthiæ Cessant flamina tibiæ?*

¶ Flāto, *are*, frequentativum, blaſen. Arnobius lib. 2 p. 69 *Cantores tuba, tibia, calamoque flatantes.*

¶ Flātus, *a, um*, geblaſen, gewehet. Hirt. de B. Afric. c. 52 *Pulvis vento flatus omnium prospectui offecit.* Paulinus Iambo ad Cyther. v. 73 *Scriptura namque Sancto flata Spiritu Regi perennis mater est: Flata*, i. e. *afflata.* ¶ 2. Item fuſus, gemeſſen; ut, *Æs flatum pecore*, Varr R. R. 2, 1. *Flata messe*, l. 83. π. pro ſocio.

¶ Flatus, *ūs*, m. ſubſt. der wind, das wehen. Cic. Off. 2, 6 *Vis prospero ventorum flatu.* Et de Orat. 2, 44 *Ad id, unde aliquis flatus ostenditur, vela do. Emittere flatum ventris*, Suet. Claud. c. 32. Et Ovid. Met. 7, 532 *Letiferis calidi spirarunt flatibus austri. Sonitus flatusque equorum*, das ſchnauben, Sil. Ital. 5, 433. *Flatus* pro cantu tibicinum ap. Phædr. 5, 7, 14. ¶ 2. Pro ferocia & inſolentia Sil. 2, 288. vid. Drak. Liv. 45, 8 *Cujus animum nec prospera fortuna flatu suo efferet.*

¶ Flator, *ōris*, m. αὐλητης, ein bläſer, pfeiffer. Feſtus: *Flator, tibicen.* Ver. Gloſſ *Flat, Flator*, φυσᾷ, αὐλητης. ¶ 2. Alio conflandi ſenſu, ein ſchmeltzer. Pompon. l. 2. de Orig. Iur. § 30 *Æris, argenti, auri flatores*, geld münzer.

¶ Flāti-

¶ Flātilis, *e*, flabilis. Varro ap. Non. 4, 353 *Corona-flatili labore viridis.* Sic Arnob. 6 p. 201. De flatuis aureis *Laminarum flatilium crates*, geſchmelßt, ex ſecunda verbi ſignificatione. Sed ad ſpiritum refertur illud Prudent. Hamartig. v. 531 *Flatile virus ingerit.* Sic etiam Ammian. 30, 4 *Flatili ſonitu.*

¶ Flatulentus, *a, um*, & Flatuoſus, *a, um*, blähend, aufblähend, Medicis uſitata adjectiva; ut, *Flatulenta affectio*, i. e. morbus hypochondriacus. Item, *Flatuoſus Spiritus*, i. e. flatu turgens halitus.

¶ Flatuoſe, adverb. idem, apud Celſum.

¶ Flatūra, *æ*, f. idem quod conflatura, die ſchmelßung. Vitruv. 2, 7 *In æris flatura*, im ſchmelßen.

¶ Flaturālis, *e*, das luft hat. Tertull. de Anima c. 10 *Quædam ſpiritu carent, quia flaturalibus artubus ſtructa non ſunt.* Sic, *Tubulus flaturalis*, ein blaßrohr.

¶ Flaturārius, *i*, m. qui monetam flat ſive cudit: hoc enim flando metallo, i. e. liquefaciendo & cogendo in maſſam ſeu formam fieri conſuevit, ein münßer, ſchmelßer, rothgieſſer. In Veteri Inſcriptione, quam ſupra in verbo *Fiduciare* produximus: FLATVRARII AVRI ET ARGENTI MONETARII, mentio fit. In alia: C. SETILIVS ONESIMVS FLATVRAR. DE VIA SACRA CONIVGI B. M. P. & Inſcr. Reinef. 11, 89 PABER FLATVRARIVS SIGILLARIVS, i. e. χαλκεὺς ἀνδριαντοποιὸς, ſignorum ſtatuarumve ex ære fabricator. L. 5 Cod. Theod. de falſa moneta: *Comperimus, nonnullos flaturarios majorem pecuniam non minus crimin ſe, quam crebro ſeparato argento ab ære purgare.*

¶ Flabilis, *e*, aërius, ſpirabilis, luftig, windig. Cic. Tuſc. 1, 27 *Nihil in animis aut humidum quidem, aut flabile, aut ignevum.* Prudent. Agone Romani v. 346 *Eidem ſibi ipſe mente in hominis condidit Vivam, ſerenam, ſenſualem, flabilem.* conf. Apoth. v. 867.

¶ Flābrum, *i*, n. idem quod *flatus*, ſeu *Flabra* potius pluraliter, ut Servius cenſet ad Virg. Georg. 2, 293 de Æſculo: *Frigo non bieme, illum, non flabra, nec imbres Convellunt.* Sic *Eteſia flabra*, Lucret 6, 715. *Boreæ flabra*, Propert. 2, 27, 12. *Flabra Aquilonis*, Avienus Periegel. v. 33, & *Favoni*, v. 52; *Zephyri*, v. 150; *Noti*, v. 1270. Hinc

¶ Flābellum, *i*, n. dimin. eſt inſtrumentum illud, quo fit ventilatio, ein fächer, wedel, fliegenwedel. Ter. Eun. 3, 5, 47 *Cape hoc flabellum, & ventulum hoc facito.* Multa de ea re Cæſaub. in Suet. Aug. p. 107 & ſeqq. De hac re Ovidius, alio licet uſus nomine, Act. 1, 161 *Profuit & tenui ventum movisse tabella.* Propert. 2, 25, 11 *Pavonis caudæ flabella ſuperbæ*, der pfauſchwanß. conf. Hieron. epiſt. 27, 13. Cicero pro Flacco c. 23 *Cujus lingua, quaſi flabello ſeditionis illa tum eſt egentium concio ventilata.*

¶ Flabellātulum, *i*, n. aliud dimin. idem ſignificans, Ter. l. c. v. 50.

¶ Flabelliſer, *a, um. Flabelliferæ*, ancillæ, quæ flabellum ferunt, & ventilationem faciunt, Plaut. Trin. 2, 1, 22.

¶ Flabello, *are*, fächeln, wehen. Tertull. de Pallio c. 4 *Cum in affectati nem flabellatur.*

¶ Flabrātus, *e*, flabris etiam dicitur, wehend. Prudent. Apoth. v. 841 *Cum libet, in gelidum flabrati frigore ventum Spiritus exiſtit.* Sed vide ſtatim *Flabro.*

¶ Flabro, *are*, blaſen, wehen. Prudent. l. c. alii legunt: *Cum libet in gelidum flabrare frigore ventum, Spiritus exiſtit tenuis & ſibilat aër.*

¶ Flaviſſæ, *arum*, f. pl. geld-hauffen, ſchäße. Nam quos *theſauros* græco nomine appellamus, priſci Latini *flaviſſas* dixerunt, *quod in eas non rude æs argentumque, ſed flata ſignata pecunia conderetur*, ut ex Varrone Gellius docet 2, 10, & Non. Marcellus 2, 341. Sed vide *Faviſſa* ex l. c. Gellii.

Compoſita:

¶ Afflo, vel Adflo, *avi, atum, are*, flatu contingere, anwehen, anblaſen. Colum. 8, 5 *Cavendum, ne pulli a ſerpentibus afflentur.* Metaph. Florus 3, 5, 9 *Afflat urbem terror regius*, h. e. tam prope fuit, ut quaſi ſpiritu contingeret. conf. Virg. Georg. 1, 250, & Æn. 5, 739. Cic. in Verr. 1, 13 *Sperat, ſibi auram poſſe aliquam afflari.* conf. Menck. Obſerv. L. L. ¶ 2. De enthuſiaſmo poëtico Cic. pro Arch. 8, *quaſi divino quodam ſpiritu afflari.* Sed meliores fere libri *inflari.* De *afflatu* tamen dubitari non puto. ¶ 3. Veteres abſolute uſos hoc verbo, Gifanius ad Lucret. obſervat, qui verbo *efflandi* ſimiliter uſus. Cic. Catone maj. c. 17 *Cum admiraretur Lyſander & præcoquitates arborum & ſuavitatem odorum, qui afflarent a floribus.* Ita e veteri Codice Gifanius: nec aliter ſcriptum a Ciceronе, Aldus Manutius ſtatuit, & ſimilem locum ex Epiſtolis ad Atticum Commentario in eum Ciceronis dialogum profert. Grutерus tamen & Gron. *afflarentur.*

¶ Afflātus, *a, um*, anwehend, begeiſtert. Virg. Æn. 6, 50 de Sibylla: *Affiata numine Dei.* Liv. 30, 6 *Sancti afflatique incendio effugerunt*, berührt vom feuer, verſengt. Ovid. Ponto 3, 6, 17 *Fulminis afflati teſte.*

¶ Afflātus, *ūs*, m. ſubſt. der anhauch, die anwehung. Plin. 37, 13 *Benigno ventorum afflatu*, mit gutem winde. Translate Cic. de N. Deor. 2, 66 *Nemo vir magnus ſine aliquo afflatu divino unquam fuit*, ohne göttliche anade und eingebung. Et de Div. 1, 18 *Oracula inſpirantu divino afflatuque fundentur.* Plin. 3, 5 *Tot montium afflatus.* conf. Voſſii Obſerv. in Melam p. 161, & Plin. Jun. 5 epiſt. 6. ¶ 2. Varroni de R. R. 3, 1 *afflatus* etiam pro aſpiratione ſumitur vel pro litera H.

¶ Afflātor, *oris*, m. qui afflat. Tertullian. adv. Hermogen. c. 32 *Qui ſuper aquas ferebatur, ipſe utique, & afflator, & animator.* De Spiritus S. in creatione officio.

¶ Circumflo, *are*, umherblaſen. Statius Theb. 11, 42 *Cui circumflantibus Auſtris.* Quod Alcimus Avitus epiſt. 3 ad Faſtidium & Symmachum ſenatores: *Velati ventis circumflantibus*, ſchei pappen d'ammas. *Ab omnibus incidit ventis circumfari*, Cic. in Verr. 1, 41, von allen ſeiten beneidet werden.

¶ Conflo, *are*, zuſammen wehen oder blaſen; ut, *Tempeſtas ventis conflata*, Stat. Theb. 5, 524 v. Barth. *Conflare metallum*, eſt igne liquefacere, ſchmelßen, gieſſen. *Statuas argenteas, vaſa aurea conflare*, Suet. Aug. c. 52. ¶ 2. Per metaphoram dicitur, *Conflare æs alienum*, ſchuld machen, Salluſt. Catil. c. 14. *Conflare bellum*, Cic. fam. 5, 2, krieg anrichten. *Invidiam inimicis conflare*, Cic. in Catil. 1, 9, verhaßt machen. Et, *Conflare amicitiam*, i. e. contrahere; Ter. Eunuch. 5, 2, 35 *Sepe ex malo principio magna familiaritas conflata eſt.* Vellej. 2, 74, 2 *Magnum exercitum conflare*, volck auf die beine bringen.

¶ Conflans, *tis*. Plin. 35, 11 *Philiſcus officinam pinxit pictoris, ignem conflante puero.*

¶ Conflātus, *a, um*, paratus, excitatus, zuſammen gebracht, erregt. *Conflato gladiatorum tumultu*, Cic. pro Sulla c. 5. *Ex perditis conflata improborum manus*, Id. in Catil. 1, 10. Et de ipſo Catilina: *Monſtrum conflatum ex diverſis naturæ ſtudiis cupiditatibusque*, Id pro Cælio c. 5 extr. *Conflati teſtes*, i. e. ſubornati, Quintil. 5, 7. *Ignis conflatus amore*, Lucret. 1, 473.

¶ Conflatim, adverb. idem. Nam in Gloſſ. Iſidori exponitur *copulatim, contexte.*

¶ Conflātilis, *e*, conflando factus, gegoſſen, geſchmelßt. Prudent. in Romano v. 239 *Fabri deorum, vel parentes hominum, Qui ſi camini inſtetiſſent ſegnius, Non eſſet ullus Jupiter conflatilis.* Hieronym. epiſt. 130 ad Marcell. *Sculptile atque conflatile*, de idolo Michææ, Iudic. 17. conf. Exod. 32, 4; & Deut. 11, 12.

¶ Conflatio, *ōnis*, f. die zuſammenſchmelßung. Tertull. de fuga in perſecut. c. 3 *Fidei ſtio & conflatio adminiſtratur ex Dei voluntate.* A Calepino & aliis producitur locus Senecæ Qu. Nat. 3, 29; ſed ibi eſt *Conflagratio.*

¶ Conflātor, *ōris*, m. ein ſchmelßer, gieſſer. Vet. Gloſſ. *Conflator*, χωνευτής.

¶ Conflatorium, *i*, n. ein ſchmelß-ofen. Vulg. Interpr. Prov. 27, 21. Et Gloſſæ: *Fornax, Conflatorium*, χωνευτήριον.

¶ Conflātura, *æ*, f. die ſchmelßung. Plin. 7, 56 *Auri conflatura.* Firmic. 6, 31 *Qui pecunias publicas conflaturarum adulterinis artificiis imitant ri*, falſche münßer.

¶ Conflabello, *are*, zuſammen wehen. Tertull. de Spectac. c. 25 *Conflabellare ſcintillas libidinum.*

¶ Conflages, f. pl. a conflando *loca dicuntur, in quæ undique confluunt venti*, Feſt. Alii legunt *Confleges.*

¶ Reconflo, *are*, wieder an- oder aufblaſen. Tralate uſus eo eſt Lucret. 4, 925 *Vnde reconflari ſenſus per membra repente Poſſit.*

¶ Deflo, *are*, weyblaſen; ut, *Cibum e manu prolapſum mendicitatum cauſſa deflare*, Plin. 28, 2. ¶ 2. Contemnere, aſpernari, vernichten. Suet. Calig. c. 38 *Iulii & Auguſti diplomata, ut vetera & obſoleta deflabat.* Faſtidientes enim & contemnentes aliquid non raro ore emittere flatum, & quaſi explodere ſolent. vide omnino Cæſaub. Sic *flare* pro contemnere, ſpernere, uſus Prudentius loco ſupra a nobis producto; qui ſane hanc lectionem Memmiani codicis non leviter firmat.

¶ Difflo, *are*, zerblaſen, hin und her wehen. Plaut. Mil. Glor. 1, 1, 17 *Tu legiones ſpiritu diffluviſti, quaſi ventus folia.* Solinus c. 13 de Theſſalia: *Difflantur ventoſis ſpiritibus.*

¶ Efflo, *are*, exſpirare, herausblaſen. *Efflare animam*, ſeinen geiſt aufgeben, Nep. 4, 5, 4. Et, *Extremum halitum efflare*, i. e. mori, Cic. Tuſc. 2, 9 ex poëta. *Efflavit ſpes animam*, i. e. periit, ſie iſt verſchwunden. Plaut. Truc. 4, 4, 23. *Efflare colorem*, i. e. deponere, die farbe ſchieſſen laſſen, Lucret. 2, 831. *Efflare* abſolute pro *animam efflare*, Cic. de Div. 1, 47.

¶ Efflans, *tis*, ut, *Animam efflans*, Cic. pro Mil. c. 18. Et abſolute: *Abjicit efflantem*, ex poëta Idem Divin. 1, 47.

¶ Efflātus, *a, um*, ausgeblaſen. Suet. Aug. c. 100 *Vnum omnino ante efflatum animam ſignum alienatæ mentis oſtendit.*

¶ Efflatus, *ūs*, ſubſt. m. die ausblaſung. Sen. Nat. qu. 5, 14 *Subterraneæ nubes aperiun ad hos efflatus iter occupant*, alii afflatus.

¶ Efflatio, *ōnis*, f. die ausblaſung. Sarisb. 8, 6 *Venter in crepitus ventorum efflatione reſpirans.*

¶ Efflammo, *are*, idem ac *Efflare*; ut, *Stellis efflaminantibus*, Mart. Capella 2 p. 45; al. *efflammantibus.*

¶ Pereffio, *are*, decompoſitum, idem quod efflare. Apul. Met. 3 p. 207 *Poſtremo balbutiens incerto ſermone perflavit animam virilem.* Ita Elmenh. & Pricæus.

¶ Inflo, *are*, ein- oder aufblaſen. *Tu calamos inflare leves*, Virg. ecl. 5, 2. Et ſimpliciter *inflare* pro *inflare bibias*, Cic. Quæſt. Acad. 27. *Ambas buccas inflare*, quod iratorum eſt, Horat. Sat. 1, 21. *Antipater paulo inflabat vehementius*, i. e. vocem, Cic. de Leg. 1, 2. *Inflabat impios animos regio, &c.* etiam Germ. machte ſie aufgeblaſen, Curt. 5, 10, 3 *Spem alicujus inflare*, eröffne hoffnung machen, Id. 3, 2, 10. *Ad ſtro inflatur cauſſis*, Virg. Æn. 3, 357. De enthuſiaſmo poëtico Cic. pro Arch. 8, *Quaſi divino quodam ſpiritu inſluri.* Ita meliores; al. *afflari.*

¶ Inflātus, *a, um*, aufgeblaſen; ut, *Ad buccinam inflatum convenire*, auf den ſchall, Varro de R. R. 3, 13. *Veſtis inflatior*, Tertull. de Pallio c. 4, weit, pauſſend. ¶ 2. Deinde ad animum refertur; & *Animus inflatus*, i. e. elatus. *Inflati lætitia atque inſolentia impii cives*, Cic. Phil. 14, 6. Quæ Germanica etiam metaphora eſt, laufgeblaſen, ſtolß. Liv. 39, 53 *Iuvenis inflatior redierat.* v. *Sufflatus.*

¶ Inflare, adv. idem. Cæſar Civ. 3, 79 *Inflatius perſcribere*, hochmüthig. Conjungit enim cum *elatius* ibid.

¶ Inflātus, *ūs*, m. ſubſt. der hauch, anhauch; ut Cic. de Clar. Orat. c. 51 *Oratori populi aures tanquam tibiæ ſunt, ea ſi inflatum non recipiunt &c.* Et Acad Quæſt. 4, 7 *Inflatu tibicinis.* Id. de Divin. 1, 6 *Inſtincta inflatuque divino futura præmunciare.*

¶ Inflatio, *ōnis*, f. die aufblahung; ut, *Inflatio ventris*, Colum. 6, 6; *ſtomachi* Plin. 20, 10 pr. *Aſparagi*, inquit, *cumino additio, inflationes ſtomachi colique diſcutiunt*, ſie vertreiben die blahungen.

¶ Inflātor, *ōris*, m. ein aufblaſer. Gloſſ. gr. lat. ἐμβυτής, *inflator.*

¶ Inflabilis, *e*, das man aufblaſen kan. Lactant de Opific. Dei c. 11 pulmonem vocat *viſus inflabilis atque aëris capax.* Ic. active,

aufblähend. Cæl. Aurel. Tard. 3, 2 *Inflabilis virtutis qualitas.* Id. 5, 1 *Allium inflabile.*

¶ Inflabello, *are*, einblaſen. Tertull. adv. Valentin. c. 23 *Omnibus elementis atque corporibus ignis inflabellatus eſt.*

¶ Subinflatus, *a, um*, etwas aufgeblaſen, geſchwollen; ut, *Vultus subinflatus*, Cæl. Aurel. Acut. 1, 2. *In opinionem ſcientiæ ſubinflati peſtoris tumore tolli*, Arnob. 2, p. 46.

¶ Perflo, *are*, hinwehen, durchwehen. Curt. 9, 4, 21 *Iam perflave ad ipſos auram maris.* Adde Virg. Æn. 1, 87; Lucret. 5, 135. Ovid. Remed. am. v. 369 *Summa petit livor, perflant altiſſima venti.*

¶ Perflans, *tis.* Plin. 2, 107 *Perflantibus undique procellis.*

¶ Perflātus, *ûs*, m. ſubſt. das durchſtreichen des windes. Celſus 3, 19 *Vt perflatus aliquis accedat.* Et Vitruv. 1, 1, 19 *Aër, qui perflatus non habet.* Colum. 1, 5 *Quanto fuerit ædificii ſolum pronius orienti, tanto & æſtate liberius capere perflatus poterit.* conf. Plin. 16, 40.

¶ Perflatio, *onis*, f. idem. Mart. Capella lib. 1 p. 11 *Virgæ perflatione concuti.*

¶ Perflābĭlis, *e*, luftig; ut, *Terra perflabilis, ventis penetrantibus*, Solin. c. 40 (Sam. 27) de Africa. Apul. Met. 4 *Locus patulus & perflabilis.* Et Cic. Divin. 2, 1 *Deos ipſos jocandi cauſſa induxit Epicurus perlucidos & perflabiles.* Et active Palladius 1, 6 *Ventus mediocris, ſine vi & horrore perflabilis.*

¶ Perflātĭlis, *e*, idem. Apul. 3 Met. p. 137 *Tectum ædium pastore perflatili nudatum.*

¶ Perflāmen, *ĭnis*, n. flamen, der wind. Prudent. Apoth. v. 696 *Sine divino Domini perflamine ſummi Arida terra fuit.*

¶ Proflo, *are*, ſchnauben, herfürblaſen; ut, *Proflare iras*, Plin. 8, 4. Et Virg. Æn. 9, 326 *Toto proflabat pectore ſomnum.* Item, ausſchmelzen; apud Plin. 34, 9 *Maſſa proflatur.*

¶ Profians, *tis.* Stat. Theb. 11, 266 *Sanguineos proflans pectore rivos*, der blut ausſpeyt. conf. Val. Flacc. 6, 435.

¶ Proflātus, *a, um*, ausgeblaſen, ausgeſchmolzen. Apul. Met. 7 *Proflatis naribus.* Plin. 34, 9 *Maſſa proflata*, & abſolute *proflatum.*

¶ Proflatus, *us*, m. ſubſt. der anhauch. Colum. 5, 9 *In Favonium dirigi ordines convenit, ut æſtivo proflatu refrigerentur.*

¶ Rĕflo, *are*, entgegen wehen. *Etſi Eteſiæ valde reflavint*, Cic. Att. 6, 6. Id. Off. 2, 6 *Cum fortuna reflarit, affligimur.* Sidonius Anacreontico ſub epiſt. 13 lib. 9 *Antra per palati, Crepulis reflanda buccis, Gemit aura tibialis.*

¶ Reflans, *tis.* Cic. Tuſc. 1, 49 *Si reflantibus ventis rejicimur.* Cæl. Aurel. Tard. 3, 8 *Medicamina reflantia*, i. e. diaphoretica ſeu ſudorem moventia.

¶ Reflatus, *a, um*, gehindert; ut, *Reflata ſuccoſitas*, Cæl. Aurel. Acut. 2, 29, 151.

¶ Reflātus, *us*, m. ſubſt. der gegen-wind. Cic. Att. 12, 2 *Naves delatas in Vticam reflatu hoc.*

¶ Reflatio, *onis*, f. zurückwehen, ausblähung. Cæl. Aurel. Tard. 1, 1, 12 *Ex alto reflatio quædam viarum nuditate permittitur.*

¶ Reflabĭlis, *e*, forttreibend; ut, *Tibi facile reflabiles*, i. e. laxantes, Cæl. Aurel. Tard. 4, 1, 6.

¶ *Reflabri ſpiritus* laudantur ex Apul. de mundo. Sed magna eſt lectionis varietas, neque certi quidquam. vid. Elm. ad p. 62, 20.

¶ Reflatĭlis, *e*, idem. Habet Zeno Veron. v. Salmaſ. Hiſt. A. p. 193.

¶ Sufflo, *are*, anblaſen, aufblaſen, wegblaſen; ut, *Sufflare ignes languidos*, Plin. 34, 8. *Sufflare buccas*, Plaut. Stich. 5, 4, 42. *Sufflavit buccis*, Martial. 3 epigr. 17. *Gladiatores decrepitos ſi ſufflaſſes, cecidiſſent*, Petron. c. 45. ¶ 2. Ad animum refertur. Ita *Sufflare ſe alicui*, Plautus dixit Caſin. 3, 3, 19, pro *iraſci.* Sed Perſ. 18 *Suffla*, i. e. habes de quo glorieris. vid. Caſaub. p. 333, & locum Varronis in *Sufflatus.*

¶ Sufflātus, *a, um*, aufgeblaſen. Plin. 8, 38 *Sufflata cutis diſtentu* de melibus. Tralate Varro apud Nonium 1, 227 *Neque auro, aut genere, aut multiplici ſcientia ſufflatus.* conf. Plaut. Bacch. 4, 2, 213 & Gell. 7, 14.

¶ Sufflatio, *ōnis*, f. die aufblaſung. Plin. 9, 7 *Bullantium aquarum ſufflatio.* conf. 9, 29; & Quintil. 9.

¶ Sufflatorium, *i*, n. ein blaſebalg. Vulg. Interp. Ier. 6, 29.

¶ Sufflābĭlis, *e*, das geblaſen wird. Prudent. Apotheoſ. 842 *Spiramus quotiens animæ ſufflabilis auras.*

¶ Sufflāmen, *ĭnis*, n. retinaculum rotæ celerius procurrentis, eine hemm-kette, radſperre. Prudent. Pſychom. v. 417 *Tardat ſufflamine currum.* Iuvenal. 8, 148 *Ipſe rotam ſtringit multo ſufflamine Conſul.* Ad quem locum vetus Scholiaſtes: *Sufflamen*, inquit, *vinculum ferreum, quod inter radios mittitur, dum clivum deſcenderit rheda, ne celeres rotæ ſequantur, & animalia vexent.*

¶ Sufflamĭno, *are*, ſufflamine retinere, hemmen, einhalten. Seneca Ludo de morte Claudii ſub fin. *Erant, qui dicerent &c. aliquando Ixionis miſeri rotam ſufflaminandam.* Et Seneca Pater 4 epit. Controv. præf. *Auguſtus optime dixit: Haterius noſter ſufflaminandus eſt*; ſcil. propter velocitatem orationis.

¶ Exſufflo, *āre*, ausblaſen. Auguſtin. epiſt. 105 ſub fin. *Exorcizantur & exſufflantur infantes.* Et epiſt. 170 *Exſufflant & rebaptizant.* ¶ 2. Idem fere ac deſpicere, verachten, ausziſchen. Tertull. de Idolol. c. 11 *Quo ore fumantes aras deſpuet & exſufflabit, quibus ipſe proſpexit?* conf. Interpr. Irenæi 1, 9.

¶ Insufflo, *are*, ein- oder anhauchen, ein- oder anblaſen, anziſchen. Proſper de Prædict. 1, 1 *Inſufflavit in faciem ejus ſpiritum vitæ.* Vulg. Interpr. *Inſpiravit*, Gen. 2, 7. conf. Vulg. Interpr. 4 Esdr. 3, 5; Tertull. de Reſurr. carn. c. 5; Salvian. 7 p. 258; Apul. de Herb. c. 128. Et Prudent. Periſt. 10, 919 *Vt hos paratus perſpicit, Inſufflat,*

¶ Insufflatio, *ōnis*, f. die anblaſung. Hieronym. ad Pammach. ep. 61, 5 *Plaſmavit Deus hominem ex limo, & per gratiam propriæ inſufflationis ei animam tribuit.* Auguſtin. de Geneſi contra Manich. c. 8 *Inſufflatio operata eſt in animam viventem.* Cæl. Aurel. Tard. 1, 4, 136 *Aceti inſufflatio naribus.*

FLOCCVS, *i*, m. plur. flocci, particulæ in panno & vellere, quæ detondentur, aut quæ veſtibus incidunt, flocken, fäſgen. *In veſte floccos legere*, apud Celſum: quod Theophr. ἀπὸ ἱματίε πρωτίδα ἀφελεῖν, cap. περὶ κολακείας dixit. Eſt enim hoc adulationis etiam pars. Vnde hoc genus adulationis κρωτιασμὸς appellabatur, de quo Caſaubonus ad eum locum. *Flocci habere, flocci facere, flocci pendere*, apud Plautum, eſt irriſui ac ludibrio habere. *Non flocci facere &c.* id eſt, minime contemnere: aliquando tamen eſt prorſus contemnere, id eſt, ne flocci quidem facere, pendere, nicht ein ſtäubgen darauf geben. Cic. Att. 4, 15 *Totam remp. flocci non facere*, vor nichts achten. Ter. Eun. 3, 1, 21 *Invidere omnes mihi, ego non flocci pendere*, ich fragte nicht ein haar darnach. Plaut. Truc. 4, 2, 56 *De nihilo eſt iraſci, quæ te non flocci facit.* Idem Moſt. 3, 2, 121 *Cave ullam flocci faxis mulierem.* Id. Moſt. 1, 1, 73 *Neque flocci æſtimat.* Id. Trin. 4, 2, 152 *Floccum non interduim.*

¶ Floccŭlus, *i*, m. Plin. 16, 7 *Pilulæ, intus habentes floccŭlos molles.* Sic Froben. At Harduin. *Floccos molles.*

¶ Floccĭdus, *a, um*, flockicht, voll flocken. Apul. Met. 7 *Veſtis in ſinus floccidos abundans.*

¶ Floccōſus, *a, um*, idem. Apul. de Herb. c. 62 *Floccoſis vel lanugineis adnationibus.*

¶ Deflocco, *are*. Nonnulli in Plauti Aſin. 3, 3, 111 hæc collocant verba: *Illic homo meos hic lumbos defloccabit.* vid. Taubm. ad l. c. p. 147, & Nonius 1, 22.

¶ Defloccatus, *a, um*, fahl, abgepflückt. Plaut. Epid. 5, 1, 10 *Per urbem duo defloccati ſenes quæritant me*, i. e. calvi: ſumta metaphora a veſtibus, quæ fratillos ſuos, i. e. floccos ſive villos & fila illa eminula amiſerunt.

FLŌCES, *flocum, flocibus*, f. pl. a φλόξ, purgamenta uvarum, & fæx vini expreſſa ex vinaceis. Citat Nonius, 2, 354 ex Cæcilio: *Ædepol ego neque florem, neque floces volo mihi, vinum volo*, wein beeren-hülſen, lauer, treſter-wein. Gell. 11, 8 ridet antiquarium, qui dixerat, *Apludam edit & floces bibit.*

FLŌRA, *æ*, f. dea apud Romanos, cui ſacra faciebant, ut arbores ſegetesque bene defloreſcent, *Chloris* Græcis. Aliis priſco more *Flauræ*: vulgo putatur fuiſſe meretrix, quæ Pop. Rom. ſua legarit bona, & poſt in dearum numerum ſit relata ſecundum Lactant. 1, 20, ſed nullis ille auctoribus probat: potius *Flora* inter deas ponitur, quas Romani tempore Romuli a Sabinis acceperant, quæque a Tatio inductæ. De cultu ejus antiquo Varro R. R. 1, 23. Ovid. Faſt. 5, 195 *Chloris eram, quæ Flora vocor &c.* Mart. 6 ep. 79 *Iuntus veris bonos & odoræ gratia Floræ, Tantaque Peſtani gloria ruris erat.*

¶ Florālis, *e*, ad Floram pertinens; ut, *Floralis flamen*, Varro de L. L. 6, 3. *Feſtum Florale*, Ovid. d. l. Fulgent. 1 Myth. *Florali laſciviens virgunculæ petulantiæ.*

¶ Florālia, *ium*, n. pl. ludi Florales, qui ideo inſtituebantur, ut fruges omnes bene defloreſcerent. v. Ovid. d. l. Vell. Paterc. 1, 14, 8. Itemque Lactant. 1, 20, qui cum ſumma laſcivia celebrata declarat: de quo & Seneca epiſt. 97, Valer. Max. 2, c. ult. Et Martial. epigrammate, quo præfat. in lib. claudit, & epigr. 35. v. omnino Spanhem. de uſu & præſt. numiſ. diſſ. 10 p. 145 ſq.

¶ Floralĭtius, *a, um*, idem ac *Floralis*. Mart. 8 epigr. 66 *Cum modo diſſiluerint vaucæ vadimonia quartæ, Et floralitius laſſet arena feras*

Florentia, floreo, florus, &c. vide mox *Flos.*

FLOS, *floris*, m. die blume, blüte, initium & ſpes fructus. *Blandi flores*, Virg. ecl. 4, 23. *Legere flores*, Id. ecl. 3, 92. Sparguntur flores in ſepulcra recentia; ſed etiam alia vid Drakenb. ad Sil. 16, 310. ¶ 2. *Flos* pro optimo quoque & præſtantiſſimo per metaphoram crebro uſurpatur. *Flos civium*, Cic. in Orat. c. 10. *Flos & robur Italici ſanguinis*, Flor. 4, 2, quod Germani dicunt, der rechte kern. *In ipſo flore*, in dem allerbeſten ſtande. Sic Cic. de N. Deor. 3, 33 *In ipſo Græciæ flore*, i. e. cum Græcorum res optime florerent. *Flos ætatis*, Cic. Phil. 2, 23 & Velej 2, 29, 2, das blühende alter. Et, *Flos veteris vini*, Plaut. Curc. 1, 2, 1, eleganti tralatione & periphraſi pro ipſo vino veteri. vid. Taubm. hic & ad Caſ. 3, 5, 16. *Flos ingenii*, Apul. Apol. p. 317. *Flos poëtarum*, Plaut. Caſ. prol. v. 18. Et, *Flos calcis*, Pallad. 1, 41. Item, *Flos dignitatis*, Plin 7, 44. *Flos ignis*, Tertull. Apolog. ubi Herald. vide. Ita Cic. Attic. 16, 11 dixit: *Noſtrum opus tibi probari lætor: ex quo &* ἄνθη *ipſa poſſiſti*, i. e. quæ pulchriora ac lætiora videbantur. vid. quæ congeſſit Barth. ad Grat. 198. ¶ 3. Sed *Flos vini*, Plin. 14, 21 eſt ſpuma quædam in ſummo innatans, fahn. Vid. Geſn. ad Caton. R. R. 11, 2 & ad Col. 12, 30, 1. Add. *Floreo* n. 3. ¶ 4. *Flores* pro ſtellis etiam ponuntur, & ſtellæ, ſideraque pro floribus: quia nempe, quod in cælo ſunt ſtellæ, id in terra ſunt flores. Manilius 5, 726 *Turre conſerta licet cæli fulgentia templa Cernere, ſeminibus denſis totiſque micare Floribus, ut ficæ curvum per litus arenæ.*

¶ Floſcŭlus, *i*, m. dimin. Iuvenal. 9, 126 *Feſtinat decurrere velox Floſculus ætatis.* v. *Feſtino.* Cic. Off. 2, 12 *Ficta omnia cito tamquam floſculi decidunt.* ¶ 2. *Reliquiæ floris aridi* in pomis, der puß, Col. 12, 45, 5 de malis condendis.

¶ Floſcellus, *i*, m. aliud dimin. idem. Apul. de Herb. c. 49 de heliotropio: *Ad ſolis curſum floſcelli ſe vertunt.* Et mox: *Sol cum oritur, floſcelli ſe aperiunt.*

¶ Floſcule, adv. wie eine blume. Cæl. Aurel. Acut. 1, 6, 50 *Corpus floſcule vividum.*

¶ Floridus, *a, um*, blühend, arün; ut, *Florida ſerta*, Tibull. 1, 2, 14. Catull. carm. 69, 16 *Iucundum cum ætas florida ver agit*, in der jugend-blüte. Cic. in Tuſc. 3, 18 *Expones quæ ſpectet florida & varia. Floridæ veſtes*, ἀνθιναί, quorum quarumve fuerint, docet

Spanh.

Spanh. ad Iulia. Cæsares p. 464 sq. ¶ 2. Plin. 35, 6 *Floridus color*, eine hohe farbe. *Orator floridior*, Cic. Brutо c. 82 ob genus orationis floridum, in quo multa eminent eleganter & sententiose dicta, tamquam flosculi: ἀνθηρὸν Græci vocant. Seneca præfat. lib. 4 Controv. *Floridior in declamando, quam in agendo*, i. e. amœnior, delectabilior. Ovid. Met. 13, 791 *Floridior prato*. Differunt nimirum *floridus* & *floreus*, quod hoc de iis proprie dicitur, quæ ex floribus constant: illud translationem fere habet ad jucunditatem significandam. vid. Broukh. ad Tib. 1, 1, 16, qui tamen obtervat, utrumque confundi a librariis.

¶ Floride, adv. ſtellidò. Apul. Met. 11 ſub fin. *Veſtis floride depicta*. Et Lactant. de Mort. Perſecut. c. 3 *Eccleſia clarius ac floridius exiſtit*.

¶ Floridulus, *a, um*, dimin. lieblich. Catull. carm. 62 Epithal. Iul. & M. v. 193 *Ore floridulo nitens*.

¶ Flōreus, *a, um*, ex floribus, blümicht, voll blumen. Virg. Æn. 1, 434 *Florea rura*. Sidon. 1 epiſt. 6 *Prati floreas opes falce populare*. Apul. Apol. p. 279 *Floreæ ſertæ, meummel, & hæc tibi carmina mitto, &c.* Plaut. Menæchm. 4, 2, 68 *Non ego te modo hic ante ædes cum corona floreа vidi aſſtare?* Paulinus Natal. Felic. 3, 111 *Purpureum ver ſpiret hiems, ſit floreus annus Ante diem*. vid. modo dicta in *Floridus*.

¶ Florus, *a, um*, antique pro *floreus*, vel *florens*, Virg. Æn. 12, 605 ex antiqua lectione apud Servium: *Floros Lavinia crines Et roſeas lacerata genas &c.* Pacuvius apud Feſtum in *Genas*: *Nunc primum opacat flora lanugo genas*. Decimus Laberius ap. Macrob. Sat. 2, 7 *Si tibi erit libitum, literarum laudibus Florum cacumen noſtræ famæ frangere*: quod antiquum eſt pro *florens*. Gell. 3, 9 *Flora & comanti juba equus*. Ita Gron. al. *flava*. v. Voſſ. Inſt. Orat. 4 p. 197, 198. ¶ 2. *Florus*, Luc. Annæus, vere floridus & nitidiſſimus rerum Romanarum epitomator, Senecæ & Lucani agnatus, ſcripſit ſub Hadriano Imp. v. Voſſ. de Hiſt. Lat. 1, 30, & Cellarii Cur. poſt. p. 24. ¶ 3. *Flora*, Dea, v. ſupra ſeorſum.

¶ Flōrālentus, *a, um*, floribus, floriditate plenus, voll blumen. Elegantiſſimè verus Poeta in Pervigilio Veneris, v. 19 *In pudorem florulentæ prodierunt purpuræ*. Loquitur de roſis. Et Solinus c. 7 (al. 12) *floridentus Hymettus*, mons Atticæ, mellis proventu laudatiſſimus. Et Ambroſius Orat. in obitum Valentiniani II. ſub fin. *Florulentæ delectationes*.

¶ Flōreo, *ui, ēre*, in florem ſe induere, blühen. *Arbor floret*, Cic Divin. 1, 9. ¶ 2. Metaphoricè, excellere, proſpere habere, wohl ſtehen, berühmt und glücklich ſeyn. Ovid. Triſt. 5, 8, 19 *Nos quoque florimus, ſed flos fuit ille caducus*. Cic. de Orat. 3, 35 *Iſocrates diſcipulorum nobilitate floruit*. Id. init. lib. 1 de Orat. *Honoribus & rerum geſtarum gloria florere*, pro celebrari, abundare. Simulter & Lucret. 1, 154 *Vrbes pueris florere* dixit. Et Virg. Æn. 7, 642 *Quibus Italа floruerit terra alma viris*. Sic, *Floreve autoritate, gloria, laudibus*, Cic. & Nep. 1, 1, 1 pro nitere, ſplendere. ¶ 3. *Florere* dicitur *vinum*, cum fecis quoddam genus lentum, qui *flos* vocatur, ei innatat, wenn der wein kahmigt wird. Col. 12, 30, 1 *Si vinum florere incipiet, ſæpius curare oportebit, ne flos ejus peſſum eat, & jacorem vitiet*. vid. *Flos* n 3.

¶ Florens, *tis*, adj. ut floridus, vegetus, friſch, blühend, jung; ut, *Florente ævo puellæ*, Lucret. 3, 1022. *Traducere annos primo florentes vigore*, noch jung ſeyn, Petron. c. 132. *Humum florentibus herbis ſpargere*, Virg. ecl. 9, 19. ¶ 2. Splendens, hell, glänzend. Quemadmodum Lucretius 4, 451 *Florentia lumina flammis* dixit. Et Virg. Æn. 7, 804 *Florentes ære catervas*. Vide & Heraldum ad Tertullieni Apologeticum. ¶ 3. *Florens*, reich, glückſelig. Sen. epiſt. 9 *Florentes amicorum turbæ circumſedent*. Cic. fam. 2, 13 M. Brutum vocat *hominem florentem ætate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis*. Id. Att. 16, 11 *Quæ mihi florentiora ſunt viſa*. Et Val. Max. 6, 1 ext 1 *Sanctitatis gloriam Græcia, laudibus ſuis celebrando quotidie florentiorem effecit*. Cic. pro S. Roſc. c. 18 *Majores noſtri ex minima tenuiſſimaque republ maximam & florentiſſimam nobis reliquerunt*. Plin epiſt. 8, 6 *In qua* (civitate) *eſſet uſus florentiſſimæ dignitatis*. Sic ibi Cort. ex MS. Vellej. 2, 2, 2 *Vir ingenio florentiſſimus*.

¶ Florenter, adv. idem. Hieronymus Chron. anno 18 Conſtantini auguſti, *Rhetores florentiſſime docent*.

¶ Florentia, *æ*, f. vitis genus Thuſcis peculiare, Plin. 14, 2. ¶ 2. *Florentia*, Florenz, inter primarias urbes Italiæ, ubi hodie Magni Hetruriæ Ducis aula eſt. Ejus Origines Politianus explicat 1 ep. 2.

¶ Florēnus, *i*, m. nummus aureus, a Florentinis primo cuſus, ac floris ſigno inſignitus, ein gülden. v. Voſſ. de Vit. L. L. 3, 12 p. 449.

¶ Floreſco, *ĕre*, floridum fieri, anfangen zu blühen. Lucret. 5, 669 *Floreſcunt tempore certo arbuſta &c.* ¶ 2. Item, augeri & clariorem fieri. Cic. pro Marcell. c. 4 *Hæc tua juſtitia, & lenitas animi floreſcet quotidie magis*, ſie wird täglich berühmter und herrlicher werden.

¶ Floreſcens, *tis*. Cic. pro Cæl. c. 32 *Floreſcens firmata jam ſtirpe virtutis*.

¶ Florētum, *i*, n. locus, ubi flores abundant, ein blumen-feld. Cathol.

¶ Floriarium, *i*, n. idem Zeno Veron. Serm. de Lazaro: *Anima recedente, quæ corporis floriarium recolebat*.

I. Compoſita maxime poetica:

¶ Flōrĭcŏlor, *ōris*, blumen-farbicht, in Pſeudepigraphis Petronii p. 217 *Hoc tibi luſit de flamine floricolore*.

¶ Flōrĭcŏmus, *a, um*, blümicht. *Floricoma Ætna*, Auſon. epiſt. 4, 47.

¶ Florĭfer, *a, um*, blumen-reich; ut, *Saltus floriferi*: Lucret. 3, 11 *Florifer is ut apes in ſaltibus omnia libant*.

¶ Florifertum, *i*, n. feſtum Romanum tempore meſſis, dictum, quod eo die ſpicæ feruntur ad ſacrarium, Feſtus gr. ἀνθεσφόρια.

¶ Floriger, *a, um*, idem eſt ac *florifer*. Lucan. 9, 290 *Studiumque laboris Florigeri repetunt*. Sed Cort. *florifori*. Sedulius ineunte l. 2 *Expulerat primogenitum ſeviſſimus anguis Florigera de ſede virum*; hoc eſt, de paradiſo. Et Tertull. vel potius Cyprian. de judicio Domini c. 8 *Floriger hortus*.

¶ Florilegus, *a, um*; ut, *Florilegæ apes*, Ovid. Met. 15, 366, h. e. mel ex floribus legentes.

¶ Flōrĭpărus, *a, um*, idem quod *florifer*; ut, *Ver floriparum*, Auſon. Technopægn. in Vere.

II. Compoſita cum præpoſit. &c.

¶ Conflōreo, *ēre*, una florere. Auguſtin. Confeſſion 4, 4 pr. *Comparaveram amicum ſocietate ſtudiorum nimis carum, coævum mihi & conflorentem flore adoleſcentiæ*.

¶ Defloreo, *ēre*, & Defloreſco, *ĕre*, florem amittere, abblühen, verblühen. Colum. 5, 6 *Vitis, cum ſe multa frondе cooperit, ſeque defloret*. Idem 2, 12 *Omne frumentum cito dicitur defloreſcit*. Catull. carm. 63, 38 *Vt flos in ſeptis ſecretus naſcitur hortis, &c. Multi illum pueri, multæ optavere puellæ, Idem quum tenui carptus defloruit ungue, Nulli illum pueri, nullæ optavere puellæ*. Defloruit oris gratia, Claudian. in Eutrop. 1, 75. *Amores & delicia naturæ & celeriter defloreſcunt*, Hæc pro Cæl. c. 19. *Formæ dignitas aut nulla defloreſcit, aut vetuſtate*, Auct. ad Herenn. 4, 27. *Spes tibi jam defloruit*, Gell. 14, 1.

¶ Deflōro, *are*, quod a nomine *flos* formatur, ſignificat floremadmodum & honore ſpoliare, die blume abbrechen, ſchänden, verunehren; ut, *Gloria victoriæ deflorata*. Ita apud Liv 37, 58 Aldus, Scheffe rus, Frobeni 15, Gruterus: Gronovius mavult *præflorata*: quem vide. Idem A Gellio 14, 1 extr contigit, ubi olim editum fuerat: *Futurum gaudii fructum ſpes tibi jam defloravit*: at Oiterius, Gronovius & Prouſtius, *præfloravit*.

¶ Defloratus, *a, um*, verblühet, abgepflückt. *Certos atque deflоratos fructus oſtendere*, Quintil. 7, 6 v. *Deflоro*.

¶ Defloratio, *onis*, f. die abnehmung der blute, ſchändung. Tertull. adv. Valentinian. c. 12 *Gracilus ex omnium defloratione virginum conſtructus*. Ambrot. epiſt. 64 ad Syagr. *Defloretio virginitatis*.

¶ Deflorator, *oris*, m. Hieronymus: *Deflorator virginitatis*.

¶ Efflōreo, *ēre*, herfürblühen. Tertull vel potius Cyprian. de judic. Dom c. 8 *Nec noſtris efflorent talia campis*.

¶ Efflōreſco, *ĕre*, hervor blühen, entſtehen. item, berühmt werden, ut, *Laudibus ingenii efflorеſcere*. Cic. pro Cælio c. 3 id eſt ex re ſcere, empor kommen. *Vitiitas efflorеſcit ex amicitia*. Id. de Amicit. c. 27. *Ex rerum cognitione efflorеſcat oportet oratio*, Id. de Orat. 1, 6, 6.

¶ Infloreo, *ēre*, vel Infloreſco, *ĕre*, aufblühen. Claudian. de Laud. Stil. 3, 124 *Priſtina Romulеi inflorеrit antibus ætas*.

¶ Præfloreo, *ēre*, vorher blühen. Plin 16, 29 *Præflorent talia & prægerminant, atque in totum præcocia ſunt*.

¶ Præflōro, *are*, eſt, florem præripere, libare, zuvorher ſchneſſen, abpflücken. *Gaudii fructum ſpes jam præfloravit*, Gell. 14, 1 extr. v. *Deflоro*.

¶ Præfloratus, *a, um*, vorher genoſſen, davon das beſte weg iſt: ut, *Præflorata virgo*, apud Apul. in Apolog. cui flos pudicitiæ imminutus. Et Plin. Paneg. Trajani c. 58 *Præceptum præfloratumque* conjungit. Add. Gronov. ad Liv 37, 58.

¶ Reflōreſco, *ĕre*, denuo floreſcere, wieder blühen; ut, *Iuventas reflorеſcens*, Silius 15, 738.

Semperflores & ſemperflorium, vide in *Semper*.

¶ Superflōreſco, *ĕre*, auf der frucht blühen. Plin. 19, 5 *Cucumis floret, ſibi ipſi ſuperflorеſcens*, credo, ut ſuperfœtare dicuntur quædam animalia, florem edens novum fructu jam præſente, quamquam etiam diu in fructu cucumeris flos inhæret.

FLVCTVS, *ūs*, m. unda, impetus aquæ profluentis, die flut, waſſer-woge, welle. a *fluo* ejusque antiquo ſupino *fluctum*, v. Voſſ. Etym. p. 213. *Fluctibus operiri*, Cic. in Verr. 4, 53. *Fluctibus jactari*, Id. in Orat. c. 30. Et de Finib. 5, 2 *Ad fluctum declamitabat Demoſthenes, ut fremitum aſſuеſceret voce vincere*. Id. tam 9, 16 *Invitation & fortunam exiſtimo ab animo firmo & gravi, tamquam fluctum a ſaxo frangi oportere*. ¶ 2. *Fluctus fortunæ, curarum, lacrymarum*, pro impetu & perturbatione. Plin 5, 17 *Quos fortunæ fluctus ægerat*. Silius 8, 32 *Inſanos curarum compreſſit fluctus*. Id. Lucret 3, 299 *Nec capere iræ rum fluctus in pectore poſſunt*. Cic. pro Flacco c. 26 *Maſſilia Barbariæ fluctibus alluitur*, i. e. ſita in finibus Barbararum gentium. Sic, *Fluctus concionum*, Id. pro Mil. c. 2 dixit: & *fluctus civiles*, C. Nepos 25, 6, 1. Ita comparantur civiles turbæ; quibus & proſterni multa, ſicut procellis ac tempeſtate, & jactari omnia, ſicut fluctibus, & implicari, ſicut circulo, perniciei videmus v. Quintilian. 5, 6. Simili ratione Cic. pro Mur. c. 17 *comitia freto, & eurripo*; & Phil. 2 *bella civilia Oceano* comparat. ¶ 3 Sed *Fluctus palmarum*, ap. Avien. Deſcr. Orb. Terr. p. 1202 eſt copiosa palmarum frons quavis aura ſe movens. Sic Claud. in Ruf. 2, 270 *Glaucos fluctus attollit olivæ*. ¶ 4. *Fluctī* pro *Fluctus* vide apud Nonium 8, 37.

¶ Fluctĭcŭlus, *i*, m. diminut. Apul. Apol. p. 296 *Quamlibet leviter motis flucticulis*.

¶ Fluctuōſus, *a, um*, plenus fluctuum, unruhig, die wellen werfend; ut, *Mare fluctuoſum*, Plaut. Rud. 4, 2, 5 *Pontus fluctuoſus atque fervens*, Pompon. Mela 1, 19. *Fluctuoſi ſmaragdi*, qui fluctuum ſimilitudinem referunt, Plin. 37, 5.

¶ Fluctuo, *are*, fluctus ciere, wellen werfen; ut, *Tellus, mare fluctuat*, Virg. Georg. 2, 281. *Quadrupedis in mari fluctuans*, Cic. in Verr. 5, 35. ¶ 2. Item, jactari, commoveri, in dubio eſſe, hin und wieder wancken und getrieben werden. Plin. 2, 95 *Quædam inſulæ ſemper fluctuant*, i. e. moventur, natant. Lucret. 4, 1070 *Fluctuat incertis erroribus ardor amantum*. Et Virg. Æn. 8, 19 *Magnæ curarum fluctuat æſtu*. Cic. Acad. Quæſt. 4, 9 *In ſuo decreto fluctuare. Periculoſa valetudine fluctuare*, Valer. Max. 5, 5.

¶ Fluctŭor, *atus ſum, ari*, deponentis forma, idem. Liv. 23, 33; & 32, 13 *Rex fluctuatus animo eſt*. Seneca Medea v. 921 *Haud aliter meum Cor fluctuatur*. Atque in Curt. 4, 12, 21 *Fluctuari animo rex cœpit*, ut Gronov. obtev 2, 8, emendavit. Adde Steph ad Sax. Gramm. p. 215. Quintil. 9, 3 *Vtroque modo efferuntur* fluctuatur,

viatur, luxuriat: fluctuatur, fluctuat: assentior, assentio: revertor, reverto.

¶ Fluctuans, *tis*; ut, *Sententia fluctuans*, id eſt, dubia, vacillans, wanckende meinung, Cic. Att. 1, 20. Et, *Genus orationis fluctuans & dissolutum*, Auctor ad Herenn. 4, 11.

¶ Fluctuātus, *a, um*, idem. Plin. 4, 12 *Delos diu fluctuata.*

¶ Fluctuatim, adv. Afran ap. Nonium 2, 313 *Magnifice volo fluctuatim ire ad illum*, i. e. jactanter, ſolute, criſpans lumbos.

¶ Fluctuatio, *ōnis*, f. das wancken; ut, *Fluctuatio occulta*, Plin. 31, 11. *Fluctuatio animorum*, der zweifel, Liv. 9, 25. *Artus trepidi, inquietæ manus, totius corporis fluctuatio*, Sen. de Ira 2, 35.

¶ Fluctuabundus, *a, um*, vacillans, titubans, wanckend, apud Sidon.

¶ Fluctiĕcŭla, *æ*, f. in fluctibus habitans. Sidon. carm. 10, 1 *Fluticulæ cum fœta nurus Pagaſea per antra, &c.*

¶ Fluctĭcŏlor, *ōris*, c. waſſer-farbicht. Mart. Capella 1 p. 18 *Fluticolor hiacynthi profunditas.*

¶ Fluctĭfrăgus, *a, um*, fluctum frangens & diſſipans; ut, *Littus fluctifragum*, Lucret. 1, 306. Et Tertull. de Iona nave v. 38 *Tremit omnis ſilva ſub ictu Fluctifrago.*

¶ Fluctĭgĕna, *æ*, m. in fluctibus natus. Mart. Capella lib. 1 p. 9 *Fluctigena ſpectans quali ſub gurgite Nereus.* Idem lib. 9 p. 310 *Nantes fluctigenæ.*

¶ Fluctĭgĕnus, *a, um*, idem. Avienus in Arateis v. 1159 *Fluctigenæ ſpeciem monſtri ſuperuenit auſter.*

¶ Fluctĭger, *a, um*, ferens aut pariens fluctum, navis epitheton. Cicero apud Iſidorum 19, 1 *Tunc ſe fluctigero tradit mandatque parono.*

¶ Fluctĭsŏnus, *a, um*, rauſchend. Silius 12, 355 *Inſula fluctiſono circumvallata profundo.*

¶ Fluctĭvăgus, *a, um*, in fluctibus vagans, ſchwimmend; ut, *Nauis fluctivagi*, Statius 3 Silv. 1, 84 & *unda fluctivaga*, Id. Theb. 1, 271. Et 9 Theb. v. 360 *Fluctivagam ſic ſæpe domum, maduioſque penates Halcyone deſerta gemit.*

¶ Confluctuo, *are*, hin und her ſchweben. Apulej. Met. 11 p. 258 *Palla ad ultimas oras nodalis fimbriarum decoriter confluctuabat.*

¶ Confluctŭor, *ari*, dep. ſchwancken, verwirret ſeyn. Sen. Medea v. 940 *Haud aliter meta confluctuatur*; alii: *Meum cor fluctuatur.*

¶ Perfluctuo, *are*, idem. Lucret. 3, 722 *Copia exſanguis tumidos perfluctuat artus.*

Flumen, &c. vide inox in *Fluo.*

FLVO, *fluxi, fluxum*, (olim *fluctum* & *flutum*) *fluĕre*, a βλύω manare, flieſſen. *Fluere primo alveo*, Quintil. 2, 1 in vollem ſtrom gehen. Martial. 4 epigr. 66 *Rapes* etiam *fluere* dixit. ¶ 2. *Fluere* etiam ignis dicitur. v. Cerda ad Virg. Æn. 3, 572. Iac. Gron. ad Gell. 17, 10. ¶ 3. *Fluunt*, quæ facile, & ex animi ſententia, ſuccedunt. *Oratio melle dulcior fluit ex lingua*, Cic. de Senect. c. 10. Quod de Neſtore ſcripſit Homerus Id. Off. 1, 26 *Fluunt ad voluntatem noſtram res proſpere*, es gehet uns nach wunſch. Id. N. Deor. 3, 19 *Hæc omnia ex eodem fonte fluxerunt*, id eſt, orta ſunt. Articus ap. Cic. Att. 9, 10 p. 56. Græv. *Sed videamus, quid Cnejus agat, & illius rationes quorſum fluxerint.* ¶ 4. Alibi tamen pro minui, deficere, intercidere ponitur, zerrinnen. Virg. 2 Æn. v. 169 *Ex illo fluere & retro ſublapſa referri Spes Danaum.* Vbi Servius: FLVERE eſt τῶν μειοῦν. *Ideo addidit* RETRO. *Contra Salluſtius*: REBVS SVPRA MODVM FLVENTIBVS. Cic. pro Marc. c. 8 *Omnia quæ delapſa jam fluxerunt.* Liv. 27, 17 *Vt res ſua, qua cæpiſſent, fluerent.* Ita Gron. ex MS. al. *ruerent.* Adde Celſum 6, 1 pr. *Capilli fluunt*, die haare gehen aus, unde & *capillos fluentes* vocat ¶ 5. Eſt enim & cadere ſive decidere, delabi, herabfallen, Cic. Phil. 12, 3 *Excident gladii, fluent urna de manibus.* Ovid. Amor. 2, 14 de pomis: *Sponte fluent matura ſua.* Vid. quæ multa collegit Heinſ. & Drakenb. ad Sil. 2, 131. it. Burm. ad Samon. 105, ubi laudat, quibus capilli *fluere* dicuntur, ut *Defluere.* Paulinus Nolanus epiſt. 32 ad Severum inſere carmine: *Et per columbam Spiritus Sanctus fluit*: id eſt, delabitur. ¶ 6. *Fluere* etiam dicuntur, qui in vitia & voluptates animum laxant, mollis ac diſſolutæ vitæ homines. Cic. Tuſc. 4, 22 *Voluptate ingnifere & fluere mollitia*, in der wolluſt gantz erſoffen ſeyn. Curt. 10, 3, 9 *Luxu omnia fluere crediderant.* Tibull. 2, 6, 33 *Vt mea luxuria Nemeſis fluat.* Sic & uſurpari videas *Fluens, fluxus, luxuriundus, Fluidus, Fluitare, Diffluere, &c.* ¶ 7. *Fluere* & *effluere*, active interdum poni obſervat Burm. ad Petron. c. 71 p. 355 ſq. ubi *dolia effluant vinum*, i. e. non continent. Add. Heinſ. ad Claudian. p. 273. ¶ 8. Præteritum hujus verbi *fluxi*, & *fulſi* ſæpe permutantur a librariis, v. Drakenb. ad Sil. 2, 131. It *fluere* & *pluere*, de quo in *Pluo.* It. *fluere* & *ruere*, de quo Drakenb. ad Liv.

¶ Fluens, *tis.* Cic. in Bruto c. 79 *Oratio libere fluens.* Ovid. de Arte am. 3, 62 *Eunt anni more fluentis aquæ.* Ambroſ. ſerm. 81 *fluentior exitus*, hoc eſt, felicior. ¶ 2. Improprie etiam Virg. Georg. 2, 370 *ramos fluentes dixit*, i. e. nimium excreſcentes; conf. Nonius 4, 187. Et Ovid. Art. am. 3, 301 *fluentes tunicas* dixit, weit rauſſende röcke. ¶ 3. *Fluens* eſt mollis, effeminatus. *Otio ac mollitiis pene ultra fœminam fluens*, allzu weibiſch, ein weichling. Vellej. 2, 88, 2; & 1, 6, 2. Quintil. 12 p. 27 *Soluti ac fluentes.* Sic, *fluentia membra*, ſunt languida ap. Curt. 8, 14, 32.

¶ Fluenter, adv. flieſſend. Si Criticorum ſententia ſtandum, etiam Cic. Att. 7, 14 pr. *fluenter lippire* dixit: ubi vulgo *leviter.* Cerior Apulej. 2 Miſc. p. 1, 22 *Capillo fluenter undante*, mit flieſſendem haare. Et Lucret. 4, 226 *Omnibus ab rebus res quæque fluenter Feratur*, id eſt, fluit, permanat, diffunditur.

¶ Fluentia, *æ*, f. die flüchtigkeit. Ammian. 30, 12 (Valeſ. 4) *Eloquentiam inanis quædam imitatur fluentia loquendi.* Cæl. Aurel. Tard. 2, 3 *Fluentiam retinere.*

¶ Fluento, *are*, fluere, flieſſen. Venantius Fortunatus de vita Martini 4, 641 *Pergit ad Auguſtam, qua Virdo & Licca fluentant.*

¶ Fluentum, *i*, n. flumen parvum, aquæ decurſus, ein bach, fluß; ut, *Nouæ fluenta*, Virg. Æn. 4, 144 *Rauca fluenta*, Id. Æn. 6, 327. Sæpius, plurale: nec tamen inuſitatus numerus ſingularis. Prudent. Periſt. 12, 32 *regio murmurans fluento*, hoc eſt, locus ſonante rivo irriguus. Auſon. in Moſella v. 419 Rhenum alloquens Moſellam recepturum: *ſpatiumque novi mentare fluenti.*

¶ Fluentiſŏnus, *a, um*, ſonans a fluctu. Catull. de Nupt. Pel. & Thet. v. 52 *Fluentiſono litore.*

¶ Fluxus, *a, um*, geflоſſen, flüſſig. Plin. 9, 38 *fluxos habent ſuccos.* ¶ 2. Inſtabilis, momentaneus, ungewiß, veränderlich. Plaut. Capt. 2, 3, 79 *Hæc fidelis ſis fideli, cave fidem fluxam geras*, gehe nicht um mit unbeſtändiger treu. *Fide fluxa uti*, dixit Salluſt. Iug. c. 111. conf. Plaut. Capt. 2, 3, 79, it. Drakenb. ad Sil. 8, 322. *Fortuna belli fluxa* Cic. ad Brut. 10. Rurſus Salluſt. Cat. c. 1 *Diuitiarum & formæ gloria fluxa & fragilis eſt. Fluxa uoluptas*, apud Tac. Hiſt. 1, 21, 4. ¶ 3. Infirmus, corruptioni obnoxius, ſterblich, zärtlich. Tac. Hiſt. 2, 32, 4 *Corpora fluxa.* Sall. Cat. 14, 5 *adoleſcentium animi molles & ætate fluxi.* Ita dixit *ſpadonem fluxum*, Martial. 5 epigr. 42. ¶ 4. *Fluxi*, homines, qui voluptatibus ac libidinibus licenter ſolute que indulgent, weichling. Tac. Hiſt. 2, 76, 3 de Othonianis ducibus: *Non vigiliis agere, non intra uxorium firmare, noctu dieque fluxi & amœna litorum perſonantes, in miniſterium luxus diſperſis militibus, de bello tantum inter conuiuia loquebantur.* Apud Suet. Tib. c. 52 *Druſus animi fluxioris, remiſſoque in vitæ erat.* Sic, *fluxior vita*, Ammian. 22, 5, ein liederliches leben, aut mollior & delicata, cujus indicium *Fluxior cinctus*, Suet. Cæl. c. 45. v. Salmaſ. ad Tertull Pallium p. 341. ¶ 5. *Fluxa* etiam pro irritis dicuntur, vergebliche dinge. Tacitus, cum Ann. 15, 23, 3 expoſuiſſet, quæ ob natam Neroni filiam decreviſſet Senatus, ſubjecit: *quæ fluxa fuere, quartum intra menſem defuncta infante.*

¶ Fluxe, adv. Varro de R. R. 2, 11 princ. *Et eo magis fluxe ex herba*, agit de vi lactis animalium ad perpurganda corpora. Compar. Ammian. 18... *More vitæ remiſſioris fluxius agens.*

¶ Fluxio, *onis*, f. der fluß, flut; ut, *Fluxio aquarum*, Cic. de Div. 1, 49. *Fluxiones alvi*, der durchlauf, Plin. 22, 23. *Fluxiones pituitæ*, ibid. c. 25. *Fluxiones oculorum*, ibid. 27, 9. *Sanguinis fluxiones*, blut-fluß, Id. 20, 14.

¶ Fluxus, *ūs*, m. idem. Onomaſt. vet. ῥοή. *Fluor, fluxus, fluxio.* Quintil. 11, 3 p. 8 o *fluxus aquarum.* Et Seneca epiſt. 52 tralate: *Impudicum & inceſſu oſtendit --- & fluxus oculorum*, wenn man die augen hin und her ſchweifen läſſet. Paulin. Petrocorius 2, 591 *fluxu ventris vacuata viſcera*, der bauchfluß, durchfall. *De fluxu ventris* agit etiam Celſus 4, 72. De laxitate veſtium Tertull. de Pallio c. 4 *Si quis Mœandrico fluxu delicatam veſtem humi protrahat*, hoc eſt, ut Salmaſius explicat, Menandri comici more, veſtitu delicato & fluente humum verrere, al. *Mæandrico*, eine ſchleppe tragen. conf. Vitruv. 9, 6.

¶ Fluxura, *æ*, f. idem apud Cyprianum. Add. Columella 3, 2, ſ. 17 & 32, ubi ſignificat muſtum & vinum adeo uvis exprimendum. vid. Geſn.

¶ Fluxĭbĭlis, *e*, flieſſig. Vet. Interpr. Irenæi 2, 29 *Eliquatio cum fluxibili materia.*

¶ Fluxĭlis, *e*, idem. Tertull. adverſ. Valentin. c. 24 *Fuſile & fluxile liquoris eſt qualitas.*

¶ Fluxĭŏlus, *a, um*, idem. Colum. 8, 17 *Fluxuoſi ſpecus.*

¶ Fluxĭpĕdus, *a, um*, ut, *Fluxipeda veſtis.* Avienus Arat. Phænom. v. 288, quæ ad pedes defluit.

¶ Fluibundus, *a, um*, diffluens. Metaph. Mart. Capella ſub finem lib. 1 *Fluibunda luxu puella.*

¶ Fluidus, *a, um*, liquidus, flieſſig, ſo da fleuſt; ut, *Fluidus liquor*, Virg. Georg. 3, 484. *Fluidi lacerti*, Ovid. Met. 15, 231, qui rigorem remiſere, enervati. ¶ 2. Pro voluptario *Fluidi* dictione uſus eſt Laurentius Novarienſis, Homilia de pœnitentia. *Non ei* (Mariæ Magdalenæ) *dixit Dominus, meretrix, adultera, fornicaria, fluida.* v. *Fluxus, a, um*, n. 4.

¶ Fluĭdo, *are*, fluidum reddere, flieſſend machen. Cæl. Aurel. Tard. 5, 12 *liquore fluidantur accepta.*

¶ Fluĭnco, & Fluĕſco, *ĕre*, flieſſend werden. Dracontius Hexaemer. v. 577 *Cujus ab adſpectu montes & ſaxa fluiſcunt.* Et Auguſtin. Civ. Dei 21, 5 *Salem velut in aqua flueſcere*; & c. 7 *Nivem flueſcere non ſinat.*

¶ Fluito, *are*, frequent. hin und her flieſſen, ſchwimmen; ut, *Fluitans alveus, quo expoſiti erant pueri*, Liv. 1, 4. ¶ 2. *Fluitare* etiam dicuntur dubii & incerti, quod inſtar aquæ modo huc, modo illuc impellantur, wancken, im zweifel ſtehen. Tac. Hiſt. 2, 93, 4 *Creditur, Cæcinæ fides fluitaſſe.* Horat. 1 epiſt. 18, 109 *Sit bona librorum & prouide frugis in annum Copia: ne fluitem dubia ſpe pendulus horæ.* Alibi τῷ natare ſimiliter uſus eſt. ¶ 3. *Luxu fluitare*, Paulinus dixit Eleg. de obitu Celſi v. 518.

¶ Fluitans, *tis*; ut, *Pedites fluitantes*, Curt. 4, 9, 19. *Bellua fluitantes & innatantes*, Cic. Nat. D. 2, 39. Id. pro Sextio c. 20 *Navem reip. fluitantem in alto, tempeſtatibus ſeditionum & diſcordiarum, gubernaculis ereptis*, eleganti dixit ſimilitudine. Nec minus elegan ter Ovid. Art. am. 2, 433 *In curru dare fluitantia lora*, den zügel ſchieſſen laſſen.

¶ Fluitanter, adv. idem, apud Mart. Capellam.

¶ Flŏto, *are*, pro *fluitare*, Lucret. 3, 190 *Namque movetur aqua & tantillo nomine flutat.* Ita legit Lambinus; alii *fluctat.* conf lib. 4, 75. Hinc

¶ Fluta, *æ*, f. plur. *Flutæ*: murænæ in freto Siculo, in ſummo ſupernatantes, & nunquam ſeſe mergentes, Macrob. Sat. 3, 15. Græci πλωτὰ dictæ quaſi navigabiles, eine art der meer-aalen. Sunt enim piſces, anguillis non diſſimiles. conf. Colum. 8, 17; & Voſſ. Etym. p. 218.

¶ Flūmen, *ĭnis*, ein fluß, *aqua continue fluens*, Varr. L. L. 4, 5. *Vivo perfundi flumine*, im flieſſenden waſſer baden, Liv. 1, 45. Id. 5, 16 extr. *Suo flumine aqua in mare manat*, h. e. naturali lapſu. *Navigare* vel *devehi ſecundo* vel *adverſo flumine*, vide in *Secundus* & *Adverſus.* Ovid. de A. A. 2, 181 *Obſequio tranantur aquæ, nec vincere poſſis Flumina, ſi contra, quam rapit unda, nates.* Curt. 7, 4, 13 *Apud Bactrianos vulgo uſurpabant; Canem timidum vehementius latrare, quam mordere. Altiſſima quæque flumina minimo ſono labi.* ¶ 2. Nota: *Iungi flumen* dicitur, cum ab altera in alteram ripam tranſiri poteſt; quod fit, vel *ponte*, vel *gelu* ac *glacie.* Plin. Paneg. c. 12 *Cum Danubius gelu jungit ripas.* Contra *Reſolvi flumen* dicitur, vel quod ſtrictum glacie haſtenus fuit,

uit, jam liberum alveum nactum eſt, vel quod inundat, & funditur ıte. Suet. Domit. c. 6 *Cum ipſa dimicationis hora refolutus repente benus tranſitura ad Antonium copias inhibuiſſet.* ¶ 3. Nomen hoc ſingulare adjicitur ſingularibus ſeu individuis. C. Nep. 5, 2, 2 *apud flumen Strymona*; & 18, 5, 1 *apud flumen Nilum*: & 20, 2, 4 *apud Crimiſſum flumen.* ¶ 4. De lacrimis etiam hyperbolice dicitur. Virg. Æn. 1, 465 *largo humectat flumine vultum.* Et per metaphoram *flumen ingenii*, Cic. pro Marcell. c. 2. Et, *Orationis & eloquentiæ flumen*, de Orat. 2, 15 ac 45, pro eloquentia uberi & feliciı. d. Acad. Q. 4, 38 pr. *Flumen orationis aureum fundens Ariſtoteles.* ſ. 5. Lucr. 1 *flammæ flumen* eſt apud Gratium 445, tuente Vlit. & ſarmenno. Ita *ſpiritale flumen* Nemeſianus Cyn. 255 dixit de anelo & igneo equorum flatu. ¶ 6. *Flumen* & *fulmen* miſcentur librariis. v. Drakenb. ad Sil. 646.

¶ Flumicellus, *i*, m. dimin. Innocent. de Caſis p. 227 *Habet ſub ia flumicellum & trans flumicellum aquam vivam.*

¶ Fluminia, *æ*, f. ſubſt. idem. Innocent. l. c. p. 228 *In ipſum jugum luminia excurrit.* conf. p. 225; p. 231; &c.

¶ Flūmīneus, *a, um*, adj. in oder aus dem fluß. *Aqua flumínea*, Ovid. Faſt. 2, 596. *Volucres fluminææ*, waſſer-vögel, Id. 2 Met. 252.

¶ Fluminālis, *e*, idem. Cæl. Aurel. Tard. 1, 1 *Fluminales navigationes.* Id. 1, 4 *Fluminales caværi*, bachkrebſe.

¶ Flumentāneus, *a, um*, aliud adject idem. Sic *Flumentanea portæ Romæ appellata, quod Tiberis partem ea fluxiſſe affirmant.* Feſt. Meminerunt ejusdem portæ Varro R. R. 3, 2; Cic. Att. 7, 3; Liv. 6, 20; & 35, 9.

¶ Fluor, *ōris*, m. idem quod *fluxus*, das flieſſen, der fluß. Celſus 4, 19 *fluor ventris*, der durchfall. Largus Scribon. compoſ. 52 *Vicium ad ſtomachi naufeam, & dejectiunculas, & ad omnem fluorem.* Symmach. 6 ep. 64 *fluor oculorum*, das trieſen der augen. Sed & extra morbi genera, mare *fluorem* dixit Solinus c. 18 (al. 28) & fontem c. 29 (al. 42) & de Nilo c. 32 (al. 45) *fluorem ſolitæ velocitatis promovere.* Et pluraliter *amnium fluores*, Apul. 2 Florid. Et de aere Arnob. 6 p. 196 *Intelligimus omnes ventos aeris eſſe fluorem pulſi.*

¶ Fluonia, *æ*, f. Iunonis cognomen apud Feſtum, ubi ait: *Fluoniam Iunonem mulieres colebant, quod eam ſanguinis fluorem in conceptu retinere putabant. Fluvionia* eſt apud Arnobium lib. 3 p. 118; Et *Fluvonia* apud Mart. Capellam 2 p. 37.

¶ Fluvius, *i*, m. a fluens, ein fluß. Virg. Æn. 1, 607 *In freta dum fluvii current.* Hoc quoque nomen, ut *flumen*, cum propriis conjungitur. Cic. Tuſc. 1, 39 *apud Hypanim fluvium*; Id. de Invent. 2, 31 *fluvius Eurotas is, qui propter Lacedemonem fluit. Fluviorum* fabuloſos amores complexus eſt Ovid. Am. 3, 6, 25 ſq. *Fluvii* paſſim ſimulacris culti, de quibus v. g. Spanh. ad Callim. p. 10. it. Perizon. ad Ælian. 2, 32.

¶ Fluvia, *æ*, f. idem. Siſenna apud Nonium 3, 100 *Oppidum inter duas fluvias.* Ibid. *Trangreſſas fluvias, quæ &c.*

¶ Fluvialis, *e*, in oder aus dem fluß; ut, *Aqua flavialis*, Colum. 6, 22, flieſſend waſſer. *Arenæ fluviales*, Pallad. 11, 17. *Fluvialis ripa.* Ovid. Heroid. 5, 25.

¶ Fluviātilis, *e*, idem; ut, *Naves fluviatiles*, Liv. 10, 2, quibus in fluvio utimur. *Fluviatilis piſces*, Plin. 9, 16.

¶ Fluviāticus, *a, um*, idem; ut, *Arena fluviatica*, Vitruv. 1, 4, extr. & c. 5 *Animalia fluviatica*, Colum. 8, 15.

¶ Fluvĭātus, *a, um*, participium fine verbo, ſignificat in fluvio maceratum, gewäſſert; ut, *Abies fluviata*, Plin. 16, 39, i. e. macerata aquis. *Linum fluviatum*, geroſter flachs.

¶ Fluvidus, *a, um*, idem quod *Fluidus.* Sedulius in MSS. 4, 186 de Hydropico: *fluidus mox viſcera morbus Deſerit.* Adde Lucret. 2, 463, & Lex. Lucr. Parei.

¶ Fluvĭto, *are*, pro *fluitare*, ex ſcriptis libris Solini c. 35 produxit Salmaſ. Exerc. p. 407, & ex Plin. 10, 40 Exerc. p. 726.

I. Compoſita cum præpoſitione:

¶ Affluo, vel Adfluo, *xi, xum, ere*, zufließen, heran flieſſen. Plin. 2, 97 pr. *Æſtus maris iis intra duas exortus lunæ affluunt, bisque remeant.* Addi etiam præpoſitio poteſt, ut Cic. de Fin. 1, 11 *Voluptas ad ſenſus cum ſuavitate affluit*, id eſt, accedit, allabitur, ſie ſchleicht ſich ein. Atque ita etiam cum Dativo Ovid. de Remed. Am. v. 148 *Adfluit incautis inſidioſus amor.* Sall. Catil. 36 *Cum domi otium atque divitiæ — affluerent.* Sed hæc metaphorice. Eodem tropo de rumore, nuncio, qui affertur, advenit. Cic. ad Q. fratr. 3, 3 *Nihil ex iſtis locis non modo literarum, ſed ne rumoris quidem affluxit.* Alia nec inelegans metaphora eſt quando de hominum concurſu, ſicut etiam *confluere*, adhibetur, Virg. 2 Æn. ſub fin. *Atque hic ingentem comitum affluxiſſe novorum Invenio admirans numerum.* Tac. Ann. 14, 8, 2 *Affluere ingens multitudo cum laminibus* ſcil. coepit, zulaufen. Tandem & abundare eſt; ut, *Affluere divitiis & honore*, Lucret. 6, 12, vollauf haben. Sed de hac notione plura in participio, quod ſequitur.

¶ Affluens, *tis*, abundans, dives, copioſus, häufig, überflüßig, de aqua proprie, figurate tamen ſæpius. v. g. *Omnium rerum copia affluentes*, Cic. Off. 1, 42, reich. *Homo Venerius & affluens omni lepore & venuſtate*, Id. in Verr. 5, 54. *Ipſe erat multis animi corporisque deliciis affluens*, Gell. 19, 1. *Vrbs eruditiſſimis hominibus liberaliſſimisque ſtudiis affluens*, Cic pro Arch. c. 3. *Affluentes anni*, die zuwachſenden jahre, Horat. ode 11, 4, 19. Inde etiam comparativus formatur. Cic. in Lælio c. 16 *Ditior & affluentior amicitia.* Et Vitruv. 8, 1 *Sub radicibus montium, & ſaxis ſilicibus, uberiores & affluentiores aquæ ſunt.* Et ſuperlativus, *affluentiſſimus fluvius*, apud Ambroſ. ſerm. 81 p. 379. Et Auguſt. Conf. 2, 6 *largitor affluentiſſimus.* Id. de Doctr. Chriſt. 4, 14 *affluentiſſima fecunditas facundiæ.* Sed & Solin. c. 50 *Exſudant humorem affluentiſſimum.*

¶ Affluenter, adv. abunde, reichlich, überflüßig. Solinus c. 14 (Salm. 9, de Macedonia): *Affluenter ſuccuſſo ejus ampliandis opibus proficiebant.* Compar. *Affluentius voluptates haurire*, Cic. Tuſc. 5, 6. *Affluentius vivere*, Nepos 25, 14, 2.

¶ Affluentia, *æ*, f. der überfluß. Cic. pro Lege Agrar. contra Rullum 2, 31 *Ea hæc copia atque omnium rerum affluentia nata eſt arrogantia.* Plin. Paneg. c. 29 *Inſtar perpetui congiarii reor affluentiam annonæ.* Nepos 25, 13, 5 *Munditiem, non affluentiam affectabat.* Ita enim locum Lambinus Schottusque reſtituunt: quamquam & vulgaris lectio tolerari queat.

¶ Circumfluo, *ere*, umher flieſſen. Pompon. L. 30 § 2 de acquirendo rerum dominio: *Agrum amnis circumfluit.* ¶ 2. Deinde idem quod affluere, in *abundanti* ſignificatu: ut, *Circumfluere & abundare omnibus rebus*, Cic. in Verr. 3, 4, alles vollauf haben. Conf. in Læl. 15. Epiſt. ad Attic. 2, 21. *Secunde res circumfluunt vos*, Curt. 10, 2, 22. Paſſivum vide in Macrob. Som. Scip. 2, 9; & Lactant. 2, 10.

¶ Circumfluens, *tis*, häufig; ut, *Circumfluens exercitus*, Cic. pro Mur. c. 24. *res circumfluentes*, Id. Parad. c. 2 *ſemper in laude verſatus, circumfluens gloria*, Id ad. Att. 2, 21, hochberühmt.

¶ Circumfluus, *a, um*, idem; ut, *Circumfluus amnis*, Ovid. 15 Met. v. 739. *Tellus præcincta circumfluamnori*, Plin. 2, 66 Etiam paſſive: *Vrbs gemino circumflua ponte*, Val. Flacc. 5, 442. *Circumfluæ Thyiadis alti thyſſa*, Ovid. e. l. v. 624.

¶ Confluo, *xi, xum, ere*, in eundem locum fluere, zuſammenflieſſen; ut Tibull. 4, 1, 20 *Qualis & in cavum ponto confluxerit orbem.* Cic. de Leg. 2, 3 *Diviſus æqualiter Ibrenus — cito in unum confluit.* ¶ 2. Trahere eſt concurrere, magno numero accurrere, zuſammenſtrömen zulaufen. Cæſar Gall. 7, 44 *Magnus ad eum quotidie numerus confluebat.* Conf. Curt. 10, 4, 35. Nepos 7, 6, 1; & Vellej. 4, 72, 5. Plin. in Epiſt. 4, 15, 9, 33. 10, 82. Et res, quæ conjunguntur, *confluere* dicuntur. Cic. in Verr. 4, 52 *Qui* (portus) *cum diverſos inter ſe aditus habeant, in exitu conjunguntur & confluunt.*

¶ Confluens, *tis*. Lepidus Cic. fam. 10, 24 *Ab confluente Rhodano caſtra movi.* Sic, *auxiliis confluentibus*, Vellej. 2, 55, 2. *Turba confluentium*, Id. 2, 80, 4.

¶ Confluens, *tis*, ſubſt. m. eſt, ubi duo fluvii confluunt, der zuſammenfluß wo zwey waſſer zuſammen flieſſen. Plin. 3, 26 *Mœſia incipit a confluente ſupra Drinam*, id eſt, Savi & Danubii. Et 6, 26 *In confluente Euphratis, foſſa perducti, atque Tigris.*

¶ Confluentes, *ium*, plur. idem. Eod. lib. Plin. c. 27 pr. *Eſt etiamnum oppidum Meſopotamiæ in ripa Tigris circa confluentes, quod vocant Digam.* ¶ 2. Hinc & *Conflantes*, & *Confluentia* vulgo, civitas vetus Rhenana, Coblenz, inde dicta, quod ad eam Rhenus & Moſella confluant.

¶ Confluentia, *æ*, ſubſt. f. die zuſammenflieſſung. Macrobius Sat. 7, 4 *Hæc eſt triplex cauſſa vel podagræ, vel cujuslibet morbi, multitudo humoris, fortitudo membri a ſe repellentis, & recipienti infirmitas.* Sic recentiores libri. Vbi Pontanus adnotavit: *ex ſcripto & veteribus ſupplendum: Vel cujuslibet ex confluentia morbi. Nam mala capit, ex peccatos oriuntur.*

¶ Confluus, *a, um*, adj. zuſammenflieſſend. Prudent. Cathemer. 5, 76 *Vnda revolvitur In ſemet revolans gurgite confluo.*

¶ Confluges, Noniо interprete, loca, in quæ rivi diverſi confluunt, der zuſammenfluß. Liv. Andron. apud eumdem: *Confluges, ubi conventu campum totum inhumigant.* Eſt autem a *confluo*, ut Fruges a *fruo*, quod pro *Fruor* dicebant veteres. v. Salmaſ. loco mox indicando. *Conflages* apud Feſtum, vid. in *Flo.*

¶ Conflugium, *i*, n. idem, quod Salmaſ. Solino c. 9 reſtituit: *Rupium cavamina, quæ fluctuum confligiis nunc adeſa ſunt.* Vulgo *confligiis* lectum, v. ejus in h. l. Exercitat. p. 109.

¶ Confluvium, *i*, n. idem. Severus in Ætna v. 325 *Donec confluvio revolutis æſtibus amnis Exſilit*, i. e. incendia eructantur. Varr. ap. Non. ... *Ad quam rem nobis eſt confluvium.*

¶ Conflumineus, *i*, m. qui eodem flumine utitur, Apul.

¶ Confluxus, *us*, m. der zufluß, zulauf, vulgare, ſed ābsque veterum auctoritate.

¶ Confluxio, *onis*, f. idem, apud Livium.

¶ Defluo, *ere*, deſinere fluere, verflieſſen, verlauffen. Seneca Quæſt. Nat. 3, 3 *Sed & magnæ latentesque undæ ſunt: itaque etiam, cum biberit defluxere torrentes, facient ſuam ſervant.* Horat. 1 epiſt. 2, 42 *Ruſticus expectat dum deſinat amnis, at ille Labitur, & labetur in omne volubilis ævum.* Translate, *Tempus deſluit*, die zeit verflieſt, Salluſt. Iug. c. 10, 6; & 22, 2 *Vbi per ſocordiam vires, tempus, ingenium defluxere.* Prop. 1, 20, 2 *Id tibi ne proprio defluat ex animo.* ¶ 2. Eſt decidere, delabi, herunterfallen. Sic *Deſluere capillus* Plinio dicitur 10, 67. Virg. Æn. 11, 500 *Quem tota cohors imitata relictis* dicitur 10, 67. Virg. Æn. 11, 500 *Quem tota cohors imitata relictis Ad terram defluxit equis.* Liv. 2, 20 *Moribundus Romanus, labentibus ſuper corpus armis, ad terram defluxit.* Curt. 7, 7 *Hæc agentem omnia deſecit, corpusque ex equo defluxit in terram.* Liv 41, 15 *Iecur defluxit.* Cæl. Aurel. Tard. 4, 3, 31 *Pinguedo defluxit*, i. e. *abſumpta eſt*, ſie iſt weggefallen. Claudian. Epithal. Palladii & Celerinæ v. 40 *Ad terram tacito defluxit fiſtula lapſu.* ¶ 3. Metaph: Cic. Tuſc. 1, 25 *A quibus manu factili & exculti, a neceſſariis artificiis ad elegantiora deſluximus.* Alio ſenſu Quint. 10, 1 p. 921 de Senecæ imitatoribus *Tantum ab illo deſluebant, quantum ipſe ab antiquis deſcenderat.*

¶ Defluens, *tis*. Salluſt. Fragm. Hiſt. 2, 14 *Lurda Tauro monte deſluens.* Plin. 25, 11 *Callitricha deſluentem capillum confirmat & denſat.* conf. 27, 13.

¶ Defluxus, *us*, m. der abfluß. Apul. de Deo Socrat. p. 105 *Omnis deſluxus materiam in terras eſt.*

¶ Defluxio, *onis*, f. idem. Firmicus 3, 7, 8 *Per genoris locum, i. deſl. deſluxionem ſeminis.* Cæl. Aurel. Acut. 2, 18, 105 & 108 *Ventris deſluxio*, der durchlauf.

¶ Defluvium, *i*, n. idem. *Deſluvium capillorum*, Plin. 28, 11. *Capitis*, id. 11, 37, das haar ausfallen.

¶ Deſluus, *a, um*, quod decidit, abflieſſend, abfallend. *Guttatim deſluus*, Apul. Met. 3. *Capillo deſluus*, Plin. 20, 4. Sed Prudentio Peritt. 13, 30 *Deſluus ceſariæ*, eſt prolixa, promiſſa, ein lang haar. Verba ejus ſunt: *Deſluæ ceſariæ impellitur ad brevem cauſſam.*

¶ Diffluo, *ere*, zerflieſſen, zerrinnen; ut, *Humor diffluit*, Lucret. 3, 436. ¶ 2. Translate Tac. Hiſtor. 5, 1, 21 *Qui non luxuria, & luxuria diffluit.* Cic de Off. 1, 30 *Si conſiderare velimus, quæ ſit in natura excellentia, & dignitas; intelligemus, quam ſit turpe, diffluere luxuria, & delicate ac molliter vivere*, wollüſtig, liederlich ſeyn.

¶ Diffluens, *tis*. Cic in Bruto c. 31 *Oratores redundantes & quaſi extra ripas diffluentes coercere.* Id. de Orat. 3, 32 *Græci otio diffluentes*, die müßigen Griechen.

¶ Diffluus,

¶ Diffluus, *a, um*, idem apud Attilium.

¶ Diffluentia, *æ*, f. apud Arnobium.

¶ Effluo, *ere*, eruidi, ausfließen. Pomp. Mela 3, 2 extr. *Effluit Rhenus*, der Rhein läuft in die See. *Homer lachs effluit*, Plin. 25, 7 *Quondam etiam lachi imber effluxit*, Cic. Divin. 1, 43. ¶ 2. Ad aua deinde transfertur. *Effluere ex anima*, Cic. fam. 7, 14, aus dem sinn kommen, entfallen. vid. Brouckh. ad Tib. 3, 1, 20. *Ætas effluit*, Id. Senect. c. 2, die zeit eilet dahin. *Vires effluunt lassitudine*, die stärke verlieret sich. Liv. 7, 33. Et Ter. Eun. 1, 2, 41 *Utrumque hoc factum est, effluet*, i. e. non continebitur, vulgabitur, dixerat, ie vera taciturnus, ad talia plenum rimarum esse. Cic. pro domo c. 46 *Manent effluunt denique disciplina, quæ ad nostras usque aures pe manant*. Id. Ep. ad Div. 6, 19 *Tanta est intimorum multitudo, ut ex his potius aliquis effluat, quam novo sit aditus*. Rarior verbi significatio est, ap. Claud. Conf. Olybr 52. *Quantum flagna Tagi rudibus stillantia vitis, effluere decus*, i. e. *effundere*.

¶ Effluens, *tis*. Hinc

¶ Effluenter, adv. Apul. Met. 2 p. 313 *Materiam effluenter induere*; al. *effunder*.

¶ Effluentia, *æ*, f. tribuitur quoque Plin. 26, 10, sed meliores libri *affluentia* habent.

¶ Effluus, *a, um*, ausfließend. Festus Avienus in Prognost. Arat. v. 393 *Si flammi evicat ignis Effluus*. Idem Periegesi v. 1162 *In pontum cadit effluus amnis*.

¶ Effluvium, *i*, n. der ausfluß; ut, *Humoris e corpore effluvium*, Plin. 7, 51. Loquitur autem de pestilentis lethali morbo, qui urinam nequeunt retinere.

¶ Effluxio, *onis*, f. der ausfluß. ICt. Dig. 43, t. 10 pr. *Effluxiones non nocent domui*.

¶ In [illegible] fließen. Vulg. Interpr. Hebr. 2, 1 *Oportet observare nos ea, quæ audivimus, ne forte perefluamus*.

¶ Superfluo, *ere*, überflüßig seyn. Val. Fl. 4, 688 *Clausum scopulo fera pectora pavet*. Paulinus de obitu Celsi v. 311 *Quidquid inquo, tibi nullo superefluit usu*.

¶ Influo, *ere*, einfließen. Cic. Tusc. 1, 39 *Hypanis fluvius ab Europæ parte in Pontum influit*. Et de Divin. 1, 35 extr. *Ut flumina in contrarias partes fluxerint, atque in amnes mare influxerint*. Cæs. de B. G. 1, 8 *A lacu Lemano, quem flumen Rhodanus influit*. Metaph. *In animos teneros atque molles influere*, Cic. de Leg. 2, 15, id est, demitti. Ovid. El. ad Liv. 345 *Quique dolor menti leniſſimus influit ægre*. Conf. Menck. Obſ. L. L. h. voce.

¶ Influens, *tis*; ut, *Amnis influens*, Curt. 8, 9, 8. Translate Cic. de Provinc. Conſ. c. 13 *Influentes in Italiam Gallorum maximas copias repressit*, i. e. se infundentes. Et Plin. Paneg. c. 81 *Paria facere cum influentibus negotiis*, mit vorfallenden geſchäfften, quæ magna copia velut inundant.

¶ Influentia, *æ*, f. die einfließung; aſtrologorum vox est de cæli & aſtrorum operatione in hæc inferiora.

¶ Influvium, *i*, n. das fließen. Vellej. Paterc. 2, 120 *Caldum Cælium sanguinis cerebrique influvio exspiraſſe*, dicit. v. Menck. Obſ. L. L. & Miſc. Lipſ. Nova t. 2 p. 725.

¶ Influxio, *onis*, f. der einfluß. Macrob. Somn. Scip. 1, 12 *Materialis influxio in corpus*.

¶ Influxus, *us*, idem. Iul. Firmic. 1, 1 *Ex ſtellarum influxibus pendere*. Id. 4, 13 *Talis ſideralionis influxu*, i. e. vi vel tactu. Vorſt. de Lat. ſuſp. c. 14 p. 109 propriam ſignificationem, pro illapſu in mare, ex ſola analogia defendit. v. Antibarbar. Cellarii p. 57, & Cur. poſt. p. 218.

¶ Subinfluo, *ere*, hineinfließen. Seneca Quæſt. Nat. 3, 29 *Aliæ aquæ ſubinfluant terras, aliæ circumfluant*.

¶ Interfluo, *ere*, darzwiſchen fließen, Lucr. 4, 228. Curt. 3, 1, 2 *Mœnia interfluebat Marſyas amnis*. De ventis locum Apuleji vid. in *Interflo*. Paſſive Apul. de Mundo p. 59 *Inſulæ interfluuntur*. Translate Cic. de Senect. c. 6 *Cum inter duos conſulatus anni decem interfluxiſſent*.

¶ Interfluens, *tis*. Plin. 3, 5 *Utraque civitate fœderata, anguſto freto interfluente*. Id. 6, 28 *Amne interfluente*.

¶ Interfluus, *a, um*, qui interfluit. Solinus, *Scinditur amne interfluo*, c. 66 (al. 53) de Taprobana. Et Plin. 6, 26 de Babylone, *Interfluo Euphrate*.

¶ Perfluo, *ere*, humorem transmittere, durchfließen, auslauffen, ausgehen. Ter. Eun. 1, 2, 25 *Plenus rimarum ſum, hac atque illac perfluo*, i. e. ſecretum continere non poſſum. Bentleijus ingenioſe emendat *perpluo*: quod ſolus liquor dicatur *perfluere, perpluere* autem vas. Sed non videtur hoc perpetuum. Vid. in *fluo* n. 7. *Vbi dolia vinum effluunt*. Et homines *affluere* dicuntur *divitiis*, quibus illæ adfluunt. vid. mox *perfluens*. Et ſunt optimi libri, qui Prop. 2, 16, 8 legunt, *Niobe lacrimas deſluit e Sipylo*. Porro ipſe uſus verbi *perpluo* non ſatis favet emendationi Bentleijanæ, cum exempla verbi ab ipſo notata, quæ diu ante in Fabro legebantur, non tam ſignificent transmittere, male continere humorem, quam admittere, male arcere. Denique ſi bene conſideres, *fluere* ac *pluere* ita ſunt cognatæ inter ſe originis, ſignificationis, uſus, ut difficile ſit ea ſemper, præſertim hic diſtinguere. Petron. c. 23 *Perfluebant per frontem ſudantis acaciæ rivi*. Paſſive Arnobius lib. 6 p. 191 *Pluvialibus nimbis perfluuntur*.

¶ Perfluens, *tis*. Cic. Fin. 2, 35 *Perpetuis voluptatibus perfluens*, ſed Grut. *perfruens*, ein wollüſtiger.

¶ Perfluus, *a, um*, durchfließend. Apul. lib. 11 p. 260 metaph. *Inceſſa perfluo feminam mentiebatur*, er ſchwänzete.

¶ Perfluxus, *a, um*. Quintil. Declam. 314.

¶ Præfluo, *ere*, idem quod præterfluo, vorbeyfließen. Horat. 4, 3, 10 *Sed quæ Tiburis aquæ fertile præfluunt*. Plura dabit Burm. ad Quint. 2, 5 p. 151.

¶ Præfluus, *a, um*, præfluens. Plin. Hiſt 19, 4 *Hortos eſſe rivis præfluis*.

¶ Præterfluo, *ere*, fürüber fließen. Varr. R. R. 3, 16 *Aqua quæ præterfluat, aut in aliquem locum influat*. ¶ 2. Translate elabi, transire, entgehen, verſchwinden. Cic. Tuſc. 5, 33 *Voluptatem animus præſpicit venientem, nec præteritam præterfluere ſinit*.

¶ Præterfluens, *tis*. Liv. 41, 11 *Amnem præterfluentem mœnia novo alveo avertit*.

¶ Præterfluo, *ere*, idem ac *præfluere*, vorbeyfließen. Plin. 5, 3 *Pergamum præfluit Cetius, profluſus Tmolo monte*. Tac. Ann. 15, 1 *Interim flumini Aboniæ (etenim is caſtra præfluebat,) pontem impo ſuit*.

¶ Prōfluo, *ere*, herfließen, fortfließen. Cic. Divin. 1, 44 *Si lacte emiſſus lapſu & curſu ſuo ad mare profluxiſſet*. Translate Idem pr Cæl. c. 3 *Ab his fontibus profluxi ad hominum famam*, dadurch bin ic berühmt worden.

¶ Profluens, *tis*. Cic. de Orat. 3, 48 *Loquacitas perennis, & pro fluens*. Id. de Cl. Orat. c. 61 *Expedita ac profluens celeritas*, ein fertige und flieſſende behendigkeit zu reden.

¶ Profluens, *tis*, m. subſt. flumen, ein fluß, flieſſend waſſer. Cic de Invent. 2, 50 *In carcerem deductus est, ut ibi ciſet tantisper, dum culeus, in quem conjectus in profluentem deferretur*, compararetur. Livius tamen adponit *aquam* 1, 4; *pueros in profluentem aquam mitt jubet*. Hæc ergo aut ſimilis vox ſubaudienda, dum absolute po nitur.

¶ Profluentum, idem. Iul. Obſequ. de prodig. c 6 *Ad Tiberi profluenta deſcendere*.

¶ Profluenter, adv. abundanter, überflüßig. Cic. Tuſc. 5, 1 *Omnia profluenter, absolute, proſpere*. Sic, *Profluentius exſequi*, e copioſius latiusque dicere, Gell. 14, 1.

¶ Profluentia, *æ*, f. der überfluß, die flüßigkeit; ut, *Inanis quæda profluentia loquendi*, Cic. in Partit. orat. c. 23.

¶ Profluus, *a, um*, ſemper profluens; ut, *Profluus amnis*, Plin. 7 4. *Lacrymæ profluæ ubertimque manantes*, Sidon. 4 epiſt. 23. Pru dent. Romano v. 843 *Venarum ut undam profluam manantium*. Paul nus Petrocorius de Vita Nepot. v. 6 contra poëtarum uſum pri mam corripuit ex animadverſione Barthii: *Tam profluo augmen faceret, &c.*

¶ Profluvies, *a, um*, hinfällig; ut, *Profluvia fides*, Cæcil. apud Pri ſcian. p. 699.

¶ Profluvium, *i*, n. der ausfluß; ut, *Profluvium alvi*, Col. 9, 12 der bauch-fluß, durchfall. *Profluvium mulierum*, Plin. 7, 15. *Profluvium ſanguinis*, Id. 24, 13. *Profluvium ſanguinis inhibere*, das blut ſtill len, Plin. 23, 2. *Profluvio laborare*, Celſus præfat.

¶ Rĕfluo, *ere*, zurück flieſſen. Virg. Æn. 9, 32 *Nilus cum reſluit campis*. Ovid. Met. 8, 163 de Mæandro: *Ambiguo lapſu refluitque fluitque*.

¶ Refluens, *tis*; ut, *Tybris refluens*, Virg. Æn. 8, 87. *Mare ſtri dit refluentibus undis*, Idem Georg. 4, 262.

¶ Refluus, *a, um*, idem. *Refluum mare*, Plin. 2, 97. *Refluo gur gite*, Stat. Silv. 5, 1, 91.

¶ Refluūmen, *inis*, n. der rückfluß. Fortunatus 1 *Parvula Gram maticæ labentes refluamina guttæ*.

¶ Refluxus, *us*, m. idem, ut vulgo *Maris defluxus & refluxus*, ebbe und flut.

¶ Subterfluo, *ere*, unten flieſſen, drunter weeflieſſen. Plin. 8, 50 *Torrente rapido minaciter ſubterfluente*. Et Vitruv. 8, 2 *Niger ſub montes deſertos ſubterfluens*. Translate Eumenius Paneg. Conſtant. c. 15 *Eos felicitas ingrata ſubterfluit*.

¶ Superfluo, *ere*, redundare, überflieſſen, übergehen. *Fons ſuper fluit*, Plin. 31, 4. Et Colum. 3, 18 *Quicquid aquarum cœleſtium ſuper fluit*. ¶ 2. Translate eſt *Superfl.*, übrig ſeyn. Suet. Aug. c. 41 *Quoties ex dammatorum bonis pecunia ſuperflueret*.

¶ Superfluens, *tis*, überflüßig, übrig. *Ille nunc ſuperbus & ſuper fluens*, i. e. affluens opibus, Catull. 30, 7. *Superfluens Nilus*, Tac. An. 2, 61, 3. *Superfluens multitudo*, Id. Hiſt. 3, 58, 3. *Redundantes & ſuperfluentes juvenili quadam impunitate & licentia*, Cic. de cl. Orat. c. 91. *Quotidie magis magisque ſuperfluentia bona*, Petron. c. 125. *Pecunia ſuperfluens*, Seneca de Benef. 1, 11. *Facultates ſuper fluentes*. Quint. ſub fin. declam. 15.

¶ Superfluus, *a, um*, überley, übrig; ut, *Fructus ſuperflui*, Plin. *Superflua fragmenta*, Iuvenc. 3, 249. *Bonorum ſuperfluum*, L. 53 § ult. D. ad SC. Trebellian. Proprie exundans Plin. Paneg. c. 82 *Flumina campis ſuperflua*, die über die felder gehen.

¶ Superflue, adv. Auguſtin. de Geneſi contra Manichæos 2, 7 *Superflue quæritur, unde hominis corpus Deus fecerit*, es iſt überflüßig zu fragen. Id. lib. imperfecto de Geneſi ad lit. c. 14 extr. *De aliis rebus ſuperflue diceret*. Et Salvianus ad Eccleſ præem. *Superflue mihi aut paucis ſcribitur, ubi eſt cauſſa cunctorum*. conf. Idem de Gub. Dei 6 p. 118 & 119. Octav. Horat. 1, 1. Mart. Capell. 3 p. 83. Symm. 10, 72.

¶ Superfluo, idem. Mart. Capella 6 p. 189 *Superfluo perdidiſti*.

¶ Superfluĭtas, *atis*, f. der überfluß. Plin. 14, 1 *Superfluitate pampinorum*, i. e. palmitum, *atria replere*.

¶ Transfluo, *ere*, durchfließen, drüber hin flieſſen. Plin. 11, 38 extr. *Certum eſt, multis* (ſanguinem) *non transfluere perfoſſis*. Claudianus epiſt. ad Probinum v. 5 *Transfluxere dies*. Et Auguſtin. Confeſſ. 9, 12 pr. *Mœſtitudo transfluebat in lacrymas*.

¶ Transflūmĭnālis, *e*, das über dem fluß iſt. Gloſſ. lat. gr. *Transfluminales*, περατικοί.

¶ Transfluvio, *are*, flumen transgredi, überſetzen über den fluß. Commodian. Inſtruct. 50 *Transfluviat hoſtis, tu ſub latebra conde*.

II. Compoſita cum nominibus:

Hæc fere ſunt Poëtarum propria: ut, Amplifluus: Dulcifluus: Ignifluus: Largifluus; Longifluus; Lucifluus; Mellifluens & Mellifluus; Multifluus; Piſcifluus; Putrifluus; Rorifluus; Splendifluus; Veſtifluus; Vndifluus, quæ ſingula in prioribus membris reperies. Sequentia vero componuntur cum numeralibus:

¶ Quadrifluus, *a, um*, vier-ſtromig, mit vier ſtrömen. De Paradiſo

diſo Prudentius Cathemerin. 5, 103 *Ver ubi perpetuum redolet, Prataque multicolora latex Quadrifluo celer amne rigat.*

¶ Quadrifluvius, *a, um*, quadripartito venarum curſu fluviatus. De abiere Vitruv. 2, c. 9 *Quadrifluviis diſparatur.* vid. Baldi Lex. Vitruv. p. 97, & Salmaſ. in Solin. p. 727.

¶ Septemfluus, *a, um*, ſiebenſtrömig; ut, *Septemflua flumina Nili*, Ovid. Met. 15, 753.

¶ Septifluus, *a, um*, idem. In libris Petronii c. 133 lectum fuit: *Quem Lydus adoras Septiflue.* Sed quod Nilo, quam Lydo, magis aptum hoc epitheton eſt, Turnebus Adverſ. 26, 6 ſubſtituit *Veſtiflue*, quem docti magno conſenſu ſecuti ſunt.

FLVSTRA, *orum*, n. pl. maris quies, γαλαξία, die meer-ſtille. *Fluſtra dicuntur*, inquit Feſtus, *quam flactus in mari non moventur, quam Graeci γαλαξίαν vocant.* Tertull. de Pallio c. 2 *Sic & mari jubes infamis, dum & fluctus aeque mutantibus, de tranquillo probum, de fluſtris temperatum, & exemplo de decumanis inquietum.*

¶ Defluſtro, *are*, eſt ſedare, ſtillen, uti ſentiunt, qui Tertulliani l. c. legunt: *Mare defluſtrat intemperatum.* conf. Io. Lud. de la Cerda in h. l. p. 14.

Fluta, fluto, fluvialis, fluxus, &c. vide in *Fluo.*

Focale, focaneus, quaere in *Faux*, Focarius, focillo, &c. *Focus.*

FŌCVS, *i*, m. quod ignem foveat, ut etiam Ovidio videbatur, cujus locum ſtatim laudabimus, eine feuer-ſtätte, ein herd. Horat. 1 od. 9, 5 *Ligna ſuper foco large reponere*, ſtarck feuern. Ovid. Faſt. v. 301 *At focus a flammis, & quid foveat omnia, dictus.* Horat. 1 epiſt. 5, 7 *Focus ſplendet jamdudum*, die küche iſt beſtellt. Id. 1 epiſt. 14, 2 *Agellum habitatum quinque focis*, id eſt, domibus dixit. *Certare pro aris & focis*, Cic. Nat. D. 3, 40. Et Tibull. 1, 1, 4 *Me mea paupertas vitae traducet inerti, Dum meus aſſiduo lucebit igne focus.* v. Broukh. qui copioſe hoc ad lautitiam lætitiamque epularum pertinere notat.

¶ Fŏcŭlus, *i*, m. dimin. *Foculum excitare bucca*, das feuer aufblaſen, Iuv. 3, 262. ¶ 2. *Batillum*, eine kohl-pfanne. Plaut. Capt. 4, 2, 67 *Ipſas fovere foculis ardentibus.* ¶ 3. Ara parva & portatilis. Cic. Or. pro Domo c. 47 *Tu, tu, inquam, capite velato, concionem ad cata, foculo poſito, bona tui Gabinii . . . conſecraſti.* Liv. de C. Mutio Scaevola, 2, 12 *Dextramque accenſo ad ſacrificium foculo inicit.* conf. Plin. H. N. 22, 6. Valer. Max. 3, 7. ap Menck. Obſ. L. L. h. v.

¶ Focula, *orum*, n. pl. nutrimenta ſunt ignis, teſte Marcello 1, 31, a *fovendo*, ut fomenta, was da wärmet. Plaut. Perſ. 1, 3, 24 *Intus ventrio fumant focula.* Id. Capt. 4, 2, 67 *Focula ferventia.* Hinc &

¶ Foculo, *are*, pro fovere, wärmen, erſtcken, teſte eodem Nonio l. c.

¶ Fŏcārius, *a, um*, adj. vom herd; ut, *Focarius panis*, in foco aut cinere coctus, aſchen-brot, apud Iudor. 20, 2.

¶ Focarius, *i*, m. ſubſt. qui foco curat, ein koch. Vlpian. L. 1 § 5 Dig. de Naut. Caupon. & Stabular. *Qui opera mediaſtini fungitur, non continetur, utpote atriarii, & focarii, & his ſimiles.* Onomaſt. vet. *Focarius*, ἑσχάριος.

¶ Focaria, *ae*, f. ſubſt. eine köchin. Ita Hieronym. μαγειρίσσαν, 1 Sam. 8, 13 *focarias* reddidit. conf. l. 15 ff. de inſtruct. & inſtr. & l. 3 C. de condit. infert. Pro concubina ponitur l. 3 C. de Donat. inter vir. & ux.

¶ Fŏcillo, *are*, a *focus*, *foculus*, eſt fovere, calefacere, recreare, wärmen, erquicken, erſpeiſen. Sen. epiſt. 13 *Pudet me ſic tecum loqui, & tam levibus remediis te focillare.* ¶ 2. *Focillari*, pro fovere, deponens eſt Varroni apud Nonium 7, 108 *Suum quisque diverſi commodum focillantur.* ¶ 3. Cum *Focillare* confundunt etiam *Focilare*, quod ſcribitur uno L, de quo ſupra in *Faux.*

¶ Focillātus, *a, um*, participium paſſivum, gewärmt, geſtärcket. Suet. Aug. c. 17 *M. Antonii ſocietatem ſemper dubiam & incertam, variisque reconciliationibus male focillatam abrupit.*

¶ Focillatio, *ōnis*, f. die erwärmung. *Focillationes*, inquit Feſtus, *a fovendo, id eſt, calefaciendo dictae ſunt.*

¶ Focillator, *oris*, m. qui focillat, aut recreat, in Dig.

¶ Focillatrix, *īcis*, f. apud Plinium.

¶ Focillātio, *ōnis*, f. die erwärmung, apud Firmicum.

¶ Refŏcillo, *are*, eſt recreare, reficere, ſtärcken, erquicken, laben. *Lugentem efficacibus remediis refocillare*, Seneca Benef. 3, 9, tröſten.

¶ Refocillātus, *a, um*, geſtärcket, erquickt. Plin. 3 epiſt. 14 *Paucis diebus aegre refocillata deceſſit.* Id. ep. 16 *Arria refocillata.*

¶ Refocillātor, *ōris*, m. apud Apulejum.

¶ Suffŏco, *are*, räuchern: ſi verbum eſt, etiam a *Focus* eſt, cum mediam correptam habet: Propert. 4, 9 ſub fin. *Dein quemcunque locum externe tetigere puellae, Suffocat, & pura limina tergit aqua.* Vide ibi Scaligero notata. Sed Broukhuſenius erudite tuetur ex MSS. *ſuffiit*, ut adeo hoc verbum melioribus tibicinibus indigeat. De *Suffoco* media longa v. in *Faux.*

FŌDIO, *fodi, foſſum, fodēre*, graben. *Fodere metallum*, Plin. 2, 63, erſt graben. *Fodere hortum*, Plaut. Poen. 5, 2, 59, im garten graben. *Noli fodere*, Ter. Hec. 3, 5, 17, ſtoß mich nur nicht, occulte admonentis eſt, vid. *latus*, & locum Horatii, quem laudamus in *fodico.* *Terram fodere*, Id. Heaut. 1, 1, 17. *Equi fodere calcaribus armos*, dem pferde die ſporen geben, Virg. Æn. 6, 881. Cic. Phil. 2, 34 *Num expectas, dum te ſtimulis fodiam.* Id. Fuſc. 2, 14 *Pungit dolor, vel fodiat ſane. Jugulum alicujus enſe fodere*, i. e. transfodere, Martial. Spect. 7. ¶ 2. *Fodire*, quartae conjug. eſt apud Columell. 11, 2 *Seminaria commode fodiri poſſunt.* conf. *Circumfodio.* it. *Effodio.*

¶ Fodiens, *tis.* Ovid. Met. 11, 535 *Aliis marum fodientibus extra*, i. e. ſuffodientibus.

¶ Fodo, *are*, pro *fodere*, dixerunt vetteres. Feſt.

¶ Fŏdĭco, *are*, frequent. ſtoſſen, grübeln, ſticheln, beiſſen, wehe thun. *Emamus, qui fodicet latus*, Horat. 1 ep. 6, 51. i. e. occulte moneat. al. *fodiat* Caeterum eandem phraſin Ammian. 29, 7 de ultimo ſupplicio, cum miſeri homines ungulis in collo lacerabantur, uſurpavit. Cic. Tuſc. 2, 16 *Non eſt in noſtra poteſtate, fodicantibus iis rebus, quas malas eſſe opinemur, diſſimulatio vel oblivio.* Plaut. Bacch. 1, 1, 30 *Aculeata ſant, animum fodicant*, i. e. affligunt, es kräncket.

¶ Fodicatio, *onis*, f. legi dicitur apud Celſum.

¶ Fodicator, *oris*, m. apud Hieronymum.

¶ Fŏdĭna, *ae*, f. ein bergwerck; ut, *Fodinae argenti*, & *argentifodinae*, Plin. 33, 6. Hinc compoſita: *Arenifodinae, Argentifodina, Aurifodina, Cretifodina, Saltfodina*; De ſingulis vide ſuis in locis.

¶ Fodii, *orum*, m. pl. iidem antiquitus, qui poſtea *Fabri.* Nam apud Romanos primi Fabianae gentis viri, eo quod in venatione foſſis uterentur, *Fodii* nominati fuere. Sed duabus literis immutatis *Fabiorum* nomen extitit. v. Plutarch. in vita Fabii Max. prine.

¶ Foſſus, *a, um*, gegraben. Pallad. Novemb t. 6 *Terra foſſa & ſubacta.*

¶ Foſſa, *ae*, f. ſubſt. ein graben, eine grube. Cic. fam 15, 4 *Oppidum vallo & foſſa circumdare*, graben herumführen. *Foſſam obſtinatam detergere*, Suet. Aug. c. 18, ausführen. *Foſſam cratibus intexere & aggere explere*, Cæſar de B. G. 6, 29 extr. ausfüllen. *Foſſam premere, deprimere, perontere*, argenteae aetatis ſunt. v. Barm. ad Quint. decl. 3, 16 p. 72.

¶ Foſſula, *ae*, f. dim. Cato R. R. c. 161 *Dein foſſulas facito, qua radices aſparagi demittas.*

¶ Foſſo, *are*, pro *fodere*, Ennius dixit apud Varronem de L. L. 6, 5 *Decretum eſt foſſare corpora telis.* Hinc

¶ Foſſātum, *i*, n. ſubſt. poſteriore aevo pro *foſſo* dictum, ea praeſertim, quae caſtris circumducebatur. Capitolin in Gordian. c. 28 *Caſtra omnia foſſato circeunt.* v. ibi Salmaſium. Vnde factum, ut interdum pro caſtris ipſis ſumatur, ut ibidem Salmaſius, & ex Modeſtino Caſaubonus obtereat. De urbis foſſa, moenibus circumdata, Vegetius dixit 4, 16 *Civitatis foſſatum apparatu lapidibus, ligni, ac terra complent*, der ſtadt graben; vide quae Stewechius ibi commentatus eſt. De hortis Palladius lib. 11 five ſeptembri, c 13 *Circumveniente foſſato, vel luto ſtrabili parietibus.* Qui etiam ex Plinii 17, 21 id nominis afferunt, falluntur, Harduino judice, qui *foſſum* ibi, participium; non *foſſatum*, nomen, legit. ¶ 2. Conf. Caelii Ind. in rei agrariae ſcript. ubi etiam *Foſſatus*, terminus in ſolato poſitus, ex p. 254 *Conſtituimus foſſatus*, quos *Auguſtos appellamus.* Et ex p. 267 *Foſſati alii finales majores.*

¶ Foſſor, *oris*, m. ein gräber, berg-mann. Colum. 3, 13 *Si foſſore tantum terra verſetur*, cui opponit ibidem *verſare boves.* Virg. 2 Georg. v. 264 *Et labefacta movens robuſtus gaſſea foſſor.* Catull. 22 *Foſſor & caprimulgus* conjunguntur, ut rudes & agreſtes.

¶ Foſſio, *ōnis*, f. das graben; Cic. de Nat. D. 2, 9 *Nam & lapidum conflictu atque tritu elici ignem videmus, & recenti foſſione terram fumare calentem.* Id. de Sen. 15 *Quid ego irrigationes, quid foſſiones agri, repaſtinationesque pro feram?* Putaverim *foſſio*, Vitruv. 8, 7. Et Cic. de Senect c. 15 *Foſſionibus terra ſit faecundior.* Et Colum. 4, 33 *Cultus* (caſtaneti) *ejusdem eſt foſſionis, qui vineae*, muß eben ſo gehacket werden.

¶ Foſſūra, *ae*, f. idem. Suet. Calig. c. 37 *Complanata foſſuris montium juga.* Adde Vitruv. 8, 1.

¶ Foſſitius, *a, um*, gegraben; ut, *Arena foſſitia*, Pallad. 1, 10.

¶ Foſſilis, *e*, quod foditur, das man gräbt; ut, *Sal foſſilis*, ſteinſaltz. Plin. 36, 10, quod Largo Compoſ. 60 eſt *foſſitium ſal.*

Compoſita a *Fodio:*

¶ Adfŏdio vel Affodio, *ēre*. Plin. 2, 68 *Furto vicini ceſpitem noſtro ſolo adfodimus*, eine furche abackern. vid. ibi Hardum.

¶ Circumfŏdio, *ēre*, umher graben, umgraben: ut, *Circumfodere platanos*, Seneca epiſt. 12. Cato de R. R. c. 161 *Sic circumfodito, ut facile evellere poſſis.* Plin. 7, 19 *Ratio arbores circumfodiendi* ¶ 2. Hoc verbum etiam in 4 forma a Colum. 5, 9 inſertum reperimus: *Olivetum debet bidentibus alte circumfodiri.* vid. *Fodio.*

¶ Circumfoſſor, *ōris*, m. qui circumfodit. Plin. 17, 24 *Cum circumfoſſor injurioſo ictu* (vites) *verberavit.*

¶ Circumfoſſūra, *ae*, f. Id. 17, 26 *Cupreſſis aſpernatur circumfoſſuram amputationemque.*

¶ Confŏdio, *ēre*, durchgraben, durchſtechen. *Confodere aliquem vulneribus*, Liv. 24, 7. Et de Iulio Cæſare, Suet. c. 82 *Tribus & viginti plagis confoſſus eſt.*

¶ Confoſſus, *a, um*, durchſtochen, zerſtochen. *Super amicum ſeſe projecit confoſſus*, Virg. Æn. 9, 444. *Multis vulneribus confoſſus*, Curt. 5, 13, 25. Apud eundem reperias *Confoſſus hoſtis, jaculi*, 3, 11, 11, & 9, 5, 17. Comparativo uſus eſt Plautus Bacch. 4, 8, 43 *Te faciam confoſſiorem ſuricina nenia*, hoc eſt, magis confoſſum, quam cum forex in muſcipula deprehenſus confoditur. v. Scalig. in Conject p. 142. ¶ 2. Metaph. Liv. 5, 11 *Tot judiciis confoſſis praedamnatusque* dixit.

¶ Confoſſio, *onis*, f. die zerſtechung, apud Hieronymum.

¶ Confoſſor, *oris*, m. apud Tertullianum

¶ Confodĭco, *are*, idem ac *confodere*, apud Apulejum.

¶ Dēfŏdio, *ēre*, eſt fodiendo implantare, eingraben: ut, *Defodere vineam*, Cato c. 50. Eſt & fodere, hinunter graben: ut, *Scrobem defodiamus in limine ſtabuli*, Colum. 7, 5. conf. 11, 2. Refertur & ad alia. *Signum in terram defodere*, Liv. 8, 10, vergraben, verſcharren. *Defodere theſaurum*, Cic. Divin. 2, 65. *Defodere cadaver*, begraben. Liv. 3, 33.

¶ Defoſſus, *a, um*, eingeſcharrt, vergraben. Item tief gegraben; ut, *Talpae defoſſae ſepultique ſimiles*, Plin. 30, 3. *Defoſſi talentum argenti*, Virg. Æn. 10, 526. *In defoſſa ſpecubus agere otia*, Id. Georg. 3, 376. *Argenti pondus & auri defoſſa deponere terra*, Horat. Sat. 1, 1, 42.

¶ Defoſſus, *ūs*, m. die einſcharrung. *Area in defoſſa cavata*, Plin. 19, 8.

¶ Effŏdio, *ēre*, ausgraben, ausſcharren. Ovid Met. 1, 140 *Effodiuntur opes irritamenta malorum. Effodere argentum penitus abditum*, Cic. Off. 2, 3. Et, *Effodere oculos*, die augen ausſtechen, Ter. Eun. 4, 6, 2. & Plaut. Trin. 2, 4, 62. Eleganter Cic. pro M. Marcell c. 4 *Equidem cum M. Marcelli lacrimas vehementer viderem, omnium Marcellorum meam pectus memoria affecit*, i. e. follicitavit, ſtimulavit, & fauciavit quodammodo. Quartae etiam conjugationis *Effodiri* legitur apud Plaut. Mil . . 3, 44

¶ Exfodio, *ere*, pro *Effodere*; ut, *Exfodere rivos*, Tac. An. 11, 20, 3.

¶ Exfodio, *ere*, etiam pro *Effodere*, Plaut. Aul. 4, 8, 9 *Exfodio aulam cum plostam.* v. Taubm. ad h.l. p. 224.

¶ Effossus, *a, um*, ausgegraben. Virg Georg. 4, 42 *Effossis latebris sub terra fodere.* Vellej. 2, 52, 2 *Effossum alterum imperii lumen.* Convicium Plautinum est Cas. 1, 1, 26 *Ex sterquilinio effossus.*

¶ Effossio, *onis*, f. die herausgrabung; ut, *Laboriosæ effossiones*, Cod. 11 t. 6 l. 3.

¶ Effossor, *oris*, ein gräber, occurrit in Dig.

¶ Effodo, *ere*, pro *Effodere*, legunt nonnulli in Plaut. Capt. 3, 5, 66; uti Festus *Fodare* pro *Fodere.*

¶ Effŭrdeo, *are*, herausgraben, apud Hieronymum.

¶ Effodicatio, *onis*, f. apud Augustinum.

¶ Infodio, *ere*, eingraben. C. Nepos 4, 5, 5 *Corpus infoderunt.* Virg 11 Æn. v. 206 *Ex ea pora multa vi tum terræ infodiunt.*

¶ Infossus, *a, um*, eingegraben, eingescharrt. Horat. Epod. 5, 32 *Infossis puer.* Et Stat. Theb 8, 534 *Infossa cerebro vulnera.*

¶ Infossio, *onis*, f. die einscharrung. Pallad. Febr. t. 16 *Infossio totius corporis.*

¶ Interfŏdio, *ere*, dazwischen graben. Luc. 4, 720 *Pupillas interfodiunt.*

¶ Interfossus, *a, um*, untergegraben. Pallad. Octob. t. 12 *Cuneum in fossis radicibus premere.*

¶ Perfŏdio, *ere*, durchgraben. *Perfodere parietes, vicinos compilare*, Cic. in Vatinium c. 5. Et, *Perfodere montem*, Varro de R. R. 3, 17.

¶ Perfossus, *a, um*, durchstochen, durchlöchert, durchgegraben. *Bis sex locis thoraca petitus perfossus*, Virg. Æn. 11, 10. *Perfossum pectus*, Stat. Theb. 9, 522. *Perfossi montes*, Curt. 5, 7, 8.

¶ Perfossio, *onis*, f. ein durchbruch; in eodem Glossario διορυγή & διορυγμὸς *perfossio* verruntur.

¶ Perfossura, *æ*, f. idem. Ibidem ita redditur Græcum διορυγή.

¶ Perfossor, *oris*, m qui perfodit. Gloss. Vet *Perfossor*, διορυκτης. Plaut. Pseud. 4, 2, 23 *Perfossor parietum.* Vius & Apul. Apolog. p. 460 *qui vetlem quæsierit, perfossor.*

¶ Imperfossus, *a, um*, non perfossus. Ovid. Met. 12, 496 *Manet imperfossis ab omni, Ingue cruentatus.*

¶ Præfodio, *ere*, vergraben. *Præfodiunt portas*, Virg. Æn. 11, 473, hoc est, Servio interprete, ante portas fossas faciunt. Ovid. Met. 13, 60 *Præfoderat aurum*, id est, ante defoderat.

¶ Refŏdio, *ere*, wieder ausgraben, wieder umgraben. Et Colum. 2, 2 extr. *Radices omnes refodiat.* Id. 4, 32 *Illud de integro refodi debet.* Plin. 2, 63 *Si alli essent inferi, jam profecto illos avaritiæ atque luxuriæ cuniculi refodissent.*

¶ Refossus, *a, um*, wieder gegraben. Plin. 19. 5 *Solo quam altissime refosso.*

¶ Suffodio, *ere*, ausgraben. *Sues rostro suffodiunt*, Colum. 2, 18 sie wühlen auf. *Alexandria est fere tota suffossa*, Hirt. B. Alex. c. 5.

¶ Suffossus, *a, um*, confossus, durchstochen, untergraben; ut *Suffossi revolutus equo*, Virg. Æn. 11, 671. conf. Cæs. B. G. 4, 12: & Tac. An. 1, 65, 6 *Sacella suffossa*, Cic. de Arusp. Resp. c. 15. conf. Mela 2, 1.

¶ Suffossio, *onis*, f. die untergrabung, unterminirung. Seneca ep. 49 *Cum ipsum solum suffossionibus atque cuniculis tremeret.* Vitruv. 1, 5 *Neque arietes, neque suffissiones valent nocere.*

¶ Transfodio, *ere*, durchstechen. *Latus transfodere*, Liv. 39, 42.

¶ Transfossus, *a, um*, durchstochen, durchbohret. Virg Æn. 9, 544 *Duro transfossi ligno.* Val. Flaccus 6, 222 *Ingulne transfosso cadere.* Sidon. Carm. 7, 292 *Transfosso pectore.*

FOECVNDVS, *a, um*, uber, ferax, fruchtbar, reich. *Provincia fœcunda annonæ*, Tac. Hist. 1, 11 korn-reich. *Terra metallorum fœcunda*, Plin. 33, 4. *Fossionibus repolinationibusque sit multo terra fœcundior*, Cic. de Senect. c. 15. *Sue nihil genuit natura fœcundius*, Cic. de N. Deor. 2, 63 extr. *Fœcundi calices*, Horat. 1 epist. 5, 19, gute trünche, vollgeschenckte becher. *Fœcunda remotibus colonia*, Tac. Hist. 1, 51, 6. *Amor & melle & felle est fœcundissimus*, Plaut. Cist. 1, 1, 72. *Gens fœcundissima*, id est, frumenti dives, de Ægypto, Plin. Paneg. c. 31.

¶ Fœcunde, adv. fruchtbarlich. Apul. de Mundo p. 250 *Pulchre & fœcunde horæ procreantur.* Comp. Varr. de L. L. p. 65 *Fœcundius poemata fervent frustum.* Plin. 16, 36 *Arundo recisa fœcundius resurgit.* Id. 29, 4 *Nesciuntur fœcundissime in fraxino.*

¶ Fœcunditas, *atis*, f. ubertas, copia, die fruchtbarkeit. Cic. de N. Deor. 2, 60 *Aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus.* Id. de Orat. 2, 21 *Volo, se efferat in adolescente fœcunditas*, scil. orationis & verborum nimium redundantium. ¶ 2. Quasi numini *Fœcunditati templum* in gratiam Augustæ Poppææ *erectum*, Tac. An. 15, 23. Add. Spanh. de num. 3 p. 148.

¶ Fœcundo, *are*, fertilem efficere, fruchtbar machen. Virg. 4. Georg. de Nilo v. 290 *Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena.* Pallad. 12 tit. 1 *Satione fœcundatur terra.* Mamertin. Paneg. Iuliani c. 22 *Liberalitas non sit effecta gignendo, sed per vices fructuum fœcundatur.* Et Augustin. de Trinit. 13, 18 *Credendo fœcundata est virginitas*, sc. Mariæ.

¶ Fœcundito, *are*, idem quod fœcundare. Vox aureæ ætatis ex fragmento orationis funebris deprompta apud Fabrettum Inscript. p. 169.

Composita:

¶ Effœcundo, *are*, idem, aut aucta significatione. Vopisc. in Probo c. 21 *Cum Sirmium venisset, ac solum patrium effœcundari cuperet & dilatari.*

¶ Infœcundus, *a, um*, sterilis, unfruchtbar; ut, *Infœcunda semina*, Virg. 2 Georg. v. 48. *natura*, Stat. Silv. 3, 1, 167. *Ager arbori infœcundus*, Sallust Iug. c 17. Comparativo usus est Colum. 2, 4 *Infœcundior*, inquit, *materia missa pinguiori segetem minus uberem reddit.* Et Prudent. adv. Symmach. 2, 954 *Infœcundior annus.*

¶ Infœcunde, adv. metaph. Gell. 19, 3 *Infœcunde atque jejune laudare*, id est, frigide, parce, & infra meritum, obenhin und kaltsinnig.

¶ Infœcunditas, *atis*, f. sterilitas, die unfruchtbarkeit. *Infœcunditas agrorum*, Columella pr. proœmii: *terrarum*, Tacit. Ann. 4, 6, 7: *foliorum*, quæ cum nullis fructibus conjuncta sunt, Hieron. adv. Helvidium c. 1.

¶ Perfœcundus, *a, um*, sehr fruchtbar. Pomp. Mela 1, 9 pr. *Ægyptus hominum aliorumque animalium perfœcunda genevatrix.*

¶ Præfœcundus, *a um*, idem, vel præmature fœcundus. Plin. 16, 27 *Celerius senescunt præfœcunda.*

Fœderare, fœderatus, vid. in *Fœdus, eris*; Fœditas, fœdo, in *Fœdus, a, um.*

FOEDVS, *eris*, n. pactio seu pactum publicum, ein bund, vereinigung, verbündniß. Cic. Phil. 13, 2 *O ratum religiosumque fœdus, quod cum his fecerimus.* Liv. 21, 18 *Lutatius primo nobiscum fœdus icit.* Et ibid. *Fœdus publico consilio ictum est.* Et, *longi fœdere alicui*, Liv. 26, 24. Et, *Societatem fœdere confirmare*, Cic. Phil. 2, 35. *Fœdus* vel *fœdera negligere, violare, rumpere, infirmare, Fucere contra fœdus*; omnia hæc Ciceronis sunt. Claudian. 2 in Eutrop. v. 213 *Qui fœdera rumpit, Ditatur: qui servat, eget.* Liv. 21, 18 *Si vos non tenent vestra fœdera*, plane ut nostri dicunt, wenn ihr an den bund nicht gebunden seyd. Differunt *fœdus, pactio & sponsio*, quod *fœtus pactione, pactio sponsione* fiunior atque stabilior sit. vid. Liv. 9, 5 pr. ¶ 2. *Pereuti* autem, *fœvi, ici fœdera* dicebantur, quod, cum fierent, porca a fetiali lapide silice ferretur, cum precatione, ut, per quem populum fieret, quo minus flaretur fœderis legibus, eum ita ferire; sive percuteret Iupiter, quemadmodum fetialis feriret porcam. v. Liv. 9, 5; it. 24 ubi cerimoniæ & leges omnium antiquissimæ, & Virg. 12 Æneid. ubi fœdus inter Latinum regem & Æneam pactum describit. Quin & *fœdera* a fœdo, seu sanguine dicta sunt, quod sine eo nulla fieri solerent. Quem antiquissimum ritum fuisse, Moses indicat Exodi c. 24. ¶ 3. A publicis pactis ad privatas etiam conjunctiones eleganter transfertur hæc vox. Sic matrimonium *fœdus* vocatur Livio 1, 1, qui & *hospitii fœdus* dixit 1, 9, & 29, 23 *Vi publicum quoque fœdus privato adjiceretur.* v. Barth. ad 2 Theb. Stati p. 887. Cic fam. 5, 5 extr. *Hæc literas velim existimes fœderis habiturus esse tum, non ephistolæ.* De impudicis amoribus Cicero ubos pro Cœlio est c. 13 *Ideone ego pacem Pyrrhi divemi, tu ut amorum turpissimorum quotidie fœdera feriros?* De conjuratione Tac. Hist. 1, 54 *Obstringuntur tacito fœdere inter se legiones.* Pro amicitia & amore Manilius, odioque oppositus, 2, 469 *Aut odium fœdusve gerunt, conversique eadem in semet propria ducuntur plena furore.* Idem de concordia elementorum & quasi amore mutuo, lib. 3, 54 *Vi tot pugnantes regeret concordia causas, Starentque alterno religata fœdere mundo.* ¶ 4. Eleganter etiam hoc nomine appellatur ordo & ratio, quæ, velut arcana quadam lege, in rebus inest, nec mutari temere potest. Virg. 1 Georg. v. 60 *Continuo has leges, æternaque fœdera certis Imposuit natura locis.* Id. Æn. 1, 66 de Æolo, *Qui fœdere certo Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas.* Colum. præf. operis: *An bellum perosis maris & negotiationis alea sit optabilior, ut rapto naturæ fœdere terrestre animal homo, ventorum & maris obsequium iræ, se fluctibus audeat credere &c.* Id. in Horto v. 16 *Quam Delphica laurus Impulit, & rerum caussas & sacra moventem Origia naturæ, secretaque fœdera cæli.* ¶ 5. Idem interdum est, quod jus & fas. Flor. 3, 6, 1 *Rapto fœdere generis humani.* ubi v. Græv. Adde Senec. Herc. fur. 49 & ibi Gronov.

¶ Fœdifragus, *a, um*, qui fœdus violat, bund-brüchig, meyneidig. Cic. Off. 1, 12 *Pœni fœdifragi*, conf. Gell. 19, 7.

¶ Fœdero, *are*, fœdus facere, verbinden, vereinigen. Ammian. 31, 12 *Cum fœderaretur concordia.* Id. 25, 24 *Fœderata pace.* Hieronym. Epitaphio Paulinæ (ep. 27) c. 10 *Iurgantes inter se sermone lenissimo fœderabat.*

¶ Fœdĕrātus, *a, um*, alliirt, verbunden, & subst. *Fœderati*, qui fœdere icto societatem inter se inierunt. Sic, *fœderatus populus*, Cic. de Orat. 1, 40. *Civitates fœderatæ*, C. Nep. 23, 3, 2. *Civitatibus fœderatis adscribi*, Cic. pro Arch. c. 4. ¶ 2. A Romanis *fœderati* dicebantur populi & civitates, qui cætera liberi, aliquid tamen ex lege fœderis præstabant. Vnde Suet. Aug c. 47 *Verbum quasdam fœderatas, sed ad exitium licentia præcipites, libertate privavit. Fœderati*, iidem & *Socii* dicebantur. v. Cic. pro C. Balbo c. 8.

¶ Fœderatio, *onis*, f. pro fœdere. ICt. in Dig.

¶ Fœderātor, *oris*, m. ICt. in Cod.

¶ Fœderātĭcum, *i*, n. stipendium fœderatorum, der bund-genossen sold, in Novell. Iust.

¶ Confœdero, *are*, & Confœderatus, *a, um*, scriptores posterioris ordinis dixerunt pro *Fœderatus, fœderare.* Prudent. in Laurentio v. 437 *Confœderantur omnia*, scil. membra. Orosius 2, 4 *Sabinæ impiis nuptiis confœderatæ.* Adde, si placet, Voss. de Vit. Serm. 1, 19. Vorst. de Lat. mer. susp. 31. Curas Poster. Cellarii p. 299. Et Tertull. Apol. c. 2 *Cœtus antelucani ad canendum Christo & Deo, & ad confœderandam disciplinam.* Sed Frobenius edidit, *ad conferendam.*

¶ Confœderatio, *onis*, f. die verbindung. Hieronym. epist. 22 de Custod. Virgin. c. 15 *Prima apud eos confœderatio est, obedire majoribus.*

¶ Confœdustus, *a, um*, idem quod fœderatus. Festus: *Confœdusti, fœdere conjuncti.* Nam ut ab *onus, onustus*, sic a *con* & *fœdus, confœdustus*, dicente Vossio contra Scaligerum Etym. p. 219.

¶ Infœderatus, *a, um*, non fœderatus, sine fœdere, der nicht alliirt ist. Tertullian. Præscript. adv. hæret. c. 12 *Quis miles ab infœderatis, ne dicam ab hostilibus regibus, donativum & stipendium captat, nisi plane desertor & transfuga?*

FOEDVS, *a, um*, deformis, teter, crudelis, ad corpus non minus quam ad animum pertinet, heßlich, greulich, schändlich. Ter. Eun. 4, 4, 17 *Nunc tibi videtur fœdus, quia illam (vestem) non habet.* Sallust. Catil. c. 15 *Fœdi oculi*, fœvitiam & turpitudinem præ se ferentes. *Immanissimum & fœdissimum monstrum*, Cic. in Pison. c. 14. Et *Fœdior atque inquinatior in Pompejo accusando, quam in universo senatu vitu-*

vituperando fuit, Id. de Aruſp. Reſp. c. 24. *Luxuria fœdiſſima ſeneſtutis*, Cic. Off 1, 34. Et, *Facinus fœdum*, Ter. Eun. 5, 4, 21. *Bellum fœdiſſimum*, Cic. Att. 7, 26. *Fœda lyems*, Tac. Hiſt. 3, 59, 3 De eo, qui deformi facie ſit, Quintil. 6, 4 *Quod fecit Longus Sulpitius, qui, cum ipſe fœdiſſimus eſſet, eum, contra quem judicio libertati vindicas, ne cum ipſe fœdiſſimus eſſet, eum, contra quem judicio libertati vindicas, ne faciem quidem liberi hominis habere dixit, &c.* ¶ 2 Docti obſervarunt, Virgilium & Livium *fœdum* & *fœdare* de vulneribus fere & ſtrata acie dixiſſe. Liv. 3, 69 *Vulnerati fœdiora ſui, quæ recenti fœdo & ſtrata acie dixiſſe. Liv. 3, 69

nervæ: Hæc fopit: hæc omnes fœnerat una Deos, i. e. tanquam lucrum aut fœnus adfert. Studium autem poëseos per Phœbum: Iuridicinam per Minervam designat. Hæc igitur pecuniam promittit, in qua omnia posita sunt. Petronius c. 137 hoc breviter ita expressit: *Quidvis nummis præstantibus opta, Eveniet: clausum possidet arca Iovem.* Hor. 2 sat. 3, 95 *Virtus, fama, decus, divina humanaque, pulchris Divitiis parent.* Eleganti translatione & Plin. 2, 6 *Fœnerat*, inquit, *sol lumen suum cæteris sideribus*, id est, confert & quasi mutuo dat.

¶ Fœneror, *ari*, deponens, est ad usuram accipere, auf zinſe nehmen, oder borgen. Differunt enim sicut *Mutuo* & *Mutuor*, Vall. 5, 25. Legitur tamen illud ipsum verbum eadem significatione, qua fœnerare, sive fœnori dare. Cic. de Amic. c. 9 *Liberales simus, non ut gratiam exigamus, neque enim beneficium fœneramur, &c.* Et in Verr. 2, 70 *Idem pecunias istius grandes suo nomine fœnerabatur.* conf. Gellius 18, 12.

¶ Fœneratus, *a, um*, compensatus, pass. a *fœnero*, vergolten, erwiedert. Ter. Phorm. 3, 2, 8 *Fœneratum istuc beneficium pulcre dices*, hoc est, cum fœnore redditum, seu, ut ipse paullo post exponit, *condupliatum.*

¶ Fœnerato, adv. auf zinſe. Plaut. Menæch. 4, 2, 40 *Fœneratò aliquid auferre*, i. e. sub gravi usura.

¶ Fœneratio, *onis*, f. fœnoris exercitatio, wucherey; ut, *Pecunia translata in quæstum & fœnerationem*, Cic. pro Flacco c. 23. conf. de Fin. 2, 35.

¶ Fœnerator, *oris*, m. usurarius, ein wucherer. Cato de Re Rust. præf. *Majores nostri sic habuerunt, & ita in legibus posuerunt, furem dupli condemnare, fœneratorem quadrupli. Quanto pejorem civem existimarint fœneratorem quam furem, hinc licet existimare.* conf. Gell. 16, 12. Sed *Fœneratores* etiam bonis viris interdum annumerantur. v. Cic. Att. 7, 7: & fam. 5, 6. Galli vocant *Rentiers*, nostri capitalisten, i. e. cives opulenti, qui civilibus & licitis usuris nummos aliis locant.

¶ Fœneratrix, *icis*, f. Val. Max. 8, 2, 2 *Ex amica obsequenti, subito districtam fœneratricem agere cœpit.*

¶ Fœnerātitius, *a, um*, quod datum est fœnori, vel quod ad fœnus pertinet; ut, *Pecunia fœneratitia*, auf zins gegeben oder genommen, Val. 1, 11.

¶ Fœneratōrius, *a, um*, wucherhaftig. Val. Max. 2, 6, 10 *Avara & fœneratoria Gallorum Philosophia.* ¶ 2. Substantive *Fœneratorios* pro fœneratoribus Iulius Firmic. 3, 8 posuit.

¶ Fœnĕrālia, *orum*, n. pl. ceu ex Livio quidam legunt, tempus, quo fœnus cessabat, & pecunia reddebatur, die zahl-woche. Livii locus est 35, 7, ut Moguntini, Aldus, Frobenius, Gruterus, alii, *fœneralia* legunt: antiquiores & MSS. *feralia*, quod etiam Gronovius expressit: cujus vide adnotationem.

¶ Fœnĕrārius, *i*, m. idem ac *Fœnerator*; utraque vox occurrit in Firmici Astron. 3, 8.

¶ Fœnebris, *e*, ad fœnus pertinens, den wucher betreffend; ut, *Leges fœnebres*, quibus fœneratorum avaritia coërcetur; Fest. *Fœnebre malum*, Tac. Ann. 6, 16, 2. *Pecunia fœnebris*, Suet. Calig. c. 41. Et, *fœnebrem exercere pecuniam*, L. 34 Dig. de rebus creditis, wucher treiben.

¶ Defœnĕro, *are*, per usuram exhaurire, durch wucher aus-ſaugen. Cic. Parad. 6 *Dimissiones libertorum ad defœnerandas diripiendasque provincias.*

¶ Defœnerātus, *a, um*, fœnore obstrictus, verhafftet, verpfändet. Apul. Apol. *Pater ejus plurimis creditoribus defœneratus maluit pecuniam, quam pudorem, &c.* Ambrosius epist. 44 (p. 1109 ed. Frob.) *Si decipiat aliquis promissorum benignitate, & fabula iniquitate defœneratum opprimat.* v. Gronov. observ. in Eccles. 1 p. 10.

¶ Defœneratio, *onis*, f. die verhaftung, verpfändung, apud Augustin.

¶ Defœnerator, *oris*, m. der pfänder verſetzt, apud eundem

FOETEO, *ui, ēre*, male olere, ſtincken. Plaut. Asin. 5, 2, 44 *Dic cuabo, an fœtet anima uxori tuæ?* hat ſie einen ſtinckenden athem? Id. Cas. 3, 6, 7 *Fœtet tuus mihi sermo.* Martial. 1 ep. 29 *Hesterno fœtere mero*; & 5 ep. 4 *Fœtere multo vino.*

¶ Fœtens, *tis.* Ammian. 22, 7 *Fœtentes Iudei.*

¶ Fœtĕfco, *ĕre*, ſtinckicht werden. Ilidor. Orig. 20, 3 *Aqua fœtescit vetustate.*

¶ Fœtĭdus, *a, um*, quod fœtet: ut, *Fœtida anima*, ein ſtinckender athem, Plaut. Merc. 3, 3, 13. *Os fœtidum*, Cic. in Pison. c. 6. Compar. Cels. 3, 2 *Fœtidiores dejectiones.* Superante gradu Salvianus 1 de Gub. p. 36. (Baluz. 24) de Israelitis: *fœtidissimo ceparum atque alliorum amore ægrescentes.*

¶ Fœtĭditas, *ātis*, f. ex Senecæ epist. 110 adfertur, *Ista varie condita, quum ventrem subierunt, una atque eadem fœtiditas occupat*: Sed meliores libri, quos etiam Pincianus & Gronovius expresserunt, legunt *fœditas*, de quo supra in *Fœdus.*

¶ Fœtĭdo, *are*, fœtidum reddere, ſtinckend machen. Pareus hoc verbum asseruit Plauto Merc. 3, 3, 13 *Iejunitatis plenus animam fœtidas.* Gron. *Anima fœtida.* conf. Reines. Var. Lect. 2, 8; & 3, 18.

¶ Fœtor, *ōris*, m. der geſtanck. Colum. 12, 18 *Redolet fœtorem.* Pluraliter Plin. 28, 8 *Fœtores oris emendare.*

¶ Fœterōsus, *a, um*, ſtinckig, ſchlammicht. Zeno Veron. *Fœterosi panni*: Idem *Fœterosa prandia.*

¶ Fœtulentus, *a, um*, ſtinckend. Arnob. 7 p. 225 *Huic ovillu fœtulenta sunt viscera*, h. e. abstinet illis, pro impuris habet. Esse dicitur etiam in Apul. Apol. conf. *Fœculentus.*

¶ Fœtulenter, adv. garſtig. Veget. 3, 4 *Fœtulenter mingere.*

¶ Fœtŭlĭtas, *ātum*, f. pl. loca fœtida, ſtinckende örter. Apul. Apolog. p. 278 *Semper in fœtulitatis & olenticetis suis jacet.*

¶ Consœtĕo, *ēre*, vel Consœtĕfco, *ĕre*, unflätig werden. Obseq. de Prodig. c. 115 *Cubit canis consœtuerat.*

Fœtifer, fœtifico, fœto, &c. vide *Fœtus.*

FOETVS, *ûs, ui*, m. subst. die frucht, das gewächs, plur. *Fœtus*, omnium generaliter, non animalium solum, sed rerum quoque sunt inanimatarum, imo & hominum, allerley jung vieh und früchte. *Arborei fœtus*, Virg. Georg. 1, 55. *Edit fœtus ager*, Cic de Orat. 2, 30. *Fœtus oratorum*, Id. in Brato 49. *Procreare fœtus*, Id. de N. Deor. 2, 51. *Fœtus animi*, Id. Tusc. 5, 24. ¶ 2. Apud Plaut. Amph. 1, 2, 25; & 3, 1, 18 *Vno fœtu*, est uno partu. Cic. de fin. 3, 19 *Atque etiam in bestiis vis naturæ inspici potest, quarum in fœtu & in educatione laborem cum cernimus, naturæ ipsius vocem videmur audire.*

¶ Fœtus, *a, um*, adj. trächtig, fruchtbar; ut, *Ovis fœta*, Virg. ecl. 1, 50. Sed latius patet *fœta*, quam *gravida*, cum illo tam gravidæ significentur, quam fœtum ante enixæ, ita, ut ante, & post partum, *fœta* quæpiam dici possit; *gravida* non item. Fidem facit Censorinus de Die Natali c. 11 apud Voss. 5 Inst. Orat. p. 278. *Vaccæ fœtæ*, Virg. Georg. 3, 176, die gekalbet haben. Cerdæ obtervatio est ad Virg. Æn. 8, 630 De animalibus gravidis nunquam dici *fœtam.* Sed obstare videtur Col. 8, 11, 5, ubi de pavone dicitur, quæ concepit, nondum peperit. *Fœtæ* apud Varron. R. R. 2, 10, 8 sunt puerperæ mulieres. Etiam de inanimis tralate; ut, *Terra fœta frugibus*, Cic. N. Deor. 2, 62. *Loca fœta furentibus austris*, i. e. plena, fœcunda, Virg. Æn. 1, 55. ¶ 2. *Fœtus* & *lætus* confunduntur, Burm. ad Nemes. ecl. 3, 37.

¶ Fœtōsus, *a, um*, idem; ut, *fœtosæ oves*, Sarisb. 8, 17; & Vulg. Psal. 143, 13. Hieronymus contra Iov. habet *fœtuosus.* conf. Goclenii Probl. Gramm. 5, 8.

¶ Fœtūra, *æ*, f. tempus a conceptu ad partum, & alioqui proventus animalium, die hecksit, das gebehre, die zucht. v. Varr. de Re Rust. 2, 1, & Servius ad illud Virgilii ecl. 7, 36 *Si fœtura gregem supplerit, aureus esto.* Id. Georg. 3, 62 de bove fœmina: *Cætera nec fœturæ habilis, nec fortis aratro. Fœturæ habilis*, i. e. concipiendo fœtui idonea. Et Stat. 10 Theb. v. 223 (229) *Cui fœturæ gregem pecorosо vere novavit.*

¶ Fœturātus, *a, um*, fruchtbar gemacht. Tertull. adv. Valent. c. 25 *Semen fœturatum in corpore.*

¶ Fœto, *are*, junge mutterſchaffen. Colum. 8, 8 de columbis: *nec sæpius fœtant*: & c. 12 de Numidicis gallinis, *in servitute non fœtant.*

¶ Fœtĭfer, *a, um*, fruchtbar; ut, *Fœtifer potu Nilus*, Plin. 7, 3.

¶ Fœtĭficus, *a, um*, idem; ut, *Humor fœtificus*, id. Plin. 9, 51.

¶ Fœtĭfico, *are*, parere, gebähren, hecken, brüten. Plin. 9, 15 & 38. Et de Thynno Solinus c. 22 extr. *In ponto nec alibi pæne fœtificant.*

¶ Confœtus, *a, um*; ut, *Confœta sus*, quæ cum omni fœtu adhibebatur ad sacrificium, Fest.

¶ Confœto, *are*, apud Firmicum.

¶ Confœtūra, *æ*, f. das gebehre, apud eundem.

¶ Defœtus, *a, um*, veraltet, abgenutzt, rectius *Defectus.*

¶ Effœtus, *a, um*, non idoneum amplius fœtui procreando, unfruchtbar, ſo nicht mehr trächtig iſt; Item, kraftlos. Hinc *effœta tellus*, Luc. 2, 1150. Et, *effœtæ in corpore vires*, Virg. Æn. 5, 596, hoc est, enervatæ & exhaustæ, debiles. Cic. de Senect. c. 9 *Libidinosa & intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti.* Comp. *effœtior* est Apuleji extr. Florid. *nec argumentis sit effœtior.*

¶ Effœte, adv. ſchwächlich, apud Mart. 2 ep. 27.

¶ Superfœto, *are*, concepto jam fœtu, sed nondum edito, alium concipere. *Lepores sæpe fœtant*, Plin. 7, 11; & 8, 55; & 10, 63.

FŎLIVM, *i*, n. φύλλον. Folia arborum sunt, herbarum & florum, ein blatt, die blätter. Cic. Att. 8, 15 *Qui ipsi plumæ aut folio facilius moventur*, die man leicht umwenden kan. Iuvenal. 8, 126 *Credite, me vobis folium recitare Sibyllæ.* Hoc est, rem proponere certam & indubitatam. Sibylla enim oracula sua foliis inscribebat, ut ex Virgilio constat. *Οἵπερ φύλλων γενεὴ, τοίηδε καὶ ἀνδρῶν. Cujusmodi foliorum generatio, talis & hominum*, Homer. Iliad. Z. v. 146. Ad quod respexisse videtur Horat. Art. Poët. v. 60 *Ut silvæ foliis pronos mutantur in annos, Prima cadunt; ita verborum vetus interit ætas, &c.* ¶ 2. Κατ' ἐξοχὴν hæc vox de *malabathro* dicitur. Quod interdum & *folium barbaricum* dicitur, ut l. 16 § 7 ff. de Publ. & vectigal. ad quam hoc observat Bynkersh. obs. 4, 5 p. 352. v. infra *Foliatum.* ¶ 3. *Folia nunc cadunt: tum arbores in te cadent*, hoc est, injuriæ leves toleratæ, alias graviores invitant, ex Plauti Men. 2, 3, 24. Et Apul. lib. 1 Met. *Folia sunt artis & nugæ meræ*, i. e. res nullius pretii.

¶ Foliāceus, *a, um*, wie blätter. Plin. 19, 7 *Semina foliacea.*

¶ Foliātus, *a, um*, idem; ut, *Rami foliati*, Pallad. 4, 10 de citreo. Apulej. sub init. lib. 4 Met. *Arbores prolixe foliatæ.*

¶ Foliātum, *i*, n. subst. unguentum fuit mulierum Romanarum, ex foliis malabathri. vid. *Folium* n. 2. Plin. 13, 1. Martial. 11 epigr. 28 *At mea me libram foliati poscat amica.* Vide Barthium ad Claudian. in Eutrop. 1, 226.

¶ Foliatio, *onis*, f. germinatio, tribuitur Colum.

¶ Foliātūra, *æ*, f. ratio & modus foliorum, blätter-art. Vitruv. 2, 9 de cedro: *Arboris ejus sunt similes cupressæ foliaturæ.*

¶ Foliātilis, *e*, blättericht. Fortunat. de vita Martini 4, 535 *Vento motus inest similans foliatilis umbræ.*

¶ Foliōsus, *a, um*, voll blätter; ut, *Chamæcissos* (herba) *ramulis quibusdam foliosa*, Plin. 24, 15. *Arbor foliosior*, Idem 12, 11. Item: *alterum* (herbæ certæ) *genus foliosius*, Id. 25, 13.

Composita:

¶ Assefolium, *i*, n. herba, gras-kraut, Apul. de Herb. c. 77.

¶ Bifolium, *i*, n. herba ophrys, duobus foliis, zweyblat, Plin. 26, 15.

¶ Centifolia, *æ*, f. rosæ genus pleniſſimæ. Plin. 21, 4 *Quam centifoliam vocant, est in Campania Italiæ, Græciæ vero circa Philippos: sed illi non suæ terræ proventu.*

¶ Defolio, *are*, abblattern. Gloſſæ Cyrilli: ἀποφυλλίζω, *defolio.*

¶ Exfolio, *are*, idem. Apic. 4, 2 *Exfoliare rosas.*

Latifo-

Latifolium, vide *Latus, a, um.*

¶ Millefolia, *æ*, f. quo nomine Plin. 25, 5 *Panaces heracleum*, ſua ætate appellatum ſcripſit, cum Aſclepium panaces, rectius fortaſſe, millefoliani dicendum ſenſiſſent: vide *panax* vel *panaces.*

¶ Millefolium, *i*, n. herba, quæ & Myriophyllum, *μυριόφυλλον*, ſchafgarben, tauſendblat, Plin. 14, 16.

¶ Perfoliāta, *æ*, f. herba, durchwachs, Tabernæm. p. 1140.

¶ Quinquefolium, *i*, n. fünffinger-kraut, herba fragifera, a foliorum numero ita dicta, quam Plinius laudat 25, 9 & 13; & Marcellus Empir. c. 12. vide *Pentaphyllon.*

¶ Quinquefolius, *a, um*, adj. fünfblättericht. Plin. 21, 4 *Unum genus roſæ pallidæ, ſpinoſæ, longiſſimis virgis, quinquefoliæ.*

¶ Septifolium, *i*, n. Græci *Heptaphyllon* dicunt, Apul. de Herb. c. 116.

¶ Trifolium, *i*, n. herba notiſſima, aliquot generum, klee. Eſt enim *trifolium pratenſe*, wieſen-klee, eſt *acetoſum*, ſauer-klee, eſt *oduratum*, wohlriechender klee, Plin. 21, 21.

Follicare, folliculus, vide *Follis.*

FOLLIS, *is*, m. ein blaſe-balg. Anacharſis Philoſophi inventum. *Follis fabrilis*, Liv. 38, 7. *Follibus auras accipere reddereque*, Virg. Georg. 4, 171. ¶ 2. Eſt & pilæ genus, ex pelle vento inflata, ein ballen, de quo Mercurialis Artis Gymnaſt. 2, 5; & 5, 4, ubi de utilitate hujus exercitationis habes. Quo illud Martialis pertinet 14 ep. 47 *Folle decet pueros ludere, folle ſenes.* Sic *Feltis pugilatorius*, Plaut. Rud. 3, 4, 16. Pars anterior follis, qua aer exprimitur, *gula* dicitur. ¶ 3. *Crumenam* quoque notat, live facculum, nummorum receptaculum, ein ſack, eine taſche. Iuvenal. 14, 281 *Vt tenſo ſolle reverti inde damnum poſſit*, mit vollem beutel. Id. ſat. 13, 61 *Follis cum aerugine.* Et Plaut. Aul. 2, 4, 23 *Cum it dormitum, follem obſtringit ob gulam.* ¶ 4. Pro ipſa pecunia cœpit accipi, & ad æs, argentum & aurum ſignificandum abiberi: de cujus valore vid. omnino Gron. de P.V. 4, 13 & 16. Vbi illud inprimis oſtendit, *follem* & quiori ætate idem fuiſſe, quod ſeſtertium apud antiquos.

¶ Folliculus, *i*, m. parvus follis, live facculus, ein ſäcklein von leder, ein ja-tauch. Cic de Invent. 2, 50 *Os obvolutum eſt folliculo & præligatum.* ¶ 2. Pila parva, vento inflata, ad corporis exercitationem, ein ball, ballon. Suet. Aug. c. 83 *Exercitationes campeſtres equorum & armorum ſtatim poſt civilia bella omiſit: & ad pilam primum foliculumque tranſiit.* ¶ 3. Eſt pellicula frumenti, ex qua ſpica enaſcitur. Seneca epiſt. 124 *Hoc mendum eſt in herba latente: nec cum folliculo ſe exſerit ſpica noſtra.* Et Quæſt. Nat. 5, 18 *niſi eſſet quod latentem frugem, ruptis velamentis ſuis, quæ folliculos agricolæ vocant, adaperiret?* Adde Plin. 13, 6 de Terebintho. ¶ 4. Sumitur aliquando pro corpore humano, cui rationi Anaxarchus in primis occaſionem dediſſe videtur. Ἀναξάρχου θύλακος enim eſt follis. v. *Anaxarchus.* Arnob. 2 p. 98 *In carunculæ hujus folliculo conſtituti.* Eodem modo Lucilius apud Nonium 2, 327 *Ego quis ſum, & quo folliculo ſum indutus?* Hinc & ſcrotum *folliculus teſticulorum* nonnullis dicitur.

¶ Folliculōſus, *a, um*, folliculis refertus, voll bälge; ut, *Papaver folliculoſum*, Apul. de Herb. c. 53.

¶ Follicularis, *e*, mit leder umgeben; ut, *Vita Follicularis & Folliculare*, pars remi, quæ folliculo tecta eſt, apud Feſtum.

¶ Follico, *are*, aufblähen, wind fangen, pauſchen. Eſt enim inſtar follium vento incluſo tumere & agitare. Hinc

¶ Follicans, *tis.* Tertull. de Pallio c. 3 *Chameleon follicans ruminat: de vento cibus eſt.* Apul. 9 p. 222 *Follicantes nares languidas aſſiduo pulſu tuſſedinis.* Hieronym. ad Euſtoch. ep. 22 c. 14 *Follicantes caligæ* monachorum ſcil. i. e. laxæ & flaccentes, ut contemptores humani cultus videantur.

¶ Folleo, *ēre*, idem quod *Follicare.* Hieron. loco cit. c. 12 *Si pes laxa pelle non folleat.* Salmaſius mavult *Follare.* Nam

¶ Follatus, *a, um*, inflatus, tumens, aufgeblaſen, voll wind; ut, *calcei follati*, Iſidor. 19, 34. *Et vela follata.* v. Salmaſ. de Pallio p. 199.

¶ Folliſim, adv. quaſi a *Follire*, in ganzen ſäcken. Plaut. Epid. 3, 2, 15 *Nihil moror verba & vulgata verba, peratim duellare: at ego folliſim duelliabo.* Erat *follis* diſtorum: *pera* pauperum, unde vere de mendicis dicitur. v. Parei Lex. Crit. p. 495. Alii legunt *Follitim.*

¶ Defollio, *ire*, breſchen, aus den bälgen ſchlagen. Ambroſ. de Viduis Tom. 4 p. 502 *Gementibus aveis, dum cæditur meſſis, frumenta defolliunt.* Sic Græcius notaverat. Alii *defoliunt*, quia Gloſſæ Cyrilli: *Defolio*, de quo in *Folium.*

Fomentum, fomes, vide *Foveo.*

Fondilus, potius Fungulus, vide in *Fungus.*

FONES, Dii ſilvatici in Gloſſ. Iſidori. conf. Mart. Capell. 2 p. 41. Iidem forte qui *Fauni*, niſi plane eſt ex hoc corrupta vox. Al. *Fines* legunt apud Capellam, quod non plane diſplicet Grotio.

FONS, *fontis*, ein brunn, eine quelle. *Fons gelidus*, Virg. ecl. 10, 42, *argenteus*, Ovid. Met. 3, 407. Martial. 9 epigr. 100 *Multum crede mihi, refert, a fonte bibatur, Qui ſitit, an pigro, qua ſi pot unda, lacu.* ¶ 2. *Fons*, metaphora uſitata pro origine & cauſſa, eine urſach und urſprung. Horat. de Arte Poët. v. 309 *Scribendi recte ſapere eſt, & principium & fons.* Sic *fontem & caput Philoſophorum* Socratem dixit Cicero de Orat. 1, 10. Et Homerum *fontem ingeniorum*, Plin. 17, 5. Cic. in Acad. 1, 2 *Hauriunt potius a fontibus, quam rivulos conſectantur.* Id. N. Deor. 2, 19 *Ex eadem fonte hæc omnia fluxerunt*, dieſes hat alles einerley urſprung und urſamm. ¶ 3. *Fons baptiſmi*, der taufſe. In vas baptizandi deferendebant. Vnde Ambroſ. de Sacram. *Veniſti ad fontem, inveniſti ex.* ¶ 4. *Fons* gen. fœm. apud Plaut. Stich. 5, 4, 26 *Tibi propino decuma fonte: tibi tute inde.* Lipſius quidem ita corrigit: *Tibi propino decem: affunde tu tibi inde.* Sed vetus Grammaticus, Ter. Scaurus, obſervavit, *fontem* pro *cratera ſ. urna* eſſe fœminuum. *Decuma fons* itaque, ein groſſer becher, humpe, & *inde* eſt imperativus ab *Indo, ere.* ¶ 5 *Fontes & Montes* miſcent librarii. v. Drakenb. ad Sil. 5, 624.

¶ Fontĭcŭlus, *i*, m. diminut. Plin. 31, 10 *Exilicnte, e medio lacu, dulci fonticulo.* Horat. 1 ſat. 1, 55 *Magno de flumine mallem, quam ex hoc fonticulo ſumere.* ¶ 2. Vlcus cauterio excitatum ad derivandos humores, ein ſpuntanell. Vide Medicos.

¶ Fontāna, *æ*, f. ſubſt. ſprung-brunnen. Innocent. de Caſis p. 233 & 237; it. p. 245 *Aliam fontanam (alias fontanas) hic ſe habet.* Aqua ſubintelligitur. Nam

¶ Fontānus, *a, um*, adj. brunnen-; ut, *Aqua fontana*, Colum. 12, 11 *Ora fontana*, hoc eſt, fontium ſcaturigines, Ovid Faſt. 1, 269.

¶ Fontāneus, *a, um*, idem. Solinus fine c. 50 (al. 37) *Hydros* (gemma) *exſudat, ut clauſam in eo putes fontaneam ſcaturiginem.* Innocent. de Caſ. p. 239 *Fontanea pars.*

¶ Fontanālis, *e*, idem. Vitruv. 8, 3 pr. *aquam* ſive *fontem*, luci cujusdam prope Romam, *fontanalem* dixit.

¶ Fontinālis, *e*, idem; ut, *porta fontinalis Romæ*, apud Feſtum, quæ alio nomine *Capena*, juxta quam fontis delubrum fuit. v. Roſini Antiq. Rom. 4, 14 p. 409. Donat. de Vib Roma 1, 21. ¶ 2. *Fontinalis*, ſubſt. pro deo fontium, apud Plaut. Stich. 5, 4, 17. Alii legunt *Fontalis.*

¶ Fontinālia, *ium*, n. pl. fontium & Nympharum ſacra, quibus coronæ in fontes conjici & putei coronari ſolebant. v. Feſtus, & Varro de L. L. 5, 3.

¶ Fontējus, *i*, m. nomen Romanum. Cicero, cujus oratio mutilata extat *pro M. Fontejo*, plures memorat; ut, *C. Fontejum*, in cad. orat. c. 4; *P. Fontejum*, pro domo c. 13 & 29. De *Fontejo Capitone*, Horat. 1 ſat. 5, 32. De *Fontejo Agrippa*, Tac. Hiſt. 3, 46. ¶ 2. *Fonteja*, virgo Veſtalis. Cic. pro Font. c. 17.

¶ Fontĭcŏla, *æ*, c. qui fontes adorat, apud Cyprianum in vita S. Cæſarii Arel. conf. Cluver. Germ. antiq. 1, 34.

¶ Fontigenæ, *arum*, f. pl. Mutæ, nymphæ. Mart. Capella l. 6 carm. 1 *O ſterna doctarum prudentia fontigenarum.* conf. l. 9 p. 308.

¶ Fontiger, *a, um*, fontes habens; ut, *Numen fontigerum*, pro Neptuno, in ara umdis & aquis dicata Romæ, apud Ferret. Muſ. Lapid. p. 32.

For, Fari, id eſt dicere, vide *Fari.*

FŎRA, pl. n. 2. vaſa, quibus antiqui utebantur in torcularibus, keller-geſäſſe, apud Columell. 12, 18; quod *forata* eſſent, vel quod *ad ferendum* adhiberentur.

Forago, foramen, &c. vide *Foro, are*, Foras, *Foris.*

FORBEA, *æ*, f. cibus, ex Gr. Φορβά, ſpeiſe. Feſtus: *Forbeam antiqui omne genus cibi appellabant, quam Græci ἐπιφορὰν vocabant.*

FORCEPS, *cipis*, f. inſtrumentum fabrorum, dubii generis ſecundum Priſcianum, ſæpius tamen fœmininum, & rectius quidem, uti Voſſius cenſet de Anal. 1, 17, eine zange, ſchmiede-zange. Ovid. Met. 12, 277 *Ferrum, quod forcipe curva Cum faber eduxit.* Virg. 4 Georg. 175 *Verſantque tenaci forcipe ferrum.* Plin. 9, 31 etiam *cancrorum brachia denticulatis forcipibus*, dixit krebs-ſcheeren.

¶ Forcillo, *are*, vermindern, verkleinern. *Tu inventus vero, meam qui forcilles fidem*, Plaut. Pſeud. 2, 2, 36.

FORCTIS, *e*, i. e. fortis, *frugi, bonus, validus*, apud Feſtum.

¶ Forctus, *a, um*, idem apud Feſtum in *Horctus*, a gr. ἑρκτὸς *munitus.* In XII Tabb. *Forctī ſunatique idem jus eſto.*

Forculus, vide *Foriculus*, in *Foris.*

FORDA, *æ*, f. bos prægnans, a *forendo* ſic dicta, eine trächtige kuh. Antique etiam *Horda* dicitur, de qua ſuo loco. Ovid. Faſt. 4, 631 *Forda ferens bos eſt, fœcundaque dicta ferendo.* Servius in Æneid. 2, 140 *Antiquo more boſtia ſi effugiſſet*, EFFVGIA *vocatur: quæ autem ſuppoſita fuerat*, SVCCIDANEA: *Si gravida*, FORTA: *ſi ſterilis*, TAVREA *appellabatur.*

¶ Fordicidia, *orum*, n. pl. v. Varro L. L. 5, 3. Ita nominabantur dies, quibus boves prægnantes immolabantur.

FŌREM, *fōres, fōret*, verbum defectiv. id eſt, eſſem, eſſes, eſſet, ex antiquo *Fuo*, ubi vid. *Fore*, eſſe & futurum eſſe, ſeyn werden. Cic. Att. 6, 3 *Spem habeo, nihil fore aliter, quam deceat.* C. Nep. 6, 3; 5 *Quam vere de eo foret judicatum, oratio indicio fuit*, i. e. eſſet. Et Salluſt. Iug. c. 110 *Nunquam ego ratus ſum fore, ut &c.* Tibull. 2, 7 pr. *credula vitam Spes fecit, & meliores fore, ſemper ait.* Hoc verbum inſervit circumſcribendis participiis e. g. Nepos præf. pr. *Non dubito fore plerosque qui judicent*, i. e. plerosque judicaturos. Cic. Att. 3, 13 *Scripſeras fore, ut aliquid ageretur*, i. e. aliquid agendum. Peculiare eſt, quod ib. 8, 3 occurrit: *Qui tamen ita dicebat, id fore videre, quod factum eſt.*

Compoſita:

¶ Abfŏre, *abfuturum eſſe*, wegſeyn oder fehlen werden. Virg. Æn. 8, 147 *Nihil abfore credunt, quin &c.*

¶ Affŏre, vel Adfore, *affuturum eſſe*, kommen werden. Cic. fam. 9, 26 *Non ſuſpicatus ſum, illum affore.* Cæſ. B. G. 5, 27 *Magnam manum affore bidui.* Virg. Æn. 1, 180 *Vtinam affuret Æneas.*

¶ Conſŏre, i. e. conſieri. *Spero conſore*, ich hoffe, es ſoll richtig werden. Ter. Andr. 1, 1, 140 de nuptiis, ubi plurium conſenſu, & unitis voluntatibus opus eſt.

¶ Defŏre, *defuturum eſſe*, mangeln werden. Cæſ. B. G. 5, 54 *Neque ſibi voluntariorum copias defore.* Silius 9, 248 *Promittique viris nulli ſed defore teſtem.*

¶ Perfŏre, eſt quidem Cic. fam. 3, 5 *Perfore accommodatum tibi*: ſed videtur tmeſis eſſe pro *fore peraccommodatum.* Eadem ratio eſt *tā Perfuit* apud Gellium 2, 18 pr. de quo infra in *Sum.*

¶ Profŏre, i. e. profuturum eſſe, nütze ſeyn werden. Horat. 1 ep. 8, 11 *Quæ nocuere ſequar, fugiam quæ profore credam.*

¶ Superfŏre, übrig ſeyn werden. Scævola I.C.t. lib. 12 D. t. 1 l. 60 § 3 *Nullam actionem poſſe tibi ad recipiendum.*

Forenſis, vide *Forum*, Fores, *Foris.*

FORFEX, *ficis*, f. eine ſcheer, ſchneider-ſcheer. *Forfice amputare*, Colum. 12, 43. ¶ 2. *Forfices*, etiam vox militaris erat in acie inſtructa. v. Gell. 10, 9. Contra hoſtium oppugnatores: Veget. 3, 18. Itaque eadem analogia licebit hodie dicere *forfices* illud genus munitionis, quod *Tenailles* Gallorum voce appellatur.

¶ Forficula, *æ*, f. dimin. Plin. 25, 5 *Incifum forficulis, cribrant.* It. eine zahnbrecher-zange, quæ apud Celſum *forfex* etiam eſt, 7, 12.

FŌRI, *orum*, m. plurale tantum, quamquam & singulare apud Gellium legitur, *in summa puppis foro*, 16, 19. *Fori* tabulata sunt navium, vel spatia, per quæ itur, der gang im schiffe, beyde seiten im schiffe. Cic. de Senect. c. 6 *Cum alii malos scandant, alii per foros ambulent, alii sentinam exhaurient.* conf. Nonius 5, 104; & Tac. Hist. 2, 37, 3. ¶ 2. Livio denique tabulata *fori* sunt, e quibus ludi spectantur, 1, 45 sub f. Sane & Festus FOROS, *spectacula Circensia* interpretatur. Spectacula enim vocat, unde spectatur. Id. Liv. 1, 56 *Tuscos circi* dixit, die stände, schau-bänke. ¶ 3. Item, parvi sulci, die furchen. Colum. 10, 92 *Angustisque foros adversa limite ducens.*

¶ Fōrŭli, *orum*, m. armariola, in quibus reponuntur libri, bücherbretter, repositoria. Suet. Aug. c. 31 *Libros condidit forulis auratis.* Iuvenal. 3, 219 *His libros dabit, & forulos, &c.* ¶ 2. *Forulli*, oppidum Italiæ in Sabinis. Virg. 7 Æn. v. 714 *Casperiamque colunt, forulosque, & flumen Himellæ.* conf. Sil. 8, 417.

FŌRIA, *orum*, n. pl. stercora liquidiora, dünner koth, schund, secundum Nonium 2. 352. inde

¶ Foria, *æ*, suum morbus apud Varr. R. R. 2, 4, 4 Sed vid. etiam *Suria* in *Sus*.

¶ Forĭŏlus, *i*, m. qui facile emittit foria, soluti scilicet ventris, ein hosen-scheisser. Laberius apud Nonium l. c. *Foriolus esse videris, in coleos cacas.*

¶ Forio, *īre*, verbum, quod Scholiastes Iuvenalis 3, 38 interpretatur *ventrem deponere*, scheissen.

¶ Fĕrica, *æ*, f. Iuvenal. 3, 37 *Inde reversi conducunt foricas*, scil. purgandas. Vexatum verbum propter dubiam originem. Qui a *foriis*, i. e. stercoribus, deducunt, bis *Forica* est *latrina publica*, ein cloac, schmutzloch, heimlich gemach. *Latrina* enim de privatis dicitur: quibus autem a *foro* est, *tabernam* interpretantur, foro vicinam. vide Scholiasten Iuvenalis c. l. Pluribus tamen prior a *foriis* deducta significatio placet.

¶ Foricārius, *i*, m. foricarum conductor, qui certo pretio eluit latrinas & loca publica, ein schmutzfeger. Sævolæ ICt. l. 17 § 5 ff. de Vsuris. Hinc *foricularium* vectigal ex foriciis dicitur in antiqua inscript. ap. Murat. p. 573.

¶ Forinæ, *arum*, f. hinc etiam videntur dici, quarum in veteri Inscriptione fit mentio apud Gruter. p. 9, 5 GENIO FORINARVM. Tubos ajunt & canales fuisse, per quos fordes & foria, hoc est, liquidiora stercora ex urbe emittebantur, rinnen, candle, abzüge.

¶ Conforio, *īre*, concacare, beklecken, besudeln. Pomponius apud Nonium l. c. *Conforisti me Diomedes.* Salmasius autem Exerc. Plin. p. 587 ed. nov. *conforasti*, prima forma, apud Nonium legendum censet.

Foricula, forinsecus, vide *Foris*, Forica, forio, ire, *Foria*.

FŌRIS, f. proprie foramen est, ein loch, inde est *Foro, are*. Col. 8, 17 *Foribus exiguis cancelli.* Sed ¶ 2. Frequentius janua, eine thür. Ter. Adelph. 2, 3, 11 *Quidnam foris crepuit.* Et Liv. 6, 24 *Cum lictor foris, ut mos est, virga pepercerit.* Horat. 1 sat. 2, 67 *Exclusus fore.* Apulej. Met. 10 p. 538 *Observata fore.* Sed plurale *Fores, foribus*, usitatius. *Fores aperire*, proverbiale est, illi simile, quod *patefacere fenestram*, Plin. 2, 3 dixit, den weg weisen, den eingang machen. *Aperire fores amicitiæ*, Cic. fam. 13, 10. *Fores effringere.* Cic. pro Cœlio c. 16, die thür aufbrechen. *Foribus pessulum obdere*, Ter. Heaut. 2, 3, 37, verriegeln. *Fores moliri*, i. e. effringere, Tac. Ann. 1, 39, 3. Et Apul. Met. lib. 9 *Certusque frequentatis humanæ fidei, & quod pecunia cuncta fiat difficultates pervia, auroque soleant adamantinæ etiam perfringi fores, &c.* Differentiam inter *januam* & *fores*, Macrobius 6, 8 ex Cæcilio Gallo his verbis dat: *Vitruvium dicit (Gallus) ostia non in ipsis ædibus, neque ædium partem, sed locum extra januam domus extremam, per quem de via aditus accessusque ad fores ædium sit.* *Fores* templorum historiis ornatas, vid Drakenb. ad Sil. 3, 32, quæ *argumenta* dicebantur. Cic. Verr. 4, 56.

¶ Foricula, *æ*, f. dimin. Varro de R. R. 1, 59 *Oporthecæ fenestras habeant, neque tamen sine foriculis, ne pertinaci vento victa fiant.*

¶ Foricŭlus, vel Forcŭlus, *i*, m. ostiorum deus apud Romanos. v. Tertull. de Idolol. c. 15; & de Cor. Mil. c. 13. Augustin. de C. D. 4, 8.

¶ Foriculatus, *a, um*, vestis epitheton esse vult Falsterus apud Plin. 8, 48, ubi ita Harduinus, *Undulata vestis prima e laudatissimis fuit; inde foroviculata defluxit: Soriculata* esse in editis ait, nihil vel ipse vel Falsterus explicant. vide Turneb. Advers. L. 24, c. 9.

¶ Foris, in loco vel de loco adverbialiter significat, draussen, auswerts. *Foris sunt*, Ter. Eun. 5, 4, 12. Et, *foris cœnare*, Plaut. Stich. 1, 3, 36, zu gaste seyn. *Foris sapere*, bey andern leuten klug seyn. Ter. Heaut. 5, 1, 50. *Foris aliquid effutire*, ausschwatzen, Id. Phorm. 5, 1, 19. Interdum de rebus, quæ ex aliquo loco ad nos perferuntur, usurpatur. Cic. Part. Orat. 14 *Nec eo dicuntur sine arte, quod ita sunt, sed quod ea non parit oratoris ars, sed foris ad se delata, tamen arte tractat.* v. Menck. Obs. L. L. h. v. ¶ 2. *A foris*, i. e. foris, ἔξωθεν. Plin. 17, 24 *In ulcus penetrat omnis a foris injuria.* Aggenus Vrbicus de agrorum limitibus p. 69 *Notæ enim in propriis arborum a foris* (ita enim melius legitur, quam *a foras*) *ponuntur, ut arbores liberas in parte a nota relinquant.* Alius incertus auctor de Limitibus p. 322 *Ager si fuerit lunatus habens a foris perticas LX. &c.* vide supra in A & AB n. 7. ¶ 3. *De foris*, in Vet. Lapide legitur. ¶ 4. *E foris*, esse dicitur apud Plin. 17, 23.

¶ Forinsecus, auserhalb, äusserlich. Plin. 13, 22 *Lignum omne corticis loco habent, hoc est, forinsecus.* Pallad. 1, 27 *Oculos forinsecus cluvare.* Apul. 4 p. 147 *Per fenestram forinsecus rapienda dispergere.* Id. lib. 9 p. 233 *Forinsecus attrahentes.*

¶ Fŏras, adv. ad locum, heraus, hinaus. Ter. Eun. 4, 41 *Exi foras, scelestæ.* Ovid. de A. A. 2, 280 *Si nihil attuleris, ibis Homere foras. Proferre foras aliquid*, offenbaren, ausagen. Cic. pro Cæl. c. 23. *Venit ad vos Cicero tuus ad cœnam, cum Pomponia foras cœnaret.* Cic. ad Q. Fr. 3, 1, ubi de eo, quod est in loco, usurpatur. v. Menck. Obs. L. L. ex Petr. Vict. Var. Lect. 15, 5. *Dari foras scripta*, Id. Att. 13, 22 pr. Sen. ep. 12 pr. De mancipio vetulo ac decrepito, merito ad ostium admotus est; *Foras enim spectat*, i. e. mox efferendus erit.

¶ Bifŏris, *e*, januam duplicem habens, das zwey thüren hat. Ovid. Ponto 3, 3, 5 *Nox erat, & bifores intrabat Luna fenestras.* Virg. Æn. 9, 618 *Biforem dat tibia cantum*, q. d. binis foribus erumpentem. Hoc est, bisonum, imparem, ut Servius interpretatur, quem ibi videas.

¶ Bifŭrus, *a, um*, idem quod *Biforis*, Vitruv. 4, 6 *Forium ornamenta non sunt cerostrota, neque bifora, sed valvata.* v. Salmas. in Solin. p. 661.

¶ Defŏris, adv. auswerts, äusserlich. Vulg. Interpr. Gen. 7, 16 *Inclusit eum Dominus deforis.* Id. Matth. 23, 25 *Qui mundatis quod deforis est &c.* Plin. Valer. 1, 31 *Leporis, ubi tumor est, appunere.* Multiforis & Multifŏrus, vide *Multus*.

¶ Quadrifŏris, *e*, quatuor foribus, mit vier thüren. Id. Vitruv. d. l. habet: *Adficiatur*, inquit, *amplius foris latitudo, si quadrifloris futura est.* Et Plin. 11, 21 *Crabrones nidos faciunt fere quadrifores.*

¶ Septifŏris, *e*, septem foramina habens, mit sieben thüren. Alcimus Avitus, 1, 83 de hominis creatione: *Septiforem vultum rationis sensibus aptans.* Sidon. 2 epist. 12 *Adjungas fistulæ septiforis armentalem Camœnam.*

FORMA, *æ*, f. die form, gestalt, art. Ex μορφὴ, κατὰ μετάθεσιν, *naturalis nota cujusque*, ut Cic. ait de Orat. 3, 29. *Homini, cum de Deo cogitat, forma occurrit humana*, Id. N. D. 1, 27. *Forma egregia*, hübsche gestalt. *Forma honesta & liberalis*, Ter. Andr. 1, 1, 45 & 69. *Luculenta*, Id. Heaut. 3, 2, 12. Ovid. A. A. 1, 509. *Forma viros neglecta decet.* Et, *Forma imperatoria*, i. e. imperatore digna, Nepos 11, 3, 1, *quæ veluti longe lateque ostendat imperatorem*, ut de Trajano Plin. Paneg. 4 ait. *Eximia forma puer*, Cic. Tusc. 5, 21. *Forma fucata*, vel potius *fucata formam* Cleopatra, Lucan. 10, 137. ¶ 2. Speciatim formam bonam, s. pulchritudinem notat, schönheit. *Forma bonum fragile est, &c.* Ovid. de Art. 2, 113 *Res est forma fugax*, Sen. Hippolyto v. 771. Et Ovid. epist. Sapphus 15, 31. *Si mihi difficilis formam natura negavit, Ingenio formæ damna rependo meæ.* ¶ 3. Pro puellis passim *formas* dicunt poetæ, nimirum ut Galli *beautez*. vid. Burm. ad Quintil. decl. 15, 2 p. 307. & quæ notamus ad *Figura*. Huc pertinet Ter. Eun. 2, 3, 6. *Tædet quotidianarum formarum.* ¶ 4. *Forma* quamlibet similitudinem notat & statum, die weise, die beschaffenheit; e. g. *Forma communium temporum & totius reip.* Cic. fam. 3, 11. Liv. 3, 33 pr. *Mutatur iterum forma civitatis, Decemviris constitutis.* Sic fentu militari: *In formam justi exercitus*, Vellej. 2, 61, 2. ¶ 5. Periphrasibus poëticis inservit. Virg. Æn. 7, 18 *Vise formæ magnorum ululare luporum.* v. Drakenb. ad Sil. 15, 86. Prudent. H. 9, 92 *Forma mortali* i. e. natura humana, vel genus humanum. Ita Prop. 4, 2, 61 de statuario, *formæ cælator ahenæ.* Conf. 3, 7, 13 *Argumenta magis sunt Mentoris additæ formæ.* Cic. in Orat. 2 *Artifex cum faceret Iovis formam aut Minervæ.* ¶ 6. Est & Philosophorum vox. Nam quas ἰδέας Græci vocant, Cicero in Topicis *Formas* appellat. ¶ 7. *Forma* etiam Architectorum vocabulum est, quo designatur ratio sive dispositio, qua vel exstructum ædificium; vel exstruendum in charta describitum est, ein modell, muster, entwurf. Ausonius Mosella v. 298 *Quis potis, innumeros cultus habitusque locorum Pandere, tectonicas per singula prædia formas? Formas*, i. e. rationes, ad quas ædificia prædiorum exstructa sunt. Alias *formæ* sunt declinationes & descriptiones ædificiorum, antequam excitantur, in charta factæ, abrisse. Architecti *Ichnographias* vocant. v. Plutarch. in Marcello p. 313. E. διαγράμματα. Ipsi & Σκιαμφέις dixerunt, de quo infra suo loco. Cic. fam. 2, 8 *Ex tuis literis, cum formam Reip. viderim, quale ædificium futurum sit, scire possim.* Inde *formare & deformare*: quod *formam scribere* Plinius dixit, entwerffen, de quo paullo post. v. Buchnerum ad Plin. 9 epist. 39 n. 5 ¶ 8. Sed & aliarum rerum exempla, ad quæ alia conformantur, *formæ* dicuntur, der artiff. Ita Vellej. 1, 16, 1; & 2, 66, 3 modum scripturæ *formam proposiii operis* vocat. conf. 2, 49, 1 & 2, 56, 3 Ita Horatius illos pedes ligneos, quibus tutores in concinnandis calceis uti solent, (nos leisten vocamus,) *formas* appellat, 2 sat. 3, 106. Ulpian. L. 5 § 3 ad Legem Aquil. *forma calcei cervicem percussit.* Et L. 13 Locati conducti, *Si sutor*, inquit, *puero parum bene facienti, forma calcei tam vehementer cervicem percusserit, ut oculus effundatur, esse ex locato actionem.* ¶ 9. *Formæ* etiam dicuntur Constitutiones ac Rescripta Principum: Vnde *Formatæ & Formales Epistolæ* appellatæ, das formular. vide supra in *Epistola*. ¶ 10. *Forma* etiam monetarium vocabulum est, der schlag, das gepräge. Ibi enim *forma* dicitur, tum signaculum archetypum, (Græci τύπον appellant, der stempel,) tum ipse *nummus*. Quemadmodum *formas quinarias, denarias*, Lampridius, pro nummis quinariis, denariis, id est, quinos denosque aureos valentibus dixit. v. Salmasium ad Alexandrum Lampridii: & Trebell. Pollionem in XXX Tyrannis, in Victoria. Eleganti tralatione Seneca epist. 34 extr. *Omnia facta dictaque tua inter se congruant & respondeant sibi, & una forma percussa sint.* ¶ 11. *Formæ* etiam vocantur structiles rivorum canales, quibus aqua ducitur, rinnen, holziegel, quo sensu *aquas formarum* dixit Cassiod. var. 3 ep. 31 & 53. *Roma formarum inundatione ditissima.* v. Fabrett. de aquæ duct. p. 20, ubi inscriptio Antonini Pii licet spuria. v. *Formaceus*.

¶ Formula, *æ*, f. forma, secundum quam aliquid fit, ein muster, formular. Liv. 4, 8 *Formula censendi*, die matricul. *Formula dicendi*, Cic. de opt. gen. Orat. c. 5, die art zu reden. *Formula fiduciæ, ut inter bonos bene agier oportet*, hoc est, verba solennia, Cic. fam. 7, 12. *Ex formula præceptoris sui vivere*, i. e. secundum normam & exemplum ejus, nach seiner fürschrift, Sen. ep. 6. ¶ 2. Proprie Iuris vocabulum est. *Formulas* enim ICti vocabant propositiones quasdam, certis ac solennibus verbis conceptas, ne quis in instituenda actione vel petitione aliqua aberraret, quas sequi omnes tenebantur, der proceß, gerichts-ordnung. Vnde *Formularii* dicti, qui in illis versabantur, qui alias *Legulei* appellati. Cic. pro Roscio Com. c. 8 *Sunt jura, sunt formulæ de omnibus rebus constitutæ, ne quis aut in genere injuriæ, aut ratione actionis errare possit. Expressa sunt enim ex uniuscujusque damno, dolore,*

lore, incommodo, calamitate, injuria, publicæ a Prætore formulæ, ad quas privata lis commodatur. Vnde, *jub formula judicare,* Senecæ dicitur, qui formularum cancellis districtus est, liberumque arbitrium non habet. Cic. Offic. 3, 5 *Formula quædam constituenda est, quam si sequamur, ab officio numquam recedemus.* Horat. 2 fat. 3, 45 *Hæc populos, hæc magnos formula Reges, Excepto sapiente, tenet* Agit de paradoxo Stoicorum, *omnes stultos insanire.* ¶ 3. Et quoniam ad certas formulas institui actiones solerent, idcirco ipsæ actiones *formulæ* dictæ non modo ICtis passim; verum & aliis auctoribus. Sic, *injuriarum formulam alicui intendere,* Suet. dixit Vitell. c. 7. *Formula excidere,* (quod *caussa cadere* Iustiniano est,) idem dixit Claudio c. 14. Et Seneca epist. 48 *Q id enim aliud agitis, cum cum, quem interrogatis, scientes in fraudem inducitis, quam ut formula cecidisse videatur.* Id. de Clementia 2, 3 *Plures proponere est verius: ne una definitio parum rem comprehendat; &, ut ita dicam, formulæ excidat,* daß man nicht die sache verliere. ¶ 4. De hæredibus & pactis gentium sæpe hac voce utitur Livius, ut 26, 24, 32, 33 38, 9. 44, 16. Quicquid denique certis & præscriptis solemnibusque verbis effertur, *formula* dicitur. Vide aureum hac. Brissonii opus de formulis & verbis solennibus Po. Ro. libris VIII.

¶ Formularius, *i,* m. qui formulas tractat, & caussis agit, ein advocat. *Formularum cantorem* scitive Cic. vocat de Orat. 1, 58, *Ita tibi ICtus,* inquit, *ipse nihil nisi formularium cantus & acutus, præco actionum, cantor formularium, ut ait Syllarium.* Quintil. 12, 3 extr. *Multos cognovimus, qui tedio laboris, quam force recusantibus ad eloquentiam necesse est, contigerint ad hæc diversissima studia: quorum alii se ad album & rationes transtulerunt, & foro utiles, sed uti Cicero ait,* leguleji, *quidam esse malunt:* SE AD ALBVM ET RATIONES TRANSFERRE est Iudicia nescire dare. Prætoris enim *Album* intelligit, hoc est, dealbatam tabulam, in quam Prætores edicta sua & actiones in edictaque referebant; per *Rationes* Leges & ICtorum Responsa Placitaque.

¶ Formiceus, *a, um,* ex ant. lernern. Plin. 35, 14 f. 48 *In Africa Hispaniaque ex terra parietes appellant formaceos, quoniam in forma, circumdatis utrinque tabulis inferciuntur veribus quam instruuntur, anis durant, omnique cemento præstant.* Male igitur quidam hic legunt *Formaceos.* v. Ilid. 15, 9. Plinii prope verba repetit. v. Gesn. ad Col. 9, 4, 7.

¶ Formella, *æ,* f. diminut. aliud. Apicius 9, 11 *In formella piscem formabis:* in culinario instrumento vas ad formam pisces vel alius rei effigiatum.

¶ Formālis, *e,* ut, *formalem dictare epistolam,* Suet. Domit. c. 13. nimirum, qua publice aliquid ediceba tur, ut ex ejus filio & forma plures scriberentur, *Formales* etiam *epistolæ* sunt, quas vocamus, ein umlauf, circular-schreiben. v. *Forma* n. 9.

¶ Formaliter, adv. & sic

¶ Formalitas, *ātis,* f. ICtis & Philosophis usitatæ voces, quæ formam & essentiam rei indicant.

¶ Formābilis, *e,* idem ac *Formalis.* Prudent. Apoth. v. 1034 *Solus homo emeruit Domini formabile dextra Os capere &c.* Comparativus *formabilior,* apud Augustin. de Trinit. 11, 2 legitur: *Quam teneriora,* inquit, *atque, ut ita dixerim, formabiliora sunt primordia feminum.*

¶ Formus, *a, um,* warm. *Formum* antiqui dixerunt calidum; unde & *Formosus,* teste Festo & Isidoro 20, 13. *Formis calamistris vibrare cæsariem,* Arnob. lib. 2 p. 72. v. ibi notas Canteri p. 12, & Schotti Observ. 10, 13: & *Formucalis* ex Festo.

¶ Formaster occurrit ap. Festum in obstrudant, ex Titinnio *Aut hic latestier aut formaster frigidus.* Videtur aut formæ affectatorem notare, aut qui se *formum* h. e. calidum simulet, quod posterius adjectum *frigidus* suadere videtur.

¶ Formiter, adv. förmlich; ut, *Iurare formiter,* i. e. additis & expressis caussis; cui opponitur *informiter.* vide ICtos.

¶ Formōsus, *a, um,* wohlgestalt, schön. Apul. Apol. *Virgo formosa, etsi opulenta pauper, tamen abunde dotata est.* Sed Ov. Am. 3, 4, 41 *Quo tibi formosam, si non nisi casta placebat? Non possunt ullis ista carere malis.* Virg. ecl. 2, 1 & 17 *Formosus puer.* Ovid. Met. 13, 798 *Rigno formosior anno.* Virg. ecl. 3, 57 *Formosissimus annus,* i. e. ver florens. *Formosissimus ætatis suæ Alcibiades,* C. Nep. 7, 1, 2. Vnde etiam ejus vultus paradigma proverbiale formæ speciosissimæ. v. Barth. Adversar. 52, 5.

¶ Formosŭlus, *a, um,* diminut. etwas schön. *Habet quiddam ἑλληνικὸν provincialis formosula uxor,* Varro apud Non. 1, 109. Hieronym. epist. 47 de vitando suspecto contubernio c. 4 pro Amasio posuit: *Iste formosulus tuus, quia cito senescunt mulieres, vel ditiorem reperiet, vel juniorem.*

¶ Formōse, adv. zierlich. Apul. 5 Met. p. 68 ed. Elmenh. *Videt Cupidinem, formosum deum, formose cubantem.* Et lib. 6 p. 183 *Venus pacti mensæ jocoseri gressu formose saltavit:* quod Nepos præf. dixit *commode saltare.* Compar. Prop. 1, 2, 11 *Surgere formosius.* Superl. Augustin. Confess. 1, 7 ad Deum: *formosissime qui formas omnia.*

¶ Formōsĭtas, *atis,* f. die schönheit; quo nomine usus est Cic. Off. 1, 35 *Id positum est in formositate.*

¶ Formo, *avi, atum, are,* formare, figurare, machen, stellen, arten, bilden, ausarbeiten. *Formare ingenium,* Cic. pro Sextio c. 8. Et, *Corpora ad rectum obtorum flexus formare,* nisi *tenera, non possunt,* Quintil. 1, 1. *Exercitatione & stylo formanda nobis oratio est,* Cic. de Orat. 3, 49. Et, *Teneræ mentes formandæ studiis,* Horat. 2 od. 25, 53. *Formare claustra,* eine pforte anrichten. Virg. Æn. 7, 80. Nemes. Cyn. 130 *Cum fortuna formavit lampade Phœbi,* h. e formam recuperavit, periodum suam absolvit. ¶ 2. Hinc describere, delineare ἀναγράφειν, entwerfen; ut architectores opera, quæ exstructuri sunt, in charta arte depingere & exhibere solent. v. Buchner ad Plin. 9 ep. 39 n. 5. ¶ 3. Vtuntur hoc verbum etiam de nummis, v. Salmasium ad Hist. Aug. p. 218 & 221. ¶ 4. Vrimur hoc verbo de iis, qui fingunt aliquid & simulant. Cic. de Orat. 3, 4 *Verba sicut mollissimam ceram ad nostrum arbitrium formamus & fingimus.* Horat. Art. poet. v. 125 *Si quid inexpertum scenæ committis, & audes Personam formare novam.*

¶ Formātus, *a, um,* gestaltet, gebildet, abgerichtet. Colum. 6, 25 *Herba formata in offam.* Quintil. 7, 4 *Ad morem Dialecticorum formata conclusio.* Ovid. Met. 3, 419 *Signum formatum e Pario marmore.* Ovid. Fast. 1, 152 in deteriore versu: *In modo formatis operitur vitibus arbor. Formatum libellum* Plin. 7 epist. 12 vocat scriptum conditumque. *Formatum sermonem* Suet. Ner. c. 47 dixit. Apud eundem Claud. c. 37 *Magistra in admirationem formata* dicitur, quæ ita se finxit concinnavitque, quasi admirationis plena esset.

¶ Formatio, *ōnis,* f. die formirung, bildung, mittel, wie sachen componirt *Conformatio, Deformatio, &c.* Sed & Vitruv. præf. lib. 2 *Formationem puto prædicandam* cont Eundem 3, 1, & 5, 1; Seneca epist. 117; Minut. Fel p. 124; & Mart. Capell. 2 p. 55; & 9 p. 312.

¶ Formātor, *ōris,* m. qui format. Colum. præfem. lib. 1 *Animi sibi quisque formatorem præceptoremque virtutis e cœtu sapientum arcessat.* Plin 8 ep. 23 *Formator morum.* Seneca ad Helv. c. 8 *Quisquis formator universi fuit:* id est, creator, der schöpfer.

¶ Formātrix, *icis,* f. Tertull. de Monogamia c. 1 *Regina tantæ civitati formatrix,* i. e. it, Dido conditrix Carthaginis. Claud. Mamertus de Statu Animæ 1, 26 *Formatrix ejus ipse, non formatur. Recedat ab his, quæ intra se sunt, minus informata, quam ut ei accedat formatrici formæ, quo possit esse formosior.*

¶ Formātūra, *æ,* f. die formirung. Lucret. 4, 552 *Formatura laborum,* hoc est, laborum numus in loquendo Et v. 557 *Servat formaturam.* Arnob. lib. 2 p. 59 *Res formaturæ varias.*

¶ Formāmentum, *i,* n. die form, die bildung. Lucret. 2, 17 *Omnia principiorum Inanimamenta queant in quovis esse nitore.* Et Arnob. 3 p. 109 *Firmamenta divina*

¶ Formācēlis, *e,* adj. ut, *Formaceles forcipes,* ita dictæ, quod *forma* capiant, id est, *ferventia.* Festus.

¶ Formipotens, adj. Propertio 2, 4, 28 tribuitur. Sed optime Broukh. *Cynthia forma potens, Cynthia forma levis.*

I. Composita cum præposit.

¶ Conformis, *e,* quod aeuales formam exprimit, gleichförmig, ähnlich. Onomast Ver. *Conformis, corpus &c.* Habet etiam Vulgatus Interpres Rom. 8, 29 *Conformes imaginis Filii Dei;* Græce *σύμμορφους.* Et Sidon. 4 epist. 12 *Naufragioso pelago conformis motus animorum.*

¶ Conformālis, *e,* idem. Tertull. de Resurr. carn. c. 47 *Corpus nostræ humilitatis conforme corpori gloriæ,* conf. Id. adv. Marc. 5, 20.

¶ Conformo, *avi, atum, are,* eine gestalt geben Proprie Colum. 8, 5 *Dicunt, quibus animantur ova, & in faciem volucrum conformantur,* da sie eine gestalt bekommen. Cic. pro Archia c. 6 extr. *Quos* (imagines clarorum virorum) *ego mihi semper in administrando reipub. proponens, animum & mentem meam ipsa contuitione hominum excellentium conformabam.* Et fam. 1, 8 *Me conformo ad tuam voluntatem,* ich richte mich nach seinem willen. Et de Div. 2, 12 *Conformari quodammodo numini Deorum. Conformare mores,* Id. de Fin. 4, 2, in gehörige form und ordnung bringen.

¶ Conformātus, *a, um,* geformt, gebildet. Cic. de N. D. 3, 12 *Mundum a natura conformatum puto.* Et pro Arch. c. 1 *Hoc nunc hujus hortatu præceptisque conformata nonnullis aliquando saluti fuit.*

¶ Conformātio, *ōnis,* f. imago, figura, compositio, die gestalt, eine richtung. Cic. N. D. 1, 18 *Quæ est appetitio conformationum, quæ conformatio lineamentorum pulcherior?* Id. de Orat. 1, 25 *Conformatio quædam & figura totius oris & corporis.* Et mox c. 33 *Collocatio conformatioque verborum perficitur in scribendo.* Priscianus etiam hæc duo schemata *προσωποποιΐαν & εἰκονολογίαν, conformationem* vocat, de quibus vide locos de *Schematibus.* Vitruv. 5, 6 *Ipsius autem theatri conformatio sic est facienda.*

¶ Conformator, *ōris,* m. qui conformat. Apul. in Trismegisto p. 80 *Dominus & omnium conformator, quem recte Deum dicimus.*

¶ Deformis, *e,* turpis, fœdus, de corpore pariter ac moribus. vid. Burm. ad Quintil. de l. 25; p. 460 un gestalt, heßlich. Horat. epod. 13, 18 *Deformis ægritudo.* Iustin. 7, 3, 1 *Deformis militiæ damnis.* Mart. 4 ep. 79 *Deformius, Afer, Omnino nihil est ardelione scne. Vitiam deforme,* Id. 11 epigr. 74. Et, *senium deforme,* Sen. Hippol. v. 823. Sil. 1, 106. *Deformis leti* est ob letum, vel leto. v. Drakenb. Magister nequitiæ am. 3, 14, 6 *Solaque deformem culpa professa facit.* Præclare Plin. 8 epist. 24 *Multo deformius amittere, quam non assequi laudem* Superl. *Deformissima femina,* Gell. 5, 11.

¶ Deformiter, adv. unförmlich. Quintil. 8, 3 p. 590 *Sive junctura deformiter sonat.* Val. Max. 8, 1, 6 *Abjicere se tam suppliciter & attollere tam deformiter cogebatur.*

¶ Deformĭtas, *ātis,* f. die unförmlichkeit, übele gestalt, heßlichkeit, contrarium est *dignitati,* das wohl anstehet. *Deformitas & vitium corporis,* Cic. Orat. 2, 59. *Deformitas animi,* Id. de Leg. 1, 19. Et, *Deformitas fugæ negligentiæque,* Attic. 9, 10. *Hæc res nonnullam afferebat deformitatem,* es gab einigen übelstand, Nepos 17, 8, 1.

¶ Deformōsus, *a, um,* garstig, unansehnlich. Sidon. 3 epist. 3 *Consilio deformosiore aliquid occulere.*

¶ Deformus, *a, um,* idem quod *deformis,* sive etiam *calidus.* v. Festum in *Forma,* & Stewech. ad Arnob. p. 78.

¶ Deformo, *are,* fördare, cunpare, contrarium verbo *ornare,* verstellen, unförmlich machen. Cic de Aruip. resp. c. 24 *Ipse conciet, in qua Pompejum ornat, an potius deformat?* Id. pro Cæl. c. 2 *Accusatores deformandi hujus caussa dixerunt.* Ovid. de Arte 517 *Nec male deformat rigidos tenuissima capillos.* Et *Verbum deformat macies,* Virg. 4 Georg. v. 254. ¶ 2. Apud Vitruvium reponi pro *delineare* potuit, ἐκτύπωσιν absbattiren; ut, *Architectus quamdiu peritus sit, ut deformare possit lineis imitationem, quam velit, ædificiorum, &c.* vid. 1, 1 &c. Seneca de Benef. 7, 1 *Vitam, quem deformamus, &c.* Vbi Muretus *deformare* ὑποτυποῦν exponit Et Cic. pro Cæcin c. 5 *Quæ igitur ille, quem fraudem deformavit,* id est, deseripsit, depinxit. P. Rutilius Lupus lib. 2 de Protopopœia: *Tamquam vivorum & præsentium*

fectum actionem & formoxem deformamus, i. e. depingimus, repræsentamus in imagine. Id. in Characterismo *Sic Orator hoc schemate aut vitio, aut virtutes communi, de quibus loquitur, deformat.* Veget. de re mil. 2, 9 *Legionem sibi creditam deformabat.* Sic veteres editi. v. *formavit.*

¶ Deformatus, *a, um,* pollutus, ſine forma, ungeſtalt, beſchimpft, übel zugerichtet, geſchändet. Cic. Attic. 11, 20 *Hunc omnibus a me pictum & politum artis coloribus, subito deformatum non sine magno dolore vidi.* Sen. Conſol. ad Helv. c. 9 *Idem Brutus ait, C. Cæsarem Mitylenas prævectum, quia non sustineret videre deformatum virum.*

DEFORMATVM, id eſt, dehoneſtatum, ſi ita loqui liceret: dedecore quaſi affectum, qui ex ſumma auctoritate ac dignitate eo dejectus ſit, ubi tamquam privatus obſcuram atque ignobilem vitam veluti exul vivere neceſſe habeat. Flor. 2, 2, 25 *Crucis supplicio deformata majestas.* Suet. Calig. c. 27 *Multos honesti ordinis deformatos prius stigmatum notis ad metalla damnavit.* Superl. *Deformatissima & spectatissima vita.* Gell. 14, 2. ¶ 2. *Deformatus*, formatus quidem, ſed nondum elaboratus atque perfectus, abgezeichnet, entworfen. Sic, *membrorum prima mana deformata* Quintiliano dixit 5, 6. Idem præf. lib. 6 *deformatos fœtus*, qui formam pomi habeat, non magnitudinem & maturitatem. Nam filii obitum deplorans: *Non flosculus*, inquit, *sicut prior, sed jam decimum ætatis ingressus annum, certos atque deformatos fructus ostendebat.* Similiter Sulpicius Severus dixit 1 Hiſt. Sacræ, ubi edicta Domini Moſi data exponit: *Si quis partum jam deformatum mulieri excussit, neci dabitur.* Ita enim legendum eſt, aut addenda quædam ex c. 21 Exod. v. 22 (ubi & Veteres Interpres *deformeti* voce uſus eſt,) ut quæ hic deſunt, ſupplentur. ¶ 3. *Deformatus*, deſcriptus, delineatus, tralate ab ædificiorum deſcriptione, beſchrieben. Ita Plaut. Pſeud. 2, 3, 11 *Cuncta in ordine animo ut volverani, certa, deformata habebam.*

¶ Deformatio, *ōnis*, f. deſcriptio, die entwerfung. Vet. Gloſſ. *ὑποτύπωσις, Dispositio, Deformatio.* Vitruv. præf. lib. 3 *Venti qui sint, & a quibus regionibus singuli spirent, & formationibus gnomonicis ostendi.* Ita vocat deſignationes ſeu deſcriptiones, quæ per lineas ſunt. ¶ 2 Item, die verſtellung, verunehrung. Liv. 9, 5 *A deformatione majestatis, velut ab nefando spectaculo avertere oculos.* Per dictorem enim paludamenta detracta ducibus erant propter Caudinum fœdus.

¶ Efformo, *are*, pro effingere, exprimere, damnat Voſſ. de Vit. L. L. 4, p. 708, & Cellar. Antibarb. p. 31.

¶ Informis, *e*, quod forma caret, unförmlich, ohne geſtalt. Plin. ſcripſit 8, 36 *Visas parere informem carnem, quam lambendo paullatim figurent.* vide *Visus.* Sic, *Informis limus*, Virg. Æn. 6, 416. Et, *Informes hiemes*, Horat. 2 oda 10, 15.

¶ Informiter, adv. idem. Auguſtin. Confeſſ. 12, 29 *Informiter sonat.*

¶ Informitas, *ātis*, f. die unförmlichkeit. Solinus procemio: *Scabræ informitatis proditio.* Vſus ſæpe Auguſtinus, ut, de Gen. ad liter. 1, 13 *Informitas materiæ.* Et Confeſſ. 12, 12 *Quibus verbis insinuatur informitas.*

¶ Informo, *are*, idem quod formare, ſeu deformare, hoc eſt, formam elaborandi operis inſtituere, &, ut ſic dicam, adumbrare opus, entwerfen, zurichten. Neque enim abſolutam perfectionem hoc verbum exprimit. Virg. Æn. 8, 426 *His informatum manibus, jam parte polita, Fulmen erat, toto genitor quæ plurima cælo Deiicit in terras) pars imperfecta manebat.* Et paullo poſt: *Ingentem clypeum informant.* Fabrile igitur verbum eſt: ſed quod ad animum etiam, perinde ut verbum *fingere*, transfertur, Cic. Ac. 4, 16 *Inania visa sive cogitatione informantur, sive in quiete, sive per vinum, sive per insaniam*, i. e. oriuntur, formam accipiunt. Ita de N. D. 1, 15 *Stoicorum deos ne conjectura quidem informari a nobis posse.* Velleius dicit, man könne ſich gar keinen begriff davon machen. *Artibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet*, h. e. tingi, inſtitui, Cic. pro Arch. c. 3. Quintil. procem. *Vnus liber accedet, in quo nobis orator ipse informandus est*, i. e. deſcribendus, & forma ejus proponenda. Cic. pro Quint. 10, 1 *Ab illo, qui ante dixit, informata jam causa est*, h. e. quid quæratur, & quibus argumentis cauſſa contineatur, oſtenſum.

¶ Inſtitutus, *a, um*, inſtructus, zugerichtet. Cic. Off. 1, 4 *Nomini parere animus bene a natura informatus vult, nisi præcipienti &c.* ¶ 2. Eſt & animo præſumptus, eingeprägt, eingebildet; ut, *Cogitatio informata*, Cic. Att. 1, 1. v. ibi Caſaubonum. *Ita est informatum anticipatumque mentibus nostris*, Id. N. D. 1, 27. ¶ 3. Cic. Att. 11, 6 pr. *Vt non nominatim, sed generatim effict præscriptio informata*, eingerichtet.

¶ Informatio, *onis*, f. die formirung, bildung. Cic. N. Deor. 1, 36 *Habeo in animo insitam informationem Dei: & barbati quidem Iovis, galeatæ Minervæ.* Ibid. c. 17 *Nobis natura informationem Deorum dedit.* Ibid. c. 16 προλήψις, Epicuri eſt *antecepta quædam animo informatio, sine qua nec intelligi quidquam, nec quæri, neque disputari potest.*

¶ Informator, *ōris*, m. qui informat, inſtituit, der einrichtet. Tertull. adv. Marc. 4, 22 *Alter* (Moſes) *populi informator aliquando: alter* (Elias) *reformator quandoque.* Occurrit etiam in Digeſt.

¶ Informatrix, *icis*, f. ICt. in Cod.

¶ Informābilis, *e*, qui creari & formari nequit. Tertull. adv. Praxean c. 27 *Deum immutabilem & informabilem credi necesse est.*

¶ Informus, *a, um*, idem atque *informis*, ſive *valde calidus*, legi vult Iunius apud Tertullianum de Pallio c. 2 ex MSS. & Stewech. apud Arnobium in notis p. 78.

¶ Performo, *are*, zurichten. Tert. Apol c. 1 *Admalum performantur.*

¶ Performatus, *a, um*, geformt, zugerichtet; ut *Performata materia*, Quintil Declam. 62, 7.

¶ Præformo, *are*, antea inſtruere, præparare, abrichten. Silius 7, 385 *Ut quibus præformat dictis fingitque movendo.*

¶ Præformatus, *a, um*, vorgeſchrieben, vorgemahlt. *Incipientibus danda erit velut præformata materia*, id eſt, prius diſpoſita, Quintil. 2, 6

¶ Præformator, *ōris*, m. Tertull. de præſcript. Hæret. c. 30 *Marcion institutor & præformator Apellis*, h. e præceptor.

¶ Reformo, *are*, inſtaurare, ſive in priorem aut potius meliorem formam redigere, verneuern, verbeſſern, wieder zurecht bringen. Prudentius Hymno ad Exſequias v. 156 *Sed dum resolubile corpus Revocas, Deus, atque reformas, &c.* Plin. Paneg. c. 53 *Ostendam, quam longa consuetudine corruptos depravatosque mores principatus parens noster reformet & corrigat.* Apul. 3 Met *Rursus in facies hominum reformare.* Et paullo ante de taga Pamphiliæ: *Magnis suis artibus reformatur.* Vlpian. l. 7 § 6 ff. de Pactis: *Si tolli tota res potest, cur non & reformari?*

¶ Reformatus, *a, um*, verändert, verneuert. Ovid. Met. 9, 399 *Ora reformatus primos Iolaus in annos*, verjüngt.

¶ Reformatio, *ōnis*, f. die verbeſſerung. Apul. ibid. *Facilior reformationis hujus medela supponitur.*

¶ Reformatus, *ūs*, m. ſubſt. idem. Tertullian. adv. Valentin. c. 13, ubi *ruderum reformatum* quarto caſu dixit.

¶ Reformator, *oris*, m. qui reformat. Plin. 8 epiſt. 12 *Literarum senescentium redactor & reformator.*

¶ Reformatrix, *icis*, f. ICt. in Dig.

¶ Reformābilis, *e*, verbeſſerlich, unde

¶ Irreformābilis, *e*, unverbeſſerlich. Tertull. de veland. Virg. c. 1 *Regula fidei immobilis & irreformabilis.* Id. adv. Valent. c. 29 *Immutabilis & irreformabilis naturæ natura.*

¶ Transformis, *e*, verſtellt, verändert, verſtellt. Ovid. Faſt. 1, 373, vide Heinſium: & Met. 8, 877 *Transformia corpora.*

¶ Transformo, *are*, in alienam formam mutare vel vertere, verwandeln. Virg. 4 Georg. v. 441 *Omnia transformant sese in miracula rerum.* Quintil. 1, 2 *Animum transformari quodammodo ad naturam eorum, de quibus loquimur, necesse est.*

¶ Transformatus, *a, um*, verwandelt. Ovid. Met. 14, 73 *Scylla in scopulum transformata.*

¶ Transformatio, *ōnis*, f. die verwandelung. Auguſt. de Trinit. 15, 8 *Gratia Dei nobis conferri tam optabilis transformationis & num.*

¶ Transformator, *oris*, m. qui transformat. Sidonius.

II. Compoſita cum numeral. & aliis nominibus:

Æquiformis, *e*, vide ſupra *Æquus.*

¶ Ambiformis, *e*, von beyderley geſtalt; unde

¶ Ambiformiter, adv. Arnobius 5 p. 163 *Ambiformiter dictum*, hoc eſt, duplici ſenſu, ambigue, zweydeutig.

¶ Biformis, *e*, zweyförmig; ut, *Ianus biformis*, Ovid. Faſt. 1, 98. Et, *monstrum biforme*, apud eundem de Minotauro Met. 8, 156, das zweyerley geſtalt oder geſichte hat.

¶ Biformatus, *a, um*, idem. Cic. Tuſc. 2, 8 ex Sophocle convertit: *Non biformato impetu Centaurus ictus corpori infixit meo.*

Caniformis, vide *Canis.*

¶ Milleformis, *e*, tauſend-förmig. Prudentius hymno 9, 55 *Pulsa pestis lubricorum milleformis dæmonum.* Et Auguſtin. Civ. Dei 22, 22 *Contra milleformes dæmonum incursus.*

Multiformis, Multiformiter, vide *Multus.*

Omniformis & Pluriformis, vide in *Omnis* & *Plus.*

¶ Quadriformis, *e*, vierförmig. Orientius Commonit. L. 1 *Moles quadriformis machinæ.*

¶ Semiformis, *e*, halb-formirt. Colum. 4, 25 *Semiformis lunæ species.* Id. 8, 5 *Pulli semiformes*, qui in ovis latent, nondum excluſi.

¶ Septiformis, *e*, In Eccleſiæ hymno veteri: *Tu septiformis munere.* Et Ambroſius in Lucæ c. 11, 26 *Septiformis Spiritus gratia.* Et Iſid. Orig. 7, 3 *Spiritus Sanctus ſeptiformis nuncupatur propter dona &c.*

Taurifórmis, vide *Taurus.*

¶ Triformis, *e*, dreyförmig; ut, *Canis triformis*, Cerberus, Sen. Herc. Oet. v. 1202. Et, *Diva triformis*, Hecate ſive Diana, Horat. 3 od. 22, 4. conf. Sidon. Carm. 9, 96. Tertull. de Anima c. 21. Firmic. lib. 11.

Verſiformis, vide infra *Verto.*

¶ Vniformis, *e*, unius formæ, von einerley geſtalt, gleichförmig. Apul. 11 Met. p. 259 *Deorum Dearumque facies uniformis.* Et in Trismegiſto p. 80 *Non omnium hominum uniformis est sensus.* Et Dialogo de Oratoribus Tacitus vel Quintil. c. 32 pr. *Simplex quiddam & uniforme docerit.* Macrob. Sat. 7, 5 *Horrore uniformis alimoniæ desiderium edendi languescit.* Adde Solin. c. 4; & Mart. Capell. lib. 3 & 4.

¶ Vniformiter, adv. auf einerley art. Apul. Trismeg. ſub initium: *Omnis humana immortalis est anima, sed non uniformiter cunctæ.* Adde Arnob. 2 p. 88.

¶ Vniformitas, *ātis*, f. die einförmigkeit. Tertull. de Anima c. 17 *Vniformitas porticus.* Macrob. Sat. 7, 5 *Squalor uniformitatis.* Adde Arnob. 7 p. 212.

FORMIÆ, *arum*, & Forma, *arum*, f. pl. *φόρμαι.* Sic & Ptolemæo *Forma*, urbs Campaniæ, Læſtrygonum olim ſedes. Servius *Hormias* ante dictas tradidit ἀπὸ τῆς ὁρμῆς, hoc eſt, *ab impetu.* conf. Strab. lib. 5 & Plin. 3, 5. Hodie *Nola*, ut Cluverius docet in Ital. Antiqu. *Formiarum mœnia*, Horat. 3 od. 17, 6.

¶ Formianus, *a, um*, adj. *Formiani colles*, Hor. 1 od. 20, 11. *Formiana fauces*, Liv. 22, 16.

¶ Formianum, *i*, ſubaudi, prædium, villa Ciceronis, ſita in agro Formiano. Cic Att. 2, 4 *Nos circiter Kal. aut in Formiano erimus, aut in Pompejano. Tu, si in Formiano non erimus, si nos amas, in Pompejanum venito.*

FORMĪCA, *æ*, f. eine ameis, a ferendis micis dictam putant, quaſi *Formicam*, & Germ. ameis, quaſi anbeiß. Erasmus illud Theocriti Idyll. 1 τὸ μὲν τέττιγι φίλος, μυρμηκι δὲ μυρμαξ, vertit: *Formicæ cura est formica, cicada cicadæ. Parvula magni formica laboris &c.* Horat. 1 ſat. 33. conf. Virg. Georg. 1, 186, & Plin. 11, 30. Id. Plin. 11, 29 *Scilicet itinere eurum* (formicarum) *artifices videmus, & in opere semitam fictam, ne quis dubitet, qualibet in re quid possit quantulacumque sedulitas.* Idem eſt *Formicæ semitas quærere*, ac rem intricatam & inperveſtigabilem exquirere. v. Taubm. in Plaut. p. 741. Erasmus adducit illud Ariſtophanis: *μύρμηκος ἀτράπους ᾄδει*, h. e. *formicæ semitas canit*, de eo, qui minutiſſima quæque & ſubtilitates omnes perſequitur. *Ineſt & formicæ sua bilis*, dicitur de homunculis penitus excandeſcentibus. v. Chil. ¶ 2. *Formica* Arabibus etiam morbi genus eſt, qui Græcis *Herpes*, Latinis *ignis sacer*; Scribonio *Zona*; *Zoſter* & *Circinus* Plinio. v. Hier. Mercurialem Var. Lect. 4, 9.

¶ Formi-

¶ Formĭcŭla, *æ*, f. diminut. Arnob. 7 p. 240 *Quod si cernerent, nec inter formiculam plurimum sesque esse discriminis.* Et Augustin. Civ. Dei 22, 24 *Plus formicularum & apicularum opera stupemus, quam immensa corpora balenarum.*

¶ Formicinus, *a, um*, ad formicam pertinens, ameisen-. Plaut. Menæch. 5, 3, 19 *Movere gradum formicinum* dixit, pro tarde incedere. Est enim formicarum gradus minutissimus, ideoque tardior. Multum quidem movent, sed parum promovent, ameisen-schritte.

¶ Formico, *are*, de motu celeri sed exiguo adhibetur, qualis est incessus formicarum, wimmern, jucken. *Donec formicet cutis*, Plin. 12, 30 f. 41.

¶ Formĭcans, *tis*, particip. ut, *Percussu formicante venarum*, Plin. 7, 51, wenn der puls geschwind und schwächlich gehet.

¶ Formicātio, *ōnis*, f. pro scabie, vel, quod quasi exesse carnem formicæ videantur, legitur apud Plin. 28, 7 f. 20 & 30, 8 f. 22.

¶ Formicālis, *e*, idem quod *formicans*. Cæl. Aurel. Tard. 2, 14 *Formicalis pulsus*.

¶ Formicæbĭlis, *e*, idem. Cæl. Aurel. Acut. 2, 27 *Pulsus latens aut formicabilis, quem Græci μυρμηκίζοντα vocant.*

¶ Formicētum, *i*, n. caverna formicarum, ein ameis-hauf. Apul.

¶ Formicōsus, *a, um*, plenus formicis, voll ameisen; ut, *Arbor formicosa*, Plin. 10, 74.

FORMĪDO, *ĭnis*, f. (*a formis*, sive specfris: nisi veteres *formus* dixere pro *calidus*, atque inde *formido*, quia nonnullis præ metu sudor prorumpit: v. Voss. P. 2 Inst. Orat. p. 28) *metus est permanens*, ut Cicero definit Tusc. 4, 8. scheu, furcht, furchtsamkeit. *Plenus homo formidinis*, Cic. Att. 9, 10 pr. *Animus formidine perterritus*, Quintil. 7, 3. *Non mediocris omnium animos formido incesserat*, Curt. 3, 8, 25. Et, *Sollicitis religio, & ex ea formido incussa est*, Id. 4, 10, 2. ¶ 2. Pro religione apud Tacitum ponitur: vide *Religio*. ¶ 3. Est & *formido* linea versicoloribus (ex quo *variam formidinem* Ovid. de Remedio am. v. 203 Oppianus δεῖμα πολύχρωον appellavit,) plumis pinnisque avium distincta, qua utuntur venatores ad fallendas & capiendas feras, federn-lappen. Seneca de Ira 1, 12 *Nec est mirum, quum maximos feararum greges linea pennis distincta contineat, & in insidias agat ab ipso effectu, dicta formido.* De hac Seneca Hippol. v. 46 *Picta rubenti Linea pinnæ vaxo eludat Terrore feras.* Plura notat Colvius ad illud Apuleji Apol. *Verum ego ista commemoravi, non quod pinnarum formidines timerem.* Et Casaub. ad eamdem Apol. in f. It. Pareus Lex. Crit. p. 496 ex Virg. Æn. 12, 750; Horat. 1 sat. 8, 3; Turnebi Adverf. 5, 5, & quos præterea laudat Barth. ad Grat. Cyneg. 74. ¶ 4. Hinc Gell. 8, 9 captiosas quæstiones *formidines* vocavit. Et apud Tac. Hist. 2, 54, 3 est *intendere formidinem*. ¶ 5. Ipse autem pluralis *Formidines* etiam Ciceroni usurpatus Fin. 2, 19 *Horribiles formidines*. Et pro Quintio c. 14 *Formidines opponantur*. Et de fin. 5, 11 *Quia quasdam post mortem formidines extimescunt*, in quo loco & ceteris Ciceronis a Menck. in Observat. L. L. notatis *formido* rem, quam formidamus, notat. Et Liv. 30, 28 *Formidines agitare animis*, sich fürchten.

¶ Formīdŏlōsus, *a, um*, qui formidat, & formidatur furchtsam, schrecklich. Active enim & passive usurpatur. Ter. Eun. 4, 6, 19 *Num formidolosus obsecro es, mi homo?* i. e. timidus. Sed, *bellum formidolosissimum*, Cic. de Lege Manil. c. 21 dixit, id est, maxime metuendum. Sic Plaut. Pseud. 3, 2, 35 *Herbas formidolosas dictu, non esu modo* dixit. *Horribilis & formidolosus locus.* Cic. in Pison. c. 24. Et Sallust. Catil. 7, 1 *Regibus boni, quam mali suspectiores sunt, semperque iis aliena virtus formidolosa est.* Plaut. Amph. 5, 1, 65 *Mira memoras: nimis formidolosum facinus prædicas:* i. e. formidandum & metuendum. Tac. Ann. 1, 62, 3 *Formidolosior hostium ex-ercitus.* Cic. Phil. 7, 2 extr. *Tempus formidolosissimum.* De somniis gravibus *formidolosissima videre*, Suet. Aug. c. 91.

¶ Formīdŏlōse, adv. zum schrecken. Cic. pro Sext. c. 19 *Opponi concionibus falso, sed formidolose tamen.* Comparativus *formidolosius*, Catonis est apud Carisium lib. 2 p. 196.

¶ Formīdo, *āvi, ātum, āre*, sich fürchten, verabscheuen. *Formidare omnia*, Cic. de Fin. 2, 16. *Intus paveo, formido foris*, Plaut. Cistell. 4, 2, 20. *Formidare auro*, furcht wegen des geldes haben, Id. Aulul. arg. v. 6. *Pavor etiam auxilia formidat*, Curt. 3, 11, 12. ¶ 2. *Formido* interdum idem est atque renuo, nolo, ich trage bedenken. Plaut. Pseud. 1, 3, 81 *Fac hoc mea fide, si ifti formidas credere.* conf. Asin. 2, 4, 55.

¶ Formīdans, *tis*, furchtsam, schüchtern: ut, *Formidantes cervi*, Ovid. Met. 15, 475. Alii legunt *formidatis*.

¶ Formīdātus, *a, um*, gescheuet, gefürchtet; ut, *Formidatus nautis Apollo*, Virg. Æn. 3, 275. *Æthiops classe formidatus*, Horat. 3 od. 6, 15. *Formidata Parthis Roma*, Id. 2 epist. 1, 256. conf. Ovid. Pont. 1, 3, 24.

¶ Formīdatio, *ōnis*, f. die furcht. Vet. Gloss. *Formidatio*, δειλία. Tribuitur Ciceroni in Partit. Orat. c. 4, ubi alii habent *reformidationem*, & alii *reformationem*.

¶ Formīdābilis, *e*, entsetzlich, erschrecklich; ut, *Formidabilis serpens*, Ovid. Met. 2, 174. Id. 14, 116 *Æneas formidabilis Orci Vidit opes.* Compar. *Formidabilior* est apud Petron. p. 114.

¶ Formīdāmen, *ĭnis*, n. ein ungethüm, gespenst. Apul. Apol. p. 315 ed. Elmenh. *Noctium occursacula, bustorum formidamina, sepulcrorum terriculamenta.*

Composita:

¶ Affōrmīdo, *are*, valde metuere, sich sehr befürchten. Plaut. Bacch. 4, 10, 3 *Afformido, ne is pereat.*

¶ Informīdābilis, *e*, non metuendus. Corippus 2, 354 *Omnis erit judex informidabilis illi*, er fürchtet sich vor keinem richter.

¶ Informidātus, *a, um*, passive, qui non formidatur, ungefürchtet. Silius 15, 241 *Hinc tacite nitens informidatus adire.*

¶ Performīdātus, *a, um*, sehr gefürchtet. Silius 3, 608 *Iam puer auricomo performidate Batavo.*

¶ Performīdŏlōsus, *a, um*, valde formidolosus, schüchtern. Aurel. Victor in Claud. Cæsare: *naturâ performidolosus.*

¶ Præformīdo, *are*, sich zum voraus fürchten. Quintil. 4, 5 *Non aliter præformidat, quam qui ferrum medici priusquam curetur adspexit.*

¶ Reformīdo, *are*, idem quod simplex, sich fürchten, scheuen. Cic. Phil. 7, 6 *Pacis nomine bellum involutum reformido.* Curt. 6, 9, 3 *Quorum mentionem adhuc reformido.*

¶ Reformidans, *tis*. Cic. Fin. 3, 2 *Ne reprehensionem quidem vulgi reformidans.*

¶ Reformidatio, *ōnis*, f. die furcht. Cic. Partit. Orat. c. 4 *Orator in suasione sibi proponit aut spem, aut reformidationem deliberantis.*

FORMIO, *ōnis*, m. ſtorea, gr. φορμός a φέρω, quia in eo aliquid fertur, eine flechte, korb, decke von binsen, l. 33 § 18 ff. de inſtrum. leg.

Formo, *āre*, formositas, formosus, formula, &c. vide *Forma*.

FORNAX, *ācis*, f. καμινος, caminus, der ofen. Nomen habet a *formus*, quod est calidum. v. Nonius 12, 52. Ovid. Met. 15, 340 *Sulphureis ardet fornacibus Ætna.* Sic *Fornax avaria*, ein schmelz-ofen, Plin. 11, 26. *Fornax calcaria &c.* vide *Calx*. ¶ 2. *Fornax*, dea etiam constituta est a Numa; Is & *Fornacalia* instituit, faris torrendi ferias. v. Plin. 18, 2, & mox *Fornacalia*. Ovid. Fast. 2, 525 *Facta dea est Fornax: leti Fornace coloni Orant, ut fruges temperet illa suas.*

¶ Fornācŭla, *æ*, f. dimin. Iuvenal. 10, 82 *Magna est fornacula.* It. Vitruv. 7, 10 pr. etiam usus est. Et metaphorice Apul. Apol. p. 321 *Hic testium coemtor, hic totius calumniæ fornacula*, bey dem sie lügen geschmiedet werden.

¶ Fornaceus, *a, um*, ut, *Fornacei parietes*, ad formam fornacum sub terra facti, Plin. 35, 14. Sed rectius *formacei*, ubi vid. in *Forma*.

¶ Fornācālis, *e*, ofen-. *Fornacem* inter Numina habitam, *Fornacalem Deam*, Ovid. vocat Fast. 6, 314.

¶ Fornācalia, *um*, n. pl. sacra erant apud Romanos, cum ad fornacem, quæ in pistrinis erat, sacrificium fieri solebat. v. Ovid. Fast. 2, 527. Lactant. Inst. Divin. 1, 20, iremque Festum, & Plin. 18, 2.

¶ Fornacator, *ōris*, m. qui fornacem balnei succendit. Apud Paulum L. 14 (Ita enim ibi; non *Fornicator* legendum est) Dig. de Instr. vel Instrum. legato.

¶ Fornācārius, *a, um*, aliud adject. ut, *Fornacarius servus*, ein beken-knecht, einheizer. l. 28 § 9 D. ad Leg. Aquil. conf. Turneb. Adv. 8, 9.

Fornico, fornicor, fornicator, sequuntur in *Fornix*.

FORNIX, *ĭcis*, m. arcus in ædificiis, ein gewölbe, schwibbogen. Virg. Æn. 6, 631 *Adverso fornice porta.* Vetus poeta: *Cæli intentes fornices:* sed id Ciceroni de Orat. 3, 40 alienius videtur. v. Voss. Inst. Orat. 4, 6 Tmemat. 7 p. 99 seq. ¶ 2. *Fornix* & lupanar est & cella meretricia, ein huren haus. Vnde Curio Cæsarem Nicomedis Bithyni regis amoribus infamem, *Bithynicum fornicem* appellavit, ut Suetonius ejus vita refert c. 49. Iuvenal. 3, 156 *Lenonum pueri quocunque in fornice nati.* Prudentius agone Agnetis sub finem: *Cui posse soli cunctiparens dedit Castum vel ipsum reddere fornicem.* Vet. Gloss. πορνεῖον, *fornix, Gallice, Lupanarium.* Cassia appellationis inde est, quod lupanaria cellis subterraneis fornicato opere, in quibus scorta prostituebantur, distincta erant: Vnde & *Ganea* ἀπὸ τῆς γάης, a *terra* nuncupabantur. v. Petronianos Interpretes.

¶ Fornĭco, *are*, fornicem facere, aufwölben, beugen, krümmen. Plin. 16, 42 *Palma fornicatur*, i. e. sursum incurvatur: & de apibus 11, 10. *Crypticis arcubus fornicare*, Sidon. 1 epist. 5.

¶ Fornĭcor, *ari*, deponens, scortari, meretricari, huren. Vet. Gloss. πορνεύω, *Fornicor, scortor.* Sed hoc sensu tantum Vulgatus Interpres, & Ecclesiastici utuntur: e. g. Tert. adv. Gnost. c. 13; & de Pudicit. c. 22.

¶ Fornĭcātus, *a, um*, fornicem habens, gewölbt, gebogen, Cic. Top. c. 4 *Paries vel solidus, vel fornicatus.* Liv. 22, 36 extr. *Via fornicata ad campum.* vid. quæ nos de *via tecta* in *Tigo*. Plin. de apibus 11, 10 *Ruentes ceras folciunt pilarum intergerinis a solo fornicatis.* Et Ammian. Marcell. 26, 24. *Fornicatum ædificium* dixit: & Plin. 12, 5 *Fornicato ambitu.*

¶ Fornicatio, *ōnis*, f. fornicis structura, die wölbung. *Fornicatio lapidum*, apud Senecam epist. 95. Et Vitruv. 6, 11 *Parietum fornicationes.* ¶ 2. Scortatio, hurerey. Vet. Gloss. πορνεία, *Fornicatio.* Adde Tertullianum de Pudicit. 1 extr. & contra Marc. 5, 7. sed sic quoque ecclesiastici tantum usus est.

¶ Fornĭcātor, *ōris*, *m.* ein hurer, apud ecclesiasticos scriptores pestissimum. Tertull. de Pudicit. c. 1 *Limitem mœchis & fornicatoribus figimus.* Et Salvian. lib. 7 Gub. Dei p. 283 *Vna meretrix multos fornicatores facit.*

¶ Fornicatrix, *ĭcis*, f. eine hure. Isidorus lib. 10, in FORNICATRIX *est, cujus corpus publicum: Hæ sub arcuatis prostituebantur. Quæ loca* FORNICES *dicuntur.*

¶ Fornĭcārius, *i*, m. ein hurer, huren-wirt. Salvian. 7 Gub. Dei p. 279: *Quis in illo numero casus fuit? castum dico? quis non fornicarius, non adulter?* conf. Vulg. interpr. 1 Tim. 1, 10; & Tertull. de Anima c. 35.

¶ Fornicaria, *æ*, f. prostibulum, eine hure. Vet. Gloss. *Fornicaria*, πόρνη, ἀπὸ καμάρας, ἢ ἕστανται. Tertull. de Pudicit. c. 16 ita vertit πόρνην 1 Corinth. 6, 15.

¶ Confornico, *are*, architectonico sensu, idem quod *fornicare*, zu wölben. Vitruv. 5, 5 *Cellæ confornicentur.*

¶ Exfornicatus, *a, um*, ausgehurt. Vulg. interpr. epist. Iudæ v. 7 *Sodoma & Gomorra & finitime civitates exfornicatæ.*

FŌRO, *āvi, ātum, āre*, boren, graben. Plaut. Most. 1, 1, 53 *Forabunt te patibulatum per vias flimalis*, sie werden dir die haut zerlöchern. Sidon. 9 epist. 13 *Iaculo jam forante cruor exit.* Macrob. Sat. 7, 3 *Quibus mos est, aurem forare.* Ab hoc verbo descendunt, magnam certe cognationem cum illo habent, quæ sub *Foris* supra allata sunt.

¶ Fōrātus, *a, um*, gebort, durchgebort. Macrob. l. c. *Bene foratas habere aures. Forata arbor*, Colum. 5, 10 sub fin. Et, *regulæ foratæ*, Vitruv. 10, 13 *Per quassos foratosque animos transmittitur*, Sen. de Brev. vitæ c. 10. *Arbor terebri-foratа*, Simpl. R. agr. p. 88.

¶ Fōrātus, *ūs*, m. subst. idem quod perforatio, die durchbohrung. Lactant.

Lactant. de Opif. Dei c. 8. *A foratu frontem nominatam Varro exiſtimavit.* Tertull. de Pallio c. 4. *Aurem foratu effœminatus.*

¶ Förābilis, *e*, leicht zu bohren. Ovid. 12 Met. v. 170 *Contemptor ferri nulliusque forabilis ictu*, ſtichfeſt.

¶ Förāgo, *ĭnis*, f. filum, quo textrices diurnum opus diſtinguunt, a forando dictum, ein zufaden, Fadtus. *Reſidens inter penſa & foraginis pueliarum*, Symmach. 6 epiſt. 57.

¶ Förāmen, *ĭnis*, n. ein loch. Cic. Tuſc. 1, 20 *Foramina patent ad animum a corpore.* De quibus Lactantius videatur Opific. Dei c. 8 ſeq. Ovid. Met. 4, 123 *Tenui ſtridente foramine.*

¶ Foramino, *are*, lochen, durchlochern. Hinc

¶ Foramĭnātus, *a, um*, quod foramina habet, durchgebohrt, durchlöchert. Sidon. 2 ep. 2 *Foraminatus paries.* conf. 3 epiſt. 5.

¶ Foraminōſus, *a, um*, löcherricht; ut, *Foraminoſa caro*, Tertull. de Patient. c. 14.

Multiforabilis, & Multiforatilis, vide *Multus.*

Septiförēris, *e*, vide ſupra *Foris.*

Compoſita cum præpoſit.

¶ Circumförō, *are*, um und um löcher bohren, unde

¶ Circumforātus, *a, um*, rings umher durchbohret. Plin. 17, 27 *Stipite ab ima parte circumforato.*

¶ Exförō, *are*, ausbohren, hohl machen. Colum. 9, 1 *Truncus compluribus locis per late exforatur.*

¶ Införō, *are*, vulgo ex Plin. 17, 14 aſſereur, ubi ſic: *Trunco medio inforare.* Verum Harduinus auctor eſt, in omnibus manuſcriptis libris eſſe *Imperare*, dubitatque, an *inforare*, pro *perforare*, Latium recipiat. Nam Plauto Curc. a. 3, 31 *Inforari*, a *forum* eſt, notarque, in forum vocare. At *imperare* viti, arvis, arboribus, eſt cogere, ut id ferant quod ſperamus. Vide infra *Imperare.*

¶ Perförō, *are*, durchbohren, durchlochern. *Perforare aliquid & patefacere*, Cic. fam 7, 1. *Uno ictu duo pectora perforare*, Ovid. Met. 12, 377.

¶ Perforātus, *a, um*, durchbohrt, löchericht. *Perforato anime hamo ſubmittamus & transmittente*, Seneca epiſt. 99. *Vix ad oculos a ſede animi perforatæ*, Cic. Tuſc. 1, 20. Et, *duo lumina ab animo ad oculos perforata*, de N. Deor. 3, 4.

¶ Perforatio, *ōnis*, f. die durchbohrung, apud Vitruvium.

¶ Perförāculum, *i*, n. ein bohrer. Arnob. 6 p. 200 *Scorii, perforaculi, aſciis, ſecta, dolata, eſſoſa.* Gloſſ. Vet. *Perforaculum*, τέρετρον, τρυπανον.

¶ Superförō, *are*, laudatur ex Scribo. Largo Comp. 84 *Si ſuperforatas caſu fecerit uter.* Sed H Steph. diviſim.

¶ Transförō, *are*, durchbohren, durchſtechen. Seneca Benefic. 2, 6 *Gladius ſtringit & transforat.*

FORPEX, *icis*, f. qua pili inciduntur, eine balbier-ſchere. Ita enim Iſidorus 20, 13 & Caſſiodor. Orthogr. c. 4, dicrimen facitur inter *forficem & forpicem*, ut illa ſartoris ſit; hæc tonſoris. Sidon. carm. 15, 184 *Rapit ederatum redolenti forpice barbam.* Ita caſſigatiſſimis libris ſcriptum eſt Wowerii, Elmenhorſtii, Savaronis, Sirmondi, quod ideo addo, quia Voſſius aliique de latinitate ſuspiti verbi dubitaverunt. Adde Caton. R. R. c. 10; & Vetus Onomaſt. τονσίκες, *Forpices.*

FORS, *forte, fortis*, f. ſignificat *eventum, caſum*, der zufall, das gluck. Abſtinatus uſitatior eſt. Liv. 1, 4 *Forte quadam ea divinitas*, ohngefehr, oder durch ſchickung Gottes. Ita & Vellej. 2, 66, 5 *Vel forte vel providentia vel utcunque conſtitutum.* Sed neque reliqui caſus deſunt. Ter. Hec. 3, 3, 10 *Fors incommode illis obtulerat adventum meum.* Sall. Iug. 52, 1 *Fors omnia regere.* Liv. 1, 45 pr. *Viri ſe fors dare vidit eſſe*, einem hat es geglückt. Virg. Æn. 1, 381 *Nec ſorte ſua tempeſtas appulit*, i. e. caſu, quo ſolet. Genitivum, *fortis* habet Varro de L. L. 5, 3; & Colum. 10, 316. Accuſativum vero *Fortem*, id. Varro 4, 10. & Ovid. Faſt. 6, 773. De Ablativo jam vidimus & plura adferemus paullo poſt in *forte.* conf. Bernegg. ad Suet. Aug. c. 6, 3. ¶ 2. Item *Fortunam.* Cic. in Piſon. c. 2 *Sit ſane fors domina campi*, vide *Campus* n. 3. Id. ad Att. 14, 13 *Sed hæc fors viderit, ea, quæ ratione in rebus plus, quam ratio poteſt*, es ſteht denen glück. *Fors prætii*, id eſt, fortuna prælii, Iuſtin. 5, 11, 8. conf. Tac. Ann. 14, 5, 5, & Nepos 16, 2, 1. *Quæ fors fert, æquo feremus animo*, Ter. Phorm. 1, 2, 48. *Fors & virtus miſcentur in unum*, Virg. Æn. 12, 725. Adde ibid. 2, 943; 7, 543; 9, 476; 10, 468; & 12, 941. ¶ 3. *Ture fortuna*, eſt eventus melioris fortunæ. Ter. Hec. 3, 3, 26 *Quæque fors fortuna eſt, mihi quæ te hucce obtulit.* Id. Eun. 1, 2, 54 *Forte fortuna adſit hic meus amicus*, quod nos dicimus, ja nicht glück. De *æde & fano Fortis fortunæ*, v. Varr. de L. L. 5, 3. *Fortis fortunæ ædes fuit trans Tiberim*, ut Donatus ait ad Ter. Phorm. 5, 6, 1. *Itaque eodem feſtum colebant, qui ſine arte vivebant; illi etiam gratias agebant, quibus aliquid ſucceſſerat. Fo igitur vocabulo ſignificatur magna vis fortunæ.* n. 4. *Fors & Sors* confundi notarunt a librariis in *Sors.*

¶ Fors pro adverbio idem ac *forte*, i. e. vielleicht, ungefehr, id quod Carinus lib. 2 p. 165 notat, & Priſcian. lib. 15 p. 1815; & quidem ex Virg. Æn. 5, 232; & 11, 50. Adde ibid. 2, 139; 6, 53; & 12, 183.

¶ Forte, pro adverbio eſt *caſu*, zufälliger weiſe, ohngefehr. *Forte evenit, ut &c.* Liv. 1, 22. Sunt qui contendunt, non eſſe adverbium, ſed ablativum a recto caſu *fors.* Cum *temere* paſſim conjungitur: Terent. Phorm. 5, 1. *Quam ſæpe forte temere eveniunt, quæ non audeas optare.* Liv. 22, 3. *Nec quicquam raptim aut forte temere agentis.* v. Fr. Gronov. ad Liv. 10, 43. ¶ 2. *Forte* intervie formulis dubitandi, cum antecedens ſi, niſi, ne; ut, *ſi forte*, wenn etwa, vielleicht: *niſi forte*, es ſey denn daß. Nepos 10, 9, 2 *Si forte conſilia ordiſtis ſceleſta.* Cic. de Orat. 2, 46 *Ac ne forte hoc magnum ac mirabile videatur.* Id. de Fato c. 16 *Niſi forte voluntas, &c.*

¶ Fortan, adverb. dubitationem ſignificat, vielleicht. Ter. Andr. 5, 5, 1 *Adigis ſortan patet.* Vitg. 1 Æn. v. 203 *Forſan & hæc olim meminiſſe juvabit.*

¶ Forsitan, idem. Cic. Off. 3, 6 *Forſitan quiſpiam dixerit.* Et *Forſitan hic mihi parvam habeat fidem*, Ter. Eun. 1, 2, 117. conf. Ovid. Triſt. 3, 3, 25 & 87. v. Burm. ad Petron. c. 130.

¶ Forſit, i. e. *forſan.* Horat. 1 ſat. 6, 49 *Diſſimile hoc illi eſt: quia non ut forſit honorem Iure mihi invideat quivis.* Lucret. 6, 735 *Forſit & Æthiopum penitus de montibus altis Creſcat.* Virg. Æn. 11, 50 *Forſit vota facit.* Ita enim habent quidam Codd. Alii, *Fors & vota.* v. Broukh. ad Prop. 2, 7, 33.

¶ Fortaſſis, fortaſſe, idem. Cic. fam. 16 *Sed ego fortaſſis vaticinor, &c.* Ter. Heaut. 4, 3, 37 *Tu fortaſſ., quid me fiat, parvipendis.* Carriſius *fortaſſis abſurdum auribus viſum, prælatumque adeo fortaſſe*, putat p. m. 203. *Fortaſſe* infinitivo junxit aliquoties Plautus e. g. Merc. 4, 4, 43 *Fortaſſe te illum mirari coquum, &c.* Plura dabit Gron. obſ. 3, 9 p. 506.

¶ Fortaſſean, idem. Apul. Apol. *Fortaſſean adhuc vidua antequam nupta, domi ſediſſet.* Et Gell. 7, 3 ſub fin. *Ea omnia diſtinctius numeroſiusque, ac comtius fortaſſeandiei potuerant.* Id. 11, 9 pr. *Fortaſſean auxilii petendi gratia.* In his enim eleganter dubitandi particula. *An περισπωμένη.* v. Parei Lex. Crit. p. 498

¶ Fortuitus, *a, um*, quod a *Fortuna* magis, quam a *fortuna* deſcendere, ſignificatio ipſa teſtis eſt. Id autem *fortuitum* dicitur, quod caſu accidit, vel, quod in fortuna poſitum eſt, zufällig, das ohngefehr geſchiehet. Cic. N. D. 3, 36 *Boni fortuiti quippiam nacti ſumus.* Et, *fortuita pugna*, Quintil. 6, 6. Sic proverbii inſtar eſt, *Fortuiti caſus ſub orationem non veniunt*, ex Thucydidis lib. 1 προσπίπτειν τύχαι ὐ λογῳ διάγεται. ¶ 2. *Fortuita* abſolute ſunt alterhand fälle. Tac. Hiſt. 4, 5, 3 *Firmior adverſus fortuita.* Id. Ann. 4, 64, 2 *Fortuita ad culpam trahuntur.* ¶ 3. De quantitate tertiæ ſyllabæ vide infra *Gratuitus* in *Gratia.* Auſon. 7 Sapient. Solo, *Non erunt honores unquam fortuiti muneris.* Trochaicus eſt.

¶ Fortuĭtō, id eſt, caſu, ohngefehr, adverbium, quod &

¶ Fortuitu legicur. Cic. Phil. 10, 2 *Quod verbum tibi non excidit fortuitu. Fortuito aut ſine conſilio*, Cæſ. B. G. 7, 20. *Caſu & fortuito id factum eſt*, Cic. N. Deor. 2, 7 & 28. *Fortuito oblatam occaſionem aucupari*, Hirtius B. Afric. c. 3. *Fortuito multa in medios cadunt*, Tac. Ann. 2, 77, 2.

Fortaſſis, fortaſſean, quære ante in *Fors.*

Fortuna, quære paullo poſt ſeparatim.

FORTAX, *ācis*, f. der feſte grund, der boden. Cato R. R. c. 38 *Facito fortax totam fornacem infimam complectatur.* Vt a fornice *fornax*, ita a fortitudine *fortax* dicitur, i. e. totus imus camini gyrus & ſoli tegumentum pavimentatum & laxeum, der ſteinerne umfang, v. Turneb. adverſ. 11, 13.

¶ Fortex, *icis*, m. unguis, hoc eſt, infima pars roſæ albida, das weiſſe am roſenblat. Iulius ex Nebriſſenſi.

FORTIS, *e*, magnanimus, strenuus, conſtans, maximi animi, tapfer, mannhaft, männlich, feck, beherzt. Et enim *animi & virtutis*, fortitudo, ut *Robur*, firmitas corporis. Cic. Off. 1, 23 *Fortis animi eſt, & conſtanti, non perturbari in rebus aſperis.* Id. Tuſc. 2, 4 *Fortis fortuna adjuvat.* Quod in Medea Seneca v. 159 ſic dixit: *Fortuna fortes metuit, ignavos premit.* Ennius ſic apud Macrob. 1, 1 *Fortibus eſt fortuna viris data*: paſſim eruunt. Salluſt Iug. c. 95 de Sylla: *Multi dubitavere, fortior, an felicior eſſet:* & c. 85 Marius dixit, *fortiſſimum quemque generoſiſſimum eſſe.* Horat. 4 oda 4, 29 *Fortes creantur fortibus, & bonis.* Et 2 Sat. 2 extr. *vivite fortes, Fortiaque adverſa ſpectate pectora rebus.* Sic *fortis equus*, i. e. generoſus, celer, Virg. Æn. 11, 705. conf. Non. 4, 195. Ovid. Rem. 373 *Fortia Maonio gaudent pede bella referre.* ¶ 2. Apud Plautum Mil. 4, 3, 13 pro *formoſo* ponitur, ut exponit Nonius l. c. *Fortis* enim & *pulcher* antiquis idem. *Pulcher* quaſi πολύχειρ, i. e. *fortis*, unde Virg. Æn. 7, 656 *Sunt Herculi pulchro Pulcher Aventinus.* Romani enim, qui omnia in fortitudine ponebant, eum demum bonum & formoſum putarunt, qui eſſet fortis. v. Iul. Cæſ. Scalig. de Cauſ. Lat. Ling. 1, 22. Propertius 1, 5, 14 *Fortia verba* dixit pro magnificis, vid. ibi Livineius. ¶ 3. Ter. Andr. 2, 6, 13 *Cavit, ne unquam infamis ea res fori eſſet, ut virum fortem decet*: i. e. bonum, honeſto loco aliquo, & qui in re ſit, wacker, rechtſchaffen. Sic Plaut. Trin. 5, 2, 9 *Familiam fortem* dicit, quam v. 11 *optimam* nominat: quod & dives eſſet, & bene audiret. ¶ 4. Ponitur & pro robuſto ac valido, laborumque tolerante, ſtarck. Ver. Gloſſ. *Fortis*, ἰσχυρὸς, γενναῖος. Sic *Fortem in operibus adhiniſtrandis*: Colum. dixit 1, 8. Et Plin. 10 epiſt. 89 *Gloriam & incolumi. & fortis aliis ſuper alia operiones augens*: FORTIS, i. e. firmo corpore, rectè valens. Id. 7 ep. 23 *Gaudeo quidem eſſe te tam fortem, ut Mediolani occurrere Tironi poſſis.* Vbi & Buchnerum videre licet. Adde Borrichii Cogit. p. 108, uli adverſus Voſſium oſtendit, vocabulum *fortis* & *fortiſſimus* pro inunito ac firmo utiupari multis ſcriptoribus claſſicis.

¶ Forticŭlus, *a, um*, diminut. ein wenig ſtarck, per jocum Cicero uſus eſt Tuſc. 2, 19 *Præbere forticulum.* Apul. de Anim. 8 p. 243 ed. Flor. enh. *Is nimio praſtinandi ſtudio præcanem vegetæ, cujatis eſſem: At ides, Cappadocem me, & ſatis forticulum dominicet.* Auſon. epiſt. Idyll. 5 præfixa: *Si quatibi nuiho ſint facetius concinnata, quam vobis, & plus coloris, acem ſacul habere videantur, ipſe ſciens fluere permiſi, venuſtula ut eſſ.ut magis, quam forticula, inſtar virginum.*

¶ Forticŭlus, *a, um*, aliud diminut. etwas ſtarck, affert Pareus in Plauti Mil. 4, 3, 13. vide ejus Lex. Crit. p. 499. Sed improbat Taubm. ad l. c. p. 865. Etiam Gronov. legit *fortis.*

¶ Fortĭfico, *are*, Nonius pro *fortem fieri* ponit, ob id notatus a Gellio 19, 7. Verba hunt: *Crefit animi & fortificantur vires.*

¶ Fortiter, animoſe, magno & infracto animo, adv. männlich, tapfer, feck. *Fortiter & ſapienter, quicquid acciderit*, Cic. Att. 14, 13. Et, *Non animoſe ſolum & fortiter, ſed conſideravit etiam ſapienterque aliquid facere*, Id. Phil. 4, 2. Plaut. Amp. 2, 2, 57 *Hem iſta eſt virtus, quando uſus eſt, qui malum fers fortiter. Fortiter malum qui patitur, idem eſt potiter bono. Fortiter facere.* Lepide Horat. 1 epiſt. 15, 26 *Mavius ut rebus maternis atque paternis Fortiter obſtrepat.* Ovid. R. A. 463 *Fortiter e multis inter deſiderat unum.* Cæſar Gall. B. 2 26 *Audacius reſiſtere, ac fortius pugnare ceperunt.* Et 4, 12 *Fortiſſime reſiſtere*: & 4, 37 *Amplius horis IV fortiſſime pugnaverunt.* Vid. de uſu hujus adverbii Burm. ad Quintil 2, 12 pr. Et 6, 12 p. 420.

¶ Fortĭtūdo, *ĭnis*, f. virtus eſt, qua adverſa tolerantur, cujus ſunt

comites,

comites, animi magnitudo, gravitas, patientia, Cic. Tusc. 2, 13, die tapferkeit. Cic. rursus Oil. 3, 27 pr. *Magnitudinis animi & fortitudinis proprium est, nihil extimescere, omnia humana despicere, nihil, quod homini accidere possit, intolerandum putare.* Auct. ad Herenn. 3, 5 *Fortitudini fortuna adjumento solet esse.*

¶ Fortitas, *atis,* f. idem. Gloss. gr. lat. ἀνδρειότης, *fortitas, virilitas.* Placet hæc vox Salmasio ad Solin. p. 26.

¶ Fortifico, *are,* ſtärcken. Cæl. Aurel. Acut. 2, 30 *Vina sufficientia fortificare.* Id. Tard. 2, 4, 78 *Dentes confringere atque fortificare.* Ibid. 3, 2, 38 *Ægrotantium fortificare corpora.* cont. 3, 7, 91. ¶ 2. *Fortificare* hodie vulgus dicit, pro munire, befeſtigen, fortificiren.

¶ Fortificatio, *onis,* f. die ſtärckung. Cæl. Aurel. Tard. 4, 3 *Fortificationem corpori adhibere.* ¶ 2. *Fortificatio* vulgo architectura militaris, die kriegs-bau-kunſt.

¶ Fortifico, *are,* fortem facere, roborare, ſtärcken. Poſteriorum eſt & fere eccleſiaſticorum. Cyprian epiſt. 62 (Pamel. 60) *Religio instigare nos debet & confortare ad fratrum membra redimenda.* Lactant. 4, 15, 13 Eſaiæ verba c. 35 vertens: *Confortamini manus resolutæ.* Et Macer. carm 71 de zedoaria: *Confortat stomachum.*

¶ Confortans, *tis,* Vulg. Inferp. Ezech. 3, 14 *Manus Domini erat mecum confortans.* conf. Luc. 22, 43.

¶ Confortātus, *a, um,* geſtärckt. Vulg. Gen. 48, 2 *Confortatus sedit lectulo.* Et Iob. 21, 7 *Impii confortati divitiis*; &c.

¶ Perfortiter, adv. ſehr mannlich, ritterlich. Ter. Adelph. 4, 2, 28 *Vincere perfortiter.*

¶ Præfortis, *e,* idem ac *perfortis.* Tertull. de Carne Chriſti c. 5 *Hinc carneum, inde spiritualem: hinc infirmum, inde præfortem.*

Fortitus, &c. vide in *Fors.*

FORTŪNA, *æ,* f. eſt rerum, quæ accidunt, ſubitus ac inopinatus eventus, definiente Lactantio, isque ſeu bonus ſeu malus. Medium enim *fortuna* vocabulum eſt, glück und unglück. Serv. Sulpit. Cic. fam. 4, 5 extr. *Ferre pulcherrime secundam fortunam & adversam æque.* Firmicus dicit *in cælo locum esse bonæ fortunæ, & malæ fortunæ &c.* Cic. de Divin. 2, 6 *Quid est aliud sors, quid fortuna, quid casus, quid eventus, nisi quum sic aliquid cecidit, sic evenit, ut vel non cadere atque evenire, vel aliter cadere atque evenire potuerit?* Cic. Att. 8, 4 pr. *Cujus fortunæ nos motum ratione quadam gubernabimus.* Nepos 5, 2, 3 *Eodem die pari fortuna in terra usus est.* Sic, *Esse fortuna aliquo inferiorem,* Cic. fam. 13, 5. ¶ 2. Pro pecunia & opibus; ut, *Amplificare fortunam suam,* i. e. divitias, Cic. de Amic. c. 16. Horat. 1 epiſt. 5, 12 *Quo mihi fortunam, si non conceditur uti?* Liv. 3, 68 *Pleni fortunarum,* it. *oneratum fortunis vestris* de præda. *Ampliuscula fortuna devolutus,* Apul. in Apol. ¶ 3. Ineſt & elegantiæ nonnihil voci pluraliter elatæ; ut, *Amplissimas fortunas amittere,* Cic. Verr. 7, 8. *Fortunas alicujus defendere,* Cic. Divin. in Verr. c. 6, eines gut und ehre vertreten. *Honoribus amplissimis fortunisque maximis ornatus Imperator,* h. e. felicitatibus maximis, Cic. ad Brut. epiſt. 18. *Fortunis omnibus aliquem evertere,* Cic. Divin. in Verr. c. 6, einen um ſein haab und gut bringen. Ter. Andr. 1, 1, 69 *Tum uno ore omnes omnia bona dicere, & laudare fortunas meas.* Vbi Donatus ἐμφατικώτερος, inquit, *fortunas,* quam *fortunam.* Sic & in deteriorem partem Plaut. Mil. 2, 1, 47 *Conqueritur mecum mulier fortunas suas,* i. e. miſerias. ¶ 4. A veteribus Dea eſſe credita eſt, & potentiſſima, cui primus Romæ templum dedicavit Ancus Marcius, quartus a Romulo rex, hunc ſecutus Servius Tullius, qui plurima ei templa poſuit, eique regnum ſuum acceptum tulit: ita, ut etiam cum eo conſueſcere Fortuna putaretur, per feneſtellam in domum ejus deſcendens. Ejus varia nomina habes apud Roſin. Ant. Rom. 2, 16, & Alex. ab Alex. 1, 12. adde Dalechamp. ad Plin. 1, 7. præf. Fabric. Ro. p. 116 ſqq. ¶ 5. Subjiciemus ſententias, in quibus pleriſque περοσωποποιῖται fortuna. Auſon. ep. 8 *Fortunam reverenter habe, quicunque repente Dives ab exili progrediere loco.* Cic. pro Pomp. c. 16 *Fuit profecto quibusdam summis viris ad res magnas bene gerendas divinitus adjuncta fortuna.* Id. Tusc. 5, 9 *Vitam regit Fortuna, non sapientia.* Contra Iuven. extrem. 10 *Nullum numen abest, si sit prudentia: sed te Nos facimus, Fortuna, deam, cæloque locamus.* Huc & mimus ille facit: *Fortuna nulli plus quam consilium valet.* Contra Plaut. Pſeud. 2, 3, 12 *Centum doctum hominum consilio sola hæc devincit Dea, Fortuna.* Ruſus Cic. pro Marcell. c. 2 *Fortuna domina est rerum humanarum.* Vellej. 2, 116, 3 *Fortuna in omni re multum potest.* Salluſt. Cat. c. 8 pr. *Fortuna in omni re dominatur,* i. e. in omnibus bonis externis potiſſimum, quæ extra homines ſunt, ut ſunt: præclara fama, divitiæ, forma, victoriæ &c. in bonis enim animi fortuna nihil poteſt, *quippe quæ probitatem, industriam aliasque bonas artes neque dare, neque eripere cuiquam potest,* ſunt verba ejusdem Salluſt. in prologo B. Iug. Et Cic. de Amicit. c. 15 *Non solum ipsa fortuna cæca est, sed eos etiam plerumque efficit cæcos, quos complexa est.* Pacuvius apud auctor. ad Herenn. 2, 23 *Fortunam insanam esse & brutam, perbibent Philosophi, Saxique ad instar globosi prædicant esse volubilem: Quia, quo saxum impulerit Fors, eo cadere fortunam autumant. Cæcam ob eam rem esse vocant, quia nil cernat, quo sese applicet. Insanam autem ajunt, quia atrox, incerta, instabilisque sit: Brutam, quia dignum aut indignum nequeat internoscere.* Plin. ad Cæſ. Velp. H. N. 2, 7 *Toto mundo & locis omnibus, omnibusque horis, omnium vocibus Fortuna sola invocatur: una nominatur, una accusatur, una agitur rea, una cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, & cum conviciis colitur: volubilis, a plerisque vero & cæca etiam existimata: vaga, inconstans, incerta, varia, indignorum fautrix. Huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta; & in tota ratione mortalium sola utramque paginam facit.* Petron. c. 120 *Fortuna rerum humanarum divinarumque potestas.* Iuſtin. 5, 1, 11 *Quo se fortuna, eodem etiam favor hominum inclinat.* Curt. 3, 2, 18 *Homines, qui se permisere fortunæ, etiam naturam dedisse.* Publ. Mimus: *Fortuna nimium quem fovet, stultum facit.* Sen. in Medea v. 176 *Fortuna opes auferre, non animum potest.* Salluſt. Catilin. c. 2 *Fortuna simul cum moribus immutatur.* Et Nepos 25, 11, 16 *Sui cuique mores fingunt fortunam,* wie man ſich bettet, ſo ſchläfft man. Ita Liv. 5, 19 *Omnia summa ratione consilioque acta fortuna etiam, ut sit, secuta est.* Et ira ſæpe, ut non inopinatum, ſed cum ſignificet eventum, cujus cauſæ omnes ſunt in aperto, & qui prævideri a ſapientibus poterat. Ita Liv. 4, 31 *Habere similem causæ fortunam.* Sen. Agamemn. v. 100 *Quicquid in altum Fortuna tulit, ruitura levat: Modicis rebus longius ævum est.* Silius 4, 734 *Pelle moras: brevis est magni fortuna favoris.* Cic. fam. 10, 3 *Omnia summa consecutus es, virtute duce, comite fortuna.* C. Nepos 18, 1, 1 *Si virtuti par data esset fortuna &c. Fortunam in præstando habuit Cato.* Vellej. 2, 35, 2. Et Alexander M. Curt. 6, 5, 35. *Ille propter virtutem fortunæ utriusque moderatricem: hic propter obsequium fortunæ semper faventis.* ¶ 6. Sumitur etiam pro conditione, & ſtatu, der zuſtand, das glück. Nep. 7, 9, 4 *Conversa subito fortuna est,* i. e. rerum ſtatus, & vices. Vellej. 2, 102, 3 *Fortunæ magnæ comes est adulatio.* Liv. 4, 31 *Simul fortuna civitatis vera virtute eguit.* ¶ 7. *Fortuna imperii, fortuna Pop. Romani,* non ſimpliciter pro felicitate accipitur, neque pro dea, de qua n. 4 ſed auſpicium majeſtatis notat, de quo Grut. Diſcurſ. ad Tacit. 1, & Bœcler. de Auſp. Regio. Phil. Olearius de fortuna P. R.

¶ Fortuno, *avi, atum, are,* proſperare, fortuna, felicitate & bonis omnibus augere, ſeinen, beglückſeligen, ab & darzu geben. v. Nonium 2, 315. Cic. fam. 2, 2 *Tuum patrimonium Dii fortunent.* Et 15 epiſt. 7 *Eum honorem tibi Deos fortunare volo.* Horat. 1 epiſt. 11, 22 *Tu quamcunque Deus tibi fortunaverit horam, Grata sume manu.*

¶ Fortunatus, *a, um,* potens, florens, dives, glückſelig, beglückt. *Fortunatus & nobilis homo,* Cic. de Orat. 2, 86. *Nihil est nobis fortunatius,* Id. ad Q. fratr. 2, 14. Et, *Equis me hodie vivit fortunatior?* Ter. Eun. 5, 9, 1. Id. Heaut. 4, 8, 1 *Multo omnium me nunc fortunatissimum factum esse intelligo.* Apul. Dogm. Plat. 2 p. 25 *Sola virtus fortunatissimos potest facere.* Vellej. 2, 12, 5 *Fortunatissimo decertare prælio.* Et Eumenius Paneg. Conſtant. 10 c. 22 *Fortunatissima civitas.* ¶ 2. *Fortunatæ insulæ,* hodie *Canariæ,* ab ubertate & felicitate fructuum ſic dictæ, in occidente ſunt, in Hiſpaniæ termino contra Mauritaniam. De quibus Pindarus Olymp. B. ἄντρον. ὃ. vide & Horat. epod. 16, 41, itemque Muretum Var. Lect. 5, 1. Quod & *Atlanticæ* dicuntur, vide ſupra in *Atlas.* In illis Elyſium, ſeu beatarum animarum receptaculum ſtatuerunt pagani. v. Plutarch. in Sertorio p. 772. Plaut. Trin. 2, 4, 148 vocat *fortunatorum insulas, quo cunctli, qui ætatem egerunt caste suam, conveniant.*

¶ Fortunata, *æ,* f. Æon hæreticorum, Tertull. adv. Valent. c. 8. it. uxor Trimalchionis Petroniani.

¶ Fortunate, adv. glücklich. *Sapientes feliciter & fortunate vivunt,* Cic. de Fin. 3, 7. Comp. adferunt ex Colum. procem. p. 10. *An putem fortunatius a catenato repulsum janitore, &c.* Sed eſt adjectivum.

¶ Fortunatim, idem. Ennius apud Nonium 2, 334 *Fortunatim, feliciter ac bene vortat.*

¶ Fortunatio, *onis,* f. apud Auguſtinum.

¶ Fortunator, *oris,* m. qui fortunat, apud eundem.

¶ Infortunatus, *a, um,* calamitoſus, unglückſelig. Ter. Eun. 2, 3, 17 *O infortunatum senem!* Et Cic. Att. 2, 24 *Nihil me infortunatius: nil fortunatius est Catulo.* Apul. 4 Met. *Infortunatissimis maritis.*

¶ Infortūnium, *i,* n. infelicitas, calamitas, unfall unglück. Ter. Adelph. 2, 1, 24 *Si attigisses, ferres infortunium,* ſo ſolte es dir übel bekommen. *Infortunio maclare,* Plaut. Curc. 4, 3, 5. Et Liv. 1, 50 extr. *Ni pareat patri, habiturum infortunium esse.*

¶ Infortunitas, *atis,* f. pro *infortunio* Gellius dixit 6, 1 *Sunt bona & mala, felicitas & infortunitas, dolor & voluptas.*

¶ Fortunensis, *e,* lapis ant. Murat. p. 15 *Iunoni pagi Fortunensis.* Foruli, vide ſupra *Fori.*

FŌRVM, *i,* n. Veſtibulum, der vorhof. Feſtus: *Forum antiqui appellabant, quod nunc vestibulum est.* Lex antiqua ap. Cic. de Leg. 2, 24 *Quod autem forum, id est vestibulum sepulcri, bustumve usucapi vetat, tuetur jus sepulcrorum.* v. Menck. Obſerv. L. L. ¶ 2. Locus eſt *rerum venalium,* ein kauf-platz, marckt. v. Salluſt. B. Iug. c. 47. *Forum boarium,* Liv. 29, 37. *Forum olitorium,* Id. 21, 62, der grüne oder kraut-marckt. *Forum vinarium,* Varro de Re Ruſt. 1, 54. Sic, *piscarium, pomarium forum. Forum cupedinis,* der naſch-marckt. v. Varro L. L. 4, 32, ubi addit, *forum appellasse, quo quæque ferrent; quo conferrent suas controversias, & quæ vendere vellent.* Suet. Aug. c. 71 *Forum aleatorium,* ubi convenitur aleæ cauſſa. *Forum promercale,* dici poteſt, ubi veſtes aut res uſui tritæ venum exponuntur, der trödel-marckt. ¶ 3. *Vti foro,* proverbiale eſt Ter. Phorm. 1, 2, 29. Significat autem, accommodare ſeſe præſenti rerum ſtatui, (quod *scenæ servire & populo,* Cicero dixit ad Brutum ep. 9,) der gelegenheit ſich bedienen. v. Donatum ad laudatum Terentii locum. Sed *foro cedere* dicuntur, qui alieno ære oppreſſi, ſeſe ſubducunt: quemadmodum Iuvenalis locus accipiendus eſt 11, 50. Idem & de nummulariis dicitur, quando ſolvendo non ſunt, & menſam ſeu tabernam amplius non exercent. Tabernas enim ſuas in foro habebant. Vlpian. l. 7 § 2 D. Depoſiti: *Quoties foro cedunt nummularii, solet prima ratio haberi depositariorum.* Idem & *mensam evertere* dicebatur: quod hodie *bancam ruptam facere* dicunt. Nam *banca* menſa eſt; banquerot machen, banquerotiren. Sic *Foro mersos,* Plaut. Epid. 1, 2, 16 vocat ære obrutos alieno, quia nempe in foro trapezitæ eſſent. Aliud eſt cum de Attico Nep. 25, 10, 2 *Itaque ad adventum Imperatorum de foro decesserat.* In publicum nimirum non prodiit, ſed domi ſuæ & apud amicos delituit. ¶ 4. *Forum* autem Romæ triplex erat. Nam *Vetus,* ſeu *Romanum* & *Latio,* Tertium Auguſtus adjecit Suet. ejus vita c. 31. v. ibi Torrent. & G. Fabricii Romam, c. 7, Lipſ. de magnitud. Rom. 3, 7. Poſtea tamen & alia addita; Nervæ puta, quod *Transitorium* dicebatur: item Trajani ſeu *Vlpium.* De quibus plura, qui Vrbis Romanæ hiſtoriam expoſuerunt: & Voſſ. Inſt. Orat. 1, 6, 3 p. 114. ¶ 5. Et quoniam Romæ judicia in foro exercebantur, idcirco *forum* ſæpe, pro actu cauſſarum & adminiſtratione negotiorum civilium, quæque ad jus pertinebant, ſumitur, der gerichts-platz. Cic. fam. 4, 3 *Curiam a foro* ſeparat, atque per iſtam ſenatum, per hoc judicia intelligit. Idem fam. 5, 8 *Vt primum attigi forum,* i. e. in cauſſis agendis verſari cœpi. Niſi forſan de ſumta in foro virili toga is locus interpretandus eſt. Sic, *Foro dare operam,*

vum, Plaut. Asin. 2, 4, 22. *In foro esse*, Nepos 24, 1, 1. Et, *Foro & honoribus se parare*, Seneca dixit præcem. lib. 2 Controv. ¶ 6. Hinc & illud est, *in alieno foro litigare*, apud Martialem præfat. lib. 12, id est, in novo versari negotio, cujus periculum antea nullum feceris. Adde Chil Erasmi in his ipsis Poëtæ verbis, quæ adagii loco adducuntur. Contra Plaut. in Mostl. 5, 1, 10 *Res in meo veritur foro*, quod scilicet recusare & effugere non possum, es gilt meine haut. ¶ 7. *Fora* etiam conventus dicebantur in provinciis, ubi controversiæ a præsidibus diudicari solebant. Hinc *Forum indicere* Virg. Æn. 5, 758. *Forum agere*, Cic. fam. 3, 6; & ad Att. 5, 16, id est, forum habere, jus dicere, gericht halten. v. Sidon. de antique jure provinc. 2, 5. ¶ 8. *Fora & Fori*, ut genere, ita significatione discernuntur: neutro loca sunt, quibus jus dicitur, masculino spatia in navibus. v. Nonius 5, 104, & supra *Fori* seorsum. Sed tamen etiam vasa, quorum usus in torcularibus, peculiariter *Fora* vocat Colum. 11, 2; & 12, 18: & apud Isidorum 15, 6 *Foras* est locus, ubi uva calcatur. ¶ 9. *Forum* cum propriis diversis conjunctum, oppidum significat; ut, *Forum Appii*, Cic. Att. 2, 10. *Forum Voconii*, Planc. Cic. fam. 10, 17. *Forum Gallorum*, Galba fam. 10, 30. *Forum Bibulorum*, Ptolem. Hispaniæ urbs. *Forum Claudii*, Centronum civitas in Alpibus Ptolemæo, hodie *Tarentesia*, ducis Sabaudiæ. *Forum* rursus *Claudii*, urbs *Tuscorum*, eidem. *Forum* denique *Claudii* in Hetruria, Plin. 3, 14. *Forum Cornelii*, & *Forum Sylle*, a Cornelio Sylla Dictatore, in Gallia togata. *Forocornelienses agri*, Plin. ibid. *Forum Augurorum*, Ptolemæo urbs Hispaniæ *Tarraconensis*. *Forum Julii* & *Forojulium*, Galliæ Narbonensis civitas, non longe a *Massilia*, Gallis *Frejus*. Sunt & *Forojulienses*, & *Foresimonienses* Italiæ populi, quorum Plinius meminit 2, 14. *Forum Julii*, das Friaul, pars Italiæ Norico finitima, Cic. fam. 10, 15. *Forum Livii*, Galliæ togatæ urbs Ptolem. Forli. *Forum Sempronii*, Umbrorum civitas, Ptolem. *Forum Tiberii*, Helveticorum civitas ad Rhenum, Zurserstuhl am Rhein. v. & Sigonium de antiquo jure Italiæ c. ult.

¶ Forensis, *e*, was vor gericht gehöret, gerichtlich; ut, Quintil. 5, 10 p. 364 *Reflexus, forenses, negotiator, miles, navigator, medicus, aliud atque aliud efficiunt. Opera forensis*, das advociren, Nepos 7, 3, 4. Et, *Causse forenses*, Cic. Nat. D. 3, 4, gerichts-sachen. *Genus dicendi forense*, Quintil. 2, 10. Et Apulej. lib. 10 Mil. *Quid ergo miramini vilissima capita, immo forensia pecora, immo vero togati vulturii, si toti anne jactice sententias suas pretio nundinantur. Turba forensis* Livio passim dicitur, quæ Ciceroni *plebs urbana*, Horatio *tunicatus popellus*, alias *faba subfrani*; infima nempe plebs, rumoribus aucupandis, agrariis præsertim rogationibus intenta. ¶ 2. *Forensia vestimenta*, quæ foras prodituri sumebant; quibus opposita erant *domestica*; Suet. Aug. c. 73, & ibi Casaub. v. infra *Vestis*.

¶ Circumforāneus, *a, um*, adj. & subst. ἀγοραῖος, vel περιαγορᾶτης, ein müssiggänger; item circulator, ein zahn-brecher, marckt-schreyer. Cic. pro Cluent. c. 14 *L. Clodius pharmacopola circumforaneus, qui properaret, cui fora multa restarent, &c.* Hieron. ad Domnionem epist. 51 *Nescio quem de trivio, de compitis, de plateis circumforaneum monachum contiguerdum concionari adversum me.* ¶ 2. Gell. 17, 3 ἀγοραῖος; Græcis dici ait *homines male literates*, quos *Circumforaneos* possis vertere, id est, vulgariter eruditos & tamen doctrinarum opinione tumentes & audaculos. ¶ 3. *Circumforaneam domum* Apul. 4 A. A. p. 148 pro mobili & ambulatoria a circumferendo videtur usurpasse. v. Elmenhorstii Ind. Apul. ¶ 4. *Circumforaneum mendicabulum*, ein land-bettler. Ita ap. Apulej. lib. 9 dicuntur sacerdotes Deæ Syriæ, qui ea circum fora & conciliabula circumlata pecunias & res alias emendicabant.

¶ Infŏro, *are*, pro *in forum vocare*: v. Plaut. Curc. a. 3, 31 seq.

¶ Indŭtŏrus, *i*, m. (pro *Inforus*, uti *Indaperator* pro *Imperator*,) id est, judicium, Ennius apud Gellium 12, 4.

¶ Superforaneus, *a, um*, idem videtur notare, quod *supervacaneus*. Symmach. 3 epist. 48 *Superfluenti laboris est, commendare conspicuos*: Hoc est, otiosi, superflui, verset lich, unnöthig. Sic, *Superforanea trepidatio*, Sidon. 1, 7. *Super his plura replicare superforaneum statuo*, Idem 4, 11. v. Iuret. in Symm. p. 105.

Fŏdia, fossilis, fossio, &c. vide *Fodio*

FŎVEA, *æ*, f. eine grube, ein graben. Plaut. Pœn. 1, 1, 59 *Decipiemus foveo hominem*. Horat. 1 epist. 16, 50 *Cautus enim metuit foveam lupis, accipiterque Suspectos laqueos, & opertum miluus hamum*. conf. de Arte v. 459. Cic. Phil. 4, 5 *Bellua in foveam incidit*. scilicet verationis genus erat. vid. Drakenb. ad Sil. 330. Tertull. de Anima c. 19 uterum matris *genitales feminæ foveas* vocat.

¶ Fovii, *orum*, m. pl. qui nunc *Fabii*, sic dicti, *quod princeps gentis ejus ex ea notus fit, cum qua II reules in fovea concubuit. Alii putant eam primum offendisse, quemadmodum ursi & lupi foveis caperentur.* Fest.

FŎVEO, *fŏvi, fŏtum, fŏvēre*, calefacere proprie, wärmen. Plaut. Capt. 4, 2, 67 *Jubes an eum jubes æstivi aulas? patinas elui? Lavidum atque epulas foveri foculis ferventibus? Aves pullos excusos pennis fovent, ne frigore ledantur*, Cic. de Nat. D. 2, 52. ¶ 2. Deinde alere, hegen, pflegen, erhalten. Cic. ad Q. Fratr. 3, 1, 3 *Scribis de Cæsaris summo in vos amore, hunc tu fovebis*, i. e. omni re adjuvabis. Id. Att. 12, 18 *Fovebam meos dolores* Vbi *fovere dolorem*, levare eum & tolerabiliorem reddere notat. v. Manut. Liv. 3, 65 pr. *Novi tribuni plebis voluntatem patrum foverunt*. Tibull. 2, 7, 2 *Credula votum spes fovet*. conf. Martial. 9 epigr. 49; & Virg. Æn. 1, 281.

¶ Fŏtus, *a, um*, gehegt, erwärmt. Cic. de N. D. 2, 48 *Pulli a matribus excusi fotique*. Arnob. lib. 1 *Honoribus fotum aliquem suscipere*.

¶ Fŏtus, *ûs*, m. subst. actio fovendi. Plin. 23, 9 *Vtilis est igni sacro fotus*. De lauru ejusque foliis agit. Id. 23, 1 *Decoctura eos juvat & potione & fotu*. Prudent. contra Symmach. 2, 584 *Queis gloria fotibus auctia Sic cluat, impositis ut mundum frenet habenis?* Sic, *Blandis fotibus*, Id. Hamartig. v. 303. Et, *Benignis fotibus recreare*, Idem Perist. 5, 330 dixit.

¶ Fŏvĕla, *æ*, f. die erquickung. Tertull. de Anima c. 7 *Immunis a pœna & a fovela*.

¶ Fŏmes, *ĭtis*, m. a *fovendo* dictus, significat assulam ex arbore, quæ cæditur, excussam, ein span. v. Salmas. ad Solin. p. 127, & Fest.

¶ 2. Et aridum quodcunque ignis nutrimentum, zunder. Plinius *Igniarium* vocat, olim *luculrum* dicebatur: & fiebat ex fungis arborum insolatis, & arefactis sulphuratisque, itemque ex foliis. vid. Plin. 16, 40, & ibi Dalech. p. 744. Virg. Æn. 1, 77 *Rapuitque in fomite flammam*; id est, scintillam excussam ex silice in fomite excepit. ¶ 3. *Fomes* pro nutrimento & incitamento, metaphorice, eine anreitzung. *Fomes & ignitabulum ingenii virtutisque*, Gell. 15, 2. Et, *Fomites disciplinarum*, Apulej. sub fin. 2 Florid. Sic, *Fomes vitiorum luxuria, &c.*

¶ Fōmentum, *i*, n. applicatio rei calidæ, vel cujuscunque dolorem mitigantis ad partem corporis affectam, ein umschlag; ut, *Calida fomenta*, Celsus 2, 17. *Adhibere fomenta*, Colum. 6, 30. Cic. 2, 29 de Finibus metaphorice dixit: *Dolor fortitudinis fomentis mitigari solet*. Et in Tusc. 2, 24 *Solatia & fomenta summorum dolorum*, trost, linderung.

¶ Fomento, *are*, erwärmen, warm halten. Gloss. lat. gr. *Fomento*, κατανταῶ. Veget. 2, 8 *Caput fomentando vaporare*. Cæl. Aurel. Acut. 1, 9 *Caput oleo fomentare*. conf. Apul. de Herb. c. 80, 1.

¶ Fomentatio, *ōnis*, f. die erwärmung, erquickung. Vlpian. L. 70 § 7 Legat. lib. 3 *Ne ea quidem, quæ fomentationis gratia parata sunt, vel medicinæ, lanarum appellatione continentur.*

Composita:

¶ Confŏveo, *ēre*, idem quod simplex, wärmen, erquicken. Cato c. 5 sub fin. *Stercore addito, confoveto*. Apul. lib. 8 p. 204 *Pene collapsa membra lavacro, cibuque confovere*. Hieronym. adv. Rufin. 3, 8 *Terra debet gremio suo semina confovere.*

¶ Confōtus, *a, um*, erquicket, gebrütet. v. Vulg. Interp. Ies. 59, 5. Translate Prosper Aquitan. de Provid. Dei v. 679 *Amplexu paterno confotus.*

¶ Confōmo, *are*, ab antiquo verbo *Fomo*; Catullo restituturn cupit Salmas. in Solin. p. 127. Sed H. Vossius *fomitate*. vid. p. 346.

¶ Defōmo, *are*, idem. Glossæ: ἀποπελεκίζω, *defomo, dedolo*. Hinc &

¶ Defomitatus, *a, um*, ut, *Defomitatum lignum* est fomitibus, i. e. assulis, succisum, quibus confoveri erat solitum. Fest.

¶ Perfŏveo, *ēre*, valde fovere, verpflegen, warten. Sedulius sub initium lib. 3 (al. 4) *Solatur nexos in carcere, perfovet egros.*

¶ Præfŏveo, *ēre*, vorherwärmen. Hinc

¶ Præfŏtus, *a, um*, vorhergewärmt. Cæl. Aurel. Tard. 4, 2 *Præfotæ partes aqua marina vel aceto salso.*

¶ Præfomento, *are*, idem quod *præfovere*. Theod. Prisc. an. 1, 21 *Præfomentare valnera.* conf. Octav. Horat. 1, 19.

¶ Refŏveo, *ēre*, wieder erquicken, laben. Apul. lib. 2 *Poculis lassitudinem refovere.* Statius Theb. 6, 521 *Vires dat refovetque Deus.* Sic, *Vires ex itinere refovere*, Vellej. dixit 2, 113, 2, ausruhen.

¶ Refŏtus, *a, um*, gelabet, erquicket. Suet. Ner. c. 27 *Refotus sæpius calidis piscinis.* Gell. 15, 2 *Calefacto simul refotoque animo.*

FOVIS, vide in *Fovea.*

FRĂCEO, *ēre*, seu Fraceſco, *ĕre*, est putrefieri vetustate, apud Nonium 1, 308, faulen, schimmlicht, teig werden. Varro de R. R. 1, 55 *Oleæ lectæ, si nimium diu fuit in acervis, caldore fracescit.* Cato R. R. c. 128 *Sinito quatridnum fracescat; ubi bene fracuerit, &c.* Colum. 1, 6 *Oleum, quod minus provenit, si congelatur, fracescet.*

¶ Frăcidus, *a, um*, putrescens, teig, faul, schimmlicht. Cato R. R. c. 64 *Olea fracida.*

¶ Frăces, *ium*, f. quasi fractæ torculari, ab antiquo *Frago* pro *frango*, die hülsen von oliven, öl-drüsen. Plin. 15, 6; & Gell. 11, 6. ¶ 2. *Fex* item olei, ex illis expressa, ut ex vinaceis floces sunt. vid. *Floces.* Ita *Subfiduæque fraces*, Gratian. de Ven. v. 474. conf. Vitruv. 7, 1.

¶ Confraceo, *ere*, verschimmeln. Sic *Confracuit* Scaliger legit ap. Varr. de R. R. alii *conflacuit.*

Fractio, &c. vide *Frango*, Frænum, &c. *Frenum.*

FRĀGA, *orum*, n. pl. mora, quæ in herbis nascuntur, secundum Servium, erdbeere. *Mollia fraga leges*, Ovid. Met. 13, 816; Idem Met. 1, 104 *Arbuteos fœtus, montanaque fraga legebant.* Virg. ecl. 3, 92 *Humi nascentia fraga.* ¶ 2. *Fragum* etiam in singulari occurrit, de quo Apul. Herb. c. 37 *Comaron Græci, Romani fragum nuncupant, &c.*

¶ Frăgāria, *æ*, f. erdbeer-kraut. Matthiol.

Frăgilis, fragmentum, fragor, fragosus, vide *Frango.*

FRĀGRO, *are*, redolere, odorem reddere, geruch geben, wohl riechen. Mart. 1 ep. 87 *Ne gravis hesterno fragres, Fescennia, vino, Pastillos Cosmi luxuriosa voras.* conf. 3 ep. 65. Augustin. Confess. 10, 27 *Fragrasti, & duxi spiritum.* ¶ 2. *Fragrare* & *flagrare* miscent librarii. v. *Flagro.*

¶ Fragrans, *tis*. Virg. Æn. 1, 436 *Redolentque thymo fragrantia mella.* Sidon. 8 epist. 14 *Castitatis fragrantissimum incensum in thuribulis cordis adolere.* Apul. 10 Met. p. 544 *Vnguentum fragrantissimum.* Adde Catull. 69, 144; Sil. 15, 117.

¶ Fragranter, adv. idem, apud Apulejum. Compar. Solin. c. 51 (Salm. c. 38) *Crocum spirat fragrantius.*

¶ Frāgrantia, *æ*, f. odor suavis, der gute geruch. Sic enim εὐωδίαν vertit Erasmus, Ephes. 5 *bonam fragrantiam.* Vet. Gl. *Fragrantia, ὀσμὴ καλή.* Valer. Max. 9, 1 ext. 1 *Vnguentorum fragrantia.*

FRĂMEA, *æ*, f. lancea, vel hasta Germanica, ein spieß, partisan. Iuvenal. 13, 78 *Iurat Per Martis frameam & Cyrrhæi spicula vatis*, i. e. *Apollinis.* A *framea* factum videtur Germanicum illud, ein priem. Sane *Framea* Germanicum vocabulum. Tac. Germ. 6, 2 *Hastas, vel ipsorum vocabulo, frameas gerunt.* ¶ 2. Vetus Criticus in Glossario de gladio interpretatur. Ibi enim legas ῥομφαία, *Framea, gladius.* Item: *Framea*, ῥομφαῖα. Et ita Isidor. 18, 6; vid. infra *Romphæa.*

FRANCI, *orum*, m. pl Germaniæ populus, & medii ævi historia, & hodie notissimus, olim tamen frequentior & latius patens. v. Cluver. Germ. Antiq. Cæterum Francorum olim nomen, non unius populi, sed plurium Germanicarum gentium fuit, qui conspirarunt inter se, vindicaturæ se a Romanorum jugo, impositio sibi communi vocabulo a libertate; franck enim *liberum* significat. vide Phil. Cluver.

ver. Antiq. Germ. 3, 29, & II. Pontanum lib. 1 & 2 de Origine Francorum, qui tamen a Cluverii opinione diversus abit. Adde Barth. ad Briton. Aremor. p. 28, 29, 36, & quæ recenti ætate Leibnitio præfertim anteignano disputarunt tum Galli quidam tum Germani.

¶ Francones liberi, die freyen Francken. Meminit eorum Cicero (si diis placet, uti volunt nonnulli, corrupta lectione inducti) ad Att. 14, 10 & Suevorum. Primi fuerunt auctores regni in Gallia. De Francis Græcum fertur illud: τὸν φράγκον φίλον ἔχε, γείτονα δὲ οὔ, *Francorem amicum habeas, vicinum vero minime*: propter crebrescentem videlicet suo tempore Francorum gloriam, quæ a multis tum gentibus formidabatur.

¶ Francia, *æ*, f. regio Francorum. Discriminis caussa alia dicitur *Francia orientalis*, Franckenland, quæ & *Franconia* appellari solet, & pars ampla est Germaniæ: Alia est *Francia occidentalis*, Franckreich, cui & nomen *Galliæ Francicæ*, sive *Galliæ* tribuitur. Quamquam & utraque regio vicissim in Orientalem & Occidentalem dividatur. Ita *Franci*, Francken, Franzosen. Nam cum Franci late dominarentur, magna pars Germaniæ & Galliæ *Francia* dicta fuit. Claud. de Laud. Stilic. 1, 227 *Gallica Francorum montes armenta peverrant*. Sane & Hieronymus in vita Hilarionis p. 491 *Franciam* pro Germania dixit. Claudian. l. c. v. 236 *Provincia missos Expellet citius, fallax quam Francia, reges.*

¶ Francicus, *a, um*. Vopisc. Probo c. 11. Est etiam inter Iustiniani Imp. titulos.

FRANGO, *frēgi, fractum, frangĕre*; a græco φράγνυμι, brechen, zerbrechen. Cic. in Verr. 5, 57 *Cervices frangebantur in carcere civium Romanorum*. Sic, *Frangere gulam*, Sallust. Catil. c. 55 est fuffocare: At, *Cervices alicui frangere*, idem, & magis proprie, apud Cic. in Vatin. c. 11. *Navem fregit*, Terent. dixit Adelph. 1, 3, 17 pro naufragium fecit. *Frangi* dicuntur *fluctus*, cum ad litus allidunt. v. Drakenb. a Sil. 3, 55. *Flegerunt se frigora vel calores*, Varr. R. R. 2, 2, 18 i. e. remiserint, ut nostri, die kälte hat sich gesetzet. ¶ 2. Metaphora locutiones larinas atque elegantes permultas efficit. Sic, *Frangere & contundere alicujus audaciam*, Cic. Phil 13, 13. *Furorem patulantemque frangere*, Id. in Pison. c. 14. Et, *Libidines frangere*, Id. de Legib. 3, 13 extr. De *ira* aliisque affectibus vid. notata Barthiano ad Petron. c. 75 p. 372, eines rühmbeit, muthwillen, ꝛc. hemmen, steuern, wehren darnieder legen. Cic. de Orat. 1, 62 *Paulum requiescet, dum se calor frangat*. *Debilitare & frangere vim aliquam*, Idem pro Marcello c. 3. schwächen und brechen. *Fregit hoc meum consilium*, Id. fam 4, 4 *Frangere seipsum*, sein selbst meister seyn. Id. fam. 4, 6. Brouckh. ad Tib. 1, 9, 71 observat, ut *fracti* dicantur homines ingenio mitiore ac faciliore, sic *frangi*, quibus durior est natura atque inclementior. *Risus frangit vultum*, h. e. mollem reddit. Petron. c. 128 p. 614. vid. Burm. *Diem mero frangere*, die zeit beym weine zubringen, Horat. od. 2, 7, 6. *Morbum frangere abstinentia*, Plin. 1 epist. 12 n. 5. Et, *Se frangere laboribus*, Cic. pro Arch. c. 11, sichs lassen sauer werden. Propert. 4, 6, 51 *Frangit & attollit vires in milite caussa*. Ciceronis præterea sunt: *Frangi motu*, de Off. 1, 20. Et, *frangere fidem*, pro Roscio Com. c. 6, treulos werden. Item, *Fœdus frangere*, in Pison. c. 12. vide quæ de hoc verbo notat Casaub. ad Pers. Satyr. & Barth. ad Stat. Silv. p. 96. It. quæ dicemus ad *Fractus*.

¶ Fractus, *a, um*, gebrochen, zerbrochen. *Navis fracta*, Horat. A. P. v. 22. *Cras fractum*, Id. 1 epist. 17, 58. Translate, *Fracta res*, verderbter zustand, Plaut. Pers. 4, 4, 104. *Fracta ratio* apud Quint. decl. 261 p. 489 est rationes. Confer. Burmannus. Hor. 2 Sat. 3, 13. *Fracte vires*, i. e. debilitatæ, expugnatæ, Virg. Æn. 2, 170. *Fractus atque effractus animus*, timidus & debilitatus, Cic. pro Dom. c. 36. Sic, *Animus fractus*, Id. ad Att. 12, 38, kleinmüthig, verzagt. Et, *Fractiorem esse animo*, ad Att. 11, 12. Et, *Spes amplificandæ fortunæ fractior*, Id. de Amic. c. 16. Et Arnobius sub fin. l. 2 *Postquam gens humana fractior & infirmior cœpit nostra esse natura*. Vellej. 2, 74, 1 *Fractis Bructeris partibus*, nachdem man die parten geschwächet. Virg. Æn. 3, 555 *Fractæ ad littora voces*, i. e. repercussæ, wiederschallende. ¶ 2 *Fractus* & *tractus* confunduntur in MSS. vid. Drakenb. ad Sil. 3, 55.

¶ Fractio, *onis*, f. die brechung, apud Plautum.

¶ Fractor, *ōris*, m. qui frangit. Gloss. gr. lat. κλάστης, *Fractor*. Sedon. 3, 13 *Fractor fenulas unas*.

¶ Fractillum, *i*, n. instrumentum ad *frangendam piper* in Gloss. Isidori, ein mörsel, pfeffer-mühle.

¶ Fractūra, *æ*, f. ein bruch. Plin. 22, 8 *Sanare fracturas*. conf. 29, 6. ¶ 2. idem quod fragmentum Plin. 33, 4 f. 21 *Fracturis CL. libras agentibus*.

¶ Fragmen, *ĭnis*, n. ein abgebrochen stück, brocken. Virg. Æn. 10, 306 *Fragmina remorum*. Prudent. hymn. 10 exsequiali, v. 128 *Generosa fragmina*. Vellej 2, 3, 2 *Graecibus fragmine subsidii ictus*.

¶ Fragmentum, *i*, n. idem. *Fragmentum lapidis*, ein stück von einem steine. Cic. Nat. D. 2, 32 Lucanus 8, 755 *Laceræ fragmenta carinæ*. Criticis *fragmenta* sunt reliquiæ ex mutilatis aut deperditis libris, ut, *Fragmenta Ciceronis, Plauti*, &c.

¶ Frăgor, *ōris*, m. sonitus ex re fracta, der knall, das krachen, knacken. Liv. 1, 29 *Iam fragor tectorum, quæ circumdabantur, audiebatur*. Virg. Æn. 2, 14 *Iam vero in tectis præcipitis urbe Latini Præcipuus fragor*. Id. Georg. 1, 356 *Continuo ventis surgentibus, aut freta ponti Incipiunt agitata tumescere, & arvidus altis Montibus audiri fragor*. Sic *fragor* de tonitru, Ovid. Met. 1, 269 *Fit fragor, & densi fundantur ab æthere nimbi*. Quod Ammianus imitatus est 31, 43 *Repente cum fragore cælesti imbres nubibus atris effusi*. Ad vocem transtulit Seneca Here. Fur. 795 *Vocis horrendæ fragor*. Quintil. 8, 3 pr. de plausu Ciceroni dato posuit.

¶ Frăgōsus, *a, um*, asper, rauh, uneben, krachend; ut, *Nebroden montem fragosum* dixit Gratius 527. *Vada fragosa*, Val Flacc. 2, 622. *Fragosa ventorum rabies*, ein stürmwind. Iuvenc. 3, 22 *Fragosus torrens*, Virg. Æn. 7, 566. Metaph. Quintil. 5, 4 *Oratio fragosa*, leni & æquabili contraria.

¶ Fragose, adv. idem. Comparativo usus est Plinius 16, 10 *Fragosius sidunt* (fecures), *egrius revelluntur*, h. e. cum majori fragore incidunt, & penetrant findendo: sed hærent in ictu.

¶ Fragōsus, *a, um*, fragosus. v. Augustin adv Petilian. 3, 16.

¶ Fragilis, e, zerbrechlich, schwach; ut, *Fragilis navis*, Virg. ecl 8, 40. *Vita modo fragilis*, Plin 12, 28. Hieronym in Ezech c. 4 *Vitro fragilissimo Isteri comparatur*. Accius apud Non. 3, 21 *Fragilissimus alveus*. edd. Prisc. 6 p. 2 6. ¶ 2. Deinde imbecillis & inconstans, vergänglich, unstät, unbeständig. *Res humanæ fragile caducaque sunt*, Cic. de Amic c. 27. Sic, *Vita fragilior*, Plin præfat. l. 7. *Caryophyllon grandius fragilisque*, Id 12, 7 *Roma veram fragile est*, Ovid. de Art. 2 115.

¶ Fragile, adverbialiter, idem. Pallad. Mart 1. 1 *Ne motus aliquis fragile pavidantis juramenti pactum attentet*.

¶ Fragiliter, adverb. idem.

¶ Frăgĭlĭtas, *ātis*, f. imbecillitas, die zerbrechlichkeit. *Naturæ communis fragilitatem extimesco*, Cic. pro Marcell. c. 9. Id. in Tusc. 5, 1 *Imbecillitas & fragilitas humani generis*.

¶ Fragmen, *i*, n. ein bruch. Apul. Met. 9 p. 368 *Cranium ejus fragmen abominata*. v. *Crurifragium* in *Cras*; *Naufragium* in *Navis*; *Lumbifragium* in *Lumbus*.

¶ Fragesco, *ĕre*, frangi, gebrochen oder mürbe werden. Accius apud Non. 2, 329 *Neque fera hominum pectora fragescunt, donec vim persenserint imperii*.

¶ Fragisco, *ere*, idem quod *Fragesco*. Pacuvius: *Fragiscit animus misere his*.

¶ Frangibŭlum, *i*, n. eine brechle, occurrit in compositis; quære *Dentifrangibulum*, *Nucifrangibulum* in *Dens* & *Nux*.

¶ Frango, *ĕre*, secundum Festum est vigilias circumire; quod eo labore homo frangatur. Hinc

¶ Fraxator, *ōris*, m. vigilias circumiens. Festus.

Composita a *Frango* cum nominibus, ut *Tudifrages*, *Naufragus*, *Ossifragus*, &c. & horum derivata, quære in suis initiis, *Fudes*, *Navis*, *Os*, &c.

Composita cum præpositione:

¶ Adfrango, vel Affrango, *ĕre*, daran zerbrechen, quod apud Statium legitur Theb. 10, 47 *Quod superest, dextræ affringunt pectibus ungues*. Legitur etiam *Adfrango*, non tantum c. l. verum etiam 5 Silv. 1, 36 *Hiemes affrangere undis*.

¶ Anfractus vel Amfractus, *a, um*, i. e. *circumflexus*, vel flexus, gekrümmt, gebogen; ut, *Anfractus undique spatia*, Ammian. 29, 5.

¶ Anfractum vel Amfractum, *i*, n. subst. sinuosus flexus, die krümmung, herumschweifung. Varr. l. l. 6, 2 *Anfractum est devertere flexum de recti, dictum ab ambitu & frangendo. Ab eo itque potest in directo pedum octo esse, in anfractu sexdecim, i. e. in flexu*. Sic *Ferrarum anfractu*: & *Cavata aurium anfractus*, Accius & Varro apud Nonium 3, 16.

¶ Anfractus, *us*, m. περίοδος, ἀνάκαμψις, flexus viarum, & sinuosus reflexus, cujusmodi est in testis cochlearum, & cornibus fere arietum, die krumme des weges, der umweg, der umschweif. Nepos 18, 8, 5 *Via, qua omnes commeabant, altero tanto longiorem habebat anfractum*, & c. 9, 6 *Facilit iter saum, & idem anfractum longiorem expedivit viæ capit*. Petron. c. 8 *Per anfractus obscurissimos*. Conf. Tertull. de Spectac. c. 3. Lucanus circuitionem *anfractum* dixit 1, 605 *Dumque illi effusam longis anfractibus urbem Circumeunt*. ¶ 2. De cursu solis & flexu Cic. Somn. Scip. c. 2 *Cum ætas tua septenos octies solis anfractus redituque converterit*, h. e. annos. Hinc de Leg 2, 8 *In annuis anfractibus descriptum esto*, h. e. in Kalendariis. ¶ 3. Metaphorice ad alias res transfertur; ut ad prædictiones per somnia, de quibus Cicero de Divin. 2, 61 *Quid opus est*, inquit, *circuitione & anfractu?* umschweif, weitläuftigkeit. Et ad orationem: Idem de Partit. Orat. c. 6 *Suave*, inquit, *genus erit dicendi, primum elegantia, & facultate verborum sonantium & lenium: deinde conjunctione, quæ neque asperos habeat concursus, neque disjunctos aequabiliter, & sit circumscripta non longo anfractu, sed ad spiritum vocis apte*, ubi anfractus idem est, quod periodus.

¶ Amfragōsus, *a, um*, umschweifig. Gloss. gr. lat. περιοδεύσιμος τόπος, *amfragosus locus*.

¶ Circumfractus, *a, um*, umher zerbrochen. Ammian. 22, 8 *Immobiles turbine circumfracto*. Idem 29, 4 *Circumfractis collibus abdere*.

¶ Circumfragium, *i*, n. Apul. 9 Met. p. 368 *Circumfragium ejus abominata*. Sed alii rectius *Crucifragium* legunt.

¶ Confringo, *ēgi, actum, ĕre*, zerbrechen, entzwey brechen; ut, *Digitos confregit*, Cic. pro Flacc. c. 30. *Confringere rem*, i. e. dilapidare opes, Plautus dixit Trin. 1, 2, 71. Et, *Confringere fores*, Idem Most. 2, 2, 25.

¶ Confractus, *a, um*, zerbrochen. Plaut. Rud. 1, 2, 64 *Confracta navis in mari est illis*. Cic. de Leg. 2, 22 *Confracta jura*. Sed Gruterus præfert *Contracta*.

¶ Confractus, *us*, m. subst. Cels. præf. l. 1 p. 7 *Considerare duritiem, mollitiem, lævorem, confractum*. Quia opponitur lævori, derivarem a *confragus* vel *confragosus*, ut *anfractus* & *anfragosus* conjugata sunt. Sed videtur totum hoc esse a conjectura Ro. Constantini, libri enim *contractus*, ubi vid.

¶ Confractio, *ōnis*, f. & Confractura, *æ*, f. idem, in Digest. & Vulg. Interp. Ps. 105, 23; & Isa. 24, 19.

¶ Confrăges, f. *loca, in quæ venti undique cum vi ruunt & laxa frangunt* Isidor. 14, 8. *Confragos* apud Festum; *Confragosum* Nonium.

¶ Confragōsus, *a, um*, difruptus atque incultus, horridus, uneben, steinicht. Liv 28, 2 *Iuga confragosa & asperi saltus*. *Confragosa atque aspera*, Id. 32, 4. Et *Confragosa & confragosa*, Quintil. 5, 8. *Versus confragosi*, harte, zum aussprechen schwere verse, Id. 1, 1 extr. *Confragosa ad fastigium dignitatis via est*, Seneca epist. 84.

¶ Confrăgus, *a, um*, idem. Lucan. 6, 126 *Confraga densis Arboribus dumeta*, i. e. aspera, inaccessa.

¶ Defringo, *ĕre*, abbrechen; ut, *Arboris ramum defringere*, Cic. pro Cæcin. c. 21. Et Virg. Georg. 2, 300 *Summas defringe ex arbore plantas*. Adde Æneid. 11, 748, ubi nonnulli *diffringit* legunt, quod sequitur. Et Eumenius ad Constantium Paneg. 4, 6 *Litora fulvere, ripasque defringere*.

¶ Defractus, *a, um*, abgebrochen. Plin. 17, 17 *Defractos serere vamos*.

¶ Diffringo, *ĕre*, zerbrechen. Plaut. Asin. 2, 4, 68 *Crura diffringentur*.

¶ Diffractus, *a, um*, zerbrochen. Suet. Cæs. c. 37 *Pæne curru excussus est, axe diffracto*. Et Vitruv. 10, 6 *Colossici Apollinis in fano bassis a vetustate diffracta*.

¶ Effringo, *ĕre*, aufbrechen, ausheben. Ter. Adelph. 1, 2, 7 *Fores effringit atq; e cardine avellit alienas*. Sic, *Effringere thesaurum*, Plin. 34, 7, einen schatz erbrechen. ¶ 2. Sil. 1, 647 *Spumeus hic medio, qui surgit ab æquore fluctus, --- vestras effringet in urbes*, h. e. effringetur, vel effringet se. v. Drakenb.

¶ Effractus, *a, um*, aufgebrochen, erbrochen; ut, *Vrbs effracta*, Stat. Theb. 9, 556. *Cista effracta*, Horat. 1 epist. 17, 54.

¶ Effractor, *oris*, m. ein dieb, so einbricht; apud Paulum ICt. L. 3 § 1 Dig. de Offic. præfecti vigilum. Dictus & *Apertularius*. Isidorus: *Apertularius Effractor*. Vet. Gloss. *Apertularius*, ὑφεσταναοικτης.

¶ Effractārius, *i*, m. idem qui *Effractor*. Sen. epist. 68 *Furem signata solicitant: vide videtur, quicquid patet: aperta effractarius præterit*.

¶ Effractūra, *æ*, f. die erbrechung, apud eumdem Paulum c. l. § 2 de Off. præf. vigilum.

¶ Infringo, *ĕre*, schwächen, brechen. *Lumbos & latus infregi*, Hor. epod. 11, 33 *Animum alicujus infringere*, Liv. 38, 16, den muth benehmen, verzagt machen. *Conatus adversariorum infringere*, i. e. amoliri, hintertreiben, Cæs. B. C. 2, 21. Et, *Vim alicujus infringere*, Id. Civ. 3, 92. Sic Cic. de Orat. 1, 7 *Tribunatus infringi & debilitari videbatur*. Ibid. *Spes infringitur, & elanguescit industria*. Et Ter. Adelph. 2, 1, 46 *Infringere alicui colaphos*, derbe ohrfeigen geben. Quint. 11, 3 p. 1034 Burm. *Infringere articulos*, die finger ringen, daß sie knacken.

¶ Infractus, *a, um*, id est, valde & vere fractus, zerbrochen, zerschlagen. Nam *in* auget hoc loco, & veteres verbo hoc composito libentius & sæpius usi sunt, quam simplice *fractus*. In omnibus itaque exemplis Ciceronis retinetur significatio verbi *infringere*, e. g. post red. ad Quir. c. 8 *Esse non modo non infracto animo, sed confirmato*. Et Acad. Qu. 4, 25 *Tu autem te negas infracto remo commoveri*. Et pro Domo sua c. 24 *Infractus furor tuus inanes faciebat impetus*. Virg. Æn 9, 499 *Torpent infractæ ad prælia vires*: hoc est debilitatæ, Ovid. Met. 6, 61 in fab. Philomelæ: *Infractaque constitit ira*, i. e. debilitata cessavit sive sedata est. vide Erythræi Virg. ind. in hac voce Atque ita probatissimus quisque hac voce usus est, pro *valde fractus*, nec facile alterius notionis exemplum apud antiquos inveneris. Ita Curt. 8, 14, 44 *Magnitudo animi interrita ac nec fortuna quidem infracta*. conf. 6, 2, 21 & 9, 2, 30. Vellej. 2, 37, 2 *Rex armis infractus*. Id. 2, 39, 1 *Galliæ ejus ductu infractæ*. Comparativum hinc formavit Valer. Max. 5, 10 ext. 1, *Pericles oratione nulla ex parte infractiore concionatus est*. ¶ 2. Recentioribus *Infractus* idem esse cœpit ac non fractus, invictus, confirmatus, unzerbrochen, beherzt, unverzagt. Symmach. 1 epist. 3 *Fractæ opes infractos animos repererunt*. Nonnulli, Servium secuti, *infractos Latinos* Virgilii Æn. 12, 1 etiam exponunt integros, invictos. Sed aliis potior hic est Donati sententia. v. Vorst. de Lat. mer. susp. c. 4 p. 40. Parei Lex. Crit. p. 604. Cellarii Cur. post. p. 246 & Antibarb. p. 181.

¶ Infractio, *ōnis*, f. die zerbrechung; ut, *Infractio animi & demissio*, blödigkeit, Cic. Tusc. 3, 7.

¶ Infragilis, *e*, non fragilis, fest, unzerbrechlich. Pedo Albinovanus ad Liviam de Drusi morte v. 334 *Infragilemque animum, quod potes, usque tene*. Seneca de Vita beata c. 9 *Summum bonum est infragilis animi vigor & providentia*, &c. standhaftiges gemüth. Vbi, quod Lexica *infrangibilis* citant, haud dubie ex corrupto libro est: meliores omnes *infragilis*.

¶ Interfringo, *ĕre*, unterbrechen. Cato de R. R. c. 44 *Si quid ventus interfregerit*. Repetit Catonis verba Plin. 17, 18.

¶ Offringo, *ĕre*, zerbrechen. *Offringi terra* dicitur, cum secundo aratur. Varro de Re Rust. 1, 29 *Terram cum primum arant, proscindere appellant, quum iterum, offringere dicunt*.

¶ Perfringo, *ĕre*, entzwey brechen, durchbrechen. *Perfringere domus*, Tac. Hist. 4, 1, 4; *portas*, Lucan. 3, 343. *Omnium objecta tela vi & virtute perfringere*, Cic. Arusp. resp. c. 23. *Perfringere leges*, Id. Catil. 1, 7 id est, evertere, quod Germani dicunt, ein loch dadurch machen. *Hæc (eloquentia) modo perfringit, modo irrepit in sensus*, Cic. in Orat. 28.

¶ Perfringens, *tis*. Lucret. 6, 136 *Vis incita venti nubem perfringens*. Curt. 5, 6, 14 *Dolabra glaciem perfringens*.

¶ Perfractus, *a, um*, zerbrochen, zerschmissen; ut, *Perfractæ fores*, Tibull. 1, 10 v. 54. *Ossa perfracta trinodi clava*, Ovid. epist. 4 Phædræ v. 115. Liv. 4, 28 extr. *Perfracto capite*, adhuc acie potest excedi.

¶ Præfringo, *ĕre*; ut, *Hastas præfringere & hebetare*, vorn abbrechen, Liv. 8, 10.

¶ Præfractus, *a, um*, proprie fractus ex superiori parte, oben abgebrochen. Sic, *Pinus præfracta*, Ovid. Met. 12, 358. ¶ 2. Brevis, concisus. Cic. in Orat. c. 13 *Thucydides præfractior, nec satis rotundus*, etwas kurz. ¶ 3. Contumax, durus, halsstarrig, trotzig, eigensinnig. Cic. in Hortensio apud Nonium 2, 664 *Huic contrarius Aristo Chius, præfractus, severus*, &c. Valer. Max. 6, 5 extr. 4 *Præfractior atque absurdior justitia*, hoc est, asperior atque rigidior.

¶ Præfracte, adv. idem; ut, *Præfracte defendere*, Cic. Off. 3, 22 *Disciplinam præfractius & rigidius adstringere*, Valer. Max. 9, 7 fin. schärfer, strenger.

¶ Profringo, *ĕre*: ut, *Inarata profringere*, wüste felder pflügen. Ita Gronovius ex membranis legit apud Statium Theb. 10, 512 (al. 506) quod Barthius etiam probavit, suaque editione expressit Claudius Beraldus.

¶ Refringo, *ĕre*, aufbrechen. Plaut. Capt. 4, 4, 10 *Cellas refregit omnes intus*. Et, *Refringere portas*, Cæs. B. Gall. 2, 32. *Moliri portas & claustra refringere*, Liv. 25, 18. *Refractis foribus a cæde tamen temperatum est*, Id. 25, 25. v. Drakenb. ad 9, 24. *Refringere vim fortunæ*, Liv. 5, 37 hoc est, retundere, vel coërcere. *Gloriam alicujus refringere*, Cic. pro Mil. c. 2 est diminuere. Quint. 1, 13 extr. *Pudor refringit animum & abjicit*. *Radii solis refringuntur*, hoc est, repercutiuntur, reflectuntur, sie schlagen wieder zurücke, Plin. 2, 59.

¶ Refractus, *a, um*, gebrochen, gehemmet. Stat. Sylv. 4, 5, 8 *Zephyris aquilo refractus*. Colum. 4, 33 *Sabulo refractus*. Plin. 2 ep. 14 *Refractis pudoris & reverentiæ claustris*.

¶ Refractio, *ōnis*, f. die zurückschlagung; ut, *Refractio seu repercussio luminis*, quæ græce ἀντανακλασις, l. 8 Dig. t. 2 l. 17 § 2, der widerschein.

¶ Refractarius, *a, um*, contumax, halsstarrig, widerspenstig. Seneca epist. 73 ineunte: *Errare mihi videntur, qui existimant, philosophiæ fideliter deditos contumaces esse ac refractarios, & contemtores magistratuum ac regum*.

¶ Refractariolus, *a, um*, dimin. etwas aufsetzig, widerspenstig. Cic. Att. 2, 1 *Refractariolum dicendi genus forense*, i. e. asperum, horridum, pigmentorum non ita capax.

¶ Refrāgor, *atus sum, ari*, est contrarium τῷ *Suffragari*, quod mox sequitur; est enim repugnare, & quasi refringere alienam sententiam, wider etwas seyn, widerstreben. Plin. 3 epist. 19 *Hoc te non moveat, si cætera non refragantur. Ingenium mihi refragatur*, Quintil. 10, 6. Et Cic. pro Mur. c. 23 *Lex petitioni refragata est*.

¶ Refragator, *ōris*, m. qui refragatur. Ascon. in Cic. Or. in tog. laud. pr. de Cæsare & Crasso *Acerrimi fuerant & potentissimi Ciceronis refragatores*: ubi apparet *Suffragatoribus* esse oppositos. Tertull. adv. Gnosticos c. 1 *Omnes martyriorum refragatores ebulliunt*.

¶ Refragatio, *ōnis*, f. repugnatio, die widerstrebung, der widerspruch. Gloss. Cyrilli: *Refragatio*, ἀντιδικησις, ἀντιλογια, ἀντιμαχησις. Sym. 10, 50 *Horum orta refragatio est*, h. e. hi contradixerunt. Augustin. epist. 177 *In re facillima curvam refragationem & nodos difficultatis posuisse*. Videtur ad parem suffraginis originem & notionem respicere. Adde Voss. Etymolog. in *Suffrago*.

¶ Refragatus, *ūs*, m. idem. Lutatius l. 4 Theb. Statii: *Exterum promissus & refragatus*.

¶ Refragium, *i*, n. idem, ut Suffragium; Egesippi interpres aliquoties dixit. v. Gronov. Observ. in Eccles. Script. c. 21.

¶ Irrefragābilis, *e*, unwidersprechlich. Sarisb. *Irrefragabilem sortiri autoritatem*.

¶ Suffringo, *ĕre*, entzwey brechen. Plaut. Rud. 4, 4, 15 *Homini isti talos suffringi volo*, i. e. confringi vel perfringi. *Crura suffringi*, Cic. dixit pro Rosc. Amer. c. 20. conf. Lactant. 4, 26.

¶ Suffrāgo, *ĭnis*, f. dicitur in posterioribus pedibus animalium, quod in prioribus genu, a suffringendo, qua subtus frangitur, id est, flectitur, non supra, sicut in brachiis, das knie oder knuebeuge der hintern füsse, der hinterbug. v. Isidor. 11, 1. Plin. 11, 37 & 45; Solin. c. 33. Sic Colum. 6, 15 *Pedes & deinde suffragines*. conf. Plin. 8, 45. ¶ 2. *Suffrago*, vitium etiam soboles est, ein rebschoß, oder knote an weinstöcken, Colum. 4, 24.

¶ Suffraginōsus, *a, um*, krämpfig an beinen; ut, *Equus suffraginosus*, cujus suffragines morbo vitiatæ sunt. Sic *mulam suffraginosam* Colum. 6, 38 dixit.

¶ Suffrāgor, *atus sum, ari*, a *suffragine* deducit Sipontinus & Vossius in Etym. p. 502, quia proprie in bestiis notat vim suffraginum acclinantem, sicuti *refragor* renitentem. Hinc ad homines translatum significat, favore & calculo suo aliquem juvare, einem seine stimme geben. Cic. de Leg. 1, 1 *Mihi videris, fratrem laudando, suffragari tibi*. Item, *Suffragari alicujus laudibus*, Lentulus Ciceroni fam. 12, 14. *Natura suffragante videris res maximas consecutus*, durch hülfe und förderung der natur, Cic. fam. 10, 5. Et de Petit. Consul. c. 7 *Nemo ab ignotis hominibus, nullis suffragantibus meritis, honore afficitur*. conf. Colum. 3, 12; & 12, 30. ¶ 2. Act. Sisenna ap. Non. 7, 3 *Multi populi plurimæ concionis dictaturam omnibus animis & studiis suffragaverunt*.

¶ Suffragatio, *ōnis*, f. die beystimmung, bewilligung; ut, *Facilis suffragatio pro salute*, Cic. pro Domo c. 17. *Honestissima suffragatione petere honores*, Sallust. Iug. c. 65. *Divina suffragatione foveri*, Val. Max. 4, 7 pr. glück haben. Adde Senec. consol. ad Marciam c. 24.

¶ Suffragātor, *oris*, m. qui suffragatur. *Nobilitas populo & suffragatoribus obscurior*, Cic. pro Muræna c. 7. v. Henric. Vales. ad Marcellin. 29 p. 391. Suet. Vesp. c. 23 *Quantam pecuniam cum suffragatore suo pepigerat*. conf. Plaut. Cas. 2, 4, 20; Suet. Cæs. c. 73. Val. Max. 4, 5, 3. Capitolin. in Marcum extr. Apul. de Philos. p. 70. Plin. Paneg. c. 92.

¶ Suffragatrix, *īcis*, f. Augustin. C. D. 18, 9 *Nec adfuit Minerva suffragatricibus suis*: & c. 10 *Pœna suarum suffragatricum*.

¶ Suffragatōrius, *a, um*; ut, *Non brevis & suffragatoria, sed firma & perpetua amicitia*, Q. Cic. de Pet. Cons. c. 7. i. e. qualis est suffragatorum, illorum certe, qui levi aliqua causa impulsi id fecerunt.

¶ Suffrāgium, *i*, n. nota voluntatis, dicebatur, de aliquo in magistratum legendo, quæ vel voce ferebatur, vel in tabella describebatur, eine bewilligung, die stimme in der wahl, der tenfall. Horat. 2 epist. 2, 103 *Cum scribo, & supplex populi suffragia capto*. Cic. de Legib. 3, 15 *Nihil erat in suffragiis voce melius*. Id. pro Domo c. 18 *Suffragium ferre de alicujus capite*, votiren.

Et

Et fam. 15, 12 *Fieri consulem cunctis suffragiis.* Et, *Sed aciam tegere,* Id. de Leg. 3, 17. *Suffragium iubere,* Liv. 3, 17. *Suffragiis populi se committere,* Vellej. 2, 49, 5. *Suffragium ferre,* Nep. 15, 5, 5, apud quem & *rogatum suffragia,* testis inscribi solita, 2, 8, 1; & 5, 3, 1.

FRĀTER, *tris,* m. quasi fere alter, ut Nigidius putat apud Gell. 13, 10, & Non. 1, 156, ipso Cicerone forte eo respiciente fam. 2, 16 extr. ein bruder. Ἀδελφός; ἀδελφός, *uterus.* Ἀδελφοί, *interni fratres,* ex diversis patribus & uno utero editi, Isidor. 9, 6, brüder von einer mutter. Sic & Iustinianus voluit Inst. de bon. poss. & l. ult. C de legit. hæred. *Frater Germanus,* Cic. pro Domo c. 45. vid. *Germanus.* ¶ 2. *Fratrum* appellatione etiam sorores continentur. Paullus L. 38 π. fam. ercis. *Lucius & Titia fratres emancipati a patre.* Et al. *Tres fratres, Titius & Mævius & Seia.* Tac. A. 12, 4 *Fratrumque non incessum, sed incestandi amorem ad infamiam traxit.* Hæc debentur Bentlejo ad Hor. 1 ser. 1, 100. Taciti tamen locus dubius. Calp. Flacc. decl. 43 de incesto *Dilexerunt se mutuo fratres.* Add. Burm. ad Quint. 9, 3 p. 817. Quatuor autem modis *fratres* dici, *natura, gente, cognatione, affectu,* ostendit Isidorus l. c. ¶ 3. *Fratres patrueles* dicuntur fratrum duorum filii, pettern. Suet. Cæs. c. 29 *Insequenti quoque anno C. Marcello, qui fratri patrueli successerat, &c.* Sed eum Cicero *fratrem* absolute appellat, fam. 4, 4. Sic in Scripturis quoque Abrahamus Lothum *fratrem* appellat, Genes. 13, 8, qui ex Abrahami fratre natus erat. Et observat Augustinus Tract. 28 in Ioh. *Consanguineos* in Scripturis vocari *fratres.* Ad hanc generaliorem significationem pertinere etiam videtur illud Ovid. Met. 1, 145 *Fratrum quoque gratia rara.* Quod confirmat Tac. A. 1, 55 *Quæ apud concordes vocabula caritatis incitamenta fraurum apud infensos sunt.* ¶ 4. Fuit & *Fratris,* quemadmodum & *Sororis,* appellatio inter amatorias blanditias. Vnde & *requisita nomina* Martialis appellat 2 epigr. 4. Ex quo Gentiles Christianos etiam, quod se inviceni fratres folerent, fluprorum atque incestuum infamabant, quibus miscerentur, cum ie religionis causa convenire dicerent, de quo cum plures alii meminerunt, tum etiam Minucius Felix in Octavio suo verba fecit. Sed Christiani se vocabant fratres, *ut unius Dei parentis omnes, ut consortes fidei, ut spei cohæredes,* quemadmodum idem Minucius interpretatur. v. & Tertull. Apol. c. 39; & Lactant. 5, 15. Et hanc ob causam ipsi filii etiam parentes suos, *fratres* item uxores, *sorores* vocabant. Salvianus epist. ad Hypatium & Quietam soceros: *Ita ergo & nos exemplorum ingentium parvi imitatores, ad vos, quos natura parentes, fide fratres, honore dominos habemus, &c. scribimus.* Sed & Gentiles extra amatorias etiam nequitias, *fratrum* appellatione ad alios nulla cognatione sibi junctos comitatis benevolentiæque testandæ causa uti solebant. Qui & patris & filiorum vocabula pro ratione cujusque ætatis similiter usurpabant, quod ex Spartiano & Capitolino constare potest. Quintil. Decl. 321 *Certe quoties blandiri volumus his, qui & amici esse videntur, nulla adulatio procedere ultra hoc nomen potest, quam ut* FRATRES *vocemus.* v. Brouckh. ad Tib. 3, 1, 23. ¶ 5. Per metaphoram omnia paria *Fratres & Sorores* non invenuste dicuntur. Solin. c. 27 *Isfugit montibus septem, qui a similitudine fratres appellantur.* v. Taubm. ad illud Plauti Pœn. 1, 3, 8 *Nunc obsecro te, Milphio, hanc per dextram, perque hanc sororem lævam, &c.* ¶ 6. *Fratres arvales* Varroni de L. L. 4, 15 sunt sacerdotes, sacra publica facientes propterea, ut fruges ferant arva. v. supra *Arvum.*

¶ Fraterculus, *i,* m. dimin. Cic. Verrin. 3, 66 *Volo, mi frater, fraterculo tuo credas.* Apud Iuvenal. 4, 98 *Fraterculus gigantum* est terræ filius, ignobilis.

¶ Fraternus, *a, um,* adj. brüderlich. *Amor fraternus,* Cic. ad Q. fratr. 1, 1, 3. Et, *Fraterna necessitudo,* Id. pro Quintio c. 4. Catullus epigr. 101 v. 4 *Fraternum vere dulce fadelitium.* Et *Fraternas acies* dixit Statius init. lib. 1 Theb. eadem tellure natorum. v. Barth. h. l. p. 4 & 68. *Fraterna contentio,* Iustin. 2, 10, 10. Et, *Fraternum bellum,* Idem 10, 2, 1.

¶ Fraterne, adv. idem. Cic. Att. 1, 5 extr. *Tibi persuadeas, te a me fraterne amari,* & ad Q. fratr. 1, 2 *Huic tu epistolæ, non fraterne scripte, fraterne debes ignoscere.*

¶ Fraternitas, *atis,* f. die brüderschaft. *Fraternitatis affectum habere,* Quintil. decl. 16, brüderlichen sinn haben. Et Tac. Ann. 11, 25, 1 *Soli Gallorum Ædui fraternitatis nomen cum populo Rom. usurpant.*

¶ Fraterculo, *are,* instar fratrum simul crescere, quod Plautus in Frivolaria, ut Festus in verbo *foroviare* citat, dixit de mammis puerorum primum tumescentibus, ut *foroviare* de puellarum. Plauti versus, ut emendavit Ioseph. Scaliger, hi sunt: *Tunc papillæ primitus Fraterculabant: illud volui dicere Sororiabant. Quid opus est verbis?* Corrupit jocum Plautinum interpretando Festus, apud quem ita est, *tunc sororiabant papillæ primulum, sed illud* volui dicere *fraterculabant.* Hoc enim vult Plautus, fratrem quærebant, qui opprimeret horridulas, & hanc nequitiam, quasi ætsu modo, aberrante ob viciniam rerum lingua, sibi excidisset, retractat.

¶ Fratro, *are,* ut docet Festus in verbo *Fratrare,* etiam *puerorum mammæ dicuntur, cum primum tumescunt; quod velut fratres pares oriantur: quod etiam in frumento spica facere dicitur.*

¶ Fratria, *æ,* f. fratris uxor, des bruders weib, apud Festum & Nonium 19, 6. ¶ 2. *Fratriissim* eandem fratris uxorem vocari, Isidorus ait 9, 9. Sed vocabulum hoc barbarum putatur.

¶ Fratrueles, *is,* m. fratris filius, des bruders sohn, qua voce, ni fallor, in Epistolis usus Hieronymus est. Vet. Gloss. Ἀδελφιδοῦς, *Fratruelis, fratris filius.* Sed Isidoro 9, 6 *Fratrueles* materteræ filii sunt.

¶ Fratricīda, *æ,* m. qui fratrem occidit, ein bruder-mörder. C. Nep. 20, 1, 5 *Mater neque aspexit, quin eum fratricidam impiumque detestans appellaret.* conf. Cic. pro Domo c. 10.

¶ Fratricidium, *i,* n. fratris occisio, der bruder-mord. *Fraternæ necis scelus* est Horatio epod. 7, 18. *Fratricidium* habet Tertullianus de Monogam. c. 4. Salvian. de Gub. Dei lib. 1 p. 21.

¶ Fratrimonium, *i,* n. id est, bonum fraternum, das brüderliche erb-gut, in Gloss. v. Cujac. ad lib. 2 Inst. Iust.

¶ Confrater, *tris,* m. pro fratre, collega, appellatio germanici idiomatis est, veteribus ignota. v. Gellarii Antibarb. p. 24.

FRĀTILLI, *orum,* m. pl. Villi dependentes de tapetibus, vel pannis aliis, fransen, troddeln. Festus.

Fraudo, *are,* fraudulentus, vide mox in *Fraus.*

FRAVS, *fraudis,* f. deceptio, fallacia, betrug, vervortheilung. Cic. de Petit. Consul. *Fraudis atque insidiarum & perfidiæ plena sunt omnia. Fraudem facere,* Cic. Att. 4, 12. *Fraudem ferre alicui,* ad eumdem 7 epist. ult. vervortheilen, berücken. Id. Off. 1, 13 *Aut vi aut fraude fit injuria, utraque ab homine alienissimum, sed fraus odio digna majore.* Vetus formula: *Sine fraude,* i. e. vere & ex animo, aufrichtig, sonder gefährde. Cæl. de B. Civ. 1, 22 *Massilienses sese dedere* SINE FRAVDE *constituunt.* Liv. 24, 47 *Nihil præterea cum Consule pacti, quam ut sine fraude Punicum emitteretur præsidium.* Nepos 10, 8, 1 *Ad fraudem actus,* aufgefitzt. ¶ 2. *Fraus* etiam pro culpa, crimineque ponitur. Vlpian. l. 130 D. de Verb. Sign. *Aliud* fraus *est, aliud* pœna. Fraus *enim sine* pœna *esse potest:* Pœna *sine* fraude *esse non potest.* Fraus & ipsa noxa *dicitur, & quasi pœnæ præparatio.* Sic, *Capitalem fraudem admittere,* est crimen capitale admittere, Cic. pro Rabir. perduell. c. 9. Et, *Fraudes inexpiabiles concipere,* Id. Tusc. 1, 30. Et Tac. Hist. 2, 60, 3 *Pleraque fortuita fraudi sine assignantes,* i. e. culpæ suæ. Hinc *fraudi esse* dicitur, quod vitio verti potest. Cic. pro Muræna c. 35 *Id erit ejus vitrico fraudi ac crimini.* Nam *fraudem* & *crimen* ut Synonyma conjunxit. Nisi *fraudi* dixerit pro periculo & ab eo, quod præcedit, id, quod sequitur, ut Servius observat ad 11 Æneid. quem vide. ¶ 3. Hinc & pro *damno* & *periculo* ponebatur. Cic. fam. 7, 26 *Lex ea mihi fraudi fuit,* id est, nocuit, es ist mir schädlich gewesen. vid. Manutium. Id. pro S. Rosc. 21 *Hæc tu opinio falsa in istam fraudem impulit.* Add. Ter. Heaut. 3, 1, 33. Et Liv. 1, 47 *Metu, ne non venisse fraudi esset.* Rursus Servius ad illud Virg. 10 Æn. v. 72 *Quis Deus in fraudem, quæ dura potentia nostra Egit?* IN FRAVDEM *autem,* periculum. *Ita enim in lure bellum est,* FRAVDI ERIT ILLA RES, *id est, periculo.* Horat. 2 od. 19, 21 *Noto coercet superbum Bellerophontem sine fraude crines,* i. e. sine damno. ¶ 4. *Fraudem* in bonam partem acceptam notat Barth. Adverf. 12, 12. Ita Ov. A. A. 3, 491. *Iudice me fraus est concessa repellere fraudem. Fraus mala* est furtum Horat. 1 od. 3, 28. Sed & Dea *Fraus* dicta apud Marc. Capell. l. 1.

¶ Fraudulentus, *a, um,* fraude plenus, betrieglich. *Homo fraudulentus,* Aut. ad Herenn. 2, 26. Et, *venditio fraudulenta,* Cic. Off. 3, 21. *Fraudulentissima,* Plautus dixit Capt. 2, 1, 38. Comp. *fraudulentior.* Conf. Augustin. 3, 3. Et Tertull. adv. Marc. 2, 28 *Tanto fraudulentior Deus vester.*

¶ Fraudulenter, adv. cum fraude, betrieglich. Colum. 1, 8 *Fraudulenter infestare.* Plin. 30, 10 *Fraudulentius invidere.*

¶ Fraudulentia, *æ,* f. fraus, die betrieglichkeit. Plaut. Pseud. 2, 1, 7 *Fictus malitia, fraudulentia.* Id. Mil. 2, 2, 34 *Os habet, linguam, perfidiam, malitiam, audaciam, confidentiam, confirmatem, fraudulentiam.*

¶ Fraudo, *avi, atum, are,* decipere, privare, vervortheilen, berauben. *Cum multos minutis mutationibus fraudasset,* Cic. pro Flacc. c. 20. *Fraudare stipendium militum,* Cæl. B. Civ. 3, 59, schmälern. *Clodius improbissime fraudavit populum,* Cic. Arusp. Resp. c. 20. *Cum Cæcilius a Vario magna pecunia fraudaretur,* Id. Att. 1, 1. *Nec duces quidem sua laude fraudandi sunt,* Curt. 4, 16, 31. conf. Vellej. 2, 12, 15; & 2, 76, 1 &c.

¶ Fraudātus, *a, um,* betrogen, vervortheilet. *Quanti verba illa, uti me propter te fidemve tuam captus fraudatusve sim?* Cic. Off. 3, 17 *Virgi olivo fraudatis lucernis,* Horat. 1 sat. 6, 124. *Prima fraudatus juventa,* i. e. spoliatus, beraubt, Ovid. Met. 10, 196.

¶ Fraufus, *a, um,* qui ad fraudis fructum venit, secundum Nonium 2, 339. Nam veteres & *Fraudor* deponentis forma dixerunt, unde præteritum *Fraufus,* pro *fraudatus* superest. Plaut. Asin. 2, 2, 20 *Metuo in commune, ne quam fraudem fraufus sit.* Et Liv. 23, 14 *Qui capitalem fraudem fraufi,* i. e. qui fraudem commiserunt, ut Festus interpretatur in *Fraufus.* Cl. Gronovius autem ex MSS. legit *ausi.*

¶ Fraudatio, *ōnis,* f. quæ contraria est fidei, trügerey, untreu. *Hinc fides, illinc fraudatio,* Cic. Catil. 2, 11. *Inter bonos bene agier oportet & sine fraudatione,* Id. Off. 3, 17.

¶ Fraudātor, *ōris,* m. deceptor, ein betrieger. Cic. pro Flacc. c. 20 *Una & eadem est omnibus in locis fraudatorum & insidiatorum impudentia.* Et Phil. 13, 12 *Fraudator creditorum.* Seneca de Benef. 4, 26 *Ingratus beneficiorum fraudator est.*

¶ Fraudatrix, *icis,* f. Tertull. de Resurr. carn. c. 12 *Mira ratio: de fraudatrice servatrix.*

¶ Fraudatōrius, *a, um,* ad fraudem pertinens, was des betrugs halber geschiehet; ut, *Fraudatorium interdictum,* quo prætor ea, quæ in fraudem cujuspiam gesta sunt, rescindit, l. 96 ff. de solut. & l. 69 ff. ad SC. Tr.

¶ Fraudōsus, *a, um,* betrüglich, listig. Accius in Fab. Æsop. 45 *Fraudosum visus inescat avem.*

¶ Fraudulōsus, *a, um,* idem. Paul. ICt. l. 1 § 3 D. de Furtis: *Furtum est contrectatio rei fraudulosa.*

¶ Fraudiger, *a, um,* idem. Tertull. Genesi c. 3 *Fœmina fraudigeris misere decepta loquelis.*

¶ Defraudo, *avi, atum, are,* bevortheilen, betriegen. *Etiam insuper defraudet,* Ter. Adelph. 2, 2, 38. Id. Phorm. 3, 1, 10 *Defraudare genium suum* dixit, pro negare naturæ, quod appetit, seinem leibe abbrechen, an seinem maul ersparen. Vide infra *Genius,* & conf. Plaut. Aul. 4, 9, 15.

¶ Defrūdo, *are,* apud Nonium 1, 130 reperies pro *defraudare* conf. *Defrugare* in *Frugi,* ubi & locus Catonis adducitur ex R. R. c. 5. Idem c. 25 *Quicquid vini defrudabis,* quidam legunt, sed male, pro *defrutabis.* vid. supra in *Ferveo.*

¶ Defraudatio, *onis,* f. einziehung. Gloss. Vet. *Defraudatio,* ἀπώλεια, Tertull. de Anima c. 43 *Omnis natura aut defraudatione aut enormitate rescinditur: propietate mensuræ conservatur.*

¶ Defraudator, *ōris,* m. der betrieger. Ex Sen. de Benef. 4, 26 quidam hoc nomen afferunt, ubi correctiores libri ita habent, ut in

Frau-

Fraudator modo expressimus. Nec tamen extra omnem usum fuit. Ab hoc enim est

¶ Defraudatrix, *ĭcis*, f. die betrügerin. Tertullian. de Iejuniis c. 16 de filiis Eli: *Domus impudens, sacrificiorum carnalium defraudatrix.*

¶ Defrŭtum, *i*, n. quod Isidorus 20, 3 ita dictum putat, quod *defrudetur*, & quasi fraudem patiatur, vide supra in *Ferveo.*

Sociofraudus, vide infra *Socius.*

FRAXĪNUS, *i*, f. arbor, ein eschen-baum. Plin. 16, 13 *Adeo inimica arbor serpentibus, ut nematutinas quidem occidentesve umbras, quamlibet spatiosas, ejus serpens attingat, ac si frondibus ejus claudatur cum igne, in ignem potius, quam in fraxinum fugiat.* Virg. ecl. 7, 65 *Fraxinus in silvis pulcherrima, pinus in hortis.*

¶ Frāxĭnĕus, *a, um*, vom eschenbaum; ut, *Hasta fraxinea*, cujusmodi Achillem usum, Homerus, & ex eo Plinius prodidit l. c. *Sudes fraxineæ*, Virg. 2 Æn. v. 359. ¶ 2. *Fraxinea virga*, pro fraxinea, apud Ovidium epist. (11) Canaces legitur v. 76.

¶ Fraxinella, *æ*, f. herba, eschwurz, Tabernæm. p. 1159.

¶ Fraxinētum, *i*, n. locus, ubi fraxini abundant. Cath.

Fraxo, fraxator, vide in *Frango.*

FRĔGELLAE, *arum*, f. pl. urbs fuit vetus & florentissima Italiæ inter Formias & Sinuessam. Sed nunc a Strabonis tempore ad vicum redacta, quia ob defectionem a Romanis diruta fuisset. v. Cluverii Ital. Antiq. 3, 7. Silius 8, 476 *Obsessæ campo squalente Fregellæ.*

¶ Fregellanus, *a, um*, adj. ut, *Fregellani populi*, Plin. 3, 5, & *Vitis Fregellana*, Colum. 3, 2.

FRĔMO, *ui, itum, ĕre*, brummen, murren, rauschen, wüten. Proprie de leonibus dicitur: Plin. 8, 16 *Non leo in infantes fremit, nisi magna fame.* Hinc Varro de L. L. 6, 5 cum monuisset, multa ab animalium vocibus translata in homines, illud Ennii: *pausam fecere fremendi*, a leone traductum ait. Sic, *fremunt lynces*, Aut. de Philom. v. 51, & *tigres*, Val. Flacc. 22, 260. *equi*, Horat. L. 4 od. 14 v. 22. Ovid. Metamorph. 3, 704. *Venti fremunt immani turbine*, Ovid. Trist. 2, 25. *Conclamant, plausuque fremunt*, Sil. 16, 337. conf. Virg. Æn. 4, 146. Ovid. Metam. 12, 47. ¶ 2. Per metaphoram, indignari, ungeduldig und zornig werden. Cic. Attic. 2, 7 *Arius consulatum sibi ereptum fremit.* Id. de Orat. 1, 44 *Fremant omnes licet, dicam quod sentio.* ¶ 3. *Fremere* & *gemere*, cum derivatis sæpe confundunt librarii, v. Drakenb. ad Sil. 1, 425. it. *Tremere*, Idem ad 10, 244.

¶ Fremens, *tis*, Virg. Æn. 7, 638 *Frementes ad juga cogit equos.* Id. 4, 229 *Bello fremens Italia.* conf. 7, 389 & 787 &c. Ovid. Met. 5, 627 *Lupi circum stabula alta frementes.* Val. Flaccus 1, 594 de Euris loquens: *Prohibere frementum ora nequit.*

¶ Fremendus, *a, um*; ut, *Clamor fremendus*, Stat. Theb. 12, 752, ob quem fremunt, qui audiunt.

¶ Frĕmĭtus, *ūs*, m. subst. das gemurmel, geräusche, getöse. Cic. de Fin. 5, 2 *Ad fluctum ajunt declamare solitum Demosthenem, ut fremitum assuesceret voce vincere.* Et Tusc. 5, 40 *Fremitus marmurantis maris*, des meeres brausen. Id. de Arusp. resp. c. 10 *Horribilis fremitus armorum.* Virg. Georg. 2, 160 *Fremitus marinus. Fremitus equorum*, Frontin. Strateg. 12, 5, 31.

¶ Frĕmor, *ōris*, m. Idem. Virg. Æn. 11, 297 *Variusque per ora cucurrit, Ausonidum turbata fremor.* Arnobius lib. 1 p. 32 *Fremor verborum.*

¶ Frĕmĕbundus, *a, um*, hoc est, fremens, rauschend. Cic. Nat. D. 2, 35 ex Accio poëta: *tanta moles labitur Fremebunda ex alto, ingenti sonitu & spiritu.* Et Sil. 3, 463 de elephantis: *At gregis adlapsu fremebundo.* Arnobius lib. 6 p. 196 *Fremebundis hiatibus, torvis vultibus.* ¶ 2. Per metaphoram, indignabundus, schnaubend, tobend. *Curru fremebundus ab alto desilit*, Ovid. Met. 12, 128.

¶ Frĕmĭdus, *a, um*, idem; ut, *Fremida turba*, Ovid. Met. 5, 2. ex MSS. quibusdam Heinsius, sed repugnante Bur.

Composita:

¶ Affrĕmo, vel Adfremo, *ĕre*, anschnauben. Valer. Flacc. 1, 528 *Adfremit his, quassatque caput.* Et Silius 14, 125 *Boreas stridentibus adfremit alis.*

¶ Circumfrĕmo, *ĕre*, umher sausen. Sen. ad Marc. c. 7 *Aves inanes nidos circumfremunt.* Ammian. 31, 43 *Circumfrementium globi.* Prudent. Hymn. 4, 79 *Quæ* (fera) *circumfremit, & vorare tentat.*

¶ Circumfrēmens, *tis*, hier und da murrend; ut, *Circumfrementium globi*, Ammian. 31, 43.

¶ Confrĕmo, *ĕre*, zusammen laut werden, sich hören lassen, apud Stat. 1 Silv. 6, 73. Et Ovid. Met. 1, 199.

¶ Defrĕmo, *ĕre*, cessare a fremitu, austoben, aufhören zu brausen. Sid. 1 epist. 5 *Nondum cuncta thalamorum pompa defremuit*, conf. 4 epist. 12; & 9 ep. 9.

¶ Infrĕmo, *ĕre*, incipio fremere. *Bellum acriter infremuit*, Sil. 3, 230.

¶ Perfrĕmo, *ĕre*, vehementer fremere. Cic. Nat. D. 2, 35 ex poëta: *vestris perfremunt delphini.*

FRENDEO, *ui, fressum, ēre*: & Frendo, *ere*, est frangere, ac de mola præsertim dicitur, zermalmen, brechen. Accius apud Non. 5, 103 *Saxo fruges frendas.* Pacuv. ibid. *Fruges frendo solas.* ¶ 2. *Frendere* dentibus, mit den zähnen knirschen. Plaut. Truc. 2, 7, 41; & Capt. 4, 4, 5. tunc enim quasi inter se confringuntur dentes. Pacuv. ap. Non. l. c. *Frendere noctes misera, quas perpessa sum.*

¶ Frendens, *tis*. Samon. 36 *Copia farris uti frendentibus edita saxis.* ¶ 2. Ex altera significatione Cic. Tusc. 2, 9 *Nemæus leo frendens.* Virg. Georg. 4, 452 *Vates graviter frendens.* Pertinet ad illas contortiones & motus vehementes, quibus ἐνθουσιαστὴν mentiebantur. Sen. de Ira 1 c. ult. *Nec frendens nec caput quassans.*

¶ Fressus vel Frefsus, *a, um*, zermalmet, geschroten. Festus: FRENDERE *est* FRANGERE. *Vnde &* FABA FRESSA. *Vnde &* DENTIBVS *dicimus* FRENDERE. *Faba fressa*, saxo leviter fracta, Celsus 5, 18. conf. Martial. 4, 46, 6. Sic, *Cicera fressa*, Columell. 2, 11. Adde 6, 24 extr.

¶ Frendor, *ōris*, m. das zähn-klappern. Veget. 3, 31 *Tremorem frendoremque pati.* Adde Tertull. de Resurr. carn. c. 35; & adv. Marc. 4, 30.

¶ Defrens, *dis*, est feges demessa, ἄθερα θερισθεῖσα, ut exponitur in veteri Glossario. v. Voss. Etym. p. 176.

¶ Defrensus, *a, um*, id est, detritus, detonsus, apud Festum.

¶ Infrendo, *ĕre*, idem quod simplex *frendere*. Virg. Æn. 3, 664 *Lavit inde cruorem, Dentibus infrendens gemitu.*

¶ Nefrens, *dis*, quasi non frendens, das nicht beissen kan. Sic apud Festum *nefrendes arietes*, quod dentibus frendere non possint. Et, *nefrendes infantes*, nondum frendentes. Audit Festus, quod sint, qui *nefrendes* testiculos dici putent, quos Lanuvini appellent *nebrundines*, Græci νεφρούς, Prænestini *nefrones*. Hinc & Fulgentius de priseo serm. n. 5 *Porcum castratum nefrendem* vocari ait, quasi sine νεφροῖς, id est, renibus. Aliter tamen & ex priori ratione de porcis Varro R. R. c. 4 *Amisso nomine lactentis, dicuntur* NEFRENDES *ab eo, quod fabam nondum frendere possint, id est, frangere.*

¶ Suffrendo, *ĕre*, aliquantum frendere. Ammian. 15, 29 *Inflata cervice suffrendens.*

Freneticus pro Phreneticus, vide in *Phrenes.*

FRĒNUM, *i*, n. quod & *Frenum* scribitur: sed mavult sine diphthongo Manutius, vetustis monumentis inductus, ein zaum, brechzaum, gebiß, zügel. Pluraliter *freni* & *frena*. Ducunt quidam a frangendo, hoc est, domando, coercendo. Isid. 20, 16 *Frenum* dictum ait, quod equos fremere cogat, vel quod hoc equi frendant, id est, imprimant dentibus & obmordeant. Vnde & a lupinis dentibus *Lupatum* dicitur, & Horatius 1 oda 8, 6 conjuncte extulit utrumque: *Temperet ora frenis lupatis.* Virg. Georg. 3, 184 *Frenos audire fonantes.* Phædr. 4, 3, 9 *Coegit frenos invitum pati.* In prælliis nonnunquam *frenis* plane *detractis in hostem concitare equos* jubebantur milites, e. gr. Liv. 3, 33. Translate, *Frenis animum compescere*, Horat. 1 epist. 2, 63. Cic. Att. 6, 1 *Ciceronis pueri amant inter se, dijunt, exercentur, sed alter frenis eget, alter calcaribus.* Val. Max. 2, 9, 5 *Freni sunt injecti vobis, Quirites, nullo modo perpetiendi.* Juvenal. 8, 88 *Pone iræ frena modumque, Pone & avaritiæ. Laxare frena* vel *frenos*, Lucan. 7, 124, den zaum lang lassen; indulgere, sicut laxare habenas. Phædr. 1, 2, 3 *Frenum solvit pristinum licentia.* Sil. 3, 226 *Ausa sibi Libyæ rerum deposcere frenos*, id est, imperium. ¶ 2. *Frenum mordere*, proverbialis locutio est, leviter saltem servituti repugnare, sich sperren und unwillig stellen. Brutus ad Cic. fam. 11, 23 *Si frena momorderis, peream, si te omnes conantem loqui ferre poterunt*, h. e si vel simulaveris, te iratum esse. Contra Statius 1 Silv. 2, 28 *Fama tace: subiit leges & frena momordit Ille solutus amor.* Vbi *frena mordere*, accipere sive admittere est, & sic parere, sich bändigen lassen. Ita Martial. 1 epigr. 104 *Mordent aurea quod lupata cervi; Quod freno Libyci domantur usi: &c.*

¶ Freno, *avi, atum, are*, frenum injicere, cohibere, continere, zäumen, bändig machen, überwinden. Cic. Verr. 3, 57 *Animum frenare.* Liv. 30, 14 *Frenare voluptates.* Virg. Æn. 1, 523 *Iustitia gentes frenare superbas.* Ibid. v. 38 *Vinclis & carcere frenare.*

¶ Frenatus, *a, um*, gezäumt. *Equites frenatis equis in stationibus disponit*, Cæs. B. G. 8, 15. *Os equi frenatum*, Horat. 1 epist. 15, 13. *Acies frenata*, die reuteren. Sil. Ital. 11, 264.

¶ Frenātor, *ōris*, m. qui frenat. Plin. Paneg. c. 55 *Infinitæ potestatis domitor ac frenator animus.* Statius 1 Theb. 27 *Ignipedum frenator equorum.*

¶ Frenatrix, *ĭcis*, f. apud Sidonium.

¶ Frēniger, *a, um*, qui frenum gerit, reutend, zu pferd. Statius 5 Silv. 1, 98 *Quisnam frenigeræ signum dare dignior alæ?* Alæ autem equitum ordines, non peditum. Hinc *frenigeræ* ab frenatis equis dictæ.

¶ Defrēnatus, *a, um*, ungezäumt, frey. Ovid. Met. 1, 282 *Et defrenato volvuntur in æquora cursu.*

¶ Effrēno, *are*, den zügel schiessen lassen. Sil. 9, 496 *Regnantem Æolis Vulturnum in prælia campis effrenat.*

¶ Effrēnis, *a, um*, cui frenum detractum est, vel freni impatiens, toll, wild, unbändig. Liv. 4, 33 *Effreno equo in medios ignes infertur.* ¶ 2. Translate, frech, ausgelassen; ut, *Effreno captus amore.* Ovid. Met. 6, 465. *Licentia effrena*, Claudian. Bell. Getic. v. 369. Et, *Iuventa effrena*, Stat. Achill. 1, 277. *Gens effrena*, rectorem recusans, Virg. Georg. 3, 382. *Effreno nimbos æquare profatu*, Stat. Silv. 5, 3, 101.

¶ Effrēnātus, *a, um*, qui freno reluctatur, aut frenum non metuit, indomitus, furiosus, widerspenstig, wild; ut, *Homines rebus secundis effrenatos tamquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet*, Cic. Off. 1, 26. Sic, *Effrenata audacia*, Id. 1 Catil. pr. *Indomitæ & effrenatæ cupiditates*, Id. in Verr. 1, 24. Et, *effrenatus & præceps furor*, Id. de Arusp. Resp. cap. 1. *Vox quædam libera, atque etiam* (id est, imo potius) *effrenatior*, Id. de Orat. 3, 53. Et Liv. 3, 50 *Quo impunitior libido, eo effrenatior est.* Ac Seneca epist. 85 *Quantulum sapienti damus, si imbecillimis fortior est, & mœstissimis lætior, & effrenatissimis moderatior?* Et epist. 88 *Quid prodest equum regere, & cursum ejus freno temperare; asperrimus effrenatissimis abstrahi?*

¶ Effrenāte, adv. audacter, furiose, toll, fürmisch. *Temere & effrenate imitari*, Cic. de Senect. c. 12. Et, *Effrenatius in aciem hostium irrumpere*, Id. Phil. 14, 9.

¶ Effrenātio, *ōnis*, f. pro animi impotentia, die unbändigkeit, tollkühnheit. *Effrenatio animi impotentis*, Cic. Phil. 5, 8.

¶ Ineffrenatus, *a, um*. Vet. Interp. Irenæi l. 5.

¶ Infrēnis, *e*, & Infrēnus, *a, um*, indomitus, petulans, ἀχάλινος, idem quod effrenus. Sic Gell. 1, 15 dixit *prodiga & infrenis lingua.* Proprie Virg. 4 Æn. v. 41 *Infreni Numidæ*, qui equis vehebantur non frenatis.

¶ Infrēno, *are*, est frenum injicere, zäumen, einzäumen. Liv. 37, 20 *Equos non sternere, non infrenare aut adscendere facile poterant.* Virg. Æn. 12, 287 *Infrenant alii currus, aut corpora saltu Subjiciunt in equos.* Add. Sil. 4, 316. i. e. jungunt currus. Translate Plin. 9, 31 extr. *Pluribus ancoris navigia infrenant*, id est, cohibent.

¶ Infrena-

¶ Infrenatus, *a, um*, particip. aufgezäumet. Liv. cit. loco: *Non ſtratos, non infrenatos magna pars habebant equos.* ¶ 2. Adjective idem quod *non frenatus* valet, ungezäumt. Id. Liv. 21, 44 *Generoſiſſimarum gentium equites frenatos & infrenatos vidco.* Add. Gron. ad Liv. 37, 20. Burm. ad Quint. decl. 13, 8 p. 281.

¶ Infrenatio, *onis*, f. die bezäumung, der einhalt. Tertull. adv. Marc. 1, 29 *Quæ libidinis infrenatio in caſtratione?*

¶ Offreno, *are*, bezäumen, unde

¶ Offrēnātus, *a, um*, bezäumt. Sic apud Plautum legitur Capt. 3, 5, 96 *Vtque offrenatum ſuis me ductarent dolis*, id eſt, dolis ſuis, velut capiſtro ori injecto, devinctum quolibet ductarent. Sic nos: einen bey der naſe rumführen. Apul. 6 Mileſ. *Hunc offrenatum unius offulæ præda facile prætevibis*, de Cerbero loquitur. Id. Apologia: *Quid multis? Iuvenem ſimplicem, præterea novæ nuptæ illecebris offrenatum, ſuo arbitratu de via deflexiſſe.*

¶ Refrēno, *are*, idem, ſed ſignificantius, hoc eſt, maxime coërcere, einhalt thun; ut, *Refrenare libidines*, Cic. Paradox. 4, 1 *Licentiam indomitam*, Horat. 3 od. 24, 28. *Refrenare a gloria*, id eſt, arcere, Cic. pro Cælio c. 31.

¶ Refrenatus, *a, um*, repreſſus, zurück gehalten. *Religione refrenatus*, Lucret. 5, 115.

¶ Refrenatio, *ōnis*, f. die bezäumung, der einhalt; ut, *Refrenatio doloris*, apud Senecam de Ira 3, 15.

¶ Suffreno, *are*, eſt coërcere. Hinc

¶ Suffrenatio, *ōnis*, f. pro arcta ſtructura *Lapis ad ſtructuram infidelis, niſi multa ſuffrenatione devinctus*, mit zwang gefüſſet, angeklammert. Plin 36, 22. Repetit eadem prope verba Iiid 19, 10.

FRĒQVENS, *tis*, multus, aſſiduus, creber, plenus, tum ſubjectorum numerum, tum repetitionem actionis notat, ſtetig, häufig. Significationem explicat Valla, 4, 96. Sic enim dicimus *municipium frequens*, Cic. Phil. 2, 41, eine volckreiche ſtadt. Cic. fam. 10, 12 *Senatus continuo eſt convocatus, frequentque convenit*, id eſt, magno numero. *Frequens auditorium*, Plin. 2 epiſt. 18, viel zuhörer. *Frequentia ædificiis loca*, Liv. 31, 23, da viel häuſer ſtehen. *Silva frequens trabibus*, Ovid. Met. 8, 329. Plautus, *frequentem alicui operam dare*, i. e. aſſiduam, Ciſtell. dixit 1, 1, 7. *Auditor Platonis frequens fuit Demoſthenes*, Cic. in Orat. c. 4. Sic, *Frequens eſt cum eo*, Cic. Off. 2, 13, er iſt oft oder ſtets bey ihm. Ovid. de Arte 1, 585 *Tuta frequensque via eſt, per quam multi ſolent e numen: Tuta frequensque licet ſit via, crimen habet.* Nep. 19, 1, 2 *Frequentes delati honores*, i. e. multiplices. Id. 25, 19, 4 *Frequentior familiaritas.* Cic. pro Planc. c. 8 *Præfectura tota Italia, nulla frequentior dici poſſit*, id eſt, populoſior. Id. de Divin. 1, 28 *Frequentiſſimam theatram.* Cæſar B. Gall. 4, 11 *Frequentiſſimi conveniant*, in groſſer menge.

¶ Frequenter, adv. aſſidue, jum oftern, häufig, gemeiniglich. Cæſar B. Civ. 3, 48 *Frequenter ex perfugis cognoſcebant.* Val. Max. 6, 2 pr. de dicendi libertate: *Frequentius aliena venit, quam ſua providentia tuta.* ¶ 2. *Frequenter* ſignificat etiam quod fit a multis, licet ſemel & ſimul. Vid. Græv. ad illud Cic. Att. 1, 19 p. 152 *Huic frequenter interceditur.*

¶ Frequentia, *æ*, f. multitudo, ein groſſer haufe, zulauf, menge; ut, *Frequentia ſcholarum*, Quintil. 1, 2 pr. Et, *Quotidiana amicorum aſſiduitas & frequentia*, Q. Cic. de Pet. Conſul. c. 1. *Ornare ac celebrare frequentia egreſſum alicujus*, Cic. in Piſon. c. 13. Id. Att. 4, 16 *De epiſtolarum frequentia nihil te accuſo*, daß du mir nicht oft genug geſchrieben. *Elatus eſt maxima frequentia*, de comitatu funeris, Id. pro Flacco c. 17.

¶ Frequento, *avi, atum, are*, oft celebrare, ſive libenter ac ſæpe adire cum aliis, ut majorem numerum facias, oft beſuchen, betreten. Salluſt. B. Cat. c. 14 *Inventus domum Catilinæ frequentabat*, lag immer in deſſen hauſe. Cic. Off. 2, 4 *Vrbes ſine catu hominum nec ædificari nec frequentari potuiſſent*, bewohnet oder beſetzet werden. Seneca Excerpt. Controv. lib. 3 proœm. *Pueri fere, aut juvenes, ſcholas frequentant*, gehen in die ſchule. Interdum ¶ 2. *Frequentare* accipitur pro *celebrare*, ſicut *celebrare* pro *frequentare.* Sulpicia in Satyra, *Diva, quibus numeris heroas, & arma frequentas.* Priapejorum Poëta carm. 75 *Ætnæ Cererem rurus frequentant.* Frequenter ita hoc verbo Iuvencum uſum, obſervat Barthius Adverſ. 11, 23. Vid. Burm. ad Sulpiciæ l. c. & Gron. ad Sen. Conſ. ad Marc. c. 3. v. Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 164. Sic *Dies ſolemnes frequentare*, Suet. Aug. c. 53. ¶ 3. *Frequentare* eſt frequentes reddere, congregare. Cic. Catil. 4, 7 *Quos cum caſa hic dies ad ærarium frequentaſſet*, i. e. congregaſſet. Conf. omnino de hac ſignificatione & conſtructione Gron. ad Plauti Ciſtell. 1, 1, 10, & ad Sen. Conſol. ad Marc. c. 3. Nim. *Frequentare ſibi aliquem*, eſt facere, ut is nos frequentet. ¶ 4. Alibi eſt ſimpliciter replere, anfüllen, beſetzen. Suet. Aug. c. 46 *Italiam abunde triginta coloniarum numero deductarum ab ſe frequentavit.* Cic. de Orat. 3, 52 extr. *Diſtinguenda & frequentanda eſt omnis oratio luminibus verborum.* Et, *Frequentare ſtudia*: Capitolin. in Marco Philoſ. c. 6 *Per eadem tempora, cum formandus ad regendum ſtatum reip. patris actibus intereſſet, ſtudia cupidiſſime frequentavit.*

¶ Frequentātus, *a, um*. Cic. in Bruto c. 95 *Aliud genus eſt non tam ſententiis frequentatum*, i. e. repletum, voller früchte. Id. de Orat. 3, 38 *Translatio inſtituta inopiæ cauſſa, frequentata delectationis*, i. e. crebro uſitata.

¶ Frequentato, adv. vielmahl, oftmahl. Apul. Met. 9 p. 375 *Imprecatus & iterato rurſum & frequentato ſupius.*

¶ Frequentatio, *ōnis*, f. q. d. eine anhäufung. *Denſa & continens frequentatio verborum, &c.* Cornif. ad Herenn. 4, 19. conf. c. 40. Et Cic. Partit. Orat. c. 35 extr. *Frequentatio argumentorum*, id eſt, coacervatio.

¶ Frequentamen, *inis*, n. id eſt, frequentatio, apud Sidonium.

¶ Frequentamentum, *i*, n. idem. Muſica vox videtur, & excitatoria cantionis genus ſignificare, in his enim non repeti tantum eaſdem, ſed, quod proprie frequentationis eſt, condenſari quaſi & cumulari voces ac moduli concitatiores. *Frequentamenta varia tibicen incinit*, Gell. 1, 11. *Quibuſdam quaſi frequentamentis orationis moveri*, Id 6, 1.

¶ Frequentator, *ōris*, m. qui frequentat. Apul. in Trismegiſto p. 94 *Sol frequentator & diſpenſator vivacitatis vitalium.* Paulinus Nolanus epiſt. 38 n. 10 (al. 29) ad Aprum: *rarus urbium frequentator, familiare ſecretum taciti rivis adamaſti.* Tertull. de Monog. c. 8 *Prandiorum & cœnarum frequentator.*

¶ Frequentatrix, *icis*, f. Tertull.

¶ Frequentātīvus, *a, um*, aſſiduitatem ſignificans: ut, *Verba frequentativa* apud Grammaticos, priſcos æque ac recentes. Priſcian. 8 de Specieb. Verborum: *Iſti aliaſpecies derivativorum in TO, quæ frequentiam actus ſignificant---Ea quoque, id eſt, Frequentativa, plerumque a Supinis derivantur, mutatione extremæ V in O, ut ſcripto: dicto dico, &c.*

¶ Frequentative, adv. Feſtus. *Verberitare Cato frequentative, ab eo quod eſt verbero, dixit.*

¶ Frequentarius, *a, um*, apud veteres idem quod *frequens*, Feſtus.

¶ Confrequento, *are*, oft zugleich beſuchen. Ver. Inſcript. apud Sponium Miſc. Erud. Ant. p. 54 LOCVM CONFREQVENTARE. Et p. 161 NATALE (feſtum) CONFREQVENTIS. Prudentius Periſt. hymn. 1, 8 *Arenas incolæ confrequentant obſecvantes.*

¶ Infrĕquens, *tis*, non frequens, rarus, wenig, nicht häufig. *Cum Senatum infrequentem coëgiſſet*, Cic. ad Qu. fratr. 2, 11 Ita 3 epiſt. ult. ad eumd. Quint. *Infrequens fum Roma.* Liv. 31, 23 *Qua infrequentiſſima urbis ſunt*, wo die ſtadt am wenigſten bewohnt iſt. Horat. 1 od. 34, 1 *Deorum cultor infrequens*, ein ſeltner beter. Cæſ B. C. 3, 2 *Copiæ infrequentiores imponuntur.*

¶ Infrequentia, *æ*, f. paucitas, ſolitudo, die wenigkeit, einſamkeit, mangel der leute. Cic. ad Quint. Fr. 3, 2 *Summa infrequentia.* Liv. 2, 23 *Nec agi quicquam per infrequentium poterat Senatus*, weil der rath ſo gar ſchwach beyeinander war.

¶ Infrequentatus, *a, um*, unanſehnlich, unbrauchbar. Sidon. 4 epiſt. 10 extr. *Virilius amicitiæ genetur, quæ verbis infrequentata corpuerat.* Id. 9 epiſt. 15 *Metrum infrequentatum dactylo teviter.*

¶ Perfrĕquens, *tis*, valde frequens, ſehr volckreich. Liv. 41, 1 *In portu emporium brevi perfrequens fuit.*

¶ Refrequento, *are*, wieder mit volck beſetzen. Locum Suetonii vide in *Frequento* n. 2. ubi pro *frequentavit* nonnulli legunt *refrequentavit*, quoniam Italia triplici civili bello exhauſta fuerat frequentanda.

Freſſus, vide *Frendo*, Fretalis, fretenſis, *Fretum.*

FRĔTVM, *i*, n. & apud antiquos Fretus, *ūs*, m. quo & Lucret. 6, 363; & 1, 720, uſus & Cicero, ut volunt nonnulli. vide præter Nonium 3, 92, & Gellium 13, 20, qui Ciceronis ex Verrina 5, 67 in hanc rem verba produxit. it. Arnob. 1. 1 p. 36. Eſt autem anguſtia maris, πορθμός, eine meerenge, ſund. Dictum FRETVM, inquit Varro de L. L. 6, 2 *A ſimilitudine ferventis aquæ: quod in fretum ſæpe concurrat æſtus, & efferveſcat.* conf. Iſidor. 13, 18 & *Fretale* n. 2. Hoc autem fit propter anguſtias; per quas ſe explicare fluctus, incumbente vento, non poſſunt e. g. Cic. Verr. 3, 59 *Cum ab Italia freto diſjunctus eſſes*; quod de Nat. D. 3, 10 vocat *Fretum Sicilienſe.* Hinc non inelegante metaphora Florus 1, 26, 9 *Talis domi ac foris, talis pace belloque Pop. Romanus fretum illud adoleſcentiæ, id eſt, ſecundam imperii ætatem habuit.* Eſt enim adoleſcentiæ ætas concitata & fervida, & actibus ſuis inquieta. Sic *freta ætatis* dixit Lucret. 4, 1224, die jugendhitze. ¶ 2. Mare item ipſum ſic dictum ab undis & fluctibus efferveſcentibus, præſertim apud poëtas. v. g. Virg. ecl. 1, 61 *Et freta deſtituat nudis in litore piſces.* Ac Æneid. 1, 607 *In freta dum fluvii current, &c.*

¶ Frĕtēnis, *e*, habitans ad fretum. Multa mentio *Fretenſis legionis* in antiquis Inſcriptionibus, quæ vel ſcripta ex freti accolis, ut Turnebus Adv 18, 10 interpretatur, ἀπ' ἠπείρου Siculi, v. Græv. ad Cic. Att. 2, 1 p. 172. vel juxta fretum ſtativa habuit. v. g. apud Gruter p. 194 n. 2 LEG. X FRETENS &c.

¶ Fretalis, *e*, ad fretum pertinens, zum ſund gehörig. Ammian. 18, 14 *A Rhetiarum exordio adusque fretalem Oceanum*, i. e. Fretum Belgicum. ¶ 2. *Fretalis*, ſubſt. farragmis genus apud Apicium 7, 5 *Infunditur in fretali pipere*, ehe brat-pfanne. Hoc certe a fervendo dictum videtur, & firmare Varronis etymologiam ſupra poſitam.

¶ Ē. ſĭcĭo, *are*, apud Firmicum.

¶ Perfĭcto, *avi, are*, Solinus dixit, pro trajicere hindurch fahren, c. 40 (Salmaſ. 27) de Syrtibus: *Inter hæc variosſa cheſſim Romanam accepimus perfretaſſe.*

¶ Transfrĕto, *are*, idem. v. Suet. Cæſ. c. 34 &c. Gell. 10, 26. Sic & translate Tertull. de Pœnit. c. 1 *Vitæ conſtitutionem hoc gubernaculo rationis transfretantes.* Sed active eodem verbo Ammianus uſus eſt 22, 8 (Valeſ 6) *ne quis transfretare auderet Ægyptium*, hoc eſt, navi transportare, & *transfretabantur*, paſſive, Id. 31, 10 (Valeſ. 4 p. 623.)

¶ Transfretatio, *ōnis*, f. die überfahrt, etiam apud Gellium, 10, 26 legitur. Adde Vegetium 3, 22.

¶ Transfrĕtānus, *a, um*, transmarinus, der über meer kömmt. Tertull. Apol c. 25 *Patrie ſolum transfretanis dediſſe.*

FRĔTVS, *a, um*, adj. qui nixus, confiſus aliquo eſt, ſich verloſſend, vertrauend. Quidam ducunt a *frendo*, etiam *Fretus*, quod eodem quidem Syntaxin, verum diverſam habet ſignificationem: eſt enim idem quod *Confiſus*, ac temper fere verbo ſubjungitur ablativo, ut Ter. Phorm. 2, 1, 53 *Si quis forte malitia fretus ſua, Inſidias noſtræ fecit adoleſcentiæ.* Cic. fam. 5, extr. *Hoc ad te ſcribo ſi liberis fretus conſcientia officii mei tuum animum.* Et Balbus ac Oppius ad Cic. Att. 9, 8 *Freti tua bonitate tibi confidimus.* Virg. Æn. 5, 430 *Fretusque juventa.* Propert. 1, 8, 42 *Quos ego fretus amo, Cynthia vana mea eſt.*

¶ Fretus, *ūs*, m. ſubſt. pro fiducia, das vertrauen; ut, *Fretu animi tui*, Symmach. epiſt. 10.

Friabilis, vide *Frio*, Fribuſculum, *Frigus*, Fricatio, *Frico.*

FRĬCO, *fricui, frictum, & frictum, fricare*, reiben, fauen. Virg. 3 Georg. v. 259 *Et pede, quo ſubigi terram, fricat arbore cæſus.* Plaut. Aſin. 3, 3, 81 & 88 *Fricare genua*, eſt in humilibus precibus

complectentium genua. Id. Pseud. 4, 7, 93 *Senes fricari sese ex antiquo volunt.* Martial. 4 epigr. 90 *Oleo corpus fricare,* ſchmieren. *Manus manum fricat,* Epicharmi eſt, cujus hunc verſum, Prodicum Sophiſtam in ore frequenter habuiſſe, Plato ſcripſit in Axiocho: *ἡ δὲ χεὶρ τὴν χεῖρα κνίζει, δός τι, καὶ λαβὲ τι.* Id eſt, *Manus manum fricat, da aliquid, & accipe aliquid. Fricantem refrica.*

¶ Frictus, *a, um,* gerieben. Iuvenal. 6, 577 *Si prurit frictus ocelli Angulus, inſpecta geneſi collyria poſcit.* Cato de R. R. c. 156 *Cumini fricti tantum quod oleat.* Sub alia notione idem vocabulum recurrit mox in *Frigo.*

¶ Frictus, *ûs,* m. das reiben, fratzen. Senſu obſceno Iuvenal. 6, 322 *Frictum criſſantis adorat.*

¶ Frictio, *ônis,* f. idem. Celſus 1, 3 *In ipſo quoque itinere frequens friction.* Et Plin. 23, 1 *Frictiones inhibeat oculorum.*

¶ Fricatio, *ônis,* f. idem. In quotidiana corporis cura olim erat, ut ex Suet. Veſp. c. 21 diſcimus. vide ibi interpretes. Plin. 28, 4 *Vehemens fricatio ſpiſſat, lenis mollit.* ¶ 2. *Fricatio* in poſitione parietum adhiberi ſolita. Vitruv. 7, 6 *Quibus inductis & diligenti tectoriorum fricatione levigatis, &c.*

¶ Fricatus, *ûs,* m. ſubſt. idem. Plin. 23, 7 *Emendare dentium vitia crebro fricatu.*

¶ Fricatura, *æ,* f. idem. Vitruv. 7, 1 *Super fricaturam incernatur marmor.*

¶ Fricamentum, *i,* n. idem. Cæl. Aurel. Acut. 2, 6 *Blando articulorum fricamento uti.*

¶ Fricator, *ôris,* m. qui fricat, apud Celſum.

¶ Frictrix, *îcis,* f. Tertull. de Reſurrect. c. 16, & de Pallio c. 4.

¶ Fricium, *i,* n. pulver zum reiben, zahn-pulver. Plin. Valer. 1, 36 *Albi bulbi cinis dentibus fricium eſt.*

Compoſita:

¶ Affrĭco & Adfrico, *are,* an etwas reiben; ut, *Arbori ſese affricare,* Colum. 7, 7. *Anguis herbæ ſese affricans oculos inungit ac refovet.* Plin. 8, 27 *Malignus comes candido rubiginem ſuam affricuit,* Sen. epiſt. 7, hat ihn damit angeſteckt.

Affricatus, *a, um,* angerieben. Apulej.

¶ Affrictus, *ûs,* m. ſubſt. die anreibung. Seneca Quæſt. Nat. 5, 14 ſub finem, de ſpiritu ſubterraneo, per loca ſulphurea ſe torquente: *Accendat flammam ipſo affrictu neceſſe eſt.* Plin. 31, 6 *Spuma aquæ marinæ affrictu vermiculos tollit.*

¶ Affricatio, *onis,* f. idem. Cæl. Aurel. præf. Acut. n. 18 *Percuſſio atque affricationes.* Ibid. 1, 14, 106 *Argenti affricatio nigra,* der ſtrich.

¶ Affrictio, *onis,* f. idem. Hanc vocem Phædro 4, 14 ex optimis MSS. reſtituit Conrad. de Alno in Lex. Crit Vulg. *Affrictio.*

¶ Circumfrĭco, *âre,* umher abreiben, ſchuren. Cato de Re Ruſt. c. 26 *Scopulis labra doliorum circumfrices.*

¶ Confrĭco, *âre,* reiben, abreiben; ut, *Genua confricare,* Plaut. Aſin. 3, 3, 80. Vſus & Suet. Claudio c. 8 *Sibi faciem confricare.* Et Colum. 7, 10 *Sale confricari totum os conveniet.* Translate Gell. 7, 3 *Senſus alicujus injuriis confricare,* i. e. exulcerare, perſtringere.

¶ Confricātus, *a, um,* abgerieben, gejaucht. Plin. 29, 2 *Confricatis dentibus & gingivis.* Et Varro de R. R. 1, 60 *Orchites ſale confricatæ.*

¶ Confricātio, *ônis,* f. ut frictio, fricatio. Metaph. Auguſtin. Confeſſ 4, 8 *Fabulæ & mendacii adulterina confricatione corrumpatur mens noſtra.* vid. in *Affrico* ¶ 2. *Confrictio* eſt apud Firmicum.

¶ Confricāmentum, *i,* n. idem. Cæl. Aurel. Tard. 2, 4 *Confricamentis uti.*

¶ Defrico, *âre,* abreiben, abkratzen. *In balneis defricari,* Aur. ad Herenn. 4, 9. *Defricare pumice,* Plin. 26, 4. *Sale multo defricare,* translate dixit Horat. 1 ſat. 10, 4, pro objurgare, quod Germani dicunt, einen wohl ſcheuren.

¶ Defricātus, *a, um,* glatt abgerieben, abgeſcheuret; ut, *Defricata macula,* Plin. 28, 10. *Dolia defricata & diligenter lota,* Colum. 11, 2 med. *Dens Hibera defricatus arena,* Catull. 40, 13

¶ Defrictus, *a, um,* idem. Apulej. lib. 3 A. A. *Sic exſternatus animi, atque attonitus, vigilans ſomniabam. Defrictis adeo diu pupillis, an vigilarem, ſcire quæribam,* als ich den ſchlaf aus den augen gewiſcht.

¶ Defricate, adv. idem. Nævius apud Cariſium p. 178 *Facete & defricate.*

¶ Effrĭco, *âre,* abreiben, abwiſchen. *Illis rubigo animorum efficanda eſt,* Seneca epiſt. 95. Scribitur & *Exfricare.* Apulej. Met. 1 prine. *Sudorem exfrico.*

¶ Infrico, *âre,* einreiben. Colum. 12, 30 *Et pondo quadrantem amphoris ſingulis infricato.*

¶ Infricatus, *a, um,* eingerieben. Plin. 26, 8 fin. *Infricata polemonia.* Id. 30, 12 *Mollæ infricatæ digito medio.*

¶ Infrictus, *a, um,* idem. Marcell. Emp. c. 10 *Infrictus naribus.* Adde Plin. 20, 15.

¶ Infrictio, *ônis,* f. die einreibung. Celſus 8, 11 ſub fin. *Infrictionem membro adhibere.*

¶ Perfrico, *âre,* abreiben. *Caput atque os unguento perfricare,* Cic. Verr. 5, 25 *Perfricare dentes,* Ovid de Arte am. 3, 216, quamquam alii *defricare* malint legere, vid. Heinſ. *Vulnera ab iis facta perfricantur,* Plin. 2 , 16. ¶ 2. *Perfricare caput* ſolent illi, qui in re aliqua hærent, dubitantes, quid faciendum ſibi ſit. Cic. in Piſon c. 25 *Perfricuiſti rationibus, ſecum ipſe, cum ſiniſtra manu perfricans, cum murmuratus eſſ,* er kratzte hinter den ohren. conf. P. Victorii Var. Lect. 8, 6. ¶ 3. *Perfricare faciem,* vel *frontem,* locutio enim proverbialis, qua ſignificatur pudorem dedifcere, & manu velari a vultu abdergere, alle ſcham verlieren. Cic. Tuſc. 3, 13 *Tu item, cum omnes eſſent, ſolus obſcuro.* Sic & Græci *τρίβειν μέτωπον,* ut obſervat P. Victor l. c. Martial. 11 epigr. 28 *Perfricuit frontem, ſputique pudorem.* conf Perron. c. 22.

¶ Terfricātus, *a, um,* durchgerieben. Plin. 28, 12 *Faucibus felis extrinſecus ſimo perfricatis.* Petron. c. 132 *Perfricata diutius fronte.*

¶ Perfrictus, *a, um,* idem. Hinc vulgo *Homo frontis perfrictæ* i. e. impudens, ein unverſchämter menſch. Sic aliqui legunt in Petron. l. c.

¶ Perfrictio, *ônis,* f. Huc referri forte debet Plin. 21, 18 f. 69 extr. ubi cum *intertrigine* & *alarum vitiis* conjungitur, wundreiben; ſed reliqua Plinii loca pertinent ad *Perfrictio* ex *Frigeo,* ubi vid.

¶ Rĕfrico, *âre,* wieder aufkratzen, Metaph. Cic. pro Flacc. c. 23; *Refricare obductam Reipub. cicatricem,* Id. Leg. Agr. 3, 2, die wunde aufreiſſen. *Refricare literis deſiderium ac dolorem alicujus,* Id. fam. 5, 17. Cic. Att. 5, 15 p. 520. *Appii vulnera non refrico, ſed apparent, nec occuli poſſunt,* h. e. non id ago, ut aperiam & exaggerem, quæ Appius in provincia commiſit. Id. pro Cæl. c. 30. *Refricare veterem fabulam,* wieder aufwärmen. Id. pro Sulla c. 6 *Cum civis patriæ verſari ante oculos atque animum memoria refricare cœperat.* ¶ 2. Intranſitive Cic. Att. 10, 17 pr. *Crebro refricat lippitudo,* i. e. de novo moleſta eſt. Malit Corradus, ſed tantum ex conjectura, *refricatur.*

¶ Refricatio, *onis,* f. Auguſt.

¶ Suffrico, *are,* unten abreiben, ſtreicheln, Colum. 12, 23, it. 12, 38. ubi tamen al. *ſuffiviatur,* & Celſ. 6, 6.

Frictorium, frictus, vide *Frigo,* (& *Frico.*)

Frigeo, frigeſco, frigidarius, vide *Frigus.*

FRĪGO, *frixi, frictum* & *frixum, frigĕre,* torrēre, röſten, backen, dörren. Plin. 18, 7 *Frumenta frigunt, deinde molis frangunt.* Cato de R. R. c. 106 *Sesquilibram ſalis frigito.* Feſtus derivat a græco *φρύγειν,* & Nonius 4, 200 ex Accio notat, quod *Frigit* correpta prima ſyllaba ſignificet *Frigit.* Vulg. Int. Levit. 6, 14 *In ſartagine frigetur.*

¶ Frictus, & Frixus, *a, um,* toſtus, geröſtet, gebacken, gedörrt. Horat. de Arte poët. v. 249 *Nec, ſi quid fricti ciceris probat, aut nucis emtor. Fricta nuces,* Plaut. Pœn. 1, 2, 113. *Triticum frictum,* Varro de R. R. 2, 4, & *Sal frictum,* Colum. 7, 5 dixit. Celſus 1, 18 *Tum res eadem magis alit jaruleuta, quam aſſa: magis aſſa, quam frixa.* Vet. Gloſſ. *τηγανίζω, Frigo, τηγανιτὸν, Frictum. Τήγανον, Sartago* eſt.

¶ Frictilis, *e,* ad frigendum aptus. Apic. 4, 2 *Patina frictilis,* brat pfanne.

Frictile, vid. quæ diximus in *Fitilla.*

¶ Frictorium, *i,* n. patella, in qua friguntur carnes, eine brat pfanne. Vet. Gloſſ. *Τήγανον, Frictorium.*

¶ Frixorium, *i,* n. idem. Gloſſæ aliæ veteres: *Τήγανον, frixorium:* & Onomaſticum: *Frixorium, Τήγανον.* Vſus & Plin. Valer. 2, 7.

¶ Confrigo, *ĕre,* & Confrixo, *are,* mitröſten. Octav. Horat. 1, 6 *Cum oleo confrixentur.*

¶ Effrigo, *ĕre,* zerreiben. Tertull. adv. Marc. 4, 12 *Spicas decerptas manibus effricuerunt.*

FRĪGŬLO, *are,* ſchreyen wie eine dohle. Autor Philomelæ v. 28 *Graculus at frigulat.*

FRĪGUS, *ŏris,* n. gelu, kälte, froſt. *Frigus acre,* Lucret. 4, 261 firmer kälte. *Intolerandi,* Cic. pro S. Roſc. c. 45; & *penetrabile.* Virg. Georg. 1, 93, durchdringende. *Maximum frigus impendet,* Cic. ad Quint. fr. 2, 21 extr. Id. pro Rabir. Poſt. c. 15 *Vim frigorum hiemumque ſuſtinere.* Et Colum. 1, 4 *Frigoribus intolerabiliter horrere. Collegere ſe frigus,* pro contrahere, Horat. dixit 1 epiſt. 11, 13. *Frigora dum rami,* Ovid. Met. 5, 393, geben kühlen ſchatten. ¶ 2. *Frigus* pro metu, apud Virg. Æn. 1, 96. *Extemplo Æneæ ſolvuntur frigore membra,* e überdruß ihn ein kalter ſchauer. Conf. Nonius 4, 207. ¶ 3. *Frigus* & languorem in amando, ſeu amoris affectusque remiſſionem ſignificat. Plin. 6 epiſt. 15 *Paulo aliena deliratio aliquantum frigoris attulit.* Suet. Aug. c. 66 *Levi frigoris ſuſpicione, & quod Marcellus ſibi anteferretur, Mitylenas ſe, relictis omnibus, contuliſſet,* &c. vide ibi Casaub. & Torrent. item in c. 41 Claudii. Add. Lipſ. ad Vell Paterc. 2, 83. Rupert. ad Sall. Catil. 13. ¶ 4. *Frigus* eſt interdum illa perturbatio, cum quis quid reſpondeat non invenit, verwirrung Quint. 5, 7 p. 385. v. Burm. & quæ diximus in *frigeo* & *refrigero.*

¶ Frigidulum, *i,* n. diminut. ex tertia ſignificatione. Nam quod Papinianus L. 31 D. de jure dotium *Iurgium*; Ulpian. L. 32 § 12 D. de donat. inter vir. & uxor. *frivolum* ſive *frigidulum* vocat. *Quod ſi dimorbum non interceſſerit, ſed friboladum: profecto valebit donatio, ſi frivolum quidem.* Nonnulli *friboladum* a *frivolo* deducunt. v. infra *Frico.* Plur. *frigidula* in Tertull. de Anima c. 25.

¶ Frīgeo, *frigui,* & *frixi, frigĕre,* frigore conſici, laborare, kalt ſeyn, frieren. Græcis *φρίσσειν,* eſt, ut frigus *φρίκη.* Elegantes præſertim parit metaphoras. Ter. Eun. 2, 2, 37 *Nimirum hic homines frigent,* es friert wunder aus, id eſt, inopia laborant, vel frigide tractantur eam ipſam ob cauſam. Ibid. 3, 3, 11 *Voi friget, hoc evenit.* FRIGET, id eſt, hæret, nec reperire poteſt, de quo pertexat ſermonem. Et recte dixit FRIGET. Nam dum cuiceſcit ingenium, pulchre incidunt varia; cum refrigeratum eſt, nihil admodum succedit. Nam calidi maxime valent ingenio: ſtupent contra ac hebetes ſunt, qui frigidioris temperamenti ſunt, de quo Galenus libro *quod animi mores temperamentum corporis ſequantur.* Virg. 2 Georg. v. 443 *Sin, parcus (cui ſua natura accedere parte) Frigidus obliterit circum præcordia ſanguis,* &c. i. e. Si hebetius ingenium obſtiterit. Cic. Verr. 2, 25 pr. *Judicia omnia frigent,* quod & Germanis metaphora eſt, die gerichte ſtehen kalt, hoc eſt, non exercentur. Sic, *opus, ſtudia frigent,* i. e. non continuantur. Ter. Eun. 4, 5, 6 *Sine Cerere & Libero friget Venus.* Virg. Æn. 5, 396 *Frigent effœta in corpore vires.*

¶ Frigens, *tis,* kalt, erſtarrt. Stat. Sylv. 2, 1, 146 *Frigentia lumina torpent.* Sil. 16, 597 *Frigens animis turbe,* feige, zaghafft. ¶ 2. Mortuum quoque & vita functum notat. Virg. 6 Æn. v. 219 *Corpusque levant frigentis, & ungunt.*

¶ Frigeſco, *ĕre,* kalt werden. *Opus frigeſcit,* es gehet lanaſam. Quintil. 6, 1. Proprie Cato c. 156 *Infundito in catinum, ut frigeſcat.* Et Cæl. Cic. fam. 8, 6 *Nos hic frigore feliciſſimus.*

¶ Frigerans, *tis,* frigus adferens, kühlend. Catullus 62, 30 *Frigerans*

rans Aganippe. Participium verbi *frigerare*, cujus compositum, *Refrigerare* usitatius est, mox indicandum. vide infra *Frigoro.*

¶ Frigeratio, *onis*, f. die kühlung, apud Apulejum.

¶ Frigerator, *oris*, m. der da kühlet, apud Sidonium.

¶ Frigeratorium, *i*, n. ein kühl-faß, apud Apicium.

¶ Frigefacio, *ēre*, kühlen, kalt machen, unde

¶ Frigefactus, *a, um*, abgekühlt. Et

¶ Frigefactio, *onis*, f. die abkühlung, apud Celsum.

¶ Frigefactor, *oris*, m. der da abkühlet, apud eumd.

¶ Frigetacto, *are*, frequent. kälten, abkühlen. Plaut. Pœn. 3, 5, 15 *Os nunc frigefactas.* Conf. Rud. 5, 2, 39, ubi pro eadem voce nonnulli legunt *frigide factas.*

¶ Frigēdo, *inis*, f antique pro frigore apud Nonium 2, 544 ex Varrone: *Igni fervido medullitus Aquilonia intus fervat frigedinem.*

¶ Frigĭdus, *a, um*, kalt; ut, *Frigidus amnis*, Tibull. 4, 84, *Frigidus auster*, Propert. 2, 26, 36. *Frigidior Caucis pruinis*, Iuvenal 5, 50. De Germanis Cæsar B. G. 4, 1 *Lucis frigidissimi neque vestitus, præter pelles, habent quidquam.* ¶ 2 Per metaphoram, *frigidissimi accusatores*, Cic. ad Q. frat. 3, 3, id est, valde remissi & tardi, nachläßig, faulenzerisch. *Argumentum frigidum*, schlechter beweis, Quint. 5, 10. Et, *Litera frigidæ*, Cic. fam. 15, 16, kaltsinnig. *Frigida & jejuna calumnia*, Id. pro Cæcin. c. 21, hoc est, infirma & inepta, abgeschmackt. Huc forte referunt, qui de statuariorum operibus *frigida* quædam dicere putant Quintilianum 12, 10. Sed recte prætulit Burm. *rigida* p. 1087. Opponuntur enim *mollibus.* ¶ 3. Item noxius & letalis: Mors enim corpora frigida reddit. Virg. ecl. 3, 93 *Frigidus, o pueri fugite hinc, latet anguis in herba.* Vide & eclog 8, 71. Hinc *Frigus veneni*, Sidon. 5 epist. 8. Conf. Nonius 4, 208, ubi & ex Virg. Æn. 11, 338 *Frigida belli dextera* exponitur, quod sit segnis & imbecillis. Et Æn. 9, 415 *Volvitur ille frigidus*, i. e. moriens, cujus extrema jam frigent.

¶ Frigida, *æ*, f. subst. kalt wasser, subintelligitur enim *aqua. Frigidâ lavare*, Plin 3 epist. 5. *Frigidam jussandare*, Plaut. Cist. 1, 1, 37, de quo magnopere eruditi dissentiunt. Simplicissimum videtur, cum Bochartio interpretari, *Matrenæ aquam frigidam jussandant meretricibus*, h. e. clandestinis accusationibus & conviciis viros suos ab illis deterrent, & frigus adeo illis injiciunt. *Ad frigidam eximus*, Petron. c. 28.

¶ Frigide, adv. kalt, quo tralatitie usus est Gellius aliquoties pro *Exigue, Remisse*, præsertim 19, 3, ubi ex Favorini ore refert, *Turpius esse, exigue atque frigide laudari, quam imbecillanter & graviter vituperari*, kaltsinnig. Compar. Quint. 6, 3; & Sen. Controv. 1, 4 *Frigidius dicere.* Superlat. *frigidissime* eadem metaphora Quintilianus dixit 4, 1 de eo, quod sine efficacia & animorum commotione fit.

¶ Frigĭdŭlus, *a, um*, dimin. kältlich, lauticht. Metaphorice Catull. 65, 131 *Frigidulos udo singultus ore cientem.*

¶ Frigidiusculus, *a, um*, idem. Gell. 3, 10 *Sed alia ibidem congerit frigidiuscula.* Pro quo &

¶ Frigusculus, *a, um*, apud Tertullian. de Anima c. 25 sub finem legunt Froben. Rigalt. & alii.

¶ Frigidārius, *a, um*, kühlend; ut, *Frigidaria cella balnei*, hoc est, ubi frigida lavamur, Plin. 2 epist. 17. *Balneæ frigidariæ*, Pallad. de R. R. 1 tit. 41. Et *frigidaria cisterna*, Petron. c. 72.

¶ Frigidarium, *i*, n. Gloss. Vet. *Frigidarium, ὑδροψύχιον, ψυχροφόρειον.* Adde Vitruv. 5, 10 & 11. ubi videbis tum de loco f. cella dici, tum de vase, aheno.

¶ Frigiditas, *atis*, f. die kältung, *ψυχρότης.*

¶ Frigido, *are*, pro quo & Frigdo, *are*, Lucilius dixit, erfrischen, abkühlen. Cæl. Aurel. Acut. 3, 16 *Frigidare corpus tactu.*

¶ Frigor vel Frigdor, *ōris*, m. idem quod *frigus* apud Theod. Priscianum, qui 2, 29 *molestissimum frigorem* dixit. Apud eumdem de Diæt. ed. *frigdor cordis.* Et apud Oct. Horat. 2, 16 *Frigdore quoque & singultu.*

¶ Frigŏro, *are*, kühlen, erfrischen. Cæl. Aurel. Tard. 4, 4 *Frigorare corpus.* Id. Acut. 3, 21 *Frigorandos ait cholericos.*

¶ Frigorifĭcus, *a, um*, kühlend. Gell. 17, 8 *Acetum omnium maxime frigorificum est.*

¶ Frigutio, *ire*, Plauto Cas. 2, 3, 49 significat, quasi frigore ita cupiditate tubilire, zittern für begierde. Conf. Nonium 4, 200.

Composita cum præposit.

¶ Confrigeo, *ēre*, zugleich kalt seyn, apud Firmicum.

¶ Confrigefĭo, *ĕri*, zugleich kühle werden, apud Celsum.

¶ Confrigĕro, *are*, abkühlen, apud Apulejum.

¶ Defrigesco, kühle oder kalt werden. Colum. 12, 20 *Iubebis rutabulo agitari eousque, dum defrigescit.* Id. 12, 21 *Quod dum defrixit, defertur in vasa.*

¶ Infrigesco, *ere*, idem. Cels. 5, 25, 4 *Cum infrixit, catapotia fiunt.* Adde Veget. de Re Veter. 3, 28.

¶ Infrigĕdo, *are*, pro Refrigerare, kühlen, erkälten, disphcet Vossio de Vit. L. L. 4, 2 p. 727. Sed habet Theodorus Medicus antiquus de Diæta c. 1 & 2. v. Borrich. Cogit. p. 138. Cæl. Aurel. 1, 1, 44 *Stagni humectantes caput infrigidant exhalatione.* Macer 1, 24 v. 1 In *infrigidare*, secundam corripit; & 2, 3 v. 7 *infrigdandi* verbo utitur.

¶ Infrigidatio, *onis*, f. die erkaltung. Veget. de Re Vet. 1, 29 *Sudoris subita infrigidatio.*

¶ Perfrigeo, *ēre*, & Perfrigesco, *ēre*, est valde frigere & frigidum fieri, sehr frieren und kalt werden. Martial. 3 epigr. 18 *Perfrixisse tuas fauces*, id est, frigore nimio te raucum factum esse Iuvenal. 7, 95 *Etsi perfrixit, cantat bene.* Et Plin. 31, 6 *Difficilius perfrigescunt marinâ calefacti.* Conf. Varr. R. R. 2, 9.

¶ Perfrictio, *onis*, & pl. *perfrictiones* apud Plinium horrorem illum febrilem notat, quem Græci *περιψυξιν* vocant, schauer, frost Ac interdum etiam notare videtur vitium carnis a frigore externo ortum, erfrorne glieder. Loca sunt 20, 14 f. 44. ubi *περιψυξιν* interpretatur Hard. 20, 18, f. 74: it. 20, 22 f. 87 extr. ubi *nervorum rigores lumborumque & coxendicum perfrictiones* conjunguntur, 21, 20 f. 83; 23, 4 f. 40, *Lassitudinum perfrictionumque refectio est.* it. 23, 7, f. 70. 23, 8 f. 80. *In fatigatione aut perfrictione.* Add. 23, 9 f. 80. 26, 12 f. 76. *in loco calido & a perfrictionibus tuto.* it. 27, 12 f. 105.

¶ Perfrigĕro, *are*, durch und durch kalt machen, wohl abkühlen. Scribonius Largus Compos. ult. *Inferveſcunt super carbones, deinde perfrigerata eodem cacabo reponuntur.* Citatur etiam ex Plin. 25, 13, ubi Harduinus *refrigerare* legit.

¶ Perfrigefacio, *ere*, idem. Plaut. Pseud. 4, 7, 117 *Mihi jamdudum ille Syrus cor perfrigefecit*, i. e. mœst & horrore quodam perfundit.

¶ Perfrigidus, *a, um*, valde frigidus, sehr kalt. Cic. Verrin. 4, 40 *Erat hiems summa, tempestas perfrigida.*

¶ Prærrigidus, *a, um*, idem. Cels. 4, 5 *Virum prærigidum.* Et Ovid. Pont. 4, 12, 35 *Et lepidus Boreas, & sit prærigidus Auster, Et possit tectum mollia ferre nivem.*

¶ Refrigeo, *ēre*, & Refrigesco, *ere*, wieder kalt werden. Cels 4, 3 *Sanguis ex his, quæ in humore sunt, coit, ruber fit, refrigescit, vel: refrigefit.* Translate definere & remittere Cels. 1, 3 *Ubi remittere illæ* werden. Tac. Adelph. 2, 2, 25 *Nisi est, ut refrigescit.* Quomodo & apud Cic. pro Mil. aliquoties: ut, ad Q. fratr. 3, 8 *Tota res refrigescit, & timetur, & refrigescit.* Id. ad eumdem 2, 6 (4.) *Quod de Trimonio Catinio scripsi, jam refrixit.* Item Att. 1, 17 *Hæc tota res interpellata bello refrixerat.* it. 2, 1 *Cum Romæ a quæstiis feriæ refrixerint.* Contrarium est *calet*, vel *calescit.*

¶ Refrigero, *are*, quod est frigus inducere, adspergere, kühlen, kalt machen, erfrischen. *Calorem refrigerare & exstinguere*, Cic. Nat. D. 2, 9. *æstum*, Plin. 20, 7. Quintilianus prooperis, *refrigerato inventionis amore diligentius libros suos tanquam lector perspidit.* Sed Martialis in Sabinejum quemdam declamatorem ineptum, 3 epigr. 25 *Neronionas is refrigerat thermas.*

¶ Refrigeratus, *a, um*, abgekühlt. Varro de R. R 1, 61 *Refrigeratum conditur in vasa.* Cic. de Nat. D. 2, 9 *Ref igeratus calor.* Et translate Id. fam. 3, 8 *Refrigerato jam sermone Dolabellæ*, &c nachdem die reden sich gelegt hatten. Et in Actione Verrina 2, 10 *Defessi ac refrigerata accusatio*, nicht mehr so hitzig v Claud. ad illud Suet. Claud. c. 41 *Refrigeratus a semetipso.* Apud Vellej. 2, 83, 2 *Planeus refrigeratus ab Antonio* dicitur, postquam alienatio mentis antea faventis facta est, & ille calorem gratiæ mutavit in fastidii frigus.

¶ Refrigeratio, *ōnis*, f. die labung, kühlung, erquickung. Cic. Senect. c. 14 *Refrigeratio æstate delectat.* Colum. 11, 1 *Auræ refrigerationem captare.* conf. Plin. 34, 13.

¶ Refrigerium, *i*, n. idem, posterioris ætatis scriptoribus, ecclesiasticis maxime. Tertull. de Resurr. carn. c. 17 *Aliter anima non capiat passionem tormenti seu refrigerii.* Orosius 5, 15 *Et vos fidelibus refrigerium potumque præbuit.* Adde Cur. post. Cellarii p. 228.

¶ Refrigescentia, *æ*, f. Tertull. de Anima c. 43 idem fonat: *Sed non refrigescentiam admittam, aut marcorem aliquem caloris.*

¶ Refrigerator, *ōris*, m. qui refrigerat.

¶ Refrigeratrix, *īcis*, f. Plin. 19, 8 *Natura refrigeratrix lactucæ.*

¶ Refrigeratorius, *a, um*, kühlend. Plin. 22, 22 *Vis refrigeratoria.* Et eod. lib. c. 25 *Est vis refrigeratoria naturæ.*

¶ Subfrigidus, *a, um*, etwas kalt. Translate Ammian. 17, 22 *Oblatrantes argumento subfrigido.* Hinc

¶ Subfrigide, adv. paullum inepte. Gell. 2, 9 *Nimis minute, ac prope etiam subfrigide Plutarchus in Epicuro accusando λεξεως τυρῶ.*

FRINGVILLA, æ, f. scribunt & *Fringilla*, æ, avis de dicta, quod frigore cantet & vigeat, ein finck. v. Festus; & Martialis 9 epigr. 55 *Nunc flumus inopes fringillarumque querelas.*

¶ Fringilago, *inis*, f. fröhlmeise, spiegelmeise, parorum genus.

¶ Fringultio, *ire*, quasi fracto gutture canere. Apul. 3 Florid. *Merulæ in vemotis tesquis fringultiant.* zwitschern. Ad homines quoque transfertur; Id. Apul. Apol. p. 336 *Vix singulas syllabas fringultiens.* Et Sidon. 7 ep. 9 *Presbyterorum paucis angulatim fringultientibus*, ubi *Fringultire* est inepte loqui aut cantare, musitare. ¶ 2. Scribunt & *Fringutire* & *Frigutire* & exponunt, *subtiliter adgarrire*, huc trahentes Plaut. Casin. 2, 3, 49, de quo jam dictum sub *Frigus.* v. Fulgent. de prisco serm. n. 19, & Varr. de L. L. 6, 5.

FRIO, *friare*, comminuere, conterere, zermalmen, zerreiben, brödeln. Plin. 13, 4 *Crusta friatur.* Et Varro de R. R. 1, 9 *Terra, quæ cum fodiatur, facile frietur.*

¶ Friātus, *a, um*, gebröckelt, zermalmet. Lucret. 1, 886 *Scilicet & glebis terrarum sæpe friatis.*

¶ Friatio, *onis*, f. die zerbröckelung, reibung. Apicius.

¶ Friābilis, *e*, quod facile friatur, bröcklicht, das sich zermalmen läßt. Plin. 17, 4 *Tofus natura friabilis.* Conf. 20, 8; & 34, 18.

¶ Fribŏlum, *i*, n. apud Isidorum 10, 8 est genus divortii, cum conjuges eo animo separantur, ut rursum ad se invicem revertantur. Nam uti addit ipse, *Fribolum est velut quassæ mentis, & efflaxæ, nec stabilis &c.* Hinc

¶ Fribuscŭlum, *i*, n. dimin. quod in l. 32 § si divortium, ff. de don. inter vir. a divortio separatur, & leve jurgium significat, ut ostendit l. 31 ff. de jure dot. l. 27 ff. de pact. dotal. Alius est *Frigusculum*, de quo supra in *Frigus.* Aliis *Friviculum.*

¶ Frīvŏlus, *a, um*, fragilis, futilis, zerbrechlich liederlich). FRIVOLA, dicente Festo, vel FRIBOLA, uti legit Isidorus l. c. sunt proprie vasa fictilia quasi atque inutilia, unnütze scherbel. Unde, eodem Festo docente, dicta sunt *verba frivola*, quæ minus sunt fide subnixa. Sic, *Frivola omnia Romanorum vocant*, Iuvenal 5, 88. conf 3, 198 *Frivolus* ergo vocatur vanus, nugatorius, nihili, nichts würdig, nichts. werth. Ver. Gloss. *Frivolus, κενός, φαῦλος.* Ita *laborem frivolum* Seneca epist. 31: *Auspicium frivolum*, i. e. vanum & mendax, Suetonius dixit Neron. c. 12. Qui pro stulto & amenti usus in Claudio est c. 14: *In cognoscendo*, inquit, *& decernendo mira varietate animi fuit: modo circum pectus & jugax: modo inconsultus & præceps,*

nonnunquam frivolus amentique similis. Quintil. 1, 6 p. 76 *Frivola in parvis jactantia.* Vlpian. L. 11 § 5 extr. D. de pignorat. act. *Non enim credibile eſt, hoc conveniſſe, ut ad univerſam penſionem infolæ frivola vina teneventur.* FRIVOLA, id eſt, viliſſima ſupellex. Ita Sen. de Tranqu. an. c. 1 *Nec inter illa frivola mea tam latus incedo:* Vbi & Lipſium, ſi lubet, vide. Quintil. 7, 2 *Levibus & frivolis rerum inciſſuris,* mit ungeraumbeten ſchnähwerten anreitzen. Plin. 7, 7 *Frivola eſt animalium ſuperviſſimi origo,* hoc eſt, fragilis & infirma. Itaque recte formatur a *Frio.*

¶ Frivolitrius, *a, um,* trodelicht. Vnde *Frivoleria,* ſcil. *fabula,* in Plauti Fragm. Sic *Frivolarium forum,* der trodelmarckt. Et *Frivolarius,* ſubſt. frivolorum venditor, ein trödeler.

¶ Affrio vel Adfrio, *are,* daran bröckeln. Varr. R. R. 1, 57 *Alius aliud adfricat aut aſpergit.*

¶ Confrio, *are.* Ca. 7, 5 cod. Politiani habet *ſale confriato,* ubi editi confricato.

¶ Infrio, *are,* tritum injicere, hinein reiben, einbrecken. Colum. 8 5 ſub fin. *Paullum triti ſalis vulneribus infriatur.*

¶ Infriatus, *a, um,* eingebrockt. Colum. 7, 5 *Æris ærugine infriata.*

¶ Perfrio, *are,* zerreiben. Colum. 12, 38 *Baccas albi generis myrti quam maturiſſimas legito & perfriato.*

¶ Perfrivolus, *a, um,* ſehr ſchlecht. Vopiſcus Aureliano c. 6 *Hæc video eſſe perfrivola.*

¶ Suffrio, *are.* Colum. 12, 38 *Scopulis aridæ myrti ſeria ſuffriatur.* Sed rectius al. *ſuffricetur.*

FRIRITVS, *ûs,* m. ſtrepitus, ein geräuſche. Cic. N. D. ex Accio; ſed legitur ibi *fremitus.*

FRIT, indeclin. Ita illud ſumma in ſpica jam matura, quod eſt minus quam granum, vocatur, teſte Varrone de R. R. 1, 48 die ſpitze an der ähre. Forte quod facile ſit *Friatu.*

¶ Fritilla, *æ,* f. quoddam pultis genus, ein brey, apud Arnobium p. 230. v. Elmenhorſt. ad h. l. p. 186. conf. ſupra *Fitilla.*

¶ Fritillus, *i,* m. Sunt, qui *Fritillum* pro *pyrgo* Horatii, *orca* Perſii, *turricula* Martialis, exponant, vaſculo nimirum aleatorio, infundibuli ſpeciem repræſentante, per quod tali jaciuntur, ad evitandam impoſturam, Italis noto, ein tuntter zu den würffeln. Iuvenal. 14, 5 *Parvoque eadem movet arma fritillo.* Vide *bulla, bullatus;* Vetus Scholiaſtes ad hunc locum: FRITILLVS, inquit, *pyxis cornea, qui φίμὸς græce dicitur. Apud antiquos in cornu mittebant teſſeras, moventesque fundebant. Aut fritillum, pyrgum dixit.* Hactenus interpres Iuvenalis. Martial. 4 epigr. 14 *Dum blanda vagus alea December Incertis ſonat hinc & hinc fritillis.* Horat. 2 ſat. 7, 17 *Mitteret in phimum talos.* Vbi vetus Scholiaſtes: *In* pyrgam *ſic* fritillum, *ex quo agitatæ teſſeræ mittuntur in tabulam. Eſt autem* Phimus *inſtrumentum ligneum ſtriati oris, ex quo conficiuntur teſſeræ, ne poſſit falli is, qui cum alio ludit.* vide & Turneb. 6, 3 & Salmaſ. Hiſt. Aug. p. 470.

FRITINNIO, *ire,* proprie de pullis avium dicitur, zirren, pipen wie junge vögel, zwitſchern. Varro apud Nonium 1, 21 *Pullos pipiſſe fritinnientes.* Sed Autor Philomelæ v. 35 prima ſyllaba producta: *Tritinnit rauca cicadâ.* ¶ 2. Ad homines deinde, ſeu pueros transfertur. Epigrammatum, quæ Senecæ tribuuntur, octavo, de filiolo Marco auctor: *Sic dulci Marcus, qui nunc ſermone fritinnit.*

Frivolus, vide *Frio,* Frixorium, frixus, *Frigo.*

Frondator, frondeo, frondeſco, frondifer, &c. vide *Frons, dis.*

FRONS, *frondis,* f. ein grüner zweig, plur. *frondes* arborum ſunt tantum, das laub der bäume, das gebüſche. Valla 4, 73. *Via deſerta, & inculta atque intercluſa frondibus & virgultis,* Cic. pro Cæl. c. 18. *Feſta frons,* Virg. 2 Æn. v. 249. vide *Feſtus.* Et, *Arboreæ frondes,* Ovid. 4 Met. v. 657. Adde Nonium 2, 350 & 8, 20. ¶ 2. *Frondis* primus catus eſt Sanon. 189 *Delphica frondis* h. e. folia auri. Ita *Perſica frondis* 572.

¶ Frondeus, *a, um,* vom laub, voll laub. *Corona frondea,* Plin. 16, 4. *Nemora frondea,* Virg. 1 Æn. v. 191.

¶ Frondiſius, *a, um,* laubicht, ſchatticht: ut, *Montes frondoſi,* Apul. lib. 9 Miſeſ. *Lucus frondoſus,* Virg. 4 Georg. v. 543. *Frondeſcor taxus,* Silius 13, 596.

¶ Frondeo, *ui, ere,* grünen, laub haben. *Nunc frondent ſilvæ,* &c. Virg. eclog. 3, 57. *Lætius frondebit ſerpyllum,* Pallad. 4, 9.

¶ Frondens, *tis;* ut, *Arbuta frondentia,* Virg. Georg. 3, 300. *Frondens vitis,* Colum. 3, 1.

¶ Frondeſco, *ere,* frondes emittere, ausſchlagen. Virg. 6 Æn. v. 144 *Frondeſcit virga.*

¶ Frondico, *are,* idem apud Eutychen Grammat. p. 2161.

¶ Frondo, *are,* frondes amputare, ablauben. Vnde

¶ Frondator, *oris,* m. der das laub abſtreifft, die bäume ſchneidelt. Virg. 1 eclog v. 57 *Hinc alta ſuo vape canet frondator ad auras.* vid. Servius ad h. l.

¶ Frondatio, *onis,* f. Frondatoris actio. Colum. 5, 6 *In frondatione cavendum, ne* &c.

¶ Frondarius, *a, um,* adj. ad frondationem pertinens, laub-. Plin. 18, 31 *Unus frondator quatuor frondarias ſiſcinas complere in die juſtum habet.*

¶ Frondicomus, *a, um,* poët. voll laub; ut, *Frondicomis habitare locis,* Prudent. Cathem. 3, 102.

¶ Frondifer, *a, um,* idem. *Nemus frondiferum,* Lucret. 2, 359.

¶ Frondifluus, *a, um,* quando fluunt & cadunt frondes, das die blätter abwirfft. Boethius 1 metr. 5 *Frondiflua frigore brume.*

¶ Fronditius, *i,* m. cognomen militis, qui fronde capiti impoſita præclara facinora adverſus Annibalem edidit. v. Sigon. de Nom. Rom. p. 1433 ex Plin. 18, 1 extr.

¶ Effrondeſco, *ere,* grün werden. Vopiſcus Prob. c. 19 *Circus gratia novi viroris effrondiit.*

¶ Infrons, *dis,* non frondoſus, ohne laub. Ovid. Pont. 4, 10, 31 *Hic agri infrondes,* &c.

¶ Refrondeſco, *ere,* wieder laub bekommen. Sidon. Apollinar. carm. 22, 46 *Sponte refrondeſcit per bracchia roſcida palmes.*

FRONS, *frontis,* f. die ſtirne, das angeſicht; ut, *Frons verecunda, inverecunda, generoſa, vera.* Hoc fœminino ab antiquis etiam maſculino genere uſurpabatur, teſte Feſto & Gellio 15, 9. Id quod exemplis etiam probat Nonius Marcellus 3, 89. *Frons* ab oculorum foraminibus nominata, uti cenſet Iſidorus 11, 1. *Minima frons* formam commendat Petro. c. 126 & ibi Comm. *Homo integræ frontis,* Vlpiano dicitur l. 13 Dig. de Teſtibus, cui frons ſtigmate inuſta non eſt. Contra Apulejo *frontem liceratus* eſt, qui ſtigmata habet, lib. 9 Miſeſ. *Exporrige frontem,* Ter. Adelph. 5, 3, 53, ſey gutes muthes. Et, *Fronte porrectiore loqui,* Plaut. Caſin. 2, 4, 3. *Sollicitam explicuere frontem,* Horat. 3 od. 29, 16. Nimirum *explicata, exporrecta frons, rugoſa, corrugata,* opponitur, quæ ſeverorum ac triſtium eſt. Ita *frontem remittere* Plin. 2 epiſt. 5, 5. opponitur τῷ *frontem contrahere,* runtzeln, Cic. pro Cluent. c. 26. *Obducta frons,* ad triſtitiam mœroremque pertinet. Iuvenal. 9, 2 *Occurras fronte obducta, ceu Marſya victus. Nubilam* Martialis eandem vocat 2 epigr. 11. *Frons dura,* extremæ impudentiæ: *mollis ac tenera,* pudoris nimii: hæc intermedia *firma* eſt: quam ita Seneca appellat de Tranqu. an. c. 4 *Quorundam parum idonea eſt verecundia rebus civilibus: quæ ſummum frontem deſiderant.* Sen. ep. 11 *Iuvenis hæc eſt tenera frons.* conf. Virg. Georg. 2, 372 & Non. 2, 350 Impudentem, *duram frontem,* & *ferream* recte dicimus. Plin. Paneg. Trajani c. 35 & *exſanguem* dixit. Pudentes enim rubeſcunt, quod a ſanguine eſt. Sen. qu. nat. 4 præf. *Adulatio perfricuit frontem, nam cecidit alienam,* i. e. ruborem incuſſit. vid. *Perfrico.* Perſius pro ipſo pudore *frontem* dixit ſat. 5, 102 *Navem ſi poſcat ſibi pecunioſus arator Luciferi rudis, exclamet Meliceria, periſſe Frontem de rebus.* Vbi vetus Scholiaſtes: FRONTEM, *pudorem. Templum enim pudoris eſt frons:* De REBVS, id eſt, ex ſocietate & commerciis hominum, es wäre keine ſcham bey den leuten. Servius in eclog. 6 Virg. notat, AVREM memoriæ, FRONTEM Genio, DIGITOS Minervæ, GENVA miſericordiæ conſecrata fuiſſe. Plin. 11, 37 *Frons & aliis* (animantibus,) *ſed homini tantum triſtitiæ, hilaritatis, clementiæ, ſeveritatis index.* Cic. fam. 9, 10 *Reliquiæ priſtinæ frontis,* i. e. ſeveritatis. Cic. pro Cluent. c. 26. Id. ad Anton. Attic. 14, 13 *Non ſolum ex oratione, ſed etiam ex vultu, & oculis, & fronte, meum erga te amorem perſpicere potuiſſes.* Varias de fronte formulas ſuppeditabit Burm. ad Quint. 12, 3 extr. Tales etiam ſunt, quas referemus. *Frontem ferire,* eſt indignari: hoc enim indignantes facere ſolent. Cic. Att. 1, 1 *Puto, in eo te riſiſſe, aut ingemuiſſe, ut frontem ferias.* vid. ibi Popmam. Cic. Catil. 1, 13 *Sit inſcriptum in fronte unius cujusque, quid de Rep. ſentiat,* hoc eſt, palam quisque præ ſe ferat, non diſſimulet ſuam de Repub. ſententiam. Nobilis eſt illa veterum ſapientum ſententia, quam Apulej. in Apol. ita expreſſit: *hominem liberum & magnificum debere, ſi queat, in primore fronte animum geſtare.* Contra Cic. de Amic. c. 18 *Aperte vel odiſſe magis ingenuum eſt, quam fronte occultari ſententiam. Ianua animi frons eſt,* hoc eſt, animus ex fronte perſpici poteſt, Cic. de Petit. Conſ. c. 11. Iuvenal. 2, 8 *Frontis nulla fides.* Et Cic. ad Qu. Fratr. 1, 1, 5 *Natura frons, oculi perſæpe mentiuntur,* die äuſſerliche geſtalt trieget offt. Sic Senecâ epiſt. 5 *Frons noſtra populo conveniat,* i. e. facies exterior. *Frons occipitio prior eſt,* hoc eſt, potior, Cato R. R. c. 4. Quod oraculum vetuſtatis Plinius ſic extulit 18, 5 *Frontem domini plus prodeſſe, quam occipitium, non mentiuntur.* De præſentia & oculo domini ſermo eſt. ¶ 2. Gellius *Frontem* inter militaria vocabula recenſet 10, 9. *Frons* autem dicitur antica ſeu anterior aciei ordinatio, recta adverſus hoſtem poſita, die fronte. Salluſt. Catil. B. c. 59 *Octo cohortes in fronte conſtituit,* i. e. in prima acie. Tibull. Paneg. Meſſalæ v. 100 *Tum tibi non deſit faciem componere pugnæ, Seu ſit opus quadratum acies conſiſtat in agmen, Rectus ut æquatis decurrat frontibus ordo.* Hoc *Æquæ fronte ad pugnam accedere,* Liv. dixit 36, 44. *Æquare frontes,* Idem 5, 38. Veget. 3, 20 *Via depugnatio eſt fronte longa, quadrato exercitu, ſicut etiam nunc & prope ſemper ſolet prælium fieri.* Sic *Frontem caſtrorum* Cæſar dixit de B. Civ. 3, 37. ¶ 3. Sed ſolent & aliarum rerum extra militiam anteriores partes *frontes* vocari. Virg. 3 Georg. v. 24 *Vel ſcena ut verſis diſcedat frontibus. Spectaculorum frontem,* Suet. Claud. c. 4: *Ianuæ frontes,* Ovid. dixit Faſt. 1, 135 Et Sen. Conſol ad Helviam c. 5 *Quin inania, & ſpecioſo ac decepturo fuco circumlita* (bona externa) *inveni, intra nihil habentia fronti ſimile:* FRONTI, id eſt, primo adſpectui. *Primam rerum faciem* ipſe ſequenti capite vocat. Ita Celſus c. 12. 7. de probat. *prima fronte,* i. e. primo adſpectu. Quint. decl. 247 *Quotidianis & in frontem incurrentibus* approbari poteſt. Ita *in frontem,* id eſt, ante verſus, vor ſich. Tac. Agric. 33, 8 *Ut ſuperveſſe tantum itineris, ſilvas evaſiſſe, tranſiſſe æſtuaria, pulchrum ac decorum in frontem, ita fugientibus periculoſiſſima, quæ hodie proſperrima ſunt.* ¶ 4. Ex diſciplina militari ad agrimenſoriam translatum eſt, ut *in frontem* ſignificet in latitudinem. Paſſim in ſepulcralibus Inſcriptionibus: IN. FR. AGR. id eſt, IN FRONTE, IN AGRO: ut Valerius Probus interpretatur; quorum illud latitudinem, iſtud longitudinem deſignat. Sepulcra olim religioſa erant. Ne itaque totus fundus, in quo ſepulcrum erat, pro religioſo haberetur, ſepulcri ſpatium pro latitudine ſua definiri ſolebat, cippisque inſcribi. Horat. 1 ſat. 8, 10 *Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum Hic dabat: heredes monumentum ne ſequeretur.*

¶ Frontile, *is,* n. ornamentum frontis equorum, kein ſtirn-blat, ſtirnriemen. Plin. 37, 12 *Equis regum in oriente frontalia fuerent.* Et Liv. 37, 40 de elephantis: *Ingentes ipſi erant: addebant ſpeciem frontalia & criſtæ, & tergo impoſitæ turres.*

¶ Frontatus, *a, um,* vorangeſetzt, vorſtechend; ut, *Lapides frontati,* qui ad utrumque parietis latus pertendunt, eck- oder ſchluß-ſteine, apud

apud Vitruv. 2, 8. *Laterculos frontatos* similiter interpretatur apud Plin. 35, 12 f. 46 Harduinus.

¶ Fronto, ōnis, m. mit einer großen Stirne. *Frontones*, quibus magna frons eſt, ut *Capitones*, dicti Cic. de N. Deor. 1, 29. ¶ 2. *Fronto* Philoſophiæ ſimul & dicendi præceptor M. Antonii fuit, qui ſtatuam ei a ſenatu poni curavit. vid. Iul. Capitolin. c. 2. ¶ 3. Alterius vero *Frontonis* meminere Iuvenal. 1, 12 *Frontonis platani, convulſaque marmora clamant.* Et Martialis 1 epigr. 56 *Clarum militiæ Frontonem togæque decus.*

¶ Frontōſus, a, um, idem. Onomaſt. *Frontoſus*, ὑφυμέτωπος. ¶ 2. Impudens, audax, keck, unverſchämt. Auguſtin. Serm. 58 de meretrice Luc. 7 *Quæ prius fronteſa erat ad perditionem, poſtea frontoſior factа eſt ad ſalutem.* Id. de Civ. Dei 7, 4 extr. comparativo *frontoſior* uſus eſt.

¶ Frontiſpĭcium, i, n. pars rei anterior, & in ædibus faſtigium anterius domus, in acumen ſurgens pyramidale, das vorder-theil, der vorder-giebel. Pro eo *Frons* eſt apud Palladium 1, 8 extr. Illa autem vox apud ſolos forte recentiores invenitur. Mantuanus 8 Faſt. *In frontiſpicio templi nivis albicat imber.*

¶ Bifrons, tis, zweyſtirnig, mit 2 ſtirnen. *Ianus bifrons*, hoc eſt, gemina facie, Virg. 7 Æn. 180.

¶ Quadrifrons, tis, vierſtirnig, mit 4 ſtirnen. Iani epitheton ut *biformis*, de quo Servius ad Æn. 7, 607 *Ianum certe apud aliquos quadrifrontem eſſe non mirum eſt.* Nam *cum dominium volant anni totius, quem in quatuor partes conſtat eſſe diviſum* Auguſtin. 7, 4, de Iano: *nunc cum bifrontem, nunc etiam quadrifrontem, tamquam geminum facientes.*

¶ Effrons, tis, quaſi ſine fronte, extreme impudens, unſchamhafft. Vopiſcus in Numeriano c. 13 *Conſilii ſemper alti: nunquam tamen effrontis, ſed prudentis*, (ſive *pudentis*, ut Salmaſius emendat).

¶ Infrontate, adv. pro impudenter, unverſchämt. Planciades Fulgentius dixit Expoſitione Sermon. antiq. in *Catillare*. Adde Salmaſ. in Vopiſcum cit. loco.

Fructifer, fructuarius, fructuoſus, fructus, &c. vide *Fruor*.

Frugalis, frugifer, &c. vide mox in *Frugis*.

FRŪGES, *frugi, frugem, fruge*, ſ. ab antiquo *Frux*, quo Ennius uſus & Varro de L. L. 8, 31 itemque Auſonius Eidyll. 12 extr. plur. *Früchte*, getreyde. Prima etiam poſitione *fruges* dici, ut *nubes*, vult Chariſius p. 1 p. 26. De vi & uſu hujus vocis juverit Paulum Ictum audire l. 77 D. de verb. ſignif. FRVGEM *pro reditu appellari, non ſolum quod frumentis aut leguminibus: verum & quod ex vino, ſilvis cæduis, cretifodinis, lapidicinis capitur, Iulianus ſcribit.* FRVGES *omnes eſſe, quibus homo veſcatur, falſum eſſe: Non enim carnem, aut aves ſervavit, aut pomа*, fruges *dici.* FRVMENTVM *autem id eſſe, quod ariſta ſe teneat, recte Gallum defenſſe. Lupinum vero & fabam fruges potius dici, quia non in ariſta, ſed ſiliqua continentur: quæ Servius apud Ateſinum in frumento contineri putat.* Itaque FRVGES & FRVMENTVM hoc differunt; quod illæ *ſiliqua*, hæc *ariſta* contineantur. Ita, ut *fruges* aliquando generalius reditum omnem, qui ex frumento leguminibusque haud tantum, fed vino etiam & ſilvis cæduis, item cretifodinis & lapidicinis veniat, deſignet. *Fruges* de arboribus dici, Livii locus docet apud Theodorum Marcilium in Leg. XII Tabb. c. 60 *Dulcedine frugum, maximeque vini.* v. Dempſteri Paralip. ad Roſin. Ant. Rom. 7, 38 p. 734. Ita Horat. 1 epiſt. 16, 9 *Si quercus & ilex Multa fruge pecus, multa dominum juvat umbra: Multa fruge*, id eſt, largo proventu, ſeu reditu. Frugum inventionem & culturam Gentiles Cereri, & Eupolemo Athenienſi tribuebant. v. Plin. 7, 56. Dictæ *fruges a fruendo*, ſecundum Varronem L. L. 4, 4. ¶ 2. Frequentiſſime transfertur ad homines: qui *bonæ frugis*, & contra, *nullius frugis* paſſim dicuntur. Quamquam & hoc invenitur; *homo frugi*, ein rechtſchaffener mann. Quod per ellipſin videtur dici, ſubintellecto *idoneus*. Niſi *frugi* pro *frugis* dictum putemus antiquorum ratione: quos & *Herculi, Themiſtocli, fami*, pro *Herculis, Themiſtoclis, famis* dixiſſe conſtat, quæ Voſſii obſervatio eſt de Analogia 1, 46. *Frugi* autem Græcis εὐήσιμος dicitur; hoc eſt, qui utilis eſt: & ita Donatus ad illud Terentii Eun. 3, 5, 60 CH. *Paratum eſt.* ANT. *frugi es*, &c. FRVGIES, *utilis & neceſſarius*; *ut fruges humano generi.* FRVGI EST *ergo, in quo eſt aliquid, quo fruamur, id eſt, utamur.* Sane hic Antipho Chæream commendat & *frugi* vocat, quod parari curaſſet cœnam: ex qua opera ejus ſperare & polliceri ſibi poterat, quo ſuaviter frueretur. Quint. 1, 6 p. 78, ubi de argumento ab etymologia præcipit, *M. Cælius ſe eſſe hominem frugi vult probare, non quia abſtinens ſit, (nam id ne mentiri quidem poterat) ſed quia utilis multis, id eſt fructuoſus, unde ſit dicta frugalitas.* Sed cavillabatur ſcilicet Cælius: multo latius patet *frugi eſſe*. Id enim integritatem & omnem prope virtutem complectitur. Vnde & Piſo *frugi* cognomento appellatus eſt. Cic. pro Fontejo c. 13 *Qui* (L. Piſo) *tanta virtute atque integritate fuit, ut etiam illis optimis temporibus, cum hominem invenire nequam neminem poſſet, ſolus tamen* FRVGI *nominaretur.* Et eam ob cauſſam cognomentum illud ejus circumlocutorus quaſi Iuvenalis *Bonum* appellat ſat. 5, 109. Vti *frugi* & *Bonum eſſe* idem ſit. Et vero ipſe Cic. FRVGI & NEQVAM, id eſt, malum hic, ſicut alio in loco, FRVGALITATEM & NEQVITIAM, opponit. vide paullo poſt *Frugalitas*. Sic Martial. 6 epigr. 21 *Tam frugi Iuno vellet habere Iovem.* Sic *frugem* pro recte vivendi ratione ſæpius poſuere: Plaut. Trin. 1, 2, 79 *Quid tu adoleſcentem, quem eſſe corruptum vides, Qui tuæ mandatus eſt fidei & fiduciæ, Quin eum reſtituis? quin ad frugem corrigis?* warum bringſt du ihn nicht auf den rechten weg? Sic, *Pervenire ad frugem*, wohl gerathen, Quintil. 1, 3. vide *Præcox* in *Cogno*. *Ad frugem perducere*, Id. 6, 3. Vſitatæ ſunt & hæ locutiones: *Recipere ſe ad frugem bonam*, Cic. pro Cælio c. 12 ſich beſſern und fromm werden. Cic. Phil. 2, 28 *Frugi factus eſt. Redire ad frugem bonam*, Ter. Heaut. 3, 3, 19. Et, *Hominis frugi, & temperantis functus officium es*, Cic. Tuſc. 3, 8. Ac, *Bonæ frugi ſervus*, ein häuslicher knecht, L. 23 § 5 Dig. ad Leg. Aquil. Item, *Frugi vir*, Auſon. epiſt. 9, 12. Et Apul. lib. 6 p. 177 *Frugem tuam periclitabor*, ich will probiren, was du taugſt. *Frugi victus*, mäßige koſt, Quintil. 5, 13 p. 364. qui luxurioſo ibi opponitur. *Frugi cœnula*, Iuvenal 3, 167. Et Plin. 3 epiſt. 1 n. 9 *Cœna non minus nitida, quam frugi* Id. 2 epiſt. 17 n. 4 *Atrium frugi, nec tamen ſordidum*, id eſt, non ſumtuoſe ædificatum.

¶ Frugi, nonnullis eſt adject. indeclinabile. Sed vide *Frugis* n. 2.

¶ Frugifer, a, um, fruchtbar: ut, *Arbor frugifera, arva frugifera*, Lucan. 1, 136; & 3, 65. Cic. Off. 3, 2 *Tota pars ſoli frugifera & fructuoſa, nec ulla pars ejus inculta ac deſerta.* Lactantius Operis: *Hoc illud eſt præcipue in cognitione veræ ſalutis ac frugiferæ, omnis te excepti documenta in illo ſi, i poſſe monumenta latuiſſe.* Et Ovid. Met. 5, 636 *Frugiferas meſſes ſolidare.* ¶ 2. *Frugifer*, Deus ita dictus Arnob. lib. 6; & Apul. de Mundo p. 262.

¶ Frugiferens, tis, idem. Lucret. 1, 3 *Quæ terras frugiferentes Concelebras, &c.*

¶ Frugilegus, a, um, getreyde ſammelnd; ut, *Frugilega formicæ*, Ovid. Met. 7, 22.

¶ Frugiparens, tis, fruchtbringend. Fortunat. 3 carm. 11 *Frugiparensque manet.*

¶ Frugĭparus, a, um, idem. Avien. Phænom. Arat. v. 1054 *Singula frugiparos attollunt tempora fructus.*

¶ Frugiperdus, a, um, der frucht ſondlich. Plin. 16, 26 *Salix amittit ſemen, antequam omnino maturitatem ſentiat, ob id dicta Homero frugiperda.* Adde ibi Harduin. *Frugiperdos* etiam dixeris homines, quos *fruges conſumere natos* vocat Horatius 1 epiſt. 27.

¶ Frugeſco, ĕre, fruchtuoſum fieri, fruchtbar ſeyn. Prudentius adv. Symmach. 2, 911; *Steriles frugeſcere rurius agros.* Vius & Tertullian. de Reſ. carn. c. 22 *Horreſcere atque frugeſcere.*

¶ Frūgalis, e, temperans, ſobrius, contentus, mäßig, ſparſam, fromm, ſittig. *Optimus colonus, parciſſimus, frugaliſſimus*, Cic. de Orat. 2, 71. *Filius frugaliſſimus*, Inſcript. Grut. p. 712 n. 7. Ter. Heaut. 4, 3, 3 *Deoro patri me nunc jam, ut frugalior ſim quam volt.* Et *Frugalior ſervio*, Seneca 6 Excerpt. Controv. 2. Sed & *villas frugales* dixerunt: Varro Rei R. 3, 2 *Hæc villa frugalior ac melior eſt, quam illa perpolita.* Iuvenal. 5, 6 *Ventre nihil novi frugalius.* Gloſſæ Cyrilli: *Frugalis, χρήσιμος, χρηστός.* ¶ 2 Vſus & Apulejus, ſed alia notione, quaſi *ad fruges pertinens*: libro enim de Mundo p. 71 ed. Elmenh. dixit *frugalis maturitas*, id eſt, frugum.

¶ Frugālĭter, adv. idem. *Parce & frugaliter vivere*, Horat. 1 ſat. 4, 107, mäßig, genau, genügſam leben. *Frugaliter venare*, Seneca epiſt. 29. Et comparative Lactantius de Ira Dei c. 20 pr. *Qui ſub diſciplina patris aut domini ſunt, ſtrictius & frugalius vivunt.* Et & Quinct. decl. 260 fin.

¶ Frugalitas, ātis, f. die mäßigkeit, vergnügſamkeit. De hac virtute ita diſputat Cicero, ut late dicat patere, & reliquas pæne virtutes omnes complecti: proprie tamen eſſe quam Graeci ἐγκράτειαν, ipſe *temperantiam* & *moderationem*, nonnunquam etiam *modeſtiam* appellare ſoleant. vide ipſam diſputationem Tuſc. Qu. 3, 8. Idem Tuſc. 4, 16 *Ex quo intelligitur, qualis ille ſit, quem tam moderatum, alias modeſtum, temperantem, alias conſtantem, continentemque dicimus. Nonnunquam hæc eadem vocabula ad* FRVGALITATIS *nomen, tamquam ad caput, referre volumus. Quod niſi eo nomine virtutes continerentur, nunquam illud pervulgatum eſſet, ut jam proverbii locum obtineret,* HOMINEM FRVGI OMNIA RECTE FACERE. Et Iuſtin. 20, 4, 10 *Pythagoras velut genitricem virtutum frugalitatem omnibus ingerebat.* Et Seneca epiſt. 58 *Poteſt frugalitas producere ſenectutem.* De veterum Romanorum frugalitate vid. Petron. & interpretes c. 135.

¶ Frūgamenta, orum, n. plur. a frugibus appellata, Feſtus.

¶ Frugmentum, i, n. olim ita dicebant, nunc *frumentum* profertur, ut eſt in Val. Maximi Epit. ſ. lib. 10 de Nominum ratione.

¶ Defrūgo, are, verbum eſt apud Plinium 17, 24, quod Budæo ſignificat, agros vel ſegetem ita exhaurire & corrumpere, ut ad fruges reddendas ſint infirmi ac minus idonei, abnützen, ausmergeln. Plinii verba ſunt: *Oraculum illud maximopere cuſtodiendum, ſegetem ne defruges.* Ego vero in hoc Plinii loco malim *defrudes* legere. Ita enim Cato de Re Ruſt. c. 5 villici officia recenſens: *Haruſpicem, augurem, hariolum, Chaldæum ne quem conſuluiſſe velit: Segetem ne defrudet. Nam id infelix eſt.* Omnino videtur Plinius hoc loco ad hoc Catonianum præceptum reſpicere, & tantæ auctoritatis habendum ſignificare, ut *oraculum* nominet. Meurſius quidem ex Plinio emendandum Catonem, & pro *defrudet*, *defruget* legendum exiſtimat; ego vero potius ex Catone Plinium, & ibi pro *defruget*, *defrudet* reſtituendum arbitror. *Defrudat*, ſeu *defraudat ſegetem*, ſeu agrum, qui ei opera juſta non tribuit; Sed vel de aratione vel lætamine, vel ſemente aliquid deducit ac detrahit. Ac de ſemente adeo ibi Plin. agit. Quemadmodum autem qui oleum ſibi ungendo emit, quod infundendum lucernis erat, *lucernas fraudare*, Horatio 1 ſat. 6, 124 dicitur; Sic *defraudare ſegetem* is, qui ſibi ſervat, quod in ſementem impendendum erat. Add. No. Geſn.

¶ Defrugatio, onis, f. die abnutzung der äcker, apud Columellam eſſe ajunt *Conſtat ſegetem nimia defrugatione exinaniri.* Falſo, credo.

¶ Infrugĭfer, a, um, unfruchtbar. Verus Horatii Scholiaſtes: *Platanus, infrugifera arbor, magis ad amœnitatem poni ſolet.*

Fruiſcor, vid. *Fruniſcor*, Fruitus, *Fruor*.

FRŪMEN, ĭnis, n. pars in medio gutture eminens, juxta Servium in 1 Æn. der kropf oder krohs an der gurgel. ¶ 2 Alii ſumma pars gulæ, fauces, der ſchlund. Iſidorus 20, 2 FRVSTVM *vocatum, quod capiatur a frumine. Eſt enim frumen ſumma pars gulæ.* Adde Donatum in Ter. Adelph. 5, 8, 27.

FRŪMENTVM, i, n. fruges cujuslibet generis, getreyde. *Locus copioſus a frumento*, Cic. Att. 5, 18. *Frumentum ex agris in loca tuta comportare*, Cic. ibidem. Multitudinis numero Cæſar B. Civ. 3, 49 *Major ſpes maturitate frumentorum proponitur.* Et Lucret.

1, 1-4 *Frumenta calere fundi videmus.* Adde Virg. Georg. 1, 315. Lemnate Martial. 13 ep. 12 *Frumentum tritícum*, cum apposito. *Frugiferi sectores*, Horat. 2 Sat. 3, 111. De triplici *frumento*, quod a Provincialibus Romani exigere solebant, *Decumano, Lanto, Æstimato*, Sidonius de antiqua Lare Provinc. 1, 1 videndus est. ¶ 2. *Frumenta* etiam vocat Plin. 15, 19 l. 21 *Graina ipsa immaturis.*

¶ Frumentăceus, *a, um*, ex frumento, von korn oder weitzen. Hieronym. ep. 133 ad Marcellam: *Legas in deserto plures hodieque panibus pagi cibi frumentaceis paucioribus.* Veget. 2, 57 *Frumentacea farina.*

¶ Frumentārius, *a, um*, zum getreyde gehörig; ut, *Lex frumentaria*, Cic. de Clar. Or. c. 62 de frumento plebi dividendo, & Flor. 3, 13, 1. Cic. Verr. 5, 5 *Omnes scelleris scelle confiflit in re frumentaria maxime. Re frumentaria angustiori*, Cæf. Civ. 3, 15. Item, *Frumentarius re aliquem excludere*, einem den proviant abschneiden, pariim apud eundem Cæsarem legas. Sic *frumentaria ager*. Colum. 12, 11 *Negotiator frumentarius*, ein korn-händler, korn-käuffer, Cicer. Off. 3, 15, conf. Cæf. B. G. 8, 35. Multa, quæ ad rem frumentariam Romanorum pertinent, docet Spanhem. de usu & præst. num. Diss. 10 p. 154. *Prædo frumentarius*, Cic. Verr. 5, 22, ein korn-räuber. ¶ 2. Alii fuerunt *Frumentarii*, sub imperatoribus dicti, *pestilentes*. vide supra in *Age, Agens in rebus*: itemque Casaub. & Salmas. in Adrianum Spartiani c. 11. Hieron. in Obadiam v. 18 *Eos, quos nunc agentes in rebus, vel veredarios appellant, veteres Frumentarios nominabant.* conf. Aur. Vict. de Cæs. c. 39, atque ibi interpretes, nec non Patei Lex. Crit. p. 505 & Reinel. Inscript. 1, 15.

¶ Frumentarius, *i*, m. ein korn-händler. Liv. 4, 12 *Criminando inde & exprobrando in re populi frumentarios*, ad quem loc. conf. Drakenb. Sic Id. 4, 15, 38, 35. Cic de Offic. 3, 13. v. Menck. Obs.

¶ Frumentor, *atus sum, ari*, frumentum colligere, korn sammlen, fouragiren. *Ire frumentatum*, Pompejus Domitio sub Cic. Att. 8, 12, quod Cæsar B. Gall. 4, 12 dixit *Frumentandi caussa ire, &c.* Et Livius 22, 24 *Tertiam partem militum frumentatum dimisit.*

¶ Frumentātio, *ōnis*, f. die fouragirung. Cæf. B. G. 6, 38 *Confecta frumentatione.* Et 7, 64 *frumentationibus prohibere.* Et Liv. 31, 36 *Parum tuta frumentatio.* ¶ 2. Curam frumentationis ejusque impensas conscripsit Lipf. Admir. 2, 10.

¶ Frumentator, *ōris*, m. qui frumentum in castra convehit, ein korn-zuführer, marcketender, fouragirer. Liv. 22, 24 *Intentum esse ad frumentatores tutandos*, die fouragirer zu bedecken, Adde 31, 36. ¶ 2. *Frumentatores* etiam sunt, qui frumenta aliunde coëmunt & apportant, die mit getreyde handeln. vid. Liv. 2, 34.

¶ Confrumentalis. Ita interpres Dig. 47 t. 22 l. 4 reddit *σύσσιτος* in lege Solonis, tisch-genoß.

¶ Defrumentum, *i*, n. id est, detrimentum, schade am getreyde. Plin. Valer. 5, 24 *Defrumenta fugienda.*

FRŬNISCOR, videtur significasse idem quod *φρονέω*, &

¶ Frunītus, *a, um*, idem quod *φρόνιμος*, prudens. Certe Festus Catoni tribuit, &, cum adhuc dicamus *infrunitum*, apparere, veteres dixisse etiam *frunitum.*

¶ Infrunītus, *a, um*, i. e. imprudens, inlipiens, fatuus, unweise, albern. Sen. Benef. 3, 16 *Infrunita & antiqua est, quæ nesciat, matrimonium vocari unius adulterium.* Id. de Vita beata c. 23 *Nec jactabit illas* (opes) *nec abscondet. Alterum infruniti animi est, alterum timidi & pusilli.* Valer. Max. 5, 7 extr. 1 *Infrunito amore correptus.* Vsus hac voce & Gellius 4, 9; & Vetus Bibl. Interpres Eccl. c. 23, 6. Vet. Gl. *ἀπαίδευτος, Infrunitus, insolens.*

Fruiscor, & Fruiscor, i. e. fruor, vid. mox sub *Fruor.*

FRVOR, *fructus, & fruitus sum, frui*, est voluptatem capere ex usu & delectari, mit luft geniessen, sich an einem dinge ergötzen. *Fruere dum licet.* Pet. Horat. 2, 3, 104. Id. Phorm. 1, 3, 13 *Ita me DI amant, ut mihi liceat, quod amo, frui.* Itaque plus, quam *uti* est. Donatus: FRVI, *est velle, a fruimine, quæ est gemma pari gale: a qua re, etiam, bi, qua nec cibi, nec epoche sunt,* FRVI *dicimur, κατὰχρησιν: utpote, libet Venerem, & delectationes odoris, visus, auditus, & cæteris.* Et Augustin. de Doctrina Christi 1, 4 FRVI, *est amore alicui rei inhærere, propter seipsam.* VTI *autem, quod in usum venerit, ad id, quod amas, obtinendum, referre, si tamen amandum est. Nam nos illicita quoque uti dicimus, vel abutio, nominandus est.* Hinc idem ibid. *Frendum est hoc mundo, non fruendum.* Florus 2, 6, 21 de Hannibale, cum post victoriam relicta Roma, ubi caput rerum, deliciis affluentem Campaniam teneret: *Cum victoria*, inquit, *posset uti, frui malebat.* ¶ 2. Hinc *frui* pro delectari, apud auctores invenitur, sich beluftigen. Plin. Paneg. c. 34 *Agnoscebamus & fruebamur, cum velut spectaculare publicæ* (de Delatoribus loquitur) *sollicitudinis vitium supra sanguinem noxiorum, ad lenta supplicia gravioresque pœnas ducerentur.* Tac. Hist. 3, 83 extr. *Velut festis diebus id quoque gaudium accederet, exsultabant, fruebantur, nulla partium cura malis publicis læti.* Claudian. Paneg. Mallii v. 224 *Qui fruitur pœna, ferus est*: i. e. qui delectatur. v. Barth hic & ad Stat. Theb. 7, 724, & Gron. ad Sen. Herc. fur. 34. *Sapiens fruitur præsentibus*, Cic. Fin. 1, 19. ¶ 3. *Frui* etiam notat possessionem alicujus rei, & fructum obtinere, haben, besitzen. Sallust. init. Catil. *Vita, qua fruimur.* Nepos 15, 5, 4 *Pace diutina frui.* Idem 25, 20, 2 *Attico frui*, i. e. Attici præsentia & colloquio. Porro, quid ab utor, fungor, vescor, potior, *fruor*, differat, vide in diversis locis, apud Vallam, & in sequentibus infra. ¶ 4. Tandem de syntaxi observes, *Frui* antique cum quarto casu compositum fuisse, ut vel ex solo Plauto notum est, quem, ut alibi, in hoc quoque imitatus est Apulejus lib. 8 p. 206, *Charitatem non tenebis, nuptiasque non frueris.* Adi Indic. Apul. Elmenhorstii.

¶ Fruiscor, vel ut est apud sequiores præsertim ætatis scriptores, *fruiscor*, idem est quod *fruor.* Vsi sunt Q. Claudius & Metellus Numidicus apud Gellium 17, 2. Apud Nonium 2, 343 Lucilius *Utque fruiscor ego ac tu.* Et Cælius: *Domus suas quemque ire jubet, & sua omnia fruisci.* Adde Plautum Rud. 4, 3, 73 *Hinc tu vis malum fruisci nihil potes*, ubi al. forte rectius *fruisci.* v. Petron. c. 75. Et Commodian. Instruct. 57 *Eum vita fruisci putas?* Et hinc

¶ Frunitus, *a, um*, i. e. fruitus vel fructus. Apud Fabrettum Inscript. p. 237 FILIIS SVIS INFELICISSIMIS QVI AETATE SVA NON SVNT FRVNITI FECIT MATER SCELERATA.

¶ Fructus, *Fruitus, Fruiturus, Fruendus, a, um*, participia; ut, *Suavitatis nostræ fruendæ caussa, cuperem te ad id tempus venire, quod dixerat*, Cic. ad Q. frat. 2, 14. Id. de Fin. 1, 1 *Non paranda solum nobis, sed fruenda etiam sapientia est.* Id. Tusc. 3, 17 *Confidere, si voluptatibus fruiturum aut in omni aut in magna parte vitæ.* Vellej. 2, 104, 4 *Neque illi spectaculo, quo fructus sum, simile conditio mortalis recipit.* Seneca epist. 93 *Omnium rerum cognitione fruiti sumus.* Vlpianus L. 29 D. Quibus modis usufr. *Usumfructum amittit, quia non meo nomine, sed suo fruitus est emtor.*

¶ Fructus, *ûs*, m. a fruendo est, die frucht, nutzung. Cic. de Senect. c. 7 *Nunquam fere ulla in agro majora opera sunt, non serendis, non percipiendis fructibus, non condendis.* Quintil. procœm. lib. 6 *Laboris mei fructus ad neminem minus, quam ad me pertinet.* Et auctor Declamationis, Antequàm iret in exsil. *Libertatis fructus est jucundissimus.* Seneca epist. 9 *Fructus artis suæ frui* Ter. Adelph. 5, 4, 16 *Hoc fructi pro labore ab illo, sero*, Archaice pro *fructus.* Sic Cato R. R. c. 4 *Fructi plus capies.* Plura exempla vide in Nonio 8, 61 *Spe posteritatis & fructus duci*, Cic. pro Rab. c. 10. Id. Cat. 2, 4 *Aliis fructum libidinis pollicebatur*, den genuß. *Fructus rei familiaris*, i. e. lucrum, commodum, quo res familiaris augeri potest, C. Nep. 25, 6, 4. id. 23, 5, 1 *Fructum pietati ferre*, i. e præmium. *Fructum oculis capere ex casu alicujus*, i. e. delectationem, Id. 18, 11, 2.

¶ Fructuārius, *a, um*, fructus ferens, fruchtbringend. Cælius Cic. fam. 8, 6 *agros, quos fructuarios habent civitates, vult immunes esse*, ubi vectigales intelliguntur, zins-äcker. Solinus c. 35 Gallies *commodas* vocat *præ ceteribus fructuarias.* Palladius 3, 12 de rosis & cucurlis: *Decipi male natis, & veteribus, novellos & fructuarios fieri*, h. e. qui fructus proferre possunt. Plura de hoc vocabulo Jurisconsulti, quorum est *fructuarius servus*, in quo quis usumfructum habet, sed alterius est proprietas: & *stipulatio fructuaria*, &c. v. L. 2 D. de peculio: & L. 4 § ult. de Verb. oblig.

¶ Fructuārius, *i*, m. sub. qui fructus percipit, besitzer, der den nutzen hat. v. Vlpian. l. 7 § 3 ff. de usufr. Cajus l. 19 ff. de Vsur. l. 28 ff. eodem.

¶ Fructuōsus, *a, um*, fruchtbar, nutzbar. Cic. Tusc. 2, 5 *Ager, quamvis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest.* Id. Tusc. 5, 31 *Aratio fructuosa, mercatura quæstuosa dicit* ?. Sic, *fructuosissima est ars medicina*, Plin. 29, 1. Et Cic. Off. 2, 18 *Non modo liberale, sed interdum etiam fructuosum est, paullum nonnunquam de jure decedere*, es hat seinen nutzen. Id. pro Rosc. Com. c. 12 *Fundus fructuosissimus.* Vlpian. l. 13 D. de Solut. Matrim. *Fundum fructuosorem facere*, ein gut verbessern. Seneca epist. 9 *Fructuosior ætas adolescentia liberorum: sed infantia dulcior.* Et Martialis 4 epigr. 46 *Fructuosissima matrimonia.*

¶ Fructuose, adv. idem. Augustin. epist. 77 pr. *Hoc nec dici brevius, nec audiri lætius, nec intelligi gratius, nec agi fructuosius potest.*

¶ Fructēfco, *ĕre*, fruchtbar werden. Marius Victor: *Vario fructescere fœta.*

¶ Fructĭfer, *a, um*, fruchtbringend; ut, *Arbor fructifera*, Plin. 12, 3. Adde Colum. 11, 2; & Pallad. Febr. t. 29.

¶ Fructĭfico, *are*, frucht bringen. Improbat Vossius de Vit. L. L. 4, 8 p. 715, & mavult fructum ferre vel edere. Illo tamen latini Interpres Marc. 4, 28: & Rom. 7, 5 græcum *καρποφορεῖν* vertit. Vsus etiam aliquoties est Tertullianus, e. g. de Resurr. carn. c. 52 *Eandem credens fructificaturam, quæ sit seminata.* Et de Præscript. c. 36 *Ita hæreses de nostro fructificaverunt.*

¶ Fructĭficans, *tis*; ut, *Foliam fructificans*, Vulg. Interp. Sir. 14, 18. *In omni opere bono fructificantes*, Id. Col. 1, 10.

¶ Fructificatio, *ōnis*, f. die fruchtbringung. Tertull. adv. Marc. 4, 39 *Fructificationes arbusculares signum æstivo tempori præstant.* Et mox: *Fructificationes signa sunt æstatis.* Ita Iunius mavult quam *fructificationes.*

Composita cum præposit. &c.

¶ Confructus, *ûs*, m. in Fragm. poet.

¶ Defruor, *defrui*, idem quod frui, geniessen. Symmachus 3 ep. 23 *Autumnitate defruimur.* Festus: DEFRVI *dicebant antiqui, ut* Deamare, Deperire: *significantes, omnem fructum percipere.* Defrutum, quod nonnulli a fruendo deducunt, vide supra in *Ferveo.*

¶ Infructuosus, *a, um*, unfruchtbar, unnütz; ut, *Infructuosa cultura*, Colum. 11, 2. Sic Plin. 16, 26 *Fiunt quædam loci vitio infructuosa.* ¶ 2. Eleganter ad alia transfertur: ut, *Infructuosæ preces*, Plin. 8 epist. 23, verachtliche bitte. *Infructuosa epistola*, Sen. contr. 19. *Infructuosa malitia*, Tac. Hist. 1, 51, 2.

¶ Infructuose, adv. umsonst, verachtlich. Hieronymus Augustino ep. 89, 5 *Vetera sacramenta si nunquam fuissent necessaria, infructuose atque inaniter pro eis Maccabæi martyres fierent.* Et Augustin. Hieronym. epist. 9, 4 *Infructuose atque inaniter martyres fierent.* Et Augustinus epist. 137 *Infructuose cruciari.* Et de Civ. Dei 21, 9 *Sero atque infructuose pœnitere.*

¶ Infructuōsitas, *ātis*, f. die unfruchtbarkeit. Tertullian. de Resurr. carn. c. 33 *Judaica infructuositas.*

¶ Perfruor, *perfrui*, plene frui, wohl geniessen. Cic. fam. 5, 12 *Ut suavitate ingenii tui perfruamur.* Id. Tusc. 5, 25 extr. *Gaudere virtutibus, beatum est, omnesque sapientes iis gaudiis perfruuntur.* Idem in Hortensio apud Priscianum lib. 10 *Amœnitate summa perfructus est.*

¶ Perfrŭctio, *ōnis*, f. die geniessung. Augustin. de Quant. animæ c. 33 *Perfructio veri & summi Boni.* Et de Trinit. 6, 10 *Non sine perfruitione.*

¶ Vsu-

Vſufructus & uſufructuarius. vide ſub *Vtor.*

FRVS, *frondis*, f. pro *Frons, dis*, ein zweig. Sic ab Ennio eſſe deſinatum, dicit Soſipater p. 105; ubi ex 7 Annal. *Rarefcant frondes.* t in Auſonii Monotyli. *Populea frus.* conf. Lucret. 1, 118, &c. & rilician. p. 554. Alii malunt *Frons*, non *Frus.* Hinc

¶ Frundoſus, *a, um*, pro *frondoſus*; Ennius apud Macrob. 6, 2.

¶ Frundeo, *ere*, pro *frondeo*, Lucret. 1, 1091. Et

¶ Frundifer, *a, um*, pro *frondifer*, Idem 1, 18; & 256; &c. Fruſtare, fruſtillum, &c. vide *Fruſtum.*

FRVSTRA, adv. nequicquam, infructuoſe, umſonſt, vergeblich. ſer. Heaut. 4, 3, 15 *Fruſtra operam hanc, opinor, fumo. Tempus fruſtra conterere*, Cic. pro Roſc. Comoedo c. 14. *Parabili fruſtra obamulant in foro*, Plaut. Capt. 3, 1, 31. i. e. otioſe, ſine fructu. ¶ 2. *fruſtra eſſe*, i. e. fructuari, falli, errare, irren. Plaut. Perſa 1, 3, 60 *Cunctum hercle bodie hic prius edi, ne fruſtra ſies.* Sallust. Iug. c. 85 *Ut neque vos capiamini, neque illi fruſtra ſint.* Apulej. Apol. *Iuvat, Emiliane, & longe bujus animi fruſtra es.* Facere Ennius in Satyris apud Gell. 18, 2 *Nam qui lepide proſtituat, alterum fruſtrari, Q. en uſſtratur, fruſtra eum dicit, fruſtra eſſe. Nam qui eſſe fruſtrari, uem fruſtrat, ſentit: Qui fruſtratur, is fruſtra eſt; non id eſt fruſtra.* Quos verbis ita Auſon. Popma lib. 2 de Differ. Verb. explira. Quos verbis ita Auſon. Popma lib. 2 de Differ. Verb. expliat: *Qui ſtudet alium lepide fallere, non ſtatim poteſt dicere, eludi & alli cum, quem ipſe fallere vult. Nam ubi quis ſentit, fruſtra alium peram dare, ut ſe fallat: tum iſti fallitur is, cui fallacia tenditur, ruſtra eſt ipſe, qui eum fruſtrari conabatur.* ¶ 3. *Fruſtra habere*, ſt decipere doſis, ludere, verlieren, übertölpeln. Plaut. Amph. arg. 2, *Is ſervum & dominum fruſtra habet.* Ammian. 18, 6 *Perſe fruſtra abiti.* conf. 24, 4.

¶ Fruſtror, *atus ſum, ari*, verbum commune, decipere, betrügen. *epe jam ait ſpes haec fruſtrata eſt*, Ter. Andr. 2, 2 extr. Id. Adelph. 4, 1, 13 *Satis tua nos fruſtrata fides eſt. Exſpectationem alicujus fruari*, Plin. 2 epiſt. 10. *Sciſſo ne fruſtrari*, Cic. Acad. 4, 20.

¶ Fruſtro, *are*, activ. idem. Diomedes lib. 1 de Verbo ſub fin. 337 ex Celſus fragmento: *Non fruſtrabo vos miſſus.* Ita vetus tiam Gelni Codex loco modo citato: *Nam qui ſeſe fruſtrari, quem fruſtrat, ſentit.* Ita Plautus Mil. 3, 3, 9 *Ego me fruſtro.* conf. Noius 7, 44. Hinc

¶ Fruſtrātus, *a, um*, particip. activ. Liv. 2, 13 *Clœlia fruſtrata uſtodes.* Solinus c. 1 *Fruſtratus vincula*, i. e. elapſus. Et paſſiv. ſellej. 2, 43, 2 *Intellexit fruſtratum eſſe viſum ſuum.*

¶ Fruſtraneus, *ius*, m. ſubſt. ſpott, verachtung; ut, *Habere fruſtraui aliquem*, Plaut. Menaech. 4, 3, 21, quod v. 19 dixerat, *habere deſpicati.*

¶ Fruſtratio, *onis*, f. der betrug. Planeus Cic. fam. 10, 23 *Fruſtratio doloremattulit*, die verſehlung. Plaut. Amph. 3, 1, 14 *In horum familiam fruſtrationem bodie injiciam maximam*, ſie ſollen nicht wiſſen, wie ſie dran ſeyn. Col. 11, 1 *Supplicium grave fruſtratio cupiditatis*, wenn man nicht erlanget, was man begehret.

¶ Fruſtrātor, *ōris*, m. ein betrieger. Symmachus 10 epiſt. 51 *Fruſtrator judicium.* L. 19 D. de vi & vi armata: *Fruſtrator debitor conſtitutus eſt.* Adde L. 31 § 2 D. de neg. geſt.

¶ Fruſtrātōrius, *a, um*, betrüglich. Tertull. de Anima c. 47 *Fruſtratoria ſomnia.* Et Arnobius 7 p. 219 *Aures fruſtratoriae.*

¶ Fruſtrābilis, *e*, vergeblich, nichtig. Arnob. 2 p. 58 *Res fruſtrabiles expectatione pendantа.* Id. 6 p. 206 *Res agere vacua imaginatione fruſtrabiles.*

¶ Fruſtrāneus, *a, um*, idem vulgo ſignificat, ſed nullius auctoritate. v. Celſar. Antib. p. 40.

FRVSTVM, *i*, n. rei cujusque particula ſeu fragmentum, ein ſtück, ein biſſen. Virg. Æn. 1, 212 *Pars in fruſta ſecant.* Cic. Phil. 2, 25 *Magiſter equitum vomens fruſtis eſculentis, vinum redolentibus, totum tribunal implevit*, trumpen von unverdaueter ſpeiſe. M. Cato de Cælio apud Gellium 1, 15 *Fruſto panis*, inquit, *conduci poteſt, vel uti taceat, vel uti loquatur*, i. e. vili pretio. *Fruſtum hominis*, in convicio eſt apud Plaut. Perſa 5, 2, 67, ein ſtück ſchelm.

¶ Fruſtŭlum, *i*, n. diminut. Apul. 1 Miles. p. 110 *Fruſtulum panis.* Vet. Gloſſ. *Fruſtulum*, τεμαχιον.

¶ Fruſtillum, *i*, n. aliud diminutivum. Arnobius 2 p. 84 *Fruſtilla ignea*: & lib. 7 p. 231 *Fruſtilla parvula.*

¶ Fruſtātim, adv. minutatim, brocken-weiſe, ſtück-weiſe. Apic. 4, 2 *Fruſtatim concides.* Apul. Met. 9 p 427 *Adoleſcentem fruſtatim diſcerpent.* Plin. 20, 9 *Cogitur fruſtatim in patinis.* Et Prudent. Pſych. v. 720 *Fruſtatim ſibi quisque rapit, quod ſpargat in auras.*

¶ Fruſtillātim, idem, e fruſtillo diminutivo. Plaut. Curc. 4, 4, 20 *Formicæ fruſtillatim differant.* conf. Nonius 2, 335.

¶ Fruſtŭlentus, *a, um*, voll ſtücken; ut, *Aqua fruſtulenta*, Plaut. Curc. 2, 3, 34.

¶ Fruſto, *are*, in fruſta conſcindere, zerſtücken, ſtückweiſe theilen. Florus 2, 2, 32 *Cum Puniceæ prædæ omnibus promontoriis inſulisque fruſtarentur.* Sic Salmaſius & Grævius: male alii *fruſtrarentur.*

¶ Defruſto, *are*, idem. Ammian. 20, 2 *Defruſtande Meſopotamiæ opitulari.* Sidon. 9 epiſt. 9 *Cepita defruſtare*, i. e. fruſtatim excerpere.

¶ Defruſtatus, *a, um*, zerſtückt, zerbrupt. Ammian. 31, 3 de Hunnis: *Sed ſemel obſoleti coloris tunica collo inſerta non ante deponitur aut mutatur, quam diuturna carie in pannulos defluxerit defruſtata.*

FRVSINO, *ōnis*, f. oppidum Volſcorum, de, quo Silius 8, 400 & Iuvenal. 3, 124.

¶ Fruſinātes, *um*, m. pl. incolæ Fruſinonis, Plin. 3, 5.

FRŬTEX, *icis*, m. Varro 4, 27 *Frutex* eſt, qui ad jugum magnitudinem arboris non aſſurgit, & ramos ſimilis eſt multis herbis, ſed non demoritur, neque arefcit, ut herba, ſed perennis eſt, ein reis, ſtrauch, oder ſtaude, ut Roſa, Rubus, Iuniperus. conf. Plin. 14, 16. Id. 16, 36 *Inter aquaticos frutices dicit, perinſignem tenere arundines.* ¶ 2. Translate Tertull. adverſ. Gnoſt. c. 11 *Intercellionis diſcipuli & apoſtolici ſemini fratices.* ¶ 3. Per contumeliam *Frutex* dicitur homo ſtupidus & mentis. Plaut. Moſtell. 1, 1, 12 *Nec veri ſtudet loquere, nec verum, frutex*, du ſtock. Apul. Apol. *Ne bodie fruticis credam non modo alium peccatorem, ſed ſaltem intellectum ineſſe.*

¶ Frŭticētum, *i*, n. locus fruticibus conſitus, ein geſträuch, buſch, holz, hecke. Horat. 3 oda 12, 12 *Aper fruticeto latitans.* Suet. Ner. c. 48 *Dimiſſis equis inter fruticeta ac vepres evaſit.*

¶ Frŭtētum, ſive Frutectum, *i*, n. contracte idem, ein gebüſche. Plin. 23, 1 *In fruteſtis & arundineti...* Colum. 6, 22 *Fruteſis & carectis daventur ungulæ.* Prudent. Pſychom. v. 442 *Non piget attritis pedibus per aſpera frutecta ire voluptatem.*

¶ Frutĭcōſus, *a, um*, adj. longe lateque fruticans, ſtaudicht, bůſchicht. *Vimina frutiſ. ſa*, Ovid. Met. 6, 344. *Mare frutiſcoſum arboribus*, Plin. 6, 22. *Rami frutieſoſi*, Id. 20, 13. *Frutieſoſissimus calamus*, Id 16, 36.

¶ Frŭtēctōſus, ſive Frŭtēcōſus, *a, um*, idem. Plin 13, 14 *Frutectoſo ſolo*: & 19, 2 *Sabuleſis loci: frutecti ſic pe naſcentur.* Colum. 2, 2 *Nemoroſi frutectoſique tractus duplice cu a vi.*

¶ Frŭtico, *are*, pullulare, frutices emittere, heraus ſproſſen, ausſchlagen, reiß gewinnen. Plin. 19, 5 *Inula ſpatioſe frutieat.* Id. 18, 30 *Farrus recifa tertius frutieat.* Etiam de legete Columella dixit 2, 9 *Ubi ex uno ſemine plurimos culmos frutieaverit*, wenn aus einem korn viel halmen wachſen. Sidon Carm. 16, 49 *Cereus cunctis pulmus frutieare lacertis...* Sed Tertullianus male produxit primam, de Iudicio Dom. v. 135 *Tempore nuda ſuo foliis quoque frutieat arbor.*

¶ Frŭticor, *ari*, deponentis forma, idem. Cic. 15 epiſt. 4 *Exciſa eſt arbor, non exaſſa; itaque quam frutieetur, vides.*

¶ Frutĭcans, *tis*; ut, *frutieans pilus*, ſtruppicht haar. Iuvenal. 9, 15. Et Sil. 9, 205 *Seu ſunt Byzacia cordi Rura magis, contam Cereri frutieantia culmis.*

¶ Frutĭcātio, *onis*, f. pullulatio, ausſproſſung der ſtauden. Plin. 17, 1 de Scolonibus: *Ita appellatur in arboribus fruticatio inutilis.*

¶ Frutĭcēſco, *ĕre*, ſtaudicht werden. Plin. 17, 27 *Myrtus, punica, olea celeriter frutieeſcunt.*

¶ Effrutĭco, *are*, ausſproſſen, herauswachſen. Tertull. ad Nation. 1, 5 *Neceſſe eſt, in corpore, & quantum velis integro aut pari, ut navus aliquis effruticet, aut verrucula exſurgat, aut lentigo ſordeſcat.* Item, tranſitive Tertull. de anima c. 27 *Semina hominem ex utraque ſubſtantia effruticant.*

¶ Retrutĭco, *are*, wieder wachſen. Hildebert. ſenn. 6 p. 101 *Si barbæ reſruticent.*

¶ Suffrutĭces, *um*, vocant, qui inter herbarum genera numerantur, ab radice caulem emittunt, lignoſis adnaſcentibus ramulis, foliiſque minutis, qui non velut aliarum herbarum folia quotannis arefcunt & decidunt, ſed perpetuis foliis toto anno virefcunt, ut *ruta, hyſſopus, ſaivia*, kleine ſtauden, v. Matthiolus.

¶ Superfrutĭco, *are*, denuo pullulare, drüber wachſen. Tertull adv. Valent. c. 39 *Talia ingenia ſuperfruticant apud illos ex materni ſeminis redundantia.*

FRVTĪNAL, *ālis*, n. dictum eſt *templum Veneris Frutæ*, Feſtus.

Frux, vide ſupra *Frugis.*

FVAM, *fuas, fuat*, pro *ſim* aut *fiam*, aut *fuerim*, verbum defectiv. ab antiquo *fuo*, unde & *fui* & *forem*, frequens apud Plautum, e. g. Bacch. 1, 2, 48: Capt. 2, 3, 71 &c. & apud Terent. v. gr. in Hecyr. 4, 3, 4 *Fors fuat pol.* Virg. Æneid. 12, 98 *Tros Rutulusve fuat*, &c. Tibull. 1, 1, 67 *Farreus illi fuat*, &c. v. ibi Scal. & Nonium 2, 230. Sic & *Fueret* pro *eſſet* poſuit Lucretius 3, 849 *In dubio fueret.* Sed Creech. *Indubioque foret.* lib. 5, 342 tamen videtur legendum: *Quam commune malum fueret, fœdumque futurum.*

¶ Defuam, *as*, *at*, pro *deſim*, eſt apud Plautum Bacch. 1, 1, 3 *Metuo ne mihi defuat oratio.*

FŬCAE, *arum*, f. pl. quibusdam videntur maculæ in facie, flecken, ſommer-ſproſſen. Col. 10, 125 de herba *Dejectara quidem fronti data ſigna fucarum.* Sed variat lectio, vid. Gelner.

Fucare, fucatus, vide *Fucus.*

FŬCĪNUS, *i*, m. lacus in quarta regione Italiæ, & in Volſcis. Sen. Quæſt. Nat. 3, 3: Virg. Æn. 7, 759. Quem emittere deſtinavit Cæſar Iulius; emiſit ſiccavitque, ſed negre, Claudius: ſed iterum immiſit Hadrianus, v. Suet. Cæſ. 44; Claud. c. 20, & Spartian. in Hadriano. Martial. Spectac. epigr. 28 *Fucinus & pigri taceantur ſtagna Neronis.* v. Raph. Fabrettus lib. ſing.

FŪCUS, *i*, m. thränen. *Fuci ſine aculeo ſunt ſervitia ſvarum apum, quas tamen in opere & fœtu adjuvant, &c.* Plin. 11, 11. Diverſum tamen de fucis tradidit Varro de Re Ruſt. 3, 16, *Infectantes a ſe ejicient fucos, quod bi neque adjuvant, & mel conſumant*, κηφῆνες. Varro vocat *Fures.* Virg. Georg. 4, 168 *Ignavum pecus.* conf. 144. Sed illa accuratius diſputantur alias. ¶ 2. *Fucus marinus*, φῦκος θαλάσσιος, & φυκίον herba eſt, *laſtuce ſimilis*, Plin. 26, 10 ſ. 66, 32, 6, qua mulieres utuntur ad pingendas malas, quæ *alga* dicitur, *meergras.* conf. Iſidor. 17, 9. ¶ 3. Et *Fucus* unguentum eſt, quo vitia faciei mulieres illinunt, ſchmincke. Plaut. Moſt. 1, 3, 118 *Vetule vitia corporis fuco occultant. Color illitus fuco*, Cic. de Orat. 3, 52. *Mentiri colorem fuco*, Quintil. 2, 15. Hinc *fucum*, hoc eſt, factitium colorem, *oſtro*, ſive naturali opponit Horat. 1 epiſt. 10, 27, ubi ſi lubet, Torrentium vide. Id. Horat. 3 od. 5, 28 *Neque amiſſos colores Lana refert medicata fuco.* Vbi *Fucus* factitius color eſt, quem *mentitum* Quintilianus vocat 12, 10. v. Erh. ad Petron c. 24 p. 79 Burm. ¶ 4. Pigmentum eſt, quo colores exprimuntur a pictoribus. Prudent. paſſ. Hippol. v. 123 *Exemplar ſedecis paries habet illitus, in quo Multicolor fucus digerit omne nefas.* Adde Auſon. Idyll. 6 ſive Cupid. cruc. v. 92. ¶ 5. Hinc pro deceptione & fraude ſubtiliſſime ſumitur *Fucus*, φῦκος, falſchheit, betrug, teuſcherey. *Facere fucum*, inſidioſe imponere, teuſchen. Ter. Eun 3, 5, 41 *Sine fuco*, ohne falſch, ſimpliciter & aperte: Cic. Att. epiſt. omnium prima, eaque ineunte: *Sine fuco ac fallaciis, more majorum, vocata.*

¶ Fūco, *are*, φυκίω, fuco inficere, ſchmincken, färben; ut, *Aſſyrio fucatur lana veneno*, Virg Georg. 2, 465. *Bracea vellera*, Solin. c. 36. *Fucatur ſermo pompa fecundiæ & gratiæ*, Minucius Felix p. 124. *Cum fucatur atque pueſinatur, ſit præſtigiæ ſum*, genus ſcil. orationis, Gell. 7, 14.

¶ Fucātus, *a, um*, coloratus, ornatus, angeſtrichen, gefärbt, geſchminckt.

Au-

fon. in gratiar act. extr. *Deus indulſit, ut prætextam meam purpura tua luce fucatam præſtares.* Cic. Orat. c. 23 *Fucati medicamenta candoris & roboris*, vernachte ſchönheit; ubi color non diffuſus ſanguine genuino. Virg. Georg. 4, 335 *Saturo fucata colore.* Apul. Met. 10 p. 531 *Fucata ephippia*, i. e. fuco pigmentorum exornata. Comp. Gell. 13, 26 *Verſus quodam quaſi feminine immiſſo fucatior.* ¶ 2. Simulatus, falſch, nicht rechtſchaffen, betrüglich. Cic. pro Planc. c. 9 *Vicinitas non fucata, non fallax, non erudita artificio ſimulationis.* An ut *fucatam veritatem mendacio*, ſic *fucatam conſuetudinem opinione* dicere quis poſſit, diſquirit e Gronovio Gallæus ad Lactant. p. 28.

¶ Fucate, adv. idem. Auſonius proſa poſt Idyll. 3 ad Heſperium filium, comparativo, *Fucatius concinnata.*

¶ Fucatio, *onis*, f. fucus, apud Apulejum.

¶ Fucilis, *e*, falſus, atque idem quod fucatus. Feſtus: *Fucilia falſa, dicta autem quaſi fucata.* Alii legunt *Futilis.*

¶ Fūcōſus, *a, um*, fuco vitiatus, geſchminckt, verfälſcht. *Merces fallaces & fucoſæ*, Cic. pro Rab. Poſtum. c. 14. *Ambitioſæ fucoſæque amicitiæ*, Id Att. 1, 18.

¶ Infūco, *are*, fuco inficere, fucum facere, anſtreichen, verfälſchen. *Metuo, ne quid infucaverit*, Plaut. Mil. 2, 6, 46. Idem *merum infucare*, dixit Ciſt. 1, 1, 21. Ita habent veteres editiones; v. utrobique Taubm. Comm. p. 435 & 822. *Infuſcare* utroque loco Gronovius.

¶ Infucatus, *a, um*, vermäntelt. Cic. Orat. 3, 25 extr. *Animi judicio etiam magis infucata vitia noſcuntur.*

¶ Infucatio, *onis*, f. fucus, apud Arnobium.

¶ Offūco, *are*, idem ac *Infucare*, quamquam Feſtus exponat: *Aquam in fauces ad jurbendum dare.* Sed hinc dictæ

¶ Offūciæ, *arum*, f. pl. faciei medicamenta, & tralate deceptiones & fallaciæ, blendwerck, angeſtrichene farbe, falſcher ſchein, teuſcherey. Omnino Voſſius Etym. p. 126 apud Feſtum: *Offudas, fallacias*, putat legi debere *Offucias. Præſtigiæ atque offuciæ*, Gell. 14, 1 *Stolido mihi os ſuis ſublevere offuciis*, Plaut. Capt. 3, 4, 123. Idem Moſt. 1, 3, 105 hoc vocabulo in ſingulari uſus eſt. Vetus Poëta in Floridis: *Sperne mores transmarinos, mille habent offucias.* Eſt verſus trochaicus.

IVE, eſt interjectio ructum exprimentis Plauto Moſt. 1, 1, 37.

FŪGIO, *fūgi, fugĭtum*, in fugam ſe conjicere, fliehen, verlauffen. Ovid. Faſt. 6, 772 *Et fugiunt freno non remorante dies.* Cic. ad Brut. epiſt. 15 *Sapientis fugere negant eſſe Stoici.* Sic, *Fugere e conſpectu*, Ter. Hec. 1, 2, 107. Et, *Fugere alicujus conſpectum*, ſich nicht ſehen laſſen, Ovid. Met. 2, 594. *A crudeliſſimo hoſte fugere*, Cic. pro Clu. 66. *Agmen fugientium ab ignis*, Liv. 7, 8. *Fugerat ore color*, Ovid. epiſt. 11, 27. v. Menck. Obſ. L. L. hac v. *Fugere infamiam*, Cic. fam. 1, 1. *Nomen invidioſum voluptatis*, Id. Acad. 4, 45. *Fugere procurationem reip.* i. e. abſtinere ea, Nep. 25, 15, 3. *Demiſſis manibus fugere*, Plaut. Epid. 3, 4, 16 eſt, concitatiſſimo curſu fugere. Tales enim dimittunt manus & circa latera jactant, ut ad Theophraſtum περὶ ἀδολεσχίας, Casaubonus notat. Et paſſive Auguſtin. de Civ. Dei 22, 22 *Vitia, quibus labor fugitur.* ¶ 2. *Me fugit*, idem eſt, quod vulgo dicunt, *me latet*, præterit, das weiß ich nicht. Cic. Att. 12, 42 *Illud, quam ſit difficile, non te fugit.* Id. Verrin. 4, 32 *Hoc ament in hominum fugit.* Ter. Heaut. 2, 3, 75 *Si paulatim modo quid te fugerit*, wenn du es im geringſten verſiehſt. ¶ 3. *Vinum fugit*, der wein ſtehet auf, will ſich nicht halten. Sic, *Vinum fugiens*, quod cedit ærati, quod fit deterius, apud Cic. Off. 3, 23; & Nonium 2, 337. Ita, *Gratiſſima ſunt poma, cum fugiunt*, Sen. epiſt. 12. ¶ 4. *Fugere* aliquando eſt cavere, vel nolle. Horat. 1 od. 9, 23 *Quid ſit futurum cras, fuge quærere.* conf. 2, 4, 22. Ita Ovid. Her. 9, 75 *Non fugis — calathis impoſuiſſe manum.* ¶ 5. *Fugere* & *Fulgere* miſcent librarii. v. Drakenb. ad Sil. 4, 88. Item, *Fugere* & *Figere*, Bentlei. ad Hor. 2 epiſt. 2, 171.

¶ Fugiens, *tis*; ut, *Laboris fugiens*, Cæſar Civil. 1, 69. Sed *Bellum fugiens*, Ter. Andr 5, 4, 33. *Fugiens hora*, Horat. 3 od. 29, 48. *Fugiens ætas*, Catull. 69, 43, i. e. inconſtans, vergehend. *Fugiens ſomnus*, Id. 64, 43, i. e. cedens, weichend. *Fugientia flumina*, Horat. 1 ſat. 1, 68. Abſolute *fugientia captare*, Id. 1 ſat. 2, 108

¶ Fugax, *ācis*, idem ac *fugiens*, flüchtig. *Ideo fugaces labuntur anni*, Horat. 2 od. 14, 1. Id. 3 od. 2, 14 *Mors & fugacem perſequitur virum.* Sic *Fugax ac lubrica res tempus* dicitur Senecæ epiſt. 1. Equorum gloria, ſi ſint fugaces. vid. Burm. ad Ovid. Her. 4, 46. it. Met. 10, 664. & ad Val. Fl. 3, 584. *Volucri aura fugacior*, Ovid. Met. 13, 808. *Fugaciſſimus hoſtis*, Liv. 5, 28; *dux*, 30, 28; *miles*, Vell. Pat. 2, 85. *Fugaciſſimus gloriæ*, Senec. Benef. 4, 32. *Fugaciſſima bona*, Id. epiſt. 74.

¶ Fugācĭter, adv. fugientium more, flüchtern, auf dem ſprunge, apud ICt. in Cod. Compar. Liv. 28, 8 *Utrum ab ſe audacius, an fugacius ab hoſtibus geratur bellum.*

¶ Fugācitas, *ātis*, f. die flüchtigkeit. Gloſſ. Cyrilli: *Fugacitas, φυγή.*

¶ Fuga, *æ*, f. die flucht, vermeidung. *Laboris fuga deſtillam arripuit*, Cic. pro Muræn. c. 4. *Fugam capere*, Cæſ. B. Gall. 7, 26. *Parare fugam*, ibid. c. 61. *Fugam facere*, ap. Liv. 8, 9 eſt fugam capere, ſed 21, 52, 22, 13 aliisque in locis, alios in fugam conjicere. v. Drakenb. ad 21, 5. *In fugam ſe conferre*, Cic. pro Cæcin. c. 8. Et, *Se in fugam conjicere*, pro Cælio c. 26. Et, *Dare ſeſe in fugam*, Id. Verrin. 4, 43. Sed *Dare fugam*, Virg. Æn. 7, 24 eſt præbere fugiendi facultatem. *Vertere in fugam*, Liv 30, 33 ext. Et *Hoſtes in fugam conjicere*, Cæſ. B. Gall. 7, 70. *Vertere fugam* dicebantur, qui ſervos fugitivos vendebant. v. l. 2 D ad L. Falcid. l. 6 Cod. eod. l. 15 § 3 de Contrah. emt. ¶ 2. *Fugam* Nonius 4, 199 diſtinctе *Concurrit etiam de cito curſu, de volatu, de navigatione deque velocitate animi, & primus in aquore pulvis.* Virg. Æn. 1, 321 *Volucremque fugæ prævertitur Harpyam.*

¶ Fugēla, *æ*, f. idem. Apul. Apol. *Ab iis nunc magna fugela in ganeum fugit.* Sic & in Catonis fragmentis, edente Popma, *maxima fugela* pro *maxima fuga* dicitur.

¶ Fugitor, *oris*, m. qui fugit, ein flüchtling. Plaut. Trin. 3, 2, 9 *Credo, ad ſummos bellatores acrem fugitorem fore: Ad ſummos bellatores*, i. e. comparatum cum ſummis bellatoribus.

¶ Fugito, *are*, frequent. a *fugio, ere. Patris conſpectum fugitat*, Ter. Heaut. 3, 1, 25. *Qui quæſtionem fugitant*, Cic. pro Roſc. Amer. c. 28. ¶ 2. Frequentat. a *fugo, are*, idem ac propellere, vertreiben. Plaut. Pſeud. Prologo v. 7 *Semper odiſtis malos, & lege & legionibus hos fugitaſtis.*

¶ Fugitans, *tis*; ut, *Herus liberalis eſt, & fugitans litium*, Ter. Phorm. 4, 3, 18. conf. Priſcian. p. 1202.

¶ Fugitatio, *onis*, f. fuga. ICt. in Digeſt.

¶ Fugitātor, *oris*, m. fugitor, apud Firmicum.

¶ Fūgĭtivus, *a, um*, entlauffen; item, vergenglich; ut, *Servus fugitivus*, Cic. Vatinius 5 epiſt. 9. *Argentum fugitivum*, geld das bennah verlohren gegangen wäre, Ter. Heaut. 4, 2 extr. Sic, *Quies fugitiva* apud Martialem 7 ep. 63. Id. 1 epigr. 16 *Exſpectant curæque catenæ fugitive labores; Gaudia non remanent, ſed fugitiva volant.*

¶ Fugitīvārius, *i*, m. qui fugitivos retrahit, der die entlauffene ſuchet. Florus 3, 19, 7 *Qui per fugitivarios retrahi debuiſſent, prætorios duces, profugos prælio, ipſi ſequebantur.* v. ibi Varro R. R. 3, 16 de cochlearis: *Aqua ſunt ſoniendæ, ne fugitivarius ſit parandus.*

¶ Fugo, *avi, atum, are*, in fugam convertere, vincere, jagen, treiben, in die flucht ſchlagen. *Ferro & lapidibus aliquem fugare*, Cic. Aruſp. R. c. 4. *Longe fugavi ex hominum conſpectu*, Lucret. 3, 38 *Fugare cloſſim*, Nepos 13, 2, 1.

¶ Fugans, *tis*. Propert. 3, 2, 11 *Annibalemque lares Romana ſed fugantes.*

¶ Fugātus, *a, um*, verjagt, vertrieben. Cæſ. B. G. 7, 68 *Fugati equitatu.* Cic. Off. 3, 31 *Latini ad Veſerim fuſi & fugati.* Lucret. 3, 48 *Exterres itidem patria, longeque fugati Conſpectu ex hominum* conf. Propert. 3, 16, 22.

¶ Fugatio, *ōnis*, f. apud Mart. Capell.

¶ Fugator, *oris*, m. qui fugat. Porc. Latro declam. in Catil. *Quem unum diem nuncupare ſolitus es --- fugatorem arummarum noſtrarum* Tertull. ſeu potius Cyprian. Carm. 5 adv. Marc. c. 10 *Mortis fugator*

¶ Fugatrix, *īcis*, f. Tertull. adv. Gnoſt. c. 12 *Dilectio fugatrix timoris.*

¶ Fugālia, *ium*, n. pl. feſtum Romæ in memoriam fugatorum regum apud Auguſtin. Civ. D. 2, 6, quod *Regifugium* a Cenſorino dicitur c. 20

¶ Fugia, *æ*, f. Dea lætitiæ de fugatis hoſtibus. v. Lud. Vives ad Auguſtin. de C. D. 2, 6. Adde Varr. de L. L. 5, 3.

Compoſita cum præpoſit.

¶ Aufugio, *ĕre*, entfliehen, entlauffen, davon lauffen. Ter. Hec. 3, 4, 10 *Denique hercle aufugerim potius quam redeam.* Et Liv. 1, 25 *Iam aliquantum ſpatii ex eo loco, ubi pugnatum eſt, aufugerat.* Cum accuſativo conſtrui negant eruditi. Laudatur quidem Cicer. de N. Deor. 2, 43 ex Arato: *Andromeda aufugiens adſpectum mœſtæ parentis.* Sed oſtendit Brouckhuſ. legendum, *haud fugiens*, ad Prop. 1, 9, 30. Add. Burm. ad Petron. c. 81 p. 402. Illud fixum maneat, non temere ita ponendum hoc verbum.

¶ Confugio, *ĕre*, zuflucht haben. *Ad fidem alicujus confugere*, Cic. Divin. in Verr. c. 4. *Ad opem judicum ſupplices inferioresque confugiunt*, Cic. pro Font. c. 11. Et, *Ad miſericordiam alicujus confugere*, pro Ligar. c. 10. Sic Ter. Heaut. 4, 5, 45 *Neque tu ſcilicet eo nunc confugies. Quid mea?* &c. Paſſ. Lactant. 2, 11, 9 *Confugitur.*

¶ Confugium, *i*, n. die rettrade, zuflucht. Ovid. Triſt. 5, 6, 2 *Qui mihi confugium, qui mihi portus eras.* conf. 4, 5, 6. Et Statius 12 Theb. 504 *Commune confugium.*

¶ Confūgēla, *æ*, f. antiquis idem ac *Confugium*, teſte Feſto.

¶ Confuga, *æ*, f. qui ad aſylum vel ad eccleſiam confugit, der ſchutzſuchet. L. 22 Cod. de Epiſc. & Cler. *quæ confugarum cauſſa ſunt præſtita.* conf. L. 4 Cod. Theod. de his qui ad Eccl.

¶ Confugo, *are*, in Fragm. Poët.

¶ Confugatio, *onis*, f. apud Firmicum.

¶ Defūgio, *ĕre*, deficere, abſtehen, abtrünnig werden. In hac enim ſignificatione apud Livium legitur 26, 36; quamquam alii *deficientes* ibidem legant. Verba ſunt: *Ea pagna defugientes ab Romanis cum cohibuiſſe Siculos.* Sed elegans admodum locutio illa eſt Terentii in Eun. 2, 3, (al. 4) 98 *Nunquam defugiam auctoritatem*, ſcil. *meam*, i. e. non inficiabor, me auctore hoc factum eſſe, ich will nicht leugnen, daß ich es befohlen habe. conf. ſupra *Auctoritas* n. 3; & Plaut. Pœn. 1, 1, 19; & Cic. pro Sulla c. 11: utrobique *auctoritatem defugere* eſt negare ſuo juſſu rem eſſe factam, den kopf aus der ſchlinge ziehen. Sic, *Acrium alicujus ſermonem defugere*, ſich deſſen entziehen meiden. Cæſ. B. G. 5, 12. conf. B. C. 1, 32.

¶ Defuga, *æ*, m. transfuga, ein abtrünniger. Prudent. Hymn. 1 περὶ στεφ. ive de Calagurritanorum agone v. 42 *Idolis litare nigris, eſſe Chriſti defugas.*

¶ Defugo, *are*, vertreiben. Octav. Horat. 1, 4 *Capillos locis propriis defugare.*

¶ Diffugio, *ĕre*, in diverſa loca fugere, flüchten, ſich hin und her verlauffen. Horat. 1 oda 35, 25 *Diffugiunt cadis Cum fece ſiccati amici.* Idem 4 oda 7 ineunte: *Diffugêre nives, redeunt jam gramina campis.* Liv. 8, 2 *In proximas delapſi ſylvas, inde domos diffugerant.* Id. 41, 10 *In civitates paſſim diffugerent.* Adde Menck. Obſ. L. L. hac voce; & Drakenb. ad Liv. 5, 38. ubi *defugere* & *diffugere* paſſim a librariis commutari notat. ¶ 2. Idem notat quod fugere. Ovid Amor. 3, 9, 28 *Diffugiunt avidos ea mina ſola rogos.* Cæſ de B. Civ. 1, 82 *Contra opinionem militum famamque omnium videri pugnam diffugiſſe, magnum detrimentum afferebat.*

¶ Diffugium, *i*, n. die flüchtung, weagtehung. Tac. Hiſt. 1, 39, 4 *Turbavere conſilium proximorum diffugia.*

¶ Effugio, *ĕre*, elabi, entfliehen, entwiſchen. *Effugere de prælio*, Cic. Phil. 2, 29. ubi alii *e prælio*, legunt. *Effugere e manibus*, Id. pro L. Manil. c. 9, aus den handen entrinnen. Sic, *Effugere offenſionem*, Cic. fam.

fam. 4, 4. Et, *Crimen effugere* pro Flacco c. 3. Item, *Vituperationem*, ad Att. 16, 7. Et Ter. Adelph. 5, 8, 31 *Hanc maculam nos decet effugere*, wir müſſen uns dafür hüten.

¶ Effugium, *i*, n. die ausflucht; ut, *Effugium mali*, Senec. Hippol. v. 253. *Patet effugium*, i. e. locus vel via fugæ. Liv. 24, 36, der weg davon zu kommen, ſtehet offen. *Effugium alicui præluudere*, die ausflucht verlauffen, Lucret. 1, 973. ¶ 2. Pro fuga Virgilius dixit Æn. 2, 140 *Quos illi fors ad pœnas ob noſtra reposcent Effugia*; ut Servius interpretatur.

¶ Effugia, *æ*, f. Servius ibidem obſervat, *Effugiam* appellatam hoſtiam, quæ effugiſſet.

¶ Effugo, *are*, in fugam ejicere, verjagen. Auguſtin. Serm. 1 Feria 2 Pentecoſtes: *Alii ex diſcipulis effugantur*. Et P. Chryſologus Serm. 13 extr. *Chriſti jejunantis nomine cæpit ab obſeſſis corporibus diabolus effugari*.

¶ Ineffugibilis, *e*, unvermeidlich. Apul. extr. lib. de Mundo: *Adraſtea, ineffugibilis neceſſitas ultionis*.

¶ Interfugio, *ere*. Lucret. 6, 331 de fulmine: *Inter enim fugit, ac penetrat per rara viarum*.

¶ Perfugio, *ere*, auxilii gratia ad aliquem, hinfliehen, zuflucht haben. *Hic locus eſt unus, quo perfugiant, hic portus*, Cic. Verr. 5, 48. Et Liv. 1, 8 de Romulo: *Aſylum aperit, eo ex finitimis populis turba omnis perfugit*.

¶ Perfugium, *i*, n. die zuflucht. *Commune perfugium, domus*, Cic. Catil. 4, 1. *Laborum omnium & ſolicitudinum perfugium ſomnus eſt*, Id. de Divin. 2, 73. Idemque, *Perfugium ac ſolatium adverſis* (rebus) *ſtudia præbent*, pro Archia c. 7. Et, *Perfugio uti*, zur entſchuldigung fürwenden, in Verrem 2, 41 extr.

¶ Perfuga, *æ*, m. qui veladalium ob ſpem commodi perfugit, vel transfuga, ein flüchtiger, überläuffer. *Pro perfuga juſſus Tarentum tranſire*, Liv. 37, 15; ubi Gronovium velim adeas, ex Nepotis Datame & Cæſ. B. Gall. 3, 18 illuſtrantem. *De perfugis noſtris copias comparant contra nos*, Cic. in Orat. c. 66, 7.

¶ Præfugio, *ere*, vorauſliehen. Tertull. de Anima c. 33 *Etſi anima præfugerit, &c.*

¶ Profugio, *ere*, von dannen fliehen, weafliehen. *Libenter iſthinc, tamquam a domino agreſti ac ferioſo profugi*, Cic. de Senect. c. 14. Et ad Att. 15, 21 *Profugere ad Brutum voluiſſe*. Id. pro Dejotaro c. 4 *Audivit, conſules ex Italia profugiſſe. Profugere aliquem* recte dici pro ab aliquo, docet Græv. ad Cic. Att. 10, 8 p. 154.

¶ Profugus, *a, um*, flüchtig, & ſubſt. ein flüchtling. Salluſt. Catil. c. 6 *Trojani Æneæ duce profugi ſedibus incertis vagabantur*. Et cum patrio caſu: Plin. 7, 28 *Bis ab Hannibale captus: bis vinculorum ejus profugus*. Et Cyprianus de Vanitate Idol. c. 6 *Soli cælique ſui profugi* Iudæi.

¶ Profugium, *i*, n. confugium, zuflucht. Cic. pro Cæcin. c. 34; & fam. 5, 15; ac 7, 20 allegantur: & a Stephano Tuſcul. 1 extr. ſed Gruterus, Græv. & optimus quisque his locis *perfugium* legunt.

¶ Refugio, *ere*, zurücke fliehen, weichen. *Refugere ad urbem*, Liv. 23, 47. *Refugere a conſuetudine*, Cic. Att. 1, 1. Et, *Animus refugit eaque reformidat dicere*, man ſcheuet, entſetzt ſich ſolches zu ſagen. Id. Phil. 14, 3. Sic, *Refugere periculum ac deprecari*, Aſinius ad Cic. fam. 10, 31. *Iſta memoriam noſtram refugiunt*, hoc eſt, iſtorum non meminimus, Colum. 12, 49.

¶ Refugiſco, *ere*, idem quod *Refugere*. Vox hæc inclinatæ ætatis apud Commodianum Inſtruct. 23 legitur.

¶ Refuga, *æ*, m. qui refugit, ein entlauffener. *Cuſtodiæ refuga, non deſertor militiæ eſt*, Macer L. 13 § 5 D. de Re militari. Elegantер etiam Hieronym. epiſt. 151 quæſt. 10 ad Algaſiam diabolos vocat *angelos refugas*. Et P. Chryſologus Serm. 1 *Pietatis refuga*. Adde Tertull. de Hab. mul. c. 5; & Carm. adv. Marc. 1, 14.

¶ Refugus, *a, um*, qui periculum fuga declinat, der zurück weicht. Tac. Hiſt. 3, 61, 4 *Quidam in caſtra refugi, cunctis formidine implebant*. ¶ 2. Et adjective, *Mare refugum*, Stat. 12 Theb. v. 634. *Capilli refugi a fronte*, Lucan. 10, 132, das haar, das empor ſtehet. *Amnis refugus*, Plin. Paneg. c. 30. Et Prudent. περὶ στεφ. v. 581 *Refugo contemnit honore*.

¶ Refugium, *i*, n. die zuflucht, da man hinfliehen kan. Cic. Off. 2, 8 *Regum, populorum, nationum portus erat & refugium Senatus*. ¶ 2. *Refugium* interior locus domus, ſchlupf-winckel. vid. l. 13 § 7 ff. de uſufr. quemadm. & l. 1 § 2 ff. de Serv. corr. *Refugium abſcondendi cauſſa ſervo præſtare*. Græci κρύπτην vocant.

¶ Suffugio, *ere*, entfliehen. Liv. 24, 46 *Suffugere in tecta coëgit*. Et Lucret. 4, 361 *Suffugit ſenſum*. Adde Suet. Tib. c. 27.

¶ Suffugium, *i*, n. die zuflucht, verberaung. Tac. de Germ. 16, 5 *Solent & ſubterraneos ſpecus aperire eosque multo inſuper ſtimo onerunt, ſuffugium hiemi & receptaculum frugibus*. conf. c. 46, 6 & Ann. 3, 74, 3; & 4, 66, 4. Plin. 9 epiſt. 39. Silius 5, 509 *Suffugium infelix miſeris*. Et Aut. elegiæ de Nuce v. 119 *Suffugium eſſe nimbos vitantibus*.

¶ Subterfugio, *ere*, entziehen; ut, *Subterfugere crimen, calamitatem, periculum, pœnam*, Ciceronis ſunt: qui etiam Offic. 3, 26 *Inſimulant*, inquit, *Ulyſſem tragœdiæ, ſimulatione inſaniæ militiam ſubterfugere voluiſſe*. Et fam. 13, 4 *Syllani temporis acerbitatem ſubterfugerunt*. Adde Plaut. Bacch. 4, 6, 2.

¶ Subterfugium, *i*, n. die ausflucht. Sarisb. epiſt. 118 *Alicujus ſubterfugiis obviare*.

¶ Superfugio, *ere*, drüber hinfliehen. Val. Flacc. Argon. 3, 554 *Intactus levis ipſe ſuperfugit undas*.

¶ Transfugio, *ere*, von einem zum andern fliehen, durchgehen, überlauffen; ut, *Transfugere ad hoſtes*, Plaut. Epid. 1, 1, 28 *Ab amicitia afflicta tranſfugere*, Cic. pro Quint. c. 30.

¶ Transfugium, *i*, n. defectio ad hoſtes. die flüchtung, der abfall. Liv. 22, 43 *Inde movere ſtatuit, ut, quo longius ab hoſte receſſiſſet, tranſfugia impeditiora levibus ingeniis eſſent*. Tac. Hiſt. 2, 34, 1 *Crebra in civili bello tranſfugia*. Et Sidon. 8 epiſt. 13 *Facere ad Chriſtum de circumciſione tranſfugium*.

¶ Transfuga, *æ*, m. ein abtrünniger, überläuffer. Cic. Divin. 1, 44 *Non omnia ille tranſfuga aujus dicere*. Tac. de Germ. 12, 2 *Proditores & tranſfugas arboribus ſuſpendunt*. Plin. 29, 1 *Tranſfugæ ad Græcos*.

FVLCIO, *fulſi, fultum, fulcire*, ſuſtentare, unterſetzen, ſtützen, aufhalten; ut, *Ædificium fulcire columnis*. v. in *Fultus* ex Propertio. *Subſellium ſatis fultum eſt mihi*, ſcil. pulvino, Plaut. Stich. 1, 2, 37. ¶ 2. Metaphora elegans & uſitata eſt. *Imperium debet benevolentia fultum eſſe*, Cic. Off. 3, 22 *Subſidiis magnis fulcire rempubl.* Id. fam. 4, 2 5. *Potentia amicorum fulciri, nobilitate niti*, Aut. Declam. Antequam iret in exil. c. 4. *Labentem falſi re, fortuna, fide*, Cic. pro Rab. Poſt. c. 16. ¶ 3. *Fulcivi* pro *fulſi* exſtat in antiquo lapide ap. Murat. p. 466.

¶ Fultus, *a, um*, geſtämmt, unterſtützt. Cic. de N. D. 2, 9 *Partes mundi calore fultæ ſuſtinentur*. Sic, *Domus fulta columnis*, ein geſtützt haus, Propert. 3, 2. Et, *Fultus amicitiis*, Plin. 9 epiſt. 13. Virg. ecl. 6, 53, *Ille latus niveum molli fultus hyacintho*. Vbi Servius: *Apud veteres*, inquit, *unusquisque eo, ſuper quod jacebat*, fultus, *dicebatur. Lucilius* in III. ET PVLVINO FVLTVS. &c.

¶ Fultio, *onis*, f. die unterſtützung. Fronto Gramm. de Differ. vocum p. 2200 ſcribit: *Fultio dum ſit, fulcura cum facta eſt*.

Fultūra, *æ*, f pro ſuſtentaculo, die ſtütze, hülffe. Plin. 1 epiſt. 9 *Corpori vaco, cujus fulturis animus ſuſtinetur*, Horat. 2 ſat. 3, 154 *Ingens accedat ſtomacho fultura ruenti*. conf. Vitruv. 6, 11.

¶ Fultor, *ōris*, m. qui fulcit. Venantius Fortunat. 2 carm. 12 de eccleſia Magontiæ civitatis: *Eccleſiæ fultor, laus regni, paſtor egentum*.

¶ Fulcrum, *i*, n. eine ſtütze, ſeule. *Fulcrum lecti*, Suetonius Claud. c. 32, ein bettſtollen. Hinc pro ipſo lecto ſynecdochice. Juvenal. 6, 22 *Sacri Genium contemnere fulcri*, hoc eſt, violare ſanctitatem fidei conjugalis, ut fulcrum torus ſit ſive lectus Genialis. Virg. Æn. 6, 604 *Aurea fulcra toris*, &c. Scribitur etiam *Fulcſtrum* & *Fultrum* in Gloſſ. & apud Varronem.

¶ Fulcīmen, *ĭnis*, n. die unterſtützung. Ovid. Faſt. 6, 269 *Terra pile ſimilis nullo fulcimine nixa*.

¶ Fulcimentum, *i*, n. eine ſtütze, niederlage. Solin. c. 33 de Alce, Scandinaviæ bellua: *Dum fera adſuetis fulcimentis innititur*. Macrob. Sat. 7, 9 *Deſertum fulcimentis ſuis, labitur in ruinam*. Apul. 1 Met. p. 109 *Dum pede altero fulcimentum, quo ſuſtinebar, repello*.

¶ Fulmentum, *i*, n. idem. Varro apud Nonium 3, 98, & Celſus 2, 15. Vnde proverb. apud eumdem Nonium, *Fulmento lectos ſcandunt*, bettſtollen. v. Adagia Hadriani; itemque Turneb. 15, 5, nec non Scalig. in 2 Manilii. ¶ 2. Sidonius in carm. ad 2 epiſt. 10 *Porticus Fulmentis Aquitanicis ſuperba*. Vbi columnæ ſunt marmoris Aquitanici. vide Sirmondi adnotationem. ¶ 3. *Fulmenta* dicta, quæ ſuppingebantur ſoleis, ut ſolidiores eſſent. Plaut. in fœmin. *fulmenta* dixit Trinum. 3, 2, 94. Noſtri forte, abſätze. conf. Lucilium apud Nonium 3, 98 Græci καττύματα vocant. v. Caſaub. ad Theophraſtum περὶ ἀγροικίας & Voſſ. 5 Inſt. Orat. p. 258.

¶ Fulmen, *ĭnis*, n. pro *fulmentum*, ut *momen* pro *momentum*, eſt apud Manil. 2, 877 *Imaque ſubmerſi contingens fulmina mundi*. ubi vid. Scal.

¶ Fulcibilis, *e*, das ſich unterſtützen läſt, apud Vegetium.

¶ Fulcipedia, *æ*, f. eſt convicium in mulierem loripedem, apud Petron. c. 75 *Ita tibi videtur fulcipedia*. al. *Falcip.*

Compoſita:

¶ Circumfulcio, *ire*, umher ſtützen. Tert. de Pallio c. 5 *Nihil circumfulcit, nihil circumſtringit*. Vbi Salmaſ. p. 115 *Circumfulciri de toga* dixit.

¶ Confulcio, *ire*, ex Lucret. 2, 97 quidam arceſſunt, & legunt *confulta*, alii *conſulta* legunt a *ſalio*. Creech. *conſticla*.

¶ Confulcimentum, *i*, n. apud Firmicum.

¶ Effulcio, *ire*, apud Poëtas in participio

¶ Effultus, *a, um*, geſtützt, erhoben. Virg. Æn. 7, 94 *Atque harum effultus tergo ſtratisque jacebat*. conf. 8, 368. Eodem modo Silius 7, 292 *Effultus tergo taurino membra jacebat*. Sic & Apul. 2 Met. *Effultus in cubitum*. Stat. Theb. 1, 145 *Montibus Grajis* (i. e. marmoribus) *effulta atria*.

¶ Infulcio, *ire*, inculcare, einſchieben, einſtopffen. Sen. epiſt. 114 *Omnibus locis aliquid infulcire*. Suet. Tib. c. 53 *Mori inedia deſtinant, per vim ore deductо, infulciri cibum juſſit*.

¶ Offulcio, *ire*, zuſtopfen. Apul. 1 Met. p. 108 *Vulnus qua maxime patebat, ſpongia offulciens*.

¶ Offultus, *a, um*, zugeſtopfft. Apul. 4 Met. p. 448 *Multis laciniis offulto vulnere*.

¶ Perfulcio, *ire*, wohl unterſtützen. Ovid. vel Lucan. ad Piſon. v. 86 *Eloquio ſanctum modo perfulcire ſenatum*.

¶ Præfulcio, *ire*, unterbauen, ſenſu morali. Cic. Att. 5, 13 *Primum illud præfulci atque præmuni*.

¶ Semifultus, *a, um*, halb-geſtützt. Martialis 5 epigr. 14 *Subſellioque ſemifultus extremo*.

¶ Suffulcio, *ire*, unterſtützen, ausſtopffen. Plaut. Mil. 2, 2, 54 *Columnam mento ſuffulſit ſuo*. Ammian. 30, 1 *Lectos repertos binis utribus ſuffulſerunt*. Lucret. 4, 865 *Capitur cibus, ut ſuffulciat artus*.

¶ Suffultus, *a, um*, unterſetzt; ut, *Porticus ſuffulta columnis*, Lucret. 4, 428.

¶ Suffulcrum, *i*, n. die ſtütze, der unterzug, apud Vitruvium.

FVLGEO, *fulſi, fulgēre*, lucere, ſplendere, glänzen, ſchimmern. Scribitur etiam *Fulceo*. vid. Diomed. p. 369. *Fulſere ignes*, Virg. Æn. 4, 167. *Aurora fulgebat* &c. Id. 7, 26. *Auro fulgere & purpura*, Cic. Cat. 2, 4. Et Liv. 1, 25 *Concuſſu increpuere arma, micantesque fulſere gladii*. Et Auguſtin. de Fide & Symb. c. 7 extr. *claritas fulſura*. Translate Nepos 18, 1, 4 *Fulgebat in adoleſcentulo indoles virtutis*, es that ſich herfür. ¶ 2. *Fulgere* etiam pro *fulgurare* dixerunt. Cic. de orat. c. 9, *Qui* (Pericles) *ſi tenui genere uteretur, nunquam ab Ariſtophane poëta, fulgere, tonare, permiſcere Græciam, dictus eſſet*. Conf. de Nat. Deor. 2, 25, & orat. in Vatin. 8. Melàn. 19 de Lampſaco, *Reſponſum erat, ubi primum fulſiſſet*, &c. vid. Burm. ad Quint. 1, 17 extr. ¶ 3. Antiqui & in tertia flexione uſi *Fulgo, ĕre*. vid. Priſcian. p. 838. Seneca Nat. Quæſt. 2, 56 de fulgura-

fulgurationе docens: *Hæc antiqui*, inquit, FVLGETRA *dicebant*: TONITRVA *nos plurаliter dicimus: antiqui aut* TONITRVVM *dixerunt aut* TONAM. *Hoc apud Cæcinnam invenio, facundum virum, qui haberiſſet aliquod in eloquentia nomen, niſi illum Ciceronis umbra preſſiſſet. Etiammum illo verbo utebantur antiqui, correpto, (Vulgĕtra) quo nos produčto una ſyllaba* (Fulgētra) *utimur. Dicimus enim ut ſplendēre, ſic fulgēre, at illis ad ſignificandam hanc e nubibus ſubitæ lucis eruptionem, mos erat, media ſyllaba correpta ut dicerent* Fulgĕre. Sic Virg. 6 Æn. v. 826 *Paribus quas fulgere cernis in armis.* Et 8, 677 *Fervore Lucatеn auroque effulgere fluctus.* Sic & aliquoties Lucretius; e. g. 5, 767; 6, 159 &c. conf. Non. 10, 12. ¶ 4. Præteritum *Fulſi* & *Fluxi* tæpe confunduntur in MS. vid. *Fluo.* It. *Fulgere* & *Fugere.* vid. *Fugio.*

¶ Fulgens, *tis*: ut, *Arma fulgentia*, Virg. Æn. 2, 749. *Fulgens gladius*, Cic. Tuſc. 5, 21, ein blanker degen. *Marmoreo tečta auro & ebore fulgentia*, Id. in Parad. 1, 4. *Fulgentes oculi*, Hor. 2 od. 12, 15. Columella ſine proœmii lib. 6 *Fulgentiſſima ſidera.* Claudian. Conſ. Prob. & Olybr. v. 240 *Fulgentior aſtris.* Vellej. 2, 71, 1 *Fulgentiſſimus juvenis*, i. e. ſpectatiſſimus. Sic, *fulgentiſſimum os Ciceronis*, Id. 2, 64, 3.

¶ Fulgenter, adv. idem. Vnde Compar. Plin. 10, 20 *Colores fulgentius radiant.*

¶ Fulgĭdus, *a, um*, idem. Lucret 3, 364 *Fulgida cum cernere ſæpe nequimus.* Solinus c. 37 *Ad ſpeciem fulgidi ſideris.* Prud. Cathem. 5, 129 *Fax fulgida.* Fortunat. 8 carm. 5 ſub finem: *Fulgidior radio, dulcior ore favo.*

¶ Fulcĭdus, *a, um*, poſito C. pro G, idem, apud Mart. Capell. 6 p. 189.

¶ Fulgeſco, *ĕre*, idem quod *Fulgere*, leuchten, ſcheinen. Firmic. 1, 4 *Solis radiatione fulgeſcere.* Et in fragmento Halieut. quod dedit Heſſelius ad novam Ennii editionem, p. 154 leges: *Crebris nubes fulgeſcere flammis.*

¶ Fulgetrum, *i*, neut. &

¶ Fulgetra, *æ*, f. (utroque enim genere Plinius utitur,) der blitz, wetter-ſtrahl, das wetter-leuchten, vibratio luminis, quæ cum ipſo fit tonitru, ſed ante cernitur. Plin. 2, 43 *Edi tonitrua, fulmina, fulgetra.* Et ibidem: *ſcintillantibus fulgetris is.* Id. 28, 2 *Fulgetras poppyſmis adorare, conſpexa gentium eſt.* conf. *Fulgeo* n. 2.

¶ Fulgĭtra, idem ut tonitru. Hygin. fab. 183 de equis ſolis: *Femina ſunt Lucaria, Bronte, quæ nos tonitrua appellamus, Sterope, quæ fulgitrua.* conf. Scheff. de re vehic. 1, ult.

¶ Fulgĭlātus, *a, um*, i. e. ſideratus, vom wetter getroffen, apud Vitruv.

¶ Fulgor, *ōris*, m. ſplendor, der helle glanz, ſchein. Horat. 2 od. 1, 19 *Iam fulgor armorum fugaces Terret equos.* Et de Arte Poët. v. 143 *Non famam ex fulgore, ſed ex fumo dare lucem Cogitat*: i. e. non poſt ſplendida promiſſa, tenue quid & obſcurum præſtare. Idem 2 ſat. 2, 5 *Stupet inſanis acies fulgoribus.* conf. Lucret. 5, 611. Autor ad Herenn. 4, 33 *Tantus erat in armis ſplendor, ut ſolis fulgor obſcurior videretur.* Conf. Cic. in Verr. 4, 32.

¶ Fulgur, *ŭris*, n. der blitz. Curt. 8, 4, 3 *Ab omni parte cæli emicare fulgura cœperunt.* Cic. Divin. 1, 10 *De fulgurum vi dubitare nam poſſumus?* Prov. *Fulgur ex pelvi*, de minis inanibus, v. Eraſm. ¶ 2. Pro fulmine, propter cognatam utriusque materiam, non raro ponunt auctores. Virg. Georg. 1, 488 *Non alias cælo cecidерunt plura ſereno Fulgura.* Suet. Domit. c. 15 *Continuis octo menſibus tot fulgura factæ nunciataque ſunt, ut exclamaverit,* FERIAT IAM QVEM VOLET. Id. Aug. c. 29 *Tonanti Iovi eidem conſecravit, liberatus periculo, cum expeditione Cantabrica per nocturnum iter lectica ejus fulgur perſtrinxiſſet, ſervumque prælucentem examinaſſet.* Alia ibi Casaubonus.

¶ Fulguro, *are*, fulgur emittere, blitzen, ſtrahlen. Plin. 18, 35 *Cum ex omnibus quatuor partibus cæli fulguraбit.* Quintil. 2, 6 *Pericli contigit fulgurare ac tonare.* vid. *Fulgeo* n. 2. Stat. Theb. 4, 191 *Domus fulgurat auro.* Apulej. Florid. 1 p. 219 *Lyra ejus auro fulgurat*, ex Heinſii emend. v. ad Ovid. Metam. 11, 167. ¶ 2. *Fulgurat*, impersonaliter, es blitzet. Plin. 9, 35. ¶ 3. Translate de oratione Plin. epiſt. 1, 20, 19 *Non enim amputata oratio & abſciſſa, ſed lata & magnifica, & excelſa, tonat, fulgurat, omnia denique perturbat & miſcet.* Sil. 6, 220, de Serpente: *Terribilis gemino de lumine fulgurat ignis.*

¶ Fulgurans, *tis*. Cic. Divin. 2, 18 *Iove tonante & fulgurante comitia habere nefas.* Mart. Capella 1 p. 18 *Fulgurans lumen.*

¶ Fulguritus, *a, um*, vom blitz gerührt; ut, *Locus fulguratus*, Varro de L. L. 4, 32.

¶ Fulguratio, *ōnis*, f. das blitzen, wetterleuchten. Seneca 2, 11 Quæſt. Nat. *Dictum de fulminibus & fulgurationibus.* Et c. ſeq. 12 ſæpius recurrit.

¶ Fulguritor, *ōris*, m. fulgurum inſpector, v. Alex. ab Alex. 5, 13. Nonius 1, 310. Turneb. 29, 35. Plin. 2, 8 & 54 & Dalech. p. 100. Sic Cic. de Divin. 2, 53 *Auſpices, & fulguratores, & interpretes oſtentorum* &c.

¶ Fulgurator, *ōris*, m. per L loco V, in vett. Inſcriptionibus eſt, Iovis cognomentum. Gruterus p. 21 n. 3 ARAM IOVI FVLGERATORI DEDICAVERVNT. Et n. 4 DEO FVLGERATORI ARAM-- POS. Vid. Pe. Barmanni Ζεὺς καταιβάτης, i. Iupiter Fulgurator in Cyrrhestarum nummis.

¶ Fulgurālis, *e*. Cic. de Divin. 1, 33 *Auſpicini, & fulgurales, & rituales libri*, h. e. de fulguribus expiandis.

¶ Fulgŭreus, *a, um*. Mart. Capella 5 *Fulgurea nubes*, ex qua fulgurat.

¶ Fulgŭrio, *ire*, fulgurare, blitzen. Nævius apud Non. 2, 324 *Sunt a Iove jubilo clare fulgurivit Iupiter.*

¶ Fulgŭritus, *a, um*, fulgure tactus vel exuſtus, κεραυνοπλήξ, vom blitz verbrannt, consumedi hominem *Iulental* Perſius vocat; de quo ſupra in *cremo*. *Fulguritus homo*, dicente Feſto, ſtatim fieri putabatur religiosus, quod eum Deus ſibi dicaſſe videretur. *Fulguritas arbores*, Plaut. Trin. 2, 4, 138 dixit: quas Virgilius *de cælo tactas*. Conf. Sen. de Ira 3, 23; & Nat. qu. 2, 21; Nonius 5, 33; & Petr. Crinit. de Honeſt. Diſcipl. 8, 12. Fulguritorum expiationem Numa ab Iove Elicio didicit. v. Dalech. ad Plin. 2, 54 p. 100.

¶ Fulgŭritas, *ātis*, f. i. e. ſplendor, der glanz, tribuitur Lucilio apud Nonium 2, 324.

¶ Fulguritaſſo, *ere*, fulgure percuti; ita exponunt, qui in Plaut. Trin. 2, 4, 138 legunt: *Fulguritaſſunt alternæ arbores.* Sed Gron. *fulgurite ſunt.*

¶ Fulgŏra, *æ*, f. dea fulguris. v. Auguſt. de C. D. 6, 10.

I. Compoſita a *Fulguro*:

¶ Confulgŭro, *āre*, apud Firmicum.

¶ Defulguro, *are*, herabblitzen. Auſonius Periocha 5 Iliados: *Vadantem clypeus defulgurat ignem.*

¶ Diſfulguro, *are*, fulgura ſpargere, auf allen ſeiten herum blitzen. Sidonius carm. 11 (Epithal. Ruricii) v. 20 *Poſtes chryſolithi fulvus diſfulgurat ardor.* Sirmondus, *diffulgurat*, F geminato.

¶ Effulguro, *are*, herfürſtrahlen. Ennod. 1, 8 *In literis politi ſermonis ſplendor effulgurat.*

¶ Præfulguro, *are*, ante quid fulgurare, voranblitzen. Val. Flaccus 3, 119 *Stridoque vias præfulgurat enſe.* Et Statius 7 Theb. v. 502 *Multoque latus præfulgurat enſe.* Alii legunt *perfulgerat.*

II. Compoſita a *Fulgeo* &c.

¶ Affulgeo, ſive, Adfulgeo, *ēre*, proprie, anleuchten, an etwas ſchimmern. Sil. 7, 467 *nitenti Adfulſit vultu ridens Venus.* Nam lucem radiantem intelligi, probant ſequentia v. 470 in Paride: *feſſique nitoris Luce cadunt oculi.* Metaphorice felicitati ſignandæ inſervit: ut, *Spes affulget*, Liv. 27, 28. *Fortuna affulget*, Liv. 30, 30. Et, *Lux civitati affuſiſſe viſa eſt*, Id. 9, 10.

¶ Circumfulgeo, *ēre*, umher glänzen. Plin. 2, 37 *Hominum capita veſtis tenuis bonis magno præſagio circumfulgent.*

¶ Confulgeo, *ēre*, idem. Plaut. Amph. 5, 1, 15 & 44 *Ædes confulgebant, quaſi eſſent aureæ.*

¶ Diffulgeo, *ēre*, herfür leuchten. Liv. 22, 1 *Ingens lumen effulſit.* Proprie de iis uſurpatur, quæ ſubito fulgent. Liv. 28, 15 *Qualis* (ſol) *inter graves imbre nubes effulget.* conf. 41, 22 & Burm. ad Valer. Flacc. 6, 27. Poetis etiam, ut in ſimplice obſervavimus n. 3 in tertia forma flectitur. Virg. Æn. 8, 677 *Auroque effulgere fluctus.*

¶ Infulgeo, *tis*: ut, *Templum infulgens*, Catull. carm. 65, 386.

¶ Interfulgeo, *ē. e*, darzwiſchen ſcheinen. Liv. 28, 23 *Aurum argentumque cumulo rerum aliarum interfulgens.*

¶ Offulgeo vel Obfulgeo, *ēre*, erſcheinen. Paulin. Petrocorius lib. 5 de vita Martini v. 157 *Obfulſit claro venerabilis ore ſacerdos.* Hoc verbum Virgilio, Livio & aliis reſtituunt Heinſ. ad Sil. 13, 114 & Burm. ad Quint. decl. 9, 7 p. 195, ubi vulgo legitur *Effulgere.*

¶ Perfulgidus, *a, um*, ſehr hell, apud Mart. Capell. lib. 1.

¶ Præfulgidus, *a, um*, idem, apud Firmicum. Et Iuvenc. lib. 3, 330 *Præfulgida nubes.* Al. *perfulgida.*

¶ Præfulgeo, *ēre*, vor glänzen. Virg. 8 Æn. v. 553 *Pellis obit totum præfulgens unguibus aureis.* Et Sen. Benef. 1, 6 *Aurо præfulgent.* Ac Tac. Ann 13, 46, 2 *Memoria Poppæi Sabini conſulari & triumphali decore præfulgentis.*

¶ Refulgeo, *ēre*, einen glanz von ſich geben. Perſius in prologo: *Quid ſi dulci ſi ſpes refulſerit nummi.* Virg. Æn. 1, 406 *Roſea cervice refulſit.*

¶ Refulgentia, *æ*, f. der wiederſchein. Apul. Flor. 4 *Lacunarium refulgentia.*

¶ Superfulgeo, *ēre*, überſcheinen. *Templa ſuperfulges*, Statius Silv. 1, 1, 33.

FVLGĪNIA, *æ*, f. Vmbriæ oppidum in Italia, Sylv. 4, 547; & 8, 462.

¶ Fulgĭnas, *atis*, adject. Cic. pro Vareno in Fragm. *Anchurius e municipio Fulginate.* Sic, *Fulginates* populi, Plin. 3, 14.

Fulgor, fulgur, &c. vide ante in *Fulgeo.*

FVLĪCA, *æ*, f. avis marina, vel ſtagnenſis, paullo columba major, Græcis ἀῤῥός, ein waſſer-huhn. Sunt, qui mergum nigrum interpretentur, ein ſchwarzer taucher. Virg. Georg. 1, 363 *Cumque marinæ In ſicco ludunt fulicæ*, &c. Conf. Ovid. Met. 8, 627. Auſon. epiſt. 13 *Si ſterilem taurо, vel quam committis onagro: Si confers fulicas cygnis, & ædona parvæ*, &c.

¶ Fulix, *icis*, eadem Ciceroni de Divin. 1, 8 ex Arati Diosemeiis, dicitur: *Cana fulix itidem fugiens e gurgite ponti, Nuntiat horribiles clamans inſtare procellas.* conf. Plin. Hiſt. Nat. 18, 35. Avienus in Progneſt. 589.

FVLIGO, *ĭnis*, f. a *fumus*: unde *fumiligo*, ex quo per ſyncopen *fuligo*, rus, fien-rauch, kohl-ſtaub. *Abstergere fuliginem*, Cic. Phil. 2, 36. Virg. Ecl. 7, 49 *Hic ficus & tædæ pingues, hic plurimus ignis, Semper & aſſiduæ poſtes fuligine nigri.*

¶ Fuliginĕus, *a, um*, ſchwarz wie rus. Petron. c. 108 *Omnia lineamenta fuliginea nube confundere.*

¶ Fuliginōſus, *a, um*, fuligine obſitus, fumoſus, ruſicht. Prudentius Romano v. 251 *Fuliginoſi ture placantur Lares.*

¶ Fuliginoſe, adverb. idem, apud Apulejum.

¶ Fuligĭno, *are*, denigrare, ſchwärzen, Cathol.

¶ Fuligĭnātus, *a, um*, ruſſ-tus, apud Hieronymum.

FVLLO, *ōnis*, m. qui vertimenta purgat, & candida facit, ein bleicher, walker, walckmüller. *Fullones* dum poſſunt, ſapone uruntur, quem Plin. 28, 12 a Gallis inventum tradit. Martial. 12 epigr. 59 *Hinc inſtet tibi textor, inde fullo, hinc ſutor modo pelle baſiata.* Græce γναφεύς, unde factum videtur Germanicum, ein knappe, qui pannum confcit. v. Plaut. Aul. 3, 5, 34 & Coleri Parerg. c. 14. ¶ 2. *Fullo*, vermis, ein ehr wurm. ¶ 3. *Fullo* piſcis etiam eſt γναφεύς, quod ejus decocti ſucco veſtes purgentur.

¶ Fullōnius, *a, um*, zum walcken gehörig; ut, *Ars fullonia*, quam primus invenit Nicias Megarienſis, Plin. 8, 56. Plaut. Pſeud. 3, 1, 15 *Cras mihi potandus fruſtus eſt fullonius*, i. e. comprimar inſtar fullonii panni. Obſcenum eſt. Sed Sen. ep. 15 med. *Saltus ille ſaltavis, aut ut contumelioſius dicam fullonius.*

¶ Fullonium, *i*, n. ſubſt. officina fullonia, die walckmühle. Ammian. 14 extr. *Fortuna Adramyteni Andriſcum, in fullonio natum, ad Pſeudophilippi nomen evexit.*

¶ Fullonia,

¶ Fullōnica, *æ*, f. ars fullonia, die walck-kunſt; ut, *Diſcere fullonicam*, Plaut. Aſin. 5, 2, 58. Adde Vitruv. proœm. lib. 6. ¶ 2. Etiam officina eſt fullonum, die walck-mühle, Cato R. R. c. 14. Ulpian. l. 13 § 8 ff. de uſufr. & l 3 de aqu. pluv. arc. quod etiam alio genere & pluraliter exprimunt, *Fullonica, orum*. Frontinus de Aquæduct. l. 2 *Hæc* (aqua) *non alium uſum, quam in balnearum, aut fullonicorum dabatur*.

¶ Infullonicitus, *a, um*, ungewalckt. Gloſſ. gr. lat. ἄγναφος, *infullonicatus, impolitus*.

FVLMEN, *inis*, n. quaſi *fulgimen*, ignis ex vaporibus in aëre accenſus, ein blitz, donnerſchlag, & ſi cum vulgo loquaris, donnerkeil. Cic. de Divin. 2, 18 *Ignitorum & fulminum tactus extimeſcere*. Et ibid. c. 21 *Romulus lactens fulmine ictus fuit*. Et Nat. D. 3, 35 *Fulmine percuti*, vom wetter getroffen werden. Id. Divin. 2, 19 *Iupiter multa fulmina fruſtra emittit*. Ovid. Trift. 2, 33 *Si, quoties homines peccant, ſua fulmina mittat Iupiter, exiguo tempore inermis erit*. Servius in 2 Æneid. *Tria ſunt fulminum genera: eſt, quod afflat, quod incendit, quod pudit*. Alibi tamen quatuor; alibi plura recenſet. De fulmine diſputat Seneca Quæſt. Nat. 2, 31. vid. Plin. 2, 1 & 2 & ibi Dalechampius. Ariſtot. de Mund. & in Meteorolog. 3, 1. De *bruto fulmine* vid. *Brutus, a, um*. *Fulmen triſulcum*, quod *quadriſulcum* facit Lutatius ad 3 Theb. Statii v. 321. vid. Barth. ad Stat. Silv. p. 39. ¶ 2. *Fulmen verborum* metaphorice: Cic. fam. 9, 21 *Inſanire tibi videris, quod imitêre verborum meorum fulmina*, hoc eſt, vim, vehementiam, impetum, meine donner worte. Id. Tuſc. 2 c. ult *Fulmina fortunæ contemnere*, id eſt, ſævitiam. ¶ 3. Pro clade & infortunio Æmilius Paulus apud Livium 45, 41 *Quod duo fulmina deorum meam per hos dies perculerint*. Intelligit de duplici clade domeſtica, qua affectus ex dûum filiorum funeribus erat. Albinovanus Eleg. ad Liviam de morte Druſi v. 11 *Scilicet exiguo percuſſa es fulminis ictu, Fortior ut poſſes cladibus eſſe tuis*. Florus 2, 6 *Vbi ſemel ſe in Hiſpania movit illa gravis & luctuoſa Punici belli vis atque tempeſtas, deſtinatumque Romanis fulmen Saguntino igne conflavit*. Et paullo poſt: *Traſimenus lacus, tertium fulmen Annibalis*, id eſt, tertia clades, qua affecit Romanos. ¶ 4. Ponitur & pro pœna ac damnatione. Iuvenal. 10, 92 *Quo fulmine jaſto Et Capito & Numitor ruerint damnante Senatu*. Plin. 3 ep. 11 *Tot circa me jactis fulminibus quaſi ambuſtus*. vid. omnino Gebh. ad Liv. 22, 35 ¶ 5. Sed & ſtrenui belli Duces *Fulmina* appellantur, quod in bellis quaſi fulminent: ſeu inſtar fulminis ruant, & omnia pervadant ac terreant. Quemadmodum Virgilius de Auguſto 4 Georg. dixit v. 560 *Cæſar dum magnus ad altum Fulminat Euphraten*. Et 6 Æn. v. 842 Scipiadas expreſſe vocat *duo belli fulmina*. Et hanc quoque ob cauſſam Ptolemæus Philadelphi frater κεραυνὸς; ſeu *Fulmen* cognominatus eſt, ut de eo Pauſanias in Phocicis narrat. vide & Buchnerum & Hymn. Prudentii de Chriſti Servatoris Natali v. 113. ¶ 6. *Fulmen* de apris ſevis & cuncta proſternentibus. Ovid. Metam. 8, 289 de apro Calydonio: *Fulmen ab ore venit, frondes afflatibus urdent*. Id. 10, 550 *Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri*. ¶ 7. *Proceſſit Iove atque fulmine*, τοῦ Διὸς καὶ κεραυνῷ, id eſt, fugiendæ ſunt potentum & maxime tyrannorum amicitiæ, mit groſſen herren iſt nicht gut kirſchen eſſen. v. Chiliad. ¶ 8. *Fulmen* pro *fulcimen* vel *fulmentum* in *Fulcio*. ¶ 9. *Fulmen* & *Flumen* ſæpe confundunt librarii. vid. *Flumen*.

¶ Fulmīneus, *a, um*, donnernd; ut, *Ignis fulmineus*, Ovid. Pont. 2, 2, 118. *Fulminea dextra*, Silius 3, 319. *Fulmineus enſis*, Val. Flacc. 6, 230 de apro & lupo Sil. 1, 421. Ovid. Metam. 11. *Potentius ictu fulmineo*, gewaltiger als ein donnerſchlag, Horat. Carm. 3 od. 16, 10.

¶ Fulmino, *are*, fulmen emittere, blitzen, mit dem donner dein ſchlagen; unde *Iupiter fulminans*, de quo poſtea. Vt impersonaliter Virg. Georg. 1, 370 *Boreæ de parte trucis cum fulminat*. ¶ 2. Transfertur ad bellatores: Et ſic idem Georg. 4, 560 de Cæſare: *Ad altum fulminat Euphratem bello*. Et Æn. 12, 654 *Fulminat Æneas armis*. ¶ 3. Transfertur etiam ad oculos. Propert. 4, 9, 32 *Fulminat illa oculis*.

¶ Fulminans, *tis*. Horat. 3 od. 3 v. 6 *Fulminantis magna Iovis manus*. Plin. 2, 7 *Fulminantem pejerant Iovem*. ¶ 2. Deinde tranſitive eſt, fulmine percutiens. Eumenius pro Scholis reſtaur. extrema oratione: *Animus adſingit te, Maximiane invicte, perculſa Maurorum agmina fulminantem*.

¶ Fulminandus, *a, um*, paſſive, dignus qui fulmine percutiatur. Sen. Herc. Oet. v. 6 *Fregimus quidquid fuit Tibi fulminandum*: Hercules Iovem alloquitur.

¶ Fulminatus, *a, um*, fulmine ictus, vom donner getroffen. Plin. 2, 54 extr. *Vulnera fulminatorum frigidiora reliquo corpore ſunt*. Hieronym. ep. 17 ad Marcell. *Rupes Tarpeia, de cælo ſæpius fulminata, oſtendit, quod Deo diſpliceret*. ¶ 2. Eſt & conſternatus, territus, erſchüttert, erſchreckt. Petron. c. 80 *Fulminatus hac pronunciatione &c.*

¶ Fulminatio, *ōnis*, f. der donner. Seneca Quæſt. Nat. 2, 12 *Fulguratio oſtendit ignem; fulminatio emittit*.

¶ Fulminator, *ōris*, m. der donner-gott. Arnob. 6 p. 207 *Cum Capitolium toties edax ignis abſumeret, Iovemque ipſum Capitolinum cum uxore corripuiſſet ac filia, ubinam fulminator tempore illo fuit, ut ſceleratum illud arceret incendium &c.* Adde Apul. de Mundo p. 262.

¶ Fulminatrix, *icis*, f. ut adj. donnernd. In antiquis Inſcript. Gruter. p. 547 n. 6; & p. 567 n. 10 eſt LEG. XII. FVLMINAT. quod legi aliter non poteſt, quam *fulminatrix*, quæ *Fulminea* in Notitia Imperii appellatur. vide etiam Programma Cellarii 44, ubi plura de hac legione, etiam de nomine *Fulminatrix* contra Valeſium, qui id rejicit, pro Scaligero & Onuphrio attulit.

¶ Fulminōſus, *a, um*, Sarisb. 11, 13 *Fulminoſus aer*, geſchwüle.

¶ Confulminatus, *a, um*, vom donner erſchlagen. Firmicus.

¶ Diffulmĭno, *are*, fulmine disjicere, zerſchmettern. Silius 5, 277 *Diffulminat omnem Obſtantum terrorem*.

Fulmentum, vide *Fulcio*, Fulminare, &c. *Fulmen*, Fultura, *Fulcio*.

FVLVVS, *a, um*, adj. dunckel-gelb; ut, *Fulvi leones*, Virg. Æn. 2, 722. *Fulvum aurum*, Id. Æn. 7, 279. *Fulvus lupus*, Ovid. 11 Met. v. 771. ¶ 2. *Fulvus* & *furvus* miſcentur in MSS. vid. Drakenb. ad Sil. 7, 683. Heinſ. ad Ovid. 3 Met. 273.

¶ Fulvaſter, *a, um*, dimin. ut, *radix fulvaſtra*, Apul. de Herb. c. 109.

¶ Fulvēdo, *inis*, f. color fulvus, die dunckel-rothe farbe. Cathol.

¶ Fulvius, *i*, m. nomen Romanum ex gente *Fulvia*, ut *M. Fulvius Flaccus, Fulvius Nobilior*, Ætolorum victor, & alii.

¶ Fulvia, *æ*, fœminarum nomen, e quibus præcipue famoſa eſt M. Antonii uxor, pars civilium bellorum. vid. Flor. 4, 5 de bello Perufino, & Vellej. 2, 74, 3.

¶ Fulviniaſter, Fulvium imitans. Cic. Att. 12, 44 de Philotimo: *Solet omnino eſſe Fulviniaſter*.

¶ Fulvianus, *a, um*, adj. ut, *Fulviana ſtola*, Val. Max. 3, 5, 2.

¶ Fuviana, *æ*, f. herba ita dicta, Plin. 26, 8.

Fumare, fumarium, fumigare, &c. vide mox in *Fumus*.

FŪMVS, *i*, m. καπνός, rauch. *Fumus ex lucerna, ex tugurio*, Curt. 8, 4, 9. Id. 6, 6, 30 *Fumus ingens, velut quadam nube diſcutiente caſtra*. Proverbii inſtar: *Flamma fumo proxima eſt*. vide *Flamma*. *Fumum vitans in ignem incidi*, ich will dem rauch entlauffen, und falle in das waſſer. vid. Adag. De uſu hujus vocabuli in plurali vid. Gell. 19, 8. Sic *fumos vendere*, Martial. 4 epigr. 5 eſt vana ſpe & promiſſionibus homines lactare. Germani dicunt, wind machen. Quo ſenſu Horat. Carm. 3, 29 *omitte mirari beatæ fumum & opes ſtrepitumque Romæ*. Fuit edictum Alexandri Imperatoris: *Fumo puniatur, qui fumos vendidit*, cum impoſtorem ejusmodi fumo juſſiſſet exſtingui. vid. Lamprid. ejus vita c. 36. Id. Lamprid. Heliogab. c. 10 *Idem Zoticus, qui hoc familiaritatis nomine abutens, omnia Heliogabali dicta & facta vendaret fumis, &c.* Capitolin. in Antonino Pio c. 11 *Amicis ſuis in imperio ſuo non aliter uſus eſt, quam privatus. Quin & ipſi nunquam dicere cum liberis per fumum aliquid vendiderunt*: Vt *Fumis & per fumum vendere*, eſt, per vanitatem vendere: cum quis, acceptis muneribus, pollicetur alicui a Principe liberaliter, quæ aut præſtare non poſſit, aut non velit. *Fumos* enim & *Ventos* opponuntur. Ita Lampridius ſupra laudato loco Zoticum ſcribit, *aliis vinatum, aliis pollicitum, omnes ſic deſtituſſe*. B. Augustin. Serm. 22 de verbis Apoſtoli: *Non vobis fumos vendunt, qui dicunt ſancti ſumus, non portamus ſarcinas veſtras, ideo vobis non communicavimus*. Apul. Apol. *Sed ut ne impunitam Craſſi fores, quod Arabicum bellum per fumum vendidit*, i. e. impoſuit, illuſit, decepit. Omen ſe dignum paraſitus apud Diphilum captat e fumo: bonum quidem, ſi vehemens ſit, & recta feratur; ſin remiſſus & obliquus, ſervum ¶ 2. *Fumus* nonnunquam pro igne dicitur. Cic. ad Q. Fratr. 1, 2 *Illum crucem ſibi ipſum conſtituere, ex qua tu eam ante detraxiſſes: te curaturum fumo ut combureretur plaudente tota provincia*. conf. Liv. 4, 27 aliaque veterum loca ap. Menck. Obſ. L. L.

¶ Fūmārium, *i*, n. eine rauch-kammer; locus, ubi vina fumo medicabantur, aut aliæ res ſiccabantur. Martial. 1 epigr. 56 *Maſſica quidquid fumaria cogunt*, id eſt, vinum Maſſilienſe. Colum. 1, 6 *Fumariam quoque, quo materia, ſi non ſit jampridem cæſa, fulminato ſiccetur, in parte ruſticæ villæ fieri poteſt paullum ſimilis balneis*.

¶ Fumariōlum, *i*, n. dimin. ein rauch-loch. Tertull. de Pœnitent. c. ult. *Theſaurum ignis æterni æſtimamus, cum fumariola quædam ejus tales flammarum ictus ſuſpirent, ut provincias urbes aut jam nullæ exſtent, aut idem ſibi de die ſperent*. Ignivomos montes eorumque crateras intelligit.

¶ Fūmāria, *æ*, f. herba, fumus terræ, fumi inſtar lacrymas proliciens, erdrauch, Plin. 25, 13. Tabernæm. p. 85 vocat, tauben-kropf.

¶ Fūmeus, *a, um*, rauchericht, voll rauchs; ut, *Fumea tædis Lumina*, Virg. Æn. 6, 593. *Fumeus flatus*, Macrob. 7 Sat. 10. *Acheron exudat fumeus*, Val Flacc. 4, 595. Et Prudent. præfat. 1 in Symmach. v. 25 *Intepuit fomite fumeo*.

¶ Fūmĭcus, *a, um*, idem. Sidon. 1 epiſt. 11 *Fumicæ culinæ*.

¶ Fūmĭdus, *a, um* rauchend: ut, *Fumida tæda*, Virg. 9 Æn. v. 75; & *Fumida altaria*, Ovid. 12 Met. v. 258.

¶ Fūmōſus, *a, um*, voll rauchs; ut, *Tecta fumoſa*, Virg. 2 Georg. v. 242 raucht. Horat. 2 ſat. 2, 117 *Olim fumoſi cum pede pervia cœnæ* räuchert. *Fumoſæ imagines*, id eſt, antiquum genus, Cic. in Piſon c. 1. Sic & Seneca ep. 44 *Atrium plenum fumoſis imaginibus*, i. e. de generis antiqua claritate.

¶ Fūmo, *are*, fumum emittere, rauchen. Virg. ecl. 1, 44 *Bis ſenos cui noſtra dies altaria fumant*. Conf. Æn. 2, 693. Et Ovid. Met. 2, 242 *Mediis Tanais fumavit in undis*. Cic. Or. de Haruſp. reſp. 21 *Vt vos iisdem ignibus circumſepti, me primum victum pro vobis, & fumantem videretis* conf. pro P. Sext. c. 68. Liv. 3, 68 *Illite --- fumare incenſa paſſim tecta*. ¶ 2. *Fumare* & *ſpumare* ſæpe miſcent librarii. v. Drakenb. ad Sil. 2, 163. Tale quid evehiſſe forte dixeris verſibus Macri ap. Iſidor. 12, 4, qui in edit. 1489 ita leguntur, *Seu terga exſpirant ſpumantia virus, Seu terra fumat tetro qua labitur anguis*. Gothofredi editio *Seu terram fumat*. Quid ſi verſu priore *terga fumantia* dicit Macer, & altero: *Terra ſpumat?* Quin etiam apud Lucan. 9, 711 *Tractuque via fumante chelydri, malim ſpumante*. Iſid. l. c. *Serpentium uda ſunt corpora, adeo ut quacunque eunt, viam humore deſignent*.

¶ Fumans, *tis*. Ovid. Met. 14, 86 *Terræque calenti ſulfure fumantes*. Virg. Æn. 10, 45 *Fumantia Troje excidia*. Sic, *hquim fumantia colla*, Id. Georg. 2, 532. Et *fumans ſub vomere Taurus*, ibid. 3, 515. Prov. *Fumantem noſtrum ori ne tentaveris*, Martial. 6 Epigr. 64

¶ Fumātio, *onis*, f. Auguſtinus.

¶ Fumātor, *ōris*, m. qui fumat. Sidonius.

¶ Fumigo, *are*, fuffire, quasi *Fumum agere*, räuchern. Varro de Re ruſt. 3, 16 *Mellarius inſpicere debet, fumigans leviter, apes*. Adde Colum. 8, 5. & L. 44 ff de Injuriis &c.

¶ Fumigātus, *a, um*, beräuchert. Apul Apol p. 312 *Parietes fumigati*.

¶ Fumigatio, *onis*, f idem ac *fumatio* apud Auguſtinum.

¶ Fumigator, *oris*, m. apud Hieronymum

¶ Fumigabundus, *a, um*, rauchend. Interpres Vulgatus Sapientiæ c. 10, 7 de Pentapoli Iordanis: *Quibus in teſtimonium nequitiæ fumigabunda conſtat deſerta terra* Gr καπνιζομένη.

¶ Fūmigium, *i*, n. rauch, rauchwerck. Th. Priſcian. 3 c. 5 *Fumigia vaporatis partibus ſupponere.*

¶ Fūmifer, *a*, *um*, rauchend; ut, *Nox fumifera*, Virg. 8 Æn. v. 255. *Fumiferi ignes*, Id. 9, 522.

¶ Fūmifico, *are*, rauch machen. Plaut. Mil. Glor. 2, 5 pr. *Dianæ Arabico fumificare odore.*

¶ Fumificus, *a*, *um*, rauchend. Rutil. it. 1, 252 *Lymphaque fumifico ſulfure tincta calet.* Ovid. 7 Met. v. 114 *Fumificis mugitibus.* Prudent. Periſt. 3, 118 *Membra facibus data fumificis.* Et Sidon. 8 ep. 11 in carmine innexo v. 43 *Et claudens geminas ſubinde nares, Propter fumificas gemam culinas.*

Compoſita:

¶ Confūmo, *are*, apud Firmicum.

¶ Diffumīgo, *are*, beräuchern. Oct. Horat. lib. 4 *Diffumigatur mulier de ſtorace.*

¶ Effumo, *are*, rauchen. Sever. de Ætna v. 498 *Vt quæque vigeſcit Effumat moles.*

¶ Effūmīgo, *are*, fumo pellere. Hinc

¶ Effumigātus, *a*, *um*, mit rauch vertrieben. Tertull. ad Martyr. c. 1 *Fugiat conſpectum veſtrum tanquam coluber excantatus aut effumigatus.*

¶ Infumo, *are*, ſuffire & ad fumum ſiccare, räuchern, beräuchern. Apul. Met. lib. 1 *Deos infumare.*

¶ Infumatus, *a*, *um*, geräuchert; ut, *Ceraſa infumata*, Plin. 28, 9 *Infumata billa*, apud Plautum.

¶ Infumībŭlum, *i*, n. Ita nonnulli legunt apud Plinium 24, 15. Sed Hard *infunibulum*, & obſervat quosdam MSS. habere *infundibulum.* Agitur autem de inſtrumento fumo excipiendo, ubi *infundibili* omnino uſus eſſe poteſt.

¶ Pſeudofumaria, *æ*, f. ſive fumaria minima, hollwurtz, in Officin.

¶ Semifumans, *tis*, halb-rauchend. Sidon. 1 epiſt. 7 *Qui adhuc in eo ſemifumantem præfecturæ nuper extortæ dignitatem venerabatur.*

¶ Suffūmīgo, *āre*, berauchen; ut, *Suffumigare ſulphure*, Celſ. 6, 6.

¶ Suffumo, vel Subfumo, *are*, idem. Gloſſ. gr. lat. *ὑποκαπνίζω ſubfumo.*

¶ Transfūmo, *are*, durchrauchen. Statius Theb. 6, 399 *Clauſtraque compreſſæ tranſfumat anhelitus iræ.* Conf. Sidon. Carm. 23.

Funalis, funambulus, funarius, vide in *Funis*, Functio, *Fungor.*

FVNDA, *æ*, f. σφενδόνη, eine ſchleuder. Liv. 36, 38 *Fundis, velut nimbum, glandes ingerebant.* Ter. Eun. 4, 7, 16 *Fundam tibi nunc nimis vellem dari, Vt tu illos procul hinc ex occulto cæderes.* ¶ 2. Eſt & *funda* retis genus. Virg. 1 Georg. v. 141 *Atque alius latum funda jam verberat amnem*, ein waten, netz, zugarn, ein ſimmer. ¶ 3. Et *funda*, facculus vel marſupium, ein langer beutel. v. Cujac. Obſerv. 10, 26.

¶ Fundalis, *e*, ad fundam pertinens, von der ſchleuder. Prudent. Pſychom. v. 294 de Davide adverſus Goliathum: *Dextera fundali torſit ſtridore lapillum.*

¶ Fundĭto, *are*, fundis petere, ſchleudern. Plaut. Pœn. 2, 35 *In fundas viſci indebant grandiculos globos; eo illos volantes juſſi funditari.* Et Ammian. 24, 14 *Funditare ſpicula.*

¶ Funditor, *ōris*, m. qui funda dimicat, ein ſchleuderer. Cæſ. B. Gall. 2, 7 *Funditores Baleares ſubſidio oppidanis mittit.* Salluſt. Iug. c. 95 *Hoſtem ſagittariis & funditoribus eminus terrere.* Conf. Liv. 36, 18; & 38, 29.

¶ Fundibălus, *i*, m. & Fundibalum, *i*, n. baliſta, ſive machina magni ponderis lapides jaculans, eine groſſe ſchleuder. Iſidorus Orig. 18, 10 *Baliſta & fundibalus* (dicitur) *quaſi fundens & emittens.* Rectius a *funda* ducitur. Vnde Vulg. Interpres 1 Macc. 6 extr. inter machinas militares σφενδόνας vertit *fundibala.* Adde Lipſii Poliorc. lib. 3 dialog. 3.

¶ Fundibălātor, *ōris*, m. apud Veget. 3, 14 idem eſt qui funditor, ſi ſalva lectio. Nam aliter MSS. libri. Vide Stewechio notata.

Fundamen, fundamentum, fundare, quære in *Fundus.*

FVNDI, *orum*, m. pl. oppidum Italiæ ad viam Appiam, de quo Horat. Sat. 1, 5, 34: & Sil. 8, 530.

¶ Fundānus, *a*, *um*, adject. ut, *Fundana vina* inter generoſa, Plin. 14, 6; Martial. 13 epigr. 115. Sic, *Lacus Fundanus*, Plin. 3, 5; cujus mentio apud Tac. 3, 69, 3. Et, *Fundani montes*, ibid. An 4, 59, 2. ¶ 2. *Fundanus*, ſubſt. amicus, ad quem ſcripſit Horatius ſat. 2, 8.

FVNDO, *fūdi*, *fūſum*, *fundĕre*, proprie ſignificat, diſpergere, diffundere, emittere, gieſſen, vergieſſen. Proprie de aqua aut liquidis: ut, *Vina funduntur*, Propert. 4, 6, 73. Et Plin. 4, 10 *Funditur in ſeptem lacus Strymon, priusquam dirigat curſum.* Id. 5, 15 *Iordanis in lacum ſe fundit.* Etiam de origine fluviorum. Id. 6, 9 *Armenia utrumque fundit*, h. e. Euphratem & Tigrim. ¶ 2. Frequenter etiam de aliis quibuscunque rebus. Sic, *Terra fundit flores*, Virg. ecl. 4, 20: *fruges*, Cic. de Senect. c. 15, hoc eſt, abundanter profert, ſie bringt es reichlich. Cic. de Sen. 15 *Ne vitis ſilveſcat ſarmentis & in omnes partes ramis fundatur.* Etiam de partu animantium adhiberi obſervat Elmenh. ad Arnob. p. 12. Ita & *Effundere.* De *oratore* Cicero dicit, eum *latius ſe fundere*, de orat. c. 36. conf. Menckenii Obſ. L. L. *Fundere lacrymas*, weinen, Virg. 3 Æn. v. 348. Item Curt. 3, 11, 5 *Multum ſanguinis fuſum eſt*, ſcil. in prœlio. *Fundere ſanguinem*, idem eſſe atque occidere, apparet ex Senecæ Medea 2, 134. vid. Borrich. Vind. p. 211 ſeqq. Sic & *Fundere verba*, reden, Ter. Adelph. 5, 1, 7. *Fundere mera mendacia*, lügen, Plaut. Pſeud. 4, 1, 33. *Fundere verſus ex tempore*, Cic. de Orat. 3, 50. Noſtri, aus dem ermel ſchütteln. ¶ 3. Proſligare, proſternere, erlegen, ſchlagen. *Fundere exercitum, copias*, paſſim apud hiſtoricos, nec raro apud Ciceronem, ut pro Muræna c. 9 *Magnas copias hoſtium fundit.* Sic accipitur etiam apud Virgil. 2 Æn. 420 *Si quos obſcura nocte per urbem Eudimus infeſtis totaque agitavimus urbe.* ¶ 4. *Fundere* & Medicorum verbum eſt pro fluere facio, den leib öffnen. vide *Comprimo.* Sic, quia metalla igne liquefacta funduntur, *Fundere* etiam dicuntur artifices aliquem, cum effigiem alicujus arte fuſoria exprimunt: unde metalla dicimus *fuſa*, h. e. liquefacta.

¶ Fūſus, *a*, *um*, gegoſſen, vergoſſen, ausgeſchüttet. Cic. de Orat. 2, 77 *Sicuti ſanguis in corporibus, ſic illæ res in orationibus fuſæ eſſe debebunt.* Salluſt. Fragm. ex lib. 3 Hiſt. c. 18 *Ob remp. fuſo ſanguine.* conf. Liv. 7, 30. Sed Cic. pro Sext. c. 42 *Homines fuſi per agros ac diſperſi vagantur*, zerſtreuet. Id Phil. 14, 1 *Hoſtium exercitum cæſum fuſumque cognovi*, geſchlagen. Cæſar Gall. 3, 6 *Omnibus hoſtium copiis fuſis.* Et Civil. 2, 22 *Crebris eruptionibus fuſi.* ¶ 2. Interdum idem eſt ac copioſus, weitläuftig, überflüſſig. Gell 2, 26 *Græca lingua prolixior fuſiorque, quam noſtra.* Ita Cic. de Orat. 2, 15 *Genus orationis fuſum atque tractum.* Ad facilem & leniter fluentem copiam pertinet. Apud Celſum 1, 3 *Fuſa alvus* eſt profluxu laborans.

¶ Fuſus, *i*, m. ſubſt. inſtrumentum muliebre, quod fila fundit, hoc eſt, deducit, eine ſpindel, ſpille. Plin. 9, 8 *Lanificia in fila tenuantur, junceo fuſo.* Ovid. 6 Met. v. 22. *Teretem verſabat pollice fuſum.* Idem Prudentio Romani paſſ. v. 239 eſt *Fuſos rotare*, conf. Tibull. 2, 1, 64; & Virg. Georg. 4, 348. At *Colus*, der rocken. ¶ 2. Alia notione, pro fuſione nim. Varr. de LL. 4 p. 31 *Fons, unde funditur e terra aqua viva, ut fiſtula aquæ, fuſus aquæ.*

¶ Fūſe, fuſius, adv. copioſe, häufig. *Fuſe lateque dicere*, Cic. in Orat. c. 32. Id. N. Deor. 2, 7 *Hæc cum uberius diſputantur & fuſius.*

¶ Fuſĭlis, *e*, quod fuſum eſt, gegoſſen, geſchmolzen; ut, *Aurum fuſile*, Ovid. Met. 11 v. 126. *Sal fuſilis*, Colum. 6, 33. Sed leg. *Foſſilis.*

¶ Fuſio, *onis*, f. χύσις, der guß, das gieſſen. Cic. Nat. D. 1, 15 *Chryſippus mundum Deum dicit eſſe, & ejus animi fuſionem univerſam.* Et Vitruv. 9, 7 de Sideribus: *Arieti & Piſcibus Cetus eſt ſubjectus, a cujus criſta ordinate utrisque Piſcibus diſpoſita eſt tenuis fuſio ſtellarum.* ¶ 2. *Fuſio* eſt penſio, tributum, zinſung, abtrag der gefälle. Vlpian. lib. 27 § 3 ff. de uſufr. *Solent & poſſeſſores fiſco fuſiones præſtare.* Quidam tamen *functiones* legunt.

¶ Fūsūra, *æ*, f. idem quod fuſio. Plin. 33, 6 *Plumbi fuſura.* Vulg. Interpr. 3 Reg. c. 7, 37 *Fuſura una omnibus illis.*

¶ Fuſor, *ōris*, m. qui fundit: ut, *Fuſor æramentarius*, ein rothgieſſer, rothſchmied. Pallad. 1, 17 *Relicto fuſoris loco.*

¶ Fusōrius, *a*, *um*; ut, *Ars fuſoria*, die ſchmeltz-kunſt. *Vas fuſorium*, ein ſchmeltz-tiegel. Vulg. Interpr. Exod. c. 32, 4 *Formavit opere fuſorio.* Hinc

¶ Fuſorium, *i*, n. ſubſt. die goſſe, gießrinne. Pallad. 1, 37 *Coquinæ fuſoria.* Id. 1, 42 *Fuſoria balnearum.*

¶ Fundĭto, *are*, frequent. vergieſſen. *Funditare verba*, viel worte machen, Plaut. Amph. 4, 2, 13. *Rem funditare*, verſchwenden, Idem Merc. prolog. v. 58 ex lectione Aldina. conf. Aſin. 5, 2, 52. Nonnulli ad *Fundam* referunt. vide ſupra, & Turnebi Adverſ. 15, 7.

Compoſita:

¶ Affundo, *fūdi*, *fūſum*, *ĕre*, adſpergere, zugieſſen, aufgieſſen. Plin. 16, 44 *Vinum illi affundere.*

¶ Affuſus, *a*, *um*, aufgegoſſen. Plin. 12, 21 extr. *Affuſa eis paullatim aqua calida.* ¶ 2. Eleganter de fluviis dicitur, urbes alluentibus. Plin. 15, 19 *Mæander plurimis affuſus oppidis.* Ovid. Met. 8, 539 *Affuſæque jacent tumulo*, i. e. proſtratæ ad tumulum.

¶ Affuſio, *onis*, f. die aufgieſſung, dranſchüttung. Palladius Febr. c. 28 *Antidoti affuſione radices infundunt.*

¶ Circumfundo, *ĕre*, quod eſt circumcirca adſpergere, ringsum beſtreuen, anfeuchten, umgeben. Cic. Nat. D. 2, 6 *Circumfundit terram aër*, hoc eſt, ambit. Idem Cic. *Circumfundi copiis*, i. e. militibus, pro Milone c. 26. *Corona circumfundi*, Silius 7, 308, id eſt, hominum frequentia. *Circumfundere aliquem cera, melle*, Nepos 17, 8, 7. De more ipſo vide Kirchmann. de Funeribus 1, 8.

¶ Circumfūſus, *a*, *um*, umfloſſen. Cic. c. 6 Somn. Scip. *Terra circumfuſa illo mari eſt, quod Oceanum appellatis.* Quintil. 12, 2 *Circumfuſus nobis ſpiritus*, i. e. aër, die luft die um uns iſt. Nepos 12, 4, 2 *Circumfuſus hoſtium concurſu*, umringet. Vellej. 2, 46, 3 *Circumfuſæ immanes copiæ equitum.*

¶ Circumfuſio, *onis*, f. die umflieſſung. Oroſius 1, 2 *Circumfuſio Oceani.* Occurrit etiam apud Firmicum.

¶ Confundo, *ĕre*, commiſcere, zuſammen gieſſen, mit einander vermengen. Proprie de liquoribus. Cic. pro A. Clu. 62 *Venenum in poculo ita confuſum, ut ſeorni nullo modo poſſet. Confundere in unum corpus*, Liv. 34, 9. *Confundere vera falſis*, Cic. Acad. 4, 19. *Sacra confundere profanis*, Claudian. de 4 Conſ. Honorii v. 239; quod Horarius dixit 1 epiſt. 16, 34 *Miſcebis ſacra profanis*, das hundert ins tauſend mengen. *Prælia cum aliquo confundere.* ¶ 2. *Confundere aliquem*, eſt affectu turbare, & in mœrorem & luctum, ſeu terrorem ac metum, ſeu pudorem etiam dare. Plin. 3 ep. 20 *Veritus ſum, ne vos ſ. ſtis diebus confunderem, ſi in memoriam graviſſimi luctus reduxiſſem.* Liv. 35, 15 *Mœrore confundi*, ſich betrüben. vide mox plura de participio *Confuſus.* Laurentius Novarienſ. Homil. de Pœnitent. ut, *quid me corripis conſcientia? quid me confundis?* Sic alii etiam Patres quam frequentiſſime hoc verbo ita uſi ſunt, ut & Vetus Interpres Bibliorum.

¶ Confuſus, *a*, *um*, umgerührt, vermiſcht, verwirrt. Horat. 2 ſat. 4, 67 *Merum confuſum ſcitis herbis.* ¶ 2. De pertubatis quocunque affectu, adeoque etiam de erubeſcentibus & pudibundis dici, Andr. Borrich. in Vindic. p. 36 probat ex Ovid. Triſt. 1, 81, & Heroid. epiſt. 21, 111, atque ex Liv. 30, 15, & 35, 35 &c. ubi & *confuſa pudore* & *confuſus* abſolute, & *cogitatione rei confuſus* legitur. Petronius c. 105 *Nec manus ille fletu confuſus.* Sic, *Confuſos vultus*, Lucanus lib. 3 extr. triſtes & lacrymis ſqualidos vocat. Petron. rurſus c. 101 *Confuſus ille & conſilii egens.* Idem c. 136 *Confuſa & attonitus.* Et Suet. Cæſ. c. 7 *Confuſum ſomnio proximæ noctis conjectores ad ampliſſimam ſpem incitaverunt.* In quibus *confuſus* perterrefactus & trepidans eſt, beſtürtzt, erſtaunt, erſchrocken. Ita etiam ſumitur Ovid. Her. 19, 193. Sen. Octav. 702. Adde Drakenb. ad Sil.

Sil. 11, 101. Plinius procem. lib. 7 *Nulli pavor confusior*, intellige, quam homini. Tac. Ann. 4, 63, 4 *Confusior facies.* Suet. Aug. c. 44 *Spectandi confusissimum morem correxit Confessis & Confusis* a librariis permutantur. v. Burm. ad Suet. Cæs. 7 & Drakenb. ad Liv. 6, 6.

¶ Confuse, adv. untereinander, unordentlich; ut, *Loqui confuse*, Cic. Fin. 2, 9. Compar. Cic. Phil. 8 princ. *Confusius heſterno die eſt acta res.*

¶ Confuſim, quod idem ſit, ex Plinio profertur 18, 16 *Volumen fecit confuſim*, ubi alii *confuſum* legunt.

¶ Confuſio, *onis*, f. die vermiſchung. *Confuſio religionum*, Cic. Leg. 2, 10 *Perturbatio vitæ & magna confuſio*, Id. N. Deor. 1, 2, die verwirrung, irrung, und unordnung. ¶ 2. Item triſtitia, trepidatio, terror, pudor, beſtürzung, beſchämung. Plin. Paneg. Trajani c. 86 *Quam ego audio confuſionem tam fuiſſe, cum digredientem proſequeris!* Id. 1, 22 *Erit confuſioni meæ non mediocre ſolatium, ſi te nihil quereris.* Salpit. Sever. epiſt. 3 ad Baſilium: *Tam erat ſancta de ejus gloria exultatio, quam pia de morte confuſio.* Veller. 2, 124 *Quid tunc homines timuerint, quæ Senatus trepidatio, quæ populi confuſio, quis orbis metus, &c.* Tac. Hiſt. 3, 38, 6 *Cauſſam confuſionis quærenti* (imperatori,) *non ſe proprio metu, nec ſui animum, preces lacrymasque attuliſſe, &c.* Vbi *confuſio* ſollicitudo, trepidatio, &, ut ipſe mox loquitur, *metus* eſt. Id. Hiſt. 4, 40, 1 *Crebra oris confuſio, pro modeſtia accipiebatur.* (cum tamen iracundia erubeſceret).

¶ Confuſaneus, *a, um*, confuſus, vermenget, Gellius præfat. *Miſcellam & quaſi confuſaneam doctrinam conquiſiverant.*

¶ Confuſilis, *e*, idem apud Apulejum.

¶ Incontuſus, *a, um*, non confuſus. Seneca procem. Quæſt. Nat. 3 *Intrepidus inconfuſus que animus.*

¶ Inconfuſibilis, *e*, unfaßlich, unſtäglich; ut, *Operarius inconfuſibilis.* Vulg. Interpr. 2 Timoth. 2, 15. Græce ἀνεπαίσχυντος.

¶ Inconfuſibiliter, adv. ohne verwirrung. Claud. Mamert. de Statu an. 1, 15 *Inconfuſibiliter miſceri.*

¶ Defundo, *ĕre*, deorſum fundere, vel effundere, ausſchütten. Petronius c. 5 *Sic flumine largo Plenus Pierio defundes pectore verba.* Et Horat. 2 ſat. 2, 58 *Ac niſi mutatum parcit defundere vinum.* Adde Cat. R. R. c. 156; Vitruv. 7, 8; Celſ. 6, 6; Colum. 9, 16; 12, 16 & 47; Pallad 1, 18. Præterea adde in *Diffundo* mox dicenda, & Parei Lex. Crit. p. 325.

¶ Defuſus, *a, um*, ausgegoſſen. Val. Max. 2, 6, 8 *Defuſa Mercurio deliramenta.* Et Horat. 4 od. 5, 33 *Te multa prece, te proſequitur merо Defuſo pateris.* Et Silius 5, 454 *Donec abundanter defuſo ſanguine, late Procubuit moriens.* conf. Vitruv. 7, 8; Colum. 2, 11; & 9, 16.

¶ Diffundo, *ĕre*, ſpargere, austheilen; ut, *Anima in omnes corporis partes diffunditur*, Lucret. 3, 438. *Morbus diffunditur a capite.* Plin. 4 ep. 22 extr. Id. in Paneg. c. 56 *In immenſum diffunditur oratio*, die rede breitet ſich aus. Dicimus autem & *defundere vinum*, & *diffundere*: ſed cum diſcrimine aliquo. *Defundere* enim eſt de dolio in craterem, aut crатere in pateram, aut inde rurſus fundere, (ausgießen, einſchencken, ausgieſſen). *Diffundere* vero, eſt in amphoras & cados apothecarum ad allervandum fundere, ſeu condere, (abziehen); ut recte Turnebus obſervavit Adverſ. 1, 1. ¶ 2. *Diffundi* interdum eſt lætitia efferri, & quaſi effundi animo. Ovid. Met. 3, 318 *Forte locum nemorant dictaum nectare curas Sepoſuiſſe graves.* Idem 4, 764 *Poſtquam opulis thyadi, generoſi munere Bacchi Diffudere animos.* Et A. A. 1, 218 *Diffundatque animos omnibus iſta dies.* Cic. de Amicit. c. 13 *Bonis amici quo ſe diffundantur, & incommodis conſrahantur.* Add. Brouckh. ad Tib. 1, 2, 3. ¶ 3. *Diffundere* diſpergere ſignificat vel diſſipare in illo Ovid. Her. 8, 6 *Flendo diffundimus iram*, quod recte defendit Burmannus contra Heinſianum *defundimus*, & laudat Barth. ad Stat. Theb. 2, 213 & Brouckh. ad Tib. 1, 11, 3.

¶ Diffuſus, *a, um*, ergoſſen, ausgebreitet; ut, *Error longe lateque diffuſus*, Cic. Fin. 2, 34. *Ignota quondam omnibus, & diffuſa late videbantur.* Id. de Or. 1, 42. *Ius civile quod nunc diffuſum & diſſipatum eſt, in certa genera cogere.* Id. 2, 33. *Vinum diffuſum.* Id. Fin. c. 8, getaſelt, abgezogen. Lucan. 5, 378 *Non exigit agros Nobilis ignoto diffuſus conſule Bacchus.* Compar. Plin 7 ep. 17 *Corona diffuſior*, hoc eſt, cœtus numeroſior. Et in Paneg. Trajani c. 53 *Amplius ac diffuſius meritum.* Et Colum. 1, 4 *Diffuſiora conſpexi*, weitläufftig.

¶ Diffuſe, adv. weitläufftig. *Res diſperſe & diffuſe dictas in locum unum cogere*, Cic. de Invent. 1, 1. Comparative Cic. Tuſc. 3, 10 *Hæc ſic dicuntur a Stoicis concludunturque contortius; ſed latius aliquanto dicenda ſunt & diffuſius.* Avienus Periegeſi v. 269 *At latus hoc terræ diffuſius explicat agros.*

¶ Diffuſio, *onis*, f. die ergieſſung. Seneca de Vita Beat. c. 5 *Comitas & diffuſio animi.* Vbi Lipſius, διέχυσις, dilatatio, ad ſerenitatem valet. v. *Diffundo* n. 2.

¶ Diffuſor, *ōris*, m. qui diffundit; ut, *Diffuſor olearius*, id eſt, venditor olei. Inſcript. Gruteri p. 466 n. 7 REGVLIANO E. R. DIFFVS. OLEARIO EX BALTICA. Reinefius *diffuſori legebat.*

¶ Diffuſilis, *e*, das ſich ausbreitet. Lucret. 5, 468 *Levis ac diffuſilis æther.*

¶ Diffunditeo, *are*, ausbreiten, verſchwerren, verſchwenden. Plaut. Merc. 1, 1, 56 *Rationem poſſimam eſſe, ea amoris vi diffunditari, &c.* v. ibi Taubm.

¶ Diffunditans, *tis.* Ammian. 16, 23 pr. (Valeſ. c. 12) *Vbique ſeſe diffunditans.* Et 21, 3 *Sol ut aiunt phyſici) mens mundi noſtras mentes ex ſeſe velut ſcintillas diffunditans.*

¶ Effundo, *ĕre*, ausgieſſen, vergieſſen. Plin. 2, 1 de anne Ana: *In Atlanticum oceanum effunditur.* Et, *Lacrymas effundere*, Cic. pro Planc. c. 42. *Sanguinem pro republ.* Id. pro Milone c. 37. Et, *Effundere extremum ſpiritum*, Id. Phil. 14, 12, den geiſt aufgeben. *Iram in aliquem*, Liv. 39, 44 pr. *Furorem*, Cic. Fam. 12, 25, den zorn auslaſſen, den grimm ausſchütten. Et, *Effundere gratiam collectam*, i. e. perdere, Cic. fam. 2, 16, umſonſt wieder verſchütten, und verlieren. *Effundere odium*, i. e. deponere, Id. fam. 9, 4, den haß ablegen. *Effundere patrimonium inconſulte largiendo*, Cic. Off. 2, 15, verſchwenden. *Omnem effundere verecundiam*, Sen. epiſt. 7. *Effundant hoc iram*, Liv. 33, 6. *Sua dextra animam effundere*, i. e aliquem interficere, Virg. Æn. 1, 98. Id. 1 Georg. ſub fin. *Vt, quemcunque hinc ſeſe effudere quadrigæ, &c.* de curſu. Ita de multitudine hominum portis simul & celeriter exeunte, Liv. 38, 6 *Effundantur omnes portis ad eum ferendum.* Ita Apul. l. 7 p. 193. Hinc Ennenb. vid Drakenb ad Sil. 2, 151. Cic. de Har. Reſp. 16 *Sed quæro abeilo, qui omnes judices ſubinde e carcere in forum effudit.* Apud eundem paſſim effundere eſt eloqui quæcumque animo conpiciuntur, ut pro Flacco, ad Attic. 16 ep. 7. v. Mencken. Obſ. L. L. De partu adhuc Arnob. p. 20. Elmenh. De feminibus Quint. 1, 3 § 1. *Quæ ſumma ſolo ſparſa ſunt ſeminа, celeriter ſe effundunt*, gehen bald auf.

¶ Effuſus, *a, um*, ausgegoſſen, ausgeſchoſſen; ut, *Effuſus ventis imber*, Virg. Æn. 6, 312. *Lætitia effuſa*, Liv. 35, 43 extr. große freude. Cic. Att. 4, 9 *Pompejus parviſſime in me effuſus*, traurig wegen verlaufs liebreich. Sic, *Effuſus ridere*, Cruſtum. 3 Rupt. Prof. v. 212 *Effuſæ largitiones*, i. e. immodicæ, Nepos 25, 6, 2. *Effuſi honores*, Id. 1, 6, 2. *Effuſa civitas obviam*, Vell. 2, 45, 5. *Effuſus equo*, i. e. delapſus, Liv. 10, 11 pr. *Effuſa nuper corpora* pro infantibus recens natis, Prudent. Cathem. 12, 111. ¶ 2. *Effluvior, Effluſiſſimus* etiam dicitur. Liv. 3, 5 *Effluſior fuga.* Et 37, 20 *Effuſiſſimis habenis ſtationem hoſtium invadit.* Suet. Ner. c. 40 *Effluſiſſimo ſtudio.* Cæſarem *munificentia effluſiſſimum* Vellej. 2, 41 vocat, in quo loco vocis cum ſecundo caſu conſtructio notetur.

¶ Effuſe, adv. prodigaliter, allzu reichlich; ut, *Large effuſeque donare*, Cic. pro S. Roſc. c. 8 extr. *Animus exſultat effuſe*, Id. Tuſc. 4, 6. *Effuſe ſequi fugientes*, Liv. 35, 29. Compar. *Effuſius prædari ſunt*, Liv. 34, 16. *Effuſius dicere*, id eſt, redundanter & copioſe, Plin. 1 ep. 20. *Effuſius flere*, Curt. 9, 3, 3. *Effuſius me diligere*, Plin. in Paneg. c. 84.

¶ Effuſio, *onis*, f. die ausgieſſung, auslaſſung; ut, *Effuſio aquæ*, Cic. N. D. 2, 10. *Effuſio animi in lætitia*, Id. Tuſc. 4, 31. ¶ 2. Prodigalitas, die verſchwendung. *In hac vita quas effuſiones fieri putatis?* Cic. pro S. Roſc. c. 46. Sic Vopiſc. Florian. c. 1 *Effuſionem in eo frater frugi reprehendebat.* Sed ¶ 3. *Effuſiones hominum ex oppidis*, das herauslauffen, Id. in Pilon. c. 22.

¶ Effuſibilis, *e*, flieſſend, das ſich gieſſen läſſet. Vetus Interpr. Irenæi 1, 1 *Effuſibili* & fluida materia.

¶ Effuſorie, adv. Ammian. 31, 16 extr. *Exinde digreſſi ſunt effuſorie per arctas provincias*, über hals und kopf.

¶ Effuſorium, *i*, n. Gloſſ. gr. lat. ἐκχυτήριον, *effuſorium.*

¶ Ineffuſus, *a, um*, unausgebreitet. Apul. 2 Met. p. 244 *Ineffuſum laxa crinem.*

¶ Infundo, *ĕre*, proprie, eingieſſen, einſchencken, hineinſchütten. Hor. epod. 5, 77 *Majus parabo, majus infundam tibi Faſtidienti poculum.* Cic. Phil. 11, 6 *Hic nuper ſororis filio infudit venenum, non dedit.* Et Curt. 8, 9, 19 de India: *Gemmas margaritasque mare litoribus infundit.* ¶ 2. Deinde translate, *Orationem in aures alicujus infundere*, i. e. immittere, vel demittere, Cic. de Orat. 2, 87. *Vitioſi principes vitia infundunt in civitatem.* Id. de Leg. 3, 14, bringen. Flor. 3, 21, 6 *Gemmam agmen urbi infudit*, er iſt damit eingefallen. Atque ita Curtius 5, 6, 1 *Hinc illa immenſa agmina infuſa in Græciam.* Cum ſexto caſu & præpoſ. *in*, Cic. conjunxit de Nat. Deor. 1, 11.

¶ Infuſus, *a, um*, eingegoſſen, eingeſchenckt. *Mea factum eſt infuſa verecundia*, Cic. ad Qu. Fratr. 2, 10. Sed recte receperunt Gruterus & Gron. Victorii conjecturam, *infuſa.* Sic, *infuſus ſol*, ſcil. terris, Virg. Æn. 9, 461. *Mens infuſa per artus*, Id. 6, 26. *Infuſus populus*, i. e. immiſſus, Id. 5, 552.

¶ Infuſus, *ūs*, m. ſubſt. das eingieſſen. Plin. 24, 6 *Infuſu emendare ſonitum aurium.*

¶ Infuſio, *onis*, f. idem. Pallad. 3, 28 *Infuſione theriacæ* Plin. 20, 21 pro clyſtere uſus eſt. v. Harduin. p. 81.

¶ Infuſor, *ōris*, m. qui infundit. Prudent. Cathem. 4, 11 *Infuſor fidei.*

¶ Infundibulum, *i*, n vas, quo in vaſa liquores infundantur, ein trichter. Cato 10 & 11, apud quem tamen Victorius ex MSS. ſcribit *infibula*, Comel. & Pojma *infadibula.* Colum. 3, 12. *Bibere infundibulo appoſito*, Vopiſci Aurel. c. ult. ¶ 2. Item, per quod in molam frumentum decurrit, der kaſten über dem mühlſtein, Vitruv. 10, 10.

¶ Superinfundo, *ĕre*, drauf gieſſen. Celſus 8, 4 ſub fin. & Apic. 8, 7.

¶ Superinfuſus, *a, um*, drübergegoſſen. Celſ. 3, 20; & 5, 25.

¶ Interfundo, *ĕre*, dazwiſchen gieſſen. Avienus Periegeſi v. 255 *Sic vaſti moles pelagi interfunditur oras.* Ibid. v. 1160 *Dividit, & tentis procul interfunditur undis.*

¶ Interfuſus, *a, um*, darzwiſchen lauffend. *Mare interfuſum*, Plin. Paneg. c. 16. Et Virg. Æn. 4, 654 *Maculisque trementes Interfuſa genas.*

¶ Interfuſio, *onis*, f. Lactant. 7, 3, 25 *Maris opulenta & copioſa interfuſio*, h. e. mare interfuſum.

¶ Offundo, *ĕre*, entgegen gieſſen. *Craſſus acer nubis offunditur*, Cic. Acad. 4, 25. Et, *Nubem rerum offundere*, Id. N. Deor. 1, 3. verdunckeln. *Caliginem oculis offundere*, verblenden Liv. 26, 45. *Offundere tenebris rempublicam*, Valer. Max. 2, 8, 2. Liv. 10, 5 *Offundere pavorem*, ſchrecken. Sen. epiſt 11 *Offenditur illi fabitus rubor*, erwird jählings roth. Cic. in Vatin. c. 14 *Ignis oculis offuſus.* Idem huic verbo eadem quartum adjunxit, pro M. Marcel. 4 *Omnium Marcellorum meum pectus memoria offudit.* ¶ 2. Sæpe *effundere* ſcripterunt librarii pro *offundere.* vid. Nic. Heinſ. ad Sil. 2, 131 & Drakenb. ad eund. 10, 366.

¶ Offuſus, *a, um*, überſchüttet; ut, *Pavore offuſus*, Tac. Ann. 11, 31, 3. *Offuſa oculis animi quædam religiones*, Liv. 3, 4.

¶ Offuſio, *onis*, f. die überſchattung. Chrysologus ſerm. 84 *Vt marore ſenſibus excæcatis cæca notitia augeretur offuſio.*

¶ Perfundo, ĕre, conſpergere, beaieſſen, beſprengen. *Perfundi aqua ferventi*, Cic. Verr. 3, 26. *Perfundi gelida*, Horat. 2 ſat. 7, 91. Et, *Perfundere animum voluptate*, Cic. Tuſc. 4, 9, das herz luſtig machen. *Horror me perfundit*, Id. Att. 8, 6. Id pro Roſc. 29 *Iudicio perfundere* aliquem, einen proceß an den hals werffen.

¶ Perfuſus, *a, um*, beſprengt, beaoſſen, überſchüttet. Ovid. Met. 1, 157 *Perfuſa ſanguine terra immaduit*. Virg. Georg. 2, 147 *Greges perfuſi flamine*, gebadet, Id. Æn. 5, 112 *Oſtro perfuſæ veſtes*, purpurne kleider. Lucret. 4, 922 *Corpus perfuſum ſrigore leti*, ein todter leib. Cic. de Fin. 2, 34 *Senſus dulcedine omni quaſi perfuſi*, ergötzt. Sic, *Metu & timore perfuſus*, Liv. 2, 63, erſchreckt. *Perfuſus rubore*, beſchämt, Petron. c. 128.

¶ Perfuſe, adv. weitläufftig. Siſenna apud Non. 4, 11 *Perfuſe atque abunde ſemper uſi*.

¶ Perfuſio, ōnis, f. die beaieſſung, beneßung. Plin. 18, 7 *Italia hordeum ſine perfuſione toſtum molit*. Lactant. 4, 15 pr. *Vt gentes baptiſmo, id eſt, puriſici veris perfuſione ſalvaret*.

¶ Perfutor, ōris, qui perfundit. Gloſſ. gr. lat. περιχύτης, *perfuſor*.

¶ Perfuſōrius, *a, um*. *Voluptas perfuſoria*, Seneca epiſt. 23, id eſt, exterius adſpergens, non penetrans, ein äuſſerlich vergnügen. ¶ 2. *Perfuſoriæ aſſertiones* ſunt obſcuræ, non claræ & liquidæ, unverſtändlich. Suet. Domit. c. 8 *Recuperatores ne ſe perfuſoriis aſſertionibus accommodarent, monuit*.

¶ Perfuſorie, adv. L. 5 § 1 Dig. Quod vi aut clam: *Perfuſorie aut obſcure dicere*, i. e. vago & ambiguo ſermone. v. l. 96 § 5 D. de evictionibus.

¶ Imperfundies, *ei*, f. ἀλγεία, die unſauberkeit. Lucil. apud Nonium 2, 437 *Hic cruciatur fame, frigore, illuvie, imbalnitie, imperfundie*. Sic corrigente Scaligero Voſſius citat Etym. p. 61.

¶ Profundo, ĕre, vergieſſen, verſchütten. Cic. Att. 1, 18 *Omnes profudi vires animi atque ingenii mei*, ich habe all mein vermögen dran geſtreckt. *Profundere clamorem*, i. e. tollere, Id. pro Flac. 6. *Profundere res univerſas*, i. e. proferre, Id. Acad. Quæſt. 4, 27. *Profundere vocem*, Id. Tuſc. 2, 23. *Profundere animam*, Cic. pro Marc. c. 10. *Vitam pro patria*, Id. Phil. 14, 14. Et, *ſanguinem*, pro Cluent. c. 6. Sic Val. Max. 6, 3, 3 *Profundere ſpiritum in acie*, ſein leben dargeben. Ter. Adelph. 1, 2, 54 *Profundat, perdat, &c.* er mag verſchlemmen, umbringen. *Profundere patrimonia*, Cic. Catil. 2, 5.

¶ Profuſus, *a, um*, id eſt, modum excedens, verſchwenderiſch; ut, *Alicui appetens, ſui profuſus*, Salluſt. Catil. 5. *Nepos profuſus*, Cic. pro Quint. c. 12. *Populus Romanus non amat profuſas epulas*, Id. pro Muræn. c. 36. *Profuſa luxuries*, Cic. pro Cælio c. 18. *Profuſa convivia*, Suet. Tit. Veſp. c. 7. *Comeſſationes cum profuſiſſimo quoque extendebat*, ibidem. *Cauda profuſior*, Pallad. 4, 13, länger.

¶ Profuſe, adv. effuſe, häuſig, überflüßig. *Profuſe ad caſtra tendere*, Liv. 10, 36. *Profuſius quæſtui deditus*, Salluſt. Catil. c. extr. *Profuſiſſime celebrare feſtos dies*, Suet. Aug. c. 75.

¶ Profuſio, ōnis, f. die vergieſſung, reiche ausgieſſung. Celſus 2, 7 *Profuſio alvi*, der durchfall. Et Vitruv. præfat. lib. 10 *Infinitæ ſumtuum profuſiones*, verſchwendung. Tertull. de Pœnit. c. 8 pr. *Si non & alibi clementiæ ſuæ profuſionem demonſtraſſet*.

¶ Profutor, ōris, m. ein verſchwender. Tertull. adv. Marcion. 1, 24 *Diſpenſator, non profutor*.

¶ Refundo, ĕre, proprie eſt, quod ſparſum erat, reſtituere, wieder gieſſen, wieder erſtatten. Propert. 2, 26 *Vrna refundit aquas*. Plin. Paneg. c. 31 *Refudimus Nilo ſuas copias*, id eſt, reddidimus.

¶ Refūſus, *a, um*, ergoſſen, übergelauffen; ut, *Refuſo mari*, Plin. 36, 26 de acceſſu æſtus marini. At Virg. Æn. 7, 225 *Refuſo Oceano*, eſt refluo: vel potius longius diffuſo & remoto, uti Silius lib. 17, 63 ait: *Campos pariter vallesque refuſas*.

¶ Refuſe, adv. Colum. 4, 1 *In plano refuſius egeſta humus tumidior eſt, quam gradus juſi crudi*, h. e. laxius.

¶ Refuſio, *onis*, f. die ergieſſung. Macrob. Saturn. 1, 21 ſub fin. *Pluvialis copia eſt refuſio humoris ad ſuperna tracti*.

¶ Refutorius, *a, um*; ut, *Refutoriæ literæ*, h. e. gratiarum actoriæ, Sidon. 9 ep. 10.

¶ Suffundo, ĕre, daran oder darunter gieſſen. *Suffundere aquam frigidam*, Plaut. Caſ. 1, 1, 37. v. *Frigida*. Senec. de Clement. 2, 6 *Imbecilles oculos eſſe ſcias, qui ad alienam lippitudinem ſuffunduntur*, thränen, oder übergehen. Id. Benef. 2, 1 & epiſt. 11 poſt princ. *Suffundi rubore*, ſchamroth werden. Virg. Georg. 1, 430 de Luna: *Si virgineum ſuffuderit ore ruborem*. Adde Lucret. 3, 39; & 6, 476; Vitruv. 7, 12; Varr. R. R. 2, 8; Colum. 6, 38; Pallad. Ian. 21.

¶ Suffuſus, *a, um*, begoſſen, vermiſcht. Virg. Æn. 1, 232 *Lacrymis oculos ſuffuſa nitentes*, laeryma. Liv. 30, 15 pr. *Audienti rubor ſuffuſus*. Cic. fam. 1, 9 ſect. 64 *Animus Jeſſenſis malevolentia in cæteros, misgunſt*. Hinc & comparativus eſt: *Suffuſior & veſtitior ſexus*, Tert. de Anima c. 38.

¶ Suffuſio, *onis*, f. die ergieſſung, zuſieſſung; ut, *S. ſuffuſio fellis*, wenn die galle übertrit, Plin. 22, 23. *Suffuſio vini*, Apic. 1, 1. *Colocynthidis ſ. ſuccus*, Pallad. 1, 35. ¶ 2. Et *Suffuſio* morbus oculorum, der ſtahr, Plin. 29, 6. Qui fit ex concreto humore, inter tunicas ante ipſam pupillam collecto, quo viſus usque adeo impeditur, ut diſcretas rerum ſpecies, & colores apprehendere non poſſit. Accuratiora hodie Medici. Hujus morbi curatio, quæ manu fit, Chirurgo *quatuor ſi dicitur*, den ſtahr ſtechen. Sen. epiſt. 85 *Oculos major & perfecta ſuffuſio excæcat, medica turbat*. Adde Celſ. 7, 7, 14, & 1 In. 28, 8; 34, 11; & 35, 15.

¶ Suffutorium, *i*, n. ein ſprengkrug. Vulg. Interpr. Zach. 4, 12 *Suffuſuria ex auro*.

¶ Superfundo, ĕre, drüber gieſſen. Colum. 12, 57 *Oleum ſuperfundito*. Translate Livius 5, 7 *Superfundenti ſe lætitiæ vix temperatum eſt*, es war überſchwengliche frölichkeit. Et Sen. de Tranquill. c. 8 extr. *Corpora quæ ſuperfunduntur*, ſcil. armis, i. e. vaſta, inhabilia. Pallad. 1, 40. *His ſuperfunduntur teſtacea pavimenta*.

¶ Superfuſus, *a, um*, ausgebreitet, überſchwemmet. Liv. 7, 3 *Circus Tiberi ſuperfuſo irrigatus*. Plin. 6, 13 *Gens ſuperfuſa montibus Caucaſiis*. conf. Colum. 2, 4; & 7, 5.

¶ Superfuſio, *onis*, f. die überſchwemmung. Ammian. 17, 15 *Aquarum cæleſtium ſuperfuſio*. Pallad. 1, 17 *Pavimenti ſuperfuſio*.

¶ Superinfundo, ĕre, drauf gieſſen. Celſus 8, 4 ſub fin. & Apicius 8, 7.

¶ Transfundo, ĕre, hinübergieſſen. Colum. 12, 12 *Cæleſtem aquam vaſis includunt, & ſub dio in ſole habent: deinde cum ſæpius eam in alia vaſa transfuderint, &c.* aus einem gefäß ins ander gieſſen, abziehen. Ita Celſ. præf. lib. 1 *Sanguis transfunditur in venas. Amorem ſuum in aliam transfundere*, ſeine liebe auf eine andere werffen, Cic. Phil. 2, 31. *Mores transfundere in aliquem*, Curt. 8, 8, 13. Cic. fam. 9, 14 med. *Libentius omnes meas laudes in te transfuderim, quam aliquam partem exhauſerim ex tuis*.

¶ Transfūſus, *a, um*, abgegoſſen; ut, *Turbida in vaſe transfuſa*, Plin. Et Celſ. præf. lib. 1 *Transfuſus in arterias ſanguis*.

¶ Transfuſio, *onis*, f. durchgieſſung, durchſeihung. Plin. 34, 18 *Separatur terrenum transfuſione*. Celſ. præf. lib. 1 *Vt vera ſit illa transfuſio* ſcil. ſanguinis. Translate Vlpian. l. 1 ff. de novat. & delegat. *Debiti in aliam obligationem transfuſio atque translatio*, die umſetzung.

FVNDVS, *i*, m. imum vel dolii, vel navis, vel fluminis, vel cujuscunque rei, quæ ſolo tenetur, der boden, der grund. *In fundo reſidere*, Cic. pro Balb. c. 8 *Largitio fundum non habet*, Id. Off 2, 15, id eſt, homines inſtar dolii pertuſi, nunquam implentur largitionibus. *Sera in fundo pœnitentia*, Senec. epiſt. 1, wenn auf die neige kommen iſt, ſo iſt ſparen zu ſpäte. Non audiendi ſunt Grammatici & Lexicographi recentiores, qui inter *Fundus* & *Fundum* diſtinguunt: ut *Fundus* de agro: *Fundum* de imo cujusque rei dicatur. Servius ad illud 2 Æn. *Ilicet ignis edax ſummis ad faſtigia vento Volvitur*, *Modo*, inquit, *de ſummitate proprie dixit: alibi de imo*: Forſitan & ſcrobibus quæ ſunt faſtigia quæras? *inde eſt*, Cælumque profundum, *Cujus poſco* (longe, procul) *fundus eſt*. *Cum de imo* fundus; *de ſummo* faſtigium *dicatur*. Latina lingua non niſi *Fundus* agnoſcit, *fundum* ignorat. Sane & Vetus Gloſſ. huc facit, ubi τὸ *Fundus* de agro pariter & ima rei cujusque parte exponitur. Ita enim ibi legimus: *Fundus*, χωρίον, ἀγρός, καὶ πυθμήν. ¶ 2. Pro auctore *fundum* poſuit Plaut. Trin. 5, 1 *Et rei fundus pater ſit potior*. Vide ibi Taubm. Feſtus Pompejus: *Fundus quoque dicitur populus eſſe rei, quam alienat, hoc eſt auctor*. Celebris eſt quoque Ciceronis formula *populus fundus, populus ſit fundus*, pro Balbo c. 8, de qua Sigonius de Iure Italiæ 1, 4 & Rigaltius libro ſingulari conſulatur. Inprimis Græv. ad h. l. qui docet, non dari *populum* aliquem *fundum*, ſed *populum fieri* vel *eſſe fundum*, cum ſua auctoritate aliquid comprobet. Eleganter imitatus eſt Gellius 19, 8 *Sed hæc ego*, inquit Fronto, *non ut hujus ſententiæ legisque fundus ſubſcriptorque fierem*. ¶ 3. Cæterum *fundus* poſſeſſio ruſtica, ſic dicta, quod quotannis plurima fundat, ut Varro interpretatur, ein liegend gut, grund und boden, haus und hof; vel quia fundamentum rerum omnium eſt, ut Servio videtur in 2 Georg. Sane, *fundum* & *fundamentum* conjunxit Gellius 17, 8 *Ejus cœnæ fundus & fundamentum omne eras aula una Ægyptiacæ lentis*. Vetus auctor de limitibus agrorum apud Rigaltium p. 299 FVNDVS *dictus, quod in eo fundatur, vel ſtabilitur patrimonium*; Fundus *autem & urbanum ædificium & ruſticum* intelligendum eſt. Verum in urbe locus purus & ſine ædificio *area*: in rure *ager* dicebatur; quod ſi ibi & ædificium eſſet, *fundus* appellabatur. Nam & ICti *fundum*, agrum cum villa & ædificio definiunt. vid. L. 211 D. de Verb. ſign. Vſurpatur generaliter de bonis immobilibus in L. XII Tabb. vide Roſini Antiqu. Rom. lib. 8 p. 802. ¶ 4. Videtur tamen & aliquando agrum ſine ædificio deſignare, ein acker, ſtück lands. Vetus auctor de limitibus apud Rigalt. p. 337 *Et Agrum collinitium* (ita legendum arbitror) *locum primum appellatum: deinde dictum* fundum. *Hi duo fundi jugera definiunt*. Apud Cic. de Orat. 1, 58 *Obire ſuos fundos & inviſere*. Sic in veteri Gloſſ *Fundus* & ἀγρὸς exponitur. *Alienum curare fundum*, proverbialis locutio, pro, alienum curare negotium, ſuo neglecto, ex Theognide ἄλλοτρίων ἀγρῶν ἀρῆν.

¶ Fundulus, *i*, m. diminut. Vitruv. 10, 13 *Ærei moduli cum fundulis ambulatilibus*. Loquitur de hydraulico organo, in quo fundulli per modioli cavitatem ſurſum deorſum poſſunt dimoveri, ideoque ambulatiles, ſcheiben, die man auf und nieder ſchieben kan. v. Lexic. Vitruvian. p. 52. ¶ 2. *Fundulus* a fundo inteſtinum, *quod non ut reliquæ partes, ſed ex una parte ſola apertum*, Varr. L. L. 4, 22. Eſt igitur, quod Medici vocant *cæcum*. ¶ 3. *Fundulus* piſcis ſic dictus, quia fundo adhæret, ein gründling, alias *gobius fluviatilis*. v. Ionſton. de Piſc. p. 139.

¶ Fundula, *æ*, f. apud Varronem de L. L. 4, 32 *Quod exitum non habet, ac pervium* non eſt iter, eine gaſſe, da man nicht hinaus kan, ſack. Hoc quidem diminutum videtur ex funda, ob ſimilitudinem.

¶ Funditus, adv. a fundo, ſicut *cælitus* a cælo, von grund aus, gantz und gar. Cic. 1 epiſt. 9 *Quem ego funditus perdidi*. Et Ter. Andr. 1, 5, 9 *Quod ſi ſit, perco funditus*, ſo iſts mit mir um alle *Amicitiam funditus evertere*, Cic. de Fin 2, 25. *Civitatem*, Idem pro Domo c. 14. Idem in Orat. c. 62 *Tollere funditus veritatem & fidem*: & poſt paullo c. 64 *Ne ſpondeus quidem funditus eſt repudiandus*. Sic Tac. Ann. 3, 6, 4 *Funditus amiſſæ nobiles familiæ*. Et Prudent. Paſſione Romanæ v. 49 *Funditus peſſim dare*: quod Lucret. 3, 84 *Evertere fundo*, & Virg. Æn. 10, 88 *Fundo vertere* dixit; *A fundamento*, Plaut. Rud. 2, 2, 55. *A fundamentis*, Nepos 20, 3, 3, mit ſtrumpf und ſtiel.

¶ Fundo,

¶ Fundo, *avi, atum, are*, ſtabilire, ſtarare, firme conſtituere, gründen. Cic. pro Balbo c. 13 *Illud maxime noſtrum fundavit imperium.* Virg. Æn. 6, 810 *Legiius urbem fundare.* Et 4 v. 260 *Tectaque fundans arces.* Conf. Bottrich. Cogit. p. 298. *Fundare recte* ſimiliter dixit Plin. Paneg. c. 70, auf feſten fuß ſtellen, in gute richtigkeit bringen. *Fundare tedamos* dicitur, qui uxorem ducit; ipſa vero deinde *partibus fundare familiam.* v. Drakenb. ad Sil. 2, 65.

¶ Fundirus, *a, um*, gegründet, feſtgeſtellt; ut, *Reſpub. prudare fundata.* Cic. Paradox. 1, 3. Et, *Virtus & fundatus Reip. ſtatus*, Id. Att. 1, 16. Elegantur quoque Horatius 1 epiſt. 15, 45 *Ut ſupere & ſolos ajo bene vivere, quorum Conſpicitur nitidis fundata pecunia villis.* Quintil. Declam. 9 *Fundata paternis avitisque opibus domus.* Superl. Cic. pro Dom. 36 *Solitas familiæ fundati ſime ruinæ. Fundatiſſima imperia*, Amnob. 3 p. 115. Et Auguſtin. epiſt. 28 *Catholica fundatiſſima fides.* Idem epiſt. 56 *Fundatiſſima eccleſia.* Compar Vitruv. 7, 3 *Quo fundatior erit ex arenato directura, eo firmior erit ad veteſtatem ſolidior ſcabrii.*

¶ Fundatio, *ōnis*, f. fundandi actus, die grundlegung, ſtiftung. Idem Vitruv. 5, 12 *In theatrorum & morum fundationibus*: Et 6, 11 idem *fundationes craſſiores* pro fundamentis dixit. Conf. 3, 3; & 5, 3.

¶ Fundator, *ōris*, m. qui fundat, ein ſtifter. *Franciſcus fundator ordinis*, Virg. Æn. 7, 678 *Hilaris fundator & eruditor converſationis monachorum*, Hieronym. in vita. *Fundator pacis, fumator quietis publicæ*, Inſcriptiones ex Iconio Conſtantinorum habent. v. Grut. p. 282 n. 6; & 283 n. 4. Etiam antiquiores, Severi tempore incitæ, p. 56 n. 5 & 7 FVNDATORI IMPERII ROM. Prudent. Cathem. 11 v. 27 *Rerum fundator ipſe & artifex de Deo.*

¶ Fundamen, *ĭnis*, n. idem quod *fundamentum*, ſed poëtarum fere proprium, der grund. Virg. Georg. 4, 161 *Prima faxis ponunt fundamina.* Ovid. Met. 5, 361 *Sicula fundamina terræ.* Manilius 1, 726 *In cuneos alti cogat fundamina cæli.* Prudent. Pſychomach. v. 826 *Metatura novum jacto fundamine templum.*

¶ Fundamentum, *i*, n. der grund, principium, quo nititur aliquid. Quintil. 1 procem. *Operum noſtrorum faſtigia ſpectantur, latent fundamenta. Pietas fundamentum eſt omnium virtutum*, Cic. pro Planco c. 12. *Juſtitiæ fundamentum eſt fides*, Id. Off. 1, 7. *Iacere fundamenta pacis*, Phil. 1, 1, den grund zum frieden legen. Pro Mil. c. 27 *Parietem ſic per veſtibulum ſororis inſtituit ducere, ſic agere fundamenta, ut* &c. Id. de Fin. 2, 22 *Fundamenta vos ſortitam in voluptate, tanquam in aqua ponitis.* Et in Piſon. c. 4 *Fundamenta poſitis conſolatus tui.* Non ergo eſt, quod *fundamenta ponere*, quia Germaniſmo conſonat, timidius uſurpemus, aut, ut minus latinum, fugiamus: quamquam alterum, *jacere fundamenta*, frequentius Ciceroni & aliis bonis auctoribus ſit. Idem ſententias de formula *locare fundamenta.* Plin. 36, 14 *Ne in lubrico atque inſtabili fundamenta tanta molis locarentur.* Et Virg. Æn. 1, 425 *Fundamenta locant alii*, &c. Sed *fundamentum convellere*, erſchüttern, Colum. 1, 4 extr. Et Nepos 20, 3, 3 *Arcem Syracuſis, quam muniverat Dionyſius ad urbem obſidendam, a fundamentis diejecit.* Item 23, 7, 7 *Domum a fundamentis diſjecerunt.* Sic, *a radicibus*, Phædrus 3 fab. 11, 49. Salluſtius: *abſtirpe illuſtres familias evertere*, de Ordin. Rep. Orat. 2 c. 11 dixit. Virg. Æn. 2, 610 *Eruta fundamenta quatit, totamque a ſedibus urbem Eruit.*

¶ Fundamentālis, *e*, id eſt, ſolidus, ſolido fundamento innixus, gründlich, non eſt probum. Aliquid tamen prædidii nanciſcitur ex ſequenti adverbio

¶ Fundamentaliter, von grund aus. Sidon. 3 epiſt. 8 extr. *Fundamentaliter eruere.*

Compoſita:

¶ Exfundo, *are*, a fundo evertere, von grund aus zerſtören. Nonius 2, 307. Hinc

¶ Exfundātus, *a, um*. Apud Nonium l. c. Cælius: *Exfundato pulcherrimo oppido.*

¶ Exfundatio, *onis*, f. ICt. in Cod.

Latifundium, vide *Latus, a, um.*

¶ Profundus, *a, um*, adj. tief, quod non de imo tantum, ſed & de ſummitate per κατάχρησιν dicitur. Quemadmodum Virg. ecl. 4, 51 *Cælum profundum* dixit proprie Cic. pro Planco c. 6 *Mare profundum & immenſum. Profunda montium & ſilvarum* Tacitus dixit Agric. 25, 2. Id. Tac. an. 2, 61, pr. *Profunda altitudo maris.* ¶ 2. Tralate *profundum* dicitur quidvis immenſum, & modum finemque velut haut habens, unmäßig, grund- und boden-los. Mithridates apud Salluſt. 4, 29 *Romanis cum nationibus, populis, regibus cunctis, una & ea vetus bellandi cauſſa eſt, cupido profunda imperii & divitiarum.* Id. Iugurtha c. 81 *Profunda avaritia*, i. e. inexplebilis, unerſättlich. Quemadmodum Suetonius & *gulam profundam* de Vitellio c. 7 & 13 dixit, ubi plura hujus formæ habet Caſaubonus. Compar. Solinus c. 26 *Numidici urſi villis profundioribus.* Superl. Cic. pro Sext. c. 43 *Divitias in profundiſſimam libidinum gurgitem profundere.* Mamertin. Paneg. Maximiani c. 14 *Profundiſſima pace florentes.* Tertull. 2 *Decorum profundiſſima cura*, id eſt, diligentiſſima.

¶ Profundē, adv. tief. Campan. Plin. 8, 42 de equis: *quo quis acrior, in bibendo profundius nares mergit.* Sic Prudent. in Vincentio v. 119 *Quod ſuca non profundius Imbuerat artus ingula.*

¶ Profundum, *i*, n. ſubſt. die tiefe, pro quo alii dicunt, *profunditas. Abjicere in profundum*, Cic. in Verr. 4, 11. *Profundum petei*, Val. Max. 9, 6, 2 extr. *Vaſto profundo*, Sil. 4, 246. Et, *Tuſci ſtagna profundi*, Idem 10, 591, id eſt, Traſimenus lacus. Idem de Græcia Magna 11, 22 pro ipſo mari: *Ionio laitus curvata profunde.* Et Auſon. Moſella v. 144 *Ditantiacum profundum.* ¶ 2. *Profundum* pro ventre, poſuit Plaut. Capt. 1, 2, 99; pro quo plenius dixit Curtius 10, 2, 26 *Profundo ventre circumferre*, verſchlemmt haben. ¶ 3. *Profundum* pro crumena etiam dictum Veteribus, notat Cujacius Obſervat. 10, 26.

¶ Profunditas, *atis*, f. idem quod *profundum*, de quo jam diximus, die tiefe. Macrobius ſæpe eo utus eſt, ut 1, 6 de Somn. Scip. *Corporum tres ſunt dimenſiones, longitudo, latitudo, profunditas.* Et Saturn. 7, 14 *Oculus videt cæli profunditatem.* Item Tertullian. de Anima c. 5 *In ipſis viſceribus terræ abſtruſa profunditas.* Adde Cuias poſt. Cellarii p. 153 & 227.

¶ Profundārus, *a, um*, tief gegründet. Plaut. Mil. 3, 3, 44 *Carina ſatis profundata & bene ſtatuta.* Ita e MMS. Taubm. p. 851, al. etiam Gron *Satis probe fundata.*

Subterfundo, *are*, drunter bauen. Lactant. 2, 8 *Cum fabricaretur cælum, terraque ſubterfundaretur.* Sed diviſim legendum videtur.

¶ Suffundārus, *a, um*, unterbauet. Varro apud Nonium 1, 236 *In domibus tabernitiis paululum modo lapidibus ſuffundatis habitabant.*

Funerare, funerarius, funeraticus, funeſtare, funeſtus, vide *Funus.*

Fungidus, fungīnus, *Fungus.*

FVNGOR, *fanctus ſum, fungi*, verwalten, verrichten. *Fungi ſuo officio*, Cic. pro Cælio c. 9. Id. Off. 2, 13 *Qui adipiſci veram gloriam velit, juſtitiæ fungatur officiis.* Et ibid. c. 17 *Conſule fanctus eſt ædilitio maximo munere.* Et mox: *ædilitate fanctus eſt.* Nepos 4, 3, 6 *Seniorum munere fungi*, knechts dienſte thun. Curt. 3, 12, 11 *Fungi ſupremo in aliquem officio*, den letzten ehren dienſt erweiſen. Ovid. Her. 8, 129 *Pro ſomno lacrumis oculi fungantur obortis.* ¶ 2. Plautus & Terentius cum accuſativo fere efferunt antique: ut, *Neque leni, neque liberalis fanctus eſt officium viri*, in Adelph. 3, 4, 18. Sed & ita Nepos 14, 1, 4 *Datames militare munus fungens.* Suet. Aug. c. 35 *Quo autem lecti prætoriique & religioſius & minore moleſtia munera ſenatoria fanirentur*, &c. Exempla plura cum quarto casu collegit Lambinus ad locum allegatum Nepotis. Adde Voſſium de Conſtruct. c. 22 & quæ nos ad *Defunctus.* ¶ 3. *Fungi vita*, idem quod *agere vitam*, leben, Val. 5, 5. Alias *fungi vitæ*, mori eſt, ſterben; pro quo & *diem fungi*, Juſtin. dixit 19, 1, 1, & Sulpicius Sev. Hiſt. S. 1, 7 extr. & alibi, de quo videas, quæ Io. Voſſius notavit in l. c. p. 24. Et, *Quieta morte fungi*, Vellej. 2, 44, 1.

¶ Functus, *a, um*. Nepos 2, 7, 3 *Functi ſummis honoribus.* Horat. 2 od. 18, 38 *Functus laboribus.* Pro mortuo Albinov. ad Lib. 393, ubi plura Senecæ & Statii Burm. Statius 2 Silv. 1, 209 *Omnia functa*, (i. e. defuncta, mortua) *aut moritura vides.* Alias *functi* ab eo, *quod fungantur honore & officio aliquo* dicti, Iſidor. 9, 4. Paſſ. Tert. adv. hæret. 29 *Tot ſacerdotia, tot miniſteria temperam functa.*

¶ Functio, *ōnis*, f. die verwaltung, verrichtung. Cic. Tuſc. 2, 15 *Labor eſt functio quædam vel animi vel corporis.* Id. in Verr. 1, 6 *Ut iis jucundior eſſet muneris illius functio.*

¶ Fungibilis, *e*. Apud ICtos *fungibiles res* ſunt, quarum una alterius vice fungi poteſt, cum conſiſtant in numero, pondere & menſura.

Compoſita:

¶ Confungor, *ctus ſum, gi*, ICt. in Dig.

¶ Defungor, *ctus ſum, gi*, beſchlieſſen, zum ende ausführen, vollbringen. Ter. prol. Eun. v. 25 *Defunctus jam ſum*, nun hab ichs überſtanden, nun bin ich durch. Et Adelph. 3, 4, al. 5, 62 *Vtinam hoc ſit modo defunctum*, i. e. finitum, wenn es nur damit aus, oder wenn nur dieſes der letzte verdruß wäre. Verbum *defungi*, quamquam deponens, imperſonaliter hic uſurpatur. Ter. Phorm. 5, 8, 32 *Defungi in hac re cupio.* Cic. pro Roſc. Am. c. 8 *Defunctum eſſe periculo*, die gefahr überſtanden haben.

¶ Defunctus, *a, um*, pro eo, qui laborem vel moleſtiam aliquam ſuperavit, der etwas vollbracht oder überſtanden hat. Liv. 4, 52 *Defuncta civitate plurimorum morbis, perpacis fanoribus*, i. e quæ evaſit morbos, vel ſuperavit. Sic, *fatalibus malis defunctus*, Suet. Ner. c. 40. Liv. 5, 11 *Exiſtimare, defunctos ſe eſſe, ſatisque pœnarum dediſſe.* Et, *Laboribus defunctus*, Horat. 3 od. 24, 15. Et, *Corpora vitā defuncta*, Virg. Æn. 6, 306, die ihr leben beſchloſſen. ¶ 2. Hinc abſolute *Defunctus*, mortuus, ein verſtorbener. Iſidor. 9, 4 *Defunctos mortuos dicimus, qui compleverunt vitæ officia. Nihil enim jam faciunt.* Plin. 9 epiſt. 9 *Miſerorum, non ſecus ac defunctorum, obliviſcuntur.* Tertull. de Teſt. animæ c. 4 *Cum alicujus defuncti recordaris, miſſam vocas.* Et mox: *Alias ſecure vocas defunctos.* Et Boëth. 3 Metr. 3 *Defunctumque leves non comitantur opes.* ¶ 3. Accuſativo junxit Tib. 3, 3, 9 *Tunc cum præmiſſe defunctus tempora vitæ.* v. *Fungor* n. 2. ¶ 4. Defunctus Plin. H. N. 2, 63 extr. ſubſtantive poni videtur, ut Græcorum ὁ νεκρός, pro cadavere, & ita accipit Budæus Ann. prior. p. m. 210, a extr. verba ſunt, *quam tandem portionem ejus defunctus obtineat.*

¶ Defunctus, *ūs*, m. fabſt. das abſterben. Tertull. adv. Valent. c. 26 *Defunctui ſubjacere.*

¶ Defunctio, *ōnis*, f. vollendung, vollziehung. Salvian. de Gub. Dei p. 18 *Quantum ad defunctionem corditi pertinet.* Vulg. Interpr. Sirac. c. 1, 11 *Dies defunctionis*, i. e. mortis.

¶ Defunctorius, *a, um*, perfunctorium, quod agitur ob id ſolum, ut defuncti videamur officio vel imperio, h. e. negligenter & frigide, nachläßig; ut, Petron. c. 132 *Apodixin defunctoriam reddere*, eſt, leve ſpecimen edere, ut vexatiſſimum locum expoſuit I. F. Gronovius lib. 4 obſervat. c. 13, qui omnino videndus eſt. Satyricus idem c. 136 *Nec ſatiatus defunctorio ictu.* Itaque, *ictus non erat defunctorius*, Germanice dicas, es war kein ſchlag vor die lange weile, kein ſpiegelfechten.

¶ Defunctorie, adv. idem quod leviter, obiter, obenhin. Seneca Controverſ. 31 extr. *Defunctorie cauſſam meam egiſſem?* Vlpian. L. 2 § 32 ad SC. Tertull. *Non ſolum autem quæ non petiit, coercetur, ſed & quæ defunctorie petiit*, i. e. tantum ita, ut defuncta videatur petendi officio.

¶ Perfungor, *ctus ſum, gi*, hinaus führen, das ſeine thun. Ter. Hec. 4, 2, 18 *Dum ætatis tempus tulit, perfuncta ſatis ſum, fortitas me jam tenet ſtudiorum iſtorum*, ich habe es nur genoſſen. Eodem ſenſu Sulpit. ad Cic. fam. 4, 5 *Filia omnibus bonis perfuncta eſt.* Et Cic. fam. 1, 8 *Cum & honoribus ampliſſimis, & laboribus maximis ſimus perfuncti*, ubi Man. *Perfunctus* tum de bonis tum de malis, *a functus* de malis tantum dicitur. Id. pro Marcell. c. 10 *Reſpub. perfuncta eſt hoc miſero fatalique bello*, hat den krieg überſtanden. Et abſolute idem pro Domo c. 17 *Equidem jam perfunctus ſum.*

¶ Perfunctus, *a, um*, idem quod *functus*. Tac. Ann. 12, 14, 7 *Brevi & inquieto imperio perfunctus*, nachdem er ein commando geführt. Lucret. 3, 982 *Quamtumen omnia te vitæ perfuncta ſequantur*, i. e. cum vitam peregerimus. Paſſive exſtat apud Cic. orat. pro P. Sext. 4 *Sed recito memoriam perfuncti periculi.*

¶ Per-

¶ Perfunctio, *tnis*, f. die verwaltung; ut, *Perfunctio honorum*, Cic. de Orat. 3, 2. *Laborum perfunctio, dolorum perpessio*, Id. de Fin. 1, 15 pr.

¶ Perfunctorius, *a, um*, hinläßig; ut, *Opera perfunctoria*, hoc est, non accurata iatis & sedula, arbeit, ſo man überhin thut. Bud. v. *Defunctorius*.

¶ Perfunctorie, adv. obenhin. L. 5 § 1 D. Quod vi aut clam. Sed plures ibi legunt *perfusorie*, quod supra in *Fundo* ex eadem lege dedimus. Dixit tamen Petronius c. 11 *Me cœpit non perfunctorie verberare*, nicht vor die lange weile oder zum ſpaß. Et Ambroſius princ. epiſt. 14 *Non perfunctorie motus videris*. Et Auguſtin. epiſt. 148 princ. *Si perfunctorie atque adulatorie res agatur*. vid. *Defunctorie*.

¶ Transfunctorius, *a, um*; ut, *Transfunctoria expugnatio*, Tertull. adv. Valent. c. 6. *Transfunctoria præcepta*, Id. adv. Marc. 1, 27.

FVNGVS, *i*, m. boletus, ein ſchwamm, erdſchwamm, pfifferling, bilß, morchel. Plin. 22, 25 *Fungorum lentior natura & numeroſa genera*. Horat. 2 ſat. 4, 20 *Pratenſibus optima fungis Natura eſt*, &c. Conf. Apic. 7, 13 Proverb. *Naſci ſubito, ut fungi*. ¶ 2. Plaut. Bacch. 4, 7, 23; & 5, 1, 2 *Fungum*, & *Fungum putidum*, hominem ſtolidum vocat, & inutilem. ¶ 3. *Fungi* etiam dicuntur exuſtæ ellychnii partes, quæ emungendæ veniunt, was man vom lichte puſet, lichtſchwuͤmmen. Virg. 1 Georg. v. 390 *Nec noctúrna quidem carpentes pensa puellæ Nescivere hiemem: teſta cum ardente viderent Scintillare oleum & putres concrescere fungos*, wenn das licht roſen brennet. Vide ibi Servium. Et Plin. 18, 35 *Ab his terreni ignes proxime ſignificant: pallidi namque murmurantesque tempeſtatum nuntii ſentiuntur: plaviæ etiam ii: lucernis fungi*. Græci etiam μυκητας vocant. ¶ 4. *Fungus* aliquando etiam morbum arborum notat. v. Plin. 17, 24.

¶ Fungulus, *i*, m. diminut. De *Spongiolis ſive fungulis*, Apic. 3, 20; & 5, 2.

¶ Fungidus, *a, um*, ſchwammicht. Gloſſ. gr. lat. σαμφὸς, *fungidus, fungoſus*.

¶ Fungínus, *a, um*, idem. *Fungino genere eſt, capite ſe totum tegit*, Plaut. Trin. 4, 2, 9, ſchwammi-art. Correpta penultima, uti cum Labbeo probat Borrichius Cogit. p. 313.

¶ Fungōſus, *a, um*, rarus, levis, ſchwammicht, locker, wie ein ſchwamm. Colum. 4, 29 *Fungoſa medulla*. Plin. 16, 36 *Arundo fungoſior*.

¶ Fungoſítas, *átis*, f. die ſchwammichkeit, eſt raritas & levitas, qualis in ſpongiis apparet. Plin. *Tota fungoſitas derasa*.

FVNIS, *is*, m. ein ſtrick, ſeil. *Funis canabinus*, Colum. 6, 2. *Funis ductarius*, Vitruv 10, 3 extr. ein zugſeil. *Trajecto in fune columba*, Virg. Æn. 5, 488. Raro fœmininum; ut, *Funis aurea*, Lucret. 2, 1153. Profert hunc verſum Nonius 3, 91. Conf. Macrob. in Somn. Scip. 1, 14; & Gell. 13, 19, & Turneb. Adverſ. 5, 25. Gronov. ad Liv. 37, 80.

¶ Funicŭlus, *i*, m. diminut. eine ſchnur. Plin. 12, 17 *Attractis funiculis herbam convolvi*. Et Cic. de Invent. 2, 51 *Funiculus a puppi veligatus ſcapham annexam trahebat*. ¶ 2. *Abrumpetur tenſus funiculus*, ex Luciano proverbium, quo indicatur vitandum exceſſum. Germani ſic: wenn man die ſaiten zu hoch ſpannen will, ſo ſpringen ſie. ¶ 3. *Funem ducere*, aliud proverbiale, pro altercari cum aliquo, zanken. Tractum a ludo puerorum, qui ſparteam reſtim ductitabant, & tamdiu trahebant, donec aut rumperent, aut alteruter, omiſſa funis prehenſione, in nates caderet. Tertull. de Pudicitia c. 2 *Sed non decet ultra de auctoritate ſcripturarum ejusmodi funem contentionum alterno ductu in diverſa diſtendere*. Quod idem adv. Marcion. 4, 4 dixit *Funem contentionis ducere*. Varro de Re Ruſt. 3, 6 *Ducere ſortam* dixit. *Serta* enim funis, vide ad eum locum Ioſeph. Scalig.

¶ Funālis, *e*; ut, *Funales equi*, die an ſeilen ziehen. Sic appellantur, tum qui duobus ad jugum junctis, tertius, (aut quartus etiam) antecedens adjungitur: tum qui quatuor ſimul junctis, dextram ſiniſtramque exterius incedunt. Sic dicti, quod funi ſeu habena regantur. De antecedente Statius Theb. 6, 460 *Nec jam ſufficiunt ſtimuli, nec verbera, vocemque Nominibusque cient: Pholoen Admetaque Iyn, Fomalemque Thoen: Pholoe, Iyis, Thoe*, equarum nomina. *Pholoe* & *Iris* ad jugum junctæ erant: *Thoe* ſingularis antecedebat, uieng auf dem riemen. De junctis ad latera exterius Suet. Tib. c. 6 extr *Dehinc præſecens, Actiaco triumpho, currum Auguſti comitatus eſt, ſiniſteriori funali equo, cum Marcellus Octaviæ filius dexteriore veheretur*. vide ibi Torrentium. Conf. Auſon. Epitaph. 35, 10; & Rutgerſ. Var Lect 1, 10. *Funalis cereus*, eine wachs-fackel. Val. Max. 3, 6, 4. Sed uſitatius

¶ Funale, *is*, n. ſubſt. eine facke, wind-licht, quia fax funem habet cera vel pice circumdatum. Cic. de Senect. c. 13 *Dailius delectabatur crebro funali*. vid. epit. Liv. 27. Val. Max. 3, 6. Aur. Vict. de Vir. Illuſtr. c. 38 *Prælucente funali*. Horat. 3 od. 26, 6 *Hic ponite lucida funalia*. Conf. Virg. Æn. , 727. Apud Ovidium Met. 12, 247 *Funale* videtur eſſe lychnuchus pensilis, ein hana-leuchter. cont. Iſidor. 20, 10. ¶ 2. Item *Funis* apud Liv. 42, 65 *Funda media duo funalia imparia habebat*.

¶ Funarius, *i*, m qui funem tractat, ein ſeiler, unde cognomen Gratiano majori, patri Valentis & Valentiniani, apud Aurel. Vict. in Epitoma c. 69, & Ammianum 30, 24. ¶ 2. *Funarii* etiam dicti currus a genere vinculi, quo alligabantur. v. Iſidor. de Orig. 17, 35.

¶ Funētum, *i*, n. arcus ex vitibus, quum breviores palmites ſarmento junguntur inter ſe funium modo, eine wein-laube, Plin. 17, 22.

¶ Funambŭlus, *i*, m. χοινοβάτης, ein ſeiltäntzer. Ter. prolog. Hec. v. 4 *Populus ſtudio ſtupiduz in funambulo animum occuparat*. Conf. v. 34.

¶ Funirēpus, *i*, m. idem qui *funambulus*, Apulej. 4 Florid. princ.

¶ Semifunium, *i*, n. ein halb ſeil, Cato R. R. c. 135.

FVNVS, *ĕris*, n. proprie & vulgatiſſime, pompam funebrem denotat, die leiche, das leichen-begängniß, begräbniß. Donatus: FVNVS *eſt pompa exſequiarum: dictum a funalibus*. Et ita Servius quoque ad Virg. Æn. 3 *Apparatum mortuorum* vocat. Vet. Gloſſ. *Funus*, πανδος, κηδεια. Hinc *in funus prodire*, Ter. Andr. 1, 1, 88. Et, *in funus venire*, & *funeri dare operam*, Cic. Attic. 15, 1. *Funere regio efferre*, Suet. Ner. c. 30. Item: *Convenire ad funus*, Cic. pro Quint. c. 15. *Funus alicui facere*, Ser. Sulp. ad Cic. fam. 4, 12, & *Alicujus funus facere*, Liv. 25, 17. *Funus celebrare*, Liv. 8, 10. *Funus ducere*, Cic. c. l. & Plin. 10, 43. Virg. 3 Æn. v. 62 *Ergo inſtauramus Polydoro funus*, &c. ¶ 2. *Funus* pro cadavere ipſo ſeu mortuo ponitur, ein leichnam. *Funus nullius ex ſuis vidit*, C. Nepos 21, 2, 3. Sic *inhumatum funus* Lucanus 7, 820 dixit. Virg. 2 Æn. v. 539 *Et patrios fœdaſti funere vultus*: Vbi Servius: FVNERE, *cadavere*; *ab* (f. pro) *eo, quod procedit, id quod ſequitur*. FVNVS *enim jam ardens cadaver*. Sic uſum Manilium iſto vocabulo, Scaliger; & Claudianum, Barthius in Comment. notarunt. Repentinus funeris adſpectus ſignum propinqui interitus olim erat, quemadmodum omnia funera funeſta, & abominabilia. Barth. ad lib. 4 Theb. Statii p. 1126, 1127. ¶ 3. Alibi *Funus* & pro morte ſeu fatali neceſſitate ponitur, die tödtung. Virg. ecl. 5, 20 *Exſtinctum Nymphæ crudeli funere Daphnin Flebant*. Et 4 Æn. v. 308 *Nec moriturus tenet crudeli funere Dido*. Et alibi 6 Æn. 429 *Funere merſit acerbo*. ¶ 4. Hinc *funus* pro exſtinctione, deletione etiam dicitur. Cic. de provinc. Conſ. 1 *Gabiniam ac Piſonem duo reip. portenta, ac pæne funera* appellat. Lucan. 4, 431 *Pró dira pudoris funera!* Prudent. Agnete v. 69 *Exſulto, talis quod potius venit, Veſanus, atrox, turbidus, armiger, Quam ſi veniret languidus ac tener, Mollisque ephebus, tinctus aromate, Qui me pudoris funere perderet*.

¶ Funereus, *a, um*, leichen-; ut, *Funereæ mulieres*, quæ & *Funeræ*, ut mox dicetur. Virg. Æn. 4, 506 *Fronde Coronare funerea*. Ovidius Bubonem vocat *funereum* 10 Met. v. 453. *Funereæ epiſtæ*, Seneca epiſt. 12. *Funereæ faces*, Virg. Æn. 11, 143; Martial. 8 epigr. 43. *Funereus homo* opponitur *vitali* apud Barth. l. c. p. 1127, qui obſervat etiam *Funereum* dirum nonnunquam eſſe, qui oculos videntium contaminet.

¶ Funera, *æ*, f. quaſi *funerea*, eine klag-frau. Ennius ut Scaliger in Catal. notat p. 283 ex Cic. Tuſc. 1, 15, & de Senect. c. 20 *Nemo me lacrymis decoret nec Funera ſletum Faxit*. Sed ſunt qui legant *funera ſletu faxit* acc. plur. Interim, ut vult Servius ad Virg. locum ſtatim laudandum, *Funera* ſunt mulieres, ad quas cura funeris pertinet, ut mater, ſoror. Lex Solonis eas ἐπικηδεις vocat. Virg. Æn. 9, 486 *Nec te tua funera mater Produxi, preſſive oculos, aut vulnera lavi*. v. Serv.

¶ Funebris, *e*, idem quod *Funereus*; ut, *Laudatio Funebris*, Quint. 3, 7, & Sen. epiſt. 102. vid. Bernegg. ad Suet. Cæſ. c. 6, & Voſſ. Inſtit. Orat. 3 p. 412, ubi de origine harum orationum. *Funebris concio*, Cic. de Orat. 2, 84, die leichen-verſammlung: poſſis ita etiam dicere, die leich-predigt. *Funebre veſtimentum*, ein trauer-kleid, Id. de Leg. 2, 23. Et, *Epulum funebre*, in Vatin. c. 12 extr. ein trauer-eſſen. *Iuſta funebria*, Liv. 1, 20, ein leichen-begängniß. *Funebres ludi*, pro mortuis exhibiti, Liv. 28, 21. *Funebres tibiæ*, quibus in funere canitur. Feſtus. ¶ 2. Funeſtum ſignificat, ut, *Funebre bellum*, Horat. 1 epiſt. 19, 49.

¶ Funero, *avi, atum, are*, ſepelire, zur erde beſtatten, begraben. Suet. Domit. c. 17 *Per veſpillones exportatum nutrix in ſubu bano funeravit*. Idem Ott. c. 11 *Celeriter funeratus eſt*. Sen. ad Helv. c. 2 *In oſculis tuis mortuum funeraveras*. Conf. ibid. c. 12. Plin. 33, 10 *Cæcilius funerari ſe juſſit* H. S. *XI*. ¶ 2. Deponentiali forma uſus eſt Capitolinus in Pertinace c. 14 *Succeſſor corpus ejus quanto potuit honore funeratus eſt*.

¶ Funĕrātus, *a, um*, morti vel ſepulcro datus, erſtorben, beerdiget. Horat. 3 od. 8, 7 *Prope funeratus arboris ictu*. Petronius c. 129 *Funerata eſt pars illa corporis, qua quondam Achilles erat*.

¶ Funĕrārius, *a, um*, ad funus pertinens; ut, *Funeraria actio*, L. 14 Dig. § 6. Hæc actio de Religioſis &c. hoc eſt, quæ de impenſis, funeris cauſſa factis vel faciendis inſtituitur. ¶ 2. Item ſubſtantive, ein todten-gräber. Firmic. 3, 6 *Pollinctores, funerarii*. Gloſſ. gr. lat. ἐπιμελητὴς κηδειας, *funerarius*.

¶ Funerātĭtius, *a, um*, idem; ut, *Funeratitia actio*, appellatur eodem Tit. L. 30, ex Pomponio, quæ al. *Funeraria*.

¶ Funerātĭcum, *i*, pecunia funeribus impenſa, eaque aliquando non erat mediocris, Romano creſcente luxu, begräbniß-koſten. Sponius Miſc. Erud. Antiq. ſect. 2 artic. 11 p. 54 ex marmore: INFERAT ARKÆN. PARTEM DIMIDIAM FVNERATICI.

¶ Funeratio, *onis*, f. das begräbniß. Mart. Capella lib. 6 p. 224 *Funerationes negligunt*.

¶ Funerātor, *oris*, m. funeris curator, ein leichen-beſteller. Gloſſ. gr. lat. κηδευτὴς νεκρὸς, *funerator*.

¶ Funeſtus, *a, um*, tödtlich, kläglich, greulich; ut, *Domus funeſta*, Ovid. Met. 7, 575, id eſt, funeribus inquinata, ein haus, da leichen ſind. *Bellum funeſtum*, Liv. 35, 32. Et, *Nuptiæ funeſtæ*, Id. 4, 9, das aus blutvergieſſen entſtehet. *Funeſtas tædas* vocat Virg. Æn. 7, 322. *Victoria funeſta*, cruenta, illætabilis, deteſtanda, Planc. ad Cic. 10 epiſt. 8. *Funeſtæ epiſtolæ*, cladis nuntiæ, Vellej. 2, 117, 1. *Funeſtus enſis*, Cic. in fragm. Arateis, ubi Grotius notat ita dici μάχαιραν κακόξενον καὶ ξιφοβόλιον. Sed Grutero *funeſtus enſis* eſt ſicut *funeſtum bellum*, *funeſtus Mars*, βροτολοιγὸς, h. e. ἀνθρωποφθορὴς, ἀνδροκτόνος, ἀμαιμακοφθόρος. Nec Gradibus caret hoc nomen. Cic. Att. 9, 5 *Majores noſtri funeſtiorem diem eſſe voluerunt Allienſis pugnæ, quam urbis captæ*. Eutropius 7, 7 *Caligula ſceleratiſſimus ac funeſtiſſimus*. Idem 5, 6 & *bella funeſtiſſima* dixit.

¶ Funeſte, adv. idem, apud Firmicum; unde Compar. *funeſtius* apud Gellium.

¶ Funeſto, *avi, atum, are*, funere inquinare, mit leichen anfüllen, betrüben. Cic. pro Font. c. 10 *Galli humanis hoſtiis Deorum aras, & templa funeſtant*. Et pro Mil. c. 33 *Templum ſanctitatis* &c. id eſt, curiam, *inflammari, exſcindi, funeſtari*, cadavere ſcil. Clodii ibi cremato. Sen. ad Helv. c. 35 *Fortuna inplacabilis ipſa funeſtavit pulvinaria*. Catullus 65, 201 *Funeſtet ſeque ſuosque*.

¶ Funeſtātus, *a, um*, humo mandatus, begraben. Salvian. adv. Avarit.

Avarit. lib. 3 p. 286 *Mirum eſt, quod hoc ipſum ſinis, ut funeſtato te tua habeat.*

¶ Funeſtatio, *onis*, f. die leichbeſtattung, apud Firmicum.

¶ Funeſtator, *oris*, idem qui *funerator*, apud Auguſtinum.

¶ Confuncto, *are*, mit begraben. In Barth. Adverſ. 13, 19 Iuvenc. 4, 97 *Ejus ut adventus terræ confunderet orbem.* ¶ 2. *Ne funera funera*, i. e. talia funera, quæ ne funera quidem dicenda ſint, Catull. 65, 83.

FVO, *is*, *ere*, verbum antiquum ex φύω. Poſterior uſus prætulit *fum*. Retentum tamen Plauti ævo *fuam*, *as*, *at*, de quo l. l. Liv. 25, 11 *Iis faxit eſca caro tua.* it. *fuerem*, pro quo poſt dixere *forem*, *es*, *et*. Plane non obſoletum eſt *fui* & quæ inde deſcendunt, quæ referimus in *fum*. Vid. etiam *Futo* ſub *Futum*.

FVR, *furis*, m. φώρ, quem Plaut. Aulul. 2, 4 extr. *Hominem trium literarum* vocat, ein dieb. *Nocturnus fur*, Cic. pro Mil. c. 3, ein nacht-dieb. *Formidare malos fures*, Horat. ſat. 1, 1, 77. M. Cato in Originibus de furtis velut ex Delphico dixit: *Fures privatorum furtorum in nervo atque compedibus ætatem agunt: fures publici in auro atque purpura*, apud Gell. 11, 18, ſteine diebe benckt man an eiſerne, die groſſen an güldene kertten. Secundum Varronem apud Nonium 1, 250 *Fur* ex eo dictus, quod *furvum* atrum appellaverint, & fures per obſcuras noctes atque atras facilius furentur. ¶ 2. De Servis etiam veteres uſurpabant. Virg. ecl. 3, 16 *Quid domini faciant, audent cum talia fures? Pro ſervo*, inquit ibi Servius, *furem pojuit. Furta enim ſpecialiter ſervorum ſunt*, &c. Ter. Eun. 4, 7, 6 *Manipulus furum*, i. e. ſervorum cohors. Conf. Plaut. Aſin. 2, 4, 15. ¶ 3. *Furem fur cognovit, & lupus lupum*; ἔγνω δὲ φὼρ τὸν φῶρα, καὶ λύκος λύκον. Citat Ariſtoteles inter adagia ſimilitudinis. ¶ 4. Plautus Pœn. 5, 4, 65 de duabus meretriculis loquens: *Fures ambæ.* ¶ 5. *Fur* etiam infectum eſt, fuci ſimile, apibus infeſtum. Plin. 11, 17, f. 18 *Grandiſſimæ, ſed nigræ, lataque alvo, ita dictæ, quia furtim devorent mella.*

¶ Fũrunculus, *i*, m. dimin. ein ſpitzbube, quo Cicero uſus eſt in Piſon. c. 27 *Crudelis olim furunculus.* Et Tertull. adv. Marc. 2, 25 *Furunculus non latet.* ¶ 2. Eſt & *Furunculus* tuberculum & ulcus Plinio 20, 13, eine braune blatter. Adde Celſum 5, 28, 8, ubi *Furunculus*, ait, *eſt tuberculum acutum cum inflammatione & dolore, maximeque, ubi jam in pus vergit.* ¶ 3. *Furunculus* etiam in vitibus extuberantia quædam, in modum verrucæ, Colum. 4, 22.

¶ Furtum, *i*, n. res furto ablata, ein diebſtahl. *Furtum facere*, Cic. pro Cluent. c. 64. Et pro Q. Roſc. Com. c. 9 extr. *Furtum erat apertum: cujus rei furtum factum erat?* Et, *Furti damnari*, Id. pro Flacc. c. 18. ¶ 2. Sed & *Furta* dicimus, quicquid clam agitur. Virg. Æn. 4, 337 *Furto fugam abſcondere*, i. e. per ſilentium & clandeſtinum diſceſſum. Petron. c. 104 *Is qui nocte miſerorum furtum deprehenderat.* Sic *fugæ furta* Lucanus dixit 4, 416. Velej. 2, 63, 1 *Pontifex in ejus locum furto creatus*, i. e. clancularia & fraudulenta ratione. Curt. 4, 4, 15 *Quindecim millia hoc furto ſubducta ſævitiæ ſunt.* Loquitur de Sidoniis, qui in Alexandri copiis militantes, cum Tyrum caperet vi, cognationis cum Tyriis memores, multos Tyriorum, profectos a ſe, in ſua perduxerunt navigia, & occultatos Sidona vexerunt, itaque ſervarunt. ¶ 3. Hinc & pro fraudibus & inſidiis hoc vocabulum ſumitur. Ovid. Met. 13, 82 *Qui clam, qui ſemper inermis Rem gerit, & furtis incautum decipit hoſtem.* Sic Virg. Æn. 11, 515, & Salluſt. fragm. apud Nonium 4, 203 *Furta belli* ſtrategemata duxerunt: Frontinus 2, 5 ſtrategem. 31 *Ita ut in prima parte leves Hiſpanos, aptiſſimos ad furta bellorum poneret.* vide ibi Rob. Keuchenium. Curt. 4, 13, 4 *Furto, non prælio opus eſſe cenſebat.* Et mox v. 9. *Furtum noctis* vocatur. v. ibi notata. Eleganter & Prudent. Pſychom. v. 268 *Nec adhuc ad fraudis operatum Venerat, aut foveæ calcarat furta malignæ.* ¶ 4. Vſitatiſſime autem clandeſtini & illegitimi concubitus *Furta* dicuntur. Tibull. 1, 2, 34 *Celari vult ſua furta Venus.* Statius Achill. 2, 229 *Tacito non cognita furto, Deidamia mihi*, &c. Sic & *dulcia furta* pro concubitu Virgil. in Georg. 4, 346 poſuit. *Puer furto conceptus*, Ovid. Faſt. 2, 183. Et *e furto genitus* Silio 7 v. 485 eſt, qui Homero σκότιος, quod Dan. Heinſius obſervat, ein huren-kind. vid. etiam Nic. Heinſius & Drakenb. ad h. l. Adde Lotich. ad Petron. Sat. p. 64. ¶ 5. Quin & omne malum factum generaliter ita vocatur: præcipue quod perpetratum clam fuerit. Virg. Æn. 6, 568 *Quæ quis apud ſuperos furto lætatus inani Diſſulit in ſeram commiſſa piacula mortem.* v. Donat. in Eunuch. Ter. 4, 7, 39, ubi *alligare ſe furti*, eſt reum ſe facere maleficii. Salvian. lib. 4 de Gubernat. Dei: *Omnes furta faciunt, qui illicita committunt.*

¶ Furto, adverbialiter pro *Furtim*. Gloſſ. gr. lat. λάθρα, *clam*, *clanculo*, *clandeſtino*, *furto*.

¶ Furtim, adv. clam, heimlich, verſtohlener weiſe. *Furtim ſuccedere ad montes*, Liv. 22, 16. conf. Virg. Æn. 2, 18 &c.

¶ Furtũlum, *i*, n. dimin. ein kleiner diebſtahl. Cathol.

¶ Furtīvus, *a*, *um*, furto raptus, geſtohlen; ut, *Res furtiva*, Quintil. 5, 13 ſub finem. ¶ 2. Item clancularius, heimlich; ut, *Iter furtivum in Italiam*, Cic. in Piſon. c. 40. Et, *Amor furtivus*, Catull. 7, 8; & Virg. Æn. 4, 171.

¶ Furtīve, adv. diebiſcher weiſe. Plaut. Pœnul. 5, 2, 62 *Ne quid clam furtive acceppiſſe cenſeat.* Et Lactant. de Morte perſec. c. 40 *Furtive tunc Valeria familiaris.*

¶ Fũrax, *ācis*, diebiſch. *Manus furaces*, Martial. 8 epigr. 40. *Homo avarus & furax*, Cic. de Orat. 2, 66. conf. Gell. 4, 8 de P. Corn. Rufino. Compar. *Nihil eſt furacius illo*, &c. Martial. 8 epigr. 59. Superl. *Cacus furaciſſimus*, Aurel. Victor de Orig. gent. Romanæ c. 7.

¶ Fũrācĭtas, *atis*, f. die dieberey. Plin. 10, 29 *Graculo furacitas auvi argentique mira eſt*, ſtielet gern.

¶ Furacĭter, adv. diebiſch. Charif. Gram. p. 179; & Fronto p. 2194. Superl. *Cum omnium domos furaciſſime ſcrutarere*, Cic. in Vatin. c. 5.

¶ Furīnus, *a*, *um*, ad furem pertinens, diebiſch. Plaut. Pſeud. 3, 2, 2 *Forum furinum.*

¶ Furīna, *æ*, f. dea, quam antiquitas coluit, in cujus honorem feriæ *Furinalia* dicuntur, vide Varr. de L. L. 5, 3.

¶ Fura, *æ*, f. eadem Dea; quam cum *Furina* conjungit Mart. Capella lib. 2, 2, p. 40. Hinc

¶ Furinālis, *e*, adj. ut, *Furinalis flamen*, Furinæ attributus; inque ejus honorem *Furinales feriæ*. v. Varr. de L. L. 4, 15.

¶ Furinalia, *ium*, n. pl. ſubſt. feſtum Furinæ, ejusque ſacra, ut vocat Feſtus, & Varro de L. L. 5, 3.

¶ Fũror, *atus ſum*, *ari*, rapere, eripere furto, clam eripere, ſtehlen, entwenden. Cic. in Verr. 3, 22 *Verres ſolet hæc, quæ rapuit & furatus eſt, dicere, ſe emiſſe.* Plaut. Rud. 1, 2, 23 *An quo furatum mox venias, veſtigas loca?* Et, *Furari civitatem*, eſt clam obrepere in civitatem, das burger-recht erſchleichen, Cic. pro Balbo c. 2. Eleganter Virg. Æn. 5, 845 *Feſſos oculos furari labori*, den arbeit entziehen, ausruhen, ſchlafen. ¶ 2. *Furari* ut *furtum* de occultis rebus & actionibus v. g. Nemeſia. Cyneg. 45 *Noctuma pie furantem munia ſororem* vocat Antigonen. Apul. Flor. 4 pr. *Præſtigiator furatur*, i. e. ſubducit hominum oculis, quæ videre ſe putant.

¶ Furātus, *a*, *um*, der geſtohlen hat. Auſon Moſell. v. 175 *Mediis furata e collibus uvas Panope.* Vulg. Interpr. Exod. 21, 16 *Furatus hominem.*

¶ Furatio, *onis*, f. die ſtehlung, ICt. in Dig.

¶ Furātor, *oris*, m. fur, ein dieb, ſtehler. Tertull. Apol. c. 46 extr. *Furator veritatis philoſophus.*

¶ Fũratrīna, *æ*, f. idem quod furacitas, furtum, rapina, das diebshandwerck. Apulej. lib. 6 A. A. p. 178 *Furatrina facili*, & l. 8 p. 202 *Furatrina conjugalis*, h. e. adulterium, & lib. 10 p. 245 *Dia quidem pulcherrime mihi furatrinæ procedebat artificium.*

¶ Furatrinus, *i*, m. ita Mercurius appellatus, ut obſervat Beroaldus ad Varr. de L. L. 4, 15.

¶ Furtĭficus, *a*, *um*, furax, diebiſch. Plaut. Pſeud. 3, 2, 97 *Furtificæ manus.* Et Epid. 1, 1, 10 *Manus jam furtificas ſum, quam antea. Rapio propalam*, ich ſtehle nicht mehr, ſondern ich raube.

¶ Furippus, *i*, m. viri nomen, de quo Auſon. epigr. 108 *Pars te Furippum vocitat, pars vero Furippum, Altera producens, altera corripiens. Elige, utrum malis, aut tende, aut corripe nomen, Conveniet quod vis* für furioſe tibi. ἴππος in compoſitis intenſionem notare, notum eſt. Reliqua aperta.

¶ Suffũror, *ari*, hinweg ſtehlen. Plaut. Truc. 2, 7, 15 *Suffuror, ſuppilo, de præda quædam capio.*

¶ Trifŭr, *ūris*, m. ein erz-dieb. Plaut. Aul. 4, 4, 6 *Non fur, ſed trifur.*

FVRCA, *æ*, f. eine gabel, ein galgen. Appellatio Germanica prior a priſcorum Latinorum voce *Gabalus* eſſe videri poteſt, qua crucem ſignificabant, Varrone teſte, apud quem *in gabalum ſuffigere* legitur, ut Nonius obſervat 2, 373. Virg. Georg 1, 264; & 2, 369 *furca bicornis*, eine heu-gabel. Horat. 1 ep. 18, 24 *Nituram excludas furca, tamen usque recurret, Et mala perrumpet furtim faſtidia victrix*, art läſt von art nicht, die katze läſt ihr mäuſen nicht. *Furca figi*, ſive *in furca figi*, aufgehenckt werden, Plin. 29, 4 pr. Fuit hoc ſupplicii genus apud Romanos Conf. Plaut. Cal. 2, 6, 37; & 2, 8, 2. ¶ 2. *Furca* dicebatur inſtrumentum bajulatorium, tergo applicatum, in quo farcinas geſtabant ſervi. Germani vocant ein reff. Plaut. Caſin. 2, 8, 2 *Ego remittam ad te virum cum furca in urbem tanquam carbonarium.* Nam ſervi geſtabant in furca carbones, quos Romæ in foro vendebant. v. Turneb. Adv. 16, 3, & Lipſ. de Cruce 3, 4, ubi de facie ipſius furcæ quærit.

¶ Furcŭla, & Furcilla, *æ*, f. dimin. apud Varr. R. R. 1, 8 & Colum. 2, 10. Feſtus *Ærumnulas* expoſuit *fuſcillas, quibus religatas farcinas viatores gerebant*, ein trag-reff. ¶ 2. *Furcularium cognomen* ignominia Romani exercitus nobilium, deſcriptio eſt apud Liv. 9, 2. ¶ 3. Idem *furculas* pro *fulturis* dixit 38, 7: *Suſpenſo furculis ab hoſtibus muro.*

FVRCILLA, inſtrumentum eſt ruſticum, quo frumenta movebant: unde & a *frumentis cillandis* ſive movendis, dictum Servius acutius, quam verius ſtatuit. Eſt enim diminutivum a *furca*; Et non frumentis movendis tantum, ſed aliis etiam rebus inſervit. v. Vitruv. 10, 12. Feſtus: FORCILLES *ſive* FVRCILLAS, *quibus aliquid movebant.* Hinc *furcillis movere, ejicere, expellere*, & Latinis proverbialiter & Græcis dicitur. v. Scalig. ap. Feſtum. In Gloſſis Veteribus διϰωλον reponitur. Nimirum quod biſulcum eſſet inſtrumenti hoc genus. Catull. carm. 106, 1 *Mentula conatur Pimplæum ſcandere montem: Muſæ furcillis præcipitem ejiciunt.* Cic. Att. 16, 2 p. 707 *Sed quoniam furcilla extrudimur* ex emend. Lamb. & Turnebi.

¶ Furcillo, *are*, i. e. furcillis movere, *furcillis ejicere*, ut modo Catullus: *Furca expellere*, ut Horatius l. c. loquitur, weaſſtreuen. Plaut. Pſeud. 2, 2, 36 *Væ tibi! tu inventus vero meam qui furcilles fidem.* Palmerio *Furcillare fidem* eſt in dubium vocare: quin plane rejicere furcillis veluti. Salmaſius in edit. Gron. dubitat, utrum aſſentiatur illis, qui legant *ſuggilles*, an legat *furcioles*, h. e. collutules, infamia adſpergas. Paſſeratius, *furcillare fidem*, infirmam judicare interpretatur, ideoque quaſi admota furcilla ſtabilire.

¶ Furcillātus, *a*, *um*. Varr. L. L. 4 p. 30 *Bacilla furcillata habent figuram literæ V.*

¶ Furcŭlōſus, *a*, *um*, gegabelt, das gleichſam gabeln hat. Apulej. de Herb. *Herba ramis furculoſa.*

¶ Furcōſus, *a*, *um*, idem. Apul. de Herb. c. 7 *Herba thyrſis bipalmis furcoſis.*

¶ Furcĭfer, *ĕri*, m. furcam ferens, ein galgenſchwengel, henckers-mäſſiger, contumelia ſervorum apud Plautum paſſim; e. g. Amph. 1, 1, 129; Aſin. 3, 3, 87 &c. & Ter Andr. 3, 5, 12. Eun. 4, 3, 28. Donatus: *Servus*, inquit, *qui ob delictum aliquod cogebatur a domino ignominiæ magis, quam ſupplicii cauſſa circa vicinos furcam in collo geſtare, ſubligatis ad eam manibus, & prædicare peccatum ſuum ſimulque monere cæteros, ne quid ſimile admitterent.* Paria vetus Gloſſator in *Furcifer*. Vide & Plutarchum in Coriolano, & Quæſtionibus Romanis, & Lipſ. de Cruce 3, 1. Pro ſceleſto & infamabili etiam Cicero poſuit in Vatin. c. 6 *Id tu tibi, furcifer, ſumes?*

¶ Bifurcus, *a*, *um*, duas furcas habens, das zwey gabeln oder zacken hat;

hat: ut, *Ferramentum bifurcum*, Colum. 3, 18. *Bifurci furculi*, Idem 5, 11; & *Bifurcus ramus*, Ovid. Met. 12, 442; & de Nuce v. 151.

¶ Trifurcus, *a, um*, dreyeckicht. Colum. 5, 11 *Furculi sint bifurci vel trifurci.* cont. Id m. 3, 28; & de Arbor c. 20; & Pallad. Febr. 17.

¶ Trifurcifer, *ĕri*, m. ein erz-lüder. Plaut. Aul. 2, 4, 47 *Tum tricum literarum homo Me vituperas? fur, etiam fur trifurcifer*, der den galgen vielmahl verdienet hat. v. Id. Rud. 3, 4, 29.

¶ Trifurcium, *i*, n. quod trigemina velut furca fubrigitur, ein dreyzack. Apul. de Herb. c. 7 *Gramen, quod in se trifurcium habet.*

¶ Quadrifurcus, *a, um*, vierspitzig, vierzächicht, apud Priscianum.

Furens, furenter, vide *Furo.*

FVRFVR, *ŭris*, m. vel a *furando*, vel a βόρβορος *cœnum*, est purgamentum, seu excrementum cribrius farinæ, tienen. Samon. 468 *Furfur item parca fuerit cum fervidus unda.* Plaut. Capt 4, 2, 27 *Pistores alunt furfure sues.* Phædr. 4, 16, 4 *Furfuribus conspersa panis*, kleyen-brot. Varr. R. R. 2, 6 *Asini commode pascuntur furfuribus hordaceis.* ¶ 2. Et, *Furfures*, capitis sunt sordes, vel excrementa, Plin. 20, 9, die schuppen auf dem haupt.

¶ Furfuricula, *æ*, f. dimin. Marc. Empir. c. 5.

¶ Furfuracŭlum, *i*, n. ein bohrer, Arnob. lib. 6, uti restituit Salmasius in Solin. p. 774, & sic dictum putat, quod furfures in ligno perforando faciat, h. e. scobem furfuribus similem.

¶ Furfuraceus, *a, um*, furfuribus similis. Fulgent. 2 Myth. *Furfuracea tinearum terebramina*, wurm-mehl.

¶ Furfŭreus, *a, um*, ex furfure; ut, *Panis furfureus*, kleyen-brot, Gell. 11, 7.

¶ Furfurōsus, *a, um*, idem, quod *Furfuraceus.* Plin. 12, 25 *Deterior furfurosus color*, i. e. quasi furfuribus permistus apparens.

Furiæ, furialis, furiatus, furibundus, vide in *Furo, ere*, Furina, furinus, *Fur*, Furio, *āre*, furiosus, *Furo.*

FŪRIVS, *i*, m. inter Romana prænomina fuit, ut *Furius Camillus.* Primam produxit Ovidius Fast 1, 641; & Martial 6 epigr. 17 *Cinnam, Cinname, te jubes vocari, Non est hic, rogo, Cinna barbarismus? Tu si Furius ante dictus esses, Fur ista ratione dicereris.*

Furnaceus, furnaria, furnarius, vide *Furnus.*

FVRNIVS, *i*, m. amicus Horatii, ut apparet ex sat. 1, 10, 86. Quomodo patri Antonianas partes secuto venia impetrata Augustum demeruerit, habet Seneca de Benef. 2, 25. ¶ 2. Alius postulatus adulterii & veneficiorum in Tiberium. v. Tac. An. 4, 52.

¶ Furnĭānus, *a, um*, adj. ut, *Vicus Furnianus*, Plin. 33, 11. Harduinus legit *Firmiana.*

FVRNVS, *i*, m. κλίβανος, fornax, in qua pinsitur panis, ein backofen. Plin. 13, 4 *Retostus furnis*, im backofen gedörret. Idem proœmio extremo lib. 23 *Vexitur in furno, donec panis percoquatur.* Dicitur a forno, i. e. calido. v. Nonius 12, 52.

¶ Furnāceus, *a, um*, adj. aus dem ofen; ut, *Panis furnaceus*, Plin. 18, 11, i. e. in furno coctus.

¶ Furnāria, *æ*, f. die becker-kunst; ut, *Exercere furnariam*, Suet. Vitell. c. 2.

¶ Furnarius, *i*, m. qui furnum curat. Gloss. Vet. *Furnarius*, κλιβανοκαυστης, ἰπνοπώλος. Vlpian. l. 24 § 7 ff. de damn. inf. *Furnarii culpa damnum datum.*

¶ Infurnibŭlum, *i*, n. *pala, qua in furno panes disponuntur*, eine brot-schauffel, back-schauffel, Plin. 24, 15. *Infurnibulum* etiam pro aliorum *infundibulo* legit Harduinus in Plin. 24, 15 p. 353.

¶ Præfurnium, *i*, n. das ofen-loch, die ofen-thur. Cato R. R. c. 38 *Ventus ad præfurniam, caveto, ne accedat.*

FŪRO, *fŭrere*, furore exagitari, wüten, toben, rasen, unsinnig seyn. Cic. in Verr. 6, 18 *Vtque eo commotus est, ut insanire ac furere videretur*, als wäre er von sinnen gekommen. Id. Att. 14, 19 *Pansa furere videtur de Clodio.* Liv. 8, 31 *Et nunc id furere, id agere pati, quod sine L. Papirio non inermes, non manci milites fuerint.* Ibid. *Furere quod se absente respublica egregie gesta effet.* Sen. epist. 95, m. *Non privatim solum, sed publice furimus.* Virg. Æn. 12, 680 *Hunc sine me furere ante furorem.* ¶ 2. Pro impotenter lætari usus Horatius est 2 od. 7 extrema: *Non ego sanius Bacchabor Edonis. recepto Dulce mihi furere est amico.* Similiter *insanire* verbo usus est 3 od. 19, 18. De ardore militum adhiberi ostendit Drakenb. ad Sil. 10, 67. ¶ 3. Sæpe de torrentibus & exundantibus fluminibus occurrit. Sil. Ital. 10, 321 *Redditque furens sua corpora ripis.* ubi v. Drakenb. & Misc. Observ. Vol. 1 p. 276, Vol. 5 p. 75. Lucanus 6, 27 *Ionumque furens rabido cum tollitur austro.* ¶ 4. Passim de amantibus usurpatur: Ovid. Fast. 2, 762 *Interea juvenis furiatos regius ignes Concipit, & cæco raptus amore furit.* Loca similia Barthius ad Stat. Theb. 2, 21 collegit. ¶ 5. Carere præterito, & forte etiam prima persona *furo* dicitur. v. Diomedem lib. 1. Sedulius tamen lib. 1 de Daniele cum leonibus: *Furuerat jussa tyranni.*

¶ Fūrens, *tis*; ut, *Pantheska furens*, Virg. Æn. 1, 495. *Loca fœta furentibus austris*, ibid. v. 55. *Intra se furens excretus*, Vellej. 2, 111, 4 *Furentium certa indicia sunt*, &c. Sen. de Ira 1, 1. *Deus ecce furentibus obstat*, Stat. Theb. 3, 643. Vnde Comp. *furentior.* Claud. Fescenn v. 26 *Quis bellarum est furentior.* ¶ 2. *Furens* & *Ferens* misceri a librariis diximus h. v.

¶ Furenter, adv. unsinnig, wütend. *Furenter irasci*, Cic. Att. 6, 1. Apulej. Metam. L. 6 p. 115 *Solent furenter irati.*

¶ Fŭror, *ōris*, m. infania, dementia, rabies, *animi ad omnia cæcitas*, Cic. Tusc. 3, 5, grimm, unsinnigkeit. Id. de Arusp. R. c. 18 *Quæ potest homini major esse pœna furore atque dementia? Verti, agi in furorem*, unsinnig werden, rasen. *Ad eundem furorem redire*, Plancus Cic. fam. 10, 11. ¶ 2. Ponitur etiam pro omni immoderato affectu, amore, odio, ira, &c. Virgilius cum dixisset Æneid. 5, 781 *Iunonis gravis ira:* Subjicit *Caussas tanti sciat illa furoris.* Alibi, Æn. 2, 318 *Furor iraque mentem Præcipitant.* Ovid. Rem. am. v. 119 *Cum furor in cursu est, currenti cede furori.* v. Voss. Inst. Orat. 2 p. 200. *Furore impendiorum*, i. e. profusa & immoderata impendendi libido, rasende verschwendung. Suet. Nerone c. 31 extr. Poëtæ etiam pluraliter. Catullus 65, 54 *Indomitos in corde gerens Ariadna furores.* ¶ 3. Pro seditione. Liv. 2, 34 *Vtantur annona, quam furore suo fecere.* (2, 29 *Iam hic, quo nunc omnia ardent, conticescet furor.*) ubi v. Gronov. pater & Drakenb. ¶ 4. *Furor* fingitur a poëtis catenis vinctus. Vnde Virg. Æn. 1, 298 *Furor impius intus Sæva sedens super arma, & centum vinctus ahenis Post tergum nodis, fremit horridus ore cruento.* Idem describitur solutis vinculis a Petronio c. 124 *Quos inter furor abruptis ecce liber habenis Sanguineum late tulit caput, oraque mille, &c.* ¶ 5. In bonam partem Sil. 2, 324 *Decoris furorem* pro cupiditate gloriæ dixit, quod ex Græcis fontibus derivat Dan. Heinsius. ¶ 6. *Furor* & *Pudor* nonnunquam a librariis permutantur. v. Burm. ad Quint. decl. 11, 1 p. 232. It. *Furor* & *Favor* de quo h. v.

¶ Furia, *æ*, f. sing. ein teufel. Cic. ad Q. fratr. 3, 1, 4. Adde Elmenhorstii Indicem Apulejanum: sed sæpius pluraliter.

¶ Furiæ, *arum*, f. quæ & *Diræ* dicuntur, & *Eumenides*, Acherontis, & Noctis filiæ, tres sunt Poetis, *Alecto, Megæra, Tisiphone*, Dæmones sunt exagitantes conscientiam facinorosorum, plage-teufel, plage-geister. Lactantius 6, 19 tres Poëtarum Furias, ad tres affectus, *Iram, Cupiditatem, Libidinem*, refert. *Furiis agi, agitari*, Virg. Æn. 3, 331. *Tædis ardentibus furiarum coerceri*, Cic. in Pison. c. 20. Suet. Ner. c. 34 *Sceleris* (parricidii in matrem) *conscientiam nunquam ferme pœnitentia potuit, sæpe confessis, exagitari se materna pecie, verberibus Furiarum ac tædis ardentibus.* Cic. pro Rosc. Amer. c. 24 *Nolite putare, quemadmodum in fabulis sæpe videtis, eos, qui aliquid impie scelerateque commiserint, agitari & perterreri Furiarum tædis ardentibus. Sua quemque fraus & sua terror maxime vexat, suum quemque scelus agitat, amentiaque afficit, hæ malæ cogitationes, conscientiaque terrent, hæ sunt impiis assiduæ domesticæque animi furiæ, quæ dies noctesque parentum pœnas a conscelleratissimis filiis repetant, &c.* conf. huc, *semper virgines furiæ, διὰ παρθένου ἐριννύες*, ex Chiliad. *Furias honestas*, quomodo dixerit Statius, vide infra in *Honestus*, in *Honor. Iustas* Virg. Æn. 8, 494. Add. Comm. Petron. pr. Picturas *Furiarum* poëticas dabit Brouckh. ad Tib. 1, 3, 96. Gestamen *Furiarum* lampades. Drak. ad Sil. 2, 610.

¶ Furiālis, *e*, greulich, erschrecklich. *Incestas furialis*, Liv. 7, 17. *Vox furialis*, Cic. pro Planc. c. 35. *Serpentis furiale malum*, Virg. Æn. 7, 376.

¶ Furiale, adv. Claudian. de B. Get. 326 de leone: *tacitusque per altas Incedit furiale nives.*

¶ Furialiter, adv. idem; ut, *Odisse furialiter*, teufelisch feind seyn, Ovid. Fast. 3, 637.

¶ Furiōsus, *a, um*, vecors, mente captus, semper furens, unsinnig, wütend. Cic. in Catil. 1, 10 *Quo te ipsa tua cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat?* Id. Att. 4, 3 *Furiosissimæ contiones Publii.* Id. pro Dejot. c. 5 *Aliquem furiosissimum judicare.* Et Ovid. Met. 9, 736 *Amor furiosior.*

¶ Furiōse, adv idem. Cic. Att. 8, 5 *Solet cum, cum aliquid furiose fecit, pœnitere.* Compar. Spartian. Hadrian. c. 12 *Servo in se cum gladio furiosius irruente.*

¶ Furio, *āre*, cum furore concitare, wütend machen. Hor. 1 od. 25, 13 *Flagrans amor & libido, Quæ solet matres furiare equorum.* Et Sil. 14, 281 *Vaniloquo pubem furiabant inspice ore.*

¶ Furiatus, *a, um*, erzimmet. Virg. Æn. 2, 407 *Non tulit hanc speciem furiata mente Cherubus:* id est, concitata mente. *Furiata juventus*, die unsinnig rasende jugend. Silius 11, 132. Et Ovid. Fast. 2, 761 *Iuvenis furiatos regius ignes Concipit.*

¶ Furiātilis, *e*, grimmig, wütig. Fortunat. 3 Mart. *Furiatile cornu.*

¶ Furibundus, *a, um*, idem quod furens, tobend, toll; ut, *Furibundus homo*, Cic. pro Sext. c. 7. Manilius 1, 411 *Vastos cum terra gigantes In cœlum furibunda tulit.* Et Virg. Æn. 4, 646 *Conscendit furibunda rogos*, scil. Dido.

¶ Confŭro, *ere*, mitrasen. Sarisb. in epist. *Quæ capiti confurebant membra, colnterunt.*

¶ Interfŭro, *ere*, darzwischen stürmen. Statius Achill. 1, 395 *Alternum Mavors interfurit orbem.*

¶ Perfuro, *ere*, vehementer furere, sehr wüten, toll seyn. Virg. Æn. 9, 343 *Incensus & ipse Perfurit.* Prudentius Tetrast. 29 *Perfurit Herodes.* Lucret. 1, 257 *Pontus perfurit acri cum gemitu.*

¶ Præfuro, *ere*, ante, vel valde furere. Statius Theb. 2, 420 *Torvus præfuris*: & lib. 4, 821 *Agmina bello Decertare putes, justumque in gurgite Martem Præfurere.*

Furippus, fŭror, *ari*, furtim, furtivus, furtum, &c. vide in *Fur.*

FVRVVS, *a, um*, ater, fuliginosus, a quo *furnum* & *fornacem* Grammatici faciunt, finster, dunckel, dunckel-schwartz. Ovid. Met. 5, 541 *Antra furva*, pro caliginosa. *Furvus color*, Solin. c. 13 (al. 46) pr. *Furva culpa*, Prud. περὶ στεφ. hymn. 1, 4. *Furvæ hostiæ*, Val. Max. 2, 4, 5, qui ibidem addit: *Hostiæ nigræ antiquitus* FVRVÆ *dicebantur.* ¶ 2. *Furvum* & *Curvum*, it. *Fulvum* misceri a librariis suis locis indicatum est.

¶ Furvesco, *ere*, schwartz werden. Mart. Capella lib. 1 p. 20 *Tartareæ noctis obscuritate furvescens.*

Fuscator, fuscatus, vide *Fuscus.*

FVSCĪNA, *æ*, f. die gabel, fleisch-gabel. Hæc vulgaris significatio. ¶ 2. Sed Ciceroni *fuscina* est, qua pisces aut anguillæ confodiuntur, N. Deor. 1, 36, *tridens* credo fuit. Nam etiam ¶ 3. Est Neptuni tridens, seu telum trifulcum piscatorium, quod fundo natantia capiat. Martial. Spect. epigr. 2 *Fuscina dente minax, nexa fuit ancbora curvo: Creditimus remum, creditimusque ratem.* Accius in Argonautis apud Cic. N. Deor. 2, 35 *Aut forte Triton fuscina verrens specus Subter radices penitus undanti in freto Molem ex profundo saxeam ad cælum eruit.* ¶ 4. *Fuscina* utebantur etiam in ludis gladiatoriis retiarii. Iuven. 2, 134 *Vicerat hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi.*

¶ Fuscīnŭla, *æ*, f. dimin. Vulg. Interpr. Exod. 27, 3 *Facies fuscinulas & ignium receptacula*, &c.

FVSCVS, *a, um*, subniger, dunckelbraun, λευκόφαιος. Corn. Fronto. *Fuscum albo opponitur, nigro candidum.* Non tam plenum esse colorem quam nigrum, ex Ovid. art. 2, 657 & Rem. 327 *Si fusca est, nigra vocetur.* Apulejus pro atro, id est, malo & infelici usus est

hac

hac voce lib. 2 de A. A. *Piscis avibus Lariſſam acceſſe*, quod Horatius 1 od. 15, 5 *mala avi* dixit, id eſt, malo augurio, zur böſen ſtunde. Transfertur & ad vocem. v. *Vox*. Compar. *Cura fuſcior*, apud Apul. de Mundo p. 69 & 2 Dogm. Plat. p. 19 *Animæ fuſciores. Veſtis fuſcior*, apud Hieronym. ep. 23 ad Marcellam.

¶ Fuſcitas, *ātis*, f. die dunckelheit. Idem Apulejus ſub finem dicti libri: *Ab omni fuſcitate ac perturbatione liberum cælum*, hoc eſt, a fordibus.

¶ Fuſco, *fuſcare*, braun machen, ſchwärtzen. Ovid. de Arte Am. 1 513 *Mundicię placeant, fuſcentur corpora campo*. Eleganter Symmach 1 ep. 29 dixit: *Quem ad hoc ævi nulla actuum culpa fuſcavit: ſed fortunæ licentia interdum optimos decolorans, ſpes ejus pauliſper intregit.*

¶ Fuſcatus, *a*, *um*, verdunckelt. Alcimus Avitus 4, 430 *Fuſcati lumina ſolis*, die ſonnen-finſterniß.

¶ Fuſcatio, *onis*, f. apud Amobium.

¶ Fuſcator, *oris*, m. apud Lucan. 4, 55 epitheton eſt Cori venti: *Cæli fuſcator Eoi*, qui nubibus futcar.

¶ Confuſco, *are*, ſchwärtzen, apud Quintilianum.

¶ Infuſco, *are*, idem. Virg. Georg. 3, 493 *Sanie infuſcatur arena*. Juſtin. 12, 5, 5 *Ne victoriæ gloria ſævitiæ macula infuſcaretur*. Vet. liber, *off ſcaretur*. Sic, *Barbaris infuſcari*, pro coinquinari, mit wilden ſitten beſchmißt werden. Cic. de Claris Orat. c. 74 *Merum infuſcare*, apud Plaut. Cift. 1, 1, 21, eſt aqua diluere, quod, cum vini generoſi nigrior ſit color, dilutior mixta aqua ſuſcipque rediatur. Add. mil. 2, 6, 46 al. utroque loco *infucare*. Nobiſcum Gron. *Infuſcare vellera*, Virg. Georg. 3, 389.

¶ Infuſcatus, *a*, *um*, geſchwärtzt, verdunckelt. Colum. 11, 2 *Vinacea, quæ acinis celantur, jam infuſcata*. Et Cic. pro Planc. c. 9 *Vicinitas non infuſcata malevolentia*.

¶ Infuſcatio, *onis*, f. idem quod *fuſcatio*, apud Plinium.

¶ Infuſcus, *a*, *um*, idem quod *infuſcatus*, ſchwärtzlicht. Colum. 9, 10 de rege apum: *Quidam infuſci atque hirſuti reperiuntur*.

¶ Obfuſco, vel Offuſco, *are*, fuſcitatem obvertere, obtenebrare, verdunckeln. *Obfuſcare juſtitiam*, Tertull. adv. Marc. 2, 12.

¶ Oſſafuſcatus, *a*, *um*, verdunckelt; ut, *Caligine oſſafcatus*, Oroſius.

¶ Obfuſcatio, *onis*, f. die verdunckelung. Metaph. Tertull. ad Nation. 1, 10 *Fertinet ad obfuſcationem deorum veſtrorum*, i. e. ad honoris imminutionem dejerare per Cæſarem, non, ut antea, per deos. conf. Vulg. Interpr. Sirac. 41, 24.

¶ Præfuſcus, *a*, *um*, valde fuſcus; ut, *Terræ præfuſcæ*, Manil. 4, 715.

¶ Subfuſcus vel Suffuſcus, ſchwärtzlicht, bräunlicht. Tac. Agric. 12, 9 *Gignit & oceanus margarita, ſed ſubfuſca ac liventia*.

¶ Subfuſculus, vel Suffuſculus, *a*, *um*, dimin. aliquantulum fuſcus. Apul. 2 Miles. p. 120 *Procerus & ſuffuſculus*. Et Ammian. 22, 16 *Homines Aſyptii plerique ſubfuſculi ſunt & atrati*.

Fuſilis, fuſio, vide in *Fundo*.

FVSIVS, *i*, m. orator fuit, cujus his verbis meminit Cic. de Orat. 2, 22 *Feſſas nervos in dicendo C. Fimbriæ, quos tamen habuit ille, non aſſequitur, &c.*

Fuſor, &c. vide *Fundo*, Fuſtibalator, fuſtibalus, fuſtigare, *Fuſtis*.

FVSTIS, *is*, m. ein knüttel, prügel. *Cæli fuſtibus*, Macer L. 10 pr. D. de Pœnis. Horat. 1 ſat. 3, 143 *Laſcivi pueri, quos tu niſi fuſte coëreres, &c. Non eſt opus verbis, ſed fuſtibus*, Cic. in Piſon. c. 30. Id. in Verr. 6, 43 *Clavis ac fuſtibus repellere*. Et Cælius ad Cic. fam. 8, 8 *Fuſtem impingere alicui*, einen prügeln. Vellej. 2, 78, 3 *Fuſte percuſſus*.

¶ Fuſticulus, *i*, m. dimin. Apul. Met. 6 p. 704 *Fuſticulos aliquos porrigas ei*. Pallad. 1, 35, 6 *Fuſticuli allii* ſunt thalli, die ſtengel.

¶ Fuſtuārium, *i*, n. quod Valla 1, 6 fuſtigationem interpretatus eſt, ſtaupen-ſchlag. Liv. 5, 6 *Fuſtuarium meretur, qui ſigna relinquit, aut præſidio diſcedit*. Et Cic. Phil. 3, 6 *Si ille* (Antonius) *conſul, fuſtuarium meruerunt legiones, quæ conſulem reliquerunt*. Hoc ſupplicii genere afficiebantur quoque, qui falſum dixiſſent teſtimonium, furtum feciſſent, juvenibus abuterentur, aut qui ter ob delictum idem eſſent puniti, ut Polybius lib. 6 & hoc præterea docet, ad mortem usque cædi ſolitos, hac pœna damnatos. Non itaque tam leve ſupplicii genus eſt, quam quidam voluerunt, ut Voſſius obſervat ad Vellej. 2, 78. v. & Lipſium 5 de Rom. Militia Dialog. 18, & Loccen. in Antiqu. Suco-Goth. 3, 5 p. 130. Adde P. Fabri Semeſtr. 1, 17. Cæl. Rhodig. 26 c. ult. & Dukerum ad Liv. Epit. lib. 57.

¶ Fuſtiārius, *i*, m. in Ver. Gloſſ. vertitur ξυλοκόπος, ὁ τύπτων ξύλῳ, eſſet itaque lictor, virgarius. Sed nominis inſtar adjectivi occurrit in Fabretti Inſcript. p. 529 ET FVSTIARIO SVPPLICIO SE NOVERIT ESSE SVBDENDVM.

¶ Fuſtigo, *are*, fuſtibus cædere, prügeln. Onomaſt. Vet. *Fuſtigo*, ξυλοτυπῶ, τὸ τυπτω ξύλῳ.

¶ Fuſtigātus, *a*, *um*, geprügelt, eſſe ajunt apud Columellam.

¶ Fuſtigatio, *onis*, f. die abprügelung, pœna militaris ICtis & Auguſtino.

¶ Fuſterna, *æ*, f. pars abietis ſuperior, de qua Vitruvius 2, 9. vide Baldi vocab. p. 52. Pars nodoſa duriorque Plinio 16, 39. *Fuſterna* (non *faſterna*) dicta, quia nodoſa eſt, ut ſolent eſſe fuſtes & baculi crebris nodis ut plurimum aſperi, dicente Salmaſio in Solinum p. 727.

¶ Fuſtim, adv. mit prügeln. Val. Max. 6, 3, 9 *Uxorem fuſtim interemit*. vid. Pigh. Id. 8, 1, 1 *Matrem fuſtim interemit*.

¶ Fuſticūdo, *inis*, f. per laſciviam comicam. Plaut. Aſin. 1, 1, 21 *Fuſtitudines ferricrepinæ inſulæ*, h. e. plagæ fuſtium.

¶ Fuſtibălus, *i*, m. quoque ad *fuſtem* referri poſtulat Vegetius de Re milit. 3, 14 *Fuſtibalus fuſtis eſt longus pedibus 4, cui per medium ligatur funda de corio: & utraque manu impulſus prope ad inſtar onagri dirigit ſaxa*, ein wurf-ſpieß. Hinc

¶ Fuſtibalātor, *oris*, m. qui fuſtibalo jaculatur, in MSS. Vegetii libris c. l. legitur, ut Stewechius obſervavit pro vulgato *fundibalator*. vide ſupra in illo nomine. Quidam ſcribunt per V *Fuſtibulus, Fuſtibulator*: ſed rectius per A, tamquam hibrida vox, a Græco βάλλειν, i. e *jaculari*, ſimul deducta, quemadmodum Lipſius etiam *Fundibalum*, non *fundibulum*, ut vulgo ſolet, loco in *Fundibalum* notato, expreſſit.

¶ Defuſto, *are*, fuſte cædere, abprügeln. Gloſſ. Gr lat. ξυλοκοπῶ, *defuſto*, fuſtigo.

¶ Defuſtatus, *a*, *um*, abgeprügelt, apud Apulejum.

¶ Defuſtatio, *onis*, f. die abprügelung, Auguſtinus.

¶ Defuſtator, *ōris*, idem ac *fuſtiarius*, apud eundem.

Fuſura, fuſus, vide *Fundo*, Futatim, *Futum*.

¶ 1 FŪTILIS, *e*, Φλύαρος, vanus, levis, inanis, liederlich, unbedacht ſam, leichtſinnig. *Qui ſibre tacenda nequit, ſed ea effutit*, quemadmodum ait Pompejus Feſtus, der nit te verſchwetzen kan. *Atacrite futilis, geſtiens*, Cic. Tuſc. 4, 17, der nicht um ſich halten kan. *Futiles lætitiæ*, Id. Tuſc. 5, 6, eitele freude. Virg. Æneid. 11, 339 *Conſiliis habitus non futilis auctor*, id eſt, fidelis. Ter. Andr. 3, 5, 3 *Servon' fortunas meas me commiſiſſe futili?* Ubi Donatus. FVTILI, *levi. Nam a vaſe, quod* futile (vel Futis) *dicitur, quod non deponunt miniſtri ſacrorum, quod eſt acuto fundo & patulo ore, cujus influbile eſt.* Uberius vetus Scholiaſtes ad illud Statii Theb. 8, 297 *Nec futile mæſtis Id vitium Danais*. FVTILE, inquit, *vas eſt quodam latiore, fundo angu ſto, quo utebantur in ſacris: Pipæ, quia aqua in ſacris Pipæ in terra non ponitur, quod ſi ſtat, piaculum eſt. Idea excogitatum eſt vas, quod ſtare non poſſet, ſed ſi poſitum, ſtatim funderetur. Unde & homo commiſſa non retinens, FVTILIS dicitur: contra NON FVTILIS, bonus conſilii.* Quæ eadem habes apud Servium in Virg. Æn. 11, 339. Idem 12, 740 *Glacies ceu futilis icta*. Huc, nimirum ad propriam ſignificationem pertinet etiam Phædr. 4, 17, 33, ubi *futiles* vocantur *canes*, qui alvum continere non poterant.

¶ Futile, adverbialiter, idem. Ennius apud Nonium 11, 39 *Quod factum eſt futile, amici nos feramus fortiter*. conf. Plaut. Stich. 2, 2, 73.

¶ Futiliter, adv. idem. Apul. Apol. poſt princ. *Futiliter blatera-ta*. conf. Nonius l. c.

¶ Fūtilitas, *ātis*, f. illud ipſum levitatis, & garrulitatis vitium, die leichtſinnigkeit, unachtſamkeit. Cic. N. Deor. 2, 83 *Hæc & plena ſunt futilitatis, ſummæque levitatis.*

Futio, *ire*, effluere, obſoletum, a quo

¶ Effutio, *ire*, imprudenter, & mendaciter loqui, ausſchwatzen, unbedachtſam nachſagen. Ter. Phorm. 5, 1, 17 *Verum ipſboc me nomine eo perperam olim dixi, ne forte vos impudentes foris effutiretis*. Cic. de Nat. D. 2, 37 *Ita temere effutiunt de mundo*. Horat. Art. poet. v. 231 *Effutire leves verſus*. Apul. Apol. *Mercenaria loquacitate effutire.*

¶ Effutītus, *a*, *um*, ausgeſchwatzt. Cic. de Divin. 2, 55 *Partim fi-cta aperte, partim effutita temere.*

¶ Effutitius, *a*, *um*, de ſono ex adfectu ficto, Varr. de L. L. 6, 5 *Evax verbum nihil ſignificat, ſed effutitium* (al. *effutitum*) naturaliter eſt.

FŪTUM, *i*, n. vaſis aquarii genus, quo in triclinio allatam aquam infundebant, ein waſſer-krug, Varro de L. L. 4, 25.

¶ Futo, *are*. Feſtus: *Futare, arguere eſt: unde & confutare: Sed Cato hoc pro* fæpius fuiſſe *poſuit*. Nimirum frequentativum formavit ex *fuo*. Hinc

¶ Futatim, adv. idem quod profuſim, hauffenweis, überflüßig. Plaut. Truc. 4, 4, 29 *Nomen id quoque jam futatim commemorabitur*, i. e. largiter & fæpe.

¶ Confūto, *āvi*, *ātum*, *are*, proprium rei coquinariæ verbum, dämpfen. Ollæ enim ferventes, quum paullo plus exuberant, ſolent *futo* vaſe ad hoc apto, infuſa aqua, compeſci, quod *futare, confutare, refutare ollam*, veteres dixerunt. Titinnius apud Nonium 4, 47 *Cocus ahenum, quando fervit, paulla confutat trua*. Vid Scalig. ad Feſtum in *refutare*. ¶ 2. Hinc ad alias res transfertur, idemque, quod retundere, reprimere, & cohibere ſignificat, hindern, einhalt thun. Cic. apud Gellium 7, 3 *Ne quid in conſulendo adverſi eveniat, quod noſtras fecundas res confutet*, id eſt, earum curſum inhibeat & ſiſtat. Apul. 11 Miles. *Nunc albo candore lucida, nunc croceo flore lutea, & quæ longe longeque meum confutabat obtutum, palla nigerrima, ſplendeſcens atro nitore, &c.* Ita, *Audaciam alicujus confutare*, Cicero in Partitionibus c. 38 dixit. ¶ 3. Frequentiſſime, & velut proprie uſurpamus hoc verbum, cum dicta adverſariorum refellimus contrariis rationibus & infirmamus. *Verbis, dictis aliquem confutare*, i. e. caſtigare, & quaſi compeſcere, widerlegen, umſtoſſen, überführen, Ter. Heaut. 5, 1, 76; & Phorm. 3, 1, 13 *Confutare argumenta*. conf. Nonius l. c. & 2, 142.

¶ Confutatus, *a*, *um*, convictus, überwieſen, widerlegt. Ammian. 17, 9 *Tot ſuſcepiſſe labores & pericula confutati*. Id. 26, 3 *Veneficii nocuiſſe quibusdam aperte confutati.*

¶ Confutatio, *onis*, f. pars orationis, qua adverſario reſpondemus, & ejus rationes elidimus, die widerlegung. v. Aut. ad Herennium 1, 3.

¶ Confutator, *ōris*, m. qui confutat. Hieronymus Catalogo ſcriptor. eccleſiaſt. in Bardeſane: *Primum Valentini ſectator: deinde confutator, novam hæreſin condidit.*

¶ Refūto, *are*, idem quod confutare, redarguere, widerlegen. *Noſtra cunfirmare argumentis & rationibus; deinde contraria refutare*, Cic. de Orat. 2, 19 *Refutare teſtes*, Id. pro Tontejo c. 1, zeugen widerlegen. Et, *Refutare dom ſticis teſtibus*, Id. de Orat. 2, 1 Proprie eſt reprimere, cohibere, einhalt thun, zurück halten. Quemadmodum & Cicero *alicujus conatum refutare* dixit de Aruſp. R. c. 4 *cupiditatem*, Fam. 1, 9 extr. Idem de Prov. Conſ. c. 11 *Semper illaudandos noſtri Imperatores refutandas potius bello, quam laceſſendas putaverunt*, vide ſupra *Confuto*. ¶ 2. Sequioris ævi ſcriptoribus & pro reſpuere, ſive repudiare ponitur, verwerffen. Prævirit ipſe Quint. 10, 6 p. 948 Burm. *Ut primum eſt domo afferre paratam dicendi copiam & certam; ita refutare temporis munera ſtultiſſimum eſt*, h. e. reſpuere, quæ ex tempore nobis in mentem veniunt. Ammian. Marcellin. 17, 11 *Non refutamus hanc* (pacem), *nec repellimus: adſit modo cum decore & honeſtate*. B. Hieronym. in vita Malchi p. 520 *Dominus videns gregem ſuam creſcere, nihilque in me deprehendens fraudulentiæ, & rogans me renunciare, quæ ſibi magis faceret; tradidit mihi illam*

ceasſuram meam, aliquanto captivam. Et cum ego refutarem, dicereque me Chriſtianam, nec licere mihi, viventis uxoris mariti acciperе &c.

¶ Refutatus, *a, um*, umgeſtoſſen, widerlegt. Cic. pro Lege Manil. c. 17 *Objecit jam iſta oratio, re integra magis, quam verbis refutata.*

¶ Refutatus, *ūs*, m. ſubſtantive, idem eſt ac refutatio. Lucret. 3, 524 *Ancipitique refutatu convincere falſum.*

¶ Refutatio, *ōnis*, f. depulſio criminis, eine ableinung, widerlegung. *Firma refutatio*, Quintil. 5, 10. *Refutatio accuſationis*, Cic. Topic. c. 25.

¶ Refutator, *ōris*, m. qui refutat. Arnob. lib. 1 p. 18 *Refutator incredulus.*

¶ Refutatorius, *a, um*, ICtorum eſt; ut, *Refutatoriæ preces*, L. 1 Cod. de Relationibus. Et, *Refutatorii libelli*, L. 8 Cod. Theod. de Appellationibus.

¶ Irrefutatus, *a, um*, non refutatus, Lactant. 5, 16 extr. *Irrefutata hæc, tamquam fovcam, prætergreſſus eſt.*

¶ Irrefutabilis, *e*, unumſtößlich Arnobius lib. 4 p. 139 *Irrefutabile aperite ſecretum.*

FŪTUO, *futui, ūtum, futuēre*, obſcenum verbum eſt, idem quod coire, ab antiquo *futio*, quia ibi aliquid effunditur. Martinius & Voſſius eſſe putant ab honeſto verbo *Φυτεύειν, plantare.* Habet Catullus 98, 9; & Horat. 1 ſat. 2, 127. Martialis ſæpe eo uſus eſt, & aliquoties in epigrammate Auguſti 11, 21. Sic 9 epigr. 42 *Nempe ſemel futuit, genevaret Horatius ut tres.*

¶ Futūtus, *a, um*. Martial. 3 epigr. 87 *Narrat te rumor, Cbione, nunquam eſſe fututam.*

¶ Futurio, *ōnis*, f. coëundi actus, apud eumdem 1 epigr. 107. Sic Catull. 33, 7 *Pares nobis continuas futationes.*

¶ Fututor, *ōris*, m qui Venereos actus exercet; ut, *Perditus fututor*, ibid. 12 epigr. 43. conf. 7 epigr. 29.

¶ Futurix, *icis*, f. Item adjective; ut, *Fututrix manus, lingua*, apud eumdem 11 epigr. 23 & 52.

¶ Confutuo, *ēre*. Catull. Carm. 38, 3 *Quicquid eſt puellarum, confutuere.*

¶ Defūtūtus, *a, um*; ut, *fututus. Puella defututa*, Catull. 42, 1.

¶ Diffutūtus, *a, um*, ſenſu obſceno ejusdem eſt Catulli carm. 39, 13. *Diffutua mentula.*

¶ Effutuo, *ēre*. In militari carmine & joco in Cæſarem apud Sueт. ejus vita c. 51 *Aurum in Gallia effutuiſti, hic ſumpſiſti mutuum: Effutuiſti*, i. e. futuendo ſeu ſcortando dilapidaſti.

¶ Exfutūtus, *a, um*; ut, *Latera exfututa*, Catull. 6, 13.

Futurus, require in verbo *Sum.*

FVVI, pro Fui, antique. Plaut. Pœn. prol. 110 *Qui parentes fuerint.* Et Ennius apud Cic. de Orat. 3, 42 *Qui fuvimus ante Rudini.* Adde Lucret. 1, 387.

GDefiniente Capella 3 p. 58 *ſpiritus cum palato*, Litera media eſt inter C & CH, ignota veteribus Latinis, adjecta demum a Sp. Carvilio, ut Plutarchus Probl. Rom. 54 indicat. Antea c pro g poſuerunt. Et certe cognatum habet quiddam cum κ Græcorum, ut, κυβερνήτης, *gubernator*, κύκνος, *Cygnus*, κυβιστος, *Gobius*, κομμι, *gummi*. Sic & a *Seco, ſegnis*, a *centum, quingenti*, ex *nec* & *otium negotium*. ¶ 2. Pontum vero ante N ex eo quiddam retrahit in ſeſe, ut *Agnus, Agnoſco, Magnus, &c.* Veteres enim in ſyllabis, ubi nunc N nos ſcribimus ante C, vel G, ipſum G ponebant, quemadmodum Varro monet lib. 1 de orig. L. L. ut, *Aggulus* pro *Angulus*; *Agceps*, pro *Anceps*. Sed converſa ratione poſtea, ubi γ Græce ſonat ut ν, latine tranſit in n: ut, ἄγγελος, *angelus*, ἄγκυρα, *ancora*, ἄγχω, *ango*; ubi ſimul ch vertitur in g. ¶ 3. In flexione ex *legor* fit *lectus ſum*; ex *ſpargo, ſparſi*: ex *rego, rexi*; & vice verſa ex *rex, regis*; ex *grex, gregis*. *Gnoſco, gnatus, gnavus* a γινώσκω, γνωτός, γενναῖος propter originem magis amittere dicenda ſunt g, ubi abeſt, per aphæreſin, quam ut per proſthеſin, ubi adeſt, dicitur admittere. ¶ 4. In propriis G ſolum poſitum, retulit *Gajus*: GN *Gnæus*: GER. *Germanicus*, vel *Germanus*. v. Valer. Probus de literis antiquis. ¶ 5. G, & C paſſim a librariis permutantur, ut *arguerunt* pro *arcuerunt, vugatio* pro *vacatio, ceſſi* pro *geſſi, negante* pro *nec ante*. v. Burm. ad Ovid. Metam. 2, 505, & 15, 73. Drakenb. ad Liv. 6, 25.

GABĂLIVM, *i*, n. genus plantæ, quod conſumere dicuntur Arabes, Plin. 12, 21.

GABĂLUS, *i*, m. eine gabel, ein galgen. vide *Furca*, & Nonium 2, 373. Sicuti autem Lucilius *Carcerem* dixit pro homine, qui in carcere detinetur; ita & *Gabalum* dixerunt ſceleratum hominem & dignum cruce. Macrinus apud Capitolinum in Macrino c. 11 *Qualis Latinus Gabalus iſte fuit.* Putat Salmaſius, & Heliogabalum Imperatorem per convitium appellatum *Gabalum* ſimiliter fuiſſe, & eo refert, quod Servius in 7 Æneid. Virg. ſcribit: *Gabalus Rom. Imp. Solem ſe dici voluit. Nam* Heliogabalus *eſt dictus*, vide eum ad Alexandrum Lampridii init.

GABĂTÆ, *arum*, f. plur. ſignificare videtur vas concavum, eduliis aptum, ein napf. *Transcurrunt gabbatæ, volantque lances*, Martial. 7 ep. 47; adde 11 epigr. 32.

GABBĂRÆ, *arum*, f. pl. corpora mortuorum apud Ægyptios, pollinctorum arte delibuta, arefacta, ac longo tempore quaſi ænea facta, Auguſtino teſte, mumien. v. Aringhi Rom. Subterr. P. 1, 1, 2, & Kirchmann. de Fun. Rom. 1, 8, & Salmaſ. ad Solin. p. 744 & 850.

GABII, *orum*, m. pl. Γάβιοι, Volſcorum urbs. Virg. Æn. 6, 768 *Hi tibi Nomentum, & Gabios, urbemque Fidenam, &c.*

¶ Gabienſis, *e*, adj. ut, *Gabienſis ager*, Plin. 2, 94.

¶ Gābīnus, *a, um*, adj. ut, *Vrbs Gabina*, Ovid. Faſt. 2, 709. Vnde *Gabinus cinctus*, apud Liv. 5, 46; & 8, 9. Virg. Æn. 7, 612 *Ipſe Quirinali trabea cinctuque Gabino Inſignis, &c.* Ad quem locum Servius: *Gabinus cinctus*, inquit, *eſt toga, ſic in tergum rejecta, ut una ejus lacinia revocata hominem cingat. Hoc autem veſtimenti genere veteres Latini, quæ nec ſicca arma haberent, præcinctis togis bellabant: unde etiam milites in provinctu eſſe dicuntur. Hoc rurſus utebatur conſul bella indicturus, ideo, quod cum Gabii, Campaniæ civitas, ſacris operaretur, bellum ſubito evenit. Tunc cives cinctis togis ſuis ab aris ſunt ad bella profecti, & adepti victoriam. Propter quod omen tali habitu ſemper utebantur in bellis.* vid. & Turneb. Adverſ 22, 19. v. Schol. Perſ. 5, 31. Iſid. orig. 19, 24. Val. Max. 1, 1 de Fabio. Claud. de tertio Cos. Honor. v. 3, & de quarto Cos. Hon. v. 6; quo utroque loco fallitur Hartnaccius.

¶ Gabienus, *i*, m. *Bello Siculo Gabienus Cæſaris claſſiarius fortiſſimus, captus a Sext. Pompejo, juſſu ejus inciſa cervice, & vix cohærente, jacuit in litore tota die. Deinde cum adveſperaſſet, cum gemitu precibusque congregata multitudine petiit, ut Pompejus ad ſe veniret, aut aliquem ex cariis mitteret. Se enim ab inferis remiſſum habere, quod nunciaret. Miſit plures Pompejus examicis: quibus Gabienus dixit: inferis Diis placere Pompeji cædem & partes pias. Proinde eventum futurum, quem optaret: hoc ſe nunciare juſſum. Argumentum fore veritatis, quod peractis mandatis protinus exſpiraturus eſſet. Idque ita evenit*, Plin. 7, 52. ubi oſtendere vult, vaticinia interdum falſa eſſe.

¶ Gabinius, *i*, m. Romanum nomen, præſertim conſulis illius, ſub quo Cicero in exilium miſſus fuit. Proconſul Syriæ Ptolemæum Auletem in regnum reduxit. v. Cic. poſt red. ad Quir. & lib. 1 epiſt. ad Lentulum. Hinc

¶ Gabinius, *a, um*, adj. ut, *Lex Gabinia*, Cic. de Leg. 3, 16; & ad Att. 5, 21; & de Amic. c. 12.

¶ Gabinianus, *a, um*, idem; ut, *Gabiniani milites*, Val. Max. 4, 1, 14.

GABIREA, *æ*, f. γαβιζέα, myrrha omnium pinguiſſima, Dioſc. 1, 69.

GABRIEL, *ēlis*, m. nomen angeli. *Hebraice in linguam noſtram vertitur fortitudo Dei. Vbi enim potentia divina vel fortitudo manifeſtatur, Gabriel mittitur, &c.* Iſid. 7, 5. Adde Fortun. de Part. Virg. v. 183.

GADES, *Gadium*, f. quæ & *Gadir* & *Erythræa*. Inſula eſt Oceani ultra Hiſpaniam Bæticam, Herculis columnis vicina, die inſel Cadix, vid. Plin. 5, 22. Cic. pro Balbo c. 16 *Gaditanorum mœnia, delubra, agros, Hercules itinerum & laborum ſuorum terminos eſſe voluit.* Juvenal. 10 pr. *Omnibus in terris quæ ſunt a Gadibus usque Auroram & Gangem, pauci diſcuſſere puſſint, Vera bona, &c.*

¶ Gādītānus, *a, um*, ſubſt. incola Gadium, Cic. c. 1. & Cæſ. Civ. B. 2, 18 ſeqq. Etiam adjective ad Gaditanos pertinens; ut, *Fretum Gaditanum*, die ſtraſſe des mittelländiſchen meers, Plin. 4, 13. *Gaditana provincia*, Liv. 28, 2.

GAEŌDES, *æ*, m. γαώδης, i. e. *terreſtris*, a γαῖα *terra*, lapis de aëtitarum genere, Plin. 36, 19; Dioſc. 5, 169.

GÆSVM, *i*, n. plur. Gæſa, ſunt tela ſive haſtæ Gallorum, wurfſpieſſe, partiſanen. Cæſar B. Gall. 3, 4 *Geſa in vallum conjicere.* Meminit & Livius 8, 8, ubi ab haſta diſtingui videntur: & 9, 36 *Gaſis binis armati.* Virgilius *Alpina gæſa* dixit Æn. 8, 661; & hunc imitatus Silius 1, 629, qui 2, 444 etiam Afris tribuit. v. Drakenb. Polluci 7, 33 γαισὸς eſt ὅδεν ὁλοσίδηρον, *haſta pure ferrea.* Vnde etiam de diphthongo conſtat. v. Cæl. Rhodig. 21, 18. ¶ 2. *Gæſos* quoque Galli appellabant viros fortes, teſte Servio in Virg. Æn. 8, 662, ut olim Germani & hodieque Iudæi inter illos viventes, eis uen degen.

GÆTŪLI, *orum*, m. pl. diphthongo ſcribunt Græci: populi Africæ ſunt ultra Numidiam in auſtrum. vide Geograph.

¶ Gætulus, *a, um*, adj. Virg. Æn. 4, 40 *Hinc Gætulæ urbes genus inſuperabile bello.*

¶ Gætūlia, *æ*, f. regio Gætulorum in Africa. Plin. 5, 4 extr. *Tota Gætulia* ad flumen Nigrin, qui Africam ab Æthiopia dirimit.

¶ Gætūlicus, *a, um*, adj. Plin. 6, 31 extr. *Juba Getulicam purpuram tingere* (in Mauritaniæ inſulis) *inſtituerat.* Iuvenal. 8, 26 *Agnoſco proceres. Salve, Getulice, ſeu tu, &c.*

¶ Semigætūlus, *i*, m. Apulej. Apol. p. 289 *Memet profeſſus ſum Semimanicæum & Semigætulum.*

GAGĀTES, *æ*, m. λίθος γαγάτης, ein gagat-ſtein, Plin. 36, 19. Gagates, lapis, nomen habet loci & amnis Gangis Lyciæ. Quem fluvium tamen Galenus, totam luſtrans diligentiſſime Lyciam, vidiſſe negat. Lapis eſt, qui igni admotus confeſtim accenditur, flammamque contrahit ac bitumen redolet. Quamobrem *jaccinum nigrum* a quibusdam dictus eſt, ſed falſo. Reperitur hodie magna copia in Flandria & Cimbria, Matthiolus. Eo accenſo morbum caducum explorari, Apul. Apol. p. 491 prodidit. Gagates & gagas, Gen. *gagatis & gagatæ*. Sed

¶ Gagites, *is*, m. ætites eſt quibusdam, ein adlerſtein. v. *Aetites.*

Gāius, Gaga, vide ſupra in *Caius.*

GĂLACTĪTES, *æ*, m. γαλακτίτης, lapis, a lactis ſic dictus colore, quod in ſuccum ſolutus lactis ſpeciem reddat, *Leuca & Leucographia*, & *Sympoſites* alio nomine dictus, ut Plinius annotavit 37, 10, weiſſer marmel. Reperitur hodie in quibusdam montibus Saxoniæ. Matthiol.

GĂLAĬCOS, *i*, m. gemma argyrodamanti ſimilis, Plin. 37, 10. Alii legunt *Gallaica.*

GĂLACTOPŌTA, *æ*, m. γαλακτοπότης, lactis potor, ein milchtrincker. Quod nomen Getis & Nomadibus, re tantum pecuaria victitantibus, Columella tribuit 7, 2.

GĂLANGA, *æ*, f. radix aromatica nota, colore interius & exterius purpureo, ſapore acri, galgan. *Acorum* alii dixere, ſed contra Matthiolum. vide *Acorus. Cyperus Babylonius* Iunio galanga eſt; *Cyperus* autem *ſilveſtris* eſt *galanga.*

GĂLĂTĒA, *æ*, f. nympha, Nerei & Doridis filia Ovidio eſt Met. 13. Prop. 1, 8, 18 *Sit Galatea tua non inimica via.* ¶ 2. Virgilio amica ruſtica, ecl. 1, 31 *Poſtquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit. Iam Galatea veni, nec munera deſpice noſtra.* conf. 3, 64. Mantuam hoc nomine intelligere Virgilium, notat Taubmann. ad Virgil. p. 9. vid. Nannius muſcell. 6, 1.

GĂLĂ-

GĂLĂTIA, *æ*, f. regio minoris eſt Aſiæ, quæ & *Gallogræcia* dicta eſt, & nomen utrumque accepit a Gallis, a quibus maximo numero occupata aliquando ſub duce fuit Brenno. Liv. 38, 16, & Flor. 2, 11. Tertiam produxit Statius in Soteriis Rutilii (1 Sylv. 4) v. 76 *Hunc Galatia vigens auſa eſt inceſſere bello.* Beneficio accentus, ut Bernartius & Morellius putant Lactant. Vol. 3 ad Probum, ut D. Hieronymus citat praefat. lib. 2 in epiſt. Pauli ad Galatas: *GALLI, inquit, antiquitus a candore corporis GALATÆ nominabantur, & Sibylla ſic eos appellat. Quod ſignificare voluit Poeta,* (Virg. Æn. 8, 660) *cum ait: Tum lactea colla auro innectuntur: Cum poſſit dicere* candida. *Hinc utique* Galatia *provincia, in quam Galli aliquando veniente, cum Græcis ſe miſcuerunt, unde primum ea regio* GALLOGRÆCIA, *poſt* GALATIA *nominata eſt.* Candorem lacteum in Gallis etiam agnoſcit Liv. 58, 21.

¶ Gălătæ, *ārum*, m. pl. populi ſive incolæ. *Galatarum auxilia*, Cic. Att. 6, 5. Sed hi frequenter *Gallograeci* appellantur ab hiſtoricis. Feſt. Rufus c. 10 *Sunt Galatæ ex Gallis, ut ſonat nomen.*

¶ Galaticus, *a, um*, adj. ut, *Galaticæ ſpinæ*, Plin. 24, 12. *Hordeum Galaticum*, Colum. 2, 9, ſommer-gerſte. Sed *eſcæ Galaticæ*, a colore lacteo nominatæ, milch-ſpeiſe. Græci enim γάλα *lac* dicunt, Iſidor. 20, 2.

¶ Galaticor, *ari*, fictum Tertulliani verbum, de Jejun. adv. Pſych. c. 14, notatque Galatarum more Judaicas cæremonias Chriſtianiſmo adjungere. Effectum autem eſt ea forma, qua Latini veteres *græcari* & *pergræcari* dixerunt.

GĂLĂTIVM, *i* n. herba, quæ & *Gallium*, Dioſc. 4, 91.

GĂLAXIA, *æ*, f. γαλαξίας, circulus cæleſtis magnus & latus, & ſerena nocte ſemper conſpicuus, inſtar faſciæ cujusdam, qui propter albedinem lacti ſimilem *via lactea* appellatur, & a Plinio 18, 29, ubi ejus effectus recenſet, *lacteus in cælo circulus* dicitur, die milch-ſtraſſe. Conf. infra *Lacteus* in *Lac.* Mirifice effert Ovid. Met. 1, 169 *Eſt via ſublimis, cælo manifeſta ſereno: Lactea nomen habet; candore notabilis ipſo, &c.* ¶ 2. *Galaxia*, gemma, ex colore lactis, quæ & *Galactites*, Plin. 37, 10.

GALBA, *æ*, m. vir conſularis, qui Luſitanos diripuit & accuſatus a Catone fuit. vide Nepotem in Catone & ibi Lambinum. ¶ 2. Item *Scipionis Galba* Imperator poſt Neronem. ¶ 3. *Galba* & pinguem notat veteri Gallorum lingua. ¶ 4. *Galbæ* etiam dicuntur exilia animalia, quæ in eſculis naſcuntur, ut docet Suetonius Galba c. 3. ¶ 5. *Galbæ* inter nuces Plin. 15, 22.

¶ Galbeus, vel galbeum, *i*, h. e. ipſo interpretante, *remedia lanæ involutæ*, eſt apud Suetonium Galb. c. 3. Rigaltius, *Galbeos* putat armillas tuiſſe a pertuiſi *galbuli*, i. e. parvis pilis aureis, ad inſitar corticiorum. Varro enim in re ruſtica *galbulos* interpretatur pilas parvas corticias. Sane & Feſtus docet, *Galbeos* eſſe armillas, quibus triumphantes utebantur, & quibus ob virtutem milites donabantur. vide ipſum Rigalt. Notis ad Onoſandrum p. 41 edit. Commelianæ, & Intt. Sueton. l. c. edit. Græv. præſertim vero Salm. ad Lamprid. Alex. Sev. c. 41 p. 985 ſq.

¶ Galbeum vel Galbĕnum, *i*, n. *ornamenti muliebris genus*, Feſt.

GALBANVM, vel Chalbanum, *i*, n. χαλβάνη, ſuccus eſt plantæ ferulaceæ in Syria naſcentis, thuris effigiem præbens, & odorem gravem, Dioſc 3, 88. Suet. Galba c. 3, & Plin. 11, 7. ¶ 2. Sed *Galbanum* veſtimenti genus eſt. Iuvenal. 2, 97 *Cærulea indutus ſcutulata, aut galbana vaſa*: i. e. veſtimenta alba & ſublucida delicatorum, weiſſe kleider.

¶ Galbanatus, *a, um*, id eſt, galbano indutus, mollis ſcilicet & delicatus apud Martial. 3 epigr. 82 *Iacet occupato, galbanatus in lecto.*

¶ Galbănus, *a, um*, adj weich, zärtlich. Martial. 1 epigr. 97 *Fuſcos colores, galbanos habet mores*, id eſt, molles & ſupinos. v. Rhodig. Lect. Antiq. 24, 5, qui vero *Galbinos* cum aliis legit: quemadmodum in fragm. Petronii c. 67 eſt *Galbino ſuccincta cingillo.* Sic, *Tunica galbina*, Vopiſc. in Aurel. c. 34.

¶ Galbăneus, *a, um*, idem, ut *Galbaneus nidor, odor*, in 3 & 4 Georg. Virgilii v. g. 4, 264 *Hinc jam galbaneos ſuadebo incendere odores*, rauch oder dampf von galban.

Galbei, Galbenum, vide in *Galba*; & Galbĭnus in *Galbanus.*

GALBVLVS, *i*, m. pila cupreſſi, eine cypreſſen-nuß. Varr. R. R. 1, 40.

GALĔŬLA, *æ*, f. vel Galbulus, & Galgulus, *i*, m. avis eſt eadem, luteo & viridi colore, turturis magnitudine, widwol vocant quidam. Alii eam eſſe putant, quæ Germanis, geelgorſt, ut Eberus. Geſnerus a nonnullis, gelbling, & hemmerling, appellari ſcribit, ſed avem eſſe Germaniæ peregrinam putat, & in Italia vocari, *galber. Iſterus* idem *Galbula*, apud Martialem legitur 13 epigr. 68 *Galbula decipitur, calamis & retibus ales, &c.* Harduinus ad Plin. 10, 33 f. 50 *Loriot* Gallis vocari ait hanc avem & laudat Aldrov. 12, 39, & Bellon. 6, 11, qui tamen male *vireonem* cum *galgulo* confundat. vid. idem ad 20. 11 f. 28.

¶ Galbuli ſemen Cypreſſi vid. ad Varr. R. R 1, 40, 1.

GĂLE, *es*, f. γαλῆ, muſtela, ein wieſel, Dioſc 2, 27.

GĂLĔA, *æ*, f. caſſis, ferreum capitis munimentum, ein eiſen-hut, helm, bickel-haube, ſturm-haube, caſquet, Virg. Æn. 5, 314 *Tertius Argolica galea contentus abito. Galea venatoria* apud Nepotem 14, 3, 2. *Galeam induere*, Cæſ. B Gall. 2, 21. Galeas veteribus etiam clauſiles fuiſſe, quibus ipſa quoque facies regeretur, docuit Barthius ad Stat. Theb. 4, 20. Add. Drakenb. ad Sil. 14, 636. ¶ 2. Galeæ *perforatæ & criſtatæ* in Nobilium insignibus unde ſint, docebit Loccen. Antiq. Sueo-Goth. 3, 7 p. 156. ¶ 3. Galea & *pulea* confunduntur a librariis, vid. Geſn. ad Col. 8, 2, 2.

¶ Galeo, *are*, dixit Hirtius B. Afric. c. 12, einen helm aufſetzen. *Milites*, inquit, *in campo jubat galeari & ad pugnam parari.*

¶ Galeātus, *a*, m galea indutus, gewapnet mit einem helm. *Minerva galeata*, Cic. N. Deor. 1, 30. ¶ 2. *Galeati principium*, vel *Galeatus prologus* dicitur, omnibus libris conveniens vel commune quoddam proœmium, quemadmodum galeatum præſidium omnium commune eſt & galeati omnes tuentur. v. Turneb. Adverſ. 3, 18. Voſſ. Inſt. Orat. 3 p. 352. Hinc S. Hieronymi præfatio in libros Regum (ſeu epiſt. 106) vulgo *Prologus galeatus* appellatur, cujus nominis vim ipſe ibidem declarat his verbis: *Hic prologus ſcript. rarum, quaſi galeatum principium, omnibus libris, quos de hebræo vertimus in latinum, convenire poteſt.*

¶ Galearius, *i*, m. qui galeam geſtat, in calonum generibus ponitur a Vegetio 3, 6. Variant tamen libri. Adde cumprimis Stewech. ad Vegetii 1, 10 fin. *Reticula galearia* ſunt ap. Non. 3, 188 ex Claudio, cui voci etiam nominativus *Galearis* aptus eſt. Quid ſibi velit ap. Feſtum *Galearia a galeæ ſimilitudine dicta*, obſcurum eſt, Scal. ſuſpicatur, *galerita.*

¶ Galeŏla, *æ*, f. quaſi diminutum a Galea, vas ſinuoſum, a galeæ figura ſic appellatum, ein trinck-geſchirr. Varro apud Nonium 15, 34 *Vbi erat vinum in menſa poſitum aut galeola, aut ſinu.* Sinus autem ejusdem generis vaſculum erat, ut ibidem explicatur.

GĂLEDRĂGON, *i*, n. herba leucacanthæ ſimilis, Plin. 27, 10. Harduinus legit *Gallidruga.*

GĂLEGA, *æ*, f. ruta capraria, geiß-raute, Botan.

GALĒNA, *æ*, f. plumbago, Plin. 34, 16 de origine plumbi. Ejus, qui primus fluit in fornacibus liquor, *ſtannum* appellatur, qui ſecundus, *argentum*, quod remanſit in fornacibus, *galena.* Hæc conflata dat nigrum plumbum, &c. blen-ertz blenweiß vide *Molybdæna.*

GALĒNVS, *i*, m. (a γαλήνη, *tranq illitas*) Claudius, medicus ille nobiliſſimus Pergamenus. Clarus eſſe cœpit Trajani temporibus. Natus patre architecto civitatis eruditiſſimo. Adoleſcens in Dialecticis & elementis Philoſophiæ, quod ingenio valeret, feliciſſime profecit, & mox ad Medicinæ ſtudium animum adjecit. Præceptores audivit medicos ea ætate præſtantes Satyronem & Pelopem. Profectus deinde Alexandriam eſt, ubi tum hominum erat doctiſſimorum frequentia, quorum judicia & ſtudia exploravit. Romam quoque venit, ibique multa ſcripſit annos natus quatuor & triginta. Inde vero diſcedens anno ſeptimo & trigeſimo, in Aſiam rediit. Sed non multo poſt in Italiam, literis Imperatorum Veri, & Antonini, revocatus eſt. Inde vero poſt interitum Antonini, qui in bello Marcomannico periit, in patriam rediit, ibique conſenuit, ac, cum corpore & valetudine eſſet imbecilliori, quemadmodum de ſe ipſe ſcripſit; diligentia tamen in victu & temperantia, fatur ſcilicet nunquam de menſa ſurgens, vitam in extremam usque produxit teneſtam. Moſis, & Chriſti doctrinam reſpuit & martyrum conſtantiam fugillare auſus eſt. v. Voſſ. Inſt. Orat. 6 p. 541.

Galeo, *are*, galeola, vide *Galea.*

GĂLEOBDŌLON, *i*, n. γαλεόβδολον, &

¶ Galeopſis, *idis*, f. quaſi καλὴ ὄψις, laminum Pannonium, taube neſſel, Plin. 27, 9. Eadem herba & *Gallion* dicitur. conf. Dioſc. 4, 90.

GALEOS, *otis*, m. γαλεὸς, piſcis, qui & Muſtellus, ſed plurimarum ſpecierum, canis cetaceus minor dicitur, ein kleiner hund-fiſch. Geſn. Sed *Galeotes*, γαλεώτης (ſtellio eſt) & ξιφίας, id eſt, *gladius*, ſchwerdtfiſch. vide Plin. 32, 2.

GĂLĒRVS, *i*, m. & Galerum, *i*, n. pileus rotundus e pelle ferina diverſi uſus, eine ſpitzige mütze, ein baret, a galeæ rotunditate. Talibus ruſticos uſos pro tegumento capitis, Virgilius ſcribit Æn. 7, 688 *Fulvoſque lupi de pelle galeros Tegmen habent capiti.* Servius ſacerdotalis pilei genus ex Sytonio eſſe tradit in 2 Æn. Virg. p. 336. Hieronym. epiſt. 128 ad Fabiolam de veſtitu Sacerdotum: *Quartum genus eſt veſtimenti*, rotundum pileolum: *qualem picturam in Veſſe conſpicimus, quaſi ſphæra media ſit diviſa, & pars una ponatur in capite. Hoc Græci & noſtri τιάραν, nonnulli* Galerum *vocant.* Apul. Apol. *Hoc Diogeni & Antiſthæni pera & baculus, quod regibus diadema, quod Imperatoribus paludamentum, quod Pontificibus galerum, quod lituus, auguribus.* v. Lipſ. de Milit. Rom. 3, 1. Tiraquell. ad l. 3. Connubial. Comment. Batth. ad 4 Theb. Statii v. 303 p. 1014. ¶ 2. Eſt & Capillamentum, (peruque) quo uti ſolebant, qui fallere & ignorari cupiebant. Suet. Ner. c. 26 *Poſt crepuſculum ſtatim arreptu pileo vel galero popinas inibat.* Id. in Othone c. 12 *Galericulum* vocat. Iuvenal. 6, 120 *Sed nigrum flavo crinem abſondente galero Intravit calidum veteri centone lupanar.* Vide ibi veterem Scholiaſten, & ſupra *Capillamentum.* Vtebantur ejusmodi capillamentis & mulieres, ex emtitio & ſuppoſititio crine, vetuſæ imprimis, ut canos tegerent, quæ *Calendra* appellabantur; vide de his ſupra in lit. C. ¶ 3. Ex loco Silii 1, 404 *Horrentes effingens crine galeros*, non ſequitur, *Galerum* etiam eſſe crinem nativum, quod putabat Dausquejus. Rectiora habet Drakenb. ex Gron

¶ Gălēricŭlus, *i*, m. diminut. ein haar-bogen, peruque. Suet. Oth. c. 12 *Galericulum capiti adaptare.* Adde titulum epigr. 50 lib. 14 Martialis. ¶ 2. Etiam tegumentum capitis militare, uti apparet ex Frontin. Strat. 4, 7, 29.

¶ Gălēritus, *a, um*, galero pileo tectus, der einen hut oder mütze trägt. Propert. 4, 1, 29 *Prima galeritus poſuit prætoria Lucmo.*

¶ Galerita, *æ*, f ſubſt. dicta avis eſt, quæ & alauda, criſtata ſcilicet, κορυδαλλὸς, eine wald-lerche, hend-lerche, heidel-lerche, apud Plinium 11, 37, & Seren v. 507 vide ſupra *Alauda.* Varro etiam *Galeritum* vocat, quod in capite habet plumam elatam, de L. L. 4, 11. Alaudæ ceteræ, galeris carentes, dicuntur *Gregales*, ſand-lerchen. Suaviſſime enim canunt, primæque ſunt aves, quæ ver cantu prænunciant. Volatu alta petunt, cum galeritæ vel caſſitæ, & raro evolent, & evectæ alis ſtatim ruſus procumbant, neque altis nec longis ſpatiis contectis. Tertium genus Græcis ἀνωνυμον eſt, eine ſtein-lerche, vide *Alauda.*

Albŏgălērus, vide ſupra in *Albus.*

GĂLĒSVS, *i*, m. Calabriæ fluvius, juxta Tarentum. Virg. 4 Georg. v. 126 *Qua niger humectat flaventia culta Galeſus.* conf. Sil. 1, 439. ¶ 2. Viri nomen apud Virg. Æn. 7, 535.

Galgulus, vide *Galbula.*

Gălĭlæa, *æ*, f. Syriæ regio nobiliſſima. Iuvenc. 2, 330.

¶ Galilæus, *a, um*, adject. ut, *Galilæa arva*, Iuvenc. 3, 462; & Sedul. 3, 528. *Galilææ oræ*, Iuvenc. 3, 195. *Iesus Galilæus* dicitur Matth. 26, 69, quia in Galilæa fæpe verfatus. Iulianus inde per contemptum *Chriſtianos* vocavit *Galilæos*. v. Ioſeph. Antiq. 3, 4; & Euſeb. Hiſt. Eccl. 10, 35.

GALLA, *æ*, f. naſcitur in foliis quercuum & ramuſculis, ſole geminis excunte, Græcis κηκὶς eſt, ein eich-apffel, gall apffel, Plin. 16, 7. Qui fructus peculiare hoc habere credulis olim putabatur, ut quotannis aut annonæ fertilitatem, aut bellum, aut peſtilentem auram prænunciet. Nam ſi integra, inquiunt, rumpatur galla, nec perforata prius ſit, aut muſcam, aut araneum, aut vermiculum oſtendit. Si muſca volat, futuri belli: ſi repit vermiculus, annonæ penuriæ: ſi currit araneus, morborum peſtilentium præſagium eſt, Matthiolus. ¶ 2. Pro atro & aſpero vino Lucilius poſuit apud Nonium in *Aceroſas* 5, 97 *Quæ gallam bibere ac rugas conducere ventri Farre aceroſo cogit, &c.* ſaurer weiñ. ¶ 3. *Gallæ* etiam & *Gallículæ* calceamenti genus, quod alias *Sandaliorum* nomine appellabatur. vide infra. ¶ 4. *Galla* futorium habetur inſtrumentum, quod & ſubulam vocant. Vnde futor *gallam ſe fubigere* dixit, apud Macrobium Sat. 2, 2. ¶ 5. *Gallas*, Cybeles ſacerdotes, vide in *Gallia*.

Gallaica, vide ſupra *Galaïcos*.

GALLEŌTÆ, *arum*, m. pl. portentorum interpretes apud Siculos dicti, auctore Cicerone de Divin. 1, 20.

GALLĔRIVM, *i*, n. herba, quæ & *Gallium* dicitur, Plin. 4, 96.

GALLIA, *æ*, f. quæ & Francia occidentalis, a Francis enim occupata Gallia, Gallier-land, Franckreich. Liv. 5, 44 extr. *Si in animo eſt, non pati hæc omnia Galliam fieri*, i. e. Gallis ſubjici. De ratione appellationis alii aliter cenſuerunt, qui Galliam a γάλα, hoc eſt, lactis candore, vel a *Galeta*, Polyphemi in Sicilia filio, dictam prodiderunt. Prioris ſententiæ Lactantius fuit, de quo ſupra in *Galatia*. Recentiores autem, *Gallos* peregrinatores dici, atque eamdem eſſe vocem, *Galli* & Wallen, ſcripſerunt. ¶ 2. Diviſio vetus Galliæ eſt, in *Ciſalpinam*, quæ & *Tonſa* ſeu *Togata*; & *Tranſalpinam*, quæ & *Comata*, a comæ nutritione dicitur. Cæſar de B. Gall. 1, 1 *Gallia eſt omnis diviſa in partes tres, quarum unam incolunt Belgæ, aliam Aquitani, tertiam, qui ipſorum lingua Celtæ, noſtra Galli appellantur*. Eſt & *Braccata* & *Narbonenſis* & *Lugdunenſis* Gallia. v. Bernegg. ad Suet. Cæſ. c. 8, 2 & c. 22, 2 a. Plin. 11, 31. Sed hæc alio pertinent. Galliæ fines Suetonius Pyrenæo, Alpibus, Gebenna monte, Rhenoque & Rhodano fluminibus definit: univerſum ambitum ejus ſeu circuitum tricies centum millibus paſſuum æſtimat, in Cæſare c. 25. *Animoſam* Claudianus appellat de 4 Conſ. Honorii v. 392. *Æſtus intoleràntiſſima gens, humori atque frigori adſueta*, Liv. 5, 48 pr. *Gens impotens iræ*, Liv. 5, 37. *Nato in vanos tumultus*, ibid. Ingeniorum & eloquentiæ laude ſemper excelluiſſe, P. Pithœus, & ipſe Gallus, præfat. in Quintiliani Declamationes plurimis auctoritatibus declarat. Sed de felicitate ſingulari Gallicæ indolis videndus Scaliger exercit. 167 de Subtilitate.

¶ Gallĭcus, *a, um*, adj. Galliſch, aut, ut hodie res ſunt, Frantzöſiſch, a Gallia eſt, ut Mart. 1, 93 *Gallica palla*, ein fittel. Ovid. Faſt. 4, 362 *Gallica humus*. ¶ 2. *Gallicus*, ſubſt. nomen venti, Vitruv. 1, 6. ¶ 3. Eſt etiam nomen a *Gallo* fl. Phrygiæ, de quo ſtatim, derivatum apud Prop. 2, 10, 48 *Gallicus Iliacis miles in aggeribus*.

¶ Gallĭcæ, *arum*, f. plur. ſubſt. calceamenti genus, quo utuntur Galli in pluvia, Cic. Philipp. 2, 30.

¶ Gallĭce, adv. Galliſch, hod. Frantzöſiſch. Marcus Varro apud Gellium 2, 25 *A Gallo & Mauro Gallice & Maurice dicimus*.

¶ Gallicānus, *a, um*, aliud adjectiv. ut *Gallicanæ legiones*, Cic. Catil. 2, 2. *Gallicanæ res*, Idem pro Quint. c. 4. *Catulus Gallicanus*, Catull. 43, 9.

¶ Gallus, *i*, m. ſubſt. ein Gallier, vel ut hodie incolæ appellantur Frantzos. Cic. de Aruſp. Reſponſ. c. 9 *Robore valent Galli*, ſie ſind ſtarcke leute. Cæſar de B. Gall. 3, 8 *Gallorum ſubita ſunt & repentina conſilia*. Ibid. c. 19 *Vt ad bella ſuſcipienda Gallorum alacer ac promtus eſt animus, ſic mollis ac minime reſiſtens ad calamitates perferèndas mens eorum eſt*. De Gallis primoque illorum in Italiam adventu Liv. 5, 33, 34. De antiquiſſima eorum apud Græcos memoria Ez. Spanh. ad Callim. H. in Delum. ¶ 2. *Gallus*, Cornel. poëta, de quo Virgil. ecl. 10. v. ſupra *Cornelius*. ¶ 3. *Gallus* & Phrygiæ fluvius: unde & Deæ Phrygiæ, ſeu Cybeles, ſacerdotes appellati *Galli*. Lucan. 1, 566 *Crinemque rotantes Sanguinei populus ululavit triſtia Galli*, vid. Feſtum. Ovid. Faſt. 4, 361 *Cur igitur Gallos, qui ſe excidère vocamus? Cum tanto Phrygia Gallica diſtet humus? Inter, ait, viridem Cybelen altaſque Celænas Amnis it inſana, nomine Gallus, aqua. Qui bibit inde, furit, &c.* Iſaacus autem Voſſius in Catulli Attin ſive Atyn p. 163 perſuaſum habet, a Gallogræcis hoc nomen originem habuiſſe, quem ſi inſpexeris, multa & egregia de his Gallis invenies. De iisdem etiam varia collegit Pignorius in magnæ Deum matris Idææ & Attidis initiis, Servatius Gallæus ad Lactant. 1, 17. vid. quoque Suid. in μητραγυρται. Brouckh. ad Tib. 1, 4, 64.

¶ Gallæ, fœmineo caſu, iidem Cybeles ſacerdotes dicti, quod, virilibus exſectis, muliebri prorſus & habitu & more uterentur. Catull. 64, 12 *Agite, ite ad alta, Gallæ, Cybeles nemora ſimul, &c.* ubi rurſus Voſſium conſule p. 162.

¶ Gallĭcēnæ, *arum*, f. Senenſes ſacerdotes. Mela 3, 6 *Gallici nummis oraculi antiſtites, perpetua virginitate ſanctæ, numero novem, Gallicenas vocant*. Voſſius maluit *Barrigenas* legere.

¶ Gallo, *are*, i. e. Bacchari, de ridicula ſaltatione ſacerdotum Cybeles, ſchwärmen, unſinnig ſeyn. Varro apud Nonium 2, 382 *Deam gallantes vario retinebant ſtudio. Quæ venuſtas hic adeſt gallantibus?*

¶ Gallŭlus, *a, um*, diminut. Sic, *Gallula Roma*, Arelas, Auſon. in Vrbibus n. 8.

¶ Galliambus, *i*, m. carmen Gallorum, quo Deam ſuam Cybelem celebrabant, appellabatur, ut Terentianus Maurus docet. v. Miſcell. Obſerv. Vol. 2 p. 323. Ejus auctor Cæcilius, de quo Farnab. ad Martial. 2 epigr. 86. Galliambum dedit Catullus carm. 64. *Mæcenatis Galliambum* Diomedes, & *Atiliani* Fortunatianus citant. Conſtant autem Galliambi ex Iambico metro peculiari, de quo laudatos Grammaticos vide. Martial. 2 epigr. 86 *Mollem debilitate Galliambum*.

¶ Galliambicus, *a, um*, adject. ut, *Galliambicum carmen*, Grammat.

¶ Gallogræci, iidem ſunt, qui & Galatæ. vide in *Galatia*.

Archigallus, *i*, m. vide ſupra ſeorſum.

Gallicinium, gallina, gallinago, &c. vide mox in *Gallus*.

GALLIO, *onis*, Orator ac rhetor Rom. de quo Quinct. 2, 13 extr. vid. Burm. ad h. l.

GALLIVM, *i*, n. γάλλιον, herba, vim habens coaguli, naſcitur prope ſepes, meyer-kraut, wald-ſtroh, unſer lieben Frauen bett-ſtroh. Dioſc. 4, 91.

GALLONIVS, *i*, m. homo poſtremæ gulæ, in cupediis & lautioribus cibis aſſidue verſatus, unde a Lælio *Gurges* dictus. Menſa ejus acipenſere decumano infamis fuit. Cic. pro P. Quint. c. 30 *Qui reliqua virorum bonorum diſciplina & quaſtum & ſumtum Gallonii ſequi maluerunt*. v. Crinit. 6, 4.

GALLVS, *i*, m. ἀλέκτωρ, Gallus gallinaceus, vel Gallĭnaceus ſolum, ein haus-hahn. Cic. de Divin. 1, 34 *Canorum animal gallus gallinaceus*. conf. Petron. c. 74. Sed *gallus caſtratus*, ſive, ut Petronius c. 55 p. 84 vocat, *gallus ſpado*, ein kap-hahn. *Galli criſta*, λόφος, der hahnen-kamm. Martii ſacra avis: eſt enim pugnax. Solebant Pergamis, ut Plinius auctor 10, 21 & Petron. c. 86 pr. itemque Athenis, ut Ælianus & Lucianus Anacharſi, ſeu de Gymnaſiis, referunt, publice edi concertantium gallorum ſpectacula. Quo reſpexit Columella 8, 2, quo de gallinaceo genere ait, ſcribens: *Mores autem, quamvis non ad pugnam, neque ad victoriæ laudem præparentur, maxime tamen generoſi probantur, &c.* Martial. 9 epigr. 68 *Nondum criſtati rupêre ſilentia galli, Murmure jam Javo verberibuſque tonas. Gallus in ſterquilinio ſuo plurimum poteſt*, proverbiale de illis, qui domi prævalent, apud Senecam Ludo de morte Claudii. Ex milite Martis in avem mutatus. vid. Burm. ad Ovid. Met. 4, 189. ¶ 2. *Gallus gallinaceus* quoque dictus Adæus quidam Athenis reſte Athenæo 12, 8, & militaris quædam legio apud Cares. vid. Bernegg. ad Suet. Cæſ. c. 24, 2. Caſſum gallinaceum ſimilem eſſe Medorum Regi, ait Ariſtoph. in Avibus apud Voſſ. Inſt. Orat. p. 6, 473. Plures vocis ſignificationes vide paullo ante ſub *Gallus* in *Gallia*.

¶ Gallŭlo, *are*, & Gallulaſco, *ĕre*, i. e. hirquitallire & pubeſcere, kräheñ, wie ein hahn. Item, mannbar werden. Nævius apud Nonium 2, 368 *Puer, cujus vox gallulaſcit*.

¶ Gallĭna, *æ*, f. ein huhn, eine henne. *Albæ gallinæ filius*, der zu einer glückſeligen ſtunde gebohren iſt, Iuven. 13, 141. conf. Eraſmi Chil. Gallinæ aliæ *cohortales*; aliæ *ruſticæ*, aliæ *Africanæ*. v. Varron. R. R. 3, 9 & Colum. 8, 2 princ. Item Plaut. Pſeud. 1, 1, 28 *Has literas ſcripſerat gallina*, es iſt geſchrieben, als wenn es die hühner geſcharret hätten; de villa ſuburbana *ad gallinas*. vid. Suet. Galba c. 1. conf. mox *Gallopavus*. ¶ 2. *Gallinæ* dictæ ſunt meretrices, quia ut gallinæ abſumunt & ſpargunt omnia. vid. Taubm. ad Plaut. l. c. p. 956. Eſt etiam *gallina* in blanditiis amantium, ein butt-hühngen, Plaut. Aſin. 3, 76. ¶ 3. *Gallina canens* ex priſcorum ſuperſtitione notabat, in domo illa, ubi hoc obtigiſſet, ſuperiorem eſſe marito uxorem; Donatus obſervat ad illud Terent. Phorm. 4, 4, 27 *Gallina cecinit*.

¶ Gallĭnŭla, *æ*, f. diminut. ein hühnlein. Arnobius 7 p. 215 *Sigallinulam, vitulum, ſub illius oculis atque altaribus concremaro*. Avienus in Prognoſt. Arati v. 387 *Pectora cum curvo purgat gallinula roſtro*.

¶ Gallĭnācĕus, *a, um*, ad gallinas pertinens, das von hühnern iſt; ut, *Pulli gallinacei*, Varr. de R. R. 3, 9, junge hühner; & *Ova gallinacea*, ibid. *Fel gallinaceum*, Cic. Divin. 2, 12. Et, *Gallus gallinaceus*, pro Muræna c. 29. Et *Gallinaceus mas*, der hauchhahn, Colum. 8, 2. Et abſolute *Gallinaceus* idem quod *Gallus*, Suet. Vitell. 9, 4; & Plin. 37, 105. Idem 8, 16 *Gallinaceorum criſtæ*. Plinius procem. Operis: *ut vel lactis gallinacei ſperare poſſis hâuſtum*, i. e. rem rariſſimam, & ſummæ adeo felicitatis indicem. vid. Hard. & Chil. Eraſmi.

¶ Gallĭnārius, *a, um*, aliud adjectivum, ad gallinas pertinens: ut, *Scala gallinaria*, Celſus 8, 15, die hühner-leiter. *Gallinaria pinus*, Iuvenal. 3, 307.

¶ Gallĭnarius, *i*, m. ſubſt. qui curat gallinas, ein hühner-vogt. Cic. Acad. 4, 26 extr. *Gallinarium inveniſti, qui ova cognoſceret?* Varro de R. R. 3, 9 *Curatorem gallinarium*: Columella autem generaliter *aviarium* 8, 5 nominavit.

¶ Gallinaria, *æ*, f. inſula Liguſtici maris, a copia gallinarum dicta: Varro de R. R. 3, 9. ¶ 2. *Gallinaria* ſilva in Campania prope Cumas. Memoravit Cic. fam. 9, 23, Strabo lib. 5 p. 168.

¶ Gallĭnārium, *i*, n. ein hühner-haus, Colum. 8, 3.

¶ Gallĭcĭnium, *i*, n. tempus cantus gallorum, die zeit, wenn die hahnen kräheñ, der hahn-geſchrey. Sunt autem tria tempora cantus gallorum: clariſſimus eorum eſt cantus matutinus. Apulej. *noctis gallicinio*, lib. 8 ineunte. Ammian. Marcellin. 22, 33 de Caſio monte: *unde ſecundis galliciniis videtur primi ſolis exortus*.

¶ Gallĭcrus, *ûris*, n. herba, cujus cacumen inſtar pedis galli. Apul. de Herb. c. 44.

¶ Gallĭnāgo, *ĭnis*, f. eine ſchnepfe: dicta a gallinæ magnitudine.

¶ Gallopāvus, *i*, m. vulgo dicitur ein calecutiſcher hahn; & ſequioris ſexus *gallinæ Indicæ*, welſche hühner. Veteribus peregrina genera erant *gallinæ Africanæ* vel *Numidicæ*, de quibus in ſuis nominibus.

GALVMMA, *ătis*, n. velamen, eine decke. Mart. Capell. lib. 1 *Galumma lacteum*.

GAMBA, *æ*, f. crus ſive ungula jumenti, der huf, das unterſcheibel. Veget. 3, 19 *Si gamba tumere cœperit*. Id. 1, 27 *Si laccæ in gambis fuerint*. vid. Salmaſ. H. Aug. p. 292. Inde forte Italicum *gamba* & *jambe* Gallorum.

¶ Gam-

¶ Gambōsus, *a, um,* huf-knedicht. Veget. 3, 20 *Si gambosum fa-tum fuerit animal.*

¶ Subgamba, *æ,* f. pars pedis, quæ gambæ subjacet, das ſchiebel-ein, Veget. 4, 4.

Gamelion, vide mox in *Gamus.*

GAMMA, *æ,* f. eſt figura hujus literæ apud agrimenſores. Hinc Auct. de Limit. apud Goeſium p. 278 Fundus *in gamma jacere,* di-citur, qui ea eſt forma. Et p. 309 *Termini, ſi transverſi poſiti fuerint, gammam faciunt.* Hinc

¶ Gammātus, *a, um,* eandem figuram habens: ut, *Limes gamma-tus,* ibid. ex Innocent. p. 228, & ex Var. Auct. p. 255, 271.

¶ Digamma, indecl. δίγαμμα, eſt duplex Gamma ſive F, quod fi-guram duplicis gamma habet. v. Quintil. 1, 4, ubi vid. Burm. p. 40 & Gell. 14, 5. ¶ 2. *Digamma jam* Cicero Att. 9, 9, vocat Formianum, quia ab F litera incipit, quæ *Volcem digamma* dicitur.

¶ Regammans, *tis,* decuſſatus, in formam literæ R decurrens, überzwerch gehend: ut, *Regammans via vel limes,* Aggen. de Limit. p. 62. *Regammantes lineæ,* Var. de Limit. Goeſii p. 254.

GAMMĀRUS, vel Cammarus, *i,* m. ex quo Galenus Græcum no-men, καμμαρίς, ίδος, finxiſſe videtur, marinus eſt cancer, ein ſee-krebs; ſquillarum generis, quem Romani *Locustam* vocant, Græci ἀσακόν. *Gammarus fluviatilis,* ſeu vulgaris, ein gemei-ner krebs. Cancri vero ab his differunt, nam cauda carent. *Can-cri marini,* meer-ſpynnen. *Squillæ,* die kleinen krebſe oder krabben. Lapilli Gammarorum, quos duos in capite eo habent tempore, quo cruſtam exuunt, (wenn ſie ſich mauſen,) krebs-augen; quorum ad ex-pellendos renum calculos uſus eſt. *Cruſta,* krebs-ſchalen. *Chela,* krebs-ſcheren, Matthiol. in Dioſcor. ¶ 2. Scribunt & *Cammarus,* καμμαρος, vide *Locuſta.* Martial. 2 ep. 43 *Concolor in noſtra, cam-mare, lance rubes.*

GAMUS, *i,* m. ſeu potius γάμος, pure Græcum, id eſt, nuptiæ: a quo compoſita in latinum ſermonem, præſertim ab eccleſiaſticis, invecta ſunt.

¶ Gamēlion, *ōnis,* m. γαμηλιών, menſis januarius, Iunoni ſacer propter nuptias, der jenner. Cic. Fin. 2, 31 *Menſe Gamelione.*

Gamelium, *i,* n. γαμήλιον, munus vel carmen nuptiale, ein hoch-zeit-geſchenck.

¶ Agāmus, *i,* m. ἄγαμος, cælebs, unverehelichet, ehelos, Hieron. adv. Iovian. 1.

¶ Bigāmus, *i,* m. hybride vulgo dicitur δίγαμος, qui duxit uxo-rem ſecundum, der ſich zum andern mahl beweibet; vel qui duas uxo-res habet, der zwey weiber hat.

¶ Bigamia, *æ,* f. διγαμία, matrimonium ſecundum, vel cum dua-bus, die zwey-weiberey. Sed pro vocibus hybridis tutius dicitur

¶ Digāmus, *i,* m. a δὶς *bis,* & γάμος, der zwey weiber zugleich oder nach einander heyrathet. Tertull. Exhort. ad Caſtit. c. 7 *Digamus ſinguis, digamus offers.* Et

¶ Digamia, *æ,* f. Tertull. de Monogamia c. 6 & 8 de *digamia Abrahæ,* & Hieron. adv. Iovinian. 1, 8, cujus & *Digama, fœmina* eſt ep. 2 extr.

¶ Trigamia, *æ,* f. die dreyweiberey, ejusdem Hieronymi adverſus Iovinian. 1, 3.

¶ Mŏnŏgamus, *i,* m. μονόγαμος, der nur einmahl freyet.

¶ Monogamia, *æ,* f. μονογαμία, conjugium unius cum una. Hie-ronymi eodem c. 3 ſub init. Et notus eſt Tertulliani liber de *Mo-nogamia,* ad quorum normam etiam formantur

¶ Pŏlygāmus, *i,* m. πολύγαμος, der viel weiber hat; &

¶ Polygamia, *æ,* f. die vielweiberey; quæ omnia recentioris uſus ſunt.

GANDĀVUM, *i,* n. metropolis Flandriæ ob immenſam magnitu-dinem celebris, die ſtadt Gent.

¶ Gandavenſis, *e,* adj. ut, *Agger Gandavenſis.*

Ganea, ganearius, ganeo, quære mox in *Ganeum.*

GĀNEVM, *i,* n. veteres tabernam meritoriam vel meretriciam dixerunt, ein huren-hauß, ἀπὸ τῆς γῆς, quod eæ ſint in terra, non, ut cœnacula ſupra, ut Donatus docet ad illud Ter. Adelph. 3, 3, 5 *Abdidit ſe in ganeum.* Conf. Varr. apud Nonium 3, 105. Ita & Iſidorus lib. 10 Orig. *Ganea occulta loca & ſubterranea eſſe* aſſerit. Et Feſtus: *Ganeum antiqui locum abditum ac velut ſub terra dixerunt.* Salmaſius vocem iſtam putam putam Græcam putat. Nam ſicut Græci ὄανος & δάνειον: ita & γάνος, & γάνειον dixerunt locum voluptuarium, ubi nihili homines, qui inde γανίται, ventri & libidini vacabant. vide eum ad Spartiani Hadrianum p. 45.

¶ Ganea, *æ,* etiam in fœminino dictus eſt locus, ubi libidini gu-læque opera navabatur, ein ſauff- oder huren-haus. Suet. Tib. c. 34 *Dato Ædilibus negotio, popinas ganeasque usque eo inhibendi, ut ne opera quidem piſtoria proponi venalia ſinerent.* Id. Ner. c. 27 *Per li-tora & ripas diverſoriæ tabernæ præparabantur, inſignes ganeæ & matronarum inſtitorias operas invitantium, atque hinc inde hortantium, ut appelleret.* Epit. Liv. lib. 50 *lacente eo in ganea & luſtris.* ¶ 2. Sed & pro gulæ ſtudio ac ipſa ingluvie *Ganea* ponitur. Tac. Hiſt. 2, 45 *Vnum ad potentiam iter, prodigis epulis & ſumtu ganeaque ſatia-ve inexplebiles Vitellii libidines.* Sic alibi: *Ventrie & ganeæ pava-tum:* item *inter ganeam & ſtupra* dixit. Vſus ita hac voce Plinius itemque Sidonius & Columella, ut Beroaldus ad Suetonii locum in Tiberio obſervat.

¶ Ganeo, *ōnis,* m. qui ganeas frequentat, ein ſchwelger, der täglich im luder liegt. Ter. Heaut. 5, 4, 11 *Senex, iners, fraus, helio, Cano, ganeo.* Sic, *Ganeo egentiſſimus,* Cic. pro Sextio c. 52. Et No-nius 2, 387 GANEONES a GANEIS dicti, ut, POPINONES a POPINIS. *Et ſunt loca* (Ganea puta) *vinolentiæ, & libidini apta.* Vet. Gloſſ. πλουσύτης, *Ganeo, tabernarius.* Item Ganeo, λάχνος, κα-πηλεύτης, λωποδύτης, λάθρος, λαμιαγωγός. Varro Modio apud Nonium l. c. *Hic intereſt inter Epicurum, & ganeones noſtros, quibus mo-dulos eſt vitæ calinæ.* Hic *ganeones,* guloſi ſunt. Et in illo Iuvena-lis 11, 36 *Sed laudem ſolignis occidas ganeo, palles Coram aliis dictem ſcire.* Nec non in Prudentii illo Hamartig. v. 322 (ubi corripitur) *ganeo.* Nunc non in Prudentii illo Hamartig. v. 322 (ubi corripitur) *Cultrix ganeonis in ſpem.*

¶ Ganearius, *a, um,* zum wirts-haus gehorig. Varro R. R. 3, 9 *Gallinæ introierunt e cvlina in triclinium ganearium.*

¶ Ganeārius, *i,* m. ſubſt. idem qui *Ganeo.* Vet. Gloſſ. ἀκόλαστος, ὁ ἀξιώνης, *Ganearius, laſcivus, libidinoſus.* Item, ἀκολασίας, *Ganearias, libidinoſus, luxurioſus.* Patet inde, hanc vocem tam de libidinoſis, quam de vinoſis ſive guloſis uſurpatam.

GANGABÆ, *arum,* m. pl. apud Perſas, laſt-oder vack-träger. Curt. 3, 13, 7 *Gangabas Perſæ vocant humeris onera portantes.*

Gangaridæ, quære in *Ganges.*

GANGES, *is,* & *ētis,* m Γάγγης, Indiæ fluvius maximus, centum, in aliquibus locis, ſt. ſtadiorum latitudine, der in die breite drey teutſche meilen hat. Gemmiter eſt, & auri harenoſus, & in æthate imitar Ni-li Ægypti exundat, & humectat agros. v. Plin. 6, 8; & Curt. 8, 9, 5.

¶ Gangēticus, *a, um,* adj. ut, *Nomas Gangeticum,* Sen. Medea v. 865 *Gangeticæ aves,* Colum. 8, 8. *Gangetica tellus,* Lucan. 4, 64.

¶ Gangētis, *idos,* f. Avienus Periegel. v. 135; *Campos intrant Gan-getidos oræ.*

¶ Gangītis, *ĭdis,* f. γαγγῖτις, Nardi Indici ſpecies a fluvio Gange ſic dicti, Dioſcor. 1, 6.

¶ Gangāridæ, *arum,* m. pl. Curtio populi ſunt ultra Gangem. vid. 9, 2, 3. Horum etiam mentionem facit Virg. Georg. 3, 27 *Gangari-dum faciam victoriaque arma Quirini.* Hos Latini cum Servio in h. l. a *Gange* appellatos credunt, juxta quem ſedem habuerint. Sal-maſius autem ad Solinum p. 698 obſervat, Græcis vitæ Alexandri ſcriptoribus hos non *Gangaridas,* ſed Γανδαρίδας per Δ ſcribi; quod ſi eſt, aliunde quam a Gange, hoc nomen erit. Latini enim ex græ-cis fontibus, mutato elemento, hauſerunt.

GANGĪLON, ſeu Ganglion, *i,* n. γαγγλίον, nervi vel ex ictu, vel laſſitudine contortio, eine auffgelauffene oder geſchwollene ader. Aliis tuberculum, ein ober-bein. vide Celſum 7, 7; & Veget. 2, 30.

GANGRAENA, *æ,* f. γάγγραινα, caro emortua, todt oder faul fleiſch, incipiens partis affectæ corruptela, Celſ. 5, 26, 31, der falte brand. Pro *cancro* exponitur vulgo in Lexicis. Ita expoſuit etiam Nonius 2, 375, qui adducit ex Lucil. lib. 1 *Serpere uti gangræna,* um ſich freſſen, wie der krebs. Et ex Varrone: *Animadvertitur, per omnes articulos populi hanc mali gangrænam permeaſſe.*

GANIAEA, *æ,* f. gemma. Plin. 37, 10 *Ganiaam eadem vanitate inimicorum pœnas efficere promittunt.* Alii legunt *Ganiaines.*

GANNIO, *gannire,* canum eſt, belffern, bauffen. *Quid ille gannit?* Ter. Adelph. 4, 2, 18, ubi Donatus: GANNITVS *qui proprie canum ſit ploratus vapulantium.* Imo *gannire* proprie animantis eſt, deinde ad hominem transfertur, quod differe Varro tradit. fin. de L. L. 6, 5; sic multa ab animalium vocibus in hominem translata notat. Idem obſervat Nonius de impropriis 6, 10, ubi τὸ *Gannire* canibus tribuit. Feſtus quoque *Gannitionem,* canum querulam murmurationem ex-ponit. Sane Lucretius, cum canes aut lambunt catulos aut lactant, *gannire* dixit lib. 5, 966 *At catulos blande cum lingua lambere tentant, Aut ubi eos lactant, pedibus morſuque petentes, Suſſpenſis tantos imi-tantur dentibus hauſtus, Longe alio pacto gannitu vocis adulant.* v. Douſa ad Plaut. p. 28, & Voſſ. Inſt. Orat. 4 p. 241. Vet. Gloſſ. ca-nibus quidem tribuit: ſed alia ratione. Nam *Gannit* ἀκούζα inter-pretatur, quod *catulire* eſt. Perſius 5, 96 *Secretagannit in aurem.* (al. *garrit*)

¶ Gannīcus, *ūs,* m. das gebelle, gebelfere. Martial. 5 epigr. 61 *Gan-nitibus improbis laceſſire,* anbellen. vide ſupra *Gannio.*

¶ Gannītio, *ōnis,* f. idem. Feſto eſt *canum querula murmuratio.*

¶ Ganno, *are,* frotten. Gloſſ. lat. gr. *Gannat,* χλευζᾳ. Forte inde Italum *Ingannare.*

¶ Gannātor, *ōris,* m. ein ſpötter. Gloſſ. lat. gr. *Gannator,* χλευ-αστής.

¶ Gannatūra, *æ,* f. ſpötterey. Adhelm. de Virginit. c. 28 *Ridiculo-ſum ſubſannantis gannaturæ opprobrium.* v. Voſſ. de Vit. L. L. 3, 13.

¶ Obgannio vel Oggannio, *ire,* obſtrepere, vorbellern, die ohren reiben. Ter. Phorm. 5, 8, 41 *Habet hæc, ei quod, dum vivat, obpugnet aurem obganniat.* Plaut Aſin. 2, 4, 16 *Centies eadem oggannire.* Et Apul. 2 Met. p. 174 *Incertum quidnam in aurem mulieri obgannit.*

¶ Obgannītus, *a, um,* vorgebellfert, widerſprochen. Apul. 2 Met. p. 220 *Talibus obgannitis ſermonibus inter vos.*

GANYMĒDES, *is,* m. Γανυμήδης, Troïs regis filius puer admi-randæ pulchritudinis, quem Iupiter tam ardenti amore proſecutus eſt, ut ipſe in aquilæ ſpeciem transfiguratus puerum ad ſe le in cæ-lum avexerit, menſæque ſuæ præfecerit, ut ibi a poculis eſſet, v. Ovid. Metam. 10, 46, & ſupra *Catamitus.* Virg. 1 Æn. v. 28 *Et genus inſuſum & rapti Ganymedis honores.*

¶ Ganymedēus, *a, um,* adj. Lactant. 1, 11 *Ganymedea fabula.* Mar-tial. 9 epigr. 17 *Nec Ganymedeas malit habere comas.*

GANZA, *æ,* f. idem quod anſer, eine gans, Plin. 10, 22. Venant. Fort. 7, 4, 11 *Aut moja dulce ſonans, quo gens, ganza, anſer oderpet,* ubi vulgo: *ganta.*

GARAMANTES, *tum,* Libyæ populi, Plin. 3, 4 *Extremi Garaman-tes,* Virg. ecl. 8, 44. Singulare *Garama,* habet Seneca Herc. Oe-tæo v. 1101. Et Silius 5, 194 & 6, 705 *Garama qui Nomas pe-*

¶ Garamantis, *idis,* f. patronymicum. Virg. 4 Æn. v. 198 *Hic Ammone ſatus rapta Garamantide nympha.* Et Silius 14, 259 *Gara-mantide pinu.*

¶ Garāmanticus, *a, um,* adj ut, *Garamantica ferna.* Sil. 1, 142

¶ Garamantites, *æ,* m. gemma, alio nomine *Sandaſtros,* Plin 37, 7.

GARGĀNUS, *i,* m. mons Apuliæ. Horat 2 od. 9, 6 *Aſperi-bus Querceta Gargani laborant.* Claudianus de 4 Conſ. Honorii v. 106 *Cingite vos flaviis, veſtros opponite ſilvas, Garganum Alpinis, Appenninumque nivalem Permiſtis ſociate jugis.* Grat. 51 *Gar-ganumque truncum.*

GARGĂRIZO vel Gargariſo, *are,* γαργαρίζειν, ad guttur ſæpe revocare, gurgeln, Celſus 4, 4 Plin 20, 9.

¶ Gargarizātus, *a, um,* gegurgelt. Plin. 23, 2 *Prodeſt* (oxymeli temperatum) *contra anginoſos, cubidon gargarizatum.* Et ſcrib Largus Compoſ. 53 *Solani ſuccus tepens bene facit gargarizatu.*

¶ Gargarizātio, *ōnis,* f. das gurgeln. Plin 23, 2 & Celſus, 4, 7 & plur. *gargarizationes,* Plin. 23, 1. Pro gargariſmo Idem 30, 4 *Tonſillas & fauces lactis ovilli gargarizatio adjuvat.*

¶ Garga-

¶ Gargarizātus, *ûs*, m. idem. Plin. 28, 12 *Prodeſt jus omaſi gargarizatu.*

¶ Gargariſmus, *i*, m. γαργαρισμὸς, & Gargariſmatium, *i*, n. γαργαρισμάτιον, gurgel-waſſer. Theod. Priſcian. 1, 12 *Gargariſmatum adhibere.* Marcell. Emp. c. 13 *Aliquæ ex pro gargariſmatio uti.* Pro eo & *Gargariſma*, *ătis*, poſuit Octav. Horat. 1, 10.

¶ Gargăridio, *are*, idem quod gargarizare, gurgeln, apud Priſcian. 1, 17. ¶ 2. Tralate idem quod garrire, plaudern. Hinc Varro apud Nonium 2, 371 *Foria ac poemata gargaridians.*

GARGĂRVS, *i*, m. plurale *Gargara*, n. oppidum ad Idam montem Phrygiæ, frumenti copia celebre. Item vertex ejusdem montis. Virg. 1 Georg. v. 103 *Ipſa ſuas mirantur Gargara meſſes.* Vbi Servium vide, & Macrob. ſat. 5, 20.

¶ Gargaricus, *a*, *um*, adj. ut, *Gargaricus lucus*, Auſon. epiſt. 25, 16.

GARGETTIVS, *i*, m, gentile nomen. Epicurus apud Statium 1 Silv. 3, 94 vocatur *ſenior Gargettius*, quia is Athenienſis quidem, τὸν δῆμον Γαργήττιος, *pago* autem *Gargettius* fuit. Laertius in vita.

GARGĪLIVS, *i*, m. venator nobilis, de quo Horat. 1 epiſt. 6, 58. ¶ 2. *Gargilius Martialis*, hiſtoricus, cujus meminerunt Lamprid. Alex. Sev. c. 37; Vopiſc. Probo c. 2; & Pallad. 1 Mart. t. 9. Sed

¶ Gargiliānus, *i*, m. cinædus quidam apud Martial. 3 epigr. 30 & 74.

Garimatium, vide mox in *Garum.*

GARRIO, *ivi*, & *ii*, *itum*, *ire*, avium eſt, zwitſchern. Apulej. 3 Florid. *Luſciniæ in ſolitudine Africana canticum adoleſcentiæ garriunt.* ¶ 2. Transfertur ad homines, eſtque nugis moleſtis obſtrepere, verdrießlich geſchwätz treiben, plaudern. Cic. de Orat. 2, 5 *In gymnaſiis philoſophi garrire cœperunt.* Ita non ſemel abſolute *Garrire* verbo uſus Terentius eſt, ut Heaut. 3, 3, 25, pro quo Plautus plenius paullo *nugas garris* dixit Curcul. 5, 2, 6, ut ad Terentii locum Bœclerus obſervat. Et Auguſtin. de Trinit. 15, 12 *Multa illi philoſophi garrierunt, contra corporis ſenſus.* Ranæ quoque garriunt. Martialis 3 epigr. 93 *Meliuſque ranæ garriant Ravennates.*

¶ Garritus, *ûs*, m. ſubſt. das geſchwätz. Sidon. 8 epiſt. 6 *Garritui frena ſtringere.*

¶ Garritor, *ōris*, m. ein ſchwätzer, plauderer; ut, *Periculoſus garritor*, Ammian. Marcell. 22, 9.

¶ Garrŭlo, *are*, ſchwätzen. Fulgent. Myth. 1 *Puellæ poëticas garrulantes ineptias.*

¶ Garrŭlus, *a*, *um*, adj. ſchwätzig; & ſubſt. ein kläffer, unnützer wäſcher. Horat. 1 epiſt. 18, 69 *Percontatorem fugito, nam garrulus idem eſt.* Sic, *Garrula lingua*; *aves garrulæ*, i. e. canoræ & hilares. v. Nonius 4, 220. Virg. Georg. 4, 307 *Garrula hirundo*, eine zwitſchernde ſchwalbe. Ovid. Faſt. 2, 316 *Garrulus vivus*, ein rauſchender bach. Varro apud Nonium l. c. *Homo garrulus* & *acer.*

¶ Garrulus, *i*, m. avis, Græce σπερμολόγος, ein heger, heiger oder holtſchreyer.

¶ Garrulĭtas, *ātis*, f. loquacitas, linguæ vitium moleſtiſſimum, ſimul & nocentiſſimum, die ſchwatzhafftigkeit. De quo Plutarch. lib. de Garrulitate. ¶ 2. In pueris autem feſtivitas eſt. Sic, *Pueros garrulitate amabiles*, Suetonius dixit Aug. c. 83, die ſchwätzig ſeyn, die immer plaudern. Sen. ad Helviam de Marco puero ſuo c. 16 *Quem non in ſe convertet, & abducet infixum cogitationibus illa neminem ſatiatura garrulitas?*

¶ Garrulium, *i*, n. das geſchwätze. Sic Guil. Brito Philipp. 5, 62 *Famæ garrulium formidans.* Etv. 501 *Cognita res Garrulio famæ &c.*

¶ Aggarrio, *ire*, herſchwatzen, darzu plaudern. Mart. Capella 1 p. 1 *Nugulas ineptas aggarrire.*

¶ Circumgarrio, *ire*, umher plaudern. Claud. Mamert. de Statu an. 2, 9 *Falſiloquii circumgarrientibus.*

¶ Congarrio, *ire*, mitplaudern. Sarish. 5, 6 *Inter congarrientes perſtrepere.* Forte congerrones huc referendi.

¶ Intergarrio, *ire*, darzwiſchen reden, unde

¶ Intergarritus, *a*, *um*, drein geredt. Apul. Apol. *Pauculis verbis intergarritis.*

GĂRVM, *i*, n. γάρον, liquamen ex piſcibus paratur, quo ad embammata atque intinctus Veteres utebantur, in tanto pretio, ut congii bini ſingulis millibus numûm permutarentur, ut Plinius auctor eſt 31, 8 pr. eine theuere fiſch-lacke, tunck, oder tütſche. Idem Plinius paullo ante ſub finem c. 7 indicat, quod hoc liquoris exquiſiti genus præcipue confecerint ex piſce, quem Græci *Garon* vocant. Ille *Garus* piſcis commemoratur & 32, 4 & 5 & 7. Liquorem vero *Saniem pretioſam* Manilius vocat 5, 671. Sed uſus ejus ita intercidit, ut, quid fuerit olim, pæne ignoretur. Diverſa quippe de eo tradunt auctores. vide quæ de eo Ludovicus Nonius diſputat Ichthyophagias, ſive de eſu piſcium c. 41. v. Nonn. de re cibar. L. 3 c. 44 & Wow. ad Petron. c. 36 p. 152. Rationem præparandi diſces ex Geopon. 20 c. ult. vid. etiam Scal. Auſon. lect. 2, 28 pr. Conf. Horat. 2 Sat. 8, 46. Et Martial. 7 epigr. 94 *Vnguentum fuerat, quod onyx modo parva gerebat: Olfecit poſtquam Papilus, ecce, garum eſt.* Adde 13, 102.

¶ Gărus, *i*, m. γάρος, piſcis marinus ex genere locuſtarum, unde *Garum* factum eſt. v. Plin. 31, 7; & 32, 11. Conf. *Garum*, pro quo & apud veteres *Garus* ſecundum Athenæum.

¶ Garimatium, *i*, n. eine gallerte; ut, *Porcellina garimatia.* Theod. Priſc. de Diæta c. 6.

¶ Oxygărum, *i*, n. garum ex aceto, eine ſauere fiſch-brühe. Martial. 3 epigr 50 *Depoſui ſoleas, affertur protinus ingens Inter lactucas oxygarumque liber.* Apicius 1, 34 *Oxygarum digeſtibile.* Apponebatur primo miſſu: Sidonius 9 epiſt. 13, ubi vide Savaronem. ¶ 2. Oenogarum, vide ſuo loco in O.

GARVMNA, *æ*, Galliæ fluvius ex Pyrenæo, diligentiſſime a Mela deſcriptus 3, 2 Tibull. 1, 7, 11 *Magnusque Garumna.* Auſon. Moſell. v. 483 *Æquoreæ te commendabo Garummæ.* Sidon. carm. 6, 394 *Oceanus reflum ſpargit per culta Garumnam.*

GARIOPHYLLVM, *i*, n. negelein. Plin. 17, 7. vide *Cariophyllum.*

GASIDANIS, *is*, f. gemma *coloris orobini*, *veluti floribus ſparſa*, Plin. 37, 10.

GASTER, *tri*, m. (γαστὴρ) ſeu Gaſterium, *i*, n. vas fictile, rotundum, ventricoſum; Et plur. *Gaſtri*, terræ petroſæ calculi. Petron. c. 79 *Per omnes ſcrupos gaſtrorumque fragmenta traximus cruentos pedes.* Sed integer codex Albæ græcæ repertus habet *glarearumque.*

¶ Gaſtrimargia, *æ*, f. γαστριμαργία, ingluvies, intemperantia, die freßigkeit. Helych. & Hilar. in Hymn.

¶ Gaſtromantia, *æ*, f. γαστρομαντία, divinatio quæ fit ventre; quemadmodum Pythonius ſpiritus oracula edidit.

¶ Gaſtrum, *i*, vel *gaſtra*, *æ*, vas ventroſum. v. Boſch. ad Petron. c. 71 p. 391. Caſaub. ad Veſpaſ. Sueton. c. 23. & Miſcell. Obſerv. Vol. 9 p. 188.

GAVDEO, *gavīſus ſum*, *gaudēre*, differt a *lætari*, quod effuſe gaudere eſt, frölich ſeyn, ſich freuen. Cic. Tuſc. 3, 21 *Gaudere decet, lætari non decet.* vid. & infra *Gaudium.* *Gaudere gaudium*, Terent. And. 5, 5, 8. Cœl. Ep. ad Cic. 8, 2. *Gaudere vehementerque lætari*, Cic. pro S. Roſc. c. 47. Et ad Qu. frat. 3, 1, 3 *Quod ſcribis, te a Cæſare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo*, darüber habe ich unſägliche freude. Ter. Heaut. 4, 8, 17 *Fruſtra gavīſus ſum miſer.* Cum dativo Cic. fam. 6, 16 *Tibi gratulor, mihi gaudeo.* conf. Lucret. 3, 146. Cum accuſativo Cic. Ep. ad Fam. 15, 2 *Cum id me gaudere dixiſſem.* Conf. ib. 8, 14. v. Sanct. Minerv. 3, 3. Et cum ablativo: *Tuo excellenti bono gaude & fruere*, Cic. pro Marcello c. 6. *Malis gaudere alienis*, Ter. Andr. 4, 1, 3. Addita etiam præpoſitione: *Gaudere de aliquo*, Cic fam. 7, 2. *Gaudere in ſinu*, proverbiale eſt, ſich innerlich oder heimlich freuen. Tibull. 4, 12, 8 *Qui ſapit, in tacito gaudeat ille ſinu.* Et Propert. 2, 26, 32 *In tacito cohibe gaudia clauſa ſinu.* Cic. pro Sulla c. 85 *Gaudeat ſuo generi me meum ante non ponere*, er mag froh ſeyn, ꝛc. Paſſ. f. imperfon Symm. 1, 11 *Si quid in abſentes bene conſulas, impenſu majore gaudetur.* Priſcian. 9 Gramm. p. 868 *Vetuſtiſſimi tamen & auſi pro* uſus ſum, & gaviſi, *pro* gavīſus ſum, *protulerunt.*

¶ Gaudens, *tis*, freudig. Cic. Att. 2, 4 *Animo æquo, imo vero etiam gaudenti ac libenti.* Petron. c. 136 *Gaudens vindicta*, rachgierig. Paul. l. 25 § 1 ff. de probat. *Simplicitate gaudens*, i. e. ſimplex. Virg. Æn. 6, 816 *Nimium gaudens popularibus auris*, der ſich gar zu viel aus der gunſt des volcks macht.

¶ Gaudenter, adv. lætе, cum gaudio, frölich. Sarisb. epiſt. 187 *Gaudenter aliquid amplecti.*

¶ Gāvīſus, *a*, *um*, idem. Nepos 4, 2, 5 *Rex tot hominum ſalute magnopere gavīſus.* Stat. Theb. 3, 140 *Theſſalis bello gaviſa.*

¶ Gaudendus, *a*, *um*, erfreulich. Paulin. Petrocorius 4, 291 dixit *Gaudentes lugete triumphos.*

¶ Gaudebundus, *a*, *um*, gaudio geſtiens, luſtig, erfreut. Apul. 8 Met. p. 142 *Futuræ ſoboli gaudebundus.* Legitur etiam *gaudibundus.*

¶ Gaudium, *i*, n. affectio animi, ex præſentia boni alicujus proveniens, die freude. *Affici, cumulari gaudio*, erfreuet werden. Cic. fam. 9, 14 pr. *Non poſſum non confiteri, cumulari me maximo gaudio*, &c. Id. de Fin. 5, 24 *Quem tanto gaudio affecit*, den er ſo ſehr erfreuet. *Gaudiis exſultare*, Id. Catil. 1, 10, für freuden ſpringen. Martial. 1 epigr. 16 *Gaudia non remeant, ſed fugitiva volant.* Claudian. Conſul. Honor. 4, 333 *Multis dumnoſa fuere gaudia.* Cic. Tuſc. 4, 6 *Cum ratione animus movetur placide atque conſtanter, tum illud* GAVDIVM *dicitur. Cum autem inaniter & effuſe animus exſultat, tum illa* LÆTITIA *geſtiens vel nimia dici poteſt.* Itaque GAVDIVM non niſi ſapienti contingere Stoici dicebant, quippe cui junctum, non deſinere, nec in contraria verti. v. Sen. epiſt. 59: & Lipſ. Manud. 3 diſſert. 5. ¶ 2. Dicitur etiam de voluptate Venerea apud Lucret. 5, 852; Horat. 3 od. 6, 27; & Propert. 2, 11, 9.

¶ Gau pro *Gaudium*, Auſon. Edyll. 12 in Grammat. v. 3 *Ennius ut memorat, replet te lætificum gau.*

¶ Gaudiŏlum, *i*, n. dimin. eine kleine freude, tribuitur Plauto.

¶ Gaudiālis, *e*, frölich. Apul. lib. 8 *Sed in quodam caſtello copiæ lætati largioris quæſticuli, gaudiales inſtruunt dapes.*

¶ Gaudimōnium, *i*, n. die frölichkeit. Petron. c. 61 *Iamdudum gaudimonio diſſilio.* Medio ævo frequens, idemque ſonat, quod *gaudium.* Adde Gloſſ. Car. du Freſne. Et Vulg. Interpr. Baruchi 4, 34 *Amputabitur exultatio & gaudimonium ejus in luctum.*

¶ Gaudiōſus, *a*, *um*, plenus gaudio, freuden-voll, ejusdem ætatis adjectivum. S. Bernhardus rhythmo de paſſione: *In dolore gaudioſo.*

¶ Gaudĭfĭco, *are*, frölich machen. Gloſſ. gr. lat. χαροποιῶ, *gaudifico.*

Compoſita:

¶ Adgaudeo, *ēre*, ſich mitfreuen. Lactant. 4, 6 Sapientiam Dei increatam Salomonis ore ſic loquentem introducit: *Ego eram, cui* (Deus) *adgaudebat.* Et Paulin. Nolanus Natal. Felic. 6, 14 *Cælicolas Chriſto adgaudere, &c.*

¶ Congaudeo, *ēre*, idem Tertull. adv. Gnoſt. c. 13 *Congaudeo omnibus vobis, perinde & vos gaudete & congaudete mihi.* Conf. adv. Pſych. c. 13. Cyprian. epiſt. 50 & Vet. Gloſſ. *Congaudeo*, συγχαίρω.

¶ Congaudens, *tis*. Paulinus Petrocor. 2, 665 *Preſſit in abſentem congaudens oſcula dextram.*

¶ Pergaudeo, *ēre*, vehementer gaudere, ſich ſehr freuen. Cic. ad Q. frat. 3, 1, 3 *Trebonium meum a te amari, teque ab illo, pergaudeo.*

GAVGAMĒLA, *æ*, f. pagus ignobilis, ubi Alexander M. Darium vicit in Aturia, ad flumen Bumadum, ſexcentis circiter ſtadiis ab oppido Arbelis. vide interpretes ad Curt. 4, 9, 9.

GAVIA, *æ*, f. avis aquatica & paluſtris, *larus*, alio nomine, λάρος, id enim *gaviam* tranſtulit Gaza, ein ſybitz. Apul. Met. 5 *Avis peralba illa gavia, quæ ſuper fluctus marinos pinnis natat, demergit ſeſe propere ad oceani profundum gremium.* ¶ 2. *Cinerea gavia* alia eſt, ein mew oder hohlbrot. Alia alba, ein mew. Geſnerus. Adde Plin. 10, 32.

GAVIVS, *i*, m. Romanum nomen. v. Burm. ad Quint. p. 81.

GAVLVS, *i*, m. navigii genus eſt, cujus inter navium appellationes meminit Gell. 10, 23. Græcum eſt γαῦλος, ac ſignificare videtur navem onerariam, ein laſt-ſchiff. ¶ 2. Plauto vaſis genus eſt, in formam cymbi, Rudent. 5, 2, 32 *Præterea ſinus, epichoſis, cantharus, gaulus, cyatusque.* Idem & Homero γαυλὸς eſt, mulctrale ſcilicet, Odyſſ. lib. 9, ſive ἰάτρα, v. 223, ein oefäß. ¶ 3. *Gaulus* quoque inſula eſt, prope Meliten (nunc Maltam) ſita, *Caudos* Plin. 4, 12; hodie *Gozo* v. Georg. & Reineſ. Var. Lect. 3 in epilogo p. 685.

GAVNĂCE, es, f. καυνάκη, vel Gaunacum, i, n. veſtimentum ſive pallium craſſum, ein grob kleid, filz-mantel. Varr. L. L. 4, 35. v. ibi not. Gothofr. p. 1622; & Turneb. Adverſ. 22, 21.

GAVRVS, i, m. mons Campaniæ. Liv. 7, 32 *Valerius ad montem Gaurum caſtra ponit.* ubi veteres editi *Calvum* exhibent. v. quos laudat Drakenb. ad Sil. 8, 534.

GAVSĂPE, n. militare ſtragulum villoſum, eine kotze, madratze, zottigte decke, ἔπιλωτον eſt in ſingulari. v. Plin. 8, 48. Horat. 1 ſat. 8, 11 *Gauſape purpureo meſſam perterſit.* Plural. *Gauſapa*: Perſ. 6, 46 *Iam eblamydas regum, jam lutea gauſapa captas.* Ovid. de Arte 2, 300 *Gauſapa ſi ſumpſit, gauſapa ſumta proba.* Et Martial. 14 epigr. 142 *Gauſapa villoſa.* Sed Auguſtus in Teſtamento apud Charinum p. 80 *Gauſapes lectices purpureas & coloreas meas.* ¶ 2. Perſius & pro capitis coma ſive barba poſuit, ſat. 4, 37 *Balanatum gauſape pectas.* ¶ 3. *Gauſapum* quoque veteres dixiſſe, teſtatur Chariſius l. c. & Priſcianus p. 759, ubi illud Caſſii: *Gauſapo purpureo ſalutatus.* vid. Interpretes Petron. ad c. 21 p. 70. it. c. 28 p. 100. Burm.

¶ Gauſapa, æ, f. idem. Petron. c. 28 *Involutus coccina gauſapa.* Exgræco ὁ γαυσάπης; eſſe fœmininum *hæc gauſapa*, docet Varro de L. L. apud Chariſ. & Priſcian. ll. cc. Alii derivant a Gollypio, quod inde fieret.

¶ Gauſăpina, æ, f. idem quod *Gauſape*, ſeu penula villoſa, ein filz-mantel. Martial. 6 epigr. 59 *Propter ſeccentas, Baccare, gauſapinas.*

¶ Gauſăpila, æ, f. eſt inſtar diminutivi, atque idem quod *gauſapina.* Petron. c. 21 *Cynædus ſupervenit myrtea ſubornatus gauſapila.*

¶ Gauſapātus, a, um, gauſapina indutus, eingehüllt, Seneca epiſt. 63. Sic, *Apri gauſapati*, Petron. c. 38.

GĂZA, æ, f. γάζα, oppidum munitum Palæſtinæ Pomponio eſt, Joſephi Idumeæ. v. Curt. 4, 5, 10; & Interpr. ¶ 2. Eſt & *Gaza* vocabulum Perſicum, quo pecuniam regiam ſeu ærarium Perſæ vocant, opes, ſchätze, güter und vorrath. Curt. 3, 12, 27. v. Druſ. in obſervat. & Freinſh. Ind. Curt. Virg. Æn. 1, 123 *Arma virum tabulæque & Troia gaza, per undas.* Cic. Off. 2, 22 *Omni Macedonum gaza, quæ maxima fuit, potitus eſt Paulus.* Val. Flaccus 6, 562 *Nulla cælum reparabile gaza.* Martial. 12 epigr. 53 *Largiris nihil, incubasque gazæ, Vt magnus draco, quem canunt poëtæ Cuſtodem Scythici fuiſſe luci.* Pluraliter Horatius uſus eſt 1 od. 29, 1 *Beatis Arabum invides gazis:* & 2 od. 16, 9 *Non gazæ ſummovent tumultus mentis.* Quod contra Voſſium notandum eſt, qui de Analog. 1, 40 pluralem numerum aurei ſeculi ſcriptoribus abjudicat.

¶ Gazophylacium, i, n. γαζοφυλάκιον, arca rerum pretioſarum, ein ſchatz-kaſten, ſchatz kammer. Vulg. interpr. Lucæ 21, 1.

GEBENNA, æ, f. mons Galliæ, qui Avernos ab Helvetiis diſcludit, ut Cæſar auctor eſt de B. Gall. 7, 8. Inter fines ſeu limites Galliæ Suetonius ponit Cæſ. c. 25. v. ibi Bernegg. cui rectius *Cebenna* dicitur. Adde Lucan. 1, 435; & Auſon. in Vrb. 11, 53; & 12, 8.

¶ Gebennicus, a, um, adj. Pomp. Mela 2, 5 *Gebennici montes.*

GĔDĂNVM, i, n. urbs lauta cis Viſtulam, copioſa portu non longe ab urbe diſſito, (die Münde, Weixel-münde) emporio, gymnaſio, operibus validis, & munitionibus, nec non & Metropolitana inter Hanſeaticas pariter, & Boruſſiacas civitates dignitate celebris, quæ vulgo *Dantiſcum* dicitur, Dantzig.

GEHENNA, æ, f. γέεννα, vallis prædationis, eine mörder-grube, würge-thal. Nomen factum eſt a valle *Hinnon*, in qua Manaſſes cremavit filios. ¶ 2. Hinc ita & appellatus locus impiorum pœnis & cruciatibus poſt mortem ſuſtinendis deſtinatus. Quem Tertullianus *ignis arcani ſubterraneum ad pœnam theſaurum* definit Apolog. c. 47. Prudent. de Natali Domini v. 109 de Chriſto: *Inſignis ille ex preminens Meritis rependet congrua: His lucis uſum perpetis, Illis gehennam & Tartarum.* Vide ibi Buchnerum. Et Sedulius in Lucæ c. 8 *Inchoat infernæ lapſus penetrale gehennæ.*

¶ Gehennalis, e, hölliſch, recens adjectivum.

GĔLA, æ, f. Γέλα, Siciliæ urbs, ſic dicta ab ejusdem nominis fluvio. v. Virg. in *Gelous*; Ovid. Faſt. 4, 448; & Sil. 14, 219. Vnde

¶ Gelōus, a, um, adj. Virg. Æn. 3, 701 *Apparet Camerina procul campique Geloi, Immanisque Gela fluvii cognomine dicta.*

GĔLĀSĪMVS, i, m. γελάσιμος, ridiculus, urbanum riſum movens, parafiti nomen in Plauti Sticho; ein poſſirlicher menſch, pickelhering.

¶ Gelāsīnus, i, m. γελασῖνος, blandiens ridentis figura, mit einer lächelnden miene. Plur. *Gelaſini*, quatuor anteriores dentes, die vörderſten breiten zähne, ſic dicti, quia in riſu reteguntur. Martial. 7 epigr. 24 *Nec grata eſt facies, cui gelaſinus abeſt.* Intelligit lineas & blandientem in riſu faciem. Democritum, quod omnes derideret, *Gelaſinum* cives ſui dixere. v. Ælianus Var. Hiſt. 4, 20.

¶ Gelaſiānus, i, m. mimus, pantomimus, ein poſſen-reiſſer. Sidon. in Narbone ſive carmin. 23, 301 *Mimos, fœnobatas, gelaſianos.* Adde, quæ ibi Io. de Woweren notavit p. 489; & Dempſter. Paralip. ad Roſini Ant. Rom. 5, 6.

Agelaſtus, vide ſupra in A.

¶ Catagelasīmus, i, m. καταγελάσιμος, *deridendus*, auslachens-werth. Plaut. Stich. 4, 2, 50 *Nunc ego nolo e Gelaſimo mihi te Catagelaſimum.*

Gelatio, gelatus, gelicidium, gelidus, quære in *Gelu.*

GELLIVS, i, m. alias *Aulus Gellius*, & a nonnullis perperam *Agellius* dictus, ſub Adriano Imp. Noctium Atticarum ſcriptor & Grammaticus fuit celeberrimus, qui Corn. Frontonem Romæ docentem audivit. vide ipſum N. A. 19, 8, Lipſ. in Quæſt. Epiſt. 5, 8, & Barth. Adv. 35, 7.

Gello, *onis*, vide *Gillo*, Gelo, *are*, *Gelu.*

GĔLŌNI, *orum*, m. pl. Scythiæ ſunt populi, Getæ, & Tartari hodie dicti, a *Gelono* Herculis filio. Virg. Georg. 2, 115 *Eoasque domos Arabum pictoſque Gelonos.* conf. 3, 461.

GĔLŌTŎPHYE, es, f. γελωτοφυή a γέλως riſus, & Φυή natura, herba, quam qui guſtaverit, ridendo examinatur, brand-kraut. Apul. de Herb. c. 8.

¶ Gĕlōtŏphyllis, *idis*, f. γελωτοφυλλίς, herba, qua hilarantur in Perſide, ſi bibatur cum myrrha & vino. Plin. 24, 17.

GĔLV, n. indeclinabile, ſingul. tantum, glacies, eiß, froſt, kälte. *Altum gelu*, Virg. Georg. 3, 355, tief über dicke eiß. Et ibid. v 443 *Horrida bruma gelu.* Plin. Paneg. c. 11 *Cum Danubii ripas gelu jungit.* ¶ 2. *Gelus* etiam vel *Gelum* vereres dixiſſe Nonius 8, 26 & 70 probat auctoritate Lucretii, anteriores, quem c. 206 *Iſt geli caſus aſſiduus.* Et 6, 155 *Geli multus fragor.* Et mox v. 529 *Vis magna geli.* Additur etiam ex loco Varronis *gelo* pro *gelu.* Sic & Cato R. R. c. 40 *Ne gelus noceat.*

¶ Gĕlidus, a, um, frigidus, kalt, kühle; ut, *Aqua gelida*, Cic. Catil. 1, 13. Virg. Georg. 2, 263 *Gelidæ pruinæ.* Ovid. Amor. 2, 9, 41 *Stulte, quid eſt ſumus, gelidæ niſi mortis imago* Plin. 15, 18 *In tranſla gelidiſſimo.* Id 31, 2 *Aquæ gelidiſſimæ.* Et 2, 103 *Omnes fontes æſtate, quam hieme gelidiores.*

¶ Gelide, adv. idem; & tralate, kaltſinnig, ohne ernſt. Horat. de Arte Poet. v. 171 in ethopœia ſenis, *Res omnes timide gelideque miniſtrat, Dilator, &c.*

¶ Gĕlo, *are*, active, gelu inducere, frigore denſare, eis machen. Plin. 15, 6 *Si gelent frigora.* Vnde paſſivum *gelari*, gefrieren. Colum. 9, 6 *Gelantur hiemis frigoribus.* Impropriſſime Iuvenal 6, 95 *Pavidoque gelantur Pectore.* Sed etiam neutraliter gelare eſt obfrigeſcere. Lucan. 9, 681 *Voltuſque gelaſſent Perſeos avorſi, ſi non Tritonia denſos Sparſiſſet crines.* ¶ 2. *Gelo* & compoſita, ſæpe mutata a librariis in *ligo*, obſervat Heinſius ad Ovid. Met. 1, 548.

¶ Gelātus, a, um, gefroren, geronnen; ut, *Amnes gelati*, Plin. 8, 28. Et, *Lac gelatum*, Colum 10, 397. *Cuſcus paullum gelatus in mulctra*, Id. 7, 8. *Manus aquilone gelatæ*, Martial. 5 epigr. 9. Poſſis etiam dicere *Ius gelatum*, eine gallerte.

¶ Gelatio, ōnis, f. froſt, gefrierung. Plin. 1, 7, 24 *Magna gelatio conſecuta eſt.* Et 17, 8 *Sole & gelatione ſolvi.*

¶ Gelaſco, ēre, gelu adſtringi, gefrieren. Plin. 14, 21 *Vini natura non gelaſcit.*

¶ Gelābilis, e, quod gelu durari poteſt, das da gefrieret, v. poſt paullo compoſitum *Incongelabilis.*

¶ Gelicidium, i, n. ipſa per gelu aquæ concretio, der froſt die zufrierung, der eiszapf. Colum. 2, 8 *Prius convaleſcant radices frumentorum, quam hibernis imbribus, aut gelicidiis pruinisve infeſtentur.* Et Vitruv. 2, 7 *Gelicidiis & pruinis congeſta ſaxa.* Et mox: *gelicidiorum tempeſtas.*

¶ Gelĭfactus, a, um, abgekühlt, erkaltet. Fortunatus.

Compoſita:

¶ Aggĕlo, vel Adgelo, *are*, aufrieren. Lucan. 4, 289 *Tum frigidus artus Aggelat, atque animum ſubducto robore torpor*, ita MSS. Sed in impreſſis eſt *Alliget.* vid. Heinſ. ad Ovid. Met. 1, 548.

¶ Circumgĕlo, *are*, umfrieren. Tertull. de Anima c. 23 *Quod germina mortale ei circumgelaverint corpus.*

¶ Circumgelatus, a, um, um und um gefroren. Plin. 13, 22 *Cortex circumgelatus videri poſſit.*

¶ Congelidus, a, um, kalt gefroren; ut, *Aqua congelida*, Celſ. 4, 2.

¶ Congĕlo, *are*, gelu durare, in eis verwandeln, kälten. Plin. 18, 28 ſub fin. *Luna cadentes pruinas congelat.* Martial. 14 epigr. 147 *Te congelat uxor anus:* ut, *Congelatur oleum*, Colum. 1, 6. Sunt autem uſitatæ tertiæ fere tantum perſonæ. ¶ 2. Metaphorice & intranſit. Cicero dixit fam. 2, 13; *Congelaſſe*, inquit, *noſtrum amicum lætabar otio*, daß er für faulen tagen gar zugefroren, ut adeo plus ſit quam *refrixiſſe*, quo alias de relaxato ſtudio & ardore remittente utuntur.

¶ Congelātus, a, um, eingefroren. Martial. 11 epigr. 99 *Congelati gutta naſi.* Adde Vitruv. 8, 3; Colum. 3, 12.

¶ Congelatio, ōnis, f. die einfrierung. Plin. 31, 3 *Minui liquorem omnem congelatione deprehenditur.* Pluraliter, *brumæ congelationes*, Columella dixit 4, 8.

¶ Congĕlaſco, ēre, gefrieren. Gell. 17. 8 *Vina ruventer congelaſcunt.*

¶ Congelabĭlis, e, eisſicht, unde compoſitum.

¶ Incongelabilis, e, ohne eis; ut, *Mare incongelabile*, quod gelu conſtringi nequit, apud Gellium cit. 17, 8.

¶ Egelo, *are*, aufthauen. Cæl. Aurel. Tard. 3, 5 *Frigidus torpor viſus egelatur.*

¶ Egelatus, a, um, aufgethauet, laulicht. Id. Aurel. Tard. 4, 3 *Non frigidus, ſed leviter egelatus.*

¶ Egelĭdus, a, um, tepidus, laulicht; ut, *Aqua egelida*, Celſ. 1, 8, & Suet. Aug. c. 82. Ovid. Amor. 2, 11, 10 *Et gelidum boream, egelidumque notum.* Colum. 10, 282 *Nunc ver egelidum, nunc eſt molliſſimus annus.* ¶ 2. Sed Servius *egelidum* pro valde frigido expoſuit in Virg. Æn. 8, 610 *Vt procul egelido ſecretum flumine vidit.*

¶ Egelido, *are*, idem quod *egelo*, apud Sidonium reperitur 4 epiſt. 1 *Fibræ glaciales emollirentur, egelidarenturque.*

¶ Prægelĭdus, a, um, valde gelidus, ſehr kalt. Liv. 21, 54 *In locis prægelidis.* Colum. 4, 8 *Prægelida frigora.* Sil. 4, 226 *Prægelidi rivi.* Et Colum. 5, 6 *Cæli ſtatus prægelidus.*

¶ Regĕlo, *are*, & paſſ. Regelari, gelu ſolvi eſt, aufthauen. Colum. aliquot locis, ut 1, 5 *Matutine regelari ortu.* Et 10, 77 *Poſt ubi Riphæa torpentia frigora bruma Candidus aprica Zephyrus regelaverit aura.* ¶ 2. *Regelare*, erfriſchen, abkühlen. Varr. R. R. 1, 57 *Granaria, quæ ventus regelare poſſit.*

¶ Regelātus, a, um, gewärmt. Martial. 11 epigr. 9 *Succina virginea quod regelata manu.*

¶ Regelatio, ōnis, f. die aufthauung. Aggenus Vrb. de Limitib. p. 57 *Gallia immodicas Alpium nives in mare transmittit, & ſubitarum regelationum repentinas inundationes paritur.* conf. ibid. p. 70.

Gemebundus, vide *Gemo*, Gemellar, gemellus, geminare, *Geminus.*

Gemiæ ex Lucilio, vide in *Gumia.*

GĔMINUS, *a, um,* proprie ſimilis, per omnia æqualis, ganz gleich, ganz ähnlich. Cic. pro Roſc. Am. c. 40 *Par eſt avaritia, ſimilis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia.* Id. pro Quint. Roſc. c. 18 *Simillima & maxime gemina ſpectas.* Plaut. Amph. 2, 1, 68 *Quid opus eſt verbis? geminus Soſia hic factus eſt tibi,* id eſt, prorſus ſimilis. Pacuv. apud Nonium 4, 221 *Par fortitudo, gemina confidentia.* Per *geminum noſtem* in Ovid. Arte 2, 368, & Martial. 14 epigr. 17 utrum ſimilis aut duplex ſignificetur, in ludo latrunculorum, dubium eſſe poteſt. ¶ 2. Hinc *Gemini, Gemelli,* ſcilicet duo uno partu editi, qui admodum ſimiles inter ſe propter parentes, natalia, locum, tempus, & cætera, zwillinge. Plaut. prolog. Menæch. v. 26 *Imponit alterum geminum in navem pater.* Virg. Æn. 8, 631 *Gemini ubera circumpendentes pueri.* Dicuntur & *fratres gemini,* Horat. 1 epiſt. 18, 41, zwillings-brüder. Quod probat Quintilianus. Nam ſi inverſo ordine dicere velim *Gemini fratres:* tum *rò fratres* ſupervacuum cenſet. Ita enim 9, 2 *Quædam,* inquit, *ordine permutato ſunt ſupervacua: ut* fratres gemini. *Nam ſi præceſſerit* Gemini; fratres *addere non eſt neceſſe.* Contra tamen & Plautus in Perſa 5, 2, 50, & Lactant. 1, 15 *Geminum fratrem:* & *Geminos fratres,* Livius dixit 1, 6, ubi conf. Drakenb. Et poſſunt fratres eſſe, qui non ſunt gemini; & gemini, qui non ſunt fratres, ut Voſſius obſervat Inſt. Orat. 5, 2 ſect. 5 *Geminam germanam* Plautus dixit Menæch. 2, 1, 7; qui in Perſa etiam 5, 2, 49 *geminiſſimum* finxit. conf. Auguſtin. de C. D. 3, 13. ¶ 3. Quia igitur ſimilitudo inter duos, hinc factum eſt, ut *Geminus* idem ſit, quod duplex aut duo, gedoppelt, zweyfach. Ter. Andr. 4, 1, 50 *Ex unis geminas mihi confecies nuptias,* aus einer heyrath machſt du zwey. Virg. Æn. 6, 607 *Sunt geminæ ſomni portæ.* ¶ 4. Sunt & *Gemini* ſignum cæleſte, Plin. 18, 20, & in Ampelii lib. memoriali c. de 12 ſignis.

¶ Gĕmellus, *a, um,* dimin. doppelt, oder ganz gleich. Horat. 2 ſat. 3, 243 *Par nobile fratrum. Nequitia & ingis, prævorum & amore gemellum,* id eſt, maxime ſimile inter ſe. Id. 1 epiſt. 10, 3 de valde ſimilibus: *Ad cætera pene gemelli,* id eſt, ita ſimiles, ut gemelli poſſint videri. Cæſ. B. Civ. 3, 4 *Gemellam legionem,* quæ una ex duabus facta. v. ibi Ciacconium. Sic, *Gemellæ vites,* Colum. 3, 1. *Proles gemella,* zwillinge, Ovid. Heroid. 6, 121. Adde Virg. Ecl. 1, 14; Prudent. Cathem. 9, 59; Plin. 15, 14.

¶ Gemellar, *is,* n. vaſis genus, a geminis ſic dictum fortaſſe menſuris. Col. 12, 50 *Plumbeum vel ſtructile gemellar.* Auguſt. in Pſalmum 136 circa med. *Quare tam cæcus es, ut amurcam fluentem per plateas videas, oleum in gemellaria non videas.*

¶ Gemellim, adv. doppelt. Scriban. de Paſſ. Chriſti c. 19 *Gemellim ad exitum decurrere.*

¶ Gemellĭtĭcus, *a, um,* gedoppelt, zweyfach. Plaut. ſuppoſ. prolog. Bacch. v. 47 *Vno prognatæ tempore iisdem parentibus fœtu gemellitico.*

¶ Gemellipăra, *æ,* f. die zwillinge krieget. Ovid. Faſt. 5, 542 *Gemellipara dea, Latona.* conf. Met. 6, 316.

¶ Gemĭno, *avi, atum, are,* duplicare, iterare, verdoppeln. *Geminabit, niſi caves,* Ter. Adelph. 2, 1, 19. *Pericula geminare,* Tibull. 2, 3, 43 *Labor geminaverat æſtum,* Ovid. 5, 586. conf. Virg. Georg. 2, 509. ¶ 2. Aliquando pro conjungere, copulare ponitur, vereinbaren, zuſammen ſtellen. Horat. Arte Poët. v. 13 *Serpentes avibus geminentur, tigribus agni.* Ovid. Pont. 1, 2, 2 *Et geminas animi nobilitate genus.* Suet. Domit. c. 6 *Geminari legionum caſtra prohibuit.*

¶ Geminātus, *a, um,* verdoppelt, zweyfältig; ut, *Geminata victoria,* Liv. 1, 25. *Geminatus ſol* i. e. duo ſoles, Cic. de N. D. 2, 5. Ovid. Met. 12, 221 *Audet & ebrietas geminata libidine regnat. Geminatus* & *Gemmatus* in codicibus permutantur. v. Drakenb. ad Liv. 1, 11, & quos ibi laudat.

¶ Geminatio, *ōnis,* f. repetitio, die verdoppelung; ut, *Geminatio verborum,* Cic. de Orat. 3, 54.

¶ Geminitūdo, *ĭnis,* f. idem, adducit ex Pacuvio Nonius 2, 366.

I. Compoſita cum numeralibus:

¶ Tergeminus, *a, um,* triplex, dreyfach; ut, *Tergemina ſpolia,* Liv. 1, 26. *Tergemina porta,* Id. 4, 16. *Tergemina Hecate,* propter triplex nomen, ſiquidem luna in cælo, in ſilvis Diana, & Hecate apud inferos eſt, Virg. Æn. 4, 511. *Tergeminus Geryon,* i. e. tricorpor, Id. Æn. 8, 202. ¶ 2. Maximus, amplus, ſehr groß. Horat. 1 od. 1, 7 *Sunt, quos mobilium turba Quiritium Certat tergeminis tollere honoribus:* Vbi *tergeminos honores* ſextuplices interpretatur Muretus, & Quæſturam, Tribunatum plebis, Ædilitatem, Præturam, Conſulatum, & Cenſuram intelligit: melius Lambinus, triplices exponit, & ad tres magiſtratus Curules, Ædilitatem, Præturam & Conſulatum refert. Simplicius *honores* ad theatrales plauſus referri poſſunt; *Tergeminos* autem vel iteratos ſæpius dicere licet, vel pro tribus ordinibus Populi Romani, Senatorio, Equeſtri & Plebejo interpretari. Voſſius *tergeminos* honores pro plurimis maximisque poni cenſet. vid. eund. 4 Inſt. Orat. p. 148. ¶ 3. *Tergemini,* infantes tres dicuntur ex eodem utero ſimul vel uno tempore editi, dreylinge. Plin. 7, 3 *Tergeminos naſci, certum eſt.*

¶ Trigeminus, *a, um,* idem; ut, *Trigemina porta,* Aur. Vict. de Vir. Illuſtr. c. 65, & Liv. 35, 10 &c. Speciatim *Trigemini* tres fratres uno partu editi; Colum. 2, 1 *Cum deſinit mulier trigeminos aut geminos parere.* Liv. 1, 24 *Trigemini fratres, nec ætate, nec viribus dispares.* Adde Plaut. Mil. 3, 1, 122; Gell. 13, 24; Colum. 3, 8 & 10; & 7, 6.

¶ Quadrigeminus, *a, um,* vierfach. Plin. 8, 23 *Ceraſtis corpore eminent cornicula ſæpe quadrigemina,* id eſt, quaterna. conf. Solin. c. 40.

¶ Quatergemini, ſive quatuorgemini, vierlinge, Solin. c. 3.

¶ Septemgeminus, *a, um,* ſeptemplex, ſiebenfach; ut, *Septemgeminus Nilus,* Virg. Æn. 6, 800; & Catull. carm. 11, 7 propter ſeptem oſtia. Et Statius 1 Silv. 2, 191 *Septemgemina Roma,* propter ſeptem colles; & 4, 1, 6 *Septemgemino Roma jugo.*

¶ Centumgeminus, *a, um,* hundertfach. Valer. Flaccus 6, 118 *Et centumgeminæ Lagea novalia Thebes,* id eſt, *centies duplicis,* ut Servius interpretatur in illo Virgilii Æn. 6, 287 *Et centumgeminus Briareus, & bellua Lernæ.*

II. Compoſita cum præpoſit.

¶ Congĕmino, *are,* verdoppeln. Virg. Æn. 11, 698 *Congeminat,* ſc. ictum. Et Plaut. Amph. 2, 2, 154 *Omnes congeminavimus.*

¶ Congeminātus, *a, um,* verdoppelt. Apul. de Dogm. Plat. p. 54 *Numeris & modis confici congeminati.*

¶ Congeminatio, *ōnis,* f. conduplicatio, die verdoppelung. Plaut. Pœn. 5, 5, 18 *Quid hoc eſt conduplicationis? quæ hæc eſt congeminatio?*

¶ Ingemino, *are,* frequenter geminare. *Auſtri ingeminant,* pro *ingeminantur,* ſie folgen doppelt auf einander, Virg. Georg. 1, 333.

¶ Ingeminātus, *a, um,* gedoppelt; ut, *Ingeminata nobilitas,* id eſt, gemina, Ovid. Pont. 4, 16, 44.

Gemiſco, gemitus, vide in *Gemo.*

GEMITES, *æ,* m. gemma, *velut in petra candidis manibus inter ſe complexis,* Plin. 37, 11.

GEMMA, *æ,* f. oculus vitis, proprie, quem & Germani, ein auge, vocant. *Gemma eſt, a quo oriens uva ſe oſtendit,* Cic. de Senect. c. 15. *Gemmæ in arboribus,* knoſpen. *Gemmas protrudere,* ausſchlagen. Quod *trudere gemmas* ſimplici verbo Virg. dixit Georg. 2, 335. ¶ 2. *Gemma* deinde generale nomen eſt lapidum pretioſorum, ein edelgeſtein; ut, *Gemma annuli,* der ſtein im ringe, das pitſchier, Aur. Vict. Vir. ill. c. 42. *Fulgentes gemmæ,* Val. Flacc. 5, 514. Et Cic. Verr. 4, 27 *Pocula ex auro, gemmis diſtincta clariſſimis,* mit eingeſetzten edelgeſteinen. v. Vall. 6, 34. Horat. 3 od. 24, 48 *Gemmas, & lapides, aurum & inutile, Summi materium mali, Mittamus.* ¶ 3. Martialis pro ornamento quodam eminenti & lucenti gemmam poſuit 5 epigr. 11 *Multas in digitis, plures in carmine gemmas Invenies.* Sic & Sidon. 4 epiſt. 22 *Heſperius gemma amicorum.* ¶ 4. Poëtice pro poculo gemmeo ponitur. Virg. Georg. 2, 506 *Vt gemma bibat.*

¶ Gemmula, *æ,* f. diminut. Apulej. Met. 10 p. 243 *Ver in ipſo ortu floridis gemmulis cuncta depingit.*

¶ Gemmo, *are,* gemmas emittere, quod Columella de Arborib. c. 8 ineunte dixit *gemmas agere,* augen ſetzen, ausſchlagen. Cic. in translationibus maxime uſitatis ponit *gemmare vites,* in Orat. c. 24. ¶ 2. In modum gemmæ nitere, ſplendere, glänzen wie ein edelgeſtein. Exempla habes in *Gemmans* & *Gemmatus.*

¶ Gemmans, *tis.* Proprie Plin. 17, 14 de Surculis arborum: *Ante omnia gemmantes, nitere conveniet,* herfürſproſſend. ¶ 2. Met. glänzend wie edelgeſteine, ſchimmernd. Martial. 13 epigr. 70 *Gemmantes ale pavonis,* Stat. 1 Silv. 5, 12. *Dum canimus nitidis gemmantia ſaxis Balnea.* Sic *herbas rore gemmantes* dixit Lucret. 2, 319. Et Virg. Culice v. 69 *Florida cum tellus gemmantes picta per herbas Vere notat dulci diſtincta coloribus arva.* v. Taubm.

¶ Gemmatus, *a, um,* mit edelgeſteinen beſetzt; ut, *Annuli gemmati,* Liv. 1, 11. *Monilia gemmata,* Ovid. Met. 10, 113, hoc eſt, gemmis diſtincta & ornata. *Gemmata potoria,* Plin. 37, 2. *Gemmata corona,* Id. 22, 3.

¶ Gemnatio, *onis,* f. idem ac germinatio, die herfürſprieſſung. Plin. 17, 14 *Surculi prægnantes, hoc eſt, gemmatione turgentes, & qui parere illo ſperaverint anno.*

¶ Gemmaſco, *ĕre,* knoſpen ſchieben, augen gewinnen. Plin. 17, 15 *Calamus gemmaſcere incipiens.*

¶ Gemmeſco, *ĕre,* pro, gemmam fieri, zum edelgeſtein werden, hart werden, Plin. 37, 10. De draconite enim, e cerebro draconum nata gemma, ita ſcripſit: *Sed niſi viventibus abſciſſo* (cerebro,) *nunquam gemmeſcit.*

¶ Gemmārius, *i,* m. gemmarum mango dicitur, ein juwelirer, der mit edelgeſteinen handelt.

¶ Gemmĭfer, *a, um,* das edelgeſteine giebt; ut, *Annes gemmiferi,* Plin. 37, 13. Item, *Mare gemmiferum,* Propert. 3, 4 pr. Et, *Gemmiferæ arenæ,* Avienus Periegeſ v. 1206.

¶ Gemmeus, *a, um,* von edelgeſtein; ut, *Trulla gemmea,* Cic. Verr. 4, 27. *Gemmea tecta,* Martial. 6 epigr. 47. Regia ſupellex olim omnis gemmea: nam & *matulas gemmeas* monſtrioſi Principes Rom. habuerunt. v. Barth. ad 1 Theb. Statii p. 42, 45. De *poculis gemmeis* vid. notata doctis ad Senecam de Provid. c. 3. Translate Phædr. 3, 19 caudam pavonis *gemmeam* dixit.

¶ Gemmoſus, *a, um,* voll edelgeſtein. Apul. Met. 5 p. 162 *Gemmoſis monilibus onuſtæ.*

¶ Bigemmis, *e,* duas gemmas habens, mit 2 edelgeſteinen; ut, *Annulus bigemmis,* Trebell. Pollio in Claud. c. 14. Ita mavult Salmaſius quam *bigemmeus* legere. ¶ 2. De vitibus etiam, ut ſimplex, dici conſuevit. Colum. 3, 5 *Bigemmes reſeces fiant. Reſex bigemmis,* ſingulariter, mit 2 knoſpen.

¶ Trigemmis, *e,* mit 3 knoſpen. Id. Colum. 3, 19 *Serimus etiam* (malleolum) *trigemmem, isque non ab eo trigemmis dictus eſt, quod omnino trium oculorum eſt; ſed quod his exceptis, quibus eſt frequens in ipſo capite, tres deinceps articulos, totidemque gemmas habet.* Adde Plinium 17, 21; & 15, 28.

¶ Congemmatus, *a, um,* idem ac *gemmatus* apud Tertullianum.

¶ Progemmo, *are,* idem quod gemmare de vitibus, knoſpen gewinnen, herfürſproſſen. Colum. 4, 27 *Si palmis incipientibus progemmantibusque foſſorem immiſeris.*

GĔMO, *ui, ĭtum, ĕre,* gemitus emittere, ſeufzen, ächzen, winſeln. Cic. in Piſon. c. 11 *Nemo me adſpexit, qui non gemeret deſiderio mei.* Idem poſt reditum in Senatu c. 5 *Malum ſuum occulte gemere,* ſein unglück heimlich beſeufzen, beklagen. ¶ 2. girren. *Turtur non ceſſat gemere,* Virg. ecl. 1, 59. ¶ 3. knacken, knirſchen, *Graviter gemit area frugibus,* Id. Georg. 3, 133. *Gemuit ſub pondere cymba,* Id. Æn. 6, 413. ¶ 4. *Gemere* ac *Fremere* confunduntur in MSS. it. *Tremere.* v. Drak. ad Sil. 7, 49.

¶ Gemens,

¶ Gemens, *tis*, ſeufzend, winſelnd; ut, *Flebiliter gemens*, Horat. 4 od. 12, 5. *Ululans & acerba gemens*, Ovid. Heroid. 8, 107. *Multa gemens ignominiam*, Virg. Georg. 3, 226. Aſt v. 183 *Tractu gemens vora*, knarrend, knirrend. Et Æn. 11, 38 *Plauſtris vectare gementibus.*

¶ Gemendus, *a, um*, beklagens-werth; ut, *Vita gemenda, non mors*, Ovid. Met. 13, 464. *Non eſt gemendus, nec gravi ingendus nece, &c.* Sen. Herc. Oet. v. 1833.

¶ Gĕmiſco, *ĕre*, heulen. Claudian. Rapt. Proſerp. 3, 130 *Si buxos inflare velim, ferale gemiſcunt.*

¶ Gĕmĭtus, *ûs*, m. ein ſeufzer, das ſeufzen. Sic, *Edere, ducere gemitus*, apud Poëtas legitur. *Et ſpectus gemitusque tota urbe*, man weinet und ſeufzet in der gantzen ſtadt, Cic. pro Roſc. Am. c. 9. ¶ 2. *Gemitoriæ ſcalæ* vid. in *Gemoniæ.*

¶ Gĕmĭbundus, *a, um*, adj. gemens, ſeufzend. Ovid. Met. 14, 193 *Gemebundos obambulat Ætnam.*

¶ Gĕmŭlus, *a, um*, idem. Apul. 2 Flor. *Bubones occimunt gemulo carmine.*

¶ Gemurſa, *æ*, quoque a gemitu eſt, ein leich-dorn, hüner-auge. Feſtus: *Gemurſa ſub minimo digito pedis tuberculum, quod gemere faciat eum, qui id gerat.* Adde Plinium 26, 1.

Compoſita:

¶ Adgĕmo, ſive Aggemo, *ĕre*, drein ſeufzen. Ovid. Triſt. 1, 1, 113 *Adgemit & noſtris ipſa carina malis.* Statius Theb. 11, 247 *Vterque loquenti adgemit.*

¶ Circumgĕmo, *ĕre*, um etwas herum winſeln, heulen. Horat. epod. 16, 51 *Nec veſpertinus circumgemit urſus ovile.*

¶ Congĕmo, *ĕre*, ſimul gemere, beklagen, mitleiden haben. Cic. pro Murœna c. 25 *Congemit ſenatus frequens*, hoc eſt, condoluit.

¶ Congemiſco, *ĕre*, idem. Auguſtin. Confeſſ. 6, 7 pr. *Congemiſcebamus in iis, qui ſimul amice vivebamus.*

¶ Congemiſcens, *tis*. Tertull. de Spectacul. c. 30 *Reges imis tenebris congemiſcentes.*

¶ Ingemo, *ĕre*, idem quod ſimplex. Tac. Germ. 46, 7 *Ingemere agris.* Liv. 4, 49 *Ingemuiſſe voce hujus audita.* Ovid. Pont. 1, 2, 10 *Propriis ingemuiſſe malis.* Et cum accuſ. Sen. Herc. Oet. v. 1785 *Caſos ingemunt gnati patres.* Stat. Theb. 9, 2 *Minas ingemuere jacentem Inachidæ.*

¶ Ingemens, *tis*, anhelans, krechzend. Horat. Epod. 5, 31 *Ingemens laboribus.*

¶ Ingemiſco, *ĕre*, ſeufzen. Cic Tuſc. 5, 27 *Pueri Spartiatæ non ingemiſcunt verberum dolore laniati.* Sen. Herc. Oet. v. 1732 *Ingemiſcit ignis ad durum jecur*, es knackt, es knirſcht. Apulejus cum quarto caſu hoc verbum conjunxit, Metam. 9 p. 152 *Vt hercules ejus vicem tacitus quoque ingemiſceret.*

¶ Ingemiſcendus, *a, um*, beklagens-würdig. Ammian. 30, 7 *Clades ingemiſcendas vindicare.*

¶ Regemo, *ĕre*, wiederſeufzen. Sidonius Carm. 11 ſub fin. *Regemunt cava buxa*, id eſt, ſiſtulæ, tibiæ. Adde Stat. Theb. 5, 389.

GĔMONIÆ SCALÆ, Romæ fuerunt in Aventino juxta templum Junonis, ſic dictæ, quod locus eſſet gemitus & calamitatum, quo damnatorum tracta corpora præcipitabantur. Sæpe earum mentio fit apud Tacitum, Suetonium, & Aur. Victorem de Cæſar. Et Plinius *Gradus Gemonios* vocat 8, 40, eine ſolter-banck. Nonnulli a *Gemonio* auctore ſic dictos putant. Beroaldo a *gemitu* ſic appellari videbantur. Et ſane *Gemitoriæ* ſunt in MSS. Plin. 8, 40 f. 61. ubi etiam Harduinus nomen a gemitu ductum putat. Graduum autem vel ſcalarum appellatio inde eſt, quantum conjicere licet, quod ſurrectus eſſet locus, ac gradibus quibusdam conſcenderetur. Vnde ἀναβαθμὸς appellat etiam Dion in Tiberii rebus. v. Rhodig. Ant. Lect 10, 4. Sæpe abſolute vocantur *Gemoniæ*. Sidonius 1 ep. 7 *Vncum gemonias, laqueum cernificis per boras horreſcere*: der rabenſtein. Et *in Gemonias abjicere*, Suet. Tib. c. 53 & 61.

GEMŎNĪDES, *um*, f. pl. gemmæ, alias *Pœantides, prægnantes fieri & parere dicuntur, medetque parturientibus*, Plin. 37, 10. An igitur quod *genant* ex ſe alias, aut quod parturiendo *gemimentur*, aut quod parturientium *gemitum ſiſtant?*

Gemulus, Gemurſa, vide in *Gemo.*

GĔNĂBVM, *i*, n. urbs Carnutum ad Ligerim in Gallia. v. Cæſ. B. G. 7, 2 & 3. Videtur ea eſſe, quæ & *Aurelia* medio ævo; hodie *Orleans* appellatur: aliis eſt *Gyen* ad eundem fluvium.

¶ Genabenſes, *ium*, m. pl. ſubſt. incolæ, Cæſ. ibidem c. 11. Et gentile *Genabenſis*, *e*; ut, *Genabenſi cæde*, eod. lib. c. 28.

GĔNÆ, *arum*, pl. membranæ ſeu tunicæ, quibus oculi integuntur, & connivent, die augen-liede, ſo auf und zugehen, nicken und winken. *Piloſæ genæ*, Cic. in Piſon. c. 1. Qui pili *Cilia* dicuntur, die augen-wimpern, vide *Cilium.* Plin. 11, 37 f. 56 pr. *Palpebræ* (i. e. pili) *homini in genis* utrinque. ubi vid. Hard. Ita 10, 75 f. 97 *Piſces non habent genas.* Ita enim 23, 1 f. 24. ¶ 2. Sed malas, *Genas* etiam veteribus dictas, Plinius oſtendit 11, 36, die wangen, backen. Apul. Apol. *Cum in puella videret immedicatum os, & purpuriſſitas genas, & illices oculos.* Sen. Hippol. v. 364 *Lapſæ genæ Lucem recuſant. Labi genæ* dicuntur, cum ſubſidunt, wenn die backen einfallen. *Malas labentes* perinde dixit Sueton. Aug. c. 49, ubi tamen Caſaubonus legere *labantes* malit. Sed pro vulgata Seneca eſt. Pro toto vultu uſurpatum vocabulum, notat Barth. ad Stat. Silv. p. 183. ¶ 3. In Singulari poſuit Ennius apud Serv. in 6 Æneid. *Imprimitque gene genam.* Item Suet. Claud. c. 15 *Vt genam non leviter perſtringeret.* vide & Vallam 3, 4.

¶ Genavius, *a, um*, a *gena*, guloſus exponitur in Varr. de R. R. 3, 9: ubi rectius legitur *Ganearius* vel *Genianus*, quæ vide in *Ganeo* & *Gigno.*

GĔNAVNI, populi Vindeliciæ, de quibus Horat. 4 od. 14, 10.

GĔNEALŎGIA, *æ*, f. γενεαλογία, indicatio originis, das geſchlecht-regiſter, ſtamm-buch, apud Meſſalam Corv. p. 13. Hujusmodi libros Atticus ſcripſit, & alii, quos Schottus ad Nepot. in Attico p. 175. A notat. Ipſe autem Nepos, quam vulgo *genealogiam* dicunt, elegantèr c. 18 vocat *familiarum originem, ex qua clarorum virorum propagines poſſint cognoſci.*

¶ Genealŏgus, *i*, m. qui genealogiam enarrat aut ſcribit. Cic. de Nat. D. 3, 17 *Qui a genealogis antiquis ſic nominantur.* Adde Prudent. Apoth. v. 383.

¶ Gĕnĕſis, *is*, f. γένεσις, nativitas, generatio, & ſidus natalitium, ut Cicero vocavit, die geburt; item thema natalitium, vulgo, eine nativität. Sic, *Imperatoriam geneſin*, Suet. Veſp. dixit c. 14. Iuvenal. 6, 576 *Si pravit fructus ocelli Angulus infpecta geneſi collyria poſcit.* Et rurſus ſat. 14, 248 *Nota Mathematicis geneſis tua.* conf. Macrob. 2, 19 extr. Suet. Aug. c. 94 *Geniturum*; Vitruvius *Naſcentiam* dixit 9, 7. Alii & *Conſtellationem* vocarunt. vide in *Stella.* ¶ 2. *Geneſis* primus liber Moyſis. vide Tertull. de Orat. c. 7.

¶ Gĕneſia, *orum*, n. pl. γενέσια, vulgo dicuntur feſta, quibus amici natalem celebrant defuncti, cujus memoriam conſervare ſtudent, das geburts-feſt. v. Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 17, 21. Sed

¶ Genethlia, *orum*, n. pl. γενέθλια, feſta ſunt natalitia, quæ vivis ſacra exiſtunt, das geburts-feſt. Vtut autem hæc vulgo diſtinguantur, non tamen negandum, promiſcue etiam iſta fuiſſe uſurpata. Vnde Phavorinus, quum περὶ γενεθλίων locutus eſſet, addit, *εἰ δ' Ἀθηναῖοι καὶ γενέσια λεγουσιν.* Sic & Matth. c. 14, 6, & Marc. c. 6, 21 ponuntur γενέσια pro die natali, quem vivi cum amicis ſuis celebrabant. conf. Dan. Heinſii Exercit. ſacr. ad Matth. l. c.

¶ Genethliăcus, *i*, m. γενεθλιακὸς, ein nativität-ſteller. Tales olim *Mathematici*, qui & *Chaldæi. Prodigioſis artibus futura omnia discere ſe pollicentur.* v. Gell. 14, 1. Auguſtinus & *Planetarios* appellavit. conf. Salmaſ. de Ann. Climact. p. 4.

¶ Genethliăce, *es*, f. γενεθλιακὴ, die kunſt, nativitäten zu ſtellen, Mart. Capell. 3 p. 50.

¶ Genethliacon, *i*, n. carmen de natali. Tale Statii Silv. 2, 7.

¶ Genethliologia, *æ*, f. ipſa ars aſtrologica, apud Vitruvium 9, 7. Item *Genetŏliace* Γενεθλιακὴ. Γενεθλογία. Sextus Empiricus vocat lib. 5 adv. Mathematicos; χαλδαϊκὴν Periegenes vocavit apud Apollonii ſcholiaſten. v. Rutgerſ. Var. Lect. 5, 6.

¶ Agenealogītus, vel Agenealogētus, *i*, m. ἀγενεαλόγητος, *ſine genere, ignoti generis*, ohne geſchlecht. Tertull. de Præſcript. c. 53 ex Hebr. 7, 3.

¶ Agennētus, *i*, m. ἀγέννητος, id eſt, *ortum non habens*, æon hæreticorum, Tertull. adv. Valentin. c. 35.

Gener, generalis, generare, generoſus, &c. vide *Genus.*

Geneſis, geneſia, genethlia, &c. quære in *Genealogia.*

GENEVA, *æ*, f. nobilis urbs Allobrogum ad Rhodani exitum ex Lemano lacu, Genf. Diſtinguenda a *Genua* Ligurum in Italia.

GENIANES, *is*, f. gemma, quam *magi ſua vanitate inimicorum pœnas efficere promittunt*, Plin. 37, 10.

Genianus, vide *Gigno*, Geniculare, geniculus, &c. *Genu*, Genimen, genio, *Gigno.*

GĔNISTA, *æ*, f. frutex, pfriemen. Sparto ſimilis quidem magna ex parte, ſed ab eo tamen diverſus. vide *Spartum*; & de uſu geniſtæ Plin. 16, 18 & 37; 19, 1; 21, 9 & 12; 24, 9. v. Marc. Donat. ad Liv. 22, 20. Dicitur vel a *genu*, quod inſtar genu flexilis, vel quod *genibus* medeatur: vel a *geno*, quod ſponte genatur i. e. gignatur. Martial. 1 epigr. 43 *Num pyra qua lenta pendent religata geniſta.* Virg. Georg. 2, 12 *Molle ſiler, lentæque geniſtæ.*

Genitalis, genitor, &c. genius, genii, vide in *Gigno.*

GENO, *genui, ere*, antiquum pro *gigno*, quo præter Plautum Varro aliquoties uſus: ut de Re Ruſt. 2, 2 *Pingues facit facillime & gignit lac*, & c. 6 *Similes parentum genuntur.* Cenſorinus de die natali c. 3 *Genii a genendo dicti.* Ita in Pandectis: *Si quis mihi filius aut filia genitur, hæres meus eſto* l. 17 de legat. 1; & l. 13 § ult. de reb. dub. Et Arnobius lib. 4 p. 141 *Conceptatur & genitur terrenarum proluvies beſtiarum.* In paſſiv. etiam Lucretius 3, 799 *geni* antique pro *gigni*, quod in ejus locum ſucceſſit, poſuit. Vide cætera hinc derivata in *Genus* & in *Gigno* paullo poſt. Etiam Lambinus apud Cic. de Invent 2, 42; & de Orat. 2, 32 legit *filius genitur* pro genitus. conf. Gell. 3, 16.

¶ Ingĕno, *ĕre*, compoſitum a *Geno*, apud Manilium legitur 5, 135 *His etiam ingenitur viſendi ignota cupido.*

GENS, *gentis*, f. natio, familia, ein volck, geſchlecht, a *geno* ut *Genus*; ut, *Bello gentes frenare ſuperbas*, Virg. Æn. 1, 523. *Vbicumque terrarum & gentium*, Cic. in Verr. 5, 55, wo nur immer. *Vbinam gentium ſumus?* Id. in Catil. 1, 4. *Vbivis gentium*, Ter. Hec. 3, 1, 4, überall, aller orten. *Nusquam gentium*, Id. Adelph. 4, 2 pr. nirgend. Videtur autem *Gens* vocabulum latius patere, quam *Nationis*; & ſub illo comprehendi. Tac. Germ. 2, 6 *Ceterum Germaniæ vocabulum recens & nuper additum: quoniam qui primi Rhenum tranſgreſſi Gallos expulerint, ac nunc Tungri, tunc Germani vocati ſint. Ita nationis nomen, non gentis, evaluiſſe paullatim, &c.* Sic univerſim *Britanni* gens appellantur: *Caledonii, Silures*, &c. nationes Britannorum. Ita Tac. Agric. 12, 1 de Britannis loquens: *In pecore vehunt: quædam nationes & curru præſidentur.* Aliquando tamen alterum pro altero ſumitur. Sic Idem Tac. 12, 2 *Nec aliud adverſus validiſſimas gentes pro nobis utilius.* Nam *gentes* dicit, quas modo *nationes* vocaverat. conf. Herald. ad Arnob. p. 4, 5, & Elmenhorſt. ad eumd. p. 1. Quin *populos* etiam continet *gens.* Liv. 4, 49 pr. Vid. loca huic geminа apud Io. Fr. Gronovium ad Liv. 5, 34. conf. 6, 12 pr. *Gens* pro univerſo genere humano apud Cic. de Leg 1, 15 occurrit. ¶ 2. Pro regione potuiſſe videtur Nepos 14, 4, 1 *Subito*, inquit, *a Rege literæ ſunt miſſæ, ut Aſpam aggrederentur, qui*

Catavoniam tenebat. Quæ gens jacet supra Ciliciam, confinis Cappadociæ. Arnob. adverſ. gent. lib. 1 *Gentes viduatas eſſe ſuis cultoribus, & deſtitutas.* v. Burm. ad Ovid. Metam. 4, 668. ¶ 3. Transfertur venuſte & ad animalia. Virg. Georg. 3, 73 de equis: *Tu modo, quos in ſpem ſtatuis ſubmittere gentis.* Et alibi. Similiter Homerus μεγ. σθ. & χρυσῶν & μυῶν ἔθνεα dixiſſe legitur. ¶ 4. *Patricii* ſe ſolos *gentem habere* gloriantur Liv. 10, 8. Add. locus Ciceronis in *Gentilis* laudatus. Et quidem *Majorum gentium* Romæ dicebantur alii, alii *minorum.* Romulus primum legit centum Patres conſilii publici cauſſa: deinde alii centum ex illuſtrioribus additi confecto bello Sabino & regno conſociato. Hi *majorum gentium* vocabantur. Poſtea Tarquinius centum rurſus legit ex multitudine plebeja, qui *minorum gentium* appellati. Ita Livius 1, 35 & 47, & Victor in Tarquinio. Aliter Tac. Annal. 11, 25, 2, ubi vide Lipſium, præcipue vero Onuphrium Panvin. Comm. in 1 Faſt. p. 42 & ſeq. *Patriciorum minorum gentium* meminit Cic. Fam. 11, 21. Translatum hoc & ad Deos fuit, ſimiliterque alii *majorum*, alii *minorum gentium*, appellati. *Majorum* duodecim, qui & *Conſentes* appellabantur, quos verſibus duobus expoſuit Ennius: *Iuppiter, Mars, Apollo, &c.* Et his victima fiebat. *Minorum* infiniti, ut, *Priapus, Fauni, &c.* quibus libabatur tantum. Unde feſtive eos *patellarios* (nam de patella libabatur) Plautus appellavit Ciſſell. 2, 1, 46. Vide Cic. Tuſc. 1, 12 & 13. *Gens* tamen aliquanto latius patet, & *familias*, ſeu ſtirpes, ſeu domos ſub ſe complectitur. Suet. Ner. c. 1 *Ex gente Domitia duæ familiæ claruerunt, Calvinorum & Ahenobarborum*, & alibi. vid. Sigon. ad Liv. 4, 1 pr. ¶ 5. *Gens* etiam de uno ex gente, aut de cognato dicitur. Virg. Æn. 10, 228 *Vicisne, Decim gens, Æneæ? vigila.* Et Sil. 7, 35 de uno Fabio: *Tirynthia gens eſt.* Adde eumdem dicto libro v. 637, ubi eadem adnotavit Cellarius. add. Drakenb. ad 2, 185. ¶ 6. Tandem *Gentes*, i. e. gentiles, die heiden, dicuntur paſſim in vulgata verſione & apud Patres. vid. Cellar. Cur. poſt. p. 265. Sed ¶ 7. Etiam Romani *gentes* dicebant, ut opponerent *urbi* ſuæ. Hor. 1 od. 2, 5 *Terruit gentes.* v. Fr. Luninus Parerg. 3, 32. Nolim tamen hinc potius derivare Chriſtianorum morem, quam ab Iudæorum מנ, quæ appellatio olim contemtus aliquantum habuit. ¶ 8. *Gentem* & *Mentem* confundunt librarii. v. Drakenb. ad Sil. 6, 611. item *Gentem* & *Genus*, v. Idem ad Liv. 34, 17.

¶ Gentĭcus, *a, um*, adj. ländlich. Tac. Ann. 6, 33, 3 *Sceptruchi utrimque donis acceptis more gentico diverſa induere*, nach landesgebrauch. Et Tertull. de Anima c. 39 *Pro gentica, pro avita, pro publica, pro privata devotione.*

¶ Gentĭlis, *e*, ex eadem ortus gente ſive familia; vel quod ad gentem pertinet, aut genti proprium eſt, aus eben dem geſchlecht, eigenthümlich; ut, *Gentilis levitas*, apud Tac. Ann. 12, 14, 2. Cic. Top. c. 6 ita definit: *Gentiles ſunt, qui inter ſe eadem nomine ſunt: ab ingenuis oriundi: quorum majorum nemo ſervitutem ſervivit: quique capite non ſunt diminuti.* Iuvenal. 3, 64 *Gentilia tympana*, i. e. genti familiaria. Calpurn. 2, 41 *Et non gentilia poma*, h. e. inſitiva v. perſica in pruno. ¶ 2. *Gentilis* idem eſt ac popularis, qui, ut Cicero loquitur, ex eadem gente eſt, ein landesmann. Gell. 17, 17 *Linguæ & orationis ipſius non minus ſcire, quam ſi gentilis ejus eſſet, locutus eſt.* ¶ 3. Rerum ſacrarum ſcriptores *gentiles* vocant ſimulacrorum cultores, die heyden. Nonnulli notionem hanc in barbariſmis ponunt, & *paganos* illos latinius dici exiſtimant. Verum nova non eſt. Ita enim Hieronym. epiſt. 22, 13 *Si gentilium literarum libros aliquando legiſſem.* Et tom. 6 in Epheſ. 5, 20 *Hoc & gentilis facit, & Iudæus, & publicanus, & ethnicus.*

¶ Gentĭlĭtius, *a, um*, angebohren; ut, *Nomen gentilitium*, quod gentem & originem refert, ein ſtamm- oder geſchlechts-name, Gell. 1, 4, 1. *Gentilitium hoc eſt illi*, das iſt in ſeiner familie, Plin. 6 epiſt. 15. *In Servianorum familia gentilitium eſſe, fœminas linea veſte non uti*, Plin. H. N. 19, 1. Sic, *Sacrificia gentilitia*, quæ uſitata eidem ſunt genti, Cic. de Aruſp. R. c. 15. *Gentilitium ſacerdotium*, quod ad jus familiæ pertinet. Add. Schulting. ad Calp. Flacci decl. 24 p. 822.

¶ Gentĭlĭtas, *ātis*, f. die landsmannſchaft; cognatio quædam & neceſſitudo inter gentiles, id eſt, agnatio & cognatio. Sic Cic. de Orat. 1, 38 *Iura gentilitatum & agnationum* dixit. ¶ 2. Et *gentilitas*, die heidenſchaft. Prudent. in Romano v. 1086 *Has ferre pœnas cogitur gentilitas.* Id. Periſt. 1, 94 *Bruta quondam Vaſconum gentilitas.* Et Tertull. de Virg. veland. c. 2 pr. *Gentilitas Græcanica aut barbarica.*

¶ Gentĭlĭter, adv. ſecundum gentis conſuetudinem, patrio & gentili ſermone nach landes-gebrauch. Solinus c. 16 de Creta: *Cretes Dianam βοτιομάστιν gentiliter nominant.* Et c. 33 de Scandinavia: *Succinum Germani gentiliter vocant Gleſſum*, in ihrer ſprache. ¶ 2. Eccleſiaſticis eſt heydniſch. Fulgentius diſcuſſione Arianar. objection. c. 4 *Fides noſtra, qua unum Deum colimus, nec unione perſonali contrahitur, nec ſubſtantiali diverſitate dijungitur, ne aut Deos gentiliter colamus, diverſas colendo ſubſtantias; aut Filium & Spiritum Sanctum cum Sabellio denegemus.*

¶ Gentĭlĭtus, adv. ex longa gentis conſuetudine, gentium more. Tertull. de Pallio c. 3 *Gentilitus inhabitantur.*

¶ Gentĭlismus, *i*, m. das heidenthum, apud Theol. & in Dig.

¶ Bigens, *tis*, o. ex duabus diverſis gentibus natus; e. g. Italo & Gallo. Cathol.

¶ Congentĭlis, *is*, m. ein landsmann. Gloſſ. gr. lat. ὁμόϕυλος, *congentilis.*

¶ Congentĭātus, *i*, m. ita dictus filius Bituiti Arvernorum regis in Livii epit. 61.

¶ Ingens, *tis*, o. dicitur augendi conſuetudine, uti Feſtus notat. Quia enim *gens* populi eſt magnitudo, ingentem per compoſitionem dicimus, quod eſt valde magnum, ſehr groß, mächtig. *Ingentis ſpiritus vir*, eines tapfern, unerſchrockenen muthes, Liv. 21, 1. *Animus ingens*, i. e. fortis, magnus, conſtans: Plin. Paneg. c. 35 *Ingenti animo divus Titus ſecuritati noſtræ proſpexerat.* Virg. Georg. 4, 83 *Ingentes animos angusto in pectore verſant.* Eſt autem plus quam *magnus.* Ter. Eun. 3, 1, 1 TH. *Magnas vero agere gratias Thaïs mihi?* G. *Ingentes*, überaus großen dank. Quem verſum adducens Cicero in Lælio c. 26 ait: *Satis erat reſponſum*, magnas; Ingentes, *inquit. Semper auget aſſentatio, id quod is, cujus ad voluntatem dicitur, vult eſſe magnum.* Sall. fragm. hiſt. 3 p. 978 Cort. *Ingens ipſe virium atque animi.* ¶ 2. Ingens h. e. terribilis. Grat. 68 de Ancæogeminisque ſecuribus *ingens*, Burm. ad Val. Fl. 2, 104. ¶ 3. *Ingentior*, Comparativo uſus eſt Symmach. 8 epiſt. 31 ad Eudoxium valetudinis dubium: *Solatur tamen ſollicitudinem meam, quod parſimonia tibi familiaris eſt, quod cognata ſapientia, & adverſis fortunæ animas ingentior.* Superlativus eſt apud Veget. de Re milit. 4, 8 *Rotæ de lignis viridibus ingentiſſimæ fabricantur.* ¶ 4. *Ingens* & *urgens* confunduntur in MSS. vid. Drakenb. ad Sil. 2, 255 & 6, 265.

¶ Quinquegentiani, pop. Africæ, videntur Pentapolitani Libyæ Cyrenaicæ eſſe, apud Eutropium 9, 14 & 15. Aurel. Victor in Diocletiano *Quinquegentanas nationes* vocat.

GENTIANA, *æ*, f. planta nota radicis amariſſimæ, enzian, bitterwurz, a Gentio Illyriorum rege, qui vel plantam ipſam vel uſum ejus primus invenit, dicta. v. Plin. 25, 7. Sed *Gentiana minor*, kreutz-wurtz. Matthiolus.

Gentilis &c. quære in *Gens.*

GĔNU, n. γόνυ, plur. *Genua*, femorum ac crurum commiſſuræ, die knie. Quod Germanicum fortaſſe a κνήμη factum videatur, i. e. *tibia.* Os vero in genibus anterius, *mola*, μυλη, dicitur, die knieſcheibe. Cavitas poſterior, in quæ genua flectuntur, *poples* eſt, die beuge im knie. *Genibus provolvi*, Tac. Ann. 12, 28, 3; & 14, 61, 3, niederknien, zu fuß fallen. *Genu ſubmittere*, Plin. 8, 1, die knie beugen. *Genu terram contingere*, Cic. Tuſc. 2, 24. Et, *Horæ momentum intereſt inter ſolium & aliena genua*, Seneca de Tranqu. an. c 11. Genua enim ſupplices tangebant, quippe quæ miſericordiæ ſacræ eſſent, ut Serv. in ecl. 6 Virg. notat. Sane ſupplices non ipſi modo in genua provolvebantur, cujus cauſſa latis aperta; ſed etiam eorum, quibus ſupplicabant, genua contrectabant. vid. Plin. 11, 45. Plaut. Cure. 5, 2, 32 *Per genua te obſecro.* Tac. Hiſt. 1, 46, 3 *Qui procul adſtiterant, tendere manus: proximi prehenſare genua.* Hor. 1 epiſt. 12, 27 *Ius imperiumque Phraates Cæſaris accepit genibus minor:* Significat, Phraatem ſupplicem ſuſumque ad genua Cæſaris, & ſic minorem genibus, recepiſſe regnum. Sed de geſtu genua prentantium v. plura congeſta a Gonlalio ad Petron. c 17 p. 80 ſq. Vide & ſupra *Inceratus* ſub *Cera. Genua deſerunt curſorem*, Plaut. Merc. 1, 1, 13, die beine wollen nicht fort. ¶ 2. Proverbium Θεῶ ἐν γόνασι κεῖται, de incerto exitu. Originem ejus expoſuit Rutgerſius V. L. 5, 5. ¶ 3. Veteres in maſculino & neutro *Genus* quoque dixerunt. Illud ex Lucilio probat Nonius 3, 103. Hoc Priſcianus ex Cic. in Arat. v. 403 *Hic genus & ſuram cum chelis erigit alte.*

¶ Genualia, *ium*, n. pl. genuum indumenta, knie-bänder, hoſenbänder. Ovid. Met. 10, 593 *Pulſibus ſubeunt pictis genualia limbo.*

¶ Genuārius, *i*, m. ein ſuffälliger. Gloſſ. lat. gr. *Genuarius*, γονυπετης.

¶ Gĕnĭcŭlum, *i*, n. diminut. idem quod *genu.* Hinc *de geniculis adorare*, Tertull. de corona mil. dixit c. 6, knieend beten. *De dominico jejunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare.* vide Scalig. de Emendat. Temp. p. 655. ¶ 2. Et *Geniculæ* internodia ſunt, ac velut arti.uli in culmis & caulibus, die knoten und gelencke an halmen und ſtengeln, Plin. 16, 30 ſub fin.

¶ Geniculus, *a, um*, &

¶ Geniculōſus, *a, um*, flexuoſus, nodoſus, krumm, gebogen, knöticht. De canali Vitruv. 8, 7 *Quod ſi non venter* &c. *ſed geniculus erit.* Apul. de Herb. c. 77 *Virgulta geniculoſa.*

¶ Gĕnĭcŭlo, *are*, verbum, genu niti, knien. Vet. Gloſſ. *Geniculat*, γονατίζει. ¶ 2. Item, knoten gewinnen. Plin. 18, 16 *Antequam ſeges geniculaverit.*

¶ Geniculātus, *a, um*, knötticht, voll knoten; ut, *Culmus geniculatus*, qui multis geniculis committitur, Cic. de Senect. c. 15. Vitruv. 9, 6 ſidus illud, quod Græci ἐν γόνασι, Firmicus *Ingeniculum*: & *Geniculatum* & *Ingeniculatum* appellitat. Apul. de Herb. c. 77 *Radices geniculatæ.*

¶ Geniculātim, adv. per genicula, knoten-weiſe. Plin. 21, 10 *Foliis geniculatim circumdata.*

¶ Geniculatio, *onis*, f. die knie-beugung. Tertull. de Scapul. c. 4 *Geniculationibus & jejunationibus noſtris etiam ſiccitates ſunt depulſæ.*

¶ Genuflecto, *ere*, niederknien. Et

¶ Genuflexio, *onis*, f. die niederknieung. Eccleſiaſtica ſunt.

Compoſita:

¶ Adgĕnŭcŭlor, *ari*, vor einem niederknien. Tertull. de Pœnitent. c. 9 de pœnitentium diſciplina agens: *Jejuniis preces alere, ingemiſcere, lacrymari, & mugire dies noctesque ad Dominum Deum tuum, preshyteris advolvi, caris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis ſuæ injungere.*

¶ Congĕnĭcŭlo, Congenuclo, vel Congenulo, *are*, in genua ſe proſternere, auf die knie fallen, apud Cælium & Siſennam. v. Nonium 2, 156; & 1, 283.

¶ Congenulātus, *a, um*, genu replicato cadens, zu boden gefällt, knieend. Siſenna apud Non. 1, 283 *Multi plagis adverſis ictli & congenulati.*

¶ Congenuo, *are*, eſt genua conjungere, zuſammen knien. vid. Scalig. ad Varr. ex Pomp. & Voſſ. Etymol. p. 234 ex Nonio.

¶ Ingenĭculus, *i*, m. Engonaſi, ſidus Herculis. Firmic. 8, 17 *In extremis piſcium partibus oritur Ingeniculus, qui a Græcis ἐν γόνασι dicitur.* Manil. 5, 639 *Nixa genu ſpecies & Grajo nomine dicta Engonaſi ingenicla videns ſub origine cauſſæ.*

¶ Ingeniculo, *are*, knien. Hyginus Aſtron. 2, 6 *Dicit, poſtquam Herculem tela deficerent, ſe ingeniculaſſe.* conf. Lamprid. Heliog. c. 5.

¶ Inge-

¶ Ingeniculatus, *i*, m. idem sidus Herculis. Vitruv. 9, 6 *Pes Ingeniculati*, i. e. pes Herculis. Qui eod. cap. etiam *Geniculatum* appellavit, ut supra diximus.

¶ Progeniculo, *are*, fußfällig seyn. Gloss. lat. gr. *Progeniculo, γονυπετῶ.* Item, *Progeniculat, γονυπετεῖ.*

GENVA, *æ*, f. urbs Liguriæ maritima, nobilis, potens, in Italia, Genua. Distinguenda a *Geneva* Allobrogum Galliæ. ¶ 2. *Genuæ* ex Lucilio vide in *Gumia*.

Genuinus, *e*, vide sub *Gigno*.

GĔNVS, *ĕris*, n. stirps, principium & origo familiæ seu generationis, vel ab eo, qui genuit, vel a loco, in quo genitus quispiam est, eine ankunft, geschlecht; ut, *Nobili genere natus aliquis*, Cic. Verr. 5, 70, von adelichem stamm. *Genere suo indignum facere*, vel *admittere aliquid*, Ter. Adelph. 3, 3, 55. *Turpitudo generis opprobrio multis fuit*, Quintil. 3, 7. ¶ 2. Per translationem *genus* etiam dicitur aliquorum hominum aggregatio, qui ab eadem stirpe ortum trahunt: ut, *Genus Heraclidarum*, pro iis hominibus, qui ab uno *Hercule* profluxerunt. Sic, quia omnes homines ab uno principio ortum trahunt, nempe a Deo, etiam dicimus *Genus humanum*. Virg. Æn. 1, 542 *Si genus humanum, & mortalia temnitis arma, At sperate Deos, memores fandi atque nefandi.* ¶ 3. *Genus*, forma, qualitas, die art, beschaffenheit. Ter. Eun. 2, 2, 17 *Est genus hominum, qui &c.* es ist eine art leute. Cic. de Amicit. c. 17 *Constantes eligendi amici, cujus generis magna penuria est*, solcher art giebts nicht viel. Liv. 8, 24 *Ut plerumque ejus generis ingenia sunt. In omni genere & varietate artium excellere*, Cic. pro Balbo c. 6, in allerley künsten. *Genera dicendi*, apud rhetores. Et Ausonius Eidyll. 11, 66 *Trimum dicendi genus est, sublime, modestum, Et tenui silo. Excutiendum est omne genus auctorum*, Quintil. 1, 4, allerley bücher. *Vii novo genere litterarum*, Cic. fam. 15, 15 extr. eine neue manier. Id. fam. 3, 2 *Quid in eo genere efficere possis, tui consilii est*, i. e. in ea re, in eo negotio, scil. in proconsulatu Ciliciæ obtinendo, dißfalls, darinnen. ¶ 4. *Genus* pro sobole, prole, liberis. Catullus 62, 2 *Hymen Vraniæ genus*, id est, filius. Ita Virg. Æn. 12, 198 *Latonaque genus duplex*, id est, Gemellus. Ita de Castore & Polluce gemellis Seneca Herc. Furente v. 552 *Non illic geminum Tyndaride genus.* Similiter quoque usus Horatius est. ¶ 5. Non raro de toto populo seu gente dicitur. Sallust. 1 Hist. *Genus armis ferox & servitii insolitum.* Et Liv. 1, 18 *Institutum disciplina tetrica ac tristi Sabinorum, quo genere nullum quondam incorruptius fuit.* Florus 2, 3, 4 *Ligures durum ac velox genus.* ¶ 6. Translatum similiter ad animantes est. Lucret. 5, 860 *Principio genus acre leonum, sævaque secta Tutata est virtus.* Et Horat. 1 od. 2, 9 *Piscium & summa genus hæsit ulmo.* ¶ 7. Rursus *genus* appellamus id, sub quo *species* collocatur, ut homo, & bestia sub *animali*. Cic. de Invent. 1, 28 *Genus est, quod partes aliquas amplectitur, ut cupiditas. Pars est, quæ subest generi, ut cupiditati amor, avaritia.* ¶ 8. Apud Grammaticos sexum notat, vel aliquid ei analogum. Varro de L. L. 9, 2 *In virili genere est* lepus, *& neutro* nemus: *dicitur enim* hic lepus & hoc nemus.

¶ Gener, *ĕri*, m. filiæ maritus, der eidam, tochter-mann, a *Genus*. Ovid. Met. 1, 44 *Vivitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus, Non socer a genero, fratrum quoque gratia rara est.* ¶ 2. Pro *marito sororis* etiam accipitur *Gener* apud C. Nepot. 4, 1, 2, si Cujacio Observ. 6, 17 aliisque credimus.

¶ Gĕnĕrālis, *e*, quod ad cunctos pertinet, allgemein; ut, *Decorum generale*, Cic. Off. 1, 27. ¶ 2. Quod de genere agit, aut eo pertinet. Sic *Genus generale* appellat Seneca epist. 58, quod summum & generalissimum dicunt alii. Cic. de Invent. 1, 8 *Cum, qualis sit res, quæritur, quia & de vi, & de genere negotii controversia est, constitutio generalis vocatur.*

¶ Generaliter, adv. gänßlich, insgemein. Cic. de Invent. 1, 26 *Tempus generaliter definire difficile est.* Plin. 1, 8 *Generaliter quædam annotare*, summarisch aufzeichnen.

¶ Generalĭtas, *ātis*, f. universitas, die allgemeine sache. Mart. Capella 4 p. 100 *Hominem a cæterorum animantium generalitate discernere.* Et Symmach. 2 epist. 90 *Præfata generalitas.* v. Voss. de Vit. L. L. 3, 13.

¶ Gĕnĕrōsus, *a, um*, γενναῖος, nobilis, præstans, großmüthig, edel, wohlgebohrn, eines tapffern geschlechts oder stammes. Plus est, quam *nobilis*, v. Voss. Inst. Orat. 2, 14 sect. 7. Sic, *Generosi spiritus imperator*, Plin. 8, 41. *Generosum vinum*, Horat. 1 epist. 15, 18. *Generosa stirpe profectus*, Cic. in Carm. Divin. 1, 12. *Iuvenis generosi sanguinis*, Lucan. 3, 723. *Pater Themistoclis generosus fuit*, Nep. 2, 1, 2. *Generosioris arboris statim planta cum fructu est*, Quintil. 8, 3. *Pars hominis generosior*, id est, anima, Prudent. contra Symmach. 1, 19. *Fortissimus quisque generosissimus est*, Marius apud Sallust. Iug. c. 85. *Generosissima fœmina*, Suet. Tib. c. 49.

¶ Generose, adv. hertzhaft; ut, *Generosius perire.* Horat. 1 od. 37, 21.

¶ Gĕnĕrōsĭtas, *ātis*, f. nobilitas, der adel, die edele art. *Generositas furculorum*, Pallad. 11, 3. *Tauris in adspectu generositas*, Plin. 8, 45.

¶ Gĕnĕro, *avi, atum, are*, gignere, creare, propagare, zeugen schaffen. *Hominem generavit & ornavit Deos*, Cic. de Leg. 1, 9. Et, *Homines hominum caussa generati sunt*, Id. Off. 1, 7. *Eadem terra rhinocerotas alit, non generat*, Curt. 8, 9, 17. Quintil. 1, 1 p. 23 de puerulorum ingeniis: *In iis ætatibus, quæ nihil dum ipsæ ex se generare queant.*

¶ Generans, *tis*, zeugend, schaffend, herfürbringend. Ovid. Met. 15, 375 *Semina limus habet virides generantia ranas.*

¶ Generātus, *a, um*, erschaffen, gezeugt, gebohren, gepflantzt; ut, *Mundus semperne fuerit, nullo generatus ortu*, Cic. de Vniverf. c. 2. *Trojâ generatus Acestes*, Virg. Æn. 5, 61. *Species arboris ex sua radice generatæ*, Curt. 9, 1, 10.

¶ Generatim, adv. per singula genera seu species, von art zu art. Virg. Georg. 1, 35 *Proprios generatim discite cultus, Agricolæ.* ¶ 2. Et, *generatim*, generaliter, in genere, in gemein. *Generatim dicere*, Cic. in Pison. c. 35. *Omnia generatim complexi*, in einem hauffen zusammen fassen, Id. de Invent. 2, 5. Huic *το / stillatim* oppositum Sueton. Tib. c. 61; *membratim* Plin. proœm. lib. 2 *nominatim*, Cic. ad Att. 11, 6 pr.

¶ Generatio, *ōnis*, f. die zeugung, fortpflantzung, geburt. Plin. 10, 52 pr. *Generatio avium.* Et, *Generatio hominum*, Id. 11, 64.

¶ Generāmen, *ĭnis*, n idem. Strabo Gallus in Rosa: *Flos tibi sceptrigero venit generamine Iessæ.*

¶ Generātor, *ōris*, m. pater, der vater, gebährer. Cic. de Vniverf. c. 11 *Nosse generatores suos.* Virg. Æn. 3, 704 de monte, cui Acrigentum Siciliæ impositum: *Magnanimûm quemdam generator extulit ovum.* Pro admissario generis asinini Plin. 8, 44 i. 69, extr.

¶ Generatrix, *īcis*, f. die mutter, gebährerin. Pomp. Mela 3, 1 *Ægyptus hominum aliorumque animalium perfecunda generatrix.*

¶ Generasco, *ĕre*, gebohren werden. Lucret. 3, 746 *Omnia generascunt.*

¶ Generābilis, *e*, fruchtbar. Plin. 2, 45 *Generabilis vomen naturæ spiritus*, hoc est, qui facile generat; seu, ex quo res facile generantur. Manil. 1, 143 *Opus generabile fingit.*

¶ Generatōrius, *a, um*, generari solitus, das sich zeugen läßt. Tertull. adv. Valent. c. 2 *Generatorio more.*

¶ Generatorium, *i*, n. subst. facultas generandi, die kraft zu gebähren, apud Ambrosium.

Composita:

¶ Adgĕnĕro, *are*, hinzu gebähren. Tertull. adv. Marc. 4, 19 *Omnibus natis adgenerantur & fratres.*

¶ Bigĕneris, *e*, sive Bigĕner, *ĕris*, duorum generum. Festus: *Bigenera dicuntur animalia ex diverso genere nata, ut leopardus ex leone & panthera; mulus ex equa & asino.* Si Varronianis libris, quorum magnus consensus est, fidem habeamus, etiam fecunda horum forma declinari potest. Ita enim de R. R. 2, 8 *Muli & binni, bigeneri ab insititii, non saepe genere ab radicibus.*

¶ Congĕnĕro, *are*, rarius est, atque idem quod adjungere, associare. vide Nonium 2, 121.

¶ Congenĕrātus, *a, um*, mitgebohren; ut, *Parvuli congenerati*, Varr. R. R. 2, 4. *Congeneratum parentis seniium*, Colum. 7, 3.

¶ Congĕner, *ĕris*, o. hoc est, genere cognatus, ejusdem generis, gleicher art, eines geschlechts. Plin. 15, 24 *Aliud corpus est terrestribus fragis: aliud congeneri eorum unedoni.*

¶ Congener, *eri*, m. subst. generi in affinitate fe cius, ein schwager, mit-eydam. *Congeneri*, duo pluresque generi, respectu unius soceri. Symmach. 8 epist. 40 *Supremis congeneri interesse.* Gloss. Cyrilli: *Congener, σύγγαμβρος.*

¶ Degĕnĕro, *are*, est insitam vim & naturam amittere, a generis nobilitate & benitate deficere, aus der art schlagen, eine fremde art an sich nehmen. Virg. Georg. de Seminibus 1. *Vili sed la die, & multo spectata labore, Degenerare tamen. Degenerare in feritatem*, Plinius dixit 17, 15, wild werden. De vitibus enim ibi ita loquitur: *Si sativæ silvestribus inseruntur, degenerant in formam.* Cic. de Claris Orat. c. 34 *Naturale quoddam stirpis semen degeneravit vitio depravatæ voluntatis.* Id. in Verr. 3, 63 *Consuetudo & disciplina degenerare non sinit*, gewohnheit und zucht läßt nicht übel gerathen. Componitur vulgo cum præpositione A: ut Cic de Provinc. conf. c. 8 *Cujus utinam filii non degenerassent a gravitate paterna.* Et pro Flacco c. 11 *Cumque ab hac pervenit contestatage virtute majorum non degeneraverit.* Poëtæ etiam Dativo jungunt. Propert. 4, 1, 79 *Dii mihi sint testes, non degenerasse propinqui.* Nisi sextus hic casus est κατ' ἔλλειψιν præpositionis. Manifestior tamen Dativus apud Claudianum de 4 Cons. Honorii v. 366 *Æqualis mihi Pyrrhus erat, cum Pergama solus Verteret, & patri non degeneraret Achilli.* Nec male cum quarto casu componitur. Ovid. met. 7, 542 *Acer equus -- Degenerat palmas*, & Pont. 3, 1, 45 *Hanc cave degeneres.* Ita Cl. Heinsius e MSS. emendat, confirmatque aliis exemplis, cujusmodi est illud Statii 3 Silv. 1, 160 *Non degenerabit honorem.* Hinc pass. Solin. c. 17 *Adulterinis coitibus degenerantur partus leænarum.*

¶ Degeneratio, *onis*, f. die verschlimmerung, apud Augustinum.

¶ Degenerator, *oris*, m. corruptor, ein verführer, apud eundem.

¶ Degĕner, *ĕris*, o. qui patris aut majorum suorum moribus non respondet, unartig, ungerathen. *Proles degener*, Sen. Agam. v. 386, der aus der art schlägt. Poëtæ cum Genitivo jungunt. *Degener altæ virtutis patrum*, Sil. 10, 68. Et, *Iuvenis patrii non degener oris*, Ovid. Pont. 3, 5, h. e. æque ac pater distortus. Virg. Æn. 3, 13 *Degeneres animos timor arguit*, i. e. ignobiles. Conf. Lucan. 6, 417. Tac. 12, 62, 1 pro supposititio posuit, Pseudophilippum vocans *degenerem regem.*

¶ Ingenero, *are*, inserere, propagare, einpflantzen. Colum. 10, 196 *Ingenera, nunc sunt genitalia tempora mundi.* Cic. Off. 1, 4 *Naturæ ingenerat præcipuam amorem in eos, qui procreati sunt.* Liv. 5, 27 *Societas, quam ingeneravit natura, utrisque est, eritque.* Catull. 62, 212 *Non decet Tam vetus sine liberis Nomen esse: sed indidem Semper ingeneruari.*

¶ Ingeneratus, *a, um*, angebohren, eingepflantzt; ut, *Ingenerata familiæ frugalitas*, Cic. pro Sext. c. 9.

¶ Ingenerasco, *ere*, eingepflantzt werden. Lucret. 2, 746 *Ex immunte ævo ingenerascunt, inque genuntur.* Sed lectio alia aliis placet.

Multigĕner, sive Multigĕneris, vide in *Multus.*

¶ Prægĕnĕro, *are*, ante generare, vorher zeugen. Prosper Aquitanicus princ. Epitaphii hæres. Nestor. & Pelag. *Nestoriana lues successit Pelagiane, Quæ tamen est utero prægenerata meo.*

¶ Progĕner, *ĕri*, kinds-tochtermann, cujus relatum *Prosocer*, apud Sueton August. cap. 19, & Tac. Hist. 5, 9, 7. Pater meæ uxoris, *Socer* est. Avus uxoris, *Socer magnus*, itemque *Prosocer* dicitur; & ego ejus *Progener*. Vide Modestinum Ictum Leg. 4 § 6 Dig. de Ritibus. Seneca epist. 21 *Tiberius Attici progener.* Agrippa enim, socer Tiberii, gener Pomponii Attici fuit. Vide Nepot. 25, 12, 1.

¶ Progĭnĕro, *are*, ex ſe generare ſeu producere, zeugen, herfürbringen. Horat. 4 od. 4, 31 *Nec imbellem feroces Progenerant aquilæ columbam.*

¶ Progeneratio, *ōnis*, f. die zeugung. Plin. 8, 43 *Progeneratio mulierum.*

Prĭgĕnĭes, vide infra in *Progigno* ſub *Gigno*.

¶ Regenero, *are*, iterum generare, repræſentare, wieder gebähren. Plin. 14, 22 *Divus Cæſar regenerasſe patrem Tiberium ferebatur*, hoc eſt repræſentaſſe. Id. 7, 12 *Qui adulterio Æthiopis nata matre, nil a cæteris colore differente, ipſe avum regeneravit Æthiopem.*

¶ Regeneratio, *ōnis*, die wiedergeburt, vox eccleſiaſtica, apud Patres paſſim, etiam in ipſa Vulgata N. T. translatione, occurrens. Eleganter pro ea Salviano lib. 7 Gub. p. 71 dicitur *generatio nova.*

GENŪSUS, *i*, m. Epiri fluvius. v. Lucan. 5, 462 & 465. v. quos Drakenb. ad Liv. 44, 29 laudat.

GEŌDÆSIA, *æ*, f. ἡ γεωδαισία, die feldmeſs-kunſt.

¶ Geodætes, *æ*, m. ein feldmeſſer. v. Voſſ. de Scient. Mathem. p. 113.

GĔŌGRAPHIA, *æ*, f. γεωγραφία, deſcriptio terræ; Differt a κοσμογραφία, χωρογραφία, τοπογραφία, de quibus ſuis locis, die beſchreibung des erdbodens, land-beſchreibung. Cic. Att. 2, 4 *De geographia*, inquit, *dabo operam, ut tibi ſatisfaciam.*

¶ Geographus, *i*, m. γεωγράφος, qui geographica tractat, ein landbeſchreiber. Ammian. 22 p. 414.

¶ Geographicus, *a, um*, adject. γεωγραφικός, ut, *Stylus geographicus* Ammian. 23, 18. *Geographica perplexitas*, Id. 31, 5. Adde Cic. Att. 2, 6. Apud Græcos Anaximander Mileſius primus *tabulas geographicas* inveniſſe dicitur, landcharten.

GEOMANTIA, *æ*, f. γεωμαντεία, divinationis genus ex terra, & in pulvere peragendæ. v. Iſidor. Orig. 8, 9; & Peucer. Divinat. p. 405.

GĔOMETRIA, *æ*, f. γεωμετρία, ii etymon ſpectes, ars dimetiendi terram, deinde omnis doctrina magnitudinum, die meſs-kunſt. Illa, quæ propriæ circa agros & terras verſatur, *Geodæſia*, die landoder feldmeſs-kunſt. *Tractavorunt Geometriam Euclides & Archimedes*, Cic. de Orat. 3, 33. Id. Tuſc. 1, 2 *Geometria apud Græcos ſummo honore fuit.* Hanc Alexander didiciſſe *infelix* dicitur, ſciturus quam *puſilla* terra eſſet, ex qua minimum occupaverat, cujus cauſſa falſum cognomen *Magni* gerebat. vide hæc ſcite & argute diſputantem Senecam epiſt. 91. A Pythagora inventam & *Hiſtoriam* appellatam, Iamblichus ejus vita c. 18 prodidit. Alii Ægyptiorum repertum ſcribunt. Servius ad illud Virgilii ecl. 3, 40 *Et quis fuit alter? Deſcripſit radio totam qui gentibus orbem*, RADIO inquit, *id eſt, virga Philoſophorum, qua Geometræ lineas indicant. Inventa autem hæc ars tempore, quo Nilus plus æquo creſcens confudit terminos poſſeſſionum: ad quos innovandos adhibiti ſunt Philoſophi, qui lineis diviſerunt agros*, &c. Barbari autem funibus; Romani perticis metiebantur: quarum tamen uſum recentiorem eſſe, oſtendere conatur Salmaſius Exercitat. Plin. vide infra *Pertica.* Cæterum Geometriæ vocabulum aliquando latius patet. Nam Gellius uſus eſt, ut ὀπτικὴν, κανονικὴν, μετρικὴν ejus ſpecies faciat. vide eum 16, 18. De Geometriæ ad alias artes, oratoriam præſertim, utilitate Quintil. 1, 10 p. 111 ſq.

¶ Geomĕtres, *æ*, m. γεωμέτρης, der die meſs-kunſt verſtehet. Cic. Off. 3, 7 *Geometræ ſolent non omnia docere, ſed poſtulare, ut quædam ſibi concedantur, quo facilius, quæ velint, explicent.* Conf. Acad. 4, 36.

¶ Geomĕter, *tri*, m. idem. Sen. epiſt. 88 *Illud tibi geometer poteſt dicere.* conf. fictus ille C. Nep. ex Darete 2 v. 126. Et ipſe Iuven. 3, 76. it. Burm. ad Quint. 1, 10 p. 10.

¶ Geometrĭcus, *a, um*, zum ausmeſſen gehörig; ut, *Scientia Geometrica*, Plin. 7, 37. *Ratio Geometrica*, Cic. Acad. 4, 36; & Gell. 18, 15.

¶ Geometrica, *orum*, n. pl. ſubſt. ut, *Geometrica didiciſſe*, Cic. Tuſc. 1, 24.

¶ Geometrice, adv. γεωμετρικῶς. Plin. 35, 10 *Geometrice eruditus.*

GEORGIA, *æ*, f. γεωργία, agricultura, die feld-bau-kunſt.

¶ Georgicus, *a, um*, γεωργικός, zum ackerbau gehörig; ut, *Georgicum carmen*, Colum. 7, 5.

¶ Georgica, *orum*, n. pl. γεωργικά, libri de agricultura, ſeu re ruſtica. Virgilius ſcripſit 4 libros Georgicorum.

GĔRĀNIVM, *i*, n. γεράνιον, herba, ſtorchſchnabel, ſic dicta a ſimilitudine gruis capitis in ſummitate. v. Plin. 26, 11; Dioſc. 3, 131. Tria ejus genera Matthiol. tradit. ¶ 2. Item, machinæ genus, ad onera majora v. g. e. navibus, vel in naves tollenda, die krane.

¶ Geranītes, *æ*, m. γερανίτης, gemma, a gruis oculo ſic dicta Plinio 37, 11.

GERDIVS, *i*, ſecundum nonnullos textor eſt, ſecundum alios bajulus, forte a gerendo. Lucil. apud Nonium 2, 379 *Curate domi ſint gerdius, ancillæ, pueri.* Exſtat enim apud Firmicum 8, 25.

GERGYTHIVM, *i*, n. oppidum in Troade, cujus meminit Plinius 5, 30.

GERMANIA, *æ*, f. Γερμανία, Teutſchland. Qui veteris, qui noſtræ Germaniæ fines & termini ſint, oſtendit Bernegg. Quæſt. in Tacit. quæſt. 1, & Conring. pecul. libro. Ovid. Faſt. 1, 597 *Et mortem & nomen Druſo Germania fecit.*

¶ Germāni, *orum*, m. pl. gens indigena, non infuſa ex aliis peregrinisgentibus, aut aliis ullis aliarum nationum connubiis infecta, ſed propria, ſincera & tantum ſui ſimilis, quemadmodum Tacitus c. 2 de Mor. illorum ſcripſit. Vetuſtiſſimum nomen *Teutonum* fuit, quod & hodieque obtinet, cum Teutſche, Deutſche, (promiſcue enim ſcribi vel diſputatione doctiſſimorum inter Germanos virorum nupera patuit) appellamur. De quo v. Cluver. Antiquæ Germ. 1, 11; & infra *Teutoni. Tungri*, qui primi e Teutonibus trans Rhenum commigrarunt, novo vocabulo ſe appellaſſe *Germanos*, Tacitus auctor eſt dicto c. 2, quod nonnulli quaſi *Gairmanos*, interpretantur. Quidam a *germinando* derivant, propter fœcunditatem gentis populoſiſſimæ, ut Silvius: quo & Paulus Diaconus reſpiciere videtur de geſtis Longobardorum 1, 1. Alii, cum forma, moribus, vitæ genere parum differrent a Gallis, *Germanos* appellatos a Romanis, ut fratres quaſi Gallorum eſſe oſtenderent, quæ Strabonis opinio eſt lib. 7 Geograph. Aliter Tacitus de Germ. c. 2; *Cæterum* GERMANIÆ *vocabulum recens & nuper additum*, (ſubaudi, quidam affirmant) *quoniam qui primi Rhenum transgreſſi Gallos expulerint, tunc Tungri, nunc* Germani *vocati ſint. Ita nationis nomen, non gentis, evaluiſſe paullatim, ut omnes primum a victore ob metum; mox a ſe ipſis invento nomine* GERMANI *vocarentur.* Ex quibus verbis conſtat, GERMANORVM nomen non generale initio, ſed ſpeciale, illiusque tantum nationis fuiſſe, quæ prima e Germanis in Gallias fuerit transgreſſa; inde magis magisque innotuiſſe, evaluiſſeque usque adeo, ut genti univerſæ tandem hæreret. Nomen alii deducunt á *Werre*, quod Gallica dialecto *Guerra* dicitur, & *bellum* ſignificat; & *Man*, quod virum notat. Hoc nomine igitur victi Galli, Victores appellarunt, bellicoſam eorum virtutem, qua ſeſe formidabiles fecerant, ita celebrantes. v. Cluver. Antiqu. Germ. 2, 20, ubi pluribus de iſto Taciti loco, & vocabuli hujus origine diſputat. Sane militari virtute & fide præcipue excelluere Germani, ob quas res etiam a Regibus Principibusque Romanis ad cuſtodiam corporis delecti fuerunt, de quo Lipſius ad 8 Ann. Taciti p. 343. Duplex porro Germania eſt, *Superior* & *inferior*, quæ apud Romanos ſcriptores non eadem diviſio eſt, quæ noſtris uſurpatur: Tum enim non tota Germania, ſed pars Galliæ ſoli ad Rhenum, a transductis in eam Germanis, ita in provincias Romanas dividebatur, ut *ſuperior* alia ſeu *prima* eſſet; alia *ſecunda* ſeu *inferior*. v. Geograph. Antiq. De finibus antiquæ Germaniæ exſtant verſiculi Philipp. Melanchth. *Rhenus ab occaſu, Viadri ſed flumen ab ortu, Clauſerunt fines, Teutona terra, tuos. Aëriaque Alpes immotum limes ad Auſtrum, Balthicus ad Boream terminat Oceanus.*

¶ Germanus, *a, um*, Ovid. A. A. 3, 163 *Femina caniciem Germanis inficit herbis*, h. e. rutilum colorem inducentibus. v. Burm.

¶ Germānicus, *a, um*, teutſch, vulgatum, ut *Lingua Germanica.* ¶ 2. *Germanicus* Cæſar, Druſi Neronis filius, indole, forma, virtute omnium excellentiſſimus: ideoque ab Auguſto ſucceſſor ſibi deſtinatus. v. Sueton. in Calig. quatuor prioribus capitibus. Ejus res geſtas Tacitus deſcribit. ¶ 3. Sed *Germanicus* Auguſtus apud Quintil. 10, 1 p. 907. Burm. eſt Domitianus.

¶ Germanici, &

¶ Germaniciāni, m. pl. apud Suetonium memorantur in Tib. c. 25. Galba c. 20; & Oth. c. 8. Ita autem vocantur, qui in Germania militabant.

¶ Semigermarus, *a, um*, halbteutſch. Liv. 21, 38 *Itinera obſepta gentibus ſemigermanis.*

Germanus, pro *fratre*, vide poſt paullo ſub *Germen.*

GERMEN, *ĭnis*, n. ein zweig, gewächs, ſproſſen. *Germen* autem quaſi *Genimen* a *genendo*; ut *carmen* quaſi *canimen* a *canendo.* Vnde & pro origine & genere ponitur. Prudent. hymno 10 καθημ. v. 24 de anima: *Quæ germen ab æthere traxit.* Vet. Gloſſ. *Germen*, σπόρος. Vnde & *Germani fruges*, paſſim, appellati. Feſtus: GERMEN *eſt, quod ex arborum ſurculis naſcitur, unde &* GERMANI, &c. ¶ 2 Etiam pro pomis & fructibus arborum poni docent Barth. & Heinſ. ad Claudian. de laud. Stil. 2, 465. ¶ 3 Pro fœtu animalium ſ. parvis *germina* dixit Nemeſia. Cyneg. 153.

¶ Germĭno, *are*, ausſchlagen, grünen, herfürſproſſen. Plin. 13, 4 de palma: *Mas palmite floret: fœmina citra florem germinat tantum ſpinæ modo.*

¶ Germinatio, *ōnis*, f. pullulatio, die ſproſſung. Plin. 17, 14 *Facillime coaleſcunt, quibus eadem corticis natura, quæque pariter florentia ejusdem horæ germinationem ſuccorumque ſocietatem habent.*

¶ Germĭnātus, *ūs*, m. ſubſt. idem. Plin. 16, 25 *Serotino quædam germinatu florent.*

¶ Germinalis, *e*, herfürwachſend; ut, *Germinales arbores*, quæ ex jacto ſemine vel ſponte e terræ germine naſcuntur, Papin. l. 7 § 12 ff. de ſoluto matrim. Et Zeno Veron. *Germinali oleo lævigatus.*

¶ Germinaſco, *ere*, idem ac *germinare*, Quadrig. apud Non. 2, 167.

¶ Germānus, *a, um*, eigentlich, brüderlich, treulich; ut, *Germani quaſi eodem ſtirpe geniti*, rechte natürliche brüder, Feſtus in *Germen.* Interdum conjunguntur, *Germanus frater, germana ſoror.* v. Nepos 5, 1, 2 atque ibi Interpretes. Iuſtin. 27, 3, 12 *Fratres, quaſi & germani caſibus, exules ambo, &c.* al. *Germanis caſibus.* Vet. Gloſſ. *Germanus*, γνήσιος ἀδελφός, *Germani*, ἀδελφοὶ ὁμογνήσιοι. *Germani* autem dicuntur & ὁμοπάτριοι, (die von einem vater) & *uterini*, (die von einer mutter). v. Rutgerſ. Var. Lect. 1, 9 p. 40 & ſeq. Drakenb. ad Liv. 41, 27. Etiam pecudes eadem matre aut eodem partu editas, *Germanas* vocari, ex Accii verſibus ap. Cic. de Div. 1, 22 apparet, ubi *germanus avicula* occurrit. ¶ 2. *Germanum*, pro vero & ſincero; ut, *Hæc, mea eſt, & fratris mei germana patria*, Cic. Leg. 2, 1, das rechte vaterland. *Germanus negotiator*, Cic. Att. 1, 18 extr. Id. ibid. 4, 5 p. 378 *Aſinum germanum* ſe aliquando fuiſſe fatetur, ein rechter eſel. *Nomen germanum*, Plaut. Capt. 2, 2, 38, der eigentliche name. Auſon. Moſella 285 *Germanæque putat formam ſpectare puellæ*, i. e. veram, non ſpeculo ſimulatam, aut fictam, uti vir doctus in Miſc. Obſerv. Vol. 10 p. 188 exponit. Superl. *Germaniſſimus*: Cic Acad. Quæſt. 4, 43 *Antiochus Academicus erat, ſi perpauca mutaviſſet, germaniſſimus Stoicis.* Hieronym. ep. 98 ad Auguſtinum: *Bajulum literarum habeas commendatum, & mihi ſcias germaniſſimum*, hoc eſt, amiciſſimum.

¶ Germane, adv. idem. Cic. ad Qu. fratr. 2, 14 *Germane & fraterne reſcribam*, rechtſchaffen und brüderlich.

¶ Germānĭtas, *ātis*, f. die brüderſchafft, rechte blut-freundſchafft, aufrichtigkeit; ut, *Concors germanitas*, Plin. 6, 1. Vſus eadem voce & Cice-

& Cicero eſt pro Ligario c. 11 *Moveat pietas, moveat germanitas.* Et Lactant. 6, 10 *Neceſſitudo germanitatis.* Vet. Gloſſ. *Germanitas, συγγενότης, ἀδελφότης* ¶ 2. *Germanitas* interdum notat germanas ſorores, ut matrimonium pro uxore, ſervitium pro ſervis. Cic. de Haruſp. Reſp. c. 20 *In domeſticis eſt germanitatis ſtupris volutatus.* ¶ 3. Tribuitur etiam fructibus arborum: ut, *Mala germanitate coherentia & gemella,* durch zuſammenwachſ, Plin. 15, 14.

¶ Bigermen, *inis,* n. ſeges mixta ex duobus germinibus, Cathol. mengerley ſaat.

¶ Congermino, *are,* coaleſcere, conjungi, aufwachſen. Gell. 20, 8 *Cepe revireſcit & congerminat decedente luna.*

¶ Congermaneſco, *ĕre,* idem, coaleſcere, conſociari, ſich zuſammen halten. Apulej. 2 Met. p. 119 *In pariſitatem amoris congermaneſcebat mecum.* Adfert etiam Nonius 2, 167 ex Quadrigario: qui &

¶ Congermanus, *a, um,* ex Varronis lib. 3 Rer. Hum. producit: *Cum his una rempub. conjunctã & congermani tenuere.* Ita Mercerii Pariſienſis editio, & Scaligeri marginalis nota: alii *congerminati.*

¶ Egermino, *are,* ausſchlagen. Colum. 4, 17 *Decutiendi ſunt omnia, quæ infra trunci caput egerminaverint.* Ibid. 4, 29 ante med. ipſum *ſarmentum* ſ. ſurculus *egerminare* dicitur.

¶ Egerminatus, *a, um,* herausgewachſen, apud Auguſtinum.

¶ Egerminatio, *onis,* f. die herauswachſung, entſprieſſung, Hieron.

¶ Prægermino, *are,* vorher grünen. Plin. 16, 29 *Præflorent & prægerminant,* ſie ſchlagen zeitlicher aus.

¶ Progermino, *are,* herfür ſproſſen, aufkeimen. Colum. 4, 10 *Ante, quam ſurculus progerminet.* Et c. 15 *Nec ex propinquo progerminet.*

¶ Regermino, *are,* wieder ausſchlagen, wieder grünen. Plin. 16, 33 *Cupreſſus ſucciſa regerminat.*

¶ Regerminatio, *onis,* f. die wiederausſchlagung. Id. Plin. 17, 30 *Caſtanea, regerminatione cædua, vel ſatice lætior,* ſie ſchlägt, wenn ſie abgehauen worden, leichter als wenden wieder aus.

GĔRO, *geſſi, geſtum, gerĕre.* Proprie portare eſt, vel ſuſtinere; ut, *Galeam gerere in capite,* Nepos 14, 3, 2. Deinde ad varia transfertur: Cic. Off. 1, 28 *Quemadmodum nos adverſus homines geramus, natura nos docuit non negligere,* wie wir uns gegen andere leute verhalten ſollen. *Negotium male gerere,* Cic. Catil. 2, 10, eſt adminiſtrare, ausrichten, verwalten. *Feliciter & ex ſententia rem gerere,* Cic. fam. 2, 7, nach wunſch verrichten. Plaut. Milite Gl. 2, 1, 149 *Meo remigio rem gero,* ich bin für mich, es hat mir niemand einzureden. Publii Mimus: *Male geritur, quicquid geritur fortunæ fide.* Ter. Eun. 5, 4 pr. *Reviſo, quidnam Chærea hic rerum gerat,* was er für hat. *Res gerere, Res magnas gerere,* i. e. efficere, Corn. Nep. 22, 3, 3 de actu rerum, qui diſtinguitur a conſilio. Idem 1, 3, 3 *Gerere rem male,* uti adverſa fortuna. *Bellum cum aliquo adverſus quem gerere,* Idem 12, 3, 1, ubi ſocietatem & conjunctionem notat. *Sapientia omnes res humanas gerentur,* Cic. de Orat. 2, 84. *A rebus gerendis ſimultas abſtrahit,* von wichtigen verrichtungen, Id. de Senect. c. 6. *Dum hæc geruntur,* inmittelſt, unterdeſſen, Nep. 14, 5, 1. *Fulvia nihil rudibere præter corpus gerens,* die ſonſt nichts weibliches an ſich hatte. Veliej. 2, 74, 3 *Gerere remp.* pro adminiſtrare & præeſſe reipubl. gubernandæ, das regiment führen, tragen, verwalten, vulgatum eſt. Sed Liv. 3, 19 extr. *Tum hercle eo die, quo ego Cos. ſum creatus, male geſta reſp. eſt, multo pejus, quam cum Valerius periit.* Vbi non tam ad gerentem aliquem, quam ſimpliciter ad eventum reſpici videtur. Item, *Gerere imperium, honores,* Nep. 7, 7, 11 it. 15, 7, 5; & 25, 6, 2. *Conſulatum,* Id. 24, 2, 1. *Turpiter, turpiſſime ſe gerere,* Cic. Tuſc. 2, 21. Id. Off. 1, 26 *Quanto ſuperiores ſumus, tanto nos ſubmiſſius geramus,* je demüthiger wir uns halten ſollen. Sall. Iug. 85, 47 *Meque vosque in omnibus rebus juxta geram* h. e. tractabo. Cic. Or. 1 contra Rull. 8 *Sic me in hoc magiſtratu geram populo Romano.* Nepos 25, 3, 1 *Hic autem ſic ſe gerebat, ut communis infimis, par Principibus videretur,* er führete ſich alſo auf. Et 25, 14, 2 *Tanta uſus eſt moderatione, ut neque in ſeſtertium vicies, parum ſe ſplendide geſſerit, nec in ſeſtertium centies affluentius vixerit.* Cic. Att. 6, 1 p. 580 *Thermum, Silium vere audis laudari. Valde ſe honeſte gerunt. Gerere ſe pro cive,* eſt agere & comparare ſe, ut civem decet: Ita Cic. pro Arch. c. 5, & alii veterum locuti ſunt; Recentiores *civem gerere* dixiſſent. Claudian. de 4 Conſ. Honorii v. 294 *Tu civem patremque geras.* Seneca Troad. v. 713 *Excidat Hector. Gere captivum.* Florus 1, 1, 3 *Lupa vagitum ſecuta ubera admovit infantibus, matremque ſe geſſit.* ¶ 2. Ex quibus omnibus patet, verbum *Gerere* magnam cognationem cum verbo AGERE habere. Et ita *gerere tempus* pro *agere* dixit Suet. Domit. c. 1 *Pubertatis & primæ adoleſcentiæ tempus tanta inopia tantaque infamia geſſiſſe fertur, ut nullum vas argenteum in uſu habuerit.* Quid differant tamen, Varro docet de L. L. 5, 8. *Poteſt,* inquit, *aliquis facere & non agere. Ut poëta facit fabulam, & non agit: contra actor agit, & non facit. Et ſic a Poeta* fabula fit, *& non* agitur: *ab actore* agitur, *& non* fit. *Contra imperator, qui dicitur* res gerere: *in eo neque* agit, *neque* facit: *ſed* gerit, *id eſt,* ſuſtinet. *Translatum ab his, qui* onera gerunt, *quod ſuſtinent.* Ergo gerere proprie eſt *ſuſtinere.* Quod ex verbo *geſto* colligitur. De differentia τῦ *agere, facere & gerere,* vide & L. 18 Dig. de Verb. Sig. *Morem gerere,* eſt obſequi, zu willen ſeyn, gehorſam ſeyn. Nep. 2, 7, 3; 14, 4, 3. *Animo ſuo morem gerere,* Ter. Andr. 4, 1, 17, ſeine luſt büſſen. *Animum dignum laude gerere,* einen löblichen ſinn an ſich haben. *Gerere amicitiam,* i. e. exercere, Cic. fam. 3, 8, freundſchafft halten. *Gerere inimicitias, ſimultatem cum aliquo,* Cic. Div. in Verrem c. 21 extr. feindſchafft hegen. *Pueri inter ſeſe quam pro levibus noxiis iras gerunt?* Ter. Hec. 3, 1, 30. v. Burm. ad Calp. Flacci decl. 13 p. 808 de phraſibus, *gerere mixtum gaudio ac metu animum, cupiditatem, deſideria, rixas.* ¶ 3. *Gerere* & *Regere* confundunt librarii. v. Drak. ad Sil. 5, 242.

¶ Gerens, *tis*; ut, *Bella gerens,* Horat. 4 od. 4, 17. *Virginis os habitumque gerens,* der ausſiehet wie eine jungfer, Virg. Æn. 1, 319. *Animum gerens curamque virilem,* ibid. 9, 311. Et cum caſu patrio, *Sui negotii gerens,* der geſchäfftig iſt, das ſeinige abwartet, Cic. pro Quintio c. 19.

¶ Geſtus, *a, um,* gethan. Nep. 21, 2, 1 *Rerum geſtarum gloria.* Idem 7, 5, 7 *Maximis rebus geſtis venerunt.* Id. 15, 1, 14 *Res geſtæ a plurimis omnium anteponuntur virtutibus,* die thaten.

¶ Geſta, *orum,* n. pl. that, acta, thaten. Nep. 14, 1, 2 *Obſcuriora ſunt ejus geſta pleraque.* Nonnulli *geſta, & acta* ita diſtinguunt, ut *geſta* ſint in adminiſtratione magiſtratus, & in bello, & in rebus majoribus ad rempubl. vel ad plurimos ſpectantibus, ut *geſta* Alexandri, Pompeji, Cæſaris: *acta* etiam privatarum rerum & minorum & familiarum.

¶ Geſtio, *onis,* f. actio, adminiſtratio, die verrichtung, handlung. Cic. de Inventione 2, 12 *Deinde ipſius eſt negotii geſtio pertractanda.*

¶ Geritio, *onis,* f. idem. Vlp. l. 14 § 8 ff. de religioſ. *Pro hærede geritio.*

¶ Geſtor, *ōris,* m. qui gerit, ein träger. Plaut. Pſeud. 1, 5, 14 *Pendeant geſtores* (criminum) *linguæ, auditores aures.* vide reliqua hujus loci in *Geſtio.* Sed

Geſtus, *ūs,* m. eine geberde, vide infra ſuo loco.

¶ Gero, *onis,* m. ein träger. Plaut. Truc. 2, 7, 1 *Muli æris, damnigeruli, foras-gerones.*

¶ Gerăria, *æ.* f. eine träuerin. Pro puerorum gerula, eine kinder-magd, Plaut. Mil. 3, 102. conf. Turneb. Adverſ. 7, 6.

¶ Gerulus, *a, um,* tragend. Solin. c. 1 *Navis gerula ſacrorum.* Id. c. 20 *Cornua potum gerula.*

¶ Gĕrulus, *i,* m. ſubſt. bajulus, ein träger. Horat. 2 ep. 2, 72 *Feſtinat calidus mallei gerulique redemptor.* Adde Suet. Cal. c. 40; Sen. de Benef. 3, 28, Colum. 12, 3, 10. Et Apul. 3 Miſſ. ſub fin. *Sed geſtaminum modo e numerum gerulorum excedit* Elmenhorſt. *gerulorum* legit. Id. Apol. p. 327 *Gerulum verborum* dixit. *It ad patrem verborum Ruſini gerulus. Scaligerulus,* vide infra *Scutum.*

¶ Gerulo, *ōnis,* m. idem, ex Apul. l. c. ſi Elmenhorſtii lectio placet.

¶ Gerula, *æ,* f. ſubſt. die trägerin. Apul. Met. 6 p. 715 *Divinæ formoſitatis gerula.* Tertull. adv. Iudæos c. 9 *De matrici, & de gerulæ ſuæ dorſo,* ſeiner kinder-magd. conf. Id. de Anima c. 19.

¶ Geruli-ngulus, *i,* m. ein erzunder, aufhäter. Plaut. Bacch. 3, 14 *Geruli-ngulus flagitii,* qui docet & producit flagitium. *Gerulo* enim, ut Scaliger monet ad Feſtum, apud veteres non ſemper eſt, qui aliquid portat, ſed & qui aliquid efficit.

¶ Gerundium, *i,* n. ſub una voce activum & paſſivum ſenſum gerens. v. Grammat.

¶ Geſto, *avi, atum, are,* tragen, führen. Tac. Hiſt. 2, 62, 2 *Ex urbe atque Italia irritamenta gul. geſtabantur. Strepentibus litoribus ab utroque mari.* Ter. Adelph. 4, 2, 24 *Puerum tenellum in manibus geſtavi meis.* Ibid. 4, 5, 5 *Geſtare in ſinu,* i. e. amare, colere. Ita *Geſtare crimina, geſtare verba, vitia:* Seneca epiſt. 113 *Poſſimus hominum videbatur, qui verba geſtarent: Sunt quidam, qui vitia geſtant.* Plaut. Pſeud. 1, 5, 12 *Homines qui geſtant, quique habebant crimina, Si meo arbitratu liceat, omnes pendeant.* v. reliqua in *G ſtor.* ¶ 2. Participio præſ. paſſive uſus eſt Sueton. Domit. c. 11 *Clementiam Clementem in eadem, vel etiam in majore gratia habuit, quand. mov. ſime ſimul geſtanti, conſpecto delatore ejus,* VIS, *inquit,* HVNC NEQVISSIMVM SERVVM CRAS AVDIAMVS? De geſtatione, mox explicabimus.

¶ Geſtatus, *a, um,* getragen. *Geſtatus bijugis equis,* Mart. 1 ep. 13 & 88.

¶ Geſtatio, *ōnis,* f. geſtandi actus, das tragen, Martial. 5 epigr. 21. Veteres etiam inter cæteras tuendæ valetudinis rationes & iſtud habebant, ut vel equo, vel vehiculo, vel navi, vel lectica, ſellave certis & deſtinatis locis geſtarentur veherenturve, ſæpe & certis ſpatiis ad id definitis. Id *Geſtatio* dicebatur. Seneca epiſt. 15 *Geſtatio & corpus concutit, & ſtudio non officit: poſſis legere, poſſis dictare, poſſis loqui, poſſis audire: quorum nihil nec ambulatio quidem vetat fieri.* conf. Celſ. 2, 15, qui eſt locus hac de re claſſicus. ¶ 2. Neque tantum ipſe actus ita dicebatur, ſed locus quoque, ubi has geſtationes celebrabant. vide Sidon. epiſt. 2, 9 cum not. Sirmondi; Lipſ. Cent. Miſcell. epiſt. 11, qui pleraque congeſſit & diſpoſuit, quæ de hoc argumento notabilia ſunt, itemque Buchnerum ad Plinii epiſt. 9, 7 n. 515, etiam Sen. epiſt. 33 & 55. Item Suet. Claud. c. 33, & Veſp. c. 21; Item 1, 13 § 4 de Vſufr. & quemadmodum.

¶ Geſtatus, *us,* m. ſubſt. idem. Plin. 15, 25 *Ianianis* (ceraſis) *gratus ſapor, ſed pæne tantum ſub arbore ſua, adeo teneris, ut geſtatum non tolerent.*

¶ Geſtator, *ōris,* m. qui gerit, ein träger: ut, *Delphinus geſtator & colliſor puerorum,* Plin. 9 epiſt. 33. *Mercurius geſtator animarum colubratum,* Macrob. lib. 4 p. 141. Sic Prudentio ἀποθεώσει v. 1001 (Heinſ. 937) Chriſtus eſt *innocui geſtator corporis.*

¶ Geſtatrix, *ĭcis,* f. eine träuerin. Val. Flacc. 4, 605 *Divaque Gorgonei geſtatrix innuba monſtri.*

¶ Geſtatorius, *a, um,* zum tragen, adj. ut, *Geſtatoria ſella,* ein tragſtuhl, ſenfte, Suet. Ner. c. 26, & Vitell. c. 16.

¶ Geſtatorium, *i,* n. ſubſt. lectica, die ſenfte. Suet. Claud. c. 17 *Solitus etiam in geſtatorio ludere.*

¶ Geſtābilis, *e,* tragbar, ut, *Geſtabile calum,* Caſſiod. 1 epiſt. 45, parva machina, cælum repræſentans, ein globus, himmels-kugel.

¶ Geſtāmen, *ĭnis,* n was einer führet, oder träget: ut, *Arma inſignia, &c.* Apul. lib. 11 de A. A. *Mulieres candido ſplendentes amicimine, vario lætantes geſtamine, verno florentes coronamine, &c.* Virg. Æn. 3, 286 *Clypeum magni geſtamen Abantis, Poſtibus adverſis figo.* Frequens eſt Plauto, e. g. Amph. 1, 1, 17; Curc. 5, 2, 43; Ciſt. 4, 2, 803; Mil. 1, 1, 7; Pœn. 1, 2, 186.

¶ Geſtito, *are,* frequentativum novum a *Geſtare,* oft tragen. Solinus c. 33 *Ficus Ægyptia, poma non vamis tantum geſtitans, ſed & caulice.* Martian. Capella 3 poſt 3 metr. *Velut clypeum geſtitabat.*

¶ Geſti-

¶ Gestitatio, *onis*, f. das öftere tragen, apud Firmicum.
¶ Gestitator, *oris*, m. ein steter träger, apud Sidonium.

I. Composita cum nominibus:

Poetæ innumera composita formant in GER, quæ suis singula locis, sub nominibus, cum quibus composita sunt, invenies. Sunt autem e. g.

Aliger, Armiger, Astriger, Barbiger, Belliger, Claviger, (a *clava*, & a *clavis*), Corniger, Tricorniger, Criniger, Flammiger, Floriger, Freniger, Laniger, Lauriger, Libriger, Moriger, Naviger, Penatiger, Penniger, Pharetriger, Pinniger, Plagiger, Plumiger, Sagittiger, Salutiger, Sceptriger, Securiger, Setiger, Spiniger, Spumiger, Squamiger, Stelliger, Turriger, Tyriger, &c.

II. Composita cum præposit.

¶ Aggĕro, vel Adgero, *ssi*, *stum*, *ĕre*, aggerare, accumulare, auf einander häufen, schütten, auf werffen. Virg. Æn. 3, 63 *Ingens aggeritur tumulo tellus.* Cic. in Epist ad Hirt ap. Non. *Luta & limo aggerebant.* Vnde *Agger*, de quo supra in A. Proprie est apportare, hinzutragen. Silius 3, 641 *Adgessere trabes.* Frontin. de Re Mil. 3, 8 *Terram ante ipsos muros aggessit.*

¶ Aggestus, *a*, *um*, aufgeschüttet. Martial. 8 epigr. 55 *Aggesta contumulavit humo.*

¶ Aggestum, *i*, n. subst. ein schutt-hauffen. Ammian. 19, 8 *Ex aggestis erectis intrinsecus.* Et 20, 11 *Prunæ unius aggesti.*

¶ Aggestim, adv. idem. Vulg. 2 Maccab. 13, 5 *Aggestim undique habens cineres.*

¶ Aggestus, *us*, m. subst. die zusammenhäuffung. Tac. Ann. 1, 35, 2 *Lignorum aggestus.* Id. Histor. 3, 60, 2 *Locus ipse castrorum placebat, late prospectans, tuto copiarum aggestu.* Aurel. Vict. Epit. c. 3 *Arenæ aggestu.*

¶ Aggestio, *ōnis*, f. idem. Palladius 12, 15 fin. *Aggestione tectæ trabes*, mit sand oder schutt bedecket.

¶ Antegestum, *i*, n. das vorhergeschehene. Papin. ICt. l. 3 ff. de sentent. passis: *Ex antegesto habere actiones.* Sed videntur duæ voces.

¶ Antigerio, adv. quasi *quod ante alia geritur*, zuförderst. *Antiqui pro valde dixerunt*, ut ait Festus, heftig, sehr. v. Voss. Etym. p. 32. Inter obsoleta refert Quint. 1, 6 extr.

¶ Circumgesto, *are*, umher führen, tragen. Cic. ad Qu. Fratr. 1, 2, 2 *Eam quoque epistolam T. Catienus circumgestabat.* Apul. 8 Met. p. 213 *Circumgestantibus Deam adambulabat.*

¶ Congĕro, *ssi*, *stum*, *ĕre*, conserre, accumulare, zusammen tragen, zusammen schütten. *Omnis in unum congerere*, Cic. Tusc. 5, 40 *Quæ postea in illum sunt congesta*, was man ihm schuld gegeben, Id. pro Mil. c. 24. *Congerere maledicta in aliquem*, Id. Phil. 3, 6, einen herunter machen. *Plagas mortuo congerere*, Phædr. 3, 20, 11. Sic Val. Flacc. Argon. 4, 306. conf. Menck. Observ. L. L. *Congerere divitias*, Tibull. 1, 1, 1. *Oscula congerere*, einander herzen, Ovid. Heroid. 18, 113. Martial. 8 epigr. 44 *Rapæ, congere, aufer, posside, relinquendum est.* ¶ 2. Absolute etiam *congerere*, pro nidificare Virgilius dixit ecl. 3, 69 *Aeriæ quo congessere palumbes.*

¶ Congestus, *a*, *um*, zusammen getragen. Quintil. 2, 11 *Diffidnta atque ex diversis congesta oratio.* Virg. Æn. 6, 224 *Congesta dona.* Horat. 1 sat. 1, 70 *Congestis undique saccis indormire.* Comparativum habet Auson. Mosell. v. 133 *Gobio ovipara congestior alvo.*

¶ Congestus, *us*, m. nomen, id est, comportatio, die zusammentragung; ut, *Avium congestus*, Cic. de Divin. c. 32. Quint. 10, 7 p. 954 *Miles congestu signorum excitatur*, h. e. interprete Burmanno, circumstantibus signis circa oratorem ducem.

¶ Congestio, *onis*, f. idem. Pallad. 1, 33 *Stercorum congestio.* Et 4, 1 *Beneficio congestionis accumulant.* Et Vitruv. 10, 20 pr. *Testude, quæ ad congestionem fossarum paratur.*

¶ Congeste, adv. stricte, breviter, zusammen gehäuft. Capitolin. in Marco Phil. c. 19 extr. *Et quidem hæc breviter & congeste.*

¶ Congestim, aliud adverb. idem quod *congeste*. Apul. Apol. *Congestim jacere.*

¶ Congestitius, *a*, *um*, zusammen getragen; ut, *Humus congestitia*, h. e. congesta, apud Columell. 2, 10. Et Vitruv. 3, 3 *Locus congestitius*, qui ibi opponitur *solido.*

¶ Congĕries, *ēi*, f. cumulus, ein haufen; ut, *Pulveris congeries*, Lucan. 8, 868. *Fulvi metalli vasta congeries*, Claud. in Rufin. 2, 134. ¶ 2. Et *Congeries* schema est Rhetic orum, συναθροισμός, quo res seu accusationes in tota causa dispersæ in locum unum, ac in epilogum maxime, coguntur. Ter. Heaut. 2, 1, 15 *Mea est potens, magnifica, sumtuosa, nobilis.*

¶ Congero, *onis*, m. a congerendo; plur. *Congerones, qui*, ut Fulgentius ait, *aliena ad se congregant, unde apud Romanos Gerones Brutiani dicti*, zusammenraffer; item strassenräuber. Plaut. Truc. 1, 2, 6 *Adveniunt ad scorta congerones.* Vbi alii *Congerrones* faciunt a *gerris.*

¶ Accongero vel Adcongero, *ĕre*, zusammen häuffen. Plaut. Truc. 1, 2, 17 *Ego hæc dona accongessi.*

¶ Degĕro, *ĕre*, i. e. deferre, deportare, zutragen. Plaut. Menæch. 5, 1, 41 *Aurum meum Domi suppilas uxori tuæ, & tuæ Degeris amicæ.* Et mox sc. 2, 53 *Me spoliat: mea ornamenta jam ad meretrices degerit.*

¶ Digero, *ĕre*, est, confusa congestaque in turba secernere, & quodque in suum locum distribuere, & ordinare, ordnen, eintichten. Vet. Gloss. *Digerit*, κατατάσσει, διοικεῖ. Quoniam digerendæ res prius & disponendæ, quam enarrandæ & explicandæ sunt, ideo *digerere* idem est, quod ordine & accurate exponere. Virg. Æn. 2, 182 *Ita digerit omnia Calchas.* Et Liv. 2, 21 *Tanti errores implicant tempora, aliter apud alios ordinatis magistratibus, ut nec, qui consules secundum quosdam, nec, quid quoque anno actum sit, in tanta vetustate non verum modo, sed auctorum digerere possis.* Val. Max. prologo: *Quæ apud alios latius diffusa sunt, quam ut breviter cognosci possint, ab illustribus electa auctoribus digerere constitui.* Ita enim recte emendavit Meursius mantissa ad lib. de luxu c. 25. Præcipue vero apud sequioris ævi scriptores hic usus verbi frequentatur, qui & verb *Regerere* ita usi, de quo infra. ¶ 2. Apud Lucanum 8, 88 est *disfolver* & sensim & quasi per artes, ac ita velut ordine quodam consumer eintheilen, zertheilen: *Corpora tum solvit tabes, ac digerit artus.* Cel præf. p. 19 *Aliud sudore digeri, aliud tabe consumi.* Hinc & ad cibo transfertur hoc verbum, qui digeri dicuntur, cum per viscera dis pensantur, & quasi concoquuntur, verdäuen. Seneca pater procem lib. 1 Controvers. *Post cœnam sero lucubrabat, nec patiebatur, alimentum per somnum, quietemque æqualiter digeri, sed perturbata & dissipata i caput agebat.* vid. *Digestio. Digerere* & *Dirigere*, a librariis commu tari, docet Drakenb. ad Liv. 8, 31.

¶ Digestus, *a*, *um*, eingerichtet, geordnet. Cic. de Orat. 1, 41 *Nul fuerunt, qui illa artificiose digesta generatim componerent.* Id. pro C Rosc. Com. c. 3 *Nomina in codicem digesta habere*, eingetragen. Su perl. Marcell. Emp. c. 22 *Triduo purissimum & digestissimum es* sensu medico, cruditati opponitur.

¶ Digestum, *i*, Digesta, *orum*, n. pl. apud ICtos pars juris civili quæ & alio nomine *Pandectæ*, sive *Pandectarum liber* dicitur.

¶ Digestim, adv. ordentlich. Prudent. Peristeph. 2, 129 *Digestim aliquid scribere.*

¶ Digestio, *ōnis*, f. ordinatio, die ordnung, eintrichtung. Vellej. 53, 4 *Digestio annorum.* Plin. 18, 25 *Siderum exortus dignoscunt digestione circulorum.* ¶ 2. Pro concoctione, aut via ad illam distinguit enim Celsus præfat. *sive concoctio sit illa, sive tantum d gestio.* Nihilominus pro ipsa quoque concoctione sumtam cogn scimus, die dauung. Capitolin. in Vero c. 4 *Somni fuit permodic digestionis facillimæ.* Habent etiam multi MSS. Cic. Phil. 5, 7 d Antonii exercitatione adversus Tullium, *ut digestio potius* (h. e. cr pulæ & imbecillitatis ventriculi emendatio) *quam declamatio vid retur.* Sed plerique omittunt.

¶ Digestus, *us*, m. nomen subst. idem. Statius 3 Silv. 3, 86 *Th credit ur uni Sanctarum digestus opum, &c.* Tertull. in Iona v. 10 *Resolutaque corpora putri Digestu*, durch die verwesung.

¶ Digestibilis, *e*, verdaulich, zur verdauung dienlich; ut, *Cibus digestibilis*, Cæl. Aurel. 1, 5. *Oxygarum digestibile*, i. e. quod digestio nem adjuvat, Apicius 1, 34.

¶ Digestivus, *a*, *um*, idem. Macer 1, 18 *Vis digestiva.*

¶ Digestorius, *a*, *um*, idem; ut, *Digestorium medicamentum*, Plin Valer. 2, 7. *Digestorium emplastrum*, Marcell. Emp. c. 20.

¶ Digeries, *ēi*, f. id est, *digestio*, die eintheilung. Macrob. Sat. 16 *Hæc digeries morsum reprehensionis evasit.* Id. præf. lib. 1 *In d gerierm concoqui.* conf. Senec. epist. 85.

¶ Indigestus, *a*, *um*, unordentlich, unförmlich. *Rudis indigestaque moles*, Ovid. Met. 1, 17. Et, *Indigesta simplicitas*, Plin. 13, 15.

¶ Indigeste, adv. idem. Gellius in Epilogo: *Annotationes brevi ter & indigeste, & incondite feceramus.* Et Macrob. Sat. præfat. *In digesto tanquam in acervum congerere digna memoratu.*

¶ Indigestio, *ōnis*, f. i. e. cruditas, die unverdaulichkeit. Theodo rus medicus antiquus c. 6 *Dulcia inflationem præstant, & indigestio nem procurant.* conf. Cæl. Aurel. Tard. 1, 1, 17 & 41.

¶ Indigeries, *ei*, f. idem. Chrysol. Serm. 121 *Dives, variis cra polatus ferculis, indigeriem suam vuctabat ad cælum.*

¶ Indigestibilis, *e*, unverdaulich. Sic eidem Theodoro Diæt. c. 1 nigrum vinum *indigestibile* dicitur. Et Oct. Horat. 1, 9 *Duritie indigestibiles solvere.* Hinc

¶ Indigestibilitas, *atis*, f. idem quod *indigestio*. Constant. Afe 5, 8 *Valerę ad frigitudinem stomachi & indigestibilitatem.*

¶ Prædigestus, *a*, *um*, vorherbereitet. Cæl. Aurel. Tard. 5, 2, 4 *Bibi debet medicamen prædigesto corpore.*

¶ Egĕro, *ĕre*, herausstragen, entledigen. Plin. 8 epist. 20 *Lacus in flumen egeritur.* Et Liv. 6, 3 *Prædam ex hostium tectis egerere.* Et Solin c. 40 (al. 53) *limum egerere sibi ventris*, i. e. excrementa eji cere, vide mox in *Egeries.* Ovid. Trist. 4, 3, 38 *Expletur lacrymis egeritur que dolor.* Quintil. decl. 5, 17 p. 120 *Cur in exequias toto egerat census*, de profusis sumtibus v. Burm. Prop. 4, 6, 34 *Egestis que avidis Dorica castra rogis*, i. e. exhausit Græcorum exercitum crebris funeribus, ut Stat. Theb. 1 *Egestas alternis mortibus urbes.* Val Flacc. 8, 454 *Tota querelis egeritur, questuque, dies.*

¶ Egestus, *a*, *um*, herausgethan, herausgeworffen. Colum. 2, 2 *Scrobibus egestum humum recondere.* Liv. 5, 22 *Cum jam humana opes a Vejis asportatæ egestæque essent.*

¶ Egestus, *us*, m. subst. die ausleerung. Sen. Q. N. 3, 30 *Corpora nostra ad egestum venter exhaurit.* Et Stat. 4 Silv. 3, 43 *Alto egestu penitus cavare terras.*

¶ Egestio, *ōnis*, f. die ausleerung, ausführung. Plin. 8 epist. 6 *Publicarum opum egestio.*

¶ Egestivus, *a*, *um*, ausleerend, ausführend; ut, *Vis egestiva*, Macer 1, 25.

¶ Egĕries, *ēi*, f. apud Solinum, pro excrementorum emissione, c. 53 (Salmas. c. 40) de Bonaso animali, quod, *cum in fugam vertitur, simum egerit, cujus ardor, quidquid attigerit, aduris. Ita egerie noxia summovet insequentes*; mist, unflat.

¶ Egeria, *æ*, f. nympha, cui sacrificabant prægnantes, quod eam putabant facile conceptam alvum egerere, die geburts-göttin. Festus. Cum eadem nympha se congressus nocturnos agitare, atque ex ejus monitu sacra instituere Numa Rex Rom. finxit, quemadmodum Livius retulit 1, 19. Vid. Lud. Vives & Coquejus ad Augustin. de C. D. lib. 7 p. 35. Versa est in fontem sui nominis, mortuo Numa. vid. Ovid. Met. 15, 547 & Fast. 3, 275 *Egeria est, quæ præbet aquas, dea grata Camænis.* Scribitur etiam *Ægeria.* vid. Horat. 1 sat. 2, 126.

¶ Ingĕro, *ĕre*, imponere, hineinthun, eintragen. *Aquam ingerere*, Plaut. Pseud. 2, 2, 24. Et, *Saxa ingerere in fabeuntes*, Liv. 2, 65, mit steinen herunter werffen. *Ingerere se*, est affectare aliquid, sich eindringen, zumuthigen: Plin. Paneg. c. 86 *Præfectum prætorii non ex ingerentibus, sed ex subtrahentibus legere*, hoc est, non ex ambientibus. Cic. Verr. 3, 28 *Ingerebat iste Artemidorum -- recuperatores*, h. e. ju-

h.e. judices ferebat ac obtrudere volebat nolentibus. *Ingerere convicia alicui*, Horat. 1 sat. 5, 11. *Ingerere probra*, Liv. 2, 45, schmähen, lästern. *Ingeram mala multa*, i. e. maledicta, Ter. Andr. 4, 1, 16. Id. Phorm. 5, 7 extr. *Pugnos in ventrem ingere*, gieb ihm gute Fäuste. ¶ 2. Ante oculos ponere significat, & per minas denunciare v. Burm. ad Quint. decl. 16, 9 p. 330 *Ingestum est misero illud carceris tenebrarumque spectrum.*

¶ Ingestus, *a, um*, violenter oblatus, aufgedrungen. Tac. Ann. 1, 72, 2 *Nomen a populo sæpius ingestum repudiavit.*

¶ Ingestus, *us*, m. die hineinbringung. Tertull. de Refurr. carn. c. 42 *Immortalitatis ingestus.*

¶ Ingestio, *onis*, f. idem. Mart. Capella l. 5 p. 148 *Primæ vocis ingestio.*

¶ Ingesto, *are*, frequent. hineintragen. Apul. Met. 11 p. 712 *Carbasus linteæ votum ingestans progeneræt.*

¶ Ingestābilis, *e*, quod gestari nequit, unerträglich; ut, *Ingestabile onus*, Plin. 7, 6.

¶ Adingero, *ĕre*, idem cum incremento. C. Sifenna Milef. 2 ap. Serv. in fragm. vett. luft. *Non dignus, in quem debeam jactivam calentem vi adingerere.*

¶ Superingĕro, *ĕre*, oben drauf schütten. Plin. 18, 30 fub fin. *Vrceis leguminum acervos superingerunt.* Et Prudent. Cathem. 4, 87 *Illapsæ superingeruntur ex.e.*

¶ Superingestus, *a, um*, aufgehäuft. Stat. Silv. 1, 1, 59 *Superingesti culmina montis.*

¶ Intergero, *ĕre*, darzwischen legen; unde

¶ Intergerium, *i*, n. & Intergeries, *ēi*, f. dicitur, quicquid intergeritur seu interjicitur, was dazwischen gesetzt oder aesterffet wird. Plin. 13, 12 de chartarum confectione: *Diligentior cura, molli panis fermentati cocta aqua fervente: minimum hoc modo intergerii, atque etiam Nili levitas superatur.* Vbi *Intergerium* vocat glutinamentum medium, quod inter duas chartas erat. Quo cum tenuissimo & levissimo uterentur, adeo, ut Nili aquæ levitatem superaret, fiebat, ut *minimum intergerii* esset. vide de hoc loco Plinii Salmas. in Vopisc. p. 460, & Voss. de arte Grammat. 1, 37. Breviter hoc intergerium præstebat chartæ, quod hodie das leim- oder plattirwasser. Sic *intergerium* & *intergeries* dicitur paries, qui inter confines struebatur, die scheide-wand. Vet. Gloss. *Intergeries, ὁ τοῖχος δύο κτήσεις διαιρῶν.* Aliis *intergerinus paries* aut *intergerivus* dicebatur, de quo mox vide.

¶ Intergerīnus, *a, um*, darzwischen liegend, scheidend. Plin. 35, 14 *Romæ non sunt talia ædificia, quia sesquipedalis paries non plus, quam unam contignationem tolerat, cautumque est, ne communis crassior fiat, nec intergerinorum* (tubandi parietum) *vitio patitur.*

¶ Intergerīvus, *a, um*, idem. Vt enim ab *internecium*, *internecivus* & *internecivus*; ita ab *intergerium*, *intergerinus* & *intergerivus*. Festus: INTERGERIVI PARIETES *dicuntur, qui inter confines struuntur, & quasi intergeruntur.*

¶ Oggĕro, *ere*, offerre, darbieten. Plaut. Truc. 1, 2, 8 *Oculum amicæ oggerit*, er wirft ein auge auf sie. Id. Cist. 1, 1, 72 *Amaram ad lætitiam usque oggerit.*

¶ Prægero, *ĕre*, vorher tragen. Apulej. fub fin. 4 Met. *Alius sub oculis dominæ speculum prægerit.*

¶ Postgestus, *a, um*, nachgeschehen. Substantive Sulpit. Sev. Hist. Sac. 1, 1, 3 *Postgesta connectere.* Nisi diviſim legendum est.

¶ Prægestus, *a, um*, vorhergeschehen. Cæl. Aurel. Tard. 1, 5, 150 *Oblivione prægestorum affici*, das vorige vergessen.

¶ Progero, *ĕre*, proferre vel afferre, herfürbringen. Plin. de formicis 11, 17 *Defunctas progerunt, funerantiumque more comitantur exsequias.* Id. 18, 35 *Formicæ ova progerunt.*

¶ Progesto, *are*, frequent. idem. Apul. lib. 6 Mil. fub fin. *Sinu ferico progestans nucleos.*

¶ Regĕro, *ĕre*, rejicere, zurück werffen, wieder zurück schieben; ut, *Crimen alicui regerere*, Sen. Hippol. v. 718. *Invidiam in aliquem regerere*, Quintil. 11, 1. Plin. 10 ep. 36 extr. *Communem culpam hi in illos, illi in hos regerunt.* ¶ 2. Eft & in codicem feu in tabulas referre, eintragen, einzeichnen, barbari a partic. *regestus* regestrare vocant. Quintil. 2, 11 *Similisque commentariis, puerorum his, in quos ea, quæ aliis declamatoribus laudata sunt, regerunt.* Ita legendum Ger. Io. Vossius docuit de Vit. ferm. 1, 7. Sed malit Burm. ad h. l. *digerunt*, qui videndus est p. 167.

¶ Regestus, *a, um*, eingetragen; ut, *Res regestæ in commentarios*, eingeschriebenes, Quintil. 3, 8. It. aufgescharrt, aufgeworffen; ut, *Tellure regesta obruere*, verscharren, Ovid. Met. 11, 188. *Regesta crapula vestem inquinare*, i. e. crapula per vomitum ejecta, Apul. in Met.

¶ Regestum, *i*, n. fubst. ut a *digero*, *digestum*, index memoriæ causſa factus, ein verzeichniß, register. Vopiscus in Probo c. 2 *Vsus etiam ex regestis scribarum porticus Porphyreticæ.* Theod. Imp. præfat. Codicis sui: *Quæ in regestis diversorum officiorum relata sunt.* Et sæpe in eo Codice occurrit hæc vox. Prudent. Romano v. 151 *Hic in regestis est liber cælestibus*, &c. Vbi Iso in Glossis: REGISTVM, inquit, *vocatur liber, continens memorias aliorum librorum & epistolarum in unum collectas.* Ex quo barbara vox *Registrum* nata. ¶ 2. Sed & *Regestum* in re rustica est terra ex sulco egesta, & in aliquantulam altitudinem elevata, aufgeworffene erde. *Humus pastinationi præbet regestum*, Colum. 3, 13. conf. 4, 1; & 11, 3.

¶ Registrum, *i*, n. in Vopisci l. c. legendum *Regestum*, de quo jam diximus. v. Voss. de Vit. L. L. 1, 18; & 3, 41.

¶ Segesta, *æ*, f. & Segestre, *is*, n. quod a *segerendo* deduci posse, putat Vossius in Etym. p. 462, vide in *Seges* infra.

¶ Suggĕro, *ssi, stum, ĕre*, fuppeditare, darreichen, darstrecken. Ter. Adelph. 1, 1, 3 *Cur tu his rebus somnus suggeris?* warum giebst du ihm geld darzu? *Pellis suggerit alimenta*, Ovid. Met. 15, 81 Cic. Att. 12, 44, poft med. Drufo *Ludos est suggerendus*, h. e. Drufus eft decipiendus. Cic. Phil. 2, 27 *Suggerunt er etiam sæpe damna absturita*, Id. de N. D. 3, 29 *Huic incredibili sententiæ rationculas suggerit.*

¶ 2. *Suggerere*, in memoriam fubjicere eſt, erinnern, einhelffen. Cic. Fin. 2, 14 *Si memoria forte defecerit, tuum est, ut suggeras.*

¶ Suggestus, *ūs*, m. & Suggestum, *i*, n. generatim quodvis aggestum ex lignis aliaque materia, die erhöhung, oder etwas erhöhetes, die bühne: ut, *Suggestus lapideus*, ein steinhaufen, Cohan 9, 7: & *Saxeus mon menti suggestus*, Ammian 31, 14. Varro de R. R. 3, 5 *Ex suggestu falcis prodit ut anates in fugam.* Cato R. R. c. 104 *In suggestu inter dolia positum haneto*, auf dem boden im keller. Metaphorice Apul. Met. 5 *Is tanto fortunarum suggestu dejecere.* Et Statius 1 Silv. 2, 113 *Celso procul adspice frontis honores, suggestumque comæ*, den aufsatz von haaren. ¶ 2. Locus editior, e quo concio ad populum habetur, eine bühne, davon man redet, eine cantzel, ein redestuhl. *Concionari e suggestu*: *Assendere in suggestum*, auftreten. Cic. Tusc. 5 c. 20 *Cum in emunctionibus fori istis consistere non audeat: concionari ex turri alta soleat.* Et Liv. 8, 14 *Nexo Antiatium partim in navalia Romæ fabricæ, partim incensæ, rostri quæ erant suggestum in foro exstructum adornavere, e quo tum ad populum adpellatum.* Gloss. Vet. *Suggestus, Suggestum, βῆμα.* conf. Suet. Cæs. c. 76; Flor. 1, 11, 10; & I. Cæs. B. G. 6, 3. ¶ 3. Eft &, ubi suggestionem, nominationem, emen verſ. lat. ein anreden, nennung L. 1 § 5 D. de Magistrat. conven. *Si ex sug stu meo sivatuam, vel nominibus ab eis acceptis, præses dederit*, puta, curatores.

¶ Suggestio, *ōnis*, f. actus suggerendi, die einreichung. Augustin. Confess. 10, 30 *Vbi tunc ratio, quæ talibus suggestionibus inspici vigilans?* Et c. 35 ejusdem libri: *quantis mecum suggestionum machinationibus agit inimicus, ut figmum aliquod petam!* Id. de Genesi contra Manich. 2, 14 *Fit suggestio per cogitationem.* Gloss. Vet. *Suggestio, ὑπόθεσις, ἢ ἀναζωγραφὴ πρὸς βασιλέα ἢ ἀρχοντα*, quo quidem intellectu paſſim Symmachus v. g. 2, 31 *Literæ ad Marcellini suggestionem datæ* &c. Sed & Vopiſc. Aureli c. 19 *Reformas ad vos P. C. Pontificum suggestionem.* conf. Valg. Interpr. Num. 31, 16. Et Cæl. Aurel. Tard. 2, 13 *Petus suggestione auctus*, i. e. fubinde largius datus, durch mehrere darreichung mehr und mehr.

¶ Suggestor, *ōris*, m. ein eingeber, einblaſer. Scriban. in Philosopho: *Suggestor & impulsor Demon.*

¶ Supergero, *ĕre*, drüber schütten. Vnde

¶ Supergestus, *a, um*, drauf geschüttet. Colum. 11, 3 *Terra non nimium supergesta.* Apul. Met. 9 *Supergestum orificium.*

¶ Superingerere, vide paullo ante fub *Ingerere.*

GĔRON, *ontis*, m. gr. *γέρων, senex*, ein alter. Hinc

¶ Gĕrontea, *æ*, f herba, Latine *Senecio*, creutz-wurtz, grind-wurtz. Apul. de Herb. c. 75.

¶ Gĕrūsia, *æ*, f. *γερουσία*, senatus Spartanus, viris integritate vitæ & veneranda senectute cæteris præstantibus comitans, die ältesten, der rath, dictus *ἀπὸ τῶν γερόντων*, ut a senibus Senatus. Budæus Annotat. ad Pandect. ¶ 2. *Gerusia* etiam aliarum civitatum est: nec senatum modo, sed ipsam etiam curiam significat, der rath, das rath-haus. Vitruv. 5, 8 *Cæsi domum Studiatani seniorum collegio gerusiam dedicaverunt.* vide & Plin. H. N. 35, 14; & Plin. Sec. 10 epist. 42.

¶ Gerontŏcŏmium, *i*, n. *γεροντοκομεῖον*, locus, in quo senes infirmi curantur, ein spital vor alte schwache leute, l. 16 & 22 C. de Sacrof. Eccl.

¶ Gerontodidascălus, *i*, m. *γεροντοδιδάσκαλος, senum præceptor* dicitur a Platone in Euthydemo: Et hoc nomine Varro satyram scripsit, quæ senum vitia notavit, eosque docuit.

¶ Archĭgĕron, *ontis*, m. plur. *Archigerontes*, præfectorum genus, quasi principes seniorum, die ältesten: *γέρων* enim *senex* est. L. 5 Cod. Theod. de Alexandrinæ plebis primatibus: *Archigerontes & diæceta deligantur &c.*

GERRÆ, *arum*, f. pl. (quamquam Græci & Γέρρα, in neutro dicant) *crates vimineæ* sunt, ut Festus interpretatur, aeſlochtene korbe. ¶ 2. Hinc pro frivolis rebus & nugatoriis, narrentheidung, faul geschwätz. Rationem jam aperiemus. Ausonius in epist. ad Symmachum: *Misi ad te frivola, gerris Siculis vaniora, ut, cum agis nihil, hæc legas.* Cur autem *gerras Siculas* dixerit, Festus docet. *Athenienses*, inquit, *cum Syracusias* (Siculorum urbem) *oligarent & crebro* gerras *poscerent, irridentes Siculi*, gerras, *clamitabant. Vnde factum, ut* Gerræ *pro nugis & contemtu dicantur.* vide & Chiliad. & Nonium 2, 385. Plaut. Pœn. 1, 1, 9 *Tuæ blanditiæ mihi sunt gerræ germanæ.* Adde Epid. 2, 2, 493; & Trin. 3, 3, 31. ¶ 3. Apud Plaut. Asin 3, 2, 10 *Gerræ*, Gerrones sunt, qui res nugatorias tractant. Vet. Gloss. *Gerra, βωμιστής.* Item, *βωμικός, Nihilo, Nugatorius, Gerra.*

¶ Gerro, *ōnis*, m. nugator, ein schwätzer. Festus: GERRONES, *leves & inepti: a cratibus dicti, quas Græci* Γέρρας *appellant.* Ter. Heaut. 5, 4, 10 *Gerro, iners, fraus, helluo.* conf. Plaut. Most. 3, 2, 33.

¶ Congerro, *ōnis*, m. earundem nugarum collusor, Plaut. Most. 3, 3, 27 *Ego me ad congerrones conferam*, nostri, cameraden, schmausbrüder. *Senatum congerronum convoco*, ibid. ein maſchmarcht. ¶ 2. Idem *Congerrones* Lucilio dicuntur *Congerre* vel *Conerres*, si fic cum Voſſio legas apud Festum: *Tapadam vident legi congerræ opimi.*

GERRES, *ium*, m. pl. pisces saliti ac inveterati, Plin. 32, 11; ideoque putridi Martiali videntur esse 12 epigr. 32 *Fœtet gerres, aut inutiles menas, Odor impudicus urcei fatebatur.*

GERRHÆ, *arum*, f. *Arabiæ oppidum* est, ubi *turres deæque massis salis faciant, aqua fervefacta*, Plin. 31, 7 f. 39. Ac ita quidem Hard. ex Strabon. l. 16 p. 766. Catamb ubi MSS *Carrhis*, quod nomen forte antiquius fuit a *Carrhis* Chaldaicis ortum, ac in *Gerrhas* corruptum poſtea.

Gerro, vide *Gerræ*, Gerulus, *a, um*, ad gerendum, *Gere*, Gerusia, *Gerontea.*

GĒRȳON, *onis*, & Gĕrȳŏnes, *æ*, m. *Γηρυών*, Rex Hiſpaniæ tricorpor vel trimembris, (unde *ter amplo* Horatio dictus 2 od. 14) quæ insulis tribus præfuit, victus est ab Hercule. Virg. Æn. 7, 662 *Laurentia victor, Geryone occiſo, Tirynthius attigit arva.* Ovid.

Her. 9, 91 *Prodigiumque triplex, armenti dives Iberi Geryones: quamvis in tribus unus erat.* Lucret. 5, 28 *Quidve tripectora tergemini vis Geryonai.* vid. etiam Sil. 1, 277 fq. & ad 3, 422 viros doctos.

¶ Geryčneus, *a, um*, adj. Apul. lib. 2 A. A. extr. *Geryonea cædes.*

¶ Geryonāceus, *a, um*, adj. aliud; ut, *Geryonaceum genus*, i. e. monſtroſum, apud Plautum Aul. 3, 6, 18.

GESEORĒTA, *æ*, f. navium genus Gell. 10, 25. *Geſtoria* legit Turnebus Adverſ 19, 32.

GESOMPHALON, *i*, n. alias *cotyledon* ſive *umbilicus Veneris*, nabel-kraut. Apul. de Herb. c. 43.

Geſta, geſtatio, *ōnis*, geſto, vide *Gero.*

Geſticuläri, &c. geſtio, *ire*, vide mox *Geſtus.*

GESTVS, *ūs*, m. corporis actio, vel accommodatio, qua nos recte vel turpiter *gerimus: a gerendo* enim eſt; die ſtellung, geberde. Elegantiſſime Veneris ſaltantis geſtum harmoniæ Phrygiæ accommodatum deſcribit Apul. Met. 10 ſub fin. *Longe ſuavior Venus placide commoveri, contantique lente veſtigio, & leviter fluctuante ſpinula, & ſenſim annutante capite cœpit incedere, mollique tibiarum ſono delicatis reſpondere geſtibus: & nunc mite conniventibus, nunc acre comminantibus geſtire pupulis, & nonnunquam ſaltare, ſoli oculis. Geſtus ridiculus*, Quintil. 6, 3. *In geſtu motuque vitium caveatur*, Cic. Off. 1, 36. Et, *Geſtum agere*, Id. pro Quint. c. 24, ſich geberden. Et Ter. Phorm. 5, 6, 51 *Nunc geſtus mihi, vultus eſt capiendus novus*, muß mich ganz anders anſtellen.

¶ Geſtuōſus, *a, um*, qui multos geſtus veluti mimus facit, geberdig, gaucklend. Gell. 1, 5 *Manus inter agendum argutæ admodum & geſtuoſæ.* Apul. Met. 10 ſub fin. *Veſte nitidi, inceſſu geſtuoſi.*

¶ Geſtuoſe, adv. idem apud Apulejum.

¶ Geſturio, *ire*, gern wollen. Ammian. 16, 2 *Geſturientes barritum ciere vel maximum.* Sed ex MSS. Valeſii repoſuerunt *geſtu torrentes.*

¶ Geſtio, *ivi, īre*, geſtu & motu quodam corporis lætitiam & deſiderium oſtendere, ſich geberden, bezeigen anſtellen. Donatus in Eun. 3, 5, 7 GESTIRE *eſt, motu corporis monſtrare, quod ſentias. Conſtat autem a pecudibus ad homines etiam tranſlatam. Virgilius: Et ſtudio incaſſum videas geſtire lavandi.* Locus Virgilii eſt Georg. 1, 387. Loquitur ibi Poëta de cygnis. vide & Servium. Quint. 10, 5 p. 444. De exercitationibus futuri oratoris, *Dialogorum interdum libertate geſtiendum*, i. e. ingenio laxandæ quaſi habenæ in liberiori exercitationis genere. Apul. *geſtire pupulis*, vide in *Geſtus.* conf. Feſtus & Nonius 1, 138. ¶ 2. Cupere ipſum interdum notat. Ter. Phorm. 1, 5, 30 *Ipſum geſtio mihi dari in conſpectum*, ich wolte, daß er mir unter die augen käme. Cic. Phil. 4, 6 *Antonius Senatum delere geſtit*, er hat luſt darzu.

¶ Geſtiens, *tis*, frolockend, begierig. Cic. Tuſc. 4, 6 *Cum & inaniter & effuſe animus exultat, tum illa lætitia geſtiens dici poteſt.* Horat 3 od. 3, 54 *Viſere geſtiens &c.*

¶ Geſticŭlor, *ari*, hiſtrionice ludere, ſpiegel-fechten, gaucklen. Suet. Domit. c. 8 *Geſticulandi ſaltandique ſtudium.* & Ner. c. 42 *Carmine geſticulari*, zum geſang tantzen. Apul. 4 Florid. pr. *Hic alias mimus hallucinatur: comœdus ſermocinatur; tragœdus vociferatur: funirepus periclitatur; præſtigiator furatur; hiſtrio geſticulatur; cæterique omnes ludiones oſtentant populo, quid cujusque artis eſt, &c.*

¶ Geſticulātus, *a, um*, gaucklériſch. Solinus c. 27 *Geſticulatis motibus inquietus.*

¶ Geſticulus, *i*, m. geſtus, geſticulatio, gaucklerey. *Digitorum ſupputarii geſticuli*, Tertull. Apol. c. 19.

¶ Geſticulārius, *i*, m. geſticulator, der ſeltſame geberden macht. Ammian. 24, 16 *Mutum puerum oblatum ſibi fuſcepit geſticularium, multa, quæ callebat, nutibus venuſtiſſimis explicantem.*

¶ Geſticularia, *æ*, f. quæ geſticulatur & ſaltat, eine gaucklerin. Gell. 1, 5.

¶ Geſticulātio, *ōnis*, f. bewegung der glieder. Apul. Met. 10 *Quieta & affectata geſticulatione nutibus honeſtis paſtori pollicetur*, &c. Et, *Geſticulatio digitorum*, Suet. Tib. c. 68.

¶ Geſticulator, *ōris*, m. ein tantz-meiſter. Columella præfat. Operis: *Corporis geſticulatorem ſcrupuloſiſſime requirunt ſaltationis ſtudioſi.*

¶ Prægeſtio, *īre*, valde geſtire, begierig ſeyn. Cic. pro Cæl. c. 28 *Prægeſtit animus jam videre*, &c. Et Catullus Argonaut. v. 145 *Dum aliquid cupiens animus prægeſtit apiſci.*

GĒSVM, telum Gallicum, vide *Geſum.*

GĔTA, *æ*, m. plur. *Getæ*, Thraciæ populi, vicini Dacis, qui eam ob cauſſam *Getæ* a quibusdam & ipſi nominati, de quo Dio apud Xiphilinum obſervat in Domitiano. Male *Getas* cum *Gothis* quoque ſeu *Gothonibus* confudiſſe aliquos, Cluverius demonſtrat Antiqu. Germ. 3, 34. Quos tamen prima origine eosdem eſſe, Loccenius ait Antiquit. Sueo-Goth. 1, 1. Fuerunt autem truculenti & feri: hinc Ovid. Pont. 2, 7, 31 *Nulla Getis toto gens eſt truculentior orbe.* Getarum linguam ex Græca mixtam fuiſſe, Ovidius ſignificat Triſt. 5, 3 cum ſcribit: *Grajaque quod Getico miſta loquela ſono*: Tomitas quoque, apud quos exulabat Ovidius, ex Græcis Getisque mixtum genus fuiſſe, eleg. 8 ejusdem libri ſignificat: vide v. 11 & 51.

¶ Getes, in nominandi caſu, eſt apud Ovid. Pont. 4, 2 *Eſſet, crede mihi, factus & ipſe Getes.*

¶ Gĕticus, *a, um*, adj. ut, *Littus Geticum*, Ovid. Triſt. 3, 12, 14. Et Virgil. Æn. 3, 35 de Marte: *Geticis qui præſidet arvis.*

¶ Getice, adv. Ovid. Triſt. 5, 12, 58 *Iam didici Getice Sarmaticeque loqui.*

GETHYON, *i*, n. γήτυον, ceparum genus, eine art zwiebeln. Plin. 19, 6 & 7.

GĒTŪLI, *orum*, m Libyes populus; Getulia, vide *Getuli.*

GEVM, *i*, n. herba caryophyllata, benedicten-kraut. Plin. 26, 7.

GEVSIÆ, *arum*, f. pl. partes corporis, ſcil. genæ. Marc. Empir. c. 11 *Geuſiarum oriſicia.*

Gibba, gibber, vide mox *Gibbus.*

GIBBVS, *i*, m. tumor carneus in aliqua corporis parte, inter ſcapulas præcipue, Germanis, ein hocker, buckel. Iuvenal. 6, 109 *Mediis in naribus ingens gibbus.*

¶ Gibba, *æ*, ut fœm. 1 etiam eſt apud Ammian. 23, 4 *Promiuere in gibbas.* Et Suet. Domit. c. 23 *Gibba pone cervicem enata.*

¶ Gibber, *ĕris*, n. idem. Plin. 34, 3 *Cleſippus gibbere, præterea & alio fœdis aſpectu.* Id. 8, 45 *Gibber in dorſo.* Apul. 2 Florid. *Interſcapilium erat auſto gibbere.* ¶ 2. *Gibber*, eri, m. 2 occurrit apud Varronem de R. R. 2, 5 *Gibberi ſpina leviter remiſſa.*

¶ Gibbus, *a, um*, ausgewachſen; ut, *Gibba cervix*, Suet. Domit. extr. *Calvaria ex interiore parte concava, extrinſecus gibba*, Celſus 8, 1.

¶ Gibber, *a, um*, exſtans, eminens, erhaben, höckericht, buckelicht; ut, *Caput gibberum*, Varro apud Nonium 6, 24. Id. Varro de R. R. 2, 9 *Gallinæ Africanæ ſunt grandes, variæ, gibberæ. Tuber gibberum*, in Mæcenatis verſibus apud Senecam epiſt. 101.

¶ Gibbĕrōſus, *a, um*, idem. Suet. de Illuſtr. Grammat. c. 9 *Interrogatus Octavius a Varrone diverſe partis advocato, quidnam ageret, & quo artificio uteretur*, GIBBEROSOS SE DE SOLE IN VMBRAM TRANSFERRE *reſpondit, quod Murena* GIBBER *erat.* Sic & Gloſſ. gr. lat. κυρτός, *gibberoſus.* Conf. l. 3 ff. de Ædil. Edict.

¶ Gibbōſus, *a, um*, idem apud Celſum.

GIGARTON, *i*, n. γίγαρτον, acinus vinaceus, der kern in weinbeeren. Pallad. Nov. c. 20 *Vinæ excrementa, quæ Græci γίγαρτα vocant.*

GĪGAS, *antis*, m γίγας, a γίνομαι, & γῆ, quod Doribus γᾶ eſt, natus ex terra, terræ filius. v. Heſiod. Theogon. v. 185 pl. *Gigantes*, rieſen *Gigas centimanus*, Horat. 2 od. 27 v. 14. Et, *Gigantum cohors impia*, Id. 2 od. 19, 22. Gigantum mentionem injicit Homerus ter: ut, Odyſſ. H, ubi eos Φῦλα γιγάντων, *agreſtes gentes gigantum* appellat. Et ſupra in eodem libro ſcribit, Eurymedontem imperio rexiſſe & deleviſſe λαὸν hunc ἀταθάλον. Denique de Læſtrygonibus Odyſſ. K narrat, quod fuerint Οὐκ ἄνδρασιν ἐοικότες, ἀλλὰ γίγασι. *Non hominibus ſimiles, ſed gigantibus.* Nota ex Ovidio fabula, gigantes cælum expugnare & deturbare Deos ingreſſos. Quo illud Macrobii pertinet Sat 1, 20 *Gigantes quid aliud fuiſſe credendum eſt, quam hominum quamdam impiam gentem Deos negantem, & ideo exiſtimatam, Deos pellere de cæleſti ſede voluiſſe.* Cic. de Senect. c. 2 *More gigantum bellare cum Diis, quid eſt aliud, niſi naturæ repugnare?* Cæterum vera eſſe, quæ de procreitate gigantum prodita legimus, volunt Hieronym. Magius Miſcell. 1, 4: & Lipſ. 3 Phyſiol. Stoicæ dial. 5, itemque Thomas Facellus Decad. 1 de rebus Sicuſis 1, 6, & Bernegg. quæſt. 14 ad Tac. Vaſtiorem autem corporum molem, quæ vulgo credita fuit, erudita oratione impugnavit Theod. Ryckius, quam vide Holſtenii in Stephanum Caſtigationibus ſubjunctam. Gigantes ſuperiore tantum parte fuiſſe homines, inferiore ſerpentes Poëtæ finxere. Severus carmine de Ætna, quod vulgo Virgilio attribuitur, v. 46 de gigantibus: *His nec ora ſua (humana) eſt alvo tenus: ima per orbes; Squameus intortos ſimat veſtigia ſerpens.* Quod ita interpretatur Macrobius, loco ſupra laudato: *Horum*, inquiens, *pedes in draconum volumina deſinebant: quod ſignificat, nihil eos rectum, nihil ſuperum cogitaſſe, totius vitæ eorum greſſu atque proceſſu in inferna mergente.* In veteri Eccleſia creditum a multis fuit, gigantes ex Angelorum cum filiabus hominum concubitu fuiſſe natos, de qua re diputatio apud Auguſt. eſt de Civ. Dei 15, 22. Addi poteſt Sulp. Severus Hiſt. Sac. 1, 2 extr. Tertull. de Habitu mul. c. 2, & de Idolol. & Athenagoras Legat. pro Chriſtianis; Ambroſ. lib. de Noa & arca c. 4. Stephanus Gobarus apud Photium p. 896, itemque Philo lib. de Gigantibus, & Ioſephus Antiquit. 1, 4. Porro gigantum nomina diverſis in locis meminerunt Poëtæ, ut, *Enceladi, Tityi, Typhoei, Damaſoris, Antæi*, &c. vide *Enceladus.*

¶ Gigantēus, *a, um*, adj. γιγάντειος, von rieſen, ungeheuer, ſehr groß. Ovid. Triſt. 2, 71 *Cumque gigantei memorantur prælia belli.* Horat. 3 od. 1, 6 *Iupiter clarus giganteo triumpho.*

¶ Gigantinus, *a, um*, idem. Bernh. epiſt. 236 *Onus nimium, quod & gigantinis, vel ipſis quoque angelicis humeris formidabile videtur.*

¶ Gigantomachia, *æ*, f. γιγαντομαχία, de qua Claudianus opus nobis reliquit imperfectum, bellum eſt giganteum, der rieſen-krieg.

GIGERIA, *orum*, pl. n. inteſtina gallinarum, ſecundum Nonium 2, 390. Legitur ibi hæc vox apud Lucilium. Et Apic. 4, 2 *Gigeria pullorum coquere.* Sed Feſtus *Gigeria* ex multis obſoniis decerpta, eſſe judicat.

GIGNADIVS, *i*, m. ein ſpieler. Sarisb. 1, 8 *Gladiatores, paleſtritæ, gignadii, præſtigiatores*, &c.

GIGNO, *gĕnui, gĕnĭtum, gignĕre*, creare, procreare, parere, zeugen, gebähren, tragen, herfürbringen. Eſt hoc verbum utrique ſexui commune. Non enim mas tantum, ſed fœmina etiam dicitur gignere. Tac. Ann. 13, 45 de Popæa: *Igitur agentem eam in matrimonio Rufi Criſpini, Equitis Romani, ex quo filium genuerat, Otho pellexit, &c.* Et Cic. Off. 1, 7 *Quæ in terris gignuntur, ad uſus hominum omnia creantur.* Id. de Vniverſ. c. 8 *Animum ex ſua mente & divinitate genuit Deus*, Gott hat es geſchaffen. Lucret. 3, 682 *Gignimur & vitæ lumen adimus.* Gell. 19, 12 *Virgulta pomis frugibusque gignendis felicia*, fruchtbare ſträucher. ¶ 2. Pro *Gigno* veteres *Geno, ĕre*, dixerunt, de quo ſupra feorſum ſuo loco egimus. Hinc

¶ Gignentia, *um*, n. pl. *τὰ φυτὰ*, i. e ea quæ oriuntur ex terra, ut *ſtirpes, plantæ, arbores*, &c. erd-gewächs. Salluſt. Iug. c. 79 *Loca nuda gignentium*, i. e. plantis omnibus deſtituta. Ibid. c. 93 *Ilex aucta in altitudinem, quo cuncta gignentium natura fert*, vid. Parei Lex. Crit. p. 518.

¶ Genitus, *a, um*, gebohren. Boëthius 2 Metr. 2 *Conſtat, æterna poſitumque lege eſt. Vt conſtet genitum nihil*; hoc eſt, firmum ſit & æternum. Et Virg. Æn. 9, 642 *Dii genite, & geniture deos.*

¶ Genita, *æ*, f. ſubſt. pro filia, die tochter, apud Plautum. ¶ 2. Sed *Genita Mana*, Γενίτη Μάνη, quæ dea ſit, vid. ad *Mania* in *Manes.*

¶ Gĕnĭtus,

¶ Gĕnĭtus, ûs, m. subst. die geburt. Apul. Apol. *Cæterosque Platonis minores, qui plurimos libros de genitu animalium reliquerunt.* Et paullo post: *Et me per omnes animalium genitus per jam.*

¶ Gĕnĭtor, ōris, m. parens, auctor, der vater, urheber. Plin. 15, 4 *Genitores omnium vitiorum Græci*, stifter und erfinder der laster. *Dubio genitore creatus*, Ovid. Met. 5, 145. Propria notione poetis usitatius est: metaphorice etiam aliis. v. Valkan 3, 70. ¶ 2 *Genitor* & *Senior* in MSS. confundi observat Burm. ad Val. Fl. 1, 16.

¶ Gĕnĭtrix, ĭcis, f. mater, die mutter, gebährerin. Nonius 5, 9 *Genitrix semper, quæ genuerit, nuncupatur, mater vero aliquando pro nutrice ponitur.* Virg. Æn 2, 788 *Magna Deûm genitrix*, i. e. Cybele. Iuvenal. 16, 6 *Et Samia genitrix quæ delectatur arena.* Et, *Frugum genitrix*, i. e. inventrix, Ovid. Met. 5, 490. Ita omnino scribendum est, quoniam est a *genium*. Fallunt tamen inscriptiones, quibus *Genetrix* exprimitur. Sic Livia GENETRIX ORBIS dicitur. Et in nummo Faustinæ legitur: VENERI GENETRICI; de quibus etiam Hard. ad Plin. 2, 25 f. 23 no. 11, ubi *Venerem Genetricem* etiam Plinio adscrit. ¶ 2. Plin. 10, 23 f. 32. De ciconiis, *Genitricum fœtibus invicem educant*, ubi utrosque parentes significat. Feminino usus videtur Plinius propter formam vocis *ciconia*.

¶ Genĭtūra, æ, f. generatio, procreatio, origo, die gebährung. Pro ipso spermate seu femine usus Plinius 20, 8 *Omnes hæ & pauciores utiles & sanguinem reficientibus: item, quibus genitura fluit.* Et c. 23 *Semen ejus exstinguere genituram virorum dicitur.* Et ita alibi etiam. Nam & *prosperum genitura* dixit. ¶ 2. *Genitura* etiam dicitur naturalis hora, vel thema natalitium, die geburts-stunde, nativität. Ita Suet. Aug. c. 94 extr. item Calig. c. 57; & Tit. c. 9. Et Manil. 3, 166 *Ergo age, ut falsa variet genitura figura.* Ammian. 9, 22 *Fatorum per genituram interpres*, ein nativität-steller.

¶ Genĭtālis, e, natalis; ut, *Genitalis hora*, die geburts-stunde, Plin. 9, 35. *Genitalis dies*, Tac. Ann. 16, 14, 3. *Semina genitalia*, quibus aliquid gignitur & procreatur. Virg. Georg. 2, 324. *Corpora quatuor genitalia*, i. e. quatuor elementa, Ovid. Met. 15, 239. *Genitalis sedes*, i. e. patria, das vaterland, Prudent. Cath. 10, 176. De cane gravida Nemesis. Cyn. 131 *Passa marem genitalia vi sera turgent. Dii genitales* qui sint vid. in *Mania* sub *Manes*.

¶ Genitale, n. subst. pars illa corporis effigiandæ prolis caussa data, τὸ αἰδοῖον, das geburts glied. Pro membro virili posuit Plinius 28, 9. *Genitalia effica sunt lapis*, &c. Id. 11, 49. Et sic sæpe. conf. Isidor. 11, 1.

¶ Genitaliter, adv. idem. Lucret. 4, 1251 *Seminibus commisceri genitaliter apta.*

¶ Gĕnĭtīvus, a, um, vim habens gignendi. Hinc *Casus Genitivus* Grammaticis dicitur, quo respondetur ad quæstionem *cujus?* v. Suet. Aug. c. 87; & Gell. 13, 24. ¶ 2. Aliquando tamen *Genitivum*, συμφυτον est, connatum, congenitum, angebohren. Sic *genitivum*, Suetonius dixit Aug. c. 80. *Genitiva membra*, Ovid Ponto 3, 2, 107, quæ adoptivis opponuntur: ita *Genitiva imago*, Ovid. Met. 5, 331.

¶ Genitābilis, e, idem, fruchtbar, gebährend. Varro de L. L. 4, 3 ex Lucretio: *Æthera & terram genitabile quærere tempus.* Conf. Lucret. 1, 11. Avienus Prognost. Arat. v. 569 *Seleris natura & rerum genitabilis ordo.* Et, *genitabile pectus*, Arnobio lib. 4 p. 146 eædem, quæ genitales, seu pudenda membra.

¶ Gĕnĭmen, mĭnis, n. γεννημα, progenies, fructus, die brut, frucht, leibes-frucht, gewächs, apud antiquum Interpretem Lucæ c. 3, 7. Et sic Iob. 31, 12; Ps. 68, 11. Prov. 8, 19, &c. Idem Tertull. adv. Hermog. c. 12; & Hieron. in c. 30 Ezech: *Genimina viperarum, aspidum.* Sed Matth. 26, 29 *Genimen vitis*, der wein.

¶ Genius, i, m. a *gignendo*, seu potius *genendo*, etiam appellatus est, ἀπὸ τοῦ γένειον, quod vel nascatur nobiscum, vel genitos nos suscipiat ac tueatur, ein geist, guter oder böser engel. Apul. de Deo Socr. *Nam quodam significatu & animus humanus etiam mane in corpore situs, δαίμων nuncupatur. Diine hunc ardorem mentibus addunt Euryale? an sua cuique Deus fit dira cupido? Igitur & bona cupido animi, bonus Deus est. Unde nonnulli arbitrantur, ut jam prius dictum est, εὐδαίμονας dici beatos, quorum Dæmon bonus, id est, animus virtute perfectus est: quem nostra lingua, ut ego interpretor, haud scio an bono, certe quidem meo periculo, poteris Genium vocare: quod is Deus animus sit cuique, quamquam sit immortalis, tamen quodammodo cum homine gignitur*, &c. Idem eod. libro: *Genius est animus humanus exutus & liber stipendiis vitæ corpore suo abjuratis. Hunc vetere Latina lingua reperio Lemurem appellatum* &c. Horat. 2 epist. 2, 187 *Scit Genius, natale comes qui temperat astrum, Naturæ Deus humanæ, &c.* Epitheton solenne *genii* esse *Magnus*, Brouckhusius ostendit ad Tib. 4, 5, 9. Idem *Natalis* absolute videtur dici ib. v. 19. Veteres Genios binos singulis attribuerunt; alterum bonum, alterum malum, quem ἀλάστορα dixere. v. Dalechamp. ad Plin. 1, 7, ubi de eorum effigie quoque agit. Sed suum cuique Genium cum annasci putarent, existimabant tamen, alium alio valentiorem esse, eoque fieri, ut is, cujus Genius potentior esset, cæteros omnes excelleret: Coquejus ad August. de C. D. p. 14. Hinc ille Ægyptius Antonium monuit, ut ab Augusto se quam longissime removeret. Quod ejus quidem Genius erectus & celsus esset, ubi solus foret: cæterum si cum Augusti, ut excellentiore, committeretur, remissiorem iri redditum & ignaviorem, ut Plutarchus in Antonio refert p. 930 E. Simile quid & Cainæi (est hoc antiquæ hæreseos genus) obtinuerunt; qui Cainum ideo inferiorem Abele fratre statuerunt, quod is ex quadam majore virtute, quæ operata in ipso fuerit, conceptus esset & procreatus, Tertulliano auctore de Præscript. c 9. vid. Censorin. de die nat. c. 3, & quæ ad illud Henr. Lindebruchius notavit. Multa de Geniis congessit C. Barchius ad Rutilii Itiner. 1, 327; Del. Heraldus ad Arnob. p. 28; Fabrettus in opere Inscript. p. 72 seqq. & Io. Clericus Ar. Crit. 2, 2, 5. quæ tamen dissertatio est: pauciora ad Calpur. ecl. 5, 26. & Stat. Achill. 1 p. 1644. ¶ 2. Perciora ad Calpur. ecl. 5, 26. & Stat. Achill. 1 p. 1644. ¶ 2. Persequimur formulas, in quibus *genii mentio* est. *Genio indulgere*, est animo obsequi. Perſius 5, 151 *Indulge genio: carpamus dulcia*; Contra *Defraudare suum genium*, est negare naturæ, quod apperit, Ter. Phorm. 1, 1, 10. Et Plaut. Truc. 1, 2, 81 *Illigrare cum genio sais*, dixit eadem significatione. Martial. 7 epigr. 60 *Urbanus genium debet habere liber*, hoc est, gratiam & leporem, ein hübs buch bleiben und gelten soll, muß guter art seyn. Id. 7 epigr. 12 ad Faustin. *Iudimus innocui, si is hoc bene, juro p. pontis. Per Genium Famæ Cæsaris atque gregem.* Sic & Seneca epist. 12 *In ut per genium fauor.* Ten seinem glück. Turnebus Adversi 16, 1 observat, viri separationem *per Genium*, mulieris *per Iunonem* fuisse conceptam. vide infra *Iuno*. Erat & imprecandi formula *per Genium iratum*. Hinc vetus Inscript apud Fabrettum p. 76 QUIS. HANC. ARAM. VI. FERIT. HABEAT. GENIVM. IRATVM. POPVLI. ROMANI. ET. NVMINA. DIVORVM. *De genio hominum, animum, bonum, flatuarum*, plura dabit Remei. Ilter el. 1. it. *collegiorum, studiorum, artificiorum, domum provinciarum, fontium, locorum, loci, balneorum, flabulorum &c. Genii locorum* sub anguium forma depinguntur, monente Hemsio, & Drak. ad Sil. 2, 565. Add. Spanhem. de usu & præst. num. diss 4 p. 221 sqq.

¶ Genio, are, est genium & morum cælestem dare, beseelen. Solin. in Pontico, uti legit Barthius Adv. 44, 3 *Tibi primum caudidus æther Assiguram faciem nitido genuit elapso.*

¶ Geniālis, e, frölich; ut, *Genialis dies*, hoc est, lætus & voluptuarius, ein tag zu freuden-zu, apud Iuvenalem 4, 66. *Bella genialia*, Statius Achill. 1, 113 vocat rixas inter convivantium exortas, um luſt und wider den ſtoltz ſeyn. *Ras genialis*, Ovid. Heroid 19, 9 ¶ 2. *Genialis torus* sive *lectus*, qui novæ nuptæ magnifice sternebatur in ipsis nuptiis, das braut-bette; vel quod *Genii* & *Iunoni* sacer; vel boni omnis caussa a *genio*. Eundem & *lectum adversum*, quem vocabant, facit Lipsius Elect. 1, 17. *Adversus* autem dicebatur, quod ex adverso januæ locaretur. vide Lips. dicto loco & Ioseph. Scal. ad Festum in voce *Pavilia*: item ad Propert. 4 eleg. ult. nec non Torrent. in Horat. 1 epist. 1, 87. Legitur etiam in Paneg. Plinii c. 8. Quin ic. pro Cluent. c. 5 *Lectum genialem filiæ suæ nubenti straverat.* Hinc Ovid. A. A. 1, 125 *Genialis præda puellæ* Sabinæ h. e. in toro geniali mox collocandæ.

¶ Geniāliter, adv. laute, ſtattlich, frölich. Ovid. Met. 11, 96 *Hospitis adventu festum genialiter egit.* Inscriptio vetus apud Gruter. p. 823 n. 2 habet: *Hic accumbentem sculpi genialiter arte Se jussit docta post sua fata manu.*

¶ Geniālitas, ātis, f. die frölichkeit. Ammian. 30, 5 *Genialitas mensæ.*

¶ Geniānus, a, um, pertinens ad genium, luxuriosus, wollüſtig. Varr. R. R. 3, 9. *Gallinæ Africanæ noviſſimæ in triclinium genianum introierunt.* Sic legit Scaliger: Alii, *Iuvenarium.* Qui etiam in nota ad h. l. Gellii l. 19, 13 extr. vel Helvio Cinnæ potius restitui vult *geniana salitta.*

¶ Genuīnus, a, um, nativus, γνήσιος, natürlich, rechtſchaffen, a perfecto *genui*; ut, *Genuina Plauti comœdia*, non suppositiva, Gell. 3, 3. Id. 2, 3 *Naturales & genuinos honores* vocat, qui a filio debentur patri: & *publicis* opponit, quibus interdum filius præcedit. ¶ 2. *Genuini dentes*, posteriores, qui cibum conficiunt, Cic. N. Deor. 2, 54, die ſtock zähne. *Genuina rodere* vel *mordere*, heimlich auf einen ſtechen, vide *Dent. Pessim & ego, si velim, genuinam ipsis infringere*, dixit Hieronymus adv. Rufinum 1, 7, ſtiche geben, die nicht bluten. Conf. Iuvenal. 5, 69; & Pers. 1, 129.

¶ Genuine, adv. redlich, deutſch, trey. Cic. ad Qu. Frat. 2, 15 *Genuine fraterneque referibam.*

I. Composita cum nominibus &c.

Alienigena, Amnigenus, Anguigena, Aquilonigena: Aurigena; Bætigena; Cæligenus; Christigena; Draconigena; Faunigena; Fluctigena; Fontigena; Græcigena; Ignigena; Limigenus; Martigena; Montigena; Montigena; Multigenus; Niligena; Nubigena; Omnigenus; Primigenus; primigenius; primogenitus; primogenitalis; Saturnigena; Saxigenus; Trojugena; Verbigena; Horum omnium quærenda sunt priora nomina: ut, *Alienus, Amnis, Anguis, Aquilo, Aurum, Bætis, Cælum, Christus, Draco, Faunus, Fluctus, Fons, Græcus, Ignis, Limus, Mars, Monstrum, Mons, Mulcus, Nilus, Nubes, Omnis, Primus, Saturnus, Saxum, Troja, Verbum.* Huc pertinet

¶ Ambigĕnus, a, um, duorum generum, zweyerley art. Eugenius Toletanus carm. 22 *Hæc sunt ambigena, quæ nupta dispare coalunt: Burdonem ſonipes generat commixtus ajella, Mauus ab Arcadicis & equina matre creatur.*

¶ Bignus, a, um, pro *Bigenus*, i. e. bigenitus. Sic *Bignæ geminæ dicuntur, quia binæ una die natæ sunt*, zwillinge. Fest.

¶ Indigĕna, æ, o. dictus quasi inde genitus, einheimiſch: ut, *Populi indigenæ*, einheimiſche völcker. Liban. 2, 432. *Mihi indigenum*, Liv. 23, 5. *Indigena virum*, non exoticum, Plin. 14, 6 extr. l. m. weiß. *Indigena potio*, Flor. 2, 18, 12. Sic *Indigenas advectis* opponit Tacitus in vita Agricolæ c. 11, 1. Ver Gloss. *Indigenæ, αὐτόχθονες*, landes-kinder, bürgers-kinder. Conf. Sidon. epist. 8, 12. Veteres etiam dixerunt.

¶ Indigĕnus, a, um, i. e. vernaculus, einheimiſch; ut, *Indigenus sermo*, die mutter-ſprache. Apul. 1 Met. p. 15.

¶ Indigenitālis, *e*, nativus, non alienigena. Cic. de Orat. 3, 38 *Sensus dispertus, indigenitalis:* Ita est in vulgata. Alii aliter.

¶ Tergĕnus, *a,um*, dreyfacher art. Ausonius Eidyll. 11 sive Gripho v. 49 *Tergenus, omnigenum, genitor, genitrix, generatum.*

¶ Vnigĕna, *æ*, c. einfacher art. Cic. de Vniversi. c. 4 *Singularem Deus hanc mundum atque unigenam procreavit.* Catull. carm. 65 v. 300 *Vnigena Pallas*, quia e Jovis cerebro atque unico parente nata.

¶ Vnigĕnĭtus, *a, um*, μονογενής, eingebohren, ecclesiasticum vocabulum est. vid. Tertull. adv. Gnost. c. 7; adv. Hermog. c. 18; Salvian. 4 p. 121; Augustin. de C. D. 11, 24. Adde etiam l. 5 C. de summa Trin.

II. Composita cum præpositione:

¶ Antegenitālis, *e*. Plin. 5, 57 *Specimen fecuritatis sumere antegenitali experimento*, h. e. e statu nativitatem nostram præcedente argumentari, qualis futurus sit post mortem.

¶ Antigĕna, *æ*, c. vorhergebohren. Gloss. lat. gr. *Antigena* προγενηθεις.

¶ Congigno, *ere*, simul gignere, zugleich gebähren. Hinc

¶ Congenĭtus, *a, um*, angebohren; ut, *Congeniti pili*, Plin. 11, 39. Et, *Congenita mundo vastitas*, Id. 16, 2. *Congenita & ingenita conscientia*, Tertull. de Testim. an. c. 5. Annotavit Sosipatri epistola Stobæus, ἔνιοι δὲ, ὡς συμφυτον τὸ ἁμαρτάνειν ἀνθρώποις, *cogita, congenitum esse labi, & errare hominibus.*

¶ Degenio, *are*, gratia formæ fraudare, unscheinbar machen. Cassiodor. lib. 5 *Vsurpatione degeniare aliquid.* v. Voss. de Vit. L. L. 4, 5.

¶ Degeniātus, *a, um*, unangenehm gemacht. Idem Cassiod. 12 epist. 11 *Degeniatus in provincia.*

¶ Egigno, *ĕre*, efferre, herfürbringen. Lucret. 2, 702 *Existere & egigni ramos vivo corpore.*

¶ Ingigno, *ĕre*, einpflantzen. Cic. de Finib. 5, 11 *Major aliqua caussa atque divinior hanc vim ingenuit.*

¶ Ingenĭtus, *a, um*, eingepflantzt, angeschaffen. Plin. 7, 2 *Horum* (Psyllorum) *corpori ingenitum fuit virus exitiale serpentibus.* Et, *Ingenita nobilitas*, angebohrne tugend, Ovid. ad Pison. v. 92. *Quicquid fuxum & ingenitum est, lenitur arte, non vincitur*, Sen. epist. 11. ¶ 2. Sed Ingenitus ab *In* & *Genitus*, est non genitus, unangebohren. Arnobius lib 1 p. 17 de Deo: *Ingenitus, ingenitus, immortalis.*

Ingenium cum derivatis; &

Ingenuus, *a, um*, quære in suis elementis infra.

¶ Pergigno, *ere*, idem ac *progignere*, herfürbringen. Catull. 65, 89 *Quales Eurotæ pergignunt flumina myrtos.*

¶ Postgenĭtus, *a, um*, hernach gebohren. Quidam conjungunt ut unam vocem: alii divise scribunt in illo Horatii 3 oda 24, 30 *Clarus postgenitis.*

¶ Prægigno, *ĕre*, Plaut. Pseud. 1, 5, 77 *Nolebam ex me morem prægigni malum*, daß von mir herkäme.

¶ Prōgigno, *ĕre*, herfür bringen, auf die welt bringen. Cic. Divin. 1, 56 *In feminibus vis inest earum rerum, quæ ex his progignuntur.* Virg. Æn. 4, 150 *Illam terra parens ira irritata Deorum, Progenuit.*

¶ Progĕnĭtus, *a, um*, gepflantzt, gezeugt, entsprungen. Pallad. Ianuar. 15 *Arbores ex pomis sponte progenitæ.* Apul. de Dogm. Plat. p. 51 *Elementa progenita.*

¶ Prōgenĭtor, *ōris*, m. ein groß-vater, stamm-vater. Ovid. Met. 11 v. 319 *Progenitore Tonante Esse fatum.* Sic & Orientius poëta Christi in Commonit. lib. 2 *Cum fuerit medius progenitor genitis.*

¶ Prōgĕnies, *ēi*, f. genus, familia, stirps, ein geschlecht, kinder; ut, *Progenies Herculis*, Nep. 17, 1, 2. *Tum C. Sicinium, progeniem ejus, quem primum tribunum plebis creatum in Sacro monte, proditum memoriæ est*, Liv. 3, 54. Horat. 3 od. 6, 46 *Ætas parentum pejor avis tulit Nos nequiores, mox daturos Progeniem vitiosiorem.* Sic, *Regia progenies*, Ovid. Met. 11, 754. *Antiquitas propius aberat ab ortu & divina progenie*, Cic. Tusc. 1, 12. *Progenie orbari*, est liberos amittere: Ibid. c. 35 *Priamum tanta progenie orbatum, cum in aram confugisset, hostilis manus interemit.* Colum. 7, 9 *Quadrupedum patri similior est progenies.* ¶ 2. Transfertur etiam ad vegetativa; ut, *Vitis progenies*, apud Columell. 3, 9, das gemächs.

¶ Rĕgigno, *ĕre*, wiederaebähren, pass. Regigni, aufs neue gebohren werden. Lucret. 5, 245 *Maxima mundi, Cum videam membra ac partes consumtu regigni.*

¶ Regenĭtus, *a, um*, wiedergebohren. Et

¶ Irregenĭtus, *a, um*, unwiedergebohren, sunt Theologica.

GILLO, sive Gello, *ōnis*, m. vasis fictilis genus, eine flasche. v. Scriverium in Martial. 2 epigr. 85. ¶ 2. Nomen viri, Iuvenal. 1, 40.

GILVVS, *a, um*, color medius inter album & rufum, fahl, qui & *melinus* dicitur, wachs gelb. Virg. 3 Georg. de equis v. 83 *Honesti Spadices glauciique; color deterrimus albis, Et gilvo, &c.*

Gingiber, vide *Zingiber.*

GINDES, *is*, m. Fluvius olim Persiæ, secundæ post Euphratem magnitudinis, a Cyro, propter equum in eo suffocatum, irato, in CLX rivos sparsus. Hinc a Tibullo 4, 1, 141 vocatur *rapidus, Cyri dementia Gindes.* v. Sen. de ira 3, 21. Oros. 2, 6. Herod. 1, 189; 2, 2 & 5, 52, quos laudat Brouckh.

GINGIDIVM, *i*, n. alias *Chærephyllon*, kerbel-kraut, Plin. 20, 5; Dioscor. 2, 167 & 225.

GINGILISMVS, *i*, m. γιγγλισμός, Hesychio est titillatio manuum risum ingentem & clamorem acutum excutiens, das gekützle. Ita legit Scheffenius, & ita recepit Nodot in Petron. c. 73 pro *Gingilipho: Convivæ gingilismo ingenti clamore exsonabant.*

GINGĪVA, *æ*, f. pars oris dentata, das zahnfleisch, kinn-backen. A gignendis dentibus Lactantio c. 10 de Opificio Dei dicta. Iuvenal. 10, 205 *Frangendas misero gingivæ panis inermi*, er muß an den bollern kauen.

¶ Gingīvŭla, *æ*, f. diminut. Apulej. Apol. p. 277 *Pulviseulus complanator tumidulæ gingivulæ.*

GINGRIO, *ire*, anterum est, schnattern wie die gänse. v. Festus. Vet. Gloss. *Gingriunt*, χῆνες ἐκφωνοῦσιν.

¶ Gingrīna, *æ*, f. tibiæ genus exiguæ, apud Festum, eine zincke, schallmeye. Solinus c. 5 de Sicilia, tibias distinguit, quæ fiant ex arundine quadam Siciliensi. In iis generibus numerat etiam *gingrinas, quæ breviores licet, subtilioribus tamen modis insonant.*

¶ Gingrīnus, *a, um*, stridulus, schnarrend; ita aliqui adjective accipiunt in loco citato Solini de *gingrinis fistulis.*

¶ Gingrītor, *ōris*, m. qui gingrina canit, ein schallmeyer, zinckenbläser. Festus, ex emendatione Salmasii in d. l. Solini p. 87, *Gingritor, tibicen.*

¶ Gingeriātor, *oris*, m. idem, apud Festum ex lectione vulgari.

¶ Gingrītus, *ūs*, m. clangor anterum, das cacken, gänse-geschrey. Arnobius lib. 6 p. 205 de anseribus Capitolinis: *Cum aliquam quæras prohibendis formidinem foribus; non ab ipsis* (diis) *petere, sed in anserum ponere & collocare gingritibus.*

GINNVS, *i*, m. quibusdam idem qui Hinnus, (qui & Græce ἴννος, ὄννος & γιννὸς) ex equo & asina nascitur, a patre nomen trahens, al. *burdo.* differt a mulo, qui ex asino & equa. Martial. 6 epigr. 77 *Haud aliter videtur Atlas cum compare ginno.* Quam vocem pro *gibbo* substituendam esse, sagacissime odoratus est Petrus Scriverius. Conf. Politian. in Miscell. c. 23, & infra *Hinnus.* Sed alii volunt differre hinnum a *ginno*, & hunc esse *ex muli cum equa coitu natum.* vid. Plin. 8, 44 l. 69 & ibi Hard. Apud Græcos etiam incerta omnia.

GIPĒDES, *um*, m pl. Scytharum populi. v. Treb. Pollio in Claudio c. 6; & Vopisc. in Probo c. 17. Græcis γηπαίδες nominantur. De his Isidor. 9, 2 *Gipedes pedestri prælio magis quam equestri sunt usi, & ex hac caussa ita vocati*; gute fußvolcker.

Gipsum, vide *Gypsum*, Girgillus, girus, &c. *gyrus.*

GITH, n. indeclinab. melanthium, μελάνθιον, schwartzer kümmel. *Gith*, in Plauto legitur in Rud. 5, 2, 39 *Os calet tibi: num gith frigefactas?* hast du brey im maul? Sed meliores etiam Gronovii. *Nunc id frigidefactas.*

GLABER, *glabra, um*, læve, sine pilo, glatt, kahl, schlecht. Martial. 12 epigr. 28 *Crine nitens, niger unguento, perlucidus ostro, Ore tener, latus pectore, crure glaber.* Comparat. *Glabrior*, Plaut. Asin. 2, 8, 6. Et Apul. Met. 5 p. 163 *At ego misera, primum patre meo senierem maritum sortita sum; dein cucurbita glabriorem.*

¶ Glăbellus, *a, um*, diminut. ein wenig kahl. Apul. lib. 1 Florid. *Apollo intonsus, & genis gratus, & corpore glabellus.* Met. lib. 2 *Glabellum fœminal*; & lib. 5 *Corpus glabellum*, de Cupidine. Sed

¶ Glăbella, *æ*, f. subst. est interstitium supercilia supra nasum disterminans. Mart. Capella 2 p. 24 *Quarum una deosculata Philologiæ frontem illic, ubi pubem ciliorum discriminat glabellæ medietas.*

¶ Glabrĭtas, *ātis*, f. die glätte, glaße, blösse. Arnob. lib. 3 p. 108 *Calvitiis & glabritatibus rasi.*

¶ Glabrētum, *i*, n. idem. Colum. 2, 9 *Glabreta* vocat loca, in quibus propter noxium aliquem humorem fegetes non proveniunt, kahle plaße im acker, darauf nichts wachsen will. v. *Glabreus.*

¶ Glabro, *are*, glabrum reddere, glatt machen, brühen, die borsten oder haare abnehmen. Colum. 12, 35 *Sues mactati vel aqua candente, vel ex tenuibus lignis flammula facta glabrantur.*

¶ Glăbrator, *ōris*, m. *glabrarius ornator*, qui pice & psilothro lævigabant corpora. Erat inter officia domus Augustæ; v. Scalig. ad Manil. lib. 5 v. 151 p. 362.

¶ Glabrens, *tis*, glaber, kahl, glatt, a Glabreo, *ere.* Colum. 2, 9 *Glabrentibus locis sine ulla stirpe seminum.* Hæc ibidem, ut modo diximus, *glabreta* vocat.

¶ Glabrēsco, *ĕre*, kahl oder glatt werden. Colum. 2, 20 *Area glabrescit, & sit idonea tritui.*

¶ Glabrarius, *i*, m. pumicator, der die haare wegnimmt. Vnde

¶ Glabraria, *æ*, f. quæ spoliat & expilat, apud Martialem 4 epigr. 28, in meretricem avaram.

¶ Glabrio, *ōnis*, m. ein kahlkopf. Est inter nomina Romana. v. Cic. pro L. Manil. c. 9; de Har. Resp. c. 6; in Bruto c. 68; & Att. 6, 1.

¶ Deglabro, *are*, idem quod *glabrare*, abschelen. L. 5 D. Arbor. furtim cæsarum Paulus ICtus: *cingere est deglabrare.* v. supra *Cingo* n. 2.

¶ Deglabratus, *a, um*, abgeschoren, kahl gemacht. Lactant. 1, 21 *Isidis sacerdotes deglabrato corpore suo pectora tundunt.*

¶ Diglabro, *are*, idem quod *deglabrare.* Tertull. de Pallio c. 3 *Diglabrare oveendam*: ita legit Iunius.

GLACIES, *ēi*, f. aqua congelata, eis. *Durata & alte concreta glacies*, Liv. 21, 36. *Glacies solvitur*, es gehet, thauet auf, feu, quod idem, *Ignis exsolvit glaciem*, Lucret. 6, 878. *Glacies iners flat per omnes menses*, Horat. 2 od. 9, 5. *Scindere, frangere glaciem*, est aperire viam & in negotio aliquo aggrediundo principem esse, die bahn brechen. v. Chiliad. ¶ 2. Poëtis aliquando pro soliditate ac duritie ponitur. Lucret. 1, 493 *Tum glacies æris flamma devicta quiescit.*

¶ Glăcialis, *e*, eisig; ut, *Frigus glaciale*, Ovid. Met. 9, 581 strenge kälte. *Glacialis ignis*, Virg. Æn. 3, 285, wenns eis gefrieret. *Oceanus glacialis*, das eis-meer, Iuvenal. 2, 1. *Pulus glacialis*, Sen. Herc. Fur. v. 6.

¶ Glăcio, *are*, in glaciem convertere, zu eis machen. Horat. 3 od. 10, 7 *Et positas ut glaciet nives Puro lumine Iupiter.* Plin. 8, 38 *Humor glaciatur in gemmas.* Et 37, 2 *Amnes glaciantur.*

¶ Glaciātus, *a, um*, gefroren, zusammen geronnen; ut, *Cæsus glaciatus*, i. e. coagulatus, Colum. 7, 8.

¶ Con-

¶ Conglacio, *are*, vel glacie concrescere, zusammen backen oder gefrieren. *Aqua neque frigoribus conglaciavet, neque nive, pruinaque concresceret, &c.* Cic. N. Deor. 2, 10. Item, *Curioni Tribunatus conglaciat*, Cæl. Epist. ad Cic. famil. 8, 6, gefriezet ein.

¶ Conglaciatus, *a, um*, gefroren; ut, *Imber conglaciatus*, Plin. 2, 60. Glacito, vide *Gratito*, Gladiator &c. *Gladius.*

GLĂDIVS, *i*, m. a *clade* dictus est, secundum Varronem de L. L. 4, 24, ein schwerdt, degen. *Gladio aliquem concidere*, Cic. pro Cæcin. c. 29. *Gladium stringere*, Virg. En. 12, 278, ein schwerdt zucken. *Gladium mutare*, vide *Nodo. Gladium vagina vacuum in urbe non vidimus*, Cic. pro Marcell. c. 6. *Strictio gladio aliquem insequi*, Id Phil. 2, 9, mit blossem degen. *Gladium e vagina educere*, Id. de Invent. 2, 4. Et Apul. 2 Met. sub fin. *Statim denique gladium, quem vestis mea contectum ad hos usus extuleram, sicu liberatus arripio &c. Hispanus gladius, ad propiorem habilis pugnam*, Liv. 7, 10 pr. Apud Ter. Adelph. 5, 8 extr. *Suo gladio jugulari*, est, suis ipsius dictis revinci; Quæ & Germanica parœmia est, sich mit seinen eigenen worten schlagen, fangen. Ad eumdem modum Cicero pro Cæcina c. 29 *Aut tuo (quemadmodum dicitur) gladio, aut nostro, defensio tua conficiatur, necesse est.* Id. Att. 1, 16 p. 98 *Plumbeo gladio tamen jugulatum iri Clodium*, putat Hortensius, h e. per quosvis judices damnatum. Id. pro A. Cluent. 44 *Dictatorius gladius*, i. e. Sullæ Dictatoris. ¶ 2. Gladius summi imperii insigne est. Vnde & in libera Republ. Imperatori in bellum ituro a Consule dari solebat, ut ex Appiano dicimus lib. 2 de bellis civ. vide & Interpretes Statianos ad 5 Silv. 2 sub fin. Præfecti prætorio præter alia & insigne erat gladius, quo donari atque cingi solebat a Principe. Hinc *gladium ponere*, est præfectura prætorii abdicare. v. Pet. Fabri Semestr. 1, 3. De gladiorum gestatione diversa populorum observatio fuit. Alii, & barbari maxime, a dextra, alii, ut Romani, a sinistra gestarunt, quod Lipsius asserit ad 1 Ann Tac. p. 52. Eorum manubriis certa olim simulacra addita, ut Polynici, Sphingis &c. de quo Barth. ad 4 Theb. Stat. p. 921. Cæterum gladium gestare nisi militi non licebat. v. Erh. & Burm. ad Petron. c. 82 p. 407. Nec in conspectu magistratuum, de quo Lipsius El. 1, 23. ¶ 3. *Ne puero gladium*, tubaudi, *minister accesis vel commiseris*, findern soll man nicht messer in die hände geben, μὴ παισὶ τὴν μάχαιραν, vide Chiliad. ¶ 3. *Gladius*, pilcis, ξιφίας, ein fisch, vorn-fisch, in Dania notissimus, longo rostro, similis gladiolo, cætero non multum dissimilis lucio. v. Plin. 31, 11.

¶ Glădĭŏlus, *i*, m. diminut. ein dolch. Apul. 2 Milet. p. 122 *Gladiolo fortis civicus ipse fatalis mox praesidia gestabo.* ¶ 2. Herba *Gladiolus*, ξιφίον Græcis, Germanis est schwertel, allermannsharnisch. v. Plin. 21, 11; & Tabernæm. p. 1024.

¶ Gladiolum, *i*, n. idem. Mesuæ est ap. Quint. 1, 6, quam ævo illi vix tolerabilem judicat.

¶ Glădĭārius, *i*, m. ein schwerdt-feger, degen-schmid. Gloss. gr. lat. ξιφοποιὸς, *gladiarius.* NEGOTIATOR GLADIARIVS in vet. lapide Murat. p. 246.

¶ Glădĭātor, *ōris*, m. pugil, ein fechter. *Athletæ & gladiatores*, Cic. in Orat. c. 68. Fuerunt autem varia gladiatorum genera, de quibus, atque adeo tota re gladiatoria accurate Lipsius in libris Saturnal. Cic. pro Rosc. Am. c. 6 *Veras ac nobiles gladiator. Gladiator in arte confidum capit*, quod & *de re nata confidium* vel *capere*, vel *mutare* dicitur. v. Chiliad. *Gladiatoribus* absolute dicitur, pro *ludis gladiatoriis*, v. Victor. & Man. ad Cic. fam. 10, 32, & Græv. ad Att. 6, 3 p. 517. *Gladiatorum sacramentum* explicant Erh. & Burm. ad Petron. c. 117 p. 541, qui sint *legitimi gladiatores* Wower. ibid. ¶ 2. Quod multi essent ex hoc genere ficarii, pro ficario posuit *gladiatorem* Cic. Cat. 2, 4. it. pro S. Rosc. c. 3. fam. 12, 2 & 22.

¶ Gladiātōrius, *a, um*, zum fechten gehörig; ut, *Ludus gladiatorius*, Cic. Catil. 2, 5, eine fecht-schule. *Gladiatorium certamen*, Id. de Orat. 2, 78, ein fechter-gang. *Munus gladiatorium*, quod Imperatores dabant proficiscentes ad bellum, Capitolinus in Max. & Balb. c. 8. Sueton. Cæs. c. 10 & ibi Bernegg. Plin. 33, 3 med. Officium quoque mortuis se facere hoc spectaculo credebant. Itaque pars erant ludorum funebrium. Ter. Phorm. 5, 7, 71 *Hi gladiatorio animo adnos affectant viam*, hoc est, ita pertinaci & obstirmato, ut vel vincant, vel cadant ipsi. *Gladiatorium spectaculum*, Liv. 28, 21; & Apul. 1 Milet.

¶ Gladiatorium, *i*, n. subst. der fechter-lohn. Liv. 44, 31 *Gladiatorio accepto.* v. Turnebi Adverss. 29, 7. Scioppius ad Sanctii Minervam 4, 4, supplet *auctoramento, praemio.* Sic etiam Lipsi. Saturn. 1, 7.

¶ Gladiatorie, adv. fechterisch. Lamprid. in Commodo c. 15 *Quae gladiatorie faceret.*

¶ Gladiātōrĭtius, *a, um*, instar gladii, einem schwerdt ähnlich; ut, *Gladiatoritia herba*, Marcell. Emp. c. 16.

¶ Gladiatūra, *æ*, f. pugna gladiatoria, sive congressus gladiatorum, das gefechte. Tac. Ann. 3, 43, 4 *De servitiis gladiaturæ destinati.* Et Sidon. paneg. Anthemii v. 238 *Ad gladiaturam tu, Spartace vindex, parasti.*

¶ Digladior, *atus sum*, *ari*, certare, dissidere, depugnare, uneins seyn, zancken, fechten, kämpfen. Cic. Off. 1, 9 *De quibus inter se digladiari solent.* Et fragm. ex 1 Acad. Quæst. apud Nonium 1, 331 *Antipater digladiatur cum Carneade.*

¶ Digladiabilis, *e*, darüber man streitet. Prudent. κεθημ. 3, 147 *Hoc erat aspidis atque hominis Digladiabile discidium.*

GLĬGVS, *i*, m. jaculator insignis, Sil. 16, 561.

Glando, glandula, quære mox in *Glans*: Glanis in *Glanus.*

GLANS, *glandis*, f. βαλανίδιον; eine ecker, eichel. Plin. 16, 6 *Glandem ferunt robur, quercus, esculus, ilex &c.* Hinc *glans quernea, iligna &c.* ibid. c. 5. *Glans fagea*, ibid. eine buch-ecker. *Glans cadua*, abgefallene eichel. L. 30 D. de Verb. Sign. Et Boëth. 2 metro 5 *Felix nimium prior aetas, Contenta fidelibus arvis, Nec inerti perdita luxu; Facili que sera solebat Iejunia solvere glande.* De hac pricorum mortalium βαλανοφαγίᾳ loca Poëtarum congesta habes apud Brouckh. ad Tib. 2, 1, 38. Colori vestium *glans* nomen dabat. v. Ovid. A. A. 3, 183. ¶ 2. JCtis *Glans* generalis appellatio est, omnesque fructus continet, l. 236 § 1 ff. de V. S. & L. un. § 1 ff. de gland. leg. ¶ 3. *Glans* plumbeus dicitur globulus, qui ex funda vel bombarda mittitur, eine kugel, büchsen-kugel, schleuder-kugel. In Romana militia duplicis generis habebantur glandes: aliæ plumbeæ, quas ad vulnerandum jaculabantur: aliæ ex argilla, quas ad incendendum mittebant. De utrisque v. Lipsi. 4 Poliorc. Dial. 2 & 3, ubi & figuras habes. Sallust. Iug. c. 57 *Pars eminus glande, aut lapidibus pugnare &c.* Liv. 38, 29 *Ne flaxa baccata volatent in pectis lanis. Glandes fundere*, Hirt. B. Afric. c. 5 & 43, *mittere*, Idem B. Hisp. c. 13, mit kugeln schiessen. *Glans plumbea*, eine bley-kugel, Lucret. 1, 18. Poetæ accentarum & liquefactarum ipso more *glandium* mentionem faciunt. v. Drakenb. ad Sil. 1, 316. ¶ 4. *Glans* etiam pars femina penis est, quæ præputio tegitur, Celsus 7, 25. ¶ 5. Translate Cic. de Arusp. resp. 3 *Pabulo & glande inimicorum corruptus.*

¶ Glando, *ĭnis*, f. idem quod *Glans.* Vet. Gloss. *Glandine*, βαλάνω. Avienus orbis terræ descript v. 285 *Cibus asperi glandis.* Et v. 1283 *Pingui dependens subere glandis.*

¶ Glandŭla, *æ*, f. diminutivum a *Glans*, quod frustra Sanctius in Minerva contra Charisium magistr. ideoque merito castigatus a Perizonio p. 48. Quo nomine & caro porcorum aut aprorum appellatur glandulosa, drusen, finnen, mandeln. *Apri glandulae*, Martial. 3 epigr. 82.

¶ Glandulōsus, *a, um*, plenus glandulis, drüsicht, finnicht; ut, *Glandulosa cervix porci*, apud Colum. 7, 9.

¶ Glandium, *i*, n. pars illa in apro, in qua sunt glandulæ, das dicke fleisch am schweins-kopf. Plaut. Capt. 4, 4, 7 *Praetrimenavit glandia.* Et Plin. 36, 1 *Exstant censoriae leges, glandia in caenis, glires pue, & alia dictu minora vetantes.* Adde ibi Harduinum.

¶ Glandionida, *æ*, f. caro e glandibus; ut vult Gruterus e MSS. in Plauti Menæch. 1, 3, 27 *Glandionidam fuillam.* Est autem nomen per paralipticam lasciviam ad formam patronymici inflexum, ut Pernonides eod. loco.

¶ Glandārius, *a, um*, glandes ferens, das eicheln trägt; ut, *Silva glandaria*, ein eichwald, Cato c. 1 extr.

¶ Glandifer, *a, um*, idem; ut, *Quercus glandifera*, Cic. de Leg. 1, 1; & Plin. 6, 3.

¶ Iuglans, *dis*, f. etiam a *Glans* est, quasi Iovis glans, ut Varro de L. L. 4, 21, Servius ad eclog. 8 Virg. v. 30; & Isidorus Orig. 17, 7 exponunt, eine welsche nuss, grosse nuss. Plin. 15, 22 *Nuces juglandes.* Et Cic. Tusc. Q. 5, 20 *Juglandium putamina.*

GLANVS, *i*, m. vel Glanis, *ānis*, f. γλάνις, pisces Plinio 9, 43. Dicunt & *Glanius*, seu neutra appellatione recte: cum nec *glanus*, nec *glanius*, sed *glanis, idis*, γλάνις, γλανίδος, dicendum sit. vid. Plin. 9, 43. Est autem *glanus, silurus parvus* ein kleiner welss. vid. Gesnerus. Sed

¶ Glaniānus, *a, um*, adj. ut, *Vasa Glaniana*, a cælatore Glanio ita appellata. Aliis sunt *Gratiana* ex Plin. 33, 11.

GLĂPHȲRVS, *a, um*, γλαφυρὸς, quasi bene sculptus; nomen proprium viri, apud Martialem 4 epigr. 5; & Iuvenal. 6, 77.

¶ Glaphyra, *æ*, f. fœminæ nomen in versibus Augusti apud eumdem 11 epigr. 20.

GLĂRĔA, *æ*, f. lapilli minutissimi, quales in fluviorum ripis, fieß, grob sand. Cic. ad Qu. fratr. 3, 1, 2 *Eo loco pulvi, non glarea injecta est.* F Liv. 41, 27 *Viam sternere glarea.* Lucan. 4, 302 *Aut impulsa levi turbatur glarea venâ.* ¶ 2. *Glarea* Ausonii tempore accipiebatur pro aggere seu militari via. v. Scalig. Lect. Auson. 2, 27 p. 163, item c. 31 p. 173. De glarea & usu ejus ad vias substruendas, multa etiam Bergierius de publ. & milit. Imp. Rom. viis L. 2, Sect. 5 & Fabrettus in Apolog. adv. Gronov. p. 79.

¶ Glarĕŏla, *æ*, f. dimin. kleiner fieß oder sand. Laudant ex Plauto: *Glareolam manu effodiens.*

¶ Glarĕōsus, *a, um*, fieß-sicht, sandicht. Varr. R. R. 1, 9 *Terra cum est admixta ex his generibus aliqua re, tum dicitur aut cretosa aut glareosa. Glareosi rivi*, Plin. 26, 8. *Glareosa arva*, Colum. 2, 10. Et, *Loca glareosa*, Pallad. 12, 6, 3.

GLASTVM, *i*, n herba, quæ Ilatis alio nomine dicitur, weid damit man färbet, γλάστον, ἴσατις. Sativa est & agrestis, Plin. 22, 1; & Cæs. B. G. 5, 14, 2, nisi quod mira ibi lectionum ac varietas.

GLAVCA vel Glauce, *es*, Creontis filia, quam cum Medeæ pellicem superinduxisset Iason, coronam illi muneri misit Medea, quam illa cum capiti imposuisset, conflagravit ipsa cum tota regia. ... Hæc sunt *Colchidos ira te sacris imbuta venenis Munera - pulchraque incendia Glaces* apud Nemesia. Cyneg. 42.

Glaucidium, glauciscus, vide post paullo *Glaucus.*

GLAVCIVM, *i*, n. succus herbæ cujusdam Syriacæ, Dioscoridi, qui in Pharmacopoliis instructis & celebribus *Memithe* dicitur, Matthiol. γλαύκιον. v. Plin. 20, 19 f. 78 & 127, 10 f. 89. Huc refert Scriverius Mart. 9, 26. Legit enim *Pallida domabit glaucia, Come, tibi.* Alii *pallia glaucina.* v. Scriv. p. 195 sq. ¶ 2. Γλαυκίων avis est anati similis, sed ea minor.

¶ Diaglaucion, *i*, n. διαγλαυκίον, collyrii genus, ex glaucio herba confectum, Plin. 27, 10.

Glaucoma, glaucopis, vide mox in *Glaucus.*

GLAVCVS, *a, um*, adj. γλαυκὸς, cæruleus, schimmelfarb, blau eisengrau; ut, *Glauci oculi*, Plin. 8, 21, id est, cæsii, a quibus γλαυκῶπις Ἀθήνη, Minerva dicta Homero est, quod ejus coloris oculi ingenii & generositatis cujusdam notas ostendant. ¶ 2. Et *Glaucus* piscis Plinio est 9, 16, & Ovid. hal. 117. It,

¶ Glaucidium, *i*, n. ae

¶ Glaucĭscus, *i*, m. γλαυκὸς, γλαυκίδιον, γλαυκίσκος, ein eresser meerfischlein, *acutatus colla est pisci, dorso caerulus, ventre candidissimo*; Gesner & Plin. 32, 6 & 7.

¶ Glaucĭnus, *a, um*, adj. glauci coloris, blaulicht. Martial. 9 epigr. 27 *Pallia donavit glaucina, Come, tibi.* Sed recte Scriverius legit *glaucia*, ubi vid. Idem vero *glaucinum odium* male famis pro *glaucino.* ubi vid.

¶ Glaucito, *are*, caerulescum est, mauzen wie eine katze. Aur. Philom. v. 60 *Glaucitat & caudas*, &c.

¶ Glaucōma, *ūtis*, γλαύκωμα, macula glauca eſt in humore cryſtallino oculi, ein blauer oder grauer flecken im ſtern des auges, der ſtahr. Cellius 7, 7, 14 *Suffuſionem* vocat. Plin. 28, 8 *Glaucomata ſanari jecinoris hyænæ inuſſati ſanie.* Et 32, 4 *Felle teſtudinum cum Attico melle glaucomata innogi prodeſt.* Seren. v. 219 *Horrendum ducent glaucomata peplum.* Prudent. Hamart. v. 85 *Sub glaucomate,* unter einer blauen dunſt. conf. ibid. v. 90. Vetuſtiores tamen in fœminino etiam poſuere.

¶ Glaucōma, *æ*, ut *Schema*, *æ*, de quo infra. v. Voſſ. 5 Inſt. Orat. p. 258. Plaut. Mil. 2, 1, 70 *Et nos facetis fabricis & doctis dolis glaucomam ob oculos objiciemus,* einen blauen dunſt für die augen machen, ein blendwerck.

¶ Glaucōpis, *idis*, f. γλαυκῶπις, die graue augen hat. Epitheton Minervæ apud Homerum, de quo paullo ante in *Glaucus*. Adde Gell. 2, 26.

¶ Glaucōmătīcus, *i*, m. qui glaucomate laborat. In Notis Tironis, uti vocantur, a Grutero editis p. 149 legitur.

¶ Glaucicŏmans, *tis*, glaucam comam habens. Iuvencus in Matth. c. 21 *Proxima tum Solymis conſcendit culmina montis, Ordinibus lucent quæ glaucicomantis olivæ.*

GLAVCVS, *i*, m. primus, qui cum Diomede arma ad Trojam permutavit, dux fuit Lyciorum. v. in Chiliad. *Diomedis & Glauci permutatio.* Homer. Iliad. Z. v. 236. Adde Plin. 3 epiſt. 2, & quæ Buchnerus ibi. ¶ 2. *Glaucus* alter Antenoris Trojani filius ab Agamemnone interfectus eſt, quemadmodum Dictys indicat. ¶ 3. *Glaucus* Siſyphi filius, apud Potniam equos humanis aluit carnibus, a quibus tandem diſcerptus eſt. v. Servium in illud Virg. 3 Georg. v. 267 *Quo tempore Glauci Potniades malis membra abſumſere quadrigæ.* v. in Chiliad. *Glaucus alter.* ¶ 4. Lemnius *Glaucus* alius ſtatuarius fuit, de quo neſcio an dictum ſit, Γλάυκε τέχνᾳ, *Glauci ars.* v. Chiliad. ¶ 5. *Glaucus* denique piſcator fabulotus, locum & ipſe fecit adagio, *Glaucus comeſa herba habitat in mari.* v. Chiliad. Is eſt, de quo Ovid. Her 18, 160 *Miraque quem ſubito reddidit herba Deum.* vid. Id. Met. 13 extr. Hic forte eſt, ad quem pertinet illa Græcorum vox, cum jactarentur mari, ἔξω Γλαύκης, de qua Selden. de DIs Syris 2, 2.

GLAVX, *cis*, γλαῦξ, herba folia habens cytiſo & lenticulæ ſimilia, ſchielkraut. v. Plin. 27, 9.

GLĒBA, *æ*, f. ceſpes, ein erd-ſcholle, erden-klos. Virg. 1 Georg. v. 44 *Vere novo Zephyro putris ſe gleba reſolvit.* conf. Cic. de Nat. Deor. 2, 32, de L. L. 2, 22, &c. ¶ 2. Locus in quo humatus mortuus erat, & in ejus os gleba injecta. Cic. de L. L. 2, 12. *Nam priusquam in eos injecta gleba eſt, locus ille, ubi crematum eſt corpus, nihil habet religionis. Injecta gleba tum & illic humatus eſt, & gleba vocatur, ac tum denique multa religioſa jura complectitur.* ¶ 3. Eſt & marmoris gleba, ein ſtück oder klump marmelſtein, Plin. 36, 6. Et rerum aliarum, ut, *Glebæ thuris*, Lucret. 3, 328, & de caſei formatione Nemeſianus ecloga 3 extr. *Siccare liquorem Lactis, & in niveas adſtrictum cogere glebas.*

¶ Glebŭla, *æ*, f. dimin. ein klümpgen erde. Val. Max. 5, 3 exter. 3 *Quæ oſſibus injicitur, glebula.* Colum. 1, 6 ſub fin. *Frumenta exantlata mundiora ſunt, lapillisque carent, & glebulis, quas per triturum fere terrenæ remittit area.* conf. Iuvenal. 14, 165. Deinde de aliis rebus, ut gleba; v. g. *Glebula nivis*, ein ſchnee-ball, Scrib. Larg. Comp. 199. Adde Lex. Io. Rhodii.

¶ Glebālis, *e*, aus erdſchollen gemacht; ut, *Agger glebalis*, Amm. 23, 5.

¶ Glebōſus, *a, um*, in glebæ formam, klumpicht. Plin. 35, 15 de ſulphure: *Vivum naſcitur ſolidum, hoc eſt, gleboſum.* Et princ. c. 16 *Terra glebioſior*, comparative, voll erd-klöſſe.

¶ Glebārius, *i*, m. qui glebas frangit, ein kleber. Varro de Lat. Ling. 4 *Boves glebarii, volentes, qui facile proſcindunt glebas.*

¶ Glebātim, adv. klumpweiſe. Lactant. Mort. Perſec. c. 23 pr. *Agros glebatim metiri*, id eſt, per ſingulas glebas.

¶ Glebŭlentus, *a, um*, idem quod *Glebojus*. Apul. de Deo Socrat. *Terra glebulenta.*

¶ Conglĕbo, *are*, einen klump machen. Hinc

¶ Conglebātus, *a, um*, zuſammen geklebt. Prudent. Præf. Hamart. v. 53 *Terra humore denſo conglebata & pulvere.*

GLĒCHON, *ōnis*, m. γλήχων, pulegium, poley oder flöhkraut. Apul. de Herb. c. 92; Dioſc. 3, 36. Sic *Glechon agrion.* Apul. l. d. c. 90.

¶ Glechōnītes, *æ*, m. γλυκωνίτης, vinum ex pulegio, Colum. 12, 35; & Dioſc. 5, 54.

GLESSVM, *i*, n. ſuccinum, electrum, agt-ſtein. Tac. de Germanis 45, 6 *Soli omnium ſuccinum, quod ipſi Gleſſum vocant, inter vada, atque in ipſo littore legunt.*

¶ Gleſlaria, *æ*, f. ita Plinius & inſulam quamdam ſeptemtrionalis oceani *Gleſſum* appellatam, tradidit 37, 3.

GLEVCĪNVM, *i*, n. γλεύκινον, oleum factitium, quod γλεῦκος eſt, muſto & aromatis adjectis temperatum, cujus compoſitionem habes Colum. 12, 51. Add. Plin. 15, 7 ſ. 7 & 23, 4 ſ. 46 & Dioſc. 1, 156. Scriverius ad Mart. 9, 26 p. 196 male apud Plinium legit *glaucina.* Et eſt ita l. 21 § 1 π de auro arg. mundo (l. 34, tit. 2) it. Veg. Mulom. 3, 28, 4. Sed emendandum haud dubie.

GLICIAS, *æ*, m. cognomen M. Claudii dictatoris, ap. Epitom. Liv. 19. ubi v. Dukerus, qui controverſiam de Lege Glicia, an ulla unquam in republica Romana fuerit, exponit.

GLIS, *ĭris*, m. animal e murium genere pingue, quodque eſui ſit. Martial. 3 epigr. 58 *Somniculoſi glires.* Id. 13 ep. 59 de Glitibus: *Tota mihi dormitur hiems, & pinguior illo Tempore ſum, quo me nil niſi ſomnus alit.* Varro apud Chariſium p. 69 edit. Putſch. *In ſilva mea eſt glis nullus.* Germani circa Atheſin, um Trent, nominant ein greuel, Helvetii, ein reltmaus, oder groſſe haſelmaus. Græci μύοξον vocant. v. C. Geſnerus. Eſt animal valde cognatum *Sciuro cæſio*, ſed brevioribus pilis & tenuiore pelle, colore varium, in dorſo cæſium, inferne album, genitorem fenecta feſſum inſigni pietate alens, quod & Plinius indicavit 8, 57. Hieme ineunte abdens ſe in cava arborum, & tota bruma delitescens ac pinguescens. In deliciis menſæ apud Romanos fuiſſe, patet ex cenſoria lege, quam paullo ante in *Glandium* ex 36, 1 attulimus. Adde Nonium 2, 391. v. int. Petron. c. 32 p. 124. Varr. R. R. 3, 15. Ammian. 28, 4 & Apic. 8, 9. Sed cave hic intelligas murem illum domeſticum, eine ratze, quem & ipſum *glirem* vocant. ¶ 2. *Gliſſem* a *glis* Grammatici ſignificare volunt argillam, torf-erthon. ¶ 3. Et *Glitem* etiam a *glis*, lappam ſeu carduum, ſed ſine auctoritate. De his ſignificationibus verſus apud Silvaticum legitur: *Glis animal, glis terra tenax, glis lappa vocatur.*

¶ Glirārium, *i*, n. in quo glires nutriuntur, apud Varronem de Re Ruſt. 3, 15.

¶ Glīrius, *a, um*, exponitur in Gloſſ. Iſidori, *torpens, ſtupidus, ſomnolentus*, ſchläfericht, träumericht.

GLĪSAS, *antis*, f. urbs Bœotiæ vino celebris. v. Strat. Theb. 7, 307 ſq.

GLISCHROMARGOS, *i*, m. cretæ genus, Plin. 17, 8.

GLISCO, *ĕre*, creſcere, augeri, zunehmen, wachſen. Et proprie quidem latenter creſcere ſignificat. v. Serv. ad Virg. Æn. 12, 9. Gebh. Crep. 3, 5. Cic. in Hortenſ. *Ad juvenilium libidinem copia voluptatum gliſcit, ut ignis oleo.* Liv. 2, 19 *Bellum Latinum gliſcens jam per aliquot annos.* Ibid. 23 *Invidiam eam ſua ſponte gliſcentem.* 6, 14 *Gliſcente indies ſeditione.* ubi v. Gebh. & Drakenb. Gell. 20, 8 *Quæ creſcente luna gliſcunt, deficiente contra deficiunt*; Nonio 1, 83 *Gliſcit eſt congelaſcit, & colligitur, vel creſcit, vel igneſcit, &c.* conf. 7, 107, ubi obſervat *gliſcitur* eſſe apud Sempron. Aſellionem pro *gliſcit.* ¶ 2. *Gliſcere* & *Creſcere* ſæpe a librariis commutari notat Drakenb. ad Liv. 6, 14.

¶ Gliſcens, *tis*; ut, *Seditio gliſcens*, Liv. 6, 14; & *Diſcordia gliſcens*, Tac. Ann. 4, 15, 5. Apul. lib. 5 de A. A. *Sorores egregie domum redeuntes, jamque gliſcentis invidiæ felle flagrantes.* Adi de hoc verbo Barthium Adverſ. 35, 20.

¶ Gliſcĕrus, *a, um*, copioſus, opimus, anſehnlich, reichlich; ut, *Gliſceræ menſæ*, id eſt, gliſcentes ſive creſcentes per inſtructionem epularum. v. Feſtus & Turneb. in Adverſ. 15, 4.

¶ Conglĭſco, *ĕre*, concreſcere, gedeyen. *Genus qui conglĭſcat tuum*; Plaut. Trin. 3, 2, 52.

¶ Perglĭſco, *ĕre*, plene gliſcere. Colum. 8, 7 *Gallina, quæ prima luna ſaginari cœpta, vigeſima perglĭſcit*, ſie iſt fett, gemäſtet.

¶ Reglĭſco, *ĕre*, iterum gliſcere ſive creſcere, wieder zunehmen. Plaut. apud Feſtum: *Dolor indies reglĭſcit magis magisque.*

GLŌBVS, *i*, m. corpus ſolidum, rotundum. *Sphæram* interpretatur Cicero Nat. D. 2, 18, eine runde kugel. A qua forma terram ſic dixit: Idem in Somnio Scip. c. 3 *Homines ſunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medio vides, quæ terra dicitur.* Virg. Æn. 6, 725 *Lucens globus lunæ.* conf. Nonius 5, 38. ¶ 2. Copia, ein hauffen. *Globum juvenum armatorum*, dixit Livius 1, 9 pro multitudine ſeu frequentia. *Extrema concio & circa Fabium globus increpabant*, Liv. 8, 32. *Iuvenem concitus armis invadant globus*, Sil. 11, 232. Nepos in vita Attici c. 10 *Sic ille conſenſionis globos hujus unius diſſenſione diſjectus eſt. Globum* vocat illos, qui Bruto & Caſſio privatum ærarium conſtituere paraverant, & conſpiraverant quaſi, & factionem fecerant. Sic apud Vellej. 2, 58, 1 *Globus conjurationis*, zuſammen verſchworne.

¶ Glŏbŭlus, *i*, m. diminut. Plin. 33, 5 *Globuli fudore reſoluti.* ¶ 2. Item, edulii genus apud Catonem c. 79.

¶ Glŏbōſus, *a, um*, rotundus, rund, kugelicht; ut, *Mundus globoſus*, Cic. N. Deor. 2, 19. *Saxa globoſa*, Liv. 38, 29.

¶ Globoſe, adverb. idem in Fragm. poët.

¶ Globoſĭtas, *ātis*, f. rotunditas, die runde. Macrob. Somn. Scip. 1, 16 *Diverſitatem cœleſtibus partibus vel ſemper, vel nunquam apparendi, terræ globoſitas facit.*

¶ Glŏbo, *avi, atum, are*, in rotunditatem formare, kugeln, in die runde drehen, rund machen. Plin. 2, 65 *Dependentes ubique guttæ parvis globantur orbibus.* Id. 18, 3 *Globari in rotunditatem*, kugel-rund werden.

¶ Glŏbātus, *a, um*, rund gemacht. Plin. 2, 2 de Mundo: *Formam ejus in ſpeciem orbis abſolute globatam eſſe, nomen imprimis, & conſenſus in eo mortalium orbem appellantium, ſed & argumenta verum docent.* Solin. c. 11 *Globatæ vehementius properant.*

¶ Globatim, adv. kugel rund; item, hauffen-weiſe. Ammian. 27, 9 *Globatim per vicina digreſſi prædones.*

¶ Globatio, *onis*, f. die umdrehung, apud Firmicum.

¶ Globator, *ōris*, m. der runde kugeln macht, apud Sidonium.

¶ Conglŏbo, *are*, in die runde bringen, verſammlen. Cic. N. D. 2, 45 *Mare conglobatur undique æqualiter.* Liv. 8, 11 *Milites multis itineribus diſſipati, cum ſe in unum conglobaſſent*, da ſie auf einen hauffen zuſammen kommen. Lactant. de Opif. Dei c. 5 *Summas eorum partes craſſioribus nodis conditor conglobavit, ut & ſubſtringi nervis facilius, & verti tutius poſſent.*

¶ Conglŏbatus, *a, um*, rund formirt, verſammlet. Cic. N. D. 2, 39 *Terra undique in ſeſe partibus ſuis conglobata.* Et mox idem c. 46 *Aſtra conglobata.* Plin. 9, 49 *Conglobatum corpus in pilæ modum.* Salluſt. orat. 1 de ord. rep. *Non orbis terrarum, neque cunctæ gentes conglobatæ movere aut contundere queunt hoc imperium.* Lucret. 3, 153 per tmeſin: *Compuſcula complexa inter ſe conqueglobata.*

¶ Conglobatim, adv. häuffig. Liv. lib. 25.

¶ Conglobatio, *ōnis*, f. die zuſammenhäuffung. Sen. Nat. Quæſt. 1, 15 *Conglobatio ignium.* Id. 5, 13 *Conglobatio nubis.* Et Tac. Germ. 7, 3 *Non caſus aut fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit, ſed familiæ & propinquitates.*

¶ Circumglŏbo, ſich umher häuffen, ſammlen. Plin. 9, 47 *Circumglobatæ eſcæ* (animalia) *extrahuntur.*

GLŎCIO, *glocire*, gallinarum eſt, cum ovis incubituræ ſunt, glucken. Colum. 8, 5 *Gallinæ glocientes*, gluckhennen.

¶ Glŏcito, *are*, frequent. idem, apud Feſtum.

¶ Gloſſæ,

¶ Gloctŏro, *are*. de ciconia, ſchnattern, wie ein ſtorch. Aut. Philom. v. 29 *Gloctorat immenſo de turre ciconia roſtro.*

Glomerare, &c. quære ſequens *Glomus.*

GLŎMUS, *i*, m. & Glomus, *ĕris*, n. (quamquam & Glomer inveniatur, v. Lucret. 1, 360) in globi formam convoluta fila notat, ſeu *rotundum filorum globum*, ut veterus Horatii Scholiaſtes interpretatur, ein knaul garn oder zwirn. Horat. 1 epiſt. 13, 13 *Fasciculum portes librorum, ut ruſticus agnus, Vt vinoſa glomos furtivæ Pyrrhia lanæ.* Plin. 36, 13 de Labyrinthis: *Quo ſi quis improperet ſine glomere lini, exitum invenire nequeat.* v. & Priſcian. l. 1 Vet. Gloſſ. *Glomer* & *Glomus*, ἕλιξ.

¶ Glŏmŭlus, *i*, m. dimin. Apul. Met. 6 p. 673 *Confundere in unum glomulum.*

¶ Glŏmĕro, *avi*, *atum*, *are*, fila in globi formam convolvere, ſeu complicare, auf einander winden, aufwinden, rollen. Ovid. Met. 6, 19 *Lanam glomerabat in orbes.* Ver. Gloſſ. *Glomerantur*, συσφίγγονται. ¶ 2. Per metaphoram pro congregare, conjungere, cogere, &c. zuſammen bringen, zuſammen ziehen. Virg. Æn. 2, 315 *Sed glomerare manum bello &c.* Tac. Hiſt. 3, 31, 1 *Iam legiones in teſtudinem glomerabantur.* Et Virg. Georg. 3, 117 de equo: *Giuſſis glomerare ſuperbos*, die ſchenkel wohl werffen. Quod v. 161 dixit: *Gradibusque ſonare Compoſitis: ſimulque alterna volumina crurum.*

¶ Glomerans, *tis*. Prudent. Cathem. 3, 134 *Faſque nefaſque ſimul glomerans*, unter einander miſchend. Et Cicero ex poeta Divin. 1, 12 *Omnia glomerans annus*, herumdrehend.

¶ Glomerātus, *a*, *um*, aufgewickelt, gehäuft; ut, *Clades glomerata*, Cic. Tuſc. 2, 10. Lucret. de Epilepticis, 3, 495 *Semina vocis Eiciuntur, & ore ſonat glomerata feruntur*: i. e. conturbata, confuſa. Sic apud Ovid. Met. 15, 251 *Tellus glomerata cogitur unda*, i. e. condenſata.

¶ Glomeratim, adv. über einander, häufig. Macrob. 6, 4 *Homines glomeratim incedentes.* Cyprian. epiſt. 5 *Caute, & non glomeratim, nec per multitudinem ſimul junctam puto eſſe faciendam.* Compar. Auſonius Paneg. Theodoſii c. 29 *Qui oratorum læta jucundius, facunda cultius, pugnantia denſius, denſata glomeratius aut dixit aut cogitavit?*

¶ Glŏmĕratio, *ōnis*, f. Plin. 8, 42 de Aſturconibus equis: *mollis alterno crurum explicatu glomeratio*, ſie gehen einen ſanften paß.

¶ Glomerator, *oris*, m. qui glomerat, der da aufwindet, Ennio tribuitur.

¶ Glomerārius, *i*, m. idem, Sen. Controv. 1, 8.

¶ Glomeramen, *inis*, n. glomus, ein knaul. Lucret. 2, 685 *Diſſimiles igitur formæ glomeramen in unum Conveniunt.* conf. v. 453; & 5, 725. Et Serenus c. 56 *Dilue præterea glomeramina*, de globulis ſtercoris in villis arietum.

¶ Glomerābilis, *e*, volubilis, beweglich. Manil. 1, 220 *Te teſtem dat luna ſui glomerabilis orbis.*

¶ Glomerōſus, *a*, *um*, knaulicht, knaulicht. Colum. 9, 3 *Apes vaſtæ ſed glomeroſæ.*

Compoſita:

¶ Agglŏmĕro, *are*, adjungere eſt, hinzuthun. Virg. Æn. 2, 342 *Et latera agglomerant noſtro*, hoc eſt, agglomerant ſe, aut agglomerantur, ſie thun ſich zu uns.

¶ Conglŏmĕro, *are*, cumulare, involvere, über einen haufſen bringen, zuſammen rollen. Ennius apud Nonium 2, 166 *Heu mea fortuna, ut omnia in me conglomeras mala.*

¶ Conglomerātus, *a*, *um*, übereinander gezogen, zuſammen gekneult. Cell. 7, 18 *Venæ intortæ conglomerataque.*

¶ Conglomeratio, *onis*, f. Met. Cod. 12 t. 19 l. 13 *Vetita conglomeratio*, zuſammenrottirung.

¶ Inglomero, *are*, idem quod *glomerare*. Statius Theb. 1, 350 *Sed plurimus Auſter Inglomerat noctem, & tenebroſa voluumina torquet.*

GLŌRIA, *æ*, f. laboris filia, ehre, ruhm. Eſt *conſentiens laus bonorum, incorrupta vox bene judicantium de excellente virtute*, Cic. Tuſc. 3, 2. Id. pro M. Marcello c. 8 *Gloria eſt illuſtris ac pervagata multorum ac magnorum, vel in ſuos cives, vel in patriam, vel in omne genus humanum fama meritorum.* Et in Piſon. c. 24 *Fructus veræ virtutis gloria eſt.* Id. pro Milone c. 35 *Ex omnibus præmiis virtutis ampliſſimum eſt gloria.* Id. fam. 2, 4 *Quarum laudum gloriam adamaris, quibus artibus & laudes comparantur, in iis eſt laborandum.* Sic dicunt, *Gloriam conſequi*, Cic. fam. 1, 5 extr. *Gloriam ſibi parere*, Quintil. 3, 7, ehre und ruhm erlangen. *Rem & gloriam armis reperire*, Ter. Heaut. 1, 1, 60. *Sempiternæ gloriæ commendari*, Cic. fam. 5, 12. *Honorem & gloriam alicui tribuere*, Phædr. 1, 7. *Trahimur omnes laudis ſtudio, & optimus quisque maxime gloria ducitur*, Cic. pro Archia c. 11. *Sequitur gloria virtutem tamquam umbra*, Id. Tuſc. 1, 45. *Præclara ingenia, quæ gloria invitantur*, Id. ad Brut. epiſt. 15. 1, 45. Apul. 4 Met. *Thrallyleon præſentem caſum generoſo vigore tolerans gloriam ibi reſervavit; vitam fato reddidit.* Liv. 22, 39 *Gloriam qui ſpreverit, vecram habebit.* Rutil. Itin. 1, 168 *Gloria viva patris* eſt filius. Ovid. Her. 16, 146 *Et tua materia gloria victa ſua eſt* exegema præcedentis pentametri *Famaque de forma pæne maligna tua eſt.* ¶ 2. Idem quod gloriatio, ruhmredigkeit. Plaut. Mil. 1, 1, 22 *Gloriarum plenus*, i. e. jactabundus. *Flare inanes glorias*, pro, inaniter ſe jactare, Gellius dixit 1, 2, pralen. *Cito ignominia ſit ſuperbi gloria*, P. Syrus. Martial. 12 ep. 36 *Vis curſu pedibuſque gloriari? Tigrim vince, levemque Paſſarinum: Nulla eſt gloria præterire aſellos.* In plurativo numero, præter Gellium modo citatum, uſus & Tacitus eſt Ann. 3, 45, 4 *Memorare veteres Gallorum glorias.* conf. Vulg. Interpr. 1 Pet. 1, 11. ¶ 3 *Gloriam* & *gratiam* frequentiſſime in MSS. confundi, obſervat Burm. ad Quint. decl. 15, 7 p. 343.

¶ Glōriŏla, *æ*, f. dimin. ein kleiner ruhm. Cic. fam. 5, 12 extr. *Ut vivi gloriola noſtra perſeveretur.*

¶ Glorioſus, *a*, *um*, rühmlich, löblich, herrlich; ut, *Illuſtria & glorioſa facta*, Cic. de Finib. 1, 11. Et, *Mors glorioſa*, Id. Divin. 1, 24. Et, *magnifica, & glorioſa oſtentatio*, Id. pro Flacco c. 22. De Epaminondæ glorioſo ex vita exitu Val. Max. 3, 2 ita: *Quod ſi cum dii immortales victoriis perfrui poſſe eſſent, ſæpius glorioſius patriæ mœnia non intraſſet.* Cic. Phil. 2, 11 *Glorioſiſſimam ſaltem ſalutis capere.* Et Tac. Hiſt. 5, 17, 4 *Dies glorioſiſſimus*, ſcil. victoria & bene geſtis rebus. ¶ 2. In malam partem, ruhmredig, aufſchneideriſch. Ita ἀλαζόνα eſſe, quem ipſe *glorioſum militem* dixerit Plautus ait 2, 1, 8. Cic. Off. 1, 38 *Deforme eſt, cum irriſione audientium imitari militem glorioſum.* Plaut. Cure. 5, 2, 34 *Vt fatidici glorioſus*, wie macht ſich der prahler ſo eckel! C. Nepos 20, 4, 2 *Nihil unquam neque inſolens (ſuperbum) neque glorioſum*, (jactabundum) *ex ore ejus exiit.* Suet. Claud. c. 1 *Fuiſſe autem creditur non minus glorioſi, quam civilis animi, &c. Glorioſe*, i. e. elati & nimium quantum gloriæ cupidi; qualis fere militarium hominum eſt, qui recte opponuntur *civili generi*: quemadmodum infra etiam c. 22 *militarem* & *civilem morem* opponit. *Civilis* autem *animus* æquus & moderatus eſt.

¶ Glorioſe, adv. h. e. cum gloria & laude. *Glorioſe oſtentare amicitiam alicujus*, Salluſt. in epiſt. Mithrid. lib 4 Hiſt ſich eines freunds ſchafft rühmen *Glorioſius de ſe prædicare*, Cic. pro Domo ſua c. 35, von ſich viel ruhmens machen. *Vitam glorioſiſſime degere*, Vell. Patere. 2, 3, 2. Et Auguſtin. epiſt. 107 *Præclare glorioſiſſimeque vixerunt.*

¶ Glŏrior, *atus ſum*, *ari*, de ſe prædicare, ſich rühmen. Conſtruitur varie: *In re* in, Cic. Tuſc. 1, 21 *Non pudet philoſophum in eo gloriari, quod &c.* Et Nat. Deor. 3, 36 *In virtute gloriamur.* Deinde *de re*: Id. Cic. de Fin. 2, 8 *Quis de miſera vita poſſit gloriari?* Et de Senect. c. 23 *Vt de me ipſo aliquid more ſenum glorier.* Etiam ſimplici Ablativo; Id. in Orat c. 50 *Nominibus veterum gloriantur.* Et cum certis Accuſativis: ut ruſtus de Senectute c. 10 *Equidem poſſe velle idem gloriari, quod Cyrus.* Paſſive, *glorianda & prædicanda*, Id. Tuſc. 5, 17.

¶ Glorians, *tis*, ut, *Glorians quidam mercator*, Cic. Tuſc. 5, 14 *Nolite loqui ſublimia gloriantes*, Vulg. Int. 1 Sam. 2, 3.

¶ Glorĭātio, *ōnis*, f. der ruhm. *Gloriatione digna eſt beata vita*, Cic. de Finib. 3, 8.

¶ Glorĭātor, *ōris*, qui gloriatur, ein rühmer, praler. Apul. 3 Florid. p. 357 *Magis ſum tanto amicitiæ cupitor, quam gloriator. Gloriator*, inquit Fronto Gramm. *non habet cauſſam gloriandi, ſed tamen gloriatur.*

¶ Glorĭābilis, *e*, ſich rühmend. Gloſſ. lat. gr. *Gloriabilis*, καυχηματίας.

¶ Gloriabundus, *a*, *um*, ruhmredig. Gell. 5, 5 *Rex gloriabundus Hannibalem adſpicit.*

¶ Glorĭfico, *are*, δοξάζειν, preiſen, ehren, herrlich machen. Coripp. 4, 289 *Glorificavit opus.* Tertull. de Idolol. c. 22 *Deus potius glorificetur.* Id. de Reſurr. Carn. c. 16 *Glorificate & tollite Deum in corpore veſtro.* Prudent. Hamartig. v. 965 *Alios tempora victa coronis glorificent.*

¶ Glorificātus, *a*, *um*, verklaret, herrlich gemacht. Sæpe hac voce uſus Vulg. Interpres; e. g. 1 Pet. 1, 8 *Exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata.*

¶ Glorificatio, *onis*, f. die verklarung, verherrlichung. Quod *Glorificationem præcedat paſſio*, docet Auguſtin. T. 9 p. 374. De *Glorificatione Chriſti*, Id. T. 9 p. 505; & T. 10 p. 975.

¶ Glorificus, *a*, *um*, ruhmwürdig. Cod. 2 t. 8 l. 7 § 2 *Glorificæ ſedes.*

¶ Conglorifico, *are*, zugleich verherrlichen. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 40 *Compatimur, uti & conglorificemur, &c.*

¶ Inglōrius, *a*, *um*, ignobilis, unbekandt, unachtbar, unberühmt. Simplex *Glorius* eſt apud Frontonem Gramm. Cic. Tuſc. 3, 24 *Inglorius atque ignobilis*: Et c. 34 *Vita inhonorata & ingloria.* Virg. Georg. 2, 486 *Flumina amem ſilvasque inglorius &c.* Id. Æn. 9, 548 *Parma inglorius alba.* Tac. Hiſt. 3, 59, 4 *Inglorius militiæ.* Pythagoræ eſt dictum valde memorabile, quod Strobæus annotavit: πόθεν, ὦ κρίνεις ἄνδρα καλὸν, καὶ πῶν ποιῶν μέλλης ἀποδέξειν.

¶ Præglōriōſus, *a*, *um*, ſehr berühmt. Inſcript. Grut. p. 391 n. 5 CL. CLAVDIANO PRÆGLORIOSISSIMO POETARVM.

GLOS, ſ. mariti ſoror, atque eadem fratris uxor, ſeeundum Feſtum & Nonium 19, 4. des mannes ſchweſter, und des bruders weib. A quo Genitivus *gloris*, Priſciani auctoritate lib. 6, non *glotis*. Quo pertinet illud epigramma Taubmanni: *Glos, glotis, gloti declinat Marcellus, hei, quam Glore ſua* Priſci *vapulat* manus *anu!*

GLOSSA, *æ*, f. γλῶσσα, proprie, die zunge, ſprache, quid ſit, & quomodo a Gloſſemate differat, vide in *Gloſſema*, quod ſtatim ſequitur. Quintil. 1, 1 *Protinus poteſt interpretationem linguæ ſecretioris, quas Græci γλώσσας vocant, edidiſſere*, die auslegung, dolmetſchung. vid. quæ copioſe ad h. l. viri docti edit. Burm. p. 23.

¶ Gloſſēma, *ătis*, n. γλώσσημα, was erklaret wird, *Gloſſemata* Fabius 1, 8 voces appellat minus uſitatas, priſcas ſcil. & poeticas, quarum interpretes *Gloſſographi* dicebantur, vel potius verborum obſcurorum expoſitionem, a *Gloſſographis*, qui a Latinis *Gloſſatarii*, & *Gloſſematarii* appellantur, factam. ¶ 2. Vnde inter locutionum genera Diomedes lib. 2 & *gloſſematicum* recenſet. Pertinent ad *Gloſſas* & barbara ac peregrina vocabula. Vnde in novo fœdere γλῶσσαι λαλεῖν, eſt peregrina lingua loqui; v. Calaub. ad Act. Apoſt. c. 10, 46, & præcipue Iac. Phil. Mauſſacum eruditiſſima Diſſertatione, quam Notis in Harpocrationis Lexicon præfixit, p. 346 & ſeqq. ubi plura de *Gloſſis*, *Gloſſematis*, *Gloſſariis* & *Gloſſographis* legere licet. conf. Gronov. ad Script. Eccleſ. Obſervat. c. 24 p. 269. Wower de Polymath. c. 9. Cæl. Rhodig. 5, 27; & 13, 4. Voſſ. Inſt. Orat. 4, 1, 7 p. 12, ubi Gloſſographos aliquot antiquos nominat. Hæc *Gloſſemata*, ſeu interpretationes gloſſarum, proponebantur a Grammaticis, & a pueris edidicebantur, ut ex Quintiliano patet 1, 1 ſub fin item ex Aſinii Galli epigrammate in M. Pomp Marcellum Grammaticum apud Suet. de Illuſt. Grammat. c. 22 *Qui caput ad lævam didicit, gloſſemata nobis Præcipit, os malkam, vel potius pugillis* Vbi pro *didicit*, malit Caſaubonus & alii *deicit* legere, id eſt, *dejicit*, quod inclinatum in lævam ſive dejectum caput geſtiſſe ſignificet, & vitioſum habirum ei exprobret. Salmaſ. *Cui caput ad lævam, didicit gloſſemata, nobis &c.* Gloſſemata, quibus voces vel locutiones minus notæ a ſcholiaſtis explicabantur, ſæpe una cum vera lectione in textum fuiſſe recepta, probant Muretus in Var. Lect. 15, 16. Duker. ad Florum 1, 13. Drakenb. ad Liv. 3, 44.

¶ Gloſſe-

¶ Glossemăticus, *a, um,* erklärend; ut *Glossematicum dicendi genus,* apud Diomedem Gramm.

¶ Glossārium, *i,* n. dictionarium, ein wörter-buch. Gell. 18, 17 *Vos philosophi mera estis (et M. Catonis atavi aiti) mortuaria glossaria.*

¶ Glossātus, *a, um,* glossirt, erklärt; ut *Biblia glossata, corpus juris glossatum,* medii ævi barbarorum vox.

¶ Glossītor, *oris,* m. & Glossārius, *i,* m. ein erklärer.

¶ Glossogrăphus, *i,* m. qui glossas vel glossemata scribit & interpretatur. vid. *Glossema.*

¶ Glossopetra, *æ,* f. gemma similis linguæ humanæ, quæ deficiente luna de cælo cadere, nec modicæ potestatis esse dicitur, ad lunares motus excitandos. v. Solin. c. 50, Isidor. 16, 14, & Kircheri Mund. Subterr. lib. 8 sect. 3 c. 6.

¶ Digloſſos, δίγλωσσος, i. e. *bilinguis,* mit zwey zungen; ita Apulejus de Herb. c. 58 vocat *Victoriolam,* ſiegwurz. Eadem ibidem dicitur etiam *Hypoglossion*; Plin. 27, 11 *Hypoglossa*; & Dioſcoridi 4, 127 ὑπογλώσσιον.

¶ Epiglottis, vel Epiglottis, τίδος, f. ἐπίγλωττις, eſt membrana ex cartilaginibus facta, ad claudendam tracheam, vel aſperam arteriam, ne cibus aut potus illabatur, rurſus autem ad aperiendam eam in aëre attrahendo, das blätlein über der luft-rohre, das athem-zünglein. Vulgo *ligula* dicitur, gutturis operculum. Plin. 11, 37 (Hard. ſect. 66) *Minor lingua, epiglottis appellata, nulli ova generantium.* Cic. Nat. D. 2, 54 ita deſcribit: *Aſpera arteria tegitur quodam quaſi operculo, quod ob eam cauſſam datum eſt, ne, ſi quid in eam cibi forte inciderit, ſpiritus impediretur.*

Hypogloſſa, & Hypogloſſion, vide in *Digloſſos.*

GLOTTIS, τίδος, f. Rex cotturnicum eſt Plinio 10, 23 a lingua prælonga, quam exerit, unde & *Linguca* dicitur, & alias *Ortygometra.* ¶ 2. Eſt & *Gallinula paluſtris,* γλῶσσις, ein waſſer-hühn.

GLŪBO, *ēre,* corticem detrahere, ſchälen, ſchinden. Cato c. 33 *Salictum ſuo tempore cædito, glubito, arefieque alligato.* Sic *Glubere vamos,* Varr. R. R. 1, 55. conf. Nonius 2, 388. Sed & *Glubi pecus dicitur, cujus pellis detrahitur,* ut Feſtus habet in *Gloma.* Translate ſenſu obſcœno, de proſtibulo Catull. 59, 5 *Glubit magnanimos Remi nepotes.*

¶ Deglūbo, *ēre,* entblöſſen, per metaphoram, pellem detrahere, ſchinden, abſtreiffen. Præſidibus tributo onerandas provincias ſuadentibus reſcripſit Tiberius: *Boni paſtoris eſſe, tondere pecus, non deglubere,* Suet. Tib. c. 32. Adde Dionem Caſſ. lib. 57, qui Ægypti præſidem fuiſſe, cui ita reſcripſerit Tiberius, tradit.

¶ Degluptus, *a, um,* abgezogen, abgeſchält, geſchunden. Plaut. Pœn. 5, 5, 33 *Deglupta manas.* Marcell. Emp. c. 16 *Mus deglaptus.*

¶ Diglūbo, *are,* pro *Deglubere,* Tertull. de Pallio c. 3 *Mercurium diglubaſſe oveculam,* i. e. excoriaſſe.

GLŪCIDĀTUS, *a, um,* idem quod *ſuavis, jucundus,* Feſto, a γλυκύς, *dulcis,* lieblich, angenehm.

GLŪDIS, *i,* f. hebes *pœnia,* Apul. de Herb. c. 64.

GLŪMA, *æ,* f folliculus ſeu theca grani in frumento, a *glubendo:* quod eo folliculo granum deglubitur, ut Varro auctor eſt de Re Ruſt. 1, 48, der bala, die hülſe, ſchale, ſpreuen. conf. Nonius 2, 378.

GLŪTEN, *ĭnis,* n. Gr κόλλα ſeu κόλλη, leim, pappe. Celſ. 5, 2 & 5; Virg. Georg. 4, 40 & 160. *Taurinum glaten,* Plin. 26, 8. Lucret. 6, 1066 *Glutine materies taurino jungitur unâ.*

¶ Glutinum, *i,* n. idem, id quod uſitatius eſt Plinio v. g. 11, 39 *Boum coriis glutinum excoquitur.* conf. 7, 56; & 13, 12. Fit autem ex omnium quadrupedum pellibus. Prudent. Cathem. 9, 102 *Oſſa, nervos, & medullas glutino cutis tegi.*

¶ Glutinium, *i,* n. idem. Apul. Aſclep. *Individuo glutinio connexus.*

¶ Glūtinōſus, *a, um,* tenax, leimicht, zach, klebrig. Plin. 35, 16 pr. *Terra Samia, linguæ glutinoſa.* Et Celſus 6, 3 *Ex duro ulcere exiguum quiddam & glutinoſum exit.* Id. 7, 25 *Glutinoſus cibus,* ſchleimichte ſpeiſe. Id. 5, 25, 20 *Pus glutinoſius & ſanguine & ſeniе.* Et, *pituita glutinoſior,* Scrib. Larg. Compoſ. 23. Superl. *Glutinoſiſſimus,* Celſ. 6, 7. Et, *terra glutinoſiſſima,* Colum. 3, 11 extr.

¶ Glutineus, *a, um,* idem. Rutilius Itin. v. 612 de Harpyiis: *Quæ pede glutineo, quod tetigere, trahunt.*

¶ Glutino, *are,* glutine conjungere, ſeu ferruminare, leimen, löten. Plin. 35, 15 *Vis bituminis glutinat.* Et Celſus 5, 2 *Vulnus glutinare,* die wunde zuheilen.

¶ Glutinans, *tis.* Prudent. Cathem. 11, 53 *Creditor ſermone carnem glutinans.*

¶ Glutinatio, *onis,* f. die leimung, zuſammenlötung. Sed Celſ. 7, 27 *Solida glutinatio vulneris,* zuheilung.

¶ Glutināmen, *ĭnis,* n. idem apud Sidonium.

¶ Glutināmentum, *i,* n. conjunctio, die leimung. Plin. 13, 12 *Inſerta mediis glutinamentis tænia.* De charta ſeu papyro loquitur. Gloſſ. gr. lat. κολλημα, *glutinamentum.*

¶ Glutinator, *ōris,* m. compactor, ein leimer, item buchbinder. Cic. Att. 4, 4 *Vellem, mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus, ad cætera adminiſtris.* Gloſſ. gr. lat. κολλητής, *glutinator.* Adde Lucil. apud Nonium 8, 68; Salmaſ. de modo uſur. c. 10 & pignor. de Serv. p. 230.

¶ Glutinatīvus, *a, um,* idem quod glutinans, anziehend. Apul. de Herb. c. 72 *Herba virtutis glutinativæ.* conf. Idem c. 77.

¶ Glutinātōrius, *a, um,* idem. Priſcian. de Diæta c. 10 *Glutinatoriæ virtutis eſſe.*

¶ Glutinātōrium, *i,* n. kleiſter, pappe. Gloſſ. gr. lat. κολλητήριον, *glutinatorium.*

¶ Glus, vel Glux, Gen. *glutis, &c.* pro *Gluten* vel *Glutinum* etiam dixerunt. Gloſſæ Iſidori: *Glux, glutis, limus tenax.* Paulin. Petrocorius 4, 104 *Glute palati.* vide ibi Barthium. Id. de Viſit. Nepot. v. 52 *Vicini glute vaporis.* Hinc

¶ Glutus, *a, um,* quaſi glutine cohærens vel glutinatus, coactus, unitus, derb aneinander. Cato R. R. c. 45 *Locus bipalio ſubactus benеque glutus.* conf. Plin. 17, 18.

Compoſita:

¶ Agglūtĭno vel Adglutino, *are,* anleimen, ankleiſtern. Cic. Att. 16, 6 extr. *Novum prœmium exaravi: tibi miſi; tu illud defecabis: hoc agglutinabis.* Plin. 33, 5 *Chryſocollam aurifices ſibi vindicant agglutinando auro.* ¶ 2. *Mihi ad malum malæ res plurimæ ſe agglutinant.* Plaut. Aul. 4, 10, 71, ſie hängen ſich an. Et Nazar. Paneg. Conſtant. c. 7 *Fortuna plerumque proſperis rebus triſte ali quid adglutinat.*

¶ Agglutinātus, *a, um,* anaeleimt, angehängt. Vulg. Interpr. Baruch. 3, 5 *Agglutinata ſunt nobis mala.*

¶ Conglūtino, *are,* copulare, zuſammen leimen, fügen. Plaut. Bacch. 4, 4, 42 *Conglutinare dolos.* Ter. Andr. 5, 4, 10 *Meretricios amores nuptiis conglutinas.* Cic. de Amic. c. 9 *Si utilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata diſſolveret.* Cic. Att. 7, 8 pr. *Conglutinare ſoles amicitias teſtimoniis tuis.* Plin. 23, 5 ſ. 52 *Vulnera conglutinat.*

¶ Conglutinātus, *a, um,* zuſammengefügt; ut, *Concordia conglutinata,* Cic. Att. 1, 17. Et Phil. 3, 11 *Homo ex libidine, crudelitate, petulantia conglutinatus,* aus laſtern zuſammen geſetzt.

¶ Conglutinatio, *ōnis,* f. compoſitio, die zuſammenfügung; ut, *Conglutinatio verborum,* Cic. in Orat. c. 23. Id. de Senect. c. 20 *Omnis conglutinatio recens, ægre; inveterata, facile divellitur.*

¶ Conglutinoſus, *a, um,* klebrig Veget. 1, 40 *Humoris pars conglutinoſa.*

¶ Deglutino, *are,* eſt disjungere, von einander zwingen, trennen. Plin 25, 13 *Palpebras deglutinant.*

¶ Disglutino, *are,* idem, ſive gluten diſſolvere. Hieronym. epiſt. 26 ad Pammach. c. 5 ſub fin. *Conjuncta disglutinamus; unita diſſuimus.*

¶ Inglutinatus, *a, um,* ungeleimt. Gloſſ. gr. lat. ἀκόλλητος, *inglutinatus.*

¶ Reglutĭno, *are,* diſſolvere, wieder auflöſen. Catull. epigr. 25, 9 *Quæ nunc tuis ab unguibus reglutina, & remitte.* ¶ 2. Redintegrare, wieder zuſammenfügen. Prudent. Periſteph. 10, 873 *Vel amputatum plaga collum dividens Rurſus coibit ac reglutinabitur.*

¶ Reglutinātus, *a, um,* aufgelöſt; ut, *Reglutinatis luminibus,* Mart. Capella lib. 6 p. 191.

Glutinare, quære in *Gluten,* Glutire, *Gluttus.*

GLUTTUS, *i,* m. pars colli, qua cibi transmittuntur, die kehle, der ſchlund. Ficta vox per onomatopœiam. Nam *glut* eſt imitatio ſoni, quem edit liquor, per anguſtum tramitem means. Perſius 5, 112 *Ne glutto ſorbere ſativam Mercurialem.* vide ibi Caſaubonum. Hinc

¶ Gluttio, vel Glutio, *ire,* quod etiam de ſaliva dici ſolet, ſchlucken, verſchlingen. Auguſtin. de Civ. D. 7, 8 *Propter ſola ſalivas colatur lanus, quibus partim glutiendis, partim exſpuendis ſub cælo palati utraque panditur janua.* Vet. Gloſſ. *Glattit, ἐγκάπλει.* De cibo Iuvenal. 4, 28 *Epulas glutiſſe.* Plin. 9, 43 *Vulpes marinæ glutiunt amplius* (hamum) *usque ad infirma lineæ, quæ facile prærodant.*

¶ Glutītus, *a, um,* verſchlungen; ut, *Glutita mors,* Tertull. carm. 2 adv. Marc. c. 5 extr.

¶ Glutto vel Gluto, *ōnis,* m. lurco, vorator, ein freſſer, ſchlemmer, ſchlucker. Nonnulli huc referunt Perſii locum ex *Gluttus,* & Lucilii ex Lauremb. Antiqu. in *Glutto.* B. Eligius Noviomenſ. homil. 16 *Qui erat comeſſator, id eſt, glutto, aut ebrioſus.*

¶ Glutōrinus, *i,* m. idem. Inter ridicula furconum nomina habet Ammianus 28, 4.

Compoſita:

¶ Conglutio, *ire,* verſchlingen, apud Apulejum.

¶ Deglutio, vel Degluttio, *ire,* verſchlucken, hinterſchlingen, auffreſſen. Alcimus Avitus 4, 364 de ceto Ionæ: *Deglutire virum, fauces implere capaces.* Vulg. Int. Pſ. 123, 3 *Forte vivos deglutiſſent.* Et, Ion. 2, 1 *Dominus præparavit piſcem grandem, ut deglutiret Ionam.*

¶ Dēglutiens, *tis,* freſſend, verſchlingend. Vulg. Interpr. 1 Petr. 3, 22 *Qui eſt in dextera Dei deglutiens mortem.*

¶ Inglutio, *ire,* einſchlucken. Conſt. Afer de N. H. *Oeſophago ad inglutiendum concedere.* Id. *Alterum inglutiri non poteſt.*

¶ Subglutio, *ire,* verſchlucken. Veget. de Re Veter. 3, 60 *Subglutire dolores,* die ſchmertzen verbeiſſen.

¶ Transglutio, *ire,* idem. Hinc

¶ Transgluticus, *a, um,* verſchluckt; ut, *Transglutitus ſuccus ſepius ejus,* Macer 1, 29 f.

Glutus, Glux, vide *Gluten,* & ibi *Glus.*

GLYCĔRA, *æ,* f. a γλυκερός, *dulcis,* formoſa amica Horatii: v. 1 od. 19, 5; & 30, 2; & 33, 13; & 3 od. 19, 27. conf. Martial. 6 epigr. 40; & 11 ep. 41. ¶ 2. *Glycera* Plinio 35, 11 celebratur *corollarum inventrix,* vel potius *vietrix* a viendo ſeu plectendo.

¶ Glycĕrium, *i,* meretricis nomen in Terentii Andria.

GLYCON, *ōnis,* m. athleta fortiſſimus, apud Horat 1 epiſt. 1, 30 *Nec, quia deſperes invicti membra Glyconis, Nodoſa corpus nolis prohibere chiragra.* ¶ 2. Draco ille Pſeudomantis apud Lucianum. ¶ 3. Poëta, a quo

¶ Glycōnicus vel Glyconius, *a, um,* adject. certum genus carminis. Sidon. 9 epiſt. 13 *Dum metro quatitur chorda Glyconio.*

GLYCŸMĔLUM, *i,* n γλυκύμηλον, facto a malis & dulcedine nomine, ein ſüſſer apfel, Dioſcor. 1, 136.

GLYCYPICRON, *i,* n γλυκυπικρον, herba lat. dulcamara, bitterſüß kraut, ie länger ie lieber. Tabernæm. p. 1290.

GLYCYRRHĪZA, *æ,* f. γλυκυρρίζα, i. e. *radix dulcis,* ſüße holtz, lacritzen, Dioſc. 3, 7; Plin. 22, 9; Pallad. 10, 14. At *Glycyrrhizes vis,* Macro 1, 29 ult

¶ Glycyrrhizon, *i,* n. idem Plinio 21, 15; & 11, 54.

¶ Glycyrrhizītes, *æ,* m. γλυκυρριζίτης, vinum ex glycyrrhiza. Colum. 12, 35.

GLYCYSIDE, *es,* f. γλυκυσίδη, herba, pœonia, Dioſc. 3, 148; Plin. 24, 4; & 27, 10. *Glycyſis* eſt Apulejo de Herb. c. 64.

GLŸPHĬCE, es, f. γλυφική, sculptura, species est statuariæ, die schnitz- oder bild-kunst. v. Cæl. Rhodig. Lect. Ant. 29, 24.

¶ Anaglyphice, es, f. vel Anaglyptice, es, ἀναγλυπτική, ipsa sculpendi sive cælandi ars, cum ita exsculpimus, ut promineant imagines, die kunst getriebene oder erhabene arbeit zu machen. vid. Rhodig. l. c. Hinc

¶ Anaglŷpha, ōrum, n. pl. ἀνάγλυφα, vasa aspera, cælaturis eminentibus, gefäße mit erhabener arbeit. Plin. 33, 11 *Nunc anaglypha in asperitatemque excisa circa lineamenta pauca quærimus.* Hujus generis sunt illa fagina pocula, de quibus Virgilius Ecl. 3, 37 seqq. videndus. ¶ 2. Dicuntur & *Anaglypta*, (a γλύφειν utraque voce facta) quemadmodum in citato Plinii loco *Anaglypta* Harduinus legit. Et Martialis 4 epigr. 39 *Nec mensis anaglypta de paternis.*

¶ Anaglyptĭcus, a, um, id est, cælatus, ausgetrieben. Sidon. 13 ep. 9 *Geruli caput plicantes Anaglyptico metallo lapidas superbiores Humeris ferant onustis.* Per *anaglypticum metallum* patinas anaglyptico opere, h. e. signis cælatas intelligit.

¶ Anaglyptes, æ, m. ἀναγλύπτης, cælator sive sculptor, ein bildhauer, silber- und gold-arbeiter.

¶ Anaglyphārius, i, m. idem. Vetus Schol. Iuvenalis ad Sat. 9, 145 *Opifices, fervi argentarii, lebetarii, anaglypharii.*

¶ Diaglyphice, es, f. διαγλυφική, species artis statuariæ ad impressuram spectans, die kunst mit einzuprägen arbeit; item die kupfer- und pitschir-stecher-kunst, v. Cæl. Rhodig. l. c.

Hieroglyphis, Hieroglyphice, &c. vide infra seorsum.

¶ Triglŷphus, i, m. vocabulum architectonicum, τρίγλυφος, a tribus glyphis, id est sculpturis seu canaliculis dictum, dreyschlitz. Vitruvius sæpe usus est, ut 1, 2; & 4, 1 & 3. Hinc composita

¶ Hemitriglyphos, apud Vitruvium 4, 3.

¶ Monotriglyphos, apud eundem 4, 3. v. Bald. p. 72.

GNÆVS, i, m prænomen apud Romanos. Vetus Auctor, quem vulgo Valer. Maximum faciunt, Epitome de nominibus, &c. GNÆVS, inquit, *ob insigne navi appellatus est. Quod unum prænomen varie scriptum notatur. Aliæ enim* NÆVM; *alii* GNÆVM, *alii* CNÆVM *scribunt. Qui G. littera in hoc prænomine utuntur, antiquitatem sequi videntur, quæ multum ea litera usa est. Olim enim dicebant* frugmentum, *nunc* frumentum *proferunt*; & gnatura, *modo* natura, &c. Festus vero ex Græco γίγνεσθαι deducit.

GNAPHĂLIVM, i, n. γναφάλιον, herba est Plinio 20, 7. Recentioribus non satis comperta, cujusmodi sit, Matthiol. ¶ 2. Sunt, qui *tomentum* exponant a candidis ejus & lanuginosis foliis mollibusque, ut pro tomentis usurpari possint. Inde wiesen-wolle, hoc est, *lanum pratense*, quidam dicunt, & ruhr-kraut, quod dysenteriæ medeatur.

GNAPHĂLVS, i, m. γνάφαλος, avis pulchra & colorum varietate elegans, raro apparens, ein seiden-schwantz: sed quam appellationem, quia peregrina sit avis, Gesnerus se agnoscere negat.

GNĀRVS, a, um, sciens, peritus, kundig, erfahren; ut, *Resp. gnarus Sisenna*, Cic. de Clar. Orat. c. 64 *Armorum ac militiæ gnarus*, Columella præf. 1. ¶ 2. Deinde passive pro *notus*, bekandt, wissend. Tac. Ann. 12, 45, 4 *Nobis ea pars militiæ maxime gnara est.* Rursus Annal. 15, 61, 2 *Idque nulli magis quam Neroni gnarum.* Id. *Gnarum* pro cognito dixit Hist. 3, 79, 4 *Quæ gnara*, inquit, *Vitelliavis inconperta hostibus metum fecerunt.* vide post paullo etiam *Ignarus.* Compar. Arnob. lib. 3 p. 113 *Perceptionibus gnariores.* Superl. Solin, c. 51 *Inter hos & Indum gnarissimi Ciconas locaverunt.*

¶ Gnare, adv. perite, wissentlich, apud Apulejum.

¶ Gnarūris, e, antiqui dicebant pro *Gnarus.* Plaut. Most. 1, 2, 17 *Simul gnarures vos volo hanc rem mecum.* Auson. epist. 22, 19 *Non cultor inflans arator gnaruris.* Et Arnob. 3 p. 113 *Præceptionibus gnarures.*

¶ Gnarĭtas, ātis, f. die kundschafft. Hoc substantivo Sallustius usus est fragm. l. 3 Hist. *Alii fiducia gnaritatis locorum fuga sparsi, &c.* Quem imitatus Ammianus est 16, 3 *Iuvante locorum gnaritate.*

¶ Gnarĭgo, *are*, i. e. narrare, apud Festum ex Liv. Andron. kund thun. Ibid. etiam *Gnarigit*, i. e. narrasse.

¶ Gnarūro, *are*, wohlwissen. Gloss. lat. gr. *Gnaruvat*, γνωρίζει.

¶ Dignōro, *are*, dignoscere, discernere, unterscheiden. Festus: *Dignorare, signum imponere, ut fieri solet in pecoribus*, zeichnen.

¶ Dignoratio, ōnis, f. die zeichnung, bemerckung. Tertullianus.

¶ Ignarus, a, um, rudis, insceius, unwissend, unerfahren. Ter. Adelph. 2, 1, 6 *Ignarus morum*, du weist um meine weise nichts. Virg. Æn. 1, 630 *Haud ignara mali, miseris succurrere disco.* Didonis sunt verba. Sidon. 3 epist. 8 *Ignari rerum temeraria judicia suspendant.* ¶ 2. Ignotus, unbekant. Ita passive usus Sallustius est: ut Iugurtha c. 18 *Mare magnum & ignara lingua commercia prohibebant.* Et c. 52 *Plerosque velocitas & regio hostibus ignara, tutata sunt.* Tac. Ann. 12, 11, 2 *Quanto ignara barbaris, tanto toleratiora capesseret.* Id. 12, 45, 4 *Nihil tam ignarum barbaris, quam machinamenta & artus oppugnationum.* Et Ann. 15, 62, 3 *Cui enim ignarum fuisse sævitiam Neronis?* Id. Hist. 3, 74, 1 *Linco amictu turbæ sacricolarum immixtus ignarusque delituit.* Vbi tamen in MSto Florentino legitur, Pichena indicat. Superl. Plaut. Pseud. 4, 7, 62 *Nescio juxta cum ignarissimi*, es ist mir gantz und gar unbewust. Gell. 14, 1 *Sidera aliis omnino ignarissima.* al. *ignotissima.* De hoc & similibus Drakenb. ad Sil. 2, 98. Cort. ad Sall. l. c. & Iug. 49, 5, ubi de *incertus.* it. ad Iug. 104, 6. ¶ 3. *Ignarus* & *Ignavus* confunduntur in MSS. v. id. Drakenb. ad Sil. 10, 86.

¶ Ignarūris, e, idem ac *Ignarus.* Plaut. Pœn. Prol. v. 47 *Æque ut mecum sitis ignarures.* Gloss. lat. gr. *Ignarures*, ἀγνῶτες.

¶ Ignōro, *avi, atum, are*, nescire, nicht wissen, nicht kennen. Pertinet hoc ad mores, atque ingenium. Ter. Heaut. 1, 1, 52 *Erras, si id credis, & me ignoras, Clinia.* conf. Id. Eun. 5, 9, 59: & Phorm. 5, 7, 38. Nepos 3, 1, 4 *Cui ille respondit, se ignorare Aristidem.* Ter. Heaut. 2, 3, 28 *Ut ne quid hujus ignores*, damit du um alle ihre sachen mögest wissenschafft haben. Cic. Tusc. Qu. 3 *Optimus & gravissimus quisque confitetur, multa se ignorare, & multa sibi etiam atque etiam esse discenda. Ignorare de bono*, Cic. Leg. 1, 18 ad Attic. 8, 14. Quod interest inter *ignorare* & *nescire*, habes apud Spinelium ad Prudent. p. 246. ¶ 2. Ponitur pro negligere, aut differi: Ter. Phorm. 2, 2, 10 *Quia egens relicta est, ignoratur parum*, weil sie mensch nichts von ihr wissen. v. Vossl. 4 Inst. Orat. p. 160.

¶ Ignorans, *tis*, unwissend, unverständig. Cic. Brut. epist. 16 *Iuvat magnifice loqui, & certe decet, adversus ignorantes.* conf. Virg. Æn. 12, 421.

¶ Ignoranter, adverb. idem, Cyprianus epist. 63.

¶ Ignorantia, æ, f. die unwissenheit; ut, *Ignorantia literarum*, Cic. pro Flacco c. 20. *Ignorantia veri*, Ovid. Met. 7, 92. Et, *Propter ignorantiam stirpis in famulatu fuerunt*, Cic. de Amic. c. 19. *Miserabilis ignorantia*, Quintil. 6, 1. *Ignorantia rei*, Tac. Agr. 1, 1.

¶ Ignorātus, a, um, ignotus, non cognitus, unbekant, unerkant, heimlich. Sallust. b. Iug. c. 54 *Ignoratus Romanos aggreditur.* Cic. Tusc. Qu. 5, 23 *Cujus* (Archimedis) *ego quæstor ignoratum ab Syracusanis hominibus* [illegible] 3, 74, 1 *Linco amictu turbæ sacricolarum immixtus ignoratusque delituit.* Ita enim in MSto Florentino legitur, indicante Pichena. Et Hist. 4, 36, 4 *Nisi fervili habitu per* [illegible] *ignoratus evasisset.* Apud eundem Tacitum esse dicitur *Compar. Ignoratior.*

¶ Ignoratio, ōnis, f. rei est, cognitionis, die unwissenheit *Ignoratio sui, gravis atque intolerabilis arrogantia*, Cic. pro Cluent. c. 39. *Ex ignoratione rerum omnium*, Id. Nat. 2, 5. *Ignoratio de aliquo*, Cic. Orat. pro Sulla 13. Adde Curt. 3, 12, 17.

¶ Ignorator, ōris, m. ejus idiot, der [illegible] Ictor in Cod.

¶ Ignorābilis, e, obscurus, unbekant, unerkant. Plaut. Pœnul. 2, 1, 18 *Quis hic est, qui oculis meis obviam ignorabilis obtulit?* Cicero de Invent. 2, 32 *Quod levius, facilius, non ignorabile, non fortuitum fuerit.* Gell. 9, 12 *Alterum ignorabilius offendimus.*

¶ Ignorabiliter, adv. idem. Apulej. Met. 3 p. 137 *Laminis ignorabiliter litteratis.* Ignotos magiæ characteres intelligit.

¶ Pergnārus, a, um, wohlwissend, erfahren. Apul. Apol. p. 290 edit. Elmenh. *Magia ars est diis immortalibus accepta, colendi eos & venerandi pergnara.* vid. *Perignari.*

¶ Perignārus, a, um, sehr unerfahren, unkundig; ut, *Locorum perignari*, Sallust. in Fragm. c. 29, & Non. 18, 14. Sed Mox *Pergnari.*

¶ Prognare, adv. significat aperte, öffentlich. vid. Festus in *Gnarus.*

¶ Prognariter, idem. Plaut. Perf. 4, 4, 39 *Age indica prognariter.* Et Ennius apud Nonium 2, 625 *Pro Romano populo prognariter armis certando.*

GNĀTHO, ōnis, m. parasiti apud Terentium nomen est, ein schmarutzer, a γνάθος, *maxilla*, quam indefessam oportet habere parasitos, quemadmodum apud Stobæum Nicolaus quispiam inquit, γνάθον ἀκόρεστον, ἐοῦσ' ἀναμένην πλησ' ἀεὶ φέρει., *quæ continuo possit alapas f fimere.*

¶ Gnathōnicus, a, um, adject. schmarutzerisch. Ter. Eun. 2, 2, 33 *Parasiti itidem ut Gnathonici vocentur.*

¶ Tetragnathius, i, m. aranei seu phalangii genus, quod quatuor habet γνάθους seu *maxillas*, Plin. 29, 4.

GNATIA, seu Egnatia, æ, f. oppidum Apuliæ, v. Horat. 1 Sat. 5, 97.

Gnatus, per πρόθεσιν literæ g. vide *Natus* in *Nascor.*

Gnavus, Gnave, vide in *Navus*, unde per prosthesin est.

GNĔPHOSVS, a, um, obscurus, dunckel, apud Festum; a κνέφας, *caligo.*

GNĒSION, i, n. γνήσιον, aquilarum genus *verum solumque incorruptæ originis.* Plin. 10, 3.

GNĒTVM, i, n. idem videtur esse ac *Cnecion*, majoran, de quo supra. Sic *Semina gneti*, Colum. 7, 8.

Gneus, vel Cneus, prænomen, *Cn.* vel *Gn.* ut *Cn. Pompejus.* v. *Gnæus.*

GNĬDVS, i, f. urbs: vide supra *Cnidus.* Hinc

¶ Gnidius, a, um, adj. ut, *Gnidius Gyges*, Horat. 2 od. 5, 20. *Gnidium gramum*, Plin. 23, 4: & 13, 21. *Gnidæ Veneris simulacrum*, Id. 36, 5.

GNŌMA, æ, f. γνώμη, quod quisque in senatu censet, quæ & *sententia* Latinis dicitur, eine meinung. Vnde in Vet. Gloss. γνωμοδότης, *Consiliarius, Consiliator, Suasor*, exponitur. Hinc utraque vox ad dicta translata est, quæ aliquid ad vitam pertinens suaderent, ein spruch. Quintil. 8, 5 *Antiquissima* (sententiæ) *junt, quæ proprie, quamvis omnibus idem sit nomen, SENTENTIÆ vocantur, quas Græci γνώμας appellant. Utræque autem nomen* (γνώμης & sententiæ) *ex eo acceperunt, quod similes sunt consiliis aut decretis.*

¶ Gnomŏlogia, æ, f. γνωμολογία, liber sententiarum, ein spruch-buch.

¶ Gnomŏlŏgus, i, m. γνωμολόγος; ut, *Scriptor gnomologus*, qui sententias sive regulas vitæ colligit, ein spruch-lehrer.

¶ Gnōmon, ōnis, m. γνώμων, regula seu stylus, qui in horologio horas umbra sua indicat: unde & Græcis σκιοθήκας, *indagator umbræ* appellatur; v. Vitruv. 1, 6; & 9, 4, der zeiger, weiser an der uhr. conf. Gœsii indic. in Scriptores rei agrariæ, & Plin. 2, 72. ¶ 2. Geometris est ein winckelmaß, eine [illegible]ut. ¶ 3. γνώμονες, dentes sunt in equis, ex quibus ætas eorum cognoscitur.

¶ Gnōmŏnice, es, f. γνωμονική, scientia, quæ ad radios solares & umbras modum conficiendorum horariorum docet, die sonnen-uhr-kunst. Inter partes architectonicæ refert Vitruvius 1, 1, & 3, 1, 4 & 8. v. Baldi Lex. Vitruv. p. 53. *Gnomonicen invenit Anaximenes Milesius*, Plin. 2, 76.

¶ Gnomŏnicus, a, um, ad gnomonicen pertinens ut, *Res gnomonicæ & gnomonicus*, Vitruv. 1, 1. *Gnomonica ratione*, Id. 9, 4. Adde Mart. Capellam 6 p. 194.

¶ Gnomonicus, i, m. subst. artis gnomonicæ peritus, ein sonnen-uhr-steller. Solin. c. 40 *Gnomonici putant parallelis accidere contendunt.*

¶ Agnōmănes, um, m. pl. ἀγνώμονες, equi vetuli, ex quarum dentibus ætas amplius dignosci non potest, alte pferde. v. Cæl. Rhodig. 12, 9.

¶ Evgnōmōsỹne, f. *ἐυγνωμοσύνη*, recta animi constitutio & tranquillitas, quæ Ciceroni est *æquitas animi* & *æquabilitas in omni vita.* v. Off. 1, 20, rechtſchaffene gemüthsruhe.

GNOSOS, *i*, f. *Κνῶσος*, Cretæ urbs, Minois regia. v. Mela 2, 7.

¶ Gnosiăcus, Gnosius & Gnosus, *a, um*, adjectiva, Cretenſis. *Gnosia ſtella coronæ*, Virg. Georg. 1, 222, Sidus Corollæ, quæ fingitur Ariadnes fuiſſe, filiæ Minois, regis Cretenſis. Sic *Gnoſia regna*, Id. Æn. 3, 115. Ovidius *Gnoſiacum regnum* dixit Met. 9, 668. Et, *Gnoſia agitare pharetras*, pro Gnoſias, Lucan. 3, 185. Conf. Drakenb. ad Liv. 37, 59.

¶ Gnosis, *ĭdis*, f. patronym. *Gnoſides Bacchus amavit*, Ovid. in ep. Sapphus 15, 25, i. e. Ariadnen.

GNOSTES, *æ*, m. *γνωστης*, *cognitor*; *γνῶσις*, *cognitio*. Hinc

¶ Gnosticus, *i*, m. *γνωστικὸς*, *ſciens*, apud Hieronymum.

¶ Gnostici, *orum*, m. pl. hæretici altero poſt Chriſtum natum ſeculo, qui in rebus divinis *τελειαν γνῶσιν*, ive ſolidiſſimam intelligentiam ſibi arrogarunt, dicere ſoliti, ut Origenes Celſo exprobrat, *omnia novimus*. Chryſ. Homil. 15 in 1 ad Tim. *τινες ἑαυτοὺς ἐκάλεσαν ποτε γνωστικοὺς, ὡς πλέον τι τῶν ἄλλων εἰδότες*, i. e. *quidam ſe ipſos appellarunt Gnoſticos, tanquam plus intelligentes quam alii.* v. Epiphan. Hær. 26. Irenæus adv. Hær. 1, 24. Iac. Thomaſii Sched. Hiſt. ſ. Origg. Hiſt. Philoſoph. & Eccleſ. § 31 ſeqq.

¶ Anagnoſtes, *æ*, m. *ἀναγνώστης*, einer der zu tiſche oder unter der mahlzeit lieſet, Corn. Nep. 25, 13, 3. *In familia erant pueri literatiſſimi anagnoſtæ optimi.* Obtinuit apud veteres, qui in re aliqua eſſent, & paullo elegantiorem vivendi rationem inſtituiſſent, ut inter alia miniſteria haberent pueros, qui cœnantibus legerent eruditorum hominum, quos vellent, libros: hos itaque *anagnoſtas* vocabant Græco vocabulo: *Lectores* ex re ipſa appellavit Suetonius Aug. c. 78. (ex quo loco cognoſces non tantum in cœna, ſed noctu etiam, cum expergefactis ſomnus recuperari ſtatim non poſſet, fuiſſe adhibitos, itemque Plinius 8 epiſt. 1; & 3 epiſt. 5. Sed Græca voce utitur Cicero Attic. 1, 12; & fam. 5, 9. Iterum Nepos 25, 14, 1 *Nemo in convivio ejus aliud acroama audivit, quam anagnoſten. Neque unquam ſine lectione cœnatum eſt, ut non minus animo, quam ventre delectarentur convivæ.* Vbi habes, quæ ratio pulcherrimi hujus inſtituti fuerit. Quod & Carolum M. tenuiſſe Eginhardus in vita ejus auctor eſt; *Inter cœnandum*, inquit, *aut aliquod acroama, aut lectorem audiebat. Legebantur ei hiſtoriæ & antiquorum Regum geſta.* Clericos & Religioſos jam olim hoc uſos more, B. Auguſtinus & Baſilius docent; & laudat id in Illuſtrio quoque Sidonius 4 epiſt. 9, qui ſacerdotalem vitam agebat, cum ſacerdos tamen haud eſſet. Severus Imp. ipſe legebat in mensa, & poetas quidem, ut Lampridius ejus vita auctor eſt. Apud Martialem 3 epigr. 50 Ligurinus quidam ſua ipſius poëmata in cœna legit multum averſante conviva. Anagnoſtas in theatris apud Græcos legiſſe poëtas ex Gellio 18, 5 cognoſcere eſt. v. Pignor. de Servis. Adde Meurſ. auct. philolog. c. 4.

¶ Anagnoſticum, *i*, n. ſecundum vim vocis, id quod legitur, *ἀναγνωστικὸν*, medii ævi ſcriptoribus eſt epiſtola aut ſcriptum. Ennodius 1 epiſt. 4 ineunte: *Anagnoſtici fidem ſecutus &c.* ubi Sirmondus interpretatur *epiſtolæ tuæ*. Idem lib. 8 ep. 5, *de anagnoſtici prælixitate faſtidium*. Adde Car. du Freſne Gloſſar.

¶ Prognoſtes, *æ*, m. *προγνώστης*, ein weiſſager. Prognoſis *πρόγνωσις*, die anzeigung, weiſſagung, lat. *Præſagitio*, Cic. Divin. 1, 31.

¶ Prognoſia, *æ*, f. idem ac Prognoſis, die verbedeutung. Iſidor. 12, 7 *Navis ſibi ſuæ bonam prognoſiam facere dicunt.*

¶ Prognoſticon, *i*, n. *προγνωστικὸν*, rei futuræ ſignum, a *προγινώσκω*, *præſcio*, ſeu *præcognoſco*, eine anzeigung oder ein zeichen künfftiger dinge. Cic Art. 15, 16 *Pſaldam etiam pluvias ventos, ſi prognoſtica noſtra vera ſunt. Bene enim ἐπιτηρεῖσθαι.* Id. Divin. 2, 8 *His verum præſentionibus prognoſtica tua referta ſunt.* conf. ibid. c. 20.

¶ Prognoſticus, *a, um*, adj. weiſſagend, anzeigend; ut, *Prognoſtica, præviſio ægritudinum*, Iſidor. 4, 10.

GNŌTV, pro *cognitu*, Feſt. ſcil. a *Gnoſco* pro *Noſco*.

GOBIO, *ōnis*, & Gobius, *ii*, m. *κέφαλος*, piſcis vilior, ein kobeu. *Gobii ſoxatiles*, parvi. Quapren enim majores ſunt *fluviatiles*, & inter muſtelas fluviatiles recenſentur. *Gobio marinus*, ein meer-kob. ¶ 2. *Gobio fluviatilis* etiam eſt, ein kreſſe oder gründel. Plin. etiam *Gobio* ſcripſit. Iuven. 11, 37 *Nec mullum cupias, cum ſit tibi gobio tantum In oculis &c.* begehre keine barben, weil du kaum einen kobeu zu bezahlen haſt. Martial. 13 epigr. 83 *In Venetis ſint lauta licet convivia terris, Principium cœnæ gobius eſſe ſolet.*

GOLGOS, *i*, n. Cypri oppidum, Veneris cultu nobile. Catull. car. 61, v 96 *Quæque regis Golgos, quæque Idalium frondoſum.*

GOMOR, indecl. eſt menſura Ebr. decima pars ephi, Vulg. Interpr. Exod. 16, 36. Iſidorus 14, 25 deſcribit, *quod is modiorum onus appendat.*

GOMPHVS, *i*, m. *γόμφος*, clavus ligneus, ein pflock. Quidam ſibulam ferream exponunt. Stat. 4 Silv. 3, 48 *Et crebris iter alligave gomphis.* vide ibi interpretes. Tertull. Apol. c. 12 *Ante & glutinum & gomphos ſine capite ſunt dii veſtri.*

GONARCHE, *es*, f. horologii ſolaris ſpecies apud Vitruvium 9, 9. v. Bald. Lex. Vitruv. p. 53.

GONGER, *gri*, m. nomen piſcis, Plin. 32, 11.

GONGYLE, *es*, vel Gongȳlis, *ĭdis*, f. *γογγύλη* & *γόγγυλις*, rapa, eine rübe, Dioſc. 2, 102; & Colum. 10, 421.

GONIA, *æ*, f. gr. *γωνία*, *angulus*, die ecke, der winckel. Hinc

¶ Agōnium, *i*, n. *locus, in quo ludi olim facti ſunt*, apud Feſtum; ab *ἀ* & *γωνία*, quod eſſet rotundus & ſine angulo, ein runder platz. ¶ 2. Aliam notionem vide ſupra in *Agon*.

¶ Hexăgōnus, *a, um*, *ἑξάγωνος*, ſex habens angulos, ſechs-eckicht. Columella 5, 2.

¶ Octăgōnus, *a, um*, & Octogōnos, i. e. *ὀκτάγωνος*, acht-eckicht, acht-ſeitig. Vitruv. 1, 6 *Andronicus collocavit Athenis turrim marmoream octogonon, & in ſingulis lateribus octogoni ſingulorum ventorum imagines exſculptas deſignavit.* Et Hyginus de Caſtramet. *Omnis octagonus ductus &c.* Idem: *Octagoni areæ pedaturam ſic invenies.*

¶ Orthogōnius, *a, um*, *ὀρθογώνιος*, winckel-recht; ut, *Ager orthogonius*, id eſt, rectis angulis conſtans, atque ex omni parte æqualis, Colum. 5, 2.

¶ Pangōnius, *a, um*, *πανγώνιος*, omnes vel multos angulos habens, viereckicht. Talis gemma Plin. 37, 10.

¶ Polygōnius, *a, um*, *πολυγώνιος*, idem; ut, *Polygoniæ turres*, Vitr. 1, 5. v. Bald. Lex. p. 92.

¶ Pentagōnum, *i*, n. *πεντάγωνον*, fünfeck; feſtung von 5 baſtionen; item fünffinger-kraut, Apul. de herb. c. 2. v. *Pentapedes.*

¶ Terragōnus & Tetragōnius, *a, um*, quadrangulus, viereckicht, & ſubſt. Tetragōnum, *i*, n. *τετράγωνον*, quadrangulare ſive quadratum, ein quadrat, viereck. Auſon. Eclog. 2, 42 penultimam corripit: *Tetragono abſolvit dubiarum vincla morarum.* De ejus licentia v. Scalig. Lect. Auſ. 2, 21 p. 139. Adde præterea Sidon. 8 epiſt. 11. Frontin. de Colon. Mart. Capell. 6 p. 229.

¶ Trigon, *ōnis*, *τρίγων*, locus in Thermis figura triquetra, ſeu triangulari, in quo pila trigonali, quæ minima erat, prædura & firmo pilo plena, a quo *pila* nomen habet, ludebatur. v. Alex. ab Alex. 3, 14. ¶ 2. Quin & *Pila ipſa* trigon dicebatur. Martial. lib. 14 epigr. 84 *Captabit tepidum dextra lævaque trigonem.*

¶ Trigōnus, *a, um*, *τρίγωνος*, dreneckicht; ut, *Signa trigona*, Manil. 2, 276. quæ v. 282 *Triangula vocat.* conf. Virruv. 9, 2.

¶ Trigonon vel Trigonum, *i*, n. ſubſt. ipſa forma triangularis, ein dreneck, triangel, etwas drenſeitiges mit 3 winckeln. v. Vitruv. 1, 1; 7, 1; & 10, 11; Colum. 5, 10; & de Arbor. c. 22; Frontin. de Col. Gæſ. p. 132. ¶ 2. *Trigonum* priſcis Latinis *paſtinaca marina*. v. Plaut. Capt. 4, 3, 71. Alias *Trygon*, de quo infra. ¶ 3. *Trigonum* herba trifolium, klee. Plin. 21, 9.

¶ Trigonion, *i*, n. idem. Innocent. de Caſ. p. 224 *In trigonium conſtitutam.* ¶ 2. Herba verbenaca alias dicta, eiſenkraut, Apul. de Herb. c. 3; & 65.

¶ Trigonālis, *e*, triangularis ſ. tribus lineis conſtans, dreyeckicht, drenſeitig; ut *Pila trigonalis*, Martial. 14 epigr 51

¶ Trigonicus, *a, um*, *τριγωνικὸς*, idem; ut, *Trigonica radiatio*, Firmicus 2, 32.

¶ Trigōnŏmetria, *æ*, f. *τριγωνομετρία*, doctrina de analyſi ſive menſura triangulorum. vid. Caſp. Schott. Curt. Mathem. p 136

GONORRHOEA, *æ*, f. *γονόῤῥοια*, eſt intempeſtiva, invita & vitioſa feminis profuſio, der ſamen-fluß apud Firmicum 3, 7. vide Medicos.

GŌNOS, *i*, m. gr. *γόνος fœtus, genus*; Inter herbas mentaſtrum ita dicitur, wilde münze. v. Apul. de Herb c. 90 ¶ 2 *Gonon aluru* buglosſon vocat Idem c. 41. ¶ 3. *Gonon areos* vero vocat thymalium c. 108. ¶ 4. *Gonon chronu* Idem c. 49 heliotropium. ¶ 5. *Gonon Hammonos* c. 93 nepetam montanam. ¶ 6. *Gonon buru* etiam marrubium c. 45.

GORDIANVS Imperatorum Cæſarumque Rom. nomen. Trium nummos modo inveniri, non quatuor, ut quibusdam viſum, more ſuo diſputat Spanh. de uſu & præſt. num. Diſſ. 10 p. 243 ſq.

GORDIVS, *i*, m. *γορδιὸς*, Phrygiæ rex, pater Midæ: a quo appellata *Gordia* urbs fuit, Midiæ regia. Hic vehiculum fuit, quo uſus Gordius rex, & ejus inexplicabile vinculum: de quo oraculum datum memorabant Phryges, *Aſia potiturum, qui ſolviſſet.* Explendæ ſortis cum Alexandrum inceſſiſſet cupido, fruſtra tamen laboraret luctatus diu cum latentibus nodis, ferro, quo cingebatur, ſecuit, *nihil intereſſe* dictitans, *quomodo ſolveretur.* v. Curt. 3, 1, 12 ſeqq. Inde proverbium: *Nodus Gordius*, de re difficili atque perplexa. vide Chiliadas.

GORGE, *es*, f. Oenei & Althææ filia, Meleagri ſoror. v. Ovid. Met. 8, 542 & A. A. 2, 700.

GORGIAS, *æ*, m. *Γοργίας*, Leontinus Siculus, Rhetor, Empedoclis diſcipulus, Iſocratis autem præceptor, concinnitatis princeps. Quint. 3, 1. Cic. in Orat. c. 52 *Iſocrates*, inquit, *adoleſcens ſenem Gorgiam in Theſſalia audivit.* Centum & novem (alii, ſeptem) vixit annos. Et interrogatus, quanam ratione uſus, tantum temporis tam concinne ac cum ſenſu optime viveret, reſpondit: *ἕως ποτε ἡδονῆς ἕνεκα πράξω*, hoc eſt, *nihil voluptatis gratia faciendo*, Athen. lib. 12 & Quintil. l. c. Cum morti vicinus, ac viribus deficiens, in ſomnum ſenſim laberetur, & ab eo quæreretur, quid ageret, reſpondit: *ὁ ὕπνος ἐ χρεὼ παλαιὰ κατατίθησί με τῷ ἀσελφῷ*, i. e. *Somnus incipit me fratri ſuo tradere.* Stob. ex Ariſtotele. *Aureum ipſi poſitum fuiſſe ſtatuam Delphis, tantumque ſoli ipſi honoris a Græcia habitum*, Cicero ſcripſit de Orat. 3, 32. Eum vero ſibi propriam ſtatuiſſe imaginem, Plin. 33, 4 tradit. v. Victor. Var. Lect. 5, 9. Voſſ. 5 Inſt. Orat. p. 328. Gorgiæ orationes (& in his *Helenæ laudatio*), extant in opere magno Orationum Græcarum Aldi.

GORGON, *ōnis*, f. *γοργὼ*, *όνος*, dicta a Poëtis eſt *Meduſa*. Et *Gorgones*, quas *tres* alii, *quatuor* alii retulerunt, his nominibus *Euryale, Sthenio, Meduſa, Scylla*, dictæ *παρὰ τὸ γοργὸν τῶν ὀφθαλμῶν*, id eſt, a terribili adſpectu oculorum. Cic. Verr. 4, 56 *Gorgonis os pulcherrimum, crinitum anguibus.* Hoc os vel faciem Gorgonis nunc in ſcuto gerit Minerva apud Poëtas, nunc in pectore thoracis, Drak. ad Sil. 9, 442. Martial. 9, 26 *Avertam vultus, tamquam mihi poculo Gorgon Porrigat, atque oculos oraque noſtra tegam.* Et 10 ep. 4 *Non hic Centauros, non Gorgonas, Harpyiasque Invenies: hominem pagina noſtra ſapit.* Eſſe quidam dicunt *Gorgones* in Libya animalia, ovibus ſimilia aut vitulis, quibus peſtilens ſit oris halitus. Quippe interire mox afflata omnia. Sed nec innocentiorem ab oculis radium manare, ubi concuſſa, quæ a fronte in oculos propendeat, coma, ipſetarint aliquid: idque adeo cognitum a Marii militibus adverſus fugurtham bellantibus. vid. Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 18, 38. ¶ 2. *Gorgon*, Tyrrheni maris inſula prope Capriariam, Rutil. itin. 1, 515 vid. Caſtal.

¶ Gorgŏna, *æ*, f. eadem Meduſa. Prudentius paſſione Romani v. 278 *Tremant venenum ſibilantis Gorgonæ.*

¶ Gorgŏneus, *a, um*, adj Ovid. de Arte 3, 104 *Lumina Gorgoneo ſervius angue micant.* Fabulam de *vipereo monſtro* ſ. *Gorgoneo capite* v. in Ov. Met. 4, 615 ſqq.

¶ Gorgŏphŏrus, *a, um*, *γοργοφόρος*, id eſt, *Gorgonem ferens*; ut, *Gorgo-*

Gorgophora Pallas Minerva, Cic. ant. iret in exil. c. 10. In ejus enim ſcuto pictum eſt *Meduſæ Gorgonis caput*.

¶ Gorgonia, *æ*, f. corallium eſt Plin. 37, 10, quod in lapidem dureſcat.

GORTŸNA, *æ*, f. Γόρτυνα, urbs *Cretæ*, Homero lib. 1 Iliad.

¶ Gortynis, *ĭdis*, f. patronym. ut, *Arundo Gortynis*, pro *ſagitta*, apud Lucanum 7, 214.

¶ Gortynius, *a, um*, adj. ut *Stabula Gortynia*, Virg. ecl. 6, 60. *Spicula Gortynia*, Stat. Theb. 5, 361. Et, *Gortynia arundo*, Sil. 5, 448.

GOSSAMPĪNVS, *i*, f. arbor lini optimi ferax, Plin. 12, 11. Harduinus legit *Goſſympinus*.

GOSSYPIVM, *i*, n. *frutex laniger*, baum-wolle, Plin. 19, 1. *Superior pars Ægypti in Arabiam vergens gignit ſyluticum, quem aliqui goſſypium vocant, plures xylon: & ideo lina inde facta xylina. Parvus eſt, ſimilemque barbatæ nuci defert fructum: cujus ex interiori nuce lanugo netur, nec ulla* (lina) *ſunt eis in candore mollitieve præferenda*. v. Voſſ. Idol. 5, 38 conf. Voſſ. in Melam p. 266; & Mercurial. Var. Lect. 13, 17. vide *Xylon*.

¶ Goſſypia, *æ*, f. tela, ſeu Goſſypina, barchent, f. potius Cottun.

GOTHI, *orum*, m. pl. immaniſſimi fuerunt populi, quorum antiquæ fuere ſedes in ſeptentrionis regionibus Dania, Suecia & Germaniæ parte: inde egreſſi, in Pannoniam, Mœſiam & Daciam ſe infuderunt, & tandem in ipſam Italiam, Galliam Narbonenſem, ac Hiſpaniam. Bella ſubinde multis gentibus intulerunt, regna multa & oppida clariſſima vaſtarunt. Religionem Chriſtianam profiteri cœperunt primum ſub Valente. Regem habuerunt celebrem Alaricum, Epiſcopum Vlphilam, qui literas Gothicas invenit, & libros ſacros in linguam Gothicam convertit. Socrates Hiſt. Eccleſiaſt. 4, 33. Vide, quæ de hac gente erudite diſputat Philippus Cluverius Antiqu. Germ. 3, 34.

¶ Gothicus, *a, um*, adj. Sic Aurelianus propter victoriam *Gothicus* cognominatur apud Gruter. p. 276 Inſcript. 4; & Valens, præfat. Eutropii.

¶ Gothia, *æ*, f. inſula, quæ & *Scandia* dicitur, ex qua emerſiſſe primum *Gothos* creditur. Aut generatim Gothorum patria, & metonymice gens Gothica. Ammian. 30, 7 *Rem Romanam circumſtetere metus totius Gothiæ!*

¶ Oſtrōgŏthi, Gothi orientales, Oſt-Gothen. v. Claudian. in Eutrop. 2, 153. Sidon. 8 epiſt. 9; & Carm. 2, 377. His oppoſiti

¶ Viſigothi, Gothi occidentales, Weſt-Gothen, unde & *Weſtrogothi* appellantur. De nomine, ſede, diſtinctione utriusque gentis Hugo Grotius in Prolegom. Hiſtor. Goth. & Vandal.

GRĂBĀTVS, *i*, m. genus lecti, humilis, portatilis, & minus operoſi, ein ſaulbette. Vox græca eſt ex κραβάτος & κραββατος: pro quo Attici σκίμποδα dicebant, ut Phrynichus auctor eſt. v. Ariſtophanis Scholiaſten in Nebulis, & Iul. Pollucem 10, 7. In paupertina ſupellectile Martialis numerat 12 epigr. 32, ubi *tripedem* vocat; *Ibat tripes grabatus, & bipes menſa*. Et vero proprium pauperum ac viliorum fuiſſe, aliis etiam locis, ubi meminit, idem ſignificat. Inde & auctor Moreti, quem Severum Septimum exiſtimat Scaliger, *vilem* vocat, & Simulo Ruſtico pauperi tribuit: *Membra*, inquit, *locat ſenſim vili demiſſe grabato*. Et Sedulius in Matth. c. 9 *Proprium ſcapulis attolle grabatum*. Indicat & Tullius de Divinat. 2, 63 *Venit*, inquit, *jam in contentionem, utrum ſit probabilius, Deosne immortales, rerum omnium præſtantia excellentes circumcurſare omnium mortalium, qui ubivis ſunt, non modo tectos, verum etiam grabatos, & cum ſtertentes aliquos viderint, objicere his viſa quædam tortuoſa & obſcura, quæ illi exterriti ſomnio ad conjectorem mane deferant*, &c. LECTI, quos nominat, ad ditiores pertinent: GRABATI ad pauperes. Seneca epiſt. 18 *Grabatus ille verus ſit, & ſagum, & panis durus, ac ſordidus*. Formam grabatorum habes apud Boſium in Roma ſubterranea. v. infra *Scimpodium*.

¶ Grabatulus, *i*, m. diminut. Apul. 1 Mileſ. p. 108 *Sudore miſer perfluo, tremore viſcera quatior, ut grabatulus etiam ſuccuſſus & inquietus ſuper dorſum meum palpitando ſaltaret*.

¶ Grabatarius, *i*, m. qui grabatos facit. Gloſſ. lat. gr. *Grabatarius*, κλινοποιός.

GRACCHVS, *i*, m. Γράκχος. *Tiberius Gracchus*, Gracchorum ex Cornelia Africani ſorore pater, Tiberii nimirum, & Caji, qui ambo eloquentes fuere, quorumque eloquentiæ mater Cornelia multum contulit, ſut Quintilianus 1, 1 teſtatur. C. Gracchus actione & affectibus tantum valuit, ut, cum matris defleret necem, totius pop. Rom. lacrymas concitarit, eodem teſte 11, 3. Iuvenal. 3, 24 *Quis tulerit Gracchos de ſeditione querentes?* De *ſiſtula* ejus *concionatoria*, ut quidem Ammianus vocat lib. 30, Cic. de Orat. 3, 60 & Gell. 1, 11, ubi aliquanto aliter hac de re ſcribit, quam alii. Cæterum antiqui *Graecos* ſcribebant ſine aſpiratione. v. Drakenb. ad Sil. 4, 497, & Liv. 3, 28.

¶ Gracchānus, *a, um*, adject. Quintil. ibid. *Gracchanum illud: Quo me miſer conferam?* Et Val. Max. 1, 1, 1 *Gracchano tumultu moniti*.

¶ Gracchūris, f. Feſto lib. 7 *Vrbs Iberæ regionis dicta a Graccho Sempronio, quæ antea Illurcis nominabatur*. conf. Epitom. Livii L. 41. *Graccurim* ſine adſpiratione, ex antiquorum numorum autoritate ſcribendum eſſe, Dukerus probat ad Flori 2, 17, 9.

GRACCITO, *are*, de anſere, ſchnattern wie eine gans. Auctor Philomelæ v. 19, apud Schottum Obſ. hum. 2, 52 al. *Gratitat*.

GRĂCĬLIS, *e*, λεπτός, dünne, geſchmeidig, geſchlanck. *Virgines matres ſtudent, demiſſis humeris eſſe, vinclo pectore, ut graciles fiant*, Ter. Eun. 2, 3, 21. *Gracilis vindemia*, eine geringe, ſchlechte weinleſe, Plin. 8 epiſt. 15. Etiam de pilis Calpurn. ecl. 2, 87 *Gracili digitos lanugine fallo* de herba novella. vid Burm. Comp. Plin. 16, 6 *Ilicis glans brevior & gracilior*. Id. 34, 8 *Corpora graciliora ſicioraque*. Pallad. 4, 10 *Talea gracilior*. Superl. Suet. Ner. c. 51 *Fait gracillimis crutibus*. Conf. Borrich. Cogit. de L. L. p. 113. ¶ 2. *Gracila eſt pernix*, Lucilius dixit apud Nonium 8, 48 pro *Gracilis*.

¶ Graciliter, adverb. idem, Apul. Met. 3 p. 325.

¶ Gracilitas, *atis*, f. λεπτότης, die geſchmeidigkeit. *Gracilitas cruum*, Suet. Calig. c. 3. *Summa gracilitas & infirmitas corporis*, Cic. de Clar. Orat. c. 91, ein ſchmaler, ſchwacher leib. Plur. *Gracilitates*, ibidem c. 16.

¶ Gracilitūdo, *inis*, f. idem; Accius apud Nonium 2, 364.

¶ Gracilens, *tis*, gracilis, dünne, hager. Nævius, de quo Nonius l. c.

¶ Grăcĭlentus, *a, um*, idem quod *Gracilis*. Ennius apud Nonium l. c. *ſilo gracilento*. Vitis & Gellius eſt 4, 12 *Equum gracilentum habere*: & 19, 7 *Pro exili & gracilento*.

¶ Gracileſco, *ĕre*, ſchmal und dünne werden. Plin. 17, 22 in vetuſtis libris: nam *gracilis* alii legunt.

¶ Graciliſpes, *ĕdis*, langfüßig. Petron. c. 55 *Ciconia graciliſpes*.

¶ Gracillo, *are*, glucken, wie eine henne. Auct. Philom. v. 25 *Cucurrire ſolet gallus, gallina gracillat*.

¶ Pergracilis, *e*, ſehr geſchlanck. Plin. 25, 13 *Longiore caule, ſed pergracili*.

¶ Prægracilis, *e*, idem. Tac. Ann. 4, 57, 3 *Erat illi prægracilis & incurva proceritas*.

GRĀCŬLVS, *i*, m. avis corvini generis, de dimin. a *Gracus* (ut Varro habet) die krähe, quod a κρώζω, unde κρωκτικός. it. κολοιός. Dicitur etiam Monedula, die dohle, der häher, Plin. 11, 29; & 18, 35; Varr. R. R. 3, 16. Eidem de l. L. 5, 11 *Graculi ab eo, quod gregatim volitent*. Feſto autem *a gerendo dicti, quod facta ſegetum ſemina plurimum gerunt*, &c. Sed Quintiliano 1, 6 hic vocari a garrulitate & voce, qua utuntur. Vetus adagium eſt: *Nihil cum ſidibus graculo*, i. e. nihil ſtolidis & imperitis cum bonis litteris. Gellius habet in Epilogo N. A. quem alii Præfationis loco ponunt. Sic *Graculus inter muſas*, dicitur in homines viris eruditis impudenter obſtrepentes. Aliud adagium: *Graculus graeca ſemper affidet*. Λὰ κολοιὸς παρὰ κολοιὸν ἱζάνει, gleich und gleich geſellt ſich gern.

¶ Gracŭla, *æ*, fœm. idem. Plin. 8, 27 *Gracula lauri folio annuam faſtidium purgant*: Al. *Graculi*. Adde Salvian. epiſt. 4 p. 200.

¶ 2. *Turannius Gracula*, Scriptor, Plin. præf. lib. 3.

Gradalia, gradior, Gradivus, &c. vide mox in *Gradus*.

GRADVS, *ūs*, m. βῆμα, paſſus, gradus, ein ſchritt, tritt. Ovid. Met. 14, 143 *Tremuloque gradu vestra agmina ſenectus*. Sic, *Gradum facere ad aliquid*, ſive *aliquo*, eſt progredi, accedere, fortſchreiten. Cic. de Orat. 2, 61 *Quin prodis, mi Sceva, at, quoties tempus gradum facias, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem*. Sen. de ira 2, 35 pr. *Ea demum velocitas placet, quæ uti juſſit eſt ſiſtere ſignum, nec ultra deſtinata procurrit, & quæ ſicuti, & a carcere ad gradum revocari poſſit*. *Gradus* igitur & *curſus* opponuntur. *Gradus militaris & plenus* quomodo differant, apparet ex Veget. de re milit. 1, 9. Liv. 9, 43 *Pleno gradu ad caſtra hoſtium tendunt*. conf 34, 15 & 16 Salluſt. Iug. 98 *Dein cunctos pleno gradu in collem ſubducit*. v. Burm. ad Quintil. Declam. 3, 2. Brockh. ad Propert 4, 10, 36. ¶ 2. *Gradus* etiam in ſcalis dicuntur, per quos ſcanſio fit, die ſtuffen und ſproſſen an treppen und leitern. Notabilis ad ſuperſtitionem locus eſt Vitruv. 3, 3 *Gradus in fronte conſtituendi ſunt, ut ſemper ſint impares. Nam cum dextro pede primus gradus ascenditur, idem in ſummo templo primus erit ponendus*. Vid. de ſimili ſuperſtitione in *Limen*. Tac. Hiſt. 3, 71, 4 *Qua Tarpeia rupes eontum gradibus adiitur*. Varro de L. L. 4, 35 *Quia ſimplici ſcanſione ſcandebant in loca non alta*, Scabellum: *In altiorem*, Scammum: *duplicata ſcanſio* Gradus *dicitur: quod graditur ab inferiore in ſuperiorem*. Ita etiam *gradibus* ad tribunal principum aſcendebatur, quorum præſertim circa liberalitatem frumentariam mentio eſt. vid. quæ dicemus in *Gradilis* n. 2. ¶ 3. Per hanc familitudinem & *Gradus cognationis* ICti dixerunt, propinquitatum & affinitatum ordines. Suet. Galba c. 2 *Neroni Galba ſucceſſit nullo gradu contingens Cæſarum domum*. ¶ 4. Ordines etiam & ſtatus, ac dignitates, quibus diſtinguuntur homines, *Gradus* vocantur. Sic in militia, quod *in ampliorem gradum promoveri*, Suet. Othone c. 1, Tacitus *ad altiorem ordinem promoveri* dixit. Cic. Off. 1, 17 *Societatis hominum plures ſunt gradus*, es ſind vielerley ſtände, hoch, niedrig, mittelmäßig. Id. pro Mur. c. 14 pr. *Duæ ſunt artes, quæ poſſunt locare homines in ampliſſimo gradu dignitatis, una imperatoris, altera oratoris boni*, zu hohen ehren bringen. Et pro Cluent. c. 55 *Altiorem gradum dignitatis conſequi*, höher befördert werden. *Tenere conſularis dignitatis gradum*, Id. Off. 3, 26 extr. *Adſcendere gradum*, Nepos 19, 2, 3, itidem de honore. Et, *Secundum gradum imperii tenere*, Id. 3, 2 der nächſte nach dem könige ſeyn. ¶ 5. Eſt & Mathematicorum vocabulum. Nam quas in circulo μοῖρας Græci; Latini *gradus* appellarunt, ut Scaliger ad Manilium obſervat. Ac hodieque 360 gradus circulo unicuique tribuunt Mathematici. ¶ 6. Dicuntur & *Gradus* climata ſeu climacteres annorum, cum per hebdomadas enneadasque diſtinguuntur. Vnde & ipſi Climacterici anni, quos vocamus, *gradarii* Firmico appellantur. ¶ 7. *Gradus* etiam gladiatoriæ rei vocabulum eſt. Sic enim appellatur ſtatus, quo congreſſuri armis ſeſe componunt. Sic *ſtare in gradu* dicuntur, qui nihil cedendo pugnant fortiter: *moveri, dejici, depelli gradu*, qui ſe vincendos præbent, die weichen, und ſich jagen laſſen. Nepos 2, 5, 1 *Hic* (Xerxes) *etſi male rem geſſerat, tamen tantas habebat reliquias copiarum, ut etiam cum his opprimere poſſet hoſtes. Interim ab eodem* (Themiſtocle) *gradu depulſus eſt*, i. e. victus eſt. Sen. de Conſt. Sap. c. ult. *Injurias vero, ut vulnera, alia armis, alia pectori infixa; non dejectus, ne motus quidem gradu ſuſtinet*. v. Comm. Petron. c. 80 pr. vide infra *Status* in *Sto*.

¶ Grădilis, *e*, mit ſtuffen; ut, *Gradile Genii templum*, Ammian. 23, 2, quod gradibus adibatur. ¶ 2. *Panis gradilis* a gradibus, ubi diſtribuebatur, nomen habet. L. 3 Cod. Theodoſ. de annonis civicis & pane gradili: *Univerſi panem gradilem de gradibus adipiſcantur*. Prudent. adv. Symmach. 1, 588 *Et quem panis alit gradilis diſpenſus ab altis*. Nec panis modo, ſed etiam nummi ita populo diſtributi. Vetus inſcriptio apud Grut. p. 175 n. 8 HS. X. MILIA. N. REDDEDIT. QVÆ. DIVISA. SVNT. POPVLO. PER. GRADVS. Adde Salmaſ. ad Vopiſci Aurelianum c. 35, & Turneb. Adverſ. 11, 6. Cæterum non ab *Amphitheatri gradibus* nomen habere, quod Salmaſio l. c. viſum: ſed a *gradibus*, quibus aſcenderetur ad *tribunal* vel *ſuggeſtum* Principis, in quo ſedebat ille in ſella curuli, ex nummis docet Spanh. diſſ. 13 p. 531.

¶ Gradālis, *e*, quod gradatim fit, fortſchreitend; ut, *Gradalis pugna*, apud Diomedem p. 473.

¶ Gradārius, *a, um*, ſchritt für ſchritt gehend; ut, *Equus gradarius*, ein paßgänger, reiter, qui molli gradu incedit. Lucilius apud Nonium 1, 60 *lepas non formosus: gradarius, optimus vector.* Metaphorice ad orationem tranſtulit Seneca epiſt. 40 *Cicero*, inquit, *noster, a quo Romana eloquentia exstitit, gradarius fuit*, hoc eſt, non curſor, ſed leni & lenta oratione incedens.

¶ Gradātus, *a, um*, in modum graduum, mit ſtaffeln gemacht. Plin. 33, 4 *Densis gradatisque corticum pollicibus, ut orbibus, faciles se ad ascendendum orientis populis* (palmae) *praebent.*

¶ Gradātim, adv. per gradus, ordentlich, von einer ſtufen auf die ander. *Honores gradatim assequi*, von unten aufſteigen Cic. poſt red. ad Quir. c. 2 *Procedentium & gradatim*, fuß für fuß, Id. fam. 9, 14.

¶ Grādātio, *onis*, f. κλῖμαξ, ſchema rhetoricum: ut, *Africano industria virtutem, virtus gloriam, gloria amulos comparavit.* v. Auctor ad Herenn. 4, 25. conf. Diomed. p. 443. ¶ 2. *Gradatio* eſt graduum in theatris diſpoſitio, qui ſedilium loco ſunt ſpectatoribus. Vitruv. 5, 3 *Lapideis & marmoreis copiis gradationes ab fundamentis fieri debent.*

¶ Grādior, *gressus sum, gradi*, incedere, gehen. Cic. Tuſc. 1, 46 *Fidenti animo, si ita res ferat, gradietur* (ſapiens) *ad mortem.* Virg. Æn. 1, 312 *Ipse uno graditur comitatus Achate.*

¶ Gradiens, *tis*. Virg. Æn. 12, 573 *Illi longe gradientem ut videre.* Ovid. Met. 11, 179 *Aures lente gradientis asselli.*

¶ Greſſus, *a, um*, der gegangen, geſchritten. Virg. Æn. 6, 633 *Pariter gressi per opaca viarum.*

¶ Greſſus, *us*, m ein ſchritt, tritt, gang. Virg. Æn. 1, 694 de Amore: *Gressu gaudens incedit Iuli.* Ibid. v. 414 *Gressum ad moenia tendit.* Id. Æn. 8, 462 *Gressumque canes comitantur herilem.*

¶ Greſſio, *onis*, f. idem. Macrob. Saturn. 6, 5 ex Pacuvio; *Capripedem pecori grandior gressio est.*

¶ Gradīvus, *i*, m. Mars dictus eſt, *a gradiendo ad bella ultro citroque*, ſeu a κραδάζειν potius, quod *vibrare* ſignificat, etwa ſpieß ſchwenken, vel etiam quod ex gramine ortus. v. Feſtum & Serv. ad Virg. Æn. 3, 35, ubi inter alia interpretatur Θάρσιν Ἄρεα, h. e. in prælia exſilientem. v. Burm. ad Petron. c. 82 p. 406. Prima in *Gradivus* dubia eſt: ſæpius ramen porrecta. Vide ſis, quæ ad Sil. 15, 15 notavit Cellarius.

¶ Gradivicŏla, *æ*, m. Martis cultor, ein kriegsmann. Silius, 4, 222.

Graſſor, *ari*, etiam a *Gradior* eſt, de quo vide infra.

Compoſita:

¶ Aggrĕdior vel Adgredior, *aggressus sum, aggredi*, eſt adire, hinzutreten. Plaut. Curc. 2, 3, 59 *Aggredior hominem, salutio astantem.* Et Ter. Phorm. 5, 7, 75 *Satis astute aggredimini*, ihr machet euch an mich, überfallet mich liſtig genug. ¶ 2. Sed, *Aggredi aliquid*, vel *ad aliquid*, eſt incipere, anfangen, angreiffen. Cic. Off. 1, 21 *In omnibus negotiis, priusquam aggrediare, adhibenda est praeparatio diligens.* Sic, *Aggredi ad dicendum*, Cic. de Clar. Or. c. 37, anfehen zu reden. Et, *Aggredi ad bibliothecam*, ad Q. frat. 2, 12 extr. & ſic plerumque Cicero expreſſa præpoſitione. Sine illa Hirtius B. Alex. c. 5 *Opus magnum & difficile aggredi.* Et, *Aggredi nefandam facinus*, Id. B. Hiſp. c. 15. Et, *Aggredi honores*, Virg. ecl. 4, 48, zu ehren ſchreiten. Licet etiam cum infinitivo componere: Cic. Off. 2, 1 *De quibus dicere aggredior.* ¶ 3. Eſt inſidiis etiam atque per vim aliquem invadere, überfallen; unde *Aggressura* de latronibus dicitur, de quo infra. Sallust. Cat. c. 19 de Piſone in itinere occiſo: *Alii autem* (dicunt) *equites illos Cnei Pompeji veteres fidusque clientes, voluntate ejus* (Pompeji) *Pisonem aggressos.* Suet. Aug. c. 19 *Telephus & ipsum* (Auguſtum) *& Senatum aggredi destinaverat.* ¶ 4. *Aggredi dictis* eſt alloqui, anreden, Virg. Æn. 4, 92 & 6, 387. *Ego nunc aggredior de illa amica*, ich beſpreche ihn ihrentwegen, Plaut. Merc. 2, 3, 50. ¶ 5. Paſſive Cic. apud Priſcian. l. 8 p. 792 *Hoc refutatum est etiam, ut a te fictis aggrederer donis.* vid. *Aggressus.*

¶ Aggreſſus, *a, um*, der angefallen hat. Iuſtin. 2, 8, 3 *Inopinantes aggressas delevit.* Virg. Æn. 2, 463 *Turrim aggressi ferro circum.* Id. Æn. 2, 165 *Aggressi avellere Palladium*, die ſich vorgenommen, die anzufangen. ¶ 2. Paſſive Iuſtin. 7, 6, 5 *Facillime quibusque aggressis.* ¶ 3. *Aggressus* pro *aggressus* apud antiquos legitur; ut apud Ennium: *Aggressus fari*, Feſt.

¶ Adgreſſus, *us*, m. prædonum impetus, inſultus, der angriff, anfall, anfaß L. 17 § 7 ff. ad SC. Trebell. *Naufragio, vel ruina, vel adgressu periit.*

¶ Aggreſſio, *onis*, f. idem. Cic. in Orat. c. 15 *Cum animos prima aggressione occupaverit; infirmabit excludendae contraria.*

¶ Aggreſſūra, *æ*, f. etiam invaſio ex inſidiis, qualis latronum aut conſpiratorum eſt, der anfall. Vlpian. L. 3 § 4 D. de SCto Silan. & Claudiano: *Si, cum omnes domini aggressuram paterentur, uni servus opem tulit, an sit excusandus.* Zeno Ver. Serm. de ſomno Iacobi: *Qui a latronibus aggressuram passus fuerat.* Et alibi ſæpius. v. & Barth. Adverſ. 33, 22.

¶ Aggreſſor, *oris*, m. der den angriff thut, räuber, bandit. L. 3 § 3 ff. de Incendio, &c. *Receptores non minus delinquunt quam aggressores.* Et l. 7 ff. de Lege Pompeja: *Latronibus adgressoribusque dare pecuniam.* Iuvenc. in Matth. c. 12, 29 *Ni prius aggressor custodum brachia nodis Vinciat.*

Altigradus, *a, um*, vide ſupra in Altus.

¶ Antegrĕdior, *di*, præcedere, vorhergehen; ut, *Lucifer antegreditur solem*, Cic. de N. Deor. 2, 20.

¶ Bigrādum, *i*, n. das 2 ſtuffen hat. Gloſſ. gr. lat. δίβαθμον, *bigradum.*

¶ Circumgrĕdior, *di*, umringen. Tac. Ann. 12, 28, 2 *Illi metu, ne hinc Romani, illinc Cherusci circumgrederentur.*

¶ Circumgrediens, *tis*. Ammian. 16, 33 *Lacunam paludibus aquis interfusam circumgrediens.*

¶ Circumgreſſus, *us*, m. das herum ſchweiffen, der umfang. Ammian. 22, 2 *Ob rapidos circumgressus aëris.* Et c. 8 *Palus amplissimi circumgressus.*

¶ Congrĕdior, *di*, convenire, zuſammen gehen; ut, *Congredi in unum domum*, Varro. *Ipsi sunt congressi*, ſcil. ad colloquium, Nepos 14, 11, 2. conf. Plaut. Moſt. 3, 2, 97: Perſ. 1, 1, 15: Curc. 2, 1, 19. ¶ 2. *Congredi* etiam de ſociis copiis, quando in unum locum contrahuntur, zuſammen ſtoſſen. Brutus ad Cic. epiſt. 6 *Filius tuus a me abest: in Macedonia congrediemur*, &c. ¶ 3. Sæpius hoſtilem congreſſum ſignificat: ut, *Luctori & congredi cum aliquo*, Cic. pro Sylla c. 16, mit einem ſchamützieren, einen gang thun. Adde de Nat. Deor. 2, 1 & pro Mur. 32, in quibus locis *congredi* eſt cum aliquo de re feria diſputare, mit einem ſtreiten. Cicero &, *Contra aliquem congredi*, pro Ligario c. 3 dixit. *Congredi cum hoste*, eſt pugnare, mit dem feinde treffen, Nep. 23, 1, 2 & Plaut. Pſeud. 2, 1, 6.

¶ Congredio, *ere*, idem. Sic *Congredias* pro *Congrediaris*, Plaut. ap. Nonium 7, 42.

¶ Congrediens, *tis*, coiens. Cic de N. D. 2, 4 *Luna congrediens cum sole*, der neumond. Idem apud Gellium 15, 6 *Ajax cum Hectore congrediens*, &c. tanquam cum hoſte

¶ Congreſſus, *a, um*, zuſammenkommend, ſchamützirend. Virg. Æn. 1, 479 *Impar congressus Achilli.* Id. Æn. 2, 397 *Per noctem congressi.* Id. Æn. 11, 631 *Tertia congressi in praelia.* Et Æn. 8, 467 *Congressi jungunt dextras.*

¶ Congreſſus, *us*, m. die zuſammenkunft, der umgang. *Fugere atque odisse congressus hominum*, Cic. de Amic. c. 23, gemeinſchaft der leute fliehen. *In congressum & colloquium alicujus venire*, Id. Phil. 12, 2. *Itaque jam duces, jam milites utrinque, congressus quaerere ad colloquia*, Liv. 7, 40. Quint. 1, 2 p. 30 *Sensum ipsum, qui communis dicitur, ubi discet, cum se a congressu, qui non solum hominibus, sed mutis quoque animalibus naturalis est, segregarit.* Sed ¶ 2. *Congressus cum hoste*, i. e. conflictus, Salluſt. Iug. c. 59. Et Cæſ. B. Civ. 1, 46 *In primo congressu ceciderunt*, &c. im erſten treffen. Virg. Æn. 12, 514 *Vno congressi.*

¶ Congreſſio, *ōnis*, f. idem; ut, *Congressiones familiarium*, Cic. Off. 1, 37, zuſprüche. Idem pro Cluent. c. 14 *Nemo illum audiret, nemo congressione, nemo sermone, nemo convivio dignum judicabat.* De prælio ſæpe Iuſtinus: ut, 15, 1, 6 *Prima belli congressione.* conf. 27, 3, 2. Et *Congressio navalis prælii*, vel *certaminis*, ein ſeetreffen. Id. 2, 12, 8; & 4, 5, 1.

¶ Congreſſor, *ōris*, m. Ambroſ. epiſt. 4 ad Irenæum ſub fin. *Bonus congressor non aemulatur.* Loquitur de Angelo benedicente, quamliber ſuperatus ab Iacobo fuerat.

¶ Congrădus, *a, um*, ſicut *Retrogradus*. Avienus Phænom. Arat. v. 1241 *Labenti congrada soli*: i. e. ejusdem gradus & loci.

¶ Incongreſſibilis, *e*, zu dem man nicht kommen kan. De Deo Tertull. adv. Marc. 2, 27.

¶ Degrādo, *are*, de gradu removere, abſetzen, des amts oder der ehren entſetzen. L. 3 C. de Off. magiſt. offic. *Degradandi senatores licentia.*

¶ Degradatio, *onis*, f. die abſetzung, entſetzung des amts, ap. ICt.

¶ Degrĕdior, *di*, diſcedere, wegtreten, abtreten. Tac. Hiſt. 2, 66, 6 *Quartadecimani postquam Adjutricem degressi sunt.* De confunone Præpoſitionum *de* ac *di* ſupra ſatis monuimus. Adde Drakenb. ad Liv. 4, 17.

¶ Degreſſus, *a, um*, hinabgegangen. Liv. 7, 14 extr. *Vbi degressos repente viderunt.* Et c. 24 pr. *In campum degressi*; & 21, 32 *Ubi degressos tum iis montanos sensit.* Idem 3, 62 extr. *Equites degressi ad pedes*, abgeſtiegen.

¶ Degreſſus, *us*, m. diſceſſus, der abzug. *Iam vides & degressum meum, & absentiam, & reditum, ita longe tuo praestitisse*, Cic. or. in L. Piſon. 26 edit. Grævianæ, aliæ *digressum* exhibent.

¶ Degreſſor, *ari*, idem ac *degredi*. Apul. de Deo Socr. p. 105 *Ad fletum eorundem deorsum degressantur*; al. *degressantur.*

¶ Digrĕdior, *di*, deſcendere, abtreten, abſcheiden, von einander gehen, weichen. Serv. Sulpic. Ciceroni fam. 4, 12 *Postero die cum ab eo digressus essem, eo consilio, ut* &c. Metaphorice, *Oratio ea, unde digressa est, revertatur*, Cic. Verrin. 5, 69.

¶ Digrediens, *tis*, Cic. N. D. 2, 40 *Luna digrediens.*

¶ Digreſſus, *a, um*, geſchieden. *Digressam a marito ducere*, i. e. eam, quæ divortium fecit cum marito, Suet. Cæſ. c. 43. *Si quis vita digressus est dolor*, i. e. mortuis, Ammian. 30, 1.

¶ Digreſſus, *us*, m. diſceſſus, der abſchied, ausgang. *Vt primum a tuo digressu Romam veni*, Cic. Att. 2, 5. Id. ad Q. fratr. 1, 3 *Congressus nostri lamentationem perimmi: digressum vero non tulissem.* Virg. Æn. 3, 482 *Digressu moesta supremo.*

¶ Digreſſio, *ōnis*, f. idem. Cic. ad Q. frat. 1, 3 *Minus acerbum, minus miserum fuit, quam fuisset, tum congressio, tum vero digressio nostra.* Et de Orat. 3, 53 *Ab re non longa digressus, tum reditus ad rem.* Id. de Cl. Orat. c. 85 *Ista mihi tua fuit perjucunda a proposita oratione digressio.* Hinc ¶ 2. *Digressio*, quæ eſt a propoſito feceſſio quædam. Græci παρέκβασιν dicunt, eine abweichung, ausſchweiffung. vide Rhetores, e. g. ipſe Cic. de Orat. 3, 54. al. *degressio.*

¶ Degreſſio legunt quidam, ubi reliqui *Digressio.*

¶ Egrĕdior, *di*, exire, herausgehen; ut, *Egredi urbe, domo, castris, & ex urbe.* Cic. epiſt. ad Attic. 13, 16 *Pedem e villa adhuc egresse non sumus. Egredi extra vallum, portam, muros, munimenta*, ſæpe apud Livium, aliosque occurrit. v. Menck. Obſ. L. L. Ter. Phorm. 4, 5, 10 *Dicat* &c. *Nos nostro officio nihil egressos esse*, daß wir das unſer, und nicht zuviel gethan haben. Quint. 2, 4 p. 140 *Sed ut eo revertar, unde sum egressus*, de digreſſione oratoria. Cum accuſativo junxit Plinius 7 epiſt. ult. *Nam nec historia debet egredi veritatem.* vide plura in *Egressus. Egredi a proposito*, Cic. in Brut. 21. ¶ 2. Eſt & verbum nauticum *Egredi*, i. e. *exscendere*, ausſteigen. Cæſar de B. G. 4, 23 *Hunc ad egrediendum nequaquam idoneum arbitratus locum, dum reliquae naves convenirent*, &c.

¶ Egrediens, *tis*. Cic. de Aruſp. reſp. c. 1 *Egredientem insequi coepi.* Ter. Heaut. 1, 2, 8 *Advenientem, e navi egredientem adduxi.*

¶ Egreſſus, *a, um*, ausgegangen, herausgetreten. Salluſt. apud Servium Fragm. c. 10 *Gens raro egressa fines suos.* Tac. Hiſt. 3, 30, 4 *Tecta altitudinem moenium egressa.* Et de navigante Nepos 14, 4, 4

Hac

Hac (navi) *delatus in Ciliciam, egressus inde, dies noctesque iter faciens Taurum transiit.* Iustin. 2, 8, 3 *Egressi navibus.*

¶ Egressus, *us*, m. der ausgang, ausfluß. *Egressum alicujus ornando & celebrando prosequi*, Cic. in Pison. c. 13. *Cæsar varias egressus, domoque aut hortis clausus*, Tac. Ann. 15, 53, 1. *Egressibus adhibere te*, Id. Ann. 11, 12, 5. i. e. comitari egressum. Sic Cæsari *egressus* est, quem alibi, ut & Livius, *excessum* appellavit, de B. Gall. 5, 8, die ausfetzung.

¶ Egressio, *ōnis*, f. idem. Ver. Gloss. *Egressio*, ἔξοδος. Novat. de Trin. c. 13 *A summo cælo egressio ejus, & usque ad summum regressio ejus.* Adde Vulg. Interp. Exod. 19, 13. Num. 1, 43 & 1 Sam. 18, 30. ¶ 2. Rhetorum est, atque idem significat, quod *Digressio*. vid. Quint. 3, 9; 4, 3, 11, ult.

¶ Endogredior, *di*, pro *ingredi*, betreten. Lucret. 1, 83 *Viam endogredi sceleris.* conf. 4, 318 & 367. al. *indugredi.*

¶ Ingrĕdior, *di*, incedere, einhergehen. Virg. Georg. 3, 75 *Continuo pecoris generosi pullus in arvis Altius ingreditur.* Plin. 8, 5 *Elephanti gregatim semper ingrediuntur.* Id. 11, 51 *Qui celerius fari cæperunt, tardius ingredi incipiunt*, die zeitlich reden lernen, lernen langsam gehen. Phædr. 5, 7 *Incipiebat princeps ingredier.* Plancus apud Cic. fam. 10, 17 *Fratrem tuum assiduis laboribus concursationibusque confectum, graviter se habuisse, antea tibi scripsi; sed tamen cum primum posse ingredi cœpit*, &c. als er vom lager aufstehen und wieder umher gehen konnen. ¶ 2. Deinde est intrare, subire, hineinkommen, eintreten; ut, *Ingredi forum*, vel *in forum*: *in conspectum populi ingredi*: *viam & in viam ingredi*: apud Ciceronem, Plautum, alios. Ter. Hec. 3, 4, 5 *Nescis, quid mali præterieris, qui numquam ex ingressus mare.* v. Burm. ad Quint. decl. 6, 21 p. 149. *Ingredi intra fines*, Cæs. de B. Gall. 2, 4. *Intra munitiones*, ibid. 5, 9. ¶ 3. Tralate, *In orationem ingredi*, Cic. Att. 15, 11. *In causam ingredi*, Id. fam. 6, 1. *Disputationem ingredi*, Id. pro Cæcin. c. 28. *Consultum ingredi*, Quintil. 6, 1. *Ad discendum ingredi*, Cic. de Orat. 1, 21. In omnibus his & similibus *ingredi*, incipere est & auspicari, anfangen. Conf. Menckenii Observ. L. L. hac voce.

¶ Ingrediens, *tis*, einher- oder hineingehend. Cic. de Orat. 1, 61 *Inambulans atque adsensu ingrediens arduo.* Adde Virg. Æn. 8, 309; Ovid. Met. 8, 442.

¶ Ingressus, *a, um*, der hineingetreten, angetreten; ut, *Ingressus tribunatum*, Vellej. 2, 6, 2. *Decimum nonum annum ingressus*, Id. 2, 61, 2. *Ingressa animam Tiberii eadem virtus.* ¶ 2. Interdum idem quod *aggressus*, der angefangen hat. Suet. Cæs. c. 68 *Ingresso civile bellum centurionem cujusque legionis singulos equites aviatico suo obtulerunt.* Cic. Topic. initio: *Majores scribere ingressos.* Sed verbo *scribere* omisso Quintilian. præfat. lib. 6 *Hec, Marcelle Victori, ex tua voluntate maxime ingressus.* Virg. Æn. 6, 867 *Tum pater Anchises lacrymis ingressus obortis.* Pro *loqui ingressus est*, seu *cœpit.* Et ita Æneid. 4, 107 *Si contra est ingressa Venus.*

¶ Ingressus, *us*, m. incessus, der eintritt, eingang. *Vestigiis odorari ingressus hominis improbi*, Cic. in Pison. c. 34 pr. *Ingressus & quasi primordium gerendorum honorum*, der antritt, anfang. Ulpian. l. un. § 6 ff. de Offic. quæst. *In ingressu contractus*, Id. l. 7 § 5 ff. de pactis. ¶ 2. Pro exemplo & regula: Vitruv. præfat. lib. 7 *Igitur tales ingressus eorum habens, quos ad propositi mei rationes animadverti præparatus, inde sumendo progredi cœpi.* Nam primi qui faciunt eundo seu ingrediendo viam, vestigia, & sic exemplum relinquunt, quod alii sequantur.

¶ Ingressio, *ōnis*, f. idem. *Ab ingressione fori propulsari*, Cic. Phil. 5, 4. *Moderata ingressio orationis*, eine rede, so fein sittig einher gehet, Cic. in Orat. c. 59. ¶ 2. Pro exordio disputationis, dem eingang; Cic. de Orat. 3 *Video hanc primam ingressionem meam non ex oratoriis disputationibus d. ctam.*

¶ Superingressus, *a, um*, darzu kommend. Apul. Met. 6.

¶ Intergrĕdior, *di*, darzwischen kommen; unde

¶ Intergressus, *us*, m. interventus, die darzwischenkunft. Minucius Felix c. 15 *Perinjuriam est, vires te actionis mee intergressu gravissime disputationis interfringere.*

¶ Introgrĕdior, *di*, hineingehen. Virg. Æn. 1, 520 *Postquam introgressi & coram data copia fandi*, &c.

¶ Prægrădo, *are*, prægredi, præcedere, vorhergehen. Pacuv. apud Nonium 1, 328 *Camperem ipsum prægradat.* conf. Turneb. Adverss. 29, 19.

¶ Prægrĕdior, *di*, vorn an gehen, vorgehen. *Vt lictores prægredi viderunt, Fabiumque esse consulem accepere*, Liv. 10, 25. Apud eumdem sæpe, *prægredi ad urbem*, *prægredi nuntios*, & *famam adventus sui*, & *in locum aliquem*, h. e. antevertere, zuvorkommen. Id. 35, 31 *Vbi ea sunt prægressi*; vulgo *prætergressi*, v. Drakenb. ad h. l.

¶ Prægrediens, *tis*. Sallust. Iug. c. 94 *Prægrediens Ligus.* Cic. Phil. 13, 2 *Sequentes alii, alii prægredientes amici.* Et Suet. Tib. c. 7 *Drusum fratrem in Germania amisit, cujus corpus pedibus toto itinere prægrediens, Romam usque pervexit.*

¶ Prægressus, *a, um*, vorangegangen. Plin. 28, 8 *Prægressi hominis vestigia occupare*, vorkommen, einholen. Statius 5 Silv. v. 105 *Tuas Laurus volucri, Germanice, curfu Fama vehit prægressa diem.*

¶ Prægressus, *us*, m. der vorgang, das zuvorkommen. Ammian. 21, 10 *Expertus, quid in rebus tumultuosis anteversio valeat & prægressus*, das vorkommen.

¶ Prægressio, *ōnis*, f. idem; ut, *Prægressio causse*, Cic. de Fato c. 19.

¶ Prætergrĕdior, *di*, fürüber kommen, vorben gehen. Cic. fam. 3, 7 *Lepta nunciavit, te jam castra prætergressum esse.*

¶ Prætergrediens, *tis*, vorben gehend. Tac. Ann. 14, 23, 4 *Illum, fines suos prætergredientem, incursavere Mardi.*

¶ Progrĕdior, *di*, procedere, fortgehen. für sich gehen. Ita Plin. 7, 53 *Progredi* simpliciter dixit, pro eo, quod nostri, ausgehen, i. e. domo egredi negotii vel officii causa. *Progredi in virtute*, Cic. de Finib. 4, 23. Et, *Cum jam progressus essei multorum dierum viam*, Id. Divin. 1, 15. *Magnis itineribus progredi*, Cæsar B. Civ. 2, 19, starcke tagereisen thun. *Vltra primas [illegible] aliquid progredi*, weiter kommen, Quint. 1, 1. Et, *Progredi [illegible] longius*, aut. quemadmod. Cic. Verr. 5, 62. *Neve inimicos meos in familiam nostram longius progredi patiamini.* Cic. orat. antequam iret in exil. c. 9 pro: crudelitatem exercere.

¶ Progredio, *ere*, ut *Progredior* veteres dixisse notat Prisc. p. 799.

¶ Progrediens, *tis*, fortgehend. Cic Fin. 4, 16 *Zeno a communibus initiis progrediens.* Id. Fin. 5, 15 *Progrediente ætate*, mit zunehmendem alter.

¶ Progressus, *a, um*, fortgegangen, fortgeschritten. Cic. de Senect. c. 10 *Nisi paullum ætate progressi adolescentiam debeant requirere.* Virg. Æn. 11, 623 *Intra jacula telli progressus.* Unde Compar. *Progressior* Tertulliano formatur de anima c. 31 *Vt anima progressior reverteretur mille post annis.*

¶ Progressus, *us*, m. processus, der fortgang; ut, *Progressus ætatis*, Cic. Phil. 5, 17 Et, *Progressi* vel *progressi in studiis pueros*, leichter werden, sich bessern und zunehmen, Cic. Tusc. 4, 19. *Progressis habere*, Id. de Nat. Deor. 1, 5. Virtus 5, 12 *Si adhuc in progressu expediantur progressus.* Et mox: *Hac ratione in aquam poterit esse progressus*, man kan hinaus bauen, hinaus rücken.

¶ Progressio, *onis*, f. idem; ut, *Progressio ad virtutem*, Cic. de Finib. c. 24. *Progressio discendi*, Id. Off. 3, 5.

¶ Regrĕdior, *di*, umkehren, zurück gehen. Cic. Off. 1, 10 *Regredi, quam progredi malle.* Id. de Fato c. 15 *Regredi in integrum.* ¶ 2. Act. Enniusapud Non. 2, 745 *Quo nunc incedo ego atque insto? regradum Regredere conare.* Turn. 13, 24 etiam Plinio vult reddere ex libris, in quibus legi ait, *Quin & patentibus* oculis *dormiunt lepores, multique hominum, quos Corybantia regrediunt* h. e. revocant, fanant. Al. *quos κορυβαντιῶν Græci dicunt.*

¶ Regressus, *a, um*, zurück kommend. Iustin. 22, 4, 4 *Inde regressus Cretam contendebat.* conf. Tac. Hist. 2, 74, 5.

¶ Regressus, *us*, m. reversio, die umkehrung, zurückkunft; ut, *Locus pœnitendi aut regressus ab ira*, Liv. 24, 26. Plur. Cic. N. Deor. 2, 20 *Quod conservat progressus & regressus, reliquosque motus conversosque & ratos.* Virg. Æn. 11, 413 *Neque habet fortuna regressum*, das glück kommt nicht wieder. Adde l. 6 § 3 ff. de Tutel.

¶ Regressio, *onis*, f. idem. Apul. lib. 2 A. A. *Metum istum tibi demam maturata regressione.* ¶ 2. Ad oratoriam adhibetur, & figuræ nomen est. Quintil. 9, 3 *Επανοδος dicitur Græcis: nos, i Regressionem vocant.*

¶ Regrădo, *are*, zurück ziehen, apud Hieron. Hinc

¶ Regradatus, *a, um*, zurückgezogen, zurückgesetzt; ut, *Regradati mensses*, apud Solinum c. 3. conf. Salmas. ad h. l. p. 16.

¶ Regradătio, *onis*, f. die zurücksetzung, cum quis de superiori gradu ad humiliorem rejicitur. Gloss. gr. lat. καταβιβασμος, *regradatio.* Theod. Cod. tit. 8 l. 5 *Regradationis humilitate plecti.* conf. Vales. in Ammian. p. 65.

¶ Retrogrădior, *retrogradi*, zurückgehen. Plin. 2, 15 de planetis: *Retrogradiuntur ad solem.*

¶ Retrogrădus, *a, um*, adj. rückgängig. Plin. 2, 17 *Mercurium retrogradum in Tauro fieri.* Et Sidon. 8 epist. 11 *Saturnus retrogradus.*

¶ Retrogrădo, *are*, zurückgehen. Mart. Capella 8 p. 300 f. *Eas retrogradare facit.*

¶ Retrogradatio, *ōnis*, f. die zurückkehrung. Idem Mart. Capella lib. 8 p. 298 *Retrogradatione sui vicinia solis admotus.*

¶ Retrogressus, *us*, m. idem. Macrob. Sat. 1, 17 *Sol retrogressum agit.*

¶ Suggrĕdior, *di*, larenter gradi, herzu schleichen. Tac. Ann. 15, 11, 2 *Qui barbarorum propius suggrediebantur.*

¶ Suggressus, *a, um*, eingeschlichen; ut, *Propius suggressi speculatores*, Tac. Ann. 2, 12, 2. Et 14, 37, 1 *Propius suggressus hostis.* conf. 4, 47, 2; & 13, 57, 5.

¶ Supergrĕdior, *di*, drüberaehen, übertreffen; ut, *Laudem omnem supergredi*, Quintil. præfat. lib. 6 pro excellere Adde Iustin. 42, 2, 3; Sen. epist. 32. Plin. 8, 50 f. 76 *Atque ita alteram* (capram) *proculcata supergressam*, wäre über die andere hinüber aestiegen.

¶ Supergredio, *ere*, idem. Apul. Met. 10 pr. *Duodecimum ætatis annum supergresserat.* v. ibi not. Colvii p. 133.

¶ Supergressus, *a, um*, der übertroffen hat. Tac. Ann. 13, 45, 3 *Ætatis sue fœminas pulchritudine supergressa.* Adde Iustin. 44, 5, 6; Curt. 8, 2, 22; Suet. Claud. c. 14; Val. Max. 4, 3, 3; Solin. 6 ext. Tertull. de Resurr. Carn. c. 40; & adv. Gnost. c. 13. ¶ 2. Pass. Pall. Nov. 4, 2 *Altitudine animalium supergressa* h. e. superata.

¶ Supergressus, *ūs*, m. excessus, ὑπερβολή. Tert. de Resur. carn. *Per supergressum æternum gloriæ pondus.*

¶ Superegrĕdior, *di*, decompositum. Ambrosius epist. 6 p. 79 ed. Frob. *Superegrediamur plebejas opiniones.*

¶ Transgrĕdior, *di*, transire, hinüber schreiten, übergehen. *Taurum transgressus sum*, Cic. fam. 3, 8. *Transgredi in partes alicujus*, zu einem übertreten, Tac. Hist. 1, 13, 6; 2, 85, 1; &c. Idem Hist. 4, 62, 4 *Transgredior ad vos, seu me ducem, seu militem vultis.* ¶ 2. *Transgredi* pro transfretare, & *Transgressum* pro transfretatione Sallustius dixit. Quod tamen in eo reprehendit Asinius Pollio; inscite, ut Gellius notat Noct. Att. 10, 26. Tac. Agric. 18, 1 *Hunc Britannia statum, has bellorum vices, media jam æstate transgressus Agricola invenit.* Sic, *Transgredi amnem*, Id. Ann. 12, 16, 3; *Danubium*, 2, 63, 2; *Rhenum*, 13, 56, 3; &c. Similiter verbo *transire* Liviane Epitomes auctor usus est lib. 49.

¶ Transgrediens, *tis* substantive, ein übertreter, verbrecher. Vulg. Interpr. Sir. 23, 17 *Non fatigabitur transgrediens a quo ad suum.*

¶ Transgressus, *a, um*, der überschritten hat, der hinüber gegangen. Vellej. 2 7, 2 *Transgressus annum duodetrigesimum.* Id 2, 55, 3 *Transgressus ad deos Augustus.* Tac. Hist. 5, 5, 4 *Transgressi in morem eorum*, die ihre weise annehmen. Plin. 2, 87 *In contrarias sedes transgressi*, die sich wo anders hin begeben. Sallust. apud Non. 6, 27 *Æstu secundo transgressi.* conf. de hac transfretandi significatione in

verbo *Transgredior.* ¶ 2. Paſſ. Plin. 5, 26 *Minui incipit in Virgine, Leone transgreſſo.*

¶ Transgreſſus, *us*, m. tranſitus, die hinüberſetzung, überfahrt, übertretung. De pedum gradu proprie dicitur; ſed auctoritas veritatis liberiorem uſum loquendi dedit. v. Non. l. c. & Gell. 10, 26, ubi Salluſtius maris tranſitum transmiſſumque navibus factum *transgreſſum* appellaſſe dicitur. Vet. Gloſſ. *Transgreſſus, πάροδος, διάβασις.* Tac. Ann. 15, 7, 3 *Transgreſſis Euphratis.* Ibid. 6, 37, 3 *Auſpicium proſperi transgreſſus.* Sed Tertull. de Pallio c. 5 *In melius transgreſſus*, die verbeſſerung.

¶ Transgreſſio, *ōnis*, f. idem. Cic. in Piſon. c. 33 *Alpium vallum contra adſcenſum transgreſſionemque Gallorum.* Et de Orat. 3, 54 *Verborum concinna transgreſſio*, i. e. tranſitio. Aut. ad Herenn. 4, 32 *Transgreſſio eſt, quæ verborum perturbat ordinem*, &c. ¶ 2. Sed pro violatione legis Vulg. Interp. Gal. 3, 19 *Lex propter transgreſſionem poſita eſt*, der ſünde halben.

¶ Transgreſſor, *ōris*, m. Theologis peccator eſt, ein übertreter, ſünder. Arnobius 7 p. 215 *Vt* (dii) *contumeliæ ſe vellent de audacibus & transgreſſoribus vindicare.* Alcimo 2, 120 *Transgreſſor* diabolus dicitur. Et Proſper Aquit. epigr. 78 *Gaudet transgreſſor peccato impune potitus.* Adde Tertull. de Reſurrect. c. 39, & de Anima c. 35.

GRÆA, *Græe*, Gorgonum cuſtodes apud Hygin. Poët. aſtron. 11, 12. *Sorores Phorcydes* Ovidio Met. 4, 773, ubi vid. Burm.

GRÆCIA, *æ*, f. Ἑλλάς, Griechenland, nomen accepit a primo ejus provinciæ rege, *Græco*, Plin. 4, 7. Hellas autem ab *Hellene* Deucalionis filio, & *Attis*, ſeu Attica regio, ab *Attide* Græci filia, vide *Hellas.* Cic. pro Flacco c. 27 *Hæc cunctæ Græcia, quæ fama, quæ gloria, quæ doctrina, quæ plurimis artibus, quæ etiam imperii & bellica laude floruit, parvum quemdam locum Europæ tenet, ſemperque tenuit, Aſiæ maritimam oram bello ſuperatam cinxit urbibus.* Id. de Orat. 1, 4 *Græcia eloquentiæ princeps* &c. Idem ad Qu. Frat. 1, 1, 9 *Nos ea, quæ conſecuti ſumus, his ſtudiis & artibus ſumus adepti, quæ ſunt nobis Græciæ monumentis diſciplinisque tradita.* Aut. ad Herenn. 4, 25 *Imperium Græciæ fuit apud Athenienſes* &c. Græciæ provinciæ fuerunt, *Peloponneſus, Epirus, Macedonia, Achaia, Eubœa, Creta*, &c. ¶ 2. Pro *incolis Græciæ* legitur apud Nepot. 2, 4, 5 *Victus armis Græciæ.* ¶ 3. *Magna Græcia* veteribus dicta fuit Italiæ pars inferior & maritima Græcis coloniis celebrata, ſpeciatim a Tarento ad Siculum fretum ac Neapolim, & Siciliæ latus illud, quod ſpectat Græciam. Liv. 31, 7 *Nec Tarentini modo, oraque illa Italiæ, quam majorem Græciam vocant, ut linguam, ut nomen ſecutos crederes.* vide & Plinium 3, 10, Feſtum *in Major Græcia:* & Ovid. Faſt. 2, 64 *Itala nam tellus Græcia major erat.* Seneca Conſolat. ad Helviam c. 6. ¶ 4. Adjective, certe per appoſitionem, ponitur in his: *Græcia gens*, i. e. Græci vel Græcorum, Nepos de Regibus principio: & *Græcia civitas*, Idem 7, 7, 4. vid. Io. A. Boſium, quamquam & aliter ibi legatur. Sic *Terra Græcia*, Gell. 1, 11 & 3, 9.

¶ Græci, *orum*, m. pl. die Griechen. *Græcorum tria ſunt genera.* Athenienſes, Æoles & Dores, Cic. pro Flacco c. 27. Et ibid. c. 4 *Hoc dico de toto genere Græcorum, tribuo illis literas, do multarum artium diſciplinam, non adimo ſermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam, &c. Teſtimoniorum religionem & fidem nunquam iſta natio coluit.* Id. Cic. de Orat. 1, 11 *Contentionis quam veritatis cupidiores fuerant Græci.* Et ad Qu. Fratr. 1, 2, 2 *Græcorum ingenia, ad fallendum parata ſunt.* Ruſus ad Qu. Fratr. 1, 1 *Omnes vias pecuniæ norunt, & omnia pecuniæ cauſſa faciunt Græci.* Liv. 8, 22 extr. *Græci gens lingua magis ſtrenua quam factis.* Mendaces & ſubleſtæ fidei; unde *Græcia mendax* dicitur Iuvenali 10, 174. Sic Plin. 37, 12 *Græcâ vanitate conficta.* Et *deſidiam & licentiam* iisdem Tacitus tribuit Hiſt. 3, 47, 3; & *facilitatem*, Annal. 14, 47, 3, quam Marcellus Donatus *indulgentiam, licentiam*, & *luxum* interpretatur: vide eum in Dilucidationibus ad iſtum locum, itemque Barthium Specimine Commentarii in Auguſtinum de Civ. Dei, quod Adverſariorum exſtat, 10, 4 p. 2867 ſeq. plura de Græcorum moribus ex bonis auctoribus conſtipantem.

¶ Græcus, *a, um*, adj. griechiſch; ut, *Græca litteræ, Græca lingua*, Nepos præf. n. 2: & 10, 1, 4. *Græcis litteris* Romani pueri prius quam Latinis imbuendi, judice Quint. 1, 1. v. Burm. p. 17. Sed *Græca fide mercari*, i. e. optima & præſenti pecunia mercari, dixit Plaut. Aſin. 1, 3, 47. vide Turneb. Adverſ. 4, 13; & 12, 18, itemque Scalig. Auſon. Lect. 2, 7. Verum perperam ad gentis ejus laudem hæc trahere Turnebum, quemadmodum & illud Ciceronis fam. 7, 18 *Græcula chirographi cautio*, Voſſius obſervat Inſt. Orat. 1 p. 186; cum nihil certius ſit, quam eo hæc ſpectare, quod leves Græci ipſi inter ſe non niſi præſenti mercarentur pecunia: aut minimum ſyngrapha caverent. Imo vix ſyngraphis ſatis cautum credebatur. Teſtis ejus rei Hiſtoricus Græcus Polybius lib. 6 Hiſt. cujus verba Voſſius l. c. exhibet. Ita etiam Burm. ad Petron. c. 46 obſervat, *Græca* & *Græcula* per contemtum fere a Romanis dici. v. Drakenb. ad Sil. 3, 178. *E Græco in Latinum convertere*, Cic. Off. 2, 24 extr. &, *Græca in Latinum convertere*, Tuſc. 3, 14, überſetzen. ¶ 2. *Græca roſa* Romanis, Græcis *lychnis*, Plin. 21, 4. ¶ 3. *Græca urbs κατ' ἐξοχήν* Neapolis. Drakenb. ad Sil. 12, 41.

¶ Græcŭlus, *a, um*, diminut. *Eruditus homo & Græculus*, Cic. Verr. 6, 57, i. e. vanus. v. Meurſ. in Auctar. Philolog. p. 124. *Ineptum & græculum negotium*, Cic. Tuſc. 1, 35, läppiſch und liederlich. *Græculæ vites*, Col. 3, 2. ¶ 2. *Græcula*, roſa ita dicta Plin. 21, 4; 14, 2; & 26, 7.

¶ Græce, adv. griechiſch. *Scribere græce*, Cic. Off. 3, 32. *Græce neſcire*, Id. pro Flacco c. 4. Et, *Græce vel latine reddere*, de Orat. 1, 35 *Græce confectus liber*, C. Nep. 25, 18, 6.

¶ Græcānĭcus, *a, um*, aliud adject. quod idem ac a Græcis derivatus; griechiſcher art. Varr. L. L. 9, 3 f. *Alia græca, alia Græcanica*, &c. Suet. Domit. c. 4 *Amictus toga Græcanica.* Plin. 34, 9 *Dolor Græcanicus.* Apulej. 2 Flor. *Græcanicum cingulum.*

¶ Græcanice, adv. idem. Varr. de L. L. 8, 50.

¶ Græcālis, *e*, idem. Frontin. de Colon. Gœſ. p. 116 *Lapides græcales*, i. e. notati literis Græcis.

¶ Græcienſis, *e*, idem. Apulej. 3 Mileſ. p. 133 (vid. Hiſpanienſis); & Gell. 19, 10.

¶ Græciſſo, *are*, Græcorum ſermonem imitari. Apul. Apol. p. 336 *Loquitur nunquam niſi Punice, & ſi quid adhuc a matre græciſſat.* Et Plaut. Menæch. prol. v. 11 *Hoc argumentum græciſſat, tamen non atticiſſat.*

¶ Græciſmus, *i*, m. ſive Helleniſmus, eſt græca conſtruendi & flectendi ratio apud Grammaticos.

¶ Græcĭtas, *ātis*, f. res & litteratura Græcorum, lingua imprimis & ſermo. L. 3 Cod. Theodoſ. de Studiis liberal. Vrbis Romæ & Conſt. *Qui facundia Græcitatis pollere noſcuntur.*

¶ Græcor, *ari*, Græcorum more vivere ſeu Græcos imitari. Plerumque in malam partem (etiam compoſita ejus) ſumi videmus. Horat. 2 ſat. 2 v. 11 *Adſuetus græcari*, id eſt, potare & voluptatibus indulgere. Apud Ciceronem Verr. 1, 26 eſt *Græcorum more bibere.* Bibendo enim & laſciviendo nulla unquam natio ſibi tantum indulſit. v. Barthii Adverſ. 11, 19 p. 546.

¶ Græcātus, *a, um*, Græcos imitatus. Vnde *Græcatior epiſtola*, apud Apulej. Apol. p. 329.

¶ Græcatim, adv. græco more. Tertull. de Pallio c. 4 *Græcatim depilari magis, quam amiciri.*

¶ Græcatio, *onis*, f. imitatio Græcorum, ſtudium Græcitatis. Gloſſ. gr. lat. Ἑλληνισμός, *hæc Græcatio.*

¶ Grajus, *a, um*, idem quod *Græcus:* ut, *Homo Grajus*, Lucret. 1, 67. *Grajus ſaltus*, Nep. 23, 3, 4. *Graja Camœna*, Horat. 2 od. 16, 38. Et ſubſtantive *Graji*, die Griechen. Cic. de Invent. 2, 23 *Graji de Grajis eternum inimicitiarum monumentum ſtatuerunt.* Horat. 2 de Arte Poët. v. 323 *Grajis ingenium, Grajis dedit ore rotundo Muſa loqui.* Phædr. 4, 6, 10 *In perniciem Grajûm & Barbarûm.* ¶ 2. *Grajus & Gratus* miſcentur a librariis, v. Drakenb. ad Sil. 6, 326, & Liv. 4, 5, 8.

¶ Grājŭgĕna, *æ*, c. vel Græcus, vel a Græcis ortus, Cic. N. D. 2, 36. Virg. Æn. 3, 550 *Grajugenûmque domos ſuſpectaque limina arva.* Sed adjective *Grajugenas domos* dixit Catullus 65, 36.

¶ Grāiugĕna, *æ*, idem. Auguſtin. de Civ. Dei 18, 18 ſub fin. *Blandiuntur Græcigenis, alienigenas perſequuntur.*

¶ Græcoſtăſis, *is*, f. ſtatio Græcorum, locus Romæ ante curiam, in quo legati Græci, aut aliarum nationum, ad ſenatum miſſi, antequam audirentur, conſiſtebant; Varro de L. L. 4, 32. Eſt & apud Cic. ad Qu. Frat. 2, 1. Explicat Cæl. Rhodig. 10, 5. Adde Plin. 33, 1.

¶ Congræco, *are*, pro *Græcari*, i. e. luxui ſe dare & genialem vitam agere, im luder liegen. Plautus Bacch. 4, 4, 91 *Quod in haſtris comedim & congræcem.* v. paullo ante *Græcor.*

¶ Pergræcor, *ari*, item, ſchlemmen, panquetiren. Plaut. Moſtell. 1, 21 *Dies noctesque bibite, pergræcamini.*

¶ Semigræcus, *a, um*, halb griechiſch. Varro de R. R. 2, 1 *Vt ſemigræcis paſtoribus dicam græce.* Florus 1, 18, 6 *Semigræca civitas.*

¶ Semigræce, adv. ex Lucilio Velius Longus de orthogr. in litera S.

Grajus v. paullo ante ſub *Græcus.*

GRALLÆ, *arum*, f. plur. fuſtes ſunt furculas habentes, quibus nituntur, qui ſuper iis incedunt, ſtelzen, krücken. v. Nonium 2, 361.

¶ Grallator, *ōris*, m. der auf ſtelzen gehet. vide Feſtum. Vtitur Plaut. Pœn. 3, 1, 27, & Arnob. lib. 2.

¶ Grallatōrius, *a, um*; ut, *Grallatorius gradus*, ein groſſer ſtelzenſchritt. Plaut. Amph. 4, 3, 52.

GRĀMEN, *ĭnis*, n. gras. *Viridi ſe gramine veſtit tellus*, Virg. Georg. 2, 219 *Redeunt jam gramina campis*, Horat. 4 od. 7, 1. ¶ 2. Opponitur *ſatis* & utilibus herbis. Quint. procem. l. 8 p. 664 *Velut lato gramine ſata ſtrangulant.* ¶ 3. *Gramen* & *ſtramen* confunduntur in MSS. v. Drak. ad Sil. 10, 561.

¶ Gramĭnĕus, *a, um*, von gras; ut, *Corona graminea*, Gell. 5, 6. *Ceſpes gramineus*, grünet raſen. Ovid. Amor. 2, 16, 10. Et, *Graminea arx*, Sil. 4, 703. *Haſtæ gramineæ* apud Cic. Verr. 4, 56 extr. ſunt gramina ingentis magnitudinis, & ob hanc ſolam cauſam ſpectaculo hominum in templo repoſita, ut ſatis apparet locum totum attente legentibus. Video etiam Verburgio idem videri.

¶ Graminōſus, *a, um*, voll gras; ut, *Ager graminoſus*, Colum. præfat. lib. 1.

GRAMIA, *æ*, vel Gramiæ, *arum*, f. oculorum pituita; alii *Gramas* vocant, eiter in augen. v. Feſtum, & Nonium 2, 389. Plin. 25, 13 *Crethmus agrius gramias tollit.*

¶ Gramiōſus, *a, um*, eitericht an augen; ut, *Oculi gramioſi*, butteräugen. Nonius ex Cæcilio l. c.

GRAMMA, *ātis*, n. γράμμα, littera, ein buchſtab. Fann. de Ponder. v. 9.

¶ Gramme, *es*, f. γραμμή, linea, eine linie. Apul. de Herb. c. 106 *Scripturæ, quas Græci grammas vocant.* vid. mox etiam in compoſitis *Diagrammatiſmus.*

¶ Grammĭcus, *a, um*, γραμμικός, linearis, mit ſtrichen, mit linien; ut, *Deformationes grammicæ*, i. e. deſignationes quæ per lineas fiunt, Vitruv. præf. lib. 3. *Grammicis rationibus explicare*, Id. 9, 1.

¶ Grammātias, *æ*, m. γραμματίας, gemma laſpis. Plin. 37, 9.

¶ Grammătica, *æ*, f. γραμματική, quam *litteraturam* Quint. 2, 1 vocat, die ſprach-kunſt. Cic. de Fin. 3, 2 *Grammaticam* refert inter *verba*, quibus ex inſtituto veterum utimur pro latinis. *Grammatica olim Romæ ne in uſu quidem, nedum in honore ullo erat*: &c. Suet. de Illuſtr. Gramm. princ. Sed Quintiliani eſt 1, 4 de Grammatica judicium: *Minus ſunt ferendi, qui hanc artem, ut tenuem ac jejunam, cavillantur. Quæ niſi Oratori futuro fundamenta fideliter jecerit, quicquid ſuperſtruxeris, corruet: neceſſaria pueris, jucunda ſenibus, dulcis ſecretorum comes, & quæ vel ſola, omni ſtudiorum genere, plus habeat operis*, (hoc eſt, ſolidæ ac veræ eruditionis & utilitatis) *quam oſtentationis.* Videndus eſt initio hujus capitis, ubi naturam ejus explicat. *Breviſſime*, ait, *in duas partes dividitur, recte loquendi ſcientiam, & poëtarum enarrationem.* Add. 2, 1 *Tenui a fonte, aſſumtis poëtarum hiſtoricorumque viribus* &c.

¶ Grammatice, *es*, f. idem. Capitol. in Pertin. c. 1 *Pertinax Grammaticen profeſſus eſt, in qua minus queſtus.*

¶ Gram-

¶ Grammáticus, *i*, m. subſt. *γραμματικός*, litteraturæ & eo pertinentium diſciplinarum peritus, philologus, quo vulgo nomine etiam, cum Germanice loquimur, utimur. Appellatio *Grammatici* græca conſuetudine invaluit, initio *Litterati* vocabantur, item, *Litteratores*. Nitidius & honoratius *doctores* ac *profeſſores litterarum* dicuntur. Seneca epiſt. 95 *Cuſtodes latini ſermonis* appellat. Quint. 1, 2 p. 28 *Grammaticus de ratione loquendi ſi diſſerat, quæſtiones explicet, hiſtorias exponat, poëmata enarret.* v. Wower. de Polym. De notis Grammaticorum Burm. ad Quint. 1, 4 p. 38. Socrates *tria* mala eſſe dicebat, *Grammaticum, pauperiatem, & malum uxorem*, Athen. lib 12. Suetonii *de Illuſtribus Grammaticis* librum habemus. Horat. Art. Poët. v. 78 *Grammatici certant & adhuc ſub judice lis eſt.*

¶ Grammaticus, *a, um*, adj. Horat. 1 epiſt. 19, 40 *Grammaticas ambire tribus.* Auſon. epigr. 50 *Grammaticæ artis peritus.* Idem epigr. 136 *Grammatici canones.* In neut. plur. *Grammatica* vocat Cic. de Orat. 1, 42, quæ ibid. c. 3 nominat *ſtudium litterarum, quod propterea ii, qui Grammatici vocantur.*

¶ Grammatice, adv. Quintil. 1, 6 *Mihi non invenuſte dici videtur, aliud eſſe latine, aliud grammatice loqui.*

¶ Grammatista, *æ*, m. *γραμματιστής*, qui mediocriter grammatice eruditus eſt. Suet. de Illuſtr. Gramm. c. 4, Grammaticum *abſolute*, Grammatiſtam *mediocriter doctum putant.* Et

¶ Grammatiſtica, *æ*, f. Grammatica imperfecta eſt, *Litteratio* Latinis.

¶ Grammaticális, *e*, quod Grammaticæ eſt. *Grammaticales figuræ*, Sidonius 7 epiſt. 9. Et, *Grammaticalis palæſtra*, Id. carm. 23, 212.

¶ Grammaticaliter, adv. Trebellius Pollio in Regilliano: *Capit quaſi grammaticaliter declinare.*

¶ Grammíticus, *ci*, m tribus ſyllabis pronunciatione græca, *γραμματεύς*, qui rationes publicas in tabulis ſcribit, notarias, ein ſchreiber, ſtadt-ſchreiber. Vſus latine eſt Apulej. lib. 11 p. 265 *Tunc ex his unus, quem concili grammateα dicebant*, &c. Suidas ait, *Grammatea eſſe arcanorum participem.*

¶ Grammaticomaſtix, *ígis*, m. *γραμματικομάστιξ*, flagrum ſeu flagellum Grammaticorum, multum negotii faceſſens Grammaticis, apud Auſonium inter titulos Edyll. 12.

¶ Grammatodidáſcalus, *i*, m. *γραμματοδιδάσκαλος*, literarum doctor. Mart. Capella 3 p. 51.

¶ Grammatóphorus, *i*, m. *γραμματοφόρος*, tabellarius, ein briefe-träger, apud Hieronymum.

¶ Grammatóphylacium, *i*, n. *γραμματοφυλάκιον*, ſcrinium, aut locus, ubi tabulæ, & inſtrumenta publica, monumentaque rerum geſtarum, actorumque aſſervantur, die ſchreib-ſtube, cantzley; vel receptaculum publicorum monumentorum. v. Vlpian. l. 19 § 6 D. de pœnis. *Archivum* Vopiſcus vocat, *ἀρχεῖον*, das archiv. vide *Tablinum.*

Compoſita:

¶ Agrammátus, *i*, m. *ἀγράμματος*, illiteratus, ein unerlehrter, ein idiot. Vitruv. 1, 1 *Non debet nec poteſt eſſe Architectus Grammaticus, uti fuit Ariſtarchus, ſed non agrammatus.* Caſſiod. de Div. lect. 1, 28 *Multi agrammati ad verum intellectum perveniunt.* conf. græce Modeſt. ICt. l. 6 § ult. D. de Excuſat.

¶ Anagramma, *ătis*, n. *ἀνάγραμμα*; Et

¶ Anagrammatiſmus, *i*, m. *ἀναγραμματισμός*, ingenioſa permutatio, vel transpoſitio litterarum in una vel pluribus dictionibus, unde alia ſententia generatur, ein buchſtaben-wechſel; ut, *Laudator*, per anagr. *adulator*; *Galenus* per anagr. *Angelus*; &c. Lycophronem Guil. Canterus in Proleg. ad eumdem laudat, quod anagrammatiſmis excogitandis omnes in ſui admirationem rapuerit. Ejusdem fuit *τετολεμαῖος*, per anagramma *ἀπὸ μέλιτος*, i. e. *mellitus*, &c. v. Voſſ. Etym. p. 240.

¶ Archigrammáteus, *ei*, m. *ἀρχιγραμματεύς*, ſcribarum præfectus, apud Plutarchum, ein ober-ſchreiber, ober-ſtadt-ſchreiber, quem hodie vocamus Cancellarium, den cantzler. Bud.

¶ Diagramma, *ătis*, n. *διάγραμμα*, cujuſcunque rei per lineas expreſſa figura atque imago, eine abjeichnung. Vitruv. 5, 4 pr. *Ariſtoxeni diagramma ſubſcribam.* Vbi Philander: *Diagramma, deſignationem, deformationem, deſcriptionemque ſignificat.* Hoc ſenſu Plutarchus *διαγράμματα χαλδαϊκά*, *figurationes Chaldaicas* dixit. v. Baldi Lex. Vitruv. p. 37, & in Chiliad. *Ab diagrammate.*

¶ Diagrammiſmus, *i*, m. *διαγραμμισμός*, teſſerarii ludi ſpecies fuit veteribus, in quo ſexaginta calculi tum albi tum nigri adhibebantur; quem ludum *Grammas* quoque dixerunt, i. e. lineas. vid. Cæl. Rhodig. 11, 27.

¶ Epigramma, *ătis*, n. *ἐπίγραμμα*; nihil aliud proprio eſt, quam inſcriptio, elogium, titulus, qui donis additur, quæ diis ſacrabant, eine überſchrifft. Vnde nota illa, litteræque, quæ fugitivis inurebantur, *Fugitivorum epigramma* Petronio c. 103 dicitur: *Implevit*, inquit, *Eumolpus frontes utriusque ingentibus litteris, & notum fugitivorum epigramma per totam faciem liberali manu duxit*, ein brandmahl. Nep. 4, 1, 3 *In eo eſt reprehenſus, quod cum ex præda tripodem aureum Delphis poſuiſſet, epigrammate ſcripto, in quo erat hæc ſententia* &c. Quoniam igitur hæ inſcriptiones verſu plerumque conceptæ, & breves eſſent præterea; factum eſt, ut iſtuc nominis ad quævis alia carmina rotundiora, & paucis verſibus conſignata, transferretur, ein kurtz, ſinnreich gedicht. Qualia Catullus, & alii; Martialis autem aliquot libros dedit, cujus iſtud eſt 7 epigr. 84 *Facile eſt, Epigrammata belle Scribere, ſed librum ſcribere difficile eſt.* Et 11 epigr. 43 *Vivida cum poſcas Epigrammata, mortua ponis Lemmata: Qui ſieri, Cæciliane, poteſt?* &c. Cic. pro Arch. c. 10 *Epigramma in eum fecit tantummodo alternis verſibus longiuſculis.* conf. Petron. c. 115. Ruſus Cic. Att. 1, 16 *Epigrammatis tuis* (pro epigrammatibus) *quæ in Amalthεo poſuiſti, contenti erimus.* conf. & Martialis præfat.

¶ Epigrammátium, *i*, n. dimin. *ἐπιγραμμάτιον*; ut, *Papinii epigrammation in adoleſcentem*, Varro de L. L. 6, 3.

¶ Epigrammáticus, *a, um*, adj. ut, *Martialis epigrammaticus poëta*, apud Spartianum in vita Ælii Veri Cæſaris c. 5.

¶ Epigrammatárius, *i*, m. qui epigrammata ſcribit. Vopiſc. in Floriano c. 3 *Quidam epigrammatarii in eum luſit* &c. Id. in Saturnino: *Verſificatores, epigrammatarii.*

¶ Epigrammiſta, *æ*, m. idem. Sidon. Apollin. 4 epiſt. 1 *Si heroicus arduam, comicus lepidam, tragicus ſeriam, bucolicus ruralem, hiſtoricus verum, ſatyricus ſpectatam, [illegible] ſiſta plauſibile, ſophiſta ſerium, epigrammatiſta [illegible] dam, juriconſultus obſcurum, medicus [illegible] varo, Sirmondus, Limenhortius, at audiendi non ſint, qui Epigrammatiſta adſerunt.*

¶ Ex grammatico, qui fuit Grammaticus. Ammian. 28, 1 *Hermonenſis Simplicius, Maximini conſiliarius [illegible]* Sed Gron. *ex Grammatico.*

¶ Monogramma, *ătis*, n. *μονόγραμμα*, picturæ in tabula lineamentis deformata, ac nullis coloribus adhuc [illegible] dicebatur, ein entwurff, muſter. [illegible] *γραμμή*, ut ex Ver. Gloſſ. docet Scal. [illegible]

¶ Monogrammi, m. pl. *μονόγραμμοι*, quasi [illegible] mati. Cic. N. Deor. 2, 23 *Epicurus [illegible] tes commentus eſt.* Hinc proverbio dici poteſt [illegible] nues atque macros.

¶ Paragramma, *ătis*, n. *παράγραμμα*, Scholion in [illegible] Hieron. ep. 28.

Parallelogrammus, vide in *Parallelus*.

¶ Pólygrammos, *i*, m. *πολύγραμμος*, [illegible] ſimilis, per transvertium multis lineis albis [illegible]

¶ Programma, *ătis*, n. *πρόγραμμα*, [illegible] ob oculos poſita, qualia edicta eſſe ſolent [illegible] & conſt. Princ. etiam auctoritas [illegible] Vidio Caſſ. c. 6 *Edici juſſit [illegible] programma.* Et Caſſiod. Var. epiſt. 7, 42 [illegible] Ut libellus elegans Ge. Lud. Oederi de [illegible]

¶ Tetragrammaton, *i*, n. *τετραγράμματον*: ut, *Nomen tetragrammaton*, id eſt, quatuor litterarum, cujusmodi Ebræis nomen eſt Dei, יהוה *Iehovah*, quod ineffabile putarunt. vid. Hieron. in libr. Reg. præf.

Granarium, granatus, vide *Granum*, Grandævus, grandævitas, grandeſco, grandio, *Grandis*.

GRANDIS, *e*, gravis, immanis, groß, wichtig. *Grandem pecuniam alicui credere*, Cic. pro Rabir. poſt. c. 2. *Grande pondus argenti*, Id. pro Cæcin. c. 4 *Grandibus litteris inciſum nomen*, Id. Verr. c. 24. *Grandis ætas*, Ovid. Met. 6, 28 *Non omnia grandior ætas, Quæ fugiamus, habet: ſeris venit ulcera tempus*: das hohe alter. *Grandior ſactus*, Virg. Georg. 1, 195. *Grandiores victimæ*, Plin. Paneg. c. 52. *Res grandes*, i. e. graves, Cic. de Fin. 3, 5. de Div. 1, 20. Et, *Grandis natu*, Horat. 1 epiſt. 7, 49. Cic. in Verr. 1, 30 & de Senect. 5, Suet. Superl. Apul. 7 Met. *Cedens fuſte grandiſſimo.* Et lib. 9 betaget. *Aeribus grandiſſimis præditus.* Et lib. 11 p. 246 *Grandiſſimum illum calicem una ba ſta perbauſi.* Sic Plin. 15, 3 *Olivæ grandiſſimæ* Id. 16, 6 *Grandiſſima glans.* Id. 29, 4 *Grandiſſimum caput*, &c. Varro de R. R. 1, 52 *Sues grandiſſimæ.*

¶ Grandículus, *a, um*, diminuendi vim aliquam habet, ut majuſculus, ziemlich groß. Plaut. Pœn. 2, 35 *In fandas viſci indebant grandiculos globos.*

¶ Grandiuſculus, *a, um*, idem. Ter. Andr. 4, 5, 19 *Nam fere grandiuſcula jam profecta eſt illinc.*

¶ Grandíter, adv. valde, ſehr. Sidon. 7 epiſt. 2 *Pater iſtius granditer frugi.* Et 7, 4 *Illud mihi inter maxima granditer curæ eſt.* Et 3, 13 pr. *Granditer facetiari.* Et 3, 8 *Mirandum granditer non eſt.* Comp. Cic. Tuſc. 5, 16 *Quod dicatur aut gravius aut grandius.* Ovid. Her. 15, 30 *Quamvis grandius ille ſonet.*

¶ Grandítas, *ătis*, f. die groſſe, wichtigkeit; ut, *Grandita verborum*, groſſe worte, Cic. de Cl. Orat. c. 31. Et Plin. 6 epiſt. 21 de Vergilio Romano: *Non illi vis, non grandita, non ſubtilitas* &c. *defuit*, puta, ad ſcribendum. conf. Nonius 2, 359. Huic opponitur *Parvitas* apud Plinium alterum præfat. ad Titum, & Val. Max. prologo.

¶ Grandédo, *ínis*, f. idem. Fulgent. de Cont. Virg. *Timoris projecta grandedine.*

¶ Granditúdo, *ínis*, f. idem, in Io. de Ianua Cathol.

¶ Grandeſco, *ĕre*, augeri, grandem fieri, creſcere, zunehmen, groß werden. Plin. 18, 30 extr. *Creſcente luna frumenta grandeſcunt.* Et Auguſtin. Confeſſ. 7, 6 *Famula utero grandeſcebat.* conf. Lucret. 1, 191, & 2, 1159.

¶ Grandío, *ire*, veruſte Plautus dixit pro, grandem facere, groß machen, in Aulul. 1, 1, 10. *Teſtudinem iſtam tibi ego grandibo gradum*, id eſt, efficiam, ut majora in gradiendo ſpatia facias, ich will dir füſſe machen. Sic, *Grandiri*, grandem fieri, ſive grandeſcere, Cato dixit de Re Ruſt. c. 161. *Mars pater, te precor, uti tu fruges, frumenta, vineta, virgultaque grandiri, beneque evenire ſinas.* conf. Varro apud Nonium 2, 358.

¶ Grandævus, *a, um*, magno natu, ſehr alt, wohlbetaget. Virg. Æn. 1, 125 *Grandævus Alethes.* Ovid. Met. 7, 160 *Grandævi patres.* Lucan. 3, 518 *Grandævosque ſenes miſtis armavit ephebis.*

¶ Grandævitas, *ătis*, f. das hohe alter. Accii & Pacuvii verbum apud Nonium 2, 365.

¶ Grandebilæ, *arum*, f. pl. Medicis ſunt pili ſubalares, die haare unter den achſeln.

¶ Grandifer, *a, um*, ſehr groß: ut, *Vallis jam grandiferæ, maximarumque fructuum matura perceptio*, Nazarius Paneg. Conſtant. c. 3.

¶ Grandíficus, *a, um*, idem Ammian. 15, 12 [illegible] Valef. c. 6 extr.) *Grumbates rex, ætate quidem media, rugoſiſque membris, ſed mente quadam grandifica, multisque victoriarum inſignibus nobilis.*

¶ Grandilóquus, *a, um*, der hohe reden führet. Cic. in Orat. c. 5 *Grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt cum ampla, & ſententiarum gravitate, & majeſtate verborum.* Id. Tuſc. 5, 31 *Iſti grandiloqui contra hæc duo.*

¶ Grandiſcápius, *a, um*, grandem habens ſcapum, groß ſtenglicht. Sen. epiſt. 86 *Arbores, ut ita dicam, grandiſcapiæ.* Nam paullo ante dixerat, *magnarum arborum truncos cum ſcapo ſuo transferri.*

¶ Grandiſónus, *a, um*, hochlautend. Sedulius 1, 2 *Figmenta grandiſonis pompare modis.*

Compo-

Composita cum præposit.

¶ Degrandesco, ere, abnehmen, ap. Hieronym.

¶ Ingrandesco, ere, idem quod *Grandesco ere*, groß werden. Colum. 2, 10 *Ut celeriter prodeat & ingrandescat.* Adde 11, 3 *Licet porrum, si jam ingrandescit, transferre.*

¶ Pergrandis, e, sehr groß. Cic. Verr. 6, 26 *Vas vinarium ex una gemma pergrandi.* Id. Verr. 2, 7 *Pergrandis pecunia*, al. *prægr.* Liv. 29, 29 *Pergrandis natu frater.*

¶ Pergrandesco, ere, sehr groß werden. Accius apud Nonium 2, 358 *Fruges prohibet pergrandescere.*

¶ Prægrandis, e, überaus groß. Plin. 4, 13 *Prægrandes aures*, Apul. 2 Mer. p. 125 *Lucerna prægrandis.* Est etiam Pacuvii apud Festum in *Torvitas*. Vid. *Pergrandis.*

¶ Subgrandis, e, etwas groß. Cic. ad Q. frat. 3, 1, 1 *Subgrande cubiculum.*

¶ Vegrandis, e, idem. Nonius 2, 884 ex Lucilio exponit *valde grandis*: at Festus, *male grandis*, nicht recht groß; atque ita usus est Varro de R. R. 2, 2 de ovibus: *Tempus optimum ad eam rem tuendam ab Arcturi occasu ad Aquilæ occasum: quod, quæ pullos concipiunt, sunt vegrandes atque imbecilli.* conf. Plaut. in Fragm. Citcu. v. 11.

GRANDO, inis, f. Gr. χάλαζα, vapor in aere congelatus, & gravitate sua impulsus decidens, Hagel, Schloßen. *Primus ex imbre congelato grandinem cepit*, Scripon. 2, 60. Et, *Subito præcipitans cadit grando*, Cic. de Univ. 3, 39. Virg. Georg. 1, 449 *Crepitans salit horrida grando.* vide de ejus natura Aristot. Meteorolog. 1, 12. Plin. 2, 60, & ibi Dalech. p. 103. ¶ 2. Græci *grandinem* pro copia usurpant. v. Voss. 4 Inst. Orat. p. 42.

¶ Grandinōsus, a, um; ut, *Cæli qualitas grandinosa*, id est, grandinem sæpe inferens, da es gerne Hagel wirft; Colum. 3, 1.

¶ Grandinōus, a, um, idem. Alcimus 5, 190 *Grandineum frigus.* Et 3, 329 *Grandineas pavidi foderunt nubila nimbos.*

¶ Grandinare, verb. imperf. Gloss. lat. gr. *Grandinat*, χαλαζοκοπεῖ, es hagelt. Sen. Quæst. Nat. 4, 4 *Quæritur, quare hieme ningat, non grandinet.*

¶ Grandinatus, a, um, gehagelt. Eædem Glossæ: *Grandinatum*, χαλαζωθεν.

¶ Degrandinare, itidem impersonaliter, apud Ovid. Fast. 4, 755 *Da veniam culpæ, me, dum degrandinat, obstit.*

GRANE, es, f. Nymphæ nomen apud Ovid. Fast. 6, 107 *Inde fata est Nympha, Graiugenæ dixere priores.* conf. v. 151.

GRANEA, æ, f. cibus e primitiis spicarum & granis tostis, Hieron. in Paralip. T. 3 p. 170, ein brey oder mus von kornern. Cat. R. R. c. 86 *Granearn tritieam facere.*

GRĀNI, orum, m. pl. ſi Salmaſium in Solin. p. 536 audimus, sunt capilli sparsi & discriminati, qui, cum sint in fine rotundati, granorum formam efficiunt. Isidorus Orig. 19, 23 uti *Germanis cirros*, ita *Gothis granos* tribuit. Alii per *Granos* ipſa crinium flagella intelligunt. Hinc

¶ Granulatim, adv. apud Commodianum Instruct. 60 *Capillos inficitis, oculos fuligine relinitis, Levatis comulas granulatim, fronte depicta, &c.* i. e. discriminatis per granos capillos vestros.

GRĀNĪCUS, i, m. fluvius Mysiæ, juxta quem Alexander primum Persarum copias vicit. vide Curtii supplementa. Hoc nomen Ovidio restituit Heinsius Met. 11, 763 *Fertur Alexirhoë Granico nata bicorni.*

GRANUM, i, n. quod a *gerendo* dictum putat Varro de R. R. 1, 48, frumenti fere est, & leguminum, interdum etiam fructuum quorundam, cui forn; ut, *Granum tritici*, Plaut. Stich. 4, 1, 52. Et Quintil. 2, 20 μετωνυμικῶς, & *manet labor illius fuit, qui grana ciceris ex spatio distante missa, in eccm continuo, & sine frustratione inferebat. Quem cum spectasset Alexander, donasse dicitur ejusdem legaminis modio.* Et *thuris granum*, Plaut. Pœn. 2, 2, 3; & Ovid. Fast. 4, 408. Idem Trist. 5, 2, 24 *Quanque f poriferum grana papaver habet.*

¶ Granŭlum & Grānellum, i, n. diminutiva recentiores afferunt.

¶ Grānārium, i, n. ein fornboden, kornkaſten, kornhaus, ſpeicher, Varro R. R. 1, 57 *Triticum condi oportet in granaria sublimia.* Persius 5, 110 *Iam nunc adstringas, jam nunc granaria laxes*, du kanſt mit dem accresde zurück halten, oder loslaſſen.

¶ Granātus, a, um, körnicht, voll korner; ut, *Malum granatum*, ein granat-apfel, Colum. 12, 41, quod &

¶ Granatum, i, n. substantive, Plin. 20, 14, quod abundet granis.

¶ Granātim, adv. per grana, kornerweiſe. Apul. 6 Met. *Acervum granatim digerere.*

¶ Granātus, ūs, m. die körnung. Caro de R. R. c. 60 *Granatui videto uti satis viciæ feras*, i. e. non modo feras, ut viride pabulum jumentorum subfecetur; sed & ut ad granum perveniat & frugem, interprete Turnebo Adverſ. 6, 23.

¶ Grānōsus, a, um, idem quod *granatus.* Plin. 21, 4 *Rosa germinat inclusa granoso cortice.* Id. 22, 31 *Granosi folliculi.*

¶ Granifer, a, um. *Agnea graniferum* dixit formicas Ovid. Met. 7, 638 a labore hujus bestiolæ.

¶ Granĭpărus, a, um. Gu. Brito Armor. 6, 333 *Belfia graniparis non ici florescit aristis.*

¶ Granomastix, igis, f. ein mastix-baum. Isidor. Orig. 17, 8 *Mastix arboris humidi gutta est; Hac Granomastix dicta est, quia in modum granorum est.*

¶ Centīgrānum, i, n. Plin. 18, 10 *Fertilissima*, inquit, *tritici genera, ramosum, aut quod centigranum vocant.*

¶ Ēgranatus, a, um, exaeminatus, ausgekernt. Apud Plin. Valer. 3, 14 legimus *caricas egranatas.*

¶ Ingrino, are, in fragmento Glossarii Anglicani est grana in horreum imponere, körner aufſchütten.

GRAPHE, es, f. γραφή, *scriptura*, die ſchrift, vox græca; unde

¶ Graphis, idis, f. γραφίς, ſtylus, ein griffel. ¶ 2. Pictura linearis; seu per lineas pingendi peritia, die reiß-kunſt. Vitruv. 1, 1 *Itaque eum* (architectum) *& ingeniosum esse oportet, & ad disciplinam docilem, & ut litteratus sit, peritus graphidis, eruditus Geometriæ, &c.* Plin. 35, 10 *Alia multa graphidis vestigia exstant in tabulis ac membranis ejus &c.*

¶ Grăphium, i, n. γράφιον, ſtylus, quo ſcribebant, ein griffel; qui ita factus erat, ut pars superior obtusa esset ac plana: inferior acuminata. Ea enim effodiebant literas in cera; illa delebant & obducebant, ſi quæ corrigere aut mutare vellent. Sympoſius Ænigmate 1, GRAPHIVM; *De summo planus, sed non ego planus ab imo: Versor utrinque manu, diversa & munere fungor: Altera pars revocat, quicquid pars altera fecit.* Horat. 1 ſat. 10, 72 *Sæpe stylum vertas, iterum, quæ digna legi sint, Scripturus*: id est, qui cupis aliquid præclarum mandare litteris, multa ut deleas atque inducas, quæ scripteris, & retingas in melius neceſſe est. Id autem verſo ſtylo fit: cum ſuperiore parte obducitur, quod ante ſcripſit inferior. Hinc neſcio quis; *Styli partem meliorem* dixit, *quæ deleret, quam quæ scriberet.* vid. Pignorium de ſervis p. 117 & ſeq. ubi & formam ſeu figuram graphiorum ex monumentis vetuſtis exhibuit, quod etiam factum ab Heumanno ad l. c. Sympoſii. Ovid. Amor. 11, 23 *Quid digitis opus est, graphium ne lassare tenendo?* ¶ 2. *Graphiis* furor non ſemel pro armis uſus est. Ita *Irrixionem equitem Rom quia ſi ium ſuum flagellis occiderat, populus in foro graphiis confodit*, Sen. de Clement. 1, 14. *Cæſar cuſſi brachium graphio trajecit*, Suet. ejus vita c. 82, qui & in Calig. c. 28 *Senatorem graphii confiſſum*, exhibet Hinc Plin 34, 14 *In fœdere Porſenæ ſtilo etiam ſcribere vetitos esse Romanos*, commemorat.

¶ Graphice, es, f. γραφική, ars pingendi graphio, die reiß- und mahlerkunſt. Plin. 35, 10 edit. Hermol. Barbari: *In tota Græcia pueri ingenui ante omnia Graphicen, hoc est, picturam in buxo docebantur.* Sed Dalechampius habet *Diagraphicen.* v. Voss. de 4 Art. Poet. p. 61.

¶ Grăphicus, a, um, γραφικός, ſcriptorius, item politus, elegans, ad unguem factus, artig, kunſtlich. Ita *Servus graphicus*, apud Plaut. Epid. 3, 3, 29; Et, *Mortalis graphicus*, Pseud. 1, 4, 104. Et, *Fur graphicus*, Trin. 4, 3, 17. Vitruv. 4, 4 extr. *Lapidum in parietibus templorum coagmenta, ſi circa eorum cubilia expreſſiones, hoc est, eminentiæ relinquantur, graphicoteram* (i. e. elegantiorem) *adſpectu efficient delectationem.*

¶ Graphice, adv. γραφικῶς, expreſſe, exacte, eleganter, polite, zierlich; ut, *Graphice exornari*, Plaut. Trin. 3, 3, 38. *Graphice fac tus*, Id. Perſ. 2, 5, 5. Etiam Apul. 8 p. 214 *Oculi graphice ebuncti.* Et lib. 10 p. 254 *Membrorum gravitatem graphice liciniaret.*

¶ Graphiārium, i, n. ein ſchreibzeug, mahlzeug, theca in qua stylī reponuntur. Vet. Gloſſ. γραφιοθήκη, *Graphiarium* Martialis 14 epigr. 21 *Hæc tibi erunt armata suo graphiaria ferro; Si pueri donesnon love munus erit.*

¶ Graphiārius, a, um, adj. ut, *Graphiaria theca*, apud Sueton. Aug. c. 32; & Claud. c. 35.

¶ Grăphicus, i, m. γραφίσκος, genus ferramenti, telis e corpore extrahendis accommodati; *Lamina est ferrea, vel ænea etiam, ab altero capite duos utrinque deorſum conversos uncos habens; ab altero duplicata lateribus &c.* copiose deſcribit Celsus 7, 5, 3.

Compoſita varia:

¶ Anagraphe, es, f. ἀναγραφή, liber rationum, commentarius, repertorium, ein verzeichniß, regiſter. Vlpian. l. 25 pr. ff. de reb. autor. jud. poſſ.

¶ Antigrăphus, i, m. ἀντίγραφος, inter notas criticas ſemicirculus, qui dexteram ſpectat, & punctum intra ſe habet. Significat in translationibus vel inter ipſos translatores diverſum ſenſum haberi vid. Iſidor. 1, 20.

¶ Antigraphum, i, n. ἀντίγραφον, exemplar deſcriptum vel depictum, eine abſchrift, copey; tabula ad imitationem alterius depicta.

¶ Antigrapheus, ei, m. ἀντιγραφεύς, receptor, cuſtos fcilicet, qui ſervat antigrapha pecuniarum principis ex cauctione. *Cujusdem* enim Ciceronis auctore vocaveris in orat. contra Rull. c. 9 fin. *Centumvirum adulatorem* vulgus Gallicum appellat, controlleur, gegenſchreiber. Conſule Lexica Græca; & Budæi annotationes. vid. etiam Wolff. annotat. ad Demoſth. Tom. 5 p. 363.

¶ Antigraphārius, i, m. idem. v. Iuſtinian. de Confirm. Digeſt. epiſt. 2 § 9.

¶ Apŏgrăphum, i, n. ἀπόγραφον, exemplum libri, aut tabulæ, eine abſchrift. Plin. 35, 11 *Tabulæ exemplar, quod apographum vocant.* Et Cic. Att. 12, 52 *Apographa sunt, minore labore sunt.*

Autogrăphus, vide ſupra ſeorſum in A.

Calligraphia, calligraphus, vide in C.

¶ Catagrăphus, a, um, κατάγραφος, depictus, punctis notatus, variegatus, getirpelt. Catull. 21, 7 *Remittet mihi catagraphos thynos.*

¶ Catăgrapha, orum, n. pl. ſubſt. Κατάγραφα, imagines obliquæ, quæque varie formarent vultus reſpicientes ſuſpicientesve & deſpicientes, quas Cimon Cleonæus invenit, ut Plinius 35, 8 auctor est.

Chirographus, Chirographarius, vide ſuo loco in C.

Cosmographus, cosmographia, vide in *Cosmicus.*

¶ Diagraphice, es, f. ars ducendi vel adumbrandi præcipua & prima rerum lineamenta, das zeichnen, entwerf-kunſt, quam Plinius 35, 10 ſcribit fuiſſe exercitium puerorum ingenuorum in Græcia & gradum primum artium liberalium, a διαγράφη, *deſcriptio.*

¶ Epigrăphe, es, f. ἐπιγραφή, inſcriptio, titulus, die aufſchrift, überſchrift.

Geographia, geographicus, vide ſupra ſeorſum.

¶ Hŏlŏgrăphus, a, um, ὁλόγραφος, integre perſcriptus, ganz beſchrieben; ut, *Holographæ membranæ*, Sidon. 9 epiſt. 11. ICti *Holographum* vocant teſtamentum, quod teſtatoris manu perſcriptum est, nec ſola ſubſcriptione firmatum. Ideo læpe idem est quod ἰδιόγραφον. Sic apud Hilarium in Fragm. de Synodis: Exemplum epiſtolæ, qua Athanaſium reum non eſſe, holographa manu Valens ſcripſit, & Vrſacius ſubſcripſit. Valeſ. A. E. p 125. a.

¶ Părăgrăphe, es, f. παραγραφή, annotatio in margine, ſcholium, Gloſſ. Vet. παραγραφή, *Exceptio, præſcriptio.*

¶ Paragrăphus, i, παράγραφος, inter notas criticas erat, quibus in diſtinguendis verſibus utebantur: erat linea quædam brevis, punctum quaſi quoddam in extremitate habens, ut Scholiaſtes Ariſtophanis docet in Plutum act. 2 ſc. 1. Hinc ICti verſus legum, *paragraphos*

paragraphos appellant & verſum vocant, quicquid ſub una ſententia clauditur, ut Marcianus Coſſius, antiquus Pandectarum Interpres docet, ein abſatz der reden. Sed quo vox referenda genere ſit, quæritur. Græci ſemper in fœminino leguntur uſi, quia γραμμὴ ſubintelligitur; ut *Atomos* fœminino eſt, quia ἄτομος vel ἰδέα, ſubintelligitur. Vulgatiſſime tamen in maſculino *hic Paragraphus* dicitur. Quæ ratio ita excuſari poſſit, ſi dicamus, tum non γραμμὴ, ſed χαρακτὴρ, vel *verſum* ſubintelligendum. Gloſſ. gr. lat. παράγραφος, *Præludia l.* Vbi *L.* fortaſſe *linea* ſignificat.

¶ Pergrahticus, *a, um*, egregius, perbellus, ſehr künſtlich; ut, *Pergraphicus Sycophanta*, Plaut. Trin. 5, 2, 15.

Plaimographus, vide infra in *Pſallo*.

¶ Pleudographia, *æ*, f. ψευδογραφία, falſa ſcriptura. Quintil. 1, 10 *Per pſeudographias pueri ludere ſolebamus.*

¶ Pleudographus, *a, um*, ψευδογράφος, falſo inſcriptus. Sarisb. ep. 172 *Librum Sapientiæ ſcriptæ Philo, aliique pſeudographos.*

¶ Pleudographe, adv. falſch beſchrieben. Donatus in vita Virg. *Multa pſeudographe ſub alieno nomine ſunt prolata.*

Sciagraphia, vide infra in S.

¶ Syngrăpha, *æ*, f. συγγραφὴ, & Syngraphus, *i*, m. cautio ſcripta manu eorum, inter quos convenit, eine verſchreibung, verſöhnbrief, handſchrifft, obligation. vid. *Cautio* in *Caveo*. Plaut. Aſin. 4, 1, 1 *Oſtende, quem conſcripſi ſyngraphum.* & v. 57 *Scitum ſyngraphum.* conf. Aſin. 1, 3, 83. Sic, *Facere ſyngraphas cum aliquibus*, Cic. pro Domo ſua c. 50. *Credere alicui per ſyngraphum*, Id. de Aruſp. R. c. 13. *Chirographa* vero quid differant a *ſyngraphis*, vide ſupra in *Chirographus*. *Agere ex ſyngrapha*, ſich an die verſchreibung halten, ICti. *Poſtulare ex ſyngrapha*, Cic. Att. 5, 21. Ad eundem 6, 2 *Senatusconſultum eſſe dicebat, ut jus ex ſyngrapha diceretur.* v. ſupra *Chirographus.* ¶ 2. Plautus *Syngraphum* de diplomate commeatus dixit, per quod belli tempore proficiſci tuto alio & redire licet, ein paß, paßport. Capt. 2, 3, 90 HEG. *Eadem opera a pratore ſumam ſyngraphum.* TYN. *Quem ſyngraphum? HEG. Quem hinc ferat ſecum ad legionem: hinc ire huic ut liceat domum.*

GRASSOR, *atus ſum, ari*, ſi originem ſpectes, nihil aliud eſt, quam violenter & cum impetu quodam incedere, ſive *gradi*, mit groſſen ſchritten gehen. Sæpius tamen accipitur pro *vias obſidere*, quod latronum eſt, um ſich rauben, ſtreiffen, wüten, toben. Ad eos Suetonius tranſtulit, qui rapinas in provinciis exercerent & provinciales compilarent, Aug. c. 66 extr. Ver. Gloſſ. *Graſſatur*, λωποδυτᾶ. Gellius de illis hoc verbo uſus eſt, qui noctu per petulantiam & laſciviam obvios impeterent ac infeſtarent. vid. in *Graſſator*. Salluſt. B. Iug. c. 64 *Cupidine iraque graſſari cæpit.* Cic. fam. 5, 6 *Neque avaritia ſolum, verum etiam crudelitas in capta urbe graſſata eſt.* Tac. Hiſt. 3, 39, 1 *Placuit veneno graſſari*, ihn mit gift anzutaſten. ¶ 2. Eſt autem vocabulum μεσον. Liv. 3, 44. *Iure opem ſari non vi*, in bonam, cum *ad gloriam graſſari virtutis via*, Salluſtius dixit lug. c. 1, pro ingredi, nach ehren trachten, ſtreben. Et Juv. 10, 14 *Conſilia graſſandum, ſi nihil vires juvant.* Sil. 1, 570 *Graſſandam ad clara pericla.* vid. Drakenb. Ver. Gloſſ. *Graſſari*, ἐξωτερίζειν.

¶ Graſſans, *tis.* Petron. c. 117 *Quicquid Lycurgi villa graſſantibus præbuit.*

¶ Graſſatio, *ōnis*, f. graſſandi actio: ut, *Nocturnæ graſſationes*, Plin. 13, 22 extr.

¶ Graſſatūra, *æ*, f. idem. Suet. Tib. c. 37 *Tuendæ pacis a graſſaturis, & latrociniis curam habuit.* Vet. Gloſſ. λωποδυσία, *Graſſatio, Graſſatura.*

¶ Graſſator, *ōris*, m. ein räuber, ſchwärmer. Vet. Gloſſ. *Graſſator*, λωποδύτης, der die leute plündert und auszieht. *Viator bene veſtitus a graſſatore ſpoliatur*, Cic. de Fato c. 15. *Nocturnus graſſator*, Gell. 20, 1, ein nacht-ſchwärmer. Et Suet. Cæſ. 2, 72 cum ſicariis conjungit. Multa de iis Petroniani interpretes, quos vide ad c. 15 p. 82; & Torrentium ad Suet. Aug. c. 32, & Iuvenal. 3, 350. ¶ 2. Veteres ita vocabant, qui ventri dediti convivia ſectabantur, paraſiticam exercentes. Cato apud Gell. 11, 2 *Pœticæ artis bonos non erat. Si quis ea in re ſtudebat, aut ſeſe ad convivia applicabat, graſſator vocabatur.* Conf. Cæl. Rhodig. 7, 1.

¶ Graſſārius, *i*, m. *latro vias obſidens*, Feſto, ein ſchnapphahn, ſtrauchdieb, buſchklepper.

¶ Congraſſor, *ari*, Auguſtin.

¶ Congraſſator, *oris*, m. apud Firmicum.

¶ Degraſſor, *ari*, Statius 1 Achill. v. 406 *Quid maneat populos, ubi tanta injuria primos Degraſſata duces*, i. e. graſſata eſt contra Duces.

GRĀTIA, *æ*, f. ſignificat animi grati memoriam, & beneficii collati teſtificationem, danckbarkeit, danckſagung. Auſonius Paneg. Gratiani c. 23 *Concludam deinceps orationem meam, piiſſime Auguſte, ſermonis magis fini, quam gratiæ*: GRATIAE, i. e. grati animi. Ter. Andr. 2, 1, 33 *Poſtulare aliquid gratiæ ſibi apponi*, daß man ſich verbunden erkennen ſoll. Plaut. Pœn. 3, 6, 16 *Ita ſunt omnes iſti noſtri divites, Si quid benefacias, levior pluma eſt gratia: Si quid peccatum eſt, plumbeus ira gerunt.* ¶ 2. *Gratias agere*, (non enim dicimus *Gratiam agere*,) *habere gratiam*, & *referre gratiam*, differunt. *Gratias agere*, eſt dicto teſtari, & prædicare beneficium collatum, danckſagen, ſich bedancken. *Habere gratiam*, eſt retinere memoriam collati beneficii, ein danckbar gemüth haben. *Referre gratiam*, eſt beneficium pro beneficio reddere: quod *beneficii exſolvere vicem*, Tac. Hiſt. 4, 3, 3; Seneca Herc. fur ſub fin. *referre meritis vicem*, dixit; ſich danckbar erweiſen. Ter. Eun. 4, 6, 12 *Et habetur & refertur, Thais, a me, ita uti merita es, gratia.* Vbi Donatus: *QVI HABET APVD SE GRATIAM, nondum RETVLIT. RETVLIT, qui deſtitit HABERE. Multum ergo hic dixit & habetur gratia & refertur. Quem ſenſum tranſtulit Salluſtius in bellum Iugurthinum* c. 110. *Arma, pecuniam, ſume, uteres, & quoad vixeris, nunquam redditam TIBI GRATIAM putaris, ſemper APVD ME INTEGRA erit.* Sic Cic. pro L. Corn. Balbo c. 1 *Hoc ipſo, me omnibus, ---- ſi minus referenda gratia ſatisfacere potuerim, at prædicanda & habenda certo ſatis eſſe factarum.* Id. de Off. 2, 20 *Imps, ſi bonus eſt vir, etiamſi referre gratiam non poteſt, habere poteſt. Commode autem quicunque dixit, PECVNIAM QVI HABEAT, NON REDDIDISSE: QVI REDDIDERIT, NON HABERE: GRATIAM AVTEM ET QVI REVLERIT, HABERE: ET QVI HABEAT, RETVLISSE.* Add. Seneca de Benef. 2, 30 & ſeq. *Tueri præteritorum gratiam* Liv. 34, 23. ¶ 3. Neque vero *habere gratiam* tantum; ſed & *habere gratias*, dicant Latini. Ter. Andr. 4, 5, 31 *Dii pol habeo gratias, Cum in parieſo aliquot aſſueram ſilere.* Merito igitur Lambinus hanc rationem loquendi improbat Notis ad Nepotis Timol. n. 72 *Gratiam alicui referre*, eſt etiam Nepotis 2, 8, 7; & 18, 6, 5. *Parem gratiam pro beneficio referre*, Cic. pro Roſc. Com. c. 7. Et Off. 1, 15 *Nullam ef cium referendæ gratiæ magis neceſſarium eſſe.* ¶ 4. Eſt &, pro pari referre, in malam partem. Ter. Eun. 2, 3, 93 *Nunc referam gratiam, atque eas itidem fallam, ut ab illis fallimur?* ich will ſie bezahlen. Et 5, 3 pr. ejusdem fabulæ: *Quid? quid venire in mentem nunc poſſit mihi, Quicquam qui referam facilioge hai gratiam, Qui hanc ſuppeditet mihi?* De tertia formula, *Gratiæ agere*, vide paullo poſt, *Gratiæ agrum.* ¶ 5. *Gratiam inire*, danck verdienen: Cic. Att. 7, 9 *Quod ille ſi faciat: jam jam a bonis, omnibus ſummam ineat gratiam.* Et Ter. Eun. 3, 5, 9 *Adibo, atque ab eo gratiam hanc, quam video velle, inibo.* Vti Donatus: *GRATIAM INIRE eſt dare beneficium ac per hoc alicujus inire gratiam, id eſt, amicitiam. Sed hæc eſt elocutio, GRATIAM AB EO INIBO, pro, ejus gratiam merebor. Nam AB EO amat Terentius pro EIVS ponere. Vt in Andria: HAEC PRIMVM ANIMADVERTENDA AB EO INIVRIA EST, id eſt, ejus injuria*, &c. Nepos 7, 9, 5 *Id ſi ei aperuiſſet, magnam ſe ab eo initurum gratiam videbat.* Alia conſtructio eſt Liv. 33, 27 *Apparait, quam nulla inita apud Bœotos gratia eſſet.* Et c. 43 *Quantum eo facto ad plebem inierat gratiam.* Et Curt. 5, 9, 2 *Gratiam victoris ini.* Idem tenet: *Gratiam parere apud aliquem*; Liv. 34, 44 *Gratiam ingentem apud eum ordinem pepererunt, quod* &c. ſie ſich einen groſſen danck verdienet, daß ſie ꝛc. Difficilem illud, quod I. 1 Epigr. Graecor. Luciano tribuitur, & ita habet: Ωκηαι χάριτες γλυκεώτεραι, ἢν δὲ ἔκαιον, πᾶσα χάρις κενεὴ, μηδὲ λεγοιτο χάρις ſeſtive expreſſit hoc modo Auſonius epigr. 81 *Gratia, quæ tarda eſt, ingrata eſt: gratia namque Dum ſeri properat, gratia grata magis.* Sen. de Benef. 2, 1 & 2 *Gratia gratiam parit*, hoc eſt, beneficium beneficio invitatur. ¶ 6. Sæpe & benevolentiam & amicitiam ſignificat, eunſt gewogenheit. *Aucupari alicujus gratiam*, Cic. fam. 5, 12, ſeine freundſchaft ſuchen. Id. Att. 1, 17 p. 132 *Dignitatem tueri gratia. Gratiam alicujus ſibi conciliare*, Id. de Clar Orat. c. 43. Et, *Gratiam colligere effundere*, Id. fam. 2, 16, es verſchütten. *In gratiam recipere*, Id. pro Rab. poſth. c. 7, zu gnaden und freundſchaft annehmen. *Te apud eum, Dii boni, quanta in gratia poſui*, Id. Att. epiſt. 6 vid. n. 7. Et, *In laude & gratia apud aliquem eſſe*, Id. Verr. 1, 8, bey einem wohl angeſehen ſeyn. *Redigere in gratiam* Ter. Phorm. 5, 7, 73. *In gratiam red cere*, Id. Andr. 5, 4, 45 wiederum vertragen und zu freunden machen. Et, *In gratiam aliquem cum aliqo reſtituere*, Ter Hec. 3, 1, 11. Et, *In gratiam cum aliquo redire*, mit einem wieder eine werden: Publii Syri eſt: *Cum inimico nemo in gratiam tuto redit.* Cum Nepos ſcribit 25, 17, 1 *Gloriatus eſt, ſe mariam cum matre in gratiam rediiſſe*, id ſignificat, mariam cum matre in ſimultate fuiſſe, ut neceſſe eſſet, eam ea redire in gratiam, conſequens pro antecedente. *Multum valere apud aliquem gratia*, Idem dixit 9, 2, 1. Et, *Habere quem in gratia*, i. e. amplecti, einem gewogen ſeyn, Suetonius Domit. c. 11. Sed, *Velle alicujus gratiam*, dicimus, cum ejus favorem aut ipſum ſpernere nolumus videri, aut noſtrum ei commendamus, Plaut. Curc. 2, 3, 52; & 2, 3, 54. Idem Trin. 1, 1, 12 *Nimio hic pluris pauciorum gratiam Facient pars hominum, quam id, quod preſit pluribus.* ¶ 7. Cic. Att. 5, 3 p. 474. *Apud Lentulum ponam te in gratiam*, i. e. commodum, quod in Lentulum conferre debeo, faciam ut a te protectum eſſe credat, ſeque ob id tibi valde obligatum putet. Victor. ad h. l. add. Gron. ad Liv. 41, 14. vid. & Cic Att. 6, 1 p. 591 *Te apud eum, dii boni, quanta in gratia poſui.* ¶ 8. Etiam cauſſam notat: ut, *Ei gratiâ*, hoc eſt, eâ cauſſâ. Ter. Andr. 2, 6, 1 *Hominum gratia generatas beſtias videmus*, um des menſchen willen, Cic N. Deor. 2, 63. *Hujus accuſandi gratia miſſus*, dieſen anzuklagen, Nepos 9, 3, 2. Sall. Cat. 23, 1 *Quem cenſores pudori gratia Senatu amoverant.* ¶ 9. Pro elegantia uſurpatur quandoque, atque idem eſt atque ſuavitas, die annehmlichkeit, gefälligkeit. Apul. Met. 2 *Ampli calices, varia quidem gratiæ, ſed pretioſitatis unius.* Sic & Nepos 25, 2, 4 *Gratia jam in adoleſcentulo magna erat.* Et Ovid. de Arte 3, 400 *Non erit ignota gratia magna lyræ.* ¶ 10. *Gratia eſt*, aut *gratiam facio*, blandior forma eſt abnuendi ſe ad cœnam venturum. Plaut. Moſt. 5, 2, 9 *De cœna facio gratiam*, ich bedancke mich, ich will es vor empfangen annehmen. Id. Men. 2, 3, 36 *Bene vocas: jam gratia eſt Nimirum Gratiam alicujus rei alicui facere*, eſt aliquid remittere, non exigere, erlaſſen. Plaut. Rud. 5, 3, 58 *Iurejurandi volo gratiam facias.* vide ad eum locum Collectanea Taubmanni. Eodem ſenſu Seneca epiſt. 10 *Votorum veterum gratiam facere diis.* Sæpe ita locutus Suetonius eſt; ut in Aug. c. 17 (ubi Torrentius) & c. 33 extr (ubi Caſaubonus) item Tiber. c. 35; & alii. ¶ 11 Eſt & veniam dare, verzeihen. Plaut. Moſt. 5, 2, 46 *Fac iſtam cunctam gratiam, &c.* vid. Gron. Liv. 3, 56 *Omnium quæ impie nefariæque in ſe, gratiam facio*, Suet. Cal. c. 15 *Criminumque ſi qua retenta ex priore tempore manebant, omniam gratiam feci.* ¶ 12. Significat & gratificari, concedere, willfahren. Plaut Cal. 2, 6, 20 *Deiphae Caſina, huic noſtro villico gratiam facias.* Petit Stalino ſenex ab uxore Cleoſtrata, ut Olympioni villico de ſerva Caſina gratificetur, atque concedat adeo, ut ducere conjugem liceat. *Gratificari gratiam* Salluſtius dixit ſub finem Orat. 1 de ordin. Rep. *Neque conceptia præbenda, perverſam gratiam gratificeris.*

¶ Grătiæ, *arum*, f. plur. idem; ut, *Amplisſimis verbis gratias agere*, groſſen danck ſagen, Cic. Phil. 1, 1. *Immortales gratias agere*, Id. fam. 10, 11. Et Brut Cic. fam. 11, 13 *Iam non ago tibi gratias. Cæterum re vix referre poſſum, huic verbis non patitur res ſatisfieri.* conf. in *Gratia* n. 3. Sic, *Actæ gratiarum*, Id Cic. fam. 10, 19; Curt. 4, 11, 15.

11, 16, & Tac. An. 14, 56, 6. ¶ 2. *Gratiæ*, Deæ; Liberi & Veneris, ut Servius tradit; ut alii, Iovis & Eurynomæ filiæ, die huldgöttinnen, oder göttinnen der freundlichkeit. Quæ & *Charites*, de quibus supra. In Veneris comitatu ponit Horatius 1 od. 30, 5 *Sabatis gratiæ zonis*. conf. Barth. ad 2 Theb. Statii p. 439. Has tres fuisse, fororesque & juvenes quidem ac virgines, ridentes & nudas, aut veste pellucida atque soluta, nexasque inter se manibus, fingunt. Quorum omnium allegorias & caussas Seneca explicat de Benef. 1, 3. Hesiodus primam *Aglaiam*, alteram *Euphrosynen*, tertiam *Thaliam* nominavit. Apul. Met. 6 p. 183 ed. Elmenh. *Accumbebat summum torum maritus, Psychen gremio suo complexus. Sic & cum sua Iunone Iupiter, ac deinde per ordinem tori Dei. Tunc poculum nectaris Iovi quidem pocillator ille rusticus puer, ceteris vero Liber ministrabat. Vulcanus cænam coquebat: Horæ rosis & ceteris floribus purpurabant omnia: Gratiæ spargebant balsama: Musæ voce canora personabant; Apollo cantavit ad citharam: Venus suavi Musicæ suppari gressu formose saltavit &c.* Gratiis jubebantur sacra facere seu litare homines tristes atque austeri: quod suavitate ac venustate carerent, quarum illæ Deæ præsides erant: Contra lepidi atque urbani homines, quos Græci χαριεντας vocant, *litatis gratiis* perhibebantur; vid. Diog. Laërtius in Xenocrate initio, & ibi Casaub.

¶ Gratiis, i. e. gratis, frustra, umsonst, vergeblich, apud Plautum & Terentium adverbialiter sæpius ponitur: v. g. Plaut. Pœn. 4, 2, 46 *Neque triobulum ullum amicæ das, & ductas gratiis.* Ter. Adelph. 4, 7, 26 *Aliquo abjicienda est, si non pretio, gratiis.*

¶ Grātiŏla, æ, f. dimin. Diomedes 1 c. extr. de Nomine: *Quæ ante A habent I, sic figurantur, ut Controversia, controversiola: Gratia, gratiola.* ¶ 2. *Gratiola* herba, wild aurin, Tabern. p. 754; & Matthiol. p. 426.

¶ Gratilla, æ, f. genus libi, ein fuchen, Arnob. lib. 7 p. 230.

¶ Grātiōsus, a, um, qui gratiam & favorem facile demeretur, beliebt, holdselig, angenehm, der grosse gunst hat. *Eramus gratiosi apud Cæsarem*, Cic. Att. 15, 4. Et, *Vehementer confidit, his meis literis apud te gratiosum fore*, Id. fam. 1, 3. Comp. Cic. Verr. 4, 30 *Homini honesto, sed non gratioso, quam Cn. Calidius est.* Id. pro Quint. c. 1 *Cum adversario gratiosissimo contendere.* Adde Tac. Germ. 20, 7; & Petron. c. 140. ¶ 2. Significat quoque cum, qui gratiam adhibet, teste Gell. 9, 12, quo auctore forte excusari possunt, qui *Gratiosissimos* vocant principes viros, gnädige herren. Cic. in Bruto 84 *Gratiosi scribæ sint in dando & cedendo loco.* Conf. Menck. Observ. L. L. *Gratiosus, quod plus unicuique, quam meretur, tribuit*, Isidor. 10 lit. G. Quando vero eum, qui ingenio jucundo, & moribus elegantibus est, vulgo *gratiosum* vocant, in barbarismum inclinant. v. Cellarii Antib. p. 176.

¶ Gratiosē, adv. durch gunst. Vlpian. L. 7 § 2 Dig. de administr. & per. tut. *Si neque sordide, neque gratiose, sed non bonam conditionem elegerint.* Comp. *Gratiosius.* Ascon. ad Cic. Verr. 1, 9 *Hoc in Sicilia fecit gratiosius in decumanos.*

¶ Gratiōsĭtas, ātis, f. die annehmlichkeit, gefälligkeit. Tertull. adv. Marc. 1, 9 *Naturalem novitatis gratiositatem volui repercutere.* Id quod Plinius 1 epist. 2 *Novitatis gratiam* vocat.

¶ Grātus, a, um, qui beneficii meminit, vel gratiam refert, danckbar. Ter. Adelph. 2, 2, 43 *Memorem me dices & gratum.* Construitur cum IN & accusativo & cum ERGA. Brutus Cic. fam. 11, 10 pr. *Gratiorem me esse in te posse, quam isti perversi sint in me, exploratum habes.* Et Cic. fam. 5, 5 *Tu, quam gratus erga me fueris, ipse existimare potes.* Et fam. 1, 5 *Ut quam gratissimus erga te esse cognoscerer.* Dicitur etiam, *Gratum se alicui præbere*, Cic. pro Planc. c. 38. *Grato animo nomen alicujus prosequi*, gegen einem danckbar seyn, Id. Phil. 14, 11. *Re ipsa atque animo gratissimus*, Id. fam. 10, 19. ¶ 2. *Gratum* est, pro quo gratiam alteri nos debere apparet, lieb und angenehm; ut, *Beneficium gratum*, Plaut. Rud. 4, 6, 17. *Munus eorum gratum acceptumque esse*, Nepos 23, 7, 3. Et Cic. fam. 1, 9 *Facis tu quidem abundantia quadam amoris, ut etiam grata sint ea, quæ sine maximo scelere intermitti non possint*, daß du davor danckest. conf. fam. 5, 11. Quomodo differant *gratum* & *jucundum*, dicimus in *Iucundus*. Et minus esse *gratum* quam *jucundum*, ex illa etiam formula apparet, *Gratum est o fuisse*, quam flebile gaudentium esse observat, ex Gronovio & Brouckhusenio, Drakenb. ad Sil. 6, 584. Ita Cic. fam. 13, 18 *Cum sit jucundum, esse gratum necesse est.* Interdum tamen *Gratus* non multum differt a *jucundo*, ut *Quies grata* Hor. 1 epist. 17, 6. Et epist. 4, 14 *Grata superveniet, quæ non sperabitur, hora.* Ter. Eun. 3, 1, 5 *Est ipsus datum mihi, ut sint grata, quæ facio, omnia.* Virg. Æn. 5, 344 *Gratior est pulchro veniens e corpore virtus.* Publius in Mimis: *Bis est gratum, quod opus est, ultro si offeras.* Et Plin. Paneg Trajani c. 87 *Nulla tanta potestas cuiquam dari potest, ut non sit gratior potestate libertas.* Sed significationem, quam diximus, retinet in formula *Gratum facere:* id est, gratificari & obsequi. *Rem gratam facere: Gratissimum mihi feceris: Hoc mihi gratius facere nihil potes*: item, *Id mihi vehementer gratum erit, &c.* formulæ sunt, quibus sæpe Cicero in commendatitiis utitur; v. fam. 13, 36, 37, 40, 44, &c. einen angenehmen dienst oder gefälligkeit erweisen. Cic. fam. 3, 1 *Ex literis intelligo, omnia, quæ a me profecta sunt in te, tibi accidisse gratissima.* Ter. Heaut. 2, 3, 21 *Cum gratum mihi esse potuit, nolui*, da ich hätte danck damit verdienen können. Et Cic. Phil. 2, 46 *Quam sit pulchrum, beneficio gratum, fama glorioſum, tyrannum occidere.* ¶ 3. *Gratus* & *Grajus* miscentur a librariis. v. *Grajus* sub *Grecus*. Item *Gratus* & *Gnavus* v. Interpr. Ovid. ad 1 ex Ponto 10, 12.

¶ Grate, adv. danckbarlich; ut, *Grate & pie facere*, Cic. pro Planc. 1, 41. *Grate meminit*, Id. de Fin. 1, 19. *Grate exsolvi*, ex grato animo rependi, apud Val. Max. 8, 15 pr. Horat. 2 epist. 2, 210 *Natales grate numeras*: h. e. ut gratias DIs agas, nec expaveſcas ingruentem senectam. Sen. epist. 97 *Secunda grate excipit modesteque, & adversa constanter, & fortiter.* Id. de Benef. 2, 4 *Si grate æstimari, quæ præstabis, voles.* Comp. Cic. de Orat. 2, 74 *Themistocles respondit, gratius sibi illum factuum.* Superl. Plin. 7, 6 *Munus gratissime acceptum est.* In his omnibus respicitur ad animum gratum, licet nec jucunditas excludatur.

¶ Grateŏlens, tis, wohlriechend. Apul. de Mundo: *Civitas spirans odoribus & grateolentibus cænis.*

¶ Grates, nom. plur. f. pro gratiæ poëticum fere. Virg. Æn. 11, 604 *Grates persolvere dignas, Non opis est nostræ, Dido.* Id. Æneid. 2, 537 *At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis, Dii, (si qua est cælo pietas, quæ talia curet,) Persolvant grates dignas & præmia reddant Debita.* Vbi Servius: GRATES, *prout res fuerit, vel in bonis, vel in malis dicuntur, ut* PRÆMIA. Sic, *Referre gratiam*, Terentio est, malum pro malo referre, de quo supra. Nec abhorruit Cic. in Somn. Scipion. c. 1 *Et grates, inquit, tibi ago, summe Sol.* Statius Silv. 3, 155; & Theb. 7, 380 *Grates rependere, referre*, vergelten. Curtius, *Grates ago habeoque vobis*, 9, 6, 17. *Grates habere velut præsenti Deo*, 3, 6, 17. Et, *pro tanto in me beneficio dignas tibi grates referre nequeo; At referat Alexander, Alexandro vero Dii*, 5, 13, 29. Confer & Tacitum locis quamplurimis, e. g. Ann. 12, 37, 4 *Laudibus gratibusque venerari, &c.*

¶ Gratiānus, i, m. (Tatius) prætor damnatus sub Tiberio. Tac. Ann. 6, 38, 5. ¶ 2. *Gratianus*, funarius appellatur, Pater Valentiniani Imperatoris, qui & *Gratianum* filium Augustum creavit. vid. Aur. Vict. Epit. c. 45 & 47.

¶ Gratianus, a, um, adject. ut, *Vasa Gratiana*, Plin. 33, 11.

¶ Gratianopolis, is, urbs Galliæ, *Grenoble.*

¶ Gratidius & Gratidianus, i, m. vetusta apud Romanos nomina, quorum meminit Cicero de Leg. 3, 16; Off. 3, 20; &c.

¶ Gratis, adv. sine pretio, gratuito, umsonst, ohne entgeld. *Gratis servire*, Cic. pro Cluent. c. 26 *Gratis habitare in alieno*, Id. Off. 2, 23. *Gratis facere sum paratus*, Nepos 15, 4, 2. ¶ 2. Pro frustra posuit Petrus Chrysolog. serm. 8 extr. *Gratis misericordiam speravi, qui hic non fecerit misericordiam.* vid. *Gratiis.*

¶ Gratitūdo, ĭnis, f. pro grato animo, barbarum, aut plebejum, die danckbarkeit. vide infra *Ingratitudo*; & Vossium de Vit. Serm. 1, 16 extr. ¶ 2. Alio sensu pro sapore grato & jucundo, Cæl. Apicius, scriptor plebejus & culinarius, lib. 3, 4 adhibuit, ut notavit Cellarius in Antibarb. p. 42, ubi etiam disquirit de lemmate seu titulo apud Val. Max. lib. 5 capiti 2 & 3 præfixo de *Gratitudine* de *Ingratitudine.*

¶ Grātor, *gratari*, idem est quod *gratulari*, Poëtis cumprimis, igitur primo significat gratias agere, ac ad religionem pertinet. vid. Valla 5, 42. Ovid. Fast. 3, 417 *Quisquis ades, casteque colis penetralia Vestæ, Gratare, Iliacis thuraque pone focis*; quamvis *cratera* alii malint. Adi Heinsium. ¶ 2. Deinde est etiam glück wünschen. Virg. Æn. 4, 478 *Inveni, Germana, viam, gratare sorori.* Ovid. Met. 6, 434 *Gratata est scilicet illis Thracia.* Tac. Ann. 14, 8, 2 *Ad gratandum sese expedire.* Adde Ovid. Met. 7, 142; Prudent. Cathem. 11, 15.

¶ Gratans, tis. Ovid. Met. 7, 162 *Abest gratantibus Æson.*

¶ Gratanter, adv. pro lubenter atque cum gaudio, nonnulli ponunt. Non satis latine & eleganter, Vossio censente, gerne, mit freuden. Vsus tamen Capitolinus haut semel est: ut, in Opilio Macrino c. 7 pr. *Senatus gratanter accepit.* Rursus in Maximinis c. 14 extr. *Ad Senatum missi literas, quæ occiso Valeriano in odium Maximini gratanter accepta sunt.* Ammian. 17, 26 *Gratanter amplexi sunt.* Et Aur. Vict. Epit. in Nerva: *Cum in curia a senatu gratanter acceptus esset.* conf. Symmach. 7 epist. 76. & Borrich. Cogit. p. 114.

¶ Gratabundus, a, um, frolockend. Tac. H. 1, 18, 4 *Proximi militum gratabundi respondent*: alii aliter.

¶ Gratatōrius, a, um, idem. Sidon. 5 epist. 16 *Gratatoriis apicibus inscribere.*

¶ Grātulor, *atus sum, ari*, prima ac propria significatione est gratias agere, dancken; & præsertim ad Deos refertur, ut Ter. Heaut. 5, 1, 6. *Desine Deos, uxor, gratulando obtundere, Tuam esse inventam gnatam.* vid. Non. 2, 369. Scipio Africanus apud Gell. 4, 18 *Eamus Iovi O. M. gratulatum.* Hinc, ut statim dicemus, *gratulatio* idem est quod *supplicatio.* vid. Gron. obs. 2, 19 & Perizon. ad Sanctii Minerv. 1, 1 p. 6, 7. qui ostendunt, hinc alteram significationem esse derivandam. Nimirum ¶ 2. *Gratulari* est dis gratias agere ob suam vel alterius felicitatem, quod voce non nimis apposita dicunt Germani, glückwünschen. Varie autem constituitur, ut appareat, discessum esse aliquantum a prima notione. v. g. *Quod mihi de filia gratularis, agnosco humanitatem tuam*, Cic. fam. 1, 7. Sic, *Gratulor tibi de reditu tuo*, Id Att. 4, 1, ich bin erfreut, es ist mir lieb. *Mihi & gratias agebant boni viri, & nomine tuo gratulabantur*, Id. Phil. 1, 12. Et, *Omnes publice ad me venerunt gratulatum*, Id. in Pison. c. 22. ¶ 2. Dicebant & *in aliquo gratulari.* Cic. fam. 6, 11 *Qua in re ita gratulor tibi vehementer*, fam. 11, & *inter se.* Id. Phil. 12, 7 *Spe pacis oblata, inter se impii cives, quasi vicissent, gratulabantur.* ¶ 3. Et cum ablativo sine præpositione. *Gratulor tibi affinitate viri optimi*, Cæl. Cic. fam. 8, 13 pr. Et in Sallust. declamatione: *Populus Romanus adventu meo gratulatus est.* ¶ 4. Et cum accusativo & dativo simul. *Appellat hominem, & ei voce maxima victoriam gratulatur*, Cic. Verr. 2, 7. Est etiam, ubi *Pro* loco *De* cum hoc verbo ponitur. Plin. 4 epist. 27 *Temporibus nostris gratulare pro ingenio tali.* Epit. Livii 45 *Senatui gratulari ob victoriam.* Sed, *Gratulor tibi adventum*, sen mit willkommen, Ter. Eun. 2, 2, 28. Suet. Claud. c. 6 *Cum oppressum Sejanum apud eosdem gratularetur.*

¶ Grātŭlatio, ōnis, f. idem fere, quod supplicatio, cum nimirum publice Diis gratiæ agerentur, danck- und freuden-fest. Cic. in Pison. c. 3 *Mihi pop. Rom. non unius diei gratulationem, sed æternitatem immortalitatemque donavit.* Et Phil. 14, 3 *Gratæ vero nostræ diis immortalibus gratulationes erunt, gratæ victimæ.* Idem Verr. 4, 43 *In gratulationibus mentum Herculis osculari solent.* Et fam. 11, 18 *Gratulationem tuo nomine ad omnia Deorum templa*

templa fecimus. Liv. 30, 40 *Patuere, facta gratulatione, omnia in urbe templa, supplicationesque decretæ* in *Tritanum*, ubi Gronov. vide. Papin. l. 8 D. SCt. Turpill. *Abolitio publice fit ob diem insignem, aut publicam gratulationem.* ¶ 2. Significatio gaudii de alterius felicitate, glück-wunsch. Cic. fam. 7, 2 *Sera gratulatio reprehendi non solet.* Id. pro Milone c. 35 *Omni in hominum cœtu gratiis agendis & gratulationibus habendis celebrari.* Curt. 7, 2, 24 *Mutua gratulatione fungi*, einander empfangen. Sen. epist. 6 *Ægris gratulatio fit, cum se ipsi ægros esse senserunt*, man schätzt sie glücklich. Sed ¶ 3. Cic. pro Marcello c. 4 *Hunc diem tuis maximis gratulationibus jure antepones*, h. e. felicissimis eventibus, de quibus gratulandum tibi fuit.

¶ Gratulător, *ōris*, m. der glückwünschet. Cic. de Fin. 2, 33, *Fit, ut gratulator lætior sit, quam is, cui* (quis) *gratuletur.*

¶ Gratulatrix, *īcis*, f. apud Sidonium.

¶ Gratulatōrius, *a, um*, glückwünschend. Capitolin. in Max. & Balbino c. 17 *Gratulatoriam epistolam subdidi.*

¶ Gratulatorie, adv. idem. Augustin. Confess. 8, 6 *Gratulatorie miratus est, quod &c.*

¶ Gratulabundus, *a, um*, frolockend. Liv. 7, 33 extr. *Quo se omnis multitudo gratulabunda effudit.* Gell. 3, 15 *Populus gratulabundus flores in eum jecit.* Justin. 6, 8, 13 *Velut gratulabundus patriæ exspiravit.*

¶ Grātuītus, *a, um*, quod gratis datur & sine præmio, geschenckt, frey, ohn entgeld; ut, *Hospitium gratuitum*, Plin. 35, 9. Et Cic. de Legib. 1, 18 *Quod liberalitas? gratuitare est, an mercenaria? Si sine præmio benigna est, gratuita; Si cum mercede, conducta.* Sed *gratuita comitia, suffragia* libera sunt. De quantitate tertiæ syllabæ, vult quidem Dousa lib. 2 Præcidaneorum in Petronium c. 16 eam omnino produci debere, sed contra Statii, luculentissimi Poëtæ, auctoritas est lib. 1 Silv. 6, ubi legas v. 16 *Largis gratuitum cadit rapinis.* Neque enim hic comminiscenda συνζυγία est, quasi *gratuitum* tribus syllabis dixerit. Nusquam enim Papinius in Phaleucis, in hac regione Spondeo est usus, quod Catullus sibi permisit. Barth. adversl. 16, 1. Voss. de arte 2, 37. Rectius igitur statuetur anceps, ut eadem in *Fortuitus.* Nam si Papinius tertiam in *Gratuitus* corripuit, cur non similiter tertia in *Fortuitus* corripi queat? Et si Horatius 2 od. 15, 17 tertiam in *Fortuitus* produxit; cur non ad illud exemplum tertiam quoque in *Gratuitus* producere liceat?

¶ Gratuito, adv. idem quod *gratis*, umsonst. Sallust. orat L. Philippi 1 Hist. c. 8 *Vbi malos præmia sequuntur, haud facile quisquam gratuito bonus est.* Id. Cat. 16, 3 *Gratuito malus atque crudelis. Gratuito proponere pecuniam*, Suet. Tib. c. 48, est gratuitum usum ejus promittere, ohne zinse anbieten. *Multorum ea ſſas & non gravate & gratuito defendere*, Cic. Off. 2, 19.

¶ Grātĭfĭco, *are*, gratum reddere, angenehm machen. Vulg. Interpr. Ephes. c. 1, 6.

¶ Grātĭfĭcor, *atus sum, ari*, rem alicui gratam facere, willfahren, zu willen seyn, gewähren. Sic autem dicimus: *Gratificor tibi hanc rem, hac re, & de hac re.* Sallust. Iug. c. 3 *Nisi forte quem inhonesta, & perniciosa libido tenet, potentiæ paucorum decus & libertatem suam gratificeri*, id est, gratificando aliis decus & libertatem suam prodigere: sive privari dignitate, & malle fieri servum, quam non gratificari paucorum potentiæ. Idem de Rep. ordin. Orat. 2 extr. *Si tibi bona labido fuerit patriæ gratificandi.* Cic. pro Balbo c. 6 pr. *Gratificatur mihi gestu accusator.* Et de Fin. 5, 15 *De eo, quod ipsis superat, aliis gratificari volunt.* Sed, *Aliquid gratificari pro aliquo*, idem ac *alicui*, in eines sache zu gefallen seyn, Liv. 21, 9 extr.

¶ Gratificans, *tis.* Sallust. de Rep. Ordin. 1, 7 *Perversam gratiam gratificans.*

¶ Gratificatus, *a, um*, der willfährig gewesen. Sidon. 5 epist. 10 *Ne vilesar tibi blandius quippiam gratificatusque.* Et l. 6 § 2 ff. de reb. auct. jud. poss. *Si tibi gratificatus tutor solvit.*

¶ Gratificatio, *ōnis*, f. die willfahrung. Cic. Leg. Agrar. 3, 3 *Conjungitur impudens gratificatio cum acerba injuria.* Vet. Gloss. *Gratificatio*, εὐχαριστία.

¶ Gratificator, *ōris*, m. qui gratificatur, apud Augustinum.

¶ Grātĭficus, *a, um*, dienstbaft. Isidor. 10 lit. G. *Gratificus ab eo, quod gratis faciat bonum.* Porphyr. Paneg. 1, 5 *Gratificus dominus.* Paulin. Petroc. lib. 2 extr. *Gratifico concors cum pectore vultus.*

Composita cum præpositione.

¶ Congratŭlor, *ari*, sich mit einem freuen, zugleich glück wünschen. Cic. pro Plancio c. 27 *Haud scio, an plus mihi profuerit, quam si mihi tum essent omnes congratulati.* Et pro M. Marcello c. 6 *Felicitati tuæ congratulabere.*

¶ Congratulatio, *ōnis*, f. ein gesammter glückwunsch. Cic. ad Brut. epist. 3 *Omnium ordinum consensus, gratiarum actio, congratulatioque me commovet.*

¶ Congratulator, *oris*, m. idem ac *Gratulator*, apud Augustinum.

¶ Ingratia, *æ*, f. contrarium *Gratiæ*, undanck. Tertull. de Pœnit. c. 1 *Pœnitet fidei, amoris, simplicitatis, patientiæ, misericordiæ, prout quid in ingratiam cecidit.* Et c. 3 *Videvit ergo ingratiam hominum, si etiam bonis facilis pœnitentiam cogit. Videvit & gratiæ, si captivo ejus ad beneficiendum incitamento est.* Sed usitatior est ablativus absolutus. Plaut. Cas. 2, 5, 7 *Vobis invitis atque ambarum ingratiis*, wider euren danck und willen. Et ita alibi Plautus, *tuis ingratiis*, Merc. 2, 4, 11; itemque Ter. Phorm. 5, 6, 94 Quin ¶ 2. Ingratiis adverbialiter pro invito, non ultro, ungern, wider willen. Ter. Heaut. 3, 1, 37 *Ea cuncta ingratiis, postquam illa cœpit vitæ vulgo quæverere.* Ita & Nepos 2, 4, 4 *Vt ingratiis ad depugnandum omnes cogerentur.* Et sic sæpe Plautus.

¶ Ingratis, idem. Lactant. Inst. 2, 10 extr. *Ingratis eripiet.* vide notas Cellarii, & Parei Lex. Crit. p. 607. Giphanius ad Plauti Cas. 2, 5, 7 comparat adverbium cum *omnimodis, alternis.*

¶ Ingratus, *a, um*, qui gratiam nullam habet beneficiendi, undanckbar. Sen. de benef 3, 1 *Ingratus est, qui beneficium se accepisse negat, quod accepit: ingratus, qui dissimulat: ingratus, qui non reddit: ingratissimus omnium, qui obliviscitur.* Et Auson. epigr. 140 *Ingrato homine terra nil pejus creat.* Publius: *Dixeris maledicta cuncta, cum ingratum hominem dixeris.* Et Cic. Att. 8, 4 *Nihil cognovi ingratius: in quo vitio nihil mali non inest.* Philippus rex Macedonum militi, qui in hospitem militum, a quo multis beneficiis affectus esset, ingratus fuerat, junii stigmate inuri in frontem hæc verba: *Hospes ingratus.* v. Senec. de Benef. 4, 37. Construitur cum *In*, & *Adversus*, &c. Aur. ad Herenn 4, 40 *Ingratus in amicos.* Gell. 4, 18 *Adversus deos ingrati.* Vellej. 2, 69, 1 *Vir adversus merita Cæsaris ingrat[issimus].* ¶ 2. Molestus, importunus, unangenehm, beschwerlich, verdrüßlich. Sallust. Cat. c. 27 *Otium ingrato labori præferre.* Curt. 4, 11, 14 *Ingrata oratio regi fuit.* Et Virg Æn. 2, 101 *Sed quid ego hæc autem nequicquam ingrata revolvo?* ¶ 3. *Ingrata* etiam omnia dicuntur, unde nulla merces, fructus, utilitas, aut voluptas redit. Valer. Flacc. 1, 446 *Ingratæ Stygiorum quod fodere arcu.* Sic *ingrati hanes* ap. Stat. Theb. 1, 60. v. Barth. ad Grat. Cyneg. 33. ¶ 4. *Ingratus* & *Iratus* confunduntur librarii. v. *Iratus.*

¶ Ingrate, adv. nulla gratia relata, in proprio significatu, undanckbarlich. Cic. pro R. Deior. 11 *Quorum ingrate & impie necessitudinis nomen reipublicæ tibi* conf. Epist. ad Div. 12, 1. Tac. Hist. 1, 52, 4 *Infensus Galbæ, tamquam oppressi Capitonis consilia ingrate tulisset.* Plin. 18, 3 extr. *Non ingrate quem nominare.*

¶ Ingratitūdo, *inis*, f. vulgare nomen detestabilis vitii, die undanckbarkeit. Sed *ingratitudinis*, ut, & *gratitudinis* vocabula apud classicum Scriptorem haud extant: Cicero *gratum* & *ingratum animum* vocavit. Tertullianus *ingratiam* videtur appellasse supra laudatis locis, quam ἀχαριτίαν Græci vocant, quo & Cicero usus Attic. 9, 6. Iul. Cæs. Scalig. Exerc. 317 sect. 2 *Ingratitudo barbarum, & non necessarium. Non enim reperitur ipsa res in animis mortalium. At* ingratitudo, *ut æque barbara, ita non sine necessaria vox ad significandum id, quod frequentius, quam fel ipse imminitur.* Vide ramen & Vossium de Vit. serm. & Borrich. Cogit. p. 138, & Cellar. Antibarb. p. 58. ubi Iul. Firmicus & Cassiodorus allegantur, quorum uterque, sed diverso sensu, vocabulo hoc non parisillabo usus est. Apud Cassiodorum enim *ingratitudo* est indignatio, ungnade.

¶ Ingratificus, *a, um*, ingratus. Cic. pro Sextio c. 57, ex fabula Accii: *O ingratifici Argivi, immores Graji, immemores beneficii.*

¶ Pergrātus, *a, um*, valde gratus, sehr lieb. Cic. de Amic. c. 4 *Pergratum mihi feceris.* Idem elegante tmesi Att. 1, 20 *Per mihi, per, inquam, gratum feceris.*

¶ Peringratus, *a, um*, sehr undanckbar. Seneca epist. 98 *Peringratus est, qui, cum amiserit, pro accepto nihil debet.*

¶ Pseudogratia, *æ*, f. id est, gratia ficta, falschmeynende gunst. Sarisb. 2 ult. *Pseudogratiam vendere.*

GRATĬTO, *are*, gackern oder schnattern wie die gänse. Auctor Philomelæ v. 19 *Hinc gratitat improbus anser.*

Gravare, gravescere, gravidus vide mox in *Gravis.*

GRĂVIS, *e*, tum quod onerat significat, tum quod oneratur. Ac primo quidem sensu physico, schwer. *Gravis armatura*, Hirt. B. Africc. c. 71. et, *Gravior tela*, Curt. 8, 11, 6. ¶ 2. Met. quod magni momenti, ac difficile est, wichtig. Ita Cic. fam. 5, 12 *Graves, vel gravissimæ causæ.* Sic etiam ad orationis ὄγκον ac ὕψος pertinet, v. Pareus Lex. Crit. ¶ 3. *Graves conciones*, apud Cæsar. B Civ. 2, 18, acerbæ asperæque sunt & criminationibus plenæ, nachdrücklich, ernstlich. Quemadmodum & *sententias graves*, de B. Civ. 1, 2, & Cicero *graves formas*, ad Qu. Fr. 1, 2, 2 dixit: & *gravi Senatus consultum*, Id. Catil. 1, 1. *Eam ne verbo quidem gravius appellassis*, etwas harte, Id. Verr. 3, 58 ¶ 4 *Gravis* etiam dicitur, qui molestus est & invisus, beschwerlich, verdrüßlich. *Vereor, ne tibi jam gravis*, Cic. Topic. c. 1. Iuven. 6, 146 *Iam gravis es nobis, & sæpe emungeris, exi.* Curt. 8, 5, 20 *Gravis est mihi ea res.* Nepos 9, 3, 4 *Mihi non est grave.* Sic, *Gravis odor*, Plin. 11, 7. Sic Samon. 180 *Olidæ grave quod minxere capellæ*, urinæ peripbrasis. Et, *Gravis balitus*, Colum. 1. Et, *Cibus gravis*, qui offendit atque ingratus est, Cic. Nat. Deor. 2, 9. Quamquam & pro noxio pestiferoque accipi potest. ¶ 5. Nam & ita τὸ *gravis* sumitur, böse, schädlich. Sic, *Gravem morbum*, Nepos 23, 4, 3; *Gravem auctumnum*, Cæsar Civ. B. 3, 2, & Hor. 2 sat. 6, 19; *Cælum grave*, Suet Tib. c. 36; *Anni tempus gravissimum*, Cic. ad Qu. fr. 2, 16; Et, *Graves chelydros*, Virg. Georg. 3, 415 dixit. Propert. 4, 11, 84 *Et grave Saturni sidus in omne caput.* Liv. 7, 6 *Grave tempus & forte annus pestilens erat.* Tac. Hist. 5, 7, 3 *Eoque fœtus segetum putrefacere vero cælo solique fuisse juxta gravi.* Sic, *Gravis adversarius*, Suet. Ner. c. 54. *Graves Persæ*, Horat. 1, 2, 21. *Damnum grave*, Ovid. Met. 7, 553 *Pervenit ad miseros damno graviore colonos Pestis.* Cels. 1, 3 *Nam neque ex salubri loco in gravem, neque ex gravi in salubrem transitus satis tutus est. Injuria gravissima*, Plin. Paneg. c. 37 &c. In singulis his locis molestiam & acerbitatem significat. ¶ 6. Ist & gravidus, schwanger, trächtig. Ovid. Fast. 3, 23 *Somnus abit, jacet ipsa gravis: jam scilicet intra Viscera Romanæ conditur urbis erat.* Nam *grave* dicitur, quicquid refertum, onustum, repletumque est, quemadmodum *gravem triumphum* Plinius Paneg. c. 17; & *Gravem apparatum belli*, Florus 3, 5, 13 dixit. Prud. Hymn. 3 καθημ. v. 78 *Arbor onusta tot copiosa fœtu Deciduo gravis imbre pluit: Arbor gravis*, i. e. plena fructibus, onusta pomis. *Grave* itaque dicitur & quod gravat, & quod gravatur. ¶ 7. *Gravis* etiam languentem & infirmum notat, seu ex valetudine tardiorem & imbellem, schwach der nicht wohl gehen kan. Virg. ecl 1, 50 *Non infuetu graves tentabant pabula fœtæ*, &c. *Graves*, i. e. ex fœtu seu partu languidas. *Fœta* enim Virgilio, quæ peperit, ut recte Turnebus interpretatur. Celsus præfat. *Eumque rationem alios inter principia protinus esse cibo plenire, alios exigua gratiore re facere, qui se implerent.* Curt. 7, 5, 8 *Graves deinde, quibus hausta humore non sufficere anima, non ingredi poterant.* Vellej. 2, 76, 1 *Gravis jam ætate & corpore.* Idem 2, 55, 4 *Gravis valetudine*, ita & Liv. 21, 48 pr. Idem Liv. 2, 18 *Quamquam ætate & viribus gravior*, i. e. inhabilis, unbeträglich. Horat. Serm. 1, 1 *Gravis annis miles.* Add Burm. ad Ovid. Met. 1, 43 *Mille gravem telis* &c. & ad Trist. 1, 3, 91. Tac. Ann. 4, 22, 1 *Plautius Silvanus turbata mente respondit, tamquam ipse*

ipse somno gravis atque ignavus, &c. conf. mox *Gravari* n. 2, & *Pregravido.* ¶ 8 *Gravis homo* dicitur, qui nihil nisi deliberato & ex consilio agit aut facit, levique & temerario opponitur. Cic. de Off. 2, 16 *Gravi viro homini, & ea, quæ sunt, judicio certo ponderanti.* Cujusmodi viris cum multum tribuere omnes soleant, idcirco & *graves* dicuntur, qui auctoritatem habent, ansehnliche Leute. Vet. Gloss *Gravi sono, ἐντιμοτάτῳ.* Nepos 7, 11, 1 *Tres gravissimi historici.* vide multo plura in Nonio 4, 218. ¶ 9. Denique *Gravis vox* opponitur *acuta*, Cic. de Nat Deor. 2, 68.

¶ Graviúsculus, *a, um*, diminut. tief; ut, *Graviusculus sonus*, Gell. 1, 11.

¶ Graviter, adv. schwerlich, heftig, sehr gewaltig; ut, *Graviter irasci*, Ter. Hec. 4, 4 pr. hart zürnen. *Graviter ferre*, id est, molestе, übel zufrieden seyn, Id. Andr. 1, 2, 20. Ita *graviter audire*, Id. Heaut. 1, 62, mit verdruß. Et, *Graviter in aliquem dicere*, in Adelph. 1, 2, 60. *Graviter accipere*, hoc est, animo iniquo, mit unwillen aufnehmen, übel empfinden, Cic. de Orat. 2, 52. *Acerbe gravius*, Ter. Hec. 4, 4, 95. Cic. Tusc. 5, 1 *Nihil est --- quod gravius magnificentiusque dicatur*, nachdrücklicher. *Graviter ferme afflixit*, Cæs. B. Gall. 4, 31, qui quoque de B Gall. 1, 14 elegantissime dixit, *confecisse Deos immortales, qui graviter hostiles ex commutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum ulcisci velint, his secundiores interdum res, & diuturniorem impunitatem concedere. Graviter & Gnaviter* sæpe a librariis permutari docet vir eruditus in Miscell. Observ. Vol. 4 p. 220.

¶ Gravitas, *atis*, f. magnitudo, molestia, die schwere, beschwerlichkeit, last. *Gravitas doloris*, grösser schmerz. *Gravitas linguæ*, i. e. sonus vocis agrestis, Cic. de Orat. 3, 11. *Gravitas cæli*, böse luft, Cic. Attic. 11, 22. *Gravitas morbi*, Id. Nat. D. 3, 31. *Lacus gravitate odoris pestiferi*, vom gestanck, Tac. Hist. 5, 6, 5. vid. n. 4. Et Ovid Met. 10, 287 *Tendebat gravitas uterum mihi, quodque ferebam*, die schwangerschafft. ¶ 2. *Gravitas* constantiam quamdam in honestate decoreque servandis, unde auctoritas & existimatio nascitur, significat, & levitati opponitur, ernsthaftigkeit, gravität, da man über respect hält. *Comitate condita gravitas*, Cic. de Senect. c. 4. *Gravitas humanitate temperata*, Vellej. 2, 116, 3. *Comitas non sine severitate erat, neque gravitas sine facilitate*, Nepos 25, 15, 1. *De gravitate Lacedæmoniorum*, Id. 4, 4, 3. *Gravitas & majestas in oratione*, Id. de Amic. c. 25. Græcis σεμνότης dicitur. Et, *Gravitas sententiarum*, Cic. de Orat. 2, 17. *Loqui cum gravitate*, Id. Att. 9, 9 *Gravitas vultus, morum.* ¶ 3 Significat etiam constantiam in amore, die beständigkeit, apud Propert. 2, 16, 14. *Tu modo ne dubites de gravitate mea.* ¶ 4. Sed si Heinsium audimus, apud Horatium 1 sat. 10, 54 *Gravitas* virium illud est, quod Græcis περιαυτολογία dicitur: cum quis de se multa gloriatur, & jactat, inque eo gravis & molestus aliis est: unde & φορτικότης iisdem Græcis dicitur. ¶ 5. *Gravitas* graveolentiam significat, Sil. 6, 158. it. Liv. 25, 26. v. Drakenb. ad Sil. I. c.

¶ Gravédo, *ĭnis*, f. κόρυζα, der schnuppen. Apul. 3 Flor. *Nares gravedine oppletæ, aures spiritu obseratæ, oculi albugine obducti. Gravedinem removere*, Cic. Att. 10, 16 extr. *Gravedini subvenire*, ibid. 16, 14. v. *Gravistellus* p. p. ¶ 2. *Gravedo* etiam est humor oculi urforum molestus, Plin. 8, 36 f. 54. ¶ 3. Pro graviditate Nemesia. Cyn. 132 *Fœcundos aperit partus matura gravedo.*

¶ Gravitúdo, *ĭnis*, f idem. Vitruv. 1, 6 *Hæc gravitudo, arthritis, tussis, pleuritis.* Apicius 3, 6 *Sine rustu & gravitudine.*

¶ Gravedinósus, *a, um*, ad gravedinem proclivis, schnuppicht, Cic. Tusc. 4, 12 *Sunt alii ad alios morbos procliviores, itaque dicimus gravedinosos quosdam, quosdam torminosos, non quia jam sint, sed quia sæpe sint.* ¶ 2. Quod gravedinem affert. Plin. 18, 5 *Ervum gravedinosum.*

¶ Gravedinóse, adverb. idem, apud Augustinum.

¶ Gravo, *avi, atum, are*, premere, onerare, beschweren, verdruß machen. *Nec me labor iste gravabit*, Virg. Æn. 1, 708. *Obsidio ipsa multitudine gravatur*, i. e. gravior fit & minus tolerabilis, Justin. 14, 2, 2. Festus de muliere, *gravatur concepto*, h. e. fit gravida. ¶ 2. *Gravari* etiam est, ex infirmitate languere, ex valetudine fieri ægrum & gravem. Capitolin. Ant. Pio c. 12 *Cum Alpinum casum edisset avidius, nocte rejectavit, atque altera die febre commotus est. Tertia cum se gravari videret, M. Antonino Pomp. & filiam præsentibus præfectis commendavit.* ¶ 3. *Gravari*, significat etiam offendi, gravitер ferre, sich beschweren, verdrießlich seyn über etwas. *Non gravabor breviter dicere, quid sentiam*, Cic. de Orat. 1, 23, ich will mich nicht verdrießen lassen. Id. de Amic. c. 5 *Ego non gravarer, si mihi ipsi confiderem.* Plaut. Trin. 5, 2, 48 *Non gravabor, faciam ita ut vis.* Curt 6, 8, 12 *Gravatus est pauca verba inserere*, es ist ihm zu viel gewesen. Sæpe & cum casu construitur: Lucan. 5, 258 *Seque putat solum regnorum injusta gravari.* Et 7, 284 *Romanos odere omnes, dominos, gravantur*, können nicht vertragen. Suet. Aug. c. 62 *Ampla & operosa prætoria gravabatur*, sie waren ihm verdrießlich. Sic Id. Tib. c. 1 *Matrem Liviam gravatur*: Et Ner. c. 34 *Matrem hactenus gravabatur.* Videtur Deponens esse, sed non est, nec quartus casus id probat, quia OB, PROPTER subauditur. Sil. 2, 598 *Lucemque gravantur*, sie sind des lebens überdrüßig. v. Drakenb. Justin. 20, 2, 12 *Illi longinquam militiam gravati auxilium a Castore & Polluce petere jubent.* v. Gronov. Diatrib. ad Stat. p. 132. & ad Senec. Thyest. 106. Drakenb. ad Sil. 2, 598. Cort. ad Plin. 3, 18, 6. Horat. 4 od. 11, 27 *Pegasus terrenum equitem gravatus*, hoc est, nolut pati & suscipere ferendum illum equitem.

¶ Gravans, *tis*. Ovid. Met. 13, 812 *Sunt poma gravantia ramos.*

¶ Gravantia, *æ*, f. die beschwerung. Macrob. Somn. Scip. 1, 3 *Si tenuis ingregitatus, aut distentus cibo, vel ex abundantia præfocari se existimat, vel gravantia exonerari.* Ita Barth. 39, 12.

¶ Gravátus, *a, um*, beschwert, beladen, belästiget; ut, *Gravatus somno*, voll schlaffs, Plin. 26, 1. *Vino gravatus*, Curt. 6, 11, 28, berauscht. *Gravata ebrietate mens*, Id. 5, 7, 11. *Gravatum animi anxietate corpus*, Id. 4, 13, 17. *Gravatus tot malis*, Petron. c. 22. *Haud gravata patrona*, i. e. haud difficilis, Plaut. Rud. 1, 5, 3. Sed cum accusativo der sich über etwas beschweret; ut, *Spem ac metum juxta gravatus*, Tac. Ann. 5, 8, 3. conf. dicta in *Gravo* n. 3.

¶ Gravate, adv. ægre, beschwerlich, ungern. Cic. Off. 3, 14 *Gravate ille primo. Quid multa? impetrat.* Id. de Orat. 1, 48 *Non gravate respondere.*

¶ Gravatim, idem. Liv. 1, 2 *Haud gravatim socia arma Rutulis junxit Mezentius.* Lucret. 3, 388 *Qui cadunt gravatim.*

¶ Grávator, *ōris*, m. qui gravat, apud Augustinum.

¶ Gravámen, *ĭnis*, n. molestia, die beschwerniß. Cassiod. 9 epist. 2 *Si visceribus finis gravamen nullius sentiat læsionis.*

¶ Gravamentum, *i*, n. idem. Gloss. lat. gr. *Gravamenta, βάρη.*

¶ Gravábilis, *e*, gravans, beschwerlich. Cæl. Aurel. Tard. 4, 3 *Vomitus gravabili capiti.* Id. Acut. 1, 15 *Odor acerrimus & gravabilis.* Et ibid 3, 17 *Cibi gravabiles.*

¶ Gravésco, *ĕre*, graviorem fieri, schwerer werden. *Valetudo gravescit*, Tac. Ann. 1, 5, 1. ¶ 2. *Gravescere* etiam dicuntur imprægnatæ concepto fœtu, schwanger werden, Virg. Georg. 2, 4. 9 *Fœta nemus omne gravescit.* Plin. 11, 41 *Cameli lac habent, donec iterum gravescant.*

¶ Graveſcens, *tis*. Tac. Ann. 14, 51, 1 *Gravescentia indies publica mala.*

¶ Grávidus, *a, um*, prægnans, schwanger, trächtig; ut, *Gravida e Pamphilo est*, Ter. Andr. 3, 2, 33. *Pecus gravidum*, Virg. Georg. 3, 155. ¶ 2. Tribuitur & aliis, cum significat fruchtbar, voll, schwer; ut, *Gravida tellus*, Ovid. Met. 7, 128. *Messes gravidæ*, Ovid. Met. 8, 787 *Nec qui manus attulerit steriles intro ad nos, gravidas foras exportet*, Plaut. Truc. 1, 2 pr.

¶ Gravidítas, *ātis*, f. die fruchtbarkeit, trächtigkeit. Cic. N. Deor. 2, 46 *Luna a sole illuminata graviditates & partus affert, naturitatesque gignendi.*

¶ Gravído, *are*, fruchtbar oder trächtig machen, schwängern. *Gravidari ex aliquo*, Epitome Victoris in Adriano c. 14. Adde, quæ Io. Ge. Grævius ad Flor. 1, 1 observavit, qui hoc verbum optimi seculi vocat, sed vulgo minus norum. Cæcil. in Tych. *Hic te inhoneste gravidavit probro*, i. e. oneravit.

¶ Gravidátus, *a, um*, gravidus factus, geschwängert. Cic. de N. D. 2, 32 *Terra gravidata feminibus omnia parit*, das befruchtete land.

¶ Gravidátio, *onis*, f. die schwängerung. ICt. in Dig.

¶ Gravéolens, *tis*, stinckend. Virg. Æn. 6, 201 *Fauces graveolentis Averni.*

¶ Graveolentia, *æ*, f. der üble geruch, gestanck; ut, *Oris graveolentia*, Plin. 28, 11 *halitus*, ibidem c. 12 sub fin.

¶ Gravilóquus, *a, um*, δειλολογος, hochtrabend im reden. Plaut.

¶ Gravisomnis, *e*, schlaftrunckен. Barth. Adversf. 21, 18 *Sic gravisomne movet fœmineum ille genus.*

¶ Gravistéllus, vel Gravastellus, *i*, m. *senior a gravitate dictus*, apud Festum, quasi gravans tellurem, ein alter mann. *Quis est illic gravistellus qui venit?* Plaut. Epid. 5, 1, 14. conf. interpr. Meursius legit *Ravistellus.* Salmasius derivat ex *ravus*, per prosthesin, qualis in *gnatus* & *gnavus*; inde esse *gravaster*, ut ex *calvus calvaster*, ac nova diminutione *gravastellus.* Ita *gravedinem* esse ait *ravedinem.*

Composita:

¶ Aggravo vel Adgravo, *are*, beschweren, drücken, überladen. Plin. 18, 12 pr. *Aggravatur pondus.* Quint. 5, 7 *Argumenta, quæ reum aggravare videantur.*

¶ Aggravans, *tis*. Plin. 12, 17 *Odor aggravans capita.* Suet. Cæs. c. 1 *Morbo aggravante.*

¶ Aggravatus, *a, um*, beschwert. Suet. Aug. c. 98 *Aggravata valetudine succubuit.* Liv. 4, 12 *Aggravatæ res.*

¶ Aggravatio, *ōnis*, f. die beschwerung. Salvian. 5 de Gubern. p. 176 *Sicut sunt in aggravatione primi paupores, ita in relevatione postremi.*

¶ Aggraveſco, *ĕre*, ärger werden, überhand nehmen. Ter. Hec. 3, 2, 2 *Male metuo, ne Philumenæ magis morbus aggraveſcat.*

¶ Aggraveſcens, *tis*. Cic. Tusc. 3, 31 *Aggravescens vulnus.*

¶ Congravo, *are*, schwerer machen, apud Hieronymum.

¶ Degrávo, *are*, beschweren, unterdrücken. *Etiam peritos nandi lassitudo & vulnera & pavor degravant*, Liv. 4, 33. Id. 3, 62 *Signis ex transverso illatis degravabant cornu.* Ovid. Trist. 5, 3, 35 *Degravet ulmam vitis.* Col. 6, 2 *Labore operis degravari.*

¶ Degravatus, *a, um*, niedergedrückt, ermüdet; ut, *Onere degravati*, Phædr. 4 fab. 21. *Manus pondere degravatæ*, Apul. Met. 7.

¶ Degravate, adverb. idem, apud Augustinum.

¶ Ingrávis, *e*, valde gravis, sehr schwer. Ulpian. l. 3 ff. de SCt. Silan. *Si quis ingravi valetudine affectus &c.* conf. Erythræi Ind. Virg. in *Infractus.*

¶ Ingrávo, *are*, graviter afficere, beschweren. *Sævitia hiemis ingravat*, Plin. 19, 8. *Ingravat hæc sævus Drances*, i. e. exaggerat, Virg. Æneid. 11, 220.

¶ Ingravans, *tis*. Phædr. 5, 11, 3 *Languere cæpit annis ingravantibus*, i. e. molestiam afferentibus.

¶ Ingravatus, *a, um*, beschwert, beladen. Spartian. in Severo c. 21 *Ingravatus morbo.* Vulg. Int. Exod. 7, 14 *Ingravatum est Pharaonis.*

¶ Ingravate, adv. non gravate, ohnschwer. Ammian. 17, 21 (Vales. c. 10 extr.) *Obsecundabant imperiis ingravate.* Et 18, 2 extr. *Quinquagenarias longioresque materias vexere cervicibus ingravate.*

¶ Ingravatio, *ōnis*, f. die beschwerung. Theod. Ced. l. 7 t. 13 *Perpetuæ ingravationi addici.*

¶ Ingraveſco, *ĕre*, schwer werden. Cic. ad Brut. 10 *Malum indies ingraveſcit*, das unheil wird täglich gröſſer. Id. pro Domo sua c. 5 *Annona ingraveſcit*, das getreide steigt, schlägt auf. Item, schwanger werden. Lucret. 4, 1244 *Suscipiunt aliæ pondus magis inque gravescunt.*

¶ Ingraveſcens, *tis*. Cic. de Amic. c. 10 *Mutantur mores hominum, alias adversis rebus, alias ætate ingraveſcente*, bey zunehmendem alter.

¶ Ingravido, *are*, idem quod gravidare, schwängern. Paulin. 9 Nat. Felic.

¶ Ingravidátus, *a, um*, geschwängert, beladen. Augustin. Confess. 7, 5 sub fin. *Talia volvebam pectore meo misero, ingravidatæ curis mordacissimis.*

¶ Pergrá-

¶ Pergrāvis, *e*, valde gravis, ſehr ſchwer, nachdrücklich. Cic. pro Sextio c. 50 *Hujus oratio & pergravis & grata concioni fuit.* Id. pro Cælio c. 26 *Teſtes pergraves.*

¶ Pergrāviter, adv. idem. Cic. Att. 1, 10 *Pergraviter offenſum eſſe.*

¶ Pregrāvis, *e*, valde gravis, allzuſchwer; ut, *Caput prægrave*, Plin. 8, 21, ein allzu groſſer Kerf. *Servitium prægrave*, Id. 7, 8. *Prægrave imperium*, Curt. 4, 11, 8, ein gar zu weitläuftig Reich.

¶ Prægrāvo, *are*, vehementer gravare, überladen. Ammian. 18, 1 *Obſervans, ne quem farcina prægravaret.* Horat. 2 Serm ſat. 2, 77 *Corpus onuſtum Heſternis vitiis, animum quoque prægravat una &c.* Liv 35, 42 *Prægravata inhærentibus telis ſcuta.* Id. 38, 25 *Cum prægravaret multitudo, ſenſim cedere cœpit.* ¶ 2. Accipitur etiam pro præponderare, ſchwerer ſeyn, überwiegen. Suet. Cæſ. c. 76 *Invigravant tamen cætera facta, ut & abuſæ dominatione, & jure cæſus exiſtimetur:* quaſi dicat: Etſi magna clementia Cæſaris atque facilitas (de his præcelleat) fuit; tamen ſi contra appendas veluti, quæ per importunitam deſignavit, graviora hæc erunt & præponderabunt, itaque adeo gravabunt Cæſarem, ut indignus venia & jure cæſus videatur. Scite Horatius 2 epiſt. 1, 13 *Vrit enim fulgore ſuo, qui prægravat artes Infra ſe poſitas: extinctus amabitur idem* id eſt, in ſumma aliqua arte, & reliquis præſtantiore verſatur. v. Dan. Heinſ. p. 111.

¶ Prægravans, *tis*, beſchwerlich, allzuroß. Liv. 5, 34 *Exonerare prægravante turba regnum.* Colum. 7, 6 *Flaccidis & prægravantibus ramis.*

¶ Prægravātus, *a, um*, ſehr beſchwert. Liv. 10, 23 *Prægravata inhærentibus telis ſcuta.* Colum. 6, 7 *Prægravatum caput.*

¶ Prægravidus, *a, um*, idem ac *Prægravis.* Statius 6 Theb. v. 700 *Molis prægravide cæſtigat pulvere lapſus.*

¶ Semigravis, *e.* Liv. 25, 24 *Aut ſopiti vino erant, aut ſemigraves potabant*, halb trunken.

¶ Subgrāvis, *e.* Plin. 27, 9 apud Froben. ſed Dalechamp. & Harduin. ſimpliciter *gravis.*

GRAVISCA, *æ*, f. Thuſciæ oppidum in Italia, Vellej. 1, 15, 2. Alias *Graviſcæ*, plur. ſic dictæ, quod gravem aërem ſuſtinerent. Virg. Æn. 10, 184 *Et Pyrgi veteres intemeſtaque Graviſcæ.* conf. Sil. 8, 475. & Drakenb.

GRAXO, *is, it*, i. e. ſtrepo, clamo, *κεκράζω, ἔκραξα*, ut aliqui legunt apud Plautum in Aſin. prolog. v. 5, *Cave modo, ne graxis.* Sed al. *gratiis* i. e. gratis. Hinc &

¶ Progrāxe, pro prograviſſe, i. e. in publico garriiſſe, palam clamaſſe, apud Lucret. 5, 1158 *Aut morbo deliruntes prograxe ferantur.* Vtrumque verbum, modo probum ſit, *forte rectius* per *c* ſcribitur, quod melius reſpondet Græco &c.

Gregalis, gregare, gregarius, &c. vide *Grex.*

GRĔMIVM, *i*, n. quod eſt inter amplexum ſemorum, dictum quaſi geremium a gero, der Schooß. Ter. Adelph. 3, 2, 35 *Qui ſe in ſuo gremio poſiturum puerum dicebat.* Cic. Divin. 2, 41 *Puer lactens, in gremio matris ſedens.* Virg. Æn. 1, 718 *Hæret, & interdum gremio fovet inſcia Dido.* Quint. 2, 4 p. 140 *Ad præceptoris gremium*, h. e. privatim in ſchola. Metaphorice, *Abſtrahi e ſinu gremioque patriæ*, Cic. pro Cælio c. 24, dem vaterland entzogen werden. *Terra gremio molliter & ſubacto ſemen ſparſum excipit*, Id. de Senect. c. 15. ¶ 2. Interdum abundare videtur. Vt Sil. 3, 678 *In gremio Thebarum*, i. e. Thebis. v. Drakenb. ¶ 3. An *Gremia ſarmenta* & *Gremiales arbores*, L. 7 § 12 Dig. de ſol. matr. huc pertineant, vide in *Cremo.*

¶ Gremiālis, *e*; ut, *Gremiale oleum*, Octav. Hor. c. 9; & Theod. Priſc. 1, 3.

¶ Gremio, *are*, in gremium recipere. Cathol.

GREX, *grĕgis*, m. minorum eſt pecudum: ut, ovium, caprorum, eine heerde. Iuvenal. 2, 79 *Grex totus in agris Vnius ſcabie cadit, & porrigine porci.* Horatius etiam *avium* dixit *gregem*, 1 epiſt. 3, 19 Aliquando tamen & de armento dicitur, ſive pecude majori. Sic Varro R. R. 2, 5 *Tam tauros in gregem redigo.* Et Virg. ecl. 6, 55 *Aut aliquam in magno ſequitur grege.* Vbi Servius: *Notandum*, inquit, *gregem de bobus dixiſſe, cum proprie* armenta *dicamus. Licet GREX ſit quorumlibet animalium congregatio. Sic Cicero in Philipp. Fudit apothecas, cecidit greges armentorum.* Nec fruſtra addidit Poëta *magno*: ut ab ovino genere diſtingueret. Idem Servius ad illud ejusdem Virgilii Æn. 6, 38 *Nunc grege de intacto ſeptem mactare juvencos Præſtiterit.* GREGEM, inquit, *pro armento poſuit. Sed hæc per poëticam licentiam ſæpe confundit. Iſto loco proprie poſuit: Quinque greges illi balantum, quina redibant Armenta.* Lucretius quoque de bovino genere 2, 661 *Bucerieque greges.* Vbi videtur *Greges* in fœminino genere dixiſſe. (Et Nonius etiam 3, 109 obſervat, communis generis fuiſſe; addique poteſt, quod in magno Inſcriptionum opere *grex Ruſſata* habeatur; Et *grex Veturiana* in marmore Patav. a Reineſio illuſtrato.) *Grex* etiam fœminino genere interdum in MSS. Bur. ad Ovid. met. 3, 585. Drakenb. ad Liv. 8, 24. Sic &, *Gregem æquarum*, Cic. in Verr. 3, 10. *Dux gregis*, der leit-hammel; brumm-ochſe, Ovid. de Arte 1, 226. ¶ 2. *Grex hominum*, eine geſellſchafft, hauffen, compagnie. Ter. Eun. 9, 54 *Vnum hoc vos oro, ut me in veſtrum gregem recipiatis.* Sic, *Grex amicorum*, Cic. Att. 1, 18, &, *Philoſophorum*, de Orat. 1, 10. Præcipue autem de illa multitudine uſurpatur, quæ vilitatem quamdam atque contemtum habet. Plaut. Ciſt. 4, 2, 67 *Grex venalium ſervorum.* Horat. 1 epiſt. 4 extr. *Epicuri de grege porcum.* De ſcenicis Petronius c. 80 *Grex agit in ſcena mimum &c.* Ita & Plautus eo vocabulo uſus eſt Caſ. prol. v. 22 &c. itemque Terent. Phorm. prol. v. 33 *Cum per tumultum noſter grex motus loco eſt.* Item Suet. Calig. c. 57. De *Genethliacis*, Iuvenal. 10, 94 *De grege Chaldæo.* De agitatoribus idem Suet. Ner. c. 22. ¶ 3. *Duo greges virgarum ulmearum*, Plaut. Pſeud. 1, 3, i. e. faſces: quod dure a Plauto dictum Voſſius cenſet Inſt. Orat. 4 p. 103. Sed nugatur nimirum ſuo more.

¶ Gregālis, *e*, ex eodem grege, aus der heerde; ut, *Equi gregales*, Varr. de R. R. 2, 7. *Cludii gregales & conſiliarii*, Cic. Aruſp. R. c. 25. Et *Catilinæ gregales*, id eſt, ſodales, rottirer, ſpießgeſellen. Cic. pro Dom. c. 28. Idem *gregales ſuos* vocat oratores ſam. 7, 33 pr. ¶ 2. *Gregale* etiam vulgare dixit Seneca, ut *Poma gregalia* de Benef. 1, 12, genieni, gemma. De voce *Gregarius* & *Gregalis*, vide & Barthium Adverſ. 9, 4 p. 1865.

¶ Grĕgārius, *a, um*: ut, *Miles gregarius*, ex grege undicunque collectus, Salluſt. Catil c. 37, & Cic. pro Planc. c. 30. Liv. 42, 34 ubi *gregarios milites & decumanum ordinum haſtatum ducem* ſibi opponuntur, ein gemeiner ſoldat. Sic, *Gregarium militium ſortitus*, Iuſtin. 22, 1, 8. conf. Turneb. Adverſ. 30, 32. *Gregarius poëta*, Sidon. 9 epiſt. 15, 15. *Gregarius bos*, qui adhuc in grege paſcitur. ¶ 2. Et & qui gregi præeſt: paſtor, cuſtos, der hirte. Vet. Gloſſ. *Gregarius*, ἀγελάρχης, ποιμήν. Atque ita *gregarios paſtores* dixit Columella princip. lib. 6, & Apulej. lib. 7 Mileſ. p. 194 *gregarium* appellat, quem paulo ante dixerat *equiſonem armentarium.*

¶ Grego, *are*, verbum, ſammlen. Gloſſ. lat. gr. *Gregat, ἀγελίζει, ἀθροίζει.* Paulin ad Nicetam v. 206 *Ita tua Beſſi nave dariores, Nunc oves ſacti, dulce te gregantur Paucis in audam.*

¶ Grĕgatus, *a, um*, geſammlet. Statius 1 Achil. v. 372 *Qualiter Idalia volucres, ubi mollia frangunt Nubila, jam longum cæloque domoque gregatæ, &c.*

¶ Grĕgātim, adv. conjunctim, ſimul, una, mit hauſen, hauffenweiſe. Plin. 8, 5 pr. *Elephanti gregatim ſemper ingrediuntur.* Cic. Verr. 7, 57 *Videtis cives Romanos gregatim conjectos in lautumias.* Et Seneca de Benef. 6, 32 de Auguſti filia: *Admiſſos gregatim adulteros.*

Compoſita:

¶ Abgrĕgo, *are*, ab grege ducere, von der heerde abſondern, Feſt Gl. *ἀπαγελάζειν, διαχωρίζειν.*

¶ Aggrĕgo, vel Adgrego, *are*, ad gregem ducere, zuſeſſen, dazu rechnen. Cic. pro Muræn c. 7 *Ego te ſimper in optimum quemque aggregare ſoleo. Ad amicitiam alienas je aggregare*, Cæſ. B. Gall. 6, 11.

¶ Congrĕgo, *are*, conjungere, verſammlen. *Congregare ſe cum æqualibus*, Cic. de Fin. 5, 15, ſich zu ſeines gleichen halten. *In eundem locum congregare*, Cic. de Orat. 1, 8. *Congregare cum leonibus vulpes*, i. e. commiſcere, Martial. 10 epigr. 100.

¶ Congregatus, *a, um*, verſammlet. Cic. Parad. 4. *Latronum congregata unum in locum multitudo.*

¶ Congrĕgātim, idem quod *Gregatim.* Prudent. Hymno Iejunant. v. 143 *Curſant per ampla congregatim mœnia.*

¶ Congregatio, *ōnis*, f. die verſammlung. Cic. de Fin. 3, 20 *Facile intelligitur, nos ad conjunctionem congregationemque hominum, & ad naturalem communitatem eſſe natos.*

¶ Congregator, *ōris*, m. qui congregat. Arnobius lib. 6 p. 199 *Phidias ſciebat, aurum fuiſſe, lapides atque oſſa informia, diſparata, conſi ſæpe, ſeque horum omnium congregatorem et opificem.*

¶ Congregābilis, *e*, geſellig, zuſammen hart. *Examina apum congregabilia natura*, Cic. Off. 1, 44.

¶ Congrĕgis, *e*, vel Congres, *ĕtis* berſammlen iſt. Apul. Met. p. 194 *Equinis armentis me congregem paſtor egregius aliquando perſequit.* Et Prudent. adv. Symmach. 2, 634 *Quem congregis nexa pax & Roma tenent.* Sic plur. Solin. c. 2 *Congreges volitant*, ſie fliegen miteinander. Et Tertull. de Pœnit. c. 11 *Nullis confeſſionibus congreges.*

¶ Disgrego, *are*, zertrennen, auseinander ſetzen. Mart. Capella 3 p. 71 *Hic ordo rebus, quique disgregabitur.*

¶ Disgrĕgus, *a, um*, unterſchieden. Mart. Capell. lib. 9 *Venuſtate disgregæ puellæ.*

¶ Egrĕgius, *a, um*, excellens, præclarus, auserleſen, fein, herrlich, ausbündig. *Boves egregii*, vel, ut apud Feſtum eſt, *exgregii*, quaſi ex toto lecti grege, *eximii porci, & ove lecta* v. Donatum ad illud Ter. Hec. 1, 1, 9 *Vtin' eximium neminem habeam.* Et de vario hujus vocis uſu Barth. ad 2 Theb. Stat. p. 344. *Egregia forma*, Ter. Andr. 1, 1, 45, hübſche geſtalt. *Egregius color, integra valetudo*, Cic. Fin. 2, 20. *Egregia & præclara indoles*, Id. de Orat 1, 29. Et, *Egregium opus*, Id. Nat. D. 1, 36. *Egregium facinus audere*, eine löbliche that wagen, Liv. 8, 24. ¶ 2. Sed *Egregium publicum*, eſt, decus vel bonum publicum, das gemeine beſte. Tac. Ann. 3, 70 *Capito inſignitior infamia fuit, quod humani divinique juris ſciens, egregium publicum & bonas domi artes dehoneſtavit.* Quod recte contra Rhenanum aſſeruit Vertranius. v. & Petr. Fabr. Semeſtr. 20, 12. Sulp. Sever. lib. 2 Hiſt. Sacr. ſub fin. *Homines luce indigniſſimi peſſimo exemplo necati, aut exiliis multati: quod initio jure judiciorum & egregio publico defenſum.* ¶ 3. Comparationes in hac voce minus uſitatæ ſunt. Lucretius tamen dixit 4, 468 *Nam nihil egregius eſt, quam res diſcernere apertas a dubiis.* Catoni ad populum apud Priſcian lib. 3 tribuitur etiam *Egregiiſſimus.* Et apud Gellium 14, 5 formavit, vel finxit aliquis *Egregiiſſime Grammatice*, vocandi caſu. ¶ 4. *Egregia*, pl. ſubſtantive & pro virtutibus Tacitus poſuit Ann. 14, 60, 1 *Poſtquam cuncta ſcelerum ſuorum pro egregiis accipi videt.*

¶ Egregie, adv. excellenter, beſonders, vor andern, ſonderlich, zuförderſt, ungemein, fürtrefflich. Ter. Andr. 1, 1, 31 *Horum ille nihil egregie præter cætera ſtudebat.* Et ſc. 5, 38 *Egregie cavam habere.* Idem Heaut. 3, 11 *Egregie ad miſeriam natus.* Cic. de Orat. 1, 45 *Egregie cordatus homo.* Et ad Qu. Fratr. 1, 6 *Servus egregie fidelis.* Et, *Egregie loqui græce*, Id. de Fin. 2, 6.

¶ Egregiātus, *us*, m. dignitas & honorum gradus, ut *Nobiliſſimatus, perfectiſſimatus.* L. 3 Cod. Theod. de Cohortal. princ. cornicular. *Primipilaribus poſt emeritam militiam perfectiſſimatus, vel ducenæ, vel centenæ, vel egregiatus dari dignitas poteſt.*

¶ Egrex, *ĕgis*, o. eximius, ſelectus, auserleſen, Iſidori Gloſſ.

¶ Peregrĕgius, *a, um*, valde egregius, der fürnehmſte. Apul. Apol. p. 298 *Sophocles protuliſſe dicitur Coloneum ſuam, peregregiam tragœdiarum, &c.*

¶ Sēgrĕgo, *are*, ſeparare ab aliorum numero vel grege, abſondern, ausſondern. Ter. Andr. 1, 5, 56 *Te obteſtor, ne abs te hanc ſegreges, neu deſeras*, du wolleſt ſie nicht von dir ſtoßen, oder ſitzen laſſen. *A numero*

mero civium segregari, Cic. pro Arch. c. 2. *Segregare a se suspicionem & culpam*, von ſich ablehnen. Plaut. Trin. 1, 2, 42 *Segregare sermonem*, i. e. finem facere loquendi, ſchweigen, Id. Mil. 3, 1, 60; & Pœn. 1, 2, 136. Liv. 1, 25 *Vt segregaret pugnam eorum, capessit fugam.*

¶ Segregātus, *a, um*, abgeſondert. Cic. Tuſc. 5, 28 *Vita sola relicta, comitatu pulcherrimo segregata.*

¶ Segregatim, adv. abſonderlich, beſonders. Prudent. Hamart. præfat. v. 39 de Marcione: *Et segregatim numen æternum colens.* Theod. Cod. l. 16 t. 3 *Vxores eorum maritalis segregatim multa constringat.*

¶ Segregatio, *ōnis*, f. die abſonderung. Tertull. de Anima c. 42 *Strato* (affirmat) *segregationem consati spiritus.*

¶ Segregātor, *ōris*, m. qui segregat, Tertull.

¶ Segrēgis, *e*, vel Segrex, idem quod *Segregatus*; Vnde Seneca *segregem vitam* dixit, pro ſolitaria de Benef. 4, 18, ein einſames leben. Prudent. Hamart. v. 803 *Segrege forma*: & antea v. 66 *Segrege regno*, in einem unterſchiedenen Reich. Id. Carhem. 7, 28 Heliam dixit *fragore ab omni remotum & segregem.* Et plur. Sidon. 9 epiſt. 3 *Ciuitates situ segreges*, von einander geleaene ſtädte.

¶ Segrēgus, *a, um*. Reperitur apud Auſonium parental. Carm. 9 *Ipse tuo vivens segregus arbitrio.*

GRIAS, *ădis*, f. herba, quam deſcribit Apul. de Herb. c. 50.

GRĪCĒNA, vel Gricenea, *æ*, f. (quaſi groſſena) *funis grassus*, Feſt.

GRIELVM, *i*, n. γρίηλον, genus apii, alias *Hippoſelinon*, roß-eppich oder peterlein, Dioſcor. 3, 71.

Grillo, *are*, vide *Gryllus.*

GRINGES, *um*, f. tibiæ Phœnicum lingua lugubre quiddam & ſtridulum ſonantes, quibus in luctu uti ſolebant, ſicuti in Adonidis luctu adhibuerant; utpote quem γειγυν appellarunt, ſchalmeyen, zincken. v. Zwinger. Theatr. 5, 3 f. 1289. conf. Kirchm. de Fun. Rom. 2, 5 p. 144; & ſupra *Gingrina* in *Gingrio.*

GRĪPHVS, *i*, m. γρίφος, rete, ſagena piſcatoria, ein fiſcher-netz, apud Suidam. Inde Plautus Rud. piſcatori, *Gripo* nomen fecit. ¶ 2. Ænigma, ein räthel, verwirrte rede. Apud Gell. legitur 1, 2 pro ſermone intricato, ſeu ænigmate, *Omnis generis griphos dissolvere.* Nam γρίφον, *insolubile* dicunt Græci. Pro ænigmate poſuit idem ſcriptor 12, 6; & Apul. 2 Flor. v. Spinghem Heidfeldii & Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 203. In conviviis proponebantur v. Athen. l. 10.

¶ GROCCIO, *ire*, de corvis dicitur, krähen. Apul. Flor. 2 *Corvus gruccire adortus.*

Groma, gromatica, gromatici, vide poſt paullo *Gruma.*

GROMPHĒNA, *æ*, f. avis in Sardinia, grui ſimilis, Plin. 30, 5. ¶ 2. *Gromphena* herba, quæ & *Symphonia*, bilſen-kraut, Plin. 26, 7.

GROSPHVS, *i*, m. γρόσφος, *cuspis hastæ*, pilum, ein kleiner ſchafft, ſpieß. Liv. 38, 20 eſt *hasta velitaris.* v. Turneb. Adverſ. 14, 11. Arnob. lib. 6 *Grosphis rasus.* ¶ 2. *Grosphus*, amicus Horatii, ad quem ſcripſit 2 od. 16, & quem commendat 1 ep. 12, 22.

GROSSVS, *i*, m. & f. ficus, quæ nondum maturuit, eine unzeitige, unreiffe feige. *Grossi in aqua cocti*, Celſus lib. 5. Et, *Crudæ grossi verrucas tollunt.* Plin. 15, 18, ὄλυνθοι Græci vocant.

¶ Groſſŭlus, *i*, m. ὀλύνθιον, diminut. Colum. de Arboribus c. 21.

¶ GROSSVS, *a, um*, corruptum ex *crassus*, dick, grob. Sulp. Severus Dial. de virtutib. Monach. Orient. 1, 21 *Vestem respuit grossiorem, indumentum molle desiderat.* Vſus & B. Auguſtinus eſt, ſed pro eo *crassi* vocem ſubſtituendam putat Voſſius de Vitiis ſermonis. Forte vulgare & ſordidum eſt. Cujus generis vocabulis non raro uſi ſunt eccleſiaſtici ſcriptores. Comp. Vulg. Interpr. Ezech. 41, 25 *Grossiora erant ligna.* ¶ 2. Cæterum hinc dictus etiam videtur nummus groſſus, qui ante *solidus.*

¶ Groſsārius, *a, um*, i. e. villoſus, pexus, rauch, zotticht. Vet. Inſcript. *Grossariæ artis negotiator.* vid. Dilherr. T. 1 Diſpp. p. 67. Alii legunt *prosariæ.*

¶ Groſſitudo, *ĭnis*, f. die dicke. Vulg. Interpr. Ier. 52, 21 *Grossitudo ejus quatuor digitorum.* conf. Solin. c. 43.

GRŪMA, ſeu Grōma, *æ*, f. (utroque enim modo exaratur hæc vox); *Genus machinulæ cujusdam eſt, quo regiones agri cujusque cognoſci possunt, quod Græci γνώμονα dicunt*, ut Feſtus deſcribit, feldmeß-zeug. Nonius 1, 316 *Mensuram* vocat, *qua flexæ viæ ad lineam diriguntur.* Vet. Gloſſ. *Gruma, γνώμων.* v. Rigaltium Notis ad Agrimenſores veteres p. 110, itemque Salmaſium Exerc. Plinian. p. 675 & ſeqq. qui & formam exhibuit. Pithœus loco mox allegando, in tertia flexione *Gruma, grumatis* dixit: Sed veteres *Gruma, grumæ* dixerunt. Hyginus de limitibus conſtituendis apud Rigalt. p. 163 *Posita auſpicaliter groma, ipso forte conditore præsente, proximum veri ortum comprehenderunt. Groma posita*, ſextus caſus eſt. Vetus ſcriptor de Variatione fluminis apud eumdem p. 295 *Emissum perpendiculum cum super signum ceciderit percutis grumam.* Et paullo poſt: *Manente groma, dictabis rigorem.* ¶ 2. Nonius 1, 316 *Grumas* quoque interpretatur *loca media, in quæ directæ quatuor congregantur & conveniunt viæ*, creutz-wege.

¶ Grumus, *i*, m. etiam dicitur agger, 2 congerie, ut Nonius vult 1, 50; Et ut Feſtus explicat, eſt *terræ collectio minor tumulo*, ein hübel, erd-hauſſe. Hirtius, ſeu Oppius, de Bello Hiſp. c. 8 extr. *Grumus est excellens natura, qui appellatur castra Postumiana.* Et c. 24 *Neque tamen æquo loco sui potestatem faciebat, sed ex grumo excelsum tumulum capiebat.* Inter terminorum ſpecies *Grumos* antiquus auctor nominat, apud Rigalt. p. 320. Chariſius Grammat. 1, 12 τῶν ὄρων λίθος interpretatur. In pratis *grumi* ſunt, ubi terra aggeſtitia tumet, & fœnilecis ferramentum offendit. *Grumus salis*, ein ſaltz-häuffgen, Plin. 33, 4, uti vulgo legitur: Harduinus autem ex MSS. *gemino.* vide notam ejus 25. Colum. 2, 18 *Tum glebas sarculis resolvemus & inducta crate coæquabimus, grumosque, quos ad versuram plerumque fractæ faciunt crates, dissipabimus.*

¶ Grumŭlus, *i*, m. dimin. Plin. 19, 6 *Quidnam ulpicum & allium in plano seri vetant, castellatimque grumulis imponi.* Apulej. Metam. L. 6 p. 182 *Commixtisque acervatim, confusisque in unum grumulum.*

¶ Gromatĭca, *æ*, f. diſciplina ipſa, ſeu ars agrimenſorum, apud Caſſiodor. 3 Var. epiſt. 52, ut vere reſtituit Pithœus Subſec. Lect. 2, 14.

¶ Gromatici, *orum*, m. ipſi profeſſores ejus artis, qui metationem agrorum & caſtrorum docent, feld-meſſer, ingenieurs. *Gromaticus liber* eſt Hygini de limitibus conſtituendis, & ejusdem de caſtrametatione. v. Salmaſ. ad Solin. p. 480.

¶ Grumo, *are*, meriri, meſſen. Vet. Gloſſ. *Grumat, μετρεῖ, ἔξισοῖ.*

¶ Degrumor, *ari*, in Deponenti Ennius & Lucilius dixere apud Nonium 1, 316, ille: *Degrumari ferrum*, i. e. grumam dirigere. Et hic: *Viam vis degrumari, ut castris mensor facit olim.*

¶ Exgrumino, *are*, explicante Popma eſt minutatim & fruſtulatim delibare, ac decerpere. Nimirum ſunt *Cochleæ exgruminantes*, Varro de Re Ruſt. 3, 14. Sed al. *exgrumantes.* Turn. & Vrſin. malint *exruminantes.* Geſnerus conjicit *ex se ruminantes.*

GRVNDA, *æ*, f. tecti prominentia, ein wetter-dach. Gloſſ. Vet. *Grunda, τέγη, καὶ τὸ ὑπερ τὸν πυκεῶνα ἐξέχον.* Item: *ὑποτεγον.*

¶ Grundĭlis, vel Grundŭlis, *e*, hinc formari videtur: ut, *Grundiles Lares*, apud Arnob. lib. 1 p. 15. Appellationis rationem Voſſius prodidit Etymol. p. 502. Alii a *grundire* pro *grunnire* hos Lares ita appellatos volunt, ut in *Grunnire* dicturi ſumus.

¶ Suggrunda, vel Subgrunda, *æ*, f. &

¶ Suggrundium vel Subgrundium, *i*, n. pars tecti prominentior, qua ſtillicidia a parietibus arcentur, das vor-dach, wetter-dach. Varro de R. R. 3, 3 *Apes subter subgrundas villatico usæ tecto.* Et Vitruv. 10, 21 pr. *Tectudo habet superne subgrundas proclinatas.* Idem 2, 9 *Tabulæ in subgrundiis collocatæ.* Plin. 25, 13 ſect. 102 *Hypogeson in suggrundiis fere nascitur.*

¶ Subgrundatio, *ōnis*, f. idem. Vitruv. 4, 2 *Canterii prominentes ad extremam subgrundationem.* Proprie ædificatio ſubgrundiorum, & iſtarum partium conſtructio.

¶ Suggrundarium, *i*, n. ſepulcrum infantium. Fulgent. Planciades lib. de Sermone antiquo: *Suggrundaria antiqui dicebant sepulcra infantium, qui nec dum XL dies implessent.* Adde Voſſ. c. 1.

¶ Grundio, vel potius

GRVNNIO, *ivi & ii, ire*, porcorum eſt, grunzen. Exemplum Varronis, *grunnit porcus*, Nonius profert 2, 356. Spartian. in Geta c. 5 *Porcelli grunniunt.* Iuvenal. 15, 22 de Vlyſſis apud Circen ſociis: *Et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis.* Sed Nonius 6, 96 *Grundire* veterum auctoritate pro *Grunnire* ſcribit: indeque *Grundiles Lares* interpretatur 2, 357 Romæ conſtitutos ob honorem porcæ, quæ triginta pepererat. Idem Diomedes, vetuſtus Grammaticus, lib. 1 ex Caſſio Hemina probat p. 379 ed. Putſch. Addit quoque Diomedes: *Veteres* Grundire *dicebant.*

¶ Grunniens, *tis*. Laberius ap. Nonium 2, 356 *Grunnientem ad spexi scrofam.*

¶ Grunnītus, *ūs*, m. das grunzen, ſchreyen der ſchweine. Cic. Tuſc. 5, 40 *Non audiunt grunnitum, cum jugulatur sus.*

¶ Digrunnio, *ire*, idem quod *grunnire*, grunzen. Phædrus 5 fab. 6, 27 *Scurra digrunnit prior.*

GRVS, *is*, m. & f. ein kranich, quod vernaculum ex Græco, γέρανος, factum videtur. Avis Cereri ſacra, teſte Porphyr. lib. 3 περὶ ἀποχῆς: *Grues per autumnum in loca calidiora discedunt, ducem sequentes, quem eligunt: In agmine extremo, qui per vices cæteris acclament, dispositos habent, volando triangulí formam efficiunt*, Cic. de N. Deor. 2, 49. Cum vocem mittunt vel clangunt, proprie *Gruere* dicuntur: ut Feſtus auctor eſt. Tam longe exaudire grues, quam homo videt, Porphyrius auctor eſt lib. 3 περὶ ἀποχῆς, p. 264. v. Barth. ad Claudian. p. 431 ſeqq. Virg. Georg. 1, 120, & Æn. 10, 265 *Strymoniæ grues* ſunt g. f. Sed m. g. Horat. 2 ſat. 8, 87 *Membra gruis sparsi sale.* Color veſtimentorum quidam *Thrëiciam gruem* refert apud Ovid. A. A. 3, 182. ¶ 2. Pulli gruum *Vipiones* vocantur, Plin. lib. 10 c. 49. ¶ 3. *Grus* machina, non minus ac corvus demolitor, ein kranich, Vitruv. 10, 19.

¶ Gruo, *gruĕre*, gruum proprium. Gloſſ. Vet. *Gruunt, γεραυίζουσιν.* Et Auct. Philom. v. 23 *Grus gruit.* Hinc

¶ Congruo, *ĕre*, convenire, conſentire, übereinkommen, übereinſtimmen. Feſtus: *GRVERE*, inquit, *dicuntur grues: ut ipses grunnire. Vnde tractum est* congruere, *hoc est, convenire. Quia id genus volucrum minime solivagum est.* Non prætermittendus eſt & Joh. Sarisberienſis locus ſuper hoc verbo de Nugis Curialium 1, 13: *GRVS*, inquit, *semper affert, quod expectit: unde & gruere verbum ambiguum est. A quo* congruere, *quod præfert*; & ingruere, *quod officit. Vnde illud:* bis vitibus ingruit imber. Ter. Eun. 5, 9 init. *Nam in me plane Dii potestatem suam omnem ostendere, cui tam subito tot congruerint commoda*: i. e. ſimul venerint, contigerint. Sic Tacitus pro ſimul incidere, uſus eſt Hiſt. 1, 71 *Forte congruerat, ut Clodii Macri & Fontei Capitonis cædes nunciarentur*, es traf ungefähr zu. Id. Ann. 12, 6, 2 *Datum ab ea fœcunditatis experimentum*, & *congruere artes honestas*: i. e. ſimul convenire, accedere &c. Liv. 3, 24 *Omnes ea res in unum congruentes.* Id. 29, 6 *Congruere in morem*, ubi plura exempla Gronovius laudavit. Contraria ſunt, differre, diſſidere, diſcrepare. Ter. Phorm. 4, 5, 14 *Mulier mulieri magis congruit*, weiber ſchicken ſich beſſer zuſammen. Sic igitur utimur, *congruere alicujus ingenio*, vel, *cum ingenio*: Cic. de Amic. c. 8 *Cum moribus & natura alicujus congruere.* Id. Attic. 2, 8 *Ejus sermo cum litteris tuis congruit.* Et, *Congruere sententiæ Deorum*, i. e. accommodari, ſeu conſentire cum ea, apud Nep. 6, 3, 5. Sen. ep. 9 *Initia inter se & exitus congruant.* ¶ 2. Ter. Heaut. 3, 1, 19 *Ne nos inter nos congruere sentiant, congruere* ſecundæ conjugationis eſt, & tertiam longam habet: alias enim laboraret verſus. Multa enim verba veterum in ſecunda, & tertia ſimul declinarunt: ut Fervĕre, & Fervēre; Fulgĕre, Fulgēre, &c.

¶ Congruens, *tis*, conveniens, aptus, gemäß, geſchickt, bequem, übereinkommend. Salluſt. de Rep. Ordin. 2 c. 13 *Multitudo nullo modo inter*

inter se congruens. Cic. fam. 7, 23 *Erat aptum bibliotheca, studiisque nostris congruens.* Plin. Paneg. c. 38 *Congruens erat, eamdem immunitatem obtinere.* Et ibid. c. 91 *Congruens tenor vitæ.* Compar *Congruentior.* Lactant. 4, 26, 13 *Quid congruentius Deo?* Superl. Apul. Apol. p. 320 ed. Elmenh. *Congruentissima voce.* Et Tertull. extr. lib. de Anima: *Congruentissimum est, animam, licet non expectata carne, puniri, quod non sociata carne commisit.* conf. de Resurr. Carn. c. 14. Et Augustin. sub fin. lib. 8 Confess. *Congruentissimum suis moribus.*

¶ Congruenter, adv. füglich, gemäß. Cic. de Fin. 3, 7 *Congruenter naturæ convenienterque vivere.* Compar. Minucius Felix c. 40 seu sub finem opusculi: *De quibus crastino, ut de toto, congruentius, promptius requiramur.* Augustin. epist. 19 c. 2 *Invidiam congruentius devitare non possit.* Id. Retractat. 1, 7 *Omnia deficientia sic ordinantur, ut ibi sint, ubi congruentissime possint esse: quia & illi, qui non recurrunt, congruentissime in pœna sunt.* Tertull. de Pudicitia c. 8 extr. *Meminimus & histriones, cum allegoricos gestus accommodant canticis, alia longe a præsenti & fabula, & scena, & persona, & tamen congruentissime exprimentes.*

¶ Congruentia, æ, f. similitudo, symmetria, gleichheit, füglichkeit; ut, *Congruentia morum,* Suet. Othon. c. 2. *Congruentia pronunciandi,* Apulej. Apol. p. 283 ed. Elmenh. Et, *Congruentia partium,* Augustin. Civ. D. 22, 20.

¶ Congruus, *a, um,* congruens, consormis, aptus, gleichförmig, übereintreffend. Plaut. Mil. 4, 3, 23 *Cum illa congruus sermo tibi.* Apul. Milet. lib. 6 *Iam faxo nuptias non impares, sed legitimas & juri civili congruas.* Et Palladius 1, 12 *Congruis cœli regionibus.*

¶ Congrue, adverb. idem. Mart. Capella lib. 6 p. 195 *Si congrue videtur assertam.* Symm. 10, 72 *Congrue in eos vindicari.*

¶ Congruĭtas, *ātis,* f. congruentia. Symmach. 9 epist. 42 *Personarum æquatio, & honestate & possibilitate congruitas.*

¶ Incongruus, *a, um,* non congruus, unbequem, ungeschickt. Val. Max. 4, 1, 12 *Quæ facta eorum ac dicta quam incongruo ambitu amplectar.* Aliqui habent *quam angusto.* Apul. lib. 3. de Dogm. Platon. post princip. *Incongrua inter se propositiones.*

¶ Incongrue, adv. idem. Augustin. ad Hieron. epist. 9, 4 *Quod si facere vellet, nec mendaciter, nec incongrue faceret.*

¶ Incongruens, *tis,* idem quod *incongruus,* sed præstantioris usus. Plin. 4 epist. 9 *Alteram sententiam dissolutam atque etiam incongruentem vocant.* Gell. 12, 5 *Stoica disciplina pleraque incongruens est.*

¶ Incongruenter, adv. inconvenienter, unfüglich. Tertull. de Baptismo c. 19 *Nec incongruenter quis ad figuram interpretabitur.*

¶ Incongruentia, æ, f. inconvenientia, die unfüglichkeit, ungleichheit. Tertull. adv. Marc. 2, 25 *Infirmitates & incongruentias interpretandas purgandasque pertendam.* conf. idem de Anima c. 32. Et Lactant. 5, 13 sub fin. *Seneca incongruentiam hominibus objectans.* Et Augustin. Civ. Dei 22, 19 *Incongruentia partium.*

¶ Ingruo, *ĕre,* invadere, irruere, impetum facere, ut Servius interpretatur, einfallen, hereinbrechen. vide & supra in *Congruo.* Virg. Æn. 12, 628 *Ingruit Æneas Italis, & prælia miscet,* er setzet auf sie zu. *Tempestas ingruit,* Colum. 11, 3; *frigus,* Id. 4, 29. Sic, *Nox, metus ingruit,* fällt ein. *Morbi ingruunt gentibus universis,* Plin. 7, 50 extr. Quod Livius cum præpositione expressit 4, 30 *Morbi in agrestes ingruerant.*

¶ Ingruens, *tis.* Liv. 4, 32 *Ingruente fato.* Plin. 5, 52 *Senio ingruente.* Id. 2, 18 *Ingruentes solis radios sentit luna.*

GRY, γρῦ vel γρῦ minimum quiddam significat, aut rem vilissimam, ut fordes unguium: aut vocem suillam. Scaliger in Conject. interjectionem γρῦ porcorum propriam esse dicit, unde γρύζειν *grunnire,* sicut *mu* canum, unde *mutire.* Hinc Græci & Latini statuentes, ne minimam quidem vocem ab aliquo esse prolatam, communi proverbio dicunt: οὐδὲ γρῦ, *ne gry quidem,* i. e. ne tantillum quidem. v. Lipsius Epist. Qu. 1, 2.

GRYLLUS, *i,* m. γρύλλος, bestiola, similis locustis, eine feld-heyme, feld-grille, Plin. 29, 6. *Blattæ,* heymen: vide suo loco. *Grylli* nomine Dialogum scripsit Plutarchus. Est & Aristotelis *Grillus,* cujus meminit Quintil. 2, 17 de usu superstitioso an medico Keuch. ad Samon. 292. ¶ 2. *Grylli,* etiam picturæ ridiculæ genus: *grotesco* Itali vocant. Plin. 35, 10 sub fin. *Idem* (Antiphilus) *jocoso nomine GRYLLVM ridiculi habitus pinxit. Vnde hoc genus picturæ GRYLLI vocantur.* Hinc forte etiam Germani fictas & fatuas cogitationes appellant grillen.

¶ Grullo, vel Grillo, *are,* schreyen wie die grillen. Auct. Philom. v. 6 *Et gryllus gryllat.*

GRYNÆVS, *i,* m. Apollinis cognomen, a Grynæo nemore, in Ioniæ finibus, Gryno filio consecratum. Alii tamen à *Gryna,* Mœsiæ civitate, deducunt, a *Gryno* Euripili filio sic nominata; v. Servium ad illud Virg. ecl. 6, 72 *His tibi Grynæi nemoris dicatur origo.* Silius 13, 400 *Sic ad Grynæam, quæ tum sub nomine Phœbi Autonoë tripodas sacros antrumque tenebat,* &c. Sed Drakenb. legit Cymæam, quamquam neque alterum illud damnandum.

GRYPHES, vel quod propius ad Græcam scripturam accedit, *gryphes,* a *gryps,* γρύψ: Ita enim in veteri Glossario: *Grupes,* γρύπες, (*u* pro *y* antiqua scribendi ratione) & *Gryphi,* a *gryphus,* greiffen. Fabulosum genus ferarum in Hyperboreis montibus: omni parte leones sunt, alis & facie aquilis similes, equis vehementer infesti, Apollini conferati, ut Servius de iis ad illud Virgil. eclog. 8, 27 scribit: *Iungentur jam gryphes equis.* Conf. Claudian. 6 consul. Honorii v. 30; & Sidon. carm. 2, 307. Animal etiam Plinio auctore, fabulosum 10, 49. Quod & aliis scriptoribus plerisque videtur: inter quos Cardan. de Subtil. 17, 973 Arrian. lib. 5. Nieremberg. 5, 22. Sed hic distinguit Keckermann. disp. 18 probl. 11. conf. Voët. Disp. Theolog. Tom. 1 p. 728. De gryphibus in nummis Spanh. diss. 5 p. 270. Mela in Scythiæ Europææ descriptione, *Gryphi,* inquit, *sævum & pertinax ferarum genus, aurum terra penitus egestum mire amant, mireque custodiunt, & sunt infesti attingentibus.* Huc pertinet illud Plauti Aul. 4, 8, 1 *Pici divitiis qui aurea montes colunt, Ego solas supero.* Nam *pici* idem qui *Gryphes.* Nonius 2. 641 PICOS, *veteres esse voluerunt, quos Græci τρώγας appellant. Et hi ex montibus Hyperboreis aurum effodere creduntur.* Dicuntur & Arimaspi exercere cum Gryphis certamina, *mira cupiditate & feris custodientibus aurum, & Arimaspis rapientibus,* ut verba Plinii sunt 7, 2. In Getneri Chreitomathia Plinuna n. 110 est carmen de *gryphibus,* in quo & notis adjectis veterum sententiæ & fabulæ referuntur.

GRŸPVS, *i,* m. γρυπός, quasi γρυπὸς ὤπα, nasum habens aduncum seu aquilinum, ein krumm-näsichter

Guajacum, ut lignum guajacum, vide *Hebenus.*

GŬBERNO, *avi, atum, are,* κυβερνᾶν, regere, administrare, regieren, verwalten. Cic. fam. 2, 7 *Te hortor, omnia gubernes & moderere prudentia tua.* Id Att. 10, 8 p. 149 *Si ii comp. regent, quorum nemo duos menses potuit patrimonium suum gubernare.* Id. Att. 6, 3 *Sed hæc Deus aliquis gubernavit,* das wird Gott walten, lencken. Martial. 9 epigr. 22 *Virga gubernet equum.*

¶ Gubernans, *tis;* ut, *Fortuna gubernans,* Lucret. 5, 108.

¶ Gubernatus, *a, um,* gelenckt, angeführet. Cic. ad Brut. epist. 10 *Cæsarem meis consiliis adhuc gubernatum quidam impulerunt.*

¶ Gubernator, *ōris,* m. κυβερνήτης. Rector proprie & moderator navis, der steuer-mann, rahr meister v. Schesler. de Milit. Naval. 4, 6. Cic. de Senect c. 6 *Gubernator clavum tenens, sedet in puppi.* Et Phil. 7 extr. *Summi gubernatores in magnis tempestatibus nunquam a vectorius admoneri solent.* Et Sen. epist. 85 *Tempestas & procella nocet gubernatori, non tamen illum deteriorem facit.* Et Plin. 9 epist. 26 *Nequaquam par gubernatoris est virtus, cum placido, & cum turbato mari vehitur.* Apul. de mundo: *Quod est in triremi gubernator, in curru rector, præcentor in choris, lex in urbe, dux in exercitu; hoc est in mundo Deus.* ¶ 2. Hinc per translationem de quovis alio moderatore, ein regent, verpflegen, regierer. Cic. pro Rabir. c. 9 *Custodes gubernatoresque reipublicæ.*

¶ Gubernatrix, *īcis,* f. Ter. in fine Eunuchi: *An fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit?* so dieses alles also regieret hat. Cic. de Orat. 1, 9 extr. *Ista præclara gubernatrice, ut ais, civitatum, eloquentia Rempubl. disiparverunt.*

¶ Gubernatio, *ōnis,* f. die regierung. Cic. de Invent. 2, 54 *Continentia est, per quam cupiditas consilii gubernatione regitur.*

¶ Gubernāculum, *i,* n. clavus navis, πηδάλιον, das steuer-ruder. Metaphora locutiones elegantes præstat; ut, Cic. de Invent. 1, 3 *Cum ad gubernacula reipub. temerarii, atque audaces homines accedunt, maxima ac miserrima naufragia fiunt.* Et, *Tenere clavum, & tractare gubernacula reip.* Cic. pro Sext. c. 9. Idem pro Rosc. Am. c. 18 *Sedere ad gubernacula reipublicæ:* Et, *Tradere oratori gubernacula civitatum regendarum,* de Orat. 1, 49. *Recedere a gubernaculis,* Idem fam. 16, 27.

¶ Gubernāmen, *ĭnis,* n. das regiment. Ambrosf. Inscript. Epist. 7, 44.

¶ Gubernum, *i,* n. κυβέρνιον, pro *gubernaculo* Lucilius dixit, ut Nonius obtervat 8, 59 *Detundere guberna.* Et Lucret. 2, 553 *Disjectare solet magnum mare transtra, guberna,* &c.

¶ Gubernium, *i,* n. pro gubernatione etiam antique Laberius apud Gellium 16, 7.

¶ Gubernio, *ōnis,* m. pro *gubernatore,* apud Isidorum 19, 1.

¶ Guber, *ĕris,* m. itidem pro *gubernatore.* Gloss. lat. gr. *Guber,* κυβερνήτης.

¶ Adguberno, *are,* lencken helffen. Florus 2, 8, 1 *Adgubernante fortuna.* Id. 3, 5, 16 *Pedibus iter adgubernans,* de natante.

¶ Archigubernus, *i,* m. ἀρχικύβερνος, i. e. gubernatorum princeps, classis præfectus, ein admiral. Iavolen. ICt. l. 46 ff. ad SC. Treb. v. Voss. de Vit. L. L. 1, 16; & Salmas. de Iure Att. de R. p. 388.

¶ Præguberno, *are,* vorher regieren. Sidon. 5 epist. 13 *Musculis similis balenarum corpulentiam prægubernantibus.*

¶ Progubernator, *oris,* m. der unter-steuermann. Cæcil. apud Non. 13, 17 *Cui progubernator prope evertit prosumiam.*

¶ GŬLA, æ, f. œsophagus, fistula, per quam cibus descendit, der schlund, die kehle *Gulam laqueo frangere,* Sallustius dixit Cat. c. 55 mit dem stricke würgen, erdrosseln, hencken. Martial. 4 epigr. 78 *Apponunt oculis plurima, pauca gulæ* ¶ 2. Pro vorandi cupidine studioque Suetonius *gulam* posuit Vitellio c. 7, *Galba præ se tulit nullos minus metuendos, quam qui de solo victu cogitarent: ac posse provincialibus copiis profundam ejus expleri gulam.* Martial. 14 epigr. 220 *Cocus domini debet habere gulam.* ¶ 3. *Gula follis,* Plaut. Aulul. 2, 4, 23, das loch am blase-balg.

¶ Gulōsus, *a, um,* vel vorax, vel gulæ delicatæ, freßig, naschhafft, der ein verwehntes maul hat. Hieronym. epist. 7 ad Lætam, *Gulosa abstinentia,* de Ilidis & Cybeles sacerdotibus loquens, qui continentiæ specie implebantur nitidissimis cupediis. Adde Iuvenal 11, 19. Compar. Martial. 7 epigr. 20 *Nihil est miserius, nec gulosius Sanctâ.* Eleganti translatione idem Martial. 10 epigr. 59 in Lectorem delicatum: *Non opus est nobis nimium lectore goloso, Hunc volo, qui fiat non sine pane satur.*

¶ Gulose, adv. niedlich, leckerhaft; ut *Gulosius condire cibos,* h. e. ita condire, ut nulli parcatur sumtui, modo gula iis afficiatur, apud Colum. in præf. 1. Martial. 3 epigr. 22 *Nil est, Apici, tibi gulosius fatum.* Et Tertull. de Resurr. Carnis c. 1 *Gulosissime nutrit.*

¶ Gŭlo, *ōnis,* m. ein naschmaul, der gerne aute bissen isset. Apul. Apol. *Gulones omnes, qui imperito pretio a piscatoribus mercantur.* conf. Macrob. Sat. 7, 12; & Iectum in *Ingluvies.* ¶ 2. *Gulo* animal est in septemtrione, Lithuania scilicet & Moscovia, (alibi enim

nusquam reperitur) voraciſſimum & inutile, magnitudine canis, facie felina, corpore & cauda vulpinis, colore nigro, veſcitur cadaveribus, adeo ut extendatur & infletur tympani inſtar. Repletum ventrem inter duas arbores ſtringit, ut excrementa protrudat: poſt quod ad cadaver redit, aut aliud quærit, ſeque eo denuo diſtendit, cui vielfraß. *Reſſomacam* Sarmatæ vocant, Suedi, jerff, Gelner. ex Olao Magno. Si *hiena* aut *crocuta* animal illud non eſt, cognatum certe eſt idem.

¶ Gulator, *ōris*, m. idem. Gloſſ. Vet. *Gulatores*, λάγνοι, μάκται, καταφάγαδες. A *Gulare* eſt, cujus compoſitum jam ſequitur.

¶ Gluvia, *æ*, m. idem ac *gulioſus* vel *gulo*. Ex Lucilio producitur, ubi aliis eſt *Genua* vel *Gumia*. v. Cic. de Fin. 2, 8: & conf. Douſæ Reliqu. Lucil. p. 82; & Lauremb. Antiq. p. 198.

¶ Degŭlo, *are*, quod Nonius 2, 223 *Gulæ dare* exponit, atque in id Afrani locum ſubjungit, quo eſt, *degulaſſe oportuit*, verſchlemmen, verfreſſen. Adde Caniſium lib. 1 p. 80.

¶ Degulatus, *a, um*, verſchluckt, aufgezehrt. In fragmenro Plautus: *Peſtilentum degulato patrimonio pauper eſt factus.*

¶ Degulātor, *ōris*, m ein ſchlemmer. Apul. Apol. p. 322 *Omnia in paucis annis ſic degulator ſtudioſe in ventrem condiit, & omnimodis colluvcationibus dilapidavit.* Iſidor. lib. 10 lit. *D. Degulator, quod gulæ ſit deditus.*

¶ Inglavies, *ei*, f. Feſto a *Gula* eſt, quaſi *Inguluvies*. Primum ſignificat linum, qui circa guttur eſt, & in quem aves cibum recondunt, antequam in ventrem demittant, der kropf, die unter-kehle. Colum. 5, 8 de pullis gallinaceis: *Singuli tentandi, ne quid beſterni habeant in gutture. Nam ſi vacua non eſt inglavies, cruditatem ſignificat.* Virg. Georg. 3, 431 de ſerpente: *Piſcibus inglaviem explere.* ¶ 2. Pro gutture & collo humano. Apul. 1 Met. 109 *Ut reſtis ad inglaviem adſtricta, ſpiritus officia diſcluderet.* ¶ 3. Tandem, ut gula, ita & *Inglavies* voracitatem ſonat & prodigentiem, die freßigkeit. Horat. 1 ſat. 2, 8 *Parentis præclarum rem inglavie ſtringere*, durch die gurgel jagen. Salvian. lib. 1 de Gubern. p. 36 *Ventris inglavies.*

¶ Inglaviōſus, *a, um*, freßig, apud Feſtum in *Inglavies*. Et Iſidor. lib. 10 litt. I, *Inglaviōſus a gula & voracitate dictus.*

GVLVSSA, *æ*, m. Maſiniſſæ Numidarum regis filius, Micipſæ frater. v. Sall. Iug. c. 5. Forte idem eſt, de quo Plin. 8, 10.

Gumen, vide mox in *Gummi*.

GŬMIA, *æ*, m. vox antiqua, gülonem, ſive lurconem ſignificans, ein ſchlemmer, freſſer. Joſephus Scaliger Conject. in Varron. a Græco, γομος deducit, quod ſignificat πλήρωμα τῆς νεὼς ἔφρα. *Saburram* Latini vocant. Eſt apud Feſt. in voce *Inglavies*: & Lucil. lib. 30 *Quo veniunt illæ gumiæ, vetulæ, improbæ, ineptæ &c.* conf. Nonius 2, 377, ubi *Genæ* dicuntur, & in MS. *Gemiæ*. Sed & idem Lucilius apud Cic. de Fin. 2, 8 *Compellans gumias ex ordine noſtros.* Et Apul. Apol. *Teſtimonium ex libello legi audiſti gumiæ cujusdam & de ſperati luxoniis, &c.*

¶ Degumio, *are*, vel Degumo, *are*, verfreſſen, legendum in Gloſſis Philoxeni pro *Degunere*, ἀπογεύεσθαι, ſογγεύσαι. v. Voſſ. Etym. p. 242

GVMMI, n. indeclin. κόμμι, liquor viſcoſus ex arboribus, reſina, harz, gummi; ut, *Gummi optimum ex Ægyptia ſpina*, Plin. 13, 11 pr. Vel ¶ 2. Hæc *Gummis*, fœm. Ita Plinium fere ſemper adhibere, oſtendit Gron. ad 22, 23. Sic etiam apud Columellam legitur 12, 50 *Nova dolia, liquida gummi perluere*, harzen, verrichen, & ibidem, *craſſa gummi.* ¶ 3. Scribitur & *Cummis*. v. Cato de R. R. c. 69.

¶ Gumen ſive Gummen, *ĭnis*, n. idem. Pallad. Oct. t. 14 *Pini frugiferi gumen.* Idem Novemb. t. 7 *Antequam inciſitur gumen lacrymare*: ubi in MS. *gummine.* Sed Oct. t. 12 *Deſinit gumma effluere*: ubi etiam in MS. *gummen.*

¶ Gummātus, *a, um*, ubi gummi eſt, harzig. Pallad. Oct. t. 12 *In ceraſis & in omnibus gummatis*, ſcil. arboribus.

¶ Gummīno, *are*, gummi producere, harz von ſich geben. Palliad. Ian. t. 16 *Prunus inſerenda eſt, antequam gumminet.* v. Barth. Adverſ. 38, 4.

¶ Gummītio, *ōnis*, f. illinitio ex gummi, die beſtreichung mit harz, verkleibung. Colum. 12, 50 *In perpetuam una gummitione contenti ſunt.*

¶ Gummōſus, ſive Gumminoſus, *a, um*, gummi abundans, harzig. Plin. 12, 9 de bdellio arbore: *Indicum humidius & gummoſum.* Harduinus auctor eſt, in MSS. eſſe *gumminoſum.*

¶ Gummeus, *a, um*, idem forſan. Auſonius Idyll. 6, 74 *Gummea fletiferi jaculatur ſuccina trunci*, ex Vlitii emendatione, qui *gummi inſtar defluentia* interpretatur. Cæteri legunt *gemmea.*

GVRDVS, *i*, m. ſtolidus, ein narr, tölpel. Quintil. 1, 5 *Gurdos, quos pro ſtolidis accipit vulgus, ex Hiſpania duxiſſe originem audivi.* v. Burm. p. 66. Vſus hac voce & Laberius apud Gellium 17, 7.

GVRGES, *ĭtis*, m. aquarum congeries profunda, ſupra quam aquæ in gyrum verturntur, ein wirbel auf dem waſſer, tiefer tümpfel. Cic. de Aruſp. Reſp. c. 27 *Quæ Charybdis tantos exhaurire gurgites poſſet.* Martial. 4 epigr. 66 *Raptus flumineo venit de gurgite piſcis.* Ovid. Art. 3, 426 *Quo minime credas gurgite piſcis erit.* Et plur. Stat. 4 Silv. 5, 40 *Tuſcis Gurgitibus puer innateſti.* Pro palude poſuit Avienus Arateis v. 381 *Lernæi gurgitis hydræ.* Pro mari Idem, ibidem v. 41, & v. 344. Et Virg. Æn. 1, 118 *Apparent rari nantes in gurgite vaſto.* ¶ 2. Per translationem *Gurges* pro gulone & lurcone prodigioſe voraci uſurpatur, quamquam Meurſius hanc primariam vocis notionem exiſtimat, & inde translatam ad aquas, ſeu navivoros illos fluviorum vortices, ein ſchlemmer, ſchlucker, durchbringer. A Græco enim γοργών, quod nomen, Suida teſte, dabatur etiam τοῖς φοβεροῖς ὡς γαστριμαργίαν, primo *Gurgen*, deinde *Gurges* factum: ut *limen* & *limes* dicitur. vide ipſum Mantiſſa ad lib. de luxu Roman. c. 12. Cic. in Piſon. c. 17 *Ille gurges atque bellua natus abdomini ſuo, non laudi atque gloriæ* Id. pro Sext. c. 52 *Gurges & vorago patrimonii.* Hinc Fabius a devorato patrimonio *Gurges* cognominatus eſt. v. Macrob. Saturn. 2, 9.

¶ Gurgŭlio, *ōnis*, m. fiſtula colli, per quam ſpiritus commeat, die luft-röhre, gurgel. Varro de R. R. 2, 3 *Hircus cervice & collo breve, gurgulione longiore.* Lactant. de Opificio c. 11 *Spiritus contra, qui eſt incorporalis, ac tenuis, qui ſpatium ſibi facere non poterat, accepit viam fatalem, quæ vocatur GVRGVLIO. Is conſtat ex oſſibus flexuoſis ac mollibus, quaſi ex annulis in catenæ modum compactis & coharentibus, patetque ſimper hinc tranſitus.* Adde Perſ. 4, 38; & Prud. 2 adv. Symm. v. 1053. Et plur. *Gurgulliones*, Arnobius 3 p. 107 dixit. Plin. Valer. 2, 17 *Pulmones cum ſuis gurgulionibus.* ¶ 2. Vermiculus, ein korn-wurm, Plin. 18, 30. Sed tunc rectius *Curculio*, de quo ſupra in C. ¶ 3. Pudendum virile ita appellatur Perſ. 4, 37. ¶ 4. Vet. Gloſſ. *Gargatio, διαματιον βραχύ.* Vbi cum *gurgulio* confundi videtur.

¶ Gurgulīum, *i*, n. obſcura & latens taberna eſt Servio, ein loch, huren-winckel. Cic. in Piſon. c. 6 *Meminiſtine, neſcio quo e gurgulio prodire, capite involuto, &c.* v. *Gargulio* n. 4.

¶ Gurgulĭtium, *i*, n. diminut. Apulej. lib. 1 de A. A. *Ergo brevitatem gurgulitioli noſtri ne ſpernas petu*, die ſchlechte herberge. *Larem parvulum*, poſt pauca hoc gurgustiolum ſalutat.

¶ Gurgulĭodonius, *a, um*, adject. ut, *Gurgulĭodonii campi*, ficte apud Plaut. Mil. 1, 1, 13.

¶ Egurgito, vel Exgurgito, *are*, i. e. evomere, effundere, ſpeyen, herauswerfen. Plaut. Epid. 4, 2, 12 *Argentum egurgitare domo prorſum*, vide Nonius 2, 265.

¶ Egurgitatio, *ōnis*, f. apud Auguſtinum.

¶ Egurgitator, *ōris*, m. apud Hieronymum.

¶ Ingurgito, *are*, proprie abſorbere; per metaphoram, cibo & potu & aliis rebus intemperanter ſe obruere, in ſich ſchlucken, einſchlucken, vertieffen; ut, *Ingurgitare ſe vino, cibis*, Cicer. de Fin. 2, 8 *Ingurgitare in ſe merum*, Plaut. Curc. 1, 2, 35. *Toto corpore me ingurgitavi*, Petron. c. 86. *Ingurgitare ſe in flagitia*, i. e. immergere, Cic. in Piſon. c. 18, darinnen erſoffen ſeon. Et Apul 3 de A. A. *Noctibus ac diebus nil quicquam rei, quam merum ſevienti ventri tuo ſoles aviditer ingurgitare*, hineinſchütten. Et lib 7 p. 192 idem: *Poculis crebris grandibusque ſingulos ingurgitare*, beſauffen. Transfertur quoque ad alia: ut, *Ingurgitare ſe in Philoſophiam*, Gell. 5, 16, ſich vertieffen. Sic & Cic. in Anton. 2, 27 *In ejus copias cum ſe ſubito ingurgitaviſſet*, i. e. cum eum divitiis ſpoliaſſet, & has convertiſſet in uſum ſuum.

¶ Ingurgitātus, *a, um*, vollgeſaufft, berauſcht. Petronius c. 79 *Anus diutius ingurgitata ne ignem quidem admotum ſenſit.* Et Macrob. Somn. Scip. 1, 3 *Temeto ingurgitatus.*

¶ Ingurgitatio, *ōnis*, f. das vollſauffen. Iul. Firmic. 5, 8 *Qui ludis, & fabulis, & conviviis, & ingurgitationibus delectantur.*

GVRRIO, *ire*, de luſcinis Apul. Met. 3 extr. *In ſolitudine canticum adoleſcentiæ gurriunt.* Verbum fictum ad exprimendam minutionem vernantium aviculorum, dicente Colvio ad h. l. p. 193.

GVSTO, *avi, atum, are*, ſchmecken, koſten. *Aquam guſtare*, Cic. fam. 7, 26. *Viva peracerba guſtatu*, Id. de Senect. c. 15, niſi ad nomen referre mavis. Virg. Æn. 1, 477 *Pabula guſtaſſent Trojæ.* ¶ 2. Per metaph. idem quod attingere, experiri, verſuchen. *Non guſtavat illam tuam veriloſophiam*, Cic. in Piſon. c. 24, hoc eſt, cognoſcere cœperat. Sic, *Primis labris aliquid guſtare*, & *primoribus labris guſtare aliquid vitæ genus*, apud Cic. N. Deor. 1, 8, eſt leviter attingere, ein wenig berühren, verſuchen. *Nunquam vitæ amorem guſtavi*, Lucret. 5, 180. v. Barthii Adverſ. 10, 15. *Guſtare ſymmoniam alicujus*, pro aucupari, fublegere, aufmercken, Plautus dixit Moſt. 5, 1, 13. ¶ 3. *Guſtare* etiam dicimur, quo ante cœnam parce ac leviter veſcimur. Suet Aug. c. 76 *Veſcebatur & ante cœnam, quocunque tempore & loco ſtomachus deſideraſſet. Verba ipſius ex epiſtolis ſunt*, NOS IN ESSEDO PANEM ET PALMVLAS GVSTAVIMVS. v. Salmaſ. ad Vopiſc. v. *Guſtatoriam.*

¶ Guſtans, *tis*. Petron. c. 33 *Guſtantibus adhuc nobis.* Et Corn. Gallus 1, 98 *Guſtanti baſia plena dare.*

¶ Guſtatus, *a, um*, gekoſtet, geſchmeckt, apud Plinium.

¶ Guſtatus, *ūs*, m. ſubſt. der geſchmack. Cic. N. Deor. 2, 63 *Guſtatus pomorum jucundus.* conf. paullo ante c. 56. Id. de Orat. 3, 25 *Guſtatus eſt ſenſus ex omnibus maxime voluptarius, &c. Viva peracerba guſtatu*, Id. fam. 7, 26.

¶ Guſtatio, *ōnis*, f. eſt prima pars cœnæ, gulæ incitamentis conſtans. Petron. c. 21 *Diſcubuimus, & guſtatio me miriſice initiavi vino & Falerno inundabamur.* conf. c. 31. v. *Gazæ* n. 2. Etiam pro jentaculo poni vult Salmaſ. ad Vopiſc. Tac. c. 11.

¶ Guſtatorium, *i*, n. menſula teſtudinea, in qua *guſtatio* apponitur. vid. Intr. ad Martial. 14, 88. Plin. 5 ep. 6, 37 *Guſtatorium graviorque cœnatio margini imponitur.* Vet. Gloſſ. *Guſtatorium*, γευστήριον. *Promulſidarem menſam* Petronius vocat, ubi vide interpretes. ¶ 2. Apud Petron. c. 34 *Guſtatoria* ſunt poculi genus, ex quo mulſum ſumebant, quo in *guſtatione* ſive *antecœna* ponebatur. Antiqui enim in conviviis non temere primam ſitim niſi mulſo ſedabant. v. Lipſ. lib. 3 Antiqu. Lect.

¶ Guſtābilis, *e*, geſchmackig, das man koſten kan.

¶ Guſtus, *ūs*, m. ſenſus, der geſchmack. *Libidinoſi, avari, facinoroſi, veræ laudis guſtum non habent*, Cic. Phil. 2, 45. Colum. 2, 21 & 11, 2 *Panis pationisque bonitatem guſtu explorare*, koſten. ¶ 2. *Guſtus* etiam ſive *guſtatio* dicebatur prima pars cœnæ, quæ & *antecœna* dicebatur, der erſte gang. v. Lipſ. lib. 3 Antiq. Lection. Sic Martialis 11 ep. 52 *Hæc ſatis in guſtu.* ¶ 3. δεῖγμα ſ. exemplar rerum venalium, quod dant venditores, eine probe zu koſten. v. Caſaub. ad Athen. 1, 22. Hinc met. Sen. de clem. 1, 1 *Principatus tuus ad guſtum exigitur*, ubi ad prima illa Neronis tempora reſpicit, quibus reſpondere par erat reliqua. Id. epiſt. 11 *Dedit nobis guſtum, ad quem reſpondebit*, er wird wohl einſchlagen. Ita *guſtum* dixeris, quem vulgus dicit *præguſtum*, vorſchmack. Petron. c. 22 *Minimum veluti guſtum haurire ſomni.*

¶ Guſtum, *i*, n. ferculum quod guſtando accipitur; ut, *Guſtum verſatile*, quale deſcribit Apicius 4, 5. Et Petron. c. 76 *Non nihi hæc jaſtura guſti fuit.*

¶ Guſtŭlus,

¶ Guſtŭlus, *i*, m. idem. Apulej. l. 9 Mileſ. Ova *guſtulum* dixit, quod ab ovis cœnam ordirentur antiqui. v. Lipſium loco laudato p. 93. Id. Apul. 2 Mileſ. p. 119 de ſuavio: *Heus tu, Scholaſtice, dulcem amarum guſtulum carpis. Cave, ne nimia mellis dulcedine diutinam bilis amaritudinem contrahas.*

Compoſita:

¶ Deguſto, *are*, idem cum ſimplici, koſten. Plin. 18, 2 *Ne deguſtabant quidem novas fruges aut vina.* Cic. Att. 1, 16 *In oratione pauca deguſtes.* ¶ 2. Item, contingere, berühren. Lucret. 2, 192 *Deguſtant ignes ceteri flamma tigna.* conf. Virg. Æn. 12, 376 *Et ſummum deguſtet cæſpite corpus.* Add. Drakenb ad Sil. 9, 523. & *Delibo* n. 2. ¶ 3 Explorare ſignificat, & exſiſcari, ausforſchen. Cic. Att. 4, 8 extr. p. 397 *Tu velim e Fabio odorere, & iſtum convivam tuum deguſtes.*

¶ Deguſtatus, *a*, *um*, ausgekoſtet; ut, *Deguſtata vaſa vel dolia*, Vlp. 1 D. de peric. & comm. rei vend.

¶ Deguſtatio, *ōnis*, f. die ausköſtung. Vlpianus ibid. conf. Tertull. de Reſurr. carn. c. 34.

¶ Inguſto, *are*, guſtandum dare, zu koſten geben. Tertull. adv. Gnoſtic. c. 7 *Iovi in media urbe ſanguis humanus inguſtatur.* Sed

¶ Inguſtabilis, *e*, quod guſtari non poteſt, unſchmackhaft; ut, *Fons inguſtabilis*, Plin. 2, 106.

¶ Inguſtatus, *a*, *um*, non guſtatus, unverſucht. Horat. 2 ſat. 8, 30 *Inguſtata mihi porrexerit ilia rhombi.*

¶ Præguſto, *are*, vorher koſten, credentzen; ut, *Præguſtare pocula*, Iuvenal. 6, 633. Et mox v. 660 *Præguſtare Pontica medicamina regis*, mithridat zuvor einnehmen.

¶ Præguſtatus, *a*, *um*, gekoſtet, credentzt. Plin. 27, 9 *Præguſtato melle.* Id. 21, 3 *Antonius non niſi præguſtatos ſumpſit cibos.*

¶ Præguſtator, *ōris*, m. ein credentzer, qui cibos Principi præguſtat. Suet. Claud. c. 44 *Veneno occiſum convenit: quidam tradunt per ſpadonem præguſtatorem.* Vide ibi Torrentium, itemque Pignorium de Servis p. 65. Vet. Inſcript. Grut. p. 63 n. 5 PRÆGVSTATOR AVGVSTI. ¶ 2. *Præguſtator libidinum*, Cic. pro Domo c. 10.

¶ Præguſtatīvus, *a*, *um*; ut, *Præguſtativa comeſtio*, Fulgent. de Verb. Ant.

¶ Reguſto, *are*, wiederverſuchen, wiederholen. Cic. Att. 13, 13 fin. *Crebro reguſto tuas literas, in his acquieſco, tamen exſpectо novas.* Et 13, 48 extr. *Illam legi, volo tamen reguſtare.* Sen. c. 3 de Provid. *Hi, quidquid biberint, vomitu remetientur triſtes, & bilem ſuam reguſtantes.*

¶ Reguſtatus, *a*, *um*, wieder verſucht. Perſius 5, 138 *Reguſtatum ſalinum*; alii *Falernum.*

GVTTA, *æ*, f. ſtilla materiæ liquidæ, ein tropffen. Proverbiale eſt: κοιλαίνει πέτραν ῥαλὶς ὕδατος ἐνδελεχής, apud Galenum. Quod vulgo ſic dicitur: *Gutta cavat lapidem non vi, ſed ſæpe cadendo.* Prius hemiſtichium Ovidii eſt Ponto 4, 10 *Gutta cavat lapidem, conſumitur annulus uſu*, &c. Sic, *Guttæ ſanguineæ* ſive *ſanguinis*, Ovid. Met 2, 360; & Plaut. Moſt. 2, 2, 75. ¶ 5. Eleganti metaphora Plaut. Pſeud. 1, 4, 4 *Cui neque parata gutta conſilii, neque adeo argenti*, nicht ein ſtäubgen. Item Lucret. 4, 1052 *Hinc illi primum Veneris dulcedinis in cor Stillavit gutta, & ſucceſſit frigida cura.* ¶ 3. Punctulum, ein kleiner flecken. Ovid. Met. 4, 578 *Nigraque cæruleis variaricorpora guttis.* ¶ 4. *Guttæ* certa ornamenta, quæ ſub triglyphis dependent inſtar guttarum, Vitruv. 4, 3. ¶ 5. Medicis *Gutta ſerena* dicitur affectus quidam oculorum, der ſtahr; & *Gutta roſacea* rubedo in facie, die küpfrichte röthe im geſicht.

¶ Guttula, *æ*, f. diminut. Plaut. Epid. 4, 1, 27 *Guttula pectus ardens mihi adſperſiſti.* Prov. *Minutæ guttulæ imbrem pariunt*: ψεκάδες ὄμβρον γεννῶνται. v. Chiliad.

¶ Gutto, *are*, ſtillare, tröpffeln. Vet. Gloſſ. *Guttat*, σάζει. Inde ſuperſunt

¶ Guttans, *tis*, quod ex Plinii 20, 8 vulgo adducunt, *folia guttantia adſtringunt*: verum Harduinus ex MSS. legit *guſtantium os adſtringunt*, qui verborum ſenſus planus & expeditus eſt.

¶ Guttatus, *a*, *um*, betröpffelt, ſprenglicht, darauf tropffen ſtehen. Apud Palladium 4 t. 13 inter colores præcipuos refertur etiam *color guttatus.* Martial. 3 epigr. 58 *Et picta perdix, Numidicæque guttatæ.*

¶ Guttatim, adv. tropffen-weis. Plaut. Merc. 1, 2, 92 *Cor miſerum meum guttatim contabeſcit.* Et *Pluvia guttatim labitur*, Arnob. 2 p. 84. Et Prudent. Cath. 5, 22 *Guttatim lacrymis ſtillat.*

¶ Guttāmen, *inis*, n. lo. de Ianua in Cathol.

¶ Guttonārius, *i*, m. i. e. trepidarius; ut, *Guttonarii equi*, Veget. 1, 56. conf. Salmaſ. ad Capitolini Maximin. c. 3 p. 13 Hack.

¶ Guttus, *i*, m. genus poculi fuiſſe videtur in ſacrificiorum uſu, aquam guttatim fundens, eine gieß-kanne; cujusmodi hodie utimur in abluendis manibus. *Faginus guttus quo ſacrificaret*, Plin. 6, 38. ¶ 2. *Guttum* vero Gellius appellaſſe videtur *vaſculum aut vitrum ad olei uſum*, ein öl-glas, kleine flaſche, 17, 8.

¶ Guttŭlus, *i*, m. diminut. *Guttulam haurire ex guttulo*, Plauto tribuitur.

¶ Gutturnium, *i*, n. aliud vaſis genus, ex quo aqua guttatim in manus datur, vel, quod guttas excipit, das hand-faß, gieß-becken. Feſtus.

GVTTVR, *ŭris*, n. λάρυγξ, orificium tracheæ arteriæ, die kehle, gurgel, vulgus gutturis nodum vocat, den knopf oder krobs am halſe. Sed promiſcue de arteria, aut parte, uſurpatur. Ovid. Amor. 1, 13 *Et liquidum tenui gutture cantat avis.* Et Met. 3, 73 *Plenis tumuerunt guttura venis.* Antique virilis etiam generis eſt, quemadmodum *gutturem* quarto caſu apud Plautum legimus Aul. 2, 4, 25, ubi per *inferiorem gutturem* anum ſive podicem deſignat; & Trin. 4, 3, 7.

¶ Gutturōſus, *a*, *um*, cujus guttur intumeſcit, tröpficht, der einen groſſen tropf am halſe hat. Gloſſ. lat. gr. *Gutturoſus*, λαίμαργος. Vlpian. l. 12 § 2 ff. de Ædilit. edict. *Si quis natura gutturoſus ſit, aut oculos eminentes habeat.* Schol. Iuven. 13, 162.

Gutturnium, guttus, quære ſupra in *Gutta.*

GYĂRVS, *i*, m. vel Gyăra, *æ*, f. & plur. Gyaræ, *arum*: inſula ex Cycladibus una, Caryſto & Andro vicina, Plin. 4, 12, ubi mures ferrum peredere dicuntur. Id. 8, 57 f. 82. Ad hanc inſulam noxios Romani exulatum relegabant. Iuvenal. 1, 73 *Aude aliquid brevibus Gyaris, & carcere dignum, Si vis eſſe aliquid. Probitas laudatur & alget. Dignum Gyaris*, h. e. deportatione & exilio. Idem 10, 169 *Anguſto limite mundi, Ut Gyaræ clauſus ſcopulis.* Singularem formam *Gyarus* habes apud Virg. Æn. 3, 76, & Statium Theb. 3, 438. Sic & Cic. Att. 5, 12 *De Gyaro dedi literas.*

GYAS, *æ*, m. comes Æneæ, apud Virg. Æn. 1, 222; & 5, 152. Sil. 1, 440 *Et geminos Chromim atque Gyam demiſerat umbris.* ¶ 2. *Gyas* vel *Gyes* Centimanus Cœli ex Tellure filius, τύης Apollodoro Bibl. pr. unde apud Ovid. Faſt. 4, 593; Triſt. 4, 7, 18; Am. 2, 1, 12 *Gyan* vel *Gyen* legi volunt quidam. Sed *Gygen* præferunt Heinſ. ad Ovid. Am. 2, 1, 12 & Bentl. ad Hor. 2, 17.

GYGES, *is*, m. Lydiæ rex, cui oraculum ſcitecitanti, cequis ſe viveret felicior, Apollo prætulit Agelaum Sophidium Arcada, qui nunquam e tugurio ſuo fuerat egreſſus, Plin. 7, 46. Cic. Off. 3, 9. Valer. Max. 7, 1, 2. ¶ 2. *Gygis annulus*, v. Chiliad. Eraſmi. Plato Dialogo 10 de Repub. *Iuſte agendum eſt, ſive Gygis quis habeat annulum, ſive etiam Plutonis galeam*: πλουτοῦντα δὲ ὁλκαῖα, ἐὰν τ' ἔχῃ τὸν Γύγου δακτύλιον, &c. Hic autem annulus hominem inadſpicuum reddebat, ſi pala ejus ad palmam eſſet converſa, cum ipſe tamen omnia videret: v. Cic. Off. 3, 9, & Tzetzen Chiliad. 1, 3. ¶ 3. *Gyges centimanus*, vid. *Gyas* n. 2.

¶ Gygæus, *a*, *um*, adj. a Gyge rege. Plin. 5, 29 *Stagnum Gygæum.* Et Propert. 3, 10, 18 de Omphale Lydiæ regina: *Lydia Gygæo tincta puella lacu.*

GYLIPPVS, *i*, m. vir Lacedæmonius bello ſtrenuus, de quo Iuſtinus 4, 4, 7, & Plutarch. in Nicia. Tibull. ad Meſſalam 4, 200 *Non magni potior ſit fama Gylippi.* Adde Virg. Æn. 1, 272.

GYMNAS, *ădis*, f. γυμνάς, exercitium, die übung. Latina litteratura non ſemel apud Statium legitur, ut Silv. 3, 1, 43 *Hic ubi feſtæ Gymnas, & inſontes juvenum ſine cæſtibus iræ.* Et lib. 4 ejusdem operis Silv. 2, 47 *Sic lubrica ponit Membra Therapnæa reſolutus gymnade Pollux.* Id. Theb. 4, 106 *Chalcis, & Herculea turbatus gymnade vultus.* Et Prudent. adv. Symmach. 2, 516 *Oleoque & gymnadis arte Vultis pupillibus. Gymnas* itaque ἀγὼν γυμνικός eſt, i. e. certamen, in quo athletæ nudi certabant.

¶ Gymnāſium, *i*, n. γυμνάσιον, templum Apollinis Lycii, ut Lucianus Anacharſide ſeu de Gymnaſiis auctor eſt, ubi athletæ & pugiles ſe exercebant, ein fechtplan, ring-platz. Sic appellatum, quod nudi ibi luctarentur: a γυμνός, *nudus.* Deinde omnibus hujusmodi exercitationum locis publicis id nomen impoſitum fuit, ut nulla nobilior urbs Græcorum aut colonia Græcanica eſſet, quæ careret gymnaſio. v. de Syracuſano Nepos 20, 5, 4, de Nicæenſi Plin. 10 epiſt. 48, cui vere Trajanus epiſt. 49 reſpondet: *Gymnaſiis indulgent Græculi.* In villis etiam gymnaſia, Plin. 2 epiſt. 17 n. 7. ¶ 2. Hinc ad ludos literarios vox translata fuit, quia philoſophi, rhetores & alii literarum profeſſores loca publica, frequenti populo celebrata, vel docendi cauſſa, vel ut doctrinam ſuam oſtentarent, ſectabantur: quod cum aliter faceret Ariſto, Plinius de eo 1 epiſt. 22 dixit: *Non gymnaſia ſectatur aut porticus.* Sic Academiam Platonis ſcholam *nobiliſſimum orbis terrarum gymnaſium* Serv. Sulpicius vocat 4 epiſt. 12 ad Ciceronem. ¶ 3. Fuerunt *Gymnaſia* & ſepulturis deſtinata, ut ex Serv. Sulpicii ad Cicer. dicta epiſtola: & Nep. 20, 5, 4 licet colligere. ¶ 4 Arceſilai apud Stobæum eſt: πενία καθόλα γυμνάσιον ἀρετῆς ἐμπάκτον, *Paupertas efficax gymnaſium virtutis eſt.*

¶ Gymnaſticus, *a*, *um*, &

¶ Gymnĭcus, *a*, *um*, γυμναστικός, γυμνικός, adjectiva, ritæ; ut, *Exercitium Gymnaſticum*, ring-übung, Plaut. Rud. 2, 1, 7. *Ludi Gymnici*, Plin. 7, 56. Et Cic. Tuſc. 2, 26 pr. *Eorum ludorum, qui gymnici appellantur, magnus honos eſt.*

¶ Gymnaſtica, *æ*, f. pars medicinæ apud vetercs, quæ mediocri exercitatione corpus movet. Quintil. 2, 15 *Exercitatricem* latine dixit. v. Mercurialem de *Gymnaſtica*, & Voſſ. de 4 Art. pop. p. 11.

¶ Gymnaſiarchus, *i*, m. qui gymnaſio præeſt, der exercitien-meiſter, fechtmeiſter, auf'eher der ſchule. Cic. in Verr. 4, 42 *Demoliendum* (ſignum) *curavit Demetrius gymnaſiarchus.* In marmore Anconitano: ΒΑΤΩΝ ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΣ. Sidon. 2 epiſt. 2 *Paleſtritarum luctas, ſi obſcenius involvuntur, caſta confeſtim gymnaſiarchorum virga diſſolvit.* v. Sirmondum ibi p. 26.

¶ Gymnaſiarcha, *æ*, m. γυμνασιάρχης, idem. *Taxillus* quidam *Gymnaſiarcha* eſt apud Val. Max. 9, 10 ext. 2.

¶ Gymnaſiarchia, *æ*, f. γυμνασιαρχία, i. e. Gymnaſii præfectura. Modeſt. ICt. l. 6 § 8 de excuſat.

¶ Gymnaſtes, *æ*, m. γυμναστής, etiam præfectus exercitiorum. Hinc *Gymnaſtæ*, Indi, qui centenos annos excedunt, Plin. 7, 2. Sed Hard. *Gymnetas* legit, quod nudi incedant.

¶ Gymnŏsŏphistæ, *arum*, m. pl. Philoſophi Indorum, qui ab exortu ad occaſum perſiterunt, contuentes ſolem immobilibus oculis, ferventibus arenis toto die alternis pedibus inſiſtentes. Plin. ibidem. Apulej. lib. 1 Flor. *Sapientiam percolunt tam magiſtri ſenes, quam diſcipuli juniores. Neque quicquam apud illos æque laudo, quam quod torporem animi & ſitum oderunt. Igitur ubi menſa poſita, priusquam edulia apponantur, omnes adoleſcentes ex diverſis locis & officiis ad dapem conveniant. Magiſtri perregant, quod ſuſtinm a lucis ortu ad illud diei bonum fecerint, &c. Qui nihil habet afferre, cur prandeat, impranſus ad opus foras extruditur.* Si faturi vitæ erant, in rogum ſe conjiciebant ardentem, ut finirentur. v. Strabonem lib. 15, & Philoſtratum lib. 3, Cic. Divin. 1, 23, alioſque Cellario ad Curtium notatos 8, 9, 32. Lucanus de iis 3, 240 *Quique ſuas ſtruxere pyras vivique calentes Conſcendere rogos.* Cæterum duæ illorum fuerunt ſectæ: BRACHMANES & SAMANÆI. v. Porphyrium lib. 4 περὶ ἀποχῆς p. 404 ſeqq. Strabon. dict lib. 15, Clem. Alexand. Strom. 1 p. 223,

Tertull. Apol. c. 41, & alios. Nomen a nuditate acceperunt: nudi enim incedebant. Prudent. Hamart. v. 404 *Oſtentatque ſuos vicatim Gymnaſi phyſias.*

¶ Progymnasma, ătis, n. προγύμνασμα, plur. Progymnasmata, *præexercitamenta*. Sic enim vulgo Græcum nomen vertitur, vorbereitungen vorübungen. Extant progymnasmata eloquentiæ Aphthonii, in Latinum conversa a Rodolph. Agricola, libellus discentibus non inutilis.

¶ Progymnaſtus, *i*, m. vel potius Progymnaſtes, *æ*, m. προγυμναστής, *præexercitor*, qui docet, vel qui una cum aliquo exercetur. Ita Muretus & Lipsius apud Senecam epist. 83 *Progymnaſtas meos queris? unus mihi ſufficit.*

GYNÆCĒUM, *i*, n. γυναικεῖον, interior ædium pars, in qua mulieres apud Græcos colebant, & lanæ dabant operam: non enim fas, illas in celebritate versari, das frauenzimmer. Ter. Phorm. 5, 6, 23 *Vbi in gynæceum ire occipio.* Appellatur &

¶ Gynæciarius, *i*, m. qui pannos & vestes muliebres curat, Theod. Cod. 10, 20.

GYNÆCĪTIS, *tidis*, f. græce γυναικῖτις, sive γυναικωνῖτις, dicitur enim utrumque. Vsus C. Nepos in præfat. n. 7. Adde Vitruv. 6, 10, Grapald. de part. ædium 2, 5.

¶ Gynæcocratia, *æ*, f. γυναικοκρατία, fœminarum, seu mulierum imperium, das weiber regiment, quod an probandum sit, ex Bernegg ad Suet. Cæs. c. 22, Lipsi. Monit. Polit. 2, 3, & aliis discere quis potest. Adde Lanf. Orat. pro Gall. p. m. 234 seq. qui teste Wilh. Schickardo de R. I. Ebræor c. 1 theor. 3 rem totam *αὐτοσχεδίως* expressit hoc modo: *Apta quidem tela, ſed inepta eſt fœmina telo: Indignumque viris, ſubdere colla colo.*

¶ Gynæcanthe, es, f. herba quæ & *bryonia*, Plin. 23, 1.

GYPSVM, *i*, n. γύψος, gyps oder spar-kalck. *Cognata calci res gypſum eſt*, Plin. 36, 24.

¶ Gypseus, *a*, *um*, ex gypso, gypsern. Spartian. in Severo c. 22 *Die Circenſium cum tres Victoriæ more ſolito eſſent locatæ gypſeæ cum palmis*, intellige Victoriæ simulacra gypsea. Hieronym. epist. 23 ad Marcellam: *Illæ Chriſtianos oculos ſcandalizant, quæ purpuriſſa & quibusdam fucis ora oculoſque depingunt, quarum facies gypſeæ, & nimio candore deformes, idola mentiuntur.*

¶ Gypsoplastes, *æ*, m. γυψοπλάστης, ein gypser. Cassiodor. 7, 5 *Inſtructor parietum, aut ſculptor marmorum, aut gypſoplaſtes, aut muſivarius*, &c.

¶ Gypso, *are*, gypsen. Apicius de re culinaria 1, 17 de conditura uvarum: *Vas, in quod uvas mittes, picari pariter & gypſari facies.* Vnde

¶ Gypsatus, *a*, *um*, gypso inductum, begypst, bekleistert, getüncht: ut, *Amphoræ diligenter gypſatæ*, Petron. c. 34. *Pedes gypſati*, Tibull. 2, 6, 42 & Ovid. Am. 1, 8, 64 fervorum erant, qui alias *cretati*. Superl. Cic. fam. 7, 6 *Quibus illa manibus gypſatiſſimis perfuaſit, ne ſibi vitio verterent*, hoc est, (ut Faber olim expositit) dolis ac fraudibus aliqua honesti specie prætextis. Nam ita & Plautus *homines ſe cera occultare* dixit, qui dolis aliquam bonam caussam prætendunt. Sed Sam. Petitus in Comm. ad Leges Atticas p. 67 observavit, mendum esse in *manibus*, pro quibus ductu Pollucis 4, 15 primus ille legit: Ill *anibus*: ut sensus sit, in Medea Euripidis Corinthiacas matronas opulentas & primarias fuisse, quibus *tribus anibus gypſatiſſimis*, i. e. canis non solum, sed & albo colore candentibus, Medea persuaserit, non esse sibi vitio vertendum, quod absit a patria.

¶ Gypsatio, *onis*, f. incrustatio gypsea, das gypsen, Sidon.

¶ Gypsator, *oris*, m. qui gypso incrustat, ein gypser, August.

¶ Prægypso, *are*, vorher vergypsen. Cæl. Aurel. Tard. 3, 2 *Os vaſculi prægypſandum.*

GYRGATHVS, *i*, m. locus aut cubile, in quo mente emoti, vincti & incluſi tenentur, ein zucht- oder toll-haus. Græcum est, γύργαθος. ¶ 2. Indicat Hesych. γύργαθον dici etiam vas, in quod pistor coctos reponit panes, ein brot-korb, v. in Chiliad. Erasmi γυργαθὸν φυαῖς.

GYRVS, *i*, m. γῦρος, ambitus orbicularis, ein circkel, kreis, ring, umfang, eine krümme. *Homines ſecundis rebus effrenatos tamquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet*, Cic. Offic. 1, 26. *Equum in gyrum cogere*, sich mit dem pferde herum drehen. Ovid. de Arte 3, 384 *In gyros ire coactus equus.* Et Amor. 2, 6, 33 *Ducere gyros*, sich drehen. conf. Virg. Georg. 3, 115; & Æneid. 7, 379. Ita Ovid. Met. 2, 718 de milvo *Electitur in gyrum. Ex immenſo campo in exiguum gyrum compellere*, Cic. de Orat. 3, 19. *Equi non forma, nec velocitate conſpicui; ſed nec variare gyros in morem noſtrum docentur*, Tac. de Germ. c. 6. *Anguſtiſſimum habet dies gyrum*, Seneca epist. 12; Prov. Phædr. 4, 25, 25 *Simili gyro venient aliorum vices*, die reihe kommt an andere auch. Ovid. R. A. 398, *Gyro curre, poëta, tuo.* Et Gell. 16, 8 *Periculum erit, ne tu quoque in illis dialecticæ gyris conſeneſcas. De Gyro ablaqueationis* v. Gesn. ad Colum. 4, 4, 2.

¶ Gyro, *are*, umdrehen. Vnde

¶ Gyrātus, *a*, *um*; ut, *Chlamys orbe gyrato laciniosa*, Plin. 5, 10.

¶ Gyratio, *onis*, f. die umdrehung, apud Celsum.

¶ Gyrator, *ōris*, m. qui in gyrum rotat, ein dreher, drechsler, in Fragm. Poët.

¶ Gyrātilis, *e*, quod gyrari potest, das sich drehet; ut, *Cos gyratilis*, ein schleiffstein.

¶ Gyrātīvus, *a*, *um*, idem in Glossis.

¶ Gyrinus, *i*, m. ranæ partus, a *gyro* dictus propter rotunditatem, Plin. 9, 51.

¶ Gyrgillus, *i*, m. ein wirbel, eine haspel, sic dictus, quod in gyrum vertatur. Est enim lignum in transversa pertica mobile, ex quo funis cum situla vel utre in puteum demittitur, hauriendæ aquæ caussa, ut describit Isidorus 20, 15.

¶ Gyrgillo, *are*, haspeln, recentioris usus est.

¶ Gyrovagus, *i*, m. circum circa vagans, ein landstreicher, bettelmönch. Sarisb. 7, 23 *Benedictus ſicut gyrovagos & Sarabaitas arguit.*

¶ Gyrovāgor, *ari*, herum schweiffen, apud Pet. Damian. & Io. de Ianua.

¶ Congȳro, *are*, zusammen drehen, in einen kreis zusammen bringen. Vulg. Interpr. Iudith. 13, 16 *Congyrarunt circa eam univerſa.*

¶ Regȳro, *are*, revolvi, in orbem redire, sich herum drehen. Florus 4, 2, 6 *Poſtremo* (bellum civile) *in Hiſpaniam regyravit* vide Grutero notata. Varronis locus de R.R. 1, 57 incertus est. Gloss. lat. gr. *Regyrare*, περιελίσσειν.

GYTHĒVM, *i*, n. oppidum in Laconica juxta Eurotam fluvium, navale Lacedæmoniorum. v. Cic. Off. 3, 11.

H Non litera, sed aspiratio, (quippe qua secundum Capellam 3 p. 58 *Contractis paulum faucibus ventus exhalat*) ex utriusque spiritus apud Græcos nota composita, in vocalibus tantum locum habuit, quemadmodum Cicero monuit in Oratore c. 48, idque nulla alia ratione, nisi propter firmitatem rigoremque soni, veluti Gellius ostendit 2, 3. Ciceronis verba hæc sunt: *Ego ipſe cum ſcirem, ita majores locutos eſſe, ut nusquam, niſi in vocalis, adſpiratione uterentur, loquebar ſic, ut* pulcros, Cartaginem, sepulcra, lacrimas *dicerem.* vid. reliqua in *pulcher* n. 5. Ita ibidem monet ab Ennio positum semper *Burrum* non *Pyrrhum*, *Bruges* non *Phryges*. Sane & Varro H inter duas consonantes minus recte poni censuit, ut Sosipater auctor est lib. 1. Cæterum H male exemptum e literarum censu, his rationibus ostendere conatur Necmannus: 1. quia semper ei locus datus inter literas: 2. quia & apud Hebræos ה, quod nihil aliud quam H Latinorum litera: 3. quia nec Græci prorsus ea carent: latet enim in φ, χ, θ, quas latine scribimus *ph*, *ch*, *th*. 4. quia ei forma peculiaris & potestas: unde & separatas dictiones procreat; ut sunt *ara*, *hara*, *abeo*, *habeo*, &c. 5. quod apud Poetas non raro efficit positionem, & elisionem inhibet, ut in illis Virgilianis: *Ille latus niveum molli fultus hyacintho.* Et, *Conciliæ Elyſiumque colo: huc caſta Sybilla*, &c. vide ipsum in Manuduct. ad Latin. Ling. c. 4. Sed contra VOSSIVS dan Priscian statuit, literam non esse, quem vide de Arte Grammatica 1, 16. Andreas Corvinus, Academiæ Lipsi. olim decus, in Dubiis Rhetoricis falcicul. 10 dub. 9, ubi, An latinis litera H sit propria? disquirit, ita habet: *H litera minimæ auctoritatis in Grammaticis, maximas in ſcriptione excitat Tragœdias: alii id quaſi pro idolo colentes, intrudunt in vocibus ſepulcrum, lacrymæ, carus*, &c. *alii id infra omnes verborum apices amandantes, ſcribunt œdus, ircus, tus*, &c. *ut hodierni Critici, & illorum filii*, &c. Accidens literæ H esse, negat Velius Longus Grammaticus apud Barth. ad 4 Theb. Statii p. 1059. H in Inscriptionibus veterum sæpe per I exprimitur. Exempla habes apud Fabrettum p. 195. Adde de usu hujus literæ, Quintil. 1, 5 p. 58 sq. ¶ 2. Apud Metianum & Priscianum Sestertii Romani nota vulgo est HS. Nam cum initio Sestertius valeret libras duas & semis: ejus numeri notam ex usu notarum recepto expresserunt hoc modo, L L. S. quæ tandem consuetudine scribentium in illam formulam degeneravit. Potuit etiam esse IIs. vel ut in Harduini Plinio scribitur IIS. ¶ 3. Veteres interdum hanc literam H mutarunt in F. Sic ab *Halefo Falisci* dicti sunt. Sic *Hebris* ante *febris* dicebatur. *Formiæ* fuerunt *Hormiæ*. v. Servius ad Æn. 7, 695. Vicissim *Hariolus* quasi *fariolus* a *fando*. v. Turneb. Adverss. 24, 17. Sic *Hanula* parva delubra quasi *fanula*. v. Fest. ¶ 4. Notanda etiam librariorum consuetudo, qui passim adjecta vel detracta adspiratione, v. g. *habeant*, pro *abeant*, *ominis* pro *hominis*, &c. scripserunt. v. Drack. ad Sil. 2, 125. & Index Gruteriani inscriptionum thesauri.

HA! Particula exultantis aut læti animi, Plaut. Capt. 1, 2, 45. conf. Iani Gebharti Crepund. 2, 2.

HA, ha, he, interjectio risus. Ter. Eun. 3, 1, 36. Eamdem irridentis formulam habet Plautus Pseud. 4, 1, 36 &c.

HĂBĒNA, *æ*, f. ab *habeo*, retinaculum, quo equus cohibetur, ein zügel. Virg. Æn. 9, 588 *Ipſe ter adducta circum caput egit habena.* Et 12, 471 *Undantes habenas* dixit, quasi undatim fluctuantes, dum ab auriga hinc inde commoventur. Metaph. *Legum habenæ validæ*, Cic. de Orat. 3, 41. *Tradere habenas alicui*, ibid. c. 52. *Adducere, remittere laxiſſimas habenas amicitiæ*, Cic. de Amic. c. 13. ¶ 2. Habena cædi impuberes servos pro quæstione testatur Ulpianus l. 1 § 33 Impuberi ff. ad SC. Syllan. Et Horat. 2 epist. 2, 15 de servulo: *In ſcalis latuit metuens pendentis habenæ.* ¶ 3. *Habena* & *Avena* confundi in MSS. dictum in *Avena.*

¶ Hăbenŭla, *æ*, f. dimin. eine binde, ein riemen. Celsus 7, 20 extr. *Habenula paullo latior.*

HĂBEO, *ui*, *itum*, *ēre*, ἔχειν, haben. Plaut. Rud. 5, 2, 34 *Miſerum ipſum verbum & peſſimum eſt, habuiſſe, & nihil habere.* Nepos 25, 21, 5 *Habeo vos teſtes.* Cic. fam. 5, 16 *Semper in ore atque animo habere debes*, i. e. retinere. Ibid. 7 epist. 15 *Tecum habeto*, i. e. tace, behalt es bey dir. Martial. 2 epigr. 68 *Reges & homines habere debet, Quæ ſe non habet*; i. e. qui sui non est dominus, ὁ μὴ κρατῶν ἑαυτοῦ. Sall. Iug. 2, 3 *Animus agit atque habet cuncta, neque ipſe habetur.* ¶ 2. *Habere*, frequenter cum adverbiis constructum, est tractare. Liv. 2, 20 *Quem ſuorum fugientem viderint, pro hoſte habeant. Nunquam ſecus habui illum, ac ſi ex me eſſet nata*, ich habe sie stets, wie meine tochter gehalten, Ter. Hec. 2, 3, 6. Et, *Parce ac duriter ſe habere*, Adelph. 1, 1, 21, sich kärglich behelffen. Plauto *arcte contenteque habere* est, Asin. 1, 1, 64 *Male habere aliquem*, est clade afficere, apud Cæsarem de B. C. 1, 63. Et ita Nepos 18, 12, 1 *A quo tot annos eſſent male habiti, ut ſæpe ad deſperationem eſſent adducti.* Sallust. Cat. c. 11 *Sulla exercitum luxurioſe nimisque liberaliter habuerat.* Auson. epigr. 8, 7 *Fortunam reverenter habe*, i. e. revereare. ¶ 3. *Bene, belle habere, & ſe habere*, Cicero pro *valere*, aut *ſanum eſſe*, wohl auf seyn, gesund seyn. C. Nepos 10, 2, 4 *Quæſivit a medicis, quemadmodum ſe haberet*, i. e. ut valetudo ejus comparata esset, wie er sich befinde. *Hoc me male habet*, das verdreust mich, Ter. And. 5, 4, 36; & Hec. 4, 2, 30. *Hoc me letum, anxium habet*, id est, facit. Et ut statum hominis, ita & statum rei exprimit, & per *Eſſe* exponitur: ut, *Optime habet*, Plaut. Pseud. 4, 1, 25. *Præclare ſe res habet*, Cic. de Orat. 1, 25, es steht sehr wohl. *Quemadmodum ſe provincia habet, faciam te certiorem*, Id. ad fam. 4, 5 *Quomodo ſe res habeat*, es mag seyn, wie es will, ibid. 12. ¶ 4. *Habeo te*, formula in deprehensos: ut apud Plaut. Cas. 2, 8, 36 *Habeo viros*, vide ibi Gru-

terum.

terum. Heliodor. lib. 1 Æthiop. p. 34 Ἔχω σε, ἔφην, ὦ θεοῖς ἐχθρέ: *Habeo te, ô Diis invisa.* Ter. Eun. 4, 4, 7 *Habesne hominem?* i. e. reperisti. Et Seneca epist. 11 *Habere nos putamus, habemur.* ¶ 5. Aliquando & gratulandi formula est, atque de iis dicitur, quos reddidos nobis amplectimur ac miramur. Gebalinus apud Curtium 6, 7, 24 *Habeo te incolumemex impiorum manibus ereptum.* Ita Ter. Heaut. 1, 3, 25 *Teneo te, mea Antiphila.* ¶ 6. Ter. Andr. 1, 1, 58 *Quis heri habuit Chrysidem?* Quod honeste Comicus dixit, pro, Quis cum Chryside rem habuit? ubi & Græcos ita locutus, Muretus notat. Plaut. Bacch. 1, 2, 37 *Tu amicam habes?* Virg. ecl. 3, 107 *& Phyllida solus habeto.* v. Voss. 4 Inst. Orat. p. 32. ¶ 7. Nepos 25, 7, 1 *Incidit Cæsarianum civile bellum, cum haberet annos circiter LX,* id est, cum natus esset. Similiter Florus 2, 6, 1 *Nec enim amplius, quam decem & octo annos habet.* Loquitur de Bello Pun. 2, quod tot annos duravisse significat. Sever. Sulpicius Hist. S. 1, 53 *Sed Ioachis tribus mensibus tempus imperii habuit.* ¶ 8 *Habere in bonis, & in bonis rebus,* est numerare, æstimare, Cic. Paradox. 1 extr. darunter rechnen. *Earum aliquem habere,* Id. de Senect. c. 11, lieben. Et, *Hostium numero quem habere,* Id. ad Attic. 11, 6 fub fin. *Haberi pro hoste,* Curt. 6, 2, 1. *In summis dacibus haberi,* Nepos 12, 11, 1. *Bona sua pro stercore habet,* Plaut. Truc. 2, 7, 5. ¶ 9. Interdum est facere vel suspicere &c. *Rem habere cum aliquo* sensu obsceno, Ter. Eun. 1, 2, 39. *Habere commercium cum aliquo,* rursus Cic. de Senect. c. 12, mit einem gemeinschaft haben. *Concionem habere,* Cic. Att. 4, 1, eine rede thun. *Controversiam cum aliquo habere,* Cic. ad Brut. epist. 6, mit einem im streit liegen. *Honorem habere alicui,* Plin. 6 epist. 2, & Nepos 9, 3, 4. Et, *in honore habere quem,* Cic. Art. 7, 2, ehren, ehre erzeigen. *Rationem habere,* cum genitivo; ut, *Habenda est ratio valetudinis,* Cic. de Senect. c. 11, man soll seine gesundheit in acht nehmen. *Rationem absentis habere,* reflexion auf ihn machen, Cæs. B. Civ. 1, 9. vide *Ratio. Non habuit id satis,* C. Nep. 15, 4, 5, i. e. non contentus fuit id fecisse. *Habendum & ferendum hoc onus est,* Plaut. Amph. 1, 1, 21. ¶ 10. *Habere,* pro posse cum infinitivo sæpe dicitur; ut, *Tantum habeo tibi pulliceri,* Cic. fam. 1, 5, hoc est, possum, so viel kan ich dir versprechen. *De Repub. nihil habeo ad te scribere,* Id. Att. 2, 22, ich weiß nichts zu schreiben. Id. de Amic. c. 27 *Nihil habeo, quod cum amicitia Scipionis possim comparare.* Ita & Gellius 14, 1 *An ferio existimarit, non habeo dicere,* ich kan es nicht sagen. Vide de hac formula Vossium de Arte Grammatica, qui de constructione est 7, 51. Horat. epod. 16, 23 *An melius quis habet suadere?* weiß jemand etwas bessers? Gell. 15, 20 *Habesne nobis dicere?* Suet. Aug. 2, 58 *Quid habeo aliud precari Deos!* Lucret. 6, 711 *Habemus dicere hoc.* ¶ 11. Eleganter etiam hoc verbum cum Gerundio, græca ratione, jungitur. Tac. Ann. 4, 40, 3 *Posse ipsam Liviam statuere, nubendam post Drusum, an in penatibus iisdem tolerandum haberet:* id est, tolerare deberet, vel tolerandum esset, ob sie in bleiben hätte. Id. Ann. 14, 44, 1 *Sed si nunc primum statuendum haberemus.* Plin. 1 epist. 7 *Pœne præterii, quod minime præterendum fuit, accepisse me carpotas optimas, quæ nunc cum ficis, & boletis certandum habent,* id est, quibus certandum est. Id. ep. seq. eod. libro: *Præsertim cum enitendum haberemus, ut quod parentibus datur, & orbis probaretur.* Petron. c. 90 *Ne & tecum quoque haberem vivendum toto die.* ¶ 12. Ponitur etiam pro intelligere, scire, audire, sentire. Ter. Hec. 1, 2, 116 *Habes omnem rem.* Cic. Att. 7, 19 *De pueris quid agam, non habeo,* i. e. nescio. Id. pro Dejotaro c. 7 *Habes crimina insidiarum,* id est, audivisti. Plaut. Amph. 2, 2, 89 *Magnum malum habebis,* i. e. senties, es wird dir übel gehen. ¶ 13. *Habeo,* apud Ciceronem sæpe est existimo, persuadum habeo; ut pro Cælio c. 2 *Hi sic habeant, quæcunque in equite Romano dignitas esse potest, eam semper in M. Cælio habitam esse famosum, temperque haberi.* Et in Verr. 3, 25 *Hodieque omnes sic habent,* sie meynen. Id. Tusc. 1, 2 *Themistocles, cum in epulis recusasset lyram, haviturn est indoctior,* hoc est, reputatus, existimatus. C. Nepos 9, 2, 2 *Hunc* (Tillaphernem) *adversus Pharnabazum habitus est imperator: re quidem vera exercitui præfuit Conon.* ¶ 14. *Habere* in periphrasi nonnunquam cum adjectivis, vel potius participiis patientibus ponitur; ut, *Habere cognitum,* pro cognoscere, &c. Quintil. 9, 3 p. 802 Bur. ex Sall. Iug. 10. *Neque ea res falsum me habuit,* pro fefellit. Zeugma. Ex talibus forte ortum verbum, quod vocant auxiliare Europæorum plerorumque. Ita Cic. fam. 13, 17. *Tacitum habere,* h. e. reticere, Plaut. Pœn. 4, 2, 68. Sic, *Segregatum habere,* Ter. Hec. 5, 1, 26. *Habere quem despicatum,* id est, despicere, contemnere, vel contemtum habere, Id. Eun. 2, 3, 92. Sic, *quem delicatum habere,* Plaut. Menæchm. 1, 2, 9, pro *delicate habere* dixit: ut alibi *quem miserum habere,* Epid. 5, 2, 2. ¶ 15. *Habere ingenium in numerato,* h. e. ingenio esse solerti, ad res omnes ex tempore conficiendas, Quintil. 6, 3 extr. ¶ 16. Non raro & habitare significat. Plautus prol. Menæch. v. 69 *Nunc ille geminus, qui Syracusis habet.* Et Truc. 2, 4, 52 *Quæ modo erga ædes habet,* id est, e regione habitat. Varro de L. L. 4, 8 *Cispius mons, ubi ædituus habere solet.* Cic. de N. D. 3, 22 *Is qui sub terris habet.* Huc refert Grævius etiam Att. 1, 16 p. 117 *Cujus domi divisores haberent.* ¶ 17. Vnde *habere* pro possidere jure domini, Tac. Ann. 1, 1, 1 dixit, vide ibi Muret. Nam *Habere* interdum ponitur ut ἔχειν apud Græcos, pro possidere bona: Cic. fam. 1, 9 *At illa nostra prædicatio quanti est, nos quod simus, quod habeamus, quod homines existimemur, id omne abs te habere.* v. Græv. ad h. l. Burm. ad Phædr. prol. l. 3. Ovid. A. A. 3, 541. Vide in Cæs. c. 3, ubi *amor habendi* vel *studium* πλεονεξίας est. Add. Huskenb. ad Sil. 5, 264. Hinc *Habentia,* divitiæ; vide infra. ¶ 18. *Hoc,* in quibus versamur, nos *habere* dicuntur, Virg. ecl. 10, 9, *Quæ nunc, aut qui vos saltus habuere.* Nemus Ecl. 1, 20, *Quem nunc semper arbos habet mundusque piorum.* Præcipue sepulcrum nostrum cinerem nostrum *habere* dicitur. v. Ovid. Ep. 11, 124, & Misc. Obs. 1 p. 14 sqq. ¶ 19. *Res tuas tibi habeto,* formula solemnis, qua divortus uti sunt veteres. Apul. lib. 5 Mil. *Vbi* (Cupido) *me dormientem conspexit armatam, Tu quidem, inquit, ob ipsum tam dirum facinus confestim toro meo divorte, tibique res tuas habeto.* Eadem formula uxor a marito divortens usa est apud Plaut. Amph. 3, 2, 41 *Valeas, habeas res tuas,* sey für dich, warte das deine. Martial. 10, 41 *Mense novo Iani veterem, Proculea, maritum Deseris, atque*

jubes res sibi habere suas. Sic & Virg. Æn. 10, 827 *Arma, quibus lætatus, habe tua,* behalte sie nur. ¶ 20. *Habere* etiam junctum substantivis periphrastice usurpatur. *Vobis hanc habeo editionem,* i. e. edico, Plaut. Pseud. 1, 2, 10 & 39. *Ego expurgationem habebo,* i. e. te purgabo, Id. Merc. 5, 3, 4. *Quicquam spei habere,* i. e. sperare, Cic. pro Cæl. c. 1. *Habere omnium amorem,* i. e. ab omnibus amari, C. Nepos 20, 3, 4. *Contentionem cum aliquo habere,* i. e. contendere, Id. 17, 1, 2. *Habere certamen,* Avian Fab. 19, 3, i. e. certare. *Habere ventos,* Ovid. Ep. 6, 6, i. e. faventes. Idem A. A. 2, 306 *Verba quæ ventis habe.* Sic, *Habere timorem,* Idem dixit 7, 3, 5, i. e. timere, sich fürchten. Quod nove Lambinus dictum putat: sed ita quoque Propertius 3, 10, 6 *Vulneribus didicit miles habere metum.* Sed & illud *timorem habere* dicitur, quod metum affert, was fürchtsam macht Ita Cic. fam. 5, 12 *Anceps tot varii que ejus habent admirationem, exspectationem, lætitiam, molestiam, spem, timorem.* Virg. ecl. 4, 2 *Nec quid speraret, habebat,* es war keine hoffnung da. Morbi etiam dicuntur haberi. Cic. fam. 7, 26 *Quia febrim non habebam.* ¶ 21. *Habet,* vel *hoc habet,* vox propria in gladiatores vulneratos aut irritos vel insultantis adversarii, apud Plaut. Terent. Virgil. alios. Etiam apud Prudent. Ptychom. v. 53. Nos ita: er hat sein theil. v. Turneb. Adversar. 17, 10. Lipsi. Saturnal. 2, 21. & Burm. ad Quinct. decl. 8, 16 p. 181 sq. conf. Nonius 4, 226.

¶ Habessit, antique, pro habeat. Cic. de Leg. 2, 8 *Separatim nemo habessit Deos, neve novos.*

¶ Habens, *tis*; ut, *Habens matrem, uxorem,* Ter. Hec. 4, 2, 26 *Annulum hic cognovit in digito me habentem,* ibid 5, 3, 32 *Redeo male me habens,* Id. Eun. 4, 2, 6. Virgilius Georg. 2, 499 *Inopi* opponit *habentem.* Et Curt. 4, 1, 25 *Nihil habenti nihil defuit.*

¶ Habentia, *æ*, f. opes, possessiones, haab und gut. Plaut. Truc. prol. v. 20 *Ætas hoc si superet mulieri, is eam animo ad eam habentiam everterit,* i. e. pecuniam, divitias. Et Claud. Quadrig. apud Nonium 2, 392 *Animos eorum habentia inflarat.*

¶ Habitus, *a, um,* beschaffen, gehabt, gehalten. Ter. Heaut. 2, 4, 22 *Imo, ut patrem tuum vidi esse habitum, diu* &c. i. e. affectum, ut Calpurnius interpretatus, seu comparatum. ¶ 2. *Habitus est tibi honos,* die ehre hat man dir erwiesen. Ter. Eun. 5, 7, 22. *Semper dicta hæc ejus atque habita soror,* Id. And. 4, 5, 14. *Ludibrio habitus,* Id. Hec. 4, 1, 11. *Populus mulliter habitus,* Tac. Ann. 1, 54, 4. *Habita est hæc fides,* Plaut. Asin. 2, 4, 51, man hat ihm geglaubet. ¶ 3. *Habitus,* imitar adjectivi comparatur: unde compar. Ter. Eun. 2, 3, 23 *Si qua est habitior paullo,* ziemlich wohl den leibe. Nam & Plaut. Epid. 1, 1, 8 conjuncte *corpulentior atque habitior.* Superlative *equitem habitissimum,* id est, ampli & faginati corporis, Sabinus Mossurius apud Gellium 4, 20 dixit, ubi contra equus *nimis strigosus & male habitus.*

¶ Habitus, *ûs*, m. subst. formam aliquando significat, die gestalt, beschaffenheit; ut, *Habitus oris & vultus,* Cic. de Fin. 3, 17. Et, *Senatus populusque habitum dolentum induebat,* Tac. Ann. 4, 12, 2. *Vestis armorumque habitus,* Liv. 9, 37; 22, 18. Iustin. 20, 3. ¶ 2. *Habitus,* Philosophis affuefactionem significat, seu expeditam facultatem multo studio, & consuetudine comparatam, ut in prima specie Qualitatis: ἕξις Græcis Quintilianus *primam facilitatem* vocat 10, 1 pr. de qua notione versiculi: *Altera natura est habitus, quam junior artem Perdisces, tollet nulla senecta tibi.* ¶ 3. *Habitum,* item vocant Medici constantem corporis constitutionem, & solutu difficilem ex proba aut improba partium similarium temperie, instrumentaliumque conformatione nascentem, ut cum bonum corporis habitum (εὐεξίαν) firmam sanitatem appellant. ¶ 4. Est etiam corporis cultus & vestitus, *habitus,* tracht, kleidung. *Permutare cum aliquo habitum,* Quintil. 3, 7. *Habitus anilis,* &c. Apulej. lib. 9 A. A. *Quidam proceres, &, ut indicabat habitus atque habitudo, miles e legione, factus nobis obvius, superbo atque arroganti sermone percontatur.* Vbi vestitum *habitus* voce, *habitudinis* autem, corporis lineamenta & qualitatem exprimit. Frequenter, & mire utitur hac voce Val. Maximus. v. Barth. ad Stat. Silv. p. 31, 36.

¶ Habitūdo, *ĭnis*, f. pro habitu seu forma ac filo corporis, die beschaffenheit, leibes-constitution. Ter. Eun. 2, 2, 11 *Qui color, nitor vestitus, quæ habitudo est corporis.* Auct. ad Herenn. 4, 10 *Corporis bonam habitudinem tumor imitatur sæpe.* Ver. Gloss. ἕξις, *Habitus, habitudo.* Apul. Apol. *Continuatio litterarii laboris omnem gratiam corpori deterget, habitudinem tenuat, succum exforbet,* &c.

¶ Habitio, *ōnis*, f. die habhaftigkeit. Gell. 1, 4 *Debitio gratiæ, non habitio, cum pecunia confertur.*

¶ Habituo, *are*, habitum inducere, eine gestalt geben. Cæl. Aurel. Tard. 4, 8 *Ægrotantium vires fortitudine habituantur.* Id. 1, 4 *Malo succo & corpore habituari.*

¶ Habitūrio, *ire*, haben wollen. Plaut. Truc. 1, 2, 47 *Si orationes habituris,* i. e. habere desideras.

¶ Hăbilis, *e*, aptus, accommodus, bequem, geschickt; ut, *Calcei habiles, & apti ad pedes,* Cic. de Orat. 1, 54. *Ensis habilis,* Virg. Æn. 9, 306. *Modica in armis habilibus magis, quam decoris, species,* Liv. 7, 10. *Parma habilis,* Mela 1, 5. *Arma nobis expedita prospicimus, gladium commodum & habilem.* Comp. Val. Max. 5, 7, 1 *Lusûli otia, quam labori præliorum habilior.* Superl. apud Celsum est 2, 1 *Corpus habilissimum quadratum est, neque gracile, neque obesum.*

¶ Habiliter, adv. fügsich. Pomp. Mela 3, 7 *Alii ita proceri & corpore ingentes, ut elephantis etiam, sicut nos equis, facile atque habiliter utantur.* IC. L. 20 Dig. de auro, argento &c. *Vt habiliter gemmæ geri possint, auro inclusæ sunt.* Superl. *Habilissime* est apud Hieronymum.

¶ Habilitas, *atis*, f. die füglichkeit, geschicklichkeit. Cic. de Leg. 1, 9 *Opportunitates habilitatesque corporis.*

¶ Habilitūdo, *inis*, f. idem in Digest.

¶ Hăbĭto, *avi, atum, are*, frequent. ab *Habeo*, wohnen, aufenthalt haben; ut, *Apud aliquem,* & *cum aliquo habitare,* Cic Art. 14, 20 *Habitare bene,* id est, commoda habitatione uti, C. Nep. 25, 13, 1. *Argos habitarum concessit,* Id. 2, 8, 1. Et, *In hac habitasse platea dicitur ea Chrysidem,* Ter. Andr. 4, 6, 1. Id. Adelph. 4, 5, 20 *Habitat Mileti.* Et Virg eclog 2 *Atque humiles habitare casas.* Vbi Servius

Melius, inquit, *habito illam rem, quam illâ re dicimus.* Plin. 17, 1 *Graviter increpuit tanti censorem habitare.* Et Perſius 4 extr. *Tecum habita, & noris, quam ſit tibi curta ſupellex*: id eſt, in te deſcende, te conſule & examina, noſces, quam ſis præſidiis neceſſariis ad vitam bene agendam deſtitutus. ¶ 2. *Habitare in aliqua re*, eſt multum diuque in illa eſſe; ut, *Habitare in libris*: ſicut apud Cic. Agrar. 2, 37 *Habitare in carcere*, legimus. Id. Att. 2, 9 *Video jam, quo invidia tranſeat & ubi ſit habitatura.* Ac ita Græci etiam, ut notat Caſaubonus ad Theophraſti characteres p. 187. ¶ 3. Differt a verbo *Commorari.* Cic. de Senect. c. ult. *Commorandi natura diverſorium nobis, non habitandi dedit.*

¶ Habitans, *tis*; ut, *Pan montanis habitans in antris*, Ovid. Met. 11, 147. *Pithecuſas habitantum nomine dictas*, Idem Met. 14, 90. conf. Virg. Georg. 3, 430; & Æn. 11, 265.

¶ Habitātus, *a, um*, bewohnt. Virg. Georg. 3, 340 *Raris habitata mapalia tectis.* Et Horat. 1 epiſt. 14, 2 *Agellus habitatus quinque focis.*

¶ Hăbĭtātio, *ōnis*, f. habitandi actus, die wohnung, der aufenthalt, e. g. *Habitationis merces, τὸ ἐνοίκιον*, haus zins, Cæſ. B. Civ. 3, 21. Et Suetonius Cæſ. c. 38 ipſam *habitationem* pro ἐνοικίῳ, ſeu habitationis penſione, dixit, *Annuam*, inquit, *habitationem Rome usque ad bina millia nummûm, in Italia non ultra quingentos ſeſtertios remiſit.* ¶ 2. Etiam pro domo, habitaculo ſeu habitandi loco. Colum. 1, 6 *Villico juxta januam ſint habitatio.*

¶ Habitatiuncŭla, *æ*, f. dimin. Hieron. in Obad. commate 5 *Omnis auſtralis regio Idumæorum de Eleutheropoli usque Petram & Hailam in ſpecubus habitatiunculas habet.* Et Salvian. 5 Gub. p. 179 *Quia tranſferre illuc reſculas atque habitatiunculas ſuas non poſſunt.*

¶ Habitāculum, *i*, n. die wohnſtätte. *Habitaculum leonis*, Gell. 5, 14. Prudent. Hymn. Exequiar. *habitacula priſtina geſtet.*

¶ Habitātor, *ōris*, m. ein einwohner. Cic. N. Deor. 2, 56 *Sunt terræ homines, non ut incolæ atque habitatores, ſed quaſi ſpectatores ſuperarum rerum.* Pomp. Mela 1, 16 pr. *Habitator Cariæ.* Eumen. Paneg. Conſtant. c. 17 *Quantus illos cœleſtis Spiritus intrarit habitator.*

¶ Habitātrix, *īcis*, f. Auſonius Moſella v. 82. *Tu mihi flumineis habitatrix Nais in oris.*

¶ Habitābilis, *e*, wohnhaft, wohnbar. Cic. Tuſc. 1, 20 *Habitabiles regiones.* Et Plin. 9, 10 pr. *Habitabiles caſæ.*

Compoſita ab *Habeo*:

¶ Adhĭbeo, *ui, ĭtum ēre*, herzuhalten, anlegen, gebrauchen; ut, *Adhibere diligentiam*, Cic. fam. 5, 6: *Curam*, ibid. 2, 7, & utrumque vel *in rebus*, vel *ad res*, fleiß anwenden. *Adhibere remedium*, Id. epiſt. ad Octav. pr. rathen. Cic. fam. 4, 7 extr. *A reliquis non adhibemur*, int. in Conſilium. Item, *Adhibere ſibi aliquem ad conſilium*, Cic. fam. 2, 7. *Adhibere modum*, Id. Off. 1, 5 extr. maſſe halten. Et, *Adhibere Deum teſtem*, Id. Off. 3, 10. Et, *Teſtes adhibere*, Ter. Phorm. 4, 5, 2, zeugen führen, zu zeugen nehmen. *Adhibere calcaria equo*, Cic. in Bruto c. 56, anſtechen, anſpornen. Contra, *Adhibere frenos*, pro coërcere, einhalten, zurück halten, Id. de Cl. Orat. c. 56. *Adhibere celeritatem*, eilen, Nepos 18, 9, 2. *Adhibere memoriam contumeliæ*, der ſchmach gedencken, Id. 15, 7, 2. Cic. de Divin. 2, 59 *Quod ſi inſanorum viſis fides non eſt adhibenda.* Sed Gron. *habenda.* Nondum ſatis probatam hanc formulam, dictum in *Fides.*

¶ Adhibĭtus, *a, um*, darzu genommen, gebraucht; ut, *Adhibito interprete*, Curt. 8, 12, 9; & 10, 3, 6. conf. 7, 11, 6. Suet. Cal. 2 *Nullo adhibito modo*, ohne maß.

¶ Adhibitio, *ōnis*, f. der gebrauch. Marcell. Emp. c. 15 *Adhibitio cucurbitarum.*

¶ Antehabeo, *ēre*, ut anteferre, anteponere, vorziehen, höher halten. Tac. Ann. 4, 11, 6 *Ne divulgata veris antehabeant.*

¶ Cohibeo, *ēre*, continere, inne halten, zurück halten; ut, *Intra locum aliquem ſe cohibere*: Plaut. Mil. 3, 1 *Cohibete intra limen vos.* Sed, *Cohibere alicujus iracundiam*, Cic. pro M. Marc. c. 3 eſt repriinere, coërcere, dem zorn einhalt thun. Sic Serv. Sulpic. 4 epiſt. 5 ad Cicer. *Viſne tu te, Servi, cohibere?* Et, *Cohibere ſuas libidines*, Cic. pro Milon. c. 28. *Cohibere animum, manus, oculos, ab alieno*, Cic. pro lege Man. c. 23, enthalten. *Neceſſitas ferendæ conditionis humanæ, quaſi cum Deo pugnare, cohibet*, Id. Tuſc. Diſp. 3, 25. Archaicum eſt Lucret. 3, 445 *Cohibeſſit* pro *cohibuerit*, ut *ſervaſſit*. v. *Prohibeſſit* p. p.

¶ Cohibens, *tis*. Horat. 4 od. 6, 34 *Delia cervos cohibens arcu.* Id. 2 epiſt. 1, 265 *Clauſtra cohibentia Ianum.*

¶ Cohibentia, *æ*, f. ſubſt. Gloſſ lat. gr *Cohibentia*, ἐμφυρμα, συνοχή.

¶ Cohibĭtus, *a, um*, eingezogen, kurzgefaſſet. Gell. 7, 14 *Subtile dicendi genus & cohibitum.* Compar. exſtat in Auſonii Gratiar. actione: *Cujus egreſſus auſpicatior, inceſſus modeſtior, habitudo cohibitior.*

¶ Cohibĭtio, *ōnis*, f. der einhalt, das verbot. Cic. Verrin. 3, 14 extr. *cohibitio tollendi.* Gruterus autem legit *Prohibitio.* Lactant. de I. D. c. 19 *Vitioſa eſt in peccatis iræ ſuæ cohibitio.* & p. p. *Hæc cohibitio ſui glorioſa eſt.*

¶ Cohibĭlis, *e*, das wohl zuſammen hänat. Celſ. 16, 19 pr. *Celeri & cohibili oratione, vocunque filo tereti & candido fabulam ſcripſit Herodotus*: ubi *cohibili* eſt *coherente*, niſi potius legendum *coibili.* Sed in Gloſſ. lat. gr. *Cohibilis, facilis*, εὐχερής.

¶ Cohibiliter, adv. idem. Apulej. extr. Flor. *Fabulam in pauca cogamus, quantum poteſt fieri cohibiliter.* Id. Apol. p. 297 *Cohibilius eadem græce & latine adnitar conſcribere.*

¶ Incohibilis, *e*, non cohibendum, das nicht aufzuhalten. Ammian. 24, 2 *Incohibili curſu evaſit.* Sic etiam Valeſ. Gell. 5, 3 *Genus oneris impeditum & incohibile.* Ita MSS. & Gro. edit. vett. *incoibile*, übel zu packen.

¶ Exhibeo, *ēre*, præbere, proferre, copiam alicujus facere, außantworten, darreichen, darſtellen, erweiſen. Cic. pro Sext. c. 50 *Se non ſolum autorem meæ ſalutis, ſed etiam ſupplicem populo Rom. exhibuit.* Id. Att. 5, 18 *Sed jam exhibeo pupillum, neque defendo.* Lactant. de Mort Perſec. c. 7 *Exhibere militem*, mannſchaft liefern, ſtellen. Labeo ICt. L. 246 D. De Verb. Sign. EXHIBET, inquit, *qui præſtat ejus, de quo agitur, præſentiam.* Sen. de Ira 1, 16 *Eum, qui ex commeatu ſine commilitone redierat, quaſi interfeciſſet, quem non exhibebat*, &c. Plin. Paneg. c. 63 *Te & religioni Deorum & judiciis hominum exhiberes.* Et, *Exhibere imperium*, pro palam adminiſtrare, Plaut. Caſ. 2, 6, 53. Sic, *Exhibere patientiam*, pro *præſtare*, ut paullo ante loquitur, Tertull. de Patientia 1, 1. *Exhibere fidem, ac benevolentiam domino ſuo*, Colum 11, 1. Quint. 12, 2 *Qui vere civilem virum exhibeat*, omiſſo *Se.* Similiter Juſtinum locutum, docet Burm. ad h. l. p. 1058. vid. Juſtin. 9, 2, 7; 11, 10, 9; 22, 1, 3. ¶ 2. Pro parare, faciſſere, zubereiten, zuwege bringen; ut, *Moleſtiam alicui exhibere*, Cic. Att. 2, 1 *Hinc & illinc exhibere alicui negotium*, mühe machen, zu ſchaffen machen. Plaut. Moſt. 3, 1, 38. ¶ 3. *Exhibere* pro alere, nutrire; ut, *ex operis*, ſive *artificio ſuo ſe exhibere*, Ulpianus dixit. v. Lindebrochium ad illud Terentii Adelph. 1, 1, 20 *Semper parce ac duriter ſe habere.* Juſtin. 22, 1, 3 *Vitam ſtupri patientia exhibuit.* Id. 9, 2, 7 *Terræ ſterilitatem cauſatus, quæ vix alimentis exhibeat Scythas.* Add. 11, 10, 9 & ICtos ap. Briſſon. Ita Vetus Interpres Actor. 28, 7 *Qui nos ſuſcipiens triduo benigne exhibuit.*

¶ Exhibĭtus, *a, um*, dargereicht, gegeben. Ovid. Heroid. 17, 194 *In non exhibitis toris*, i. e. in illegitimis.

¶ Exhibĭtio, *ōnis*, f. præſtatio, die darbietung, außhändigung. Ulpian. L. 3 § 1 Dig. de Liberis exhibend. *ad exhibitionem liberorum.* Gell. 14, 2 *Chirographi exhibitio.* ¶ 2. Suſtentatio: v. Lindebruchium allegato ſupra loco. Tertull. de Monog. c. 8 *Victuaria exhibitio*, die ernährung.

¶ Exhibĭtor, *ōris*, m. qui exhibet; ut, *Exhibitor ludorum*, Arnob. lib. 7 p. 247, κοσμήτης.

¶ Exhibitorius, *a, um*, die außantwortung betreffend; ut, *Exhibitoria interdicta*, Ulpian. l. 3 ff. de lib. hom. exh.

¶ Subexhibeo, *ere*. Arnobius 6 p. 195 *Præſentiam numinum ſubexhiberi ſimulacris dicitis.* v. Sam. Pitiſci not. ad Curt. 7, 7, 20.

¶ Inhabilis, *e*, minus aptus, unbequem, untauglich. Liv. 24, 34 *Telum ad remittendum imperiis inhabile*, & lib. 26 c. 16 *Inhabilis ad conſeſſum.* Et Columella 2, 1 *Ætas anilis progenerandis fœtibus inhabilis.*

¶ Inhibeo, *ēre*: verbum nauticum eſt, de quo ita Cic. Att. 13, 21, INHIBERE *illud tuum, quod valde mihi arriſerat, vehementer diſplicet. Eſt enim verbum totum nauticum: quamquam id quidem ſciebam: ſed arbitrabar*, ſuſtineri remos, *cum inhibere eſſent remiges juſſi, & non eſſe ejusmodi, didici heri, cum ad villam noſtram navis appelleretur. Non enim* SUSTINENT, *ſed* ALIO MODO REMIGANT. Id ab ἐποχῇ *remotiſſimam eſt. Quare facies, ut ita ſit in libro, quemadmodum fuit. Dices idem Varronì, ſi forte mutavit. Nec eſt melius quicquam, quam quod Lucilius Suſtinent currum ut bonì ſæpe agitator equosque: Semperque Carneades, ἀναβιβάζειν pugilis, & retentionem auriga ſimilem facit ἐποχῇ.* INHIBITIO *autem remigum motum habet, & vehementiorem quidem remigationis navem convertentis ad puppim. Igitur inhibere remis* eſt remis navem convertere, herum lencken. Vid. etiam Quint. 12 p. 10. Sic *navem retro inhibere* apud Livium 26, 39; & 30, 10 eſt, non ſuſtinere modo procurſum navis ac ſiſtere, ſed eam agere retro ſeu vertere. vide Gronovii Obſerv. 4 c. 26, Not. ad Juſtin. 2, 12. & citatos a Dukero ad Liv. 26, 39. ¶ 2. Aliquando tamen ſuſtinere, ſeu cohibere eſt, aufhalten. Virg. Æn. 12, 693 *Parcite jam Rutuli, & vos inhibete Latini.* Vbi Servius: INHIBETE, *Cohibete, ſuſpendite, & eſt tralatio a nautis.* Vbi Servius & vulgarem opinionem de inhibitione remorum ſecutus videtur: quam & amplexus Atticus fuerat, & itaque auctor exſtiterat Ciceroni, ut *pro ſuſtinere remos, inhibere remos* reſcriberet, male, ut poſtea fuerat edoctus. Add. de Orat. 1, 33 extr. & Verr. 5, 63 pr. Quo utroque loco *inhibere* pro ſuſtinere poſitum videtur, MSStorum lectionem fruſtra forte in dubium vocante Lambino. Ac ita & Quintilianus præfat. lib. 12 *Hoc mare ingreſſus contrahit vela, inhibetque remos. Inhibere proſluvium ſanguinis*, eſt ſiſtere, das blut ſtillen, ſtopffen, Plin. 28, 2. ¶ 3. *Inhibere imperium* apud Plautum Bacch. 3, 3, 44 & Stich. 5, 4, 18 eſt, quod *exhibere* alibi dixit, id eſt, uti imperio, exercere imperium, quod in aliquem habeas. v. Parei Lex. Crit. Cicero, *Spem inhibere legibus*, pro habere in legibus, Orat. in Rullum dixiſſe quibusdam videtur. Sed Grut. & Gron. *habet in legibus.* Gronovius porro provocat ad patris ſui notas ad Liv. 36, 28. Sed apud Cic. Phil. 18, 13 pr. *Inhibere ſupplicium* eſt infligere, quod tuetur Gron. ad Liv. 3, 59. Add. Liv. 3, 38, bis it. c. 50 & eund. Gron. ad 4, 53 & 56 extr. & Turnebum Adverſ. 25, 16.

¶ Inhibitus, *a, um*, verhindert, gehemmet; ut, *Inhibitus curſus*, Curt. 4, 16, 16. *Inhibitæ lacrymæ*, Id. 10, 6, 3. *Inhibitus ſalubriter modus nimiæ poteſtatis*, Liv. 3, 59. v. ibi Gronov.

¶ Inhibĭtio, *ōnis*, f. Cic. Att. 13, 21 *Inhibitio remigum.* Vide *Inhibeo* n. 1.

¶ Inebræ, f. pl. *aves, quæ aliquid fieri probibent*, Feſt.

¶ Perhĭbeo, *ēre*, dicere, affirmare, ſagen, vorgeben, außgeben. *Bene qui conjiciet, vatem hunc perhibebo optimum*, Cic. de Divin. 2, 5. *Vos æquo animo, æqua noſcere oportet, ſi vos vultis perhiberi probos*, Ter. Adelph. 3, 4, 58. *Perhibere teſtimonium*, Varro Rei R. 2, 5 quod, & *Teſtimonium ferre* dicitur, zeugniß geben, abſtatten. *Vt perhibetis*, wie ihr ſprecht. Cic. pro Ligar. c. 8 *Vt perhibent*, wie man vorgiebt. Virg. Æn. 4, 179. *Non modo adjutores victoriæ, ſed etiam nuntii fuiſſe perhibentur*, Cic. Tuſc. 1, 12. ¶ 2. *Perhibere* interdum eſſe videtur idem quod *exhibere, præbere.* v. g. Plin. 29, 1. *Perhibere honorem.* Sed de hoc & aliis duobus Plinii locis, & univerſim de hoc verbo vid. Burm. ad Quint. 1, 1 p. 17.

¶ Perhibendus, *a, um*, memorandus, denckwürdig. Cic fam. 5, 12 *Nec minus eſt Spartiates ille Ageſilaus perhibendus, qui* &c.

¶ Poſthăbeo, *ēre*, poſtponere, hindanſetzen, nachſetzen. Ter. Phorm, 5, 7, 15 *Omnes poſthabui mihi res*, &c. Virg. ecl. 7, 17 *Seria ludo poſthabui.*

¶ Poſthăbitus, *a, um*. Cic. Tuſc. 5, 1 *Omnibus rebus poſthabitis.* Virg. Æn. 1, 15 *Terris magis omnibus unam Poſthabita colluiſſe Samo.*

¶ Præhĭbeo, *ēre*, præbere, hergeben, vorſtrecken. Plaut. Pſeud. 1, 2, 49 *Veſtem, aurum, atque ea, quibus eſt vobis uſus, præhibeo.* conf. Menæchm. 5, 2, 51 &c. Et Petron. c. 117 *Præhibere mendacio ſidem:*

ubi

ubi alii *prǽbere*. Scil. totum hoc verbum archaicum videtur, contracto inde verbo *prǽbere* locum ejus occupante. v. Burm. ad Quint. 1, 1p. 17.

¶ Prŏhĭbeo, *ēre*, vetare, interdicere, abhalten, wehren, verbieten. *Prohibere aliquem domo*, Ter. Phorm. 2,3,78. *Itinere exercitum prohibere*, Cæsar. B Gall. 1, 10. Et, *Ab oppidis vim hostium prohibere*, ibid. c. 11. Et, *Aditu quem prohibere*, Ovid. Met. 12, 66. Et Plaut. Curc. 5,2,7 *Parentesne meos mihi prohibeas?* conf. Hirt. de B. Afr. 31. Et, *Prohibere a pugna*, Cæsar B. Gall. 4,34, id est, arcere. *Prohibere rempubl. a periculo*, Cic. pro Leg. Man. c. 7, id est, defendere. Sic, *Prohibere quemvis contumeliis convicioque*, Cæsar dixit de B. C. 1, 23. Idem B. Gall. 2, 28 *Cæsar finitimis imperavit, ut ab injuria & maleficio se suosque prohiberent*. ubi alius sensus est. v. Menck. Observ. L. Lat. h. v. Denique cum infinitivo. Ter. Heaut. 3,3,12 *Multa fert libido, ea prohibet facere præsentia tua.*

¶ Prohibessō, *is, it*, antique pro *prohibeam, as, at*. Cat. R. R. c. 141 *Intemperias prohibessis*. Plaut. Pseud. 1, 1, 11 *Id Iupiter prohibessit.*

¶ Prohibens, *tis*. Tibull. 1,3, 22 *Egressus prohibente Deo*. Ovid. Met. 15, 610 *Populo prohibente.*

¶ Prohibendus, *a, um*. Cic. Off. 1, 25 *Prohibenda maxime est ira in puniendo*. Sed, *Prohibendus erit bos potione*, man muß ihn nicht saufen lassen, Colum. 6, 7.

¶ Prohibitus, *a, um*, zurück gehalten, gehindert, verboten. Cic. in Verr. 3,24 *Eques Romanus biduum cibo tectoque prohibitus*; Absolute Seneca epist. 84 *Pudore peccandi prohibitis abjiinere.*

¶ Prohibitio, *ōnis*, f. das verbot, die verwehrung. Quintil. 9, 2 p. 649 *Prohibitio sceleris*. conf. Tertull. de Monog. c. 9, & supra *Cohibitio*. Vlpian. l. 8 ff. de pœnis; Arnob. 2 p. 45.

¶ Prohibītor, *ōris*, m. qui prohibet. Apul. de Deo Socr. p. 52 *Socrates nullo adsortatore unquam indigebat: at vero prohibitore nonnunquam*. Arnob. 7 p. 249 *Æsculapius valetudinum propulsator, prohibitor, exstinctor*. Adde Ammian. 24, 15.

¶ Prohibitrix, *īcis*, f. Marcian. ICt. l. 2 ff. de leg. senatusque conf. *Lex est prohibitrix non faciendorum.*

¶ Prohibitōrius, *a, um*, verbietend. Plin. 10, 14 de divina ave: *Quidam clamatoriam dicunt: Labeo prohibitoriam.*

¶ Redhibeo, *ēre*, est rem venditam & ab emptore reprobatam & redditam recipere, wieder müssen annehmen, was man verkauft. Cic. Off. 3, 23 *Redhibeatur mancipium jure civili*. conf. Plaut. Merc. 2, 3, 84, &c. & Gell. 4, 2.

¶ Redhibitus, *a, um*, zurück genommen. *Redhibitum*, ut ait Festus, *id proprie dicitur, quod redditum est improbatumque: & qui dedit, rursus coactus est habere id, quod ante habuit.*

¶ Redhibitio, *ōnis*, f. actio redhibendi, venditionis dissolutio. v. L. Pompon. ff. de acquir. possess. & l. 11 ff. de act. empt. Et Quintil. 8, 3 p. 582 *Mancipii redhibitionem suadere*, vide & Gellium 4, 2.

¶ Redhibĭtor, *ōris*, m. qui venditum recipit, l. 25 ff. de excepr. rei jud.

¶ Redhibitorius, *a, um*; ut, *Redhibitoria actio, redhibitorium judicium*, apud ICtos ex ff. tot. tit. de ædil. edict. ubi ad redhibendum agitur.

¶ Subterhabitus, *a, um*, darunter versteckt. Apul. lib. 1 Met. *Subterhabiti amoribus.*

¶ Superhabeo, *ēre*, drüber haben, drauf legen. Cels. 7, 20 *Eodem tempore superhabendum cataplasma.*

II. Composita ab *Habito:*

¶ Adhabito, *are*, neben an wohnen. Plaut. Capt. 3, 4,72 *Si adhabites propius*. Sed alii: *Si adbites.*

¶ Circumhabito, *are*, umher wohnen; unde

¶ Circumhabitator, *oris*, m. vicinus, accola, ein nachbar. Gloss. gr. lat. περιοικοι, *circumhabitatores.*

¶ Cohăbito, *are*, cum aliquo habitare, beysammen wohnen. Messala Corvin. p. 15 *Hostes Romæ cohabitare coercuit*. Id. p. 17 *Romæ cohabitandos dejiinat.*

¶ Cohabitans, *tis*. Augustin. Hieronymo epist. 12 *O si licuisset, etsi non cohabitante, saltem vicino te in Domino perfrui.*

¶ Cohabitantia, *æ*, f. die beywohnung. Adelh. de Virg. 20 *Simulare matrimonii cohabitantiam.*

¶ Cohabitātio, *ōnis*, f. idem. Augustin. epist. 137 sub fin. *Nec mihi arrogare audeo, ut domus mea melior sit, quam cohabitatio ipsius Domini Christi, in qua undecim boni perfidum & furem Iudam tolerave-runt.*

¶ Cohabitator, *ōris*, m. ein nachbar, ein hausgenoß. Cassiodor. 3, 48 *Mergi cohabitatores piscium*. Vet. Gloss. *Cohabitator*, συνοικος, ὁ ἅμα οἰκῶν. Et Augustin. serm. 1 feria II Pentecost. Spiritum S. vocat *cohabitatorem æternum*, scilicet in mentibus piorum.

¶ Inhăbito, *are*, einwohnen. *Animus in oculis inhabitat*, das gemüth wohnet und sitzet in den augen, Plin. 11, 27. Afferunt etiam ex Livii 24, 3 *Procul iis, quæ inhabitabantur*, sed suspectus vexatusque locus est, & Gronovius *habitabantur* legit, quem videas.

¶ Inhabitans, *tis*, pl. *inhabitantes*. Apul. & Vulg. Interpr. Sir. 10, 23 &c.

¶ Inhabitatio, *onis*, f. die beywohnung. Tertull. adv. Marc. 3, 24 *De opinitate terræ erit inhabitatio tua.* Vulg. Interpr. Sap. 9, 15 *Terrena inhabitatio deprimit mentem.* conf. Fulgent. ep. 4 ad Prob.

¶ Inhabitator, *ōris*, m. ein einwohner. Hieronym. adverf. Helvidium c. 1 *Sacri ventris hospitium, cujus novem mensibus inhabitator Iesus fuit.* Augustin. Retract. 1, 7 *Terræ hujus inhabitator*. Conf. Vlpian. l. 1 § ult. ff. Furti adv. naut. Et Novat. de Trinit. c. 29.

¶ Inhabĭtābĭlis, *e*, unbewohnt. Cic. N. Deor. 1,10 *Terræ maximas regiones inhabitabiles atque incultas videmus.* Mela 3,7 fin. *Indi ostia inhabitabilia.*

HABESSINI, *orum*, m. pl. genuinum nomen Æthiopum Christianorum, qui supra Ægyptum sunt, quorum regionem, rempublicam, linguam & religionem vir exactissimus, Iobus Ludolfus, illustravit, quem videas in Historia Æthiopica eruditissime peritissimeque omnia perscribentem & in Commentariis ad illam Historiam genuinis documentis singula luculentissime illustrantem.

Habitabilis, habitaculum, habitare, &c. quæro in *Habeo.*

Hac, hactenus, vide in *Hic.*

HADRIA, *æ*, m. sive *Adria*, Hadriaticus sinus, sive mare Hadriaticum, das venedische meer. Plerumque scribitur sine adspiratione: quam scripturam etiam prætulit Heinsius vid. Drakenb ad Sil. 8, 439, & ad Liv. 5, 33. nec tamen contemnenda est aut postferenda scriptura altera. Vetus inscriptio apud Manutium: L. FLAVI. L. F. SEPTIMIO APRO. OCTAVIANO C. V. PLEB. SOD. HADRIÆ QVE PROVINCIÆ CYPRI &c. Nec leve argumentum est, quod nomen imperatoris *Hadrianus* in nummis & lapidibus semper scriptum inveniatur, cujus innumera exempla laudatus Manutius produxit. Apud Plinium & Strabonem etiam *Atria* scribitur & *Atriaticum*. Colonia autem *Hadria* fuit Tuscorum, urbs inclita: a cujus nomine appellatus fuit sinus Hadriaticus, qui & *Adria* eodem dicitur vocabulo. Vid. Liv. 5, 33; & Victor Iunior in Hadriano. *Adria improbus*, propter tempestatum sævitiam, & *inquietus*, Horat. 3 od 9, 22; & od. 3,5. *Vagus* Lucan. 5, 614. *ferus* Avieno Perieg. v. 527. *ventosus* Senec. Thyeste v. 362. Eustathius ad Dionys. Perieg. v. 92 *Adriam* tradit filium Ἰόνιος, Iaonis vel Ionis fuisse, a quibus idem mare & *Ionium* & *Adriaticum* appelletur. Sic Lucanus loc. cit. *Sonat Ionio vagus Adria ponto.*

¶ Hadrianus vel Adrianus, *i*, m. imperator. In nummis certe constanter cum adspiratione: IMP. CAES. TRAIANVS HADRIANVS AVG aut brevius: HADRIANVS AVGVSTVS, qualem Vaillantius profert. Nec aliter in Sabinæ uxoris nummis, si in illis mariti mentio facta est. vide Gruterum & Manutium, qui copiosior utique est in lapidibus exscribendis, qui *Hadriani*, non *Adriani*, nomen incisum habent, quales innumeros etiam Gruterus offendit, in quibus est HADRIANO AVG. v. g. p 19 n. 6 &c. Quod etiam in coloniarum, quas deduxit, nominibus observatur. Salisburgensis Inscriptio apud Gruterum p. 265 n. 4 IMP CAES. L. SEPTIMI SEVERI PII PERTINACIS AVG. ARAB. ADIAB. PARTHICI MAXIMI COL. HADR. IVVAV. D. D. In Græcis videri potest res ambigua, quod spiritum in vetustis inscriptionibus non addunt, uti ex nummis plurimis ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ &c. apud Io. Harduinum de nummis urbium, manifestum est. Vide vitam ejus a Spartiano descriptam: brevius excerptam a Xiphilino, Victore, Eutropio. Fuit Ælii Hadriani filius, Imperator Romanus, successor Trajani, qui eum adoptaverat. Vanus & curiosus princeps, eruditus tamen: quod testantur versus, qui exstant Græci juxta ac Latini. Vide eos supra in *Animula*, ex Spartiano in Vita ejus c. 25.

¶ Hadrianus, vel Adrianus, *a, um*, adj. ut, *Amphoræ Hadrianæ*, Plin. 35, 12. *Ultimæ Hadriani maris oræ*, Cic. in Pison. c. 38. Exstat & apud Horat. 1 od. 16, 4; & Flor. 2, 5, 1.

¶ Hadrianālis, *e*, aliud adject. in Inscript. apud Fabrettum p. 254 C. PRAETORIVS C. F. STEL. PHOEBVS. VI. VIR. AVGVSTAL. SODAL. TRAIANAL. ET. HADRIANAL. IIII. VIR.

¶ Hadrianotheræ, urbs Mœsiæ ab Hadriano constituta, quod feliciter ibi venatus esset; θήρα enim venatus est. Spartian. Hadr. c. 20. v. Spanh. de usu num. diss. 11 p. 338.

¶ Hadriăcus, s. Adriacus, *a, um*, idem. Propert. 3, 20, 17 *Ergo ego nunc rudis Adriaci vehor æquoris hospes.* Avienus Perieg. v. 593 *Achelous Irruit Adriatici tergum maris.*

¶ Hadriātĭcus, f. Adriātĭcus, *a, um*, idem; ut *Adriaticum mare*, Plin. 3, 5. Et *Sinus maris Adriatici*, Suet. Tiber. c. 16.

HADRŌBŎLVM, *i*, n. ἁδρόβωλον, genus gummi, Plin. 12, 9.

HADRŌSPHAERVM, *i*, n. nardi genus, Plin. 12, 12.

HAEBŬDES, f. pl. insulæ quinque numero circa Britanniam, Solin. c. 35.

Hædile, hædinus, vide mox *Hædus*, Hædui, *Hedui.*

HAEDVS, *i*, m. eine junge ziege. Virg. ecl. 2, 30 *Hædorum grex*: & eclog. 7, 9 *Caper tibi salvus & hedi.* Scribitur per Æ, non per OE, auctore M. Varrone de L. L. 4, 19. *Quod illic* (in Sabinis) inquit, *Fedus; in Labio rure Hedus: in urbe A addito, Hædus.* Sic & Carpensis Virgilius, & Vaticanus, ut refert Manutius in Orthogr. quem videas: it. antiquissimæ membranæ Horatii, de quibus Broukhus. ad Prop. 2, 15, 14. ¶ 2. Hasdrubalem, Carthaginiensium ducem, *Hædum* populares cognomine appellabant, teste Livio 30, 42, & Appiano.

¶ Hædŭlus, *i*, m. dimin. Iuvenal. 11, 65 *De Tiburtino venies pinguissimus agro Hædulus.*

¶ Hædillus, *i*, m. diminut. aliud apud Plautum Asin. 3, 3, 77 *Dic me tuum agnellum, hædillum.*

¶ Hædile, *is*, n. stabulum hædorum, ein ziegen-stall. Laudatur Hor. 1 od. 17, 9. Sed quia correpta foret media in Alcaico metro: *Nec Martiales hædilia lupos*; ea res corruptionis suspicionem præbuit jam Lambino & Torrentio. Auratus *hedulei* volebat, ad formam *equulei*. Optime Bentlejus, probantibus Cuningamo & Savadone, *hædulæ*. Ceterum Gloss. Vet. ἐριφοσάτια, *hædilia*; it. ἐριφιώνες, *hæditia.*

¶ Hædīnus, *a, um*, von ziegen; ut, *Caro hædina*, junu ziegen-fleisch. *Pellis hædina*, Cic. pro Muræn. c. 36. *Coagulum hædinum*, Varro R. R. 2, 11.

HAEMA, *ātis*, n. gr. αἷμα, sanguis, blut. Hinc herbarum nonnulla nomina, quæ vulgo ita interpretantur: ut *Hæma areos*, bürgel. Apul. de Herb. c. 103. *Hæma athenas*, feld-cypresse, ibid. c. 26. *Hæma galeos*, hirschzunge, ibid. c. 66. *Hæma hammonos*, nepten ibid. c. 93. *Hæma heracleos*, tausendgülden kraut, ibid. c. 35. *Hæma hermu*, eisenkraut, ibid. c. 65. *Hæma ibeos* & *Hæma titanu*, feldrose, habnbutte, ibid. c. 87. *Hæma iclinos* & *Hæma podontos*, wild knoblauch, ibid. c. 70 & 113. *Hæma oru*, eppich, sellerie, ibid. c. 118. *Hæma tauru*, andorn, ibid. c. 45.

¶ Hæmichātes, *æ*, m. αἱμαχάτης, achatis gemmæ species, apud Plinium 37, 10; illa nempe, quæ, ut Solinus ait c. 5, (al. 11) *sanguineis maculis irrubescit.*

¶ Hæmanthinus, *a, um*, αἱμάνθινος, röthlich; ut, *Hæmanthinum vitrum*, rubens non translucens, Plin. 36, 26, roth glas.

¶ Hæmaticus, *a, um*, αἱματικός, sanguine refertus, voll blut. Apud Apul. de Herb. c. 77 *Hæmaticon* vocatur gramen, kraut-gras.

¶ Hæmătītes, *æ*, αἱματίτης, lapis ruboris ſanguinei. Plin. 37, 10, & Solin. c 43 fin. ein blut-ſtein. Foditur in ſilva Hercynia. *Contritus in pulverem præſenti medetur curatione ſanguinem exſpuentibus.* Matthiolus. conf. Macer 5, 33.

¶ Hæmătōpus, *ōdis*, m. αἱματόπους, avis, ſic dicta a cruenta longorum crurum rubedine, ein roth-bein; de qua Plinius 10, 47.

¶ Hæmătĭnĕmēla, n. pl. αἱματινέμηλα, blut-äpffel. Tabernæm. p. 1418.

¶ Hæmoptŏĭcus, *i*, m. αἱμοπτοϊκός, qui ſanguineum ſputum ejicit, der blut auswirfft. Theod. Priſc. de Diæta c. 12; Macer 2, 3.

¶ Hæmorrhăgia, *æ*, f. αἱμορραγία, ſanguinis profluvium, der blut-fluß, das naſen-bluten. Plin. 23, 7 fect. 67 *Folia ejus trita illita, hæmorrhagiam ſiſtunt.* De Perſicis loquitur.

¶ Hæmorrhŏis, *ĭdis*, f. αἱμορρόις, & *Hæmorrhous*, i, m. αἱμορρόος, quemadmodum ex Dioſcoride legitur, genus eſt ſerpentis, ſic dicti a ſanguinis fluxu. Ab hoc enim icti, ſanguinem ex toto emittunt corpore, & intereunt. Plin. 23, 1 *Ex uvis paſſum privatim e ſerpentibus contra hæmorrhoida potens.* Et Celſus 5, 27, 7 de ſerpentium ictu: *Si cerraſtes, aut dipſus, aut hæmorrhois percuſſit.* conf. Solin. c. 40. ¶ 2. *Hæmorrhoidas* etiam vocamus morbi genus, quo ſanguis per anum emittitur, der blut-fluß, blut-gang, güldene ader. vid. Celſum 6, 18, 9. Plinius etiam ſingulari uſus de morbo 22, 7.

¶ Hæmorrhoĭcus, *i*, m. qui hæmorrhoidibus laborat, apud Firmicum 3, 3.

¶ Hæmorrhoŭſa, *æ*, f. αἱμορροῦσα, fœmina ſanguinis profluvium habens, ein blutflüſſiges weib. Vulg. Interpr. Matth. 9, 20.

¶ Hæmoſtătĭſis, *is*, f. αἱμοστασις, conſolida, herba conſtringens profluvium ſanguinis, heilkraut. Apul. de Herb. c. 59.

Hæmimons, Hæmimontanus, vide *Hæmus.*

HAEMON, *ōnis*, m. nomen viri, qui amore periit. Ovid. in Ibin v. 561 *Nec tibi, ſi quid amas, felicius Hæmone cedat.* Propert. 2, 7, 83 *Quid? non Antigones tumulo Bœotius Hæmon Corruit ipſe ſuo ſaucius enſe latus?* v. *Antigone.* & Barth. ad Stat. Theb. 4, 88.

Hæmonia, vide *Æmonia*, Hæmonius, *Hæmus*, Hæmoptoicus, hæmorrhagia, hæmorrhois, &c. *Hæma.*

HAEMUS, *i*, m. mons Thraciæ, longis jugis a Macedonia in ſeptentrionem procurrens. Scribitur & *Æmus*, ſed rectius cum adſpiratione. Theocritus enim Idyll. 7, 76 ὑφ' Ἅιμον dixit, non ὑπ' Ἄιμον. In hoc monte Martis domicilium ſingunt Poëtæ. Claudianus in Probi & Olyb. conſ. v. 120 *Procubat horrendum Getico Gradivus in Hæmo.* ubi Heinſium videas pluribus illuſtrantem. Hinc Silio 11, 466 *Mavortius Hæmus* eſt. ¶ 2. *Hæmus* vetus rex Thraciæ ob ſuperbiam, quod Iovem ſe diceret, in cognominem montem mutatus. vid. Bur. ad Ovid. Met. 6, 87.

¶ Hæmŏnius, *a, um*, adj. Silius 10, 10 *Velocius inde Hæmonio Borea, pennaque citatior ibat*, quia Hæmus Græcis a ſeptentrione eſt. *Æmonia* Græciæ regio, ſive Theſſalia, itidem ab Æmo vel Hæmo monte nonnullis dicitur, a quo tamen longius remota eſt: aliis aliunde.

¶ Hæmimons, *tis*, m. eſt provincia Thraciæ. v. Sext. Rufus c. 9 extr. Treb. Pollio in Claud. c. 11; Vopiſc. in Aurel. c. 17. Ammianus 21, 10 vocat *celſorum montium ſummitates Hæmi.*

¶ Hæmimontus, *i*, m. itidem regio Thraciæ. vid. Ammian. 27, 4 *Hæmimontus Hadrianopolin habet.*

¶ Hæmimontanus, *a, um*, adj. ut, *Vrbs Hæmimontana*, Ammian. 14, 11. *Hæmimontanæ celſitudines*, Id. 27, 4: *anguſtiæ*, Id. 31, 8.

¶ Hæmimontani, m. pl. ſubſt. Thraces Hæmum incolentes. Sext. Rufus c. 9 *Lucullus Hæmimontanos ſubegit.* Conf. Ammian. 27, 4.

Hæreditarius, hæreditas, vide *Heres.*

HAEREO, *ſi, ſum, ēre*, inſidere, & adjunctum arcte eſſe, ſtecken, kleben, hangen. Aur. Victor. in Gallieno: *Inter hæc ipſe popinas ganeasque obiens lenonum ac vinariorum amicitias hærebat.* Quintil. 6, 1 *Hærere in complexa alicujus*, einem in armen liegen. *Hærere in oculis*, Cic. Phil. 13, 3, nicht aus dem geſicht kommen. Atque ita de comitantibus eleganter adhibetur, ut Gronovius exemplis docuit ad Senecæ epiſt. 10 princ. e. g. Plin. 7 epiſt. 27 *Obtinenti Africam comes hæſerat*, i. e. individuſus fuerat comes. *Hærere in parte aliqua apud aliquam*, Ter. Eun. 5, 9, 25, i. e. ultimum amoris meretricii locum obtinere. v. quæ dicimus in *adhærere* ex Gron. *Culpa omnis in te hæret*, Id. Hec. 2, 1, 33, die ſchuld lieget auf dir. *In omnium gentium ſermonibus ac mentibus ſemper hæſit*, Cic. Catil. 4, 10. *Hærentes maleſtiæ* eidem dicuntur, quæ nondum ſedatæ ſunt, de erat. 3, 4. *Hærere in viſceribus, in medullis*, Cicero eleganter dixit e. gr. Attic. 6, 1, &c. einem tief ins hertzen ſtecken. Lucan. 9, 573 *Haremus cuncti ſuperis, temploque tacente, Nil agimus niſi ſponte Dei, &c.* i. e. pendemus a ſuperis. ¶ 2. Sed hic *hærere* idem eſt, quod dubium eſſe, weder aus noch ein wiſſen. *Valde in ſcribendo hæreo*, ich ſtehe an. Cic. Att. 13, 39. Id. Phil. 2, 29 *Hærebat nebulo, quo ſe verteret, non habebat*, er war betreten, wuſte nicht wo aus. Suet. Domit. c. 12 *Neque eo ſecius in explicandis oneribus hæreret.* Plaut. Amph. 2, 2, 182 *Hæret hæc res: ſiquidem hic jam mulier factus eſt ex viro.* Et rurſus Trin. 4, 2, 59 *Hæret hæc res. Siquidem ego abſens ſum, quam præſens longior*, i. e. in ambiguo atque incerto eſt, es iſt ungewiß. Id. Plaut. Capt. 3, 3, 17 *Maximas nugas inceptiasque incipiſſe: hæreo*, id eſt, ἀπορῶ, incertus ſum. Sic *hærere*, beſtürtzt ſeyn, Tac. A. 6, 21, 4. Tractum a re nautica: nam navis *hærere* dicitur, quando in brevia acta & Syrtes, arenæ aggere, ut Virgilius loquitur, cingitur ſiſtiturque. Eadem translatione Suet. Aug. c. 71 *Circa libidines hæſit.* Ita de amatoribus, cum capiuntur, vid. Burm. ad illud Ovid. Am. 1, 8, 24 *Hæſit, & in vultu conſtitit usque tuo.* Quinct. 1, 1 p. 20 *Hæſit circa formas literarum*, vide & infra *adhærescere* & *obhærere.* ¶ 3. *Aqua hæret*, proverbiale eſt, apud Cic. ad Qu. Frat. 2, 7 & alibi. vide ſupra in *Aqua.*

¶ Hærens, *tis.* Horat. 1 od. 17, 27 *Hærens corona crinibus.* Id. 1 od. 32, 10 *Veneri ſemper hærens puer*, i. e Cupido. Id. 2 ſat. 3, 205 *Hærentes adverſo littore naves.* Id. 1 ſat. 3, 77 & Cic. de Aruſp. reſp. c. 26 *Vitia alicui vel in aliquo hærentia*, anklebende laſter.

¶ Hæror, *oris*, m. das ſtecken, haften. Val. Max. 9, 12 ext. 8 *Anacreontem unius grani pertinacior hæror abſumpſit.* Ita legit Barthius. al. *Humor.*

¶ Hæreſco, *ĕre*, hærere, aut cœpiſſe hærere hangen. Lucret. 2, 476 *In terris hæreſcere.* Paulin. Nolanus Carm. 10 ad Auſon. v. 267 *Fixumque hæreſcere cordi.*

¶ Hæſĭto, *avi, atum, are*, frequent. idem. Ter. Phorm. 5, 2, 15 *In eodem hæſitas luto*, du ſteckeſt ſo tief drinnen, als ich, id eſt, in eodem, quo ego, labore verſaris & periculo. *Hæſitare lingua*, ſtammeln, Cic. de Orat. 1, 25. ¶ 2 Deinde eſt dubitare, zweifeln, ungewiß ſeyn, Cic. Acad. 4, 17 *Dubitant, hæſitant, revocant ſe interdum.* Id. Acad. 4, 5 *Illi in novis rebus, quaſi modo naſcentes, hæſitaverunt*, i. e. titubaverunt.

¶ Hæſitans, *tis.* Cic. Acad. 1, 2 *Non multum hæſitans reſpondebo.* Plin. 10 epiſt. 30 *Rogo, Domine, conſilio me regas hæſitantem.* Cic. de Orat. 1, 25 *Sunt quidam lingua hæſitantes*, ſtammlende.

¶ Hæſitantia, *æ*, f. Cic. Phil. 3, 6 *Hæſitantia linguæ*, das ſtammeln.

¶ Hæſitatio, *ōnis*, f. anſtoß, ungewißheit. Cic. fam. 3, 12 *Noli ignoſcere hæſitationi meæ*, id eſt, dubitationi. Et de Orat. 2, 50 *Quæ dubitatio? quanta hæſitatio tractusque verborum?* ſtottern, beſtürtzte rede.

¶ Hæſitator, *ōris*, m. qui hæſitat. Plin. 5 epiſt. 11 *Sum & ipſe in edendo hæſitator.* Quibus gemella Sidonius habet 9 ep. 13 *Vt me ejus edendi diutius non poſſis habere hæſitatorem.*

¶ Hæſitabundus, *a, um*, hæſitans. Plin. 1 epiſt. 5 *Expalluit notabiliter. Hæſitabundus inquit, &c.*

Compoſita:

¶ Adhæreo, *ſi, ſum, ēre*, anhangen, ankleben. Cæſar B. G. 5, 46 *Tragula caſu ad turrim adhæſit.* Tertullianus ſubaudita præpoſitione, de Pallio c. 5 *Humerum adhæret.* Et Ovid. Met. 5, 38 *Fronte cuſpis adhæſit*, pro *in fronte.* Viſtatius cum tertio caſu. Eleganti tralatione Liv. 39, 25 inducit Theſſalos querentes: *procul abeſſe libertatis auctores Romanos: lateri adhærere gravem dominum*, puta, Macedoniæ regem. Vbi *lateri adhærere*, eſt admodum vicinum eſſe, auf dem halſe ſeyn. ¶ 2. *Adhærere* dicitur, cujus inter magnum numerum, quibus aliquid conſertur, ratio denique habetur, ut ſimplex *hærere* ſcilicet. v. Gron. ad Liv. 5, 4 extr.

¶ Adhærens, *tis.* Salvian. adv. Avarit. 2 p. 93 *Vidua Deo adhærens.* Claudian. in Ruffin. 1, 35 *Et luxus populator opum, quem ſemper adhærens Infelix humili greſſu comitatur egeſtas.*

¶ Adhærеſco, *ĕre*, idem, & hangen bleiben. Cic. Acad. 4, 3 *Ad eam diſciplinam, tamquam ad ſaxum, adhæreſcunt.* Id. Off. 1, 25 *Iuſtitiæ honeſtatique adhæreſcere*, über gerechtigkeit und erbarkeit halten Et continuata metaphora eleganter Idem pro Sext. c. 8 *Ne Scyllæo æris alieni in freto ad columnam adhæreſceret, in tribunatus portum perfugerat.*

¶ Adhæſio, *ōnis*, f. der zuſammenhang. Cic. de Fin. 1, 6 *Copulationes & adhæſiones inter ſe.* Grut. *Adhæſitationes.*

¶ Adhæſus, *ūs*, m. ſubſt. idem. Lucret. 5, 840 *Membrorum adhæſu.* conf. Nonius 2, 34.

¶ Adhæſe, adv. ſtammlend. Gell. 5, 9 *Non turbide, neque adhæſe locutus eſt.*

Adhæſitatio, *onis*, vide in *Adhæſio.*

¶ Cŏhæreo, *ĕre*, an einander gefügt ſeyn, zuſammen hangen. *Aptiſſime inter ſe cohærent*, Cic. in Orat. c. 44. *Verba congruunt & cohærent cum cauſſa*, Id. de Invent. 1, 14, ſchicken ſich zur ſache. *Oratio cohæret*, Cic. pro Cælio c. 7. Ter. Andr. 2, 2, 23 *Paullum obſonii, ipſus triſtis, de improviſo nuptiæ. Non cohærent*, dieſe dinge reimen ſich nicht zuſammen. Amicos, qui conjunctiſſime vivunt, *cohærere* Plin. Epiſt. 7, 7 dicit.

¶ Cohærens, *tis.* Cic. de Orat. 2, 80 *Cohærens cum omni corpore membrum.* Id. Off. 3, 3 *Hæc natura cohærentia opinione diſtraxit.* Comp. *Cohærentius & aptius*, Gell. 1, 18.

¶ Cohærenter, adv. nacheinander. Flor. 2, 17 *Dimicatum eſt, non continue & cohærenter, ſed prout cauſſæ laceſſerant.*

¶ Cohærentia, *æ*, f. ipſa forma cohærens, die fuge, der zuſammenhang. Cic. Nat. D. 2, 62 *Sidera ad mundi cohærentiam pertinent.* Gell. 6, 13 *Per mortis & vitæ cohærentiam.*

¶ Cohæſus, *a, um*, idem ac cohærens, zuſammenhangend. Gell. 15, 16 de ſemiſilla quercu: *In naturam rediit, ſtirpi denuo & cohæſa.*

¶ Cohæreſco, *ĕre*, aneinander hangen bleiben. *Atomi cohæreſcunt inter ſe*, Cic. N. Deor. 1, 20.

¶ Cohærarius, *i*, m. legitur vulgo. Cic. de Leg. 3, 4 *Si quid erit, quod extra magiſtratus cohærario uſus ſit, qui cohæret, populus creato &c.* Ita etiam libri Victorii. Sed bene Gron. ex Turnebi conjectura *coeratore qui coeret*, h. e. *curatore qui curet.*

¶ Inhæreo, *ēre*, idem quod adhærere, anhangen. *Inhærebat oculis memoria imaginis*, hoc eſt, ſemper oculis obverſabatur, Plin. 7 epiſt. 27, (al. inerrabat) es ſchwebte immer für augen. *Inhærere in mente*, Cic. Tuſc. 1, 15. *Quorum linguæ ſic inhærerent, ut loqui non poſſent*, de Div. 2, 46.

¶ Inhærens, *tis*, Cic. Tuſc. 4, 11 *Opinio inhærens & penitus inſita.* Lactant. Inſtit. 1, 1 *Multi ſuperſtitionibus vanis pertinaciter inhærentes, obdurant ſe contra manifeſtam veritatem.*

¶ Inhæſio, *onis*, f. das ankleben, apud Auguſtinum.

¶ Inhæreſco, *ĕre*, bekleben bleiben. *Si qua minima beſtiola conatur irrumpere: in ſordibus aurium tamquam in viſco, inhæreſcit*, Cic. de N. D. 2, 57. *Poëtæ leguntur, ediſcuntur, & inhæreſcunt penitus in mentibus*, Id. Tuſc. 3, 2.

¶ Obhæreo, *ēre*, ſtecken bleiben. Suet. Tib. c. 2 *Navem cum ſacris matris Deûm Idææ obhærentem Tiberino vado extraxit.* Lucret. 4, 422 *In medio nobis equus æger obhæſit Flumine.*

¶ Obhæreſco, *ĕre*, idem. Apul. lib. 6 pr. 178 *Lanoſum aurum ſtirpibus connexum obhæreſcit.*

¶ Subhæreo, *ēre*, herunter hangen, ankleben. Celſus 5, 28 *Vbi cartilago ſubhæſit.* Et Val. Max. 6, 3, 10 *In ſuſpiciune & crimine ſubhæreat neceſſe eſt.*

HÆRES, *ēdis*, c. vel Heres, (pro diversa derivatione ab *Hæreo* vel *Herus*) succeſſor in jus & bona defuncti, ein erbe, erbnehm. *Tuere hæredem*, Cic. pro Cæcin. c. 6. Et, *legitimere hæredem*, fam. 13, 61; Et, *Scribere hæredem*, Off. 3, 24, einen zum erben einſetzen. *Hæres vetus magis naſcitur, quam ſcribitur*, Publius. Pro quo & *nuncupare hæredem* Suet. Claud. c. 4 dixit. Nam *nuncupando*, ſeu *nominando* inſtituitur hæres. *Hæres ex aſſe*, qui totam hæreditatem capit: *hæres in parte*, qui partem tantum, Tac. Ann. 2, 48. vide & Ictos & Alex. ab Alex. 1, 1. Interdum partes aſſis aſſignantur, ut, *ex deunce & ſemuncia*, v. Cic. pro Cæcin. c. 6. ¶ 2. *Hæredem* pro domino, dixit Plaut. Menæch. 3, 2, 11. vide & infra in *Hæredium*.

¶ Hærēditas, *ātis*, f. ipſa ſucceſſio in jus & facultates defuncti, die erbſchaft. *Lucidenta atque magna hæreditas*, Plaut. Truc. 2, 3, 24. *Opulentiſſima*, Id. Capt. 4, 1, 8. *Bona hæreditate venient*, Cic. Invent. 2, 46, durch erbſchafft anfallen. *Hæreditatem obire*, Cic. Agrar. 1, 3, ſich der erbſchaft annehmen. Et, *Adire hæreditatem*, Id. Agrar. 2, 16. Et, *Cernere hæreditatem*, Agrar. 2, 15 extr. & fam. 9, 14 idem eſt. vid. amen in *Cerno*. *In partem hæreditatis vocari*, Cic. pro Cæcin. c. 4 extr. *Hæreditates conſequi*, Nepos 25, 21, 1. *Hæreditates procurare*, Cæl. B. Civ. 2, 18. Et Cic. Off. 1, 33 *Optima hæreditas a patribus traditur liberis, omnique patrimonio præſtantior, gloria virtutis, verumque geſtarum*. Hæreditas *ſine & cum jactis* quid ſit, exponit Boxhorn. ad Plaut. p. 216, 457, 558. nimirum hæreditas ſine ſacris eſt illa, quæ eſt absque ulla incommoda appendice. Hæreditatis autem dividundæ jus, ut major dividat, minor eligat, unde ductum, tradit Auguſtin. de C. D. 16, 20, & ibi Vives, & Coquejus p. 328. In genitivo plur. *hæreditatium* pro *hæreditatum* occurrit in Inſcript. apud Fabrett. p. 99 LIBRARIO EX NVMERO RATIONIS HÆREDITATIVM VIXIT. Simili modo PARENTIVM FRATRES, apud Gruterum p. 681, uti & *Civitatium &c.* in Lipſ. Ant. Lect. 5, 1.

¶ Hæredium, *i*, n. ein erb-gut, vorwerck. Feſtus: HÆRES apud antiquos pro DOMINO *ponebatur: inde* HÆREDIVM *prædium parvulum*. Varro de R. R. 1, 10 *Bina jugera, quod a Romulo primum diviſa dicebantur viritim & quod hæredem ſequebantur*, HÆREDIVM *appellarunt*. conf. Nonius 1, 303. C. Nepos 24, 1, 1 *Verſatus eſt in Sabinis: quod ibi hæredium habebat a patre*. vid. Beroald. in Plin. lib. 19.

¶ Hæredĭŏlum, *i*, n. diminutiv. Apul. Flor. lib. 2 *Hæredíolum ſcribe*; itemque Columella proœm. Operis, *avitum hæredíolum* dixit: & Auſonius Idyll. 3 pr. *Salve hæredíolum, majorum regna meorum*.

¶ Hæreditārius, *a, um*, quod hæreditate obvenit, erblich, angeerbet; ut, *Nomen hæreditarium*, Cic. Somn. Scip. c. 2. *Regnum hæreditarium*, Plin. 6, 22. Et, *Lites hæreditariæ*, Quintil. 3, 10, quibus quæſtio eſt de hæreditate, erbſtreit. *Morbi hæreditarii* etiam vocantur, qui parentum vitio liberis obtingunt.

¶ Hæredĭto, *are*, pro, hæredem eſſe, hæreditatem adire, erben, eccleſiaſticum eſt, Vulgati maxime Interpretis, ita Græcum κληρονομῶν vertentis. Hunc forte aut ejus æquales Salvianus imitatus eſt loco infra citando in *Exhæreditare*.

¶ Hæredipeta, *æ*, m. captator hæreditatis, ein erb-ſchleicher, der nach einem erbe ſtehet. Petronius c. 124 *Amplioris fortunæ domum quærentes incidimus in turbam hæredipetarum*. vide ibi Interpr. Adde c. 125. Eſt hic locus claſſicus comparandus cum prioribus νεκρικοῖς Luciani. vid. & ſupra *Captator*. Add. Cic. Parad. 5, & Horat. 2 epiſt. 2, 176. Talis apud Martialem Gargilianus 4 epigr. 56.

Compoſita cum præpoſitione.

¶ Cohæres, *ēdis*, c. ein miterbe. Cic. Verr. 3, 48 *Omnibus, quibus hæreditas venerit, coheredem prætorem eſſe oportere*. Et fam. 7, 2 *Confeciſſim cum coheredibus*. Horat. 2 ſat. 5, 107 *Coheredum ſenior*.

¶ Exhæres, *ēdis*, hæreditate ad ſe pertinente privatus, erblos, enterbet. *Scribere exhæredem filium*, L. 1 § 8 Dig. de Carbon. edicto, erblos machen. Cic. de Orat. 1, 38 *Quæſtum eſt, poſſe te exhæres paternorum bonorum eſſe filius, quem pater teſtamento, neque hæredem, neque exhæredem ſcripſiſſet nominatim*.

¶ Exhærēdo, *are*, hæreditate privare, enterben; ut, *Exhæredare filium*, Cic. pro Cluent. c. 48. *A neceſſariis omnibus exhæredatus eſt*, Aut. ad Herenn. 4, 23. Apul. Apol. *Teſtamentum inofficioſum, in quo obſequentiſſimum maritum exhæredavit, inimiciſſimum filium ſcripſit hæredem*. Proprie *exhæredari filii* dicuntur, mortuo patre: qui vivente adhuc patre depelluntur paternis bonis, *abdicari* dicuntur. Itaque abuſive verbo *exhæredare* uſus Nepos eſt in Themiſt. cum eum *a patre exhæredatum* ſcribit: de quo cum Valer. Max. 6, 9 exponeret, recte *abdicatum* dixit.

¶ Exhæredatio, *ōnis*, f. die enterbung. Quintil. Decl. 2 *An facilium fuerit, ut exhæredationem quoque impetraret noverca ab homine*. Et L. 20 pr. Dig. de Bonor. poſſeſſ. contra tabb. *Exhæredatio non adita hæreditate ex teſtamento, nullius eſt momenti*.

¶ Exhæredito, *are*, pro *Exhæredare*, enterben, perrarum & inuſitatum eſt. Salvian. lib. 3 contra Avarit. p. 112 *Si illi tunc ob Deum donantes omnia ſua, etiam ſeipſos exhæreditavere viventes; diſcite vos, quæſumus, bona veſtra vel ipſi hæreditare morientes*. Vbi Rittershusius annotavit, in quibusdam libris inſtitur. Tit. de Succeſſ. libert. § Sed hæc de iis &c. legi *Exhæreditati facti*.

¶ Inhærēdito, *are*, ererben. 4 Esdr. 7, 67 *Qui inhæreditabunt inſeculo*. Sed *Inhæredare* habet Salvian. adv. Avarit. 2 p. 384.

Hærĕſco, vide paullo ante *Hæreo*.

HÆRĔSIS, *is*, f. ἅιρεσις, ab *aĭρέω, eligo*, opinio, ſecta, ein ſonderlicher wahn, meinung. Cic. præfat. Paradoxorum: *Cato in ea eſt hæreſi, quæ nullum ſequitur florem orationis*. Vitruv. præf. lib. 5 *Qui Pythagoræ hæreſin fuerunt ſecuti*. ¶ 2. Nos Chriſtiani hæreſin dicimus opinionem cum pertinacia aberrantem a vera doctrina, eine ſect, ketzerey. Auguſtin. contra Creſconium 2, 3 *HÆRESIS eſt diverſa ſequentium ſecta*: SCHISMA *vero eadem ſequentium ſeparatio*. Id. initio libri de Hæreſibus ad Quod vult Deum: *Non omnis error hæreſis eſt: quamvis omnis hæreſis, quæ in vitio ponitur, niſi errore aliquo, hæreſis eſſe non poſſit*. Cum dicit: *Quæ in vitio ponitur*: ſignificat, vocabulum μέσον eſſe, ſicut & *Scelus*. Quid ſit *Hæreſis*, de ea vide & differtat. Heraldi lib. 2 Digreſſion. Digreſſ. ultima. Tertull. de vel. Virgin. c. 1. Contra naturam corripuit primam Prudentius Pſychom. v. 710; & Hamart. v. 64. Sed & produxit Pſychom. v. 725 *Hæreſes non tam novitas quam veritas revincit*.

¶ Hæretĭcus, *i*, m. αἱρετικός, ein ketzer, ſectirer. Sicut *Catholica fides hæreſi*: ita & *hæreticus Catholico* opponitur. *Hæreticus* itaque, qui male interpretata & explicata Scriptura, nova dogmata affert, & contumaciter tuetur, quod Facundus Hermianenſis addit 12, 1 *Scire debemus, quod hæreticum non faciat ignorantia, quæ doctrinæ veritatis contumax non eſt, ſed potius obſtinata defenſio falſitatis*. v. & Vincent. Lirinenſ. Monitorio 1, 34 & 35, & Salvianum l. 5 de Gub. Dei. Sidon 6 epiſt. 12 *Hæreticorum numerum minuere*. conf. 7 epiſt. 6, & Tertull. de Bapt. c. 15.

¶ Hæretĭcus, *a, um*, adjective, ketzeriſch. Arator Subdiaconus in Act. Apoſt. c. 19 *Hæretica nigredine ſplenus*.

¶ Hæretice, adverb. idem, apud Hieronymum.

¶ Hæretarcha, *æ*, m. αἱρεσιάρχης, αἱρέσεων ἀρχηγός, ein erſt ketzer. Auguſtinus epiſt. 253 *Hæreſiarcha Manichæus*. Prosper Aquitan. de Ingratis c. 9 pr. *Inter multa ſuis quæ tradidit hæreſiarchis*. Et Sidon. 7 epiſt. 6 *Hæreſiarchæ priorum temporum*.

Compoſita cum præpoſitione:

¶ Aphærēma, *ātis*, n. ἄφαιρεμα, ab ἀφαιρέω, *aufero*, proprie eſt ablatio, detractio, ein abſchnitt. ¶ 2. *Aphæresma* appellat Plinius 18, 11 *grandiſſimum alicæ genus*, graupen oder grütze; ita dictum a cortice ſive tunicis zeæ ablatis.

¶ Aphærēſis, *is*, f. ἀφαίρεσις, dictionis figura, auferens aliquid principio dictionis; ut, *Temnere* pro *Contemnere*: Virg. Æn. 6, 620 *Diſcite juſtitiam moniti & non temnere Divos*. Cic. Att. 4, 16 græce ἐξ ἀφαιρέσεως *curare provinciam*, i. e. per diminutionem.

¶ Ephæphærēſis, *is*, f. ἐπαφαίρεσις, repetita ablatio. Martial. 8 epigr. 52 de tonſore jocatus, *Fecitque longam Detonſis epaphæreſin capillis*.

¶ Diærĕſis, *is*, f. διαίρεσις, diviſio. Græce uſus eſt Tullius Attic. 6, 1 *Breve edictum eſt propter hanc meam διαίρεσιν, quod duobus generibus edicendum putavi*. ¶ 2. Et inter figuras dictionum ſolutio diphthongi: ut, *Aulai, pictai, aquai*, pro *aulæ, pictæ, aquæ*, &c. apud Virgil. *Aurai ſimplicis ignem*, Æneid. 6, 747.

¶ Exhæresĭmus, *a, um*, ἐξαιρέσιμος, i. e. *exemptilis*; ut, *Exhæreſimi dies*, Cic. Verr. 2, 52 ſic dicti, quod Græci ac Sículi ex menſe modo eximebant, modo addebant, ut annus cum ſolis & lunæ ratione congrueret.

¶ Proærĕſis, *is*, f. προαίρεσις, propoſitum animi firmum & conſtans, ein vorſatz. vid. Micræl. Lex. Phil. p. 1136.

¶ Proærĕticus, *a, um*, προαιρετικός, quod ſit a ſciente & volente, vorſetzlich.

¶ Synærĕſis, *is*, f. συναίρεσις, figura, quæ & ἐπισυναλοιφή, *epiſynalapha*, contractio nimirum duarum vocalium, quarum ſingulæ ſyllabam efficiunt, in ſyllabam unam. Virgil. Æn. 6, 802 *Ixerit acri pedem cervam licet, aut Erymanthi &c.*

Hæſitatio, hæſito &c. vide in *Hæreo*.

HAFNIA, *æ*, f. Daniæ metropolis, Copenhagen.

HĂGA CŎMĬTIS, ſ. Comitum, præcipuus Belgarum locus, ubi totius Belgii fœderati comitia, Haag, oder Grafenhagen.

HAGIOGRĂPHVS, *i*, m. ἁγιόγραφος, ſcriptor ſacer ſive biblicus, ein bibliſcher ſcribent, Hieron. 1 epiſt. 12.

¶ Hagiographa, *orum*, n. pl. ἁγιόγραφα, ſcripta ſacra, & in ſpecie tertia pars ſcripturæ ſacræ veteris teſtamenti, cum ad primam Lex, ad ſecundam Prophetæ referantur. v. Hieron. 1 epiſt. 106 & 110.

Ha ha he, vide ſupra *Ha*.

HALA, *æ*, f. plur. *Halæ*, oppida dicuntur, quæ ſale coquendo rem faciunt. Barthius Adverſ. 42, 6 p. 1875 veterem germanam vocem eſſe ait, quæ ſalinas deſignet, eamque græcam ſimul, ut ſunt innumeræ aliæ, quarum partem notarunt tum alii, tum Adr. Iunius Animadv. 5, 6. Græca autem exſtat in Gloſſario Cyrilli, quo nullum luculentius Onomaſticon habemus, ἅλαι, *Salinæ*. Vnde nec bene numero ſingularitatis, nec duplici liquida nomen eſſertur. ¶ 2. *Halæ* etiam magnæ domus amplaque atria apud Rigordum de rebus Philippi Aug. An. 1183. Adde Æn. Silvii Hiſt. Suev. 1 p. 207.

Halabarches, vide *Avabarches*.

HALAGŌRAS, quaſi ἅλς ἀγορᾶς, convicii nomen apud Plaur. Pœn. 5, 5, 34.

HĂLALCŌMĔNE, (Alalcomene,) *es*, f. urbs Bœotiæ, unde

¶ Halalcomenēis, *ĭdis*, Minerva in eo loco culta; &

¶ Halalcomenæus, *a, um*, adj. ut, *Alalcomeneæ Minervæ Agmina*, Stat. Theb. 7, 330.

HALCŸON, (Alcyon) *ōnis*, generis epicœni, ἀλκυών, avis & marina & fluviatilis, quæ incerta tamen differentia eſt. Nam Ariſtoteles ſcribit, Halcyonem avem marinam fluvios etiam ſubire, non autem diverſam fluviatilem a marina eſſe, ein eis-vogel; quod in hieme glaciali nidificet, vera enim halcyonis appellatione Germani carent. Nam Iſpida proprie avis dicitur glacialis, ein eis vogel. Halcyones marinæ raro apparent in litoribus, paullo majores paſſere, colore cæruleo, viridi & ſubpurpuroo, mixto, roſtro longo, tenui, & luteo. Nidificant in ſcopulis maris, & incubare ovis ac excludere pullos media ſolent hieme. Quo tempore mare tamquam inferviens illis incubantibus, quietum eſt & placidam per dies 14, qui *Halcyonides*, & *Halcyonei* vel *Halcyonii* dies, & *Halcedonia* ob eam rem dicuntur. Meminit Theocritus Idyll. 7, 57 Χαλκυόνες· φοροσεύντι τὰ κύμαθ', τάν τε θάλασσαν Τον τε νότον, hoc eſt: *Halcyones undas ſternunt, pelagusque Notumque*.

¶ Halcyŏne (Alcyone) *es*, f eadem avis marina. Nam eam poëtæ fingunt Neptuni filiam & Ceycis uxorem fuiſſe, quæ cum maritus naufragium fecerit, & ipſa doloris impatiens ſe ſubmerſerit, in avem ſui nominis ſit mutata. v. Ov. Met. 11 fab. 10. Virg. Georg. 1, 399 *Dilectæ Thetidi Halcyones*. conf. Georg. 3, 338. Apud Plaur. Pœn. 1, 2, 143 *Alcedo* hæc avis dicitur. Itaque huc refer, quæ ſupra de *Alcedine* annotata ſunt. *Halcyonam partus*, imago eſt Eccleſiæ, cui Deus inter mundi tempeſtates & quaſſationes, concedit tamen alicubi tranquillas ſedes &c. Sunt etiam conjugii honeſti exemplum, halcyones. Neſciunt enim adulteria, & extincta conjuge, alter

alter manet cœlebs, ac paullo post consumtus luctu moritur. Mulier etiam senem maritum gestat humeris suis aquatum, adestque ei in mortem usque. Itaque poëtæ passim hanc avem viduorum querelis admiscent. v. Brouckh. ad Prop. 1, 17, 2. Mas halcedonum *Carulus* vocatur, κήυλος. Fluviales halcyones marinis majores sunt, conspiciuntur in ripis fluminum, cæruleæ magna sunt ex parte. v. de halcyonum historia Plin. 10, 32: & 2, 46. Aristot. Hist. Anim. 5, 8. Ælian. 1, 6. Servium in Georg. 1 Virgil. Dalechamp. ad Plin. l. c. p. 468.

¶ Halcyŏnius & Halcyoneus, *a, um,* ἁλκυόνειος, pacatus, feriatus, still, geruhig; ut, *Halcyonii dies*, Colum. 11, 2, a tranquillitate maris Ariantici ita dicti, qui incipiebant § Calend. Mart. Hinc Prov. *Halcyonios agis dies*: v. Chilad. ¶ 2. *Halcyoneus*, nomen viri, Ovid. Met. 5, 135.

¶ Halcyonium, *i,* n. ἁλκυόνιον, meerschaum, medicamentum est Plinio 12, 8, & Dioscoridi plurium generum, vulgo vocant *spumam maris*, inde appellatum, quod super eo halcyones nidificent. Matthiol. *Cyprum* vocatur etiam a Ceyce; *Alcyoniam* vero vocat Celsus 5, 6 & 18; & Plin. l. c.

¶ Halcyonĭdes etiam dies illi vocantur, quibus fœtificant halcyones, & quibus mare placidum est, Plin. 10, 32, die meerstille.

¶ Halcedonia, *orum,* n. pl. sive Alcedonia, int. tempora, eodem intellectu. Pro quavis tranquillitate apud Plautum Calm. prol. v. 26.

HĂLEC, *ĕcis,* seu Alec, (hic enim sæpius scribitur, ut supra in litera A, sive in *Alec* offendimus.) Fœm. & neutrius generis est, ein herring. Cato de R.R. c. 53 *Vbi olæ comesæ erunt, halecem & acetum dato.* Mart. 11 ep. 27 *Cui portat gaudens ancilla parvopside rubra Halecem, sed quam protinus illa voret.* Horat. 2 sat. 4, 73 pro liquamine: *Ego facem primus & halec, Primus & inveni piper album, &c.* Cætera in *Alec* quære. *Halec torrefacta*, dici potest ein bückling, bückelhering.

Halecarus, *a, um,* von herringen. v. supra *Alecatus* in *Alec.*

HĂLĒSVS, *i,* m. fluvius & unus non longe ab Ætna, Plin. 5, 29; Colum. 10, 263 *Et quæ Sicelli flores legistis Halesi.* ¶ 2. *Halesus*, filius Agamemnonis. v. Virg. Æn. 10, 422, &c. Conditor Falisc orum. Ovid. Am. 3, 13, 31. v. Falisci.

¶ Halēsa, f. Alesa, *æ,* f. quæ & Alœsa, Siciliæ oppidum ad fluvium Halesum. Hinc

¶ Halesīnus, *a, um,* adj. ut, *Halesina civitas*, Cic. fam. 13, 32.

HĂLIÆTVS, vel Haliætus, *i,* m. ἁλιάετος, aquila marina est, ein fischaar. *Pullos adhuc implumes prædictos cogit adversum solem intueri, nolentes ferit, illacrymantes e nido præcipitat, ut degeneres & adulterinos; illos vero, quorum acies firma contra ficterit, educat*, Plin. 10, 3. vide & Scalig. ad Cirin Virg. & supra *Aquila*. Ovid. Met. 8, 146 *Fulvi Haliætus alis.* Nonnulli legunt: *Fulvis Haliætus in alis.*

HĂLĬARTVS, *i,* f. urbs Bœotiæ, v. Strab. l. 9; & Stat. Theb. 7, 274.

¶ Haliartius, *a, um,* adjectivum apud Liv. 42, 44 occurrit.

Halica, &c. vide supra *Alica.*

HĂLĪCACĂBVS, *i,* m. vel Halicacabum, *i,* n. ἁλικάκαβος, aut Solanum Halicacabulum, quod & Veticaria dicitur, & φυσαλὶς a φύσα, vesica. Frutex est notus, folliculos fert orbiculatos, vesiculis similes, in quibus semen continetur fulvum ac rotundum, magnitudine uvæ, gustu subamarum, vulgo vocant judēn-kirschen. v. Plin. 21, 31, & ibi Dalechamp.

HĂLĬCARNASSVS, *i,* f. ἁλικαρνασσὸς, Cariæ civitas, clara Herodoti, & Dionysii, historicorum, patria, Regia quondam fuit regum Cariæ, Metropolis postea. v. Spanh. de us. & præst. num. diss. 9 p. 626 sq.

¶ Halicarnassensis, *e,* &

¶ Halicarnasseus, *a, um,* adjectiva sunt; ut, *Scylax Halicarnasseus*, Cic. de Divinat. 2, 42.

¶ Halicarnassius, *a, um,* idem. C. Nep. 2, 1, 2 *Civis Halicarnassia.* Halicastrum, vide *Halica* in *Alica.*

HĂLĬEVTĬCON, *i,* n. plur. *Halieutica*, ἁλιευτικὰ, volumina de piscibus, ab ἁλιεύειν, piscari. Plin. 33, 2 *Mihi videntur mira & quæ Ovidius prodidit piscium ingenia, in eo volumine, quod* Halieuticon *inscribitur*, ein buch von der fischerey. Fragmentum ejus edidit Paullo ante mortem suam Conr. Gesnerus. Denique *Halieutica* græce scripsit erudito carmine Oppianus libris quinque. conf. Vopisc. in Numeriano pr.

¶ Halieuticus, *a, um,* adj. piscationi aptus, zum fisch-fang gehörig; ut, *Boletare halieuticum*, Treb. Pollio Claud. c. 17.

HĂLĪMVS, *i,* m. ἅλιμος, frutex sepimentis idoneus. v. *Alimus.*

HĂLĬPHLEOS, *i,* f. arbor glandifera, ein eichbaum. Plin. 16, 6.

HALIPLEVMON, *ōnis,* f. genus piscis marini, Plin. 32, 10.

Halitus, vide *Halo, are*, Halleluja, *Alleluja*, Hallucinor, *Hallus.*

HALLVS, *i,* m. & Hallux, *ūcis,* m. f. Allus, die grosse zehe; & *Allus pollex*, der daum, Festus. v. plura jam in *Hallucinor* dicenda.

¶ Hallucĭnor, *atus sum, ari,* strauchеln, fehlen, verstossen. Beemann. in Originib. Hallucinor *ab* Hallux, *sive* Hallus, id est, *maximus pedis digitus. Impingo, vel illido hallum*, ab ἄλλεσθαι. *vid. Glossar. Hallus ποδὸς μέγας δάκτυλος. Formatur ut a* balbus, balbucinor: *a* fermo, fermocinor. *Aliud est* alluci nor, *id est, videndo fallor, a luce aberro. Lux enim objectum visus, &c.* v. ipsum & Scaliger. ad Festum in verbo *Oblucinasse*. Sed aliis *Hallucinor, Halucinor, Allucinor* ac *Alucinor* eadem sunt. Cic. ad Q. frat. 2, 10 *Epistolæ nostræ debent interdum hallucinari.* Id. de Nat. D. 1, 26 *Quæ Epicurus oscitans hallucinatus est.* Plura de hoc verbo disputavit Gell. 16, 12; & G. I. Vossius in Etymolog. & Isaac. Vossius ad Catull. p. 90. Apul. 3 Flor. *Mimus hallucinatur.* Reliqua vide in *Gesticulor.*

¶ Hallucinatio, *ōnis,* f. error, aberratio, der irrthum, fehl, anstoss. Sen. de Vita beata c. 26 *Vestras hallucinationes fero, quemadmodum Jupiter optimus maximus poëtarum.* Arnob. 6 p. 194 *Vtrum istud serio & cum proposito faciatis gravi, an ridendo res ipsas, puerili hallucinatione ludatis.* Festo est *Alucinatio.*

¶ Hallucinator, *ōris,* m. nugarum amator, ein stocker, possenreisser. Festus. vide in *Halo* ex Festo.

HALMĂDES, *dum, pl. f.* eingemachte oliven, ab ἅλμη, *muria.*

HALMIRHĂGA, *æ,* f. nitri genus, Plin. 31, 10.

HALMYRIDIA, n. pl. plantæ in maritimis provenientes, Plin. 19, 8.

HALMŸRŌDES, *is,* ἁλμυρώδης, *salsus, salsuginosus*, salzicht. Apud Martialem 10 epigr. 83 Cidæ filius ita dictus putatur. Sed Scriverius legit *Hermerotes.*

HĂLO, *halare*, est spirare, halitum emittere, hauchen, riechen, einen dampf oder geruch von sich geben, brodemen. Ovid. Met. 7, 815 *De gelidis halabat vallibus aura.*

¶ Halans, *tis,* spirans. Virg. Georg. 2, 109 *Invitent croceis halantes floribus horti.*

¶ Hālĭtus, *ūs,* m. spiritus, ein hauch, athem. *Efflare extremum halitum*, seinen geist aufgeben, Cic. Tusc. 2, 9. *Halitus terræ*, vapor dicitur, dunst. *Noxius terræ halitus*, Quintil. 7, 3.

¶ Halātus, *ūs,* idem. Mart. Capella 1 p. 4 *Halatu pasci foverique*, vom geruch satt werden. Id. 2 p. 46 *Arabicis lætari halatibus*, h. e. odoribus, unguentis.

¶ Hālĭto, *are,* frequent. Ennius in Hectoris lustris: *Sublime iter quadrupedantes, flammam halitantes.*

¶ Hălo, *ōnis,* m. male fobrius, ein gähnender. Festus: ELVCVS *significat languidum & semisomnum*; *vel ut alii volunt,* ALLVCINATOREM, *& nugarum amatorem, sive* HALONEM, *id est, hesterno vino languentem.*

Compositа:

¶ Adhălo, *are,* anhauchen. Plin. 22, 22 sub fin. *Si serpentis caverna juxta fuerit, si patefientem prima adhalaverit.*

¶ Anhelo, *are,* vide mox infra cum derivatis.

¶ Exhălo, *are,* exspirare, ac veluti per halitus adscendere, aushauchen, über sich brodemen, über sich rauchen. Virg. Georg. 2, 217 *Nebulam famosque volucres Exhalant terræ, &c.* Ovid. Met. 13, 602 *Flamina nata Exhalant nebulas.* Cic. Phil. 2, 17 *Exhalare vinum* dixit, nüchtern werden. Id. paullo ante c. 12 *Edormi crapulam & exhala.* Sic, *Animam exhalare*, Poëtica phrasis est. v. Ovid. Met. 6, 247 &c. Sic & *Exhalare vitam*, Virg. Æn. 2, 562, sterben.

¶ Exhălatus, *a, um,* ausgedampft, verhaucht, verraucht. Ovid. Met. 11, 43 *In ventos anima exhalata recessit.*

¶ Exhalatio, *ōnis,* f. die dunst, ausdämpfung; ut, *Exhalationes terræ*, Cic. Tusc. 1, 19. *Exhalatio nebulosa*, Plin. 31, 3, ein nebel, neblichter dampf.

¶ Exhalātus, *ūs,* m. idem. Mart. Capella 2 p. 40 *Ex calore superno atque exhalatu.*

¶ Inhălo, *are,* anhauchen. Cic. in Pison. c. 6 *Cum isto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalasses.*

¶ Inhalatus, *a, um,* afflatus, angehaucht. Apul. Met. 2 p. 190 *Id genus frivolis inhalatis.*

¶ Inhalatio, *onis,* f. inspiratio, das anhauchen, apud Plinium.

¶ Inhalatus, *ūs,* m. idem. Apul. Met. 2 p. 219 *Patentis oris inhalatu cinnaneo.*

¶ Rehălo, *are,* iterum exhalare, weghauchen. Lucret. 6, 522 *Terraque cum fumans humorem tota rehalat.*

Ab *Halo* est & *Anhelo*:

¶ Anhēlo, *avi, atum, are,* est crebris quasi singultibus spirare & respirare, keichen, schnauben. Colum. 2, 3 *Ante ad præsepia boves religari non expedit, quam sudare atque anhelare desierint.* Ovid. de Remed. am. v. 394 *Principio clivi noster anhelat equus.* Cicero *scelus anhelare*, pro, ad scelus omni conatu adspirare, dixit in Catil. 2 princip. darnach trachten, darauf umachen. Et auctor ad Herenn. 4, 55 *Anhelare ex imimo pectore crudelitatem.* Phædrus 2, 5 *Ardelionum natio trepide concurrans, occupata in otio, gratis anhelans.* ubi *anhelare*, adulari & gratificari esse Allio in Lex. Crit. censet. male: nam ibi propria significatio locum habet.

¶ Anhelans, *tis.* Auct. ad Herenn. c. 33 *Anhelans ex imis pulmonibus præ cura spiritus.* Virg. Æn. 5, 254 *Acer anhelanti similis.*

¶ Anhelanter, adv. cum anhelitu: kein, festinanter, cupide, keichend, schnlich. Ammian. 16, 15 (Valef. 10) *Allium anhelanter avido flatu, ventorum tenunculo se commisisse piscantis*, Iul. Cæsarem intelligens. Ita Lindebruchius aliique legunt: Valesius ex conjectura *anhelantes.*

¶ Anhelatus, *a, um,* afflatus, exspiratus, heraus geblasen; ut, *Verba inflata & anhelata gravius*, Cic. de Orat. 3, 11, mit brausen und schnauben heraus gestossene worte, quod vitium linguæ & oris est. Silius 14, 380 *Celsaque anhelatis exsurgens ictibus almus.* Ovid. Heroid. 12, 15 *Ilicet anhelatus non præmedicatus in ignes.* De Iasone a tauris ignivomis perituro.

¶ Anhēlatio, *ōnis,* f. spirandi difficultas, das keichen. Plin. 23, 1 sect. 24 *Hoc genus vini* (picati) *utile inflationibus, tussi, anhelationibus.* Addunt vulgaria Lexica Plin. 21, 21 *Prodest anhelationi*, ubi Harduinus *anhelatoribus* legit.

¶ Anhēlator, *ōris,* m. suspirioſus, der kurtzen athem hat, engbrüstig. Plin. 22, 23 *Anhelatoribus laser cum porro ex aceto datur.* Et 23, 7 *Siccæ sici utiles anhelatoribus & suspiriosis.*

¶ Anhēlitus, *ūs,* m. ipse spiritus difficulter actus, das schnauben, keichen. Ovid. de Arte am. 1, 521 *Nec male odorati sit tristis anhelitus oris*, der athem soll nicht stincken. Et Plin. 9, 7 de balænis *anhelitum reddere ac per vices recipere*, ausblasen, und wieder einziehen. Ac Cic. de Divin. 1, 50 *Credo, etiam anhelitus quosdam fuisse serarum, quibus inflatæ mentes, oracula funderent.* Et, *Vini anhelitus*, der geruch oder uestanck vom wein aus dem halse, Idem post red. in Sen. c. 7. Et, *Anhelitus letalis*, Amm. 21, 29, das rocheln der sterbenden.

¶ Anhēlus, *a, um,* adj. anhelans, keichend, schnaubend. Virg. Georg. 2, 135 *Senibus medicantur anhelis.* Id. Georg. 1, 250 *Et me favus equis oriens afflabit anhelis.* Quod non a lassitudine & fatigatione est, sed ab animositate, conatu & nimio ardore, quasi sint nimio spiritu ardentes. v. Vlitium ad Nemesiani Cyneget. v. 255 p. 409.

¶ Subteranhelo, *are,* darunter seufzen. Stat. 1 Silv. 1, 57 *Infessaque pondere tanto Subteranhelat humus.*

HALO, *ōnis,* f. ἅλως, area, quam *coronam* Plin. 1, 29, & Seneca Quæst. N. 1, 2, (quem vide,) alii *circulum* appellant, circa lunam aut solem.

Germa-

Germani Latinum reddunt vocabulum, der hof um den monden. Apulej. de Mundo p. 64. *Halopsin* & *Catenam* vocat. ¶ 2. Litt & *Halo*, elucus, five hefterno vino languens. v. fupra in *Halo, are.*

HALOPHANTA, æ, m. (ſed hoc phanta, æ, m. homo nequam & mendax, cui barriger inter ἁλοφάντας, omnia mentiens, ab ἅλον & φαίνομαι, Nonius 2, 30, & Turneb. 11, 5. At Joſephus beatiger Caſtigat. in Feſtum, *Halophantam* malit, παρὰ τὴν ἅλην, quemadmodum etiam Sycophantam παρὰ τὴν σῦκον factum eſſe. Vox eſt, cujus, quæ mirum in modum diverſi Criticos. Andr. Alciatus Paverg. lur. 2, 4 legit *Kalophantam*, i. e. ſtulta & honeſta loquentem. Sic & Pricus in Lex. Crit. p. 161 *Calophanta*, καλοφάντης, eſt κρησιολογος, qui honeſte quidem loquitur, ſed cujus fides ab oratione diſcrepat. v. Antiqu. Rom. Roſini lib. 9 p. 330, & Collectanea Pariſiana ad ſtatui Plautinum in Curc. 4, 1, 2. *Verd pourtant un Syco phantam hanc me, is dicam, neſcio.*

HALOSAGINE, es, f. ἅλος ἄγειν, lanugo maris, meerſchaum. Plin. Halofanthus, vide *Alofanthus.*

HĂLOSIS, is, m. ἅλωσις, captio, expugnatio, die eroberung, zerſtörung. Qua voce, literatura latina, ufi ſunt Suetonius, & Tertullus. Suet. Ner. c. 38 *Quaſi offenſus deformitate veterum ædificiorum urbem incendit, &c. Hoc incendium e turre Mecenatiana proſpectat, lætusque flammæ pulchritudine, ut ajebat, haloſin Ilii decantavit.* v. Torrent. ibi. Et Petron. c. 89 *Tabula, quæ Trojæ haloſin oſtendit.*

HALTER, ēris, m. vel Haltere, is, ἅλτηρ, plumbea pila, vel maſſa, qua corpus librabant ſaltationibus certantes. Hodie tali quadam libratione per plumbum utuntur funambuli, das gewicht über waſſer, gewicht-ſtange. Martial. 14 epigr. 44 *Q i pervant ſaltu ſortes halteræ lacerti.*

Halteres, ἁλτῆρες, plural. v. Mercurial. Gymnaſt. 2, 12; & 5, 9.

Halucinor, vide ſupra *Hallus.*

HALUS, i, m. herba, quam & Cotoneam vocant, Plin. 26, 7.

Halyettes, vide *Alyettes.*

HALYNTIVM, i, n. mulſi genus in Sicilia, Plin. 14, 9.

HĂLYS, yos, halym, m. Paphlagoniæ fluvius maximus, Crœſi fato nobilis. Omnedam notum eſt: *Crœſus Halym tumultuoſus magnam pervertet opum vim*, ἡροῖσος ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει. Recitat aliquoties Suidas & alii. Sed quo *oraculo Crœſus deceptus, quum regnorum opes exſpectaret, ſuas profligavit*, quæ verba ſunt Cic. de Divinat. 2, 56. Nomen ei a ſale eſt, ut Strabo auctor eſt lib. 12. conf. Ovid. Pont. 4, 10, 48; & Lucan. 3, 272. ¶ 2. *Halys* nomen viri, Virg. Æn. 9, 765; & Stat. Theb. 2, 574.

HALYSIS, is, ἅλυσις, meteoron, quod Apul. de mundo p. 64 ita definit, *Halyſis eſt catena quadam luminis clarioris, per ſolis ambitum in ſe revertens.* Deinde ſtatim *catenam* vocat.

HĂMA, æ, f. ἅμα, ein feuer-eymer, waſſer-eymer, vas hauriendæ aquæ ad reſtinguenda incendia, ut P. Leopardus docuit Miſcell. 9, 22. Sic Plin. 10 epiſt. 42 *Alioqui nullus usquam in publico ſipho, nulla hama ad incendia compeſcenda.* Hamis hujusmodi dolabrisque inſtructus, per urbem itabat Præfectus vigilum, quorum cohortes ſeptem arcendis incendiis Auguſtus inſtituerat. Videntur tamen harpagones, ſ. inſtrumenta ad diſturbandas ædes, nec a Græcorum uſu, nec Latinorum hic excludenda, feuerhaken. v. *Hamalupus.* Vide titulum Digeſtorum *de officio Præfecti vigilum.* In antiquis libris etiam ſine aſpiratione ſcriptum *Ama* legitur. v. L. 12 § 18 Dig. de inſtructo vel inſtrum. legato. Iuvenal. 14, 304 *Diſpoſitis prædives hamis &c.* conf. Turnebi Adverſ. 2, 29 & 19, 23. it. Brod. miſc. 10, 15, & quos præterea laudat Grangæus ad Iun. l. c. inpr. Salm. ad Pollion. Claud. c. 14 p. 392 ſq.

¶ Hamula, æ, f. dimin. v. ſupra *Annula.* Colum. de horto v. 387 *Aut habilem lymphis hamulam, Bacchove lagænam.*

Hamadryades, vide *Dryades.*

¶ Hamălupus, (Amalupus,) i, m. ferreus harpax, qui ſi quid in puteum decidit, rapit & extrahit, Iſidor. 20, 15.

Hamatilis, hamator, vide *Hamus.*

HĂMAXA, æ, f. Latinis plauſtrum, ein karn, wagen, accipitur pro Septentrionibus & curru cœleſti, quem ruſtici etiam noſtri vulgo vocant, den heerwagen, v. Gell. 2, 21.

¶ Hămaxor, ari, plauſtrum trahere, plauſtro jungere, anſpannen. Plaut. Truc. 2, 2, 22 *Vt ego me rui bamaxari mavelim patalem bovem.* conf. Turnebi Adverſ. 10, 25.

¶ Hamaxagoga, æ, m. qui veh'culis aliquid exportat, ein kärner, fuhrmann; ut, *Hamaxagoga bonorum*, Plaut. Truc. 2, 7, 1.

¶ Hamaxobii, orum, & Hamaxobitæ, arum, m. pl. ἁμαξόβιται, populi Sarmatiæ, in plauſtris habitantes, ab ἅμαξα, *currus.* Ptolemæus *Hamaxobios*, ἁμαξοβίους vocat, & Plin. 4, 12. Populi erant ſeptemtrionales ſupra Pontum & mare Caſpium. Proverbii vice Tertull. adv. Marc. 1, 1 dixit *Hamaxobio inſubtilior.*

¶ Hamaxiæa, n. pl. ἁμαξιαῖα, plauſtralia, ut λίθοι ἁμαξιαῖοι, apud Dionyſ. Halicarn. lib. 3 p. 200. Deiſn proverbiali voce dicuntur ampla & magnifica, ut ἁμαξιαῖα ῥήματα, quæ Horatius *ſeſquipedalia verba* dixit. v. Chiliad.

¶ Hamaxŏpus, ŏdis, f. plur. *Hamaxopodes*, ἁμαξόποδες, arbuſculæ, in quibus verſantur rotarum axes, die radſchienen an wagen-rädern. Vitruv. 10, 20. Græca vox denotat *currus pedem.*

Hamilcar, vide ſupra *Amilcar.*

HAMMĪTES, æ, f. ἁμμίτης, gemma ſic dicta Plin. 37, 10.

HAMMOCHRȳSVS, i, m. ἁμμόχρυσος, gemma velut auro arenis mixto, Plin. 37, 5, & Solin. c. 50.

Hammon, Hammonius, &c. vide ſupra *Ammon.*

HAMMONIS CORNV, inter ſacratiſſimas Æthiopiæ gemmas, Plin. 37, 10.

HĂMVS, i, m. ein fiſch-anuel. *Mens hic eſt, hamum vorat*, er beiſſet an, nun iſt er meine. Plaut. Curc. a. 3, 61. Et Ovid. Ponto 2, 7, 9 *Quo ſemel eſt leſus fallaci piſcis ab hamo, Omnibus unca cibis æra ſubeſſe putat.* Et de Arte Aman. 3, 425 *Caſus ubique valet; ſemper tibi pendeat hamus, &c. Miſſile jaculum* appellat Vetus Inſcriptio Hiſpanica: QVI PISCES IACVLO CAPIEBAT MISSILE DEXTRA. MISSILE, ſextus caſus eſt. *Aureo piſcari hamo*, proverbiale, quod inter facete dicta Octavii Cæſaris a Suetonio commemoratur, in Vita c. 25 extr. & Aur. Vict. Epit. c. 1, id eſt, maxima cum iactura commodum mediocre & inerementum affectare. ¶ 2 Virg. Æn. 3, 427 *Hamos* dixit, catenulas in lorica, die gelenche oder ringe am panzer. Dicit enim *Loricæ conſertas hamis*, *auroque trilicem.* ¶ 3. *Hamus* etiam dicitur inſtrumentum, quo pectitur linum, eine hechel, apud Plin. 29, 1 *Ipſa ſtupa*, inquit, *pectitur ferreis hamis.* ¶ 4. De unguibus accipitris Ovid. Metam. 11, 342 *Quæque adunca dedit, curvos dedit unguibus hamos.*

¶ Hāmulus, i, m. diminutiv. Celſus 7, 7, 7 *Hamulo ſummum foraminis excipiendum.* Et Plaut. Stich. 2, 1, 17 *Feri hamulum piſcarium.*

¶ Hāmo, are, angeln, häckeln. Petron. c 5 tralate: *Artis ſuæ quisquis hamat effectus.*

¶ Hāmātus, a, um, hamo inſtructus, häckicht: ut, *Arundo hamata*, eine angel-ſtange, Ovid. Met 5, 334 Idem de aquilæ unguibus, ibid 12, 565 *Hamatisque viri laniavit ungula crura.* Elegantet Plin. 9 epiſt. 30 *Viſcata hamataque munera* dixit pro inſidiolis, quibus captantur & circumveniuntur homines, ut viſco aves, hamo piſces. v. eumdem & Panegyr. c. 43; & Senecam epiſt. 87. *Munera in hamo mittere*, Martialis dicit 6 epigr. 63. v. eumdem & 4 epigr. 56, ubi totam ſimilitudinem explicat. *Hamatas tegulas* apud Vitruv. 7, 4, 2 explicat Baldus in Lex. Vitruv. p. 54.

¶ Hāmātilis, ne, angeln oder haken hat: ut, *Piſcatus hamatilis*, ein fiſchen mit angeln. Plaut. Rud. 2, 1, 10. *Hamatile ſpiculum*, Tertullian. principio contra Gnoſtic.

¶ Hāmātor, ōris, m. qui hamo piſces capit, in Iſidori Gloſſ.

¶ Hamiōta, æ, m. apud Plautum Rud. 2, 2, 5, & Varronem, citante Nonio 1, 97, vocabulum vetus pro piſcatore, qui hamo utitur, der mit der angel fiſchet.

¶ Hamotrahones, um, m. pl. alii piſcatores, alii qui unco cadavera trahunt Feſtus.

¶ Adhāmo, are, an ſich ziehen. Ita *adhamare honores*, Cicero dixit pro captare, ut citat Nonius 2, 5, & aſſerit Scaliger in Catalect. itemque Rutgerſius Var. Lect. 3, 3. Sed Merceri Nonius habet *adamaverunt*, non *adhamaverunt.* Adde eidem notata p. 113 edit. Pariſ. It. quæ ex Gebhardi crepundiis notantur ad Quinct. 2, 5 p. 153 Burm.

¶ Inhāmo, are, hamo involvere, anhäckeln. Tralate Sidon. 9, 9 *Vncatis Syllogismis volubilem tergiverſantium linguam inhamare.*

Hamula, vide *Hama*, Hamulus, *Hamus.*

HANNĪBAL, & Annibal, (utrumque enim reperitur, v. Drakenb. ad Sil. 1, 39) *alis*, m. Dux Carthaginienſium notus ex Romanorum hiſtoriis. Silius 4 Silv. carm. 6, 77 *Semper atrox dextra, perque cuſpe ſuperbus Hannibal &c.* Gellius 4, 1 penultimam in genitivo longam pronunciat, cui favet origo ex oriente repetenda: Iuvenalis corripit 6, 169. Fuit autem Amilcaris filius: de cujus ingenio Livius 21, 4. De excellentia ejus & auctoritate lege eumdem 28, 12. Militarem peritiam & artem in eo miratus Scipio eſt, apud Florum 2, 6 extr. cui tamen ipſe Hannibal ſecundas a Pyrrho partes, ſibi demum tertias dabat, ut Plutarchus in Pyrrho p. 387 auctor eſt. Lucianus quoque in Mortuorum Dialogis *Alexandrum, Hannibalem & Scipionem* de primo loco inter Duces contendentes introducit. Sed ibi primum locum Minos Alexandro, alterum Scipioni, tertium demum Hannibali tribuit. C. Nepos de eo ita ſcribit ejus vita pr. *Si verum eſt, quod nemo dubitat, ut populus Romanus omnes gentes virtute ſuperarit; non eſt inficiandum, Hannibalem tanto præſtitiſſe ceteros Imperatores, quanto populus Romanus antecedat fortitudine cunctas nationes, &c.* ¶ 2. Alius *Hannibal* Gitconis filius fuit, quem nonnulli Asdrubale natum & *Seniorem* appellatum tradunt. Falſo, ut Caſaubon. docuit ad lib. 1. Polybii p. 186.

HANNO, ōnis, m. Ἄννων, Carthaginienſis fuit, Philippi Macedonis temporibus, privatis opibus potens, regni affectator, fed rationibus ſuis & inſidiis fruſtratus, crudeliſſimo a Carthaginienſibus ſupplicio cum ſuis affectus eſt, auctore Trogo. Extat ejus *Periplus*, ſive navigatio, qua circumvectus eſt Africam ultra columnas Herculis, quem commentarium in templo Saturni conſecravit: de quo non præclare ſentit Gerh. Joh. Voſſius 4 de Hiſt. Græcis p. 513 & 514, itemque in inſt. Orat. 4 p. 239. Filius autem Iſaacus Voſſius veriſſimam hanc commemorationem putat ejusque explicationem polliceturad Melam 3, 9 p. 301. v. H. Dodwelli diſſertat. de ætate Peripli Hannonis, ubi eum, qui hodie exſtat, ſub Hannonis nomine a Græco aliquo, Carthaginienſium ſtudioſo, confictum, & loca plane commentitia in eo memorari, oſtendit. ¶ 2. *Hannonis* alterius meminit Livius in 1 & ult. Belli Pun. libro: *Hanno factionis Barchinæ cum prima conſuleret Carthaginienſibus de pace, nequaquam exauditus eſt.*

HĂNVLA, n. pl. *parva delubra quaſi fanula*, Feſt. capellen. Hapalare, Hapalus, vide *Apala.*

HĂPHE, es, f. ἁφή, proprie tactus, contrectatio, die berührung; item, inſperſio pulveris, quæ adhibebatur luctatoribus, ceromate illitis, die beſtreuung mit ſtaub. *Flavefcit haphe*, Martial. dixit 7 epigr. 66. Et Seneca ep. 57 metaphorice: *A ceromate nos haphe excepit.* v. Mercurial. de Arte Gymn. 1, 8. ¶ 2. Pollux, *Haphen* etiam primam dici putat inſecturam. Scribitur etiam *Aphe.*

HAPPALOPSIS, idis, f. genus aromatis peculiariter fictum, Plaut. Pſeud 3, 2, 47.

HAPSVS, i, m. ein arff, hauß-voll: ut, *Hapſus lanæ*, tantum ſcilicet, quantum manu capi poteſt, Celſ. 4, 9.

HĂRA, æ, f. porcile, ein ſchweine-ſtall ſau-koben. *Hara immunda, humilis*, epitheta Ovid. Heroid. 1, 104: & Amor. 3, 734. Cic. in Piſon. c. 15 pr. *Domum ſuam exhare prædicat, non aram libidi.* Plaut. Aſin. 2, 4, 24 *Herus in hara, haud ædibus habitat.* De *hara* amplius Varro de R. R. 2, 4. Idem anſerum etiam ſtabulum, *haram* dixit 2, 10, ein gänſe ſtall. ¶ 2. *Hara fœtida*, de foetido & impuro homine Plaut. Moſt. 1, 1, 39. conf. Nonius 2, 398.

Harena, vide *Arena.*

HARIOLVS, (Ariolus,) i, m. vates, ein wahrſager, dictus quaſi *fariolus* a *fando*; vel ab *arit*, ut Iſidorus vult, Orig. 8, 9, quod Deſ. Heraldus probat ad Tertull. Apolog. c. 23, cum Afer ſcribit: *Producatur aliquis ex iis, qui de Deo pati exiſtimantur, qui aris inhalan-*

tes numen de nidore concipiunt. Ter. Phorm. 4, 4, 27 *Interdixit hariolus.* Vbi Donatus notat, *Hariolos ab halando dictos, cum halitu fulcant mortalem animam velut excludere seu exhalare, ut divinam recipiant.* Cic. de Divin. 1, 2 *Hariolorum & vatum furibundæ prædictiones.* Phædrus 3 fab. 4 *Usu peritus, hariolo velocior.*

¶ Hariole, *e*, f. eine wahrſagerin. Plaut. Mil. 3, 1, 98 *Da, quod dom hariole atque haruſpicæ.* conf. Id. Rud. 4, 4, 95.

¶ Hariolor, *aris ſum, ari*, quod & Ariolari ſcribitur, eſt divinare, errathen, wahrſagen. Cic. Att. 8, 11 p. 785 *παραθεσπίζω igitur, non ariolans, ut illa cui nemo credidit,* (Caſſandra) *ſed conjectura proſpiciens.* Ter. Phorm. 3, 2, 7 *Non mihi credis? D. hariolare,* du magſt rathen. Id. Adelph. 2, 1, 48 *Sed ego hoc hariolor,* v. Turnebi Adverſ. 24, 12.

¶ Hariolatio, *onis*, f. die wahrſagung; ut, *Superſtitioſæ hariolationes,* Cic. de Divin. 1, 31.

HARMALA, ſive Armala, *æ*, f. ruta hortenſis, hermel-raute. Apul. de Herb c. 59.

Harmamaxa, vide ſupra *Armamaxa,* Harminius, *Arminius.*

HARMODIUS, *i*, m. civis Athenienſis, qui cum Ariſtogitone, de quo ſ. l. patriam Piſiſtratidarum tyrannide liberavit; Thucyd. lib. 6. His id honoris datum eſt, ut nemo unquam ipſorum nomine appellaretur. In eorundem honorem & carmen canebatur in compitis, cujus initium: *φίλτατε Κρότων, ἔτι που τεθνηκας: Cariſſime Harmodi, haudquaquam mortuus es.* Hinc proverbium, *Harmodii canilena,* Κρότωνος μέλος, de lugubribus ac triſtibus apud Suidam & Diogenianum. v. tamen Voſſium 1 Inſt. Orat. p. 61. Ex inſtituto autem de Harmodio & Ariſtogitone egit Meurſ. de Piſiſtr. c. 13.

HARMÔGE. (vulgo *Armoge,*) es, f. ἁρμογή, *junctura, commiſſura colorum & tranſitus* dicta Plinio 35, 5, weun die farben wohl in einander verfloſſen.

HARMONIA, *æ*, f. (vel Hermione, ſed illud verius) Cadmi uxor, cui Vulcanus pulchrum, ſed exitiale monile dedit, eo quod ex Veneris cum Marte adulterio fuiſſet progniata. Vna cum viro demum in anguem mutata fingitur. v. Ovid. Met. 4 fab. 12, 563 ſeqq. Id. A. A 3, 86, ubi *Harmoniam* non *Hermionen* ſcribendam docet Burm. vid. etiam ad Met. 3, 133. Hygin. fab. 6. Diod. Sicul. lib. 5 itemque Euripid. Phœniſſ. pr. ¶ 2. *Harmonia,* ἁρμονία, concentus eſt, eine liebliche zuſammenſtimmung. Cic. Tuſc. 1, 10, & Lactantius de Opificio Dei c. 16 *Incentionem* vertit: *Concinentiam,* Vetus Auctor fragmenti, quod cum Cenſorino editur c. 11, & Quintil. 1, 10 *Diſſimilium concordiam* vocat. Id. Cic. Tuſc. 1, 18 *Harmoniam autem ex intervallis ſonorum noſſe poſſumus: quorum varia compoſitio etiam harmonias effecit plures.* Et Apul. de Mundo: *In choris, cum dux carminis hymno præcinit, concinentium vulgus virorum & fœminarum mixtis gravibus & acutis clamoribus unam harmoniam reſonant.* Vitruvio 5, 4 eſt *harmoniæ modulatio ab arte concepta &c.*

¶ Harmônice, es, f. ἁρμονική, idem quod *Harmonia* n. 2. Vitruv. 5, 4.

¶ Harmônicus, *a, um*, quod harmoniam habet, aut ad eam pertinet, zuſammenſtimmend; ut, *Harmonica ratio,* Plin. 2, 109. Varro de L. L. 9, 3 p. 179, 12. *Equis alii vocantur harmonicæ.* Feſt.

¶ Enharmonios, gr. ὁ καὶ ἡ ἐναρμόνιος, *os*, concinnus, einſtimmig; ut, *Enarmonion modulandi genus,* Mart. Capell. 9 p. 315.

¶ Enharmonicus, *a, um*, eodem ſenſu eſt apud Macrob. Som. Scip. 2, 4.

HARPA, *æ*, & Harpe, *es*, f. ἅρπη, avis rapax, ex vulturum genere. ¶ 2. Significat & falcem & enſem falcatum *harpe,* eine ſenſe, ein ſchwert. Ovid. Met 5, 69 de Perſeo *Vertit in hunc harpem malefactam cæde Medusæ.* conf. Lucanus 9, 662 & 676. it. Drakenb. ad Sil. 3, 278.

HARPAGIÔN, *ii*, n. ἁρπαγίων, genus ſulphuris, Plin. 35, 15.

HARPÂGO, *onis*, m. ferrum adunctum, quo ex puteo trahitur, ſi quid inciderit, ἅρπαξ, ein haken. L. 12 § 21 D. de Inſtrum. leg. ¶ 2. Cæſari inſtrumentum ita dicitur, quo munitiones diſjiciuntur, de B. Gall. 7, 81. ¶ 3. Significat & illud inſtrumentum, quo in navalibus prœliis utebantur ad corripiendas naves, ein ſchiff-haken. Id deſcribit Appianus de B. Civ. 5 p. 739. Sed male ejus inventionem Agrippæ tribuit. Nam Plinius Pericli aſcribit 7, 56 extr. Tyriis quoque, cum ab Alexandro M. obſiderentur, in uſu fuiſſe, ex Curtio conſtat 4, 2 & 3 extr.

¶ Harpaga, *æ*, f. ἁρπαγή, idem. Nonius 18, 29 *Falces & harpagæ armorum genera murorum oppugnationi apta,* ſturm-haken. v. ibid. locus Siſennæ.

¶ Harpâginêculus, *i*, m. dimin. parvus harpago. Vitruv. 7, 5 *Harpaginiculi ſtriati.* conf. Baldi Lex. Vitr. p. 55. v. Voſſ. Catull. p. 198.

¶ Harpâgo, *are*, verbo pro rapere, raufen. Plautus uſus eſt Aulul. 2, 2, 24 *Aurum mihi intus harpagatum eſt.*

HARPÂGUS, *i*, m. amicus Aſtyagis, cui rex infeſtus propter Cyrum nepotem ſervatum, filium interfectum epulandum tradidit, quique amicus Cyri factus crudelitatem illius defectione ultus eſt. v. Herodot. lib. 1 & 2; Iuſtin. 1, 5 & 6.

HARPALŸCE, es, f. Amazonum regina, de qua Virg. Æn. 1, 317 *Vel qualis equos Threïſſa fatigat Harpalice, volucremque fuga præverſitur Hebrum.*

HARPÂLUS, *i*, m. inter Alexandri purpuratos fidiſſimus habitus, cui gaza Babylonica committeretur, deſperans regis ex India reditum in flagitia lapſus eſt deſperataque redeuntis venia, raptis quinque talentorum millibus, profugit Athenas, & hinc Tænarum, ubi a Thimbrone amico clam trucidatus eſt. v. Diod. Sic. lib. 17; & ex eo Freinſh. Suppl. Curt. 10, 1. ¶ 2. *Harpalos,* inter canes Actæonis apud Ovid. Met. 3, 222.

HARPASTUM, *i*, n. ἅρπαστον, pila, ein ball, ballon, dictum ab ἁρπάζειν, quod projectum multi ſimul conentur arripere. Martial. 7 ep. 19 *Sive harpaſta manu pulverulenta rapis.*

HARPAX, *păgis*, m. raptor, ein rauber. Plinius 37, 2 ſ. 11 docet adhiberi hoc nomen de electro ſive lucerna: *In Syria fœminas verticillo inde ſuere: & vocare harpaga, quia folia & paleas, veſtiumque fimbrias rapiat.*

Harpe, vide paullo ante *Harpa.*

HARPOCRÂTES, *is*, m. Deus ſilentii apud Ægyptios, (unde & *Sigalion* a σιγή, *ſilentium* appellatus;) qui ſingebatur ſedentis pueri ſpecie, digitum labro imprimentis, quaſi ſilentium imperaret, Plutarchus de Iſide & Oſiride. Videtur idem qui *Oras* habitus: eum ita natum tradiderunt, ut digitum labro imprimeret, de quo & Damaſcius apud Photium meminit in vita Iſidori. Talis Romæ Angerona Dea colebatur, de qua Plin. 3, 5. Vetus poëta apud Varronem de L. L. 4, 10 *Sanctus Serapis, Iſis, & Harpocrate: digito, qui ſignificat ST.* vide & Auguſt. de Civ. Dei 18, 5. Adi etiam Sponium in Miſcellan. ſect. 1 artic. 5 p. 16, & Cuperum in Harpocrate: nec non lac. Gronovium ad Stephanum Byzant. Berkelii in notis & var. lect. p. 10 B.

HARPYIÆ, *arum*, f. pl. Ἅρπυιαι, monſtra rapacia & obſcena. Apul. lib. 10 de A. A. *Nec utique cellulam ſuam tam immanes involare mures vel muſcæ, ut olim Harpyiæ fuere, quæ diripiebant Phineias dapes.* Servius in ſubleq. illud Virgilii, Harpyas tres numerari ait, *Aello, Ocypeten & Celæno.* Virg. Æn. 3, 216 ſeqq. *Triſtius haud illis monſtrum, nec ſævior ulla Peſtis, &c. Virginei volucrum vultus, fœdiſſima ventris Proluvies, uncæque manus, & pallida ſemper Ora fame.* De *harpyiis* in nummis Spanh. diſſ. 5 p. 269. ¶ 2. Tralate Sidonius 5 epiſt. 7 *In foro Scythe, in cubiculo viperæ, in convivio ſuave, in exactionibus harpyiæ.* Rutil. itin. 1, 629 *Circumſiſtentes reppulit Harpyias* Pentam.

HARŬGA, *æ*, f. hoſtia, auctore Donato, ab hara dicta, cui includebatur. Apud Feſtum eſt *Harviga,* hoſtia, cujus exta adhærentia inſpiciebantur. vid. *Arviga* ſupra.

Harundo, vide ſupra *Arundo.*

HARUSPEX, *ſpicis*, m. ſcribitur & *Aruſpex*; Aruſpices augures erant Hetruſci, wahrſager, zeichendeuter. Cic. Phil. 3, 8 *Cum aruſpices ex tota Hetruria convenſſent, totius urbis ac imperii occaſum appropinquare dixerunt.* Vet. Gloſſ. *Aruſpex,* βωμοσκόπος. Ergo ab *ara* dicitur, quam adſpiciat. Sed rectius Donatus ad Terent. Phorm. 4, 4, 28, ab *Haruga* appellatum cenſet, quæ ab *hara* dicta hoſtia, uti paullo ante dictum eſt, quam Velius Longus *Arigam* vocat, & inde *Ariſpicem,* non *Aruſpicem* maluit dici. Heſychius, ut Rutgerſius Var. Lect. 3, 9 emendat, Ἀρίσπικα· ἀρχαί· ἀρχιερεῖς. *Aruſpex* igitur erit, qui exta victimarum inſpiciens de futuris prædicit. vide Plaut. Amph. 5, 2, 2; & Pœn. 2, 1, 16 & 17.

¶ Haruſpica, *æ*, f. uſus eſt Plaut. Mil. 3, 1, 58.

¶ Haruſpicînus, *a, um*; ut, *Haruſpicini libri,* Cic. de Divinat. 1, 33. Hinc

¶ Haruſpicîna, f. divinatio, diſciplina aruſpicum, die wahrſagerkunſt, zeichendeuterey. *Haruſpicinam facere,* Cic. fam. 6, 19; & Lactant. 2, 16 pr.

¶ Haruſpicium, *i*, n. idem. Catull. epigr. 91, 2 *Diſcat Perſicum haruſpicium.* Cenſorinus de Die natali c. 17 *Portenta Etruſci, pro haruſpicii diſciplinæque ſuæ peritia, diligenter obſervata in libros retulerunt.*

Hasdrubal, vide ſupra *Asdrubal.*

HASTA, *æ*, f. λόγχη, ein ſpieß. *Eminus haſta, cominus gladio uti,* Cic. de Senect. c. 6. Et, *Haſtis argenteis pugnare,* eſt negotium, quod vi aut alio modo agi nequeat, pecunia & largitionibus conficere, Germani, mit einer ſilbernen hauptſe ſchieſſen. *Haſtam abjicere,* eſt cauſſe diffidere, ac de victoria deſperare, gewonnen geben. Cic. pro Marcen. c. 21 *Videsne tu illam triſtem, domiſtamque jacet, difficit, ab eſt haſtam.* *Haſtam protendere,* (vor ſich) ſtrecken, *haſtam colligere,* (zurück oder an ſich) ziehen, apud Tac. Ann. 2, 21. *Haſta pura,* quæ ſine ferro, qualibus donari milites ob fortitudinem ſolebant. Virg. Æn. 6, 760 *Ille (videsne) pura juvenis qui nititur haſta.* Vbi Servium vide & Donatum. Vterque ſine ferro fuiſſe tradit: alter etiam rationem addit, *quod ſit ſignum pacis, & non belli.* Scilicet poſt victoriam parram donabatur. Suet. Claud. c. 28 *Libertorum præcipue ſuſpexit Pojidon. Spudonem, quem etiam Britannico triumpho inter militares viros haſta pura donavit.* conf. Dalechamp. ad Plin. 7, 28 p. 312; & Lambecium Bibliothecæ Tom. 3 p. 378. De *haſta* pro Deo culta vid. viri docti ad Iuſtin. 43, 3, 3. Similia obſervamus in *Aciaces* ¶ 2. Diis quoque haſtæ tribui ſolebant, ut Iunoni, Marti, aliisque. v. viros doctos ad Obſeqv. c. 65. ¶ 3. *Haſtæ* & bellî indicium præbuit. Nam mittebatur haſta in ejus fines, quem bello peretabant. Ovid. Faſt. 6, 207, & Macrobius. vide & ſupra *Clarigatio* in Clarus. ¶ 4. Latini poetæ nonnunquam *haſtis* pro ipſis militibus utuntur. Claud. in Ruf. 2, 165 *Fraternas ex equo dividat haſtas.* v. Mile. Obſ. Vol. 4 p. 77. ¶ 5. Significat & venditionem *Haſtæ,* ex eo ritu, quod in publicationibus & venditionibus bonorum haſta ponebatur. Cic. Off. 2, 8 *Haſtam in foro ponere, & bona civium voci ſubjicere præconis.* Etiam Germani ſubhaſtiren. *Haſtæ ea, quæ publice venumdabant, ſubjiciebant veteres,* Feſtus. v. Scalig. ad Manil. p. 429. Alex. ab Alex 2, 13; & 7, 16. vide *Auctio.* ¶ 6. De locationibus etiam Cenſorum adhibetur: unde *haſtæ adſueti* Liv. 24, 18, qui conducere opera publica ſolerent. add. Cæl. Rhod. 21, 17. Sibr. Tetardus Siccama de centumviralî judicio T. II. theſ. Græv. p. 1853 agit de *haſta locationis ſ. cenſoria,* it. de *prætoria,* de qua n. 3. ac *ſalutis,* ad quam in ſumma annonæ caritate frumentum publice venderetur. Denique de *Centumvirali.* Nimirum ¶ 7. Erat etiam *Haſta* ſignum centumviralis & decemviralis judiciorum, v. L. 2 Dig. de Orig. jur. § 29. Martial. 7 ep. 63 *Centum gravis haſta virorum.* Et Lucanus ad Piſonem v. 41 *Seu trepidos ad jura decem vocat haſta virorum, Et firmare jubet centeno judice cauſſas.* ¶ 8. Eleganti metaphora *Haſtæ* dicuntur argumenta, quibus Oratores pugnant in adverſarios. Cic. de Orat. 1, 57 *Non eſt difficile oratori ejus partis, quamcunque defendit, auctorem aliquem (Iuriſperitum) invenire: a quo cum amentatas haſtas acceperit, ipſe eas oratoriis lacertis viribusque torquebit.* Id de Claris Orat. c. 78 *Vbi haſtæ velitibus amentatæ, ſic apta quædam & parata ſingulis cauſſarum generibus argumenta tradentur.* Id. Topicis c. 17 *Iuridas actiones a juriſperitis miniſtrari, ſimiliter dixit.* ¶ 9. *Haſta* pro membro virili in Priapejis: *Vetatur veris uſibus haſta vudic.*

¶ Haſtâla, *æ*, f. dimin. ¶ 2. *Haſtula regia,* ἀσφόδελος, planta, goldwurtz. vide *Aſphodelus.* Seneca Quæſt. Nat. 2, 31 *Omnium percuſſurum arborum contra fulmina haſtæ ſe ſurgunt.* Plin. 21, 17 *Vocans aſphodelum haſtulam regiam.* Add. Iſidor. 17, 6 ſub fin. & Apul. de Herb. c. 32 & 52.

¶ Haſtâ-

¶ Hastārius, *a, um*, mit einem spieß; ut, *Milites hastati*, qui hastis pugnant, piquenirer so lange spieße führen. v. Varr. de L.L. 4, 16. *Acies hastata*, Tac. Ann. 2, 14, 4. Cæterum hoc nomine appellabantur & milites ipsi, qui hastis pugnabant; & *ordines* etiam *hastatorum*. v. Veget. 3, 14; & Varr. L.L. 4, 163. Liv. 30, 8 & ibi Sigonium & infra in *Principes*. Allio in Lex. Critico, hanc vocem nunquam a Latinis pro centuria hastatorum usurpari, putat, & locum Cic. de Div. 36, ubi signifer fuerit primi hastati, qui duas centurias ducebat. Primum enim hastatum habuisse signiferum suum, secundum suum, tertium suum.

¶ Hasticus, *a, um*, idem. Suet. Calig. c. 20 *Edidit & hasticos ludos*, rennspiele. Hodie *Hastiludia* vocant. Ita autem Sylburgius & alii, quamquam & invenias *Astycos*.

¶ Hastile, *is*, n. der spieß-schafft, spieß-stange, est lignum teres & oblongum. Nepos 15, 9; *Ferrum, quod ex hastili in corpore remanserat*. Virg. Æn. 5, 557 *Præfixa hastilia ferro*. ¶ 2. Hasta, jaculum, telum, ein wurffspieß. Juvenal. 7, 127 *Curvatum hastile*. Seneca Hippol. 2, 395 *Hastile vibret dextra Thessalicum manus*. Virgil. Æn. 11, 561 *Addatlo contortum hastile lacerto immittit*. v. plura loca ap. Menck. Observ. L.L.

¶ Hastārius, *i*, m. idem quod *hastatus miles*, ein piquenirer. Ammian. 27, 2 *Cum paucis captus ab hastariis*. Sed Valesius reponit *Ascariis*. Sic apud Veget. L. 2 c. 2, ubi vulgo legitur: *principes hastarios, triarios*, Codices manu exarati constanter exhibent, *principes, hastatos, triarios*, ita ut barbara vox *hastarius* ad librarios, a quibus profecta est, amandanda videatur.

¶ Hastarium, *i*, n. vel Hastarius liber, tabulæ, quibus res sub hasta ponendæ scribuntur. Tertull. Apolog. c. 13 *Quos in hastario vectigales habetis*. Adde ibi Rigalt.

¶ Hastifer, *i*, m. idem quod *hastatus*, ein spieß-träger. Sidon.

¶ Hastiludium, *i*, n. decursus equitum vel peditum cum hastis, ein spieß-gefechte, lantzen-brechen.

¶ Subhasto, *are*, publice vendere, sub hasta ponere, subhastiren, außruffen zum verkauff. Solinus de Thracia c. 10 *Nupturæ non parentum arbitrio transeunt ad maritos, sed quæ præ aliis specie valent, subhastari volunt, & licentia taxationis admissa, non moribus nubunt, sed præmiis*.

¶ Subhastatus, *a, um*, außgeruffen. Firmic. de profana relig. p. 31 *Vendebatur Deus, ut prodesset emtori; & emtor suppliciter adorabat, quidquid paullo ante videratsubhastatum*.

¶ Subhastatio, *ōnis*, f. die außruffung. L. 2 C. de rescind. vendit. *Nec sub nomine subhastationis publicæ locus fraudibus relinquatur*. De ritu venditionis sub hasta vide supra in *Hasta* n. 3.

¶ Subhastarius, *a, um*, sub auctione sive hasta positus, was man außruft; ut, *Possessiones subhastariæ*, Cod. Theod. lib. 3 tit. 6.

HAV, interjectio conturbatæ mentis, & trepidantis. Ter. Adelph. 3, 2, 38 *Hau, mi homo, famusne es?* Alii *An* sine adspiratione legunt.

HAVD, non, nicht, negandi adverbium. Ter. Andr. 4, 6, 12 *Haud auspicato huc me appuli*, i. e. non auspicato vel feliciter, ich bin zu einer unglückseligen stunde anher gekommen. *Haud diu est*, Idem Eun. 2, 3, 67. *Haud facile*, Iuvenal. 3, 164. *Haud dubie*, quod est, *sine dubio*, Livius sæpe. *Haud scio*, locutio elegans, quæ jungitur cum adverbio *An*, omissa, quæ nostra consuetudine sequi debebat, negatione. Ter. Adelph. 4, 5, 33 *Quid infelix haud scio, an illam nunc misere amet*. conf. Cic. Fam. 9, 15 &c. vid. quæ dicimus ad *nescio* de hac formula. *Haud secus*, non aliter: *Haud secus, ac jussi faciunt, &c.* Virg. Æn. 3, 236. *Haud vidi magis*, Plaut. Amph. 2, 2, 47; Capt. 3, 4, 29. vide de vi & forma illa loquendi Muret. 17, 16; & Parei Lex. Plaut. p. 537. *Haud paullo*, i. e. multo: *Civis haud paullo melior*, weit besser, Cic. Fam. 2, 6. *Haud ferme invenias*, schwerlich, Ter. Andr. 3, 1, 2. *Haud ferme solent*, Plaut. Pœn. 4, 2, 36. *Haud multo post*, Id. Curc. 1, 3, 26. *Haud quidquam magis est, quod cupiam*, nichts liebers wolte ich; idem ibid. v. 15. *Haud alias*, Tac. Ann. 15, 46, 2. *Vir haud sane spernendus*, Idem Hist. 3, 75, 1. *Res haud sane difficilis*, ein sehr leichtes, Cic. de Senect. c. 2. *Haud minus*, eben so wohl. Liv. 2, 60. *Laudibus haud minus quam præmio gaudent militum animi*. Plaut. Trin. 3, 2, 95 *Haud longius futurum est*, i. e. propediem, ehest. ¶ 2. *Haud* & *Aut* confundi diximus in *Aut*.

¶ Hauddum, nondum, noch nicht. Liv. 2, 52 *Patris Agrippæ favor hauddum exoleverat*. Id. 10, 6 *Samnitem hauddum fœderis novi pœnitebat*. Id. 22, 12 *Hannibal constantiam Fabii hauddum expertus*. conf. Id. 10, 25; & 28, 2.

¶ Haudquaquam, nequaquam, mit nichten, gar nicht. Liv. 28, 6 *Haudquaquam ad spem eventus respondit*. Cic. de Orat. 2, 33 *Haudquaquam id est difficile Crasso*, keinesweges, vehementius sic negatur. Tac. Hist. 2, 66, 1 *Haudquaquam fractus animus*.

Haveo, have, vide *Aveo*.

HAVRIO, *hausi, haustum, īre*, (*haurivi* & *hauritum* esse dicunt apud Apulejum: *haurierint* fragm. Varro. apud Prisc. an. 10 p. 412) schöpffen. Cic. Off. 1, 2 *E fontibus Stoicorum hauriemus*. Idem Brut. 97 *Quas artes cum domo haurire non posses, arcessivisti ex urbe ea, &c.* ¶ 2. Capere, percipere. Col. 8, 17, 11 *Hauriunt cibos integros* quidam pisces. Virg. Æn. 1, 359 *Vocemque his auribus hausi*; de *oculis* idem Æn. 4, 661; *animo*, ibid. 12, 26. Ita Cic. pro Sext. c. 29 extr. *Lætum haurire*. Id. pro domo ad Pont. c. 11 extr. *Haurire me unum pro omnibus illam indignissimam calamitatem*. Tale est etiam illud Virg. Æn. 4, 383 *Supplicia hausturus*. vid. *Exhaustus*, & Non. 4, 230. ¶ 3. Aliquando etiam confodere vel vulnerare significat. Virg. Æn. 10, 314 *Latus hausit apertum*. Liv. 7, 10 extr. *Ictu pectus hausit*. Similiter *jugulum haurire*, Tacitus dixit Hist 1, 41, 4. v. Drakenb. ad Sil. 5, 524. Ad intemperantiam igitur & vim pertinet Apulej. 3 p. 135 *Fotidis oculos admixis & foribillantibus fæviis frientes haurichant*. Huc refer illud Virg. Ge. 3, 105 & Ae. 5, 137 *Haurit corda pavor*, h. e. πτήσσει, ferit. ¶ 4. Item, consumere: Liv. 5, 7 *Tam longi temporis opus incendium hausit*. Martial. 9 epigr. 83 *Haurire patrias opes*. Curt. 4, 14, 17 *Multum sanguinis invicem hausimus*.

¶ Hauriens, *tis*. Tac. An. 16, 18, 1 *Sua hauricntes*, h. e. prodigentes.

¶ Haustus, *a, um*, geschöpfft; ut, *Fausta aqua de puteo*, Cic. Div. 2, 13. *Avide haustus humor*, Curt. 7, 5, 8. *Batavi hausti*, scil. aqua, ersoffene, Tac. A. 2, 8, 3. *Haustæ naves*, i. e. absorptæ, versunckene, Id. 2, 24, 2. Ita *Haustæ urbes*, Plin. 36, 15.

¶ Haustus, *us*, m. subst. das schöpffen, ein trunck. *Haustus aquæ mihi nectar erit*, Ovid. Met. 6, 356. *Exiguis haustibus bibere*, kleine schlücke thun, Id. Fast. 3, 274. *Neque haustum fontium relinquere*, Curt. 3, 10, 8. *Alius exili haustus*, i. e. aër, aura, Id. 5, 5, 29. *Ille apibus haustus ætherios dixere*, i. e. spiritus divinos, Virg. Georg. 4, 220. adde Florum 3, 21, 16.

¶ Hauritus, *us*, m. idem. Apul. 2 Met. p. 239 *Lagena facilis hauritu*.

¶ Hauritus, *a, um*. Apul. 3 p. 139 *Hauritio pluviculo unctio*.

¶ Hauriturus, *a, um*. Iuvencus 2, 253 *Hauriturus cavis potei penetralibus undas*.

¶ Haustus, *a, um*, aliud partic. Soli. c. 5 *Quo ditem patrem - - fama est lucem hausisse*. Probat lectionem & per *haustisse* explicat Salmasius ad h. l.

¶ Haustor, *ōris*, m. qui haurit, bibit. Lucan. 9, 591 de Catone: *Ultimus haustor aquæ*.

¶ Haurītor, *ōris*, m. idem. Pet. Chrysologus serm. 86 *Hierosolymitanus fons abundat, cum impellit angelus, non cum sitit haurientes*.

¶ Haustrum, *i*, n. cadus rotæ aquariæ, vel ipsa rota, die schöpffgelte am wasserrad. v. Nonium 1, 43. Lucret. 5, 317 *Vt fluvios versare rotas, atque haustra videmus*.

¶ Hauritōrium, *i*, n. quo hauritur, haustrum, der wasser-eymer, Gloss. vet. *Hauritorium*, ἀντλητήριον, ἄντλημα.

Compositæ:

¶ Dehaurio, *īre*, ausschöpffen, verschlucken. Tertull. de Pallio c. 5 *Margarita pretiosa dehausit*. Et Cato R. R. c. 67 *Amurcam deborito*, antique, i. e. dehaurito.

¶ Dehaustus, *a, um*, verzehrt, verschluckt; ut, *Dehausta caro*, Tertull. de Resur. carn. c. 11.

¶ Exhaurio, *īre*, evacuare, außziehen, erschöpffen. *Exhaurire poculum*, außtrincken, Ovid. Fast. 5, 513. ¶ 2. Per Metaphoram usitatam, *Exhaurire ærarium, & compilare rempubl.* Cic. pro Vatin. c. 2, erschöpfen, ledig machen. *Provinciam tantu exhaurire*, Id. ad Qu. frat. 1, 1, 2, außzehren. *Exhaurire labores*, Silius 17, 355, verrichten, vollenden. Qua formula etiam Plinius usus est 3 epist. 9 princ. *Quantum laboris exhauserim*. Quin Cic. Att. 5, 13 extr. *Exhauri mea mandata*. Et, *Ligonibus humum exhaurire*, graben, Horat. epod. 5, 30. *Exhaurire, quæ mandata sunt*, i. e. exsequi, die befehle vollbringen, Cic. Att. 5, 6. *Exhaurire alicui dolorem*, i. e. minuere & omnino adimere, das leid benehmen, Id. fam. 5, 16. Cic. Att. 2, 21 p. 268 Græv. *Tantus fuit amor, ut nulla exhauriri posset injuria*. Et 5, 12 extr. *Exhaurire scrupulum*, benehmen. Et sub 14, 17, quæ etiam est fam. *Exhaurire* 9, 14 *Lubentius omnes laudes meas ad te transfuderim, quam aliquam partem exhauserim ex tuis*. Id. pro Sext. 21 extr. *Eadem manu sibi vitam exhausisse, qua mortem sæpe hostibus obtulisset*. ¶ 3. *Exhaurire* & *Exurere* miscentur in MSS. vid. Drakenb. ad Sil. 10, 379.

¶ Exhaustus, *a, um*, erschöpfft, ausgeschöpfft. *Inops & exhaustum ærarium*, die leere schatz-kammer, Cic. Verr. 5, 70. *Omnibus exhausti casibus, omnium egeni*, Virg. Æn. 1, 603. *Pœnarum exhaustum satis est*, Id. 9, 356.

¶ Exhausto, *are*. Festus: *Exhaustant, efferunt*.

¶ Inexhaustus, *a, um*, quod exhauriri non potest, & expleri, unerschöpfft, unersättlich. Cic. de Finib. 3, 2 de Catone: *Erat in eo in exhausta aviditas legendi, nec satiari poterat*.

¶ Perhurio, *īre*, idem quod *exhaurire*. Tertullian. ad Nation. 1, 15 extr. *Infantem totum præcoquum perhauritis*. Et Apulej. lib. 10 p. 246 *Calicem uno hausit perhausit*.

¶ Perhaustus, *a, um*. Corn. Sever. Æt. 420 *Mille perhaustis Ignibus instaurat vires*.

Haustor, haustrum, haustus, vide supra in *Haurio*.

HEAVTONTIMORŪMĒNOS, *i*, m. ἑαυτοντιμωρούμενος, excrucians se ipse, fabulæ Terentianæ nomen. Cic. Tusc. 3, 27 *Quid ille Terentianus ipse se puniens?* Hujus etiam meminit Horat. 1 sat. 2, 19.

HEBDŌMAS, *ădis*, f. ἑβδομάς, ἄδος, generatim septenarius numerum notat, ut *trias, decas*, &c. Ita *Hebdomas operum mirabilium* Ausonio sunt VII decantata miracula. vid. Scal. Auf. lect. 1, 4 pr. Ita annorum hebdomas non tantum in Vulg. apud Danielem 9, 25. Sed etiam Gell. 3, 10. ¶ 2. Speciatim spatium significat septem dierum, septimanam, ut vulgo dicunt eine woche. Cic. fam. 16, 9 *Ne in quartam hebdomada incideres*. De origine hebdomadum & septimi diei observatione, v. Casaub. ad Suet. Tib. c. 32, & Rivetum Dissertat. de Origine Sabbathi c. 5.

¶ Hebdomădа, *æ*, f. eodem significatu, posteriorum tantummodo est, ut Tertulliani vel uno c. 8 adversus Iudæos, sæpe. Adde Isidorum Orig. 5, 32. Gell. 3, 10 *Hebdomadam* de critico medicorum die (de quo & Cicero cit. loco locutus est) etiam in accurata Gronov. edit. dixit: ubi tamen Manutius ad Ciceronem putat Gellium corrigendum esse.

¶ Hebdomadālis, *e*, wöchentlich. Sidon. 9 epist. 3 *Ecclesia dedicata testis hebdomadalibus*.

HĒBE, *es*, f. Ἥβη, Iunonis filia sine patre, dea juventutis, Iovis pincerna, & Herculis uxor, Poëtis est, *Iunonia Hebe*, Ovid. Met. 9, 400. conf. Catull.

HEBĒNVS, f. Ebenus, *i*, f. & Hebenum, *i*, n. eben-holtz. vide supra *Ebenus*. Lucan. 10, 117 *Hebenus Maroutica vestros Non operit postes*, hoc est, Ægyptiaca. Nam in medio Africæ hebenos virere, Plinius tradit 6, 30. Arbor est, cujus generis esse putant lignum Indicum, quod *Guajacum* & *Guajacanum* dicitur, cujus adversus Gallicam luem præcipuus est usus, vocant & *lignum sanctum*, frantzosen-holtz.

¶ Exhebenus, *i*, f. gemmæ species. Plin. 37, 10 *Exhebenum Zoroastres spectatam & candidam tradit*. Harduinus legit *Exebenus* 69, 116; Propert. 1, 3, 23.

HĔBĔS, *ētis*, o. retusus, obtusus, stumpff; ut, *Gladius hebes*, Ovid. Art. am. 3, 589. *Hebes acies oculorum*, Cic. de Fin. 4, 24; *ein blöde gesicht*. Contrarium *acuto*. *Lucem hebetem* Avienus Arateis dixit v. 455. *Caro hebes & cruenta*, in vulneribus scil. faul und roh fleisch, Cels.

Celſ. 7, 6. *Os hebes eſt*, &c. Ovid. Pont. 1, 10, 7. ¶ 2. Per metaphoram ſignificat rudem, craſſum, indocilem, grob und tölpiſch. Cic. de Divin. 2, 50 *Epicurum hebetem & rudem dicere ſolent Stoici.* Id. de Divin. 1, 22 *Hebes æque ac pecus.* Id. Phil. 10, 8 *Hebes ingenium*, ein lamſamer Kopf. *Senſus hebetes & tardi*, Id. Acad. 4, 8. *Hebetiores oculi*, Suet. Ner. c. 51. Et, *Aures hebetiores*, Cic. pro Planc. c. 27. Superl. Plin. 9, 30 *Tanta ſolertia animalium hebetiſſimis quoque eſt.* conf. Feſtus, & Nonius 2, 408.

¶ Hebĕtūdo, *ĭnis*, f. die blödigkeit. Macrob. Somn. Sc. 1, 14 *Hebetudo ſenſuum.*

¶ Hĕbeo, *hebēre*, heberem eſſe, ſtumpff ſeyn; ut, *Ferrum hebet*, Liv. 23, 45. Virg. Æn. 5, 396 *Gelidus ſanguis hebet.* Tac. Germ. 15, 2 *Delegata agrorum cura infirmiſſimo cuique ipſi hebent*, i. e. otio torpent, ſie faullentzen.

¶ Hebeſco, *ĕre*, hebetem fieri, ſtumpff werden. *Mentis acies hebeſcit*, Cic. Tuſc. 1, 30. *Hebeſcere & languere in otio*, Cic. Acad. 4, 2, verſauern.

¶ Hebĕtēſco, *ĕre*, inchoat. idem. Plin. 28, 7 *Aciem in cultris tonſorum hebeteſcere.*

¶ Rehebeteſco, *ĕre*, idem. Auguſtin. Serm. 4 a Sirmondo edit. p. 50 *Puto, rehebeteſceretis, ſi videretis pulchritudinem angelorum*, h. e. præſtingueretur acies oculorum veſtrorum.

¶ Hebĕto, *are*, hebetem facere, ſtumpff machen, ſchwächen. Liv. 8, 10 *Cum haſtas aut præfregiſſent, aut hebetaſſent.* Id. 30, 35 *Vulneribus ſuis ferrum hoſtile hebetarent.* Plin. 20, 6 *Porrum oculorum aciem hebetat*, es macht die augen ſtumpff und blöde. Id. 23, 1 *Triſtitia & cura hebetatur vino.* Virg. Æn. 6, 732 *Mentem terreni hebetant artus* &c. Ovid. Am. 2, 6, 21 de plittaco *Tu poteras virides pennis hebetare Smaragdos*, i. e. obſcurare.

¶ Hebĕtātus, *a, um*, geſchwächt, ſtumpff. Suet. Claud. c. 2 *Hebetato corpore.* Iuſtin. 6, 8, 2 *Reipublicæ vires hebetatæ.* Ammian. 27, 2 *Germanis hebetatis parumper.*

¶ Hebetatio, *ōnis*, f. die ſchwächung; ut, *Hebetatio oculorum*, Plin. 28, 6.

¶ Hebetātor, *oris*, m. qui hebetat, apud Apulejum.

¶ Hebetatrix, *īcis*, f. ut, *Hebetatrix umbra*, Plin. 2, 43.

HĔBO, *ōnis*, m. ἥβων, i. e. fol. Exſtare dicitur in vet. Inſcript. & apud Macrob.

HEBRÆVS, (Ebræus) *a, um*, adj. hebräiſch; & ſubſt. plur. *Hebræi*, Iudæi, ab Heber, pronepote Semi, Geneſis c. 11; v. Gallæus ad Lactant. p. 214. Tac. Hiſt. 5, 2, 6 *Hebrææ terræ.* Arat. 2, 924 *Hebræo ſermone locutus.* Victor. in Gen. v. 252 *Hebræi ſonieus, ſermoque antiquus.*

¶ Hebraicus, *a, um*, adj. hebräiſch; ut, *Hebraicæ plebes*, Alcim. 5, 544. conf. v. 564: & mox Lactantium.

¶ Hebraice, adv. idem. Lactant. 4, 7 ſub fin. *Nos CHRISTVM nuncupamus, id eſt, unctum, qui Hebraice MESSIAS dicitur. Vnde in quibusdam græcis ſcripturis, quæ male de Hebraicis interpretata ſunt,* ἠλειμμένος, *i. e. ungendo curatus, ſcriptum invenitur* ἀπὸ τῆ ἀλείφεσθαι.

HEBRVS, *i*, m. Ἕβρος, Thraciæ fluvius, in quem Orphei caput a Ciconibus confecti abjectum fuit. Ovid. Met. 11, 50 *Membraque jacent diſperſa locis, caput, Hebre, lyramque excipis.* Adde Virg. ecl. 10, 65; & Æn. 1, 317; & Georg. 4, 463. Pulchrum exſtat epigramma Germanici Cæſaris in Scaligeri Catalectis, de puero Thrace, qui in hoc flumine interiit: *Thrax puer adſtricto glacie dum luderet Hebro, Frigore concretas pondere rupit aquas, Dumque ime partes rapide trahuntur ab amni, Præſecuit tenerum lubrica teſta caput. Orba quod inventum mater dum conderet urna, Huc peperi flammis, cætera, dixit, aquis.*

HĔCĂLE, *ēs*, f. nomen anus pauperculæ, quæ Theſeum adoleſcentem hoſpitio excepit, cujus honori poſtea ſacrificium inſtitutum, quod *Hecaleſia* dicebatur, ut tradit Plutarchus in Theſeo. Apul. 1 de A. A. *Sis contentus lare parvulo, Theſei illius cognominis patris tui virtutes æmulaveris, qui non eſt aſpernatus Hecales anus hoſpitium tenue.* v. Plin. 22, 22. Petron. Arbiter c. 135 *Qualis in Actæa quondam fuit hoſpita terra, Digna ſacris Hecale, quam Muſa loquentibus annis Battiadæ vatis mirando tradidit ævo.* Nimirum ejus res ſcripſit Callimachus. v. Barth. ad 12 Theb. Statii v. 582 p. 1526. Angel. Politian. Miſcell. c. 24. Andr. Schott. Obſervat. 2, 29. Salmaſ. ad Petron. Ovid. Remed. Amor. v. 747 *Cur nemo eſt, Hecalem, nulla eſt, quæ ceperit Irum? Nempe quod alter egens, altera pauper erat.* Add. Bentl. ad fragm. Callimachi p. 314. Barth. adv. 23, 24.

HĔCĂTÆVS, *i*, m. ſculptor apud Plinium 33, 12; & 34, 8.

HĔCĂTE, *es*, f. Ἑκάτη, Proſerpina. Sæpius & pro *Diana* ponitur Poëtis, ſorore Apollinis, qui Ἑκατος vocatur, ut *Phœbus, Phœbe.* Triformis dicitur, quod in cælo, terra & Erebo Dea. In cælo *Luna* eſt, in terris *Diana*, apud inferos *Proſerpina* ſive *Hecate.* Et ſic *compita ſervat* &c. Ovid. Faſt. 1, 141. Virg. Æn. 6, 247 *Voce vocans Hecaten cœloque Ereboque potentem.* De *cœna Hecates* Intt. ad Petron. c. 135. Obmutescere credebant, ſi quis Hecaten vidiſſet. v. *Cerberus.*

¶ Hecatēis, *ĭdis*, f. herba magica, teufelswurtz; qualis & *aconitum.* Ovid. Met. 6, 139 *Succis Hecateïdos herbæ ſpargit.*

¶ Hĕcatēius, *a, um*, adject. pentaſyllabum; ut, *Hecatëia carmina*, Ovid. Met. 14, 44, quæ incantationes ſunt.

HĔCĂTOMBE, *es*, f. ἑκατόμβη, ſacrificii genus, in quo centenæ ſui generis mactabantur victimæ, centum vel ſues, vel oves, vel boves: Si vero imperatorum votum eſſet, centum leones centumque aquilæ immolabantur, ein groß opffer von 100 ſtücken. Hecatombas autem vovere, Græcis & Romanis antiqui moris fuit olim, cum peſtilenti contagio aut morbo laborarent, quod a Laconibus primo inventum fuiſſe dicunt. v. Alex. ab Alex. 3, 22; & Cæl. Rhodig. 20, 6. *Facere hecatombem*, victoriæ ſcil. cauſſa, Iul. Capitol. in Balbin. c. 11. Sil. 12, 333 *Altaria fument Centum feſta Iovi, centum cadat hoſtia cultris.* v. Dan. Heinſ. ad h. l.

HECATOMPHONIA, *orum*, n. pl. ſacra erant, ut Pauſanias in Meſſenicis refert, a Meſſeniis inſtituta, cum quis centum hoſtes in pugna occidiſſet.

HECATOMPVS, *ŏdis*, m. piſcis, ἑκατόμπους, lat. *centipes*, Plin. 13, 43.

HECATOMPŸLOS, *i*, m. & f. ἑκατόμπυλος, centum, i. e. multas portas habens, urbs Parthorum, regni caput. v. Plin. 6, 15 & 17 &c. Et, *Hecatompylos Thebas nemo non novit*, Ammian. 22, 16.

HECTA, *æ*, vel Hetta apud Feſtum, *res minimi pretii, quaſi* hieta, i. e. *hiatus hominis atque oſcitatio. Alii puſulam dixerunt eſſe, quæ in coquendo pane ſolet adſurgere, a qua accipimus rem nullius pretii, cum dicimus* non hette te facio. Hæc Feſtus ut nunc editur. Vet. Gloſſ. *Hecta* φλοκτὶς ἀγρία.

HECTĬCA, *æ*, f. ſeu Hectice, *es*, f. ἑκτικὴ, (ἕξις, habitus,) ſpecies febris non in humore tantum atque ſpiritu, ſed in ipſis plane coiens & inoleſcens oſſibus, das heimlich verzehrende fieber, die ſchwindſucht.

¶ Hecticus, *a, um*, adj. ſchwindſüchtig; ut, *Homo hecticus, Hectica febris*, apud Medicos.

HECTOR, *ŏris*, m. Ἕκτωρ, Priami filiorum fortiſſimus, ab ἔχω, defendo, auctore Platone. Ovid. Art. Am. 1, 441 *Hectora donabat Priamo prece motus Achilles.*

¶ Hectŏreus, *a, um*, adj. Virg. Æn. 2, 543 *Corpusque exſangue ſepulcro Reddidit Hectoreum.* conf. Horat. 3 od. 3, 28.

HĔCŬBA, *æ*, f. Ἑκάβη, Priami uxor, Hectoris mater, de qua inſignem tragœdiam ſcripſit Euripides. Hecubam in canem mutatam Mythologi tradunt, v. g. Sabin. ep. 1, 85 ſq. Quod propter convicia factum, quæ in Græcos ingeſſit. Iuvenalis de ea 10, 271 *Sed torva canino Intravit rictu.* Vbi vetus Scholiaſtes: *Hecubam dicit, qui excæcato Polymneſtore, cum ſaxis impelleretur a populo Thracum, verſa in canem fertur. Aut quia Græcis convicia congerebat, canem nominaverunt.* v. & ſupra in *Canis.* & Plin. 4, 11. Suet. Tib. c. 70 *Grammaticos, quod genus hominum præcipue appetebat, ejusmodi fere quæſtionibus experiebatur: Quæ mater Hecubæ; quod Achilli nomen inter virgines fuiſſet; quid Sirenes cantare ſint ſolitæ.* Adde Virg. Æn. 2, 515. Ovid. Met. 13, 577. ¶ 2. *Hecuba* pro quavis vetula, Martial. 3 epigr. 75.

HĔCŬRA, *æ*, f. ἑκυρὰ, *ſocrus*: Terentianæ fabulæ nomen.

HĔDĔRA, *æ*, f. κισσὸς, plurium eſt generum; ut, *Hedera alba, nigra, fulix, arborea*, epheu, mauer-pfau. *Lafcivis hederis ambitioſior*, Horat. 1 od. 36, 20. *Hedera* coronabantur Poëtæ; *Doctarum hederæ præmia frontium*, Horat. 1 od. 1, 29. Et Ovid. de Arte Am. 3, 411. *Nunc hederæ ſine honore jacent, operataque doctis Cura vigil Muſis, nomen inertis habet.* ¶ 2. ein weinzeichen. In vulgato proverbio *Vino vendibili non opus eſt ſuſpenſa hedera.* Baccho certe ſacram oſtendit Brouckh. ad Tib. 3, 6, 2.

¶ Hĕderĭger, *a, um*, das epheu trägt. Catull. carm. 64 *Vbi capita Mænades vi jaciunt hederigeræ.*

¶ Hederāceus, *a, um*, von epheu; ut, *Corona hederacea*, Plin. 24, 19. Adde Cat. R. R. 111; & Colum. 8, 10 & Vopiſc. Aur. c. 49.

¶ Hederatus, *a, um*, mit epheu gezieret; ut, *Patina hederata*, Treb. Pollio Claudio c. 17. Adde Tertull. de Corona mil. c. 7; & Nemeſ. ecl. 3, 18.

¶ Hederōſus, *a, um*, voll epheu; ut, *Antrum hederoſum*, Propert. 3, 4, 3.

HEDONE, *es*, f. æon Valentini. v. Tertull. adv. Valent. c. 8.

HEDRA, *æ*, f. gr. ἕδρα, ſella, lectica, ein ſitz, ein ſtuhl. Hinc

¶ Cathĕdra, *æ*, f. καθέδρα, ſedes, ein catheder, cantzel, lehr-ſtuhl. Horat. 1 ſat. 10, 91 *Diſcipulorum inter cathedras.* Propert. 4, 7, 37 *Poſita tu ſcribe cathedra.* Iuvenalis de Rhetorum profeſſione & ſchola dixit nimium vere Sat. 7, 203 *Pœnituit multos vanæ ſterilisque cathedræ, Sicut Thraſymachi probat exitus atque Secundi.* Rhetores enim illi ob pretii exiguitatem a profeſſione ſua deſtiterunt. Erat autem altioris & honoratioris ſellæ genus operoſius ſtructæ cum ſuppedaneo, aliquando & cum umbella, ut in veteſtis monumentis videre licet, propria Profeſſorum, deinde & Epiſcoporum; de quo non pauca ad Sidonium Savaro. Sulpitius Severus de Martino Epiſcopo, humilitatem ejus prædicans, Dialogo 2 cap. 1 *Illud non præteribo, quod in ſecretario ſedens, nunquam cathedra uſus eſt. Nam in Eccleſia nemo unquem illum ſedentem conſpexit: ſicut quemdam nuper (teſtor Dominum) non ſine pudore meo vidi, ſublimi ſolio, quaſi regio tribunali, celſa ſede* (cathedra) *reſidentem* &c. ¶ 2. *Cathedræ* etiam ſunt ſellæ, & quidem velatæ, quibus fœminæ geſtari per urbem ſolebant, ſänfften. Martialis 12 epigr. 38 *Hunc qui fœnineis noctesque diesque cathedris Incedit, tota notus in urbe nimis* &c. Calpurnius eclog. 7, 27 *Inter fœmineas ſpectabat turba cathedras.* vid. Lipſ. Elect. 1, 19. Sed vid. etiam Burm. ad Calp. l. c. cui non videntur in *ſuis cathedris* perſedisſe mulieres: ſed *cathedras* hic vocari ſedilia ſpectaculorum.

¶ Cathedralitius, *a, um*. Martialis 10 epigr. 13 *Cum cathedralitios portet tibi vheda miniſtros.* vid. Turneb. Adverſ. 30, 30. Iidem & *Cathedrarii* dicti.

¶ Cathedrarius, *i*, m. Sen. de Brevit. Vitæ c. 10 *Solebat dicere Fabianus, non ex his Cathedrariis Philoſophis, ſed ex veris, & antiquis.* Nempe *cathedrarios Philoſophos* vocat, qui verbis atque in cathedra, non re & facto in vita philoſophantur. Idem epiſt. 11 *Cathedrarium oratorem* appellat, qui in cathedra ſermocinatur. conf. Sidon. 4, 3. ¶ 2. *Servos cathedrarios* quos *Cathedralicios* Martialis vocat, idem Sidonius dixit 1 epiſt. 11. conf. Dalechamp. ad Plin. 16, 37.

¶ Dodecaëdros, *i*, m. & f. δωδεκαέδρος, de ſolidirate duodecim lateribus, ſ. ſuperficiebus potius incluſa, das 12 ſeiten oder flächen hat. Mart. Capell. 6 p. 233.

¶ Ephĕdra, *æ*, f. ἐφέδρα, herba, quæ & *Hippuris* & *Anabaſis*, arboribus inſidens, tannen-kraut, katzen-ſchwantz, Plin. 26, 7. Idem 26, 13 *Ephedron* vocat.

¶ Exĕdra, *æ*, f. ἐξέδρα, locus amplus & ad conſidendum idoneus, ab ἐξεύω vel ἐξεράζομαι, *ſedeo*, ein ſaal mit viel ſitzen. Vitruv. 5, 11 *Conſtituuntur autem in tribus porticibus exedræ ſpatioſæ, habentes ſedes, in quibus Philoſophi, Rhetores reliquique qui ſtudiis delectantur, ſedere poſſunt.* conf. Parei Lex. Crit. p. 440. *Exedrarum* frequens fuit uſus apud Romanos. Cic. Nat. D. 1, 7 *Cum ad eum veniſſem, offendi eum ſedentem in exedra, & cum C. Vellejo diſputantem.* ¶ 2. Poſſunt *exedræ* nominari etiam ſedilia pro foribus lignea & lapidea, geſtüle, ſitze.

¶ Exhedrium, parva exedra. Cic. fam. 7, 23 *Exhedria quædam mihi nova ſunt inſtituta in porticula Tuſculani.*

¶ Octaëdros, *i*, m. & f. ὀκταέδρος, octo faciebus incluſum corpus, das acht flächen hat. Mart. Capell. 6 p. 233.

¶ Paredros,

¶ Paredros, *i*, m. & f. *πάρεδρος*, assidens, assistens, beysitzend, beywohnend; ut, *Paredri spiritus*, Tertull. de Anima c. 28. *De Dis paredris* est elegans libellus Ge. d'Arnaud.

¶ Pseudenedros, *i*, m. & f. *ψευδένεδρος*, *insidiator fictus*, Firmic. 3, 8.

¶ Synedros, *i*, m. & f. *σύνεδρος*, consessor, ein beysitzer. Livius 45, 32 *Senatores quos Synedros vocant*. conf. Lucan. 8, 259.

¶ Synedrium, *i*, n. gr. *Συνέδριον*, quivis consessus, præcipue vero collegium, & consessus judicum, der hohe rath. Græca voce usi fuerunt & Hebræi in appellandis istis judicum collegiis, quæ inter ipsos fuerunt, sed mutatis nonnihil punctis vocalibus Sanhedrin. Consessus autem isti Iudicum in Rep. Hebræorum præcipue fuerunt duo: *Synedrium magnum*, in quo adsessores septuaginta & unus maximæ auctoritatis non nisi maximi momenti res expediebant: & *Synedrium parvum*, quod minoris erat dignitatis, & de causis magis expeditis agebat, paucioribus etiam assessoribus constabat: quod restantur verba Gemaræ ad Codicem Sanhedrin c. 10 § 2. v. omnino Selden. de hac re liber.

HEDVI, vel Hædui, *orum*, m. pl. Ἤδουοι, Burgundiones, die Burgundier. v. Plin. 17, 8. Scribuntur etiam *Ædui*, quorum crebra mentio apud Cæsar. de B. Gall. lib. 1. *Hædues* sive *Ædues* vocat Ausonius Parent. 4, 6. Apud Dion. Cassium lib. 38 p. 79 sunt *Διδουοί*. Horum caussam Cæsar contra Arioviſtum propugnavit; unde & a Cic. fam. 7, 10 fratres populi Rom. vocantur.

¶ Hæduicus, *a, um*, vel Æduicus, adj. ut, *Pater Heduicus*, Auson. Parent. 2, 2.

HEDYCHROVM, *i*, n. *ἡδύχροον*, odoramentum videtur esse Cic. Tusc. 3, 19, ein lieblich räuchwerck. ¶ 2. Medicis alioqui unguentum est, nitidam cutem reddens, quod & appellatio ipsa indicat. Memineruntcompositionis Hedychroi Dioscorides & Galenus. vid. Matthiolum.

¶ Hedycus, *i*, m. idem esse videtur in loco Varronis apud Nonium 3, 234.

HEDYMELES, *is*, m. *ἡδυμελής*, citharœdus apud Iuvenal. 6, 383.

HEDYOSMVS, *i*, m. *ἡδύοσμος*, mentha, hoc nomine Græcis dicitur, ab odore suavi, münße, krausemünße. Plin. 35, 15; & 19, 8.

HEDYPNOIS, *idis*, f. intybus silvestris, folii latioris Plinio est, gelb wegwart, *ἡδυπνοΐς*, 20, 8.

HEDYSMA, *ătis*, n. *ἡδύσμα*, genus unguenti, s. dulce condimentum, Plin. 13, 1.

¶ Hegemonicon, *i*, n. *ἡγεμονικόν*, pars animæ principalis, ratio, cui imperium debetur, die vernunfft. v. Tertull. de Anima c. 14; de Resurr. carn. c. 15.

HEGESIAS, *æ*, m *Ἡγησίας*, Philosophus Cyrenaicus fuit, qui tanta eloquentia mala vitæ repræsentaret, ut eorum miseranda imagine audientium pectoribus inserta, multis voluntariæ mortis oppetendæ cupiditatem ingeneraret, dictus ideo *πεισιθάνατος*. Ideo a rege Ptolemæo amplius de hac re disserere prohibitus fuit. Valer. Max. 8, 9 extr. vide & Gell. 9, 4. ¶ 2. Alius Maronites de agricultura scripsit, teste Colum. 1, 1, qui male *Ægesias* Varroni R. R. 1, 1. v. Voss. de Hist. Gr. 1, 12 p. 65 sq.

HEGESIPPVS, *i*, m. scripsit historiam ecclesiasticam atque in ea historiam longam excidii Hierosolymorum. vide Voss. de Hist. Gr. 2, 14 p. 186, deque pluribus Hegesippis lib. 3 p. 289.

HEGESISTRĂTVS, *i*, m. Ephesius, & conditor ex oraculo *Eleuntis* urbis in Asia. Pythocles Samius, apud Plutarch. in Parallel. minor. c. 41.

HEGĒTĒRIA, *æ*, f. *ἡγητήρια*, fructus fici, inter omnes fructus principatum obtinens, eine feige. v. Cæl. Rhodig. 18, 9.

HEGETMATIA, *æ*. f. *Ἡγετματία*, Ptolemæo urbs est Germaniæ, putatur esse, quæ *Lignitium* vulgo dicitur Silesiæ, Lignitz.

HEGIAS & HEGLEAS, *æ*, m. duo statuarii, Plin. 34, 8.

HEGĪRA, *æ*, f. Arabice est fuga Mahumedis ex urbe Mecha; unde æra s. epocha Arabum, Turcorum & Saracenorum, nimirum a die 15 Iulii A. C. 662, ex quo annos numerant.

HEI, *ὦι*, interjectio dolentis, & ingemiscentis. Ter. Andr. 1, 1, 46 *Hei vereor, ne quid Andriæ apportet mali*. Idem, *Hei misero mihi*. Cicero, *Hei mihi, non possum hoc sine lacrymis commemorare*, ach, leider. Virg. Æn. 2, 273 *Hei mihi, qualis erat?*

¶ Heia! interjectio excitantis, ey, ey. Plaut. Aul. 2, 1, 30 *Heia! hoc face*. conf. Phædr. 5, 7, 3.

HEILYLO, *āre*, pro *Ejulare*, vid. apud Gellium 12, 5.

HELACATHĒNES, *is*, m. inter pisces in mari, Plin. 32, 11.

HELCIVM, *i*, *ελκυσηὸ*, ein fommet, zieh-seil; dictum ab *ἕλκειν*, *trahere*. Apul. Met. 9 p. 227 *Helcio absolutus*, abgeschirrt.

¶ Helciarii, *orum*, m. pl. qui naves deducunt, subducuntve, die am seile gehen, und das schiff ziehen, schiff-knechte. Extat apud Martialem 4 epigr. 64 *Clamor helciariorum*, ad officia enim mutuo sese cohortantur: vide Savaron. ad Sidon. 2 epist. 10 *Curvorum chorus helciariorum*.

¶ Helcōdes, *is*, *ἑλκώδης*, ulceratus, schwärend, grindicht. Cels. 5, 28, 15.

HELCYSMA, *ătis*, n. *ἕλκυσμα*. Plin. 3, 6 *Scoriam in argento Græci vocant helcysma*, silber-schlacken. Vocant & *Encauma*.

HĔLĔNA, *æ*, f. *Ἑλένη*, Menelai Lacedæmoniorum regis uxor, a Paride rapta, pro qua recuperanda Troja eversa est. Euripides in cognomine Tragœdia, non ipsam Helenam raptam a Paride, sed nubem pro ea, tradit: Helenam ipsam vero deportatam a Mercurio in Ægyptum, & custoditam a Proteo; tandemque a Menelao inventam ibi, & ope Theonoes, Protei filiæ, abductam fuisse. conf. Voss. 1 Inst. Orat. p. 124. Cic. Phil. 2 *Vt Helena Trojanis, sic iste caussa belli exitiique fuit*. Lucian. in Eunucho: *Κύπη, ὦ πάμφιλε, Ἑλένη τις ἡ ἐμνομάχχων*. Id est, *Hæc ipsa, o Pamphile, erat Helena, pro qua digladiabantur*, das ist die braut, da man um tantzet. vid. in Chiliad. *Hæc Helena*. Pro impudica Martialis posuit, ut contra pro pudica Penelopen 1 epigr. 62 *Penelope venit, abit Helene*. Ælian. 4, 12 *Zeuxidem pinxisse opere admirando Helenam, magnumque ex eo quæstum fecisse scribit, inde factum fuisse, ut vulgo scitum clueret Helena*. De *Helena* divinis honoribus culta Eurip. Hel. extr. & viri docti ad Athenag. apol. pr. ¶ 2. *Helenæ* sidus vocabant ignes *solitarios, antennis navigantium aliisque navium partibus seu vocali quodam sono insistentes -- mergentes navigia vel exurentes*, ut est apud Plin. 2, 37: sed salutare iisdem, judice Apolline, habetur apud Euripidem in Oreste: qua de re Dalechamp. ad Plin. l. c. & Nat. Comes Mytholog. lib. 8 p. 860 seqq. vid. *Caslor*. ¶ 3. Fuit & *Flavia Iulia Helena* uxor Constantii, mater Constantini M. v. Eusebius in vita Constantini, qui cum ne verbo quidem rem tangat, tamen Ambrosius primus in Orat. funebri, qua laudat Theodosium, crucis dominicæ inventionem Helenæ adscripsit. conf. Baron. A. C. 326 n. 43.

¶ Helenium, *i*, n. *ἑλένιον*, a lacrimis Helenæ dictum, ut Plinius ait 21, 10. Planta est, quæ *Inula* Latinis dicitur, alaun.

HĔLĔNVS, *i*, m. Priami filius, vates; Virg. Æn. 3, 295.

HĔLĔOSĔLĪNVM, *i*, n. apii genus, molli folio & caule tenero, peterſilie, Pallad. 5 tit. 3. *Heliopolinum* dicitur Plinio 19, 8. & 20, 5.

HĔLĔPŎLIS, *is*, f. *ἑλέπολις*, machina oppugnatoria, quam ex usu Demetrii Poliorcetæ Vitruv. 10, 22 describit. v. ibi Bald. p. 55

HĔLERNVS, *i*, m. lucus Tiberino adjacens apud Ovidium Fast. 6, 105. vide quæ ibi & 2, 67 notat Heinius.

HĔLĬĀCVS, *a, um*, gr. *ἡλιακός*, solaris; ut *Heliacus ortus*, apud Astronomos, cum stella e radiis solaribus, quibus immersa fuerat, emergens videri incipit, *occasus* cum iisdem immersa videri desinit. Sed *Trochiscus heliacus*, chamæmelum, camillen-traut. Apul. de Herb. c. 23.

HĔLĬĂDES, *um*, f. pl. *Ἡλιάδες*, patronym. sorores Phaëthontis, ab *ἥλιος*, *Sol*. Ovid. Met. 10, 91 *Nemus Heliadum*.

HĔLIANTHE, *es*, f. herba eadem, quæ & *Heliocallis*, quod decocta reddit corpus adspectu jucundum, Plin. 24, 17.

HĔLĪCĒ, *es*, f. *Ἑλίκη*, sidus illud cæleste, *Ursa major*. Ovid. Fast. 3, 10 *Ille duas Arctos, quarum Cynosura notetur Sidonio, Illa licet Graja carina notet*. Et Lucan. 2, 237 *Parrhasis obliquos Helice cum verterit axes*. ¶ 2. Est aquilo vel boreas, ex Arcto, ubi est Helice, spirans, Grat. Cyneg. 55. *Illa vel adflatus Helices oppande ferene*, ad quem loc. v. Pet. Burman. & Gronov. observ. 2, 13. ¶ 3. *Helice* species salicis, eine weide, Plin. 16, 37. ¶ 4. Fuit hoc nomine & Achaiæ oppidum ad Sinum Crissæum, maris imperu hausturn, de quo Plin. 2, 92. Ovid. Met. 15, 293.

HĔLICON, *ōnis*, m. mons Bœotiæ juxta Thebas, Apollini & Musis sacer, *Ἑλικών*. Casaubonus existimat, quod ei nomen fecerit ambulatio, quia certos ibi conventus habuere veteres, in quibus de rebus seriis egerunt: verum ab altitudine, & ambitu dictum, asserit Bochartus in Chanaan 1, 16 p. 469. vide & Servium ad eclog. 6 Virgilii, & infra in *Parnassus*. Martial. 1, 77 *Præter aquas Helicon, & sacra, lyrasque deorum Nil habet, & magnum, sed pecuinane, Sopinos*. ¶ 2. Est & viri nomen. vide *Aceſius*.

¶ Helicōn, *ōnis*, idem. Mart. 10, 93 *Si prior Eugancas Clemens Helicaonis oras &c.*

¶ Helicōnĭădes, *um*, f. pl. *Ἑλικωνιάδες*, & Heliconides, ipsæ Musæ appellatæ sunt. Persius proœm. v. 4 *Heliconiadasque, pallidamque Pyrenen*. Lucret. 5, 1050 *Adde Heliconiadum comites, quorum unus Homerus*.

¶ Helicōnius, *a, um*, adj. ut, *Heliconia mella*, Claudian. de Laud. Serenæ v. 10. Et, *Collis Heliconii cultor*, Catull. 62, 1.

¶ Helicăonius, *a, um*, idem. Mart. 14, 152 *Nos Helicaonia de regione sumus*.

Heliocallis, *ĭdis*, vide *Helianthe*.

HĔLĬŎCĂMĪNVS, *i*, m. *ἡλιοκάμινος*, vaporarium solare, eine sommer-stube, apud Plin. 2 epist. 17. vide *Solarium*.

HĔLIOCHRŸSVS, *i*, m. *ἡλιόχρυσος*, herba Plin. 21, 11, die sonnen-gold-blume.

HĔLĬŎDŌRVS, *i*, m. rhetor Horatio 1 sat. 5 pr. *Rhetor comes Heliodorus, Græcorum longe doctissimus*, &c. ¶ 2. *Heliodorus* alius historiam Æthiopicam scripsit Græce, auctor doctissimus & jucundissimus, ejus historiæ libri decem exstant, vide Voss. Hist. Gr. lib 3 p. 290, ubi etiam de aliis *Heliodoris* agitur, & Fabric. præsertim Bibl. Græca. Et de *Heliodoro statuario* Plin. 34, 8; & 36, 5.

HĔLIOGĂBALVS, *i*, m. Antonini Caracallæ filius, Imperator; homo turpissimus & portentosissimus. vid. Lampridium. Sed vulgare & corruptum nomen *Heliogabalus*: verum & antiquum est *Elagabalus*, uti ex nummis constat apud hujus rei peritissimos viros, Spanhemium diss. 2 p. 129. Vaillant. Tom. 2 p. 128. De origine vocabuli ex oriente repetenda in Crit. notis ad Eutrop. lib 8 p. 20 sententias virorum doctorum protulit Cellarius. Primus recte & copiose de hac voce Selden. de Dis Syris 2, 11. Nimir. ¶ 2. *Heliogabalum* s. Elagabalum Phœnices sua lingua solem vocabant, qui apud eos colebatur, ejusque simulacrum describitur ab Herodiano. Ab hoc ipso nomen Imperator traxit.

HĔLION, *i*, n. sambuci genus Plin. 24, 8.

HĔLIŎPŌLIS, *is*, f. civitas Ægypti, *ἡλιόπολις*, unde *Heliopolites Nomos*, præfectura Ægyptiaca, Plin. 5, 9, in confinio Ægypti & Arabiæ; Propterea perperam distingui videntur Harduino ad c. l. Ægypti & Arabiæ Heliopoles, quæ una sit. Salmasio tamen altera colonia est Ægyptiaca, die stadt Alkair. v. Holsten. ad Steph. Byzant. ¶ 2. *Heliopolis* alia Phœniciæ prope Libanum, de qua multa erudite congessit ac exposuit Holstenius d. l. ad Steph. p. 129. ¶ 3. De Heliopoli Syriæ urbe Colonia Romana, disputat vir doctus in Misc. Obs. Vol. 2 p. 172 & Vol. 3 p. 23. ¶ 4. Obscuriora hujus nominis oppida, ut Thraciæ apud Stephanum; Galatiæ, apud Procopium, (v. Holsten. c. l.) & si quæ alia sunt, prætermittimus.

¶ Heliopolitanus, *a, um*, adj. Inscr. Murat. 2, 30, 1 *Iupiter Heliopolitanus*.

¶ Heliopolītes, *æ*, m. adj. ut, *Nomos Heliopolites*, Plin. c. l. & *Heliopolitæ*, cives aut populus Plin 36, 26 *Heliopolitanum exsimense*.

HĔLIŎPON, *i*, n idem quod mox *Heliotropium*; forte rectius *Heliotropion*. in Apul de Herb. c. 49.

HĔLIOSCŎPIVM, *i*, n *ἡλιοσκόπιον*, genus heliotropii, Plin. 22, 21. Item genus tithymali, quod comas cum sole circumagit, Dioſc. 4, 165, & Plin. 26, 8, wolffs-milch.

¶ Heliosc̆opos, *i*, m. itidem tithymali species, Apul. de Herb. c. 108.

HĔLIOSTRŎPHON, *i*, n. *ἡλιόστροφον*, malva erratica, parretti, Apul. de Herb. c. 40: & heliotropium, die sonnen-blume. ibid. c 49

HELIOTRAPEZA, *æ*, f. *ἡλιοτράπεζα*, *locus apud Macrobium Æthio-*

pes, opiparis epulis semper refertus, quibus indiscrete omnes vescuntur, nam & divinitus eas augeri ferunt, der sonnen-tisch. Solin. c. 43. Adde Melam 3, 9.

HĔLIOTRŌPIVM, *i*, n. ἡλιοτρόπιον, herba, sonnen-wirbel, sonnenblume, inde dictum, quod florem soli obvertat. vid. Plin. 18, 27; & 22, 21. Varro de Re Rust. 1, 46 *Heliotropia solis ortum mane spectant, & ejus iter ita sequuntur ad occasum, ut ad eum semper spectent.* ¶ 2. *Heliotropium majus* est & *minus*; *Majus* Dioscoridi *Scorpiurus* etiam dicitur, & Plinio 22, 21 a similitudine caudæ scorpionis; minus *Solago minor*, Apul. de Herb. c. 63. Non est cichorium, wegwart, aut hindleuft. ¶ 3. *Heliotropium* etiam gemma est, quam Plinius laudat 37, 10 sect. 60.

HĔLIS, sive Elis, *ĭdis*, f. regio Achajæ, Plin. 4, 5. vide supra *Elis.* ¶ 2. *Helis* prostibuli nomen apud Martialem 1 epigr. 35 *Vel ab Helide disce pudorem.*

HĔLISSVS, *i*, m. fluvius Atticæ regionis. Statius Theb. 4, 52 *Lambit & anfractu riparum curvus Helissus.* v. *Ilissus.*

HĔLIX, *īcis*, f. ἕλιξ, hederæ species, erd-epheu, Plin. 16, 35 & 38.

HELLAS, *ădis*, f Ἑλλάς, Græcia: ab *Hellene*, Deucalionis filia sic appellata, ut Mela auctor est 2, 3; Plin. 4, 7.

¶ Helleniſmus, *i*, m. Græcisnus, ἑλληνισμός, die griechiſche redens-art.

¶ Helleniſtæ, *arum*, m. pl. Judæi, qui græce tantum Biblia legebant; sic dicti, ut ab *Hebræis* distinguerentur. Nam & Apostolus duo Judæorum genera agnoscit: *Hebræos* & *Helleniſtas*, Actorum c. 7. vid. Scaligeri Animadverſ. in Eusebium p. 124, item lib. 2 de Emendat. Temp. p. 143, & lib. 5 p. 306, nec non Cunæum de Rep. Ebr. 2, 23, inprimis Dan. Heinſ. in exercit. S. Aliter sentit Salmaſius de Helleniſtis, quem vide in Commentario de Helleniſtica, & in Funere ac Osſilegio Helleniſtico.

¶ Helladicus, *a*, *um*, adj. Græcus, Græcanicus, griechiſch. Plin. 35, 10 *Picturæ genera duo fuere, Helladicum, & Aſiaticum.*

¶ Hellenŏtamiæ, m. pl. gr. ἑλληνοταμίαι, Græcorum quæstores, qui tributorum pecuniam servabant, quam olim Græci communiter in Delo reponebant, die ſteuer-einnehmer bey den Griechen. v. Suidas.

HELLE, *es*, f. quæ fuerit, vide mox in *Helleſpontus*, quem inde *Hellis undas* Sidonius dixit Carm. 9, 41. *Portitor Helles* Colum. 10, 155.

HELLĔBŌRVM, *i*, n. & Helleborus, *i*, m. ἑλλέβορος, ſcribunt & *Elleborus*, ἐλλέβορος, herba, quæ & *veratrum* dicitur. *Elleborus albus*, vel *veratrum album*, weiſſe nieſewurtz. v. Plin. 25, 5 & 11. ¶ 2. *Elleborum ut bibant, & Elleboro opus habere*, dicuntur illi, qui mente parum ſibi conſtant. vid. Chiliadas. Plaut. Pſeud. 4, 8, 89 *Helleborum his hominibus opus eſt.* Horat. 2 ſat. 3, 82 *Danda eſt helleborî multo pars maxima avaris.* Nempe avaros pro inſanis habendos ſignificat, & inde helleboro curandos. Purgat enim educitque humores noxios, ne redundent ad animum & ſedem mentis infeſtent. Vnde & ſcripturi limatius aliquid & exquiſitius, helleboro ſeſe purgabant ante, exemplo Chryſippi & Carneadis, v. Intt. Petronii c. 88 p. 425. vid. Gell. 17, 15, & quæ viri docti ad illud Perſii 3, 64 notarunt, *Non eſt hic Illas Acci Ebria veratro.* v. *Anticyra.*

¶ Hellĕbŏrine, *es*, f. ἑλλεβορίνη, herba ſimilis helleboro, Plin. 27, 9.

¶ Hellebŏrites, *æ*, m. vinum ex helleboro confectum, Plin. 14, 16.

¶ Hellebŏrōſus, *a*, *um*, voll nieſewurtz. Plaut. Rud. 4, 3, 67 *Homo helleboroſus*, inſanus, helleboro indigens.

¶ Hellĕbŏrandus, *a*, *um*, veratro purgandus, der nieſewurtz bedarff. Cæl. Aurel. Tard. 4, 3 *Helleborandus ager.*

Helleniſtæ, Hellenotamiæ, quære in *Hellas.*

HELLESPŌNTVS, *i*, m. Ἑλλήσποντος, maris anguſtiæ inter Thraciam & Phrygiam, ſeptem tantum ſtadiis Aſiam ab Europa dividentes. Dictæ ab *Helle*, Athamantis regis Thebarum filia, quæ in Pontum ibi decidit. Helleſpontus hodie *Brachium ſancti Georgii* dicitur. Nep. 2, 5, 1 *Themiſtocles verens, ne bellare perſeveraret* (Xerxes,) *certiorem eum fecit, id agi, ut pons, quem ille in Helleſponto fecerat, diſſolveretur* &c. v. *Pontus* & *Propontis.* ¶ 2. *Helleſpontus* regio eſt Aſiæ juxta fretum Helleſponti. Sext. Rufus de Provinc. Rom. c. 10 *Caria, Helleſpontus, ac Phrygia, in poteſtatem populi Romani juncta deditione pervenerunt.*

¶ Helleſpontiăcus, *a*, *um*, ad Helleſpontum pertinens, aut ex Helleſponti regione; ut, *Priapus Helleſpontiacus*, Virg. Georg. 4, 111. *Helleſpontiaci æquor Abydi*, Auſon. epiſt. 9, 29. Et, *Helleſpontiacæ procellæ*, Sidon. Paneg. Anthemii v. 507. conf. Petron. c. 139.

¶ Helleſpontiacus interdum dici, docet Iac. Gron. ad Mel. 1, 2.

¶ Helleſpontius, *a*, *um*, idem. *Ora Helleſpontia*, i. e. regio juxta Helleſpontum, Catullus carm. 18. Poëtis gratam hanc formam ait Gronov. ad Mel. 1, 2. ¶ 2. *Helleſpontii* Myſiæ populus, Plin. 5, 30. Sic *Helleſpontius*, qui eſt in Helleſponto, Cic. fam. 13, 53. ¶ 3. Etiam Cæcias ventus *Helleſpontius* dicitur, Plin. 4, 47 al. 49.

Helluatio, helluo, &c. vide *Heluo.*

HĔLOPS, *ŏpis*, m. & Helŏpe, *es*, f. piſcis genus, delicatiſſimi ſaporis, in mari Pamphylio. Quintil. 5, 10 *Nec helopem noſtro mari aut ſcarum ducas.* Nam, ut Columella 8, 16 ait, *Helops Pamphylio profundo, nec alio paſcitur:* Vnde Ovidius in fragm. Halieutico v. 96 *Et pretioſus helops noſtris incognitus undis.* Adde Plin. 9, 17; & 32, 7. Gell. 7, 6. Pithœi Collectan. ad Petron. p. 173 edit. Goldaſt. Scribitur & *Elops*, Græce ἔλωψ & ἕλλωψ. ¶ 2. *Helops* viri nomen, de quo Ovid. Met. 12, 234 ſeq. & Stat. Theb. 12, 756.

HĔLŌRVS, *i*, m. Ἕλωρος, Siciliæ fluvius. Virg. Æn. 3, 698 *Exſupero præpingue ſolum ſtagnantis Helori.*

HELŌTES, *um*, m. pl. ſervi publici Lacedæmoniorum arandis colendisque agris præpoſiti, quales, qui *Peneſtæ* Theſſalis dicebantur. Nep. 4, 3, 6 *Eſt genus quoddam hominum, quod* HELOTES *vocatur, quorum magna multitudo agros Lacedæmoniorum colit, ſervorumque munere fungitur*, frohn-bauren. Meminit Plato & Ariſtoteles, itemque Plutarchus in Ariſtide non ſemel. Ab oppido quodam Peloponneſi, cui ἕλος nomen, ſic appellatos, Suidas auctor eſt. Ibi enim ut habitarent, captivos aliquot collocatos fuiſſe: ex quibus poſtea natos ſervos *Helotas* vocatos. v. Crag. de Republ. Laced 1, 11. Loccen. Ind. Philolog. ad Nepot. Vbb. Emmius Tom. 3 vet. Græc. p. 139, & inprimis Athenæus 14, 29. Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 25, 19. Alex. ab Alex. 3, 20.

HELPIS, ſive Elpis, *ĭdis*, m. Samius quidam in Africam delatus, leoni occurrenti os dentibus adhærens evellit, cui & leo grâtiam retulit, de quo copioſe Plinius 8, 16. vid. Geſneri Chreſtom. Plin. n. 31 p. 305, ubi etiam locum Aeliani H. An. l. 7 ult. emendat.

Helvaceum, vide *Helvus.*

HĔLVŌCVS, & Ēlūcus, *i*, m. nam utrumque legitur. Significat languidum ac ſemiſomnum, quod poſt ebrietatem contingit, wann man auf einen rauſch unluſtig und verdroſſen iſt. Græci ἕωλον vocant. Feſtus: ELVCVS, *languidum & ſemiſomnum ſignificat*, &c. Rurſus: HELVCVS *ab hiatu & oſcitatione dictus.* ¶ 2. Ipſa gravitas capitis ex nimio potu, der tummel; ut iis videtur, qui Tibull. 1, 11, 51 legunt: *Ruſticus elucoque vebit male ſobrius ipſe Vxorem plauſtro progeniemque domum: Eluco male ſobrius*, i. e. nondum ſobrius ſatis per elucum, ſeu ἐλλοχεσίαν. Sed rectius alii diviſe *e luco* legunt. vid. Scalig. & Brouckhuſ. ibidem. Tamen Tertull. de Corona mil. c. 7 *Liberum eumdem apud Ægyptios Oſirim, Harpocration induſtria hederatum argumentatur, quod hederæ natura ſit, cerebrum ab heluco defenſare.* Apul. Apol. p. 507 *An, quod verius, ex crapula heluco attentatur.*

HELVELLÆ, *arum*, f. plur. oleris minuti genus, ut exponit Feſtus, rabinggen. Nam *Helus & Heluſa veteres dicebant, quod nunc Holus & Holera* ſive olus & olera, Feſt. Cic. fam. 7, 27 *Fungos, helvellas, herbas omnes ita conditunt, ut nihil poſſit eſſe ſuavius.*

Helvenacus, &c. vide *Helvus.*

HELVETIA, *æ*, f. Schweitzer-land. *Civitas Helvetia*, Cæſari de B. Gall. 1, 12. tametſi anguſtior illa fuit, quam hodierna Helvetia.

¶ Helvetii, *orum*, m. pl. die Schweitzer, Eyd-genoſſen. Cic. de Provinc. c. 13 *Acerrima & maxima Helvetiorum natio.* conf. Plin. 4, 17.

HELVĬDIVS, *i*, m. nomen Romanum; ut, *Helvidius Priſcus*, de quo multa Tac. Ann. 12, 49, 3 &c. & Hiſt. 2, 91, 3, & Agric. 2, 1. conf. Iuvenal. 5, 36. ¶ 2. *Helvidius Rufus*, cujus meminit Cic. pro Cluent. c. 70. ¶ 3. *Helvidius* etiam auctor Antidicomarianitarum, qui Mariam plures liberos ex Ioſepho ſuſcepiſſe ſtatuit, de quo Epiphan. Hær. 78, & Auguſt. Hær. 56 & 84.

HELVI, *m.* pl. Galliæ Narbonenſis populi, Plin. 3, 4, hodie Viviers.

¶ Helvĭcus, *a*, *um*, adj. ut, *Vinum Helvicum*, Id. 14, 1.

HĔLVO, *ōnis*, (Helluo,) *ōnis*, m. triſyllabum, gulæ deditus, & ventri ſuo qui bona omnia dat, ein praſſer, ſchlemmer, Ter. Heaut. 5, 4, 10. Eugraphius, Scholiaſtes Terentii, INVASOREM, interpretatur, *& qui plurimum conſumit*, INVASOREM, bonorum puta, ut ea comedat atque abſumat. Vet. Gloſſ. *Heluo*, ἄσωτος, καταφαγᾶς. Feſtus: *Heluo dictus, immoderate bona ſua conſumens: ab* ELVENDO. *Qui aſpiratur, ut aviditas magis exprobretur. Fit enim vox incitatior.* Sane *eluere* Plautus non ſemel pro perdere, amittere dixit. Cui & *elotus* Trin. 2, 4, 5 dicitur, qui ſua omnia conſumſit, der abgebrauet hat. Nec inepte tamen deduci ab *Helus* pro Olus, oſtendit Voſſ. Etym. p. 246. *Heluo patriæ*, qui conſumit, atque exhaurit patriam, ein land-verzehrer. *Heluo librorum*, qui legendo fatiari nequit. Ciceronis eſt utrumque, hoc de Catone Fin. 3, 2: ubi Grut. ex MSS. *heluani*, illud pro P. Sextio c. 11.

¶ Hĕluor, *atus ſum*, *ari*, vorare, conſumere, ſchlemmen, praſſen. Cic. de Provinc. c. 6 *In orcheſtra heluatur*, & pro domo ad Pontif. c. 47 extr. *Ille gurges, heluatus ſanguinem reip.* Idem de fin. 2, 2 *Heluari libris.* Catull. 29, 17 *Parum expatravit? an parum heluatus eſt.* Paſſ. Virgil. in Vet. Poët. err. Ven. p. 9 edit. Petron. 1669, 8. *Et heluato ſera patrimonio In fratre parſimonia.*

¶ Heluatio, *ōnis*, f. die ſchwelgerey. Cic. poſt red. in Senatu c. 6 *In luſtris & heluationibus.* Treb. Pollio in Gallien. c. 4 *Vacare heluationi.*

¶ Heluator, *oris*, m. idem atque *Heluo*, apud Tertull.

HELVVS, *a*, *um*, color, medius inter rubrum & nigrum, apud Varr. de Re Ruſt. 2, 5, falb oder fahl, cujusmodi corii non albi, nec nigri, nec rubri color eſt, leder-gelb. v. Scalig. Exerc. 325, & Pontan. Progymn. p. 623. Ab *Albus* dixit Iſidorus 19, 28. Voſſius mavult a πελός, uti vocatur color non modo fuſcus, ſed & pallidus, bleich-roth.

¶ Helvinus, *a*, *um*, gilbicht; ut, Vinum *helvinum*, Plin. 14, 4.

¶ Helvŏlus, *a*, *um*; ut, *Vinum helvolum*, (legunt & *helveolum*) quod nec rubens eſt, nec album, brommer, ſchieler, apud Catonem c. 24. *Vvæ helvolæ*, Colum. 3, 2; & Plin. 14, 2.

¶ Helvenācus, vel Helvenacius, *a*, *um*, idem. Plin. 14, 9 *Vitis helvenaca.* Colum. 5, 5 *Helvenaci generis palmites.* Sed *vites helvinaciæ*, Id. 3, 2.

¶ Helvaceum, *i*, n. plur. *Helvacea, genus ornamenti Lydii, dictum à colore boum, qui eſt inter rufum & album medius, appellaturque Helvus*, Feſt.

HELXĪNE, *es*, f. ἑλξίνη, Dioſcorides 4, 37 cognomentum adjecit, κισσάμπελος, Helxine ciſſampelos herba naſcens in ſepibus, vineis & ſegetibus, irrerliens quæcunque contigerit, mittelwinde. Sed quæ ſepes & vicina omnia implicat, herba candidis floribus campanulis ſimilis, *Convolvolus eſt.* v. Plin. 21, 5 & 16, glockenblumen. De Helxine altera vide in *Parietaria*, tag und nacht.

HĔLŸMVS, *i*, m. Anchiſæ filius nothus, venator, de quo Virg. Æn. 5, 73, Ovid. Met. 12, 460. Statius Theb. 5, 207.

HEM, interjectio variis ſerviens affectibus. Eſt enim vel iraſcentis, vel commiſerescentis, vel perturbati animi, vel lætitiæ vox. Exempla apud Terentium ubique obvia ſunt, quorum aliquâ ſaltem recenſebo. ¶ 1. Iraſcentis: ut, *Quid Davus narrat? Nihilne? Hem!* Ter. Andr. 2, 6, 4. ¶ 2. Exhortantis: *Hem! ſerva*, wohlan, halt nun feſte! Ibid. 2, 5, 5. ¶ 3. Exclamantis, ſeu reſpondentis potius: Byrrhia inquit: *Hem!* Ibid. v. 9. ¶ 4. Grata nunciari audientis: *Adducimus tuam Bacchidem.* CL. *Hem quid? Bacchidem?* wie ſageſt du? Id. Heaut. 2, 3, 70. Et in Adelph. 4, 5, 62 *Bono animo es, duces uxorem hanc.* Æſch. *Hem!* ¶ 5. Factum demonſtrantis: *Obſecro te, hoc me libera miſerum metu*, D. *Hem! libero*, es ſey ſo, ſiehe da. Idem Andr. 2, 2, 15. Et, *Hem Davum tibi*; *Hem! paululum obſonii*, &c. ibid. 2, 2, 23. ¶ 6. Commiſerescentis aut ingemiſcentis potius: Crito, *Itane Chryſis?* M. *Hem!* ach ja leider, Gott leyds geklaget! Ibid. 4, 6, 8. ¶ 7. Ex improviſo vocanti reſpondentis: S. *Dave*, D. *Hem, quid eſt?* was giebts? Ibid. 1, 2, 13. Et in Adelph. 2, 4, 17 *Heus, heus Syre.* S. *Hem! quid eſt?* ¶ 8. Apud animum perturbati, ſeu perturbationem diſſimulantis: Ter. Andr. 5, 2, 5 *O ſalve bone vir.* D. *Hem! Simo, o noſter Chreme.* ¶ 9. Muliebriter exclamantis: *Hem iſtoc verbo animus mihi rediit, & cura ex corde exceſſit*, das iſt gut,

t, Id. Hec. 3, 2, 12. ¶ 10. Latitiæ vel exſultantis: *Hem, iſtuc ſuperum, ſo recht, ſo wolt ichs haben,* Id. Heaut. 4, 8, 26. ¶ 11. Anſolliciti & laborantis: *Occepi mecum cogitare, hem hominem hic nemonem eſſe ſoli ſine illa?* Ter. Eun 4, 2, 5, nun! ¶ 12. Sed hic ſerjectio eſt ironica: *Hem, ſi quid velis, huic mandes,* ſieh! doch, Thorm. 4, 4, 7. Cætera mediocriter rerum & affectuum ratiorum animadvertenti, pro cujusque linguæ conſuetudine accommore non erit difficile.

¶ Ehem, ſiehe da! interjectio eſt commoti novæ rei alicujus, & reficientis de improviſo ad aliquem ejulatum. Ter. Eun 1, 2. *Quis loquitur? Ehem, tune eras hic, mi Phædria?* Et Adelph. 3, 19 *Em Demea haud aſpexeram te.*

HĒMĔRĒSIOS, *a, um,* ἡμερήσιος, eines tages, ab ἡμέρα *dies:* ut, *fabula hemeréſios,* i. e. die uno abſoluta, Plin. 35, 11.

¶ Hemeris, *idis,* f. ἡμερίς, genus arboris glandiferæ, Plin. 16, 6.

¶ Hemerobius, *i,* n. unum vivens diem. Hemerobii, ἡμεροβίοι, dicti, ſeu potius Attici Atticoteles. v. Plin. 11, 36. Cic. Tuſc. Qu. 1, 39, & ox *Ephemeron.*

¶ Hemerocallis, *is,* f. ἡμεροκαλλὶς & ἡμεροκαλὲς, lilium ſilveſtre, ſchöne tillen, weiſſe hornungs-blumen v. Plin. 21, 12 & 21, 17 & c. 128.

¶ Hemerodromus, *i,* m. ἡμεροδρόμος, curſor, qui die uno ingens ſpatium curſu confecit, ein poſt oder ſchneller läuffer, apud Liviam 31, 24, C. Nepotem 1, 4, 3. Lipſ. Epiſtola de Curſoribus, & Loccen. Ind. Philolog. ad C. Nepot. Primæ hujus nominis partes olim in eo ſitæ erant, ut *ſub manum annunciaret exercitui, quid poſſet quidque gerature,* interpretatur Suetonio Aug. c. 29. Comperes, cum hoc inſtituto eas, quas *ſtafettas* hodie vocat Europæ major pars. Antiquiſſimum inſtituti ſui initio; quibus *Angari* & *Aſſiandæ* dicti, de quibus Herod. lib. 8, Xenoph. Cyropæd lib. 8. Deinde Græcorum, juxta Nepot. 4, 3. Tandem ab Auguſto ad Romanos translatum, de quo operæ pretium eſt videre Suet. Aug. c. 49, & Symmach. 10 epiſt 37, Britton. de Regno Perſar. p. 147. Lipſ. Cent. epiſt. ad Ital. & Hiſp. 59 p. 363. Turneb. Adverſ. 27, 7, Dukerus ad Liv. 31, 24.

¶ Hemerologium, *i,* n. ἡμερολόγιον, eccleſiaſticis idem ac calendarium, ein calender.

¶ Hēmeroton, *i,* n. centauria major, tauſendgülden-kraut, Apul. de erb. c. 34.

¶ Ephēmĕris, *idis,* ἐφημερὶς, commentarius, & quaſi ὑπόμνημα, & tuum diurnorum, & impenſarum, manual. Tales enim Commentaos Romani, diligentiſſimi homines atque induſtrii maxime, confecolebant. Nepos 25, 13, 6 *Scimus non ampliùs, quam terna millia is, peraque in ſingulos menſes, ex ephemeridibus eum expenſum fuiſſe rre ſolitum.* Sic *Ephemerides* Gallieni, Trebellius extrema Vita: obi *Ephemerides,* Vopiſcus c. 3 memorat. Ovid. Am. 1, 12, 25 commemorat *ephemeridas, In quibus abſumtas fleret averſus opes.* Auſoque quoque illud corpuſculum carminum, quibus diurnos actus omplectitur, *Ephemeris* vocavit. ¶ 2. Vocabatur & *Calendarium,* & *Diarium,* & *Diarnum Quotidianum,* ein tage-buch, calender. Iuenal 6, 573 *In cujus manibus Cerni Ephemerides.* Cic. pro Quint. 18 *Diſ. tiones in memoriam redixi Quinctius, quo die Roma in Galliam roſectus ſit, ad ephemeridem reverſitus, inveniter dies proſectionis.* en. epiſt. 12, 3 *Si cenas, tamquam ephemerides patri approbaturus.* dde Ovid. Amor. 1, 627.

¶ Ephēmĕrus, *a, um,* ἐφήμερος, & ἐφημέριος, diurnus, eintägig; ut, *Ephemera,* quæ unius eſt diei.

¶ Ephemeron, *i,* n. (& Monemeron,) animal eodem quo natum ſt die moriens, apud Ariſtot. 5 de Nat. animal & Cic in Tuſcul. & lutarch. Conſol. ad Apollonium p. 111, quod ἡμερόβιον. Plinius 11, 41 ppellat. v. Ælian. H. A. 2, 4; & lib. 5, 43. ¶ 2. Et herba ejus ominis, quæ ultra diem non durat. Hanc videtur Plautus intelere 1 Pſeud. 1, 1, 36 *Quaſi ſolſtitialis herba, paulliſper fui, Repente exortus ſum, repentino occidi.* ¶ 3. Appellatur & alia herba hoc nomine, quæ *Colchici* ſpecies, quam *Irin* niveſtrem appellari ſcribit Dioſcorid. 4, 83. Dicta *Ephemeron* inde, quia adeo ſit perniciola, ut unita una die interficiat.

¶ Hexahēmĕron, *i,* ἑξαήμερον, ſ. Hexaëmeros, f. Sic appellant S. atres creationem ſex diebus perfectam, in quod multi Commentaios ediderunt. v. g. Baſilius, Anaſtaſius &c. Vide de operibus ex ierum creationis copiole differentem Voët. part. 1 diſpp. Theog. p. 598, 726, & Weizium ad Draconti Hexaemeron.

HĒMI, ex ἡμίσυς *ſemis, dimidius,* in compoſitis occurrit, v. g.

Hemicrania, Hemicyclus, &c. Hemicylindrus, Hemimeris, vide *Cranium, Cyclus, Cylindrus, Meris.*

HĒMĪNA, *æ,* f. ἡμίνα ab ἥμισυς, dimidium eſt ſextarii, idem quod *Cotyla* & *acetabulum,* 14 & $\frac{1}{24}$ pollicis cubici Pariſini ex rationibus Eiſenſchmidii, ein halb noſel, Feſtus. Fannius apud Priſcianum: *Ac cotylas, quas ſi placeat dixiſſe licebit Heminas, recipit geminas ſexarius unus.* conf. Plin. 21, 34. Pro quavis menſura Perſius 1, 130 *Frearius unus.* conf. Plin. 21, 34. Pro quavis menſura Perſius 1, 130 *Frearius unus.* conf. Plin. 21, 34. Fulbertus Carnotenſis de Gradib. *cerit heminas Areti ædilis iniquas.* Caſſitatis epigrammate: *Libra cibi ſolidi, ſimplex hemina Falerni.*

¶ Hēmīnarius, *a, um,* unius heminæ. Quint. 6, 36 *Congiaria heminaria.*

¶ Hēmiŏlius, *i,* m. ἡμιόλιος, numerus ſesquialter, anderthalb; ut quindecim. Is enim numerus totum denarium, & dimidium continet. Gell 18, 14, & Vitruv. 3, 1. ¶ 2. De Hemiolia proportione conſule Muſicos.

HĒMIŎNION, *i,* n. ἡμιόνιον, herba, alias *Splenion,* hirſchzunge. Apul. de Herb. c. 56, & Plin. 27, 5.

¶ Hemionītis, *idis,* f. ἡμιονῖτις, idem, Dioſc. 3, 143.

¶ Hemipenthemimeris, vide in *Meris.*

HĒMIPLEXIA, *æ,* f. reſolutio nervorum in altera corporis parte, der halbe ſchlag. Cum enim corpus totum hoc malo afficitur, *Apoplexia* nominatur. Idem quod *hemiplexia* eſt, *Paralyſis* & *Pareſis,* Hermolao auctore: ſed ſubtilius diſtinguunt Medici.

Hemiſphærium, vide *Sphera,* Hemiſtichion, *Stichus.*

HEMITHEON, cinædus Sybarita, legislator inter ſuos. v. Lucian. adv. indoct p. 391 Græv. ὃς τοὺς Συβαρίτας ὑμῶν νόμους συνέγραψεν, ὡς δεῖ μαίνεσθαι, καὶ παρατίλλεσθαι καὶ παῖειν καὶ ποιεῖν ἕκαστα, *qui admirabiles vobis leges ſcripſit, ut inſanire deceat, & velli, patique & facere illa* (ſ. ſe) &c.

HĒMITHEOS, *i,* m. ἡμίθεος, ſemideus, ein halb gott. Mart. Capella 2, 42 *Semihiſ heroes, &c.*

Hemiſtrophium, vide *Tonus,* Hemitriglyphus, *Glyphice,* Hemitritæus, *Trite.*

HEMONA, *humana:* & Hemonem *hominem llocabant antiqui,* Feſt. Sed Ennius apud Priſcian. p. 685 *Aliquem manducat hemonem.*

Hendecatyllabon, vide *Syllaba,* Hendinidis, *Indicus.*

HĔNĔTI, *orum,* m. pl. populus Paphlagoniæ antiquiſſimus, Strabo, Plinio, Stephano, a quibus in Italiæ oras cognomines ceſſerunt. Venetos credi C. Nepos poſtulat, ut Plinius refert 3, 2, quod vero valde dubium & incertum eſt. v. Liv. 1, 1. ¶ 2. *Heneti* etiam ſive *Veneti,* (nam unum nomen eſt) Galliæ Lugdunenſis populi, quos inter, cujus Plinius meminit, 4, 19. Atque ab his Venetias in Adriatico ſinu originem ducere, Strabo ſentit lib. 4 p. 195. Quod & Hieronymus approbat lib. 1 Hiſt. p. 16.

HĒNIOCHUS, *i,* m. ita dictus Erichthei, ſive Erichthonii, auriga, propter currum inventionem, poſtquam in cœlum translatus eſt enim inter ſidera. Hyginus Poet. Aſtr. 2, 13 *Heniochus ... Minerva genitum fuit, propterea ab humero ſiniſtro usque ad coxam ſinistram ab eo, quem ſupra Lucem Orbem diximus.* conf. Plin. 2, 8 ¶ 2. *Heniochi,* Asiæ populus, de quo Veſtig. 2, 4, 1. Seneca Thyeſt. v. 1094 *Caucaſi regnum adjacens Heniochus habitat,* & Val. Flacc. 6, 44 *Heniochique tuæ jam pridem infimus Amazon.*

HĔNIPPE, *is,* f. pro habena poſuiſſe videtur Val. Flacc. 6, 377 *Illa manus equi tenderem frena & nempe.*

Henna v. *Enna.*

HĔNŌSIS, *is,* f. ἕνωσις, motus, concuſſio; æon hæreticorum, Tertull. adv. Valentin. c. 8.

¶ Henōtes, *æ,* f. ἑνότης, unitas, ſtridem æon Id. c. 37.

¶ Henoticon, *i,* n. ἑνωτικὸν, ein vereinigt, vereinigungs-brieff. Tale Zenonis Imp. promulgatum ad Eutychianos conciliandos cum orthodoxis. v. Evagr. 3, 17.

HENVI, gemma Indica, Plin. 37, 10. al. *Menui.*

HĒPAR, *ătis,* n. ἧπαρ, jecur, die leber. Rara Latinis priſcis vox, qui *jecur* fere ſemper dixerunt. Scribunt & *Hepur,* v. c. Plutarchus Heliodi carmen: ὃν ἐστὶ καὶ τοῦτο τῶν ἀπορρήτων, ἧπαρ καὶ τέρατα, de refert: Ὃς τ' ἄλλα καὶ τοιαῦτα, τῷ κενὸν ἧπαρ τεμὼν, Hoc eſt: *Damna parum aliis, perpetio parere ſpati damna.* Lipſ autem Lucilii. ¶ 2. *Hepar* genus piſcis, Plin. 32, 11.

¶ Hepāticum, *i,* n. idem Apul. de Herb. c. 164. *Hepatia in catillis,* Petron. c. 66. conf. Lucilium apud Nonium 2, 390.

¶ Hēpaticus, *i,* m. qui hepatis vitio laborat, leberſüchtig. Plin. 20, 14 de pulegio ſilveſtri: *Hepatici eam multo & ſale bibendam dantur.* ¶ 2. Adjective *Hepaticus morbus,* Celſus 4, 1, die leberſucht. ¶ Hepatarius, *a, um,* idem quod *hepaticus,* an leber gehörig. Plaut. Cure. 2, 1. 24 *Tam intiter te miſeram ſciunt hepatarias.*

¶ Hepatica, *æ,* f. herba, leber-kraut, Fabernam. p. 911.

¶ Hepatites, *æ,* m. gemma a jecinoris ſigura nomen habens, Plin. 37, 11.

¶ Hepatizon, *ōnis,* partic. ἡπατίζων, jecinoris colorem referens, leber-farbicht. Plin 34, 2 *Ex eo ſolo pretioſum ad jecinoris hepatizontem vergens, quod idco hepatizon appellant.*

HEPHÆSTION, *ōnis,* m. dux Alexandri M. cariſſimus. v. Curt. 3, 12, 16, & 10, 4, 11. Mortuus magnifico funere elatus. v. Ælian. H. V. 7, 8. ¶ 2. *Hephæſtion* Alexandrinus Grammaticus, Suid ¶ 3. *Hephæſtion* Thebanus, de horoſcopi effectis ſcripſit v. Voſſ. de Scient. Mathem. c. 37 § 11. ¶ 4. *Hephæſtion,* herba feſtlerata, Haubrauf kraut Apul. de Herb. c. 8.

¶ Hephæſtites, *æ,* m. gemma, quæ inſtar ſpeculi imagines reddit. Plin. 37, 10.

Hephthemimĕris, vide *Meris.*

HĔPTALUS, *i,* m. ἥπταλος, pyrallis, alio nomine, papilionem de genere infectum eſt, circa lychnum volitans noctu, ein fleiner ſpinnefalter.

HEPSĒMA, *ătis,* n. ἕψημα, vini cocti genus, Plin 14, 9.

HEPTAS, *ădis,* f. ἑπτάς, alias ἑβδομὰς, eine ſiebenheit. *Numerus ſeptenarius heptas nuncupatus, apud veteres ſapientes,* Macrob. Somn. Sc. 1, 6. conf. Marc. Capella 7 p. 241.

¶ Heptaemus, *a, um,* ſeptenarius; ut, *Numerus heptaemus,* Mart. Capella 9 p. 330.

¶ Heptagoniæ, *arum,* f. locus prope Spartam apertus ſine muro, Liv. 34, 38.

¶ Heptaneuros, *i,* f. ἑπτάνευρος, &

¶ Heptapleuros, *i,* f. ἑπτάπλευρος, herba plantago, ſeptem foliis laterum modo incluſa, breitwegerich, Plin. 25, 8. Apul. de Herb. c. 1.

¶ Heptaphōnos, *i,* f. ἑπτάφωνος, porticus Olympiæ, ea arte confecta, ut in ea vox ſepties reddatur, Plin. 36, 15.

Heptaphyllon, vide *Phyllon,* Heptapilus, *Pylæ,* Heptaſtadium, *Stadium.*

¶ Heptateuchus (Hepticus) *i,* m. ſeptem continens libros. Ita vocantur libri Moyſis, Joſuæ & judicum, ſive primus tomus S. Scripturæ. v. Hieron. quæſt. in Paralip. 1, 2.

Hepteris, vide *Eretes,* Hera, *Heres.*

HERACLĒA, *æ,* f. Ἡράκλεια, nomen aliquot civitatum, quaſi Herculi ſacratum. Ab ea, quæ Lydiæ eſt, *Heraclea lapis, Heraclius* qui & *lapis Lydius,* & *coticula* dicitur a Plinio 33, 12, cui vide Eraſmi Chiliad. ¶ 2. Et eſt *Heraclea* civitas Bithyniæ, & Italiæ, & Siciliæ, & Ponti, prout Stephanum v. Ælian. H. V. 2, 6, 40, & Cic. pro Arch. c. 4 Ver. 5, 33. De *Heraclea Ponti,* autore colonorum dicta, Sparſo de ea urbe Diſſ ¶ 3. Eſt quoque antiqua Thraciæ urbs Perinthus, deinde Heraclea dicta, uti in Observ. Miscell. Vol. 5 p. 50 obſervavi. conf. Vol. 3 p. 105. ¶ 4. *Heraclea* ſive *Heraclia* commune nonnullis herbis nomen. vide Apul. de Herb. c. 18, 29; 72; & 91. & Dioſc. 4, 3 & 30 & 65, &c.

¶ Heracleōtes, & Heracleōta, *æ,* f. Heraclea oriundus, qualis Zeuxis fuit, v. Ælian. Var. Hiſt. l. 4 c. 12, & Cic. de Invent. 2, 1. conf. Inſt. 5, 10.

¶ Hera-

¶ Heraclienſis, *e*, idem latina terminatione. Cic. pro Archia c. 4 *Adſunt Heraclienſes legati:* conf. pro C. Balbo c. 8 & 22.

¶ Heraclius, vel Heracleus, *a*, *um*, Ἡράκλειος; ut, *Heraclius lapis*, qui & Lydius. vid. paullo ante in *Heraclea*. Et *Heraclea pocula*, Cic. Verr. 4, 18. ¶ 2. *Heracleos*, Herculis herba, Plin. 20, 17 & 19; 25, 4 & 7, 26, 14; 27, 11. Apul. de Herb. c. 47; 53, 67. ¶ 3. *Heracleus lapis*, magnes etiam dicitur, ein magnet, ab Heraclea Magneſiæ civitate, ubi magnes laudatiſſimus naſcitur. v. Plin. 36, 16. & Voſſ. 1 Inſt. Orat. p. 188. ¶ 4. *Heracliorum* nomina aliquot vide in Cic. Verr. 2, 5 & 14 & 27; 3, 39; 5, 43.

¶ Heracleōticus, *a*, *um*, aliud adject. ut, *Cancri Heracleotici*, Plin. 9, 31. *Origanum Heracleoticum*, Id. 25, 4. conf. Solin. c. 45 f. & Apul. de Herb. c. 122.

HĒRĀCLĪDES, *æ*, m. Lycius ſophiſta ſub Severo principe. ¶ 2. Alter Philoſophus Ponticus, auditor Platonis & Ariſtotelis. vid. Cic. de Leg. 3, 6; Tuſc. 5, 3; Div. 1, 25 & 57. ¶ 3. Pictor, Plin. 35, 11. Alios denique hoc nomine plures apud Laërtium reperies. ¶ 4. *Heraclidæ*, poſteri Herculis, qui Peloponneſi imperium habuerunt. vide Paſan. & Vellej. 1, 2, 1.

¶ Heraclideus, *a*, *um*, adj. ut, *Heraclideum ſcribendi genus*, Cic. Att. 15, 13 & 27; item 16, 2.

HĒRĀCLĪTUS, *i*, m. pen. longa, Ἡράκλειτος, Philoſophus Epheſius, qui humana omnia deflevit, ſicut alter, Democritus, riſit. Cum is ægrotaret, & Medici convenirent, neque tamen de [illegible] & remediis conſentirent, refuturus eorum imperitiam [illegible] tiam, more ſuo obſcuris verbis interrogabat, quonam [illegible] ἐπιμβόλας ἀνχυλὸς ποιητέος. Cum ignari Medici nihil [illegible] ſpondere poſſent, merito ſunt expulſi ab Heraclito. Laborabat autem hydrope, quem ἀδιψίαν Græci vocant; qui ut [illegible] indubiis manifeſtus ſit: ita illum cognoſcere, & [illegible] ex iis verbis intelligere arduum haud erat. vid. Hier. Mercurialem Var. Lect. 3, 19. vide & ſupra in *Democritus*. Scripſit librum de natura, ſed obſcuriſſime, ut ſoli eruditi legerent, ne Philoſophiæ arcana apud vulgus profanarentur, ut Laërtius ſcribit. Hinc σκοτεινὸς nomen inditum, Clemens Alexandrinus auctor eſt; Stromat. p. 516, ubi de Symbolica philoſophandi ratione tractat, & Seneca epiſt. 12. Namque & ille Heracliti liber totus ex allegoriis erat conflatus. Cujusmodi & eſt, quod Ariſtoteles ex eo Ethic. Nicom. 8, 2 producit. vide & Anthol. lg. Græc. Epigr. lib. 1 in Philoſoph. epigr. 11, & ibi Brodæum. Vixit Darii ultimi temporibus.

HERALDUS, *i*, m. germ. ein herold. *Heraldi*, quorum hodie nomen in tota Europa celebre, olim nuncii regii & publici; item, feciales, legati ſancti, nec non oratores appellati ſunt. v. Nonius Marcell. 3, 12. Heraldorum, qui hodie ita vocantur, officium potiſſimum philoſophia quædam eſt in cenſendis tribuendisque nobilium clypeis, dum alia aliis conferuntur inſignia pro meritorum dignitate atque numero. Qua ratione Romani aquilam, Thraces Martem ſibi delegerunt. v. Æneas Sylvius epiſt. 126, & H. Spelmannus Gloſſ. Archæol. imprimis de Heraldis Anglicis.

¶ Heraldica, *æ*, f. vulgo vocatur ars Heraldorum, die herolds- oder wappen-kunſt; de cujus origine Corn. Agrippa de Vanit. Scient. c. 81 & melius Phil. Jac. Spenerus, claſſicus prope hujus diſciplinæ auctor.

HERAS, *æ*, medicus, cujus emplaſtrum commendat Celſus v. g. 5, 22, 3; it. 5, 28, 4.

HERAS DĀCRYON, alias periſtereos, eiſen-kraut. Apul. de Herb. c. 65 ad verbum *Junonis lacryma*.

HERBA, *æ*, f. kraut, gras; ut, *Florentes herbæ*, Virg. eclog. 9, 19. ¶ *Herbam dare*, & *herbam porrigere*, proverbialiter dicitur, pro victoriam cedere, ſe fateri victum. v. Plin. 22, 14. Tractum ab eo, quod paſtores olim curſu certantes, quum ſuperati eſſent, herbam ex eodem loco ſtatim decerptam adverſario porrigebant, & ita ſe victos eſſe oſtendebant. v. Feſtum, & ibi Scaligerum: nec non Servium ad illud Virg. Æn. 8, 128 *Et vitta comtos voluit prætendere ramos*. Item Franciſc. Iuret. ad illud Symmachi 3 epiſt. 44 *Sed quid ego de hoc plura, cum ſim tibi dicto audiens, atque herbam dederim voluntati tuæ*. ¶ 2. *In herba* vel *in herbis eſſe*, dicuntur frumenta & alia, quæ terra gignit, quamdiu herbam referunt ante quam in ſpicas eunt, ehe es ſchoſſet. Cæſ. de B. Civ. 1, 48 *Tempus autem erat anni difficillimum, quo neque frumenta in herbis erant, neque multum a maturitate aberant*. Liv. 23, 18 *Nec ante vidisse agrum Campanum, quam jam altæ in ſegetibus herbæ pabulum præbere poterant*. Et Plin. 22, 25 *Seſama trita in vino ſumta inhibet vomitiones. Aurum inflammationi illinitur & ambuſtis. Eadem efficit & dum in herba eſt*. Hinc proverbialis nata locutio de iis, quæ nondum tem quidem, ſed bonam ſpem præbent. v. Chil. Ovid. Heroid. 17, 263 *Sed nimium properas: & adhuc tum meſſis in herba eſt*.

¶ Herbula, *æ*, f. diminut. Cic. N. Deor. 2, 50 *Cervæ perpurgant ſe quadam herbula &c.* Et Apul. 3 Miles. p. 139 *Parvis & futilibus herbulis res procuratur*.

¶ Herbuſcula, *æ*, f. idem. Martian. Capell. 2 *Herbuſculas prælegere*.

¶ Herbaceus, *a*, *um*, herbæ ſimilis, ex herba. *Herbacei coloris eſſe*, Plin. 27, 12. *Herbaceum oleum*, Id. 23, 4. *Herbacea Chryſocolla*, Id. 33, 5.

¶ Herbeus, *a*, *um*, idem. Plaut. Curc. 2, 1, 17 *Homo oculis herbeis*.

¶ Herbidus, *a*, *um*, herbis plenus & abundans, voll kraut, voll gras; ut, *Campus herbidus*, Liv. 9, 2. *Mons herbidus*, Id. 29, 31. conf. Drakenb. ad 23, 19. *Herbida vipa*, Ammian. 14, 9.

¶ Herbōſus, *a*, *um*, idem; ut, *Ager herboſus*, Ovid. Met. 14, 445. Superl. Cato c. 54 *Herboſiſſima ſtramenta*.

¶ Herbilis, *e*, das gras friſt; ut, *Herbilis anſer*, herba paſtus, qui ſecundum Feſtum gracilior eſt, quam frumento altus.

¶ Herbāticus, *a*, *um*, idem; ut, *Herbatica animalia*, quæ herbas paſcuntur, Solin. c. 40 n. 577; & Vopiſc. in Probo c. 19. Gloſſ. Vet. *Herbaticus*, βοτανικός.

¶ Herbarius, *a*, *um*; ut, *Ars herbaria*, Plinius 7, 56, die kräuter-kunſt.

¶ Herbarius, *i*, ſubſt. qui herbas colligit, iisque ad medicinam utitur, ein botanicus. Plin. 22, 25 *Noſtri, qui nunc ſunt, herbarii latine ſaltiam vocant*.

¶ Herbeo, *ēre*, verbum, ex quo participium ſupereſt apud Apulej. 7 p. 194 (ed. Elmenh.) *prata herbentia*. Ita quoque Pricæus legit p. 142.

¶ Herbeſco, vel Herbaſco, *ĕre*, grünen, blätter gewinnen. Cic. de Senect. c. 15 *Elicit herbeſcentem ex eo viriditatem*. Onomaſt. Vet. *Herbeſcere*, βοτανᾶσθαι. An etiam Plinii ſit *Herbaſcere* 19, 8 res incerta eſt. Harduinus ſane (p. 610) pro *herbaſceret*, legit *herbas creet*.

¶ Herbīdo, *are*, herbis opplere. Martian. Capell. 1 *Herbidare terras*.

¶ Herbifer, *a*, *um*, idem ac *herbidus* & *herboſus*. Ovid. Faſt. 4, 468 *Herbifer Acis*. Plin. 25, 8 *Herbiferum eſſe & pellum montem in Theſſalia, tradunt*.

¶ Herbĭgrădus, *a*, *um*, im gras gehend; ut, *Herbigrada cochlea*, Cic. de Divin. 2, 64.

¶ Herbĭpŏlis, *is*, f. civitas Franconiæ inferioris, vitiferis collibus admodum celebris, unde & nomen eſſe videtur, Würzburg.

¶ Exherbo, *are*, herbas evellere, jäten, das gras ausrauffen. Colum. 11, 3 *Cum ſationis adpropinquabit tempus, ante quintum diem exherbandus erit locus*.

¶ Exherbatio, *ōnis*, f. herbarum exſtirpatio, die ausjätung, apud Auguſtinum.

¶ Obherbeſco, *ĕre*, Feſtus interpretatur *herbam increſcere*, bewachſen. HERBESVS vel Herbeſſus duorum in Sicilia oppidorum nomen, quod Cluver. Sicil. ant. 2, 10, p. 361 multos doctos viros ſine adſpiratione ſcribere malle, quia a Græca voce ἕρεβος deductum videatur, obſervat. vid. Drakenb. ad Sil. 14, 264.

HERBVM, *i*, n. videtur eſſe ervum, ὄροβος, erbſen. Pallad. 1, 24 de Columellæ: *Faba frequentum, ſi ordeum torreſcat, vel fabam, vel herbum pape conſumant*. Et mox: *Herbum ſatus gratia complures præbeamus hybernis*. Creſcentius, qui 9, 89 deſcribit Palladium, habet *orobum*.

¶ HERCEVS, *i*, m. ἕρκειος, Jupiter appellatus, quia, ut Feſtus adnotat, intra conſeptum domus cujusque colebatur. Græce enim ſeptum clauſtrumque ἕρκος eſt. Unde etiam *Deus penetralis* dictus. Et Servius in Virg. Æn. 11 *Singula domus ſacrata ſunt diis, ut culina diis penatibus, maceries, quæ ambit domum, Herceo Iovi*. Hyginus *Paris in aram Iovis Herceï inſtituit*. Et Ovid. in Ibin v. 284 *Cui nihil Herceï profuit ara Iovis*. v. Heinſ. Notæ ad Ovidii Heroid. 7, 113.

HERCISCO, (Ercifco,) *ĕre*, id eſt, dividere, interſepire, antiquum verbum juris, ab ἐρκίζειν, theilen, unterſcheiden. Cic. de Orat. 1, 56 *Nec ſi parvi navigii & magni eadem eſt in gubernando ſcientia, idcirco, qui, quibus verbis, hæreditate cieri oporteat, neſciat, idem hoc familiæ familiæ cauſſam agere non poſſit*. Sed totum hoc verbum nihili cenſet, & cælo latino ignotum Salmaſius, & ab Triboniano per imperitiam conflatum: ERCTVM, inquit, *ſignificat patrimonium*: CITVM: *divisum*. *Inde* HERCTO NON CITO, *bonis hæreditatis non divisis*. *Hinc actio illa duodecim Tabularum, quæ dabatur* HERCTO CIVNDO, id eſt, *hæreditati dividundæ, ita conceptam fuiſſe legem*: FAMILIAE HERCTO CIVNDAE: id eſt, *Familiæ, & reliquorum bonorum, quæ* HERCTI *nomine comprehenduntur, dividendorum*. *Hoc loquendi genus cum Tribonianus non caperet, id mutavit, in* FAMILIAE HERCISCVNDAE, *& putavit, id eſſe familiæ dividendæ*. vid. Exercit. ejus Plinian. p. 1263, & conf. Roſini Ant. Rom. lib. 8 p. 794. Sed ſi ex Latinorum finibus deportandum verbum HERCISCO pro *divido* eſt, quid illo Apuleji ſub fin. 6 Met. ſive Miles. fiet? *Sic nos diverſa tendentes & in cauſſa finali de proprietate ſoli, imo viæ creſcundæ, contendentes, rapinis ſuis omniſi deprehendant ipſi latrones*, imo, quid de ipſo Ciceronis ſupra adducto loco? Ex mente enim Salmaſii debuiſſet *familiæ, heredi ciundæ*, ſive *ciſcundæ cauſſam*; non *hercicundæ familiæ cauſſam* dicere. v. Burm. ad Petron. c. 141 p. 664. Inter Steph. Morini diſſertatt. una eſt de *hercicundis*, ubi intelligit, qui in litibus eruditorum neutras partes ſequuntur.

¶ Herctus, *a*, *um*, divisus, getheilt. vide in *Hercisco*. ¶ 2. *Ercta citum* apud Feſtum eſt hæreditas divisa.

HERCŬLES, *is*, m. Ἡρακλῆς, plures hoc nomine fuerunt. v. Voſſ. 5 Inſt. Orat. p. 395. Varro 44 nominat. Sed omnium eſt celeberrimus, heros laudatiſſimus in Græcia, qui vixit paullo ante Saulis in populo Iſraëlitico regnum, & ante bellum Trojanum. Priamum enim, occiſo Laomedonte, regem Trojæ præfecit. Natus fuit Hercules Thebis, parentibus Amphitryone & Alcmena, vel potius Iove & Alcmena; ſpurius enim fuit. Inde eſt, quod paraſiti ſive epulones Athenis in Herculano templo, cui nomen *Cynoſarges*, ex lege quotannis unum e ſpuriis, ſpuriorumve liberis in ordinem ſuum cooptarent. Qui ſi jure vocatus non obtemperaret, ſacerdos de eo ad judicum concilium referebat. v. Voſſ. 1 Inſt. Orat. p. 65. Res in Græcia, Italia & Hiſpania heroicis virtutibus maximas geſſit, pacem terra marique fecit. vid. Dionyſ. Halic. lib. 1 & 2. De *Herculis* cultu per Italiam v. Reinef. Inſcr. p. 109. De *ara Herculis* Romæ Cerda ad Virg. Æn. 8, 271, & Salm. ad Solin. p. 7. Adoleſcentes legant, quæ de virtute, & voluptate, cum Hercule colloquentibus, elegantiſſimo commento ex Prodico recitantur a Xenophonte lib. 2 de dictis & factis Socratis. Quæ elegantibus verſibus Silius expreſſit 15, 22 ſeqq. ad Scipionem, Africanum poſtea cognominatum, accommodat. v. *Virtus*. Herculis autem labores, ſive ærumnas, alii pauciores, alii plures faciunt. Plerumque XII numerantur. At Quintus (ſive Cointhus) Smyrnæus circiter XX in Euripyli clypeo depingit, quem vide lib. 6 Paralip. Martialis 9 epigr. 104 *Si cupis Alcidæ cognoſcere facta prioris: Diſce: Libya domuit, navaque poma tulit, &c. &c.* Habes de iisdem & Silii 3, 32 ſeq. & Auſonii Idyll. numero 12. Boëth. conf. phil. 4, 7, & quos laudant Grut. ad Plauti Perſ. 1, 1, 3, & Drakenb. ad Sil. 3, 32. Ægyptii, ut Tacitus Ann. 2, 60, 2 auctor eſt, jactitarunt, primum omnium & antiquiſſimum Herculem apud ſe ortum: ab eo appellatos poſtea, qui pari virtute præſtiterint. Auctor libri de Origine Gentis Romanæ, *Recaranum* quemdam, græcæ originis, ingentis corporis & magnarum virium paſtorem, *Herculem* appellatum, quod forma, & virtute cæteris antecelleret, ex Caſſ. 1 Pontifical. prodit. Pluribus Hercules cognomentis inſignitus fuit; Dictus enim ἀλεξίκακος, ſive malorum depulſor ſive Averruncator, de quo Turnebus 4, 16. Item Μουσηγέτης, quaſi dux comesque Muſarum: de quo elegans locus eſt apud Eumen. Rhetor. de inſtaurandis ſcholis c. 7. vide & Torrentium ad Suet. Aug. c. 29 &c. Herculem theſauris præeſſe creditum, Vet. Schol. Horatii notat ad 2 ſat. 6. Sapientis viri exemplar habitum, Seneca de Conſtantia Sapientis c. 2 indicat, ubi Lipſium vide. De ejus ἀποθεώσει & interitu vid. Lactant. 1, 9. Ovid. Met. 9 fab. 4. Philoſtrat. in Heroicis c. 4.

Macro-

Macrobius sat. 1,20 Herculem solem esse, idque tam ex nomine quam ex duodecim laboribus ipsi attributis patefcere scribit. Idem lib. 3 asserit, Herculem & Martem eumdem esse. v. Rutgers. Var. Lect. 5, 6. De *Hercule Pacifero* Drackenb. ad Sil. 2, 483. De *Hercule Victore* Brouckh. ad Prop. 4, 9, 20. De *Hercule Sancto* vel *Sanco*, Id. ad 4, 9, 74. ¶ 2. *Herculis* nomen Hadriano tributum, ob peragratum ab eo orbem Rom. itemque Commodo & aliis vid. Spanh. de usu num. dist. 12 p. 492. ¶ 3. *Hercules Tyrius* Græco multum antiquior, memoratur Luciano de Dea Syr. p. 687. v. omnino Marsham. Can. Chron. p. 303 seq. Plurima etiam de *Hercule* dabit Huet. Dem. Evang. ¶ 4. Proverbiorum rationem habent ista: *Personam Herculis & cothurnos aptare infantibus*, de inepte applicatis, proverbialiter dixit Quintilianus 6, 2. *Herculem lacessere*, est fortiori negotium facere. Vetus Inscriptio apud Gruter. p. 103 n. 5 NONNE DIXI TIBI DECEBALE FVNESTVM EST HERCVLEM LACESSERE. *Ne Hercules adversus duos*, id est, nemo tantis pollet viribus, ut pluribus par esse possit, piel hunde sind des hasen tod. Est ex Platonis Phædone: ἀλλὰ πρὸς δύο θεοὺς Ἡρακλῆς λέγεται διώκειν τε ἐναι. Qui licet esset robustissimus, adversus *Hydram* tamen & contra *Cancrum* simul nequivit pugnare, sed Iolai fratris sui filii imploravit auxilium. Ejus rei in Euthydemo mentionem facit Plato. Ad quod Catullus in Carmine Nuptiali alludit v. 64 *Noli pugnare duobus. Chavam Heredi exturquere, quod est, frustra aliquid conari. Hercules hospitatur, vel Hercules convivio excipitur*, Ἡρακλῆς ξενίζεται, dicitur de eo, qui diutius in convivio commorantur, propterea, quod cum Hercules hospitio reciperetur, multum temporis requirebatur, donec ille tatur esset. De ejus edacitate refert Athenæus 10, 1. *Hercules servivit Omphalæ*, vide in *Omphale*. ¶ 5. *Herculis columnæ* supremam orbis metam notant apud veteres, America nondum cognita. vid. Chiliad. & Curt. 10, 1, 1. Ita enim vocantur proximi inter se atque ultimi Europæ atque Africæ montes, *Abyla* in Mauritania & *Calpe* in Hispania Bætica. Eo tandem Herculem pervenisse, illosque junctos olim diremisse colles, & fretum ibi aperuisse fingitur. v. Mela 1, 5; & 2, 6; & Solin. 35 n. 299.

¶ Herculeus, *a, um*, adj. ut, *Herculei labores*, pro ingentibus & duris, proverbio locum fecerunt, ut & alia multa ex Herculis fumta historia. *Herculea audacia aggredi*, Justinus præfat. Et Propert. 4, 10, 39 *Quis facta Herculeæ nescit dotis clava. Herculeus hostis* Ovid. R. A. 47 Telephus est, Herculis ex Auge filius. ¶ 2. *Herculeum lavacrum*, vel *Herculea balnea*, Ausonius in Clar. Vrb. 5, 7 vocat regionem Mediolani, cum Hercules tutela Mediolanensium fuerit. v. Scalig. in eumdem p. 65. ¶ 3. *Herculeum fretum*, alias *Gaditanum*, maris angustia inter Mauritaniam & Hispaniam, die strasse von Gibraltar. A *columnis Herculis* dictum v. n. 5.

¶ Herculee, adv. id est, more Herculis. Cic. Att. 8, 6 *Hoc quod eum fortiter & diligenter, tum etiam herculee* scil. fecit. Sed locum hunc Critici pro corrupto habent.

¶ Herculius, ut Iovius, cognomen Imperatorum Rom. de quo Spanh. de usu num. dist. 12 p. 495.

¶ Herculaneus, & Herculanus, *a, um*, alia adjectiva; ut, *Herculanæ formicæ*, i. e. maximæ, Plin. 30, 4. *Herculanus ficus*, Cato R. R. c. 8. *Herculaneus scyphus*, de magno. Talibus enim Herculem usum, Athenæus commemorat. Scypho hujusmodi epoto, Alexandrum M. perisse, Plutarchus ejus vita, Curt. 10, 4, 18, & Seneca epist. 82 circa finem tradunt. *Herculanus nodus*, pro indissolubili. ¶ 2. *Herculanus morbus*, comitialis est, quia insuperabilis. v. Crin. de H. D. 25, 1. ¶ 3. *Herculana scabies*, de jucunda & facile sanabili; aut quæ Herculana, id est, calida balnea desiderat. Herculi enim ingentibus illis laboribus fatigato Pallas terventia suppeditasse balnea dicitur.

¶ Herculana & Herculanea, subst. herbam non unam significat: e. g. *Helxinen*, ras und nacht, Apul. de Herb. c. 81. *Periplocen*, eisenkraut, Eidem c. 65. *Nympheam*, flee-blume, Eid. c. 67. *Sideritidem*, gliedkraut, Eid. c. 72. *Verticam*, quæ odorem fundit, eine wald- oder stinknessel, Plin. 21, 15.

¶ Herculaneum, *i*, n. subst. oppidum Campaniæ inter Vesuvium & mare. Vellej. 2, 16; & Mela 2, 4, 64.

¶ Herculanensis, *e*, ut, *fundus Herculanensis*, Cic. fam. 9, 25.

¶ Hercle & Mehercle, Hercule, Mehercule, Hercules & Meherculeles, adverbia jurandi, quasi dicas *per Herculem*: vel ita me Hercules adjuvet, amet, &c. Cic. in Orat. c. 47 *Libentius dixerim, mehercule, quam mehercules*. Id. pro Plancio c. 26 *Vere, mehercules hoc dicam*. Apud Plautum & Terentium nihil frequentius in ore virorum quam *Hercle*. Ter. Eun. 2, 3, 19 *Hercle hoc factum est*. Id. Andr. 2, 2, 10 *Mea quidem hercle certe in dubio est vita*. Id. Eun. 2, 3, 64 *Quæso hercle*. Id. Eun. 3, 5, 14 *Obsecro hercle*. Id. Adelph. 2, 4, 4 *Ego illam hercle vero omitto*. Cic. fam. 8, 6 *Et hercule confecta omnia*. Vellej. 2, 52, 1 *Neque hercules quicquam salubrius fuit*. ¶ 2. Observat Gellius, 11, 6, apud Auctores idoneos nusquam legi; aut *Mehercules* mulierem dicere, aut *Mecastor*, virum. Tamen Apulejus inter Scriptores non proletarius, sed classicus, morosa illa diligentia haudquaquam observata non tam inficete, quam eleganter fœminam per Herculem adjuratam inducit. vid. Beroald. ad lib. 4 Apulej. de A. A. Sed nobis Christianis his dejerationibus abstinendum est *Confuetudinis autem est MEHERCVLE dicere, ME DIVS FIDIVS, accedente ignorantia quorundam, qui ignorant, jusjurandam esse per Herculem, &c.* ut Tertullianus monet de Idololatria c. 20. Et B. Hieron. mus ad Damasum in parabola Evangelica, de filio prodigo: *Absit*, inquit, *ut de ore Christiano sonet*, IVPITER OMNIPOTENS, & MEHERCVLES, MECASTOR, &c.

¶ Perhercle, idem. Gell. 3, 6 *Perhercle res miranda*.

HERCYNIA, *æ*, f. maxima Germaniæ silva, græcis & latinis memorata scriptoribus. Græci Ἑρκύνιον ὄρυμον appellant. De variis ejus nominibus vid. Dalechamp. ad Plin. 16, 2 p. 694. Nos eam bonam certe & maximam ejus partem, silvosam & montosam, quæ nobis vicina est, & Saxoniam attingit, den harz oder harzwald, nominamus. Multarum postea gentium fines, quemadmodum Cæsar de B. Gall. 6, 25 scriptit, propter magnitudinem attingit, variasque fortitur appellationes, ut *Silva Bohemica, Silva Thuringica*, &c. Dictam *Hercyniam* putant ab ἕρκος, quod circuitum seu septum significat, ideo, quod hæc silva Germaniam fere totam valli instar circumdet. Germanica appellatio a piciferis arboribus est; unde & latinum vocabulum procul dubio derivatum. v. Cluver Ant. Germaniæ 3, 47; & Melanchth. in Tac. Germ. p. 86.

¶ Hercynius, *a, um*, adjective, ut, *Hercynius saltus*, Tac Germ. 30, 1 Et Seneca Medea v. 712 *Aut quos ab axe frigido, juvenes legant Lacus Scythi nobiles Hercynii*. Et Claudian. de Bello Get. v. 350 *Prominet Hercyniæ continis horrida silvæ*.

HERE, & HERI, adv. temporis. Ter. Heaut. 3, 2, 8 *Qui here tantum biberis*. Et Plaut. Peri. 1, 3, 35 *Hoc jam here enarrari non potuit*. Et 2, 22 pr. *Scis, here mi multas pariter placuisse puellas*. Mart. 4, 7 *Cur here quod dederas hodie puer Hylen gasti*. Cic. Att. 13, 40 *Legi ego me heri vesperi litteras misit*, afferri debuerunt. Quintil. 1, 7 p. 97 Burm. HERE *nunc* E *litera terminamus: at veterum Camœnarum auctor Livius inveni*, heri ad me venit. *Quod idem in epistolis Augusti, quas jam manu scripsit aut emendavit, deprehenditur*. Est hinc

¶ Hesternus, *a, um*, adj. gestrig, ut, *Hesternus dies*, Catull. 50 pr. *Nosse hesterna*, Ovid. Heroid. 19, 72. Et, *Hesterna cœna*, Plin. Paneg. c. 63. Et, *Hesterna disputatio*, Cic. Tusc. 2, 4.

HERENNIVS, *i*, m. nomen Romanum; ut, *M. Herennius*, de quo Cic. Brut. c. 45: & pro Mur. c. 12. De *L. Herennio* Id. Ver. 5, 9. & pro Cæl. c. 11. De *C. Herennio* Id. Attic. 1, 18 & 19. Ad hunc sive Ciceronis sive Cornificius Rhetoricorum libros scripsisse videtur. *De Herennio Gallo, histrione*, v. Cic. Verr. 2, 5, & ad Fam. 10, 32, & Tac. Hist. 4, 19, 4 &c. De *Herennio Senecione*, Historico sub Domitiano, Tac. Agric. 2, 1, & 45, 3. Voss. de Hist. Lat. 1, 29 p. 141. De *Herennio Modestino*, Ictio, præceptore Maximini Jun. Lamp. in Severo c. ult. & Capit. in Max. c. 1.

¶ Herennianus, *a, um*, adj. ut, *Herenniani coheredes*, Cic. Att. 13, 6. Heres, hereditas, vide *Hæres*, Heretum, *Iscetum*.

HERICIVS, & Hericaneus, *i*, m. echinus terrestris, ein igel, Plin 8, 37. vide supra *Ericius* & *Ericaneus*, & *Iricus*. Aliter nam, quæ de hujus vocis origine differit Salmasius in Solin p. 220, & Isidus p. 27: Græcum est χὴς, χηρος, *echinus*. Hesychius: χὴς ἐχῖνος. Inde Latinum, *Heri, herii*, & *Heres*. Calpurnius: *Spinosi corporis herem*. Ex eo παραγωγὰ, *Hericius, Herinaceus*, quæ absque adjiratione feruntur in veteribus, &c. Hinc Salmasius corrigit & explicat locum Plauti Capt. 1, 2, 81 *I modo, venare leporem, nunc erem* (vel *herem*) *tenes*. Quasi diceret parasito senex, victum suum asperum esse, proinde si velit molliorem melioremque, aliam mensam quærat. Sed Scaligerum secuti receperunt ibi *Civim*.

¶ Herix, *icis*, m. idem quod *Hericius*, Plin. 13, 20.

Herifuga, herilis, vide in *Herus*.

HERILLVS, *i*, m. Chalcedonius philosophus, Zenonis auditor, scientiam summum Bonum posuit. vid. Laert. & Cic. Acad. 4, 42, & de Fin. 5, 25.

HERILVS, *i*, m. rex Prænestinorum. Virg. Æn. 8, 563 *Et regem hac Herilum dextra sub Tartara misi*.

HERMA, (vel Hermes potius) *æ*, m. in plur. *Hermæ* Mercurii statuæ lapideæ, quadratæ figura cubica, sine manibus pedibusque, quales fuisse videntur quibusdam apud veteres Germanos, quin nomen etiam inde accepisse, die irmensäulen: qua de causa *truncum Hermam* Iuven. dixit 8, 53. v. Sponii Misc. Erud. Ant. p. 9, ubi & figuras habes. Plerumque ad Alcibiadis vultum effingebantur, quod omnium ætatis suæ multo formosissimus esset. v. Clem. Alexand. Admonit. ad Gentes p. 35. Significabatur autem, orationem sive sermonem, cujus præses Mercurius credebatur, non indigere corporis viribus, sed sine iis opera sua conficere: de quo Thucydidis Scholiastes, Suidasque, itemque Plutarchus libro, *An seni gerenda Reipubl.* Athenis non modo in templis, sed & in vicis ad januas ædium hos positos dedicatosque *Hermas* habebant. Nepos 7, 3, 2 *Priusquam classis exiret, accidit, ut una nocte omnes Hermæ, qui in oppido erant Athenis, dejicerentur, præter unum, qui ante januam Andocidis erat, Andocidisque Hermes vocabatur*. Unde colligere licet, nomen ex domino ædium eosdem accepisse. v. Scheffer. ad Ælian. p. 328. Bosium ad Nepot. l. c. & Indices, hac voce. Solebant ejusmodi statuis & exornari monumenta, quemadmodum Ciceronis illud testatur de Legib. 2, 26 *Neque id opere tectorio exornari, nec hermaceo, quos vocant, licebat imponi*: de sepulcro enim loquitur. Id. ad Att. 1, 4 *Hermes commune omnium gymnasiorum insigne est*. Et ibidem epist. 8 *Hermæ illi tui Pentelici cum capitibus æneis me maxime delectant*. Mercuriolos lapideos ex marmore Pentelico affabre fictos & elaboratos intelligit. Ejusmodi enim simulacra in gymnasio ac xystis collocare cupiebat; ut qui talibus monumentis atque antiquitatum lautitiis miro studio teneretur. v. Crinit. de H. D. 5, 12. *Mercurios* autem, inter ornamenta primi Athenienses posuerunt, vid. Pausan. in Atticis.

¶ Herma, *ătis*, n. ἕρμα, *firmamentum*: unde etiam *Mercurii nomen inventoris, ut putabant, firmæ orationis*; *interdum etiam faburram significat*, Festus.

¶ Hermula, *æ*, dimin. apud Sidon.

¶ Hermăthēna, *æ*, f. Ἑρμαθήνη, Mercurii ac Minervæ statuæ conjunctæ, quas in Gymnasiis Romani dedicare solebant. Cic. Att. 1, 4 *Quod ad me de Hermathena scribis, mihi pergratum est, & ornamentum Academiæ proprium meæ, &c.* Effinxere autem olim Hermathenam ideo, ut significarent, Musas Gratiis miscendas, quam ἡδίστην εὐεργεσίαν dixere, hoc est, Mercurii & Palladis, sive sapientiæ & eloquentiæ studia conjungi debere. v. Cafaub. ad Cic. Att. 1, 1 p. 23 & Manut. ad 1, 4.

¶ Hermoglyphus, *i*, m. Hermarum statuarius, ὁ ἑρμόγλυφος, sculpo.

¶ Hermŏpōlium, *i*, n. ἑρμοπώλιον, interpretabantur locum, ubi statuæ tales venduntur, Plaut. Curc. 2, 3, 13. Sed *rectius Thermopolium*. v. not. Taubm.

HERMĂCHVS, *i*, m. Mitylenæus, Epicuri discipulus & successor. v. Laërt. in Epicuro, & Cic. de Fin. 2, 30, & Acad. 4, 30.

HERMÆA, *orum*, n. pl. festa apud Cretenses, in quibus domini ministrabant servis mensæ accumbentibus. v. Athenæus 14, 17.

HERMAGŌRAS, *æ*, m. Aegidis Historici docuit Romæ temporibus Augusti. v. Cic. Brut. c. 76 & 78, & de Invent. 1, 6 & 9.

HERMAPHRŌDITVS, *i*, m. Ἑρμαφρόδιτος, Mercurii & Veneris filius, homo ambigui sexus, zwitter. vid. Ovid. Met. 4 fab. 8, 346, & supra

ſupra *Androgynus*. Plin. 11, 49 *Hermaphroditi utriusque ſexus*. Et Titum ap. Nonium 3, 89 *Quæ ſi hermaphroditus ſimbriarium frontem geſtas*. conf. Martial. 10 epigr. 4. vid. Caſp. Schotti Phyſ. Cur. 3, 10.

HERMĔDŎNE, *es*, f. ἑρμεδόνη, nodus ſeu vinculum, ein Band, Vitr. 9, 7. v. Baldi Lex. Vitruv. p. 56.

HERMĒLION, *i*, n. ἑρμήλιον, gemma igneo colore radians, Plin. 37, 10.

HERMĒNEVMA, *atis*, n. ἑρμήνευμα, expoſitio, interpretatio, die Auslegung, Erklärung. Sen. Controverſ. 26; & Excerpt. Contr. 9, 3 *Nunquam magnas mercedes accipere eos, qui hermeneumata docerent*.

¶ Hermeneuticus, *a*, *um*, ἑρμηνευτικός, ad interpretem ſpectans, dem Ausleger dienlich.

HERMERACLAE, vel, ut aliis videtur HERMEROTES, ſtatuæ ex Hercule & Mercurio, vel Amore ſ. cupidine, v. Viri docti ad Cic. Att. 1, 10. & Caſaub. ad Athen. 31, 1 extr.

HERMES, *is*, & *ētis*, m. Mercurius, Ἑρμῆς ab ἑρμηνία, *interpretatio*, ἑρμηνεύω, *interpretor*. Virg. Æn. 4, 356 *Nunc etiam interpres divum Jove miſſus ab ipſo &c.* id eſt, *Mercurius*. vide Homeri hymnum. ¶ 2. *Hermes Trismegiſtus*, Philoſophus Ægyptius fuit poſt Moſen, Ἑρμῆς Τρισμέγιστος. Hujus tempore ſtudia Philoſophiæ in Ægypto florere cœperunt. Plura de hoc Suidas: itemque Iamblichus de myſteriis, qui & ſcripta ejus commemorant. Quæ ſæpe & ſancti Patres laudare ſolent: ex quibus ea interdum producunt, quæ non niſi a Chriſtianis prodita videri poſſint. Ita que multis eruditorum ſuſpicionem moverunt, ſuppoſititia eſſe, ea certe, quæ Pœmandri titulo edita ad ipſum referuntur. vid. Caſaub. Exercit. 1 contra Baron. ſect. 10, & Dan. Heinſium Reſp. ad Balſacum p. 337 ſeqq. *Trismegiſti* nomen accepit ob virtutem & multarum artium ſcientiam, ut Lactantius de Ira Dei c. 11 auctor eſt. vide infra *Mercurius* n. 3.

¶ Hermeſias, *æ*, m. inter medicinas magicas ad liberos generandos pulchros bonosque non herba, ſed compoſitio &c. Plin. 24, 17.

¶ Hermēticus, *a*, *um*, adj. ut, *Hermetica Medicina*, de qua inter ſe contenderunt Conringius ejus contemtor, & patronus Bartholinus.

HERMĪNIVS, *i*, m. nobilis Hetruſci nomen apud Virg. Æn. 11, 642. ¶ 2. Alius apud Romanos clarus genere factisque. vid. Liv. 2, 10.

HERMĬŎNE, *es*, f. Cadmi uxor, Martis & Veneris filia, quæ & *Harmonia*, de qua ſupra. ¶ 2. Altera Menelai fuit filia ex Helena, Oreſtis primum ſponſa, deinde Pyrrhi. vid. Virg. Æn. 3, 328; & Ovid. epiſtolam 8 Hermiones ad Oreſtem. Martial. 3 epigr. 11 *Dic mihi, quid ſimile eſt Thais & Hermione?* ¶ 2. *Hermione* oppidum Achajæ, Plin. 4, 5. Virgil. in Cir. v. 472 eſt *Hermiona*. Vnde

¶ Hermionĭcus, *a*, *um*, adj. ut, *Hermionicus ager*, Liv. 31, 44.

HERMIONES, *um*, m. pl. populi Germaniæ, quaſi *herimwolmer*. v. Mela 3, 3 f. cum not. Voſſ. p. 237. conf. Plin. 4, 14; & Tac. Germ. 2, 4.

HERMIPPVS, *i*, m. Smyrnæus, vitas ſcripſit. vid. Voſſ. de Hiſt. Gr. 1, 16 p. 83. ¶ 2. Alius Athenienſis, veteris comœdiæ poeta, ibidem p. 84. ¶ 3. *Hermippus* Berytius, Philonis diſcipulus, Grammaticus Alexandrinus, ibid. 2, 12 p. 179.

HERMOCLES, *is*, Rhodius ſtatuarius, de quo Lucian. de Dea Syr. p. 670.

HERMOCRĂTES, *is*, m. Sophiſta, a Pauſania, Philippi occiſore, interrogatus, quo facto clariſſimus evaderet, reſpondit, *ſi maxima perpetrantem ſiſtidiſſet*. Diod. lib. 16. ¶ 2 Medicus, quo viſo in ſomnis, Andragoram mortuum eſſe dicit Martialis 6 epigr. 53.

HERMŎDORVS, *i*, m. Ἑρμόδωρος, Platonis auditor, cujus commentarios excerptos, in Sicilia divulgare & vendere ſolebant. Quam rem Siculi in proverbium verterunt: Λόγος γὰρ Ἑρμοδώρου ἐμπορεύεται. *Negotiatio Hermodori res ha ſunt*. conf. Cic. Att. 13, 21, & Tuſc. 5, 36.

HERMŎGĔNES, *is*, m. Tarſenſis, occiſus propter quasdam in hiſtoria figuras, de quo Suet. Domit. c. 10. ¶ 2. Adverſus *Hermogenem* hæreticum, ſcripſit Tertullianus librum. ¶ 3. De *Hermogene* fure exſtat epigramma Martialis 12 epigr. 29.

HERMOS ŌRĪNOS, ἑρμὸς ὀρεινός, lupinus montanus, wilde Feigbohne. Apul. de Herb. c. 110.

HERMOTIMVS, *i*, Clazomenius. Plin. 7, 52 f. 53 *Reperimus inter exempla Hermotimi Clazomenii animam relicto corpore errare ſolitam, vagamque e longinquo multa annunciare, quæ niſi a præſente noſci non poſſint, corpore interim ſemianimi: donec cremato eo inimici (qui Cantharidæ vocabantur) remeanti animæ velut vaginam ademerint*. vid. Lucian. Muſca p. 376. Græv. Apollonius Dyſcol. mirab. hiſt. c. 3. Tertull. de anima 2, 28 & 44. Origen. contra Celſ. 3 p. 129 Spenc.

HERMV BASILION, n. ἑρμοῦ βασίλιον, Apul. de Herb. c. 82; Et HERMV BŌTĂNE, f. ἑρμοῦ βοτάνη, Apul. l. c.

HERMVNDŪRI, *orum*, m. pl. Ἑρμόνδουροι, Straboni: Suevorum, potentiſſimæ in Germania gentis, quippe qui majorem partem Germaniæ, ut Tacitus de Germ. c. 41 auctor eſt, obtinuerant olim, magna & nobiliſſima natio: quæ ab Albi ac Marcomannis, ubi nunc Bojohemi ſunt, Nariſcisque ſive Variſcis noſtris, ad usque Danubium & Rhætos coluit. Fida amicaque Romanis civitas, ut ex eodem Tacito cognoſcere licet. conf. Cluver. Antiquæ Germaniæ 3, 28. Hodie *Hermundurorum* nomen ſibi præcipue Miſnenſes vindicant. Nam tota Miſnia, exceptis partibus, quæ trans Albim Luſatiæ utrique contermina eſt, in Hermunduris fuit.

HERMŸ POA, *æ*, f. ἑρμὺ ποά, herba mercurialis, naſcens in vineis, Plin. 25, 5. bingelkraut.

HERMVS, *i*, m. minoris Aſiæ fluvius, aureas arenas trahens, quia Pactolum excepit. v. Plin. 5, 29. & Strabon. lib. 3. Virg. Georg. 2, 137 *Et pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus*. Claudian. in Ruſi. 1, 101 cum Tago & Pactolo jungit. v. Drakenb. ad Sil. 1, 159.

HERNIA, *æ*, f. deſcenſus omenti aut inteſtinorum in ſcrotum, der bruch. Græci id morbi appellant ἐντεροκήλην & ἐπιπλοκήλην, illo ab inteſtino, hoc omento, vide *Enterocela*. Martial. 3 epigr. 24. *Ingens ivatis apparuit hernia ſacris*

¶ Herniōſus, *a*, *um*, qui herniam patitur, der gebrochen iſt. Lamprid. in Heliogab. c. 25.

HERNĬCI, *orum*, m. pl. Campaniæ populi ſaxoſa incolentes, quorum metropolis *Anagnia*. Feſtus: *Hernici dicti a ſaxis, quæ Marſi herna dicunt*. Ipſis in naſcentis reipublicæ Romanæ initiis a Sp. Caſſio tertium Conſule, cui Senatus arbitrium de legibus fœderis cum iis ineundi permiſerat, civitas data eſt. v. Sigon. de Ant. Iure Ital. 1, 6 & Spanh. Orb. Rom. 1, 7. Singulari ulus eſt Iuvenalis 14, 180 *O pueri Marſus dicebat & Hernicus olim*. Et

¶ Hernicus, *a*, *um*, adj. Virg. Æn. 7, 683 *Et roſcida rivis, Hernica ſaxa colunt, quos dives Anagnia paſcit*.

HĒRŌDES, *is*, m. Ἡρῴδης. Tres hoc nomine Iudææ Reges fuerunt: *Herodes* cognomento *Magnus*: *Herodes Antipas*, ejus filius, tetrarcha: & *Herodes Agrippa*, Magni nepos, qui Iacobum Apoſtolum interfecit. Ad Magnum pertinet Auguſti jocus a Macrobio Sat. 2, 4 relatus. Nam cum audiſſet, inter pueros, quos in Syria Herodes rex Iudæorum intra bimatum juſſit interfici, filium quoque ejus occiſum, ait: *Melius eſt, Herodis porcum eſſe, quam filium*. De his Herodibus plura habet Harduinus de nummis Herodiadum, ſed comparandi Cellarius diſſ. de Herodibus, Spanhem. diſſ. 8 p. 520 ſqq. it. Relandus in Palæſtina. ¶ 2. Ab eo nomen acceperunt *Herodiani*, ſecta apud Iudæos, quæ Herodem Meſſiam credidit, & vivum mortuumque honoribus coluit. vide Scaligerum Animadverſion. in Euſebii Chronicon p. 105. Caſaubon. Commentar. in Perſium 5, 180, item Exercitat. 1 contra Baronium ſect. 5, & Grotium Annotationibus in Matth. c. 16, 6, & Marci c. 3, 6; denique Samuelem Perirum Var. Lect. 2, 1, & 4, 9, qui tamen a cæteris diverſus abit. ¶ 3. Alius *Herodes Atticus* fuit, vir conſularis, amœno ingenio, græcaque facundia ita excellens, ut gravitate, copia ac elegantia omnes alios præſtiterit longe. vid. Gell. 1, 23 & 19, 12. Hujus inſcriptionem Græcam peculiari volumine interpretatus eſt Salmaſius.

HERODIĀNVS, *i*, m. Ἡρωδιανός, Hiſtoricus contexuit hiſtoriam ſui temporis a morte M. Antonini Philoſophi, usque ad Gordianos in Africa interfectos, ab Anno Chriſti 181, usque ad annum ejusdem 241. Eum auctorem dulciſſima & puriſſima oratione latine reddidit Angelus Politianus: Noris illuſtravit Io. Henr. Bœclerus.

HĒRODIVS, *i*, & Herodio, *onis*, m. ἠρῳδιός, avis, ein Reiher. Vulg. Interp. Lev. 11, 19; Deut. 14, 18. Iob. 39, 16. vid. ſupra *Erodius*.

HĒRŌDŌTVS, *i*, m. Halicarnaſſenſis; Scripſit hiſtoriam lingua Ionica, tanta cum ſuavitate, ut Muſarum nomina ſingulis ejus libris (novem enim conſcripſit) titulos fecerint illi, apud quos eam in frequenti conventu Græciæ in Olympiis recitavit. Primus inter omnes hiſtoricos, longe ſuperans puritate, elegantia, ſuavitate, antiquitate regnorum ac rerum, multitudine denique exemplorum, ſcriptores in eo genere græcos omnes & latinos. Orſus ibi eſt, ubi Hieremias desinit, a Cyro Perſarum rege, adeo, ut Hiſtoriis biblicis ipſe proxime ſuccedat. Floruit Olympiade LXXXVII. *Patrem Hiſtoriæ* appellat Cicero de Leg. 1, 1, ſed notam hanc addidit, innumerabiles fabulas apud eum eſſe. Sed notandum, eas ab Herodoto non profectas, ſed aliena fide narrari, interpoſito etiam ſæpius judicio, ubi, credere ſe, quæ ſcribat, negat. Scaliger Animadv. in Chronol. Euſebii p. 97 *Vetuſtiſſimum omnium ſoluta oratione ſcriptorum, qui hodie exſtant ſcriptam originum græcarum & barbararum, auctorem a doctis nunquam deponendam, a ſemidoctis & pædagogis & ſimilibus nunquam tractandam, &c.* nominat. vide ibi plura. Malignitatis notam Plutarchus ipſi allinere peculiari libro conatus eſt: ſed ei reſpondit Camerarius luculenter, itemque Henr. Stephanus. vide & Alciatum præfat. in Tacitum, & Lud. Vivem de cauſſis corrupt. art. & qui inſtar omnium eſt, in Bibl. Gr. Fabricium.

Heroicus, heroina, &c. vide *Heros*.

HĒROION, *i*, n. herba eadem cum aſphodelo, goldwurz. Plin. 22, 22.

HĒRON, *ōnis*, m. Athenienſis orator apud Suidam. ¶ 2. Alexandrinus Mathematicus. ¶ 3. *Herones*, plur. *forbe*. *Heronibus clavum frumentum*, L. 31 Dig. Locati conducti. Briſſonio regetes ſparteæ ſunt aut ſcirpeæ, ſeu vimine contexta vaſa. v ſupra *Aeroues*.

HĒRŌPHILE, *es*, f. ſacerdos Sminthei Apollinis, quam pro Sibylla Erythræa Suidas habet, ſed falſebius pro Samia. Tibull. 2, 5, 67 *Herophile Phœbo grata quod admonuit*. v. Pauſan. Phoc. p. 327 Wech.

HĒRŌPHĪLVS, *i*, m. medicus celebris, qui Phalaridem ſanitati reſtituiſſe dicitur, de quo Plin. 11, 37; 20, 4; 25, 2; & 26, 2 & 3. Tertull. de Anima c. 10.

HĒROS, *ōis*, m. ἥρως, ein Held, qui excellenti & plusquam humana virtute præditus, quæ ipſa etiam peculiari nomine *Heroica* appellatur, & a moralibus diſtinguitur, ut præclare Ariſtoteles docet. Cum itaque in tali virtute divinum quiddam viderur ineſſe; idcirco eos, in quibus hæc notabatur, non ſimplices homines, ſed divinitatis cujusdam participes exiſtimabant. Quo fiebat, ut ipſos Deorum filios & crederent & fabularentur, *Heroasque* appellitarent. *Heroes* enim antiquiſſimis temporibus iidem erant, qui *Dæmones* alias nominabantur, Latinis *Genii* & *Lares* vocati, de quibus multa Apulejus libello de Deo Socratis. Namque & Philo lib. de Mundo ἥρωας καὶ δαίμονας Græcis dictos ſcribit, quos Moſes ἀγγέλους appellavit: qui inter Deum & homines medium locum obtinent. Et ita in aureis Pythagoræ, primo loco *immortales Dii*: deinde, *illuſtres heroes*, poſtremo denique *humani animi*, ab initio comhemorantur; ubi & Hieroclem vide. Itaque *Heroes* appellati veteribus, quorum miſtum genus erat, divinum ex parte, ex parte humanum: hoc eſt, qui vel patrem Deum, matrem hominem, vel contra, habebant. Talis *Hercules*, ex Iove & Alemena; talis *Æneas* ex Anchiſa Trojano & Venere natus. Plato in Cratylo: SOCR. ἆρ οἶσθα, ὅτι ἡμῖσεοι οἱ ἥρωες; HER. τί δ' ὅς; SOCR. πάντες δήπου γεγόνασιν, ἐσκαθέντες, ἢ θεοὶ ὄντες ἢ θνητὸς θεάς; SOCR. *Noſtine* HEROAS *eſſe ſemideos? HER. Quidni? SOCR. Omnes nimirum ex Deorum ergo mortales mulieres, aut mortalium erga Deos amoribus nati*. vide & Dionyſ. Halicarnaſſ. Antiq. 1, 78. Et hanc ob cauſſam Cicero ineunte lib. 1 de Divinatione *Heroica tempora* vocavit, quibus Hercules, Caſtor, Orpheus, & alii hujus generis, ex Diis, ut credebantur, geniti floruerunt. Quamquam autem Veteres Heroas & Dæmonas eosdem habebant: quidam tamen diſcrimen inter eos fecerunt, *Heroasque* appellarunt id genus Dæmonum, quod cum hominibus conjungitur: nam quod cæleſtibus inhæret, *Angelus* vocabatur: ut apud Hieroclem legimus. Atque huc pertinent, quæ

& Iambli-

& Iamblichus de differentia Dæmonum, Heroum, & humanorum animorum *in libro de Mysteriis* disputat. Thales vero, hominum animas jam ita ab corporibus, Heroas appellavit, quemadmodum Athenagoras *Legatione pro Christianis* observat. Quo fortasse Virgilius respexit *Æn. 6, 662 Atque hic vagantium paucis ita redditur Heros.* Heroem enim de anima Medici dixit. Et ante Sibylla alloquens dixerat: *Dicite felices animæ, tuque optime vates.* Vnde ducta appellatio, non convenit. Quidam a terra, quæ ἥρα dicta, derivant, ut Servius in eclog. 4 observat: alii ab ἀείρω: alii a *virtute*: alii ab *amore*. Vide Hesiodi & Homeri Scholiastas Græcos: Plato in Cratylo ab ἔρως, *dicere*. Antiqua enim, ut air, Attico rum lingua ἔρως ii, qui dicendi seu interrogandi facultate valent, appellari iunt. Itaque Oratorium, quod addit, & Sophistarum genus eft Heroica natio. Hieroclcs: ΗΡΩΕΣ δὲ, οὓς ἐρωτὲς τινες ὄντες ἐρῶσι θεῶν, οἷον ἐρωτικοὶ καὶ διαλεκτικοὶ ἕκαστοι τὸ θεῖον, &c. HEROES *autem, tum pium amantes quidam, quidamque eloquentes:* id eft, benevoli & diferti Dei amatores, &c. ¶ 2. *Heroum filii novem*, ערוֹבֵי leute finder gerathen ſelten. Ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πάμπαν] quemadmodum & Demoſthenes dixit, ſeu Ariſtides potius in Cimone: τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὥσπερ ἐμπεσὸν εἰς φαυλος ἀπρόσωπον τὸν υἱὸν, καὶ ὁλίγου τινὸς ἄξιον τῆς πατρῴας ἀρετῆς, id eſt, *A viris egregiis, quaſi fato quodam accidit, ut improbi filii proſpiciantur, & parum ſe ſimilitudinis paternum virtutem.* Habes de hac re diſſertationem Spartiani in Severi vita cum pluribus exemplis p. 106. Cic. Att. 10, 4.

¶ Heroïs, *idis*, & Hērōïna, *inæ*, f. Suet. Ner. c. 21 *Tragœdias quoque contexit perſonatus, heroum Deorumque.* *Item, Heroidum ac Deorum perſonis effictis ad ſimilitudinem oris ſui, & fœminæ, prout quamque diligerat.* Ovid. Amor. 2, 4, 33 *Tu, quia tam longa es, veteres heroidas æquas.* Propert. 1, 13, 31 *Illa ſit Inachiis & blandior heroinis.* Id. Propert. 1, 19, 13 *Iulæ formoſæ venant eburnis heroinæ.* Vterque verſus eſt ſpondaicus.

¶ Hērōïcus, *a, um*, adject. heroiſch, heldenmäßig; ut, *Heroica perſona*, Cic. de N. D. 3, 29 pr. *Heroicus motus, impetus.* *Ætas heroica*, Cic. Tuſc. 5, 3, in qua Heroes floruerunt. Sicuti & *Heroica tempora* Cicero dixit, ut ſupra monebamus. *Heroicum carmen*, Tac. Orat. 12, 5. *Heroici honores*, ἡρωικαὶ τιμαὶ, quibus afficiebantur ſeu colebantur Heroes: quos Diodorus lib. 20 iſtos ſcribit, de nomine alicuius loco nomen imponere; aras ei feſtaque vel ludos, ab his ſimilia decernere. vid. Bernegg. ad Suet. Aug. c. 7, 1, & Diod. Sicul. 20, 103.

¶ Heroice, adv. Macrob. Sat. 5, 14 *Verſus Heroice incomti.*

¶ Hērōus, *a, um*, aliud adject. idem, ut, *Pes herous*, Cic. de Orat. 3, 47; de quo videndus Voſſ. 6 Inſt. Orat. p. 437. *Carmen heroum*, hoc eſt, *heroicum*: ſic appellatur, quod eo Heroum geſta deſcriberentur. *Verſus heroos* Ammian dixit 21, 4.

¶ Hērōum, *i*, n. ἡρῷον, monumentum heroi poſitum, buſtum, ein herrlich grabmahl. Cic. de Leg. 2, 24 *Heroum, id eſt, veſtibulum ſepulcri noſtrorum.* Gruterus autem cum Turnebo legit *Forum* pro *Heroum*.

HĒROSTRĀTVS, *i*, m. Ἡρόστρατος, incenſor fuit templi Dianæ Epheſiæ, ut nomen ſuum ſceleris memoria propagaret: Sed æterna oblivione ab Epheſiis mulctatus. vid. Solin. c. 53; & Strabo lib. 4. Similis amentiæ Caligula fuit, qui ſæpe de ſuis temporibus queſtus traditur, *quod nulli calamitatibus inſigniverint.* Optare ſolitus exercituum cædes, famem, peſtilentiam, incendia, hiatum terræ, quo principatus ſuus memorabilis apud poſteros foret. Lege Suet. ejus vita c. 31.

HERPÁCANTHA, *æ*, f. ἑρπάκανθα, herba acantha a ſerpendo dicta, bärenklau, Dioſcor. 3, 17.

HERPES, *ētis*, m. Ἕρπης, morbus eſt, ignis ſacri ſpecies, quam & *Zonam* Scribonius dicit Comp. 63 &c. in quo ardor cutim ſerpentibus minimis puſtulis exaſperat & urit per artus repens, unde illi nomen, bitzoblattern, die nim ſich freſſen. ¶ 2. Eſt & *Herpes*, excedens & depaſcens uleus, quod ſerpendo celeriter penetrandoque usque ad oſſa corpus vorat, teſte Celſo, der wurm. vid. Macer 1, 12, 33 cum not. Cornarii. Lucretio 6, 660 dicitur *ſerpens*. Adde Apul de Herb. c. 2 n. 10. ¶ 3. *Herpes animal, quo præcipue ſanantur, quæcunque ſerpunt*, Plin. 32, 13.

¶ Herpeſticus, *a, um*, um ſich freſſend; ut, *Cangræna herpeſtica*, Lucil. ap. Non. 2, 375.

HERPEX, *icis*, f. ab ἕρπω, *ſerpo*, eine egge. vid. *Irpex*.

¶ Herpico, *are*, eggen. Servius ad Virg. Georg. lib. 1.

HERPYLLVS, *i*, m. ἕρπυλλος, lat. Serpillus, quentel, feld-poley. Apul. de Herb. c. 99; & Iidor. 17, 9.

¶ Herpyllum, *i*, n. idem quod Siſymbrium, krauſemünze. Apul. de Herb. c. 105; & Dioſc. 2, 117; & 3, 41.

HERSILIA, *æ*, f. Romuli uxor; Liv. 1, 11; quæ poſt mariti apotheoſin & ipſa dea facta, & *Ora* appellata eſt, Ovid. Met. 14, 851.

HERTHVS, *i*, m. terra, die erde, tamquam dea olim culta a Germanis, de quorum moribus Tacitus hoc refert c. 40 n. 3. *In commune Hertham, id eſt, terram matrem colunt, eamque intervenire rebus hominum, invehi populis arbitrantur*, &c.

HĔRVLI, *orum*, m. pl. Germanica natio, Viſtulæ quondam oſtia accolens, cujus regio Mechelburgicus ducatus fuiſſe creditur. vid. Cluver. Germ. Ant. 1, 53 p. 395. Sidon. carm. 7, 236 *Curſu Herulus, Chunus jaculis, Francusque natatu.* Id. 8 epiſt. 9, 31 *Hic glaucis Herulus genis vagatur.*

HĔRVS, *i*, m. dominus, ein haus-herr. Cic. Off. 2, 7 *Sit ſane adhibenda ſævitia, ut heris in famulos. Herus major*, paterfamilias, Plaut. Capt. 3, 5, 50, & Trin. 2, 2, 53. *Herus minor*, filius familiaris, eidem Plaut. Aſin. 2, 2, 62. *Deos aula divitem manet herum*, Horat. 2 od. 18, 32. ¶ 2. *Heros* vocat Deos omnes Catullus 69, 76 *Hoſtia cæleſtes conciliaſſet heros.*

¶ Hĕra, *æ*, f. domina, die haus-frau. *Qualis hera, tales pediſſequæ:* Citat Cic. Attic. 5, 11, οἵα δ' ἡ δεσποινα, quod ſupplendum: τοιαὶ καὶ θεραπαινίδες. Ter. Andr. 4, 2, 4 *Orare juſſit hera, ut ad ſe venias.* ¶ 2. *Hera hominum* fortuna ab antiquis cenſebatur. Inde illud Ennii apud Cic. Off. 1, 12 *Vosne velit an me regnare hera.* v. Turneb Adverſ. 7, 15.

¶ Herilis, *e*, herrn-; ut, *Herilis filius*, der junge herr, Ter. Andr 3, 4, 23. *Herile imperium*, Plaut Aul 4, 1, 13.

¶ Heritūga, *æ*, m. ein verlauffener; ut, *Famuli heritugæ*, Catull. de Aty 65, 51.

¶ Heritūdo, *inis*, f. die herrſchafft. Gloſſ. gr lat. δεσποτεία, *dominatus, dominatio, heritudo.*

HĒSIODVS, *i*, m. Ἡσίοδος, ſacerdos fuit templi Muſarum in Helicone, ad cujus radices Aſcra ſpectat Heſiodi patria ita fata. Scribit Pauſanias, ejus carmen adhuc ſuo tempore in plumbeis tabulis in eo templo ſervatum fuiſſe. Scripſit Poemata, *Theogoniam*. Vnde eum *fabularum auctorem* Quintilianus dixit. Ἔργα καὶ ἡμέραι, *Opera & dies*, Librum *παραινετικὸν* & *moralem*, quem ediſcere græci pueri ſolebant, quemadmodum & Septem Cicero præcepit Fam. 6, 19 *Legat ſæpiſſime ediſcat Heſiodum, & habeat in ore: Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν. Sudorem poſuere Dii virtuti ad arcem*, &c. Item γεωργικὰ, quæ interierunt. Nam qui parant, ejus γεωργικὰ tantum & idem eſſe opus quod ἔργα, valde fallunt ur, ut erudite oſtendit Heinſius in Introductione in Heſiodi libros. Scutum Herculis ſpurium opus & merum Centonem ex Homeri verſibus conſutum eſſe viri eruditi in Miſcell. Observ. Vol. 2 p. 314. arbitrantur. Cujus argumenta docte & ſolide Vol. IV. p. 71 ſeqq. confutantur. ¶ 2. Fuit poſterior Heſiodus *Homero* annis centum 20 circiter, ut Vellejus auctor eſt 1, 7. Alii vero majorem Homero; nonnulli æqualem prodiderunt. vid. Gell. 3, 11; & 17, 21. Iul. Cæſ. Scaliger Poetic. c. 5 iis accedit, qui majorem ſtatuerant *quod major ſimplicitas & quaſi rudior antiquitas in Heſiodo appareat.* Porro, quo caſu in Locris interfectus ſit Heſiodus, & in mare projectus; ex quo cadaver recens in littus exportarit grex delphinorum; interfectores vero ejus inventi, atque in mare demerſi ſint, ædibus ipſorum ſuccenſis prius, optime narrat Plutarchus in Convivio ſeptem ſapientum, & lib. de induſtria animalium, ubi auctores cædis a cane proditos narrat.

¶ Heſiodēus, *a, um*, poſſeſſivum. Cic. in Bruto c. 4 *Illud Heſiodeum laudatur a doctis, quod eadem menſura reddere jubet, qua acceperis, aut etiam cumulatiore, ſi poſſis.* Verſiculus habetur in lib. 1, 347 Εἶς δ' ἀποθέσθαι. Κυτὸν τῶ μέτρω, καὶ λαβὼν ἄπαι δόμεν. Sidon. Carm. 9, 213 *Non hic Heſiodea pinguis Aſcræ Spectes carmina, Pindarique cordax.*

¶ Pſeudeſiodion, *i*, n. ψευδησιόδιον, i. e. quod falſo Heſiodo adſcribitur, Cic. Att. 7, 13.

HĒSIONE, *es*, f. Laomedontis Trojæ regis filia, quam Hercules a monſtro marino, cui objecta erat, liberavit, & Telamoni dedit uxorem. v. Ovid. Met. 11 fab. 7, 217.

HESPĔRIA, *æ*, f. ſimpliciter dicta, Ἑσπερία, Italia eſt, Welſchland. Sed, *Heſperia ultima* Hiſpaniam ſignificat, Spanien. Eſt autem Græcorum conſuetudine a ſitu utraque ſic appellata, ab *Heſpero* occidentali ſtella, Macrobio Sat. 1, 3 extr. Horat. 3 od. 6, 7 *Dii multa neglecti dederunt Heſperiæ mala luctuoſæ.* Et 1 od. 36, 4 *Qui nunc Heſperia ſoſpes ab ultima dividit*, &c. v. Serv. in Virg. Æn. 1, 530 ad verba: *Eſt locus, Heſperiam Graji cognomine dicunt.* ubi Italia ſignificatur. Adde infra in *Hiſpania*.

¶ Heſpĕrius, *a, um*, abends-wertig; ut, *Fretum Heſperium*, Ovid. Met. 11, 259, i. e. mare occidentale.

¶ Heſperides, *um*, f. Ἑσπερίδες, Atlantis filiæ, cuſtodes aureorum malorum, ſeu gregum potius vel ovium, lanam purpuream ferentium, μῆλον enim utrumque ſignificat, & *malum* & *ovem*. Sed hæc ſuis explicantur locis. Hinc *mala Heſperidum*, Virg. ecl. 6, 61, hoc eſt, *poma*, ut Statius; Silv. 1, 158 appellat. De *hortis Heſperidum* v. Barth. adv. 36, 5. Burm. ad Ovid. met. 4, 635. De *malis Heſperidum* in nummis Spanh. diſſ. 6 p. 330 ſq. ¶ 2. *Heſperides* etiam fœmininum cognomen eſt, idem ſignans quod *Heſperius*, adjectivum. Virg Æn. 8, 77 de Tiberi: *Cornigér Heſperidum fluvius regnator aquarum*, i. e. Italicarum.

¶ Heſpĕris, *idis*, f. ſingulare herbæ nomen apud Plinium 21, 7, *nomine invento, quod noctu* illa *magis oleat.*

¶ Heſpĕrus, *i*, m. veſper, der abendſtern. Cic. de N. Deor. 2, 20 *Infima eſt errantium, terræque proxima ſtella Veneris, &c. quæ φωσφόρος, latine LVCIFER, dicitur, quum antegreditur ſolem: quum ſubſequitur autem, HESPERVS.* Seneca Hippolyto v. 749 *Qualis eſt primas referens tenebras, Nuncius noctis, modo lotus undis Heſperus, pulſis iterum tenebris Lucifer idem.* Id. Medea v. 71 *Gemini temporis præviam ſtellam* appellavit. Hinc factum, ut Homerus confundens hæc duo nomina *Heſperum* pro *Lucifero* dixerit, quod Heinſius ad Silium obſervat p. 419.

¶ Heſperūgo, *inis*, f idem. Seneca in Medea v. 877 *Mergat diem timendum Dux noctis Heſperugo.*

¶ Heſperiocĕras, ἑσπέριον κέρας, lat. *occidentale cornu*, eſt extremum Africæ promontorium, Solin. c. ult. n. 991. Hodie dicitur *Caput bonæ ſpei*, ſive *le cap de bonne eſperance*.

Heſternus, vide *Here* & *Heri*.

HESTIATŌRIS, *idis*, f. herba magica, *a convictu in Perſide nominata, quoniam hilarentur illa*; alii legunt *Siſſitictoris*; & vocatur alias *Gelotophyllis*. v. Plin. 24, 17.

HĒSVS, *i*, m. ſub hoc nomine *Martem* antiqui colebant: ſignificat enim *fortem* in Hebraico idiomate: eum Galli humano cruore placabant. v. Lactant. 1, 21. Lucan. 1, 445 *Teutates horrens quo feris altaribus Heſus.*

HĒSYCHIA, *æ*, f. ἡσυχία, quies, ruhe. Sen. epiſt. 92 *Quietem heſychiam vocant Græci: Vocat enim animus moleſtiæ*, &c.

¶ Heſychius, *i*, m. ἡσύχιος, hiſtoricus illuſtris Mileſius, ſub Anaſtaſio Imp. qui Hiſtoriam *Romanam & omnigenam* & alia ſcripſit. v. Voſſ. Hiſt. Græc. 2, 22. Alius Auctor Lexici &c.

HĔTAERIA, *æ*, f. ἑταιρεία, ſodalitas, ſocieras, conventus hominum, geſellſchafft. Plin 10 epiſt. 97 *Secundum mandata tua hetærias eſſe vetueram.* conf. 10 epiſt. 43.

¶ Hetærice, es, f ita vocabatur honoris cauſſa ula equitum apud Macedonas ab amicitia, & veluti ſodalitate regia. v. C. Nep 18, 1, 6: & quæ Lambinus huc congeſſit.

HĔTĔROCLITON, *i*, n. ἑτερόκλιτον, varie declinatum. Sunt autem *Heteroclita* in numeris, genere, declinationibus. Hæc ex Grammaticis diſcenda ſunt.

HETEROCRANEA, *æ*, f. capitis quidam eſt morbus Plinio 31, 9;

caput nimirum doloribus inæqualiter affectum. ¶ 2. Marcell. Emp. 2 eundem morbum *H. terocraniam* vocat.

HĔTĔRŌGĔNĔUS, *a, um*, ἑτερογενής, diversi generis & naturæ, Grammaticis vocantur *Heterogenea*, quorum genus variat.

HĔTĔRŌSCII, *orum*, m. pl. ἑτεροσκιοι, i. e. alterumbres, Geographis incolæ in zonis temperatis, ubi meridiana folis umbra vel in feptemtrionem vel in meridiem protenditur. vid. Schotti Curf. Mathemat. p. 325.

Hetruria, Hetrufcus. vide *Etruria*.

HĔTTĔMĂTĬCUS, *a, um*, ἡττηματικός, inferior & deterior, neque præftantiam generis confecutus, geringſchätzig. Firmic. 9, 3.

HEV, *is*, interjectio lamentantis & dolentis, quæ nominativo fere & accufativo præponitur: ut, *Heu pietas, heu prifca fides!* Virg. Æn. 6, 878. *Heu me miferam!* Ter. Andr. 4, 1, 22. ¶ 2. Admirantis, Plaut. Rud.

¶ Eheu, idem: ut, *Eheu conditionem iſtius temporis!* Cic. antequam iret in exil. Adde Ter. Heaut. 1, 1, 31.

¶ Heheu, Plaut. in Captivis & Pœnulo, idem. Hæc ſcribendi ratio occaſionem dedit, ut ſubinde jam legatur *heu heu*, ubi in MSS. fuit *eheu* vel *hehea*. v. Drakenb. ad Sil. 11, 212.

HEVRĔTES, *æ*, m. εὑρετής, inventor, ein erfinder. Plaut. Pfeud. 2, 4, 9 *Heuretes mihi es*.

HEVS, adv. vocantis & revocantis. Ter. Eun. 4, 1, 10 *Heus puer, Pamphilum arceſſe*. Interdum eſt reprehendentis: *Sed heus tu*, Cic. fam. 2, 6: & 16, 17; Att. 1, 13.

Hexachordon, vide *Chorda*, Hexaclinon, *Clinice*, Hexaemeron, *Hemereſios*, Hexagonus, *Gonia*, Hexameter, *Metrum*.

HEXAMILVM, *i*, n. murus fuit per iſthmum Corinthiacum, qui iſthmus annectit Peloponneſum Græciæ, facitque peninſulam. Hexamilum autem dicitur, quod longitudine ſua æquet ſex miliaria Italica, ſeu ſesquimiliare Germanicum, a ſinu Corinthiaco ad Megaricum. De quo in Rebus Venetis & Turcicis.

Hexaphoron, vide *Phora*.

HEXAS, *ădis*, f. ἑξάς, numerus ſenarius, ein geſchſtes. Mart. Capella 7, 240 *Bis terni bene fit*.

Hexaſtichum, vide *Stichus*, Hexaſtylos, *Stylus*, Hexecontalithos, *Lithos*, Hexeris, *Ireces*.

HIĂCONIS, *is*, m. *fuit, ut fando accepimus, Marſyæ tibicinis pater & magiſter radiibus adhuc Meſſicæ ſeculis, ſolus ante alios catus canere, &c. Ante Hiaginm nihil aliud plerique callebant, quam Virgilianus opifex ſeu buccopa. Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen. Primus Hiagnis in canendo manus diſcipedinavit, primus duas tibias uno ſpiritu animavit, primus lævis & dext. is foraminibus acuto tinnitu & gravi bombo concentum muſicum miſcuit.* Hæc Apulej. lib. Flor. poſt. init.

HIARBAS, *æ*, m. Ἰάρβας, rex Mauritaniæ, qui Didonis nuptias ſub belli petiit denunciatione, cujus vero averſata confuetudinem Dido, gladio vitam finivit. v. Juſtinum 18, 6, & intra *Iarbas*. ¶ 2. Fuit & alius: hujus nominis in Africa nobilis rex, auſpiciis Syllæ, ductu Pompeji, victus & interfectus. vid. Plutarch. in Pomp. & Epit. Liviana 89. Europ 5, 6. Adde infra *Iarbas*.

Hiaſcere, hiatus, hiatare, vide *Hio*, *hiare*.

Hibernaculum, hibernare, vide *Hiems*.

HIBERNIA, *æ*, f. inſula in mari Atlantico inter Angliam & Hiſpaniam, dimidio minor, quam Britannia, quemadmodum Cæſar ſcripſit B. Gall 5, 13. *Iverna* prius appellata. Iuvenal. 2, 160, & Pomponius Mela 3, 6 *Iuvernam* dixerunt. Angli *Irlandiam* vocant, Irrland. Apul. de Mundo: *Sed in altera parte orbis jacent inſularum aggeres maximarum: Britannia duæ, Albion & Hibernia, iis, quas ſupra diximus, majores.*

¶ Hiberni, *orum*, m. pl. incolæ, die Irren, Irrländer.

Hibernus, *a, um*, vide infra in *Hiems*.

HIBISCVS, & Ibiſcus, *i*, m. ἰβίσκος, ἀλθαία, hoc eſt, Medica, ab ἀλθαίνω, *medeor*, herba radicis laudatiſſimæ, de genere ſilvertrium malvarum, ut Dioſcorides 3, 154 inquit, ibiſch oder heil-wurtz. Add. Plin. 19, 5; Virg. ecl. 2, 30; & 10, 71. In cibo etiam renuiſſimis uſurpatam, diſcas ex illo Calpurn. ecl. 4, 32 *Ne—viridique famem ſolarer bibiſco. Tu facis, & tua nos alit indulgentia farre.*

HIBRIS, vel Hybris, *ĭdis*, plur. *Hybrides*, fingunt quidam, cum nominativus ſit *Hybrida*, de quo ſuo loco.

HIC, *hæc, hoc*, pronomen demonſtrativum, der, die, das; dieſer, dieſe, dieſes. Ad quantitatem hujus pronominis quod attinet; producebant & *Hic* & *Hoc* veteres; quando per duplex c ſcribebant *Hicc* & *Hocc* abjecto e, ex *Hicce*, *Hocce*: corripiebant, cum per c ſimplex exarabant. vid. Voſſ. de Arte Gramm. 2, 29. Aliter tamen ſenſit Terentianus: qui τὸ *Hic*, quippe quod ex *Hicce* eſſet, perpetuo longum exiſtimavit, eamque ob cauſſam in illo Virgilii Æn 4, 22 *Solus hic inflexit ſenſus animumque labantem*, Creticum ſtatuit. Verba, ſive verſus potius ſuaviſſimi Grammaticorum iſti ſunt p. 63 *Creticus offendit pes primus & eſperat aures, Dabo & latentem, ſed notandum, Creticum. Solus hic inflexit ſenſus: nam primus & iſtic Pes longiorem tertiam dat ſyllabam. Geminum quoniam ſermonis regula poſcit, Vt fiat HICCE plenavox.* Ita tamen Virgilius & alibi Æn. 6, 791 de Auguſto: *Hic vir, hic eſt.* Et Lucret. 6, 9 *Nam cum vidit hic ad victum quod flagitat uſus.* Elegantiſſime, & græco more præter neceſſitatem aliquando additur hoc pronomen. Ter. Andr. 5, 6 princ. *Vbinam Pamphilus hic eſt?* Satis fuerat dixiſſe: *Vbinam Pamphilus eſt?* Sed Bentl. *Pamphilus ubinamſt.* v. Rutgerſium Var. Lect. 5, 19. Id. Comicus ejusd. fabulæ 1, 1, 77 *Fere in diebus paucis, quibus hæc acta ſunt, Chryſis vicina hæc moritur*, quamquam & διακτικῶς *Vicina hæc* dixiſſe potuit, quaſi diceret: *hæc Chryſis, quæ huc vicinia commigravit*, ut ſupra loquitur. Vel *Hoc*: id eſt, de qua mentionem modo feci. Adde de hoc pronominis uſu Miſc. obſerv. Vol. IV p. 119, ubi contra Bentlejum oſtenditur, eo ſuperiores ab inferioribus, & dominos a ſervis deſignari. ¶ 2. Additur aliquando pronomen *hic* vel ad honorem, vel ad contemtum. Virg. Æn. 11, 16 *Manibusque meis Mezentius hic eſt*: Vbi Servius. HIC EST, pro *talis eſt*: ut, Hunc ego te Euryale adſpicio? *id eſt, talem. Et utrum per contemtum, an per commendationem hoc pronunciandum?* Id. Æn. 6, 791 de Auguſto: *Hic vir, hic eſt, tibi quem promitti ſæpius audis.* Ter. Andr. 1, 1, 118 *Comperiſſe Pamphilum Pro uxore habere hanc peregrinam.* Donatus. HANC, inquit, cum contemtu dictum eſt. Phædr. 5, 1, 17. *Hic eſt Menander.* Conf. Burm. ad Vellej. 1, 11, 3. ¶ 3. *Hic* ſæpe pro relativis ille, ipſe. *Captæ urbes, & in his Byzantium*, C. Nep. 5, 6, pro in eis, in illis. *Cum veniſſent in invidiam & ubi id imperium hi eſſet abrogatum*; pro illis: Id. 7, 4, 3. Sen. epiſt. 8 *In hoc me reconſidi, ut &c. In hoc* i. e. ideo, deswegen, zu dem ende. Cæterum in talibus notam non ſemper ad proximum reſpicere hoc pronomen, ſed nonnunquam ad remotius, v. Perizon. ad Sanctii Minerv. 2, 9. it. Quinct. 2, 5 p. 152 Burm. & quos idem laudat ad Ovid. Met. 3, 205. Drakenb. ad Liv. 24, 29. ¶ 4. Virg. Æn. 2, 45 *His lacrymis vitam damus*, id eſt, talibus ac tantis. Horat. 3 od. 6, 33 *Non his juventus orta parentibus Infecit æquor ſanguine Punico. His parentibus*, i. e. talibus: tam vitioſis ſcilicet & corruptis. Id. 1 epiſt. 6, 40 *Ne fueris hic tu.* Id. epiſt. 15, 42 *Nimirum hic ego ſum*, id eſt, talis. ¶ 5. In illo Terentii Andr. 2, 1, 12 *Tu ſi hic ſis, aliter ſentias: τὸ Hic* demonſtrativum eſt, & cum geſtu prolatum. Hoc enim cum Charinus diceret, manu pectus percuſſit, ſe ſimul oſtendens, wenn du an meiner ſtelle wäreſt. Donatus: *Hoc*, inquit, *geſtu ſcenico melius commendatur. Nam hæc magis ſpectatoribus, quam lectoribus ſcripta ſunt.* HIC *ergo ſcipſum oſtendens dixit.* Priſcian. lib. 17 p. 1103 de hoc ipſo loco: *Nota*, inquit, *quod ſe oſtendens* HIC, *dixit, in qua demonſtratione intelligitur etiam* EGO. ¶ 6. HOC ERAT, formula ſuccenſientium & expoſtulantium elegans. Virg. Æn. 2, 564 & ſeqq. *Hoc erat, alma parens, quod me per tela, per ignes Eripis, ut mediis hoſtem in penetralibus, &c.* Propert. 2, 24, 17 *Hoc erat imprimis, quod me gaudere jubebas?* Add. Hor. 1 ſat. 10, 46. Virg. Æn. 4, 675. Stat. Sylv. 1, 4, 23. Petron. c. 93 p. 449. Similiter & in aliis hoc pronomen ſupra nominatis affectibus eleganter inſervit. Propert. 2, 5 pr. *Hoc verum eſt, totâ te ferri, Cynthia, Româ, Et non ignotâ vivere nequitiâ? Hoc merui ſperare? dabis mihi perfide pœnas.* ¶ 7. *Hic* interdum cum pronomine *Iſte*, ornatus & majoris ponderis cauſa conjungitur: Cic. pro Rab. 9. *Hujus iſtius facti ſtultitiam major jam ſuperior ſtultitia defendit.* V. Menck. Obſ. ¶ 8. In Genitivo ſingulari eſt *Hujus*, in dativo *Huic* per omnia genera. Ter. And. 1, 1, 84 *Mortem hujus tam fert familiariter.* Virg. Æn. 6, 798 *Hujus in adventu.* Ter. And. 2, 1, 14 *Huic ſupplicabo, amorem huic narrabo.* Poëtæ ſæpe contrahunt in unam ſyllabam: Virg. ecl. 2, 53 *Honos erit huic quoque pomo.* Peculiare eſt *hæ rei* pro *huic rei*, apud Catonem R. R. c. 14. Pluraliter dicitur *Hi, hæ, hæc, &c.* Virg. Æn. 4 Georg. 4, 86 *Hi motus animorum atque hæc certamina tanta.* Stat. 2 Sylv. 1, 213 *Hos bella, hos æquora poſcunt, His amor exitio, furor his, &c. Hibus* pro *his*, antique Plautus Curc. 4, 2, 20. ¶ 9. Cum comparativis ut *eo*, Juſtin. 7, 5, 8 *Perdiccæ hoc indignior cædes videbatur.* Plaut. Men. 1, 2, 42 *Litigium eſt tibi cum uxore, hoc mihi abs te caveo cautius.* Ita emendavit Acidalius. Alii *Ob.* Nimirum ¶ 10. *Hoc* & *o* confunduntur in MSS. vid. Drakenb. ad Sil. 5, 167, in primis ubi proxima vox a *c* incipit.

¶ Hic, (antique *Heic*) adverb. in loco, hier, allhier; ut, *Thais ego jamdudum hic adſum*, Ter. Eun. 4, 6, 5. ¶ 2. Aliquando temporis adverbium eſt, & *Tunc* ſignificat. Ter. Andr 2, 3, 15 *Hic redda: omnia, Quæ nunc ſunt certa ei conſilia, incerta ut ſient.* Donatus: HIC, inquit, *adverbium loci non eſt, ſed temporis*: ut Virg. Æn. 9, 246 *Hic annis gravis atque animi maturus Alethes.* Eſt & alibi ſæpius Mato ita uſus, quod & Servius notat. ¶ 3. Aliquando idem eſt atque *in hac re*, hierinnen, dißfalls. Plaut. Bacch. 1, 2, 3 *Lycurgus mihi quidem videtur poſſe hic ad nequitiam adduci.*

¶ Hinc, adv. de loco, von hinnen, von dannen. Ter. Andr. 5, 1, 14 *Illam hinc civem eſſe ajunt*, von hier, aus dieſer ſtadt. Liv. 2, 11 *Hinc a porta Collina: illinc ab Nævia redditus clamor.* Plaut. Moſt. 3, 1, 38 *Ita & hinc & illinc mihi exhibent negotium*, von beyden ſeiten. Et Cic. de Vniverſ. c. 14 *Cum ſpeculorum lævitas hinc illinc que altitudinem adſumſit.* ¶ 2. Interdum idem eſt atque *ex hac cauſſa*, daraus. v. Ter. Andr. 1, 1, 99; Cic. pro Cæl. c. 25; & Horat. 1 ep. 19, 41 *Hinc illæ lacrymæ.*

¶ Hâc, adv. per locum, hierdurch. *Hâc illâc circumcurſa*, lauf hie und dort durch. Ter. Heaut. 3, 2 pr. *Hac non faciebat*, i. e hoc modo, den weg hat es nicht gehen wollen, Id. Andr. 4, 1, 47. Et Nepos 23, 3, 4 *Loca patefecit, itinera muniit, effecitque, ut ea elephantus ornatus ire poſſet, qua antea unus homo inermis vix poterat repere. Hâc copias traduxit, in Italiamque pervenit.*

¶ Hoc, pro *Huc*, adv. antiqua ſcriptura. Pl. Amph. 1, 1, 11 *Nonne idem hoc luci me mittere potuit.* Capt. 2, 2, 79 *Nunc hoc animum advertito &c.* Petro. 39 *Cancer & hoc & illoc* (terræ & mari) *quadrat.*

¶ Huc, adv. ad locum, hieher. Cic. in Catil. 2, 2 *Rem huc deduxit ut &c.* Valer. Max. cum caſu ſecundo junxit 3, 8. *Non exiſtimare ſe, tantis tenebris offuſam eſſe rempublicam, ut huc indignitatis veniretur.* Sic cum *Illuc* ſæpe conjungitur. *Huc illuc*, hin und her, hieher und dorthin. Cic. Att. 9, 9 *Ne huc illuc via deterrima curſem.* Et Tac. Ann. 1, 56, 7 *Cheruſcos exterruit Cæcinna, huc illuc ferens arma.* Et cum junctione, Cic. de Orat. 1, 40 extr. *Huc atque illuc inſtrumentum vagari.* Sic & in Virgiliano carmine hæc adverbia aut proxime jiciantur, aut ex intervallo copulis *&*, *atque* conciliantibus, aut *nunc* utramque dictionem præveniente. vide Georg. 2, 297. Æn. 4, 285 & 363; 5, 498 & 701; 8, 20 & 229; 9, 755; 10, 630; & 12, 764.

¶ Hactenus, adv. non minus temporis quam loci, bis hieher, ſo weit. Ciceroni frequens, cum partem libri aut ſermonis finit, ut de Divinat. 2, 24 *Sed hæc hactenus: nunc ad offenſa veniamus.* Et ad Att. 5, 13 *Sed hactenus*; & paucis interjectis; *Sed hæc quoque hactenus*, genug vor dieſes mahl. Id. fam. 2, 1 *De litteris hactenus.* Id. fam. 4, 3 med. ubi *hactenus* & *quoad* ſibi reſpondent. Liv. 7, 26 *Hactenus quietæ utrinque ſtationes fuere*, i. e. ad hoc usque tempus; ſequitur, *ſed poſtquam.* Plura hujus ſignificationis cauſſa vide in Borrich. Vind. p. 80 ſeqq. ¶ 2. Deinde *Hactenus* eleganter, ſequente *Vt*, pro *in tantum*, aut *Eatenus*, ponitur, ſoferu. Cic. pro Flacco c. 15 extr. *Niſi vero hactenus iſta formula teſtimonii atque orationis tuæ deſcribi ac diſtingui poteſt, ut Flacco abſenti aliquid dignitatis tribuiſſe dicantur.* Id. de Orat. 2, 27 *Præcepta hactenus requirant, ut certis eicendi hominibus ornentur.* Tac. Ann. 2, 34, 4 *Tiberius hactenus indulgere matri civile ratus.* Sen. epiſt. 88 *Meritoria officia ſunt: hactenus utilia, ſi præparant ingenium, non detinent*, i. e. eatenus, eo usque, ſo fern. Similiter Suet. Ner. c. 31 *Ejusmodi domum cum abſolutam dedicaret, hactenus* com-

comprobavit, ut se diceret, QVASI HOMINEM TANDEM HABITARE COEPISSE ¶ 3. Et per *πρῶθ. ὑ.* Virg. Æn. 6, 62 *Hæc Troiana tenus fuerit fortuna secuta.* ¶ 4. Eſt quoque, ubi *Hactenus* cum *Quod* componatur. Plin. 9 epiſt. 15 *Patrem Gentilis hactenus auo, quod aliquam partem præcluxerat, sed pro gestatione peruenit.* Vide de vi hujus vocis Giron. obſ. 1, 15. & in ſcriptores eccleſiaſticos c. 22. & Nic. Heinſ. ad Ovid. Her. 15, 166.

¶ Hac propter, darum, deswegen. Varro: *Hac propter omnes, qui laborant, invocant.*

¶ Hicce, hæcce, hocce, i. e. *hic, hæc, hoc,* eben dieſer. Ter. Andr. 2, 3, 17 *Hocce haud dubium eſt.* Id. Heaut. 3, 3, 3 *Hicce oculis vidi.* Sulpit. Cic. fam 4, 5 *Ad hiſce rebus animum adjecit.*

¶ Hiceine, *hæccine, hoccine,* ſubſervit ſolet per interrogationibus. Ter. Andr. 4, 1 pr. *Hoccine credibile eſt?* Id. Phorm. 5, 8, 23 *Hæccine erant illorum crebræ? Hæccine erat villa..?*

¶ Hucccine, an huc, adv. interrogativum, *Hoccine tandem omnia recidisse?* iſt denn alles dahin gerathen? Cic. Verr. 7, 63.

¶ *Hujusque diei fortuna* apud Romanos conſecrata, h. e. uniuscujusque diei. Ita legit apud Plin. 34 f. 19 Hard. & ita legi vultat apud Cic de Leg. 2, 11, ubi alii *hujus* vel *hujusce*. Nec multum huc facit inſcriptionum antiquarum fides, ſiquidem ipſe non negat Hard. *ce* & *que* indifferenter hic adhiberi, ſed juvat Marius Victor. de orthographia, *Ab hocce fit* hujusce: hujusque *autem aliud ſignificat, i. e. uniuscujusque.*

¶ Hueusque, bis anher, ſo weit, Plin. 6, 29 *Huc usque Sesostris exercitum duxit.*

Horſum vide infra, Hujusmodi, hujuscemodi, in *Modus* n. 1.

Compoſita cum præpoſit.

¶ Abhinc, idem fere quod *Hinc,* von itt an, von daher, & modo cum acculativo, modo cum ablativo jungitur. Ter. Andr. 1, 1, 42 *Interea mulier quædam abhinc triennium Ex Andro commigravit huc vicinie.* Cic. Verr. 4, 9 *Horum puter abhinc duos & viginti annos mortuus eſt.* Id. pro Roſcio Com. c. 13 *Abhinc annis XV.* Plaut. Moſt. 2, 2, 63 *Qui abhinc ſexaginta annis occiſus fuvet.* v. Borrichii Cogit. p. 269. Futuro etiam jungi poſſe contra Voſſium diſputat Sciopp. animadv. p. 8.

¶ Adhuc, adv. bis hieher, (quaſi ad hoc usque tempus: ut apud Plinium Paneg. c. 6 *Solus ergo ad hoc ævi,* &c.) noch zur zeit, bis hiere, Ter. Phorm. 3, 1, 15 *Adhuc tranquilla res eſt:* Et ita ſæpius locutum Ciceronem Livinejus ad Plin. Paneg. c. 1 obſervat, e. g. Att. 5, 20 p. 541 Græv. *Hæc adhuc.* Ter. Heaut. 4, 3, 20 *Ut celata adhuc eſt.* Nep. 1, 5, 5 *Qua pugna nihil adhuc eſt nobilius.* Sen. Medea v. 904 *Quidquid eſt commiſſum adhuc Pietas vocetur.* Ita Cæſar de B. C. 2 32; & 3, 57. Plinius item, Tacitus, Curtius, alii. ¶ 2. Pro *etiam* ſive *præterea,* über das, Cic. Lælio c. 9. *Orum quidem amicitia videtis, niſi quid adhuc forte vultis.* Plin. 33, 2 *Sunt adhuc aliquæ non omittenda in auro differentiæ.* Quaſi dicat: præter iſtas, quas recenſuimus, differentias, aliæ etiam ſunt, &c. ¶ 3. Pro etiamnum, annoch, Plaut. Pleud. 4, 7, 77 *Tun' hodie Sicyone hûc perveniſti? H. alto adhuc meridie.* Ovid. ep. Helen. v. 263 *Adhuc tua meſſis in herba eſt.* Quæ duæ ultimæ notiones vulgatiſſimi uſus ſunt in particula iſta. ¶ 4. Cum comparativo junctum adhuc, non ſimpliciter Germaniciſmum ſapit. Sen. ep. 49 *Punctum eſt quod vivimus, & adhuc puncto minus.* Suet. Tiber. c. 16 extr. *Cui opportunitati amplior adhuc ex opportunitate cumulus acceſſit.* Id. c. 44 pr. *Majore adhuc & turpiore infamia flagravit.* Calp. Flacc. decl. 22 pr. p. 818 *Vt mihi videatur melior adhuc privignus eſſe quam filius.* ¶ 5. Etiam futuro jungitur Plin. Ep. 4, 13, 1 *Ipſe pauculis adhuc diebus in Tuſculano commorabor.* Sen. N. Q. 4, 8 *Vnam rem adhuc adjiciam* Vid. Kapp. ad Ienſ. c. II p. 156.

¶ Adhuccine. Apul. Met. 9 p. 218 *Adhuccine miſerum iſtum aſinum jugi fervore jactari cernimus?*

¶ Antehac, adv. hiebevor, vor dieſer zeit, *Quod antehac fecit, nihil ad me attinet,* Ter. Andr. 1, 2, 16. *Non ut antehac putabam,* Cic. fam. 1, 7.

¶ Dehinc, eſt poſthac, deinde, deinceps, hernachmahls. *At nunc dehinc ſpero, æternam inter nos gratiam fore,* Ter. Eun. 5, 2, 33.

¶ Exhinc, id. Suet. Tib. c. 9 *Exoine Rhæticum Vindelicumque bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum geſſit.*

¶ Poſthac, adv. temporis, darnach, hernach, nach der zeit, Ter. Hec. 3, 3, 45 *Lacrumæ, quæ poſthac fortuna ejl vita, eum in mentem venit.* Virg. ecl. 1, 76 *Non ego vos poſthac viridi projectus in antro Dumoſa pendere procul de rupe videbo.*

¶ Poſthinc, hernach. Virg. Æn. 8, 546. *Poſthinc ad naves gradior, ſociosque revisit.*

¶ Prohinc, igitur, ergo, dahero. Apul. Met. 3 p. 133 *Prohinc tormentis veritas eruenda.* Et lib. 5 poſt princ. *Prohinc cubiculo te refer.*

HIEMS, vel Hyems, *hiemis,* f. quarta & ultima anni pars, frigoribus & imbribus, unde & nomen accepit, maxime infeſta, der winter, die ungeſtüme zeit im jahr. Orthographia hujus vocabuli controverſa eſt. Qui per Y græcum ſcribunt, ab *ὗειν, pluere,* derivant, quod crebræ pluviæ hoc anni tempore ſint. Quo Voſſius putat Varronem reſpexiſſe ab *imbribus* deducentem, ut res, non vox ſignificetur. Contrarium videtur Manutio in Orthographia, præſertim quod addat Varro ibidem, de L. L. 5, 2 *Vel ab hiatu hiems,* quæ origo pure latina eſt. Sunt qui a *χειμὼν* vel *χαυλὸς* repetant, ut ne ſic quidem locus ſit Græcorum litteræ. vide Voſſ. Etym. 256: qui tandem, *HIEMS,* inquit, *ſcripſere Romani veteres: HYEMS eſt a Grammaticis.* Ab iisdem etiam interpoſitio τῆ P, *hiemps,* qua æque ac T monumenta veterum caruerunt, Manutio obſervante, qui acriter pro *Hiems* pugnat; *Hyems* autem exſibilat. Hæc de ſcripturæ ratione. Cæterum varia Hiemis epitheta, ut apud Livium 5, 13 *Gelida ac nivoſa:* item *glacialis,* Ovid. Met. 2, 30. *Hieme omnia bella jure gentium conquieſcunt,* Cic. pro Rabirio Poſth. c. 15. *Hiems nova,* principium, *adulta,* medium; *præceps* finem notat, vid. locus Servii in *Æſtas. Matura hiems,* zeitlicher winter, Cæſ. B. Gall. 4, 20; huic opponitur *Serotina* apud Plinium 22, 2, wann es langſam winter oder kalt wird. Tac. Annal. 12, 43, 3 *Magna Deûm benignitate & modeſtia hiemis rebus extremis ſubventum.* Per *modeſtiam hiemis* mediocritatem intelligit: & quod tum crebræ tempeſtates non fuerint. Quod factum, ut navigari mare, & ſupportari frumentum potuerit, quo fami conſuleretur. ¶ 2 Ponitur & pro quavis impetuoſa & pluvia tempeſtate. Das unwetter, vide Barth. ad Claudian. p. 954. Nep. 15, 1, 3 *Quo animadverſum gubernatorem præcipua laude ferrai, qui navem ex media tempeſtate ſeptimo ſervat,* &c. Virg. Æn. 1, 129 *Immugiere hiemem ſonoram Neptunus.* Ad quem locum Servius Fuldenſis: *Aperte declarat hic tempeſtatem ſignificari ex Græco: Nam & illi χειμῶνα tempeſtatem dicunt. Et non veteres noſtri* hiemem anni *dicebant: ne tempeſtas poſſet intelligi.* Hæc ille. Cæterum illa loquendi forma *hieme anni* pro *χειμῶνος ὥρας* uſus Suet. Cæſ. c. 35, *Bella ſane difficillima geſſit neque loco, nec tempore equo: ſed hieme anni.* Apul. in Floridis: *Hiems anni erat, &c.* Qui an illud attenderint, quod Servius vult, valde dubitabo. Nam eodem modo Gell. 2, 21 *Nov fuit, & clemens mare, & anni æſtas.* Et 19, 5 *In Liburne nos conceſſimus æſtate anni ſuperantiſſima.* In quibus Serviana obſervatio locum non habet. Igitur *hieme anni,* ſimpliciter dicitur pro *hiberno tempore anni,* quemadmodum Hirtius loquitur de B. Alex c. 43 pr. ¶ 3. *Senilis hiems,* Ovid. Met. 15, 212, das alter. Ita eidem Heroid. 5, 34 *Annis hiems* eſt fugax amoris, die erkaltete liebe. ¶ 4. *Sexta hiems,* h. e. annus, Martial. 10 epigr. 61. *Poſt certas hiemes,* Horat. 1 od. 15, 35.

¶ Hiēmo, vel Hyemo, *avi, atum, are,* primo impersonaliter quaſi ſignificat, es iſt winter wetter, ut, *Fidicula exoritur, hiemat & pluit,* Colum. 11, 2, & paullo ante: *Quinto Calendas Novembr. Vergiliæ occidunt: hiemat cum frigore & gelicidiis.* Salluſtius: *Hiemantes aquas,* de commotis tempeſtate dixit apud Senecam epiſt. 114. Horat. 2 ſat. 2, 17 *Et atrum Deſondens pluvio hiemat mare:* Sævum autem & concitatum mare defendit pluvies, quia tunc piſcatori locus non eſt. Auſonius præf. ad Theodoſium *Inſomnia quamvis hiemet mare.* ¶ 2. Eſt & Hibernare, ſive in hibernis agere, im winter-quartier liegen, winter-quartier haben. Cæſ. B. Civ. 1, 37 *Quæ* (legiones) *Narbonæ, circumque ea loca hiemanti cauſſa diſposuerat.* Et mox *Legiones reliquas, quæ longius hiemabant, ſubjiciebat.* Nep. 17, 3, 2 *Magna præda militibus locupletatis ipſis ſan hiemantem exercitum reliquit.* Et ita Id. quoque 18, 8, 1, hoc verbo uſus eſt. Cic. pro Font. c. 3 *Pompejus hiemavit in Gallia.* Vetus Inſcriptio in ænea tabula, quam Romæ Manutius exſcripſit: NEI QVIS MAGISTRATVS PROVE MAGISTRATV LEGATVS NEV QVIS ALIVS MEILITES IN OPPIDVM THERMENSIVM HIEMANDI CAVSSA INTRODVCITO, NEIVE FACITO QVO QVIS EO MEILITES INTRODVCAT, QVOQVE IBEI MEILITES HIEMENT. Atque ita conſtanter a veteribus *hiemare,* non *hyemare* ſcriptum fuit.

¶ Hiemātus, *a, um,* gefroren, überfroren. Plin. 9, 22 *Autumnali ſidere, ut palam eſt, hiemato lacu.*

¶ Hiematio, *ōnis,* f die überwinterung. Varro de Re Ruſt. 3, 17 de apibus loquens: *Vt ne plus tertia parte eximatur mellis, reliquum hiemationi relinquatur.*

¶ Hiemalis, *e,* hibernus; ut, *Dies hiemalis,* ein winter-tag, Colum. 11, 1. *Navigatio hiemalis,* Cic. fam. 6, 20. *Tempus hiemale,* Nep. 14, 6, 1.

¶ Hiemalia, *um,* int. caſtra, ut *hiberna.* Vopiſ. Aurel. c. 11 *Illic hiemalia & æſtiva diſponere, ubi nihil tibi deerit.*

¶ Hibernus, *a, um,* adj. aliud, idem; ut, *Tempus hibernum,* die winterzeit. *Hiberni menſes,* Cic. Verr. 5, 10. *Nix hiberna,* Horat. 4 od. 12, 3. Et, *Hiberna navigatio odioſa eſt,* Cic. Att 15, 25 *Hibernum mare,* tempeſtuoſum eſt Horat. epod. 15, 7, ut vetus Scholiaſtes recte interpretatur. Hiberno enim tempore anni crebræ tempeſtates ſunt; qua de cauſſa & tum claudebatur apud veteres mare. Sic *hibernos imbres* procelloſos atque immodicos Seneca dixit Medea v. 584; & Tac. Hiſt 3, 69 extr. Idem ſimpliciter *Hibernas Alpes,* nive opertas & glacie, Hiſt. 1, 70.

¶ Hiberna, *orum,* pl. winter-lager, winter-quartier. Cic. fam. 15, 4 *Exercitum in hiberna dimiſi. In hibernis legiones collocare,* Pollio fam. 10, 33. *Hiberna ſumere,* Nepos 18, 8, 4 *Eadem hibernis tenere,* Tac. Hiſt. 1, 55, 3. ¶ 2. Varro *hibernorum* vocem ad villas eas transtulit, ubi hibernare, i. e. per hiemem agere earum domini ſolebant: ſicut & *æſtiva* dixit, ubi æſtivabant, de Re Ruſt. 1, 1 extr. Cic Ep. ad Attic. 13, 29. *Balucaria laudat majora, de minoribus ait hiberna effici poſſe.* Idem & ſingulari numero uſurpavit, Ep. ad Q. Frat. 3, 1 *Subgrande cubiculum & hibernum altum.* Sic in Laurentinum ſuum Plinius hiberno tempore, æſtivo in Tuſculanum ſolebat ſecedere, ut ipſe teſtatur 9 epiſt. ult.

¶ Hibernācŭlum, *i,* n. & plur. Hibernacula, *orum,* idem quod *hiberna,* Liv. 22, 32 *Hibernacula mature communire.* Claudian. de 4 Conſ. Honorii v. 322 *Non brumæ requies, non hibernacula ſegnes Enervent torpore manus.* Alias *hibernacula* pro ipſis tentoriis ſumuntur, ſive pro pellibus, ſub quibus antiquitus milites hiemabant.

¶ Hiberno, *are,* über winter liegen, winter-lager halten. Cic pro Lege Man. c. 13 *Iam vero, quomodo milites hibernent, quotidie ſermones ac literæ proferunt.* ¶ 2. Perſius 6, 7 *Hibernare mare* dixit, (quemadmodum *Hiemare* Horatius, de quo ſupra:) id eſt, ſævire. ¶ 3. Plin. 9, 15 etiam de piſcibus: *Bruma non vagantur: ubicumque deprehenſi, ibi hibernant,* daſelbſt überwintern ſie.

¶ Abhiemo, *as, are,* apud Plinium eſt 18, ult. *Cum ſereno cœlo fulgetræ erant, abhiemavit,* expreſſum ut videtur ex Gr ἀποχειμάζω, hiems deſcevit, der winter verwichet.

¶ Perhiemo, *are,* den winter aushalten. den winter über bleiben. Col. 11, 3 pr. *Sulcos vacuos perhiemare patiemur.*

HIERA, *æ,* f. ex græco latina vox, & ſæpiſſime Senecæ epiſt 83, nec interpretibus ſatis hactenus explicata. Verba Senecæ ſunt: *Quomodo tamen hodiernum certamen nobis ceſſerit, queris? quod raro cuiſquam evenit, Hieran fecimus.* Muretus *Hieran,* de media in ſtadio linea, quippe ſic appellata, interpretatur: ad quam ambo teſſi pervenerint, & ita neuter vicerit. Lipſius morem fuiſſe ſuſpicatur, ut in victoria ambigua, & cum pares in meta, Deo lacraretur corona, quod [illegible] Græcos dixiſſe, reſpectu ad *τὸν στέφανον,* ex Polybio oſtendit: Senecam

vero *Hieran facere*, referendum ad coronam. ¶ 2. *Hiera*, pro matre Cybele occurrit in Virgilii Æn. 9, 673. Quia tamen mediam alioqui brevem produxit, insipienter Turnebus. *hyena* ibi legendum esse vide ejus Adversar. 22, 7. ¶ 3. *Hiera*, insula Siciliæ una ex septem Æoliis Vulcano sacra, Plin. 2, 89 & 4, 9, & Isidor. 14, 6.

Hieracites, Hieracia. Hieracium, vide paullo post *Hierax*.

HIERANTHEMIS, *idis*, f. ἱερανθεμις, chamæmelum, die chamillenblume. Apul. de Herb. c. 23.

HIĔRĀPŎLIS, *is*, f. ἱερὰπολις, i. e sacra urbs, alia in Asia proprie dicta, Plin 2, 95. Alia in Creta, Id. 4, 12. Alia in Syria, 5, 26.

¶ Hierapolitani, *orum*, m. pl. incolæ, i. ff de aqua quotid.

HIĔRARCHIA, *æ*, f. ἱεραρχία, das geiſtliche regiment. Dionyſ. Areop. ¶ 2. Ita vulgo a theologis quibusdam solent vocari tres in rep. ordines, imperantium, docentium, familias suas regentium, die drey haupt-ſtände, der leſer-nähr- und wehr-ſtand.

¶ Hierarchicus, *a*, *um*, ἱεραρχικὸς, ad hierarchiam pertinens, ecclesiasticus, geiſtlich.

¶ Hierarcha, *æ*, m. ἱεράρχης, qui præest sacris, ein ertz-prieſter. Sic &

¶ Archiereus, gr. ἀρχιερεὺς, idem. Lamprid. de Alex. Sev. c. 28 *Syrum archisynagogum cum vocantes & archiereа.*

HIĔRARCHŎSYNA, *æ*, f. ἱερᾶρχοσύνη, das ertz-bißthum. Theod. Cod. lib. 12 t. 1 *In consequenda archiepiscopi illic sit potior, qui patriæ plura præstiterit.*

HIĔRAX, *ăcis*, ἱέραξ, accipiter, ein habicht. Iustin. 17, 2, 8 *Antiochus Hierax est cognominatus, quia non hominis, sed accipitris vitu in alimis cripiendis vitam sectaretur.* ¶ 2. *Hierax, Icrax, Zerax* ex librariorum & descriptorum circa saxa oscitantia subinde fuerunt permutata, ut, quod horum cujusque fuerit proprium, certo scire nequeamus. Noti tamen e veterum monumentis *Hieraces* N. Asinius, T. Arruntius, L. Caprius, T. Flavius, M. Herennius, M. Vlpius. vid. Inscript. Patav. a Remesio illustr. ¶ 3. *Hierax* est collyrium, augen-arznei, Cels. 6, 6.

¶ Hierācites, *æ*, m. ἱερακίτης, gemma a colore accipitris sic vocata, Plin. 37, 10, ein habicht ſtein.

¶ Hieracia, *æ*, f. lactucæ genus, cujus succo accipitres obscuritatem sentientes oculos tingunt, Plin. 20, 7.

¶ Hieracium, *i*, n. ἱερακιον, collyrium, habicht-kraut, Plin. 34, 11; Apul. de Herb. c. 30; & Diosc. 3, 72 & 73.

HIERĀTĬCUS, *a*, *um*, ἱερατικὸς, sacerdotalis, rebus sacris destinatus, prieſterlich, zum gottesdienſt gehörig: ut, *Hieratica charta*, Plin. 13, 12.

HIĔRĬCHO, vel Iĕricho, indecl vel Hierichus, *untis*, Iudææ oppidum inter Hierosolymam & Iordanem. Plin. 5, 14 *Iudæa dividitur in toparchias decem: Hierichuntem palmetis consitam &c. Hiericho* vel *Iericho* vocat Vulg. Interpres, & Prudent. Psychom. v. 536. Sed *domitam Hierichon*, Idem Hamart. v. 480.

¶ Hierochontinus, *a*, *um*, adj. Vulg. Interpr. Ier. 39, 5.

HŸĔRO, *ōnis*, m. Ὑέρων, rex Syracusanus, homo pulcherrimus, & fortissimus, & eruditionis studiosus in senectute, Æliano auctore. Pindarum & Simonidem inter familiares habuit, & ab illo celebratus est, carmine adhuc extante. Dicere consuevit: *Magistros a discipulis magnam debere exigere mercedem: ab imperitis quidem, quod multa discerent: A rudibus autem & hebetibus, quod molestiæ plurimum facesserent*; παρὰ μὲν τῶν εὐφυῶν, ὅτι πολλὰ μανθάνουσι, παρὰ δὲ τῶν ἀφυῶν, ὅτι πολὺν κόπον παρέχουσιν De nummis illius Spanh. diss. 8 p. 548. ¶ 2. *Hiero* secundus Siciliæ Rex Romanis amicus & bello Punico primo adjutor. Hic nepotem moriens reliquit admodum adolescentem sub tutoribus, Hieronymum; mandans, ut fidem erga Pop. Rom. coltam a se per annos quinquaginta, servare & ipse pergeret inviolatam. Cujus vero præcepti non memor, luxuriosus & arrogantius agendo, a Romanis ad Hannibalem cum defecisset, ab iisdem cæsus tandem est. vid. Liv. 24, 4 seqq.

¶ Hieronĭcus, *a*, *um*, adj. ut, *Lex Hieronica*, i. e. frumentaria, ab Hierone lata, Cic. Verr. 2, 23 & 60. v. Rosini Ant. Rom. 8, 12.

¶ HIĔRŌBOTANE, *es*, f. ἱεροβοτάνη, seu rectius ἱερὰ βοτάνη, duabus dictionibus, i. e. *sacra herba*, qua in sacris uterentur, quo nomine *verbena* seu *verbenaca* dicitur, eiſen-kraut, Plin. 25, 9.

HIEROBVLEVS, *i*, quasi ἱερὸς βοηλάτης, eſchlauch. Apul. de Herb. c. 21.

HIEROCLES, *is*, m. Ἱεροκλῆς, Philosophus fuit Alexandrinus, scripsit commentarium in Pythagoræ aurea carmina, qui adhuc exstat, c. libro de providentia & fragmentis quibusdam noviſſime editus a Nedhamo. v. Fabricii Bibl. Gr. Lactant. 5, 2.

HIĔRŌDŬLUS, *i*, m. ἱερόδουλος, minister sacrorum, ein pfaffenknecht, küſter, apud Firmic. 8, 21 *Pars XXVI Geminorum in horoscopo inventa, ædituos facit, templorumque custodes, hierodulos, & qui sacris officiis deputentur.*

HIĔRŎGLYPHUS, *i*, m. ἱερόγλυφος, sacrorum vel arcanorum sculptor, ab ἱερὸς & γλυφω.

¶ Hieroglyphice, *es*, f. ἱερογλυφικὴ, ars scribendi non per literas, sed sculptas rerum animaliumque figuras, ut inde aliquid significetur.

¶ Hieroglyphĭcus, *a*, *um*, ἱερογλυφικὸς, adj. ut, *Hieroglyphicæ literæ*, vel *Hieroglyphica* absolute, subintelligendo *signa*, sinn-bilder, bildniß-ſchrift. Quo nomine dictæ sunt Ægyptiæ notæ volucrum, ferarum, aliarumque rerum, de quibus hoc modo Tacitus An. 11, 14, 1 *Primi*, inquit, *per figuras animalium Ægyptii sensus mentis effingebant, &c.* Exstant de *Hieroglyphicis* libri duo Ori Apollinis Niliaci, a Bernhardino Trebatio e Græco translati, & ab Hœschelio illustrati Aug. Vindel. 1595; quibus deinde scholia addidit Mercerus Parisius, in quibus hæc habentur: *Cum nuptias significare volunt, geminas cornices pingunt. Item, mundum scribere volentes, serpentem pingunt suam ipsius caudam devorantem, &c.* Exstant & Io. Pierii Valeriani *Hieroglyphica*, sive de sacris Ægyptiorum literis commentariorum libri 58, opus varium, atque eruditione plenum. conf. Lipſ. ad lib. 2 Ann. Tacit. p. 102. His addere licet Nic. Caussini *Hieroglyphica*, seu Symbolicam Ægyptiorum sapientiam, & præsertim Kircheriana opera, obeliscos, Oedipum, sphinga my-

stagogum. Clemens Alexandrinus lib. 5 Stromat. notat, triplici ratione fuisse usos Ægyptios, ἐπιστολογραφικῇ, qua in epistolis utebantur, ἱερατικῇ, qua sacerdotes in rebus sacris utebantur: & ἱερογλυφικῇ, cum indiculi peterentur. Et hanc fuisse duplicis generis: alteram κυριολογικὴν, i. e. proprie loquentem: alteram συμβολικὴν, per signa significantem. vide ipsum p. 402, & Amm. Marcellinum 17, 7, ibique Lindebr. nec non Macrob. Sat. 1, 20. Hujusmodi Hieroglyphicam literaturam conspicere licet in *Musæo Ipsaca*, quam Mantuæ Dux ex Bembi Cardinalis museo domum suam transtulit, & delineatam illustratamque explicationibus eruditissimis vulgavit Laurent. Pignorius. ir in obeliscis a Kirchero explicatis.

HIĔROMNĒMON, *ŏnis*, m. ἱερομνήμων, Sacrorum præsul, apud Græcos, uti Romæ augur. ¶ 2. Gemma laudata in argumentis divinationum, Plin. 37, 10.

HIĔRONĪCAE, *arum*, m. pl. quos *sacri certaminis victores* quasi interpretatus Plinius appellat 19, 8. Suet. Ner. c. 24 *Ne ne cuius alterius hieronicarum memoria aut vestigium exstaret usquam &c. Hieronicæ*, qui in Olympiis, Pythiis, Isthmiis & Nemeis vicissent. Hæc enim *sacra certamina* dicebantur. Variis autem honoribus Hieronicæ afficiebantur. De quibus vide Casaubonum & cæteros interpretes ad Suet. Ner. c. 25.

HIĔRŌNYMUS, *i*, m. Rhodius, Aristotelis discipulus, cujus meminit Cic. de Fin. 2, 3, & Tusc. 2, 6 &c. ¶ 2. *Hieronymus*, Stridonensis, scriptor ecclesiasticus, linguarum & historiarum peritissimus, qui Patrum latinorum primus Philosophiam & Theologiam conjunxisse dicitur. v. Sixt. Senens. lib. 4 p. 241. ¶ 3. *Hieronymus* Hieronis filius, de quo in *Hiero*.

HIĔRŌPHANTA, *æ*, & Hierophantes, *æ*, m. sacrarum ceremoniarum magister, & interpres. v. Arnob. lib. 5 adv. Gent. & ibi Helmenhorst. conf. Loccen. Indice Philolog. ad Nep. aliosque huius scriptoris interpretes ad Pelopidam ejus 3, 2. Adde Meurs. Eleusin. c. 13. Alex. ab Alex 4, 7, & 5, 17. Iac. Gothofr. not. ad L. 14 Cod. Theodos. de Pagan. sacrif. & templ. qui pleraque veterum loca collegerunt.

HIEROPHŸLAX, *ăcis*, m. ἱεροφύλαξ, sacrorum custos, ein kirchner, küſter. L. 20 ff. de ann. leg.

HIĔRŌSŎLYMA, *orum*, ἱεροσόλυμα, n. plurale, & *Hierosolyma*, *æ*, f. sing. & *Hierusalem*, vel *Ierusalem*, indeclinab. urbs Palæstinæ, clarissima & florentissima urbium orientis, quemadmodum Plinius scripsit 5, 14, & 6, 34. ¶ 2. Dicta, si credas Grammaticis Iudaicarum rerum ignaris, primum fuit *Solyma*; sed cum rex Cananæus, justus nomine, templum addidisset, *Hierosolyma* appellari cœpta est, Græci enim ἱερὸν τεμπλουμ vocant. Eusebius quasi ἱερὸν Σολομῶνος, id est, *ædem Solomonis*, dictam putavit lib. 9 de Præparatione Evangel. & Hieronym. epist. ad Eustoch. de vita Paulæ; *Ingressa est Hierosolymam urbem trinominem lebus, Salem, Hierusalem: quæ ab Aelio postea Adriano de ruinis & cineribus civitatis in Aeliam fusc itata est.* Nempe significat, Hadrianum de reliquiis & ruinis novam exstruisse urbem, quam ab se *Aeliam* appellavit: quod & ad c. 1 Ioëlis docet. Sed nomen *Hierusalem* contractum & leviter immutatum ex *Iebus* & *Salem*. Quæ vera originatio est. Nugæ enim sunt, quæ de *Solimis*, gente Homero celebrata, & *Hierosolymo* Duce apud Tacitum initio 5 Hist. & apud Plutarch. legimus. Lysimachus quoque, historicus græcus, finxit, Iſraëlitas, Mose duce, ex Ægypto egressos, omnia templa diruisse, & ab eorum spoliis urbem ἱεροσυλίαν appellatam condidisse, ut Iosephus lib. 1 contra Apionem ostendit. Capta, direpta, & secundum Christi vaticinium incensa, & eversa post obsidionem semestrem fundibus est a Tito anno secundo Vespasiani, anno Christi 73 octavo die Septembris. Hodiernæ urbis situm nihil immutatum a veteri, Procardus monachus asserit in descriptione terræ sanctæ: atque id hodierni incolæ persuasum habere memorantur. Sed aliter, nisi fallor, sentiunt Pradus & Villalpandus Comment. in Ezech. *Muri Hierosolymorum*, Tac. Hist. 5, 9, 1 *Oppugnatio Hierosolymorum*, Suet. Tito c. 5. *Hierosolymam habent*, Cic. pro Flacco c. 28. & Suet. Aug. c. 93. *Impia Ierusalem*, Lact. de Pass. v. 25. *Hierusalem templo illustrata*, Prudent. Psych. v. 811. Non horruit casuum flexionem Paulinus Nolan. ad Cytherium v. 497 *In atriis Hierusales.*

¶ Hierosolymitānus, *a*, *um*, adj. ut, *Cives Hierosolymitani*, *Templum Hierosolymitanum*, &c.

¶ Hierosolymarius, *i*, m. quod nomen Cicero formavit, Pompejum, Hierosolymorum victorem, victoriæque suæ prædicatorem, pungens ad Att. 2, 9, *Hic noster Hierosolymarius, traducter ad plebem.* Eadem scilicet forma poterat Catilinarius dici Cicero.

Hiesare, vide *Hio*, *āre*, *Hila*, *Hilla*.

HIGŸNUS, *i*, m. genus piscis, Theod. Prisc. de Diæta c. 8.

HILAĪRA, pen. prod. Pollucis uxor velamasia apud Propert. 1, 2, 16. vid. Meurs. misc. Lac. c. 15.

HILĀRIS, *e*, & Hilarus, *a*, *um*, ἱλαρὸς, (utrumque enim dici, Macrobius Saturn. 1, 9 notat) lætus, jucundus, lustig, frolich. Horat. 1 epist. 18, 89 *Oderunt hilarem tristes, tristemque jocosi.* Ter. Adelph. 2, 4, 23 *Hilarem hunc fumamus diem*, laſt uns dieſen tag in frolichkeit zubringen. Id. in ead. fab. 5, 3, 56 *Hodie modo hilarem fac te*, erzeige dich nur beate freudig. *Vita hilara*, Cic. de Fin. 5, 30. Comp *Hilarior*. Cic. de Clar. Orat. c. 5 *Animadverti paullo te hilariorem*: & in Pison. c. 5 *Hilarioribus oculis.* Superl. Plaut. Mil. 3, 1, 71 *Hilarissimus conviva.* conf. Menæchm. 1, 2, 40.

¶ Hilārŭlus, *a*, *um*, dimin. Cicero usus est Att. 16, 11 extr. *Attice*, *quoniam* (*quod optimum est in pueris*) *hilarula est*, *meis verbis suavium des.*

¶ Hilariculus, *a*, *um*, idem. Sen. epist. 23 *Soluto vultu*, *& ut isti delicati loquuntur*, *hilariculo mortem contemnere.* Alii legunt *hilari oculo.*

¶ Hilāre, ab *Hilarus*, adv. ut, *Hilare vivere*, Cic. de Fin. 5, 30. *Hilare accipi*, Id. de Orat. 2, 72 pr. *Hilare quem prosequi*, Suet. Ner. c. 34. *Hilarius loqui*, Cic. Tusc. 3, 27. Et, *Hilarius & quasi exultantius scribere*, Plin. 3 epist 18. Superl. *Hilarissime* Plauti est Menæch. 1, 2, 40. *Esquid audes de tuo istuc addere?* Parasit. *atque hilarissime.*

¶ Hilariter, idem. Auctor ad Herenn. 3, 14 *Modo acriter*, *tum clementer*, *modo hilariter*, *in omnes partes commutabimus*, *ut verba*, *ita pronunciationem.*

¶ Hilla-

¶ Hilăritas, ātis, f. festivitas, lætitia, die frölichkeit. Cic. Off. 1, 130 *Inerat in C. Lelio multa hilaritas.* Plur. Sen. epist. 23 *Cæteræ hilaritates non implent pectus, sed frontem remittunt.* ¶ 2. *Hilaritas*, cognomen feminæ, occurrit in vet. lapide Murat. 376, 1.

¶ Hilăritūdo, ĭnis, f. idem: ut: *Onera te hilaritudine*, Plaut. Mil. 3, 1, 83. Et, *Hilaritudo oculorum*, Id. Rud. 2, 4, 8. Ac Apulej. lib. 11 p. 260 *Tanta hilaritudine gestire mihi cuncta videbantur.*

¶ Hilăritus, adv. ex Plauti Milite 3, 1, 83 arcessunt, dicentis, *onera hilaritus me.* Sed meliores libri omnes habent, *atque onera te hilaritudine.*

¶ Hilăresco, ĕre, frölich werden. Varro apud Nonium 2, 404 *Cum amicorum domus fumat, hilaresco.* Et Augustin. Confess. 10, 31 *Ad hoc incertum hilarescit infelix anima.* Id. Confess. 5, 13 *Sermo hilarescens.*

¶ Hilaria, *orum*, n. pl. ἱλάρια, ein freudenfest. Sic diem æquinoctii verni Antiqui vocarunt; nimirum diem octavum Calendarum Aprilis, den 25 Martii, ut Macrob. indicat Saturn. 1, 21. Lampridius *Hilaria Matris Deûm* appellat: in ejus enim & Attinis honorem festus agebatur hic dies, ut idem Macrobius significat; vide & Herodianum 1, 10, qui accurate describit. Casaubonus ad Severum Lampridii observat, *Hilaria* in genere appellari quemlibet diem qua privata, qua publica festivitate solennem: peculiariter vero festum Matris Deûm. Contra Salmasius ad Aurelianum Vopisci negat usquam apud Latinos γενικῶς usurpari *Hilaria*: sed tantum de festo die Matris Deûm. Nobis hic dies multo est ac debet quidem esse festivior & hilarior, recordatione maximarum rerum in ecclesia. Quintil. 6, 4 *Hilaria omnibus conveniant.*

¶ Hilăro, *avi, atum, are*, ἱλαρύνω, hilaritatem afferre, frölich machen, erfreuen. Apul. lib. 5 Milef. *Quantis gaudiis totam domum nostram hilarabis?* Catull. 64, 18 *Hilarate animum.* Et Cic. de Fin. 2, 3 *Omnes jucundum motum, quo sensus hilaretur, græce ἡδονήν, latine voluptatem vocant.* conf. Nonius 2, 407.

¶ Hilaratus, *a, um*, ergötzt, erfreut. Cic. Nat. Deor. 2, 40 *Terra cum cælo hilarata.*

¶ Hilaratio, *onis*, f. die erfreuung, ergötzung. Tertull.

¶ Hilarator, *oris*, m. qui hilarat, apud Firmicum.

¶ Hilarŏdus, *i*, m. lascivi & delicati carminis cantor, ein lustiger sänger. Festus. Inter histrionum appellationes refert Athenæus 14, 8. conf. Scalig. Poët. 1, 52.

¶ Exhil ro, *are*, erfreuen, belustigen. Plin. 16, 25 *Neque ilex, larix, pinus, ullo flore exhilarentur.* Et Martial. 8 epigr. 50 *Exhilarant ipsos gaudia nostra deos.*

¶ Exhilaratus, *a, um*, erfreut, erquickt. Cic. fam. 9, 26 *Miraris, tam exhilaratam esse servitutem nostram?* Et Colum. 6, 24 *Pecudes pabulo exhilaratæ.* Adde Petron. c. 13.

¶ Exhilaratio, *ōnis*, f. die erfreuung. Augustin. de Genesi ad lit. 8, 8 *Exhilaratio voluntatis.*

¶ Exhilarator, *oris*, qui exhilarat, apud Celsum.

HILARIVS, *i*, m. Vitellii libertus, Tac. Hist. 2, 65. ¶ 2. *Hilarius*, Phrygius quidam vates, apud Suidam. ¶ 3. *Hilarius*, Pictaviensis, seculo quarto *hæreticorum flagellum & malleus* dictus, de cujus scriptis Voss. de Hist. Lat. 2, 8 p. 186. ¶ 4. *Hilarius*, Arelatensis, seculo quarto, de quo Voss. l. c. 2, 16, & Hist. de Controvers. Pelag. 1, 19.

HILLA, *æ*, f. & Hilla, *orum*, n. pl. Intestinum porcinum est fartum, eine wurst. Horat. 2 sat. 4, 60 *Stomachus perna magis, at magis hilla Flagitat in morsus resici.* Varro de L. L. 4, 2 *Hilam* vocat, ubi ait: *Tenuissimum intestinum fartum hila ab hilo dicta, i. e. minimo.* Nonius 2, 410 *Hilas* habet, & ex Laberio *hillas infumatas* dixit. B. Ambrosius de Tobia c. 19 *Ad lanium dirigit, ut billam procuret.* vide infra *Huram*, unde diminutive dici *Hillum*, ex Festo probamus.

HĪLVM, *i*, n. macula illa nigra est in summa faba, ut Festus docet. ¶ 2. Hinc pro re vili & nihili usurpatur, nichtswürdig ding. v. Nonius 2, 402. Lucret. 3, 843 *Mors igitur nihil est, ad nos neque pertinet hilum.* Vetus Poëta apud Cic. Tusc. 1, 4 *Quod Sisyphi versat Saxum sudans nitendo, neque proficit hilum*, h. e. nihil. Avienus Arateis v. 447 *Non eget hujus enim sedes sacra luminis hilum.*

¶ Nihil, nihilum componitur inde, quod est, quasi *Ne hilum* quidem. vide suo loco.

¶ Perhilum, adv. perpaulum, gar wenig. Lucret. 6, 575 *Vacillant tecta ima perhilum.*

HIM, pro hinc introductum voluit Lambinus Plaut. Amph. Prol. v 125.

HIMANTŎPŎDES, *um*, m. pl. latine Loripedes, Æthiopiæ populi, serpendo ingredientes, Pomponio & Solino c. 43, ab ἱμὰς, ἱμάντος, *lorum*, ἱμαντοπόδες. ¶ 2. Sunt & aves *Himantopodes* sic dictæ, a crurum exilitate. Oppian. & Plin. 5, 8.

Hinc, cum compositis, vide in *Hic, hæc, hoc.*

Hinna, hinnire, hinnītus, quære mox in *Hinnus.*

HINNVS, *i*, m. ex equo & asina est, minor mulo, qui ex asino est & equa. v. Varro de R. R. 2, 8, Plin. 8, 44; & Colum. 6, 37, ein pferd-esel, maul-esel. vid. supra *Ginnus.*

¶ Hinna, *æ*, f. eine maul eselin. v. ex Varr. Nonius 2, 409.

¶ Hinnŭlus, *i*, m. diminut. Plinius supra laudato loco: *Equo & asina genitos mares*, hinnulos *antiqui vocabant, &c.* Vet. Gloss. *Hinnulus, ὁ ἐξ ἵππου καὶ ὄνου.* conf. Varr. de R. R. 2, 8. ¶ 2. *Hinnuli* etiam dicuntur catuli caprearum, damarum, &c. ein junger rehbock. Vet. Gloss. *Hinnuli, νεβροί. Hinnulæ si sis, ne cum leone carnes partiaris:* Critiæ, qui unus e triginta Athenienſium tyrannis fuit, dictum, quo tenuis loci hominibus tutum negabat, ut cum potentibus rem haberent: mit grossen herren ist nicht gut turschen essen.

¶ Hinnŭla, *æ*, f. ut, *Pellicula hinnula*, Arnob. lib. 5 p. 185.

¶ Hinnŭlĕus, *i*, m. idem qui *Hinnulus*, sicut *equuleus*, dicitur. Hor. 1 od. 23, 1 *Vitas hinnuleo me similis Chloë.* Hoc est, timilis pullo cervino, quo nihil timidius & ad fugiendum paratius est.

¶ Hinnicŭlus, *i*, m. idem apud Vitruvium.

¶ Hinnio, *ivi, itum, ire*, proprie hinnorum & equorum est, wiehern. Quintil. 1, 9 extr. *Ne balare quidem aut hinnire fortiter diceremus, nisi judicio vetustatis niteremur.* Spartian. in Geta c. 5 *Equi hinniunt.*

¶ Hinniens, *tis.* Substantive *Hinnientes* pro equis, Lævius poëta vetus dixit apud Apulejum in Apologia, Philtra recensens: *Radiculæ, herbæ, furculi, Hinnientium dulcedines.* Ita Hippomanes vocat.

¶ Hinnienter, adv. idem, apud Nonium 2, 411.

¶ Hinnītus, *us*, m. das wiehern, pferd geschrey. Liv. 2, 64 *Fremitus hinnitusque equorum.* Silius 5, 66 *Fremuisse hinnitibus Alpes.* Justin. 1, 10, 8 *Hinnitum edere.* Arnobius 4 p. 145 *Pecoris specie hinnitibus evolavisse Saturnum gallati?* h. e. in equum se mutasse. Apud Stobæum Socrates, *Superbiam*, inquit *hinnitum & flatitiæ: Ἀγαθοῦ γὰρ ἀνδρὸς ἐστὶ φρονεῖν μέτρια.* ¶ 2. *Hinnitus ferus*, Sil. 12, 182, i. e. lupus ille acerbus ex emend. Heinii. Al. *Timotus.*

¶ Hinnĭbilis, *e*, hinniens, wiehernd wie ein roß. Cæl. Aurel. 1, 10 *Excreatus hinnibilis.*

¶ Hinnibunde, adv. idem, cum hinnitu. Claud apud Nonium 2, 411 *Equi hinnibunde inter se spargentes terram calcibus.*

¶ Hinnito, *are*, frequent. Gloss. gr. lat. χρεμετίζω, *hinnitat.*

¶ Hinnilĭtro, *are*, idem. Lucilius apud Varronem de L. L. 6, 5 *Hæc rudet ex rostris, atque hinnilitabat.* Aliter habet Nonius 1, 78.

¶ Adhinnio, *ire*, quod est hinnitu provocare, zuschreyen, anwiehern. Ovid. de Rem. amor. 634 *Fortis equus visæ semper adhinnit equæ.* Plaut. Cist. 4, 2, 83 *Adhinnire possum ego equidam tuæ.* Plin. 35, 10 de Apellis picto equo: *Apelli tantum opus adhinnivere.* Prudent. in Symmach. 1, 58 *Puelli adhinnivit marbus.* Cicero metaphorice dixit, *Ad alicujus orationem adhinnire*, in Pisonem c. 28, i. e. applaudere: vocaverat enim Pisonem *equum admissarium*, quam metaphoram continuat.

¶ Inhinnio, *ire*, idem. Prudent. in Symm. 1, 57 *Ille puellis Primus inhinnivit, &c.* alii *adhinnivit.*

HIO, *avi, atum, are*, est aperiri, sich von einander thun, klaffen, rifse gewinnen. Unde *hiare* pro manifestum esse nonnunquam usurpatur. Apul. Apol. p. 533 *Patent artes tuæ, Rufine: fraudes hiant: detectum mendacium est.* Sallust. apud Nonium 4, 228 *Iliavit humus multa, vasta & profunda*, das erdreich hat sich von einander gethan. *Hiat aliquando in medio avis* Veget. 3, 20. v. Mice. Observ. Vol. IX p. 86. Sic *Flores hiant*, cum incipiunt nasci & aperiri, die blumen gehen auf. Propert. 4, 2, 45 *Nec flos ullus hiat pratis.* Virg. Æn. 6, 493 de umbris apud inferos, *clamor frustratur hiantes*, i. e. ora aperientes, non sequitur, quem moliuntur, clamor. Sed *Mutila & biantia loqui*, ohne verstand und nachdruck reden, Cic. in Orat. c. 7. *Vasta & hians oratio*, Aut. ad Herenn. 4, 12. *Disjuncti atque hiantes concursus literarum*, Cic. Partit. Orat. c. 6, buchstaben, so nicht auf einander folgen. *Crebri vocalium concursus hiantem orationem reddunt*, Auct. ad Herenn. 4, 12. ¶ 2. *Hiare ad lucrum, ad prædam*, est cupidum esse, begierig sein nach dem gewinn. Ita *hiantes cupiditates* Tacitus dixit Hist. 1, 12, 4. Persen. epist. 72 *Canis quidquid accipit, protinus integrum devorat, & semper ad spem futuri hiat*, id est, aperto ore concupiscit.

¶ Hians, *tis.* vide in *Hio.*

¶ Hiantia, *æ*, f. öffnung. Tertull. de Anima c. 10 *Tubam pariter & hiantiam oris illius ostendo.*

¶ Hiātus, *us*, m. apertio, öffnung, spaltung; ut, *Hiatus terrarum*, Cic. de Nat. Deor. 2, 5. & de offic. 3, 9. Senec. ad Helv. c. 6, die kluft der erden. Ovid. Heroid. 3, 63. *Devorer ante, precor, fabito telluris hiatu.* Cic. N. Deor. 2, 47 *Oris hiatu ciborum capessunt*, mit dem rachen. ¶ 2. *Hiatus concursus vocalium*, Cic. in Orat. c. 23. Cum nimirum in oratione vocales finiunt alias, atque sine intervallo incipiunt alias dictiones. Vocales autem os magis aperiant omnes, quam pleræque consonantes. ¶ 3. *Præmiorum hiatum*, nimiam eorum cupiditatem vocat Tacitus Hist. 4, 42, 6, die begierigkeit darnach.

¶ Hieto, *are*, sive *Hiatare*, frequentativo ab *Hiare* veteres usi sunt; ut Plaut. Menæch. 3, 1, 4, & Lucilius, ac Liberius; v. Diomed. lib. 1 p. 336; maulaffen feil haben.

¶ Hiasco, *ĕre*, klaffen, apud Catonem de Re Rust. c. 17 *Vbi primum hiascere incipiunt, tum legi oportet*, wenn sie angefangen sich aufzuthun, de nucibus loquitur.

¶ Hisco, *hiscere*, inchoativum, sich aufthun, von einander gehen. Usurpatur fere semper de ore humano. Cic. Phil. 2, 43 *Respondebime ad hæc, aut omnino hiscere audebis?* Liv. 6, 16 *Nec attollere oculos aut hiscere audebant*, maulsen, das maul aufthun. Virg. Æn. 3, 314 *Raris turbatus vocibus hisco.*

¶ Hiulcus, *a, um*, fatiscens, klaffend, unförmlich, zerbrochen. Virg. Georg. 2, 353 *Hiulca siti findit Canis æstifer arva*, das feld, so da aufgerissen, uebersten ist. Et Sidon 6 epist. 7 *Hiulca vadimonia*, i. e. patentia. Plautus Trin. 2, 2, 9 *Hiulcum* pro avido & alienum inhiante dixit. Sed *hiulcæ voces*, Cic. in Orat. c. 44; & *hiulcus verborum concursus*, de Orat. 3, 43, habitus est orationis non numerosus, non densus, sed hians & inelegans.

¶ Hiulce, adverb. idem; ut, *Hiulce loqui*, apud eundem de Orat. 3, 12.

¶ Hiulco, *are*, verbo etiam Catullus usus legitur, pro findere, seu hiulcum facere, spalten; ut, *Æstus hiulcat agros*, die hitze zwingt das land auf, carm. 69, 62. Hinc &

¶ Hiulcatus, *a, um*, gespalten, aufgeborsten. Fortun. Carm. 5 *Et per hiulcatos fervor anhelat agros.*

Composita:

¶ Circumhisco, *ĕre*, umher klaffen. Arnobius lib. 5 p. 176 *Iamdudum me fateor hæsitare, circumhiscere, tergiversari &c.*

¶ Dehisco, *ĕre*, sich aufthun, zerspalten, sich von einander thun, zerklaffen. Virg. Æn. 4, 25 *Sed medium dehiscat tellus, & inane sub imum Corripiat.* Ovid. Fast. 3, 371 *Cælum debuerat dehiscere.* Id. Trist. 5, 12, 27 *Rimisque debiscit cymba.* Mela 1, 7 *Syrtis quâ dehiscit.* Cels. 8, 1 extr. *Ossa debiscunt.*

¶ Dehiscens, *tis.* Plin. 8, 21 *Rictu animali dehiscens ad sonos ad cantus.* Id. 9, 51 *Dehiscente utero parit acus pisces.* Virg. Æn. 1, 110 *Vnda dehiscens Terram inter fluctus aperit.* Sen. epist. 10 *Quemadmodum in mare, quæ sentinam trahit, uni rimæ aut alteri obstitueris, aci pluribus locis laxari cœpit*

capit & cedere, fuccurvi non poteſt navigio dehiſcenti; ita in ſenili corpore cliquatenus imbecillitas ſuſtinevi & fulciri poteſt, &c.

¶ Dishiaſco, *ēre*, idem. Cato de Re Ruſt. c. 12 *Qui arbores comprimunt, ſi dishiaſcent.*

¶ Exhio, *āre*, longe lateque hiare, ſich weit aufthun, apud Plinium.

¶ Inhio, *āre*, cum dativo junctum, cupide ad aliquid adſpirare, heftig begehren, darnach ſchnappen, trachten, ſtreben. Flor. 3, 11, 2, *Dum Parthico inhiat auro.* vide mox *inhians.* Plautus cum accuſativo extulit in Sticho 4, 2, 25 *Illic homo tuam haereditatem inhiat, quaſi eſuriens lupus.* Et Mil. 3, 1, 120 *Bona mea inhiant: certatim dona mittunt & munera.*

¶ Inhians, *tis.* Cic. Catil. 3, 8 *Romulum in Capitolio parvum atque lactentem, uberibus lupinis inhiantem fuiſſe meminiſtis.* Horat. 1 ſat. 1, 70 *Congeſtis undique ſacris Indormis inhians, &c.*

¶ Inhianter, adv. cupide, begierig. Auguſt. Conf. 9, 8 *Plenos mero caliculos inhianter haurire.* Id. epiſt. 112, 8 *Inhianter ardeſcunt,* i. e. cupiunt.

¶ Inhiatio, *ōnis*, f. cupiditas. Trebell. Pollio in Gallienis c. 9 *Sanctamen omnia, atque uniuscujusque vultum mira inhiatione mirantes,* ſperren maul und naſen vor verwunderung auf.

¶ Interhio, *āre*, darzwiſchen klaffen. Tertull. Apol. c. 48 *Finis & limes medius, qui interhiat.* vide ibi Rigalt.

¶ Rehiſco, entgegne gähnen. Gloſſ. gr. lat. *ἀντιχάινω, rehiſco.*

¶ Semihians, *tis*, halb offen. Catull. 61, 220 *Semihiante labello.* Apul 5 Miſcl p. 106 *Verba ſemihiante voce ſubſtrepens.* Id. lib. 10 p. 252 *Semihiantes compreſſit labias.*

¶ Semihiulcus, *a, um*, halo von einander ſtehend, halb klaffend. Gell. 19, 11 amici cujusdam vertus ex Platonis amatoriis translatos citat, quorum initium eſt: *Dum ſemihiulco ſavio, &c. Semihiulco* dicit pro *ſemihiulco*, metri cauſſa, quaſi diſtincte ſcriptam vocalem eliſerit, *ſemi hiulco.*

HIPPĂCE, f. *ἱππάκη*, caſeus ex lacte equino, roß-käſe. v. Plin. 28, 9, 11 & 14; item 11, 54.

HIPPĂCO, *āre*, ab *ἵππος*, eſt celeriter animam ducere, keichen, ab equi hilitu, qui ſupra modum acutus, Feſtus. ¶ 2. In Iſidori Gloſſis, *Hippitare* eſt. v. Barth. ad Stat. Silv. p. 22, 23.

HIPPĀGVS, vel Hippagōgus, *i*, m. *ἱππαγὸς*, vel *ἱππαγωγὸς*, navigii genus vehendis equis aptum, transport-ſchiff. Plin. 4, 56 *Hippagum Salamini invenerunt.* Livii 44, 28 *Naves, quas hippagogos vocant, ab Elea profectae, cum equitibus Gallis equisque.*

¶ Hippāgo, *ĭnis*, f. idem, apud Feſtum & Gellium 10, 25.

HIPPARCHVS, *i*, m. *ἵππαρχος*, vi vocis eſt magiſter equorum, ein ſtallmeiſter. Heſychius indicat, apud Lacedæmonios Hipparchum juvenibus præfectum fuiſſe, & in tabula notaſſe, ſi quid indecore fecerint. Hinc proverb. *Hipparchorum tabula*, quoties haud impune futurum ſignificamus, ſi quid peccatur. vide Chil. ¶ 2. *Hipparchus* Aſtrologus Niceus fuit, qui contra Platonem ſcripſit de Arati Phænomenis, ſtellis fixis, de lunæ motu. Primus inſtrumenta mathematica invenit, Plinio maxime laudatus 2, 26 & aliis locis. ¶ 3. *Hipparchus* alius, filius fuit Piſiſtrati tyranni, de quo Thucydides. Vt invidiam tyrannidis ſapientiæ laude extingueret, viros eruditos & litterarum ſtudia maxime coluit. v. Ælian. V. H. 8, 2. ¶ 4. *Hipparchi murus.* v. in Etaſini Adag. ex Suida de re, quæ magnis conſtat impenſis; quia Hipparchus, ut Academiam muro ſepiret, magnam pecuniæ vim ab Athenienſibus exegit.

¶ Hipparchia, *æ*, f. *ἱππαρχία*, i. e. præfectura equorum, das ſtallmeiſter-amt. Hæc vox extat in Plinii lib. 1, ubi ſummarim libri & capita recenſentur. Sed deinde lib. 2 c. 26 eſt *Hipparchus*, de quo antea n. 2.

¶ Hipparchion, *onis*, m. nobilis citharœdus cum Rufino certaturus, theatri tumultu turbatus obticuit. Vnde Prov. *Mutus Hipparchion*, cum repente obmutefcit, cujus vox maxime expectatur. v. Adag.

HIPPEVS, *i*, m. *ἵππευς*, ſculptor, & faber inſignis, de quo Athenæus p. 233. conf. Dalechamp. ad Plin. 2, 25 p. 83. ¶ 2. Eſt & cometæ genus. Plin. ibid.

HIPPI, *orum*, m. pl. *ἵππαι*, piſcium genus, qui a celeritate ſic dicti, Plin. 9, 31. Scribitur etiam *Hippae*, *Hippees* & *Hippeis.*

HIPPIAS, *æ*, m. Philoſophus, Elæus fuit, Socrati æqualis. Summum is Bonum fecit *διαυτάρκειαν*, hoc eſt, eo contentum eſſe, quod victui ſimplici fat eſſet. Hic audiente tota pæne Græcia gloriatus eſt, ſe omnes artes noviſſe, non ſolum liberales illas, ſed & quas ſellularias vocamus: atque nihil eſſe in toto ſupellectilis ſuæ inſtrumento, quod non ſuis ſibi manibus confeciſſet. vid. Cic. de Orat. 3, 32; & Apulej. in Floridis lib. 2 pr. & Quint. 12, 11 p. 111 Burm. ¶ 2. *Hippiae*, Simonidis & Theodectis præceptionum de memoria meminit Ælianus H. A. 6, 10. ¶ 3. *Hippias* item Piſiſtrati filius in pugna Marathonia cecidit, contra patriam arma ferens, Cic. Att. 9, 10. De quo tamen alii diſſentiunt. v. Meurſ. Piſiſtr. c. 17.

Hippiatrus, vide in *Hiatrus.*

HIPPĪCE, *es*, f. *ἱππική*, herba eſt Plinio, quam in ore habentes equi, famem & ſitim non ſentiunt, 25, 8.

HIPPIVS, *i*, m. *Ἵππιος*, id eſt, equeſter, ein reiſiger. Neptunus ita dictus eſt, cujus nominis cauſſas adducit Feſtus.

HIPPO, *ōnis*, *Ἵππων*, m. & f. Africæ urbs. *Hippo Regius* appellatur, epiſcopatu Auguſtini inſignis, qui ſe alioqui *Tagaſtanum* fuiſſe, a *Tagaſta* Africæ oppido, ſcripſit lib. 2 Confeſſionum. Silius 3, 259 *Tum vaga & antiquis dilectus regibus Hippo.* ¶ 2. Eſt & *Hippo Diarrhytus*, ſ. *Zarrythus* colonia Romana in Africa propria, quæ diſtinguitur ab urbe Numidiæ, Hippone Regio, de quo jam diximus. Plin. 9 epiſt. 33. Adde avunculum 9, 8. Ab utraque

¶ Hipponenſis, *e*, adject. ut, *Hipponenſis colonia*, Plin. 9 epiſt. 33. *Praeful Hipponenſis*, Auguſtinus eſt. Additur tamen diſcriminis aliquando nota, ut Auguſtin. epiſt. 60 *Regionem Hipponenſium Regiorum* dixit.

Hippocamelus, vide ſupra *Camelus.*

HIPPOCAMPVS, *i*, m. *ἱππόκαμπος*, avicula quædam eſt Heſychio, Varino *paſſiculus.*

HIPPOCAMPVS, *i*, m. & Hippocampe, *es*, f. *ἱππόκαμπη* & *ἱππόκαμπος*, equus marinus flexu in piſcis caudam deſinens, Dioſc. 2, 3; Plin. 32, 11; Nonio 2, 397. Eſt autem *Hippocampus* piſciculus marinus, capite & juba equum æmulante, cauda vero erucas, die raupe. Nomen ab utraque figura factum eſt: *ἵππος equum*, *καμπὴ erucam* ſignificat, cujusmodi eſt cauda hippocampi: Germanice interpretari liceat, ein meer- oder ſee-pferd. Inde *caballorum marinum* quidam nuncupant; piſciculus eſt non edulis, nec ipſis etiam piſcibus aliis: ejus tamen in medicina uſus. v. Plin 32, 5 & 9. Id. 36, 5 inter Scopæ artificis opera ex marmore refert *Nereides ſupra delphinos & cete & hippocampos ſedentes.* Effigiem ejus in nummis exhibet Spanh. diſſ. 4 p. 175. ¶ 2. Lucilio *Hippocampus* ſcutica eſt; *Transverſo ordine poſuit hippocampi elephanto armillos.*

¶ Hippocampinus, *a, um*, adj. ut, *Hippocampinus civis*, Plin. 32, 7. Hippocentaurus, vide ſupra *Centaurus.*

HIPPOCLĪDES, *is*, m. *Ἱπποκλείδης*, Tiſandri filius, adagii auctor: *Υ̓ φρονεῖς Ἱπποκλείδη, Non eſt curae Hippoclidi*, vel, *non curat Hippoclides.* Eo uſus Lucianus eſt Philopatr. extremo, vel qui alius ejus Dialogi auctor eſt ex Herod. l. 6.

HIPPŌCOMVS, *i*, m. *ἱππόκομος*, equiſo: ſic dictus ab equis curandis, ein ſtall-knecht, ſtallmeiſter, Pollux 1, 10 & 11. Theod. Cod. l. 8 tit. 5 *Hippocomorum ſagum uſurpare.*

¶ Archippŏcŏmus, *i*, m. *ἀρχιππόκομος*, ein ober-ſtallmeiſter.

HIPPŌCOON, *ontis*, m. notus ex venatione apri Calydonii, Hygini fab. 173, & in ludis Æneæ, fab. 273. Ovid. Met. 8, 314 *Et quos Hippocoon antiquus miſit Amyclis.*

¶ Hippocoum, *i*, n. vinum ex inſula Coo dictum ab agro generoſo, cui nomen eſt Hippo. Feſtus.

HIPPŌCRĂTES, *is*, m. medicorum princeps, medicinam diu neglectam in lucem revocavit. Floruit poſt bellum Trojanum, Democriti & Pythagoræ temporibus. Huic tribuitur, *Πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον*, hoc eſt, *Omne multum vel nimium, naturæ inimicum eſt*, zu viel iſt unnatürd. ¶ 2. Fuit & alius quidam *Hippocrates*, Athenienſis, cujus liberi, Teleſippus, Demophoon, & Pericles nominati, a Comicis exagitantur, & ridentur, ut ſtolidi, inertes, ſtupidi. Deceſſit initio belli Peloponneſiaci, quo tempore Cous ille vates vix annorum fuit triginta, ut veriſimile non fiat, liberos eius Athenis inceſſi ſolitos, tanquam cerritos. v. Voſſ. 2 Inſt. Orat. p. 303.

¶ Hippocriticus, *a, um*, adject. Prudent. Romano v. 496 *Nam mitiores ſunt manus medentium, Laniena quando ſevit Hippocratica?* Vbi *Lanienam Hippocraticam* medicorum ſectiones vocat, cum carnes putridas recidunt. Sequitur, etiam quaſi interpretatio quædam: *Vivum fecatur viſcus, & recens cruor Scalpella tingit, dum putredo abraditur.* Simili ratione S. Hieronymus *Hippocratica vincula* elegantiſſime dixit, quibus phrenetici recuperandæ ſanitatis cauſſa conſtringuntur. Ita enim adverſus Vigilantium ſcribit: *Gallia*, inquit, *vernaculum hoſtem ſuſtinent, & hominem moti capitis atque Hippocraticis vinculis alligandum, ſedentem cernunt in Eccleſia.*

HIPPŌCRĒNE, *es*, f. fons Muſarum in Bœotia, qui *Caballinus* Perſio in proœmio dicitur: propterea, quod ungula Pegaſi equi factus fingitur. Ovid. Faſt. 5, 7 *Fontes Aganippidos Hippocrenes.*

¶ Hippocrēnæus, *a, um*, adj. Poëta anonymus de Laudibus Herculis v. 5 *Hippocrenaeos victorem inſiſtere fontes.*

¶ Hippocrenĭſitus, *a, um*, cum vulgo Smetius & Savaro in Sidonii carm. 22, 81 legunt: ſed Sirmondus & Wowerus ex melioribus libris *Hic & crinigatas jungebat Pegaſus alas.* Quaſi ex ipſis Pegaſi crinibus natas.

HIPPŌDĂMANTIVS, *a, um*, adj. ut, *Vinum hippodamantium*, inter transmarina, Plin. 14, 7.

HIPPŌDĂME, *es*, f. & Hippodamia, *æ*, f. Oenomai regis Elidis & Piſarum filia, eximia pulchritudine, & ob id multis petita procis. Quibus hanc legem pater dixit, ut curule certamen ſecum inirent, victor Hippodamia potiretur, victi morerentur. Superatis vero occiſiſque XIII adoleſcentibus, tandem victus a Pelope eſt. Virg. Georg. 2, 7 *Hippodameque humeroque Pelops inſignis eburno.* Propert. 1, 2, 20 *Aveſta externis Hippodamia rotis.* Id. d. l. eleg. 8, 35 *Dotatae regnum vetus Hippodamiae.* vide & Pauſan. lib. 6, Hyginum fab. 84, &, qui inprimis hanc fabulam illuſtravit, Jan. Parrhaſ. in Claud. de rap. Proſerp. ¶ 2. Fuit & alia puella hoc nomine, quam Achilles expugnato Lyrneſſo oppido ſecum abduxit, quæ a patre *Briſa Briſeis* poëtis appellatur. ¶ 3. Et alia Pirithoi uxor, de qua Ovid. Met. 12, 210.

HIPPŌDĂMVS, *i*, m. Mileſius fuit, cujus inſtituta multa percenſet, pauca caſtigat Ariſtot. Polit. 2, 7; & 7, 11. Eidem diviſionem, & diſpoſitionem civitatum adſcribit. v. Piccart. ad Polit. Ariſtot. p. 237 ſeq. & p. 1064 ſeq. ¶ 2. Alius eſt, de quo Martial. 4 epigr. 31 *Non ſemper belle dicitur Hippodamus.*

HIPPODRŌMVS, *i*, m. *ἱππόδρομος*, locus certaminis equeſtris, ein renn-platz, eine ſtech-bahn. Plaut. Bacch. 3, 3, 27 *De hippodromo & paleſtra ubi reveniſſes domum.* Martial. 12 epigr. 50 *Pulvereum fugax hippodromon.* In privatis quoque villis *Hippodromus.* v. Plin. 5 epiſt. 6.

HIPPOGLOSSVM, *i*, n. *ἱππόγλωσσον*, Itali eam herbam *Bis linguam* vocant, zäpfilinkraut. ¶ 2. Plin. 27, 11 pr. *Hippogloſſam* mulieri genere dixit.

¶ Hippŏglottion, *i*, n. *ἱππογλώττιον*, genus lauri, Plin. 15, 30.

Hippŏlăpathum, vide infra *Lapathum.*

HIPPŌLŸTE, *es*, f. *Ἱππολύτη*, Amazonum regina, quam Hercules prælio ſuperatam & captivam Theſeo uxorem dedit. v. Hygini fab. 30 & 163; & Virg. Æn. 11, 661.

¶ Hippŏlўtus, *i*, m. *Ἱππόλυτος*, Theſei & Hippolytæ Amazonis filius, ab equis, perturbatis lapſu præcipiti phocarum ex litore in mare, diſcerptus, & ab Æſculapio in vitam revocatus, qua occaſione *Virbius* dictus

dictus fuit *his vir.* v. Lactant. 1, 17, & ibi Gall. p. 94. De hoc extant Euripidis & Senecæ Tragœdiæ, ejus nomine inscriptæ.

HIPPOMĂCHUS, *i*, m. ἱππομάχος, pugil, qui, cum discipulus specimen exhiberet artis, plausum & patriciam populi reportavit. Ælian. H. V. 2, 6. Adde 14, 8, ubi tibicen vocatur.

HIPPŎMĂNES, ἱππομανές, ab *hippos* & μαίνω. De hoc & quid is, varia tradunt auctores. Columella genuinam de eo historiam (& hanc inter plures) habet. *Hinnientium deinde equorum, Hippomanes* circumscribens, verbis Focta Lævius numerat, cujus versus paullo ante in *Hippomane* recitatus, esse declarat, sed quid sit illud, non adjicit: fic appellatur, scribit tamen, quod equinæ cupidini amorem similem accendat. Lucas Columella: Ille est 2, 27. Aristot. tel. lib. 6 de Animal. & Plin. lib. 8, 42, & 28, 10 nunc liquorem, nunc caruncalam, ac idem modo, modo diversum faciunt. Etiam Virgilius sibi non constat. Alibi enim equorum virosam tradit, ut Georg 3, 281 *Ille dolens Hippomanes, vera quod nomine dicunt Pastores, lentum destillat ab inguine virus, Hippomanes, quod sæpe malæ legere novercæ.* Alibi facit caruncalam renatam in fronte pulli equini, recens editi, quam genitrix illico devorat, aut partum ab ubera non admittit. Nam Æneid 4, 515 scribit: *Quæritur & nascentis equi de fronte revulsus, Et matri præreptus amor.* v. Ælianum H. A. 3, 17, ubi Hippomenes appellat ἵππαιχμα, τὸ ἐπὶ τῷ μετώπῳ σαρκίον. Et lib. 14, 22 nonnullos in Italia ait incantare caruncalam, alios ad lumbos, ad genitalia alios adhærescere opinari scribit; ubi plura vide. Theocrito herba est, qua ἔρωτας, equi in furias agantur, quem admodum & Hesiodo. Theocriti in Pharmaceutria verba sunt: ἵππομανὲς φύτον ἐστὶ παῦ Ἀρκάδιος, τὸ δ' ἐστὶ πάσαι, καὶ πῶλοι μαίνονται ὄρεος κορυφαῖσι θέοντες. Hoc est, *Hippomanes planta est apud Arcadas, ex qua pulli & equi omnes per montis Stamsia cacumina, furiosi ferantur.* Theophrasto vero lib. 9 Hist. Plant. confectio quædam, quæ apud Arcadas in urbe Ægira ex tithymalo herba præparetur, eo nomine venit. Leuckh. ad Tib. 2, 4, 58 scribit, fe auctoritate Io. Pierii Valeriani permotum Hierogl. 4, 24, credere, *Hippomanes* esse substantivum tribus rebus commune, quæ in eandem furoris efficaciam conveniunt. Notare enim lupus, quod equæ in libidinem concitatæ e locis emittunt. 2. Caruncalam in fronte pullorum &c. 3. Herbam Theocriti. Indignatur deinde in eos, qui veteres inconstantiæ arguant &c. quorum sapientia sit, nihil tene velle. Tangere videtur Baehium, cujus est Dictionario Critico subjuncta erudita de Hippomane disputatio. ¶ 2. In le ἱππομανὲς dicebantur proverbiali convicio feminæ circa Venerem intemperantes, ac libidine præter modum furientes v. Erasm. in Adag.

HIPPŎMARATHRUM, *i*, n. ἱππομάραθρον, feniculum silvestre. Plin. 20, 23, roß-fenchel, pferde-gift. Gustu est acriore & procerius, *Myrsinem* vocant etiam aliqui. Matthiolus.

HIPPŎMĔNES, *is*, m. Megari filius, ex progenie Neptuni, qui Atalantam, Schœnei regis in Scyro filiam, cum qua in cursus certamen defenderat, & dolo vicit & conjugem obtinuit. v. Ovid. Met. 10 fab. 14, & Ælian. 13, 1. ¶ 2. Adagium: *Magis ingens Hippomenes*; inde ortum est, quod Hippomenes, Athenientium princeps, Limonem filium, in adulterio deprehensum, equo feroci & famelico præbuit ablumendum. Qua de re Ovid. Ibis v. 459, & Erasm. in Adag.

HIPPON, *ŏnis*, nubs, vid. supra *Hippo.* ¶ 2. *Hippon*, philosophus a Cratete exagitatus in Panoptis Aristoph. Inter atheos eum refert Ælianus V. H. 2, 31. Hippon, Diagoras, Herostratus, insensa Diis nomina congregantur ab eodem 6, 11 H. A.

HIPPONA, *æ*, f. ἵππωνα, Dea equorum, quam stabularii colebant. Scribitur & *Epona.* Iuvenal. 8, 157 *Iurat Hipponam, & facies oblita ad præsepia pictas.* Sed hæc corruptorum Codicum lectio. In meliotibus tam editis, quam manuscriptis ita legitur: *Solam Eponam, & facies, &c.* Atque hanc lectionem etiam Veterum Scholiastes agnoscit. Nam ad illa verba *Solam Eponam*, hæc notat: *Quia malio est qui consulitur, Epona Dea mulierum.* Apul 3 p. 141 *Pilæ mediæ quæ trabes stabuli sustinebat, in ipso fere meditullio Eponæ Deæ simulacrum præsidens ædiculæ.* Tertull. in Apolog. c. 16, item Minutius Felix c. 28, 8. Vetus Inscriptio: DEÆ EPONÆ MANLIUS RESTIO. Prudent. Apoth. v. 197 *Nemo Clunina aut Eponæ superstitia deabus, Dat solium, quamvis oldum pudefcat aserram.* Valeat igitur commentitia *Hippona*, & in ejus locum succedat Ἔφιππα, quam probat etiam Turn. 24, 4. Plutarchus de hac Dea in Parallelis ex Agesilai 3 Italicorum p. 312 ita exponit, ut Græca a Xylandro versa sunt: *Fulvius*, inquit, *Stella a mulieribus animo alieno cum equo habuit rem: ea suo tempore filium edidit perpulchrum, cui pater Ephus nomen indidit. Atque hæc Dea est, equorum procreationem gerens.* Quamvis vero hæc ita a doctis viris censeantur; facit tamen nummus antiquus apud Seguinum p. 12, ut non omnem *Hipponæ*, diferte ibi expressæ, abjiciamus mentionem. Add Int. ad Tertull. apol. c. 16.

HIPPONAX, *actis*, m. ἱππώναξ, auctor carminis maledici, a quo *Iambicum Hipponacteum*, quod & *Scazon* dicitur; quod ex Iambo in Spondeum delinat, quo fit, ut impari gradu incedat. Ideo autem Spondeum pro Iambo subtituit Poeta, ut gravius feriret, ac ferrum veluti in vulnere relinqueret, ut Dionysius Halicarnass. tradit. Unde Scaliger in Nemes. de Hipponacte: *Qui claudicante fortius currit pede. Sane quanta vis horum ejus carminum fuerit, testis Lycambes socer est, quem suis versibus ad restim adegit.* Sed hæc de *Archiloche* narrantur, de quo supra. Hunc Scaliger contundit cum *Hipponacte*, cui notabilis fœditas vultus erat, quamobrem sculptores Bupalus & Anthermus (*Anthenis* al. vel *Athenis*, ubi de illo agimus) imaginem ejus proposuere ridentium circulis; ideoque in eos, non in Lycambem, Hipponax amaritudinem carminum distrinxit in tantum, ut credatur aliquibus ad laqueum eos compulisse. v. Plin. 36, 5 pr. & supra *Bupalus.* v. *Orodocides.* Tribuit & hanc veritum Hipponacti Stobæus: Χρονῳ δὲ ξευγέτω σε μηδὲ ἓς ἅμιλλαν, id est, *Tempus ne alicui adjungatur tibi otiosum.*

¶ Hipponacteus, *a, um*, adj. ut, *Carmen Hipponacteum*, de quo paullo ante. Duplicis hoc generis fuit: Primo, cum in Senario Iambico ultimus Iambus in Spondeum convertitur, quale illud Catulli est ep. 39 *Nam risu inepto res ineptior nulla est.* Deinde, cum Senario Iambico trisyllabum ex prima brevi, & duabus longis, quod antibacchium constituit, adjungitur. Tale illud ejusdem Catulli epigr. 25 *Cynaede Thalle mollior cuniculi capillo.* v. Terentianum Maurum, qui hoc metri genere veterum Comicos usos observat. Cic. Fam 7, 25 *Hipponacteum præconium*: pro convicio, sive maledico carmine & latina dixit, quod eo in genere Hipponax diserens fuit.

Hipponensis, vide in fra *Hippo.*

HIPPONOMUS, *i*, m. ἱππονόμος, a ἵππος & νέμω, pabulo equorum, cui præsse jubet apud Plinium.

HIPPOPE, *es*, f. ἱππόπη, herba nonnullis eadem, quæ *Hippophaes*, Plin 22, 12.

HIPPOPĒRA, *æ*, f. ἱππόπηρα, sacculi genus, quo ad impotentiam equorum lumbis ad urina portanda, citra vitæ fidei læsionem, fascia illigabatur. Seneca epist. 87 *M. Cato Censorius cantherium vetulum, & hippoperis quidem impositis, ut scarum utilia pervenit.* Horatius *mendicam* appellat sat. 6, 105 *Nunc nihil ex isto refert, vel, si libet, usque Tarentum: Mendicus vel lumbis cinctus, ubique quiescit.*

HIPPŎPHAES, sive Hippophlyes, *i*, f. frutex, quo fullones utuntur ad interpolandas vestes, die distel zu tarfetuchen. v. Marc. Empir. c 32, & Plin. 21, 15; & 22, 12, ubi & de aliis ejus usibus in re medica.

HIPPOPHAESTUM, *i*, n. ἱππόφαεστον, itidem ipsa fullonia, Dioscor. 4 c. 163; & Plin. 16.

HIPPOPIIEON, *i*, n. herba, alias *Epithymum*, filtzkraut, Plin. 26, 8.

HIPPŎPLOBAS, *ădis*, f. ἱππόπλοβας, herba magica, quam equæ præcipue cavent & aversantur, Plin. 24, 17. Al. *Hippophoras.*

HIPPŎPŎDES, *um*, ἱππόποδες, indigenæ in insulis Scythicis, qui humana usque ad vertigines forma, in equinos pedes desinunt. Solin. c. 30; Plin. 4, 13; Mela 3, 6. A celeri cursu forte hæc fabula.

HIPPŎPŎTAMUS, *i*, m. ἱπποπόταμος, belua immanis, in Nilo & Gange, ungulis bisulcis subulata, jubam, & dorsum equino similes dentes gerit, cui mæster pleri mere rot. v. Mela 1, 5. Plin. 5, 5 & 26, 32, 10 & 11. Hebræorum *Behemoth* apud Hiob 40, 20 de Hippopotamo exponit Sam. Bochartus Hierozoico 2, 5, 15. Sed non tam equi, quam porci, vituli & bovis figuram capite refert. Vide circa primis Ludolfi Hist. Æthiopicam, qua depictum Hippopotamum, plurima ejus verbis deferipram exhibet, & C. Schatzii Phys. Cur. 3, 4 vid. præterea Spanh. diff 4 p. 172, qui etiam p. 174 dubium denique concedit ab *Hippocampo.* Quamobrem modo *porcum*, modo *equum marinum* vocant Byzantini. De fæmina hujus animalis lactentia & lactante adde Amm. Marcellin. 22, 15. Apud Ægyptios symbolicè, *Hippopotamus* injustum & ingratum hominem designabat. Hippopotami enim, ut coire possint cum maribus, parentes necant. vide Horapollinem Hieroglyph. 1, 56 Aristotel. Hist. Animal. 2, 7. Plutarch. de Solertia animal. itemque de Iside.

HIPPŌSELĪNUM, ὁ ἱππόσελινος, herba de apiorum genere: grandius nimirum, quod *Levisticum*, vulgo vocant, lieb stockel. Matthiolus. conf. Plin. 20, 11.

HIPPŎTĂDES, *æ*, m. dicitur Æolus ventorum rex, propterea, quod ejus Hippotæ Trojani ex Segesta filia nepos. Ovid. Met. 13, 663 *Quæ simul Hippotades æterno carcere ventos.* conf. & 11, 431; & Virg. Æn. 11, 674

HIPPŎTOXOTAE, *arum*, m. ἱπποτοξόται, sagittarii equestres, ita sic sagittabant, apud Cæsar. de B. Civ. 3, 43 & Hirtium de B. Afric. c. 13.

HIPPŬRIS, *ĭdis*, f. ἵππουρις, latine *equisetum* dicitur, roß schwantz, kammen kraut. vide supra *Equisetum*, & Plin. 26, 15; Dioscor. 4, 43. c.

HIPPŪRUS, *i*, m. ἵππουρος, inter pisces, Ovid. hal. 95. Plin. 32, 11, & 9, 16.

HIPPUS, *i*, m. ἵππος, *equus*, etiam piscis, Plin. 32, 11. vid. *Hippi.*

HIR, vola manus, ex græco χὴρ, forte, die hände in der hand. Cic. de Fin. 2, 8 *Quibus rebus detracta omni plane fit, his, Scipio, ut ait Lucilius, nihil demptum.* Hir, inquit Scalig. in Conject ett vola manus, & qui vinum furtim depient, ut gustent, solent id vola manus haurire.

HIRA, *æ*, f. inteſtinum, quod jejunum dicitur, epati proximum; sic dictum, quod semper vacuum sit. *Hiram* autem a veteribus dictum, Macrobius indicat in Somnium Scipionis 1, 6 *Præcipuum intestinorum, quod est a stomacho proximum & vacuum.* Græci ἔκκολον vocant, der ledige darm. v. Perizon & Taubmann. ad Plaut. Curc. 2, 1, 23 Hinc & diminutivum *Hilla*, de qua supra seorsim. Nam, ut Festus notat, *Hira diminutive dicitur hilla, quam Græci dicunt νησυν.*

Hircania, Hircani, vide *Hyrcania.*

HIRCUS, *i*, m. vir gregis caprini, caprarum admissarius, ein bock. Virg. Georg. 2, 395 *Et dulcibus comus ficubus facer hircus ad aram.* Antiquis etiam *Hircquus* scribebatur. Et ipsum illud Virg. ecl. 3, 8 *Transversa tuentibus hircis*, ad virum capellarum fructum libidinis invidentem pastoribus non male refertur. *Hircum mulcere*, τράγον ἀμέλγειν, de conatu absurdo proverbialiter dicitur. Virgil ecl. 3, 91 *Atque idem jungat vulpes, & mulgeat hircos. Olere hircum*, Hor. 1 sat. 2, 27; & sat. 4, 92. ¶ 2. Nam & fœtorem eum sub alis, *gravem hircum* dixit idem Horatius epod. 12, 5. Et Ovid. de Arte Am. 1, 522 *Nec lædent naves virque paterque gregis.* ¶ 3. Oris quoque fœtorem hoc nomine venire volant Cupe obs. 11, 17 & probat Bynckersh. obs. 3, 23. Sed neuter satis probat. ¶ 4. Aliud est *hirquus* angulus oculi, de quo l. l.

¶ Hirquitalli, & Hirquitallire dicuntur, sub quorum talis hircus excubat, ut Horatius d. l. Epod. loqui fidet, sive, qui ex alarum fudore male olent, & qui vocem crassiorem & inexplabilem edere incipiunt. Censorinus de die natali c. 14 *In secunda hebdomade, vel incipiente tertia, vocem crassiorem & inexplicabilem fari*, (ait Solon,) *quod Aristoteles appellat τραγίζειν, antiqui autem* Hirquitallire: *Et indecipue putant* Hirquitallos *appellari, quod tum corpus hirsutum ederе incipiat.* Festus tamen *Hirquitalli*, pueros primum ad virilitatem accedentes, non a graveolentia, sed a libidine hircorum dictos putat. v. Gronov. Observ. in Festum p. 84.

¶ Hircinus, vel Hirquinus, *a, um*, veru bock, böcfiſch; ut, *Sebum* vel *Sevum hircinum. Hircinis pellibus tecta*, Plin. 12, 17 extr. *Hirquina barba*, Plaut. Pseud. 4. 2, 12, nam & *Hirquinus* veteres pro *Hircinus* scribebant.

¶ Hircōſus, *a, um*, alicubi adj. ſtinckend oder geil wie ein bock; ut, *Senum circoſus*, Plaut. in Merc. 3, 3, 14.

¶ Hircŭlus, *i*, m. ein kleiner bock. Aut. Priapeſ. *Barbatus linit hirculos.* ¶ 2. Herba ne vocata an odoris gravitate, qua Celtica adulceratur nardus, Dioſcoridi 1, 7, & Plinio 12, 12, Iuve vdel oder ſtinckend, *Scaliger.* ¶ 3. Maris ſpecies eſt quibusdam. ¶ 4. Sed *Barrada Turci, τραγοπώγων*, herba alia, bocks-bart.

¶ Hircipes, *edis*, hircinos pedes habens, bockfüſſig, Mart. Capell. 9.

¶ Hircipilar, *is*, m. durorum pilorum homo, hart. rauch wie ein bock.

¶ Hircocervus, *i*, m. *τραγέλαφος*, ex hirco & cervo compoſitus. v. Satisb. 2, 18.

¶ Hircomulgus, *i*, m. unde proverb. *Hircos mulgens ſanguinem ducit*, v. Chiliad.

¶ Cohircinatio, *onis*, f. hircina laſcivia, adfertur ex Apul.

Hirenarcha, vide *Irenarcha*.

HIRNEA, *æ*, f. vaſis vinarii genus apud Plaut. Amph. 1, 1, 273. Antiquis *Irnam* vocabatur ex graeco *ἄγγος*, quod avis figuram haberet. v. Scaligerum in Cataleſt. ein weins-krug. v. *Irnea*.

¶ Hirnula, *æ*, dim. quidam legunt apud Cic. parad. 1, ubi al. *Virgula*. Turn. 20, 20.

Hirpex, vide infra *Irpices*.

HIRPI, *orum*, m. pl. haud procul urbe Roma in Faliſcorum agro ſacrificium annuum ad Soractem montem Apollini facitunt, ſuper ambuſtam ligni ſtruem ambulantes. v. Solin. c. 8, & Plin. 7, 2.

¶ Hirpius, *a, um*, adj. ut, *Hirpia familia*, Plin. l. c.

HIRPINI, *orum*, m. pl. populi Samnitum contermini & conſanguinei, in quorum regione colonia Beneventum appellata. v. Plin. 3, 11. In Hirpinis ſpecus eſt, quem qui ingrediuntur, moriuntur. v. ibid. 2, 95. vide & Feſtum in *Irpini*, ubi Hirpinos ab *Irpo*, i. e. *lupo*, quem ducem ſecuti fuerint Samnites, appellatos dicit.

¶ Hirſūtus, *a, um*, adj. ut, *Hirſuta pubes*, Silius 8, 570. ¶ 2. *Hirſutus*, equitis romani nomen apud Iuvenal. 8, 63, & Martial. 3 epigr. 63. v. Lipſ. Centur. 3 epiſt. 26.

Hirquitallio, hirquitallus, vide in *Hircus*.

HIRQUUS, *i*, m. anguſtus oculi, die ecke oder winckel im auge. Virg. ecl. 3, 8 *Nocturnus, & qui ut, tranſverſo tuentibus hirquis.* Vbi Servius hypallagen vult eſſe, hoc eſt, oculis in hirquos retortis, ſive *limis*, ubi vid. anmerckungen. uber eine stelle ſeinen. Porro *hirqui* ad naſum, ex quibus lacrymæ ſtillant, *ἐκ τῶν ῥινῶν*; & *πηγαὶ* dicuntur, at, qui ad tempora ſunt, *παρωτίδες*. ¶ 2. Sed *Hirquus* & *Hircquinus*, pro *Hircus*, *Hircinus*, vide ſupra in *Hircus* n. 1, ubi etiam Virgilii locum non male ad caprarum maritum referri diximus.

HIRRIO, *ire*, inquit Feſtus, *g vetere, ringere, genus vocis eſt canis rabioſæ*, exprimentis ſcilicet litteram R, ſonurren, murren. Nonius: *Irritare* (quod veluti frequentativum ab *Hirrio* vid. infra in I.) *tractum a canibus: qui, cum provocantur, hiriant.* Sidon. 7 ep. 3 *Velut eſt canibus innatum, ut, etſi non latrant, hirriant tamen.* v. Voſſ. Etym. p. 250.

¶ Hirrītus, *ūs*, m. das gemurre der hunde. Sidon. 9 epiſt. ult. *Prodat hirritu rubiom canino.*

HIRSŪTUS, *a, um*, quaſi horrens ſetis, horridus, rauh, rauch, zotticht; ut, *Barba hirſuta*, Ovid. Met. 13, 767, ein rauther ſtachlichter bart. *Comæ hirſutæ & intonſæ*, Curt. 9, 1, 9. *Coſmeta hirſute*, Virg. eclog. 7, 53. Propert. 4, 10, 20 *Galea hirſuta comta lupina jaba.* Comp. Plin. 21 c. extr. *hirſutior ramis ac foliis.* ¶ 2. Tranſlate, rigidus, ſeverus, ſtreng. Ovid. Triſt. 2, 259 *Sanxerit annales: nihil eſt hirſutius illis.*

¶ Hirſutia, *æ*, f. ſubſt. pro forma hirſuta, die rauhigkeit. Solinus c. 38 (al. 25) *Setarum hirſutiæ nullæ*; & c. 42 *hirſutia pili.*

¶ Hirsus, *a, um*, idem quod *Hirſutus*, rauch, ſtruppicht, bäuriſch; ut, *Hirta ora Bactrianis*, Curt. 4, 13, 5. Ovid. Met. 13, 851 *Barba viros hirta decet: in corpore ſetæ*, rauhe und crotte haare. Stat. Thebaid. 2, 641 *Hirtaque ſetis toga*, uti Heinſ. legit not. ad Ovid. Metam. 8, 281, vulgo *atra*. Horat. 1 epiſt. 3, 22 *Ingenium non incultum eſt, non tunicæ hirtum.* Vbi *Hirtum* vetus Scholiaſtes *ruſticum* interpretatur. *Hirta toga*, Sil. Ital. 1, 610. vid. Drakenb. l. c. *Hirta tunica*, C. Nep. 14, 3, 2. *Hirtæ capellæ*, Virg. Georg. 3, 287, die rauchhärigten ziegen. Prudent. Hippolyto v. 120 *ſquidquid veris ſilvicolas hirtis in agro.* Compar. Apul. de Herb. c. 71 *Folia Hirci hirtis, at pœ alcalis.*

¶ Hirtĭculus, *a, um*, diminut. Gloſſ. gr. lat. *δασύπαχτος, hirticulus.*

¶ Hirtŭōſus, *a, um*, idem quod *Hirtus* vel *Hirſutus*; ut, *Hirtuoſus Deus*, i. e. rauh, Apul. Met. 5 p. 613.

HIRTIUS, aut Hircius, *i*, m. conſul fuit Romæ cum Panſa, quocum ab Antonio cæſus eſt, cum ad liberandum Brutum, Mutinæ obſeſſum, veniſſet, ut Cicero, Dio, & Appianus docent. Hic ille Hirtius eſt, qui librum 8 de bello Cæſaris ſcripſit. Ex cujus præfatione conſtat, eumdem & libellorum eorum, qui de bello Alexandrino & Africano eduntur cum Commentariis Cæſaris, auctorem eſſe. Quamquam Suet. Cæſ. c. 56 ſcribit, dubitatum de iis, Oppiine, an Hirtii eſſent. vid. Lipſ. Elect. 2, 22.

¶ Hirtianus, *a, um*, adj. ut, *Hirtianum jus*, Cic. fam. 9, 18.

Hirtuoſus, hirtus, vide paullo ante in *Hirſutus*.

HIRUNDO, *inis*, f. languſuga, eine eydt. Græce *χέλιδων*, a *χέλλω*, *vulgeo*, vel *fugo*. Horat. in Arte Poetica v. ult. *Non miſſura cutem, niſi plena cruoris hirudo.* ¶ 2. Cicero ad metaphoram nomen tranſtulit, *pleni miſeræ ſanguine ſuorum*, Attic. 1, 16.

HIRUNDO, *inis*, avis nota, *χελιδών*, eine ſchwalbe, avis veris prænuncia, ut Ovid dicit 1 art. 2, 813 *Hellenius, ut veris præmunciа venit hirundo:* Inde Horat. 1 ep. ult. 7, 12 *Ut Adrias aurifer rediit Cum Zephyris, ſi cui vitam, & ſibi tutum primus.* i. e. incunte vere. Tempus enim a nido deferitur. De hirundinum in nidulando ſolertia Ariſtot. Hiſt. animal. 9, 7 conf. Plin. 10, 33. Porphyr. lib. 3 de Sacrif. ¶ 2. Sic *Hirundo aurea non facit, ver χελιδὼν ἐαρινὴ ποιεῖ*, eine ſchwalbe macht keinen ſommer. Plura hirundinum genera ſunt: *Domeſtica*, haus-ſchwalbe; *Paſſer* vel *agreſtis*, turſch-ſchwalben; *Riparia*, quæ in ripis nidificant, waſſer-ſchwalben; Et *Apodes*, *ἄποδες*, rein-ſchwalben, oder mauer-ſchwalben.

¶ Hirundĭnīnus, *a, um*, ſchwalben-; ut, *Hirundinina ſanguis*, Plin. 30, 14. *Hirundinina nidus*, Plaut. Rud. 3, 1, 63; & Martial. 11 epigr. 19.

¶ Hirundinīna, *æ*, f. ſubſt. herba, quæ & *Hirundinaria*, apud Græcos *Chelidonia*, ſchwalben-kraut. v. Apul. de Herb. c. 73.

¶ Hirundĭneus, *a, um*, idem quod *Hirundininus*: ut, *Adventus hirundineus*, Sidon. 2 epiſt. 14

Hiſco, *hiſcere*, vide *Hio*.

HISPANIA, *æ*, f. prima terrarum in Europa ad occidentem, unde & ab hoc ſitu occidentali *Heſperia* appellata eſt, quod nominis olim Italiæ quoque attributum a Græcis verſus orientem habitantibus, de quo legendus Servius in 1 Æn. Virg. eſt. *Hiſpania* nomen ab rege *Hiſpalo*, & condita ab eo urbe *Hiſpali*, habere volunt, unius literæ mutatione. v. Cluver. Introd. Geograph. 2, 2. Merul. in Hiſpan. Fuit diviſa *Hiſpania* in ULTERIOREM & CITERIOREM. ULTERIOR a flumine ex parte australi, BÆTICA: pars altera, LUSITANIA, quæ fere *Portugallia* hodie eſt, appellabatur; CITERIOR a *Tarracone*, clariſſima civitate, TARRACONENSIS appellata fuit. Hinc *duas Hiſpanias* Cicero pro lege Manilia, Cæſar de B. Civ. 3, 83 & Liv. 30, 2, & 30 commemorant. v. Plin. 3, 1, & Lipſ. ad Tacitum p. 462. Hodie quoque regnis diſtincta eſt, *Portugallia*, *Caſtella*, *Legionis*, *Arragonia* & *Navarra*, ut Mariana enumerat de Rebus Hiſp. 1, 4. Vbertatem & fertilitatem Hiſpaniæ multis modis celebrant veteres, Polybius apud Athenæum, Strabo, Diodorus Siculus, Mela, Iuſtinus: usque adeo, ut Latinus Pacatus *terris omnibus terrarum fœcundior* pronunciet Paneg. Theodoſii c. 4. Sed iſtis laudibus hodie non reſpondet: & Plinius hanc ubertatem ad loca maritima tantum, in fine operis videtur adſtringere: & 3, 1 ad Bæticum reprimit. Quibus de cauſis a veteri ingenio mutata in tantum, inquiſivere viri eruditi jam olim, qui hoc non ad ſoli vitium, ſed incolarum & agricultorum infrequentiam referunt, quam ex aſſiduis bellis, deinde Maurorum & Iudæorum expulſione, denique ex coloniarum in inſulas & Americam deductione, ortam eſſe exiſtimant. Iuvabit tamen ex Latini Pacati Panegyrico, quem ſupra laudavimus, adſcribere nonnulla, quæ ad alias Hiſpaniæ laudes pertinent: *Hiſpanie*, inquit, *quic quid ubique laudatur, aſſurgat. Hæc duriſſimos milites, hæc experientiſſimos duces, hæc fœcundiſſimos oratores, hæc clariſſimos vates parit: hæc judicum mater, hæc principum eſt. Hæc Trajanum illum, hæc deinceps Hadrianum miſit imperio: huic te* (Theodoſium) *debet imperium, &c.* Græci ab initio vocaverunt *Iberiam* a flumine ejus celebratiſſimo *Ibero*. Lucan. 5, 265 *Duris Hiſpanie bellis.*

¶ Hiſpānus, *i*, m. ein Spanier. Liv. 22, 21 *Hiſpanorum inquieta avidaque in novas res ſunt ingenia.* ¶ 2. Adjective, ut apud Martial. 7 epigr. 87 *Hiſpano ſi nec Tagus implet auro.* ¶ 2. *Spanus* pro *Hiſpanus* jam eſt apud veterem Scholiaſten Iuvenalis ſat. 12. vid. Rutgerſ. Var. Lect. 4, 4.

¶ Hiſpāne, adv. Ennius apud Chariſſum lib. 2 p. 180 *Hiſpane, non Romane, memoreris loqui me.*

¶ Hiſpanicus, *a, um*, adj. Spaniſch. Suet. Aug. c. 82 *Hiſpanicum verbum.*

¶ Hiſpanienſis, *e*, qui in Hiſpania tantum verſatur, der in Spanien liegt; ut, *Hiſpanienſis exercitus*, hoc eſt, Romanorum, qui in Hiſpania erant cum Prætoribus, Tac. A. 1, 3, 4. Ita *Hiſpanienſium victoriam* Suet. Cæſ. c. 37 & ſeq. dixit, non de Hiſpanis, ſed de Pompeii in Hiſpania copiis, quæ parta eſſet. Martial. epiſtola lib. 12 præmixa ad Priſcum: *Dum tibi noſtris judices nitore ſeſpofito, ne Romam, ſi ita decreveris, non Hiſpanienſem librum mittamus, ſed Hiſpanum.* Nonnulli veterum Grammaticorum appellationes has ita diſtinxerunt, ut Græcos, Hiſpanos, Sardos, Siculos, Corinthios putarent dici, qui in Græcia, Hiſpania, Sardinia, Sicilia & Corinthi nati ſint; Græcienſes, Hiſpanienſes, Sardinienſes, Sicilienſes, Corinthienſes, &c. incolas nequaquam ſignificare Græciæ, Hiſpaniæ, &c. v. Beoald. ad Apul. lib. 10 p. 980. Sed paſſim Chariſius lib. 1 p. 82 *Cum dicimus Hiſpanos, nomen nationis oſtendimus: cum autem Hiſpanienſis, cognoven eorum, qui provinciam Hiſpaniam incolunt, etſi non Hiſpani.* v. Feſtum in Corinthienſes. Adde Lipſ. in Vell. Pat. 2, 51, 4. Nec tamen perpetuum hoc diſcrimen eſt: ſed *Oceanus Hiſpanienſis* etiam dicitur Plin. 37, 10. *Spuma* (argenti) *Hiſpanienſis*, Id. 33, 6. Hæc autem non ſunt importata, ſed nativa ibidem. Porro, viros quondam Hiſpania celebres & doctos genuit, *Quintilianum*, *Senecam*, *Martialem*, *Silium*, *Lucanum*, *&c.* quo reſpexit Latinus ſupra adducto loco.

HISPIDUS, *a, um*, horridus, hirſutus, rauhen, helrricht; ut, *Facies hiſpida*, Horat. 4 od. 10, 5. *Frons hiſpida*, Virg. Æn. 10, 210, ein rauhes anſehen. Iuvenal. 2, 110 *Hiſpida membra quidem & duræ per brachia ſetæ, Pectora promittunt atrocem animum.* Horat. 2 od. 9, 1 *Imbres nivesque hiſpidos manant in agros.*

¶ Hiſpidōſus, *a, um*, barbatus, bärticht. Catull. 16, 10 *Non dico pueris, ſed hiſpidoſis.*

¶ Hiſpĭdo, *are*, rauh machen. Solinus c. 59 *Folium aculeatum ſpinoſis faſtigiis hiſpidatur.*

HISPO, *onis*, Romanum nomen. vid. Burm. ad Quint. 6, 3 p. 563.

HISTER, *ri*, m. Tuſco verbo ludio vocabatur, ein gaucklet, Liv. 7, 2. Vnde *Hiſtrio*, de quo nox ſequitur. ¶ 2. Idem eſt ac *Iſter*, die Donau Salluſtius apud Gellium 15, 7 *Fluminum maximum eſſe Nilum, proxima magnitudine eſſe Hiſtrum* ſcripſit. Addit Gellius l. c. *Hiſtras quoque in Europa fluit*; adeoque ei *Hiſtrus* idem qui *Iſter*. Plura dabit Drakenb. ad Sil. 1, 226.

HISTON, *onis*, legitur apud Varr. R. R. 1, 2 *Si habeas plures infando textores, atque inſtitatos hiſtones.* Si vera eſt lectio, eſt a Gr. *ἱστὸς*, & textrinam ſignificat Græca notat. Sed malit vir quidam doctus *hiſtolones* vel *hiſtoteres*, ab *ἱστὸς* & *τείνω*, eadem prope ſignificatione, ein weberſtul.

HISTORIA, *æ*, f. eſt expoſitio rerum geſtarum, *ἱστορία*, ſic dicta ab *ἱστάω*, *video*, quod in ea res geſtæ coram quaſi inſpiciantur, & quod ab iis ſcribi conſuevit, qui ipſi bellis & rebus gerendis interfuiſſent, eine wahrhaftige beſchicht, eine erzehlung. v. Voſſ. de Arte Hiſt. Cic. de Orat. 2, 9 *Hiſtoria eſt teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuncia vetuſtatis.* Idem hiſtoriæ leges has ibidem commemorat: *Nihil dicere falſi: nihil diſſimulare veri: ſine ſuſpicione*

cione vel gratiæ vel simultatis scribere. In quo & quantum Historia differat ab Annalibus, vide apud Gellium 5, 18; & supra in *Annales*: Et quomodo differant Historia & Oratio, apud Plinium 5 epist. 8.
¶ 2. *Historiarum* nomine apud Plautum Bacch 1, 2, 49 etiam Fabulæ veniunt, & quæcunque ad cognitionem antiquitatis pertinent.

¶ Historiŏla, æ, f. dimin. Cathol.

¶ Historĭcus, i, m. subst. ein historien-schreiber. Cic. Topic. c. 20 extr. *Oratores, philosophi, poëtæ, & historici, ex quorum & dictis & scriptis sæpe auctoritas petitur ad faciendam fidem.*

¶ Historĭcus, a, um, adj. ad historiam pertinens, historisch. Cic. de Clar. Orat. c 83 *Demochares historiam non tam historico quam oratorio genere perscripsit.* Et Ovid. Amor. 3, 12, 42 *Obligat historica nec sua verba fide.*

¶ Historice, es, f. ἱστορική, Grammatices pars, quæ in enarratione factorum occupatur, Quintiliano dicitur 1, 9 pr.

¶ Historice, adv. Vitruv. 6, 10 *Atlas historice formatur, sustinens mundum*

¶ Historiālis, e, Plin. 16, 33 de Cupresso: *Trahitur etiam in picturas opere historiali*, h. e, figuras & ipsa adeo facta repræsentante statuarum instar. Harduinus *topiario* malit.

¶ Historialiter, adv. idem. Auctor commentarii in Apocalypsin, qui Ambrosius creditur, c. 21 pr. *Quicquid de innovatione cœli & terræ dictum est, & historialiter intelligendum est & spiritualiter.*

¶ Historiārium, i, n. ein historien-buch. Titulus libri cujusdam: *Rustici Elpidii Historiarium novi Testamenti.* v. Barth. Adv. 26, 9.

¶ Historiographus, i, m. ein geschicht-schreiber, in censum posteriorum Latinitatis referri debet. Ambrosius epist. 42 princ. *Iosephus Historiographus.* Capitolini, Hieronymi, Orosii, Fulgentii exempla Curis Posterioribus proposita sunt a Cellario p. 175.

¶ Philistoricus, i, m amator historiarum. Theodulfus Carminum 2, 67 *Inde philistoricus Daniel est totius orbis.*

Polyhistor, ŏris, vide infra seorsim.

Histria, Histricus, vide *Istria, Histrio.*

HISTRIO, ōnis, m. a verbo Tusco *Hister*, quo *Ludio* significabatur. Liv. 7, 2 *Accepta itaque res* (Ludi scenici) *sæpisque usurpando excitata vernaculis artificibus, quia HISTER Tusco verbo LVDIO vocabatur, nomen HISTRIONIBVS inditum.* Festus ab *Histria* regione, ex qua primum venerunt, sic appellatos asserit. Verum prius etiam Plutarcho placet. Est vero personatus in scena voce gestuque fabularum actor, ein gaucklet, comödiant. Cic in Parad 3 *Exsibilatur & explauditur histrio, si paullum se movit extra numerum &c.* Imo & flagris coërcitos, qui male egissent partes, Lucianus testatur de mercede conducto p. 374. Sed id Augustus sustulit, non penitus tamen: nam intra ludos & scenam tantum id vetuit fieri. v. Suet. ejus vita c. 45, item c. 5 extr. & ibi Casaubon. itemque Plautinos interpretes Trin. 3, 2, 82. Demosthenes: ὑποκριτὰς οὐ κρίνων ἐκ τῆς φωνῆς, τὰς δὲ ὄψεις ἐκ τῆς γνώμης. *Histriones e voce judicare par est, oratores vero e mente.* Histriones celebres fuerunt *Roscius & Æsopus.* Cic. de Orat. 1, 61.

¶ Histrionia, æ, f. ars histrionum, comödianten-profession. *Histrioniam facere*, Plautus dixit prolog. Amph. v. 90 pro exercere. Petronius in Fragm. p. 673 *Totus mundus exercet histrioniam.* Idem c. 5 *histrioniæ addictus*, ein comödiant. conf. Sen. Declam. 9, 2.

¶ Histrionicus, a, um, gaucklerisch, comödianten-haftig; ut, Capitolin. in Vero 8 extr. *Ut videretur bellum non Parthicum, sed histrionicum confecisse.* Lamprid. in Elag 12 *Ad præfecturam prætorii saltatorem, qui histrionicam fecerat, adscivit.*

¶ Histrionālis, e, idem; ut, *Histrionale studium:* Tac. Ann. 1, 16 *Pescennius quidam, dux olim theatralium operarum, miscere cœtus histrionali studio ductus.* Et auctor dialogi de caussis corr. eloq. c. 29 *histrionalis favor.*

¶ Histrĭcus, a, um, idem; ut, *Imperator histricus*, qui histrionico cœtui præfectus est, apud Plaut. in Pœnuli prologo v. 4. *Decor histricus* apud Apulejum; in quibus ad originem histrionum tacite alluditur. Tradit enim Festus, eos ex *Histria* primum venisse, atque inde quoque accepisse nomen.

Histrix, Histrus, vide *Hystrix, Hister.*

HITTIO, *hittire*, proprium canum, vestigia indagantium cum aliqua vocis nictatione, ut exponit Scalig. ad Festum, schnopern. Vet. Gloss. *Hittio, ἰχνεύω.* Factum autem ab *Hittus*; quod in Gloss. exponitur φωνὴ κυνός.

Hiulcus, hiulce, hiulco, vide *Hio.*

Hodie, hodieque, hodiernus, vide *Dies.*

HŎDOS, i, f. gr. ἡ ὁδός, via, iter, ordo, der weg, die reise, ordnung. Hinc

¶ Hēdēgĕta, æ, m. ὁδηγητής, qui & ὁδηγός, viæ dux, ein wegweiser; sicut ὁδηγία, viæ ductus, die wegweisung, apud Suidam.

¶ Hodidŏcos, vel Hodœdocos, i, m. ὁδοδόκος, latro atque obsessor viarum, Fest. ab ὁδὸς & δοκᾶν *tenere*, ein strassen-räuber, schnapphan, buschklopfer.

¶ Hodœpŏrĭcum, i, n. ὁδοιπορικόν, itinerarium, eine reisebeschreibung, ab ὁδοιπόρος *viator.*

Composita cum præposit. &c.

¶ Epănŏdos, i, ἐπάνοδος, regressio est ad eandem vocem diversum quiddam in partibus per πρόσληψιν significans: ut Virgil. Æn. 2, 434 *divellimur inde Iphitus & Pelias mecum, quorum Iphitus ævo Iam gravior, &c.* It. *Vicerunt Romani, mari Carthaginenses, terræ Gallos.* Ponitur interdum pro *conclusione*, quia qui refert capita, de quibus se acturum promiserat, is ad principium revertitur. Hermog. ¶ 2. Aliis πλοκὴ appellatur, quam Cicero *Traductionem* videtur vocare, cum idem verbum crebrius ponitur: ut, *Qui in vita nihil habet jucundius vita, is cum virtute vitam non potest colere.*

¶ Episŏdion, i, n. ἐπεισόδιον, Digressio, sive id, quod dramati præter fabulæ argumentum infertur, excitandi risus gratia: & abusive, quicquid a proposito alienum est, & ad negotium, de quo agitur, proprie non pertinet, ein nebenwerck. In carmine Epico est actio adjectitia apta & necessaria quadam connexione cum actione primaria conjuncta. v. Petr. Mambrun de Carm. Epico p. 186 sqq.

¶ Euhŏdia, æ, f. εὐοδία, prosperum iter, prosperitas, gute reise, glücklicher fortgang. Tertull. ad Scapul. c. 4 *Euhodiæ procurator.*

¶ Exŏdus, i, f. ἔξοδος, exitus, der ausgang, ausgang. Hoc nomen secundus liber Moysis ex ea causa accepit, quia *exitum ab Ægypto vel egressum populi Israel digerit*, Isidor. 6, 2. Sic Tertull. adv. Iudæos c. 11 *Moyses ante nunciabat in Exodo.*

¶ Exŏdium, i, n. ἔξόδιον, ab ἔξω τῆς ὁδός, i. e. *extra viam*, der ausgang, das ende; ut, *Exodium vitæ*, Varro apud Nonium 10, 11. *Quod cœperas in via navrare, ad exodium ducas*, idem ibid. führe es aus, erziehe es bis zum ende. Festus etiam per *exitum* exponit. ¶ 2. *Exodia* erant ridicula versibus intexta & Atellanis conferta, quæ quod penitus extra fabulam essent, nomen acceperunt, das possenspiel; ut, *Exodium Atellanicum* Suet. Tib. c. 45, & *scenicum exodium*, Id. Domit. c. 10. Et Livius 7, 2 *Postquam lege hac fabularum ab risu ac soluto joco res avocabatur, & ludus in artem paulatim verterat, juventus histrionibus fabularum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus jactare cœpit, quæ inde exodia postea appellata, consertaque fabellis potissimum Atellanis sunt, &c.* Vetus Scholiastes ad illud Iuvenal. 3, 174. Tandemque redit ad pulpita notum Exodium: *Exodiarius*, inquit, *apud veteres in fine intrabat, quod ridiculus foret: ut quicquid lacrymarum ac tristitiæ cepissent ex Tragicis affectibus, hujus spectaculi risus detergeret. Hujus & Lucilius meminit*, principio exitus dignus exodiumque sequitur. Hæc ille. Iterum Iuvenal. 6, 71 *Vrbicus exodio risum movet Atellanæ.*

¶ Exodiārius, i, m qui exodium fabulæ affert, der possenreisser, pickelhering. Vide Scholiasten Iuvenalis modo in *Exodium* productum & Ammian. Marc. 28, 4 cum not. Valef.

MĔTHŎDUS, i, f. μέθοδος, via compendiaria docendi, qualem monstrat Dialectica, eine kurtze und richtige lehr-art. vid. Scalig. Lect. Auson. 2, 20 pr.

¶ Methodice, es, vel Methodica, æ, f. μεθοδική, pars Grammatices rationem loquendi complectens, Quintil. 1, 15. ¶ 2. Certa medendi ratio v. Isidor. 4, 4.

¶ Methodicus, i, m. subst. Medicorum secta. Celsus Proœmio: *Methodici seculi nostri contendunt &c.* conf. Isidor. 4, 4. Nam

¶ Methodicus, a, um, adj. generatim dici potest, quicunque certam formam & rationem docendi, curandi &c. servat, nec tumultuarie rem gerit.

¶ Methodium, i, n. μεθόδιον, fictio, ludificatio, ein ranck, possen. Petron. c. 36 *Trimalchio ejusmodi methodio lætus.*

¶ Amethŏdus, ἀμέθοδος, non servans ordinis, Bud.

¶ Periodus, vel Perihodos, i, f. περίοδος, proprie ambitus, circuitus, der umweg, umschweif. ¶ 2. *Periodus* in oratione est verbis circumscripta Sententia, ein abgang der rede. *Ambitum, circuitum, comprehensionem, continuationem, circumscriptionem*, Cicero vocat, ut observatum Quintiliano 9, 4 p. 867. Burm. Periodi partes, *commata* dicuntur & *Cola.* Vide suo loco Festum; & Quintil. l. c. & Isidor. 2, 18. Periodi aliæ sunt bimembres, aliæ trimembres, ac sic deinceps. ¶ 2 Sunt & temporum, regnorum, morborum, &c. *Periodi.* Sic *Fatales Imperiorum periodi* h. e. tempus destinatum a Deo cuique imperio, &c. Sic Astronomis & chronologis periodus est, ein gewisser zeit-begrif. ¶ 3. In gymnicis certaminibus *periodus vicisse dicitur, qui Pythia, Isthmia, Nemea, Olympia vicit, a circumitu eorum spectaculorum*, Festus.

¶ Periodicus, a, um, περιοδικός, abwechselnd, das zu gewisser zeit kömmt; ut, *Febres Periodicæ*, Plin. 20, 3.

¶ Periodeuta, æ, m. περιοδευτής, medicus circulator, ein landstreicher, Quacksalber, Modest. ICt. l. 6 § 1 ff. de excusat.

¶ Synŏdus, i, f. σύνοδος, conventus, eine versammlung, præcipue episcoporum vel ecclesiasticorum, eine geistliche zusammenkunft. Lege 23 C. Th. de episc. *Locis suis a suæ diœceseos synodis audiantur.* Et Ammian. 15, 7 de Athanasio: *Synodus, ut appellant, removit a sacramento quod obtinebat.* conf. lib. 21, 16. Et Fortun. Mart. 4, 385 *Vlterius synodo neque se permiscuit insons.*

¶ Synodia, æ, f. συνοδία, conventus, congressus, eine versammlung, apud Cic. ad Attic. l. 10 epist. 7 *Injecta mihi spes est, velle mecum Ser. Sulpitium colloqui. Si vir esse volet, præclara synodia: Sin autem, erimus nos qui solemus.* Melioribus libris Græce scriptum συνοδία, non Latinis litteris.

¶ Synodicus, a, um, συνοδικός, zur versammlung gehörig; ut, *Consultationes synodicæ*, apud Hieronymum. Et apud Firmicum 3, 6 *Synodica luna*, quæ est in conjunctione, der neue mond.

¶ Synodalis, e, idem; ut, *Synodalis conventus.*

¶ Synodites, æ, συνοδίτης, comes viæ, ein reisegefehrte. Item Monachus sive cœnobita, ein cell-bruder. L. 57 Cod. Th. de appellat. *Nulli clericorum vel monachorum, eorum etiam, quos synoditas vocant, liceat &c.*

Hœdus, &c. vide supra *Hædus.*

HOI, heu, interjectio plorantis, Ter. Eun. 4, 4, 48. Scribitur & *oi*, ibidem.

HOLCE, es, f. ὁλκὴ ab ἕλκω, *trahо*, pondus, das gewicht. Fannius de Ponderibus v. 19.

¶ Holcas, ădis, f. ὁλκάς, navis oneraria, sic dicta, quod funibus trahatur, ein last-schiff, apud Suidam.

¶ Holcus, i, m. ὁλκός, herba, *quæ circa caput alligata, vel circa lacertum, educit e corpore aristas*, Plin. 27, 10.

Holocaustoma, holocaustum, vide *Caustis*, Holochrysus, *Chrysos.*

HŎLŎCŸRON, i, n. ὁλόκυρον, herba chamæpitys, feldcypresse. Dioscor. 3, 166; & Apul. de Herb. c. 26.

Holographus, vide *Graphe*, Halophanta, *Haleophanta*, Holoporphyrus, *Porphyrio*, Holosanthus, *Alosanthus*, Holoschœnus, *Schœnus*, Holosiderus, *Siderion.*

HŎLOSPHŸRĀTUS, a, um, ὁλοσφύρατος, totus malleo ductus, solidus, non conflatus, gediegen; ut, *Statua holosphyrata*, Plin. 33, 4.

HŎLOSTEON, i, n. ὁλόστεον, herba sine duritia, per antiphrasin sic dicta, cum ὁλόστεον proprie sit, quod ex solido osse constat. v. Dioscor. 3, 11; & Plin. 27, 10.

HOLOTHŪRIA, *orum*, n. pl. ὁλοθύρια. pisces marini, Plin. 8, 47.

HOLOVERVS, *a, um*, vox ex Græco & Latino composita: ut, *Holoverae vestes*, quæ totæ vero colore, h. e. purpureo tinctæ, purpur-kleider, l. 3 Cod. Th. de vestibus holoveris v. Salmas. ad Solin. p. 695; Ferrar de Re Vest. 2, 10; Turneb. Adv. 1, 13.

HOMAGIVM, & Hominium, *i*, n. vulgo idem quod sacramentum aut clientela, die huldigung. Dictum volunt qui minime negantur, inde quod vasallus se eo nomine *hominem*, i. e. clientem patroni profiteatur. v. omnino Barth. Adversar. 149, 21; & ad Statii Silv. p. 234; & Voss. de Vit. L. L. 3, 14 p. 464.

HOMFLIVM, *i*, n. pilei genus. Festus.

HOMĒRVS, *i*, m. poeta numine afflatus & divinam fortitus naturam, quem admodum de ipso Dio Chrysostomus dixit. *Regem Poetarum* vocat Plin. 7, 29. Cæcum autem fuisse Homerum, multorum litteris proditum est, ideoque *Homerum* dictum, cum prius *Melesigenes* vocaretur: quod ad Meletem Smyrnæ fluvium natus. Cumani enim & Ionces captos oculis ὁμήρους appellant, quod ὁμηρεύειν, i. e. itineris ducibus egeant. Vellej. 1, 5, 4 *cum omnibus sensibus junctum* censet, *qui Homerum caecum natum esse crediderit*. Heraclides per morbum incidisse eum in cæcitatem scripsit. Vixisse autem ajunt post bellum Trojanum, cum essent exacti anni centum & quinquaginta; & ante conditam Romam, anni circiter centum & quinquaginta. Non igitur procul abfuit ab Esiæ tempore. Ejus carmen, cui *Iliados* & *Odysseæ* nomen inscripsit, ostendit principum familias ejus ætatis, & pingit imagines variarum personarum, consiliorum & mirabilium eventuum in vita. conf. de scriptis ejus Hor. recipit. 2, 1 fqq. Basilius Magnus, universam Homeri poesin, *laudem* dixit *esse virtutis*. Ælian Var. Hist. 13, 22 Ptolemæum Philopatora Homero templum exstruxisse, eumque decore sedentem collocasse, circa simulacrum autem civitates, quæ sibi hunc vetem vindicent, de quibus apud Gellium Noct Attic. 3, 11 hoc carmen exstat: Ἑπτὰ πόλις διερίσσευν, περὶ βίζαν Ὁμήρε, Σμύρνα, Κολοφών, Σαλαμὶς, Ἴος, Ἄργος, Ἀθῆναι. Ejus ingenium extra invidiæ meras positum putabatur apud antiquos. Hierocli apud Stobæum Sermone 64, qui de scriptis eis est, audit Ὅμηρος ἁπλουστάτος, *maxime admirabilis*: Clement. Strom. lib. 5 πρεσβύτατος, & lib. 6 μέγας ποιητής. Val. Max. 8, 8 ext. 2 *ingenii calestis vates*: Aptul. in Apol. *Poëta multificus, vel potius cunctarum rerum apprime peritus*. Vellej. Hist. R. 1, 5, 1 *Clarissimum Homeri ingenium, sive exemplo maximum: qui magnitudine operis, & fulgore carminum, solus appellari Poëta meruit. In quo hoc maximum est, quod neque ante illum, quem ille imitaretur; neque post illum, qui eum imitari posset, inventus est, &c.* Vtrumque verum est. Nam & *Homerus primus doctrinarum & antiquitatis parens*: nec post eum natus, qui germanius exprimeret aut referret. Non ergo ipse Virgilius? Non, Vellejo quidem judice, atque etiam acri illo Fabio, cujus hæc verba 10, 1 p. 892 Burm. *Inverbis sententiis, figuris, humani ingenii modum excedit: ut magni viri sit, virtutes ejus non æmulatione, quod fieri non potest, sed intellectu sequi*. Et profecto ita est: omnium rerum, omnium artium, omnis non prudentiæ solum, sed sapientiæ etiam vestigia aut expressa aut recondita sunt in illo. Quem haud temere Themistius dixit πρωπάτορα καὶ ἀρχέγονον τῶν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλης λόγων, i. e. *primum parentem auctoremque Platonis & Aristotelis sermonum*. Ælianus loco laudato scripsit, Agathonem, pictorem quemdam, Homerum finxisse vomentem; reliquos vero poëtas, ea quæ ipse evomuisset, exhaurientes. Ad quod & Ovidius respexit, hæc de Homero referens Amor. 3, 9, 25 *Adspice Maeoniden, a quo ceu fonte perenni Vatum Pieriis ora rigantur aquis*. Sotades apud Stobæum fame extinctum ipsum prodidit: τὸν Ὅμηρον λιμὸς κατεδαπάνησε, hoc est, *Divinum Homerum fames absumsit*; quemadmodum & de pauperrate ipsius Ovidius monuit Trist. 4, 10, 21 *Sæpe pater dixit, studium quid inutile tentas? Maeonides nullas ipse reliquit opes*. Peculiarem de vita Homeri librum Herodotus scripsit, itemque Plutarchus, unde cætera petenda. *Ægyptium* Heliodorus vocat, quod in Ægypto, ut puto, eruditus fuit, de quo Justinus Martyr Paranet. ad gentes. Epigramma in Homerum Nonis ad Silii lib. 13 subjecit D. Heinsius ejusmodi: *Inclyta naturæ mens linguaque dius Homerus, Vltima lex hominum, proxima meta Deûm*, &c. Omnia autem, quæ dici erudite possunt, petes a Fabricio, qui bonam partem libri 2 Bibl. Gr. Homero tribuit. & v. Rud. Kusteri Hist. Crit. Homeri. ¶ 2. Nomen Homeri in honoris appellationem abiit. Sic a Panætio Plato *Homerus Philosophorum* appellatus est. Cic. Tusc. 1, 32. conf. Menck. Observ. L. L. ¶ 3. Proverbialiter usurpari solet illud Hor. de Arte v. 359 *Quandoque bonus dormitat Homerus*. Sed conf. infra dicenda in *Quandoque*: & Quint. 10, 1 p. 452.

¶ Hōmēricus, *a, um*, ad Homerum pertinens: ut, *Agamemnon Homericus*, apud Cic. Tusc. 3, 26; Et Quintil. 2, 3 extr. Sic *Gradivus Homericus*, Juvenal. 13, 113. *Homerici versus*, Petron. c. 2.

¶ Homeristæ, *arum*, m. pl. Græcos versus Homeri recitare soliti in conviviis, quos Rhapsodos Aristoteles vocavit. v. Petron. c. 59; Diomed. Gramm. p. 481; Athenæus 14, 3.

Homerocentones, vide supra *Cento*.

¶ Hōmēromastix, *igis*, m. ὁμηρομάστιξ, Zoilus Homeri obtrectator. Plin. lib. 1 præf. *Vt obiter caveam ipsos Homeromastigas*, i. e. optimorum virorum calumniatores.

¶ Homeronides, *æ*, Homeri imitator, apud Plaut. Truc. 2, 6, 4.

Homicida, homicidium, vide *Homo*.

HŌMILIA, *æ*, f. ὁμιλία, plur. *Homiliæ*, dictæ conciones sacræ veterum aut sacri sermones, predigten. v. Isidor. 6, 8.

¶ Homilēta, *æ*, m. concionator, ein prediger. v. Hildebrand. de Concion. Veter. c. 3, 3.

¶ Homilēticus, *a, um*, ad conciones pertinens.

Hominium, vide paullo ante *Homagium*.

HŌMO, *ĭnis*, c. ab *humo* dicitur, ein mensch. Ratio appellationis displicere videtur Quintiliano 1, 6, ubi addit: *Quasi vero non omnibus animalibus eadem origo, &c.* Sed si dixeris, hominem esse ab ὁμᾶ *simul*, quod sit animal congregabile, tamen & conjunctionis appetitus communis est animantium omnium. Sed ut ait Cicero Off. 1, 4 *Inter hominem & beluam hoc maxime interest, quod homo rationis est particeps*; quodque *ratione homo conciliatur homini & ad orationis & advitæ societatem, &c.* Homo veteribus dicebatur *Hemon, onis*, de quo supra. Ideo Morhof. de Lingua Germ. 1, 7 ex Germanico *man* deducit v. Martinii Lexicon præfat. ubi etymologiam a variis linguis collegit: ἄνθρωπος, quasi ἄνω θεωρῶν sive τετάτων τὴν ὄψιν, hoc est, sursum spectans, quod Ovidius expressit Met. 1, 85 *Os homini sublime dedit, cœlumque tueri Jussit, & erectos ad sidera tollere vultus*. Et ex eo Boëthius 5 metro 5 *Vnica gens hominum celsum levat altius cacumen, &c.* Cic. de Nat. D. 2, 56 *Deus homines humo excitatos, celsos & erectos constituit, ad cœlique quasi cognationis & domicilii pristini conspectum excitavit*. Apuleius de Deo Socratis: *Homines ratione pollentes, oratione plaudentes, immortalibus animis, moribundis membris, levibus & anxiis mentibus, brutis & obnoxiis corporibus, dissimilibus moribus, similibus erroribus, pervicaci audacia, pertinaci ope, casso labore, fortuna caduca, sigillatim mortales, cunctis tamen universo genere perpetui, vicissim sufficienda prole mutabiles, volucri tempore, tarda sapientia, cita morte, querula vita terras incolunt*. Homer. Odyss. Σ. v. 129 Οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο Πάντων ὅσσα τε γαῖαν ἐπὶ πνέει τε, καὶ ἕρπει. i. e. *Nihil imbecillius terra alit homine inter omnia, quæcunque in ea vel spirant vel repunt*. Philippus Macedo puerum habuit, hoc apud ipsum munere delegato quotidie fungentem, ut, priusquam vel ipse prodiret, vel ad eum quisquam admitteretur, admonitionem eam ter sibi acclamaret: Φίλιππε ἄνθρωπος εἶ, *Philippe, homo es*, quod Ælianus Var. Hist. 8, 15 refert. Etiam Simonides in convivio a Pausania jussus, sapiens aliquod in medium proponere præceptum, tantum id protulit, *Memento, te hominem esse*, Σὺ Παυσανία, μεμνῆσο, ἄνθρωπον σε ὄντα. Sed hujus doctrinæ tum quidem contemtæ, non ita multo post pœnas dedit gravissimas, ut idem Ælianus 9, 41 recenset. ¶ 2. Cæterum κατ' ἐξοχήν, *Homo* de viro dicitur. C. Nep. 14, 3, 1 *Thyus, homo maximæ corporis terribilisque facie*. Plaut. Cist. 4, 2, 52 *Mi homo & mea mulier, vos salvete*. Namque per hominem Lampadiscum intelligit: & quem hic *hominem*, supra *masculum* dixerat v. 34 *Bona fœmina & malus masculus volunt te*. Lactant. 2, 12 *Cum ergo marem ad similitudinem sui tam primum finxisset, tum & fœminam configuravit ad ipsius hominis effigiem*. Et sub fin. cap. *Et primo mulierem dolo illexit, ut vetitum cibum sumeret: & per eam ipsi quoque homini persuasit, ut transcenderet Dei legem*. Et ita potissimum vocabulo *Hominis* & ICti utuntur. Paulus L. 38 §5 Dig. de pœnis: *Qui abortionis aut amatorium poculum dant, &c. humiliores in metallum; honestiores, amissa bonorum parte, in insulam relegantur: quod si eo mulier, aut homo perierit, summo supplicio afficientur*. Ita l. 44 C. de Episcopis *Soli per se homines in quolibet monasterio degant, -- solæ item per se mulieres*. Hinc non raro *boni homines* dicuntur, qui alias *boni viri* audiunt. Cic. fam. 16, 18 *Bonus homo & nobis amicus*. Et ad Qu. fratr. 3, 3 *Hominis, opinor, valde exercitati & boni*. Et pro Dejotaro c. 2 *Ejus enim nomine, optimi hominis, nec tibi ignoti, maledicebat tibi*. Vetus Inscriptio apud Grurer. p. 349 n. 2 ÆMILIO VALERIO CORINTHIO HOMINI BONO QVI VIXIT ANN. XXXX. Apul. in Floridis: *O celeres bonorum hominum dies!* Similiter Nepos 4, 1, 1 *Pausanias Lacedæmonius, magnus homo, sed varius in omni genere vitæ fuit*. Quamvis autem in his exemplis omnibus *Homo* pro masculo dicatur, & in plerisque opponatur fœminis; mulieres tamen excludendæ numero hominum non sunt, & multo minus habendæ pro monstris, quo dementiæ nonnulli (si tamen serio id egisse censendi sunt:) venerunt, contra quos styli mucronem Vossius stringit de Idololatr. 3, 48. *Homo* sane etiam de muliere dicitur. Sulpitius ad Cic. fam. 4, 5 de Tullia ejus filia: *Ei moriendum fuit, quoniam homo nata fuerat*. conf. Plaut. Amph. 2, 2, 136; & Truc. 5, 44. ¶ 3. Nonnunquam *Hominis* voce servos, aut quorum ministerio in aliqua re utimur, designamus, das hausgesinde, &c. Cic. pro Quinct. c. 19 *Hominem P. Quintii deprehendis; in publicum convivis abducere, &c.* Catull. epigr. 10, 15 *Comparasti ad lectica homines*, id est, servos lecticarios. Statius 2 Silv. 6, 14 de Pileto, Vrsi servo: *Hominem gemis, (heu mihi subdo ipse faces) hominem, Vrse, tuum*. Varr. de Re Rust. 2, 2 extr. *Illud vero omnes in Epiro facimus, ne minus habeamus in centenas oves hirtas singulos homines, in pellites binos*. Nepos 4, 2, 4 *His de rebus si quid geri volueris, certum hominem ad eum mittas face*. Et rursus 7, 10, 1 *Eodem tempore Critias cæterique tyranni Athenienses certos homines ad Lysandrum in Asiam miserant*, i. e. servos suos aut ministros. Sic & Ausonius epist. 22 *Homines* vocat eos, qui pertinent ad domum alicujus. v. Scalig. not. ad Auson. p. 80. ¶ 4. Ponitur hæc vox aliquando eleganter pronominis vice. Nepos 18, 2, 3 *Hunc Perdiccas adjunxerat, quod in homine fidem & industriam videbat*. Ter. Eun. 2, 2, 30 *Ibi homo cœpit me observare*. Ad quem locum Donatus: *Mire addidit*, homo: *aut addidit superbiæ homo: ut, Donat habere vivo decus & tutamen in armis*. Similiter Nepos 14, 10, 3 *Hæc diu faciendo persuasit homini, se infinitum adversus Regem suscepisse bellum*. Poterat τὸ *homini* omittere, quod ex præcedentibus intelligi posset, cui persuaserit: poterat etiam dicere, *persuasit Datami*; vel *ei*, puta Datami: Sed quia & pronomine, & proprio *Datamis* in præcedentibus usus erat, ab utroque abstinuit, & illud, *homini* eleganter inferuit. ¶ 5. *Quid hominis es?* elegans in eos correptio, qui nobis videntur absurda narrare. Ter. Heaut. 4, 8, 5 ME. *Invenisti bodie filiam*. CH. *Quid tum?* ME. *hanc uxorem sibi dari vult Clinia*. CH. *Quæso, quid tu hominis?* Similiter nos in talibus: was bist du für ein mensch? ¶ 6. Aliter Eunucho 5, 1, 17 *Quid illuc hominis?* Id enim dicit meretrix, conspicata Chæream, tamquam ignotum peregrinumque despiciens atque contemnens. Ita nos: was ist das für ein kerl? Per Genitivum injuriose dicitur: per Nominativum honorifice: Donatus Hecyr. 4, 4. ¶ 7. In reprehensione usus vocabulo *hominis* in illo quoque Terentius est Heaut. 5, 3 pr. *Profecto, nisi caves tu homo, aliquid gnato conficies mali*. Id. Adelph. 1, 2, 31 *Pro Jupiter, tu me homo adigis ad insaniam*. Et v. 63 *Ita est homo:* Vbi Donatus: *moraliter*, inquit, *Homo, dixit. Sic enim de iis dicimus, quos parce reprehendimus*. Ad contemtum quoque pertinere videtur *Homo meus* ap. Phædr. 5, 7 *Homo meus se in pulpito totum prostiterit*. ¶ 8. Est & hæc elegans formula: *Si homo esses*, i. e. si saperes ut homo. Ter. Adelph. 1, 2, 27 *Tu illum tuum, si esses homo, sineres nunc facere, dum per ætatem licet*. Cic. Att. 10, 11 extr. *Quoniam est homo, & nos deligit*. Huc pertinent illa, *Capella, non homo: bellua, non homo; phantasia, non homo &c.* de quibus Burm. ad Petron. c. 38 p. 168. De illo, *piper non homo*, vid. *Piper*. Cic. Att.

att. 1, 18 p. 136 *Non homo, sed litus atque aër, & solitudo mera.* & 7, 13 p. 713 *Non homo, sed scopæ dissolutæ.* Est enim, quemadmodum ait Proxinoe apud Theocritum Idyllio 15. 83 Σοφόν τι χρῆμ' ὁ ἄνθρωπος, *sapiens quædam res homo.* ¶ 9. *Homo ferica rum vestium*, id est, lenicis vestibus addictus, apud S. Hieronymum. v. Barthium Adversar. 26, 6. ¶ 10. Prisc anus tradit lib. 1 vetustissimos, *Homo, homonis*, & *homonem* pro *hominem* dixisse. Hinc Ennius: *Vulturus in silvis miserum mandebat homonem.*

¶ Homuncio, *ōnis*, dimin. ad contemtum fere pertinens. Sen. epist. 116 *Nos homunciones sumus.* Vlus & Cicero Acad. 4, 43 *Homuncio hic, qui &c.* & Iuvenal. 5, 153.

¶ Homunculus, *i*, m. aliud diminutiv. Cic. Tusc. 1, 9 *Ea, quæ vis, ut votero, explicabo: nec tamen quasi Pythius Apollo, certa ut sint & fixa, quæ dixero, sed ut homunculus a multis probabilibus conjectura sequens.* Id. Tusc. 5, 23 *Humilem homunculum excitabo.* Id Nat. D. 1, 44 *Homunculis similem Deum fingere.* Et Ser. Sulpicius Cic. fam. 4, 5 *Item, nos homunculi indignamur, &c.* conf. Plaut. Trin. 2, 4, 9.

¶ Hŏmullus, & Hŏmullus, *i*, m. idem. Cic. in Pison. c. 5 *Quid cessat hic homulus ex argilla & luto fictus?* Lucret. 3, 928 *Brevis hic est fructus homullis.*

¶ Hūmānus, *a, um*, adj menschlich. Ter. Heaut. 1, 1, 25 *Homo sum, humani a me nihil alienum puto*, quod laudat & explicat Cic. Offic. 1, 9. Perf. 3, 71 *Quam te Deus esse iussit, & humana qua parte locatus es in re, Disce, &c.* Flor. 3, 5, 10 *Sylla Athenas urbem obsidione se fame ad humanos cibos compulit*, i. e. ad eum humanæ carnis, menschen-fleisch zu essen. Plin. 11, 49 *Humanus calculus* est, qui in homine generatur. Idem *humanas dapes, & humanos potus* verecunde vocat reliquias cibi, & humorem, quem profundimus. v. Voss. 4 Inst. Orat. p. 117. Solin. c. 66 *Humana fragilitas.* Valer. Max. 6, 3 pr. *Animi sic duritia pectus occupat, dum horridæ actristis severitatis astu navantur, ut humanioris cogitationis sepositæ, rebus auditu asperis vacet.* ¶ 2. *Humanus* etiam sapiens est, argutus, sagax, quæ virtus propria hominis. Prosper. 2, 12, 5 *Idem non frustra ventosas addidit alas, Fecit & humano corde volare Deum. Humano corde fecit*, id est, sapienter, &c. Manil. 1, 716 *Inquirunque sacras humano pectore causas.* Cic. Verr. 4, 44 *Hæc Scipio non intelligebat homo doctissimus atque humanissimus? Hæc ulla bona arte, sine humanitate, sine ingenio, sine litteris intelligi, & judicas?* ¶ 3. Item, comis, benignus, utilis, &c. leutselig, freundlich. Ter. Andr. 1, 1, 87 *Hæc ego putabam esse omnia humani mansuetique animi officia.* ¶ 4. Item, doctus, versatus in litteris. Varro lib. 1 Rerum humanarum apud Nonium 1, 260 *Praxiteles, qui propter artificium egregium nemini est paullum modo humaniori ignotus.* v. Gell. 13, 16, ubi *humaniori* in loco Varronis dicitur, idem esse ac *eruditiori doctiorique.* ¶ 5. *Humanus* substantive veteribus pro homine. Varro: *Natura humanis omnia sunt paria.* Lucret. 3, 79 *Et sæpe usque adeo mortis formidine, vitæ Percipit humanos odium, lucisque videndæ, &c.* Quin ipse Cic. Att. 13, 20 p. 438 *Possim falli ut humanus.* Plura Græv. ad h. l. v. Drak. ad Sil. 7, 5. ¶ 6. Festus tradit, *Humanum* esse sacrificium, quod mortui causa fiat.

¶ Humanĭtas, *ātis*, f. illa virtus dicitur, quæ proprie hominis erga hominem: ut *civilitas* civis est erga civem, die leutseligkeit, freundlichkeit. Cum itaque homines in adjutorium mutuum nati simus, & alter alteri Deus esse debeat, si suum officium facere velit, latissime patent ejus fines, ac itaque misereri alterius, levare adversam fortunam, consulere inopiæ, adjuvare labores & opem ferre: studere assidue, ne quem offendas aut lædas temere, sed parcas potius ac serves: nec quicquam in quemquam statuas temere, quod tibi ipsi nolis fieri: deinde, leniter ferre aliorum errores, peccatis ignoscere, recordando, te quoque hominem & obnoxium talibus, &c. vid. Petr. Daniel & alii ad Petron. c. 114 p. 529. Lactant. 3, 17 *Cum natura hominis imbecillior sit, quam cæterorum animalium, quæ vel ad perferendam vim temporum, vel ad incursiones a suis corporibus arcendas, naturalibus munimentis providentia cælestis armavit; homini autem quia nihil istorum datum est, accepit pro istis omnibus miserationis affectum, qui plane vocatur* HVMANITAS, *qua nosmet invicem tueremur.* Cic. pro L. Manilia c. 14 *Humanitate tanta est, ut difficile dictu sit, utrum hostes magis virtutem ejus pugnantes timuerint, an mansuetudinem victi dilexerint.* Plin. 9 epist. 5 *Humanitatis præcipua pars est, honestissimum quemque complecti, atque ita a minoribus amari, ut simul a principibus diligaris.* Sic Nepos humanitatis laudem Attico ideo quoque tribuit, quod senibus æque atque adolescentibus æqualibus que jucundissimus fuerit, c. 23. Nimirum, sui cuique ætati mores sunt: tristes senes, leves & garruli; juvenes læti, faciles, ostentatores: atque his inter se cum male conveniat, senibus juvenes, juvenibus senes molesti & odiosi sunt. Humanus vero erit, qui cujuslibet ætatis mores haud ægre ferat, atque ita se comparet, ut quibuslibet aptus videatur. Recogitans, in hanc vel illam ætatem non alios mores humanitus cadere, atque humanitatis esse, ferre humaniter, quæ aliena a conditione hominis non sunt. Huc pertinent, quæ idem Nepos de Attico atque Cæcilio aspero ac difficillimo sene c. 6 refert: item, quæ Plinius 9 epist. 17 ad Genitorem scribit, quem inerrantes mensis scurræ & moriones offenderant. Humanitatis enim est, *dare alienis oblectationibus veniam, ut nostris impetremus*, ut idem humanissimus vir ibidem loquitur. Quamvis autem *Humanitas* magnam cum *comitate* cognationem habeat, differt tamen. Potest enim *humanitas* tristior esse: *comitas*, nisi læta & suavis sit, nomen amittit, Nepos 1, 8, 4 *In Militiade erat, cum summa humanitas, tum mira comitas.* Pro *comitate* tamen usus Seneca est de Beneficiis 1, 13. *Legatos*, inquit, *invitatione aliaque humanitate prosecutus &c.* Sic acclamandi morem in recitationibus, Quintiliani ætate, *Humanitatem*, ut ipse 2, 2 auctor est, appellabant, quod urbanior quædam comitas esset. Verba sunt: p. 123 Bur. *Illa vitiosissima, quæ jam humanitas vocatur, invicem qualiacunque laudandi, tum est indecora, tum studiorum perniciosissima hostis.* conf. Zwingeri Theatr. vol. 14 lib. 1. *Humanitatis negotium gerere*, h. e. sepelire cadaver, recte nec sine auctoritate dici f. 14 § 7 de relig. & sumt. fun., probat Salmasius Obs. ad jus Att. p. 55 sq. Faber Sem. 2, 1. Add. ad Petron. c. 114 p. 529. Bynckersh. Obs. 4, 22. ¶ 2. Mollitia illa honesta, & sensus calamitatum, qui feritati & *brutalitati* opponitur, vocatur *Humanitas.* Cic. Att. 13, 2 pr. *Sed jam ad ista obdurauimus, & humanitatem omnem exuimus.* Conf. Att. 12, 46 extr. *Exculto animo nihil agreste, nihil inhumanum est.* ¶ 3. Tac. Agric. 21, *Daullatim discessum ad delinimenta vitiorum, porticus, balnea & convivia elegantia: idque apud imperitos* HVMANITAS *vocabatur, cum pars servitutis esset.* Nempe voluptatum ac deliciarum idem, HVMANITATEM vocat: quod iis uti, proprium hominis sit, qui dulcium & jucundorum usu præditus: abhinere, ferarum & bestiarum. *Humanitas* igitur hic elegantior luxuriosiorve victus. ¶ 4. *Humanitas* etiam *politior* sive eruditio, quæ eos, qui ea gaudent, a brutis & vere reddit homines. Hinc Plinius 13, 12 *Humanitatem vitæ ac memoriam chartæ usu constare maxime*, scribit. *Studia humanitatis* Cic. pro Mur. c. 29 ipse dicuntur litteræ, die freyen künste. Id. de Orat. 2, 17 *Communes litteras, & politiorem humanitatem* conjungit. *Artes quæ ad humanitatem pertinent*, Cic. pro Arch. c. 1. *Artibus ad humanitatem informari*, ibid. c. 3. Etiam philosophia hoc nomine continetur, Cic. pro Mur. c. 29 pr. v. Gell. 13, 15, & Nonium 1, 260, ubi *Humanitatem* honestorum studiorum & artium appetitum vocat, quod multi animantium generi, præterquam hominibus, concessa sit. ¶ 4. Pro ipso hominum genere Minucio ponitur in Octavio: *Tenera omnium, quæ humanitas tuetur, penitus sustulerunt.* Apul. de Dogmate Platonis p. 19 *Genitale seminium humanitatis*, die menschheit. Sen. epist. 65 *Homines quidem sumus; ipsa humanitas, ad quam homo effingitur, permanet.*

¶ Humane, adv. menschlich, freundlich. Ter. Adelph 1, 2, 65 *Vix humane patitur.* Ita

¶ Humaniter, æquo animo, leniter. Cic. Att. 12, 44 pr. *humaniter fecisti* quod idem ad Q. fratr. 2, 1 pr. dixit, *humaniter fecit.* Cic. Att. 1, 2 *Sin aliter acciderit, humaniter feremus*, h. e. moderate, cogitantes ita fieri solere inter homines. Comp. Cic. Tusc. 3, 27 *Si qui forte, cum se in ludo esse velient, aliquid fecerunt humanius, aut si hilarius locuti sunt, revocant se versus ad magistrum.* Suppl. Cic. ad Qu. Fr. 3, 1, 6 *ad ea sua voluntate erga Cæsarem humaniter accessit, ut &c.* Ut etiam ad Q. Fr. 2, 4 &c. Petron. c. 8 *Ducem se itineris humaniter promisit.*

¶ Humanĭtus, aliud adverb. humano more, menschlicher weise. Ter. Heaut. 1, 1, 47 *Vbi rem rescivi, cæpi non humanitus, Neque ut animum decuit ægrotum adolescentuli, Tractare: Humanitus*, id est, ut humanitatis ratio postulat: ut recte interpretatus Rivius est, dum hanc lectionem contra Diomedem firmat, qui *humaniter* legit. Apul. Apol. p. 551 *Impenies filiam heredem, nihi vero tenue nisi id quod meum gratia legatum, ne si quid ei humanitus accidisset, nomen meum ita inuxeris tabulis non haberem:* SI QVID HVMANITVS EI ACCIDISSET, id est, quod hominibus solet accidere; hoc est, si mortua esset, vel ei contigisset mori. Et ita ἐυφημίστερος loqui solebant. Cic. Phil. 1, 4 *Si quid mihi humanitus accidisset: multa autem impendere vita nostra præter naturam humanitus accidisse: multa autem imprudente etiam præter naturam humanitus accidisse: multa autem imprudente etiam præterque fatum.* Quamquam & absolute dicebant: SI QVID EI ACCIDERIT. Pompon. IC. l. 162 § 1 D. de Verb. Sign. *Si quis ita in testamento scripserit,* SI QVID FILIO MEO ACCIDERIT, DAMAS SERVVS MEVS LIBER ESTO. *mortuo filio, Damas liber erit. Licet enim accidant & vivis, sed vulgari sermone etiam Mortis significatur.* Plin. 10, 63 *Visi autem, ut dictum est, humanitus pirati habitandi, cœlum. Humanitus, ἀνθρωπίνως &c.*, humano more, ut homines solent: *ambobus cubantibus complexique*, ut idem initio 8, 36 de ursis scribit quo procul dubio respicit, cum ait, *ut dictum est.* conf. Nonius 11, 1

¶ Hŏmicĭda, *æ*, c. ein mörder, todtschläger. v. Quintil. 7, 3. Plin. 10, 23. De fœmina Seneca Controvers. 2 *Quid si tantum cepta? quid si tantum prostituta? quid si tantum homicida? quid si tantum vera fuisset?* Adde Juvenal. 2, 26.

¶ Homicīdium, *i*, n. ein mord, todtschlag. *Facere homicidium*, Quintil. 5, 9; & Petron. c. 137. *Homicidii reus*, Cic. Phil. 2, 12. *Suspicio homicidii*, Suet. Claud. c. 26.

¶ Homicidiārius, *a, um*, mörderlich; ut, *Sanguis homicidiarius*, Auctor incertus Paneg. ad Constantin. c. 4, alii legunt *homicidarius.*

Composita cum præpos. &c.

¶ Inhūmānus, *a, um*, humanitatis expers, immitis, unleutselig, unfreundlich, unbescheiden. Ter. Eun. 5, 2, 41 *Non adeo inhumanus ingenio sum*, so grob bin ich nicht. Solin. c. 21 de Sporadibus: *inhumana littora.* Cic. Verrin. 2 extr. *quis inhumanior? quis insidiosior?* Ter. Hec. 1, 2, 11 *Miles inhumanissimus.* ¶ 2. Interdum *inhumanus* est *Ἀπάθεια*, qui mala non sentit præ duritie. v. *Humanitas* n. 2.

¶ Inhumanĭtas, *ātis*, f. die grobheit, unfreundlichkeit. *Imprudens, crudelis, & immoderata inhumanitas*, Cic. pro Dejot. c. 12. *Mansuetudinem in crudelitatem inhumanitatemque convertere*, id. Verrin. 5, 44. *Non amat populus Romanus profusas epulas, sordes & inhumanitatem multo minus.* Id. pro Mur. 36.

¶ Inhumane, adv. unfreundlich, grob, wild, unmenschlich, grausam. Cic. Off. 3, 6 *Inhumane feceris contra naturæ legem, si quid detrusseris, &c.* Ter. Heaut. 5, 5, 2 *Nimis graviter cruciat adolescentulum, nimisque inhumane.* Nazar. Paneg. c. 16 *Inhumane muta oratio. Inhumanius dicere*, Cic. de Amic. c. 13.

¶ Inhumaniter, idem. Cic. ad Qu. frat. 3, 1, 6 *Inhumaniter feciſſe.*

¶ Inhumanātus, *a, um*, i. e. homo factus, der mensch worden; de Christo Justinian. l. 6 § 1 Cod. de Summa Trinit.

¶ Inhumanatio, *onis*, f. humanitatis assumptio, die menschwerdung. Idem ibid. § 4.

¶ Perhumanus, *a, um*, sehr freundlich. Cic. Att. 16, 12 *Perhumana epistola.*

¶ Perhumaniter, adv. idem. Cic. fam. 7, 8 *Scripsit ad me Cæsar perhumaniter.*

¶ Semihŏmo, *ĭnis*, ein halb-mensch. Virg. Æneid 8, 194 *Semihominis Caci: facies &c.* Adde Sil. 11, 36; Colum. 10, 19. Et Alcimus Avitus 4, 99 *Artus semihominum patulis qui sanguibus atri Fervent.*

HŎMOEŌMĔRĬA, *æ*, f. ὁμοιομέρεια, partium vel membrorum similitudo. Lucret. 1, 820 *Hinc & Anaxagoræ sequar exemplum homœomerian.*

HŎMOEOPRŌPHĔRON, *i*, n. ὁμοιοπρόφερον, Mart. Capella 5 p. 167 est, cum dicitur: *O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti.*

HOMOEOPTŌTON, *i*, n. ὁμοιόπτωτον, similiter cadens in nominibus; ut, *Mœrentes flentes, lacrymantes, & mœsto antes*, Ennius. conf de hac figura Mart Capell. 5 p. 174.

HŎMOEŌSIS, *is*, f. ὁμοίωσις, similitudo, vel declaratio rei per similitudinem, *Schema*, cujus species sunt, *Paradigmata & Parabolæ*: ut, *Neque equus indomitus, quamvis natura bene compositus sit, idoneus potest esse ad*

se ad eas utilitates, quæ desiderantur ab equo, neque homo indoctus, quamvis sit ingeniosus, ad virtutem poteſt pervenire.

HŌMOEŌTĔLEVTON, *i*, n. ὁμοιοτέλευτον, ſimiliter deſinens in verbis; ut, *Exsleduci, evehi quam deperi malui.* Et in aliis vocibus; ut, *Vivis invidiose, delinquis ſtudioſe, loqueris odioſe.* v. Mart. Cap. l. c.

HŌMŌGĔNEVS, *a, um*, ὁμογενής, ejusdem generis, gleicher art. Philoſ.

HOMŌLĒ, *es*, f. unons Theſſaliæ, Centaurorum ſedes. Virg. Æn. 7, 675 *Deſcendunt Centauri Homolen, Ossaque nivalem.*

Homoloides, *um*, ſ Thebæ dicuntur juxta montem ſitæ, vel ſeptem portæ Thebanæ. Statius Theb. 7, 252 *Per ingentes Homoloidas exeat Hæmon.*

HŌMŌLŌTTI, *orum*, m. pl. populi, quos diſſecto in minimas partes bove fœdus jungere, Zenodotus prodidit. Hinc *bos Homolottorum* proverbio dicebatur in plurima diſtractus negotia. Morem hunc Scythis etiam fuiſſe, Lucianus teſtatur. vid. Eraſm. Adag.

HŌMŌNYMON, *i*, n. ὁμώνυμον, nomen diverſa ſignificans, quod & *Polyſemum* Grammatici, & *æquivocum* Dialectici vocant: ut, *acies, lupus, aries, nepos.* Differt a *Synonymo*, quod vide in ſuo loco.

¶ Homonymia, *æ*, f. ὁμωνυμία, una voce multa ſignificat; *Synonymia* vero multis vocibus idem teſtatur, uti explicat C. Fronto vetus Grammaticus. Adde Quintil. 7, 9; & 8, 2.

¶ Homonymicus, *a, um*, zwey- oder vieldeutig. v. Quintil. l. c.

HŌMOPLĀTAE, *arum*, f. pl. ὠμοπλάται, oſſa ad ſcapulas tendentia, ſive ſcapulæ operta, die ſchulterblätter, Cell. 8, 1. Melius *Omoplatæ.*

HŌMŌTŌNVS, *a, um*, ὁμότονος, æqualis tenſionis, de nervis, gleichſtimmig, Vitruv. 1, 1 uſus eſt. v. Bald. Lex. Vitruvian.

HŌMŌŪSIVS, *a, um*, ὁμοούσιος, conſſentialis, eandem eſſentiam habens, gleiches weſens. Hieronym. 1 epiſt. 25; & l. 6 C. de Summa Trinit.

Homulus, homuncio, homunculus, vide *Homo.*

Honeſtare, honeſtus, &c. vide mox in *Honor*

HŌNOR, & Honos, *ōris*, m die ehre. Eſt *præmium virtutis, judicio ſtudioque civium delatus ad aliquem*, quemadmodum Cicero dixit de Cic. Orat. c. 81. Homerus Iliad B. v. 197 τιμὴ δ' ἐκ Διός ἐστι, *Honor ex Jove eſt.* Cic. Tuſc. 1, 2 *Honos alit artes, omnesque incendantur ad ſtudia gloria, jacentque ea ſemper, quæ apud quosque improbantur.* Stobæus ex Bucolicis Bionis citat τιμὰ τὰ πράγματα κρέσσονα ποιεῖ, id eſt, *Honor res meliores efficit. Honore afficere*, Cic. pro Roſc. Am. c. 50. Et, *Honorem alicui habere*, Curt. 4, 8, 14; Et, *Reddere*, Id. 8, 9, 32; Et, *Præſtare*, Plin. Paneg. c. 88. Et *Habere in honore*, Curt. 9, 10, 21, einen ehren, ihm ehre anthun. *Eſſe in magno honore apud quem*, Id Curt. 8, 8, 10. Et, *Honori magno eſſe*, Id. 5, 7, 12, ehre bringen. *Quovis honore dignus. Aſcendere ad honores*, Cic. in Bruto c. 58. *Honores alicui decernere*, Id Att. 5, 21. De *Honorum mundinatione* apud Romanos Bernegg. ad Suet. Cæſ. c. 19. Adde Salluſt. Iug. c. 8, 15, 35. Quo melius ſtatui publico eſſet, *ſpecie honoris*, alioquin eo indigni, amovebantur, quæ regnantium ars erat: Tac. Hiſt. 1, 21, 2 *Exſilii honorem* vocat, v. Gruter. diſcurſ. ad Tacit. part. 2 diſcurſ. 15, ¶ 2. *Honor* aliquando pro pulchritudine ponitur. Virg. Æn. 3, 591 *Letos oculis aſſit ut honores.* Et Stat. 1 Silv. 2, 115 *Celſos procul adſpice ſyrmatis honores. Suggeſtumque comæ.* Et pro capitis ornamento: Virg. Ecl. 10, 24 *Venit & agreſti capitis Sylvanus honore.* Ovid. Art. 3, 392 *Natalique gener cinctus honore caput.* v. Miſc. Obſerv. Vol. 2 p. 81. Huc pertinere Flori verba videntur 4, 2, 60 *Regis ipſius corpus obrutum limo repertum eſt in aureæ loricæ honore.* Hinc *honeſtus, inhoneſtus*, ad formam ſeu faciem interdum referuntur. vide infra. ¶ 3. Item pro ſacrificiis. Virg. Æn. 3, 178 *Perfecto lætus honore.* Item Ovid. Met. 8, 745 *Qui numina divûm Sperneret, & nullos aris adoleret honores.* Sacrificiis enim Dii honorantur. Ovidius Faſt. 5, 551 *Vltor ad ipſe ſuos cælo deſcendit honores, Templaque in augeſto conſpiciendæ foro.* Item Virg. Æn. 3, 118 *Sic fatus meritos aris mactavit honores.* Et v. 264 ejusdem libri: *meritosque indicit honores.* conf. Intr. ad Grat. 457. Brouck. ad Tib. 4, 6, 1. Drak. ad Sil. 7, 90. Similiter fere *ætatis honores* dixere pro frugibus. v. Sil. 3, 487. Bentl. ad Hor. 1 od. 17, 14. Id. Epod. 13, 6 *Tertius decembrem ſilvis honorem decutit. Add.* Virg. G. 2, 404. *Terræ honores* eod. intellectu Burm. ad Grat. 376. Conf. Viros doctos ad Val. Flacc. 1, 682. ¶ 4. Sæpe & pro magiſtratu *Honor* ſumitur, ſicut & græcum τιμή. Hinc *honor Prætoræ, Quæſturæ*, Suet. Claud. c. 1: & Tito c. 4. *Honores petere, capere, gerere*, i. e. magiſtratus, Nepos 25, 6, 2, & Plin. 6 epiſt. 31. Et, *Honoribus operam dare*, idem Nepos 24, 1, 1 *Honore abire*, i. e. magiſtratu decedere, Suet. Aug. c. 26. Sic magiſtratus & ampliſſimas dignitates *Honores populi Romani* Cic. appellat. v. or. poſt red. in Sen. 1, & pro Domo 31. ¶ 5. *Honor* & præmium vel munus notat, quomodo & græcum τιμὴ uſurpatum legimus, eine verehrung. Cic. fam. 16, 9 *Curio miſi, ut medico honos haberetur*, i. e. ſoſtrum perſolvatur. Cæſar de B. Civ. 2, 21 *Eadem ratione privatim ac publice quibusdam civitatibus habitis honoribus, Tarracone diſcedit. Honores habere* dixit pro *præmia tribuere*, quemadmodum paullo ante locutus fuerat Iron. Ter. Eun. 5, 7, 12 *Hic pro illo munere tibi bonos eſt habitus*, id eſt, pro indicandi officio, tibi hoc paratum præmium eſt: videlicet, ut pendeas, de quo prædixerat. Sicut enim *præmium*, & pœnam notat, & in utramque partem accipitur, ita & *bonos.* Sic, *malum honorem alicui habere*, pro injuria afficere, Gellius dixit 12, 9. Et, *Hic pietatis honos?* Virg. Æn. 1, 253, iſt dis die belohnung. v. *Inhonoratus.* Huc pertinet etiam, quod hæreditates & legata *honoris* nomine veniunt. v. quos laudat Burm. ad Quint. decl. 261 p. 489. ¶ 6. *Honorem præfari*, item, *habere auribus*, eſt, cum turpiculum & inhoneſtum, quodque ſalvo pudore atque honore audientium dici vix poteſt, prolaturi, præmittimus aliquid veniæ petendæ, *Honos ſit auribus*, mit reſpect zu ſagen, Curt. 5, 1, 38. Et Arnobius lib. 5 p. 176 *Propudieſa corporum monſtratur obſcenitas, objectantur quæ partes illæ, quas pudor communis abſcondere atque naturalis verecundiæ lex jubet quæ inter aures caſtas ſine venia nefas eſt, ac ſine honoribus appellare præfatis.* Quintil. Declam. 3 initio. *Satis dedecoris atque flagitii caſtra ceperunt, cum hæc furenti tribuno mens ſubjecta eſt, ut in medio Iulii Cimbrici ſtupiti, ante ſigna (tuis honor ſit habitus ſanctiſſimis auribus) juberet proſtare gladio cinctum, & vim turpiſſimam ac nefariam ventaret inferre (ne quid aliud dicam) fortiori* Hinc *præfandus honor* v. in *Fari.* ¶ 7. *Honores* quoque ſunt, quæ vulgo Gallorum vocabulo vocamus complimenten. Hor. 2 ep. 88 *Vt alter Alterius ſermone meros audiret honores.* ¶ 8. *Honori & Virtuti* Romæ ædes gemellas, junctim locavit M. Marcellus Syracuſarum victor, Cic. Verr. 4, 55, quia ubi merita virturis, ibi præmia honoris. Id. pro Sext. 54 *Cum in templo Honoris - - Virtutis honos habitus eſſet virtuti.* Sacrificia *Honoris* aperto capite peracta menſe Majo, cum in cæteris tecto capite id fieret. DEI *Honoris* mentio apud Auguſtin. de C. D. 4, 21; Symmach. 1 epiſt. 21; Val. Max. 1, 1, 8.

¶ Hŏnōrīnus, *i*, m. Honoris Deus, de quo jam diximus. Auguſtin. de Civ. D. 4, 21 *Deo Honorino commendare, ut honoraverunt.*

¶ Honorābilis, *e*, ehrenwerth. Cic. de Senect. c. 18 *Hæc ipſa ſunt honorabilia, quæ videntur levia atque communia, &c.* Alii legunt *honorabiliora* Liv. 4, 10 *Verendum pene ipſum magis quam honorabilem faciebant.* Vulg. Interpr. Dan. 13, 4 *Honorabilior omnium.*

¶ Honorābiliter, adv. ehrlich; ut, *Honorabiliter ſepelire*, Capitolin. Macrino c. 5. Caſſiodor. 2, 9 *Miſericordiæ omnes virtutes cedere honorabiliter non recuſant.* Ammian. 29, 13 *Honorabiliter colebatur.*

¶ Honorārius, *a, um*, was ehrenthalben geſchieht; ut, *Arbiter honorarius*, Cic. Tuſc. 5, 41, cui arbitrium honoris cauſa defertur. Significamus enim nos bonum virum & prudentem putare, quem arbitrum ſummus. *Honorarii ludi* apud Suet. Aug. c. 31 appellantur, qui *honoris* ſive *magiſtratus* collati cauſſa a prætoribus, qui *honoratus magiſtratus* dicebantur, aut in honorem principis inſtruebantur. vide ibi Caſaub. ¶ 2. *Ius honorarium* eſt, quod & *prætorium* appellatur: hoc eſt, quod introduxerunt prætores: ab honore, i. e. magiſtratu prætoris ſic appellatum. Namque cum Conſules, penes quos ſumma, exactis Regibus, rerum jurisque dicendi Romæ poteſtas erat, vicinis bellis avocarentur, nec magiſtratus eſſet domi, qui interim redderet jus, creati Prætores ſunt, penes quos ea provincia potestasque eſſet, ut Pompon. l. 2 § 27 & 28 ff. de Orig. Iur. obſervat. v. L. 7 § 1 de Iuſt. & Iure, & dictam l. 2 § 10 D. de Orig. I. Sic, *Honoraria actio: Honoraria obligationes: Honorarii ſucceſſores, &c.* dicebantur, quorum ratio a Prætorum edictis naſceretur. v. ICtos. Hinc ipſum Prætorem, *Honoratum* Ovid. vocat Faſt. 1, 52 *Verbaque honoratus libera Prætor habet.*

¶ Honorarium, *i*, n. donum, quod honoris cauſſa confertur, eine verehrung, ehren-geſchenck. Vbi non locatio & conductio præceſſit: ſed opera beneficii loco præbita eſt, idque quod datur, ad remunerandum datur, ut ICtus deſeribit L. 1 Dig. Si menſor falſum modum dixerit. *Honorarium Decurionatus*, quod pro collato Decurionatu in coloniis dabatur, apud Plinium leges 10 epiſt. 116. *Honorarium* datur ſponte ob artem, non ob operam. v. Zvingeri Theatr. volum X lib. 3 fol 2429.

¶ Hŏnŏro, *avi, atum, are*, honore afficere, in honore habere, ehren. *Laudibus ſuis & alienis ornare & honorare*, Cic. Phil. 2, 11. ¶ 2. Item, præmio afficere, beehren, beſchencken, belohnen. Vellej. 2, 112, 2 *Ob id ornamentis triumphalibus honoratus eſt.* Id. 2, 129, 3 *Populum congiariis honoravit*, er hat das volck regalirt. Vlpian. L. 1 Dig. de poſtulando: *Niſi in arena paſſi ſunt ſe honoravi.* Curt. 7, 1, 23 *Cum donis honos amur.* Quint. 5, 10 p. 432 *Honorarit eos an deceperit*, v. Burm. ¶ 3. *Honorari* ut deponens exſtat apud Ampelium cap. de 12 ſignis: *Iuno*, air, *leonem cælesti dignitate eſt honorata.*

¶ Hŏnōrandus, *a, um.* Cic. Phil. 9, 3 *Mors non monumentis, ſed luctu publico honoranda.* Hieron. 1 epiſt. 17 *Honorande in Chriſto.*

¶ Hŏnōrātus, *a, um*, qui in honore eſt apud alios, geehrt. *Vir honoratus*, ein fürnehmer mann, Liv. Cic. *Vetus & honorata familia*, Suet. Tib. c. 3. *Honorati ludi*, Suet. Aug. 32, in codd. nonnullis, vulgo *honorarii. Diem ſemper honoratum habere*, Virg. Æn. 5, 50. Et, *Honoratior apud plebem*, Liv. 4, 35. *M. Cato honoratiori parere maluit*, Vellej. 2, 54, 3. *Otium honoratius imperio*, Id. 2, 99 extr. Et, *Vir honoratiſſimæ imaginis*, Liv. 3, 58. *Sedem alicui inter aliquos honoratiſſimo loco dare*, Val. Max 4, 5 extr. ¶ 2. Præmio affectus, beehrt, beſchenckt, begabt. Vellej. 2, 61, 3 *Honoratus equeſtri ſtatua.* Id. 2, 124, 3 *Corpus humanis honoribus, nomen divinis honoratum.* Horat. Artis v. 120 *Scriptor honoratum ſi forte reponit Achillem. Honoratum* id eſt, ampliſſimis muneribus ab Agamemnone affectum. v. *Honorarius* extr

¶ Honorate, adv. cum honore, ehrlich. Tac. Hiſt. 4, 63, 3 *Civilem etiam beneficii memoria flexit; quod filium ejus primo rerum motu in Agrippinenſi colonia honorate cuſtodierant.* Vellej. 2, 129, 4 *Quam illum & honorate, nec ſecure continet?* Iuſtin. 5, 4, 12 de Alcibiade: *Certant ſecum ipſi, utrum contumelioſius eum expulerint, an revocaverint honoratius.* Sic, *honoratius cremare* (corpus,) Val. Max. 5, 1, 11. *Honoratiſſime quem excipere*, Id. 2, 10, 2.

¶ Honoratio, *onis*, f. die beehrung. Feſtus in *Gradivus: Corona graminea inter militari maximæ eſt honorationis.* Arnob. 7 p. 221 *Honorationis officium.* Mart. Capell. 1 p. 4 *Honorationis celſæ affectatio.*

¶ Honorator, *oris*, m. qui honorat, apud Auguſtinum.

¶ Hŏnōrus, *a, um*, adj. honeſtus, ehrlich, rühmlich, löblich. Silius 11, 301 *Ductor honori nominis.* Tac. Ann. 10, 10 *Honora oratio.* Quin & Ovid. Remed. Am. v. 393 *Studium famæ mihi creſcit honoræ.*

¶ Hŏnōrōſus, *a, um*, idem. Plus eſt quam honoratus, ſicut ſceleroſus plus eſt quam ſceleratus, dicente Iſidoro 10 Orig. litt. H.

¶ Honorificus, *a, um*, quod honorem confert, das zu ehren gereicht. Cic. Phil. 2, 15 *Nunquam ab eo mentio de me, niſi honorifica fatta eſt*, er hat meiner in allen ehren gedacht. Et Att. 1, 16 *Mihi res multo honorificentior viſa eſt.* Id. ad C. Marcellum 15 epiſt. 10 *Honorificentiſſimum ſenatus conſultum.* Vellej. 2, 45, 4 *Sub honorificentiſſimo titulo*, unter einem anſehnlichen namen. Adde Martial. 10 ep. 45.

¶ Honorifice, adv. in ehren, ehrentwegen. Cic. fam. 5, 2 *Hoc non poteſt in te non honorifice eſſe dictum.* Id. in Piſon. c. 15 *Nomini triumphus honorificentius, quam mihi ſalus reſtitutioque eſt perſcripta.* Id. fam. 6, 6 *Cæſar nunquam niſi honorificentiſſime Pompejum appellat.*

¶ Honorificentia, *æ*, f. ſubſt. Vopiſc. Aureliano c. 25 extr. *Templum Soli poſuit, majore honorificentia conſecratum*, mit gröſſerer pracht und geprange. Symmach. 6 epiſt. 35 *Evocationis honorificentiam deprecati:* & ep. 36 *Te honorificentia imperialis accivit*

¶ Hono-

¶ Honorifico, *are*, est honorare, ad honorem evehere, ehren. Lactantius aliquoties ita locutus est: e. g. 2, 5 *Suffecisset & honorificet communem parentem.* Id. de Ira Dei c. ult. *Deorum hunc omnes honorificare, patrem dicere.* Et Inst. 5, 24 *Adorent & honorificent regem magnum.* Cf. de etiam Cyrilli: *Honorifico, τιμάω, τιμῶ.*

¶ Honorificans, *tis.* Augustin. epist. 119, 5 *Salvatorem honorificantes.*

¶ Honorificatus, *a, um*, ecclat, hochgeschätzt. Vulg. Interpr. Sirac. 5, 2 *Inflitia quasi mater honorificata.* Id. 1 Pet. 2, 4 *Lapis ab hominibus reprobatus, Deo autem electus & honorificatus.*

¶ Honoriger, *a, um*, honoratus, gerens honores, geehrt, werthgeschätzt. Tertull. de Virg. veland. c. 10 *Honorigerum autem virginitatis pro sexu fervare.*

¶ Honorigerula, *æ*, qui honores & dignitates captat, ambitiosus, ehrgeizig. Apul. lib. 2 Dogm. Platon. p. 20 *Callipidium vitium natura fecerunt; quorum prima honorigerulorum est: sequens adulatorum: tertia popularis: tyrannice dominationis est ultima.*

¶ Honestus, *a, um*, honore insignis, probus, ehrbar, ehrlich, rühmlich, ehrt. Cic. de Clar. Orat. c. 81 *Qui honorum sententiis & suffragiis adeptus est, is nihil & honestius & honoratius videtur.* Vnde *honorabiliorem aliquem facere*, Plautus Capt. 2, 3, 32 dixit. Plin. Paneg. c. 56 ad Trajanum: *Diligis, quos diligebat, & in eo, quod utrique honestissimum est, tota gloria tua est.* Idem 8 epist. 6 extr. *Honestio loco natus*, von ansehnlicher Herkunft. Quicquid honori decorique est, hoc est, rectum verumque est, & virtutis regulam servat, id vero honestum maxime est. Cic. Off. 3, 7 *Nihil prater id, quod honestum sit, propter se est expetendum.* Sic *honestam orationem* Ter. Andr. 1, 1, 14 dixit, quæ virum bonum atque humanum inprimis decet. Horatius 5 Sat. 1, 6 *Qui talis non honestas honestis Ioui ab Ostio condendis aderat comes.* Vbi *honestum ignem* appellat, qui honorificus Herculi fuerit atque ad cælum divosque aperuerit viam. Similiter 4 Sil. 6, 68 *Immortalia facinora ac templa Summi Pudicit, & populis fanum invisit honestum.* Non *fanum honestum* vocat Sagunthum inopem inopemque, quo miserrimi perire cum civitate sua, quam a Romanis deficiscere: ex eo, quod servatæ in Romanos fidei honorem & famam ita peperisset. Postea simul ad Græcam appellationem Latinarum rei, exiit, *egregium locum.* Flor. 2, 6, 6 de Insubri & cremonensi honore verba facturus: *neque in vallum tale.* Hæc in contrarium plerique opponitur. v. Barth. ad Petron. c. 55, & Quinct. 1, 8, 9. 94. ¶ 2. *Honestus* etiam pro pulchro ponitur: sicut & *inhonestus* contra de deformi, ac turpi. Ter. Andr. 1, 1, 95 *Vrat formam per cætera commodus & honestus.* Vbi Donatus: HONESTA *ad formam*; LIBERALI *ad valitudinem retulit.* Sic, *honestum facies* Idem alibi, & Suet. Tib. c. 68 dixit. Ter. Eun. 4, 3 *Ita me Dii amant, honestus sit*, id est, *pulcher*, ut Donatus exponit. Virg. Æn. 10, 133 *Dardanius caput ecce puer detollat honestum.* Idem de equis lib. 3 Georg. v. 82 *Hirsuti Spadices glaucique, color deterrimus albis.* Varro R. R. 2, 6 de agnis loquens: *Sunt primo, omnes pariter bene nasci, corpore ampio, & honestos.* ¶ 3. *Non eadem honestus, & C.* Nepos præfat. n. 3, i. e. apud omnes decora, omnibus honesta, C. Nepos præfat. n. 3, i. e. apud omnes decora, egregia, notandis, celebrandis. ¶ 4. Pro divite, ut auctor est Asconius in 3 Verrinam.

¶ Honeste, adv. mit ehren, gesiemend. *Valde honeste se gerere*, Cic. Att. 6, 1 Comp. Suet. Cæs. c. 82 *Sinum ad ima crura deduxit, ut honestius caderet.* Adde Colum. præfat. 1: Plin. epist. 5, 13: & 6, 18. Superl. Cic. c. 16 de Senectute: *Quæ in omnibus rebus non satis honeste: in senectute sunt honestissime.*

¶ Honestas, *ātis*, f. dignitas, decus, die ehre, ehrbarkeit. Cic. pro Arch. c. 6 *Nihil est in vita magnopere expetendum, nisi laus & honestas:* Nepos præfat. n. 5 *ab honestate virtutum*, ehrenständig. ¶ 2. Item, *bonitas, humanitas.* Suet. de Illustr. Gramm. c. 13 *Sunt, qui tradunt tantâ eum honestate præditum, ut temporibus Syllanis proscriptorum liberos gratis & sine mercede ulla in disciplinam receperit.*

¶ Honestatio, *onis*, f. quo pro *Honestas* Accius usus est apud Nonium 2, 401, antiquum est.

¶ Honestor, *āris*, ehren. Cic. Off. 1, 39 *Non domo dominus, sed domino domus honestanda est.* Auctor Rhetor. ad Herenn. lib. 4 sub fin. *Omnes orationes honestandæ elocutionis studiosi collegimus: Honestandæ*, i. e. ornandæ, & ad omnem elegantiam ac venustatem expoliendæ. Cic. Cæcil. 1, 12 *Si summi viri & clarissimi Scipionis & Gracchorum & Flacci ex fanguine non modo se non exterminarent, sed & honestarunt.* Curt. 3, 6, 19 *Ætas quoque vix tantis matura rebus, sed abunde sufficiens, omnia etiam ejus opera honestabat*, i. e. commendabat, & pulchra magis decoraque efficiebat. Stat. 1 præfat. 4 Silv. *Gratulor, quod Neapolim nostram numero liberorum honestaverit.*

¶ Honestatus, *a, um*, beehrt, bewürdiget. Sallust. Cat. c. 35 *Non dignos homines honore honestatos videbam.*

¶ Honestatio, *ōnis*, f. apud Augustinum.

¶ Honestator, *oris*, m. apud Eundem.

¶ Honestamentum, *i*, n. die ehre, zierde. Sallust. de Rep. ord. 2, 21 *Omnia honestamenta pacis, & præmia belli.* Sen. epist. 66 *Nullo honestamento, quod ornamento sui decus est.* Et Arnob. 2 p. 76 *Honestamenta natalium.* Apul. Apol. *Gratiam corporis morum honestamentis ornare.*

I. Composita ab *Honor*:

¶ Cohonōro, *are*, honoro. Festus de Coronis satis inepte: *Coronæ dicuntur, quod cohonestent eos, quibus imponuntur.*

¶ Dehonōro, *are*, pro honore privare, verunehren, posterioris ævi scriptores dixerunt. Salvian. 3 contra Avarit. p. 106 *Filios religiosos bono a vobis dehonorari adseveratis?* Oros. 2, 2 *Dehonorata Babylon.*

¶ Dehonorarius, *a, um*, inhonestus, schimpflich. Tertull. Apol. c. 39 *Si quid aurea gens est, non ex dehonoria femina, quasi redimite religionis congregatur.* vide ibi Rigalt.

¶ Exhonōro, *are*, entehren, verunehren. Augustin. Civ. Dei 16, 2 *Passionem Christi annuntiant prophetæ, & morte quando exhonoratus.* Et Salvian. lib. 2 Gub. p. 39 *Diademate exhonoratur.* Id. lib. 6 p. 134 *Idoirum se transgressionem virtutis quisquam exhonorari a quoquam licet, & si quisquam exhonoraverit, &c.*

¶ Inhonoro, *are*, idem. Tertull. de Refurr. Carn. c. 19 *Carnium substantia quod ab Deo honoratur, inhonoratur.* cont. Id. adv. Marc. 4, 15; & de Fuga c. Persec. c. 5.

¶ Inhonōrus, *a, um*, sine honore, unehrt unadelich; ut, *Vita inhonora & ingloria.* Lucr. 3, 1. In eundem sensum, non *Mors inhonorata.* Et, *Inhonoratum quem dimittere*, Liv. 37, 54. *Triumphus inhonoratior*, Hirt. Gall. 8, 48. *Honoratior inhonoratior comparatus*, Cic. Phil. 13, 11. *Honoratissimi inhonoratissimi esse cæpere.* Vell. 2, 1. ¶ 2. Sine præmio, unbelohnt. Proverb. apud Ovidium in Ibin: *Præmia sæpe dabunt inhonora.* Ovid. Met. 13, 41 *Non honorandi & donis patruelibus orbi.*

¶ Inhonōrabilis, *e*, idem. Tertull. adv. Marc. 3, 17 *Inglorius, & inhonorabilis, & inhonoratus.*

¶ Inhonōratus, *a, um*, unehrlich, unadelich, ungeehrt, nicht zu ehren gewürdigt. Seneca de Constant. c. 18 *Honoratus, inhonoratus fit ex fortuna sapientis.*

¶ Inhonōrus, *a, um*, c. sup. Cic. pro Sest. c. 57 *Inhonorissimi exitus.* Sen. epist. 24 *Inhonorissimum.* Et apud Curtium 7, 5 de Constantio: *Inhonorissimo loco, quem honoratissimum fuisset officia.* Tac. Hist. 4, 62, 5 *Revulsæ imperatorum imagines, inhonorata signa.*

¶ Perhonorifice, adv. idem. Cic. Att. 14, 12 *Notificum hic perhonorifice & amice Octavio.*

II. Composita ab *Honestus*:

¶ Cohonesto, *are*, honestum ad honestum, ehrlich machen; ut, *Ædes cohonestatum ad cultum civitatum*, Cic. pro Quinct. c. 15. *Cohonestatus locus*, Liv. 3, 47. conf. Plin. 22, 13.

¶ Dehonestatus, *a, um*, pro *inhonestus*, unadelig. Gell. 15, 13 *Dehonestamentum.*

¶ Dehonestare, *are*, verschänden, schänden, verunehren. Suet. Claud. c. 30 *Eum multa dehonestabant.* conf. Lamprid. Alex. Sev. c. 2

¶ Dehonestator, *oris*, m. Treb. Pollio in Gallien. c. 16 *Romanum dehonestatorem imperii.*

¶ Dehonestatio, *onis*, f. die verunehrung, schmähung. Tertullian. de Pudicit. c. 18 *Ad hoc & Christus Ecclesiæ.*

¶ Dehonestamentum, *i*, n. unehrliche, schändliche unehre. *Ovidius dixit de hoc nomine, lucrum, &c.* pro unehrlicher unehre: *Dehonestamentum conscientiæ.* Tac. Hist. 2, 83, 3. Et Hist. 4, 18, 3 *Sese Civilis, quem, &c. dehonestamentum, & Vespasianum se aut Hordeonium fecisse, finitis bellis, quæ gerebant.* *Ovidius* pro *dehonestamentum* dixit, quod luscus, seu captus altero, sicut Sertorius & Hannibal, esset. Et Sen. de Constant. Sap. c. 18 *Contumelia, verba probrosa, ignominiosa & cetera dehonestamenta.*

¶ Inhonestus, *a, um*, unehrlich, schändlich. *Mors inhonesta*, Propert. 2, 8, 28. Et, *Quid hoc non inhonestius?* Val. Max. 7, 3, 7 *Inhonestissima exercitia*, Cic. ad Qu. fratr. 1, 1, 6 extr. ¶ 2 Pro deforme Terentius potuit *Eun.* 2, 3, 65. Eadem fab. 5, 4, 16 *Inhonestas* pro immundis & sordidis dixit. vid. *Honestus* n. 2.

¶ Inhoneste, adv. mit unehren, unehrlich. Ter. Andr. 4, 6, 2 *Quæ se inhoneste optavit parare hic amicis, quam in patria honeste pauper vivere. Inhonestius indulsit libertis*, Capitol. in Vero c. 8.

¶ Inhonestas, *ātis*, f. contrarium honestatis, unehre, schimpf, schande. Tertull. contra Marc. 5, 5 *Inquietudo, & inhonestati, & pusillitati, & contemtui deputari possunt.* Id. adverf. Iudæos c. ult. *Omnè inhonestate prostratus.*

¶ Inhonesto, *are*, dehonestare, schimpfen, verunehren. Ovid. Trist. 4, 8, 9 *Ne canat, & pudeat, nostra inhonestet adeptas, Longuidas in pratis carmina capta meis.* Heinsio tamen hoc distichon suspectum est, haud immerito.

¶ Inhonestatio, *onis*, f. apud Hieronymum.

¶ Inhonestamentum, *i*, n. dehonestamentum, schande. Apul. Apol p. 275 *Ne quid arcanis est inhonestamenti in me admittam.* Gracchus Isid 2, 21 *Puerilia tua adolescentiæ tuæ inhonestamentum fuit, adolescentia senectatis dedecoramentum.*

¶ Perhonestus, *a, um*, sehr ehrlich. Arnobius 2 p. 76 *Sint licet perhonesti, fuerintque laudabiles.*

Honorificus, &c. honoripeta, vide paullo ante *Honor.*

HONŌRIVS, *i*, m. Imperator Rom. cum fratre Arcadio, quibus patrem Theodosium rempublicam quietam reliquisse, S. Aur. Victor in Epit. ubi desinit, affirmat. Claudianus poëta tum vixit, qui totus fere est in celebrandis Honorii laudibus.

¶ Honoriades, *æ*, m. pro nomine, apud Claudianum, qui puerum adhuc gignendum ita vocat in Nupt. Honorii v. ult.

HOPLĪTES, *æ*, & *ēs*, m. ὁπλίτης, miles armatus, ein bewaffneter. Plin. 35, 10 *Parrhasii sunt duæ picturæ nobilissimæ hoplitides: alter in certamine ita ideo vers, ut judices videantur; alter arma deponere, ut anhelare sentiatur.*

¶ Hoplomachus, *i*, m. ὁπλομάχος, gladiator, qui armatus pugnat, ein gerüsteter soldat. Martial. 8 epigr. 74 *Hoplomachus mavult ex furas ophthalmicus ante: Iccisti medicus, quod facis hoplomachus.*

HORA, *æ*, f. ὥρα, tempus, & prima quæque anni pars, eine jahrszeit. Ita *hora* est tempus anni 4 fere, Ver, Æstas, Autumnus, Hiems. v. Macrob. Sat. 1, 15. Hæ horæ intelligit Horatius 1 od. 12, 15 cum ait: *Iovis interest optatis epulis impositum Salium stare.* recte vetus Schol. interpretatur. Idem *Horam canicule*, caniculares dies dixit 3 od. 13, 9. Plin. 5, 35 *Quotidianæ umbræ horam.* Ver, designans Ovid A. A. 1, 259 *Hæc quoque (nempe quamvis illa flacet), de nocte.* Idem *horam noctis* pro tempore nocturno dixit 2 epist. 13, 32. ¶ 2. Vulgo, pars diei, die stunde. Mart. 12 epigr. 1 *Otia, Prisce, brevi potes hanc contemnere lucem, nec illam est, quæ tibi tota patet.* Sed horæ vocabantur, quia dies f. lucidus a 6. horis ad 12 horas accipiebatur. Ita 3 epigr. 8 *Imperii dici horis contingit ista octavis. Primus salutantes, spectatus mane theatris, Exercet vultus, tertia causidicos. In quintam varios extendit Roma labores, Sexta quies lassis, septima finis erit. Sufficit in nonam nitidis octava palestris; Imperat excelsos frangere nona toros. Hora libellorum ... hora est.*

est, Euphemo, mecum, I imperat ambrosia cum sua cura dapes. De horarum ratione apud Romanos eruditi sunt, quæ monet Drakenb. ad Sil. 4, 89. ¶ 3. *Horæ, ωραι*, de natali, sive momento ilio, quo quis natus. Seneca de Ira c. 15 addit: *Et tamen non est mirum, si errant* (Mathematici, seu Genethliaci,) *horum ejus nemo novit.* ¶ 4. *Horæ fatales*, pro mortis, & vitæ humanæ, ad demonstrandam rerum humanarum fragilitatem, & vocatam finii dicunt. v. Barth. ad Stat. Silv. p. 122. ¶ 5. *Horæ*, constitutum tempus, opportunitatemque designat. Ita Quintil. 6, 4 cens. *De Pollione Asinii fertis judicium accommodate dicere ejus, DESIDERIVM OMNIVM* HORARVM, et wäre in alle fälle erwünscht. Suet. Tib. c. 42 *Incautissimus & omnium horarum amicos profitebatur.* Horat. 1 epist. 4, 14 *Grata superveniet, quæ non sperabitur, hora.* Id. 1 epist. 11, 22 *Tu quamcunque Deus tibi fortunaverit horam, Grata sume manu.* Sen. Hippol. v. 773 *Horaque Semper præterita deterior subit.* Manilius 3, 528 *Hinc quæque sua sibi sortitur hora.* Cic. pro S. Rosc. 38 *Aliqua fortuna horla*, qui sperat interim aliquid futurum. Cic. Phil. 5, 9 *In horam vivere*, i. e. in diem vivere, Germanis, in den tag hinein leben. Propert. 1, 16, 11 *His ego non horam possim durare querelis*, i. e. exiguum tempus. Phædr. Præf. L. 3 v. 5 *Ut mentum ut horæ pereat officiis meis*, ubi v. Burm. ¶ 6. Poëtis *Horæ* Deæ sunt; quas custodes portarum cælestium facit Homerus Iliad. E. v. 749 Et apud Ovidium Fast. 1, 125 Iani verba fant: *Frondibus horrifici cinctæ sunt tempora belli: Has mihi mitibus Pacibus Horas Solis ago.* Met. 2, 118 *Jungere equos Titan velocibus imperat Horis. Iussa Deæ celeres peragunt.* Idem in descripti ne regiæ Solis apud eund. lib. v. 25 *A dextra lævaque dies & mensis & annus, Sæculaque, & positæ spatiis æqualibus Horæ.* Vide & Tuerium in de Sacrificiis p. 88. Hesiodus Jovis & Themidis filias facit, ante Gratias natas, de quo & Senecæ de Benef. 1, 3. it. Steph. Pighius de Themide Tom. 9 Ant. Gron. v. *Gratiæ.*

¶ Horula, *æ*, f. diminutiv.

¶ Horæmus, *i*, m. ωρος, mel æstivum, sommer-honig, ὠρεῖος, Græci dicunt omnes fructus æstivos. ¶ 2. Apud Plautum & latinorum genus ita vocatur Captiv. 4, 2, 71, a veris tempore, quod tum ex Pelamide pisce filamentum illud netere.

¶ Horarius, *a, um*, quod unius est horæ, stündig, stundenlang. Suet. Domit. c. 3 *Sermonem horarium.*

¶ Horarius, *i*, m. qui horologia facit, ein uhrmacher. Lapis Romanus, ap. Allio in Lex. Cilit. *Secundino fabricæ Horario.*

¶ *Horarium*, *i*, n. horologium. Confessin. de Die Natali c. 23 *P. Crassidius Nicias, Cæsaris, cui agenda fecit commentarium, quod & ipsum ex consuetudine noscendi a sole horas, Solarium cæptum vocari.* Non autem hoc hydraulicum horarium ipsa clepsydra est, sed major machina, cujus structuram Vitruvius describit l. 9 c. ult. Adde Plin. 7 extr. & ibi Harduinum.

¶ Horalis, *e*, idem quod *Horarius.* Fortun. 4 Mart. *Quo vel ad horale spatium ea fuit ista vis.*

¶ Hornus, *a, um*, quod hujus est anni, & horum unius anni nondum excedit, heurig; ut, *Hornum vinum*, Horat. epod. 2, 47, & *Hornum frugem*, Id. 3 od. 23, 3 dixit. *Hornam messem*, Plautus dixit Most. 1, 3, 3, proverbialiter pro re præsta & commoda: *Ventus*, inquit, *nunc in navibus, velut in hac hornam messem, magni fit.* Verum plures ibi legunt, *velut horna messis magna fuit*, ut *horno* sit vel *hoc anno*, adverbialiter; vel *huic anno*, tertio casu. v. Lambinum in hunc locum. Et Gron. qui obs. 3, 24 *Hornum*, ut *vernum*, *æstivum*, *autumnum*, *hibernum* absolute poni vult, intellecto *tempore*. Sed *Hornus annus* est in eadem Mostell. 3, 1, 2. *Horni agni*, i. e. annicoli, Propert. 4, 3, 6.

¶ Hornotinus, *a, um*, idem quod *Hornus.* Sic Cic. Verr. 5, 18 *Hornotinum frumentum*; Cato c. 17 *Hornotinas nuces virides*, pro *Hornas* dixit.

¶ Horno, adv. heuer; cui *anno* opponitur, Plaut. Mostell. 1, 3, 3. vide modo dicta in *Hornus.*

¶ Hörologium, *i*, n. ὡρολόγιον, horarum indicatio, vel index, ein zeiger, eine uhr. *Horologium solarium*, ein sonnen-zeiger; quod primum inventum fuisse, ac post illud aquarium, κλεψύδραν quod dixerunt, Plin. 7, 60 auctor est. vid. Vitruv. 9, 9, & Cassiodorum 1 epist. 15, & Lucianum in Hippia extr. De origine horologiorum apud Romanos vide Rycquium de Capitolio c. 38, & Salmasium Exercitat. Plin. p. 652, qui ultra Archimedem non ascendendum putat, & Aristophanis ætate Athenienses nondum innotuisse credit. De nostrorum Horologiorum ratione, quæ ignota veteribus fuit, vide Pancirollum Part. 2 tit. 10, & præcipue Bernard. Saccum Historiæ Ticinensis 7, 17.

¶ Horologicus, *a, um*, ut, *Vasa horologica*, Mart. Capella 6 p. 194.

¶ Hōrōscŏpus, *a, um*, ὡροσκόπος, adject. id est, in quo *horæ* notantur; ut, *Vasa horoscopa*, gefässe daran man die stunden siehet; apud Plinium 2, 72. ¶ 2. *Horoscopus*, substant. est illa cæli pars, qua hora quælibet ab inferiore hemisphærio ab oriente, ascendit, unde Astrologis *Ascendens* vocatur. ¶ 3. Denique illud punctum temporis, quo quis nascitur, die geburts-stunde. Manilius *ortivum cardinem* vocat 3, 189 *Ortivo totidem de cardine duces, Quem beno partitis memorant horoscopon astris.* Persius 6, 18 *Germanos horoscope vano Producis Genio.*

¶ Horoscopium, *i*, n. ὡροσκόπιον, instrumentum ad indagandam horam natalem pertinens. Sidon. 4, 3 *Tenere cum Euphrate Horoscopium.*

¶ Horoscŏpicus, *a, um*, ad horam natalem pertinens, ut, *Horoscopici libri*, Fulgent. 1 Mythol.

¶ Horoscopālis, *e*, idem apud Firmicum.

¶ Horoscōpo, *are*, i. e. horoscopum facere, in der geburts-stunde scheinen. Manil. 3, 40 *Ista facit, quod quandoque horoscopet astrum Nascere.* Visus non semel & Firmicus est.

¶ Horoscopans, *tis*, horam indicans. Firmicus 31 *Ariete horoscopante in cancro.*

¶ Biborium, *i*, n. tempus duarum horarum, zwey stunden; &

¶ Triborium, *i*, n. trium horarum tempus, drey stunden. Auson. Mosella v. 87, & epist. 4, 62 *Post bina triborium*, id est, post sex horas.

¶ Semihŏra, *æ*, f. eine halbe stunde. Cic pro Rabirio, c. 2 *Me in semihoræ curriculum cogisti.* Adde Cels. 3, 21; Plin. 28, 29; Ammian. 17, 13 & 18, 8.

HORĀTIVS, *i*, m. *Q. Horatius Flaccus*, poëta Lyricus, & in eo genere Latinorum princeps. Natus in Apulia in tenui re, patre libertino. Romam delatus litteras didicit. Inde Athenas profectus Philosophiæ dedit operam. Ac fuit qui Academicum: fuit qui Peripateticum. Nullius addictus jurare in verba magistri, *Quo me cunque rapit tempestas, deferor hospes*, &c. Fuit primum Mæcenati, deinde & Augusto, ob festivitatem ingenii valde carus. Ac Mæcenas quidem in epigrammate quod ad eum confectus est, *se illum plus vicerius sui amare.* Augustus vero, & *suum*: & inter jocos plerumque *Lucilianum lomnacinem* appellare solitus. Natus est 6 Idus Decemb. L. Cotta & L. Torquato Coss. Decessit 5 Kal. Decemb. C. Marco Censorino & C. Asinio Gallo Coss. post nonum & quinquagesimum ætatis annum, hærede Augusto palam nuncupato, ut tradit Suetonius ejus vita. Elogium ejus habes quoque Quint. 10, 1 p. 969 sq. Prima Horatii corruptur. Ovid Trist. 4, 10, 49 *Detinuit nostras numerosus Horatius aures*, &c. Conf. Iuvenal. 7, 62. ¶ 2. Fuit & alius *Horatius* nobilis Romanus, qui, cum in prælio alterum oculum amisisset, ex eo *Cocles* dictus est, Dion. Halic. lib. 5. De virtute ejus Livius 2, 10. ¶ 3 Fuerunt *Horatii & Curiatii* trigemini fratres, quorum de imperio pugnam describit Livius 1, 25.

¶ Horatius, *a, um*, adject. ut, *Horatia lex*, Liv. 3, 55. *Pila Horatia*: *Gens Horatia*, Id. 1, 26, ubi & substantive *Horatia sepulcrum.*

HORCONIA, *æ*, f. genus vitis in Campania, ubertate præcipuæ, Plin. 14, 2 extr.

HORCIVS, *a, um*, antique idem ac bonus, felix. Festus: *Hordum & forctum pro bono dicebant.* Vossius Etym. p. 222 censet, *Horcius* esse a græco ἐρατός, id est, *suavis, amabilis.*

HORDA, *æ*, vacca prægnans, eine trächtige kuh. Varro 2, 5 de R. R. *Quæ steriles est vacca, tecta appellatur: quæ prægnans, horda.* Eadem ergo quæ *Forda* de qua supra diximus.

¶ Hordicalia, *um*, n. pl. festus dies, quo gravidæ hostiæ immolabantur. Varro d. l. Sed Festus

¶ Hordicidia, *orum*, n. pl. vocat ab *hordis* illo festo die cæsis & immolatis. Apud Alex. ab Alex. 4, 20 *Hordales dies* dicuntur.

Hordeius, vid. sub *Hordeum.*

HORDEVM, *i*. n. frumentum, gerstен: dictum vel ab horrore aristæ, vel ab oriente. *Ordeum* etiam scribitur. *Hordeum canterinum*, ἐξάστιχον, ὀκτάστιχον seu *gallicum*: vide suo loco. Sed cum *Gallicum*, circa Martium mensem, *Canterinum* vero circa Octobrem seri solitum, ex Columella & Palladio constet: sane *Galaticum* erit, quod nos sommer gerste; *Canterinum*, quod winter-gerste appellamus. vid. Colum. 2, 9 ¶ 2. *Hordea* in plurali Virgilius dixit ecl. 5, 36 *Grandia sæpe quibus mandavimus hordea sulcis.* Ubi Servius: HORDEA *usurpative, metri caussa dixit.* Nam triticum, vinum, hordeum, mel, *numeri tantum singularis sunt. Unde plurali in prosa uti non possimus.* Vina *tamen possumus dicere Ciceronis exemplo*, &c. v. Quint. 1, 5 & ibi Burm. p. 55. ¶ 3. *Hordeum*, tuberculum palpebrarum, ein gerstен-korn im auge, Cels. 7, 5, 7. ¶ 4. *Horæa* & *Horrea* nonnunquam a librariis permutata esse, ostendirur in Misc. Observ. Vol 3 p. 369.

¶ Hordeŏlus, *i*, m. apostema nascens in extremitate palpebræ, ein gerstен-korn. Marcell. Emp. 8 *Hordeolis oculi infesti.* Priscian. 1, 12 *Hordeoli in palpebris.*

¶ Hordeāceus, *a, um*, gerstен. *Panis hordeaceus*, Plin. 18, 7. *Spicæ hordeaceæ*, Apul. lib. 7 Milef. *Farina hordeacea*, Pallad. 1, 29.

¶ Hordeārius, *a, um*, mit gerstен gefüttert; ut, *Gladiatores hordearii*, qui hordeo vivebant, apud Plinium 18, 7. v. Reinef. V. L. 2 p. 170 seq. Hinc & *hordearium Rhetorem* Cælius dixit, quasi hordeo pastum, id est, inflatum, levem, ac fordidum, ut Suetonius auctor est de Claris Rhetoribus c. 2. Vel *Hordearium*, id est, hordeo pascendum, ignominiæ scil. caussa. In militia enim, qui male functi officio, pro frumento hordeum accipiebant, quod pœnæ loco erat, & ignominiæ dabatur. Veget. 1, 13. Suet. Aug. c. 24 *Cohortes, si quæ cessissent loco decimatas hordeo pavit.* vide ibi Interpretes.

¶ Hordeius, *a, um*, aliud adject. apud Plaut. Cas. 2, 8, 57 Senex rusticus *lolligiunculas hordeias* pro pulchris dixit, & quasi ex hordeo factis. v. Turn. 7, 12. Nisi tamen est ex *horda*, de qua paullo ante. *Gravidæ* certe *murenæ* delicatiores putabantur. Hor. 2 sat. 8, 43.

HORESTION, f. Oreftion, *i*, n. inter vina factitia, Plin. 14, 16.

HŌRIA, *æ*, f navicula piscatoria, ein fischer-kahn. Nonius 13, 3 & Festus. *Salute horiæ*, i. e. salva & incolumi horia, Plaut. Rud. 4, 2, 5.

¶ Horiŏla, *æ*, f. dimin. apud eund. Trinum. 4, 2, 100.

HORIOR, *iri*, pro *Hortor, ari*, Ennius dixit: Et hinc

¶ Horitor, *oris*, m. pro *Hortator*, Idem apud Diomedem p. 378.

HŌRĪZON, *ontis*, m. ὁρίζων, cæli circulus vel terminus, qui iuper terram videtur. Hyginus: HORIZON *appellatur is* (circulus,) *qui terminat ea, quæ perspici aut non videri possunt.* Cic. Divin. 2, 44 *finientem*; Mart. Capella *finitorem* appellat, der herisont. Sed Cicero l. c. in plur. *Illi orbes*, inquit, *qui cælum, quasi medium dividunt, & adspectum nostrum definiunt, qui a Græcis* ὁρίζοντες *nominantur, a nobis finientes rectissime nominari possunt*, &c.

HORMĒSION, *i*, n. gemma ex igneo colore radians, auro portante secum in extremitatibus candidam lucem, Plin. 37, 10.

HORMĪNŌDES, *æ*, m. ὁρμινώδης scil. λίθος, gemma, Plin. 37, 10.

HORMĪNVM, *i*, n. ὅρμινον, planta est, alia sativa, alia silvestris, scharlach oder wilde salbey. Plinius *asparagum silvestrem* ab Atticis vocari scriptit *Horminium*, ὁρμίνιον, 20, 10. Adde Plin. 22, 25; & 18, 12; & Apul. de Herb. c. 101. ¶ 2. Est & *Horminum*

Theo-

Theophrasto & Plin. 18, 7 frumenti species, mediæ facultatis inter Erysimum & Cuminum. Matthiolus.

HORMVS, *i*, m. ὁρμή, impetus, subitus impulsus, allarm. Idemen. Apul. 10 Met. p. 592 *Pone tergum tibicen hormum canendat bellicosissimum.*

Hornotinus, hornus, horologium, horoscopus, &c. vide in *Horo*.

HORREO, *ui*, *ēre*, horrore concuti, ein grauen oder schrecken haben, erzittern. Ter. Eun. 1, 2, 4 *Totus, Parmeno, tremo horreoque, postquam adspexi hanc*, ich zittere und bebe. Cic. ad Att. 5, 21. *Ne quid mihi prorogetur, horreo.* ¶ 2. Subaudita præpositione cum quarto casu: ut, *Horrere divinam numen*, est religiose metuere, für scheuen, apud Cic. in Acad. 4, 38. Et Id Att. 11, 14 *Omnium conspectum horreo.* Sic *horrere pauperiem*, Horat. sat. 2, 5, 93; *Iratum mare*, Id. Epod. 2, 6. ¶ 3. Columella locis tribuit, quæ frigoribus rigent, 1, 4. *Sunt quædam loca, quæ solstitiis minus concalescant, sed frigoribus hiemis intolerabiliter horrent.* Cic. de N. D. 2, 7. *Possetne imo tempore florere, deinde vicissim horrere, terra?* ¶ 4. *Horrere capilli* dicuntur Tibull. 2, 3, 23. qui inculti & negligenti sunt, ut rare potius, quam compositè jacere videantur, sträubicht ſeyn, unper ſtehen. De pilis enim hoc verbum inprimis elegenter dicitur. Varr. L. L. 5, 6 *In corpore pili, ut arista in spica hordei horrent.* Silius 4, 560 *Huic horret thorax Samnitis pellibus ursæ.* Et Prosper Aquitanicus de Providentia Dei v. 47 *Ad Scythiæ populos, neque quæ Getarum horrescit Respice, quos æstu contento & vellere Serum, Excolit ardor est tergis horrere ferarum.* Hinc ¶ 5. Quod jam ex Varrone l. c. intelligi potuit, *Horrere* est abundare, denſari, conſpiari, condensari, ſtarren, ſtrotzen. Virg. Æn. 11, 600 *Ferreus hastis horret ager.* Translatio est a densitate capillorum. vid. *Horrens*, it. Brakenb ad Sil. 1, 527. & Heinſ. ad 4, 560. Stat. Theb. 12, 595 *Locus horret egenis Cœtibus.* vid. ibi Barth. 1508.

¶ Horrendus, *a*, *um*, grauſam, greulich, abſcheulich entſetzlich. Tibull. 1, 11 pr. *Quis fuit, horrendos primus qui protulit enses.* Virg. Æn. 3, 26 *Horrendum monstrum.* conf. Nonius 5, 7. ¶ 2. Item venerandus, davor man einen heiligen ſchauer hat. Virg. Æn. 6, 10 *Horrendaque procul secreta Sibyllæ.* Ad quod idem doctissimus Scholiastes; *HORRENDÆ, venerandæ: ut: Horrendum silvis & religione parentum.*

¶ Horrendum, adverbialiter posuit Virg. Æn. 6, 288 *Bellua horrendum stridens.*

¶ Horrende, adv. idem. Vulg. interpr. Sap. 6, 5 *Horrende & cito apparebit.* Ibid. 17, 3 *Paventes horrende.*

¶ Horrens, *tis*, rauch, ſtarrend, ſcheußlich; ut, *Horrens leo*, Virg. Æn. 9, 306, i. e. jubis horridus. *Horrentibus quippe per totum corpus villis &c.* Plin. 9, 40. *Horrentia pilis agmina*, Horat. sat. 2, 1, 13. Sic *Horrentes hastæ*, Virg. Æn. 10, 178. *Horrentes Marte Latini*, i. e. bellicosi, ibid. v. 237.

¶ Horrentia, *æ*, f. abſcheu, grauen. Tertull. contra Marc. 4, 24 *Pulverem jubet excuti ad horrentiam terræ illorum.*

¶ Horresco, *ēre*, erſchrecken. *Horresco semper, ubi pulsare hasce occipio fores*, Ter. Adelph. 4, 24, mir ſtehen die haare zu berge, meum ꝛc. ¶ 2. Subaudita præpositione regit etiam quartum casum, meum ꝛc. & significat, verabſcheuen. Virg. Æn. 3, 394 *Nec tu menjaram morsus horresce futuros.* Et ſic

¶ Horrescens, *tis*. Stat. Theb. 3, 70 *Prodiga vitæ Pectora, & extremam nihil horrescentia mortem.*

¶ Horror, *ōris*, m. das ſchüttern des leibes, grauen, ſchauer. Liv. 1, 25 *Horror ingens spectantes perstringit*, Tac. Hiſt. 1, 37 *Horror animum subit*, es grauet ihm, er entſetzet ſich. Et Plaut. Amph. 5, 1, 66 *Mihi horror membra misero percipit dictis tuis.* Cic. Att. 8, 6 *Dii immortales, qui me horror perfudit!* Adde *Menckenio* in Obſerv. L. L. h. v. notata. ¶ 2. Aliquando ad veneration em & religionem refertur. Servius ad illud Virg. Æn. 1, 165 *Horrentique atrum nemus imminet umbra*: HORROR, inquit, *plerumque ad odium pertinet: plerumque ad venerationem, ut hoc loco.* Sic Lucan. 3, 411 *Arboribus tunc horror inest.* Similiter *formido* pro religione, neſcio an Tacito ipſi, verſum fortuitum commento, an veteri cuidam poëtæ, cujus carmine ibi uti voluerit Tacitus, dicitur de Germania c. 39 *Statotempore in silvam augurüis patrum & prisca formidine sacram omnes ejusdem sanguinis populi legationibus coëunt.* v. Voſſ. 6 Inſt. Orat. p. 458. ¶ 3. De torvitate & adſpectu horrido etiam dicitur, præſertim illo, qui ex pilis est inordinatis, aut ſurſum exporrectis, unde *horridus ſus*, Virg. Georg. 4, 407; & *horricomes canes*, Apul. Met. 4, p. 151. Adde *Horrere*, *Horrendus*, *Horrifice*, & *Horripilare*.

¶ Horridus, *a*, *um*, aſper, hiſpidus, rauh, ſtachlicht, fürchterlich. *Locum horridum* de obsito spinis & triſtiore facie ſqualido proprie dici, Pareus in Lex. Critico p. 553 contendit. Comp. *Horridior locus*, Ovid. Pont. 1, 3, 44. *Horrida vita*, ein grobes und wildes leben, Cic. pro Quint. c. 30. Et, *Horridiora verba*, Id. de Cl. Orat. c. 17 & c. 5 Cic. pro Quint. c. 30. Et, *Horridiora verba*, Id. de Cl. Orat. c. 17 & c. 5 *aspera, trisli, horrida oratione. Horrida verba*, pro minarum plenis, illuſtrat Broukh. ad Tibull. 1, 5, 6. *Horrida virtus*, h. e. severa, Val. Max. 2, 2. *Pudicitia horrida*, ib. 1.

¶ Horride, adv. *Horride & inculte dicere*, Cic. in Orat. c. 9. Comp. Tac. H. 1, 82, 5 *Ex suo quisque ingenio* (allocuti sunt) *mitius aut horridius.*

¶ Horridiuscule, adv. idem apud Auguſtinum.

¶ Horridulus, *a*, *um*, dimin. ſubhorridus, nonnihil horridus. Cic. Att. 2, 1 *Horridula dixit atque incompta.* Et, *horridulæ orationes Catonis*, Id. in Orat. c. 45. Sed Plaut. Pseud. 1, 1, 66 *Papillas horridulas*, id est, duriuſculas & protuberantes.

¶ Horriditas, *ātis*, f. horror. Nævius: *Omnia mihi horriditati erant maximæ.*

¶ Horribilis, *e*, formidabilis, ſchrecklich, greulich. *Mars rutilus & horribilis terris*, Cic. de Somn. Scip. c. 4. *Horribiles existunt formidines* (ex aliqua re,) Id. de Fin. 1, 19. Idem etiam pro Quint. c. 31 *Horribile est, caussam capitis dicere: horribilius, priore loco dicere.* Cic. Att. 8, 9 extr. de Cæſare, *sed hoc τέρας horribili vigilantia, celeritate, diligentia est.*

¶ Horribiliter, adv. idem, apud Auguſtinum.

¶ Horricomis, *e*, qui horridis pilis vel coma est, ſtruppicht, zotticht. *Horricomes canes*, apud Apul. lib. 4 p. 151; & lib. 7 p. 192.

¶ Horrifer, *a*, *um*, poëticum, ſchrecklich, ſchauerhafft. Cic. Orat. 46 ex vet. poëta *Postquam pruinigenis horrifera*, *portenta in pace*, agit de contractione genitivi pluralis. *Horrifera voces*, apud Lucret. 5, 994. *Horriferi aquilones*, Avienus Arat. Phænom. v. 96.

¶ Horrificus, *a*, *um*, idem; ut, *Bellum horrificum*, Cic. pro Domo c. 23. *Horrifica cæspitum*, Lucanus 3, 372. conf. Virg Æn. 8, 435 Idem Æn. 3, 571 *Horrificis tonat Ætna ruinis.*

¶ Horrifice, adv. est religiose & cum veneratione apud Lucret. 2, 609. & 4, 40, mit ſcheu.

¶ Horrifico, *āre*, einen erſchrecken, verbum poëtæ fecere. Virg. Æn. 2, 465 *Terribili monitu horrificant*, hoc est, horrorem meutiuntur. Et Silius 3, 389 *Rictu horrificant galeæ.* Et poëtarum similis Flor 3, 21, 10 *Carcer, catena, fuga, exilium, horrificaverunt dignitatem.*

¶ Horrificalis, *e*, idem quod horribilis. Accius ap. Non. 3, 231 *Operta est luctu horrificali.*

¶ Horripilo, *āre*, id est, pilis horrere, sive obstrum esse in fruticeti morem, ſtruppicht ſeyn, wenn die haare zu berge ſtehen. Apul. Met. 3 p. 140 *Iam facies enervis, & os prolixum, & naves hiantes, & labia pendula. Sic & nares immodicis horripilant auribus.* Gloſſ. Vet. *Horripilat, ἀφρίττει*, item *ἐφρίττησεν, Horripilo.*

¶ Horripilatio, *ōnis*, f. Vet Interpres Bibl. Eccleſiaſt. c 27, 15 *Loquela multum jurans horripilationem capiti statuet*, wird machen, daß ihm die haare zu berge ſtehen. Nam qui horrent, ita pili arrigunter. Virg Æn. 2, 774; & 3, 48 *Obstupui: steteruntque comæ, & vox faucibus hæsit.*

¶ Horrisonus, *a*, *um*, cum horrore ſonans, rauſchend, brauſend: ut, *Fretum horrisonum*, Cic. Tuſc 2, 12 in carm. Et, *horrisono fremitu*, Virg. Æn. 9, 55. *Stridore horrisono*, Silius 4, 614.

Compoſita:

¶ Abhorreo, *ui*, *ēre*, abſcheu haben. Conſtruitur cum Accuſat. Cic. pro Cluent. c. 14 *Illum omnes aversabantur, omnes abhorrebant, &c.* Suet. Aug. c. 83 *Pumilios atque distortos, &c. abhorruit.* Sed frequentius cum præpositione. Cic. Art. 14, 19 *Nostra ætas* (ſenectus,) *abhorret a cæstris, præsertim civilibus.* Ad eumdem 2, 6 *Animus gravitas abhorret a scribendo.* Et Ter. Andr. 5, 1, 12 *Abhorrere ab re uxoria*, nicht heyrathen wollen. ¶ 2. Diuerre, diſcrepare, unterſchieden ſeyn. *A meis consiliis tua ratio non abhorret*, Cic. Att. 1, 20. *Id abhorret a fide*, es iſt nicht glaublich, Liv. 9, 36. *Non abhorret vero*, Tac. Hiſt. 5, 24, 1. *Abhorrent inter se orationes*, Liv. 38, 56. Et omiſſa præpositione: *Ea abhorrent moribus nostris*, Curt. 7, 8, 11.

¶ Abhorrens, *tis*, part. Liv. 4, 44 *Parum abhorrens famam*, de Veſtali, quæ cultu nimio ſuſpicionem ſtupri dederat. conf. Suet. Galb. c. 4. Idem Liv. 22, 13 *Punicum abhorrens os ab Latinorum nominum prolatione.* vid. ibi Gronov. Curt. 3, 6, 19 *Cultus habitusque paulum a privato abhorrens.* Et 8, 9, 4 *Aquæ acolore maris haud multum abhorrentes.*

¶ Abhorresco, *ēre*, verabſcheuen, fürchten. Adducitur Lactantius de Ira Dei c 23 *Quem terra contremiscit, cælumque & mare, & Inferi tartarei & dæmones abhorrescunt.* Sed ibi interpres aliquis recentior ita reddit ἐκφαίνειν, ex oraculo Græco.

¶ Adhorreo, *ui*, *ēre*: vel Adhorresco, *ēre*, ſich zugleich entſetzen. Ovid. ad Liviam v. 221 *Flavis Tyberinus abhorruit undis*; al. *inhorruit.*

¶ Cohorreo, *ui*, *ēre*, & Cohorresco, *ēre*, ingenti horrore allici, ſehr erſchrecken, erſchüttern, erbeben. Suet. Tib. c. 21 *Dii me perdant, nisi cohorresco corpus meum*, wo mir nicht ein ſchauer übern ganzen leib lauft. Et Cic. Somn. Scip. c. 1 *Quem ut agnovi, equidem cohorrui.* Idem de Orat. 3, 2. *Ex quo cum coborruisset, cum febri domum rediit.*

¶ Exhorrui, *ui*, *ēre*, & Exhorresco, *ēre*, erſchrecken, ſich entſetzen. Plancus ad Cic. fam. 10, 18 *Non possum non exhorrescere, si quid intra cutem subest vulneris.* Cic. de Orat. 3, 14, *In quo igitur homines exhorrescunt, quem stupefacti dicentem intuentur.* Colum. 20, 134 de planta: *Nec mutata loco siccos exhorreat æstus.*

¶ Inhorreo, *ui*, *ēre*, & Inhorresco, *ēre*, erzittern, erſtaunen. *Vallo septa inhorret acies.* Liv. 8, 8. Et Virg. Æn. 3, 195 *Inhorruit unda tenebris*, auf dem waſſer war es greulich finſter. Petronius c. 114 *Inhorruit mare, &c.* Id. c. 63 *Mihi pili inhorruerunt*, die haare haben zu berge geſtanden. Et c. 17 *Periculoso inhorrui frigore.* Cic. fragm. l. 1. de republ. *Horum severitatem dicitur inhorruisse primum civitas.* Pacuvius apud Cic. de Divin. 1, 14 *Inhorrescit mare.* Et Minucius Felix p. 255 *Dæmones adjurati per Deum verum & solum, inhorrescunt.*

¶ Obhorreo, *ēre*, ſcheuſlich ſeyn. Plin. 37, 8 *Sanguineis punctis obhorret.* Ita Froben. & Dalechampius. Harduinus quidem *abhorret*, ita tamen, ut in Notis adjiciat: *Forte abhorret.*

¶ Perhorreo, *ēre*, & Perhorresco, *ēre*, ſehr erſchrecken; ut, *Genus belli crudelissimi & maximi, quod nondum vident homines, quale futurum sit, perhorrui*, Cic. Att. 9, 10 Et, *Commoveri animo, & toto corpore perhorrescere*, Id. Verr. Divinat. c. 13. Et, *Memoriam alicujus diei perhorrescere*, erſchrecken, wenn man daran gedencket. Id. Phil. 13, 15.

¶ Perhorridus, *a*, *um*, ſehr greulich. Liv. 22, 16 *Stagna perhorrida situ.*

¶ Subhorresco, *ēre*, non nihil horrescere, ungeſtüm ſeyn; Siſenna uſus est. v. Nonium in *Horrendum* 5, 7 *Subito mare subhorrescit, eæcosque fluctus in se provolvit.*

¶ Subhorridus, *a*, *um*, aliquantum horridus, etwas wild. Cic. pro Sextio c. 9 *Subhorridum & incultum videbant.*

HORREVM, *i*, n. ἀποθήκη, eine ſcheuer, ſcheune. Virg. Georg. 1, 49 *Illius immensæ ruperunt horrea messes.* Tibull. 2, 5 (al. 6) v. 84 *Distendet spicis horrea plena Ceres.* Nec ruſticorum tantum ſunt, ſed principum interdum & rerumpublicarum, ein magazin, korn-haus. Liv. 31, 23 *Consules venant & horrea regia, & armamentarium, cum ingenti apparatu machinarum tormentorumque.* Neque tamen *horrea* dicebantur tantum receptacula ſive repoſitoria frumentaria; verum & ubi aliarum rerum copia condebatur, etiam pretioſarum. Sic Apul. 3 Milet. p. 141 *Horreum gazis refertum:* & ſub init lib. 5 *Horrea magnis congesta gazis:* ac Plin. 8 epiſt. 18 *Horreum operum*, i. e. ſtatuarum & picturarum appellat. Vbi vide Buchneri Notas.

¶ Horrea, *æ*, f. id eſt, *horreum*, Claudio tribuitur apud Nonium 3, 110.

¶ Horreŏlum, *i*, n. diminut. Val. Max. 7, 1 ext. *Uſus neceſſarii horreoli hujus.*

¶ Horreārius, *i*, m. qui horreo præeſt, horrei cuſtos. Ulpian. l. c §; Dig. de his qui effuderint, *S. horrearius aliquid dejecerit.* Adde L. 60 § ult. Dig. Locati. Gloſſ. gr. lat. *Ταμιοφυλάκιον, Horrearius.*

¶ Horreārius, *a, um*, que der ſcheuer; ut, *Horrearitiæ ſpecies*, fructus in horreo adſervati, Cod. Theod. L. 3 de conditis in horr. publ.

Horricomis, horridus, horriter, horrificare, horripilare, horriſonus, &c. vide in *Horreo.*

HORSVM, adverbium loci, hunc verſus locum, hieherwerts. Ter. Eun. 2, 1, 15 *Nam aut jam revertere, aut mox noctu adigent te horſum inſomnia.*

Hortamen, hortatio, &c. vide *Horter*, Hortenſis, hortenſius, *Hortus.*

HORTOR, *atus ſum, ari*, plus eſt quam monere; *Monemus conſilio*, ait Donatus, *hortamur impulſu*, anhalten, ermahnen, antreiben. Ter. Hec. 1, 1, 7 *Et moneo, & hortor, ne cujusquam miſereat, quin ſpolies.* Et Cic. fam. 1, 1 *Pompejum & hortari & orare, & jam liberius accuſare & monere, ut magnam infamiam fugiat, non deſſamus.* Cum infinitivo. Cic. pro P. Sext. 3 *Reipublicæ dignitas me ad ſe rapit, & hæc minora relinquere hortatur.* Conſtruitur & cum Accuſativo rei: ut, *hortor te aliquid.* Cic. Catil. 1, 5 extr. *Sic, quoſcte jam dis hortor, exieris. Hortari pacem*, Cic. ad Att. 7, 14. Statius Silv. 5, 20 *Vel ſuper Heſperiæ vada caligantia Thules, Aut ſeptem geminis capot haud penetrabile Nili Hortarere vias.* Quod genus loquendi etiam Senecæ ep. 71 Gronovius vindicat, atque pro eo, & Taciti luſtinique auctoritates adducit. In quibus locutionibus tamen non putandum eſt, accuſativum rei a verbo, ſed præpoſitione ſuppreſſa regi: ut intelligatur *ad, ſecundum*, &c. ut Voſſius de Arte Grammatica 7, 40 nos docet. *Hortari milites*, i. e. allocutione ante prælium firmare, C. Nep. 1, 6, 3, ein herz und muth zuſprechen. *Hortari canes*, Ovid. Met. 10, 537, die hunde anhetzen. ¶ 2. Quidam activo *Horto* etiam uſi: ut Plautus Amph. 3, 4, 10. v. Parei Lex Crit. p. 554. vid. *Adhortor* n. 2. Ita etiam *Hortor* paſſive dictum eſt Gell. 15, 13 Vtor, vereor, & hortor, & confiſor *communia verba ſunt, ac dici utroque verſus poſſunt*, hortor te, & hortor abs te, *id eſt, tu me hortaris.* Varro ap. Priſc. 8... *Ab amicis hortaretur.* Laudatur etiam Tac. 12, 9, 1 *Qua hortatur Claudius* &c. Sed editur poſt Plebenam *oreretur.*

¶ Hortātus, *a, ûs*, der ermahnet hat. Ovid. Met. 5, 421 *Terribiles hortatus equos.*

¶ Horratio, *ōnis*, f. die ermahnung. Cic. ad Qu. frat. 1, 1, 14 *Hoc loco non hortatione, ſed precibus tecum agc.*

¶ Hortatus, *ūs*, m. idem. *Hæc vox hujus hortatu præceptisque confirmata*, Cic. pro Archia c. 1. *Hortatui ſuccubuit*, Macrob. Sat. 7, 5, er hat ſich endlich bereden laſſen. Tac. Hiſt. 3, 24, 1 *Multos laude & hortatu accendere.* Silius 8, 29 *Blandiſ hortatibus implet.* conf. Ovid. Met 7, 339.

¶ Hortāmen, *ĭnis*, n. idem. Liv. 10, 29 *Ibi auditur P. Decii eventus, ingens hortamen ad omnia pro rep. ubi ea audenda.* Ovid. Met. 1, 277 *Hortamine longo uti.* ¶ 2. *Hortamen verberis* dixit Palladius 4, 11, quando aliquis verberibus admonetur, adeoque eſt excitatio, quæ fit verberibus. Forte & hic intelligendus locus Taciti de Germ. 7, 4 *Cibos & hortamina pugnantibus geſtant.*

¶ Hortamentum, *i*, n. idem. Liv. 7, 11 *Magna hortamenta animi.* Silius 5, 153 *Aſpera quisque Hortamenta ſibi referat.* Plura de hac voce Borrichius in Cogit. p. 116; & Analect. p. 38.

¶ Hortator, *ōris*, m. qui hortatur. Cic. de Orat. 1, 55 *Cum ejus ſtudii tibi & hortator & magiſter eſſet domi.* Id. ad Quirit. poſt red. c. 4 *Hortatores ad me reſtituendum multi fuere.* Adde Ovid. Met. 3, 619.

¶ Hortātrix, *īcis*, f. *Gloria hortatrix animoſi lethi*, Statius Theb. 9, 717.

¶ Hortātīvus, *a, um*; ut, *Genus hortativum* pro *deliberativo* ſeu *ſuaſorio*, Quintil. 5, 10.

Compoſita:

¶ Adhortor, *atus ſum, ari*, idem propemodum cum ſimplici, anhalten, antreiben, vermahnen. *Adhortari adoleſcentes, ut turbulenti velint eſſe*, Cic. Phil. 1, 9. *Ad libertatem recuperandam vos adhortabor*, Id. Phil. 4, 10. *Locus ipſe ad bellum faciendum adhortatur*, Cic. Off. 1, 11. *Adhortari ad laudem aliquem*, Id. fam. 1, 7. ¶ 2. *Adhortavi* eſt in melioribus MSS. Cic. pro Arch. c. 11 pro *hortatus ſum.*

¶ Adhortātus, *a, um*, paſſive, erinnert. Cæl. Aurel. Acut. *Pumſtione aliqua adhortatus.* Hemina ap. Priſc. 8 p. 791 *Adulatique erant ab inimicis & adhortati.*

¶ Adhortātus, *ûs*, m. ſubſt. die ermahnung, erinnerung. Apul. Apol. p. 228 *Meo adhortatu.*

¶ Adhortatio, *ōnis*, f. idem. Cic. de Orat. 2, 3 *Omiſſa noſtra adhortatione, veniamus ad eorum ſermonem*, &c.

¶ Adhortāmen, *ĭnis*, n. idem. Apul. 4 Florid. *Non multa mihi apud vos adhortamina ſuppetunt.*

¶ Adhortator, *ōris*, m. qui adhortatur; ut, *Adhortator operis*, Liv. 2, 58. Idem 9, 13 *Nulla adhortatio imperatoris audita eſt, ſuas cuique animus, memor ignominiæ, adhortator erat.*

¶ Cohortor, *ari*, zu etwas vermahnen. *Cohortari ad ſtudium ſummæ laudis*, Cic. fam. 2, 4. *Cohortari ad virtutem*, Id. de Orat. 2, 9. Et, *Ad ſtudium virtutis*, Id. Acad. 1, 4. ¶ 2. Veteres etiam *Coborto, are*, dixerunt, ut Quadrigarius apud Nonium 7, 35 *Atque hos cohortarent.* Vnde &

¶ Cohortatus, *a, um*, paſſ. ermuntert. Cato apud Gellium 15, 13 *Exercitum ſuum pranſum, paratum, cohortatum eduxit.*

¶ Cohortatio, *ōnis*, f. die vermahnung. Cic. Att. 16, 13 *Incredibiliter me commovet cohortatio tua.*

¶ Cohortatiuncula, *æ*, f. diminut. Ambroſius epiſt. 84 pr. *Neque cohortatiuncolas meas adhibere præſumerem.*

¶ Dehortor, *ari*, eſt diſſuadere, wiederrathen. Ter. Phorm. 5, 7, 17 *Ad hic dehortatus eſt me, ne illam illi darem. Dehortari ab re aliqua*, Auct. ad Herenn. 3, 3.

¶ Dehortātio, *ōnis*, f. die warnung. Tertull. adv. Marc 4, 15 *Comminatio dehortationis acceſſio eſt.*

¶ Dehortātōrius, *a, um*, dehortans. Tertull. Apol. c. 22 pr. *Socrati damonium adhæſiſſe a puritia dicitur, dehortatorium plane a bono.*

¶ Dehortātīvus, *a, um*, idem; ut, *Adverbium dehortativum*, Priſcian. p. 1020.

¶ Exhortor, *ari*, valde hortari, anmahnen, vermahnen. *Exhortari ad ſtudium virtutis*, Cic. Acad. Quæſt. 1, 4. Et Ovid. Met. 13, 234 *Cives exhortor in hoſtem.*

¶ Exhortatus, *a, um*, active, der vermahnet hat. Virg. Æn. 12, 159 *Sic exhortata reliquit Incertam*, &c. ¶ 2. Sed paſſive Cic. de Senect. c. 12 *Conſul exhortatus in convivio a ſorte*, angetrieben. Maluit tamen Gruterus hic legere *exoratus.* Legitur etiam ap. Auſo. Periocha 18 Iliad.

¶ Exhortatio, *ōnis*, f. die zurede, anmahnung. Quintil. 9, 2 ſub fin. ita vertit. Gr. *παραινετικόν.* Colum. 11, 1 *Variis exhortationibus in opere ipſo exhilarare laborantes.*

¶ Exhortamentum, *i*, n. idem. Nonius Marcellus in *Portiſculus*: PORTISCVLVS, inquit, *eſt hortator remigum, qui eamdem perticam (pergulam* Scalig. ad Silium 6, 361) *tenet, quæ portiſculus dicitur, qua excurſum & exhortamenta moderatur.*

¶ Exhortator, *ōris*, m. qui exhortatur. Tertull. de Fuga in perſec. c. 14 *Exhortator omnium tolerantiarum*, Paracletus ſcil. Spir. S.

¶ Exhortatorius, *a, um*, idem; ut, *Exhortatoria epiſtola*, Hieronym. ep. 2 ad Nepotianum ſub init. & Auguſtin. epiſt. 209 pr.

¶ Exhortativus, *a, um*, idem. Quint. 3, 6 *Exhortativus ſtatus ſuaſorie eſt proprius.*

¶ Inhortor, *ari*, anregen, anhetzen. Apul. lib. 8 Milef. p. 209 (Pric. 164) *Jubilationibus & cujuscemodi vocibus nobis inhortantur.* Id. lib. 9 ſub fin. Participio paſſive uſus eſt: *Canes paſtoricios, villaticos, feros, --in eorum exitium inhortatos, immiti præcipit.*

HORTVS, *i*, m. κῆπος, ein garte. *Hortus ſuburbanus*, Stat. 4 Silv. 4, 7. Iſidorus ab *Orior* deductum putat 17, 10, eo quod in hortis ſemper aliquid oriatur. Alii ex græco χορτος formant, quod fœnum, herbam virentem, cibum & ſeptum, quo aula cincta eſt, denotat. Ideo etiam aliqui ex ἑρκτὸς fieri, & cum *Horſtum* duriuſcule ſoner, factum exinde *Hortum* exiſtimant. Feſtus HORTVS, inquit, *apud antiquos dicebatur omnis villa; quod ibi, qui arma capere poſſent, orirentur.* Quod ex XII Tab. Plinius firmat 19, 14: *In XII*, inquit, *tabulis legum noſtrarum nusquam nominatur villa, ſemper in ſignificatione ea*, HORTVS: *in* HORTIS *vero hæredium.* conf. Horat. 2 ſat. 6, 1 ſeqq. & Valla 3, 9. Hæc eſt acceptio vocis generalior. HORTORVM autem nomine appellatæ ſunt domus ſeu villæ, cum hortis, piſcinis, nemoribus, fontibus &c. ad delicias & voluptates maxime comparatæ; cujusmodi Marcellæ hortos Martialis depingit 12 epigr. 31. Plinius ſupra laudato loco: *Jam quidem hortorum nomine in ipſa urbe, delicias, agros, villasque poſſident.* Romani Græca voce, *dietas* vel *zetas* vocarunt hortorum ædificia voluptuaria, in quæ ſecedebant. v. Dalech. ad Plin. l. c. Atque in iſta ſignificatione plurali numero maxime fuerunt uſi. Sic, *Horti Cæſaris ad Tiberim: Horti Mæcenatiani: Horti Lauriani: Horti Serviliani*, apud Suetonium aliosque celebrantur. ¶ 2. Proprie accipitur pro loco culturæ ſtirpium dedicato. Nam invento *Villæ* vocabulo, *Horti* nomen illis agris manſit, qui ſepiri ſolebant, oleribusque ac herbis, quibus in cibis uſus eſſet, levando quotidiani victus ſumptui conferi. De quo Columella lib. 10 toto, qui ſcriptus hexametro carmine, & 11, 3. De hortorum cura Plin. 19, 4. ¶ 3. Notat & arvum genitale mulieris. In Priap. carm. 4 *Quod tuus hortus habet.* Hortum, ut alia agriculturæ vocabula, ad rem voluptatum transferri, obſervat Lipſius 3 Ant. Lect. p. 129. Adde, quæ ex Plauti Mil. 3, 2, 39 adducit Laurembergius in Horticult. 1, 1. Quo ſenſu decantatos Heſperidum hortos accipi, auctor eſt Taubmannus ad Plaut. l. c. Huc pertinet ἀφροδίτη ἐν κήποις, Priapus hortorum cuſtos. v. Huet. Dem. Ev. 4, 8, 5. ¶ 4. *Hortos penſiles* Semiramidis Plinius inter mundi admiranda recenſet 36, 14. v. in *Pendeo.*

¶ Hortŭlus, *i*, m. dimin. Cic. de N. Deor. 1, 43 *Democriti fontibus Epicurus hortulos rigavit.* Plin. 35, 10 ſub fin. *Caſula Protogenes contentus erat in hortulo ſuo.* Catull. 62, 91 *In vario divitis domini hortulo.*

¶ Hortenſis, *e*, in hortis naſcens. Sed pro hoc ut plurimum uſus Plinius eſt altera, quæ ſequitur, forma *Hortenſianus.*

¶ Hortenſia, *orum*, idem: ſubſtant. garten-gewächſe. Plin. 19, 8 *Beta hortenſiorum leviſſima eſt*; & 19, 6 pr. *Hortenſiis omnibus fere ſingulæ radices* &c.

¶ Hortenſius, *i*, m. prænomine Quintus, Romæ orator nobilis, Ciceroni amiciſſimus, qui de eo plurima in Bruto, five de Claris Oratoribus prodidit. v. Voſſius 2 Inſt. Orat. p. 229. Apulej. Apol. *Oratio undique ſui perfecta & abſoluta, ut in illa neque Cato gravitatem requirat, neque Lælius lenitatem, neque Gracchus impetum, nec Cæſar calorem, nec Hortenſius diſtributionem, nec Calvus argutias, nec parſimoniam Salluſtius, nec opulentiam Cicero.* De quo Val. Max. 8, 10, 2 ſcribit: *Hortenſius pluvimum in corporis decoro motu repoſitum credens, pæne plus ſtudii in eodem elaborando, quam in ipſa eloquentia affectanda impendit*, &c. ¶ 2. Ejus filia & ipſa magnæ eloquentiæ fuit. Quæ, quum matronarum ordo gravi tributo a Triumviris Octavio, Antonio, & Lepido premeretur, nec quisquam virorum patrocinium illarum auderet ſuſcipere, ipſa communem cauſſam intrepide ac conſtanter egit, obtinuitque, ut major pecuniæ pars iis remitteretur. Orationis illius capita Appianus refert.

¶ Hortenſiānus, *a, um*, adj. ut, *Hortenſiana eloquentia*, Val. Max. 8, 3, 3. ¶ 2. Idem Hortenſis; ut, *Batis hortenſiana*, Plin. 21, 15.

¶ Hortŭālis, *e*, adject. in oder aus garten; ut, *Herbæ ſpecies hortualis*, Apul. de Herb. c. 74, opponitur *agreſti* c. 80. conf. c. 99.

¶ Hortŭlanus, *a, um*, adject. ad hortos pertinens, ſeu quod hortorum eſt, garten. Tertull. de Pœnitent. c. 11 *Hortulanus maritiſ ausve feceſſus. De porcello hortulano*, i. e. oleribus farcto, v. Apicius 8, 7.

¶ Hortulānus, *i*, m. ſubſt. hodie vocatur, qui olira *oliter*, ein gartner. Habet vocabulum Apul. lib. 9 & 10; & Macrobius 7, 3.

¶ Hortilio, *onis*, m. horti cuſtos. Iſid. Gloſſ.

¶ Horticultura, *æ*, f. ut agricultura.

HOSPES, *itis*, c. ξένος, ξενοδόκος, tam qui recipit, quam qui recipitur, ein wirt, oder gaſt. Cic. pro Cluent. c. 59 *Cauponem Binnium hominem*

hominem multorum hospitum vocat. Cic. pro Dejot. c. 3 *Per dextram istam, quam hospes hospiti porrexisti.* Ovid. Trist. 5, 6, 13 *Turpius ejicitur, quam non admittitur hospes.* Ovid. Met. 1, 144 *Non hospes ab hospite tutus.* Sic, *Hospes insperatus*, Horat. 2 Sat. 4, 17. Plin. præf. p. 3, 3 Hard. *Multum apparatus interest apud invitatum hospitem & oblatum. Divertere ad hospitem*, Cic. de Fin 5, 2, bey einem einkehren. *Hospitem accipere*, Cic. Fam. 9, 26. *Non oportet hospitem semper esse hospitem, ἀ ὀῦ τὸν ξένον, ξένον ἀεὶ ὄντα.* Hoc est, *Discendi sunt mores eorum, apud quos virimur*, Aristot. lib. 3 Rhet. ¶ 2. *Hospes* pro peregrino accipitur, cui fremder. Ter. Andr. 5, 5, 15 *Nunc me hospitem lites sequi, quamobrem mihi sit facile atque utile, aliorum exempla commonent.* Et Cic. pro Rabir. c. 10 *Adeone hospes hujus urbis? adeone ignarus, ut hæc nescias?* bist du so fremd, so unerfahren in dieser stadt? conf. Borrich. Cogit. p. 118.

¶ Hospitium, *i*, n. eine herberge, wohnung. Cic. de Senect. c. ult. *Ex hac vita dissimiles tamquam ex hospitio.* Plaut. Mil. 3, 1, 146 *Hospes nullus tam in amici hospitium diverti potest, Quin ubi tridianu continuum fuerit, jam odiosus sit, &c.* ein drentägiger gast ist einem eine last. Antiquitus hospitia privata erant, itaque solebant contrahi, ut ab hospitibus dimidiatæ acciperentur tesseræ mutuo: cujusmodi tesseram si quis afferret deinceps, (quam ob causam diligentissime asservabantur) agnosci posset, & tamquam hospes atque amicus versus hospitio excipi. Atque hoc jus ad liberos etiam transibat. Plaut. Pœn. 5, 1, 22 *Sed hic mihi antehac hospes Antidamas fuit, &c. Ejus filium hic prædicant esse Agoraſſeclam &c.* Religiose autem hoc colebatur amicitiæ genus reverentia *Legis Hospitalis*, quem Plautus ibi v. 25 vocat, sive *Iovis Xenii*, ut Græcis appellatur, propterea, quod præsse hospitiis, & violata horum jura crederetur ulcisci. Cic. Tusc. 1, 3, 19 *Cum Lysone Patrensi (is mihi quidem hospitium vetus: quam ego necessitudinem sanctè colendam puto.* conf. tam. 13, 34. Id ad Qu. Fratr. 2, 11 *Sed non faciam, ut illum offendam, ne imprudens jure Iovis Hospitalis.* Et Livius historiæ suæ initio auctor est, capta Troja, Æneæ atque Antenori patuisse a Græcis *veteris exercitii jure.* Hujusmodi vero hospitia non privati modo, sed reges, viri principes, & civitates solebant conjungere, vel parandæ potentiæ vel stabilendæ causa. vide Liv. 1, 45; 2. 5, 28 pr. item 33, 54; Cæs. B. Civ 2, 25; Nep. 13, 4, 3; & 23, 12, 3; Cic. pro Deiotaro sub fin. Totam hanc rem copiose illustravit Joh. Guil. Stuckius Antiqu. Convival. 1, 27; & Ph. Jac. Tomasin. de Tesser. hospital.

¶ Hospitiolum, *i*, n. dimin. Ulpian. l. 5 § 1 ff. de his qui effud. vel dejec. *Si quis amicis suis modica hospitiola distribuerit.*

¶ Hospita, *æ*, itemque Hospita, *orum*, adjective occurrit, gastfrey, fremd; ut, *Hospita terra*, Virg. Æn. 3, 539, id est, hospitium nobis præbens. *Hospita æquora*, Id. 3, 377. *Hospita unda*, Val. Flacc. 1, 44. *Somus hospita turba*, Id. 3, 272. *Hospita viscera*, Prudent. Hymn 10, 81.

¶ Hospita, *æ*, f. subst. eine wirthin oder fremde frau. Ter. Andr. 2, 6, 8 *Propter hospitæ hujus conlactaneum.* Ap Cic. Att. 5, 1 p. 486. Pomponia Q. Ciceronis *Ego*, inquit, *hic jam hospita*; qua formula negat, sibi a marito jura matrisfamilias tribui. Is enim præmiserat libertum, qui prandium videret, quod male illam habuit.

¶ Hospitor, *atus sum, ari*, significat hospitio uti, wohnen, herbergen. Seneca epist 31 *Quid aliud voces animum, quam deum in humano corpore hospitantem?* Et epist. 108 de Pythagora: *Hominibus parricidii metum fecit, cum possint in parentis animam insidi incurrere, & ferro morsque violare, in quo cognatus aliquis spiritus hospitaretur.* Et c. 23 de Vita beata: *Veniant, hospitentur.* Plin. 17, 20 de castanea: *Translata nescit hospitari, pavetque novitatem.*

¶ Hospitator, *tris*, m. qui hospitatur, ein wirth. Apul. lib. 4 de Asin. p. 135 *Excellissimi mei hospitatores.*

¶ Hospitiolum, *i*, n. eine wohnung, gast-stube *Si quis hospitaculi partem l. 5 ff.* Ulpian. l. 5 § 1 ff. de his qui effud.

¶ Hospitalis, *e*, hospites recipiens, gastfrey, wirthlich. *Domus apertissima maximeque hospitalis*, Cic. Verr. 4, 2. *Hospitale cubiculum*, Liv. 1, 58. eine gast-kammer. *Homo hospitalissimus amicissimusque nostrorum hominum*, ein sehr gastfreyer mann, Cic. in Verr. 1, 26. *De Deo hospitali*, vide *Hospitium.* Compar. Flor. 1, 16, 3 *Nihil hospitalius.*

¶ Hospitalia, *ium*, n. etiam plur. substantive pro Xenodochio posuit aliquoties Vitruvius: e. gr. 6, 10 *Hospites advenientes in ea hospitalia recipantur.* Et mox: *Patre familiarum in hospitio non videbantur esse peregre, habentes secretam in his hospitalibus libertatem.* conf. 5, 7. Hinc est Germanorum hospital oder spital.

¶ Hospitaliter, adv. freundlich. Liv. 6, 26 *Vocari hospitaliter magis, quam hostiliter.* Et 1, 9 *Invitati hospitaliter.*

¶ Hospitalitas, *ātis*, f. φιλοξενία, die gastfreyheit. Cic. Off. 2, 18 *Recte a Theophrasto est laudata hospitalitas.* Macrob. Somn. Scip. 1, 21 *Animorum origo cadestis est. Sed lege temperatis hospitalitatis hic exstat.*

¶ Hospitivus, *a, um*, idem quod *Hospitalis.* Spartianus in Adriano c. 12 *Spartiana per hospitiva viridaria.* Sed epitheton hoc ejecit Salmasius

¶ Hospiticida, *æ*, m. ut homicida. Gl. gr. lat. ξενοκτόνος.

¶ Adhospito, *are* Dyck Cretens. *Matrem atq; concordiam multis immolationibus sibi adhospitavere*, h. e. conciliarunt.

¶ Cohospes, *itis*, m. eine mitgast apud Paullinum

¶ Inhospita, *orum*, torte etiam *Inhospitus, a, um Inhospita*, adj. hospitio non aptus, horrida, wild unbewohnt. *Tecta inhospita*, Ovid Met. 1, 2, 218. *Inhospitæ litoræ ponti*, Id Trist. 3, 11, 7.

¶ Inhospitalis, *e*, idem: ut, *Inhospitalis Caucasus*, Hor. 1, od. 22, 6. *Nuda saxa & inhospitale litus incolere*, Plin. Paneg. c. 34.

¶ Inhospitaliter, v. Tertull adv. Marc. 4, 24 *Populum inhumane & inhospitaliter copiis duxerit.*

¶ Inhospitalitas, *ātis*, f. die ungastfreyheit gegen fremde. Cic. Tusc. 4, 11 *Inhospitalitas ex metu nascitur.* ☞

¶ Perhospita, *æ*, adj. laudatur ex Lib 4, 1, 142 *Acdet Areth i aut unda perhospita campis.* Sed variant libri. Broukh. edidit, *Gindes Radit Arethes haud una per hospita campos.*

¶ Perhospitalis, *e*, gutthätig. Cic Verr. 4, 2 *Domus nostris hominibus apertissima maximeque perhospitalis.* al. *hospitalis.*

Hostanes, vide *Ostanes.*

HOSTIA, *æ*, f. victima, sacrificium, ein schlacht-opffer. *Cedere, immolare hostias*, opfern. Cic. Divin 1, 42 Nep. 25, 2, 3; Cæs. B. G. 8, 51. Servius in 2 Æn. HOSTIA, modica, *dicta, quod dii per eam hostiantur: id est, æquitatem propitii reddantur.* unde HOSTIMENTVM *æquationem dicimus.* Differt a *Victima*, ut Gellius tradit, in eo, quod *hostia* a quovis facerdote immolari solita: *victima* vero, illius, qui vicisset, manibus. Paulo aliter Ovid Fast 1, 335 Victima, *quæ cecidit dextra victrice, vocatur: Hostia a domitis, nec sine nomen habet. Hostiarum more occidi*, apud Suet. Aug. c. 15, est securi percuti, ut Casaubonus interpretatur. De Gallorum *humanis hostiis* vid. Cic. pro Fonteio c. 10. Quod & Romani se hocce scelere contaminarint, notat Livius 22, 57. ¶. 2. *Hostia* in usu ecclesiastico est offula eucharistica, sive panis in sacra cœna confecratus, oblat.

¶ Hostiatus, *a, um*, hostiis instructus ad sacrificandum. Plaut. Rud. 1, 5, 12 *Candidatum venire hostiatum ampa.*

Hostiarius, vide *Ostiarius*, Hostiarius, hostifer, hostilis, *Hostis.*

Hostimentum, quære mox in *Hostio.*

HOSTIO, *ire*, pensare, æquare, adplanare, uti explicat Isidori glossarium, gleich machen, vergelten. Plaut. Asin. 2, 2, 11 *Quin promisto inquam hostire contra ut meruerit.* Pacuv. apud Nonium, 2, 405 *Nisi cui cacro protervitatem atque hostiero ferociam.* Enn. in Hect. *Hostire* pro pugnare usurpavit, notante Allio in Lex. Crit.

¶ Hostimentum, *i*, n. æquamentum, die vergeltung. Festus: *Hostimentum est beneficii pensatio.* Servius in paullo ante laudato loco *æquationem* interpretatur. vid. in *Hostia.* Plaut. Asin. 1, 3, 20 *Par pari datum hostimentum est, opera pro pecunia*, es ist gleiches mit gleichem vergolten. vid Nonius 1, 11.

¶ Hostilina, *æ*, f. Dea præfecta tegeribus, cum novis aristis æquabantur. v. Augustin de C. D. 4, 8; & Cæl. Rhodig. 24, 30.

¶ Hostus, *a, um*, æquum videtur significasse.

¶ Hostus, *i*, m. substantive mensura quædam in re olearia; ab *hostire*, quod ad æquales mensuras fieret; ut, *Hostus nequam*, Caro de R. R. c. 6, 2 & Varro R. R. 1, 24, 2 qui uti dictum explicat.

¶ Hostorium, *i*, n. baculus, quo modius hostitur, i. e. æquatur & cumulus subruitur, ein streich-holtz. vid. Prisc. lib. 6, & Salmas. in Solin. c. 10.

¶ Inhostus, *a, um*, iniquus, ungütlich. Tac. Hist. 2 *Vitellius venire & quia sibi inhostus.* Et Annal. 15 *Pax inhosta.* conf. Parei Lex. Crit. p. 555.

¶ Redhostio, *ire*, inquit Festus, *est gratiam referre: nam & hostire pro æquare posuerunt*, vergelten, erwiedern. vide & Nonium 2, 740.

¶ Redhostimentum, *i*, n. pro compensatione, aut beneficii retributione admodum vulgare, quamquam aut impurum sit aut obsoletum, die wiedervergeltung. vide Cellarii Cur. post. p. 365, & Antibarb. p. 91.

¶ HOSTIS, *is*, c. inimicus, perduellis antiquis, ein feind oder feindin. Quintil. 2, 2 *Confectudo qualiacunque in pueris laudandi pernicioſissima studiorum hostis est.* Prudent. Psychomachia v. 504 *Et atra Hostis ab incursu &c.* Cic. pro Domo c. 25 *Iste non hominibus, sed virtutibus hostis semper fuit.* conf. Nepos 1, 4, 1; & 7, 4, 6. *Impetus hostium reprimere ac retardare*, Cic. pro Leg. Manil. c. 5. Liv. 3, 15 *Alii inter tumultum præcipites pavore in forum devolant: Alternæ voces:* AD ARMA, *&*, HOSTES IN VRBE SVNT, *audiebantur.* Alias *Hostis* dicitur, quicum publice bellum gerimus; *inimicus* autem, quicum privata odia exercemus. Observat hoc discrimen Cicero pro L. Manil. c. 10 *Sæpius cum hoste conflixit, quam quisquam cum inimico concertavit.* conf. Curtius 7, 10, 8. *Hostis non hostis* dicitur, qui nulla lacessitus injuria, tamen ea, quæ sunt hostium, facit; aut qui pacis obtextu facit hostilia. Convenit etiam in illos, qui priusquam expostulaverint, de injuria cum amico, jam lædunt inimice. Eos, qui contra patriam arma cepissent, vel a Rep. defecissent resque novas moliri essent, moris erat, *hostes a Senatu judicari*, vid. Brisson. lib. 2 de Form. ubi plura vide. ¶ 2. Antiquis *Hostes* dicti *peregrini* a Græco ὄσις, ut videtur Scaligero patri. Festus ab *hostire* dici putat. *Ejus generis* (peregrini) HOSTES *ab antiquis appellati: quod erant pari jure cum Rom. atque* HOSTIRE *pon hat si pari.* Ac ita non semel usus Plautus. Varro 4 de L. L. in pr. *Multa verba aliud nunc ostendunt, aliud ante significabant*, ut Hostis. *Nam tum eo verbo dicebant peregrinum, qui suis legibus uteretur: nunc dicunt eum, quem tum dicebant* perduellem. vide & Cic. Off. 1, 12, & B. Ambrosium Off. 1, 29, & Voss. 5 Inst. Orat. p. 345. *Equidem illud etiam*, inquit Cicero l. c. *animadverto, quod, qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam mitigante. Hostis enim apud majores nostros is dicebatur, quem peregrinum dicimus.*

¶ Hostilis, *e*, feindselig; ut, *Exercitus hostilis*, Tac. Hist. 3, 82, 3 die feindliche armee. *Animus hostilis*, Cic. ad Brut. epist. 4. *Odium hostile*, Tac. 15, 28. *Terra hostilis*, Cic. de Invent. 1, 55, der feinde land. Tac. Hist. 3, 42, 4 *Alpium maritimarum procurator, fidus Vitellio, cujus sacramentum, cunctis circa hostilibus, nondum exuerat.* Et c. 46, 2 *Vbi flagrare Italiam bello, cuncta invicem hostilia accepere.*

¶ Hostiliter, adv. Liv. 1, 11 *Hostiliter in fines Romanos incursionem facit.* Et 9, 38 *Castella hostiliter deleta.*

¶ Hostilitas, *ātis*, f. die feindschaft, feindseligkeit. Sen. de Otio Sap. c. 32 *Adversus hostes inhumana crudelitas, etiam adversus suos hostilitas*

¶ Hostilius, *a, um*, hosti oppositus; ut, *Hostilii lares, quibus immolabant veteres*, quod *ab hostibus averti putabant.* Sic *Genius Hostilia* apud Rom. antiqua, ex qua Rex *Tullus Hostilius*, & alii cognoscant cognominis.

¶ Hosticus, *a, um*, adject. aliud, idem quod *hostilis. Inanes hostica*, Cod. præt. lib. 1, feindliche eitelkeit. Horat. 1 Sat. 4, 31 *Hostica neque dira venena, nec hostilis auferet ensis.* *Hostica flamma*, apud Ovid. Trist. 3, 10, 66. Et, *Hosticus ager*, qui hostium est, Varro de L. L. 4, 4. ¶ 2. *Hosticum*, absolute, feindes land. Ita Liv. 6, 21,

Romano contra etiam in hostico morandi erat causſa. Et, 8, 38 *Castra in hostico incauiose posita.* Plin. Paneg. c. 29 *Raptæ ex hostico messes.*

¶ Hostĭcŭlus, *a, um,* idem quod *Hosticus,* l. un. ff. de bon. poſſ. Sed Bynckersh Obſ. 4, 20 vult legi *in hostico lo.* i. e. *loco,* docetque hanc vocem per compendium ſcribi ſolitam eſſe.

¶ Hostĭcupax, *ācis,* m. hoſtium captor, Feſtus.

¶ Hostĭfer, *a, um,* hoſtilis, feindlich. Manil. 1, 419 *Hoſtiferum nec dum ſitit quemquam Numina norant.*

¶ Hostĭfĭcus, *a, um,* idem. Accius apud Non. 8, 15.

¶ Hostĭfĭce, adv. idem, ubi Accius apud Nonium 3, 203 *Hoſtifice ſanguine ſanguen miſcere.*

Hostorium, hoſtus vide ſupra *Hoſtio.*

HS, Seſtertii Romani nota, vide ſupra lit. *H.*

Huber, vide *Vber,* Huc, huccine, *Hic.*

HUI, interjectio admirantis. Cic. Att. 5, 11 pr. *Hui, totiesne me litteras dediſſe Romam, cum ad te nullas darem?*

Hujusmĕdi, vide *Modus,* Humanitas, humanus, &c. *Homo,* Humare, humatio, humator, *Humus,* Humectare, humectus, humefactus, *Humeo.*

HŪMEO, *humēre,* humidum vel madidum eſſe, feucht ſeyn. Ovid. Met. 10, 509 *Lacrymisque cadentibus humet.* add. Heroid. 5, 56.

¶ Humens, *tis,* feucht, naß, triefend. Suet. Claud. c. 30 *Humentibus navibus.* Tibull. 1, 9, 38 *Humentes genas.* Flor. 2, 4, 2 *Humenti cælo.* Virg. Æn. 4, 351 *Humentibus umbris.* Epitheton hoc frequentiſſimum noctis. vide Drak. ad Sil. 2, 469. *Humentes & humidi* oculi de lactimis Id. ad Sil. 9, 30. Plin. Paneg. c. 30. *Humentes terræ.*

¶ Humesco, *ĕre,* feucht, naß werden. Virg. Georg. 3, 111 *Humescunt ſpumis.* Pallad. R. R. 10, 10 *Quoties ager humeſcit.*

¶ Humescens, *tis.* Plin. Paneg. c. 73 *Vltimus humeſcentes oculos tuos.*

¶ Humecto, *āre,* humore perfundere, befeuchten, naß machen, netzen. Virg. Æn. 1, 465 *Multoque humectat flumine vultum.* Lucret. 4, 1187 *Aſſiduis humectare cibum labris,* herren. Et Ovid. Met. 9, 655 *Humectare lacrymarum gramine vivo.* vid. Drak. ad Sil. 5, 5. ¶ 2. Intranſit. *Oculi humectant,* gehen über, Plin. 11, 37 ſ. 54 & 10, 3 ſ. 3.

¶ Humectans, *tis.* Lucr. 1, 918 *Humectans ora genasque lacrymis ſalſis.*

¶ Hūmectātus, *a, um,* befeuchtet. Veget. 1, 28 *Deficcare humectata.* Silius 8, 438 *Statque humectata Vomano Adria.*

¶ Humectus, *a, um,* humidus, humectatus, feucht; ut, *Stomachi humectus tenor,* Lucret. 4, 633. *Solum humectæ poſitionis,* Pallad. 11, 12. Et, *Aquæ humectiores humilius meant,* Apul. de Deo Socr. p. 47. *Puerilis eſt humectiſſima,* Macrob. Sat. 7, 10. Et *Humectiſſimo corpore eſſe,* Id. 2, 6.

¶ Humectum, *i,* n. die feuchtigkeit. Macrob. Sat. 7 *Plenos naturalis humecti.*

¶ Hūmĭdus, *a, um,* feucht, naß; ut, *Nox humida,* Virg. Æn. 3, 198. *Vapor humidus,* Ovid. Met. 1, 432. *Humidior ſpiritus,* Manil. 1, 816. Et Apul. Doctr. Plat. 1 p. 9 *Guſtatus ſenſus humilioribus & aquoſis commodatus.* Et Vitruv. 8, 2 *Auſter & reliqui* (venti) *qui a ſolis curſu in vertum faciunt, ſunt humidiſſimi.* ¶ 2. Subſtant. *Humida* pro imbri, Avienus Arateis dixit v. 792, & Tac. Ann. 1, 61, 2 *Humida paludum pontes & aggeres imponere.*

¶ Humidŭlus, *a, um,* dimin. etwas feucht, näßlich. Ovid. de Arte 3, 629 *Humidulī lini acumen.* Et Auſon. epigr. 110 *Humidulæ comæ.*

¶ Humide, adv. idem Plaut. Moſt. 1, 2, 7 *Haec cognata humide potent.*

¶ Hūmĭdĭtas, *ātis,* f. die näſſe, feuchtigkeit, pro eo tu auricularis eſt *Humor.*

¶ Humĭdo, *are,* humidum reddere, befeuchten, naſſen. Cell. 1, 3 *De his, quæ humidant & ſiccant.*

¶ Hūmor, *ōris,* m. liquor, die feuchtigkeit. *Gelidus humor,* Virg. Georg. 1, 43. *Bacchi Muſſivus humor,* Id. Georg. 2, 103. *Humore radices ſubeunte,* Curt. 5, 4, 8. Id. 7, 5, 8 *Gravis arcus humoribus non ſolinere arma; non ingredi poterant.* ¶ 2. Proſa crymis, Horat. 1, od. 13 *Humor & in genas furtim labitur.* Ped. Albinov. El. 3, 13 *Ex oculis aliquis tibi procidet humor.* ¶ 3. *Humor corporis ſaccatus,* lotium honeſte & venuſte dicitur a Lucretio 4, 1022, quod per corpus quaſi ſaccum percoletur, der urin, harn. Plin. 7, 51 eſt *humor præfandus,* i. e. urina cum præfatione honoris nominanda. Apul. Met. 1 eſt *ſpurciſſimus humor.* Et Vlpiano l. 14 ff. de Ædil. edict. *Humor collectus veſicæ.* ¶ 4. Lepide ſenex Plautinus Mil. 3, 1, 45 *Humoris aliquantulum habeo in corpore, & nondum exarui ex amœnis rebus & voluptariis.*

¶ Humorōſus, *a, um,* idem quod *Humidus.* Apul. de Herb. c. 51 de Polytricho: *Naſcitur in parietibus & humoroſis locis.* conf. Theod. Med. de Diæta c. 12; & Cæl. Aurel. Acut. 2, 12, 66.

¶ Humĭfer, *a, um,* humorem adferens. Cic. Divin. 1, 9 ex poëta, *Navibus humiferum fuccum ducere.*

¶ Hūmĭfĭcus, *a, um* idem; ut, *Spiritus humifici miſcus,* Plin. 2, 101. Inde

¶ Humĭfĭco, *are,* feucht machen. Auſonius Idyll. 8, 12 *Sementem notus humifícet.*

¶ Humefacio, *ere,* idem. Lact. de ira Dei 20 *Nebula maris diſperſa humefacit, quidquid texerit.*

¶ Humefactus, *a, um,* idem quod *humectatus,* apud Vitruvium.

¶ Humĭgo, *are,* feuchten, befeuchten. Vnde

¶ Humigātus, *a, um,* befeuchtet. Apulej. in Flor. *Ceſpes libamine humigatus.*

¶ Humigatio, *ōvis,* f. die anfeuchtung, in Fragm. Poët.

¶ Cohūmĭdo, *are,* benetzen, anfeuchten. Apulej. Met. 8 *Cohumidare genas lacrymis.*

¶ Exhūmĭdo, *are,* die feuchtigkeit abführen. Cæl. Aurel. Tard. 4, 1, 12 *Catis vehementioribus aſſellam probant, qua corpus exhumectur.*

¶ Inhūmectus, *a, um,* unbefeuchtet, trocken. Cæl. Aurel. Acut. 2, 37 *Inhumectum & ſiccum corpus.*

¶ Inhumĭgo, *are,* befeuchten. Livius Andronicus ap. Nonium in *Conſugere,* 1, 311 *Conſugere ubi conveniat campum totum inhumigant.*

¶ Subhūmĭdus, *a, um,* etwas feucht, näßlicht. Cellius 3, 6 *Subhumidi oculi.*

HŪMERUS, *i,* m. die ſchulter, achſel. *Humeri* dicuntur, quaſi *hominis armi*; nam proprie *armi* quadrupedum ſunt, *humeri* hominum. vid. Iſidor. 11, 1. Cic. in Verr. 4, 34 *Sagittæ pendebant ab humero.* Horat. Od. 1, 21, 12 *Inſignem pharetra, fraternaque humerum lyra. Iſſa deniſſis humeris,* Ter. Eun. 2, 3, 22. *Rempublicam univerſam humeris ſuis ſuſtinere,* dixit Cicero pro Flacc. c. 37, das gantze regiment auf dem halſe haben. Id. de Aruſp. c. 27 extr. *In humeris noſtris hæc immixa cohærebunt.* Salluſt. in Cicer. ſub fin. *Italia Ciceronem exſulem humeris ſuis reportavit.* Et, *Os, humerosque Deo ſimilis,* Virg. Æn. 1, 589.

¶ Humerŭlus, *i,* m. dimin. Vulg. Interp. 1 Reg. 7, 30 *Quaſi humeruli fuſiles.*

¶ Hūmerāle, *is,* n. ωμίς, ein furtzer mantel. Paulus ICt. Dig. de Re militari L. 14 §. 1 *Si tibiale vel humerale miles alienavit, caſtigari verberibus debet.*

¶ Hūmĕrōſus, *a, um,* der breite ſchultern hat. Translate *Locus humeroſus,* Colum. 3, 10, ſine vite media ejusque quaſi humeris.

¶ Superhumerale, *is,* n. ſubaudi, ut in *Humerale* etiam, veſtimentum, tegmen, aut ſimile, ein leib-rock. Hieronymus uſus eſt epiſt. 130, Vulg. Interpr. Exod. c. 28, 4.

Humidus, humifer, humificare, humigare, vide in *Humeo.*

HUMILIS, *e,* proprie ſignificat terræ propinquum, niedrig; ducitur enim ab *humo.* Ita Virg. Ecl. 4, 2 *Humiles mirice* dixit, qui & Æn. 3, 522 *Italiam* appellat *humilem,* qualis nimirum e longinquo navigantibus etiam qua montana eſt videtur. Ad ſituin pertinet etiam, cum Hor. 3 od. 4, 16 *humili Feretrum* dicit. Petron. c. 135 *Humilis caſa.* Sen. ep. 66 *Humile corpuſculum* opponitur *corpori magno.* Et Mel. 3, 7 *Humiles parvique precoris & corpore ingentibus.* Add. Curt. 7, 4, 6 *Neminem tam humilem eſſe, ut humeri ejus non poſſint Macedonis militis verticem æquare.* ¶ 2. Transferrur ad alia, ut ubi *humilis filius,* eine niederträchtige ſchreib art, apud rhetoras vulgo ſublimi & magnifico dicendi generi opponitur. Cic. Orat. c. 58 pr. *Iambus frequentiſſimus eſt in iis, quæ demiſſo atque humili ſermone dicuntur.* vide Voſſ. Inſt. Orat. 6, 1, 1. Ita Petron. c. 83 *Humillimi poëta ſpiritus,* quem opponas *divini ſpiritus poëtæ,* quo titulo Euripidem ornavit Vell. 1, 16. ¶ 3. Ad fortunam & conditionem pertinet, niedrig, gering, ſchlecht. In iſtis: Petron. c. 126 *Humilem te fateris & ſervum.* Cic. pro Mil. c. 7 *Humilem hominem* opponit *conſulari,* & Att. 9, 10 *Homines humiles, viris ampliſſimis;* Curtius autem 7, 6, 11 *Humiliores principibus.* Add. 3, 13, 7; & 6, 11, 1. *Potentibus* autem Liv. 3, 36. Phædr. 1, 28, 1. Vellej. 2, 126, 3. Sen. Thyeſt. 2, 111. Iterum Cic. pro Arch. c. 5 *Humiles artes, liberalibus & ingeniis.* Nep. præf. 5 *Hæc apud nos humilia ponuntur,* h. e. principum perſonis indigna. Id. Milt. 8, 4 *Nemo tam humilis erat, cui non ad eum aditus pateret;* & Att. 19, 2 *Fortuna humilior;* & Ageſ. 8, 2 *Humilis veſtibus.* Iuſtin. 21, 5, 3 de Dionyſio exule, *Humillima quæque tuiſſima exiſtimans in ſordidiſſimum vitæ genus deſcendit.* Phædr. 1, 27, 2 *Qui humiles nati ſunt,* von geringer ankunfft. Eosdem Cic. de Amic. c. 19 *Humilibus natos parentibus* vocat. Liv. 3, 19 *Humillimus homo de veſtra plebe.* ¶ 4. Ad animum refertur & *exceſſo magnoque* opponitur, ut *parvum, exilem, jejunum* denotet, niederträchtig, niedergeſchlagen. Cic. fin. 1, 15 *Humilem imbecillumque animum* conjunxit. Id. Off. 3, 32 *Quæ timido animo, humili, demiſſo, fractoque ſunt.* Lucret. 6, 51 *Efficiunt animos homines formidine Divum.* Vellej. 2, 83, 1 *Humillimus aſſentator.* Tac. Hiſt. 1, 53, 3 *Humilem* multis viſum eſſe *Vitellium,* refert. Tac. Agr. 16, 5 *Trebellius fuga ac latebris vitata exercitus ira, indecorus atque humilis precario mox præfuit.* Virg. Georg. 1, 331 *pavorem* vocat *humilem.* ¶ 5. Neque tamen ſemper in vitio ponitur, ſed ἀναφορικῶς quandam demiſſionem notat, demüthig. Sen. Octav. 487 *Ab invitis preces humilesque voces expiimit noſtri metus,* demüthige worte. Id. Hippol. 605, ubi ad Hippolytum amans eum noverca *Matris ſuperbæ eſt nomen & nimium potens, Noſtros humilius nomen offendit decet. Me vel juverem, Hippolyte, vel famulam voca.* Virg. Æn. 12, 930 *Ite humilis, ſupplexque oculos, dextramque precantem Protendens.* Cic. pro Font. c. 11 *Animo demiſſo atque humili, ut ſolent ii, qui affecti injuriis ad opem judicum ſupplices confugiunt.* Id. de Inv. 1, c. ult. ubi inter miſericordiæ locos eſt *obſecratio, in quo orantur qui a ſuum humili & ſupplici oratione.* Ibid. c. 16 pr. dixerat, *Si preces & obſecratione humili ac ſupplici utemur.* Id. Verr. 1, 6 extr. *Ex alacri atque læto ſic erat humilis atque demiſſus.* Ter. Hec. 3, 3, 20 *Vt res dant ſeſe, ita magni atque humiles ſumus,* niedergeſchlagen, verzagt. Sen. de Ira 2, 6 *Quid ſi dicatur, virtutem & humilem & magnam eſſe debere,* demüthig und großmüthig. Prop. 3, 15, 1 *Nunc, o Bacche, tuis humiles advolvimur aris,* i. e. in terram proſtrati, ſummaque tui nominis reverentia affecti, ut recte Cellarius interpretatur Cur. poſt. p. 244. ¶ 6. In laude ponunt ſequioris ævi ſcriptores, Chriſtiani præſertim. Spartian. Julian. c. 9 *Objecta ei eſt ſuperbia, cum ille etiam in imperio fuerit humillimus.* Vide Cellar. Diſcuſſ. app. Dan. p. 38 ſeq. Debentur hæc bonam partem Heumanno Pœciles Tom. 1 Lib. 3 p. 427.

¶ Humiliter, adv. niedrig. Proprie Palladius 3, 13 *In loco clivoſo humilius rami arborum ſervandi ſunt: in plano & uliginoſo, altius.* ¶ 2. Metaph. niederträchtig. *Humiliter & demiſſe ſentire,* Cic. Tuſc. 5, 8 extr. ſchlechte gedancken haben. *Hæc natura multitudinis eſt, aut ſervit humiliter, aut ſuperbe dominatur,* Liv. 24, 25. Superl. Plin. 6 epiſt. 24 *Eadem fuſta claritate vel obſcuritate facientium aut tolluntur altiſſime, aut humillime deprimuntur.*

¶ Humilĭtas, *ātis,* f. Hujus vocis ſignificationes eodem ordine perſequemur, quo modo in *humilis* uſi ſumus. Primo igitur ſignificat ſitum terræ ſive *humo* vicinum, niedrigkeit. Cic. Tuſc. 5, 24 med. *Septem alta ſidera multum inter ſe aut humilitate aut altitudine diſtantia.* Id. div. 2, 43 *Quanta humilitate luna feratur, terram pene contingens.* Ac de nat Deor. 2, 47 extr. *Aliorum ea eſt humilitas, ut cibum terreſtrem roſtris facile contingant. Arborum humilitas* eſt Sall. Ing. 49. *Navium,* Cæſ. Gall. 5, 1. ¶ 2. De ſtilo adhiberi videtur ita, qui cum Turnebo Perron. c. 4 legunt *Luciliana ſcbedium humilitatis.* vide Douſ. præcid. 1, 3. Alii, & ipſe Burm. *improbitatis.* ¶ 3. Ad fortunam refertur, niedriger ſtand. Cic. Tuſc. 5, 10 *Paupertas, ignobilitas, humilitas* conjunguntur. Et pro Roſc. Am.

Am. c 47 *Humilitas cum dignitate de amplitudine contendit.* Ita etiam adhibetur in Dial. de corr. eloq. c. 39, 2. *Humilitas generis*, Sall. Iug. 73. Et Curt. 4, 1, 24 *Ditissimus quisque humilitatem inopiamque ejus criminabatur.* Huc referas Min. Fel. Oct. 5, 6 *Ut ad humilitatis nostræ terminos evagamur*, h. e. ea investigamus, quæ humani ingenii modum excedunt: *humanam mediocritatem* paullo ante dixerat. ¶ 4. Ad animum pertinet & virtium notat *magnanimitati* oppositum. Cic. Tusc. 3, 13 pr. *Habet levitatem lætitia gestiens, humilitatem metus*, hat etwas niederträchtiges. Id. de Orat. 1, 53 De *Gallo* qui *vili puero* (populo ostensis) *& lacrymis usus esset, pœnas daturas fuerat. Hæc Rutilius valde vituperabat, & huic humilitati dicebat vel exilium fuisse vel mortem antepœnendam.* Ita Plin. 8 ep. 6 *Humilitatem Senatus* reprehendit, qui servili adulatione ductus, liberto Pallanti immodicos honores decrevisset. Ita Petron. c. 126 *Nunc are inter monstra, quod ancilla habuerit matronæ superbiam, & matrona ancillæ humilitatem.* ¶ 5. Mediam significationem habere certe non admodum vitiosa esse videtur Cæs. Civ. 1, 85, 2, ubi *humilitas* Afranio & fuæ partis hominibus tribuitur, de quo paulo ante, *hæc quam potest demississime atque submississime exponit.* Cic. de Inv. 1 extr. *Sæpe virtus & magnificentia, in qua gravitas & auctoritas est, plus proficit ad misericordiam commovendam, quam humilitas & obsecratio*, quam tamen obsecrationem paullo ante inter locos misericordiæ retulerat. ¶ 6. Virtus *humilitas* ut Christianis propria, ita ipsum quoque nomen, die demuth. v. g. *Patientiam & humilitatem* Martini sui laudat Sulp. Sever. in ejus vita 2, 7. *Humilitatem animi* vocavit Lactant. 5, 15 med. Vulg. Int. Col. 3, 12 *Induite benignitatem, humilitatem*, τραπεινοφροσύνην. Augustin. Tom. 9 p. 221 *Humilitas tota est, ut quis se cognoscat* &c. Et vix invenies aliud vocabulum Latinum, quod vim hujus virtutis omnem exhaustiat.

¶ Humilio, *avi, atum, are*, verbum ecclesiasticorum fere proprium, demüthigen. Salvian. lib. 6 *Civitas hostili populatione vastatur, humiliatur*: & post paullo, *Deus nos nonnunquam sinit pro peccatis nostris humiliari.* Adde Curas Post. Cellarii p. 306, ubi adducuntur Cyprianus 6 epist. 6, & Ammian. 30, 10. Sed & Tertull. adv. Marc. 5, 20 *Rejungat, ait, corpus hoc nostrum quod humiliatur in passionibus.*

¶ Humilifico, *are*, idem. Tertull. de Pœnitent. c. 9 *Exomologesis prosternendi & humilificandi disciplina est.*

¶ Humiliatus, *a, um*, erniedriget, gedemüthiget. Vulg. Interpr. 1 Reg. 21, 29 *Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? &c.* ¶ 2. *Humiliatorum* ordo quando & quomodo in Germania exortus sit, tradunt Polydorus Virgil. 7, 2 & Sabell. 5, 9.

¶ Humiliatio, *onis*, f. ejus conditionis est, cujus ipsum verbum *Humiliare* fuit, die demüthigung, erniedrigung. Terr. adv. Hermogenem c. 7 *Non capit ullam diminutionem & humiliationem, quod est æternum atque innatum. Innatum* autem h. l. est non natum. conf. de Patient. c. 13.

¶ Perhumilis, *e*, sehr niedrig. Ammian. 16, 16 *Corpus perhumile.* Humor, quære in *Humeo.*

¶ HŬMUS, *i*, f. terra, die erde, das erdreich. Ovid. Remed. Am. v. 596 *Nunc in arenosa lassa jacebat humo.* Et Heroid. epist. 4, 44 *Aut in graminea ponere corpus humo.* Virg. Georg. 3, 9 *Se humo tollere.* Sall. Iug. 48, 3 *Quæ humi arido atque arenoso gignuntur*, ut ardua montium, *terrena vastum.* Ita Cort. ¶ 2. Prop. 4, 11, 100 *Dum pretium vitæ grata rependit humus*, i. e. inferi. v. Broukch.

¶ Humi, adverbialiter, unten. Horat. de Arte Poët. 28 *Serpit humi, tutus nimium timidusque procellæ*, kriecht auf der erde. *Humi fundere*, zur erden erlegen, Virg. Æn. 1, 193.

¶ Humo, *avi, atum, are*, humo operire, sepelire, beerdigen, zur erden bestatten, begraben. Lucret. 6, 129 *Quisque suam pro re consortem mœstus humabat.* Cic. de Divin. 1, 27 *Simonides ignotum quemdam projectum mortuum vidit cumque humavit.* ¶ 2. Sed *humare taleas*, Colum. 5, 9 est, gesencke einlesen.

¶ Humatus, *a, um*, begraben. Cic. de Leg. 2, 22 *Quod nunc communiter in omnibus sepultis penitus, humati dicantur: id erat proprium tum in iis, quos humus injecta contegeret.* Propert. 2, 459 *Non ille Antilochi vidisset corpus humati.*

¶ Humātio, *onis*, f. sepultura, das begräbniß, die beerdigung. Cic. Tusc. 1, 43 *Aliquid etiam de humatione & sepultura dicendum.*

¶ Humātor, *oris*, m. qui humat. Lucan. 7, 799 *Pœnus humator Consulis*, id est, Hannibal, qui cæsi ad Cannas consulis Æmilii corpus magnifice sepeliit.

¶ Circumhumatus, *a, um*, umherbegraben. Ammian. 22, 12 *Circumhumata corpora statuit inde transferri.*

¶ Inhūmo, *āre*, Plinius pro *humare* usurpavit 17, 19 *Inhumare taleas*, quod Columella jam *humare* dixerat, einscharren. Sed

¶ Inhumatus, *a, um*, non humatum significat, unbegraben. Virg. Æn. 4, 620 *Sed cadat ante diem, mediaque inhumatus arena, &c.*

¶ Postĥumus, *a, um*, nach des vaters tode gebohren. Festus: *Posthumus cognominatur post patris mortem natus.* Plaut. Aul. 2, 1, 41 *Si senex anum prægnantem fortuito fecerit, quid ducitas, quia sit paratum nomen puero Posthumus.* Cic. de Orat. 1, 39 *Posthumus & natus & antequam in suam tutelam veniret, mortuus.* conf. Isidor. 9, 5, & Sigonius de Nom. Rom. cui etiam est *Postbunus post humatum patrem natus.* Et Varro de L. l. 8, 38 *Postbumam*, ait, *a multis post patris mortem etiam nunc vocari.* Alii scribere malunt *Postbumus* e. g. Alb. Gentil. Lect. Virg. c. 14. ita etiam in Lapidd. Capitolinis, MSS. & nummis teste Manutio in Orthogr. Gr. πόστμος, non πόσθμος. Sed *Postumus* quibusdam aliud est, de quo infra in *Post*: ubi & derivata *postumo, Postumatus, Postamius &c.*

HVNGĀRIA, *æ*, f. Ungerland; provincia Europæ, olim *Pannonia*, de qua infra seorsim. Postquam tenuere Hunni & Avares, *Hungaria* appellata est. vid. mox *Hunni*, & Vinet. in Auson. p. 602.

¶ Hungări, *orum*, m. pl. die Ungarn; qui & *Pannones* & *Pannonii*, gens bellicosissima.

¶ Hungaricus, *a, um*, Ungarisch, ut, *Hungaricum vinum.* Consuli possunt Bonfinii *rerum Hungaricarum decades.*

HVNNI, *orum*, m. pl. Οὖννοι, gens Scythica origine, barbara & immanissima, die Hunnen. Regem fuit præfecerunt Attilam crudelissime omnia vastantem, anno Christi 401. Qui interrogatus, quamobrem tam immaniter sæviret, respondit: *se ense fugendi Dei.* Ab his, & Avaribus, alia Scythica gente, Pannonia inferior, *Hungaria* quasi *Hunnaria* appellata est. Nam Hunnis ibi e sedibus supervenere Avares, & miscuerunt se, itaque communi regno communi nomen tribuerunt. Nam navis ab Οὖννος, *Hunni*, ejusdem immanissimi populo Scythico, qui ad Danubii ora consedit, nomen istius regionis derivare. vide Zonar. 13, 12 in Leone Philosopho.

HYĀCINTHUS, *i*, m. Ὑάκινθος, planta cum flore, qui sub Martii finem & Aprilis initium inter segetes & in silvis provenit, eine violе, merzelblume. Interdum ipsum *succinium* vocant. Virg. ecl. 3, 63 *Suave rubens hyacinthus.* Id. Georg. 4, 183 *ferruginei hyacinthi.* ¶ 2. Est & lapis pretiosus ejusdem nominis, aureo, secundum Plinium 37, 9, colore lucens, ein saphirstein. Agricol. ten Laecchio, ein hyacinte, qui ab amethysto cum valde differre. ¶ 3. Fuit alius *Hyacinthus* Amyclæ & Diogenedeæ filius, Cynorti frater, ab Apolline valde adamatus, & ab eodem per imprudentiam occisus: postmodum in hyacinthum, florem sui nominis, ab eo conversus. vid. Ovid. Met. 10, 155; Callæus ad Lactant. p. 51.

¶ Hyacinthia, *orum*, n. pl. festi dies, quod Lacones per trium dierum spatium celebrabant eo dolore, quem ex Hyacinthi morte Apollo cepit. vid. Athenæus 4, 4. Pausan. in Laconicis, & Ovid. Met. 10, 219.

¶ Hyacinthĭnus, *a, um*, quod coloris est hyacinthi, violen-braun. Catull. 62, 93 *Flos hyacinthinus.* Perhas 1, 32 *Cui circum humeros hyacinthina læna est.*

¶ Hyacinthizontes, m. pl. ὑακινθίζοντες, Smaragdi ad hyacinthi colorem accedentes. v. Plin. 37, 5; Solin. c. 55.

Hyades, vide *Hyas.*

HYAENA, *æ*, f. ὕαινα, animal Africæ, sive, ut Porphyrius lib. 3 περὶ ἀποχῆς scribit, Indiæ, ubi *Crocuta* appellatur, lupi magnitudine: in mortuorum sepulcra sese condit, & noctu ovium adit stabula, reditisque quas audit vocibus pastores evocat, egressos laniat ac devorat, ein vielfraß, v. Solinum c 40. Plin. 8, 30, Ælianus de Animal. 2, 35, itemque Ovid. Met. 15 tradunt, singulis annis mutare sexum hoc animal, & marem modo, modo fœminam fieri; sed negat Aristoteles Hist. animal. 6, 32. De *hyæna* in nummis more suo Spanhem. diss. 4 p. 207 sq. ¶ 2. Cæterum & pilcis, & ¶ 3. Serpentis nomen *Hyæna* est. vid. Gesnerus. Lucan. 6, 672 *Viscera non lyncis, non diræ nodus hyænæ.*

¶ Hyænia, *æ*, f. & Hyænium, *i*, n. gemma in oculis hyænæ nascens, quæ si linguæ subdita fuerit, homo futura prædicere creditur. v. Plin. 37, 10: & Solin. c. 30.

HYĀLUS, *i*, m. ὕαλος, color vitri, seu color viridis, ut Servius interpretatur, qui *hyalinus* etiam dicitur, glas-grün, meer-grün. Virg. Georg. 4, 334 *Milesia vellera nymphæ Carpebant hyali saturo fucata colore.* Auson. Mosella v. 418 *Cæruleos nunc Rhene sinus, hyalumque virentem Pande peplum.*

¶ Hyālinus, *a, um*, ὑάλινος, vitreus, gläsern; ut, *Calices hyalini*, kelch-gläser. Fulgent. 1 Myth. *Hyalinæ sphæræ cavitas*, eine glas-kugel.

¶ Hyāde, *es*, f. nympha una ex comitibus Dianæ. Ovid. Met. 3, 172 *Excipiunt laticem Nepheleque, Hyaleque, Rhanisque.*

¶ Hyaloīdes, *is*, n. gr. ὑαλοειδὲς, humor vitreus oculi, das weisse im auge, Celf. 7, 7, 13.

¶ Hyalothēca, *æ*, f. ὑαλοθήκη, dici potest repositorium vitrorum, ein glas-schranck. Sed nulla auctoritate se tuetur. Talia etiam sunt, quæ subjiciemus.

¶ Hyalurgus, *i*, m. ὑαλουργὸς, vitrarius, ein glasmacher.

¶ Hyalurgica, *æ*, f. ὑαλουργικὴ, ars vitraria, die glasmacher-kunst. v. Casp. Schotti Curs. Mathem. p. 619.

¶ Hyalurgium, *i*, n. ὑαλουργεῖον, officina vitraria, locus, ubi vitra conficiuntur, die glas-hütte.

HYAMPŎLIS, *is*, f. urbs Phocidis prope Bœotiam, Plin. 4, 7. Stat. Theb. 7, 345 *Et valles Lebadeæ tuas & Hyampolin, &c.*

HYANTES, *um*, m. pl. dicti olim Bœoti, Græciæ populi. v. Plin. 4, 7; & Scholiasten Pindari ad Olymp. 6 p. 56.

¶ Hyantius, Hyantēus, *i*, m. idem quod Bœotius. Ovid. Met. 3, 147 *Participes operum compellat Hyantius ore*, i. e. Actæon.

¶ Hyantĭdes, *um*, f. Musæ, quæ in Bœotia habitasse finguntur.

HYAS, *ădis*, f. Ὑάς, plur. *Hyades*, septem sunt stellæ, in capite Tauri, qui & *Hædi* & *Succulæ* dicuntur, sieben-gestirn. *Hyades* ab ὕειν, quod pluvias concitent: vel quia Bacchi nutrices fuerunt, a Baccho, qui vocatus est *Hyes*, quique ob lactis beneficium eas in stellas mutavit. v. Nat. Comit. Myth. 5, 13. Ovid. Fast. 5, 165 *Ore micant Tauri septem radiantia flammis Sidera, quas* Hyadas *Græjus ab imbre vocat.* Vide & Gell. 13, 9. Plin. 2, 39: & 18, 26.

Hybernia, vide *Hibernia*, Hybernus, &c. *Hiems.*

HYBLA, *æ*, & Hybla, *es*, f. Ὕβλα, civitas & mons Siciliæ, thymi & salicum copia abundans. Martial. 2 epigr. 46 *Floreda per vastos ut pingitur Hybla colores.* Tres autem ejus nominis urbes Siculæ fuere. vid. Drakenb. ad Sil. 14, 200 ex Cluverio.

¶ Hyblæus, *a, um*, adj. ut, *Apes hyblææ*, Virg. ecl. 1, 55; & *Mella hyblæa*, Martial. 11 epigr. 43. Claudian. Fescenn. Nupt. Hon. v. 105 *Non qui quam fraudat veris odoribus, Hyblæus latebris nec fovilat favos, Si fronti caveat, si timeat rubos, Armat spina rosas, mella tegunt apes.*

¶ Hyblensis, *e*, idem. Cic. Verr. 5. *Cum vero ex Hyblensium pactionibus intelligetis.*

HYBRĪDA, *æ*, c. antiqua vox, qua genus aliquod mixtum significabatur, a gr. ὕβρις, *contumelia, injuria*, feliciter illata naturæ. Et est proprie factus ex impari parentibus, ut ex piro, & ove, ferro mixto, domestico altero conceptus, vel cane ex venatico & gregario, &c. Plin. de Sabinis 8, 52 *In nullo genere aque facilius mixtura cum ferâ, quam ter natos antiqui* HYBRIDAS *vocabant, ad homines quoque, ut Antonium, Ciceronis in Consulatu collegam, appellatione translata.* Vetus

Scholiastes Horatii in 1 sat. 7 HYBRIDAE, inquit, *proprie dicuntur canes, qui ex aquatilibus nati sunt; ut ex venatico & gregario.* ¶ 2. Sed ad homines etiam appellatio translata est, ut *Hybrida* sit, qui vel ex ingenuo & servo, vel ex servo & libertino natus est: item, qui diversæ nationis parentes habet, quod & Plinius l. c. observat. Horat. 1 sat. 7 pr. *Hybrida quo pacto sit Persius ulcus opinor. Hybridem* vocat, quod patre Græco, matre Romana natus esset. Quemadmodum & Suetonius Afinium Epicadum *Hybridam* dixit, quod patre Romano, matre Parthyna editus esset, Augusti vita c. 19. Martial. 6 epigr. 39 *hybridarum grex*: & 8 epigr. 22 *Invitas ad aprum, panis mihi, Gallice, porcum, Hybrida sum, fi das, Gallice, verba mihi.* Denique dicitur *Hybrida*, qui mixto sermonis genere utitur, ut homines peregrini fere solent, indigenis mixti, quomodo exponunt locum Horat. 1 sat. 7, 2. ¶ 3. *Hybrida vox* est ex diversis linguis constitutinata. Tales voces ex Græco & Latino plusculas profert Poyma ad Cic. Att. 2, 1 p. 171 sq. Græv. Vid. Bernegg. ad Suet. Cæs. c. 56 n. 6, & ad August. c. 19, ubi de vocis etymo agit. Harduinus ad Plin. 8, 52. *Ibridas* quidam scribunt, inquit, ab *Umbris*, *Imbris*, *Ibris*.

Hybris, *idis*, vide *Hibris*.

HYDASPES, *is*, m. Ὑδάσπης, Indiæ fluvius in Pori regno, inter Indum & Acesinem medius, qui postea cum aliis in Indum se exonerat. *Nisæus Hydaspes* Lucano c. 3, 227. *Fabulosus* Horatio 1 od. 22, 7. *Gemmifer* Senecæ Medea v. 725. ¶ 2. Est & *Hydaspes* Persiæ fluvius aut Mediæ, ut inter Virgilio habenda atque Curtio. Ille Georg. 4, 211 *Medo Hydaspe*; hic 4, 5, 4 *Euphratem, Tigrim, Araxen & Hydaspen memorata regni* Persarum vocat. Verum, quia *fabulosus* Horatio Hydaspes dicitur, videtur Romanis nihil certi de illo notum fuisse, eosque, ut alibi de Curtio & Virgilio constat, in hac quoque Geographiæ parte hallucinatos fuisse. Forte *Choaspes* utrique in animo fuit, cujus nominis flumen & India habet, & Persia Susiene. Geographi certe de Persidis Hydaspe constanter silent.

¶ Hydaspēus, *a, um*, adj. Claudian. de 3 Consul. Honor. v. 4 *Dives Hydaspeis augescat purpura gemmis.* Et Sidonius Paneg. Anthemii v. 446 *Non Puri mode regna precor, nec ut hisce lacertis Frangat Hydaspeas aries impactus Erythras.* v. Sirmondum ad h. l. p. 114.

HYDATIS, *idis*, f. ὑδατίς, apud Suidam & Celsum vesicula seu pustula aquam continens, ein wasserblädgen. ¶ 2. Gemma Mart. Capell. 1 p. 20 *Posterior pars corvinæ hydatide, adamante & erystallo lapidibus alligabatur.*

HYDRA, *æ*, f. & Hydrus, *i*, m. sed mas iste, illa fœmina, genus anguium in aqua vivens, nullis serpentum veneno inferius, quemadmodum Plinius ait 19, 4, eine wasser-schlange. Sunt, qui & *natricem*, quod aquis innatet, dicant & *Chersydrum*. Aetius 13, 35 *Serpens Chersydri appellationem inde habet, quod in principio quidem in aquosis degit locis, & hydrus appellatur, ab ipsis aquis, hoc est, natrix, postea vero siccos incolit locos, Chersydri, id est, natricis terrestris, nomen invenit.* Ejusdem igitur serpentis appellationes erunt: *Natrix, Natrix, Coluber, Hydrus*, ὕδρος, χέρσυδρος, *Chersydrus*. Virg. Georg. 3, 545 *Vipera & attoniti squamis astantibus hydri.* Lucan. 9, 673 *Defenduntque caput protenti crinibus hydri.* ¶ 2. Pro ipso veneno posuit Sil. 1, 322 *aut hydra imbutus, bis noxia tela, sagittas.* ¶ 3. *Hydra*, serpens multorum capitum in Lerna palude Poeris fuit, ab Hercule tandem victa. v. Lucret. 5, 26. Ovid. Met. 9, 69 seqq. Horat. 4 od. 4, 61, & 2 epist. 1, 10: Virg. Æn. 7, 658. Dicitur ab Eodem Æn. 6, 287 *Bellua Lernæ horrendum stridens.* Et Æn 8, 300 *Lernæus anguis.* Et 6, 576 *Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra.* De *Hydra* in nummis Spanhem. diss. 5 p. 267 sq. Adde Heinf. & Drakenb. ad Sil. 2, 158. ¶ 4. *Hydram secare*, ὕδραν τέμνειν, proverbiale est, apud Platonem, & Plutarchum, pro eo, quod est ita tollere incommodum unum, ut in ejus locum decem aut plura alia succedant.

¶ Hydrīnus, *a, um*, adj. ut, *Hydrina vulnera*, Prudent. 10 Peristeph. v. 885.

¶ Anhydros, *i*, m. ἄνυδρος, ita narcissus a Græcis dicitur, die narcisse. v. Apul. de Herb. c. 54.

¶ Enhydris, *idris*, f. & Enhydrus, *i*, m. ἔνυδρις, coluber in aqua vivens, unde & nomen habet, eine wasser-schlange. Ita enim exerte Plinius 32, 7 *Enhydri is vocatur a Græcis colubra in aqua vivens.* Et 32, 3 *Draconis os e spina; item enhydridis.*

HYDRAGŌGIA, *æ*, f. ὑδραγωγία, aquarum deductio, die abführung des wassers. Varro apud Nonium 3, 114.

¶ Hydragōgus, *a, um*, ὑδραγωγός, aquam evacuans, wasser abführend. Cæl. Aurel. Tard. 3, 8, 119 *Aquidua medicamina Græci hydragoga vocaverunt.* Apul. de Herb. c. 27 *Chamædaphne a Græcis hydragogos dicitur.*

HYDRĂGŌNOS, *i*, m. & f. ὑδρόγονος, ex aqua genitus. Ita dicitur *nymphæa*, apud Apulej. de Herb. c. 67, eine wasserblume.

HYDRARGŸRUS, *i*, m. ὑδραργυρος, quo nomine græce argentum vivum vocant, tam nativum, quam factitium, quecksilber, Plin. 33, 3. qui tamen auctor factitio tantum *hydrargyri* nomen tribuit, certe ubi ex instituto de utroque agit.

HYDRASTĪNA, *æ*, f. cannabis agrestis, Apul. de Herb. c. 114.

HYDRAVLUS, *i*, m. ὑδραύλης, organum extrahendæ e profundo aquæ idoneum, eine wasser-kunst, Valla. ¶ 2. Erat & instrumentum musicum non dissimile nostris organis, quæ in templis habemus, quod agitatæ aquæ sonum edebat, eine wasser-orgel. v. Vitruv. 10, 13, & Scalig. Comment. in Æmilian Severi. Elegantissime describit Claudian. de Conf. Mallii sub finem. Plin. 9, 8 de Delphino: *Mulcetur Symphonia cantu, & præcipue hydrauli sono*, durch orgel-klang. Ad quem locum plura dabit Gesner. Chrestom. Plin. p. 454 sq.

¶ Hydraula, *æ*, f. idem. Vitruv. 10, 10 de tympanis loquens aquaticis, ad molendam farinam: *Eadem ratione versantur hydraulæ.* Sed Salmasius in Solin. p. 416 legit *hydromylæ*.

¶ Hydraules, *æ*, m. qui tractat hydraulum. Vet. Gloss. *Organarius*, ὑδραύλης. Adde Suet. Ner. c. 54.

¶ Hydraulicus, *a, um*, ὑδραυλικός, aus wasserröhren bestehend. ut, *Organum hydraulicum*, Plin. 7, 37. & Suet. Ner. c. 41. Auctorem ejus Archimedem fuisse, dixit Tertullianus de Anima c. 14. *Hydraulicæ machinæ*, Vitruv. 9 c. ult. v. Turneb. Adverss. 1, 22.

HYDRĒUS, *a, um*, ὑδρεῖος, aquatilis, wässericht. Mart. Capella 7 p. 237 *Hydreo germine pullulare.*

¶ Hydrēum, *i*, n. subst. ὑδρεῖον, aquatio, locus aquationis, puteus, die tränke, der brunnen. Solin. c. 67 *Terrestre iter hydreum tenus.* v. Salmas. Exercit. ad h. l. p. 833.

¶ Hydreuma, *ātis*, ὑδρευμα, pro *hydreo*, aliquoties in enumerandis aquationum locis habet Plinius 6, 23.

¶ Hydria, *æ*, f. ὑδρία, urna, quam Plautus *Aqualem* dixit, ein wasser-krug. *Hydriæ argenteæ*, Cic. in Verr. 4, 19. ¶ 2. *Hydria in foribus*, ἐπὶ θύρας ὑδρία, proverbiale est, apud Arist. pro re vili & contemta, ungeacht, als ein alter topf.

¶ Hydrius, *i*, m. ὑδριος, aquarius: Sic *Puer hydrius*, i. e. fidus aquarii, sive Ganymedes, Prudent. Apoth. v. 622.

¶ Exhydriæ, venti sic dicti post imbrem effusum, Apul. de Mundo p. 241.

HYDRŌCĒLE, *es*, f. ὑδροκήλη, hernia, der bruch. Martial. 12 ep. 84 *Dicentem tumidas in hydrocelas.*

¶ Hydrocelicus, *i*, m. hydrocele laborans; Plin. 30, 8 *Hydrocelicis fellitos prodesse tradunt*, den gebrochenen.

HYDRŌCĔPHĂLOS, *i*, m. ὑδροκέφαλος, est tumor capitis ex collecto nimio humore, eine haupt-geschwulst. Cels. 4, 2.

HYDROCHOUS, *i*, m. ὑδροχόος, aquarius, der wassermann, Catull. 67 extr.

HYDRŌGĂRUM, *i*, n. liquaminis genus inter veterum cupedias, apud Lamprid. in Heliog. c. 29.

¶ Hydrogarātus, *a, um*, cum hydrogaro factus. Apicius 2, 2 *Hydrogarata ita ficia facere.*

HYDRŌGĒRON, *ontis*, m. ὑδρογέρων, alias senecio, St. Jacobsblume, Apul. de Herb. c. 75.

HYDROGRĂPHIA, *æ*, f. ὑδρογραφία, descriptio aquarum, die wasserbeschreibung, est pars specialis Geographiæ.

HYDRŌLĂPĂTHUM, *i*, n. lapathi genus in aqua nascens, wasser-ampffer. Plin. 20, 21 ὑδρολάπαθον.

HYDROMANTIA, *æ*, f. ὑδρομαντία, divinationis genus per aquam, Plin. 37, 11; Isidor. 8, 9. conf. Salmas. in Solin. p. 768.

HYDRŌMĔLI, n. indeclin. ὑδρόμελι, aqua mulsa, quam & μελίκρατον Græci dicunt, *melicratum*: Germani, meth von Honig, a μέθη, *ebrietas*. v. Vlpian. l. 9 ff. de trit. vin. ol. leg.

HYDRŌMĔLUM, *i*, n. ὑδρόμηλον, potio ex aqua & malis, ein apfel-tranck. Isidor. 20, 3.

HYDRŌMŸLA, *æ*, f. rota in flumine ad molendam farinam, eine wasser-mühle. Ita legit Salmasius apud Vitruv. 10, 10, uti jam dictum in *Hydraula*.

HYDRŌPHŎBUS, *i*, m. ὑδροφόβος, qui aquam formidat, wasserscheu. Miserrimum genus morbi, quo qui laborat, a rabido nimirum cane vulneratus, & siti & aquæ metu pariter cruciatur, Celsus 5, 27, & Plin. 29, 5.

¶ Hydrophobia, *æ*, f. ὑδροφοβία, ipse morbus, apud Celsum d. l. & Cæl. Aurel. Acut. 3, 9. Plutarchus Sympos. 8 probl. 9 Hydrophobiam & Elephantiasin morbos fuisse novos Asclepiadis tempore, qui sub Pompejo M. Romæ in arte Medica claruit, ex sententia Athenodori Medici testatum fecit; ubi similes morbos ex caussis diversis posse noviter oriri disputat. Ejus remedium esse nullum, scribit Ovidius Ponto 1 epist. 3, 23 *Tollere nodosam nescit medicina podagram, Nec formidatis auxiliatur aquis.* Sed vide Hier. Mercurialem, de hoc morbo differentem Var. Lect. 1, 2.

¶ Hydrophobĭcus, *a, um*, adject. ut, *Hydrophobica passio*, Cæl. Aurel. Acut. 3, 8.

HYDRŌPHŸLAX, *acis*, m. ὑδροφύλαξ, aquarum custos sive curator, ein rohrmeister, l. 10 Cod. de aquæ ductu.

HYDRŌPĬPER, *ĕris*, n. ὑδροπέπερι, wasser-pfeffer, flöh-kraut. Dioscor. 2, 150.

HYDROPS, *ōpis*, m. ὑδρωψ, aqua intercus, die wassersucht. Horat. 2 od. 2, 13 *Crescit indulgens sibi dirus hydrops.* conf. Colum. 7, 7.

¶ Hydrōpĭsis, *is*, f. ὑδρώπισις, idem. Plin. 20, 1 extr.

¶ Hydropissimus, *i*, m. idem, de quo quomodo fiat, v. Cæl. Aurel. Acut. 1, 14, 108.

¶ Hydrōpĭcus, *a, um*, ὑδρωπικός, wassersüchtig. Hor. 1 epist. 2, 34 *Si nolis fumus, cerres hydropicus, & ni Posces ante diem librum cum lumine &c.* Plin. 21, 20 *Potum propinant hydropicis incipientibus in vino decoctum.*

HYDRŌSĔLĪNUM, *i*, n. ὑδροσέλινον, infructuosa rosmarini species, sive apium palustre, wassereppich, Apul. de Herb. c. 79.

HYDRUS, *hydruntis*, & Hydruntum, *i*, alia forma: Priore usus est Cic. Att. 15, 21 *Ego jam destinaram, Hydruntem quidem*; & Lucan. 5, 375. Posteriore Plin. 3, 11 *Hydruntum, ad discrimen Ionii & Adriatici maris, qua in Græciam brevissimus transitus.* Oppidum nempe Calabriæ est, portu adversus Græciam nobilissimum, hodie *Otranto*.

¶ 2. *Hydrus*, *i*, vide *Hydra*.

¶ Hydruntīnus, *a, um*, adject. ut, *Hydruntina terra*, nunc *terra di Otranto*.

Hyems, hyemalis, &c. vide in *Hiems*.

HYGĒA, vel HYGIA, *æ*, f. Ὑγίεια, Æsculapii filia, dea sanitatis, die gesundheits-göttin. Plin. 35, 11, deque ejus simulacro 34, 8. Mart. 11 ep. 61 *Quod sanare Criton, non quod Hygea potest.*

¶ Hygiēne, *es*, f. ὑγιεινή, medicis est methodus sanitatem conservandi, uti *Therapeutice* methodus sanitatem recuperandi. ¶ 2. *Hygiene agria*, i. e. Helxine, St. Peterskraut, Dioscor. 4, 86.

HYGĪNUS, *i*, m. (C. Iulius,) libertus Augusti, a quo advectus Romam præfuit Bibliothecæ Palatinæ. Multa scripsit, e quibus supersunt

Fabulæ

Fabulæ & Poëtica aſtronomica. Nam Gromatica, ſeu de limitibus conſtituendis, alterius *Hygini* ſunt, qui tempore Trajani vixit. v. Gell. 1, 7 & 10. Suet. de Illuſtr. Gramm. Voſſ. de Hiſt. Lat. 1, 20.

HYGREMPLASTRVM, *i*, *n.* ὑγρέμπλαστρον, emplaſtrum liquidum, Plin. 34, 15.

HYLA, vel Hylas, *æ*, m. Ὕλας, comes Herculis fuit, cui in finibus Ioniis amiſſo, cum in fonte periiſſet, ſacra inſtituit, in quibus nomen ejus crebro appellabatur, ad quod Virgilius reſpexit eclog. 6, 44 *Vt litus Hyla, Hylaomne ſonaret.* vide ibi Servium, & Italm. in proverbio: *Hylam inclamas*, de fruſtra vociferantibus & nihil proficientibus, du ruffeſt vergebens. Totam fabulam eleganter deſcribit Propert. 1, 20. vide etiam Theocriti Idyllion 13, quod inſcribitur *Hylas*. ¶ 2. *Hylas*, pantomimus, apud Suet. Aug. c. 45. ¶ 3. *Hylas*, pugil quidam, de quo Auſon. epigr. 91 *Doctas Hylas caſtu.* vide ibi not. Vineti.

HYLAX, *ăcis*, m. nomen canis apud Virgil. ecl. 8, 107 *Neſcio quid certe eſt, & Hylax in limine latrat.*

¶ Hylactor, *ŏris*, etiam nomen canis, uti *Hylacides* apud Homerum Odyſſ. § v. 204. Ovid. Met. 3, 224 *Labros, & Agrioden, & acutæ vocis Hylactor.*

HYLE, *es*, f. ὕλη, ſilva; *Hyles* autem nomine Attejus Philologus quemdam variæ eruditionis librum inſcripſit, ut Suetonius auctor eſt de Illuſtr. Grammat. c. 10. Ita Latino nomine alii opera ſua, in quibus variæ diverſæque res tractatæ eſſent, *Silvas* vocarunt. vide infra *Silva*. ¶ 2. *Hyle* ut nomen eſt Ovid. Met. 12, 378; Stat. Theb. 7, 267.

¶ Hylæus, *i*, m nomen Centauri, a ſilvis deductum, apud Virg. Georg. 2, 457. Ovid. Met. 3, 213; Horat. 2 od. 12, 51 &, Stat. Theb. 6, 530.

HYLONÖME, *es*, f. id eſt, *ſylvas depaſcens*, mulier inter Centauros, Cyllari uxor, quæ marito mortuo gladio incubuit. v. Ovid. Met. 12, 405, &c.

HYMEN, *ĕnis*, in natura muliebri membranula, quæ, ut Scaliger Poët. 1, 50 loquitur, ſcinditur virginibus primo quoque Veneris tentamento & aditu, de quo tamen recentiores anatomici vel dubitant vel negant. Cæcilius apud Nonium 2, 225 *Hymenem virginis, niſi mirum eſt, deintegravit.* Sed neque Stephani fragmenta vett poëtarum, neque Merceri, aut Godofredi Nonius aliter, quam *Nomen virginis* habent, quod ſuſpicatur Mercerus vertendum eſſe in *Novem virgines*. Excerpta ex veteribus Lexicis c. 1, *Membranum*, ὑμήν. ¶ 2 Hinc *Hymen* dictus nuptiarum deus, Vraniæ filius: Qui Latinis *Thalaſſus* ſive *Thulaſus*, de quo Livius 1, 9. Statius 1 Silv. 2, 238 *Quæ vit Hymen thalamis intactum dicere carmen.*

¶ Hymenæus, *i*, m. ipſe deus nuptialis, der hochzeit-gott. Catul lus carm. 62, 5 &c. *Hymen o Hymenæe: Hymen ades o Hymenæe.* Sed *Hymenei* nomen Servius a puero quodam Heſpero adamato; vel juvene Athenienſi ducendum putat, qui inter bella fæviſſima liberavit virgines. Quo factum, ut tanquam liberator virginitatis a nubentibus invocaretur, vide eum in ecl. 8, & Æneid 1. præcipue vero Æn. 4 Virgilii. ¶ 2. Carmen nuptiale, quod canebatur ſponſo jam ſponſæ accumbenti, ein brautlied, Stat. 2 Silv. ult. v. 87 *Et veſtros Hymenæon ante poſtes Feſtis cantibus ipſa perſonabo.* v. ſupra *Epithalamium*. ¶ 3. Ipſæ nuptiæ per metonymiam, hochzeit, Virg. Æneid. 1, 651 de Helena loquens: *Pergama cum peteret, inconceſſoſque Hymenæos.* Eodem modo in plurali exſtat apud Fabrettum in Inſcript. p. 329 QVAE LAETOS HYMENAEOS MORTE PRAEVERTIT.

¶ Hymeneius, *a*, *um*, adj. hochzeitlich; ut, *Lex hymeneia* apud Mart. Capellam.

HYMETTVS, *i*, m. Τμηττός, mons Atticæ clariſſimus, optimo abundans melle. Martial. 7 epigr. 88 *Paſcat & Hybla meas, paſcat Hymettos apes.*

¶ Hymettius, *a*, *um*, adj. Horat. 2 ſat. 2, 15 *Sperne cibum vilem, niſi Hymettia mella Falerno* &c. Val. Max. 9, 1, 4 *Columnas Hymettias in porticu domus habet.* v. Plin. 36, 15 ſ. 24. & ad h. l. Geſn. Chreſtom. p. 1056.

Hymniſer, hymnire, hymniſonus, vide mox *Hymnus*.

HYMNVS, *i*, m. ὕμνος, cantio laudans, ein lied, lobgeſang, ab ὑμνέω, laudo. Sophoclis Scholiaſtes in Electr. ὕμνος ποιητὸς ἢ ἐς θεὸν ᾠδή, id eſt, *hymnus proprie carmen in Dei laudem*; ſed idem inibi addit; παρὰ ποιηταῖς ἁπλῶς ἡ ᾠδή, id eſt, *a poëtis ſimpliciter carmen* appellatur: neque a poëtis ſolum, nam Athenæus quoque ἐπιθαλάμιον vocat γαμικὸν ὕμνον. Proprie tamen de divinis laudibus. Prudent. præfat. Cath. v. 37 *Hymnis continuet dies, Nec nox ulla vacet, quin Dominum canat.* Et carm. 4 Cathemer. ſive Ante cibum, v. 75 *Grates reddimus, & ſacramus hymnos.*

¶ Hymnio, *ire*, i. e. canere; Prudentius latine ex ὑμνέω, formavit, ſingen. Paſſione enim Calagurritarum cecinit v. 118 *State nunc, hymnite, matres, pro receptis parvulis.*

¶ Hymniſta, *æ*, c. hymnos cantans. In Prudentii l. c. aliqui pro *Hymnite* legunt *Hymniſtæ matres.*

¶ Hymnārius, *i*, m. liber hymnorum, ein geſangbuch, liederbuch. Ita inſcribitur liber Prudentii in veteſtis membranis: v. Barth. Adv. 35, 12. *Hymnarium* etiam Paulino Nolano tribuit Gemnadius, de Script. Eccl.

¶ Hymnidĭcus, *a*, *um*, hymnos canens; ut, *Hymnidicæ laudes*, Alcimus carm 178. Invenias etiam apud Mar. Victor. 2 adv. Arium, & Caſſiodor. prologo ſuper Pſalmos. Sed *Hymnodicus* habet Firmicus Aſtron. 8, 25 p. 232.

¶ Hymnĭfer, *a*, *um*, idem. Ovid. Met. 11, 58 de diſcerpto Orpheo: *hymniferos inhiat divellere vultus*, ſcilicet *anguis*. Sed ſuſpectus verſus Heinſio eſt, quem videas.

¶ Hymnifĭco, *are*, eſt hymnos canere, ſive hymnis celebrare, preiſen, apud Commodian. Inſtruct. 23.

¶ Hymnĭſonus, *a*, *um*. Paullin. Nolanus carm. 22, quod epithalamium Iuliani & Iæ eſt, v. 199 *Præcinat hymniſonis cantica ſancta choris.*

¶ Hymnŏlŏgus, *i*, m. qui hymnos dicit. Firmic. 3, 6, 9 *Sol in nono loco ab horoſcopo conſtitutus fabricatores deorum facit, - - - ſive templorum conditores, aut hymnologos.*

HYOPHTHALMOS, *i*, m. ὑόφθαλμος, lat. *porcinus oculus*, herba quæ & *aſterion*, ſternkraut. Apul. de herb. c. 60.

HYOSCYAMVS, *i*, m. ὑοσκύαμος, herba nota & nocentiſſima, cujus ſemen comeſtum, *Iporem*, inſanian & mortem aliquando pueris adfert. Latine vertas, *fabam ſuillam*: propterea, quod aprī poſt ejus eum convellantur. Vocant & *herbam Apollinarem*, Germanis eſt, bilſen oder bilſenkraut. v. Plin. 25, 4 &c.

¶ Hyoſcy aminus, *a*, *um*, adj ut, *Hic ſcyaminum oleum*, Plin. 23, 4.

HYOSTRIS, *ĭdis*, f. ὑοστρίς, intubi ſpecies, Plin. 20, 10.

HYPAEPA, *æ*, f. Lydiæ oppidum Veneri Iacrum apud Ovid Met. 11, 153. Et ibidem 6, 13 *Orta domo parva parvis habitabat Hypæpis.* conf. Petron. c. 133.

Hypæthrus, vide *Æther*, Hypallage, *Allage*, Hypampelus, *Ampelos*.

HYPĂNIS, *is*, m. fluvius Sarmatiæ. Virg. Georg. 4, 370 *Saxoſumque ſonans Hypanis, Myſſusque Caicus.* Adde Ovid Met. 15, 285 Cic. Tuſc. 1, 39 *Apud Hypanim fluvium, qui ab Europa parte in Pontum influit*, &c. Videtur idem eſſe, qui *Bog* hodie appellatur, per Podoliam in portum Euxinum decurrens.

HYPĀTE, *es*, f. ὑπάτη, ſumma chorda in fidibus, Vitruv. 5, 4.

¶ Hypatoides, *is*, f. modulationis ſpecies tragica, quæ per graviores ſonos conſtat, ein trauer-ton. Mart. Capella 9 p. 326.

¶ Părhȳpāte, *es*, παρυπάτη, ſubprincipalium ſumma, ibid

HYPATIA, *æ*, celebris Philoſopha, vid. Menagius hiſt. med. philoſ. &c.

HYPECOVM, *i*, n. herba in ſegetibus naſcens, wilder kümmel oder ſelltrip, Plin. 27, 11.

HYPĒLĀTE, *es*, f. ὑπελάτη, lauri genus, Plin. 15, 30.

HYPĒNĒMIVS, *a*, *um*, ὑπηνέμιος, ſubventanus, voll wind. Sic, *Hypenemium ovum*, ovum irritum Plinio dicitur 10, 58 extremo, & Varroni de R. R. 2, 1, ein wind-ey, ex quo nihil gignitur.

HYPĔRASPISTES, *æ*, m. ὑπερασπιστής, protector, propugnator, qui ſuo aliquem defendit clypeo, ein vertheidiger. Hieron.

Hyperbaſis, hyperbaton, vide ſupra *Baſis*.

HYPERBERETAI, *ōrum*, n. pl. ὑπερέρεται, dicebantur ſerotina, quæque vix tandem advenirent, ſpätlinge. Et ὑπερεφετῶται, comperendinatores. Quod apud Macedones ultimus anni menſis diceretur; ὑπερεφετῶτος, qui nobis October eſt juxta Suidam. Hinc & alia, quæ in longum proferantur, *hyperberetæ* dicuntur, perinde ac apud Latinos dicas *Decembria*, langwierige dinge vide Chiliadas.

Hyperbole, hyperbolicus, vide ſupra *Bole*.

HYPERBŎLVS, *i*, nobilis malitiæ Demagogus Athenienſis, de quo v. g. Cic. Brut. c. 62. Spanh. ad Ariſtoph. nub. v. 558.

HYPERBŌREVS, *a*, *um*, ὑπερβόρεος; ut, *Hyperborei montes*, fabuloſi illi Scythiæ. vide quæ de *Hyperboreis gentibus* ſcripſerunt Solinus c. 26; Mela 3, 5; de Scythia, Strabo, Plinius, Herodotus, & alii. ¶ 2. *Hyperbŏræ glacies*, apud Virg. Georg. 4, 517.

Hypercatalecticus, vide *Catalecticus*.

HYPERĪCON, *i*, ὑπερικόν, herba nota, S. Johannis-kraut, feldcypreſſe, Plin 26, 8 & 12.

HYPĔRĪDES, *æ*, m. Ὑπερίδης, ex præcipuis fuit oratoribus Athenienſibus. Scripſit orationes multas, Suida teſte, quæ temporum injuria perierunt. Interfectus eſt ab Antipatro lingua exciſa, teſte Plutarcho in Demoſthene. Quint. 10, 1 p. 902 Bur. *Dulcis in primis & acutus Hyperides: ſed minoribus cauſis, ut non dixerim utilior, magis par.*

HYPĔRĪON, *ŏnis*, m. ὑπερίων, ſol poëtis eſt, die ſonne. Ovid. Faſt. 1 *Placat equo Perſis radiis Hyperiona cinctum.* Alias ſolis pater Ovid. Met. 4, 192. vid. hic Burm.

¶ Hyperiŏnius *a*, *um*, adj. ut, *Hyperionius currus*, Val. Flacc. 2, 34. Et Silius 15, 214 *Iamque Hyperionia lux ſeptima lampade ſurgens.* Et Avienus Phænom. v. 396 *Hic Hyperionii flagrat via Solis.*

Hypermeter, hypermetrus vide *Metrum*.

HYPĒRMNĒSTRA, *æ*, f. Ὑπερμνήστρα, Danai filia, ex L filiis, quæ ſponſos ſuos prima nocte interemerunt, Hypermneſtra ſola excepta, quæ ſponſo ſuo Lino (aliis Linceo) pepercit; vide *Danaus*; & Ovid. Heroid. 14, 1 & 129. Scribunt quidam *Hypermeſtra*, vid. Brouckh. ad Prop. 4, 7, 63.

Hyperthyrum, vide infra *Thyra*.

HYPHEAR, n. apud Arcades viſcum, miſtel oder vogelleim. vid. Plin. 16, 30 & 44.

HYPHEN, *ŭphĕn*, ſubunio, ſeu copulatio in pronuntiatione duarum dictionum: ut, *Heri ſemper-lenitas, Ante-malorum*, &c.

HYPNĀLE, *es*, f. aſpidis genus, quod ſomno necat. Solin. c. 40.

HYPNOTĬCVS, *a*, *um*, ὑπνωτικός, ſomnum concilians, ſchlafbringend. Th. Priſcian. 2, 31 *Hypnotica ſufficienter conveniunt.*

¶ Hypnotice, *es*, f. herba ſoporifera, ſtrychni ſpecies, ſonnen-kraut, Apul. de Herb. c. 74.

HYPOBRYCHIVM, *i*, n. ſubſt. ὑπόβρυχιον, *ſubmerſio*, die erſäufung. Tertull. de Idolol. c. 24 *Irreſpirabile devoratis hypobrychium in Idololatria.*

Hypocauſis, hypocauſtum, vide *Cauſis*.

HYPOCHOERIS, *ĭdis*, f. ὑποχοιρίς, genus oleris, ferckelkraut, Plin. 21, 15.

HYPOCHONDRIA, *orum*, n. pl. ὑποχόνδρια, quæcunque ὑπὸ τὴν χόνδρῳ ſub cartilagine mucronata, ad ilia usque ſita ſunt: idem quod ἐπιγάστριον. vid. Theod. Priſc. de Diæta c. 10, das weiche an der ſeiten, der unterleib.

¶ Hypochondriăcus, *a*, *um*, adj. ut, *Morbus Hypochondriacus*.

HYPOCHYSIS, *is*, f. ὑπόχυσις, ſuffuſio oculorum, dc. ſtaar, fell am auge, Celſ. 6, 6, 35, Plin. 25, 12.

Hypociſtis; vide ſupra *Ciſtus*.

HYPOGORIASIS, *is*, f. morbus jumentorum, Veget. 2. 16.

Hypocriſis, hypocrita, vide *Criſis*.

Hypodiaconus, vide *Diaconus*, Hypodidaſcalus, *Didaſcalus*, Hypodromus, *Dromas*.

HYPOGĒ-

HYPOGÆSON, *i*, n. *ὑπόγαιον*, herba sic dicta, quoniam in subgrundiis fere nascitur, hauswurz. Plin. 25, 13.

HYPOGÆUM, *i*, n. *ὑπόγαιον*, ein keller, gewölbe unter der erden, apud Petronium, c. 111 p. 510 Bur. quem vide & Eberhardum; & Vitruv. 6, 11 pr. *Hypogeorum* appellatio complectitur cellas vinarias, carnarias, olearias, penuarias, Budæus.

Hypogloſſa, hypogloſſion, vide *Glaſſa*.

HYPOLYSOS, *i*, m. herba, quæ alias artemiſia, beyfuß. Apul. de de Herb. c. 10.

HYPOMĒLIS, *ĭdis*, f. pomum, ſorbo ſimile, cujus dulcedo cum ſapore acuto permiſta eſt, ita deſcribit Pallad. R. R. 13, 4.

HYPOMNĒMA, *ătis*, n. *ὑπόμνημα*, commentarius, commentatio, interpretatio, eine erklärung, auslegung. Cicero filius ad Tironem fam. 16, 21 *Multum mihi eripitur operæ in exſcribendis hypomnematis.* Adde Cic. Att. 2. 1; 15, 23; & 16, 14.

¶ Hypomnēmătiſmus, *i*, m. *ὑπομνηματισμός*, decretum, ad verbum res memoriæ cauſa literis mandata, Cic. fam. 13, 1; & Att. 5, 11.

¶ Hypomnematographus, *i*, m. *ὑπομνηματογράφος* qui ſcribit commentaria, ein regiſtrator. Cod. Theod. lib. 12 tit. 1. conf. Valeſ. ad Ammianum 28, 1; & l. 59 C. de Decurion.

HYPOMOCHLIVM, *i*, n. quod vecti ſubjicitur; vocabulum artis ſtathmicæ & motoriæ, ein hebzeug. Vitruv. 10, 8 & græce *ὑποχλιον*, & latine *Hypomochlium* ſcripſit. *Μοχλιον* autem *vectis* eſt.

Hyponacteus, vide *Hipponax*, Hypophæſton, *Hippophæſton*, Hypophloinos, *Phlomos*, Hypophora, *Phora*.

HYPŌPIVM, *i*, n. *ὑπωπιον*, fugillatio ſub oculis, ein mahl unter den augen. Horat. 1, 10.

HYPOSTĀSIS, *is*, f. *ὑπόστασις*, ſubſtantia, & interdum ſubſiſtentia, perſona, das weſen, die perſon.

¶ Hypoſtātĭcus, *a, um*, *ὑποστατικός*, ſubſtantialis, weſentlich, ſelbſtſtändig. v. Philoſ.

¶ Enypoſtăta, *æ*, m. *ἐνυποστάτης*, revera in rerum natura exiſtens, eine wahre Perſon. Hieron. epiſt. 25.

Hypotheca, hypothecarius, vide *Theca*, Hypotheſis, hypotheticus, *Theſis*, Hypothyrum, *Thyra*.

HYPOTRĀCHĒLIVM, *i*, n. *ὑποτραχήλιον*, proprie eſt pars colli infra cervices, der unterhals. Deinde a corpore humano ad columnas transfertur, & de earum parte dicitur, quæ ſub aſtragalo arctatur, & leniter contrahitur. vid. Vitruv. 3, 2, & Baldi Lex. Vitr. p. 59.

HYPOTRIMMA, *ătis*, n. *ὑπότριμμα*, condimentum ſtomachicum liquidiuſculum, Apic. 1, 33.

Hypotypoſis, vide *Typus*, Hypozeuxis, *Zeugma*.

HYPSA, *æ*, f. urbs Siciliæ, aut potius duæ ejus nominis urbes, vid. Heinſ. & Drakenb ad Sil. 14, 227.

HYPSEA, *æ*, Plautiorum cognomen volunt apud Horat. Sat. 1, 2, 91. *Hypſea cacior.* De *Ipſea* Medeæ, quod volunt quidam, matre, vide ſ. l.

HYPSIPYLE, *es*, f. Thoantis filia, regina Lemni, quæ, quum reliquæ mulieres illius inſulæ viros omnes interemiſſent, ſola patrem ſervavit, Iaſonem amavit &c. de ea Statius Theb. lib. 5 & 6. vid. Lutat. ad 5, 403. & Propert. 1, 15; & Ovid. Heroid. epiſt. 6.

HYPSOMA, *ătis*, n. *ὕψωμα*, altitudo, die höhe. Tertull. ad Scapul. c. 3 *Poſitus in ſuo hypſomate.*

HYRCĀNIA, *æ*, f. Τρκανία, regio Aſiatica, dicta ab Hyrcana ſilva, quæ pardis, panthevis & tigribus abundat. Lactant. 5, 11 *Quis Caucaſus, quæ India, quæ Hyrcania tam immanes, tam ſanguinarias unquam beſtias aluit?*

¶ Hyrcānus, *a, um*, ad Hyrcaniam ſpectans: ut, *Mare Hyrcanum*, quod & *Caſpium* dicitur, Propert. 2, 23, 46. Virg. Æn. 4, 367 *Hyrcanæque admorunt ubera tigres. Hyrcanos canes*, ut *nobile genus* commendat Cicero Tuſc. 1, 45. *Maxima gens Hyrcanorum*, Juſtin. 1, 6, 16,

HŸREVS, *i*, m. diſſyllabum, vel, ut Heinſius in Ovid. Faſt 5, 499, *Hyrieus*, triſyllabum fecit ex græco *ὑριεύς*, ruſticus Bœotius fuit, qui cum Iovem, Mercurium & Neptunum benigno ſuſcepiſſet hoſpitio, impetravit, ut ex lotio eorum in corio bubulo aſſervato ſibi puer naſceretur, quem *Vrionem*, & prima litera mutata, *Orionem* vocavere. Fabulam multis verbis deſcripſit Ovidius l. c. & paullo aliter Hyginus fab. 195, & Poet. Aſtr. 2, 34 v. ſtatim *Hyria*.

HYRIA, *æ*, vel Hyrie, *es*, f. Bœotiæ regio prope Aulidem, cum oppido & lacu cognomine apud Homerum, Strabonem, Plinium & alios. Vnde & gentile *Hyrieus*, Ovid. Met. 7, 372 *Inde lacus Hyries videt & Cyceia Tempe.*

HYRTĂCVS, *i*, m. Trojanus. Niſi pater, unde is *Hyrtacides* Virgilio dicitur Æn. 9, 177, &c.

HYSGĪNVM, *i*, n. *ὑσγινον*, ſive *Hyginus color*, coccineo ſimilis, röthe, braunroth. Plin. 35, 6 *Hygino inſici.*

HYSITIVM, *i*, n. alii legunt *Iſicium*, de quo in Lex. Apic. 2, 1.

HYSOBRIVM, *i*, n. *ὑσόβριον*, i. e. marum, amber-kraut. Dioſc. 3, 44.

HYSSŌPVS, *i*, f. & Hyſſopum, n. *ὕσσωπος*, herba, iſop, Columell. 7, 5. Plin. 25, 11.

¶ Hyſſopītes, *æ*, m. *ὑσσωπίτης*, vinum factitium ex hyſſopo, iſopwein. Colum. 12, 35.

HYSTASPES, *is*, m. pater regis Perſarum Darii, qui equi hinnientis auſpicio rex factus, ſemper apud Hiſtoricos *Darius Hyſtaſpis*, ſcil. filius dici ſolet. vid. Herodot. lib. 2 & Juſtin. 1, 10, 6. ¶ 2. *Hyſtaſpes* alius ejusdem Darii filius, Herodot. lib. 7.

HYSTĔRĬCVS, *a, um*, *ὑστερικός*. Mulier ſuffocatione & ſtrangulatione uteri laborans. Sic Leda *ſe hyſtericam eſſe* queritur apud Martialem 11 epigr. 72. *Hyſterica paſſio ſtrangulatoria* Medicis dicitur, die mutter-beſchwerung.

HYSTĔROLOGIA, *æ*, f. *ὑστερολογία*, & *ὕστερον πρότερον*, ordo in oratione præpoſterus, cum ſcilicet, quod primum dici oportuit, ſecundo loco ponitur, wenn das hinterſte zuförderſt ſtehet; ut Virgil. Æneid. 3, 662 *Poſtquam altos tetigit fluctus, & ad æquora venit* Prius enim ad æquor venitur, quam fluctus tanguntur. Sic & 4 Æn. v. 6 *Poſtera Phœbea luſtrabat lampade terras, Humentemque aurora polo dimoverat umbram.* Prius enim eſt, ut noctis umbra diſcedat, deinde ſol oriatur. Frequenter hac figura uſus Homerus eſt. Vnde Cic. Att. 1, 16 *Reſpondebo tibi, ὑστερον πρότερον ὁμηρικῶς.*

HYSTRIX, *ĭcis*, f. *ὕστριξ* animal ex erinaceorum genere, quod forma ſit illi non abſimile, quamquam corpore longe majus, quin & longioribus aculeis firmioribusque, & miſſilibus, ein ſtachel-ſchwein, Plin. 8, 35. Penultimam in obliquis corripit Calpurnius ecl. 6, 13 *Venit & hirſutâ ſpinoſior hyſtrice barba.*

¶ Hyſtrĭcŭlus, *i*, m. diminutiv. eſt pilis veſtitus, haaricht. Salmaſius Tertulliano vindicavit de Pallio c. 4 p. 47 *Puer jam hyſtriculus.* Adde commentarium ejus p. 285. vid. *Striculus.*

I LITTERA, Capella definiente 3 p. 58 *ſpiritus prope dentibus preſſis*; vocalis latina, quam *jota* Cicero vocat de Orat. 3, 10 *Literam longam* appellat Plautus Aul. 1, 1 extr. v. Scalig. de Cauſſis lat. linguæ 1, 40, & Lipſ. de recta pronunciatione lat. linguæ c. 8. Sonum exilem habet. Pro *I* longo eſt *EI* in nummis etiam, v. g. *leibertas, eidus, preimus* &c. Spanh. Diſſ. 3 p. 122. ¶ 2. Fit interdum conſonans, vel ſimplex initio vocis ante vocalem: ut, *Iuno, Iupiter, jure, adjuvo:* vel duplex in medio inter vocales duas: ut, *Major, pejor, ajo, ejus.* Aliqui cauſſam, cur pro duplici conſonante haberetur, referunt ad antiquam ſcriptionem: ut *mai ior, pei ior, &c.* Et ſane Quintilianus 1, 4 p. 42 auctor eſt, Ciceronem *Aiio* & *Maiiam* ſcripſiſſe. Grammatici etiam duplicem figuram, prout vel conſonans eſt vel vocalis, adoptarunt. ¶ 3. Etiam in quibus alias conſonans eſt, interdum redit ad vocalis naturam metri cauſſa. Vid. quæ diſputantur in *Contra* n. 8. ¶ 4. Veteres nonnunquam in *u* mutaverunt, pro *decimo, maritimo, optimo*; *decumum, maritumum, optumum* pronunciantes, quemadmodum ad ex vetuſtis exemplaribus, Plinii, Livii, & Ciceronis apparet. Pro *irpicem* eſt Cat. 10, 2 in optimis libris *urpicem.* Qui & *here* pro *heri*, & *mage* pro *magis* dixerunt, *i* & *e* converſo. Iuvenal. 3, 23 *Res hodie minor eſt, here quam fuit, &c.* Ennius apud Gellium 20, 10 *Non ex jure manus conſertum, ſed mage ferro Rem repetunt, &c.* Virgilius etiam *Olli* pro *illi* ſæpius dixit: vid. Æn. 1, 258; 5, 10 &c. ¶ 5. Hanc literam Plato *πρὸς τὰ λεπτά*, i. e. ad exprimendas res tenues & ſubtiles accommodam cenſuit. Qua de cauſſa hac litera confertiſſimus ille verſus Virgilii Æn. 1, 127 *Accipiunt inimicum imbrem rimisque fatiſcunt.* ¶ 6. *I* in numeris ponitur pro unitate; in verbis eſt imperativus ab *Eo, is, it.* Reliqua petantur a notarum ſcriptoribus.

IACCHVS, *i*, m. *Ἴακχος*, *Bacchus* in myſteriis (vide ſupra *Eleuſis*,) dicebatur ab *ἰάχειν*, vel potius, *ἰακχάω, clamo.* Virg. pro vino poſuit, ecl. 6, 17 *Inflatum heſterno venas, ut ſemper, Iaccho.*

IĂCEO, *ui, ēre*, cubare, proſtratum eſſe, liegen; ut, *Iacere humi* Cic. in Catil. 1, 10. *Strata jacent ſub arbore poma*, Virg. ecl. 7, 54. ¶ 2. Sed metaphorice Cic. Tuſc. 1, 2 *Iacent ea ſemper, quæ apud quosque improbantur*, bleibt liegen, wird nicht getrieben. Id. Phil. 10, 7 *In pace jacere, quam in bello vigere maluit*, hoc eſt, ignobilem & obſcurum in pace ſe eſſe voluit. Plautus Trinummo 3, 2, 38 *In occulto jacebis, cum te maxime clarum voles.* Tale & Ovidii illud eſt Faſt. 1, 217 *Dat cenſus honores: Cenſus amicitias; pauper ubique jacet.* ¶ 3. *Iacere* etiam dicuntur, qui in morbo cubant, darnieder liegen. Statius 2 Silv. 1, 155 *Sed non mors lenta jacentis Exedit puerile decus.* Inde languidi atque infirmi; & ſic ignavi etiam, *jacere* dicuntur. Cic. Catil. 2 ſub fin. *Ex illo, quam valde illi jaceant, intelligere poſſumus.* Et Att. 12, 40 pr. *Ego quid homines poſtulent, neſcio, ne doleam? qui poteſt? ne taceam? quî minus?* Tibull. 1, 4, 31 *Quam jacet, infirmæ venêre ubi fata ſenectæ, Qui prior Eleo carcere miſſus equus.* Claudian. de Raptu Proſerp. 1, 96 *An forte jacentes, Ignavoſque putat?* ¶ 4. *Iacere*, de ſitu, gelegen ſeyn. Nepos 14, 4, 1 *Hæc gens jacet ſuper Ciliciam.* Id. 18, 3, 2 *Iacet inter Taurum montem, & Helleſpontum.* Et Virg. Æn. 6, 795 *Iacet extra ſidera tellus.* ¶ 5. Vſurpatur & de mortuis. Petron. c. 111 *Ipſum te jacentis corpus admonere debet, ut vivas.* Phædr. 1 fab. 25 *Rupto jacuit corpore.* Vbi Schefferus uſurpari de iis, qui violenta morte pereant, exemplis oſtendit. ¶ 6. *Iacere* etiam de mari tranquillo & nullis auris commoto dicitur; quod *ſtare* Virgilio eſt ecl. 2, 26. Val. Flacc. 3, 372 *Flumina conticuêre, jacet ſine fluctibus æquor.* Lucan. 3, 523 *Pacemque tenentibus Auſtris Servatum bello jacuit mare.* Et 5, 432 *Terraque relicta Non valet ipſa ſequi puppes, quæ vexerat, aura. Æquora lenta jacent.* Similiter Horat. 1 ode 12, 32 *Undam recumbere* dixit. Plura dabit Drakenb. ad Sil. 5, 583. ¶ 7. *Iacere* & *latere* confundi in MSS. docet idem Drakenb. ad Sil. 2, 594. item 5, 583. & 12, 672.

¶ Iacens, *tis*. Ovid. Triſt. 3, 3, 5 *Dira in regione jacens.* Idem Pont. 3, 3, 77 *Conſolari jacentem.* Virg. ecl. 6, 14 *Somno jacens.* Plin. 18, 25 *Terræ jacentes ad Heſperum.* Lucret. 3, 1006 *In amore jacens.* Quintil. 1, 3 *Segnis & jacens.*

Compoſita:

¶ Adjăceo, *ui, ēre*, dabey liegen, an etwas ſtoſſen. Liv. 2, 49 *Tuſcus ager Romano adjacet. Adjacere mare*, Nep. 13, 2, 1.

¶ Adjăcens, *tis*; ut, *Adjacens inſula domui*, l. 15 § 14 Dig. de damno infecto.

¶ Circumjăceo, *ēre*, herum oder umher liegen. Liv. 37, 54 *Lycaonia, Phrygia utraque, & Piſidia omnis, & Cherſonneſus, quæque circumjacent, Europæ, in veſtra ſunt poteſtate.*

¶ Interjăceo, *ēre*, darzwiſchen liegen. *Campus interjacet urbi & urbem*, ſic diverſe conſtruitur. Plin. 5, 4 *Regio, quæ duas Syrtes interjacet.* Colum. 11, 3 *Spatium, quod ſulcis interjacet.*

¶ Interjăcens, *tis*. Plin. 2 epiſt. 17 *Tranſitu interjacente.* Idem Paneg. c. 14 *Vaſtitas interjacentis ſoli.*

¶ Objăceo, *ēre*, entgegen, gegen über, im wege liegen. Tac. Hiſtoriar. 5, 6, 1 *A meridie Ægyptus objacet.* Conſtruitur cum tertio caſu. Pompon. Mela 2, 3 *Gracia, quæ ſol occidit, Ioniis fluctibus*

fluctibus objacet. Ennius in Iphigenia: *Acheruntem cibbe, ubi mortis thesauri objacent*, i. e. circumjacent. Apud Festum *objacuisse* est ante jacuisse.

¶ Objacens, *tis.* Colum. 2, 4 *Cespitibus objacentibus impeditum arvum.* Liv. 10, 36 *Objacens sarcinarum cumulus.* Plin 6 epist. 31 *In ore portus insula assurgit, quæ illatum ventis mare objacens frangat.*

¶ Præjiceo, *ēre*, vorliegen. Plin. 3, 4 *Oppida ultra, trans accentibus stagnis.* Tacitus cum accusativo junxit Ann. 12, 36, 3 *Stetere in armis Prætoriæ cohortes, campo, qui castra præjacet.*

¶ Subjiceo, *ēre*, unter oder drunter liegen. Plin 5 epist. 6 in pr. *Tusci* (villa Plinians) *Apennino, salubérrimo montium, subjacent.* Quintil. 3, 6 *Ad ali quid subjacere.* Adde Pallad. 1, 11; Sidon. 9 epist. 9; Colum. 1, 2; & 11, 3; & 10, 195; Lactant. 2, 2.

¶ Subterjiceo, *ēre*, idem. Alcim. Avitus 1, 196 *Illic gens ardentem cæli subterjacet axem.*

¶ Superjiceo, *ēre*, drauf liegen. Celsus 8, 9 *Cataplasma interdiu superjacebit.*

IACIO, *jēci, jactum, jăcĕre*, werffen, legen; ut, *Iacere in sublime*, Plin. 11, 2. *Iacere fundamenta novæ domus*, Suet. Calig. c. 22, einen grund legen. *Grammatica nisi jubiliter oratori futuro fundamenta jecerit, &c.* Quintil. 1, 4. Cicero metaphorice dixit fam. 10, 29 *Ieci fundamenta pacis*; *Iacere aleam*, vide *Alea*. *Iacere flores*, blumen streuen. Virg. Æn. 5, 79. *Sic crebro jacias, aliud jeceris*; Κὺ πολλὰ βάλλῃς, ἄλλοτ' ἄλλοσε βάκτρῳ. Hoc est, *iterum atque iterum aliquid tentatum, feliciter aliquando cadet.* Virg. Æn. 3, 277 *Ancora de prora jacitur.* ¶ 2. *Iacere verba* est loqui. Propert. 2, 1 extr. *Taliaque illacrymans mutæ jace verba favillæ.* Et Ovid. Fast. 2, 599 *Is jacit in medio talia verba choro.* Liv. 2, 12 *Cum rex ejs ædari ignes minitabundus jubet et, nisi exprimerent propere, quas infidiarum sibi minas per ambages jacerent:* id est, loquerentur. Cic. Att. 2, 7 p. 217 *Illud quid sit scire cupio, quod jacis obscure*, was du dunckel zu verstehen giebst. ¶ 3. Tac. Ann. 4, 68, 5 *Iacere sermones*, est spargere rumorem, eine rede ausſprengen. Aliquando id & absolute *jacere* significat. Liv. 6, 14 de Manlio, *Thesaurus Gallici auri occultari a patribus, jecit.* Sic & *jacere voces, contumelias, convicia*, &c. anwerffen, aus trieb trincken. Tac. Ann. 6, 46, 4; & 2, 55, 6; & Hist. 1, 47, 2. vid. Burm. l. c. in *Iactus*, a, um. ¶ 4. Specialim de brevibus dictis adhibetur. Quint. 8, 3 p. 640 *In narrando autem Cicero corripere fractas putat, dicacitatem in jaciendo.* ¶ 5. Ejicere & projicere, weaſchmeiſſen. *Scuta jacere, fugereque*, Plaut. Trinum. 4, 3, 27. conf. Virg. Æn. 5, 843.

¶ Iaciens, *tis.* Virg. Æn. 12, 886 *Tela manu jaciens.* Lucret. 6, 1171 *Nudum jacientes corpus in undas.*

¶ Iactus, *a, um*, geworffen, geleat, geſtreut. Virg. ecl. 6, 41 *Lapides jacti.* Id. Georg. 1, 104 *Iactum semen.* Cic. cont Rull. 2, 15 *Hunc quasi gradum quemdam atque aditum ad cætera jactus videri*, dadurch iſt der weg gebahnet. Vellej. 2, 65, 1 *Conditionum jactu mentio*, man hat vorſchläge gethan. Quint. 9, 2 p. 777 *Ipsi & jactus sine persona sermo.* vid. Burm.

¶ Iactus, *ūs*, m. ſubſt. ein wurf. Ter. Adelph. 4, 7, 20 *Si illud quod ejus maxime opus jactu, non cadit, &c.* de tesseris. *Iactus fulminum*, Cic. Catil. 3, 8, das einſchlagen des wetters. *Extra teli jactum esse*, Curt. 3, 10, 1. Et, *Ad teli jactum pervenerant*, ib. c. 11 pr. Virg. Georg. 4, 87 *Pulveris exigui jactu*, proprie de apibus compeſcendis conf. ſupra *Aconiti.*

¶ Iactio, *ōnis*, f. idem. Celſus 3, 12 *Iactio & fœtor oris.*

¶ Iactūra, *æ*, f. ipſe jaciendi actus, ſeu jactio proprie: deinde damnum a conſequenti. Nam quæ abjicimus, eorum facimus damnum, ſchade verluſt, einbuſſe. Videturque maxime *jactura* vox ea ſignificare damna, quæ jactis in mare mercibus facimus, ut ex tempeſtate ſervemus navem. Salluſtius orat. 2 ad Cæſar. c. 14 extr. *Videntur quasi magnæ navis supervacua onera esse, ubi salvi pervenire visi sunt: si quid adversi exortum est, de illis potissimum jactura fit: quia pretii minimi sunt.* Et Seneca epiſt. 1 *Turpissima est jactura, quæ per negligentiam venit.* Vet. Gloſſ. *Iactura, ἀποβολή, ζημία, ἐκβολή, ζημία.* *Facere jacturam*, ſchaden leiden. Sulpit. ad Cic. fam. 4, 5 *In tantas mulierculæ animula si jacturas facta est*, wenn man eine weibs perſon verlohren hat. Cic. de Fin. 2, 24 *Si jacturæ rei familiaris erunt faciendæ, labores suscipiendi, adeundum vita periculum Sancta & jactura*, i. e. pecuniam mercede aut largitione abſumtam paſſim Cic. conjunxit, cujus loca Mencken. in Obſ. L. L. collegit. Sed, *Afferre jacturam*, Colum. 1, 1, ſchaden bringen. *Rei familiaris jactura*, Cæſ. Gall. B. 7, 64, quod Hirtius de B. Alex. c. 49 pluraliter dixit, *jacturas & detrimenta rei familiaris*, ſicut & Gell. 2, 27 *Iacturarum damnorumque corporis contemtor.*

¶ Iacturalis, *e*, ſchädlich, verluſtig. Gloſſ. lat. gr. *jacturale, ἐπιζήμιον.*

¶ Iactuarius, *i*, m. qui frequenter jacturam patitur. Iſidori Gloſſ.

¶ Iacto, *avi, atum, are*, frequent. hin und her werffen, rütteln, ſchütteln, ut, Ovid. A. A. 2, 20, 3. *Seu ludet, numerosque manu jactabit eburnos.* Cic. de Aruſp. R. c. 18. *Iactare faces ardentes in vicinorum tecta.* Id. de Div. 2, 69 *Iactare Venerium.* Liv. 3, 18, extr. *In domum consulis quadrantes jactat plebes, ut is funere ampliori efferatur.* Ita Tert. apol. c. 14 *Quis stipem jactat.* Paulus l. 25 π. de probat. & præſumt. *Iactare pecunias suas*, verſchleudern. Ita *jactat orator adversarium suum*, cum varie eludit. vid. Cic. Dia. in Cæcil. c. 14 pr. Id. Offic. 3, 20 *Iactabatur illis temporibus nummus, ut nemo posset scire, quid haberet*, quem locum a Lambino & Langio in ſuſpicionem adductum tuetur Grutcrus. *Iactare minas*, mit dräuworten um ſich werfen. Id. pro Quint. c. 14. Et, *Probra in aliquem jactare*, Liv. 29, 9, ſchmähen. *Generosa verba jactare*, hoch reden, Sen. epiſt. 9. *Iactari tempestate, flatibus, undis, æquore*, Virg. Æn. 1, 29 & 442, vom ungewitter hin und weder getrieben werden. ¶ 2. *Iactare*, eſt de aliqua re multum fæpiusque verba facere, item, ausſchreyen, laut machen. Cic. Catil. 4, 7 *Iactantur voces, quæ perveniunt ad aures meas, &c.* Zinzerling. Promulſ. c. 48 monuit ibi inveniri *jaciuntur*; res eodem redit. Virg. ecl. 2 pr. *Ibi hæc incondita solus Montibus & silvis studio jactabit inani.* Cæſ. B. Gall. 1, 18 *Sed quod pluribus præsentibus eas res jactari nolebant, celeriter consilium dimittit.* Petron. c. 114 *Dum hæc taliaque jactamus, inhorruit mare:* IACTAMUS, id eſt, fabulamur, ſermocinamur. Suet. Aug. c. 12 *Dicta factaque quorumdam calumniatus, quasi alii se puerum, alii ornandum tollendumque jactassent*: id eſt, ſuſpinde dicerent. ¶ 3. Hinc *jactare se*, eſt multum de ſe glorioſe & ambitioſius dicere, it. rebus ipſis ſe oſtentare, prahlen, ſich groß machen. Cic. Verr. 4, 21 pr. *Iactat se jamdudum de Calidio.* Cic. Catil. 2, 9 *Sed tamen bi sunt coloni, qui se insperatis repentinisque pecuniis sumtuosius insolentiusque jactarunt* Liv. 39, 13 *Phanneas fanum Aetolum, cujus amore deperiret, in convivium accersitam scribit: ibi jactantem se scorto inter cætera retulisse, &c.* Phædr. 3, 9, 6 *Se formosum jactare.* Silius 12, 247 *Haud secus Oceano rediens Cytherëius ignis, Cum se Veneri jactat splendore refecto.* Iuvenal. 1, 62 *Ipse lacerato cum se jactaret amica.* Cic. ad Att. 2, 1 *Iactare se in utraque re.* ¶ 4. *Iactare se*, eriam ſatagere eſt, & multum laborare in aliqua re, geſchäftig ſeyn. Plaut. Trin. 3, 2, 59 *Nolo te jactari diutius*, gieb dir weiter keine mühe. Cic. de Orat. 1, 16 extr. *Iactari in opere declamatorio*, i. e. crebro verſari. Cic. Fam. 2, 15 *Sed tamen Republ. mihi nihil est carius: in qua tu non valde te jactas.* Id. Catil. 4, 5 *Sanctis in pœnas cum, ne quis hujus supplicio lenitur se jactare, & in perniciem reipubl. populari posset.* Cæſius Sab. 5, 10 *Curiosum etiam se duplicitate pellicatum perimum, ut ali paid Cæsar animadverteret, ut aliquid Pompejo tribuat.* Sic, *Iactare ingenium*, Quintil. 3, 2.

¶ Iactans, *tis*: ut, *Ingens jactans*, Liv 21, 48. Plin. 3 epiſt. 9 *Iactantes & gloriosos eo modo.* Quintil. 11, 1 *Commune autem quibusdam est fortuna, quam tamdiam ac sui jactantem videat.* Conf. Idem 11, 1 *Iactantior gestus.* Horat. 1 Sat. 3, 50 *Iactantior hic paullo est.* Statius 9, 559 *Multum aliis jactantior.* Et ſuperl. Spartian. Hadriano c. 17 *Iactantissimus amator.*

¶ Iactanter, adv. cum oſtentatione, ambitioſe, prahlhafftig. Ammian. Marcell. 27, 2 *Milne jactanter fonantes.* Tac. Ann. 2, 77, 4 *Perisse Germanicum, nulli jactantius mærent, quum qui maxime lætantur.* Et Hiſt. 3, 53, 2 *Litteras ad Vespasianum cum suis jactanter, quam ad principem.* Prudent. Hamartig. v. 170 *Ostentat jactantius.*

¶ Iactantia, *æ*, f. das rühmen die ruhmredigkeit. Quint. 1, 6 *Abolita atque abrogata retinere, insolentiæ cujusdam est, & frivole in parvis jactantiæ.* Et c. 8 *Persequi, quod quisque vel contemtissimorum hominum dixerit, aut nimiæ miseriæ, aut inanis jactantiæ est.*

¶ Iactatus, *a, um*, geworffen, gerüttelt, hin und her getrieben; ut, *Terra jactata*, Virg. Georg. 2, 249. *Multum terris jactatus & alto*, Id. Æn. 1, 7. Exmox v. 446 *Iactati undis & turbine.* Et Liv. 22, 23 *Sæpius jactata in senatu re*, da man es oft erinnert und vorgetragen.

¶ Iactatus, *ūs*, m. ſubſt. die bewegung; ut, *Iactatus maris*, Plin. 14, 18, id eſt, agitatio; *pennarum*, Ovid. Met. 6, 703, ubi plur. *jactatibus*, das ſchwingen der flügel.

¶ Iactatio, *ōnis*, f. Proprie eſt concitatio, agitatio, die regung, bewegung, rütteluug; ut, *Iactatio maris*, Cic. pro Muræn. c. 2. Et, *Modica jactatio corporis*, Id. in Orat. c. 25. *Iactatio lapidum*, Hyginus 2 Aſtron. c 28. *Iactatio vehiculum*, Curt. 6, 175 ¶ 2. Quando jactantiam notat, Cicero ſic definit Tuſc. 4, 9 *Iactatio est voluptas gestiens, & se efferens insolentius.* Sic, *Iactatio orationis*, Quintil. 1, 5, prahlerey. ¶ 3. Perturbationem ſignificat ap. Cic. Tuſc. 5, 6. *Motus turbulenti, jactatioque animorum inertiæ.* Idem jactationem cum levitate conjungit ib 2, 4. ¶ 4. *Iactatio* eſt captatio gratiæ & favoris, cum nonnulli ſummo ſtudio populi amorem aucupantur. Eo ſenſu Cicero pro Cluent. c. 35 *Iactationem popularem* dixit. Id. in Orat. c. 3 *Eloquentia forensis iactationem habuit in populo.* conf. Id. de Aruſp. Reſp. c. 20; & de Prov. Conſ. c. 16. v. *Iactare* n. 4.

¶ Iactator, *ōris*, m. ein prahler. Suet. Claud. c. 35 *Iactator civilitatis.* Quintil. 11, 1 de Cicerone: *Rerum a se gestarum major, quam eloquentiæ fuit in rationibus iactator.*

¶ Iactatrix, *ĭcis*, f. apud Sidonium.

¶ Iactabundus, *a, um*: ut, *Mare jactabundum*, hoc eſt, tempeſtuoſum, ungeſtüm, Gell. 19, 1. Idem 15, 2 *In græcæ facundiæ gloria jactabundus*, ruhmredig.

¶ Iactito, *are*, aliud frequent. idem quod *jactare.* Liv. 7, 2 *Iuventus inter se more antiquo ridiculis versibus jactitare cœpit*, ſie haben zu ſchertzen angefangen.

¶ Iactitabundus, *a, um*, ruhmredig. Sidon. 3 epiſt. 13 extr. *Citra honestatis nitorem jactitabundi.*

¶ Iactuōsus, *a, um*, quod Nonius 2, 473 &c. ſemel & iterum ex Ciceronis ad Brut. Orat. c. 36 inculcat, falſum eſt, cum MSti libri omnes *Actuosus* illo loco exhibeant. v. Gruter.

Iaculum, iaculor, &c. quære poſt Compoſita ab *Iacio.*

Compoſita ab *Iacio* & *Iacto:*

¶ Abjicio, *jēci, jactum, ĕre*, hinwerffen, wegwerffen. *Chamæleontus, cum ei nihil accidisset adversi, e muro se in mare abjecit, lecto Platonis libro*, Cic. Tuſc. 1, 34. *Abjicere se ad pedes alicui*, Id. Att. 4, 2, einen fuſſfall thun. *Abjicere se in herbam*, ſich ins gras legen, Cic. de Orat. 1, 7 *Humi se abjicere*, Plin. 21, 13. *Abjicere se supplicem*, Cic. pro Mil. c. 36. *Abjicere arma*, Id. fam. 6, 2, niederlegen. *Abjicere spem*, deſperare. *Abjicere curam, cogitationem*, Cic. fam. 9, 20: *Consilium ædificandi*, Id. Att. 5, 11; &, *voluntatem discendi*, fahren laſſen, Id. de Orat. 2, 33. *Abjicere famam ingenii*, nicht achten Cic. fam. 9, 16 *Abjicere obedientiam*, nicht gehorchen wollen Id. Off. 1, 29 Quint. 1, 3 extr. *Pudor refringit animum & abjicit*, ſchlägt nieder. Cic. Tuſc. 5, 18 *Exaggerantem virtutem extenuantem & abjicientem cætera.* Cic. ad Att. 3, 19 *Vitam abjicere.* ¶ 2. *Abjicere* eſt rem, velut contemtam vili pretio vendere, verſchleudern. v. Burm. ad Phædr. 4, 4. & ad Quint. decl. 16, 8 p. 329. it. Gron. ad Plaut. Moſt. 3, 3, 3. In oratione notat rem dicendo minuere, extenuare, eidemque *augere*, hoc eſt, plenius tractare opponitur. Cic. de Orat. 35 *Augendis vero rebus, & contra perficiendis, nihil est, quod non perficere possit oratio.* Conf. Menckenii Obſerv. h. v. ¶ 3. Apud Veter. Max. *abjicere* paſſim tantum notat, quod ſuperare: ut, 1, 5, 1 *Inclytaque victoria decus modo abjecta urbis ruinis infundi.* Ibid. n. 8 *Abjectus Macedonica pugna.* 5, 8, 1. *Si egregium est hostem abjicere.* ¶ 4 Exrit. *Ignera una primam corripit* Ovid. Pont. 2, 3, 37 *Turpe putas abici.* vide in *Adjicere, Conjicere, Dis-*

jicere & *Projicere*. Nam Romanos unum *i* extriviſſe in omnibus compoſitis verbi *Iacio*, conſentiunt magiſtri tum antiqui, tum recentiores, Broukh. ad Tib. 1, 9, 54. Sed Heinſius ibi mavult *abigi*.

¶ Abjectus, *a, um*, verworffen, weggeworffen, weggeſchmiſſen. *Abjecta extra vallum corpora oſtentui*, Tac. Ann. 1, 29, 6. *Abjectus in profluentem*, Horat. 1, 1, 2. *Abjectus in herbis olor*, Ovid. Heroid. 7, 1. Et Horat. 2 epiſt. 2, 141 *Supervacuis & abjectis magis*. ¶ 2. Sumitur pro negligeto, victo fuſoque & omni ſpe deſtituto, verächt, niedergeſchlagen, kleinmüthig, verzagt. Nepos 25, 8, 6 *Atticus, qui pecuniam conferre noluerat florenti parti, abjecto Bruto Italiaque cedenti, LLS centum millia numeri dedit*. Sic, *Ipſi inter nos abjecti negligique ſumus*, Cic. Fin. 3, 20. Et Att. 3, 2 *Plura ſcribere non poſſum, ita ſum animo perculſo atque abjecto*. Et Comp. *Animus abjectior*, Id. in Lælio c. 16. *Mœſtioris & abjectioris animi eſſe*, Liv. 10, 6. Et, *Abjectiſſimum negotium*, Val. Max. 3, 7 ext. 5. Et, *Abjectiſſimus homo*, Id. 9, 2, 2.

¶ Abjecte, adv. Cicero Tuſc. 2, 23, *Hoc*, inquit, *in dolore maxime eſt providendum, ne quid abjecte, ne quid timide faciamus*, aus kleinmüthigkeit und furcht. Gell. 2, 6 *Injuriose & abjecte*. Comparative Dialog. de Orator. c. 8 *Quo ſordidius & abjectius nati ſunt*. Et, *Se abjectius projicere*, Ammianus dixit 15, 2.

¶ Abjectio, *ōnis*, f. die wegwerffung. Auct. ad Herenn. 1, 6 *Abjectio, adjectio, litterarum mutatio*. Cic. in Piſon. c. 36 *Debilitatio atque abjectio animi tui*, deine kleinmüthigkeit.

¶ Adjicio, *ĕre*, addere, zuwerffen, zuſetzen, zugeben, hinzuthun. Cæſ. B. Gall. 2, 21 *Longius aberrant, quam quo telum adjici poſſit*. Horat. 4 od. 7, 17 *Quis ſcit, an adjiciant hodiernæ craſtina luci Tempora DI ſuperi*. Ovid. A. A. 3, 7 *Quid virus in anguem Adjicis? Animum ad aliquid adjicere*, pro applicare, dixit Ter. Eun. 1, 2, 63 ſeinen ſinn auf etwas richten. Liv. 25, 27 *Adjecit animum ad conſilium ſpecie temerarium*, & 28, 33 *Novo etiam conſilio adjecit animum. Oculum hereditati adjicere*, ein auge auf das erbe haben, Cic. in Verrem. 2, 15. *In aliquem locum imprudentium oculos adjicere*, Id. de LL. 2, 14. ¶ 2. Interdum ponitur hoc verbum ſubaudito *ſe*. Virg. 10, 1. *Tercentum adjiciunt*. Cic. fin. 1, 6 pr. *Epicurus Democrito adjicit in phyſicis*. ¶ 3. Poëtæ aliquando alterum Iadjiciunt, & pro *adjicere, adiicere* dicunt. Martial. 4 epigr. 54 *Nil adicit penſo Lachesis*. vid. ad Abjicio n. 4.

¶ Adjectus, *a, um*, beygefügt, hinzugethan. Horat. 3, od. 5, 3 *Adjecti Britanni imperio*. Id. 2 epiſt. 2, 178 *Calabris ſaltibus adjecti Lucani*.

¶ Adjectum, *i*, n. ſubſt. ein zuſatz. Ita in Logicis laudantur *præpoſitiones ſecundi & tertii adjecti*, ubi ad Subjectum vel nude EST adjicitur, vel præterea alius terminus: ut, *Homo eſt*; & *Homo eſt rationalis*. ¶ 2. *Contradictio in adjecto*, quæ implicat, eſt oppoſitum in appoſito, ut cum dicitur *Deus finitus, Homo irrationalis*.

¶ Adjectus, *ūs*, m. ſubſt. die hinzuthuung, zuſatz, zuwurf. Vitruv. 9, 9 *Cuneorum adjectus aut exemtus*. Lucret. 1, 689 *Noſtros adjectu tangere tactus*.

¶ Adjectio, *ōnis*, f. idem. Sen. epiſt. 109 *Calor non adjuvatur adjectione caloris*. Tac. Hiſt. 1, 78 1 *Familiarum adjectiones*. Liv. 1, 30 *Res Romana adjectione populi Albani aucta*. Id. 38, 15 *Illiberalis adjectio*, eine geringe zugabe. Symmach. 6 epiſt. 9 *Molitionibus nostris aliquot pedum ultra ædificia adjectionem permittere*, weiter hinaus bauen laſſen. Et L. 14 Dig. pr. de Except. rei judic. *Nulla adjectione diminutioneque facta*. conſt. l. 6 §1 D. de peculio legato.

¶ Adjectamentum, *i*, n. idem. L. 242 Dig. de Verb. Sign. *Artemo magis adjectamento, quam pars navis eſt*.

¶ Adjectivus, *a, um*, beykommend, ut, *Nomen adjectivum*, quod propriis vel appellativis, ad exprimendam qualitatem eorum, adjicitur. Macrob. Saturn. 1, 4 *Adjectivum Græci ἐπίθετον vocant*.

¶ Adjiciālis, *e*, idem. Sic *Adjiciales cœnæ* facerdotum ideo dicebantur, quod in iis multa extra ordinem, ultraque juſta fercula adjicerentur, ein ehrenmahl, Plin. 10, 20. conf. 29, 4. Ita Beroald. Sed rectius Scaliger Conjectan. in Varron. p. 118. *Adjicialis*, inquit, *erat, quoties aut inaugurandi alicujus gratia, aut propter aliud quid, puta publicam lætitiam, indicebatur epulum. Ipſæ dicebatur* epulum, *aut* cœnam adjicere. Tac. Ann. 2, 65, 3 *Reſcuporis ſanciendo, ut diſſitabant fœderi CONVIVIUM ADIICIT, tractaque in multam noctem lætitia per epulas ac vinolentiam, &c.* Hæc ille vide & Senecam epiſt. 95 poſt medium; & 123; & Dalechamp. ad Plin. 10, 20, & 29, 4. Argute I. Lipſ. de Magnit. Rom. 4, 9, & ad Sen. ll. cc. *Adiiciales* ſcribendum contendit, ſic dictas, quod in *aditu honoris* dari ſolitæ, &c. Et recte quidem. Ita enim in ſcriptis & editis Plin. 10, 20, f. 23 & 29, 4 f. 4. Dictæ alias & *adipales* & *pontificales*, ſecundum Macrobium. *Adipales* quidem a lautiore apparatu; *Pontificales* ab illis, qui exhibebant.

¶ Adjecto, *are*, frequent. dran ſchütten. Apic. 8, 2 *Adjectare caryotam, uvam paſſam & oleum*.

¶ Amicio, quod cum derivatis huc pertinet, (eſt enim ab *am* & *jacio*, quaſi circumjicio,) vide in A.

¶ Coadjicio, *ĕre*, una adjicere, zuſammen hineinthun. Colum. 12, 21 *Coadjicitur in binas urnas*. Ita omnes libri.

¶ Superadjicio, *ĕre*, noch hinzuthun. Apicius 7, 4 *Vbi offellæ coctæ fuerint, ſuperadjicitur his in foco poſitis hæc conditura, &c.* Proſper Aquitan. de Providentia v. 340 *Sed ſuper adjecta eſt generi cuſſidia lancto*. Pallad. 1, 17 *Calcem minutim ſuperadjicies*. conf. 11, 14; Macrob. Sat. 1, 14; Theod. Priſc. c. 30.

¶ Circumjicio, *ĕre*, herum werffen. Liv. 33, 18 (Grut. c. 2) *Poſtquam leon latere nudato circumjecere haſtas in vertentem ex transverſo hoſtem conati ſunt*. Et 35, 4 fin. *Conſul faſcinas in medium conjici juſſit, & triarios vallum circumjicere*.

¶ Circumjectus, *a, um*, umgeleget. Cæſ. B. G. 2, 6 *Circumjecta multitudo maximas*. Liv. 9, 28 *Agmina circumjecta muris*. Curt. 3, 1 *Circumjectos rigat campos*, id eſt, circumjacentes, die herumliegende felder.

¶ Circumjectus, *ūs*, m. ſubſt. pro Circumjectione, die umgebung. Tertull. de Pallio c. 5 *Id ex uno circumjectu licet &c.* Sed etiam Plin. 11, 51 *Rudis parietum circumjectus*. Quin Cic. N. D. 2, 25 *Qui tenero terram circumjectu amplectitur*.

¶ Circumjectio, *ōnis*, f. idem. Arnobius 2 p. 73 de animabus: *Habitare juſſæ ſunt has partes, & humani corporis circumjectione veſtiri*.

¶ Conjicio, *jeci, jectum, ĕre*, zuſammen werffen, zuwerffen. *Tela in hoſtem conjicere*, Liv. 2, 10, & Cæſ. B. Gall. 2, 27, auf den feind zuſtürmen. *Conjicere in vincula, carcerem*, Cic. Verr. 5, 7, in den thurn werffen. *Conjicere ſe ad fugam*, Id. pro Cælio c. 27. Et, *Hoſtes in fugam conjicere*, Cæſar B. Gall. 3, 6, den feind in die flucht ſchlagen. *In pedes ſe conjicere*, ſich auf die füſſe machen, Ter. Phorm. 1, 4, 15. *Conjicere in lætitiam aliquem*, Id. Heaut. 2, 3, 51, einen erfreuen. Et, *Conjicere ſe in malum*, ſich in unglück ſtürtzen, Id. Hec. 1, 2, 57. *Conjicere oculos in aliquem*, Tac. Hiſt. 1, 7, 1, einen anſehen. Hirtius de B. Alex. c. 49 *In gregem locupletum ſimultatum cauſſæ conjiciebantur*, die ſchuld wurde ihnen beygemeſſen. ¶ 2. *Conjicere*, abnehmen, muthmaſſen. Ter. Heaut. 1, 1, 11 *Annos ſexaginta natus es, aut plus eo, ut conjicio*, wie ich dafür halte. Et Cic. de Clar. Orat. c. 14 *Ex oraculo acute arguteque conjicere*. Id. Divin. 2, 5 *Bene qui conjiciet, vatem hunc perhibebo optimum*. ¶ 3. *Conjicere alicui ſomnum*, eſt conjiciendo interpretari, träume deuten, auslegen. Tota enim ars conjecturis tantum, non demonſtrationibus nititur. Plaut. Curc. 2, 2, 3 *Mane ſis, dum huic conjicio ſomnum*. Hinc *Conjector* ſomniorum interpres; & *Conjectio* ipſa interpretatio ſomniorum, de quibus poſtea. ¶ 4. *Coicior* (pro *Conjicior*) *in fullonicam*, Laberius dixit apud Gellium 16, 7.

¶ Conjectus, *a, um*, geworffen, geſteckt. Virg. Æn. 9, 698 *Conjecto ſpiculo aliquem ſternere*. Ter. Andr. 4, 1, 44 *Conjectus in nuptias*. Sen. ep. 9 *Conjectus in vincula, in cuſtodiam*, ein gefangener. ¶ 2. Item, errathen, gedeutet. Cic. de Divin. 2, 31 *Non tam mirabilia ſunt, quam conjecta belle*. Sic, *male conjecta, maleque interpretata*, Id de Div. 1, 52.

¶ Conjectus, *ūs*, m. ſubſt. ein wurf; ſæpe Lucretius; aliquando & Quintilianus uſus eſt: etiam C. Nepos 16, 5, 4 *Conjectu telorum confoſſus eſt*. Liv. 28, 14 *Cum nondum ad teli conjectum veniſſet*. Curt. 9, 7, 25 *Conjectum oculorum ferre non poſſe*, ſich ungern anſehen laſſen. ¶ 2. Quint. 3, 6 p. 246 Burm. *Conjectura dicitur a conjectu, h. e. directione* quadam rationis ad veritatem.

¶ Conjectio, *ōnis*, f. idem. Cic. pro Cæcin. c. 15 *Conjectio telorum*. ¶ 2. Pro conjectura; ut, *Conjectio ſomniorum*, Cic. de Divin. 2, 63, die muthmaſſung oder deutung der träume. Et Ulpian. l. 22 § 1 ff. qui teſt. fac. poſſ. *Placet conjectionem fieri ejus &c.* ¶ 3. *Conjectio cauſæ* ſecundum Aſcon. in Verr. 1, 9, eſt quaſi cauſæ in breve coactio. Add. Sabinus l. 1 de R. I. Gall. 5, 10. Cellar. de proceſſu jur. ant. c. 7 & Gron. ad Plin. 28, 2 f. 3.

¶ Conjector, *ōris*, m. qui conjicit, ſpeciatim divinator, vates, μάντις, ein wahrſager, zeichen-deuter. Plaut. Amph. 5, 1, 76 *Ego Tireſiam conjectorem advocabo, & conſulam*. Præcipue vero hoc nominis de interpretibus ſomniorum ſumebatur, ut apud Ciceronem Divinat. 2, 65 *Defert ad conjectorem quidam, ſomniaſſe ſe &c.* Vet. Gloſſ. *Conjector*, ὀνειροκρίτης. Item; ὀνειροκρίτης, *conjector, ſomni ſolutor, ſomniorum interpres*. Quintil. 3, 6 poſt verba, quæ in *conjectus* n. 2 laudamus, adjicit. *Vnde etiam ſomniorum atque ominum interpretes CONIECTORES vocantur*. conf. Feſtus; & Taubm. Plaut. Curc. 2, 1, 34 p. 325.

¶ Conjectrix, *ĭcis*, f. a Conjector. Plaut. Mil. 3, 1, 99 *Conjectrici, hariolæ, aruſpicæ*.

¶ Conjectoria, *æ*, f. ſcilicet ars, die wahrſager-kunſt; ut, *Conjectoriam exſequi*, Sarisb. 2, 17.

¶ Conjectūra, *æ*, f. die vermuthung, muthmaſſung. Etymon dedimus in *Conjectus* n. 2. *Conjecturâ auguravi*, rathen, Cic. Att. 2, 9. *Conjecturam facere, Conjecturam capere*, abnehmen, Ter. Andr. 2, 3, 32; & Heaut. 2, 3, 25. *Conjectura aſſequi*, errathen, Cic. Verr. 3, 25. *Aliquid conjectura proſpicere*, vermuthen, Id. pro Dom. c. 5. *Nihil conjectura aberrare*, es treffen, Id. Att. 14, 22. *Conjectura me ducit*, ich habe die vermuthung, Id. fam. 9, 2. ¶ 2. Item, interpretatio ſomnii, die traumdeutung. Plaut. Curc. 2, 1 extr. *Potin' conjecturam facere, ſi narrem tibi, Hac nocte quod ego ſomniavi dormiens*.

¶ Conjecturālis, *e*, da es auf muthmaſſen ankommt; ut, *Cauſſæ conjecturales*, Cic. Top. c. 11 extr. ſachen, & *Status conjecturalis*, cum de facto controverſia, Id. Topic. c. 25. Et, *Conjecturales artes*, quæ ſine ſuo ſæpe carent, quod incertæ ſunt & ſine ſtabili fundamento, Celſus præfat. lib. 1.

¶ Conjecturaliter, adv. idem. Sidon. 8 epiſt. 11 *Conjecturaliter geſtum*.

¶ Conjecturo, *are*, eſſe dicunt conjecturam facere, colligere, rathen. Et laudant Sen. Quæſt. Nat. 7, 29 *Nobis conjecturare illa tantum in occulto licet*. Sed e manuſcriptis, & *conjectura ire in occulta tantum licet*: legit Gronoviana. Sic etiam noſter 2 Quæſt. Nat. c. ult. *Cum imus per occulta naturæ*.

¶ Conjecto, *are*, frequentativum, idem quod conjicere, muthmaſſen. Ter. Eun. 3, 4, 5 *Neque ſcio, quid dicam, aut quid conjectem*. Tac. Ann. 14, 51, 1 *Tabellio ex eo conjectabatur*. ¶ 2. Item, werffen. Gell. 7, 10 *Aliquem in carcerem conjectare*.

¶ Conjectans, *tis*. Liv. 5, 21 *Eventum rem conjectantes*.

¶ Conjectanter, adv. aus vermuthung, apud Tertullianum.

¶ Conjectatus, *a, um*, vermuthet, eingebildet; ut, *Potentia animo conjectata*, Apulejus.

¶ Conjectatio, *ōnis*, f. die muthmaſſung. Plin. 10, 75 *Somni quæſtio non obſcuram conjectationem habet*.

¶ Conjectātōrius, *a, um*, das in muthmaſſungen beſtehet; ut, *Conjectatoria argumenta*, Gell. 14, 3.

¶ Conjectanea, *orum*, n. pl. miſcella & adverſaria notant, ſive libros, in quos conjectationes noſtras referimus. Gell. præfat. & alibi; v. g. 6, 2 *Alfenus in Conjectaneorum libro ſecundo. &c.*

¶ Con-

¶ Conjectarium, *i*, n. quod conjici facile potest, das man errathen kan. Onomasticum vetus: *Conjectarium, ὑποσχον.* Et Cicero apud Nonium, 2, 175 *Illud vero minime conjectarium.*

¶ Conjectabundus, *a*, *um*, rathend, muthmaſſend, apud Auguſtinum.

¶ Dejicio, *ĕre*, abwerffen, abſtoſſen. *Jugum ſervitii a cervicibus dejicere*, Cic. Phil. 1, 2. *Dejicere vultum, oculos*, die augen niederſchlagen, Sen. epiſt. 11. *Pudor dejicit vultus*, Valerius in Argon. 7, 614. Cic. Verr. 4, 15 *Pueri -- de ipſo* (quem furem ferent) *oculos magnam dejicere, neque ab argento digitum diſcedere*, verwandten kein auge von ihm. Ita Phil. 1 pr. *Nec vero unquam diſcedebam, nec a rep. dejiciebam oculos. Dejicere alvum*, Cato de R. R. c. 156, ſich leichter machen. Cæſ. de B. Gall. 4, 18. *Naves ad inferiorem partem inſulæ dejiciuntur.* Liv. 23, 40 *Claſſis Punica tempeſtate dejecta. Dejici de gradu, honore, dignitate, poſſeſſione*, ſeines amts entſetzet, ſeines gutes beraubet werden, Cic. de Off. 1, 23 &c. *D jici de ſententia*, Id. Tuſc. 2, 5 von ſeiner meynung abgebracht werden. *Dejicere praetorium*, Id Phil. 8, 2 i. e. depellere, expugnare. Quadrigarius apud Gell 9, 13 *Manlius ſcuto ictum percutit, atque de loco certo hominem iterum dejicit.* Nep. Dione 4. *Se e ſuperiori parte aditus dejicere.* Cont. Menck. Obſerv. I. L. Et, *Dejicere feram*, ſternere eſt, ein wild fallen. Quod verbum etiam ad prælia a venationibus transfertur. vid. Drakenb. ad Sil. 15, 466. Hinc

¶ Dejectus, *a*, *um*, erfällt, niedergeleget. Curt. 8, 1, 19 *Ille quatuor millibus ferarum dejectis in eodem ſaltu cum toto exercitu epulatus eſt.* Phædr. 2 fab. 2 *Super juvencum ſubitus dejectus loco.* ¶ 2. Hinc & *Dejectus*, pro victo atque pro mortuo ponitur, erleet. Nepos 8, 2, 7 *In ſecunda pugna occidit Civilem, dux tyrannorum, cum quidem adverſus Tarquinium ſuperbum fortiſſime pugnaret. Hoc dejecto, Parſenna venit Atticis auxilio.* Curt. 8, 1, 46 *Paucique dejectis reliquos ſe converterre cogunt.* Lucan. 2, 654 *Tot oppidis dejectis hoſtium arce.* ¶ 3. Activa ſignificatione Ovid. am. 2, 4, 11 *Sive aliqua eſt occaſio in ſe dejecta modeſtior*, h. e quæ præ pudore dejicit oculos. ¶ 4. Comparat. Tertull. adv. Marc. 1, 6: *Neutrum altero ſublimius aut dejectius eſt.* Et Ambroſ. epiſt. 24 ſub finem: *Quo ipſe dejectior fierem aut minor eſſem.* Sed & Solinus c. 42 *Hyacinthos pe ſpicuitate dejectior.*

¶ Dejecte, adv. niederträchtig. Tertull. adv. Marc. 2, 27 *Lenitas pro captu meliorcritatis humanæ dejectius converſata.*

¶ Dejectus, *ûs*, m. ſubſt. actio dejiciendi. Liv. 9, 2 de Furculis Caudinis: *angoſtias dejecta arborum ſeptas invenere*, ſie funden den wald verhauen. Et Silius 2, 189 *Nec -- armorumque virûmque Dejectum ſperave valet.*

¶ Dejectio, *ōnis*, f. idem. Cic. pro Cæcin. c. 20 *Vim dejectionemque facere.* ¶ 2. Inter pœnas militares *Dejectio* L. 3 § 1 Dig. de re militari, refertur *Gradus dejectio*, i. e. mutatio militiæ in deteriorem, quod ibidem § ſ dicitur: *gradu militia dejicitur.* Sed ¶ 3 *Dejectio alvi*, apud Celſum ſæpe, & abſolute *Dejectio*, 4, 14 pr. qui & in præſat. habet *Dejectionibus laborare*, durchfall haben.

¶ Dejectiuncula, *æ*, f. Scribon. Larg. c. 9 compoſ. 52 extr.

¶ Dejecto, *are*, frequentat. ſtürtzen, herabwerffen. Tertull. de Pallio c. 4 *Non erat ſatis animi tumens Macedo, ni illum etiam veſtis inflatior dejectaſſet.* Et Gell. 20, 9 *Coquenti vaſa cuneta dejectat.*

¶ Indejectus, *a*, *um*, non dejectus. Ovid. Met. 1, 282 *Domus tanto indejecta malo.*

¶ Disjicio, *ĕre*, von einander werffen, zerſtreuen, einreiſſen. Nepos 20, 3, 3 *Avrem a fundamentis disjecit.* Id. 25, 8, 4 *Conſenſionis globus hujus diſſenſione disjectus eſt.* Virg. Æn. 1, 70 *Disjicere corpora ponto.* Id. Æn. 7, 339 *Disjice compoſitam pacem.* ¶ 2. *Diſſicio* non *Disjicio* ſcribendum eſſe, contendit Pareus ad Plauti Curc. 3, 1, 54, & in Lex. Crit. p. 371, ubi plura auctorum loca. Add. Drakenb. ad Sil. 9, 538. Conf. Gell. 4, 17, quæ verba illud certe probant, *objicit* etiam ac *injicit* dictum veteribus, quamquam altera vulgatior ratio eſſet.

¶ Disjectus, *a*, *um*, zerſtreut umgeworffen, ut, *Copiæ disjectæ*, Nepos 1, 2, 1. *Mœnia disjecta*, Id. 20, 3, 2. Virg. Æn. 1, 128 *Disjectam Æneæ toto videt æquore claſſem.* Sic, *Arenaria disjecta*, ein zertrennetes krieges-volck. Tac. Ann. 2, 45, 3 *Disjungitur acies pari utrinque ſpe, nec, ut olim apud Germanos, vagis incurſibus, aut disjectas per catervas.*

¶ Disjectus, *ûs*, m ſubſt. diſperſio, die zerſtreuung. Lucret. 3, 941 *Major enim turba disjectus materiai Conſequitur letho*, i. e. atomorum diſſipatio.

¶ Disjecto, *are*, frequentativ. zerſchmeiſſen. Lucret. 2, 653 *Disjectare ſolet magnum mare tranſtra, carinas.* Uſus etiam Ammianus eſt 16, 4.

¶ Ejicio, *ĕre*, eſt expellere, extrudere, ausſtoſſen, auswerffen. *Ejicere navem in terram.* vide *Navis.* Ovid Triſt. 1, 6, 13 *Turpius ejicitur, quam non admittitur hoſpes.* Cic. Phil. 12, 3 *Illâ impios cives judicavit, ejecit, excluſit.* Id. pro Flac. 38 *Revocemus ejectos*, i. e. in exilium. vid. Menck. Obſerv. Et, *Ejicere ex animo*, Cic. pro S. Roſc. c. 19, aus dem ſinn ſchlagen. Cæſ. B. G. 5, 15 *Subito ſe ex ſilvis ejecerunt*, ſie haben heraus eylet. *Ejici* dicuntur, quos exſibilamus & explodimus. Cic. de Orat. 3, 50 *A multitudine & populo non modo caterva atque conventus, ſed etiam ipſi ſibi ſinguli diſcrepantes ejiciuntur.* Conf. pro P. Sext. 55. de fin. 4, 12. *Ejicere de navi*, Id. de Off. 3, 23. *Ejecti de Senatu*, Liv. 42, 51.

¶ Ejectus, *a*, *um*, qui ex naufragio in litus appulit, ausgeworffen. Ter. Andr. 1, 3, 17 *Navem is fregit apud Andrum inſulam, Is obiit mortem, ibi tum hanc ejectam Oboſſilis Patrem recepiſſe ajebam, parvam.* Id. 5, 4, 20 *Atticus quidam olim navi fractâ ad Andrum ejectus eſt, Et iſtæc una parva virgo.* Sen. epiſt. 9 *Ejectus in deſertum litus.* Lucret. 4, 920 *Anima perturbata ejectaque foras.* Cic. pro Quint. 19 *Ejectus home, litteroſus, impoſitus.*

¶ Ejectus, *ûs*, m. ſubſt. Lucret 4, 937 *Animai conjectus altior, atque largior ejectus*, h. e. reſpiratio.

¶ Ejectio, *onis*, f. expulſio, die verſtoſſung, verjagung. Cic. Att. 2, 18 *Timmar undique, neque jam, quo minus ſervianus, recuſamus: ſed mortem & ejectionem, quæ majora timemus, quæ multo ſunt minora.*

¶ Ejectiuncula, *æ*, f. Marcell Imp. c. 20 *Ad ejectiunculas facere.*

¶ Ejecto, *are*, frequentativ. herauswerffen. Ovid. Met. 5, 253 *Arenas eructat.* Silius 12, 320 *Sanguineos tumidis in cauſtes halatus undis Ejectat, redditque furens ſua exſpuma rapidis.* vid de hoc verbo Heins. ad Ovid. Met. 5, 253 & Burm ad Val Fl. 2, 5.

¶ Ejectans, *tis.* Ovid. Met. 14, 211 *Ejectans ereuntes ore dapes.* Et Sil. 10, 277 *Manantem ex ore cruorem Ejectans conſul.*

¶ Ejectātus, *a*, *um*, herausgeworffen. Ovid. Met. 2, 231 *Ejectata favilla.*

¶ Ejectario, *onis*, f. apud Sidonium.

¶ Ejectamentum, *i*, n auswurf; ut, *Succinum ejectamentum maris eſt*, wird von dem meer ausgeworffen. Tac. de Germ. c. 45. Etiam Apulej. Apol. p. 297 *maris ejectamenta* dixit.

¶ Ejectitius, *a*, *um*, quod vel ejecit, vel ejectum eſt, auswerffend. Plin. 11, 37 ſect. 84 *Vulva ejectitia*, ſuis nicht mehr, quæ non peperit legitime, ſed ejecit per abortum, inter delicias gulæ Romanæ fuit.

¶ Injicio, *ĕre*, hineinwerffen. Ter Andr. 1, 1, 115 *Quæ ſibi veniat in ignem injicere, ſervavi*, uns feuer ſtürtzen. *Injicere ſe in medios ictus, in medium agmen*, ſich mitten unter die feinde wagen. Virg. Æn. 2, 408. *Injicere* eſt leviter mentionem facere, v. Cic. Top. 12, 56 & ad Att. 16, 5. *Cogitationem alicui injicere*, Cic. Att. 7, 3, einem gedancken machen, einen ſorg ins ohr ſetzen. Sic, *Curam, ſuſpicionem, terrorem, ſuſpicionem, ſuſpicionem, ſuſpicionem*, Cic. Tac. Nepos. Livius, ad quem v. Drakenb. 2, 56. Cic. pro Dom. c. 6. - *Nomen meum imperitis injecerat*, h. e. arte perfecerat, ut illi me nominandum putarent, nam *operis ediderat*, i. e. mercede conductos ſubornarat, ut me nominarent, quo ipſo rerum ignaris perſuaſit. *Injicere nomina alicui*, Liv 3, 43, & *in aliquem*, Plaut Trac. 4, 3, 49, hand anlegen. Servius ad illud Virg Æn 1, 349 *Inimica imagine belli* &c. *Ubi eſt*, inquit, *formore juvis. Navi* MAGISTRATUS *dicitur, qui res non expectata celeritate judici, remum in aquam injicimus.* Propert. 4, 6 extr. *Sic noctem patevâ, ſic ducam carmine, donec Lucifer ad ſolitos ortus mihi vina dicet.* Cic. Tuſc. 4, 6 *Cum ſibi ad id, quod videbatur, bonum, injecta & inflammata voluptas.* ¶ 2 *Judicio* pro *Injicio* apud poetas. Sil. 10, 571. *Fulgentia inicit velamina.*

¶ Injectus, *a*, *um*, benachtet, drauf geeckt. Nepos 7, 3, 3 *Timor injecti vaſtitudinis.* Id. 17, 8, 2 *Pelli injecta.* Cic de Divin 1, 27 *Interfecit 5 in plaſtrum conjectos & ſupra ſtercus injectum.* Id. pro Cluent. c 28 *Hic tum injecto eſt hominibus ſcrupulus.*

¶ Injectus, *ûs*, m. ſubſt. actio injiciendi, res injecta. Plin. 8, 16 *Levi injectu operto capite.* Arnob. lib. 1 *Oculorum injectum ſuſcipere.*

¶ Injecto, *onis*, f. idem. Sen. de Conſtantia ſap. c. 5 de Stilpone philoſopho: *Habebat ſecum vera bona, inque nemine manus injecto*, da niema d einen anariff thun darff. *Injectiones* quoque eleganter vertit Tertull. de Pudic. c. 13 Diaboli *σοφιστὰς*, ſive inſidioſas machinationes, 2 Corinth. 2, 11.

¶ Injectivus, *a*, *um*, qui injicit; ut, *Status controverſiarum injectivus*: Aggen. Vrb. de Limit. p. 63. conf. p. 78.

¶ Injectionale, *is*, n. idem quod clyſter, ein clyſtier. Octav Horat. 4 *Obſtare injectionali.*

¶ Injecto, *are*, frequent. Stat. Theb. 9, 133 *Anſus erat furto dextram injectare.* Et Silius Ital. 3, 183 *Iamque videbatur dextram injectare.*

¶ Subinjicio, *ĕre.* Hinc

¶ Subinjectus, *a*, *um.* Seneca Controverſ. 13 pr. *Subinjecta manu ſatelles: Quid moraris? inquit*, i. e. aliquantum, non vehementer, ſed quaſi amicus, ſuadens.

¶ Superinjicio, *ĕre*, drauf legen, umſchlagen. Celſ. 5, 13 *Quæ in faturis ſuperinjiciuntur.* Id. 8, 7 *Linteolum madens vino & oleo ſuperinjiciendum eſt.* conf. 5, 26; 6, 6. Ovid. Met 8, 640 *Quo ſuperinjecit textum.*

¶ Superinjectus, *a*, *um*, drauffgeſchüttet. Plin. 17, 20 *Terræ ſuperinjecta dextrorum digitorum craſſitudine.*

¶ Interjicio, & Interjacio, *ĕre*, darzwiſchen werffen, untermengen. Tac. An. 2, 10, 4 *Arminius plerasque Latino ſermone interjaciebat.* Cæſar B. C. 1, 73 *Stationes diſponat equitum, legionariosque interjiciat cohortes.* Rurſus Tacitus ad alias etiam res tranſtulit: ut, *Interjicere moram*, Hiſt. 3, 81, 3; *Preces, minas*, Ann. 1, 23, 6.

¶ Interjectus, *a*, *um*, darzwiſchen ſtehend. ut, *Flumen interjectum*, Tac. Ann. 2, 10, 3. *Spatio interjecto*, Cæſ. B. Gall. 3, 4. Et, *Paucis interjectis diebus*, Liv. 1, 58. Tac. Hiſt. 3, 79, 1 *Interjectus equiti pedes.*

¶ Interjectus, *ûs*, m. ſubſt. actio interjiciendi; ut, *Luna interpoſita interjectuque terræ defecit*, Cic. N Deor. 2, 4 extr. Sic, *interjectu corporis*, Tac. Ann. 51, 3. *Paſcorum dierum*, Ibid. 3, 67, 5. Et *noctis*, 6, 39, 2.

¶ Interjectio, *onis*, f. idem: ut, *Interjectio verborum*, Quintil. 8, 2 p. 675 ea eſt, quam vulgo parentheſin vocamus. Add. Herenn. 1, 6 *Si negabimus, nos de adverſariis -- dicturos, & tamen occulte dicemus, interjectione verborum.*

¶ Interjectura, *æ*, f. idem. Frontin. de Colon. p. 135 *Sunt & per tectorum puncta interjecturæ.*

¶ Objicio, *ĕre*, entgegen werffen, verſchieben, vorwenden. Horat. 1 epiſt. 15, 62 *Noctem peccatis, & fraudi obtendere nubem.* Cic. pro Capat ſuam favori atque fortunæ objicit. Cic. pro Domo c. 57. Liv. 3, 15 extr. *Dii objiciunt vati eam mentem*, ut excidium *patriæ fatale prodat. Ad omnes caſus ſubitos un periculorum magis objecti ſumus.* Cic. Ep. ad Div. 6, 4. *Objectus contra hoſtium* [illegible] *Macedonia* Id pro Font. 16. ¶ 2. Sed, *Objicere aliquid alteri*, criminis loco, eſt exprobrare, aufrücken, vorwerffen. Cic. Tuſc. 1, 2 *Ut ſæpe* [illegible] *objecit, ut probrum, Marco Nobiliori. Objicere alicui de aliqua re*, Cic. Ep. Famil. 11, 3. & pro Cloel. 3. ¶ 3. *Objexim*, pro *objecerim*, habet Plautus Cal. 2, 5, 62.

¶ Objectus, *a*, *um*, vorgeworffen entgegen geſetzt: ut, *Objecta inſula*, Cæſ. B. G. 5, 13. *Saxea pro muro objecta* [illegible] Horat. de Arte v. 472 *Ora objecta*, Virg. Æn. 6, 422 *Objecta retardant flumina*, Id. Georg. 3, 253 *Objecta ſpes*, i. e. injecta, Tac. An. 4, 60, 4. *Objectus agger* Stat. Thebaid. 6, 257.

¶ Objectum, *i*, n. ſubſt. ein vorwurff. Cic. pro Domo c. 35 *De objectis non conſteri.* Quintil 4, 2 *Objecta elui.* Id. 7, 3 *Objecta vel*

negat, vel obfuerit, vel inimat. ¶ 2. Philosophis *objectum* est, circa quod aliquid versatur, de quo agitur & *materia circa quam.*

¶ Objectus, a, um, Part. a obsol. *obicio*, vorgeworfen, vorgehalten, vorgelegt, vorgesetzt, vorgestellt, vorgezogen, vorgebracht, vorgeschützt, vorgewendet, vorgegeben, vorgeschoben, vorgeschlagen, vorgetragen, vorgehalten, vorgeschrieben, vorgeschrieben, vorgeschrieben

¶ Subjectio, *ōnis*, f. idem; ut, *Subjectio sub adspectum*, i. e. repræsentatio, Cic. de Orat. 3, 53, vor Augen ſtellung. *Subjectione testamentorum contaminati*, i. e. falſa teſtamenta ſupponentes, Liv. 39, 18, die unterſtellung, einſchiebung. Adde Vitruv. 9, 8: Quintil. 9, 3 & 8: Gell. 12, 3: & Aut. ad Herenn. 4, 23.

¶ Subjector, *ōris*, m. der da unterſtellt. *Testamentorum subjector*, hoc eſt, qui pro teſtamentis veris falſa ſubjicit, vel ſupponit, Cic. Catil. 2, 4.

¶ Subjectivus, *a, um*, Apul. de Syllog. Categ. *Pars subjectiva nominatur velut subdita*. Tertull. de Virg. veland. c. 4. *Subjectivum prius eſt antecedens*. Aggen. Vib. p. 63. *Status subjectivus*.

¶ Subjective, adv. i. e. quatenus ad ſubjectum pertinet. v. Mart. Capella 4 p. 120, ubi docet, quid ſit *ſubjective*, quid *declarative*.

¶ Subjectibilis, *e*, idem. Vulg. Interpr. Baruch. c. 1, 18 *Non fuimus ſubjectibiles illi*.

¶ Subex, *ūbicis* & *ſubjicis*, ut obex, i. e. quod ſubjectum eſt, ut Feſtus exponit, eine unterlage. Sed Gellius 4, 17 apud Ennium *ſubjices*, ait, *pro aëre alto poni, qui cœlo ſubjectus eſt*. conf. Nonii s. 2, 764.

¶ Subiculum, *i*, n. id quod ſubjicitur, unterwerfen, ut, *Subiculum flagri*, apud Plaut. Perſ. 3, 3, 14 ſervus eſt, quem flagra ſubigunt.

¶ Subjecto, *are*, frequent. unterlegen; ut, *Laſſi ſimeles ſubjectare*, Horat. 2 ſat. 7, 94. Et Virg. Georg. 3, 241 *Nigramque alte ſubjectat arenam*, vid. *Subjecto* n. 4. ¶ 2. Alia notione & forma *ſubjectare* eſt non nihil jactare, ſich etwas rühmen. Cæcomines Corippus in præfat. v. 29 *Sulis qui ſe ſubjectat eruditum*. ¶ 3. *Subjectare*, eſt wurffen ſchwingen. Varro R. R. 1, 52 *Grana cerva ſubjectare vallis aut ventilabris, cum ventus ſpirat*.

¶ Infubjectus, *a, um*, i. e. non ſubjectus, frey, ſouverain; ut, *Homo infubjectus, ſpiritus*, Prudent. Hamart. v. 193.

¶ Subterjacio, *ere*, darunter legen. Pall. Febr. 18, 1 *Ordei grana ſubterjaciantur*.

¶ Superjicio, & Superjacio, *ĕre*, dröber werffen. Ammian. 24, 2 *Tela ſuperjaciebantur*. Colum. 2, 1 *Delatifa folia ſuperjiciunt*. Liv. 20, 30 metaphorice, *ſuperjecere quidem magnam ſidem*, ſie haben es zu groß gemacht. de fama cujusdam pugnæ agit, Cic. ad Q. fr. 2, 2, 2.

¶ Superjectus, & Superjactus, *a, um*, drüber aufgeſchlagen, darauf gebauet. Salluſt. Fragm. c. 12 *Superjecti ſtabuli*. Plin. 11, 51 *Arenæ ſuperjectæ*. Col. 2, 18 *Semina ſuperjecta*. Id. 6, 23 *Cunabula lini ſuperjecta*. Col. 8, 13 *Saxeum cutis cum ſuperjectis tunicis*. Horat. 1 od. 7, 11 *Superjecto pavere natarunt dama*. Tac. Hiſt. 2, 6, 6 de Alpha Itis: *Superjectant ſi lido ferantur*, was darauf gebauet iſt wird, ꝛc.

¶ Superjectus, *ūs*, m. ſubſt. der aufſatz. Col. 36 extr. *Mas ſuperjectu lucubrandi eſt*. *Superjactus* habet Solinus c. 42.

¶ Superjectio, *ōnis*, f. die drüberwerffung. Arnob. 3 p. 108 *Vi clavarum veſtimenti ſuperjectio*. conf. Tertull. de Pallio c. 4. ¶ 2. Hyperbole, der zuſatz. Quintil. 8, 6 p. 751 Burm. *Emendatus ſuperjectio*. Ciceroni eſt *Transjectio*,

¶ Superjacto, *are*, hoch werffen. Val. Max. 9, 2, 4 *Infantes adhuc ſive ſpecta parentum homo inſiſti, alios ſuperjactatos filii excipi juſſit*, in die höhe geworffen. Vitr. etiam eſt Plin. 9, 15 extremo pro transcendere.

¶ Trajicio, ſeu Transjicio, & Transjacio, *ere*, ut in quibusdam libris legitur, hindber werffen. *Trajicere tragulâ*, Cæſar B. Gall. 5, 35. *Cuspide trajicere*, Ovid. Met. 4, 571 eſt transligere, durchrennen durchſtechen. *Se ante ictum transjecit*, Sen. de Benef. 3, 23. Solin. c. 61: (*Sulin* 52) *Transjacto ſagittis quidam paſſe*. ¶ 2. Sed *Trajicere ex ripa in ripam*, id eſt, transportare trans mare, ſeu flumen, über waſſer ſetzen, Cæſ. B. Civ. 3, 29. De incendio uſurpavit Livius 7, 30 *Cum videremus ubi conflagraſſent Sidicini, ad nos trajecturum incendium eſſe*. ¶ 3. Et, *Trajicere mare vel flumen*, hoc eſt, tranare, ich ſchwimme hindber. Valla 3, 3. Propert. 1, 9, 12 *Trajicit & fati litora verus amor*. Plancus ad Cic. 10, 11 *Cum Rhodanum copias trajeciſſem*, cum gemino accuſ. ¶ 4 *Trajicere aliquid in aliquem*, transferre notat Cic. Div. in Qu. Cæcil. 14. Ex illius invidia deorsum aliquid & in te trajicere cœpit. ¶ 5. *Trajicere in alia vaſa*, abziehen, Varr. R. R. 1, 64.

¶ Transjectus, & Trajectus, *a, um*, durchgethan, durchgeſchoſſen; ut, *Trajecta per aëra jacta*, Virg. Æn. 5, 510. *Trajectæ per remum*, Id. Æn. 2, 419. ¶ 2. Durchgegangen ut, *Trajecta per ſanum*, Id. Æn. 2, 388. *Terra trajecto axe ſuſtinetur*, Cic. de Vniverſ. c. 10. ¶ 3. übergefahren. Id. Cic. pro rel. Cæſ. c. 8. *Pauci reliqui trajectus in Africam*.

¶ Trajectum, i, n. hodie crebro *Trajectum*, cum urbs Brabantiæ, Maſtricht, latine vocetur *Trajectum ad Moſam*, & Belgarum urbs Vltrajectum five Vtrecht. *Trajectum ad Rhenum*.

¶ Trajectus, & Transjectus, *ūs*, m. ſubſt. trajicio li actus, die hinüberfahrung. Cæſar B. Civ. 2, 9 *Trajectus interclusi*. Liv. 1, 3 *In trajectu Albulæ amni ſubmerſus*, im hindber fahren. conf. Tac. An. 15, 34, 2; Plin. 3, 11; & 4, 5. ¶ 2. Locus, ubi trajicitur, die furth. Id. Cæſar B. Gall. 4, 21 *E Morinis brevissimus erat in Britanniam trajectus*.

¶ Trajectio, *ōnis*, f. Cic. de Orat. 3, 53 *Veritatis ſuperlatio atque trajectio*, i. e. hyperbole, fo. erjectio. ¶ 2. *Trajectiones* etiam *metaphoræ*, transcurrentes & celeriores ſtellæ dicuntur, ſchiſſende ſterne. Cic. de Divin. 1, 1 *Affyrii trajectiones matutinasque ſtellarum observaverunt*. ¶ 3. *Trajectio verborum*. pro tranſlatione, vel transpoſitione, Id. in Orat. c. 69. Sic, *Trajectiones incendiorum*, Vitruv. 2, 9. Sic, *Verborum transjectio*, die verſetzung der worter. Aut. ad Herenn. 4, 12. conf. ibid. c. 32. ¶ 4. Pro tranſitu maris utitur Cic. Ep. ad Att. 8, 15. *Cautior certe eſt manſio, honeſtior exiſtimatur trajectio*.

¶ Trajector, *ōris*, m. Prudent. Hamart. v. 875 *Ignis trajector nebulæ*, h. e. qui tranſit nebulam.

¶ Trajectorium, *i*, n. ſiphunculus vel canna, in qua ſtylus verſatilis, attractioni & explosioni accommodatus, eine ſpritze. v. Plin. Valer. 1, 37 & 57. conf. Reinef. Var. Lect. 3, 4.

¶ Trajectūra, *æ*, f. Vitruv. 10, 7 *Trajecturæ metallorum*.

¶ Trajectitius, *a, um*, qui poteſt trajici. *Trajectitia pecunia*. L. 3 § 8 Dig. de peculio, ein wechſel.

¶ Trajecto, *are*. Celſus 7, 14 *Acu trajectatur duo lina ducente*, es wird ein doppelter Faden durchgenehet.

¶ Pertrajicio, *ĕre*, decompoſitum, durchdringen. Auguſtin. Dominica ante Epiphaniam Domini, ſive Sermone 3 *Sotis variis ſpeculæ penetrare, & ſe diffitatem ejus infinitam ſubtilitate pertrajicit*.

Trajaculandus, jactantia, jactare, jactitare, jactura, &c. quære in *Jacio*.

¶ JACVLVM, *i*, n. a jaciendo dictum, telum eſt quodcunque, quod emittitur, ein geſchoß wird warff geworffen. *Jaculo trajectus*, durchgeſchoſſen. Revera autem adjectivum eſt, *Jaculus, a, um*, ut *celer jaculum*, apud Plaut. Aſin. 1, 1, 87. Et *jaculus lapis*, apud Plin. 8, 23. Et *jaculi* Colum. 6, 2, 4 int. funes, ſi vera lectio, & non legendum *laquei*. Et abſolute cum *jaculum* dicitur, teli vox ſubaudienda eſt, ut integrum ſit, *telum jaculum*. Hinc ap. eund. *Rete, inquit, quo gladiatores ſe retiarii ut amnes, dicti in jaculum*. Ovid. A. A. 1, 63 *Hi jaculo pisces, hic capitantur ab hamo: Dic mihi cum simili vertat in ore fera*.

¶ Jaculor, *atus ſum, ari*, jaculum mittere, ſchieſſen, werffen. Liv. 22, 50 *Quam in latus dextrum, quod parmâ tegebatur, jaculatus*. Flor. 1, 11, 2 *Dicitur ſignum in hoſtile agmen ab Aquilone ſe jaculari*. Id. Flor. 1, 12, 4 *In cœlum ſpicula ſua ſe jaculantes*, die ſich mitten hinein gedrungen. Claudian. de Cantul. Mart. Theod. v. 320 *Vel qui more avium ſolo jaculantur in æthra*, die ſich in die luft ſchwingen. ¶ 2. Uſt jaculando ferire, treffen, ſchlagen. Horatius de Jove fulminante loquens, Ode 2, 3 *Rubente Dextera ſacras jaculatus arces*. Ovid. Amor 3, 3, 35 *Jupiter igne ſuo laeva ſinistrator & arces*. ¶ 3 Eſt monſtrari, deſignare, unterſcheiden. Horat. 2 od. 6, 17 *Quid brevi fortes jaculamur ævo Multa?* ¶ 4. Legitur & activum *Jaculo*. Claudianus: *Latis jaculabat in arvis*. Vnde & *Jaculo*.

¶ Jaculans, *tis*: ut, *Mpſus jaculans*, Ovid. Met. 12, 257. *Gigantea jaculans ſaxa lacerto*, ibid. 14, 184.

¶ Jaculātus, *a, um*, der geſchoſſen oder geworffen hat; ut, *Pallas jaculata è nubibus ignem*. Virg. Æn. 1, 90 conf. 2, 230. Et, *Americam jaculata pilum*, Claudian. Laude Serenæ, 144.

¶ Jaculatus, *ūs*, m. ſubſt. act. jaculandi. Tertullian. de Spectac. c. 18 *Non prælatis vano caſu & jaculatu & ictibus*.

¶ Jaculātio, *ōnis*, f. idem. Inter avunculi ſui ſcripta commemorat Plin. 3, 5 *librum unum de jaculatione equeſtri*. Quintil. 6, 3 *Illud genus poſitum eſt non in hoc velut jaculationis exercitatione, & in ipſa lusione urbanitatis, ſed in quadam longe ſeria*. Apul. lib. 1 Mileſ. *Statorem eſt, ut in eam diſcat ſeverissima ſpectator jaculari, venditatur*. Minucius Felix c. 3 *Tejorum in mare jaculationibus ludere*.

¶ Jaculāmen, *inis*, & Jaculamentum, *i*, n. idem apud Apulejum. Non. 19, 30 *Arrjata, jaculamenta cum antiſ*.

¶ Jaculātor, *ōris*, m. qui jaculatur. Horat. 3 oda 4, 56 *Jaculator audax*. Statius Theb. 12, 562 *Fidissimi jaculatores*. Jaculandi artificium tetenderunt maxime excellentiſſime tradunt: Scythas Parthosq; e lagittandi jaculandique exequoratione. Adde Ovid. Met. 15, 350.

¶ Jaculatrix, *īcis*, f. quo cognomine apud poetas Diana gaudet. Ovid. Met. 5, 3: 5 *Jaculatrix casta Dianam*: Adde Fast. 2, 155

¶ Jaculābilis, *e*, quod jaci poteſt. Ovid Met. 15, 680 *Vidisset oculi telum jaculabile noſtri*. Statius Theb. 6, 668 *Jaculabile pondus*. Et Claudian. in Eutrop. 2, 166 *Telum ingens nullique Deo jaculabile torſit*.

¶ Jaculatōrius, *a, um*, idem; ut, *Campus jaculatorius*, ein ſchieſſen plan ſchieß araben. Vlpian. L. 9 § 4 Dig. ad Leg. Aquil. *Preces jaculatoriæ*, ſtoß-gebet, Auguſt. epiſt. 120.

¶ Adjaculatus, *a, um*, zugeſchoſſen. Mart. Capella 2 p. 41 *Adjaculati fulgoris radios revibrare*.

¶ Ejiculo, *are*, hinaus werffen. Gell. 16, 19 *Se in ſalum ejaculaverat*.

¶ Ejaculor, *atus ſum, ari*, hinaus werffen. Ovid. Met. 4, 124 *Fiſtula longe ejaculatur aquas*. conf. Id Faſt. 1, 270. Et Plin. 37, 9 de quadam jaſpide: *Pervagili ſole ſpecies & colores arcus cœleſtis in proximos parietes ejaculatur*.

¶ Ejaculatus, *a, um*. Ovid. Met. 6, 259 *Sanguis ſe ejaculatus in altum*, heraußgeſprützt.

¶ Ejaculatio, *onis*, f. ejaculandi actus. Vegetius.

¶ Ejaculator, *oris*, m. apud eundem.

IĀCVLVS, *i*, m. ἀκοντίας, ſerpens eſt duorum cubitorum magnitudine, ut Actius tradit: ſic dictus, quod corpore extenso velut jaculum vibratum corporibus involat, & aculeo venenato valide in eam adacto faueiat. Appellatur & *Cenchrias*, a colore maculis quem refert; Matthiolus. Lucan. 9, 720 *Et matrix violator aquæ, jaculi quæ volucre*. Plin. 8, 25 *Serpentem jaculum* vocat: etiam obſervavimus, eſſe proprie adjectivum. Horatius *Serpentes, ſimilem jugitæ*, 3 ode 27, 5.

IALDABAOTH, θεὸν primarius, de quo multa fabulari ſunt hæretici. v. Tertull. de Præſcript. c. 47.

IALEMVS, *i*, m. Calliopæ filius, in poeſi frigidus & ineptus. v Heſych. chium. Vid. ad Luciani apophr. p. 445 ed. Graev. ¶ 2. Item, *Carmen Iugubre*. Apollon. 4, 1304 - - - ἔλεγον Ἰάλεμον ἀδὸν ὀπίσσω, ubi Scholiaſtes, Ἰάλεμον ἀντὶ τοῦ θρῆνον. Athen. lib. 14 ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ ἰὺ μοῦ, ἰὺ μοῦ τὸ δὲ ἐλεγεῖον, Ἐλεγεῖος, ut peritè Hymenæus convenit, Iuſte Lipſium, cui tres illi leichen-geſang. v. Voſſ. 3 Inſt. Orat. p. 413. Hinc & prov. *Ialemi cantilena*, Ἰάλεμος ὠδὴ pro miſerabili, in Erasm. Adag. Barth. præf. ad Philelcuth. Lipſ. Obſervatt. in Menandr. ** 2.

IALYSVS, *i*, m Solis nepos, Cic. nat. deor. 3, 21. ¶ 2. Ab hoc pars Rhodi, magnæ urbis, denominata. Quæ ipſa oppidi, quod *Ialyſus* inde, inxerit Protogenes, cujus picturæ mentio eſt Cic. Orat. c. 2 pr. & alias. Perizon. ad Ælian. 12, 41, & Hard. ad Plin. 35 f. 36 n. 20, virum intelligunt, quit. nem. ovan obſtet Plut. Demetr. p. 1046. H. Steph. qui τὸν περὶ τῶν Ἰαλυσίων λόγον vocat.

IAM, adv. temporis, modo, ito. ieund nun, bald. ſchon. Ter. Adelph. 2, 2, 1 *Tace, egomet conveniam jam ipſum*. Id. Andr. 1, 5, 49 *Iam ferme moriens me vocat*. Sæpe ſequitur *A* vel *Ab*: ut,

Iam a pueris, bald von Kind auf, Id. Heaut. 2, 1, 2. *Iam a prima adolescentia*, Cic. fam. 1, 1. Et, *Iam inde ab adolescentia*, Ter. Adelph. 1, 1, 16. *Iam inde ab initio*, Liv. 1, 1. *Iam inde a principio*, Sallust. B. Iug c. 77. Quod etiam absolute, sine præpositione, componitur. Liv. 21, 31 *Alloborges, gens jam inde nulla Gallica gente opibus aut fama inferior.* Contra abesse potest *Iam*, præsente præpositione. Cic. fam. 2, 16 *Sententiam meam tu facillime possis scire potuisti jam ab illo tempore, cum &c.* Pro *inde* etiam *usque* apponitur. Cic. Divin. 1, 1 *Vetus opinio est jam usque ab heroicis ducta temporibus.* Vtrumque conjungitur. Ter. Heaut. 1, 2, 9 *Magna jam inde usque a puerilia familiaritas.* ¶ 2. *Iam* aliquando abundat, &, ut expleat, tantum additur. Ter. Heaut. 4, 3, 1 *Nulla mihi res possibac potest jam intervenire tanta.* Tac. de Germ. 45, 3 *Ergo jam dextero Suevici maris litore Æstiorum gentes eluuntur.* Ibid. c. ult. extr. *Cætera jam fabulosa, Hellusios & Oxionas ora hominum vultusque, corpora atque artus ferarum genere, &c.* ¶ 3. Aliquando pro *præterea* ponitur, & inferit ir connexionibus, vel, ut particula illativa pro *ergo* ponitur. Cic. de Orat. 2, 19 *Iam vero narrationem quod jubent verisimilem, &c.* Idem: *Iam quod ad illam causam attinet.* Plaut. Epid. 1, 2, 8 *Iam istuc probiores.* Tibull. de Messala 4, 1, 82 *Iam te non alius belli tenet aptius artes.* Ita Livius post præfationem, *Iam primum omnium satis constat, &c.* ¶ 4. Geminatur nonnunquam celeritatis exprimendæ causa; Ter. Adelph. 5, 3, 6? *Iam jam desino*, alsobald. *Iam jam intelligo, Crasse, quid dicas*, Cic. de Orat. 3, 24 pr. Sic &, *Iam, jamque.* Id. Att. 7, 21 *Mihi dubium non erat, quin ille jam jamque foret in Apulia*, jetzo bald, indem. Catull. 64 de Arv v. 73 *Iam jam dolet quod egi, jam jamque pœnitet.* ¶ 5. *Iam & nam* confunduntur in MSS. v. Drakenb. ad Sil. 9, 242. it. *Iam & eam*, ubi vid.

¶ Iam ante, schon zuvor. Cic. in Brut. c. 17 *Multis jam ante seculis.* Id. Att. 7, 4 *Id mihi jam ante erat notum.* conf. fam 3, 10.

¶ Iam dia, schon für langer zeit, schon längst, eine geraume zeit her. Ter. Eun. 3, 3, 12 *Quam pridem pater & mater mihi mortui essent. Dico, iam dia.* Vbi Donatus *Iam olim* interpretatur. Cic. fam. 2, 14 *Iamdia propter hiemis magnitudinem nihil novi ad nos afferebatur.* Adde Nonium 3, 447. Familiariter gaudet verbo indicativo præsenti; ut, *Idem jam dia non facit*, Cic. de Divin. 1, 19, das hat er schon lange nicht gethan. *Iam dia flagitat*, Id Divin. Verr. c. 8.

¶ Iam dudum, jetzt, neulich, schon neulich, unlängst. Dicitur enim de parvo tempore, ut *Dia*, de longo; Vall. 2, 35. vid. ipsum *Dudum* f. l. Cic. de Orat. 2, 7 *Antonium jam dudum Cotta & Sulpicius expectant.* Dividi etiam eleganter solet. Plaut. Pœnul. 1, 2, 105 *Iam non dudum ante lucem*, pro *non jam dudum*, nicht schon vor einer guten weile. Etsi vero plerumque præponi postulat verbo Præsenti, ut, *Quod te jamdudum hortor*, Cic. Catil. 1, 5 & Verr. 3, 36 *Hæc, quæ jam dudum loquor. Iamdudum animus est in patinis*, Ter. Eun. 4, 7, 46: tamen etiam uti simplex, cum alio tempore reperitur non raro. e gr. Cic. in Lælio c. 22 *Iamdudum tractabamus.* De tempore non longe præterito adhiberi observat etiam Brouckh. ad Tib. 3, 6, 63. & Drakenb. ad Sil. 11, 373. ¶ 2. Pro cito, quam primum, je eh, je besser, ut Servius quoque interpretatur, usus Virgilius est Æn. 2, 103 *Si omnes uno ordine habetis Achivos, Idque audire fas est: jam dudum sumite pœnas.* Ovid. A. A. 1, 317 *Dixit, & ingenti jamdudum de grege duci jussit.* Add. Fast. 2, 457.

¶ Iamne, ob denn schon. Cic. Att. 12, 48 *Velim scire, quid tibi restet, aut iamne confeceris.*

¶ Iam nunc, schon iso. Ovid. de Arte Am. 3, 59 *Venturæ memores jam nunc estote senectæ.* Eodem plane modo Propert. 4, 12, 93 *Discite venturam jam nunc sentire senectam.* Quod & *nunc jam* dicitur, Ter. Andr. 1, 1, 144 *Eamus nunc jam intro*, lasst uns nun hinein gehen. Sed adde etiam Cic. Verr. 1, 13. Att. 1, 6.

¶ Iam olim, est, jam a longo tempore, schon vor alters, vor langer zeit. Ter. Eun. 3, 5, 38 *Consimilem luserat jam olim ille ludum.* Adde Virg Georg. 2, 403.

¶ Iam porro, nunmehro, nun auch. Servit transitionibus. Cic. pro Rosc. Am. c. 40 *Videte* jam porro *cætera.* conf. Verr. 5, 50.

¶ Iam pridem, aliquanto abhinc tempore, ut exponit Valla, vor einer guten weile. Ter. Hec. 2, 1, 22 *Iam pridem equidem audivi.* Cic. Att. 2, 5 *Cupio equidem, & jam pridem cupio.* conf. 11, 13; & fam. 3, 11 & 12: Virg. ecl. 2, 43; Æn. 1, 726 &c.

¶ Iam primum, continuandi particulam esse jam diximus in *Iam* n. 3. *Iam primum omnium*, demnach vor das erste, Livius princ. lib. 1. Adde Sallust. B. Cat. c. 15.

¶ Iam tandem, nun einmahl. Virg. Æn. 6, 61; Cic. fam. 14, 23; Liv. 22, 12.

¶ Iam tum, bereits, schon damahls. *Iam tum illis temporibus*, Nep. 8, 2, 4. Adde Virg. Georg. 2, 405. Cic. pro Arch. c. 12: fam. 6, 2; 7, 12; 13, 17; Liv. 29, 1; &c.

¶ Iam vero, nun aber; Cic. Verr. 2, 48; Off. 2, 3: & passim alibi, nam sæpe transitioni servit.

Iambeus, Iambicus, vide *Iambus.*

IAMBLICHVS, *i*, m. philosophus Pythagoricus Chalcidensis, Porphyrii discipulus, Constantini Magni tempore. Leguntur ex fragmentis ejus quædam apud Stobæum, ut commentationes Dialectices, quam donum vocat Dei necessarium ad omnes partes Philosophiæ: Et dicta quædam Philosophica: Ejus tamen liber de vita Pythagoræ & de mysteriis opus hodieque exstat.

IAMBVS, *i*, m. ἴαμβος, pes dictus ab ἰαπτειν, seu ἰάπτειν i. e. maledicendo. Horat. de Art. Poët. v. 251 *Syllaba longa brevi subjecta vocatur Iambus*, sic v. propterea, quod ex parva causa coorta sæpe calumnia in malum longum desinat. Alii dicunt, quod *Iambe*, ancilla Meganiræ, ad quam Ceres mœsta quæsitum filiam Proserpinam venerat, deam suis recreaverit facetiis, & ridiculis narratiunculis. Vnde genus id carminis, sed non ante observatum, Iambicum ab illa dictum fuerit. v. Natal. Comes 3, 16; & Poetic. Giessenf. 1 p. 137. Addunt, cum Hipponax Ephesius vas Ianæ, quam Iambe lavabat, evertisset, iratam dixisse: ἄνδρων ἄπελθε, τὴν σκάφην ἀνατρέπεις, quo numero ipsum delectatum, carmini nomen imposuisse. Ovid. R. A. 378 *Liber in adversos hostes stringatur Iambus, Seu celer, extremum seu trahat ille pedem*, i. e. scazon.

¶ Iambicus, *a, um*, adj. jambis constans; ut, *Versus Iambicus, Carmen Iambicum.* v. Diomedem lib. 3.

¶ Iambeus, *a, um*, ἰαμβεῖος, idem. Horat. de Arte Poët. v. 252 *Unde etiam trimetris accrescere jussit nomen Iambeis.*

¶ Iambicinus, *a, um*, idem; ut, *Genus Iambicinum*, Mart. Capell. 9 p. 335.

¶ Dijambus, *i*, m. Grammaticis pes est duobus constans Iambis; ut, *Amœnitas: Iniquitas.*

Galliambus, vide supra in *Gallia.*

Mimiambus, vide infra in *Mimus.*

¶ Periambus, *i*, m. pes constans duabus brevibus syllabis, uti *Pyrrhichius, quem alii* Periambum vocant, ut notat Quintil. 9, 4.

IANA, *æ*, f. eadem quæ Diana, de qua supra. *Iana crescens & contra senescens*, i. e. luna, Varr. R. R. 1, 37.

Ianalis, Ianiculum, vide *Ianus.*

Ianitor, Ianitrix, vide *Ianua.*

IANTHE, *es*, f. virgo Cretensis, laudatissima formæ dote apud Ovid. Met. 9, 714, quam flavam ibidem vocat, factam uxorem Iphidis.

¶ Ianthum, *i*, n. ἴανθον, herba vel flos coloris purpurei. Plin. 21, 6; & Marcell. Emp. c. 17. Hinc

¶ Ianthinus, *a, um*, ἰάνθινος, violaceus, violen-braun, ab *ἴον, viola*, & *ἄνθος, flos.* Martial. 2 epigr. 39 *Coccina famosæ donas & janthina mœchæ*, Subaudi *indumenta.* Sic, *Ianthina vestis*, Plin. 21, 6.

Tyrianthinus, vide infra in *Tyrus.*

IANVA, *æ*, f. ab Iano, ostium, aditus, fores, Græce θύρα, die thür, scil. in domo & pariete: cum murorum, aut urbium, & arcium sit *porta*, auctore Valla. Virg. Æn. 6, 127 *Noctes atque dies patet atri janua Ditis*, &c. Propert. 4, 12, 2 *Pauditur ad nullas janua nigra preces.* Q. Cic. de Petit. Conf. c. 11 *Ianua animi frons est.* ¶ 2. Ponitur & pro aditu & occasione: unde proverbiale illud: *Ianuam aperire*, vel *patefacere*, i. e. occasionem præbere & caussam; cui affine aliud; *Fenestram aperire*: de quo supra. Virg. Æn. 2, 661 *Patet isti janua leto.* Ovid. Amor. 3, 1, 46 *Hæc est blanditiis janua lata meis.* Cic. pro Plancio c. 3 *Quæ volui janua, ingressus sum in caussam*, durch den weg, den ich gewolt. *Aberrare ab janua*, prov. est, aberrare a vero, seu errare toto cœlo, des rechten weges, der wahrheit fehlen.

¶ Ianitor, *oris*, m. ein pförtner, thür-hüter. Hi moribus Romanis vincti carensis domus aditum servabant, & vilissima erant mancipia. Vnde *janitor catenatus* Columellæ præfatione dicitur. Consuli possunt Ioh. Brodæus Miscell. 4, 3, Rævard Var. 5, 20, Laur. Pignorius de Servis p. 214. vide *Ostiarius.* Cerberus etiam inferorum *ingens janitor* appellatur, Virg. Æn. 6, 400.

¶ Ianitrix, *icis*, f. *Anus janitrix*, Plaut. Curc. 1, 76. *Laurus gratissima janitrix domibus Cæsarum pontificumque*, Plin. 15, 30. Elegantur quoque Tertull. de anima c. 55 *Romphæa paradisi janitrix*, qua felicter paradisus custoditus fuit, ut domus per janitorem. ¶ 2. Sed L. 4 § 6 Dig. de Gradibus, *Ianitrices* duorum fratrum uxores dicuntur. Et Gloss. Vet. *Ianitrices, δυο ἀδελφῶν γυναῖκες, σύννυμφοι.*

Ianuarius, vide mox *Ianus.*

IANVS, *i*, m. Ἰανὸς, *Chaos* antiquis appellatus, temporis Deus, & penes quem omnia aperiendi claudendique potestas esset. Vnde ita fingebatur, ut in altera manu baculum, in altera clavem teneret. De quo vide Ov. Fast. 1, 89 sqq. itemque Macrob. Sat. 1, 9 *Bifrontem* finxerunt: quia per duas quasi portas Sol, qui per *Ianum* intelligitur, oritur & occidit. Tum quia initium & finis anni concurrunt. Fecerunt & *quadrifrontem* propter quatuor mundi & orbis regiones. Hor. 2 Sat. 6, 25 *Matutine pater, seu Iane libentius audis.* ¶ 2. Antiquissimus fuit Italiæ rex, & revera ipse Noah, respiciens ad mundum eum, qui diluvio totus interierat, tum eum, qui post diluvium propagari denuo cœperat, v. Gallæus ad Lactant. p. 76. Ejus templum *Ianiculum* dictum Romæ indicem pacis & belli Numa constituit. Nam pacis tempore clausum erat; belli vero apertum, *velut ad urbis auxilium profecto Deo*, quæ Macrobii verba sunt 1 Sat. 9. Add. Ovid. Fast. 1, 269. Vnde & *Patulcius* a patendo; & *Clusius* a claudendo *Ianus* dictus est. v. Liv. 1, 19. At quod quidam, quamvis docti viri, dicunt, ter tantum in omni ævo clausum fuisse Iani templum, in eo largiter errant. Nam ex Suetonio constat, a solo Augusto ter clausum fuisse. Iam & ante Augustum bis, & post eum aliquoties clausum fuisse, historiæ docent. v. Lipsium Electorum 1, 20, & Casaub. ad Suet. p. 61, Bernegg. ad Suet. Aug. c. 20. Io. Massonus in templo Iani aperto ostendit, quo tempore natus est servator noster, apertum fuisse. ¶ 3. *Iani* dicebantur omnes transitiones perviæ, ut Cicero vocat, sive fornicata ædificia quadrata, qua transitus esset. Dio ἀψῖδας appellat, cujusmodi plures per omnis urbis regiones Domitianum exstruxisse, Suetonius ejus vita auctor est c. 13. De Iano ejusmodi capiendus & alius locus Suetonii Aug. c. 31 extr. *Pompeji quoque statuam contra theatri ejus regiam, marmoreo Iano suppositi.* vide ibi Casaubonum, itemque Turnebum 22, 16, nec non Torrent. ad illud Horatii 1 epist. 1, 54 *Hec Ianus summus ad imum Perdocet.* Vbi per metonymiam continentis intelliguntur feneratores, trapezitæ, ac mercatores, qui eo in loco sedebant, aut versabantur. Ita Liv. 41, 27 extr. *Conjurtres Ianos faciendos locat.* v. Voss. 4 Inst. Orat. p. 126. Prima hujus vici Romani pars, ubi pecunia fœnori dabatur, *summus Ianus*, & ultima *imus*, & media *medius Ianus* vocabatur; hodie die borse. Vnde iterum Horat. 2 sat 3, 18 *Omnis res mea Janum ad medium fracta est*, ich bin bankerot worden, conf. Cic. Phil. 6, 5; & Off. 2, 25. it. quæ monemus ad *Puteal.* Cæterum ¶ 4. *Iani* nomen Ovidius a *janua* ex eo petit, quod Ianus cæli foribus præesset, Fast. 1, 124 *Præsideo foribus cæli, cum mitibus Horis, Et vedit officio luppiter itque meo, Inde vocor Ianus.* Loquitur poeta ex dei ipsius persona.

¶ 5. Ia-

¶ 5 Ianuspater conjunctim dictum, ut *Iovispater, Neptunuspater, Marspater, Saturnuspater*, observat Gell. 5, 12.

¶ Iānālis, e, ad Ianum pertinens; ut, *Ianalis virga* apud Ovid. Fast. 6, 165, i. e. qualem vel gestabat ipse Ianus (gerebat quippe baculum) de spina alba; vel qualem Cranæ seu Carnæ dederat, de quo vide eumdem poetam 6, 129.

¶ Iānĭcŭlum, i, n. urbs, quam Ianus prope Romam in transtiberina regione, cum primum in Italiam devenisset, occupato monte constituit & ex suo nomine *Ianiculum* cognominavit. v. Aur. Vict. de Orig. Gent. Rom. c. 2; Virg. Æn. 8, 358; Ovid. Fast. 1, 246; & Plin. 3, 5, qui & montem ipsum *Ianiculum* vocat 16, 11. Vrbi adjicitur Liv. 1, 33 extr.

¶ Ianual, ālis, n. libi genus, quod Iano tantummodo libabatur, Festus.

¶ Ianuārius, i, m. primus nunc mensium, dictus ab Iano, qui annum & claudit & auspicatur, der Jenner. Saxones vocant, den hartmond, hoc est, mensem durum, frigoris scilicet ratione. Iunoni olim sacer fuit. v. Alex. ab Alex. 3, 24; Rhodig. Ant. Lect. 25, 30; Censorin. de Die nat. c. 22; Voss. de Idolol. 2, 17; & Rosin. Ant. Rom. 4, 7. ¶ 2. *Ianuarius* martyr, A. C 305 sub Diocletiano gladio obtruncatus, ejusque corpus Neapoli asservari dicitur, & quotannis cruorem fundere sterilis aut copiosi anni indicem.

¶ Ianuarius, a, um, adj. *Ianuario mense cura ut Romæsis*, Cic. Att. 1, 2. *Qui Calendas Ianuarias colit, peccat, &c.* Ambros. Serm. 17.

IAO, vox hæreticis usitata. v. Tertull. adv. Valentin. c. 14; & de Præscript. c. 49.

IĂPĔTVS, m. Promethei pater, Japhet. Quadrisyllabum est, græce Ἰαπετός. Horat. 1 oda 3, 27 *Audax Iapeti genus*, id est, Prometheus. Val. Flacc. 1, 564 *Iapeti post bella, truces Phlegraque labores.* ¶ 2. *Iapetus* convicium filiorum perditorum in patres senes. vid. Aristoph. Nub. 994.

¶ Iapetĭōnĭdes, æ, m. patronym. Ovid. Met. 4, 630 *Ingenti corpore præstans Iapetionides Atlas fuit.* Et Claudian. in Eutrop. 2, 491 *Iapetionidis generis primordia nostri.* ¶ 2. Est & alia forma *Iapetides.* Ovid. Met. 5, 111 *Tu quoque Iapetide non hos adhibendus in usus.* sed variant ibi libri.

IĂPIS, *idis*, m. ab ἰάομαι, i. e. *curare*, convenienter dictus medicus, qui Æneam sagitta ictum curavit, apud Virgil. Æn. 12, 391 & 420. conf. Ausonius epigr. 19 cum not. Vineti. Ille ad Timavum fluvium in Italia oppidum condidit. v. Virg. Georg. 3, 475. Vnde

¶ Iapidia, æ, f. regio ab eodem Iapide. Tibull. 4, 109 *Fortis Iapidia miles.* v. locum Strabonis a Scaligero ad h. l. laudatum.

IAPONIA, æ, f. Japan, regio ampla Asiæ, & versus ortum nobis ultima. Secundum recentiorum relationes neutiquam insula est; sed in partibus septentrionalibus terræ Iedso cohæret, quæ ipsa nullo intervallo usque ad Americam septentrionalem excurrit. v. Arnoldi Montani Itinerarium.

IĂPYX, *ygis*, m. ventus occidentalis, qui & *Caurus* dicitur, nordwest, v. Gell. 2, 22. Et Apul. de Mundo: *Idem occidui sunt, Caurus qui græce ἀργέστης vocatur, is adversus est Aquiloni, &c. Horum nomina plerique commutant de loco vel similitudine aliqua: ut Galli Circium, a turbine ejus & vertice: Apuli Iapygа, ex Iapyge sinu, id est, ex ipso Gargano venientem. Hunc Cauram esse manifestum est. Nam & ex occiduo venit, & Virgilius ejus sic meminit* (Æn. 8, 709) *Illam inter cædes, pallentem morte futura Fecerat ignipotens undis & Iapyge ferri.* Horat. 1 od. 3, 4 *Ventorumque regat pater, Obstrictis aliis præter Iapyga.* ¶ 2. *Iapyx* Dædali filius, a quo Iapyges populi Apuliæ. v. Plin. 3, 11; & Solin. c. 8. ¶ 3. Adjective *Gargani Iapygis*, & *equi Iapygis*, i. e. ex Apulia, meminit Virg. Æn. 11, 247, 678.

¶ Iapygius, a, um, adj. ut, *Acra Iapygia*, promontorium. *Regio Iapygia*, Plin. 3, 11.

IARBAS, æ, m. Getuliæ rex, qui Didus nuptias ambiit: sed rejectus fuit, de quo etiam in *Hiarbas* diximus. Virg. Æn. 4, 55 *Ipse: agram nulli quondam flexere mariti, Non Libyæ, non ante Tyro despectus Iarbas.* Iarba Ovidio appellatur Fast. 3, 552 *Et petitur capta Maurus Iarba dama.* Solebant latini poetæ to S in talibus abjicere, ut in sonum suaviorem hæc nomina decerentur, & locum facilius invenirent in carmine. Ita *Marsya*, pro *Marsyas*, & alia hujus generis dicebant. v. infra *Marsyas.* Iarbæ meminit etiam Ausonius epigr. 111. vide ibi Vineti not. p. 237.

IARDANIS, *idis*, f. Ioles epitheton Ovid. Her. 9, 103 a patre, ut ajunt, Iardano: sed *Eurytida* etiam vocat ibid. v. 133.

IASIONE, es, f. herba, quæ *unum folium* habet, Plin. 21, 17. Et, *Iasione olus silvestre in terra repens*, Id. 22, 22.

IĂSIVS, i, m. Dardani frater. Virg. Æn. 3, 168 *Hinc* (e Creta) *Dardanus ortus, Iasiusque pater, genus a quo principe nostrum*, Cretensem etiam facit, Cererisque amasium Ovid. Am. 3, 10, 25.

¶ Iasides, æ, m. Palinurus Virgilio dicitur Æn. 5, 843 *Iasidæ Palinuro, ferunt ipsa æquora classem.* Et Cepheus Iasides apud Avienum Phænom. Arat. v. 441 *Iasidem quoque Iumma poli Cepheа revolvunt*, Cephea, media longa, ex κεφή, lonico casu.

¶ Iāsis, *idis*, f. appellatur Propertio Atlanta Arcadica, Parthenopæi mater, a patre Iaso, sive Iasione, Iovis & Electræ filio, Cereris amato, 1, 1, 10 *Scivitiam dore condidit Iasides*: v. Spanh. ad Callim p. 275.

IASON, *ōnis*, m. Æsonis filius, fratris Peliæ Thessaliæ regis, quem ex Colchis Iason reversus interfecit, ac regno potitus est. Aureum vellus, ad quod tollendum in Colchide Iason cum Pelias miserat, Plutarchus indicat fuisse venas metallicas. Figmentum inde originem habet, quod Colchi aurum e fluminibus, asservibus perforatis ac lanosis pellibus excipere solent. v. Iustin. 42, 2; Ov. Met. fabr. Macrob. Sat. 1, 12. De pellibus e Siberia asferri hodieque solitis explicat H. Voss. ad Catull. p. 190. ¶ 2. *Iason* alius fuit, Pherarum Tyrannus in Thessalia, sui temporis omnium potentissimus, ut Nepos in Timotheo significat: Ejus virtutem & rei militaris scientiam præclarent Xenophon lib. 6 de Rebus Græc. & Diod. Siculus lib. 15 & 16, ubi de fine ejus habes. De quo Val. Max. etiam videndus 1, 8 ext. 6. & 9, 10 ext. 2. Aliquot ejus strategemata apud Polyænum 6, 1 poteris legere. Plin. 7, 5 de eo narrat, *deploratum a medicis vomicæ morbo cum mortem in acie quæreret, vulnerato pectore medicinam inventisse ex hoste.* vid. ad h. l. Gelen. Chrestom. Plin. p. 240.

¶ Iāsōnius, a, um, adject. ut, *Argo Iasonia*, Avien. Arat. Phænom. v. 756. Ib. v. 808 *Puppis Iasoniæ depictaque terga carinæ.* conf. Stat. Achill. 1, 65.

¶ Iasonidæ juvenes, Iasone geniti, apud Statium Theb. 6. 340.

IASPIS, *idis*, f. ἴασπις, lapis pretiosus, aliquot colorum: ut, *viridis, cæruleі, purpureі*, &c. cui jaspis. Inclusis vero inprimis naturæ, quemadmodum in veteri est versiculo: *Aurea quid melius? Iaspis: quid Iaspide? virtus.* Virg. Æn. 4, 261 *Atque illi phialam gemmis Iaspide fulva Iussis erat.* ¶ 2. *Iaspis achrasa*, ἰασπις ἀχράσα, gemma alia, quæ & *Pranas* dicitur, cui turbida. *Ibi Iaspis, quæ per tranversum linea alba præcingitur, & grammatias vocatur, quæ plerique polygrammos*, Plin. 37, 9.

¶ Iaspideus, a, um, adj. ut, *Iaspidea gemma*, qui jaspidis refert colorem, Idem Plin. 37, 10, jaspeus, jaspeus scil.

¶ Iaspŏnyx, ychis, f. gemma nubem complexa & nives imitata, Plin. 37, 9.

IASTIVS, i, m. est tropus principalis musicus, Mart. Capella 9 p. 317.

IATRVS, i, m. ἰατρός, *medicus*, ein arzt. Ita antiqui vocant digitum minimo proximum, quod illum oris, oculique vitiis levioribus vel saliva vel medicamento deliniendis adhibemus. v. Plin. 29, 1.

¶ Iatrice, es, f. ἰατρική, ars medendi, die artzney kunst. Mart. Capella 3 p. 50 *Iatricen* deferibit ut *feminam medicinam curantem* vocat *allentem.*

¶ Iatrŏmæa, æ, f. ἰατρομαία, mulier medica & obstetrix, eine hebamme. Vet. Inscriptio in Reinesii epist. p. 269 VALERIAE VERECVNDAE IATROMAEAE REGIONIS SVAE PRIMAE.

¶ Iatraliptes, æ, m. ἰατραλείπτης, medicus unguentis ad curandum utens. Cell. 1, 1 *Neque medico neque iatraliptæ credere.* Petron. c. 28 *Tres iatraliptæ* scil. Trimalchionis. Plinius 29, 1 vertit *unctores medicorum.* Plinius Iunior 10 epist. 4 *Proximo anno, Domitio gravissima valetudine usque ad periculum vitæ vexatus, iatralipten assumsit.* Meminit & ejusdem libri epist. 22.

¶ Iatraliptice, es, f. ἰατραλειπτική, medicina unguentaria sive illud medicinæ genus, quod extrinsecus per unguenta morbos curat. Plinius 29, 1 *Prodicus, Selymbrius natus, e Cnidiis Hippocratii, instituens quam vocant Iatralipticen; reantiquavit quoque medicorum, ac medicistinis vestigal invenit.*

¶ Iatronices, is, m. ἰατρονίκης, i. e. medicorum victor. Ita Thessalus cognominari voluit, qui *rabie quadam in omnis ævi medicos peroravis monumento suo iatronicem se inscripsit*, Plin. 29, 1.

¶ Aniatrologicus, i, m. ἀνιατρολογικός, medicinæ expers, der artzney unerfahren. Vitruv. 1, 1. conf. Baldi Lex. Vitr. p. 8.

¶ Archiatrus, i, m. ἀρχίατρος, qui in comitatu Principis medendi cura fungitur; (ein fürstlicher leib-Medicus,) ita ICti interpretantur ad Cod. Tit. de Comitibus & Archiatris sacri Palatii; Contra quos tamen Marsilius Cognatus disputavit, pertendens, non quasi principis Medicos, sed Medicorum quavis de caussa principes *Archiatros* appellari. Atque profecto in illo Titulo Codicis, *Archiatros*, non absolute ita vocant, sed designando discrimini addunt, *Sacri Palatii*: item *in Sacro Palatio* militantes: ut si & alibi *Archiatri* essent. Sed pro interpretatione ICtorum etiam Calanbonas ibat Governent. ad 15 Strabonis libium: cui & Vossius adstipulatur de Vitiis Serm 1, 33; & de Arte Gramm. 2, 33. Copiose hanc rem tractat Hier. Mercurial. 4 Var. Lect. 1, qui tandem ita concludit: *Erant Archiatri, Medici illi omnes, qui Principi famili secundæli ejus præsse perhibentur, deinde aulæ omni, postremo cunctis pauperibus arte propria. Romæ operam præstabant. Quorum archiatrorum princeps quidam primus, prudentia & doctrina præstantior cæteris, cujus sententia & auctoritate omnes de re medica oborta dissidentes statim dirimebantur, isque* Comes *vocabatur, & præ cæteris maximam Principis curam gerebat, ejusque veluti imperium quoddam & potestatem magnam obtinebat, ut ex Cassiodori testimonio adunde perspici possit. Nolo propter hæc omnino inficiari, quin in urbe Medicorum coetus quidam & schola instituerentur, quorum qui aliis præsidebat, archiatros interdum vocaretur, ut ex inscriptione Livit Celsi, & ex legibus colligi potest: verumtamen qui frequentius in ore hominum versabatur* archiater, *is erat, quem describimus.* conf. Coquejus ad August. de C. D. 3, 16 p. 315. Vetus inscriptio apud Gruter. p. 632 n. 4 M. LIVIVS. EVTYCHVS ARCHIATROS &c.

¶ Archiatria, æ, f. ἀρχιατρεία, archiatri dignitas & officium, Theod. Cod. 13 tit. 3.

¶ Parchiatrus, i, m. qui archiatri dignitate defunctus est, vide Cod. lib. 10 tit. 52 leg. 6 de Professi.

¶ Hippiatrus, i, m. ἱππιατρός, medicus equorum, aliorumque pecorum, ein roß- oder vieh-arzt. v. Varr. R. R. 2, 7 extr.

IAXAMATAE, *arum*, m. pl. barbari circa Maeotim paludem. Val. Flacc. 6, 148 *Iaxamatas venatus alit, nec clarior ullis.*

IĂZYGES, *um*, m. Sarmatica gens, Danubii accola, inter Marcomannos, nationem Germanicam, & Getas, ut Arrianus deferibit. *Sarmatæ Iazyges* Tacitus vocat 12, 29. Ovid. Trist. 2, 191 *Iazyges & Colchi Meteoraque turba Getarque.* Singulari quoque numero Ovid. Pont. 4, 7, 9 dixit *Ferox Iazyx.*

IBĒRVS, i, m. Ἴβηρ, fluvius Hispaniæ Tarraconensis, in mare se mediterraneum effundens, hod. *Ebro*: a quo

¶ Iberia, æ, f. ipse Hispania appellatur Græcis maxime, quos Horatius imitatur 4 oda 14, 50 *Dure tellus Iberiæ.* Quamquam & pro parte tantum litorali, quæ ab Herculis columnis ad fluvium Iberum est, *Iberiæ* nomen antiquis Græcis sumta fuerit, ut Isaac. Vossius ad Melam 2, 6 p. 189 observat.

¶ Iber, plur. *Ibēres*, & Ibērus, plur. *Ibēri*, m. pro Hispanis, &c. Luc. 6, 228 *Si libet Ausonii Iberæ.* Virg. Georg. 3, 408 *at tergo boverides Iberos.* ¶ 2. Et adjective Iberus, a, um, Id. Æn. 9, 582 *Ferrugine clarus Ibera*, quam Servius quidem de Asiatica regione: plerique alii de Hispania interpretantur. vide ipsos interpretes. Id. Virg. Æn. 7, 664 *Boves in flumine lavit Iberas.* ¶ 3. Occidentales omnes populos Iberos vel Celtiberos dixere veteres. v. Drak. ad Sil. 3, 340.

¶ Iberi-

¶ Ibēricus, *a, um*, Hiſpanicus, Spaniſch. Sidonius carm. 23, 164 *Terrarum indigenas Ibericarum.* Ita Martialem & Senecas laudat. *Ibērici fœtus*, i. e. Spartei, Hor. epod. 4, 3, quia Hiſpania ſparto abundat. v. Plin. 19, 2. .

¶ Ibericus, *a, um*, idem. Silius 13, 510 *Omen Iberiacis victa Carthagine terris.*

¶ Iberinus, *a, um*, idem. Iuvenal. 6, 53 *Vnus Iberino vir ſufficit &c*

¶ Ibēri ſive Iberes alii, itemque *Iberia* alia in Aſia fuit, confinis Armeniæ, in Caucaſi montibus poſita inter Albaniam & Colchidem. Vnde Val. Flaccus 5, 156 *Armeniæ pratentus Iberi*: Et Plin 6, 10 *Gens Iberum*: & Eutropius 6, 11, 5 *Iberiæ regem Artaxen vicit acie*, ſcil. Pompejus. Iſ. Voſſius ad Catull. p. 190 inde *Siberiam* hodiernam derivat, unde pelles advectæ, a Colchis ad alios diſtribuendæ populos, quæ res fabulæ de aureo vellere originem dederit.

¶ Iberica, *æ*, f. herba quæ alias *ſpartum* dicitur, ab Iberia regione, ſ. riemen, Quintil. 8, 5

¶ Ibēris, *ĭdis*, f. ἰβηρὶς, herba eſt, quam *Lepidium* Latini dicunt, wilde kreß. Apul. de Herb c. 20, Plin. 25, 11; & 26, 8. Dioſc. 1, 188. Alii legunt *Hiberis.*

Celtiberi, Celtiberia, vide ſupra *Celtæ.*

IBEX, *ĭcis*, m. ex caprarum ſilveſtrium genere, eine gemſe. Certe Harduinus oſtendit ad l. c. eſſe eam beſtiam, quam Galli *chamois* appellant. Plin. 8, 53 *Sunt capreæ, ſunt rupicapræ, ſunt ibices pernicitatis mirandæ.*

IBI, adv. loci, i. e. in eo loco, daſelbſt, an demſelben ort. Ter Heaut. 1, 1, 102 *Hoc ubi ſit, ibi non vere vivitur.* Cic. fam. 3, 6 *Ibi non fuiſti, ubi me quamprimum videre poſſes.* ¶ 2. *Ibi* de tempore, da, alsdenn. *Ibi injit, &c.* Liv. 3, 71. *Ibi homo capit me obſervare*, id eſt, tum, Ter. Eun. 2, 2, 30. ¶ 3. Elegans ratio in illo eſt Ter. Heaut. 3, 1, 62 *Et ſi ſubſenſi id quoque, illos ibi eſſe*: id eſt, in eo eſſe, ſubaudi, deditos, ut te fallant, quod ex præcedentibus patet. Sic & ibid. 5, 2, 30 *Ibi ſani*, da dencke ich itzund auf. ¶ 4. *Ibi* pro iſthuc & de motu ad locum, dahin. Cajus l. 1 ff. de O. l. *Cum ibi venerimus.* ¶ 5. *Ibi* & *ubi*, *ibique* & *ubique* confunduntur a librariis, Cort. ad Sall. Iug. 89, 7 & alias.

¶ Ibīdem, eben daſelbſt. Plaut. Ciſt. 2, 1, 53 *Ibidem loci res erit*, es wird eben eine ſeyn. Virg. Æn. 1, 120 *Illam ter fluctus ibidem Torquet, &c.* conf. Georg. 3, 500. Servius ad illud Æn. 1, 120 IBIDEM, inquit, & VBINAM *multi dubitant, ubi debeat eſſe accentus: quia* VBI & IBI *naturaliter breves ſint. Sed ratione finalitatis plerumque producuntur in verſu: nec ſentes hanc eſſe rationem, quia pronunciationis cauſa contra uſum Latinum ſyllabis ultimis, quibus particulæ adjunguntur, accentus tribuitur*: ut MVSAQVE: ILLINE: HVIVSCE, *ſic ergo &* IBIDEM.

¶ Inībi, in eo, daſelbſt, drinnen. Cic. Agrar. 1, 7 pr. & Plaut. 1, 3, 45 &c. conf. Nonius 2, 427; & Cato R. R. c. 18.

¶ Interibi, interea, unterdeſſen. Plautus ſæpe uſus eſt: v. g. Pœnulo 2, 34, 3 *Interibi attulerint exta.* Et Rud. 4, 6, 20 *Tu interibi adorna caterum, quod opus eſt* Gell. 3, 7 *Conſul interibi, dum ea pugna fit, ſ. in locos tutos atque editos ſubducit.*

Nullibi, & Vllibi, vide infra in *Vllus.*

¶ Postībi, poſtea, alsdenn, nachmahls. Plaut. Pœn. prol. v. 108 *Rogitat poſtibi, unde ſit.* Et 4, 2, 80 *Poſtibi, qui eum ſurripuit, huc devexit.*

IBIS, *is*, & *ĭdis*, f. ἶβις, avis Nili fluminis, Iſid. 12, 7, ein egyptiſcher ſtorch. Cum DI Typhoëa fugerent, *Piſce Venus latuit, Cyllenius Ibidis, alis*, Ovid. Met. 5, 330. Hinc, ut eſt Iuvenal. 15, 2 *Crocodilon adorat Pars hæc: illa pavet ſaturam ſerpentibus ibin.* Cic. de N. Deor. 1, 36 *Ibes maximam vim ſerpentum conficiunt, cum ſint aves exceſſæ, cruribus rigidis, corneo proceroque roſtro.* Eſt enim ciconiæ ſimilis, ſed nigra tota: extra Ægyptum nusquam progreditur. Hæc illa avis eſt, quæ nobis clyſterum rationem oſtendit. Plena enim & adſtricta alvo adunc itate roſtri per eam partem ſe perfuit, qua redei iborum onera falubre maxime eſt, ut loquitur Plinius 8, 27 nitio vide Pitiſcum Cornurgia v. 1103, & Philen. c. 15. ¶ 2. *Ibin* maledico ſuo carmine Callimachus vocat Apollonium Rhodium, diſcipulum ingratum, teſte Suida. Hunc imitatus Ovidius *Ibidis* quoque nomine perſtringit adverſarium ſuum, quem Hyginum fuiſſe eruditi ſuſpicantur.

Ibiscus, vide *Hibiſcus*; & Apul. de Herb. c. 38 & 114.

IBVS, pro *iis, veterum autoritate plurimum valuit.* v. Nonius 8, 21. conf. Plaut. Truc. 1, 2, 14. Mil. 1, 1, 74; & 3, 3, 21, &c.

IBŸX, *ycis*, f. ἴβυξ, avis clamoſa, ein kybitz. Geſner.

¶ Ibycus, *i*, m. poeta fuit Lyricus, ex cujus ſcriptis conſtat, eum maxime amore flagraſſe, ut teſtatur Cicero Tuſc. 4, 33. Cum a latronibus occideretur, grues forte ſupervolantes obtreſtatus eſt. At illi poſtea gruibus conſpectis cum dicerent, *adeſſe Ibyci ultores*, hoc ſe indicio prodiderunt. Hinc proverbium: *Ibyci grues*, in eos quorum ſcelera improviſo caſu manifeſtantur. v. Eraſm. Chiliad. Auſon. Eidyll. 5, 80 *Ibycus ut periit, vindex fuit altivolans grus.*

ICADIVS, *i*, m. vel Icadion, *onis*, m. Feſto eſt nomen fæviſſimi piratæ. Lucilius: *Querquera conſequitur febris capitisque dolores Tamde mihi infeſti quam Rhondes Icadionque* vide Feſtum. *Tamde* autem ἀγχωμάδε, pro *tam* poſitum. De ſaxo, quod in ſpelunca in crura ejus incidit, v. Cic. de Fato c. 3. ¶ 2. *Icadius*, Apollinis & Nymphæ Lyciæ filius, ſimile fere Arioni fatum expertus, de quo Serv. ad Æn. 3, 332.

ICĀRVS, *i*, m. Dædali filius, fabula nota eſt. Ovid. Triſt. 3, 4, 21 *Quid fuit, ut tutas agitaret Dædalus alas; Icarus immenſas nomine ſignet aquas? Nempe quod hic alte, ſubmiſſus ille volabat, Nam pennas ambo non habuere ſuas.* ¶ 2. *Icarus*, i, m. ſubſt. Oebali Laconum regis filius fuit, & pater Erigones, occiſus ab ebriis hominibus, & hinc ille inter ſidera Arcturus eſt. v. Hyginus fab. 130, & Ampelius c. de 12 ſignis. Prop. 2, 34, 29 *Icare Cecropiis merito jugulate colonis.* v. Brouckh. ad h. l. qui etiam ad Tib. 4, 1, 10 obſervat, a quibusdam, ab ipſo etiam Statio

¶ Icāris, *ĭdis*, & Icariotis, *ĭdis*, f. ipſa dicta fuit. Propert. 3, 13, 10 *Quisque timent noſtus, Icaride, tuos.* Ovid Pont. 3, 1, 112 *Morte nihil opus eſt, nihil Icariotide telâ.*

ICAS, *ădis*, f. ἑκάς, numeras vicenarius, das aus zwantzig beſtehet. Plin. 35, 2 *Feria, omni menſe cuſtodiunt, quas icadas vocant.*

Iccirco, vide *Idcirco* ſupra in *Circa.*

ICHNEVMON, *ōnis*, m. ἰχνεύμων, mus Indicus vulgo, eine Indianiſche maus, Plin. 8, 24. ὁ θηλυμαχος alias dicitur, pugnat enim contra ſerpentes. Naſcitur in Ægypto ſolum magnitudine felis. Geſner. *Armat ſe diligentiſſime in pugnam congreſſurus cum crocodilo*; Plutarch. lib. 1 de induſt. animalium. De ejus ſolertia in oppugnandis ſerpentibus lege & Lucan. 4, 724 & ſeqq. Nam de Ichneumone accipiendus ille locus eſt. Martial. 7 epigr. 87 *Delectat Marium ſi pernicioſus Ichneumon.* Adde Vitruv. 8, 2; Plin. 37, 9; & 29, 4. ¶ 2. Eſt & genus veſpæ, Plin. 11, 21.

ICHNŌBĀTES, *æ*, m. ἰχνοβάτης, i. e. *per veſtigia vadens*, nomen canis, ein ſpür-hund. Ovid. Met. 3, 207 *Ichnobates ſagax.*

ICHNOGRĀPHIA, *æ*, f. ἰχνογραφία, deſcriptio veſtigii, der entwurff eines gebäues, grund-riß. Vitruv. 1, 2.

ICHNŪSA, *æ*, f. Sardiniæ antiquum nomen. Silius 12, 358 *Ichnuſa prius Grajis memorata colonis*

¶ ICHOR, *ōris*, m. ἰχώρ, ſanies, cruor, blutiger eyter. Celſ. 5, 26, 20 *Ichor tenuis, ſubalbidus ex malo ulcere exit.*

ICHTHYŌCOLLA, *æ*, f. ἰχθυοκόλλα, piſcis corio glutinoſo, quem *exeſſum* dicunt, hauſen, & veſiculæ ejus, hauſen-blaſen. Quo nomine glutinum etiam ipſum appellatur, fiſch-leim, mund-leim. *Antaceum* hunc piſcem docti nominant. v. Geſnerus & Plin. 32, 7.

ICHTHYŌPHĀGI, *orum*, m. pl. ἰχθυοφάγοι, gentes Æthiopicæ, quæ piſcibus vivunt, Ptolemæo & Straboni, fiſch-freſſer. conf. Plin. 15, 7; & 6, 23; & Mart. Capella 6 p. 225.

ICHTHYŌPŌLA, *æ*, m. ἰχθυοπώλης, ein fiſch-händler.

¶ Ichthyopolium, *i*, n. der fiſch-marckt.

ICHTHYOTROPHIVM, *i*, n. ἰχθυοτροφεῖον, vivarium, ein hälter, teich, Colum. 8, 1.

ICO, *ici, ictum, icĕre*, ferire, treffen, ſchlagen, ſtechen. Solin. c. 7 ex Plin. 7, 24 *Qui lapide ictus fuerat, acceptinus, oblitum litteraram.* Plaut. Truc. 7, 42 *Icit femur.* Turpil. *Si iceris me.* Lucret. 3, 161 *Propellit corpus & icit.* Sed, *icere fœdus*, eſt fœdus facere, inire, locutio ſimilis illi, qua *ferire fœdus*, æque latine dicimus, einen bund machen, bund aufrichten, ſich mit einem verbinden. Cic. in Piſon. c. 12 *Fœdus, quod icera, frangere noluiſti.* Id. pro Balbo c. 15 *Cum Gaditanis fœdus iciſſe dicitur.* Frequens is verbi uſus eſt ap. Livium. v. Drackenb. ad l. XXV, 1. In confirmandis enim fœderibus victimæ cædebantur, ut porca, Servio auctore ad Virg. Æn. 1, 62, & ad illud Æn. 8, 641 *Cæſa jungebant fœdera porcâ.* De radiis ſolis *icere* cum conjugatis ſæpe alibi, docet Bur. ad Ovid. Met. 5, 389.

¶ Ictus, *a, um*, percuſſus, geſtochen, getroffen, geſchlagen. Virg. Æn. 12, 926 *Incidit ictus Turnus.* Et v. 314 *Ictum fœdus & compoſitæ leges.* Suet. Aug. c. 20 *Ictus lapide genu dextrum.* Id. Claud. c. 33 *Ictus nidore prandii*: id eſt, ſtimulatus, bewogen. Horat. 4 od. 5, 15 *Si defideriis ictus fidelibus Quærit patria Cæſarem.*

¶ Ictus, *ūs*, m. ſubſt. ein ſchlag, ſtich, ſtreich, wurff; ut, *Intentare ictus*, Tac. Hiſt 3, 31, 5. & 3, 29, 3 *Turris ictibus ſaxorum ceſſit.* Horat. 3, 16, 11 *Ictus fulmineus*, ein donner-ſchlag. Cic. in Off. 3, 25 *Phaëton ictu fulminis deflagravit. Ictus ſolis* ſæpe apud poëtas occurrit, æſtumque & fervorem ſolis ſignificat. Ovid. Metam. 6, 49, *Et breve poſt tempus candeſcere ſolis ab ictu.* Conf. Gebhardi Crepund. 3, 2 & Menck. obſ. ad h. v. Et, *Ictus ſerpentis*, hoc eſt, morſus, Ovid. Met. 4, 498. Plin. 7, 2; & 4, 498: ein ſchlangen-biß. *Ictum defendere, repellere*, Cæſ. B. C. 2, 9. *Ictu examinari*, Id. B. G. 7, 25. *Ictum venientem prævidere*, Virg. Æn. 5, 444. *Nudis & obviis pectoribus mutuos ictus excipere*, die pfeile auffangen. *Perfacile ego ictus patior argenteos*, Plaut. Moſt. 3, 1, 93. *Sub ictu eſſe*, pro, in profeſſo diſcrimine periculoque verſari. Sen. Conſol. ad Marciam c. 9 extr. *Ille damnatus eſt, & tua innocentia ſub ictu eſt*, i. e. eo loci adducta eſt, ut damnari feririque poſſit. Id. de Benef. 2, 29 *Cogita, quanta nobis tribuerit parens noſter, quanto valentiora conſequamur: quam nihil ſit mortale non ſub ictu noſtro poſitum*: i. e. ita ſubjectum nobis, ut tangere, ut ferire poſſimus atque perimere. Id. Sen. epiſt. 72 *Adhuc eſt genus tertium eorum, qui ſapientiæ alludunt: quam non quidem attigerunt, in conſpectu tamen, & ut ita dicam, ſub ictu habent*: SVB ICTV, i. e. ad ictum expoſitum. Seneca Tragicus Theb. v. 528 *Stupeo & exſanguis tremo. Cum ſtare fratres hinc & hinc video duos Sceleris ſub ictu.* Ita *Sub ictum dari*, eſt ictui exponi Tac. Ann. 13, 39, 9. Adde quæ ad Silium 8, 310 notavit Cellarius. *Ad ictum ſervi cervicem dare*, den kopff abſchlagen laſſen, Vellej. 2, 69, 2. *Ictibus ci ebris femeſtras quatere*, die fenſter einwerffen, Horat. 1 od. 25, 1. *Ictus fœderis* pro pactione apud Valer. Max.

ICON, *ōnis*, f. εἰκών, imago, effigies, ein bild, abbildung, Plin. 34, 4. ¶ 2. Eſt & εἰκών, ſchema a Cicerone *imago* dictum, hoc eſt, formæ cum forma cum quadam ſimilitudine collatio. Virg. Æn. 1, 588 *Reſtitit Æneas, claraque in luce refulſit, Os humerosque Deo ſimilis, &c.* Vocant & ἀναλογίαν.

¶ Iconicus, *a, um*, εἰκονικὸς, ut, *Simulacrum aureum iconicum*, i. e. reſpondens vivæ formæ, ſeu ad vivum expreſſum, in lebens-groſſe. Suet. Calig. c. 22. Sic, *Statuas iconicas*, Plin. 34, 4, 7. 9 ubi ipſe περιφράζει, *ſimilitudine ex membris expreſſa*, &, *duces iconicos*, 35, 8 dixit. *Icon* enim cujusque imago ad vivum expreſſa dicitur. Majores ſtatuæ iconicis dicebantur *Auguſtæ*; & quæ has etiam excederent, *Coloſſeæ.*

¶ Iconiſmus, *i*, m. εἰκονισμὸς, die vorſtellung. Seneca epiſt. 15 ita *deſcriptiones* vocat, atque, verbum eſſe publicanorum. conf. epiſt. 95.

¶ Iconcula, *æ*, f. diminut. imago parvula. Suet. Ner. c. 56 *Iconcula puellaris.*

ICONIVM, *i*, n. Ἰκόνιον, oppidum Lycaoniæ, cujus & Cic. ad Appium 3, epiſt. 5 mentionem fecit.

ICOSAPROTI, Ἴκοσι πρῶτοι, viginti primi, ut *Decem primi*, ubi vid.

¶ Icoſaprotia, eorum munus l. 18 ff. §. 26 de muner. & honor. (50, 4.)

ICTĔRVS, *i*, m. ἴκτερος, die gelbe ſucht; dictus & morbus regius, *Molliter exceſſa quoniam curetur in aula*, ut Sammonicus canit c. 59. Vulgo *Icteritiam* vocant, a colore avis *Icteri*, id eſt, *Galguli*, (vide *Galgulus.*) Appellatur idem & *auriugo* a colore auri, (vide *Aurum*); Lucretio *arquatus* dicitur 4, 333. ¶ 2. *Icterus* avis a colore dictus,

ein

ein grünling, grünig. Hac ave conſpecta ſanari malum tradunt, & avem mori. v. Plin. 30, 11.

¶ Ictericus, *a, um*, *ἰκτερικός*, qui eo morbo laborat, gelbſüchtig, Plin. 29, 9 Iuvenal. 6, 564 *Conjuit ictericæ lento de fumore matris.*

ICTIS, *is*, f. *ἴκτις*, viverra, muſtela ſilvettris, Plin. 29, 4. Majus eſt animal muſtela, alioqui ſimile, Germani vocant ein iltis. Georg. Agricola, Geſn. v. in Chiliad. ex Platito, *I modo, venare leporem, mine iſtia tenes.* Sed alii aliter hunc locum legunt: qui eſt Capt. 1, 2, 81. vide ad eum Taubmanni, ſi placet, collectanea.

Ictus, vide in *Ico*.

IDA, *æ*, f. *Ἴδη*, mons Cretæ, item alter Phrygiæ in Troade, judicio Paridis &c. nobilis. *Deus Idæ* Samon. 428 Apollo eſt, judice Burm. Græcam terminationem *Ides, Iden* poëtis ſolennem, oſtendit idem Burm. ad Ovid. Her. 5, 73. ¶ 2. *Ida* etiam nomen Nini filius, qui cum Euryalo exemplum arctiſſimæ amicitiæ dedit, matris fuit. Virgilius de ipſo Nino Æn. 9, 178 *quem miſerat Ida venatrix.* vide Serv. ad h. l.

¶ Idæus, *a, um*; ut, *Mons Idæus*, *Venus Idæa*, apud poëtas. conf. Virg. Æn. 2, 696; & 10, 230. *Idæa herba*, Plin. 27, 11.

IDACIVS, *i*, m. ſcriptit Faſtos, quos Barthius Adverſ. 51, 4 ideo commendat, quod dies ipſos multarum præclararum actionum deſignent.

IDÆA, *æ*, Dardani filia, quam Phineus poſt Cleopatram duxit uxorem. Hinc Ovid. R. A. 454 *Ceſſit ab Idæa conjuge victa prior.* Multa de hac Burm.

IDÆLIA, *æ*, f. Troadis regio, quæ ſub Ida jacet, Virg. Æn. 1, 697.

¶ Idalis, *idis*, f. idem apud Lucanum 3, 204.

IDALIVM, *i*, n. mons Cypri, Veneri ſacer. Virg. Æn. 1, 635 *Aut ſuper Idalium ſacrata ſede recondam.* conf. 10, 86.

¶ Idalius, *a, um*, adj. ut, *Idalio littore*. Lucan. 8, 716. *Venans Idalio vertice*, Propert. 2, 14, 54.

Idcirco, vide ſupra *Circa*.

IDÉA, *æ*, f. *ἰδέα*, quem accentum etiam in latina hac voce vulgo tenent. Significat ſpeciem ſeu rei formam, quæ etſi non cernitur, mente tamen concipitur, quemadmodum Cicero dixit, ut muſter, exemplar, entwerfung, gemalt, bearif, gedancke: ut, *Plato Ideam tam magnam umbravit, ſed ſeparavit perfecti ſtatus Reipubl.* Cicero in Timæo c. 2 EXEMPLAR & EXEMPLVM vertit: & ipſe Plato Ideam *παράδειγμα* appellavit: ex quo Alcinous etiam de dogmate Platonis *Ideam παράδειγμα* definivit, vide eum c. 9. Apul. 1 de Dogmate Platonis: IDEAS *vero, id eſt, formas omnium ſimplices, & æternas eſſe, nec corporales tamen, eſſe autem ex iis, quæ Deus ſumſerit exempla rerum, quæ ſunt eruntque, &c.* Idem Cicero & *formas* alibi & *ſpecies* vocat. In Topicis c. 7 *formas* dicere, quam *ſpecies* præſtare, his verbis tradit: FORMAE *ſunt, quas Græci ἰδέας vocant: muſtri, ſi qui hæc forte tractant,* SPECIES *appellant: non poſſime id quidem, ſed inutiliter ad mutandos caſus in dicendo. Nolim enim, ne ſi latine dici quidem poſſit,* SPECIERVM & SPECIEBVS *dicere: & ſæpe his caſibus utendum eſt: at* FORMIS & FORMARVM *velim.* Sed de Platonis Ideis Idem in Orat. ad Brut. c. 3, & Seneca epiſt. 5.

¶ Ideālis, *e*, in idea conſiſtens, das in gedancken beſtehet; ut, *Ideales formæ*, Mart. Capella 7 p. 239. *Idealis quædam prudentia*, Id. 8 p. 275.

Idem, identidem, ideo, vide *Is, ea, id*.

IDIOGRAPHVS, *a, um*, *ἰδιόγραφος*, Idem quod autographus, eigenhändig; ut, *Idiographus liber Virgilii*, Gell. 9, 14, das original.

IDIOMA, *ătis*, f. *ἴδιωμα*, proprietas, die eigenſchaft und art. *Linguæ alicujus idiomata, perſonarum idiomata*, hoc eſt, mores & officia propria.

IDIÓTA, *æ*, m. *ἰδιώτης*, illiteratus, plebejus, ein ungelehrter gemeiner mann. Cic. Verr. 4, 2 *Non meo ipſum hominum ingeniosſum atque intelligentem, verum etiam quorvis noſtrum, quos ipſe idiotas appellat.* Cic. pro Sext. c. 51 *Idiotarum divitiæ.* Seneca Suaſor. 6 p. 40 *Mors non movet me: idiotam petit.* Et Tertull. ad Martyres prine. *Non tantum magiſtri & præpoſiti, ſed etiam idiotæ.* conf. Gell. 1, 2.

¶ Idiotĭcus, *a, um*, einfältig. Tertull. contra gent. c. 1 *Rudem, impolitam & idioticam compellare.*

¶ Idiotĭce, adv. idem, Vet. Interpr. Irenæi præf. lib. 1; & 5, 25.

¶ Idiotiſmus, *i*, m. *ἰδιωτισμός*, eſt peculiare genus loquendi e vulgo ſumptum. Senec. præfat. lib. 7 Controv. (qui vulgo 3) *Idiotiſmus*, inquit, *eſt inter oratorias virtutes res, quæ raro procedit. Magno enim temperamento opus eſt, & occaſione quadam.*

IDMON, *ōnis*, m. vates inter Argonautas, de quo Apollonius & Val. Flaccus. Vid. Idmon in Catalogo Argonautarum, hujus poëtæ editioni præfixo.

IDŎLVM, *i*, n. *εἴδωλον*, ſimulacrum, ein bild. Sophocles in Ajace v. 125 *Ὁρᾷ γὰρ ἡμᾶς κοὐκ ὄντας ἄλλο, πλὴν εἴδωλ', ὅσοι περ ζῶμεν, ἢ κοῦφα σκιάν.* hoc eſt: *Videt, nos aliud eſſe nihil, præter ſimulacra quædam, quotquot vivimus, aut umbram levem.* Cic. de Fin. 1, 6 *Imagines, quæ idola nominant.* Apud Theologos *Idola*, abgötter, götzen. ¶ 2. De ipſectro *idolon* Plinius dixit 7 epiſt. 27 *Apparebat idolon, ſenex, macie & ſqualore confectus*, geſpenſt. ¶ 3. Cum græce vox *εἴδωλα* in prima ſyllaba accentum habeat, Prudentius quoque eodem accentu latine effert *ĭdōlă*, ita ut ſemper conſtituat Dactylum. Hunc morem Latinorum obſervat etiam Servius in libello de Accentibus.

¶ Idōlēum, ſive Idōlium, *i*, n. *εἰδωλεῖον*, delubrum ſive locus, ubi idolum ſtatuitur, ein götzen-haus. Hieronym. epiſt. 22 ad Euſtochium c. 13 *Si frater te viderit in idoleo recumbentem.* Tertull. de corona c. 10 *Si in idoleo recumbere alienum eſt a fide, quid in idoli habitu videri?* Idolium ſecunda correpta habet Prudentius Periſt. 11, 52; Apoth. v. 186; & in Symm. 2, 79.

¶ Idolĭcus, *a, um*, ad idola pertinens, abgöttiſch. Tertull. de Idolatr. c. 1; *Res idolicæ*. Et Paulin. Petrocor. de vita Martini 2, 231 *Idolicæ jugera*: ac ibid. v. 555 *Idolica ſigna.*

¶ Idōlŏlātra, ſive Idololatres, *æ*, m. *εἰδωλολάτρης*, ein götzen-diener. Eccleſiaſticis perfamiliaris vox. Tertull. de Idolol. c. 1 *Idololatres idem homicida eſt*: conf. ibid. c. 3; & de Pudicit. c. 5.

¶ Idololatris, *idis*, f. abercriſch. Prudent. Hamartig. v. 424 *Imerat lapidi ſimilis Idololatris Rebecca.* Ita enim tuendi vir, Cicnovius, atque Heinſius emendant, cum vulgarium *Idolatrida*, neque græcum neque latinum ſit: hoc vero ipſum *εἰδωλάτρις*, mulieblis terminationis.

¶ Idololatria, *æ*, f. *εἰδωλολατρία*, abgötterey. Tertull. de Animae c. 39 *Omnes idololatriæ ſpectrice naſcuntur, &c.*

¶ Idololatrĭcus, *a, um*, *εἰδωλολατρικός*, idem quod *Idolicus*.

¶ Idolomanĭa, *æ*, f. *εἰδωλομανία*, furor circa idola.

¶ Idolothȳtum, *i*, n. *εἰδωλόθυτον*, quod immolatum eſt idolo, ein götzen-opfer. Tertull. de Idolol. c. 13 *Quid participas idolothyta ſolennia.* Id. de Spectac. c. 13 adjective dixit, *oculos & aures ab idolothytis voluptatibus abſtinere.*

¶ Idolopœĭa, *æ*, f. Rhetoribus *προσωποποιία*; modus eſt, quo mortuos loqui fingant.

IDŎMĔNĔVS, *ei*, m. *Ἰδομενεύς*, rex Cretenſis, qui poſt Trojæ everſionem, Salentinum Calabriæ promontorium occupavit. Virg. Æn. 3, 400 *Et Salentinos obſidet milite campos Lyctius Idomeneus. Lyctius*, a Lyćto Cretæ oppido, quæ Colonia erat Lacedæmoniorum.

¶ Idomeneus, *a, um*, Cataſtius in nupt. Pelei: *Idomeneusne petam montes?* Sic enim in optimis MSS. legi docet Allio ad h. l.

IDONEVS, *a, um*, aptus, convenient, geſchickt geleaen, bequem. eben *Idoneum tempus*, Nepos 25, 3, 2. *A Sex. Idoneus*, h. e. certus, cui credi poteſt, Cic. Art. 8, 13. Grammaticis IDONEI AVCTORES appellantur veteres, & *Neotericis* opponuntur, ut obſervat Salmaſius prolegom. Exercit. Plin. p. 3. Et, *Idoneus teſtis*, qui per leges citari poteſt. Sic *Idoneus* apud Suet. Ner. c. 44 dicitur, qui honeſte & ex legibus militare poteſt. *Locus idoneus*, Liv. 27, 24. *Idonea cauſſa*, Nepos 2, 2, 2, id eſt, ſpecioſa & opportuna, eine füglidje urſadje. Additur ei interdum dativus: Cic. in Verr. 5, 16 *Tibi fortaſſe idoneus fuit nemo, qui imitaretur*, gut genug. Quintil. 2, 8 *Hiſtoria magis idonea eſt alias.* Atque ita *idoneos rhetori pueros*, Id. 2, 3 pr. dixit. *Nullam ha entiæ ſtatum quilibet dux erat idoneus*, gut genug, Vellej. 2, 70, 5. *Habet iſti populo idoneam mentem*, er ſchickt ſich recht vor das volck. Sen. epiſt. 7 Et Propert. 1, 6, 29 *Non ego ſum laudi, non natus idoneus armis.* Nonnunquam accuſativus cum præpoſit. ſequitur: ut, *Idoneus ad ſtudium, rem aliquam*, tüchtig und geſchickt. Cic. de Invent. 2, 12 *Commoditas ad faciendum idonea.* Et ad Att. 5, 6 *Inſtruar conſiliis, idoneis ad hoc noſtrum negotium.* Eſt & hæc locutio elegans: *Vtrum Pompejus idoneus non eſt, qui impetret?* Cic. pro lege Man. c. 19, iſt er nicht werth, ſolches zu erlangen? *Magis, minus idoneus, maxime, minime idoneus.* Sic enim comparatur Dure enim & leenter Tertullianus de anima c. 18, & adverſ. Hermogenem c. 18 *idonior* vel *idoneior* formavit: etiam Paulus L. 2 Dig. de popul. act. *Prætor eligat idoniorem*: & Vlpian. L. 4 § 6 *perſona idonior*. Plura ſimilia habet Salmaſ. ad Tertull. de pall. c. 3 p. 223, quo auctore etiam ICtos ſuos tuetur Bynckersh. obſ. 1, 25 p. 105. ¶ 2. Abſolute Tac. An. 4, 5, 6 *Apud idoneos provinciarum.*

¶ Idonee, adv. bequemlich. Cic. de Invent. 1, 15 *Exordium eſt oratio, animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem.* Apul. Flor. 3 *Nondum ad innitendum idonee, ſed quantum ſatis videatur.* Et L. 35 § 3 Dig. de procurat. & defenſ. *idonee cavere.* Et L. ult. D. de appellation. § 2. Tertull. de Pallio c. 3 formavit etiam Comparativum *idonius*, quod vero non temere imitandum vide Salmaſ. c. l.

¶ Inidoneus, *a, um*, non idoneus, ungeſchickt. Vnde

¶ Inidonee, adv. eſt apud Apulej. Met. 4 p. 155 *Inidonee celebrari laudibus.* Sic Elmenhorſtius. At Pricæus *Idonea*: Iulian. Floridus *idonee*, ſimplex adverb.

¶ Pĕridoneus, *a, um*, valde idoneus, ſehr bequem. Cæſar B. Civ. 2, 24 *Locus peridoneus caſtris.* Suet. de Clar. Grammat. c. 11 *Peridoneus præceptor.* Et Tac. Ann. 4, 12, 6 *Delegerat Iulium, conſiliis ſatis peridoneum.*

IDOS, n. gr. *εἶδος*, forma, das bildniß, contrefait. Quid differat ab Idea, docet Seneca epiſt. 58. conf. ep. 65, & Tertull. de Idolol. c. 3.

IDRVS, *i*, Cariæ mons, de quo vid. If. Voſſius ad Catull. p. 236. Idulis, vide *Idus*.

IDVMÆA, *æ*, f. *Ἰδουμαία*, regio Syriæ, Arabiæ & Phœniciæ vicina, quæ *Idume* quoque dicitur, palmis abundans. Lucan. 3, 216 *Aviðuſto palmarum dives Idume.* Et Silio 3, 600 eſt *Idume palmifera.*

¶ Idumæus, *a, um*, adj. Virg. Georg. 3, 12 *Primus Idumæas referant tibi Mantua palmas.*

IDVS, *uum*, plur. f. *ἴδυς*, dies, qui menſem dividunt, præcipue vero Nonas a Calendis. Singuli menſes octo Idus habent. Ipſe dies *Iduum* incidit in 13 vel 15 menſis diem, prout ille 4 vel 6 *Nonas* habet. ¶ 2. Dictæ Idus ſunt ab *Iduare*, verbo Hetruſco, quod dividere ſignificat, vel a plena Lunæ ſpecie; v. Macrob. Saturnal. 1, 15, & Plutarchum Quæſt. Roman. Ad etymon vocis alludit Horatius 4 ode 11, 14 *Idus tibi ſunt agendæ, Qui dies menſem Veneris marinæ Findit Aprilem.* Invenimus autem *octavo, ſeptimo, ſexto, &c. Idus* (intell. *ante*) vel *Iduum*.

¶ Idūlis, *e*, adj. ut, *Idulis ovis*, quæ omnibus Idibus Iovi immolabatur, auctore Feſto. De eâ Ovid. Faſt. 1, 56 *Idibus alba Iovi grandior agna cadet. Idulia ſacra* Feſtus vocat, ubi de ſacra via agit. ¶ 2. Iduarii & Iduaria in inſcriptione antiqua. *Iduaria* erant fœneratorum tabulæ, in quibus apochæ receptæ pecuniæ condebantur. Harum tabularum conditores dicti ſunt *Iduarii*, qui relegebant idibus pecuniam, quam Kalendis elocare geſtiebant. vid. Interpr. ad Horat. Epod. 2, 69.

IDŸIX, triſyll, *æ*, f. mater Medeæ, reſtituenda Ovidio Her. 17, 232. vid. Heinſ. Delr. ad Sen. Med. 209. it. Voſſ. ad Catull. p. 261.

IDYLLION, *i*, ſeu Edyllion, n. *εἰδύλλιον*, diminut. ab *Idos*, *forma, ſpecies*. Theocritus & Auſonius ad carmina tranſtulerunt, forte quia in Pindaro quæque odæ *εἴδεα* eſt præſcriptus. *Idyllion* ergo parva forma poematis. & *Idylla* diverſa poematorum genera.

IECVR, *ŏris*, & *iecinoris*, n. epar, membrum principale, quod in corpore præ cæteris sinum est, die leber. Ceis. 2,8 pr. *Si in iecinore vomitur ipse*, &c. legitur etiam ibidem *iecinore*. Et paullo post: *In iecinoris dolore*. *Iecur* autem *lectur* etiam appellari, velut *Iter, itinĕris*, notavit Iof. Scaliger ad Festum p. 62, 102, 197. Adde Liv. 8, 9; 27, 23; 41, 14 & 15. Lactant. de Opific. Dei c. 14 *Iecoris officium volunt esse, ut cibos inutiles concoquat*. Hyginus Astron. 2, 15 de Prometheo: *Admisit ei aquilam, quæ assidue noctu renascentia iecinora exesserit. Iecur duplex leporibus quibusdam*: vid. Plin. 11, 37 post med. ubi plura de hoc viscere. Liv. 5, 9 *Decio caput iecinoris a familiari parte cæsum aruspex dicitur ostendisse*, ad quem locum v. Dukero & Drakenb. notata. Iecur amoris ac cupiditatis sedem statuerunt Platonici. v. Barth. ad Claudian. p. 119. Hinc *ulcerosum iecur* Horatio est amore correptum, 1 ode 25, 15. Idem 1 epist. 18, 72 *Non ancilla tuum iecur ulcerat ulla, puerve*. Pers. 5, 129 *Intus & in iecore ægro*. Olim inter alitum jecora maxime in deliciis erat *jecur anseris*, ut *jecur suis* inter quadrupedes, *multi* inter pisces. v. Plin. 15, 20: 2, 513 & 10, 17. Iecur anseris etiam Isidi offerebatur. vid. Ovid. Fast. 1, 454.

¶ Iecuſculum, *i*, n. diminutiv. *Murium jecuſcula*, Cic. de Divinat. 2, 14. conf. Macrob. Sat. 7, 14.

¶ Iecinōſus, *a, um*, leberſüchtig. Scrib. Largus eo uſus eſt. At Sidon. 5 epiſt. 14 utitur pat *Iecerioſus*. Denique Marcell. Emp. c. 20 habet *Iecerilicus*.

¶ Iecōrālis, e. Gloſſ. Iat. *ἡπατικὸς, jecoralis*.

IEHŌVA, m. יְהוָה nomen ſolius veri Dei proprium, quod vulgo tetragrammaton vocant, IVDE quatuor litterarum, Gott der Herr.

IEIŪNVS, *a, um*, vacuus cibi, nüchtern, nüchternen. Plin. 1, 2 f. 2 *Oris jejuni saliva*, nüchternen ſpeichel, medicamentum advertus serpentes. Id. 10, 3 *Jejuna auditio*. ¶ 2. Esuriens, hungerig. Hor. Serm. 2, 38 *Jejunus flavescit color vulgario tenuis*. Cic. Att. 1, 16 *Misera ac jejuna plebecula*, ut nos in convicio, der hungerige pöbel, paulo ante *hi ultimum aerarii* dixerat. ¶ 3. Vacuus, leer, Apulej. l. 11 *Nec fuit nox una vel quies ociosa, visa Deæ monituque jejuna*. Colum. 2, 4 *Omnis humus, quamvis lætissime, tamen inferiorem partem jejuniorem habet*, i. e. fucco vacuam, ſterilem. Quin Cic. Orat. 30 *Jejunas igitur hujus orationis, civitatis aures accepimus*, h. e. quæ nihil dum ſimile audierant, ubi ſimul ad primam ſignificationem reſpicitur. Ita *Jejunum* intellig. *inteſtinum* eſt vacuum. vid. *Hira*. ¶ 4. Ad contemtum pertinet, ſicut *inanis*, ſchlecht, da nichts dahinter iſt. Cic. Fam. 15, 4 *Si non jejunam hoc, nescio quid, quod ego gessi, & contemnendum videbitur*. Et 2, 17 *Pusillus animus & ipsa malevolentia jejunus atque inanis*, i. e. humilis, niederträchtig, quocum etiam conjungit Ibid. 3, 10 *Nihil ne humile quidem aut jejunum debes agnoscere*. Planc. Epiſt. ad Cic. 10, 22: *Putabam posse me nec de laude jejuni hominis deliberare quidquam*. ¶ 5. *Jejuna oratio* opponitur *copiosæ, confertæ, plenæ*, nobis, eine magere, trockene rede. v. Cic. de Orat. 3, 18. Quint. 3, 1 *Traditio jejuna atque arida*. Cic. de opt. gen. Orat. 3 *Lysias videtur esse jejunior, quoniam is ipse consuetudo ad minutarum genera causarum limaverit*. Sen. ad Helver. c. 6 *Quid jejunius?*

¶ Iējune, adv. *Jejune de re aliqua disputare*, id eſt, exiliter, languide, frigide, Cic. de Orat. 1, 11, ſchwach, ohne nachdruck. Id. Orat. 36 pr. *Ut quidque erit dicendum ita aut ut est, aut jejune, aut canditi*. Compar. Id. Att. 12, 21 *Quis enim jejunius? Et clarius* Et clarius de Finib. 3, 5 *Hæc dicentur fortasse jejunius*.

¶ Iējūnĭtas, *ātis*, f. das faſten. Plin. Mirc. 2, 5, 13 *Jejunitatis plenus anima fœtida*. Ita enim apud Nonium 4, 2 hic verſus legitur. Et recte *anima fœtida* cum *jejunitate* jungitur. Nam qui nihil dum guſtarunt cibi, illis fere anima fœret, ſive *ſpiritus jejunio macer* (al. *acet*,) ut Petronius c. 128 loquitur. ¶ 2. Eſt & *Jejunitas* orationis, cui opponitur *ubertas, copia*, der mangel, die dürftigkeit. Cic. Tuſc. 2, 1 *Reperiebantur nonnulli, qui, cum obruerentur copia sententiarum atque verborum, jejunitatem & famem se malle, quam ubertatem & copiam dicerent*.

¶ Iejunium, *i*, n. cibi carentia ſeu abſtinentia, das faſten, quod & ad potum Lucanus duriuſcule, uti videtur, tranſtulit in illo 4, 332 *Quoque magis miseros undæ jejunia solvant*. Ovid. Met. 4, 263 *Lacrymis pavit jejunia*, thränen ſind ſeine ſpeiſe geweſen. Adde Met 1, 312; & Virg. Georg. 3, 128. ¶ 2. Item tempus, quo a cibo abſtinetur, ein faſttag, die faſtenzeit. *Jejunium inſtituere*, Liv. 36, 37. Et, *Jejunia indicere*, Horat. 2 ſat. 3, 291, faſten anſtellen. *Annua jejunia celebrare*, Claudian. extremo Pſichali carm. *Jejunia tenere, ferre, portare, animis concipere*, ſunt Iuvenal 10, 364 ſeqq.

¶ Iejunioſus, *a, um*, nüchtern. Plaut. Capt. 3, 1, 6 *Neque jejuniosiorem, nec magis effertum fame vidi*.

¶ Iejūno, *āre*, i. uſitat. pro quo C. Nepos 25, 22, 3 *Cibo se abstinere* dixit, ſoli fere eccleſiaſtici ſcriptores habent, v. g. Tertull. de Jejun. 13 pr. *Convenio vos & præter Pascha jejunantes*. Hieronym. epiſt. 22 ad Euſtoch. c. 17 *Lucturus Tullium jejunam*.

¶ Iejunatio, *ōnis*, f. das faſten. Tertull. l. c. c. 13 extr. *Jejunationibus operati*. Id. ad Scapulam c. 5 *Depellere sicitates jejunationibus*. conf. Id. adv. Pſych. c. 10.

¶ Iejunātor, *ōris*, m. qui jejunat. Auguſtin. epiſt. 86 *Qui ventriculas tamquam magnus jejunator accusat*.

¶ Semijejunium, *i*, n. ein halber faſt-tag. Ibid. c. 13 *Stationum semijejunia interponentes*. conf. Tertull. contr. Pſych. c. 13.

Ientaculum, vide mox in *Iento*.

IENTO, *āre*, jentando uti, frühſtücken. De etymo Iul. Cæſar. Scalig. Poët. 1, 5 *Quos illi* (Attici) ἀκρατίσματα, *Dores κάμματα, unde κωπᾶζειν, quod est per vinum gari animi gratia. Id a cœna faciebant, ut revertentes animum post mutua divina. Ientatione enim præparea ac minima contenti, ad quæ etiam* ientare *verbum ὅτι δεῖ καὶ, & ut Dores loquuntur* ἐντᾶν, *haud multo largius merendabant*. Græci βακτίζειν vocabant, quod paucas bucceas comedère jentantes ſuſtinendi ſtomachi tantum, non implendi cauſſa, quod ad Suet. Aug. c. 76 notat Caſaubonus p. 102. *Ientare* ex Afranio & Varrone vide apud Nonium 2, 440.

¶ Ientārio, *ōnis*, f. jentandi actus, apud Firmicum 2, 10.

¶ Ientator, *ōris*, m. qui jentat, apud Eutropium.

¶ Ientāculum, *i*, n. quod ante prandium ſumitur, prandiolum, frühſtück, morgen-brot. Nigid. ap. Fabl. 2, 2 *Nos ipsi jejunia, matutina levia, putabimus*. Suet. Vitell. 2, 13 *Ipsas res, ſparsim semper, interdum quasi variam dispertiebantur, in antecœnam, & prandia, & cœnas, communesque*. Apud lib. I de A. A. *lenta* alium amoris locum.

Material. 14 epigr. ult. *Sunt in ſpem vendit, puniſ, ſpectacula pastor.*

Iericho, vide *Hierichus*, Ieruſalem, *Hierosolyma*.

IĒSVS, *i, um, u, Iesus*, ſ. ... nomen proprium tum aliorum tum Salvatoris noſtri, cujus etiam apud ellativum eſſe poteſt. Matth. c. 1 *Vocabis nomen ejus Jesus, quia ipse ſalvum faciet populum ſuum a peccatis ſuis*. conf. Lactant. 4, 12. Iesu ergo ab Iove ... id est, *juvavit, ſuppetavit*. Perperam aliqui veteres deducunt a Gr. ἰάομαι, *ſanare, medeor*: ſed bono lenſu, quod & corporis & animæ medicus eſſet. Apud Prudentium ita chriſtiabum litteræ vocabulum eſt, ut το I vocalis ſangatur manere, vel ut una vocalium disparent: ut Pſychomachia v. 764 *Vitæ, hostis ut ait, Deo medius intervenit Iesus*. conf. Apoth. v. 838: & Pſychom. v. 770. Recitus Sedulius Paſch. 1, 155 *Venturo promisso nomine Iesum*. Et hic Arat. Apoſt. 1, 274. Interdum ſic chriſtiabum: Iuvenc. 2, 284 *Mox talia reddit Iesus*. Adde Alcim. ad Sozar. v. 303.

IGILIVM, *i*, n. inſula maris inferi ſ. Tyrrheni, hod. *Gilio*. vid. Rutil. itin. 1, 325 & Intr.

IGITVR, conjunctio rationalis, quæ in initio poſt verbum fere aliud ponitur, demnach, derohalben. Ter. Eun. 1, 1, 1 *Quid igitur faciam?* was ſoll ich dann nun thun? Cic. in Orat. c. 30 *Jejunas igitur hujus orationis aures civitatis accepimus*. Aliquando tamen ipſam periodum incipit. Plaut. Amph. 1, 1, 145 *Igitur si immodicum mulierem concipiet metum*: C. Nepos 25, 3, 3 *Igitur primum illud maximæ fortunæ &c.* Liv. 2, 48 *Igitur non parum mercis, quam pleni ... &c.* Tac. Agric. 7, 2 *Igitur ad fiducia pietatis profectus, &c.* Ceterum Quint. 1, 5 p. 62 eſſe auctores ait, qui nunquam præponant. v. Cort. ad Sall. Catil. 54. ¶ 2. Interdum ſervit poſt parenthesin continuandæ orationi. Cicero in Catil. 1, 4 *Dico, te priori nocte venisse inter falcarios (non agam obscure) in domum Lecæ &c.* Plane, cum nonnulla interieciſſet, ſub jicit: *Fuisti igitur apud Lecæ nocte &c.* Apul. in Floridis: *Tibicen quidam fuit Antigenides, omnis vocalæ melleus modulator, & idem vocis humanæ mollissimus peritus*. Quod cum declaraſſet, pergit: *Is igitur cum esset in tantis opibus nobilis &c. Itaque* hoc modo adhiber Liv. 2, 12 pr. ubi I. F. Gron. Add, Victor. ad Cic. fam. 1, 9. Non multo aliter Plaut. Amph. 1, 1, 54 *Sin aliter sient animati, neque dent quæ petat; Si je igitur summa vi vi hisque eorum oppidum expugnassere*, i. e. expugnaturum eſſe. Sed hoc in loco Nonius 2, 456 το *igitur* pro *deinde* interpretatur, quemadmodum & Propertius τῷ *ergo* eſt unus. v. n. 3. ¶ 3. Pro *tum* non ſemel uſus eſt Plaurus: ut, *igitur demum*, pro *tum demum* Amph. 1, 1, 145 &c. Alibi conjunxit & dixit *igitur tum*: ut Capt. 2, 2, 30. vide Sanctii Minervam, & ibi Perizonio notata p. 380. . *Ergo igitur*, & *Igitur demum* &c. apud optimos auctores inveniri. ¶ 4. Pro *enim* uſus eſt Plautus Moſt. 5, 1, 52. *Surge dum huc. Est consulere igitur quiddam, quod tecum volo*.

Ignarium, vide *Ignis*, Ignarus, *Gnarus*, Ignavia, &c. Navo.

IGNIS, *is*, m. elementum, flamma, feuer. A naſcendo derivat Varro de L. L. 4, 10 *Quod hinc nascitur omne, & quod nascitur, ignescit*. Nam *Ignis, qui omnia consumit, quodam etiam creat, &c.* ut teſtatur Seneca Nat. Qu. 5, 6. Aliter Iſidorus 19, 6 ſentit. v. Voſſ. Etym. p. 261. Cic. de Orat. 2, 45 *Nulla materia, nisi admoto igni, ignem concipere potest*, es mag nichts feuer fangen, wo nicht feuer hinzu gethan wird. *Ignem fallere*, Cic. Verr. 1, 27, feuer anlegen. De *Igne sacrificiorum* ſponte ſua ſ. divinitus accenſo, vid. qui laudantur ad Gnat. 457. ¶ 2. *Ignis* pro amoris vehementia. Val. Flacc. 4, 6, 5 *Castissimi ignes Portiæ* i. e. *amores castissimi*. Virg. Æn. 4, 2 *Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni*. ¶ 3 *Ignis*, pro eo cave, cupidus amore ardeo. Virg. eclog. 2, 66 *At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas*. ¶ 4. Pro ardore ſive cupiditate animi. Ideo Cincius, 2, 575 *Exarsere ignes animo*. ¶ 5. *Ignis lambens*: *ignis fatuus*, ein irrwiſch, meteora ſunt. De *igne lambente*, habes apud Virgilium Æn. 2, 682, & Livium 1, 39 in Hiſtoria Servii Tullii, ſexti Romanorum regis; & Plin. 36, 27. ¶ 6. *Ignes* etiam inter ſigna erant, quibus res ſubito annunciarentur. Plutarchus de Deo Socratis p. 593 c. Græci πυρὰς vocabant, & qui curabant eos *pyrætas*. Ipſa res πυραῖα Polybio dicitur, quem vide lib. 10 p. 614. ¶ 7. *Ignis ſacer*, morbus, ἱερὸς νόσος, Plin. 26, 11. Vulgo ignem S. Antonii vocant, die roſe. Virg. Georg. 3 extr. *Tempore contactus artus, furor ignis edebat*. Sed Hier. Mercurialis Var. Lect. 4, 9 Servium ſeribæ erraſſe, quod *sacrum ignem* edit putaverit, quem Graeci ἱερὰν νόσον vocant; cum ἱερὰ νόσος nil aliud ſit, quam epilepſia: *Ignis* vero *sacer* apud Latinos idem ſit, quod apud Vitas *Formica*, apud Græcos *Herpes*, apud Scribonium *Zona*, apud Plinium l. c. *Zoster* (de quo infra in ſuo elemento) & *Circinus*. v. Taubmann. ad Virg. 3 Georg. p. 251. ¶ 8. *Sapientis ignis* apud multos fit mentio. Minucius Felix in Octavio 35, 3 *Illic sapiens ignis membra urit & reficit*. Meurſius præfert *rapiens*. Sed nihil mendi ſubeſſe, conſenſus aliorum confirmat, cæs Wowerius ad d. l. Felicis adhibuit, Clementis nempe Alexandrini, qui in Protrepticо τοῦ σωτῆρος; Tertulliani adverſus Gnoſtic. c. 3, Hieronymi in Daniel. c. 3, Paulini ad Severum epiſt. 28 (ver. ed. 9) n. 2, qui omnes *sapientem ignem* laudaverunt. Addo his epiſtolam ad Marcellam, quæ Paulino vulgo tributa fuit n 7. Rigaltius in Minucium interpretatur *Sapientissimi artificis jussa exsequentem; a sapientissimo artifice datum*. ¶ 9. Vltima in *ignis* interdum producitur. v. Fabric. ad Hor. 1 od. 15. Brouckh. ad Tib. 1, 7, 72. it. *sanguis*. ¶ 10. *Ignem* & *imbrem* confundi a librariis, dicetur in Imber.

¶ Igniculus, *i*, m. diminut. Iuvenal. 3, 102 *Igniculum brumæ si tempore posces*. ¶ 2. Elegantер ad animum tranſtulit Cicero: *Natura parvulos nobis dedit igniculos*, id eſt, ſtimulos & incitamenta ad virtutem, anreitzungen, oder anregungen, Tuſc. 3, 1. Et, *Virtutum igniculi & semina in animis*, de Fin. 5, 6. *Igniculus desiderii tui*, Id. fam. 15, 20. Et Att. 15, 26 *Epistola nonnullis interdum jacit igniculos vitiles*.

¶ Igneus, *a, um*, igne candens, glühend, feurig. *Igneus fervor*, Plin. 9, 60. *Ignea sitis*, Virg. Georg. 3, 482, der brennende durſt.

¶ Igneſ-

¶ Igneŏlus, *a, um*, adjectivi diminutio, idem. Prudent. καθημ. 3, 186 *Oris ... vigor igneolus Non moritur.*

¶ Ignĭārius, *a, um*, ignem continens; ut, *ignarius lapis*, ein feuerſtein, Marcell. Emp. c. 33.

¶ Ignĭdus, *a, um*, hitzig, erhitzt. Theod. Priſcian. 2, 9 *Vti cucurbitis ignidioribus.*

¶ Ignĭo, *īre*, feuern, erhitzen. Prudent. in Romano v. 1077 *Acus minutas ingerunt fornacibus, His membra pergunt urere, ut igniverint.* Vſitatius eſt inde factum participium

¶ Ignītus, *a, um*, feurig, hitzig. Cic. pro Domo 55 *Inflammatus atque ignitus furor.* Prudent. Hamart. v. 544 *Ignitam Deus indidit in genium.* Sidon. 1 epiſt. 11 *Igniti dentis morſus.* Quod & comparatur; ut, *Vinum natura ignitius*, Gell. 17, 8.

¶ Ignitulus, *a, um*, diminutiv. idem. Tertull. ad Nation. 1, 10 ſub fin. *Mercurius in calvitio pennatulus: in caduceo ignitulus.*

¶ Ignĭſco, *ĕre*, entbrennen, feurig werden. Cic. de N. Deor. 2, 46 *Ad extremum omnis mundus ignieſcet.* Metaphorice Virg. Æn. 9, 66 *Ignieſcunt iræ*, id eſt, accenduntur, incitantur. *Ignieſcitur* pro *ignieſcit* affert ex Laberio Nonius 7, 108.

¶ Ignĭfcens, *tis*. Apul. Trismegiſt. p. 68 *Cælum vel frigeſcens vel ignieſcens.* Silius 9, 461 de Pallade: *Tum virgo ignieſcens penitus.*

¶ Ignia, n. pl. ſunt *vitia fictilium vaſorum*, Feſt.

¶ Ignĭarium, *i*, n. der zunder, das feuerzeug. Plin. 16, 40 *Laurus & hedera & omnes, e quibus ignaria fiunt.*

¶ Ignĭtābulum, *i*, n. ignis receptaculum, eine feuerpfanne, wärmpfanne. Feſt. Solin. c. 18, & Macrob. Saturn. 2, 8.

¶ Ignefactus, *a, um*, glühend gemacht. Theod. Priſc. 2, 28 *Lapides igne factli acceto extinguuntur.* Et Plin. 20, 9 *Flos bulborum tritus erurum maculas varietatesque igne factas emendat.*

¶ Ignĭcŏlorus, *a, um*, igni coloris, feuerfarbig. Iuvenc. in Matth. c. 26, 64 *Sub nubibus ignicoloris.*

¶ Ignĭcŏmans, *tis*, igneam comam habens, funckelnd. Avienus Phænom. Arat. v. 1112 *Et Procyon, primique pedes Canis ignicomantis.* Et in Prognoſt. Arat. v. 88 *Calor ignicomantum Hæſit ſtellarum.*

¶ Ignĭcŏmus, *a, um*, idem. *Sol ignicomus*, Auſon. epiſt. 7, 8; & Avienus Deſcript. Orbis v. 801 *Ignicoma ſtella.* Adde Nemeſ. Cyneget. v. 214.

¶ Ignĭfer, *a, um*, brennend, feurig; ut, *Ignifera lampades*, Lucret. 2, 25. *Ignifer æther*, Id. 5, 499; & Cic. Arat. v. 88. *Ignifer axis*, Ovid. Met. 2, 59. *Ne ignifer quidem reliquus eſt factus*, proverb. de ſtrage crudeli, qua ad unum omnes ſint deleti. Haud abſimile illi, *Ne numenis quidem eſt relictus*, vide Chiliad.

¶ Ignĭfluus, *a, um*, ignibus fluens, vom feuer wallend; ut, *Cavernæ ignifluæ*, Claudian. 3 Conſ. Hon. v. 166.

¶ Ignigĕna, *æ*, im feuer gebohren, Bacchi apud Ovidium cognomen, Met. 4, 12 *Ignigenamque, fatumque iterum, &c.* Quia Iovis fulmine necatæ matris utero exemtus eſt.

¶ Ignĭgĕnus, *a, um*, idem, apud Apul. lib. 7 Met.

¶ Ignĭpes *ĕdis*, mit feurigen füſſen; ut, *Ignipedes equi*, Solis puta, Ovid. Met. 1, 392: & Stat. Theb. 1, 27. Et *Ignipedes tauros* Martialis Spectac. 27 dixit flictos illos aurei velleris in Colchide cuſtodes.

¶ Ignĭpŏtens, *tis*, Vulcanus, feuermächtig. Virg. Æn. 8, 414 & 423. Gloſſ. gr. lat. πυροδυνάστης, *Ignipotens.*

¶ Ignĭpĭcium, *i*, n. divinatio ex ignis inſpectione. Plin. 7, 56 *Ignifpicia Amphiarai invenit.*

¶ Ignĭvăgus, *a, um*. Mart. Capella 9 p. 304 *Ignivaga denunciatio*, de meteororum ſignificationibus.

¶ Ignĭvŏmus, *a, um*, feuer ſpeyend. Carm. Paſchale, quod Lactantio, alii Venantio tribuunt, v. 3 *Altius ignivomum ſolem cæli orbita ducit.*

Ignobilis, vide *Nobilis*, Ignominia, *Nomen*, Ignoro, ignorantia, *Gnarus*, &c. Ignoſco, ignotus, &c. *Noſco.*

¶ Exigneſco, *ere*, feurig werden. Cenſorin. de die nat. c. 18.

IGVVIVM, *i*, n. Vmbriæ oppidum, hod. *Eugubium*, Steuchi Eugubini patria, qui illud Cæſari reſtituit. v. Manut. ad Cic. Att. 7, 13 p. 199, & Drakenb. ad Sil. 8, 461.

ĪLE, *is*, n. ἀεγών. Sed *ilia*, ilium, ilibus, pluraliter uſitatius dicitur, pro inteſtinis in imo ventre, die gedärme, das eingeweid. *Ilia ducere*, Horat. 1 epiſt. 19, feichen. *Ilia vulnera reſugare*, Sen. Herc. Fur. v. 543, den leib aufſperren. Virg. ecl. 7, 26 *Invidia rumpantur ut ilia Codro*, proverbialis hyperbole extremæ indignationis, qua uti poteſt, qui præclarum facinus molitur, ut invidentibus oculi doleant. Cic. in Vatin. c. 4 *Vt aliquando iſta ilia, quæ ſunt inflata, rumpantur.* Singulare *Ile* eſt Servii ad Virg. ecl. 7, & ad Æn. 7, 499, qui pluralem in tertia Declinatione format ex Iuvenale 5, 135 dicente *ab ipſis ilibus*, qui caſus frequens & apud Plinium eſt, v. g. 27, 7 *Abſtinibus ilibus imponitur.* Celſus tamen 4, 1 extr. habet *ilium fœminæ*, quaſi ex fecunda forma. Cæterum, quid proprie *ilia* ſint, definit Celſus c. 1. ex Plin. 11, 37. Celſi verba ſunt: *Ilia inter coxas & pubem imo ventre poſita ſunt.* Elegans hic etiam a Servio notatur jocus ex ambigue, Marylli Mimographi in Paraſitum: *Tu ut Hector, ab Ilio nunquam recedis*, q. d. a ventre & abdomine. v. Taubm. ¶ 2. *Ilia* venter ſive cavitas valorum, der bauch des gefäſſes oder krugs. Iuvenc. 2, 140 *Sex illic fuerant ſaxis præpulcra cavatis Vaſcula, quæ ternis aperirent ilia metris.*

¶ Ileus, *i*, m. ἔλεος, die darmgicht. Celſ. 4, 16; & Plin. 30, 7.

¶ Iliōſus, *a, um*, qui ilium morbo laborat, darmgichtig, Plin. 20, 4.

¶ Exilis, *e*, fine ilibus, tenuis, ſchmächtig, dünne, mager; ut, *Copia exilis*, geringer vorrath. *Membra exilia*, Ovid. Met. 5, 433, ſchwache gliedmaſſen. *Genus ſermonis exile, aridum, conciſum, minutum*, Cic. de Orat. 2, 38, ſchwach, ohne kraft. *Exiles res*, calamitoſæ, de difficultatibus a fortuna adverſante objectis, C. Nep 18, 5, 1. *Exile & macrum ſolum*; ein dürr und mager land, Cic. Agrar. 2, 25. Comp. *Caro exilior*, Tertull. de Iejun. lib. extr. *Exiliores orationes*, Cic. de Clar. Orat. c. 21. *Fœminis vox exilior, quam maribus*, Plin. 11, 51.

¶ Exilĭtas, *ātis*, f. tenuitas, die ſchwachheit. *Exilitati* in dicendo opponitur *copia* apud Cic. de Orat. 1, 12 *Fœmineæ vocis exilitas* Quint. 1, 11 pr. klare weiber-ſtimme. Colum. 8, 16 *Propter exilitatem ſoli, quæ plerumque litori vicina eſt*, gering und ſandig erdreich.

¶ Exĭliter, adv. mager, elend; ut, *lejune & exiliter diſputare*, Cic. de Orat. 1, 11 extr. Et, *Annales exiliter ſcripti*, Id. de Clar. Orat. c. 27. Comp. Varr. L. L. 4 pr. *De quibus duobus rebus in his libris promiſcue dicam, ſed exilius de poſteriore.*

¶ Perexilis, *e*, ſehr gering. Colum. 11, 2 p. 377 *Perexilis vitis.*

ILERDA, *æ*, f. oppidum Hiſpaniæ. Lucan. 4, 33 *Qui mediis tutam caſtris dirimebat Ilerdam.*

ĪLEX, *icis*, f. differt a quercu foliis, laurinis ſimilibus & ferratis, & glandes habet quernis minores, ein eichen baum, ſteineiche. Gell. 5, 6 *Civica corona fit e fronde querna &c. etiam ex ilice, quod genus ſaperiori proximum eſt.* Virgil ecl. 1, 18 *Præbebit ab ilice umbram.* Et ecl. 7 pr. *Forte ſub arguta conſederat ilice Daphnis.* Id. Æn. 8, 43 *Inventa ſub ilicibus ſus.*

¶ Ilĭceus, *a, um*, von eichen; ut, *Ilicea trabes*, Statius Theb. 6, 121

¶ Ilĭgneus, & Ilĭgnus, *a, um*, idem; ut, *Ilignea*, ein eichenzweig, Colum. 6, 3. *Glans ilignea*, Plin. 16, 5. Ter. Adelph. 4, 2, 46 *Letilus in ſole ilignis pedibus ſaltando ſudit.*

¶ Ilĭcetum, *i*, n. locus ilicibus conſitus, ein eichwald. Martial. 4 ep. 55 *ſanctum ilicetum.* conf. 12 epigr. 18.

ĪLIA, *æ*, f. alias Rhea, Numitoris Albanorum regis filia, Romuli & Remi mater. v. Liv 1, 4. Virg. Æn. 1, 278 *Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem.* vid. Brouckh. ad Tib. 2, 5, 53.

Ilia, *ium*, vide *Ile*, Iliacus, Ilias, *Ilium.*

Ilicet, vide *Eo*, Ilicetum, iliceus, Iligneus & ilignus, *Ilex.*

ILIŎNE, *es*, f. Virg. Æn. 1, 657 *Ilione, &c. Maxima natarum Priami.*

ILĬŎNEVS, *ei*, Trojani eloquentis nomen, Virg. Æn. 1, 525 &c.

Iliofus, vide in *Ile.*

ĪLISSVS, *i*, m. prima ancip. fluvius in Attica. Statius Theb. 12, 641 *Celavit Geticos ripis Iliſſus amores.* Theb. 4, 52 *Lamus & anfractu riparum inquinatus Iliſſus.* Sed h Gevart. *Heliſſus*, Barth. *Eliſſus.* Gr. ἐλισσὸς & ἰλισσός, prima c n interdum producta v. Barth.

ĪLĬTHYIA, *æ*, f. quadrifyllab. Dea parturientium, quam Iunonis filiam Pindarus Nem. ode 7 princ. vocat. Horat. in Carm. Secul v. 14 *Lenis Ilithyia, tuere matres.* Ovid. Met. 9, 283 *Prospetitam Alcmenæ parientibus Ilithyiam.* Elegans Spondaicus v. Horatianos interpretes & Ioh. Seldenum de Diis Syris p. 163 Graeci etiam Dianam *Ilithyiam* ſalutarunt & Deæ omnes, ſub quarum potestate ſunt parturientes, *Ilithyiæ* dicuntur. Quæ autem Græcis *Ilithyia* eſt, Latini ubique *Lucinam* vertunt.

ĪLIVM, *i*, n. Ἴλιον, pro quo *Ilios* fœm. genere Horatius 4 oda 9, 18 poſuit. *Non ſemel Ilios vexata &c.* Ovid. A. A. 1, 363 *Defenſa eſt Ilios armis.* vid. Heinſ. ad Heroid. 1, 48. Civitas proprie Trojana. Nam *Troja* regio eſt. vide infra *Troas.* Virg. Æn. 1, 72 *Ilium in Italiam portans.*

¶ Ilius, *a, um*, adj. ut, *Ilia tellus*, Virg. Æn. 9, 285. *Ilia turma*, Horat. Carm. Secul v. 37. *Ilius Hector*, Plaut. Bacch. 4, 9, 27.

¶ Iliăcus, *a, um*, adj. aliud; ut, *Gens Iliaca*, Virg. Æn. 6, 875. Et, *Ruinæ Iliacæ*, Æneid. 1, 651. Et Horat. 1 epiſt. 2, 16 *Iliacos intra muros peccatur & extra.*

¶ Ilias, *ădis*, f. Ἰλιάς, mulier ex Ilio. Virg. Æn. 3, 65 *Et circum Iliades crinem de more ſolutæ.* ¶ 2. Item Homeri de Ilio opus. Propertius de Æneide Virgiliana 2, 34, 66 *Cedite Romani ſcriptores, cedite Græji: Neſcio quid majus naſcitur Iliade.* Et Ovid. de Arte 3, 413 *Quis noſſet Homerum, Ilias, æternum ſi latuiſſet opus?* ¶ 3. *Ilias malorum*, Ἰλιὰς κακῶν, de malis & calamitatibus omnis generis. Cic. Att. 8, 11 *Tanta malorum impendet Ἰλιάς.*

Illabefactus, vide *Labes*, Illabi, *Labor*, Illaborare, *Laboro*, Illac, *Ille*, Illacrimitus, *Lacio*, Illacrymare, *Lacryma*, Illæſus, *Lædo*, Illætabilis, *Lætor*, Illapſus, *Labor*, Illaqueare, *Laqueus*, Illatebrare, *Lateo*, Illatio, *Fero*, Illatrare, *Latro*, Illaudatus, *Laus*, Illautus, *Lavo.*

ILLE, *a, ud*, pronom genit. *illius*, dat. *illi*, derſelbe, jener Interdum emphaticum eſt, & ſæpe cum aliis pronominibus connectitur. Virg. Æn. 7, 110 *Sic Iupiter ille monebat*, ad denotandam excellentiam. vid. Brouckh. ad Tib. 1, 4, 19. *Ego ille agreſtis*, den ihr vor einen groben mann haltet, Ter. Adelph. 5, 4, 12. Et, *Ego ille ipſe vindex æris alieni*, Cic. Att. 2, 1. conf. fam. 2, 9. Pacuv. apud Nonium 2, 424 *Nam canis, quando eſt percuſſa lapide, nontam illum appetit, qui ſe icit, quam illum eum lapidem, quo ipſa icta eſt, petit.* Sic *illa ipſa rerum humanarum domina fortuna*, Cic. pro Marcell c. 2. Et Nepos 7, 11, 5 *Illi ipſi eum in his maxime admirabantur.* Id. 10, 9, 6 *Illi ipſi cuſtodes*: eben dieſe. Id. 1, 6, 4 *Idem ille populus.* Et, 21, 3, 4 *Ab illo eodem vita privatus.* Cic. Att. 10, 17 *Erat confirmatius illud idem.* ¶ 2. Quamquam abundare videatur, tamen vim addit nominibus. Cic. de Orat. 3, 50 *Antipater ille Sidonius, ille, quem tu probe meminiſti.* Id. Tuſc. 1, 9 *Naſica ille prudens.* Nepos 8, 4, 2 *Pittacus ille &c.* Eodem modo jungitur particulæ *quidem.* Cic. fam. 12, 29 *O hominem ſemper illum quidem mihi optum, nunc vero etiam ſuavem.* conf. 13, 70; & Att. 4, 3; 10, 4: v. Drakenb. ad Sil. 3, 151, &c. ¶ 3. Duobus poſitis communiter *hic* ad propinquius, ille ad remotius refertur. Celſ. 1, 1 *Ignavia corpus hebetat, labor firmat: illa maturam ſenectutem, hic longam adoleſcentiam reddit.* Sed nonnunquam hoc diſcrimen negligitur. v. Sen. epiſt. 14; & Sanctii Minerv. cum not. Periz. p. 212. ¶ 4. *Ille* pro gen. *illius* poſuit Lucretius 4, 1076. Et pro dat. *illi* Plaut. Mil. 2, 3, 32; & Pseud. 3, 1, 7 ¶ 5. Elegans formula eſt Cic. Divin. in Cæcil. c. 11 *Cum omnis arrogantia odioſa eſt, tum* ILLA *ingenii atque eloquentiæ multo moleſtiſſima.* Pronomen *hæc* ita adhibere videtur Tuſc. 4, 9 pr. *Delectatio voluptas ſuavitate auditus animam delinimus, & qualis* HÆC *auritum, tales ſunt oculorum.*

¶ Illemet, idem, quod ille ipſe notat ap Cic. de Leg. 1, 3 *Incurret etiam in illummet memorabilem annum ſuum.*

¶ Illic, illæc, illuc, pro *ille, a, ud*, fæpiſſime apud Plautum occurrit; e. g. Amph. 1, 1, 167 *Illic homo ſuperſtitioſus eſt.* v. ibid. v. 106 & 151. Id. Amph. 3, 2, 9 *Fieri quod illec poſſulat.* Id. Aſin. 2, 1, 87 *Sed quid illuc &c.* Sic *illuc homine opus eſt*, Ter. Eun. 5, 9, 53. conf. Heaut 4, 5, 3.

¶ Illic, adv. in illo loco, dort, Ter. Andr. 2, 6, 27 &c. ¶ 2. Eleganter *Illic* & *hic* connectitur, præcipue ubi rem aliquam respuimus. Lucret. 2, 575 *Nunc hic, nunc illic*, hier und da. Plaut. Most. 3, 1, 76 *Fœnus illic, fœnus hic*, zinſe hin, zinſe her.

¶ Illi, pro *illic* antiquum adverbium. v. Lucret. 1, 1063; Ter. Adelph. 1, 2, 36, ut Donatus observat. Plaut. Amph. 1, 1, 96; &c. v. Parei Lex. Plaut. p. 567.

¶ Illac, adverb. dort, hindurch Sed Cic. Att. 7, 3 *Video, omnes damnatos, omnes ignominiæ affectos, omnes damnatione ignominiaque dignos illac fecere*, auf jener parteyy ſeyn. Terent. Eun. 1, 2, 25 *Hac atque illac perſpso*, hier und dar.

¶ Illâ pro *illac* habet Plautus; e. g. Moſt. 3, 3, 27 *Ego me illâ per peſticum ad congerrones conferam*, v. Parei Lex. p. 566. Tac. Germ. 34, 2 & Agric. 28, 3.

¶ Illuc, adv. dahin, dorthin. Cic. de Orat. 1, 40 *Huc atque illuc intuentem vagari*. Nepos 10, 4, 5 *Sed illuc reverter*.. Id. 17, 4, 3 *Sed illuc redeamus*. ¶ 2. *Huc illuc* Virgiliano in carmine ſæpe ſociatur. vide ſupra *Huc*. Adde Salluſt. b. Iug. c. 60.

¶ Illò, adv. pro *Illuc*. Nepos 17, 3, 5 *Cum illo veniſſet*. Sic Plaut. Amph. 1, 1, 483; & 2, 1, 56; Aul. 4, 8, 5; &c. *Illoc* habet Ter. And. 2, 2, 25.

¶ Illinc, adv. contrarium *hinc*, von dannen. Ter. Andr. 4, 6, 19 *Grandinſcula jam profecta eſt illinc*. Cic. Phil. 2, 31 *Caput litterarum, omnem ſe amorem abjeciſſe illinc* (i. e. ab illâ) *atque in hanc tranſtuliſſe*. Terent. Adelph. 4, 5, 39 *Dum cognatus hinc illinc veniret*, da oder dorther.

¶ Illim, pro *illinc* legitur apud Lucret. 5, 573; & Plaut. de quo & aliis Parei Lex. p. 568. Apud ipſum etiam Cic. ad Att. 7, 13 p. 713. Græv.

¶ Illece, *æc, œc*, dieſer da. Plaut. Amphitr. prol. v. 97 *In illiſce habitat ædibus*. conf. Moſt. 2, 2, 73; & Strich. 1, 2, 74. Cat. R. R. c. 132 *Maſle hac illace dape*. Id. c. 139 *Illiſce ſacri*.

¶ Illactēnus, adv. bis hieher, apud Gellium 16, 19.

Illiusmodi, vide in *Modus* n. 1.

¶ Illorſum, adv. dahinwärts, Catonem dixiſſe notat Feſtus in *Aliorſum*.

¶ Poſtilla, adverbialiter pro *poſtea*, nachmahls, hernach. Catull. carm. 85 *Nec ſivi poſtilla metuebant*. Et ita ſæpe Plautus & Terentius.

Illecebra, illectamen, illectatio, ilex, &c. vide *Lacio*.

Illibatus, vide *Libo, are*; Illiberalis, &c. *Liber, a, um*.

ILLȲBĔRIS, *is*, f. Ἰλλυβερίς, Narbonenſis provinciæ civitas. ¶ 2. Altera in Bætica Hiſpania eſt. vide Geogr. ¶ 3. Adject. vide *Liberi*.

Illic, vide *Ille*, Illicio, *Lacio*, Illicitus, *Licet*.

ILLĬCO, adv. loci & temporis, auctore Donato, ſignificat ſtatim, mox quaſi *in loco*, alsbald, augenblicklich. *Nunc jam illico hic conſiſte*, id eſt, in illo loco, Terent. Adelph. 2, 1, 2 gleich auf dieſer ſtäte. Cæcil. *Manete illico*; vide Nonium 4, 242. *In loco* pro *illico*, Terent. dixit Heaut. 4, 6, 23. ¶ 2. Et, *illico*, continuo, ſo bald. *Vbi eam video, illico accedo*, Id. Ter. Adelph. 4, 4, 8.

Illido, vide *Lædo*, Illigare, &c. *Ligo*, Illimis, *Limus*, Illinc, *Ille*, Illinio, illino, *Linio*, Illitas, illitio, *Lædo*, Illiteratus, *Litera*, Illotus, *Lavo*, Illudo, illuſio, &c. *Ludus*, Illumino, *Lumen*, illunis, illunus, *Luna*.

Illuſtris, illuſtro, &c. vide *Luſtro*, Illuvies, *Luo*.

ILLȳRIA, *æ*, Illȳris, *ĭdis*, f. Illyrium & Illyricum, *i*, n. regio poſt ſinum Adriaticum inter ultimum Italiæ Tergeſtum & Macedoniam intercepta, Liburniam & Dalmatiam complectens. Aliis latius in ſeptentrionem excurrebat. Suetonius inter Italiam regnumque Noricum & Thraciam & Macedoniam, interque Danubii flumen, & ſinum maris Adriatici patere ſcribit Tiberio c. 86 extr. Pompon. Mela 1, 3 *Adriatici latus Illyris occupat*.

¶ Illyrius, *i*, m. gentis nomen. Liv. 10, 2 *Illyrii Liburnique, gentes feræ*.

¶ Illyrĭcus, *a, um*, poſſeſſivum. Propertius 2 eleg. ineunte 16 *Prætor ab Illyricis venit modo, Cynthia, terris*.

¶ Illyriānus, *a, um*, Valerius epiſtola apud Treb. Pollion. in Claud. c. 14 *Claudius Illyricianæ gentis vir*. Et, *Illyriciani*, L. 25 Cod. Theod. de petitionibus. Et nummo Decii: GENIVS EXERCITVS ILLVRICIANI.

ILVA, *æ*, f. inſula, in mari Tuſco, ferri ferax, Plin. 34, 14; & 3, 6; a Græcis *Aethalia* dicta. Virg. Æn. 10, 173 *Aſſi Ilva trecentos Inſula inexhauſtis chalybum generoſa metallis*.

ILVS, *i*, m. Ἴλος, Trois, Trojanorum regis filius, Ilii conditor. Virg. Æn. 1, 271 de Aſcanio: *At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo, Ilus erat, &c.*

IM, antique, i. e. *eum* ab *is*, Lucret. 3, 850 Macrob. ſat. 1, 4; & Feſt.

ĪMĀGO, *ĭnis*, f. ſimulacrum, exemplar, ſimilitudo, ab imitatione dicta, quaſi *imitago*, cui ebenbild, bildnis. Cic. fam. 5, 12 *Ageſilaus neque pictam, neque fictam imaginem ſuam paſſus eſt*. Id. Phil. 11, 3 *Imaginem Antonii crudelitatis in Dolabella cernitis*. Id. de Orat. 3, 59 *Imago animi vultus eſt, indices oculi. Animo imaginem alicujus rei concipere*, Quintil. 1, 10. *Effingere, exprimere, repræſentare imaginem*, Idem: & Manil. 4, 893 *Exemplumque Dei quisque eſt in imagine parvâ*. Virg. Æn. 7, 179 *Vitiſator curvam ſervans ſub imagine falcem*. Loquitur de pictura. Martial. 11 epigr. 103 *Portentum eſt, quoties cœpit imago loqui*. ¶ 2. *Imagines* pro nobilitate ponuntur. Cic. de Lege Agr. c. 36 *Nulli me vobis auctores generis mei commendarunt; nulle ſunt imagines, quæ me a vobis deprecentur*. Idem in Piſon. c. 1 *Obrepſiſti ad honores errore omnium, commendatione fumoſarum imaginum, &c.* conf. Lucan. ad Calp. Piſon. v. 8. Suet. Veſp. c. 1 *Gens Flavia obſcura illa quidem, ac ſine ullis majorum imaginibus, ſed tamen Reipubl. nequaquam pœnitenda*. OBSCVRAM opponit NOBILI. Nobilitatem ex imaginibus æſtimat, more Romano. Nam quo plures imagines in domo alicujus reperirentur, hoc major & amplior quoque ejus ducebatur nobilitas. Tranquillus itaque, ut Flaviam gentem obſcuram probaret, ſubjicit, *ſine ullis majorum imaginibus*. Per eas enim rollebatur obſcuritas, nobilitas & claritudo conciliabatur. Cæterum ponendæ imaginis in ſuis ædibus habebant jus, quorum parentes atque auctores magiſtratum, non quemvis, ſed curulem, hoc eſt, ſublimiorem, ut, *Conſulatum, Prætoram, Ædilitatem* geſſiſſent. v. Voſſ. 2 Inſt. Orat. p. 301. Nihil itaque aliud iſtæ imagines erant, quam majorum effigies, qui magiſtratu ejusmodi defuncti eſſent, humererum tenus orbiculari figura in clypei ſpeciem, (quamobrem *clypei* etiam appellantur non raro,) cerâ expreſſæ, præpoſitæque & collocatæ ordine generis in atrio maxime cum titulis ſive indicibus honorum, ac rerum, quas geſſerant, quibus dedicatæ erant; ut eorum virtutes ac geſta nollent non tantum & iegerent poſteri, ſed imitarentur etiam, ut Valer. Maximus 5, 8 obſervat. Ita Liv. 3, 58 pr. *Appius Claudius, vir honoratiſſimæ imaginis futurus apud poſteros, legumlator conditorque Romani juris*. Ex eod. 4, 16 diſcimus, etiam tribunis pl. imagines conceſſas, certe ſub imagine tribunatus pl. factam eſſe mentionem: deinde etiam illud, quosdam, ut familiæ ſuæ ſplendorem augerent, etiam falſos titulos eſſe commentos. Add. 8 extr. Hinc imagines, & elogia (hæc ſunt tituli illi ſive imagines, de quibus paullo ante facta mentio,) idem Suetonius in Galba c. 3 conjungit. Hinc poterit patere, quid ſibi juvenalis velit, cum ſatyram 7 his verbis inchoat: *Stemmata quid faciunt, quid prosunt, Pontice, longo Sanguine conſeri, pictosque oſtendere vultus Majorum, & ſtantes in curribus Æmilianos &c.* Item, cum paullo poſt addit: *Tota licet veteres exornent undique ceræ Atria, nobilitas ſola eſt atque unica virtus*. Vide omnino Plinium 35, 2 & 3; & Lipſii de imaginibus his collectanea, in Lect. 1, 29 & Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 3 ſqq. Sed præter iſtas cera pictas imagines, & ſigna ærea majorum habebant in domibus aſtruendæ familiæ nobilitati. Maternus apud auctorem Dialogi de cauſis corruptæ eloquentiæ c. 11 extr. *Nec comitatus iſtos & egregios, aut frequentium ſalutantium non concupiſco: non magis quam æra & imagines, quæ etiam me nolente in domum meam irruperunt*. Statius Theb. 2, 214 *Læto regalia cœtu Atria complentur: ſpecies eſt cernere avorum Cominus, & vivis certantia vultibus æra*. Quem locum fruſtra tentavit Lipſius, in verſu ultimo, pro AERA, ORA reponens. conf. Senec. de Benef. 3, 28; & epiſt. 44. Adde Polyb 6, 2, præcipue Lipſium l. c. & Roſin. Antiq. Rom. 1, 19. ¶ 3. Sed & ſomnia ſeu viſa ſpectraque, quæ εἴδωλα Græcis & Φαντάσματα appellantur, vocantur *imagines*. Vet. Gloſſ. *Imago*, εἰκών, εἴδωλον. Tullius de Finib. 1, 6 de Epicuro loquens: *Quæ ſequuntur, ſunt tota Democriti: atomi, inane, imagines, quæ idola nominat*. Sed quas *Imagines* hoc loco, ad Fam. 15, 16 *Spectra* appellat. Horat. 3 ode 27, 39 *an vitiis carentem Ludit imago Vana, quæ porta fugiens eburna Somnium ducit?* Vbi *Imago* viſum inane eſt, quod per ſomnum objicitur. Et ita Suetonius *ſomniorum imagines* dixit Cæſ. c. 1. Prudentius Hymno ante ſomnum, ſomnium circumſcribens: *Plerumque diſſipatis, Mendax imago, veris, Animos favore mœſtos Ambage fallit atra*. Sic φρενῖτις, *morbus imaginoſus* dicebatur, ut quibusdam videtur, v. *Imaginoſus*. ¶ 4. Sed *Imago* & Echo eſt, quippe quæ *vocis imago* eſt, ut Virgilius deſcribit Georg. 4, 50, cum de apibus præcipit. Cic. Tuſc. 3, 2 *Ea*, inquit, *virtuti reſonat, ut imago*. De gloria loquitur. Hanc itaque virtuti reſonare haud aliter dicit, quam echo voce reſpondet. Eſt enim Gloria, ut ipſe definit, *incorrupta vox bene judicantium de excellenti virtute*. Varro de Re Ruſt. 2, 16 de faciendis ponendisque alvearibus præcipiens: *Primum*, inquit, *ſecundum villam potiſſimum, ubi non reſonent imagines, hic enim ſonus harum fugæ cauſſa exiſtimatur eſſe*. Horat. 1 ode 12, 3 & 1 ode 20, 8 *locoſam & montis imaginem* nominat. v. Drakenb. ad Sil. 14, 365. ¶ 5. *Imago* etiam eſt cogitatio, qua aliquid animo intuendum ſpectandumque velut coram proponitur, bild, vorſtellung. Liv. 5, 2 *Quidnam illi conſules dictatoresque facturi eſſent, qui Proconſularem imaginem tam ſævam ac trucem fecerint*. Ovid. Met. 6, 589 *Pœnaque in imagine tota eſt*, id eſt, verſat apud animum, quod pœnæ genus a Tereo exigat. De Progne enim poeta loquitur, ſie denket, wie ſie ihn ſtraffen wolle. Tac. Hiſt. 4, 38, 9 *Horret animus tanti flagitii imaginem*. Plin. 7 epiſt. 5 *Inde eſt, quod magnam partem noctium in imagine tua vigil exigo*, id eſt, recogitatione de te: Cum te videre, te alloqui videor, ſive imaginor mihi. ¶ 6. *Imago* apud Rhetores eſt, aſſimilatio, collatio, quæ & parabola dicitur. vide Senecam epiſt. 59, & Voſſium 4 Inſt. Orat. c. ult. ſect. 9, & c. 11 ſect. 7 ſub fin. ¶ 7. Interdum eſt prætextus, titulus, v. Burm. ad Quint. decl. 253 p. 459.

¶ Imaguncŭla, *æ*, f. dimin. parva imago. Suet. Aug. c. 7 *Nactus puerilem imaunculam ejus æream veterem*. Adde Cic. Att. 6, 1.

¶ Imaginālis, *e*, imagine conſtans. Vet. Interpr. Irenæi 5, 11 *Hæc Iudæorum imaginalis eſt deſcriptio*. Occurrit apud Mar. Victorinum adverſus Arium ſæpius.

¶ Imaginaliter, adv. ſinnlich, apud Auguſtinum.

¶ Imaginōſus, *a, um*. Nempe quibusdam *imaginoſus morbus*, φρενῖτις, quum Φαντάσματα animo occurrunt. Item alius, quem Græci κεχηνότα μὲν appellarunt, quod putarent, illum a Corybantibus immitti. Is autem eſt, cum Muſica carminumque concentibus perſonari jacentium aures videntur, vide ſupra in *Corybantes*, & Scaligerum ad illud Catulli carm. 42, 7 *Non eſt ſana puella, ne rogaris Qualis ſit, ſolet hæc imaginoſam*. Sed v. If. Voſſius ad h. l. p. 33, qui legit, *ſolet* ἐκφανὲς εἶναι.

¶ Imāgĭneus, *a, um*, quod imaginum eſt. Sedulius lib. 1 carm. de tribus pueris in fornace Babylonia: *Nil urente rogo, tantoque ardore calentes Cordis, imagineæ vincunt incendia pœnæ: Imagineæ*, h. e. propter negatum imaginis cultum inflictæ pœnæ.

¶ Imāginor, *atus ſum, ari*, imaginem alicujus rei mente concipere, ihm fürbilden, einbilden, in gedancken nehmen. Plin. 9, 35 *Imaginari ſecuda triumphi. &c.* Ita epiſt. 8, 6, 11 *Imaginare Pallantem — imaginare Cæſarem &c.* ſtelle dir vor. ¶ 2. Deinde ſomniare, träumen. Suet. Cæſ. c. 81 *Calpurnia uxor imaginata eſt, collabi feſtigium domus*, interpretante Berneggero in Indice. Et Plin. 5 epiſt. 5 *Mox imaginatus eſt veniſſe Neronem*.

¶ Imagino, *are*, idem; activo uſus eſt Gellius 16, 18 pro imaginem facere, ut ipſe interpretatur; Ὀπτικὴν, inquit, *facit multa demiranda id genus, ut in ſpeculo uno imagines unius rei plures appareant: item, ut ſpeculum in loco certo poſitum nihil imaginet, aliorſum translatum faciat imagines*.

¶ Imaginātus, *a, um*, paſſive, gebildet. Ita Lactant. 5, 13 extr. *Sibylla*

bylla Erythræa mollis vel lanata vocat, *fundis* (scilicet) *excavatis, qui nec audiant divina, nec spectent, sed terram fingis sub imaginata metuant & adorent*: i. e. servum in imaginem Terræ non secundum.

¶ Imaginatus, *a, um*, f. die einbildung beseßend. Augustin. T. 3 p. 867 *Imaginativa vis in anteriori parte cerebri*.

¶ Imaginatrix, *icis*, f. die einbildung beseßend. Augustin. T. 3 p. 867 *Imaginativa vis in anteriori parte cerebri*.

¶ Imaginatus, *a, um*, eſt res ad, ſimilatarum, non verum, quod imaginem quidem & ſpeciem habet, non rem, was in ſeiner einbildung beſtehet, erdichtet, falſch, ſchembar. Sic, *Imaginarius honos*, Sen. de Conſtantia ſap. c. 3. *Imaginaria præpotentia*, Id epiſt. 20. Et, *Imaginarii contractus*, apud Ictos. *Imaginarii fasces*, Liv. 3, 41. das ihm einer einbildet. Suet. Claud. c. 25 *Stipendia inſtituit & imaginarias militiæ genus, quod ad ornatum ſuper nomen erat*.

¶ Imaginarius, *i*, m. fabricator, ſive ſtatuarius, qui imagines facit, ein mahler, bildhauer, in ver. Interpr. Reinef. Cl. 1 n. 2. qui ita p. 6 interpretatur.

¶ Imaginarie, adv. in der einbildung. Sidon. 2 epiſt. 10 *Quæ imaginaria ſimilitudine & umbratiliter oſtitigimus*. Augustin. Confeſſ. 3, 2 *In ludis imaginarie amantibus, quam ſeſe fornicantur per ſcenicas, quamvis hæc imaginarie gerentur in ludo ſpectaculi*.

¶ Imaginabundus, *a, um*, der ſich was in gedancken vorſtellet und einbildet. Apul. lib. 3 Milef. inceptus: *Carnifices imaginabundus*.

¶ Imaginifer, *eri*, m. ut ſignifer, officium militare, ein fähndrich, cornet. Inſcriptio vetus Gruter. f. 1107 n. 1 AVRELIVS SECVNDIANVS IMAGINIFER LEG. SS. Gloſſ. Iat. gr. *Imaginifer*, εἰκονοφόρος. Adde Veget. 2, 7.

IMARMENE, es, f. ἡ εἱμαρμένη, i. e. fatum, fatalis neceſſitas, das verhängniß, ſchickſal, unumgängliche noth. Explicat Cicero de N. D. 1, 20. & de Divin. 1, 55, ut Deum ſiſtit Mart. Capella 1 p. 28.

IMAVS, *i*, m. mons Indiæ, extentus usque ad fontes Gangis, ultra quem fuit Scytharum gentes. ¶ 2. Lit & pars *Caucaſi* & *Tauri* Poli nomen.

Imbalnitus, vide *Balneum*. Imbarbeſcere, *Barba*, Imbecillis, imbecillitas, *Baculus*, Imbellia, imbellis, *Bellum*.

IMBER, *bris*, m. agu en, ſ. *Aquarius*, i. e. fatum, fatalis neceſſitas, das verhängniß, ſchickſal, unumgängliche noth. Explicat Cicero de N. D. 1, 20. & de Divin. 1, 55, ut Deum ſiſtit Mart. Capella 1 p. 28.

IMAVS, *i*, m. ſæx

ro, *Miſceo*, Immiſericors, *Miſer*, Immiſſus, *Mitto*, Immiſtus, *Miſceo*, Inmitis, *Mitis*, Immittere, *Mitto*, Immixtus, *Miſceo*.

IMMO, vel Imo, affirmandi, augendi, eligendi atque interdum corrigendi adverbium, ja, allerdings. Ter. Andr. 4, 2, 25 C. *Verum vis dicam? D. Immo etiam.* Id. Eun. 4, 7, 41 GN. *Iam hæc tibi aderit ſupplicans ultro.* THR. *Credin'?* GN. *Imo certe.* Liv. 41, 23 *Ea ſpe depulſas, non tamen belli conſilia omiſit. Imo ſi vera volumus dicere, jam incœpavit bellum.* Virg. ecl. 7, 41 *Immo ego Sardois videar tibi amarior herbis &c.* Adde ecl. 5, 13. Ter. Andr. 1, 1, 3 *Nempe ut curentur recte hæc. Imo aliud*, nein, es iſt viel ein anders. Plura de affirmandi ſenſu vid. in Borrich. Vind. p. 98. Plerumque idem eſt ac *quin potius*, ja vielmehr. Ter. Eun. 3, 1, 44 *Purgon, ego me &c.* GN. *Nihil minus: Imo magis auge ſuſpicionem.* Adde Cic. Off. 3, 19; & Att. 10, 14. Ut ſic haud raro accedit *vero*. Cic. Qu. Fr. 1, 3 *Ego te videre noluerim? imo vero me a te videri nolui.* Adde Att. 16, 15; Off. 3, 4 & 23. Idem adv. Rullum 2, 35 *Immo vero etiam &c.* Sic, *Immo enim vero*, Ter. Eun. 2, 3, 57; & Phorm. 3, 2, 43. Perraro verbis poſtponitur: e. g. Plaut. Aul. 4, 10, 34 *Pernego immo.* Tac. An. 12, 6, 3 *Statueretur imo exemplum.*

Immobilis, vide *Moveo*, Immoderatus, immodeſtus, immodicus, *Modus*, Immolare, *Mola*, Immorari, *Mora*, Immori, immortalis, *Mors*, Immotus, *Moveo*, Immundus, *Mundus*, Immunis, *Munus*, Immunitus, *Munio*, Immuſſulus, *Immiſſulus* in *Mitto*, Immutatus, *Muto*, Imo, *Immo*.

Impages, vide in *Pango*, Impalleo, *Pallor*, Impatiens, impatientia, *Patior*, Impedio, *Pes*, Impendium, impendo, impenta, *Pendo*.

Imperator, vide *Paro*, Impercitus, *Cieo*, imperfectus, *Facio*, Imperfoſſus, *Fodio*.

Imperium, impero, &c. vide *Paro*, *are*, Imperterritus, *Terreo*, Impertio, ire, *Pars*, Impetiginoſus, impetigo, *Petigo*.

Impetrare, impetrire, &c. vide *Patro*, Impetus, *Petо*, Impexus, *Pecten*, Impiare, *Pio*, *āre*. Impilia, *Pilus*, Impingo, *Pango*, Impleo, *Plenus*, Implexus, *Plecto*, Implico, *Plico*, Impioro, *Ploro*, Implumis, *Pluma*, Impluvium, *Pluvia*, Importunitas, importunus, *Portus*, Impos, *Potis*, Impoſtor, impoſtura, *Pono*, Imprætentiarum, *Præſens*, in *Sum*, Impreſſio, imprimo, &c. *Premo*, Improbitas, improbus, &c. *Probus*, Improperium, impropero, *Properus*, Impulſio, impulſor, &c. *Pello*, *ēre*, Impunis, *Pœna*, Imputo, *Puto*.

Imulus, imus, vide *Infra*.

IN, præpoſitio, ex græco ἐν, in, quæ modo cum Accuſat. modo cum Ablativo jungitur: Accuſativo, quando ad locum; Ablativo, quando in loco ſignificat. Quod tamen diſcrimen auctores veteres interdum neglexerunt. Plaut. Bacch. 1, 3, 53 *Ecquid in mentem eſt tibi?* Cic. pro Lege Manil. c. 12 *Cum veſtros portus in prædonum poteſtatem fuiſſe ſciatis.* De quo loco & Gellium 1, 7 videre licet. Adde Auſon. Popmam de uſu antiquæ locutionis, Giſan. Indic. Lucretiano, Hüetium ad Manilii 1, 245, & Taubmann. ad Plaut. Amph. 1, 1, 25. Gron. ad Liv. 2, 14. Burm. ad Quint. 6, 2 p. 522, & ad Ovid. Her. 16, 138. Broukh. ad Prop. 2, 1, 50. ¶ 2. Non raro *in* pro *inter* ponitur. Nepos cum aliis plurimis locis, tum 4, 2, 2 *Byzantio expugnato cepiſſet complures Perſarum nobiles; atque in his nonnullos regis propinquos.* Cæſar de B. Civ 3, 38 *Noſtri cognitis inſidiis duas nacti hoſtium turmas excœperunt. In his fuit M. Opimius.* Alio ſenſu Plin. 2, 7 extr. *In his*, pro inter hæc vel interea. Ovid. Fast. 2, 571 *Ecce anus in mediis reſidens amoſa puellis.* Statius 4 Silv. 2, 10 *Mediis videor discumbere in aſtris.* ¶ 3. Sed & pro *ex* uſurpatur. Nam quod Cæſar *ex itinere conſligere*, id Nepos *in itinere* dixit 18, 8, 1. Et ita quoque Hirtius de B. Gall. 8, 27. Quamquam & ibi IN PRO INTER interpreteri licet. Cic. fam. 1, 9 extr. *Scripſi tres libros in diſputatione & dialogo de oratore.* Florus 3, 4, 2 de Scordiſcis Thraciæ populis: *Litare Diis ſanguinem humanum: bibere in oſſibus capitum &c.* De ſimilibus Scheffer. & Groñov. ad Phædr. 1, 26, 3. Sed *in murrhinis & onychinis minxit Elagabalus*, Lamprid. c. 32. Ter. Heaut. 5, 1, 59 *Quot incommode tibi in hac re capies, niſi caves?* Vetus inſcriptio Hiſpanica: STATVAM IN AERE AVRATAM POSVERE, i. e. æneam deauratam. Paullo aliter Suetonius Galbæ c. 8 *Ne ad geſtandum quidem æquam iter ingreſſus, quam ut ſecum vehiculo proximo decies HS in auro afferret*: id eſt, decies HS in nummis aureis, am golde, ut nos loquimur. Virg. Æn. 5, 344 *Gratior & pulchro veniens in corpore virtus*: VENIENS, i. e. proveniens ex corpore. Niſi veniens ibi pro ὤν, ſive exiſtens exponendum eſt. ¶ 4. Sumitur & pro *ad* in exprimendo numero, vel diſtributione, Liv. 4, 16 pr. *Frumentum centum aſſibus in modios æſtimatum.* Fragm. 12 tabb. *Libras farris in dies dato.* Liv. 1, 42 *Tertia claſſis in quinquaginta millium cenſum eſſe voluit*, bis ſunfzig tauſend. Aliter Varro de Re Ruſt. 2, 2 extr. *Illud vero omnes in Epiro facimus, ne minus habeamus in centenas hirtas ſingulos homines, in pellitas binos.* Vbi *in centenas oves*, auf hundert oder zu hundert ſchafen einen hirten. ¶ 5. Pro *de* ponitur in illo Macrobii Sat. 2, 2 *Plancus in Menia Gallia nupta male audiebat.* ¶ 6. Eleganter hæc præpoſitio finem aliquando & cauſſam rei notat. Tac. Ann. 4, 45, 2 *Piſonem uno vulnere in mortem affecit*: id eſt, ita affecit, ut ex eo moreretur. Ter. Andr. 2, 2, 32 *Olera & piſciculos minutos ferre obolo in cœnam ſeni*: id eſt, ideo ferre, ut cœna inde ſeni apparetur. Liv. 1, 35 *Centum in patres legit*, id eſt, ut patres eſſent. Sed poteſt IN hoc loco, pro *inter* etiam eſſe poſitum. Lucan. 1, 306 *In claſſem cadit omne nemus*, id eſt, ut claſſis ædificetur. Claudian. Paneg. de 4 Conſ. Honorii v. 624 *In lintres frégere nemus.* Propert. 3, 3, 35 *Hæc hederas legit in thyrſos*: id eſt, legit, ut inde thyrſos contexat. Florus 2, 6, 2 *In cauſſam belli delecta Saguntus*: id eſt, unde belli cauſſa peteretur. Tac. hiſt. 2, 64, 4 *Nec illis fortunæ illecebris & ambitu civitatis in gaudium evicta.* Ita enim in vulgatis omnibus legitur: nec audiendus Pichena & alii, qui pro *evicta*, *evecta* ſubſtituerunt. *Vinci animus* dicitur, cum ſuccumbit affectibus, inter quos gaudium etiam c. 4. Itaque ſenſus eſt: Contra illecebras fortunæ, & contra civitatis ambitum, invictam ſteriſſe Sextiliam matrem Imperatoris Vitellii; h. e. neque felicitate ſua, quod Imperatoris mater eſſet, neque *civitatis ambitu*, h. e. Romanorum ſtudiis atque honoribus, qui in ipſam conferebantur, certatim, eo adductam; ſive adduci ſe paſſam eſſe, ut gauderet improbius, exſultaretque, ac ſuperbiam ſumeret, daß ſie ſich deſſen überhübe. ¶ 7. Aliquando *in* mutationem ſignificat, & Accuſativum regit: ut, Ovid. Met. 1, 1 *In nova fert animus mutatas dicere formas Corpora.* Cic. Tuſc. 3, 14 pr. *In latinum convertere.* ¶ 8. Accuſativum etiam habet, cum tempus futurum reſpicit, ut Cic. Phil. 2, 30 extr. *Qui in proximum annum conſulatum peteres*, auf das folgende jahr. Liv. *Bellum in triginum diem indixerant.* ¶ 9. Accuſativum etiam regit, cum ſumitur in bonam partem pro *erga* & in malam pro *contra*. In bonam, apud Virg. Æn. 1, 307 *Inprimis regina quietum Accipit in Teucros animum mentemque benignam.* In malam, Ter. Heaut. 2, 1 pr. *Quam iniqui ſunt patres in omnes adoleſcentes judices.* ¶ 10. Nonnunquam hæc præpoſitio circumloquendo Genitivo, Dativo & Ablativo uſurpatur: Sic, *Ænulus in aliquem*, *Similis in aliquem* dicitur: de quo Gruterus Suſpicionum 1, 11. Ita Liv. 4, 25 extr. *Addere album in veſtimentum*, i. e. veſtimento, & c. 27 *Committere rem in caſum anticipitis fortunæ.* Ter. Andr. 4, 5, 19 *Adeo videmur vobis eſſe idonei, In quibus ſic illudatis*: IN QVIBVS, pro *Quibus*. Plaut. Aul. 3, 4 extr. *Ne in me mutaſſis nomen*: IN ME, pro *mihi*. Catullus Epithal. Mallii v. 102 *Non tuus levis in mala Deditus vir adultera*: pro, adulteræ deditus. Lucret 3, 647 *In pugnæ ſtudio quod dedita mens eſt.* Sic, *Studere in aliqua re*, pro *rei alicui*, Cato apud Gellium dixit 11, 3. Huc pertinent Sen. Thyeſt. 329 *In patre facient quicquid in patruo docet.* vid. Burm. ad Quint. declam. 15, 6 p. 312. ¶ 11. Periphraſibus inſervit in iis, quæ ad prædicamentum habitus pertinent, *in armis, haſta, tega*, pro armatus, haſtatus, togatus. vid. Drakenb. ad Sil. 2, 132, & quem is laudat Broukh. ad Tib. 1, 9, 70, & Prop. 4, 11, 68 Itemque aliis, ut, *Res eſt in integro, in tuto, anguſto, turbido, expedito*, de quibus ſſ. ll. v. Gron. ad Liv. 3, 10 ext. *In facili, difficili*, JCtorum formula eſt & Tertulliani, vid. Bynckersh. obſ. Iur. Rom. 1, 25 p. 105, pro *facile, difficile*. *In tempore*, ſignificat *opportune*. Ter. Andr. 4, 5, 19 *In tempore veni.* Et, *In tantum* adverbialiter, pro tantum, plures dixerunt. vide *Tantum*. Similiter: *In totum*, pro penitus. Manilius 1, 421 *At non Lanigeri ſignum Libræque repugnat In totum.* Et v. 779 *Nam nihil in totum ſervit ſibi.* ¶ 12. Vſus ejus eſt in definitionibus. Cic. Off. 1, 36 pr. *Cum pulchritudinis duo genera ſint, quorum in altero venuſtas ſit, in altero dignitas.* Idem de Nat. Deor. 1, 42 *In ſuperſtitione inanis timor Deorum.* Quint. 1, 5 pr. *Verborum duplex intelleſtus eſt, alter in quo una eſt pars orationis*, lego, ſcribo. ¶ 13. Aliquando abundat hæc propoſitio: Plaut. Capt. 1, 2, 64 *Nam illam conſido domum In his diebus non reconciliaſſe.* Cic. pro Font. c. 6 *In quo ea, quæ dicuntur a teſtibus &c.* i. e. quatenus. Suet. Tib. c. 60 *In paucis diebus, quam capreas attigit.* Id. Claudio c. 18 *Nihil non excogitavit ad invehendos etiam in tempore liberno commeatus.* Avienus Arateis v. 403 *Hoc tempore in anni.* Virg. ecl. 7, 20 *Referebat in ordine Thyrſis.* Aut potius in iſtis omnibus & his ſimilibus plena ac integra oratio; ellipſis tamen in frequentiore uſu eſt. ¶ 14. In compoſitione & auget & minuit ſignificationem. vid. Barth. ad Claudian. p. 44, 45. Sic *Infractum* dicimus & valde fractum, & non fractum. Virg. Æn. 12 pr. *Turnus ut infractos adverſo Marte Latinos D. feciſſe videt.* id eſt, valde fractos. Nec apud antiquos aliter uſurpatum facile inveneris. vide ſupra in *Frango*. Ita *Impotens* pro valde potens apud Horat. 1 Od. 37, 10 & 3, 30, 3. Vid. Int. Petron. c. 5 p. 20 Burm. quæ conferenda tamen cum iis, quæ notamus in *Impotens*. De *Invalidus* etiam vid. ſ. l. Neque huc pertinent *Indemnatæ pernæ*, apud Plautum Capt. 2, 4 ſc. 3 extr. Aliquando in compoſitis & *Intus* notat: ut, *Incœnare*, pro intus cœnare, apud Suetonium Tib. c. 39. Vbi Caſaubonus notat, & Columellam *impaſcere*, & Statium *infervare* ſimiliter poſuiſſe. ¶ 15. *Indu* ſive *Endo* pro *In*, vetuſtiores, ut Ennius, Pacuvius, Lucilius, &c. dicebant, unde *Endopedire*, ſive *indupedire*, *indupevare*, *indugredi*, &c. apud Lucretium.

¶ Inde adverb. daher, von dannen. *Iam inde a principio hujus imperii*, Cic. de prov. conſul. c. 13, vom anfang. *Iam inde ab incunabulis imbutus odio tribunorum plebis*, Liv. 4, 36. Et, *Inde usque repetens*, Cic. pro Arch. c. 1. ¶ 2. *Inde adeo*, idem quod *Inde*. nam *adeo* explet tantum. Ter. Heaut. 1, 1 pr. *Quamquam hæc inter nos nupera notitia admodum eſt, Inde adeo, quod agrum in proximo hic mercatus es*, id eſt, ex eo tempore, quo agrum mercatus in proximo es. Subjungitur & perſonis ut *unde*. Ter. Adelph. 1, 1, 21 *Nati filii duo, inde ego hunc majorem adoptavi mihi*: Inde, id eſt, *ex quibus*. Vide Donatum & quæ nos in vnde. Simile fere eſt Lucr. 5, 202 *Quantum cœli tegit impetus, Inde anidam partem*, i. e. ejus &c. ¶ 3. Et, *Inde* pro Deinde, nachdem. Liv. 1, 3 *Agrippa inde Tiberini filius regnat.* ¶ 4. Veteres aliquando & cum genitivo junxere. Ennius apud Feſtum in Lituus: *Inde loci lituus ſonitus effundit acutos.* Lucret. 5, 789 *Inde loci mortalia ſecla creavit.* Idem *inde deinceps* paſſim conjunxit, ut 1, 44 *Addit duos colles, Quirinalem Viminalemque, inde deinceps auget Eſquilias.* Sic *deinceps inde* 5, 37

¶ Indidem, adv. factum ex *inde* & *idem*, ſignificat, ex eodem loco, gleich oder eben daher. Nepos 15, 5, 2 *Habuit obtrectatorem Meneclidem quemdam indidem Thebis*: id eſt, perinde Thebanum, ut Epaminondas. Cicero pro Roſcio Am. c. 27 *Quos homines? indidemne Amerina? an hoſce ex urbe ſicarios?* Apul. lib. 6 p. 180 *Pergit ad quampiam turrim præaltam, indidem ſeſe datura præcipitem.* Adde Livium 27, 12; & Gellium 6, 10. Vet. Gloſſ. *Indidem*, ἐντεῦθεν, ἀυτόθεν, ἐκ τῶ ἀυτῶ.

Infra, Intra, Intus, vide ſeparatim.

Inante, vide ſupra *Ante*.

¶ Ininde, adv. ex eo loco, daraus. Livius: *Exercitus ininde domos abduxit.*

Dein, deinde, deinceps, vide in *De*, Exin, exinde, *Ex*, Perinde, *Per*, Poſtinde, *Poſt*, Proin, proinde, *Pro*, Subinde, *Sub*.

INA, æ, f. pars chartæ tenuiſſima eſt, ſive filamentum, quod ſuſcitatur, cum charta uſu detrita eſt. vide Salmaſii Exercitationes p. 278; ubi etiam *Vitales inæ* ex Varrone de R. R. 3, 9, 11 ſunt ſubtiliſſimæ venæ ſeu filamenta fibrarum. vid. Scal. Add. quæ habet Geſner. Chreſtom. Plin. p. 525.

Inaceſco, vide *Aceo*.

INACHUS, *i*, m. *Ἴναχος*, fluvius, idemque rex Argolidis, cujus filia Io ab Jove amata in vaccam mutata fuit: vid Ovid Met. 1 fab. 11, 8. De illo Horat. 1 od. 3, 21 *Daturne prisco natus Inacho Nilus hiberno tumidus imbri, an obstitit, &c. Omnia calescunt sidere.* *Inachus* Oceani filius, patrem Phoronei, primi inter mortales regis, facit Hyginus 145. De navis Inachio fabula in Strabo refert L. 6, vera Plut. de animalibus. vid. Barth. ad Stat. Theb. 4, 932.

¶ Inachides, *æ*, m. patronym. Ovid. Met. 1, 754 Epaphus, Ino filius. Sed Met. 4, 719 Perseus.

¶ Inachis, *idis*, f. hoc est, Io, sive Isis, *lauta* vocatur Ovid. Fast. 1, 544 quod ei sacrificarent antiquum.

¶ Inachius, *a, um*, adj. ut, *Litus Inachium*, Ovid. Fast. 5, 656.

¶ Inachus, *i*, f. est Peloponnesus Stephano.

Inadulabilis, vide *Adulor*.

Inædifico, quære in *Ædes*, Inæquabilis, &c. inæqualis, inæquo, &c. *Æquus*, Inæstimabilis, inæstimatus, *Æstimo*, Inæstuo, *Æstus*, Inalbesco, inalbo, *Albus*, Inalgesco, *Algeo*. Inalienatus, *Alieno*, Inalpinus, *Alpes*, Inalto, *Altus*, Inamaresco, *Amarus*, Inambulatio, inambulo, *Ambulo*, Inamœnus, *Amœnus*, Inanimalis, inanimatus, inanimis, &c. *Anima*.

INANIS, *e*, vacuus, inops, leer, öd. *Nuda & inanis domus*, Cic. Verr. 4, 24 cum blesses decres hanc. Id. Off. 1, 2 *Ad quos, cum velut ad spectaculum humanarum artium profectus sis, inanem vestire turpissimum est.* Plin. Paneg. c. 31 *Navigia inania & vacua.* Plaut. Amph. 1, 1, 24. *Vix incedo inanis, ne ire possim cum onere existimes.* Ubi *inanis* opponitur, qui onus gestat. Id. Most. 3, 1, 40 *Hic homo est inanis*, c. nihil pecuniæ habet. *Inanem a marsupio* Prudentius in Lauratio dixit v. 124. Sic quemadmodum Plautus *inaniorem a datis* [illegible] *inanis pecuniæ* Apuleius, ut Cruterius Suspicionum 3, 13 observavit. ¶ 2. *Inanes* etiam dicuntur, stolidi & mentis inopes, item futiles & vani, citeli similes, quos *graculos* opponit Lucretius 1, 84, de Heraclito *Cum is ab obscuram linguam magis inter homines, quærit quod grœcis inter Græcos, qui vera requirunt.* Horat. 1 ep. 4, 7 *Inanes nec sperare nec timere libet quærentes, num sine sensu, Tempore non fiant alieno.* vid. *Icjunus*. Pers. 1, 1 *O quantum est in rebus inane.* Virg. & Turnebi. Adverss. 18, 1. Sic apud Celsum 7, 16 *Medicina omnis inanis esse* dicitur, quæ nullius est fructus atque utilitatis, die nichts nütz und unnütz ist. ¶ 3. Adsciscit interdum Genitivum. Ovid. Heroid. 3, 60 *Sanguinis atque animi pectus inane fuit.* *animi vana perterriti*, der ohn allen verstand, Cic. pro Muræn. c. 12, *manifesti inanes*, Lucian. 2, 1. *Apulia inanissima pars Italiæ*, Cic. Att. 6, 3. *Ager adtenuatus inanior*, Id. Verr. 3, 52 pr. ¶ 4. *Inane* habitantium, pro aere vel cælo, vel vacuo. Virg. ecl. 6, 31 *Namque canebat uti magnum per inane coacta, &c.* durch die weite luft. *inane*, spatium immensum inter cælum & terram; vid. Cic. de fin. 5, 6 pr. Drakenb. ad Sil. 6, 248. *Inane* etiam regnum inferorum fuit: de ipso inani vide Heronem init. Pneumatici; Galenum lib. 1 de Elementis: Barth. ad 4 Theb. Statii p. 111. conf. Parei Lex. Crit. p. 587. Locum Persii 1, 1 jam laudavimus. ¶ 5. De superbis, ut *inanes*, citeli, Sall. Iug. 64, 5 *Homo inanis & regiæ superbiæ.*

Inaniter, adv. frustra, ohne nutz, vergeblich. Cic. Tusc. 4, 6 *Inaniter & ejulabiliter animus exultat.* Ovid. Met. 2, 620 *Medicas exercet inaniter artes.*

¶ Inānitas, *ātis*, f. das leere; ut, *Cum duo individua per inanitatem feruntur*, Cic. de Fato 9, ubi *inanitas* est, quod vulgo vanum vocant. *Inanitas arundinis*, Plin. 13, 22. Et *Sub terris vacantis loci inanitas*, Seneca Qu. Nat. 6, 25 extr. Et, *In summa inanitate versari*, Cic. Tusc. 3, 2. ¶ 2. Vanitas, die eitelkeit; ut, *Inanitates verborum*, Geil. 13, 18.

¶ Inania, *æ*, f. veteres etiam dixere eodem sensu. Nonius 2, 421 *Inania, inaniæ*, id est, *inanitas*. Plaut. Aulul. 1, 2, 6 *Ita inaniis sunt oppletæ atque arcanis.*

¶ Inanimentum, *i*, n. idem. Plaut. Stich. 2, 1, 19 *Inanimentis exolementum quæritis.*

¶ Inanesco, *ere*, leer werden, schwinden. Ammian. 23 c. ult. *Conclusæ concessæ metu fulgurum inanescunt.*

¶ Inanio, *ire*, vacuare, entledigen, ausleeren; ut, *Inanire alvum*, Plin. 20, 3.

¶ Inanesficio, *ere*, cassiren, zernichten. Ulpian. l. ff. de solut. *Solutione chirographo inanefacto.* vid. Salmas. de modo usur. p. 471.

¶ Inānilŏquus, *a, um*, apud Plaut. Pseud. 1, 3, 24, ubi tamen exemplaria quædam legunt, *Inanilegus*, ein unnützer wäscher.

¶ Inaniloquium, *i*, n. idem quod vaniloquium, Vulg. Interpr. 2 Tim. 2, 16.

¶ Exinanio, *ivi, itum, ire*, evacuare, attenuare, vastare, ausleeren. Sic, *Exinanire urinam, ovum, urinam*, Plinius dixit. *Vastare & exinanire agros*, Cic. Verr. 3, 50 extr. ausplündern. Et Vitruv. 3, 3 sub init. *Locus fodiatur, exinaniaturque.*

¶ Exinanītus, *a, um*, evacuatus, ausgeleert. Cic. Verr. 3, 40 *Habet confirmatam auctoritatem & minus exinanitam.* Id. cont. Rullum 2, 27 *Regibus atque omnibus gentibus exinanitis.* Verr. 3, 42 *Imacharenses — omnibus injuriis tuis exinanitos* h. e. spoliatos. conf. Nonius 2, 302.

¶ Exinanītio, *onis*, f. die ausleerung; ut, *Præceps alvi exinanitio*, Plin. 13, 22, der durchfall.

¶ Obinānis, *e*, idem ac inanis, vacuus, leer. Varro R. R. 3, 9 *Ajunt, cum ad lunam festuderis (ova) quod perlucent, id esse obinane.* Quidam dividunt *ob inane*: Scaliger autem compungendum censet.

¶ Reexinanio, *ire*, wieder leer machen. Apicius 8, 6; & 4, 2 *Reexinanire in cacabum.*

¶ Seminānis, *e*, halb leer. Plin. 2, 18 de Luna: *In triquetro seminani ambitur orbe.*

¶ Subinānis, *e*, aliquantum inanis, etwas leer. Cic. Att. 2, 17 *Quintilian, quem est facilime in nervis, & non ἀφιλόσοφον, id asscitur quadam dolositate.*

Inaquosus, vide *Aqua*, Inarculum, *Arca*, Inardeo, inardesco, *Ardeo*, Inarcesco, *Arceo*.

INARIME, es, f. Insula in mari Puteolano prope Neapolim, vide Plin. 2, 6. conf. Virg. Æn. 9, 716. & Ovid. Met. 14, 89. Accedunt quidam Virgilium [illegible] Cumas, quod [illegible] Homerum est in Catal. nav. 2, 870 [illegible] Dam. Hermol. ad Stat. 4, 45. Sed vid. pro Virgilio la Cerdam ad l. c.

Inaro, vide *Aro*, Inarticificialis, &c. *Ars*, Inassatus, inasso, *Assus*, Inaudax, [illegible], Inaudibilis, [illegible], Inaugurare, Inaurare, *Aurum*, Inauris, inauritus, *Auris*, Inauspicato, &c. *Auspex*, Incardium, *Cardiaca*, Incarnificatus, Incendium, Incendo, Incentivum, Incentum, Inceptio, *Capio*, Incerniculum, Incestus, Incestus, *Castus*.

Inchoo, *are*, cum derivatis, vide in *Chaos*.

INCILE, is, n. Fossa in latum ductus, veluti rivus incisa, per quam aqua ex flumine ducitur, & in vasa fundi, major parem, item cetera ejusmodi additamenta. Ulpian. L. 13 § Dig. de Rivis. *Incilia appellantur additamenta fundorum, per quæ aqua ducitur, quod ut ductus habilior commodiorve fiat vel tenacior, ut non aqua ex flumine agi possit.* Festus *Incilia* (vel *Incile*) *sunt fossæ, quæ in vias sunt ad deducendam aquam: vocantur autem ita, quia ex amni ducuntur.* Plin. 18, 26 *Incilia operiebat.* Et Colum. 5, 9 *Si vena in valle fit, incilia ex utraque parte ducenda.* Apulej. Met. 9 p. 221 *Vita lacunis incilibus vorabatur.* Adde Cruterium ad Cic. Fam. 9, 5.

¶ Incīlis, *e*, eingegraben, adjective usus Cato est c. 155 de R. R. *Fossa incilis in planos ducenda erit.* ¶ 2. Dicuntur ejusmodi fossæ *Incilia* etiam, adjective [illegible] cilia, ut modo diximus.

¶ Incito, *are*, increpare, maledictis impetere, schelten. Lucret. 3, 978 *Jure, ut opinor, agit, jure increpat incitatque.*

¶ Incitor, *ari*. Arnob. adv. Nation. 2, 43 *Quis erit, qui non me spernens, incitans in deos furiosa indignatione, rapi femur dicat?*

Incinere, vide *Cano*, Incingere, *Cingo*, Inciperare, *Paro*, Incipere, *Capio*, Incisie, incisio, &c. *Cædo*, Incita, incitatus, &c. *Cieo*.

Incitega, vide *Tego*, Incito, *Cieo*, Incivilis, *Civis*, Inclamo, *Clamo*, Inclaresco, *Clarus*, Inclemens, *Clemens*, Inclino, &c. *Clino*, Includo, &c. *Claudo*, Inclutus seu Inclytus, *Cluo*, Incnactus, *Cogo* in *Ago*, Incolumis, *Columis*, Incomma, *Comma*.

INCOMPTO, *are*, ἐπισκώπτειν, conspuere, convitiis & opprobriis quasi κατὰ πρόσωπον seu flercore inquere, teffeln fd mupfen. Utitur hoc verbo Commodianus Instruct. 19 *Incipiat cives hic detestabilis omnes.*

Incoquo, vide *Coquo*, Incorporo, &c. *Corpus*, Incorrectus, *Rego*, Incorruptus, *Rumpo*, Incrassio, *Crassus*, Increbresco, *Creber*, Incredulus, &c. *Credo*, Incrementum, *Crescо*, Increpo, &c. *Crepo*, Incruentus, *Cruor*, Incrusto, &c. *Crusta*, Incubatus, incubo, incubus, *Cubo*, Inculco, *Calx*, Inculpo, *Culpa*, Incultus, *Colo*, Incumbo, *Cubo*, Incunabula, *Cunæ*, Incuria, *Cura*, Incurro, Incursio, &c. *Curro*, Incurvo, incurvus, &c. *Curvus*, Incus, udis, *Cudo*, Incuso, &c. *Caussa*, Incussio, incutio, &c. *Quatio*.

INDĀGO, *āre*, est vestigare, inquirere, spüren, nachspüren, ausspüren. Videtur esse per concisionem pro *Indagito*, ex *Inde* vel antiquo *Indu* et *Ago*. vide Voss. Etym. p. 22. *Canis natus est ad indagandum*, Cic. de Fin. 2, 13. Et, *Acutissime indagare & odorari omnia*, Id. in Verrem 2, 54, alles zum fleißigsten erforschen. Apulej. Apol. *Semper potius duxi mea peccata tegere, quam aliena indagare.*

¶ Indaganter, adv. der spur nach. Colum. lib. 5 ineunte, *Boni venatoris est, indaganter quamplurimas feras capere.*

¶ Indagatus, *a, um*, ausgeforscht, gegründet. Cic. Att. 2, 7 *Ea omnibus vestigiis indagata ad me afferas.*

¶ Indāgātus, *ūs*, m. Tabit. die ausspähung, ausforschung. Apulej. l. 7 Met. p. 191 *Venabulorum indagatu.*

¶ Indagatio, *ōnis*, f. die erfundigung, untersuchung. Cic. Off. 1, 5 *Indagatio atque inventio veri*, die erforschung.

¶ Indagator, *ōris*, m. ein nachsucher, erforscher; ut, *Indagatores aquarum*, brunnenmeister. Colum. 2, 2. Id. 9, 8 *Indagatorem* vocat, qui apum commeatus explorat. Adde Plaut. Trin. 2, 1, 15; Vitruv. 1, 6; & Solinum c. 43.

¶ Indagatrix, *īcis*, f. Cic. Tusc. Quæst. 5, 2 *Philosophia indagatrix virtutis expultrixque vitiorum.* Val. Max. 9, 4 pr. *Avaritia latentium indagatrix lucrorum, &c.*

¶ Indāgo, *inis*, f. vestigatio, sive inquisitio ferarum, die ausspürung; ut Servius interpretatur ad illud Virgilii Æn. 4, 121 *Saltusque indagine cingunt.* Lutatius Scholiastes Statii ad 2 Theb. v. 553 INDAGO *est, cum silvam venantium corona vallat, ut fera evadere non possint.* Tac. Agric. c. 37 *Quod ni frequens ubique Agricola, validas & expeditas cohortes indaginis modo & sicubi artiora erant, partem equitum dimissis equis; simul variosas silvas equitum persultare jussisset, acceptum aliquod vulnus per nuriam judicium ferret.* Qui locus pro Serviana interpretatione esse potest, etiam Glossatorvetus, qui *Indaginem* ἐξιχνιασμὸν interpretatur. Pro Lutatio est illud Flori 3, 6 *Sic per omnes equoris portus, sinus, latebras, recessus, promontoria, freta, peninsulas, quicquid piratarum fuit, quadam indagine inclusum & oppressum est.* Budæo vero INDAGO est series plagarum in perticas seu varos arrectarum, sive περιοχιακόν, die stellung, ausgespannt garn und tücher, damit man das wild umstellet. Ita hunc refertur locus Virgilii modo memoratus, quin alter etiam Taciti. ¶ 2. Metaphorice Plinius Paneg. c. 35 *Mille juvenum indagine inclusus.* ¶ 3. L. fin. § 1 Cod. de Compentat. *Res majorum & amplorum expescit indaginem*, es bedarf weitern nachsinnens und untersuchens.

¶ Indāgo, *is*, f. indagatio, die nachsuchung. Claudian. Mamert. 2, 2 *Aliquid alignum tanta imago.* Et ibid. c. 8 *Sublimium indago causarum.*

¶ Indāgus, *a, um*, forschend, suchend. Mart. Capella lib. 1 p. 9 *Indaga veri cura.*

¶ Perdāgo, *are*, durchforschen, etiam dixit Claud. Mamert. 2, 3.

Inde, vide *In*, Indebitus, *Debeo*, Indecens, *Decet*, Indecliabilis, *Clino*, Indecorus, *Decet*, Indefensus, *Fendo*, Indefessus, *Fatisco*, Indefinitus, *Finis*, Indefleetus, *Flecto*, Indeflexus, *Flecto*, Indejectus, *Jacio*, Indelebilis, *Deleo*, Indelibatus, *Libo*, Indemnis, indemnitas, *Damnum*, Indeptus, *Apiscor*, Indeterminet, *Sino*, Indetonsus, *Tondeo*, Indevotus, *Voveo*, Index, *Dico*, &c.

INDIA, *æ*, f. *Virg.* orientalis regio, Indien, Oſt-Indien, ab Indo flumine dicta, quod eo intra ſe recipit amnes, atque ex iis plerosque navigabiles. India autem alia citra, alia ultra Gangem, nominatur. Auro gemmisque dives, & omnium rerum abundantia felix: in quam nem multa Plinius, non pauciſſima Mela. Habes & elegantem ejus deſcriptionem apud Curtium 8, 9, 2. ¶ 2. *India occidentalis*, Weſt-Indien, alio nomine America, pars eſt orbis recens detecta.

¶ Indus, *i*, m. ein Indianer. *Diſcolor Indus*, Ovid. Triſt. 5, 3, 24. *Colorati Indi*, Virg. Georg. 4, 293, i. e. fuſci propter ſolis ardorem. *Oſtorati Indi*, Silius 17, 652. ¶ 2. *Indus*, fluvius orientis ſecundum Gangem longe maximus, a quo India nominata eſt. v. Plin. 6, 20, & Curt. l. c. Ovid. Faſt. 3, 720 *Et domitas gentes, thurifer Inde, tuas.*

¶ Indicus, *a, um*, Indianiſch. *Indici elephantes*, Ter. Eun. 3, 1, 23. Et Ovid. Pont. 1, 5, 80 *Aut ubi Taprobanen Indica cingit aqua.*

Indicare, &c. vide *Dico, are*, Indicere, &c. *Dico, ere*, Indicus, *India*, Indidem, *Inde*, Indifferens, *Fero*, Indigena, *Gigno*, Indigentia, indigere, &c *Egeo.*

INDIGES, *ētis*, m. homo in numerum deorum conſecratus, Heros Divus, ein vergötterter menſch. v. Feſtus, Gellius 2, 16, Macrob. in Somn. Scip. 1, 9. Virg. Æn. 12, 794 *Indigetem Æneam ſcis ipſa, & ſcire fateris. Jupiter Indiges* idem *Æneas* vocatur Liv. 1, 2 extr v. etiam Brouckh ad Tib. 2, 5, 45. Dicti vero *Indigetes*, Dii tutelares, patrii, quaſi *in Diis agentes*: vel quia *nullias indigeant*, per antiphraſin: vel quia *nos Deorum indigeamus*; qua ratione omnes Dii ſic appellari poſſunt. Servius ad ſupra allegatum locum Virgilii; item ad illud 1 Georg. extr. *Dii patrii, Indigetes, & Romule, Veſtaque mater.* Poſſunt etiam ab *indigetando*, f. indicando, i. e. invocando dicti eſſe, de quo verbo ſtatim. Vet. Gloſſ. *indigetes* Ἡμίθεοι, κεφῆτες. v. Voſſ. de Idololatr. 1, 12. Barth. ad Claudian. p. 389. Salmaſ. in Exercit. ad Solin. part. 1 p. 71 alios. Vlitius ad Gratium Feſti illud, *Indigetes Dii, quorum nomina vulgari non licet*, copioſius & defendit & explicat, verbo quorum nomina non dicata & ignota ſunt.

¶ Indigito, vel Indigito, *are*, ubi vide, proprie non eſt *nominare*, ut vulgo uſurpari ſolet, ſed *invocare*, anrufen. Macrob. Sat. 1, 17 *Namque Virgines Veſtales ita indigetant*, APOLLO MEDICE: APOLLO PÆAN. Apud Feſtum etiam *Indigitare* eſt *imprecari*. Huc etiam referri poteſt Tertull de jejun. c. 16 *Cum ſtupet cælum, & aret annus - precem indigitant, boſtiam inſtaurant.*

¶ Indigitamenta, *orum*, n. pl. libri Pontificales, qui & nomina Deorum, ut Servius interpretatur, & rationem ipſorum numinum continebant: ſive libri rituales, in quibus rationes invocandi Deos præſcriptæ erant. Vet. Gloſſ. *Indigitamenta, ἱερατικὰ βιβλία.* Vid. Scal. ad Orphei hymnos p. 322. Eſchenb. ſunt nimir. hymni, in quibus cognomina Deorum varia enarrantur. Arnob. 2 p. 95 *Non doctorum literis continetur, Apollinis nomen Pompiliana indigitamenta neſcire?* Nomen eſt ab *In* & *citare*, hoc eſt, vocare, ut Voſſius monet de Vitiis ſerm. 1, 34. Feſto *Indigitamenta* ſunt *incantamenta*. Recentium ſignificatio *nominandi* non ſatis probata eſt omnibus. vide ſupra in *Digitus.*

Indigeſtus, vide *Gero*, Indignatio, indignor, ari, &c. *Dignus*, Indigus, *Egeo*, Indiligens, *Lego*, Indipiſcor, *Apiſcor*, Indirectus, *Lego*, Indiſcretus, *Cerno*, Indiſertus, *Sero*, Indiſpoſitus, *Pono*, Indiſſociabilis, *Socio*, Indiſſolubilis, &c. *Solvo.*

Indiſtinctus, vide *Stinguo*, Indiſtrictus, *Stringo*, Inditus, *Do*, Individuus &c. *Divido*, Indivulſus, *Vello*, Indo, *Do*, Indocilis, *Doceo*, Indoleo, &c. *Doleo*, Indoles, *Oleo*, Indomabilis, indomitus, *Domo*, Indonatus, *Donum*, Indormio, *Dormio*, Indotatus, *Dos*, Indu pro *In*, n. 12, Indubitatus, &c. *Dubito*, Induciæ, induco, &c. *Duco*, Indulco &c. *Dulcis.*

INDULGEO, *indulſi, indultum, indulgēre*, eſt molliter & delicate obſequi & gratificari, nachſehen, verzeihen. Ter. Heaut. 4, 8, 21 *Nimium illi, Menedeme, indulges.* Nep. 10, 2, 1 *Quo ſiebat, ut, uni huic maxime indulgeret, neque eum ſecus diligeret ac filium.* Sed *indulgere dolori*, Plin. 5 epiſt. 9, dem betrübniß nachhängen, raum geben. *Indulgere valetudini*, eſt rationem ſuæ valetudinis habere, Cic. fam. 16, 18, ſeiner geſundheit pflegen. *Corpori tantum indulgeas, quantum bonæ valetudini ſatis eſt*, Seneca epiſt. 8. *Indulgere ſibi* eſt in quacunque re libidini ſuæ & voluptati obſequi. v. Burm. ad Quint. 8, 5 p. 724. add. Ter. Eun. 2, 1, 16 *Ejicunda mollities animi, nimis mi indulgeo*, vulgo *me*, quod refutatur MSStis Palatinis & ſententia ipſa. *Indulgere genio*, vide *Genius.* De hoc verbo ita Caſaub. ad Perſium: Indulgere *proprie eſt contrarium* τῷ urgere, *ea enim origo vocis*: Indulgere *pro* inurgere, *dixerunt inſerto* d, *ut* indoleſcere *pro* inoleſcere, *unde eſt* indoles: *deinde i pro* e *poſito: ſunt enim in omnibus linguis ex literæ facile invicem permutabiles.* Vrgere *eſt fervri ἐργοδώκτης, qui perſpm moroſe exigit*, Indulgere *eſt eum, qui de ſummo jure aliquid remittit, ut fere parentes liberis. Sic dicitur principes* debitorum reliqua indulgere, *quorum exigendi jus habuit. Dicitur & de aliis, ut fere Græcorum* ἐπιτρέπειν, *ut*, genio, epulis indulgere. *Hinc etiam obtinuit, ut decerent* indulgere, *pro multum ſludere alicui rei. Vt*: Indulget campo: *id eſt, multus in campo eſt: eo oblectatur*, &c. Martialis 3 dicat. lib. 12 *Imperavi mihi, quod indulgere conſueveram.* ¶ 2. *Indulgere alicui aliquid*, eſt gratiam concedere, largiri, etwas verſtatten, verzeihen, zulaſſen. Vet Gloſſ. *διαβλεύσμαι, largior, indulgeo.* Statius Epithal. Stellæ v. 179 *Iacrimique curule Indulgebit eburi*: id eſt, concedet, ut ante legitimam ætatem conſul fiat. Sic *rudem indulgere* Suetonius dixit, pro rude donare, in Claudio c. 21. Et c. 24 *O nimium confularia indulgere.* Sev. Sulpitius Dial. 2, 4 *Orare ac obſecrare, indulgeret ſceleri veniam.* Sic *Precibus indulgere* Plinius dixit 4 epiſt 15 conf. Nonius 4, 246. Cum ſcelo caſa Liv. 40, 15 co. nixit: *Quid eum fuſtarum credis in me eſſe, qui ſe - ne ſanguine meo ſibi indulgeri æquum cenſuit?* ubi tamen multi codd. *ſanguinem meum* exhibent ¶ 3. *Se indulgere* eſt ſe accommodare, ſich ergeben, einwilligen. Stat. Silv. 4, 6, 36 *Seſoque videndum Indulſit.* Etiam de meretricibus, Iuvenal. 2, 165 *Artorti ſeſe indulſiſſe ruborem.* ¶ 4. In Paſſivo l iv. loco n. 2 adducto, Gemitu in tine o, eris: *Quando cælimus eorum laxari indulgerique potuiſſet.* Front. de aquæd. *Spatium indulgeri &c.*

¶ Indulgens, *tis*, qui indulget, mild, gelinde, gütig. Cic. de Amic. c. 24 *Obſequium multo moleſtius, quod peccatis indulgens præcipitem amicum ferri ſinit.* Compar. Id. pro Cluent. c. 5 *Ipſum nomen amantius indulgentiuſque maternum.* Et Suet. Veſp. c. 21 *Nec ullo tempore facilior aut indulgentior traditur.* Ipſi *Imperatores*, quod multa concederent benigne atque humaniter, inter alios titulos & INDVLGENTISSIMI, & CLEMENTISSIMI hodie, appellabantur. Nazarius Paneg. Conſtantini c. 26 *O fortuna, ô præpotens Roma! quam tu unquam gratiam pro tantis laboribus referes? niſi quod indulgentiſſimus princeps, tamquam hoc ipſum tibi debeat, eo cariorem habet, quo majore labore ſervavit.* Vetus Inſcriptio: FORTISSIMO ET INDVLGENTISSIMO PRINCIPI DOMINO NOSTRO CONSTANTINO VICTORI PERPETVO &c. Et alia apud Gruter. p. 253 n. 8 AVRELIO HADRIANO ANTONINO AVG. PIO PONT. MAX. TRIB. POT. II. COS. III. P. P. INDVLGENTISS. Etiam Plinius Trajano ep. 11 *Rogo ergo, indulgentiſſime imperator, ut &c.* ¶ 2. Paſſiva ſignificatione apud Quintil. Declam. 10 mater mœſta ait: *Fili, indulgentiſſime adoleſcens*, i. e. cui indulgetur.

¶ Indulgenter, adv. zärtlich, gelinde, gnädig. *Habere aliquem indulgenter*; ut, Livius 36, 14 *Captivis indulgenter habitis.* Et Seneca Benef. 4, 32 *Dii alios indulgentius tractant.* Valer. quoque Max. 1, 7 *Longe indulgentius in puera Simonide*, ſubaudi, *fecerunt*, aut *ſe geſſerunt.* Solinus c. 14 (Salm. 9) *Voluptati aurium indulgentiſſime deditus.*

¶ Indulgentia, *æ*, f. die verzärtelung, verziehung der kinder, de qua ſic Quintil. 1, 2 *Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, nervos omnes & mentis & corporis frangit.* Mantuan. lib. 1 Parthen. v. 164 *Blanda patrum ſegnes facit indulgentia natos.* ¶ 2. Interdum eſt ipſe parentum erga liberos affectus. Cic. de Or. 2, 40 *Si feræ partus ſuos diligunt, qua nos in liberos noſtros indulgentia eſſe debemus.* Id. in Ver. 1, 44 *Qui ſimili ſenſu atque indulgentia filiarum commovemini.* Plura loca Menck. in Obſ. L. L. collegit. ¶ 3. Neque vero parentum tantum indulgentia eſt; ſed aliorum etiam, qui ſuos ita ferunt, ut nullo eorum facto offendantur, die gütigkeit, das nachſehen. Nep. cum de Attici pietate agit 25, 17, 2 *Quod eſt ſignum, aut nullam unquam inter eos querimoniam interceſſiſſe; aut hunc eu fuiſſe in ſuos indulgentia, ut, quos amare debuerat, iraſci eis nefas duceret.* Per SVOS matrem ſororemque intelligit, quarum ante mentionem fecerat. Balbus & Oppius apud Cic. Att. 9, 12 *Hoc Cæſarem, pro ſua indulgentia in ſuos probaturum putamus*; ubi idem eſt atque benevolentia & humanitas. Sic, *Indulgentia fortunæ*, Vellej. 2, 80, 1 &c. Et Ovid. de Art. am. 2, 147 *Dextera præcipue capit indulgentia mentes*: i. e. obſequium, die gefälligkeit. ¶ 4. Ponitur & pro *Gratia*, quam vulgo vocant, hoc eſt, illa virtute, unde Principes *indulgentiſſimi* appellabantur, die gnade. Plin. 10 epiſt. 2 *Videor ego ſummam voti mei conſecutus, cum inter initia principatus tui* (ſcribit ad Trajanum Imp.) *probaveris, me ad peculiarem indulgentiam tuam pertinere.* Et fæpius ita eo in libro hac voce eſt uſus. Auſonius Gratiar. Actione c. 21 *Neque vero unum aliquod bonum uno die præſtas, ſed indulgentias ſeculares per ſingula momenta horarum multiplicas*: INDVLGENTIAS, i. e. beneficia per gratiam collata. Plin. 10, 107 ad Trajan *Rogatus a P. Accio Aquila, ut mittērem tibi libellum, perquem indulgentiam pro ſtatu filiæ ſuæ implorat*, i. e. quod ex epiſt. prox. apparet, civitatem Rom. ¶ 5. *Indulgentiæ* etiam vocantur pœnarum remiſſiones, criminum condonationes, pardon, abla, verzeihung. Capitol. Antonino Pio c. 6 *His, quos Hadrianus damnaverat, indulgentias petiit.* Cæterum aliud *indulgentia*, aliud *venia* proprie eſt. Vbi *indulgentia*, ibi *veniæ* nullus locus: quippe nullum peccatum ejus, cui indulgetur: Caſaub. Verum ſcriptores non ſemper attendunt, & ita elegantiſſimus auctor Sulpitius Dial. 1 de Virtutibus Monach. Oriental. c. 8 *Indulgentiam conſequi*, pro, veniam conſequi, dixit. conf. Borrich. Cogit. p. 131.

¶ Indulgitus, *ūs*, f. pro indulgentia, antique Sifenna apud Nonium 2, 439, die überſehung.

¶ Indultus, *a, um*, zugelaſſen, erlaubet. Sidon. 4 epiſt. 24 *Indultis tantiſper induciis.*

¶ Indultus, *us*, ſubſt. indulgentia, die zulaſſung, erlaubniß. Sidon. 1 epiſt. ult. *Oro, ut indultu clementiæ tuæ, quæ volo, ſcribam.*

¶ Indultor, *ōris*, m. qui indulget. Tertull. adv. Marc. 4, 9 *Indultor legis.*

¶ Perindulgens, *tis*, ſehr gütig. Cic. Off. 3, 31 extr. *Perindulgens in patrem.*

Indumentum, induo, vide *Suo*, Induperator, *Paro*, Indupedio, *Pes*, Indureſco, induo, *Durus*, Indus, *India*, Induſium, *Suo.*

INDVSTRIA, *æ*, f. *animi ſegnitia*, alacritas ingenii, & diligentia gnavitasque in rebus agendis, fleiß. Differt *induſtria a diligentia*, licet non raro conjungantur. Cic. Act. in Verr. 1, 11 *Induſtriæ diligentiæque cupiem fructum* ubi Scholiaſtes: *Ind ſtria qua inventimus, diligentia, qua inventum perficimus.* Terentius *naturæ* oppoſuit Andr. 4, 5, 55 *Paullam intereſſe cenſes, ex animo omnia, Vt fert natura, facias, an de induſtria? ob ea natürlich, oder angenommen und affectret?* Donatus VT FERT NATVRA: *Hoc eſt, naturalis & ingenita actio.* AN DE INDVSTRIA, *id eſt, conſcientia & providentia. Ea enim quæ diſcimus & ſcimus, operatione genita & induſtria quadam ſcimus.* Seneca epiſt. 3 *Illa tumultu gaudens non eſt induſtria, &c.* Lycurgus apud Rutilium Lupum lib. 1 de Figuris ſentent. in EPIPLOCE: *Cui præſto eſt ſua voluntas, induſtrius ut ſit neceſſe eſt: induſtriam vero ſcientia conſequitur: ex ſcientia copia & facultas ingenii naſcitur: ex, qua facultate vera & facili felicitas laudis oritur. Neque enim temere diligens ſtudium virtutis fructus fortunæ fallit.* Vet Gloſſ. *Induſtria, σπουδή, ἐρετή, φιλοπονία.* Cic. pro Cælio c. 19 *Ingenium induſtria alitur.* Et Salluſt. de Sylla in B. Iug. c. 95 *Nunquam ſuperinduſtriam fortuna fuit*, es hat das glück nie mehr vermocht, als ſein fleiß und geſchicklichkeit. *De caſtrina*, Cic. Verr. 2, 12. Pariter, *ex induſtria*. id eſt, conſulto & dedita opera: Liv. 26, 51 *Ex induſtria famam captæ Carthaginis compoſſerant*, fürſetzlich, mit fleiß. Cic. Tusc. Q. 4, 19 *Demoſthenes dolere ſe ajebat, ſi quando opificum antelucana vitlus eſſet induſtria.* Et Phædrus 2, 1, 4 *Acuat ſe diligens magiſtria.* Ratione Etymologiæ Feſtus ait, *Induſtrium* antiquos

quos dixisse, *indoſtruum*, quasi quicquid ageret, intro struereț, & studeret domi.

¶ Industrius, *a, um*, emſig, geſchäftig, geſchickt. Cic. pro Lege Man. c. 7 *Homines navi & industrii in Asia negotiantur.* Idem, *Homo navus & industrius, experientissimus, & diligentissimus*, in Verr. 3, 21. Et, *In rebus gerendis virum acrem & industrium esse*, Tuſc. Qu. 5, 20. Comparativo *Industrior* uſus Plautus eſt Most. 1, 2, 71. Et Cato oratione Ne quis iterum conſ. fiat, apud Priſcianum 3 p. 601 ed. Putſch. *Imperator laudem capit, exercitum meliorem & industriorem facit.*

¶ Industrie, adv. mühſam, forgfältig. Cæſar B. Gall. 7, 60 *Diligentissime industrioque administrare.* Florus 1, 6, 2 *Regnum Ado parum egit industrie.* Cicero & comparativo uſus eſt *Industrius*, pro magis industrie, pro Domo ſua c. 11 *Quis apud populum R. de illius dignitate industrius, quis senatui fidus erit?*

¶ Industriöſus, *a, um*, plenus induſtria, ſehr fleiſſig. Val. Max. 3, 4, 2 de Tarquinio Priſco: *Industriosum pro ignominioso reddidit.* Et Seneca de Provident. c. 2 *Industrioso otium pœna est.*

¶ Industrioſe, adv. idem. Auctor vitæ Iuvenalis, quæ Suetonio ſubjicitur: *Genus scripturæ industriose excoluit.* Caſſiodor. epiſt. 1 *Industriose detergit.* Cato apud Chariſium p. 181 *Pleraque Gallia duas res industriosissime persequitur, rem militarem, & argute loqui.*

Indutus, induviæ, *arum*, vide in *Suo.*

INEBRÆ, f. pl. aves ab inhibendo dictæ, *quæ in auguriis aliquid fieri prohibent*, ut indicat Feſtus; & addit: *Perversas omnia inebra appellantur, quæ tardant vel morantur agentem*, hinderung.

Inebrio, vide *Ebrius*, Inedia, *Edo*, Ineptia, ineptio, ineptus &c. *Aptus*, Inermis, *Arma*, Iners, inertia, &c. *Ars*, Inevectus, *Veho*, Inevitabilis, *Vito*, Inevolutus, *Volvo*, Inexercitatus, inexercitus, *Exerceo*, ſub *Arceo*, Inextricabilis, *Tricæ.*

Infabre, vide *Faber*, Infamia, infamis, infamo, *Fama*, Infandus, infans, infantia, &c. *Fari*, Infarcio, *Farcio*, Infatuo, *Fatuus.*

Infectio, infectus, vide *Facio*, Infenſus, *Fendo*, Inferiæ, infero, *Fero*, Inferi, inferior, infernus, &c. *Infra*, Infeſtare, infeſtus, &c. *Feſtus.*

Inficetus, vide *Facetus*, Inficiari, &c. *Fateor*, Inficio, *Facio*, Infidelis, *Fides*, Infidus, *Fido*, Infigo, *Figo*, Infimare, infimus, *Infra*, Infinitus, &c. *Finis*, Infirmare, infirmus, *Firmus*, Infit, *Fio*, Infixus, *Figo.*

Inflammare, &c. *Flamma*, Inflatus, &c. *Flo*, Inflectere, inflexus, &c. *Flecto*, Inflictio, infligere, *Fligo*, Influentia, influere, influxus &c. *Fluo.*

Infœcundus, &c. vide *Fœcundus*, Informare, &c. *Forma*, Inforo, are, *Forum*, Infortunium, &c. *Fortuna*, Infoſſus, *Fodio.*

INFRA, præpoſitio, in adverbium aliquando degenerans, unter, drunter. Cic. Acad. 4, 40 *Supra, infra, dextra, sinistra, ante, post*, droben, drunten ꝛc. Ter. Eun. 3, 2, 36 *Quem ego infra omnes infimos homines esse puto*, i. e. quem poſthabeo infimis etiam, den ich vor den allerſchlechteſten halte. *Infra aliquem accumbere*, ſive *discumbere*, qui in medio lecto, qui locus honoratiſſimus apud Romanos, cubanti ad ſiniſtram accumbebat: nam qui a dextra diſcumbebat, *super*, vel *supra accumbere* dicebatur. Suet. Calig. c. 24 *Cum omnibus sororibus stupri conjuetudinem fecit: plenoque convivio singulas infra se vicissim collocabat, uxore supra cubante.* Cic. Fam. 9, 26 pr. *Accubueram hora nona, cum ad te harum exemplum in codicillis exaravi. Dices, ubi? apud Volumnium Eutrapelum: & quidem supra me Atticus, infra Verrius, familiares tui.* Horatius 2 ſat. 8, 22 Naſidieni cœnam deſcribens: *Nomentanus erat super ipsum, Porcius infra.* v. Torrentium ad v. 20 ejus ſatyræ, & Lipſ. 3 Antiqu. Lect.

¶ Inferus, *a, um*, das unten iſt, ut, *Inferum mare*, Cic. Att. 9, 3. *Omnia, supera, infera*, Id. Tuſc. 1, 26. Et Liv. 31, 31 *Dii superi inferique.* ¶ 2. Antique Cato de R. R. c. 49 *Infer vicinus*, i. e. interior, der nachbar beſſer unten.

¶ Inferi, *orum*, m. plur. mortui, in infernis locis degentes, die verſtorbenen unter der erden. Apul. lib. 11 Miles. *Ad meum festinant illico diurnum reducemque ab inferis conspectum.* Hinc frequens vox, *ab inferis excitare, revocare, &c.* von todten erwecken. Cic Catil. 2, 9 *Si salvi esse velint, Sylla sit iis ab inferis excitandus:* & pro Milone c. 29 *Si vellet illum ab inferis revocare.* Liv. 26, 32 *Si ab inferis exsistat vox Hiero*, wenn er von todten auferſtehen ſolte. Nam omnes mortuos ad inferiora deſcendere credebant pagani. Opponuntur *superi* apud Vellej. 2, 48, 2 *Quam apud superos habuit magnitudinem, illibatam detulit ad inferos.*

¶ Inferiæ, *arum*, plur. potius ab *inferendo*: vide *Infero.*

¶ Inferior, *us*, comparativus, der untere; it. niedriger. *Inferior horret, quicquid peccat superior*, was die groſſen übels thun, müſſen die geringen entgelten, Publ. Mimus. Cic. pro Quinct. c. 31 *Indignum est vinci ab inferiore.* Id. Off. 1, 32 *Timotheus belli laude non inferior fuit, quam pater.* Sic, *Inferior ætate*, jünger. *Inferior fortuna*, Cic. fam. 13, 5. *Inferior copiis*, Nepos 14, 8, 4. Tac. An. 3, 3, 1 *Inferius majestate vati, si palam lamentarentur.* ¶ 2. Sed Feſtus in neutro habet *Inferium vinum*; quod in ſacrificando infra pateræ labrum ponebatur.

¶ Inferius, adv. deorſum, herunterwerts, niedriger. Hor. Epod. 5, 79 *Prius cælum sidet inferius mari.* Ovid. Met. 2, 208 *Inferius currere admiratur equos.*

¶ Inferiæ, *ium*, n. pl. i. e. infernalia, ſubterranea, was unter der erden iſt. Gloſſ. lat. gr. *Inferilia, καταχθόνια.*

¶ Infernas, *ātis*, f. ut ſupernas, von unten her. *Infernatia ligna sunt*, quæ ex Apennini parte, quæ inferum mare ſpectat, cæduntur; ſupernatia a diverſo. Plin. 16, 39 *Rome infernas abies, supernati præfertur.* Vitruv. 2, 10 *Infernates* (abietes) *quæ ex apricis locis apportantur, meliores sunt, quam quæ opacis de supernatibus advehuntur.*

¶ Infernus, *a, um*, adject. ut, *Inferni Dii*, Liv. 31, 31 Et, *Inferni lacus*, plur. Tibull. 2, 7, 40. *Rex infernus*, i. e. Pluto, Virg. Æn. 6, 16. Veteres Gloſſæ: *Infernus, κατώτερος, καταχθόνιος.*

¶ Infernus, *i*, m. die hölle, ſubſtantive ſic pro *orco* & *inferis* dicere, uſitatiſſimum veteribus Chriſtianis ſcriptoribus, idque & hodie obtinet. Quo Cicero & notæ illius alii abſtinuiſſe creduntur. *Inferni* tamen voce Varronem ita uſum, obſervavit Buchnerus ad Elegiam Venantii de Reſurrect. p. 33. Et conſilus eſt ſummus vir libris Nonii, qui Varronis fragmentum illud ſervavit, in voce *Habere* 4, 226, ubi eſt *Inferna tenebrosa* κακόφωνος *tenet.* At Pariſienſis editio ex MSS habet *inferna tenebra*, κακόζηλος. *Tenebro* pro *Tenebrio.* vide Notas ad eum locum p. 171, & quæ Gothofredus ad Nonium obtervavit. Addi poſſunt Cuiac. Poſtremæ Cellarii p. 268, & quæ pro vera Varronis lectione reliquæ vocis genuino aſſerunt Ol. Borrich. Cogit. p. 134, & Analect. p. 17, & Andr. Borrich. Append. p. 50, & Vindic. p. 115. Eumdem uſum etiam ſervat Vetus Gloſſar. ἄδης, *infernus.* De voce ἅδης autem vide Grotium in Matthæi c. 15, 38, & Lucæ c. 23, 43, itemque Heinium epiſt. ad Balſacum p. 194 & ſeqq.

¶ Inferna, *orum*, n. plur. idem quod inferi, vel loca inferna, die hölle Lactantius Div. Inſtit. 1, 11 *Apud Inferna, loci cælum non videt.* *Neptuno mare; inferna Plutoni.* Et Solinus c. 55 *Acherusium specum ferunt is cæci pertusi ad usque inferna aditu patere.* Sed & Seneca Herc. fur. a. 2, 422 LYC. *Animosne mersus inferis conjux facit?* MEG. *Inferna terrent ista pigri ut fur opaca asiqui.*

¶ Infernalis, *e*, adject. ex alio adject. *Infernus* factum, quemadmodum ab Æternus *æternalis*; ex Perpetuus *perpetuali*: ex Averno, *avernalis*, holliſch. Vſi eo fere ſoli Eccleſiaſtici. Prudent. adver. Symmach. 1, 388 *He sunt delicie Iovis infernalis.* Alcimus Avitus 2, 290 *Infernalis furor vestit sepultos.*

¶ Infimus, *a, um*, ſuperlativus per ſyncopen, unterſt. *In foro infimo*, Plaut. Curc. 4, 1, 41, unten am markt. *Infimo loco natus*, Cic. pro Flacco c. 11, gar geringer abkunft. *Homines infimi fortunæ*, Id. de Fin. 5, 19, arme unterſaſſe leute. *Infima lex populi*, Id. ad Q. I. frat. 2 epiſt. 6 (al. 8) Et, *Infima conditio & fortuna servorum*, Id. Cic. Off. 1, 13. Ac, *Infimis precibus auxilium impetrare*, Liv. 25, 30 pr. mit demüthiger bitte. ¶ 2. Subſtant. Cic. Off. 1, 13 *Minime decet, etiam adversus infimos justitiam ipse servandam.* Sed Cæſ. 3, 5 *Auxilia infimorum*, quidam *infirmorum* habent. ¶ 3. Denuo comparat vetus Interp. Irenæi 2, 14 *Infimiores illorum*, viel ſchlechter, geringer.

¶ Infimas, *ātis*, ut Summas, *ātis*, geringen ſtandes, unedel. Plaut. Stich. 3, 2, 37 *Summates viri summi accumbant, ego infimatis infimus.* Niſi tamen *infimatis* potius eſt nominativus archaicus, ut Sarſinatis Moſt. 3, 2, 83. ubi vid. Taub. *Cyatis*, Merc. 2, 2, 65.

¶ Infimo, *are*, contrarium τῷ ſublimare, erniedrigen, herunter ſetzen. Apulej. 1 Miles. p. 106 *Manes sublimare, Deos infimare.*

¶ Infimatus, *a, um*, niederaedrückt, hinuntergeſetzt. Apul. de Deo Socratis p. 44 *Ingenia ad miserias infimata.*

¶ Infimitas, *ātis*, f. die niedrigkeit. Ammian. 17, 13 *Ad infimitatem obsequiorum venire servilium*, ſich herunter laſſen zu knechtsdienſten. Id. 29, 2 *Ipsa sortis infimitate ad omnia præcepi.*

¶ Imus *a, um*, denuo per ſyncopen factus ſuperlativus, idem eſt, quod infimus, profundus, unterſt. Contrarium *summo.* Virg. Æn. 6, 581 *Fulmine dejecti fundo volvuntur in imo*, zu unterſt auf dem grunde. Et, *Ab imo pectore*, Æneid. 1, 85. *Senſibus imis reponere*, Id. ecl. 3, 53. Et, *Ima summis mutare*, Hor. 1 od 34, 12 vel *reflevere summa imis*, Vellej. 2, 2, 3, i. e. omnia perturbare & confundere, das unterſte zu oberſt kehren. Rurſus Horat 2 ſat. 3, 2 8 *Ab imo ad summum*, von unten bis oben. ¶ 2. *Imus* etiam dicitur poſtremus, & qui in extrema vici cujusdam parte habitat. Horat. de arte Poët. v. 32 *Æmiliam circa ludum faber imus.* Sic Ovid de Nuce v. 62 *Imum fundum* appellat poſtremam agri partem. *Ime fores* pro ima earum parte, Virg. Æn. 2, 449. ¶ 3. *Imus* & *Vmus* miſcentur a librariis, Drakenb. ad Sil. 5, 111, & 15, 590.

¶ Imulus, *a, um*, diminut. pro *Imus*: ut *Primulus* apud Plautum pro *Primus.* Catull. 25, 2 *Mollior imula oricilla.* al. *Hinnula tenella.*

¶ Imvus, adverb. de fundo, von grund aus. Gellius 17, 10 *Fontes imitus ignes eructare.* Et Apul. 9 p. 233 *Terra debiscente imitus.*

Infractus, vide *Frango*, Infremo, *Fremo*, Infrendeo, *Frendeo*, Infrenis, *Frenum*, Infrequens, &c. *Frequens*, Infriatus, *Frio*, Infricatus, &c. *Frico*, Infrigido, &c. *Frigus*, Infringo, *Frango*, Infructuoſus, &c. *Fruor*, Infrunitus, *Frunisco*, Infuco, *Fucus.*

INFVLA, *æ*, f. die inful, binde; quæ, quid & qualis fuerit, ita Servius docet in 10 Æn. Virgil. v. 538 INFVLA, inquit, *fascia in modum diadematis, a qua vittæ ab utraque parte dependent: quæ plerumque lata est: plerumque tortilis ex albo & cocco.* Feſtus *Filamenta lanea* interpretatur. Vet. Gloſſ. *Infula, Στέμματα*, item *Στεμμα, Infula, Offula, Mitra* ¶ 1. Proprie *Infulæ* facerdotum fuerunt, ein biſchoffs-hut. Virg. Æn. 10, 537 *Nec procul Amonides, Phœbi Trivieque sacerdos, Infula cui sacra redimibat tempora mitra.* Et Æneid. 2, 429 *Nec te tua plurima, Pantha, Labentem pietas, nec Apollinis infula texit.* Vbi *Infulæ Apollinis*, Apollinis facerdotium eſt. Cic. Verr. 4, 50 *Præsto mihi sacerdotes Cereris cum infulis ac verbenis fuerunt.* ¶ 2. Hoſtiarum ſeu victimarum. Varro L. L. 6, 3 INFVLAS *dictas apparet in hostiis, quod velamenta e lana quæ adduntur, intra hostiarum cornua velamenta erant.* Florus 4, 2 extr. *Quæ omnia velut infulæ in destinatam morti victimam circumdabantur.* ¶ 3. Supplicantium & petentium pacem. Hi enim cadiceum filis laneis velatum præferebant; vide infra *Stemma*; & *Velamentum.* Liv. 30, 32 *Haud procul Locusta, cum velata infulis ramis quos olea Carthaginiensium cesserat manu. Decem legati erant principes civitatis, auctores Hannibale nisi ad petendam pacem.* Cæſar B. Civ. 2, 12 pr. *Hostes inermes cum infulis sese porta foras obviam ei ponitiri.* ¶ 4. Denique *infulæ* dicebantur ornamenta atque inſignia magiſtratuum, & ipſa adminiſtratio officii. Hinc *Infulæ* ſæpe ſic dignitati. Cassiodorus dixit 4 epiſt. 12. Zeno Veronenſis de præcepto ATTENDE TIBI: *Vbi fasces eorum? ubi magistratus? ubi infulæ diverſarum*

ferandignitatum? Sic *Infula honorum* L. 1 Cod. de tempor. & reparat. appellationum: &, *administrationis infulas*, apud Ambrof. de Off. 1, 1 Legimus. Spartianus in Hadr. c. 6 *Manium Turbonem post Mauritania præfectum eum infulis ornatum Pannoniæ, Daciæ quoque ad tempus præfecit. Infulas Pannoniæ*, titulum præfectus Pannoniæ vocat, ut vere interpretatus Salmasius est, cui & fanitas hujus loci debetur. *Imperiales infulas* pro diademate, sive titulo Imperatoris, Justinianus L. ultima extr. C. de quadriennii præscript. & *Hæreditatis infulas* similiter Trebellius Pollio in Gallienis dixit. ¶ 4. Elegans dictio & proverbialis quodammodo, qua usus Seneca epist. 14, cum ait: *Ad philosophiam confugiendum est: hæ litteræ non alicui, apud bonos, sed apud mediocriter malos, infelicem locum sunt.* Deinde Comelat. ad Helviam c. 13 *Qui adversa sævissimos casus fe evolvit, & camata, quibus alii opprimuntur, evertit, ipsas miserias infelicem locum sunt: quando ita affecti sumus, ut nihil æque magnum apud nos admirationem occupet, quam homo fortiter miser.* INFULARVM LOCO SUNT; i. e. sanctitatem & reverentiam addunt sive conciliant, sic ut infulæ hostiæ, Decemviri, feciales, supplices, magistratus, venerabiles & sacrosanctos efficiant

¶ Infulatus, *a, um*, infula ornatus. Suet. Calig. c. 27 *Cunctantem pueris tradidit convocatum infulatumque.* Prudent Hymn. 4 Martyrum Caesaraugust. v. 79 *Ille sacerdotem domui infulatæ.*

¶ Exinfulo, *are*, exuere est vestes; Infulas enim sacerdotum filamenta vocabant, auferendo formachen.

Infulcire, vide *Fulcio*, Infumare, *Fumus*, Infundere, *Fundo*, Infurnibulum, *Furnus*, Infusare, &c. *Infusus*, Infusio, infusus, *Fundo.*

Ingemino, vide *Gemmus*, Ingenero, &c. *Genus*, Ingeniculo, ingeniculus, *Genu*, Ingeniolum, *Ingenium.*

INGENIVM, *i*, n. indita vis est & natura cuique rei, ἐμφύτος, φύσις, die angeborne art und natur. ab *In* & antiquo *Genu*, pro *Gigno. Ingenium fili*, Plin. 14, 1. *Ingenium ligni*, Gell. 3, 6. Et, *Ingenium montis*, Tac. Hist. 2, 4, 5. id est, locus. *Lactis ingenia & proprietates*, Gell. 12, 1. Nævius apud Nonium 4, 235 *Ingenio arbuscula nata sunt, non consita*: id est, sponte nata: quibus CONSITA, hoc est, industria & disciplina effecta, sive *manufacta*, ut Cæsar de B. Civ. 3, 44 vocat, opponuntur. Petronius c. 126, *Crines ingenio suo flexi*, von sich selbst. Tac. Hist. 5, 14, 2 *Campi suopte ingenio lumentes.* Liv. 12, 30 *Sed curæ fuit consulibus, et senioribus patrum, ut imperium, sua vehemens, manfacto permitteretur ingenio.* ad quem loc. vid. Drakenb. INGENIVM enim natura est. Florus 2, 6, 16 *Observato loci ingenio, quod & sol ibi acerrimus, & pluvimus pulvis.* Id. 2, 17, 3 de Hispania; *Undique mari Pyrenæoque vallata est, ut ingenio situs nec adiri quidem potuerit*: Sic, *Herbarum ingenia: mundi, metalli, &c. ingenium* boni scriptores dixerunt: quorum loca notavit Barthius ad Claudian. de Raptu Proserpinæ 1, 143, ubi multa de usu hujus vocis congessit. add. quos laudat Drakenb. ad Sil. 4, 90. it. ad 16, 46. *Ad ingenium redire*, est redire ad mores & consuetudinem studia, quæ ductu naturæ quis solitus sequi, Ter. Adelph. 1, 1, 46, auf seine art wieder kommen. Cui gemellum est illud Livii 2, 22 *Veiientis suum redisse ingenium.* Plaut. Pœn. 1, 2, 90 *Bono ingenio me esse ornatum, quam auro malo, mavolo. Aurum in fortuna invenitur, natura ingenium bonum.* Ter. Andr. 1, 1, 50 *Ingenium est omnium hominum a labore proclive ad libidinem.* Id. Heaut. 1, 1, 99 *Ingenio te esse in liberos loni patri*, gelinde. *Ingenium pudicum*, ein züchtiges gemüth. Id. Hec. 1, 2, 77. ¶ 2. Ad literarum studia refertur, & aptitudinem ad ea notat. Cic. de Fin. 5, 13, ein guter kopf, witz, verstand, scharfsinnigkeit. *Ingenium acre*, quali ardens & concitatum, ein geschwinder trefflicher kopf, Colum. 7, 2. *Ingenii magnitudo*, Cic. Acad. 4, 1. Et, *Vena ingenii benigna*, Horat. 2 oda 18, 9. Et Seneca de Tranquill. An. c. 6 *Male respondent ingenia coacta, reluctante natura irritus labor est*: vide *Respondeo.* Plaut. Capt. 1, 2, 62 *Vt sæpe summa ingenia in occulto latent.* Sic Prop. 3, 1 extr. *At non ingenio quæsitum nomen ab ævo Excidet: ingenio stat sine morte decus.* Et 2, 1, 4 *Ingenium notis ipsa puella facit*, quo respicit Mart. 8 ep. 73 *Cynthia te vatem fecit lasciva Properti: Ingenium Galli pulchra Lycoris erat.* Ovid. Remed. Amor. v. 365 *Ingenium magnum livor detrectat Homeri.* Et Amorum 3, 8, 3 *Ingenium quondam fuerat pretiosius auro. Multum habere ingenii ad fingendum*, Cic. pro Fontej. c. 14. *Ingenium alere*, Quintil. 1, 8. Et Salluft. Catil. c. 51 *Vbi intenderis ingenium, valet.* ¶ 3. Non raro & *Ingenium* pro vi diserte & prompte dicendi, sive facundia, quæ ab ingenio magis, quam arte & disciplina est, usurpatur. Claudian. Paneg. de 4 Conf. Honorii v. 515 *Quæ docta facultas Ingenii, linguæque nodus, responsa reverentur Legati.* Hinc, *Alterius ingenio uti*, est eloquentia, sive facundia, seu opera alterius, in componendis orationibus, quas ipse habiturus sis, uti. Tac. Hist. 1, 90, 3 *Vt in consiliis militiæ Suetonio Paulino, & Mario Celso: ita in rebus urbanis Galerii Trachali ingenio utebatur. Et erant, qui ipsum oratoli genus nosscrent, crebro fori usu celebre, &c.* Sic *alieno ingenio orationes formare* Suetonius dixit Dom. Tiliano c. 20. Ter Heaut. prol. v. 22 *Tam quod malevolus vetus poeta antiquas, Reponere studium hunc sic appliciffe musicum Amicum ingenio fuum, non natura fua.* Nam ferebatur fama, Terentium in scribendis fabulis a Lælio & Scipione adjutari, ut Donatus, sive Suetonius, sicut Vossio placet, auctor est in vita Comici, & ipse Terentius Adelph prol. v. 15 significat. ¶ 4. Sed & *alterius ingenio* dicimur *uti*, cum saltem consilio & ratione, quam suggerit, utimur. Petronius in lepidissima fabula de Ephesina matrona c. 112 *Vis est miles ingenio prudentissimæ fœminæ, &c.* Sic, *Offerre ingenium*, est operam suam promittere ad reperiendum & excogitandum aliquid, quod ad efficiendam rem, de qua ambigimus ac consultamus, facere videatur. Tac. Ann. 14, 3, 4 *Ferrum & vincula (matris) quenam modo occultaretur, nemo reperiebat: utque qui id tanto facinori deledus justa sperneret, metuebat Nero, obtulit ingenium Anicetus libertus, &c.* Sic omne commentum ac solertet callideque excogitatum, *ingenium* vocatur. Suet. Calig. c. 37 *Nepotinus sanctivos omnium prodigiorum ingenia superavit: Commentus novum balneorum usum, portentosissima genera ciborum, &c.* INGENIA, id est, commenta & apparatus. Plin. Paneg. c. 49 *Ergo non aurum, nec argentum, nec exquisita ingenia cænarum, sed suavitatem tuam jucunditatemque miramur.* Tac. Ann 16, 20, 1 *Amoigenti Neroni, quenam modo noctium fatorum ingenia nocescerent, &c.* i. e. variæ libidines, & ratio qua traduceret noctes. Ita Tertull. de Habitu mulieb. c. 2 *decoris ingenia*, commenta & artes appellat, quibus ad conciliandum decorem mulieres uti solent: & de Resurrect. c. 8 *Atrocia pœnarum ingenia*, ad exaggerandas pœnas excogitatas rationes similiter vocat.

¶ Ingeniolum, *i*, n. diminut. Arnob. 5 p. 157 *Ingeniola puerilium fictionum.* Hieronym. adv Rufin. 3, 4 extr. *Hoc est, quod destruit stropha ingeniosi tui.*

¶ Ingeniosus, *a, um*, qui ingenio valet, solers, sinnreich, geschickt, der ein ding bald fassen und erfinden kan. Cic. pro Rosc. Comœd. c. 11 *Qui quisque est solertior & ingeniosior, huc ducet iracundius & laboriosius. Egestas ingeniosa est*, lehret viel erdenken, Claudian. 3 de Rapt. Prof. v. 31. Martianus epistola ad Lectorem lib. 1 epigr. præfixa: *Improbe facit, qui in alieno libro ingeniosus est.* Plin. Paneg. c. 55 *Ingeniosior est ad cogitandum servilitatis veritate.* Cic. pro Muræn. c. 30 fin. *Homo ingeniosissimus, M. Cato.*

¶ Ingeniose, adv. scharfsinnig. Cic. Acad. Quæst. 4, 27 *Tractantur ipsa ingeniose, disputantur etiam elegantes.* Id. de Invent. 1, 6 *Ingeniose & diligenter electas res colligere.* Comparative Seneca Controvers. 10 dixit: *Hanc controversiam declamavit longe ingeniosius.* Et superlative Vellej. 2, 48, 3 *Homo ingeniosissime negabam.*

¶ Peringeniosus, *a, um*, sehr sinnreich; ut, *Peringeniosi homines*, Cic. de Clar. Orat. c. 24.

¶ Ingeniatus, *a, um*, ab *Ingeniare*, est apto ingenio præditus, natura aptus, wohl geartet. Plaut. Mil. 3, 1, 135 *Lepide ingeniatus.* Et Gell. 12, 1 *Animus bene ingeniatis primordiis inchoatus.* Apul. Florid. 4 *Vir satus aliquin & ingeniatus ad æstimandum.*

¶ Ingenuus, *a, um*, proprie nativus, non manu factus, natürlich. Ita *ingenuos fontes* Lucret. 1, 230, & Auson. in Mosella v. 65 dixerunt, τοὺς ἐκ χαλκοποιήτους, ut Scal. exponit. *Ingenium* enim, ut dictum, ipsa natura. Prudent hymno ante cibum v. 51 *Fundit opes ager ingenuas.* Ita *Ingenuum lignum*, de quo in *Nota* ex Auson. ubi. 3, 11, quæ alias *nota genitivus*, cui angeboren mahl. ¶ 2. Antiquis *ingenui* erant, qui ex legitimo matrimonio nati, & *spuriis* opponebantur. Gr. ἐυγενὴς, quæ vox non semper nobilem significat, ehrlicher aufunft, ehrlich geboren. Liv. 10, 8 *An Romæ unquam fando audistis, patricios primo esse factos, non de cœlo demissos, sed qui patrem ciere possent, id est, nihil ultra quam ingenuos.* ¶ 3. Postea sic dicti, qui statim, ut nati, liberi, ut Justinianus loquitur, frey gebohren. Martial. 3 epigr. 32 *Ingenuam malo: sed si tamen illa negetur, Libertina mihi proxima conditio est. Extremo est ancilla loco: sed vincet utramque, Si facis nobis hæc erit ingenua.* ¶ 4. Hinc *ingenuus*, pro liberali, & qui minime servilis atque abjecti ingenii sit, ponitur, ehrlich, aufrichtig. Plaut. Mil. 3, 1, 138 *Ingenua indoles.* Iuvenal. 11, 154 *Ingenui vultus puer, ingenuique pudoris.* Et, *Ingenua faciet*, Plaut. Pœn. 5, 2, 17, (Alii *Punica* legunt: aliis deest finis versus). Cic. de Orat. 3, 6 *Ingenuæ & humanæ artes*, quæ ingenuos decent, freye künste. Id fam. 4, 3 extr. *Servius tuus in omnibus ingenuis artibus ita versatus, ut excellat.* Et, *Ingenuis studiis artibusque delectari*, Id. de Fin. 5, 18. conf. Ovid. Pont. 1, 6, 7: &2, 7, 47. *Ingenui mores*, Auson. Mosella v. 442. ¶ 5. *Ingenuus* est & moderatus. Martialis 10 epigr. 47 *Mens quieta, Vires ingenuæ, salubre corpus: Ingenuæ*, id est, moderatæ. Id. 3 epigr. 46 *Invalidum est nobis ingenuumque latus.* Et ante illum Ovidius Trist. 1, 4, v. 71, 72 *Illi corpus erat durum patiensque laborum: Invalidæ vires ingenuæque mihi.*

¶ Ingenue, adv. libere, simpliciter, freymüthig. *Aperte atque ingenue fatebor*, Cic. fam. 5, 2. *Puer ingenue educatus*, fein erzogen, Id. de Fin. 3, 17.

¶ Ingenuitas, *ātis*, f. die erbarkeit, aufrichtigkeit; ut, *Probitatem quamdam & ingenuitatem præ se ferre*, Cic. Acad. 11, 1. Id. Verr. 1, 58 togam prætextam pupilli Iunii vocat vestitum, *quem illi mos & jus ingenuitatis dabat.* ¶ 2. Libertas, ac status ingenuorum. Suet. Aug. c. 74 *Valerias Messala tradit, nemitem unquam libertinorum adhibitum ab eo cœna, excepto Mena, sed asserto in ingenuitatem*, i. e. in jus aureorum annulorum & restitutionem natalium, ut ICti vocant, in die rechte geburts: freyheit. *Ingenuitatis memor adolescens*, Liv. 8, 28, 8. Pluraliter Arnobius sub fin. lib. 2 *Sublatis ingenuitatibus servitutes.*

Ingens, vide *Gens*, Ingenuus, &c. *Ingenium*, Ingestus, *Gero*, Ingloriius, *Gloria*, Ingluvies, *Gula*, Ingrandesco, *Grandis*, Ingratus, &c. *Gratia*, Ingravatus, ingravesco, *Gravis*, Ingredior, ingressus, *Gradus*, Ingruo, *Grus.*

INGVEN, *inis*, n. pubes, proprie *penis*: Celsus enim distinguit a *semine*, 7, 25 seqq. ubi vide. Horat. 1 sat. 2, 26 *obscenum inguen* vocat. Et ibid. v. 116 *Tument tibi cum inguina.* Virg. Georg. 3, 281 *Defluxit ab inguine virus.* Iuvenal. 6, 299 *Quid enim Venus ebria curat? Inguinis & capitis quæ sint discrimina, nescit.*

¶ Inguinalis, *e*, ad inguen spectans. Sic, *Inguinalis herba*, Apul. de Herb. c. 60, quæ & inguinaria vocatur.

¶ Inguinaria, *æ*, f. herba, quam quidam *Argemonem* vocant: Plin. 24, 9, cum aq. dunsch. vide *Argemone.*

Ingurgito, quære in *Gurges*, Inhiben, *Habeo*, Inhio, &c. *Hio.*

Injecto, Injicio, &c. vide *Iacio*, Inimicalis, inimice, &c. *Amicus*, Iniquus, &c. *Æquus*, Initialis, initiari, initium, &c. *Ineo* in *Eo.*

Injuges, vide *Iugum*, Injuria, injurius, *Ius*, Injussus, *Iubeo*, Innatus, *Nascor*, Innexus, *Necto*, Innixus, *Nitor*, Innocens, innocentia, innocuus, &c. *Noceo*, Innotefco, *Nosco*, Innübis, *Nubes*, Innübus, *Nubo*, Innus, *Ano*

INO, *ūs*, f. Cadmi & Hermiones filia, Athamantis, Thebarum regis uxor. Quæ marito furias fugiens cum filio Melicerta se in mare præcipitavit Deaque facta, *Leucothoe*, Latinis *Matuta* appellata est. Ovid. Fast. 6, 505; & 4 Met. Horat. de Arte Poet. v. 123 *Sit Medea ferox, invictaque: flebilis Ino, Perfidus Ixion, Io vaga, tristis Orestes.* Nimirum, Medea Iasoni perfido filios epulandos apposuit, fratremque Absyrtum obtruncavit: Ino Athamantem maritum furiosum fugiens, se in mare conjecit: Ixion socero adpulas invitato fanimas fupponit, &c. De *Ino*, vid. Burmanno laudatos ad Ovid. Met. 4, 524.

¶ Inōus, *a, um*, adj. Stat. 2 Silv. carm. 2, 35 *Culmen ab Inoo fert femita tecta Lechæo*: lt. 4 Silv. 3, 60 *Inous Isthmus.* Et Ovid. Artis Am. 3, 176 *Diceris Inoi erigasse dolos.* conf. Met. 4, 497.

Inobedi-

Inobedientia, vide *Audio*, Inoblitteratus, *Littera*, Inoblitus, *Obliviscor*, Inobrutus, *Ruo*, Inobiicurare, *Obfcurus*, Inobfeptus, *Sepes*, Inobfequens, *Sequor*, Inocciduus, *Cado*, Inoculare, &c. *Oculus*.

Inodorus, vide *Odor*, Inoffenfus, *Fendo*, Inofficiofus, *Facio*, Inolens, inoleíco, *Oleo*, Inominatus, *Omen*, Inopacare, *Opacus*, Inoperitus, *Pario*, Inopia, *Opis*, Inopinatus, inopinus, &c. *Opinor*, Inopportunus, *Portus*, Inops, *Opis*.

INOPVS, *i*, m. Deli infulæ fons five fluvius, ubi Dianam & Apollinem Latona peperit: Plin. 2, 103. Val. Flacc. 5, 105 *Fidus & Inopi materna gratior unda*.

Inoratus, vide *Oro*, Inordinatus, &c. *Ordo*, Inornatus, *Orno*, Inorus, *Os, oris*, Inous, *Ino*, Inpofterum, *Poflerus* in *Pofi*, Inprimis, *Primus* in *Prior*.

INQVAM & Inquio, verbum defectivum, ich ſage. *Inquio, inquis, inquit, inquiunt*, & præterit. *inquifti*, apud Cic. *inquies, inquiet*, futurum apud eumd. in Verr. ut Priſcianus docet princ. lib. 10. Sed pro *τῷ Inquio*, certior Catulli auctoritas epigr. 10, 27, ut Voſſius demonſtrat 3, 11 de Analogia. *Inque*, imperat. Plaut. Pſeud. 1, 5, 124. Et Ter. Heaut. 4, 6, 1 *Eccum me, inque. Inquito*, futur. Imperativi Plaut. Aul. 4, 10, 58. Et, *inquiat*, potentiale, pro, *dicere poſſit*, Auctor. ad Herenn. 4, 3. Plurali *Inquimus*, uſus Horatius eſt 1 ſat. 3, 66, cui hoc verbum tertiæ flexionis eſt: quod etiam illud *Inque* Plautinum facit. Diomedes tamen quarti ordinis pronunciat lib. 1 de his, quæ prima perſona deficiunt. Collocatur hoc verbum poſt primam vocem, aut poſt priores orationis, quæ exponitur. Nepos 23, 2, 3 *Pater, inquit, meus Hamilcar*. Et ibidem: *Tum ille, facium, inquit, ſi fidem dederis*. vid. phraſes Lat. L. Andr. Schotti. ¶ 2. Cæterum verbo *Inquam* uſi tantum veteres continuaturi aut repeturi, quæ interruperant. Cic. Phil. 2, 44 *Hunc unum diem, hunc unum, inquam, hodiernum diem, defende, ſi potes*. Id. pro Dejotaro c 3 *Per dexteram te ipſam oro, quam regi Dejotaro hoſpes hoſpiti porrexiſti: iſtam, inquam, dexteram &c.* Etiam declaraturis obſcuriora inſervit. Cic. Att. 8, 3 *Age jam bas compedes, faſces inquam bos laureatos, hæc ferre ex Italia quam moleſtum eſt*. Item in dialogis, ubi ex ſua perſona auctor loqui incipit; quemadmodum *inquit* ponunt, ubi alius loquitur. At contra antiquorum rationem, id verbi eruditi etiam adhibent, cum, quæ exciderint, perperam corrigere volunt. Pro quo veteres, *illud volui dicere*, ſolebant amplecti. Plaut. Mil. 4, 2 pr. LV. *Sorbet dormiens*. PA. *Quid ſorbet?* LV. *Illud ſtertit, volui dicere*. Id. Moſt. 3, 2, 44 TR. *Specta, quam arcte dormiunt*. TH. *Dormiunt?* TR. *Illud quidem, ut connivent, volui dicere*. ¶ 2. Quid ſi inquio *cædere* ſignificavit. *Cædere ſermones* dicuntur Gr. κόπτειν familiariter colloquentes. Certe

¶ Coinquio, *ĕre*, non modo apud Feſtum (ubi *coinquire* ſcribitur) eſt *deputare*; ſed etiam apud ICtos & in Inſcriptt. e. g. Alphenus l. 29 Locari *redemtor ſilvam ne cædito, ne coinquito — neve quem — coinquere ſinito*. Vid. omnino I. F. Gron. ad Liv. 25, 7. qui luſtrandi notionem hic locum habere negat, niſi in quantum forte ſacræ arbores ſublucentur. vid. Scriptt. R. R. Geſneri p. 130.

Inquietare, &c. vide *Quies*, Inquilinatus, inquilinus, *Incola* in *Colo*.

INQVĪNO, *avi, atum, are*, maculare eſt, verunreinigen, beſudeln; ut *Vitiis atque flagitiis ſe inquinare*, Cic. Tuſc. 1, 30. Et, *Famam alicujus inquinare* Livius dixit 29, 37, einen verleumden. Feſtus: *Cunire eſt ſtercus facere, unde & inquinare*. Horat. 1 ſat. 8, 37 *Mentior at ſi quid, merdis caput inquiner albis Corvorum*. Claudian. in 4 Conſ. Honor. v. 304 *Inquinat egregios adjuncta ſuperbia mores*.

¶ Inquinatus, *a, um*, inquinatior, inquinatiſſimus, dixit Cicero, ſchmutzig, beſudelt, beflecket; ut, *Nihil illo inquinatius*, hoc eſt, ſordidius & turpius, pro Flacc. c. 22. Et, *Sordidiſſima & inquinatiſſima ratio*, Offic. 2, 6. Item: *Quis in voluptatibus inquinatior?* pro Cælio c. 6. *Sermo inquinatiſſimus*, Id. Verr. 3, 26. Et, *Vita omnibus vitiis inquinata?* Id. pro Roſc. Amer. c. 24. ¶ 2. Tinctus, gefärbt. Martial. 4 epigr. 4 *Murice vellus inquinatum*.

¶ Inquĭnate, adv. unflätig, unrein. *Neque tamen eſt admodum inquinate locutus*, Cic. de Clar. Orat. c. 37, & eod. lib. c. 74 *Confluxerunt & Athenas, & in hanc urbem multi inquinate loquentes*.

¶ Inquĭnāmentum, *i*, n. pro ſordibus, apud Gellium 2, 6, unflat. *Jam ſqualor*, inquit, *de alia re nulla, quam de ſolis inquinamentis dici cœpit*. Adde Macrob. 6, 7; & Tertull. de Spectac. c. 10. Gloſſ. gr. lat. μίασμα, *contagio, inquinamentum*.

¶ Coinquĭno, *are*, idem quod ſimplex. *Totam progeniem coinquinat*, Colum. 7, 5. Adde Cic. de N. Deor. 3, 27 ex veteri poeta; & Valer. Max. 6, 1, 6. ¶ 2. *Conquino* & dici & ſcribi vult Victorinus de orthograph. apud Malaſpin. ad Att. 14, 20 pr.

¶ Coinquinatus, *a, um*, verunreiniget. Prudentius hymno ante ſomn. v. 53 *Qui coinquinatum vitiis cor impiavit*. Compar. *Quid eſſe his poteſt coinquinatius?* Arnobius 7 p. 222.

¶ Incoinquinatus, *a, um*, non coinquinatus, unbefleckt. Vulgatus interpres Sapient. c. 8, 20 ita vertit σῶμα ἀμίαντον.

Inquio, vide *Inquam*, Inquiro, inquiſitus, &c. *Quæro*, Inſalubris, *Salus*, Inſania, inſanus, &c. *Sanus*, Inſatiabilis, &c. *Sat*, Inſaturabilis, *Satur*, Inſcendo, inſcenſio, *Scando*, Inſcientia, inſcitia, inſcius, &c. *Scio*.

Inſcribo, inſcriptio, &c. vide *Scribo*, Inſculpo, *Scalpo*, Inſecabilis, inſecta, *Seco*, Inſece, inſecenda, inſectanter, inſectari, &c. *Sequor*, Inſedabiliter, inſedatus, *Sedo*, Inſemino, &c *Semen*.

Inſeneſco, vide *Senex*, Inſenſibilis, *Sentio*, Inſeparabilis, *Par*, Inſepultus, *Sepelio*, Inſequor, &c. *Sequor*, Infero, *Sero*, Inſerpo, *Serpo*, Inſerto, &c. *Sero*, Inſervio, *Servio*, Inſeſſor, inſeſſus, *Sedeo*.

Inſibilo, *Sibilus*, Inſiccatus, *Siccus*, Inſideo, inſidiæ, &c. *Sedeo*, Inſido, *Sido*, Inſigne, inſignio, &c. *Signum*, Inſilio, *Salio*, Inſimulo, &c. *Simulo*, Inſincerus, *Sincerus*, Inſinuatio, &c. *Sinus*, Inſipidus, inſipiens, &c. *Sapio*, Inſipo, *Sipo*, Inſiſto, *Siſto* in *Sto*, Inſitio, inſitus, &c. *Sero*.

Inſociabilis, vide *Socius*, Inſolabilis, *Solor*, Inſolatus, &c. *Sol*, Inſolens, inſolentia, inſoleſco, inſolitus, *Soleo*, Inſolubilis, inſolutus, *Solvo*, Inſomnia, &c. *Somnus*, Inſono, *Sonus*, Inſons, *Sons*, Inſopitus, *Sopor*.

Inſpectio, inſpecto, &c. vide *Species*, Inſperabilis, inſperans, *Spes*, Inſpergo, inſperſus, *Spargo*, Inſpicio, *Species*, Inſpico, *Spica*, Inſpiratio, inſpiro, &c. *Spiro*, Inſpuo, inſputo, *Spuo*.

Inſtabilis, inſtantia, inſtar, vide *Sto*, Inſtauratio, inſtauro, &c. *Stauro*,

Inſterno, *Sterno*, Inſtigatio, inſtigo, &c. *Stinguo*, (*Stigo*) Inſtillatio, inſtillo, &c. *Stillo* in *Stirla*, Inſtimulo, &c. *Stimulus*, Inſtinctor, *Stinguo*, Inſtipulor, *Stipulor*, Inſtita, inſtitor, &c. *Sto*.

Inſtituo, &c. vide *Statuo*, Inſto, *Sto*, Inſtragulum, inſtratus, *Sterno*, Inſtrenuus, *Strenuus*, Inſtrepo, *Strepo*, Inſtrictus, inſtringo, *Stringo*, Inſtructio, inſtrumentum, inſtruo, *Struo*, Inſtudioſus, *Studium*, Inſtupeo, *Stupeo*.

Inſuavis, inſuavitas, vide *Suavis*, Inſubidus, *Subidus*.

INSVBRES, *ium*, m pl. Tranſpadanæ regionis populus, ex Transalpina Gallia huc profectus, quorum caput Mediolanum fuit. vid. Liv. 5, 34 extr. Tac. Ann. 11, 23, 5 *Quod Veneti & Inſubres eam irruperint*. Et Plin. 3, 17 *Inſubres Mediolanum condidere*. Singulariter *Inſuber eques*, Liv. 22, 6. *Inſubris Mediolanenſis*, Spartian. Did. Iuliano c. 1.

¶ Inſubria, *æ*, f. Mediolanum, hodie Lombardia, die Lombardey, nam Longobardi poſtea Inſubrum regionem invaſerunt.

Inſuefco, inſuetus, vide *Sueſco*, Inſufficientia, *Facio*.

INSVLA, *æ*, f. νῆσος, terra, quæ a continenti, hoc eſt, ſolidi terra ſejuncta undique mari alluitur, adeoque a ſalo appellata, quod in ſalo, h. e. in mari ſita ſit, ut ſcribit Feſtus, cum inſel. cm eiland, ut, *Sardinia, Cyprus, Creta, Andros, Cyclades, Sporades, Fortunatæ*, ſeu *Canariæ*, de quibus ſuis in locis ſeorſim agitur. ¶ 2. *Inſulæ* etiam de urbanis ædificiis dicebantur, ac dupliciter quidem: primo enim, ut Feſtus definit, *inſulæ dictæ* proprie, *quæ non jungantur communibus parietibus, cum vicinis, circumquaque publico vel privato circumeuntur* &c. Harum *inſularum* numerum Romæ auctum eſſe post incendium Neronianum, recte ex Tacito (15, 44, 5) colligit Calaubon. ad Sueton. Cæſ. c. 41. Cæterum *Inſulæ* hac ſignificatione acceptæ, quod monet poſt Manutium Græv. ad Cic. pro Cæl. c. 7, cum eſſent perquam amplæ & ſpatioſæ, id eſt, vici integri, plures ædes continebant, quæ & ipſæ dicebantur *Inſulæ*, quæ quidem frequens eſt admodum ſignificatio, v. g. Sueton. Neron. 38 *Hunc præter immodicum numerum inſularum, domos priſcorum ducum arripuit*. Add Tib. 48. Ner. 16 & 44. Item Tacit. A. 6, 45, 2, 15, 40, & not. 43, 1. Hiſt. 1, 86, 4. Et fane fere trigecuplo majorem fuiſſe numerum *inſularum* talium, quam earum, quæ *domus* proprie vocantur, ex P. Victore in primis conſtat, qui inſulas numerat 46602, ſexies & quadragies mille & cc. domus autem non niſi 1780, quibus numeris ſic ſatis reſpondent illi, quos ſingulis regionibus tribuit. Conf. Vitruv. 1, 6, 2t. l. 3 § 2 π. de Off. præf. Vigil. Cujac. Obſ. 1, 4 & Reinef. Cl. 1 Inſcr. 138 p. 169. ¶ 3 Templa etiam, *Inſulas* divere Eccleſiaſtici ſcriptores veteres, quod ſcilicet ab aliis ædibus undique ſejuncta eſſent, obſervat Gonſal. ad Petron. c. 95. & Iſ. Voſſius ad Iuſtin. 32, 2, 2, ubi *inſulares* ſunt templi cuſtodes. ¶ 4. Partem Syracuſarum, quod eſſet inſula h. e. mari circumflua, inde etiam *Inſulam* i. *Naſon*, νῆσον, νησίον, dictam, vid. in *Naſus*. ¶ 5. *Inſula* ſive *Inſulæ* plur. urbs ampla & dives, Belgiæ & Flandriæ Gallicanæ caput, Ryſſel.

¶ Inſulārius, *i*, m. inſulæ cuſtos, id eſt, ædium; qui & *Domnædius* & *Cœnacularius* appellatus, der Haus-voat. vid. Torrent. & Th. Marcilium ad Horat. 1 epiſt. 14, 1; & Reinef. ad Claſſis 1 Inſcript. 138. Et L. 5 § 1 Dig. de inſtitor. act. *Si quid cum inſulario geſtum ſit, vel eo, quem quis ædificio præpoſuit*. Et l. 4 D. de præf. vigil. *inſularios & eos, qui negligenter ignes apud ſe habuerint, potes fuſtibus vel flagellis cædi jubere*. Ita in Gl. ἐνοικολόγος, *inſularius*, h. e. ſervus penſionum, τῶν ἐνοικίων, exactor. conf. Salmuth. Comment. ad Pancir. Deperd. t. 23 p. 78. Apud Petron. c. 95 *Inſularios* intelligit Grævius ad Cic. pro Cæl. c. 7, non cum Gonſalio inſularum ſ. domuum cuſtodes, ſed conductores ſ. inquilinos.

¶ Inſulāris, *are*, quod ad inſulam pertinet, zur inſel gehörig. Poëta Phallicus carm. 32 *Ductor ferreus inſularis*, ubi Scalig. conſule p. 194. Ammian. 16, 17 *Inſulari pœna multavit*. Id. 26, 29 *Inſulare ſupplicium*, hoc eſt, deportatio in inſulam. Et rurſus 15, 27 *Inſulari ambitu*, de Lutetia. Caſſiodor. 12 epiſt. 24 *Domus inſularis*, quæ inſula eſt ædificata. ¶ 2. Sicut *Inſulas* etiam templa dici obſervavimus n. 3. ita *Inſulares* Iuſtin. 32, 2, 2, ſunt templi cuſtodes.

¶ Inſulenſis, *e*, idem. Solin. c. 54 *Ab inſulenſe ad continentem*.

¶ Inſulanus, *a, um*, idem, qui inſularis. Cic. de N. D. 3, 18. *Itaque Achillem Aſſypalenſes inſulani ſanctiſſime colunt*. Pacatus Paneg. Theodoſii c. 23 *Cum pauci homines & inſulani totius incendium continentis adolerent*. Gloſſ. Vet. *Inſulani*, νησιῶται. Servius in Virg. Æneid. 8, 725 *Carę inſulani populi fuerunt*.

¶ Inſulo, *āre*, verbum, eſt inſulam facere; Vnde

¶ Inſulatus, *a, um*, zur inſel gemacht. Apulejus de Mundo ſub fin. *Audivimus regiones, quæ prius fuerint continentes, hoſpitibus atque advenis fluctibus inſulatas*. Quod iisdem verbis ex Apuleji libro etiam Auguſtin. Civ. Dei 4, 2 produxit, ut de genuina lectione minus dubitare liceat.

¶ Inſulōſus, *a, um*, plenus inſulis, voll inſeln. Ammian. 22, 18 *Inſuloſum & celebre Perſicum mare*. Id. 22, 11 *Ægeum per Sporadas inſuloſum eſt atque Cycladas*.

¶ Peninſŭla, *æ*, f. quaſi pene inſula, quæ non toto mari ambitur, ſed jugo aliquo continenti annectitur, eine halb-inſel. Qualis eſt Achaïæ Peloponneſus. Græci ejusmodi inſulam χερσόνησον, *Cherſonſon* vocant. Catull. 32, 1 *Peninſulamque Sirmio, inſularumque Ocello*.

Inſultus, &c. vide *Sal*, Inſultare cum derivatis, *Salto* ſub *Salio*, Inſum, *Sum*, Inſumo, *Simo*, Inſuo, *Suo*, Inſuper, Inſuperabilis, *Super*, Inſurgo, *Surgo*, Inſuſceptus, *Capio*, Inſuſtentabilis, *Suſtineo* in *Teneo*, Inſuſurro, *Suſurro*.

Intabeſco, vide *Tabes*, Intactus, *Tango*, Intaminatus, *Tamino*, Intectus, *Tego*, Integellus, *Integer*.

INTĔGER, *gra, grum*, quaſi *intactus*, opponitur vitioſo, corrupto, mutilo, fracto, violato, rein, ohne wandel, ungekränkt, unbeſchädigt, friſch, neu, vollſtändig. Ita Lucretius 4, 2 *Integros fontes* dixit, quos intactos, & unde nemo hauſiſſet hactenus, ſignificabat. Quemadmodum & Terent. prologo Heaut v. 4 *Integram comœdiam Græcam* dicit, a nullo Latinorum tractatam, ut Vet. Gloſſ. interpretatur, Lindebruchio obſervante: & eam ob cauſſam mox *novam* vocat. Sane Plautus *novum* ac *integrum* conjungit Caſina 3, 5, 5. Sic *integri* feſſis & fauciis, itemque victis & fuſis opponuntur.

Gell. 5, 16 extr. *Accedebat, ut nunquam conferti, sed vari, magnisque intervallis pugnarent, &c. integrique & recentes fatigatis succederent.* Nepos 1, 5, 6 *Ut diem unam opperitus, ad lassitudinem sedandam militum, ac reficienda pabula, quæ integra ire exercitu decernunt:* Vibi *integra* opponitur *lassis.* Martio opponitur Iuv. 15, 87 *Cecidit quæ Cethegis intacta, & paucis Catilina cadavere toto.* Mallis intactum notat Liv. 6, 7 *Integerrimi diutina pace populi.* Cicero quoque *integras gentes*, bello intactas, quæ recentes & novæ bellum suscipiunt, pro Lege Manilia; quemadmodum *provincias integras* eodem sensu Florus dixit 2, 17, 17. Vet. Gloss. *Integrum*, ὁλόκληρον, ὑγιές. Ter. Andr. 1, 1, 45 *Ætas integra*, die besten jahre. Cic. Ac. 4, 7 *Integri sensus.* Id. in. 2, 29 *Integra valetudo.* ¶ 2. Item ἀκέραιος, incorrus, incolumis. *Quos, nuncupat, integros, nuncupat, & sanctos.* Sic *integræ vires* apud Plaut. Truc. 4, 3, 47; & Catull. Epithal. Mallii v. 36 nondum immunes, sive devirginatæ, ut Petronius c. 25 loquitur. ¶ 3. Transferur etiam ad animum: & *integer* ponitur, pro incorrupto vitiis, ea dicit, qui non habet dissensum cordis ad sententiam mentis: quæ vitiosi mutilant animum & contaminant, auctoritas, rectitudinem. Ita Curt. 10, 2, 10 *Integros* opponit *sauciatis*, qui rem publicam dissipaverant. Cic. pro Fonteio c. 14 *Integer homo & bonus in omnibus vitæ partibus*, ein frommer und durchaus ehrlich denkender. *Integer vitæ scelerisque purus*, &c. Horat. 1 od. 22, 1. Vide etiam illam pulcherrimam de integritate & innocentia ubique tuta. *Vita integerrima*, Cic. pro Planc. c. 1 ein untadelhaftes leben. *Integer pudicitiæ*, id est, integre, sine labe actus, Tac. Hist. 2, 95, 2. ¶ 4. *Integrum* etiam, in quo nihil laboratum est. Cic. N. Deor. 3, 2 *Rerum ea disciplina & integrum occupat, ea, quæ requiro, docet*, rohe. Conf. de h. l. Menckenii Observ. L. L. Sic, *Cum integrum nactus*, ut, *Cum sibi integram alicui reservare*, Cic. Fam. 13, 4 cum sich eine freie hand vor eben. Cic. Offic. 2 sub f. *Alexandrum se professi velle dixit, namque integram rem ad veritum famam gesturi esse*, man solle nichts in der sache vornehmen. Id. fam. 1, 9 pr. *Ut integram mihi de ea re dicendi Cantabria relinquam.* Et 6, 8 *De Dolabella integrum tibi rescribo suadeo.* Et de Orat. 3, 4 *Hæc jam in integro modo esse non putant.* Cæl. B. C. 1, 85 *Consulere nobis, ut quam integri esse possemus, cæpit omnia.* Ita *Servire se integrum*, est, reatri parti se addicere, sich mit seinem theil einlassen oder verpflichten. Id. Att. 2, 20 ut, *Pollicere in integrum*, est, dignitatem pristinam redde re, vollkommlich wieder einsetzen, in vorigen stand bringen. Cæsar de B. C. 3, 1 *Nonnullos ambitus Pompeja lege damnatos in integrum restituit.* ¶ 5. *Integrum esse alicui*, i. e. licere, freie hand haben, Cic. Phil. 1, 10. *Non est integrum mihi, tuo consilio uti*, Id. in Pison c. 24 es stehet nun nicht bey mir. *Respondet, si in nos esse integrum*, Id. fam. 5, 2, er dürffe nicht, die hände wären ihm gebunden. ¶ 6. *Ab integro*, i. e. denuo seu ab initio, von neuem, von vornen, ut, Servius interpretatur apud Virg. ecl. 4, 5: quod Terentius Heaut. 4, 2, 7, Sallust. Iug. c. 62 extr. & Sen. epist. 10 *De integro* dixerunt. Item, *Epistolam de integro scribere*, Cic. Att. 13, 27. *Ex integro*, Suet. Aug. c. 34.

¶ Integellus, *a, um*, dimin. idem. *Præstabo eum integellum*, Cic. Fam. 9, 10, & Catullus ad Aurel. 15, 14 *Quod casium expeteres & integellum.*

¶ Integre, adv. sincere, incorrupte, redlich, aufrichtig, ohne tadel. *Incorrupte & integre judicare*, Cic. de Fin. 1, 9. Et, *Integre ac sincere consulere in aliqua re*, Tac. Agric. c. 43; & *provinciam integre sanctoque regere*, Id. Hist. 1, 48, 7 dixit. Plin. 7 epist. 25 *Procuratione Narbonensis provinciæ integerrime functus recepit se in agros suos.* Sic Declamat. in Sallustium, *vita integerrime acta.*

¶ Integritas, *ātis*, f. idem quod facies, incolumitas, gute gesundheit, cum ad corpus refertur. Gell. 18, 1 *Quoniam & corporis integritas simitasque & compositus modus formæ, &c. necessaria videretur perficiendæ beatæ vitæ.* Similiter *incorruptam sermonis latini integritatem* Cicero de Clar. Orat. c. 35 dixit. ¶ 2. Ad mores, & vitam quando refertur, probitatem & innocentiam significat, die redlichkeit, aufrichtigkeit. Cicero pro Lege Man. c. 20 *Itaque talis est vir* (Pompejus,) *ut nulla res tanta sit, ea cum difficilis, quam ille non & consilio regat, & integritate tueatur, & virtute conficere possit.* Id. pro Q. Ligario c. 1 *Cui* (provinciæ) *ita præfuit in pace, ut & civium & sociis gratissima fuerit ejus integritas & fides.* Cicero in Verr. 1, 25 *Matris summa integritate pudicitiaque.*

¶ Integritūdo, *inis*, f. idem. Vlpian. Dig. de Testamento milit. proœmio: *Servatæ animi mei integritudinem ei qui commilitones.*

¶ Integro, *avi, atum, are*, denuo inchoare, renovare, instaurare, aufs neue anfangen, erneuern. *Integrans fodiendum Tribuni plebis*, Liv. 5, 25. Sic, *Integrare luctum*, Curt. 10, 6, 4; *Bellum*, Stat. Theb. 8, 636, *Pugnam*, Liv. 3, 70. Idem 1, 29 *Jam continuis agmen migrantium implerat vias: & conspectus aliorum mutua miserantium integrabat lacrymas.* Apul. Apol. *Peccatum, qui ingenio malo est, confidentius integrat: ac jam de cætero, quo sapius, eo assertius delinquit. Pudor enim veluti vestis, quam lo objectior est, tanto incuriosius habetur.* Stat. Theb. 5, 29 *Vulnera integrare.* Virg. Georg. 4, 514 de Philomela: *Ramoque sedens miserabile carmen Integrat.* Seneca Medea v. 671 *Semet dolor Incendit ipse, vimque præteritam integrat.* ¶ 2. Tralate, erfrischen. Gell. 15, 2 *Nam & modici honestique inter bibendum remissionibus resici integrarique* (i. e. recreari) *animos ad instauranda sobrietatis officia existimavit.* Et Tac. Hist. 4, 81, 5 *virtus, si salubris vis adhibeatur, posse integrari.*

¶ Integratus, *a, um*, verneut, erfrischt. Auson. epist. 14, 7 *Vigor integratus.*

¶ Integratio, *ōnis*, f. reparatio, instauratio, die erneuerung. Ter. Andr. 3, 3, 23 *Amantium iræ amoris integratio est.* Ita enim legendum: non *redintegratio* e quod malunt nonnulli. Vet. Gl. *Interstitio, ἐναπάληψις*, Symmach. 3 epist. 73 *Rei familiaris integratio.*

¶ Integrator, *ōris*, m. qui integrat. Tertull. Apolog. c. 46 extr. *Integratorem sæculi, & instauratorem veritatis.*

¶ Integro, *āre*, ad integrum redire, neu werden. Ter. Andr. 4, 2, 5, *Hoc malum integrascit*

Composita:

¶ Deintegro, *are*, corrumpere, imminuere, verderben. Cæcilius apud Nonium 2, 225 *Nomen virginis deintegravit.*

¶ Perinteger, *a, um*, vollkommen. Gell. 3, 5 *Incorruptus, castus & perintegri.*

Redinteger, *a, um*, vide *Redintegratus.*

¶ Redintegro, vel reintegro, *are*, idem quod integrare, verneuen, ergänzen; ut, *Prælium redintegrare*, id est, instaurare, Cæs. B. Gall. 1, 25. *Vires redintegrare*, sich aufs neue stärcken, Ibid. 3, 26. Brut. Cic. fam. 11, 9 *Ne bellum nobis redintegrare possit*, daß er uns nicht aufs neue bekriege. Sen. benef. 4, 25 *Venasque fontium arentes reintegrent.* ¶ 2. Var. R. R. 2, 2, 11 *Iucunditas in herba redintegravit*, intransitive, puto. Ita paullo ante, *redintegrantes.*

¶ Redintegratus, *a, um*, wieder angefangen, verneuert. Liv. 8, 32 *Redintegrata ira:* In quibusdam codicibus legitur *redintegra*, ut sit adj. *Redintegrer, a, um.* Idem 3, 56 *Redintegrata memoria.* Et c. 63 *Redintegrato clamore.* conf. Aggen. de Limit. p. 52.

¶ Redintegratio, *ōnis*, f. die ergänzung, erneuerung, wiederholung. Arnob. 7 p. 249 *Ut corpori & viribus redintegratio subrogetur.* Tertull. contra Marcion. 4, 10 *Redintegratio membrorum.* Macrob. Sat. 1, 11 *Insanabilitias dies dictus a redintegratione, ut Varroni placet.* Auct. ad Herenn. 4, 28 *Redintegratio verbi.* Et Cic. s. auctor declamat. antequam iret in exil. c. 4 *Quid ego improborum factæ rerum orationc, ut redintegratione illius conjurationis animos vulnerem vestros?*

¶ Redintegrator, *ōris*, m. qui redintegrat. Tertull. Resurr. Carn. c. 57 *Redintegrator carnis.* Id. de Anima c. 43 *Summus redintegrator virium.* Verus Inscriptio apud Gruter. p. 459 n. 1 REDINTEGRATORI OPERVM PVBLICORVM.

¶ Semiintegro, *a, um*, halb ganz. Ammian. 20, 11 (Vales. c. 5) *Pauca quæ semiintegra sunt vellicta.*

Intego, integumentum, vide *Tego*, Intellectus, intelligo, &c. *Lego*, Intemeratus, *Temero*, Intemperantia, &c. *Tempero*, Intempestivus, intempestus, intempestivus, intempestus, &c. *Tempus*, Intendo, intensio, intentio, intentatio, intento, are, *Tendo*, Intepeo, intepesco, *Tepeo.*

INTER, præpositio, cujus vis & significatio in exemplis perspicitur, unter, zwischen. Ex Græco apud Gellium 13, 16 *Multa cadunt inter calicem, supremaque labra.* Et ibid. Cato: *Inter os & offam multa intervenire possunt.* Seneca de Benef. 2, 1 *Ingratum est munus, quod diu inter manus dantis hæsit*, was lange an den händen geklebet hat. *Inter spem metumque*, Liv. 8, 13, zwischen hoffnung und furcht. *Inter manus auferri*, Cic Verr. 5, 11, unter den händen. Virg. Æn. 2, 681 *Namque manus inter, mœstorumque ora parentum, Ecce levis summo de vertice visus Iuli Fundere lumen apex.* Alter Florus 3, 21, 26 *Piget referre, Babium, sine ferro, vitæ servatum, inter manus, laniatum.* Significat enim, Bæbium, dum amici servare, inimici perdere cupiunt, utraque parte injiciente manus & rapiente, distractum fuisse & laniatum. Sic Idem 3, 19, 12 *Inter rixantium manus prædia lacerata sunt.* Sic apud Suet. Aug. c. 71 *Inter cœnam*, est, interea, dum cœnatur: vel in cœna, unter vel über der mahlzeit. Plaut. Cist. 2, 1, 31 *Inter vos novum vetus proverbium usurpato vetus*, i. e. in re nova. Quemadmodum Ter. Hec. prol. v. 37 *Vetere in nova utar consuetudine* dixit. *Inter conventum matronarum*, i. e. in conventu matronarum, Suet. Galba c. 5, ubi Torrentius audiendus non est. *Inter initia*, Colum. 2, 11, im anfange, strackes anfangs. conf. Plin. 21, 2; Cels. 3, 22 & 25 &c. Sic, *Inter principia*, Idem Cels. 3, 22; & 7, 27. *Inter dies*, pro interdiu, Gell. 9, 4. *Inter vias*, i. e. in via, Ter. Eun. 4, 2, 1, & Suet. Cal. c. 39. *Dictum inter nos fuit*, das ist unter uns geredet worden, Ter. Adelph. 5, 3, 10, qui ibid. 2, 4, 7 *Quasi nunc non maximus nos inter nos*, als wann wir einander nicht kennten. Et Virg. ecl. 3, 28 *Vis ergo inter nos experiamur*, i. e. invicem. Singularis elegantiæ est illud Cic. Att. 7, 4 pr. *Quod inter nos licuit dicere.* Sen. ep. 12 pr. *Quod inter nos sit*, de eo, quod aliis dictum nolumus. Nobis, unter uns. ¶ 3. Eleganter casui postponitur, præcipue ubi duo adsunt substantiva. Virg. ecl. 1, 25 *Alias inter urbes.* Liv. 22, 3 *Fabulas inter Arretinumque.* Tac. Ann. 4, 55, 6 *Sardianos inter Smyrnæosque.* Id. 4, 69, 2 *Tectum inter & lapidaria.* Id. Hist. 2, 78, 4 *Iudæam inter Syriamque Carmelus.* ¶ 4. *Inter hæc* idem ac *interea*, indessen, mittler weil. Liv. 1, 29 Inter hæc jam *promissi Albani erant milites.* Id. 2, 23 *Inter hæc major alius terror.* conf. Id. 7, 25; &c. Et eodem sensu *inter quæ*, apud Celsum 4, 2; Tac. An. 2, 34, 1; 2, 58, 1; & 3, 33, 1. ¶ 5. Non raro in compositione auget, ut inmixit Donatus in Ter. Andr. 4, 1, & Eun. 1, 1, qui adiectivam particulam vocat, ac *intertutare* explicat non mediocriter turbare, & *intercipere* totum capere. vide Voss. 4 Instit. Orat. p. 236. ¶ 6. Ponitur & cum se pro *invicem*, unter einander. Nepos 3, 1, 2 *Obtrectarunt inter se.* Sic, *Pueri amant inter se*, Cic. Att. 6, 1. ¶ 7. *Inter* & *intra* confunduntur a librariis. Drakenb. ad Sil. 14, 465.

¶ Interātim, & Interdiatim, dicebant antiqui, quod nunc *Interdum* & *Interim.* Festus.

¶ Interdum, adv. bisweilen, zuweilen. Cic. de Clar. Orat. c. 67 *M. Piso habuit a natura genus acuminis, sed sæpe stomachosum; nonnunquam frigidum: interdum etiam facetum.* Ovid. Pont. 1, 3, 18 *Interdum docta plus valet arte malum.* Cic. de Orat. 3, 54 *Geminatio verborum habet interdum vim, leporem alias.* conf. Suet. Cæs. c. 81. ¶ 2. Quandoque iterum & tertium recurrit. Cels. 1, 1 *Prodest interdum balneo, interdum aquis frigidis uti.* Id. 4, 2 *Destillat humor ex capite interdum in nares; interdum in fauces; interdum etiam in pulmonem.* conf. Id. 6, 6; & Cic. in Orat. c. 59; & Att. 12, 15. ¶ 3 *Interdum* pro *interea* nonnunquam aut *interim* ponitur, ut contra *interim* pro *interdum.* vid. Sil. 6, 30. & Drakenb.

Interea, vide in *Is, ea, id.*

¶ Interibi, pro *interea*. Plaut. Capt. 5, 1, 31 & 33. vide supra in *Ibi.*

¶ Interim, adv. pro *interea*, inzwischen, mittler zeit. Ter. Andr. 1, 1, 100

1, 100 *Funus interim precedit, sequimur.* Sic & absolute posuit Cic. pro Ligar. c. 1; de Orat. 2, 86; &c. ¶ 2. Quandoque sequitur *Dum* vel alia particula. Ter. 5, 2, 2 *Interim dum ante ostium Ste.* Cæs. B. C. 1, 37 *Interim dum de conditionibus inter se agunt.* Suet. Tib. c. 73 *Interim cum in actis senatus legisset.* Adde Liv. 22, 44; & 35, 24; Tac. An. 15, 11, 4. ¶ 3. *Interim* pro *interdum*, bisweilen, zuweilen. Trajanus apud Plinium 10 ep. 27 *Prudenter autem constituit interim navibus, interim vehiculis uti.* Quintil. 3, 10 *Nam in tribus triplices etiam sæpe in eodem incidant.* Tac. An. 1, 4 *Qui reumpabl interim premant, quandoque disturbabant.* Sen. Contol. ad Marciam c. 15 *Quid aliorum tibi fuerva Cæsarum referam? quos in hoc mihi interim videtur violare fortuna, ut se quoque genus humanum præstet* vid Gron. ad Sen. de benef. 6, 42 & Pricæ. ad Apul. 9, 532. Iterum Quintil. 11, 3 *Interim concitatus, interim lenis est.*

Interior, Internus, &c. vide *Intra.*

Interæstus, vide *Æstus*, Interalbico, *Albus*, Interamentum, *Intra*, Interamnus f. interamnanus, *Amnis*, Interanea, *Intra*, Interareteo, *Areo.*

Interbibo, vide *Bibo*, Interbito, *Beto.*

Intercalaris, intercalatio, intercalo, &c. vide *Calo*, Intercapedinatus, intercapedo, *Capedo*, Intercardinatus, *Cardo*, Intercedo, *Cedo*, Interceptus, &c. *Capio*, Intercessio, &c. *Cedo*, Intercido, *Cado*, Intercido, *Cædo*, Intercilium, *Cilium*, Intercino, *Cano*, Intercipio, *Capio*, Intercisus, &c. *Cædo*, Intercludo, &c. *Claudo*, Intercolumnium, *Columen*, Interculco, *Calx*, Intercurro, intercurso, &c. *Curro*, Intercus, *Cutis.*

Interdatus, vide *Do*, Interdianus, interdiarius, *Dies*, Interdico, interdictum, &c. *Dico*, Interdiu, *Diu*, Interduatim, *Inter*, Interductus, *Duco*, Interdum, *Inter*, Interduo, *Do.*

Interea, vide *Inter*, Interemtio, &c. *Emo*, Intereo, *Eo*, Interequito, *Equus*, Intererro, *Erro*, Interesse, interest, *Sum.*

Interfari, interfatio, vide *Fari*, Interfectio, &c. *Facio*, Interfeminium, *Femen*, Interficio, *Facio*, Interfluo, *Fluo*, Interfodio, *Fodio*, Interfringo, *Frango*, Interfuro, *Furo*, Interfusus, *Fundo.*

Intergeries, intergerinus, &c. vide *Gero*, Intergressus, *Gradus*, Interhio, *Hio.*

Interjaceo, vide *Jaceo*, Interibi, *Inter*, Interjectus, interjicio, &c. *Jacio*, Interim, *Inter*, Interimo, *Emo*, Interior, us, *Intra*, Interitus, &c. *Eo*, Interjungo, *Jungo.*

Interlabi, vide *Labor*, Interlegere, *Lego*, Interlidere, *Lædo.* Interlinere, interlitus, *Linio*, Interlocutio, interloquor, *Loquor*, Interlucare, interlucatio, *Lucus*, Interlucere, *Lux*, Interlunis, interlunium, *Luna*, Interluo, interluvies, *Luo.*

Intermaneo, vide *Maneo*, Intermedius, *Medius*, Intermenstruus, *Mensis*, Intermeo, *Meo*, Intermestris, *Mensis*, Intermico, *Micor*, Interminabilis, *Terminus*, Interminor, *Minor*, Intermiteo, *Misceo*, Intermissus, *Mitto*, Intermittus, *Milceo*, Intermorior, *Morior*, Intermundium, *Mundus*, Intermuralis, *Murus.*

Internascor, vide *Nascor*, Internecinus, internecio, &c. *Nex*, Internecto *Necto*, Internidificio, *Nidus*, Internigro, *Niger*, Interniteo, *Niteo*, Internodium, *Nodus*, Internuncio, *Nuncio*, Internuntio, *Nuntius*, Internus, *Intra*, Intero, *Tero*, Interordinium, *Ordo.*

Interpateo, vide *Pateo*, Interpedio, *Pes*, Interpellare, &c. *Pello*, *are*, Interpendium, interpensivus, *Pendo*, Interplicare, *Plico*, Interpolare, &c. *Polio*, Interponere, interpositus, &c. *Pono.*

INTERPRES, *etis*, c. medius dicitur in re agenda & quasi conciliator, ein mittler, unterhändler. Id a *pres*, compositum esse, Grammatici dicunt. Plaut. Cure. 3, 64 *Quod te præsente istic sui, teque interprete.* Sic, *Pacis interpres*, apud Liv. 21, 12. Et, *Fallaces interpretes ac nuntii*, Cic. ad Brut. epist. 10. ¶ 2. *Interpres*, qui linguam alienam & rem obscuram exponit, ein dolmetſcher, ausleger. *Conjector & interpres portentorum*, Cic. de Divin 2, 28. Id fam. 12, 24 *Amici atque interpretis mei filius.* v. ibi Manut. Et Quintil. 3, 6 *Somniorum atque omnium interpretes conjectores vocantur*, traumdeuter.

¶ Interpretor, *atus*, *sum*, *ari*, enarrare, explicare, dolmetſchen, ausleger. *Interpretari somnium*, Cic. Divin. 1, 23. *Obscure dicta*, Quintil. 3, 4. Et, *Interpretari scripturas*, Cic. de Orat. 1, 34, die ſchriften erklären und ausleger. Liv. 1, 21 *Neque velle ea sese interpretor*, i. e. definio, pronuncio. Tac. Hiſt. 2, 39, 3 *Miles alacer, qui tamen jussa Ducum interpretari, quam obsequi mallet.* INTERPRETARI, id est, examinare, & quo pertineant ac spectent, pronunciare, deuten. Plaut. Truc. 1, 2, 41 *Illa, haud equo, habeat publicum. Perverse interpretavis.* Cic. Ep. ad Att. 16, 16 *Sic velim existimes, me de tua liberalitate ita interpretaturum.* ¶ 2. Idem quod tribuere, zueignen, zuſchreiben; est apud Tertullian. de Virg. vel. c. 15 *Hoc nos diabolo interpretamur.* ¶ 3. *Interpretor* etiam passive usurpavit Ammianus Marc. 23, 12; & 24, 21. vid. Cellarii Cur. Poſter. p. 248.

¶ Interpretatus, *a*, *um*, passive est expositus, explicatus, ausgeleat, erklärt. Cic. de Aruſp. resp. c. 17 *Verba, quæ ex Etruscis libris in te conversa atque interpretata dicuntur.* Et Suet. Ner. c. 13 *Verba supplici interpretata.*

¶ Interpretatio, *onis*, f. die ausleauna, deutung. Liv. 2, 8 *Nec interpretatio est facilis.* Cic. Off. 1, 10 *Callida nimis & malitiosa juris interpretatio*, ita *calumniam* definit.

¶ Interpretatiuncula, *æ*, f. dimin. idem. Hieronym. epiſt. 89 c. 6 *Miror, quod septuaginta interpretum libros legas non pares, ut ab eis editi sint; & Christiani hominis interpretatiunculam non sequaris.*

¶ Interpretamentum, *i*, n. idem: qua voce Gellius aliquoties usus est, N. A. lib. 5, 13; 6, 2; 13, 9, & Petronius c. 10 *Somniorum interpretamenta* dixit.

¶ Interpretator, *ōris*, m. interpres, ein ausleger, erklärer. Tertull. adv. Prax. c. 19 *Ipse interpretator est, quomodo cælum solus extenderit.* Et Ver. Interp. Irenæi 1, 1 *Interpretatores mali eorum, quæ bene dicta sunt.*

¶ Interpretabilis, *e*, das ſich deuten läſt. Idem Tertull. contra Valent. c. 14 *Interpretabile nomen.*

¶ Ininterpretabilis, *e*, ſchwer zu erklären. vid. Tertull. l. c. Et Vet. Interp. Hebr. 5, 11 *Sermo ininterpretabilis.*

Interpretium, vide *Pretium*, Interpres, *Interpres*, Interpunctio, &c. *Pungo*, Interpurgo, *Purgo*, Interputo, *Puto.*

Interqueror, vide *Queror*, Interquiesco, *Quiesco.*

Interrado, interrasor, &c. vide *Rado*, Interregnum, interrex, *Rex*, Interritus, *Terreo*, Interrogatio, interrogo, &c. *Rogo*, Interrumpo, interruptus, &c. *Rumpo.*

Interscalmium, vide *Scalmus*, Interscindo, *Scindo*, Interscribo, *Scribo*, Interseco, *Seco*, Interseptus, *Sepio*, Interserto, *Sero*, Intersignum, *Signum*, Intersitus, *Situs*, Interspersus, *Spargo*, Interspiro, &c. *Spiro*, Interstemo, *Sterno*, Interstes, *Sto*, Interstinguo, *Stinguo*, Interstitium, *Sto*, Interstrepo, *Strepo*, Interstringo, *Stringo*, Interstruo, *Struo*, Intersum, *Sum.*

Intertextus, vide *Texo*, Intertignium, *Tignus*, Intertingo, *Tingo*, Intertraho, *Trahо*, Intertremisco, *Tremo*, Intertrigo, intertrimentum, *Tero*, Interturbare, &c. *Turbo.*

Intervacare, vide *Vaco*, Intervallum, *Vallus*, Intervellere, *Vello*, Intervenire, &c. *Venio*, Intervertere, &c. *Verto*, Intervibrare, *Vibro*, Intervigilare, &c. *Vigil*, Intervirere, *Vireo*, Intervivere, *Vivo*, Interulus, *a*, *Intra*, Intervolare, *Volo*, *are*, Intervomere, *Vomo*, Interuterium, *Uter.*

Intestabilis, intestatus, &c. vide *Testis*, Intestinus, *Intra*, Intexo, intextus, *Texo.*

INTIMELIVM, *i*, n. urbs Liguriæ, nunc *Vintimiglia*, Cal ad Cic. fam. 8, 15.

Intimo, intimus, &c. vide *Intra*, Intinctus, intingo, *Tingo*, Intolerabilis, intolerantia, *Tolero*, Intollo, *Tollo*, Intono, *Tono*, Intonsus, *Tondeo*, Intorqueo, intortus, &c. *Torqueo*, Intoxico, *Toxicum.*

INTRA, præpos. locum & tempus significans, innerhalb, innerhalb, drinnen; ut, *Intra dentes, labra*, i. e. in ore, im maule, Plaut. Trin. 4, 2, 64 & 80. *Intra parietes meos*, in meinen 4 pfählen, Cic. Att. 3, 10. Liv. 34, 3 *Compulsa intra mania hostis.* Cic in Verr 5, 89 *Locus intra Octavianum jam nullus est, quo venias* &c. Ovid. Trist 3, 4, 26 *Bene qui latuit, bene vixit, & intra Fortunam debet quisque manere suam*, in ſeinem ſtande, quamquam *infra* hic Heinſius ex MSS molit. Nam & Pl. Veritius 3, 8, 2 *Intra fortunam esse Suam.* Cic. de Orat. 2, 34 *Nosse regiones, intra quas venire debeas.* ¶ 3. Sed *intra viginti dies*, Plaut. Cure 3, 78, binnen oder innerhalb zwanzig tagen. *Intra paucos dies*, Liv. 23, 41. *Intra annum exclusum est*, Vel. Max. 1, 1, 1. Et, *intra hos proximos decem annos*, Trajanus Plinio 10 ep. 41. Eutropius 6, 9 *Intra triennium omnem provinciam cepit*, hoc est, triennio nondum finito. Ibid. c. 10 *Intra* (praticum Pompejus *intra paucos mensis confecit.* ¶ 3. Minuendi vim habet in his: Cic. Fam. 5, 26 *Ipsa mea non modo non contra legem, sed etiam intra legem*, nicht wider ſondern als wir nach den geſetzen dürften. Sic & Id. fam. 4, 4 *Modice hoc faciam aut etiam intra modum*, lieber zu wenig. Adde Liv. 1, 23. & Tac. An. 3, 72, 3. Ita Horat. de Arte Poët. v. 266 *Et intra pœnæ veniæ cautus*, h. e. etiam ubi spes veniæ erat. vid. Gell. 12, 13. Quintil. 11, 3 *Scripta Horatii intra famam sunt*, h. e. *minora fama.* Plorus 1, 3, 5 *Fecimus intra ejus etiam fuit*, h. e. minus gloria Et 4, 11, 9 *Pulchritudo intra pudicitiam principis fuit*, i. e. pulchritudo Cleopatræ (de ea enim ibi loquitur) eo usque suam exercere non potuit vim, ut principis Augusti pudicitiam tentaret. vide & Gruter. Suspic. 3, 10. Similiter adhibetur *Citra.* ¶ 4. *Intra* adv. inwendig. Celſ. 5, 28 *Viridis intra caro apparet.* Id. 7, 15 *Ea pars, quæ intra, paullo longior esse debet, quam quæ extra.*

¶ Interior, *us*, comparativus est, das innere, das weiter drinnen iſt, ut, *Interior ædium pars*, Cic. pro Sextio c. 12, das inwendige nutten im hauſe. *Domus interior*, Virg. Æn. 1, 641. *Interiora regni*, Liv. 42, 59, 11 & Curt. 4, 9, 1, hoc est, media & a finibus remotior regio. *Interiores & recondituæ litteræ*, h. e. doctrina arcanior, & minime pervulgata. Cic. N. Deor. 3, 16. Ita etiam Id. fam. 3, 10 & 7, 13. *Ad Interiorem epistolam*, hoc est, media, ad Qu. fratr. 3, 1, 5. *Interiora consilia*, i. e. secretiora. Nepos 23, 2, 2. *Interior* comes est honoratior una cuntium, quemadmodum *exterior*, de quo v. Linferior. Ovid. Fast. 5, 67 *Et medius juvenum, non indignantibus ipsis, erat: & interior, sic mensa erat.* Liv. 5, 47 Plaut. Pœn. 2, 2 putat minorem antecessisse dimidio corpore, ut melius regerat comitem, isque in illius quasi umbra esset. Sed videtur potius inde esse, quia honoratior locus parieti proximior tutiorque. Itaque *latus* etiam *tegere* vel *claudere* dicitur minor, qui alio jam, ubi pars omnia, minor erat. Hæc interpretatio etiam est N. Heinſii ad Cuperum epistola in Sylloge Burm. T. 2 p. 723, ubi etiam observat, quod a dextra parte in circo cursus inciperent, inde *interiora* ibi esse ſinistra, eamque appellationem inde ad jumenta alii juncta transferri, ut *interior bos* sit ſinister, item *intus canes*, ſinistra. Vid. *Intus* n. 4

¶ Interius, adv. drinnen, inwendig. Cic. de Orat. 3, 49 *Ne fluat oratio, ne vagetur, ne intelligat interius, ne exerrat longius*, ſchweife weis her, ehe es zeit iſt. Palladius 1, 24 de colum barris: *Nisi pumicentur interius.* Et c. 40 de balneis: *fistula tantum calidi dicatur intrare.* Prudent. in Cypriano v. 14 *Sic Deus interius sentitur, & inditur medullis.*

¶ Internus, *a*, *um*, innerlich, inwendig, einheimiſch. Plin. 2, 68 *Oceanus interna maris allatrat.* Sen. Quæst. N. 6, 27 *Internecinus.* Et Tac. Ann. 2, 26, 5 *Interna discordia*: & Hiſt 2, 69, 2 *Interno bello.* Plura exempla habet Borrich. in Cogit. p. 144 seqq. Etiam Scioppius hanc vocem analogia τῆς *externus* tuetur contra Voſſium.

¶ Interne, adv. idem. Ausonius de Claris Vrbibus in Burdigala v. 14 *Distinctas interne vias mirere domorum Dispositum &c.* Sed varia lectio est: etiam contra legem correptio. Grævius *mirere* reponit, optime!

¶ Intimus, *a*, *um*, superlativus est, innerſt; ut, *Intimum sacrarium*, Cic. Verr. 4, 45. *Intimæ ædes*, Id. Verr. 1, 20. *Angor intimus sensus*, Id Attic 5, 10 ¶ 2. Sed *intimus amicus*, pro maxime familiari & caro, ein gehenmer, vertrauter freund. Ter.

Andr. 3, 3, 44 *Davus intimus est eorum consiliis. Intimum aliquem habere*, Eun. 1, 2, 47. Item, *In intimis alicujus esse*, Cic. Att. 4, 16. C. Nepos 10, 1, 3 *Erat intimus Dionysio priori.* Id. 9, 2, 2 *Qui ex intimis Regis ab amicitia ejus defecerat.*

¶ Intime, adv. innigliđ. ut, *Intime uti*, Apul. l. 2 Met. p. 118. Idem Apologia, *Contubernio intime junctus.* Et Cic. ad Qu. Fr. 1, 2, 2 *Scribis matricidam tibi a me intime commendari.*

¶ Intĭmo, *avi*, *atum*, *are*, verbum, quo præcipue cadentis Latinitatis ſcriptores & Patres uſi, ſignificat *intimum reddere*, vereinbaren. Sic auctor Anechomeni, qui vulgo Apulejus creditur, *intimare amplexus* dixit. Solinus c. 4 *Nilus cum mari intimatur.* Ammian. 15, 16 de Rheno: *Oceani gurgitibus intimatur.* Ita Tertull. de Reſurr. carnis c. 3 *Siquidem Epheſiis ſcribens* (Paulus,) *interiorem habitare Chriſtum, ſenſibus utique intimandum omnium ſignificat.* ¶ 2. Hinc *intimare* & publice proponere, inculcare, defigere ſenſibus, apud Iapſæ Latinitatis auctores ſignificat, anſchlagen, kund thun. Veteres Gloſſæ: *Intimare*, γνωρίσαι, ἐμφανίσαι, φανερῶσαι; *Intimat*, παρήγγειλε. Symmach. 10 epiſt. 40 ad Theodoſ. Auguſtum: *Prædeceſſorum perennitati veſtræ rationem dicitur intimaſſe.* Sext. Ruf. c. 3 *Sub his quantum Roma profecerit, breviter intimabo.* Adde Ambroſ. cont. Arian. c. 8; Capitol. in Vero c. 1; Ammian. 21, 11. Decepti corrupta lectione crediderunt etiam in Livio 4, 46 reperiri *intimaſſe filio*, cum in melioribus libris ſit *inſtituiſſe.*

¶ Intĭmātus, *a*, *um*, angekündiget; ut, *Intimatæ donationes*, i. e. inſinuatæ, l. 19 in pr. C. de ſacroſ. eccleſ. *Per-autores intimata*, i. e. prodita memoria, Spartian. Vero c. 7. *Litteris intimata*, Treb. Poll. in Gallien. c. 16. *His breviter intimatis*, Mart. Capell. 5 p. 169.

¶ Intimatio, *ōnis*, f. die ankündigung. Martian. Capella lib. 9 poſt princ. *doctæ intimationis excurſus.* conf. l. 23 C. de Teſtam.

¶ Intimator, *ōris*, m. qui intimat. Capitolin. in Pertinace c. 10 *Stultus rerum intimator.*

¶ Interatus, *a*, *um*, ab *Interare*; Gloſſ. lat. gr. *Interata*, ἐξεντερισθέντα.

Interatim, adv. ex Feſto & *Interim*, vide in *Inter.*

¶ Interamentum, *i*, n. ein zugehör von innen. Liv. 28, 45 *Interamenta navium explere*; ubi Gronovius in aliquo Codice *Inceramenta* ſe inveniſſe fatetur, quod an præſtet, in medio reliquit.

¶ Interaneus, *a*, *um*, inwendig. Scrib. Larg. Comp. 96 *Purgat vomicas interaneas.* Plin. 20, 11 *Tormina interanea.*

¶ Interaneum, *i*, n. ſubſt. der darm, maſt-darm. Plin. 32, 9 ſ. 33 *Procidentis interanei morbum torpedo appoſita continet.* Frequentius eſt

¶ Interanea, *orum*, n. pl. viſcera & inteſtina, eo quod intra corpus ſint condita, das eingeweide, die gedärme. Vet. Gloſſ. ἔγκατα, *Inteſtina*, *Interane*, *Exta.* Item, *Interanea*, ἔντερα. Plin. 8, 27 de panthera: *vivacitatis adeo lentæ, ut ejectis interaneis pugnet.* Et 30, 7 *Interaneorum morbi.* Vetius Valens apud Barthium Adverſ. 5, 4 *Humanorum autem membrorum tibiæ, genua, nervi, cruor, pituita, alvus, renes, & interanea.* Vetus Inſcriptio Romæ: RELIQVA CARO CVM PELLE ET INTERANEIS PROFICIAT VENDITORI.

¶ Interuſus, *a*, *um*, dimin. interior. Capella lib. 9 *Quin etiam interulos gaudens diſſolvere nexus.*

¶ Interula, *æ*, f. tunica interior, das hemd. Tertull. de Pallio c. 5 *Si quid interule ſupereſt.* conf. Vopiſcus in Probo c. 4. Et Apulej. Flor. 2 pr. *Tunica interula tenuiſſimo textu.*

¶ Inteſtinus, *a*, *um*, id eſt, interior, innerlich, einheimiſch; ut, *Diſcordia inteſtina.* Sic, *malum inteſtinum*, Cic. ad Brut. ep. 10 pr. Et, *Bellum inteſtinum*, i. e. civile, Id. Catil. 2, 13. *Dolor inteſtinus*, Ser. Sulpic. ad Cic. 4 ep. 5.

¶ Inteſtinum, *i*, n. plur. Inteſtina, ſubſt. n. die gedärme, das eingeweide. *Mihi inanitate jamdudum inteſtina murmurant*, Plaut. Caſin. 4, 3, 6. *Inteſtinum tenue*, Celſus 2, 1, zarte darm. *Inteſtinorum roſiones*, das grimmen im leibe, Plin. 20, 21. Et, *Ex inteſtinis laborare*, Cic. fam. 7, 26. Id. de N. Deor. 2, 55 *Reliquiæ cibi depelluntur, tum adſtringentibus ſe inteſtinis, tum relaxantibus.*

¶ Intraneus, *a*, *um*, i. e. *Internus*, apud Sidonium.

¶ Intrārius, *a*, *um*, idem quod *intimus.* Plautus: *Cari mihi atque intrarii amici.*

¶ Intrinſecus, adv. inwendig, darzwiſchen, von innen; ut, *extrinſecus.* Colum. 12, 43 *Vaſa intrinſecus & exterius cruſſe picare.* conf. Plin. 11, 37. Et Celſ. 4, 1 *Iecur intrinſecus cavum, extrinſecus gibbum.*

Intractabilis, intraho, vide *Trabo*, Intramuranus, *Murus*, Intratus, *Intro*, *are*, Intremiſco, intremo, *Tremo*, Intrepidus, *Trepido*, Intrico, *Tricæ*, Intrimentum, *Tero*, Intrinſecus, *Intra*, Intritus, intritura, *Tero.*

INTRO, adv. motum ſignificans ad locum. *Abi intro*, Ter. Andr. 3, 2, 43, gehe hinein. *Intro auferre*, Id. Andr. 1, 1, 1 *Intro ad nos venit errans*, Id. Ter. Eun. 5, 6, 2.

¶ Intro, *avi*, *atum*, *are*, introire, ingredi, hinein gehen, einziehen. *Intrare urbem*, & *in urbem*: Virg. Æn. 5, 57 *Portus intramus amicos. Non niſi victor caſtra intrabis*, Liv. 10, 36. *Intrare in rerum naturam*, Cic. de Fin. 5, 16 pr. die natur einſehen, &, *Intrare in alicujus familiaritatem*, id eſt, ſeſe inſinuare, Idem metaphorice dixit ad Qu. fratr. 1, 1, 5. *Intrare cum curru urbem*, in die ſtadt fahren, Curt. 5, 1, 23. *Intrare ad præſepia*, Phæd. 5, 9, 2. *Ponto intrare*, Sil. 11, 473 & ſic ſæpe poetæ cum caſu tertio. ¶ 2. Eſt & judiciorum verbum, vor gerichte erſcheinen. Plin. 5 epiſt. 4 *Alio ſenatu ſine advocato intraverunt.* Et 6 epiſt. 31 *A parte hæredum intraverunt duo.* ¶ 3. *Intrare cuſpide*, pro transverberare dixit de apro Martial. 7 epigr. 97 *Quem meus intravit ſplendenti cuſpide Dexter, Præda jacet noſtris invidioſa focis.*

¶ Intrans, *tis*, Petron. c. 28 *Pica intrantes ſalutabat.* Virg. Æn. 4, 388 *Deum vidi intrantem muros.* Stat. Achill. 1, 513, *Intrantemque Deum primo pallore fatetur*, de ſacerdote quem Deus numine ſuo replet & afflat.

¶ Intrātus, *a*, *um*, betreten, beſchritten. Ita *intratas Gallias cum exercitu*, Vellej. 2, 39, 1 dixit, & 105, 1 *Intrata protinus Germania.* Liv. 21, 25 *Vbi rurſus ſilvæ intratæ.* Ovid. Met. 9, 11 *Domus intrata.* Et Silius quoque 12, 583 *Intratam Senonum capietis millibus urbem.* Id. 12, 323. *Phœbo intrata ſacerdos*, i. e. repleta. Add. Drakenb. ad 11, 255

¶ Intrābilis, *e*, da man hinein kan: ut, *Intrabile os amnis*, Liv. 22, 19 extr. ex emendatione Cl. Gronovii.

¶ Introrſum, & Introrſus, quaſi intro verſus, hineinwerts, inwendig, hinein. *Hoſtem introrſum in media caſtra accipiunt*, Liv. 10, 33. Et Cæſar B. Gall. 2, 18 *Collis imimus aperitur, ab ſuperiore parte ſilveſtribus, ut non facile introrſus perſpici poſſit.* Sen. de Vita beata c. 3 *Foris nitent: introrſus miſera ſunt.* Id ep. 7 *Introrſus bona tua ſpectent.* Adde Horat. 2 ſat. 1, 63; & 1 epiſt. 16, 45.

¶ Subintro, *are*, nahen einkommen. Auguſtin. Enchirid. c. 24 *Etiam nolentibus ſubintravit ignorantia rerum agendarum.* Et Ambroſius de Bono mortis c. 4 *Paſſus eſt Dominus ſubintrare mortem, ut culpa ceſſaret.* conf. Vulg. Interpr. Rom. 5, 20; & Gal. 2, 4. item Tertull. adv. Marc. 5, 3.

Introcludo, vide *Claudo*, Introdo, *Do*, Introduco, *Duco*, Introeo, *Eo*, Introgredior, *Gredior*, Introitus, *Eo*, Intromitto, *Mitto*, Introrſum, us, *Intra*, Introrumpo, *Rumpo*, Introſpicio, *Species*, Introvocatus, *Voco*, Introrſus, *Trudo*, Intubaceus, intubus, *Intybus*, Intueor, intuitus, *Tueor*, Intumeſco, *Tumeo*, Intumulatus, *Tumulus*, Intundo, *Tundo*, Inturbatus, inturbidus, *Turba*, Inturgeſco, *Turgeo.*

INTVS, adv. ἔνδον, quod & in loco, & ad locum, & de loco ſignificat; in loco tamen cum maxime, drinnen. Vnde & Quintilianus ſolœciſmi arguit, qui dicant, *Intus eo.* Nam 1, 5 ait: INTRO, & INTVS, *loci adverbia.* Eo *tamen* INTVS, & INTRO ſum, *ſolœciſmi ſunt.* Perſ. 3, 30 *Ego te intus & in cute novi*, ich kenne dich auswendig und inwendig. Sic, *intus machera*; *intus patera*: *Intus argentum*, &c. & alia per hyphen apud Veteres dicuntur, pro iis, quæ intus ſunt, vel aſſervantur. Aliquando & cum Accuſativo aut Ablativo, ut præpoſitio IN, conſtruitur: ſic, *intus domum*, pro in domo, Plautus dixit Mil. Glor. 2, 1, 55. Plin. 33, 1 *Metalla nunc, ipſæque opes, & verum pretia dicentur tellurem imus exquirente cura*: INTVS TELLVREM, id eſt, intra tellurem, vel in tellure. *Intus ſedibus*, pro in ſedibus, apud Lucretium eſt 2, 964. ¶ 2. hinein. Plaut. Caſ. 5, 2, 7 *Vbi intus hanc novam nuptam deduxi via recta.* Vbi *intus* idem quod *intro* eſt. v. Rutgerſ. Var. Lect. 6, 19 p. 609. Lucret. 4, 1088 *Nam cibus atque humor membris aſſumitur intus.* Cæſ. de B. Civ. 3, 26 *Quo ſimul atque intus eſt itum*, (loquitur de portu Nymphæo) *auſter in africum ſe vertit.* ¶ 3. Idem Lucret. 6, 726 *Cum mare permotum montis vult intus arenam.* Vbi *intus* ἐνδοθεν eſt, von inwarts raus. Plaut. Perſa 2, 4 extr. *Egreditur intus*, i. e. e domo. Ita enim omnino legendum eſt. Alibi tamen per Pleonaſmum idem Comicus *το foras* adjecit: ut, *Exit foras Chalinus intus*, Caſina 2, 6, 42. Et, *Iubebo, intus efferri foras*, Id. Bacch. 1, 2, 62. ¶ 4. *Intus equum agere*, eſt brevi gyro circumagere ſive flectere, wenden, einlencken; & ad ſiniſtram quidem maxime, ſi circum reſpicimus: ad metam enim provecti introrſum ad ſiniſtram flectebant. Vnde Virgil. Æneid. 5, 170 *Radit iter levum interior.* Vide Torrentium ad Horatii 1 od. 1, 4; & 2 ſat. 5, 17, itemque Lipſium ad illud Senecæ de Tranq. animi c. 9 *Non in curſu tantum circique certamine, ſed in his vitæ ſpatiis interius flectendum eſt.* Per allegoriam Ovidius Faſt. 6, 585 *Tertia cauſſa mihi ſpatio majore canenda eſt. Nos tamen adductos intus agemus equos*, i. e. non longe digrediemur, & paucis adeo rem expeditam dabimus. vide *Interior* ſub *Intra.* Sic & *intus canere*, eſt ſiniſtra chordas carpere: nam quando dextra plectro utitur, *foris canere* eſt; vide ſupra *Cano.* *Intus* autem *ſibi canere*, proverbialiter Cicero dixit in Rullum 2, 26, pro commodi proprii gratia facere omnia ſine honeſtatis cura: *Atque hoc carmen non vobis, ſed ſibi intus canit*, er ſiehet nur auf ſeinen nutzen.

¶ Abintus, von innen. Paulin. Iambo ad Cyther. v. 437 *Abintus ejus emicabat gratia Sermone mentis nuncio.*

¶ Deintus, idem. Vulg. Interpr. Luc. 11, 7 *Ille deintus reſpondens.* Ibid. v. 40 *Qui fecit, quod deforis eſt, etiam id quod deintus eſt fecit.*

Intutus, vide *Tueor.*

INTŸBVS, *i*, ſcribunt & *Intubus*, fœm. & Intubum, n. plur. *Intyba*; ut, *Et amaris intyba fibris*, Virgil. Georg 1, 120. Et Plin. 20, 8 *Intybi non extra remedia ſunt.* Invenias & ſingulare neutrum, *Intybum.* Eſt autem *Intybus* herba, quam vulgo nomine ab *intybo* corrupto vocant, endivien. *Intybus* ſelvaticus *brevis*, Græcis ἄγριος. Nam *ſilveſtris Intybus*, cichorium eſt, wegwart. Adde Colum. 8, 14; Pallad. 1, 30; Apul. de Herb. c. 47.

¶ Intubaceus, *a*, *um*, von endivien; ut, *Folia intubacea*, Plinius 27, 12.

Invado, vide in *Vado*, Invalentia, invaleo, invaleſco, invalecudinarius, invaletudo, invalidus, *Valeo*, Invaſio, invaſor, *Vado*, Inveƈtio, inveƈtivus, inveho, *Vebo*, Invenio, inventarium, inventio, &c. *Venio*, Invergo, *Vergo*, Inverſare, inverſio, inverſura, inverto, *Verto*, Inveſperaſco, *Veſper*, Inveſtigabilis, inveſtigatio, &c. *Veſtigium.*

Inveſtire, inveſtis, quære in *Veſtis*, Inveterare, inveteraſcere, *Vetus*, Invicem, *Vicis*, Invictus, *Vinco*, Invideo, invidia, &c. *Video*, Invigilo, *Vigil*, Invinius, *Vinum*, Invio, are, *Via*, Inviolabilis, inviolare, *Violo*, Inviſcerare, *Viſcus*, ĕris, Inviſor, invitus, *Video*, Invitatio, &c. *Vito*, Invitabilis, *Vitium*, Invito, are, *Vito*, Invitus, *Vis*, Invius, *Via.*

INVLA, *æ*, f. planta, quæ & *Elenium*, ἑλένιον, dicitur, alant. Horat. 2 ſat. 2, 44 *Atque acidas mavult inulas.* vide *Helenium.* Adde Plin. 20, 5; Colum. 10, 119; Pallad. Febr. t. 24; & Nov. t. 18. Sed de *Inula Campana* vid. Apul. de Herb. c. 95.

Inumbro,

Inumbro, quære in *Umbra*, Inunco, *Uncus*, Inunctio, *Vago*, Inundatio, inundo, *Unda*, Inungo, *Vago*, Invacatio, invoco, *Voco*, Involito, involvolo, *Volo, āre*, Involucrum, *Volvo*, Involuntarius, involuntas, *Volo, velle*, Involvo, involutio, *Volvo*, Inurino, are, *Virus*, Invulgo, *Vulgus*, Invulnerabilis, invulneratus, *Vulnus*.

ĪNŪVS, *i*, m. ident qui *Incubus*, ὁ ἐφιάλτης, der alp. Pana esse, Servius tradit ab ineundo, in illud Virg. Æn. 6, 775 *Pomerios, castrumque Inui, &c.* ita tamen, ut inter Pana & Faunum ambiguus sit. Dubitat etiam Rutilius itin. 1, 232 sq. ubi vid. Burm vide & Livium 1, 5, & Macrob. Saturn. 1, 22. ¶ 2. *Castrum Inui* Latii urbs, perperam ab aliis in Hetruria collocata. vid. Virg. & Rutil. ll. cc. & Cluver. Ital. 2, 2.

IŌ, interjectio gestientis lætitia. Ovid. de Arte am. 2 princ. *Dicite io Pæan, & io bis dicite Pæan.* Horat. *Io triumphe*, 4 oda 2, 49. Adde epod. 9, 21. *Io Hymen Hymenæe, io Hymen!* vox nuptialis, Plaut. Cas. 4, 3, 3. ¶ 2. Item mœrentis, & inclamantis. Ovid Fast. 4, 447 *Ida quidem clamabat, io carissima mater, Auferor.* Tibull. 2, 4, 6 *Io remove, sæva puella, faces.* Silius 4, 781 *Clamat io conjux, quocunque in cardine mundi Bella moves, huc signa refer.*

IŌ, Ius, Inachi filia, amata ab Iove. Ovid. Met. 1, 628 *Constiterat quocunque loco, spectabat ad Io* vide fabulam apud eumdem ibidem & insignem de patre ejus dissertam scriptorum ap. Bur. l. c. v. 588. Genitivus *Ionis* est apud Plautum, vide supra in *Argus*.

Iobileus, vide *Iubilæus* in *Iubilo*, Iocabundus, *Iocus*.

IŌCASTA, *æ*, f. Ἰοκάστη, filia fuit Creontis, & uxor Laji, regis Thebarum, mater Polynicis & Eteoclis, cum Oedipodi filio post Laji mortem per imprudentiam nupsisset; Qui cum mutuis ictu vulneribus confecissent, ipsaque sese interemisit. Stat. 8, 642 *Prima videt caramque tremens Iocasta vocabat.*

Iocor, jocularis, &c. vide *Iocus*, Iocur, jocorosus, *Iecur*.

IŌCVS, *i*, plur. joci & joca, scherz. Cic. Att. 14, 14 *Joca tua plena facetiarum. Iocus* enim verborum est, ut factorum *Ludus* Quint. 6, 3 p. 527 Burm. *Adversus miseros inhumanus est jocus. Ioci liberales*, Plin. Paneg. c. 49. *Ioci lascivi*, contrarium, Plinius major 8, 40. *Movere cachinnos*, Horat. 1 epist. 19, 20. Plaut. Pœn. 5, 5, 41 *Tu, si quid per jocum dixi, nolito in seriam convertere.* Et in Amph. 3, 2, 39 *Si quid dictum est per jocum, non æquum est, id te serio prævortier.* Cic Off. 3, 29 *Lude & joco, uti licet, cum gravibus seriisque rebus satis fecerimus.* Id. Phil. 2, 4 *Quam multa joca solent esse in epistolis &c.* Sic. *Ioco dicere, joco vetle*, est, per jocum, non serio, scherzweise. apud Ter. Eun. 1, 2, 99; & Heaut. 3, 2, 30 *Illi quibus jus jurandum novus est*, Cic. pro Flacc. c. 5. *Spero me sic vivere, ut nemini jocus sim*, es darf mich niemand auslachen. Petron. c. 57. *Religiones jocum visumque facere*, Id. c. 17, i. e. illudere, traducere, verspotten. Sic *Ludum jocumque esse, fieri*, est, pro ludibrio haberi: Ter. Eun. 2, 3, 7 *Qui si amare occeperit, ludum jocumque dices Fuisse illum alterum, prout hujus rabies quæ dabit.* i. e. levis & jocularis illius videbitur amor ad hujus furorem comparatus, tändelspiel. Lucilius apud Gellium 16, 9 *Verum hæc ludus ibi, jusque omnia deque fuerunt. Neque & deque fuere, inquam, omnia ludus jocusque.* Tibull. 3, 7, 2 *Difficile est tristi fingere mente jocum.*

¶ Iōcŭlus, m. sive Ioculum, *i*, n. dimin. Plaut. Truc. 1, 2, 11 *Per joculum & ludum.* Id. Most. 3, 3, 29 *Ioculo aliquem fallere*, i. e. per jocum.

¶ Iōcōsus, *a, um*, facetus, urbanus, scherzhaft; ut, *Ludi jocosi*, Ovid. Fast. 5, 183. Sic Cic. de off. 1, 37 *Videat, quibus de rebus loquatur: si seriis, severitatem adhibeat: si jocosis, leporem.*

¶ Iōcōsē, adv. im scherz. Cic. ad Q. Fratr. 2 epist. 11 *Eum lusi jocose satis.* Id. Fam. 9, 24 *Cave existimes, me, quod jocosius scribam, abjecisse curam reipublicæ.* Horat. 1 sat. 4, 103 *Liberius si dixero quid, si forte jocosius.*

¶ Iōcŭlaris, *e*, risu jocoque dignus, lächerlich, kurzweilig. Cic. de Leg. 1, 20 *Ioculare est ipsum quidem, & a multis sæpe derisum.* Et, *Ioculares casus*, apud eumdem de Fato c. 8. & Amm. Marcell. lib. 20 ridiculi sunt: five, qui non tam afflignt, quam jocum ludumque nos faciunt. *Ioculatis audacia*, Ter. Phor. 1, 2, 84. *Ioculatia carmina*, Suet. Ner. c. 42. Liv. 7, 2 *Inconditis inter se jocularia fundebant versibus milites.* ¶ 2. *Ioculare* etiam dicitur, quicquid leve & contemnendum. Vnde & duo ista conjunxit Phædrus, cum ait 4, 1, 1 *Ioculare tibi videretur & sane leve, Dum nihil habemus majus, calamo ludimus.* Auson. Parental. 5 de Æmilia Corinthia Maura: *Nomen huic ioculare datum, cute fusca quod olim Æquales inter Maura vocata fuit.* Huic contrarium, *Serium malum*, id est, magnum & grave.

¶ Ioculariter, adv. scherzweise. Plin. 22, 22 *Aristophanes Euripidi poëtæ objicit jocularitet.* Suet. Aug. c. 75 *Festos & solemnes dies profusissime: nonnunquam jocularitet tantum celebrabat.* conf. Spartian Hadr. c. 12.

¶ Iocaliter, idem, apud Ammian. 15, 12 *Quos jocaliter Murcos appellant.*

¶ Iocul'tōsus, *a, um*, idem quod *jocularis*: ut, *Iocularium malum*, Ter. Andr. 4, 5, 43, id est, non adeo grave. Horat. 1 sat. 1, 23 *Iocularia ridens percurrem.*

¶ Iocularia, *æ*, f. subst. ein possenspiel. Sarisb. epist. 245 *Importuna narratio instar est musicæ in luctu funeris, jocularium exercentis.*

¶ Iocŭlor, *ari*, scherzen, gaukeln, verbum cujus participium

¶ Iocŭlans, *tis*: ut, *Militariter jocolantes*, Liv. 7, 10.

¶ Iocŭlanter, adverb. idem. Sidonius 1 epist. 2 *Ioculanter compellare.*

¶ Iocŭlatio, *ōnis*, f. scherz, possen. Firmicus 5, 5 *Ioculationes cantusque exercebant.* Et c. 4 *Ioculationibus dedititus.*

¶ Iocŭlator, *ōris*, m. ein possenreisser oder (quod Germani inde formarunt) ein gaukler. Cic. Att. 4, 16 *Ioculatorem senem illum interesse mihi.* Variant quidem libri; ita tamen ediderunt accuratissimi viri Jan. Gruterus & I. G. Grævius.

¶ Iocŭlatōrius, *a. um*, possierlich, lächerlich. Diomed. Gramm. *joculatoria quædam pronunciare* Cic Att. 4, 16 *Ioculatoria disparatio.* Sed aliam lectionem vide in *Ioculator*.

¶ Iocŭlax, *ācis*, idem. Gloss. gr. lat. γελοῖος, *joculax*.

¶ Iŏcor, *atus sum, ari*, scherzen treiben. Cic. fam. 2, 4 *Iocerne tecum per litteras?* Ter. Eun. 2, 3, 6 *Iocabor equidem.* ¶ 2. *Iocabo* active pro *jocabor* dixit Plautus Cas. 4, 2, 20.

¶ Iocans, *tis*. Cic. Acad. 1, 3, 6 *Me appellabat jocans.* Ovid Trist 2, 497 *Mimi obscena jocantes*, zotenreisser. Petron. c. 26 *Iocantium libido.*

¶ Iocatus, *a, um*, der gescherret hat. Horat. 1 sat. 5, 62 *In faciem permulta jocatus*, i. e. propter cicarices in facie

¶ Iocatio, *ōnis*, f der scherz. Cic fam 5, 16 *Nunc venio ad jocationes tuas.* Et ad Att. 2, 8 *Si nihil in ea epistola fuit præter jocationem.*

¶ Iocabundus, *a, um*, scherzhaft, scherzend. im scherz. Liv. lib. 21, 7 *Iocabundus ac ludens inter egregia* Et Valer Max. 1, 6 extr. 8 *Cum jocabundus quasi delusa sortium fide reverteretur.* conf. 3, 2 ext. 6. Id. 2, 4, 4 *Iuventus rudi atque incompta ætate mota corporum jocabunda.*

¶ Iŏcista, *æ*, m. qui jocatur, ein possenreisser, ridelherine, in Indice Gloss. v. Batri. Adverl. 11, 29.

¶ Adjŏcor, *ari*. P. Chrysologus serm 152 de laniena Bethlehemitica: *gladio adjocabatur infantulus*, h. e. arridebat quasi ludenti & jocanti secum militi.

¶ Dispŏcor, *ari*, ausscherren. Catull. 21, 5 *Simul expocavis una*, ut Scaliger ex MS. emendat, quem vide.

IOHANNES, vel Ioannes, *is*, m. hebraice idem ac *Gratia Domini*, nomen est in Nov. Test & Baptistæ & Evangelistæ Poetis prima Syllaba est anceps. Iuvenc. 1, 53 *Nomine Ioannem quem tu vocitare memento.* Sedul. 1, 342 *Move velens aquile verbo petit astra Ioannes.*

IOHIA, interjectio renuentis & cunctantis, ey nein. v. Plaut. Merc 4, 3, 31.

IOL, urbs Numidiæ, Iubæ regia, postea *Colonia Cæsarea* a Claudio vocata. Plin 5, 2.

IŌLAS, *æ*, m. pastoris nomen. Virg ecl. 9, 2, 57, & ecl 3, 76. Augustum intelligi volunt dictumque *Iolaus* quasi *Iulus*.

IŌLAVS, *i*, m. filius Iphicli, de quo postea. Herculi Hydram interficienti adfuit, & ejus precibus ab Hebe juventuti restitutus est. Ov. Met. 3, 359 *Ora ferunt primo Iolaum tinxisse.*

IOLCHOS, vel Iolcos, *i*, f oppidum Thessaliæ in Magnesia, Iasonis patria, venenorum ferax v. Horat epod 5, 21. Lucan. 3, 192. Mela 2, 3.

¶ Iolchiacus, vel Iolciacus, *a, um*, adj. ut, *Iolchiaca vota*, Virg. Cir. v. 377. *Iolciaci portus*, Ovid. Met. 7, 153.

IŌLE, *es*, f. Euryti filia, quam Hercules occiso patre abduxit. v. Ov. Metam. 9, 394; & Heroid. epist. 9, 133.

ION, *i*, n. ἴον, gemma apud Indos violacea, Plin. 37, 10. v. *Ionia* n. 2. ¶ 2. *Ion*, m. nomen viri. Stat. Theb. 8, 454 *Cultor Ion Pisæ.* Adde Plin. 18, 32, & 34, 8. At Iones vid mox sub *Ionia*.

IŌNAS, *æ*, m. propheta V. T. v. Prudent. Cath. 7, & Sidon. carm. 16, 26 *Complexi Ionam, resonant dum viscera monstri.*

¶ Ionæus, *a, um*, adject. Iuvenc. 2, 711 *Hic & Ionæis monitis potiora jubentur.*

IŌNIA, *æ*, f. Ἰωνία, Græciæ Asiaticæ, seu Asiæ minoris regio, in qua sunt Ephesus, Miletus, Priene, &c. celebres urbes. v. Plin. 5, 17, & 28. ¶ 2. *Ionia* sive *Ionis*, gemma ardens, *appellata a prælatis floribus*, Plin. 37, 7. Al. *Ion*.

¶ Iōnes, *um*, tribus syllabis, pen. prod. populus Ioniæ. v. Isidor. 9, 2.

¶ Iōnĭcus, *a, um*, adj. ut, *Lingua, dialectus Ionica.* Sic Horatius 3 oda 6, 21 *Mutatis docuit gaudet Ionicos.* De *Ionici pedibus*, vid. Isidorus 1, 16; *Ionici* etiam meminit Mart. Capella 5 p. 169. Athenæus Dipnos. lib. 12 docet, saltationis genus olim fuisse lascivum ac petulans, quod *Ionicam* diceretur. Sed & *Risus Ionicus* in molles & voluptuarios dictus. vide Chiliad. & conf. Plaut. Stich. 5, 5, 28; Perf. 5, 2, 45; & Pseud. 5, 1, 28.

¶ Ionice, adv. i. e per dialectum Ionicam, Gell 6, 14.

¶ Iōnius, *a, um*, idem: ut, *Mare Ionium*, inter Italiam Græciamque, Plin. 3, 6 & 8. Liv. 23, 33 *Philippus propere Italiæ, ac mari tantum Ionio disceretus erat.* Et, *Sinus Ionius*, Horat. epod 10, 19.

¶ Ioniăcus, *a, um*, idem; ut, *Ioniacæ puellæ*, quinque syllabis. Ovid. Heroid. epist. 9, 73 *Inter Ioniacas calathum tenuisse puellas.* Add. Art. Amand. 2, 219.

Ionus, vide infra *Itonus*.

IONTHVS, *i*, m. ἰονθος, tumor in facie, geschwulst im gesicht. Priscian. 1, 18.

IONTĪTIS, *ĭdis*, f. herba quæ & *Aristolochia*, osterluey. Apul de Herb. c. 19.

IŌPAS, *æ*, m. Rex Afrorum, inter procos Didus, musicus insignis. Virg. Æn. 1, 744 *Cithara crinitus Iopas personat aurata, &c.*

ĪŌPE, *es*, f. nomen Nymphæ apud Propertium 2, 28, 51.

IOPPE, *es*, f. Ἰόππη, urbs Iudææ maritima antiquissima, Joppen, Ebræis *Iapho* dicta. Pomp. Mela 1, 11 ibi tradit Andromedam a Perseo liberatam. conf. Plin. 5, 13; & Isidor. 15, 1.

¶ Ioppĭca, *æ*, f. Iudææ toparchia, Plin. 5, 14.

IORDĀNIS, *is*, m Ἰορδάνης, amnis emacrissimus Iudææ. fic dicitur a duobus fontibus ipsum ex Libano monte fluentibus, quorum alter *Ior*, alter *Dan*, der Jordan. v. Isidor. 13, 21. B. Hieron. in Matth. 3, 16 *Iordanis oritur e duobus fontibus Libani: & habet duos fontes: unius nomine* IOR, *& alterum* DAN: *qui simul exeunt, Iordanis nomen efficiunt* Tac. Hist. 5, 6, 4 *Iordanes* dicitur. Mediam fecerunt ancipitem. Nam Tertullianus & Fortunatus corripuerunt: Iuvencus & alii contra prodiderunt. ¶ 2. Iordanis baptismus Christianus in Iordane fluvio factus; ipsum fluminis nomen Christianis poetis baptismum aliquando significat. Prudent hymn 2, 61 *Durare nos tales sinit, Qui Iordanem servi fluvium Nitore fecit ipsum baptismatis fontem.* Et Paulin. Petrocorien. 4, 55 *Arcana quæ dicunt homines Iordanem rorat aquis.*

IOS, duobus syllabis, ος, insula una ex Cycladibus, in qua sepultus fuit Homerus. v Plin 4, 11

IŌSEPH, vel Iosephus, *i*, m. nomen biblicum. v. Iuvenc. 4, 721; & Arat. 1 Apost. 105. ¶ 2. *Iosephus* nobilis historicus, Hierosolymæ Vespasiani captivus; ei imperium, sibi liberationem vaticinatus. vid. Suet. Vesp. c. 5, & Ios. B. Iud. 3, 14.

IOTA, duab. syllab. Ἰῶτα, nomen litteræ Græcorum, Cic. de Orat. 3, 12. Martial. 3 epigr. ult. *Unum de titulo flere iota potes.*

¶ Iotacismus, *i*, m. Grammaticis est, ubi litera I concumulatur; ut si dicas: *Iuno Iovi irasceitur*; vel quoties in hac littera duplicatur sonus; ut, *Troija, Maija*, v. Mart. Ca. cll. 5 p. 167; & Isidor. 1, 31.

Iovialis, Iovis, Iovius, quære in *Iupiter*.

ĪPHIANASSA, *æ*, f. Lucretio dicta est Iphigenia, (de qua mox) 1, 85 *Iphianassai turparunt sanguine fœde Ductores Danaum.*

Iphias, vide mox *Iphis*.

IPHĪCLVS, *i*, m. Herculis frater uno cum eo partu editus, vel Iphicles, Ἰφικλῆς. Sic enim Suidas habet. Pater fuit Iolai, qui Herculle defuncto filios ejus in Sardiniam insulam duxit. Ab eo igitur *Sardinii Iolenses* appellati fuere. v. Strabonem lib. 5.

IPHIGRĀTES, *is*, m. Ἰφικράτης, Atheniensis fuit, rei militaris gloria & virtute celebris: qui turpissimam dixit esse Imperatoris vocem, ἐκ τῶν ποσσὶν κυκᾶσθαι, hoc est, *non putâram*, Plutarch.

ĪPHĪGĒNĪA, *æ*, f. Ἰφιγένεια, Agamemnonis filia, quam ad placandum numen Calchas mactandum in sacrificio censuit apud Aulidem. vide Argumentum Tragœdiæ Euripidis, cui titulus *Iphigenia in Aulide*, & Beroald. ad lib. 8 Apulej. p. 72. Ovid. Met. 12, 32 *Flentibus ante aram fletit Iphigenia ministris.*

ĪPHĪNŌE, *es*, f. Prœti Argivorum regis filia, quam cum sororibus, Iphianassa & Lysippe, cum se Iunoni pulchritudine præferrent, furiis agitatam Melampus sanitati restituit. v. Virg. ecl. 6, 48; Ovid. Met. 5, 326. ¶ 2. *Iphinoe* cum reliquis mulieribus Lemnios concilium cepit, viros ab expeditione Thracica reduces trucidandi. vid. Val. Flacc. 2, 162 & 327.

ĪPHIS, *idis*, m. Mercurii filius, Argonautarum unus, Val. Flacc. 1, 441. ¶ 2. Dux aut miles, Stat. Theb. 8, 447. ¶ 3. Puella Cretensis, nuptiarum die in marem mutata, Ovid. Met. 9, 668 & seqq. ¶ 4. Puer formosus, qui Anaxareten deperiit & propter repulsam finivit vitam laqueo, Ovid. Met. 14, 700.

¶ Iphias, *ădis*, f. Iphidis filia Evadne, quam alii Martis filiam faciunt. vide supra *Evadne*, quæ *Iphias* dicitur Ovid. Trist. 5, 14, 38, & de Pont. 3, 1, 111; & de Arte am. 3, 22.

IPHĪTVS, *i*, m. vir Trojanus, Virg. Æn. 2, 435. ¶ 2. Rex Elidis, Argonautarum unus, a quo certamen Olympiacum restauratum. v. Val. Flacc. 1, 363.

IPS, f. Ἶψ, vermis cornua rodens & vites.

IPSE, *a*, *um*, genit. *Ipsius*, dat. *Ipsi*, pronomen trium personarum, epitagmaticum Linacro, Donato subjectivum, pro *ego, tu, ille ipse*, ich, du, er selbst. Virg. Æn. 2, 5 *Quæque ipse miserrima vidi.* Cic. fam. 4, 11 pr. *Vt ipsum, quod maneam in vita peccare me existimem*, h. e. eo ipso. Id. Div. 1, 46 extr. *Id ipsum est Deos non putare, quæ ab iis significantur, contemnere.* Id. de Orat. 2, 6 *Meque hoc ipsum nihil agere & plene cessare delectat.* Cic. fam. 4, 8 *Cum ipse me non possim* scil. consolari. Ovid. Heroid. 1, 2 *Nil mihi referibat, attamen ipse veni.* Tertiæ personæ exempla ubique obvia sunt. ¶ 2. Habet emphasin interdum; ut, *Iove missus ab ipso*, Virg. Æn. 4, 356. *Ipsa si cupiat Salus servare, &c.* Ter. Adelph. 4, 7, 43. *Flos ipse*, Id. Eun. 2, 3, 27, die rechte blühe der jugend. *Res ipsa indicat*, die sache selbst, Id. Eun. 4, 4, 38. *si non re ipsa id tibi dolet*, Id. Adelph. 4, 7, 15, so dir es nicht ernstlich wehe thut. Et, *In ipso tempore*, Andr. 5, 6, 10, eben zu rechter zeit. Et, *In ipsis nuptiis*, 5, 4, 13, gleich mitten in der hochzeit. Sic *Annis octoginta tribus ipsis ante me consulem*, gerade 83 jahr vorher, Cic. in Bruto c. 15. *Triginta dies erant ipsi*, Id. fam. 3, 21. *Decem ipsos dies*, zehn ganzer tage, Id. Att. 3, 21; & fam. 2, 8. v. Græv. & Man. ¶ 3. *Ipsum* pro *me ipsum* Virgilius posuit eclog. 1, 9 *Ille meas errare boves, ut cernis, & ipsum Ludere quæ vellem calamo permisit agresti.* Et ita sæpe Manilius, quod & Scaliger observat. Similiter *ipsum* pro *se ipsum* tum Livius, tum alii frequenter usurparunt, exempla Drackenbor. ad Liv. præf. p. 3 congessit. ¶ 4. *Ipse* etiam pro reciproco ponitur. Cic. Off. 1, 16 *Si lumen de suo lumine accendat, facit, ut nihilominus ipsi* (ubi) *luceat, cum illi accenderit.* Nepos 23, 2, 2 *Hannibalem ab ipsis* (a se) *corruptum alia atque antea sentire.* Curt. 7, 10, 4 *Vt cognoverunt, jussu regis ipsos* (se) *ad supplicium trahi*, conf. Sen. Benef. 3, 23; & infra in *Sui* n. 4. ¶ 5. Additur nonnunquam aliud pronomen; ut, *Illo ipso tempore: Eo ipso tempore: Eo ipso die: Illud ipsum quod est optimum.* Nepos 10, 9, 6 *Illi ipsi custodes.* Cic. pro Leg. Man. c. 9 *In ipso illo malo.* Id. de Amic. c. 20 *Ob eam ipsam causam.* Id. Att. 5, 4 *Eo ipso die.* Id. pro Mur. c. 31 *Isti ipsi virtutis magistri.* Id. Att. 7, 3 *Consule isto ipso.* Id. Tusc. 1, 17 *Ego ipse eum eodem ipso non invitus erraverim.* Id. Off. 2, 2 *Hoc ipso tempore.* Id. Off. 1, 9 *Hoc ipsum ita justum est. Ipse is* Livio frequens esse Iac. Gronov. ad 3, 12. & Drackenb. ad 2, 43 docent. ¶ 6. Cum *me, mihi, te, tibi, se, sibi*, non necesse est casu convenire. Quin elegantius est alterum. Cic. fam. 3, 11 pr. *Mihi ipse assentor.* Ibid. 4, 5 *Mali medici ipsi se curare non possunt.* Et 4, 13 *Mihi ipse displiceo, &c.* v. Io. Rivius ad 7, 1. Cic. fam. 6, 10 *Agam per me ipse* (me ipsum) *& moliar.* Ibid. *Quanti me a te fieri intellexerim, sum mihi ipse* (mihi ipsi) *testis*: Sen. Hippol. v. 1217 *Nunc tibimet ipse* (tibi ipsi) *supplicia invoga.* Ter. Adelph. prol. 4 *Indicio de se ipse* (se ipso) *erit.* Cic. pro Sylla c. 24 *Nihil audaciter per se ipsi* (se ipsos) *sine P. Sylla facere potuerunt.* ¶ 7. Observat Casaub. ad Theophrasti Characteres, cap. περὶ κολακείας, & apud Græcos pronomen αὐτὸς, & apud Latinos *ipse* voces fervorum, aut discipulorum fuisse, quibus vel dominos vel magistros suos, proprio nomine dissimulato, appellitarent. Ita Plautus Casina 4, 2, 10 *Quid tu hic agis?* ANGIL. *Ego eo, quo me ipsa misit, &c. Ipsa*, id est, hera mea, &c. v. Heinf. ad Hesiodi O. & D. p. 226. Sic αὐτὸς ἔφα, discipulorum vox erat, cum de præceptore loquerentur. Ita *ille* apud Cic. fam. 6, 19 & 20 Cæsarem notat. vid. Pet. Victorinus. ¶ 8. Poëtæ mediam in *Ipsius* libere producunt & corripiunt. vid. Virg. Georg. 1, 452; & Æn. 5, 410. ¶ 9. *Iste* & *Ipse* confunduntur in MS. Drakenb. ad Sil. 6, 309.

¶ Ipse egomet, ich selbst. Ter. Adelph. 4, 4, 18.

¶ Ipsus, m pro *ipse*, apud Plautum & Ter. sæpissime invenies: e. g. *Hic se ipsus fallit, haud ego*, Ter. Andr. 3, 2, 15. Plaut. Aul. 3, 1, 7 *Hoc ipsus magister me docuit. &c.* Idem *ipsissimus* etiam dixit Trin. 4, 2, 146.

¶ Ipsipsius, pro *is ipsius*, er selbst, antique apud Plaut. Cist. 2, 3, 58; & Truc. 1, 2, 23. Sed optimæ edit. ibi *is ipsius*, hic *atque is*.

¶ Ipsullices, *um*, pl. quasi *Ipsillices*, ab *ipse* & *illex*, apud Festum *bracteæ in virilem muliebremque speciem expressæ*. v. Voss. Etym. p. 269.

Sepsa, Sepse, Semetipsum, suismetipsis, vide *Sui*.

IPSITA, *æ*, f. Medeæ matrem volunt apud Ovid. Her. 17, 232, sed malunt alii *Idya*, ubi vid.

IR, vola seu medietas palmæ, secundum scholiast. Prisciani, die flache in der hand. Gloss. lat. gr. *Ir*, βέναρ. vide supra *Hir*.

ĪRA, *æ*, f. dicta ab *Ire*, quod a se abeat quasi, qui irascitur. Vnde & qui iram deponit, ad se redire dicitur, zorn, unmuth, groll. *Ira est libido puniendi ejus, qui videtur lassisse injuriâ.* Cic. Tusc. 4, 9. Gr. ὄρεξις ἀντιλυπήσεως. Magna autem ejus vis est incitando juxta ad virtutem animo, (unde & *Fortitudinis cos* Ciceroni in Lucullo sive 4 Acad. c. 44 appellatur) & impellendo eodem in scelera facinoraque atrocissima. Vnde Poëta Æn. 2, 316 *Furor iraque mentem Præcipitant.* Ovid. A. A. 1, 174 *Vt fragilis glacies interit ira mora.* Sed de affectu isto, Senecæ *de Ira* libros tres nosse & legere operæ pretium erit. Rabiei comparatur, & irasci nihil aliud quam insanire, quam furere. v. Barth. ad Claudian. p. 118. *Iram in promptu gerere*, Plaut. Pseud. 1, 5, 34. bald auffahren. Et, *Iræ indulgere*, Liv. 23, 3. *Missam iram facere*, den zorn fahren lassen. *Ira alsccdit*, Ter. Hec. 5, 2, 15, der zorn vergehet. Et, *Iram in aliquem evomere*, Adelph. 3, 2, 14, den zorn über einen ausschütten. *Iræ deflagrant*, Liv. 40, 8, der zorn läst ab. Horat. 1 ep. 2, 59 *Qui non moderabitur iræ, Infectum volet esse, dolor quod suaserit, & mens, &c.* Cic. Tusc. 4, 23 *Ira est initium insaniæ.* Id. Off. 1, 38 *Ira procul absit, cum qua nihil recte, nihil considerate fieri potest.* Sen. de Ira 1, 16 sub fin. *Ita ira muliebre maxime & puerile vitium est.* Horat. epist. ad Pisones v. 159 puerilis ætatis mores describens: *Gestit paribus colludere, & iras Colligit ac ponit temere.* Ter. Hec. 3, 1, 30 *Pueri inter se pro levibus noxis iras gerunt? Quæ propterea? quia enim, qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.* Rursus Seneca de Ira 1, 9 *Ira, inquit Aristoteles, necessaria est, nec quisquam sine illa expugnari potest. Mihi illa implet animum & spiritum accendat. Vtendum autem illa est, non ut duce, sed ut milite. Ab ira fecit* h. e. *ex ira* vel *iratus.* vid. Drakenb. ad Sil. 11, 246. ¶ 2. *Iræ, irarum*, plur. feindschaft. Ter. Andr. 3, 3, 20 *Iræ sunt inter Glycerium & natum.* Et Plaut. Pœn. 3, 6, 17 *Si quid benefacias, levior plumæ est gratia; Si quid peccatum est, plumbeas iras gerunt.* ¶ 3. *Ira* pro culpa nonnunquam ponitur. Liv. 27, 7 *Qui ex prætoris exercitu ob similis iram fugæ missi eo erant.* Gratius Cyneg. v. 374 *Furtim commissam ulciscitur iram.* vid. Vlit. ¶ 4. *Ira* ut θυμὸς generosiorem quemvis impetum notare interdum videtur, ut in illo Gratii Cyneg. 520 de equo generoso *eluctabitur iram*, h. e. impetum animi perferet ad extrema spatia.

¶ Irācundus, *a*, *um*, refertur ad mores, & significat eum, qui natura ad iram proclivis est, zornig, hitzig, leicht zu erzürnen. *Animos iracundos*, ein zorniger sinn. Plaut. Bacch. 4, 3 pr. *Sunt morosi, & anxii, & iracundi, & difficiles senes*, Cic. de Senect. c. 18. *Fulmina iracundæ*, Horat. od. 1, 3. *Epistolas iracundas*, Cic. ad Qu. F. 1, 2. Compar. *Iracundior Adria*, Horat. 3 od. 9, 22. Superl. Seneca de Ira 2, 6 *Aut iniquus erit sapiens, si æqualiter irascetur delictis inæqualibus: aut iracundissimus, si toties excanduerit, quoties iram scelera meruerint.* Et August. de Civ. Dei 6, 10 *Iuno iracundissima.*

¶ Iracunde, adv. aus zorn. Cic. Phil. 8, 5 *Vehementer me tecum agere fateor: iracunde nego.* Compar. Cic. pro Rosc. Com. c. 11 *Quo quisque est solertior & ingeniosior; hoc docet iracundius & laboriosius.*

¶ Iracunditer, idem. Cæcil. apud Nonium 11, 45 *Temere rem agere & iracunditer.* Et Ennius apud Priscian. lib. 15

¶ Iracundia, *æ*, f. quam *libidinem ulciscendi* Cicero vocat Tusc. 3, 5, die rachgierigkeit. *Iracundia dicta, quod iram incendat*, Fest. *Iracundiâ ardere*, Ter. Adelph. 3, 2, 12. *Iracundiâ exardescere*, Cic. Fam. 1, 9. Et, *Iracundiam cohibere*, Id. Cic. pro Marcello c. 3. *Iracundia est inimica consilio*, Idem ibidem, zorn lässet sich nicht rathen. Et ad Qu. fratr. 1, 1, 13 *Iracundia vitium levis esse animi atque infirmi videtur.* Cæterum non idem sunt IRA & IRACVNDIA: & differunt, sicut EBRIETAS & EBRIOSITAS: ANGOR & ANXIETAS. vid. Cic. Tusc. 4, 12; & Sen. de Ira 1, 4, ibique Lips. Terentius tamen iracundiam pro ira sumsit, dicens: *Me miserum, vix sum compos animi, ita ardeo iracundia*, Adelph. 3, 2, 12.

¶ Irascor, *irasci*, succensere, stomachari, zornig, ungehalten, böse werden. *Vehementer alicui irasci*, Plaut. Pseud. 5, 2, 30. *Irasci de nihilo*, Id. Truc. 4, 2, 56. *Admonitioni alicujus irasci*, Quintil. 2, 6. *Si irascamur intempestive accedentibus, &c.* Cic. Off. 1, 25. Horat. 1 epist. 20, 25 *Irasci facilis, tamen ut placabilis essem*: quem *irasci facilem* Poëta; Tacitus Ann. 6, 45, 8 *commotum ingenio* dixit, h. e. qui eo ingenio sit, ut facile commoveatur. ¶ 2. *Irascere* pro *irasci*, apud Nonium 2, 446 Pomponius & Nigidius.

¶ Irascens, *tis*: ut, *Mater irascens*, Ovid. Met. 6, 269. *Irascens montibus*, Idem 9, 209.

¶ Irascentia, *æ*, f. die erzürnung. Apul. Dogm. Plat. p. 58 *Irascentiam procul a ratione ad domicilium cordis deductam esse.*

¶ Irascibilis, *e*. Firmic. 5, 9 *Irascibilem effici.*

¶ Irātus, *a*, *um*, qui actu ipso irascitur, zornig, erzürnt. *Habere iratum aliquem*, Cic. Att. 14, 19. *Nunquam iratus qui accedet ad pœnam, mediocritatem tenebit*, Idem Off. 1, 25. *Et sibi & hosti iratus parcet*, Horat. 2 epist. 2, 211. ¶ 2. Tralate Idem 2 sat. 8, 5 *Iratum ventrem placaverit esca*, i. e. famelicum, den hungrigen magen. Idem epod. 2, 6 *Horret iratum mare*, i. e. turbulentum, das ungestüme meer. ¶ 3. *Iratior* & *Iratissimus* quoque Cicero dixit: ut, pro M. Marc. c. 5 *Cæsar pacis auctores conservandos statim censuit: ceteris fuit iratior.* Et Tusc. 4, 36 *Cum Archytas villico factus est iratior: Quo te, modo, inquit, accepissem nisi miratus essem.* Et Phil. 6 *Cæsar*

ipſe, qui illis fuerat iratiſſimus: tamen quotidie aliquid iracundiæ remittebat. Plaut. Pœn. 2, 1, 4 *Iratiſſimis diis.* Lactant. 5, 19 *Iratiſſimi hoſtes.* Habitum nati deteribat Arnobius lib. 1 adv. Gentes, vid ibi Herald. & Elmenhorſt. ¶ 4. *Iratus* & *Ingratus* confunduntur a librariis. vid. Brouckh. ad Tib. 2, 2, 17.

¶ Irate, adv. Phædrus 4, 24, 14 *Irate dimiſſas.* Colum. 7, 12 *Conſervos iratius intuentur.*

Compoſita:

¶ Obirafcor, *ſci*, idem quod irafci. Apul. Apol. p. 275 *Cum hi, qui ſibi delicti alicujus conſcii ſunt, tamen, cum male audiunt, impendio commoveantur & obirafcantur.*

¶ Obirafcens, *tis*; ut, *Obirafcens fortunæ animus & de ſeculo querens*, Sen. de Tranquill. an. c. 2.

¶ Obiratus, *a, um*, zornig, erzürnt. Liv. 1, 31 *Fortunæ obirati, cultum veteraverant deum.*

¶ Obiratio, *ônis*, f. der zorn, die erzürnung. Cic. Att. 6, 3 *Nebulonis obiratione ſi Brutus moveri poteſt.* Adde Grævii annotationem p. 615.

¶ Perirafcus, *a, um*, valde iratus, ſehr zornig. Cic. fam. 9, 6 *Erant mihi perirati.*

¶ Subiratcor, *ſci*, paululum irafci, unwillig werden. Cic. fam. 10, 28 *Interdum tibi ſubirafcor.* Id. fam. 11, 24 *Subirafcebar brevitati tuarum litterarum.* conf. Idem Att. 9, 7; & Capitol. in Balb. c. 12.

¶ Subiratus, *a, um*, ſubiratior, ungehalten. Apul. lib. 4 de A. A. *Adhæc anus ſubiratior dicere cum ſeviore cum vultu jubebat, quid malum ſierat?* Cic. fam. 3, 9 *Reſcripſi tibi ſubiratus.*

IRCEVS, *i*, m. genus farcinamis in ſacrificiis, Feſtus. Videtur eſſe ab *Hirca*.

IRĒNE, *es*, f. εἰρήνη, pax, der friede. ¶ 2. *Irene* mater Imp. Conſtantini VII. v. l. Bapt. Egnat. lib. 2.

¶ Irenicus, *a, um*, εἰρηνικός, ad pacem pertinens, pacificus; ut *ſcripta irenica*, quæ de pace ineunda agunt.

¶ Irenæus, *i*, m. Εἰρηναῖος, Polycarpi diſcipulus, Epiſcopus Lugdunenſis, martyr A. 202. Tertullianus adv. Valent. c. 5 vocat *eruditum Adrianorum curioſitatum explaratorem.*

¶ Irenarcha, vel Irenarches, *æ*, m. εἰρηνάρχης, qui ad pacandos civium animos & tollendas diſcordias præficitur, eſt vertrager, friedeſtifter. Cariſius l. 18 § 7 Dig. de Muneribb. & Honor. *Irenarchas præfectos* dixit *diſciplinæ publicæ moribuſque corrigendis.* Gloſſ. gr. lat. εἰρηνάρχης, *Pacator, Irenarcha.* Irenarcharum erat, ſeditioſos homines & pacis publicæ turbatores comprehendere, & ad tribunalia perducere, ut docet Auguſtinus epiſt. 140 & 159. conf. Zimmermann. Analect. Miſc. Menſ. 7 § 6 p. 368. & Miſc. Obſerv. Vol. 5 p. 16.

IRĒSIŌNE, *es*, f. ἠρεσιώνη, oleæ ramus, lana obvolutus, ante januas ædium ſuſpendi ſolitus in honorem Apollinis ad famen arcendam. v. Suid. & conf. Catalb. in Baron. Ann. 10, 34, 5.

IRIS, *idis*, & *iris*, fœm. *is*, arcus cœleſtis, & abſolute *arcus* Latinis, der regenbogen. Appellatio ab ἴρειν eſt, quod eſt nunciare. Poëtæ enim Deorum nuntiam eam eſſe, fingunt. Virg. Æn. 4, 600 *Ergo Iris croceis per cælum roſcida pennis, Mille trahens varios adverſo ſole colores, Devolat, &c.* conf. Ovid. Met. 4, 480. Servius obſervat, Mercurium bona, Iridam vero mala fere nunciare. Seu ideo potius, quod pluviam nunciet & prædicat. Generatur ex reflexione radiorum ſolis in nubem roridam, ſoli oppoſitam. Apul. de Mundo: *Iram vulgo arcum eſſe ajunt, quando imago Solis vel Lunæ humidam & cavam nubem deſcribit, ad inſtar ſpeculi colorat, & mediatem orbis ejus ſecat.* Virg. Æn. 5, 606 *Irim de cœlo miſit.* Id. Æn. 9, 18 in vocativo: *Iri, decus cœli.* Colores habet inſignes tres: purpuream, viridem & purpureum. Addunt quidam quartum colorem flavum, qui incurrit in viſum ex collocatione punicei & viridis. Præter Ariſtotelem & Plin. 2, 59, vide de ea Senecam Nat. Qu. l. 1 c. 3, 4, 5, 6, 7 & 8 diſputantem. Locris, & in lacu Velino nullo non die apparent arcus; Plin. 2, 62. In plenilunio nonnunquam noctu videruntur gemina, & copioſiſſimum imbrem portendit. Arat. in c. 6 prognoſtica habet: *Amverſus, ubi ortus* (arcus) *magnam vim aquarum vehet. Si circa occaſum reſulſit, rorabit, & leviter impluet. Si ab ortu circave ſurrexit, ſerena promittit.* Erudite & Ammianus de Iride differit lib. 20 ſub fin. ¶ 2. Eſt & *Iris* planta, blaue lilien, ſchwertel, Colum. 12, 20. ¶ 3. *Iris ſexangulata*, pretioſa gemma in Arabia, Solin. c. 46; Plin. 37, 9. ¶ 4. Corona media in oculo, der circkel im auge-apfel. v. Lex. Med.

¶ Irinus, *a, um*, von blauen lilien; ut, *Unguentum irinum*, Plin. 13, 1.

¶ Irio, *ônis*, m. herba eſt, quam ἐρύσιμον Græci vocant, hederich oder wilder ſenf, Matthiol. & Plin. 26, 7.

¶ Iricolor, *ôris*, regenbogen-farbig. Auſon. epiſt. 3, 15 *Iricolor vario pinxit quas pluma colore.*

IRNEA, æ, f. pro quo vulgo *Hirnea*, ein geſchirr; ut, *Irnea fictilis*, ein töpf. Cato c. 81. conf. ſupra *Hirnea*.

¶ Irneum, *i*, n. antique *Ernecum*, placentæ genus. v. Cato l. c. & Turneb. Adverſ. 23, 10.

¶ Irnella, æ, f. domin. valis genus in ſacris, Feſtus.

IRŌNIA, *æ*, f. εἰρωνεία, *illuſio* eſt, auctore Quintil. 8, 6, ſpott-rede; &, *juxta propè genus*, 6, 3. Cicero *diſſimulationem* interpretatur in Acad. 4, 5 hæc de Socrate ſcribens: *Cum aliud diceret, aliudque ſentiret, libenter uti ſolitus eſt ea diſſimulatione, quam Græci εἰρωνείαν vocant*, eine höhniſche rede. conf. in Bruto c. 85. Ter. Andr. 5, 2, 5 *Heus bone vir, conſili proba!* Mart. Capella 5 p. 171 *Ironia eſt ſimulatio, in qua aliud verbis ſignificamus, aliud re ipſa ſentimus, ut eſt principium.* Cic. pro Ligario. Ironiæ cognatus eſt *Sarcaſmus*, de quo infra. conf. Corvini Dubia Rhet. faſcic. 8 dubio 3.

¶ Ironice, adv. ἰρωνικῶς. Aſcon. procem. act. in Verr. p. 59 *Ironice dictum eſt.*

IRPĒCES, *um*, m. pl. ab ἕρπω, *ſerpo*, regula cum pluribus dentibus, quam itidem, ut plauſtrum boves, trahunt, ut eruant, quæ in terra ſerpunt, &c. Varro de L. L. 4, 31, & Servius ad illud Virg. Georgic. VIMINEASQVE TRAHIT CRATES, *ad aggerem*, inquit, *ſci. veet ex pulſatione, quam Irpicem raſtri vocant*, &c. Feſtus: *IRPICES genus raſtrorum ferreorum, quod plures habent dentes ad exſtirpandas herbas in agris*, ein eiſern rechen, gae. Cato de R. R. c. 10 *Irpicem unum* ſingulari numero dixit. Cæterum *Irpices* vel *Harpices* ab ἅρπαξ καὶ ἁρπαγή, Scaliger derivat ad Varr. l. c.

IRPĪNI, *orum*, m. pl. Samnites appellati nomine lupi, quem ipſi *Irpum* dicunt. Eum enim ducem ſecuti agros occupavere. Feſtus.

¶ Irpinus, *a, um*, adject. ut, *Irpinus ſermo*, Cic. Att. 3, 2.

Irradio, vide *Radius*, Irrationabilis, irrationabiliter, &c. *Ratio*, Irrchgio, irreligioſus, &c. *Religio*, Irrepo, irreptio, *Repo*, Irretio, *Rete*, Irrevocabilis, irrevocabiliter, *Voco*, Irrevolubilis, *Volvo*, Irrideo, *Rideo*, Irrigatio, irrigo, irriguus, *Rigo*, Irrio, *Hirrio*, Irrito, irritabilis, *Irrito*.

IRRĪTO, *avi, atum, are*, quod nonnulli ab *ira* deducunt, vel ab ἐρεθίζειν, (ſed v. n. 4) eſt provocare, irritaque cohortatione, *animum ut nequeam ad cogitationem revocare*, je gut bin ich zu nichte. Virg. Æn. 10, 644 *Irritatque viram telis &c.* ¶ 2. *Irritare crabrones*, Plautus dixit Amph. 2, 2, 75, pro, cum periculo provocare, ins weſpen-neſt ſtören. ¶ 3. Interdum vero ſimpliciter ſignificat commovere, bewegen, reitzen, erregen. Horat. A. P. 180 *Sigma. irritant animos dimiſſa per aures.* Sic, *Irritare adoleſcentiam ad diſcendum* Quintil. dixit 4, 1, & 1, 1 p. 21 *Irritanda ad diſcendum infantiæ cauſa. Pocula irritant luxum*, Silius 17, 366. *Irritare ad alicujus necem*, Vellej. 2, 66, 3. *Victima dira cupidinem irritat*, Sen. epiſt. 7. Ovid. Met. 1, 261 *Hæc ſua irritavit dicta.* Cupido. Irritare & Faſtor. 2, 644 *Ignis ficco pulvere irritat cortice flammas.* ¶ 4. Proprie de canibus dicitur. Nonius 1, 132 *Irritare, provocare: tractum a canibus, qui cum provocantur, irritant*; (id eſt, R literam ſæpius fonant; unde *caninam* Perſius dixit) *Lucilius: Irritata canis, quod R quam plurima dicit.* Notat idem & Donatus Ter. Adelph. 2, 4, conf. Douſa Reliq. Lucil. fac. 4, 23 p. 25. Eſt ergo *Irrito* frequentativum ab *Irrio* vel *Hirrio*, de quo ſupra in H.

¶ Irritans, *tis*; ut, *Pocula irritantia luxum*, apud Silium Ital.

¶ Irritātus, *a, um*, gereizt, erzürnt; ut, *Terra ira irritata*, Virg. Æn. 4, 178. *Canis irritata*, Plaut. Capt. 3, 1, 25. *Irritatio animi*, Liv. 2, 46. Comp. Gellius præfat. *Invidentia irritatior.* Et 10, 19 *Taurus* (philoſophus) *iſto ipſo defenſionis genere irritatior, Homo, inquit, ſtulte & nihili, &c.*

¶ Irritate, adv. idem, unde Compar. Ammiano eſt 20, 3 *Gingivam irritatius irritare.*

¶ Irritatio, *ônis*, f. der trieb, die anreitzung. *Irritatio animorum*, Liv. 31, 14. Tac. Germ. c. 19, 1 *Nullis conviviorum irritationibus corrupta.* Et Sen. epiſt. 9 *Ad amicitiam fert ſapientem naturalis irritatio.*

¶ Irritator, *ôris*, m. qui irritat & provocat. Sen. epiſt. 108 *Omnibus natura fundamenta dedit ſemenque virtutum: ad &c. cum irritator acceſſit, tunc illa animi bona velut ſopita excitantur.*

¶ Irritatrix, *ĭcis*, f. Vulg. Interpr. Ezech. 24, 3.

¶ Irritāmen, *ĭnis*, n. Ovidius aliquoties pro irritamento dixit, eine reitzung, e. g. Met. 13, 435 *Opes, animi irritamen avari.* Lr 9, 133 *Irritamen amoris.* Et Prudentius Hamartig. v. 523 *Nemo habitum naturæ, aut irritamina peccans Corporis accuſet.*

¶ Irritāmentum, *i*, n. idem, & plenius. Liv. 30, 11 *Irritamenta certaminum.* Plin. 5, 9 *Incitatus irritamentis.* Nec poëtis ingratum: Ovid. Met. 1, 140 *Effodiuntur opes irritamenta malorum.* Et Iuvenal. 11, 165 *Irritamentum Veneris languentis.*

¶ Irritabilis, *e*, paſſive, jachzornig, der ſich leicht aufbringen läſſet. Cic. Att. 1, 17 *Irritabiles animi ſunt optimorum ſæpe hominum, & iidem placabiles.* Active uſus eſt Lactant. 6, 23 *Objicit* (Diabolus) *oculis irritabiles formas, ſuggeritque fomenta, & vitiis pabulum ſubminiſtrat, &c.* reitzend.

¶ Irritabilitas, *atis*, f. Nomen hoc formavit Apul. lib. 1 de Doctrina Platonis: *Excandeſcentia & irritabilitas.*

¶ Prorito, *are*, etiam legitur apud Plinium 26, 8 pro *Provocare.* herbey bringen, locken. Et Colum. 2, 10 *Lini ſemen, niſi magnus eſt in ea regione, quam colis, proventus, & pretium proritat, ſerendum non eſt.* Sen. epiſt. 21 *Quem ſpes proritat.*

Irritus, vide *Ratus* in *Reor*, Irrogare, &c. *Rogo*, Irrorare, *Ros*, Irrufare, *Rufus*, Irrugare, *Ruga*, Irrumare, *Ruma*, Irrumpo, *Rumpo*, Irruo, *Ruo*.

IRTIOLA, *æ*, f. vitis genus fœcundæ, commemoratur a Col. 3, 2.

IRVS, *i*, m. ἶρος, mendicus publicus fuit apud Ithacenſes, quem Ulyſſes interfecit, domum reverſus, v. lib. apud Odyſſ. 2, pr. ubi etiam docet, cum prius *Arnæum* fuiſſe dictum. Propert. 3, 5, 17 *Lydus Dalichio non diſtat Cræſus ab Iro.* Ovid. Trift. 3, 7, 42 *Irus & eſt ſubito, qui modo Cræſus erat. Iro pauperior*, Proverb. apud Martial. 5 epigr. 41. conf. 6, 77.

IS, *ea, id*, genit. *Ejus*, dat. *Ei* &c. pronomen relativum, der, die, das. *Is eſt*, das iſt der mann, Ter. Eun. 3, 4, 8; &, *Eâ fum ætate*, Hec. 5, 1, 12, ich bin ſo alt. *Eo pacto*, Id. Andr. 1, 1, 22, ſolcher geſtalt. Nam & demonſtrativam vim habet, ut *hic & ille.* Ter. Eun. prol. v. 34 *Id vero peccat*, er ſündigt nem darin. Ibid. v. 29 *Id ita eſſe, vos jam judicare poteritis.* Id. Adelph. 2, 3, 2 *Id demum juvat, ſi quem æquum eſt facere, is benefacit.* ¶ 2. *Is* pro *talis* eleganter dicitur: e. g. *Non ſum is qui*, i. e. non ejusmodi homo, vel tali animo præditus, Nepos 17, 5, 3, ich bin nicht der art. Et Cic. ad Brut 15 *Non is ſum, ut me maxime delectent.* Id. fam. 5, 8 *Si nos is ſumus, qui eſſe debemus, &c.* id eſt, tales, quales. Id. Att. 7, 8 *Ego is in illum ſum, quem tu me eſſe vis.* conf. Att. 1, 4; & fam. 3, 12, & 12, 8; Off. 2, 2. ¶ 3. Cum particula copulativa ſingularem habet emphaſin. Cic. Att. 5, 1 *Inprimis nobis ſemina, hoc eſt matres de familia.* Id. fam 9, 21 *Privatas cauſas, & eas leves, ſæpe.* Liv. 4, 57 *Pro atque ex facili prælio cæſi hoſtes.* Sic & Idem 5, 33 *Sonum linguæ, nec eum ſuavem quidem retinentes.* Germ. und zwar. ¶ 4. Par ratio eſt, ubi ſequitur *quidem.* Cic. Att 12, 11 *Eam dolor humanus is quidem, ſed temperare moderandus.* Id. Tuſc. 5, 3 *Sapientis ſolidum verum id quidem.* conf. Id. Catil 4, 8; & 5, 24. ¶ 5. *Is quod* ſæpe conjungitur, ubi *quod* ſufficeret. Nep. 7, 6, 3 *Et id quod nunquam antea uſu venerat &c.* Cic. de Orat. 1, 44 *Si nos, id quod maxime deeſt, patria noſtra adjuvat.*

debilitat. conf. Id. pro Sext. c. 138, 1°. ¶ 6. Eleganter repetitur Cic. pro Sylla c. 31 *Ne hæc habem relinquat, id laborat, id metuit.* Id. Off. 1, 10 *Inutile vel ei, cui promiſſum ſit, vel ei, qui promiſerit.* conf. ad Qu. fr. 1, 1; & de Amic. c. 23. ¶ 7. Raro pro reciproco ponitur. Cic. fam. 15, 14 *Diligitur propter ſummam ejus* (tuam) *humanitatem.* Cæſ. B. G. 1, 11 *Liberi eorum* (iui) &c. Ibid. 5, 4 *Vna cum iis* (tecum). Liv. 3, 40 *Privatus eos* (ſe) *judicatos.* Id. 21, 11 *Si quid ei ad ſummandam auctoritatem regnum opus eſſe judicaſſet*, ubi Gronov. *ſibi* reponit, & probat Drakenb. *ei* pro *ſibi* optimis ſcriptoribus in uſu non eſſe, affirmans. ¶ 8. *Id* ſubſtantive eum genitivo: ut, *Id ætatis, id auctoritatis*, &c. pro ea ætate, des alters, des anſehens. *Id hominis, Id genus hominum*, &c. pro *is homo, ejus generis homines*, noti Atticiſmi ſunt. v. Cic. fam. 6, 20 extr.; Att. 4, 15; de Orat. 1, 47; Tac Ann. 12, 18, 1; & 16, 4, 1. Ter. And. 4, 1, 4. Sic *Id locorum*, Salluſt. Iug. c. 63. *Id temporis*, pro eo tempore, Cic. pro Mil. c. 10. *Id temporis*, h. e. ram ſero, Cic. Att. 15, 13 p. 474 Græv. qui compărat *hoc nullis*, Plaut. Amph. 1, 1, 2. *Id ætatis*, Aſ. 1, 1, 56, & Cic. Att. 4, 16. *Id boſtium*, Liv. 22, 4. ¶ 9. *Id pro ideo*, vel *propter id*, ſæpe Plautus uſus eſt: ut Rud. 2, 3, 66 *Id nuſera maſſa eſt.* Ter. And. 2, 2, 25 *Id gaudeo.* ¶ 10. Interdum abundare videtur. v. Burm. ad Quinct. 8, 3 p. 707. Interdum eleganter omittitur. v. Gronov. ad Liv. 24, 38: 30, 26, & Workens Lect. Cic. 2, 10. ¶ 11. Pro dativo *Ei* antique metri cauſſa habet *eji*, Lucretius 2, 1134: 3, 857 &c. & Plaut. Cure. 4, 3, 12; &c. Sed & *Ie* pro *ei*, Cato R. R. c. 46; Et *Eabus* pro *eis* Idem c. 152. Sic *em* pro *eum* Feſt. & *im* pro *eum* ap. Macrob. 1 Sat. ex lege 12 Tabul. adde Cic. de Leg. 2, 24. ¶ 12. Genitivi *Ejus* uſum non refugiſſe poëtas, oſtendit Burm. ad Ovid. Met. 8, 16 & Grat. Cyn. 224 contra Bentleium.

¶ *Ed* & *Qud*, adverbia relativa, pro *ea via, qua*, des weges, dadurch. Nepos 23, 3, 4 *Loca patefecit, itinera munivit, effecitque, ut ea elephantus ornatus ire poſſet, qua antea unus homo inermis vix poterat repere.*

Eadem, v. poſt *Idem.*

¶ Eapropter, idem ac propterea, derohalben. Calpurn. Flacc. Decl. 26 *Eapropter nimis fretus auxiliis deorum*, conf. Solin. c. 35. Sed melius diviſim ſcribitur.

¶ Eapſe, Eampſe, pro *Ea ipſa, Eam ipſam*, Plautus ſæpe: ut, Ciſt. 1, 2, 17: & Truc. 1, 2, 30 &c.

¶ Eatenus, pro *neque ad id*, ſo weit, ſo fern. Plaut. Moſt. 1, 2, 50 *Eatenus abeunt a febris.* Colum. 12, 9 *Cæules ab imo depurgatos eatenus, qua tenera folia videbantur.* conf. 3, 20. Cic. de Leg. 1, 4 *Hoc civile eatenus exercuerunt, quoad populo præſtare voluerunt.* conf. ad Qu. Fr. 1, 1. Col. 5, 1 *Eatenus progreditur, ut dicat.* conf. Celſ. 5, 5 & 26. Idem 2, 10 *Ex ulterioribus locis eatenus ſanguis ſequitur, quatenus emittitur.*

Ejusmodi, Ejusdemmodi, vide in *Modus* n. I.

¶ Eò, adv. propterea, ideo, derhalben, deſſentwegen, zu dem ende. *Neque eo nunc dico*, Ter. Heaut. 3, 2, 43; &, *Eo ſit*, ibid. 3, 1, 99. Cic. fam. 15, 70 *Hæc ad te eo plaviius ſcripſi, ut intelligeres*, &c. conf. 16, 1; & Liv. 3, 71; & 23, 19; Ter. Heaut. 3, 2, 43. ¶ 2. *Eo*, tanto, deſto, ubi communiter præcedit aut ſequitur *quo*; ut, *Eo magis*, deſto mehr. Plaut. Trin. 2, 1, 36; & Nepos 18, 4, 2. *Eo pejus res adminiſtrata*, Id. 9, 1, 2. Cic. Att. 11, 11 *Eo gravior eſt dolor, quo culpa major.* conf. ibid. 8, 15; pro Roſc. Am. c. 30. Sic & *Eo minus*, deſto weniger, Cic. Att. 9, 16; 15, 10, Celſ. 2, 8. ¶ 3. *Eo*, ad eum locum, dahin. *Niſi eo ad mercatum venirem*, Ter. Adelph. 2, 2, 23; & Cic. pro Sextio c. 31 *Res erat & cauſſa noſtra eo loci*, i. e. *in eo ſtatu*, elegans locutio eſt, es war ſoweit gekommen, dahin gediehen. Quintil. 2, 10 *Res eo recidit.* Nepos 15, 7, 1 *Eo deducta res eſt, ut &c.* Id. 2, 4, 4 *Hoc eo valebat*, es diente dazu. ¶ 4. Aliquando pro *ad id*, vel *usque ad id*: Sic dicitur, *eo dementiæ, inſolentiæ, furoris, &c. procedere*, i. e. in tantum, zu ſolcher thorheit, übermuth gerathen, vid. Plin. Paneg. 29. *Eo magnitudinis creverat populus Rom.* es war dermaſſen mächtig worden, Flor. 3, 12, 6. *Eo conſuetudinis adducta res eſt*, Liv. 25, 8. *Eo audaciæ provectus*, Tac. 4, 10, 3. ¶ 5. *Eo ad dum* pro donec, bis daß. Apul. Apol. 2 p. 194 *Variis fruſtrationibus nuptias eludit eo ad, dum avus fato conceſſit, ut quoad.*

¶ Eòdem, eben daſelbſt, eben dahin. Cic. 1 Attic. *Res eodem loci eſt, quo reliquiſti*, pro, in eodem ſtatu, noch in dem ſtand. Nep. 13, 3, 4 *Eodem, unde erat profectus, ſe recepit.* Plaut. Curc. 4, 2, 20 *Eodem vos pono*, ſcil. loco.

¶ Eone, pro *ideone*, interrogative: ut, *Eone ea ferox?* biſt du darum ſo trotzig? Ter. Eun. 3, 1, 25.

¶ Eoque, pro ideoque, dannenhero. Vellej. 2, 60, 5; & 67, 3.

¶ Eousque, i. e. in tantum, & Eousque dum, hoc eſt, donec, ſo fern, ſo weit, ſo lang, bis. Col. 4, 24 *Eousque materiam producere, dum pene terram contingat.* Tac. 3, 13, 3 *Vulgus eo usque corrupit, ut &c.* Pro quo Apulejus *eo ad* poſuit, v. in *Eo* n. 5.

Idcirco, vide ſupra *Circa.*

¶ Iſce ex Gell. 3, 14 extr. laudat Falſterus. Sed Gron. *His verbis ſecus quam dixi uſus eſt.* Et ſi habent libri quidam *iisce*, conſtat *his* & *iis* crebro admodum confundi. Occurrit tamen *iisce* ap. Cic. pro Cæc. 34.

¶ Idem, *eădem, ĭdem*, in neutro priori brevi, quæ in maſc. producitur, eben derſelbige, einerley. *Unus & idem*, Cic. pro Domo c. 20. *Uno & eodem ſtatu*, Id. in Orat. c. 3. Et Off. 1, 26 *Præclara eſt aequabilitas in omni vita, & idem ſemper vultus, eademque frons, ut de Socrate, & C. Lælio accipimus. Eſt idem Verres, qui fuit ſemper*, Cic. Verr. 3, 1, er iſt, was er lange geweſen. Cic. pro Quinct. c. 2 *Non jus par, non agendi poteſtas eadem.* ¶ 2. *Idem ac.* Ter. Heaut. 2, 3, 24 *Nam & vita eſt eadem, & animus erga te idem ac fuit*, ſie lebt noch eben ſo, und iſt eben ſo geſinnet, als ſie je. Notent autem tirones, Romana conſuetudine, *Idem qui*; *idem ac*, vel *Idem &*; non facile *Idem cum illo* dici, de quo videndus Voſſius lib. 1 de Arte Gramm. c. 58. Borrichius quidem in Vindic. p. 93 adduxit exemplum Gellii 18, 11 *Non havele idem ſentio cum Cæſellio*; & Curtii 5, 9, 2 *Nabarzane in eadem conſilia erat cum Beſſo*, quale etiam eſt Min. Fel. 21, 1 *Eadem mecum recognoſcens*, ſed non attendit, in his τὴν *cum* locum habere etiam, ſi *idem* abeſſet. ¶ 3. *Idem aliis* græca loquendi forma. Lucretius lib. 3, 1051 *Eadem aliis ſopitus quiete eſt*, i. e. eadem quiete, ac alii ſopitus eſt, &c. Horat. Arte Poët. v. 467 *Invitum qui ſervat idem facit occidenti.* v. Petr. Victor. Var. Lect. 10, 22. ¶ 4. Ad adjectivum videtur referri, & ſignificare dergleichen, in illo Plin. 33, 4, 21 *Cuneis eam ferreis aggrediantur, & eisdem malleis.* ¶ 5. *Idem in me*, præjurationum formula: quas facere dicebantur illi, qui ante alios conceptis verbis jurabant, IDEM IN ME. vid. Feſtus, & Turneb. Adv. 3, 10. ¶ 6. Singulare eſt illud Cato R. R. 1, 6 *Scito idem agrum, quod hominem, quamvis quæſtuoſus ſit, ſi ſumtuoſus erit, relinqui non multum.* Alius diviſſet: *itidem agrum ut hominem.* Poteſt etiam intelligi verbum *facere*; *idem facit ager, quod homo &c.*

¶ Eădem, int. via, vel opera, zugleich, in einer mühe. Carliius L. 2 p. 229 *Veteres* EADEM *ſoliti ſunt dicere, non addentes via, ut ſit* κατ' ἔλλειψιν. *Vt Plautus inquit, Eadem bibes, eadem dederat ſuavium.* Vid. Burm. ad Quinctil. decl. 17, 5 p. 336, & Parei Lex. Crit.

¶ Idemque, der zugleich, demonſtrat ſimul, & copulæ quoque vicem præſtat eleganter. C. Nepos 9, 2, 1 *Satrapes idemque gener regis.*

¶ Identidem, frequenter, ſubinde, zum öfftern. Cic. pro Roſc. Am. c. 30 *L. Cæſſius identidem in cauſſis quærere ſolebat*, CVI BONO FVISSET. Id. Nat. D. 3, 10 pr. *In motu identidem reciprocando.* Id, pro Rabirio poſth. c. 12 *Recitabatur identidem Pompeji teſtimonium.* Liv. 26, 44 *Subſidia identidem ſummiſſa.* Id. 35, 23 *Per legatos identidem omnia explorabant*; & 40, 56 *Cum identidem ſpecies & umbræ inſontis interemti filii eum diris agitarent.*

¶ Identitas, *ātis*, f. ταυτότης, convenientia, per quam duo quaſi idem dici poſſunt, eine gleichförmigkeit. Sarisb. 3, 6 *Identitas voluntatum.*

¶ Ideo, conjunctio, propterea, idcirco, eo, darum, deswegen. Subjicitur ei fere, *ut, quia, quod.* Cic. in Verr. 4, 4 *Ideo Claudius retulit, ut Verres auferre poſſit.* Et Plaut. prol. Merc. v. 31 *Hoc ideo ſit, quia &c.* Et rurſus Cic. fam. 1, 8 *Ideo mihi non ſatisfacio, quod nullam partem laborum meorum conſequi poſſum.*

¶ Item, adv. desgleichen, und auch. Ter. Andr. 1, 1, 62 *Item alio die quærebam, &c.* Ibid. v. 50 *Vnus & item alter*, einer und der andere. ¶ 2. Pro *ſimiliter*, ſive *itidem*, ſo wie, ſo wie, ſo wie

xit. Brevis tamen per Dialysin fieri potest: *Post ea, μετὰ ταῦτα*: tum enim *Post* præpositio *ea* pronomen est. Ovid. Fast. 1, 164 *Post ea mirabar, cur non sine litibus esset.* Et Fast. 2, 555 *Post ea præteriti tumulis redduntur honores.*

¶ Posteaquam, nachdem. Sulpit. Cic. fam. 4, 5 *Posteaquam mihi renunciatum est de obitu Tulliæ.* Ipse Cic. Verr. 5, 41 *Hæc posteaquam acta, aut constituta sunt.* Adde Liv. 1, 6; 23, 20; 31, 42 &c. Cum præsenti Cic. conjunxit Ep. ad Qu. Fr. 3, 1 *Posteaquam & ipsa tota patet.* ¶ 2. Sed & hoc compositum distrahitur, & inter *postea* & *quam* interponitur aliqua particula. Cic. fam. 5, 2 *Postea vero quam profectus es. Postea vero, quam cepi,* Idem fam. 3, 7. Et Corn. Nepos 10, 4, 3 *Postea vero quam audivi,* &c. Idem 14, 3, 5 *Postea vero quam Pharnabazum Rex revocavit.*

¶ Postidea, adv. pro *post id,* seu *postea,* hernach. Legitur apud Plautum: ut, *Postidea ego tota tecum usque ero,* Truc. 2, 4, 67 *Postidea loci si eduxeris,* Stich. 5, 5, 17. conf. Stich. 1, 2, 40; &c.

¶ Postidem, pro *postea.* Plaut Aul. 1, 2, 40, sed Gron. *Postidea.* conf. Voss Etym. in *Posthac* p. 403.

¶ Præterea, ordinis adverb. idem quod *præter ea, quæ dicta sunt, insuper,* darzu, darüber, überdas, zu dem. Ter. Adelph. 2, 2, 16 *Præterea autem te ajunt proficisci Cyprum.* Cic. fam. 10, 3 *Prudentiam mihi tuam exposuit, & præterea mihi non ignotam suavitatem tuam adjunxit.* Id. fam. 4, 3 *Tibi uni concedam, præterea nemini,* dir allein, sonst keinem. conf. Phil. 1, 1. Et Virg. Æn. 1, 657; & 8, 355.

¶ Propterea, i. e. *propter ea* quæ dicta sunt, conjunctio ratiocinandi, derohalben, deswegen. Cicero amat adjungere quod vel quia, e. g. Pro Ros. Am. 38 *Credo propterea, quod quibus in rebus &c.* Fam. 9, 18 pr. *Cum essem otiosus in Tusculano, propterea, quod discipulos obviam miseram.* Servius fam. 4, 5 *Etsi genus hoc consolationis miserum est, propterea, quia* &c.

ISÆVS, *i*, m. Ἰσαῖος, rhetor fuit Chalcidensis, Demosthenis præceptor, de quo Plutarchus libro de x Oratoribus. Ejus aliquot exstant orationes græcæ, jam olim ab Aldo editæ. ¶ 2. Alius rhetor & junior, de quo videas Plinium 2 epist. 3, & Juvenal. 3, 74 *Sermo Promptus, & Isæo torrentior: ede, quid illum Esse putes.* Adde scholiastes.

Isagoge, Isagogicus, (ap. Gell. 14, 7;) vide *Agoga.*

ISÁPIS, *is*, m. fluvius Flaminiæ, Lucan. 2, 406. v. *Isaurus* subst.

ISÁRA, *æ*, m. fluvius Galliæ, Rhodano se jungens. Luc. 1, 399 *Hi vada liquerunt Isaræ, qui gurgite ductus,* &c.

ISÁTIS, *idis* f. ἰσάτις, herba est sativa & silvestris, qua lanæ inficiuntur, weid, oder weid-kraut, Plin. 20, 7. Abundat ea præter alias nationes maxime Thuringia. Dioscorides *glastum* dixit, 2, 180.

ISAVRIA, *æ*, f. Ἰσαυρία, regio Asiæ minoris ad Taurum montem, Ciliciæ proxima, quam Servilius Romanis subegit, piratis plurimis e medio sublatis, quamobrem & *Isauricus* appellatus fuit. vid. Ammian. Marcell. 14, 25; & Flor. 3, 6.

¶ Isauri, *orum*, m. pl. populi ejus regionis. Eutrop. 6, 3.

¶ Isaura, *orum*, n. pl. τὰ Ἴσαυρα, vel *Isaura* & *Isaurica, æ*, fœm. quemadmodum apud Ammianum est, urbs ejusdem regionis, quam postea coloniam a se factam Claudius Imperator *Claudiopolim* appellari voluit. ¶ 2. Isaurus, *a, um,* adj. Ovid. Fast. 1, 593 *Africa victorem de se vocat: alter Isauras, aut Cretam domitas testificatur opes.*

¶ Isauricus, *a, um,* adj. ut, *Gens Isaurica,* Plin. 5, 27. *Isauricum forum,* Cic. Att. 5, 21. Et *Isauricus* Servilii cognomen, de quo supra dictum. Adde Eutropium c. 1.

¶ Isaurus, *i*, m. Flaminiæ fluvius est, qui accepto Ispi non procul a Cæsenna, in Adriaticum mare evolvitur, de quo Lucan. 2, 406 *Crustumiumque vapax, & junctus Ispis Isauro.*

ISCHAEMON, *ŏnis*, ἰσχαίμων, qu. ἰσχει αἷμα, medicamentum, quod valet ad sistendum sanguinem, ein blutstillendes mittel, Plin. 26, 12; & 25, 8.

ISCHION, *i*, n. ἰσχίον, coxa, vel coxendix, os scil. inferius versuræ seu vertebræ, das schloß oder die hüft. Nam sinus aut concavum superius *cotyla* est, κοτύλη, quæ & *acetabulum* dicitur, das hole im hüftbein.

¶ Ischias, *ădis*, f. ἰσχιάς, dolor vocatur ischiacus, vel ischiadicus, quem medicorum vulgus *sciaticam* vocat, das hüftweh. Plin. 27, 5 *Arction decoctum bibitur propter ischiada & strangluriam.* Tibiarum cantu levari, prodit Gellius Noct. Att. 4, 14.

¶ Ischiacus, *i*, m. sive Ischiadicus, qui eo morbo affligitur, Cato c. 123 *Vinum ad ischiacos sic facito,* &c. Plin. 27, 4 *Radices æthiopis medentur ischiadicis.* ¶ 2. Et adjective, ut, *Dolores ischiadici,* Plin. 26, 7 extr.

ISCHNON, *i*, n. ἰσχνόν, gracile, macrum, geschlang, dünne, Lucret. 4, 1159. Etiam subtile dicendi genus ἰσχνὸν vocat Quintil. 12, 10.

¶ Ischnotes, *is*, f. ἰσχνότης, gracilitas, die geschmeidigkeit. Quintilianus 1, 5 inter vitia oris & pronunciationis refert.

ISCHOMÁCHE, *es*, f. uxor Pirithoi, quæ & *Hippodamia,* Propert. 2, 2, 9.

ISĔLASTĬCVS, *a, um,* ἰσελαστικὸς, ab ἰσελαύνειν, *invehi.* Sic apud Plinium 10 epist. 119 *certamina iselastica* sunt, quorum victores cum pompa invehuntur, quisque in urbem suam, stipendiis largis præmiisque ornati. Adde Vitruv. præfat. lib. 9.

Isiacus, vide *Isis.*

ISICIVM, *i*, n. esculenti genus secundum Varron. de L. L. 4, 22, & Macrob. Sat. 7, 8 ab *insecando* est, quasi *Insicium,* ein eingefüllet oder eingeschnitten gericht. Scribunt etiam *Esitius,* quasi ab *esitando,* ut supra in *Eso* sub *Edo* ostensum fuit. Alii *Hysitius* scribunt, quasi ab ὗς *sus,* quod autem Vossio displicet Etym. p. 270. *Isicium* frequentissimum est apud Apicium.

¶ Isiciolum, *i*, n. dimin. ut, *Isiciolum porcinum,* Apicius 5, 4. *Isiciola incoquere,* Id. 2, 1.

¶ Isiciatus, *a, um,* gefüllet, ausgestopft. vide supra *Esitiatus.* Alii Hysitiatus. Apicius 8, 8 *Lepus isiciatus.* Et c. 7 *Pullus isiciatus.* Et 2, 5 *Circelli isiciati.*

¶ Isicius, *a, um,* idem; ut, *Patella isicia,* Apic. 4, 2.

ISIDORVS, *i*, m. ἰσίδωρος, *Characenus,* tempore Augusti claruit, de quo Plinius 33, 10. conf. Voss. de Hist. Græc. 4, 10. ¶ 2. *Isidorus Cordubensis,* sive *Senior,* sub Honorio & Theodosio juniore vixit A. 412. ¶ 3. *Isidorus Pelusiota,* cujus epistolæ hodie extant, obiit A. 440. ¶ 4. *Isidorus Hispalensis,* cujus Originum libri omnium manibus teruntur, A. 598 Episcopus factus, præcipuum eo tempore Hispaniæ sidus fuisse dicitur. De omnibus hisce & pluribus Fabricius videndus in B. G.

ISIS, *idis*, f. quæ & Io, Inachi filia, Ægyptiorum dea, de qua plura Diodorus Siculus, & Plutarchus peculiari libro de hac dea & Osiride; de ejus sacris Minutius in Octavio, & Apulej. de A. A. lib. 11. Et Tacitus de Germ. c. 9 *Pars Suevorum & Isidi sacrificat.* v. Herald. ad Martial. 12 epigr. 29, & supra in *Diana.* Prudent. adv. Symmach. 2, 868 *Isis enim & Serapis, & grandi simia caudæ. Isidis stella,* quæ alias *Veneris,* ubi vid.

¶ Isiacus, *i*, m. Isidis sacerdos. Val. Max. 7, 3, 8 *M. Volusius, Ædilis plebis proscriptus, assumto Isiaci habitu per itinera viasque publicas stipem petens* &c. Plutarch. de Iside & Osir. post princ. ὅτε γὰρ φιλοσόφως πωγωνοτροφίαν περιφέρουσιν ἢ τὸ ἱματίον αἰνιττόμενοι, τὴν ξυσεως, hoc est, *Neque Philosophos barba promissa ac vestis talaris faciunt, neque Isiacos vestes linea aut rasura.* Simile illi: es sind nicht alle föche, die lange messer tragen. De iis ceramique habitu vide Torrentium ad Suet. Domit. c. 1. ¶ 2. Adjective Cic. Divin. 1, 58 *Isiaci conjectores.*

ISMĀRVS, *i*, m. plur. *Ismara,* τὰ Ἴσμαρα, mons Thraciæ. Virg ecl. 6, 30 *Nec tantum Rhodope miratur & Ismarus Orphea.* Et Lucret. 5, 30 *Thracen, Bisloniasque plagas, atque Ismara propter.*

¶ Ismārius, *a, um,* adj. ut, *Gentes Ismariæ,* Ismarum accolentes, vel inhabitantes: Ovid. Met. 10, 305.

Ismarius, *a, um,* idem. Avienus Descriptione Orbis v. 33 *Ismarici flabris aquilonis.*

ISMĒNVS, *i*, m. fluvius Bœotiæ, per planiciem ante Thebas delabens, ut Strabo describit. ¶ 2. *Ismenus* etiam tibicen fuit, qui putavit ad artis suæ contemtum pertinere, quod tibicinis nomen tam multis esset commune, etiam monumentariis ceraulis, quos *fidicines* appellabant. v. Voss. 2 Inst. Orat. p. 271.

¶ Ismenius, *a, um,* adj. ut, *Ismenius heros,* Polynices, Stat. Theb. 2, 307.

¶ Ismenides, *um*, m. pro Thebanis, Ovid. Met. 3 v. ult. it. 4, 561.

Isocinnamon, vide *Cinnamum,* Isocolon, *Colon.*

ISOCRĀTES, *is*, m. Ἰσοκράτης, rhetor fuit clarissimus, docuit tantum & scripsit, fuitque domus ejus communis quasi ludus totius Græciæ, ex qua tamquam ex equo Trojano innumeros oratores principes prodiisse, Cicero scripsit de Oratore 2, 3 & 23; & in Brut. c. 8. Omnes eum dicendi Veneres sectatum, Quintil. tradidit, qui & jucundum eum dixit, & 2, 8 p. 158 *Clarissimus ille,* inquit, *præceptor, quem non magis libri bene dixisse, quam discipuli bene docuisse testantur.* Amplius elogium habet 10, 1 p. 902 Burm. Scripsit autem accuratissime & cum diligentia superstitiosa, ac propemodum reprehendenda, adeo, ut Panegyricum suum decennii integri spatio vix emendatum absolverit, quemadmodum idem prodidit Quint. 10, 9. In conviviis vero apud reges etiam rogatus, ut aliquid diceret aut disputaret, semper tergiversatus, respondit; *Posse quidem se de aliquibus pro dignitate dicere, sed ad quæ tempus sibi jam minime esse instructum.* Meminit Plutarchus in Vit. decem orator. & alibi aliquoties. Vnam orationem vendidisse eum Plinius 7, 30 testatur viginti talentis, hoc est, duodecies mille coronatis. Decessit annos natus centum fere post Athenienſium cladem ad Cheroneam acceptam. Dixit ac scripsit egregie permulta, e quibus orationes & epistolæ superſunt.

¶ Isocrateus, *a, um,* ad Isocratem spectans; ut, *Isocrateo more dicere,* Cic. in Orat. c. 61. *Isocratea ratio oratoria,* Id. fam. 1, 9.

¶ Isocrătĭcus, *a, um,* idem. Vnde *Isocratici* Isocratem secuti, Quintil. 9, 4.

Isodomos, vide *Domus.*

ISOETES, herba, sedum minusculum, Plin. 25, 13.

Isonomia, vide infra *Nomus.*

ISOPSĒPHOS, *i*, m. ἰσοψήφος, æqualem habens numerum & potestatem; ut, *versus Isopsephi,* apud Gellium 14, 6, & Anthol. Gr. 6, 12, quorum omnes litteræ pro numeris acceptæ eundem conficiunt numerum, v. Muret. Var. Lect. 14, 13, & Huetiana c. 101.

ISŌPYRVM, *i*, n. ἴσοπυρον, herba alias phasiolum, welsche bohnen, Plin. 27, 11; Dioscor. 4, 121.

ISPĪDA, *æ*, f. ein eis-vogel, oder eisengart, avis venustate pennarum pulcherrima, per hiemen ad ripas, glacie concretas, visitur. Ispidæ nomen a sono vocis habet.

ISRAEL, *ēlis*, m. nomen patriarchæ Iacobi, & totius populi ex eo nati. Iustinus 36, 2, 3 eum regem Damasci facit. Ab Isidoro 7, 7 *Israel* exponitur *vir videns Deum*: sed rectius ab aliis *princeps* sive *victor Dei,* quia in certamine vicit. Hinc

¶ Israelitæ, *arum*, m. pl. Israëlis posteri. Juvenc. 1, 234 *Israelitarum cumulatæ gloria plebi.* Paulin. ad Nicet. v. 166 Sapph. *Israelites sine fraude verus.*

ISSA, *æ*, f. nomen blandum catellæ apud Martialem 1 epigr. 110 *Issa est deliciæ catella Publi.*

¶ Isulus, *i*, m. diminutive hinc factum blandimentum parentum, qui *Issuli* & *Delicii* tricnni puero nomen dederunt, uti alia vocis origine ignorata ariolatur Fabrettus Inscript. p. 45 L. APONIVS ET APONIA ILLA ISSVLO ET DELICIO SVO FECER.

ISSVS, *i*, oppidum Ciliciæ prope Syriæ portas, nec procul a mari. v. Curt. 3, 7, 6.

Issicus, *a, um,* adj. ut, *Sinus Issicus,* Amnian. 26, 25, maris mediterranei sinus propter oppidum Issum.

ISTE, *ista, istud,* pronomen tertiæ personæ vel præsentis vel absentis, dieser, derjenige: genit. *istius,* dat. *isti* &c. Mediam in *istius* poëtæ modo corripiunt, modo producunt. Virg. Æn. 12, 648 *Sanctæ ad vos animæ atque istius insciæ culpæ.* Martial. 14 ep. 171 *Istius pueri Brutus amator erat.* Cic. Phil. 2, 25 *Tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate tantum vini exhauseras.*

Et cum Enclitica *ce* Cato R. R. c. 132 *Macte istace dape.* ¶ 2. Contemtum indicat, ut *ipse* ad auctoritatem pertinet. Ita in Verrinis nunquam, credo, aliud pronomen de Verre adhibet Cicero. Add. Heinſ. ad Ovid. Her. 16, 220. ¶ 3. *Iſte* & *Ipſe* confundi in MSS. ſupra diximus.

¶ Iſtò, adv. dorthin, ad locum ſignificat. *Iſtò excurrere*, dixit Plin. 3 epiſt. 6. *Iſtò tendere*, Cic. fam. 9, 16. Id. ad Qu. Fr. 3, 1 *Trebatium meum quod iſtò admiſceas nihil eſt*, daß du ihn dem mengeſt.

¶ Iſtic, (vel Ithic,) *Iſtuc*, *Iſtuc*, & *iſtac*, ex *iſte hic* compoſ. eben dieſer, ſelcher; ut, *Iſtuc res eſt*, Plaut. Merc. 3, 1, 25, ſo ſteht der handel. *Iſtuc modo*, Id. Truc. 1, 2, 60. *Iſtuc villas*, Ter. Adelph. 5, 9, 24. Cic. Att. 1, 19 *Primum tibi perſuadeo, me iſtuc non curare:* Id. Acad. 1, 4 *Iſtuc quidem conſiderabo.* Et de Divin. 2, 15 *Qui idem iſtuc quidem dicant, quod eſt dictum a te.* Et ſic frequenter Comici. *Iſtuc ætatis*, pro ea ætate, Ter. Heaut. 1, 1, 58. Encliticum etiam *ce* ad hoc *Iſtic* adjungi poteſt. Plaut. Truc. 3, 2, 16 *Iſtucce ridiculariæ*, pluraliter.

¶ Iſtic, vel Iſthic, adv. allda dort. Cic. fam. 1, 10 *Ibi malis eſſe, ubi aliquo numero ſis, quam iſtic, ubi ſolus ſapere videare.* Ter. Andr. 2, 5, 9 *Neque iſtic, neque alibi.*

¶ Iſtinc, ſive Iſthinc, de loco dicitur, daher, dorther. Cic. fam. 1, 10 *Qui iſthinc nunc veniunt.* Et ad Att. 7, 21 pr. *De malis noſtris tu prius audis, quam ego: iſtinc enim emanant.* ¶ 2. Iſtim idem videtur Grævio ad Cic. Att. 2, 7 pr.

¶ Iſtoc, ſive Ithoc, ab iſto loco, von dannen. Ter. Adelph. 2, 1, 15 *Nimium iſthoc abiſti.*

¶ Iſtac, vel iſthac, per locum, da oder dorthin durch. Ter. Heaut. 3, 3, 27 *Abi ſane iſtac.*

¶ Iſtactenus, bis daher. Plaut. Bacch. 1, 2, 58 *Iſtactenus tibi, Lyde, libertas data eſt.*

Iſtiusmodi, vide in *Modus* n. I.

¶ Iſtorſum, dahinwerts. Ter. Heaut. 3, 3, 27 *Abi ſane iſtac, iſtorſum, quo vis:* & Phorm. 5, 1, 14 *Concede hinc a foribus paululum iſtorſum*, tritt ein wenig von der thür weg dorthin.

¶ Iſtuc, adv. ad iſtum locum, dorthin. Ter. Heaut. 2, 2, 33 *Hoc quod cæpi, primum enarrabo, poſt iſtuc veniam.*

¶ Iſtuccine, pro *iſtud ne*, interrogative. Ter. Eun. 5, 1, 14 *Iſtuccine interminata ſum hinc abiens tibi?* v. Valla 2, 4.

ISTER, *Iſtri*, m. Ἴστρος, Europæ fluvius, qui & *Danubius* eſt inferior. Vnde *binominis* Ovidio Pont. 1, 8, 11, die Donau. Flaccus 8, 185 *Exitus Iſtri Fundere non uno tantum quem flumina cornu Accipimus: ſeptem exit aquis, ſeptem oſtia pandit.*

Iſthac, iſthic, iſthinc, quære *Iſte*, Iſthmia, *Iſthmus.*

ISTHMVS, *i*, m. ἰσθμός, proprie collum ſignificat, a cujus ſimilitudine terra oblonga & anguſta inter duo maria, *Iſthmus* etiam dicitur; cujusmodi tractus anguſtus in Peloponneſo inter maria, Ægeum & Ionium eſt, prope Corinthum, quinque millium paſſuum intervallo. Item, inter Euxinum & Caſpium mare: ein enges oder ſchmales land zwiſchen zweyen meeren. Mela, elegantiſſimus auctor 2, 2 de terra inter Helleſpontum & Ægeum loquens; *Anguſtias*, inquit, ISTMON: *frontem ejus* MASTVSIAM: *totam* CHERSONESVM *appellant.* Contra *Porthmos*, latine fretum, mare eſt inter duas continentes anguſtum, ein enges meer zwiſchen zwey landen meer. Vide *Fretum.* Sic, *Bimaris Iſthmos*, Ovid. Met. 7, 406. *Iſthmum perfodere*, Ἰσθμιάζειν, proverbio dicuntur, qui irrito aliquid labore conantur, vide Chiliadas. Ac Iſthmum quidem perfodere cogitavit Cæſar & Caligula; aggreſſus eſt etiam Nero nequicquam tamen. vid. Suet. Cæſ. c. 44; Calig. c. 21 extr. & Ner. c. 19, ubi & Torrentium vide atque Caſaubonum. conf. de Demetrio Polioreeta, qui idem tentavit, Plin. 4, 4, & Barth. ad lib. 4 Theb. Statii p. 913. Eſt etiam in Luciani opuſculis de Iſthmi perfoſſione unum. Add. Scaligeri ea de re diſſert. Gallice ſcripta in ejus opuſculis.

¶ Iſthmius, *a, um*, ad iſthmum pertinens; ut, *Iſthmius Neptunus*, cujus delubrum in iſthmo fuit Peloponneſi, quinquennalibus inclytum ludis. v. Plin. 4, 5. Sic, *Iſthmii ludi*, quos Græci in honorem Neptuni quinto quoque anno Corinthi celebrare ſoliti ſunt, qui & *Iſthmia* dicuntur, Livius 33, 32.

¶ Iſthmia, *orum*, n. pl. ſacra certamina in faucibus Iſthmi Peloponneſiaci a Theſeo inſtituta. Curtius 4, 5, 11 vocat *Solenne ludicrum Iſthmiorum, quod conventu totius Græciæ celebratum eſt.*

¶ Isthmiacus, *a, um*, idem quod Isthmius: ut, *Iſthmiaca corona*, Plin. 15, 10. *Iſthmiacus portus*, Stat. 2 Silv. 1, 179. *Iſthmiacum fretum*, Sidon. carm. 11, 6.

Iſtic, iſtorſum, vide *Iſte.*

ISTRIA, *æ*, f. Ἰστρία, legas & Hiſtria, regio eſt Italiam attingens ad mare Adriaticum, in finibus Illyridis, in tractu Scythiæ. Formam habet peninſulæ. vide Geographos & Plin. 3, 19.

¶ Iſtri, ſive Hiſtri, *orum*, m. pl. Iſtriæ populi. Liv. 21, 16 *Sardos Corſoſque, & Iſtros atque Illyrios laceſſiſſe magis, quam exercuiſſe Romana arma.*

¶ Iſtriāni, *orum*, m. pl. iidem populi Myſiæ inferioris, quorum regio nunc Bulgariæ pars eſt *Iſtrianorum regis* meminit Iuſtinus 9, 2, 2.

Iſtuc, iſtuccine, vide *Iſte.*

ITA, adv. affirmandi, reſpondendi &c. ſo, alſo, ja. *Ita eſt*, Ter. Eun. 1, 2, 24, dem iſt alſo. Et, *Ita res eſt*, Andr. 3, 1, 1, ſo ſtehet die ſache. Etiam *ita* ſimpliciter reſpondet. Antonius apud Cic. de Orat. 2, 11 pr. *Eſt ita, ut dicitur*, Cic. Verr. 4, 52, es iſt ſo, wie man ſagt. *Vt ita dicam*, Id. de Amic. c. 9, alſo zu reden. *Ita ajunt*, Ter. Heaut. 4, 8, 13, ſo ſagt man. *Ita me Deus amet*; Ethnice, *Ita me dii ament*, Ter. Eun. 3, 2, 21, als mir Gott helffe. v. de talibus Græv. ad Cic. fam. 10, 9, & Pareus Lex. Crit. Sequitur interdum *ut*, v. g. fam. 10, 12 *Ita te victarem completlar rep. recuperata, ut magnam partem mihi lætitiæ tua dignitas adfert.* Et Verr. 5, 14 pr. *Ita mihi meam voluntatem ſpemque reliquæ vitæ veſtra populique Rom. exiſtimatio comprobet, ut ego &c.* & p. p. *Ita mihi Deos omnes propitios eſſe velim, ut &c.* Antonius *Genus juriſjurandi* hoc vocat, *quo dicitur, Tantum mihi divinitas faveat, quantum verum eſt illud quod dico. Ita ut ſi*, Ter. Eun. 4, 2, 2, wie es denn pflegt zu gehen. ¶ 2. Elegenter pro *Adeo*, ſo ſehr. C. Nepos 4, 1, 2 *Haud ita magna manu*, mit nicht gar zu vielem volck. Cic. de Clar. Orat. c. 69 extr. *Non ita multi fuerunt*, ihrer nicht gar zu viel. *Non ita magna fuit*, Id. Off. 2, 6, nicht gar zu lange hernach. ¶ 3. Vbi intendendi vim habet, ſequitur communiter *ut*, vel alia particula, & redditur ſo gar, dergeſtalt ꝛc. Cic. Att. 2, 12 *Ita ſum afflictus, ut nemo unquam.* Id. Orat. 3, 10 *Id videmus ita eſſe neceſſarium, ut tamen eo minus nihil eſſe poſſit.* Id. Verr. 4, 22 Verres non ita ſe geſſit in his rebus, *tanquam rationem aliquando eſſet redditurus, ſed proviſus ita, quaſi reus nunquam eſſet futurus.* Ter. Heaut. 4, 5, 35 *Ita tu iſtuc tua miſereto, ne me admiſceas.* Cic. fam. 7, 26 *Biduum ita jejunus fueram, ut ne aquam quidem guſtarem.* Cic. Ep. Fam. 13, 21 *Ita fideliter benevolæque præſto fuit, ut ſi a me manumiſſus eſſet.* Eodem ſenſu ſæpe cum ſuperlativo jungi, Menckenius notat. ¶ 4. Idem, quod *ea conditione*, valet idque ex addita vocula *ſi* cognoſcitur. Sic Cic. Ep. Fam. 11, 14 *Tu me amabis ita, ſi hoc idem me in te facere ſenſeris.* v. plura exempla ex Menck. Obſ. L. L. ¶ 5. *Ita* quod plerumque τὰ ſunt reſpondere ſolet, interdum eleganter omitti, apparet ex Liv. 34, 9 *Romanam amicitiam, ſicut minoribus viribus, quam Maſſilienſes, pari colebat fide* ubi edit. ante Gronov. *ita pari.* v. Notas ad h. l. & conf. 9, 17, & 39, 41.

¶ Itine, ſciſcitantis particula, ey lieber, iſt dem alſo? Ter. Eun. 5, 8, 28 GN. *Itane?* TH. *Sic erit.* Et pro *Adeone?* Id. Andria 3, 2, 12 *Itane contemnor abs te?*

¶ Itaque, concludendi particula, nun, derowegen, derhalben. Cic. Partit. c. 7 *Eſt itaque id genus totum ſitum in commutatione verborum.* Horat. 1 epiſt. 1, 10 *Nunc itaque & verſus &c.* Ter. Hec. 2, 1, 4 *Itaque adeo imo animo &c.* Interdum orationem parentheſi interruptam continuat. v. *Igitur.* ¶ 2. *Itaque ergo* Livius conjunxit aliquoties: ut, 1, 25 *Itaque ergo creſti ſuppertique.* Et 28, 12 *Itaque ergo prima Romanis invita pronunciarunt.* Adde Gronov. ad ejusdem Livii 3, 31. Sic & Ter. Eun. 2, 3, 25 *Itaque ergo amantur.* ¶ 3. Aliquando pro & *ita* ponitur, und ſo, ſolchergeſtalt. C. Nepos 7, 4, 2 *Illud tempus exſpectandum decreverunt, quo exiſtet, ut ſic abſentem aggrederentur. Itaque facerunt.* Ter. Andr. 3, 3, 18 *Hinc ita volo, itaque poſtulo ut fiat:* Vbi Donatus ITAQVE *modo duæ partes orationis ſunt, ut in Hecyra &c.* Cic. in Verr. 2, 35 *Nunc his locis poſita juſta, ut mihi ſemper Scipionis fore videantur, itaque dicantur.* conf. pro Cluen. 19 Div. in Q. Cæcil. 1. Liv. 1, 4 &c. Similiter *utique* pro & *uti* C. Nepos dixit in fragm. epiſt. Corneliæ, matris Gracchorum.

ITÆOMĒLIS, *is*, f. vinum factitium, *cujus jam obliterata ratio eſt*, Plin. 14, 16.

ITĀLIA, *æ*, f. prima metri neceſſitate producta, ut & in obliquis ex *Italis*, quæ alias brevis eſt. Eſt autem notiſſima regio Europæ, Welſchland. Primum dicta *Heſperia*, deinde *Oenotria*: item *Auſonia*: poſtea *Italia*, v. Virg. Æn. 1, 534 ſqq. *Italiæ* autem nomen eſt ab *Italo* rege; vel a bobus, qui veteri lingua græca *Itali* dicti fuere, auctoribus Varrone R. R. 2, 1 & 5; & Columella præfat. lib. 5 de Re Ruſt. & Feſto. Quod & Virgilius ſenſit Æn. 3, 166. Vel etiam ab *Atte* Lydo, quaſi *Attalia*, ut eſt apud Feſtum, ubi conſulendus & Scaliger. Diviſionem ejus antiquam & novam dabunt Geographi. Italiæ encomium habes apud Virg. Georg. 2, 236 & ſeqq. & Varr. de Re Ruſt. 1, 2, Pliniumque in peroratione operis ſui, ut alios innumeros taceamus. Terrarum omnium altiſſima eſſe creditur. Referri etiam huc poteſt illud Livii 21, 36 *Pleraque Alpium ab Italia ſicut breviora, ita arctiora ſunt.* Antiquiſſima Italiæ oppida & eorum conditores habet Solinus c. 7 ſeqq. ¶ 2. *Inſulæ Italiæ* pars Italiæ ſunt. v. Vlpian. l. 9 ff. de judic. cum Gothofr. not. ¶ 3. *Ius Italicæ* dicebatur, ſicut *Latinitatis* & *Civitatis Romanæ*: de quo Sigonius, itemque Torrentius ad Suet. Aug. c. 47; & Claud. c. 19. ¶ 4. *Italia terra* per appoſitionem, vel quod adjectivum olim fuit *Italius, a, um.* vid. Lucret. 1, 722. & Gifan. Ind. & quos laudat Drakenb. ad Sil. 16, 180.

¶ Itali, *orum*, m. pl. Italiäner, Welſche. Plin. 3, 5 ſ. 10 ſpeciatim eos refert *inter veteres agri Lucani Brutiique incolas. Ex Græcia terra venit ſapientia Italis* Ἐξ Ἑλλάδος χώρης ἦλθε σοφὴν ἰταλίαν. Ex Sibyllinis verſibus.

¶ Italus, *a, um*, adj. Italiäniſch; ut, *Itala regna*, apud Virg. Æn. 2, 185, &, *Itala terra*, Æn. 7, 643. *Circe*, Plin. 25, 11 ſ. 5. ¶ 2. Fuit & viri nomen *Italus*, cui filii *Roma*, quæ urbi ipſi dediſſe nomen exiſtimatur nonnullis, vide Plutarchum in Romulo, initio.

¶ Itălus, *Ĭtăli*, f. Ἰτάλη, eine Italiänerin. Ovid. Faſt. 4, 41 *Italides matres*, quarto caſu græco. Sed incerta lectio; Adi Heinſium. Certior apud Virgilium Æn. 11, 657 *Italides*, i. e. Italæ puellæ.

¶ Itălicus, *a, um*, idem. Ovid. Met. 15, 9 *Italicis in oris.* Et, *Bellum Italicum*, quod & Marſicum & Sociale dictum fuit. v. Eutrop. lib. 5 ext. *Italici homines*, Aur. Vict. de Orig gent. Rom. c. 6. *Italici* nomine veniebat præſertim quidquid e magna Græcia eſſet, v. g. Plin. 8, 48 pr. *Lana quæ in Italia Græci pecoris appellatur* (Terentina, rectarum ovium) *albei Italica.* Hinc intelligitur, quo ſenſu Pythagorica philoſophia dicta ſit Italica. ¶ 2. *Silius Italicus*, elegantiſſimus poëta, qui bellum Punicum II ſcripſit: æmulus & imitator Virgilii. De cujus laudibus plura Plinius junior congeſſit 3 epiſt. 7. vid. Prolegomena edit. Drakenborchianæ & Fabricii Bibl. Lat.

¶ Itălica, *æ*, f. colonia Romana in Hiſpania Bætica. Eutrop. 8, 2 de Trajano: *natus Italicæ in Hiſpania.* ¶ 2. *Italica* vel *Italicum* Corſinium in bello Sociali appellatum fuit, ut imperii ſedes Italiæ populis, qui contra Romanos iſtud funeſtum bellum geſſerunt, quod Marſicum, Sociale & Italicum nominamus. v. Vell. Paterc. 2, 16, 1. Adde Claud. Dausquejum ac Drakenborchium in principio commentarii in Silium Italicum: & vitam Silii a Cellario conſcriptam.

¶ Italice, adv. Meſſala Corv. de proge. Aug. *Troja vulgo Italice Latineque ſcrofa vel ſus dicitur.*

¶ Italicenſis, *e*, qui urbis Italicæ eſt. Vetus Inſcriptio apud Grut. p. 385 n. 1 COLONI. ITALICENSIS IN PROV. BÆTICA.

Itaque, vide paullo ante in *Ita.*

ITARGVS, *i*, m. fluvius Germaniæ, Viſurgis, die Weſer, uti cenſet Scaliger, qui *Iturgus* legit; ſed conſulendus in Germania antiqua Cluv-

Cluverius, qui receptam ſcripturam tuetur, apud Ovid. Conſol. ad Liv. v. 386 *Decolor infecta teſtis Itargus aqua.*

ITEA, *æ*, f. Ἰτέα, ſalix, die weide, Dioſc. 1, 121.

Item, vide ſupra *Is, ea, id.*

ĪTER, *ĭtĭnĕris*, n. abantiquo *itiner*, quo Plautum uſum legimus, ſignificat itionem: ab *eundo* enim dictum eſt, eine reiſe. *Iter, actus, via*, quid differant? v. *Actus* in *Ago*. *Iter dici*. Liv. 25, 15, das reiſe. Et, *Iter facere*, reiſen; C. Nepos 2, 5, 2. *Iter aliquo habere*, wohin zu reiſen haben. Cic. ad Pompej. Att. 8, 11. *Iter aliquo convertere*, Cæſ. B. Gall. 7, 56, fortreiſen. *Comparare iter ad atiquem*, C. Nepos 7, 10, 3. Sic, *Iter conficere*, Cic. Att. 5, 14, quod Livio lib. 58 eſt *expedire iter*. Et, *Iter pedibus conficere*, Id. Cic. in Vatin. c. 5. *Iter inire*, Id. Tuſc. Quæſt. 1. Et, *Iter ingredi*, Quintil. 3, 1. *Inſtituere iter*, Cato Cic. fam. 15, 5. *Iter explicare*, Plin. 8 ep. 1, die reiſe zu ende bringen. *Iter ſupprimere*, die reiſe einſtellen, Cæſ. de B. C. 1, 46. Et, *Iter eſt ei aliquo*, Cic. pro Mil. c. 10. Iter dici militi juſtum & ordinarium 4000 paſſuum erat, ut ex Cæſare cognoſcimus de B. C. 3, 76. ¶ 2. Neque vero hoc vocabulum de longiore aliqua via tantum, ſed breviore etiam, & de quovis progreſſu intra urbem quoque uſurpatur. Plin. Paneg. c. 77 *Iter illi ſæpius in forum, frequenter tamen in campum*: id eſt, progrediebatur in forum ſæpius, &c. Ter. Phorm. 3, 3 extr. *Dicam in itinere*, inter eundum ad Phormionem, qui æque erat Athenis, unterweegen. Liv. 1, 28 extr. *Exinde duatous admotis quadrigis in currus earum diſtentum illigat Metium, deinde in diverſum iter equi comitati &c.* ¶ 3. Aliquando *iter* non actum ſed proficiſcendi, ſed viam ipſam, qua itur, ſignificat. Sic *itinera urbis* pro viis, gaſſen oder ſtraſſen, Seneca dixit epiſt. 31; itemque Suet. Cæſ. c. 84. Verus Scholiaſtes Iuvenalis ad illud 14, 134 *Invitatas ad hoc aliquis de ponte. Quia*, inquit, *in pontis itinere ſedent*. Tac. Hiſt. 1, 81, 3 *Senes fœminæque per tenebras, diverſa urbis itinera, vari domo, plurimi amicorum tecta, petivêre*. Id. 1, 79, 3 *Sarmatæ diſperſi cupidine prædæ, aut graves onere ſarcinarum, & lubrico itinerum, ademta equorum pernicitate, velut vincti cædebantur*. C. Nepos 13, 3, 5 *Hoc ejus fuit prudentiſſimum conſilium, ut deviis itineribus milites duceret*. Vetus inſcriptio Hiſpan. GALIENVS IMP. &c. VRBE ÆDIFICIIS RESTAVRATA IN BONVM ITALIÆ GALLIÆ ET HISPANIÆ PVBLICVM CONVERSVS HOC ITER VARIE PER PROVINCIAS INTERRVPTVM REFICI IMPERAVIT. Cæſ. de B. C. 1, 27 *Additus atque itinera duo, quæ extra murum ad portam ferebant*. Sic Virg. Georg. 1, 380 *Auguſtum formica terens iter. Iter facere*, den weg bahnen, Ovid. Heroid. 20, 144. Metam. 15, 106. *Fecit iter ſceleri*. ¶ 4. Columella 8, 17 *Itinera* etiam vocat rivos, per quos admittitur vel emittitur aqua in piſcinis, ein graben. Et de gutture Virg. Æn. 7, 534 *Voeis iter incidere*, eröffnen. ¶ 5. Eleganti metaphora *Iter* etiam, pro ratione & inſtituto, ſicut & *via* vocabulum uſurpatur, ein weg, art, mittel. Horat. 1 epiſt. 18, 103 *An ſecretum iter, & fallentis ſemita vitæ*. Auſonius Idyll. 15 pr. *Quod vitæ ſectabor iter, ſi plena tumultu Sunt fora?* Plin. 5 epiſt. 8 *Invenio apud ſapientes, honeſtiſſimum eſſe, majorum veſtigia ſequi, ſi modo recto itinere præceſſerint*. Tac. Hiſt. 4, 49, 5 *Sed duo itinera audendi ſeu mallet ſtatim arma; ſeu petita navibus Gallia, decem ſe Vitellianis exercitibus oſtendevet*. Aut. Dial. de Orat. 19, 6 *Novis & exquiſitis eloquentiæ itineribus opus eſt, per quæ orator faſtidium aurium effugiat*. ¶ 6. Antiqui etiam dixere *iter, iteris*. Quin ipſe Propert. 2, 10, 40 *memento Hoc itere ad lapides cana venire meos*.

¶ Iriner, *ĕris*, f. idem antique. Plaut. Merc. 5, 2, 72 *Inceptum hoc itiner perficere exſequar*. Et mox v. 88 *Quia tu ergo itiner exſequi meum finis*. conf. Nonius 8, 54. Sic & Manilius 1, 88 *Fecit & ignotis itiner commercia terris*.

¶ Itinctor, *ari*, iter facere, reiſen, apud Apulejum. Sed in Gloſſ. lat. gr. eſt *Iterare ὁδοιπορῶ*.

¶ Itinerans, *tis*. Salvian. lib. 1 de Gubern. p. 33 (Baluz. p. 22) de Iſraëlitis in deſertis: *Adde inlatos itinerantium caſtris alitum greges*.

¶ Itinerārius, *a, um*, adject reiſe-; ut, *Itinerarius ſonitus*, Lamprid. in Commodo c. 9. *Veſtimenti genus itinerarium*, Id. in Alex. Sev. c. 27. Et Ammian. 21, 15 *ratus, itinerario motu imminutæ valetudinis excuſi poſſe diſcrimen*.

¶ Itinerārium, *i*, n. eine marſch-route, reiſe-beſchreibung. Veget. 3, 6 *Itineraria regionum pleniſſime habere perſcripta*. Id. ibid. *Itinerania provinciarum non tantum adnotata, ſed etiam picta habere*. Ita ſuperſunt *Itineraria* Rutilii verſibus ſcripta, & Imp. Antonini. Ammian. 24, 1 *Itinerarium ſonare lituos jubet*, er läßt zum marſch blaſen. Ambrosius in Pſalm. 118 (119) octonario V incunte: *Milites qui ingreditur iter, viandi ordinem non ipſe diſponit ſibi, nec pro ſuo arbitrio viam carpit, nec voluntaria captat compendia, ne recedat a ſignis: ſed itinerarium ab imperatore accipit, & cuſtodit illud*.

¶ Iterdūcus, *a, um*, ein wegweiſer; ut, *Iuno iterduca*: Hoc epitheton ei tribuit Martian. Capella, cujus locum producit emendatque Briſſonius de Form. lib. 1 p. 35.

¶ Obiter, argenteæ ætatis vocabulum q. d. ob iter, in via, unterwegens. Plin. 18, 19 *Major pars Italiæ utitur votis, quas equa verſit obiter, & mulat*. Iuven. 3, 241 *Aut obiter leget, aut ſcribet, vel dormiet intus*, i. e. in lectica dum geſtatur. Sen. de Ira 3, 1 *Ira in occurrentia obiter furit*. Apud Charif. L. 2 p. 229 *Divus Auguſtus reprehendens Tiberium Claudium ita loquitur*, ſcribis enim PER VIAM *loci* TE OBITER. Cellar. ¶ 2. Apud Plin. 23, 4 ſ. 21 ſignificare videtur *præter viam* vel curſum naturalem aquæ, *Flumina ad lavandam hanc ruinam jugis montium ducere obiter*. ¶ 3. Sed ad priorem ſignificationem reſpicitur, quando idem fere eſt ac præter inſtitutum, aliud agendo, certe eadem opera, zualeich, in einer mühe, als ein neben werck. Petron. c. 31 *Obiter cantabant paronychia hoſpitibus vollentes pueri*. Id. c. 52 *Obiter per rimam foris ſpeculari*. Plin. procem. *Ut obiter cavean iſtos Homeromaſtigas*. ¶ 4. Interdum idem eſt quod ſimiliter. v. Pricæus ad Apul. 6 p. 323. Burm. ad Quintil. decl. 10, 16 p. 228.

ĪTĔRO, *avi, atum, are*, eſt repetere, ac quaſi per iter factum reverti, wiederum fürnehmen, wiederholen; ut, *Iterare pugnam*, Liv. 6, 32. *Iterare voces*, Horat. 1 epiſt. 18, 12. ¶ 2. Sed, *Iterare campum*, vel *agrum*, eſt iterum ſeu ſecundo arare, zum andern mahl pflügen. Colum. 2, 4 *Colles pinguis ſoli Februario ſtatim præſcindendi ſunt: deinde de Aprili medio quæ in ſolſtitium iterandi ſunt tertiatique*. Gloſſ. lat. gr. *iterat*, ἐξύττει. Sic, *Iterare æquor*, eſt iterum navigare: Horat 1 od. 7, 32 *Cras ingens iterabimus æquor*. *Iterare metas*, ea rantas celebrare. Horat. 2 od. 15, 12 *Tyrrhi lapſa exuvia iterantur undis*. ¶ 3. *Iterare judicium* eſt rem judicatam retractare, iterum audiendo, leg. 1 Cod. Th. de Epiſcop. judicio. Sulp. Severus Hiſt Sac lib. 2 *Iterum enim iterari judicium neceſſe erat. Sic cæſſus iterare & acuta diſtinguere*, Lamprid. in Severo c. 22.

¶ Iterans, *tis*. Vulg. Interpr. Ier. 2, 36 *Vilis facta es nimis, iterans vias tuas*.

¶ Iteratus, *a, um*, wiederholet; ut, *Verba ſæpius iterata*, Cic. Part. Orat. c. 6. Gloſſ. lat. gr. *Iteratum*, παλινσκαφές, ex not. verbi.

¶ Iterato, adv. rurſus, iterum, nochmahls. Ulpian. l. 6 Dig de ceſſione bonor. *iterato venundari*. Sæpius hac voce uſus eſt Juſtinus; ut 5, 4, 2 *Iterato vinci*. Ft 5, 9, 2 *Iterato præliari*, &c.

¶ Iteratio, *ōnis*, f. repetitio, die wiederholung; ut, *Iterationes verborum*, Cic. in Orat. c. 25. *Lectio non crudo, ſed multa iteratione mollita*, Quintil. 10, 1. ¶ 2. Deinde eſt ſecunda aratio. Plin. 18, 20 pr. quamquam Salmaſius ibi *tertiatio* malit. Colum. 2, 4 *Complures iterationes*, ſcil. campi. Item, iterata olei preſſura, Colum. 12, 50. Gloſſ. lat. gr. *Iteratio*, σκαφερὸς, διφυγμὸς, die zweyte pflügung. v. Itero n. 2.

¶ Iterativus, *a, um*, das man wiederholet. Gloſſ. gr. lat. ἐπαναλη-πτικὸν, *iterativum*.

¶ Iterābilis, *e*, idem. Tertull. adv. Marc. 2, 28 *Iterabilem injuriam facere*.

¶ Iterum, adv. ſecundo, denuo, wiederum, aufs neu, zum andern mahl. Cic. de Invent. 1, 39 *Primo quidem decipi incommodum eſt, iterum ſtultum, tertio turpe*. Et Plaut. Men. 2, 3, 51 *Vbi rex Agatocles regnator fuit, & iterum Pythia: tertium Liparo*. Cic. pro Leg. Manil. c. 11 *Teſtis eſt iterum & ſæpius Italia*. Et pro Fontej. c. 8 *Pecuniam ſemel atque iterum, ac ſæpius invitiſſimi dare coacti ſumus. Nec quidquam ingeminans iterumque vocavi*, Virg. Æn. 2, 770. *Prædicam & repetens iterum, iterumque monebo*, quem verſum diſſimulato auctoris nomine repetit Quint. 2, 15. Sic *iterum ac tertio nominavi*, Cic. pro Roſc. Am. c. 22. *Iterum atque tertium tribuni*, Liv. 3, 19. conf. Varr R. R. 1, 15 extr. Cell. 4, 4; Plin. 27, 9. Sic, *Iterum conſul*, i. e. ſecundum, C. Nepos 23, 5, 3; & Cic. Divin. c. 35.

¶ Reïtero, *are*, wiederholen, Apulej. 8 Met.

¶ Reiteratio, *onis*, f. die wiederholung. Quintil. Inſtit. Orat. 11, 2 *Crebra reiteratione ſirmare*.

ITHACA, *æ*, f. parva inſula maris Ionii, Ulyſſis patria, Virg. Æn. 3, 272, a qua ipſe dictus eſt Ithacus. ¶ 2. Etiam oppidum inſulæ *Ithaca* dictum eſt v. Brouckh. ad Tib. 4, 1, 48.

¶ Ithacus, *i*, m. Ulyſſes, ut modo dictum eſt. Virg. Æn. 2, 104 *Hoc Ithacus velit, &c.*

¶ Ithacenſis, *e*, idem. Horat. 1 epiſt. 6, 63 *Ithacenſis Ulyſſes*.

¶ Ithācēſius, *a, um*, idem græca forma. Silius 8, 540 *Scdes Ithaceſia*.

ĪTHŌNE, *es*, f. civitas Bœotica, Minervæ ſacra; *Aonia Ithone*, Statius Theb. 2, 721. Hinc

¶ Ithonæi, *orum*, m. pl. urbis incolæ, apud eumdem Stat. Theb. 7, 330.

ITHŸPHALLVS, *i*, m. Ἰθύφαλλος, Priapus eſt, qui & *Tripallus*, dictus. Colum. lib. 10, 31 *Sed truncum forte dolatum Arboris antiquæ nomen venerare Ithyphalli*.

¶ Ithyphallicus, *a, um*, Ἰθυφαλλικὸς, obſcenus, unzüchtig; ut, *Carmen Ithyphallicum*, certi generis & moduli, cujus exemplum Catullus produxit Animadverſ. in Athenæum 6, 15. conf. Rhodig. Ant. Lect. 4, 16. Scalig. Poëtic. lib. 1 p. 238.

Itidem, vide *Is, ea, id*: Itito, ito, *Eo*.

ĪTŌNVS, *i*, m. (al. Ionus) Theſſaliæ rex, autor æris, argenti & auri conflandi ſignandæque monetæ. Lucan. 6, 402 *Primus Theſſalicæ rector telluris Itonus In formam calidæ percuſſit pondera formæ, &c.*

ĪTŪRAEI, ſive Ituræi, *orum*, m. pl populi Syriæ, ſagittandi arte præſtantes. Vnde Virg. Georg. 4, 447 *Bona bellis Cornus: Iturzos taxi curvantur in arcus*. Et Lucan. 7, 230 *Iturzis curſus fuit inde ſagittis*.

ĪTYS, *Ityos, Ityn*, m. Ἴτυς, Tereï, regis Thracum filius, converſus in Phalianum, cum epulandus patri Tereo a Progne matre appoſitus fuiſſet. v. Ovid. Met. 6, 626 ſeqq. Alius Virg. Æn. 9, 574.

¶ ĭtŭlus, *i*, m. diminutivo uſus Catullus ad Ortalum carm. 66, 14 *Qualia ſub denſis ramorum concinit umbris Daulias abſumpti fata gemens Ityli*.

IŪBA, *æ*, f. capillitium equorum vel leonum a collo dependens, der kamp, die mähne; ut, *Iuba leonis*, Plin. 8, 16. *Equinæ jubæ*, Ovid. Met. 12, 88. Sic Columella & in gallinaceis plumas, quibus collum veſtitum eſt, *jubam* dixit 8, 2. *Iubam effundere*, den kamp ſchütteln, Virg. Georg. 3, 92. *Luduntque jubæ per colla*, Id. Æn. 11, 492. Catullus in Aty, ſive carm. 63, 83 de leone: *Rutilam ferox torosâ cervice quate jubam*.

¶ Iubātus, *a, um*, juba veſtitus, mit hals-haaren, bemähnet; ut, *Equus, leo, anguis jubatus*, apud Poëtas & alios. Plin. 7, 16 de pugna leonum ſive ſpectaculo: *Pompejus magnus in Circo DC in iis jubatorum CCCXV dedit*. Solinus c. 45 (Salm. 30) *Lycaon lupus eſt cervice jubatus*. Plaut. Amph. 5, 1, 56 *Angues jubati*.

IŪBA, *æ*, m. rex fuit Numidiæ, qui in bello civili, quia ſe partibus ſocium præbuiſſet, exſtinctus eſt, quemadmodum Polybius tradidit. De *Iuba* patre & filio Spanh. de uſu & pr. num. diſſ. 8 p. 539 ſq. Videtur id nominis commune illis regibus fuiſſe. Inde enim accuſatus Lucius Albinus eſt, quod ſumtis inſignibus regiis Iubæ nomen uſurpaſſet, ut Tacitus auctor eſt Hiſt. 2, 58. Afris ſcilicet, Deus eſt: ex quo Latini *Iubæ* nomen effecerunt, ut Grotius ad Matth. c. 20, 1 obſervat. Et inde Lucanus primam in iſto nomine ſemper corripit. v. 5, 57; 6, 309; &c. Claudianus vero non ita bene produxit lib. 1 de Laudibus Stiliconis v. 254, ſi tura lectio vulgaris. Sed præſtat cum Heinſio & Guil. Pyrrho *Nuba* ibi legere.

IŪBAR, *āris*, n. *Lucifer & Vesper*, ſtella proprie jubata, deinde ad alia etiam transfertur. v. Varron. de L. L. 5, 2; itemque Buchanum in Hymn. Prudentii de Natali Domini v. 9 & Burm. ad Nemeſ.

Cyn. 143. Virg. Æn. 4, 130 *It portis jubare exorto Trojana juventus*, (ut sit fulgur, splendor, der glanz; ut, *Solis, auroræ, diei, auri, &c.*) *Iubar regale*, Claudian. lib. 2 in Rufin. v. 144. De fulgore jubato Cometarum Plin. 2, 25 f. 23 *Fiunt* cometæ *& in australino polo, sed ibi citra ullum jubar.* In masculino genere a quibusdam positum notat Barthius Adversf. 17, 3 & ad Nemes. Cyn. 143. Martial. 8, epigr. 65 *Purpureum fundens Cæsar ab ore jubar.*

IVBEO, *jussi, jussum, jubêre*, vehementer velle, haben wollen. Iuvenal. 6, 223 *Sic volo, sic jubeo: sit pro ratione voluntas.* Horat. 3 od. 24, 42 *Magnum pauperies opprobrium jubet Quidvis & facere & pati.* Cic. Att. 12, 6 *Cæsar te sine cura esse jussit.* Ita salutandi formula est, *Iubeo te salvere, plurimum salvere*, Ter. Adelph. 3, 4, 15. *Dionysium jubeo salvere*, Cic. Att. 4, 14, grüsse ihn meinentwegen. Ita Ter. Andr. 3, 3 pr. *Iubeo Chremetem*: ubi Donatus: *Firme aliquid velle, jubere est.* Iubeo *ergo*, volo: *Et deest* Salvere, *quod exprimitur ab alterius personæ interventu: Virgilius:* reddique viro promissa jubebat. *Et* μεταληπτικῶς: *quia dicit* SALVE, jubet. *Volumus enim animo, jubemus verbis.* vide & Nonium 4, 239. Igitur quando dico: *Iubeo te salvere*, & similia, tum Accusativus personæ non ad verbum *jubeo*, sed ad infinitivum, qui vel expresse ponitur, vel reticetur subintelligendus, referendus est. ¶ 2. Per ictè etenim verbum *Iubeo* personæ casum non assumit, apud Veteres quidem, & aureæ ætatis scriptores. Nam quod videtur accusativum personæ habere in illo Plauti Sticho 2, 3, 71 *Iube famulos, rem divinam mihi apparent*, hoc referendum est ad rationem illam Plautinam, qua etiam dicit *faciam ita, ut scias, Nescio me, qui sim, &c.* de qua Perizon. ad Sanct. Min. 2, 5, 5. Suetonii (Vesp. 23) & Festi, (in *Admissvæ aves*) auctoritas aureæ, de qua sermo nobis est, ætati obesse nihil potest. De Dativo similiter pronunciandum videtur. Tacitum tum alias, tum H. 13, 15, 3 *ubi Britannico jussit, exsurgeret*, ita locutum esse, itemque Curtium 5, 6, 8, it. 7, 5, 31, & Statium Theb. 7, 33 & 373, ubi Barthius videri potest, itemque ICtos, & quo quisque magis ab antiquitate pura recessit, non negaverim: quanquam & hic sunt, quæ moneat, Gronovio. Sed de Cicerone, Cæsare, Sallustio, Livio, quos laudari videas ab ipso etiam Perizonio ad Sanctii Miner. 2, 4, 6, aliter pronunciandum videtur. Nam ad Cic. Att. 9, 13 pr. *Quanquam hæ mihi literæ Dolabellæ jubent ad pristinas cogitationes reverti*, jam Corradus annotavit, intelligendum esse *scriptæ*, ut ad *literæ* referatur, aut *me* legendum. Cæs. B. G. 3, 98 *Militibusque suis jussit, ne qui eorum violarentur*, antiquissimus Codex Carrarienſis apud I. M. Brutum legit *commendavit*, quod sane optime convenit, præsertim cum eodem capite aliquoties absolute, uti solet, positum hoc verbum sit. Sall. Iug. 84 *Postquam ei provinciam Numidiam populus jussit*, apertum est intelligi *dari*, cujus generis mox plura laudabimus. Nec est quod Ovidius advocetur Met. 8, 752. Hic enim optimi Cod. *famulosque jubet fecidere sacrum Robur*, non *famulis*, quod in suo quodam invenerat N. Heinsius. Manet igitur, quod monuere Voss. de constr. 7, 36. Gronov. ad Liv. 27, 24. Burm. ad Petron. c. 71 p. 352, & ad Ovid. Metam. 8, 752, & Drakenb. ad Sil. 12, 60, Oudend. ad Frontin. 4, 1, 43. Snakenb. ad Curt. 5, 6, 8, aureæ ætati incognitam fuisse verbi *jubeo* cum casu vel tertio vel quarto constructionem; & satisfactum, credo, est Perizonio, qui ipse non provocat ad ea, ubi manifesta est infinitivi ellipsis, quo videtur accusativo rei hoc verbum jungi, e. g. Cic. pro Balb. c. 16 extr. *Pop. Romanus legem jussit: Iubere classica*, Luc. 2, 528. Flor. 2, 6, 2 *Vrebat nobilem pupidum, ablatum mare, captæ insulæ, dare tributa, quæ jubere consueverat.* Liv. 6, 39 pr. *Rogationes de fœnore atque aere jubebant, de consilatu antiquabant. Legem* vel *rogationem jussit*, int. *ferri: Iubere classica* int. *canere*; *tributa, dari*; eadem nimirum ratione ac dicitur *tributa, milites, naves &c. imperare.* Vide Drakenb. ad Liv. 3, 30, & 27, 16, ubi *interroganti scribæ jussit*, exstat, nec quicquam variant codices. Sic Davis. ad Cæs. de B. Civ. 3, 98. locutionem *jubeo tibi* vindicare conatus est. Itaque recentioris notæ etiam illud est Tac. Hist. 4, 76, 3 *Nam Germanos, qui ab ipsis sperentur, non juberi, non regi*, sie lassen sich nicht befehligen oder commandiren. Tamen antiquum est & aureæ ætatis, ut *juberi* passive dicatur, quod & apud Virgilium invenias. v. Lambinum ad Horat. epod. 11, & 1 epist. 5. ¶ 3. *Iubeo* etiam civile verbum est, & Democratici rebuspublicis proprium, ubi, cum nihil, quod senatus censuerat, legis obtinere posset vim, nisi de eo ante rogatus, sive interrogatus populus esset, isque id habuisset ratum, *Iubere* proprie dicebatur populus, quod super facta rogatione constituisset. Namque & magistratus rogaturus populum his verbis alloquebatur, VELITIS, IVBEATIS, &c. Et inde leges ipsæ sive decreta populi, IVSSA & SCITA POP. appellabantur. v. Gell. 5, 19; & 10, 20, itemque Anton. Augustinum de L. L. c. 13. Seneca ad Helviam c. 5 extr. *Ita enim populus jussit. Sed populi scita ex magnâ parte sapientes abrogant.* Nec prætermittendus locus Bruti est apud Ciceronem epist. 4 *Quod enim nondum senatus censuit, nec P. R. jussit, id arroganter non præjudico, neque revoco ad arbitrium meum.* ¶ 4. Vsurpatur eleganter hoc verbum & de operibus, quæ manu fiunt, aliter quam natura instituit. Sic *jussos vivos*, manu factos, non sponte natos. Colum. lib. 10, 48 dixit. v. Barthium ad Claudianum de 4 Conf. Honorii v. 483. Add. quos laudat Drakenb. ad Sil. 9, 504. Similiter verbo *docere* usus Horatius est: Alii verbo *imperare*, de quibus suis locis. ¶ 5. Dicebant antiqui *si jusso*, id est, *si jussero*, ut ostendit Seneca epist. 58. Nam apud Virg. Æn. 11, 467 *Cætera, qua jusso, mecum manus inferat arma.* v. Drakenb. ad Sil. 12, 175.

¶ Iubens, *tis.* Ovid. Met. 9, 595 *Mihi ferrè jubenti excidit cera.* Cæs. B. G. 7, 26 *Hortante & jubente eo.* Petron. c. 123 *Iubentibus fatis, i. e. cogentibus.*

¶ Iussus, *a, um*, beordert, geheissen, anbefohlen. Curt. 5, 11, 5 *Iussus propius accedere.* Martial. 1 epigr. 34 *Iussæ prosiliunt lacrymæ.* v. *Iubeo* n. 3. Sic *Iussa mors*, Tac. An. 16, 17, 2. Et, *Iussam pœnam subire*, 15, 18, 2. *Virgo jussa mori*, Virg. Æn. 3, 323. ¶ 2. *Iussus* & *visus* miscentur a librariis. Drakenb. ad Sil. 13, 372. vid. & *Iustus.*

¶ Iussus, *jussa*, m. subst. ein befehl, geheiss. Plaut. prol. Amph. v. 19 *Iovis jussu venio.* Cic. pro Lege Man. c. 9 *Lucullus vestro jussu coactus partem militum dimisit, partem Glabrioni tradidit.* Et Sallust. Catil. c. 20 extr. *Sine populi jussu.* Sic fere semper in sexto casu.

¶ Iussum, *i*, n. plur. *Iussa*, idem. *Iussum ratum, atque firmum*, Cic. pro Cæcina c. 33, ein befehl, so fest und gewiss ist. *Iussa capessere*, sich nach dem befehl verhalten. Virg. Æn. 1, 81. Sisenna apud Nonium 2, 472 *Populi jussa dat civitatem.* Festus *Iussa* vocat *jura.*

¶ Iussio, *onis*, f. idem. Lactant. 4, 15 *Hæc omnia non manibus, aut aliqua medela*, (agit enim de mirandis Christi sanationibus) *sed verbo ac jussione faciebat.* Arnobius lib. 2 p. 49 *Verbo uno potuit, aut unius imperii jussione.* Gloss. Vet. *Iussio*, κέλευσις. Epit. Liv. 67 *Secundum populi Rom. jussionem.* Vlpian. l. 2 § 2 ff. de judic. *jussio principalis.*

¶ Iussor, *ōris*, m. qui jubet. Eædem Glossæ: *Iussor*, κελευστής. Sed *Fidejussor, Fidejussio*, vide supra in *Fides.*

¶ Adjübeo, *ere*, anbefehlen. Plaut. Mil. 4, 4, 50 *Adjubent ferri in navim, siquidem imponi velit.*

¶ Injussus, *a, um*, non jussus, ungeheissen, unbefohlen. Virg. Georg. 1, 55 *Injussa virescunt gramina*, i. e. sponte, von sich selbst. Horat. 1 sat. 3 pr. *Injussi nunquam desistunt.* Sen. epist. 11 *Hæc injussa veniunt, injussa discedunt.*

¶ Injussus, injussu, m. subst. ohn geheiss. Ter. Phorm. 2, 1 pr. *Injussu meo.* Liv. 2, 12 *Consulum injussu & ignaris omnibus.* Cic. Tusc. 1, 30 *Vetat Deus injussi hinc nos suo demigrare.*

IVBILO, *avi, atum, are*, schreyen, jauchzen. Proprium rusticorum, ut *quiritare* urbanorum, Varro de L. L. 5, 7. Festus: *Iubilare est rustica voce inclamare e.* Prius, *jubilare*, ab *io*, quod rusticorum ἐπίφθεγμα, inquit Scaliger, quem vide ad Festum. Hinc fignate Calpurnius eclog. 1, 29 *Nihil armentale resultat, Non mentana sacros distinguunt jubila cantus.* ubi vid. Baten.

¶ Iübilatus, *ûs*, m. subst. clamor rusticorum, das schreyen, jauchzen. Gloss. gr. lat. ἀλαλαγμός, *ululatus, jubilatus.*

¶ Iubilatio, *onis*, f. geschrey, das jauchzen. Apul lib. 8 Milef. p. 209 *Iubilationibus solitis inhortantur nobis canos*, sie heben die hände auf und.

¶ Iubilum, *i*, n. subst. ein jauchzen, freuden-geschrey. Silius 14, 476 *Et lætus scopulis audivit jubila Cyclops.* ubi malit Gron. *sedavit*, cum potius ad pastoris inconditam vocem, quam ad cantum Daphnidis referatur; & negat Drakenborchius, se obfervasse, ubi de carmine dicatur, quod laudem promereatur.

¶ Iubilæus, *a, um*, (sive potius *Iobelæus*,) est enim Ebrææ originis uti res ipsa, ita nomen quoque. Vulgo tamen huc refertur, ita quidem, ut, quia hic annus lætus fuit præ cæteris, inde etiam gaudendi significationem affricent verbo *jubilo* ejusque derivatis. Est autem apud ecclesiasticos scriptores vulgo *annus Iubilæus*, i. e. septem sabbathorum septennium sabbathum, ein jubel-jahr, de quo legem habuerunt Iudæi, Levitici c. 25, 10. *Iubilæus* ab Hebræo 5, 37 exponitur *remissionis* annus. Arator in Acta Apost. c. 19 *Quin pagesimus annus Cum Iubilæus adest, proprii distractio ruris Antiquo donatur hero.*

IVCVNDVS, *a, um*, non *Iocundus*, (a *juvare* enim Cicero de Finib. 2, 4 fecit. v. Voss. 1 Inst. Orat. p. 33) is dicitur, qui alteri voluptati est, & aliquanto plus quam *gratus*, lieblich, erfreulich. *Verba ad audiendum jucunda*, Cic. de Orat. 1, 49. Et, *Iucundus conspectus*, pro Lege Manil. princ. *Iucundi acti labores*, proverbium, quo Cicero de Finib. 2, 32 usus est, nach gethaner arbeit ist gut ruhen. *Iucunda est memoria præteritorum malorum*, Idem ibid. *Cæli jucundum lumen.* Virg. Æn. 6, 363. Superl C. Nepos 25, 16, 1 *Adolescens idem seni Syllæ fuit jucundissimus*, in convictu scil. *Iucundissime Imperator*, Plin. præf. pr. Differt a *gratus* Cic. fam. 4, 6 *Cujus* (filii tui) *officia jucundiora sepe mihi fuerunt; nunquam tamen gratiora*, sie haben mir offt freude gemacht, sind mir aber nie so angenehm gewesen. conf. & fam. 5, 15. it. Att. 1, 17 p. 131 Græv. *Fuit mihi sepe & laudi nostræ tua gratulatio jucunda, & timoris consolatio grata.*

¶ Iūcunde, adv. lustig, frölich, erfreulich. Cic. de Fin. 1, 12 extr. *Summum est bonum, jucunde vivere.* Id. pro Muræna c. 31 *Quæ nunc sunt optima, sed certe condita jucundius.* Val. Max. 7, 2 extr. 8 *Aristoteles, Callisthenem ad Alexandrum dimittens, monuit, ut cum eo aut rarissime, aut quam jucundissime loqueretur, quo scil. apud regias aures vel silentio tutior, vel sermone esset acceptior.*

¶ Iūcunditas, *ātis*, f. suavitas, die anmuth, lieblichkeit. *Iucunditate perfundi*, Cic. de Fin. 2, 3. Et, *Dare se jucunditati*, ihm einen frölichen muth machen, Id. Off. 1, 34. Plinius Paneg. c. 49 *Tristitiæ* opponit. Et ita Pacianus Præneſi ad pœnitentiam: *Quare tenacitas humanitate redimetur: convicium satisfactione pensabitur: tristitia jucunditate, &c.* Pluraliter Cic. Att. 10, 8 *Nihil mihi unquam ex plurimis tuis jucunditatibus gratius accidit.*

¶ Iūcundor, *āri*, jucunde agere, frölich seyn. Lactant. 4, 6 de Sapientia Proverb. c. 8 *Iucundabar ante faciem ejus, quum lætaretur orbe perfecto.* Et Augustin. de Geneſi ad litt. 12, 34 *Consolationes Dei jucundant animam.* Videtur ex Psal. 94, 19 esse, sed Versio Vulg. ibi *lætificaverunt. Hilaretur* explicat Nonius 2, 407 per *jucundetur.*

¶ Iucundans, *tis.* Oros. procem. lib. 4 *Infantes in gelu ludentes, jucundantes.*

¶ Iucundatus, *a, um*, exhilaratus, erfreut. v. Barth. Adv. 32, 18. Brito Phil. 12, 813 *Plausibus omnis Iucundata novum suscepit Gallia regem.*

¶ Conjucundor, *ari*, sich mit einander freuen. Vulg. Interpr. Sirac. c. 37 v. 4.

¶ Injucundus, *a, um*, ingratus, insuavis, unannehmlich, unlieblich. *Labor minime injucundus*, Cic. de Fin. 1, 1 extr. Tacito ita appellatur, qui sermone acerbior est, Agricola c. 22 extr.

¶ Injucunde, adv. cujus compar. apud Ciceronem est Att. 1 ep. ult. *Res asperius a nobis & injucundius actæ.*

¶ Injucunditas, *ātis*, f. unanmuthigkeit, verdrießlichkeit. Cic. de Nat. D. 1, 55 *Ne quid habeat injucunditatis oratio.*

¶ Perjucundus, *a, um*, valde jucundus, sehr anaenehm. Cic. de Orat. 2, 7 *Disputatio fuit mihi perjucunda.* Id. ad Qu. Fr. 3, 1, 4 *Id mihi peregrinum perque jucundum evit.*

¶ Perjucunde, adv. idem. Cic. pro Cælio c. 11 *In hac suavitate humanitatis, qua prope jam delectantur homines, versari perjucunde solere*, überaus gern.

IŪDÆA, æ, f. Ἰουδαία, pars Palestinæ, seu sanctæ terræ, das jüdische Land. De seu ejus post lacta litteras v. Strabo lib. 16, & Dio Cassius lib. 36 Quidam tenbilicum terræ tradiderunt: de quo Petrus Blesens. Serm. 1 de Adventu, & Chr. Cellarius Program. 39.

¶ Iūdæus, i, m. Ἰουδαῖος, ein Jude. *Iudæum appellare* dixit Horat. 1 sat. 5, 100. vide supra *Apella*. Martialis 7 epigr. 29 *Recutitos Iudæos* appellavit. Id. 12 epigr. 57 hominem turpiter mendicum vocans, *Iudæum* dixit, qui & a matre doctus sit mendicare. v. Barth. Adversar. 11, 4 p. 518. Iuvenalis 6, 546 *Qualiacunque votes Iudæi somnia vendant*. Multa autem de origine gentis & religione continxerunt profani scriptores, qui *Iudæum* & *Hierosolymum* fratres, Tryphonis filios, fabulati sunt, unde & nomen genti & urbi principi manarit, de quo Plutarchus lib. de Iside & Osiride p. 363. Alii a monte *Ida* nomen deduxerunt. Nonnulli volunt, Bacchum, aut ejus loco vitem auream coluisse; nonnulli, asinum & porcum; nonnulli cælum, quod elatis ad cælum oculis manibusque orarent. v. Tacit. Hist. 5, 2, & seqq. Plorum 3, 6, Iustin. 36, 2, 1, Plutarchum lib. 4 Sympos. Quæst. 5, Perron. in Catalectis & ibi interpretes; nec non Origenem 5 contra Celsum p. 239. Minime omnium corrupte de religione eorum Strabo supra laudato loco; qui & *justos, & vere religiosos*, appellat: itemque Dio citato superius libro. Idem Pagani scriptores Iudæorum & Christianorum nomen non raro confundentes, illos pro his posuerunt, quod Lipsius ad 15 Ann. Taciti: itemque Pithœus Adversar. 2, 2, & Barthius ad Rutilium Numantianum 1, 159 observant. Iudæorum sectæ tres fuerunt: *Pharisæi, Sadducæi* & *Essæi*. de quibus suis locis. Iudæos *Coristicanorum librarios* vocat S. Augustinus in Psal. 86. conf. cumd. contra Faustum 12, 23; & 13, 10 *Capsarii nostri studentibus nobis Codices præferunt*.

¶ Iudæus, *a, um*, adj. jüdisch. Iuvenc. 4, 668 *Quod rex Iudææ plebis gentisque fefellit*.

¶ Iudaicus, *a, um*, idem; ut, *Iudaica superstitio*, Quintil. 3, 7. *Iudaicum jus*, Iuvenal. 14, 101. Cum Romani aliquid monstrosum, absonum, aut enorme notare volunt, *Iudaicum* appellant. v. Claudian. in Eutrop. 1, 337, & Barth. Adversar. 11, 4 p. 518.

¶ Iudaice, adv. idem: ut, *Contradicere judaice atque apostatice*, in epist. Iustin. § 1 Cod. lib. 1 t. 1. *Leges judaice*, Vulg. interp. 2 Reg. 18, 26.

¶ Iudaizo, *are*, Iudæorum morem sequi, jüdisch leben. Vulg. Interpr ex verbo Ἰουδαΐζειν, quo Apostolus usus est ad Galat. 2, 14. Hinc

¶ Iudaismus, *i*, m. mos & ritus Iudæorum, das Jüdenthum. Tertull. adv. Marc. 1, 20 *Apostolus adversus Iudaismum alibi in conversatione reprehendendam existimavit*. Id. adv. eumd. 4, 11 pr. *Extraneus legis & judaismi profanus*.

Iudex, judicium, quære mox in *Iudico*.

IŪDICO, *avi, atum, are*, urtheilen, richten, dafür achten, oder halten. *Ad pœnitentiam properavit, cito qui judicant*, P. Mimus. *Ex aliorum ingenio aliquem judicare*. Ter. Eun. 1, 2, 118. Cæs. ad Cic. sub Art. 10, 8 p. 155 *Ab eorum consiliis absit, judicavit*, i. e. decrevisti. Et, *Iudicare de aliquo*, Cic. de Amicit. c. 2. *Iudicare perperam*, Id. pro Cæcin. c. 24. libel von einem sprechen. *Iudicare ex æquo & bono*, ibid. c. 23. Id. Cic. de Orat. 2, 42 *Plura multo judicant homines odio, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, &c. quam veritate. Iudicare aliquem exsulem*, i. e. judicio exilium decernere, Nepos 23, 7, 7. *Res judicare*, Cic. Phil. 1, 8 § 5; 2, 23 &c. ¶ 2. Cum genitivo *judicari pecuniæ* est condemnari ad pecuniam solvendam. Gell. 20, 1 sub fin. *Quantæ pecuniæ judicati essent, prædicabatur*. conf. Liv. 6, 14. Sed Liv. 26, 3 extr. *Iudicare alicui capitis, pecuniæ*, est diem dicere rei capitalis, vel capitis anquirere. ¶ 3. De eventu præliorum etiam ponitur, ut decernere, Cic. Phil. 11, 13 *Contra ac Deiotarus sensit, victoria belli judicavit*, hat einen andern ausschlag gegeben, als ꝛc. v. Græv. ad fam. 10, 12 pr. ¶ 4. *Iudicare* & *vindicare* confunduntur in MSS. v. Brouckh. ad Prop. 4, 11, 20.

¶ Iudicans, *tis*. Cæs. B. C. 3, 78 *Pompejus de Cæsaris consilio conjectura judicans*.

¶ Iudicatus, *a, um*, geurtheilt, gerichtet, geschätzt. Cic. Phil. 11, 5 *Iudicum res judicatas irritas facere*, das urtheil umstossen. Id. pro Rab. Post. c. 4 *Appendicula causæ judicatæ atque damnatæ. Iudicatus*, i. e. condemnatus. Liv. 6, 14 & 34. *Mihi judicatum est*, Cic. fam. 7, 33 extr. h. e. deliberatum, constitutum. Id. Cic. de Amic. c. 2 *Apollinis oraculo sapientissimus judicatus*. conf. Non. 2, 358.

¶ Iudicato, adv. bedächtlich, quo cum τῷ *Serio* conjunxit Gellius 14, 1: *Exercendine*, inquit, *aut ostentandi gratia ingenii, an quod ita serio judicatoque existimaret, non habeo dicere*.

¶ Iudicatum, *i*, n. substantive sumtum, id est, res judicata, ein urtel, ausspruch. Cic. de Invent. 1, 30 *Iudicatum est res assensione, aut auctoritate, aut judicio alicujus, aut aliquorum, comprobata*. Ibid. c. 40 *Iudicati infirmatio*.

¶ Iudicatus, ūs, m. subst. potestas & munus judicandi s. judicatio, die gewalt zu urtheilen. Cic. Att. 12, 19 *Approbo maxime, quod de judicatu meo præsentium sit*. vid. Conrad. & Gron.

¶ Iudicatio, *ōnis*, f. cognitio, die streitige frage. Cic. de Invent. 1, 13 *Iudicatio est, quæ ex infirmatione & confirmatione rationis nascitur controversia*. Et c. 14 inquit: *Summa controversia, quam judicationem appellamus*.

¶ Iudicatōrius, *a, um*, Gloss. gr. lat. δικαστικόν, *judicatorium*.

¶ Iudicatōrium, *i*, n. locus, ubi judicatur, die gerichts-stäte. Gloss. lat. gr. *judicatorium*, δικαστήριον.

¶ Iudicātrix, *ĭcis*, f. ut, *Ars judicatrix*, κριτική. Quintil. 2, 15.

¶ Iudicābilis, *e*, das man richten kan. Mart. Capella 5 p. 149 *Hic illud judicabile posse versari*.

¶ Iūdex, *ĭcis*, m. qui judicat, seu jus dicit, der richter. *Iudex* quasi *jus dicens*, Varro de L. L. 4, 7; & Isidor. 10, 8; ut *auspex* quasi *avis speciens*. Sic, *Iudicem de re aliqua constituere*, Cic. pro Domo c. 13, einen richter setzen. *Dare judicem*, Id. Verr. 2, 12. *Iudicem dicebat*, aut *ferebat* litigantium alter, vel nominando virum non suspectum, vel permittendo, ut adversarius nominaret. vid. Gron. ad Liv. 3, 56 pr. Add. 9, 1. it. 3, 57 & ibi Gul. & Vales. *Iudicem se præbere*, sich für einen richter brauchen lassen, Cic. fam. 5, 2. Horat. 2 sat. 2, 8 *Male verum examinat omne corruptus judex*. Virg. ecl. 2, 27 *Iudice te*. Erant autem Romæ *judices* non ipsi magistratus, sed alii a magistratibus, Prætore præter ceteros, qui causarum rationes plures paucioresve, qui majori minori futuri essent certamini ferebant, quam exequebatur Prætor &c. Hinc *centumviralia judicia* &c. Sed *Iudices privati*, qui de privatis rebus judicant, ipse Cæsar & centumviri videntur Suet. Claud. c. 14. Idem & *ordinarii*: a quibus diversi *delegati* & *recuperatores*, qui *extraordinarii* appellantur. *Iudices Critici*, qui de carminibus poetarum judicabant, Suet. Claud c. 11. De judicum decuriis, vide supra in *Decuria*. ¶ 2. Cæterum *judex* interdum ipse Consul dictus est. vid. Liv. 3, 55 extr. Item sequiori ævo Præses Provinciæ. Bynckersh. Obs. jur. 1, 2 p. 16. ¶ 3. *Iudex pedaneus* est, Rutil. itin. 1, 388. ¶ 4. *Iudex* & *vindex* miscentur a librariis, v. *Vindex*.

¶ Iūdicium, *i*, n. disceptatio, cognitio, das gericht. *Addocere in judicium*, Cic. pro Cluent. c. 17, anklagen. *Dare judicium in aliquem*, Id. Verr. 1, 52, erlauben einen gerichtlich fürzunehmen, Cic. *Iudicium de eadem re iterum redire*, Per. Phorm. 2, 3, 57, aufs neue über einer sache wieder mit einander zu rechten gestatten. *Iudicium habere*, Nep. 25, 6, 3, gericht halten. *Iudicio præsse*, quod etiam *judicium exercere* dicitur Cicero pro Archia c. 12 extr. *Iudicium eorum stupratumque*, h. e. corruptum, Cic. Att. 1, 18 p. 141 Græv. Cæterum *judicia* Romæ alia *centumviralia*, alia *forensia* erant, hoc est, quæ in foro extructis tribunalibus atque subselliis agebantur. vid Calsubon. ad Suet. p. 185. Sortiebantur & alii a causis nomina: ut *Iudicia mammaria*, & *Iudices mammarii*, apud Suet. Domit. c. 8. De publicis, privatisque Athenienium judiciis vide Sigon. de Rep. Athen. 3, 1; Vbbo Emmius Tom. 3 Vet. Græc. p. 41. Sam. Petit. ad leg. Attic. lib. 4. *Iudicium cum aliquo nancisci*, Val. Max. 9, 1, 1, mit jemanden streit bekommen. ¶ 2. *Iudicium* est sententia, meinung, existimatio, der verstand, die meynung. Virg. ecl. 5, 1 *Iudicio nostro*. Cic. fam. 5, 19 *Iudicii tui, — cum mihi putat, utile, nisi quod rectum*. Liv. 4, 6 extr. *Alii animi in contentione libertatis dignitatisque, alii secundum depositæ certamina interrupto judicio sunt*. Anton. Cic. ad Att. 14, 13 *Iudicium, quod semper habui de te*. Sic, *Subjicere se alicujus judicio, permittere omnia aliorum judicio*, Ter. Phorm. 5, 8, 66, andern heimstellen, wie sie es verstehen und urtheilen wollen. *Graece judicium subire*, Cic. de Orat. 1, 27. *Meo judicio*, Id. de Clar. Or. c. 8, meinem gutdünken nach. *Non inertia, sed judicio fugit reipubl. pericutationem*, Nepos 25, 15, 3, er hat sein bedencken gehabt, warum er ꝛc. *Iudicium strictum, asper, nimis rutam*, i. e. durum & contentiosum, Seneca Excerptis controv. lib. 4 præfati, eigensinn, hartnäckigkeit. Ter. prol. Heaut. v. 12 *Vestrum judicium fecit*, id est, vobis judicandi reliquit copiam. *Iudicium de aliquo facere*, ein urtheil von jemanden fällen, apud Cæs. de B. Gall. 1, 41. Cic. Ep. Fam. 11, 29 &c. occurrit. v. Menck. Obs. L. L. Quint. 9, 4 pr. *Etiam cum meum judicium ostendero, suum tamen legentibus relinquam*. Nep. 25, 10 pr. Atticum laudat, qui fuerit *sui judicii* αὐτογνώμων. Eleganter ac perurbane *rem aliquam nostri negamus judicii esse*, cum deprecamur de ea ferre sententiam. Cæs. de B. Civ. 1, 23 *Adventu Cæsaris cognito, Decuriones Auximi ad Aelium Varum frequentes convenium: docent, sui judicii rem non esse*, &c. Ibid. c. 35 *Renunciant, intelligere se, divisum esse Pop. Rom. in duas partes: neque sui judicii, neque suarum esse virium discernere, utra pars justiorem habeat causam*. Similiter Nepos 9, 4, 1 *Id arbitrium*, (id est, de eo statuere & pronunciare,) *Conon negavit sui esse consilii*. ¶ 3. *Iudicium* bonam de aliquo existimationem notat. Cic. de L. Agr. 2, 1 *Quare dignus vestro summo honore judicioque sim*, de Consulatu suo. Idem de Prætura sua pro L. Man. c. 1 *Meus labor ex vestro judicio fructum est amplissimum consecutus*.

¶ Iūdiciŏlum, *i*, n. dimin. Ammian. 27, 11 *Iuste an secus, non judiciuli est nostri*; modeste: gehört nicht für unser geringes ermessen.

¶ Iudiciālis, *e*, ad judicem pertinens, gerichtlich; ut, *Iudiciales causæ*. *Oratio judicialis*, Cic. in Orat. c. 51. *Iudiciale genus dicendi*, quod accusatione & defensione constat, Id. in Bruto c. 83. *Iudicialis consuetudo*, Id. pro Arch. c. 12.

¶ Iudiciāliter, adv. vor gericht, gerichtlich, item mit verstand. Sidon. 5 epist. 15 *Iudiciāliter expertus*. Id. 7, 14 *Non tam judiciāliter quam ocularitur intueri*.

¶ Iudiciārius, *a, um*, idem; ut, *Controversiæ judiciariæ*, Cic. in Verr. 1, 2, hoc est, quæ ad judicem aut judicium pertinent. *Lex judiciaria*, gerichts-oder proceß-ordnung, Id. in Pison. 39.

Composita:

¶ Abjūdico, *āre*, significat judicio auferre, absprechen, aberkennen; ut, Cic. pro Cæcin. c. 34 *Eum, qui, cum liber esset, censeri noluerat, populus judicat, ipsum sibi libertatem abjudicasse*. Id. in Verr. 1, 2 *Opinione populi Romani ratio veritatis fidei, &c. ab hoc ordine abjudicatur*. Plaut. Rud. 4, 3, 100 *Nunquam hercle hodie abjudicabit ab suo triobulum. Ab suo* est a *servo*. Ibid. 5, 1, 3 *Abjudicanda a me modo est palæstra*. Id. Asin. 3, 3, 17 *Me a vita abjudicabo*, h. e. me vita privabo, vitam mihi adimam. ¶ 2. Significat & *Rejicere*, per metaphoram: Cic. de Orat. 2, 24 *Vti plus mali quam boni reperio, id totum abjudico atque rejicio*.

¶ Abjudicatus, *a, um*, abgesprochen. Liv. 4, 1 *Ob injuriam agri abjudicati desciscere*.

¶ Adjudico, *are*, per sententiam aut judicium alicui attribuere, einem was zusprechen, zuerkennen, zuschlagen. Cic. Att. 4, 2 *Nemo dubitat, quin domus nobis esset adjudicata*. Horat. 1 epist. 18, 57 *Et nunc, si quid abest, Italis adjudicat armis*.

¶ Adjūdicatio, *ōnis*, f. die zuerkennung. L. 76 pr. Dig. Tit. 19 regula 16 de haered. Instit. *Fatilis adjudicationibus*. Et, *Adjudicatione controversiam dirimere*, &c. Vlp. L. 2 ff. de fin. reg. Et, *Adjudicatione pollere*, Modest. l. 17 ff. de usurp & usucap.

¶ Dijūdico, *are*, judicio dirimere, entscheiden. *Dijudicare vera & falsa*, Cic. Acad. 4, 33. Et, *Vera a falsis dijudicare*, Idem Partit. extrem. *De rationibus & controversiis dijudicare*, Idem pro P. Quint. 13.

¶ Dijūdicatus, *a, um*, entschieden, erörtert; ut, *Lis dijudicata*, Horat. 3 od. 5, 54.

¶ Dijudi-

¶ Dijudicatio, *ōnis*, f. disceptatio, die entſcheidung. Cic. de Leg. 1, 21 *Ipſa quidem magna dijudicatio eſt.*

¶ Dijudicatrix, *icis*, f. quæ dijudicat. Apulej. 2 de Dogm. Plat. p. 15 *Virtus ſpectatrix & dijudicatrix omnium rerum, prudentia.*

¶ Injudicatus, *a, um*, unentſchieden, unverurtheilt. Quintil. 10, 1 *Id injudicatum reliquo.* Et Gellius 5, 10 *Rem injudicatam reliquerunt.* Id. 13, 25 *Vitam hominibus eripere, indicta cauſſa, injudicatis, fadmmatis.*

¶ Præjudico, *āre*, ſententiam intempeſtive ferre, vor der zeit urtheilen, unzeitig richten. Bratus ad Cic. epiſt. 4 ad Brutum: *Quod nondum Senatus cenſuit, nec populus Romanus juſſit, id arroganter non præjudico.* Non vult hoſtes appellare, quos P. R. nondum tales judicaſſet. ¶ 2. Alias eſt, ante cauſam cognitam judicare, ohne erkänntniß der ſachen ein urtheil fällen. Cic. pro Cluent. c. 2 *Antequam de ipſa cauſſa dicere incipio, hoc poſtulo, ut ne quid præjudicati afferatis.* ¶ 3. Eſt nocere, ſchaden, nachtheilig ſeyn. Vipian. l. 1 § 9 Dig. de magiſtratibus conveniendis, *populo præjudicare.*

¶ Præjudicatus, *a, um*, vorher getheilet. Liv. 26, 2 *Ne idipſum, quod conſultationi reliquerant, pro præjudicato ferrent*, vor eine ausgemachte ſache aufnehmen. Cic. de N. D. 1, 15 *Tantum opinio præjudicata poterat, ut etiam ſine ratione valeret auctoritas*, vorgefaßte meinung. Id. pro Cluent. c. 17 *Res ſemel atque iteram præjudicata*, mehr als einmahl ausgemacht. Superl. Sidonius in poſtſcripto Carm. 22 *Vir ille præjudicatiſſimus.*

¶ Præjudicatio, *ōnis*, f. ein vorurtheil; ut, *Damnari præjudicatione Senatus*, Quintil. 4, 2, ſi ſalva ſcriptura, nam meliores libri habent *præjudicio.*

¶ Præjudex, *icis*, m. Gloſſ. gr. lat. *προδικαστής*, *Præjudex.*

¶ Præjudicium, *i*, n. ſententia eſt ante judicium, vel ſententiam legitimam latam, ein urtheil vor dem rechten proceß. Exſtat inter Publii minos etiam hic vertus: *Grave præjudicium eſt, quod judicium non habet. Vt ſi inter duos de officio contendentes, magiſtratus jubeat, interea, dum ſententiam ferat, alterum officio fungi quaſi judicans ſe pro ea parte ſcribe, pones quam vult eſſe rem, de qua litigatur.* Hæc Valla in Raudenſ. Quintil. 4, 5 *Præjudicia eſſe facta ab ipſis judicibus, a quibus condemnatus ſit*, ſie hätten ſchon angezeiget, was ſie von der ſache hielten. Gell. 2, 2 *Absque præjudicio tu interea fide, dum inſpicimus quæ rimusque, utrum conveniat, tene potius fenere*, ohne der ſachen etwas zu vergeben, ꝛc. ¶ 2. Apud Tacitum, pro futuræ rei judicio, ſive quod de eventu judicandum eſt ſignificat, de Germ. c. 10 extr. *Victoria hujus vel illius pro præjudicio accipitur.* ¶ 3. Eſt & id *Præjudicium*, quod exemplum præbet, aut reliquit, ad judicandum in eadem cauſſa, ein vorher geſprochenes urtheil in gleichem fall oder ſachen. Aſconius Pedianus: PRÆIVDICIVM, inquit, *dicitur res, quæ, cum ſtatuta fuerit, affert judicatoris exemplum, quod ſequantur.* De quo genere Quintil. 5, 2. Cic. pro Cluent. c. 22 *Duobus præjudiciis* (in cad. veneficii cauſa factis) *Oppianicus damnatus eſt.* ¶ 4. Hinc pro exemplo & auctoritate ſumitur: Cæſ. B. C. 2, 32 *Vos veſtramque fatlam, omnia deinceps municipia ſimi ſecuta, neque ſine cauſſa, & Cæſar amiciſſime de vobis, & illi graviſſime judicaverunt; Pompejus enim nullo prælio pulſus, veſtri facti præjudicio domovas Italiæ exceſſit.* Plin. ep. 1 *Curianus orabat, ut ſibi donarem portionem meam ſique præjudicio juvarem*, i. e. exemplo meo alios ad donandum invitarem. ¶ 5. Lat. *Præjudicium* ſæpe eſt judicium cauſæ noſtræ adverſum, ein nachtheil. Et l. 1 § 11 Dig. de agnoſcend. *Nullum ſibi præjudicium facit.*

¶ Præjudicialis, *e*, dem vorurtheil gemäß; ut, *Præjudicialis multa*, l. 50 & 65 C. Theod. de Appell. Eadem, itemque *appellatio præjudicialis* eſt ap. Symm. 10, 58.

IVERNIA, *æ*, f. Ἰουερνία, Stephano, Ἰέρνη Straboni, Cæſari vero *Hibernia* eſt, Irrland, *Iuverna* Melæ, & Iuvenal. 2, 158 *Arma quid ultra Littora Iuvernæ promovimus & modo captus Orcadas, &c.* Sed Claudian. 4 Conſ. Honor. v. 33 *Scotos in cumulos flexit glacialis Iërne.*

Iuga, jugalis, jugamentum, jugare, &c. vide *Iugum.*

Iugeralis, jugeratim, jugeratio, vide *Iugerum.*

IVGERVM, *jugeri*, & ablativo *Iugere*; n. plur. *Iugera, jugerum, jugeribus*, tertio ordine, (eſt enim ἀνωμαλον,) Plinio 18, 3 & Varr. ap. Nonium 1, 265 dictum eſt agri ſpatium, quantum uno per diem jugo boum exarari potuit. Dicas forte, eine hufe land. *Iugerum* eſt pedum duodetrigeſies mille & octingentorum. Quod aperte colligitur ex Quint. 1, 10 p. 113. Item Varrone de L. L. 4, 4; & de Re Ruſt. 1, 10 *Iugerum quod quadratos duos actus habet: quadratus actus, qui & latus pedes 120 & longus totidem. Is modus* AGNVA *latine appellatur. Ingera pars maxima dicitur* Scrupulum, *id eſt* 10 *pedes in longitudinem & latitudinem quadratum* &c. add. de L. L. 4, 4 & apertiſſime Columell. 5, 1. Adde Horar. epod. 4, 13 *Arare mille fundi jugera.*

¶ Iugerālis, *e*: ut, *Iugeralis tabula*, Pallad. 3, 9.

¶ Iugeratim, adv. per ſingula jugera, von acker zu acker. Col. 3, 3 *Vir cenſenas aut nonas jugeratim præſecat.*

¶ Iugĕrātio, *ōnis*, f. diviſio & aſſignatio facta in jugeribus. Auct. de Limit. p. 253; Front. de Colon. p. 146. Adde Rigalt. de Re Agrar. Gloſſas.

¶ Semijugerum, *i*, n. dimidium jugerum. Colum. 4, 18 *In ſemijugera omnis modus* (hortorum) *dirimatur.* conſ. 5, 1.

IVGIS, *e*, adj. a jungendo idem eſt quod perpetuum, continuum, langwierig, immerwährend. Cic. Divin. 1, 1 *Aqua hauſta de jugi puteo*, ſo ſtets waſſer hat. Et Horat. 1 ep. 15, 15 *Putei perennes jugis aquæ* conſ. 2, Sat. 6, 2. *Iuge auſpicium*, Cic. Divin. 2, 36 *Ne juge auſpicium fiat, jumenta jubent disjungere.* Forte *juge auſpicium* fuit *per ſeme*, de quo de N. D. 2, 3 Calenniatorium enim hanc prohibendi auſpicii rationem eſſe, nihil dubito. Add. Feſt.

¶ Iugus, *a, um*, videtur geminum, conjunctum, notare, quod oſtendit Cicero ad Cat. R. R. 10 pr.

¶ Iugiter, adv. aſſidue, ohn unterlaß, ſtets. Apul. de Mundo p. 71 *Mundus jugiter per circuitum ſuis legibus terminata.* Prudentius καθημ. 4, 54 *Clauſus jugiter*, & Hym. Epiphan. v. 161 *Subactus jugiter.* Gloſſ. Vet. ἀφεξῆς.

¶ Iugitas, *ātis*, f. diuturnitas, perpetuitas, die langwierigkeit. Conſtantin. l. 7 C. de Repudiis, *poſt tam magni temporis jugitatem.* Marcell. Emp. c. 8 *Lacrymarum jugitatem ſedare & reprimere.*

¶ Iugiſluus, *a, um*, ſtets flieſſend. Paulinus de Amne: *Iugiſluus ſemper liberis.*

Iuglans, vide *Glans.*

IVGO, *āre*, vel Iugio, *ire*, a jugi clamore *milvi dicuntur, cum vocem emittunt*, autore Feſto, ſchreyen wie ein weyh. Varro apud Nonium 2, 846 *Iugere volitans milvus viſus, &c.* Vet. Gloſſa *Iugit* ἀκατα βαῖνει. Iugoſus, vide *Iugum.*

IVGVLA, *æ*, f. hoc nomine Plautus dixit ſidus Orionis, in Amphitr. 1, 1, 119 *Neque Iugulæ, neque Veſperugo, neque Virgiliæ occidant.* Feſto ab eo videtur dici, quod ea ſtella amplior cæteris, quaſi nux juglandis. Sed aliter Varro de L. L. 6, 3, aliter Iudorus Orig. 3, 70, & cum ſecutus vetus Germanici Cæſaris Scholiaſtes, quos vide & infra in *Orion.* conf. Panci Lex. Crit. p. 649. Et Manil. 5, 175 *Conjungunt jugulæ, quibus aſperantibus orti.*

IVGVLVS, *i*, m. pars anterior in imo collo, oſſa ſcilicet duo, quorum alterum *dexter*, alterum *ſiniſter jugulus* dicitur, a collo ad humeros extenſa, die unterſten halsknochen, ſo nach den achſeln gehen. Græcis κλεῖδες, oſſa illa dicuntur *Iugales præbere, jugulum dare alicui*, den hals herhalten, dixit Cic. Att. & pro Milone c. 11. ¶ 2. Reperitur & *Iugulum* in neutro. Cic. de Fato c. 5 *Quod jugala concava non haberet.* Add. Arnob. L. 1 p. 36. Gloſſ. Vet. *Iugulus* & *Iugulum*, κατακλεις, σφαγή. ¶ 3. Sed *petere jugulum* orator dicitur, quando, id, quod eſt potentiſſimum, invadit, & adverſarium argumentis quaſi jugulat, Quintil. 8, 6 das recht treffen treffen.

¶ Iugulāris, *e*; ut, *Vena jugulares*, apud Medicos.

¶ Iŭgulo, *avi, atum, are*, interficere, erwürgen, tödten. Horat. 1 epiſt. 2, 32 *Vt jugulent homines, ſurgunt de nocte latrones.* Terent. 3, 1, 27 *Jugularas hominem*, de dicto in adverſarium acuto, da haſt du ihm eines verſetzt. Et, *Iugulare quem ſuo gladio*, Adelph. 5, 8, 35. etiam mit ſeinen eigenen worten ſchlagen, cum regerunture ipſi nimium verba tua, ad quæ ille non habet quod reſpondeat. *Iugulare quem gladio plumbeo*, eſt levi argumento convincere, Cic. Att. 1, 14. *Cauſa totius jugulata*, Cic. Phil. 13, 18. *Quartana neminem jugulat*, Celſ. 3, 15 extr.

¶ Iugulatus, *a, um*, getödtet. Vellej. 2, 64, 1 *Ab iis, quos miſerat, jugulatus ille eſt*, Et 2, 71, 3 *Liberti manu jugulatus.*

¶ Iugulatio, *ōnis*, f. jugulandi actio. Hirtius de B. Hiſpan. c. 16 *Iugulatione oppidanorum facta.*

¶ Iugulator, *ōris*, m. qui jugulat. Salvian. lib. 3 extr. ad Eccleſiam: *Adulationes gladii ſunt, jugulatores tui.* Gloſſ. Vet. *Iugulator*, φονεὺς; *Iugulatores*, σφάκται.

IVGVM, *i*, n. a jungendo dictum plura ſignificat ¶ 1. continuum montis cacumen, die lange des berges; de vertice enim acuto non dici puramus. Cæſ. B. G. 7, 67 *Germani ab dextro latere ſummum jugum nacti, hoſtes loco depellunt.* Virg. ecl. 5, 76 *Dum juga montis aper, fluviis dum piſcis amabit.* ¶ 2. Et, *Iugum* dicitur de helcio aliisve loris, quibus equi curribus junguntur, ein kommet, geſchirr an pferden. Ovid Faſt. 2, 74 *Gemmea purpureis cum juga demit equis.* Eſt & illud inſtrumentum, quo boves jungebantur, vulgo ein joch; ſed collis non ſolum imponebatur, ut apud nos, aut alligabatur cornibus: helciis potius equorum ſimile erat. Cic. de N. D. 2, 64 *Cervices boum natæ ad jugum, tam vires humerorum & latitudines, ad aratra extruenda*; idque adeo ex ſignis etiam antiquis conſtat. *Iugo ſubdidit leones Antonius*, Plin. 8, 16, ſ. 10, anſpannen. *Iugum ſubire*, Id. 10, 45 pr. de iisdem. ¶ 3. Sed *mitti ſub jugum hoſtes* dicebantur, cum concluſi & dediti, per ignominiam emittebantur. Id autem ita fiebat; Duabus haſtis humi demiſis haſta transverſa, quæ propriæ *jugum* eſt v. n. 6. ſuper eas deligabatur; hoc jugum ſupere inermes hoſtes cogebantur, & ita confeſionem edere, ſe victos domitosque eſſe. Vid. Liv. 3, 28, ubi forma qualem diximus, & Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 10 in Hiſtoria L. Quinti Cincinnati, qui id primus videtur inſtituiſſe. Liv. 9, 5 ſq. ubi de Romanis a Samnitibus ſub jugum actis. Itemque Feſtus. Simile quid in noſtra militia obtinet, cum victi & dediti, poſitis armis, cum albis bacillis dimittuntur. Quod veteres Germani, an den ſtab aufnehmen, appellarunt, ut Rhellicanus ad Cæſarem de B. Gall. 1, 55 obſervat. ¶ 4. Apud bonos ſcriptores etiam ſæpius ſumitur pro ſervitute, onere, vel tyrannide. *Collum jugo ſubducere*, Ovid. Remed. Am. v. 90, den kopf aus der ſchlingen ziehen. Id. Her. 9, 6, ubi queritur Deianira Herculi *Iolen impoſuiſſe jugum*, Auct. Declam. Antequam iret &c. ſub init. *A veſtro corpore jugum acerbiſſimum repulit ſervitutis*, das joch der dienſtbarkeit. Et ibidem: *Omnibus grave ſervitutis jugum eſſe debet in libertate educatis.* Et Cic. Phil. 1, 2 *A cervicibus jugum ſervile dejicere.* Horat. 2 ſat. 7, 91 *Eripe turpi colla jugo liber.* Iuvenal. 13, 21 *Felices, qui ferre incommoda vitæ, Nec jactare jugum, vitâ didicêre magiſtrâ.* Vbi *jugum jactare*, ſich ſperren, ſich unwillig erzeigen, ungeduldig ſeyn. Nunc. *Excutere* (non *excutere*) *jugum*, proprie de jumentis, Curt. 4, 15, 16; de hominibus translate Plinius Paneg. c. 11, quod Cicero *dejicere jugum* modo dixerat; & Tacitus Agric. 31, 7 *Excutere jugum.* ¶ 5. In agris *jugum* eſt, quod juncti boves uno die exarare poſſunt, Varro de Re Ruſt. 1, 10. ¶ 6. Eſt & *jugum* in vinetis, pertica transverſa, ad quam alligantur vites, vid. Plin. 17, 21 & 22. Hinc *jugum* militaris ignominiæ vid. n. 3. ¶ 7. Ipſa junctio & propagatio vitium in ſublime, ut umbram præbeant conſidentibus, cine weinlaube. Plin. 1, 21 *Simplici jugo conſtat porrecto ordine, quem cantherium appellant.* Adde Colum. 4, 12. Hinc *vineæ jugatæ*, vide mox *Iugatus.* ¶ 8. *Iugum* etiam eſt, cui textores telam jungunt, der baum oder weberzeug. Ovid. 6 Met. v. 55 *Tela jugo vincta eſt, ſtamen ſcernit arundo. Inſeritur medium radiis ſubtemen acutis.* vide ibi Giofanium.

¶ 9. Sicut

¶ 9 Sicut ζυγὸς apud Græcos non illud tantum, quo jungantur boves, sed & stateram seu libram significat; ita & apud Latinos *jugum* idem notat, die wage. Cic. de Divin. 2, 47 *L. quidam Larquinius Firmianus familiaris noster, urbis etiam nostræ natalem diem repetebat a Publilibus, quibus eam a Romulo conditam accepit: Rememque, cum in jugo esset Luna, natam esse dicebat.* IN IVGO, id est, in libra sive signo libræ: quod dicere Solinus nominat, cum c. 1 Polyhist. de Vrbis natali & ipse agit. Vet. Gloss. ζυγὸς, ὁ στατὴρ, *Libra, examen, statera, trutina.* Manil. 1, 669 *Et juga chelarum medio volitantia giro.* Libram enim inter scorpionis chelas protendi notum est. Vnde & in curru illud instrumentum lignum, cui equi alligantur funibus, jugum dicitur, germanice, die wage. Curt. 3, 1, 15 *Notabile erat jugum,* (scil. in vehiculo) *adfrictum compluribus nodis.* v. ibi Freinsh. & Iustin. 11, 7, 4, & 15, ubi *jugum plaustri Gordii* vocat. Iterum Curt. 3, 3, 16 *Distinguebant interinitentes gemmæ jugum.* ¶ 10. *Iuga* sunt transtra, quæ ζυγὰ quoque Græci vocant, die bäncke im schiffe. Virg. Æn. 6, 411 *Inde alias animas, quæ per juga longa sedebant, Deturbat.* ¶ 11. *Iugum* etiam ordo dicitur in militari agmine a latere ad latus, (ein glied,) nam qui a fronte ad tergum pertinet, *Versus* appellatur. vide infra *Versus* in *Verto.* ¶ 12. *Iugum* pro *Isthmo,* die meerenge, apud Livium occurrit 2, 6, 42 *Continenti urbem jugum ducentos fere & quinquaginta passus patens conjungit.* vid. ibi Glar.

¶ Iuga, *æ*, f. cognomen Iunonis, quæ *Iuga* dicta, vel Iugalis *Zygios*, ubi vid. quoniam putabant, eam matrimonia jungere. v. Fest. in *Iugarius.*

¶ Iugālis, *e*, adject. jugo vinctus; ut, *Vinculum jugale*, Virgilius Æneid. 4, 16, id est, matrimonii: & *lectus jugalis*, pro conjugalis, ib. v. 496. Nemesia. ecl. 2, 57 *Iugales concubitus hominum. Equi jugales*, pferde, so bey einander gespannet werden, Virgil. Æneid. 7, 280. *Iugalia jumenta*, Curt. 9, 10, 22. *Iugalis* vel *Iogalis tela* textorium instrumentum Cat. R. R 10, 5 & 14, 2.

¶ Iūgālitas, *ātis*, f. Fulgent. 1 Mythol. *Vna eademque fervoris humorisque jugalitate gigni*, h. e. temperatione, mixtura.

¶ Iūgārius, *i*, m. bubulcus, qui juga ducit, ein pflug- oder ochsentreiber. Colum. 1, 6 *Lata bubilia esse oportebit ad procumbendam pecori, & jugario ad circumeundum laxo ministeria præbeat.* ¶ 2. Adjective *Iugarius Vicus* dictus Romæ, *quia ibi fuerat ara Iunonis Iugæ &c.* Festus.

¶ Iuges, m. pl. *ejusdem jugi*, *pares*; unde & *Conjuges*, *sejuges*, Festus.

¶ Iugōsus, *a*, *um*, bergicht. *Silva jugosa*, Ovid. Amor. 1, 1, 9.

¶ Iugo, *avi*, *atum*, *are*, conjungere, zusammenfügen. Virg. Æn. 1, 349 *Cui pater intactam dederat, primisque jugarat Ominibus.* Catull. 65, 21 *Thetidi pater ipse jugandam Peleæ sensit.* Sententia Solonis apud Ausonium v. 2 p. 291 *Par pari jugator conjux, quicquid impar, dissidet.* ¶ 2. Est & vinitorium verbum, anbinden. Ita enim *jugare vites* dicimus. Septim. Severus apud Terentianum p. 76 *Quando flagella jugas, ita juga.* Vbi *flagella* de vitibus dixit: de quo supra in *F.* Sic *Furcas perticis jugare*, Colum. 12, 39. conf. 4, 26. vid. *Iugum* n. 6.

¶ Iugatus, *a*, *um*, junctus, zusammengefüget. Cic. Tusc. 3, 8 *Omnes virtutes inter se nexæ & jugatæ sunt.* Sic sensu vinitorio *jugatæ vineæ* dicuntur, Varr. de Re Rust. 1, 8; & Colum. 4, 20; & de Arborib. c. 4; & *Vites jugatæ*, weinstöcke so man in die höhe weiset, und damit eine hütte schleust, Plin. 17, 23. Sed quæ in longitudinem perticis alligantur, *injugæ* dicuntur, cujusmodi structuram *Cantherium* vocant, kammerwerck, vide *Cantherius.*

¶ Iūgātio, *ōnis*, f. die zusammenfügung. Varro loco jam citato: *Iugationis species duæ.*

¶ Iūgātinus, *i*, m. Deus jugi vel conjugii. August. de C. D. 6, 9 *Cum mas & fœmina conjungantur, additur Deus Iugatinus.*

¶ Iugator, *ōris*, m. qui jungit jugo. *Boum jugator Triptolemus*, Arnobius lib. 5 p. 174.

¶ Iūgātorius, *a*, *um*; ut, *Boves jugatorii*, pflug- oder zieh-ochsen, apud Varronem de Re Rust. 2, 5.

¶ Iūgāmentum, vel Iugumentum, *i*, n. trabes transversæ, querbalcken. Cato c. 14 *Limina, postes, jugamenta, asseres.*

¶ Iūgāmento, vel Iugumento, *are*, est in modum jugi transversi religare, mit querbalcken zusammen fügen. Vitruv. 2, 9, 8 & 7, 1. v. Bald. 63.

¶ Iūgibilis, *e*, jugo habilis, jochbar. *Per jugabilem competentiam fœderari*, Macrob. Somn. Scip. 2, 2 princ.

Composita varia:

¶ Abjŭgo, *are*, id est, solvere & abjungere, ausspannen, absondern. Pacuvius apud Nonium 2, 37 *Quæ res te ab stabulis abjugat.*

¶ Adjŭgo, *are*, adjungere, benfügen, zugesellen. Pacuvius apud Non. 2, 55 *Corpus animæ mater adjugat.* Idem: *Blandam hortatricem adjugat voluntatem.* Col. 5, 17, 6 *Nisi & palmites adjugentur.*

¶ Adjugatus, *a*, *um*, angebunden, beygefügt, zugesellet. Plin. 27, 22 f. 35, 11 *Satius pampinos adjugata* (vitis) *detergere.* Lactant. de Opif. Dei c. 6 *Adjugatis corporibus elata soboles.*

¶ Adjŭgus, *a*, *um*, eodem jugo junctus, zugleich unterm joch. vid. Barth. Adv. 6, 13 ex Fortunat. 8 *Servitio Domini subdenda est adjuga cervix.*

¶ Bĭjŭgis, *e*, & Bijugus, *a*, *um*, zweyspännig; ut, *Bijuge curriculum*, apud Sueton. Calig. c. 19. *Bijugo curru*, Silius 2, 82. *Bijugo plaustro*, Auson. epist. 11 sub fin.

¶ Bīgæ, *arum*, f. plur. currus duorum equorum jugo actus, zweyspännige fuhrwerck. Virgilius de Hectore Æneid. 2, 272 *Raptatus bigis.* Vbi Servius: *Secundum artem dixit: quæ exigit, ut, quæ de pluribus constant, plurali tantum dicantur; ut*, bigas, quadrigas, mappas: *sed hæc plerumque corrumpit auctoritas: ut, Horatius*, Ne sordida mappa. *Item Statius* (Theb. 1, 338) Rorifera gelidum tenuaverat æra biga. ¶ 2. *Biga, trigas, quadrigas*, non ab equorum numero, sed rotarum dictas, vide Titius ad Grat. Cyneg. 227.

¶ Bigatus, *a*, *um*, adject. fere de nummis dicitur, in quibus bigæ signatæ. *Bigatum argentum* Livius dixit 23, 33. conf. Plinius 33, 3. Id. Liv. 23, 15 *Bigatos quingentos quæstorem numerare jubet*, subaudi nummos. vid. Alex. ab Alex. 4, 24. & Berneg. ad Tac. Ger. qu. 19.

¶ Bigarius, *i*, m. bigarum ductor. Romæ sub templo Gregorii in Cælio monte, in quo puer biga palmam præferens, talis cippus: FLORVS EGO HIC IACEO BIGARIVS INFANS QVI CITO DVM CVPIO CVRRVS CITO DECIDI AD VMBRAS. Ferret. Mus. Lapid. 255. conf. Arnob. 2 p. 70.

¶ Conjux, *conjŭgis*, c. ut Phocas: aut, *Conjux*, ut Priscianus: qui a *Conjungo* dictum putat. Propius a *Iugo Conjux* dicitur, unde & Genitivus *Conjugis* est: Veteres tamen indifferenter scripsere, ein ehegatte, mann oder weib. Vet. Gloss. *Conjux*, ἀμφιβιος, συζυγος, σύνζυγις. Sen. Herc. Oet. v. 407 *Conciliat animos conjugum partus fere*, finder machen liebe unter eheleuten. Plerumque fœminino, ut, *Fida conjux*, Horat. 2 epist. 1, 142. *Carissima*, Stat. Silv. lib. 3 extr. Tamen etiam virili genere dicitur. Ovid. Met. 11, 727 *ô carissime conjux.* Et Val. Flacc. 8, 419 *Fidissime conjux.* Et Stat. 5 Silv. 1, 20 *Conjugis orbati*, cujus uxor mortua est. Prudent. Cath. 11, 15 *Expers conjugis*, i. e. viri. De viro nunquam dixisse Ciceronem, at in poetis & inscriptionibus promiscue occurrere, notat Fabrettus p. 298. ¶ 2. Etiam de ea, quæ legitimo matrimonio juncta non esset, poëtæ interdum hoc nomen adhibent. vid. Brouckh. ad Tib. 3, 2, 4.

¶ Conjuga, *æ*, f. die ehefrau. Apul. lib. 9 A. A. *Pistor ille, qui me pretio suum fecerat, bonus alioquin vir & apprime modestus, pessimam & ante cunctas mulieres longe deterrimam fortitus conjugem, pœnas extremas tori Larisque sustinebat.* Et lib. 6 Iunonem ita adorat: MAGNI IOVIS GERMANA ET CONIVGA.

¶ Conjŭgus, *a*, *um*, gepaart, zu paaren. Plin. 8, 23 f. 35 *Conjugæ ferme vagantur, nec nisi cum compare vita.* Sed *conjugia* Hard. ex MS.

¶ Conjŭgŭlus, *a*, *um*, dimin. das sich zusammen binden läßt; ut, *Myrtus conjugula*, Plin. 15, 29. conf. Cat. R. R. c. 8 & 133.

¶ Conjŭgium, *i*, n. die ehe, der ehestand. Sen. Agam. v. 80 *Conjugii sacrata fides.* Ovid. Met. 14, 303 *Dos conjugii.* Et Cic. Off. 1, 17 *Prima societas in ipso est conjugio.* ¶ 2. *Conjugium* pro conjugibus dixit Plinius 8, 23 f. 35 *Conjugia fere vagantur*, sie gehen paar und paar weis, ex emendat. Hard. qui plura dabit, no. mai. ad h. l.

¶ Conjŭgālis, *e*, zur ehe gehörig; ut, *Dii conjugales*, qui præsunt conjugio, Seneca principio Medeæ.

¶ Conjugaliter, adv. ehelich. Augustin. epist. 89 *Pudice quamvis conjugaliter vivunt.*

¶ Conjugĭālis, *e*, a conjugio, idem quod *conjugalis*, ehelich; ut, *Festa conjugialia*, Ovid. Met. 5, 3. *Conjugialia jura*, lb. 6, 536.

¶ Conjŭgo, *are*, conjungere, zusammen spannen. Cic. Off. 1, 17 extr. *Iucundissima amicitia est, quam similitudo morum conjugavit.*

¶ Conjugatus, *a*, *um*, zusammen gehörig; ut, *Locus a conjugatis*: vide præcepta Dialecticorum. Et Cic. Topic. c. 3 *Conjugata*, inquit, *dicuntur, quæ sunt ex verbis generis ejusdem. Ejusdem autem generis verba sunt, quæ orta ab uno varie commutantur, ut* sapiens, sapienter, sapientia. *Hæc verborum conjugatio* συζυγία *dicitur.* ¶ 2. *Conjugatus* Augustino Confess. 6, 13 pr. est, uxori junctus, quem barbare *uxoratum* dicunt, verheyrathet.

¶ Conjugatio, *ōnis*, die zusammenfügung, fit in vitibus, Cic. de Senect. c. 15. Sed ¶ 2. Solin. c. 39 de urbis coëuntibus: *velut humanis conjugationibus copulantur.* ¶ 3. Pro conjunctione & copulatione quavis potuit Apulej. lib. 3 Florid. *Nihil quicquam homini tam prosperum divinitus datum, quin ei tamen admixtum sit aliquid difficultatis; ut etiam in amplissima quaque lætitia fuerit quæpiam vel parva querimonia, conjugatione quadam mollis & f. llis.* ¶ 4. *Conjugatio verborum*, apud Grammaticos quid sit, notum est, apud Dialecticos, exponit Cicero Topic. c. 3, cujus verba jam in *Conjugatorum* vocabulo dedimus.

¶ Conjugator, *ōris*, m. Hymenæi epitheton. Catull. Epithalamio Mallii, Carm. 62, 44 *Dux bonæ Veneris, boni Conjugator amoris*, der verbindet der eheleüter.

¶ Decemjŭgis, *e*, zehnspännig; ut, *Currus decemjugis*, Suet. Ner. c. 24.

¶ Dejŭgis, *e*, abwertig. Auson. Mosella v. 164 *Vertice nunc summo properant, nunc dejuge dorso.*

¶ Dejugo, *are*, sejungere, dissociare, trennen, zertrennen. Pacuvius apud Nonium 2, 256 *Vnanimitatem memoria dejugat.*

¶ Dijŭgo, *are*, sejungere, ausspannen, absondern. Arnob. 5 p. 162 *Quem pietas dijugare ab infando non valuit appetitu.*

¶ Disjugatus, *a*, *um*, abgesondert. Arnob. 7, 211 *Dii ab hostiis longe natura & beatitudine disjugati.*

¶ Disjugatio, *ōnis*, f. separatio est, die absonderung. Arnob. lib. 2 p. 53 *Animarum a corporibus disjugatio.*

¶ Injŭgis, *e*, uneinigespannt; ut, *Injuges hostiæ*, quæ nunquam jugo subditæ, apud Macrob. Sat. 3, 5, & Festum. Versus ἀσυνδετος, *injuges* appellat Diomedes 8 c. de pedibus metricis.

¶ Injugatus, *a*, *um*, non jugatus, idem. Sidonius carm. Sapphico ad ult. epist. lib. ult. *Vinxit ad tauri latus injugati.*

Multijŭgis, & Multijugus, vide in *Multus.*

¶ Octojŭges, *um*, achtspännig, pro octo conjunctis Livius 5, 2.

¶ Quadrijŭgis, *e*; ut, *Equi quadrijuges*, Virg. Æn. 10, 571, vier zusammen gespannte pferde. *Currus quadrijuges*, Apul. 3 Florid. vierspännige wagen.

¶ Quadrijŭgus, *a*, *um*, idem; ut, *Certamen quadrijugum*, Statius Theb. 6, 370. *Currus quadrijugus*, Virgilius Æneid 12, 162. Et absolute *Quadrijugi*, pro equis ad currum junctis: Ovid. Met. 2, 167 *Tritumque relinquunt Quadrijugi spatium*, id est, equi. Et Statius Theb. 12, 532 *Niveis victorem cernere vectum Quadrijugis.* Et Silius 4, 440 de Martis curru: *Quadrijugos atro stimulat Bellona flagello.*

¶ Quadrīgæ, *arum*, f. pl. (sic enim Cæsar censuit, teste Gellio 19, 8, quamvis & singularis apud probatos auctores inveniatur. vid. Barth. ad Stat. 228) quatuor equi currui adjuncti, ein wagen mit vier pferden ein zug oder gespann pferde. *Curru quadrigarum vehi*, dixit Cicero Divin. 2, 70. Singulari usus Val. Max. est 1, 8, ext. 9 *Oraculo Macedonum rex Philippus admonitus, ut a quadrigæ violentia salutem suam custodiret.* conf. Borrich. Vind. p. 170. In Hispania quadrigæ omnibus interdicuntur, meretricibus exceptis. vid. Petr. Matthæus lib. 4 Histor. fol. 89. conf. Scheffer. de Vehicul. Veterum. v. *Bigæ* n. 2. ¶ 2. Non autem currus tantum quatuor equis junctus hoc nomine venit, sed sæpe etiam quatuor equi juncti, licet currum non trahant. Virg. Æn. 8, 642 *Haud procul inde citæ Metium in diversa quadrigæ Distulerant.* Id cum negavisset Turnebus, acerbe reprehendit est ab Audomaro Talæo his verbis: *Quadrigas homo non dico non Logicus, sed non Grammaticus, negas unquam pro quatuor equis accipi sine curru junctis. Non te Romam dimittam, ut in veteribus monumentis quadrigas sine curru videas, apud typographum aliquem simulacrum urbis Romæ spectato: Videbis in extremo circum, & metas, & quadrigas, quod adhuc ignorasti, sine curru*, v. admon. ad Turneb. p. 1103.

¶ Quadrīgulæ, *arum*, f. pl diminutivum Cicero fecit, *Philippus hasce in capulo quadrigulas vitare monebatur*, lib. de Fato c. 3.

¶ Quadrigārius, *i*, m. qui quadrigas agitat in circo, ein renner mit vier pferden, vide *Auriga*. Arnob. lib. 2 p. 70 *Pugiles, quadrigarios, delatores, girallatores, &c.* ¶ 2. Et, *Habitus quadrigarius*, adjective, Suet. Calig. c. 19. ¶ 3. De *Claudio Quadrigario* vide suo ordine infra.

¶ Quadrigātus, *a, um*, nummorum epitheton, darauf 4 pferde gepräget. Plin. 33, 3 *Nota argenti fuere bigæ atque quadrigæ, & inde bigati quadrigatique dicti.* Et, *Quadrigati nummi*, Liv. 22, 52. vid. Alex. ab Alex. 4, 24.

¶ Sejuges, & Sejugi, m. pl. equi seni, ad unum juncti currum, sechs neben einander gespannte pferde, Plin. 34, 5. Et Apul. 7 Florid. *Quadrijuges & sejuges currus.* ¶ 2. Separatus, abgesondert. Solinus c. 10 de Sardinia, *sejuges gentes ad unam morem conjugare.*

¶ Sejūgo, *are*, sejungere, apud Solinum. Hinc

¶ Sejūgatus, *a, um*, abgesondert. Cic. Divin. 1, 32 *Humani animi eam partem, quæ sensum, quæ motum, quæ appetitum habeat, non esse ab actione corporis sejugatam.* Et Apul. 6 Met. p. 180 *Si spiritus corpore semel fuerit sejugatus.*

¶ Sejugatio, *onis*, f. die absonderung, apud Augustinum.

¶ Subjūgālis, *e*, ὑποζύγιος, jugo assuetus, lastbar, Prudent. in Romano v. 333. conf. Vulg. Interp. 2 Petr. 2, 16; & Hieron. epist. ad Paulin. 7.

¶ Subjugis, *e*, idem; ut, *Subjuges equæ*, Frobenius in Plin. 11, 49 legit: sed Harduinus aliique *subjunctæ*. Adde ex Cat. R. R. c. 135, *Subjugia lora*, quæ & absolute *Subjugia*. vid. *Subjugium*.

¶ Subjūgus, *a, um*, idem; ut, *Animal subjugum*, Plin. 30, 15; Sed lectio variat. Apul. 7 p. 194 *Vxor ejus molæ manuariæ subjugum me dedit.*

¶ Subjūgium, *i*, n. plur. subjugia, lora, quibus bobus aut equis juga aptabantur, Cato c. 63. Et Vitruv. 10, 8 *Subjugiorum lora.*

¶ Subjūgo, *are*, sub jugum mittere, debellare, atque imperio suo subjicere, bezwingen, unter das joch bringen. Ter usitate hoc verbo Messala Corvinus de Aug. proge. extr. *Subjugare hostes*, Claudian. 6 Cons. Hon. v. 249. Cum dandi casu construxit Lactantius 4, 10 *Ingratum populum legi, quam per Musen dederat, subjugavit.* Et post paullo: *Eos alienigenis subjugabat.*

¶ Subjugatus, *a, um*, bezwungen; ut, *Subjugata provincia*, Ascon. Pedianus in Verr. de Prætura Vrb. p. 85. Et Veget. de R. Mil. 3, 10 *Metellus subjugatum accepit exercitum.* conf. Borrich. Cogit. p. 245; Item Arnob. 4 p. 129; & Lactant. de Mort. perfec. 43, 3.

¶ Subjugatio, *onis*, f. subjugandi actus, apud Columellam.

¶ Subjugator, *oris*, m. qui subjugat. Apulej. de Mor. Phil. p. 16 *Malorum subjugator.*

¶ Totjugis, *e*, & Totjugus, *a, um*, tot, tam varius, so mannigfaltig. Apulei. 2 Florid. *Totjugi scientia magnificus.* Idem 4 Florid. *Hæc tanta ac totjuga instrumenta.* Id. Met. 2 p. 125 *In qua* (domo) *totjugi jam diebus sic famus quidem visus est ullus.*

¶ Trīga, *æ*, vel Trigæ, *arum*, f. ut *biga*, currus, qui tribus equis trahitur, ein dreyspännig fuhrwerck. Vlpian. L. 38 § 14 de Ædil. edicto. ¶ 2. etwas gedrittes, ein dreyling. Ex veteri poeta citat Scaliger ad Propert 3, 21 *Triga mihi paucos inter dilecta jodales, Triga sodalitii pars bene magna mei.*

¶ Trigārius, *i*, m. agitator trigarum, ein renner mit drey pferden. Plin. 28, 16 *Trigario se opprobare velle*, conf. Salmas. in Solin. p. 401: Item Plin. 29, 1. ¶ 2. Ap. Mart. Capellam lib. 7 p. 239, est *tricario* i. e. numero ternario.

¶ Trigarium, *i*, n. certámen curule, in quo heroes trigis contendere solebant. vid. Plin. 37, 13, & Salmas. l. c. p. 632. Sic, *Trigarium germanitatis*, Martianus Capella lib. 9.

¶ Trijugis, *e*, dreyspännig. Auson. epist. 8, 6 *Cisio trijugi insilire.* Nonnulli habent *terjugo*. Nam &

¶ Terjugus, *a, um*, idem, in Auson. l. c. v. 11, *Perfer in excursu vel terjuga millia epodon.* Quin

¶ Trijugus, *a, um*, dixit Apul. Met. 6 p. 181 in descriptione Cerberi *Trijugo capite præditus.*

¶ Vnijūgus, *a, um*, das nur einmal angebunden, das nur einen halt hat; ut, *Vnijuga vinea*, Plin. 17, 22. vide modo dicta in *Jugatus*. *Ioseph unijugus*, i. e. monogamus, der nur ein weib hat, Tertull. de Monog. c. 6.

IVGVRTHA, *æ*, m. Manastabilis ex pellice filius, Masanissæ nepos, rex Numidarum, a Mario victus, de quo Sallustius, & Vellej. 2, 12, 1. conf. Lucan. 2, 90; Propert. 3, 4, 16; & 4, 6, 36. Claudian. B. Gildon. v. 92 *Te maximus immanem Marii sub vincla Iugurtham.*

¶ Iugurthīnus, *a, um*, adj. ut, *Iugurthina conjuratio*, Cic. in Bruto c. 33. *Bellum Iugurthinum*, Horat. epod. 9, 23.

IVLIANVS, *i*, m. Ιουλιανός, Imperator, apostata, cujus historia vel pueris nota est. A Christianis *Idolianus* dictus est, quod idolorum templa a Constantino M. clausa aperuisset, & gentilibus restituisset. vid. Nazianzenus. De eo Apollinis oraculum Suidas expositit: Εἴχησεν μακάρεσσιν ὀλυμπίοις δώματ' ἔχουσιν Ρωμαίων βασιλεὺς Ιουλιανὸς θεοειδής. *Invisissimus est diis cœlestes domos habitantibus, Iulianus Romanorum rex Deo similis.*

IVLIS, *idis*, f. Cœæ insulæ oppidum, Simonidis Melici patria, Plin. 4, 12. ¶ 2. Est & piscis genus Plinio 32, 9. Quo pisce pulchriorem non habet mare. Palmi est longitudine, corpore gracili, tanta varietate, ut iridis formam in tergore repræsentet. Veneri & Massil. vocant *Donsellam*, Gesnerus. Venenatum tradit Ælianus H. A. 2, 144.

IVLIVS, *i*, m. Cæsar, Romanorum Imperator primus, & Monarchiæ inchoator, ab Iulo, qui & Ascanius, Æneæ filio, oriundus. Virgilius Æn. 1, 292 *Iulius, a magno demissum nomen Iulo.* Post consulatum Galliæ proconsul, bis in quinquennium prorogata provincia, civile bellum suscepit, victorque Pompeji ad Pharsalum, reliquias partium ad Thapsum quoque in Africa, & in Hispania ad Mundam superavit. Hinc quinque mensium otium mediocre nactus, quum annum ad Solis motum, ut trecentorum sexaginta quinque dierum esset, ordinasset, quo adhuc utimur; a Cassio & Bruto, cumaliis quibusdam conspirationis in eum sociis, in Senatu interfectus est Idibus Martiis, ac confossus vulneribus tribus & viginti, anno ætatis suæ 56. Cicero ad Brutum oratores enumerans, negat se videre, cui Cæsar cedere debeat, atque eum elegantem, splendidam, magnificam ac generosam quodammodo dicendi rationem tenere. Commentarios rerum a se gestarum scripsit versos & venustos, quos genuinos esse, ostendit Vossius 5 Inst. Orat. p. 302. Scripsit ad Ciceronem, qui ei familiarissimus fuit, libros de Analogia, vid. Idem Voss. ibid. lib. 4 p. 25. In quibus originem eloquentiæ dixit esse verborum delectum; & fugiendum esse inauditum atque insolens verbum tanquam scopulum. Meminit Phavorinus Philosophus, apud Gell. 1, 10. Exstat hodie inter Ciceronis ad Atticum epistolas, Cæsaris una, quam hæc clausit modestissima sententia: *Neque tutius, neque honestius reperies quicquam, quam ab omni contentione abesse.* ¶ 2. Plures autem fuerunt *Iulii*. *Nobilissima Iuliorum familia* dicitur Vellejo 2, 41, 1. *Iulii* nomen, sicut & *Cæsaris*, omnibus subsequentibus Imperatoribus commune fuisse, probare vult exemplo Augusti & Domitiani Colomes. κειμηλ. literar. c. 32. De *Iulio Africano* vid. h. v. de *Iulio Secundo* Quint. 10, 1 p. 919. & ibi Burm. it. 10, 3 p. 932. Hic fuit Nepos ex fratre *Iulii Flori*, de quo Quint. & Burm. l. c. ¶ 3. *Iulius* mensis dictus est in honorem Iulii Cæs. quod eo mense, qui prius *Quintilis*, ad quartum idus natus fertur, Germanice der heumonat, a fœnisectione. vid. Macrob. Sat. 1, 12. De quo & Martialis 10 epigr. 62 *Albæ leone flammeo calent luces, Tostamque fervens Iulius coquit messem.*

¶ Iulia, *æ*, f. nomen Romanum muliebre. Sic *Iulia* Cæsaris filia, Pompeji uxor, quoad vixit, pignus concordiæ inter patrem & maritum fuit. v. Vellej. 2, 47, 2. ¶ 2. *Iulias*, filiam neptemque, Augustus, ad omnem earum mentionem ingemiscens, vomicas & carcinomata sua vocavit, quas & sepulchro suo inferri vetuit, vid. Suet. Aug. c. 65 & 101.

¶ Iulianus, *a, um*, adject. ut, *Annus Iulianus*, Julii jahr-ordnung. *Iuliani milites*, Suet. Cæs. c. 75. *Vestigalia Iuliana*, a Iulio imperata & fixa, Cic. Phil. 13, 15 *Iulianæ partes*, Vellej. 2, 55, 1. ¶ 2. *Iulianus* Imp. vid. paullo ante seorsim.

¶ Iulius, *a, um*, aliud adj. ut, *Domus Iulia*, Ovid. Fast. 4, 40. *Iulia unda*, Virg. Georg. 2, 163. Et, *Leges Iuliæ*, in Digestis, & Isidor. 4, 15. *Iuliæ calendæ* Martial. 12 epigr. 22.

¶ Iulēus, (Iulæus) *a, um*, idem; interdum quadrisyllab. Ovid. Fast. 6, 797 *Tempus Iuleis eras est natale Calendis.* Propert. 4, 6, 17 *Actia Iuleæ pelagus monimenta carinæ*, i. e. Cæs. Augusti. Martial. 9 epigr. 36 *Iuleæ olivæ* i. e. Domitiani.

¶ Iulicum, *i*, n. Jülich, urbs Germaniæ, cognominis principatus caput.

¶ IVLVS, *i*, m. Ιουλος, Ascanius, Æneæ filius, qui occiso Mezentio, ex Iul Cæsaris testentie, ita cœptus est appellari, quasi ἰσβολος, a jaculandi peritia, vel a prima lanugine, quam ἴουλον Græci dicunt. v. Servium. Virg. Æn. 1, 271 *At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo Additur.* ¶ 2. Sed *Iulus* appellativum, lanugo est pomorum & arborum, das wöllichte an quitten, pferssimen und anderm obst. v. Plinius 16, 29. ¶ 3. Apud Iulium Pollucem & inter cantilenarum genera, IVLVS refertur. *Iuleæ voces*, Auctori Elegiæ de Pharmice v. 74. Ait enim: *Quam nec Iuleæ voces, nec tibia possit Mysica Cirrhæis æmulare modis.*

IVMENTVM, *i*, n. dictum quasi jugamentum, allerley last- und tragthier, ut, equi, muli, cameli, asini. Sed Columella præfat. lib. 6 *Iumentum*, a *Iuvando* deducit, id est, operam præbendo, sive id fiat, vel farcinas gerendo, vel currus trahendo, vel terram excolendo. *Elephanti & cameli jumentorum operam præstant*, l. 2 ff. ad Leg. Aquil. (9, 2) § 2. Notant porro Iureconsulti, boves, quia collo non ferunt, hac appellatione non contineri l. 38 de Ædil. edicto (21, 1) § 6. it. l. 89 de V. S. *Malam rem jumento suo accessere*, id est, sui mali fabrum ipsummet atque auctorem esse, Plautus dixit Amph. 1, 1, 171. *Iumenta farcinaria*, quæ farcinas vehunt, Cæs. B. C. 1, 31. *Ætolis onerata plagis jumenta*, Horat. 1 epist. 18, 46. ¶ 2. Neque vero de pecoribus tantum *jumentum* dicitur; sed ipsum vehiculum etiam hac voce olim designabatur, das fuhrwerck. Gell. 20, 1 IVMENTVM *quoque non id solum significat, quod nunc dicitur, sed vectabulum etiam, quod edjunctis pecoribus trahebatur, veteres nostri* IVMENTVM a IVNGENDO *dixerunt.* conf. Nonius 1, 269.

¶ Iumentārius, *a, um*, mit last-thieren umgehend; ut, *Mola jumentaria*, eine ros-mühle. Apul. lib. 9 Milet. *Iam de meo jumentario contubernio, quid, vel ad quem modum memorem?* ¶ 2. Substantive eum significat, qui curat jumenta, ein viehtreiber. Gloss. lat. gr. *jumentarius*, κτηνοτροφος. Et Gloss. gr. lat. ἐπικτηνίτης, *jumentarius agaso.* Et apud Fabrett. p. 707 in veteri Inscript. LOCVM SEPVLTVRAE DONAVIT CONLEGIO IVMENTARIORVM. Hinc

¶ Super-

¶ Superjumentarius, *i*, m. apud Sueton. Claud. c. 2, qui *juntentariis* præeit. vide ibi Casaubonum.

Iunctim, junctio, junctura, vide post paullo *Iungo*.

IVNCVS, *i*, m. σχοῖνος, a jungendo dictus, quod usus ejus in juncturis est, arundo tenuior, scirpus, binſen, ſeubden, riedgras. *Aliquid molli intexere juncо*, Virg. ecl. 2, 72. Ejus duæ species: alius enim quadratus, alius rotundus est. Illum κάτακεν; hunc σχοῖνον Græci appellant. vid. Cels. 3, 21. ¶ 2. Alius est *juncus*, qui *odoratus* dicitur, σχοῖνος ἀρωματικὸς ϑέας, kamel-ſtroh.

¶ Juncеus, *a*, *um*, ex juncо factus, von binſen geflochten; ut, *Juncea crates* Plin. 21, 14. *Sporta juncea*, Colum. 12, 6. Et Ter. Eun. 2, 3, 24 *Si qua est habilior paullo, pugilem esse ajunt*; *deducunt cibum, Tametsi bona est natura, reddunt curatura juncеas*: IVNCEAS, id est, graciles, rennes, inſtar junci, geſchlang, ſchmahl. vide ibi & Lindebruchium.

¶ Juncālis, *a*, *um*, idem, apud Varr. R. R. 1, 31; al. *Fjuncidus*.

¶ Juncinus, *a*, *um*, idem. Plin. 15, 7 *Oleum juncinum*.

¶ Juncīna, vel Juncīva, orum, n. pl. loca, quæ juncis abundant, ſumpfichte oerter, voll binſen. Innocent. de Caſis p. 234 *Habens sub se juncina*, p. 225 vocat *res palustres*. conf. & p. 236.

¶ Juncōsus, *a*, *um*, voll binſen, ut, *Littora juncosa*, quæ juncis abundant, apud Ovidium Met. 7, 231.

¶ Juncētum, *i*, n. locus juncis consitus, ein binſen-ort. Varro de R. R. 1, 8 *Salicta, arundineta, juncеta*.

¶ Ejuncidus, *a*, *um*, tenuis inſtar junci, dünne, ſchwach wie binſen; ut, *Sarmentum ejuncidum*, Varro R. R. 1, 31. Gloſſ. lat. gr. *Ejuncidum*, ἐκλεπτόν. Etiam Plinio reſtituit Hard. l. 17 f. 35 v. no. mai. 32 & Varroni R. R. 2, 10, 8 Victorius atque Scaliger, ubi mulierum epitheton eſt.

¶ Ejuncēsco, *ĕre*, dünne werden; ut, *Vitis ejuncеscit*, Plin. 17, 22; Ita Harduinus legit, *evanеscit* ante editi. vide ipſum hic ſ. 35 & l. c. in *Ejuncidus*.

IVNGO, *ĕi*, *ctum*, *ĕre*, quaſi in unum agere, copulare, conjungere, fügen binden, zuſammen bringen. *Jungi inter ſe*, Cic. de Orat. 1, 51. Et, *amicitias cum aliquibus jungere*, Id. pro Dejot. c. 9, mit leuten freundſchaft machen. *Jungere fœdus, fœdera*, Liv. 7, 30. *Jungi fœdere amici regi*, Id. 26, 24. Eleganter & flumina ripæque *glacie*, itemque *pontibus jungi* dicuntur: quod ea ratione ex una in alteram ripam pervenire licet, & ita utramque veluti jungere. vide Curt. 3, 7, 12 & 5, 1, 29; & 5, 9, 9. ¶ 2. Proprie de jumentis dicitur, anſpannen. Tibull. 2, 1, 87 *Ludite, jam nox jungit equos, currumque sequuntur Matris lascivo sidera fulva choro*. Stat. 1 Silv. 2, 142 *Amyclæos ad frena citavit clavos, Imgit Amor, &c.*

¶ Iunctus, *a*, *um*, zuſammen geſügt, verbunden; ut, *Fœdere aliquo juncti*, Ovid. Triſt. 1, 7, 6. *Iuncta matrimonio puella*, Liv. 30, 14, geehlicht, verheyrathet. Quint. 1, 2 pr. *Iuncta ista atque indiscreta sunt*. Cic. de Fato c. 16 *Causis propior, & cum exitu junctior*. Ovid. de Ponto. 1, 4, 31 *Iunctior Armonia est Ponto*, näher. Id Met. 9, 548 *Quæ tibi junctissimæ, junctior esse expetit*. Et Tac. Hiſt. 4, 52, 4 *Principum prosperis & alii fruuntur: adversa ad junctissimos pertinent*. ¶ 2. *Iunctus* & *cunctus* miſcentur a librariis. vide Drakenb. ad Sil. 6, 690. it. 9, 641. Vbi & varius ejus verbi uſus apud poëtas oſtenditur. *Iunctus* & *vinctus* conjungi, idem notat ad 8, 487. add. Intr. ad Varr. R. R. 1, 59, 3.

¶ Iunctim, ſine intervallo, an einander, oder nach einander. Manilius 4, 467 *Tribus appositis junctim*. Suet. Tib. c. 9 *Pæne junctim pervertit quæsturam, prætoram, consulatum*.

¶ Iunctus, *ûs*, *m.* id. Varr. L. L. 4, 8 *Locus a Carinarum junctu dictus Carinæ*.

¶ Iunctio, *ōnis*, f. die fuge; ut, *Iunctione teneri*. Cic. Tuſc. 1, 29, gefüget ſeyn.

¶ Iunctūra, *æ*, f. eine fuge, zuſammenfügung, gelencke; ut, *Tignorum junctura*, Cæſ. B. G. 4, 17. *Iunctura verticis*, Ovid. Met. 12, 288. *Iunctura colli*, Colum. 2, 2. *Iunctura verborum*, eſt compoſitio. Quintil. 9, 4 *In omni porro compositione via sunt necessaria: ordo, junctura, & numerus*. Horat. de Arte Poët. v. 47 *Notum si callida verbum Reddiderit junctura novum*. Sen. epiſt. 114 *Nolunt sine calebra esse junctura*. Et Suet. Aug. c. 92 *Inter junctura lapidum evata palma*.

¶ Iunctor, *ōris*, m. qui jungit. Gloſſ. gr. lat. ζευκτὴς, *junctor*.

Compoſita:

¶ Abjungo, *xi*, *ctum*, *ĕre*, ausſpannen. Virgil. Georg. 3, 518 *Arator abjungens juvencum*. ¶ 2. Item, ſeparare. *Quod se ab hoc dicendi genere abjunxerit*, Cic. Att. 2, 1, daß er ſich deſſen geäuſſert.

¶ Abjunctus, *a*, *um*, ausgeſpannt, abgeſondert. Propert. 2, 18, 9 *Abjunctos lavare equos*. conf. Parei Lex. Crit. p. 8. Arnobius 3 p. 105 *Ab omni turpitudinis labe disparata atque abjuncta divinitas*.

¶ Adjungo, *ĕre*, an etwas fügen, beygeſellen. Et, *Socium sibi adjungere*, Cic. pro Quint. c. 3. *Auxilium sibi adjungere*, Id. pro S. Roſc. c. 40. *Fortuna adjuncta divinitus summis viris est ad res bene gerendas*, Id. pro Leg. Manil. c. 16. Et, *Adjungere homines*, Cic. ad Qu. Frat. 2, 14. *Adjungere sibi aliquem beneficiis*, auf ſeine ſeite bringen, Ter. Adelph. 1, 1, 47. Et, *Adjungere sibi hominum benevolentiam lenitate*, &c. Cic. pro Muræn. c. 20, der leute gunſt ſich zuwege bringen. *Adjungere animum ad aliquod studium*, Ter. Andr. 1, 1, 29, ſich auf etwas legen. *Adjungere inimicos alicui*, Cæſ. B. Civ. 1, 4. *Adjungere alicui rei fidem*, glauben beymeſſen, Cic. de Div. 2, 55.

¶ Adjunctus, *a*, *um*, beygefügt, zugeeignet, zugeordnet; ut, *Adjuncta partes*, Horat. de Art. Poët. v. 178. Compar. Cic. pro Cluent. c. 10 *Ad ea, quæ propriora hujus causæ, & adjunctiora sunt, pervenimus*. Superl. Arnobius lib. 7 p. 243 *Ventum ad verum & adjunctissimam quæstionem*.

¶ Adjunctum, *i*, n. ſubſt. ſenſus philoſophico, ein anhang, antheil, Cic. Topic. c. 16; Gell. 16, 8.

¶ Adjunctio, *onis*, f. accеſſio, der zuſatz, die beyſügung, verbindung. Cic. Att. 7, 2 *Si hæc non ipſi, nulla potest homini esse ad hominem naturæ adjunctio*. Et, *Adjunctio animi vel voluntatis*, Q. Cic. de Pet. Conſ. c. 6. *Sine adjunctione materiæ*, Arnobius 1. 1 p. 28. In arte oratoria *adjunctio* eſt, *cum verbum, quo res comprehenditur, non interponimus, sed aut primum, aut postremum collocamus*. Aut. ad Herenn. 4, 27.

¶ Adjunctor, *ōris*, m. qui adjungit, der hinzuſetzt. Cic. Att. 8, 3 *Ille Galliæ citerioris adjunctor*, id eſt, Pompejus, qui præcaravit, ut Cæſari ulteriorem Galliam regenti etiam citerior adjungeretur.

¶ Conjungo, *ĕre*, zuſammen fügen, vereinigen. *Calamos cera conjungere*, Virg. ecl. 2, 32. *Cum aliquo se conjungere*, Ovid. Heroid. 21, 247, ſich zu einem ſchlagen. Et, *Conjungere vires, opes cum aliquo*, Val. Flacc. 6, 642, die macht zuſammen ſetzen. *Non a tenente ætate usus, conjunctio, studiorum etiam benevolentiarum facilis ac similitudo conjunxit*, Id. 1 mil. 7, 2, das hat uns zu freunden gemacht. *Bellum conjungere*, de ſociis armis: Cic. pro Lege Manil. c. 9 *Quantum bellum futurum putatis, quod conjungunt reges potentissimi!*

¶ Conjunctus, *a*, *um*, vereinbaret, zuſammen verknüpft, verwandt. *Puella digno conjuncta viro*, Virgilius ecl 8, 32. *Intima familiaritate conjunctus cui*, Nepos 25, 12, 1. *Non solum societate atque amicitia, verum etiam cognatione cum aliquo conjunctus*, Cic. Verr 4, 53. Laudant etiam ex Verr. 2, 4 pr. *Vita multis vitiis conjuncta*. Id. de Finib. 2, 14 *Duplici genere voluptatis conjunctus*. Compar. Ovid. Met. 15, 599 *Quamvis conjunctior illo Nemo mihi est*. *Urbs mihi conjunctissima*, Syracuſæ, Cic. Phil. 1, 3. Et, *Concordiâ esse alicui conjunctissimum*, Id. pro Cluent. c. 55. de Amic. c. 11 *Tum etiam cum iis, (aliis) & inter se conjunctissimos fuisse &c.* Idem epiſt. ad Antonium Att. 14, 13 *Ut nosmet ipsi inter nos conjunctiores simus*. ¶ 2. *Conjunctum* pro affine; & *conjunctionem* pro affinitate Nepos dixit in vita Attici c. 7 & 19. v. Rutgerſ. Var. Lect. 2, 8, & ſupra in *Affinis*. ¶ 3. Servorum mulieres ſolenni verbo dictas *conjunctas*, ex Varr. R. R. 1, 7 probatum it, neſcio quam feliciter, niſi idem abunde oſtendatur, Taubm. in Plaut. Caſ. prol. extr. p. 369. ¶ 4. Gell. 16, 8 *Quod illi συμπεπλεγμένον, nos vel conjunctum vel copulatum dicimus*. int. ἀξίωμα ſ. *proloquium* vel *enuntiatum*; hodie *enunciationem copulativam* vocant.

¶ Conjunctē, einig, beyſammen; ut, *Cum eo conjunctè vixit*, Nepos 25, 10, 3. *Non ullo cum homine conjunctius vixi*, Cic. fam. 6, 9. *Conjunctissimè & amantissimè cum aliquo vivere*, auf das vertrauliche ſte. Id. de Amic. c. 1. Id. fam. 5, 12 *Conjunctè ne malles cum cæteris rebus nostra contexere, &c.*

¶ Conjunctim, adv. zugleich, miteinander. Senatus conſulto, quod Cælius Ciceroni ſam. 8, 8 perſcribit, *Quod conjunctim de ea re referetur a consulibus*. Cæſ. B. Gall. 6, 18 *Omnis pecuniæ conjunctim ratio habetur*.

¶ Conjunctus, *ûs*, m. idem. Varr. de L. L. 9, 2 *Bigæ, quadrigæ &c. a conjunctu dictæ sunt*.

¶ Conjunctio, *ōnis*, f. die verbindung, vereinigung, verknüpffung, ſignificat interdum mutuam amicitiam: ut, *Amicitiæ conjunctionis que necessitudo*, Cic. de Amic. c. 20, freundſchaft. Et ibid. c. 7 *Quod si exemeris ex natura rerum benevolentiæ conjunctionem, nec domus ulla, nec urbs stare poterit*. Deinde, *Conjunctio sanguinis*, blutfreundſchaft. Et, *Affinitatis conjunctio*, Cic. pro Cluent. c. 67, ſchwägerſchaft. Quod etiam abſolute dicitur Iuſt. 1, 7 *Quod mihi de filia & Crassipede gratularis cognosco humanitatem tuam, speroque & opto, nobis hanc conjunctionem voluptati fore*, conf. Tac. Ann. 4, 39, 3: & c. 40, 7. ¶ 2. Eſt & orationis *Conjunctio* ſive copulatio grammatica. Cic. in Orat. c. 39 *Cum demtis conjunctionibus dissolute plura dicuntur*. Autor ad Herenn. 4, 27 *Conjunctio est, cum interpositione verbi & superiores partes orationis comprehenduntur, & inferiores*.

¶ Conjunctivus, *a*, *um*, zuſammenfügend. Gloſſ. gr. lat. συμπλεκτικὸς, *conjunctivus*. Adde Tertull. adv. Hermog. c. 26; Mart. Capella l. 3 p. 83.

¶ Conjunctrix, *icis*, idem. Auguſtin. de Trinit. 11, 10 pr. *Voluntas conjunctrix & separatrix*.

¶ Conjuncto, *are*, frequentat. zuſammen knüpffen. Prudent. Pſychom. v. 762 *Quod sapimus, conjunctet amor*.

Conjunx, conjugium, &c. vide ſupra in *Iugum*.

¶ Dejungo, *ĕre*, idem eſt quod disjungere, ſeparare, ſcheiden, von einander ſondern, trennen; ut, *Dejungere amantes*, Plaut. Aſin. 3, 3, 75. Cic. de Nat. Deor. 1, 15. *Partum Iovis, ortumque virginis, ad physiologiam traducens, dejungit a fabula*. Hinc

¶ Dejunctus, *a*, *um*, abgeſondert, apud Ciceronem legitur de Univerſ. c. 5 *Ita necessitas cogit, ut eadem sint ea, quæ dejuncta fuerunt*. Vide Lambinum ad illud Horatii 1 epiſt. 14, 27 *Bovemque Dejunctum cures & strictis frondibus exple*. Ita enim ibi legendum cenſet, diſſentiente Torrentio, qui vulgatum *Disjunctum* retinet & defendit.

¶ Disjungo, *ĕre*, trennen, von einander thun. Ter. Hec. 1, 2, 86 *Hec res multo maxime disjunxit illum ab illa*. Cic. fam. 1, 9 *Ab orationibus disjungo me fere refroque ad manuetiores Musas*, ich ziehe mich ab. Al. *dejungo*. *Intervallo locorum & temporum disjungi*, entfernt ſeyn, ibid. epiſt. 7 pr.

¶ Disjunctus, *a*, *um*, remotus, entfernet, abgeſondert. Cic. pro Sext. c. 67 *Greci longe a nostrorum hominum gravitate disjuncti*. Id. Verr. 4, 53 *Fons a mari disjunctus*. Id. Acad. 4, 17 *Nihil est ab ea cogitatione disjunctius, &c.* Id. pro Marcell. c. 2, & Plin. Paneg. c. 15 *Disjunctissime terræ*.

¶ Disjunctè, adv. apud Feſtum, quod vulgo recentiores *disjunctive*, Ulpian. 30 c. 1 l. 34 pr.

¶ Disjunctim, adv. von einander, mit unterſcheid. L. 5 ff. de condit. inſtit. *Si conditiones datæ sint disjunctim*.

¶ Disjunctum, *i*, n. Gell. 5, 11 *Non ratum id neque justum disjunctum esse*. Dialecticorum verbum. Vulgo disjunctionem vel enunciationem disjunctivam dicunt.

¶ Disjunctio, *ōnis*, f. die ſcheidung, trennung. Cic. Agrar. 2, 6 *Animorum disjunctio dissensionem facit*. Id. de Amic. c. 21 *Non statim alienatio disjuncti que facta nulla est*. Apud eumdem nonnunquam talem enuntiationem ſignificat, in qua e duobus contrariis unum eſſe verum ponitur. V. de N. D. 1, 25. in Topic. 14. &c. & Menck. Obſerv. L. L.

¶ Disjunctivus, *a, um.* Gell. 5, 11 *Proloquium disjunctivum. Modus disjunctivus*, Mart. Capella 3 p. 70. *Conditio disjunctiva*, quæ sub disjunctione concipitur, l. 78 ff. de condit. & dem.

¶ Indisjunctim, adv. unzertrennlich, unmittelbar darauf. Claud. Mamert. de Statu an. 1, 12 *Tuis junctim mixta adjecit.*

¶ Subdisjunctivus, *a, um*, getrennend; ut, *Subdisjunctiva conjunctio*, Priscian. l. 24 ff. de Verb. sign.

¶ Disjungo, *ere*, idem quod *disjungere*. Cic. Att. 10, 3 *Dijungar a te.* Et fam. 1, 9 extr. *Nam ab orationibus dijungo me fere, referoque ad marsupiorem majus.* Ita Gron.

¶ Disjunctus, *a, um*, idem quod *disjunctus*. Tac. An. 4, 67, 1 *Insula freto ab extremis promunturii dijuncta.* Et Cic. Att. 13, 11 *Posteaquam sum a te dijunctior.* Add. Quint. 2, 15 pr. ed. Burm.

¶ Disjunctio, *onis*, f. eadem quæ *disjunctio*. Cic. Acad. c. 28 *Judicare quæ conjunctio, quæ disjunctio vera sit.* Utrumque ex Graveri scriptura. Adde Arnob. lib. 3 p. 120 & 194. & Gell. 2, 7. ibique Gronov.

¶ Injungo, *ere*, eit adjungere, aufügen: ut Liv. 4, 19 extr. *Consul muro brachium injunxit*, angebauet, quam significationem aliis Livii locis probat l. F. Gron. ¶ 2. Idem est quod inferre, zufügen, antun; ut, *Detrimentum alicui injungere*, Brutus Cic. fam. 11, 13. *Injuriam injungere*, Liv. 3, 65 extr. ¶ 3. Innocere, auflegen; ut, *Graviora onera injungere cui*, Cæl B. Civ. 2, 18. *Manus injungere*, Liv. 3, 36, quod simpliciter etiam Plinius 10 epist. 55 *injungere* dixit. *Inter prima*, inquit, *injungo mihi*, &c. Ac rursus Livius 26, 36 *Si quid injungere inferiori velis*, anbefehlen, auftragen, committiren. Atque ita alia quoque *injungi* dicuntur; ut, *Laborem injungere*, Quintil. lib. 1 præfat. ubi hoc verbum frequens aliis, præsertim Livio, apud Ciceronem non inveniri, observat Burmannus. *Æternam servitutem injungere*, Cæsar de B. Gall. 8, 77. ¶ 3. Pro adjungere Pompon. l. 2 § 19 ff. de O. I. *Dictatoribus magistri equitum injungebantur.*

¶ Injunctus, *a, um*, aufgelegt: ut, *Injuncta peragere*, das anbefohlene verrichten. Calliod. 5, 19. Proprie *Ad scrobem, cui arbor injuncta est*, Pallad. Febr. 4, 10, worinnen er stehet.

¶ Injunctio, *onis*, f. die auferlegung. Sidon. 9 epist. 2 *Injunctione confundor.*

¶ Intermungo, *ere*, darzwischen setzen. Liv. 22, 30 *Interjungere dextras*, einander in die hände geben Seneca epist. 84 *Interjungere sermonem.* ¶ 2. Proprie est, jumenta cibi capiendi & lassitudinis vitandæ caussa jugo aliquantisper solvere, ausspannen, füttern. Martial. 3 epigr. 6 *Interjungis equos meridianæ.* Et 2 epigr. 6 *Interjungere quæris ad Bovillas.*

¶ Sejungo, *ere*, separare, removere, von einander thun, absondern. Cic. de N. Deor. 3, 24 *Fortunam nemo ab inconstantia & temeritate sejunget.* Id. in Catil. 1, 9 *Dummodo ista tua privata sit calamitas, & a reipublicæ periculo sejungatur.* Id. in Vatin. 10 *Quod me ex fortissimorum civium numero sejungendum non putaris.* Lucret. 1, 451 *Id quod nunquam sine discidio potis est Sejungi.*

¶ Sejunctus, *a, um*, unterschieden, getrennet. Nepos 16, 3, 1 *Etsi sejunctum a re proposita est.* Id. 25, 10, 5 *Nullam sejunctam sibi ab eo vult esse fortunam.* conf. Lucret. 1, 58 & 431.

¶ Sejunctim, adv. absonderlich. Strab. Gall. de cucurbita: *Multa cavernosa sejunctim carcere grana.*

¶ Sejunctio, *onis*, f. die trennung, absonderung. Cic. de Orat. 3, 53 *Ab ea, quod est dictum, sejunctio & reditus ad propositum.*

¶ Subjungo, *ere, subjicere*, addere, adjungere, anspannen, anknüpfen, hinzuthun; ut, *Curru subjungere tigres*, Virg. ecl. 5, 29. *Boves plostro subjungendi*, Colum. 6, 2. Deinde variis rebus adhibetur, in additamenti descriptione. *Opportune alicui rei quidpiam subjungere*, Quintil. 4, 3. Quod elegans est, si sermonis continuatio hoc verbo, aut respondentis significatur. Plin. 7 epist. ult. *Venimus ad consules: dicit Senecio, quæ res ferebat: aliqua subjungo*, ich rede auch was darzu. ¶ 2. Inservit victoriæ significandæ, ut dicamus: *sub suum jus potestatem, imperium, subjungere*, ihme unterwerffen. Cic. Verr. 1, 21 *Municipia urbes Achajæ Bœotiæque sub imperium P. R. ditionemque subjunxit.* Id. Agraria contra Rullum 1, 36 *Ut sub vestrum jus, jurisdictionem, potestatem, urbes, nationes, provincias subjungeretis.* Et Virg. Æn. 8, 502 *Nulli fas Italo tantam subjungere gentem.*

¶ Subjunctus, *a, um*, hinzugesetzt, angehängt. Cic. de Aruspic. Resp. c. 17 *Video in aruspicum responsis hoc esse subjunctum.* Virg. Æn. 10, 157 *Puppis rostro subjuncta leones*, i. e. habens subjunctos vel appositos leones.

¶ Subjunctio, *onis*, f. die hinzusetzung. ICt. in Dig.

¶ Subjunctivus, *a, um*, beyfügend; ut, *Modus subjunctivus* in Grammaticis, qui subjungitur alteri cuidam verbo, sine quo sententiam absolvere nequit. v. Priscia. 18 p. 674 sq. Bryling. edit.

¶ Subjunctorium, *i*, n. vehiculum, quod ab ὑπεζευγμένος, trahitur, ein fuhrwerck. l. 10 Cod. Theod. de cursu publ.

¶ Transjungo, *ere*, verkehren. Sic *jumenta transjungere* est a dextra in lævam aut contra jungere. Vlp. l. 38 § 5 ff. de ædil. edict. *Mula talis, ut transjungi non possit.*

Iuniculus, junior, *us*, vide *Iuvenis.*

IŪNĬPĔRUS, *i*, f. frutex, ein wacholderstrauch. Virg. ecl. 10, 76. *Iuniperi gravis umbra &c.* conf. ecl. 7, 53. *Grana juniperi*, wacholderbeer oder frametsbeer. Apollini, & Eumenidibus sacra erat. Plinius 24, 8 extr. *Iuniperus ante cætera omnia excalfacit, extenuat, cedro assimilis. Et ejus duo genera, altera major, altera minor. Utraque accensa serpentes fugat. Semen stomachi, pectoris, lateris doloribus utile, &c.* Vbi *Semen* notes baccas sive grana appellari.

IŪNIUS, *i*, m. plures hujus nominis celebrantur in historia Romana. *Iuniorum* gens, cui *Bruti* cognomen adhæsit, duplex fuisse dicitur, una patritia, plebeja altera; utraque nobilis, illa expulsis regibus per *L. Iunium Brutum*, hæc occisis C. Cæsare per *M. Iunium Brutum*. vid. Cantelii de Rom. Rep. 2 dissert. 4, 14. ¶ 2. *Iunius*, mensis dictus primum *Iunonius* ab Iunone, secundum Festum. Quidam apud Macrob. Sat. 1, 12 ab *Iunio Bruto* vocitatum putant, qui primus Romæ lectus est consul, quod *Kalendis Iuniis* pulso Tarquinio, lætum Cæsæ Deæ in Cælio monte voti reus fecisset. Ovidius Fast. 6, 78 ab *junioribus* sic dictum putavit: *Iunius e juvenum nomine dictus adest*, der brachmonat, ab ratione seu professione agrorum, qui superiori anno quievere, nostris appellatus. conf. Macrob. Saturn. 1, 12.

¶ Iūnia, *æ*, f. ut, *Iunia Calvina, Silana, Torquata, &c.* ¶ 2. Etiam adjective *Iunia familia*, apud Tac. Ann. 3, 24, 1. *Iunia lex*, apud Cic. pro Sext. c. 64.

¶ Iuniānus, *a, um*, adject. ut, *Iunianum judicium*, Cic. pro Cluent. c. 1.

IŪNIX, *icis*, f. juvenca, bos, quæ vitula esse desiit, necdum tamen peperit, eine junge kuh, kalbel. Exitat apud Plautum & Persium 2, 47. Vet. Gloss. *Iunix*, ὄχμαζος. vid. Taubm. ad Mil. Glor. 2, 2, 33, ubi de Philocomasio, meretricula juvencula, *Quam mox horsum ad stabulum junix vecipiat se e pabulo.* Ita *Graja juvenca* innuitur a Cassandra Helena ap. Ovid. Her. 117 & 124.

IŪNO, *onis*, f. Ἥρα, Iovis soror & conjux. Virg. Æn. 1, 50 *Ast ego, quæ divum incedo regina, Iovisque Et soror & conjux.* De *Iunone* Vejis Romam translata Liv. 5, 21 seq. De *Iunone Regina*, Id. 5, 30. De *Sospita*, Id. 8, 14. De *Iunone Moneta*, Ovidius Fast. 6, 183. *Iuno Stygia*, i. e. Proserpina apud Reinesium Inscr. 1, 34 p. 61, qui tamen suspicatur, fuisse Aeolice scriptum *SDΥgiam* pro *ZΥgia*, f. *Pronuba*, de qua & *Lucina* suis locis. *Iunonis stella* quæ alias *Veneris*, ubi vid. Eleganter Plautus Trin. 1, 2, 168 de urbanis, assiduis civibus, quas scurras vocant: *Sciunt id, quod in aurem vex regina dixerit: Sciunt, quod Iuno fabulata est cum Iove: Quæ neque futura, nec facta sunt, tamen illi sciunt.* vid. Martial. 9 epigr. 36 in Philomusum. ¶ 2. Per antonomasiam pro uxore accipitur in illo Plauti Cas. 2, 3, 16, *Ego mea Iuno, non decet te esse tam tristem tuo Iovi.* ¶ 3. *Iuno* apud veteres muliebris est animus, uti *Genius* virilis. Plin. 2, 7 *Singuli quoque ex semetipsis totidem deos faciunt, Iunones Geniosque adaptando sibi.* conf. Sen. epist. 110, & Turnebi Adverss. 16, 19, ubi observat, mulieris adjurationem per Iunonem fuisse conceptam. Hinc in Inscriptionibus sæpe legimus: IVNONI CLAVDIAE, CLEOPATRAE, RVBRIAE, DORCADIS. v. Burm. ad Petron. c. 25 p. 85 & Broukh. ad Prop. 2, 4, 17. Et Juvenalis 2, 93 stylum stringit in adulatores effeminatorum Romuli nepotum, quod non per Genium, ut viris competeret, jurarent, sed per Iunonem, novo more in mulieres versorum: *Et per Iunonem domini jurante ministro.*

¶ Iūnōnius, *a, um*, adject. ut, *puer Iunonius*: Cicero ad Octavium: *Cum te puerum Iunonium, & matris tuæ partum aureum esse dixi*, hoc est, acrem quamdam ac veluti Martium præ te ferentem adversus hostes fenatus & bonorum indolem, einen redlichen held. Nam Mars fuit Iunonis filius. *Avis Iunonia*, pavo, ein pfau. Ovid. de Arte Am. 1, 627 *Laudatas ostendat avis Iunonia pennas.*

¶ Iūnōnalis, *e*, adject. Ovid. Fast. 6, 63 *Iunonale leges tempus &c.*

¶ Iūnōnĭcŏla, *æ*, qui Iunonem colit; ut, *Iunonicolæ Falisci*, Ovid. Fast. 6, 49.

¶ Iūnōnĭgĕna, *æ*, Vulcanus dictus est Ovidio Met. 4, 173.

Iūno, vox jurandi, vide *Ædepol.*

IŪPĪTER, vel Iuppiter potius, ut in nummis antiquis est: m. genit. *Iovis &c.* (sed & *Iupitris* vel *Iouperis*, secundum Priscianum. Vnde & Tertull. Apol. c. 14 plur. conjunctim dicit *Ioves* sive *Iupiteres.*) Rex Deorum *Optimus propter beneficia, Maximus propter vim*, Cic. pro domo c. 57 a majoribus quali *juvens pater* dictus. Id. de Nat. Deor. 2, 25. v. Gell. 5, 10. Lucanus 9, 583 *Iuppiter est, quodcunque vides, quocunque moveris.* Mart. 11 ep. 58 *Iuppiter ambrosia satur est, & nectare vivit: Nos tamen exta Iovi cruda, merumque damus.* Cic. de Nat. Deor. 3, 16 *Ioves plures in Græcorum litteris invenimus.* Græci finxerunt a capra & apibus enutritum, quæ fabula unde sit, docet Lactantius 1, 21 & 22. vide & Ovid. Fast. 3, 433; & 5, 113 & seq. De variis Iovis cognominibus idem Lactantius 1, 20, 21 & 22. Apulejus de Mundo: *Et cum sit unus, pluribus nominibus cietur, propter speciorum multitudinem, quarum diversitate fit multiformis. Et a juvando Iupiter dicitur: quem ζῆνα, Græci, quod vitæ nostræ auctor sit, rectissime appellant, &c.* Vbi plura de variis appellationibus ejus. Deorum est traductissimus: cujus tot monstra, quot nomina. Infinita ejus scelera recenser Arnob. lib. 4 & atrocius lib. 5. vid. Barth. ad Stat. Theb. lib. 10 p. 1128. Furtivos ejus concubitus, & metamorphoses XII habes apud Taubman. ad Plautum p. 16. Eum non esse Deum, variis rationibus evincit Lactantius Instit. Divin. 1, 11. ¶ 2. *Scit, quomodo Iuppiter duxerit Iunonem*, prov. er hört das gras wachsen. v. Chiliadas. *Iovem lapidem jurare*, solennis jurandi formula, Cic. fam. 7, 12. Hinc Gell. 1, 21 *Iovem*, inquit, *lapidem, quod sanctissimum jusjurandum est habitum, sum paratus jurare, Virgilium hoc nunquam scripsisse.* Nimirum, ut nos Festus docet, *Lapidem silicem tenebant juraturi per Iovem, hæc verba dicentes: Si sciens fallo, tum me Diespiter salva urbe arceque, bonis ejiciat, uti ego hunc lapidem.* Paullo aliter Hannibal apud Livium 21, 45 *Agnum læva manu, dextera silicem tenens, si falleret, Iovem cæterosque precatus deos, ita se mactarent, quemadmodum ipse agnum mactasset; secundum precationem caput pecudis saxo elisit.* Adde Fabretti Inscript. 674. Brisson. de Formul. lib. 8 p. 710 edit. Wechel. & Demster. in Rosin. p. 242. ¶ 3. *Iupiter* antiquis est cælum, & aër grandine & pluvia intempestiva infestus, die luft. Ennius apud Festum in *Sublime: Adspice hoc sublime candens, quem vocant omnes Iovem.* Horat. 1 od. 1, 25 *Manet sub Iove frigido venator.* Idem 1 od. 22, 20 *Quod latus mundi nebulæ malusque Iupiter urget.* Virg. Georg. 2, 419 *Maturis metuendus Iupiter uvis.* Tibull. 1, 8, 26 *Pluvio supplicet herba Iovi.* conf. Rhodig. 27, 6. ¶ 4. *Iupiter niger, tartareus, stygius, profundus* est Pluto. v. Drakenb. ad Sil. 8, 116. ¶ 5. *Iupiter Indiges* est Æneas Liv. 1, 2 extr. ¶ 6. Gellius observat 15, 21, poetas quemque virtute, prudentia, viribus præstantissimum, ut Æacum, Minoa, Sarpedona &c. *Iovis* appellasse *filios*; ferocissimos quosvis atque immanes & alienos ab omni humanitate, tanquam a mari genitos, *Neptuni filios* dixisse. vid. eum 15, 21. ¶ 7. *Iupiter*, stella, planeta. Plin. 2, 18 *Suus cuique color: Saturno cærulius, Iovi clarus, Marti igneus, &c.* conf. Cic. Nat. D. 2, 20 & 46. Fulgura huic præsertim tribuebant, qua de re vide miram Plinii philosophiam, 2, 20. & Burmanni diss. ζεὺς καταιβάτης Iupiter Fulgerator. ¶ 8. *Iovem Romanum*

gnatum P. Clodium vocat Cicero pro domo c. 34, ob flagitium cum sororibus duabus, aut ut alibi legitur, tribus commissum, quod & Iupiter eandem sororem & uxorem habuit. conf. Cic. fam. 1, 9 cum Comment. Manutii p. 152.

¶ Iovis, qui nunc Iupiter, olim recto casu dictus. v. Varr. de L. L. 7, 38 fin. Prisician. lib. 4. Brisson. de Formul. p. 43 edit. Wechel. & Beroaldi not. in illud Apulei Met. 4 p. 538 *Quem tremit ipse Iovis.* Sic & ubiquitate videmus Ampelium c. 12 de Signis, ubi sit: *Iovis virginem inter signa posuit.* Nam, ut Gellius refert 5, 12, *Quod elisis aut immutatis literis est IVPITER, id plenum atque integrum est IOVIS PATER.* Hinc & Petronius c. 47 *Hoc solum vetare ne Iovis quidem potest*, Id. c. 68 *Tibi Iovis iratus sit.* ¶ 2. *Iovis ales*, Plin. 21, 10. ¶ 3. *Iovis barba*, Plin. 16, 18. ¶ 4. *Iovis gemma*, Plin. 37, 9.

¶ Iovisire, *arum*, f. pl. quasi *Iovis justæ*, apud Festum.

¶ Iŭvĭalis, *e*, quod Iovis est. *Iovialis incontinentia*, Arnobius lib. 5 p. 162. *Iovialis pellacia*, ibid. p. 171. *Iovialium poculorum minister*, Macrob. Saturn 5, 16.

¶ Iovius, *a, um*, idem. Arnob. lib. 6 p. 194 *Ex nomine Iovio.* De *Iovii* & *Herculii* appellationibus in numnis v. Spanh. diss. 12 p. 475.

Iurāmentum, jurator, vide *Iurare*, Iureconsultus, *Ius*.

IVRGIVM, *i*, n. contentio, hader, zanck. Ovid. Fast. 1, 74 *Lite vacent aures, intactaque pectora absint Iurgia: differ opus, livida linguа, tuum.* Plaut. Menæch. 1, 2, 15 *Ivxta! jurgio tandem uxorem abegi a janua.* Tac. Hist. 2, 53, 1 *Notabile jurgium inde fuit, quod Licinius Cæcina Marcellum Eprium, ut amnigat differentem, invasit.* Id. 4, 72, 9 *Ne quis in certamine jurgioque factionem aut eladem committitum objectaret.* Ver. Gloss. *Iurgium, δίκη, ἀδικοκρίσια, διαφερόμενος, πεοπαλακισμός, ἀντιλογία.* Differt a *lite*, quod hæc sit inter inimicos, illud vero nonnunquam etiam inter amicos solet accidere.

¶ Iurgiosus, *a, um*, zänckisch; Gellius dixit, pro contentiosus, 1, 17 *Iurgiosi maligi.*

¶ Iurgo, *are*, & Iurgor, *ari*, contendere quasi de jure, zancken. Ciceronis exempla *jurgant, jurgare*, habet Nonius 5, 34. conf. Varr. de L. L. 6, 5. Horat. 2 sat. 2, 100 *Istic jurgatur verbis.* Id. 2 epist. 2, 21 *Ne servus jurgares.* Amat præpositionem: *Cedo, quid jurgabit tecum?* Ter. Andr. 2, 3, 15. Sic &

¶ Iurgans, *tis*. *Cum Davo egomet vidi jurgantem ancillam.* Ter. Andr. 5, 1, 19.

¶ Iurgātio, *onis*, f. juris actio, Festo; cui etiam Altercatio exponitur *Iurgatio*, das ezanckē.

¶ Iurgātor, *ōris*, m. ein zäncker, Mart. Cap. unde fœmininum est

¶ Iurgatrix, *icis*, f. Hieronym. epist. 47, de vitando suspecto contubernio c. 2 *Illa difficilis, sed iste facilis: illa jurgatrix, ergo iste placabilis.*

¶ Iurgātōrius, *a, um*, adject. zänckisch. Ammian. 27, 1 *Vocis jurgatorio sono.*

Composita:

¶ Abjurgo, *āre*, jurgio abjudicare, abdisputiren. Hyginus fab. 107 *Arma Achillis abjurgata sunt Ajaci ab Agamemnone.* conf. Barth. Adv. 8, 6.

¶ Adjurgium, *i*, n. volunt idem quod jurgium, objurgatio. Plaut. Menæch. 5, 2, 21 *Filia commissi adjurgii est caussa.* al. *aut jurgii.*

¶ Adjurgo, *are*, schelten, feilen. Plaut. Amph. 2, 2, 43 *Certa res est hanc adjurgare.* al. *Objurgare.*

¶ Conjurgo, *are*, hadern, bestreiten. Vet. Interp. Irenæi 5, 17 *Oportet observare, ne conjurgemur ab ipsis.*

¶ Objurgo, *āre*, reprehendere, castigare, mit worten strafen, schelten. Plaut. Bacch. 4, 9, 96 *Objurgatus me objurgavit plurimis verbis malis.* Quamquam Suetonius Calig. c. 20 *Ferulis objurgare aliquem*, &, *flagris objurgare*, Othone c. 2. Et Petronius c. 34 *Colaphis objurgare*, vid. Burm. p. 134 sq. Pers. 5, 169 *solea*, & Cicero Att. 2, 1 *Molli brachio objurgare*, einen gelinden beweis geben dixit. *Monendi sunt amici & objurgandi*, Cic. de Amic. c. 24. *Blande, minaciter objurgare aliquem*, Seneca de Clement. 1, 14. Cic. Att. 1, 5 pr. *Literas misi, quibus & placarem ut fratrem, & monerem ut minorem, & objurgarem ut errantem.* Id. ad Qu. Fr. 3, 1, 3. *Objurgare verecundiam.* Ibid. c. 2. *Objurgare villarum insaniam.* Quint. Inst. 1, 2. *Objurgare desidiam.*

¶ Objurgito, *are*, frequent. ausschelten. Plaut. Trin. 1, 2, 30 *Malis te ut verbis multis multum objurgitem.*

¶ Objurgans, *tis*. Plaut. Trin. 3, 2, 54 *Tu objurgans me a peccatis rapis deteriorem in viam.* Quintil. 6, 4 *Objurgantes quod sexagenarius virginem desiisset.*

¶ Objurgatus, *a, um*, gescholten. Sed, quasi a deponente *Objurgor*: Cælius Cic. fam. 8, 9 *Curionem prorsus non mediocriter objurgatus*,

¶ Objurgatio, *ōnis*, f. das schelten, der verweis. Cic. Off. 1, 38 *Objurgatio acerbitatem habet. Objurgatione corrigi*, Quintil. 1, 3. Et ante paullo eod. cap. *Hic* (puer) *erit alendus ambitu, hunc mordebit objurgatio, hunc honor excitabit.*

¶ Objurgātor, *ōris*, m. qui objurgat. Cic. Verrina 3, 2 *Non modo accusator, sed ne objurgator quidem fervidus est is: qui, quod in altero vitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur.* Id. de Divin. 1, 49 *Objurgatores suos convincere.* Sen. epist. 9 *Stilponis objurgator similem illi emisit vocem.*

¶ Objurgatorius, *a, um*, scheltend. Gell. 7, 3 *Cato principio nimis acri & objurgatorio usus est.* Ammian. 15, 17 *Sono respondere objurgatorio.* & 16, 32 *Clamore objurgatorio prohibere:* & 18, 19 *Objurgatorio sono vocis increpitus.* Cic. Att. 13, 16 *Epistola objurgatoria.*

Iuridicus, jurisconsultus, jurisdictio, jurisprudentia, vide *Ius*.

IVRO, *avi, atum, are*, schwören. Cic. Att. 1, 16 *Iurare tui cives* (Athenienses) *Xenocratem testimonium dicentem prohibuerunt*, fidem habentes nimirum injurato. *Iurare per deos*, Cic. Acad. 4, 20. *Per mala* sua etiam jurabant, ut Quint. 6 pro. p. 495. ubi vid. Burman. qui etiam laudat, qui de jure jurando *per manes* egerint. Omisso *per* Sil. 8, 105 *Tellurem hanc juro.* v. Drakenb. *Iurare sanctæ*, Ter. Hec. 1, 1, 3, hoch und theuer schwören. *Iurare in alterius verba*, Suet. Othon. c. 8, huldigen. Horat. 1 epist. 1, 14 *Nullius addictus jurare in verba magistri. Iurare in aliquem*, idem. Tac. Hist. 1, 76, 1 *Otho ut pila illum addixit ex Illyrico manibus, juvassi in eum Dalmatiæ, ac Pannoniæ, & Mœsiæ legiones.* Eod. sensu Plin. pan. 68 *Scis tibi ubique jurari, cum ipse juraveris omnibus. Iurare verbis conceptis*, schwören nach einer gewissen formel (vide *Concipere.*) Plaut. Pseud. 1, 3, 119; & Liv. 43, 14 extr. *Iurare in legem* h. e. jurare se illas servare velle. Cic. pro Sext. 16 *Is in legem per vim latam jurare noluit.* Sed de Catone ibid. c. 28 *Quasi vero ille non in aliis quoque legibus, quas injuste rogatas putavit, jam ante jurarit.* ¶ 2. *Iurare in litem* est jurejurando interposito confirmare, quantum sibi debeatur. Cic. pro Q. Rosc. Com. 1 *Quod in eadem injuriata rebuere noluit, id jurare in litem non dubitet.* vid. ICtos ad tit. ff. de in litem jurando. ¶ 3. Pro conjurare. Ovid. Her. 10, 117 *In me juravere somnus, ventusque, fidesque.* Plin. 29, 1 ex Catonis epistola de Medicina Græcis *Juravisse inter se barbaros necare omnes.* ¶ 4. Pro abjurare in illo *juravi, abnegavi* Cæl. ad Cic. fam 8, 8. Liv. 33, 47. noli te *jurando* vincere. ¶ 5. Paul. præter laudatum modo Plinii locum Gell 5, 6. *Turpe jurandum a Q. Mucio pontifice Maximo conceptum refertur, quem in arrogando juraretur.* Stat. Theb. 7, 105 *Captivis etiam juratur Tyber.* Claudia. 4 Cos. Honor. 447 *Juratur Honorius absens.* Cic. Off. 3, 29 *Quod enim ita juratum est, ut mens concipiendi juris boni tenere, id servandum est.* Luca. 5, 396 *Et lætæ jurantur aves, bubone sinistro.* Verum

¶ Iĕror, deponentis forma, plebejum videtur Scheffero in Hygini num Ind. Sed de præterito nullum est dubium, quo non tantum Plautus subinde utitur, v. g. Curc. 3, 88 & 4, 4, 10: Pers. 3, 3, 21: Rud. 5, 2, 16. 20. 23. Sed etiam Cic. de inv. 2, 43 ext. *Iudici demonstrandum est, quid juratus sit.* & c. 45 *Ex lege, in qua juratum est.* Gell. 7, 18 *Scantiaque juravit erant ad Hannibalem profecti sint.* Quæ vero pro aliis temporibus laudantur, ea passiva sunt, & modo a nobis relata.

¶ Iurans, *tis*. Ovid. Met. 13, 559 *Falsaque jurantem.* Id. Heroid. 21, 143 *Legi jurantia verba.* Vulg. Int. Sir. 23, 12 *Vir multum jurans implebitur iniquitate.*

¶ Iurātus, *a, um*, qui juravit, geschworen, beeidiget mit eid belegt. Cic. Off. 3, 26 *Regulus --- quam ex inimicis captus esset, juvet is missus est ad senatum, ut, nisi redditi essent Pœnis captivi nobiles quidam, vedderet ipse Carthaginem.* De eodem Regulo filius 6, 246 *At mens Elissi jurato fœdera patres Consultent mandare deæ.* conf Ovid Heroid. 20, 227. Seneca de morte Claudii sub initium; *Quis unquam ab historico jurato res exegit?* vid. Gronovii ad hunc locum annotationem. Cic. Act. 1 in Verr. 10 *Nunc tamen eo animo sum, ut eo judice quam Prætore hanc rem transigi malim: & jurato suam, quam injurato alienam tabellas committere. Iuratissimus auctor*, qui religiosus admodum videri vult & candidus, Plin. in præfat. p. 4, 15 Hard. Passive per quem juratur. Ovid. Her. 2, 23. *Iurata nomina.* Stat. Silv. 2, 1. *Iurata multum barba tibi*, de quo loco v. J. Fr. Gronovii Diatrib. in Stat. Silv. p. 95.

¶ Iurato, adv. eidlich. Cic. de Offic. 3, 10, *Cum vero jurato sententia dicenda sit.* Paulus IC. L. ult. Dig. Qui satisdare cogantur, *Qui jurato promisit judicio sisti.*

¶ Iurandus, *a, um*, per quem jurari debet. Hor. epist. 2, 1, 16 ad Augustum, *Iurandaque tuum per numen ponimus aras.*

¶ Iuratio, *ōnis*, f. jurandi actus, ein eidschwur. Macrob. Sat. 1, 16 extr. *Verba jurationis concipit.* Tertull. de Idololatr. c. 21 pr. *Cum te alius per deos suos obligat juratione.* Et Augustin. de Civ. Dei 16, 32 sub fin. *Iuratione Dei firmata promissio.*

¶ Iurator, *ōris*, m. qui jurat. Macrob. Sat. 5, 19 *Mox in lacu amittebat vitam falsus jurator.* ¶ 2. *Iuratores* apud veteres dicebantur ipsi Censores: non tam quod ipsi jurati essent, quam quod edentes censum jurejurando adigebant. vid. Plaut. Trin. 4, 2, 30 *Census juratori recte rationem dedi.* Id. Pœn. prol. v. 58 *Vos juratores estis, quæso operam date.* Turnebum Adversar. 19, 12, itemque Casaubonum Suetonianis Animadversionibus p. 79, atque Plautinos interpretes. it. Voss. 1 Inst. Orat. p. 187. Sed instar omnium Gronov. ad ll. cc. & obs. 4, 3.

¶ Iuratorius, *a, um*, beschworen, ut, *Iuratorie cautioni committatur.* Cod. 12 t. 19 l. 12 pr.

¶ Iūrāmentum, *i*, n. ein eid; pro qua voce Seneca perperam citatur, (ut ostendit Vorst. de Susp. Lat. c. 22,) vix antiquiorem auctoritatem habet, quam Amm. 21, 9; & 24, 2, Sev. 1, 8, 2, Hieronymi & æqualium, quorum verba Secundis curis exhibuit Cellarius. Est quidem eadem vox in Ulpiani L. 34 § 5 ff. de Iurejurando: quod vero alibi hic & ceteri veterum jurisperitorum *jurisjurandi* vocabulo constantissime utuntur; venit in mentem dubitare, an forte Tribonianismus sit, quod ibi contra seculi illius consuetudinem verbum irrepsit.

¶ Iūrandum, *i*, n. subst. idem quod *jusjurandum.* Plaut. Cist. 2, 1, 26 *Alicujus jurandum culpitare.* conf. Id. Pseud. 1, 2, 63, & Aul. Popma de Usu antiquæ locut. 1, 7. Sed

Iusjurandum, & jurejurare, vide paullo post in *Ius*.

Composita a *Iuro*:

¶ Abjūro, *avi, atum, are*, eit, rem creditam negare perjurio, eidlich verleugnen, abschwören, ut Servius explicat. Sed & simpliciter pro *negare* vel *inficiari* ponitur. *Abjurare creditum*, Sallust. Catil. c. 25. Et Cic. Att. 1, 8 *Mihi abjurare certus est, quam dependere*, h. e. jurejurando negare, me spopondisse, für etwas schwören, es leugnen. Plaut. Curc. 4, 2, 10 *Qui abjurant, si quid creditum est.* Sic *Abjurare pecuniam*, Id. Rud. prol. v. 14. ¶ 2. *Abjurasso* pro *abjuravero* antique Plaut. Pers. 4, 3, 9 *Metuo, ne quis mihi in jure abjurasso.*

¶ Abjūrātus, *a, um*, abgeschworen. Virg. Æn. 8, 262 *Abstractaque boves, abjurataque rapinæ &c.* i. e. *contra jus retentæ* interprete Servio. Alii, ut idem indicat, *abductas* atque *alieni juris factas*: alii *furto & furto abductas* acceperunt. Sed possumus simpliciter *abjuratas* interpretari, quas abjurando, seu pejerando, negat se amovisse.

¶ Abjuratio, *onis*, f. est rei creditæ abnegatio, ut Isidorus 5, 26 definit, die verschwörung, verleugnung.

¶ Adjūro, *are*, idem fere, sed paullo majus tamen, quam jurare, darzu schwören. Ter. Andr. 4, 2, 11 *Per omnes tibi adjuro Deos.*

Iustin. 24, 2, 8 *Ultimis exsecrationibus adjurat.* Cic. ad Qu. Fratr. 3, 5 *Qui omnia adjurant.* Ovid. Heroid. 20, 159 *Promisit pater hanc: hæc adjuravit amanti: ille homines, hæc est testificata Deam.* Vide Barth. & Burm. ad Grat. 405.

¶ Adjurātus, *a, um,* a quo interposito nomine Dei aliquid imperrare volumus, quod vel per imperium fit, ut beſchworen. Lactant. 2, 15, 3 *Dæmones Dei nomine adjurati de corporibus excedunt.* conf. 5, 10, 8. Vel per preces & obſecrationes, ut Vopiſcus in Floriano c. 1 *Cum ſcivet, adjuratum eſſe in ſenatu Tacitum, ut cum morì cœpiſſet, non liberos ſuos, ſed optimum aliquem principem faceret.* Reſpicitur ad Metii Falconii orationem in vita Taciti c. 6.

¶ Adjurator, *ōris,* m. qui adjurat. Alcimus Avitus 2, 313 *Adjuratoris contemſit murmura ſerpens.*

¶ Adjuratorius, *a, um,* beſchworen. *Adjuratoria cautio,* Cod. 12 t. 22 l. 8; it. t. 26 l. 4 § 2; & t. 30 l. 3 §. 3.

¶ Adjuratio, *onis,* f. die beendigung. Apul. 2 Met. p. 269 *Cum adjuratione ſalutis ingratis cogere aliquem.*

¶ Adjurāmentum, *i,* n. idem. Vulg. Interpr. Tob. c. 9, 5.

¶ Conjūro, *are,* in re bona; nam τῶν μέσων vult eſſe hoc verbum Servius, zuſammen oder mit einander ſchwören. Et ita Ovid. Her. 21, 135 Cydippe, quæ jurisjurandi formulam in Acontii pomo ſcriptam ſine jurandi conſilio legerat: *Quæ juret mens eſt, nil conjuravimus illa.* Sic *conjuratus.* Frequentius vero in malam partem accipitur, ſich zuſammen rotten, und verſchwören; ut, *Conjurare de aliquo interficiendo,* Cic. pro Mil. c. 24. Et, *Conjurare contra aliquem,* Id. pro Sylla c. 25. Et, *Conjurare in arma,* Luc. 2, 48.

¶ Conjurātus, *a, um,* zuſammen verſchworen; ut, *Græcia conjurata,* Horat. 1 od. 15, 7. *Conjuratus Iſter,* Virg. Georg. 2, 497. Et, *Conjurati fratres,* ibid. 1, 280. Claudia. 3 Conſ. Hon. 98 *Et conjurati veniunt ad claſſica venti.* Sic & abſolute *Conjurati,* die conſpiranten. Cic. paſſim; v. g. Catil. 4, 10 *Manus conjuratorum permagna.*

¶ Conjuratim, adv. einmüthiglich. Plaut. Aſin. 2, 2, 52. conf. Parei Lex. Crit. p. 256.

¶ Conjuratio, *ōnis,* f. conſpiratio, die zuſammenverſchwörung. *Princeps conjurationis,* Cic. Catil. 1, 11. *Caput conjurationis,* Curt. 6, 10, 6. *Conjurationis autores,* Vellej. 2, 56, 3, rädleinsführer, hauptverräther. *Facere conjurationem,* idem ac conjurare; Cic. Catil. 2, 4 *Vt vos omnes, factam eſſe aperte conjurationem contra rem. videretis.* Sed, *Prodere conjurationem,* Tac. Ann. 16, 17, 7. *Expertem eſſe a conjuratione,* Id. Ann. 15, 52, 4.

¶ Conjuramentum, *i,* n. idem, apud Auguſtinum.

¶ Dējero, *are,* ſancte jurare, hoch betheuren, einen eid ablegen. Ter. Eun. 2, 3, 39 *Illum, liquet mihi dejerare, ſex totis menſibus non vidiſſe, &c.* Id. Hec. 5, 2, 5 *Bacchis dejerat perſancte,* Cornelia apud Nepotem fragm. 12, 3 *Conceptis verbis dejerare auſim.*

¶ Dejūro, *are,* idem. Legas aliquoties apud Plautum: v. g. Caſin. 3, 5, 36 *Per omnes deos & deas dejuravit.* Et Gell. 11, 6 *Neque mulieres Romanæ per Herculem dejurant, neque viri per Caſtorem.*

¶ Dejerātio, *ōnis,* f. ſancta juratio, die betheuerung. Salvian. 4 de Gubern. Dei p. 146 *Cum maximi ſacramenti ſit dejeratio; neceſſe eſt, maximi ſit reatus pejeratio.* Et Tertull. de Pœnitent. c. 4 *S. de dejeratione teſtari.* conf. Id. de idolol. c. 20.

¶ Dejūrium, *i,* n. ein eidſchwur. Gell. 7, 18 *Dejurio vinctum eſſe.*

¶ Ejūro, *are,* renuntiare, verreden, verſchwören. *Ejurare imperium,* das regiment aufgeben, Tac. Hiſt. 3, 68, 7. *Ejuravit militiam,* Plaut. apud Feſtum in *Ejuratio. Ejurare jus fasque,* Sen. de Benef. 6, 4. *Ejurare bonam ſpem,* i. e. quaſi juramento eam a ſe rejicere, Id. de Vita beata c. 26. ¶ 2. Eſt velut juramento negare vel abdicare, verneinen, abſchwören. Sic, *ejurare bonam copiam,* eſt jurare, ibi copiam non eſſe, Cic. Fam. 9, 16, v. Manut. ad h. l. Idem eſt *fœnus & impendium recuſare,* de quo ſub *Pendo.* Sed Varr. de L. L. 6, p. 82, 15. legitur *bonam copiam jurare,* unde Victorius ad Cic. l. c. etiam Ciceronem emendari vult, & interpretatur, *jurare ſe copiam ſui ſemper facturum.* Manutius contra Varronem corrigi vult ex Cicerone *Ejurare liberos,* eſt negare ſuos eſſe, Sen. Conſol. ad Marc. c. 19. *Forum ſibi iniquum ejurare.* Cic. in Verr. 3, 60.

¶ Ejĕro, *are,* idem, ap. Cic. de Orat. 2, 70 apud Tertull. de Spect. c. 24. Id. de Idolol. c. 18 *Tu ſi diaboli pompam ejeraſti.* Sed

¶ Exjuro, *are,* Nonius 2, 286 interpretatur *valde jurare, ut deamare,* ex Plaut. Amph. 3, 3, 8 *Exjuraſti te mihi dixi per jocum.* Sed abeſt a plerisque, etiam Gron.

¶ Ejuratus, *a, um,* abgedanckt. Plin. 1 epiſt. 23 *Ejurato magiſtratu privatum ſe facere.* Quæ quidem ejuratio fiebat fractis ante faſcibus, ut habet Dio lib. 59.

¶ Ejuratio, *onis,* f. renunciatio, die abdanckung, abſetzung vom amt. Val. Max. 2, 7, 7 *Ignominioſa conſulum ejuratione.*

¶ Ejerātio, *onis,* f. idem. Ita legitur apud Tertullian. de Spectac. c. 4.

¶ Ejerator, *oris,* m. ein verſchwörer. ICt. in Dig.

¶ Injuratus, *a, um,* qui non juravit, unangeſchworen, unbeeidet. Cic. pro Flacco c. 36 *Per epiſtolam, quod volui, injuratus probabit.* Idem Off. 3, 29 ex Euripide vertit; *Iuravi linguam, mentem injuratam gero:* ἡ γλῶσσ' ὄμωμοχ', ἡ δὲ Φρὴν ἄνωμοτος. Liv. 10, 41 *Pariter juvati, injuratique fugiunt.* Aconius præfat. *injurati judices.* Et Plaut. Amph. 1, 1, 281 *Injurato ſcio plus credet mihi, quam jurato tibi.*

¶ Objūro, *are,* jurejurando obſtringere, apud Feſtum, verpflichten, in eid und pflicht nehmen.

¶ Pējĕro, *are,* pro Perjurare, falſch ſchwören, den eid nicht halten. Cic. pro Rab. Poſt. c. 13 *Vbi ſemel quis pejeravit, ei credi poſtea, etiamſi per plures deos juret, non oportet.* Id. pro Cluent. c. 48 *Conceptis verbis pejeraſſe.* Martial. 7 epigr. 19 *Nec erubeſcit pejerare de turdo.* conf. Catull. 53, 3.

¶ Pejerans, *tis,* meineidig. apud Lactantium.

¶ Pejerātus, *a, um.* Horat. 2 od. 8, 1 *Pœna juris pejerati,* i. e. perjurii.

¶ Pejeratio, *ōnis,* f. actus pejerandi, perjurium, meineid. vide Salvian. 4 de Gubern. in *Dejeratio,* quod præceſſit.

¶ Perjĕro, item Perjūro, *are,* pejerare, einen meineid begehen. Horat. 2 ſat. 3, 127 *Perjuras, furtifis, auſers.* Et Lactant. de Ira c. 16 ſect. 4 in Goth. & Lipſ. MSS. *fraudent, rapiant, perjurent:* ubi vulgo *pejerent* eſt editum. Sæpe hoc verbo uſus eſt Plautus; Et Cicero Off. 3, 29 quid ſit *perjurare* explicat: Scilicet, *non falſum juravere, ſed quod ex animi tui ſententia juraveris, id non facere.* Plaut. Truc. 1, 1, 9 *Quid perjerandum eſt etiam.*

¶ Perjuratus, *a, um,* falſch beſchworen. Ovid. Amor. 3, 11, 22 *Et perjuratus in mea damna deus.*

¶ Perjuratiuncula, *æ,* f. ut, *Perjuratiuncula paraſitica,* Plaut. Stich. 2, 1, 76.

¶ Perjūrus, *a, um,* qui jusjurandum violat, meineidig. *Domus perjura Priami,* Horat. 3 od. 3, 26 *Perjuique arte Sinonis Credita res,* Virg. Æn. 2, 195. Comp. *Perjurior,* Plaut. Mil. 1, 1, 21. Et, *Perjuriſſimus,* Id. Pſeud. 1, 3, 116, & Cic. pro Roſc. Comœd. c. 7. Polybius lib. 4 in Meſſeniorum quodam epigrammate inciſo columnæ in templo Iovis, hæc fuiſſe verba tradit: Πάντως ὁ χρόνος ἔοικε δίκην ἀδίκῳ βασικᾶι, χαλεπὸν δέ, λαθὼν θεὸν ἀνδρ' ἐπίορκον, hoc eſt: *Invenit tandem tempus impio regi pœnam. Difficile enim eſt, latere Deum hominem perjurum.*

¶ Perjūriōſus, *a, um,* idem. Plaut. Truc. 1, 2, 52 *Procaciores eſtis vos, ſed illi perjurioſi.*

¶ Perjūrium, *i,* n. quod ſit cum non præſtatur, quod juraveris; ut modo vidimus ex Cic. Off. 3, 29, ein meineid, dem nicht ſolle geſchiehet. Cic. de Leg. 2, 9 *Pœna divina perjurii, exitium: humana dedecus.* Ovid. Heroid. 7, 61 *Falſæ perjuria linguæ.* Iuvenal. 13, 217 de falſo teſte: *Vendet perjuria ſummâ exiguâ.* Amantum perjuria condonari a DIS credebat, præter Poëtas paſſim, e. g. Ovid. Art. 1, 633 *Iuppiter ex alto perjuria ridet amantum* &c. ipſe Plato apud Athen. 12 p. 511 ex Philebo.

¶ Experjuro, *are.* Afranius ap. Non. 7, 46 *Experjurabant, exſecrabant ſe ac ſuos,* verſchworen und verfluchten.

¶ Imperjuratus, *a, um,* nie falſch beſchworen. Ovid. in Ibin v. 78 *Quique per infernas horrendo murmure valles Imperjuratæ laberis amnis aquæ.*

¶ Præjūro, *are,* zuvor ſchwören, einen eid verſprechen. *Præjurare* dicebatur, qui ante alios conceptis verbis & addita execratione, jurabat. Poſt quem alii in verba eadem jurantes tantum dicebant, IDEM IN ME. vide Feſtum. Huc videtur reſpicere locus Livii 2, 45 *Vicisti, inquit* (M. Flavolejus Centurio,) *M. Fabi, revertar ex acie: ſi fallat, Iovem patrem, Gradivumque Martem, aliosque natos invocat deos.* IDEM deinceps omnis exercitus IN SE *quisque jurat.*

¶ Præjuratio, *ōnis,* f. actus præjurandi, Feſtus ibidem.

¶ Iurulentia, jurulentus, vide in ſequenti *Ius, juris.*

IVS, *jūris,* n. a *juvando,* liquor eorum, quæ coquuntur, eine brühe, ſuppe. Cic. fam. 9, 20 *Ius fervens,* eine heiſſe brühe. *Ius gelatum,* eine gallerte. *Ex jure peſſerno panem atrum vorare,* Ter. Eun. 5, 4, 17. *Tepidum jus ligurire,* Horat. 1 ſat. 3, 81. Inter pulmenta Laconum prima laus erat juri nigro, quod, ut Pollux lib. 6 docet, eſt *hæmation,* i. e. ſanguiculus, ſeu igne coctus ſanguis, vid. Rhodig. Ant. Lect. 15, 25 *Sed Dionyſio Syracuſano Spartæ nigrum illud jus, quod cœne caput erat, non placuit, cum condimenta Lacedæmoniorum deeſſent labor, ſudor, &c.* vid. Cic. Tuſc. 5, 34. Plaut. Moſt. 1, 3, 120 *Iidem olent, quaſi cum una multa jura confundit cocus: &c.*

¶ Iūrea, *æ,* f. placenta ex jure, Plaut. Perſ. 1, 3, 17.

¶ Iūrulentus, *a, um,* juris plenus, five cum jure coctus, mit einer brühe, ſuppicht; ut, *Cibus jurulentus,* Celſ. 1, 6. *Eadem res magis alit jurulenta, quam aſſa: magis aſſa, quam frixa,* Id. 1, 18.

¶ Iūrulentia, *æ,* f. jus, brühe. Tertull. de Iejun. c. 1 *Quod xerophagias obſervamus, ſiccantes cibum ab omni carne & omni jurulentia.* Vſus & in Apologet. c. 8.

¶ Iuſcum, *i,* n. idem quod jus five pulpamentum minutatim conciſum. Apulej. 2 Met. p. 197 *Quæ ſuis dominis parabat juſcum fartim circumcæſum.* Sed Elmenh. & Pric. *viſcum.*

¶ Iuſculum, *i,* n. diminut. Cato R. R. c. 156 *Iuſculum frigidum forbere.*

¶ Iuſcellum, *i,* n. aljud diminutivum, idem. Theod. Priſcian. 2, 13 *Iuſcellum gallinarum.* Apic. 5, 3. vid. Liſter. p. 152.

¶ Iuſcellārius, *i,* m. ein ſuppenkoch. Gloſſ. lat. gr. *Iuſcellarius,* ζωμοποιός.

¶ Iuſcellatus, *a, um,* e juſculo coctus, geſotten; ut, *Pullus juſcellatus,* v. Reineſ. Var. Lect. 2, 8.

¶ Iuſculentus, *a, um,* pro *jurulentus,* Apulejus dixit Apol. (p. 299 ed. Elmenh.) *piſcis aſſus aut juſculentus.* Ita & Iul. Floridus p. 470.

IVS, *jūris,* n. das recht. Primo notat regulam actionum, & fere cum lege convenit. Ita Achilles Horat. A. P. 122 *Iura neget ſibi nata.* Plaut. Epid. 3, 4, 36 *Omnium legum atque iurium fictor, conditor.* Ita *Ius naturæ,* Cic. de Inv. 2, 22, *quod nobis non opinio, ſed quæ lam innata vis affirrat, ut religionem, pietatem, gratiam &c.* conf. c. 53, ubi quid *natura,* quid *conſuetudine,* quid *lege,* intell. *civili, jus* ſit, diſtinguit. Liv. 5, 27 *Sunt & belli, ſicut & pacis jura.* Id. 4, 17 pr. *Cædes legatorum rumpit jus gentium.* Nimirum Cic. off. 3, 19 pr. *Neque vero hoc ſolum natura, id eſt jure gentium.* Sed *Ius gentium* apud Liv. 7, 6 extr. illud eſt Romæ, quo patricii atque plebes diſcernebantur, add. 3, 31 pr. *Ius civile,* deſiniente Cic. Top. 2, eſt *æquitas conſtituta eis, qui ejusdem civitatis ſunt, ad res ſuas obtinendas.* Huc pertinet conſuetiſſima illa formula *jus dicere,* quod proprie Prætorum erat Romæ, gericht halten. Cic. ad Q. Fr. 1, 1, 16 *Sit ſumma in jure dicendo ſeveritas.* Suet. Cæſ. c. 7 *Cum jure dicundo conventus circumiret.* vide *Iurisdictio.* vide Duker. ad Liv. 3, 46. Ad hanc ſignificationem *juris* pertinent, quæ nominaſſe ſufficiat, & apud Ciceronem ſunt omnia, *Ius prætorium* &, quod idem eſt *Honorarium,* de quo ſ. l. *Ius Publicum, Pontificium, Augurum* &c.

Ius ordinarium Suet. Tib. c. 31, & Claud. 51 eſt, cum conſueta via datis judicibus proceditur, cui opponuntur *cognitiones Principis* aut *Præſidis*, quæ ab ipſis, nullo dato judice, expediuntur. v. Intr. & Turn. Adv. 27, 19. ¶ 2. *Ius* idem eſt, quod juſtum, vel res juſta. Cic. pro Quint. c. 9 *Ius ſuum obtinere contra aliquem. Ius ſummum*, vulgo ſtrictum τὸ ἀκριβοδίκαιον, cum leges ſevere nimis obſervantur, quod male in primis audit apud veteres. Col. 1, 7 *Ius ſummum antiqui ſummam putabant eſſe crucem.* Ter. Heaut. 4, 5, 48. *Ius ſummum ſumma ſæpe malitia eſt*, quod Cic. Off. 1, 10 *Summum jus ſumma injuria*, idque vocat *tritum ſermone proverbium*. Idem pro Cæc. c. 23 accuratius deſcribit, *Cum ſe in cauſſa putant habere æquum & bonum, quod defendant, ſi contra verbis & literis, &, VT DICI SOLET*, ſummo jure *contenditur*: *ſolent ejusmodi iniquitati boni & æqui nomen dignitatemque opponere.* Ita *Agere ſummo jure*, Verr. 7, 21; & *Experiri ſummo jure*, pro Quint. c. 11. Cæterum *jus* pro re juſta & alii dixere ſæpe. Liv. 5, 36 *Ius poſtulare barbari videbantur.* Plaut. Pſeud. 5, 2, 16 *Ius petis, fateor.* & Trin. 5, 2, 37 *Ius hic erat.* Contra in prima ſignificatione *Prætor jus dicit, etiam cum inique decernit* l. pen. de juſt. & jur. v. Freinsh. ad Flor. 3, 23, 3. ¶ 3. *Ius* facultatem ſignificat aliquid habendi, agendive, non (1) juſtam tantum & a legibus tributam, ſed etiam (2) ſtatum & conditionem generatim, quin (3) licentiam & potentiam legibus etiam adverſam, recht, macht. (1) Cic. off. 2, 18 *Multa multis de jure ſuo cedere.* Ter. And. 1, 1, 27 *Non neceſſe habeo omnia pro meo jure agere.* Cic. Verr. 1, 7 *Nimium ſui juris ſententiaque, αὐτογνώμων*, tenax illius quod juſtum putat. Huc referri videtur illa ICtorum ratio, cum quosdam contractus v. g. ſtipulationem *ſtricti juris* appellant, h. e. in quibus reſtricta eſt poteſtas jus dicentium ad formulam, quam migrare non licet. Huc etiam pertinet, cum *jure optimo*, vel *lege optima*, creari magiſtratus dicuntur, quod quid eſſet, docet Briſſon. de form. p. 136, & præfertim I. F. Gronov. ad Liv. 9, 34. Parum abeſt hæc formula ab ſecunda notione, cum (2) ſtatum & conditionem generatim notat. Cic. Agr. 3, 2 *Optimo enim jure ea ſunt profecto prædia, quæ optima conditione ſunt. Libera meliore jure ſunt quam ſerva, ſoluta in meliore cauſſa ſunt, quam obligata.* Ita *Ius publicum* Cic. fam. 4, 14 ſtatum publicum ſignificat vel ipſam remp. v. Man. ad 6, 1 p. 253 Græv. Cic. Verr. 2, 27 *Hoc jure ſunt ſocii, ut iis ne deplorare quidem de ſuis incommodis liceat.* (3) Flor. 1, 17, 5 *Captisque ſuperioribus jugis in ſubjectos ſuo jure detonuit*, ut emendat h. l. Salmaſius & interpretatur *ſuo arbitrio*, & confert 3, 17, 3 *Equites Rom. tanta poteſtate ſubnixi peculabantur ſuo jure remp.* Ita Liv. 5, 36 Galli dicunt, *ſe in armis jus ferre, & omnia fortium virorum eſſe.* Tale eſt, quod Germani vocant, das fauſt-recht. Ovid. vel potius Pedo Albinov. ad Liv. 54 de Fortuna, *Injuſtum jus ſibi ubique facit.* Sen. ep. 18 *Ius luxuriæ publicæ datum eſt: ingenti apparatu ſonant omnia.* Lucanus prine. Operis: *Bella per Emathios plus quam civilia campos, Iusque datum ſceleri, canimus*: *Ius*, id eſt, licentiam datam canimus ſceleri. Per bella enim plura licent & committuntur impune, quæ privatim vetita ſunt, & puniuntur. Eod. lib. v. 274 *Nolente ſenatu Traximus imperium tunc, cum mihi noſtra tenere Ius erat*; *Ius*, id eſt, licentia poteſtasque, quam mihimet ipſe per vim ac impotentiam ſumſeram. Id. Lucan. 3, 821 *Ius licet in jugulos noſtros ſibi fecerit enſe.* vid Burm. ad Quint. decl. 12, 9 p. 250. & ad Albinov. 54. Plin. 18, 34 *Hic Zephyrus vites putandi, frugesque curandi, arbores ſerendi, poma inſerendi, oleas tractandi jus dabit, afflatuque nutricium exercebit*: IVS DABIT, id eſt, facultatem concedet, copiam faciet. Nempe ſignificat, per illam horam anni omnia iſthæc facere, tempeſtivum fore. Sic, *Jui juris eſſe*, Sen. epiſt. 11, ſein eigen herr ſeyn. Et, *Sui juris aliquem facere*, Vellej. 2, 69, 2. h. e. ſibi adjungere, de legionibus, auf ſeine ſeite bringen. ¶ 4. Sumitur & pro loco judicii; Paulus ICt. *Ius dicitur locus, ubi jus redditur.* Ita Plautus Men. 4, 2, 19 *In jus ambula.* Et Rud. 3, 6, 22 *Ego hunc ſceleſtum in jus rapiam.* Ibidem, *In jure dicito cauſſam, &c.* Cic. Verr. 2, 76 *In jus, ad Metellum, Carpinatium voco.* & c. 77 *Illum in jure mutum* &c. *relinquo.* C. Nepos 25, 6, 3 *In jus de ſua re nunquam iit.* Iuvenal. 15, 135 *Pupillum ad jura vocantem.*

¶ Iure, ablativus ſolus, idem eſt, quod merito, billiger weiſe, von rechts wegen. Ter. Andr. 2, 3, 20 *Vt, cum velit tibi jure iraſci, non queat.* Cic. Verr 5, 8 *Quamobrem jure in eum animadvertetur. Quo jure, quâque injuria.* Ter. Andr. 3, 3, 9 mit was recht oder unrecht. *Nam quæro, jure an injuriâ ſint inimici*, Cic. Verr. 2, 61.

¶ Iurisconſultus, & jureconſultus, *i*, m. ein rechts-verſtändiger, rechts-gelehrter: quod ab eo de iis, quæ ad jus pertinent, conſilium petatur. Cic. de Orat. 1, 45 *Domus juriſconſulti eſt totius oraculum civitatis.* Et altera forma idem pro Muræna c. 12 *Ea jureconſultorum ingeniis pleraque corrupta ac depravata ſunt.* Dividitur etiam & transponitur. Hor. de Arte poet. v. 369 *Conſultus juris & actor cauſſarum.*

¶ Iurisconſultor, id. De Vlpiano Rufus Brev. 16, 8.

¶ Iūriſperītus, & Iureperitus, *i*, m. idem. Cicero diviſim de Clar. Orat. c. 21 *Fabius Pictor & juris, & litterarum, & antiquitatis bene peritus.* Id. pro Cluentio c. 28 *Quis jure peritior?*

¶ Iūrisprudens, *tis*, m. idem. Claudianus per diviſionem & transpoſitionem in Eutrop. 2, 347 *Prudensque movendi juris.* Apud. Vellej. 2, 4, 1 eſt *vir juris ſcientiſſimus.*

¶ Iurisprudentia, *æ*, f. juris ſcientia, juriſterey, rechts-gelehrſamkeit. Vlpian. L. 10 ff. de Iuſt. & Iure: *Iurisprudentia eſt divinarum atque humanarum rerum notitia, juſti atque injuſti ſcientia.* Quod Imperator principio Inſtitutionum repetit. conf. Nep. 5, 2, 1. Et Vellej. 2, 9, 2 *Mucius juris ſcientia celebris.*

¶ Iūridicus, *a, um*: ut, *Dies juridicus*, ein gerichts-tag. *Actio juridica*, quæ ſecundum jus eſt, gerichts-handlung, apud ICtos, *Conventus juridici*, Plin. 3, 1. ¶ 2. Aliquando & ſubſtantive ſumitur, & judicem ipſum, ſeu Quæſitorem notat, qui cognoſcit cauſſas & jus dicit, ein richter. gerichts-halter, urtheils-faſſer. Ver. Gloſſ. *Iuridicus*, δικαιοδότης. Hinc titulus in Digeſtis *de officio Alexandrini Iuridici.* Vbi Vlpiani verba ſunt: *Adoptare quis apud juridicum poteſt.* Sen. Herc. Fur. v. 581 *Flentes Eurydicen juridici ſedent.* Per *Iuridicos* Æacum & Minoa intelligit, qui juri dicundo apud inferos præeſſe poëtis finguntur. conf. t. 20 l. 1 Dig.

¶ Iūrīdĭcĭna, *æ*, f. richter-amt; hoc vocabulo uſus eſt Tertull. de Pallio c. 3 extr. *Cato juridicinæ ſuæ tempore Græcis favit.*

¶ Iūrīdĭcĭālis *e*, zum rechten gehörig; ut, *Status juridicialis*, in quo diſputatur de jure ſive injuria facti; ut, *Iure ſit interfectus Cæſar, &c.* de quo in Rhetoricis. Vid. Cicero de Invent. 1, 9; & in Topic. c. 24 extr.

¶ Iurisdictio, *ōnis*, f. ipſe actus dicendi juris. Cic. Fam. 2, 13 *Quoniam jurisdictionem conſecuram.* Suet. Ner c. 14 *In* IVRISDICTIONE *poſtulatoribus niſi ſequenti die ac per libellos non temere reſpondit*: id eſt, cum jus diceret, cum juris dicendi poteſtatem, quæ penes ipſum erat, exerceret. Aliud enim eſt *habere jurisdictionem*, aliud *exercere.* Tac. Agric. 6, 5 *Idem prætura tenuit, & filiæ ſatis: nec enim juri dicto obvenerat.* Habebat omnino Agricola, ut prætor, poteſtatem dicendi juris: ſed quia materia atque occaſio exercendi deerat, *non obvenîſſe ei jurisdictionem* ait. Eſt autem IVRISDICTIO, ſive facultas dicendi juris, alia *ſimplex*, hoc eſt, quæ nudam ſtatuendi, non æque & exſequendi juris poteſtatem habet; alia *cum imperio conjuncta*, quæ e. g. non pronunciare de facinoroſis tantum, verum & animadvertere in eos poteſt: atque hæc ipſa vel *mera*, vel *mixta*. *Mixta*, unde provocari poteſt: *mera*, quæ a nemine impeditur: quam *jurisdictionem liberam*, Suetonius dixit Calig. c. 16: *Magiſtratibus*, inquit, *jurisdictionem liberam, & ſine ſui appellatione conceſſit:* Sen. de Clement. 1, 1 *Tot millia gladiorum, quæ pax mea comprimit, ad natum meum ſtringentur: quas nationes funditus exſcindi, quas transportari, quibus libertatem dari, quibus eripi, quos reges mancipia fieri, quorum capiti regium circumdari decus oporteat, quæ ruant urbes, quæ oriantur, mea jurisdictio eſt*, kommt auf meinen ausſpruch an. ¶ 2. Aliquando & loca, ubi dicebatur jus, ſive conventus juridici habentur, IVRISDICTIONES vocantur: Plin. 5, 28 *Sed prius terga & mediterranea, ut intima nec indicia ſuæ convenit.* Niſi potius eſt, IVRISDICTIONES, ditiones ſimpliciter interpretari, das gebiete.

¶ Iurejūro, *are*, ſchwören, ſemel apud Livium 41, 15 legitur pro *juravere Prætores ambo in eadem verba pure juraverunt.* Sed non immerito dubitat Crevierius, an ex hoc uno loco verbum alias incognitum in linguam latinam facile admittendum ſit

¶ Iusjurandum, in genit. *jusjurandi* & *juri jurandi*, (*Iusjurandi* etiam apud Cæſarem & Tacitum legitur,) ein ſchwur, ein ſchwur. Eſt actio religioſa, qua jurans invocat Deum reſtem voluntatis ſuæ, quod non velit fallere, ac petit, ut Deus ſit ultor, & puniat fallentem, atque ad hanc pœnam ſe obligat. In Athenienſium juramento formula fuit, ἴσομαι θεοῖς πᾶσιν, id eſt, *Horum mihi dii teſtes, & conſcii ſunto.* Vnde Apul. libello de Deo Socratis *Iusjurandum* quaſi *Iovis juranda*m dictum cenſet. Et ita Ennius apud Cicer. Off. 3, 29 *Fides alma apta pennis jurandum Iovis.* Et Nævius apud Feſtum in *Sagmina*: *Ius ſacratum Iovis jusjurandum Sagmine.* Nimir. peculiariter jurisjurandi formes erat Iupiter, ad quem pertinere credebatur, etiamſi non expreſſo illius nomine juraretur: ὅρκιος; propterea dictus Vid. Iurisjurandi formulas apud Plaut. Rud. 5, 2, 51. *Da e ju jurandum*, einen eid thun. Plaut. Moſt. 5, 1, 36. *Servare jusjurandum*, Nep. 17, 2, 5. halten. *Iurisjurandi gratiam facere*, Plaut. Rud. 5, 3, 58. deſſen uberheben. *Iusjurandum deferre*, Quintil. 5, 6 extr. einem etwas in das gewiſſen ſchieben, locus Quintiliani eſt claſſicus de jurejurando. *Iurejurando formare*, Cic. de Leg. 2, 7. *Iusjurandum interponere*, Liv. 34, 25. *Aliquem ad jusjurandum adigere*, einen in pflicht nehmen Cæſar de B. C. 1, 67; adi vide Ciacconium. Vnde *juri jurandi adactio*, apud Livium 22, 30. Ejus apud Romanos magna fuit religio, ut notat Coquejus ad Auguſtin. de C. D. 1, 15 p. 58. Vnde pacta conventa jurisjurandi religione in Capitolio facta, ut ſanctiora eſſent, Dalechamp. ad Plin. 1, 7 p. 65 refert. Plur. *Iura juranda* dicitur eſſe Pacuvii apud Feſtum, *An ſanctiora dicis jurajuranda?*

¶ Iurejurandum laudatur ex Cic. pro Flacco 5. Sed Grut. Gron. &c. *Quibus jusjurandum jocus eſt, teſtimonium ludus.*

¶ Contrajuris, m. 3. wiederrechtlich. Gloſſ. gr. lat. παράνομος, *contrajuris, contralegis.*

¶ Injūria, *æ*, f. iniquitas, injuſtitia, damnum, offenſio, ac quicquid non jure fit, unrecht. *Inferre injuriam*, Cic Off. 1, 7, beleidigen. Id. de Amic. c. 21 *In culpa eſt, qui facit, non qui patitur injuriam.* Idem Tuſc. 5, 19 *Accipere quam facere præſtat injuriam*, es iſt beſſer unrecht leiden, denn thun. *Injuriam propulſare*, ſich wehren, Cic Off. 1, 7. Liv. 3, 65 extr. *Injuriam a nobis repulſam, tanquam aut facere aut pati neceſſe ſit, injungimus aliis.* Cic. fam. 1, 9 *Gravîſſimas injurias voluntaria oblivione contriveram. Non injuria: Nec injuvia: Neque injuria*, nicht unbillig; ut, Cic. ad Q. fratr. 3, 8 *Hoc horret Milo: nec injuria.* Idem de Inv. 1, 3 *Hinc non injuria maxima ac miſerrima naufragia fiebant*, i. e. neceſſaria. Apud Plautum Aul. 4, 10, 64 *Injuriam virgini facere*, eſt ſtuprum inferre. vid Burm. ad Quint decl. 259 p. 476. ¶ 2. Quid a *contumelia* differat *injuria*, vide in *Contumelia*. Attamen *Injuria*, interdum idem eſt ac *contumelia*, quæ verbis fit, ſchimpf, ſchmach. Virg. Æn. 1, 31 *Iudicium Paridis, ſpretæque injuria formæ.* ¶ 3. Lætionem quamcunque notat, ſine reſpectu ad jus, v. g. Plin. 18, 28 extr. ubi *duo genera cœleſtis injuriæ* commemorat, *alterum tempeſtates* &c. *alia, quæ ſilente cælo, ſerenisque noctibus fiunt.* Ita de lino 19, 1 *Semper injuria melius* & ſæpe alias. Quem imitatus junior Plinius Paneg. 30, 2 *Nihil ad injuriam ſterilitatis exaruit*, it. 37, 1 *Vectigalia inſtituantur pro utilitate communi ſingulorum injuriis*; & 38, 5 *Minuere orbitatis injurias.* Quin Ter. Heaut. 5, 3, 15 *Matres omnes filiis in peccato adjutrices, auxilio in paterna injuria ſedent eſſe.* Et Liv. 42, 1 *Injuria conſulis etiamſi juſta* &c. quem locum fruſtra tentari putamus a Schelio ad Polybium de caſtris c. 5.

¶ Injūrius, *a, um*, adject. unrechtmäßig, widerrechtlich. *Multis modis injurius Clitipho eſt*, Ter. Heaut. 2, 3, 79. *Injurium* eſt, i. e. Æquum, es iſt unbillig. Plaut. Aul. 4, 7, 19. Et Cic. Off. 3, 23 *Si balum de naufragio ſtultus arripuerit, extorquebitne eam ſapiens; Negat* (Hecato,) *quia ſit injurium.* Vocat. *Injure* pro *Injurie* eſt apud Plautum Perſ. 3, 3, 4.

¶ Injūrĭa,

¶ Injurie, adv. pro *injuriose* dictum a Nævio apud Nonium 2, 429. Superl. *injuriissime*, Ammian. lib. 16 p. 156.

¶ Injurior, *ari*, injuriam facere, frevelu, beleidigen. Sen. de Constant. c. 9 *Omne fortuitum circa nos sevit atque injuriatur.* Et Tertull. adv. Gnost. c. 6 *Plus victoriatum est quam injuriatam.*

¶ Injūriōsus, *a. um*, qui injuriam infert, freuelhafft, ungerecht; ut, *Injuriosi ja facinorosique vita*, Cic. de Legib. 1, 14. Id. Off. 1, 14 *Qui beniguiores esse volunt, quam res patitur, in eo peccant, quod injuriosi sunt in proximos.* Sen. 2 Controv. 12 *Nescio an adversus patrem injuriosior sis, quod abstulisti illi hæredem, an quod dedisti.* Adrianus Imp. apud Vopiscum in Saturn. c. 8 de Ægyptiis: *Genus hominum seditiosissimum, vanissimum, injuriosissimum.*

¶ Injuriose, adv. idem; ut, *Injuriose decernere in aliquem*, Cic. ad Q. fratr. 1, 1, 7. *Injuriose tractare*, Val. Max. 2, 9, 2. Comp. *Injuriosius*: Cic. pro Lege Manil. c. 5 *Majores nostri, mercatoribus aut naviculatoribus injuriosius tractatis, bella gesserunt.* Superl. Augustin. Oetaginta Quæst. qu. 82 *Injuriosissime cogitantur.*

¶ Perinjurius, *a, um*, überaus unrecht. Minucius Felix c. 15 *Perinjurium est, vires te actionis meæ intergressu gravissimæ disputationis infringere.* Est etiam Catonis apud Priscia. 6 p. 178 & 205 Bryl. *Nam per injurium fuit, cum mihi ob eos mores, quos prius habui, bonos datur, ubi datus est, tum uti eos mutem, atque alii modi sim.*

Iuſcellum, iuſculum, &c. vide ante in *Ius*.

IVSQVIÁMVS, *i*, m. idem quod *Hyoscyamus*, bilſenkraut. Pallad. 1, 35. conf. Macer 2, 35.

Iuſſalentus, vide *Ius*, Iuſſus, *Iubeo*, Iuſtifico, &c. *Iustus*.

IVSTĪNVS, *i*, m. Hiſtoricus, Trogi Pompeji epitomator, qui male cum Iuſtino Martyre a quibusdam confunditur. v. Voſſ. de Hiſt. Lat. 1, 2, 32. ¶ 2. Iuſtinus I & II duo Imperatores fuerunt.

¶ Iuſtīna, *æ*, prius uxor Magnentii, deinde Valentiniani ſenioris, mater Valentiniani jun. v. Ammian. 30, 10.

¶ Iuſtinianus, *a, um*, adj. derivatum a Iuſtino Imp. quo aliquoties Corippus uſus.

¶ Iuſtinianus, *i*, m. Iuſtini I ex ſorore nepos, imp. Rom. celeberrimus, qui ICtis uſus præſtantiſſimis, jus civile in eum redegit ordinem, quo nunc utimur.

¶ Iuſtinianēus, *a, um*, adj. ut, *Codex Iuſtinianeus*, a Iuſtiniano in unum volumen ex Gregoriano, Hermogeniano & Theodoſiano contractus.

IVSTVS, *a, um*, adj. cum jure conveniens hominum & rerum epitheton, fromm, gerecht; ut, *Cauſſa juſta*, Cic. Phil. 2, 22. *Bellum juſtum*, Ovid. Met. 8, 58. *Honores juſti*, i. e. jure collati. Ter. And. 1, 1, 9 *Juſta ſervitus*, reſpectu heri moderati, eine leidliche knechtſchafft. v. *Iuſtitia*, n. 2. ¶ 2. Latius patet, & notat, quidquid habet naturam nomine ſuo deſignatam. *Juſta magnitudo*, eine gehörige groſſe. Plin. 10, 53. *Juſtum prælium*, eine ordentliche ſchlacht, Liv. *Juſtus exercitus*, eine rechte völlige armee, Vellej. 2, 61, 2. Sic, *Juſta acies*, eine ſchlacht-ordnung, wie ſichs gebühret, Quintil. 1, 10. *Victoria juſta*, qua reportata Imperatoris nomen datur duci. Cic. fam. 2, 10. v. ibi Manutius. Ita *Juſtus amnis*, Livio 1, 4. *Juſta volumina*, Vellejo 2, 48, 5; & 2, 119, 1. *Juſta libertas: Juſtus triumphus: Juſti milites*, Suet. Aug. c. 20 & Calig. c. 44. *Juſta pax*, Lucano 4, 385 dicuntur. Sic *juſtum* dicitur, quod ſatis eſt, cui nec deeſt quicquam, neque excedit. Plin. 18, 23 *Juſtum eſt, vebes XVIII jugere tribui.* Et mox: *Juſtum eſt, ſingulas vebes ſoni denario ire in ſingulas pecudes minores, in majores, denas.* Itaque *juſtum*, in quo verus ac legitimus modus eſt. Sic, *juſto liberius vivere*, apud C. Nepotem 23, 1, 2 eſt liberius vivere, quam decebat atque par erat. *Juſto ferociori*, allzu wild, mehr als billig iſt, Vellej. 2, 49, 4. Sic *Juſto longius, diutius*, dicimus, & in his *juſtum*, quaſi ſubſtantive ponitur. Motio nota eſt: *Iuſtior Princeps*, Valer. Max. extr. opere. *Iuſtiorem cauſſam reſiſtendi prabere*, Liv. 4, 53. *Iuſtiſſima cauſſa*, Cæſ. B. Gall. 4, 16. *Iuſtiſſimum imperium*, ibid. 1, 45. ¶ 2. *Iuſtus* & *juſſus* confunduntur a librariis, v. Drak. ad Sil. 13, 379.

¶ Iuſta, *orum*, n. plural. exſequiæ ſunt, & ſacrificia mortuorum, ita dicta, quod jure fierent his, qui de nobis viventes bene meriti fuerant, todten begängniß, ſeelmeſſen. *Iuſta funebria* Livius vocat 1, 20. *Iuſta exſequiarum*, Cic. de Leg. 2, 17 *Iuſta facere, ſolvere*, begängniß halten, Id. de Leg. 2, 22. *Iuſta peragere*, Plin. 2, c. ult. *perſolvere*, Curt. 4, 12, 2. *Manibus alicujus juſta perficere*, Cenotaph. Piſan. Caji Cæſaris v. 18. ¶ 2. *Iuſta operum peragere*, ſein tagewerck verrichten, Colum. de R. R. 9, 8. ¶ 3. *Iuſta ſervis præbere*, Cic. Offic. 1, 13. ubi Gruterus cibaria intelligit.

¶ Iuſte, adv. billig, gebührlich. *Iuſte & legitime imperare*, Cic. Off. 1, 4. Compar. Hor. Sat. 2, 4, 86 *Tanto reprendi juſtius.* Cic. fin. 1, 20 *Quanto id in hominum conſuetudine facilius fieri potuerit & juſtius.* Apulej. Apol. *Neque ille exotico pulvere dentes emaculet, quos juſtius carbone de rogo obtriverit.* Prudent. paſſione Vincentii v. 188 *Quem tu, maligne, myſticis Minitaris ignem litteris: Flagrabis ipſe hoc juſtius.* Val. Max. 1, 1, 13 *Id ſupplicii genus* (culeo inſui) *parricidis irrogatum eſt. Iuſtiſſime quidem, quia &c.* Gell. 3, 10 *Iuſtiſſime in utero eſſe*, i. e. juſto admodum tempore. Eſt etiam Cic. ad Brut. ep. 4.

¶ Iuſtĭtia, *æ*, f. die gerechtigkeit, a *jure* eſt, ut indicat Priſcianus lib. 4, non *qui a juſtitia*, ut ſcripſit Ulpianus, qui non tam attendit *juris* vocabulum, quam doctrinam juris ſeu jurisprudentiam Romanam. vid. Voſſii Etym. p. 174. Eſtque alia *univerſalis*, quæ obedientia eſt erga omnes leges & virtutes omnes complectitur, quemadmodum in Theognidis verſu 147 dicitur: Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετὴ ἐστίν. *Iuſtitia in ſe virtutem complexa omnem.* Alia *particularis*, quæ eſt virtus ſuum cuique tribuens. Quæ Simonidis definitio eſt. ¶ 2. Aliquando pro æquitate atque clementia ponitur, billigkeit, gelindigkeit. Ter. Heaut. 4, 1, 3 *Quando tuus eſt animus natu gravior, ignoscitor, Ut meæ ſtultitiæ tu ſtultitiam aliquid præſidii.* Similiter Cicero pro Marcello c. 4 *juſtitiam & lenitatem*, tanquam ſynonyma conjungit. Locum C. Nepotis, quo ſimiliter uſus *Iuſtitiæ* vocem, vide ſupra in *Æquitas*. Et *juſtam ſervitutem* i. e. clementem & benignam habuimus modo ex Ter. Andr. 1, 1, 9. Ea de cauſſa apud Ebræos *Iuſtitia* pro *Eleemoſyna* ponitur, quod Beza ad c. 6 Matth. v. 1 obſervat. ¶ 3. Florus 1, 24, 1 *Ordinataque erat in XII tabulis tota Iuſtitia*, id eſt, juris ratio.

¶ Iuſtĭtium, *i*, n. quaſi *juris ſtatio* ſeu *interſtitio*, auffſtand der gerichte. Eſt enim juris dicendi intermiſſio, quæ fieri ſolebat in publica lætitia per feſtos dies, (unde *Forum litibus orbum* Horatius memorat, cum lætitiam urbis Romanæ ob Auguſti reditum 4 ode 2, 43 deſignat,) aut in reip. aliqua inſigni calamitate, & luctu publico: Liv. 3, 27 extr. *Dictator juſtitium indicit, claudi tabernas tota urbe jubet, vetat quemquam privatæ quidquam rei agere*, läſt feyertage außruffen. Cic. pro Plancio c. 14 *Edicto juſtitio.* Id. Phil. 5, 12 *Tumultum decerni, juſtitium indici, ſagæ ſumi dico oportere.* Liv. 10, 21 *Senatus juſtitium indici juſſit.* Contra, *Juſtitium remittere*, gerichtstage anſtehen laſſen. Liv. 3, 5 *Juſtitium remiſſum*: & dicto 10, 21 *juſtitium remittitur.* Lucanus 2, 17 *Ferale per urbem juſtitium.* Et 5, 31 *Cæſar habet vacuasque domos, ſegesque ſilentes Clauſaque juſtitio triſti fora.* Adde 5, 116. ¶ 2. Quia igitur a jure dicendo ceſſabatur ingruente calamitate aliqua, & duro ac luctuoſo reip. tempore; idcirco *juſtitii* vox ad luctum quoque publicum deſignandum translata eſt; cum per præconem edicebatur, ut ceſſarent ab opere, & virum vel fœminam illuſtrem lugerent, ein landtrauren. Fulgent. de Priſco Sermone: *Iuſtitium eſt luctus publicus:* Apul. lib. 5 Mil. ſub fin. *Sic affectæ domus triſte fatum cuncta etiam civitas congemebat, luctuque publico confeſtim congruens edicitur juſtitium.* Et Suet. Tib. c. 52 *Statim a funere ad negotiorum conſuetudinem rediit, juſtitio longiore prohibito.* Id. Calig. c. 24 *Eadem* (Druſilla) *defuncta juſtitium indixit: in quo riſiſſe, laviſſe, cænaſſe cum parentibus, aut conjuge liberisve, capitale fuit.* Sidon. 2 epiſt. 8 *Deceſſit nudius tertius, non absque juſtitio, matrona Filimatia, &c.* De *juſtitio* plura Petr. Faber lib. 2 Semeſtr. c. 10.

¶ Iuſtidium, *i*, n. tempus 30 dierum, quod deſtinatur rebus repetendis. v. Salmaſ. de Modo Vſur. p. 810. Secundum Feſtum *Iuſti dies dicebantur triginta, cum exercitus eſſet imperatus, & vexillum in arce poſitum.* conf. Alex. ab Alex. 4, 2; & Rhodig. Ant. Lect. 12, 20.

¶ Iuſtĭticus, *a, um*, rechtliebend. Catull. carm. 65 ſub fin. *Omnia fanda nefanda malo permiſta furore, Iuſtificam nobis mentem avertere Deorum.*

¶ Iuſtĭfĭco, *are*, rechtfertigen. Tertull. adv. Marc. 4, 17 ex Iſa. c. 1, 17 *Iudicate pupillo & juſtificate viduam.*

¶ Iuſtificans, *tis*. Vulg. 1 Reg. 8, 32 *Iuſtificans juſtum.* conf. Rom. 3, 26.

¶ Iuſtificātus, *a, um*, gerechtfertiget. Prudent. Apoth. v. 885 *Iuſtificata anima.* Tertull. de Orat. c. 13 *Iuſtificatior Phariſeo procacissimo.* Vulg. Int. Rom. 5, 1 *Iuſtificati ex fide pacem habeamus.*

¶ Iuſtificatio, *ōnis*, f. die rechtfertigung, eccleſiaſticum eſt, non minus patribus & veteri Scripturæ Interpreti, quam noſtris Theologis uſurpatum. Salvian. de Gub. Dei 2 p. 381 *Ambulantes in omnibus mandatis & juſtificationibus.* Hic leges notat.

¶ Iuſtificātor, *oris*, m. qui juſtificat. Hinc

¶ Iuſtificatrix, *īcis*, f. ejusdem notæ. Tertull. adv. Marc. 4, 36 *Diſciplinam humilitatis juſtificatricem* dixit.

¶ Injuſtus, *a, um*, juſto contrarium, ungerecht, unrecht, unbillig. Cic Tusc. 5, 20 *Vir maleficus & injuſtus.* Ter. Adelph. 1, 2, 18 *Homine imperito nunquam quicquam injuſtius.* Arnob. 2 p. 51 *Non injuſtiſſimum ducitis.* ¶ 2. Sicut autem *juſtum*, ut dicebamus, etiam eſt, in quo modus; ita contra *injuſtum* pro immodico nimioque aliquando ponitur. Virg. Georg. 3, 346 *Non ſecus ac patriis acer Romanus in armis Injuſto ſub faſce viam cum carpit.* Ita Cicero pro Milone *injuſtas inimicitias* pro magnis dixit, ut Aſconius interpretatur. Similiter alibi Maro *iniquum pondus:* & Serenus Sammonicus *iniqua pocula* dixit. vide ſupra in *Æquus*.

¶ Injuſte, adv. unrecht, unbillig; ut, *Injuſte facta*, Cic. de Finib. 1, 16. Superl. Salluſt. Iug. c. 85 *Injuſtiſſime luxuria & ignavia, peſſimæ artes, illis, qui coluere eas, nihil officiunt, &c.* Et Tertull. adv. Marc. 4, 7 extr. *Injuſtiſſime increpuit.*

¶ Injuſtĭtia, *æ*, f. das unrecht, ungerechtigkeit. Cic. Off. 1, 12 *Totius injuſtitiæ nulla capitalior eſt, quam eorum, qui tum, cum maxime fallunt, id agunt, ut boni viri eſſe videantur.*

IŪTVRNA, *æ*, f. vel Iunturna, Nympha latina, ſoror Turni: Virg. Æn. 12, 146 *Diſce tuum, ne me incuſes, Iuturna, dolorem.* Vid. Cerda ad v. 138 ſeq. Apulej. de Deo Socratis: *Hinc & illa Virgiliana Iuturna, quæ mediis millibus auxiliabunda fratri converſatur, miſcetque viris, nec cernitur ulli.* ¶ 2. Fons, ex quo valetudinis cauſſa bibebant. Varro L. L. 5, 10 *Nympha Iuturna, quæ juvaret. Itaque multi ægroti hinc aquam petere ſolent*, v. Scalig. Caſtig. in Propert. 3 p. 290. Forte idem fuit ¶ 3. Lacus, ubi Caſtor & Pollux victoriam de Perſe annunciaſſe dicuntur. Val. Max. 1, 8, 2. Flor. 2, 12, 15.

Iutus, vide *Iuvo*, Iuvenalis, *Iuvenis*, Iuvenca, *Iuvencus*.

IŪVENCVS, *i*, m. ſubſt. præcipue de bubus dicitur, ein junges rind, junger ochſe, ſtier. Inde dictus, quod agriculturam juvare poſſit. ut Varro cenſet L. L. 4, 19. Virg. ecl. 2, 66 *Aratra jugo referunt ſuſpenſa juvenci.* Ovid. Met. 6, 115 *Iuvencus torvus.* Horat. 4 od. 4, 30 *Eſt in juvencis, eſt in equis patrum virtus.* ¶ 2. *Iuvencus* adjective de equo. Lucret. 5, 1073 *Vbi equus florenti ætate juvencus.* ¶ 3. Etiam de hominibus. Horat. 2 od. 8, 21 *Te ſuis matres metuunt juvencis.*

¶ Iuvenca, *æ*, f. ſubſt. eine junge kuh, ut, *Iuvenca formoſa*, Virg. Georg. 3, 219; *nitens*, Ovid. Met. 1, 610; *nivea*, ibid. 652; *cornigera*, ibid. 1, 926 &c. conf. Varr. R. R. 2, 5.

¶ Iuvenculus, *i*, m. diminut. ein kalb, item ein jüngling. Nam de pueris etiam aliquando dicitur. Catull. carm. 24, 1 ad Iuventium puerum: *O qui floſculus es juvenculorum.* ¶ 2. Adjective *juvenculæ vidue*, junge wittwen, Tertull. de Monogam. c. 13.

¶ Iuvenculaſco, *ĕre*, inſtar juvenci agere, kälbern. Ambroſ. lib. de Cain c. 1 *Iuvenculaſcat in adoleſcentia, in ſenecta caneſcat.*

¶ IŪVENCVS, *i*, m. presbyter Hiſpanus, generis (ut ait Hieronymus,) nobiliſſimi, ſed & genus & patria ejus ignorantur. Evangelia libris quatuor, verſibus Hexametris Matthæum Evangeliſtam ſecutus,

pæne

pæne ad verbum transtulit, de quibus in carmine Bucolico poëta Aretinus: *Carmina vidi Hic hominis, pariterque aquilæ, bovis, atque leonis,* Hiſpanum *noſtra modulantem voce* Iuvencum. Vixit ſub Conſtantino Magno eo tempore, quo *Fundator ſecuritatis æternæ* dictus eſt, Maxentio & Licinio ſuperatis, ad quod alluſit idem Iuvencus, cum eum nominat *Pacem ſui ſæculi*. Opus ſuum edidit finitis bellis inteſtinis, circa annum Chriſti 331, ut Proſper annotavit.

IŬVENIS, *is*, c. prim. corr. qui adoleſcentiæ exceſſit ætatem, ein junger mann. Varro a XXX usque ad XLV annum ætatis *Iuvenes* appellat, & nomen ipſum a *juvando* ducit, apud Centorinum de Die natali c. 14. Et ita Hiero νέος Polybio dicitur, qui XXX annos exceſſerat; quod Caſaub. ad eum p. 86 obſervat. Sic apud Dionem Caſſ. lib. 36 p. 46 νέος appellatur Cæſar, qui quadragenario propior erat. Gell. 10, 28 refert, *Servium Tullium pueros appellaſſe, qui minores eſſent annis XVII ad XXXVI, juniores, ſupra eum annum ſeniores.* conf. Manut. ad Cic. fam. 2, 1. Voſſ. 1 Inſtit. Orat. p. 291. Cæterum *Iuvenis* in utroque genere dicitur. Plin. 7, 36 *Cornelia juvenis eſt, & parere adhuc poteſt.* ¶ 2. Aliquando *Iuvenis* pro filio ponitur. Ita *Telluris juvenes*, gigantes, terra natos appellat Horat. 2 od. 12, 7. Ovid. Triſt. 4, 5, 31 *Sic juvenis tibi conſimilis ſit natus.* Tac. Hiſt. 2, 77, 2 *Tuæ domui triumphale nomen, duo juvenes, capax jam alter imperii &c.* Verba Muciani ad Veſpaſianum ſunt, *Cui duo filii erant*, Titus & Domitianus. Curt. 8, 2, 33 *Duos illi* (Alexandro) *juvenes patre* (Syſimithre) *tradente ſecum militaturos ſequi juſſit.* Et 6, 5, 4 *Novem juvenes eâdem matre geniti patrem comitabantur.* Sic, *Agrippa juvenis, Antonius juvenis*, apud Suetonium: *Pompeji juvenes: Marius juvenis*, apud Florum: ita pariter & natio eorum, & ætas ſignificabatur, ita nos: der junge Agrippa. Similiter & *Pueri* voce utebantur. Vſus & ita hac voce Modeſtinus L. 4 § 10 D. de re milit. ¶ 3. Nonnunquam *Iuvenes* & milites, ac maxime equites notant. Nam quos Plutarchus in Cæſare p. 711 A. νέους: eos Suetonius in eadem narratione in vita Cæſaris c. 14 *Equites* vocat. S. quoque Marco c. 14, 31 νεανίσκοι milites ſunt. vide & Lipſium Elect. 2, 1, & lib. 1 epiſt. quæſt. 1.

¶ Iuvēnis, *e*, adjective, jung. Ovid. Met. 7, 295 *Iuvenes nutricibus annos poſſe ſuis vedli* Et Serenus Samm. p. 2 *Iuvenem præſtare capillum.* Hinc & *Iuvenem* pro juvenili ætate poëtice Claudianus dixit Paneg. de 4 Conſ. Honorii v. 386. Compar. *Iuvenior* uſus Apulejus Met. 8 p. 210 *Sed unus præ cæteris & animo fortior & ætate juvenior.*

¶ Iūnior, *us*, comparativus eſt, per Syncopen a *Iuvenior*, jünger, Horat. 2 epiſt. 1, 44 *Toto junior anno.* Tac. Hiſt. 4, 69, 1 *Sapientiſſimum quemque reverentia fidesque: juniores periculo ac metu continuit.* Hos ergo ſapientioribus oppo nit.

¶ Iūnīcŭlus, *i*, m. dimin. eſt junior vitis, ſive *novellus palmes*, qui & *draco* dicitur, ex veteri palmite emiſſus, eine junge rebe, Plin. 17, 22.

Iunius, Iunix & Iuvencus, vide ſupra ſuo ordine.

¶ Iŭvenĭlis, *e*, adject. jung; ut, *Ætas juvenilis*, die jugend oder junge jahre. *Ardor juvenilis*, Val. Max. 5, 6 extr. *Robur juvenile*, junge ſtärcke. Colum. 4, 3 *Superfluentes juvenili quadam dicendi impunitate & licentia*, Cic. de Clar. Orat. c. 91. Sed Ovid. R. A. 399 *Opus juvenile* ἡ ἀνωδίαν. ¶ 2. Ovidius etiam *juvenilior* fecit, Met. 14, 644, ſicuti Carullus *juventior.*

¶ Juvenile, adv. Stat. Silv. 3, . . *Iuvenile vagantem.*

¶ Iuvēnĭliter, adv. juvenum more, wie junger leute art iſt. *Iuveniliter exultare*, Cic. de Senect. c. 4. Et Ovid. Triſt. 2, 117 *Ingenio juveniliter uti.*

¶ Iŭvenīlĭtas, *ātis*, f. die jugend. Varro apud Nonium 2, 418; & 5, 42 *Quam dereliquit multicupida juvenilitas.*

¶ Iŭvenālis, *e*, idem quod *juvenilis*, jung. Plin. 33, 2 *Iuvenalis fama.* Sic & apud Sidonium 1 epiſt. 2 *Iuvenali rubore* & 4, 13 *Iuvenali ſanitate*; & 9, 6 *facilitate juvenali*, pro *juvenili*, ſcriptum eſt in libris plerisque. Apul. de Mundo p. 67 *Valenti habitudine, pubertate juvenali.* Et Auſon. Profeſſ. Burd. 15, 1 *Animo juvenali ſenex.* Quin Virg. Æneid. 5, 475 *Et mihi quæ fuerint juvenali in corpore vires.* Vid. hic Pierius, & Drakenb. ad Sil. 2, 312. Hinc *Iuvenalis dies*, quem ſaturnalium feſtivitati adjecit Caligula a juvenibus potiſſimum celebrandum, unde & nomen. vid. Lipſium in Saturnal. Suet. c. 17; ac ¶ 2. *Iuvenalia*, ſive juvenales ludi, quos Nero inſtituit, quum primam barbam potuiſſet, de quibus vide Suet. c. 11 cum Xiphilino, & Lipſ. lib. Annot. Taciti. Sed apud Sidonium carm. 23, 428 *Iuvenalia peracta* funt juvenilis ætatis ſtudia.

¶ Iŭvenālis, *is*, m. ſubſt. vel *Iunius Iuvenalis*, poëta Satyricus, quem Suidas ſub Domitiano vixiſſe, ab eodemque in Africanam Pentapolin relegatum ſcripſit. Alii ſub Trajano fuiſſe eum maluerunt: ideo quod contra ipſum etiam Domitianum liberius ſcripſerit, facere id impune non potuiſſe videatur. Quod tamen facile propter continuum tempus conciliari poteſt. Satyras, quibus in corruptiſſimos ſeculi ſui mores invehitur, ſcripſit 16 plenas varietate, ubertate, acumine ſententiarum & urbanitate, cultior longe, quam Perſius, vel Horatius, ut Scaliger cenſet: a quo tamen Heinſius diſſentit, qui cæteris omnibus Horatium præfert. vide eum de Satyra Horatiana. In exilio mortuus creditur, ubi *irati fuit hiſtrionis exul*, quemadmodum Sidonius retulit. Is hiſtrio Paris fuit; vide Suidam, & præſertim Fabricium Bibl. Lat.

¶ Iŭvenēſco, *ĕre*, jung werden. Horat. 4 Carm. od. 2, 55 *Vitulus largis juveneſcit herbis.* Plin. 8, 57 extr. *Rurſus æſtate juveneſcunt*: de gliribus agit: *A diis non datur bis juveneſcere*, Theognidis eſt v. 1003 Οὐ γὰρ ἀνὴρ δὶς πέλεται πρὸς Ἰθῶν. Tertull. Exhort. ad Caſt. c. 6 *Iam ſenuit, ex quo juvenuit.*

¶ Iuvēnor, *ari*, juveniliter exultare ac laſcivire, fälbern, kinderey treiben. Horatius *juvenari* fecit, pro juveniliter loqui, in Art. Poët. v. 246 *Aut nimium teneris juvenentur verſibus unquam.*

¶ Iŭventus, *ūtis*, f. ætas juvenilis, die jugend. Plaut. Capt. 1, 2, 19 *Nulla eſt ſpes juventutis, ſeſe omnes amant.* Et Salluſt. de Catilina c. 5 *Huic ab adoleſcentia bella inteſtina, cædes, rapinæ, diſcordia civilis, grata fuere: ibique juventutem ſuam exercuit.* ¶ 2. Multitudo juvenum, das junge volck, die jugend. Id. c. 12 *Ex divitiis juventutem luxuria atque avaritia cum ſuperbia invaſere.* Cæſ. de B. Gall. 3, 16 *Omnis juventus, omnes etiam gravioris ætatis convenerant.*

¶ Iŭventa, *æ*, f. idem. Poëtæ amant pro *juventutis* vocabulo; ut, *Viridis juventa*, Virgilius Æneid. 5, 295. *Florente juventa fervidus*, Horat. de Arte Poët. v. 115 &c. Non autem abſtinent alii. Livius 31, 42 extr. *Non ita ſe a juventa eum geſſiſſe*: & 40, 6 *Mediæ juventæ robore ille.* Ac Plinius Paneg. c. 8 *Nerva tua juventa, tuo robore invaluit.* Major Plinius 7, 51 *Senilis juventa præmaturæ mortis eſt ſignum.*

¶ Iŭventas, *ātis*, f. Hebe, dea juventutis, apud Horat. 1 oda 30, 7, & Cic. Tuſc. 1, 26, qui *Iuventate* ſexto caſu formavit. Feſtus: *Iuventatis ſacra pro juvenibus ſunt inſtituta.* Vindicatur hæc vox etiam Cic. ad Att. 1, 18; & Liv. 36, 36. ¶ 2. Ipſa ætas ſeu juventus, die jugend, Lucret. 5, 886. Horat. 2 od. 11, 5 *Fugit retro Levis juventas, & decor.* Et 4 od. 4, 5 de pullo aquilæ: *Olim juventas & patrius vigor Nido laborum propulit inſcium.*

¶ Bĭjŭvēnis, *is*, m. rejüvenelcens, der ſich verjünget. Sic vocatur Bacchus & Apollo apud Poëtas. v. Barth. Adv. 32, 6.

¶ Rejŭvēneſco, *ĕre*, i. e. faciem & vires juvenis recipere, ſich wieder verjüngern. Improbat Voſſius de Vit. L. L. 4, 21 p. 764.

Semper juvenis, vide *Semper.*

Iuverna, vide *Iuernia.*

IŬVO, *jūvi*, *jūtum*, *jŭvāre*, opem ferre, helffen. Ter Heaut. 1, 1, 33 *Crede, inquam, mihi, aut conſolando, aut conſilio, aut re juvero.* Cic. fam. 13, 22 *Iuvare aliquem, quibuscunque rebus poſſis.* Id. de Finib. 1, 21 *Eruditio ad beatam vitam juvat*, hilft zu einem glückſeligen leben. Ovid. Met. 7, 505 *Iuvit facundia cauſſam.* Paſſ. Idem Pont. 1, 3, 90 *Iuvari admota ope*, curirt werden. Plin. 17, 24 *Quod ſi etiam juvatur.* Ovid. Pont. 3, 3, 107 *Supplicibus domus aſſueta juvandis.*

¶ Iŭvat, impersonale, idem eſt quod delectat, gratum, dulce eſt, es beluſtiget, es thut wohl. Ter. Adelph. 2, 3, 2 *Id demum juvat, ſi, quem æquum eſt benefacere, is facit.* Cic. ad Q. frat. 2, 12 *Te eſſe animo hilari, valde me juvat.* Horat. 2 ſat. 6, 32 *Hoc juvat & melli eſt.* Virg. ecl. 1, 83 *Nec percuſſa juvant fluctu tam litora.* Lucret. 5, 1280 de origine Muſicæ: *At liquidas avium voces imitarier ore Ante fuit multo, quam lævia carmina cantu Concelebrare homines poſſent, auresque juvare.* Sen. epiſt. 6 *Quæ ſint hæc, interrogo? Quæ ſcire magis juvat, quam prodeſt.* Id. epiſt. 4 *Bonum juvat habentem.* Vet. Gloſſ. *juvat*, τέρπει.

¶ Iuvans, *tis*. Elegans eſt formula *Deo juvante*, aut *Deo bene juvante*; mit Gott, mit Gottes hülffe. Cic. Nat. D. 2, 66 *Singularem virum neminem niſi juvante Deo fuiſſe credendum eſt.* Id. fam. 7, 20 *Me Diis juvantibus ante brumam exſpectabit.* Ita Liv. 7, 10 *Nomen Romanum invictum, juvantibus diis præſta.* Id. 25, 38 *Ite, Diis bene juvantibus, corpora curate, &c.*

¶ Iŭvātūrus, *a, um*, pro *juturus*, Salluſtius dixit Iug. c. 47; Plin. 4 epiſt. 13 & 15; Ammian. 20, 4.

¶ Iūtus, a, um, geholffen. Tac. An. 14, 4, 1 *Solertia tempore juta.* Pallad. 4, 10 *Rami ſtercorati & humoribus juti.* Lactant. de Opif. Dei c. 13 *Lingua juta offinione dentium &c.*

¶ Iuturus, *a, um*, reſtituit Columellæ l. 3, 131 *Rutaque Palladiæ baccæ jutura ſaporem*, ubi al. *victura*, N. Heinſ. ad Sil. 7, 354.

¶ Iuvāmen, *ĭnis*, n. hülffe. Gloſſ. gr. lat. ὄνησις, *juvamen.* Sic & Macer: *Et confert hæmoptoicis hoc ſæpe juvamen.*

¶ Iuvāmentum, *i*, n. idem. Veget. 3, 4 *Iuvamentum præſtare.*

¶ Adjuvo, *jūvi*, *jūtum*, *adjŭvare*, helffen, benſpringen, befördern. Ter. Phorm. 1, 4, 28 *Fortes fortuna adjuvat.* C. Nepos 25, 9, 3 *Quibus rebus indiguerunt, adjuvit.* Cic. pro Arch. 7 *Ad percipiendam colendamque virtutem literis adjuvari.* Liv. 29, 1 *Eoque eniſius ad bellum adjuverunt.* Gell. 14, 6 *Adjutum ire aliquem*, einem zu ſtatten kommen. Varium uſum hujus verbi docent intt. ad Sil. 7, 354 & Val. Fl. 2, 528.

¶ Adjŭvātūrus, pro *Adjuturus*, habet Petronius c. 18.

¶ Adjūtus, *a, um*, aufgeholffen. Frontinus quidem lib. 1 de Aquæduct. dixit *Adjuvatus*, plebejo modo: Elegantius Nepos 1, 2, 2 *Non minus prudentia quam felicitate adjutus.* Ovid. Met. 15, 224 *Adjutis aliquo conamine nervis.*

¶ Adjūtus, *ūs*, m. hülffe, beyhülffe. Macrob. Sat. 7, 6 *Vnius adjutu quaſi natura flammei.*

¶ Adjūto, *are*, frequent. benſpringen, zu hülffe kommen. Ter. And. 1, 3 pr. *Nec quid agam, certum eſt, Pamphilumne adjutem &c* Gell. 1, 3 *Voluntatem alicujus adjutare.* In Heraclii nummo apud Carol. du Freſne Famil. Byzant. p. 112 cum dandi caſu: DEVS ADIVTA ROMANIS. conf. Petron. c. 62. ¶ 2. *Adjutatur* pro *adjutat* dixere Pacuvius, Afranius, Lucilius apud Non. 7, 83.

¶ Adjūtābĭlis, *e*, adjuvans. Plaut. Mil. 4, 4, 8 *Adjutabilem operam dare.*

¶ Adjūtor, *ōris*, m. ein gehülffe, beyſtand, helffer. *Adjutorem alicui in re aliqua eſſe. Adjutor in re gerenda*, Cic. pro Sext. c. 17. *Adjutor periculorum*, Id. pro Flacco, princ. *Adjutor bonoris alicujus*, ibidem, ein beförderer. *Adjutor alicujus iracundiæ*, der einen in ſeinem zorn ſtärcket, Ter. Adelph. 1, 2, 62. *Adjutorem alicui venire*, Cic. de N. Deor. 1, 7, zu hülffe kommen. *Adjutor operum principalium: adjutor & miniſter conſiliorum*, Vellej. 2, 129, 4; & 104. In quibus exemplis *adjutores* cum excellentia ſignificandi de præcipuis amicis principum, & qui in partem curæ publicæ potiſſimum veniunt, uſurpantur. *Tiro libertus Ciceronis, adjutorque in litteris ſtudiorum ejus fuit*, Gell. 13, 9 pr. Varios adjutores inter officia & dignitates tum alias tum militares recenſet Gruterus & Fabrettus inſcript. p. 345. *Mimorum* etiam *adjutores* erant, de quibus Faber & præſertim Gudius ad Phædr. 5, 5. Item ita vocabantur *Hypodidaſcali Rhetorum*, de quibus Quint. 2, 5 pr.

¶ Adjutrix, *icis*, f. quæ adjuvat. Ter Heaut. 5, 2, 38 *Matres omnes adjutrices ſolent eſſe in peccato pliis*, ſie pflegen ihren ſohnen überzuhelffen. *Legio adjutrix* paſſim in Inſcriptionibus, & Spartian. Hadriano c. 2, idque nominis primæ, ſecundæ & tertiæ Legionibus frequenter vindicatum. vid. Indicem rer. militar. in Opus Inſcr. Gruterianum.

¶ Adjutōrium, *i*, n. pro adjumento ſeu auxilio, hülffe, beyſtand, förderung.

förderung. *Vti adjutorio aliquo conceſſo a natura.* Et, *Adjutorio egere*, Quintil. 1, 1. Vellej. 2, 112, 4 de copiis auxiliaribus: *In adjutoriam ejus belli trahebat manum magnam.* Suet. de Illuſtr. Grammat. c. 10 *In eam rem adjutorium ei fecit Attejus*, i. e. adjuvit: adjutor ei fuit.

¶ Adjumentum, *i*, n. idem; ut, *Adjumento eſſe*, Cic. fam. 2, 6. Et, *Adjumentum afferre*, Offic. 1, 1, behülflich ſeyn. Ter. Phorm. 1, 2, 55 *Nihil adjumenti adcrat ad pulchritudinem*, ſie war ungeputzt, die ſchönheit hatte keinen beytrag. Delicatiores cibos Salluſt. Jugurth. c. 45 *Adjumenta ignaviæ* vocat.

¶ Coadjūto, *are*, pro ſimul adjutare, barbarum eſt. v. Voſſ. de Vit. L. L. 4, 4 p. 692.

¶ Coadjūtor, *ōris*, m. ein mithelffer. Vox vitioſa patronum qualemcunque reperit inter Inſcript. Gruteri: QVONIAM NOBIS SEMPER AFFVISTIS IN IIDE VERACES IN ARMIS STRENVI COADIVTORES. vid. Borrich. Cogit. p. 62.

¶ Subadjuva, *æ*, ſubſt. adjutoris adjutor, ein helffers-helffer. Cod. Theodoſ. L. 3 de agent. in reb. *Vt periculum ſe & adjutor & ſubadjuvæ ſabituros eſſe cognoſcant.* Reperitur etiam eod. tit. L. ult. in Cod. Juſtin. & L. 1 ſeq. tit. ſive de præpoſ. agent. in rebus.

¶ Dejŭvo, *are*, non juvare, verlaſſen. Plaut. Trin. 2, 2, 63 *Deſevere illum & dejuvare in rebus adverſis pudet.*

¶ Præjŭvo, *are*, beſchützen. *Præjuviſſe fidem cujusdaſſectam*, Tac. Hiſt. 3, 65, 2 beym credit erhalten.

IVXTA, præpoſitio, ad, vel apud, bey, neben. C. Nepos 25, 22, 4 *Sepultus juxta viam Appiam.* Tac. Hiſt. 2, 76, 3 *Juxta Deos in tua manu poſitum eſt*, i. e. poſt Deos, nächſt Gott. Sic Plinius 2, 7 *Vilitate juxta belluas eſſe.* Suet. Calig. c. 10 *Tantique in avum & qui juxta erant obſequii*, id eſt, qui avum cognationis jure proxime ſequebantur. Tac. Germ. c. 30, 5 *Velocitas juxta formidinem*: cunctatio propior conſtantiæ eſt: *Iuxta formidinem*, id eſt, formidini proxima: vel cum formidine conjuncta. Ita Id. Ann. 6, 42, 3 *Imperium populi juxta libertatem*; paucorum dominatio regiæ libidini propior eſt, der freyheit am nächſten. conf. Id. Germ. 21, 2. Et ſic interdum idem ac *convenienter* vel *ſecundum*. Liv. 9, 9 *Iuxta divinas religiones fides humana colitur.* Juſtin. 2, 12, 25 *Iuxta præceptum Themiſtoclis*, dem befehl gemäß. ¶ 2. *Iuxta* adverbium, ſignificat æque, ſimiliter. Et vel abſolute, vel cum particulis *ac, atque, cum*, ponitur. Salluſt. Iug. c. 67 *Iuxta boni malique, ſtrenui & imbelles obtruncati ſunt*, zugleich gute und böſe. Liv. 5, 6 *Iuxta hieme atque æſtate bella gerere.* Id. 28, 20 *Trucidant inermes juxta atque armatos.* Salluſt. Catil. c. 2 *Quibus contra naturam corpus voluptati, anima oneri fuit, eorum ego vitam & mortem juxta æſtimo*, ich achte eines ſo viel als das andere. Id. Iug. c. 95 *Litteris Græcis atque Latinis juxta doctiſſime eruditus.* Et Tac. Hiſt. 1, 73, 3 *Quæ bonis malisque temporibus juxta valent.* Liv. 37, 54 *Pro dignitate & gloria apud omne genus humanum, quod veſtrum nomen imperiumque juxta ac Deos immortales jampridem intuetur.* Plaut. Aul. 4, 7 *Dixi tibi mater: juxta rem mecum tenes.* Id. Trin. 1, 2, 160 *Iuxta eam curo cum mea.* vid. Nonius 4, 233. ¶ 3. Et ſic etiam ſignificat *prope*, proxime, allernächſt, beynah. Cæſ. B. G. 2, 26 *Legio quæ juxta conſiterat.* Nep. 13, 2, 3 *Statua juxta poſita.* Virgil. Æneid. 6, 605 *Fatriarum maxima juxta Accubat.* conf. Tac. 2, 74, 1. ¶ 4. Eſt etiam frequens hodie hæc vocula in citandis auctoribus: *juxta Horatium, juxta Plinium*, &c. Veteres autem dixere *ſecundum Horatium, teſte Plinio, ex ſententia Ciceronis.* Hoc contra Voſſium obſervavit Scioppius. Sed & ipſe Voſſius jam agnoverat de Vit. L. L. 1, 35 p. 165. Exempla tamen Nazarii, Hieronymi & Solin. vid. in Cellarii Cur. Poſt. p. 249.

¶ Iuxtim, adv. beynah, darneben. Suet. Tib. c. 33 *Iuxtim adſidere.* Vſus & Lucret. 4, 1206; & Apul. in Flor. conf. Nonius 2, 451.

IXIA, *æ*, f. genus herbæ, quod *chamæleontem* quidam dicunt, Plin. 22, 18. ἀπὸ τῦ ἰξῦ, i. e. a *viſco* quod circa radicem ejus invenitur.

¶ Ixinos agrios, herba perdicalis, Apul. de Herb. c. 81.

IXĪON, *ŏnis*, m. Ἰξίων, rex Theſſaliæ, quem apud inferos religatum ad rotam ſerpentibus circumfuſam, poëtæ fingunt. Virg. Æn. 6, 601 *Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumque?* Ovid. Met. 4, 461 *Volvitur Ixion, & ſe ſequiturque fugitque.* Claudian. de Raptu Proſerpinæ 2, 335 *Non rota ſuſpenſam præceps Ixiona torquet*: *Non aqua Tantalicis ſubducitur invida labris, Solvitur Ixion, invenit Tantalus undas, Et Tityus tandem ſpacioſos erigit artus.* Plures picturas poëticas dabit Broukh. ad Tib. 1, 3, 73.

¶ Ixiōnĕus, vel Ixionius, *a, um*; adj. ut, *orbis Ixioneus*: Virg. Georg. 4, 484 *Atque Ixionei, vento rota conſtitit orbis.* Lamprid. Elag. 24 *Paraſitos ad rotam aquariam ligabat & cum vertigine ſub aquas mittebat, rurſusque in ſummum revolvebat, eosque Ixionios amicos vocavit.*

¶ Ixiōnĭdes, *æ*, m. Ἰξιονίδης, filius Ixionis Pirithous, Propert. 2, 1, 38.

IXOS, *i*, m. ἶξος, viſcum, miſſel, vogelleim. Dioſc. 3, 103. Item genus animalis, Vulg. Interp. Deut. 14, 13.

ĪYNX, *ĭyngis*, f. ἴυγξ, avis Ariſtoteli lib. 2 de Naturis Animalium, Theodorus Gaza vertit *Torquillam* a colli circumactu, reliquo corpore quieſcente, niſi quod & causam motitat, quamobrem & σειρὴν ὑγιον (& σειροπυγὴς) vocatur. Veteres *Turbinem* dixerunt, ein wendehals, drehehals; ſed ἴυξ potius dicendum erat, ab ἴυξω *clamo*, Geſnerus. ¶ 2. Alia avis, huc nomine in philtris adhiberi ſolita, de qua Theocritus Pharmaceutria, ubi vide Veteres Scholiaſtas. *Iunga* Latinorum more pro *Iynga* vocat Lævius vetus poeta apud Apulejum in Apologia, ubi philtra recenſet. *Trochiſci*, inquit, *junges, tæniæ.* Tamen iynges præfert Vulcanius, legitque: *Philtra omnia, undique eruunt, Antiphates illud quæritur, Trochiſci, iynges, tæniæ*, &c. Atque tantam vim & efficaciam tribuere huic avi in concilianda amore veteres, ut omnia quæ conciliandi amoris, ut amicitiæ, etiam honeſtæ, vim haberent, ἁπλῶς ejus nomine cœpta ſint appellari, quod Cafaub. ad Apulejum obſervat. Vide ſupra in *Hippomanes*, ubi Ἴυγγων ex Æliano facta mentio eſt. Euſtathius de Ilmeniæ & Ilmenes amoribus, lib. 1 ſub fin. Ἀλλ' ἴλεώς τοι Ἔρως, Ἀφροδίτη τε μήτηρ, καὶ ἴυγγες ἑρωτικαί. Quem locum Gaulminius interpretatur in hunc modum: *At tibi Amor, Venusque mater, & omnes cupidinum illecebræ favent.* vide Selden. de DIS Syris.

KQuæ, ut Capella dicit 3 p. 58, *faucibus palatoque formatur*, æque ac C ex inverſo Hebræorum ק orta, Græcorum littera eſt, κ, quam *cappa* ipſi vocant, non Latinorum, qui pro ea, ut eſt in ordine elementorum latinorum ſupervacua, C litterâ, quæ & *K* ipſius, & *Q* poteſtatem habet, uſi ſunt. Veteres per *K* ſcripſiſſe *Kalendas*, & alia quædam, ut *Karthago, Kalumnia*, & in vetuſtis inſcriptionibus ſæpe *Kariſſimus*, quæ nunc per C ſcribuntur omnia, Probus indicavit. KAL. Kalendæ, KAL. IAN. *Calendis Ianuariis.* Tribus in Latio nominibus hanc litteram additam eſſe cenſet Auſonius Edyll. 12, 19 p. 493. conf. Mart. Capell. 3 p. 57. Κύκνος, græcum, Latini per C. *Cygnus* ſcribunt. Ακοινὸν eſt *canum*; ab ἐγκεῖσθαι *inquino.* Sed κυβερνᾶν, κυβερνήτης, per *G. Guberno, gubernator*, quemadmodum & κυβιός, *gobius*, &c. v. Quintil. Inſt. Orat. 1, 7 & ibi not. Varior. p. 86 Burm. & Malaſpin. ad Cic. Att. 13, 31 extr. Apud Græcos viciſſim κ pro C & Q ponitur; ut, *Cæſar* καῖσαρ, *Cicero* κικέρων, *Quartus* κϖαρτος.

KĂLENDAE Ianuariæ Romanis ſolennes, & feſtæ, qua de re Pontanus Progymnaſ. facr. p. 458. conf. D. Ziegleri, & aliorum de his Commentationes. *Ad Kalendas Græcas*, proverbium, cum aliquid nunquam futurum ſignificamus. Adde ſupra *Calendæ.*

Kalophanta, vide *Halophanta.*

KAPPA, κάππα, ex Hebraico *Caph*, ſignificat *curvaturam* ſeu *volam* manus, quam & apud Hebræos figura refert. *Kappa* ſive *Cappi Bœtia* dicitur apud Auſonium Edyll. 12, 19 p. 495. *Kappa apud Græcos*, Quintil. 1, 4. conf. Iſidor. 14, 26.

KARTHALO, Punicum nomen proprium viri apud Silium. vide Drakenb. ad 1, 406.

KOENON, n. κοινὸν, Græci, *commune* dicunt, Iſidor. 20, 2. Martial. 2, 43 *Das nihil, & dicis, Candide, κοινὰ Φίλων.*

¶ Kœnōſis, f. κόινωσις, *communicatio.* Id. Iſidor. 2, 21 *Kœnoſis dicitur communicatio conſilii cum judicibus aut adverſariis.*

KYRIE ELEĪSON, vulgari in eccleſia pronunciatione, ex Græco κύριε ἐλέησον, *Domine miſerere.*

LSemivocalis & liquida, *lingua*, ut eſt apud Capell. 3 p. 58, *palatoque dulceſcens, exilioris* in aliis, *plenioris* vero in aliis dictionibus ſoni eſt. *Exilioris*, ut in *Metellus, Marcellus. Plenioris*, ut in *Sol, Silva, Flavius, Clarus.* A quo ſono duplici medium quiddam præſtat in *lectus, leges*, & aliis. Heſychius in λάβδα, Λ. στοιχεῖον ὑγρὸν, *elementum liquidum.* Dionyſius Halicarn. τῶν ἡμιφώνων γλυκύτατον, *ſemivocalem ſuaviſſimam* vocat. Convenit autem rebus mollibus, ut Plato teſtatur in Cratylo. Hujus literæ odioſa repetitio a Martiano Capella *labdaciſmus* dicitur. Veteres enim λάβδα pro λάμβδα. Aliis tamen λαβδακισμὸς vitium oris & linguæ eſt, uti Fabio 1, 9. v. Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 45. ¶ 2. Propriis præfixum pro *Lucio* ubique legitur, ut *L. Cornel. Scipio &c. L. Tarquinius Priſcus Rom. Rex.* ¶ 3. Sed hic *L. L. Q. F. Lucius Lucejus, Quinti filius.* ¶ 4. Et L. AG. *Lex agraria: L. IV. Lex Iulia.* ¶ 5. Eſt & numeri quinquagenii nota, *L. quinquaginta, LV. quinquaginta quinque*, ac ſic deinceps, forte, quia notam centenarii antiqui rudiores angulatam faciebant ⊂, cujus dimidium L. De nota Seſtertii LLS. vide ſuo loco. ¶ 6. Inter notas Criticorum etiam erat cum ſimplex L, tum geminatum L L, quod *locum laudabilem* ſignificabat. vid. infra in *Laudo.* ¶ 7. In derivatione & compoſitione pro N & R ponitur L. A νύμφη fit *lympha*; ab *unus ullus*; a *liber libellus*; a *puer puellus.* Hinc factum, dicit Priſcianus, ut numerum ſo, quem Græci per ν΄ ſignant, Latini per L. exprimant. Sic ex *Con, In, Inter, Per* fit e. g. *Collega, Illuſtris, Intelligo, Pellicio, Pelluceo*, &c. Etiam ex *Ad Allatro, Allicio, Alloquor*, &c. Sic & propter figuræ ſimilitudinem inter Δ & Λ littera illa quandoque in hanc tranſiſſe videtur: e. g. δάκρυμα *lacryma*: ἄδακρυς *alacris*; ἐυσσελὴς *Ulyſſes.* L. pro D. & contra, veteres uſurparunt, ut, *impelimenta*, pro *impedimenta*, ap. Feſt. *melicæ aves*, pro *medicis.* vid. Gronov. ad Livium 40, 10.

Labandria, vide *Lavandria* in *Lavo.*

LĂBĂRVM, *labari*, n. vel, ut alii, *Laborum*; nam neque de ſcriptione, nec de originatione hujus vocis inter doctos convenit. Eſt autem *Labarum* magnum vexillum, quod Imperatori præferri ſolebat, & a militibus pæne adorabatur, quod Galli *bannieve* vocant, eine ſtandarte, panier, fahne. Ejus forma hæc erat, haſta videlicet in apice transverſa in ſimilitudinem crucis, cui linea transverſæ inhærebat velum, ubi imago Imperatoris. Conſtantinus autem & nonnen Chriſti ſuperponi curavit. Prudentius priores duas ſyllabas corripuit, contra Symmachum 1, 487 *CHRISTVS purpureum gemmanti textus in auro Signabat labarum, clypeorum inſignia Chriſtus.* Gregorius Nazianzen. Orat. in Iulianum: *Magnum vexillum, quod ſimul cum cruce magnifice, & cum inſigni pompa exercitum ducit in ſublime erectum, quod* laborum ſolvendorum *vim habet, ab eoque apud Latinos nomen trahit, principatumque, ut ita dicam, in reliqua omnia vexilla tenet*, &c. v. Turneb. Adverſ. 15, 16; Nicol. Fuller. Miſcell. 2, 1; Iurerum ad Tertull. carmen de Iona ac Ninive. Iſaac. Grangeum ad Prudent. contra Symm. 1, 349. Itemque Cujacium Obſerv. 11, 20; & ad Codicem *de Præpoſitis Laborum.*

Labaſco & labaſcor, vide *Labo.*

LĂBDA, pro *Lambda*, græcorum L. Græci enim Euphoniæ cauſſa λάβδα pro λάμβδα dicunt. Hinc ¶ 2. *Labda* homo impudicus, qui os impudicitia polluit, cui unverſchämter unflåter. Varro apud Nonium 2, 13 *Senſiſtis, dicite labdæ.* Dicitur vel a *lambendo*, vel quia labda prima littera in λάκκειν, vel in λεσβιάζειν, cum Lesbii hoc vitio fuerint infames. v. Voſſ. Etym. p. 275; ubi & verſus Auſonii: *Cui ipſe linguam, cum dedit ſuam, labda eſt.* Ariſtoph. Εκκλησ. Δοκῶ δέ μοι λάβδα κατὰ τὴν λεσβιάζειν.

¶ Labdace, *es*, f. de muliere, quæ λεσβιάζει, in Priapeiis n. 79.

¶ Labdaciſmus, *i*, m. eſt, cum pro uno L. duo pronuncientur; ſicut *colloquium* pro *conloquium* &c. vide Iſidor. 1, 31, & Mart. Capella 5 p. 167. v. Gronov. ad Liv. 22, 13. ¶ 2. Aliis eſt impotentia ſonandi caninam litteram R. Talem *labdaciſmum* notant ſcriptores in Alcibiade. vid. Eraſmus in Dialogo de Pronunciat. p. 14.

LABDĂCVS, *i*, m. Phœnicis filius, rex Thebarum, de quo Statius Theb. 3, 89. Hinc

¶ Labdăcĭdes, *æ*, m. Lajus, Labdaci filius, Oedipi pater. Idem Statius Theb.

Theb. 6, 451 *Nec verbera pallidus addit Labdacides.* ¶ 2. Labdacidæ etiam Thebani dicti. Id. Theb. 10, 36 *Sic ille truces hortatibus implet Labdacidas.*

Labea, vide *Labium*, Labecula, *Labes*, Labefacio, &c. *Labo*, Labellum, labeo, *Labium.*

LABERIVS, *i*, m. cognomine *Decimus*, (perperam a Crinito & aliis *Decius* vocatur, cum id nomen ipsum, non prænomen fuerit Romanis,) Eques Romanus, præcipui nominis inter mimorum scriptores. Quare, ut ludos suos Cæsar Iulius illustriores faceret, hunc eo perduxit, ut prodiret in scenam, atque quos scriptitarat ipse, ageret mimos. Qua in re cum perdidisset ordinem, (namque prodire in scenam, nefas erat equiti Romano,) solaturus Cæsar eidem restituit, cum quingenta sestertia, & annulum aureum donasset, jussitque sessum ire in quatuordecim, ex quibus omnibus equestris ordo censebatur. Sed omnes equites ita se coarctaverunt, ut venientem non reciperent. Hanc conversionem status sui ipse Laberius disertissimis verbis in mimi sui prologo deflevit, quos Macrobius nobis servavit Saturnal. 2, 7. Vide & Senecam Controv. 2, 17; & Suet. Cæs. c. 39. Horatius 1 sat. 10 princ. Laberii mimos negat *pulchra poëmata* esse. Quod poëtæ judicium exagitarunt admodum duo maximi viri, pater & filius, Scaligeri. Ille quidem Poëtices 1, 10, iste Eusebianis Animadv. n. 1534. Quibus respondet Daniel Heinsius lib. 2 de Satyra Horatiana p. 272 & seqq. De Mimis Laberii Macrobius loco laudato, & Gellius 16, 7 quosdam versus producit, in quibus isti: *Quid est jus jurandum? æris emplastrum alieni.* Et: *Necessitas cujus cursus transversi impetum Voluerunt multi effugere, pauci potuerunt.* Et: *Non possunt primi esse omnes omni tempore: Summum ad gradum cum claritatis veneris, Consistes ægre, & citius, quam adscendas, decides, Cecidi ego, cadet qui sequitur, laus est publica.* Item: *Necesse est multos timeat, quem multi timent.* Ejus vitam habet Crinitus de Poët. Latin. 2, 21. vid. Fabric. Bibl. lat.

LĂBES, *is*, f. a *labando*, seu *lapsu* dicitur, das fallen, das abgleiten. Vnde Servius in illud Virg. 2, 97 *Hinc mihi prima mali labes*, RVINAM interpretatur, Cicero etiam non semel *ruinam & labem* tamquam Synonyma conjunxit. Lucret. 2, 1143 *Sic igitur magni quoque circum mœnia mundi Expugnata dabunt labem putresque ruinas.* Hinc ICtis *labes* dicitur, cum aut subsidit terra & corruit, ein einfall, erdfall; aut, cum incidit calamitas, quæ comminuat fegetes atque corrumpat, ein schade. Labeo L. ult. D. locati cond. *Si rivum, quem faciendum conduxeras & feceras, antequam eum probaris, labes corrumpit, tuum periculum est.* Cic. de Divinat. 1, 43 *Delata etiam ad senatum labes Privernatis agri, cum ad infinitam altitudinem terra defedisset.* Vlpian. l. 15 § 2 ff. dict. tit. respondet: *Et si labes facta sit, omnemque fructum tulerit, damnum coloni non esse.* Vbi male Budæus pro *Labes*, *Tabes* substituit; recte alterum vindicante Cujacio Observat. 15, 28. ¶ 2. Hinc *labes* quoque pro interitu ponitur. Plaut. Capt. 4, 3, 3 *Quanta pernis pestis veniet, quanta labes larido.* Cic. in Verr. 2, 1 *Labes atque pernicies provinciæ.* Zeno de resurrectione: *Cur de hujusmodi labe in meliora migrantes tam pertinaciter plangis?* Vet. Gloss. λύμη, *Lues, Labes.* ¶ 3. Ad animum quando refertur, vitium, sive depravatæ mentis habitum notat: ut cum cedit affectibus, & a recta ratione, quam sequi debebat perpetuo, deflectit, ein schandfleck. Festus: Labes *macula in vestimento dicitur, & deinde μεταφορικῶς, transfertur in homines vituperatione dignos.* Virg. Æn. 6, 744 *Pauci læta arva tenemus Donec longa dies, perfecto temporis orbe, Concretam exemit labem:* CONCRETAM dixit, ut initio, cum includeretur in corpus demissa cœlo, immunem ab ea fuisse animam demonstraret: & vitiatam demum, quando concreta cum corpore seu copulata fuisset. Ita enim sentiebat Plato: cujus dogma poëta hic exprimit. Cic. pro C. Balbo c. 6 *Est hujus seculi labes quædam & macula, virtuti invidere*, ein gebrechen und laster dieser zeit. Id. Off. 3, 21 *Hunc tu quas conscientiæ labes in animo censes habuisse?* welch böses gewissen? Falsum ergo, quod in Vet. Gloss. *Labes plurale non habet*, traditum est. *Labem inferre*, beschmützen und verderben, Cic. pro Cælio c. 18. ¶ 4. *Labes* & *tabes* confunduntur sæpe a librariis, vid. Burm. ad Quintil. decl. 12, 4 p. 244. Drakenb. ad Sil. 8, 21.

¶ LĂBĔCŬLA, *æ*, f. diminut. *Labeculam adspergere*, Cic. in Vatin. c. 17.

¶ LĂBĪNA, *æ*, f. a labe dicta, *eo quod ambulantibus lapsum inferat*, Isidor. 16, 1. Est igitur locus lubricus & voraginosus, aut alioquin insidiosus cuntibus.

¶ LĂBŌSUS, *a, um*, verderbt, übel; ut, *Iter labosum atque lutosum*, Lucilius. Et, *labosæ pænæ*, Idem.

LĂBIĒNVS, *i*, m. Cæsaris partes primum secutus, & in Gallia legatione fungens, bello civili ad Pompejum defecit. Lucan. 5, 345 *Fortis in armis Cæsareis Labienus erat, nunc transfuga vilis.* ¶ 2. Alius hoc nomine declamator nobilis, quem *magnum oratorem* Seneca pater nominat, cæterum tantæ libertatis, ut libertatis nomen excederet, &, quia passim ordines hominesque laniabat, *Rabienus* vocaretur. v. plura de eo apud eumdem præfat. lib. 5 Controvers.

Labilis, labidus, &c. vide *Labor*, Verb. Labiosus, *Labium.*

LĂBIVM, *i*, n. seu Labia potius plurale, lefzen, lippen. Ter. Eun. 2, 3, 44 *Labiis demissis*, vid. *Labrum*, paullo post; & Plin. 24, 15; & 30, 4. Serenus apud Nonium 3, 20 *Labiumque insigne revellit. Labia* quidam mulierum, *Labra* virorum esse dicunt, quam inanissimam merito discretionem vocat Serv. ad Virg. ecl. 2, 34. Add. Drakenb. ad Sil. 8, 115.

¶ Labiæ, *arum*, f. pl. idem. Apud veteres admodum frequens. Nigidius apud Gellium 10, 4 *Labias sensim primores emovemus.* Poëta anonymus apud Eund. 19, 11 *Animula agra & saucia Cucurrit ad labias mihi.* Apulej. lib. 3 Met. *Nares hiantes & labiæ pendulæ.* Adde lib. 10 Met. p. 249, 252 ed. Elmenh. Atque ita etiam fœmineo genere Pricæus ibidem expressit. Sed & Plautus Stich. 5, 4, 41 *Age tibicen, refer ad labias tibias.* Ex Nævio & Lucilio vide Nonium 3, 20.

¶ Labeæ, *arum*, f. pl. idem quod *Labiæ.* Pompon. apud Nonium 6, 43 *Rictum & labeas cum considero.* Et Gell 18, 4 *Rictu oris labeaque ductu aliquem contemnere*, einen anblöcken, verhöhnen. Sed & in sing. *Labea trapeti*, Cato R. R. c. 20, die schnauze.

¶ LĂBELLUM, *i*, n. diminut. *Platoni in cunis parvulo dormienti apes in labellis consedernnt*, Cic. de Divin 1, 36. *Labella cum labellis comparare*, Plaut. Asin. 3, 3, 78, küssen. *Quem basiabis? Cui labella mordebis?* Catull. 8, 18. *Attritis miserabiles labellis*, Martial. 10, 72. ¶ 2. Vas parvum ad similitudinem labri. Colum. 12, 53 *Labellum fictile.* Et Cic. de Leg. 2, 26 *Super tumulum noluit quid statui nisi labellum.*

¶ LĂBIŌSUS, *a, um*, qui magnis ac prominentibus labiis est, großmäulicht. Lucret. 4, 1162 *Ceres est labiosa.*

¶ Labeo, *onis*, m. cui magna sunt labia, ein großmaul, der grosse lippen hat. Plin. 11, 37 *Labra, a quibus brochi labeones dicti.* Arnobius lib. 3 de discriminibus in vultibus deorum gentilium mentionem injiciens: *Ergo esse dicendum est quosdam Capitones, Silanellos, Frontones, Labeones*, &c. Idem & *Chilones* dicti ex Graeco: vide supra in C. ¶ 2. Est & piscis Plinio, *capitalo*, similis capite minore, labra habens crassa & prominentia, unde ei *Labeonis* nomen, Græcis χεῖλων. ¶ 3. *Labeo* Antistius ICtus nobilis Romæ, non solum leges, sed bonas quoque artes egregie doctus. vide de eo Gell 13, 10 & 12.

¶ Collăbello, *are*, labellum labello adjungere, küssen, herten, sich schnäbeln. Laberius apud Nonium 2, 168 *Peranna, collabella, osculum.*

¶ Sublăbium, *i*, n. herba, quæ & lingua Macedonica dicitur, & Cynoglosson, &c. vid. Apul. de Virt. herb. c. 96.

LĂBO, *labare*, est deficere, labefactari, minari ruinam, propemodum labi, nondum tamen labi, wancken, sincken, dem fall nahe seyn. Ostendit hoc Gron. ad præfationem Livii, & probat Drakenb. ad Sil. 2, 392, & ipsa exempla satis declarant. Cic. Att. 8, 14 *Labat consilium meum, quod fixum erat*, fängt an zu wancken. Id. Phil. 6, 4 *Labare M. Antonius videtur.* Id. ad Attic. 10, 15, *Cohortes, quæ in his locis sunt, labare dicuntur.* Suet. Tib. c. 33 extr. *Si qua in publicis moribus desidia aut mala consuetudine labarent, corrigenda suscepit*, in verfall gerathen wolte. Et, *Memoria labat*, Liv. 5, 18. das gedächtniß nimmt ab. *Labare sermone*, stammern. quod ebrii solent Plin. 12, 22 f. 28. Curt. 3, 8, 30 *Vbi partes labant, summa turbatur.* Idem 5, 3, 10 *Labat animus ejus*, er läßt den muth sincken. Virg. Æn. 5, 431 *Trementi genua labant*, wancken, beben.

¶ Labans, *tis*. Virg. Æn. 12, 223 *Vidit vulgi variare labantia corda.* Id. 2, 22 *Inflexit sensus animumque labantem impulit.* Suet. Cæs. c. 14 *Labantem ordinem confirmavit Catonis oratio.* conf. Horat. 3 od. 5, 45. Sic, *Labantes acies*, Tac. Germ. 8, 1. *Labantibus rebus*, Id. Hist. 2, 86, 4. Sic, *Labans Agrippina*, cujus imminui coepit potentia, Id. An. 14, 12, 7.

¶ Labasco, *ĕre*, anfahen zu wancken. Minus etiam, quam labare. Ter. Adelph. 2, 2, 31 *Labascit:* id est, remittit de aspera sententia, quæ stare videbatur: mitior fit. Vbi Donatus monet, tumtam ab arboribus metaphoram, quæ multis succisæ ictibus in casum ferri, tandem incipiunt ac labi. Adde Lucret. 4, 1279; Virg. in Cir. v. 450.

¶ Labascor, *sci*, pro *labascere*. Accius apud Nonium 7, 41 *Nullum est ingenium tantum, neque cor tam ferum, quod non labascatur lingua.* Et Varro ibidem: *Vidit misericordia labasci mentem infirmam.*

¶ Lapso, *are*, frequentativum, gleiten, strauchelu. Virg. Æn. 2, 551 *In multo lapsantem sanguine nati.* Et Tac. An. 1, 65, 5 *Equi sanguine suo & lubrico paludum lapsantes*, conf. 1, 79, 5.

¶ Lapsabundus, *a, um*, lapsare incipiens. Seneca epist. 52 *Fundamenta lapsabunda*, pro quo alii ex MS. legunt *fundamenta lassarunt.*

¶ Labĕfăcio, *feci, factum, ĕre*, quasi labare facere, est concutere, destruere, debilitare, fällen, baufällig machen, zerrütten unwerfen. Ter. Adelph. 2, 2, 36 *Omnes dentes labefecit mihi*, er hat mir alle zähne wackelend gemacht. *Labefacere suam fidem*, seinen credit schwächen und ungewiß machen, Suet. Vesp. c. 4. *Leges & jura*, Cic. pro Cæcin. c. 25, umstossen. *Primores classiariorum*, Tac. A. 15, 51, 1 abfällig machen.

¶ Labĕfio, *ĕri*, passivum est, umfallen. Sen. de const. c. 6 *Munimenta incursu arietis labefieri.* Hinc

¶ Labĕfactus, *a, um*, umgefallen, geschwächt. Cæs. B. Civ 2, 22 *Dejecta turri, labefacta parte muri.* Etiam Cicero c 6 de Senect. (verba mox producemus,) secundum Gruterum & Lambinum habet *labefactas resp.* non *labefactatas.* Tac. Ann. 4, 60, 4 *Si jam labefactum demovisset.* Virg. Georg. 2, 264 *Labefacta gigera.* Id. Æn. 8, 390 *Intravit calor & labefacta per ossa cucurrit*, conf. 4, 395.

¶ Labefactio, *ōnis*, f. ut, *Labefactio dentium*, das wackeln der zähne, Plin. 23, 1. Al. *Labefactatio.*

¶ Labefacto, *are*, frequent. infirmare, debilitare, evertere, schwächen, zerrütten, baufällig machen; ut, *Labefactare atque oppugnare alicujus commoda*, Cic. Verr. 3, 78 *Labefactare alicujus sententiam*, Cic. de Div. 1, 5. *Labefactare orationem*, Id. de Finib. 1, 13. *Labefactare suam fidem:* hoc est, violare, Liv. 24, 21. Et Ter. Eun. 3, 3, 3 *Ita me video ab ea æstute labefactarier*, id est, dolo appeti, decipi, corrumpi; nostri, übern tölpel werffen. Adde Lucret. 1, 694; Ovid. Amor. 2, 13, 1.

¶ Labefactātus, *a, um*, umgestossen, umgeworffen, zerrichtet, verderbt. Cic. de Senect. c. 6 *Maximas Respubl. ab adolescentibus labefactatas, a senibus sustentatas & restitutas reperietis.* Vbi vero *labefacere* opposuit *restituere.* Tac. An. 13, 21, 7 *Fides labefactata.* conf. Sallust. Fragm. c. 6.

¶ Labefactatio, *ōnis*, f. erschütterung. Quintil. 8, 4 p. 714 Burm. *Mediocris labefactatio* (reip. Ro. a Graccho orta,) *cædi & incendiis* (Catilinariis a Cicerone Cat. 1, 1) *comparatur.* Est etiam *labefactatio* Plin. 23, 1, ubi al. *labefactio.*

¶ Collăbasco, *ĕre*, mit einander dahin fallen. Plaut. Stich. 4, 1, 17 *Si res lassa labat, itidem amici collabascunt.* conf. Lucret. 3, 601.

¶ Collăbefio, *ĕri*, zu grunde gehen. Cæsar B. Civ. 2, 6 *Vt altera* (navis) *præfracto rostro, tota collabefieret.*

¶ Collabefactus, *a, um*, überwältiget. C. Nepos 3, 1, 2 *A Themistocle collabefactus, exilio multatus est.*

¶ Collăbĕfacto, are, zu grunde richten. Ovid. Fast. 1, 566 *Et vastum mota collabefactat omus.*

¶ Collabefactatus, a, um, gedämpfft, bemeistert. Lucret. 1, 492 *Collabefactatus rigor auri solvitur æstu.*

¶ Illabefactus, a, um, non labefactus, unzerrüttet. Ovid. Ponto 4, 8, 10 *Quæ semper maneant illabefacta precor.*

LĂBOR, lapsus sum, lăbi, fallen sincken, Valla 5, 59. Ovid. Trist. 1, 3, 4 *Labitur ex oculis tunc quoque gutta meis.* Conf. Tibull. 1, 8, 48. Sic, *Labi in somnum, in soporem*, einschlummern, Petron. c. 22 & 100. *Labi e manibus custodientium*, entrinnen, Curt. 3, 13, 3. ¶ 2. Motum quemque lubricum notat ac facilem, etiamsi is deorsum non fiat, dahin gehen, schleichen, fortschiessen. Ita Virgil. Æneid. 2, 225 de serpente adhibet adversum montem subeunte. Vbi etiam Servius, *Labi*, inquit, *proprie serpentum est.* Eod. 262 *Labi per funem demissum*, sich herab lassen. Ita de navigatione Cic. fin. 5, 18 *Doctior ad patrias lapsas pervenerit oras.* Id. N. D. 2, 39 *Qui volucrum lapsus atque cantus.* vide *Labens, Perlabor, Præterlabor*, it. Curt. 6, 4, 5; & 7, 4, 13. Ovid. Amor. 1, 8, 49 *Labitur occulte, fallitque volatilis ætas.* Id. Fast. 6, 771 *Tempora labuntur &c.* die zeit geht dahin. ¶ 3. Metaphoras parit varias. *Labitur paullatim disciplina*, Liv. præfat. Operis, die zucht fällt immer mählich dahin. *Labi judicio*, significat falli. *Labi imprudentia*, Varro R. R. 3, 2, aus unvorsichtigkeit fehlen, straucheln, irren. *Labi spe*, Cæsar pro frustrari dixit B. Gall. 5, 55. *Errore labi*, L. 19 Dig. de Vsu & usufr. & red. *Mente labi*, verruckt seyn im kopfe, Cels. 5, 26.

¶ Labens, tis. Liv. 2, 20 *Labentibus super corpus armis.* Petron. c. 127 *Labentis mundi cursus.* Virgil. Æneid. 2, 14 *Tot jam labentibus annis.* Ibid. 3, 515 *Sidera tacito labentia cælo.* Ibid. 2, 429 *Nec te tua plurima, Panthu, Labentem pietas, nec Apollinis infula texit: Labentem*, id est, morientem, occidentem.

¶ Lapsūrus, a, um. Ovid. in Ibin v. 511 *Lapsuram domum subire.* Virg. Æn. 6, 602 *Si lex jam jam lapsura.*

¶ Lapsus, a, um, gefallen, niedergeschlagen. Horat. 2 sat. 8, 72 *Lapses pede. Res lapsæ*, Virgil. Georg. 4, 449, ein guth oder nahrung, so zu boden gegangen. *Nemo desperet meliora lapsis*, Sen. Thyeste v. 614. ¶ 2. *Lapsus & lassus* confunduntur a librariis. vid. Drakenb. ad Sil. 10, 606. Brouckh. ad Prop. 4, 4, 62.

¶ Lapsus, ūs, m. subst. ruina, ein fall. *Lapsus scalarum*, Plin. 7, 37. *Fluminum lapsus*, Horat. 1 od. 12, 10. Plur. Claud. de Laud. Stilic. 1, 141 *Ancipites verum ruituro culmine lapsus Æquali cervice subis.* conf. *Labor*, n. 2.

¶ Lapsio, ōnis, f. idem. Cic. Tusc. 4, 12 extr. *In malis proclivitas, ut significet lapsionem.*

¶ Lapsĭlis, e, schlüpfrig. Gloss. gr. lat. γλαφυρον, *Lapsilis.*

Lapso, are, & Lapsabundus, vide in *Labo.*

¶ Lăbĭlis, e, quod facile labitur, hinfällig. Arnob. lib. 7 p. 213 *Dulcedo labilis.* Ammian. 27, 23 *Per labilem limum digressus.* Antiquiores, qui usi hoc verbo sint, forsan non suppetunt.

¶ Lăbĭlĭtas, ātis, f. die hinfälligkeit. Sarisb. 2, 21 *Labilitas subjectorum.* Et Scribanius: *Memoriæ labilitas.*

¶ Lăbĭdus, a, um, idem quod lapsilis. Vitruv. lib. 6 procem. *Labidis itineribus vadere.*

¶ Labundus, a, um, labens. Acciusapud Nonium 10, 4 *Vnda sub undis labunda.*

Composita:

¶ Allăbor, bi, herzu fallen, herbey schleichen, ankommen. De navium appulsu Virgilius Æneid. 6, 2 *Euboicis Cumarum allabitur oris.*

¶ Allapsus, a, um. Virgilius Æneid. 9, 578; & 12, 319 *Alis allapsa sagitta.* De serpentibus Liv. 25, 16 *Angues duo ex occulto allapsi.* Et, *Allapsus genibus*, id est, ad genua prostratus, Sen. Hippol. v. 667.

¶ Allapsus, ūs, m. subst. allabendi actus. Horat. epod. 1, 20 *Avis serpentium allapsus timet.*

¶ Circumlăbor, bi, herumlauffen. Lucan. 6, 484 *Prospectumque dedit circumlabentis olympi.*

¶ Collăbor, bi, über einen hauffen fallen, umfallen; ut, *Domus fastigium collabitur*, Suet. Cæs. c. 81. *Cervix ejus ita ictu est, ut collaberetur*, Curt. 7, 6, 22.

¶ Collapsus, a, um, umgefallen, hingesuncken. Curt. 8, 2, 39 *Inter manus collapsus exstinguitur.* conf. Id. 4, 10, 19. Sic, *Ædes vetustate collapsæ*, Suet. Aug. c. 30.

¶ Collapsio, onis, f. die zerfallung, niederstürtzung. Firmic. de error. profan. relig. c. 41 *Cadentium culminum funesta collapsio.*

¶ Delăbor, bi, herabfallen; ut, *Delabi in flumen*, Cic. Divin. 1, 28. *Delabi in difficultates*, Id. de Fato c. 17, in beschwerung gerathen. *In morbum delabi*, Id. Att. 7, 5, in kranckheit fallen. *Delabi in insidias*, Victor. de Vir. Illustr. in CCC Fabiis. *In vitium delabi*, Cic. de Orat. 2, 60. *Oratio eo delabitur*, hoc est, convertitur. Id. Cic. ad Q. fratr. 1, 1, 6 *Nescio quo pacto ad præcipiendi rationem delapsa est oratio mea.* Id. de Orat. 1, 21 *Insperanti mihi cecidit, ut in istum sermonem delaberemini.* ¶ 2. Vt *elabi*, subducere se clanculum. Ovid. am. 3, 1, 51 *Delabique toro*, sich aus dem bette schleichen.

¶ Delabens, tis. Horat. 3 od. 29, 35 *Flumen medio alveo cum pace delabens in mare.*

¶ Delapsus, a, um, herunter gefallen. Cic. pro L. Manil. c. 14 *Pompejum sicut aliquem de cælo delapsum intuentur.* Id. ad Q. Fratr. 1, 1, 2 *Quidam e cælo divinus homo in provinciam delapsus.*

¶ Dilăbor, bi, dissugere, sich verlauffen. *Multitudo dilapsa in agros vel oppida*, Liv. 3, 4. ¶ 2. Et *Dilabi*, verschwinden, zerrinnen, zerfallen. *Male parta, male dilabuntur*, wie gewonnen, so zerronnen; quod ex Nævio citat Festus, ac meminit Cicero Phil. 2, 27. *Discordia maximæ res dilabuntur*, Sallust. Iug. c. 10.

¶ Dilabens, tis; ut, *Ædificium dilabens*, Sen. epist. 12.

¶ Dilapsus, a, um, zerronnen, zergangen. Cic. de N. D. 2, 10 *Glacies liquefacta & dilapsa.* Virg. Georg. 4, 410 *In aquas tenues dilapsus.* Id. Georg. 3, 557 *Dilapsa cadavera tabo.*

¶ Dilapsio, ōnis, f. Augustin. de C. Dei 22, 12 *De ipsis corruptionibus & dilapsionibus corporum mortuorum, &c.*

¶ Dilăbĭdus, a, um, was leicht aus einander gehet, hinfällig; ut, *Vestes leporino pilo facere tentatum est, propter brevitatem pili dilabidas*, Plin. 8, 55.

¶ Elăbor, bi, effugere, evadere ex periculo, entgehen, davon kommen, entwischen. *Elabi e* vel *ex manibus*, Cic. de Orat. 2, 50 pr. & ad Att. 10, 4; & *de manibus*, ibid. 1, 16. *Ex prælio elabi*, Cæsar B. Gall. 5, 36. *Elabi inter tela & gladios*, Liv. 1, 53.

¶ Elapsus, a, um, entronnen, entflohen, losgefahren. Virg. Æn. 1, 246 *Antenor mediis elapsus Achivis.* Id. Æn. 9, 632 *Fugit elapsa sagitta.* ¶ 2. *Elapsus alicui liber*, i. e. imprudenter & festinanter scriptus, ut sunt juvenilia, Quintil. 3, 1.

¶ Elapsio, onis, f. ICt. in Dig.

¶ Elabĭlis, e, auf dem sprung stehend, apud Sidonium.

¶ Illăbor, bi. Horat. 3 od. 3, 7 *Si fractus illabatur orbis*, wenn die welt zu trümmern gienge. *Voluptas animis illabitur*, sive, ut Cicero loquitur de Finib. 1, 11, *Ad sensus cum suavitate affluit & illabitur*, sie schleicht ein.

¶ Illābens, tis. Stat. Achill. 1, 138 *Tepet illabentibus astris Pontus.*

¶ Illapsus, a, um, hineingefallen, eingebrungen; ut, *Pernicies sinsim illapsa civium animos*, Cic. de Leg. 2, 15. *Truncus illapsus cerebro*, Horat. 2 od. 17, 27. Et Virg. Æn. 2, 377 *Sensit medios illapsus in hostes.* (al. *delapsa.*)

¶ Illapsus, ūs, subst. der einfluß; ut, *Humoris illapsus atque exitus*, Colum. 2, 2.

¶ Interlăbor, bi, darzwischen fallen, zwischen durchschleichen. Per tmesin Virg. Georg. 2, 349 *Inter enim labentur aquæ.*

¶ Interlabens, tis. Statius Theb. 2, 649 *Parce per has stellis interlabentibus umbras.* Et Silius 6, 18 *Truncosque trahebat Per stragem nervis interlabentibus artus.*

¶ Perlăbor, bi, celeriter labi, durchlauffen, hindurchrennen. Lucret. 4, 248 *Perlabi per acies.* Virg. Æn. 7, 646 *Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura.* Ibid. 1, 151 *Atque rotis summas levibus perlabitur undas.*

¶ Perlapsus, a, um. Stat. Silv. 4, 6, 4 *Imos animi perlapsa recessus*, so tief zu hertzen gegangen.

¶ Prælăbor, bi, præterire, vorüber fliessen, gehen. Cic. in Arat. (Nat. D. 2, 43) *Pisces, quorum alter paullum prælabitur ante.*

¶ Prælabens, tis. Colum. 11, 1 *Prælabentis temporis fuga quam sit irreparabilis, quis dubitet?* Solin. c. 50 *Euphrates prælabens plurimas gentes.*

¶ Prælapsus, a, um, vorbey geflossen, Lucan. 6, 76 *Romæ prælapsus mœnia Tybris In mare descendit.*

¶ Præterlăbor, bi, idem, vorüber gehen, daran hinfliessen. Cic. de Orat. 2, 25 extr. *In mentem intrare non potest; ante enim præterlabitur, quam percepta est.* Et Virg. Æn. 3, 478 *Terram pelago præterlabi*, vorbey schiffen. Id. Æn. 6, 874 *Tiberis tumulum præterlabitur*, fleust vorbey.

¶ Prōlăbor, bi, hinfallen, herunterstürtzen. *Prolabi per caput*, Liv. 27, 32, auf das haupt stürtzen. *Eo jam prolapsi sunt mores, ut &c.* Sen. Controv. 15 pr. verfallen. *Prolabi aliquo cupiditate*, Cic. fam. 1, 17, begierig auf etwas gerathen. Id. pro Caec. 35 *Longius prolabi*: i. e. nimis copiose rem aliquam prosequi. Valer. Max. 9, 1, 4 *In ignotum priscæ continentiæ diverticulum prolabi.* ¶ 2. *Prolabi* deinde idem, quod nasci significat. Phæd. 3, 15, 6. Ovid. in Ibi 223. v. Salvagnii Bœssii not. ad h. l.

¶ Prolapsus, a, um, gefallen, verfallen. Virg. Æn. 2, 555 *Prolapsa videns Pergama.* Cic. Divin. 2, 2 *Juventus ita prolapsa est, ut omnium opibus refrenanda ac coërcenda sit.* Propert. 1, 20, 36 *Prolapsus levi ter.* v. Rutgers. Var. Lect. 3, 8.

¶ Prolapsio, ōnis, f. der fall. Cic. pro Cælio c. 17 *Ingredi sine casu, aut prolapsione*, de juventutis erroribus agit. Ambros. Serm. 15 de Temp. p. 20 *Invisibili prolapsione descendere.*

¶ Rĕlăbor, bi, zurück fallen. Horat. 1 epist. 1, 18 *Nunc in Aristippi furtim præcepta relabor.*

¶ Sublăbor, bi, verschwinden, hinfallen, umschlagen. Sen. de Ira 3, 10 *Si memoria sublabitur caputque vertatur.* Id. epist. 71 extr. *Imperfecta necesse est modo sublabantur aut succidant.*

¶ Sublapsus, a, um, umgefallen, niedergeschlagen. Virg. Georg. 1, 199 *Sic omnia fatis In pejus ruere, ac retro sublapsa referri*, alles ache den krebsgang. Plin. 10 epist. 70 *Quæ sunt vetustate sublapsa, reparentur in melius.*

¶ Subterlăbor, bi, unten hingehen, entwischen. Virgil. ecl. 10, 4 *Sic tibi, cum fluctus, subterlabere Sicanos, &c.*

¶ Subterlābens, tis, Lucret. 1, 2 *Cæli subterlabentia signa.* Liv. 30, 25 *Quinquaginta Romanam repente aggressæ sunt, sed neque vestro ferire celeritate subterlabentem potuerant.*

¶ Superlăbor, bi, drüber hin lauffen. Sen. epist. 90 *In aperto jacens sidera superlabebantur.*

¶ Superlābens, tis. Sidon. 1 epist. 2 *Digito superlabente.* Et 3 epist. 3 *Culminum superlabentium rogalia fragmenta.*

¶ Translăbor, bi, darüber fahren. Claudian. in Eutrop. 1, 376 *Vno Padum translabi volatu.*

LĂBOR, & Libos, ōris, m. animi seu corporis in re aliqua occupatio, unde *labant*, & concidunt vires, arbeit, mühe. *Capere laborem*, Ter. Hec. 3, 2, 9, mühe haben. *Laborem ferre, perferre, sustinere, tolerare*, arbeiten, Nep. 18, 11, 6; Quintil. 1, 3; Ovid. Met. 9, 289. *Laborem ac sumtum in rem aliquam insumere*, Cic. de Invent. 2, 39. *Frangere se laboribus*, Cic. pro Arch. c. 11, sichs sauer werden lassen.

Labor animi, contentio, opponitur remissioni in C. Nep. 7, 1, 4. Virg. Georg. 1, 145 *Labor omnia vincit Improbus & duris urgens in rebus egestas*, id est, pertinax & assiduus labor. Manilius 1, 80 *Et labor ingenium miseris dedit, & sua quemque Advigilare sibi justit fortuna premendo.* Celsus 1, 1 *Ignavia corpus hebetat, labor firmat: Illa maturam senectutem, hic longam adolescentiam reddit.* ¶ 2. Sumitur & pro onere & molestia, verdrießlichkeit. Virg. Æn. 2, 708 - - *Nec me labor iste gravabit.* Philargyrus ad Georg. lib. 2 notat, Virgilium *laborem* pro quovis malo, periculo, calamitate, vel alio incommodo posuisse. Quæ verissima observatio est. Ita enim & Virg. Æn. 2, 11 *Trojæ supremum laborem* vocat excidium & expugnationem ejus ultimam. Et Æn. 4, 78 *Iliacos labores* dixit, id est, ærumnas ac calamitates Trojanorum. Cic. Fam. 1, 9 *Cujus ergame singularem benevolentiam vel in labore meo, vel in honore perspexi.* Ter. Hec. 3, 1, 6 *Quibus aliquis objectus est labos.* vide ibi not. Weitzii, & Barthii Adversar. 33, 1. Id. Ter Heaut. 1, 1, 30 *Si quid laboris est, nollem*, scil. esse, wenn dir einiger verdruß zugestossen. v Dacieria. Sic *malos labores* Horatius dixit epod. 16, 16. ¶ 3. Pro morbo vel dolore *Laborem* Plautus dixit Curc. 2, 1, 4 *Valetudo decrescit, accrescit labor.* Id. Cas. 2, 6, 62 *Cor lienosum opinor habeo, jamdudum salit: De labore pectus tundit.* Tac. Hist. 3, 38, 8 *Fovet æmulum, Principis labores a convivio prospectantem*, vide initio capitis. Vitruv. 8, 3 *Sulphurosi fontes nervorum labores reficiunt.* Hinc *laborare* pro *ægrotare:* de quo post. *Labos levior, labos grandis, &c.* vide Plaut. Capt. 2, 1, 2; Trin. 2, 1, 35; Merc. prol. 73; Val. Flacc. 6, 361. ¶ 4. *Labores lunæ* Virg. Georg. 2, 478, & alias *Eclipsin* Lunæ notant. vid. *Laborare*, n. 5.

¶ Labōriōsus, *a, um*, ämsig, arbeitsam, geschäftig. *Homo natura laboriosum est animal*, Timoclis est apud Stob. serm. 278 *Ἄνθρωπός ἐστι ζῷον ἐπίπονον φύσει. Laboriosa deambulatio*, Ter. Heaut. 4, 6, 3. *Fabula laboriosa*, ejusdem prol. v. 44, beschwerlich zu agiren. Et Cic. Phil. 11, 4 *Qui labores magnos pertulere, hos non miseros, sed laboriosos solemus dicere.* Et, *Laboriosæ exercitationes*, Cic. Tusc. 2, 15. Id. de finib. 2, 28. *Nec tamen miser esset, quia summum id malum non erat, tantummodo laboriosus videbatur.* Id. Tusc. 2, 19, *Industrios homines; illi studiosos, vel potius amantes doloris, appellant, nos commodius laboriosos. Aliud est enim laborare, aliud dolere:* in quibus locis *laboriosus* hominem multos dolores perferentem notare videtur. Æque vero de laborante ac de opere dicitur. C. Nepos 25, 12 *Quod utrum ei laboriosius, an gloriosius fuerit, difficile fuit judicare.* Liv. 5, 19 *Operum fuit omnium longe maximum ac laboriosissimum.* Cic. pro Mil. c. 2 *Quid nobis duobus laboriosius?* hoc est, quinam exerciti magis sunt injuriis perditissimorum hominum? Columella fine proœmii lib. 6 *Laboriosissimus hominis socius in agricultura bos.*

¶ Läbōriōse, adv. beschwerlich, mühsam, kümmerlich. Catull. ep. 39, 1 *Male est, Cornifici, tuo Catullo, Male, mehercule, & laboriose.* Cic. pro Rosc. Com. c. 11 *Quo quisque est solertior & ingeniosior, hoc docet ir acundius & laboriosius.* Plin. 34, 16 de plumbo nigro: *Laboriosius in Hispania eruitur. Sed in Britannia summo terræ corio adeo large, &c.* Suet. Cæs. c. 43 *Ius laboriosissime ac severissime dixit.*

¶ Laboriosĭtas, *ātis*, f. die mühseligkeit, recens vocabulum.

¶ Läbōriæ, *arum*, f. pl. pars Campaniæ, quæ & *Terra laboris* dicitur, Græcis *Phlegræi campi.* v. Plin. 18, 11.

¶ Läbōro, *avi, atum, are*, labore occupari, exerceri, arbeiten, mühe haben, sich bemühen. Construitur varie. Cic. Att. 13, 19 *Laboro idem quod tu.* Stat. Theb. 3, 279 *Laboret arma tibi.* Et cum prepositionibus: Cic. de Senect. c. 7 *Senes laborant in eis, quæ sciunt nihil ad se omnino pertinere.* Quintil. 3, 11 *Circa nomina rerum ambitiose laborare.* Et cum præpositione *De:* Cic. Tusc. 2, 12 *Quasi de verbo, non de re laboretur.* Id. fam. 13, 26 sub fin. *Sic velim existimes, non minus me de illius re laborare, quam ipsum de sua.* Etiam cum *Ut* vel *Ne:* Ibidem in clausula 13, 26 *Illud laboro, ut non minimum hac mea commendatione fe consecutum arbitretur.* Et in Verrem 3, 57 extr. *Sponsio illa ne fieret, laborasti.* Tandem etiam cum Infinitivo: C. Nepos 16, 3, 1 *Vt ne quærere quidem de tanta re laborarint.* Et Plin. 1 epist. 10, 11, 2 *Amari ab eo laboravi.* ¶ 2. Hujus verbi metaphora locutiones latinas bonas multas præstat: ut, *Laborare morbo*, Cic. de fin. 1, 18, schwach, kranck seyn. Vt Græcis *πάσχειν*, sic Latinis *laborare* est *ægrotare.* vid. Barth. Adv. 33, 1. *Laborat dolore puerpera*, sie ist in kindesnöthen, Ter. Andr. 1, 5, 34. *Laborare ex renibus*, Cic. Tusc. 2, 25. *Laborare frigore*, Colum. 2, 10, &c, *a frigore*, Plin. 32, 10, kälte haben. *Laborare fame*, Colum. præfat. Oper. hunger leiden. *Ab re frumentaria duris subvectionibus laborare*, Cæs. B. Gall. 7, 10, mangel an zufuhre des getrendes haben. *Laborare ex invidiâ*, Cic. pro Rosc. Am. c. 51 extr. geneidet werden. *Laborare vitiis*, Liv. 34, 4. Sic, *Laborat annalium fides*, id est, vacillat, apud Florum 1, 12, 11; ubi Freinshemium licebit videre. ¶ 3. *De hac re non*, vel, *non magnopere laboro*, id est, non sum solicitus, da bekümmere ich mich nichts um, Cicero passim. *Nec de me laboro*, Idem Att. 7, 19. *Quod epistolam consecissam doles, noli laborare*, Id. fam. 7, 26, gieb dich deshalben zufrieden. Horat. de Arte Poët. v. 192 *Nec quarta loqui persona laboret.* Varro de Re Rust. 3, 17 *Non laboro hoc loco, discessisse Merulam.* Cic. pro Quint. 13, *Laborare in aliqua re*, i. e. curæ aliquid habere. Et pass. Cic. fam. 3, 12 pr. *Propter quæ hæc laborantur*, um welcher willen man sich damit mühe macht. ¶ 4. *Laborare* pro vivere posuit Cato in distichis illis aureolis, quod vita nostra nil nisi labor sit & calamitas. Versus ejus hi sunt: *Quum dubia incertis versetur vita periclis, Pro lucro tibi pone diem, quicunque laboras.* ¶ 5. *Laborare luna* dicitur, cum deficit. v. ad Plin. 2, 9 f. 6. Ovid. Am. 2, 5, 37 *Aut ubi cantatis luna laborat equis.* Iuv. 6, 443, de garrula: *Vna laborantipotierit succurrere lunæ.* v. *Labor*, n. 4.

¶ Laborans, *tis.* Ovid. Pont. 2, 6, 23 *Laborantem deserere ratem.* Id. de Nuce v. 14 *Ramo laboranti ferre opem:* i. e. ramo oppresso pondere pomorum. Sic *Sylvæ laborantes*, scil. onere nivis, Horat. 1 od. 9, 3. *Laborantes utero.* i. e. *parturientes*, Id. 3 od. 22, 2. *Laborantibus succurrere, auxilio esse*, Sallust, Cat. 59; & Iug. c. 52.

¶ Läbōrandus, *a, um.* Tertull. adv. Marcion. 2, 2 *In ergastulum laborande terræ relegatus*, scil. homo.

¶ Läbōratus, *a, um*, zugerichtet, ausgearbeitet. *Arte laborate vestes*, Virgil. Æneid. 1, 643. *Laborati libri*, fleißig gemachte bücher, Martial. 4 ep. 33. Sic compar. *Laboratior continentia*, Tertull. de Veland Virgin. c. 10.

¶ Laboratio, *onis*, f. die bemühung, apud Hieronymum.

¶ Laborator, *oris*, m. ein arbeiter, ut sunt agricolæ, coloni, August.

¶ Läbōratōrium, *i*, n. ἐργαστήριον, hodie dicitur locus destinatus operationibus chymicis.

¶ Labōrifer, *a, um*, laborem ferens, laboriosus, arbeitsam, fleißig; ut, *Hercules laborifer*, Ovid. Met. 9, 285, der viel arbeit hat. Statius Theb. 6, 25 *Clava laborifero cælo Tithonia currus Extulerat.* Et Ausonius Edyll. 4, 7 *Iusta laboriferis tribuantur ut otia Musis.*

Composita:

¶ Allaboro, sive Adläbōro, *are*, etwas anarbeiten. Horat. 1 od 38, 5 *Simplici myrto nihil allabores.* Id. epod. 8, 20 *Ore allaborandum est tibi.* Et Cicero in Bruto c. 49 *An tu adlaboraſſe, hoc modo Bruto probaturus es?*

¶ Collaboro vel Conläboro, *are*, mitarbeiten. Tertull. de Pœnit. c. 10 *Ad remedium conlaborare.* Vulg. Interp. 2 Tim. 1, 8 *Collabora evangelio secundum virtutem Dei.*

¶ Collaborans, *tis.* Vulg. Interp. Phil. 1, 27 *Collaborantes fidei Evangelii.*

¶ Delăbōro, *are*; ut, *Hic noster delaborat, quum puer statim*, Afran. apud Non. 4, 423.

¶ Elăbōro, *are*, elucubrare, ausarbeiten, verfertigen, sich bemühen. Cic. pro Marcello c. 9 pr. *In hoc elaborandum est, ut rempubl. constituas*, dahin ist aller fleiß und mühe anzuwenden, daß ꝛc. *Elaborare in litteris*, Id. de Senect. c. 8. Et, *Desudare & elaborare in re aliqua*, ibid. c. 11. *Elaborare de aliqua re*, Id. de fin. 4, 4. *Cupidè elaborare*, C. Nepos 3, 1, 4.

¶ Elăbōratus, *a, um*, ausgefertiget, zubereitet; ut, *Causſe* sive *orationes diligenter elaborate*, Cic. de Clar. Orat. c. 90 extr. *Ornati elaboratique versus*, Id. in Orat. c. 11. *Amor elaboratus*, Horat. epod. 14, 12. *Elaborata ars*, id est, studiose excuita, Plin. 25, 12.

¶ Elăbōratus, *ūs*, m. subst. die ausarbeitung, verfertigung. Apul. Florid. *Elaboratu mirandus.*

¶ Elăbōratio, *ōnis*, f. idem. Auct. ad Herenn. c. 22 *Non hæc videntur reperiri posse sine elaboratione & consumtione operæ.*

¶ Inelăbōrātus, *a, um*, quod non artificiose saris excultum est, unausgearbeitet. Senec. de Tranquill. c. 1 *Inelaborata oratio.* Et Lucilius, ut Dousa retulit p. 12, *Qui schedium facit inconditum & inelaboratum.*

¶ Illăbōro, *are*, est, in re laborare, fleiß anlegen. Tacitus German. extrem. *Ingemere agris, illaborare domibus.* Sed

¶ Illaboratus, *a, um*, quod sine labore videtur factum, darauf keine sonderliche arbeit gewandt wird. Sic *Ciceronis omnia fuere illaborata, quæ intentissima cura vix consequi alii possent*, dixit Quintilianus 10, 1. Et, *Terra illaborata*, id est, non culta aratro, Sen. epist. 90.

LABRADEVS, *i*, m. cognomen Iovis, quod multum pluisset; Ælianus. v. Lactant. 1, 20, & ibi Gallæum p. 130; & Plin. 32, 2.

LABRAX, *acis*, m. piscis lupus, ein hecht, quod λαβρεύω, i. e. *avide* edat, Plin. 32, 11.

LABROS, *i*, m. canis nomen apud Ovid. Met. 3, 224.

LĂBRVM, *i*, n. idem quod *labium*, die lippe, quamquam Donatus distinguit. LABIA, inquit, *sunt superiora:* LABRA *inferiora. Labra asinorum proprie dicuntur.* Verrius Flaccus apud Carisium lib. 1 sic distinxit: *Modica esse labra, labia autem immodica & inde labeones dici.* Virgil. eclog. 3, 43, & 47 *Nec dum illis labra admovi, &c.* ich habe sie an meinen mund noch nie gebracht. *Apes in labris Platonis pueri dicuntur consedisse*, Cic. de Divin. 1, 36. *Versabatur mihi in primis labris*, Plaut. Trin. 4, 2, 65, es saß mir auf der zunge. *Similes habent labra lactucas*, Crasso tribuitur, vid. Chiliad. *Labris primoribus gustare*, Cic. pro Cæl. c. 12, dixit pro leviter attingere, oben hin berühren. Seneca epist. 10 *Non a summis labris ista venerunt*, es ist kein unbedachtsames Geschwätze. Quint. 10, 3 p. 930 Burm. *Inanem loquacitatem, & verba in labris nascentia*, intempestivæ extemporalitati tribuit. *Labra* dicta sunt ἀπὸ τοῦ λαμβάνειν τὴν βορὰν, quod iis esca prehendatur, Plut. in Problematibus. Aliis a *lavo* quasi *lavrum* dictum putant, vel quasi *lavabrum.* Nam & ¶ 2. *Labrum*, vasis genus notat, in quo lavabant, ein trog, wanne, waschfaß. Cic. fam. 14, 20 *Labrum si in balneo non est: fac ut sit.* Item, eine butte, kuffe, zuber; ut, *Labrum vinarium, olearium*, apud scriptores rei rusticæ. vid. Caton. c. 11 & 13. It. Cavum Conchæ instar, quo excipiuntur aquæ salientes, ein becken. v. g. Plin. 5 epist. 6 *Marmoreo labro aqua exundat, circumjectasque platanos, & subjecta platanis gramina leni aspergine fovet.* ¶ 3. *Labrum* pro fossa dixit Ausonius Vrbium 5, 9 *Mœniaque in valli formam circumdata labro.* vid. Scalig. Lect. Auson. 1, 23 p. 65. ¶ 4. *Labrum Veneris*, dipsacus, δίψακος, planta, quam Germani gartendisteln, & weberkarten nominant, vid. Plin. 25, 13. Serenus v. 1038 *Aut, Veneris labrum quæ dicitur, herba bibetur.*

¶ Labrōsus, *a, um*, das lefzen hat. Cels. 7, 26 *Ferramentum in summa parte labrosum.* Gloss. gr. lat. *περχαλος, labrosus.*

¶ Sublabro, *are*, cibos intra labra mittere, essen. vide Nonium 2, 774.

LĂBRVSCA, *æ*, f. ἄμπελος ἀγρία vitis agrestis, ein wilder weinstock, vel a labris & extremitatibus agrorum, (nam in marginibus terræ nascitur,) vel quod sapore acerbo labra lædit, sic appellata, Servio auctore. vide Plin. 23, 1. *Sylvestris labrusca*, Virg. ecl. 5, 7. ¶ 2. Adject. *Labrusca uva de vepribus lecta*, ein heerling, Colum. 8, 5.

¶ Labrusculum, *i*, n. Virgilius dixit neutro genere, in Culice v. 52 *Dansque virgultis avide lanusca petuntur.*

LĀBVRNVM, *i*, n. arboris genus in Alpibus crescens, Plin. 16, 18. Ita dictum, quod habeat flores labiles.

LĂBŸRINTHVS, *i*, m. λαβύρινθος, antrum Dædali, sinuosum & inextricabile in Creta, ein irrgarten, irrgang. Isidoro 15, 2 est perplexum parietibus ædificium. Sunt, qui carcerem fuisse tradunt, in quo non foret incommodi quippiam, nisi quod, qui asservabatur, effugere non poterat. Vnde & *Labyrinthum* dici putant, quia λὰ sit particula intendens, & βύειν significet obturare ac claudere. vide Cæl. Rhod. 17, 9. & Sabell. lib. 6 Enn. 1. Meurs. Creta l. 2 c. 2. Huet. Dem. Evang. 4, 8, 9. *Labyrinthos* Plinius 36, 13 inter miracula mundi recensuit, & quatuor numeravit, *Creticum*, qui maxime fuit spectabilis, *Ægyptium*, *Lemnium* & *Italicum*. Virg. Æn. 5, 588 *Vt quondam Cretâ fertur Labyrinthus in alta, Parietibus textum cæcis iter, ancipitemque Mille viis habuisse dolum; qua signa sequendi Falleret indeprensus, & irremeabilis error.* ¶ 2. Significat & *Labyrinthus* vel, orationem, vel rem quamcunque inexplicabilem, eine schwierigkeit, daraus sich nicht zu finden. Boethius 3 de Consol. Phil. Prosa 12 *Laudisne, inquam, me, inextricabilem Labyrinthum rationibus texens, quo nunc quidem, qua egrediaris, introeas; nunc vero, quo introieris, egrediare?* v. Chiliad.

¶ Labyrinthĭcus, *a*, *um*, adj. irrgängig. Sidonius Anacreontico epistolæ 13 lib. 9 inserto: *Iter asperum viasque Labyrinthicas cucurrit.*

¶ Labyrinthĕus, *a*, *um*, idem. Sedulius exordio operis: *Quid Labyrintheo Thesidæ erratis in antro?*

LAC, *lactis*, n. γάλα, succus maternus, quo animalia nutriuntur, milch. A *laciendo* derivant, quia elicitur. Vel potius ἀπὸ τῦ γάλακτος, truncata prima syllaba. Lucret. 5, 812 *Dulci repletur, peperis cum fœmina, lacte.* Et, *Errorem cum lacte nutricis suximus*, Cic. Tusc. 3, 1. vide *Error*. Sic, *Lac bubulum, caprinum, ovillum, suillum, humanum, &c. Lac gallinaceum* de summa felicitate olim usurpatum. v. Plin. præfat. p. 4, 22 Hard. *Copiæ cornu* (inscripsere libros suos Græci) *ut vel lactis gallinacei sperare posses in volumine hausturn.* vide Hard. Veteres in masculino etiam posuere: Gell. 12, 1 *Quam ad præbendum lactem adhibetis.* Et Apulej. lib. 8 Met. p. 214 *Hominum lactem concupiscere.* Et *Lacte* in nominativo dictum mox indicabitur. Athenæus ex Aristotele & Theophrasto refert, Plinium quemdam nullo alio cibo per totum vitæ suo curriculum usum fuisse, quam solo lacte. Eo rustici supplicabant, multæque gentes, quæ thura non habebant. v. Plin. ibid. l. c. *Lac coit*, Varro de Re Rust. 2 c. ult. die milch läuft zusammen, gerinnet. Id *coagulari* Plinio dicitur 23, 7, & *solidari* Palladio in Majo c. 9. Sed *Lac novum*, COLOSTRVM appellari, Servius in eclog. 2 Virgilii observat. *Lac pressum* Turnebus Adverf. 5, 12 *Caseum* exponit, alii recens emulctum intelligunt. vid. Taubm. ad Virg. p. 13. At Plautus Amph. 2, 1, 54 *Neque lac lacti magis est simile.* Ex Menæchm. vide paullo post. ¶ 2. *Lac* etiam dicitur herbarum succus: Vnde & ipsæ herbæ *lactere dicuntur.* Virg. Æneid. 4, 514 *Pabentes herbæ, nigri cum lacte veneni.* Quod suum fecit Prudentius hymno in Infideles, sive 2 præfat. in Apotheosin: *Addens avenas æmulas, Quas de veneni lacte in herbam fertilem Patitur colonus crescere?*

¶ Lacte, *is*, n. sic in nominativo dixit Varro apud Nonium in *Lacte* 8, 4. *Candidum lacte papillâ cum fluit.* Et Plaut. Menæch. 5, 9, 30 *Neque aqua aquæ, neque lacte est lacti, crede mihi, usquam similius, quam hic tui est, tuque hujus.* Nostri: es ist kein ey dem andern so ähnlich. conf. Mil. 2, 2, 85. Sed *Lacti* vide in Ausonii Edyll. 12 in Grammat. 8 p. 496.

¶ *Lactes*, *ium*. plur. fœm. intestina sunt graciliora, ita dicta vel a candore, vel a mollitie, die kleinen gedärme. *Lactes agninæ*, Titinnius apud Nonium 4, 270, lamms-gekrös, faldaunen. Vsus & Plautus Pseud. 1, 3, 85; item Curc. 2, 3, 40 *Ita cibi vacivitate venio laxis lactibus*, hoc est: Ita intestina mihi vacua sunt. Nonius l. c. *Lactes dicuntur intestina.*

¶ Lacta, *æ*, f. caliæ genus, al. *Leda* vel *Lada*, Plin. 12, 19. Tertull. de Pudicit. c. 6 *Lactæ sortes non habentes idoneæ.*

¶ Lactāneus, *a*, *um*, weiß wie milch. Oct. Horat. 4 *In sanguineum colorem vel lactaneum mutari.* At *nutritores Lactanei* apud Murat. 1477 sunt, qui lacte nutriunt.

¶ Lactārius, *a*, *um*, das milch giebt; ut, *Herba lactaria*, cujusmodi est lactuca, &c. Plin. 26, 8 *Oves lactariæ.* Varro de Re Rust. 2, 1 *Dandum bubus lupinum, & lactariis medica & cythisum.*

¶ Lactarius, *i*, m. subst. qui cibos ex lacte conficit. Lamprid. Heliog. c. 27. *Dulciarios & lactarios tales habuit, ut, quæcunque coqui de diversis edulibus exhibuissent, vel structores, vel pomarii, illi modo de dulciis, modo de lactariis exhiberent.* Gloss. gr. lat. γαλακτοπώλης, *lactarius.*

¶ Lacteus, *a*, *um*, adj. aliud, von milch, wie milch; ut, *Humor lacteus*, Lucret. 1, 259 *Liquor lacteus*, Tibull. 2, 3, 18. (si is Tibulli est, vide Scalig.) *Lacteus circulus*, Cic. Somn. Scip. c. 3, vel, *Via lactea*, Ovid. Met. 1, 169, tractus est conspicuus ille, quem agmina stellarum densissima efficiunt. Rustici vocant die milchstrassen. Herculeles cum adhuc infans esset, multum lactis absumsit, nec in ore continere potuit, ideo profusum evomuit, & circulum in cœlo, candido colore, quem *Lacteum* vocant, designavit, ut poëtæ fingunt.

¶ Lacteŏlus, *a*, *um*, dimin. weiß wie milch; ut, *Lacteola puella*, Catull. epigr. 56. *Lacteola ovis*, Prudent. Psychom. v. 794 est alba.

¶ Lactĭcŏlor, *ōris*, idem. Auson. epist. 7, 54 *Oblinat Furvam lacticolor spongia sepiam.*

¶ Lactifer, *a*, *um*, der milch bringt. Murat. Inscr. 70, 1, *Lactifero Silvano.*

¶ Lactīneus, *a*, *um*, idem. vid. Barth. Adverf. 46, 3. Venant. Fort. *Regia lactineo commutans pallia cultu.*

¶ Lacteo, *ēre*, lac fugere, quod infantum est, saugen, milch trinken. Hinc *Infans lactens*, ein stillend kind, säugling. *Romulus lactentes*, Cic. Catil. 3, 8. ¶ 2. Lacte plenum esse; ita herbæ, segetes, quæ adhuc teneræ sunt. Virg. Georg. 1, 314 *Spicea jam campis cum messis inhorruit, & cum Frumenta in viridi stipulâ lactentia turgent.* Vbi Servius FRVMENTA LACTENTIA, id est, *tenuia & lactis plena. Sane sciendum, Varronem in libris rerum divinarum dicere*, LACTANTEM, *Deum esse, qui se infundat legetibus & eas faciat lactescere. Et sciendum, inter* LACTANTEM & LACTENTEM *hoc interesse, quod* LACTANS *est, qui lac præbet*; LACTENS, *cui lac præbetur. Ficus* arbor non floret, sed *lactet*: ei enim loco floris est ὀπός, id est, succus, ut docet Macrob. Sat. 3, 22. v. Turneb. adverf. 18, 4.

¶ Lacteſco, *ĕre*, in lac converti, zu milch werden; ut, *Omnis fere matrum cibus lactescit*, Cic. de N. Deor. 2, 51. vid. Burm. ad Samon. 349.

¶ Lacto, *are*, lac præbere, matrum proprie est, säugen, stillen. Vide, quæ modo in *Lactere* ex Servio producta sunt. Adde Colum. 7, 9; Vulg. Interpr. Gen. 21, 7. ¶ 2. Pro Lactere, Auson. Epitaph. 32, 3 *Infans lactavit.* Id. Edyll. 4, 67 *Lactantibus annis.* vide Vinetum ibidem. ¶ 3. Pro inducere a *Lacio* est, de quo sequitur sub *Lacio.*

¶ Lactans, *tis*. Gell. 11, 1 *Quæcunque lactans.* Et Celsus 2, 28 & 29 *Lactantia* vocat omnia, quæ lac emittunt, vel quæ lacte conficiuntur, milch seifen. Sed al. *Lactentia.* ¶ 2. *Lactans*, Deus, qui fegetes facit lactescere. v. ex Servio in *Lacteo.*

¶ Lactatus, *a*, *um*, gesäugt. Hinc Isidoro 20, 3 *Lactatum* est potio e lacte.

¶ Lactatus, *ūs*, m. subst. actus lactandi, die säugung. Plin. 32, 2 *Lactatu pinguescere.*

¶ Lactatio, *onis*, f. idem, apud Auguſtinum.

¶ Lactito, *are*, frequentat. Mart. 7, 101 *Cur uxor lactitet.*

¶ Lacticulārius, *i*, & Lacticulōsus, *i*, m. ein säugling. Gloss. gr. lat. λιπογάλακτος, *lacticularius, lacticulosus.* v. Scheffer. in Petron. fragm. p. 126.

¶ Lactĭlāgo, *ĭnis*, f. herba, al. *Chamædaphne*, kellerhals. Apul. de Herb. c. 27. *Lactĭlago* dicitur a Dioscoride 4, 144.

¶ Lactĭris, *ĭdis*, f. a Plinio 24, 18 dicta herba lactaria, quod succo lacteo turgeat, Dioscorid. *Erinus* est, ἔριvος, ocimum aquaticum, wasserbasilien, ad rivulos enim aquarum nascitur. *Lacteris* scripsit Apulejus de Herb. c. 111.

¶ Lactōsus, *a*, *um*, von milch. Gloss. græc. latin. γαλακτώδης, *lactosus.*

¶ Lactūca, *æ*, f. a *lacte* & ipsa dicta, herba nota est, lattich, salat. Duplex est, altera *sativa*, eademque crispa & florida: *agrestis* altera. v. Varr. de L. L. 4, 21; Plin. 19, 8; Cels. 5, 7; Colum. 6, 15. *Lactuca marina*, Plin. 20, 7; Apul. de Herb. c. 108. *Lactuca caprina*, Pallad. Ian. 14; & Febr. 24; Colum. 8, 14. Martial. 13 epigr. 14 *Claudere quæ cœnas lactuca solebat avorum, Dic mihi: cur nostras inchoat illa dapes?*

¶ Lactūcula, *æ*, f. diminut. Colum. 10, 111 *Teneris frondens lactucula fibris.*

¶ Lactūcīnus, *i*, m. Romani quidam in Valeria familia *Lactucini* appellati, ob diligentem lactucarum curam. vid. Plin. 19, 4.

¶ Lacturcia, *æ*, f. Dea lactescentium frumentorum. vid. Auguſtin. de Civ. D. 4, 8.

Composita cum præpositione.

¶ Ablacto, *are*, ἀπογαλακτίζειν, a lacte depellere, absetzen von der milch, entwöhnen. Vulg. Interp. 1 Sam. 1, 22 *Donec ablactietur infans.* Et v. 24 *Postquam ablactaverat.* conf. Hof. 1, 8.

¶ Ablactatus, *a*, *um*, entwöhnet. Vulg Int. Gen. 21, 8 *Puer ablactatus.* Id. Ief. 28, 9 *Ablactati a lacte avulsi ab uberibus.* Tralate Sarisb. prolog. *Sacratioris philosophiæ uberibus lactatus ablactatusque.*

¶ Ablactatio, *onis*, f. die entwöhnung. Vulg. Interp. Gen. 21, 8 *In die ablactationis.*

¶ Allacto, *are*, idem quod *Lactare*, säugen, an die brüste legen. Marc. Emp. c. 8 *Mulier, quæ puerum allactat.*

¶ Collactāneus, *i*, m. simul lactens, una cum alio educatus, ein mitsäugling, milchbruder. Glossæ Cyrilli: *Collactaneus, ὁμογάλακτος.* Quo vulgatus Interpres usus est Actuum Apost. c. 13, 1 pro σύντροφος. Et Auguſtin. Confess. 1, 7 *Parvulus intuebatur pallidus amaro adspectu collactaneum suum.* Adde Instit. § 5 quibus ex causis . . . num.

¶ Collactanea, *æ*, f. milchschwester. Ambrosius epist. 34 ad Virgines sacras: *Emerantiana, quæ fuerat collactanea ejus, &c.* Et Venant. Fortunati 6 carm. 7 *Nulla puella chorο neque collactanea junxit.*

¶ Collactius, *i*, m. idem quod *Collactaneus*, v. Grut. Inscript. p. 661, 2, 3, 5. & Spon. Misc. p. 228. Hygin. fab. 224 *Croton collactius Musarum.*

¶ Collacteus, *a*, *um*, idem. Legebatur Iuvenal. 7, 307 *Quid dicat collactea mamma.* Sed restituere viri docti *Collatia Maura.* Sed apud Martian. Capell. lib. 1 *Sororis ejus indiscreto fœdere collactea*, ubi ad similitudinem, & proverbium *Lac Lacti &c.* respici videtur.

¶ Delacto, *are*, idem quod *Ablactare*, apud Celsum.

¶ Delactatus, *a*, *um*, entwöhnt. Gloss. lat. gr. *Delactatum*, ἀπογαλακτισθέν. Tribuitur etiam Varroni.

¶ Delactatio, *onis*, f. die entwöhnung, apud Catonem.

¶ Delactatrix, *icis*, f. apud Auguſtinum.

Delicus & deliculus huc referri possunt, de quibus sub *Lacio.*

¶ Elacteico, *ere*, zu milch werden. Plin. 20, 21 *Aquam radice addita addensari atque elactescere.* Al. *Lactescere.*

¶ Sublecto, *are*, blanditiis lactare, schmeicheln, liebkosen. Plaut. Mil. 4, 2, 74 *Sublectare os*, bey der nase herumführen. Quanquam esse videtur ex *Lacio.*

Lacæna, quære in *Lacedæmon.*

LACCA, *æ*, f. vegetabile quoddam, lack. Apul. de Herb. c. 3 n. 12 *Laccæ crudæ foliorum succus expressus.* Hæc est Lacca naturalis. conf. Tabernæm. p. 1527. ¶ 2. Artificialis est humor ad mellis crassi-

craſſitudinem coctus, mahlerlack. ¶ 3. *Lacca* nodus eſt, ein knoten. Veget. 1, 27 *Si Laccæ in gambis fuerint*, i. e. in articulis crurum.

LACCĀRIVS, *i*, m. qui puteos & foſſas fodit, ein brunn-gräber. Gloſſ. lat. gr. *Laccarii*, λακκοῦσοι, a λάκκος *foſſa, puteus.*

¶ Laccoplūtus, *i*, m. λακκοπλουτος, e foſſa ditatus. Sic Calliæ cujusdam poſteros a Comicis dictos ajunt *Laccoplutos*, quaſi divites ex puteo, loco ſcilicet illo, ubi magnum auri pondus deforſum Callias invenit. vid. Plutarch. in Ariſtide.

LACĔDAEMON, *ŏnis*, f. prioribus duabus correptis Λακεδαίμων, Peloponneſi civitas celeberrima, eadem, quæ *Sparta*. Vide de hac urbe, & ejus imperio in Græcia Strab. lib. 8; Demoſthen. Philipp. 3; Pauſan. lib. 3; Euſtathium ad Iliad. B, Cic. pro Flacco c. 26, Nic. Cragium pecul. libro, & infra *Sparta*.

¶ Lacĕdæmonius, *a, um*, adj. ut, *Lacedæmonium Tarentum*, Horat. 3 oda 5, 56.

¶ Lacedæmonii, *orum*, m. pl. populus ſunt & incolæ, laudati ob honeſtas plurimas conſtitutiones, leges ac mores, quos & publice & privatim obſervarunt & coluerunt, & quos libro peculiari commendavit Xenophon. vide in *Sparta*, & Porphyr. lib. 4 περὶ ἀποχῆς p. 348. Cum ad publica irent convivia, ſingulis, qui venirent, natu quiſpiam maximus fores indicans dicebat: διὰ τῶν θυρῶν ἔξω ἐξερχεται λόγος, *Per has nullum egrediatur verbum*. Plutarch. hæc & plura in Lycurgo, qui inſtitutorum laudabilium auctor fuit. Iidem in conviviis publicis modeſte poti abibant ſine funali, (δίχα λαμπάδος) ut per diem ac noctem iter intrepide facere aſſueſcerent. Summa diſciplina eorum hæc fuit: τὸ ἄρχεσθαι καλῶς, καὶ κατεργᾶν πονοῦντα, καὶ μαχόμενον νικᾶν, ἢ ἀποθνήσκειν, hoc eſt, *bene imperari ſuſcipere, laborem tolerare, & pugnando vincere aut mori*, Plutarch. in Apophth. Iidem in conviviis publicis carminum utebantur recitatione, quo vel laudes eſſent eorum, qui generoſe vixiſſent, ac pro patriâ mortui eſſent, vel vituperationes eorum, qui timidi fuiſſent. Inſtituebant tres choros, ſecundum tres ætates. (De quo Trichorio vide ſupra in *Choros*). Iidem pueris ſervos ebrios oſtentabant, ut ipſos ab ebrietate deterrerent. Iidem denique nec Comœdias nec Tragœdias ſpectarunt, ut neque ſerio, neque joco audirent eos, qui legibus contradicerent. Idem ibidem. vide & infra in *Sparta*. *Laconica pocula* deſcribit Porphyrius lib. 4 περὶ ἀποχῆς p. 352.

¶ Laco, vel Lacon, *onis*, m. ὁ Λάκων, idem. C. Nepos 17, 2, 3 *Inducias a Lacone petivit*. Et 13, 1, 3 *A quo cum Laco pecuniam numeratam acceppiſſet*. ¶ 2. Horatio epod. 6, 5 *Fulvus Lacon*, canis præſtantioris generis eſt, qui ibi cum *Moloſſo* conjungitur. Nam & uſitatum, a nationibus & locis canibus nomina indere, conf. Colum. 7, 12, & Gruteri Fac. Crit. T. 6. *Canis* in Ind.

¶ Lăcæna, *æ*, f. ut, *Helene Lacæna*, Horat. 4 oda 9, 16. Eadem *Tyndaris Lacæna* Virg. Æn. 2, 601.

¶ Lăcōnĭcus, *a, um*, aliud adjectivum. Horat. 2 oda 18, 7 *Nec Laconicas mihi Trahunt honeſtæ purpuras clientæ*.

¶ Lăconica, vel Laconia, *æ*, f. ſubſt. terra, regio, vel ager Lacedæmonius. Nepos 13, 2, 1 *Idem claſſi præfectus circumvehens Peloponneſum Lacunicam populatus, claſſem eorum fugavit*.

¶ Lăconĭcum, *i*, n. ſubſt. locus orbicularis in balneis, in quo ſudor elicitur, ein ſchweiß-bad, ſchwitz-ſtüblein. Cic. Att. 4, 10 *Noſtram ambulationem & Laconicum, cum poteris, inviſas*. Dictum *Laconicum*, quod eo peculiariter Lacones uſi ſunt. Colum. præf. lib. 1 R. R. *quotidianam cruditatem laconicis excoquimus*. conf. Vitruv. 5, 10.

¶ Lăconicè, adv. i. e. more Laconum; ut *Laconicè dicere* eſt paucis, & compendio dicere, kurtz reden. *Laconice vivere*, id eſt, frugaliter & caſte, mäſig und züchtig leben. Ejusmodi enim Lacedæmoniorum præ cæteris gentibus vita fuit.

¶ Lăconismus, *i*, m. λακωνισμὸς, *breviloquentia*, cujus fuerunt ſtudioſi *Lacones*, kurtz und wenig worte, und viel dahinter. Cic. fam. 11, 25 *Non imitor* λακωνισμὸν, *altera jam pagella procedit*. Symmach. 1 ep. 14 id dicit *Laconicæ ſtudere brevitati*. Plato lib. 1 de Leg. p. 517 Vrbem Athenas φιλολογὸν τε καὶ πολύλογον, Λακεδαίμονα δὲ βραχυλογον, νῦν τὴν Κρητην πολύνε, *Athenas elegantiæ & copiæ ſermonis, Lacedæmonem brevitatis, Cretam vero ſenſuum fœcunditatis ſtudioſam eſſe*.

LACER, *a, um*, adj. dilaceratus, geſtümmelt, zerriſſen, lappicht. Feſto *Lacer* eſt *auribus curtatus, & lacerum, quodcunque eſt in corpore imminutum*. Sic *Laceri crines*, Stat. 3 Silv. 3, 133. *Laceræ comæ*, Lucan. 2, 31. *Laceri artus*, Ovid. Met. 9, 169. *Navis lacera*, ein zerriſſenes ſchiff, Ovid. Pont. 2, 3, 28. *Corpus lacerum*, Liv. 1, 28 ſcil. Metii Sufferi, quadrigis diſcerpti.

¶ Lăcero, *avi, atum, are*, diſcindere, dilacerare, diſcerpere, zerreiſſen, zerfleiſchen, kratzen. *Tergum virgis lacerare*, Liv. 3, 58, ſtäupen, daß das blut hernach gehet. *Lacerare morſu viſcera*, Cic. Tuſc. 2, 8. ¶ 2. Metaph. *Meus me mœror lacerat & conficit*, Id. Att. 3, 8. Et, *Famam alicujus lacerare*, Liv. 38, 54, einen an ſeinem ehrlichen namen beleidigen. Sic, *Lacerare probris*, Id. 31, 6, *verborum contumeliis*, ſchmähen, Cic. Phil. 11, 2. *Obtrectatio invidiæ ſolet lacerare plerosque*, Id. de Clar. Orat. c. 42. *Continua rabie quem lacerare*, Vellej. 2, 64, 3, einen verunglimpffen. *Lacerare homines*, pro perdere bonisque exuere, Plaut. Curc. 4, 2, 22. ¶ 3. *Lacerare* eſt conſumere, dilapidare: Id. Plaut. Sticho 3, 1 extr. & Sall. Cat. 14, 2 *Lacerare rem ſuam*, id eſt, abſumere bona ſua, durchbringen. Cic. 3 in Verr. 70. *Lacerare pecuniam*. v. *Dilacerare*.

¶ Lacerans, *tis*. Sil. 8, 153 *Ora manu lacerans*.

¶ Lăcĕrātus, *a, um*, zerriſſen zerfleart; ut, *Oculus laceratus*, Lucret. 3, 409, *Lacerato virgis tergo*, Liv. 26, 13.

¶ Lăcĕratio, *ōnis*, f. die zerfleiſchung, zerrißung; ut, *Laceraliones muliebres genarum*, Cic. Tuſc. 3, 26. *Laceratio corporum*, Liv. 7, 4. Sic *mortuorum laceratio*, apud Celſum præf. die anatomirung.

¶ Lăcĕrātor, *ōris*, m. qui lacerat. Auguſtin. de moribus eccleſ. cathol. c. 1 *Impius lacerator*.

¶ Laceratrix, *icis*, f. Macer 2, 6 *Scabies cutis laceratrix*.

¶ Lăcĕrĭbilis, *e*, quod lacerari facile poteſt, zerbrechlich. Auſonius Idyll. 15, 17 *Ipſa ſenectas Objicit innumeris corpus lacerabile morbis*.

¶ Lacerōſus, *a, um*, idem apud Apulejum.

¶ Collăcero, *are*. Hinc

¶ Collăceratus, *a, um*, zerſtümmelt. Tac. Hiſt. 3, 73, 5 *Conſ ſum collaceratumque corpus*.

¶ Delacero, *are*, vel potius

¶ Dilacero, *are*, idem. Catull. 65, 152 *Dilacerandæ ferisdahoralitibusque præda*. ¶ 2. Et per metaph. *Dilacerare remp.* zerrütten, zertrennen, Cic. pro Milone c. 9. ¶ 3. Ovid. Heroid. 1, 90 *Dilacerantur opes*, h. e. dilapidantur, ut de ſimplici n. 3 obſervavimus. Add. Plaut. Capt. 3, 5, 14.

¶ Dilaceratio, *onis*, f. die zerfleiſchung. Arnobius 2 p. 74 *Morbos diverſarum ſuſtinet dilaceratione pœnarum*.

¶ Illacerābilis, *e*, non lacerabilis, ἄρρηκτος, unzertrennlich. Silius 5, 137 *Spolium, quod rege ſuperbus Bojorum cæſo capiti illacerabile victor Aptarat*.

¶ Semĭlacer, *a, um*, halb zerfleiſcht. Ovid. Met. 7, 344 *Semilacerque toro tentat conſurgere*. De Pelia a filiabus lacerato.

LĂCERNA, *æ*, f. veſtimentum militare craſſius, arcendis injuriis cæli & tempeſtarum, ein regenmantel, reuterkappe. Rubenio de Re Veſt. 1, 6 eſt veſtis cucullata varii coloris ſine clavis. Vellej. 2, 70, 2 *Caſſius lacerna caput circumdedit*. conf. Horat. 2 ſat. 7, 55, & Torrent. ad Suet. Aug. c. 40. Iuvenal. 9, 28 *Pingues aliquando lacernas, Munimenta togæ duri craſſique coloris*. Vbi *lacernas pingues* a lana ſiloque craſſiori contextas vocat, mantel von groben tuche. Ex fruſtis melioribus malarum lacernarum facta pilea viliſſima, docent Brodæus Miſcell. 10, 35, Martial. 14 epigr. 132, & ibi Farnab. Barth. ad Statii Silvas p. 419.

¶ Lăcernŭla, *æ*, f. diminut. Arnobius lib. 2 p. 56 *Lænas, lacernulas, trabeas &c. ſibi fecerunt*.

¶ Lăcernatus, *a, um*, lacernam indutus, Iuvenal. 1, 62.

¶ Lacero, lacerōſus, vide *Lacer*.

LĂCERTA, *æ*, f. die eider. Horat. 1 od. 23, 6 *Lacertæ virides. Lacerta chalcidica*, quæ & *Seps*, fuerſer eider. *Lacerta aquatica*, waſſer-molch. Conf. Cic. de Div. 2, 29 ad Attic. 2, 6. & ibi Gronovii notam. ¶ 2. *Lacertos virides* dixit Virg. ecl. 2, 9.

LĂCERTUS, *i*, m. in homine brachium eſt ab humero ad cubitum, der obere arm von der ſchulter bis an den ellbogen. Demonſtramus hoc in *Brachium*, ubi vid. *Milo Crotoniates cum ſenex eſſet, aſpexiſſe lacertos ſuos dicitur, illacrimansque dixiſſe: At hi quidem jam mortui ſunt*, Cic. de Senect. c. 9. In primis nempe in Athletis laudantur *lacerti*. Quint. 8, 3 p. 681 *Pulchrior adſpectu ſit athleta, cujus lacertos exercitatio expreſſit*, i. e. notabiles, conſpicuosque fecit. Et, *Cupidis lacertis amplecti aliquem*, Ovid. Heroid. 13, 115, mit groſſer begierde umfangen. ¶ 2. Canibus etiam lacertos tribuit Gratius Cyn. 277 *Siccis ego dura lacertis Crura velim*. ¶ 3. Idem ac robur; ut, Florus prologo extremo: *Sub Trajano principe movit lacertos*, ſcil. Romanus populus, hat ſeine ſtärcke gebrauchet. ¶ 4. *Lacertus*, piſcis Trachurus, & σαῦρος dicitur, & ſcombro ſimilis eſt, eine art macrellen; quod genus pulchre illuſtravit Hermolaus Barbarus ad Plin. 32, 11. *Byzantiacus* Statio cognominatur, quod præſtantior in mari circa Byzantium erat. Nam 4 Silv. 9, 13 ait: *Aut Byzantiacos colunt lacertos*. Adde ibi Barthium. Sunt qui aalraupen, dicunt, ex interprete Oppiani: *Atque lacertorum gentes, quæ putrida paſcunt, Inter cænoſas volventes corpora ſordes Saurides, Scepani, &c.* Scombrum enim & acum refert. ¶ 5. *Lacertos virides* pro *lacertas* dixit Virg. ecl. 2, 9.

¶ Lăcertōſus, *a, um*, qui validis eſt lacertis, ſtarck in armen. Cic. Phil. 8, 9 *Centuriones pugnaces & lacertoſi*. Ovid. Met. 11, 33 *Lacertoſi coloni*. Varro de R. R. 2, 7 etiam *equum lacertoſum* dixit: Et 3, 9 *Lacertoſum gallum gallinaceum*.

Laceſſo, laceſſitio, vide paullo poſt in *Lacio*.

LĂCHANVM, *i*, n. græcum, λάχανον, id Horatius latine ſcripſit 1 ſat. 6, 115 *Ad porri & ciceris refero, lachanique catinum*. Significat olus, kraut, kohl. Ita Lambinus in Horatio legit. Torrentius, Bentlejus, Cuningamus ex antiquis libris *laganum*, quod placentæ genus eſt, de quo infra dicemus.

¶ Lachaniſſo, *are*, a λαχανίζειν, pro quo *betiſſare* Auguſtus dixit, Suet. c. 87, id eſt, lachano vel beta frequenter uti, vel potius betæ inſtar languere, ſchlaff, matt ſeyn. v. Cafaub. ex Catulliano 68, 21 *Languidior tenera cui pendens ſicula beta*.

LĂCHĔSIS, *is*, f. Λάχεσις, una ex Parcis, a λαγχάνω, *ſortior*. vide *Parca*. Stat. Theb. 2, 249 *Lacheſis ſic dira jubebat*. Martial. 4 epigr. 54 *Nil adicit penſo Lacheſis, fuſosque ſororum Explicat, & ſemper de tribus una necat*. Seneca in Oedipo v. 984 *Quicquid facimus, venit ex alto; Servatque ſuæ decreta colus Lacheſis dura revoluta manu*.

Lachryma, vide *Lacryma*.

LĂCĪNIA, *æ*, f. ejusdem originis eſt atque *lacio, laqueus, lacus*, quæ comprehendendi ſignificationem habent, forte ab Ebr. לקח, & notat ¶ 1. Alam vel particulam pendentem veſtimenti, qua prehendi quis & retineri poteſt, ein flügel, lappen oder läppgen am kleide. 1) Minutam pendulamque partem notare, ex metaphorico præſertim uſu apparet, e. g. Plin. 15, 30 ſ. 39 de genere lauri, *excrefcente in medio folio parvulo, velut lacinia folii*, & de capris 8, 50 ſ. 76 *Feminarum generoſitatis inſigne, lacinia corporibus a cervice binæ dependentes*, fleiſchigte lappen. Varro 2, 3 pr. *Duas ut mammulas penſiles* vocat, Colum. 7, 6 pr. *Binas verruculas*. Huc refertur ridicula hyperbole Petron. c. 92 *Habebat inguinum pondus tam grande, ut ipſum hominem laciniam faſcini crederes*. 2) Hanc igitur laciniam, ut apud nos fere manicam, prehendebant vel retenturi aliquem, vel monituri. Prioris exempla ſunt Plaut. Aſin. 3, 2, 41, ubi Philenium *Argyrippum lacrumantem laciniæ tenet lacrumanti*: Argyrippus ſ. 3, 1 *Cur me*, inquit, *retentas nunc?* Phile. *Quia tui abeuntis egeo*. Sueton. Claud. c. 15 *Adeo caufidicos patientia ejus ſolitos abuti, ut deſcendentem e tribunali non ſolum voce revocarent, ſed & lacinia togæ retenta, interdum pede apprehenſo, detinerent*. Huc referenda lepida Ciceronis metaphora de Orat. 3, 28

Nam illud alterum genus tenent, atque id ipſum lacinia, tanquam fugitivum ſcilicet ac abiuriens, nicht bey allen 4 zipfeln, ſondern nur bey einem. De monentibus vel excitantibus Petron. c. 100 *Tremulis manibus Eumolpi jam in ſuporem labentis laciniam duxi.* Sed hæc talia referri etiam poſſunt ad ¶ 2 alteram ſignificationem, ubi ſimbriam ſive limbum univerſum notare videtur, der rand, oder ſaum. Apud Plin. 5, 32 ſ. 43 aperte κράσπεδον vel fimbria cum *lacinia* commutatur, quemadmodum etiam Gloſſæ veteres *laciniam* κράσπεδον interpretantur. vid. interpretes ad Petron. c. 12. Add. Sueton. Cal. c. 35 *Ita ſe proripuit e ſpectaculis, ut calcata lacinia togæ præceps per gradus iret.* Et Neron. c. 19 *Conſurgenti ei lacinia obhæſit.* ¶ 3. Veſtem integram notat, ut Germani interdum vel per μέρος de ſuis, vel contemtim de aliorum veſtibus, lappen, lumpen. Frequens hæc ratio præter cæteros Apulejo eſt, etiam ubi μέρος locum non habet, v. g. l. 2 p. 98 & 99. l. 5 extr. l. 7 p. 170. l. 10 p. 223. &c. ¶ 4. Panniculus etiam quisque abſciſſus *lacinia* vocatur, ein lappen, ſtück tuch. Licet enim ad extremum forte veſtis referri poſſint loca Plauti Mer. 1, 2, 16 *Sumè laciniam, atque abſterge ſudorem tibi,* & Ciceronis filii Fam. 16, 21 extr. *In lacinia ſervare ex menſa ſecunda ſemina:* Plinii tamen verba vix aliter intelligi poſſunt 19, 7 ſ. 36 *Quædam meliora naſcuntur acervatim ſato ſemine quam ſparſo. Ita certe porrum & allium ferunt in laciniis colligatum.* Sumſit vero iſta Plinius ex Theophraſto, qui habet ὀθόνιον, *linteolum,* qua voce de ead. re utitur Col. 11, 3, 32. Hinc Metaph. idem Colum. 7, 6 de capris. *Melius eſt,* inquit, *unum gregem, quam ex pluribus particulatim mercari, ut nec in paſtione ſeparatim lacinia diducantur, & in caprili majore concordia quiete conſiſtant.* conf. 7, 5, 3. Ita Plin. 36, 13 ſ. 19 de *labyrintho* vulgari *in pavimentis, puerorumve ludicris campeſtribus, brevi lacinia millia paſſuum plura ambulationis continente,* ein klein ſtück oder fleck. Cæterum ex Geſneri ad h. l. annotatione Chreſtom. p. 102, quæcunque de lacinia diximus, huc translata ſunt. Ad hanc ultimam ſignificationem retuleris etiam Frontin. de Colon. p. 103. Gœſ. *Ager in laciniis eſt aſſignatus,* h. e. interprete Rigaltio, particulatim, & ut loquitur Siculus, *per particulas.* Add. Frontin. l. c. p. 107 & Gœſ. antt. agr. c. 8 p. 70 ſq. Eſt etiam

¶ Lăcĭnius, *a, um,* adj. Iunonis ejusque in Calabria non procul a Crotone templi epitheton, cujus adeo multa etyma laudavit Serv. ad Virg. Æn. 3, 552, ubi *Diva Lacinia* Iuno eſt, ut appareat ipſum quod verum ſit neſcire. Meminerunt etiam Liv. 42, 3; Val. Max. 1, 1, 20; Lactant. 2, 7, 15, & quos porro laudat la Cerda ad Virg. l. c. *Templa Lacinia* ſunt Lucan. 2, 434. *Littora Lacinia,* Ovid. Met. 15, 13 & 701.

¶ Laciniosus, *a, um,* ex prima nominis ſignificatione lacinias multas & denticulatam quaſi fimbriam habens, Plin. 25, 10 ſ. 77 *Laciniosa folia,* geferbt. Id. 5, 1 ſ. 11 *Alexandriam Ægypti* vocat *ad effigiem Macedonicæ chlamydis orbe gyrato laciniosam,* i. e. duas quaſi appendices utrinque habentem, vel, quod ipſe adjicit, *dextra lævaque anguloſo procurſu.* Id. 32, 6 ſ. 21 *Spondylum oſtreorum fibris* non vult eſſe *laciniosum,* h. e. in multas fibras diviſum. ¶ 2. Hinc metaph. prolixum notat, & nimis abundans, das umſchweiffe hat. Apul. Apol. p. m. 274 *Animi, ita ut corporis ſanitas expedita; imbecillitas laciniosa eſt; certumque ſignum eſt infirmitatis, pluribus indigere.* Tertull. adv. Marcian. l. 4 *Laciniosa onera legis.* Hieron. ep. 112 (præfat. in lib. Eſther) *Laciniosis verborum ſimibus.* Superl. Hieron. in Dan. c. 11 *Sermone laciniosiſſimo aliquem proſequi.*

¶ Laciniosĕ, adv. idem. Plin. 16, 43 *Laciniosè criſpa.* Ita Harduinus: alii *lacunoſe;* vulgo *lacrymoſe.*

¶ Lacinio, *are,* quod & *Liciniare* ſcribitur, eſt in lacinias colligere, falten; item, laciniis & volumine involvere. Apul. Met. 10 p. 254. *Vt ventus adhærens preſſude, membrorum voluptatem graphice liciniaret.* Ita Elmenhorſtius, etiam id Indice ſuo repetens, & Pricæo teſte veteres codices: ipſe ſuſpicatur *linearet,* κατ' ἀφαίρεσιν pro *delinearet.* Habet tamen *Laciniare* aliquid præſidii in derivato adverbio, quod ſequitur.

¶ Laciniatus, *a, um,* gefaltet, verbremt. Hinc

¶ Laciniatim, adv. per lacinias, ex ultima nominis ſignificatione, hauffen-weis. Apul. 8 Met. p. 208 *Non laciniatim diſperſo, ſed cuneatim ſtipato commeatu.* Ita quoque Pricæus p. 163.

LĂCIO, *lacĕre,* a Priſciano ponitur, locken. Feſtus quoque Pompejus; *LACIT, decipiendo, inducit. LAX tenim fraus eſt. LACIT, in fraudem inducit. Inde eſt Allicere & Laceſſere: inde Lactat, Illectat, Delectat, Oblectat.* Poterat adjicere, inde etiam *laquei* nomen eſſe. Lucret. 4, 1200 *Lacere in fraudem.* Paſſ. Idem 4, 1, 39 *Plagas in amoris ne laciamur.* Hinc

¶ Lăcĕſſo, *īvi, ītum, ĕre,* provocare, reitzen, locken, auffordern, verunruhigen, auf ſich hetzen. Ter. prolog. Eun. v. 16 *Is ne ervet, moneo, & deſinat laceſſere.* Cic. pro Mil. c. 31 *Irritare, ferroque laceſſere,* Et, *Laceſſere injuria,* Id. pro L. Manil. c. 6; *maledictis,* Id. Phil. 1, 1. *Laceſſere bello,* Vellej. 2, 54, 1, & 2, 69, 3. *Deos laceſſere,* Hor. 2, 18, 12. i. e. fatigare precibus. ¶ 2. Etiam in bonam partem Cic. Att. 13, 18 de Varrone, *Cum ipſe homo πολυγραφώτατος, nunquam me laceſſiſſet,* i. e. nulli ſuo libro mentionem mei, aut perſonam meam inſeruiſſet, eoque me ad ſimile quid invitaſſet. ¶ 3. Infinitivum paſſivum Columella 9, 8 & 15 ex quarto ordine format *laceſſiri;* alii *laceſſ,* ut Curt. 4, 12, 15 *Contentus non laceſſ.* ¶ 4. *Laceſcere* pro *Laceſſere* eſt apud Corippum 3, 396 *Bello mea ſigna laceſcere tendat.*

¶ Laceſſens, *tis.* Vulg. Interp. 2 Macc. 12, 14 *Maledictis laceſſentes Iudam.*

¶ Lăceſsītus, *a, um,* gereitzt, angefochten, angegriffen. Cic. Off. 1, 7 *Laceſſitus injuria.* Id. pro Leg. Manil. c. 2 *Duo potentiſſimi reges, alter relictus, alter laceſſitus.* Vellej. 2, 68, 5 *Sæpe laceſſiti principis ira.* Hor. 2 epiſt. 1, 150 *Laceſſitus dente cruento.*

¶ Laceſſītio, *ōnis,* f. actus laceſſendi, provocatio, irritatio, der angriff, anfall, die herausfoderung. Ammian 19, 6 (4 Valeſ.) *laceſſitionibus crebris occupare obſidiumi adhærentes.*

¶ Laceſsītor, *oris,* m. qui laceſſit. Iſidor. in litt. L: *Laceſſitor dictus a canibus vel a feris, quæ ſolent latrando provocare.*

¶ Illaceſsītus, *a, um,* non laceſſitus, non provocatus, unangefochten. Tac. Agric. c. 20 *Pars Britanniæ illaceſſita,* i. e. bello nondum provocata, intacta. Et de Germ. c. 36 *Cheruſci nimiam ac marcentem diu pacem illaceſſiti nutrierunt.*

¶ Lăcto, *are,* frequent. a *Lacio,* eſt inducere, & blanditiis pellicere, locken; item, vergeblich aufhalten. vid. Nonius 1, 54. Ter. Andr. 4, 1, 24 *Niſi me lactaſſes amantem.* Vbi Donatus: *Oblectaſſes, induxiſſes. Quæ ſignificatio fruſtrationem oſtendit.* LACTARE *eſt inducere in voluptatem aliquam: a* LACIENDO: *Vnde &* ORLECTARE *dicitur;* idem: LACTARE *eſt dulcedine aliqua tenere: ad perſuaſionem inducere.* ¶ 2. *Lactare,* lac præbere, vide ſupra in *Lac.*

¶ Lactans, *tis;* ut, *Fruſtrando lactans* Accius apud Nonium 1, 54. Vbi & Cic. *Malevolentia lactans malo alieno.*

Compoſita a *Lacio* & *Lacto:*

¶ Allĭcio, *lexi, lectum, icĕre,* eſt invitare & blandimentis ad ſe pertrahere, zu ſich locken, anreitzen, an ſich ziehen. Cic. de Amic. c. 8 *Allicit homines virtus ad diligendum.* Id. de Divinat. 1, 39 *Magnes allicit & trahit ad ſe ferrum.* Et Ovid. Faſt. 6, 681 *Alliciunt ſomnos tempus, motusque merumque.* Pr. *Allicui,* Hygi. Aſtr. 2, 7.

¶ Allectus, *a, um,* bewogen, getrieben, angereitzt; ut, *Allectus conſuetudine peccandi,* Quintil. 7, 3. ¶ 2. *Allectus* ab *Allego,* vide in *Lego.*

¶ Allector, *ōris,* m. ein locker, lockvogel, apud Columell. 8, 10 *Turdi allectores.*

¶ Allex, *ĭcis,* c. idem; ut, *Allex viri,* quæ virum ſibi quærit & allicit, apud Plautum Pœn. 5, 5, 31.

¶ Allecto, *are,* frequentat. hinzu locken. Colum. 2, 3 *Boves ad aquam duci oportet, fibuloque allectari, quo libentius bibant,* man muß ihnen pfeiffen. Et Cic. de Senect. c. 16 *Ad agrum fruendum non modo non retardat, verum etiam invitat & allectat.* Id. de Amicit. c. 26 *Qui ipſi blandam vanitatem allectant & invitant.*

¶ Allectatio, *ōnis,* f. die anlockung. Quintil. 1, 10 p. 89 *Nutricum allectatio,* id eſt, cantio, qua ſoporem vagientibus concilliant.

¶ Allĭcĕfăcio, *ĕre,* idem quod *Allicere.* Hinc

¶ Allicefactus, *a, um,* angereitzt. Suet. Vitell. c. 14 *Omnibus blanditiis tantum non ad ſocietatem imperii allicefactos occidit.*

Collactaneus, *a, um,* vide in *Lac.*

¶ Dēlĭcio, *ĕre,* pro *illicere* vel *oblectare,* erfreuen. Titinnius apud Nonium 4, 112 *Paraſitus, qui illum ſciat delicere.* Hinc in uſu

¶ Delĭcium, *i,* n. itemque plurale fœmininum, Deliciæ, *arum,* quæ oblectamenta dicuntur, luſt, freude, ergötzlichkeit. Martialis 7 epigr. 49 *Gloria conſpicuæ deliciumque domus.* Cœlius Cic. fam 8, 8 *Sempronius mel & delicia tua, &c. Amores & deliciæ tuæ,* Cic. de Divinat. 1, 36. *Habere quem in deliciis,* Id. Att. 6, 1. *Eſſe in deliciis alicui,* Cic. Verr. 4, 1, von einem ſehr geliebet werden. *Delicias facere,* Catull. 45, 23, it. 70, 2. & Plaut. Menæch. 2, 3, 30 eſt jocari, furtzweil treiben. *Deliciarum & voluptatis cauſſa,* Cic. pro Rab. Poſt. c. 10, zur luſt. Id. pro Cœl. 19 pr. *Amores & hæ deliciæ quæ vocantur,* galanterie. Quintil. 1, 11 *Vtinam liberorum noſtrorum mores non ipſi perderemus: infantiam ſtatim deliciis ſolvimus,* wir verwöhnen die kinder. *Vsque ad delicias votorum,* Iuvenal. 10, 191. *Vsque in delicias amare,* Sen. de Benef. 4, 5. Præcipue domini ſervos & miniſteria ſua, quæ impenſe & improbe ſæpius amabant, *Delicias* ſuas ſolebant vocare. Plin. 8 epiſt. 1 *Enclopius lector, ille ſeria noſtra, ille deliciæ.* Propert. 4, 7, 75 *Deliciæque meæ, Latris cui nomen ab uſu eſt, Nec ſpeculum dominæ porrigat illa novæ.* Vide & Caſaubon. ad Suet. p. 109 & ſeq. Ita hæc vox accipienda & apud Fabium Quintilianum eſt, 1, 2 *Verba ne Alexandrinis quidem permittenda deliciis.* Nam *Alexandrinæ deliciæ* ibi pueri dicuntur licenti laſcivaque dicacitate grati dominis: quales & Statius *loquaces delicias* 5 Silv. 5, 66 dixit. vide Burm. p. 27 & infra in *Verna, Vernilitas.* ¶ 2. Interdum morositatem quandam notat, & faſtidium, Sen. procem. controv. de memoria ſua, *Non, dum quæro aliquid, invenio: Sed ſæpe, quod quærenti non comparuit, aliud agenti præſto eſt --- Neceſſe eſt ergo me ad delicias componam memoriæ meæ, quæ mihi jam olim præcario paret.* Quint. 1, 11, p. 116 *Puerorum circa S literam delicias ferre* non vult *magiſtrum.* Id. 12, 8 pr. *Delicias* vocat faſtidium oratoris a cliente cauſam diſcere nolentis. Huc referas Plaut. Men. 2, 3, 30 *Delicias facis,* du ſtelleſt dich ſprode.

¶ Delicia, *æ,* f. ſing. idem. Plaut. Truc. 5, 1, 29. conf. Rud. 2, 4, 13; & Pœn. 1, 2, 152. Et Solin. c. 58 *Placuit odorum delicia.* ¶ 2. Sed Feſto *Delicia eſt tignum a culmine ad tegulas angulares infimas verſus faſtigium collocatum:* ſc. quod inde aqua deliciatur, eine dachfehle.

¶ Delicies, *ei,* f. idem. Apul. Apol. 1 *Critias mea delicies.* Id. de Deo Socrat. edit. Colvii p. 285 *Ales viduata delicie.*

¶ Dēlĭcĭŏlum, *i,* n. dimin. Sen. epiſt. 12 *Pupulus etiam deliciolum meum factus eſt.*

¶ Dēlĭcĭŏlæ, *arum,* f. pl. diminutiv. aliud. Cic. Att. 1, 7, extr. *Tulliola, deliciolæ noſtræ, tuum munuſculum flagitat.*

¶ Dēlĭcior, *āri,* ſich an etwas ergötzen. Ruricius 2 epiſt. 42 *Volatilia deliciari,* i. e. comedere cum delectatione.

¶ Deliciātus, *a, um;* ut, *Tectum deliciatum,* apud Feſtum in *Delicia,* mit einer dachfehle verſehen.

¶ Dēlĭcĭāris, *e,* zur ableitung dienlich; ut, *Tegulæ deliciares,* unde aqua delicitur, Feſt. l. c. & Cato R. R. c. 14, ubi etiam legunt *Conliciares.*

¶ Dēlĭcĭōsus, *a, um,* plenus deliciis, zärtlich, lieblich. Sedulius Orat. Dominica de tentationibus: *retia mundi delicioſa ſequens.*

Am-

Ambrosius Serm. 67 extr. *Delicio̊sa vidua*, wollüstig. Et Augustin. de Genesi contra Manich. 2, 9 pr *In nemoribus delicio̊sa quies.* Adde Senec. epist. 12; Mart. Capell. lib. 7 p. 236; Rutil. Itiner. v. 378.

¶ Delico, *are*, est *delicare* apud Festum, quem citamus in *Delicatus* n. 2. Item explanare, indicare, melden, anzeigen; ut Nonius 2, 225 interpretatur, ubi Accii, Cæcilii & Titinnii exempla vide. Hinc

¶ Dēlĭcātus, *a, um*, niedlich, köstlich. Sen. epist. 5 *Delicatas res desiderare luxuriæ est.* Inprimis significatur delicius affuetus & mollis, verzegen, verwohnet, zärtlich; quos Plautus *Ignavos* dixit, ut supra monebamus. *Adolescens delicatus*, Cic. de Cl. Orat. c. 53 pr. *Molles & delicatæ voluptates*, Id Nat. D. 1, 40. Id. de Fin. 1, 2 *Rudem esse in nostris poëtis, delicatissimi est fastidii*, Met. a cibis, wäre ein gar zu zärtlicher eckel Et, *Delicata vita*, Id. Tusc. 2, 11. *Delicatior cibus*, Plin. 17, 24 Sen. de Constant. Sap. c. 4 *Delicatos* dixit, qui molliore animo sunt ad ferendas injurias. Laboris impatientiam Quintilianus sic notavit Declam. 9 extr. *Agrestia opera delicatior aggrediar? hoc a fortuna non didici.* Plin. 2 epist. 11 *Oves delicatissimas*, nitore & vigore pulchras, dixit. Et ep. 8, 17, 3 *Amo delicatissimus amnium.* Quint. Decl. 1, 4 p. 33 *Delicatum seclus* est interprete Burm. quod otio & commodo suo peregit auctor, omniaque composuit, ut sine tumultu res perficeretur *Delicata* etiam dici, quæcunque ad pompam & ostentationem composita sunt, docet Cuper. Obs. 1, 3. ¶ 2. *Delicata*, ut Festus refert, *dicebantur diis consecrata, quæ nunc dedicata*: *Unde adhuc delicuta quasi lusai dicata.* ¶ 3. *Delicati* etiam & *Delicatæ* dicebantur *Concubini* & *Concubinæ*: de quo Turnebus Adversi. 22, 15, & Torrentius ad Suet. Vesp. c. 3. Sic & Cicero Verr. 7, 27 *Delicatissimum*, mulierosum quemdam dixit. Tamen innocue etiam *pueri* & *ancillæ delicati* dicuntur. vide Burm. ad Petron. c. 63 p. 316.

¶ Dēlĭcātē, adv. *Delicate & molliter vivere*, Cic. Off. 1, 30. *Delicate vestiri*, Colum. 11, 1. Comp. *Delicatius*, Seneca de Ira 3, 9 pr. usus est.

¶ Delicātŭlus, *a, um*, diminut. apud Apulejum.

¶ Delĭcus, *a, um*, a *Lacio*, unde & *Lacti* nomen, was von der milch, oder vom soge abgezogen ist. Varro R. R. 2, 4 *Cum porci depulsi sunt a mamma, a quibusdam Delici appellantur, neque jam lactentes dicuntur.* Gloss. Vett. *Delicum* exponunt ἀπογαλακτισθέν.

¶ Delĭcŭlus, *a, um*, diminut. Id. Cato R. R. c. 2 *Vendat boves vetulos, armenta delicula, oves deliculas.* Ita est in libris, inde a Victorio; Sed Vett. edd. habent *Armenta veicula, oves veiculas.* vid. Voss. Etym. p. 431.

¶ Delecto, *are*, frequentat. voluptate afficere, erfreuen, erlustigen. Cic. Off. 1, 28 *Pulchritudo corporis delectat hoc ipso, quod inter se omnes partes quadam lepore conspiciunt.* Id. Att. 2, 4 *Delectare se cum musis*, seine lust an studiren haben. Id. de Legib. 2, 7 *In hoc admodum delector, quod &c.* daran habe ich meine freude. Id. Att. 2, 6 *Libris me delecto.* Id. pro Mur. c. 19 *Vulgus imperitorum latis magnopere delectatur*, vergnügt sich damit. Phædr. 5, 3, 9 *Quæ delectaris bibere humanum sanguinem.* Cic. Att. 12, 5 p. 292 *Catonem quidem delectat; sed etiam Bassum Lucilium suum*, sc. delectant. Suum cuique pulchrum. v. Tusc. 5, 22 de Aquinio. ¶ 2. *Delector* deponent. Petron. c. 64 *Nihil narrasti nihil nos delectaris?*

¶ Delectātus, *a, um*, erfreut. C. Nepos 14, 3, 4 *Magnopere delectatus facto.* Item, wohlgefällig; unde comparativus apud Gellium in præfat. *Sermo delectatior in otio.* Et lib. 20 ult. *Delectatior motio.*

¶ Delectātio, *ōnis*, f. voluptas, die ergötzung. *Magnæ delectationi in rebus adversis litteræ esse debent*, Cic. fam. 6, 6. Id. 6, 12 *Est unum perfugium, doctrina ac litteræ, quæ jucundis rebus delectationem modo habere videbantur, nunc vero etiam salutem.*

¶ Delectābĭlis, e, delectazione afferens, ergötzend, annehmlich. Tac. Ann. 12, 67, 1 *Infusum delectabili cibo venenum.* Gell. 1, 4 *Rhetor fuit amœni ingenii, doctrina quoque ipsa utiliore & delectabili.* Id. 2, 23 *Illud Menandri verum & delectabile.* Comp. *Delectabilior.* Apul. Flor. 3 sub fin. *Lyra concentu variatior, & tibia quæstu delectabilior.*

¶ Delectabĭliter, adv. idem. Rursus Gellius 13, 24 *Facies delectabiliter ac decore depicta.* conf. 15, 1.

¶ Delectāmen, *ĭnis*, n. das vergnügen. Petronii Pseudepigrapho 1 p. 228 *Casso saltem delectamine amare liceat, si potiri non licet.*

¶ Delectamentum, *i*, n. idem. Ter. Heaut. 5, 1, 79 *Qui me sibi pro vidicla & delectamento putat*, der mich für einen narren hält. *Inania delectamenta puerorum*, kinderpossen, Cic. in Pison. c. 25. *Aliquid in deliciis atque in delectamentis habere*, Gell. 20, 3.

¶ Condelector, *ari*. Vulg. Interpr. Rom. 7, 22 *Condelector lege Dei.* Adde Fulgent Epist. 4 ad Prob. de Orat.

¶ Indelectātus, *a, um*, non delectatus. Petron. c. 87 *At ille non indelectatus negotia mea.*

¶ Elicio, *elicĭo, elicĭtum*, (variat enim hujus formatio a cæteris compositis) *elicĕre*, est extrahere, ausziehen, herauslangen; ut, *Elicere ferrum ex terræ cavernis*, Cic. de N. D. 2, 60. *Suscitare & elicere fontem*, Plin. 4 epist. ult. de vi quadam occulta vices affluentium & refluentium aquarum efficiente. *Animas inferorum elicere*, id est, excire, evocare, Cic. in Vatin. c. 6, aus der hölle herfür bringen. *Sanguinem elicere*, Id. Tusc. 1, 48. Unde proverbium: *Sanguinem elicit acrius emunctum*, wer die nase zu hart schneuzet, zwinget blut heraus. *Elicere sententiam*, Cic. Att. 7, 1. Sic, *Elicere arcana alicujus*, Liv. 40, 23, auslocken, aus einem bringen. *Elicere litteras ab aliquo*, Cic. ad Att. 9, 2 *Elicere ad colloquium*, Id. Liv. 5, 15; &, *ad pugnam*, 34, 19, heraus fordern. Item, *Elicere ad disputandum*, Cic. de Orat. 2, 3. Plin. 28, 2 f. 3 *Prisci nostri prodidere, etiam fulmina elici carminibus.* v. *Elicius.*

¶ Electo, *are*, frequentat. blande elicere, auslocken, herausbringen. Plaut. Asin. 2, 2, 2 *Lectabo quicquid est* Adde Merc. 1, 2, 111; & Truc. 2, 6, 27.

¶ Elix, *ĭcis*, f. aut potius *Elices* plurale, sunt fulci aquarii, per quos aqua collecta elicitur e liris, Festus, wasser-furchen. Et Colum. 2, 8 *Sulcos aquarios nonnulli elices vocant*, conf. 11, 2. Sic L. 1 § 9 D. de aqua & aquæ pluv. *Sulcos aquarios, qui rivos appellantur, si quis faciat.* Sed dubitat Scaliger ad Festum, verbum illud græcum ab Ulpiano esse.

¶ Elĭcius, *ĭi*, m. epitheton Iovis apud Livium 1, 20. Iupiter autem, cui tributa est vis tonandi, sic dictus ab eliciendis & evocandis fulminibus. Ovid. Fast. 3, 327 *Eliciunt cælo te, Iupiter: unde minores Nunc quoque te celebrant, Eliciumque vocant.*

¶ Elĕcebra, *æ*, f. die heraus-lockung; ut, *Elecebræ argentariæ*; sic dictæ meretrices ab eliciendo argento. v. Fest. & Plaut. Menæch. 2, 3, 26: & Truc. 1, 2, 81. Sed & Plaut. Bacch. 4, 9, 20 *Eulecebra fies hic equus hodie auro fenis.*

¶ Illĭcio, *illexi, ellum, illicĕre*, fraude & blanditiis pertrahere, mit list bewegen, anlocken. Ter. Andr. 5, 4, 8 *Adolescentulos, imperitos rerum, in fraudem illicis*, du verführest sie. *Illicere in stuprum*, Cic. Nat. D. 3, 27.

¶ Illectus, *a, um*, angelockt. Cic. Tusc. 4, 6 *Libido ad id, quod videtur bonum, illecta & inflammata.*

¶ Illectus, *ūs*, m. lubit. die reitzung, lockung. Plaut. Bacch. 1, 1, 21 *Magis illectum tuum, quam lectum metuo. Malo te cupere &c.*

¶ Illĕcebra, *æ*, f. idem, quo singulari Cicero utitur pro Milone c. 16, *Maxima illecebra est peccandi, impunitatis spes.* Plaut. Cas. 5, 2, 14 *Illecebra stupri.* Gell. 12, 5 *Delectatus videbatur illecebra quæstionis.* Sed plur. usitatius: *Illecebris voluptatis deliniri*, Cic. fam. 15, 16 von der wollust verführet werden. *Dedere se illecebris vitiorum & lenocinitis cupiditatum*, Id. pro Sestio c. 66

¶ Illecebro, *are*, anlocken, anreitzen. Cathol.

¶ Illecebratio, *onis*, f. Gellius.

¶ Illecebrator, *oris*, m. Macrobius.

¶ Illecebrōsus, *a, um*, plenus illecebrarum, anlockend. Prudent. adv. Symmach. 2, 144 *Illecebrosus sapor.* Paulin. Nolan. epist. 41 (vet. ed. 26) n. 2 *Illecebrosa modulamina.* Et Ammian. 30, 4 *Illecebrosis infidis ambire.* Comp. *Illecebrosius poni nihil potest*, Plaut. Bacch. 1, 2, 55, nisi pro adverbio cum aliis illud habere velis.

¶ Illecebrose, adv. lieblich, item, verführerisch. Plaut. Mil. 3, 2, 36 *Huic illecebrose*, i. e. festive, lepide. Ammian. 30, 19 *Hæc ita illecebrosius atque inhumanius agi, loquebatur portinax rumor.*

¶ Illex, *ĭcis*, adject. pro illiciens, anreitzend. *Illex animi Venus*, Apul. Apol. p. 295. Id. ibidem: *Quis non disciplinam matris agnovit; cum in puella videret immedicatum os, & puerilitatis genas, & illices oculos?* Paulin. Nolanus d. l. *Per gustum illicem gula morbus irrepsit.* Prudent. Psych. v. 329 *Habitus illex*: & adv. Symmach. 2, 6 *Corda illice flecteret arte.*

¶ Illix, sive Illex, *ĭcis*, c. subst. ein lock-vogel. Nonius 5, 101 *Illix & Illex sic discernuntur; ab illiciendo fit illix*: *illex vero est, a quo lex non servatur.* Sed discrimen hoc nihili est. Plaut. Asin. 1, 3, 67 *Ædis nobis area est: auceps sum ego: Esca est mercis ix; lectus illix est; amatores, aves.*

¶ Illicĭbilis, *e*, quod illicit, anreitzend; ut, *Illicibilis voluptas*, Lactant. 7, 27.

¶ Illĭcium, n. incitamentum, der antrieb, die anlockung. Varro de R. R. 3, 16 *Apiastrum illicium apibus.* Cic. Att. 11, 12 pr. *Q. Fratrem illicium meæ profectionis fuisse*, ut legit Vrsinus, al. *lituum*, quod retinuere Græv. & Gron.

¶ Illecto, *are*, frequentat. offt reitzen. Tertull. adv. Marc. carm. 2, 3 *Patres, quos illectaverat ante.*

¶ Illectātio, *ōnis*, f. die anreitzung, veranlassung. Gell. 18, 2 *Demulcentes eum jucundis honestisque sermonum illectationibus.* conf. Macrob. Sat. 1, 5.

¶ Illectāmentum, *i*, n. Id. Apul. Apol. p. 315 *Illectamentis captus*, Claud. Mamert. de Stat. An. 2, 7 *Illectamenta fallaciarum.*

¶ Oblecto, *avi, atum, are*, erlustigen. Ter. Phorm. 2, 3, 86 *Habebis, qua tuam senectutem oblectes.* Dicimus *oblectari aliquid &c.*, & *in re.* Cic. ad Qu. fratr. 1, 1, 1 *Ut te jucunda opinione oblectarem.* Ter. Adelph. 1, 1, 24 *In eo me oblecto solum.* Tritum est & verissimum: *Studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant*, &c. Cic. pro Arch. c. 7.

¶ Oblectātio, *ōnis*, f. die belustigung; ut, *Oblectatio animi*, Cic. de Orat. 1, 26. Et, *Requies plena oblectationis*, Id de Amic. c. ult.

¶ Oblectātor, *ōris*, m. qui oblectat. Apul. Flor. 3 *Arion misericordium bellarum oblectator.* Et Tertull de Corona c. 8 *Deus prospector, & instructor, & oblectator hominis sui.*

¶ Oblectāmentum, *i*, n. idem quod *oblectatio*, die ergötzlichkeit. Cic. de Senect. c. 26 *Oblectamenta rerum rusticarum.* Et paullo ante c. 15 *Oblectamentum senectutis.* Sen. epist. 9 *Ingens oblectamentum habere in occupatione.*

¶ Oblectāmen, *ĭnis*, n. idem. Ovid. Met. 11, 4, 2 *Hominum oblectamina.* Sed Heinf. *homini lectamina. Varia oblectamina vitæ*, Statius 3 Silv. 5, 95. *Varia oblectamina*, Prudent. Hamartig. v. 311.

¶ Oblectābilis, *e*, erfreulich, annehmlich. Ausonius epist. 19 extr. *Oblectabile negotium*, i. e. jucundum. vid. Vinetum ibi.

¶ Oblectāneus, *a, um*, idem. Vetus Inscript. SI QVID OBLECTANEVM APVD MANES EST.

¶ Oblectātōrius, *a, um*, idem. Gell. 18, 2 in titulo: *Ænigmata oblectatoria.*

¶ Inoblector, *ari*, belieben an etwas haben. Tertull. adv. Hermog. c. 18 *Inoblectari in libris hominum.*

¶ Pellicio, *exi, ectum, pellicere*, vel *perlicere*, blanditiis inducere, locken, an sich ziehen. Ter. Phorm. 1, 2, 15 *Is senem perspicillum pellexit.* Cic. pro Cluent. c. 5 *Animum adolescentis nondum consilio ac ratione firmatum pellexit in omnibus rebus, quibus illa ætas capi ac deliniri potest.* ¶ 2. *Pellicere* etiam dicuntur veneficæ, cum ali-

quid excantationibus suis aliunde ad se pertrahunt. Lex XII Tabb. apud Servium ad eclog. 8 Virg. v. 99 NEVE ALIENAM SEGETEM PELLEXERIS. Virgilius ibi *traducere* vocat: & Tibull. 1, 9, 19 *Carmen vicinis fruges traduxit ab agris.*

¶ Pellax, *ācis*, qui blanditiis decipit, schmeichelhafft, betrieglich; ut, *pellax Ulysses*, Virg. Æneid. 2, 90.

¶ Pellicia, *æ*, f. blanditiæ, die schmeicheley, bethörung. Lucret. 2, 559 *Subdola quam videt placiti pellacia ponti.* Virg. Georg. 4, 443 vulgo *pellacia* legitur, uti & in Prudent. Hamartig. v. 637 *Sentio, quem contra moveat pellacia litem.* Sed meliores ex MSS. *pellacia.* ¶ 2. Concubinatus, incontinentia, die unkeuschheit. Arnobius 4 p. 147 *Per omnes libidinum formas inceptarum cupiditatum circumegisse pellaciam.* Et lib. 5 p. 171 *Iovialis monumenta pellaciæ.*

¶ Pellex, *ĭcis*, f. concubina mariti, uxorem habentis, ein kebsweib. Inde dicta, quod blanditiis suis alienum maritum ad se pelliciat. *Pellices*, inquit Festus, *nunc quidem appellantur alienis succumbentes, non solum fœmine, sed etiam mares*, &c. Cic. Sallustium in Resp. c. 8 *Omnium cubiculorum pellicem* vocat. Ovid. Met. 2, 469 *De pellice natus.* Id. Heroid. 9, 132 *Nomine depositio pellicis uxor erit.* Gellius 4, 3 a Græco πάλλαξ derivari senfit, quem vide, & Paulum IC. L. 144 D. de Verb. Sign. Vet. Gloss. *Pellex*, ζῆλη, παλλακή. Item: *παλλακή, Concubina, Succuba, Pellex.* Ipsum Græcum ex Oriente originem habet פִּלֶגֶשׁ *Pellicem autem habere vir non dicitur, sed uxor*, Valla lib. 6. Ita Horatius 3 od. 27, 65 *Dominæque tradi Barbaræ pellex.* Suet. Cæs. c. 49 *Prætereo actiones Dolabellæ & Curionis patris: in quibus eum Dolabella*, PELLICEM REGINÆ: SPONDAM INTERIOREM REGIÆ LECTICÆ; *ac Curio*, STABVLVM NICOMEDIS, ET BITHYNICVM FORNICEM *dicunt.* Cic. pro Clu. 70 *Vxor generi, noverca filii, filia pellex.* Suetonius græco usus est flexione latina Vespasiano cap. 21 *Inde quieti vacabat, occubante alia pallacarum, quas in defunctæ Cœnidis locum plurimas constituerat.* Græca hac voce & Plinius usus 35, 10.

¶ Pellico, *are*, verbo, pro *æmulari*, ut rivales solent, veteres videntur usi, eiferfüchtig seyn. Vet. Gloss. ζηλεύω, *Pellico, Æmulor.*

¶ Pellicatus, *ūs*, m. Cic. Off. 2, 7 *Propter pellicatus suspicionem.* Vet. Gloss. ζῆλος, *Pellicatus, Pellicatio, Æmulatio, Zelus.*

¶ Pellicator, *ōris*, m. qui ad fraudem pellicit. Festus.

¶ Pellicatio, *ōnis*, f. vide in *Pellicatus.* Festus asserit, quod *Pelliculationem* Cato a *pelliciendo* dixerit.

¶ Perlecebra vel Pellecebra, *æ*, f. die anreitzung. De meretricibus Plautus Asin. 1, 2, 7 *Perlecebræ, pernicies, adolescentum exitium.* conf. Bacch. 5, 2, 47; Nonius 2, 652; & Taubm. in Plaut. p. 105.

¶ Perlecto, *are*, frequent. locken, bewegen. Ex Cic. pro Flacco c. 8 adducitur, ubi alius est *Prolectare.*

¶ Prolicio, *ĕre*, herfür locken. Plaut. Curc. 1, 2, 1 *Flos veteris vini meis naribus objectus est: Ejus amor cupidum me huc prolicit.*

¶ Prolectus, *a, um.* Sisenna ap. Non. 4, 394 *Romanos impetu suo protelant, prolectos persequuntur.*

¶ Prolecto, *are*, herauslocken, herfürlocken. Cic. pro Flacco c. 8 *Egentes & leves spe legationis, & viatico publico, privata etiam benignitate prolectet.* Vitruv. procem. lib. 5 *Versuum distincta pronunciatio, prolectando sensus legentium, perducit sine offensa ad summam scriptorum terminationem.* Ovid. Fast. 4, 433 *Præda puellares animos prolectat inanis.* Apul. Apol. p. 331 *Caussa prolectandi ad nuptias.*

¶ Prolectans *tis.* Apul. lib. 5 Met. post princ. *Prolectante studio pulcherrimæ visionis:* & ibid. p. 162 *Prolectante gaudio.*

¶ Prolectātus, *a, um*, herausgelockt, angefrischt. Mart. Capella 8 p. 270 *Nupialis gratiæ nomine prolectatus.*

¶ Prolectābilis, *e*, vim alliciendi habens, lockend, apud Festum & Sidonium.

¶ Sublecto, *are.* Plaut. Mil. 4, 2, 74 *Vt sublecto os*, hoc est, oblino os, oblectando decipio, ich schmiere ihm das maul. Alii ad *Lacto* referunt.

¶ Sublica, *æ*, f. palus ligneus in aquam defixus, qui pontem sustinet, haud dubie a *subliciendo* dictus, ein drückpfahl. *Sublicæ directæ ad perpendiculum pronæ ac fastigiatæ*, Cæsar in descriptione pontis Rhenani Bell. Gall. 4, 17. Liv. 23, 37 de Cumarum obsidione: *Conf. I Romanus, muro satis per se alto subjectis validis sublicis pro solo usus erat.* Vitruv. 3, 3 *Sublicæ machinis adigantur.* Baldus in Lex. Vitr p. 119 *Sublicem* ait esse vocabulum Volscum, palum majorem seu oblongam trabem significans.

¶ Sublices, *um*, f. plurale idem, in vetustis Glossis, quæ græce ita interpretantur: *Sublices*, καταπήγες οἱ ἐν ποταμῷ τὴν γέφυραν ὑποβαστάζοντες. Hinc

¶ Sublicius, *a, um*, gepfählt, auf pfählen stehend; ut, *Pons sublicius* Romæ in Tiberi Liv. 1, 33, & Dionys. Halicarn. 3, 58. Adde Plin. 36, 15; Sen. de vita beat. c. 25; Amminan. 24, 3.

Laco, Laconicus, Laconissimus, &c. vide in *Lacedæmon.*

LĂCŌTŌMVS, *i*, m. λακότομος, linea recta, Vitruv. 9, 8. vid. Bald. Lex. Vitruv. p. 64.

LĂCRYMA, *æ*, f. sed plurale usitatius *Lacrymæ*, ex Græc. δάκρυ, δάκρυον, thränen, zähren. Genuina scriptio, sine *H*, & cum Y, quod ut in aliis, Latini in V verterunt, *Lacrumæ* dicentes, quemadmodum *Sulla* pro *Sylla.* Alii ita receperunt in latinam civitatem, ut originis obliti *Lacrymæ* latina littera scripserint, ut vestigia multa in antiquis libris supersunt. Alii firmioris pronunciationis caussa adspirationem *H* indiderunt *lachrymæ* scribentes, cujus autem, ut Gellius 2, 3 censet, nulla est visa ratio. Cic. Partit. Orat. c. 17 *Cito arescit lacryma, præsertim in alienis malis.* Quod Græci ita efferunt: ᾠδὲν θᾶσσον ζηρήσεται δάκρυα. v. Chil. & Almelov. ad Quint. 6, 1 p. 507. Ovid. A. A. 1, 629 *Lacrymis adamanta movebis. Lacrymas movere*, Quintil. 4, 2, zu weinen bewegen. *Lacrymas effundere*, Cic. pro Plancio c. 42. Et, *Vim lacrymarum profundere*, Id. Somn. Scip. c. 3. Item, *Effundi in lacrymas*, Tac. Ann. 3, 23, i weinen, thränen vergiessen. *Homini illico, quasi puero, lacryma cadunt*, Ter. Adelph. 4, 1, 20, er weint wie ein kind. *Vultum lacrymis rigare*, Virg. Æneid. 9, 251. *Dare lacrymas:* Iuvenal. 15, 133 *Quæ lacrymas dedit hæc nostri pars optima sensus.* Consueta poëtis formula, vid. Burm. ad Albinov. 71. Cic. Tusc. 2, 21 *Lacrymis & lamentis mulierbriter sese dedere*, nichts thun als weinen und wehklagen. Id. Verr. 5, 67 *Lacrymas in morte nec vareborum non tenebamus*, wir konten uns des weinens nicht enthalten. *Vix videtur continere lacrymas*, Plaut. Most. 3, 2, 135. Pedo Albin. 113 *Congelat interdum lacrymas, duratque tenetque Suspensasque oculus fortior intus agit: Erumpunt* &c. Synonymas poëtarum formulas dat Heins. Mart. 10, 80 *Pars major lacrymas videt, & intus habet*, pro quo Burm. ad Pedonis l. c. malit *agit.* Omnia significant, continere fletum. Ter. Andr. 1, 1, 99 *Hinc ille lacryme!* Poëticas similitudines, ubi *lacrymas* imbribus, rivis &c. comparant, collegit Broukhus. ad Tib. 1, 9, 54 a p. 173-176. DIS adscribunt poëtæ quidem *lacrymas*, quidam eos decere negant. v. Broukh. ad Prop. 2, 13, 54 coniunctine. it. Barth. ad Stat. Theb. 5, 270 & sæpe Spanh. ad Callim. H. in Dia. 149. ¶ 2. Sunt & *arborum & vitium* lacrymæ, das triefen an bäumen und weinstöcken. Plin. 11, 6 *Lacrymæ arborum.* Et procem. lib. 23 *Lacryma vitium.* Vnde & *lacrymare* dicuntur. v. Buchnerum ad Venantium eleg. de Resurrect. v. 27.

¶ Lacrymŭla, *æ*, f. diminut. Ter. Eun. 1, 1, 22 *Falsam lacrymulam exprimere.* Catull. 67, 16 *Frustrantur falsis gaudia lacrymulis.*

¶ Lacrymo, *avi, atum, are*, neutro genere, weinen, & active quasi pro *deflere*, beweinen. Sed tum casus non a verbo pendet, sed ab intellecta præpositione *Oh, Propter.* C. Nepos 7, 6, 4 *Vt nemo tam ferus fuerit, quin ejus casum lacrymarit.* Neutraliter *Lacrymare gaudio*, vor freuden weinen, Ter. Adelph. 3, 4, 46. De lacrymis gaudio expressis, Catiub. ad Suet. Aug. c. 58; Rittershus. ad Oppian; Lindebruch. ad Ter. l. c. Morellus ad Statii Silvas: Barth. ad Claudian. p. 359; Lambin. ad Horat. 1 epist. 18; Et Philo Iudæus in libro περὶ ἀποικίας. ¶ 2. Tralate *Lacrymare*, pro quovis modo stillare dicitur. Quemadmodum & verbo *flere* Lucretius usus. v. Buchnerum ad Venantium laudato loco. ¶ 3. *Lacrymor*, deponenti genere, lacrymas effundere. Cic. in Verr. 7, 46 *Equis fuit, quin lacrymaretur?*

¶ Lacrymans, *tis.* Virg. Æn. 7, 358 *Multa super nata lacrymans.* Id. 11, 150 *Heret lacrymansque gemensque.* Ovid. Met. 13, 132 *Manu lacrymantia terfit lumina.* Plin. 17, 14 *Calamus lacrymans & aridus, opposita.*

¶ Lăcrĭmatus, *a, um*, pass. lacrymarum instar effusus, geweint apud Ovid. Fast. 1, 339 *Nondum pertulerat lacrymatas cortice myrrhas.* Et

¶ Lacrymandus, *a, um*, weinenswürdig. Statius Theb. 9, 100 *Exequiis lacrymandus eat.*

¶ Lacrymatio, *ōnis*, f. lacrymandi actio. Plin. 11, 37 sect. 54 *Lacrymationum salivæ*; & procem. lib. 23 *Emendat oculorum lacrymationes.*

Lacrymator, *oris*, m. apud Augustinum.

¶ Lacrymābilis, *e*, adj. lacrymis dignum, weinenswürdig; ut, *Bellum lacrymabile*, Ovid. Met. 8, 44. *Lacrymabile tempus*, Id. Trist. 5, 12 pr. *Boni viri lacrymabiles.* ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες. vid. Chil. Adde Virg. Æn. 3, 39; & 7, 604.

¶ Lacrymābĭliter, adv. idem. v. Hieronym. adv. Rufin. 2, 7 *Lacrymabiliter indicare*, mit thränen anzeigen. Id. ep. 139 (Explicatio est Psalmi 89 al. 90) *Propheta lacrymabiliter deprecatur.*

¶ Lacrymabundus, *a, um*, lacrymans. Liv. 3, 46 *Ille lacrymabundus, Gratum est, inquit*, &c. Lactantius de Mort. persecut. c. 18 *Lacrymabundus, Fiat, inquit, si hoc placet.*

¶ Lacrymōsus, *a, um*, thränlich, erbärmlich; ut, *Carmen lacrymosum*, Ovid. Trist. 5, 1, 35 *Oculi lacrymosi*, Plin. 29, 6, übergehend, triefend. Ovid. A. A. 1, 18, 111 *Lacrymosaque vino Lumina.* Et, *Singultus lacrymosus*, Apul. 5, Mil. p. 164. Et, *Mater lacrymosa*, Id. 7 p. 199. Sed Plin. 19, 6 f. 35 *Odor lacrymosus apis* h. e. movens lacrymas. Ita Lucil. apud Non. 3, 67 *Lacrymosaque ordine tallæ.*

¶ Lacrymose, adv. idem. Plin. 16, 43 habere dicitur, & ita Frobenius, alii: Harduinus autem *laciniose crispa*, quod, aut *lacunose*, omnino rectius. vide supra *Laciniose.*

Composita:

¶ Adlacrymo, *are*, mit weinen. Apul. Met. 10 *Vbertim adlacrymare.*

¶ Collăcrymo, *are*, weinen, beweinen. Cic. Somn. Scip. pr. *Complexus me senex collacrymavit.* Et pro Sextio c. 58 *Casum meum toties collacrymavit.* Ter. Andr. 1, 1, 82 *Nonnunquam conlacrymabat.*

¶ Collacrymatio, *ōnis*, f. die beweinung. Cic. de Orat. 2, 45 *Signa doloris voce, vultu, collacrymatione denique ostendere.*

¶ Delăcrymo, *are*, triefen, tröpfeln. Colum. 4, 9 de vite putata.

¶ Delacrymatio, *ōnis*, f. Plin 20, 5 *Cepæ sativæ olfactu ipso & delacrymatione caligini medentur*, wenn vom zwiebel-geruch die augen übergehen.

¶ Delacrymatōrius, *a, um*, zum thränen dienlich; ut, *Delacrymatorium collyrium*, Marcell. Emp. c. 8.

¶ Illacrymo, *āre*, idem propemodum quod simplex, weinen. Liv. 25, 24 de Syracusarum expugnatione: *Marcellus, ut ex superioribus locis urbem subjectam oculis vidit, illacrymasse dicitur, partim gaudio* &c. conf. Horat. 2 sat. 5, 103. Et Cic. de N. D. 3, 33 genere deponenti dixit: *Socratis morti illacrymari soleo.* ¶ 2. Pro fudare de re insensibili dixit Virgilius Georg. 1, 480 *Illacrymans templis ebur.*

¶ Illacrymandus, *a, um*, apud Augustinum.

¶ Illacrymatio, *onis*, f. Gellius.

¶ Illacrymābilis, *e*, qui nullis lacrymis movetur, durus, unbarmherzig. Horatius tribuit Plutoni, 2 ode 14, 7. Sed 4 od. 9, 25 *Illacrymabiles* sunt, quos nemo lacrymis prosequitur.

¶ Sub-

¶ Sublacrymo, *are*, ein wenig weinen. Veget. 1, 30 *Sublacrymantes oculi.*

¶ Superlacrymo, *are*, darüber weinen. De vite Colum. 4, 24 *Ne superlacrymet & geminatum meteat oculum.*

Lacta, lactans, vide *Lac* & *Lacto.*

LACTANTIUS, *i*, m. L. Cælius, Firmianus, Arnobii discipulus, Christianorum facundissimus, sub Diocletiano Imp. & deinceps. Ciceronem ad unguem expressit, ideoque Cicero Christianus dicitur. vide Hieron. Chron. An. 317.

Lactarius, lactea, lacteus, lacto, lactoris, lactuca, lactucula, vide *Lac.*

LACTORATE, unde Lactoratensium civitas in Vasconia, vid. Scalig. Auson. lect. 2, 7 extr.

Lacuna, lacunar, &c. vide mox sub *Lacus.*

LACUS, *ûs*, m. quartae declin. ein see, ein teich, sumpff, aqua non fluens, perpetua tamen: ut, *Lacus Lemanus*, Cæsar B. Gall. 1, 2 die Genfer see. Et Martialis 9 epigr. 100 *Multum, credo mihi, refert, a fonte bibatur, Qui fluit, an pigro quae stupet unda lacu.* ¶ 2. Est & *Lacus* vasis genus, præsertim in torculari, ubi uvæ exprimuntur. Colum. 12, 2) *De lacu recenti fœnum mustum.* Ovid. Fast 4, 888 *Præmia de lacubus proxima musta dabis.* vid. Barth. ad Petron. c. 70 p. 316. it. c. 136. ¶ 3. Pro conceptaculis aquarum publicis, ubi abluebant lintea & familia, potuit Vitruv. 8, 7. it. Frontin. de aquæd. aliquoties. Gloss. *Lacus, οὐ, ἐν, λάκκος.* It. *οὐ, ἐν, Lacum, Silanum.* ¶ 4. Item, trabium interstitium. vide infra *Lacunar.*

¶ Lacusculus, *i*, m. diminut. foveola. Colum. 12, 50 *Horum lacusculorum solum lapide vel tegulis oportet consterni.* De olei pressura loquitur.

¶ Lacŭlor, *ari*, eine lücke oder grübgen haben. Apul. Florid. 2 p. 21 *Modico mento laculatur.* conf. Auct. de Limit. Gœsii p. 274. Lactant. de opif. Dei 12, 22 *Labrum superius sub ipsa medietate narium, lacuna quadam levi, quasi valle signavit:* est illa, quam φιλτρον Græcis dici, ex Polluce supra observatum est. Cicero metaphorice dixit Verr. 4, 55 *Laccunam rei familiaris explere*, pro, aliquam & diminutam rem familiarem tercire, sich schaden erholen. Id. Att. 12, 6 *Vide quaes, ne qua sit lacuna in aere*, daß nicht was am gelde mangele. Gellius 1, 3 *Lacum & lacunam famæ*, simili dixit figura.

¶ Lacūnōsus, *a, um*, grüblicht löchicht. Cic. de N. D. 2, 18. *Nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil cavum, nihil lacunosum.* Vitruv. 8, 6 *Intervalla lacunosa.* Et Apul. 9 Met. p. 221 *Via lacunosis inciditur veragibus.*

¶ Lacūno, *are*, verbum, est lacunar facere, zur decke bereiten. Ovid. Met. 8, 565 *Summa lacunabant alterno murice concha.* Nempe significat, Acheloi tectum five lacunar ex conchis muricibusque concinnatum fuisse. Idem & *laquearе* est

¶ Lacūnātus, *a, um*, gewölbt, gehöhlt. Plin. 15, 19 *Intus exiles nucleos lacunatis includi toris.*

¶ Lacūnar, *āris*, n. diminut. a *Lacus*, die decke eines zimmers. Servius ad illud Virgilii Æn. 1, 730 *Dependet lychni laquearibus aureis: Principaliter*, inquit, LACVS *dicitur: ut Lucretius: Refulgent ædesque lacusque. Deminutio* LACVNAR *facit.* Horat. 2 od. 18, 1 *Non enim neque aurem Mea renidet in domo lacunar. Inde fit alta deminutio:* LACVNARIVM: *quod per antiphrasin* LAQVEARIVM *facit, &c.* LACVS itaque videntur dici interstitia lignorum, quod lacuum similitudinem quamdam præ se ferant. Isidor. Orig. 19, 12 LAQVEARIA *sunt, quae cameram fabricant & ornant: quae &* LACVNARIA *dicuntur. Quod* LACVS *quosdam, quadrates vel retundos ligno vel gypso, vel colcribus habeant pictos cum signis intermicantibus.* Vitruv. 7, 2 *Camerarum dispositiones in cœlaribus explicantur, nisi lacunaribus ea fuerint ornata.* Quare LACVNAR, templi cubiculive aut cœnationis summa contignatio erit, seu culmen cælatum varie, ac picturatum. Cic. Tusc. 5, 21 *In hoc medio apparatu Dionysius fulgentem gladium a lacunari demitti jussit, ut imminderet Damoclis regiam opulentiam admirantis cervicibus.* Vet. Gloss. *Lacunar, δῶμα, συνοδόιον.* Item: *δωμὼ Lacunar, Laquearium, Fastigium, Culmen.* ¶ 2. Notandum, in Glossis istis LACVNAR & *φιάλωμα* seu *vas urinarium* exponi. Quia enim & *Lacus* vasa ejusmodi significant; mirum non est, si diminutivum eam significationem retineat.

¶ Lăcūnārium, *i*, n. lacuna, lacus. Vet. Gloss. *Lacunarium, λίμνη, ὀρόφωσις.* Genitivo plurali *lacunariorum* usus Vitruvius 4, 3. v. dicta ex Servio in *Lacunar.*

¶ Lăcūnārius, *i*, m. qui lacunas fodit, ein gruben-gräber. Eisdem Glossis: *Lacunarius, λακκοποιός.* Vsus & Firmicus 8, 21, 9.

¶ Lacuturris, *is*, f. brassicæ species in valle Aricina, ubi quondam fuit lacus turrisque, Plin. 19, 8.

LACȳDES, *æ*, m. Cyrenæus philosophus, novæ Academiæ princeps, Arcesilæ auditor, teste Suida. Meminit ejus Cicero Acad. 4, 6, & Tusc. 5, 37.

LĀDA, Leda, Ladum vel Ledum, Gr. λῆδον, frutex qnidam in Cypro, cisti genus, Plin. 12, 17; & 26, 8.

¶ Lădanum, *i*, n. λάδανον, gummi est odoratum, quod ex hoc frutice colligitur, Plin 12, 17; & 26, 8 Celsus 5, 26; Dioscor. 1, 117.

LĀDAS, *æ*, m. Alexandri Macedonis cursor, tanta pedum velocitate, ut vestigia ejus in arena non apparerent. Quo nomine statuam meruit apud Argos in templo Veneris. Catull. epigr. 55, 24 *Non si Pegasiæ fervet velata, Non Ladas si ego, pinnipesve Perseus.* Martial. 10 epigr. 100 *Habeat libebit alterum pedem Ladæ, Inepte frustra crure ligneo curres.* Celebrant ejus velocitatem etiam Pausanias in Corinth. & Arcad. Anthol. epist. 5. Iuvenal. 13, 97.

LĀDON, *ŏnis*, m fluvius Arcadiæ, cujus filia Daphne fuisse fingitur. Ovid. Met. 1, 705 *Donec arenosi placidum Ladonis ad amnem.*

¶ 2. Est nomen viri apud Virgil. Æn. 10, 413. & Martial. 10 epigr. 85

¶ 3 *Ladon* inter canes Actæonis apud Ovid. Met. 3, 216.

LAGASIS, *is*, f. prodigiosa vox extra Scholiasten in Terentii Fragm. Tragur. p. 13, ubi legitur: *Lagori laeva sis dies.* Mallet *Lagori laeva sis dies*, i. e. exitium, ἀπώλεια. Sed Bentamius Lacasin explicat ex λακκάζειν, quod est *decipere.* vide ejus not. ad c. 42 p. 109.

LĂDO, *læsi, læsum, lædere*, ert, quemcunque offensione & contumelia afficere, beleidigen, verletzen, schaden, beschedigen vel *facto lædere.* Plaut. Capt. 2, 2, 5 *Quem ille hic aliter haud acciverat, facto nisi lædat.* Et Cic. pro Cluent. c. 5 *Suspicionibus læsi famam suam nolebit.* Et Virg. ecl. 10, 43 *Ah tenui fruticta lædant.* Ter. Adelph. 5, 4, 10. *Nulli lædere os*, i. e nihil dicebat, quod alteri occasionem aut irridendi præbera oris, aut erubescendi, præberet, er sagte niemanden nichts verdrießliches.

¶ Lærus, *a, um*, violatus, verletzt; ut, *Læsa dignitas*, Cic. pro Cluent. c. 42. Et, *Læsa fides*, Horat. 1 oda 33, 4. *Ingenium nimia rubigine læsum*, verjaurert, Ovid. Trist. 5, 12, 21. *Nulla reparabilis arte læsa pudicitia*, Id. Heroid. 5, 103. *Læsum femur*, der verrenkete lunde, Virg. Æn. 12, 496. Et Ovid. Rem. Am. v. 615 *Dum spectant oculi læsi, lædantur & ipsi.*

¶ Lælio, *ōnis*, f. die verletzung. Cic. de Orat. 3, 53 ext. *Conciliatio, læsio, &c.* Et Lactant. de Ira Dei c. 17 *Irritat læsio dolorem.*

¶ Læsūra, *æ*, f. idem. Inscriptio vetus apud Gruter. p. 567 n. 8 QVAE VIXIT MECVM ANNIS XVII. M. II. D. III. SINE VLLA ANIMI LAESVRA. Et Tertullian. de Patientia c. 7 *Læsuræ divitiarum*, hoc est, detrimentum.

¶ Illæsus, *a, um*, inviolatus, unverletzt. Sen. epist. 9 *Illæsas & indemnis evasit per ferrum.* Martialis 1 epigr. 7 *Illæsam timidis angibus hesit ovas.*

¶ Illæsibilis, *e*, unverletzlich. Lactant. de Ira Dei c. 17 *Ira in Deo esse non potest, quia illæsibilis est.* Tertull. adv. Valent. c. 27 *Suter illæsibilis.*

Composita, quæ *a* in *i* mutant:

¶ Allīdo, *lisi, lisum, allidere*, est ad aliquid impingere, anstossen, anwerffen. *Allisit capiti ossa*, vel *ad capitem*, er ist mit dem kopff wider die thür gelauffen. Catull. 65, 67 *Ipsum ante pedes proluit fluctibus allidens.* Sed vid. *adludo.* ¶ 2. *Allisi*, ist damno affici, übel anlauffen, zu schaden kommen, scheitern, per metaph. Cic. ad Q. frat. 2, 6 (secundum Grut.) *in nullius, ne perhibente, Servius allisus est.* Et Colum. 1, 3 *Allisi dominum*, id est, damno affici, dicit. Sen. de Tranquill. an. c. 3 *Ille vir fortis, qui periculis, undique imminentibus, armis ei ea & catenis frementibus non allisis virtutem, nec abjecerit.*

¶ Allīsus, *a, um*, an-zu-schlagen, gescheitert. Cæsar B. Civ. 3, 27 *Pars ad scopulos allisa intergerit.*

¶ Allīsio, *ōnis*, f. der anstoß. Treb. Pollio in tyranno Mario c. 8 *Multa duorum digitorum allisione contrivit*, mit einem schnippen. conf. Vulg. interpr. Isa. 25, 11.

¶ Collīdo, *si, sum, ĕre*, conterere, zusammen schlagen, zerschmettern. *Navigia inter se collidunt*, Curt. 4, 3, 17. Et, *Collidere manus*, Quintilian. 2, 12, mit den händen klatschen. Id. lib. 7 extr. *Res invicem collidantur.* Sen. epist. 11 *Dentes collidantur*, die zähne knirschen.

¶ Collīsus, *a, um*, zusammen gestossen, zerschmettert. Vellej. 2, 52, 2 *Collisa inter se duo reip. capita.* Horat. 1 epist. 2, 7 *Græcia barbariæ lento collisa duello.*

¶ Collīsus, *ûs*, m. subst. die zusammenstossung. Plin. 9, 35 *Collisu ipso margaritarum.*

¶ Collīsio, *ōnis*, f. idem. Iustin. 11, 12, 6 *Nunciatur uxorem*, (Darii) *ex collisione abortu partus decessisse.*

¶ Elīdo, *lisi, lisum, ĕre*, i. e. frangendo premendoque præfocare, zerquetschen, zerstossen. Virg. Æn. 8, 288 *Vi prima nocentes Monstra manus geminosque premens eliserit angues:* Vbi Servius ELISERIT, *præfocaverit.* Virgilianum hoc respexit Navarius Paneg. Constantini c. 16 de Hercule loquens, cum ait: *Ferunt, tenerum adhuc atque lactantem duos angues manu elisisse.* Et, *navis naufragio elidantur*, Cæs. de B. Civ. 3, 27. *Elidere omnis virtutis nervos*, Cicero per translationem dixit Tusc. 2, 11 *Elidere morbum nervis*, Horat. 1 epist. 15, 6, austreiben. *Qui vebus his fractus ægritudine elidatur*, Cic. Tusc. 5, 6. ¶ 2. *Ignem elidere e silice*, id est, percutiendo exprimere, feuer auffschlagen, Plin. 11, 37.

¶ Elīsus, *a, um*, zerquetscht, gewürgt. Sic *Exanimati* & *elisi* conjungantur Suetonio Cæs. c. 39. Id. Tib. c. 59 *Incenante eo, plura & ingentia saxa fortuito superne delapsa sunt: multique conviviorum & ministrorum elisis præter spem evasit.* Vet. Gloss. *Elisos, ἐκπνέοντας. Elisas, ἐυαγεῖς, πεσάν.*

¶ Elīsio, *ōnis*, f. exclusio, eine ausstossung, ausstoßung. Sen. ep. 99 *Ita lacrymæ per elisionem cadunt.* Sic, *elisio litterarum vocalium.* v. Grammat. *Elisio* quas errandi occasiones dederit librariis, docet Drakenb. ad Sil. 2, 531.

¶ Illīdo, *si, sum, ĕre*, an etwas stossen schmeissen. Horat. 2 sat 1, 77 *Et fragili quærens illidere dentem Offendet solido* &c. die zähne ansetzen. *Phialas illidantur labris*, sol lauch an das ufer, Quintil. 10, 3. Liv. 22, 20, ubi alii *littore* exhibent. Cic. Tusc. 3, 31 *Ad gravescens vulnus illidere manus.*

¶ Illīsus, *a, um*, angeschlagen. Cic. de Arusp. Resp. c. 25 *Illi serpens compressa atque illisa morietur.* Virg. Æn. 5, 206 *Illisa prora pependit.* Id. Georg. 3, 261 *Scopulis illisa cadebat.*

¶ Illīsus, *ûs*, m. subst. der anstoß. Plin. 25, 8 *Illisu ipso reperiens.* Silius 17, 250 *Illisi scopulos tremit omnis aquarius.*

¶ Illīsio, *ōnis*, f. idem. Hieronym. epist. 17 ad Marcellam: *Navis nostra scopulorum illisionibus perturbata est.*

¶ Interlīdo, *ĕre*. Paul. Nolan. carm. 12, 261 *Gravem interlidere dentem*

¶ Oblīdo, *ĕre*, id. quod elidere, eindrücken. Cic. fragm. orat. 14

Duobus digitulis gulam oblisit. Colum. 7, 3 *Nec angustiæ* (ſtabulorum) *fœtus oblidant.* Et Arnobius lib. 7 p. 233 *Oblidi ejus neceſſe eſt animum,* er muß erſticken.

¶ Oblīſus, *a, um,* zerquetſcht, gewürgt. Plin. 6 epiſt. 20, 16 *Operti atque obliſi pondere.* Tac. Ann. 5, 9, 3 *Obliſis faucibus.* Prudent. Pſych. v. 592 *Obliſo gutture.*

¶ Prælīdo, *ĕre,* quidam legunt Manil. 5, 81. Scal. *perludere.* Al. *præcludere,* quod ſanum videtur.

¶ Relīdo, *ĕre,* zurückſtoſſen. Fortunat. lib. 5 Carm. Auſon. epiſt. 25, 43 *Quæ firmata probant aut infirmata relidunt.*

¶ Relīſus, *a, um,* zurück geſtoſſen. Prudent. paſſione Caſſiani v. 48 *Reliſa fronte lignum diſſilit.*

¶ Sublīdo, *ĕre,* paullulum oblidere, umſtoſſen. Prudent. Apoth. v. 848 *Murmur ſubluat voce minuta.*

LÆLAPS, *ăpis,* m. canis non modo Cephei in Ovid. Met. 7, 772, ſed & Actæonis, a velocitate atque impetu dictus, ibid. 3, 221 *Nebrophonosque valens & trux cum Lælape Theron.*

LAELIVS, *i,* m. *C. Lælius,* Scipioni familiariſſimus, Romanis ſapiens appellatus. *Mitis ſapientia Lælii,* Horat. 2 ſat. 1, 72. ¶ 2. *Decimus Lælius* orator. v. Burm. ad Quint. 10, 1 p. 884.

LAENA, *æ,* f. & Chlæna, χλαῖνα, veſtimenti aut pallii genus vel ſagum, quod ſuperindui ſolebat hiberno tempore, ein oberrock, regenmantel. Nonius 14, 26 *Læna veſtimentum militare, quod ſupra omnia veſtimenta ſumitur.* Virg. Æn. 4, 262 *Tyrioque ardebat murice læna.* Sed Feſto *veſtimenti genus eſt habitus duplicis,* ein gefütterter rock oder mantel. *Læna, quod de lana multa: duarum enim togarum inſtar* inquit Varro de L. L. 4, 30. ¶ 2. Fuit & amictus auguralis; Cic. de Clar. Orat. c. 14 *Sacrificium publicum cum lænâ facere.*

¶ Lænas, *ātis,* cognomen Popiliorum, a M. Popilio ad poſteros propagatum, quod ille conſul & flamen Carnæntalis, cum eſſet læna amictus, ſeditionem plebis cum auctoritate, tum oratione ſedaſſet. Cic. l. c.

LAENEVS, *i,* m. Cretæ fluvius, ad quem Europam a Iove raptam ferunt. Strabus Gallus de fæniculo adjective dixit: *Læneus liquor.* Sed ille forte eſt *Lenæus,* h. e. Bacchicus, vinum.

LÄERTES, *æ,* m. pen. prod. Λαέρτης, pater Vlyſſis, a quo

¶ Laërtiades, *æ,* m. Vlyſſes poëtis dicitur. Lucanus vel quisquis Auctor Paneg. ad Piſon. v. 61 *Vim Laërtiadæ: brevitatem vincis Atridæ.*

¶ Laërtius, *a, um,* adj. ut, *Heros Laërtius,* Ovid. Met. 13, 124. Et Virg. Æn. 3, 272 *Effugimus ſcopulos Ithacæ, Laërtia regna.* ¶ 2. *Laërtius,* Hiſtoricus, vide ſupra *Diogenes* n. 2.

Læſio, vide paullo ante in *Ledo.*

LAESTRŸGŌNES, *um,* m. pl. populi immaniſſimi Formias Campaniæ inhabitantes, &c. Plin. 3, 5; & 7, 2. Neptuni filii dicti, Gell. 15, 21. Tibullus Paneg. Meſſalæ de Vlyſſe loquens v. 59 *Incultos addit Læſtrygonas Antiphatesque.* Sed Læſtrygon Antiphates Homero unus idemque eſt Odyſſ. κ. v. 106, de Læſtrygonibus vero ſcribit v. 120, quod fuerint Οὐκ ἄνδρασιν ἐοικότες, ἀλλὰ γίγασι, *Non hominibus ſimiles, ſed gigantibus.* Fuerunt etiam Siciliæ incolæ. v. Drakenb. ad Sil. 7, 276.

¶ Læſtrŷgŏnia, *æ,* f. Lami urbs, quam Homerus excelſam vocat v. 81 ejusdem libri

¶ Læſtrŷgŏnius, *a, um,* adj. Plin. 3, 8 *Læſtrygonii campi.* Horat. 3, od. 16, 34 *Et Læſtrygonia Bacchus in amphora.*

LAETVS, *a, um,* hilaris, gaudens, hilari vultu, froh, frölich, gutes muths. Ter. Adelph. 2, 2, 45 *Lætus eſt de amica.* Val. Max. 6, 9 *Lætiore vultu.* Ovid. Faſt. 6, 463 *Scilicet interdum miſcentur triſtia lætis. Læta ſeges,* die ſaat, ſo wohl ſtehet, Virg. Georg. 1, 1. Et, *Sata læta,* Id. Æn. 2, 306. *Tellus juſto lætior,* id eſt, fertilitate luxurians, Id. Georg. 2, 251. Sall. hiſt. 2, p. 959 Cort. *Frugum pabulique lætus ager.* ¶ 2. Aliquando *Lætum* eſt, de quo lætamur: ſive quod gratum amicumque eſt, lieb, angenehm, erfreulich. Tac. Hiſt. 3, 75, 4 *Cædem ejus lætum fuiſſe Muciano accepimus* Sic, *Incrementum imperii lætiſſimum,* Val. Max. 5, 3, 2. *Lætum colonis uber agri,* Auſonius ep. 24, 92. In quibus tertium caſum eleganter adjungi, eruditi obſervant. vid. Vlitium ad Gratii Cyneg. pr. p. 92. ¶ 3. *Invito* etiam opponitur *Lætus,* idemque quod libens eſt, willig: Hor. 1 epiſt. 10, 39 *Inſpice, ſi poſſim donata reponere lætus.* Sic *triſtis* contra pro *invito* ponitur Terentio; de quo ſuo loco. ¶ 4. *Lætus* idem etiam eſt quod propitius, gütig, glückſelig; ſic *læti Dii* ſunt propitii, *omina & exta læta,* quæ fecunda: contra *triſtes,* irati Dii apud Propertium. Sic *lætus Mercurius* ſignificat propitium, h. e bono publico lubentem, & lætificantem ſuos Quirites, ab effectu ſcilicet. vid. Taubmann. ad Plaut. p. 10, Boxhorn. ibid, p. 5. Poëtis non uno modo conſtruitur: *Lætus laboris,* Silius 15, 569; *Lætiſſimus iræ,* Id. 17, 312. Et, *Lætus ſpectari,* apud eumdem 9, 455. Ac, *Lætus bellare,* 16, 564. ¶ 5. *Lætus* & *Latus* miſcentur a librariis. v. Drakenb. ad Sil. 5, 178 & *lectus,* Id. ad 8, 548 & 14, 409. it. *Latius,* it. *Lentus,* it. *Fœtus,* de quibus ſ. l.

¶ Lætе, adv. freudig. Cic. Phil. 9, 3 *Auctorem ſenatus exſtinctum lætе atque inſolenter tulit.* Vellej 2, 45, 3 *Neque quisquam aut expuſſus invidioſius, aut receptus eſt lætius.* De Numidico loquitur. *Lætius frondebit,* Palladius 4, 9 extr. *Letiſſime gaudere,* Gell. 3, 15.

¶ Lætaſter, χαιρεπιζόμενος, qui lætitiam adfectat, & lepidus cupit videri. Ita Scal. exponit in fragm. Titinnii apud Feſtum in *obſtrudant.*

¶ Lætitia, *æ,* f. die freude, frölichkeit, freudigkeit, eſt *opinio recens boni præſentis, in quo efferri rectum eſſe videatur,* Cic. Tuſc. 4, 7. *Ferre, afferre lætitiam,* eine freude machen. *Lætitia afficere,* erfreuen. *Capere, percipere lætitiam,* Ciceronis cuncta ſunt: ejusdemque Catil. 1, 10 *Perfrui lætitia:* & pro Dejot. c. 9 *Efferri lætitia,* ſich überaus freuen. Item: *Lætitia aliquid proſequi,* Quintil. 5, 11, ſich über etwas frölich erzeigen. *Conjecere aliquem in lætitiam,* Ter. Heaut. 2, 3, 51. Et, *Lætitia minus diuturna,* Nepos 7, 7, 1. Plurali uſus eſt Cicero Fam. 2, 9 *Repente vero inceſſi omnibus lætitiis.*

¶ Lætitūdo, *ĭnis,* f. Accius apud Nonium pro *Lætitia* 2, 487.

¶ Lætor, *ātus ſum, āri,* ſich freuen, froh ſeyn. Virg. Æn. 10, 740 *Nec longum lætabere.* Cic. fam 1, 7 *Prædaris uberibus lætari.* Id. Phil. 11, 4 *Ea libidinum turpitudo, ut in hoc ſit ſemper lætatus.* Ovid. 1 Pont. 8, 63 *Quod toto pectore lætor,* i. e. *de quo lætor.* Pallad. 1, 6 *Frumenta omnia maxime lætantur patenti campo &c.* da kommt das getrepde am beſten fort.

¶ Læto, *are,* active pro *lætificare,* apud Nonium 2, 494. Liv. Andron. *Oculos ſpecie lætaviſti optabili.* Et Accius: *Te triplici lætavere bono.*

¶ Lætans, *tis,* froh, fröhlich; ut, *Animo lætanti,* Cic. pro Cluent. c. 9. Et, *Lætantes agmine cygni,* Virg. Æn. 1, 397. conf. Lucret. 2, 344.

¶ Lætanter, adv. idem quod *lete,* Lampridius in Commodo c. 5.

¶ Lætandus, *a, um,* erfreulich, freuden-voll. Salluſt. Iug. c. 14 *Lætandum magis quam dolendum puto caſum tuum.* ¶ 2. Sed *in lætandis arboribus,* apud Pallad. 1, 6 extr. i. e. lætificandis, ſtercorandis. vid. *Lætamen* n. 2 & *Lætifico.*

¶ Lætatus, *a, um,* der da erfreuet iſt; ut, *Armis lætatus,* Virg. Æn. 10, 827. *Iuno lætata,* Id. Æn. 12, 841. Et Salluſt. Iug. c. 69 *Vaccenſes biduum modo ex perfidia lætati.*

¶ Lætatio, *ōnis,* f. lætitia, die freude. Cæſar B. Gall. 5, 50 *Neque hoſtibus diuthna lætatio relinquatur.*

¶ Lætāmen, *ĭnis,* n. idem. ¶ 2. Sæpe fimus, qui agros lætos, hoc eſt, pingues efficit, dünge miſt, Plinio eſt 18, 16. Pallad. 1, 6; 8, 5 &c. *Lætamen efferre,* Id. lib. 11 ineunte. conf. Iſidor. 17, 2. vid. *Lætandus* n. 2.

¶ Lætabĭlis, *e,* quod lætitiæ eſt, erfreulich. Cic. Tuſc. 1, 21 *Quid habet iſta res aut lætabile, aut glorioſum?* conf. ibid. 4, 17; & 5, 15. Statius 4 Silv. 8, 21 *Ius tibi tergeminæ dederat lætabile prolis.* Comp. Mamerti. genethl. Maximini c. 18, *Quanto hoc eſt lætabilius ac melius.*

¶ Lætabundus, *a, um,* ſich freuend, frölich. Gell. 11, 15.

¶ Lætifico, *āre,* antique, frölich werden. Apud Nonium 2, 494 Siſenna: *Dii cultu erga ſe mortalium lætiſcunt.* conf. Cic. Tuſc. 1, 28 ex veteri poëta: *Vites lætiſcere.* Aliqui legunt *Vites lætificas.*

¶ Lætĭfico, *are,* frölich machen, erquicken. Cic. de N. D. 2 *Sol terram lætificat.* Lucan. 3, 48 *Illum gloria lætificat.* ¶ 2. Stercorare, Plin. 17, 9 &c. düngen. Hinc *lætificata ſeges,* apud Sedulium exordio 1, 41. v. *Lætamen* n. 2.

¶ Lætĭficor, *ari,* lætari, ſich freuen. Plaut. Aulul. 4, 9, 15 *Lætificartur meo malo & damno.* vide ibi Interpretes.

¶ Lætificatio, *onis,* f. die erfreuung, apud Arnobium.

¶ Lætificator, *oris,* m. ein frölichmacher, apud Tertullianum.

¶ Lætĭficus, *a, um,* frölich; ut, *Lætifici plauſus,* i. e. læti, Stat. Theb. 16, 531. *Lætifici fœtus,* Lucret. 1, 193. Ex Cic. vide in *Lætifico.*

¶ Collætor vel Conlætor, *ari,* συγχάιρειν, ſich zugleich freuen. Tertull. de Idolatr. c. 14 *Convivamus cum omnibus: conlætemur ex communione naturæ, non ſuperſtitionis.* Mantuan. *Feſta ſuo celebrant & collætantur alumno.*

¶ Exlætus, *a, um,* ſehr frölich. Adferunt ex Apul. Met. 3 *Venite exlæta facie.* Sed Elmenh. & Pricæus recte diviſim *ex læta.*

¶ Illætabilis, *e,* triſtis, traurig, betrübt. Virg. Æn. 12, 619 *Confuſe ſonus urbis, & illætabile murmur.* conf. Æn. 3, 707.

¶ Perlætus, *a, um,* ſehr frölich. Livius 10, 21 *Supplicatio perlæta fuit.*

LÆVIS, *e,* vel Lēvis, priore longa, quicquid tactu aſperum non eſt, glatt, ſchlüpfrig. Horat. 2 od. 11, 6 *Lævis juventas,* i. e. imberbis. Virg. Æn. 5, 91 *Tandem inter pateras & pocula lævia ſerpens, Libavitque dapes, &c.* Ovid. Met. 13, 792 *Lævior aſſiduo detritis æquore conchis. Vocem lævem,* Cic. de N. D. 2, 58 *aſperæ* opponit. Idem *lævem orationem* in orat. c. 5 dixit.

¶ Lævĭtas, *ātis,* die glätte, ſchlüpfrigkeit. Plin. 9, 29 de polypis: *Soli mollium in ſiccum exeunt, duntaxat aſperum: lævitatem odere.* Celſus 4, 19 *Lævitas inteſtinorum.*

¶ Lævĭtūdo, *ĭnis,* f. idem. Lactant. de Ira 10, 7 *Lævitudo granorum.*

¶ Lævor, *ōris,* m. idem; Plin. 9, 35; & Celſus præfat.

¶ Lævīgo, *are,* ſchleift und glatt machen, poliren, glätten. Varro 3, 11 de R. R. *Omnes parietes tectorio lævigantur.* Plin. 13, 12 *Scabritia* (chartæ) *lævigatur dente.* ¶ 2. In pulviſculum minutiſſimum redigere ſignificat. vid. *Lævigatus,* & *Polire* n. 4.

¶ Lævigātus, *a, um,* geglättet, glatt gemacht. Colum. 6, 17; 7, 5; 12, 41. Lactant. 2, 6 *Nitor lævigati marmoris.* Pallad. 1, 24 *Lævigatis paviticibus.* Ibid. c. 28 *Loca alluvio opere lævigata.* Compar. Macrob. Sat. 7, 12 *Quod & lævigatius & ſpiſſius eſt,* &c. ¶ 2. abs getreiben. Colum. 7, 5 *Combuſta galla cum auſtero vino lævigata.*

¶ Lævigatio, *ōnis,* f. die glattmachung, glättung, Vitruv. 7, 1.

¶ Lævigator, *oris,* m. Mart. Capella.

¶ Lævo, *are,* idem quod *lævigare. Lævare vultum, mollire orationem,* Cic. ap. Nonium. Celſ. 8, 3 extr. *Os radi & lævari ſatis eſt.* Stat. Theb. 1, 519 *Pars terere, lævare manu ac diſponere menſas.* Samon. 154 *Sepiolæ cineres ex oſſibus omnia lævant.* v. Burm.

¶ Lævatus, *a, um,* glattgemacht. Seneca ad Helv. c. 1 *Lævati menſarum orbes.* Gell. 17, 8 *Lævatiora lævioraque.*

¶ Allævo, *are,* zuſchmitzen, abglätten. Colum. 4, 25 *Vinitor, cum allævare quid debet, ſcalpro utitur.*

¶ Collævo, ſeu Conlævo, *are,* glätten. Senec. epiſt. 64 *Hoc aſperitas oculorum conlævatur, hoc palpebrarum craſſitudo tenuatur.* conf. Plin. 23, 1.

¶ Dela-

¶ Delævo, *are*, abglätten. Colum. de arboribus c. 6 *Plagas acutissimo ferro delevare*, idem quod *lavare*.

¶ Illævigatus, *a, um*, rauch, ungeglättet. Diomedes Gramm. *Illævigatus sonus & inconditus.*

LÆVI, *orum*, antiqua gens Italiæ, a Gallis expulsa, qui ipsi postea id nominis subiere. Liv. 5, 35 pr.

LÆVIVS, poëta vetus a Gellio laudatus. v. Scal. lect. Auson. 2, 27 p. 163, & Gron. ad Gell. 2, 24.

¶ LÆEVVS, *a, um*, adj. sinister, linck; item, liederlich; ut, *Latus lævum*, Horat. 3 oda 26, 5. *Manus læva*, & *læva* solum: *Ad lævam*, Plaut. Mil. 4, 6, 1, zur lincken hand. *Mens læva*, i. e. stulta, Virg. ecl. 1, 16; & Æn. 2, 54. *Pectus lævum*, Pers. 2, 53. Scholiastes Sophoclis: *οἱ παλαιοὶ ἀριστερὰ, τὰ μωρὰ δεξιὰ δὲ τὰ ξυνετὰ ἔλεγον. Numina læva* Virg. Georg. 4, 7 interprete Gellio 5, 12 sunt iniqua, placanda ne noceant. Vide tamen, quæ de *sinistris auspiciis* disputantur s. l. ¶ 2. *Lævi boves*, quorum cornua terram spectant, ex Philargyro ad Georg. 3. ¶ 3. *Lævum* & *dextrum* confundunt librarii, it. *sævum*. v Drak. ad Sil. 5, 660. Taubm. ad Plaut. p. 1187.

¶ Læve, adv idem. Horat. 1 epist. 7, 52 *Puer hic non læve jussa Philippi Accipiebat. Non læve*, i. e. haut stulte. Nimirum minime stupidum ac tardum fuisse significat. Sic usurpatur & *Scævus.*

¶ Lævorsum, & Lævorsus, lincfwärts, zur lincken. Ammian. 31, 10 *Lævorsus flexo itinere.* Apulej. in Florid. post. princip. *Lævorsum vel dextrorsum tanta mole corporis labitur.*

LAGÆNVM, *i*, n. *Lagana* in plurali, genus placentæ. v. Apic. 4, 2. Horat. 2 sat. 6, 115 *Ad porri & ciceris refero, laganique catinum.* vide ibi Torrentium: Hesychium adde in Λάγανα.

Artolaganus, Tyrolagana, vide in A & T.

LAGENA, *æ*, f. λάγηνος, vel λάγυνος, eine flasche, lägel. Horat. 2 epist. 2, 134 *Et signo læso non insanire lagenæ.* Martial. 10 epigr. 45 *Vaticana bibas, si delectaris aceto: Non facit ad stomachum nostra lagena tuum.* Vid. Burm. ad Petron. c. 22 p. 74. Auriculatas quoque fuisse apparet ex Sympos. ænig. 100. ¶ 2. Fuit & mensuræ genus. Hieronymus in vita Hilarionis: *Cumque centum lagenis æstimata fuisset integra adhuc vinea, post dies viginti trecentas fecit.* ¶ 3. Dicitur & *Lagona* & *Laguna.* Inscript. apud Gruter. p. 778 L. TROPHIMVS AVG. LIB. A VITE. ITEM A LAGVNA. vid. Gesneri Lex. rust.

¶ Liguncula, *æ*, f. diminut. Plin. 2 epist. 6 *Vinum parvulis lagunculis in tria genera descripserat.* Et Colum. 12, 38 extr. *Picatis lagunculis condere.*

¶ Lagunculāris, *e*, ad lagunculam pertinens, zur flasche gehörig; ut, *Laguncularis pix*, Marcell. Emp. c. 36.

¶ Lagenium, *i*, n. pharmacum quoddam, sic inscriptum apud Accium, hydropicis idoneum, Servius ad Virg. Æn. 10, 26.

LAGEOS, *i*, adj. λάγειος, uva leporaria, a leporis colore dicta. Λαγὼς lepus est. Virg. Georg. 2, 93 *Et passo Psythia utilior, tenuisque lageos. Lagea* in fœminino est apud Plin. 14, 3.

¶ Lago, *ōnis*, f. herba, quam aliqui *echiten* vocant, alii *laginem*, nonnulli tenuem *scammoniam*, Plin. 24, 15.

¶ Lagōis, *ĭdis*, f. genus piscis, cui caro leporina. Horat. 2 sat. 2, 22 *Nec scarus aut potevit peregrina juvare lagois.*

¶ Lagōos, *i*, m. λαγωὸς, lepus marinus, Dioscor. 2, 18.

¶ Lagōpus, *lagopōdis*, f. λαγώπους, avis non ignota, Alpina, candida columbæ magnitudine, apud Plin. 10, 48, ein steinhuhn, schneehuhn, ein wildweißhuhn, ein berghuhn, in frigidissimis montium jugis moratur. Citatur & hic versus ex Martial. 7 epigr. 87 *Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus.* Sed ei vetus mendum hæret. Pro *lagopode* enim legendum *glaucopide*, ut firmissimis rationibus Scaliger docet ad lib. 3 Propertii. *Glaucopis* autem est bubo, &c. *Lagepus* a pedibus leporinis. ¶ 2. Avis alia ejusdem nominis est croceo colore, notissima & hieme tota conspicua, ein goldammer, passeris genus. ¶ 3. *Lagopus*, herba, hasenfüß, hasenpötlein, katzenklee. v. Plin. 28, 8.

¶ Lagophthalmus, *i*, m. λαγώφθαλμος, eine scharte am auge, im obern augenlied, quoties in curatione plus æquo cute excisa, vel alia causa evenit, ut oculus non contegatur. Celsus 7, 7, 9.

¶ Lagotrophium, *i*, n. λαγωτροφῖον, lat. *leporarium*, ein hasengehege, Colum. 8, 1.

LAGŌNŌPŌNOS, *i*, m. gr. τῶν λαγόνων πόνος, *ilium dolor*, die colica, darmgicht, bauchgrimmen, Plin. 20, 4.

Lagoos, lagophthalmus, &c. vide *Lageos.*

Laguncula, vide *Lagena.*

LAGVS, *i*, m. Ptolemæi, Ægyptii regis pater: unde Ægyptii reges omnes, qui inter Alexandrum M. & Augustum Cæsarem fuerunt, *Lagidæ* appellantur. Lucan. 10, 527 *Non omnis regia Lagi.*

¶ Lagēus, *a, um*, adj. id est, Ægyptius. Lucan. 10, 394 *Præstet Lagea juventus Hoc regi, Romana sibi*, &c. Et, *Lageus amnis*, i. e. Nilus Sil. 1, 196. *Lagea ratis*, Idem 10, 322, ubi vid. N. Heins. & Drakenb. Et *Lagea novalia*, Val. Flacc. 6, 118, uti Nic. Heinsius restituit, quia de centum geminis Thebis Ægypti sermo est.

LAĬCVS, *a, um*, λαϊκὸς, popularis, a λαὸς, sacris non initiatus, profanus; ut, *Laici panes*, gemeines oder ungeweihetes brot. Sic verterunt interpretes latini Bibliorum, 1 Reg. c. 21; Οὐκ εἰσὶν ὑπὸ τὴν χεῖρά μου βεβηλοι ἄρτοι, ἀλλ' ἅγιοι: *Non sunt ad manum mihi profani panes sed sacri.* ¶ 2. *Laicus*, subst. ein laye, gemeiner mann. Tertull. Exhort. Castit. c. 7 *Nonne & laici sacerdotes sumus?* conf. de Præscript. c. 41.

LAIS, *idis*, f. Λαὶς, meretrix Corinthia famosissima, Alcibiadis ex Timandra habita filia. v. Plutarch. Alcibiade ext. Ovid. Am. 1, 5, 12 *Dicitur & multis Lais amata procis.* Gell. 1, 8, & Vinet. not. Auson. p. 221 seq.

LAĬVS, *i*, m. Λάϊος, rex Thebarum, Oedipi pater ex Iocasta. v. Stat. Theb. 1, 296; & 2, 66.

LALAGE, *es*, f. nomen puellæ dulce ridentis apud Horat. 1 od. 22, 23. conf. Propert. 4, 587, & Martial. 2 epigr. 62.

LALETANIA, *æ*, f. regio Hispaniæ in tractu Tarraconensi: Martial. 1 epigr. 50. Hinc

¶ Laletānus, *a, um*, adj. & Laletani, populi; ut, *Laletanum vinum* Plin. 14, 16.

LALISIO, *ōnis*, m. pullus onagri, ein junger waldesel. Martial. 13 epigr. 97 *Cum tener est onager fetaque lalisio matre Fascior, hoc infans sed breve nomen habet.* Plin. 8, 44 *Pedis onagrorum, cetu præstantibus fapore, Africa gloriatur, quos lalisiones appellant.*

LALLO, *are*, verbum fictum: quod usurpatur de infantibus, cum vel lac fugunt, vel loquuntur, lallen, singen. Persius 3, 18 *Iratus mammæ, lallare recusat.* Vbi vide Vet. Schol. B. Hieronym. 2 ep. 6, *Forsitan & lavis uberum pellicas mater, avara virgo, fronte, antiquum referens mammæ lallare congeminet.* Casaubonus observat, *Lallare* proprie esse, quando nutrix næniam canens puerum demulcet, ut somnum ei conciliet. Et sane

¶ Lallus, *i*, m. Ausonio ejusmodi nænia appellatur, quo ut pueris somnus inducatur, tæpe repetitur *lalla, lalla.* Ita enim epist. 16 scribit: *Nutricis inter lemmata Lallique somniferos modos Suescat: peritis fabulis.* v. Scaliger Auson Lect. 2, 11. & Casaub. ad Theophrasti Characteres. Turnebus autem *Lallum* Deum facit nutricum, Adverf. 18, 14.

LAMA, *æ*, f. lacuna, eine pfütze. Festus: LACVNAM *alii* LAMAM; *alii* LVSTRVM dicunt. *Ennius: Silvarum fultus lateberas lamasque latufas.* LAMÆ vocabulo usus & Horatius est 1 epist. 13, 13, ubi Torrentium videas licet. ¶ 2. *Lama* est spina Indica, ex qua effluit mastiche, Plin. 12, 17.

LAMBO, *lambi, lambĕre*, lecken, belecken, berühren. Martial. Apophoretis de musicario pavonino epigr. 67 *Lambere quæ turpes prohibet tua prandia muscas, Alitis eximiæ cauda superba fuit.* ¶ 2. Metaphorice de fluminibus. Horat. 1 od. 22, 7 *Quæ loca fabulosus Lambit Hydaspes.* Et hyperbolice Virgil. Æn. 3, 574 *Attollitque globos flammarum, & sidera lambit.*

¶ Lambens, *tis.* Ovid. Met. 3, 57 *Sanguinea lambens vulnera lingua.* Martial. 3, 81 *Catella auferum exta lambentes.*

¶ Lambĭto, *are*, frequent. oft lecken. Solinus c. 15 (vulg. 25) *Ægyptii canes e Nilo nunquam nisi currentes lambitant.*

¶ Lambĭtus, *ūs*, m. das gelecke. Aur. Vict. de Orig. Gent. Rom. *Lupam primo lambitu pueros datos fefellit.*

¶ Lambĕrō, *are*, secundum Festum est scindere atque laniare, zernagen. Plaut. Pseud. 2, 4, 53 *Me meo ludo lamberas.*

Compositæ:

¶ Allambo, vel adlambo, *ĕre*, belecken. Ausonius Mosella v. 360 *Festinant famulis quamprimum adlambere lymphis.* Prudent. Hamartig. v. 135 *Adlambunt ora cerastæ.* Mart. Capella 4 p. 95 *Anguis allambere fœminam attentat.*

¶ Allambens, *tis*, metaphorice idem ac attingens. Quintil. Declam. 10 *Allambentibus flammis.*

¶ Circumlambo, *ĕre*, umherbelecken. Plin. 11, 37 (sect. 65) *Id circumlambenda ora.*

¶ Delambo, *ĕre*, ablecken. Statius 2 Theb. v. 681 *Molliaque ejecta delambit vellera linguæ.*

¶ Prælambo, *ĕre*, kosten. Horat. 2 sat. 6, 109 de mure hospite, qui etiam Prægustatoris *Fungitur officiis prælambens omne quod affert.*

¶ Præterlambo, *ĕre*, i. e. leviter attingere, im vorbeygehen berühren. Ammian. 17, 4 (Valef. 2) *Musa flavius præterlambit.*

LAMBRVS, *i*, m. fluvius in Cisalpina Gallia, quem Padus defert in mare Adriaticum. Plin. 3, 16 & 19. Hinc

¶ Lambrani, *orum*, m. pl. accolæ, apud Sueton. Cæs. c. 10.

Lamella, lamellula, vide *Lamina.*

LAMENTOR, *atus sum, ari*, est querula voce & oratione tristi dolorem suum testari, & proprie mulieribus convenit, wehklagen, kläglich beweinen, heulen. Ter. Andr. 1, 1, 94 *Quæ tum mihi lamentari præter cæteras visa est.* Cic. Tusc. 2, ex Pacuvio hos versus recitat: *Conqueri adversam fortunam, non lamentari decet: Id viri est officium; fletus mulebri ingenio additus.* Ibid. 5, 38 *Cæcitatem alicujus lamentari.* ¶ 2. Et passive Apulej. Met. lib. 4 sub fin. *Mœretur, fletur, lamentatur diebus plusculis.* Vnde participium passivum apud Silium lib. 13, 711 *Armipotens ductor, quam sunt tua fata per urbem Lamentata diu.*

¶ Lāmentatio, *ōnis*, f. das wehklagen. Cic. Tusc. 13 *Lugubris lamentatio.* Isidor. 6, 1 *Lamentatio Ieremiæ.*

¶ Lāmentatus, *ūs*, m. idem apud Apulejum.

¶ Lāmentābilis, *e*, lamentatione dignum, kläglich. *Lamentabile regnum*, Virg. Æn. 2, 4. *Lamentabili voce deplorare*, Cic. Tusc. 2, 13. Et, *Lamentabilis comploratio*, Liv. 3, 47.

¶ Lamentārius, *a, um*, lamentationem movens; ut, *Ædes lamentariæ*, das klag- oder trauer-haus, Plaut. Capt. 1, 1, 28.

¶ Lamentator, *ōris*, m. Gloss. gr. lat. θρηνητὴς, *lugubris lamentator.*

¶ Lamentatrix, *ĭcis*, f. Scriban. de Pass. Chr. c. 10 *Vocare lamentatrices ad lamentum.*

¶ Lamentum, *i*, n. ipsa lamentatio, die klag-stimme. Cic. de Senect. c. 20 *Solon negat se velle suam mortem domi suorum lamentis lamentisque vacare.* Id. Tusc. Q. 2, 21 *Muliebriter lamentis se lacrymisque dedere.* Virg. Æn. 4, 664 *Lamentis gemituque & fœmineo ululatu.*

¶ Lamenta, *æ*, f. idem. Pacuvius apud Nonium 2, 493 *Lamentas, fletus facere compendi licet.*

¶ Delamentor, *ari*, beklagen. Apud Ovid. reperitur Met. 11, 331 *Natam delamentatur ademtam.*

¶ Elamentabilis, *e*, kläglich. Cic. Tusc. 2, 24 *Sin erit ille gemitus elamentabilis.* Ita Grut. Gron. Verb. Al. *lamentab.*

¶ Illamentatus, *a, um*, unbeklaut, unbeweint. Vulg. interpr. 2 Macc. 5, 10 *Illamentatus & insepultus abii.*

LAMIA, *æ*, f. pl. *Lamiæ*, Λάμιαι, mulieres veneficæ, striges, hexen, zauberinnen, unholde; quas oculos exemtiles habuisse Plutarchus tradit de Curiositate p. 115 extr. *Lamiam*, inquit, *fabulæ narrant domi quidem canere cæcam, oculos habentem in vasculo repositos, verum ubi prodeat foras reponere, ac tum oculatam esse: Ita quisque vestrum foris & in rebus aliorum ob malevolentiam sibi curiositatem velut oculum imponit:*

ponit: In noſtris vero ipſorum erratis nec oculos habemus, nec lucem, ὥστε καὶ φῶς ἢ ποιεῖσθαι. v. Michaelem Apoſtolium Proverb. Cent. II N. 15, & quos ad eum locum Pantinus, vel Schottus potius, citat. v. & Horat. Art. Poet. v. 340. ¶ 2. De perniciosis & infestis quibuscunque mulieribus fumitur. Apul. l. 5 Met. Cupido ad Pſychen inſic: *Si poſſ hac poſſ me illæ lamiæ noxiis animis armatæ venerint, (venient autem ſcio) neque omnino ſermonem conferas &c.* ¶ 3. Item, larvæ & lemures, quas cum lampusis conjungit Philoſtr. de Apollon. 4, 25. carnium humanarum appetentes. ¶ 4. *Lamia* etiam familia Romana. vide infra *Lamus.* ¶ 5. *Lamia* fuit etiam Atticum ſcortum. Solita eſt ea dicere: *οἱ ἐκ τῆς ἑλλάδος λέοντες, ἐν ἕρσῃ γε, σναεὶν ἀλώπηκες, Leones Graeci, Epheſi vocitantur vulpes.* Ælian. Var. Hiſt. 13, 9. vide ibi Cl. Scheffer. ¶ 6. *Lamia* etiam Theſſaliæ oppidum, unde bellum dicitur *Lamiacum* inter Antipatrum & Athenienſes geſtum, quod victus Antipater oppido ſe Lamia defendebat. v. Diod. Sicul. 17, 111.

LĀMĪNA, æ, f. bractea, five quodvis metallum in latitudinem ductum, ein blat oder blech von allerley metallen. Cic. de Legib. 2, 23 *Ad eam* (aram) *cum lamina aſſi: inventa, & in ea ſcriptum &c. Lamina falva,* i. e. aurea, Ovid. Met. 11, 124. Et, *Fuſis lamina diſſilait,* ibid. 5, 173, die klinge zerſpringt. ¶ 2. *Lamina* in tortorum inſtrumentis fuit. Cic. Verr. 5, 63 *Cum ignes, ardentesque laminæ ceteriique cruciatus admoveantur.* Et Prudentius paſſione Romani v. 486 *Inuſta laminis ardet cutis.* ¶ 3. *Lamnam* Horatius ſcripſit 2, ode 2, 25 & 1 epiſt. 15, 36, qua forma & Vitruvius uſus eſt aliquoties 7, 9 ſub finem. ¶ 4. Habuerunt & *Laminas* inter *παεξιαντα*: de quibus infra in *Phylacteria.* ¶ 5. Pro putamine, quo nuces involutæ ſunt, occurrit in Ovid. eleg. de Nuce v. 95 *Lamina mollis adhuc,* die weiche nuß-ſchale. ¶ 6. Pro tenui fibra etiam vel cute in Cæl. Aurel. Tard. 2, 13 *Aurium laminæ,* die ohr-läpplein.

¶ Lamella, æ, f. diminut. Vitruv. 7, 3 *Tenuis lamella*: & 7, 12 *Lamellæ æreæ.* Seneca de vita beata c. 21 *Pauca argenti lamellæ*: de Brevit. vitæ c. 12 *Æruginoſæ lamellæ.*

¶ Lamellula, æ, f. aliud diminut. idem ſignificans. Petron. c. 57 *Globulas emi, lamelluias paravi.* v. Heinſ. & Burm. p. 283.

¶ Lamnula, æ, f. aliud diminut. apud Tertull. de Corona c. 12.

¶ Dilamino, *are,* von einander ſpalten, mitten entzwey brechen. Ovid. eleg. de Nuce v 23 *Has puer aut certo vectas dilaminat ictu: Aut pronas digito bisve ſemeſve petit.*

¶ Sublamina, æ, f. ein unterblat. Cato de R. R. c. 21 *Sublaminas minutas ſupponito.*

LĀMIVM, i, n. urticæ fœtidæ ſpecies eſt Plinio 22, 14, eine taube, ſtinckende neſſel.

Lampadarius, lampadion, lampado, vide *Lampas.*

LAMPĀGO, *inis,* f. herba eadem quæ ſaxifraga, ſteinbrech, Apul. de Herb. c. 97.

LAMPAS, *ădis,* f. λαμπάς, (in Acculat. *Lampada* facit,) lychnus penſilis, eine lampe, ampel; ut, *Lampa: ferrea,* Colum. 12, 18; *æneæ,* Iuvenal. 3, 285. *Lampades ardentes,* Plaut. Men. 5, 2, 29. ¶ 2. Sunt & *Lampades* Meteora ignita in aere, quas *faces ardentes* vulgo dicunt, Plin. 2, 26. ¶ 3. *Lampas* pro luce, ſplendore, liecht, glantz. Statius Theb. 10, 121 *Lampade clara porcaſſus.* Et Virg. Æn. 4, 6 *Poſtera Phœbea luſtrabat lampade terras &c.* ¶ 4. *Lampada alicui tradere,* eleganti proverbio dicuntur, qui partes ſuas aliis tradunt agendas: Perſius 6, 61 *Qui prior eſt, cum me in decurſa lampada poſcis?* Vbi vetus Scholiaſtes: *Apud Athenas,* inquit, *cum juvenes curſu ludos celebrabant, qui victor eſſet, primus facem tollebat: deinde ſequenti ſe tradebat, & ſecundus tertio: ſimiliter omnes, donec curventium numerus impleretur.* Varro de Re Ruſt. 3, 16 *Quod de fructu nihil dixi, non curſu lampada tibi trado.* Lucret. 2, 77 *Inque brevi curſu mutantur ſæcla animantum, Et quaſi curſores vitai lampada tradunt.* Vide & Platonem lib. 1 de Republ. initio. Lubin. ad Iuvenal. 15, 141. ¶ 5. *Lampades* etiam & faces in hoſtilem utrinque aciem olim injiciebant *πυροφόροι,* ſive *λαμπαδοφόροι,* ut, eo velut ſigno dato, prœlium auſpicarentur. v. Voſſ. 5 Inſt. Orat. p. 394.

¶ Lampăda, æ, f. idem quod *Lampas* n. 1. Plaut. Caſ. 4, 4, 16 *Tene hanc lampadam.* conf. Priſcian. p. 758.

¶ Lampadaria, *orum.* Loculi ſepulcrorum, ubi lucernæ. Reinef. Inſcr. 11, 100 *Sua pecunia lampadaria & ollaria donavit.*

¶ Lampădion, *ii,* n. diminut. Ita ſuas delicias, puellas loquaculas & petulantiores appellitant amatores. Lucret. 4, 1158 *At ſtagrans, odioſa, loquacula Lampadion ſit.*

¶ Lampadarius, *i,* m. qui ſert lampada, aut qui eam accendi curat, ein lampen-mann. vid. l. fin. C. de diverſ. offi. Adde Inſcript. Murat. p. 888.

¶ Lampadias, æ, m. cometæ genus. Plin. 2, 25 *Lampadias ardentes imitatur faces.*

¶ Lampădo, *ōnis,* m. bulbus. Th. Priſcian. de Diæt. c. 10 *Bulbi* i. e. *lampadones deſiccativi ſunt.*

¶ Lampadodromium, *i,* n. certamen Corinthi Minervæ ſacrum, in quo currebant juvenes cum facibus, & qui lampada inextinctam ſervabat usque ad metam, victor evadebat. v. Cæl Rhodig. 9, 27.

LAMPĔTIE, *es,* f. filia Solis ex Neæra, Phaëthuſæ ſoror, in arborem mutata. Ovid. Met. 2, 349; & Propert. 3, 53.

LAMPETRA, vel Lampreta, æ, f. piſcis lubricus, colore cœruleo ſubnigro, ſeptem parvis ſiſtulis mirabili ordine diſtinctis, acceptam aquam remittens, quam alias *muſtelam ſtellarum* vocant, eine lamprete, pricke, a *lambendis petris* nomen habens; vide *Muſtela.*

LAMPĪDO, f. Lacedæmonia, fœmina raræ felicitatis, quæ regis filia, regis uxor, regis mater fuit, Plin. 7, 41.

LAMPON, *ōnis,* nomen equi, cujus miram velocitatem celebrat Sil. 16, 334. ¶ 2. Fuit & *Lampon* ſacrificus vates, unde proverbium: *Lampon per anſerem jurat,* ſi quis jurejurando conatur fallere. v. Eraſm. Adag.

LAMPRIDIVS, i, m. (Ælius) hiſtoricus tempore Conſtantini M. a quo deſcriptas habemus vitas quatuor Imperatorum. v. Voſſ. de Hiſt. Lat. 2, 7.

LAMPRVS, i, m. Muſici nomen apud C. Nepotem in Epaminonda c. 2 vide ibi Lambinum.

LAMPSĂCVM, i, n. Ciceroni & Plinio: Ptolemæo & poëtæ Priapejorum *Λάμψακος, Lampſacus,* urbs Myſiæ ad os Helleſponti clariſſima, nobili portu, & templo matris Deum inſignis quondam, auctore Strabone, dono aliquando a Perſarum rege data Themiſtocli, quemadmodum C. Nepos c. 10 retulit, & Ammianus lib. 22.

¶ Lampſacēnus, *a, um,* adj. ut, *Lampſacena urbs,* Val. Max. 7, 3, 4. *Lampſaceni* fuere Anaximenes & Metrodorus, Epicuri ſodales.

¶ Lampsăcius, *a, um,* aliud adject. Martial. epigr. 11, 17 *Nam mea Lampſacio lafi ſcivit pagina verſu.*

LAMPSĀNA, æ, f. λαμψάνη, olus ſilveſtre & vulgare, braſſica ſilveſtris, wilder kohl, rein kohl, ἀπὸ τοῦ λάπτω, quod foliis terram lambat. vid. Varr. R. R. 3, 16. Sed hic omnes quod ſciam *Lapſana,* ubi vid. Dioſc. 2, 107. Verterunt & *opium* & *napium,* wild ſeuf-kraut, weiſſer hedetich. *Lampſana vivere,* id eſt, perparce tenuiterque; v. Chiliad. ex Plin. 10, 84. 41, ubi etiam ſcribitur *Laps.*

LAMPȲRIS, *ĭdis,* f. λαμπυρίς, plur. *Lampyrides,* ſcarabæi ſunt ignium modo nocte lucentes clunium & laterum colore, Plin. 11, 28; & 16, 26 feuer-käfer, licht-mücken, Johannis-würmer; vocant & *Pyrolampidas.* Eſt elegantiſſima in Huetii carminibus ecloga huc nomine inſcripta.

LĀMVS, i, m. antiquus Læſtrygonum rex, Neptuni filius, Caretæ & Formiarum conditor: Vnde *Lamiarum* cognomen in Ælia gente. Horat 3 ode 17, 1 ad Ælium Lamiam: *Ælli, vetuſto nobilis ab Lamo, Quando hinc priores & Lamias ferunt Denominatos, &c.* vide ibi Torrentium. ¶ 2. *Lamus* equi nomen eſt apud Silium 16, 474. ¶ 3. Alius *Lamus* Herculis filius ex Omphale. v. Ovid. Heroid. epiſt. 9, 54.

¶ Lamia, æ, m. nomen nobilis Romani. v. Horat. l. c. & 1 epiſt. 14, 6, Iuvenal. 6, 383; & Cicero paſſim.

¶ Lamianus, *a, um,* adj. ut, *Lamiani horti,* Cic. Att. 12, 21.

LĀMȲRVS, *i,* m. lacertorum genus, Plin. 32, 11. Inter piſces refertur in Ovid. fragm. in Halieut. v. 120.

LĀNA, æ, f. λάχνη, die wolle. Potiſſima virginum in gynæceis cura. *Ducere lanam,* ſpinnen. Ovid. Met. 4, 34 *Aut ducunt lanas, aut ſtamina pollice verſant.* Lucret. 5, 1353 *Facere lanam,* idem; &, *Lanam tractare,* Iuſtin. 1, 3. *Lanã & tela victum quæritare,* Ter. Andr. 1, 1, 48. De tractandæ nendæque lanæ ratione elegantes Ovidii verſiculi ſunt lib. 6 Met. v. 19 *Sive rudem primos lanam glomerabat in orbes: Seu digitis ſubigebat opus: repetitaque longo Vellera mollibat nebulas æquantia tractu: Sive levi teretem verſabat pollice fuſum, &c.* v. 201. leg. *urgebat.* Burm. *ſubigebat.* Apud Horat. Carm. 2, 16, 37 aliosque poëtas *lana,* pro panno e lana confecto, reperitur. v. Menckenii Obſ. L. L. *Rixari de lanâ caprinâ,* eſt, de nihilo contendere, Horat. 1 epiſt. 18, 15. Varius autem uſus lanarum commemoratur apud veteres auctores. His enim circumligabant fauces valetudinis cauſſa, de quo vide ſupra in *Focale.* Vtebantur & in vulneribus obligandis, de quo Cæſaub. ad Suetonium p. 221. Lanarum, quibus gravidæ uterum fovebant, Lucianus Dialogis Meretriciis meminit in Myrtio: & has, ni fallor, Tertullianus *uteri infulas* appellat lib. de Anima c. 21.

¶ Lānula, æ, dimin. Celſ. 7, 27 *Carunculæ lanulis ſimiles.*

¶ Lānāria, æ, f. herba, quæ & *Strutbion,* apud Plinium 24, 18, 598. *Θριον herbam fallonum,* vulgus vocat, ſeiffenkraut, waſchenkraut, knabenkraut. conf. Colum. 11, 2. Sic & *Radix lanaria,* Marc. Empir. c. 9.

¶ Lānārius, *i,* m. ein wollen-arbeiter. Plaut. Aulul. 3, 5, 34, & Reinef. Claſſis 11, inſcr. 96 & 107. Murat 984 *Lanarius pectinarius,* Grut. 648, 2. adde Salm. ad Hiſt Aug. p. 270.

¶ Lānāris, *e,* wollenreich; ut, *Pecus lanare,* Varr. de R. R. 2, 9.

¶ Lānātus, *a, um,* idem; ut, *Oves lanatæ,* Columell. 7, 3; & *Pelles lanatæ,* Vitruv. 10, 13; & *Pecus lanatum,* Plin. 37, 22, qui etiam *lanatiore canitie ſubla,* Comparativo dixit 21, 20. Idem 9, 17 *Lyparum* (piſcium) *laudatiſſimi, qui appellantur lanati a candore mollitiaque carnis.*

¶ Lanetum, *i,* n. veſtimenti genus ex lana ſuccida confectum, ein wöllen kleid. Feſtus.

¶ Lāneus, *a, um,* wöllen; ut, *Pallium laneum,* Cic. N. D. 3, 34. ¶ 2. *Dii laneos habent pedes,* ænigma proverbiale eſt, indicans, Deos lento ſolere procedere ad ſcelerum ultionem gradu. vid. Chiliad.

¶ Altilaneus, *a, um,* qui lana abundat. Murat. Inſcr. 341 *arietes Altilaneos Martis II.*

¶ Lānēſtris, *e,* laneus, aus wolle. Vopiſc. Aureliano c. 29 *Lanefire pallium.* v. Caſaub.

¶ Lānitia, æ, & Lanities, *ēi,* f. wolle. Laberius apud Nonium 3, 133 *Mollis e lanitia Attica veſtis.* Tertull. adv. Marc. 2, 3 *Sed quia lanities renovata hæc corpora veſtit.*

¶ Lanitius, *a, um.* Arnob. 5 p. 174 *Cuſtos gregis lanitii,* ein ſchaf-hirte.

¶ Lānītium, ſive lanicium, *i,* n. ſubſt. woll-werck, woll-arbeit. Virg. Georg. 3, 384. *Sic tibi lanicium curæ, &c.* Adde Colum. 7, 3; & Plin. 11, 33.

¶ Lanōſus, *a, um,* lana abundans, voll wolle. Pallad. 8, 4 de armentis. Et Apul. 5 Mil. p. 162 *Iuvenis lanoſo barbitio genas inumbrans.* Male ibi legitur *Lanoſtim.*

¶ Lanōſitas, *ātis,* f. Tertull. de Pallio c. 3 *Muſcoſæ lanoſitatis concha.*

¶ Lanugo, *ĭnis,* f. quæ in adoleſcentum genis conſpicitur, die milch-haare, der erſte bart. Pacuvius apud Feſtum in GENAS; *Nunc primo opacat flore lanugo genas.* Suet. Ner. c. 34 extr. de ipſius amita, *Quam cum ex diuitia alvi cubantem viſitaret, & illa truſtans lanuginem ejus, ut aſſolet, jam grandiſnatu, per blanditias forte dixiſſet,* SIMVL HANC EXCIPERO, MORI VOLO: *Corneſius ad proximos, conf. ſtim ſi puſituram, velut irridens ait.* Idem Oth. c. 12 *Inſtituit a prima lanugine,* von jugend auf. Ammian. 16, 27 *Adultæ lanuginis juvenis:* & 27, 6 *Primæ lanuginis adoleſcens.* Cum prima tondentibus poneretur barba, excepta a cognatis & condita Deo alicui ſacrabatur. Fratque is dies ſolennis & feſtus. Huc reſpexit & amita Neronis & Nero. vide eâdem Neronis vita c. 12. ¶ 2. Item, die

die wolle an früchten und kräutern. *Mala teneræ lanugine*, Virg. ecl. 2, 51. ¶ 3. Seops, die fe-ſpäne, Colum. 4, 29.

¶ Lanūgineus, *a, um*, wollicht, rauch. Apul. de Herb. c. 62 *Floccoſis vel lanugineis adnationibus.*

¶ Lanūginōſus, *a, um*, idem. Plin. 19, 3; & *Lanuginoſior*, Id. 22, 20.

¶ Lanicūtis, *te*, wollicht an der haut. Sic Laberius apud Tertull. de Pallio c. 1. *Avi tem lanicutem* vocat.

¶ Lānifer, *a, um*, lanam ferens, wollreich); ut, *Arbor lanifera*, wollbaum, Plin. 13, 14.

¶ Lāniger, *a, um*, idem; ut, *Pecudes lanigeræ*, Virg. Æn. 3, 642. *Vellus lanigerum*, Ovid. Heroid. epiſt. 18 Leandri v. 144. Subſt. Phædr. Fab. 1, 1, 6 *Laniger contra timens.*

¶ Lānificus, *a, um*, mit wolle umgehend; ut Claudian. 2 in Eutrop. v. 381 *Doctiſſimus artis lanificæ.* Tibull. 2, 1, 10 *Lanificam penſis impoſuiſſe manum*, ſpinnen. Mart. 4 ep. 54 *Lanificas nulli tres exorare puellas Contigit, obſervant, quem ſtatuere, diem.* Sic Parcas vocat filum vitæ nentes.

¶ Lanifica, *æ*, ſubſt. Feſtus in *Gaia Tanaquile -- quam ſummam aſſeverant lanificam fuiſſe.*

¶ Lānificium, *i*, n. wollen-arbeit, das wollenſpinnen. Colum. præfat. lib. 12 *Nunc pleræque* (Rom. mulieres) *ſic luxu & inertia deſtituuntur, ut ne lanificii quidem curam ſuſcipere dignentur*, ſie ſchämen ſich zu ſpinnen. Et Apul. Met. 9 p. 219 *Ego miſera & pernox & perdita lanificio nervos meos contorqueo.*

¶ Lānilŭtor, *ōris*, m. qui lavat lanam. Gloſſ. lat. gr. *Lanilutor*, ἐριοπλύτης.

¶ Lānipendens, *tis*, qui lanam pendit. Gloſſ. gr. lat. ταλαϑιζόμενος γυνή, *lanipendens.*

¶ Lanipendius, *ii*, m. idem. Murat. Inſcr. p. 889.

¶ Lanipendia, *æ*, f. l. 31 ff. de donat. inter vir. niſi forte *lanipenda* legendum, ut in lapide Reines. Cl. 11 n. 38, & Murat. p. 985.

¶ Lānĕŏlus, *i*, m. qui lana tegit oculi vitium, Feſtus conf. Caſaub. ad Suet. Domit. c. 17.

¶ Delanĭco, *are*, i. e. diſcindere, & quaſi lanam detrahere. Feſt. LANCEA, *æ*, f. λόγχη: a qua voce derivat Feſtus, ein ſpeer, ſpieß, lantze. Sed dictio eſt Hiſpanica, v. Gell. 15, 30, vel Gallica potius, ut Diodorus ait. Siſenna Suevis hoc vocabulum tribuit 3 Hiſt. v. Caſaub. ad lib. 4 Strab. *Lancea venatoria*, ein jäger-ſpieß. Apul. lib. 1 de A. A. *Athenis proxime ante Pœcilen porticum iſto gemino obtutu circulatorem aſpexi equeſtrem ſpadam præacutam mucrone infeſto devoraſſe: ac mox eandem invitamento exiguæ ſtipis venatoriam lanceam, qua parte minatur exitium, in ima viſcera condidiſſe.*

¶ Lancĕŏla, *æ*, f. diminut. Capitol. Maxim. Iun. c. 4 *Lanceola fiſſa eſt fulmine.* ¶ 2. Item ein pfriemen, laßeiſen. Vulg. Interpr. 1 Reg. 18, 28 *Incidebant ſe juxta vitum ſuam cultris & lanceolis.* ¶ 3. *Lanceola* etiam eſt plantago minor, ſpitzwegerich. Tabernæm. p. 111. Hinc

¶ Lancĕŏlātus, *a, um*, ſpitzig, wie ein ſpieß; ut, *Plantago lanceolata*, l. c. de qua herba Macer 2, 3, 5 *Altera vero minor, quam vulgo lanceolatam dicunt, quod foliis ut lancea ſorgat acutis.*

¶ Lanceārius, *i*, m. ein ſpießträger. Tales *Lancearii* apud Ammian. 21, 13; & 31, 13.

¶ Lanceo, *are*, i. e. lanceam jacere, mittere, die lantze ſchwingen. Tertull. adv. Marc. 3, 13 *Qui ante norint lanceare quam lancinare.* conf. Idem adv. Iudæos c. 9. Iunius exponit *lances exhaurire.*

¶ Lanceatus, *a, um*, lancea transfixus, geſpießt. Firmicus: *Lanceatum mori.*

¶ Lancĭno, *are*, lacerare, zerreiſſen, qvälen. Solinus c. 40 (al. 53) *In Aſia locus eſt, quo, primo adventus ſui tempore ciconiæ advolant, & eam, quæ ultima advenerit, lancinant univerſæ.* Plin. 11, 34 *Eſt & volucre canibus peculiare malum, aures maxime lancinans.*

¶ Lancĭnatus, *a, um*, zerriſſen, aufgerieben. Catull. Carm. 29 in Cæſarem v. 18 *Paterna prima lancinata ſunt bona*, hoc eſt, decocta, conſumta. Add. Senec. de Ira 1, 2; Item de Brevit. vitæ c. 12; & epiſt. 32.

¶ Lancinatio, *onis*, f. die zerreiſſung, zerſtoſſung, apud Celſum.

¶ Lancĭnator, *ōris*, m. qui lancinat, diſcerpit. Prudent. Romano v. 1057 *Lancinatores gregum.*

¶ Dilancĭno, *are*, idem quod *Lancinare.* Prudent. Hymn. Vincentii v. 156 *Membra dilancinata interſicis.*

Lancula, vide *Lanx*, Laneſtris, laneus, *Lana.*

LANGA, *æ*, f. animal, Plinius 37, 2 ſ. 11 de electri ſ. ſuccini ſpecie, quam *lyncurium* quidam appellant. *Alii dixere langurium, & eſſe in Italia beſtias langurias: Zenothenis langas vocat easdem, & circa Padum iis vitam affirmat.*

LANGĪA, *æ*, f. fons in Nemæa ſilva Arcadiæ, ex quo refectus fuit Argivus exercitus ad Thebas vadens, cum graviter ſitiſſet. Statius Theb. 4, 728.

LANGVEO, *langui, ēre*, infirmum eſſe, deficere, otioſum eſſe, ſiech, ſchwach, faul, träge und müßig ſeyn. *Corpus, animus languet.* Virg. Georg. 4, 252 *Languebunt corpora morbo.* Et Ovid. 1 Pont. 4, 3 *Vives in corpore languent.* Cic. in Piſon. c. 33 *Languet juventus, nec perinde, atque debet, in laudis & gloriæ cupiditate verſatur. Langucre otio*, Id. Nat. D. 1, 4 *Languere e via*, Id. Phil. 1, 5.

¶ Languens, *tis*. Cic. de Leg. 2, 15 *Incitat languentes.* Virg. Æn. 11, 69 *Flos languentis hyacinthi.* Id. Æn. 10, 388 *Recurſus languentis pelagi*, i. e. tranquilli. Hinc compar. *Languentior*, in Priapejis.

¶ Langueſco, *ĕre*, languidum fieri, labore confici, matt, ſchwach, faul werden. Cic. in Orat. c. 2 *Langueſcit induſtria*, der fleiß läßt nach. Id. de Senect. c. 9 *Orator, metuo, langueſcat ſenectute.* Virg. Æn. 9, 436 *Flos langueſcit moriens*, wird welck.

¶ Languĭdus, *a, um*, ſchwach und matt, it. nachläßig. *Languidus vino vigiliisque*, Cic. Verr. 3, 12. *Languidus pulſus ictus*, Plin. 11, 37. Et, *Languida auctoritas*, Id. 15, 29. Compar. Cic. pro Ligario c. 9 *Languidiori ſtudio in cauſſa fuiſſis. Languidiora, conſilia*, Id ad Att. 10, 11. Et Ovid. Amor. 3, 4, 9 *Semina nequitiæ languidiora.*

¶ Languĭde, adv. matt, ſchwächlich. *Cunctanter & languide procedere*, Colum. 11, 1. Hirtius Bell. Gall. 8, 18 *Languide negligenterque tela mittere.* Plin. 37, 7 de carbunculis: *Qui languidius & lividius lucent.*

¶ Languĭdulus, *a, um*, matt, welck; ut, *Somni languiduli*, Catull. 65, 331. Et, *Corome languidula*, Quintil. 8, 3.

¶ Languĭtūdo, *inis*, & Languĭtas, *ātis*, f. die mattigkeit, das unvermögen. Gloſſ. gr. lat. ἀδυναμία, *Languitudo, Languitas.*

¶ Languor, *ōris*, m. virium defectus, debilitas, laſſitudo, ſchwachheit, mattigkeit. Ter. Heaut. 4, 5, 3 *Vel me hæc deambulatio, quam non laboriosa ad languorem dedit*, hat mich müde gemacht ¶ 2. Eſt & animi languor, die träahheit. *Languori ſe deſidiæque dedere*, verdroſſen und faul werden, Cic. Off. 1, 34. conf. Nonius 4, 283.

¶ Languĕfăcio, *ēre*, ſchwachen, entkräfften. Cic. de Leg. 2, 15 *Vis canendi languefacit exeitatos.*

¶ Languĭficus, *a, um*, languere faciens, ſchwächend; ut, *Languificus leo*, Auſonius Eclog. p. 558.

Compoſita cum præpoſit.

¶ Elangueo, *ēre*, & Elangueſco, *ĕre*, languore tabeſcere, torpeſcere, hinläßig ſeyn. Aur. Vict. de Viris illuſtr. in Hannibale: *Cum urbem capere poſſet, in Campania deliciis elanguit.* Et Gell. 3, 1 *Omnis vigor animi corporisque elangueſcit & efflaminatur.* Et Liv. 35, 45 *Non eſſe elangueſcendum.*

¶ Elanguĭdus, *a, um*, abgemattet, kraftlos. Fortun. 1 Mart. *Paullatimque focis elanguida ligna reſorbet.*

¶ Oblangueo, *ēre*, & oblangueſco, *gui, ĕre*, matt, kranck werden. Cic. fam. 16, 12 *Litterule noſtræ tui deſiderio oblanguerunt.*

¶ Relangueo, *ēre*, & Relangueſco, *ĕre*, kraftlos werden. Cic. Att. 13, 41 *Relanguiſſe ſe dicit.* Cæſ. B. G. 2, 15, 4 *His rebus relangueſcunt animi.* Addatur Ovid. Met. 6, 291; & Senec. Nat. Qu. 5, 8.

Languria, langurium, vide *Langa.*

Laniarius, laniatio, laniena, vide mox *Lanio.*

Lanifer, lanificium, lanificus, &c. vide *Lana*, Lanignus, *Lanio.*

LĀNIO, *ōnis*, & Lanius, *ii*, m. ein fleiſchhauer, metzger. Vet. Gloſſ. *Lanius*, κρεοπώλης, Ter. Eun. 2, 2, 26 *cetarii, lanii, coqui.* Forma *Lanius* etiam Livius 22, 25 uſus; & ipſe Cicero Off 1, 42. Altera *Lanionis* rarior quidem, non autem rejectanea eſt, uti Gloſſæ non ſolum veteres habent κρεοπώλης, *lanio, cornarius, lanius:* ſed Paulus etiam IC. l. 18 pr. ff. de inſtruct. *lanionis inſtrumentum* dixit; ut de Petronii fragm. Traguriano c. 39; & Suetonii *lanionia menſa* taceamus, procul dubio a *laniene*, non *lanio*, dicta. Add. Olai Borrichii in Voſſ. Cogitationes p. 152.

¶ Lānĭēna, *æ*, f. officina, in qua laniantur pecora venduntur ve carnes, ſchlacht-haus, fleiſch-haus. Plaut. Epid. 2, 2, 15 *Per myropolia, & lanienas, circaque argentarias Rogitando ſum ravcus factus.* Tertull. de Anima c. 33 *Pecus lanienæ & macello deſtinatum.* Varro apud Nonium 12, 55 *Laniganam tabernam* vocat, ut Scaliger in Catalectis obſervavit. *Laniam* dixit Livius. Vocabatur & *Laniatorium.* Vet. Gloſſ. κρεοπωλεῖον *lanitorium, macellum.* ¶ 2. Sed & ipſe laniandi actus, ſive laniatio, aut diſſectio carnium, *Laniena* dicitur. Vnde & medicorum ſectio, ſ. *anatome, Laniena Hippocratica.* Prudentio appellatur Romano v. 498.

¶ Lāniōnius, *a, um*, zum ſchlachten gehörig; ut, *Menſa lanionia*, Suet. Claudio c. 15, ubi vide Caſaub.

¶ Lanignus, *a, um*, pro *Lanionius* ex Varrone vide in *Laniena.* conf. Turnebi Adverſ. 14, 19.

¶ Lānĭārius, *i*, m. vel idem quod *Lanius*, vel collegii & corporis nomen. Vetus Inſcriptio Narbonenſis apud Grut. p. 1035 n. 4, C. NIGIDIVS PRIMVS LANIARIVS SIBI ET PROBO MEROE, &c.

¶ Lānĭarium, *i*, n. pro laniena apud Varronem Rei Ruſt. 2, 4, 3 legitur, die fleiſchbanck.

¶ Lānio, *avi, atum, are*, zerfleiſchen, zerreiſſen. Liv. 9, 1 *Placari nequeunt, niſi hauriendum ſanguinem laniandaque viſcera noſtra præbuerimus.* Vet. Gloſſ. κρεοκοπῶ, *Lanio.* Virg. Georg. 3, 514 *Laniabant dentibus artus.*

¶ Lānĭatus, *a, um*, zerfleiſcht, zerriſſen. Cic. Phil. 11, 2 *Corpus tractum atque laniatum.* Ovid. Met. 7, 349 *Laniatum merſit in undis.* conf. Virg. Æn. 6, 494, & 12. 606. In fragm. Sall. p. 991 Cort. *laniata navigia.*

¶ Lānĭatus, *us*, m. die zerfleiſchung; ut, *Ferarum laniatus*, Cic. Tuſc. 1, 43. Arnobius 1 p. 14 *Belluarum laniatibus objectare.* Iuſtin. 41, 3, 5 *Avium aut canum laniatus.*

¶ Lānĭatio, *onis*, f. idem. Seneca de Clem. 2, 4 *In cædes hominum & laniationes pervenit.*

¶ Lānĭator, *ōris*, m. ein metzger, ſchlachter. Gloſſ. gr. lat. μακελλάριος, *laniator, lanio.*

¶ Lānĭatōrium, *i*, n. idem quod *laniarium.* Gloſſæ eædem: μακελλεῖον, *laniatorium.* vide & *Laniena.*

¶ Dilānio, *are*, von einander reiſſen, zerfleiſchen. Cic. pro Milone c. 13 *Tu cadaver P. Clodii noctiurnis canibus dilaniandum reliquiſti.*

¶ Dilāniatus, *a, um*, zerriſſen, zerwühlt. Ovid. Amor. 3, 9, 52 *Inornatas dilaniata comas.* v. Bur. ad Ovid. Her. 1, 9; & 12, 157.

LĀNISTA, *æ*, m. gladiator, plerumque rude donatus, qui deinde ludum gladiatorium aperit, & alios artem docet, ein fechter, fechtsmeiſter. *Ad laniſtam ſe conferre*, Cic. pro Roſc. Am. c. 6, fechten lernen. conf. Sen. de Benef. 6, 12. Iuvenal. 3, 158 *Pinnirapi cultos juvenes, juvenesque laniſtæ.* Adde Martial. 11 epigr. 67; & Demſteri Paralip. ad Roſin. 5, 24 p. 491 ſq. ubi prolixe de Laniſtis agitur. ¶ 2. *Laniſta* metaphorice eſt autor & incitator, alios ad certamen ſubornans, ein aufwiegler. v. Cic. Phil. 13, 19; & Liv. 35, 33 cum not. Gronovii.

¶ Lānĭſtĭtius, *a, um*: ut, *Laniſtitia familia* Petron. Fragm. Tragur. c 45.

LĀNĪVIVM, sive Lanuvium, *i*, n. Λανούϊον, Dianæ lucus: id est, Artemisium, (sic enim vocant) e sinistra viæ regione, ex Aritia ad Arecinam viam conficeudentibus, quod templum nominant ædificium Tauricæ: v. Ovid. Fast. 6, 59 sq. ¶ 2. *Lanuvium* & in Latio oppidum, de quo Cicero pro Mil. c. 10; Propert. 4, 8, 3. v. Broukh. hic & ad 4, 8, 48. & 4, 9, 20; Sil. 13, 364, & quos laudat Drakenb. ad 8, 363.

¶ Lānuvīnus, *a, um*, adj. Horat. 3 ode 27 pr. *Ab agro Rava decurrens lupa Lanuvino.* Corrupta voce IVNO LANVMVINA dicitur apud Fabrett. Inscript. p. 698.

Lanugo, lanuginosus, lanula, vide *Lana*, Lanuvium, *Lanivium*.

LANX, *lancis*, f. πανδίς, ein teller, breite schüssel, vas cibis ferendis aptum, potissimum vero in quo assa ponebantur, sicut in *Cairo* juralenta. Cic. Att. 6, 1 *Lancibus & splendidissimis canistris nos soles pascere.* Plaut. Amph. 4, 4, 22 *Lances detergam omnes, omnesque trullas hauriam.* Symmach. 1 epist. 23. *Quid? si ego cœnas dapsiles & saliare convivium, tum viscerationes atque epulum postulassem: tu mihi mensas secundas & scitamenta exigua lancis apponeres?* Horat. 1 epist. 5, 23 *Ne non & cantharus & lanx Ostendat tibi te: Lanx*, i. e. discus, ut vetus Scholiastes interpretatur. ¶ 2. *Lances* sunt in libra, waagschalen, blätter an der wage. Cic. Acad. 4, 12 *Ut necesse est, lancem in libra ponderibus impositis deprimi, sic animum perspicuis cedere.* Persius 4, 10 *Gemina suspendere lance Ancipitis libræ.* Ausonius 256 *Omnia quæ geminis æquabis lancibus ante.*

¶ Lancicula, *æ*, f. dimin. Arnobius lib. 2 p. 59 *trulla, lancicula, candelabrum.*

¶ Lanculæ, *ārum*, aliud dimin. Vitruv. 10, 8.

Æquilanx, vide supra *Æquus*.

¶ Bilanx, *ancis*, f. libra, statera duabus lancibus, eine wage. Adelph. de Virgin. *Dispectioni, bilancem facta trutinare.* Vt adject. Mart. Capella 2 p. 42 *Sine bilance libra.*

LĀŌCOON, *ontis*, m. Priami filius, Tymbræi Apollinis sacerdos. Virgil. Æn. 2, 41 (& mox v. 230) *Laocoon ardens summa decurrit ab arce.*

LĀŌDĀMĪA, *æ*, f. penult. product. Λαοδάμεια, Acasti filia, Protesilai, qui ad Trojam primus occubuit, uxor. v. Ovid. Heroid. 13. ¶ 2. Altera Bellerophontis fuit filia, Sarpedonis mater. v. Homer. 6 Iliad.

LĀŌDĬCE, *es*, f. Λαοδίκη, una filiarum Priami nupta Helicaoni Antenoris regis Thraciæ filio. v. Ovid. Heroid. ep. 18, 135. ¶ 2. Altera Agamemnonis ex Clytemnestra fuit filia. De utraque illarum Homerus.

LĀŌDĬCEĀ, *æ*, f. Λαοδικία, Vrbes duæ, altera in Cæle-Syria, quæ in Libano, vel ad Libanum, vel Libani dicitur; altera Syriæ itidem, sed ad oram Phœnices maritimam. v. de utraque Spanh. de usu & præst. num. 13 p. 608.

¶ Laodicēni, *orum*, m. pl. incolæ Laodiceæ, Cic. fam. 12, 13.

¶ Laodicensis, *e*, adj. ut, *Civitas Laodicensis*, idem fam. 5, 20.

LĀŌMĔDON, *ontis*, m. rex Trojæ, filius Ili, Priami pater perjurus, quia Neptuno & Apollini, murorum Trojæ conditoribus, pactam negavit mercedem. v. Ovid. Met. 11, 199 & 757.

¶ Laomedontiades, *æ*, m. patronymicum, Laomedontis filius, Priamus, apud Persium 6, 326.

¶ Laomedontiadæ, m. pl. Trojani, apud Virg. Æn. 3, 248.

¶ Laomedonteus, *a, um*, adj. Virg. Georg. 1, 502 *Laomedonteæ luimus perjuria Trojæ.* conf. Æn. 4, 542.

¶ Laomedontius, *a, um*, aliud adj. ut, *Heros Laomedontius*, Virg. Æn. 8, 18.

LĀPĀTHVM, & LĀPĀTHVS, *i*, f. & n. λάπαθον, herba quæ & *Rumex*, ampffer. v. Plin. 20, 21; & Colum. 10, 373. Lucil. ap. Cic. de Fin. 2, 8 *O lapathe, ut jactere necesse est, cognitu cui sis.* Sed *Oxalis*, ὄξαλις est sauerampffer. Horat. 2 sat. 4, 29 *Et lapathi brevis herba*, &c. conf. Cic. fin. 2, 8.

¶ Bulapathum, *i*, n. βυλάπαθον, herba, ex genere lapathorum, rhebarbar, Plin. l. c.

¶ Hippōlāpathum, *i*, n. herba, rumicis seu lapathi species, omnino respondens illi plantæ, quæ sub *Rhabarbari* nomenclatura in hortis seritur, Matthiol. Münch-rhabarbara, *Rhabarbarum Monachorum* exponitur, & groß mengel-wurtz, & roß- oder wasser-ampffer, ἱππολάπαθον conf. Plin. l. c.

¶ Oxylapathum, *i*, n. ὀξυλάπαθον, wasserampffer. Dioscor. 2, 106.

LĀPIS, *idis*, m. qui saxo minor est, ein stein. *Telorum lapidumque imcessere jactu*, Ovid Met. 13, 560. Et, *Conjectus lapidum*, Lucret. 3, 999. Et, *Medici lapides, qui fundi mitti possint*, Liv. 38, 20 pr. schleudersteine. *Lapidibus appetitus & pervulsis*, Cic. pro Domo c. 5. *Omnem movere lapidem*, est, omnia conari & experiri. Plin. 1 epist. 20 *Omnia pertento, omnia experior*, πάντα δεπιορε λίθον κινῶ. Ovid. Ponto 4, 8, 49 *Tabida consumit ferrum lapidemque vetustas. Lapis angularis*, Cato de Re Rust. c. 14 pr. ein eckstein. *Lapis Parius*, marmor, Virg. Georg. 3, 34. ¶ 2. *Lapis* erat locus eminens, & tamquam suggestus, unde præco prædicabat & vendebat. Hinc *de lapide emtos*, Cic. in Pisonem c. 15 nominat vilissimos, non frugi bonæ, servos venales, v. Turneb. Adverss. 10, 3. ¶ 3. *Lapides loqueris.* Plaut. Aul. 2, 1, 30, id est, durus & asper est sermo tuus, qui me quasi lapidibus impetit. ¶ 4. Pro stupido brutoque ponitur. Plaut. Merc. 3, 4, 47 *Lapidi maximo mando*, i. e. stupidissimo. Ter. Hec. 2, 1, 17 *Me omnino lapidem, haud hominem putas.* Idem Heaut. 4, 7, 33 & 5, 1, 44 *Quid plus lapis?* v. Voss. 4 Inst. Orat. p. 93. Sic, *Lapidem verberare*, Plaut. Curc. 1, 3, 41, i. e. castigare incorrigibilem, & repugnantem. *Neque habet plus sapientiæ quam lapis*, Id. Mil. 2, 2, 81. Hinc refert illud Matth. 3, 9 & Luc. 3, 8 *Posse Deum e lapidibus istis suscitare filios Abrahamo*, Io. Pierius lib. 49 Hieroglyph. tit. de *Lapide*. ¶ 5. *Lapidem ferre alterâ manu, panem ostendere alterâ*, apud Plautum Aul. 2, 18, est coram amice blandiri, sed clanculum nocere. ¶ 6. Ponitur & pro milliario: ut, *ad tertium ab urbe lapidem*, drey meilen von der stadt. Florus 2, 6, 36 *Non jam a tertio lapide*, (ut Hannibal Romam,) *sed ipsas Carthaginis portas obsidione quatiebat.* Quod Livius 26, 10 *tria millia passuum ab urbe* dixit. Id. Liv. 3, 69 *Ad decimum lapidem manere.* Val. Max. 4, 1, 10 *Intra septimum lapidem triumphi querebantur.* De paupere Roma & initio imperii loquitur. Causa hujus formulæ fuit, quod singula milliaria lapidibus singulis distinguebantur, ut interquiescere ibi viatores possent. Inscriptusque lapidi numerus erat, qui, quotum milliarium esset, denotaret. Rutilius Numatianus lib. 2 Itinerarii v. 7 *Intervalla viæ fessis præstare videtur, Qui notat inscriptus millia crebra lapis.* v. Brisson. Antiq. Iur. Civ. 4, 8. Dalechamp. ad Plin. 15, 30. Vlpian. l. 1 § 4 D. de offic. Præfecti urbi: *Quicquid igitur intra urbem admittitur, ad Præfectum urbi videtur pertinere; Sed &, si quid intra centesimum milliarium admissum sit, ad Præfectum pertinet. Si ultra ipsum lapidem, egressum est Præfecti urbi notionem.* Sed in designandis his milliariis utrumque vocabulum & *lapidis* & *milliarii* omittebatur interdum, numero tantum expresso. Tac. Hist. 2, 24, 3 *Ad duodecimum a Cremona locus Castrorum vocatur.* ¶ 7. *Lapides* superaggesti cadaveribus in via, vicem tumuli præstant. vide Petronium c. 114 ejusque interpretes. ¶ 8. *Lapis sacer*, ein geweiheter grentzstein. Liv. 41, 13 pr. *Prodigia nunciata: avem sangualem, quam vocani, sacrum lapidem rostro cecidisse.* Vbi Gronovium pretium est consulere. Add. Lucian. Deor. Concil. p. 714 pr. Tibull. 1, 1, 17 *Nam veneror, seu stipes habet desertus in agris, Seu vetus in trivio florea sedet lapis.* Seneca Hippolyto v. 528 *Nullus in campo sacer Divisit agros arbiter populis lapis.* Ita enim non publicos tantum fines, sed privatos etiam agros disterminabant. Adde, quæ Gallæus collegit ad Lactantii verba 1, 20 *Qui lapidem colunt informem atque rudem, cui nomen est Terminus.* ¶ 9. *Iovem lapidem* qui jurat, dicit, *si sciens fallo, tum me diespiter salva urbe arceque bonis ejiciat, ut ego hunc lapidem.* Ex Festo Manut. ad Cic. fam. 7, 1. vid. *Iupiter.*. ¶ 10. Gemmæ etiam *lapides* dicuntur. v. Drakenb. ad Sil. 12, 231. vide Pancirolli Rer. deperdit. P. 1 tit. 16 p. 42. *Indicorum lapidum in adamantibus dignitas prima*, Solin. c. 65. ¶ 11. *Vniones* & *margaritas* etiam lapides dici, docet Brouckh. ad Tib. 1, 9, 39. *Lapis vivus* quis esset, disputant viri docti ad Grat. 404. ¶ 12. De *Lapide philosophico* v. Voëtius part. 1 Disp. Theol. p. 677, & Pancirolli l. c. P. 2 cum not. Salmuthi p. 140. ¶ 13. *Lapides* & fœmineo genere dixit Ennius apud Nonium 3, 123. Ex ejusdem Ennii annali 17 laudavimus supra in *præceps, Occumbunt multi letum ferroque lapique.*

¶ Lāpillus, *i*, m. diminut. Martialis 9 epigr. 58 *Qui littoribus nitent lapilli.* Eod. lib. epigr. 53 *Dies signandi melioribus lapillis.* Quales Plin. 6 epist. 11 *Candidissimo calculo notandos* dixit. v. Gesner. Chrestom. Plin. p. 205 sq. ¶ 2. Gemmas sonat fæpissime. v. *Lapis* n. 10. Horat. 1 sat. 2, 80 *Inter niveos viridesque lapillos.* Et Ovid. Eleg. de Nuce v. 141 *Auferat hic aurum, peregrinos ille lapillos.*

¶ Lāpillulus, *i*, m. aliud diminut. idem. Solinus c. 15 *Grues sublatis lapillulis ad moderatam gravitatem saburrantur.*

¶ Lāpideus, *a, um*, steinern. Liv. 30, 38 *Lapideo imbri pluit*, es hat steine gereanet. *Lapideus murus*, Id. 1, 38. *Lapideus sum, commovere me miser non audeo*, Plaut. Truc. 4, 3, 44.

¶ Lāpidōsus, *a, um*, steinicht; ut, *Terra lapidosa*, Varro R. R. 1, 9, ein steinicht land. Sen. de Benef. 2, 7 pr. *Beneficium superbe datum ab homine duro simile est pani lapidoso.* Compar. Plin. 34, 12 *Misy est lapidosius.*

¶ Lapidōsitas, *ātis*, f. die steinichte art. Tertull. de Habitu mulieb. c. 6 *In piscium cerebris lapidositas quædam est.*

¶ Lāpidārius, *i*, m. subst. ein steinbrecher. Vlpian. L. 5 § 7 Dig. Commodati &c. *Si servus lapidario commodatus sub machina perierit, &c.* impetuntur. Gloss. gr. lat. λιθοτὸς, *lapidarius.* Adde Petron. c. 65.

¶ Lāpidarius, *a, um*, adj. steine. Plaut. Capt. 3, 5, 65 *Ibis in latomias lapidarias*, per pleonasm. steinbrüche. Solin. c. 2 *Lapidarii campi*, steinicht. Petron. c. 117 *Lapidaria navis.* Id. c. 58 *Lapidariæ litteræ*, i. e. faxis incisæ.

¶ Lāpidesco, *ĕre*, lapidem fieri, zum stein werden, steinhart werden. Plin. 16, 6 *Glans lapidescit duritia.*

¶ Lāpido, *avi, atum, are*, est lapide petere, lapides conjicere etiam, steinigen. Quintil. 8, 2 *Lapidare quid sit, manifestum est.* Petron. c. 114 *Præterieus aliquos tralatitia humanitate lapidabit*, i. e. lapides conjiciet in nostra cadavera. Tertull. adv. Praxeam c. 30 *Stephanus cum lapidaretur.* ¶ 2. *Lapidari* & illi dicuntur tralate, qui pulsantur cavillis vel in quos joca dictaque conjiciuntur. Macrob. Sat. 2, 7 *Quo dicto universitas populi ad solum Cæsarem oculos & ora convertit, notantes impotentiam ejus, hæc dicacitate lapidatam*, i. e. percussam sive taxatam. Hinc etiam apud Lactantium 6, 23 legi voluit Buchnerus *His obscenitatibus animas ad sanctitatem genitas, velut in cœni gurgite demersit*, (Dæmon) *pudorem exstinxit, pudicitiam* LAPIDAVIT, i. e. violenter invasit prostravitque, ut solent everti, atque prosterni, quæ per vim magnam conjectis lapidibus impetuntur. Sed al. *flagitavit*, ubi vid. al. *fugavit*, al. *prostigavit, &c.* ¶ 3. Apud Livium *Lapidare* fæpius pro *lapidibus pluere* inventur, ut 43, 13 *Reate imbri lapidavit.* Id. 29, 14 *Novendiale sacrum, quod de cœlo lapidatum esset, factum.* Et 44, 18 *Bis in exitu ejus anni lapidatum esse, nuntiatum est*, es hat steine geregnet.

¶ Lapidans, *tis*. Vulg. interpr. Act. 14, 19 *Lapidantes Paulum traxerunt.*

¶ Lapidātus, *a, um*, gesteiniget. Vulg. Interpr. Hebr. 11, 37 *Alii lapidati sunt, secti sunt.* Tralate Macrob. Sat. 2, 7 *Alicujus dicacitate lapidatus.* Suet. Calig. c. 5 de Germanico Cæsare: *Longe majora & firmiora de eo indicia in morte ac post mortem exstitere. Quo defunctus est die, lapidata sunt templa, subversæ Deum aræ &c.* Tam carus nempe omnibus fuit, ut ejus mortem tam impatienter tulerint, ut vim fecerint ædibus sacris, injectis lapidibus, quasi jam amplius Dii colendi non essent, qui neglexissent Germanicum, &c.

¶ Lapidātio, *ōnis*, f. lapidum conjectio, der steinwurf, die steinigung. Fuit pœnæ genus apud Ebræos: apud Macedonas parricidæ eo necaban-

cabantur. Curt. lib. 6 extr. & Cic. pro Domo c. 5 *Facta lapidatio est.* Ita etiam Verr. 4, 43. Theatralis lapidationis exempla collegerunt Erh. & Burm. ad Petron. c. 90 pr. it. Casaub. ad Sueton. Cal. 5. De grandine L. 4 Cod. de Malefic. & Math. *Neventis grandinisque lapidatione quaterentur,* der hagel.

¶ Lapidātor, *ōris*, m. qui lapidat. Cic. ibidem: *percussor, lapidator, fori depopulator.*

¶ Lapio, *īre*, est lapidem facere, obdurefacere. Pacuv. apud Nonium 1, 87 *Lapit cor cura, ærumna corpus conficit.* Festo *lapire* est dolore afficere.

¶ Lapicīda, *æ*, m. ein steinmetz. Varro de L. L. 7 n. 33 *Qui lapides cædunt, lapicidas: qui ligna, lignicidas non dici.* Onomast. Vet. *Lapicida,* λατομος.

¶ Lapicidinarius, *i*, m. idem, est in Cyrilli Gloss. eoque vertitur græcum λαξευτης, nec non λιθοξοος.

¶ Lapidicæsor, *ōris*, m. Idem in Gloss. gr. lat. λατόμος, *lapidicæsor.*

¶ Lapicidīna, *æ*, f. eine stein-grube, stein-bruch, ubi lapides cæduntur. Varro de L. L. 4 n. 32 de Latomiarum, Syracusani carceris, nomine ait: *De latomia translatum, quod hoc quoque lapicidine fuerunt.* Et Cic. de Divinat. 2, 21 extr. *lapicidinæ Chiorum,* Vlpian. L. 9 § 1 Dig. Communia prædior. *Si constet, in tuo agro lapicidinas esse; nec privato nec publico nomine quisquam lapidem cædere poterit, cui id faciendi jus non est.* Id. L. 7 § 13 D. de soluto matrim. vocat *lapicidinas marmoreas,* ubi marmor cæditur. Plaut. Capt. 3, 5, 78 *In lapicidinas deductus.* Ibid. 5, 2, 24 *In lapicidinas compeditum condidi.* ¶ 2. Vulgo scribitur *Lapidicina,* quod vero displicet eruditis, quia & Varro a *cædendo* deducit; & veteres libri *Lapicidina* plerique referunt. Vetus inscriptio Romana: CAESARIS SER. THAMYRIANVS A LAPICIDINIS CARISTIIS &c. vid. Gruter. p. 593 n. 8. Manut. in Orthogr. Sed vulg. interp. 2 Reg. 22, 6 *Lapides de lapidicinis.* Ita etiam habetur in l. 9 § 2 ff. de usufr. l. 13 § 5 ff. eod. & l. 77 ff. de contrah. emt.

¶ Lapicidinarius, *i*, m. qui lapicidinis præest. Murat. Inscr. p. 751.

Composita cum præpos.

¶ Delāpido, *are*, steine weglesen. Cato de R.R. c. 46 *Locum bipalio vertere, delapidare, circumque sepire.* ¶ 2. *Delapidare* Festo est lapides sternere, pflastern. Hinc

¶ Delapidātus, *a, um*, gepflastert. *Delapidata, lapide strata* apud Festum: λιθοστρωτα.

¶ Dilapido, *are*, proprie lapides dissipare; item dispergere, durchbringen, verschleudern, durch den hals jagen. Ter. Phorm. 5, 7, 4 *Convenimus Phormio est, priusquam dilapidet nostras triginta minas.* Cic. ad Octavium: *Publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat.* Hanc notionem hujus verbi Hotomannus a *lapide* deducit, in quo adhabat præco, rem venalem & distrahendam proponens. Ego *dilapidare* pro dispergere inde cœptum dici putaverim, quod lapides sine cura sæpius temere soleunus jacere & ita dispergere.

¶ Dilapidans, *tis.* Colum. 10, 329 *Sæpe ferus duros jaculatur Iuppiter imbres Grandine dilapidans hominumque boumque labores,* zerschlettet.

¶ Dilapidatus, *a, um*, zerschmissen, verthan, apud Firmicum.

¶ Dilapidatio, *onis*, f. die verschleuderung, verschwendung, apud Livium. *Dilapidatio bonorum,* Cod. Theod. l. 4 tit. 20.

¶ Elāpido, *are*; ut, *Elapidare solum,* id est, lapidibus purgare, die steine aus dem acker schaffen, Plin. H. N. 17, 10.

LĂPĪTHAE, *arum*, m. pl. Λαπιθαι. Thessaliæ populi, equorum domitores, qui cum Centauris bella gessere. Virg. Georg. 3, 115 *Frena Pelethronii Lapithæ gyrosque dedere &c.* Pelethronios dixit a Pelethronio oppido Thessaliæ, ubi primum domandorum equorum ratio reperta est. Horat. 1 od. 18, 7 *At ne quis modici transiliat munera Liberi, Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero Debellata.* Apul. A. A. 4 p. 438 *Clamore ludunt, strepitu cantillant, conviciis jocantur: ac jam cetera semiferis Lapithis, Thebanis, Centaurisque similia.* v. Spanh. de usu & præst. num. diff. 7 p. 417.

¶ Lăpithæus, *a, um*, adject. ut, *Gens Lapithea,* Ovid. Met. 12, 530.

¶ Lăpithĕius, *a, um*, idem; ut, *Prælia Lapitheia,* Id. Met. 14, 670.

¶ Lăpithŏnius, *a, um*, idem; ut, *Nympha Lapithonia,* Stat. Theb. 7, 297.

LAPPA, *æ*, f. planta major, quæ & *Personata*, großkletten, ac minor, quæ *Xanthium*, ξάνθιον, etiam dicitur, spitze kletten. Tertia species *Aparine*, ἀπαρίνη, quæ & *Philanthropus* est, klebkraut, Matthiolus. De *lappa boaria* Plin. 26, 11. *Lappam inter frugum morbos* numerat Id. 18, 17. Ovid. Ponto 2, 1, 14 *Mixta tenax segeti crescere lappa solet.*

¶ Lappāceus, *a, um*, adject. von kletten, kletticht. Plin. 22, 18 *Helxine femina* (habet) *in capitibus lappaceis adhærentia vestibus.* Lappaceum ergo h. l. est, quod lappæ simile, vel instar lappæ adhæret.

¶ Lappāgo, *ĭnis*, f. herba peculiaris Plin. 26, 10, *negallidi* similis, nisi ramosior est & pluribus foliis.

LAPRIVS, *i*, m. cognomen Iovis apud Lactant. 1, 22. Sed apud alios scriptores altissimum de eo silentium: quidam *Elaphum* cum Gyraldo intelligunt secundum Hesychium in Creta cultum.

LAPSĂNA, *æ*, f. λαψανη, wilder senf. Plin. 20, 9; Dioscor. 2, 107; Colum. 9, 4 & 12, 7. vid. *Lampsana.*

Lapsĭlis, lapsio, &c. vide *Labor, i*, Lapso, are, *Labo, are.*

LĂQVEAR, & Laqueāre, *is*, n. eine gewölbte oder getäfelte decke eines gemachs. *Dependent lychni laquearibus aureis*, Virg. Æn. 1, 730. Et 8, 25 *Summi laquearia tecti.* Manil. 5, 512 *Facere sanctis laquearia tectis.* Plin. 33, 3 *Laquearia inaurata.* Gloss. Cyrilli, *Laquear*, καλαθωσις. vide supra *Lacunar* in *Lacus*, unde *Laquear* deducitur.

¶ Lăqueārium, *i*, n. alia flexione, in Vet. Gloss. est, quo δεφωσις & δεφος interpretando vertuntur.

¶ Laqueārius, *i*, m. artifex struendi laquearia vel lacunaria, ein gypser. L. 2 Cod. Theod. de excusat. artif. *Architecti, laquearii, aharii, &c.*

¶ Lăqueo, *are*, die decke zieren, wölben. Manilius 1, 533 de sideribus: *Ignibus in varias cælum laquearia formas.* Add. 5, 659.

¶ Laqueatus, *a, um*, laquearibus ornatus, gewölbt, getäfelt. Cic. in Verr. 1, 51 pr. *Templum undique tectum, pulcherrime laqueatum.* Et incunte lib. 2 de Legib. *Magnificas villas, & pavimenta marmorea, & laqueata tecta contemno.* Liv. 41, 20 *Iovis Capitolini magnificum templum, non laqueatum auro tantum, sed parietibus totis lamina inauratum.* vide Sueton. Neron. c. 31. Et Vulg. Interp. Hagg. 1, 4 *Habitare in domibus laqueatis.* ¶ 2. Aliam notionem vide in *Laqueus.*

LĂQVEVS, *i*, m. eine schlinge, fallstrick oder strick so in eine schleife sich zusammen ziehet. Quo ipso ab restis & fune distinguitur. Laqueus enim ad capiendum & strangulandum compositus est a *Lacio. Laqueis feras capere*, Virg. Georg. 1, 139, in schlingen fangen. *Laqueum venandi cassis ponere*, L. 55 Dig. de acquir. rer. dom. 10. Sed, *Laqueo vitem ligare*, Sen. Hippol. v. 259. Et, *Laqueis fessi spiritum eripere*, Val. Max. 6, 1 extr. sich erhenken. Sic, *jam laqueo collum obstringere*, Plaut. Aul. 1, 1, 39. *Laqueo guttur frangere*, Sallust. Catil. c. 55. Formam laquei ex Taciti verbis intelligimus Ann. 15, 57, 2 *Vinculo fascia, quam pectori detraxerat, in medium laquei ad arcum sibi resticto, indidit cervicem, & corporis pondere consisa tenuem jam spiritum expressit.* Sic Cic. Verr. 4, 17 *Collum in laqueum inserere.* Qui sponte vitam laqueo finissent, solis illis justa non fiebant, nec in parentalibus eorum nomina ciebantur, ut auctor est Artemidorus 1, 5. Tales quoque abjiciebantur insepulti, ut ex pontificalibus libris refert Servius ad Virgil. Æneid 12. ¶ 2. *Laquei* dicuntur etiam quæcunque captiones, alles damit man einen fänget; ut, *Laquei disputationum*, Cic. de Orat. 1, 10. *Laquei judicii*, Id. pro Mil. c. 15. Et, *Æquitatem rei verbi laqueo capi non oportet*, Id. pro Cæcin. c. 29. mit gefährung eines worts. *Inexplicabiles laquei*, Quintil. 5, 10. *Quorsum itaque tantis laqueis inclusa vestigium porrigam*, Apulej. lib. 6 p. 178. *Timorem inanem perfunctis longe majores inhæsimus laqueos.* Id. lib. 8 p. 248. Sic, *Evadere juris laqueos*, Gell. 13, 10. *Erroris laqueis*, Iuvenc. 3, 12 & 403. ¶ 3. Diogenes sermonem ad gratiam instructum, τὸν πρὸς τὴν χαριν λογον, *melleum* dixit *esse laqueum*, μελιτινων ἀγχόνην, Diog. Laertius.

¶ Laqueārius, *i*, m. ein fänger. Isidoro 18, 56 est inter gladiatores, qui laqueum adversario injiciebant, ut prosterneretur perimerentque. vid. Lipsium Saturn. 2, 13. ¶ 2. Sed *Laquearius*, pro artifice, structore laquearis, vide in *Laquear.*

¶ Laqueo, *are*, laqueo innectere, fesseln, an strick legen. Tralate Lutatius ad 11 lib. Theb. Statii: *Erigone se nimio dolore luctus laqueavit.* Iuvenc. 1, 524 *Si te oculi laqueaverit error.* conf. Paulinus Nol. in Nat. Felic. 7, 78. & Palæmon Gramm. ed. Putschii p. 1384. (Aliud significat *Laqueo* in *Laquear.*) Hinc

¶ Laqueatus, *a, um*, verstrickt, gefesselt. Solinus c. 25 *Laqueatis cruribus impedire gradiendi facultatem.* Colum. 6, 19 extr. *Ceterum corpus laqueatum & distentum*, id est, laqueis constrictum.

¶ Laqueator, *oris*, m. Idem qui *Laquearius* apud Isidorum 18, 56, uti apparet ibidem ex titulo. conf. Stewech. ad Veget. 3, 22 p. 261.

Composita:

¶ Ablăqueo, *are*, rusticæ rei scriptoribus tritissimum verbum, ad vites & arbores proprie pertinens, cum circum illas terra foditur, radicesque summæ amputantur, die bäume räumen, die wurzel beschneiden. Vossio Etym. p. 273 a *Lacu* potius emanasse videtur, ut sit quasi *ablacuare.* Sed videntur radices vel ipsarum vitium vel alienæ luxuriantes laqueis similes, qui ne strangulent arbustum, cavendum est. Colum. 4, 8 *Priusquam frigora invadant, vitis ablaqueanda est.* vid. Gesneri Lex. Rust. hic & in *Oblaqueare.*

¶ Ablaqueātus, *a, um*, umgegraben; ut, *Vitis ablaqueata*, Plin. H. N. 6, 27.

¶ Ablaqueatio, *ōnis*, f. die umgrabung und beschneidung. Colum. 4, 17 *Autumnalis ablaqueatio diligenter facienda est. Radicule* enim *æstivæ*, ut Columella 4, 8 docet, *ferro decidebantur.* Plin. 12, 15 *Myrrha gaudet rastris & ablaqueationibus.*

¶ Circumlăqueo, *are*, laqueis cingere, umschlagen. Gratius Cyneget. v. 29 per tmesin: *Per sensos circum usque sinus laqueabis.* Sed ad maculas retis quasi lacus in laqueari refert Burm.

¶ Elaqueo, *are*, expedire, laqueo exsolvere, los machen. Prudent. adv. Symmach. 2, 147 *Elaqueanda animi constantia, ne retinaclis Mollibus ac lentis nexa & captiva prematur.* Sidonius 8 epist. 9 *Non statim se poetica teneritudo a vinculo incussi angoris elaqueat.*

¶ Elaqueatus, *a, um*, auf freyen fuß gestellet. Ammian. 30, 1 *Quem elaqueatum fidem rupturum exisimabat.*

¶ Illaqueo vel Inlaqueo, *are*, verbum, laqueo constringere, irretire, fangen, berücken, verstricken. Prudent. Hymn 5 καθημερ. v. 41 *Callidus illaqueat volucres Aut pedicis dolus, aut maculis.*

¶ Illaqueātus, *a, um*, gefesselt, verstrickt. Cic. Arusp. Resp. c. 4 *Illaqueatus jam omnium legum periculis. Inlaqueatum*, inquit Festus, alii *pro vinclo utuntur, alii pro soluto*, unsicher.

¶ Oblăqueo, *are*, umfassen. Tertull. de Resurr. Carn. c. 7 *Argento gemmas oblaqueare*, hoc est, circumdare, in silber einfassen. Quod Rhenanus in Annotationibus æque ab *Lacus* deduci postulat, quam videas. ¶ 2. *Oblaqueare* interdum habent libri antiqui pro *ablaqueare*, quod rejicere non audet Gesn. in Lex. Rust ubi vid.

¶ Sublaqueo, *are*, unterstützen. Grut. Inscript. p. 172 n. 14 *Sublaqueavit trabes tecti ferro.*

LAR, *lāris*, m. plur. *Lāres*, Dii geniales, Genii, Dii domestici, haus-geister, haus-götzen. Eorum mater *Lara* sive *Larunda*, quæ & *Muta* appellata, Lactant. Inst. Div. 1, 20. conf. Varro de L. L. 4, 10 fin. *Lar*, ut docet Scaliger ad Propertium, Hetrusca vox est, & προστάτην ac *Principem* significat. Ideo *Lares* varii variarum rerum antistites Dii dicuntur. Sic *Lar celestis* apud Capitolinum; & *cunctis*

Iovis quorum ille Iupiter, hic autem Ianus, quem regere omnia credebant. vide Macrob. Sat. 1, 9. Præterea & *Lares urbium*, a quibus captivos abducere nefas existimabatur. vide Macrob. Sat 3, 9. *Lares per mare metuendi*, qui sunt Neptunus, Thetis, Glaucus, memorantur Ennius 40, 22. conf. Meurs. Auctar. Phil. c. 2. Alii etiam LARES PRIVATI: alii PUBLICI erant: qui & COMPITALES & VIALES appellati: quod compitis viisque publicis præessent: *Privati*, qui tutam cuiusque focum ac domum servare credebantur. PRAESTITES iidem appellati sunt: *Quod præstant oculis omnia tuta suis*. ut Ovidius ait lor est: quem vide Fast. 5, 129 & seqq. & supra in *Compitum*: & præterea Macrob. 1, 7 ex Varr de L. L. 5 p. 49. Inde apud Serviam *lares viales*. Add Hard. ad Plinium 3 not. mag. 46, ubi Terullianum emendat. Cur canis iis additus, habes apud Ovid. l. c. vide & infra *Praesides*. LARES nonnullos malos nocentesque Genios dixisse, Plutarchus auctor est Quæst. Rom. p. 277 initio, quos alii *Larvas* dixerunt. vide post in *Larva*, & Apul. de Deo Socratis, cujus locum damus in *Lemures*. *Larium vas aliam* seu rusticorum & agrestium Principes Priapus & Sylvanus. vide Broukh. ad Tib. 1, 1, 24. ¶ 2. *Lar familiaris* pro foco, ubi colebatur, & pro ipsis ædibus. *Ad suum larem familiarem redire*, Cic. Verr. 3, 54. Et, *Patrium larem revisurus*. Apul. 11 Met. p. 270. *Paterni laris inops*, Horat. 2 epod. 2, 5. *A lare incipe*, proverb. i. e. a domesticis ac familiaribus mirum fumito. *Homo sine pignore, sine lare*, i. e. non habens conjugem, liberos, domum, unangejeſſen, Curt. 5, 12, 2. conf. Plaut. Trin. 1, 2, 1.

¶ LĂra, vel Larunda, *æ*, f. una Najadum, ex qua nati *Lares*. vide Auctores citatos in *Lar*. Ovid. Fast. 2, 599 *Forte fuit Naïs Lara nomine, &c.* conf. infra *Larunda*.

¶ LărărIum, *i*, n. sacrarium domesticum, in quo Lares & Dii domestici colebantur; quemadmodum Severum Lampridius in vita c. 29 scribit rem divinam facere solitum *in lavario* ad effigies Deorum, inter quos & Abrahami ac Christi, Alexandri M. Ciceronis & Virgilii imagines habuerit. Solebant enim ibi non Deorum tantum, sed magnorum quoque virorum, & quos præcipue admirarentur ac colerent, imagines habere & honorare. Quemadmodum & L. Vitellius *Pallentis*, & *Narcissi liberorum imagines inter Lares colui*t, ut Suetonius auctor est, Vitell. c. 2 ext.

¶ LarIfŭga, *æ*. m. q. d fugiens larem suum; ut, *Larifuga nocturnus*, Petronius in Fragm. Tragur. c. 57.

¶ Larigena, *æ*, c. domi natus, domesticus, ex Isidori Gloss. pro *Largens* legit Barthius Advers. 7, 13.

LARBĂSON, *i*. n. stibium, spießglas, Plin. 33, 6.

LARDUM, & Laridum, *i*, n. apud Plaut. Capt. 4, 2, 67, ac ibidem sc. ȝ aliquoties; pingue illud frequens seu densum in porcis, fpeck. Sed *Succidia*, eine ſpeck ſeite. *Fucla satis pingui ponentur oluscula lardo*, Horat. 2 sat. 6, 64. *Lardaspinguia* in plurali dixit Ovid. Fast. 6, 169. *Saltam cum nostri lardum occamus, ut opinor, quasi large aridum*, inquit Macrobius Sat. 7, 12. conf. Apic. 7, 9. & Salm. ad Vopisci Probum c. 4.

¶ Lardārium, *i*, n. eine ſpeck nadel.

¶ Illardo, *are*, ſpicken, beſpicken, apud Apicium.

Larentalia, Larentia, vide infra *Laurentia*.

LARGIOR, *ītus sum, īri*, large præbere, ſpendiren, reichlich geben. Ter. Adelph. 5, 8, 17 *Dare largiturque puer. Largiri ex alieno*, Cic. fam. 3, 8. *Patrimonium effundere inconsulte largiendo*, Id. Off. 2, 15. *Vitam largiri*, das leben ſchencken, Apul. lib. 6 Met. Plaut. Amn. 5, 2, 82 *Istascine patrem æquum mores est liberis largirier*, h. e. exemplo commendare. Cum ablat. Plaut. Pers. 2, 3, 13 *Nunc amico homini bobus dentis mea ex eramena largiar*. Id. Pseud. 1, 4, 3 *Postquam herili filio Largitus dictis dapsilis*. ¶ 2. Interdum *Largiri* idem est ac concedere, permittere, es zugeben, zulaſſen, einräumen. Colum. 5, 9 *Si tempus non largitur*. Cic. fam. 5, 12 *Amori nostro plusculum largiare*. Ibid. 13, 50 *Hoc mihi da atque largire*, thue es mir zu liebe zu gefallen. Propert 1, 3, 24 *Omniaque ingrato largibar (pro largiebar) munera somno*. *Largibor* antique pro *Largiar*, Plaut. Bacch 4, 7, 30; & Mil. 4, 6, 28.

¶ Largio, *īre*, pro *Largiri*. Lucil. ap. Nonium 2, 888 *Tu primum hæc viscera lævi*, pro *largire*. Et Accius ap. Nonium 11, 19 *Benigne & pro beneficio largito atque ampliter*. conf. Laurenb Antiq. p. 249.

¶ Largiens, *tis*. Vulg. Interpr. 2 Paral. 14, 5 *Domino pacem largiente*.

¶ Largītus, *a*, *um*, der verehret hat. Cic. de Aruſp. Resp. c. 25 *Secunda fortuna regnum largita*. ¶ 2. *Largitus* passive, geſchencket. Plin 17, 11 *Si conditio largita non sit*.

¶ Largitio, *ōnis*, f. liberalitas modum excedens, unmäßige mildigkeit. Cic Off. 2, 15 *Largitio fundum non habet*, id est, liberalitate immodica opes etiam magnæ exhauriuntur & effugiunt. Præcipue enim illa liberalitas ita vocatur, quæ per ambitionem exercetur & corrumpit. Cæs. B. C. 1, 39 *Largitione redemit militum voluntates*. Cic. Off. 2, 15 *Epistola quadam Alexandrum filium Philippus accusat, quod largitione venatica tantum Macedonum conciliet*. Id. Tusc. 3, 20. *Largitiones facere*. ¶ 2. Aliquando & veniam notat, die verzeihung. Rutilius Lupus lib 1 de Figuris sentent. in *Metanœâ*: *Hujusmodi*, inquit, *incepti duntaxat arguere, pene maleficii largitionem est facere*.

¶ Largitas, *ātis*, f. idem. Cic. de N. D. 2, 62 *Fruges terra cum maxima largitate fundit*. Ter. Adelph. 5, 9, 28 *Quæ ipsius subita est largitas?* Boethius 2 de Consol. Philos. Prosa 6 *Avaritia semper odiosa, clarescit largitas facit*. *Largitas* humanitatis ac liberalitatis, *largitio* ambitionis est: Muret. in lib. 2 Ann. Tac.

¶ Largitūdo, *inis*, f. idem. Gloss. gr. lat. δαψίλεια, *largitas, largitudo*. Charis. l. 1. *Largitudo nusquam inveniur nisi apud nepotem*.

¶ Largitor, *ōris*, m. qui ambitiose liberalis est. Cic. Off. 1, 19 *Exsistunt plerumque in rep. largitores & factiosi*. Liv. 6, 16 *Largitor voluntarius reperit fenatus factus*. ¶ 2. In meliorem partem Ambrosius de Spir. S. 2, 12 *Largitor fuæ moderator est largitatis*.

¶ Largītor, *āri*, frequent. hergeben, mittheilen. Plaut. Trin. 3, 3, 14 *Ut ea dare largitari te illi*

¶ Largitiōnālis, *is*, m. subst. largitionum minister, æraiii privati præfectus, ein almoſenirer. Apud Vopisc. in Carino c. 20. ¶ 2. Adjective *Largitionales tituli*, l. 12 C. Theod. de Vectigal. *Largitionale aurum*, l. 13 C. de Sulcept.

¶ Largīmentum, *i*, n. ein geſchenck. Fulgent. 2 Mythol. *Non hominis, sed divinum largimentum*.

¶ Largus, *a*, *um*, der gerne viel giebt. Cic. Off. 2, 16 *Duo genera sunt largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales*. De aliis rebus copiam significat & abundantiam. Sic, *Larga messis*, Ovid. Fast. 4, 617, eine reiche erndte. *Largæ opes*, Martial. 5 epigr. 25. *Largus imber*, Ovid. Met. 4, 282, ein ſtarcker regen. *Largiore vino uti*, zu viel weins trincken, Liv. 40, 13. *Largissimus*, superl. apud Cic. Verr. 3, 50 pr. ¶ 2 Cognomen Cæcinarum fuit in gente Licinia. vide Spanh. de usu & præst. num. diss. 10 p. 10.

¶ Large, adv. liberaliter, abundanter, reichlich, mildiglich, überflüßig. *Large effundere donare*, Cic. pro Rosc. Amer. c. 8. *Dare largius*, Ter. Eun. 5, 8, 45. *Ut conferre mecum largius*, Curt. 7, 4, 7. *Dederis mihi copia quam largissime facta*, Cic. Verr. 2, 8.

¶ Largiter, idem. Plaut. Rud. 4, 4, 144 *Credo illic inesse auri & argenti largiter*. Id. Epid. 3, 4, 49 *Peccatum largiter*. Ut Most. 2, 2, 8 *Peccavisti largiter*. Adde Cic. ad Brut. 17. Cæs. de B. Gall. 1, 18. Sic, *Largiter ultionis*, Tertullianus dixit Apolog. c. 37.

¶ Largīus, idem. Afranius apud Nonium 11, 44 *Quid lacrymas? Largius proluere*.

¶ Largiusculus, *a*, *um*, aliquantum largus, reichlich. Solinus c. 7 (al. 12) de Græcia: *Sabnexus* (galactites) *parvulis largiusculus hausfus salivarum facit*.

¶ Largifĭcus, *a*, *um*, überflüßig. Lucret. 2, 627 *Largifica stirpe ditant*.

¶ Largiflŭus, *a*, *um*, largiter fluens, häufſig. Iuvenc. in Lucæ c. 1 *Largifluis humiles opibus ditavit egentes*. Dixit & Cicero de Orat. 3, 39 *imbri largifluo*, sed ex veteri poëta.

¶ Largĭsŭus, *a*, *um*, ſchwatzhaftig. Plaut. Mil. 2, 3, 47 *Nonne tibi istam protrunicari linguam largiloquam jubes?*

¶ Dilargior, *īri*, austheilen, hin und her verſchencken. Cic. de Lege Agr. 2, 29 *Sulla omnia sine ulla religione, quibus voluit, est dilargitus*. Suet. Cæs. c. 20 *Quæ cuique libuissent, dilargitus est*. conf. Tac. An. 1, 69, 2.

¶ Dilargītus, *a*, *um*, passive, verſchencket. Sallust. apud Gellium 15, 13 *Venditis proscriptorum bonis aut dilargitis*. ¶ 2. Deponentialiter, der da ausgetheilet hat. Auson. de Deo Edyll. 1, 28 *Omnia solus habens atque omnia dilargitus*.

¶ Dilargitio, *ōnis*, f. die verſchwendung, ICt. in Cod.

¶ Dilargītor, *ōris*, m. ein verſchwender, ICt. in Dig.

¶ Elargior, *īri*, ſpendiren, reichlich austheilen. Liv. 3, 1 *Elargiendo de ali no popularem peti*: al. *Et largiendo*. Perſius 3, 70 *Patriæ carisque propinquis Quantum elargiri deceat*.

¶ Elargitio, *ōnis*, f. die ausſpendung, in Cod.

¶ Elargītor, *ōris*, m. ein almoſengeber, in Dig.

¶ Inlargio, *īre*, pro *Largiri*, Cato Lege Bæbia: *Pecuniam inlargibo tibi*. vid. Laurenb. Antiq. in *Largio* p. 249.

¶ Prælargus, *a*, *um*, groß, ſehr reichlich. Perſ. 1, 14 *Pulmo animæ prælargus*. Et Iuvenc. in Matth. c. 22, 8 *Prælargis dapibus quæcunque instruximus*.

LARĪDES, *æ*, m. Glauci filius cum fratre Thymbro ſimillimo infelix in bello; vid. Virg. Æn. 10, 392 & 395.

Laridum, vide *Lardum*, Larignus, *Larix*.

LĂRĪNA, *æ*, f. Virgo Italica ex Camillæ comitatu, quæ Turno adverſus Æneam ſuppetias tulit. vid. Virg. Æn. 11, 655. ¶ 2. Larina fons Atticæ, Plin. 4, 7.

LĂRĪNUM, *i*, n. urbs in Ferentanis, ad fines Apuliæ, ad dextram Tiferni ripam, hod. *Larino*. vid. Cic. Att. 7, 13 p. 713. Hinc

¶ Larinas, *ātis*, gentile; ut, *Larinas* accola, Sil. 15, 565. Adject. *Larinatia signa*, Id. 12, 174. conf. & 8, 404; & Cæl. B. C. 1, 23.

LĂRISSA, *æ*, f. Λάρισσα, multarum & diversarum est nomen civitatum in Theſſalia, Argolide, Æolia, Syria. vid. Geogr. antiq. Stat. Theb. 2, 253. Horat. 1 od. 7, 11; Lucan. 7, 712.

¶ Larissæus, *a*, *um*, adject. ut, *Larissæus Achilles*, apud Virgil. a *Larissa* Theſſaliæ oppido appellatur Æneid. 2, 197 *Quos neque Tydides, nec Larissæus Achilles, &c.* Et hæc Achillis patria videtur esse, de qua Lucanus dixit 6, 355 *Atque olim Larissa potens*. Catull. 65, 56 *Mania Larissæa*.

LĂRIUS, *i*, m. lacus Italiæ seu Galliæ potius Cisalpinæ, sic nuncupatus a fulicarum multitudine, quas λάρους Græci dicunt, tametsi differunt *Fulica* & *Larus*. vide suis locis, & Plin. 2, 103. Alias Comensis lacus dicitur, ab adjecente urbe Como v. Plin. 9 epist. 7; & Virg. Georg. 2, 159.

¶ Larius, *a*, *um*, adjective, Catullus ad libellum 36, 4 *Comi mœnia, Lariumque litus*.

LĂRIX, *icis*, f. arbor ex illis, quæ resinam fundunt, eximiæ proceritatis, cortice crasso, conos ferens cupressinis simillimos, odore, quemadmodum & flos ejus, non ingrato: Est cognata pino, piceæ, & abieti coniferæ baum. Incombustibilem faciunt Plinius 16, 10, itemque Vitruvius 2, 9, (qui in primis copiosus de ea est) exemplo turris, cui fruitra Cæsar ignem circumjecerit, & Isidorus 17, 7, (ubi *Larex* dicitur,) quibus contradixit Gyraldus de Re Navali: itemque Brodæus Miscell. 3, 3; pro quibus etiam est Lucan. 9, 919 *Pectoribusque sonat flammis, Ecquinaque thoracas, Et lariees, famosque gravem serpentibus urunt Abrotonum*. Add. Comm. ad Pallad. Nov. 15, 1.

¶ Lārīcīnus vel Lārignus, *a*, *um*, denominativum: ut, *Resina larigna*. *Materies larigna*, & *castrum larignum* est apud Vitruv. 2, 9.

LĂRŌNIA, *æ*, f. vidua dives & procax. v. Iuvenal. 2, 36; Martial. 2 epigr. 32.

LARVA, *æ*, f. vana visio, spectrum, ein gespenst. Vet. Gloss. *Larva*, δαιμόνιον, ἄθυλον. Item: ἄθυλον, *simulacrum, larva.* Item: Φάντασμα, *larva, visio vana, ostentum.* Cæterum, quia larvarum visu in furorem agitari credebantur homines, inde *Larvati* pro furiosis, & mente captis dici solebant, quos *plenos larvarum* Plautus dixit Amph. 2, 2, 145. Festus: LARVATI *sunt furiosi, & mente mortui, quasi larvis & spectris exterriti.* Id. Plaut. Aul. 4, 4, 15 *Larvæ hunc, atque intemperiæ insaniæque agitant finem*, den alten reitet der teuffel. Notabilis est locus Apul. de Deo Socratis p. 50, quem integrum damus in *Lemures.* vide & Isidorum 7 c. ult. extr. *Larva umbratilis, tu me minis territas*, Plaut. Amph. 1c. *Tum me*, v. 4. Talis umbra larvæ græce dicitur μορμολυκεῖον, ein popantz. Apul. Apol. *At tibi, Æmiliane, pro isto mendacio duat Deus ipse, superûm & inferûm commeator, utrorumque Deorum malam gratiam sempergue obvias species mortuorum, quicquid umbrarum est usquam, quicquid lemurum, quicquid larvarum, oculis tuis oggerat: omnia noctium oscen facula, omnia bustorum formidamina, omnia sepulchrorum terricula menta.* ¶ 2. *Luctari cum larvis*, est maledictis infectari vita defunctos, sich mit todten haben. Tribuit Plinius in præfat. H. N. Planco. *Cum mortuis non nisi larvæ luctantur*, prov. in eos, qui mortuos conviciis infectantur, vide Chiliades. ¶ 3. *Larva* etiam exarefactum cadaver notat, unde caro omnis defluxit: unde *facies, forma larvalis*, de macilenta & plane evisc erata, ein todten-geripp. Ver. Gloss. σκέλετος, *Larva, sceletus.* ¶ 4. *Larva* etiam personam notat, hoc est, fictam faciem, qua Tragici olim uti solebant, eine maske, larve, gemahltes angesicht. Horat. 1 sat. 5, 64 *Nil illi larva, aut tragicis opus esse cothurnis.*

¶ Larvo, *are*, larvis infestare, beheren. Firmic. 3, 14 *Fascinantes mulieres, quæ etiam ipsos artus larvari ac fascinari faciant.* vide Swartium in Analect. 3, 11.

¶ Larvātus, *a, um*, larvam indutus, personatus, maskirt, vermummt. Quemadmodum LARVATA FVNERA accepit Kirchmannus de illis, quorum facies ruina ædium detrita & mutilata, veluti larva, quem vide de Funeribus Rom. 2, 9. Quamquam *larvata funera* de illis simpliciter dici possunt, qui ex casu aliquo deformati maxime sunt, ut non tam homines quam spectra videantur. Ita enim & *Larvalem faciem* pro fœda & deformi maxime atque cadaverosa adeo Poëta vetus Priapejorum carm. 32 dixit. Etiam Apul. in Apol. p. 517 *larvam* pulchræ & floridæ formæ opponit: *Hunc denique qui larvam putat, ipse est larvatus.* Et sic *larvalem formam* paullo ante dixerat, quæ etiam ibidem *macilenta vel omnino evisc erata*, h. e. carne omni & succo destituta appellatur: quam ob causs am ibidem & *Scetetum* vocat haud semel. Namque & *Larva* σκέλετον notat. ¶ 2. Item, qui larvis agitatus & sic insanus est, thöricht, toll, unsinnig, apud Plautum Menæchm. 5, 4, 2. Et ita Apulejus in modo adducto loco etiam usus est & Festus. conf. modo dicta in *Larva.*

¶ Larvālis, *e*, wie ein gespenst. Sen. epist. 24 *Nemo tam puer est, ut Cerberum timeat & tenebras, & larvalem habitum nudis ossibus cohærentium.* Sidon. 3 epist. 13 *Umbræ larvales*, gespenste. In ludis Priapeis carm. 32 *Larvalis* scribitur quatuor syllabis; *Pallorem maciemque larvialem*, quod Scaliger ibi epenthesin poëticam vocat.

¶ Larvōsus, *a, um*, idem, apud Augustinum.

LĂRVNDA, sive Lara, *æ*, f. Nympha Tyberina, ex qua Mercurius suscepit geminos, a matris nomine Lares appellatos. Auson. Edyll. 5, 52 *Nec genitus domuum Larundâ progenitus Lar.* v. *Lara* in *Lar.*

LĂRVS, *i*, m. λάρος, avis marina, *Gavia* alio nomine, eine meewe, seemewe, holbrodt. Plura earum genera sunt; vide Gesneri avium historiam. Βυβάγους Athenæo lib. 10 dicitur, atque Herculi dicatus est propter voracitatem. Aristoph. Scholiastes in Aver. conf. Silius 4, 204. ¶ 2. *Larus bians*, proverb. pro avido & rapace. ¶ 3. *Larus parturit*, prov. in eos, qui ingentia pollicentur, & nihil dignum promissis exhibent. v. Erasm. Chil. 4. ¶ 4. Sunt & piscicuti *lari* seu *larimi*, a quibus, quod eos appetant *lari*, aves dictæ sunt; Gesnerus.

LĂRYNX, *gis*, m. λάρυγξ, gula, guttur, die kehle, luft-röhre, vox græca.

LĂSĂNVM, *i*, n. λάσανον, vas, in quod alvus dejicitur, ein kammer-gefäß, nachtscherben. Sic enim Acron exponit in illo Horat. 1 sat. 6, 108 *Quum Tyburte via præterem quinque sequuntur Te pueri, lasanum portantes, &c.* Petron. c. 41 *Ab hoc ferculo Trimalchio ad lasanum surrexit*, vom tische zu wische. Scheffero hic *lasanum* est solla familiarica.

Lascivia, lascivire, vide mox in *Lascivus.*

LASCĪVVS, *a, um*, libidinosus, impudicus, geil, unzüchtig. *Versus lascivissimus* Solonis ab Apulejo in Apol. p. 278 citatur. Martial. 1 ep. 5 *Lascivus est nobis pagina, vita proba.* Hadrianus de Voconio poëta, apud Apulejum Apolog. *Lascivus versu, mente pudicus erat.* ¶ 2. Item, procax, petulans, temerarius, muthwillig, vorwitzig, frech. Vnde & Spartianus Hadriano *Lascivum* & *Cunctatorem* oppositi. Vetus Gloss. *Lascivi*, πρόπετῆς. Sane *lascivus* est, qui facile movetur, modo in ludum, modo in libidinem, modo in petulantiam, unde voluptatem sibi promittat. Ita *lascivos pueros* Horatius dixit 1 sat. 3, 134. *Lascivos leporum cursus*, Martialis 1 epigr. 45. Ita, *Lasciva puella*, apud Virg. ecl. 3, 64, quæ malo petebat pastorem, & fugiebat ad salices, & sese ante videri cupiebat. De hoc usu vocis, ubi abest obscenitas, vid. Drakenb. ad Sil. 13, 329. Compar. Ovid. Met. 13, 792 *Tenero lascivior hædo.* Martial. 6 epigr. 24 *Nil lascivius est Charisiano.* Et Suet. Tib. c. 43 *Lascivissimæ picturæ.*

¶ Lascīve, adverb. apud Apulejum esse dicitur. Mart. præf. l. 8 *Ego illis non permisi tam lascive loqui, quam jubent.* Avienus in Prognost. Arati v. 514 *Et si persultans aries lascivius herbas Appetit.*

¶ Lascīvĭter, idem. Lævius in ἐρωτοπαιγνίοις, pro quo Livium citat etiam Charisius l. 2. in catal. adverb.

¶ Lascivulus, *a, um*, diminut. ex eod. Livione an Lævio Priscian. 10 p. 410, *Andromacha perdudum manu lascivula ac tenellula capiti meo trepidans, libens insolito plexit munere.*

¶ Lascīvia, *æ*, f. prolubium animi, quod ex saturitate & otio nascitur, & vel in ludum, vel in libidinem, aut petulantiam erumpit, der muthwille, die leichtfertigkeit, geilheit. De blandissimo lætissimoque puero Seneca ad Helviam c. 16 *Cujus non lacrymas ejus hilaritas supprimat? cujus non contractum solicitudine animum illius argutiæ solvant? quem non in joco vocabit illa lascivia? &c.* Ita ludicros cursus recursusque delphini Plinius *Lasciviam* vocat 9 epist. 33. Et Cic. de Divin. 1, 14 *An Achivorum exercitus, & tot navium vectores, non ita profecti sunt ab Ilio, ut provectione leti piscium lasciviam intuerentur?* LASCIVIAM, id est, lusum. Sic Tacitus de Germ. 24, 2 *Audacem lasciviam*, saltationem inter gladios vocat. Et idem quoque, quod Nero itinera urbis & lupanaria, & diverticula veste servili pererraret, comitantibus qui raperent ad venditionem exposita & obviis vulnera inferrent &c. *lasciviam* Tacitus vocat Ann. 13, 25, 1. De impudicitia & libidine Suetonius Cal. c. 36 *Quotiès deinde libuisset, egressus triclinio, cum maximè placitam sevocasset, paullo post recentibus adhuc lasciviæ notis, reversus vel laudabat palam, vel vituperabat.* Liv. 4, 53 extr. *Prope solennis militum in consulem triumphantem lascivia*, memoratur. Et Tacit. Ann. 11, 13, 1 *Theatralis lascivia* dicitur, quod populus in theatro spectans in virum Consularem illustresque fœminas probra jactasset. Ibi itaque *Lascivia*, licentia ac petulantia est. Et ita idem Tacitus Agric. 5, 2 *Militiam in lasciviam vertere* dixit.

¶ Lascīvĭtas, *ātis*, f. idem. Firmic. Astrol. 1, 1 *Asiana lascivitas, sobria Iovis moderatione corrigitur.* Cæl. Aurel. Tard. 3, 8 *Animi lascivitas.*

¶ Lascīvio, *īre*, vorwitz treiben, muthwillig seyn. Sen. epist. 56 *Nunquam vacat lascivire districtis, nihilque tam certum est, quam otii vitia negotio discuti.* Ovid. Met. 7, 321 *Fuga lascivit Agnus.* Apul. Met. 5, 169 *Proxime ripam vago pastu lasciviunt comam fluvii tondentes capellæ.*

¶ Lascīviens, *tis*, muthwillig, leichtfertig. Iustin. 16, 4, 3 *Plebs nimio otio lasciviens.* Vulg. Int. 1 Paral. 13, 9 *Bos lasciviens.*

¶ Lascīvĭbundus, *a, um*, idem. Plaut. Stich. 2, 1, 16 *Lascivibundum tam lubenter currere.*

LĂSER, *ĕris*, n. & Laserpitium, *i*, utrumque & plantam, & succum, seu liquorem plantæ significat; Græci σίλφιον dicunt: folia μασπέτα, radicem μαγύδαριν vocant, & succum Cyrenaicum, quod eo Cyrenaica regio quondam abundarit, sed nunc omnino desideratur. vid. Plinius 19, 3; 20, 8; Dioscor. 3, 85. Colum. 6, 17; Scrib. Larg. Comp. 174. vide omnino Spanh. de usu num. diss. 6 p. 293 seqq. *Laser Cyrenaicum* vulgo asa dulcis odorata & *gummi Bezoinum, Benzum* vocant Belgæ, Benzoin. *Laser medicum* vel *Syriacum* vulgo asa fœtida, teufelsdreck. *Laser* vel *Laserpitium Gallicum* eam esse herbam reor, quam *Ostrutium* herbariorum vulgus nominat, meisterwurz, brustwurz, Hadrian. vid. *Silphium.* Apul. lib. 10 de A. A. *Offerebant mihi carnes lasere infectas, altilia pipere insparsa, pisces acetico jure perfusos.* Apud Macrobium Sat. 2, 4 Augustus per jocum Mæcenatem vocat *mel gentium, char ex Hetruria, laser Arabiæ, &c.* quod in eo pretio esset, quo laser apud omnes, tamquam pretiosissimum. ¶ 2. *Laser* etiam dixisse veteres, docet Quint. 14 p. 43.

¶ Lăsĕrātus, & Laserātus, *a, um*, lasere conditus, wohl gewürzt; ut, *Laseratum acetum*, Plin. Valer. 1, 21. Sic, *Laseratus porcellus, laseratus hædus, pullus*, apud Apicium 6, 9.

¶ Laserātum, *i*, n. subst. edulii genus ex lasere, de quo conficiendo Apicius 1, 30.

¶ Laserpĭtium, *i*, n. vid. paullo ante in *Laser.* Hinc

¶ Lăserpitiātus, *a, um*; ut, *Laserpitiatum acetum*, i. e. laserpitii succo dilutum, Plin. 18, 30.

¶ Lăserpitiārium, *i*, n. id quod conditum laserpitio. Petron. fragm. Tragur. c. 35 *De laserpitiario, mimo canticum extorsit.* vid. Schefferi Not. p. 72, qui legit *laserpicario.*

¶ Lăserpitifer, *a, um*, laserpitii ferax; ut, *Laserpitifera Cyrene*, apud Catullum carm. 7, 4.

LASSVS, *a, um*, fatigatus labore tam animi, quam corporis, müde, schwach. Ter. Andr. 2, 1, 4 *Animus lassus, & cura confectus.* Et, *Lassæ aures*, Horat. 1 sat. 10, 10. *Lassus de via*, Plaut. Pseud. 2, 2, 66, & *lassus via*, Ovid. Trist. 5, 4, 2. Et *lassus maris, viarum militiæque*, Horat. Carm. 2, 6, 7. *Res lassa*, Plaut. Stich. 4, 1, 16, id est, improspera, unglücklich. *Lassa Corinna*, i. e. ægra. Ovid. Amor. 3, 11, 8. & ibi Burm. & Ter. Hec. 2, 1, 41. *Terra lassa*, Plin. 17, 5 est sterilior, seu effœta. Comp. Dict. Cret. 3, 1 *At Trojani --- lassatos militia.* Sed præstat cum edit. Argent. legere *laxiores.* ¶ 2. *Lassus* & *Lapsus* confunduntur a librariis, vid. in *Labor.*

¶ Lassŭlus, *a, um*, dim. Catull. 64, 37 *Lassulus nimio e labore.*

¶ Lassĭtudo, *inis*, f. molestia ex labore, müdigkeit. Cic. fam. 12, 25 *Nulla lassitudo impedire officium, & fidem debet.* Nepos 18, 9, 6 *Ad lassitudinem sedandam.* Id. 14, 11, 3 *A lassitudine acquiescere.* Liv. 21, 56 *Præ lassitudine.* Et Celsus 1, 3 *Exercitationis finis sit lassitudo, quæ citra fatigationem sit.*

¶ Lassesco, *ĕre*, müde werden. *Visu lassescere*, Prudentius dixit in Symmach. 2, 101. *Lassescere sub lorica*, Hieronym. epist. 22 ad Eustoch. c. 17 extr. *Fœmineo torpore lassescunt*, Apul. in Trismeg. p. 88. Translate Plinius 7, 4 *Ne lassescat fortuna, metus est.*

¶ Lasso, *avi, atum, are*, fatigare, müde machen, abmatten. Sen. de Const. Sap. c. 9 *Robur perpetiendi lassandique inimicam vim.* Passiv. Plin. 3 epist. 9 *Ne judicum intentio multis nominibus multisque caussis lassaretur.* Et Ovid. Met. 2, 577 *In molli nequicquam lassor arena.*

¶ Lassātus, *a, um*, ermüdet; ut, *Lassata membra*, Ovid. Met. 6, 353. De gruibus Solinus c. 15, *Concors cura omnium pro fatigatis, ut lassatas sustollant.* De Messalina luv. 6, 130 *Et lassata virit, nondum satiata recessit.*

¶ Lassātio, *onis*, f. die ermüdung, abmattung, ap. Mart. Capellam.

¶ Lassator, *oris*, m. apud Augustinum.

Compoſita:

¶ Delaſſo, *are*, idem quod *Laſſare*. Horat. 1 ſat. 1, 14 *Loquacem delaſſare valent Fabium*. Et Martial. 10 epigr. 5 *Delaſſes omnes fabulus poetarum*.

¶ Delaſſatus, *a*, *um*, abgemattet; ut *Delaſſatus labore*, Plaut. Aſin. 5, 2, 22.

¶ Delaſſator, *oris*, m. apud Marc. Empiricum.

¶ Delaſſabilis, *e*, der leicht müde wird. Manilius 4, 240 *Et faciles motus, nec delaſſabile pectus*.

¶ Indelaſſatus, *a*, *um*, non delaſſatus, unermüdet. Manilius 5, 63 *Indelaſſato properantia corda labore*.

¶ Prædelaſſo, *are*, vorher müde machen. Ovid. Met. 11, 730 de mole aquas frangente: *Incurſus quæ prædelaſſat aquarum*.

¶ Elaſſeſco, *ere*, laſſitudine deficere, vermatten. Plin. 16, 25 *In arboribus nimia germinatio elaſſeſcit*.

¶ Prælaſſatus, *a*, *um*, ante laſſatus, der ſchon müde iſt. Frontin. Strateg. 2, 5 extr. *Prælaſſatos facile ſuperavit*.

LASTAVRVS, *i*, m. λάσαυρος, a λᾶς ἐπιτατικῶ vel λάσιος hirſutus, & ταῦρος, pudendum, *pars obſcena*, vel, ut Feſtus in Solitauril. cenſet: *quæ pars cæditur in caſtratione*. ¶ 2. Scortator, ſalax & impudicus, ein huren-ſchelm, ſaubelg. Ita Lenæus apud Suet. in Gramm. c. 15 appellavit Salluſtium *laſtaurum & luxonem & nebulonem &c.* conf. Suid.

LASTENIA, *æ*, f. fœmina, quam Platone præceptore uſam ſcribit Plutarchus, ornatuque virili auditorium ingreſſam reſtatur Laërtius 3 in Plat. & 4 in Speuſ.

LASVS, *i*, m. Hermionenſis poëta antiquiſſimus, quem & quidam loco Periandri unum e ſeptem ſapientibus fecerunt. Fuiſſe ejus nomine circumlatam odam ſive ſigma, quæ inſcripta ſit *Centauri*, Athenæus refert lib. 10. v. Voſſ. de Poët. Græc. c. 4.

LATACE, *es*, f. herba magica, *dari ſolita a Perſarum rege legatis, ut quocunque veniſſent, omnium rerum copia abundarent*, Plinius 26, 4.

LATAGVS, *i*, m. unus ex Ponticis regibus, qui Ætæ Colchorum regi contra Perſen auxilio venerunt, Val. Flacc. 5, 584; occiſus a Darape in prælio, ibid. 6, 573. ¶ 2. Vnus Teucrorum, occiſus a Mezentio, Virg. Æn. 10, 697.

LATAX, *ăgis*, m. λάταξ, ein nütz, ex aquis victum petit; ut *Lutra*. vid. Ariſtot. 8 Animal.

Late, vide Latus, *a*, *um*, Latebra, latebroſus, &c. *Lateo*.

LATEO, *ui*, *ēre*, in occulto eſſe, a λαθάνω, *clam*, vel λαθεῖν potius, verſteckt oder verborgen ſeyn oder liegen. Plaut. Capt. 1, 2, 62 *Vi ſæpe ſumma ingenia in occulto latent*. Claudian. de Laud. Stilic. 2, 121 *Non obruta virtus Paupertate latet*. Catull. 63, 33 *Noſſe latent fures*. Cic. ad Qu. Frat. 1, 1 *Latere in tenebris*. Nepos 25, 10, 2 de Attico: *Latebat apud Volumnium*. ¶ 2. *Latere* eſt ignorari, unbekandt ſeyn. Ovid. Triſt. 3, 4, 25 *Bene qui latuit, bene vixit*. Nep. 6, 1, 2 *Id qua ratione conſecutus ſit, latet*. conf. 17, 6, 3. Virgil. Æneid. 5, 5 *Cauſſa latet*. Voſſio in Ariſtarcho plus indolis latinæ videtur habere, ſi dicamus; *Latet mihi*: *latet me* autem majore uſu tritum eſſe. Pro priore citantur Ciceronis verba e Catil. 1, 6 *Quod mihi latere valeat in tempore*. Sed. al. *quod me lateat*, al. plane omittunt. Scioppius ad Sanctii Minervam hanc ſtructuram confirmat ex Cic. poſt Red. in Senat. c. 6 *Vbi nobis hæc auctoritas tanta tamdiu latuit?* Sed hic *nobis* pleonaſticum eſſe poteſt. Certius eſt Varr. de L. L. 8, 52 p. 120 *Vis & poteſtas, quæ & oculis & auribus latere ſolet*. Addit quoque Lucan. 1, 417. Hinc etiam Tertullianus ita ſcripſit adverſ. Hermog. c. 4 *Prophetis & Apoſtolis latuit*: & adv. Marc. 1, 3 *Ne cui lateat*. Et ſane videtur naturalis hæc cum dativo conſtructio, non minus ac illa, *occultum eſt mihi*, *obſcurum &c.* Altera cum accuſativo comprobatur præter Græciſmi excuſationem auctoritate Virgilii Æneid. 1, 134 *Nec latuere doli fratrem Junonis, & iræ*. Ovid. Faſt. 5, 361 *Lumina veſtabant, quorum me cauſſa latebat*. Id. Faſt. 4, 211 *Res latuit patrem*. Varr. de R. R. 1, 40 *Semen unum, quod latet noſtrum ſenſum*. Plin. 2, 20 *Latet plerosque*. Juſtin. 31, 2, 2. *Res Annibalem non diu latuit*. Taceo plures. Cæterum quandoquidem Cicero, Livius, Nepos, Curtius, aliique potuerunt latine loqui, nullo perſonæ caſu ad verbum *latendi* addito: tutius quidam putant, ſi tantos duces ſecuti, prorſus abſtineamus a dubia conſtructione, præſertim cum non deſint verba certiora, *præteris, ſ git, &c.* ſi forſan omnino perſonæ mentio injicienda. vide Cellar. Antib. p. 255 & Borrich. cogit. p. 294. ¶ 3. *Latere* & *lacere* confundi in MStis, obſervamus in *laceo*.

¶ Latens, *tis*, heimlich, verborgen; ut, *Saxa latentia*, Virgil. Æneid. 1, 112. *Latentes in alvo matris*, Horat. 4 od. 6, 19. Comparativo uſus Auguſtinus de Geneſi ad lit. 12, 18 *Latentioris originis eſſe*.

¶ Latenter, adv. clanculum, occulto modo, heimlich. Cic. Topic. c. 17 *Latenter efficitur*. Et Ovid. Pont. 3, 6 extr. *Latenter arma*. Et Ammian. 27, 21 extr. *Latenter irrepſit*, Et 31, 44 *Latenter incenderent urbem*.

¶ Latito, *are*, frequent. verborgen liegen. Cic. pro Quint. c. 17 *Si latitare ac diutius ludificare videatur*. Et Ovid. Herord. epiſt. 7, 134 Gravida viro ſcribit: *Parsque tui latitat corpore clauſa meo*. Plaut. Trin. 4, 2, 81 *Ille ignaviſſimus mihi latitabat*.

¶ Latitans, *tis*, idem quod *latens*. Cic. pro Cluent. c. 13 Extrahitur *domo latitans Oppianicus*. Horat. 3 Od. 12, 12 *Latitantem fruticeto excipere aprum*. Ovid. Met. 10, 449 *Tegunt nigræ latitantia ſidera nubes*.

¶ Latitatio, *ōnis*, f. die verkriechung. Quintil. 7, 2 p. 526 de ſignis in conjecturali ſtatu: *ſonus, clamor, gemitus, latitatio, metus*.

¶ Latitator, *oris*, m. latitans. Auguſtin.

¶ Latitabundus, *a*, *um*, idem. Sidon. 1 epiſt. 6.

¶ Luteſco, *ere*, idem quod *latere*, *latitare*. Celſus 8, 1 *Oſſa lateſcentia ad ſpinam tendunt*. Cic. in Arat. (ed Grot. v. 634) *Hic equus a capite, & longa cervice lateſcit*. Diſtinguendum a *Lateſcere*, quod a *Latus* eſt & primam producit.

¶ Latebra, *æ*, f. pl. *latebræ*, loca, in quibus quid delitescere & occultari poteſt, verborgene örter, winckel. *Ex latebris atque tenebris erumpere*, Cic. pro Sextio c. 4. Et, *In animis hominum latebræ ſunt & receſſus*, Id. pro Marcello c. 7, die menſchen ſind nicht auszugründen. *In fugam & latebras impelli*, Id. pro Rab. perduell. c. 8, ſich verkriechen müſſen. *Videant, ne quærantur latebræ perjurio*, Id. Off. 3, 29, ausflüchte. *Latebram habere*, de fin. 2, 33. *Se mirificam in latebram conjicere*, Id. Divin. 2, 20. *In latebras refugere*, Sen. epiſt. 3, 3, ſich verſtecken.

¶ Latebroſus, *a*, *um*, winckelicht, ſchatticht, verdeckt. Liv. 21, 54 *Locus latebroſus ad equites tegendos*. Et Silius 5, 191 *Latebroſis collibus Aſtur. Pumex latebroſus*, Virgil. Æneid. 5, 214, hoc eſt, ſiſtulolus, löchericht. Superlativo Auguſtinus Retractat. 1, 19 *Latebroſiſſima quæſtio*, quod etiam legitur in ejusdem Enchiridio c. 18.

¶ Latebroſe, adv. im verborgenen. Plaut. Trin. 2, 2 pr. *Pater, adſum: impera, quod vis, neque tibi ero in mora, neque latebroſe me abs tuo conſpectu occultabo*.

¶ Latebricola, *æ*, m. qui latebras amat, der gern in die winckel kreucht, lichtſcheu. Plaut. Trin. 2, 1, 14 *Latebricolarum hominum corruptor*.

¶ Latibulum, *i*, n. ferarum eſt, ut latebra hominum auctore Valla, ein lager oder loch. Quæ differentia tamen perpetua non eſt. v. Buchnerum ad Prudentii Hymn. de Chriſti Servatoris natali v. 96. Cic. Off. 1, 4 *Generi animantium omni eſt a natura tributum, ut, quæ ſint ad vivendum neceſſaria, inquirat & paret, ut paſtum, ut latibula, & alia ejusdem generis*. Sed & Idem Att. 12, 13 *Volo aliquod emere latibulum & perfugium doloris mei*. Catull. de Aty carm. 63, 54 *Et earum omnia adirem furibunda latibula*.

¶ Latibulo, *are*, & Latibulor, *ari*, antique pro *latere*, Nævius & Accius apud Nonium 2, 495.

¶ Latëranus, *i*, m. Patritius Romanus, qui latere frequens in otio ſolebat. Hic conſul deſignatus juſſu Neronis interfectus eſt. vide Tac. Ann. 15, 49, 3; & 15, 60, 1. *Egregiæ Lateranorum ædes*, Iuvenal. 10, 17. Adjective Prudentius in Symmach. 1, 586 *Lateranas ædes* vocat. Hodie *Lateranum*, templum in urbe Roma cum baſilica Pontificis, quæ & *Lateranenſis*, vel *palatium Lateranenſe* dicitur, de quo eſt doctiſſima Thom. Reineſii commentatio. vid. Hieron. epiſt. 30, 1. ¶ 2. De Deo hujus nominis vide in *Later*.

¶ Lateriänus vel Lateritänus, *a*, *um*, adject. ut, *Pyra lateritana*, Colum. 5, 10; & 12, 10. Plin. 15, 15.

¶ Latrina, *æ*, f. cloaca, eine goſſe, abzug, heimlich gemach, a *latendo* dicta. Apul. Met. 9 p. 223 *Omnia prorſus ut in quamdam cænoſam latrinam, in ejus animum vitia confluxerant*. Et Colum. 10, 85 *Immundis quæcunque vomit latrina cloacis*.

¶ Latrinum, *i*, n. idem. Laberius apud Nonium 3, 131 *Sequere in latrinum, ut aliquid guſtes ex Cynica hæreſi*. Et Lucil. ibidem: *Hoc tu apte credis quemquam latrina petiſſe*.

Compoſita:

¶ Delíteo, *ui*, *ēre*, verborgen ſeyn. Virg. Georg. 3, 417 *Vipera delituit*. Id. Æn. 2, 135 *Obſcurus in ulva delitui*. Ovid. de Arte am. 2, 240 *In parva delituiſſe caſa*.

¶ Delitens, *tis*, verborgen; ut, *Spatia delitentia*, Plin. 35, 1.

¶ Delitéſco, *ere*, verborgen liegen. Cic. de Nat. Deor. 2, 49 extr. *Beſtiæ in cubilibus delitéſcunt*. Varr. R. R. 3, 12 *Lepores interdiu delitéſcunt in virgultis &c.* Translate Cic. pro Cæc. 21. Acad. Q. Q. 4, 5, pro Balbo 2 &c. *Delitéſcere in aliqua re*, pro in re non ſatis juſta, præſidio aliquo cauſam ſuam munire. vide Menck. Obſerv. L. L.

¶ Delitéſcentia, *æ*, f. die verborgenheit, apud Auguſtinum.

¶ Illatébro, *are*, pro, in latebris abſcondere, verbergen. Vſus L. Claudius Annal. Scriptor apud Gellium 17, 2.

¶ Interlateo, *ēre*, darzwiſchen verborgen liegen. Sen. Quæſt. Nat. 6, 16 *Non eſt dubium, quin multum ſpiritus interlateat*.

¶ Obliteſco, *ere*, idem. Cic. de Vniverſ. c. 10 *Quibus temporibus* (ſidera) *a noſtro conſpectu obliteſcunt*. Et Sen. Qu. Nat. 7, 29 *Cometa erigens ſuum curſum, obliuit*.

¶ Perlateo, *ēre*, lange oder ſehr verborgen liegen. Ovid. de Arte Am. 3, 416 *Inque ſua turri perlatuiſſet anus*.

¶ Sublateo, *ere*, drunterſtecken. De ſpicis Varro de R. R. 1, 48 *Qua ſublatent herba, ea vocatur vagina*, i. e. herba, ſub qua latent ſpicæ.

¶ Sublatens, *tis*, drunter verborgen. Irenæi Interpr. 5, 17 *Cadere in ſublatentem ignorantiæ foveam*.

LATER, *ĕris*, m. lapis coctus, ſeu terra potius in lapidem durata, ein brandſtein oder ziegel. *Latere coquere*, ziegel bre nen, Cat. c. 39. *Laterem lavare*, eſt, operam ludere, Ter. Phorm. 1, 4, 8, vergebene arbeit thun. *Laterum* differentias tradit Vitruvius de Architect. 2, 3, & ibi Philander in Animadv. ad Plin. 25, 14. His conficiendis apud Rom. præfecti *Tegularii*. vid. Goler. Parerg. c. 35.

¶ Latérnus, *a*, *um*, adject. von ziegeln; ut, *Lateritius paries*, eine wand von ziegelſteinen, Plin. 18, 30. Sic *Romam latertium* Auguſtus acceperat; reliquit *marmoream*, Suet. Aug. c. 28. *Opere lateritio ſtruere*, Colum. 9, 6.

¶ Laterculus, *i*, m. diminut. ein kleiner ziegel. *Laterculos facere*, Cat. c. 39. *Laterculo coctili ſtructi fuerunt muri Babylonii*, Curt. 5, 1, 25 & 29. ¶ 2. Eſt etiam genus piſtorii operis a forma, in quam fingitur, vocati, Turneb. 8, 8. Apul. lib. 10 Met. *Heic panis cruſtula, lucunculos, hamos, laterculos, plura ſcitamenta mollita*.

¶ Laterculum, *i*, n. codex dignitatum omnium tam militarium quam civilium, die rolle; eratque vel majus vel minus. Fit mentio in L. 1 & 2 Cod. de Offic. Quæſtoris. conf. Rhenanus ad Tertull. p. 77. Iſidor. 6, 17 *Laterculum dictum, quod ordinem habeat ſtatum annorum*. Inde

¶ Laterculenſes dicti, laterculis præfecti. v. Gutherium de Offic. Dom. Aug. 3, 9: & Pancirol. Notit. Imp. Or. c. 94.

¶ Laterárius, *a*, *um*, adject. Lateribus aptus, ad lateres pertinens; ut, *Terra lateraria*, Plin. 19, 8, thonicht erdreich.

¶ Laterarius, *i*, m. ſubſt. Gloſſ. gr. lat. πλινθευργός, *Laterarius*, ein ziegel-brenner, ziegler; πλίνθος enim later eſt.

¶ Late-

¶ Laterāria, *æ*, f. subſt. officina, in qua lateres fiunt, eine ziegel-hütte. v. Plin. 7, 56, & ibi Harduin.

¶ Laterina, *æ*, f. idem. Tertull. adv. Marc. 2, 20, ubi de Hebræis & Ægyptiis ſermo eſt: *Mercedes pro laterinis deductis.*

¶ Laterīmen, *inis*, n. vas lateritium, ein irden gefäß. Lucret. 6, 232 *Rarefque facit lateramina vaſis.*

¶ Laterānus, *i*, m. Deus focorum, & Genius, dictus hoc nomine, quod ex laterculis crudis caminorum iſtud exædificetur genus, Arnob. 4 p. 130. ¶ 2. De Patritio hujus nominis vide in *Lateo.*

¶ Semilater, m. pl. Semilateres, ein halb-ziegel. Vitruv. 2, 3.

Lateralis &c. vide *Latus, eris,* Lateranus, *Lateo,* Lateralia, laterculus, &c. *Later,* Lateritanus, *Laterianus* in *Lateo.*

LĀTERNA, *æ*, f. eine leuchte. Martialis Apophoretis epigr. 61 *Dux laterna viæ clauſis feror aurea flammis, Ut tuta eſt gremio parva lucerna meo.* Plaut. Aul. 3, 6, 30 *Ita is pellucet quaſi laterna Punica.* conf. Amphit. Prol. v. 149. ¶ 2. *Lanterna* veteres dixiſſe, docet Pareus Lex. Crit. p. 660.

¶ Laternula, *æ*, f. dimin. apud Apulejum.

¶ Laternarius, *i*, m. qui laternam alteri præfert, ein leuchtentrāger, Cic. in Piſonem c. 9. Item, ein laternen-macher, laternenmann.

Lāteſco & Lātēſco, vide in *Lateo,* & *Latus, a, um.*

LĀTEX, *icis*, m. quemlibet humorem ſignificat, waſſer, feuchtigkeit. Virg. Æn. 6, 218 *Pars calidos latices & ahena undantia flammis Expediunt. Latex Lyæus,* vinum Virgilio Æn. 1, 690. *Latex Palladius,* oleum eſt Ovid. Met. 8, 274.

LĀTHȳRIS, *idis*, f. λαθυρὶς, quæ & *tithymalum* & *cataputia* appellatur, ſpring-kraut, ſpring-körner, treib-körner, pituitam utiliter purgat. v. Dioſcor. 4, 768; & Plin. 27, 11.

¶ Lathȳrus, *i*, m. λάθυρος, herba, quæ alias *leontopodion,* löwenfuß. Apul. de Herb. c. 7.

Latibulum, vide *Lateo,* Latifolium, latifundium, *Latus, a, um,* Latinitas, latinus, &c. *Latium,* Latio, *Fero,* Latitia, *Latus,* Latito, *Lateo.*

LĀTIVM, *i*, n. Λάτιον, das Lateiner-land. *Dicta quoque eſt Latium terra, latente Deo,* ſcilicet Saturno, Jovem filium fugiente, Ovid. Faſt. 1, 238. Sed quod inter præcipitia *Alpium* & *Apenini* Latium *lateat,* inde dictum putat Varro de L. L. 4, 5. Pars eſt Italiæ, in qua Roma terrarum caput: ſive tractus inter Tiberim & Campaniam.

¶ Latius, *a, um,* lateiniſch; ut, *Latiæ Muſæ,* Colum. proœm. ſub fin. *Gens Latia,* Ovid. Faſt. 4, 42. Et, *Latiæ facundia linguæ,* Idem Pont. 2, 3, 75. ¶ 2. *Latius, Latus, Lætus* miſcentur a librariis. Drakenb. ad Sil. 12, 411; 17, 433.

¶ Lātialis, *e*, idem; ut, *Latialis ſermo,* Plin. 3, 1, die lateiniſche ſprache. *Populus Latialis,* Ovid. Met. 15, 481.

¶ Lātiāliter, adv. latine. Sidon. carm. 23, 235 *Latialiter ſonare.* Ita Savaro & Broverus: at *latiariter* Sirmondus. Mart. autem Capella lib. 5 pr. etiam *Peplo circa humeros involuto latialiter tegebatur.*

¶ Latiaris, *e*, idem quod *Latialis*; ut, *Iupiter Latiaris,* Cic. pro Milone c. 31.

¶ Lātinus, *a, um,* lateiniſch; ut, *Lingua latina,* quam non modo non inopem, ſed locupletiorem etiam, quam græcam eſſe, Cicero ſcripſit lib. 1 de Finib. Conqueritur tamen de ejus egeſtate Seneca ep. 59. & Plin. 4 epiſt. 17. De genio ejus ita Nepos 25, 4, *Latini ſermonis nativus lepor,* qui *adſcito* ibidem opponitur. Gradus hujus adjectivi, quos Borrichius, in Analectis p. 61 in dubium vocabat, vindicavit Cellar. Curis Poſt. p. 149 ex Hieronymo, qui epiſt. 13 ad Paulinum, *nihil latinius tuis voluminibus*; & epiſt. 51 ad Domnionem, *homo latiniſſimus* dixit. Adde Auguſtinum quoque lib. de Grammatica, c. de Adverbio dicentem, *viris latiniſſimis:* Tom. 1 p. 98.

¶ Lātinus, *i*, m. nomen propr. rex Aboriginum, cujus filiam Laviniam Æneas uxorem accepit, de quo multa Virgilius. A Latino *Latini* vocati ſunt, qui poſtea *Romani.* v. Iſidor. 9, 2.

¶ Lātinæ, *arum*, f. pl. ſubaudi, *feriæ.* Erant autem ex conceptivarum genere, ut Macrobius docet Saturn. 1, 16. Vbi *Latinarum tempus: Latinarum Solenne* etiam legere licet. Scilicet non habebant certam diem aut ſtatum anni tempus. v. Liv. 42, 10 extr. Hinc a. d. 3. Non. Maj. Liv. 41, 16 pr. & prid. Idus April. 44, 19 & Novemb. 45, 3. conf. Varro de L. L. 5, 3.

¶ Latine, adv. lateiniſch; ut, *Loqui latine,* quod eſt *pure & emendate loqui,* ſecundum Cic. de opt. gen. Orat. c. 2. *Perbene loqui latine,* Id. de Clar. Or. c. 28. Et, *Ipſum latine loqui eſt in magnâ laude ponendum,* Cic. dicto lib. c. 37. Et ibidem: *Non tam præclarum eſt ſcire latine, quam turpe neſcire.* ¶ 2. Aliquando *latine loqui,* eſt ſine figura ac colore ſimpliciter, aperte, & ingenue eloqui rem, ſicut eſt. v. Turneb. Adverſ. 24, 5. & Cic. in Verr. 4, 1. Phil. 7, 6. Sic Quintil. declam. 3 *De injuria noſtra latine queri non poſſumus: parcendum verbis eſt.* Intelligit ſturum militi a tribuno intentatum. Sic *latine loqui,* eſt ſimpliciter & ſine fuco loqui, apud Martial. præfat. epigr. ut noſtri teutſch, i. e. ut omnes intelligant, ſine ambagibus.

¶ Lātinītas, *ātis*, f. quæ *ſermonem purum conſervat ab omni vitio remotum,* Auctor ad Herennium 4, 12. Vel *Latinitas nihil aliud eſt, quam obſervatio incorrupte loquendi ſecundum Romanam linguam:* ut eſt apud Diomedem lib. 2 de Latinitate, & Max. Victorinum lib. 1 de Gramm. recht gut latein. ¶ 2. *Ius Latinorum,* ut vocat Cic. Att. 14, 12 & Suetonius Aug. c. 47. *Latium* abſolute dixit Plin. Paneg. Trajani c. 37. Id autem proximum erat civitati Romanæ. Nam conſecuti qui eſſent, Romani cives fieri poterant, ſi magiſtratum geſſiſſent domi, aut relicta civitate ſua migraſſent Romam: denique navi, ædificio, piſtrino.

¶ Latinienſis, *e*, idem quod *Latinus*; ut, *Ager Latinienſis,* Cic. de Aruſp. Reſponſ. c. 10.

¶ Latīno, *are*, latine vertere, lateiniſch geben. Cæl. Aurel. Tard. 5, 6 *Hujus nominis vim ſæpius latinavimus.*

¶ Latīnizo, *āre*, idem. Cælius quoque Aurel. Acut. 2, 1 *Sorani hæc ſunt, quæ latinizanda ſuſcepimus.*

LATMVS, *i*, m. Ioniæ mons, in quo obdormivit longum illum & fabuloſum dormiens ſomnum Endymion. v. Cic. Q. Tuſc. 1, 38.

¶ Latmius, *a, um*, adj. Ovid. Art. am. 3, 84 *Latmius Endymion non eſt tibi, Luna, rubori.*

Latois, Latoius, vide *Latona.*

LATOMIAE, *arum*, f. pl. λατομίαι, lapicidinæ, ſtein-gruben, erz- oder eiſen-gruben. Plaut. Capt. 3, 5, 65 *Inde ibi ſpurco in latomias lapidarias; Ibi quum alii vetonos lapides effodiant, &c.* Id. Pœn. 4, 2, 5 *Vel in latomiis vel in piſtrino mavelim.* vide infra *Lautumiæ.* Ita enim ſcribi volunt doctiores.

¶ Latŏmus, *i*, m. λατόμος, lapidicida, ein ſteinmetz.

LATONA, *æ*, f. Λητώ, Cæi filia, Iovis uxor, Apollinis & Dianæ mater. v. Virg. Æn. 1, 682.

¶ Latōus, *i*, m. Apollo. v. Horat. 1 od. 31, 18.

¶ Latōnia, *æ*, f. Diana. Virg. Æn. 9, 405 *Nemorum, Latonia, cuſtos.*

¶ Latōnius, *a, um*, adject. ut, *Delos Latonia,* Virg. Georg. 3, 6. Et, *Stirps Latonia,* Ovid. Triſt. 3, 2, 3. ubi vero MSS. habent *Latoia.* Eſt enim

¶ Latōus, *a, um*, idem quod *Latonius,* ut jam ex Ovid. *ſtirps Latoïa,* id eſt, Apollo monſtravimus. v. Heinſium ibidem. Sic & Met. 8, 541 *Parthoniæ Latoia clade Exſatiata domûs.*

¶ Latoia, id eſt, Diana, quæ &

¶ Latoïs, *Latoïdos* appellatur, ſubſtantiva forma. Ovid. Heroid. 21, 153 *Timo ſævæ Latoïdos iram.* Et

¶ Latoides, *æ*, m. filius Latonæ, Apollo, Mart. Capell. 3 p. 49; & Stat. Theb. 1, 663. Pl. *Numina Latoidum,* i. e. Apollinis & Dianæ; Auſon. Epitaph. 27, 2.

¶ Latōnigenæ, *arum*, m. pl. Apollo & Diana dicuntur a Seneca Agamem. v. 320; & Ovid. Met. 6, 160.

Lator, vide *Fero,* Latratus, *Latro,* Latrina, *Lateo.*

LĀTRO, *avi, atum, are*, pr. prod. (ſed vid. *Latrans*) canum eſt, bellen, belfern. Virg. ecl. 3, 18 *Multum latrante Lyciſca.* Cic. pro Roſc. Am. c. 20 *Quod ſi luce quoque canes latrent.* ¶ 2. Transfertur ad homines. Cic. de Clar. Orat. c. 15 *Latrant jam quidam oratores, non loquuntur.* Et, *Latrat ſtomachus,* der magen gurret, Horat. 2 ſat. 2, 17. Sic, *latrare in aliquem,* eſt maledicere, Plaut. Pœn. 5, 4, 62. *Magnas latrantia pectora curas,* Stat. Theb. 2, 338, ubi vulgo *jactantia,* male. v. miſc. Obſerv. Vol. 1 p. 202. ¶ 3. Pro poſcere Lucretius poſuit 2, 17 *Nonne videre, Nil aliud ſibi naturam latrare?* Latrant enim fere canes aliquid petentes. Feſtus quoque Ennium obſervat *latrare* pro *poſcere* dixiſſe. Hoc quoque notandum eſt, auctores ſæpe active poſitum cum accuſativo conſtruxiſſe. Horat. epod. 5, 57 *Senem (quod omnes rideant) adulterum Latrent Subaranæ canes.* Et 1 epiſt. 2, 66 *Ex quo Tempore cervinam pellem latravit in aula Militat in ſilvis catulus.* Stat. 1 Silv. 3, 5 *Illum non calido latravit Sirius aſtro.* Et 2 Silv. 1, 184 *Illum nec terno latrabit Cerberus ore.* Gell. 7, 1 de Scipione Africano: *Solum id temporis in Capitolium ingredientem canes, ſemper in alios ſævientes, neque latrarunt eum, nec incurrerunt; Latrarunt eum,* id eſt, allatrarunt. Et hinc paſſive Plin. 22, 10 *Hanc habentes legant latrari a canibus.* ¶ 4. *Latrare* poetis etiam dicuntur undæ. vid. Drakenb. ad Sil. 3, 471. v. *Allatro* n. 2.

¶ Latrans, *tis*. Virg. Æn. 6, 400 de Cerbero *Ianitor latrans.* Id. ecl. 6, 75 de Scylla: *Succincta latrantibus monſtris.* Horat. 2 ſat. 2, 17 *Cum ſole panis Latrantem ſtomachum bene leniet.* Phædr. 5, 11, 7, ubi prima corripitur, alias autoritate optimorum poetarum ſemper producta. Corripuit etiam Avienus l. c. in *Circumlatro* & Paulinus in *Latratus.* Cæterum ¶ 2. abſolute ponitur pro cane. l. c. f. Phædr. 5, 11, 7. *Senex latrans,* i. e. canis vetulus. v. Rittersh. ad h. l. & Drakenb. ad Sil. 1, 421.

¶ Latrātus, *a, um*, angebellt. Statius Achill. 1, 451 *Latratum pelago tollens caput.*

¶ Latrātus, *us*, m. ſubſt. das bellen, gebelle; ut, *Canum latratus,* Virg. Æn. 5, 257. Id. Georg. 3, 411 *Sæpe volutabris pulſos ſilveſtribus apros Latratu turbabis agens.* conf. Varro de L. L. 6, 3. Paulin. Petrocor. de Martino 5, 325 *Terrificique oris ſtrictum ſiluiſſe latratum.* Pluraliter Silius 14, 21 *Latratus, & matutinos volucrum cantus transmittere,* quarto caſu.

¶ Latratio, *onis*, f. idem, apud Mart. Capellam.

¶ Latrator, *ōris*, m. (*Cerberus*) ein belferer. De *Anubide* Virg. Æn. 8, 698. *Latratores Moloſſi,* Martial. 12 epigr. 1. ¶ 2. Pro fabula moleſto poſuit Quint. 12, 9.

¶ Latrabilis, *e*, latrans. Cæl. Aurel. Acut. 3, 11 *Vox obtuſa & veluti latrabilis.*

Compoſita:

¶ Allātro, vel adlatro, *avi, atum, are*, anbellen. Proprie ad canes pertinet; per metaphoram eſt criminari ex invidia, verunglimpfen. Colum. præf. lib. 1 *Sed ne caninum quidem ſtudium præſtantius, locupletiſſimum quemque adlatrandi.* Aur. Vict. Vir. illuſtr. c. 49 de Scipione Africano: *In Capitolium eunti nunquam canes allatraverunt.* Liv. 38, 54 *Cato allatrare Africani magnitudinem ſolitus erat.* ¶ 2. De maribus Plin. 4, 5 *Peloponneſi oram tot maria allatrant,* i. e. alluunt cum ſonitu. v. Latro n. 5.

¶ Circumlatro, *are*, umher bellen. Paulin. Nolan. epiſt. 1 (al. 6) n. 2 *Si nos profana vel ſtulta quorundam ſecularium verba circumlatrent.* Avienus Perieg. v. 48 *Totum hoc circumlatrat æſtus.* Sen. ad Marc. c. 22 *Circumlatrare hominem.* Conf. Sidon. 4 epiſt. 24; & Lactant. 2, 18. Paſſ. Sym. 8, 17 *Domus quæ multis circumlatratur injuriis.*

¶ Circumlatratus, *ûs*. Laudatur Iuvenc. 4, 536 *Nec talia quisquam In ſolum tantis circumlatratibus audax.* Sed melius dividitur.

¶ Collatro vel Conlatro, *are*, pro derrahere vel obtrectare, übel nachreden, ſchmähen. Senec. de Vit. beat. c. 17 *Philoſophiam collatrare.*

¶ Dilatro, *are*, apud Gellium & Hieron.

¶ Dilatrator, *oris*, m. apud Auguſtinum.

¶ Elatro, *are*, herausſchreyen, beſſern. Horat. 1 epiſt. 18, 18 *Acriter elatrare.* Tertull. de Pallio c. 5 *Iura non conturbo, cauſſas non elatro.*

¶ Elatratio, *onis*, f. apud Firmicum.

¶ Elatrātor, *oris*, m. ICt. in Dig.

¶ Illatro, *are*, anbellen. Silius 13 v. 845 *Illatrat jejunis faucibus orcus.* Et Lucanus 6, 729 *Manibus illatrat.*

¶ Illatratio, *onis*, f. Tacito tribuitur.

¶ Illatrator, *oris*, m. ICt. in Dig.

¶ Interlatro, *are*, darzwiſchen beſſern. Paulin. Nol. epiſt. 4 (al. 41) n. 4 *Inter nos & Deum peccatis interlatrantibus.*

¶ Oblatro, *are*, entgegen bellen. Translate Silius 8, 250 *Intima dum vulgi fovet, oblatratque ſenatum.*

¶ Oblatrator, *oris*, m. qui oblatrat. Sidon. 1, 3 *Stertentum oblatratorum aures.* Id. 4, 22 *Colubrini oblatratorum molares.*

¶ Oblatrātrix, *icis*, f. Plaut. Mil. 3, 1, 85 *Lic it uxorem ducatam genere ſummo ducere, Sed nolo mihi oblatratricem in ædes intromittere.*

LĂTRO, *ōnis*, m. pl. *latrones*, prima corr. milites quondam dicebantur conducti, a λατρεύειν, *inſervire*, vel a mercede, quæ græce λάτρις; vel tanquam a latere ſervi, qui nunc ſatellites & corporis cuſtodes dicuntur, trabanten. Plaut. Mil. 1, 1, 75 *Rex Seleucus me opere oravit maximo, ut ſibi latrones cogerem, & ſcriberem.* ¶ 2. Nunc prædones ſunt, publica itinera infeſtantes, vel quod a latere adoriantur, vel quod latenter inſidientur, Feſtus & Briſſon. in Lexic. hac voce, ſtraſſen-räuber. conf. Reinef. Lect. Var. 2, 7 p. 272. *Vivere latronum ritu, & tantum habere, quantum rapere poſſis*, Cic. Phil. 2, 25. Vid. Martial. 11 epigr. 59. ¶ 3. Translate pro civibus perduellibus. Cæſ. B. Civ. 3, 109, *Vt potius privato paucorum & latronum conſilio, quam regno ſuſceptum bellum videretur.* Sic & Cic. Phil. 2, 3. ¶ 4. *Latrones* ſunt latrunculi ſive calculi, ſteine im bretſpiel. Ovid. Art. Am. 3, 357 *Cauta latronum prælia ludere*, im bret ſpielen. ¶ 5. *Latro* cognomen *Porcii* amici Senecæ.

¶ Latrunculus, *i*, m. diminut. ein ſpitzbube. Cic. Provinc. conf. c. 7 *Res in Sardinia cum Maſtrucatis latrunculis a propræture geſta.* ¶ 2. *Latrunculi* nomen ſcripuis etiam illis eſt, quibus ludimus, quod *latrocinii ſub imagine calculus iret*, ut loquitur Ovid. A. A. 2, 207. *Vitreos* fuiſſe interdum, idem docet ibid. Adde de hoc ludo 3, 357 ſq. die ſteine im bret oder ſchach ſpiel. *Ludere latrunculis*, Plin. 8, 54; & Senec. epiſt. 106. conf. Vopiſc. in Proclo c. 13, & Macrob. Sat. 2, 5. Hinc

¶ Latrunculārius, *a*, *um*, ut, *Latrunculatia tabula*, apud Senec. epiſt. 117.

¶ Latrunculator, *ōris*, m. judex, qui latronibus conquirendis & ſupplicio afficiendis præeſt, L. 66 extr. Dig. de Iudiciis.

¶ Latrōcĭnor, *atus ſum*, *ari*, latronum more prædari, auf der ſtraſſen rauben. Cic. Nat. D. 1, 31 *Tot millia latrocinantur morte propoſitâ.* Plin. 9, 42 *Latrocinari ex occulto.* Cum accuſativo Eutropius 3, 2 extr. *Iliſtbi latrocinati naves Romanorum fuerant.* ¶ 2. *Latrocinari* etiam militare eſt apud Plaut. Trin. 2, 4, 197 *Ibit iſtac aliquo latrocinatum.* conf. Id. Mil. 2, 6, 19; & Pœn. 3, 3, 90.

¶ Latrōcĭnātio, *ōnis*, f. ipſa latrocinandi actio, rauberey, ſtraſſenraub. Plin. 19, 4 *Coëgit multitudinis innumeræ ſeva latrocinatio.*

¶ Latrocinium, *i*, n. idem. *Tueri fines ab excurſionibus hoſtium & latrociniis*, Cic. pro Dejot. c. 8, für ſtreifen der feinde und ſtraſſenräuberey. *Latrocinia depellere*, Id. ad Q. frat. 1, 1, 8. *Latrocinium facere*, Sen. epiſt. 7. *Agitare latrocinia*, apud Tacitum Ann. 12, 27, 2. ¶ 2. *Latrocinium* ſæpe eſt fraus, inſidiæ, betrug. Salluſt. Iugurth. c. 9 *Furtim & per latrocinia potius, quam bonis artibus ad imperia & honores nituntur.* Cic. pro Roſc. Am. c. 22 *Putares hic latrocinium, non judicium futurum:* Sententia eſt, ſe crediſſe, hac fraudulenta parricidii accuſatione nemine cauſſam Sexti Roſcii agente, Roſcium facile damnatum. De bello civium perduellium. Cic. Catil. 2, 1 *Bellum juſtum geremus; cum illum ex occultis inſidiis in apertum latrocinium conjecimus.* conf. Nonius 2, 508; Horat. 1 ſat. 3, 122 etiam *Furta latrociniis* opponit.

¶ Latrocinator, *oris*, m. idem ac *latro*, ein räuber, in Dig.

¶ Latrōcĭnālis, *e*, räuberiſch Apulej. lib. 2 Milef. *Quodcunque vel ignotorum miſeratione, vel amicorum benevolentiâ extraximus, id omne latrocinalis invaſit manus.* Ammian. 31, 16 extr. *Latrocinales globi.* Et 27, 2 *Latrocinalia caſtra.*

¶ Latrōcĭnālĭter, adv. idem. Martian. Capella lib. 6 *Latrocinaliter interimere.*

LĀTVS, *a*, *um*, amplus, weit, breit, cui opponitur *anguſtus*. Virg. Æn. 8, 8 *Latos paſtant cultoribus agros.* Sic dicimus, *latum unguem, digitum, calmum non diſcedere*, nicht eines nagels, fingers, halms breit von etwas weichen. *Oratio liberior & latior*, Cic. de Clar. Orat. c 31. *Cotta noſter, cujus tu illa lata nonnunquam imitaris*, idem de Orat. 3, 12, i. e. vaſtam quandam & inelegantem verborum pronunciationem. *Latiſſima tæda*, Iuvenal. 12, 59. *Lati & latis humeris* heroës poëtarum. v. copioſe Drakenb. ad Sil. 1, 499. ¶ 2. *Latus*, *Latus* & *Latius* confundi in MS. dictum eſt ad *Latius*.

¶ Lātē, adv. idem. *Latius actæ prædæ*, Liv. 2, 60. *Late longeque diffuſa laus Pompeji*, Cic. pro Corn. Balb. c. 5, weit und breit. *Late poſſidere*, i. e. amplas poſſeſſiones habere, vide Barth. adverſ. 10, 3, Burm. ad Petron. c. 82. & miſc. Obſ. Vol. 2 p. 63 *Latius opinione diſſeminatum eſt hoc malum. Latiſſime patere*, Id. de Fin. 2, 16, weit um ſich greiffen, ſich weit erſtrecken. *Latius ſe fundere*, Id. in Orat. c. 35. Et, *Fidei bonæ nomen manat latiſſime*, Id. Off. 3, 17. Sic, *Ingenii velis latiſſime vehi*, Plin. 4 epiſt. 20. *Latius aliquid narrare*, eſt aliquid affingere addereque geſtis, dum enarrantur: Cæſar de B. Civ. 2, 17. *Atque hæc ad eum latius atque inflatius Afranius perſcribebat:* Id vero homines plerumque in rebus lætis exponendis facere ſolent: Cic. Phil. 1, 3 *Fit plerumque, ut, qui bonum aliquid volunt referre, affingant aliquid, quo faciant id quod nunciant, latius.* Sed Gruterus ibi *latius* legit. Tacitus id elegantiſſime *proſperitate rerum in vanitatem uti* dixit Agric. c. 58.

¶ Latĭtia, *æ*, f. die flache, breite. Innocent. de Caſis litt. p. 222, 241 & 242.

¶ Lātĭtūdo, *ĭnis*, f. die breite. *Creſcere in latitudinem*, Colum. de Arbor. c. 17. Et, *Immenſitas latitudinum*, Cic. Nat. D. 1, 11. Sall. Iug. 17, 4 *Declivis latitudo* eſt magna vallis. vid. Cort. & Waſ. Cic. de Orat. 2, 22 *Oris pravitatem & verborum latitudinem* dixit, wenn man die worte zu ſehr dehnt.

¶ Lātēſco, *ĕre*, *latum fieri*, breit werden, oder breit ſeyn. Manil. 1, 680 *Bis ſex lateſcit faſcia partes.* Et Colum. 2, 10 *Rapæ non in ventrem lateſcunt.*

¶ Latĭclavius, *i*, m. ſubſt. vir ſenatorii ordinis, qui latioribus clavis uſus in tunica, & adjective Laticlavius, *a*, *um*. Vide ſupra in *Clavus* num. 3. Exempla habet Suetonius Aug. c. 38 *Laticlavii bini*; Ner. c. 26 *A quodam laticlavio cæſus:* Domit. c. 10 *Laticlavius tribunus.* Et, *Tunica laticlavia*, Valer. Max. 5, 1, 7. De *laticlavia mappa* Trimalchionis v. Erh. ad Petron. c. 32 p. 126.

¶ Laticlavialis, *e*, idem, Inſcriptio vetus apud Gruter. p. 180 n. 3.

¶ Latusclāvus, f. potius diviſim *latus clavus*, m. idem ac *tunica laticlavia*, quæ ſenatorum erat propria, a clavorum latitudine; interdum pro ſenatoria dignitate ſumi poteſt, des rathsherrn rock oder würde. Suet. Cæſ. c. 45 *Vſus latoclavo.* Id. Aug. c. 94 *Tunica laticlavi.* Id. Veſp. 2 *Laticlavium averſatus eſt.* Sic, *Laticlavi honor*, Lamprid. Comm. c. 4. *Latumclavum petere*, Spartian, c. 1. *Laticlavi jus*, Quintil. 11, 3; ubi & diviſe: *Latum habentes clavum.* conf. Horat. 1 ſat. 5, 36; & 1 ſat. 6, 28.

¶ Lātĭfĭco, *are*, *latum facere*. Gloſſ. gr. lat. πλατύνω, *latifico*.

¶ Lātĭfŏlius, *a*, *um*, breit blättrich; ut, *Laurus latifolia*, Plin. 15, 7. etiam *myrtus latifolia*, ibidem. Adde 16, 6.

¶ Lātĭfundium, *i*, n. fundus latus & amplus, ein groſſes landgut. Plin. 18, 6; & Sen. epiſt. 88. *Lati fundi* dicuntur a Sic. Flacco p. 18 & 22.

¶ Lātĭlŏquens, *tis*. Gloſſ. gr. lat. πλατυλόγος, *latiloquens*.

¶ Lātipes, *ĕdis*, breitfüßig. Avienus Prognoſt. Arat. v. 358 *Latipedemque anatem cernes excedere ponto.*

Æquilātĕrālis, vide *Æquus*.

¶ Collātātus, *a*, *um*, ausgeweitet; ut, *Collatata ac diffuſa oratio*, Cic. in Orat. c. 56 a *Collatare*.

¶ Dĭlāto, *are*, ausbreiten, erweitern; ut, *Dilatare imperii fines*, Cic. pro Muræn. c. 9 *prorogare* dixit. *Dilatare orationem*, eſt copioſam efficere, Cic. pro Flacc c. 5. *Dilatare aciem*, weite aus einander ſtellen. Liv. 31, 21. *Dilatare vicias*, den rachen aufſperren, Ovid. Met. 6, 378. *Nec aliud laxius dilatatur*, Plin. 33, 3.

¶ Dĭlātatus, *a*, *um*, ausgebreitet. Cic. de Leg. 3, 14 *Hæc lex dilatata, in ordinem cunctum, coanguſtari etiam poteſt.* Id. Off. 1, 22 *Imperium dilatatum*: Sed Gronovius ibi repoſuit *datum*.

¶ Dilatātio, *onis*. f. die ausbreitung, erweiterung. Tertull. de Præſcript. c. 47 *Occludere ſuperiora dilatatione.* conf. Idem de Anima c. 37.

¶ Dilatātor, *oris*, m. qui dilatat, apud Boëthium.

¶ Illatābilis, *e*, ine latitudine, unausgebreitet. Gell. 1, 20 ἀπλατές, *exprimere uno Latino verbo non queas, niſi audeas dicere illatabile.*

¶ Perlāte, adv. ſehr weit, ſehr breit. Cic. de Orat. 2, 4 *Id in ſermonis noſtri conſuetudine perlate patet.*

Prolāto, *are*, & Prolatatio, vide *Profero* in *Fero*.

LĀTVS, *i*, m. λάτος, piſcis eſt marinus & Niliacus, coracino ſimilis, de quo Athenæus.

LĀTVS, *ĕris*, n. πλευρά, die ſeite. *A latere*, zur ſeiten: Id. κατ' ἐξοχήν, de ſatellitibus dicitur, & de intimis ac familiaribus: Liv. 24, 5 *Ab latere inde eos nominat tyranni, quorum capita viliſſima fingenti inter dolores gemitusque occurrebant.* vide ibi Gronovium. Curtius quoque 3, 5, 15 *Quum ad perniciem ejus etiam a latere ipſius pecunia ſolicitaret hoſtis.* Sic, *Eidem latere i accommodare*, den degen an die ſeiten gürten, Virg. Æn. 2, 393. *Latus alicujus tegere*, eſt ad latus alicujus incedere, & quidem a læva, certe loco inferiore & non ita munito: honoratior enim ad parietem, neben einem zur lincken gehent. v. Torrent. in Horat. 2 Sat. 5, 17, & Suet. Claud. c. 24 extr. Idem eſt *latus claudere*. e. g. Iuv. 3, 131. v. Lipſ. El. 2, 2. Nimirum *latus tegit* vel *claudit comes exterior*; honoratior eſt *interior*, quem alter quaſi objectu lateris ſui tuetur ab incommodis. v. *Interior*. *Latus alicui fodere*, einen ein wenig ſtoſſen, quod facere ſolent, qui quem cujusdam monere volunt, Horat. 1 epiſt. 6, 50 *Mercemur ſervum, qui dicat nomina, lævum Qui fodiat latus, & cogat trans pondera dextram Porrigere.* Add. Ter. Hec. 3, 5, 17 *Noli fodere*, abſolute. *Latus mundi*, Horat. 1 od. 22, 19, das theil der welt. *Tigere latus* dicebantur gladiatores, qui defendebant, ne inferretur ictus, cum id maxime peti ſoleret. Hinc, *latere tecto diſcedere*, apud Ter. Heaut. 4, 2, 5, eſt tute & extra periculum diſcedere: Contra *nudum latus*, quod expoſitum periculis, atque ad ictus patet. Tibull. 1, 4, 46 *Sæpe dabis nudum, vincat ut ille, latus.* vid. omnino Brouckh. hic & ad 1, 11, 14 ſich bloß geben. Hor. 3, 5, 4 *Nudumque imperii latus oſtentabant procul Marius & Sylla.* Sic & *Apertum latus* Siſenna apud Nonium dixit 3, 5. *Latus præbere*, pro nudum latus dare, Seneca dixit præfat. lib. 4 Quæſt. Nat. cui & qui id faciunt, *patere* ſimpliciter eidem dicuntur. ¶ 2. Pro laterone, ſeu eo, qui latus tegit, *latus* uſurpat Martial. 6 epigr. 68 *Eutychus ille tuum, Caſtrice, dulce latus.* ¶ 3. Etiam *Latus* pro genere, familia. Plin. 3 epiſt. 10 *A meo tuoque latere*, auf väterlicher und mütterlicher ſeiten. ¶ 4. *Latus* etiam in vehementiori vocis commotione deſcribenda adhibetur, ab uſu Græco, quibus πλευρὰς ad pulmones proprie pertinet. v. Cic. Verr. 4, 21, 52; & Plin. 2 epiſt. 11, n. 15 & Cellarii ibi notas. ¶ 5. Ovidius paſſim latus nominat, ubi de concinno argutoque totius corporis motu ſermo eſt. v. g. A. A. 3, 351 *Artifices lateris, & ſcenæ ſpectacula* idem notant.

¶ Lātuſculum, *i*, n. diminut. Lucret. 4, 311 *Speculorum latuſcula.* Catull. 25, 10 *Laneum latuſculum.*

¶ Latĕrālis, *e*, zur ſeiten gehörig; ut, *Dolor lateralis*, ſeitenwehe, Plin. 21, 21. Subſtantive *Lateralia* ſunt capſulæ, in quibus

ad

ad ephippium ſuſpenſi neceſſaria in itinere recondimus, hulffteru, reittkaſten. Scævola l. 102 ff. de legat. & fid. *Prooemium in lateralium condidit.* Caiphurn. ecl. 6, 41 *Lateralis cingula.*

¶ Laterāni, *orum*, m. pl. fatellites, a latere, qui & *Laterones*, vel contracte *Latrones*, qui circum latera habebant ferrum vid. Varr. de L. L. 6, 3, & ſupra *Latro*. *Lateranus* etiam a latendo dictos vide in *Lateo*.

¶ Latĕrārius, *a*, *um*, adj. auf der ſeite; ut, *Lateraruim lignum*, ein ſeitenbret, Vitruv. 10, 20.

¶ Latĕrātim, adv. ex utroque latere, auf beyden ſeiten. Guil. Brito Phil. 7, 112 *Has facit in medio lateratim flamine margi.*

¶ Latĕrentis, *e*, unter der leibgarde. Tertull. adv. Marc. 4, 43 *Laterentibus uti*, i. e. fatellitibus, qui ſunt a latere.

Æquilatus, & Æquilaterus, vide ſupra in *Æquus*.

¶ Collatĕro, *are*, zur ſeiten ſetzen. Mart. Capella 3 p. 56 *C. vocales utrinque collaterat.*

¶ Collaterālis, *e*, ſeitwärtig, nechſt an der ſeiten; ut, *Collaterales venti*. ¶ 2. Conjunctus a latere, von der ſeite verwandt. *Collaterales* in jure dicuntur, qui ſe attingunt non per lineam rectam aſcendentem vel deſcendentem, ut *conſanguinei*, ſed transverſaliter per *lineam collateralem*, v. l. 9 pr. ¶ 1 C. de natur. lib. & matr.

¶ Quadrilatĕrus, *a*, *um*, vierſeitig. Mart. Capella 6 p. 230 *Quicquid quadrilaterum eſt*, τετράγωνον *vocatur*. Et Iſidor 2, 12 *Quadrilatera figura*, &c.

Lavacrum, lavatio, &c. vide *Lavo*, Lavandula, *Lavendula*.

LAVDEMIVM, vel Laudimium, *i*, n. præmium, quod præſtatur pro renovatione emphyteutica, l. 3 C. de Iur. Emphyt. lehn-geld.

LAVDO, *are*, *atum*, *are*, ſignificat nominatim citare, atque ad ſui defenſionem arceſſere. Plaut. Capt. 2, 3, 66 *Iovem ſupremum teſtem laudo*, ich beruffe mich. Cic. de Orat. 3, 18 *Auctores veriſſimos laudare poſſum.* ¶ 2. *Laudare*, eſt laudem tribuere, laude afficere vel ornare, loben, herausſtreichen. Cic. fam. 6, 12 *Placet Hector ille mihi Naevianus, qui non tantum laudari ſe laetatur, ſed addit etiam, a laudato viro.* De laude contra improborum Cic. de haruſp. reſp. 24 *Hoc ſtatuo, hunc* (Clodium) *ſi amicus eſſet Pompejo, laudatorum illum non fuiſſe. Quid enim ſi illi inimiciſſimus eſſet, amplius ad ejus laudem momentum fuerre potuiſſet?* Add. quem ſtatim citamus in *laudatus*, Cic. de haruſp. reſp. 22. Id. pro Roſcio c. 12 *Hunc pro dignitate laudare nemo ſatis commode poteſt.* Laudamus autem ore & verbis, Tacitus tamen dixit *laudare armis*, de moribus Germ. 12, 7 *Si displicuit ſententia, fremitu aſpernantur, ſi placuit, frameas concutiunt. honoratiſſimum aſſenſus genus eſt, armis laudare.*

¶ Laudandus, *a*, *um*, lobenswerth. Ovid. Pont. 3, 4, 79 *Vt deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas.*

¶ Laudātus, *a*, *um*, gelobt. Ovid. Pont. 4, 2, 35 *Laudataque virtus creſcit.* Comp. Cic. de haruſp. reſp. 22 *Nec tamen ita, ut ſe quisquam, ſi obvio laudatus ſit, laudatiorem putet.* Plin. 12, 8 *Saccaron & Arabia fert; Sed laudatius Indiae.* Gell. 4, 9 *Ea majora, auctiora, laudatiora ſunt.* Plin. 27, 5 *Aloë laudatiſſima ex India affertur* Ovid. Met. 9, 715 *Virgo laudatiſſima formae dote.*

¶ Laudare, v. Comp. Plin. 14, 17 *Saporem vini aſſequi nusquam facilius.* aperl. Idem 36, 6 *Domos laudatiſſime adornans.*

¶ Laudātio, *ōnis*, f. differt a *laude*. Exigit enim vocem, ut Seneca ait. ep. 102, eine lobrede, rühmung. v. omnino Menck. Obſ. L. L. *Laudationem alicui decernere*, Cic. in Verr. 6, 65. Et, *Laudatio funebris*, eine leichen rede. Quintil. 3, 7.

¶ Laudātor, *ōris*, m. qui laudat. Cic. pro Flacc. c. 26 *His utitur laudatoribus Flaccus, his innocentiae teſtibus:* & ita paſſim *laudatores* vocat, quos provinciæ legatos miſerant Romam, ad teſtimonium dicendum de vita bene in provinciis a præfectis acta: Exempla Menck. in Obſ. L. I. collegit, & hoc teſtimonium *laudationem* a Cic. pro Clu. 63. pro Fontejo 2, &c. vocari notat. Plin. 2 epiſt. 1 de funere Virginii Rufi; *Laudatus eſt a Cornelio Tacito. Nam hic ſupremus felicitati ejus cumulus acceſſit, laudator eloquentiſſimus.*

¶ Laudatrix, *īcis*, f. Cic. Tuſc. 3, 2 *Vitiorum laudatrix fama populoſa.* Et Ovid Heroid. 17, 126 *Laudatrix Venus eſt inviſoſa mihi.*

¶ Laudābilis, *e*, loblich, rühmlich. Horat. de Arte Poët. v. 408 *Naturâ fieret laudabile carmen, an arte, Quaeſtum eſt*, &c. Comp. *Laudabilior*, Cic. in Orat. c. 20. Et Liv. 36, 21 *Exercitus modeſtiâ poſt victoriam, quam ipſa victoriâ laudabilior.* ¶ 2. *Laudabilia* dicebantur loca auctorum notatu digna, & quorum uſus eſſe egregius poſſet; Græce dicebantur χρήσιμα: unde & χρησιμολόγοι, ejusmodi ſelectæ ſententiæ appellabantur. v. Iof. Scalig. Not. ad lib. 1 Varronis de Re Ruſt. inprimis ad 1, 59, 2. itemque Caſiuboni Not. ad lib. 3 Laertii.

¶ Laudābiliter, adv. idem; ut, *Recte, honeſte, laudabiliter vivere*, Cic. Tuſc. 5, 5. Comp Val. Max. 5, 1, extr. 3 *In hunc modum filiae injuriam tulit, ſuam multo laudabilius.* add. 5, 4, 3.

¶ Laudābilitas, *ātis*, f. l. Cod. de metallariis, Comes metallorum hoc titulo ornatur: *Laudabilitas tua.*

¶ Laudātivus, *a*, *um*, laudans; ut, *Genus laudativum*, quod demonſtrativum dicitur. Et Quintilian. 2, 15 *Laudativa Rhetorices pars*: ac Ammian. 16, 1 *Laudativa materies.*

¶ Laudātĭcius, *a*, *um*, idem Fulgent. 1 Myth. *Laudatorio palmulae tactu alicujus mulcere ceſaricium.*

¶ Laus, *laudis*, f. das lob. *Laude dignus*, lobens werth, Horat. 4 od. 8, 28 *Afficere laude*, Cic. Off. 2, 17, loben. *Laudibus ſummis ad caelum extollere*, Cic. fam. 9, 14, aufs höchſte loben. *Laudem obtinere*, Nepos 20, 1, 5, & *adipiſci*. Horatius dixit 1 oda 6, 12, verklemmen. *Laude cumulari*, Cic. de Orat. 1, 26. Et, *Laudi alicui dare aliquid* pro Plancio c. 36, etwas an einem wohl ſprechen. *Trahimur omnes laudis ſtudio*, Id pro Arch. c. 11. *Tradere aliquem laudibus laude*, Quintil. 2, 14. *Nulla tam aliena narratio, quam ſui ipſius laus*, eigen lob. Tribuit Themiſtio Stob. ἴδιος ἀνὴρ ἔπαινος ἀλλοτρίου, ὡς ὁ καθ' αὑτὸν ἕτερος. Veram autem laudem ita notavit Cicero fam. 15, 6 *Ea eſt profecto jucunda laus, quae ab iis proficiſcitur, qui ipſi in laude vixerunt.* Add. 12, 6, quem locum laudamus in *Laudo* n. 2. Plin. 7 epiſt. 32 ex Xenophonte ἡδὺς ἀνὴρ ἔπαινος. *Laus intempeſtiva praeceptorum* quam noxia ſit dicit Gellius, Quint docet 2, 2 p. 57 & ¶ 2. Iniam rem ipſam, quae laude digna eſt, *laus* in vocem cadit pro Roſc. c. 16 apparet. *Laus ſpectatae in bonis naturae cumulum laudem Sex. Roſcio addit & conſummat.* Conf. de Or. 1, 31. Cicero, ut ait *Horat.* pro praemio ac merito, ita pro eodem & *laude* poni ſolere videtur, atque hinc quadrare epiſt. 7, 24 ſic poſſumus, cum dicit Marcellus. Verba Horatii ſunt: *Dignum praeſta te civem etiam pro laude merentis*, id eſt, dignum praeſtabo me beneficio promerentis, hoc eſt, ob id me merenti patroni. Nam cum dicit *pro laude merentis*, tantis eſt, pro *cive promerenti*. Sed optime etiam ad ipſum poetam referre haec poſſumus, ita, ut *laudis* finem mutatum motionem retineat. Quaſi dicat, efficiam, ut cum laude dicar meruiſſe, quae contuliſti in me.

¶ Laudicœnus, *i*, m. ein ſchmarutzer, teller-lecker. *Laudicani* dicti, qui cœnas aut ſportulas expectantes acclamationibus operam dabant. Sic σοφοκλῆς; latine redeuntibus Plinianis 2 epiſt. 14.

¶ Laudidignus, *a*, *um*. Gloſſ. gr. lat. ἔπαινος ἄξιος, *laudidignus*.

¶ Laudifico, *are*, loben. Gloſſ. gr. lat. *opera, laudifico*.

Multilaudus, vide infra *Multus*.

Compoſita cum præpoſitione.

¶ Allaudo, *are*, hoch loben. Plaut. Merc. prol. v. 84 *Ingenium allaudat meum.*

¶ Allaudabilis, *e*, ſtattlich, preiswürdig. Plaut. Perſ. 4, 5, 1 *Dictis operam allaudabilem.*

¶ Collaudo, *are*, vehementer laudare, rechtſchaffen loben. Ter. Eun. 5, 9, 60 *Collaudavi ſecundum facta, & virtutes tuas.* Cic. Att. 1, 16 *Clementiam Caeſaris per literas collaudare. Ab omnibus collaudari*, Id. fam. 1, 7.

¶ Collaudātus, *a*, *um*, belobt. Statius Theb. 6, 490 *Vidisque & collaudatus abiſſet.*

¶ Collaudātio, *ōnis*, f. die herausſtreichung. Auct. ad Herenn. 2, 9 *Scriptoris commendatione.*

¶ Collaudātor, *ōris*, m. der lobt. Auguſtin. Confeſſ. 4, 14 ext. *Nullo collaudatore mirabar.*

¶ Collaudābilis, *e*, lobenswerth. Prudent. Hamartig. v. 692 *Nec bonus eſt, nec collaudabilis ille.*

¶ Dilaudo, *are*, hin und wieder, mannigfältiger weiſe loben. Cic. Att. 6, 2 *Quos tu dilauda, literos.*

¶ Elaudo, *are*, *plus quam nominare*, ait Feſtus, mit ruhm gedencken. Hinc

¶ Elaudatio, *ōnis*, f. rühmliche meldung, apud Sidonium.

¶ Illaudandus, *a*, *um*, Tertull. vel Cyprian. adv. Marc. carm. 3 c. 6 *Plebis facta illaudanda.* vid. ſtatim *Illaudatus*.

¶ Illaudāeus, *a*, *um*, qui in omni re atque tempore laude omni vacat, quique omnium peſſimus deterrimusque habetur. Gell. 2, 6, & ibidem rurſus: *Illaudatus eſt, quaſi illaudabilis & innominabilis, qui neque mentione aut memoriâ ulla dignus eſt*, der nicht werth iſt, daß man ſeiner gedencke. v. *Buſtris*, ibique locus Virgilii. Sed ¶ 2. Plin. 7 epiſt. 26 *Gubernator cum placido mari vehitur, tunc admiratione illaudatus, inglorius ſubit portum*, ohne beſonder lob.

¶ Illaudabilis, *e*, Gell. 2, 6, ut dictum.

¶ Perlaudabilis, *e*, lobwürdig; ut, *Forma perlaudabilis*, Dict. Cretenſ. de B. Troj. l. 6.

¶ Superlaudabilis, *e*, hochachtbar. Vulg. Interpr. Dan. 3, 53 in cantico: *Superlaudabilis & ſuperglorioſus*, & v. 54 *Superlaudabilis & ſuperexaltatus.*

LĀVENDŬLA ſive Lavandula, *ae*, f. lavendel; a *lavando* dicta, quod inſerviat fomentis & lotionibus. Sic *Lavendula latifolia*, ſpic canard, Tabernæm. p. 755.

LAVER, *ĕris*, n. & f. apud Plin. 26, 8 herba eſt, quæ & *Sium*, *ĭsis*, dicitur, waſſereppich brunnkreſſe.

LĀVERNA, *ae*, f. Dea Romanorum, quam fures precabantur, ut inſtituta ſua proſperaret. Horat. 1 epiſt. 16, 60 *Pulchra Laverna, Da mihi fallere, &c.* Auſon. epiſt. 4 extr. pro plagiario alienorum ſcriptorum poſuit: *Hic eſt ille Theo poëta falſus, Bonorum mala carminum Laverna, &c.* Vide Feſtum & ibi Scaligerum. Acro in Horat. 1 epiſt. 16 LAVERNA *dicta eſt a* LAVANDO: *nam fures* LAVATORES *dicuntur.* Quid ſi a LAVANDO potius dictam, & ſic in A, euphoniæ cauſſa, mutatum putemus? *Levare* enim furari eſt: & *Levatores* fures, de qua infra ſuo loco. Hinc

¶ Lāvernio, *ōnis*, m. id eſt, fur, ein dieb, apud eumdem Feſtum, quod ſub Lavernæ tutela eſſet, in cujus luco obſcuro abditoque ſoliti furta prædamque inter ſe luere *Laverniones*. Hinc &

¶ Lāvernalis, *e*: ut, *Lavernalis porta* apud eumdem.

LAVICI ſive LABICI, *orum*, m. pl. oppidum Latii. v. Liv. 2, 39, 4, 45 pr. & 47. Hinc

¶ Lavicānus, *a*, *um*, adj. ut, *Lavicani agri*, Liv. 3, 7. *Lavicana via*, Id. 4, 41; & Spartian. Did. Iul. c. 8. *Labicana porta*, Plin. 36, 5. Subſt. *Lavicani* ſcil. populi, Liv. 4, 45; 6, 21. Et *Lavicanum Caſaris*, ſcil. prædium, Suet. Cæſ. c. 83.

LĀVĪNA, *ae*, f. Latini filia, Æneæ uxor: Virg. Æn. 6, 764.

¶ Lāvinium, *i*, urbs Latii, ab Æneæ condita, & uxoris nomine appellata: Virg. Æn. 1, 262; Liv. 1, 1 & 3.

¶ Lāvinienſis, *e*, adj. *Lavinienſes condiderunt oppidum Albam*, Varr R. R. 2, 4.

¶ Lāvinius, & Lāvinus, *a*, *um*, adj. ut, *Arva Lavinia*, Virg. Æn. 4, 236. Et, *Lavinia littora*, Æneæ 1 incunte.

¶ Lāvīnius, *i*, m. prænomine *Lucius*, vetus comœdiarum poëta, Terentii zoilus, & reprehenſor perpetuus: itaque in omnium comœdiarum prologis maledicta ejus reticili, diluuntur tamen per modeſtiam nomine ejus. Hinc & B. Hieronymus calumniatores ſuos & Momos & Lavinios dixit, ut 1 epiſt. 31 *Livius & magnus Lucius Lavinius fruatur teſtibus*, i. e. *fautoribus ſuis.* Item lib. 1 adverſ. Ruffinum: *Sin autem contra invidos loquor, &* 1 *Lavinium vel Annii Pollionem ſigni mei arcipe contubernii.* Vulcatius Sedigitus apud Gellium 15, 24 huic Lucio nonum inter latinos Comicos locum dedit.

LĂVO, *lāvi, lāvatum, lautum & lōtum, lāvare*, a λάω, est abluere, aqua purgare, waſchen, baden. Notanda est differentia inter *Lavare* & *Lavari* ex Varrone de L. L. 8, 61. *Et* lavant & lavantur *dicitur separatim rebus certis: quod puerum nutrix* lavat, *puer a nutrice* lavatur. *Nos in balneis & lavamus & lavamur. Sed consuetudo alterutrum cum satis haberet, in toto corpore potius utimur*, lavamur; *in partibus* lavamus: *quod dicimus* lavo manus; *sic* pedes & *cætera. Quare & in balneis non recte dicunt* Lavi: Lavi manus *recte, &c.* Plautus tamen hoc non attendit, cujus in Truc. 2, 3 ipso principio ſtatim verſus iſti ſunt: *Piſces ego credo, qui usque dum vivunt, lavant, Minus diu lavere, quam hæc lavat Phronesium. Si proinde amentur mulieres, diu quam lavant, Omnes amantes balneatores fient.* Idem, Ter. Eun. 2, 5, 47 *Cape hoc flabellum, & ventulum huic facito, dum lavamus. Vbi nos laverimus, ſi voles, lavato.* Vbi *lavare* de toto corpore dicuntur, contra, quam Varro faciendum exiſtimavit. vid. Burm. ad Quint. 1, 6 extr. Similiter *tondere* dicuntur, qui tondentur; apud Virgil. & Horat. v. Taubm. ad Virg. p. 9, & ad Plautum Truc. 2, 3 p. 1190. B. Hieronym. lib. 1 epiſt. 45 ad Aſellam: *Tibi placet lavare quotidie: alia hæ sunt delicias ſordes putat.* Vltimum addit, quod balnea aliquando luxuriæ notam traherent. vide ſupra *Balneum*: & Caſaubonum de Caldariis in Hiſtor. Aug. ¶ 2. *Lavabor una*, παραλήμψομαι, dicitur, ſi quis pauperior ſe inſinuat in ſocietatem ditioris. Nam olim pauperes una cum divitibus lavantes horum utebantur ſupellectile. vid. Suid. & Chil. ¶ 3. *Lavavit* pro *Lavit* etiam dixit Plautus Truc. 1, 2, 94. *Abeunt lavatum*, ſic gehen ins bad. Ter. Eun. 3, 5, 52. *Lavatum ire*, Horat. 1 ſat. 3, 137, & ſat. 6, 125. Contra, *Veniat nunc precibus lautum peccatum tuum*, Ter. Phorm. 5, 8, 80. *Lavaturas petere aquas*, Ovid. Faſt. 3, 12.

¶ Lăvo, *is, it, ĕre*, idem in tertia flexione aliquando apud veteres. Cato c. 65 *Si inquinata erit, lavito*, Plaut. Amph. 5, 1, 50 *Poſtquam peperit pueros, lavere nos juſſit.* conf. Moſt. 1, 2, 31; Pſeud. 1, 1, 8; Truc. 5, 1, 10. & Ennius ap. Non. 10, 2. Sed & Virg. Georg. 3, 221 *Lavit ater corpora ſanguis.* conf. Æn. 3, 663. &c. & Horat. 3 od. 12, 2; & 4 od. 6, 26; & 1 ſat. 5, 24. Et hinc eſt perfectum *Lavi*. v. Virg. Æn. 6, 227.

¶ Lăvans, *tis*. Horat. 1 ſat. 4, 75.

¶ Lavandria, *orum*, n. pl. wäſche. Laberius ap. Gell. 16, 7 *Eluviarie lintea & lavandria.*

¶ Lavatus, *a, um*, gewaſchen. Plaut. Pœn. 1, 2, 22 *Quæ lavata eſt, viſi perculta eſt, &c.*

¶ Lautus, *a, um*, gewaſchen; ut, *Tene aſymbolum venire unctum atque lautum e balneis?* Ter. Phorm. 2, 2, 25. ¶ 2. *Lautus*, elegans, mundus, reinlich, hübſch, köſtlich, herrlich, ducta notio inde, quia quod lavatur, mundum fit atque nitidum. *Civitas tam lauta quam nobilis*, Cic. fam. 13, 32. *Cœna lautior*, Suet. Galb. c. 12. *Lautiores epulæ*, Stat. 1 Silv. 6, 32. *Lautiſſima vina*, Plin. 14, 13. ¶ 3. Dives, reich, wohlhabend. *Lautus eques Romanus*, C. Nep. 15, 13, 6. *Lautiſſimi ſolent eſſe in iis locis &c.* Cic. pro Planc. c. 26. conf. Petron. c. 26 & 27. Etiam epitheton rei Ter. Heaut. 4, 5, 50 *Omnes te in lauta & bene aucta parte putant.* Cic. pro Flacco c. 36 *Lautum patrimonium diſſipare.*

¶ Lautiuſculus, *a, um*, diminut. Apul. 7 Met. p. 191 *Veſtem lautiuſculam proferunt.*

¶ Laute, adv. wohl, herrlich, köſtlich; ut, *Laute exornatus*, Plaut. Caſ. 4, 1, 10. *Laute munus adminiſtrato tuum*, Ter. Adelph. 5, 1 pr. *Laute vivere*, i. e. ſplendide, liberaliter ſibi indulgere, Nepos 12, 3, 2. *Villa lautius ædificata*, Cic. de Legib. 2, 1. Superl. Cic. de Amic. 23 ex vet. poëta, *Hodie me ante omnes comicos ſtultos ſenes Verſaris atque luſoris lautiſſime.*

¶ Lautitia, *æ*, f. elegantia, mundicies in cibo & veſtitu, pracht, niedlichkeit, reinlichkeit. Suet. Cæſ. c. 46 *Lautitiarum ſtudioſiſſimus*: & in Aug. c. 71 *Invidiam lautitiarum refutare.* Plin. 9, 35 regina *lautitiam ejus omnem apparatumque obtrectans.* De luxu Antonii loquitur. conf. Petron. c. 21.

¶ Lautĭtas, *ātis*, f. die köſtlichkeit. Gloſſ. gr. lat. πολυτέλια, *lautitas.*

¶ Lautia, *orum*, n. pl. apud Livium legimus 28, 39; & 30, 17 extr. & 33, 24; & 45, 20 pro eſculentis, ſupellectile aliisque ad victum lautiorem neceſſariis, quæ hoſpitibus dabantur, aut legatis. *Locus & lautia* plerumque conjunguntur, das tractament, die auslöſung. vide & Feſtum ibique Scalig. & erudita Io. Guil. Bergeri diſſertatio.

¶ Lautulæ, *arum*, f. pl. locus extra urbem, ubi, quia aqua fluebat, lavandi artem exercebant, das bad. Feſtus, & Varr. de L. L. 4, 32.

¶ Lăvātio, *ōnis*, f. balneum, das bad. Cic. fam. 9, 5 *Ante te certiorem faciam, ut lavatio parata ſit.* Tertull. de Baptiſmo c. 5 pr. *Ipſos etiam deos ſuos lavationibus efferunt.* conf. Plaut. Moſt. 1, 3, 4. ¶ 2. *Lavatio*, ein becken, waſch-geſchirr, lavor. Phædr. 4, 4, 22 *Mundus muliebris, lavatio argentea.* Et ſic Vlpianus l. 25 § 4 ff. de aur. arg. recenſet inter ea, quibus mulieres mundiores fiunt; *veluti*, inquit, *Lavatio, riſcus.*

¶ Lăvātūra, *æ*, f. actio lavandi: ut, *Lavatura carnis recentis*, Conſt. Afer 5, 9.

¶ Lăvāmentum, *i*, n. idem, apud Vegetium 3, 5.

¶ Lăvācrum, *i*, n. idem. Claudian. in Eutrop. 2, 410 *Avidus ſplendere lavacris.* Et Gell. 1, 2 *Lavacris nitidis.* Alcimus medium corripuit contra originem. Eſt enim a *lavatum*, ſupino. v. ipſe 5, 702; & 6, 191. Sic & Fortunatus 5, 4, 96.

¶ Lavātor, *oris*, m. qui lavat, item fur, qui lavat i. e. purgat ea loca, quæ non debet. Petronio *Levator* dicitur. v. Acron. in Hor. 1 epiſt.

¶ Lavātōrium. Gloſſ. gr. lat. πλύσμιον, *Lavatorium*, ein waſch-haus.

¶ Lăvātrina, *æ*, f. idem olim quod nunc *balneum* dicitur. v. Varro L. L. 8, 41. Nonius 3, 131. Vnde & contracte *Latrinam* eſſe putat, de qua ſupra in *Latere*. Scaliger vocat locum, ubi vaſa eſcaria eluunt coqui.

¶ Lōtus, *a, um*, aliud particip. gewaſchen. Petron. c. 30 *Veſtimenta jam ſemel lota.* Stat. 1 Silv. 5, 62 *Q. i modo lotus in unda.*

¶ Lōtus, *ūs*, m. ſubſt. das waſchen, die bade-cur, inter ea quæ calefaciunt & refrigerant corpus, Celſ. 1, 3.

¶ Lōtūra, *æ*, f. idem. Apud Plinium eſt pro ablutione, 33, 7 *Prima lotura*: item, *ſequens lotura*, qua aliquid fit dilutius.

¶ Lōtio, *ōnis* f. idem. De manuum crebra lotione in conviviis Lipſ. Saturn. 2, 1. De lotionibus Deorum in caris ſibi amaibus, Barth. ad lib. 2 Theb. Statii p. 646. vide v. g. Silium 8, 364. Vitruv. 7, 9 *Lotionibus & cocturis efficitur.* Lotione opus habere judicabantur, qui quæve viros experirentur. v. Caſaub. ad Cic. Att. 1, 16; Deque lotione antequam accumberent, Kipping. Ant. Rom. 4, 3, 4.

¶ Lōtium, *i*, n. urina, a diluendis corporibus ſic dicitur, der urin, harn. Lucretio, & Sammonico Sereno eleganter & verecunde *ſaccatus corporis humor* vocatur. Arnobius abſolute *ſaccatum* vocat. vide infra in *Saccus*. Sic Cato c. 122 *Si lotium difficilius tranſibit, & c. 7 Lotium ſuillum.* Veſpaſian. apud Suet. c. 23 *Reprehendenti filio Tito, quod & urinæ vectigal commentus eſſet, pecuniam admovit ad nares, ſciſcitans, num odore offenderetur? at illo negante: atqui, inquit, e lotio eſt.* Petron. c. 57 p. 281 *Non valet lotium ſuum*, convicium ſervile.

¶ Lotiolentus, *a, um*, idem quod *commictilis* apud Nonium 2, 109. Hinc

¶ Lotiolente, adv. idem. Nonius 2, 485 ait dictum veluti *lutulente* a lotio, & citat illud Titinnii: *Lotiolente flocci fiet*, i. e. ſoide, fordide.

¶ Lōtor, *ōris*, m. ein wäſcher. Apud Fabrett. Inſcript. p. 435 DIANÆ AVG. COLLEG. LOTOR SACR. Hinc &

¶ Lotrix, *īcis*, f. ex vulgari uſu, eine wäſcherin.

Compoſita:

¶ *Abluo, Alluo, Colluo, Diluo, Eluo*, & alia compoſita & derivata infra ad *Luo* relata vide.

¶ Adlavo, *are*, plantſchern, pfatſchen. Apud Varron. de L. L. 8, 61. Plautus, *Piſces usque dum vivunt adlavant.*

Æquilavium, vide in *Æquus*. Huc pertinent

¶ Circumlăvo, *are*, benetzen, umher waſchen. Hyginus fab. 276 *Ægyptum Nilus circumlavat.* Sall. fragm. hiſt. *Dubium, an inſula ſit, quod Euri atque Auſtri ſuperjectis fluctibus circumlavat.*

¶ Delăvo, *are*, abwaſchen. Plaut. Rud. 2, 7, 21 *In mari quod delavi.* Alii cum Turnebo in Adverſ. 21, 12 legunt *elavi*. Sed adde Octav. Horat. 1, 1 & 4. Apic. 8, 7 *Porcellum præduratum liquamine delavas.*

¶ Delōtus, *a, um*, gereiniget. Idem Oct. Horat. 1, 4 *Coagulum leporis vino veteri delotum.*

¶ Elavo, *are*, auswaſchen. *Elavare ſe bonis*, ausbaden und nichts behalten, Plautus dixit Aſin 1, 2, 9. Proprie eſt exire e mari vel naufragio. Turnebus l. c. translationem a balneis explicat, in quibus luxu lavandi nequiores rem ſuam profligabant. Vid. mox dicenda in *Elotus*.

¶ Elautus, *a, um*, pure lautus, rein gewaſchen. Plaut. Rud. 3, 3, 37 *Mulieres elautæ opera Neptuni.* conf. Pœn. 1, 2, 22, ubi lectio tamen variat.

¶ Elōtus, *a, um*, ausgewaſchen. Colum. 12, 50 ſub fin. *Oliva elota.* Et Plaut. Trin. 2, 4, 5 *Comeſum, epotum, exutum, elotum in balineis*, verwaſchen im bade. Celſ. 7, 27 *Plumbum elotum cum vino.* Pallad. 1, 10 *Arena aquis ſuavibus elota.*

¶ Illautus, *a, um*, ungewaſchen, unſauber. Plaut. Pœn. 1, 2, 23 *Meo quidem animo quaſi illauta eſt.*

¶ Illōtus, *a, um*, idem; ut, *Neque qui tam vita honeſtior illoto ſermone utitur*, unflätige reden führen, Declam. in Salluſtium, pr. *Illoto verſu*, id eſt, rudi, incomto, Rutilio Numatiano 1, 422 reſtituit ὁ πανυ Grævius, cujus animadverſionem relegere operæ pretium omnino eſt. ¶ 2. *Manibus illotis*, Plaut. Pœn. 1, 2, 103, i. e. irreverenter. *Illotis manibus protinus materiam tractare*, Gajus l. 1 D. de orig. jur. ¶ 3. Item, *Illotis pedibus ſacra irrumpere.* v. Chiliad. wie eine ſau zum troge.

¶ Perlăvo, *are*, auswaſchen. Tertull. de Pœnit. c. 4 *Te peccatorum fluctibus merſum perlavabit.* Et Apicius 8, 7 *Liquamine perlavabis.*

¶ Prælavo, *are*, vorher waſchen. Hinc

¶ Prælavātus, *a, um*, vorher gewaſchen. Oct. Horat. 1, 27 *Vino tepido prælavatus.* Sed &

¶ Prælavo, *āre*, ut, *Os prælavere*, den mund vorher ausſpülen. Apul. Apol. p. 278 *Qui ſeſe ſcit rationem prompturum neque inutilem, neque injucundam, ejus merito os, ut bono potui poculum, prælavitur.*

¶ Prælautus, *a, um*, valde lautus, ſehr herrlich. Suet. Vitell. c. 2 *Prælautus alioqui famoſuſque cœnarum magnificentia.* Add. in Neronе c. 30.

¶ Relăvo, *are*, wieder waſchen. Lucret. 6, 799 *Calidis etiam cum te relavaris.* Sed Lambinus repoſuit: *etiam cunctere lavaeris.*

¶ Semilautus, *a, um*, halb gewaſchen. Catull. 55, 2 *Semilauta crura.*

¶ Sublăvo, *are*, ein wenig waſchen, netzen. Apul. de Herb. c. 7 *Herba ſolatæ ſucco ſe ſublavet.* Id. c. 113 *Inde ſe ſublavet.* Celſ. 6, 18, 10 *Os vino ſublavandum eſt.* Adde Capitol. in Anton. Philoſ. c. 19.

LAVRĀGO, *ĭnis*, f. herba ſic dicta. Apul. de Herb. c. 58.

Laurea, laureatus, &c. vide *Laurus*.

LAVRENTIA, *æ*, f. Romuli & Remi nutrix, ſecundum quosdam. Fauſtuli paſtoris uxor, propter pulchritudinem & rapacitatem corporis quæſtuoſi Lupa a vicinis dicta. v. Liv. 1, 4. Plutarch. Romulo p. 19 & 20; & Lactant. 1, 20, ubi *Larentia* dicitur. *Accam Larentiam* vocat Macrobius Sat. 1, 10. v. *Acca.*

¶ Laurentālia, *ium*, n. pl. Laurentiæ feſta. v. Varr. L. L. 5, 3; & Scal. in Conject. itemque Plut. d. l. Celebrantur x Kal. Iunii. Macrobius l. c. & Lactant. l. c. *Larentinalia* nominat, & Feſtus *Larentalia.*

¶ Laurentum, *i*, n. oppidum Italiæ eſt in Latio. Λαυρέντιον, a quo

¶ Laurens, *tis*, adj. qui ex Laurento eſt, vel quod ad Laurentum pertinet: ut, *Laurens Turnus*, Virg. Æn. 7, 650. *Laurens prædium*, Plin. 2 epiſt. 17. *Laurentia arva*, Virg. Æn. 9, 100. Martial. 10 epigr. 45 *Iliæ Laurentis cum tibi demus apri.*

¶ Laurentīnus, *a, um*, idem quod *Laurens*, i. e. ad Laurentum oppidum pertinens. Plin. 2 epiſt. 17 pr. *Laurentinum meum*, puta, prædium. Et Val. Max. 8, 5, 6 *Laurentina vua.*

LAVREŌTIS, *is, in,* f λαυρεωτις, ſpodos; vide *Spodos.* Plin. 34, 13 *Fit in argenti fornacibus ſpodos, quam vocant laureotin,* roſt von hütten-rauch, ſilber-aſche.

LAVRĪCES, *um,* leporum genus, quos Hiſpania cuniculos appellat, kanninchen. v Plin. 8, 55. ubi tamen videtur exſectos tantum utero cuniculorum fœtus ſignificare.

LAVRIOS, ſive Laurion, Atticæ regio auri venis frequens. Hinc ¶ Lauriōticus, *a, um,* adj. ut *Lauriotica noctua,* γλαυξ λαυριωτικη, proverb. de magna pecuniarum vi, apud Ariſtoph. Nam noctuis ſignabant numiſmata. v. Eraſm.

LAVRVS, *i & us,* 2 & 4, f. ein lorber-baum. *Apollinea, Delphica, Phœbea,* a poëtis vocatur, quod Apollini ſacra fuerit. Plin. 15, 30 pr. *Laurus triumphis proprie dicatur, vel gratiſſima domibus, janitrix Cæſarum Pontificumque, ſola & domos exornat, & ante limina excubat.* ¶ 2. *Lauri baccæ,* δαφνιδες, lorbeern. Cæterum lauro vaticinandi vim tribuebant veteres: unde & Phœbades reddituræ oracula lauri folia comedebant. Lycophron Caſſandra v. 3. Tibull. 2, 5, 63 & quos laudat ibi Brouckh. maxime Spanh. ad Callim. in Del. Pſ. 94. tangit & Iuvenal. 7, 17. Idem 2, 158 *Humidæ lauri* meminit in ſacris, qua nimir. pro aſpergillo luſtrali utebantur. v. Turn. 13, 22. Potter. ad Clem. Alex. Protr. p. 9. Cæterum malum omen erat, ſi igni impoſita laurus non crepitaret, v. Brouckh. ad Prop. 2, 21, 36. Hanc & afflari fulmine negabant. v. Plin. l. c. itemque Suet. Tib. c. 62 reclamante experientia. v Hard. ad Plin. 2, 55 f. 56 & 15, 30 f. 40 ex Phil. Iac. Sachs gammarologia p. 22. ¶ 3. De *Lauru* Cæſarum domibus perpetuo affixa Barthius in Claudiani Paneg. de 4 Conſ. Honorii v. 3 & Plin. l. c.

¶ Laurea, æ, f. folium lauri, & ex lauro corona, quæ in triumphis adhibebatur, ein lorber-zweig, lorber-kranz. *Laurea magnis periculis parta,* Cic. de prov. conſ. c. 12, & c. 14 *Si in Capitolium invehi victor cum illa inſigni laurea geſtiret.* Id. in Off. 1, 22 *Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.* Quem verſum in Piſon. c. 30 etiam ſic recitat: *Cedant arma togæ, concedat laurea laudi.* ¶ 2. *Laurea* & *Laurus* pro victoria ſæpe ponitur: tum quod victoriæ laureatis litteris nunciarentur, tum quod in Iovis Capitolini gremio *laurea* a victoribus deponeretur, etiam cum triumphus ductus haud eſſet. v. Suet. Domit. c. 6, & ibi Caſaubonus atque Torrentius. It. intt. ad Sil. 15, 119 & Bergeriana de literis laureatis diſputatio. *Laurus Indica* pro victoria Indica apud Stat. 4 Silv. Ita *Parthica Laurus,* Plin. Paneg. Trajani c. 14. conf. Plaut. Ciſt. 1, 3, 53.

¶ Laureus, *a, um,* adj. von lorbern; ut, *Laureus ramus, Laurea corona,* Plin. 15, 30. *Pyra laurea,* Colum. 12, 10.

¶ Laurinus, *a, um,* idem; ut, *Oleum laurinum,* lorberöl, Plin. 23, 4. *Laurina folia,* Id. Plin. 19, 8.

¶ Laureŏla, *æ,* f. diminut *Laureolam in muſtaceo quærere,* Cic. ad Att. 5, 20. v. *Muſtaceus* in *Muſtum.* ¶ 2. Significat & *Laureola* qualemcunque triumphum. Cic. fam. 2, 10 *Velles, ut haberem tantum negotii, quod eſſet ad laureolam ſatis.*

¶ Laureŏlus, *i,* m. nomen latronis ſceleratiſſimi & ob id in crucem ſublati ac a feris laniati, ut Ioſephus-auctor eſt. Id argumentum frequenter tractatum nimis, ſuadent Sueton. Cal. c. 57; Iuvenal. 8, 186; & Martialis in Spect epigr. 8. Sed Iuvenal. Scholiaſtes argumentum Laureoli mimi aliter interpretatur, quam Ioſephus exponit. *Catulli Laureolum* refert Tertullianus adv. Valentin. c. 14.

¶ Laureŏlum, *i,* n. idem ac ſcalpeolum ſive ferramentum chirurgicum, eine lancette, Cæl. Aurel. Chron. 5, 2, 33.

¶ Laureo, *are,* coronare, bekränzen, bezieren. Chryſolog. Serm. 66 *Poſtes tuos ſuis ulceribus laureavit.* Sarisb. epiſt. 298 *Eccleſiam martyrum ſanguine laureatur.* Hinc

¶ Laureātus, *a, um,* laurea coronatus, mit lorbern geziert; ut, *Litores laureati,* Cic. Att. 7, 10. Et, *Laureati faſces,* de Divin. 1, 28. *Poſtes laureati,* Quintil. 8, 6 p. 622, pfoſten mit lorberzweigen beſteckt. *Laureatæ tabellæ,* (Lamprid. in Alexand. c. 58) ſeu *literæ,* i. e. lauro revinctæ, res lætas notant: *pinnatæ haſtæ* res triſtes. v. Gronov. ad Stat. Silv. p. 130. Barth. ad Claud. p. 308; & Feſt. & erudita Io. Guil. Bergeri de *literis laureatis* diſputatio. *Laureatorum poëtarum* origo ex ludis Capitolinis. v. Scal. Auſon. lect. 1, 10.

¶ Laurētum, *i,* n. ſilva laurorum, ein lorber-wald, Plin. 15, 30. ¶ 2. *Lauretum,* urbs Lauretana, Loretto.

¶ Laurĭcōmus, *a, um,* der lorbern trägt; ut, *Lauricomi montes.* Lucret. 6, 151.

¶ Laurĭfer, *a, um,* idem; ut, *Lauriferi currus,* Lucan. 5, 332.

¶ Lauriger, *a, um,* idem; ut, *Laurigeri triumphi,* Martial. 3 ep. 66.

¶ Laurĭpŏtens, *tis,* idem; eſtque epitheton Apollinis apud Mart. Capell. 1 p. 10.

Baccalaureus, vide in *Bacca.*

Laus, *laudis,* vide paullo ante in *Laudo.*

LĀVIS, *i,* m. diſſyllabum, fluvius Lucaniæ. v. Cluver. Ital. Ant. p. 1262.

LAVSVS, *i,* m. Mezentii filius, Virg. Æn. 7, 649 &c. ¶ 2. Item, Numitoris filius, frater Iliæ Silviæ, quem Amulius patruus occidit. v. Ovid. Faſt. 4, 55.

LAVSVS, *i,* m. nomen appellativum, quo veteres pro leſſu utebantur. v. *Leſſus.*

Lautia, lautitia, vide paullo ante *Lavo.*

LAVTVMIÆ, *arum,* f. pl. quaſi λαοτομιαι, lingua Siculorum, ut Aſconius in Verr. de Præt. urb. refert, dicuntur lapicidinæ, id eſt, loca cæſis lapidibus exſecta, ſteinbrüche. Præcipue ita nominatus eſt carcer Syracuſanus, quem Cicero ult. Verrina c. 27 deſcripſit: *Opus eſt,* inquit, *ingens, magnificum regum ac tyrannorum. Totum eſt ex ſaxo in mirandam altitudinem depreſſo, & multorum operis penitus exciſo. Nil tam clauſum ad exitus, nihil tam ſeptum undique, nihil tam tutum ad cuſtodias nec fieri, nec cogitari poteſt.* conf. ibid. c. 55. Hujus carceris meminit & Livius 32, 26 f. vid. Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 27, 9. ¶ 2. Deinde quemvis carcerem & vincula publica ſignificat, der bau das gefängniß. Ita Romanarum mentionem facit Liv. 26, 27. Vlpian. L. 1 § ult. de Aleatoribus: *aut multâ multetur, aut in lautumias vel vincula publica ducatur.* Videtur tamen aliquid laboris duri, ut in lapicidinis eſſe ſolet, hoc verbo adnotari. Plaut. Pœn. 4, 2, 5 *Vel in lautumiis vel in piſtrino mavelim ætatem agere.* Sidonius 1 epiſt. 7 *Lautumiis aut ergaſtulo inferri.* Siculas autem lautumias ſimpliciter carcerem fuiſſe, non dubitatur. Scribitur & *Latomiæ,* de quo ſupra, & *Latumiæ,* uti Dion. Gothofredus & alii vulgo legunt. Sed optimus quisque liber *Lautumiæ* præfert.

¶ Lautumiarius, *i,* m. qui ſæpe fuit in carceribus & lautumiis, eingefangen ſitzender. Sic Cic. in Piſon. c. 9 *Lautumiarium Catilinæ,* unum e ſceleratis illius aſſectatoribus vocat; uti legit Turnebus Adverſ. 21, 15. Aliis eſt *Laternarius.*

Latus, *a, um,* vide ſupra *Lavo.*

LAX, fraus eſt, inquit Feſtus, in *Lacere.*

LAXVS, *a, um,* remiſſus, diſſolutus, locker, ſchlaff, weit; ut, *Funes laxi,* qui non contenti ſunt. *Laxus calceus,* Horat. 1 ſat. 3, 31. Ovid. de Arte Am. 1, 516 *Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet,* du ſolſt nicht in weiten ſchuhen ſchlürffen. Cic de Amicit. c. 15 *Commodiſſimum eſt, quam laxiſſimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas cum velis, vel remittas,* ſehr ſchlaffe zugel. *Laxæ veſtes,* geräumte kleider, Lucan. 8, 367. Hæ mollium erant & delicatorum. vid. Brouckhuſ. ad Tib. 1, 9, 70. *Laxa fides,* quæ alias fluxa, Drak. ad Sil. 8, 322. *Laxiora ſpatia,* Colum. 4, 30. Et, *Laxior terra,* i. e. rarior, Pallad. 1, 8. *Laxior ſtomachus,* Id. 11, 14, 12. Dict. 3, 1 *Trojani laxiores militia.*

¶ Laxe, adv. weit, geraum. *Habitare laxe & magnifice voluit,* Cic. pro Dom. c. 44. *Romanos, remoto metu, laxius licentiuſque futuros,* Salluſt. B. Iug. c. 87. Superl. Plin. 2, 16 *Ab his Mercurii ſtella laxiſſime,* ſubaudi, *vagatur.*

¶ Laxĭtas, *ātis,* f. amplitudo, die weite, geraumigkeit. Cic. pro Domo c. 44 *Vt facile omnium domus laxitate ſuperaret.* Add. Offic. 1, 39. Et, *Laxitas ſemitarum,* Colum. 4, 18. *Aëris laxitas,* Pallad. 1, 5. De valle loquitur laxiore, ubi aër & venti montium altitudine & compreſſione vicina non impediantur. Sic *Laxitas loci,* Salluſt. Fragm. c. 29 ap. Nonium 2, 492.

¶ Laxo, *avi, atum, are,* eſt remittere, nachlaſſen, weit machen. lüften; cui opponitur *adducere* vel *adſtringere,* zuziehen, an ſich halten. De vinculis amicitiæ Cic. Att. 1, 6 *Tantum abeſt, ut ex eo, quo adſtrictæ ſumus, laxari aliquid velim.* Sic, *Populus frena laxare,* Lucan. 7, 124. *Laxare forum & explicare,* Cic. Att. 4, 16, erweitern. *Laxare animum a laboribus,* Liv. 32, 5 pr. das gemüth frey machen. *Laxare ſe molleſtiis,* Lucejus Cic. 5 epiſt. 14, ſich davon losmachen. *Placida laxare membra quiete,* Virg. Æn. 5, 836, ausruhen. conf. ibid. 9, 224. *Laxare ſeſe ab angueſtiis in latitudinem,* ſich weiter ausbreiten, Plin. 21, 5. *Laxare vincula epiſtolæ,* C. Nepos 4, 4, 1, den brief öffnen. conf. Stat. Theb. 1, 135.

¶ Laxans, *tis. Laxantia* Medici vocant, quæ expurgant & leniter evacuant.

¶ Laxātus, *a, um,* losgemacht, nachgelaſſen. Cic. Somn. Scip. 3 *Qui iam vixerunt & corpore laxati.* Id. de Senect. c. 3 *Libidinum vinculis laxati.* Lucan. 3, 548 *Claſſis laxata.* Tac. Hiſt. 3, 25, 2 *Laxati ordines.* Compar. *Lini membrana laxatior,* Plin. 19, 1.

¶ Laxātīvus, *a, um,* laxans. Cæl. Aurel. Tard. 2, 3 *Laxativa cataplasmata.* Apul. de Herb. c. 60 *Eſſe laxativæ virtutis.*

¶ Laxatio, *onis,* f. die erweiterung, öffnung. Vitruv. 4, 7 *Compactura habeat laxationem.* Id. 9, 9 *Laxatio aut coartatio.* conf. Cæl. Aurel. Tard. 2, 1, 56.

¶ Laxamentum, *i,* n. ſpatium, der weite raum. Vitruv. 4, 7 *Amplum laxamentum cellæ.* Id. 5, 9 *Chorագia laxamentum habeant ad chorum parandum.* ¶ 2. Idem ac relaxatio, die linderung, lüftung. Trebonius Cic. fam. 12, 16 *Ego naſtus in navigatione noſtra pi ſillum laxamenti, concinnavi tibi munuſculum, &c.* Id Germani non inelegante dicunt, ein wenig luft kriegen. Sic Liv. 9, 41 *Vt ſi quid laxamenti a bello Samnitico eſſet, in Vmbriam propere exercitum duceret.* 35, 21 *Minucius nihil laxamenti hoſtibus dedit.* luſtin. 41, 5, 1 *Dato laxamento.* Sen. epiſt. 7 *Luſus expectans, & ſales, & aliquid laxamenti, quo hominum oculi acquieſcunt,* eine ergötzlichkeit.

Compoſita:

¶ Collaxo vel Conlaxo, *are,* idem quod *laxare,* weit machen, löſen. Lucret. 6, 232 *Conlaxare rareque facere.* Cæl. Aurel. Acut. 3, 3, 20 *Vaporatio collaxat tumentia.* Conf. Tard. 2, 1, 20.

¶ Dilaxo, *are,* von einander ſperren. Lucil. apud Porphyr. indeque Douſa p. 37 & 91 *Et cruribus crura dilaxat.*

¶ Prælaxatus, *a, um,* vorher geöfnet, gelindert. Cæl. Aurel. Tard. 2, 1, 27 *Motus beneficio prælaxato ægrotante.*

¶ Prolixus, *a, um,* a *Laxus* ſine dubio deducitur & ad veſtes proprie pertinet, de quo Caſaub. ad Cic. Att. 1, 1 p. 16, lang, weit; ut, *Capillus prolixus,* lang haar, Ter. Heaut. 2, 3, 49. *Barba prolixa,* Virg. ecl. 8, 34. *Prolixiores pollices,* Colum. 5, 6. *Prolixior aurator,* Eidem 1, 9 eſt longioris ſtaturæ. Sic *per prolixum tempus* plus eſt, quam *diu,* eique opponitur L. 3 § 3 Dig. de Re Milit. *Prolixo ſatis itinere,* Apul. lib. 3 Mileſ. ſub fin. conf. Borrich. Vindic. p. 190. ¶ 2. Liberalis, willfährig; ut, *Ariobarzanes prolixior in Pompejum,* Cic. Att. 6, 3. *Animus prolixus,* id eſt, liberalis, propenſus: ut, *Animo libenti prolixove aliquid facere,* Id. Cic. Capitoni ſub Att. 16, 16. Et fam. 3, 8 ſub fin. *Natura prolixa & benefica.* ¶ 3. *Prolixum corpus, exili* opponit Suetonius Claud. c. 30. ¶ 4. Secundus, felix. Ita interpretantur Maſaſp. & Caſaub. apud Cic. Att. 1, 1 p. 16: laudatur hanc in ſententiam Catonis locus apud Gell. 7, 3.

¶ Prolixè, adv. nach der länge, weitläuftig. *Arbores prolixe foliatæ,* mit groſſen blättern. Apul. 4 Mil. ſub init. *Prolixe promittere,* Cic. fam. 6, 5, reichlich verſprechen. *Prolixe cumulateque facere aliquid,* Id. pro Flacco c. 36; Id. Att. 7, 14 *In delectu parum prolixe reſpondent Campani,* h. e. inviti admodum & cunctabundi nomina dant Pompejo adverſus Cæſarem, auctorem coloniæ ſuæ, delectum habenti. Ter. Eun. 5, 8, 52 *Accipit homo nemo melius prorſus, nemo prolixius.* Suet. Tito c. 7, id eſt, *prolixius quem fovere,* es tractirt niemand beſſer.

¶ Prolixum, adv. idem. Apul. 8 p. 225 *Luſia redintegrato prolixum ejulat.*

¶ Prolixĭtas, *ātis,* f die länge, weitläuftigkeit. Arnobius 7 p. 250

Colubra prolixitatis immenſæ. Id. lib. 4 p. 138 *Ne forte prolixitas faſtidium audientiæ pariat.* Symmach. 2 epiſt. 8 *Literarum prolixitas.*

¶ Prolixitūdo, *ĭnis*, f. idem. Pacuvius apud Nonium 2, 697 *Fundi prolixitudo.*

¶ Prolixo, *are*, prolixum & longum facere, weit machen. Col. 4, 24 *Monendus putator eſt, ut prolixet aciem ferramenti.*

¶ Relaxo, *are*, losmachen, erquicken. Cic. Att. 10, 6 *Pater nimis indulgens, quicquid ego adſtrinxi, relaxat*, er giebt ihm zu viel nach. *Relaxare animum & dare ſe jucunditati*, Id. Off. 1, 34; &, *Relaxare ſe occupatione*, ad Att. 16, 16, von der arbeit losmachen. *Cum ſe plane corporis vinculis relaxaverint*, Id. de Senect. c. 22, wenn ſie ſich losgemachet *Infani cum relaxentur*, Id. in Acad. Q. Q. 4, 17.

¶ Relaxans, *tis.* Sil. 3, 51 *Nereus cæcos relaxans Oceani fontes.*

¶ Relaxatus, *a, um*, erquickt, erleichtert. Cic. Divin. 2, 48 *Relaxatus ſomno animus.*

¶ Relaxatio, *ōnis*, f. die lüftung, erquickung; ut, *Animi relaxatio*, remiſſio, Cic. de Fin. 2, 29.

¶ Relaxator, *ōris*, m. Cæl. Aurel. Acut. 2, 38 *Relaxator fluentium.*

¶ Relaxus, *a, um*, gelüftet, locker. Colum. 11, 3 *Relaxa humo plenioris craſſitudinis fiat radix.*

LAZI, *orum*, populus Armenis finitimus. v. Spanh. de uſ. & præſt. num. Diſſ. 13 p. 582.

Lea, leæna, vide *Leo.*

LĔANDER, *dri*, & Leandrus, *i*, m. Λέανδρος, Erûs puellæ amator. v. epiſt. 18 & 19 Heroid. Ovidii, Leandri ad Ero, & Erûs ad Leandrum. Id. Triſt. 3, 10, 41 *Si tibi tale fretum quondam, Leandre, fuiſſet, Non foret anguſtæ mors tua crimen aquæ.* Inter Græcos hanc fabulam delicatiſſimo carmine proſequutus Muſæus, poëta aliquis recentior, ut doctiſſimis videtur, Alexandrinus. v. Fabr. B. G. 1, 16 § 6.

¶ Leandrius, *a, um*, adj. ut, *Helleſpontus Leandrius*, in quo Leander periit, apud Silium 8, 622.

LEARCHVS, *i*, m. Athamantis & Inûs filius, qui tenellus adhuc a patre in furore ſuo occiſus eſt. v. Ovid. Faſt. 6, 490. Val. Flacc. 1, 280.

¶ Learchēus, *a, um*, adj. ut, *Learchea umbra*, ibid. v. 491.

LĔBĂDĪA, *æ*, f. urbs Bœotiæ, Stat. Theb. 7, 345; & Plin. 16, 36.

LĔBĔDVS, *i*, m. Ioniæ oppidum minus frequens. Hor. 1 epiſt. 11, 7 *Scis, Lebedus quam ſit Gabiis deſertior, atque Fidenis vicus.* vide & Strabonem, item que Plinium 5, 29; & Melam 1, 17.

LĔBĒRIS, *ĭdis*, f. λεβηρίς, exuvium ſerpentis, ein ſchlangenbalg. Plinius vocat membranam, ſive ſenectutem, ſive vernationem anguium, quam exuunt. v. 3, 30; 4, 32; 5, 6 & 29. Hinc proverb. *Leberide nudior*, nacket und bloß. v. Chiliad. Meminit quidem Suidas, quod *Leberis* fuerit quidam pauper, a quo proverbium ortum ſit. Sed poteſt ad exuvium ſerpentis commode reſpici, uti & in illo: *Leberide cæcior*, ſtock blind.

LĔBES, *ētis*, λεβης, vas æneum, ein ehemer tiegel, keſſel, pfanne. Virg. Æn. 3, 466 *Stipatque carinis Ingens argentum, Dodonæosque lebetes.* Vbi Servius *lebetem* exponit pollubrum ſeu malluvium, ollamque æream. Alii *lebetes Dodoneos* interpretantur vaſa rebus variis apta, ex ære Dodonæo & præſtantiſſimo conflato. *Lebes Dodonæus*, adagium eſt in garrulos, ein plauder-maul. Adde Virg. Æn. 5, 266; & Ovid. Met. 12, 243.

LĔBYNTHVS, *i*, m. inſula una ex Cycladibus, apud Ovid. Met. 8, 222, & de Art. Am. 2, 81.

LĔCHAEVM, *i*, n. portus Corinthi, de quo Propert. 3, 20, 19; Stat. 2 Silv. 2, 35 & 38.

¶ Lechæus, *a, um.* Ita Grat. Cyn. 227 *Spatia Lechæa* de ludis Iſthmiis.

¶ Lechiæ, *arum*, apud Stat. 4 Silv. 3, 59 eodem ſenſu accipiuntur a Gevartio Barthioque: Sed concinnior, & vereribus libris, qui habent *deviæ*, proprior lectio eſt If. Voſſii, ad Cat. p. 62 *Clivi æ*, ubi vid.

Lectica, lecticarius, lectiſternium, &c. vide in *Lectus.*

LECTISPHAGĪTES, *æ*, m. olim inter vina factitia, Plin. 14, 16.

Lectito, lectus, *a, um*, &c. vide in *Lego, ĕre.*

LECTVS, *i*, m. λέκτρον, cubile, eine ruheſtatt, bette. *Lectus cubicularis*, Cic. Divin. 2, 65 dixit, ad differentiam lecti in triclinio, in quo ſedebant cibum capientes. *Lectus genialis*, Horat. 1 epiſt. 1, 87, ein braut- oder ehe-bett. *Lectus funebris*, ein parade-bett, Val. Max. 4, 4, 1. *Lectum ſternere*, ein bette zurichten, machen. v. *Sterno. Lecto teneri*, decumbere ægritudinis cauſſa, zu bette liegen, Cic. Verr. 5, 7. De ratione lectorum apud Veteres fuſe Salmaſius in Spartianum Æl. Ver. c. 5 itemque Caſaubonus, quos licet videre. Altos fuiſſe cubiculares lectos, triclinaribus certe altiores, docet Brouckh. ad Tib. 1, 2, 19. *Lectos, lecticas, lecticulas* etiam ſtudentibus, legentibus, ſcribentibus interviſſe, docet Caſaubon. ad Sueton. Aug. c. 87. Gonſal. ad Petron. c. 115 p. 187. Burm. ad Quint. 10, 3 p. 936.

¶ Lectus, *ūs*, m. idem obſervante Priſciano 6 p. 198 ex Cornificio, & Plaut. Amphit. 1, 3, 15 *Prius abis, quam lectus ubi cubuiſti concaluit locus.* Ita Ter. Eun. 3, 5, 45, rectum putat Faërnus *In lectu eam collocarunt.*

¶ Lectum, *i*, n. eſt l. 19 ff. de auro, arg. § 8 *Lectum plane argenteum, vel ſi qua alia ſupellex argentea fuit, argenti appellatione non continetur.*

¶ Lectulus, *i*, m. dimin. Cic. Att. 14, 13 *A ducendâ uxore ſic abhorret, ut libero lectulo neget eſſe quicquam jucundius*, h. e. eſſe liberum & ſui juris. Adde Petron. c. 79 & 80, & 128 &c.

¶ Lectica, *æ*, f. ſedes, pulvinaribus & lecto ſtructa, qua divites & potentes ferebantur, (quamquam Tiberii ætate etiam mediocres iis uti ſolebant, de quo Caſaub. ad Suet. p. 142) ein tragſtul, ſänfte. Ovid. A. A. 1, 487 *Interea ſive illa toro reſupina feretur Lecticam dominæ diſſimulanter adi.* Plura de iis Lipſius in Electis 1, 19, Bernegg. ad Suet. Cæſ. c. 43, & Kirchmann. de Fun. Rom. 2, 9 p. 175 ſeqq. Nim. etiam mortui efferebantur in lecticis, v. *Lecticula & lecticarius* n. 2. Servius Sulp. 4 epiſt. 12 ad Cic. *Coactus ſum in eadem illa lectica, qua ipſe delatus eram, meisque lecticariis in urbem eum referre.*

¶ Lecticŭla, *æ*, diminut. Liv. 24, 42 *Scipio lecticulâ in aciem illatus.* Sed, *Lecticula elatus Atticus*, Nepos extr. ejus vita, ſc. funebri, λέκτρ. vid. Kirchm. de Fun. l. c. Cic. fam. 1 *Mecum ſimul lecticula concurſare* (i. e. huc illuc ire) *potes*, conf. Suet. Aug. c. 78: ubi de *lucubratoria lecticula* Caſaubonus videatur. *Vilis lecticula* ſervi eſt Mart. 9 ep. 94.

¶ Lecticārius, *i*, m. ſervus lecticam portans, ein ſänftenträger. vide *Lectica*: Et Cic. fam. 4, 12; Petron. c. 96 & 124; Sen. de Conſt. Sap. c. 14; Suet. Tib. c. 58 & Oth. c. 6. ¶ 2. *Lecticarii* olim etiam erant veſpillones efferendis cadaveribus deſervientes, νεκροφόροι in Gloſſ. die leichenträger. v. Novell. Iuſt. 43.

¶ Lecticāriŏla, *æ*, f. quæ ſe aſſociat lecticariis, quod vilisſimum genus, ſeque iis ſubſternit, Martial. 12 epigr. 58.

¶ Lecticalis, *is*, m. *qui lectulos facit*, in Gloſſ. Iſid.

¶ Lectārius, *i*, m. idem. Gloſſ. gr. lat. κλινοποιός, *lectarius, lectorum confector.* Inſcr. Murat. 959 *Faber lectarius.*

¶ Lectrix, *icis*, f. in Inſcript. apud Fabrettum p. 311 DRVSI. CVBIC. SER. COLIT. OSSA. CNIDE. LECTRIX. CONIVNX. EIVS.

¶ Lectuālis, *e*, lagerhaft, bettlägerig. Spartianus de Adriano c. 23 *In morbum incidit lectualem*; ubi Salmaſius notat, *lectuales* ejusmodi morbos Latinos vocaſſe, qui diu in lecto detinerent ægrotantes: Sed & ipſos longis ac lentis languoribus laborantes *lectuales* dictos, Græcis κλινικούς.

¶ Lectiſternium, *i*, n. fiebat Romæ, quum Diis, placandi gratia, lectos ad altaria ſternerent & epulum apponerent, de quo paſſim Livius: v. g. 5, 13 ubi de primo *lectiſternio* ejusque ritibus ita agit, ut mire conveniat cum iis, quæ in ſacris habentur Ieſ. 58, 6; 22, 10 *Curatum lectiſternium & per triduum habitum, decemviris ſacrorum curantibus: & pulvinaria in conſpectu fuere*, vide & Turneb. Adverſ. 30, 32.

¶ Lectiſterniator, *ōris*, m. qui lectum ſternit, Plaut. Pſeud. 1, 2, 29.

¶ Lectiſtĭtium, *i*, n. lecti ſtatio, Iſidori Gloſſ.

LECȳTHVS, *i*, m. λήκυθος, ampulla olei, eine öl-flaſche, balſambüchſe. Quemadmodum autem *ampullæ* vox, ita & *lecythi* ad rem oratoriam translata eſt. Cic. Att. 1, 14 *Quid multa? totum illum locum, quem ego varie meis orationibus, quarum tu Ariſtarchus es, ſoleo pingere, de flamma, de ferro, (noſti illas* ληκύθους*) valde graviter pertexuit.* Et Plin. 1 epiſt. 2 *Non tamen omnino Marci noſtri* (Ciceronis) ληκύθους *fugimus, quoties paullulum itinere decedere non intempeſtivis amœnitatibus admonebamur.* Vbi Buchnerum etiam poteris videre. ¶ 2. Prov. *Oleum non eſt in lecytho.* Item, *Pinguior lecytho*, ein ſchmier-flegel. v. Chiliad.

¶ Lecythīnus, *a, um*, in Lecytho aſſervatus. Petron. c. 21 *Nos lecythino perfuſos oleo refecerunt*; al. *legitimo.*

LĔDA, *æ*, f. Λήδα, quæ & *Nemeſis*, Tyndari regis conjux, cum qua in figura cygni concubuit Iupiter, unde nata duo ova; ex quorum uno Helena, ex altero Caſtor & Pollux prognati. vide Mythologos, Ovid. Met. 6, 109; Virg. Æn. 1, 656. ¶ 2. *Leda* fructex; v. *Lada.*

¶ Lēdæus, *a, um*, adj. ut, *Fratres Ledei*, Caſtor & Pollux, Ovid. ad Liviam v. 283; & Sil. 15, 83. *Ledei Dii*, Ovid. Faſt. 1, 706.

Ledanum, ledum, vide ſupra *Ladanum.*

Legalis, vide *Lex*, Legatio, legatus, &c. *Lego, are*, Legibilis, *Lego, ere*, Legicrepa, legifer, *Lex.*

LĔGIO, *ōnis*, f. a dilectu dicta eſt, corpus peditum Romanorum, qui proprie dicuntur apud illos milites, eine legion, vulgo vocabulo ex hodierna militia deſumto, ein regiment. Numerus autem militum in legionibus non idem ſemper, ſed varius diverſis temporibus fuit. Prima legio ſub Romulo trium millium peditum & trecentorum equitum fuit. Poſt Sabinos autem in civitatem receptos legionem duplicatam fuiſſe, ſcribit Plutarchus. Vegetio legio eſt, 6666 i. e. ſex millium, ſexcentorum & ſexaginta ſex. Legio Romana divifa fuit in x cohortes; unaquæque *cohors* in tres manipulos, haſtatorum unum, unum principum, & unum triariorum ſ. pilanorum; *manipulus* in binas *centurias*, fiunt manipuli xxx, Lx autem centuriæ, quarum numerus pro magnitudine legionis varius. v. Lipſium de Milit. Rom. & Marcell. Donatum ad Tac. Ann. 1, 31, 1. Numerus legionum apud Romanos non unus fuit: Ipſæ vero diſtinguebantur vel ordine; ut, *Prima, ſecunda, tertia, &c. Legio*; vel cognominibus: quæ vel ab inſtitutoribus; ut, *Auguſta, Claudiana, Galbiana &c.* vel a provinciis devictis: ut, *Parthica, Scythica, Gallica, &c.* vel a Deorum nominibus: ut, *Minervia, Apollinaris, Veneria, &c.* vel ab eventibus: ut, *Gemina, Victrix, Fulminatrix, &c.* accipiebant. v. Dionem Caſſium lib. 55 Hiſt. & præcipue Onuphrium Panvin. Deſcript. Imperii Romani, qui liber 3 Commentar. Reip. Rom. p. 379 & ſeqq. Add. Spanh. de uſu num. Diſſ. 10 p. 231 ſqq. *Legionem conſtituere*, Cæſ. B. Gall. 1, 43, poſtiren. *Supplere legiones*, Liv. 29, 24, ergänzen, recrutiren. conf. Iuvenal. 2, 155; & 10, 79. Legiones autem ex Romanis militibus conſtabant, auxilia ſociorum erant. Veget. de Re Milit. 2, 2. Sed docuit P. Ciacconius ad columnam roſtratam C. Duillii, legiones & aliarum gentium atque adeo Carthaginenſium ipſorum, a latinis dici. conf. Taubmann. ad Plaut. p. 28.

¶ Legiuncŭla, *æ*, f. dimin. Liv. 35, 49 *Vix duæ plenæ legiunculæ.*

¶ Legionarius, *i*, m. Cæſ. B. C. 1, 78 *Frumenti copiam legionarii nonnullam habebant.* Id. 2, 8 *Eſt animadverſum ab legionariis.* v. Menck. Obſ. L. L.

¶ Legionarius, *a, um*; ut, *Miles legionarius*, Aſinius Ciceroni ſam. 10, 32. *Centurio legionarius. Legionariæ cohortes*, Liv. 10, 43.

Legislator, legirupa, legitimus, vide *Lex.*

LĔGO, *avi, atum, are*, eſt mittere, einen ſenden, verſchicken. Plaut. Amph. 1, 1, 49 *Continuo Amphitruo delegit viros primorum principes. Hos legat: Telebois jubet ſententiam, ut dicant, ſuam.* Cic. fam. 3, 8, 13 *Neque eram tam deſipiens, ut privatæ rei cauſſa legari putarem.* Et mox: *niſi forte poſtea cœperunt legare.* Et Salluſt Iug. c. 22 *In Africam legantur, qui ambos reges adeant.* Et c. 25 *Legantur in Africam majores natu nobiles.* Cic. Verr. frument. c. 48 *Centuripini hominem honeſtum ac nobilem legarunt ad Apronium.* ¶ 2. Significat & mandare, committere, anbefehlen. Plaut. Caſ. 1, 1, 12 *Quin potius, quod legatum eſt tibi negotium, Id curas, atque urbanis rebus te abſtines.* ¶ 3. Eſt & militare verbum, & ſignificat, aliquem ſibi ſubſtituere, adjungere, qui belli & imperii ſit adminiſter & ſocius. Cic. Att.

15, 11 *Dolabella me sibi legavit.* Id. fam. 6, 6 *Cassium sibi legavit*, er hat ihn zu ſeinem General-Lieutenant gemacht. ¶ 4. Et *legare teſtamento*, relinquere eſt, vermachen, beſcheiden. Cic. pro Cæcina c. 4 *Unuſquiſque omnium bonorum ſuorum Ceſonnio legat.* conf. Perſ. 6, 66; & Quintil. 5, 14. Cic. pro Clu. 12 *Ei teſtamento legat grandem pecuniam a patre, ſi qui natus eſſet, ab ſecundo herede nihil legat.* conf. ibi interpr. & Top. 4. ¶ 5. Liv. 28, 42 etiam pro adſcribere, imputare &c. uſus: ut, *Adverſa fortunæ legare.*

¶ Lēgatus, *a, um*, vermacht, verordnet. Cic. ad Octavium: *Qui tamquam in dotali matrimonio rempubl. teſtamento legatam ſibi obtineret.*

¶ Lēgātus, *i*, m. ſubſt. tripliciter accipitur & uſurpatur. ¶ 1. De Oratoribus, qui publico nomine mitti ſolent, ein geſandter, botſchafter. *Legatos cum auctoritate mittere*, Cic. Att. 1, 19, bevollmächtigte, Plenipotentiarii. *Mittere legatos de pace*, Liv. 2, 18. *Legatum decernere, eſſe, ere, conſtituere*, Cic. fam. 1, 1. *Legatis* Rom. qui in legatione obiiſſent, ſtatuæ pro roſtris poſitæ Liv. 4, 17. v. Henr. Valeſ ad h. l. ¶ 2. De iis, qui exercitibus præeunt aliena auctoritate. Alii enim *Conſulares* dicebantur, qui totis exercitibus beliſque adminiſtrandis præeunt Principis ſive Imperatoris vice: Oberſt-Lieutenant; alii *prætorii*, qui ſingulis legionibus præfecti, unde & *Legati legionum* appellati Obriſſen. Suet. Veſp. c. 4 *Claudio principe, Narciſſi gratia legatus legionis in Germaniam miſſus eſt.* Et hunc deſignat idem Scriptor, cum Tito c. 4 ſcribit: Ex *quæſtura deinde honore legioni prepoſitus, Tarichæum, & Gamalam, urbes validiſſimas Judææ in poteſtatem redegit.* Vtrorumque meminit Tacit. Agric. c. 7. v. Lipſ. in 2 Ann Tac. p. 111, præcipue de Milit. lib. 2 dial. 11. ¶ 3. *Legati* prōvinciarum ſub Imperatoribus erant, qui & *Præſides* & *Rectores* alio nomine dicebantur, ſtatthalter. Non autem omnium provinciarum; ſed earum tantum, quæ Cæſarum erant, non quæ ſenatus. Vnde & *Legati Cæſarum* dicebantur. Vide Cataubonum & inprimis Salmaſium ad Spartianum in Adriano, itemque Savil. Comm. ad lib. 1 Ann. Tac. p. 85, & Spanh. de uſu num. Diſſ. 12 p. 178. ¶ 4. In libera repub. *Legati* etiam dicebantur, quos Proconſules & Prætores ituri in provincias conſiliorum atque officii adjutores ſibi adjungebant. De quibus Sigonius de antiquo jure provinciarum 2, 2. C. Nepos 25, 6. 4 *Qui ne cum Q. quidem Ceſone velit ire in Aſiam, cum apud eum legati locum obtinere poſſit. Non enim decere ſe arbitrabatur, cum præturam gerere noluiſſet, aſſectam eſſe prætoris.* Apul. lib. 1 Flor. *Quod qui legatus mittitur, Proconſul ad me certo reverſurus eſt.* Alii ſunt ¶ 5. *Decem legati*, qui poſt victoriam ad pacem, aut provinciam adeo conſtituendam mittebantur, de quibus Cic. Att. 13, 6 extr. ¶ 6. *Legati nati*, itemque *Cancellarii nati* hodie dicuntur, non quidem qui ita naſcuntur, tales tamen, quos im muneri aut ſtatui officium ejusmodi naturale, adeoque connatum eſt. Sic primi Archi-Epiſcopi regnorum ſunt *Legati Nati* in iisdem, h. e. Legatio Pontificia Archi-Epiſcopali muneri illorum connata, atque adeo, quia Archi-Epiſcopi ſunt, ſimul Legatorum qualitatem induunt. Sic *Archi-Epiſcopus Salisburgenſis* eſt *Legatus Natus* ſedis Apoſtolicæ in Germania, *Toletanus* in Hiſpania, &c.

¶ Lēgātum, *i*, n. ſubſt. donatio teſtamento legata, ein vermächtniß. Cic. Att. 7, 3 *Horteſii legata cognovi.*

¶ Legatio, *ōnis*, f. die geſandtſchafft. *Legationem accipere*, Cic. pro Flacco c. 19. *Legationi fungi*, Quintil. 3, 2. *Legationem obire*, Cic. Acad. 4, 2; *ſuſcipere*, Nepos 2, 6, 5; *adminiſtrare*, Id. 10, 1, 4. *Legationem perferre pro aliquo*, Suet. Claud. c. 6. ¶ 2. Officium legati in legione &c. de quo ſupra *Legatio legionis, provinciæ*. Tac. Agric. 5, 1 *Libera legatio* dicitur, quando quis ſolo legati nomine, veluti ornamento, decoratus ab urbe diicedit, non tam reip. quam privatorum commodorum cauſſa. Cic. fam. 12, 11, 1 *C. Aricius negotiorum ſuorum cauſſa legatus eſt in Africam legatione libera.* Et Suet. Tib. c. 31 *Prætor deſignatus legationem liberam impetravit.* Vlpian 14 D. de Legation. *Qui libera legatione abeſt, non videtur reip. cauſſa abeſſe. Hic enim non publici commodi cauſſa, ſed ſui abeſt.* v. ICt. & Beroaldum ad modo productum locum Suetonii. In hoc genere etiam eſt *Legatio votiva*, ſ. voti diſſolvendi cauſſa, de qua Cic. Att. 15, 8. ir. 11 p. 638, ubi etiam de *libera legatione*. Eſt autem legationis jus ſanctum apud omnes gentes. vid. Nep. 16, 5, 1. Grot. de Iure belli & pacis 2, 18.

¶ Legator, *ōris*, m. qui aliquid legat, der ein teſtament macht. *Voluntas legatoris*, Suet. Tib. c. 31.

¶ Lēgitārius, *a, um*; ut, Cic. Att. 15, 9 pr. *Provincia legataria*, ſed al. *Legatoria*, de qua ſtatim. ¶ 2. *Legatarius*, cui legatum datum eſt, dem etwas vermacht iſt. Paulus L. 14 Dig. de Vſurpationibus: *In re legata legatarius quodammodo heres eſt.* ¶ 3. Ruſſus adjective, quod quis ex teſtamento & legatione debet vel facit. Tertull. de Spectac. c. 6 *Etiam privatorum memoriis legatariæ editiones* (munerum) *parentant*, hoc eſt, in teſtamento mandatæ.

¶ Legatōrius, *a, um*. Cic. Att. 15, 9 pr. *Legatorie provincia* explicante Gravio, in quam non mittitur aliquis tanquam Proconſul, ſed tanquam Legatus, ad frumentum coemendum.

¶ Legatīvum, *i*, n. legatum in vinticum dicitur, der geſandten ausloſung. Vlpian. L. 2 Dig. de Legationib. *His qui non gratuitam legationem ſuſceperunt, legativum ex forma reſtituatur.*

Compoſita:

¶ Ablēgo, *avi, atum, are*, alio mittere, verſchicken, wegſchicken. v. Nonius 1, 133. Ter. Hec. 3, 3 extr. *Aliquo mihi eſt hinc ablegandus, dum parit Philumena.* Et, *Foras ablegare*, Plaut. Mil. 3, 2, 55. *Pueros venatum ablegavit*, Liv. 1, 35. *Hoc a fratris adventu me ablegat*, Cic. Att. 2, 18. *Abſtinere poena a puero*, Colum. 6, 5

¶ Ablegatus, *a, um*, abgefertiget, weggeſchafft; ut, *Dimiſſo atque ablegato conſilio*, Cic. Verr. 2, 30.

¶ Ablegatio, *ōnis*, f. die verſchickung, abfertigung. Plin. 7, 45 *Pudenda Agrippæ ablegatio.* Liv 6, 39 *Ablegatio juventutis ad Velitternam bellum.*

¶ Allēgo, ſive adlēgo, *are*, eſt mittere, abſchicken, abfertigen Plaut. prol. Cas v. 52, *Pater allegavit ultroneam, qui peperit ſibi ipſam uxorem*, conf. Perſ. 1, 3, 45; & Stich. 5, 3, 8. Cic. Verr. 3, 57 *Petit a me, & amicos allegat, facile impetrat*, er ſchickt an mich. Sed hic animadverte, *Allegari* dici in rebus privatis, *Legari* autem in publicis. v. *Allegatio*. Plaut. Amph. 2, 2, 42 *Alium ego iſti rei allegabo.* Et, *Allegare aliquem ad negotium aliquod*, Epid. 3, 3, 46 dixit pro committere, ein amt auftragen. ¶ 2. Eſt & *Allegare*, idem quod adferre ſeu adducere, quod vulgo dicunt, citiren oder anführen, anziehen, fürwenden; ut, Plin. ep. 3, 15. *Tam dignitas litigationis allegatur, tum confirmatur infirmitas*, Quintil. 4, 1. Stat. 2 Achill. v. 225 *Allegantique ſuos utroque a ſanguine divos.* Nimirum *allegare* Schultingio ad Quint. Decl. 1 p. 1 ſq. obſervante, eſt rem proferre, quæ poſſit facere ad movendum eum, cujus voluntatem nobis ſecundam cupimus. Vid. loca ab ipſo producta. Huc pertinet Plin. 8, 1 de elephantis, *herbas ſupini in cælum jacientes veluti telluræ precibus allegata*, magis enim nunc placet Gelenianam lectionem retinere, quam cum Harduino legere *obligata*. Dicitur etiam *preces allegare alicui*, v. g. Apul. de Deo Socr. p. m. 61. *Nullis, inquit, Deus humanis rebus intervenit. Cui ergo preces allegabo?* zu wem ſoll ich gebet abſchicken? v. de hac formula Dei Heraldus ad Ter. Apul. Digreſſ. 2, 4 p. 278. ¶ 3. Pro ſignificare, nunciare, Plin. Paneg. Trajani c. 70 *Ut ſenatui adloquium poſtuli.* Symmach. 1 epiſt 89 *Iam dudum literas meas in manus tuas credo perlatas, quibus allegavi, quod judiciis approbatum eſt, amicum meum lucundum per valetudinem non poſſe proficiſci.* Ita & 9 epiſt. 127 uſus hoc verbo eſt.

¶ Allēgans, *tis*. Plin. epiſt. 3, 4, *Allegantes patrocinii fœdus.*

¶ Allegatus, *a, um*, abgeſchickt, angeſtellt. Ter. Andr. 5, 3, 25 *Ne credas a me allegatum hunc ſenem.* Cic. ad Qu. Fr. 2, 3 *Nervius index edidit ad allegatos Cn. Lentulum & C. Cornelium. De terra precibus allegata* jam diximus in verbo n. 2.

¶ Allegatio, *ōnis*, f. die hinſendung, beſchickung. *Allegationibus legationem expugnare*, Cic. Verr. 3, 16. ¶ 2. Eſt & *Allegatio*, die anführung, vorgeben; ut, *Falſis allegationibus ſe a tutela excuſare*, L. 60 pr. D. de ritu nupt. conf. L. 1 C. t. 63 lib. 5.

¶ Allegatus, *ūs*, m. idem. Plaut. Trin. 5, 2, 18 *Allegatu meo venit*, von mir angeſtellt. conf. Gell. 13, 19 al 20.

¶ Allegamen, *ĭnis*, n. ausrichtung eines befehls. Guil. Brito Philipp. 2, 37 *At comes hæc contra dabat allegamina regi.*

¶ Collegatus, *us*, m. Vox quam Rutilio 1, 15 reſtitui vult Grævius. *Collegatu ordinis fruuntur*, inquit, h. e. adſciſcuntur in ordinem ſenatorium. Sed nihil mutat Bur. in vulgata. *Ordinis imperio collegarumque fruuntur.*

¶ Collēga, *æ*, m. ein amts-gehülffe, amts-bruder, college, pl. *Collegæ*, ſocii dicuntur in legatione, magiſtratu, aut quocunque officio, dicti quaſi una legati, unde & alterum producta habet. *Collega in prætura*, Cic. Off. 1, 40. *Collega in cenſura*, Id. de Amic. c. 11

¶ Collēgium, *i*, n. ſocietas ipſa collegarum, die verſammlung, geſellſchafft, das collegium; ut, *Collegium prætorum, ſacerdotum*, & *Ampliſſimi ſacerdotii collegium*, die ſämtliche prieſterſchafft, Cic. fam. 3, 10. *Collegii poëtarum*, quo Accius fuit, meminit Val. Max. 3, 7, 11. *In collegium cooptare*, Cic. in Orat. c. 33 extr. *Ad collegium deferre*, Id. Phil. 2, 33. Etiam Liv. de conſulibus dixit 10, 22 *Nil concordi collegio firmius ad rempubl. tuendam eſſe.* Sed & quæ ſodalitates, quibus jus coëundi erat, *Collegia* appellabantur, zünffte, innungen. Ita Suet. Cæſ. c. 42 *Cuncta collegia, præter antiquitus conſtituta, detraxit*, i. e. ſuſtulit, numero collegiorum exemit. Plin. 10 epiſt. 42 *Tu, domine, dispice, an inſtituendum putes collegium fabrorum, duntaxat hominum CL.* Liv. 2, 27 *Collegium mercaturum inſtituere.* Et *Collegia mercurialia* vocat Cicero ad Qu. Fratr. 2, 5. *Ambubajarum collegia*, Horat. 1 ſat. 2, 1. conf. Prudent. Cathem. 10, 36; & Roſini Ant. Rom. 8 p. 803.

¶ Collēgiālis, *e*, ut, *Collegialis fides*, in Gruteri Inſcript. antiqu.

¶ Collegiāliter, adv. idem, apud ICtos.

¶ Collegiārius, *a, um*; ut, *Collegiarii miniſtri*, Tertull. de Spectac. c. 11.

¶ Collegiatus, *a, um*, idem; improbat Voſſius de Vit. L. L. 3, 26. Sed habent Impp. l. 5 C. de Commerc. & Merc. ubi etiam *Corporati* dicuntur. Sunt autem alicui collegio addicti, glieder eines collegii. conf. l. un. C. de Collegiatis; & Cod. Theod. 7, 14; Gruteri Inſcript. p. 860 n. 13; ut & Iſidor. 9, 4.

¶ Collegātarius, *i*, m. cui conjunctim cum alio legatum eſt, dem zugleich etwas vermachet iſt, L. 10 Dig. de uſufr. adcreſc.

¶ Dēlēgo, *are*, eſt committere, demandare, imponere, auferleyen, auftragen, übergeben. *Delegare alicui curam, officium, provinciam*, apud Cic. & Quintil. frequenter. *Laborem alteri delegare*, Cælius Cic. fam. 8, 1. Liv. 6, 28 *Delegare ſpes ſuas fortunæ loci*, darauf ſtellen, ankommen laſſen. ¶ 2. Eſt & aliquando remittere ſive rejicere quem ad aliquem, dahin verweiſen; qua ratione & τῷ *relegare* utimur. C. Nep. 24, 3, 5 *Quare ſtudioſis Catonis ad illud volumen delegamus.* Vbi male Lambinus contra manuſcriptorum librorum auctoritatem *Relegamus* ſubſtituit. v. Gron. ad Cic. Att. 12, 12 pr. Ita enim & ICti *Delegare creditorem debitori* dicunt, cum creditorem ſuum aliquis ad alium, qui ſibi debeat, remittit, ut ſolvat, anweiſen. v. L. Neſennius 41 D. de re judicata.

¶ Delegātus, *a, um*, conſtitutus, deſignatus, auferleat, angewieſen, beſtimmt. Liv. 10, 19 *Omnis rei bene aut ſecus geſtæ decus dedecusque ad eum delegatum.* Sic, *Delegata jurisdictio, delegata pecunia*, apud ICtos. Apul. Apol. p. 493 *Magia iſta quantum audio, res eſt legibus delegata, & ab iis damnata.*

¶ Delegatus, *i*, m. ſubſt. cui cauſa committitur, ein abgeordneter; ut, *Delegatus principis*, apud ICtos.

¶ Delegatum, *i*, n idem quod Legatum; ut, *Ex delegato pupilli pecuniam ſolvere*, l. 4 § 26 ff. de doli except.

¶ Delegatio, *ōnis*, f. die anweiſung der ſchuld. v. Tit. Dig. ſt de *Novationibus & Delegationibus*, inprimis L. 11. *Habet delegationem* Cic. Att. 12, 3. & Sen. de benef. 6, 5 *Delegatione & perſona fratrem perficere* dixit Similiter *Delegationem recipere*, Idem dixit epiſt. 27.

¶ Delegatorius, *a, um*; ut, *Delegatoria* scil epist. quibus a principe alicui quid faciendum delegatur vel præcipitur. Cod. Theod. l. 16 de Decret. Glossæ gr. lat. ἐντευκτικὰ *delegatoria*

¶ Oblegatus, *a, um*, herumgewiesen. Tertull de Jejun. c. 12 *Omnibus vitæ illecebris oblegatum ita enervatis.* Iunius ibi exponit circumquaque inefcatum & innatitium deliciis, atque in eis obtorpescentem. Sed quid si legamus *obligatum?*

¶ Prælĕgo, *are*, Iurisperitorum verbum, quo significatur, aliquid præter hæreditariam portionem alicui hæredi legare, zum voraus vermachen, e. g Scævolæ l. 39 § 4 Dig. t. 3 lib. 16: & l. 54 D. t. 1 lib. 15. Plin. eodem sensu 33, 2 extr. *Eam coronam testamento ei filio prælegavit.*

¶ Prælegatus, *a, um*, voraus vermacht. Papinian. l. 77 § 8 Dig. de Legat. & fidei commiss. lib. 2 *Arbiter constituta voluntatis non patitur, cum partes coheredibus prælegatas restituere.*

¶ Relĕgo, *are*, separare, absondern, wegschaffen. Cic Off. 3, 31, *Filium ab hominibus relegavit, & rure habitare jussit.* Et, *Ab ipsis & longe a cæteris relegare*, Cæsar B. Gall. 5, 30. ¶ 2. *Relegare* idem quod *in exilium relegare*, Liv. 26, 6 dicit, verweisen. Cic pro Sest. c. 12 *Lamiam in concio ne relegavit, elixitque, ut ab urbe abesset millia passuum ducenta.* Et l. 2 extr. ff de his, qui sui vel alien. Ulpianus: *quamdam matronam in quo jumentum relegavit.* ¶ 3. Est simpliciter aliquem aliquo remittere, wegschaffen, dahin weisen. Vellej. 2, 45, 4 *Clodius sub nomine tribuli M. Catonem a republica relegavit.* Plin. 7, 1 extr. *Nec tamen ego in plerisque eorum abstringam fidem meam: potiusque ad auctores relegabo, qui dubiis reddentur omnibus.* ¶ 4. Est denique idem quod transferre, schieben, weisen. Vellej. 2, 63, 2 *Invidiam rei in auctorem relegabat.* Tib 43, 6, 5 *Illa quidem ornandi causas tibi, Dixi, relegat: Est tamen, occulte cui placuisse velit.*

¶ Relēgātus, *a, um*, femotus, beyseit geschafft, verwiesen; ut, *Relegata ambitio*, Horat. 1 sat. 10, 84. Exilio minorem facit Ovid. Trist. 2, 137 *Quippe relegatus, non exul dicor in illo.* Vt Ælius Gallus apud Festum indicat, *Relegati dicuntur, quibus ignominiæ, aut pœnæ caussa necesse est ab urbe Roma aliove quo loco abesse &c.* Tria exulum genera *Interdictos, relegatos & reportatos*, facit Hotoman. de Verb. Iuris.

¶ Relegatio, *ōnis*, f. exterminatio, cum quis exire fines patriæ jubetur, die wegschaffung, landesverweisung. Liv. 3, 10 *Exilium & relegatio civium.* Cic. pro S. Rosc. 15 *Tot prædia tam pulchra, tam fructuosa, Sex. Roscius filio suo relegationis ac supplicii gratia colenda ac tuenda tradiderat?*

¶ Relegator, *oris*, m. qui relegat, in Digest.

LĔGO, *ēgi, ectum, legĕre*, lesen, auflesen. Virg. ecl. 3, 92 *Qui legitis flores, & humi nascentia fraga.* Sic, *legere ossa, legere reliquias*: utrumque in Suet. Aug. c. 100. Ita *legere vela* est colligere, contrahere, Ovid. Her. 15, 216. Val. Flacc. 2, 13 *legere funem*, idem 3, 314. vid. Servius loco mox citando. ¶ 2. *Legere librum, scripturn*, lesen, überlesen. Cic. fam. 6, 5 *Liber tuus & lectus est, & legitur a me diligenter.* Id. de Orat. 2, 55 *Orationem alicui legendam dare.* Et ibid. 1, 34 *Omnium bonarum artium scriptores & doctores legendi, & pervolutandi sunt.* ¶ 3. Transire, præterire, præternavigare, vorbey fahren. *Legere oram Italiæ*, Liv. 21, 51. Et, *Litoraque Epiri legimus*, Virg. Æn. 3, 292. Et ibid. v. 127 *Legimus freta consita terris.* Vbi Servius: PRÆTERIMVS. *Tractus autem servus a nautis, quod funem legendo, id est, colligendo, aspera loca præterent.* Sic Messala Corvin. p. 3 *Se recreandi gratia Phrygiam terram legerunt.* ¶ 4. Idem interdum etiam est, quod *Eligere*: ut, *Legere senatum*, Liv. 40, 51 pr. einen neuen rath wehlen. *Legere milites*, Pompej. ad Coss. sub Cic. Att. 12, 8. Et Sen. Medea v. 255 *Generum eculem legendo.* ¶ 5. Est & quid clam vel furto auferre, stehlen. Vnde & *Sacrilegii* appellatio est, quo reipiciens Horat. 1 sat. 3, 117 ait: *Et qui nocturnus Divûm sacra legerit.* Hinc, *Legere alicujus sermonem*, furtim auscultando arripere, Plaut. dixit Pseud. 1, 2, 21, auffangen, behorchen. v. Serv. ad Virg. Æn. 10, 79. Autor ad Herenn. 2, 30 *Quasi eum dicamus, majus esse maleficium, stuprare ingenuum, quam sacram legere.* ¶ 6. *Legno aliquem legere*, i. e. ferire, mit fäusten belesen, dixit Id. Amph. 1, 1, 160. v. ibi interpretes.

¶ Legens, *tis*. Cic. pro M. Marcello c. 9 *Obstupescent posteri &c. triumphos audientes & legentes tuos.* Virg. ecl. 8, 37 *Te roscida mala vidi cum matre legentem.* conf. Æn 12, 475.

¶ Lectus, *a, um*, lectior, lectissimus, est selectus, auserlesen. *Lectus ab eo socer*, Vellej. 2, 54, 2. *Lectissimus adolescens*, Cic. Div. in Verr. c. 9. *Lectissimi atque ornatissimi viri*, Id. Verr. 1, 6. *Lectis & illustribus verbis utendum est*, Id. de Orat. 3, 37. *Lectissimi flores*, Id. Cic. Verr. 6, 48. *Lectior jumina*, & *Lectissima uxor*, Id. 1, 31 de Inventione dixit. ¶ 2. *Lectus* & *Lætus* miscent librarii. v. *Lætus.*

¶ Lecte, lectissime, adv. idem. Varr. L. L. 5, 5 *Ab lego lecte, lectissime.* Cic. in Orat. c. 68 *Optimis sententiis verbis que lectissime dicere.* Sidon. 5, 9 *Scripseras lecte, perlegi.*

¶ Lectus, *ūs*, m. subst. die wahl, sammlung. Tac. Hist. 4, 70, 5 *Copias recenti lectu auctas veterano pedite atque equite firmavit.* Al. *delectu.* Laudatur etiam Macrob. 2, 10.

¶ Lectio, *ōnis*, f. das lesen. Quintil. 1, 8 ineunte: *In lectione puer sciat, ubi subsidere spiritum debeat, quo loco versum distinguere, ubi claudatur sensus, unde incipiat.* Et in cœna frequens veteribus: vide *Anagnostes.* Sen. epist. 2 *Lectio multorum autorum & omnis generis voluminum habet aliquid vagum & instabile.* ¶ 2. *Lectio* i. e. electio, die wahl, lehre. Suet. Aug. c. 35 *Senatorum assluentem numerum ad modum pristinum & splendorem redegit duabus lectionibus.*

¶ Lectiuncŭla, *æ*, f. dimin. *Matutina tempora lectiunculis consumere*, Cic. fam. 7, 1, mit lesen.

¶ Lector, *ōris*, m. ein leser. Cic. fam. 5, 12 *Nihil est aptius ad delectationem lectoris.*

¶ Lecto, *āre*, frequent. ut lectitare, offt und viel lesen. Horat. 1 sat. 6, 122 *Aut ego lecto, aut scripto*: ubi vetus Cruquii commentator: *Lecto, lectito.* Sed *lectito* usitatius.

¶ Lectito, *āre*, frequent. idem. Cic. de Clar. Orat. c. 31 *Lectitasse. Plato non studiose dicitur.* Sidon. 9 epist. 9 *Lectito, excerpo.* ¶ 2. *Lectitare conchylas*, zusammen lesen, Val. Max. 8, 8, 2.

¶ Lectūrio, *ire*, lesen wollen. Sidon. 9 epist. 7 *Cum merito lecturiremus.*

¶ Legibilis, *e*, quod legi potest, leserlich. Vlpian. l. 1 Dig. § 1 de his quæ in testam. *Sufficit si legibilia sint.* Et Glossæ gr. lat. ἀναγνωστὸν, *legibile.*

Legio, *ōnis*, f. vide supra seorsim.

¶ Legālus, *i*, m. qui aliquid legit, & maxime qui uvas vel oleas colligit, obst- oder weinleser. Varro L. L. 5, 7 *A legendo legali, qui olearn aut uvas legunt.* Et Cato c. 145 *Legulos, quot opus erunt, præbeto, & strictores.* Calpurn. ecl. 3, 49 *Extremas legulus cum sustulit uvas.* Idem tamen Varro vocabulum *Leguli* ad oleam cum primis refingit. Nam 4, 18 ita scribit: *Pleraque* (vocabula) *aperta: ut* LEGVLVS & VINDEMIATOR. *Alter ab oleis, alter ab uvis &c.* Adde l. 13 § 6 ff. de usufr. ¶ 2. Sed & qui purpuras legunt, sic appellantur. Versus poëta apud Terentianum p. 99 *Purpuræ leguli sonos Intus hic ubi conlium est.* ¶ 3. Etiam *auri legulos* Paulinus dixit ad Nicetam v. 278.

¶ Legŭla, *æ*, f. quæ aliquid legit, vel quasi *ligula* i. e. cochlear, ein löffel. Ab hujus similitudine *Aurium legulæ* sunt Sidon. 1 epist. 2 partes inámæ, die ohr-lappleín, quia curvæ & cavæ sunt. Sic & Glossæ gr. lat. μέζονα *legula.* Sed videndum, an hæc forte corrupta sint ex *ligula*, de quo in *Lingua.*

Composita:

¶ Ablĕgo, *āre*, i. e. separare, absondern, gr. ἀπολέγειν. Hinc

¶ Ablectus, *a, um*, quasi *selectus*, ausgesondert. Laudant *Ablectæ ædes*, Plaut. Most 3, 3, 3 quæ pro derelictis habentur, ut Pareus explicat; alii, *ornatæ.* Sed longe melius Groh. *abjectæ*, i. e. vili pretio venditæ. v. *Abjicere* n. 3. ¶ 2. *Ablecti* i. e. selecti in militia Romana consulibus quasi fæcellites. v. Lipf. de Mil. Rom. 5 dial. 3.

Ablegmĭna, *um*, n. pl. (corrupte *Albegmina*) partes extorum, quæ Diis immolabantur apud Festum, quæ & *Prosecia*, tanquam separata a reliqua visceratione. v. Voss. Etym. in *Albus.*

¶ Allĕgo vel adlego, *ēgi, ectum, ĕre*, adscribere in cœtum & quasi cooptare, zu oder neben andern erwehlen, mit aufnehmen. *Allegere in ordinem*, Ulpian. L. 3 § 2. Dig. de Decurionib. Sic Suet. Cæs. c. 41 *Senatum supplevit, Patricios allegit*, i. e. legit, quos patricios faceret, quos in patriciorum numerum referret. Tacitus *sublegere*, item *adsciscere* vocat, ut ibi observat Casaubonus. Ita *in decurias allegere* dixit idem Suet. Tib. c. 51. *Allegere* est legendo addere.

¶ Allectus vel Adlectus, *a, um*, aufgenommen, hinzugethan. Suet. Aug. c. 2 *Ea gens a Tarquinio inter Romanas gentes allecta, in senatum mox a Ser. Tullio in patriciis transducta*, uti legere nos jubet Græv. *Adlecti* quid differant a *Patriciis & conscripti*, exponit Festus: & Alex. ab Alex. 4, 11. ¶ 2. *Adlecti scenæ* erant adjuncti in comœdorum numero. De tali exstat Prænestæ marmor: FORTVNÆ PRIMIG. L. ARNENO ADLECTO. vid. Ferret. Mus. Lap. p. 208; & Turnebi Adv. 11, 9. Idem etiam dicuntur *parasiti* Apollinis, ubi vid.

¶ Allectio, vel Adlectio, *ōnis*, f. die aufnahme. Tertull. adv. Hæretic. c. 43 *Cura sollicita & allectio explorata.* Id. adv. Marc. 2, 24 *Circa Saulis allectionem.* Et de Monogam. c. 12 *Allectio in clerum*, i. e. cooptatio ad sacerdotium. Capitolin. in Pertin. c. 6 *Allectionibus innumeris prætorios miscere.* Add. Id. in M. Anton. philos. c. 11. & Symmach. 7, 96 *Adjectenda est ei prærogativa mi itiæ, ut beneficio allectionis utatur.*

¶ Colligo, *ēgi, ectum, colligĕre*, est contrahere, sammlen, zusammen lesen, auflesen; ut, *Colligere exercitum*, Cic. Cat. 2, 3, zusammen bringen. *Colligere stipem*, Liv. 28, 45, zusammen betteln. *Naufragium reip. colligere, ac salutem communem reficere*, Cic. pro Sextio c. 6 extr. *Colligere & conciliare sibi hominum benevolentiam*, Id. fam. 9, 10, ihm gunst und guten willen machen. *Colligere vires ad aliquid agend m*, id est, acquirere, Liv. 29, 30, sich stärcken. Cic. Tusc. 4, 36 *Quid est sepissum colligere, nisi dissipatas animi partes rursum in suum locum cogere?* wieder zu ihm selber kommen. Sen. epist. 11 *Vbi se collegit*, wie er sich gefasset. Cic. fam. 5, 18 *Te colligas, virumque prabeas*, conf. pro P. Quinct. 16, pro Rut. 1, 9. &c. Et, *Colligere se & confirmare*, Cæs. B. Civ. 1, 14. *Colligere se ex somno*, sich ermuntern, Lucret. 3, 939. *Colligere se in arma*, Virg. 12, 491. v. Burm. ad Quint. Decl. 2, 11 p. 48. *Colligere frigus*, id est, contrahere, Horat. dixit 1 epist. 1, 15. ¶ 2. In Codice utroque Titulus est, *De Sedition's, & de his qui plebem contra remp. audent colligere.* Vbi *colligere*, suscipere est, aufnehmen, hegen. Ita enim ipsi Imppp. L. 1 *Si quis contra evidentissimam jussionem susceperit plebem, & adversus publicam disciplinam defendere tentaverit.* Sic, *Puerum & puellam susceptam colligere*, id est, suscipere seu tollere, L. 1 tit. 6 lib. 5 Cod. Theodosiani dicitur. Concil. Vasense Can. 9 *De expositis processit querela, eos non misericordiæ jam, sed canibus exponi, quos colligere calumniarum metu mens humana detrectet.* Et paullo post: *Quisquis expositum collegit, ecclesiam consectetur, & nisi intra dies X repetatur, sit ejus, qui collegit.* ¶ 3. Interdum est contrahere, coërcere, in angustum cogere. Tib. 1, 9, 14 *Ansaque compressis collegit arta pedes*, vid. Brouckh. ¶ 4. *Colligere* de ratiociniis & computationibus usurpatur. Tac. Germ. 37, 4 *Ex quo si ad alterum Imp. Trajani consulatum computemus, centum ferme & decem anni colligentur*, werden herauskommen. Sic, *Acute colligere*, Cic. de Orat. 1, 57, scharff schliessen. *Apertissime tolligere*, Quintil. procem. lib. 1.

¶ Colligens, *tis*. Cic. N. D. 2, 39 *Aër humorem colligens terram auget imbribus.* Id. de Orat. 1, 42 *Passim carpens & colligens undique.*

¶ Collectus, *a, um*, gesammlet, zusammen gebracht; ut, *Pulvis collectus turbine*, Horat. 1 sat. 4, 31 *Imperas aut servit collecta pecunia*, Id. 1 epist. 10, 47. Petrus Chrysologus Serm. 155 *Sermo Evangelicus non humana loquitur, sed divina -- a Deo venientia, non a fato: non collecta numeris, sed virtutibus acquisita.* Plin. 11, 37 sect. 60 de rostris avium ait: *Eadem rapto viventibus adunca: collecto, recta.* Rapiunt nimirum carnivoræ aves, *colligunt* grana reliquæ. ¶ 2

Item

Item non diffusus, ad pauca contractus, beyſammen. Apul. Apol. p. 247 *Tanto beatior, quanto collectior*, je weniger abtheer und gerathe, je glückſeliger. Et Tertull. de Monogam. c. 14 *Tempore collectiore.* vid. de hac ſignificatione Broeukh. ad Tib. 1, 9, 14.

¶ Collecte, adv. Non. 5, 527, ubi *rotunde* interpretatur *eleganter, coneinne, vel collecte.*

¶ Collecta, *æ*, f. ſubſt. ſymbola, beyſteuer. *Collectam a convivis exigere*, Cic. de Orat. 2, 57 extr. Vet. Gloſſ. ἔρανος. Item: ἔρανος, *ſtipes ſodalium*, v. Turneb. Adv. 3, 6.

¶ Collectim, adv. zuſammen auf einmahl. Claud. Mamert. 3, 14 *Colligim, ſtrictimque & veluti punctatim ſub mentis oculo redigi.*

¶ Collectus, *ûs*, m. ſubſt. die verſammlung; ut, *Collectus aquæ*, Lucret. 4, 415; Virg. in Ætna v. 295; Frontin. & Aggen. Gœſii p. 43 & 62. *Collectus auri & argenti*, Tertull. de Anima c. 37.

¶ Collectio, *ōnis*, f. idem. *Collectio diſperſa*, i. e. diſperſarum rerum, Cic. pro Leg. Man. c. 9. ¶ 2. Argumentatio, der ſchluß. Sen. epiſt. 86 *Iuxe collectioni Peripateticorum quidam reſpondent.* Sic in arte oratoria collectio eſt, cum ſingula argumenta ſparſim propoſita, in unum contrahuntur. v. Cic. Bruto 88. ¶ 3. *Collectiones*, rumores, unde fieri ſolent apoſtemata, geſchwulſt, geſchwüre; ut, *Collectiones ſolvere, cohibere*, Plin. 20, 8; 2, 8; & 22, 22.

¶ Conlector, vel Collector, *ōris*, m. qui ſimul legit, eosdem nobiscum auctores tractat. Auguſtinus Confeſſion. 1, 17 *Mihi recitanti acclamabatur pro multis coætaneis & conlectoribus meis.* ¶ 2. Qui colligit. Vulgaris notio. ¶ 3. Conjector, der da muthmaſſet, aus zeichen ſchlieſſet. Vet. Gloſſ. *Collector*, ὀρνιθοκρίτης.

¶ Collecto, *are*, frequent. Gloſſ. Cyrilli: *Collecto*, συλλέγω.

¶ Collectineus, *a, um*, eingeſammlet; ut, *Æs collectaneum*, quod collectum eſt, Plin. 34, 9. Et, *Liber collectaneorum*, i. e. eorum, quæ ex pluribus locis excerpta in unum lecta ſunt, Gell. 4, 14. Et, *Dicta collectanea*, quæ Cæſar ſcripſit Suet. c. 56. Et vetus Onomaſticon: *Collectinea*, βαῦσαι. conf. Barth. adverſ. 25, 12.

¶ Collectāculum, *i*, n. ubi quid colligitur, ein ſammel-platz; ut, *Collectacula aquæ*, Innocent. de literis catarum p. 230 ed. Gœſ. Et fragmento de Limitib. p. 273 *Collectaculum vallium*, i. e. rivus.

¶ Collectarius, *i*, m. trechsler, wucherer, aufkauffer. L. 6 Cod. Si certum petatur, *Si quis collectariis honoris pretium dederit ambienti.* Et Auguſtin. Civ. Dei 22, 8 *Cujusdam collectarii filius egritudine extinctus eſt.* Acron, Horatii ſcholiaſtes, in 1 ſat. 6, 86 ad verbum *Coactor* ita: COACTORES *dicuntur argentarii in auctionibus, quia pecunias cogant, qui & collectarii nominantur*; Lege & quæ præcedunt verba. Suidas: Κολλεκτάριος, ἀγχυρομπρὸς, ἤτοι ὁ κέρμα ἀντὶ ἀργυρου ἀλλασσόμενος, τραπεζίτης. Horum integrum corpus ſive collegium Romæ erat. Symmach. 10 epiſt. 42 Iureti ed. (Scioppi. 49) *Venundis ſolidis, quos plerumque publicus uſus expoſcit, collectariorum corpus obnoxium eſt, quibus arca vinaria ſtatutum pretium ſubminiſtrat.*

¶ Collectitius, *a, um*, geſammlet; ut, *Exercitus collectitius*, allerley zuſammen geleſen volck, apud Cic. fam. 7, 3. *Ignis collectitius*, Sen. Quæſt. Nat. 7, 23.

¶ Collectivus, *a, um*, idem. Sen. Quæſt. Nat. 3, 7 *Collectivus humor.* ¶ 2. Ratiocinans, ſchlieſſend. Quintil. 6, 2 *Ratiocinativa atque collectiva quæſtio.*

¶ Recolligo, *ĕre*, decompoſitum, wiederum zuſammen leſen. *Recolligere vires e longa ægritudine*, Plin. 24, 7. *Recolligere ſe a longa valetudine*, hoc eſt reparare vires paullatim, ſich wieder erholen, Id. 23, 7. ¶ 2. Sed, *Recolligere alicujus animum*, pro, ab ira revocare, vel placare, einen wiederum zufrieden ſtellen, Cic. dixit ad Att. 1, 5.

¶ Recolligens, *tis*. Plin. 20, 5, *Ægri ſe recolligentes*, die ſich wieder erholen.

¶ Recollectus, *a, um*, wieder geſammlet. Frontin. Strateg. 2, 13, 4 *Sparſa exercitu, dein ſub recollectio.* De novo *Recollectorum* ordine v. Arndii Antiqu. Eccleſ. p. 699.

¶ Contralegens, *tis*, der nachlieſet. Sidon. 5 epiſt. 15 *Non ſemper illo contralegente, qui promiſerat operam ſuam.*

¶ Deligo, *deligĕre*, erſehen, erkieſen, auslesen. *Deligit* imperator milites idoneos ſibi, non eligit. *Aliquem potiſſimum deligere ex omni numero*, Cic. Verr. 2, 44. *Ex ſenatu quosdam in conſilium deligere*, Id pro Rosc. Am. c. 3. Et de Pompejo pro Lege Man. c. 22 *Vos unum illum ex omnibus delegiſtis, quem bello prædonum præponeretis.* Nepos 16, 2, 2 *Hiem delegerunt*, ſie haben einen tag ausgeſetzt. Atque ſic plerumque in bonam partem ſumitur, raro in deteriorem, ut apud Virg. Æn. 5, 716 *Et quidquid tecum invalidum metuensque periculi eſt, Delige.* ¶ 2. Aliquando diſtractionem & avulſionem ſignificat. Propert. 2, 28, 126 *Atque mortali deligere aſtra manu.* Ovid. Heroid. 4, 30 *Et tenui primam deligere ungue roſam.* Plaut. Aſin. 3, 3, 42 *Ex ædibus quem deligere*, i. e. ejicere, explicante Nonio.

¶ Delectus, *a, um*, ausgeleſen, ausgeſondert; ut, *Delecta manus*, Nepos 1, 1, 4. *Delecti duces*, Id. 20, 1, 3. *Delecta virûm corpora*, Virg. Æn. 2, 18. *Delecta ſinitorum juventus*, Cic. de L. Agrar. c. 17.

¶ Delectus, *ûs*, m, die wahl, kohre, auseſonderung. Cic. Verr. 2, 50 *Omnium rerum delectum atque diſcrimen pecunia ſubſulit.* Cæſ. dixit, *Delectum veterum originum eloquentiæ*; refert Cic. de Claris Or. c. 72. *Habere & adhibere delectum*, illud Idem de Orat. 3, 37; hoc in Orat. c. 15 auslesen was das beſte iſt. Sed *Delectum agere, facere*, eadem ſignificatione dixit Quintilianus, ut, *Facere certum ſtudiorum delectum, nemo diffitebitur*, 2, 8. Quam formulam tamen impugnat Valla, quem vide 5, 61. *Delectum militum habere*, auslesen. Nimirum ex tota juventute eligebantur idonei, Cæſ. B. Civ. 1, 11. *Novis delectibus multos contraxit*, Nepos. 23, 6, 4. *Habiti delectus*, Vellej. 2, § 111, 1. v. *Dilectus*, quorum ſæpe miſcetur.

¶ Delectio, *onis*, f. idem. Agrætius vet. Grammat. ait: *Alicujus rei examinatæ delectionem appellamus. Nam* Diligi *affectionis*, Deligi *judicii eſt.* Vopiſc. Aurel. c. 40 *Senatus delectionem in exercitum refudit.*

¶ Delector, *ōris*, ein werber. Frontin Strateg. 4, 1, 3 *Pyrrhus delectori ſuo fertur dixiſſe: Tu grandes eligo, ego eos fortes reddam.*

¶ Diligo, *dilexi, dilectum, diligĕre*, minus eſt, quam *Amare*, atque idem quod benevolum eſſe, wohl wollen, gewogen ſeyn; Valla teſte & Nonio 5, 3, ubi Cic. ad Brutum: *Sic igitur facies, & me aut amabis, aut quo contentus ſum, diliges.* Id. fam. 9, 14 *Quis erat, qui putaret, ad eum amorem, quem erga te habebam, poſſe aliquid accedere? tantum acceſſit, ut mihi nunc denique amare videar, antea dilexiſſe.* Id. fam. 1, 9 *Eum non ſolum beneperi, ſed amore etiam, & perpetuo quodam judicio meo diligebam.* Nepos 22, 3, 2 *Diligi turpius, quam par eſt, ab aliquo.* Id. 20, 3, 4 *Maluit ſe diligi, quam metui.* Ovid. Ponto 1, 3, 23 *Diligitur nemo, niſi cui fortuna ſecunda eſt.*

¶ Dilectus, *a, um*, geliebt; ut, *Magno dilectus amore*, Virg. Æn. 1, 348. *O luce magis dilecta ſorori*, Id. Æn. 4, 31. Compar. Mart. Capella 9, p. 302 *Virgo cæli ſiderumque dilectior.* Add. Macrob. Somn. Scip. 2, 1 pr. Claud. de raptu Prof. 3, 74. Superl. Stat. Theb. 8, 99. Tertull. de Præſcript. c. 22 *Ioannes dilectiſſimus Domino.* Auguſtin. epiſt. 34 *Dominis dilectiſſimis & ſinceriſſimis.*

¶ Dilectus, *us*, m. ſubſt. idem quod *Delectus*, die muſterung. Ita conſtanter veteres; ut, *Dilectus militum*, Feſtus. Idem in verbo *Lacus: In dilectu cenſuve primi nominantur.* Ita Sen. de benef. 2, 18; & de ira 3, 2. conf. Parei Lex. Crit. p. 360. & quos laudat Drakenb. ad Sil. 7, 43. Burm. ad Ovid. Met. 10, 324.

¶ Dilectio, *ōnis*, f. die liebe. Gloſſ. Ver. *Dilectio*, ἀγάπη, ἐπιλογή. Tertull. adv. Marc. 4, 27 *Oſculcula decimantes* (Phariſæi) *& dilectionem Dei prætereuntes.*

¶ Dilector, *ōris*, m. amator, ein liebhaber. Apul. 2 Flor. *Atque ego me dilectorem tuum profiteor.* Tertull. contra Marc. 4, 23 *Parvulorum dilector*: & c. 25 extr. *Conſequetur vitam longævam dilector creatoris.* Ambroſ. epiſt. 84 p. 261 *Dilectores hujus ſeculi.* Et Auguſtin. epiſt. 32 *Fratrem & dilectorem meum.* Id. de vera Religione c. 40 *A ſuis dilectoribus amatur acerrime.*

¶ Diligens, *tis*, ſtudioſus, fleiſſig. Eorum enim, quæ amamus, ſumus ſtudioſi. *Diligens in re benevelentia*, ſorgfältig, Cic. Verr. 8, 48. Plaut. Amph. 3, 3, 18 *Recte loquere, & provide diligentem ut uxorem decet*, wie einer rechtſchaffenen frau zuſtehet. Et, *In omni genere diligens*, Cic. Att. 12, 33. Et, *Diligentior vitus patrii cuſtodia*, Vellej. 2, 4, 2. Utrumque autem dicitur: *Diligens in re aliqua*, & *alicujus rei*: Cic. pro Cælio c. 30 *Diligentiſſimus officii.* Nep. 9, 1, 2 *Et prudens rei militaris, & diligens erat imperii*, Quamquam alii hic *imperator* legunt. Id 15, 3, 1 *Adeo veritatis diligens, ut ne joco quidem mentiretur.* Sic, *Diſcipline Sparta diligens fuit*, Vellej. 1, 6, 3. Sic, *Diligentiſſimum vitæ* Mithridatem fuiſſe, Plin. 25, 5 ſcribit. Et Ariſtoxenus, *Vir literarum veterum diligentiſſimus*, apud Gellium 4, 11. ¶ 2. *Diligens* dicitur, qui eſt parcus & frugi paterfamilias, haushält tig. Cic. Verr. 2, 18 *Diodorus, homo frugi ac diligens, qui ſua ſervare vellet.* Ita Att. 6, 1. Sueton. Galb. 12, 14. Etiam Aut. ad Herenn. 4, 34 *Prodigum & luxurioſum parco & diligenti* opponit. v. *Negligens* n. 2.

¶ Diligenter, adv. ſtudioſe, accurate, mit fleiß. *Benigne & diligenter audire*, Cic. Phil. 1, 15. Petron. c. 6 p. 29 Burm. *Neque viam diligenter tenebam*, wuſte den weg nicht recht. Id. Att. 10, 12 *Omnia quo diligentius cogitata, eo facta ſunt imprudentius.* Cæſ. B. Gall. 2, 28 *Diligentiſſime conſervare*: & 3, 35 *Præceptum diligentiſſime obſervare.* conf. Salluſt. B Iug. c. 95. ¶ 2. Significat idem, quod *non promiſcue*, cum quodam dilecta, apud Cic. Offic. 2, 15 *Sæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum, ſed diligenter atque moderate.* vide interpr.

¶ Diligentia, *æ*, f. aſſiduitas, der fleiß, die ſorgfalt; ut, *Diligentia accuratiſſima*, Cic. Att. 7, 3 pr. *Diligentiam adhibere*, Id. fam. 5, 6. *Diligentiam ad aliquid conferre*, ibid. 10, 2. *Magna cum cura atque diligentia ſcribere*, Id. de Invent. 1, 39. Et de Orat. 2, 35 *Diligentia in omnibus rebus plurimum valet: hæc præcipue colenda eſt nobis, hæc ſemper adhibenda, hac nihil eſt, quod non aſſequatur, &c. qua una virtute omnes virtutes reliquæ continentur.* ¶ 2. Vbi Cicero Off. 2, 24 docet *Rem familiarem conſervari diligentia & parſimonia*, neceſſariam rei familiaris curam videtur intelligere, die haushältigkeit. v. Sueton. Galb. c. 13. ¶ 3. Cic. dilectum, ſeu cum judicio agendi rationem paſſim *diligentiam* dixit, ut de amic. 24 *Omnis igitur hac in re habenda ratio & diligentia eſt.* v. Menckenii Obſerv. ¶ 4. Apud Symmachum 1 epiſt. 37 & 41 & alibi paſſim *Diligentia* nova notione pro *amore* ponitur, quia origo ejus eſt a *Diligo*. Vide tamen ad *Negligentia* n. 2.

¶ Indiligens, *tis*, unfleißig, nachläßig, unachtſam. *Non indiligens paterfamilias*, Nep. 25, 4, 3. *Rerum memoriæ non indiligens*, Gell. 15, 28. *Si indiligentiores fuerint*, Cæſ. B. Gall. 7, 71.

¶ Indiligenter, adv. idem. *Indiligenter facere*, Cic. Att. 16, 3. *Indiligenter agrum curare*, Gell. 4, 12. *Bene parta indiligenter tutari*, Ter. Phorm. 5, 3, 5. *Indiligentius ſervare præſidia*, Cæſ. B. Gall. 2, 33.

¶ Indiligentia, *æ*, f. negligentia, unfleiß, unachtſamkeit. Cic. ad Q. fratr. 1, 2 *Literarum miſſarum indiligentiam reprehendere.* Tac. Hiſt. 4, 49, 7 *Indiligentia veri, & adulandi libido.*

¶ Perdiligens, *tis*, ſehr fleißig. Cic. ad Qu. fratr. 3, 5 extr. *Res operoſa eſt, & hominis perdiligentis.*

¶ Perdiligenter, adv. idem. Cic. de Clar. Orat. c. 3 extr. *Omnium rerum memoriam perdiligenter complexus eſt.*

¶ Eligo, *legi, ĕctum elĕgĕre*, erwehlen, erkieſen. *Ex multis eligere commodiſſimum quodque*, Cic. de Invent. 2, 2. *Optionem alicujus faſcere, ut eligat, utrum velit*, Id. Divin. in Verr. c. 14.

¶ Electus, *a, um*, auserwehlet, auserleſen, gut; ut *Electi coloni*, Cic. contra Rull. 2, 35. *Princeps electus*, Suet. Galb. c. 14. *Ex orationibus vel hiſtoriis electi loci*, Quintil. 2, 7. Superl. Cic. pro Quint. c. 2 *Viri electiſſimi civitatis.* conf. Veget. de re milit. 2, 6. Catull. carm. 3, 6 *Electiſſima peſſimi poetæ ſcripta.* Et Cic. dialog. de Orat. c. 34 *Electiſſimus præceptor.* Comp. Auguſt. de Civ. Dei 20, 29 *Poteſt ſenſus alius, idemque*

idemque electior inveniri. Symmach 5, 75 *Iuvenis ad electiora tendens*, modo non fit leg. *erectiora*. ¶ 2. *Electa* substantive neutro genere, sunt liber selectarum rerum, vel excerpta. Plin. 3 epist. 5 de avunculo: *Electorum commentarios mihi reliquit.*

¶ Electe, adv. idem. Cic de Invent. 1, 30 *Disserete & electe in genus quodque cadit, quid cuique conveniat, digeremus.* Gell. 18, 7 *Veteres, qui electius locuti sunt*

¶ Electus, *us*, m. subst. electio, die wahl, die erwehlung. Ovid. Heroid. 2, 144 *In nece electa parvo futura mora est.*

¶ Electio, *onis*, f idem, die wahl, erwehlung. Cic. de Fin. 4, 17 *Ex iniitiorum electione virtus exsistit.* Vellej. 2, 72, 5 *Electionem cui dare*, einem die wahl lassen.

¶ Elector, *ōris*, m. qui eligit. Auctor ad Herenn. 4, 4 *Ipse ab aliis potius eligendi, quam aliorum boni electores existimentur.* ¶ 2. *Elector*, ein Churfürst, hodie præcipuæ dignitatis post Cæsarem in Imperio nomen est. Illis enim principibus tribuitur, penes quos solos Imperatoris creandi seu eligendi potestas est. Quorum septem fuerunt antea, (unde *Septemviri Augustales*, h. e. Augustis seu Imperatoribus eligendis Strada in Historia Belgica dixit:) nuper octo erant; nunc nonus accessit De origine eorum varia opinio est. Receptissima ad Otronis III imperium refert. Sed aliter Onuphrius Panvinius libro de Comit. Imperatoris c. 6, & alii Iuris publici Germanor. scriptores, qui consulendi. Hinc

¶ Electrix, *ĭcis*, f. ut, *Hastrix adolescentula*, apud Plautum Mil. 3, 1, 194, quæ sibi eligit adolescentes.

¶ Electoratus, *ūs*, m. subst die Chur, das Churfürstenthum.

¶ Electilis, *e*, auserlesen, erwunscht. Plaut. Most. 3, 2, 41 *Vino & pisciis pravis & electili vitam colitis.*

¶ Electibilis, *e*, idem. Apul. de Mor. p. 221 Pric. *Electibiles partes, inceptum comparent.*

¶ Electuarium, *i*, n. lattwerge. Dicitur ab electione rerum, quibus conficitur. v Oct Horat. 1, 15; Isidor. 4, 9.

¶ Elegans, *tis*, quod ipse Cic. de N. D. 2, 28 ab *eligendo* dictum dixit, cum derivatis itidis vide supra suo loco.

¶ Præeligo, *ĕre*, vor besser halten. Sidon. 7 epist. 4 *Ego tamen movum illius animum ut erat, præeligerem.*

¶ Illectus, *a, um*, id est, non lectus, ungelesen. Ovid. de Arte Am. 1, 469 *Si non accipiet scriptum illectumque remittet.* ¶ 2. Illectus, *a, um*, nondum collectus, unaufgelesen; ut, *Stipula illecta*, Gajus l. 30 § 1 ff. de V. S. ¶ 3. Alia notio extat in *Lucio*.

¶ Interlego, *ĕre*, zwischen etwas auf- oder ablesen. Palladius Februario c. 25 de malis: *Si spissa poma vamos onerabunt, interlegenda sunt quæque vitiosa.* Hinc &

¶ Interlectio, *ōnis*, f. actio interlegendi sed alio sensu; ut, *Scripturarum interlectio*, Tertull. adv. Vxor. 2, 6. Ejusdem compositionis, sed sensus diversi, aut translati potius est, quod sequitur,

¶ Intelligo, *lexi, lectum, ligere*, percipere, intelligentiâ assequi, cognoscere, verstehen, mercken, vernehmen. Suet. Aug. c. 86 *Maxime quidem Antonium, ut infamem, increpat: quasi ea scribentem, quæ mirentur potius homines, quam intelligant.* Donatus in Ter. Andr. prolog. *Quod* CREDIMVS, *plerumque falsum: quod* INTELLIGIMVS, *certum est.* Itaque, *intelligere*, est penitus nosse, & ita, ut nihil ejus notitiam nostram fugiat, völlig kennen. Similiter *intelligi*, eleganter dicuntur, quorum ingenium nobis moresque ac institutа virtutesque nota sunt. Sen. de Constantia Sap. c. 1 *Indigne ferebas, quod Catonem ætas sua parum intellexisset*, daß sie nicht gewußt, was hinter ihm gewesen. Id. de Tranquill. an. c. 7 *Vtraque turba* (bonorum & malorum) *opus erat, ut Cato posset intelligi. Habere debuit & bonos, quibus se approbaret, & malos, in quibus vim suam experiretur.* Id. de Provid. c. 4 *Gubernatorem intempestate, in acie militem intelligas.* Vellej. 2, 114, 5 *Quem in quantum quisque aut cognoscere aut intelligere potuit, in tantum dilexit.* Et rursus c. 116, 4 *Quem virum, nec qui intellexit quidem, abnuse miratus est.* Locutus ita & Plin. 8 epist. 23; & 6 epist. 27 *intelligentem principis* dicit, quem Tacitus *peritum cogitationum principis* in Agric. c. 42 vocat. ¶ 2. Intelligo malunt Politianus Epist. L. V p. 155.

¶ Intelligens, *tis*, verständig kundig. Ter. Eun. 2, 2 pr. *Stulto intelligens quid interest?* Sic, *Iudicium intelligens*, Cic. de opt. gen. Orat. c. 4, &, *doctus, & intelligens existimator*, Id. de Clar. Orat. c. 54. Inprimis enim de illis adhiberi, qui perite de artificum operibus judicant. v Burm. ad Petron. c. 52 p. 255. *Imminentium intelligens*, Tac. Ann. 5, 9, 2. Compar. *Vigilantiore atque intelligentiore mente dissentias*, Augustin. Retractat. 1, 19.

¶ Intelligenter, adv. mit verstand, verständlich. *Intelligenter audire*, Cic. de Partit. c. 8.

¶ Intelligentia, *æ*, f die erkenntniß, der verstand; ut, *Rationis & intelligentiæ animus particeps est*, Cic. de Divinat. c. 32. *Anteire omnes intelligentia*, Id. de Clar. Orat. c. 64. Ita Id. off. 2, 20 *Incitare & excitare intelligentiam tuam* Id. de Leg. 1, 9 *Rerum plurimarum obscuras & necessarias intelligentias emendavit.* Vlpian. l. 20 § 9 ff. qui test. fac. poss. *Non tamen intelligentiam sermonis exigimus*, i. e. notionem & cognitionem rei, wissenschaft. Cic. de Leg. 1, c. 16 *Quæ in animis inseminantur, inchoatæ intelligentiæ*, i. e. notiones.

¶ Intellectus, *a, um*, erkannt, verstanden, gemerckt. Curt. 10, 9, 20 *Sero intellecti fraude.* Tac. Ann. 1, 49, 2 absolute: *intellecta*, i. e. cum intellexissent.

¶ Intellectus, *ūs*, m. subst. der verstand, vernünftige sinn; ut, *Communis intellectus*, Quintil. 2, 16. *Facilis intellectus*, ibid. c. 5. *Intellectus disciplinarum*, Id. 1, 11 pro cognitione & scientia. *Habere duplicem intellectum*, Id. 2, 14 pro significatione, die bedeutung. Sic Nonius c. 3 *Sonum, Fulgur & Fulgurium bis intellectibus secernunt.* Sed *Intellectus saporum*, l. 1m. 11, 27 pro perceptione & sensu *Auctore intellectum rei optimæ & dulcissimæ*, Sen. de Benef. 3, 17. Quint. 1, 1 p. 22 *Rudis & confusus stilus intellectu caret.*

¶ Intellectio, *ōnis*, f. idem. Auctor ad Herenn. 4, 33 *Intellectio est, cum ex tota parva de parte cognoscitur, aut de tota pars* Rhetorica figura est.

¶ Intellector, *ōris*, m. qui intelligit. Augustin. de Doctr. Christ. 2, 13 *Quid obest intellectori, quod ita scriptum est &c.* Id. de Genes. ad lit. 8, 2 *Intellector laudabilis.* Adde de Morib. Manich. 2, 3; & ver Interpr. Irenæi 1, 16.

¶ Intelligibilis, *e*, quod potest intelligi, verständlich. Sen. epist. 124 *Lumen intelligibile.* Et Macrob. Somn. Scip. 1, 6 *Corporis intelligibilis linea.* conf. Borrich. Cogit. p. 143.

¶ Intelligibiliter, adv. idem. Augustin. Soliloqu. 1, 1 *Deus intelligibilis lux, in quo, & a quo, & per quem intelligibiliter lucent, quæ intelligibiliter lucent omnia.* Id. epist. 218 *Intelligibiliter cognosci potest.*

¶ Inintelligibilis, *e*, unbegreiflich. Ambros. Offic. 1, 14 *Inintelligibilis Dei splendor.*

¶ Intellectualis, *e*, Apul. de Dogm. Plat.

¶ Intellectualitas, *ātis*, f. der verstand. Tertull. de anima c. 38 extremo: *Habere intellectualitatem.*

¶ Negligo, *neglexi, ectum, negligĕre*, est, ne legere quidem, ac videre dignari, abspernari, prætermittere, nicht achten, verachten. Cic. fam 14, 4 *Periculum fortunarum & capitis negligere pro amico. Negligere spem rerum ampissimarum*, Idem Catil. 3, 9. Ter. Phorm. 1, 2, 4 *Animo te & non neglexisse habeo gratium.*

¶ Negligens, *tis*, unfleißig, nachläßig, unachtsam. Festus: *Negligens dicitur, qui non legit, neque electum habet, quid debeat facere.* Varie construitur: *Sociorum atque amicorum negligentior*, Cic. Verr. 3, 62. Et, *Me in re negligentem putabit*, Cic. fam. 13, 1 extr. *Negligentior circa deos ac religiones.* Suet. Tib. c. 69 *Negligentior barba*, Sen. epist. 5. Et, *Qui fortasse de aliunde negligentes, certe de se ipsis negligentes erunt*, Plin. 4 epist. 13. Et Superl. *Negligentissimus vernula*, Latinus Pacatus Paneg. Theodos. c. 31, quamvis Livineum *negligentissimus* legi malit. ¶ 2. *Negligens* rara & exquisita significatione accipitur pro *prodigus*, liederlich, verschwenderisch. Cic. fam. 3, 8 *Non potui in illo sumtu non necessario negligens esse.* v. Græv. Et Suet. Galb. c. 14 *Modo parcior, modo negligentior.* v. *Diligens* n. 2.

¶ Negligenter, adv. ut, *Asservare aliquid negligenter*, Cic. pro Cæcin. c. 26, übel verwahren. *Minuta non negligenter tractanda sunt*, Id in Orat c. 23. Et Plin. 1 epist. 12 n. 12 *Vereor, ne negligentius vivam.* Et Cic. in Orat. c. 11 *Multa apud alterum negligentius*, puta, elaborata. Sen. ep. 63 *Negligenti sime.*

¶ Negligentia, *æ*, f. profectus omnis & studiorum turpissima pestis, der unfleiß, die nachläßigkeit. *Impiæ & cognatorum negligentia, coacta*, Ter. Andr. 1, 1, 44, da die verwanden ihrer nicht achteten. Colum 12, 2 *In re familiari laboriosior est negligentia, quam diligentia.* ¶ 2. *Negligentia literarum Pompeji* apud Cic. Att. 8, 11 p. 787, in eo inest, quod perfunctorie, & frigide, sine amoris significatione scriptæ erant. Huic opponitur *Diligentia.* Kaltsinnigkeit, da man einem negligeant tractirt.

¶ Neglectus, *a, um*, hintangesetzt verachtet. *Cum ipsi abjecti inter nos neglectique simus*, da wir selbst einander nicht achten. Cic. de Fin. 5, 20. *Apparatus neglectus*, Gell. 13, 11. Et Horatius 1 epist. 18, 85 *Neglecta incendia.* Idem Carm. Secul. v. 57 *Neglecta redire virtus audet.* Superl. Statius Theb. 7, 165 *Scilicet e cunctis ego neglectissima natis Progenies*

¶ Neglecte, adv. liederlich. Sic, *Neglectius incedere*, sine cultu & ornatu, Hieron. epist. 25, 1, ad Paulam de Blasillæ obitu.

¶ Neglectim, id. in Catal. vet. poet. p. 203 Lindebr. *Non amo neglectim.*

¶ Neglectus, *us*, m. subst. die verachtung, hintansetzung. Ter. Heaut. 2, 3, 116 *Neutiquam hoc res neglectui est mihi*, ich schlage die sache nicht in wind. Al legunt *neglecta.* Et Plin. 7, 51 *A somno moventium neglectum*, quarto casu substant.

¶ Neglectio, *ōnis*, f. idem. Cic. pro Muræn. c. 4 *Amicorum neglectio.*

¶ Perlego, *lēgi, ectum, ĕre*, durchlesen, auslesen. Cic. de Divin. 1, 5 *Perlegi tuum paullo ante tertium de natura Deorum.* Et Auson. de studio juvenili, sive Idyll. 4, 45 *Perlege quodcunque est memorabile, prima monebo.* ¶ 2. Eleganter *Perlegere* Virg. Æn. 6, 34 pro inspicere & contemplari potuit, de pictura agens: *Quin protinus omnia Perlegerent oculis*, id est, ordine lustrarent.

¶ Perlectus, *a, um*, durchgelesen. Cæs. B. G. 5, 46 *Perlectam epistolam recitat.* Id. B. C. 1, 19 *Literis perlectis.*

¶ Prælego, *ĕre*, legendo præire, vorlesen. Quintil. 1, 8 *Pueris, quæ maxime inventum adant, prælegenda.* Sed ¶ 2. Tac. Ann. 6, 1, 1 *Prælegere Campaniam*, i. e præternavigare, auf der küste von Campanien fahren.

¶ Prælectus, *a, um*, vorhergelesen, ausersehen. Apul. Met. 7 *Prælectum hi cum victimare*

¶ Prælectio, *ōnis*, f prælegendi actus. Quintil. 2, 5 *Prælectio in hoc adhibetur, ut facile atque distincte pueri scripta oculis sequantur.* ¶ 2. Iustinian. de emendat. Cod. § 3 *In antiquis libris non solum primas editiones, sed etiam secundas, quas repetitas prælectiones veteres nominabant, perscrutari iussi inveniemus.* Hinc nimirum *Codex* quem hodie habemus iustinianeus *repetitæ prælectionis* vocatur.

¶ Prælector, *ōris*, m. ein vorleser, lehrer. Gell. 18, 5 *Quid putatis, si magistrum aut prælectorem habuissit?*

¶ Præligāneus, *a, um*, ut. *Præliganeum vinum*, vel præmaturum, vel quod in operationem usum primo legitur, dictum a *prælegendo*, gesamlet wein Cato R. R. c. 23

¶ Relego, *relēgi, ectum, ĕre*, wiederum lesen. Ovid. Ponto 3, 5, 9 *Quæ, quamquam linguarmibi sunt properante per horas Lecta satis multas pauca fuisse queror. Plura sed hæc feci, velegendo sæpe.* Id. de Remed. Amor. v. 717 *Scripta cave relegas.* Sic, *Dicti religiosi ex relegendo*, Cic. N. Deor. 2, 28. v. *Relegere.* *Relegere iter, litus*, poëtæ dicunt pro, per eamdem viam redire, des weges zurücke gehen, Statius Achill. 1, 23 *Culpatum relegebat iter. Relegere pecuniam* volunt esse colligere, cogere

cogere, eintreiben, apud Horat. epod. 2, 69. sed melius ex libris Bentejus. *omnem redegit Idibus pecuniam.*

¶ Relegens, *tis.* Gell. 4, 9 disputatur de versu antiqui poëtæ *Relegentem esse oportet religiosum nefas*, ubi prius mediocritatem, alterum excessum religionis significare dicunt. ¶ 2. Virg. Æn. 3, 690 *Religens errata retrorsum Litora*, h. e. denuo legens.

¶ Relectus, *a, um*, wieder überlesen. Ovid. l. c. v. 718 *Constantes animos scripta relecta movent.*

¶ Retrolĕgo, *re*, Quintil. Declam. 6 p. 80 *Curva litora retrolego*, ich fahre zurück.

¶ Sēlĭgo, *legi, lectum, seligĕre*, seorsim colligere, secernere, auslesen, heraus nehmen. Cic. in Orat. c. 29 *Exempla selegisse.* Et ibid. c. 15 *Omnia expendet & seliget.* Id. de Fin. 3, 6 *Illud autem ut seriat, quasi seligendum.* Ovid. Amor. 3, 11, 49 *Tu selige tantum.*

¶ Selectus, *a, um*, abgesondert, ausgelesen; ut, *Selecta brevesque sententiæ*, Cic. de N. D. 1, 30. *Selecti judices*, Id. pro Cluent. c. 43. conf. Horat. 1 sat. 4, 123; & Plin. 33, 2. *Selecta pectora, patres*, Ovid. Fast. 5, 71. *Selectos Deos* Augustinus de C. D. 4, 23 viginti numerat, v. Dempst. in Rosini Ant. Rom. p. 206.

¶ Selectus, *us*, m. subst. seligendi actio, vulgare est.

¶ Selectio, *ōnis*, f. idem; ut, *Selectio verum*, Cic. de Fin. 2, 13. *Selectio vitiorum*, Id. de Leg. 3, 10.

¶ Sublĕgo, *ēre*, legere in transcursu, behend überlesen, Gell. 3, 12. ¶ 2. Colligere, aufheben. Horat. 2 sat. 8, 10 *Puer alte cinctus, &c. Sublegit quodcunque jaceret inutile.* At, *In demortui locum sublegere*, pro substituere, an des verstorbenen statt wehlen, dixit Liv. 23, 23. Virgil. ecl. 9, 21 *Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper*, i. e. te non sentiente percepi, abgelauscht. Sic, *Sublegere sermonem*, Plaut. Mil. 4, 2, 98; & Aul. 4, 5, 7, ut *Legere* n. 5.

¶ Sublectus, *a, um*, aufgelesen; ut, *Sublecti liberi*, i. e. surrepti, entführte Kinder, Plaut. Rud. 3, 4, 43. *Collegæ, & qui in eorum locum suppositi, sublecti*, Varro de L. L. 5, 7. *Ficus sublecta*, Colum. 12, 17.

¶ Sublectio, *ōnis*, f. die nachlesung. Tert. in Marc. 4, 31, ubi Luc. 14, 21 interpretatur: *Mandat de plateis & vicis civitatis facere sublectionem.*

¶ Translĕgo, *ēre*, durchlesen. Plaut. Asin. 4, 1, 5 *Age quæso, mihi translege.*

Legulejus, vide *Lex*, Legulus, *Lego.*

LEGŪMEN, *ĭnis*, n. a legendo dictum est, allerlei genüs, hülsenfrucht; ut, *Faba, Pisa, Cicera, Lentes, Oryza.* A *legendo* nomen habent, quod non secantur, sed vellendo legantur, ut Varro R. R. 1, 32 ostendit. Ejusd. libri c. 23 *Cicer quoque legumen.* Et Virg. Georg. 1, 74 *Latum siliqua quassante legumen.*

¶ *Legaria* idem Varro etiam *legumina* dicta affirmat de Re Rust. 1, 32.

¶ Legūmentum, *i*, n. idem quod Legumen, apud Gellium 4, 11.

¶ Leguminōsus, *a, um*, voll hülsenfrüchte; ut *Leguminosæ epulæ*, apud Celsum.

¶ Leguminārius, *a, um.* Gloss. gr. lat. *ὀσπριοπώλης, Leguminarius*, qui vendit legumina, der hülsenfrüchte verkaufft. *Negotiatrix frumentaria & leguminaria*, Inscr. Murat. p. 935.

Leiostrea, vide *Ostrea.*

LĔLĔGES, *um*, m. pl. vagi Asiæ minoris populi, ita dicti quasi λελεγμένοι, eo quod diversis e locis Græciæ collecti essent, ut Eustathius docet, vide quoque Plinium 4, 7; & 5, 30. Virgilius *Lelegas Caraque* conjungit Æneid. 8, 725. Et Ovid. Met. 9, 644 *armiferos Lelegas* vocat. *Narytiusque Lelex* apud eumdem Met. 8, 312.

¶ Lelegeis, *idis*, f. olim Miletus, Ioniæ caput, est appellata, secundum Plinium 5, 29. *Lelegeides Nymphæ*, apud Ovidium Met. 9, 652.

¶ Lelegeïus, *a, um*, adj. ut, *Lelegeïa litora*, Ovid. Met. 8, 6.

LĒMA, *æ*, f. λῆμη, congelata lacryma, eiter in augen. Plin. 23, 1 *Aut si cruore suffunduntur oculi, vel si lemæ in oculis erunt.*

LĔMĀNUS, *i*, m. Galliæ lacus inter Helvetios & Allobroges, cujus Longitudo octo aut novem adeo miliarium est. Hodie vocatur der Genfersee, Cæsar B. Gall. 1, 2 & 8; Lucan. 1, 396.

LEMBUS, *i*, m. λέμβος, navicula, ein kahn, kleines schiff. Virg. Georg. 1, 201 *Non aliter, quam qui adverso vix flumine lembum Remigiis subigit, &c.* Verius autem parva & velocissima navigia, quam lintres fluviales & monoxyla, *lembi.* Hinc *piratici lembi* Curtio sunt 4, 5, 18, & Liv. 28, 8 *quinqueremibus septem, & lembis viginti amplius, &c.* vid. Scheff. de milit. nav. 2, 2 & Burm. ad Rutil. itin. 1, 219, ubi majores cymba lembos & in mari usurpatos ostendit.

¶ Lembŭlus, & Lembuncŭlus, *i*, m. dimin. Tac. Ann. 14, 5, 6 *Lembunculorum occursus:* & Prudent. in Vincentio v. 455 *Levique vectum lembulo Amplum per æquor auferas.*

¶ Lembārius, *i*, m. miles classicus, in lembis constitutus, ein schiffsoldat. v. Vopisc. in Aurel. c. 38 cum Not. Salmasii in H. A. p. 382.

LEMMA, *ātis*, n. λῆμμα, *sumtio*, ut exponit Cicero Divin. 2, 53, vel *assumtio* seu *assumtum*, ein beweis. ¶ 2. Pro inscriptione seu titulo sæpe usurpatur, die überschrift, der innhalt. Ausonius epist. ad Gregorium filium super *Cupidine cruci affixo*, Idyllio 7 *Mihi præter lemma, nihil placet.* Et præfat. super Parentalia: *Quosdam solet commendare materia, & aliquoties fortasse lectorem solum lemma solicitat tituli, ut festivitate persuasus, & ineptiam ferre contentus sit.* Idem epist. 16 *Nutricis lemmata lallique somniferos modos* conjungit. Martial. 10 epigr. 59 *Consumpta est uno si lemmate pagina, transiis. Et breviora tibi, non meliora placent.* Et 11 epist. 43 *Vivida cum poscas epigrammata, mortua ponis Lemmata &c.* Id. 14 epig. 2 *Lemmata si quæris cur sint adscripta, docebo: Ut si malueris, lemmata sola legas.*

¶ Analemma, *ātis*, n. ἀνάλημμα, ein instrument sonnenweiser damit zu machen. Vox Vitruvio 9, 4 usurpata & explicata his verbis: *Analemma est ratio conquisita Solis cursu, & umbræ crescentis a Brumæ observatione inventa, e qua per rationes architectonicas circinique descriptiones est inventus effectus in mundo.* Bernardinus Baldus Urbinas brevius presiusque sic definiri posse existimat: *Esse instrumentum ad solis umbras in plano horologii venandas terminandasque, solarium describendorum gratia.* Vide ejus Comment. de Vitruvianorum verborum significatione: cujus indubiam emendationem expressimus. conf. Turnebi Adverss. 1, 19.

¶ Dilemma, *ātis*, n. δίλημμα, argumentum est oratorium, lubricum & infirmum, in quo utrum propositionis disjunctivæ membrum concesseris, victus esse videaris. *Syllogismum cornutum* nonnulli vocant. Tale erat captiosum illud Pharisæorum ad Christum Matth. c. 22 *Licetne tributum Cæsari reddere, annon?* Similes dilemmatis sunt captiones, quæ *argumenta dicuntur* ἀντιστρόφοντα. vid. Gell. 5, 10 & 11. B. Hieronym. in Matth. c. 23, 33 *Constringit eos Syllogismo, quem Græci vocant* δίλημμα. *Nos* inevitabilem *possumus appellare: qui interrogatos hinc inde concludit & utroque premit.* conf. Hieronymus, cujus verba supra in *Cornutus* protulimus, quia *Cornutum* hunc syllogismum dixerat.

LEMNISCI, *orum*, m. plur. fasciolæ dependentes ex coronis, die bänder um die kräntze oder palmen gewunden oder angesteücket, Plin. 21, 3. Id. 16, 14 *Philyræ coronarum lemniscis celeires.* Et Liv. 33, 33 *Coronas lemniscosque jacientium.* Et Capitol. in Vero v. 5 *Coronæ lemniscis aureis interpositæ.* vid. Turneb. Adverss. 18, 3, Scal. Lect. Auson. 1, 10, & Casaub. ad Suet. p. 180. Ad illorum similitudinem Celsus, Ætius, Paulus aliique Medici *Lemniscorum* nomen indiderunt involucris quibusdam lineis longis retortis, quibus in dilatandis vulnerum, nec non amplificandis aliquorum locorum angustiis orisj utebantur, ein meissel. v. Celsus 7, 28. *Lemniscos* angustas vittas vocasse Syracusios, auctor est Hesychius. v. Mercurialis Var. Lect. 3, 9.

¶ Lemniscatus, *a, um*, mit bändern gezieret; ut, *Palma lemniscata*, Cic. pro Rosc. Amer. c. 35. *Coronæ lemniscatæ*, Auson. epist. 20, 6; & Bæbius Macer apud Serv. ad 1. Georg. Scalig. Auson. lect. 1, 10.

LEMNOS, *i*, f. Λῆμνος, insula Ægæi maris. v. Geograph. In ea colebatur Vulcanus Deus ignis; Hinc *Vulcania Lemnos* dicitur Val. Flacco 2, 78.

¶ Lemnias, *ădis*, f. civis Lemnia. Ovid. A. A. 3, 672 *Lemnia si gladios in mea fata dabo.* Alludit ad historiam de Lemniis mulieribus maritos ob graveolentiam oris occidentibus.

¶ Lemnius, *a, um*, quod est ex Lemno; ut, *Terra Lemnia*, quæ & *Lemnia rubrica & Lemnium sigillum*, vulgo *Terra sigillata*, optimum & præstantissimum remedium in peste. ¶ 2. *Lemnium malum*, λημνιον κακὸν, de ingenti ac miserando malo; vid. Chiliadas, & dicta modo in *Lemnias.*

¶ Lemnĭăcus, *a, um*, aliud adjectivum. Martial. 5 epigr. 7 *Lemniace catenæ*, i. e. a Vulcano factæ.

¶ Lemnicola, *æ*, Ovid. Met. 2, 757 pro Vulcano.

LEMŌNIUM, *i*, n. rectius autem *Limonium*, λειμώνιον, herba nascitur in Paludibus, foliis betæ, sed tenuioribus & longioribus, natterwurtz; Plin. 25, 9. Sunt & *Limonia* mala.

LĔMŬRES, *um*, m. spectra & larvæ nocturnæ, polter-geister, gespenst. vide supra *Larva.* Perso 5, 185 *Lemures nigri*: & Horatio *nocturni* appellati. Ita epist. 2 epist. 2, 209 *Nocturnos lemures, portentaque Thessala rides.* Adde Varr. apud Nonium 2, 513; & Augustin. de C. D. 9, 11. *Lemur* dicitur frater Romuli fuisse quasi *Remur*; unde *Lemures* dicti quasi *Remures*, pro spectris noctu vagantibus, quia species interfecti fratris Romulo objecta est eumque miris modis perterruit. v. Ovidius l. c. in *Lemuria.* Apul. de Deo Socr. p. 50 *Est & species dæmonum animus humanus emeritis stipendiis vitæ corpore suo abjurans. Hunc vetere latina lingua reperio* Lemurem *dictitatum. Ex hisce ergo* Lemuribus, *qui posterorum suorum curam sortitus pacato & quieto numine domum possidet*, Lar *dicitur familiaris, qui vero ob adversa vitæ merita nullis bonis sedibus incerta vagatione ceu quodam exilio punitur, inane terriculamentum bonis hominibus, ceterum noxium malis, id genus plerique* larvas *perhibent.* Cum *vero incertum est, quæ cuique sortitio evenerit, utrum* Lar *sit an* Larva: *nomine* Manem *deum nuncupant.* Add. locus Martiani Cap. laudatus in *Manes.*

¶ Lĕmŭria, *orum*, n. pl. sacra ad placandos Lemures, quæ prius *Remuria* appellata Ovid. Fast. 5, 479, vide & supra v. 421, & inprimis Lavater. de Spectris P. 3 c. 4. Add. Hist. Acad. inscript. & numism. T. 2 p. 46.

Lena, vide *Leno.*

LĒNAEVS, *i*, m. Λυναῖος, Bacchus, ἀπὸ τοῦ ληνοῦ, id est, a lacu torculari vinario: v. Diodor. Siculum. Virg. Georg. 2, 4 *Huc pater o Lenæe, &c.* conf. Ovid. Met. 4, 14.

¶ Lenæus, *a, um*, etiam adject. ut, *Lenæa dona*, i. e. Bacchica, Stat. 4 Sylv. 6, 80. *Libat honorem Lenæum*, i. e. vinum, Virg. Æn. 4, 207. *Lenæi latices*, Id. Georg. 3, 510.

Lenimen, lenio, vide *Lenis* adject.

LĒNIS, *is*, subst. vasis genus est, quomodo Afranium & Laberium usos esse, docet Nonius 15, 13. Usurpat & Alfenus in Digestis, de quo Cujacius Observ. 6, 7; & 10, 15. Estque a græco ληνός, quatenus *lacum torcularem* significat; a cujus similitudine & navigii parvi genus *Lenis* dicitur: & quidem sexto casu in illo Martialis 1 epigr. 50, 9 *Tepidum natabis lene Congedi vadum.* Hinc

¶ Lenuncŭlus, *i*, m. diminut. est navigium piscatorium, ut Nonius exponit 13, 8, ein fischer-kähnlein. Gloss. Vet. *Lenunculus, πίτυλος, σκαφίδιον.* Legitur apud Cæsarem & Ammianum 14, 7. Cæsaris locus est de B. C. 2, 43. Vbi tamen in MSto pro *Lenunculus, Lembunculus* legitur, Ciacconio teste. Nonius l. c. ex Sallustii lib. 2 Hist. huc refert, *in lenunculo piscantis.* Adde Lindebrog. ad d. l. Ammiani p. 9, & conf. Gellii Noct. Att. 10, 25.

¶ Lenuncularii, *orum*, m. pl. in Vet. Inscript. apud Lindebr. c. l. navicularii sunt, qui lenunculis utuntur, schiffer.

LĒNIS, *e*, adj. a mollitie lanæ, quæ græce ληνὸς, est mollis, tactu non asper, facilis, mitis, sanft, gelind, weich; ut, *Lenis aura, lenes venti.*

Ovid.

Ovid. sub fin. de Remed. amor. *Lenis alit flammam, grandior aura necat.* Cic. Att. 7, 2 pr. *Belle nobis flavit ab Epiro lenissimus Onchesmites.* Sic, *Lenior flatus*, Lucret. 6, 139. Et, *Lenior annis*, Paneg. Constantino dictus c. 8. *Lenes cibi*, Celsus 2, 22, weiche und gelinde speisen. *Lene clivum*, Ter. Heaut. 2, 1, 50. Et ibid. v. 29 *Lenis anicula*, ein sanftes Weib. *Homo lenissimus & naturâ & disciplinâ*, Cic. Verr. 1, 32, sanftmüthig. Plin. 9 epist. 21 *Torqueris enim, cum tam lenis irascaris.* Ergo *Lenis* est, non qui plane non irascitur; sed qui regit iram, & ita cohibet, ne quid per eam turbide faciat; vid. *Lenitas & Lentus.* Comp. *Lenior*, *quam mutum mare*, der sich nicht regt, Plaut. Mil 3, 1, 69. ¶ 2. Per translationem *lene jugum* Cæsari B. Civ. 2, 24 dicitur, quod superatu facile est, & *aspero præruptoque* opponitur.

¶ Lene, adv. pro *Leniter*, poëtæ dicunt. Martial. 1 epigr. 50, 9 *Tepidum netabi lene Congedi vadum.* Sed al. *Tepido*, ut *lene* sit epitheton *vadi*, & sic etiam Allio in Lex. Crit. p. 43 exponit. Et Avienus orbis descript. v. 247 *Lene natat spumat.*

¶ Leniter, adv. idem: ut, *Placide & leniter procedere*, sanft und leise fahren, Hirt. B. Afr. c. 70. Liv. 2, 50 *Duxit via in editum leniter collem.* Cæsar de B. G. 7, 19 *Colliserat leniter ab infimo adclivis.* Tac. Hist. 4, 23 *Per contrarium collem leniter assurgens.* *Lenius ac remissius dicere*, Cic. de Orat. 1, 60. Et Quintil. 9, 4 *Quis dubitat, alia lenius, alia concitatius, alia sublimius, alia pugnacius, alia gravius esse dicenda.* Cicero rursus sam. 5, 2 *Lenissime sentire*; & Suet. Vesp. c. 13 aliorum *libertatem & contumaciam lenissime ferre.*

¶ Leniusculus, *a, um.* In Plin. 1 epist. 16 intrusit Catanæus, *Inserit, sed dato opera molliusculus, leniusculoque versus.* Sed antiquiores omnes *melius, leniusque.* v. Cellario ibidem notata.

¶ Lēnĭtas, *ātis*, f. ipse habitus lenis hominis, mansuetudo, die gelindigkeit, sanftmuth, ἀοργησία: vide post *Lenitudo.* Vt, *Dare se ad lenitatem*, Cic. fam. 13, 1. *Inepta lenitas & facilitas*, Ter. Adelph. 3, 3, 37. ¶ 2. Ad res quasvis, quæ asperitate carent, transfertur. Vt *lenitas vocis*, Cic. Orat. 2, 43. *Orationis*, ibid. 2, 29. conf. Menckenii Observ. L. L.

¶ Lēnĭtūdo, *ĭnis*, f. idem. *Nimia in aliquem lenitudo*, Cic. Verr. 4, 61. *Lenitudo orationis*, Cic. Tusc. 5, 16, v. Voss. 2 Inst. Orat. p. 216.

¶ Lēnio, *īvi, ītum, īre*, mitigare, lindern, besänftigen, stillen; ut, *Lenire miseriam*, Ter. Heaut. 1, 1, 75, trösten. *Lenire seditionem*, Liv. 5, 24; 6, 16. *Lenire indignitatem injuriæ*, 38, 24. conf. Cortium ad Sall. Iug. c. 11. *Lenire ægritudinem*, Cic. de Divin. 2, 1; & *desiderium*, Id. fam. 15, 21 ext. *Lenire invidiam obsequio*, Nep. 10, 6, 5. ¶ 2. *Ire leniunt*, Plaut. Mil. 2, 6, 100 pro *leniuntur*, der zorn legt sich. ¶ 3. Virg. Æn. 4, 528 *Lenibant curas &c.* pro *leniebant.* Propert. 3, 20, 32 *Lenibunt vulnera*, pro *lenient.*

¶ Lēnītus, *a, um*, gestillet, besänftiget. vide apud Nonium 4, 415. *Lenitum lepide reddere*, pro lenire, Plaut. Bacch. 5, 2, 31. *Lenita Dea*, Ovid. Met 1, 7, 8; & 12, 35.

¶ Lēnĭmen, *ĭnis*, n. die linderung. Ovid. Met. 11, 450 *Addidit illis Hoc quoque lenimen.*

¶ Lenimentum, *i*, n. idem; ut, *Lenimenta dare*, (suaviora medicamenta) Plin. 25, 5.

De compositis generatim notandum, confundi solere cum compositis verbi *Lino* vel *Linio.* Inde igitur petenda, quæ hic frustra requisita erunt.

¶ Adlēnīmentum, *i*, n. die stillung. Ammian. 25, 5 *Adlenimenta tumultus operiri.* Ita & Valet. legit p. 430 ed. nov.

¶ Collenio, *ire*, lindern, mildern, apud Hyginum.

¶ Delinio, sive Delenio, *ire*, demulcere, streicheln, begützigen. Cic. pro Mil. c. 35 *Vt plebem non modo virtute flecteret, sed etiam tribus suis patrimoniis deliniret.* Cicero ipse sui interpres addit: *Cum plebem muneribus placarit.* Plaut. Stich. arg. v. 4 *Verbis delenitur commodis.* ¶ 2. Item decipere, mentem adimere, einnehmen, verblenden. vid. Taubmann. ad illud Plauti Cist. 2, 1, 41 *Tu me delenis.* Et Amph. 2, 2, 214 *Delinitus sum ita, ut me, qui sim, nesciam.*

¶ Delinītus, *a, um*, placatus, delectatus, mente alienatus, a Nonio 4, 115, gestillet, eingenommen. Cic. de Orat. 1, 9 *Genus hominum disertorum orationè delinitum.* ¶ 2. Interdum est mente alienatus, verblendet, bezaubert. Cic. de Fin. 1, 10 *Blanditiis voluptatum deliniti atque corrupti.* Titinnius apud Nonium 2, 26 *Dotibus deliniti ultro etiam uxoribus ancillantur.*

¶ Delīnĭtio, *ōnis*, f. die stillung, besänftigung, erweichung, Cic. Off. 2, 16 *Delinitio multitudinis ad breve exiguumque durat tempus.*

¶ Delīnītor, *ōris*, m. qui delinit. Cic. de Clar. Orat. c. 70 *Iudicis delinitor debet esse orator.*

¶ Delīnīmen, *ĭnis*, n. die ergötzung, lieblichkeit. Symmach. 3 epist. 11 *Spectator veteris moniæ solus superfui, cæteri delinimina aurium captant.*

¶ Delīnīmentum, *i*, n. die liebkosung, reitzung; ut, *Vitiorum delinimenta*, Tac. Agric. 21, 3. Sic Liv. 30, 13 *Delinimentis animum cujus avertere.* Ita, *Voluptatum delinimento*, Arnob. 1 p. 35, i. e. illecebræ. Vnde *illecebræ delinimento fuerit* Ambros. epist. 7, 7 conjunxit. ¶ 2. Delenifica dicta, schmeichel-worte. Symmach. 4 epist. 42 *Ego magnificentiæ appellationem recuso: nisi forte me improbum putas, quod honori tuo eadem delinimenta non defero.* ¶ 3. Philtra & venefica amatoria notat. Livius *Delinimenta* & *Venena* conjungit 39, 11. Arnobius apud Nonium 1, 1 *Si possent homines delinimentis capi, Omnes haberent nunc amatores anus, &c. Mala ætas nulla delinimenta invenit.* Ita explicat utrumque locum Brouckh. ad Tib. 1, 6, 7.

¶ Delenificus, *a, um*, qui lenit, mitigat, blande capit, liebkosend, schmeichelnd, bezaubernd. Plaut. Mil 2, 2, 37 *Dolos, delenificæ facta, fraudes* conjungit. Symmach. 3 epist. 6 *Delenifica & suada facundia*, geschmierte worte. Id. 7 epist. 27 *Delenificis artibus aliquem retinere.*

¶ Oblenio, vel Oblinio, *ire*, idem quod lenire, delenire, ergötzen. Sen. de Ira 3, 9 *Lædio illum carminum oblenias.*

Semperlenitas, vide infra in *Semper.*

LĒNO, *ōnis*, m. qui leniendo animos seducit & corrumpit, ein verführer, huren-wirt, kuppler. Ter. Adelph. 2, 1, 34 *Leno pernicies communis adolescentium.* *Lenonis* descriptio exstat apud Plautum Rud. 3, 2, 38. Qui pueros, puellas & mulieres in libidinis servitium venditabant, antiquo Romanorum vocabulo *Lenones* vocabantur: qui vero infantes in canistris, servos, eunuchos aliosque homines alterius operis gratia venales habebant, ἀνδραποκάπηλοι & ἀνδροκάπηλοι a Galeno, a Latinis *Mangones* vocati sunt. v. Mercurialis Var. Lect. 2, c. ult. ¶ 2. *Leno* legatus, fecialis, mediator, ein ambassadeur, unterhändler, mittelsperson. Iustin. 2, 3, 8 *Scythis bellum indixit Vesoris rex Ægyptius, missis primo lenonibus, qui hostibus parendi legem dicerent.* vid. Gloss. *Leno i. e. mediator, qui apud Italos dicitur Ambassator.* Ita contra *Conciliator* & *Conciliare*, voces honestæ, ad turpe ministerium traductæ. Cic. Cat. 4, 8 *Lenonem Lentuli* ambigue dixisse videtur, ut corruptorem intelligamus, licet jam non ad pudorem solicitandum, sed ad turbas alias concitandas missum.

¶ Lenullus & Lenunculus, *i*, m. diminut. v. Plaut. Pœn. 2, 1, 8; & 5, 5, 7. ¶ 2. *Lenunculus*, navigium piscatorium, de quo supra in *Lenis* fubit.

¶ Lēna, *æ*, f. respondens virili lenonis nomini, eine hurenwirtin, kupplerin. Vipian. L. 43 § 7 Dig. de ritu nupt. *Lenas eas accipimus, quæ mulieres quæstuarias præstituant.* Et § seq. *quæ alterius nomine hoc vitæ genus exercent.* Tibull. 1, 5, 48 *Venit in exitium callida lena meum.* Et Martial. 9 epigr. 30 *Quæ sciat hos illos vendere lena toros.* ¶ 2. Hoc vocabulo ad res inanimatas, aliasque utuntur boni scriptores, teste Barth. ad Claudian. p. 811, sive ad Nupt. Honor. & Mariæ v. 25, ubi *lena pietas* explicatur ex Prudentio, Ovidio, &c. Huc etiam pertinet *blanda conciliatrix & quasi sui lena natura*, ap. Cic. N. D. 1, 27. *Lena* pro veste, vide supra *Læna.*

¶ Lenōnius, *a, um*, verführisch, hurisch; ut, *Oppidum lenonium*, Plaut. Pfeud. 2, 4 v. ult. *Servitia lenonia*, ibid. 3, 1, 1. *Lenonia ædes*, ein huren-haus, Id. Truc. 1, 1, 30. Apul. Apol. p. 335 *Aut ille puellæ meretricii blandimentis, & lenoniis patris illecebramentis captus, & possessus, &c.*

¶ Lenōnīnus, *a, um*, idem; ut, *Lenoninum cavum*, de fœtida muliere Plautus Menæch. 1, 2, 49. Sed Gronov. *Lenino* de domo viri γυναικοκρατουμένου.

¶ Lenonice, adv. lenonum more. Lamprid. in Commodo c. 15 *Quæ gladiatorie, quæ lenonice faceret.*

¶ Lenocĭnium, *i*, n. lenonis professio, disciplina meretricia, huren-wirtschaft. *Facere lenocinium*, unzüchtige handthierung treiben, Suet. Calig. c. 40 extr. ¶ 2. *Lenocinium* etiam vulgo vocant, quicquid exornando corpori seu cuicunque rei adhibetur, reitzender schmuck; ut, *Lenocinia formæ*, quibus formam commendamus. Cic. de N. Deor. 2, 58 *Perspicuum est, quo corporum lenocinia processerint.* Et Suet. Aug. c. 79 *Omnis lenocinii negligens erat.* Cicero etiam *lenocinia cupiditatum* dixit, pro illecebris aut blandimentis, in Orat. pro Sext. c. 66. ¶ 3. De orationis etiam verborumque fucatis ornamentis atque illecebris ponitur, die locirung, reitzung, liebkosung. Suet. Calig. c. 39 *Cui instrumento distrahendo nihil non fraudis ac lenocinii adhibuit.* LENOCINIVM vocat blandimenta verborum, quibus illiciebat captabatque emtores. Id. Claud. c. 7 *Sub Cajo demum fratris filio secundum existimationem circa initia imperii omnibus lenociniis colligente, &c.* Tac. Hist. 1, 18, 4 *Nec ullum orationi lenocinium addit.* Quint. 8 procem. *Qui non ornamenta quærimus, sed lenocinia*, h. e. ornatum nimium quasi meretricium.

¶ Lenōcĭnor, *āri*, lenocinium exercere, & ¶ 2. Per metaphoram, blandiri seu allicere, schmeicheln, liebkosen. Cic. Divin. in Verr. c. 15 *Tibi serviet, tibi lenocinabitur.* Plin. 2 epist. 19 *Potest tamen fieri, ut libro isti novitas lenocinetur.* Symmach. 9 epist. 89 *Ergo parce verbis lenocinantibus, & face oblitis, & ad gratiam comparatis.*

¶ Lenocĭnātor, *ōris*, m. Tertull. adv. Marc. 1, 22 *Gratiæ lenocinator.* Vet. Gloss. *Lenocinator*, πορνοβόσκος, καλλωπισμός.

¶ Lenōcĭnāmentum, *i*, n. reitzung. Sidon. 7 epist. 9 *Pro omni gratiarum privilegio, decoramento, lenocinamento.*

¶ Leno, *are*, etiam invenitur pro *lenocinari, conciliare.* Vetus epigramma: *lenandi callidus arte.* Et aliud: *formosas lenare puellas.* vid. Parei Lex. Crit. p. 243.

¶ Lenostris, *is*, m. idem ac *leno* in Plaut. Pœnul. suppos. v. 20.

LENS, *lendis*, f. pl. *lendes*, græce κόνιδες, sordes & excrementa pediculorum in capite, nisse in haaren. Vet. Gloss. *Hi lendes*, κονίδες. Adde Plin. 28, 11. Et Serenus 6, 14 *Vnda maris lendes capiti deducit iniquas.*

LENS, *lentis*, f. legumen, linsen. Masc. Titinnio apud Nonium 3, 117. Apul. lib. 6 Met. *Et hordeo, & milio, & papavere, & cicere, & lente & faba, commixtisque acervatim confusisque in unum grumulum.* Virg. Georg. 1, 228 *Nec Palusiacæ curam aspernabere lentis.* Prov. *Dives factus desit gaudere lente*, er achter armer leute kost nicht mehr. ἔστατε πλουτῶν, ἐκ ἐϑ' ὑστατα φακῶν. v. Chil. *Lentes palustres*, wasser-linsen. De lente Ægyptia Pererius ad c. 25 Genes.

¶ Lentĭcula, *æ*, f. diminut. Plin. 27, 12 *Lenticulæ dimidiæ figuræ.* Et pro cibo, ferculo hujus leguminis: Augustin. Civ. Dei 16, 37 *Lenticulam, quam minor paraverat, major immoderatius concupivit:* De Iacobo & Esavo. ¶ 2. In adagio, *Vnguentum in lenticula*, lentem coctam feu pulmentum lentis significat. v. Turneb. Advers. 21, 4. ¶ 3. Porro lentigo est seu faciei macula subrufa, aut leviter a lentigine distincta, sommerflecken. v. Corn. Cels. 6, 5. ¶ 4. Inter fomenta recenset Celsus 2, 17 extr. *In vasa fictilia (quas a similitudine lenticulas* vocant), *aqua conjicitur*, eine wärm-flasche. Græc. *Φακωτὸν πυριατήριον* apud Hippocr. vid. *Lenticularis* ex Apulejo. ¶ 5. Tandem in gemmis *Lenticula*, Plin. 37, 12.

¶ Lenticulāris, *e*, lentem referens; ut, *forma lenticularis*, Apulej. 2 Flor. ubi de ampulla olearia loquitur.

¶ Lenticulātus, *a, um*, idem. Celsus: *Lenticulata folia.*

¶ Lentīgo, *ĭnis*, f. macula subrufa in facie ad lentis similitudinem, sommer-sprossen, sommer-flecken. Serenus Sammonicus carm. 12 *Invida si maculet faciem lentigo decoram.* Adde Plin. 20, 20 & alibi.

¶ Lenti-

¶ Lentiginōsus, *a, um*, eujus facies lentigine maculosa est, sommersprossicht. *Sparso ore* Terentius dixit Heaut. 5, 5, 17. Et Val. Max. 1, 7 exter. 6 *Prævalentem virum, flavi coloris, lentiginosi oris.* Vet. Gloss. Φάκωψις, *Lentiginosus, sparso ore.*

¶ Lentŭlus, *i*, m. Corneliorum Romæ cognomen, inde illis inditum, quod lentem optime fererent; id quod tradit Plinius 18, 3. hinc

¶ Lentŭlĭtas, *ātis*, f. i. e. ulla Lentuli ratio vel nobilitas, jocose ficta vox a Cic. fam. 3, 7.

Lentare, lenteo, lentesco, vide *Lentus.*

LENTISCVS, *i*, f. arbor est, frequentissima in Italia, perpetuo virens, & præter alium quemdam liquorem in folliculis nutritum, etiam mastichen proferens, ein mastix-baum. Plin. 14, 20 pr. *Lentisci fundunt resinam, quam & mastichen vocant.* Trifera est, sive ut Cicero ait de Divin. 1, 9 *Lentiscus triplici solita est grandescere fœtu, Ter fruges fundens.* Quæ verba etiam Plinius laudavit 18, 25 extr. ¶ 2. *Lentiscus* pro fructu vel oleo lentiscino. vide Cato R. R. c. 7; & Plin. 15, 6 pr.

¶ Lentiscīnus, *a, um*, ex lentisco, vom mastix-baum; ut, *Oleum lentiscinum*, Plin. 23, 2.

¶ Lentiscĭfer, *a, um*, das mastix trägt. Ovid. Met. 15, 714 *Lintermum* (Campaniæ oppidum) *lentiscifernm.*

Lentulitas, Lentulus, vide *Lens, tis.*

LENTVS, *a, um*, flexibilis, schwang, zach, ex *lenitum*; ut, *Lenta salix*, Virg. ecl. 5, 16; &, *Rami lenti*, Id. Georg. 4, 558. Et, *Lenta vincula*, Plaut. Menæch. 1, 1, 18. Vide Muret. Var. Lect. 3, 18. *Aurum* etiam *lentum* dicitur, quod ductile est, gold-drat. Ovid. Met. 6, 68 *Illic & lentum filis immittitur aurum.* vide locum. *Nais lenta*, Id. Art. 1, 732, geschlang. Quintil. 11, 3 *Opus est spatiis lentioribus aut citatioribus.* Ovid. Met. 13, 800 *Lentior & salicis virgis.* Sen. epist. 70 *Venti segnes tranquillitatis lentissimo tædio lassant.* ¶ 2. *Lentus*, tardus, consideratus, bedachtsam, der mit anschlägen langsam umgehet. Cic. 5 de Rep. apud Nonium 4, 281 *Marcellus ut acer & pugnax: Maximus* (Fabius) *ut consideratus & lentus.* Et Val. Max. 1, 2 *Lento quidem gradu ad vindictam sui divina procedit ira, tarditatemque supplicii gravitate compensat.* Iuvenal. 13, 100 *Ut sit magna, tamen certe lenta ira Deorum est.* Liv. 5, 5: *Nec ipsi per intermissiones has, intervallaque lentiorem spem nostram facimus.* Ovid. R. A. 243 *Lentus abesto*, h. i. diu. Cic. Att. 1, 12 *Nihil ego illa impudentius, æstutius, lentius vidi:* ubi Casaubonus notat, *Lentum nomen* esse hominem lente & cum multis procrastinationibus solventem quod debet, ein langsamer zahler. Plaut. Mil. 4, 5, 4 *Vt lenta materies fuit?* wie hart hat es gehalten? indicat se difficulter quod volucrit impetrasse. Sed & simul docet, apud Lucilium *lentum* etiam dici, qui facile solvit. conf. Nonius 1, 85. ¶ 3. *Tu Tityre lentus in umbra, &c.* faul, müßig. Virg. ecl. 1, 4, id est, otiosus, securus, ut Servius ibi interpretatur. Ita ab amore vel alio adfectu vacuum ubi notet, exempla plura congessit Heins. ad Ovid. Her. 19, 81. Speciatim ¶ 4. *Lentus* dicitur, qui per ſtruporem ac tarditatem animi nunquam irascitur, unempfindlich, der nicht zornig werden kan. Laberius apud Gell. 16, 9 *Nunc lentus es tu, nunc tu fusque deque fers: &c.* vide Buchnerum ad Plin. 9 epist. 21 n. 547. Burm. ad Petron. c. 93 pr. Add. Is. Voss. ad Catull. p. 212 sq. Broukh. ad Prop. 2, 11, 14, & p. p. *Lentitudo.* ¶ 5. *Lentus ignis*, ein gemachsam und nicht jähling feuer, Horat. 1 od. 13, 8, de amore amantem macerante. ¶ 6. *Lentissima brachia*, quæ reluctantur, nolunt obtsequi, Idem Horat. 1 sat. 9, 64. ¶ 7. *Lentus* & *Lætus* miscentur a librariis, vid. Drak. ad Sil. 12, 567 & Liv. 5, 5. & Heins. ad Ovid. Her. 19, 81.

¶ Lentŭlus, *a, um*, dimin. langweilig. Cic. Att. 10, 11 *Lentulus aut restrictus.* ¶ 2. Aliam notionem vide supra in *Lens.*

¶ Lente, adv. gemächlich, langsam. *Lente aliquid ferre*, Cic. ad Attic. 2, 13. *Lente & secure aliquid ferre*, Suet. Ner. c. 40. *Lente disputare*, Cic. Parad. 1, 3, i. e. verbis tantum, non illustribus exemplis aliquid explicare. *Lentius agere*, Hirtius de Bell. Alexand. c. 71. *Lentius subsequi*, Cæsar B. Civ. 2, 40. Et Seneca Quæst. Nat. 7, 29 *Stella Saturni iter suum lentissime efficit.* Colum. 2, 15 *Optimum stercus, quod asinus facit, quoniam id animal lentissime mandit, ideoque facilius concoquit.* ¶ 2. *Festina lente*, eile mit weile, σπεῦδε βραδέως. Augusti & Vespasiani symbolum, vel, ἀεὶ σπεῦδε βραδέως, *Semper festina lente.* Et, *Lente agere*, hoc est, segniter & remisse, langsam und mit guter musse, Liv. 1, 10.

¶ Lentĭtia, *æ*, f. mollitia, flexibilitas, die zachheit. Plin. 20, 7 *Lentitia pituitæ*, zacher schleim. Id. 16, 37 *Virga fequacis ad vinituram lentitiæ*, zache dreh-weiden.

¶ Lentities, *ēi*, f. idem. Virg. in Ætna v. 542 *Lentities plumbi.*

¶ Lentĭtūdo, *ĭnis*, f. tarditas, die langsamkeit, gelindigkeit. Cic. Tusc. 4, 19 *Quam lenitatem nos dicimus, vitioso lentitudinis nomine appellant.* Vitium illud, quod ἀναλγησία Græcis dicitur. Vide Casaub. ad illud Suetonii Tib. c. 57 *Sæva ac lenta natura ne in puero quidem latuit*; item quæ diximus in *Lentus* n. 4.

¶ Lentor, *ōris*, m. aliud subst. humorem significat tenacem, & glutinosum, klebrige feuchtigkeit, schleim; ut, *Lentor resinosus*, Plinius 9, 36.

¶ Lento, *are*, biegen, lang dehnen, zerren, strecken. Virg. Æn. 3, 384 *Ante & Trinacriâ lentandus remus in unda est:* hoc est, aut lente, aut diu ducendus. Aut *lentare remum* simpliciter navigare est, quia remi agitando, & bibenda aqua inflectuntur & lentiores redduntur. vide Turneb. Adverſ. 4, 22, & Scal. ad Catullum. Et Silius 8, 11 *Lentando fervida bella Dictator.* v. Drakenb. Et Statius Achill. 1, 436 *Arcus lentare*, i. e. incurvando flectere.

¶ Lentātus, *a, um*, gedehnet, ausgestreckt. Treb. Pollio in Claudio c. 6 *Videntur fata Romana boni principis occupatione lentata*, i. e. tardata. Dicitur etiam esse Manilii 3 p. 80.

¶ Lenteo, *ēre*, esse lentum, molle ac tenerum, zerricht seyn. Sic apud Diomedem *Lentat opus*, dixit Lucilius, es geht langsam. Visarius est

¶ Lentesco, *ĕre*, lentum fieri, weich und klebricht werden, sich zerren lassen. Virg. Georg. 2, 250 *Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo.* Et Colum. 2, 11 extr. *Aqua maceratur, dum lentescat.* De legumine quodam loquitur. Tac. Germ 45, 10 de Succino: *Mox in picem resinamve lentescit.* Ovid. Art. Am. 2, 357 *Lentescunt tempore curæ*, i. e. leniuntur.

¶ Lentĭpes, *ĕdis*, tardus pedibus, langsam von schritten. Ausonius epist. 21, 40 *Spondeus ille lentipes ibat comes.*

¶ Elentesco, *ere*, weich werden, sich erweichen lassen. Cæl. Aurel. Acut. 2, 18, 108 *Vt quæ densitatis posita elentescat.*

¶ Relentesco, *ĕre*, rursus lentescere, wieder zergehen. Ovid. Amor. 1, 8, 76 *Neve relentescat sæpe repulsus amor.*

Lenullus, Lenunculus, vide *Leno.*

Lenuncularii, vide *Lenis* subst.

LEO, *leōnis*, m. λέων, *fulvus, jubatus, magnanimus leo*, ein löwe. Plin. 8, 16 *Leoni præcipua generositas tunc, cum colla armosque vestiunt jubæ.* Cybelæ sacer erat, & Vulcano etiam ob vim igneam. ¶ 2. *Leonem ex unguibus æstimare*, an den federn sehen, was es vor ein vogel sey. Est ex minimis de summis aut toto judicare. vide Chiliad. Et ibidem: *Mortuo leoni vel lepores insultant.* Νεκρῷ σώματι λέοντος ἐμβρίθειαι λαγωοί. Ovid. Trist. 3, 5, 33 *Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni: Pugna suum finem, cum jacet hostis, habet.* conf. Plinius l. c. Prov. *In pace leones, in prælio cervi*, Tertull. de Coron. Mil. c. 1. *In prætoriis leones, in castris lepores*, Sidon. 5 epist. 7. ¶ 3. *Leo* inter signa cœlestia a lunone relatus apud Ampelium c. 12 de Signis. & Horat. 1 epist. 10, 16. ¶ 4. Est & *Leo marinus*, piscis ex cancrorum genere, Plin. 32, 11. ¶ 5. *Leonum simulacra* in heroum sepulcris statui solita, vetus Scholiastes Horatii ad epod. 16, 14 observat. Quam in rem ibidem Torrentius Ptolemæi Hephæstionis locum notat: addens, tales leones in sepulcris tota Italia passim conspici. Sed in Germania quoque sepulcra ejusmodi videre licet, ut pedibus, prostratis infra leonibus, insistere videantur. Quod & antiquitus obtinuisse, videtur suadere Æsopi fab. 223, quæ ita habet: *Leo & homo faciebant iter una. Qui cum contenderent, uter fortior esset, offendunt columnas, in quibus leones hominibus subjectos licebat videre. Quod cum pro se allegaret homo; respondit leo: si scirent leones fingere talia, homines leonibus subjectos intueveris.*

¶ Leæna, *æ*, f. λέαινα, eine löwin. Virg. ecl. 2, 63 *Torva leæna lupum sequitur, &c.* ¶ 2. *Leænæ* nomine Athenis appellata & meretrix fuit, quæ Harmodium & Aristogitonem tyrannicidas torta non indicavit, statua ob id animalis cognominis elingui honorata. v. Plin. 7, 23 & 33, 8 s. 19. Meminit etiam Lactantius 1, 20.

¶ Lea, *æ*, f. eadem quæ *Leæna.* Isidorus 12, 2 latinum quidem, sed poëticum esse ait. Vsurparunt Lucret. 5, 1317; Ovid. Met. 9, 647; & Fast. 2, 88; & Val. Flacc. 3, 736. ¶ 2. *Lea* etiam brassicæ genus, Plin. 20, 9.

¶ Lĕōnīnus, *a, um*, löwen-; ut, *Leonina species*, Varro de R. R. 2, 9. Plaut. Men. 1, 2, 49 *Leoninum cavum. Adeps leoninus*, Plin. 24, 17. Prov. dicitur *Leonina societas*, ubi alius damnum tantum, alter lucrum sentit. v. L. 29 § 2 Dig. pro Socio. Huc pertinet fabula Æsopica apud Phædrum 1, 5. Et *Leonina pellis*: vide *Vulpes. Leonini versus* qui sint, vide apud Scalig. Poët. 2, 29.

LEOCHĂRES, *is*, m. sculptor eximius, Plin. 36, 5.

LEOCŌRION, *i*, n. delubrum Athenis, honoris caussa exstructum, cum Leos filias puellas, quas κόρας Græci vocant, immolandas exhibuisset, ut sic ex oraculi responso annonæ caritas tolleretur. Meminit Strabo, Thucydides, Cicero de N. D. 3, 19, Demosthenes, Suidas, Cælius A. L. 13, 7.

Leocozumus, vide *Leucozomus.*

LEŌNĪDES vel Leonida, *æ*, m. nobilis Spartanus & rex Lacedæmoniorum, de quo Nepos 2, 3, 1, Iustin. 2, 11, 2, Gell. 3, 7 & alii. ¶ 2. Alius Alexandri pædagogus. vid. Quintil. 1, 1, ubi vid. Burm. p. 14 & Plin. 12, 15.

Leonīnus, *a, um*, vide supra *Leo.*

LEONTĬCE, *es*, f. λεοντική, herba Plinio 25, 11, & Dioscoridi 4, 18, eadem quæ & *Cacalia* a Plinio dicitur, nascitur in Alpibus Apennini, folio tussilaginis, sed majore aversa parte candidiore, &c. wilder fümmel. vide & *Cacalia*, ejusque descriptionem integram apud Matthiol.

LEONTIOS, *i*, gemma a leonis pelle sic dicta Plinio 37, 11.

LEONTIVM, *i*, f. meretrix, Epicuri amica: cujus Plutarchus meminit libello, *An recte dictum sit, latenter esse vivendum.* Item M. Tull. N. Deor. 1, 33 *Sed meretricula etiam Leontium contra Theophrastum scribere ausa est, scito illa quidem sermone, & Attico.* Theon etiam Progymn. c. de laudatione: *Animum ad philosophiam applicasse* scribit. ¶ 2. *Leontium* Ptolemæo, urbs Siciliæ mediterranea, alias communi cum civibus nomine *Leontini* pluraliter appellata. vid. Cic. Verr. 3, 46, ubi & *Leontina civitas* vocatur. Nam

¶ Leontinus, *a, um*, possessivum est; ut, *Ager Leontinus*, Cic. ibidem & de Divinat. 1, 33.

LEONTIVS, *i*, m. nobilis statuarius, de cujus operibus Plin. 34, 8. ¶ 2. *Leontius* Athenensis philosophus, qui ex arte sua cognoverat splendidam filiæ fortunam, quæ Theodosii II Imp. uxor facta est. vid. Zonar. & supra *Eudoxia* in *Doxa* n. 3.

LEONTŌCĂRON, *i*, n. λεοντόκαρον, herba polium, Apul. de Herb. c. 57.

LEONTOPĔTĂLON, *i*, n. λεοντοπέταλον, herba, Plinio 27, 9, & Dioscoridi 3, 96, löwentapp, löwentatsche.

LEONTOPHŌNOS, *i*, m. λεοντοφόνος, vermiculus, iis in locis nascens, ubi leo ignitur, quem vero si gustet leo, extinguitur, Plin. 8, 38.

LEONTOPŎDIVM, *i*, n. λεοντοπόδιον, herba, Plinio 22, 8, & Dioscoridi lib. 4. Sed ut incognita, ita nec magni usus, cum ea alligata ad amatoria tantum usa fuerit antiquitas. Matthiol. Cordus.

LEONTOSPERMON, *i*, n. eadem herba Apul. de Herb. c. 7.

LEOPARDVS, *i*, m. λεοπάρδαλις, animal ex *Pardo* & *Læna* natum; valde iracundum, simile est leoni capite, & membrorum forma, minus tamen, ein leopard. vide *Panther*, & Plin. 8, 16.

LĔPAS, *ădis*, f. conchæ genus, Plaut. Rud. 2, 1, 8; & Cas. 2, 8, 57.

LEPIDIVM, *i*, n. λεπίδιον, herba, quæ & *Iberis* & vulgo *piperitis* dicitur, wilde kreß. vide *Iberis*, & Plin. 19, 8; Colum. 11, 3; Dioſc. 2, 167 & 205. Matthiol. ex Democrate: *Herba has ubique multaque*

frequens nascitur, Monumenta juxta antiqua murosque veteres, Tritaque quondam publice pedibus vias, Semper viresscent folia habet nasturtii, &c. Descriptio etiam poëtica est apud Colum. 10, 125 seq.

LEPIDOTES, *æ*, m. λεπιδωτὴς, gemma, quæ squamas piscium imitatur, Plin. 37, 10.

LĔPĬDUS, *a, um*, adj. quod a λεπὶς, *lamina*, seu *squama* Donatus format, elegans, venustus, jocosus, salsus, manierlich, fein, artig. *Puer lepidus ac delicatus*, Cic. Catil. 2, 10. Sic Horat. Art. Poët. v. 273 *Lepidum dictum*. Plaut. Mil. 3, 1 *Procreare liberos, lepidum est onus*. Pe. *Hercle vero liberum esse, id multo est lepidius. Lepidiora carmina*, Apul. Apol. p. 280. *Lepidissima conjux*, Catull. 79, 1.

¶ Lepidus, *i*, m. cognomen apud Romanos, quo quatuor inprimis nobiles, de quibus Rutilius Numatianus Itinerario, cujus versus illustrat declaratque Lipsius ad 14 Annalium Taciti p. 369. *In Lepidorum gente tres obducto membrana oculo geniti*, Plin. 7, 12. ¶ 2. *M. Lepidi*, Cons. Romanes gestas & bellum, quod cœpit, civile describit Florus 3, 23, 1, Plutarch. Pompejo, Appian. l. 1; Val. Max. 2, 8, 5; & Suet. Cæs. c. 3.

¶ Lĕpĭde, adv. artig. *Lepide ludere*, Cic. de Orat 3, 43. Compar. Plaut. Mil. 3, 3, 52. Superl. *Lepidissime*, ibid. v. 66. Plauto cumprimis familiare, qui etiam inde diminutivum fecit

¶ Lepidŭlus, *a, um*, diminut. Mart. Capella 6 p. 235 *Infacetus & impur lepidulis*. Id. 8, 272 *Satyræ lepidulæ*.

¶ Lepidŭle, idem; Plaut. Pseud. 1, 5, 115 *Lepidule aliquem circumducere*.

¶ Lepor, *ōris*, m. festivitas, elegantia, dicitur de verbis, lieblichkeit, zierlichkeit, höflicher scherz. Cognatum cum *Lepidus*, & ejusdem originis. Vossius Etym. p. 285 dubitanter: *Lepidus creditur esse a* LEPORE. *Lepor* autem a *Lepus* erit, si Prisciano credimus lib. 4. Aliis argute *Lepor* quasi λῶον ἔπος, *dictum politum ac suave*. *Lepor* est fane verborum plerumque, & καλλιέπια in Onomastico exponitur. *Lepor admirabilis dicendi*, Cic. Acad. Q. 4, 6. *Lepore ac venustate affluere*, Id. Verr. 6, 57. Et Plin. 17, 1 *Facceto lepore solers*. Sic, *Lepor nativus*, id est, suavitas linguæ naturalis. Nepos 25, 4, 1. Lucret. 4, 1126 *Medio de fonte leporum, Surgit amari aliquid, quod in ipsis floribus angat*. Cic. etiam corpori humano *leporem* tribuit, de Off. 1, 28. *Pulchritudo corporis delectat hoc ipso, quod inter se omnes partes, cum quodam lepore consentiant*. ¶ 2. Scribitur & *Lepos*. *Lepos facetiæque & eruditio*, Cic. de Orat. 1, 5.

¶ Illepĭdus, *a, um*, sine gratia, ungeschickt, unartig, nicht fein. Gell. 13, 23 *Illepida geminatio*. Cic. de N. D. 3, 29 *Parens avarus, illepidus, &c.*

¶ Illepide, adv. idem. *Non illepide existimatur*, Plin. 8, 51. *Non illepide fictum*, Gell. 12, 34.

¶ Perlepĭdus, *a, um*, sehr artig. Plaut. Pseud. 2, 4, 53 *Euge perlepide Charine*.

¶ Perlepide, adv. sehr artig. Plaut. Cas. 5, 2, 47 *Perlepide narrat*.

LĔPIS, *ĭdis*, f. λεπὶς, squama æris, Plin. 34, 11; Cels. 8, 3; Scrib. Largus compos. 133.

LĔPISTA, sive Lepesta, *æ*, f. vasis aquarii genus, ein wasserfaß. vid. Nonium 15, 21. Scalig ad Varron. item ad Festum, & Vossium inprimis in Etymologico p. 285. Gloss. Philox. *Lepista, ἄδως χυτρεῖς*.

LĔPONTII, *orum*, m. pl. Germaniæ populi, in Alpibus Rhæticis, Salassiis vicini, apud quos Rhenus oritur, ut testatur Cæsar B. Gall. 4, 10. conf. Plin. 3, 20. Hinc

¶ Lepontĭcus, *a, um*, adject. Silius 4, 235 *Occidis & tristi pugnans Lepontice fato*.

Lepor, vide *Lepidus*, Leporarium, leporinus, *Lepus*.

LEPRA, *æ*, f. λέπρα, elephantialis, der aussatz, *malam scabiem* vocat Horatius Art. poët. v. 453. Nascitur ex corruptione humorum, & membrorum eorum, quæ humoribus nutriuntur. Lepram & elephantiasin eadem esse, negat Beza in Matth. c. 8, 2. vide ibi & Casaubon. & conf. Scrib. Larg. comp. 250.

¶ Lepr**ōsus**, *a, um*, aussätzig. Gloss. Vet. *Leprosus*, λεπρὸς, ein aussätziger. Ecclesiasticis usitatior vox, quam cæteris, vid. Tertull. Apol. c. 21; & de Carne Christi c. 4. Sedulius lib. 4 de Leprof. Luc. c. 17 *Decem maculosa gerentes Leprosi portenta viri*. Adjectivum autem est, &, si absolute ponitur, *vir, homo*, aut simile subauditur, uti ex Sedulio jam patuit. Prudentius passione S. Laurentii v. 285 *Peccante nil qui terrias: Nil tam leprosum aut putidum*.

¶ Colleprosus, *a, um*. Sidon. 6 epist. 1 *Colleprosi mei conditio*.

LEPTOCARYON, *i*, n. λεπτοκάρυον, nux avellana, eine haselnuß, Dioscor. 1, 146.

LEPTŌMĔRĬCUS, *a, um*, λεπτομερικὸς, das klein und subtil macht. Th. Prisician. de Diæta c. 10. *Acori radix virtutem habet leptomericam. Leptomeres* in neut. vide ibid. l. c.

LEPTON, *i*, n. λεπτὸν, cognomen centaurei, a tenuitate sic dicti, klein tausendkraut, Plin. 25, 6.

LEPTOPHYLLON, *i*, n. λεπτόφυλλον, quædam tithymalli species, a tenuitate foliorum sic dicta, eine art wolfsmilch, Plin. 26, 8. Et adject. *Tithymalli leptophylli*, Apul. de Herb. c. 12.

LEPTIDOPHOS, *i*, m. alii legunt *Leucophthos*, de quo infra.

LEPTOGRAGES, *um*, f. pl. λεπτόγραγες, uvæ acinos minutos habentes, kleine trauben, corinthen, Plin. 14, 1.

LEPTUNTICUS, *a, um*, λεπτυντικὸς, i. e. attenuatorius, mindernd. Th. Prisician. de Diæta c. 10 *Ceparum virtus leptyntica*.

LĔPUS, *ŏris*, m. animal notum, quod λέπορα, vocabulo antiquo, Æoles dixerunt, ein hase, vel quasi *levipes*, a celeritate pedum, quod indicat Quint. 1, 6 p. 82. Ter. Eun. 3, 1, 36 *Lepus tute es & pulpamentum quæris*, was du selbst hast, suchest du bey einem andern. vide *Pulpa*. Ovid. A. A. 2, 662 *Et lepus hic aliis cogitandus erit*, i. e. alii præripient commoda tua. Horat. 1 sat. 4, 44 *Tircumli leporis sapiens sectabitur armos*. Mart. 13 ep. 92 *Inter aves turdus, si quis me judice certet, Inter quadrupedes gloria prima lepus*. ¶ 2. *Duos insequens lepores, neutrum capit*, wer zu viel haben will, erlanget nichts; dictum est de negotiis suscepti urgendis, non distrahendis. Prov. *Lepus apparens inauspicatum facit iter*, es ist ein böses zeichen ꝛc. *Φανὲς λαγωὸς δυσηχὲς ποιεῖ τείβος*. vid. Chiliad. Antiqua fabula est, septem diebus pulchros fore, qui comedissent leporem. Mart. 5 epigr. 30 *Si quando leporem mittis mihi, Gellia, dicis: Septem formosus, Marce, diebus eris, &c.* Lampridius in Alex. Severo c. 38 *Et quoniam de lepusculis facta est mentio, quod ille leporem quotidie haberet, jocus poëticus emersit, idcirco, quod multi septem diebus pulchros esse dicunt eos, qui leporem comederint*. vide ibi plura. *Leporum nivearum* fit mentio apud Calpurnium eclog. 7, 58. ¶ 3. *Lepus marinus*, piscis, qui Græcis & Latinis alius est, quam Germanis, venenatus nimirum, ein giftiger meer-haase, ein tuttel-fisch. Sed *Lepus marinus* Germanorum, ein see-haase, Conradus Gesnerus. ¶ 4. *Lepus* signum cæleste, Colum. 11, 2.

¶ Lĕpuscŭlus, *i*, m. diminut. Sen. epist. 124 *Par lepusculo non eris*. Visus & Cicero est de N. Deor. 1, 31 extr. & Colum. 9, 1 extr.

¶ Lĕpŏrīnus, *a, um*, vom haasen; ut, *Lac leporinum*, Varro 2, 11.

¶ Leporārium, *i*, n. λαγωτροφεῖον, ein thiergarten. Locus, in quo non lepores solum, sed & aliæ feræ pascuntur, Varrone auctore de R. R. 3, 3 & 12.

LĔRIA, *orum*, n. pl. Festo *ornamenta tunicarum aurea*, güldene borten, gallunen.

LERNA, *æ*, f. lacus in Argivorum & Mycenæorum agro, in quo poëtæ fingunt hydram illam septem capitum constitisse, quam Hercules interfecerit, quæ nihil fuit aliud, quam palus ipsa exitiosas aquas evomens, cujus fontes Hercules igne occlusit: aut arx munitissimæ regis Lerni, quam Hercules expugnavit. ¶ 2. *Lerna malorum*, λέρνα κακῶν, de maiis plurimis in unum locum congestis, ein haufen übels; item de homine, orbi turpitudinis genere contaminato. vide Chiliad.

¶ Lernæus, *a, um*, adject. ut, *Hydra lernæa*, quæ septem capitum erat, passim apud poëtas: v. g. Lucretius 5, 26 *Quid Lernæaque pestis, Hydra venenatis posset vallata colubris. Lernæi alumni*, Græci dicuntur apud Statium Theb. 4, 638.

¶ Lernifer, *a, um*, idem; ut, *Lerniferum venenum*, quod ex Ovidii Heroid. 9, 141 afferunt, docto antidoto infirmat Heinsius, legens *letifero Eveno*.

Lesbiacus, Lesbides, Lesbius, vide *Lesbos*.

LESBONACTES, *æ*, m. Λεσβωνάκτης, græcus auctor, cujus orationes aliquot in opere magno orationum græcarum edidit Aldus. Ex Protreptico ejus adducunt illud: *Λοιπὴν πᾶσαν ἀν ἐυρῆς ἀντὴν ἐπιδιδοῦσαν, ὅτι μεγίστην τιμὴν ἔχει σὺν θεοῖς καὶ ἐπαίνοις*. Hoc est, *Virtutem maxime invenias cultam & proficientem, ubi maxime honoratur laudibus & præmiis*.

LESBOS, *i*, f. Λέσβος, insula in Ægæo, Æoliæ Asiaticæ propinqua, cui etiam annumerata fere fuit. Metropolis in ea fuit Mitylene, & aliæ urbes insignes. v. Geograph. & Horat. 1 epist. 11, 1.

¶ Lesbius, *a, um*, adject. ut, *Lesbia vina*, Horat. epod. 9, 34. *Lesbium plectrum*, Idem 1 oda 26, 11.

¶ Lesbŏus, *a, um*, idem; ut, *Lesboum barbiton*, Horat. 1 od. 1, 34, in quibus *Lesbous* optimum poëseos Lyricæ significat, propter Lesbios Alcæum & Sappho, Lyrico carmine excellentes. conf. Hor. 1 od. 32, 5.

¶ Lesbiăcus, *a, um*, idem. Sidon. 9 epist. 13 *Iuncto Lesbiaco sive Anapæstico*.

¶ Lesbides, *um*, f. pl. puellæ, a *Lesbis*, patronym. Ovid. Heroid. 3, 36.

¶ Lesbias, *ădis*, f. gemma *Lesbi patriæ nomen habens*, Plin. 37, 10.

LESCHE, *es*, f. Pausania in Phocicis auctore, appellatus Delphis locus est juxta fontem Cassotidem, quod eo convenientes feria & joca inter se conferebant, ein tröstch oder plauder-marckt. vide Erasm. in Adag.

LESCHES, *is*, antiquissimus, τῶν κυπρίων f. parvæ Iliadis, auctor. vid. Salm. exercit. Plin. p. 598 seq.

LESSUS, *ūs*, *ui*, m. ejulatio lugubris, seu lamentatio, ein klag-geschrey, todten-klage. Visus est eo Plautus Truc. 4, 2, 10 *Lamentando lessum facere*. Et Cic. de Legib. 2, 23. Antiqui pro *Lessu Lausum* dicebant, quo usus est Varro: cujus locum lege infra in *Silicernium*.

LESTRYGŌNES, *um*, m. pl. Λεστρυγονες, populi in Italia, quos Homerus scribit socios Ulyssis verubus transfixos atque igni assos comedisse. Fuerunt autem latrones, dicti ἀπὸ τῆς λαιστρύας, *a latrocinio*. Juvenal. 15, 18 *Fingentem immanes Lestrygonas, atque Cyclopas*.

¶ Lestrygŏnius, *a, um*, adject. *Lestrygonii Bacchus in amphora*, Horat. 3 oda 16, 34.

LESURA, *æ*, die leser, fl. in Mosellam influens. vid. Scal. Auson. Lect. 1, 2 pr.

Letare, lethalis, &c. vide *Lethum*.

LĒTHARGUS, *i*, m. λήθαργος, latine *torpor*, inexpugnabilis pæne somni necessitas, ut Celsus describit 3, 20 pr. die schlafsucht. Horat. 2 sat. 3, 145 *Lethargo grandi oppressus*. Adde Lucret. 3, 438; & Plin. 32, 10.

¶ Lethargia, *æ*, f. λήθαργία, idem apud Plin. 24, 9.

¶ Lethargicus, *a, um*, lethargo laborans, schlafsüchtig; ut, *Morbus lethargicus*, Plin. 20, 4, & Horat. d. l. versu 30 *Lethargicus hic*.

LĒTHE, *es*, f. Λήθη, fluvius apud inferos, oblivionem omnium rerum inducens; λήθη enim *oblivio* est. ¶ 2. Fluvius tamen ejusdem nominis Africæ quoque est, Berenicen urbem alluens, *Infernis, ut fama, trahens oblivia venis*, quemadmodum Lucanus scripsit 9, 355. ¶ 3. *Lethen* etiam Græci papaver appellant, μοθη, Apul. de Herb. c. 53.

¶ Lethæus, *a, um*, adj. ut, *Amnis Lethæus*, Virg. Æn. 6, 705. *Lethæa papaveru*, Id. Georg. 4, 545.

LĒTHUM, vel Letum, *i*, n. (utroque enim modo scribitur,) mors, a λήθη, ut Varro putat, der tod. Sed Priscianus a supino verbi *Leo, Letum* deducit, quia *it*, sive delet omnia. Prisciani opinionem verisimiliorem: Varronis acutiorem censet Scalig. in Conjectan. *Leto interire*, Cic. de Divin. 1, 26 *Leto aliquem dare*, Ovid. Her. 2, 147. Phæd. 1, 22, 9: 3, 16, 19. *Leto affici*, Nepos in Regibus c. 3 de eo, qui prœlio ceciderat. Horat. 2 sat. 6, 94 *Nec ulla est Aut magno, aut parvo leti fuga, &c.* Pers. 5, 153 *Vivè memor leti, fugit hora, hoc quod loquor, inde est*. Com. Gallus, vel quisquis sub hoc nomine latet,

eleg. 6, 5 *Omnibus est eadem leti via, non tamen unus Tyli vitæ cunctis exitiique modus.* Stat. Theb. 9, 280 *Mille modis leti miseros mors una fatigat.* Convenientius poëtis, quam oratoribus, est vocabulum. vid. Buchn. de Commut. rat. dicend. p. 231. Cicero raro habet, ut de Leg. 2, 9.

¶ Lĕthalis, vel Letalis, *e*, tödtlich; ut, *Letale vulnus*, Virg. Æneid. 11, 759. Plin. 11 c. ult. *Letalis inedia.*

¶ Letale, adv. Stat. Theb. 12, ... *Iam letale furens.*

¶ Lethaliter, adv. idem, Plin. 11, 37.

¶ Letabilis, *e*, idem. Ammian. 19, 4 *Luces volueri velocitate letabilis.*

¶ Lethĭfer vel Letĭfer, *a, um*, idem; ut, *Arcus letifer*, hoc est, mortem præsentem inferens, Virgil. Æneid. 10, 169. *Letifer morbus*, Colum. 7, 12. *Letifer annus*, die peſtzeit, Virgil. Æn. 3, 139. Et Ovid. Fast. 1, 123 *Sanguine letifero totus misscbitur orbis.*

¶ Lethĭficus, *a, um*, idem. Stat. Theb. 8, 2 *Lethificæ domus*; al. *Lethiferæ.*

¶ Letho vel Lēto, *are*, i. e. interficere, letho dare, tödten. Virgilius in Culice v. 322 *Rursus acerba fremunt, Paris hunc quod letat, &c.*

¶ Letatus, *a, um*, trucidatus, getödtet, ermordet. Ovid. Met. 3, 55 *Vt nemus intravit, letataque corpora vidit.*

¶ Lethūla, *æ*, f. λήθαια a λήθω, vel λανθάνω *lateo*; ita papaver dicitur ſoporiferum, mohn, Apul. de Herb. c. 53.

Levamen, levamentum, levatio, &c. vide *Levo, are.*

LEVCA, *æ*, f. ſpatium, quo Galli terras ſive itinera metiebantur, quale apud Perſas *Parasanga*; apud Romanos *Milliarium* dicebatur, eine meile. Id. mille & quingentorum paſſuum erat, ut in Gloſſario ſcribit Papias, & Pet. Pithœus Adverſ. 1, 13 obſervat. Id clariſſimis verbis confirmat quoque Ammianus 16, 23; *A loco*, inquit, *unde Romana promota sunt signa, ad usque vallum barbaricum, quarta leuca signabatur & decima, id est, unum & viginti millia passuum.* Barthius putat, *Leucam* perperam ſcribi, & *Leuvam* potius dicendam, Nithardi auctoritate maxime adductus, quem vide ad Rutilii 2, 8. Sed rectius videtur *Leuca*, ut præclare Voſſius obſervat, quem vide de Vitiis Sermonis 3, 19. Valeſius d. l. Ammiani p. 140 *Leuga* ſcripſit. conf. Zimmermanni Analect. Miſc. Menſ. 10 p. 514 & Burm. ad Rutil. l. c. ¶ 2. *Leuca* gemma, Plin. 37, 10. Sed Harduinus legit *Leucogæa.*

LEVCĂCANTHA, *æ*, f. λευκάκανθα, *ſpina alba*, a qua tamen leucacantham differre, Matthiolus oſtendit, weiſſe garten-diſteln. vide Dioſcor. 3, 20; & Plin. 22, 16; conf. 21, 31; & 27, 12.

LEVCĂCHĀTES, *æ*, f. λευκαχάτης, Achatis gemmæ ſpecies, Plin. 37, 10.

Leucadia, Leucadius, vide mox in *Leucas.*

LEVCAETHIŎPES, *um*, m. pl. populi in Africa habitantes cum Libyægyptiis. vid. Plin. 5, 7.

LEVCANTHĔMIS, *idis*, f. & Leucanthĕmum, *i*, n. λευκάνθεμις, idem quod *Anthemis*, camillen-blumen. vide *Anthemis*, & Plin. 22, 21; & 27, 12; Dioſc. 3, 146.

LEVCANTHES, *is*, f. ita alii *Parthenium* vocant, Plin. 21, 30, frottendill.

LEVCANTHVS, *i*, m. λεύκανθος; herba, quæ & *pulegium* vel *Oenanthe*, poley oder rother ſteinbrech. Apul. de Herb. c. 92; Dioſc. 3, 126.

LEVCARGILLION, *i*, n. λευκαργίλλιον, candida argilla, weiſſer thon, Plin. 17, 7.

LEVCAS, *ădis*, f. inſula Ionii maris, Λευκάς, olim peninſula, (hodie S. Maura dicta:) Item, oppidum ejusdem inſulæ. vid. Liv. 33, 17; Ovid. Met. 15, 289. Lucan. 1, 43; &c. De ſaltu a petra, quæ inibi eſt, quo finiri amores credebantur, unde & Sappho deſiliit, v. Ovid. Her. 15, 164 ſqq. & quos laudat Burm. ad v. 171. Strabonem lib. 10. Servium in Virg. ecl. 9, 57. Voſſ. ad Catull. c. 67. Wolf. ad fragmenta Sapphus, p. 220 ſeqq. Copioſiſſime de ea re agit Ptolemæus Hephæſtion apud Phot. Cod. 190 p. 253 ſeq. ed. Hœſch. Athen. 14, 3, unde ſua habet Scalig. Lect. Auſon. 2, 18 p. 138. Statius Epicedio Patris 5 Silv. 3, 154 *Saltusque ingressa viriles Non formidatâ temeravit Leucade Sappho.* ¶ 2. *Leucas*, herba, gamanderlein, Plin. 27, 11, Dioſc. 3, 104.

¶ Leucădia, *æ*, f. eadem inſula quæ *Leucas* contra Ambracium ſinum, olim *Neritis*. - Pomp. Mela 2, 7, & Plin. 4, 1.

¶ Leucădius, *a, um*, poſſeſſivum eſt. Liv. 33, 17 *Eos acie in foro instructa aliquamdiu Leucadii sustinuerunt*; id eſt, incolæ urbis Leucadis, cives. Et Ovid. Triſt. 3, 1, 42 *An quia Leucadio semper amata Deo:* hoc eſt, Apollini, cujus fanum ibidem erat.

LEVCASPIS, *is*, m. Æneæ ſocius, qui tempeſtate in mari obrutus periit. Virgil. Æneid. 6, 334 *Leucaspim, & Lyciæ ductorem classis Orontem.*

¶ Leucaſpis, *ĭdis*, c. adjective λευκάσπις, *candido scuto usus*, der ein weiß ſchild trägt. Liv. 44, 41 *Legionem ducere adversus leucaspidem phalangem jussus.*

LEVCĀTES, *æ*, f. Λευκάτης, promontorium in Epiro, dictum a ſaxis candidis in pelagus projectis, in quibus fanum Apollinis. v. Strabo lib. 10. Virg. Æn. 3, 274; & Æn. 8, 677. Silius 15, 302. Et inde amore captos ſe præcipitaſſe, patet ex Auſon. Edyll. 6, 24. vide dicta in *Leucas.*

LEVCE, *es*, f. Λεύκη, oppidum in finibus Ioniæ, Plin. 5, 29. ¶ 2. Inſula Ponti ante Boryſthenem Achillea cognomine, quia ibi Achilles ſepultus, Pomp. Mela 2, 7; & Plin. 4, 13. ¶ 3. *Leuce* herba a colore albo ſic dicta, weiſſer pappel, Plin. 19, 5. ¶ 4. Lapis Mercuriali ſimilis, ibid. 27, 11.

¶ Leuceoron, *i*, n. herba eadem, quæ & *Leontopodion*, de qua ſupra. vid. Plin. 26, 8; Apul. de Herb. c. 7.

LEVCĬPPVS, *i*, m. Philoſophus, qui omnia ex pleno & inani, & ex atomis conſtare dixit: Cic. Acad. 4, 37, & de N. D. 1, 24. ¶ 2. Alius Leucippus, a quo

¶ Leucippis, *idos*, f. Phœbes epitheton, cjus quam Caſtor amabat, apud Prop. 1, 2, 15. *Geminas Leucippidas* rapuere Caſtor & Pollux apud Ovid. Her. 16, 327 & A. A. 1, 679.

LEVCISCVS, *i*, m. λευκίσκος, piſcis e mugilum genere, ein weißfiſch, apud Galenum.

LEVCOCHRĪVS, *a, um*, λευκόχροος, albus candicans, weißlicht; ut, *Mustum Leucochrium*, Plin. 14, 8; alii legunt *leucochroum.*

LEVCOCHRŸSVS, *i*, m. λευκόχρυσος, gemma, quæ fit Chryſolitho interalbicante, Plin. 37, 9 & 10.

LEVCŎCŌMVS, *a, um*, λευκοκόμος, weißhäricht; ut, *Punica mala leucocoma*, Plin. 13, 19.

LEVCOGAEA, *æ*, f. λευκογαία, gemmæ ſpecies, Plin. 37, 10.

¶ Leucogæi, *orum*, m. pl. λευκόγαιοι, colles in Neapolitano Campanoque agro Italiæ, in quibus alumen invenitur & ſulphur; Plin. 35, 15. Et adject. *collis Leucogæus*, Id. 15, 11.

LEVCŌGRĀPHIS, *idis*, f. λευκογραφίς, lapis Ægyptiacus, a lacteo colore nominatus, Cayptiſche kreide, Dioſc. 5, 100; & Plin. 27, 11.

¶ Leucographia, *æ*, f. λευκογραφία, gemma, quæ & *Galaktites*, Plin. 37, 10.

LEVCOIVM, *i*, n. λευκόιον, nomen eſt commune apud Græcos multis violis, ut ſunt *albæ, luteæ* & *purpureæ*, gelbe violen, weiſſe violen. vide Plinium 34, 12; Colum. 9, 4; & 10, 97; Dioſc. 3, 129; & 4, 152.

LEVCŌMA, *ătis*, n. λεύκωμα, album dicitur, hoc eſt, tabula illa, in qua judicum deſcripta erant nomina, & in quam ſingulorum annorum acta referebantur a pontifice maximo. *Matricem* vel *matriculam* vulgo vocant, das rathes-buch, ſtadt buch, ſtadt-regiſter. ¶ 2. Accipitur & pro *albo ovi*, & *albugine oculorum*, das weiſſe im ey, und das weiſſe im auge.

LEVCON, *ōnis*, m. λεύκων, ardeolæ genus, ein reyher, Plin. 10, 60; & 11, 37.

LEVCŎNIVM, *i*, n. λευκόνιον, & Leuconicum, tomentum, vel lanæ genus. Martial. 11 epigr. 22 *Culcita leuconio quam viduata suo:* al. *Lingonico.*

LEVCŎNŌE, *es*, f. fœmina a candore mentis dicta, ad quam ſcripſit Horatius 1 oda 11. vide Turnebi Adv. 11, 28, & Heinſ. ad Ovid. Met. 4, 168.

LEVCŌNŌTVS, *i*, m. λευκόνοτος, ſüd-weſt-wind. Auſon. Edyll. 12, 8 p. 481 *Velivolique maris conflator Leuconotus Libs.*

LEVCOPĔTĂLVS, *i*, λευκοπέταλος, q. d. *albifolia*, ſcil. gemma, Plin. 37, 10. Harduinus legit *Leucopœcilos.*

LEVCŌPĔTRA, *æ*, f. Λευκοπέτρα, promontorium agri Rhegini vel Tarentinorum, cujus meminit Cicero Phil. 1, 3, & ad Att. 16, 6; & Plin. 3, 5. Hoc nomen reſpondet urbis in ſuperiori Saxonia nomini, Weiſſenfels.

LEVCŎPHAEVS, *a, um*, λευκόφαιος, coloris appellatio, apud Plinium 32, 10 vel fuſci vel cineritii, ſchwärzlich oder aſchenfarb; a λευκός, *albus*, & φαιός, *fuscus, pullus.* conf. Plin. 24, 12; & Vitruv. 8, 3.

¶ Leucŏphæātus, *a, um*, fuſca veſte indutus, Martial. 1, 97.

LEVCOPHLEGMATIA, *æ*, f. λευκοφλεγματία, certa hydropis ſpecies, qua tumores per totum corpus oriuntur, die waſſerſucht. v. Celſ. 3, 21.

LEVCŎPHŎRVM, *i*, n. λευκοφόρον, glutinum auri, Plin. 35, 6, & 23, 3.

LEVCOPHTHALMVS, *i*, m. λευκόφθαλμος, gemma oculi ſpeciem candidam nigramque continens, Plin. 37, 10.

LEVCŌPIS, *idis*, f. λευκῶπις, *albos oculos habens.* Ita Græci vocant artemiſiam ob albos flores, beyfuß, Apul. de Herb. c. 10.

LEVCŎRIS, *is*, vel Leucorea, *æ*, f. quibusdam eſt *Wittenberga*, urbs ad Albim ſita, Saxoniæ caput, ubi Anno 1502 celebris eſſe cœpit Academia.

LEVCŎSIA, *æ*, f. inſula maris Tyrrheni, in ſinu Pæſtano, ſic dicta a conſobrina Æneæ ibi ſepulta, ut vult Feſtus; vel a Sirenum una ibi ſubmerſa, ut Plinius indicat 2, 90. conf. Ovid. Met. 15, 708.

LEVCOSTICTOS, *i*, m. λευκόστικτος, lapis ab albis ſic dictus maculis ſeu punctis, Plin. 36, 7, marmel-ſtein mit weiſſen flecken. Harduinus legit *Leptopsephos.*

LEVCOSŸRI, *orum*, m. pl. qui nunc *Cappadoces*, ſic dicti ad differentiam fuſci coloris Syrorum. Euſtathius Schol. in Dionyſ.

LEVCŎTHĔA, *æ*, f. Λευκοθέα, *aurora*, Ino Cadmi filia. Latini *Matutam* vocant, item *Albunam*, ſive *Albuneam*, de qua ſupra, die morgen-röthe. vid. Cic. Tuſc. 1, 12, & de N. Deor. 3, 15 & 19; & Ovid. Faſt. 6, 545, & Plutarch. in Camillo p. 131. Vbi & de ſacrorum, quibus coli ſolita, ritibus habes.

LEVCŎTHŌE, *es*, f. Solis ſ. Apollinis amica, in thuris arborem commutata. vid. Ovid. Met. 4, 190 ſeq. ubi Burmannus reliquos mythographos confert. Interdum eadem eſt quæ *Leucothea.* ¶ 2. Alia regio thurifera: v. Plin. 5, 9.

LEVCOZŌMVS, *a, um*, λευκόζωμος, albo jure conditus, mit einer weiſſen brühe zugerichtet; ut, *Pullus leucozomus*, Apicius 6, 9. Aliis eſt *Leocozomus.*

LEVCRION, *i*, n. herba, cynogloſſa, hundszung, Apul. de herb. c. 96.

LEVCRŌCŬTA, *æ*, f. al. *Leocrocuta*, fera Indica perniciſſima, Plin. 8, 21; Solin. c. 55.

LEVCTRA, *æ*, f. & Leuctra, *orum*, gen. neut. Λεῦκτρα, oppidum Bœotiæ. vid. Cic. Off. 1, 8, & Tuſc. 1, 46. Hinc

¶ Leuctricus, *a, um*, ut, *Leuctrica pugna*, in qua, Epaminonda Thebanorum duce, Lacedæmonii victi ſunt, omnisque eorum fracta potentia eſt, quam nunquam poſtea recuperarunt. vide Diodor. Sicul. 15, 55 ſeq. & Nep. 15, 6. Pœna fuit ea pugna libidinum, quod in eo ipſo loco, duo adoleſcentes nobiles Spartani, Scedaſi filias vi ſtupraviſſent, diſſectasque in frusta in puteum abjeciſſent. Cujus flagitii pœna illa & oraculo denunciata antea. vide Pauſan. Facta eſt autem pugna Leuctrica initio anni ſecundi Olympiadis centeſimæ ſecundæ, die quinto Junii. Ejus iconem habes apud Ioh. Arcerium in notis ad Æliani Tactica.

LĔVENNA, *æ*, m. Sic *Homo levemna* pro *levi* dicitur a Laberio apud Gellium 16, 7, ein liederlicher menſch.

Leuga, vide paullo ante in *Leuca.*

erat tertius Iacobi filius ex Lea, Gen. c. 29. Hinc

Levites vel Levites, *a*, m. qui est ex familia Levi: Huic rerum sacrarum administratio tradita, v. Num. c. 3 & 4, cui Levit. vid. Arat. Ἐπὶ δὲ τῷ Τ. *Levitæ* græce *Diaconi*, latine ministri dicuntur. Vid. Isidor. 7, 12: Sidon. 9 epist. 2 & inprimis Hieron. T. 4 lib. 7 de Origen. Eccl. Hinc & olim Archidiaconus *Archilevita* dictus est: qualem describit Prudentius Perist. 2, 39. Adde ibid. 5, 145; item 6, 5 & 15; &c.

¶ Leviticus, *a, um*, levitisch: ut, *Census Leviticus*, *stirps Levitica*, Vulg. Int. Deut. 17, 9; Ies. 3, 3. ¶ 2. *Leviticus* subst. das dritte Buch Mosis, de Leviticum ministeriis, Isidor. 6, 2. conf. Tertull. adv. Gnost. c. 2; & adv. Marc. 4, 25.

¶ Levitonarium, *i*, n. colobium sine manicis, ein leibrock ohne ermel, Isidor. in Gloss. Idem 19, 22 vocat *Libitonarium*.

LEVIATHAN, *ānis*, m. bellua marina Iob. c. 40 & 41. Græc. & Vulg. *draco*, & *balena*. Sed *crocodilum* significari statuit Bochartus Hieroz. 2, 5, 16.

Levicomis, leviculus, levidensis, &c. vide mox in *Levis*.

LEVIR, *i*, m. mariti, vel uxoris frater, secundum Nonium 19, 5 & Festum, ein schwager, des mannes oder des weibes bruder. L. 4 Dig. de Gradibus § 6 *Viri frater Levir: is apud Græcos ἑνὸς appellatur*.

Lēvis, glatt, vide supra *Lævis*.

LĔVIS, *e*, adiect. sine pondere, leicht, gering; ut, *Levis armatura*, leichte rüstung, Nep. 14, 2, 2. *Milites levis armaturæ*, apud historicos & Ciceronem Phil. 10, 6. qui id etiam elegantер ad orationis argumenta transfulit de Divinat. 2, 10 *Hæc fecerit nubicula, quam jam levis armaturæ prima orationis excussio*. Proprie *Plumâ levior*, apud Plaut. Menæch. 2, 2, 23, leichter als eine feder. *Summas levis*, Horat. od. 2, 16. Virgil. 5, 828. Silius 7, 700. *Labor levis*, Ter. Heaut. 2, 4, 19. *Causa levis*, Id. Hec. 3, 4, 12, eine geringe ursache. Et Hec. 3, 1, 30 *Pueri inter se quam pro levibus noxiis iræ plumbeas gerunt!* Sic, *In levi habere*, id est, parum curare, Tac. Hist. 2, 21, 4, wenig achten. *Levi manu, brachio*, id est, molli. vid. Not. Varior. Quintil. p. 139 Burm. *Leviores usuræ*, sunt tolerabiles. Suet. Aug. c. 39 *Notavit aliquos, quod pecunias levioribus usuris mutuati graviori fœnore collocassent*. ¶ 2. *Homo levis*, i. e. sibi non constans, ein leichtsinniger, liederlicher mensch, Cic. ad Qu. Frat. 1, 2. Idem & *Inanis*. vide supra. *Mulieres levi sententia*, Ter. Hec. 3, 1, 32. Tac. Hist. 1, 88, 5 *Sapientibus quietis & reip. cavæ: levissimus quisque & fatuari improvidus, spe vana tumens*. Cæs. B. G. 5, 25 *Quid est levius aut turpius, quam auctore hoste de summis rebus capere consilium?* conf. Plaut. Trin. 5, 2, 47. Qui *leves* sint, & quid *levitas*, vide apud Gellium 7, 11. ¶ 3. *Levis* etiam agilem, celerem, expeditum notat, geschwind, flüchtig, rasch, hurtig. C. Nep. 11, 1, 4 *Peltam pro parma fecit, ut ad motus & concursus esset leviores*. Sic *Levem mobilitate* Lucanus dixit 4, 440. Virgil. Æn. 9, 748 *Ense levis nudo*, geschwinde mit dem degen. Idem *Messapum levem cursu*, Æneid. 12, 489 vocat. Tac. Germ. 6, 3 *Nudi aut sagulo leves*. ¶ 4. Tac. Hist. 1, 62, 5 *Lætum augurium Fabio Valenti ipso profectionis die equitis levi ictatu, pavet agmen incederet, velut dux vias prævolavit*: LEVI, id est, languido & remisso: qui contento, & in quem omni incumbitur vi, opponitur. Pichena tamen pro *levi* maluit *leni*.

¶ Levĭculus, *a, um*, dimin. gar leicht, liederlich. Cic. Tusc. 5, 36 *Leviculus noster Deos sibenes*.

¶ Leviusculus, *a, um*, idem; ut, *Versus leviusculi*, Plin. in epist.

¶ Leviter, levius, adv. gering, schwächlich, oben hin; ut, *Studia leviter attingere*, Suet. Gramm. c. 9. Et *Leviter aliquid tangere*, Cic. pro S. Rosc. c. 30; nur obenhin berühren. *Leviter adspergi*, Id. fam. 6, 6, etwas besprenget werden. Ita *leviter dicere* est submissa voce, sine clamore aut contentione, in illo Ovid. Her. 3, 80 *Et leviter dicas, hæc quoque nostra fuit*. vid. Burm. *Homo leviter eruditus*, schlecht gelehrt, M. de Orat. 3, 6. Sic, *leviter ferre*, hoc est, facile & patienter, sich eines dinges nicht groß annehmen. *Id eo levius ferendum*, Cic. Fam. 4, 3. *Levissime feram, si ferre his minus probaro*, Id. de Prov. Cons. c. 20. ¶ 2. *Levius cadere* dicuntur, quæ minus nocent, ac debilius affligunt. Cæs. B. Civ. 3, 92 *Levius quoque casura jam sperabat* (Pompejus) *in loco retentis militibus, quam si ipse immissis telis occurrisset*. Quod a militia ad alios quosque, præsertim fortunæ, casus transtulerunt. Cic. enim de Divin. 2, 10 *Addunt, insuper, omnia levius casura, rebus divinis procuratis*. ¶ 3. *Ut levissime dicam*, formula est, qua atrociatem rei mitigare nos velle, indicamus, zum wenigsten. Cic. Catil. 3, 7 *Quod si Catilina in urbe ad hanc diem remansisset, quamquam, quoad fuit, omnibus ejus consiliis obsvi atque obstiti; tamen, ut levissime dicam, dimicandum nobis cum illo fuisset*.

¶ Levitas, *ātis*, f. die leichtigkeit, flüchtigkeit. Lucret. 3, 388 *Plumæ nimia levitate cadunt gravatim*, i. e. ægre & vix cadere possunt. Id. 4, 203 & 736 *videri* vel *fluctus levitate ferri*. ¶ 2. Inconstantia, die leichtsinnigkeit, unbeständigkeit. Ei opponitur gravitas & constantia. *Levitas* enim est, cum repentino impetu & sine ratione certa, veluti vento, rapitur animus atque impellitur in aliquid. Propert. 2, 16, 22 *Udam Tarquiis levitas semper amica fuit*. Phædr. lib. 2 extr. ad particulam: *Ego non levitas mihi, Sed certa ratio causam scribendi dedit*. Cic. Off. 1, 26 *Ut adversas res, sic secundas immoderate ferre, levitatis est*, vide & Gellium laudato loco 7, 11. Sic *mollis levitas*, Perron. c. 110. *Iocari poëtica levitate*, Id. c. 117. *Levitas levis in pace*, Gallus 1, 1, 2.

Levitudo, Levigo &c. vide in *Lævis*.

¶ Levix, *icis*, *e*, mit leichten backen, Fulgent. 1 Myth.

¶ Levidensis, *e*, geringzahnicht: ut, *Vestis levidensis*, i. e. vilis, tenuis. Ita asperdata, quod raro filo sit, levi terque densata, ut Isidorus ait lib. 19, 22, ein fein und schmeichlich futtertuch. Hinc *mimus levidensis*, oratorem tamen parum elaboratum atque expolitum pro Deiotaro Cic. dixit tam 9, 12 *Manufestatum mittere volui levidensi, crassis fav.* Sed tamen est MSStor. & doctorum hominum de hoc loco contentio, ut parum certa auctoritate ea vox nitatur. v. Verburg. it. Burm. ad Ovid. am. 1, 14, 7.

¶ Levenna, *æ*, m. pro homine levi dixit Laberius apud Gellium 16, 17.

¶ Levitacio, *ēre*, gering achten. Gloss. lat. gr. *Levifecit*, ἐξεύτενισεν: Et gr. lat. κουφιζήσει ποιεῖ, *levificavit*.

¶ Levitidus, *a, um*, trevlos, der nicht glauben hält. Plaut. Perf. 2, 3, 61 *Omnes sunt hæc levitidæ*.

¶ Levipes, *ĕdis*, schnell-füßig; ut, *Lepus levipes*, Cic. in Arat. v. 121; & Varro de R. R. 3, 12.

¶ Levisomnus, *a, um*, wachsam, der einen leichten schlaf hat. Canum epitheton apud Lucretium 5, 862 *At levisomna canum fido cum pectore corda*.

¶ Allevio, *are*, verringern. Vulg. Interpr. Act. 27, 38; & Sarisb. 1, 5 *Curarum gravium pondus alleviare*. Quin & Cicero de Invent. 1, 42 *Confirmatio diluitur aut infirmatur, aut alleviatur*: al. *allevatur*.

¶ Alleviatus, *a, um*, leicht gemacht; ut, *Alleviata terra Zabulon*, Vulg. Interp. Ies. 9, 1.

¶ Perlevis, *e*, sehr gering; ut, *Perlevis momentum*, Liv. 24, 34. Sic & Cicero Agrar. 2, 29 *An ignoratis, vectigalia perlevi sæpe momento fortunæ pendere?*

¶ Perleviter, adv. sehr wenig. Cic. ad Q. frat. 2, 6 pr. *Perleviter commotus*. Et Tusc. 3, 25 extr. *Perleviter pungat animi dolor*.

Levita, Leviticus, vide in *Levi*.

LEVO, *avi, atum, are*, heben, aufheben. *Levare manum*, Quintil. 2, 12. *Levare in sublime*, emper heben, Plin. 2, 16. Hinc posteriorum seculorum scriptores, *levare in regem aliquem* pro facere, sive creare dixerunt. Receptum enim Francis, Gothis, & aliis quibusdam populis fuit, reges, seu duces suos futuros, scuto imponere, humeris levare, sive attollere, de quo ritu vide Pithœum Adv. 2, 6; & Lipsium ad Hist. Taciti 4 p. 519 & singularem Io. Dan. Koeleri disputationem. ¶ 2. Sed, *Levare aliquem onere*, est *exonerare*, Cic. fam. 3, 12, einen seiner last entledigen. Sic, *Levare ægritudine*, Id. fam. 5, 13 extr. Et, *Levare animum molestiis*, fam. 4, 4. *Levare animos religione*, Liv. 21, 62; 7, 3. *Levare dolorem alicujus*, Cic. ad Brut. ep. 9 pr. leichtern, erleichtern. *Inopiam alicujus levare*, einer armuth zu hülfe kommen, Cæs. B. Civ. 3, 48. *Suis opibus inopiam publicam levare*, Nepos 25, 2, 4, i. e. sublevare, subvenire. *Levare vitium sermonis*, Virgil. Æneid. 8, 309, den weg mit reden verkürzen. *Vincula* Id. 2 Æneid. v. 146, der bande entledigen. *Nemus fronde*, Id. Georg. 2, 420, das laub abstreiffeln. Cic. fam. 6, 6 *Levati dolorem, communis quasi legis, & humanæ conditionis recordatio*. Ovid. Met. 2, 251 *Chidem auctore levare* est æquiore animo ferre, propter eum, qui infert. Sic & ægroti dicuntur *levari*, qui liberantur morbo, quo graves antea fuerant, sive gravati. Horat. Carm. Secul. de Apolline Medico v. 63 *Qui salutat, i levat arte fessos Corporis artus*. Sic, *animum levare*, pro recreare & revocare ab ægritudine Cicero dixit ad Att. 13, 13. Similiter *levari* dicuntur, quorum necessitati consulitur, adversitas emendatur. Cic. pro Balbo c. 17 *Pop. Romanum* (Gaditani) *in certatis animis, (ut sæpe ante fecerant) frumento suppeditato levaverunt*. Iunxerunt etiam nonnulli ex antiquis scriptoribus verbum *levare* cum casu rectando, de quo v. Colv. ad Apul. Metamorph. 5 p. 70. ¶ 3. Horat. 2 epist. 2, 10 *Multa fidem promissa levant, &c.* hoc est, imminuunt, elevant, viel zusagens schmälert und mindert den glauben. ¶ 4. Est & auferre, abducere, entführen. Sidon. 7 epist. 2 *Peracta circumscriptione legitima, & fraude solemni divitem conjugem pauper ad amores &c.* LEVAT, i. e. abducit. vide ibi Savaronium. add. Gesn. ad Colum. 3, 21, 5. ¶ 5. *Levasso* pro *levaverò*; Ennius in princ. Cic. de Senect. *Si quid adjuro curamve levasso*.

¶ Levans, *tis*. Horat. 2 epist. 1, 140 *Agricolæ levantes tempore festo corpus*. Id. epod. 11, 17 *Fomenta vultus levantia. Levantes puras manus*. Vulg. Int. 1 Tim. 2, 8.

¶ Levatus, *a, um*, erhoben, geleichtert. Liv. 21, 58 *Aqua levata vento*. Horat. epod. 16, 26 *Saxa vallis levata*. Mamertin. Paneg. Iuliani c. 7 *Omnes vos, qua Danubium incolunt, adite, omnium audita decreta*, (malim *desiderio* legere,) *levati status, instauratæque fortunæ*. Gell. 17, 8 *Quæ levatiora levioraque sunt*.

¶ Levātio, *ōnis*, f. die erleichterung. Proprie Vitruvius 10, 8 *Onerum facere levationes*, die lasten erleichtern. Deinde ad animum refertur. *Ea quæ levationem habent ægritudinum*, Cic. Tusc. Quæst. 1, extr. was trostlich ist. *Ægritudini levationem reperire*, Id. de N. Deor. 1, 4.

¶ Levāmen, *ĭnis*, n. eine linderung, trost. Cic. Att. 12, 16 *Quid si effet aliquod levamen, id esse in te uno*. Virg. Æn. 3, 709 *Omnis cura casusque levamen*.

¶ Levāmentum, *i*, n. idem; ut, *Levamentum miseriarum*, Cic. de Fin. 5, 19. Id. Att. 12, 43 *Levamento esse*.

¶ Levator, *ōris*, m. qui rem aliquam levat, quam non debet, i. e. fur, fur. Petron. c. 140 *Unde plani, unde levatores viverent*.

¶ Levābilis, erleichternd. Cæl. Aurel. Acut. 3, 7 *Levabilis & possibilis motus*.

¶ Levamentārius, *i*, m. qui levat naves, der die schiffe vom lande stößt. Theod. Cod. 13, 4 *Si navicularius originalis levamentarius fuit*.

¶ Levāna, *æ*, f. dea, quæ pueris de terra levandis præest. v. Augustin. de C. D. 4, 11; Turnebi Adverf. 4, 15. Rosini Ant. Rom. 2, 19.

Composita a *Levo*:

¶ Ablevo, *are*, erleichtern. Ambrosii verbum, de quo Gronovius in Observ. Eccles. c. 1.

¶ Allevo, vel Adlevo, *are*, attollere, erheben, aufrichten. Ita, *Manu aliquem allevare*, einem aufhelfen, Curtius dixit 3, 12, 17. Floro tralate *allevari* dicuntur, qui efferuntur & superbiunt, 4, 2, 10 stolz werden. Quintil. 1, 2 *Quorum supercilia ad singulos votis conatus allevantur*. Sic, *Allevare officium*, Idem Declam. 1 pr. *Allevare dictis aliorum erumnam*, Cic. Tusc. 3, 29, mit trost lindern und leicht machen. *Onus alicujus allevare*, Id. pro Sext. c. 4.

¶ Allevātus, *a, um*, aufgerichtet, erhoben. Cic. Att. 7, 1 *De allevato*

vato corpore tuo, i. e. sanitati restituto. Flor. 4, 11, 5 *Naves turribus atque tabulatis allevare.*

¶ Allevatio, *onis*, f. die erleichterung. Cic. de Fin 1, 12 *Ut doloris diuturnitatem allevatio consoletur.*

¶ Allevāmentum, *i*, n. idem. *In adversis sine ullo remedio atque allevamento permanere*, Id. Cic. pro Sylla c. 23.

¶ Allevātor, *oris*, m. qui allevat. Tertull. adv. Marc. 4, 36 *Destructor superbiorum: allevator humilium.*

¶ Allevātīcius, *a, um*, qui se elevat. Vet. Interp. Irenæi 1, 34 *In superiora allevatitius abreptus.*

¶ Collevo, *are*, entleichten, leichter machen. Plin. 22, 1 *Mirsam collevat venes, pectur, & interanea vesicæ.*

¶ Elēvo, *are*, eſt in altum tollere, in die höhe heben. Pro hac ſignificatione ex Plauto afferunt *Cape dum lapidem hunc atque eleva.* Incerta, arbitror, fide. Certe non habent Indices & Lexica Plautina. ¶ 2. Solennibus ac certiis notæ extenuare, vel inimmutare, verkleinern, ſchmälern; ut, *Elevare præclara facta alicujus pro supervacuis*, Suet. Tib. 52. *Elevare verbis famam captæ urbis*, Liv. 20, 1 extr. *Cauſſas ſuſpicionum offenſionumque tum evitare, tum elevare, tum ferre, ſapientis eſt*, Cic. de Amic. c. 24. *Solicitudines elevare*, Id. fam. 5, 14.

¶ Elevatus, *a, um*, verkleinert. Quintil. 5, 7 *Gentium univerſarum elevata teſtimonia.*

¶ Elevatio, *ōnis*, f. exclamatio. Quintil. lib. 9 *Et illæ elevationes videlicet, ô dii boni!*

¶ Elevamentum, *i*, n. idem apud Auguſtinum.

¶ Elevator, *oris*, m. apud eundem.

¶ Prolevo, *are*, verfürzichen. Tert. de Pœnit. c. 4 *Hæc te peccatorum ſpiritus merſum prolevabit.*

¶ Superelevo, *are*, empor heben. Vulg. Int. 4 Eſdr. 16, 77 *Ne ſuperelevent ſe iniquitates veſtræ.*

¶ Relēvo, *are*, erleichtern, erquicken. Ter. Adelph. 4, 4, 11 *Illi animum nam relevabis, quæ dolore & miſeria tabeſcit*, id eſt, eniges aut fuſcitabis animum. *Relevari moleſtiis, curâ, metu*, id eſt, liberari, entledigt werden. Cic. Catil. 1, 13. Sic Ovid. Ponto 1, 3, 37 *Non eſt in medico ſemper, relevetur ut æger.*

¶ Relevātus, *a, um*, erquicket. Cic. Catil. 2, 4 *Relevata mihi & recreata reſpublica videtur.* Ovid. Triſt. 1, 10, 12 *Omnis ab hac cura mens relevata mea eſt.*

¶ Relevatio, *onis*, f. die erleichterung. Octav. Horat. 1, 9 *Capillorum relevatio.*

¶ Relevāmen, *ĭnis*, eine erledigung, entbindung. Priſcian. Perieg. *Facilis relevamine partus.*

¶ Sublēvo, *are*, erigere, aufrichten, aufhelfen. Cic. oratione antequam iret exulatum: *Quem ſinguli ſtratum atque abjectum ſublevaſtis.* Conf. ad Attic. 10, 4. Aut. ad Herenn. 4, 50. ¶ 2. Hinc & *ſublevare*, idem quod auxilium præſtare eſt, behülflich ſeyn, rettung thun. Cic. Att. 2, 18 *Hic ſtatim una omnium voce gemitur, neque ullo conjugum ſublevatur.* Id. Phil. 7, 9 *Vicinos ſuos facultatibus ſuis ſublevavit*, er hat ihnen ausgeholfen. *Sublevare inopiam alicujus*, Cæſ. B. Civ. 3, 80. conf. Nepos 4, 4, 6; & 15, 3, 4; & 25, 2, 2; Tac. An. 3, 12, 7.

¶ Sublevātus, *a, um*, unterſtützt, vertreten, überhoben. Cic. Tuſc. 4, 37 *Ab ipſo Socrate ſublevatus.* De Zopyro phyſiognomone, quem deriſerant diſcipuli Socratis.

¶ Sublevatio, *onis*, f. hülfe, Ict. in Dig.

¶ Sublevator, *oris*, m. ein helfer in der noth, apud Arnobium.

LEVSON, *i*, n. medulla in abiete, Plin. 16, 39.

LEX, *lēgis*, f. νόμος, quod ipſum a νέμω eſt, a quo lex dicitur, quod ſuum cuique tribuat, ein geſetz, gebot. A jure *legendo* dictam, indicare videtur Cic. de L. L. 2, 5. & apertius 1, 6. Alii a *ligando*, vel obligando. Stoici & Chryſippus l. de L. L. & ex eo ICt. L. 2 D. de legg. definiebant πάντων βασιλέα δεῖν τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων, i. e. *regem rerum omnium divinarum humanarumque*: quique ſit juxtim eos λόγος ὀρθὸς, προστακτικὸς μὲν τῶν ποιητέων, ἀπαγορευτικὸς δὲ τῶν μὴ ποιητέων, i. e *ratio recta juberis ea, que facienda ſunt, & prohibens non facienda*: quibus concinit illud Tullii Phil. 2, 12 *Eſt lex nihil aliud, niſi recta, & a meritate Deorum tracta ratio, imperans honeſta, prohibens contraria.* Quibus gemina legere eſt de Legg. 1, 6. & 2, 4; & 1 de N. Deor. Muretus in 1 Tuſc. Cic. p. 187 obſervat, *Legis* nomen ſex fere modis Veteribus uſurpatum: 1 Pro pacto & conditione: ut, *Ea lege exierat*, mit dem bedinge, Cic. ad Att. 2 Pro *mente divinâ* ſive *ſumma ratione in natura inſita*: 3 Cum omne *jus ſcriptum* & *non ſcriptum* ſignificat: 4 Quando tantum *jus ſcriptum* notat: 5 Cum Romæ ea demum *lex* proprie dicitur, quam Senatorius aliusve magiſtratus rogaverat: atque a *plebiſcito* diſtinguebatur. 6 Cum & *plebiſcita* ita appellarentur. Præterea *Leges* dicuntur cujuscunque etiam artis præcepta, norma, regula: ut, *leges Grammaticorum, Dialecticorum, &c.* Cic. de Orat. 3, 49 *Hanc ad legem ſermonis vobis oratio eſt*, nach dieſer vorſchrift, richtſchnur. Id. in Orat. c. 58 *Verſibus certa & definita lex eſt, quam ſequi eſt neceſſe.* ¶ 2. Jam diverſas de lege præcipuo intellectu ſumtas formulas proferemus. Cic. de Leg. 3, 3 *Ollis* (ſupremis magiſtratibus) *ſalus populi ſuprema lex eſto. Pareto legi quisque legem ſanxeris*, Auſonius de Sapientib. in Pittaco v. 5. *Lege* vel *legibus adſtringi*, Cic. *Lege alligari*, Quintil. 4, 5, durch die geſetze verpflichtet werden. Sed & *Servare legem*, apud Ciceronem fam. 2, 17 legitur. *Legem abrogare*, ein geſetz abſchaffen. Cui contrarium eſt *Rogare*. Vlpian. Tit. 1 Inſt. § 2. LEX aut ROGATVR, *id eſt, prior fertur*: aut ABROGATVR, *id eſt, tollitur*: aut DEROGATVR, *id eſt pars primæ tollitur*: aut SVBROGATVR, *id eſt, adjicitur aliquid primæ legi*: OBROGATVR, *id eſt, mutatur aliquid ex prima lege. Promulgare legem* eſt publice proponere, ut populus judicet, an *jubere* illam i. e. ratam habere, & comprobare conſultum ſit, Liv. 3, 9. Quod idem 2, 56 pr. dixerat *Rogationem ferre ad populum. Perferre legem* is dicitur, qui objectas legi ſuæ & rogationi difficultates ſuperavit. Liv. ll. cc. & 3, 11 & 34, aliisque pluribus. A modo affigendi in tabulis dicimus *Leges figere, atque refigere*, Virg. Æn. 6, 622, anſchlagen und abreiſſen. hoc eſt leges ferre & abrogare. Quem morem ſcite Plaut. fugillat Trinum. 4, 3, 32 *Ea miſeriæ ad parietem ſunt fixæ clavis ferreis, ubi malos mores affigi, nimio fuerat æquius.* Cicero: *Legibus ſolvere aliquem*, mit einem diſpenſiren. Adde Suet. Cæſ. c. 18. *Legibus ſit judicium de &c.* Nepos 19, 3, 4, nach den geſetzen. Idem 20, 5, 2 *Huic quidam Lamiſcus, homo potulans, & impotus vadimonium cum vellet imponere, quod cum is ſe lege agere diceret, &c.* i. e. actionem intendere. Sic, *legibus experiri*, Id. ibid. dixit, einen proceß anfangen oder führen. *Aliquem legibus aggredi.* Suet. Aug. c. 9. v. Briſſon. lib. 5 Formul. & Sagon. de Judic. 1, 7 & 9. LLCE etiam AGERE Ictor ſeu carnifex dicebatur, cum ſumebat pœnam de ſontibus, quam leges juſſerant. v. Briſſon. cit. lib. 5 Formul. Solennium. *Legibus cripi e aliquem*, ex pœnæ denitæ legibus vel judicio liberiare, Suet. Aug. c. 65. Ter. Andr. 4, 6, 4 *Ijs mos to adhuc hoc vedicunt bona*, von rechts wegen. Cic. pro Cluent. c. 53 *Ut corpora noſtra ſine nante, ſic civitas ſine legibus ſuis partibus, ut nervis ac ſanguine & membris, uti non poteſt.* De origine legum inſignis extat locus Taciti Ann. 3, 25 & ſeq. De legibus Romanis ſcripſit, ſed breviſſime Pomp. Lætus, qui *propagnacula & muros utii & tranquillitatis* eas dixit, atque ad has ipſe & earum auctores petantur. Vide de his & aliis pluribus Romanorum legibus libellum eruditam *Rivalli*, Allobrogis, item *Antonii Augustini*, doctiſſimi Tarraconenſium Epiſcopi, & *Pauli Manutii*, qui in Antiquitatum volumine eſt iiber textus. it. Gravina Or Iur L. II. ¶ 3. *Leges XII Tabularum* apud Romanos in primis nobiles per XV ires legum ferendarum a Græcis petitæ v. Liv. 3, 31 ad 37. Fragmenta earum a viris doctis diligenter collecta, præſertim a Jac. Gothofredo. Elogium inſigne earum eſt Cic. Or. 1, 43, ubi inter alia: *Frenant omnes licet, dicam quod ſentio, bibliothecas me hercule omnium philoſophorum, unus mihi videtur XII tabularum libellus, ſi quis legum fontes & capita viderit, & auctoritatis pondere, & utilitatis ubertate ſuperare.* ¶ 4. *Leges* etiam dicuntur conditiones, & capita, in quæ conveniunt fœdera, & paces, bündniß, artickel. Virg. Æn. 12, 314 *Ictam jam fœdus, & omnes Compoſitæ leges.* Liv. 33, 16 *Legati ab Roma venerant; quorum ex conſilio pax data Philippo in has leges eſt.* Ter Heaut. 5, 2, 45 *Tam facilime patris pacem in leges conficiet ſuas.* Sic, *Hac lege*, eſt hac conditione: Ter. Eun. 1, 2, 2 *Lege hac tibi meum noſti ingo fidem*, mit dieſer bedingung. Propertius cum Phyllide & Theia amicis a Cynthia deprehenſus, 4, 9, 45 *Admiſſe ſi vis me ignoſcere culpæ, Accipe, quæ noſtræ formula legis erit, &c. Indixit leges: reſpondi, Ego legibus utar.* ¶ 5. Leges aliquando & honeſtatem dicit & bonos mores. v. Barth. ad Statii Silvas 1 carm. 2, 35. ¶ 6. Formula vendendi lapidis eſt apud Catonem, v. c. 145, 1, 126, 1 Rec. Reſpondet noſtris moribus der kauf- oder pacht-brief, add. Cic. Verr. 3, 36. Vitruv. 1, 1 oſtendit quarum rerum peritus eſſe debeat architectus, ut *legibus ſcribendis prudentiacere poſſit ſine [illegible] (doctis ædificandis) & comtantiæ. Nam ſi lex perite fuerit ſcripta, erit, ut ſine captione uterque ab utroque liberetur.* ¶ 7. *Lege fu* pati aliquid ille dicitur, in quem exemplum fuum recidit. Ovid Her. 5, 134 *Et poterat falli legitimus ipſe tuis.* Her. 6, 154 *Leges ſanciat ipſe tuas.*

¶ Legĭlis, e, quod ad legem pertinet, geſetzlich, gerichtlich; ut, *Legale genus*, Quintil. 3, 5. Et, *Papinianus, doctrinæ legalis thesaurus*, Spartian. Severo c. 21. *Docti, ſapientes, legales, & qui optimo legum ac judiciorum diſcurſu omnia pertractant*, Firmic. 5, 7.

¶ Legaliter, adv. nach rechte gebrauch; ut, *Legaliter provocare*, Caſſiodor. 4 epiſt. 37.

¶ Legĭtimus, *a, um*, quod definitum, decretum, conſtitutum legibus eſt, recht, rechtmäßig, billig; quemadmodum *Acetum legitimum ad petendum conſulatum* Livius dixit. Ita *Legitimæ nuptiæ*, ſecundum leges factæ. *Legitimi filii*, qui juſto matrimonio orti. Apul. 6 Met. p. 724 *Jam faxo nuptias non impares, ſed legitimas & jure civili congruas.* Sic, *Legitima uxor*, ſecundum leges ducta. ¶ 2. Quod ad leges pertinet. Seneca *Verba legitima*, pro legis verbis dixit 4 Controv. p. 174; & *Legitimam ſcientiam*, legum ſcientiam tuſtin. Imp. proœmio Inſtitut. ¶ 3. *Legitima*, n. pl. pro ſolennibus legum & judiciorum Nepos dixit 19, 4, 2 *Inde judicio legitimis quibusdam confectis damnatus, traditus eſt undecim viris &c.* Eleganter Zeno Veronenſ. Serm. de Reſurrect. *legitimum diem* ſupremum vocat, quo judicaturus orbem ſedebit DEVS. Tertullianus de Fuga in perſec. c. 3. de Oratione, Orationem Dominicam *legitimam* vocat, quod pro lege ediſcenda & in orando obſervanda eſſet: Sicut & *legitimum carmen* dicebatur, quod *neceſſarium* Cicero dixit de Leg. 2, 23. v. Scalig. ad Feſtum IN AXAMENTA: itemque Barth. Adverſ. 60, 3 p. 2851 extr. ¶ 4. *Legitimum* etiam dicitur, quod *verum*, & cui nihil deeſt, quod & *juſtum* confuevit dici, de quo ſupra. Suet. Claud. c. 21 *Anniverſarium in caſtris prætorianis, ſine venatione apparatuque, juſtum atque legitimum in ſeptis*, (ſubaudi, *munus*, ſive *ſpectaculum exhibuit.*) IVSTVM & LEGITIMVM, i. e cui nec venatio, nec apparatus deeſſet, & quantum ſatis, temporis tribueretur. Idem c. 5 *Legitimos honores* dicit, non imaginarios, & qui non inſignia tantum, ſed rem haberent. Petron. c. 21. *Legitimum olcum*, uſitatum, ordinarium, v. ibi Burm.

¶ Legitĭmum, *i*, n. ſubſt. das recht. Vulg. Interp. Lev. 18, 3 *Nec in legitimis eorum ambulate.* Et mox v. 26 *Cuſtodite legitima mea.* Sic & Ciceroni Phil. 1, 10 *Legitima* ſunt ceremoniæ, quæ in publicis judiciis obſervantur. conf. Nepos 19, 4, 2.

¶ Legitime, adv. ſecundum leges; ut, *Iuſte & legitime imperare*, Cic. Off. 1, 4.

¶ Legitimatio, *onis*, f. eſt actio, qua liberi naturales fiunt legitimi, de qua in Novell. collat. 7.

¶ Lēgŭlējus, *i*, m. qui ſine liberalium literarum cognitione leges & fora ſectatur, ein zungendreſcher, rabuliſt. Ita enim ab Iurisconſulto Cicero diſcernit de Orat. 1, 55 *Legulejus quidam cautus, & acutus præco actionum, cantor formularum, auceps ſyllabarum*, vid. & Quint. 12, 3 p. 1067.

¶ Legĭcrēpa, *æ*, rabula, qui leges crepat, ut Plautus loquitur in Mil. 3, 1, 56. Varro Atacinus apud Fulgentium: *Legicrepæ tundunt, latrant fora, claſſica turbant.*

¶ Lēgĭfer, *a, um*, geſetzgebend; ut, *Legifera Ceres*, Virg. Æn. 4, 58. Et, *Legifer vates*, Moſes, Alcimus Avit. 2, 295. Et Paulin. Nolanus carm. 19 ad Iovium v. 39 *Legifer antiquo venerandus nomine Moſes.*

Mafc. Substantive *Legifer*, ein geſetzgeber. Prudent. Periſt. 2, 363.

¶ Legisdoctor, *oris*, m. ein ſchriftgelehrter. Vulg. Interp Act. 5, 34 *Gamaliel legi doctor.* Sed & divinum ſumitur.

¶ Legislător, *ōris*, m. & Legislatio, *ōnis*, f. vide in *Ferro, ferre*, quia diſtinctæ voces ſunt, & transponi poſſunt, ut, *later legis*, Cic. Cat. 4, 5.

¶ Legisperītus, *i*, m. idem qui *legisdoctor*. Vulg. Int. Luc. 7, 30 *Phariſæi & legisperiti conſilium Dei ſprevérunt.*

¶ Legirŭpa, *æ*, m παράνομος, τὸν νόμον παραβάτης, ein übertreter. Plaut. Pſeud. 1, 3, 119: & Perſ. 1, 2, 16 Idem etiam

¶ Legirŭpio, *ōnis*, m vocatur Plaut. Rud. 3, 4, 4.

¶ Legirŭpus, *a, um*, adj ungerecht. Prudent Hamartig. v. 238 *Omnia legirupis quaſſiuntia viribus orbem.*

¶ Exlex, *exlĕgis*, qui ſine lege vivit, geſetzlos. Cic. pro Cluent. c. 34 *Non quo illi aut exlegem eſſe Syllam putarent.* Liv. 9, 34 *An hoc dicis, Appi, Æmilia lege populum teneri, te unum exlegem eſſe?*

¶ Illex, idem; Plaut. Perſ. 3, 3, 4 *Injure, illex, labes populi.* Non. 5, 101 ait: *Ilex eſt, a quo lex non ſervatur.* Sed apud Plautum quidem eſt haud dubie ab illicio, convicium in lenonem.

¶ Illegĭtimus, *a, um*, legi repugnans, nullum jus habens, unrechtmäßig, ungebührlich, unächt. Improbat Voſſius de Vit. L. L. 3, 15, quamquam Hadrianus Iunius in Nomencl. agnoſcat *filius illegitimus*. Ol. Borrichius Cogit. p. 125 probat ex Val. Max. 2, 1, 3, ubi eſt: *Illegitimæ cujusdam intemperantiæ ſignum.* Cellarius vero Cur. poſter. p. 356, & Diſcuſſ. Append p. 46 *legitimæ* legendum eſſe contendit. v. quæ opponar Ol. Borrich. Analect. p. 15, & Andr. Borrich. append. p. 46, & poſtremis Vindiciis p. 93 ſeqq. ubi verborum ſenſu maxime nititur.

Privilegium, vide infra *Privus.*

Lexicon, Lexidion, &c. vide *Lexis.*

LEXIPYRĔTUS, *a, um*, λῃξιπύρετος, febres ſiniens, ut, *Lexipyreta cataplaſmata*, apud Th. Priſcianum, i. e. medicamina febribus abigendis facta. conf. Plin. 20, 18.

¶ Lexipyrexia, *æ*, f. λῃξιπυρεξία Marcell. Emp. c. 20 *Lexipyrexias ſanare.*

LEXIS, *eos*, ſive *is*, f. λέξις, dictio, ein wort. Lucilius apud Cic. de Orat. 3, 43 *Quam lepide leves, compoſita ut teſſerulæ omnes, &c.*

¶ Lexicon, *i*, n. λεξικόν, dictionarium, ein worter-buch.

¶ Lexidion, *i*, n. λεξίδιον, parvum lexicon. Gell. 18, 7 *Vana colligitis lexidia.*

¶ Lexicographus, *i*, m. λεξικόγραφος, qui ſcribit lexicon.

Analecta, analectes, Dialectica &c. vide ſupra in A. & D.

LIĂCŬLUM, *i*, vitiligo, item, inſtrumentum, quo ſubiguntur tectoria in parietibus, die felle. vide in *Lio.*

LIBA, *æ*, f. eſt quarta pars hin. Vulg. Interpret. Lev. 23, 13 *Liba vini.*

Libacunculus, vide in *Libo.*

LIBADIUM, *i*, n. λιβάδιον, tauſendguldenkraut. Plin. 25, 5.

Libamen, libamentum, vide *Libo, are.*

Libanios, libanitis, &c. vide *Libanus.*

LIBANIUS, *i*, m. λιβάνιος, ſophiſta Fuit natione Syrus, patria Antiochenus, vixit Iuliani Imp. temporibus, blaſphemus, & Chriſtianæ pietatis, perinde ut Iulianus ipſe, illuſor. Antiochiæ Rhetoricæ profitentem, Gregorius Nazianzenus & Baſilius audiverunt, quemadmodum Socrates teſtatur, & plures epiſtolæ, quas Libanius & Baſilius inter ſe ſcripſere. Docuit poſtea Libanius Conſtantinopoli, unde a pædagogis ejectus, Nicomediam conceſſit. Scripſit Lamentationem Iuliani: Et librum alium de Ira Imperatoris. Edidit & argumenta in omnes orationes Demoſthenis. Et orationes duas de Laudibus Iuliani. Epiſtolas irem 400. v. Socrat. lib. 4 Hiſtor. Eccleſiaſt. & Suidam in pr. Fabric. B. G.

LIBANOTIS, *idis*, f. λιβανωτὶς, herba, quæ *Roſmarinum* vulgo dicitur, roßmarin. Duorum eſt genus, quorum illud nobis notiſſimum eſt, quod *Libanotis coronaria*, λιβανωτὶς στεφανωτικὴ dicitur. Alterum, *ſcniculus perennis*, eſt, beerwurz. v. Dioſc. 3, 70 & 80; Plin. 19, 12, 20, 16; 21, 10: 26, 8; Apul. de Herb. c. 79 & 106.

¶ Dictĭnum, *i*, n. Idem apud Octav. Horat. 1, 10.

Libanotus, vide *Libs.*

LIBĀNUS, *i*, m. Λίβανος, mons inter Arabes & Phœnices ſacris & profanis hiſtoriis notiſſimus. v. Auſon. Edyll. 5, 98. *Libanus Veneris*, de loco amœno apud Ethicum p. 21. ¶ 2. Eſt *Libanus* & arbor thus producens, quod inde *Libanum* dicunt, der weyrauch, weyrauchbaum v Dioſcor. 1, 72 ſeqq & Octav. Horat. 1, 10.

¶ Libānus, *a, um*, adj. Sedul. 4, 55 *Libana cedrus.*

¶ Libantos, adj. λιβανος, de vite vel uva thuris odore. v. Plin. 14, 1.

¶ Libanŭtis, *idis*, f. polium vocatur apud Apul. de Herb. c. 57.

¶ Libanochrus, *i*, m. λιβανόχρως, gemma quæ thuris ſimilitudinem oſtendit, Plin. 37, 10.

Libarius, libatio, &c. vide *Libo, are*, Libella, *Libra.*

Libellaticus, libellio, libellus, vide *Liber, bri.*

Libens, libenter, libentia, vide *Libet.*

LIBER, *bri*, ſubſt. cortex interior ligno adhærens, die inwendige weiche rinde, baſt. Virg. Georg. 2, 77 *Hic alienæ ex arbore germen Inclusum, ut pote docuit inoſſervo libro.* Vide *deliberatum* Nonio eſt *decorticatum*, de quo infra. *Liber arboris*, baum-rinde. Colum. 4, 29; Plin. 13, 11. *Libri arborum tenuri haud locus quam Chartæ literarum mittes conferunt.* ¶ 2. Et *Liber* βιβλος & βιβλίον, volumen, codex, ein buch. *Liber, æ* f. *genere, tertiæ, comparatæ, confiere*, obvia ſunt & nota ſignificationis. *Librum edere, emittere*, Quintil. procem. lib. 6 & ſæpe alibi, ein buch laſſen außgehen. Plinius dicere ſolebat: *Nullum eſſe librum tam malum, quin aliqua parte prodeſſet*, ut refert junior *Diſſertationem Antonii Van Dale de varietate lectionis*, quæ 2 eſt, *quantum ſatis eſt habere, quantum legas.* Pro adagio eſt, *E libro gubernatores*, buch-gelehrte regenten. v. Chiliad. Id ipſum tamen in Lucullo feliciter ceſſiſſe narrat Cic. Acad. 4, 1. Iulianus ep. 9 pr. Ἄλλοι μὲν ἵππων, ἄλλοι δὲ ἀγέλων, ἄλλοι θηρίων ἐρῶσιν, ἐμοὶ δὲ βιβλίων κτήσεως ἐκ παιδαρίου δεινὸν ἐντέτηκε πάθος. Hoc eſt, *Alii quidem equorum, alii vero avium, alii rurſus ferarum ardent amore; Me vero poſſidendi libros ingens a puero tenuit cupiditas.* De ornamentis librorum apud priſcos uſitatis vide, quæ ſcripſit Barth. Adverſ. 22, 18, & ad Statii Silv. p. 417. & aliquot diſſertart. Chr. Gottl. Schvvarzius, quas conſuluiſſe operæ pretium eſt. *Librorum* pœnæ cauſa *combuſtorum* hiſtoria & deteſtatio eſt apud Sen. controv. lib. 5 proœm. p. 158. ¶ 3. Interdum *Librorum* nomine κατ' ἐξοχὴν intelligebant Sibyllinos, c. g. Liv. 3, 10 & eos, quibus Jus Romanum continebatur. v. Cic. ad Attic. 9, 9. Quale quid *Bibliorum* nomini inter Chriſtianos accidit. ¶ 4. Cæterum *Liber* non pro codice tantum aut volumine, ſed & pro breviore ſcriptura, exempli gratia, epiſtola, ponitur. Ita Nepos 6, 4, 2 *Librum gravem multis verbis conſcripſit, in quo ſummis eum effert laudibus*, &c. h. e. litteras. ¶ 5. Putant, hoc nomen ab eo eſſe, quod vereres in libris arborum ſive corticibus ſcribebant. v. Serv. in Virg. Æn. 11. Sed aliter ſentit Salmaſius, qui ex græco βίβλος deducit, pro quo Aeoles βίβλος, βλίβος, vel βλίβος dixerint, de Modo uſurarum c. 10 p. 406.

¶ Libellus, *i*, m. dimin. Catull. 1, 1 *Cui dono lepidum, novum libellum?* Quint. 1, 7 extr. *Meſſalla totos libellos non de verbis modo ſingulis, ſed etiam litteris dedit.* Liv. 29, 19 extr. ¶ 2. Sicut autem *liber*, ut diximus, pro quavis ſcriptura; ita & *libellus* uſurpabatur. *Libellos* vocabant paucorum verſuum carmina. v. g. Cic. pro Arch. c. 16. v. Barth. ad Stat. Silv. p. 7. *Gladiatorum libelli* Cic. Phil. 2, 38 videntur teſſeræ, quarum ope admittuntur ad ludos ſpectandos, qui eas exhibent. Item, petitorias ad magiſtratum & alias litteras, ſchreiben, brieffe. Cic. Att. 16, 16 *Atticus libellum compoſuit: eum mihi dedit, ut darem Cæſari: - - - Eum libellum C. Iulio dedi: probavit cauſſam, reſcripſit Attico, æqua eum poſtulare*, &c. eine ſupplication. Ita *libellus ſupplex*, Martial. 8 ep. 31. *Poſtulationum libellos*, Plin. 10 epiſt. 81. Et, *Libellum memorialem*, (ein memorial,) Suet. dixit Cæſ. c. 56. *Libelli conjurationem nunciantes dati, neque lecti*, Vellej. 2, 57, 2. Nimirum libelli etiam ſpeciatim dicti, per quos accuſatores deferebant crimina. v. Colv. ad Apul. apol. pr. p. 232. *Libellus obſignatus*, Plaut. Pſeud. 2, 4, 16. Hinc *a libellis*, officii genus. Lampridius Alexandro c. 31 *Poſtmeridianis horis ſubſcriptioni & lectioni epiſtolarum ſemper dedit operam, ita, ut ab epiſtolis, a libellis, a memoria aſſiſterent.* ¶ 3. Pro taberna libraria *Libellum* (ſic, quaſi *Medicinam* pro Medicamentaria Plautus,) Catullus poſuit epigr 56, 3 *Te campo quæritemus minore, Te in circo, te in omnibus libellis.* Vide ibi Scaligerum, & Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 131. In verſu ultimo poſtrema in *te* non eliditur; ſed corripitur propter ſequentem vocalem: quod & alibi apud eum notare licet. ¶ 4. *Libellus* eſt genus menſuræ: Cat. c. 15. ¶ 5. Vocabulum culinæ *libelli*, Apic. 7, 1. *Lumbelli* legit Liſter.

¶ Libellŭlus, *i*, m. aliud diminut. Mart. Capella 3 p. 71 *Quantum ſolo inditum libellulo.*

¶ Libellio, *ōnis*, m. veteribus idem erat, qui nunc *Tabellio*, ein notarius, it. cancelliſt, ut Nonius 2, 499 explicat, qui ex Varrone refert: *Libellionem eſſe ſcribant.* ¶ 2. Qui minutos libros vendit, pauper bibliopola, ein ſchlechter buchhändler. Statius 4 Silv. 9, 21 *De capſa miſeri libellionis.*

¶ Libellāris, *e*. Sidon. 9 epiſt. 11 *Libellare opus conficere.*

¶ Libellārium, *i*, n. ein bücher- oder brief behältniß. Exſtat in nonnullis codicibus apud Cic. pro Milone c. 12, ubi vulgo *Librarium.* v. Parei Lex Crit. p. 674.

¶ Libellāticus, *i*, m. pl. *Libellatici*, qui idolis non quidem accendiſſent thura, ſed nomina per libellos dediſſent. Sic exponit Erasmus, in Cypriani illo 4 epiſt. 2 ad Antonianum: *Nec tu exiſtimes, frater, libellaticos cum ſacrificatis æquari oportere.* Nam prætores & alii ethnicæ tyrannidis miniſtri libellos timidioribus vendebant, quibus oſtenſis a ſacrificandi neceſſitate erant immunes.

¶ Libellenſis, *is*, m. qui libellis præeſt aut ſuſcipiendis aut recitandis, der die ſuppliquen annimmt und fürträgt. l. 32 Cod. de Appell.

¶ Libramentum, *i*, n. Cic. Ac. 4, 36 ubi de tribus quas vocant dimenſionibus corporum apud mathematicos, *extremitatem & quaſi libramentum, in quo nulla omnino craſſitudo ſit.* Vulgo *ſuperficies* vocatur. A libro f. cortice dictum apparet.

¶ Librārius, *a, um*, adj. ut, *Taberna libraria*, ein buchladen. Cic. Phil. 2, 9 *Niſi ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ conjeciſſet.* Hor. Art. P. v. 354 *Scriptor librarius*, der bücher-abſchreiber. Aliam notionem vide in *Libra.*

¶ Librarius, *i*, m. ſubſt. qui libros tranſcribit, ein bücher-ſchreiber, quomodo dici poſſunt etiam typographi, ſetzer und buchdrucker. Cic. filius fam. 16, 21 *Peto a te, ut quam celerrime mihi librarius mittatur, maxime quidem græcus, qui mihi exſcribat hypommemata.* Et Cic. pater Att. 6, 6 *Legi litteras non tuas, ſed librarii tui.* v. Pignor. de Servis.

¶ Librāria, *æ*, abſolute, der buchladen, die bibliotheck. Gell. 5, 4 *In libraria conſidere.* ¶ 2. Alio ſignificatu v. in *Libra.*

¶ Librarium, *i*, n. ſubſt. papier-ſack. Cic. pro Mil. c. 12 *Exhibe librarium illud legum veſtrarum*, hoc eſt, thecam librorum ſive tabellarum.

¶ Librārĭŏlus, *i*, m. dimin. librarii. Id. Cic. Att. 4, 4 *Vellem mihi mittas de tuis librariolis duos, &c.* conf. de Leg. 1, 2.

¶ Librĭcŏla, *æ*, m. ein bücherfreund. Sarisb. in Carm. *Nummipetæ cum libricolis nequeunt ſimul eſſe.*

¶ Librĭger, *a, um*. tabellarius, ein bothe. Paulin. Nolanus epiſt. 28, (al 9) 4 *Poſtulaſſi per eandem librigerum, ut tibi pluribus, ſi poſſim, eſſem niolſtior.*

¶ Delibro, *are*, eſt decorticare, ſchälen, abſchälen, ex notione illa *libri*, qua corticem ſignificat. Sic Colum. 5, 6 *Antequam radix ulmi in eximendo delibretur*, recte ſcribitur. Id. 4, 24 *Cortex corpore tenus delibrandus eſt.* ¶ 2. Aliam notionem vide in *Libra.*

¶ Delibratus, *a, um*, abgeſchält. *Delibratum, decorticatum*, Nonius 1, 314. Pallad. 3, 17 *Ramus ad modum foraminis delibratus.* Colum. 12, 56 *Corticem delibratum abjicito.* conf. 5, 11.

¶ Delibratio, *onis*, f. die abſchälung, apud Columellam.

¶ Delibrator, *oris*, m. ein abſchäler, apud Auguſtinum.

LĪBER, *eri*, m. Bacchus dicitur, quod vinum mentes curis ſolvat & liberet, ut Grammatici volunt: etiam Seneca de Tranquill. an. c. 15. Quos tamen ineptire Heinſius ait Notis in lib. 1 Silii. Non enim a *liberare*, ſed a λιβρὸς, quod eſt σκεπαρνὸς, dicitur *Liber*: quo nomine eum Siculi indigitabant, quemadmodum iidem *Hecaten, Liberam*, appellabant, quæ tamen ita Vet. Gloſſ. Σεμέλη exponitur. *Liberæ* meminit Cicero de N. Deor. 2, 24; itemque Verr. 4, 48, quam cum Proſerpina eamdem facit. Liv. 3, 55 pr. *Familia ad Cereris, Liberi Liberæque venum eat.* Columella eam cum Baccho conjungit 12, 18. Apud Ovidium Ariadne *Libera* dicitur Faſt. 3, 512. Ter. Eun. 4, 5, 6 *Sine Cerere & Libero friget Venus.* Horat. 1 od. 12, 21 *Prælii audax Liber* ſalutatur: & oda 18, 7 *Tranſilire munera Liberi*, eſt immodice vinum ingurgitare: & 1 Serm. ſat. 4, 80 *Condita cum veræx aperit præcordia Liber.* In quibus exemplis metonymia eſt: pro *vino* enim accipitur.

¶ Līberālia, *ium*, n. pl. dies Libero ſacer, quo virilem togam pueri ingenui ſumebant, XVI ſcilicet Calend. Aprilis, den 17 Martii. Ovid. Faſt. 3, 713 ſqq. Varr. L. L. l. 5 p. 46. Cic. fam. 12, 25 ad Cornificium: *Liberalibus litteras accepi tuas, &c.* conf. ad Att. 6, 1, & Tertull. de Spectac. c. 5. ¶ 2. *Liberalia* alia ſignificatione vid. poſt *Liberi.*

¶ Libera, *æ*, f. dea eſt Proſerpina. v. Cicero Verr. 4, 48 & 53; & 5, 14; Minuc. Felix c. 21. v. paullo ante in *Liber*; & Auguſtin. de C. D. 7, 2 & 3.

LĪBER, *libera, um*, liberior, liberrimus, qui ſui juris, & in ſua poteſtate eſt, frey, ledig und los. Plaut. Capt. 1, 1, 2, 10 *Omnes profecto liberi lubentius ſumus, quam ſervimus.* Et Perſius 5, 83 *An quiſquam eſt alius liber, niſi ducere vitam Cui licet, ut voluit? Lectulus liber*, vide *Lectus.* Tiberius Imp. dicere conſuevit: *In libera civitate linguas mentesque liberas eſſe oportere*, Suet. c. 28. *Litteræ liberæ*, quæ liberius loquuntur, Cic. Att. 1, 13. *Libera legatio, Liberum arbitrium*, vide ſ. l. *Liber a delictis*, Cic. Agrar. 1 extr. &, *Liber religione*, Id. Aruſp. Reſp. c. 6 pr. Vtroque enim modo conſtruitur: frequentius tamen cum præpoſitione. Sed etiam cum genitivo. v. Burm. ad illud Ovid. Her. 1, 80 *Revertendi liber. Adoleſcentia liberior*, Cic. pro Cælio c. 18 pr. hoc eſt, moribus laxa. Nam de morum licentia etiam Ter. Eun. 3, 1, 40 *Dolet imprudenti adoleſcenti & libero.* Et Plautus *loca libera* vocat, ubi liberius voluptates ſectari licet, Pœnulo 1, 1, 49; & 3, 2, 25. *Liberiore indignatione proſcindere*, Val. Max. 5, 3, 3, ſicut & Horatius *liberrimam indignationem*, epod. 4, 10 dixit apertam & ſine fuco. Et, *Liberrima otia*, Id. 1 epiſt. 7, 36. ¶ 2. *Liber* etiam ſignificat id quod licet, conceſſum eſt. Cic. Tuſc. 4, 33. *In Græcorum gymnaſiis iſti liberi & conceſſi ſunt amores.* Id. de Orat. 3, 38. *Inuſitata verba ſunt poetarum licentiæ liberiora, quam noſtra.* v. Menck. Obſ. L. L. ¶ 3. *Liberæ civitates* non eæ tantum vocantur, quæ plane & ab alterius poteſtate ſunt immunes, ſed etiam quæ, ſuperiorem cum agnoſcant, ſuis tamen legibus uti poſſunt, aut a pendendis tributis ſunt immunes. v. Spanh. de uſu num. diſſ. 9 p. 674 ſq. ¶ 4. Quid liber & liberatus diſtent, vid. in *Liberatus.* ¶ 5. *Liberior* & *uberior* a librariis miſceri docet Burm. ad Quint. decl. 309 p. 607.

¶ Libere, adv. frey, ungeſcheut. Cic. Att. 4, 16 *Quæris, ego me ut geſſerim? conſtanter & libere.* Cæſ. B. Gall. 1, 18 *Dicit liberius atque audacius: & 7, 1 Liberius atque audacius de bello conſilia inire incipiunt.* Sed, *libere educari*, eſt liberaliter & ut liberos decet: Ter. Andr. 5, 4, 7 *Adoleſcentulos libere eductos, in fraudem illicis?* ¶ 2. *Liberius vivere* morum licentiam notat Nepoti 2, 1, 2.

¶ Prælĭber, *a, um*, valde liber, ganz frey. Prudent. Apotheoſ. v. 87 *Liquido prælibera motu*, intellige, *Natura ſupremi ignis*, de qua v. 84 prædixerat.

¶ Semĭlĭber, *a, um*, halbfrey. Cic. Att. 13, 31 *Abjiciamus iſta, & ſemiliberi ſaltem ſimus.* Adde Senecam de Brevit. vitæ c. 5.

¶ Lĭbertas, *ātis*, f. die freyheit, eſt *poteſtas vivendi, ut velis*, quemadmodum in Paradox. 5, 1 inquit Cicero. Quæ definitio Stoicorum eſt, ut ex Laërtio & Epicteto apud Arrianum conſtat. Quos & ſecutus Perſius iis verſibus, quos paullo ante produximus, quibus liberum hominem definivit. Iuſtinianus *Facultatem* definit, *naturalem ejus, quod cuique facere libet, niſi quod vi aut jure prohibeatur*: quæ reſtrictio & apud Perſium eſt eadem ſatyra, cum ait v. 89 *Cur mihi non liceat, juſſit quodcunque voluntas, Excepto, ſi quid Maſuri rubrica vetavit?* De vario intellectu vocis *Libertas* v. Philoſophos & ICtos. Sen. c. 15 extr. de Beata Vita: *Deo parere, libertas eſt.* ¶ 2. Sæpe *Libertas* παῤῥησίαν notat, freyheit im reden. Horat. 1 epiſt. 18, 6 *Aſperitas agreſtis & inconcinna gravisque, Quæ ſe commendat tonſa cute, dentibus atris, Dum vult libertas mera dici, veraque virtus. Dentes atros* vocat conviciandi & arrodendi libidinem: in qua cum dediti nonnulli ſunt, παῤῥησίαν videri id volunt. Virgilius *Libertatem fandi* vocat Æn. 11, 346. Sed Curtius Tacitusque *libertatem* abſolute haud ſemel: quomodo Calliſthenes, Alexandri præceptor atque comes, *libertatis pœnas pependiſſe* dicitur Iuſtino 15, 3, 6. ¶ 3. *Libertas* etiam vocabatur licentia Saturnalitia. v. Statium 1 Silv. 6, 45, & ibi Barthium. Idem Statius Theb. 9, 687 *Per libertatem jubarum* intelligit diſſolutas jubas. ¶ 4. *Libertas* etiam nonnunquam pro Democratia auctoribus ponitur: quippe cujus præcipuus finis libertas eſt, ut Plato & Ariſtoteles monent. Tacitus princ. Annal. *Libertatem & Conſulatum L. Brutus inſtituit.* Lucan. 1, 269 *Audax venali comitatur Curio lingua, Vox quondam populi, libertatemque tueri Auſus, & armatos plebi miſcere potentes. Libertatem ſuam tenere*, Cic. de Orat. 1, 52. *Retinere libertatem*, Id. Att. 15, 13. *Tueri libertatem*, Lucan. 2, 282. *Libertatem adimere*, Cic. pro Domo c. 9. *Amittere*, ibid. c. 29. *Libertatem reipublicæ aſſerere*, Quintil. 6, 5. Hanc *potiorem metallis libertatem* vocat Horat. 1 epiſt. 10, 39. Hinc, *Aurea libertas toto non venditur auro*, qui verſus Ennio tribuitur. Sic, *Fides, libertas, amicitia, præcipua animi humani bona ſunt*, Tac. Hiſt. 1, 15, 6. *Tribus conduci libertatibus*, Plaut. Caſ. 2, 8, 68. ¶ 5. *Libertas*, Dea Romanis erat, cui Atrium dedicatum, quod Aſinius Pollio refecit, ut Suetonius Aug. c. 31 refert. Erat in Aventino: eoque docti homines tamquam ad λέσχην conveniebant. Fuit ibi & tabularium, in quo acta publica ſervabantur. Vide Suetonianos Interpretes, & Taubm. ad Virg. p. 9, *ubi reſpiciens*, i. e. felix & propitia cognominatur. Sed de *Libertate*, cui Clodius domum Ciceronis conſecraverat, v. hujus or. pro domo ſua, præſ. c. 42 ubi *Tanagrææ meretriculæ imaginem* fuiſſe dicit.

¶ Lĭbertus, *i*, m. qui ex ſervo liber factus eſt, ein freygelaſſener. Ter. Andr. 1, 1, 10 *Feci, e ſervo ut eſſes libertus mihi. Libertus* & *Patronus*, Relata. Sed præter eos, a quibus manumiſſi erant & dati in libertatem, alios quoque adſciſcebant Patronos, quorum tamen non *Liberti*, ſed *Clientes* appellabantur. v. Caſaub. Animadv. Suet. p. 6. Hi raſo capite pileum geſtabant, libertatis inſigne. vide in *Pileus.* De potentia libertorum in quorundam Cæſarum aula, Suetonius conſulatur Claudio c. 28; & Calig. c. 56 &c. & Tacitus paſſim. unde Plinius Panegyr. Trajani c. 88 *Tu libertis tuis ſummum quidem honorem, ſed tamquam libertis habes: abundeque ſufficere his credis, ſi probi & frugi exiſtimentur. Scis enim, præcipuum eſſe judicium non magni principis, magnos libertos.* De nominibus libertorum v. Manut. ad Cic. fam. 1, 3 p. 29 Græv.

¶ Liberta, *æ*, f. Suet Aug. c. 65 *Cum una ex conſciis liberta ſuſpendio vitam finiſſet.* Horat. 1 ſat. 1, 99 *Liberta fortiſſima.* In vetuſtis lapidibus *libertæ* laudantur *caviſſimæ, optimæ, benemerentes, gratiſſimæ, ſanctiſſimæ*, nec raro patronorum connubio honoratæ fuerunt. Permultæ enim Inſcriptiones hujusmodi viſuntur: LIBERTA ET CONIVX: LIBERTAE ET VXORI BENEMERENTI: LIBERTAE CONIVGI CARISSIMAE BENEMERITAE &c. ut paſſim apud Gruterum proſtat, qui & p. 935 n. 13 hanc profert: CASSIAE DAMALIDI LIBERTAE KARISS. ET BENEMERENTI EIDEM CONIVGI &c. Alia formula, ex qua tertius plurativi numeri caſus intelligitur, maxime obvia eſt in lapidibus: LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EOR. conf. Plaut. Pœn. 1, 1, 36.

¶ Collibertus, *i*, m. der zugleich frey worden, compoſito hoc uſus eſt Plautus Pœn. 4, 2, 88. Vet. Inſcriptio apud Reineſ. p. 869 PATRONAE BENEMERENTI FECERVNT ET COLLIBERTIS COLLIBERTABVS POSTERISQ. Scribitur ſæpius *Conlibertus*, ut apud Gruterum ſæpenumero eſt. Adde Petron. c. 38; & Vlpian. l. 11 § 7 ff. de injur. & fam. lib.

¶ Colliberta, Conliberta, *æ*, f. Gruterus p. 968 n. 9 CAECILIAE SPERATAE CONLIBERT. IDEM CONIVGI BENEMERENTI. conf. in *Collibertus.*

¶ Libertīnus, *i*, m. libertus, vel ex liberto natus, vom freygelaſſenen gebohren, opponitur *ingenuo*, qui ex libero natus eſt. Poſterior enim ætas etiam *libertinos* vocavit, qui vetuſtioribus erant *liberti*, hoc eſt, manu ex ſervitute miſſi, obſervante Caſaubono ad Suetonii Aug. c. 25. Olim autem ita diſtinguebantur, ut *libertus* manumiſſus eſſet; *libertinus* ex liberto natus. Suet. Claud. c. 24 *Ignarus Libertinos dictos, non ipſos, qui manu mitterentur, ſed ingenuos ex his procreatos.* Seneca epiſt. 31 fin. *Rectus honusque animus tam in equitem Romanum, quam in libertinum, quam in ſervum poteſt cadere.* Et adjective Cic. Catil. 3, 6. *Libertinus homo*, Id. *Libertini optumates* pro Sext. 45. Conf. Menck. Obſerv. L. L.

¶ Libertina, *æ*, f. Horat. 1 ſat. 2, 28 *Merx libertinarum.* Et adjective, *Libertinæ conditionis homo*, Modeſtin. l. 21 ff. de ſtat. hom. Ita Martial. 5, 13, 6 *Et libertinas arcæ flagellat opes.*

¶ Libertinĭtas, *ātis*, f. ſtatus libertinorum. Vlpian. L. 14 Dig. de Probation. *Qui ſe ex libertinitate ingenuum dicat, & ſi quidem in poſſeſſione libertinitatis fuit.*

¶ Libertinium, *i*, n. idem. Calpurn. Decl. 14 *Ego poſtulo tenue libertinium, quod vix ſufficit iſtius funeri.*

¶ Lĭberālis, *e*. Ad omnia applicatur, quæ libertatis ſunt aut ſtatus ingenuorum; e. g. *Cauſſa liberalis*, in qua de libertate agitur, eine ſache die freyheit betreffend. Plaut. Curc. 4, 2 pr. *Memento premiſſiſſe te, ſi quisquam hanc liberali cauſſa manu aſſereret, mihi omne argentum redditum iri.* Ter. Adelph. 2, 1, 40 *Ego illum liberali aſſero cauſſa manu.* Vbi Donatus: *Iuris verba: a quibus etiam* ASSERTORES *dicuntur vindices alienæ libertatis. Nam & cauſſa ipſa* LIBERALIS *dicitur, quæ actionem in ſe continet libertatis.* Vide integros titulos in Digeſt. juxta & Codice *de cauſſâ liberali* inſcriptos. ¶ 2. Sed, *Liberale ingenium*, Ter. Adelph. 4, 5, 50, ein muntrer kopf. *Liberalis facies*, ein ehrbares geſichte, Id. Eun. 3, 2, 20. *Liberalis formæ optimeque ſpei puer*, Val. Max. 9, 2 ex. 5. *Artes liberales*, quæ liberis, hoc eſt, ingenuis dignæ ſunt, freye künſte. Plin. procem. lib. 14 conf. Feſt. *Qui quæſtus liberales habendi*, Cic. Off. 1, 42. *Liberalis & digna homine nobili doctrina*, Idem Acad. 4 pr. *Studia liberalia* Seneca vocat epiſt. 88, quam vide: Tota enim huc pertiner. ¶ 3. Et *Liberalis* largus eſt, beneficus, munificus, freygebig, gütig, milde. Salluſt. Catil. 7. *Laudis avidi, pecuniæ liberales.* Cic. pro Q. Roſc. c. 8 *Roſcius ſemper liberaliſſimus, munificentiſſimus fuit.* Et, *Fortuna liberalior.* Sic Liv. 22, 26 pr. *Animum ad ſpem liberalioris fortunæ adjecit*, quod Gronovius ex membranis ita emendat: *Animos ad ſpem liberalioris fortunæ fecit.*

Liberalia, feſtus dies, vide paullo ante in *Liber*, hoc eſt, Bacchus.

¶ Lĭbĕrāliter, adv. comiter, humaniter, large, benigne atque benefice, freundlich, mildiglich' ꝛc. ut, *Large liberaliterque æſtimare*, Cic. Verr. 5, 88. *Liberalius accepi*, de hoſpitalitate, Id Att. 16, 6. Et, *Dotem largiri liberaliſſime*, Apul. 10 Met. p. 250. Et, *Ne nimis liberaliter*, Ter. Andr. 1, 1, 11, redlich dienen. *Ingenuas & liberaliter educatus*, Cic. de Orat. 1, 31, wohl erzogen. *Aliquem accurate & liberaliter habere*, Salluſt. Iug. c. 103, wohl halten. *Liberaliter eruditus*, Cic. Tuſc. 2, 2 extr. ¶ 2. Indulgenter & licenter: Salluſt. Cat. c. 11, *Luxuriose aliquem, & nimis liberaliter habere.* Nepos 6, 4, 2 *Liberaliter polliceri*, i. e. prolixe, ample. Id. Nepos 12, 3, 2 *Vivebat laute, & indulgebat ſibi liberalius, quam ut invidiam vulgi poſſet effugere.*

¶ Liberalitas, *ātis*, f. ingenuitas, bonitas, ein gutes edles gemüth, item, gelindes tractament, gütigkeit. Ter. Adelph. 1, 1, 32 *Pudore & libe-*

liberalitate liberos Retinere, fatius esse credo, quam metu. Vbi Donatus etiam *Liberalitatem* interpretatur *Bonitatem.* Nec aliter Cicero hac voce usus est pro Marcello, & in altera pro Ligario. Nam quod ignovit plurimis Cæsar, qui contra se cum Pompejo fuerant: quod lenitate temperavit victoriam, quæ natura insolens, nec omnia egit pro suo jure, hoc *liberalitatem* vocat, & omne illud bonitatis est. Ita Varin. ad Cicer. sub fam. 5, 9 *Liberalitatem vocat,* si a Cicerone defendatur. ¶ 2. Hinc & pro *munificentia,* quæ ab ipsa bonitate est, ponitur: quæ vulgatissima vocis significatio est, die freygebigkeit. Vnde &, quæ conferuntur per liberalitatem in alios, *liberalitates* appellatæ, beneficia scil. & munera ipsa, die wohlthaten. Sic *Revocare liberalitates,* id est, data, Suet. Claudio c. 29. Idem in vita Horatii: *Vnâque & altera liberalitate* (Horatium Augustus) *locupletavit.* Tac. Hist. 1, 18, 5 *Constat, potuisse conciliari animos qualicunque parci senis liberalitate.* Et c. 20, 2 *Appellari singulos jussit, decimâ liberalitatis parte apud quemque relictâ.* Sen. de Vita beata c. 24 LIBERALITAS, *non quia liberis debetur, sed quia a libero animo proficiscitur, ita nominata est. Liberalitatis* vel plur. *Liberalitatum Augg.* frequens in nummis mentio. v. Spanh. diss. 13 p. 529 sq.

¶ Illiberālis, *e,* contrarium in utraque significatione, sclavisch, unredlich, karg; ut, *Illiberale facinus,* quod homine libero indignum est, eine unanständige that, Ter. Adelph. 3, 4, 3. Et, *locus illiberalis,* Cic. Off. 1, 29, ein grober scherz. Id. fam. 13, 1 *Non te in me illiberalem, sed me in te negligentem putabit,* daß du so wenig betrachtung vor mich habest. Id. Off. 1, 42 *Illiberales & fordidi quæstus.*

¶ Illiberāliter, adv. Cic. Att. 4, 2 *Superficiem ædium consules de consilii sententia æstimarunt* H-S *viciès; cætera valde illiberaliter.* Et Att. 16, 3 *De Nonone coram cognoscam, quamquam nihil ab eo arbitror neque indiligenter, neque illiberaliter,* (factum) Terent. Adelph. 4, 5, 30 *Facere aliquid illiberaliter,* i. e. injuste, inclementer. Id. Phorm. 2, 2, 24 *Aspernari aliquem illiberaliter,* i. e. sceleratissime.

¶ Illiberalĭtas, *ātis,* die filzigkeit, kargheit. Cic. Att. 8, 6 *Malo, Tironis verecundiam in culpa esse, quam illiberalitatem Curii.*

¶ Perliberaliter, adv. idem. Cic. pro Rosc. Am. c. 37 *Vt perliberaliter ageretur.* Id. Att. 10, 4 *Hoc loco multa perliberaliter.*

¶ Libero, *avi, atum, are,* est manumittere, in libertatem dare, freygeben, freysprechen. Cæs. B. C 3, 9 *Ad extremum auxilium descenderunt, servosque omnes puberes liberaverunt.* Et rursus ibidem. *Cum iis, quos nuper manumissos liberaverant.* ¶ 2. Item, exsolvere, ex periculo eripere, erledigen, los, ledig, frey machen, befreyen, erretten; ut, *Liberatus sum, Dave, hodie tuâ operâ,* Ter. Andr. 2, 2, 33. Sic, *Liberare quem metu,* ibid. v. 14; & *curâ,* Cic. Verr. 5, 5; & *Errore animos hominum,* Id. de Fin. 1, 5. *Prorsus cum libero omni suspicione cupiditatis,* Cic. fam. 2, 1. *Liberari ære alieno,* Id. Att. 6, 2, der schulden los werden. *Liberare civitates,* est eas a vectigalibus immunes reddere. Cic. Phil. 2, 38. Orat. conf. Rul. 1, 4. in Verr. Lib. 2, 31. Conf. Mënck. Obs. L. L. h. v. *Liberare periculo obsidionis,* Pompejus Marcello sub Att. 8, 12. Quod Livius dixit *liberare obsidionem urbis,* 26, 8, ut Gronovius feliciter restituit, quem videas ex 36, 25 id quoque confirmantem. *Liberare fidem suam,* seine zusage halten, Cic. pro Flacco c. 20. Liv. 5, 54 extr. *Cum augurato liberaretur Capitolium* (int. reliquorum Deorum religionibus) *Iuventus Terminusque moveri se non passi.* ¶ 3. Aliquando & Genitivo jungitur græca ratione. Liv. 41, 19. *Senatus nec liberavit ejus culpæ regem, nec arguit.* Id. 5, 28. *Voti aliquem liberare.* Vlpian. L. 50 Dig. de Legat. III *Puto & de eo sensum casu, quo curæ, & tutelæ liberetur.* ¶. 4. *Liberare flumen* vel *mare,* est, trajicere. Frontinus Strateg. 1, 4, 13 *Philippus nullo prohibente angustias freti liberavit.* Et c. 5, 3 *Si flumen liberasset.* Et 4, 7, 28 *Pelopidas cum flumen liberasset.* Hyginus fab. 257 *Liberato flumine.* v. Keuchen. ad Frontin. & Salmas. in Solin. p. 9 ed. nov. Schefferus ad Hyginum conjicit, legendum *librato. Liberasso* pro *liberavero,* vide apud Plautum Most. 1, 3, 66.

¶ Liberātus, *a, um,* befreyet, erlöset. Cic. Tusc. 4, 1 *Dominatu regio republica liberata.* Nep. 19, 2, 3 *In judiciis liberatus discessit,* freygesprochen. Et Curt. 9, 7, 11 *Pœna bis liberatus.* Cic. Att. 14, 14 p. 565 *Næ nos & liberati ab egregiis viris* (Cæsaris interfectoribus) *nec liberi sumus,* i. e. non utimur libertate, quam illi nobis peperere runt. ¶ 2. Festus: *Liberata ponebant pro effata, i. e. locuta.*

¶ Liberatio, *ōnis,* f. die erlösung, befreyung. *Liberatio culpæ,* Cic. pro Ligar. c. 1; &, *Liberatio molestiæ,* Id. ad Q. Frat. 1, 1, 12.

¶ Liberator, *ōris,* m. ein erlöser. *Liberator patriæ,* Nepos 10, 10, 2. *Liberator urbis,* Liv. 1, c. ult. *Liberator populus,* Id. 35, 17. *Terrarum orbis liberatores,* Curt. 3, 10, 5.

¶ Delibero, *avi, atum, are,* bedencken, überlegen, berathschlagen. *Amplius deliberandum censeo,* Ter. Phorm. 2, 3, 17. *Tempus ad deliberandum sibi postulare,* Cic. post red. ad Quir. c. 5, bedencк-zeit. *Spatium deliberandi habere,* Cic. Off. 1, 33. Id. fin. 2, 34 extr. *Qui voluptatem summum bonum esse decernit, non cum ea parte animi, in qua inest ratio atque consilium, sed cum cupiditate, id est, cum levissima animi parte deliberat,* ueber damit zu rathe. ¶ 2. Nepos & pro *consulere, quærere,* posuisse videtur, um rath fragen; ut, 2, 2, 6 *Missurum Delphos consultum. Deliberantibus Pythia respondit, &c.* Item 1, 1, 2 *Ex his delecti Delphos deliberatum missi sunt, qui consulerent Apollinem, &c.* Minuc. Felix p. 80 *Eos autem merito torqueri, qui Deum nesciunt, ut impios, ut injustos, nisi profanus, nemo deliberat,* i. e. nemo dubitat. Deliberant enim, qui incerti sunt de aliqua re. Sed ¶ 3. interdum est statuere, ut in Sall. fragm. hist. lib. 1 in orat. Lepidi n. 3 *Qui pejor, an ignavior sit, deliberari non potest.* v. *Deliberatus,* & Schult. ad Sen. controv. 3, 23.

¶ Dēliberatus, *a, um,* überlegt, wohlbedacht; ut, *Re deliberata,* Cæs. B. G. 4, 9; & B. C. 1, 10. Hofat. 1 od. 37, 29 *Deliberata morte ferocior.* Cic. fam. 5, 2 *Neque illi quicquam deliberatius fuit, quam me evertere.* Sic, *Deliberatum & constitutum est mihi,* Cic. Agrar. 1, 8. Et, *Statutum cum animo, & deliberatum habere,* bey sich entschlossen haben. Id. Verr. 3, 41.

¶ Deliberativus, *a, um,* darüber man rathschlaget; ut, *Caussa deliberativa,* Cic. de Invent. 1, 55. Idem eod. lib. c. 5 *Genus deliberativum, &c.*

¶ Deliberatio, *ōnis,* f. die berathschlagung, überlegung; ut, *Deliberationem alicujus rei suscipere,* Cic. Att. 14, 13. *Ad deliberationem alios adhibere,* Id. Phil. 1, 1.

¶ Deliberator, *ōris,* m. qui deliberat. Cic. pro Sext. c. 34 extr. *Illi deliberatori merces duplicata est.*

¶ Deliberabundus, *a, um,* deliberans. Liv. 2, 45 *Deliberabunda capita conferunt.*

¶ Deliberium, *i,* n. der rathschlag. Gloss. lat. gr. *Consilium, deliberium, συμβουλία, γνωμη.*

¶ Elibero, *are,* erledigen, frey machen. Vet. Int. Irenæi lib. 4.

¶ Eliberatio, *ōnis,* f. die erledigung, apud Augustinum.

LĪBĔRI, *orum,* m. plur. a libertate regendi sunt dicti, auctore Donato, die kinder. Cic. post red. ad Quir. c. 1 *Quid dulcius hominum generi a natura datum est, quam sui cuique liberi?* Serv. Sulpic. Cic. fam. 4, 5 *Malum est, liberos amittere.* Plin. 1 epist. 10 *Liberi tres, duo mares, quos diligentissime instituit.* v. Voss. de Analog. 1, 42, & adde Munkeri in Hyginum observationem p. 27. Notanda observatio Augustini Civ. Dei 16, 40 *Latinæ linguæ consuetudine liberi dicuntur pluraliter filii, etsiamsi non sint uno amplius.* Ter. Andr. 5, 3, 20 *Liberi inventi invito patre,* pro filio uno. conf. Heaut. 1, 1, 99, & Hec. 2, 1, 15. Cic. Phil. 1, 1 *Pax per eum* (Antonium) *& per liberos ejus* (filium obsidem datum) *confirmata est.* Plaut. Aul. 4, 10, 5 *Quid ego de te merui adolescens mali, Quamobrem ita faceres, meque meosque perditum ires liberos?* Loquitur Euclio ad Lyconidem adolescentem; & dicit *Liberos,* cum tamen de sola filia, Phædra, intelligat, quam vitiarat Lycon ides. v. & Gell. 2, 17. *Liberos tollere, suscipere,* vide in verbis illis. ¶ 2. *Ius trium liberorum,* inter præmia fuit, quæ lege Papia, maritis patribusque decreta fuerunt, cujus hæc erat vis, ut in petitione magistratus præferrentur candidati, quibus plures liberi essent: item, ut in magistratu ipso præcederent tales: denique ut ante 25 annum ætatis contra legem annariam possent admitti. Quæ beneficia non nisi in illis locum habebant, quibus terni liberi nati essent; quibus pauciores, excidebant. Poterat tamen Princeps hoc, quod proprium alias illorum erat, qui trium liberorum parentes essent, peculiari quadam indulgentia tribuere iis, qui totidem liberos non genuissent. Hoc itaque privilegium Principis, IVS TRIVM LIBERORVM appellabatur, de quo multa Lipsius Excursu ad Legem Papiam Comment. in 3 Ann. Taciti p. 50 & seqq. Vocat *jura parentis* Iuvenalis 9, 87; & *Ius liberorum,* Plinius vocat 7 epist. 16; & *Beneficium liberorum,* Suet. Claud. c. 15. conf. Alex. Neap. 4, 8. ¶ 3. ICtis etiam *Nepotes & pronepotes liberorum* appellatione veniunt. v. L. 10 ff. de grad. § 7 parentes.

¶ Liber, *ĕri,* m. singulariter, pro filio, est l. 33 princ. Cod. de inoffic. testam. *Si quis suo testamento maximam quidem portionem libero relinquat, minusculam autem alii vel aliis, de sua stirpe progenitis, &c.*

¶ Liberalis, *e,* adj. ad liberos pertinens. Varr. de L. L. 7 p. 91.

¶ Illiberis, *e, ἄτεκνος,* sine liberis, orbus, ohne kinder; Tertull. adv. Marcion. 4, 34 *Si frater illiberis decesserit.*

LIBET, *libuit* vel *libitum* est, *ere,* verbum imperfonale, es gefiel, beliebet, gelüstet. Plauto, & aliis antiquorum, *Lubet* (ut & cetera, quæ ab eo fiunt: *Lubenss, lubenter, lubido,*) dicitur. v. Cort. ad Sall. Catil. 7, 4. Varro de L. L. 5, deducit *a labendo, quod lubrica mens prolabitur:* Sed Vossius a לבב *cor,* quia *libere* idem est ac *cordi esse.* Cic. Att. 2, 18 *De Republ. non libet plura scribere,* habe ich nicht lust. Ausonius in Sapientibus, & quidem Periandro v. 4. *Faxis, ut libeat quod est necesse.* Seneca in Troad. v. 336 *Minimum decet libere, cui multum licet. Hoc loco libet interponere,* Nepos 16, 3, 1, quæ formula cum tacita velut προθεσπιᾳ fervit in ferendis in historiam judiciis, observationibus, egressionibus, locis memorabilibus. *Lubet* pro placet, apud Plaut. Cist. 2, 1, 7 *Lubet mihi,* Id. Trin. 2, 1, 36. *Lubet me scire,* Id. Merc. 1, 2, 19. Et, *Quæ cuique libuissent,* Suet. Cæs. c. 20. *Prodeambulare libitum est,* Ter. Adelph. 5, 1, 4. *Quæ facere meo animo libitum est,* Id. Andr. 1, 5, 28. conf. Phorm. 5, 7, 77. ¶ 2. *Libet* & *licet* confunduntur, non in vita tantum, sed etiam in libris. vid. Drakenb. ad Sil. 15, 188.

¶ Libens, vel Lubens, *tis,* volens, willig, gutwillig; ut, *Animo libenti*: Cic. pro Cluent. c. 2 *Opinionem animis vestris aut libentibus, aut æquis remittatis.* Id. Att. 4, 2 *Porticum demoliti libentissimis omnibus.* Cæs. B. Civ. 1, 15 *Cunctæ earum regionum præfecturæ libentissimis animis eum recipiunt.* Et, *Lubentissimo corde atque animo,* Plaut. Pseud. 5, 2, 22. Sic, *Lubens meritoque,* formula solennis in precibus, gratiarum actionibus, suppliciis, &c. v. Brisson. Plaut. Persa 2, 3, 2 *Iovi opulento bonas copias commodanti lubens meritoque vitulor.* ¶ 2. *Lubentes* Plauto dicuntur etiam læti & hilares, Pers. 5, 1, 8; Curc. 2, 3, 1; & Cist. 4, 2, 13. Sic & *lubentior* dicitur lætior, hilarior, Asin. 2, 2, 2, ubi vide. Et Ter. Adelph. 4, 7, 38 *Hilarem ac lubentem fac te in nati nuptiis,* mache dich frölich und lustig. *Auscultо lubens,* i. e. lubenter, Plaut. Truc. 2, 4, 46.

¶ Libenter, vel Lubenter, adv. æquo animo, gerne. *Studiose libenterque audire,* Cic. Divin. in Verr. c. 12. *Non libenter erat ante oculos civium suorum,* Nepos 12, 3, 2. Et, *Causam puto, cur huc libentius venias,* Cic. de Leg. 2, 2. *Lubentius audiens,* Catull. 62, 41 *Meminisse libentius,* viel lieber, Horat. 2 epist. 1, 262 *Libentissime dare,* Cic. Verrin. 4, 27. Et, *Libentissime quem audire,* Sen. epist. 30. Horat. 2 epist. 1, 262. *Dicit enim citius meminitque libentius illud, Quod quis deridet, quam quod probat, & veneratur.* Ter. Eun. 5, 9, 44 *Cum illa libenter vivis; etenim bene libenter victitas;* ubi Donatus: *Bonorum ciborum edax es.* Cato R. R. c. 156 *Si voles in convivio multum bibere cœnareque libenter,* mit appetit. Et Ennius apud Gellium 12, 4 *Quicum bene sæpe libenter Mensam sermonesque suos rerumque suarum Comiter impertit.*

¶ Libentia, vel Lubentia, *æ,* f. προθυμία, gratia, voluptas, die frölichkeit. Gell. 15, 2 *Cui libentiæ gratiaque omnes conviviorum incognitæ sunt.* Plauto similiter est *Lubentia,* Sticho 2, 2 pr. *Onustum,* inquit, *pectus porto lætitia lubentiaque.* conf. Asin. 2, 2, 2, ubi Pareus pro Dea lætitiæ habet *Lubentium.*

¶ Libentīna, *æ,* f. Dea libidinis, Venus. Augustin. de C. D. 4, 8. *Libentinæ nomen a libidine.* conf. Varro L. L. 5, 6; & Arnob. p. 132, & paullo post *Libitina.*

¶ Lībīdo,

¶ Lĭbĭdo, sive Lubido, ĭnis, f. quilibet subitaneus motus animi, quo aliquid petimus, volumusque, die luſt, begierde. Μέσον itaque eſt: & ita *bonam* juxta ac *malam libidinem* dixerunt. Salluſt. de ordinanda Rep. 1, extr. *Quod ſi tibi bonæ libido fuerit, patriæ parentibus gratificandi, &c.* Id. Cat. 7, 4 *Magisque in decoris armis -- quam in ſcortis -- libidinem habebant*, hatten mehr luſt an ꝛc. Liv. 1, 57 extr. *Iti Sext. Tarquinium malæ libido, Lucretiæ per vim ſtupranda cepit.* Ft Plaut. Epid. 2, 2, 56 *Id libido eſt ſemel.* Terent. Heaut. 1, 2, 27 *Fortaſſe aliquando iniquior, præter ejus libidinem*, id eſt, voluntatem. Add. Drakenb. ad Sil. 11, 312. Sed magis in malam partem uſurpatur, & abſolute ita dicitur temeraria omnis & inconſulta agendi quidlibet voluntas aut cupiditas: Sic, *Res libidine, non ratione gerere*, Cicero dixit pro Quint. c. 4. Id. in Orat. c. 65 *Ubi libido dominatur, innocentiæ leve præſidium eſt.* Cic. pro Clu. 22, *Quis tantam libidinem judicum ferre potuiſſet?* Id. contr. Rull. 2, 6 *Libido conſularis.* v. plura exempla in Obſerv. L. L. Menck. Salluſt. 1 Orat. de ordinanda Rep. pr. *Quia apud indignos ſæpe erant, quaſi per lubidinem data.* Id. Orat. 2 pr. *Plerasque res fortuna ex lubidine ſua agitat.* Sic, *Libidinem aſſentandi: edulandi: epulandi* item, & *ſanguinis libidinem* Tacitus: *ulciſcendi libidinem*, item Cicero non ſemel + Tuſculana appellat. ¶ 2. Præcipue tamen incontinentia, ſive Venerea cupiditas vel immoderatus coëundi appetitus *Libido* vocatur, die unkeuſchheit, geilheit. Auguſtin. de Civ. Dei 14, 16 *Cum ſint multarum rerum libidines, tamen cum* LIBIDO *dicitur, neque, cujus rei libido ſit, additur, non fere ſolet alia occurrere, niſi illa, qua obſcenæ partes corporis excitantur, &c.*

¶ Libĭdĭneus, *a, um*, idem quod *Libidinoſus*, Cathol.

¶ Libĭdĭnōſus, *a, um*, geil, unkeuſch, hitzig. Cic. de Senect. c. 9 *Libidinoſa & intemperans adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti.* vide *Fœtus.* Et, *Libidinoſa voluptas*, Id. de Fin. 1, 18, unkeuſche luſt. Transfertur etiam ad alia. Sic *Sententia libidinoſa*, Cic. pro Domo 2. *Quæſtor libidinoſus*, Id. Ep. ad Att. 4, 3 i. e. pravus. Compar. Id. in Piſon. c. 27 *Nihil ſcitote eſſe* (iſto homine) *luxurioſius, nihil libidinoſius.* Seneca inter otioſas quæſtiones, epiſt. 88, & hanc ponit: *Libidinoſior Anacreon, an ebrioſior vixerit?* Superl. *Libidinoſiſſima mulier*, Cic. Verr. 5, 33.

¶ Libidinoſe, adv. idem. *Facere aliquid libidinoſe, nefarie, crudeliter*, Id. Cic. Verr. feu Divinat. 1, 12. *Libidinoſius ſævire*, Tertull. de Monogam. c. 16.

¶ Lĭbĭdĭnor, *ari*, pro libidinem exercere, unzucht treiben. Suetonius Nerone poſuit c. 28, & Martialis 7 epigr. 56. Tertull. adv. Gnoſt. c. 3 *Abeunt libidinatum ad filias Moab.*

¶ Lubidinitas, *atis*, pro libidine, die geilheit. Laberius apud Nonium 8, 61 *Lubidinitate labitur.*

¶ Libitum vel Lubitum, *i*, n. pro quo & Libitus vel Lubitus, *us*, m. ſubſt. das wohlgefallen. Plaut. Bacch. 5, 1, 9 *Vt libitum eſt.* Id. Curc. 5, 2, 28 *Mihi libitum eſt.* Ter. Andr. 1, 3, 8 *Si libitum fuerit.* Sed hæc etiam imperſonaliter accipi poſſunt. vid. in *Libet.* Certiora Taciti, A. 14, 2, 4 *Vſque ad libita Pallantis provoluta.* It. A. 6, 1 extr. & 12, 6, 3. Plur. Tertull. de Idol. c. 4 *Qui faciunt libita ſibi.* Vulgo dicimus *pro lubitu, ad libitum.*

Compoſita:

Aliqualibet, vide in *Alius.*

¶ Allŭbet; Vnde

¶ Allubentia, vel Adlubentia, *æ*, f. die gefälligkeit. Apul. 1 de A. A. poſt princ. *Iam allubentia proclivis eſt ſermonis & joci.*

¶ Allubeſco, *ĕre*, gefallen. Plaut. Mil. 4, 2, 13 *Nitida fœmina jam mihi allubeſcit.* Apul. 9 Met. poſt princ. *Si aquis allubeſcerem.* Id. Met. 7 *Baſiare volenti promtis ſuaviolis allubeſcere.*

¶ Collibet, vel Collubet, *collibuit*, & *collibitum eſt*, *ĕre*, idem quod libere, placere, belieben. Ter. Eun. 5, 8, 26 *Si quid collibuit, novi te.* Horat. 1 ſat. 3, 6 *Si collibuiſſet.* Et alia forma Plaut. Moſt. 1, 3, 137, & Cic. de N. D. 1, 39 *Colliſitum eſt mihi*, es gelüſtet mich.

¶ Collibentia, & Collubeſcentia, *æ*, f. i. e. conſenſus, die genehmhaltung, bewilligung. Cathol.

¶ Perlŭbet, valde libet. Plaut. Capt. 4, 3, 53 *Perlubet hunc hominem alloqui.*

¶ Perlubens, *tis.* Cic. ad Q. fratr. 2, 8 *In quibus me perlubente Servius adjuvit.*

¶ Perlibenter, vel Perlubenter, adv. gar gern. Cic. de Clar. Orat. c. 3 *Tum ille, lego, inquit, perlubenter epiſtolam, quam ad te Brutus miſit ex Aſia.* Id. Att. 8, 14, *Tecum perlibenter loquor.* Id. de Univerſo c. 1 *Perlibenter & Nigidium vidi.* Et ſam. 7, 14 *Illud perlibenter audivi ex eo.*

¶ Prolŭbĭdo, *inis*, f. die luſt, begierde, gefälligkeit, ex Varrone de L. L. 5 Nonius 1, 324.

¶ Prolubies, *ēi*, f. idem ex Varr. l. c.

¶ Prolubium, *i*, n. effuſa cupiditas, eine unmäßige luſt, allzugroſſe willfährigkeit. Ter. Adelph. 5, 9, 28 *Quod prolubium? quæ iſtæc ſubita eſt largitas?* Gell. 16, 19 *Prolubium audiendi ſubit.* Adde Nonium l. c.

¶ Quilibet, *quælibet, quodlibet*, vel *quidlibet*, quicunque ſeu quisquis placet, ein jeder, es ſey wer da wolle. Ovid. de Arte Am. 1, 444 *Pollicitis dives quilibet eſſe poteſt.* Plin. 11 extr. *Quolibet modo*, auf allerley weiſe. De Fabiis Liv. 2, 49 *Sex & CCC milites, omnes patricii, omnes unius gentis, quorum neminem ducem ſperneret quibuslibet temporibus egregius ſenatus.* ¶ 2. Vulgaris, promiſcuus, gemein. Plin. 7, 28 *Neque cum quolibet hoſte res fuit.*

¶ Quamlibet, adv. Quintil. 1, 1 *Quamlibet parum.* Plin. 36, 22 *Findatur in quamlibet tenues cruſtas*, ſo wenig als man will.

¶ Qualibet, wo du willt, allenthalben. *Qualibet perambula ædes*, Plaut. Moſt. 3, 2, 122. Quintil. 5, 13 *Si flumina in vivos deducantur, qualibet tranſitum præbent.*

Quaslibet, vide *Qualis*, Quandolibet, *Quando*, Quantuslibet, *Quantus.*

Quomodolibet, vide *Modus.*

¶ Vbilibet, quoquo loco, überall, es ſey wo es wolle. Sen. de Tranqu. An. c. 1 *Cibus ubilibet non defuturus.* Auguſtin. Confeſſ. 3, 7 *Licebat pedem ponere ubilibet.* Poteſt etiam diviſe ſcribi.

¶ Vndelibet, allenthalben her, wo man her will. Aut. ad Herenn. 4, 50 *Ad iſtud quidem facile fuit, undelibet invenire.*

¶ Vnusquilibet, *unaquælibet, unumquodlibet*, ein jeglicher. Sen. Controv. 26 *Vt unusquilibet ſatis ſit.* v. ibi Gronovium, & conf. Idem ad Helv. c. 13. Dividitur etiam eleganter. Liv. 6, 40 *Si non ſim ex patricio ſanguine ortus, ſed unus Quiritium quilibet, &c.*

¶ Vt libet, nach gefallen. Horat. 1 epiſt. 7, 19 *Vt libet, hæc porcis hodie comedenda relinques.*

Vterlibet, vide infra *Vter, utra.*

LĪBĒTHRA, *æ*, f. mons Magneſiæ, quæ Theſſaliæ annexa eſt. Plinio eſt 4, 9 pr. & Solin. c. 8 extr. maſc. *Libethrus*, qui fontem hunc *præſidium poëtarum* dixit. Aliis in Macedonia locus eſt. vid. Strab. & Heſych.

¶ Libethrides, *um*, f. pl. Muſæ, nymphæ, Virg. ecl. 7, 21 *Nymphæ, noſter amor, Libethrides.*

Libidinari, libidinoſus, libido, vide *Libet.*

LĪBĪTĪNA, *æ*, f. Dea funerum apud Romanos, die leichen-göttin. Horat. 2 ſat. 6, 19 *Auctumnusque gravis Libitinæ quæſtus acerbæ.* Suet. Ner. c. 29 *Peſtilentia unius auctumni, qua triginta funerum millia in rationem Libitinæ venerunt.* v. ibi interpretes. Dionyſ. Halicarnaſſ. & Plutarchus in Romanis tradunt, Venerem hoc cognomento Romanis cultam fuiſſe. (v. Rhodigin. 29, 18.) Adde Iuvenal. 12, 122 *Si Libitinam evaſerit æger:* ubi Scholiaſtes inedit. LIBITINA *vocatur Venus a libendo, juxta cujus templum erat cœmeterium mortuorum. Ponitur ergo pro ipſa morte v. l. cœmeterio.* ¶ 2. Significat & lectulum, in quo mortui efferuntur, ut exponit Acron ad illud Horatii 3 od. ult. v. 6 *Multaque pars mei Vitabit Libitinam*, die todtenbahre. Sidon. 2 epiſt. 8 *Sed cum Libitinam ipſam flentes omnes, externi quoque prenſitarent, remorarentur, exoſcularentur, ſacerdotum propinquorumque manibus excepta, perpetuis ſedibus dormienti ſimilior illata eſt.* ¶ 3. Etiam *Veſpillonii* ſic dicitur. Ita Val. Max. 5, 2, 10 *Libitinam exercere* dixit, pro, veſpillonem agere. Martial. 10 epigr. 97 *Dum levis arſurâ ſtruitur Libitina papyro, Dum myrrham & caſiam flebilis uxor emit: Iam ſcribe, jam lecto, jam pollinctore parato, Hæredem ſcripſit me Numa: convaluit.* ¶ 4. Homines mali ominis videtur *libitinas* an *libitinos* dixiſſe Apulej. Flor. p. 345 *Si qui igitur ex illis libitinis* &c.

¶ Libitinārius, *i*, m. qui libitinam exercet, i. e. funerum curam mercede pacta recipit, apud Senecam de Benef. 6, 38, Petron. c. 38 & 78; ubi Heinſ. p. 389. & Vlpian. l. 5 § 8 ff. de Inſtit. act. ubi ait, *Libitinarium* eſſe, quem Græci κτερισήν vocant. Ver. Gloſſ. *Libitinarius*, ἐνταφιαστής. Item: ἐνταφιοπώλης, *Libitinarius.* Item: νεκροθάπτης, *Libitinarius.*

¶ Libitinenſis, *e*, ad Libitinam ſpectans: ut, *Porta libitinenſis*, per quam ex Amphitheatro cadavera interfectorum gladiatorum efferrebantur, Lamprid. Commodo c. 16.

Libitonarium, vide *Levitonarium* in *Levi*, Libitum, *Libet.*

LĪBO, *avi, atum, are*, a græco λάβω, leviter deguſtare, & primis veluti vix labris attingere, ein wenig koſten, nippen, credentzen, berühren. De apibus Virgil. Georg. 4, 54 *Purpureoque metunt flores, & flumina libant.* ¶ 2. Hinc eleganti metaphora, *Libare*, Cicero dixit, pro excerpere legendo, in Tuſc. 5, 29 *Libas ex omnibus, quodcunque te maxime ſpecie veritatis monet.* Et paſſim pro decerpere, ut de Div. 1, 49, *A qua natura (Deorum) hauſtos animos & libatos habemus.* conf. 2, 11. Lucretius etiam pro deminuere, abſumere, ut 3, 214, 716. Vide Menckenii Obſerv. ¶ 3. Et *Libare* eſt ſacrificare, opffern. Liv. 39, 43 *Vbi libare diis dapes, ubi bene precari mos eſſet.* Et, *Thura diis libare*, Ovid. Pont. 4, 8, 39. Præcipue vero hoc verbo uſi veteres, quum de primitiis Diis oblatis ſermo eſſet. Illæ enim de frugibus delibabantur, ſive decerpebantur; vide *Libatus*; vel quum inter epulas in honorem alicujus Dei in menſam, vel inter ſacra in aram aliquid vini de patera defundebant. Apul. lib. 4 Met. *Poculis aureis memoriæ defunctorum commilitonum vino mero libant: Dehinc, canticis quibusdam Marti Deo blanditi, paululum conquieſcunt.* Virgil. de Didone Æneid. 1, 740 *Dixit, & in menſa laticum libavit honorem.* Id. Æn. 8, 279 *In menſam læti libant, divosque precantur.* v. Dan. Heinſ. ad Sil. 11, 302. Hinc veteres Gloſſ. *Libat*, ἀπαρχεται, *Libat*, σπένδει. ¶ 4. *Libare* etiam eſt leviter tangere vel perſtringere ferro, Drakenb. ad Sil. 9, 523.

¶ Libans, tis. Virg. Georg. 2, 529 *Te libans, Lenæe, vocat.* Id. Æn. 5, 77 *Libans cerebeſia Baccho Fundit humi.*

¶ Lībātus, *a, um*, præguſtatus, gekoſtet, credentzet. Tac. Ann. 13, 16, 3 *Libata guſtu potio traditur Britannico.* Ovid. Amor. 1, 4, 34 *Rejicere libatos ore cibos.* Cic. de Divin. 2, 11 *Ex divinitate animos hauſtos, aut acceptos, aut libatos habere.* Liv. 21, 29 *Nusquam ante libatis viribus*, i. e. attenuatis. ¶ 2. Sacrificatus, geopfert. Tibull. 1, 1, 19 *Et quodcunque mihi pomum novus educat annus, Libatum agricolæ ponitur ante Deo.*

¶ Libatio, ōnis, f. deguſtatio, die koſtung. Item, quod in ſacris libatur, ein opfer; ut, *Libationes ſacerdotii*, Cic. Aruſp. Reſp. c. 10, quo nomine & χοαὶ, quæ mortuis fiebant, appellatæ. Apul. de Mundo p. 74 *Diis ſacrificatur: Geniis miniſtratur: obitis libatione profunditur.* vid. de *libatione* Lipſius poliorc. 5, 10.

¶ Libator, *oris*, m. qui libat, apud Auguſtinum.

¶ Libatōrium, *i*, n. crater, quo funditur libamen in ſacris, ein opfer-gefäß, 3 Esdr. 2, 13; & 1 Macc. 1, 23.

¶ Lībāmen, *ĭnis*, n. quod libatur, ein opffer. Ovid. Faſt. 3, 733 *Nomine ab auctoris ducunt libamina nomen, Libaque quod ſacris pars datur inde focis.* Vnde nota, *Liba* & *Libamina*, a Libero patre ſive Baccho, qui primus Iovi libavit, ſic appellata. Adde Virg. Æneid. 6, 246.

¶ Libamentum, *i*, n. idem. Cic. de Leg. 2, 12 *Libamenta ſacrificiorum.* Stat. 3 Silv. 1, 163 *Hæc ego naſcentes lætus bacchatus ad aras, Libamenta tuli.*

¶ Lībum, *i*, n. genus cibi ſeu panis dulcis ex farre, melle & oleo, honigkuchen oder fladen. Virgilius Æneid. 7, 109 *Adorea liba.* Ovid. Faſt. 3, 735 *Liba Deo fiunt, ſuccis quia dulcibus ille Gaudet,*

det, & a Baccho vella reporta ferunt. In primis in sacro natalitio solennis cœnæ dapes fuit. vid Broukh. ad Tib. 2, 2, 8.

¶ Libus, *i*, m. idem. Nigidius apud Nonium 3, 127 *Faciat libos quoquos, &c.*

¶ Libuncŭlus, *i*, m. dimin. parvum libum. Tertull. de Spectac. c. 27 *Stricti leonibus libuncŭlis venenato.*

¶ Libārius, *i*, m. qui liba vendit, ein kuchenbecker, apud Senecam epist. 56.

¶ Libĭto, *are*, frequent. oft kosten, versuchen. Cic. fam. 3, 8 *Si de tua prolixa benignaque natura libitavit aliquid posterior annus*; al. *limavit*. v. Parei Lex. Crit. p. 673.

Composita a *Libo*:

¶ Dēlĭbo, *are*, degustare, decerpere, abnehmen, abbrechen, credentzen. Cic. pro Sext. c. 56 *Vt omnes undique flosculos carpam atque delibem.* Sic, *Delibare de gloria alterius*, id est, detrahere, Cic. de Invent. 2, 59. Et, *Quod de honestate delibatum, virtute aliquando recuperare*, Id. eod. lib. cap. penult. Et Nepos 15, 6, 1 *Quod prius ad hostem pervenire cupiebat, quam de malo rege gesta fama ad suos pervenisset: ne cognita filii morte animi deliberarentur militis.* DELIBERENTUR, id est, minuerentur: al. *debilitarentur*. Adde Flor. 2, 6, 40. ¶ 2. *Delibare* est leviter vulnerare vel damno alio afficere. Varr. R. R. 2, 2, 15 *Ne inter se cursantes agni teneri, delibent aliquid membrorum*, daß sie sich keinen schaden thun, v. *Delibatus*. Iica. de B. Troj. 5, 322 *Iturea delibat cuspide frontem.* v. *Libare* n. 4 *& Degustare* n. 2.

¶ Delibans, *tis*. Virgil. Æn. 12, 434 *Summaque per galeam delibans oscula fatur.*

¶ Delibātus, *a, um*, abgekostet. Cethegus ab Ennio apud Cic. in Bruto c. 15 vocatur: *Flos delibatus populi, Suadæque medulla*; i. e. vir excellens atque eloquentissimus, ein auserlesener beredter mann. *Delibatus puer* fere in obsceno est Plauto Most. 4, 2, 32. ¶ 2. Ex altera significatione Colum. 12, 15, 6.

¶ Delibatio, *ōnis*, f. die minderung, verringerung, l. 116 pr. ff. de legat. 1 *Legatum est delibatio hæreditatis.* Tertull. adv. Marc. 1, 22 *Delibatio arbusculæ.*

¶ Delibāmentum, *i*, n. idem quod *libamentum*. Val. Max. 2, 6, 8 *Defuga Mercurio delibamenta.*

¶ Delibatōrium, *i*, n. locus delibationi accommodatus, die opfferstätte, Plin. 16, 40. Alii legunt *diribitorium*, de quo supra.

¶ Delibĭto, *are*, frequent. idem quod *delibare*. Cic. fam. 9, 16 *Solebam antea delibitari ovis & lacunculis tuis.* Sic legit post Victorium Turnebus Adv. 6, 1, & Pareus Lex. Crit. p. 674, non *delectari*.

¶ Delibuo, *ĕre*, madefacere, inungere, schmieren, benetzen, bestreichen. Cyrilli Glossæ: *Delibuo*, καταβρέχω, ἐλαίῳ βρέχω. Solin. 18 *Unguentis etiam delibuit.*

¶ Delĭbŭtus, *a, um*, oleo aut quovis humido imbutus, geschmiert, gesalbt, benetzt; ut, *Unguento delibutus*, Phædr. 5, 1, 12. *Delibutus capillus*, Cic. pro Rosc. Am. c. 46. *Delibutus medicamentis*, Id. de Clar. Orat. c. 62. *Aliquem gaudio delibutum reddere*, einen mit freuden überschütten. Ter. Phorm. 5, 6, 17. *Delibutæ cano meretrices*, mit dreck geworffene huren, Plaut. Pœn. 1, 2, 56; & Truc. 4, 4, 1 *Veneno delibuta dona*, vergifftete gaben, Horat. epod. 3, 13. *Perjuriis delibutus*, meineidig, Sallust. declam. in M. Tull. Cic. c. 1.

¶ Elĭbo, *are*, i. e. effundere, volunt esse apud Tacitum.

¶ Elĭbatio, *onis*, f. apud Plinium esse dicitur; non habet Index Hard.

¶ Illĭbātus, *a, um*, integer, incorruptus, unberührt, unversehrt, unverletzet; ut, *Imperium illibatum*, Liv. 3, 61. *Fœdera tori illibata*, eine reine ehe, Lucan. 2, 341. Et Val. Max. 6, 1, 4 *Vt non solum virginitatem illibatam, sed etiam oscula ad virum sincere perferret.* Et Vellej. 2, 48, 2 *Illibatam magnitudinem deferre ad inferos.*

¶ Illĭbābĭlis, *e*, unverfehrlich. Lactant. Instit. 2, 7 *Illibabilis est* (sapientia) *tamquam lux.*

¶ Indelibātus, *a, um*, idem quod *illibatus*. Silius 15, 271 *Indelibata virgo*, Et Ovid. Trist. 1, 4, 23 *Indelibatas cuncta sequantur opes.*

¶ Prælĭbo, *are*, præguſtare, credentzen, zuvor versuchen; ut, *Superis prælibare verendum nectar*, Stat. Silv. 3, 4, 60. Et, *Prælibare vitia*, Id. Achill. 2, 88.

¶ Prælibatio, *ōnis*, f. ein vorschmack, versuch. Tertull. de anima c. ult. *Sine ulla prælibatione.*

¶ Prolĭbo, *are*, idem quod *prælibare*. Plin. 28, 4 *Aquas prolibant novo fictili.* Et 35, 12 *Fictilibus prolibantur simpuviis.*

LIBRA, *æ*, f. λίτρα, ein pfund, idem omnino, quod *As*, *Mina*, *Pondo*, quod post Budæum de asse multis docet Gron. de P. V. Dividebatur autem adeo in XII uncias. Iuven. 10, 147 *Expende Hannibalem: quot libras in duce summo Invenies?* Add. Mart. 2, 44. Liv. 3, 29 pr. *Exercitus coronam auream dictatori libram pondo decreverit.* Ita enim hic & alias legendum, ubi quidam *libræ*. Nimirum *libra pondo* est libra pendendo vel ad pendendum, quod copiose ostendit Gron de P. V. l. 1 c. 6 p. 27 seq. Germ. ein pfund am gewicht. ¶ 2. Idem Gron. l. c. l. 3 c. 11 p. 178 ostendit inter agrimensorum esse modos *libram*. c. g. Vnus inter finium regundorum auctores, *Libra*, inquit, *in ponderibus, in mensuris arborum vel spatio terrarum, per divisas ejus mensuras in duodenarii numero comprehendi potest.* ¶ 3. Instrumentum, quo pondus examinatur, eine wage, ut in solenni formula, ubi *per æs & libram emi* aliquid dicitur, i. e. per æs libra appensum, quod primis temporibus, ante argentum signatum, necessitatis erat; post in solennibus firmandæ rei causa retentum est, quod Plinius docet 33, 3 f. 13. *In his emtionibus, quæ mancipii sunt, etiam nunc libra interponitur.* vid. etiam *Libripens* & qui antiquitates juris explicarunt, v. g. Heineec. l. 2 c. 10 p. 417. Huc respicit Horat. Ep. 2, 2, 158 *Si propinqui, ut fit, quod quis libra mercatur & ære, Quæsdam, (si credis consultis) mercatur ejus.* Liv. 6, 14 *Rem creditori solvit, libraque & ære liberatum emittit.* De *libra Critolai* philologice vid. h. v. ¶ 4. Instrumentum, quo horizontalis linea & deflexio ab illa exploratur, eine bleywage, waſſerwage. *Libram aquarium* vocat Vitruv. 8, 6. Cæs. B. C. 3, 11 *Turres ad libram factæ*, i. e. eadem altitudine procurrentes. Hinc *Libella* in fabrica apud Lucret. de qua deinde. ¶ 5. Hinc ipsam altitudinem videtur notare, quæ libra exploratur. Frontin. de aquæd. l. 1, *Aquæ omnes diversa in urbem libra pervenient*, quod ita interpretatur etiam Turneb. 5, 5. Col. 8, 1 *Locus pari libra*, quod Plinius epist. 9, 9 eleganter translulit, *quam pari libra gravitas comitasque.* ¶ 6. Signum cœleste, quod interdum *chelarum* Scorpionis, quod proximum signum est, appellatione continetur. Plin. 18, 26 *Significatur imber libræ occasu.* Virgilius Georg. 1, 208 *Libra die* (pro *dici* v. Pierium h. l.) *somnique pares ubi fecerit horas.*

¶ Lībella, *æ*, f. diminut. fuit nummulus argenteus valens decima denarii parte, idem scilicet quod *As*, aut libra ipsa. Plaut. Pseud. 2, 2, 34 *Tibi libellam argenti nunquam credam*, v. Bud. l. 1 de asse, & præsertim Gron. de P. V. 3, 12 p. 324 seq. ¶ 2. Item, parva libra, eine bley-wage. Varro R. R. 1, 6 *Locos ad Libellam æquas*, gleich abgemessen. Lucret. 4, 516 De *fabrica Et libella aliquâ si ex parte claudicat bilum.*

¶ Librālis, *e*, adject. unius libræ pondus habens, pfündig. Plin. 19, 2 *Librale pondus.*

¶ Librārius, *a. um*, idem. Vitruv. 3 extr. *Cæmentum de silice frangatur, ne gravius, quam librarium, &c.* Colum. 12, 53 *Caro in frusta librariæ conciditur*, pfündige stücken.

¶ Libraria, *æ*, f. subst. Videtur fuisse serva idem munus habens quod dispensator, eine ausgeberin. Fabrett. Inscript. p. 214 AVG. L. LIBRARIA. CON. SVO. PIISSIM. ET. BENE. MER. ET. SIBI. *Librariæ*, non a libris scribendis vel conglutinandis, sed a libra, tamquam partiendis pensis præfecta. Iuvenal. 6, 475 *Si nocte maritus Adversus jacuit, pervili librariæ, &c.*

¶ Lībrile, *is*, n. fubst Festo *scapus libræ*, der wag-balcken, unde lances pendent. ¶ 2. Synecdochice pro tota libra. Gell. 20, 1 *Perpendi in librili.* ¶ 3. Est & æquamentum seu inclinamentum libræ. Onomasticum Vetus: *Librile*, ῥοπή, quæ vox inclinamentum & propensionem significat. Æquamentum libræ Seneca Quæst. N. 3, 25 *æquilibrium* appellat; *quædam ligna*, dicens *ad æquilibrium aquæ descendunt*, cum alia vel tota submergantur, alia tota supernatent. vid. supra in *Æquus*. ¶ 4 Instrumentum bellicum, de quo Paullus ad Festum: *Librilia appellantur instrumenta bellica, saxa scilicet ad brachii crassitudinem in modum flagellorum loris revincta.* Pareus in Lex. Crit. p. 677 huc Cæsaris locum refert B Gall. 7, 81 *Fundis librilibus subditos atque Gallos perterrent.* Alias *funda librilis* sunt, quæ lapidem unius libræ projiciunt.

¶ Librĭpens, *endis*, ein wag-meister. Veteres Glossæ *Libripens*, ζυγοστάτης, qui libram teneret in illis emtionibus, quæ *per æs & libram* fieri solerent. vide *Libra* n 3. Plinius loco ibi laudato *libripendes* plur. dixit. Cajus lib. 1 Inst. apud Priscianum extr. lib. 6 *Qui libram æneam teneat, quæ appellatur libripens.*

¶ Lībro, *avi, atum, are*, ponderare, wägen, abgleichen. Præsertim ad intellectum vocis *libra* pertinet, quem dedimus n. 4. Vitruv. 8, 6 *Libratur aut dioptris aut lioris aquariis.* Ad vulgarem etiam libræ notionem, n. 3. referas illud Colum. 10, 42, *Et paribus Titan orbem libraverit horis.* ¶ 2. Item, schwingen. *Librare telum*, Virg. Æn. 9, 417. Talia multa Heinf. ad Ovid. Her. 3, 125. *Librare carnosa*, jenſ. Sedul. 3, 49. *Aquila librat sese ex alto*, Plinio 10, 3, er schwinget sich. Et de Dædalo Ovid. Met. 8, 201 *Ipse suum corpus geminas librabit in alas.*

¶ Libratus, *a, um*: ut, *Terra librata ponderibus*, Cic. Tusc. 5, 24, im gleichen gewicht gehalten. Comp. Liv. 30, 10 *Gravior & pondere ipso libratior japerne ex onerariis ictus erat*, bekam einen grossern schwung ꝛc.

¶ Libratio, *ōnis*, f. librandi actus, die abwägung. Vitruv. 8, 6 *Qui Archimedis libros legit, dicet, non posse fieri veram ex aqua librationem.* Minuc. Felix c. 17 *Divina libratio.*

¶ Libratūra, *æ*, f. idem. Veget. de re veter. 2, 22 *Libratura cutis.*

¶ Librātor, *ōris*, m. pl. *Libratores*, qui aquam dioptris aut libris aquariis aut chirobate librant deducuntque, die das waſſer abwägen und waſſerſtätten, reimeiſter. Plin. 10 epist. 50 *Superest, ut tu libratores, sive architectum, si tibi videbitur, mittas, qui diligenter exploret, sitne locus altior mari, &c.* v. ibi Buchnerum. ¶ 2. Milites jaculatores, qui lapides emittebant, ſchleuderer. Tac. Ann. 13, 39, 6 *Libratoribus fundioribusque attributus locus.* v. in *Librile* n. 4.

¶ Librāmen, *inis*, n. das gewicht. Liv. 42, 65 de reli genere loquens: *ad libramen pinnæ.* Metaphorice Claud. Mamert. 3, 13 *Adhibere judicii libramen.* Et Paulinus Natal. 6 Felic. v. 306 *Æquato libramine conflet Iudicium.*

¶ Libramentum, *i*, n. æquamentum, quod vulgo æquilibrium vocant, die gleichheit. Vet Gloss. *Libramentum*, ἰσορροπία. Cic. Acad. Q. Q. 4, 36, *Extremitatem & quasi libramentum, in quo nulla crassitudo sit.* Colum. 1, 5 *Temperatum libramentum ventorum hiemalium & æstivorum tenet.* ¶ 2. Æqualis altitudo, die gleiche höhe; ut, *Libramentum aquæ*, Plin. 21, 6. Et Frontinus lib. 1 de Aquæduct. *Ductus* (Anienis) *habet longitudinem, ita exigente libramento, passuum XLII millium.* ¶ 3. Sunt apud Liv. 38, 5 *Libramenta plumbi aut saxorum*, quæ tollenonibus appensa sublataque in hostium arietes aut opera incutiebantur. Tac. Hist. 3, 23, 2 *Vincla ac libramenta tormentorum.* ¶ 4. Ex alia notione vid. sub *Liber*, in quantum est cortex.

I. Composita cum numeral. & aliis:

Æquilibrium, æquilibris, &c. vide in *Æquus*.

¶ Bilĭbra, *æ*, f. zwey pfund. Liv. 4, 15 *Frumentarium dicitem bilibris farris speraſſe se libertatem civium suorum emisse.* Vbi Gronov. vide, cui *bilibris* plurale est, quasi binis libris, sive in multos datas singulas bilibras.

¶ Bilibralis, *e*, zweypfündig. Gloss. Cyrill. *Bilibralis*, διλίτραιος.

¶ Bĭlibris, *e*, idem. Eodem Glossario: *Bilibris*, διλίτρος. *Cornu biliore*, Horat. 2 sat. 2, 61 vas duas libras olei continens Martial. 11 epigr. 59 *Nunc ut emam grandemve lupum mullumve bilibrem.*

¶ Trilibris

¶ Trilibris, *e*, dreyfündig. Horat. 2 sat. 2, 33 *Laudas insane trilibrem Mullum.* Gallienus in epistola apud Treb Pollionem in Claud. c. 17 *Misit ad eum pateras gemmatas trilibres duas: fyphos aureos, gemmatos trilibres duos.*

¶ Quadrilibris, *e*, vierpfündig. Plaut. Aul. 5, 1, 2 *Quadrilibris aula, auro onusta.*

¶ Quinquelibralis, *e*, quinque librarum, fünffpfündig. Colum. 3, 15 *Quinquelibrale pondus.*

¶ Quinquelibris, *e*, idem: ut, *Patera quinquelibris*, Vopisc. in Probo c. 5.

¶ Sēlibra, *æ*, f. eine marck, halb pfund. Cato R. R. c. 84 *Selibra farinæ.* Adde Plin. 14, 16; Colum. 12, 5; Suet. de Illust. Gram. c. 11; & Gell. 7, 18. Martialis primam corripuit lib. 10 epigr. 57, quamvis sit ab ἥμισυ, per fyncopen.

¶ Semilibra, *æ*, f. idem. Apul. de Herb. c. 99 *Adipis cervini semilibra.* Hinc *Sembella*, vid. in S.

II. Composita cum præpositione.

¶ Collibro, *are*, gleich abwägen. Cato c. 19 *Inter arbores medium quod erit, id ad mediam colliborato.*

¶ Delibro, *are*, ponderare, abwägen. Laudatur Gell. 15, 8 *Delibrari sibi cœnas jubeant, ne edendo defatigentur.* Sed habent libri omnes *delibari.* ¶ 2. Ad aquileges pertinet. v. *Libella* n. 2. etiam noftri, abwägen, h. e. faftigium illius explorare. Feftus parum forte accurate: *Delibrare, aquam fulco derivare.* ¶ 3. Aliam notionem v. fupra in *Liber, bri*, h. e. cortex.

¶ Elibro, *are*, ICt. in Dig.

¶ Perlibro, *are*, abwägen, abmeffen, abgleichen. Sen. Qu. Nat. 3, 28 *Si quis exceſſit perlibret, maria paria ſunt*, id eſt, ad unum omnia libret. Et Vitruv. 8, 6 *Cum perlibratum ita fuerit.* ¶ 2. ſchwingen. Silius 2, 189 *Sævamque bipennem Perlibrans mediæ fronti.* Et 5, 321 *Torvidas haſtam Perlibrat.*

¶ Perlibrātus, *a*, *um*, abgewogen, wag-recht; ut, *Planicies perlibrata*, Colum. 2, 10. *Permenſum & perlibratum opus*, Id. 3, 13.

¶ Perlibratio, *ōnis*, f. die abwägung. Vitruv. 8, 6 *Perductionis* (aquarum) *prima ratio eſt perlibratio. Libratur autem dioptris aut libris aquariis.*

LIBS, *libis*, m. λίψ, ventus, qui & Africus, flat contra Aquilonem, Plin. 16, 34. Apulejus de mundo: *Africus, id eſt*, λίψ, *Vulturno reflat.*

¶ Libănōtus, *i*, m. alii *Libonotus*, ventus Plin. 2, 47 flans inter *Liba*, id eſt, *Africum & Notum*; ſive cui eſt *Libs* hinc, & inde *Notus*, ſüdweſt-wind.

LIBVI, *orum*, populi, *eos olim locos tenuerunt, ubi nunc ſunt Brixia & Verona*, Liv. 5, 35 pr.

Libum, libus, vide *Libo, are.*

¶ LIBVRNIA, *æ*, f. Λιβυρνία, regio Illyrici inter Iſtriam & Dalmatiam veterem, & hodie ditionis eſt Venetorum.

¶ Liburnus, *i*, m. einer aus Liburnien. Plin. 3, 21 pr. *Gens Liburnorum usque ad flumen Titium.* ¶ 2. *Liburnus* Deus libidinum apud Arnobium 4 p. 132.

¶ Liburnus, & Liburnĭcus, *a*, *um*, gentilia adjectiva; ut, *Liburna noſtra*, Propert. 3, 11, 44. *Inſulæ Liburnicæ*, Plin. 3, 26 Si *navis* fubauditur, quaſi fubſtantive.

¶ Liburna, & Liburnica, *æ*, f. genus eſt navis bellicæ velociſſimæ, ein leicht rennſchiff, jagd-ſchiff, quo Liburni Illyrici uſi olim dicuntur, in prædationibus per Ionium mare. v. Appianum Alexandrin. in Bello Illyr. Plin. 6 epiſt. 16 *Iubet Liburnicam aptari mihi, ſi venire una vellem, facit copiam.* Horat. epod. 1, 1 *Ibis Liburnis intra alta navium, Amice, propugnacula.* Claſſicus locus eſt Veget. 4, 33 ſeq.

LIBYA, *æ*, & Libye, *es*, f. Λιβύη, Latinis proprie Africa illa eſt, quæ circa Ægyptum eſt, non tota Africa: *Mareotis Libya Ægypto conterminа eſt*, inquit Plin. 5, 6. Et Eutrop. 6, 9 *Libya quoque Romano imperio per teſtamentum Apionis acceſſit*, hoc eſt, Pentapolis Cyrenaica. Non raro tamen latius patet, poëtis præſertim, Græcorum more, quibus Λιβύη *Africa* eſt: atque ita etiam Carthaginienſem agrum comprehendit.

¶ Libys, ўos, m. Λίβυς, ein Lybier, Africaner. Prudent. adv. Symmach. 2, 685 *Adfirmentque Libyn Collinæ a cardine portæ Hannibalem Iovis imperio Martisque repulſum.*

¶ Libyſſa, *æ*, f. ut, *Arena Libyſſa*, Catull. 7, 3. Hinc ambiguitas oraculi, quo Hannibal deceptus fuit. Nam & Bithyniæ Libyſſa eſt. vid. Scriptores de morte Hannibalis.

¶ Libs, inveniturque eodem ſignificatu, quo *Libys.* Sidon. carm. 9, 94, ubi labores Herculis recenſet: *Neſſus, Libs, juga, poma, virgo, ſerpens.* Eſt Phalæcius. Id. carm. 15, 143 de iisdem: *Cres, fluvius, Libs, poma &c. Libs* autem Antæus eſt. *Libes* in plurali idem. Sidon. Paneg. Majorani v. 46 *Arma Chalybs, frumenta Libes, &c.*

¶ Migdilibs, id eſt, mixtus Libys, Plaut. Pœn. 5, 2, 73.

¶ Libyſsīnus, *a*, *um*, adj. ut, *Montes Libyſſini*, Catull. 61, 1.

¶ Libyſtis, *ĭdis*, f. patronym. Λιβυϛίς. Et, *Pelle Libyſtidis urſæ*, Virg. Æn. 5, 37. De quo verſu & Africæ urſis lis magna eſt. Leones intelligi vult Lipſ. Elect. 2, 4; cujus ſententiæ Salmaſius in Solin. p. 220 contrarium tenet. Etiam Voſſius pater mutata ſententia priori Vrſos omnino dari in Africa docet, de idol. 3, 52 p. 503 ſeq. Nihilominus filius ad Melam p. 177. quanquam diſſimulata patris ſententia urſos negat Africæ, & *Libyſtidis urſæ* legi vult apud Virgilium. Sed la Cerda ita tuetur Virgilium, ut apud Plin. 8, 36 f. 50, cujus ſolius auctoritate premuntur *urſi* Africani, Numidici, Libyci, conjiciat legendos eſſe *uros.* Avienus Periegeſ. v. 263 *Torræque Libyſtidis ora per Auſtrum.*

¶ Libyĉus, *a*, *um*, aliud adject. ut, *Gentes Libycæ*, Virg. Æn. 4, 320. Et Horat. 1 oda 1, 10 *Quicquid de Libycis verritur areis.*

¶ Libycum, *i*, n. fubſt. aſparagus ſilveſtris, wilder ſpargel, Plin. 20, 10.

Licens, licenter, licentia, licentioſus, vide in *Licet.*

LĪCEO, *licui, licēre*, ſeil ſeyn, acſten. *Licere* & *Liceri* ſignificatione differunt. *Licet* enim, quod venditur: *Licetur* emtor. *Parvo pretio licere*, Martial. 6 epigr. 66, um ein gering geld feil ſtehen oder geboten werden. Cic. Att. 12, 23 *De Druſi hortis, quanti licuiſſe tu ſcribis, id ego quoque audieram*, Neutro-paſſivum eſt, ut *Veneo.* Sed

¶ Liceor, *citus ſum*, *liceri*, activam habet ſignificationem, eſtque idem, quod pretium polliceri, quemadmodum Valla oſtendit 5, 28, auf die waare bieten; ut, *Quantum tu liceris?* was bietеſt du mir drauf? was wilt du mir geben? Pompon. L. 7 § 8 Dig. de Minorib. *Si exiſtat, qui plus liceatur*, der mehr bieten will. *Animoſe liceri*, friſch drauf bieten. Paulus ICt. dixit l. 29 Dig. famil. herciſc. Perſius 5 extr. *Et centum Græcos curto vix aſſe licetur*, er bietet kaum drey pfennige auf hundert Griechen. Plaut. Stich. 1, 3, 69 *Iocos ridiculos vendo, agite licemini.* Sed, *Contra alipem liceri*, mehr bieten, denn ein ander. Cic. Off. 3, 15 *Qui contra ſe liceatur*, ſcil. contra emtorem, conf. mox *Contraliceor.* ¶ 2. Neque vero in emtionibus tantum hoc verbum, ſed in conductionibus etiam uſurpabatur Suet. Cæſ. c. 20 *Ne in locatione novorum vectigalium immoderatius liceretur, propalam monuit.* De locatione decumarum Cic. Verr. 3, 33 *Liciti ſunt usque eo quoad ſe efficere poſſe arbitrabantur.* Id. Verr. 3, 11 *Virum æquius eſt, eum qui manu quæſierit, an eum qui digito licitus ſit, puſſidere?* de ead. re.

¶ Licens, *tis*, pretium offerens pro aliqua re. Cæſ. B. Gall. 1, 18 *Illo licente &c.*

¶ Licĭtor, *atus ſum*, *licitari*, pretium deferre, ſive augere in auctione facienda, ſeu licendo contendere, drauf bieten. Curt. 4, 1, 12 *Impia bella ſuſcipitis, &, cum habeatis arma, licitamini hoſtium capita*; quod ipſe explicat: *percuſſorem in me emere voluiſti.* ¶ 2. *Licitari*, pro congredi, pugnare, ſochteln, kämpfen. Ennius apud Non 2, 505 *Ludicre jactant ſaxa, inter ſe licitantur.* Et Cæcil. *Machæra licitari adverſum.*

¶ Licĭtans, *tis*. Paulus ICt. l. 9 Dig. de publ. vectig. *Locatio vectigalium, quæ calor licitantium ultra modum ſolitæ conductionis inflavit, &c.*

¶ Licĭtātus, *a*, *um*. Feſtus: *Licitati, in mercando ſive pugnando contendentes.*

¶ Licĭtātio, *ōnis*, f. pretii in auctione oblatio, das gebot auf ein ding, die feilſchung; ut, *Facere licitationem*, ein geld auf ein ding ſetzen, Cic. Att. 11, 15. *Admittere licitationem*, L. 7 § 8 ff. de Minorib.

¶ Licĭtātor, *ōris*, m. qui licitatur. Cic. Off. 3, 15 *Non licitatorem venditor opponet.*

Compoſita a *Liceor*:

¶ Contraliceor, *ēri*, dagegen oder beſſer bieten, mehr drauf ſetzen. Cæſ. B. G. 1, 18 *Vectigalia parvo pretio redenta propterea, quod illo licente, contraliceri audeat nemo.*

¶ Inlicitator, *oris*, m. id eſt emtor, ein käufer, apud Feſtum.

¶ Polliceor, *itus ſum*, *ēri*, promittere, vel ultro, vel ex pactione, ſich erbieten, verſprechen; ut, Cic. Att. 5, 13 *Liberalissime erat pollicitus tuis omnibus.* Et pro Domo c. 11 *Quæ meum tempus poſtulat, ſatis prolixe mihi pollicetur.* Et, *Pollicori ſuam operam*, Cic. Divin. in Verr. c. 6, ſeine dienſte verſprechen. *Pro certo hoc vobis polliceor atque confirmo*, Id. 2 Agrar. extr. *De cauſſa regia tantum habeo tibi polliceri, &c.* Cic. fam. 1, 5. *Vultures, affectæ sanguine & præda aves, ita pollicebantur*, Flor. 1, 1, 7. *Manifeſtam victoriam nata in prætoria puppe laurus pollicebatur*, Id. 2, 7, 7, in quibus Flori locis *polliceri*, idem eſt, quod portendere.

¶ Polliceo, *ere*, activa forma, idem. Varro apud Nonium 7, 25 *Ne dares, ne polliceres*, pro *pollicereris.*

¶ Pollĭcens, *tis*. Ter. And. 1, 1, 49 *Pretium pollicens.* Id. Phorm. 1, 2, 18 *Modo non montes auri pollicens.* Nepos 2, 8, 6 *Multa pollicens, ſi ſe conſervaſſet.*

¶ Pollĭcĭtus, *a*, *um*, paſſive, verſprochen, zugeſagt. Ovid. Faſt. 3, 366 *Pollicitam dictis addere fidem*, dem verſprechen nachkommen. Vellej. 2, 111, 1 *Ad id bellum operæ pollicitæ.* ¶ 2. Sed active *Pollicitus*, der verheiſſen hat. vid. Ter. Andr. 3, 2, 46; 3, 5, 71; Eun. 2, 3, 15. Cæſ. B. G. 4, 19; &c.

¶ Pollĭcĭtum, *i*, n. fubſt. promiſſum, promiſſio, eine zuſage. Colum. 11, 3 *Memores polliciti noſtri.* Ovid. Heroid. 20, 180 *Polliciti conſcia templa.* Id. Amor. 2, 16, 48 *Pollicitis ſuis facta addere.* Et de Art. Am. 1, 444 *Pollicitis dives quilibet eſſe poteſt.*

¶ Pollĭcitor, *ari*, frequentat. viel verheiſſen, zuſagen. *Pollicitando eorum animum lactas*, Ter. Andr. 5, 4, 9.

¶ Pollĭcĭtans, *tis*. Ter. Phorm. 3, 2, 35 *Te tuli pollicitantem & nil ferentem.*

¶ Pollĭcĭtātio, *ōnis*, f. die verheiſſung; ut, *Pollicitationes tuas hinc aufer*, weg mit deinen groſſen worten, da nichts hinter iſt, Ter. Phorm. 5, 6, 15. Suet. Ner. c. 13 *Regem magnis pollicitationibus ſolicitatum.* conf. Nepos 18, 2, 4; Cæſ. B. G. 3, 18 &c.

¶ Pollĭcĭtātor, *oris*, m. qui pollicetur. Tertull. adv. Iud. c. 1 *Habemus Deum idoneum pollicitatorem & fidelem ſponſorem.* Et Auguſtin. de Morib. Manich. 2, 17 *Pollicitatores rationis & veritatis.*

¶ Pollĭcĭtatrix, *ĭcis*, f. Id. Tertull. in Apolog. c. 23 *Virgo cæleſtis pluviarum pollicitatrix.*

LICERIVM, *i*, n. urbs Aquitaniæ; hinc

¶ Liceriānus, *a*, *um*, adj. ut, *Pyra Liceriana*, Plin. 15, 15.

LĪCET, *licuit*, & *licitum eſt*, *ēre*, gefallen, erlaubt, zugelaſſen, frey ſeyn. Cic. Tuſc. 5, 19 *Id licere dicimus, quod cuique conceditur. Peccare nemini licet*, Cicero ibidem. *Licet tibi per me*, meinet halben iſt es dir vergönnt, i. e. permitto, non impedio, Cic. Acad. 4, 29; & Phil. 2, 4 *Statarium agere ut liceat per ſilentium*, Ter. prolog. Heaut. v. 36. *Vt ſibi liceret id de me diſcere*, Id. Eun. 2, 2, 31. Et, *Modo liceat vivere, ſpes eſt*, Heaut. 5, 2, 28, wenn wir nur das leben davon bringen. Cic. Orat. 4, *Ex Demoſthenis epiſtolis intelligi licet.* Id. de Orat. 3, 7. *Id primum in poetis cerni licet.* Cic. Tuſc. 1, 15 *Licuit eſſe otioſo Themiſtocli.* Sed Grammatici notant, hanc formulam cum Dativo eſſe conſuetudine Græca; accuſativum vero ex natura linguæ Romanæ. Cic. pro Balbo c. 12 *Civi Romano licet eſſe Gaditanum.* Id. pro Ligar. c. 6 *Liceat eſſe miſeros.* Et Att. 10, 8 *Medios eſſe jam non licebit.* Conf. Horat. 1 ſat. 2, 51; Cæſ. B. C. 3, 1; & B. G. 35 (34) ubi *fortunatiſſimis* & *fortunatiſſimos* legi, vide in Davisii edit. p. 216. Adde Miſcell. Obſerv. Vol. V p. 14. & Duker. ad Liv. 42, 36. Plaut. Trin. 4, 3, 25 *Nunc mores nihil faciunt quod licet, niſi quod lubet.* Claudian. de 4 Conſ. Honor. v. 266 *Sed comprime motus, Ne tibi quid*

quid liceat, sed quod feciſſe decebit, Occurrat, mentemque domet veſpectus honeſti. conf. Grot. de I. B. & P. 3, 4 § 2 & quæ dicemus in *oportet.* ¶ 2. Eleganter hoc verbum & in precationibus maxime interleritur. Horat 3 od. 27, 13 *Sis, licet, felix ubicunque mavis, Et, memor noſtri, Galathea, vivas*; i. e. ubicunque hinc profecta degere malis, felix ſis: atque id licet eſſe, & fas eſſe, nec ullum malum omen impediet. Ovid. in Narciſſi fabula Met. 3, 404 *Indemanus aliquis deſpectus ad æthera tollens Sic, amet iſte licet, ſic non potiatur amato, dixerat.* ¶ 3. Sed ironicum quid habet in talibus, quale eſt Ovid. A. A. 2, 31 de Dædalo fruſtra petente: *Dixerat hæc, ſed & hæc, & multo plura licebat Dicere: regreſſus non dabat ille vivo.* ¶ 4. *Liciturum eſſe*, Cicero dixit ad Att. 2, 1. ¶ 5. Perſonaliter Sen. contr. 25 in fin. diviſ. *Quædam quæ licent, tempore & loco mutato non licent.* Sen. philoſ. de Clem. 1, 18 *Cum in ſervum omnia liceant.* Add. illud Catulli 59, 146 *Scimus hæc tibi quæ licent Sola cognita: ſed marito Iſta non eadem licent.*

¶ Licens, *tis*, adject. frey, freventlich. Propert. 4, 1, 26 *Vnde licens Fabius ſacra Lupercus habet.* Stat. 1 Silva 6, 93 *Quis ſpectacula, quis jocos licentes.* Et Martial. 4 epigr. 8 *Licenti greſſu.* ¶ 2. Hinc *Licentior, Licentius.* Cic. de Orat. 3, 48 *Inde illic licentior & divitior fluxit dithyrambus.* Et *licentior vita*, Val. Max. 9, 1, 2. *Licentior aceuſatio*, ibid. c. 2 n. 3. Seneca Excerpt. Controv. 6, 8 *Converſatio cum viris licentior.*

¶ Licenter, adv. per licentiam, fücher, frey, freventlich. *Licenter errare*, Cic. in Orat. c. 23. *Licenter eludere*, Liv. 29, 31. *Licenter verbo uſus eſt*, Sen. Controverſ. 10. Et, *Licentius abuti*, Cic. Orat. 3, 43. *Laxius licentiusque eſſe*, Salluſt. Iug. c. 87. *Licentius errare*, Virgil. Æn. 7, 557. *Adverſario remoto licentius eorum bona diſpertivit*, Nepos 10, 7, 1.

¶ Licentia, *æ*, f. eſt impunita facultas loquendi vel agendi quæcunque libuerint, impunitas, libertas immodica, & nimia permiſſio, zu viel freyheit, erlaubniß, vergünſtigung. Ter. Heaut. 3, 1, 74 *Deteriores omnes ſumus licentiâ*, wenn uns zu viel überſehen und nachgelaſſen wird. Id. Adelph. 3, 4 extr. *Nimia iſthæc licentia profecto evadet in aliquod magnum malum*, der verſtattete muthwille. Cic. Off. 1, 29 *Pueris non omnem licentiam ludendi damus.* Id. pro Flacc. c. 7, *Græcia hoc uno malo concidit, libertate immoderatâ & licentia concionum. Libertas* cum tranſcendit limites, *licentia* dicitur. Phædr. 1, 3, 1 *Athenæ cum florerent æquis legibus, Procax libertas civitatem miſcuit, Firmumque ſolvit priſtinum licentia.* Tac. Hiſt. 2, 10, 1 *In civitate diſcordi & ob crebras principum mutationes inter libertatem ac licentiam incerta, parvæ quoque res magnis motibus agebantur.* Quam *verborum licentiam* appellavit Curtius 8, 2, 2, alio loco *intemperantium linguæ* dixit. ¶ 2. Honeſtam poteſtatem ſignificat. Sall. Iug. 103, 3 Bocchus legatis *agendarum rerum, & quocunque modo belli componendi licentiam permittit*, vollmacht.

¶ Licentiātus, *i*, m. honoris hodie vocabulum, id eſt, deſignatus, ut licentiam habeat ad conſequendam dignitatem ſupremi tituli. Nonnulli a *licet* derivant. Reſpiciunt enim veterem conſuetudinem, ubi vel *Papianiſtæ*, vel *Lytæ*, vel *Prolytæ*, dicebantur, prout vel biennium, vel triennium, vel quadriennium in legum ſtudio verſati ſunt, & ab illa præſcripta ſtudiorum lege ſoluti, tamquam emeritis ſtipendiis, honeſtam a magiſtrorum ſcholis miſſionem impetrarunt. Et ſic Heſychius *προλύτης* interpretatur *παρειμένος, παραλελυμένος*, ut ii ſint, qui hodie *Licentiati* appellantur. v. Hotomann. de verbis juris. Alii a *licitando* deducere malunt. v. Eraſm. Dial. de Pronunc. p. 35, & Lanſiii Comm. 1 de Academ. p. 75. ¶ 2. Habet Laberius ap. Nonium 3, 130 *In paupertatem eo licentiatus*; ubi alii legunt *Licentatus.*

¶ Licentioſus, *a, um*, allzufrey, muthwillig. Quintil. 1, 6 *Quod non minus eſt licentioſum.* Arnob. 4 p. 149 *Tantum ibi licentioſi juris adſciſcere.* Et Apul. 4 Mil. p. 154 *Lamentationes licentioſæ*, ausgelaſſene klagen.

¶ Licentioſe, adv. frey, in tag hinein. Comp. Petron. c. 140 *Vnde licentioſius viverent*; ſi ſic placet pro *Levatores* legere.

¶ Licitus, *a, um*, frey, zugelaſſen, erlaubt; ut, *Negociatio licita*, Vlpian. L. 2 ff. de jure patron. Cic. fam. 14, 4 *Si eſſet licitum per nautas.*

¶ Licito, adv. idem. Solinus c. 11 (al. 16) *Ædem Dianæ nudus veſtigia nullus licito ingreditur*, es iſt niemand erlaubt.

¶ Licite, idem. Oroſius 6, 20 *Licite uſurpare.*

¶ Illicitus, *a, um*, was ſich nicht geziemet, unerlaubt, verboten. *Ire per illicitum*, Stat. Theb. 1, 223. *Illicitas tentare vias*, Val. Flacc. 1, 197. Ammian. L. 28 *Ne ſenator quisquam inuſitate, & illicito more toymentis exponeretur.* Superl. Auguſtin. epiſt. 202 *Rem illicitiſſimam atque indigniſſimam prohibere.*

¶ Illicite, adv. unerlaͤublich. L. 11 § 14 Dig. de Legatis & fideicommiſſ. lib. 3 *Si quis illicite ædificaſſet, id eſt, hoc, quod divi principes conſtitutiones jubent.* Et Tertull. adv. Marc. 4, 34 *Illicite dimiſſam, pro indimiſſa* (uxorem) *ducens, adulter eſt.* Sed & Varro de L. L. 5, 9 fin. *Illicite illexit.*

¶ Illicentioſus, *a, um*, ungebührlich. Apul. lib. 2 Mileſ. *Inter hæc per convivium illicentioſus cachinnus effunditur.*

¶ Prælicenter, adv. allzufrey. Gell. 16, 7 *Prælicenter verba fingere*, hoc eſt, nimis licenter. Adde Ammian. 16, 5; & 17, 8.

LĪCET, conjunctio adverſativa, idem quod *quamvis*, & excipi ſolet verbo conjunctivo, obgleich, obſchon. Cic. 13, 28 *Licet ſæpius tibi hujus generis litteras mittam, ſed tamen non parcam operæ.* Iuvenal. 8, 18 *Tota licet veteres exornent undique ceræ Atria; nobilitas ſola eſt atque unica virtus.* In quo verſu, *Tamen*, omiſſum eſt, quod alioqui has particulas ſequi ſolet. conf. Cic. Att. 14, 4; pro Roſc. Am. c. 11 &c. ¶ 2. ICti & cum Indicativo non ſemel junxerunt. Vlpian. L. cum hi 8 § ult. de transact. *Fructus habitationis præſtatur, licet ruinæ vel incendio ſubjecta tranſactio eſt.* Ita & Modeſtinus L. 20 ff. de accuſat. & Iulianus L. *Si ei 2 § 2 D.* de Iure Codicill. poſuit. ¶ 3. *Licebit*, alia conjunctio idem ſignificans. Horat. epod. 15, 19 *Sis pecore & multâ dives tellure licebit.* Id. 2 ſat. 2, 59 *Licebit Illa repotia, natales, aliosque dierum Feſtos albatus celebret.* Ovid. Triſt. 5, 14, 3 *Detrahat auctori multum fortuna licebit; Tu tamen ingenio clara ferere meo.* Martial. 8 epigr. 21 *Iam, Cæſar, vel nocte veni: ſint aſtra licebit &c.* ¶ 4. Sed hæc ex vulgi ſententia, cui *Licet, Licebit* conjunctiones ſunt: doctioribus ſemper verba ſunt, poſt quæ *Vt* ſubaudiatur, a quo ἑλληπτικῶς ſequentis Verbi conjunctivus Modus pendeat. Germ. laß es ſeyn, es mag ſeyn, daß. vide Sanctii Minervam 3, 14. Indicativus Iuriſconſultorum ſæculi vitio & cadenti Latinitati imputatur.

Ilicet, pro *ire licet*, vide ſupra in *Eo.*

LĪCHĂNOS, *i*, m. λιχανὸς, Phthongorum mobilium unus apud Vitruvium 5, 4. vid. Baldi Lex. Vitruv. p. 66 & 85.

LĪCHAS, *æ*, m. famulus Herculis, in mare projectus & in ſui ipſius nominis petram mutatus. vid. Hygin. fab 36; & Ovid. Met. 9, 211 ſeqq.

LĪCHEN, *ēnis*, m. & Lichēne, es, f. morbi genus, λειχὴν, latine *mentagra*, quod a mento incipiat, & per faciem deinde omnem ſerpat, eine ſchuppichte rauhigkeit im geſicht, ſchwinde, ſchwindflecht, Plin. 26, 1. Dicunt & *impetiginem.* Martial. 11 epigr. 99 *Non ulcus aeris, puſtulæque lucentes, Non triſte mentum, ſordidique lichenes, &c.* ¶ 2. *Lichenes* ſunt etiam calli indurati in genibus, & ſuper ungulas equorum; λειχῆνες ἵππων, *lichenes equorum*, ſic vocat Dioſcorides 2, 41, die harte ſchwulſten an den ſchenckeln der pferde. Meminit & Plinius 28, 11. ¶ 3. Et *Lichen* herba eſt, quam *Hepaticam* vulgo dicunt, fleinleber-kraut, oder brunnenleber-kraut vocant & *pulmonariam*, quod pulmonis ſpeciem referat, Plin. 26, 4, & Matthiolus. ¶ 4. *Lichen* eſt limus arborum. vid. Plin. 23, 7.

Liciatorium, vide *Licium.*

LICÍNIA, *æ*, f. olivæ genus ſic dictum ab inventore. vid. Colum. 12, 49 & 52. Pallad. Febr. c. 18.

¶ Licinius, *i*, m. hujus nominis multi in hiſtoria Romana occurrunt, & apud Ciceronem. Alex. ab Alex. 1, 9 ſic appellatum cenſet, qui natus erat parvis oculis. Sigonius de Nom. Rom. ait eſſe a cognomine *Licino.* Meminit Cicero quoque *Licinii* de Orat. 3, 60. *Sua lege damnatus C. Licinius*, Colum. 1, 3. ¶ 2. *Licinius Macer* hiſtoriæ Rom. antiquiſſimus ſcriptor, laudatus ſæpe Livio, e. g. 4, 20 &c.

¶ Licinius, *a, um*, adject. ut, *Licinia lex*, Cic. de Clar. Orat. c. 16; pro Domo c. 20; &c. *Licinia atria*, Id. pro Quintio c. 3. *Licinia ſtagna*, Stat. Theb 4, 744.

¶ Licinium, *i*, n. apud Vegetium mulomed. 2, 22 & 48 *Linteolis ſubſtitui* dicitur, *ad vulnerum cava complenda.* Forte eſt ex *lacinia* & linteæ veſtis retrimenta ac ſila detrita notat, corpey, quibusdam chirurgis dicta.

¶ Liciniānus, *a, um*, aliud adject. ut, *Liciniana domus*, Cic. ad Qu. Fr. 2, 3. *Olea Liciniana*, Cat. R. R. c. 6; & Colum. 5, 8.

Liciniare, vide *Lacinare* ſub *Lacinia*, Licinus, *Licium.*

Licitari, licitatio, licitator, vide *Liceo*, Licite, licitus, *Licet.*

LĪCIVM, *i*, n. plur. Licia, *orum*, fila ſunt, quibus implicatur ſtamen, die drähter, durch die weber das garn oder weif einlaſſen. Apul. Apol. *Si Virgilium legiſſes, profecto ſciſſes, alia quæri ad hanc rem ſolere. Ille enim, quantum ſcio, enumerat vicias molles, & verbenas pingues, & thura maſcula, & licia diſcolora &c.* De magia loquitur cum reſpectu ad pharmaceutriam Virgilii, ſpeciatim v. 74. Virg. Georg. 1, 285 *Licia tela addere*, h. e. telam ordiri. Et Ovid. Faſt. 2, 575 *Cum fuſco licia plumbo.*

¶ Licinus, *a, um*, i. e. comas ſurſum habens criſpatas. Gloſſ. lat. gr. *Licinus*, ἀνάθριξ. vid. Meurſ. P. 2 Exerc. Crit. p. 227. Hinc *Licini boves* Servio, quorum pili reflectuntur ut licia. ¶ 2. *Licini* (quaſi lucini) *candelæ, lucernæ, cicindilia*, in Gloſſ. Iſidori. ¶ 3. *Licinus*, nomen proprium. v. *Licinius.*

¶ Liciatus, *a, um*, id eſt, tela textus, gewebt. Auguſtin. de C. D. 22, 14 *Liciatum eſſe videtur.*

¶ Liciatōrium, *i*, n. der weber- oder wendel-baum. Vulg. Interp. 1 Sam. 17, 7.

¶ Bilix, *icis*, zwillicht, zweyfädicht. Gloſſ. gr. lat. δίμιτος, *bilix.* Sic & *bilicem loricum* dixit Virg. Æn. 12, 375.

¶ Trilix, *trilicis*, dreylich. Virgil. Æneid. 4. 467 *Loricam conſertam hamis, auroque trilicem*, id eſt, triplicem. Et Val. Flaccus 3, 199 *Per clypei cedentis opus partemque trilicem.*

¶ Relicinus, *a, um*, ſtrupicht. Apul. Apol. *Erat & coma relicinus: & barbâ ſqualidus, & pectore hirſutus.* Iul. Floridus p. 763 exponit: *comis retractis criſpus.*

LICTA, *æ*, f. antiquum pro *Linea*, vide in *Monogrammus.*

LICTOR, *ōris*, m. plur. *lictores*, conſulis & prætoris miniſtri, rathe-diener, ſtadt-knechte, häſcher, & quod melius forte convenit civibus Romanis, ſervientes. *A ligando* dictos cenſet Gellius 12, 3. Et Feſtus, *Lictores*, inquit, *dicuntur, quod faſces virgarum ligatos ferunt; Hi parentes magiſtratibus, delinquentibus plagas ingerunt.* Adde Nonium 1, 257, qui lictorum proprietatem a *ligando* inde probat, quod ita carnificis officio antiquitus fungerentur, quodque Tullius pro Rab. c. 4 *Lictor*, dicat, *colliga munus.* Poſtea illorum præcipue munera erant præire, ſubmovere atque animadvertere. De his accurata collectanea habet Lipſ. Elect. 1, 23, & Roſin. Ant. Rom. 7, 48. Add. Reinef. Inſcr. 1, 19 p. 43 ſeq. Auguſtas etiam uſas lictoribus, rurſus Lipſius tradit ad 1 Ann. Tac. p. 14, Turneb. Adverſ. 15, 10. conf. Bernegg. ad Suet. Cæſ. c. 20. Barth. ad Stat. Silv. p. 54. Reinef. in epiſt. p. 559. *Proximus* autem *lictor* dicebatur, qui proxime magiſtratum vel regem præcedebat. Conſuli *duodecim lictores* erant: cæteris vero magiſtratibus (quales ſunt proconſules, præſides, prætores,) *ſex.* Hi faſcem virgarum alligatum cum ſecuri ferebant: unde *faſces* pro magiſtratu. Hunc autem morem ab Hetruſcis ſumptum tradunt, v. g. Liv. 1, 8 apud quos, creato rege ex duodecim populis, ſingules ſinguli populi lictores dabant. Quas turbas in rep. dederit pulſans pro more Conſulis

fulis domum redeuntis fores lictor, v. Liv. 6, 34 fq. ¶ 2. *Flaminius lictor* eſt, qui Flamini Diali ſacrorum cauſſa præſto eſt, uti ex Feſto obſervat Neapolis & Heinſius ad Ovid. Faſt. 2, 23. ¶ 3. *Deſignatoris lictores atri* apud Horat. ep. 1, 7, 6 ſunt veſpillones, libitinarii, qui apparent quaſi deſignatori funeris.

¶ Lictōrius, *a, um*; ut, *Lictorii faſces*, qui a lictoribus portantur, Plin. 7, 30.

LĪDŪNA, *æ*, receſſus maris, olim *Salacia*, der ablauf des waſſers, die ebbe; ſicut acceſſus *Malina*, olim *Vemilia*, die flut. v. Roſini Ant. Rom. 2, 13 p. 203. Marcell. Emp. c. 25 *Lidana ante prandium.*

LIĒN, *ēnis*, & Liēnis, *is*, m. idem quod ſplen, quod græcum eſt, die milz. Plaut. Curc. 2, 1, 29 *Ambula, id lieni optimum eſt.* Celſus 4, 9 *At lienis ubi affectus eſt, intumeſcit.* Id. 5, 18 *At ſi lienis torquet.* In plurativo numero Cato dixit c. 157 *Lienes turgent.*

¶ Liēnōſus, *a, um*, morbo lienis laborans, milzſüchtig. Plin. 7, 2 *Quorundam corpori partes naſcuntur ad aliqua mirabiles, ſicut Pyrrho regi pollex in dextero pede, cujus tactu lienoſis medebatur.* Adde Plaut. Caſ. 2, 6, 62; Vitruv. 1, 4; Celſ. 3, 8.

¶ Liēnicus, *a, um*, idem. Plin. 29, 3 *Sic & lienicis.* Ita vulgo legunt. Harduinus autem *Lientericis*, quod proxime ſequetur.

LIENTĔRĪA, *æ*, f. λιεντερία, morbus, alvi fluxus a melancholicis crudis excrementis a liene per inteſtina deſcendentibus ortus, ταχὺς διέξοδος ἀπεπτέλεστων σιτίων, inquit Galenus, id eſt, *celer tranſitus nutrimenti non commutati*, der rohe bauchfluß, der riet, durchlauf. Celſus 2, 1 *Fit levitas inteſtinorum, quæ* λιεντερία *vocatur*, quia tunc λεῖα ἔντερα, lubrica inteſtina.

¶ Lientĕrĭcus, *a, um*, bauchflüſſig. Plin. 29, 3 pro vulgata lectione *lienicis*, Harduinus reſtituit *lientericis*. vide emendationes ejus ad h. l. n. 15 p. 718.

Ligamen, ligamentum, ligatio, &c. vide *Ligo, are.*

LIGARIVS, *i*, m. nobilis Romanus, quem Cicero defendit oratione, quæ adhuc extat.

¶ Ligariānus, *a, um*; ut, Ligariana oratio, de qua modo dictum, Cic. Att. 13, 12. it. 19, 20 & 44.

LĪGĔA, *æ*, f. Nymphæ nomen apud Virgil. Georg. 4, 336.

Ligellum, vide *Lignum.*

LĪGER, & Ligeris, *is*, m. Galliæ fluvius, die Loire. Cæſ. B. G. 7, 5 *Qui cum ad flumen Ligerim veniſſent*: & eod. cap. *Liger ex nivibus creverat.* Tibull. 1, 8, 11 *Teſtis Arar, Rhodanusque celer, magnusque Garumna, Carnuti & fluvii cærula lympha, Liger.* conf. Lucan. 1, 433. ¶ 2. *Liger* etiam Rutuli cujusdam nomen apud Virgil. Æn. 9, 571.

LIGNVM, *i*, n. holz; ab *legendo ligna*, quia ea caduca leguntur in agro, quibus in focum utimur, ſecundum Varronem de L. L. 5, 7. Iſid. 19, 19 *Lignum* vocatur a λύχνος, quia incenſum in lumen convertitur. Sic, *Ligna & ſarmenta circumdare, ignem ſubjicere*, Cic. Verr. 3, 27. Adagii modo: *Non ex quovis ligno Mercurius fingitur*, ein Mercurbild kan man nicht aus einem iden holz ſchnitzen. Et, *Lignum pravum haud unquam rectum*, ein krumm holz iſt übel gerade zu machen. Quod hemiſtichium apud Galenum legitur ξύλον ἄγκυλον οὐδέποτ' ὀρθόν. ¶ 2. *Lignum* etiam dicitur vitium in pomis, der kern oder die ſchale. Plin. 15, 28 f. 34 *Pomorum aliis intus corpus & foris lignum, ut nucum. Aliis foris corpus, intus lignum, ut Perſicis & prunis: Vtriumque cinctum fructu.*

¶ Lĭgellum, *i*, n. dimin. a *Ligno*, ſicut *tigillum* a *tigno*; apud Plautum legitur in Aul. 2, 4, 22 *De ſuo ligello fumus ſi qua exit foras*, quod Nonius 2, 504 tuguriolum vel domicilium breve exponit. Sed rectius alii libri tam editi, quam MSS. *tigillo*, habent.

¶ Ligneus, *a, um*, hölzern, von holz; ut, *Ligneam materiam flammâ uri poſſe, neceſſe eſt*, Cic. de Invent. 2, 57. Et, *Lignea mœnia* ænigmatice de navibus apud C. Nep. 2, 2, 6.

¶ Lignĕōlus, *a, um*, dimin. idem. Cic. ad Q. fratr. 3, 7 *Hæc ſcripſi ad lychnuchum ligneolum.* Apul. de Mundo p. 70 *Qui in ligneolis hominum figuris geſtus movent.* Et Auguſt. Confeſſ. 11, 23 *Circuitus ligneolæ rotæ.*

¶ Lignārius, *a, um*, adj. holz; ut, *Lignaria negotiatio*, der holzhandel, Capitol. in Pertin. c. 1. Et ſubſt. ut Vet. Gloſſ. *Lignarius*, ξυλοκόπος, ὁ κόπτων ξύλα, ein zimmermann, holzhacker. Liv. 35, 41 *Porticum extra portam Trigeminam inter lignaries fecerunt.*

¶ Lignīle, *is*, n. locus pro reponendis lignis, der holzboden, die holzkammer.

¶ Lignōſus, *a, um*, hart wie holz; ut, *Radix lignoſa*, Plin. 12, 7 extr. *Lignoſiore callo induruit*, Id. 16, 36, quamvis in MS. *limoſiore* eſt.

¶ Lignor, *atus ſum, ari*, holzen, nach holz fahren. Hirt. B. Hiſp. c. 7 *Dum lignantur, interfecti ſunt.* Liv. 10, 25 *Lignatum ire.* conf. Plaut. Capt. 3, 4, 115.

¶ Lignatio, *ōnis*, f. die holzung. *Milites lignationis cauſſâ in ſilvas diſceſſerant*, Cæſar B. Gall. 5, 38.

¶ Lignator, *ōris*, m. miles qui lignatur. Liv. 10, 25 *Lignatores ei cum præſidio occurrunt.* Et 41, 1 *Pabulatores & lignatores tueri.*

¶ Lignīcīda, *æ*, m. qui ligna cædit, ein holzhacker. Varro de L. L. 7, 33.

LĪGO, *avi, atum, are*, eſt vincire, conſtringere, binden, heften, knüpfen. *Ligare vulnera*, wunden verbinden, Ovid. Met. 7, 850. *Pacta ligare*, Propert. 4, 4, 82. *Legibus eum ligaſſi*, Stat. Silv. 4, 3, 75. Et, *Laqueo ligavit guttura*, Ovid. Met. 6, 134. *Ligare* eſt impiæ ſignificationis vox in veneficiis. vid. Iſidor. 8, 9.

¶ Ligātus, *a, um*, gebunden. Cic. Catil. 4, 6 *Filium ligatum a prætore miſſum.* Sic, *Crines ligatas vittâ impedire*, Tibull. 1, 6, 66. Et, *Ligatæ comæ*, Lucan. 3, 280. conf. Virg Æn. 10, 794.

¶ Ligatio, *ōnis*, f. die bindung. Scrib. Larg. Comp. 255.

¶ Lĭgāmen, *ĭnis*, n. quo quid ligatur, ein band. *Salices ad ligamina vitium præparari poſſunt*, Col. 11, 2. Et Propert. 2, 29, 6 *Ligamina mitræ.*

¶ Ligamentum, *i*, n. idem. Tac. Ann. 15, 54, 4 *Vulneribus ligamenta, quibusque fiſtitur ſanguis, parare eundem monet.*

¶ Ligatūra, *æ*, f. die heftung, bindung. Pallad. 1, 16 *Ligatura in vitibus locum debet mutare.* ¶ 2. *Ligatura*, φυσικὰ φυλακτήρια, quæ vocabant. vide *Phylacteria.* Vſus Auguſt. de Doctrina Chriſt. 2, 20.

¶ Ligŭla, *æ*, f. eine ueſtel, band. Iuvenal. 5, 20 *Ligulas dimittere.* ¶ 2. *Ligula*, contemtus vox, germ. du ſchurkiemen, Plaut Pœn. 5, 5, 30. ¶ 3. Menſuræ genus. Cæl. Apicius 8, 6 ſub fin. *Super trituram colabis lactis ſextarios tuos, mellis ligulas duas.* Sed hoc melius refertur ad alterum *Ligula ſ. Lingula*, de quo in *Lingua.*

¶ Ligŭlāris, *e*, qui ligulas facit, ein ſeuckler.

Compoſita:

¶ Allīgo, *avi, atum, are*, anbinden. Apul. lib. 6 Met. *Luxuria puerilis nuptialibus pedicis alliganda eſt.* Et, *Alligare vitem palo*, vel, *ad palum*, den wein an den pfahl heften, Colum. 4, 13 & 20. Liv. 7, 24 *Conſul vulnere alligato reverſus ad prima ſigna.* vid. Gron. ad h. l. Cic. Tuſc. 2, 17 *Quieſce igitur, & vulnus alliga.* ¶ 2. Varias parit metaphoras. *Alligari in re aliqua*, plus eſt aliquando, quam *impediri.* Cic. Att. 8 ep. ult. *Cedendum celeriter eſt, ne forte qua in re impediar atque alliger.* Ter. Eun. 4, 7, 39 *Hic furti ſe alligat*, hoc eſt, *obnoxium facit*, er macht ſich ſelbſt zum diebe. Plaut. Epid. 3, 2, 33 *Ibi leno ſceleratum caput ſuum imprudens alligabit.* Et, *Alligare ſe ad præcepta, leges*, eleganter dixit Quintil. 2, 13 pro *accuratiſſime obſervare leges*, ſich daran halten. v. Schulting & Burm. ad Quintil. declam. 1 p. 13. *Sacris alligari*, Cic. de Legib. 2, 20, 21, de iis, qui per hæreditatem ad ſacra ejus, a quo hæreditatem cepere, amplectenda obligantur. Liv. 35, 46. *Fœdere iniquo alligari.* v. Menck. Obſerv. De gelu, metu, ſopore *alligandi* vocabulo utuntur poëtæ. vid. Heinſ. ad Ovid. Met. 1, 548 *Torpor gravis adligat artus.*

¶ Alligatus, *a, um*, angebunden. Cic. Att. 2, 18 *Cum videas civitatis voluntatem ſolutam, virtutem alligatam.* Id. pro Cluent. c. 64 *Nuptiis alligatus*, verehlichet. conf. *Alligare*, n. 2. Martial. Epig. 8, 64 *Maſſa lactis modo alligati*, i. e. coagulati.

¶ Alligātio, *onis*, f. die anbindung; ut, *Arbuſtorum alligatio*, Colum. 11, 2. Adde Vitruv. 7, 3; & 8, 7.

¶ Alligatūra, *æ*, f. idem. Colum. c. 8 de Arboribus. Vſus hac voce ſæpius B. Ambroſius, ut in epiſt. 44 bis terve, & Offic. 1, 3 &c. Adde Scrib. Larg. Compoſ. 209: & Vulg. Interp. 2 Sam. 16, 1

¶ Alligator, *oris*, m. qui alligat. Colum. 4, 13 *Alligatoris officium eſt, ut rectam vitem prodeat in jugum.* Et c. 20 ejusd. libri pr. *Se quitur alligatoris cura.* Gloſſ. gr. lat. δέτης, *alligator.*

¶ Alligāmen, *ĭnis*, n. ein band, eine ſchnur. Gloſſ. gr. lat. ἄπο δεσμός, *Alligamen.*

¶ Alligamentum, *i*, n. idem. Gloſſ. eædem: δέμα, *Alligamentum*

¶ Adalligo, *are*, decompoſitum, anbinden. *Adalligare aliquid ali cui rei*, Plin. 20, 21. Et 27, 12 *In tertianis quidam ſiniſtra manu e vulſam* (de herba loquitur) *adalligant.* conf. 30, 6; & 32, 10.

¶ Adalligatus, *a, um*, dran gebunden; ut, *Herba adalligata lævo brachio*, Plin. 24, 19, & *circa caput*, Id. 27, 10 &c.

¶ Superalligo, *are*, drauf binden. Plin. 30, 6 *Quidam recentem ſuperalligant.*

¶ Circumlĭgo, *are*, umbinden, umwinden. Liv. 21, 8 *Stupa circumligabant, linebantque pice.*

¶ Circumligatus, *a, um*, umſchlungen. Cic. Divin. 2, 31 *De Roſcio poteſt illud quidem eſſe falſum, ut circumligatus fuerit angui.*

¶ Colligo, *are*, conſtringere, zuſammen binden. Ter. Eun. 5, 5, 13 *Colligavit eum primum miſeris modis.* Cic. pro Rab. c. 4 *Lictor, colliga manus.* Et, *Colligare in faſciculos*, Plin. 19, 1. Translate Cic. Orat. 34 *Annorum ſeptingentorum memoriam, uno libro colligavit.* Idem Phil. 2, 2. *Impetum furentis vitæ ſuæ periculo colligavit.*

¶ Colligatus, *a, um*, zuſammen gebunden; ut, *Vinculis colligati*, Cic. de Vniverſo c. 11. Et ibidem ſubſtant. *Omne colligatum ſolvi poteſt.*

¶ Colligatio, *ōnis*, f. die zuſammenbindung. Cic. Off. 1, 17 *Arctior colligatio eſt ſocietatis propinquorum.*

¶ Deligo, *are*, idem quod *Alligare*: ut, *Deligare vulnus*, Quintil. 2, 17, eine wunde verbinden. *De ſanguinis fuſione deligandam brachium*, Celſ. 2, 10. *In terram naves deligavit*, Cæſ. B. C. 3, 39. *In ea ſtatua hominem deligari jubet*, Cic. Verr. 4, 40. Adde Plaut. Menæch. 1, 1, 13; Col. 6, 6; Pallad. Febr. t. 9.

¶ Deligatus, *a, um*, gebunden. Plin. 22, 25 *Deligata in linteolo grand.* Val. Max. 3, 8, 1 *Deligatis ad palum hoſtibus.* Cæſ. B. G. 1, 53 *Navicula deligata ad ripam.* conf. 5, 9; &c.

¶ Deligatio, *onis*, f. die anbindung, apud Apulejum.

¶ Deligator, *ōris*, m. qui deligat, apud Marc. Empir.

¶ Illigo, *are*, anbinden. Liv. 1, 28 *In currus diſtentum illigat Metium.* Metaph. Id. 36, 11 *Invitus illigat ſe gravioris fortunæ conditioni*, er läßt ſich ein. Cic. Acad. 4, 2 *Sermonibus hujusmodi nolunt perſonas tam graves illigari*, eingemiſcht werden. Id. Orat. c. 27 *Genus dicendi, in quo omnes illigantur verborum & ſententiarum lepores.*

¶ Illigatus, *a, um*, verknüpft, angebunden. Cic. pro Dom. c. 15 *Cæſaris actis illigatus tenetur*, daran gebunden. Liv. 5, 27 *Illigatæ poſt tergum manus.* Et elegante tmeſi Virg. Æn. 10, 794 *Inutilis, inque ligatus.* Superl. Apul. Met. 3 p. 396 *Illigatiſſimus famulus.*

¶ Illigatio, *onis*, f. die verknüpfung, apud Vitruvium; Arnob. lib. 5 & Mart. Capell. 2 p. 45.

¶ Illigamentum, *i*, n. eine binde. Salvian. 7 de Gubern. p. 284 *Fœmineis tegminum illigamentis capita velare.*

¶ Superilligo, *are*, darauf binden. Plin. 30, 6 *Quidam recentem* (lienem caninum) *ſuperilligant*: al. *ſuperalligant.* Adde tamen Plin. 22, 23; 33, 8; Celſ. 3, 15; & 6, 18.

¶ Superilligatus, *a, um*; ut, *Folia ſuperilligata*, Plin. 29, 3.

¶ Interligo, *are*, darzwiſchen binden. Statius Theb. 7, 571 *Alterno maculas* (Tigridum Bacchi cicurum) *interligat oſtro.* Rutil. itin. 1, 539 de alga, *Inſanas cedendo interligat undas*, h. e. impetum intercipit.

¶ Obligo, *are*, umher binden, verbinden; ut, *Obligare vulnus*, Cic. N. Deor. 3, 22. *Medicum requirens, a quo obligetur*, Id. Tuſc. 2, 16. ¶ 2. Significat & *devincire*, verpflichten, verbindlich machen, an ſich bringen; ut, *Beneficio, liberalitate ſua aliquem ſibi obligare.* Cic. ad

Quint. Frat. 3, 1, 5; & 2, 14. Id. pro Sulla c. 26 *Pro quorum salute se Sullæ obligavit.* Et, *Cæsar Brutum promittendo consulatum non obligaverat,* Vellej. 2, 56, 3. Ovid. Fast. 2, 62 *Nec satis est homines, obligat ille Deos.* ¶ 3. Est quoque alligare, impedire. Cic. de Har. Resp. 13 *Castissimos ludos omni flagitio polluere, dedecore maculare, fœdere obligare.* ¶ 4. Aliquando *oppignorare est,* verſchreiben, verpfänden. Suet. Vesp. c. 4 *Rediit nihilo opulentior, ut qui prope labefactâ fide, omnia prædia fratri obligarat.* ¶ 5. Eſt & veneficiis devovere, bezaubern. Paulus lib. 5 Sentent. Tit. 23 ſententi. 9 *Qui sacra impia nocturnave, ut, quem obcantarent, interficerent, obligarent, fecerint, faciendave curaverint, aut cruci suffiguntur, aut bestiis objiciuntur.* Sic contra *solvi,* eſt veneficio liberari.

¶ Obligātus, *a, um,* zugebunden, verbunden, verpflichtet. Auct. ad Herenn. 1, 13 *Obvolutus & obligatus corio devehatur in profluentem.* Cic. Att. 16, 16 *Vellem existimes, tibi me obligatum fore.* Sen. de Benef. 1, 4 *Tu me aliquid eorum doce, per quæ obligantium obligatorumque animi certent.* Plin. Paneg. c. 28 *Populus Romanus obligatus a tribunali tuo, non exoratus recessit,* i. e. obſtrictus beneficio. Ibid. c. 60 *In principe rarum ac prope insolitum est, ut se putet obligatum.* Horat. 2 od. 7, 17 *Obligatam redde Iovi dapem,* i. e. debitum epulum, das ſchuldige opffer. Compar. Plin. l. 8 ep. 2 extr. *Quanto quis melior & probior, tanto mihi obligatior abit.*

¶ Obligatio, *ōnis,* f. die verbindung. Cic. ad Brut. epiſt. 18 *Gravior est animi & sententiæ pro altero, quam pecuniæ obligatio,* wenn man gut ſagt vor des andern willen und gedancken, ꝛc. ¶ 2. Sed l. 1 D. § 1 de L. Corn. de falſ. *Societatem coire ad obligationem innocentium,* interpretante Byneckershœckio obſ. 3, 19 p. 303 eſt ad implicandos litibus innocentes. ¶ 3. Peculiaris etiam ratio eſt illius luſti. 13, 7, 1 *Cyrene condita fuit ab Aristæo, cui nomen Batto propter linguæ obligationem fuit,* h. e. difficultatem, impediſam linguam.

¶ Obligāmentum, *i,* n. idem. Tertull. de Corona c. 14 pr. *Caput ne velamento quidem obnoxium, nedum obligamento.* Id. de Idolatr. c. 15 *Consecrationis obligamentum.*

¶ Obligātūra, *æ,* f. idem. Gloſſ. Vet. *Obligatura,* κατάδεσμος.

¶ Obligatorius, *a, um,* verbindlich. Gloſſ. Vet. *Obligatoriam,* ἐνοχοποιόν. Sic, *Mandatum obligatorium,* Inſtit. Tit. de Mandato §. Illud quoque 8.

¶ Prælīgo, *are,* für oder an etwas binden. *Arida sarmenta præligantur cornibus boum,* Liv. 22, 16. Et, *Plagam* (deputati cacuminis) *foliis præligare,* Plin. 17, 11 extr.

¶ Prælīgātus, *a, um,* zugebunden. Cic. de Invent. 2, 50 *Os obvolutum folliculo & præligatum.* Sed, *Præligatum pectus,* apud. Plaut. Bacch. 1, 2, 28, Turnebus *insanum* exponit Adv. 2, 30. Ducta metaphora ab his, qui veneficiis ceu vinculis ligari videntur ac conſtringi. Sed

¶ *Præligneum* Catonis c. 23 videtur a *Prælegendo* eſſe.

¶ Prælīgāmen, *ĭnis,* n. amuletum, gift-argney. Marc. Emp. c. 8.

¶ Religo, *are,* anbinden, Cic. ant. iret in exil. c. 6 *Manus ad demonstrandam religantur injuriam. Religare robora catenis,* Lucan. 2, 671. Sic, *Religare religionibus alicujus bona,* eſt conſecrare alicui Deorum, Cic. pro Domo ſua c. 47, ſed *obligavit* alii legunt. ¶ 2. Vſurpatur non raro de navibus appulſis, quæ revinctæ in litore ſtare ſolent. Vnde & *ſolvi* dicuntur, cum inſtituitur navigatio. Virg. Æn. 7, 106 *Gramineo ripæ religavit ab aggere classem.* Catull. 65, 174 *Perfidus in Creta religasset navita funem.* Horat. 1 oda 32, 7 *Sive jactatam religarat udo Litore navim.*

¶ Religatus, *a, um,* angeknüpft, angebunden. Cic. Tuſc. 1, 43 *Traxit Hectorem ad currum religatum Achilles. Religati equi,* Virg. Æn. 9, 352. *Hedera crines religata,* i. e. corona hederacea crines religatos habens, Horat. 4 od. 11, 5.

¶ Religatio, *ōnis,* f. die anbindung. Cic. de Senect. c. 15 *Administrationum ordines, capitum conjugatio, religatio, propagatio vitium.*

¶ Religāmen, *ĭnis,* n. idem. Prudent. Pſychom. v. 359 *Vt mitra cæsariem cohibens aurata virilem Conbibat infusum croceo religamine nardum.*

¶ Irreligatus, *a, um,* non religatus, nicht aufgebunden. Ovid. de Arte Am. 1, 530 *Nuda pedem, croceas irreligata comas.*

Religio, *ōnis,* f. vide in ſuo elemento. Incerta enim hujus vocis origo eſt, ut ibi dicemus.

¶ Subligo, *are,* angürten. Virg. Æn. 8, 459 *Tum lateri atque humeris Tegeæum subligat ensem.* Adde Val. Flacc. 3, 445; & 5, 579; Cat. R. R. c. 33; Plin. 17, 22.

¶ Subligatus, *a, um,* aufgeſchürtzt. Martial. 7 epigr. 66 de puella: *Harpasto quoque subligata ludit.*

¶ Subligātio, *ōnis,* f. die aufknüpfung. Pallad. 1, 6 *Subligatio acervis uvis facienda est.*

¶ Subligatūra, *æ,* f. ein gurt, bruchband. Th. Priſcian. 1, 28 *Subligatura procurare hernias.*

¶ Subligar, *āris,* n. ein niederkleid, eine ſchürtze. Martial. 3 epigr. 87 *Transfer subligar in faciem.*

¶ Subligaculum, *i,* n. idem. Cic. Off. 1, 35 *Vt in scenam sine subligaculo prodeat nemo.* v. Caſaub. ad Suet. p. 160.

LĪGO, *ōnis,* m. ὄικελλα, inſtrumentum ferreum, quo vel veprium, vel arborum ſtirpes eradicantur, eine radehaue, hacke. Nam *bidens* vinitorum eſt, ein farſt oder weinhacke. Dici quidam volunt *a Ligo,* quod terram ſiget ac conſtringat. Horat. epod. 5, 30 *Ligonibus duris humum exhaurire.* Ovid. Ponto 1, 8, 59 *Nec dubitem longis purgare ligonibus arva.* Stat. Theb. 3, 589 *Rastraque & incurvi sævum rubuere ligones.*

Ligula, vide *Ligo, are,* & *Lingula* in *Lingua.*

LĪGŪRIA, *æ,* f. Italiæ regio, ad mare inferum Galliæ proxima. Situm præter alios deſcribit Florus 2, 3, 2. Hinc

¶ Ligur, *ūris,* m. Λίγυς, Liguriæ incola, ein Ligurier, Genueſer. *Ligur vanus,* Virg. Æn. 11, 715. conf. Lucan. 1, 442. Ciceroni Agrar. 2, 35 *Ligures* ſunt *montani, duri atque agreſtes.* Ad Græcam rationem dicitur etiam

¶ Ligus. Ita *Ligus fœmina* celebratur ob conſtantiam, quam cum milites Othoniani per cruciatus interrogarent, ubi filium occulerer, uterum oſtendens, *latere* reſpondit. v. Tac. Hiſt. 2, 13, 2.

¶ Ligurīnus, *i,* m. idem. *Circa te Ligurine ſolitudo,* Martial. 3 ep. 44. Et adjective, *Ligurinæ Alpes,* Gratius Cyneget. v. 510. Cic. Att. 5, 20 p. 541. Græv. *Ligurino etiam μώρῳ ſatisfacere* vult, quod proverbii rationem videtur habere. Ad verbum *ligurio* refert Popma.

¶ Liguſtis, *ĭdis,* gentile. Sidon. 9 epiſt. 15, 44 *Humo atque gente cretus in Liguſtide.*

¶ Liguſticus, *a, um,* adj. Genueſiſch; ut, *Saxa Liguſtica,* Iuvenal. 3, 257. Sic, *Mare Liguſticum,* pars maris Tyrrheni, Liguriæ adjacens, der Ligurier meer, Plin. 2, 47.

¶ Liguſticum, *i,* n. ſubſt. herba, λιγυστικόν, Dioſc. 3, 53. Sed Galenus λιβυστικόν, *Libyſticum* vocat, herba eſt in montibus Liguriæ naſcens, ein wild berg-krautt, alia prorſus ab illa, quam *Leviſticum* pharmacopolæ vocant, liebeſtöckel, *Hippoſelinum.* v. Plin. 19, 8; & 20, 15; Col. 12, 57.

LĪGŪRIO, (vel Ligurrio,) *īvi, īre,* ſuavia carpere, naſchen, verleckern, a λιγυρόν, quod ſuave ſignificat, auctore Donato in Terentii illud Eun. 5, 4, 14 *Quæ, cum amatore suo quum cœnant, liguriunt,* hoc eſt, cum faſtidio te deguſtare ſimulant, ſic foſtem bald dieſes, bald jenes. Aliis placet eſſe a *Lingo,* pro quo veteres *Ligo* dixere a λαχνω, a quo & λιχνεύω, *Ligurio.* Horat. 2 ſat. 4, 79 *Seu puer unctis Tralavit calicem manibus, dum furta ligurit,* iidem er naſcht. Cic. Verr. 5, 76 *Non leviter improbissima furta ligurire, sed devorare pecuniam.* Plautus etiam dixit *ligurire aliquem,* einen ausſzehren, Capt. 1, 1, 16. Ver. Gl. *Liguriunt,* λιχνεύουσι. Vetuſtis in libris R geminato *Ligurrio* ſcribitur; quod teſtatur P. Victorius in Varronis illud R. R. 3, 16 *Non ut muscæ ligurriunt apes.* conf. Nonius 2, 507.

¶ Liguritio, *ōnis,* f. aviditas, appetentia, die leckerhaftigkeit, luſt nach guten biſſen. Cic. Tuſc. 4, 11.

¶ Liguritor, *oris,* m. guloſus, antiquis catillo dictus, ein lecker, näſcher. Auſon. epigr. 120, in obſceno ſignificatu. ¶ 2. *Liguritor,* piſcis genus Macrobio Saturn. 2, 12 extr.

¶ Ligurius, *i,* m. (fortean & *Ligurio, onis,*) apud veteres etiam dictus eſt, qui bona ſua abligurit. Vet. Gloſſ. *Ligurius, Guloſus, Catillo,* λίχνος.

Ligurinus, quod huc referunt quidam, ex Cic. Att. 5, 20, vid. paullo ante in *Liguria.*

Compoſita:

¶ Abligūrio, *ire,* liguriendo abſumere, vernaſchen, verfreſſen, verpraſſen. Ter. Eun. 2, 2, 4 *Itidem patria qui abligurierat bona.* Apulej. Apol. p. 313 *Patrimonium omne jam pridem abligurivit.* ¶ 2. In obſcenum ſenſum neſcio quis abuſus legitur apud Suetonium de illuſtr. Grammat. c. 23 extr. Adde locum Auſonii, quem laudamus in *Liguritor.*

¶ Abligurītio, *onis,* f. actus abliguriendi. Capitolin. in Macrino c. 15 *Heliogabalus imperium dedecoravit vitiis ingentibus, luxuriâ, turpitudine, abligurītione, &c.*

¶ Abligūritor, *oris,* m. homo qui ſua cupediis conſumit, ein naſchmaul. Ambroſ. epiſt. 42 ad Sabinum: *Vnusquisque se eviscerat luxuriosus, beluo internecat, abligurītor perimit.*

¶ Eligurio, *ire,* ausſzehren, auslecken, apud Varronem.

¶ Eliguritio, *onis,* f. in Gloſſ.

¶ Eliguritor, *oris,* m.

¶ Obligurio, *ire,* idem quod abligurire, verſchlucken. Cic. Catil. 2, 5 *Fortunas suas obligurierunt.* Ita Gruterus & Lambinus ex optimis membranis: vulgo *abligurierunt.*

¶ Obligurītor, *oris,* m. ein ſchlemmer. Iul. Firmic. Aſtrolog. 5, 5, 2 *In Tauro Mars si fuerit inventus, homines faciet audaces, temerarios obligurītores.*

Ligus, liguſticum, liguſticus, vide paullo ante *Liguria.*

LĪGVSTRVM, *i,* n. arbor, quam φυλυρέαν Græci dicunt, Germani, rein-weiden, mundholtz. Virg. ecl. 2, 18 *Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur,* hoc eſt, *Flores liguſtri,* qui albiſſimi ſunt. v. ibi Taubm. p. 14 & 20. Martial. 1 epigr. 116 *Loto candidior puella cygno, Argento, nive, lilio, liguſtro.*

LĪLIA, *æ,* f. urbs Phocidis, apud Statium Theb. 7, 348.

¶ Lilæus, *i,* m. nomen viri apud Silium 14, 490.

LĪLIVM, *i,* n. λείριον, planta, die lilie; ut, *Lilia alba,* Virg. Georg. 4, 131. Et *candida,* Æn. 6, 709. Id. ecl. 2, 45 *Tibi lilia plenis Ecce ferunt Nymphæ calathis.. Lilium roſæ nobilitate proximum,* inquit Plin. 21, 5 *Candor ejus eximius, foliis ſtriatis, & ab angustiis in latitudinem paullatim ſe laxantibus, effigie calathi, reſupinis per ambitum labris, tenuique filo & semine, ſtantibus in medio crocis.* Quomodo *calathorum* figura lilio reſpondeat, vide ſupra in *Calathus. Crocos* appellat luteos illos apices, qui de medio, ſive ex ipſo calyce ſurgunt, Nam & *Calyx* de lilio dicitur, ſicut de roſa. vide *Calyx.* Apud Lil. Gyraldum ex lacte Iunonis, quod cum Herculi ubera præberet, in cælum defluxit, Galaxia ſive via lactea eſſe dicitur, & ex eo, quod in terram effuium eſt, lilium eſſe ortum, unde & *Iunonia roſa* appellatur. ¶ 2. Eſt & *Lilium ſilveſtre,* heydniſche lilien; item *Lilium convallium,* maien-blumen. ¶ 3. *Ex ſimilitudine floris lilium appellabant* genus quoddam munitionis, quo ad Alexiam uſus eſt Iul. Cæſar & ipſe deſcribit B. G. 7, 73.

¶ Liliāceus, *a, um,* von lilien: ut, *Oleum liliaceum,* (quod & *liriuum* a Plinio dicitur 21, 5,) lilien-öl; Pallad. 6, 14 in lemmate.

¶ Liliānus, *a, um,* idem; ut, *Lilianum unguentum,* Dioſ. 1, 53.

¶ Liliētum, *i,* n. ein lilien-garten. Pallad. 3, 21 *Nova lilieta formabunt.*

LĪLYBAEVM, *i,* n. Siciliæ promontorium, Africæ oppoſitum, item, oppidum ibidem. v. Ovid. Met. 13, 727; & Silius 14, 75.

¶ Lilybē-

¶ Lilybæus, *a, um*, adject. Virg. Æn. 3, 706 *Et vatis dona Lilybæi*.

¶ Lilybetanus, *a, um*, idem. *Quæstor Lilybetanus*, Cicero, Ascon. Pedianus in Divin. Verrin. tub inic.

LIMA, *æ*, f. eine feile; ut, *Opus lima politur*, Quintil 10, 3 dixit, feilen, glatt machen. Apul. 2 Flor. *Non eo infectis, nec radio, nec fabrili, nec lima, nec torno, nec id genus ferramentis usi nisse.* ¶ 2. Perfectio, perpolitio, die ausbesserung. Plin. 1, epist. 2 *Quo magis intendam limam tuam*, i. e. ut te excitem ad majorem curam corrigendis scriptis meis adhibendam. Add. 1, 8 *Lima perfequi scriptum*, i. e. emendare, verbessern. Id. 5 ep. 11 *Perfectam opus absolutamque est, non splenduit lime, sed attritur.* Vellej. 2, 93 *Limæ plus in illis est.* Ovid. Trist. 1, 6, 30 *Defuit & scriptis ultima lima meis.*

¶ Limo, *avi, atum, are*, limam addere, lima polire, feilen, glatt machen. *Limare cornua elephanti*, Plin 18, 1. Et, *Politus limare aliquid*, Cic. Acad. Quæst. 1, 1. Horat. 1 epist. 14, 37 *Non ipse obliquo oculo mea commoda quisquam Limat, non odio obscuro morsuque venenat:* id est, fascinat & ita atterit atque evertit. Cic. fam. 3, 8 ad Appium; *De tua prolixa beneficaque naturâ limavit aliquid posterior annus*, id est, atterendo quasi detraxit. ¶ 2. *Limare caput cum aliqua.* Plautus dixit Pœn. 1, 2, 81, & Turpilius in Leucadia, sich schnabeln. v. Nonium 4, 274; & Turneb. Adverf. 15, 6.

¶ Limātus, *a, um*, polirt, ausgebessert. *Oratione limatus*, Cic. de Orat. 1, 39. Et, *Limatius dicendi genus*, Id. de Clar. Orat. c. 34. Horat. 1 Sat. 10, 65 *Comis & urbanus, fuerit limatior idem.*

¶ Limate, adv. idem. Comparativo usus est Ammianus 15 c. ult. *Constantinus cum limatius superstitionum quæreret sectas*, h. e. accuratius.

¶ Limātulus, *a, um.* Cic. fam. 5 epist. ult. *Opus est hinc limatulo & polito tuo judicio*, id est, terso & subtili.

¶ Limatio, *onis*, f. apud Auguftin.

¶ Limātor, *oris*, m. Gloss. Cyrilli: *Limator*, ξυστής.

¶ Limatūra, *æ*, f. feobs, feil-ſtaub. Onomaſt. Vet. *Limatura*, ξύσμα.

Compoſita:

¶ Delīmo, *are*, idem quod elimare, abfeilen. Hinc

¶ Delīmātus, *a, um*, abgefeilt; ut, *Scobs delimata*, Plin. 34, 11.

¶ Delimatio, *onis*, f. apud Apulej. Sed *Delimatio* pro *delimitatio* vide in *Limes.*

¶ Delimator, *ōris*, m. Gloss. Cyrilli: *Delimator*, διαχωνίτης.

¶ Derīmum, *i*, n. vel Derima, *æ*, f. idem videtur esse quod *Lima* apud Arnobium 6 p. 200, ubi simulacra vocat *descobinata delimis.* At Heraldus diviſim legit *de limis.*

¶ Elīmo, *are*, ausfeilen. De Virgilio Gellius 17, 10 *Morbo oppressus gravit a suis impensis, ut Æncida, quam nondum satis elimasset, absolverent.* Onomaſt. Vet. *Elimo*, ἀπαρτίζω. Ovid. Met. 4, 176 Vulcanus *Catenas, Retiaque & laqueos, quæ lumina fallere possint, Elimat.* Malebat *eliquat* Burm. ad Ovid. am. 1, 14, 7. Sed neque *elimat* damnat ad ipſum l. c. ¶ 2. Aliam notionem vide in *Limus, i.*

¶ Elimātus, *a, um*, expolitus, ausgefeilt, abgeputzt, ſauber. Plin. 34, 18 *Scobs elimata.* Cic. Acad. 4, 20 *Rationes latiore specie, non ad tenue elimatæ.* Et Severus ad Auguſtinum epiſtola (quæ in Auguſtinianis est 37) comparative, *elimatiores.*

¶ Elimate, adv. ἀκριβῶς, nett, zierlich; apud Gellium.

¶ Elimatio, *onis*, f. die auspolirung; ut, *Elimatio ligni*, Marcell. Emp. 4, 10. Aliud exemplum vide in *Limus, i.*

¶ Elimator, *ōris*, m. Tertulliani est adv. Marc. 4, 35, niſi id a *Limus*, quod ſordes ſignificat, deducere velis. v. infra in *Limus, i.*

¶ Oblīmo, *are*, ex omni parte limare atque atterere ſive conſumere, wegfeilen, abnutzen. Horat. 1 ſat. 2, 61 *Bonam deperdere famam, Rem patris oblimare, malum est ubicunque.* Vbi vetus interpres: *Tractum a lima, quâ fabri utuntur.* Terentianus de metris p. 2419 ed. Putſch *Quam vanit in medium vocesque oblimat adhærens.* ¶ 2. Alia notione tam *Oblimare*, quam *Elimare*, vid. in *Limus, i.*

¶ Perlīmo, *are*, ausfeilen. Vitruv. 5, 9 *Perlimat speciem*, i. e. aciem oculorum reddit tenuem & acutam.

Limaceus, vide *Limus, i.*

LĪMAX, *ācis*, m. cochlea terreſtris, eine ſchwarze ſchnecke, a *limo*, quod in eo generetur, & nutriatur, auctore Varrone 6, 3, & Feſto. Vel potius a *limando*, quod plantas atque olera delimet ſive corrodat. Vnde & *Limaces* meretrices dictæ, quæ miſeros amantes καταρρώγασι. v. Scalig. Conject. in Varr. 6 de L. L. Colum. 10, 324 *Implicitus conchæ limax, &c.* Plautus vero apud Varr. dicto loco, *limaces lividas* in fœminino dixit.

LIMBUS, *i*, m. veſtis inſtita, id est, faſcia ambiens ejus extremitatem, ut Luctatius Placidius Scholiaſtes Statii ad Theb. 6, 367 deſcribit, der ſaum, ſchweiff oder ſtrich am kleide. Virg. Æn. 4, 137 *Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.* Deinde est capitis ornamentum. Stat. Achilleid. 2, 174, *Gemmatis aut nectunt tempora limbis.* ubi tamen alii codd. *vittis* habent. *A limis* deducit Donatus in Eunuch. 3, 5, 53, itemque Hyginus de Limitibus conſtituendis p. 161. v. poſt in *Limus, a, um.* ¶ 2. *Orbis oceani limbo circumseptus*, Oroſ. 1, 2 metaphoricе.

¶ Limbātus, *a, um*, bordirt, verbremt; ut, *Chlamydes limbatæ*, Treb. Poll. in Claudio c. 17.

¶ Limbolarius, *i*, m. limborum textor, ein poſſementirer. Plaut. Aul. 3, 5, 45. Pareus legit *Limborarius* a limbo & ora: fruſtra. Occurrit enim vox *Limbolarius* in marm. antiquo Muratorii p. 637.

LĪMEN, *ĭnis*, eine ſchwelle. Derivari videtur ab adject. *Limus, a, um.* Eſt autem duplex, ſuperum & inferum. *Superum* proprie *sublimen*, vel *sublimentum* vocatur. v. Scal. in Varr. de Re Ruſt. p. 235, ſed vid. *Sublimen* p. p. Et, *Iam ut limen exirem, ad genua accidit*, Ter. Hec. 3, 3, 18, wie ich über die ſchwelle zur thüre hinaus ſchritte ꝛc. Et, *Exturbari limine templi*, Silius 11, 103. Non niſi dextro pede *limen* attingere fas erat. v. Gœſ. ad Petron. c. 30 p. 114 & quæ nos ad *Gradus. In limine deficere*, vel *offendere.* Idem quod in *portu impingere*, vid. Chiliad. ¶ 2. *Limina* etiam dicuntur *limites*, ſive fines. Vnde qui captus ab hoſtibus, in noſtros fines iterum pervenit, *postliminio reversus* dicitur. ¶ 3. *A limine disciplinas salutare*, Seneca dixit epiſt. 49, pro leviter degustare, ſchlecht, wenig ſtudiren. Denique *limine pelli*, eleganter dixit Virg. Æn. 7, 579 pro, ab amicitia repelli. Sic & Juvenal. 3, 124 *Limine submoveor, perierunt tempora longi Servitii* &c. ich werde abgewieſen. Clientes enim in veſtibulis patronorum conveniebant ad ſalutandum & deducendum eos. ¶ 4. *Limen vitæ* eſt ingreſſus, initium, vid. Burm. ad Val. Fl. 1, 823. Markl. ad Stat. Silv. 2, 6, 70. Oudendorp. ad Luer. 2, 106. Inſcr. Grut. p. 659, 7 *Secundi* anni *Liminibus rapuit me sibi Persephone.* ¶ 5. *Limina* & *lumina* miſcentur a librariis. v. Drak. ad Sil. 1, 66. & Burm. ad Suet. Calig. 45. It. *Limina & titora*, v. Drak. ad Sil. 3, 4. It. *Limen* & *Limes* Id. ad 4, 105. *Limen* & *culmen* ap. Stat. Theb. 1, 123.

¶ Liminăris, *e*, ad limen pertinens; ut, *Liminares trabes*, Vitruv. 6, 4.

¶ Liminium, *i*, n. quaſi *eliminium*, expulſio extra limen, exilium, das elend, apud Prudentium conf Iudæi Gloſſ.

¶ Limentīnus, *i*, m. Deus qui præeſt liminibus. v. Tertull de Idolol. c. 15; de Corona mil. c. 13; & Lactantium in Arnob. p. 23.

¶ Limneſia, ſive Limenia, *æ*, f. Venus; quæ portubus præeſt, a Gr. λιμήν, *portus.* v. Gallæum ad Lactant. 1, 21 p. 119.

¶ Limenarcha, *æ*, m. λιμενάρχης, portus præfectus, l. 18, § 10 ff. de mun. & honor.

Limenetis Diana vide *Limnetis* in *Limne.*

Compoſita:

¶ Elīmino, *are*, ſecundum Nonium 1, 179, extra limen ejicere, zum hauſe hinaus ſtoſſen. Pacuvius: *Quonam etiam vos eliminat?* Sic Ennius apud eumdem Nonium dixit in Medea, *extra ædes eliminare.* Horat. 1 epiſt. 5, 25 *Ne jubeas inter amicos Sit, qui dicta foras eliminat*, &c. der aus der ſchale ſchwatzet. ¶ 2. Apud veteres etiam pro *exire* eſt *se eliminare.* Sic Accius apud Nonium 4 n 156 *Egredere, exi, effer te, elimina urbe.* Idem: *Timide elimitur clamore.* Et Varro: *Ex oraculo elimino me.*

¶ Eliminātus, *a, um.* Gloſſ. lat. gr. *Eliminatus*, ἐξεσκαπτιθώς. Sidon. 4 epiſt. 10 *Sudi patrii finibus eliminatus*, ein exulant. Occurrit etiam in ſpuria inſcr. Reineſ. Cl. 2, n. 2.

¶ Eliminatio, *onis*, f. ICt. in Cod.

¶ Poſtliminium, *i*, n. a *limen*, Scævola auctore, indicante Cicerone in Topicis c. 8 *Quæ a nobis alienata sunt, cum ad hostem pervenerint, & ex suo tamquam limine exierint, cum redierint ad idem limen, postliminio dicuntur redire*, wenn etwas, ſo entfremdet geweſen, wieder an ſeinen rechten herrn kommt. Sic, *Recipere postliminio* dicimus, cum id recipimus, quod vel bello, vel aliis caſibus amiſimus; Adeo ut *postliminium* nihil ſit aliud, quam reverſio quædam ſeu reſtitutio in integrum, Rutil. 1, 214 *Postliminium pacis amare docet*, h. e. reditum poſt bella. Tertull. de Pudicit. c. 15 *Fornicatori postliminium largitus ecclesiasticæ pacis.*

¶ Præliminăriter, adv. novum eſt, pro ſub initium, in anteceſſum, eingangs, voraus.

¶ Sublīmen, *ĭnis*, n. Scal. ad Varr. de R. R. p. 235 interpretatur ſuperius limen, die oberſchwelle. Sed Propert. 2, 19, 57 *at nullo domine teritur sublimine amor, qui Restat*, &c. Broukh. intelligi vult *inferius limen*, ſatis commode; ſed fruſtra advocat Scaligerum.

Sublimis, *e*, quod Feſto eſt a ſublime, vide in *Limus, i.*

¶ Superliminăre, *is*, n. Plinio pars oſtii ſuperior eſt, Græcis ὑπέρθυρον, die oberthür, oder thürſchwelle. Nam 29, 4 dicit *suspensum in superliminari.* Adde Vitruv. 4, 6; & Hieronym. epiſt. 45.

¶ Superlimen, *ĭnis*, n. idem eſt in Vet. Gloſſ. atque etiam per ὑπέρθυρον græce vertitur.

LĪMES, *itis*, m. ὅρος, terminus, & via transverſa in agro, ein grentzſtein, fuß-ſteig, querweg durch einen acker. Hyginus de Limit. conſtit. p. 150 Gœſ. *Primum duos limites constituerunt: unum, qui ab oriente in occidentem dirigeret; hunc appellaverunt duocimanum, ideo quod terram in duas dividat partes, & ab eo omnis ager nominatur. Alteram a meridiano ad septemtrionem, quem Kardinem appellarunt & mardi Kardine.* Duocimanum, *postea* Decimanum *appellaverunt --- Reliquos limites fecerunt angustiores, & qui spectabant in orientem, prorsos: qui ad meridianum, transversos appellaverunt. Limites autem appellati a* LIMO, *antiquo verbo, id est, transeo si. Nam & Limum cinctum, ideo dixere, quod purpuram transversam habebat &c.* Vide & alium Gromaticum veterem apud Gœſ. p. 216 & alium p. 290. ¶ 2. In urbibus quoque & juxta illas in ſuburbiis viæ *Limites* dicuntur, gaſſen, breite wege. Liv. 31, 24 *Intra portam extraque late sunt viæ, ut & oppidani dirigere aciem a foro ad portam possint: & extra limes mille ferme passus in Academiæ gymnasium ferat, pediti equitique hostium liberum spatium præberet. Eo limite Atheniensis, acie intra portam instructa, signa extulerunt.* Atque ita fere Virg. Æn. 9, 324 *Lato te limite ducam*, niſi quod ipſe viam inter hoſtes cædibus & ſtrage faciendam intelligit, ſicut ipſe Æn. 10, 514 *Latumque per agmen Ardens limitem agit ferro. Viam* Corn. Tacitus appellavit Ann. 2, 2, 21 *Cum miles* (Romanus) *viam strage hostium aperiret.* Ovid. A. A. 3, 558 *Idem limes agendus erit.* Add. Drak. ad Sil. 16, 338. ¶ 3. Pro termino vel lapide terminali, gränz-ſtein. Virg. Æn. 12, 898 *Saxum antiquum, ingens campo quod forte jacebat Limes agro positus, litem ut discerneret arvis.* ¶ 4. *Limes* & *Limen*, it. *Miles* confunduntur in MSS. vid. utroque loco.

¶ Līmīto, *avi, atum, are*, limitibus diſtinguere, reſtringere, marckſteine ſetzen, gränzen ausſtecken, unterſcheiden. Cic. fam. 3, 8 *De tua prolixa beneficaque natura limitavit aliquid posterior annus propter quandam tristitiam temporum.* Ita Budæo legendum videtur: al. *limavit.* Plin. 17, 22 *Vineas limitari decumano oportet.* Sidon. 7 ep. 2 *Limitare terminos.*

¶ Limītātus, *a, um*, unterſchieden, eingeſchränckt; ut, *Ager limitatus*, deſcriptus limitibus & finibus, apud Feſtum & Frontin. Gœſii p. 143. *Quæstio limitata*, id est, terminata, abſoluta, Varroni de R. R. 2, 2.

¶ Limitātio, *ōnis*, f. die unterſcheidung, beſtimmung, einſchränckung. Colum.

Colum. 3, 12 pr. *Limitatio terræ vinealis*, conf. Agrariam Gœsii p. 16, & 119.

¶ Limitator, *oris*, m. esse dicitur apud Livium.

¶ Limitāris, *e*: ut, *Limitare iter*, apud Varr. de L. L. 4, 4 pro semita modica, quæ relinquitur inter duo confinia.

¶ Limitāneus, *a, um*; ut, *Limitanei milites*, qui in limitibus regni constituuntur in præsidio, grentz-soldaten. Sext. Rufus c. 25 *Reparato de limitaneis Daciæ exercitu*. Spartian. in Nigro c. 7 *Quum apud Ægyptum ab eo limitanei milites vinum petrerent, respondit: Nilum habetis, & vinum quæritis?* Et Vopisc. in Probo c. 14 extr. *Vt limitaneis militibus quinquagenos inter feroret.*

¶ Limitrŏphus, *a, um*, unde limitanei milites aluntur: vide titulum Cod. de fundis limitrophis.

¶ Collimĭto, *are*, mit einander grentzen. Ammian. 31, 5 *Gelonis Agathyrsi collimitant*. Vtitur & Solinus c. 15 (al. 25.) ubi eadem verba deponentialiter aut passive: *Gelonis Agathyrsi collimitantur*. Adde Anonym. de Limitib. p. 249.

¶ Collimitātus, *a, um*, angrentzend. Solin. c. 53 *Aquilonia parte Galatiæ collimitata.*

¶ Collimĭtium, *i*, n. conjunctio vel coitio limitum, die grentzscheidung, da die grentzen an einander rühren. Solin. c. 49 (al. 62) de amne laxarte: *Hoc est collimitium, in quo limes Persicus Scythis jungitur*. Ammianus sæpe *collimitia* pluraliter dixit; e. g. 15, 6 *Allemannicis pagis collimitia Romana latius irrumpentibus*: & 26, 16 *Collimitia Thraciarum*. Adde 31, 26 &c.

¶ Collimitāneus, *a, um*, an einander stossend, benachbart. Solin. c. 40 *Collimitanea Galatiæ Phrygia.*

¶ Delimĭto, *are*, i. e. limites apponere, grentzen machen, umschräncken; ut ex Frontino declarat Fabrettus Inscript. p. 245. vid. Frontin. Gœsii p. 38.

¶ Delimitatio, *ōnis*, f. die grentzsetzung, Id. Frontinus p. 142. Aliis est *Delimatio*, v. Keuchenii edit. p. 338.

¶ Elimes, *ĭtis*, m. extra limites, ein vertriebener. Gloss. Vet. *Elimes, ἀποικος, παρόριος.*

LĪMEVM, *i*, n. herba cervaria. Plin. 27, 11, a λοιμὸς pestis, quod sit venenosa, qua in venatu sagittas tingunt.

Limicola, limigenus, vide *Limus*, i, Liminaris, *Limen*, Limis, *Limus, a, um*, Limitaneus, limitatio, &c. *Limes.*

LIMMA, *atis*, λεῖμμα, i. e. *defectus*, a λιπεῖν *deesse*. Macrob. in Som. Scip. 2, 1 *Plato somnionum limina vocitavit*, ein halber ton.

LIMNE, *es*, f. λίμνη, stagnum, lacus, palus, ein pfuhl, sumpf. Vitruv. 8, 3 *Limne Asphaltitis habet supernatantes liquidum bitumen.* ¶ 2. *Limnæ*, pl. locus Athenis, ubi in honorem Bacchi Lenæa agitabant; unde Bacchus *Limnæus*, v. Athenæus 12, 12.

Limnesia, *æ*, f. vide in *Limen*. Sed

¶ Limnelium, *i*, n. λιμνήσιον, herba centaurium, Dioscor. 3, 6 & 7.

¶ Limnestis vel Limnites est centauria major, Apul. de Herb. c. 34.

¶ Limnetis, vel Limnatis Diana apud Lacedæmonios culta. Ita enim legi apud Tac. A. 4, 43, 1 jubet Heins. ad Ovid. Met. 8, 48, ubi vulgo *Limenetis*.

LIMNICE, *es*, f. gladiolus, schwertel, Apul. de Herb. c. 78.

LIMNISCVS, *i*, m. est nota critica in censendis auctoribus; & quidem virgula inter geminos punctos jacens: Apponitur v. g. in iis locis, quæ sacræ scripturæ interpretes eodem sensu, sed diversis sermonibus transtulerunt. Isidor. Orig. 1, 20. conf. supra *Lemniscus*.

¶ Sublimniscus, *i*, m. est simplex linea subjectum habens punctum, cum sententia iisdem verbis & eodem sensu est translata a pluribus. v. Iochius de Not. Crit.

¶ Limo, *are*, & Limo, adv. vide *Lima*, & *Limus, a, um.*

LĪMONIA, *æ*, f. λειμωνία, genus anemones, Plin. 21, 11.

LĪMONIATES, *æ*, f. λειμωνιάτης, gemma eadem, quæ smaragdus, Plin. 37, 10.

LĪMŌNIVM, *i*, n. λειμώνιον, herba non dissimilis betæ, nisi quod foliis est tenuioribus & longioribus, Plin. 22, 22. *Pyrolam* officinæ vocant, holtzmangold, winter-grün. Nomen inde accepit, quod in paluſtribus nascatur pratis, unde & *brassicam pratensem* nonnulli dixere, wiesenmangold, biber-klee: Cordus.

Limosus, vide mox *Limus, i.*

LIMPĬDVS, *a, um*, clarus, purus, lauter, klar. *Lacus limpidus*, Catull. 4, 24. *Limpidior aqua*, Vitruv. 8, 7. *Vinum limpidissimum*, Colum. 12, 28. *Vox limpida & canora*, eine reine stimme. Plin. 34 c. ult. Et, *Limpidæ gemmæ*, Id. 37, 9, id est, claræ, lucidæ. Bernh. epist. 8 *Numquid de luto limpidum quippiam haurire poteſtis?*

¶ Limpĭditas, *atis*, f. die klarheit. Oct. Horat. 4 *Vsque ad limpiditatem contere.*

¶ Limpĭdo, *are*, läutern. Macer 2, 5 *Appositum humores limpidat omnes*. conf. Veget. 2, 18.

¶ Limpidatus, *a, um*, gelautert, gesaubert. Zeno Veronens. *Peccatorum paleis limpidatus.*

¶ Limpĭtūdo, *inis*, f. die lauterkeit, der ort, da das wasser lauter ist. Plin. 32, 11.

¶ Elimpĭdo, *are*, saubern, reinigen. Veget. 2, 27 *Elimpidare vulnera.*

LĪMVS, *m.* cœnum, lutum, schleim, schlamm, leimen, koth. *Limus ut hic durescit, &c.* Virg. ecl. 8, 80. Et Plin. 35, 7 *India conferente fluminum fuorum limum*. Adde Horat. 2 sat. 4, 80 *Sive gravis veteri crater ve limus adhæsit*. Persius 4, 28 polsuit pro pice, quo oblinuntur feriæ & dolia. vid. Casaub. p. 343.

¶ Limāceus, *a, um*, von leimen, irden. Tertull. de Resurr. Carnis c. 49 *Primus homo de terra choicus, id est, limaceus, id est, Adam.*

¶ Limārius, *a, um*, schlammicht, leimicht. Frontin. de Aquæduct. 1 p. 227 *Interposita est pisc.na limaria.*

¶ Limōsus, *a, um*, idem. *Flumina limosa*, Ovid. Met. 1, 634. Id. Remed. Am. v. 142 *Limosa canna*. Colum. 8, 16 *Limosa regio*, Comp. Plin. 16, 36 *Vbi limosiore callo induruit.*

¶ Limositas, *atis*, f. idem. Const. Afer 2, 22 *Dentium limositates.*

¶ Līmĭcŏla, *æ*, m. habitator limi, der im kothe lebet. Auson. epist. 7, 36 *Iunctis limicolis musculus ostreis.*

¶ Līmĭgĕnus, *a, um*, in limo natus, schlammicht. Id. Auson. Mosella v. 45 *Limigenis ripam pretexeris ulvis.*

¶ Elīmo, *are*, limum educere, distinctum ab altero, quod a lima est, & expoliendi significationem habet. Tertull. de Pœnitentia c. 11 *Cedo pulverem dentibus elimandis*, zahn-pulver. Vbi Le Prieur: *Aptissime verbo ELIMARE usus est: nam LIMVS vocatur illa sordibrities, seu sordes illæ dentibus adhærentes*, ut modo ex Constantino Afro protulimus *dentium limositates*. Hinc forte etiam

¶ Elimatio, *ōnis*, f. die ausseuberung. Cæl. Aurel. Tard. 5, 12 *Elimatio carnis.*

¶ Elimator, *ōris*, m. ein reiniger. Tertull. adv. Marc. 4, 35 *Christus elimator humanarum maculurum.* Comparatio ibi cum lepra est, quæ non limâ abradi, sed ut limus & sordes abstergi ac elui postulat.

¶ Illīmis, *e*, fine limo, rein, ohne schlamm. Ovid. Met. 3, 407 *Fons erat illimis nitidis argenteus undis.*

¶ Oblīmo, *are*, i. e. limo obducere, besudeln, verschlämmen. Virg. Georg. 3, 136 *Sulcos oblimare inertes.* Claudian. de Raptu Proserp. 3, 29 *Humanas oblimat copia mentes.* ¶ 2. Alia notione *Oblimare* quære in *Lima.*

¶ Oblimatus, *a, um*, überschlämmt. Suet. Aug. c. 18 *Fossas omnes, in quas Nilus exæstuat, oblimatas longa vetustate, militari opere desertis.* Et Cic. de Nat. D. 2, 52 *Nilus Ægyptum irrigat, mollitosque & oblimatos agros ad serendum relinquit.*

¶ Sublīmis, *e*, in altitudinem elatus, quasi supra limum, (Festo dicitur a limine superiore, quia supra nos est,) hoch, erhaben. Ennius apud Festum: *Aspice hoc sublime candens, quem vocant omnes Iovem. Aura sublimis.* vide *Exsulto*. Ter. Andr. 5, 2, 20 *Sublimem hunc intro rape, quantum potes*, id est, sublatum ne obnici & reluctari queat. Liv. 1, 16 *Hæc locutus sublimis abiit*, id est, in cœlum. *Tendere in sublime*, Plin. 2, 5. Et Ovid. Fast. 1, 301 *Non Venus & vinum sublimia pectora fregit.* ¶ 2. Quemadmodum autem *altum* pro *profundo*: ita & pro eodem *sublime*, per catachresin quandoque dicitur. Virg. Georg. 1, 320 *Omnia ventorum concurrere prælia vidi, Quæ gravidam late segetem ab radicibus imis Sublime expulsam eruerent.* Nisi potius hic, *sublime* ad τὸ *eruerent* interpretari: ut *sublime eruere* sit *in sublime eruere.* Ac ita fere & Servius. *Fossa sublimis*, Front. Strateg. 1, 5, 11 ad quem locum v. Oudendorp. ¶ 3. *Sublimior Atlas*, Iuvenal. 11, 24. *Sunt alia aliis sublimiora*, Quintil. 8, 3. Et, *Vir sublimissimus*, Symmach. 6 epist. 56. Et Tertull. Apol. c. 33 *Triumphans in sublimissimo curru.*

¶ Sublīmus, *a, um*, pro *Sublimis*, veteres etiam dixerunt. v. Nonium 8, 45, & Priscianum. Lucret. 1, 340 *At nunc per maria ac terras sublimaque cœli.* Seneca Medeâ extr. *Per alta vade spatia sublimi ætheris.*

¶ Sublime, adv. hoch oben, in der höhe. Cic. Qu. Tusc. 1, 43 *Nihil mea interest, homine an sublime putrescam. Animi sublime feruntur*, Id. Tusc. 1, 17. Et Tac. Hist. 4, 30, 3 *Singuli plurestve hostium sublime rapti.* Virg. G. 3, 108 *Iamque elati sublime videntur.* Comp. Quintil. 9, 4 p. 722 *Quis dubitat, alia lenius, alia concitatius, alia sublimius, alia pugnacius, alia gravius esse dicenda?* Statius 2 Silv. 6, 75 *Solito sublimius ova levavit.* conf. Gell. 6, 6; & Colum. 8, 17. Valer. Max. 7 in fine.

¶ Sublimiter, aliud adverbium, idem; ut, *Sublimiter volitare*, Colum. 8, 11 sub initium. conf. Cato de R. R. c. 70 & 71.

¶ Sublīmĭtas, *atis*, f. die höhe. *Natura sublimitatis avida*, Plin. 19, 5. *Crevisse tria cubita sublimitate*, Solin. c. 5. conf. Colum. 8, 3; & Lactant. 4, 25. Plur. *Sublimitates*, Tertull. adv. Valentin. c. 7. ¶ 2. De virtute orationis, quam ὕψος Græci appellant, Quint. 8, 3, 1 *Sublimitas profecto, & magnificentia, & nitor.*

¶ Sublimo, *are*, in sublime ferre, erhöhen, erheben. Apul. in Floridis: *Aquila enimvero quum se nubium tenus altissime sublimavit.* Mamert. Paneg. Iuliani c. 29 *Quam sublimat & illustrat consulatus.* Et Ennius Medeâ apud Nonium: *Sol qua candentem in cælo sublimat facem.* conf. Festus; Solin. c. 55; Sidon. epist. 2, 3; & 3, 1.

¶ Sublimans, *tis*. Tertull. adv. Valent. c. 20 *Corpora gravia, levia, sublimantia, vergentia.*

¶ Sublimātus, *a, um*, evectus, elatus, erhoben. Epitoma Victoris c. 4 in Claudio: *Pallas* (libertus Claudii) *prætoriis ornamentis sublimatus.* Sed & Vitruv. 6, 9 *Granaria sublimata.* Sic vulgo *vinum sublimatum*, brantewein. Nam Chymici vocabulum artis fecerunt.

¶ Sublimator, *ōris*, m. qui sublimat. Salvian. 1 de Gubern. Dei p. 28 *Deus est sublimator, quia potentiorem omnibus fecit*, puta Abrahamum.

LĪMVS, *a, um*, adj. quod & *Limis, e*, dicitur, idem quod obliquus, transversus, überzwerch, schief, schlim, schielend. Festus: LIMVS, *obliquus, id est, transversus, unde* & LIMINA. Nonius 2, 500 LIMVS *obtortus*. vid. ibi Varro. Donatus ad illud Ter. Eun. 3, 5, 53 *Ego limis spectio*: LIMIS, inquit, *si nominativus singularis est, transversus significat: si sextus pluralis, deest*, OCVLIS. *Nam* LIMIS *est transversus: unde* LIMEN *dicitur quoque, quod ingredientibus, excuntibus transversum est. Cum igitur dissimulant homines, se videre quod vident, & non recta facie, sed transversa intuentur*, LIMIS *dicuntur* ASPICERE. De LIMVS v. veteres Gromaticos, quos supra laudavimus in LIMES. Sic *Limos oculos, transversa tuentes* ex Virgilii ecl. 3, 8 interpretari liceat. Hoc autem libidinosorum esse, notavit Aristoteles in Physiognomicis. Hinc *Venerei* appellati Quintil. 11, 3, ubi de oculorum gestu egit: *Lascivi*, inquit, *& mobiles, aut natantes, & quadam voluptate suffusi, aut limi, & ut sic dicam, Venerei, &c.* Vide & Cæl. Rhod. Antiq. Lect. 15, 10, & Lindebroch. ad supra citatum locum Terentii. ¶ 2. Faciunt & quidam *Limum* vestis genus, idque probare conantur illo Virg. Æn. 12, 120 *Velati limo, & verbena tempora cincti.* Ita enim hunc locum Caper & Hyginus legendum censuere, qui *limum* exponunt *vestem, quâ ab umbilico usque ad pedes propetegebantur*: ab eo sic appellatur, *quod in extremo haberet purpuram liniam sive transversam & flexuosam*, ut Servius auctor est.

De

De qua veſte & Gromatici veteres, quorum paullo ante mentionem feci, itemque Iſid. etym. 19, 32. Sed Servius exiſtimat, poëtam *Lino* ſcripſiſſe (uti & editum) idque ſummo judicio, quem v. ¶ 3. *Linibus oculis quem ſcrutaris*, Ammian. 20, 9.

¶ Limâlus, *a, um*, dimin. ut. *Limatis intuere*, apud Plaut. Bacch. 5, 2, 12.

¶ Limo, adv. Solin. c. 40 *Nunquam limo videnti.*

¶ Collimo, *are*, faciunt a *limis*. Volunt autem idem eſſe *collimare*, quod *collineare*, & a limis oculis, quibus ſcopum intueri jaculatores ſolent, factum, zielen, oder das ziel treffen; ſed vix probo exemplo confirmari poteſt, cum meliores libri pro eo habeant *collineare*, quod v. in *Lineare*: & adde iis, quæ Cellarius in Antibarbaro dixit de hoc, uti videtur, ſordidiore verbo p. 18, & Cur. poſter. p. 349. Nimirum fruſtra provocari ad Ciceronem, qui Divin. 2, 59 ſcripſerit: *Quis eſt, qui totum diem jaculans non aliquanto collimet?* (ubi tamen Vrſinus hanc lectionem probat, nec abjiciendam cenſet Daviſius) & ad locum Gellianum 9, 1 *Si ad percutiendum manus & oculos collimes*, Et ad participium

¶ Collimatus, *a, um*, abgezielt, ex Apul. Met. 9 *Collimatis oculis ad umerum*, ubi Prioeus vult *collineatis* conf. Vorſt. de Lat. ſuſp. c. 23 p. 207.

¶ Definis, *e*, idem quod *Limis* ſive *Limus*. Subſtantive Varro apud Nonium 2, 82 *Deline hipeunis.*

Linamentum, linarius, vide *Linum*, Linctus, *Lingo*.

LINI 1, *ō*, f. origine ſua nomen adjectivum a lino deductum, intellecta voce reſtis, eine ſchnur, leine. V. Gloſſ. *Linea*, funis, σπάρτ. Colum. 8, 11, 15 *Ligato pede longe linea gallina cuſtoditur*. Ita Iſidor. 19, 4 *Catapirates* (h. e. bolis) *linea*, inquit, *cum maſſa plumbea, qua maris altitudo tentatur*. Hinc ¶ 1. Funiculum fabrorum ſignificat, die richtſchnur. Cic. ad Q. Fr. 3, 1, 1 *Perpendiculo & linea uti*. Huc referenda *alba linea*, quam ex proverbio Græcorum tranſtulit Gellius in epilogo, (ſive ea potius præfatio eſt) cui proverbio ἐπεξηγματικῶς addit, *ſine ulla diſcriminis*. Laudatur etiam ab eodem Gellio Lucilii verſus, *Nam ut diſcrimen non facit neque ſignat linea alba*. Proverbium ipſum Græcum λευκὴ γράμμη ubi inveniatur docet, Caſaub. ad Theophr. char. p. 130, qui idem Gellio Lucilii carmen tribuit. Quid autem hic ſit γράμμ, optime docet Euſtathius ad Ια. ο. p. 1022, 60 ed. Ro. Ἔστι δὲ σπαρτίον ἢ γράμμα λεπτὸν κ. τ. λ. *funiculus tenuis, qui rubrica illitus aut alio colore, lineas ducit utrinque intentus, quibus ſigna conſiguntur*. Et p. p. *Alba linea dicitur pro obſcura -- Alba enim linea in albo lapide* (vel ligno) *non dignoſcitur, &c.* Hinc igitur conſultius eſt deducere proverbium, quam ab *alba linea circi*, de qua n. 12. Ita Hygi. de limit. p. 178 Gœſ. *Lineam autem per metas extendemus*. Vitruv. 5, 3 *Vti linea, cum ad ſummum gradum & ad imam extenta fuerit*. v. Philand. ¶ 2. Piſcatorum, die angelſchnur. Plaut. Moſt. 5, 1, 22 *Lineam mittere*. Mart. 5, 57 *Tremulaque captum linea trahit piſcem*. Plin. 32, 2 f. 5 *Murænæ amplius devorant quam hamum, admovent quæ dentibus lineas, atque ita crudunt*, & p. p. *Spina lineam præſecare*. ¶ 3. *Lineam margaritarum*, eine ſchnur perlen, dixit Scævola l. 26 ϖ. ad L. Falcid. & Vlpian. l. 27 ad L. Aquil. § 30 *Si -- margaritas -- perfrixiſſet, ut pertuſis in linea uteretur*. Huc retulerim *lineam divitem* Martia. 8, 78 ſuſpenſa a funiculo varia varii generis munuſcula miſſilia. Sed locus eſt varie interpretatus a variis. ¶ 4. Formido venatoria, federlappen, ita deſcribitur Senec. Hippoly. v. 49 *Pilla rubenti linea pinna Vano cladat terrore ſeras*. v. *Formido*. ¶ 5. In arcu etiam *linea* eſt die ſenne Terent. Maur..... *Arcus cornibus extimis Lævem nectere lineam*. ¶ 6. In circi atque theatri ſedilibus *linea* (ferrea, opinor, perticæ inſtar) coërcebat humeros ſedentium in gradibus, & ne tranſiliri temere poſſet de gradu uno in alium, impediebat, quemadmodum *cancellis* termini ponebantur pedibus poſt ſedentis, ne vel ante ſedentibus moleſti eſſe, vel ab his premi poſſent. Hic igitur *linea* vocari poteſt cine lehne geländer. Ovid. Am. 3, 2, 19 *Quid refugis me*, puella, propius vultum tuo vultui admoturum, *cogit nos linea jungi*. Neque enim retro inclinare te poteſ & effugere meum caput, prohibente linea. Alias interpretationes vide in edit. Burm. Quintil. initit. 11, 3 *Tranſire in diverſa ſubſilia parum verecundum eſt, nam & Caſſius Severus urbane adverſus hoc facientem lineam poſcit*. ¶ 7. Solidum etiam quiddam notat *linea* apud Sulpic. Sever. Dial. 2, 3 *Vt ſalet ex uberibus caprarum aut ovium, paſtorum manu preſſis, longa linea copioſi lactis effluere*, ein ſtrich. ¶ 8. Communiſima fere ſignificatio eſt, cum vel mathematicam ſine latitudine longitudinem, vel certe γραμμὴν ſive ductum longum in tenui latitudine notat, eine linie. Perpendicularem ſignate intellexit Cic. de fin. 1, 6 pr. *Solida corpora ferri ſuo deorſum pondere ad lineam*. Rectam quamcunque Id. Parad. 3, 1 *Peccare eſt tanquam tranſilire lineas: quod cum feceris, culpa commiſſa eſt; quam longe progrediare, &c.* Cum *tranſiliendi* verbo utatur, reſpicit forte *lineas* in Græcorum orcheſtra, quarum uſus apud Heſychium, v. γραμμαὶ, ὡς τὸν χοροὺν ἐν τούτοις ἴστασθαι. Ita de *linea* definitione & generibus agit Gell. 1, 20 ex Rominus p. 3 ſq. Gœſ. De pictoribus v. g. Plin. 35, 10, f. 36 *Apelles antequo penicillo lineam ex colore duxit, ſumma tenuitatis per tabulam & p. p. Apelli fuit perpetua conſuetudo, nunquam tam occupatam diem agendi, ut non lineam ducendo exerceret artem, quod ab eo in proverbium venit*. Vulgo ita efferunt, *nulla dies ſine linea*. Hinc ¶ 9. *Prima linea*, quibus deformatur opus, der grundriß, metaphorice etiam dicuntur. Quint. 2, 6 pr. *Ducere primas lineas*, entwerfen, & 4, 2 fin. *velut primis lineis aliquid deſignare*. ¶ 10. In ſolariis etiam *lineis* diſtinguuntur horæ. Vitruv. 9, 9 *Æſtivas, hibernas, æquinoctiales, menſuras* etiam *linearum* commemorat. Huc pertinet Prudent. cathem. 11, 11 *Scandit gradatim denas labens prioris lineas*. ¶ 11. In ludo teſſerarum & alearum *linea* dicitur, *ſcripta* dictæ actionis, Gr. γραμμαὶ, unde formula ad *lineas* (lineos) *redire*, de qua agitum ſub *Lino*. Huc retulerim illud Ter. Eun. 4, 2, 12 *Extremo linea amarebaud nihil eſt*, h. e. ita ut remotus a voto & ſcopo ſis multum. Iremque illud Hor. 1 ep. 16, 79 *Ad unguem factus homo*. ¶ 12. Hæc duo loca paſſim explicari videas ſic *lineis ei*. Quinde procurrerent & adjungerentur tanquam ad metam conſiſterent. Fundus, credo, interpretationis eſt Caſſiodor. Var. 3, 51 *Alba linea ung. longe ab hoſtis* (h. e. oſtio) *in utrumque ſpectans quaſi vocula dicenda pervenit, uti quamvis progredientibus inde certamen oriatur*. Vide ſupra in *Calx*. *De alba linea*, in quantum rem indiſcretam proverbio notat, eginus n. 1. ¶ 13. Stirpes familiarum denotat, uti & noſtri eine linie. Paul. l. 9 ϖ. de gradibus & affi. *ἑπάρχοντα cognationum directi limite in duas lineas ſeparantur, quarum altera ſuperior, altera inferior. Ex ſuperiore autem & ſecundo gradu tranſverſæ lineæ pendent*. ¶ 14. *Linear* pro verſu dixi, eine zeile: ut contra Voſſium oſtendat Borrichius cogit. p. 155, provocat ad Apul. de Syllogiſmo: Sed non vocat Apuleius p. 31, 23 Elmenh. propoſitiones ipſas *lineas*, quod vult Borrichius; ſed jubet collocari alias in ſuperiore linea διαγραφὴς propoſitæ, alias in inferiore. ¶ 15. In Notitia Imperii, *linea valli* dicitur tractus valli in directam longitudinem lineæ inſtar productus.

¶ Lineola, *æ*, f. dimin. eine kleine linie, Gell. 10, 1.

¶ Lineāris, *e*, mit linien; ut, *Linearis pictura*, & *linearis* abſolute Plinio 35, 3 dicitur, quæ ſine coloribus, lineis tantum perficitur, quam Græci *Graphida* appellant, quo vocabulo idem Plinius atque Vitruvius uſi ſunt, die reiſſkunſt. Vide ſupra *Graphis*. Ita *Linearis ratio* Geometria dicitur Quint. 1, 10 p. 112. *Linearis probatio* i. e. Geometrica ibid. 1, 10 extr.

¶ Lineālis, *e*, id. Amm. 22, 40 (Valeſ. c. 16) *Omnes ambitus lineales farinâ reſperſit*. Loquitur de metatione Alexandriæ, quam Curt. 4, 8, 6 deſcripſit. *Ambitus* autem *lineales* ſunt lineæ, quæ murorum ductum deſignabant, farina, quod calx defuerat, ut notiores eſſent operantibus, reſperſæ.

¶ Lineāliter, adv. ſtrichweiſe nach den linien. Mart. Capella 8 p. p. 280 de ſignifero: *Circulos, quos linealiter fecit*.

¶ Lineāmentum, *i*, n. idem quod linea. Cic. Ac. 4, 36 *Lineamento ſine ulla latitudine carentem*. Vltima vox gloſſema videtur, & ita legendum, *lineamentum ſine ulla latitudine*. vide locum integrum. ¶ 2. plur. *lineamenta*, notæ ſunt, & quaſi lineæ quædam ac fila corporis, ex quibus de forma judicatur, ejusque ſimilitudine cum alio corpore; ut, *Lineamenta faciei*, die bildung und geſtalt des angeſichts, habitus ipſe faciei: *Pythagoras ex lineamentis oris judicabat de ingeniis eorum, qui ad diſcendum eſſe obtuliſſent*, Gell. 1, 9. Et Cic. N. Deor. 1, 18 *Quæ compoſitio membrorum, quæ conformatio lineamentorum, quæ figura, quæ ſpecies, humanæ poteſt eſſe pulchrior?* Iuſtin 1, 2, 2 *Lineamentorum qualitas matri ac filio ſimilis*, ſie ſehen ſich ähnlich. Adde Livium 21, 4.

¶ Lineamentatio, *onis*, f. linearum productio, die zeichnung, abreiſſung mit linien. Firmicus: *Corporis lineamentatio*.

¶ Lĭneo, *are*, idem eſt ac delineare, abzeichnen, mit linien entwerfen; ut, *Lineare radios*, Vitruv. 9, 4. *Lineari*, id. ibidem. Adde Caton. de Re Ruſt. c. 14 *Dolare, lineare, ſecare*.

¶ Lineātus, *a, um*, abgezeichnet; ut, *Carina bene lineata*, Plaut. Mil. Glor. 3, 3, 42.

¶ Lineatio, *ōnis*, f. die abzeichnung, Vitruv. 9, 4.

¶ Lineator, *oris*, m. ein zeichner, apud Boethium.

¶ Collĭneo, *are*, eſt ad certam lineam dirigere, zielen, und das ziel treffen. Cic. de Divin. 2, 59 *Quis eſt, qui totum diem jaculans non aliquanto collineet?* Ita omnes meliores codices. Id. de Finib. 3, 6 extra *ſeptum alii quo, aut ſagittam collineare*, ac ſæpius deinde. vid. tamen dicta in *Collimare* ſub *Limis*, a, um.

¶ Collineātus, *a, um*, abgezielt, erzielt. Apul. Flor. c. 23 *Collineato pro fronte ſitu, & cohibentibus ad regulam lineis*.

¶ Delĭneo, *are*, eſt rei primas lineas ducere, ut pictores ſolent, abreiſſen, entwerfen. Plin. 35, 10 *Apelles arrepto carbone exſtincto e foculo, imaginem in pariete delineavit*. Apul. 1 Flor. *Solus Apelles coloribus delineavit*. Arnob. 1 p. 17 de Deo: *Quem nulla delineat forma corporalis*.

¶ Delineatio, *ōnis*, f. der abriß, die entwerfung. Tert. adv. Valent. c. 27 *In delineationem ſuperioris Chriſti, &c.* conf. adv. Marc. 5, 4.

¶ Delineator, *oris*, m. qui delineat, apud Livium.

LINGO, *linxi, lingĕre*, λείχειν, lecken. Plaut. Caſ. 2, 8, 21 *Mel mihi videor lingere*. ¶ 2. Et, aliquid paullatim deglutire, im munde zerlaſſen, hinab laſſen, in qua ſignificatione apud Plinium aliquoties legitur, ut 31, 9 *Sal datur lingendus*.

¶ Lingens, *tis*. Plin. 37, 10 *Lingentium calculos fingit pellitque*.

¶ Linctus, *ūs*, m. Id. Plin. 31, 9 *Multi tuſſim veterem linctu ſalis diſcuſſere*, mit ſalzlecken. Adde 36, 17.

¶ Linctor, *ōris*, m. Gloſſ. gr. Lat. λικτὴς, *linctor*.

Compoſita:

¶ Ablingo, *ĕre*, ablecken; ut, *Ablingere oculos*. Marc. Emp.

¶ Delingo, *ĕre*, ableckeu. *Delingere ſolum*, Plaut. Perſa 3, 3, 24. Et Celſus 3, 23 *Cochleare plenum paullatim delingatur*.

¶ Elingo, *ĕre*, auslecken. Plin. 25, 13 *Si oculus ſubinde elingatur*. Adde Vulg. Interpr. Baruch. 6, 19.

¶ Pollingo, *ĕre*, ſalben. balſamiren. Plaut. prol. Pœn. v. 63 *Mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat*, i. e. mortuum curaverat, laverat, unxerat. Scribunt etiam *Polingo*, vel *Pollincio*. Vet. Gloſſ. *Pollingo, περιχρίω ὠνικάς, ὀπτῶ λείω, ἐνταλάζω, παρασκευάζω. Pollingo* igitur nonnullis eſt quaſi *poliens ungo*, quia cadavera olim ungi ſolebant; vel quaſi *pollentia ungo*; Tuneb. Adverſ. 28, 31 dici ait quaſi *pollens ungo*. Sed ſimplicius multo ex *pollingo, pollingo, pollingo* ſicuti ex *pollicem & pollucem* fit *pollicem & pollucem*. Et hinc

¶ Pollinctus, *a, um*, geſalbet; ut, *Voluptas medicamentis pollincta*, Sen. de Vit. beat. c. 7, & Apul. Florid. *Iam miſeri illius membra omnia aromatis perſperſa, jam os ipſum mira cine odora delibutum, jam eum pollinctum, jam ſecure paratum, contemplatus diligentiſſime, &c.*

¶ Pollinctorius, *a, um*, idem. Plaut. Suppoſ. Aulul. Sc. Quid hic v. 4 *Sine pollinctoriis eſſerat*.

¶ Pollinctor, *ōris*, m. curator funerum & unctor cadaverum, ein leichenwärter. Plaut. Aul. 5, 2, 7 *Quid ſapis cuiris pollinctorem acceſſiſſe?* conf. Pœn. prol. v. 63 Martial. 12 epigr. 97 *Iam pollinctore parato*, demum ſi eu anſ't iur ferale cenatur. Ver Gloſſ. *Pollinctor, ἐνταλάζων*. Et l. 5 § 8 Dig. de inſtit. act. *Si libitinarius ſervum pollinctorem habuerit*. Adde Nonium 2, 682. conf. Elmenh. in Arnob. p. 45, & Parei Lex. Crit. p. 45.

¶ Pollinctūra, *æ*, f. ipſa funeris curatio, die beſchickung der leiche. Plaut. Stich. 5, 4, 6, uſi quidam & *pollinctura* legunt. Cæterum de modo & ritu pollinendi veterum vide diſſertationem Andr. Ruvini 1655 Lipſiæ editam, ubi copioſiſſime cuncta explicantur

¶ Sub-

¶ Sublingo, ere, belecken. Hinc

¶ Sublingio, onis, m. apud Plaut. Pseud. 3. 2. 103 *Est coqui sublingio*, qui patinas lingua detergit, ein schüssel-lecker, tuchen-junge.

LINGONES, um, pl. populi Galliæ, hodie *Langrois*, frumenti admodum feraces. v. Cæs. B. G. 1, 26, 21 &c. Lucan. 1, 398. v. Liv. 5, 35.

¶ Lingonicus, a, um, adj. ut, *Vellera lingonicis rufa fagis*, Martial. 14 epigr. 59. conf. epigr. 160.

LINGUA, æ, f. die zunge, maximum bonorum & malorum instrumentum, ὄφελος μὲν ἀγαθῶν, ἔλεγχος δὲ τῶν κακῶν μέγιστος, quemadmodum Pittacus dixit. Dicta est vel a sensu gustus, hoc est, a *lingendo*, vel quod dentium sepris, quasi vallo, munita ac ligata sit: v. Gell. 1, 15 fc. *Linguam continere, cohibere*, die zunge im zaum halten. Cic. ad Qu. fratr. 1, 1, 13 *Linguæ omnibus quam diligentissime continenda est*. Id. pro Flacco c. 23 *Linguâ quasi flabellum esti seditionis*, die zunge richtet unruhigkeit an, hilft zum aufruhr. *Immodicam linguâ* dixit Tac. Hist. 3, 53, 1. qui fecenter nimis loquitur, qui temperare sermonibus non potest. Namque & ipsum vitium *interpercussa linguæ* Curtio appellatur. vide supra *Libertas*: item *Licentia*. Et, *Petulantiam linguæ*, dicaricatem improbam impudentemque Suetonius dixit, Tib. c. 61 extr. *Titubantiam* vero *linguæ* Id. Claudio c. 30, quam in Vitellio c. 7 *Titubantiam oris* vocat, das anstoßen der zungen. ¶ 2. *Linguam*, ψυχῆς ἄγγελον, Democritus dixit: ex sermone enim de sensibus & cogitatis animi conflet. Horat. de Arte poët. v. 111 *Post effert animi motus interprete linguâ*. Et, *Interpretem animi* linguam Lucretius etiam 6, 1142. itemque Prudentius Romano v. 771 dixit. *Cogitationis interpretem* vocat Lactantius de Ira Dei c. 14. ¶ 3. *Linguis favere* jubebantur olim in sacris: quo aliquando silentium, aliquando εὐφημία significabatur. v. Drusius. lib. 1 Form. solenn. ¶ 4. *Linguam* pro obtrectatione posuit Cic. fam. 9, 2 ad Varr. *Tibi idem consilii dedi, quod mihimetipsi, ut vitemus oculos hominum, si linguas minus facile possimus*, wenn wir ihnen nicht aus den mäulern kommen können. Apud Sirachidem c. 28, 15 γλῶσσα τρίτη, *lingua tertia*, redditur ein böses maul. Cujus locutionis ratio est, quod obtrectator duorum amicorum verba deferens, lingua utriusque abutatur, suamque tertiam admisceat. In Targumin leadem loquendi formula delatio sive calumnia defertur. v. Drusius Quæst. 1, 4; & Buxtorff. Lex. Talmud. p. 1162. ¶ 5. Et, *Linguæ*, differentiæ sermonum, sprachen; ut, *Lingua græca, latina*, &c. Horat. 3 oda 8, 5 *Docilis sermones utriusque linguæ*. Ovid. de Arte Am. 2, 121 *Nec levis, ingenuas pectus colnisse per artes. Cura fit, & linguas edidicisse duas*. Pro eloquentia *linguæ* ponitur apud Apostolum 1 Corinth. 13, 1 *Si linguis angelorum loquar*. ¶ 6. *Linguæ* etiam dicuntur promontoria a similitudine. Cæs. B. Gall. 3, 12 *Erant ejusmodi fere situs utpidorum, ut posita in lingulis promontoriis, quæque pedibus adituin haberent, neque navibus*. v. Ciacco. Ovid. Metam. 13, 734 *Tribus hæc excurrit in æquora linguis*. Habet etiam Liv. 37, 31. Ammian. Marcell. 14, 8. Lucanus eleganter deferibit 2, 613 de fluminis situ agens: *Hanc Ixeus angustam jam se cogentis in arctum Hesperiæ, tenuem producit in æquora linguam, Adriacos flexis claudit quæ cornibus undas*. Ex quibus intelligere licet, *linguam* appellari tertiam aliquam editiorem, quæ longo arcuque dorso, instar linguæ, porrigatur in mare. v. Schottum Observ. Human. 3, 28. ¶ 7. Lamellam notat in tibiis quibusdam, das blätgen. v. Plin. 10, 29 f. 43. *Lingua* etiam herbam denotat Plinio 24, 19 Sic *Lingua bubula*, i. e. bugloſſa, ochſen-zunge, Plin. 17, 143 Apul. de Herb. c. 41. *Lingua cervina*, i. e. gladiolus, ſchwertel-kraut; Id. Apul. c. 78. *Lingua canis* seu Macedonica, i. e. Cynogloſſa hunds-zunge, Apul. de Herbis c. 96.

¶ Lingula, æ, f. diminut. quod & *Ligula* indifferenter fere scribitur. Priscian. lib. 3 de Diminutivo: *Lingua, lingula; & per concisionem N, ligula*. Notandum epigramma Martialis 14, 120, cujus lemma *Ligula argentea*, quod explicat gladiolum in speciem linguæ, ſpachulam: *Quamvis me lividam dicant equitesque patresque, Dicor ab indoctis lingula Grammaticis. Indoctis* h. e. pertinacibus, jure derivationis & quantitatis syllabæ nolentibus decedere. Sic, *Lingula* vel *ligula coleci*, das zünglein in der ſchuhſchnalle. Martial. 2 epigr. 29 *Non beſtes ita ſedet lunati lingula planti, Cocrine non laſam cingit alutæ pedem*. ¶ 2. Et *Ligula* instrumentum, ein löffel, eine ſchaumkelle. Colum. 9, 15 extr. *Liquatum mel transfertur in vasa fictilia, quæ paucis diebus aperta ſint, dum muſteus fructus defervescat, isque ſuperius ligula depurgandus eſt*. Plin. 20, 5 *Duarum aut trium ligularum menſura*. Conf. Cato de Re Ruſt. c. 84. conf. supra *Ligula* in *Ligo*. ¶ 4. Vt de lingua n. 6, observabamus, promontorium significare, ita *Lingulam* eodem ſenſu laudat aliquis ex Cæs. B. C. 3, 12.

¶ Lingulātus, a, um: ut, *Lingulati tibi*, qui ad aquæ ductionem ita aptari ſunt, ut palmi ſpatio unus in alterum poſit intrare, Vitrúv. 8 c. ult. brunn-röhren, die ſich in einander ſchlieſſen.

¶ Linguatus, a, um, geſprächig, ſchwätzig, klauderhaft. Tertull. de Anima c. 3 *Apoſtolus Athenis expertus linguatam civitatem*.

¶ Linguōſus, a, um, idem. Petron. c. 43 *Duræ breves ſunt, linguoſus, Diſſerdia non homo*. conf. c. 63. Et Hieronym. Epitaphio Paulæ (epiſt. 27) c. 10 *Quam linguoſam, garrulam, ac procacem, vixisque perſpexerat delectari &c*. Et Auguſtin. confeſſ. 1, 9 pr. *Linguoſæ aures*.

¶ Linguax, ācis, m. locutulejus, blatero, ein ſchwätzer. Onomaſt. *Linguax λάλος, ἀθυρογλωττος*.

¶ Linguāta, æ, c. dem die zunge wohl gelöſt, ein klappermaul. Plaut. Caſ. 2, 8, 63 *Vxor linguatæ eſt mihi domi, nam nunquam tacet*. Et Gell. 1, 15 extr. *Veteres noſtri hoc genus homines, in verba proiectos, locutulejos, & blateroues, & linguacas dixerunt*. ¶ 2. Sed *Lingulacam piſcem*, cum Feſto Hermolaus, *ſoleam* eſſe, aut ab ea piſcem non valde diſſimilem voluit, ein ſchollen. Ex eo jocus Plauti I. c. v. 62 OL. *Vin' Lingulacas?* (piſces ſci. l) ST. *Quid opus eſt, quando uxor domi eſt? Lingulacula eſt mihi* (latis loquax,) &c. *Lingulacæ* nomirum ſunt, qui Græcis λαλοι, B. Hieronymo *Linguoſi*, aliis *linguaces*. ¶ 3. Hoc nomine etiam herba appellatur Plinio 25, 11.

¶ Linguārium, ii, n. instrumentum quo lingua alicui occluditur, ein zungen-biß. Vide prov. *Linguario indiget*, er kan das maul nicht halten. Apud Senecam de Benef. 4, 36 eſt multa, vel vectigal pro lingua inconſideratius locuta, ut recte Muretus explicat in Variis 12, 5, vide & Lipſium ad eum Senecæ locum.

¶ Bilinguis, e, proprie duas linguas habens, zweyzüngig, quemadmodum Diodorus Siculus ſub fin. lib. 2 p. 97 fabuloſe de incolis inſulæ in australi Oceano tradit, δίπτυχον ἑκάστης ἔχειν γλῶτταν. conf. Freinsh. Ind. ad Curt. voce *bilinguis*. ¶ 2. Duarum linguarum peritus, zweyer ſprachen kundig. Sic Brutios Ennius *bilingues* apud Feſtum vocavit, quod oſce & græce loqui fuerint ſoliti. Et Curt. 7, 5, 29 *Bilingues* vocat, qui græce & barbare loquebantur. Apud Horatium 1 ſat. 10, 30 *Canufinus bilinguis*, qui græce cum latinis conjunxerat. ¶ 3. Qui ſubrica & parum ſincera fide loquitur, der nit zwey zungen redet, ein falſcher mund, διπλᾶς λογο. v. Chiliad. Tales Paulus 1 Tim. 3, 8 διλόγους vocat. Plaut. Truc. 4, 3, 7 *Ne duplices habeatis linguas, ne ego bilingues vos necem*. Virg. Æn. 1, 665 *Quippe domum timet ambiguam, Tyriosque bilingues*. vid. omnino Drakenb. ad Sil. 16, 157.

Bifulcilingua, vide infra *Sulcus*.

¶ Trilinguis, e, trium linguarum, dreyzüngig, ut apparere in ſerpentibus dicuntur. Horat. 2 od. 19, 31 *Cerberus trilingui ore*. Prudent. Cathem. 3, 127 ex protevangelio: *Vt mulier Colla trilinguia calce terat*. vide Weitzium ad Prudent. contra Symmach. 1, 28 p. 723. ¶ 2. Tergemini ſermonis peritus, der dreyerley ſprachen kan. Apul. lib. 11 Met. *Siculi trilinguas Stygiam Proſerpinam nominant*. Quod Cæl. Rhodig. extr. l. 3 Antiq. Lect. interpretatur, *initio barbare, mox græce, poſtremo latine locutos eſſe*. Ita ipſe Varro ap. Iſid. 1, 1 Masilientes *trilingues* dixit, quod & Græce loquerentur, & Latine & Gallice.

¶ Trilinguus, a, um, idem. Prudent. Hamart. v. 587 de viperæ coitu: *Caput inferit ille trilinguæ Conjugis in fauces*. Alii *trilingue*.

¶ Elinguis, e, mutus, ſprachlos. Cic. pro Flacco c. 15 *Convicii & elinguem reddidit*, er hat ihn überwunden, daß er verſtummen müſſen.

¶ Elinguo, āre, die zunge ausſchneiden; ut, *Elinguandum te dabo usque ad radicibus*, Plaut. Aul. 2, 2, 72.

¶ Elinguatus, a, um. Corn. Front. p. 1333 *Elinguis habes linguam, ſed uſu ejus caret; elinguatus amiſit*.

¶ Elinguatio, onis, f. die ausſchneidung der zunge. Gloſſ. lat. gr. *Elinguatio γλωσσοτομία*.

Linificius, liniger, quære in *Linum*.

LINIO, *linire*, apud Columellam ſubinde hodie reperitur, pro quo tamen uſitatius eſt.

Lino, *levi*, vel *livi*, *litum*, *linere*, ſchmieren, beſtreichen, ſtreichen, überziehen. Prius enim illud poſt obfuſcatum Linguæ Latinæ nitorem ortum, & ab imperitis librariis intruſum, præter alios multis defendit Burm. ad Quinct. decl. 13, 5 p. 277. Eſt tamen in Harduin. etiam edit. ap. Plin. 17, 28 extr. *Sanguine urſino liniri*. Colum. 6, 17 *Optimum eſt inunere, atque ita liquida pice cum oleo linire*, & paſſim. Sed Id. 12, 50 *Dolia gummi liverunt*. Et Ovid. Faſt. 3, 760 *Linit ora luto*. Altera formâ Vitruv. 7, 3 *Luto liniuntur*. Sed & *Auro ſub limina tecta linuntur*. Ovid. fragm. de Medicam. facies v. 7 *Facies linere*, ſich ſchminken. Iovenal. 6, 469. Martial. 3 epigr. 42 *Lamenta rugas uteri quod condere tentas, Palla, tibi ventrem, non mihi labra linis!* Vbi *Labra linere*, das maul ſchmieren, betrügen. Horat 1 oda 20, 3 *Vile Sabinum ego ipſe tecta conditum levi*. Oblinebantur nempe pice vel gypſo amphoræ, in quibus vinum recondebatur. v. *Relino*. Virg. Georg. 4, 38 *Cera ſpiramenta linunt*.

¶ Litus, a, um, geſchmiert, beſtrichen; ut, *Pœribus lita corpora gutis*, Virg. Georg. 4, 99.

¶ Litus, ūs, m. ſubſt. linendi actus. Plin. 33, 6 *Litu cicatricum fœditates tollere*.

¶ Linitus, ūs, m. idem. Plin. 20, 12 pr. *Prævalere contra ſerpentes potu & linitu*. Sed vid. notata ad *Linio*.

¶ Litūra, der ſtrich, die durchſtreichung. *Litura in nomen alicujus*, ſubaudi, *facta*, Cic. pro Arch. c. 5. Id. Verr. 2, 76 *Erant acceptæ pecuniæ a C. Verratio C. F. Sic tamen ut usque ad alterum R. literæ conſtarent integræ; reliquæ omnes eſſent in litura*. Et c. 77 extr. *Videtis extremam partem nominis, caudam illam Verris, tanquam in loco demerſam eſſe in liturā*. Literæ igitur *ſunt in litura*, wenn etwas in die ſtelle des ausgekratzten geſchrieben. *Lituram facere* Ovid. Heroid. epiſt. 3, 3. ausſtreichen. Martial. 4 epigr. 10 *Non poſſint noſtros multæ, Fauſtine, lituræ Emendare jocos: una litura poteſt*. Horat. Art. poet. v. 292 *Carmen reprehendite, quod non Multa dies & multa litura coërcuit*. Claudius Imperator cum orantibus familiaribus appoſitam cuidam denuditer notam, *Litura tamen*, inquit, *exſtat*, ut Suetonius auctor eſt ejus vitæ c. 16. Significat autem, notam quidem ignominiosam tolli poſſe, memoriam vero ipſius notati flagitii manere. ¶ 2. Apud Columellam 4, 24 idem quod *litus*, ubi ait: *Solem etiam & pluvias arcet ejusmodi litura*.

¶ Litūro, āre, inducere, delere, ausſtreichen, apud Sidon. 6 epiſt. 3 extr. *Tunc certius te probaſſe reliqua gaudebo, ſi liturāſſe aliqua cognovero*. Vbi hæc ex veteri inſcriptione Savaro laudat: CVM IN RE PRÆSENTI INSPEXERIM LITVRATVM AGR. ET ERASVM &c.

¶ Liturārius, a, um, idem quod deletitius. Auſon. præf. in Centonem: *Hoc ille uno & addita lucubratione properatum modo inter liturarios meos cum reperiſſem &c*. Vbi *liturarios*, ut Scaliger reponit, vocat codicillos, in quibus prima concepta ſcriptionis noſtræ perſcribimus, & quæ diſplicent, inducimus, ut poſtea chartæ puræ commendentur. v. Auſon. Lect. 2, 13 p. 124.

¶ Linimen, *inis*, n. die ſchmiere. Th. Priſcian. 1, 18 *Pro linimine adhibere*.

¶ Linimentum, i, n. idem. Pallad. Octob. 4, 14 *Linimentum delii non gypſo, ſed ſarmentorum cinere inducere*. Adde Celſ. 5, 25; Oct. Hor. 1, 21.

Compoſita a *Lino* & *Linio*.

¶ Allĭno, ĕre, adſpergere, anſtreichen, aufſchmieren. *Vitia ſua alteri allinere*, Sen. epiſt. 7 pr. einen anſtrecken, beſchmützen. Horat. de Arte poët. v. 445 *Vir bonus & prudens verſus reprehendet inertes, Culpabit duros, incomtis allinet atrum Transverſo calamo ſignum*. ¶ 2. Ex altera forma, quam in ſimplici notavimus, legitur hodie apud Pallad. Mai. tit. 8 *In unum corpus omnia redacta curabis adlinire*.

¶ Circumlĭno, ĕre, umher beſchmieren, beſtreichen; ut, *Circumlinere oculum*, Plin. 6 epiſt. 88. Et alter Plin. 21, 14 *Circumlini aiveos ſimo bubulo utiliſſimum*. ¶ 2. Circumlinio, ire, Colum. 6, 16 extr. *Vul-*

vera

nova medicamento circumlinienda. Quintil. 1, 11 *Simplicem vocis naturam pleniore quodam succo circumlinire*, magister haud patietur puerum, h. e. graviorem, quam natura fert, vocem affectare. Sed vid. dicta de simplici.

¶ Circumlitus, *a, um*, überſtrichen. Plin. c. l. *Vasis melle circumlitis.* Et pro *circumlatus*, Horat. 1 epiſt. 10, 7 *Muſeo circumlita ſaxa:* Et Ovid. Met. 11, 137 *Auro circumlitus*, übergüldet. Et Quintil. 8, 5 *Pictura, in qua nihil circumlitum eſt.* Ipſe Cic. Tuſc. 1, 45 *Perſæ cera circumlites credunt.*

¶ Circumlitio, *ōnis*, f. die beſtreichung. Sen. epiſt. 86 *In picturæ medium vitiata circumlitio* (parietibus) *prætexitur.* Adde Plin. 24, 7 *Oris, circumlitiones* conf. 35, 11.

¶ Collino, *āre*, beſchmieren, beſudeln. Plaut. Moſt. 1, 3, 113 & Pœn. 1, 2, 93 *Pulchrum ornatum turpes mores pejus cæno collinunt.* Horat. 1 od. 15, 20 *Crines pulvere collines.*

¶ Collitus, *a, um*, beſtrichen, angeſtrichen. Prudent. Cathem. 5, 15 *Vita ſacris ſcirpea floreis Preſſo melle prius conlita fingimus.* Quod candelarum apud veteres genus erat. Sic poſſis *ſilum cera collitum*, ein wachs-ſchidt.

¶ Collinitus, *a, um*, facit Columella a *Collinio*, 6, 17 extr. *Semina melle collinita.*

¶ Delino, *ēre*, fœdare, corrumpere, beſudeln. (Non autem huc pertinet *Delinire*, quod a *Lenis* eſt; ſicuti etiam *Delinimentum, Delinitio &c.* De his ſupra in *Lenis.*) Hinc

¶ Delitus, *a, um*, beſtrichen, angeſchmiert. Cic. in quadam epiſt. citante Priſciano, lib. 9 ſub fin. *Tuli moleſte, quod littera delitæ mihi ante reddita ſunt*, cum beſudelter brieff. Id. apud Diomedem: *Cæteris delitis*, pro *deletis.*

¶ Delitor, *ōris*, m. qui delinit. Accius Atreo, apud Priſcian. c. l. *Scelerum fratris delitor.*

¶ Elino, *āre*, ausſtreichen, ex Lucil. Nonius 2, 273. Alii referunt ad *Lino, ēre*, de quo ſupra in E.

¶ Ilino, *āre*, anſtreichen, anſtreichen. Sen. de Ira 3, 16 *Aves viſcum phœnix omnibus ilinunt.* Id. epiſt. 120 *Tectis aurum ilinere.* Horat. 1 ſat. 5, 30 *Ilinere oculis collyria.* Plin. 9, 30 *Naſci illinuntur.* ¶ 2. Illinio, *īre.* Plin. 20, 17 *Phœneticis illinivit cum polenta, &c.* Et 30, 11 *Cornicis carnes eſſe & nidum illinire.* conf. Colum. 6, 14. Hinc

¶ Illitus, *a, um*, angeſtrichen, angeſchmiert. Cic. de Orat. 3, 52 *Color ventoſitatis non foris illitus, ſed ſanguine diffuſus*, nicht von auſſen angeſtrichen. *Aurum veſtimenta illitum*, Horat. 3 od. 9, 14. Et Liv. *Italum* [illegible] *num* dixit 5, 2. Sic, *ipſa facie illita*, Plin. 29, 3. Sil. 11, 43 ex conjectura Heinſii *nulli macultum in illita vita*, nullius innocens, aut flagitii non notatus. v. etiam Drakenb.

¶ Illinītus, *a, um.* Plin. 25, 12 extr. *Pſyllion illinitum fronti*, conf. Marc. Emp. c. 6.

¶ Illitus, *ūs*, m. ſubſt. die anſtreichung. Plin. 23, 9 *Appetitus, fotus, illitus.* conf. 24, 6.

¶ Illinīmentum, *i*, n. die ſalbe. Cæl. Aurel. 3, 8 *Illinimenta medicamenta.*

¶ Superilino, *āre*, drüber herſchmieren. Celſus 3, 20 *Totum corpus ſuperillinendum eſt.*

¶ Superillitus, *a, um*, drauf geſchmiert. Plin. 30, 12 *Superillito butyro ovillo cum melle.* ¶ 2. Apul. de Herb. c. 74, 1 & 7 *Succus ſuperillinitus.*

¶ Interlino, *āre*, dazwiſchen ſchmieren oder ſchreiben. Cic. pro Cluent. 2, 44 *Qui teſtamentum interleverit.* conf. l. 42 ff. (9, 2) ad Leg. Aquil.

¶ Interlitus, *a, um*, dazwiſchen geſchrieben. *Codex interlitus proferebatur*, Cic. pro Cluent. c. 33. *Corruptæ atque interlitæ tabulæ*, Id. Verr. 2, 42. *Muras bitumine interlitus*, Curt. 5, 1, 16 & 25. *Cæmenta interlita limo*, Liv. 21, 11.

¶ Oblino, *āre*, verſtreichen, umher ſchmieren. Varro de Re Ruſt. 3, 7 *Aves decipiuntur, cum ſe obleverint viſco.* ¶ 2. Col. 5, 9 *Imas partes miſto ſimo cum cinere oblinire.*

¶ Oblitus, *a, um*, beſleckt. beſchmiſt. Ita improprie Cic. Phil. 14, 3 *Libidine flagitioſa oblita eſt Antoniorum vita.* ¶ 2. Oblinītus, *a, um*, verſchmiert. Colum. 12, 39 *Veſtis oblinitis includere.* Scribon. Compoſ. 245 *Prodeſt & cinis de ſilice factus, aqua conſperſa, oblinita.*

¶ Perlino, *āre*, recht durchſchmieren. Colum. 7, 5 *Ulcera lavantur aceto, & pice liquida cum adipi ſuilla perlinuntur.* ¶ 2. Perlīnio, *īre*, Colum. 9, 12 *Loculamentum perlinitat intrinſecus.*

¶ Perlitus, *a, um*, beſtrichen, geſalbet; u, *Unguentis perlitus ignave incedis*, Plaut. Caſ. 2, 3, 23. Alii unguentatus per vias, legunt. Ex Apuleji 3 laudatur *perlita* deponentialiter poſitum. Sed Elmenh. p. 138 *Ab imis unguibus ſeſe adusque ſummos capillos perlinit.*

¶ Prælino, *āre*, von auſſen, oder von vornen beſchmieren, anſtreichen. Gell. 7, 14 extr. Vnumquodque *cum caſte pudiceque ornatur, ſit illuſtrius: cum fucatur atque prælinitur, ſit proſtibulum.*

¶ Prælitus, *a, um*, anceſtrichen. Gell. 13, 23 *Vidæ inexcultæ & rudes, ne teterio quidem prælitæ*, angeſtrucht.

¶ Relino, *āre*, quod oblitum & obturatum fuit, aperire, aufthun, aufſpünden. Ter. Heaut. 3, 1, 51 *Relevi dolio omnia, &c.*

¶ Sublino, *āre*, aliquantulum illinire, beſtreichen. Plin. 33, 5 *Sublinunt atramento.* conf. 35, 6; & 36, 23 ¶ 2. *Sublinere os*, proverbiale eſt, pro illudere, vanis promiſſis decipere, das maul ſchmieren. v. Intt. Petron. ad c. 22 p. 72 Burm. Iſte ſcilicet putant deſumptam formulam a jocoſa in dormientes contumelia. Add Douſa præcid. c. 10. Plaut. Capt. 3, 4, 122 *Nucleum amiſi, reliquit pignori putamina. Ita mihi ſtolido ſurſum verſum os ſublevere offuciis.* Et in Aul. 4, 6, 1 *Fidei cenſebam maximam ſimulac fidem Eſſe, ea ſublevit os mihi pleniſſime.* v. Taubm. ad argumentum Epidici, & Parei Lex. Crit.

¶ Sublitus, *a, um*, beſchmiert, beſtrichen. Plin. 33, 6 de argento vivo: *Cum ære inaurantur, fabricæ oraſtili pertinaciſſime retinet.* Et Symm. 1 epiſt. 4 *Stultus ſum, ſi os ſublitum mihi eſſe non ſentio.*

¶ Sublitio, *ōnis*, f. der erſte überzug, die erſte farbe.

¶ Sublinio, *īre*, idem quod *Sublinere.* Plaut. Mil. 2, 5, 57 *Sublinitur os cuſtodi.* Et ibid. ſc. 1, 75 *Sublinitum eſt os cuſtodi mulieris.*

¶ Subterlino. *ēre*, von unten ſchmieren. Plin. 28, 7 *Plantas ægri ſubterlinere*, die fußſohlen ſchmieren.

¶ Superlino, *ēre*, überſtreichen. Plin. 27, 6 *Radix in vino decocta ſuperlinitur.* Adde Pallad. Ian. t. 5; & Oct. t. 14.

¶ Superlitus, *a, um*, überſchmiert. Plin. 22, 23 *Viſco ſuperlitum, ut hæreat.*

LĪNODRYS, *yos*, f. λινόδρυς herba gamanderle, quæ & *Chamædrys.* vid. Dioſcorid. 3, 112; Tabernæm. p. 769.

Linolitas, linoſtolia, vide *Linum.*

LĪNOSTRŌPHON, *i*, n. λινοστρόφον, herba, quæ & dicitur *Marrubium, Praſium, &c.* andorn. v. Plin. 20, 22.

LĪNOZOSTIS, *is*, λινόζωστις, herba, quam & *Mercurialem* vocant, bingelkraut, Plin. 25, 5.

LĪNQUO, *liqui, lictum, linquere*, deſerere, relinquere, laſſen, verlaſſen. *Dulcia linquimus arva*, Virg. ecl. 1, 3. *Menſas liquére*, pro liquerunt, Id. Æn. 3, 213. *Animo linqui*, in ohnmacht fallen, Suet. Cæl. c. 45.

¶ Linquens, *tis. Linquens terram eam, quam ſervaverat*, Cic. pro Planc. c. 10. *Animum linquentem revocare*, Curt. 9, 5, 11, ſich wieder erholen.

¶ Lictus, *a, um*, verlaſſen. Capitol. in Antonino Philoſ. c. 7 *Imperium lictum cum alio participare.*

Compoſita:

¶ Dēlinquo, *liqui, lictum, ēre*, prætermittere, quod prætermitti non oportuit: & peccare, verſehen, mißhandeln, ſündigen. Ter Hec. 4, 4, 41 *An quia non deliquunt viri?* Cic. Off. 3, 48 *Si quid delinquitur, ſit neſcio quomodo, ut magis in aliis cernamus, quam in nobimet ipſis.* ¶ 2. Veteres *Delinquere* & pro deeſſe, ponebant, unde *deliquium*, quod deeſt, de quo poſtea.

¶ Delinquentia, *æ*, f. die ſünde. Tertull. Refurr. Carn. c. 46 & 47 *Homo delinquentiæ, Amicus vitiorum.*

¶ Delictum, *i*, n. das verbrech en, verſehen, die ſünde. Cic. Off. 1, 13 *Quæ parva videntur eſſe delicta, ab iis eſt diligentius declinandum* Id. 5 fam. 5, 17 *Homines ſapientes delicto ſuo, non aliorum injuriâ commoventur.*

¶ Poſt-delictum, *i*, h e. poſtea commiſſum. Vlpian. l. 71 ff. § 9 de acquir. vel omitt. hered. (29, 2) *Etenim, qui ſemel ſe abſtinuit, quemadmodum ex poſt-delicto obligatur.*

¶ Delictor, *ōris*, m. peccator, ein verbrecher. Cypr. ep. 59 c. 1 *Gravioribus delictoribus, & in Deum multum ante peccantibus.*

¶ Deliquus, *a, um*, i. e. minor, weniger, minder, fehlend, a delinquendo quod defuerit: ſicut *reliquum* a relinquendo, quod remanſerit. *Tibi nil domi deliquum eſt*, Plaut. Caſ. 2, 2, 33. conf. Feſtus, & Douza ad h. l.

¶ Deliquium, *i*, n. defectus, der fehl, mangel, abgang; ut, *Deliquium ſolis*, die ſonnen-finſterniß, Plin. 2, 12; a *delinquendo* dictum, ſecundum Feſtum, quod delinquat in curſu ſuo. Falluntur igitur, qui deliquium a *liquando* deducunt. v. Varro de L. L. 6, 5, & Voſſ. Etym. p. 291. Plaut. Capt. 3, 4, 93 *Parentum & liberatis deliqui.* Sed vide ſtatim *Deliquio.* Sic Medici vocant *animi deliquium*, die ohnmacht; quem defectum quidam dicunt Syncopen.

¶ Deliquio, *onis*, f. idem. Plaut. Capt. 3, 4, 93 *Et parentum & liberorum apud te deliquio ſiet* Quem locum modo etiam in *Deliquium* laudavimus. Nim. quidam nominativum volunt eſſe, dativum alii.

¶ Indelictus, *a, um.* Accius apud Feſtum: *Qui, niſi probrum, omnia alia indelicta æſtimant*, ſie halten ſonſt nichts vor ſünde.

¶ Relinquo, *liqui, lictum, ĕre*, deſerere, verlaſſen. Ter. Adelph. 3, 4, 52 *Animam reliquam potius, quam illam ſeram*, ich will ehe mein leben laſſen. Dicitur etiam alia forma, *vita* vel *anima relinquere hominem.* v. Burm. ad Quint. decl. 13, 6 p. 278. Id. Phorm. 2, 1, 46 *At ſi talentum vem reliq iſſet decem*, wenn er ſo viel noch ſich gelaſſen. Cic. pro Domo c. 58 *Liberis noſtris ſatis amplum patrimonium paterni nominis & noſtræ memoriæ reliquemus.* Et, *Teſtamento relinquere aliquid alicui*, Id. Off. 3, 24; einem etwas beſcheiden, vermachen conf. Petron. commentatores ad cap. 45. *In medio relinquere*, Cic. Acad. 1, 16, in ſeinem werth und unwerth bleiben laſſen. Sic, *Scriptum relinquere*, Nepos 9, 5, 3. Ter Andr. 2, 5, 1 *Hanc me, relictis rebus, juſſit Pamphilum Obſervare*, ich ſoll alles ſtehen und liegen laſſen, und ꝛc. Vbi Donatus: *Imponitur manus rebus, cum perficitur id, quod caperit: ut Virgilius*, Imponit regina manum. *Reliquuntur vero res, cum imperfectæ relinquuntur.* Idem Virgilius: ATQVE OPERE IN MEDIO DEFIXA RELIQVIT ARATRA. *Adeo præpoſuit hoc negotii rebus omnibus. Non relinquere locum precibus* dupliciter dicitur. Aut enim ſignificat facere aliquid vel non rogatum, ſich nicht erſt darum bitten laſſen; ut Cic. fam. 1, 1 de Pompejo: aut plane non admittere preces, gar kein bitten anhören wollen, ita Ter. Andr. 3, 5, 23. ubi Dac. v. Manut. ad Cic. l. c.

¶ Relinquens, *tis.* Catull. 36, 3 *Relinquens Comi mœnia.* Vellej. 1, 17, 7 *Occupatam relinquens materiam quærit novam.*

¶ Relictus, *a, um*, hinterlaſſen, zurück gelaſſen. Nepos 15, 2, 1 *Pauper jam a majoribus relictus.* Id. 24, 1, 1 *Hæredium a patre relictum habebat.* Cæſ. de B. C. 3, 102 *Cæſar, omnibus relictis, perſequendum ſibi Pompejum exiſtimavit.*

¶ Relictus, *ūs*, m. ſubſt. die verlaſſung. Gell. 3, 1 *Labor civilis, exercendique corporis ſtudium relictui ſunt*, i. e. relinquuntur, negliguntur.

¶ Relictio, *ōnis*, f. idem. *Deſperationes & relictiones reipublicæ*, Cic. Attic. 16, 7.

¶ Reliquus, *a, um*, übrig, überblieben, quod vel reſtat, vel ſupereſt: ut, *Nihil eſt reliqui*, Cic. de Fin. 2, 31. Ter. Eun. 2, 2, 9 *Itane paraſti te, ut ſpes nulla reliqua in te ſiet? De reliquo, velim tibi perſuadeas*, Cic. fam. 6, 21, im übrigen ꝛc. Nepos 25, 21, 5 *Quoniam nihil reliqui feci, quod ad famam me pertineret, reliquum eſt, ut ego mihi conſulam*, weil ich nichts unterlaſſen zu ſo eine ruh an dem, ꝛc. Vbi *Reliqui nihil facere* eleganter dicitur, pro, omnia facere, tentare: quibus ſimillima Cicero ſcripſit fam. 3, ep. ult. *Nullum munus officii cuiquam reliquum feciſſe.* Sed alias hæc formula ſimpliciter ſignificat relinquere. Sall. Cat. 28 extr. *Quibus libido atque luxuria ex magnis rapinis nihil reliqui fecerant.* Et Curtius 6, 9, 27 *Eum reliquum*

liquum celanitas facit. Sed, *in reliquum tempus*, eſt in poſterum, hinfuro, hinfitta, hernachmahls. Cæſar B. Gall. 1, 20 *Monet, ut in reliquum tempus ſuſpiciones vitet.*

¶ Relliquus, vel Rellicuus, *a, um*, idem; ut, *Rellicuo tempore*, Lucret. 1, 560. conf. 2, 953.

¶ Reliquum, *i*, n. ſubſtantive, plur. *Reliquæ*, quæ ſubductis rationibus, & computatis acceptis expenſisque debita reſident, & ſolvenda præſtandaque ſuperſunt; Ἐλλείμματα Græcis: item λοιπάδες, & λοιπογραφίαι, reſte. Ter. Phorm. 1, 1, 2 *Erat ei de ratiuncula, lampridem apud me reliquum pauxillulum Nummorum ideo ut conficerem.* Cic. Att. 16, 3 *Angit me ratio reliquorum meorum*, die rechnung meiner ſchulden. Plin. 3 epiſt. 19 *Reliqua colonorum minuit.* Add. Plaut. Ciſtell. 1, 3, 4 & Capt. prol. 16. Atque ita etiam ICti abſolute *Reliqua* vocant: perinde, ut *debita* dicuntur. Et ita alii quoque auctores. Spartian. Adriano c. 7 *In provinciis vero etiam ex reliquis ingentes ſummas remiſit.* In Nummis Adriani: RELIQVA VETERA HS. NOVIES MILLIES ABOLITA. De quibus & ſimilibus Spanh. diſſ. 13 p. 552. Quintil. 6, 4 ex emendatione Salmaſii: *Diſpenſeroci, qui cum reliqua non reſponderent, dicebat ſubinde &c.* Symmach. 10 epiſt. 47 *Vberiorem ſummam docuit exclaſum; reliquum vero ſecundum rectorum litteras exſculpendum ab obnoxiis intimavit.* Vocantur & *Reſidua*: vide *Reſiden* in *Sedeo*.

¶ Reliquor, *ari*, verbum, reſt bleiben, quo uſus Scævola l. 20 § 1 ff. de fundo inſtructo: Adde infra in *Pagina*.

¶ Reliquatio, *ōnis*, f. die reſtirung. Gloſſ. Philox. λοιπογραφία, *Reliquatio*. Et Tertull. de Anima c. 56 *Ajunt & immaturâ morte præventas (animas) eo usque vagari iſthinc, donec reliquatio compleatur ætatis, quæ eam pervaſiſſent, ſi non intempeſtive obiiſſent.* Paulus in l. qui nominibus ff. de admin. & per. tut. *Si pupillus poſt pubertatem rationibus a tutore acceptis reliquationem ejus ſecutus, &c.*

¶ Reliquator, *ōris*, m. qui, quod alicui debet, ex aſſe & integro non perſolvit, ſed alicujus partis debitor adhuc remanet, der ſchuldig bleibt. Quod etiam ad illos referri poteſt, qui malam rationem reddunt: Crinitus de H. D. 15, 3. v. infra in *Pariare*. Scævola l. 102 § 2 Valerius, ff. de Solutionib. *Superioris anni reliquator*, ein reſtant aus vorigem jahre.

¶ Reliquatrix, *īcis*. Tertull. de Anima c. 35 *Anima reliquatrix delictorum, donec exſolvat noviſſimum quadrantem.*

¶ Reliquiæ, *arum*, f. pl. quæ reliqua ſunt, überbleibſel, das übrige; ut, *Reliquiæ cibi, prandii, cænæ*, Plaut. Stich. 3, 2, 40; & Menæch. 3, 1, 15, &c. Sic, *reliquiæ conjurationis*, Cicer. Paradox. *Reliquiæ exercitus*, Hirtius Alex. B. c. 40; *Belli*, Vellej. 2, 17, 1. *Reliquias legionum conſervare*, Id. 2, 46, 4. Et, *Reliquias cladis velut ex naufragio colligere*, Liv. 22, 56. Ter. Adelph. 3, 3, 91 *Quam gaudeo, ubi hujus generis reliquias reſtare video!* ¶ 2. *Reliquiæ* dicuntur etiam cineres & oſſa mortuorum. Suet. Domit. c. 8 *Monimentum diruit, oſſaque & reliquias, quæ inerant, mari merſit.* Id. Aug. c. 100 *Reliquias* (cremati corporis) *legerunt.* De *reliquiis* ſepulcrorum *transferendis* ſcripſit ad Trajanum Plin. 10 epiſt. 73. Sunt *Reliquiæ*, die todten corper, oder was von denſelbigen noch nicht verweſet. Et, *Reliquiæ ſanctorum* vel *martyrum*, reliquien. v. Elmenhorſt. ad Gennad. p. 168. Ita etiam reliquias vocare poſſis v. g *Lyram Orphei, Incenium Epicteti &c.* de quibus Lucian. adv. indoctum p. 385 ſq. & copioſiſſime Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 1 p. 3 ſq. ¶ 3. Obſerva *Reliquia* in ſingulari exſtare in Apuleji Apolog. p. 277 *Converritorem pridianæ reliquiæ.*

¶ Reliquia, *orum*, in neutro plur. olim etiam uſurpatum. Plaut. Mil. 1, 1, 54 ut ex veteribus libris conſtat: *At pedites, tibi reliquia erunt, ſi viverent.* Sic & Phædrus 1 fab. 23 *Vt fruaris reliquiis, quæ ſunt roſturi.*

¶ Abrelinquo, *ĕre*, idem quod relinquere, deſerere. Hinc

¶ Abrelictus, *a, um*, verlaſſen. Tertull. adv. Iudæos c. 1 *Divinitate abrelicta*: & eod. cap. *Deo abrelicto.*

¶ Derelinquo, *ĕre*, verlaſſen. *Communem cauſſam derelinquo*, Cic. pro Cæcina c. 35 extr. ¶ Et, *Agros deſerere & totas arationes derelinquere*, Id. in Verr. 3, 51.

¶ Derelictus, *a, um*, verlaſſen. Cic. Brut. c. 4 *Seremus aliquid tamquam in inculto & derelicto ſolo.* Id. Catil. 1, 10 *Ab omni non modo fortuna, verum etiam ſpe derelicti*, arme verzweiffelte leute. Id. Att. 8, 1 *Oppida pro derelicto habere*, vor verlohren halten.

¶ Derelictus, *ūs*, m. ſubſt. ut Gell. 4, 12 *Vineam derelictui habuerat*, id eſt, minime cultaverat, hat ihn liegen laſſen, nicht acwartet.

¶ Derelictio, *onis*, f. die unterlaſſung. Cic. Off. 3, 6 *Communis utilitatis derelictio contra naturam eſt*:

Linteamen, lintearius, linteatus, linteo, vide *Linteum*.

LINTER, *tris*, m. & f. ſed fœm. frequentius, ſcapha, ein kahn, fiſcher-kahn. *Lintribus in inſulam aliquid convehere*, Cic. pro Mil. c. 27. *Amnem lintre tranſvehi*, Claudian. de Laud. Stil. 1, 206. ¶ 2. Item ein trog. *Cavat arbore lintres*, Virg. Georg. 1, 262. Tibull. 1, 5, 23 *Hæc mihi ſi vomuit plenis in lintribus uvas.*

¶ Lintriculus, *i*, m. dimin. Cic. Att. 10, 10 extr. *Ego vero vel lintriculo, ſi navis non eſt, cripiam me ex eorum parricidio.* Turn. 18, 10 *Vtriculo* legit. Al. aliter.

¶ Lintrarius, *i*, m. qui lintri præeſt, ein fährmann, der da, überführet. Vlpian. L. 1 § 4 Dig. Nautæ, Caupones &c

LINTERNVM, *i*, n. locus Campaniæ, ubi Scipio Africanus invidiæ cedens obiit & ſepultus eſt. vid. Ovid. Met. 15, 714; Sil. 6, 654. ubi N. Heinſius docet potius ſcribendum *Liternum*.

¶ Linternus, *a, um*, adject. ut, *Linterna palus*, Sil. 7, 278. *Linternus ager*, Cic. Agrar. 2, 25.

¶ Linternīnus, *a, um*, idem; ut, *Rus Linterninum*, Plin. 14, 4; & 16, 44.

LINTEVM, *i*, n. a *lino* dictum, ein leinen tuch, leinwad, leinlach; ut, *Linteum texere*, Celſus 3, 6. De *linteorum* in balneis uſu Gonſal. ad Petron. c. 91 pr. Et, *Merces fallaces & fucoſæ chartis & linteis & vitro d'tæ*, Cic. pro Rab. Poſt. c. 14. ¶ 2. Velum nauticum ſæpe poetis eſt, ein ſegel. Ovid. Met. 13, 195 *Orba ſuis effent etiamnum linteа ventis.* Virg Æn. 3, 686 *Cornua velorum defendere linteа ſerva.*

¶ Linteŏlum, *i*, n. diminut. Plin. 20, 17 *Cibi in linteolo ulſactum.* Colum. 6, 16 *Linteola aceto imbuta.* Plaut. Epid. 2, 2, 46 *Linteolum ceſtium.*

¶ Linteus, *a, um*, leinen, flächſen; ut, *Linteæ loricæ*, Nepos 11, 5, 4. ubi in Codicibus nonnullis *lineæ*, quod Lambinus putat perinde, nec intereſſe multum, utro modo legatur. Sed aliter Joh. Scheffero videtur, qui *lineas* loricas eſſe cenſet, ex filis lineis in funiculos tortis, *linteas* e pannis conſutis inter ſe conſtipatisque. v. Miſc. Obſ. Vol. 9 p. 209. Drakenb. ad Sil. 9, 587. *Linteа veſtis*, Cic. Verr. 5, 56, ein füttel, leinen kleid. *Linteæ candidæ tunicæ*, Liv. 9, 40. Plin. 13, 11 *In plumbeis linteisque libris ſcriptitatum conſtat*, bücher von leinwad. Tales *libri lintei* fuere primo *Sibyllini*, Symmach. 4 ep. 34 *Mollitus Cumanos linteа texta ſumſerant &c.* De *annalibus* f. *faſtis* Liv. 4, 7 extr. & 20 med. ubi etiam linterati *thoracis lintei* mentio eſt. *Librorum linteorum in Bibliotheca Vlpia* vel Trajani Vopiſcus meminit Aurelian. c. 1 & 8. De fragmentis *librorum linteorum* quibusdam Dodwell. Præl. Camden. 8 § 10 & append. p. 651 ſq.

¶ Linteātus, *a, um*, linteo indutus, in leinwad gekleidet; ut, *Senex linteatus*, Sen. de Vita beata c. 27. *Linteata legio*, Liv. 10, 38. vide Interpretes.

¶ Linteārius, *a, um*, leinwand; ut, *Lintearia negotiatio.* Vlpian. L. 5 Dig. de Tribut. act. § 15 Si plures.

¶ Linteārius, *i*, m. ſubſtantive, qui lintea conficit aut vendit, ein leinweber. L. 5 § 4 Dig. de inſtit. act. & Cod. Theod. L. 16 de murilegulis & gynæceariis: *Si quis ex corpore linteariorum*, hoc eſt, ex collegio illorum.

¶ Linteāmen, *inis*, n. idem quod linteum, ein leinen tuch oder decke. Apul. Met. 11 p. 261 *Candido linteamine cinctum pectorale.* Lamprid. Heliog. c. 26 *Linteamen lotum nunquam astigit, mendicos dicens, qui linteis lotis utebantur*, weiſſe wäſche. Novis ergo ſemper, non lotis ille linteis uſus fuit. P. Chryſologus Serm. 84 de Chriſti reſurrectione: *Linteamina reſoluta ſunt.*

¶ Linteo, *ōnis*, m. qui linteamina texit, ein leinweber. Cod. Theodoſ. L. 8 ff. de murileg. & gynæc. & Plaut. Aul. 3, 5, 38.

Lintrarius, vide *Linter*.

LĪNVM, *i*, n. λίνον, a λινέω, dictum antiquo verbo, quod eſt, *teneo*, lein, flachs. *Herbam eſſe*, ait Plin. lib. 19 procem. quæ *Ægyptum Italiæ, paucarum intervallo dierum, admoveat, atque orbem terrarum ultro citroque portet.* De navigatione loquitur, cui vela ſerviunt ex lino facta. Sic, *Ex lino intexere*, Plin. 10, 33. *Lini ſemen*, Id. 34, 12. *Linum crudum*, Celſus 7, 4. *Lini ſeges*, Virg. Georg. 1, 212. ¶ 2. Ex lino autem contexras veſtes habebant Iudis ſacerdotes, unde *Linigeri* a Martiale appellantur. vid. Vlit. ad Grat. 42. Lanam enim & Orpheus & Pythagoras profanum veſtitum judicarunt, ut eſt apud Apulejum in Apologia p. 504. In quo videntur gentes Iudæos æmularæ, apud quos ſummi Dei ſcitis *linea veſtes* ſacræ & ſacerdotibus propriæ. De uſu lini in ſacris Brouckh. ad Tib. 1, 3, 30, & 5, 15. Add. Drakenb. ad Sil. 3, 24. *Linum multiplex* apud Sil. 4, 293 eſt thorax linteus. vid. Drakenb. ad h. l. & præſertim ad 9, 588. ¶ 3. *Linum* pro filo ponitur aliquando, ein faden. Celſus 7, 21 *Duo lina acu trajiciunt.* Id. 7, 14 *Acus duo lina ducens.* Sic, *tortum linum*, pro fune nautico, ein ſchiff-ſeil, Ovid. Faſt. 3, 587. *Humida lina*, pro verriculo, fiſch-netz, Virg. Georg. 1, 142. Item *Lina piſcatoria*, Plin. 24, 9. *Noduſa lina*, pro caſibus venatoriis, jäger-garn, Ovid. Met. 3, 153. conf. & v. 148. Eſt & *Linum* vinculum, quo epiſtola obligatur, & cui ſignum ipſum impoſitum impreſſumque, brief- oder bindfaden. Inde *linum incidere*, Cic. Catil. 3, 5 eſt *epiſtolam ſolvere.* v. Taubm. ad Plaut. p. 1011. ¶ 4. *Granum Gnidium* aliqui. *Linum* vocant, Græcis eſt *Chamælea* & *thymelæa*, ſeelerhals, zeiland, v. Plin. 13, 21; Dioſcor. 4, 166 & 167.

¶ Lineus, *a, um*, flächſen, leinen; ut, *Vincula linea*, Virg. Æn. 5, 510. *Lineæ veſtes*, Plin. 12, 6. Subſtantive *Linea*, idem Plinius 35, 3. Summa elegantia Laberius apud Petronium c. 55 veſtem Coam, molliſſimam ac pellucidam, *nebulam lineam* vocat; quod per eam velut per nebulam corporis facies appareat. *Æquum eſt induere nuptam ventum textilem? Palam proſtare nudam in nebula linea?*

Linea, ſubſt. huc referendum eſſe, oſtendimus paullo ante loco ſuo.

¶ Lināmentum, *i*, n. pertinet ad chirurgos, ein lappen von leinwad; item, eine wicke, ſo man in die wunde drehet. Colum. 6, 11 ac 38; & Celſ. 5, 26; & 8, 9 *Linamentum demittere.* Idem 7, 2 *Linamento opus non eſt*; & mox: *Linamenta ſupervacua ſunt.*

¶ Lināria, *æ*, f. leinkraut, harnkraut, Tabernæm. p. 1208.

¶ Linarium, *i*, n. locus, ubi linum naſcitur, eſſe ajunt Colum.

¶ Linārius, *i*, m. qui linum parat, Plaut. Aul. 3, 5, 34. Grut. Inſcr. 649, 3 *C. Caſſius Sopeter Linarius.*

¶ Linōſus, *a, um*. Hinc

¶ Linoſitas, *atis*, f. abundantia lini, Plaut.

¶ Linītricus, *i*, m. idem qui linteo, ein leinweber. L. Cod. 13 de Murileg. & Gynæc. & in Cod. Theod. eod. Tit. L. 8 & 16, quamquam in litteris quibusdam variata ibi ſcriptura librorum eſt.

¶ Linifer, *a, um*, Inſcr. Murat. 70 *Silvano Linifero.*

¶ Linger, *a, um*, leinwad tragend. Martial. 12 epigr. 29 de ſacerdotibus Iudis: *Linigeri veniunt calvi ſiſtratage turba.* Hos ſacerdotes Iuvenalis 6, 33 *Gygen linigerum* vocat. Et Ovid. Amor. 2, 2, 25 *Linigera Iſis* dicitur.

¶ Linocalamus, *i*, m. λινοκάλαμος, ein flachsſtengel. Dioſc. 2, 94.

¶ Linomyron, *i*, n. λινμυρόν, leinöl. v. Dioſc. l. c. & in Noth.

¶ Linoſpermon, *i*, n. λινόσπερμα, leinſamen.

¶ Linoſtēma, *ătis*, n. λινόστεμα, veſtis ex lana linoque confecta, ein halbleinerner füttel. Iſidor. 19, 22.

¶ Linoſtōla, *æ*, f. λινοστόλη, linea veſtis. Proverb. *Iſiacum non facit linoſtolia, nec barba philoſophum.* vid. Novarin. Adag. Eccl. T. 2 p. 259.

¶ Linyphio, *ōnis*, vel Linyphiarius, *i*, m. idem etiam, qui lini textor, ein leinweber. Vopiſco Saturn. c. 8, & Cod. Theod. l. c v. Salmaſ. H. Aug. p. 455.

LĪNVS, *i*, m. Λίνος, poëta Thebanus fuit antiquiſſimus, qui Herculem litteras & muſicam docuit. Quem cum objurgaret, adole-

ſcens

fcens iratus tabulam, in qua litteras pinxerat, capiti Lini illisit, quo ictu Linus mortuus est. v. Ælianus Var. 3, 32. Ejus versus aliquos annotavit Stobæus Serm. 37 & 261. conf. de *Lino* Virg. ecl. 4, 56; & 6, 67. Vid. doctissimæ diss. duæ de Lino poëta & cantu a l. G. Bergero scriptæ.

¶ Ælinus, q. d. Λίνινος, idem; Ovid. Am. 3, 9, 23, ubi commodius carmen lugubre in mortem Lini intelligitur. v. Heins. ad h.l. & Berger. l. c. diss. 1 § 9 & diss. 2 § 2.

LIO, *are*, tectoria polire, tectoria inducere, tünchen, a λειῶσαι. Vnde *liare cisternam*, Tertull. de Idolol. c. 5. Hinc

¶ Liäculum, *i*, n. λειωμα, politio sive tectorium, tünchwerck, uti Salmasius Vitruvio 7, 3 restituit *liaculorum subactiones*; vel, ut in Glossis est, *Liaculum*, λειστὴρ, pro instrumento, quo liantur parietes. conf. Vitruv. 2, 4; & Salmat. in Solin. p. 142.

Liastrea, vide *Ostrea*.

LIPARA, *æ*, f. λιπαρὰ, plur. Liparæ, *emplastra lenia* sunt apud Celsum 5, 19, 25, gelinde pflaster. vide & Plin. 33, 6: & 23, 9.

¶ Liparæ, *es*, proprium nomen insulæ unius ex Æolitis inter Italiam & Siciliam, Vulcano sacra. v. Virg. Æn. 8, 417. Hinc

¶ Liparæ, *arum*, civitas, quæ publice piraticam exercebat. Liv. 5, 28 pr.

¶ Liparensis, *e*, adj. ut, *testimonium Liparense*, Cic. Verr. 3, 37. Et, *Liparenses camini*, Sidonius carm. 23, 202.

¶ Lipæus, *a, um*, idem: ut, *Liparæa taberna*, Iuvenal. 13, 45.

¶ Liparitānus, *a, um*, idem; ut, *Liparitana obsidio*, Val. Max. 2, 6, 4.

¶ Liparis, *is*, m genus lacertorum, Plin. 32, 7. ¶ 2. *Liparis*, gemma, cujus fulgitu omnes bestiæ evocantur, Plin. 37, 10. ¶ 3. *Liparis*, ἀπὸ τῆς λιπαρᾶς, Ciliciæ fluvius, de quo Vitruv. 8, 3 *Natantes in hac flumine, aut se lavantes, non aliter ungi ab ipsa aqua, quam si oleo aut adipe lavarentur.* conf. Plin. 5, 27.

LIPIO, *ire*, de milvo, schreyen wie ein weihe. Auct. Philom. v. 24 *Accipiter pipat, milvus hiansque lipit.*

LIPOPSYCHIA, *æ*, & LIPOTHYMIA, *æ*, f. λειποψυχία, λειποθυμία, animi deliquium, eine ohnmacht, vide Medicos.

Lippio, lippitudo, vide mox in *Lippus*.

LIPPVS, *a, um*, oculos lacrymantes habens, triefäugig. Plaut. Persa 1, 1, 11 *Lippo quasi oculo me heras meus manum adlinere haud quit.* Martial. 7 epigr. 19 *Lippa ficus.* Hinc proverb. apud Horat. 1 sat. 7, 3 *Omnium & lippis notum & tonsoribus, &c. Lippis*, i. e. vetulis mulieribus, es ist stadtkundig. Id. lib. eod. sat. 3, 25 *Cum tua perviderat oculis mala lippus inunctis, Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum? &c.* Martial. 8 epigr. 9 *Solvere destinatum nuper tibi, Quinctle, volebat Lippus Hylas: Lusus vult dare discordum. Accipe quamprimum: brevis est occasio lucri, Si fur is casses, nil tibi solvet Hylas.*

¶ Lippulus, *a, um*, diminut. Arnobius lib. 7 p. 240.

¶ Lippidus, *a, um*, triefend mit den augen. Gloss. gr. lat. γλαυκώδης, *lippidus.*

¶ Lippitūdo, *ĭnis*, morbus ipse, das augenwehe, augentrieffen, quamquam ab ὀφθαλμίᾳ differt. *Lippitudo perodiosa*, Cic. Att. 10, 17. Et Seneca ad Neronem de clementia 2, 6 *Imbecillos oculos esse scias, qui ad alienam lippitudinem suffundantur.*

¶ Lippio, *īre*, lippitudine laborare, böse triessende augen haben. Cic. Att. 7, 14 *Cum levius lippirem, has ad te dedi.* Plin. 27, 12 *Si quis hujus herbæ succo inungitur mane, priusquam loquatur, non lippiturus eo anno.* Plaut. Curc. 2, 3, 39 *Lippiant fauces fame*, der schlund schaumet mir für hunger. Prov. *Lippire chordibus*, λιμᾷν κολοκύντας, Aristoph. in Nubibus 1, 4, choro; i. e. concretos in oculis humores habere cucurbitis magnitudine æquales; *gramias* vocat Plinius 25, 13; & Nonius *pituitam oculorum.* vid. *Cacorbita.*

¶ Lippiens, *tis*, triefängig. Tertull. adv. Marc. 1, 2 *Lippientibus etiam singularis lucerna numerosa est.*

¶ Perlippidus, *a, um*, valde lippiens, sehr triefängigt. Plin. Valer. 1, 34 *Os saliva sm. & perlippidum.*

¶ Sublippus, *a, um*, etwas triefängigt. Gloss. *Sublippus* ὑπόπτιλος.

Liquabilis, liquamen, liquatio, liquefacio, liquenter, &c. v. *Liquo.*

LIQVEO, *ēre*, liquidum & fluidum esse, weich seyn, zerfliessen, schmelzen, pro quo fæpius *liquescere.* Ita turbido & fæcato opponitur, vid. Turn. Adv. 16, 10. vid. locus Varronis in *Deliquo.* Inde intelligitur metaphoricus intellectus, de quo statim.

¶ Liquet, *ēre*, impersonale, significat constare, manifestum & certum esse, ut ea quæ in aqua limpida & fæcibus non turbida videntur, bekandt, öffentlich am tage seyn, klar seyn. Cic. N. Deor. 1, 12 *Negat omnino de diis sese habere, quod liqueat.* Ibid c. 42 *Protagoras, cui neutrum liqueret*, der konnte von beyden gewiß nichts wissen. Et 2, 1 *Si haberem aliquid, quod liqueret.* Tertull. adv. Gnost. c. 6 *Liquit Africæ.* Sen epist. 65 *Aut fer sententiam, aut, quod facilius est, nega tibi liquere.* In re ambigua & dubia dici solet. Cic. Divin. 1, 3 *Id, de quo Panætio non liquet, reliquis satis luce clarius.* Donatus ad illud Terentii; Eun 2, 3 *Illam liquet mihi dejerare:* LIQVIDVM, inquit, *est constans, manifestum & certum. Et sic* LIQVET, *pro liquidum est:* ut CLAVDIT, *pro claudum est. Est & LIQVET verbum juris, quo utebantur judices, quum* AMPLIVS *pronunciabant, objecta re crimen magis, quam negotii simplicitate.* Nimirum cum in causis objecta eæque contraria verterentur, neque constaret, quid esset pronunciandum, tum dicebant, NON LIQVET: Item, AMPLIVS, quo significabatur, preferendam esse judicium, & amplius de eo judicio tractandum. Cic. in Cluent c. 28 *Homines sapientes ex octoviris illis amplissimis judicium, qui neque absolvere hominem nocentissimum possent, neque condemnare, quod esset orta suspicio, pecunia corruptum, re illa in incerto, primo condemnare volebat,* NON LIQVERE *dixerunt.* v. Baillonius in Horat. lib. 5 p. 480. ¶ 2. Penultimam hujus verbi ut & *liquare* in compositis esse ambiguam, docet Burm ad Ovid Am. 1, 14, 3. Met. 3, 446. vid statim *Liquens.*

¶ Liquens, *tis*, flar lauter flüssig. Virg. Æn. 5, 238 *Vina liquentia fundam.* Id. Æn. 6, 724 *Tenuia nunc liquentes*, i. e maria. ¶ 2. Sed priori longa idem Æn. 1, 436 *Liquentia mella:* conf. 9, 679 *Liquenti ripa vina* a depon. *Liquor* fcilicet.

¶ Liquenter, adv. idem. Gell. 18, 5 *Ut pure liquentiusque foret.*

¶ Liquesco, *ĕre*, in liquorem solvi, weich werden, zerschmelzen, zerrinnen, zergehen; ut, *Cera liquescit igni*, Virg. ecl. 8, 80. *Liquescere, & diffluere mollitia*, Cic. Tusc. 2, 23, gantz liederlich werden. ¶ 2. *Liquescere*, & dilapsare est, evanescere, perire & abire in nihilum, verschwinden, zunichte werden, vergehen. Sen. epist. 26 *Incommodum summum est*, inquit, *minui & deperire, & ut proprie dicam, liquescere.* Prudentius Hymno ante somnum extr. *O tortuose serpens &c. Discede, CHRISTVS hic est, Hic CHRISTVS est, liquesce.* Idem Apotheosi v. 1023 *Sed cassa cadit, ventoque liquescit Assimilis.* Laurentius Novariensis Homil. de pœnitentia, *Mens perdita obstupescit, spes depravata liquescit.* Verbo *deliquescere* ita usus Lactantius, de quo infra.

¶ Liquescens, *tis.* Liv. 21, 36 *Per glaciem fluentemque tabem liquescentis nivis ingredi.*

¶ Liquefacio, *ēre*, schmelzen, weich machen. Secunda prod. usus est Catull. in Gellium epigr. 91, 6 *Omentum in flamma pingue liquefaciens.* Cic. Tusc. 1, 6 *Quos nullæ futiles lætitiæ exultantes languidis liquefaciunt voluptatibus.*

¶ Liquefio, *ĕri*, passivum est, weich werden, zergehen. Sen. Qu. Nat. 3, 30 *Tellus liquefiet.* Secunda correpra Ovid. Pont. 1, 2, 57 *Perpetuis liquefiunt pectora curis.*

¶ Liquefactus, *a, um*, zerschmolzen, zergangen; ut, *Glacies admisto calore liquefacta*, Cic. de N. D. 2, 10. *Æra liquefacta legam*, Cic. Catil. 3, 2, die eherne tafeln waren zerschmolzen. *Saxa in cretacea*, apud Virg. Georg. 1, 473 Ovid. Met. 3, 486 *Quæ simul adspexit liquefacta rursus in unda*, h. e. post turbationem liquidæ & claræ, ut reddere imaginem posset. Silius 11, 416 *Et carmina rursus Pieriæ liquefacta lyræ*, id est, suavissimo mollissimoque cantu deducta. Ita enim & *liquida vox* suavis & candida adpellatur. vide *Vox* & *Liquidus.*

¶ Liquidus, *a, um*, adj. lauter rein, weich, flüßig; ut, *Liquida mella*, Virg. Georg. 4, 102, id est, pura, defecata. Cic. pro Cæcina c. 28 *Quicquid inde hauriat, purum liquidumque fit.* Sic, *Liquidus aër, Liquidi fontes*, Virg. Georg. 1, 404; & 2, 200. *Liquidissima tempestas cæli*, Lucret. 4, 168. *Liquidissimus æther*, Id. 5, 501. Oppon. *Spissus*, ubi vid. *Liquidissima veritas*, Augustin Retractat. 2, 1. Et *Oratio liquida*: Cic. de Clar. Orat. c. 79 *Ita pura erat, ut nihil liquidius.* In his *purum* & diffusile sonat. Plin. 34, 8 *Fecit Eutychides Eurotam, in quo artem ipso amne liquidiorem plurimi dixere.* Sic, *Liquidum auspicium*, bonum est apud Plautum Pseud. 2, 4, 72, quod liquido, id est, puro fudoque cælo ostenditur. *Liquida vox*, pura, limpida, candida, eine reine, unverfälschte, klare, liebliche stimme. Lucret. de avibus 2, 145 *Aëra per tenerum liquidis loca vocibus opplent.* Horat. 1 ode 24, 3 de Melpomene Musa: *Cui lipidam Pater Vocem cum cithara dedit.* vid. de talibus Burm. ad Quint. 1, 8 p. 94. vid. & *Vox.* Notandum autem, primam in *liquidus* & *liquor* non semel produxisse Lucretium contra aliorum rationem: ut 1, 348 *Permanat aquarum Liquidus humor, & uberibus flent omnia guttis.* Et 3, 428 *Quam liquidus humor aquæ.* It. 1, 452 *Pondus uti saxi, calor ignibus, liquor aquæ.* Id inde factum, quia veteres haud raro vocalem brevem, si q & v sequerentur, producebant, quod & Beda notavit de metris c. 18. Ita idem Lucretius alio in loco primam in AQVA longam facit. ¶ 2. *Liquidum* etiam substantive pro *Aqua*; ut, *Liquida tona*, Horat. 1 sat. 1, 54. Sed *Rem ad liquidum perducere*, die sache zur richtigkeit bringen, klar machen, Vellej. 1, 16, 1. conf. Curt. 9, 2, 14; Sen. epist. 71; Quintil. 5, 14. Et Liv. 3, 8 *Ad liquidum veritas explorata*, die gründliche wahrheit.

¶ Liquidiusculus, *a, um*, dimin. pro leni, molli sive sereno usus est Plaut. Mil. 3, 1, 70 *Liquidiusculusque ero, quam ventus est favonius.*

¶ Liquido, & Liquide, adv. manifeste, klar, rein. Cic. fam. 10, 10 *Lectis tuis litteris, liquidius de tuo sensu tuo judicavi*, Manut. ad fam. 2, 10 p. 119. Græv. interpretatur facilius & opponit *Spisso.* Laudat etiam fam. 10, 27 *Quædam liquido negare soleo. Liquido dicere*, Id. Verr. 3, 59. *Liquido discere*, Liv. 39, 47. *Liquido jurare*, Ter. And. 4, 3, 14, id est, aperte, mit gutem gewissen. Ita liquido confirmare Cic. Verr. 4, 56 pr. *Siderum stellarumque observatio haudquaquam liquide constitit*, Gell. 14, 1, ist nicht deutlich ausgemacht. *Cælum liquide serenum*, Id. 2, 21. Et superlative, *Liquidissime constat*, Augustin. Soliloq. 2, 13. Et, *Liquidissime defendere*, id. epist. 28 sub finem.

¶ Liquidum, adv. idem. Ovid. Am. 1, 13, 8 *Et liquidum tenero gutture cantat avis.*

¶ Liquiditas, *ātis*, f. die lauterkeit. Apulej. de Mundo: *Aëris liquiditas ad modum tegminis.*

¶ Liquĭdo, *are*, liquidum reddere, klar machen, apud ICt.

¶ Liquor, *ōris*, m. humor, die feuchtigkeit, der safft; ut, *Liquor mellis*, Lucret. 1, 936. *Fluidus liquor*, Virg. Georg. 3, 984. *Liquores perlucidi amnium*, Cic. de N. Deor. 2, 59.

¶ Liquo, *liquare*, liquefacere, flössen, läutern, schmelzen; ut cum liquantur metalla. Martial. 9 epigr. 3 *Nives liquantur*, der schnee zerschmeist. *Liquare alvum*, Cell. 4, 4, den bauch erweichen. *Vina liquet*, i. e. vina promere, fundere & portare, uti Lambinus exponit. v. *Deliquo.* Horat. 1 od. 11, 6. conf. Menck. Obl L. L. hac voce. Frontin. de Aquæduct. 1 p. 217 *Vbi inter amnem & specum liquaretur aqua*, wo es hell würde.

¶ Liquarus, *a, um*, zerschmeltzt, zerlassen. ut, *Expressis mella liquata favis*, Ovid. Fast. 4, 152. *Liquatæ solis ardore gutte*, Cic. Tusc. 2, 10.

¶ Liquātio, *ōnis*, f. actus liquandi, die zerlassung, zerschmelzung. Vopisc. Aurel. c. 46 *Aurum per varias liquationum, fusurasque & liquationum usus perit.*

¶ Liquātor, *ōris*, m. apud Cellium.

¶ Liquatorium, *i*, n ein schlauch zum durchseigen. Cael Aurel. Acut. 2, 39 *Non aliter quam si vinum sine face per liquatorii fundatur*, i. e. per colum.

¶ Liquābilis, *e*, quod liquefieri potest, leicht zerschmelzend; ut,

Cera liquabilis, Apulej. Apol. *Saxum liquabile fabrefactum*, de uxore Lothi Prudent. Hamart. v. 743.

¶ Liquamen, *inis*, n. brühe. Colum. 7, 4 sub fin. *Succus excocti lupini, vaccriique vini fex & amurca pari mensura miscentur, eoque liquamine tonsi ovis imbuitur.*

¶ Liquaminārius, *i*, m. qui liquamen conficit. Gloss. lat. gr. *Liquaminarius*, ὁ ἀρτωλάγης.

¶ Liquaminātus, *a, um*, mit einer brühe; ut, *Liquaminatus porcellus*, Apicius 8, 7

¶ Liquamināsus, *a, um*, safftig. Marcell. Emp. c. 5 *Res fulsæ & liquaminosæ.*

¶ Liquor, *liqui*, deponens, priore producta, dissolvi, zergehen, fliessen, austhauen. Virg. 1 Georg. v. 43 *Vere novo gelidus canis cum montibus humor Liquitur.* Et Claudian. de Raptu Proserp. 3, 251 *Subrepit crinibus humor: Liquitur, in roremque pedes & brachia manant.* Trahere ab aquis Lucret. 2, 1140 *Liquitur ætas.*

¶ Liquīritia, *æ*, f. idem quod *glycyrrhiza*, süssholtz. Prisc. de Dieta c. 9 *Liquiritia frigida est & dulcis.*

Compositа a *Liqueo &c.*

¶ Colliquesco, *ĕre*, zusammen schmelzen. *Permisceto, dum ea, quæ addideris, in pice colliquescant, & unitas fiat*, Colum. 12, 22. *Malus cum malo colliquescit voluptate.* Refertur ab Aristotele inter Adagia similitudinis. v. Chiliadas.

¶ Colliquo, *are*, a quo

¶ Colliquiæ, vel Colliciæ, *arum*, f. pl. quæ fulci sunt majores, in quos le exsolvunt minores; dicuntur & *Elices*, wasser-gräben, wasserfurchen, wasserläuffe. Item, regulæ, per quas aqua defluit, rinnen. Colum. 2, 8 *Humorem in collicias derivare.* Et Plin. 18, 19 *Collicias interponere.* Vitruv. *Colluviaria* vocat. v. Baldi Lex. Vitr. p. 28. Sed malis forte a laciendo, colliciendo derivare.

¶ Colliquefacio, *ĕre*, & passive Colliquefio, *ĕri*; Vnde

¶ Colliquefactus, *a, um*, zerschmoltzen, zerlassen; ut, *Venenum colliquefactum in potione*, Cic. pro Cluent. c. 62.

¶ Dēliqueo, *ēre*, & Deliquesco, *ĕre*, zerschmelzen. Colum. 12, 41 *Ita coquantur, ut omnia poma deliquescant cum musto.* Et Ovid Met. 4, 252 *Pretiosa intactum cælesti nectare corpus Deliciit.* ¶ 2. Ircin, perire, dissluere, verrecken. Cic. Tusc. 4, 17 *Nec alacritate fatili gestiens deliqueſcat.* Ita usus & Lactantius, & cum τῷ *perire* conjunxit Instit. 3, 12; *Tam celeriter, inquis, etiam corpus adhuc spiritu in eo manente deliquescent ac perivet, quam celeriter anima discedet.*

¶ Dēliquo, *āre*, schmelzen, läutern, abgiessen. Varro de L. L. 6, 5 DELIQVIVM *dictum ab eo quod* DELIQVATVR: ut, *turbida quæ sunt*, DELIQVANTVR, *ut liquida fiant.* Vide etiam supra in *Liquo.* Colum. 12, 39 *Vinum in alia vasa deliquare.* Sidon. 7 epist. 2 *Per cola subterranea deliquari.*

Deliquus, *a, um*, v. supra in *Linquo.*

¶ Deliquiæ, *arum*, f. pl. die tiefe des regenwassers, die rinne; ut, *Deliquiæ aquam fistulentes*, Vitruv. 6, 3.

Deliquium, *i*, vide supra in *Linquo.*

¶ Condeliquesco, *ĕre*, mit einander zerschmelzen. Cato R. R. 23 *Vti vesina condeliquescat.*

¶ Eliquesco, *ĕre*, schmelzen, ausschmelzen. Varro de R. R. 1, 55 *Olea alii ad cibum eligitur; alia, ut eliquescat, ac non solum corpus intus habeat, sed etiam extrinsecus.*

¶ Eliquo, *āre*, liquidum reddere, & aliquem usum purgare, läutern. Cen. Qu. N. 3, 26 *Ist in Chersoneso Rhodiorum fons, qui post magnum intervallum temporis, fœdâ quædam turbidus ex intimo fundat, donec liberatus eliquatusque est.* Colum. 12, 12 *Cum in alia vasa transfuderint & eliquaverint.* Prudent. Hamart. v. 259 *Operta metallis Eliquat ornatus, solvendi leno pudoris.* ¶ 2. Ad fila refertur & deducere significat Tertull. de pall. c. 3 ex emendatione Burm. ad Ovid. Am. 1, 14, 71 atque inde porro ad vocem Pers. 1, 35 *Eliquat & tenero supplantat verba palato* v. Casaub.

¶ Eliquātus, *a, um*, geflossen, geläutert. Sidon. 2 epist. 3 *Fluentum de supercilio montis eliquatum.* Adde Sen. N. Qu. 3, 26; Colum. 12, 19 & 21; item 12, 41.

¶ Elicator, vel Eliquator, *oris*, m. Gloss. Vet. *Elicatores*, ὑδροσκόποι. Videntur *elicibus*. & aquarum derivationibus præfecti.

¶ Eliquāmen, *ĭnis*, n. idem quod liquamen falsamentorum præsertim, brühe, lacken, Colum. 9, 14.

¶ Eliquium, *i*, n. der ausfluß; ut, *Eliquia irrumpentis oceani*, Solin. Salm. c. 18 (al. c. 28.) v. Salmas. in Solin. p. 151.

¶ Illiquor, *qui*, liquide illabi, einfliessen. Symmach. 1 epist. 33 *Cum fatiare atque illis de cælo nihil illiquatur.*

¶ Illiquefacio, *ere*, zerwehen lassen. Hinc

¶ Illiquefio, *eri*, apud Celsum.

¶ Illiquefactus, *a, um*. Cic. Tusc. 4, 9 *Ad perfundendum animum tamquam illiquefactæ voluptates.*

¶ Perliquidus, *a, um*, sehr lauter. Celsus 2, 4 *Si quod defecndit, est perliquidum.*

¶ Proliqueo vel Proliceo, *ere*, in Gloss. Isidori est emanare, effluere, ubi & Varro laudatur: *Demum ubi prolicuit dulcis unda.*

¶ Proliquatus, *a, um*, herfür gesiessen. Apul. Apol. 1 *Radii nostri seu mēdiis oculis proliquati & lumini extrario mixti, &c.*

¶ Pseudoliquidus, *a, um*, liquidum imitans, unlauter. Marcell. Emp. c 16.

LĪRA, *æ*, f. quæ & *Porca*, dicitur, tum pars agri elatior inter duos fulcos, quæ conferitur, tum depressior, ein beet oder furche. Vetus Gromaticus apud Rigaltium p. 293 PORCA, *quod in aranda exstat*: LIRA, *quod desiit esse.* Cui consentit Non. 1, 62 & Colum. 2, 8, 3. Verum idem Colum. 11, 3, 22 *Habet aliam plures cohærentes spicas, eaque cum sint divisa, liratim sunt adsecta, ut in pulvinis positæ minus inflammæ hiemis capiat.* Ipse autem LIRA *similis est* PORCÆ, *quam in fationibus campestribus vineti faciunt, ut uligmem vitent, &c.* vid. Gesn. ad Colum. 2, 4, 11. ¶ 2. *Lyra* per y vide infra.

¶ Līro, *āre*, Plinio teste, 18, 20, est *semina in agrum dejecta operire, quod fit crate dentata vel tabula aratro adnexa*, den samen einegen. *Boves lirare dicuntur*, Varro R. R. 1, 9. conf. Auson. epist. 12, 9.

¶ Līrātim, adv. per liras, Colum. 11, 3, 20, quem laudavimus modo in *lira.*

¶ Līramentum, *i*, n. id est, deliramentum, schwermerey. Vet. Interpr. Irenæi 2, 42 *Liramenta confirmare.*

¶ Delīro, *avi, atum, are*, de recto recedere, überzwerg fahren, falsch gehen, proprie; v. Nonius 1, 62 & Plin. 18, 20. ¶ 2. Per metaphoram, desipere, dementem esse, mente captum esse, irren, aberwitzig seyn, phantasiren, wahnsinnig seyn, schwärmen. *Delirat linguaque mentisque*, Lucret. 3, 454. Quamquam hoc alii non a *liris* rusticorum, sed a Græcorum λήρος deducunt: quos Plautus Latio donavit Pœn. 1, 1, 9 *Gerræ germanæ atque edepol liræ*, id est, nugæ meræ. *Liræ*, ut *Adelphæ*, id est, Adelphi apud Terentium ex Ἀδελφοί. A *liris* ergo *lirare*, (quemadmodum apud Græcos a λήρους, λυγδᾶν,) id est, inepture: & *delirare*. Τὸ *de* enim auget. Cui originationi favent & Veteres Glossæ, in quibus sunt: *Delerus*, ληρῶν, παραλόγως. *Delerat*, παραλογεῖται, ληρεῖ. E enim pro I antiquorum more positum. Alteræ græco-latinæ clarius: Λήρος, *Deliras.* Frustra igitur est, qui inter *Delerus* & *Delirus* distinguit. De λήρος etiam quædam ex Hesychio & græcis Epigramm. Scal. in Varronem notat. Sed quæ proprie huc non faciunt. *Deliramus interdum senes*, Plaut. Epid. 3, 3, 11. Horat. 1 epist. 2, 14 *Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi*, wenn sich herren raufen, müssen unterthanen die haare dazu lesen.

¶ Delirans, *tis*. Ter. Adelph. 4, 7, 43 *Senex delirans*, der nicht weiß, was er thut. Cic. de N. D. 1, 16 *Non philosophorum judicia, sed deliramenta somnia.*

¶ Dēlīratio, *ōnis*, f. Cic. de Senect. c. 11 *Ista stultitia (quæ deliratio appellari solet,) senum levium est, non omnium.* Et de Divin. 2, 43 pr. *O delirationem incredibilem! Non enim omnis error stultitia est dicenda.*

¶ Delirus, *a, um*, aberwitzig, albern; ut, *Anus delira*, Cic. de Divin. 2, 68. Apud eumdem Hannibal libere de Phormione Philosopho, rei militaris præcepta jactante, judicabat: *Multos se deliros senes sæpe videre, sed qui magis, quam Phormio deliraret, vidisse neminem*: quæ leguntur de Orat. 2, 18. Comparativo usus est Lactantius 3, 18 *Et quid deliriis dici possit, non invenio.* Et ex intervallo: *Ego plane contenderim, nunquam dictum esse quicquam delirius.* Adde 7, 13 fere 9, & quæ dicta sunt in *Deliro.*

¶ Delīrium, *i*, n. infantia, der aberwitz, die unsinnigkeit. Celsus 3, 18 extr. *Raro, sed aliquando tamen, ex metu delirium nascitur.*

¶ Deliramentum, *i*, n. absurditas, der schwarm, die thorheit. Plaut. Amph. 2, 2, 64 *Deliramenta loquitur*, i. e. nugas. conf. ibid. v. 95 & 98; & Menæchm. 5, 5, 21. Prud. Apoth. v. 200.

¶ Delīritas, *ātis*, f. Laberii apud Nonium 8, 36 inusitatius est.

¶ Delīrōsus, *a, um*, thöricht. Vet. Interpr. Irenæi 1, 9 *Deliriosa loqui.* Id. 1, 5 *Abstinendo a deliriosis non poterunt talentini.*

¶ Perdelīrus, *a, um*, valde delirus, sehr albern, närrisch. Lucret. 1, 693 *Quod facit hic idem, perdelirum esse videtur.*

LĪRION, *i*, λείριον, i. e. lilium, die lilie, Apul. de Herb. c. 107; Dioscor. 3, 107.

¶ Līrīnus, *a, um*, lilienen; ut, *Lirinum oleum* sive *unguentum.* Plin. 21, 5; 25, 4; 29, 5; Dioscor. 1, 53.

LIRIPIPIVM, *i*, n. ἐπωμίς, superhumerale, facerdotale cingulum, quasi *cleripeplus*, vel *cleropeplum*, quod vid. in *Clerus.* vel *cleri ephippium.* v. Voss. de Vit. L. L. p. 238 & Append. p. 807.

LĪRIŎPE, *es*, f. Nympha, Oceani & Tethyos filia, ex qua Cephissus Narcissum suscepit. v. Ovid. Met. 3, 342 & ibi Burm.

LĪRIS, *is*, m. fluvii nomen, qui Campaniam a Latio disterminat, olim *Clanius* apud Strabonem & Plinium, hodie autem *Garigliano* dicitur. Horat. 1 oda 31, 7 *Rura, quæ Liris quieta Mordet aqua, taciturnus amnis.* conf. 3 od. 17, 7.

LĪRUS, *i*, m. græce λῆρος, pl. *Liri*, i. e. nugæ, frivola, narren-possen, in Plauti Pœn. 1, 1, 9 scribitur *Liræ.* Locum adduximus in *Deliro* sub *Lira.* conf. Turneb. Adv. 3, 20.

LIS, *litis*, f. controversia, concertatio, jurgio tamen major & vehementior. v. Varr. de L. L. 6, 5. *Lis* enim inter inimicos concertatio; *Iurgium* inter benevolos aut propinquos levior dissensio, ut docet Nonius 5, 34 ex Cic. 4 de Rep. eine zweitige sache, ein streithandel, zanck, actio suscepta vel in personam, vel rem aliquam. *Lis Item scrit*, Plaut. Pœn. 3, 2, 10, ein wort giebt das ander. Phocilidis est, ἔρις δ' ἔριν ἀντιφυτεύει. *Litem suscipere*, Quintil. 4, 2, einen streit anfangen. *Agere litem adversus aliquem*, Id. 6, 1. *Litem instruere*, vide *instruo* in *Struo.* *Dijudicare litem*, Horat. 3 oda 5 extr. *Litem contestari*, auf die klage sich einlassen, auf die klage antworten. Prima autem *Petitio rei* est: deinde *Litis contestatio*: hinc *Constitutio* sive *conjectio*, v. Gell. 5, 10. *Lites sequi*, rechten, Ter. Andr. 4, 6, 16; item Adelph. 2, 2, 40. *In litem studio certaminis ire*, Ovid. Fast. 6, 89. *Æstimare litem*: & *lis æstimata* frequenter reperitur apud auctores veteres, de quo ita Asconius in 2 Verr. quæ proœmium dicitur. LIS ÆSTIMATA, *hoc est, pecunia, de qua lis fuit, & propter quam condemnatus est, in summam redacta, quæ de ejus rebus exigeretur. Duæ res enim consequebantur damnationem: Altera, redditio pecuniæ iis, ad quos pertinebat; in quo vel simpli, vel dupli, vel quadrupli ratio decebatur: altera exilii.* Sermo est de peculatus crimine, & repetundarum judicio. Tunc igitur *æstimare litem*, est, quando damnato reo rationes ineuntur furtorum sive pecuniarum, quas peculatus rapuit, quasque repetunt socii, atque redigitur summa, quæ restituatur. Aliquando & *æstimari lis* dicitur, quando definitur summa, quam absolutus quis capitis mulctæ nomine pendere debeat. Nepos 1, 7, 6 *Causa cognita, capitis absolutus, pecunia multatus est, eaque lis quinquaginta talentis æstimata est, quantus in classem sumtus factus erat.* Cæs. de B. Gall. 5, 1 extr. *Arbitros inter civitates dat, qui litem æstiment, pœnamque constituant*, id est, quantum intulerint damni piratæ incurlando vastandoque provinciam, quo nomine accusabantur a provincialibus, iis ut satis-

satisfieret: vide & L. 21 § ult. D. de pignoribus &c. *Litibus 'distineri*, Nepos 25, 9, 4, in proceſſe verwickelt ſeyn. *Litem dare* vide *Pare. Litium depeſtor*, vide *Pacifcor*, vide *Litem perdere*, die ſache verlieren, Plaut. Caſ. 3, 3, 6. Quod & *lite cadere* dicitur apud Feſtum. *Noſtra omnis lis eſt: Vicimus*, Plaut. Caſ. 2, 8, 73, wir haben die ganze ſache erhalten. *Lis pendens*, eine ſache ſo noch nicht ausgemacht. *Adhuc ſub judice lis eſt*, Horat. Art. poët. v. 78. *Componere lites*, den ſtreit aufheben, Virg. ecl. 3, 108. Peſſimum facinus, ſi *judex litem alienam in rem ſuam verteret*, uti v. g. Liv. 3, 72 pr. *in cauſa* Ardeatium *populus Rom. litis alienæ interceptor factus eſt.* ¶ 2. *Lis* pro jurgio ſeu leviori concertatione, apud Auct. ad Herenn. 4, 10 occurrit: *Conturbatus eſt adoleſcens, nec mirum, cui etiam nunc pædagogi lites ad auriculas verſaverunt, imperito ejusmodi convictorum.* Conf. Menck. Obſ. L. L. ¶ 3. *Stilites* dixiſſe antiquos, Quintil. 1, 4 p. 45 & marmora teſtantur.

¶ Litigium, *i*, n. idem quod *Lis*, gezänke. Plaut. in Caſ. 2, 3 ſc. 2, 31 *Ego quid contrahere cupio litigii inter vos.* Et, *Cum viro litigium natum eſt uxori*, Plaut. Menæch. 5, 2, 15.

¶ Litigiōsus, *a, um*, zänkiſch, haderhaftig; ut, *Diſputatio litigioſa*, ein zanckgeſpräch, Cic. de Fin. 5, 26. *Litigioſus dominus*, Horat. 2 ſat. 3, 285. Et, *Litigioſus ager*, Ovid. Faſt. 2, 660, de quo litigatur. Compar. *Annus, quibus nihil unquam litigioſius*, Sidon. 8, 3. Superl. *litigioſiſſimus* Auguſtini eſt epiſt. 68.

¶ Litigo, *avi, atum, āre*, diſceptare, ſtreitig ſeyn, zancken. Cic. ad Qu. frat. 2, 9 *Litigarem tecum, ſi fas eſſet.* Et ſam. 9, 25 *Noli pati litigare fratres.* Et Plaut. Rud. 4, 4, 16 *Qua de re litigatis nunc inter vos?* Adagii vim habet, *Qui non litigat, cœlebs eſt.* Quia *Semper habet lites alternaque jurgia lectus, In quo nupta jacet*, &c. Iuvenal. 6, 267.

¶ Litigans, *tis.* Cic. pro Cæl. c. 11 *Aliquot in cauſſis cum videram fruſtra litigantem.*

¶ Litigātus, *us*, m. zanck, ſtreit. Quintil. Declam. *In hoc litigatu quodammodo tibi ipſe excidiſti.*

¶ Litigatio, *ōnis*, f. idem. Gloſſ. Vet. *Litigatio*, μάχη, ἡ διὰ λόγων.

¶ Litigator, *ōris*, m. qui litem habet, & patronum adhibet, eine partey die einen proceß hat. *Ruſticus illiteratusque litigator*, Quintil. 2, 21. *Litigatoribus defatigatis*, Cic. pro Domo c. 44.

¶ Litigatrix, *tcis*, f. quæ litigat, apud Suetonium eſſe dicitur, incerta fide.

¶ Dēlītĭgo, *āre*, vehementer litigare, keifen. Hor. in Art. poët. v. 94 *Iratusque Chremes tumido delitigat ore.*

¶ Vitilitĭgo, *are*, ex *vitio* & *litigare* compoſitum, vide infra in *Vitium.*

LĪTÆ, *arum*, f. pl. venæ majoris gutturis, quibus ciſis vel interfectis animal moritur, die halsadern. Laudatur Celſus 4, 1, ſed non invenio.

LĪSSUS, *i*, f. urbs Macedoniæ in Illyrici confinio, inter Epidamnum & Aulonium media. v. Lucan. 5, 719 *Litora Liſſi.* ¶ 2. *Liſſus*, fl. Thraciæ flavius, quem adveniens Xerxis exſiccavit exercitus, teſte Herodoto l. 7. Vnde Iuven. 10, 177 *Eporaque flumina Medo Prandente.*

Litabilis, litamen, litania, litatio, &c. vide *Lito.*

LITĔRA, *æ*, f. elementum, ſeu minima pars, ex qua ſyllabæ & voces conficiuntur, ein buchſtab. Scribitur tamen etiam *Littera*, elemento geminato, præſertim in antiquis monumentis, & in poëtis. Eſſe videtur a *litum*, Supino verbi *lino*, unde & *litura*, quia charactæ illinitur. Neque placet quod ſit quaſi *lineatura*, vel *leviora*, vel quod quaſi *legenda literatur.* Figuras literarum invenerunt Cadmus, qui ex Phœnicia in Græciam primum eas intulit, & Evander. Auxerunt Palamedes, & Simonides. v. Plin. 7, 56, Tac. Ann. 11, 14, 2, & ibi Lipſium itemque Scalig. ad Euſebium. Salmaſ. ad Inſcript. Herod. Montfaucon Palæogr. Gr. Spanh. de uſu num. &c. Quint. 1, 7 p. 92 *Hic eſt ipſa literarum, ut cuſtodiant voces, & velut depoſitum reddant legentibus.* Ita *literas ſcire* de elementis dici quoque oſtendit Burm. ad Petron. c. 10 p. 41. *Literæ poſteritatis cauſſa reperta ſunt, quæ ſuppleto oblivioni eſſe poſſunt*, Cic. pro Sylla c. 16. Plin. 9, 8 *Literis mandare, commendare*, beſchreiben. *Homo trium literarum*, i. e. fur, Plaut. Aul. 2, 4, 51. *Literam ex ſe longam facere*, eſt, *ſuſpendio vitam finire*, Id. Aul. 1, 1, 39. v. Lipſ. *Literæ exoleſcentes*, Suet. Aug. c. 7 ſunt vetuſtate derritæ & vaneſcentes. *Grandes & maximæ Literæ* ſunt, quas alias *Capitales*, item *Cubitales* appellamus: *Cubitum longas* Plautus dixit Pœn. 4, 2, 15 & Rud. 5, 2, 7 majuſculas, quibus Romani in Inſcriptionibus uti ſolebant; ut & nos hodie, ſi quid notari in ſcripto præ cæteris volumus. Petronius c. 29 *Quadratas* appellare videtur: *Vnciales* Hieronymus vocavit præfat. in Iobum, groſſe verſal-buchſtaben. ¶ 2. Literarum ſonum in artificio priſcæ poëſeos ſæpius obſervatum Barthius ad 1 Theb. Stat. p. 3 & 4 obſervavit. ¶ 3. Pro verbis & oratione. Ovid. Her. 12, 114 *Deficit hoc uno litera noſtra loco*, h. e. hic non habeo quod ſcribam, verba me deficiunt. Id. A. A. 2, 500 *Litera, cognoſci quæ ſibi quemque jubet*, h. e. Delphicum illud γνῶθι σεαυτόν. Ita ſtatim oſtendemus, etiam de epiſtola uſurpari ab Ovidio.

¶ Literæ, *arum*, f. plur. epiſtola, ein brief. Quam ſignificationem poëtæ ſingulariter etiam efferre conſueverunt; Ovid. Heroid. 3 pr. *Quam legis, a tepida Briſeide littera venit.* Sic & 1 Pont. epiſt. 7; & 2 epiſt. 7; & 4 epiſt. 3 exoritur, ut *litteram* ponat pro epiſtola. In proſa ſemper multitudinis numero: nam illud Cic. Att. 13, 29 *neque ullam literam ad me*, poteſt recipi ut noſtrum, er hat mir keinen buchſtaben geſchrieben; ut, *Dare literas ad aliquem*, an einen ſchreiben. *Facere literas ad aliquem*, Iuſtinus 27, 2. *Per literas cum aliquo colloqui. Literæ tenues, & obſcuræ inter ſunt volantes. Literæ ſcriptæ manu. Literas reddere*, einen brief überantworten. *Literas conſignare*, verſiegeln, omnia hæc Ciceronis ſunt. Et, *Literas intercipere*, auffangen. *Literæ non committendæ ſunt ejusmodi periculo, ut aut intercipi, aut aperiri, aut intercipi poſſint*, Id. ad Att. 1, 13. *Literæ laureatæ* erant, quibus victoria nuntiabatur. v. Cellarii adnotat. ad Plin. Paneg. c. 81 & Io. Gu. Bergeri peculiarem diſſert. ¶ 2. Sumuntur & pro cautione ſeu ſyngrapha: unde titulus in Iure Romano *de literarum obligationibus.* Notavit Grotius in Lucæ c. 16, 5. ¶ 3. *Literæ* diſciplinæ humaniores, philologia, ſtudia liberalia, quæ literarum monumentis continentur, ſprachen, wiſſenſchafften, gute künſte. *Litteras attingere, leviter attingere, diſcere: Literis deditum eſſe; Literis imbutus. Literis aliquem inſtituere; Dare operam literis; Literis eruditus, initiatus, perpolitus, tinctus: in ſtudiis humanitatis literarum verſari, in literis ætatem agere*, ſtudiren. *Homo ſine ingenio, ſine literis*, ungelehrt, Cic. Verr. 4, 44, cujus etiam, aut Quintiliani, priora omnia ſunt. Quintil. 1, 1 p. 14 *Nihil pejus eſt illis qui paullum aliquid ultra primas literas progreſſi, falſam ſibi ſcientiæ perſuaſionem induerunt. Vitium eſt perfugium doctrinæ & literæ*, Cic. fam. 6, 12. Hinc Græcus Senarius: Γράμματα μᾶλλον ὀδὴ, γνῶ μᾶλλον νὲον ἐχειν. *Literas diſcere oportet, & diſcentium mentem habere.* Plin. præf. H. N. *Hoc ante me fecit in literis noſtris Valerius Soranus*, i. e. inter ſcriptores Latinos. Sunt autem *literæ* quævis ſcripturæ & ingenii monumenta, literis tradita. v. ſimilia loca ap. Menck. Obſ. L. L. & Duker. ad Liv. 6, 1. ¶ 4. *Literæ elziores*, i. e. magicæ artes ap. Plin. 14, 4 ſ. 5.

¶ Literŭlæ, *arum*, f. pl. diminut. kleine buchſtaben. Cic. ad Div. 16, 15 *Accepi tuam epiſtolam vacillantibus literulis.* Id. 4 in Verr. 43 *Literulæ minutæ.* ¶ 2. Literæ breves. Cic. Att. 12, 1 *Poſtquam a te diſceſſeram, hoc literularum ad te exaravi.* ¶ 3. Studi, zuneigung, das ſtudiren. Horat. 2 epiſt. 2, 7 *Litterulis græcis imbutus, idoneus arti Cuilibet.* Sic etiam Cicero fam. 16, 10 *Literulæ meæ ſive noſtræ tui deſiderio oblanguerunt.* Martial. 9 epigr. 75 *Ait me literulas ſtulti docuere parentes.*

¶ Literālis, *e*. Symm. 4, 54 *Me a literali commercio diu infirma valetudo revocavit.* Id 5, 22 *Quia longum viſum eſt literali ſerie agenda complecti.* Cæl. Aurel. 1, 5 *Literalis lectio adhibenda*, h. e. ſcripti alicujus. Sic *ſenſus literalis*, apud Theologos, quem oratio ipſa declarat.

¶ Literārius, *a, um*, zum ſtudiren gehörig; ut, *Ludus literarius*, eine ſchule. Plin. 9, 8 *In ludum literarium itare.* Quintil. 1, 4 *In verbis quis eſt adeo imperitus, ut ignoret genera, & qualitates, & perſonas, & numeros. Literarii pane ipſa ſunt ludi, & trivialis ſcientiæ.*

¶ Litterātus, *a, um*, literis doctus, excultus, ornatus, gelehrt. Cic. pro Corn. Balb. c. 1 *Viri literati ac ſtudiis doctrinisque dediti.* Sed, *mediocriter literatus*, der mittelmäßig ſtudiret hat. *Quid tandem literato otio?* ruhe zum ſtudiren. Comp. Gell. 18, 9 *Alter litteratior fuit, alter litteras ſciens.* Sen. Q. Nat. 4, 13 *Quibus inepiis nec literatior ſit quisquam, nec melior.* Superl. Cic. Tuſc. 5, 37 *Frater tuus, quem literatiſſimum fuiſſe judico, facile diceret, hic verſus Plauti non eſt, hic eſt.* Id. fam. 9, 16 *Pueri literatiſſimi*, quales in familia more eruditorum plures habuit Atticus C. Nep. 25, 3, 3. vid. Pignor. de Servis p. 116. Suetonius de Illuſtr. Gramm. c. 4 oſtendit, *Grammaticos* initio *literatos* vocatos eſſe, & proprie ſic appellandos: *poëtarum interpretes*: Nepotem quoque dixiſſe *literatum ab eruditis, & literatos vulgo appellari, qui aliquid diligenter & acute ſcienterque poſſunt aut dicere aut ſcribere &c.* ¶ 2. *Literatus* eſt literis inſcriptus aut ſtigmate notatus, gezeichnet, gebrandmahlet; ut, *Silex literatus*, in veteri Inſcriptione; & *Frons literata*, notis Threſciis exarata, Apul. Met. 9. Veteres ſolebant ſervos ſuos aliquo ſigno inuſto, ut hodie equis, bobus & aliis animalibus fit, notare, ut patet ex Gell. 17, 9. Vt etiam adhuc cum furibus agitur, quibus exilii cauſſa ſtigmata uruntur, quos *ſervos inſcriptos* vocat Plinius 22, 3, & *literatos* Plautus Caſ. 2, 6, 49. vid. Parei Lex. Crit. p. 684, & Vineti notas ad Auſon. p. 207. Sic, *Lacinias auro literatas* Pſychen in Iunonis fano vidiſſe Apulejus fingit Met. lib. 6, id eſt, aureis literis inſcriptas. Et, *Fiſculus literatus* Plautus Rud. 4, 4, 112; & 2, 5, 21 de *urna. Hæc literata eſt: ab ſe cantat cuja ſit*, ſie iſt gezeichnet und verräth ſich ſelbſt.

¶ Literate, adv. docte, erudite, gelehrt, künſtlich. Cic. in Piſon. c. 25 *Literæ ſcite & literate ſcriptæ*; & de Clar. Orat. c. 56 *Scriptorum veterum literate peritus.* Compar. ibid. c. 28 *Loqui literatius latine.* Et Auguſtin. epiſt. 19, 4 *Quod ineptius fortaſſe, quam literatius, a me commemoratum eſt.*

¶ Literātŭlus, *i*, m. dimin. Hieronym. adverſ. Rufinum 1, 7.

¶ Literātio, *onis*, f. ex Varr. apud Auguſtinum T. 1 p. 488 eſt γραμματικὴ, i. e. *Grammatice imperfecta*: ſive *Grammaticæ artis infantia*, uti Iſidorus 1, 3 etiam *literationem* Varronis exponit, das abc, die kenntniß der buchſtaben.

¶ Literatūra, *æ*, f. Grammatica, ars de literis perfectior, die ſprachkunſt. Sen. epiſt. 88 *Prima illa literatura, per quam pueri ſtelmenta traduntur.* Quinct. 2, 14 *Grammatice* literatura *eſt, non* literatrix, *quemadmodum* oratrix: *nec* literatoria, *quemadmodum* oratoria. ¶ 2. Item, cognitio & ſcientia literarum, die gelehrſamkeit. Cic. Phil. 2, 45 de Cæſare: *Fuit in illo ingenium, ratio, memoria, literatura, cogitatio, diligentia.*

¶ Litterātor, *ōris*, m. ein ſchüler oder ſchulmeiſter, qui literas novit, vel docet: vel literis non perfecte imbutus eſt, Suetonio teſte, quem vide de Illuſtr. Gramm. c. 4, qui locus claſſicus eſt. Gell. 16, 6 *Quispiam linguæ latinæ literator.* Apulej. Flor. 4 de cratera Muſarum: *Prima cratera litteratoris ruditatem eximit: ſecunda Grammatici doctrina inſtruit: tertia Rhetoris eloquentia armat.* Vbi vides, *Literatorem* eſſe, qui prima literarum rudimenta docendus eſt, ein abc ſchütz. Catull 14, 9 *Munus dat tibi Sylla literator.*

¶ Literatrix, *tcis*. Quintil. 2, 14 l. c. in *Literatura.*

¶ Literatorius, *a, um*; ut, *Literatoria eruditio*, Tertull. de Idolol. c. 10, i. e. litteratura, de qua ibid. dixerat, quod *inſtrumentum ſit ad omnem vitam.* Add. Quinct. l. c. in *Literatura.*

¶ Literio, *ōnis*, m. idem qui *litterator*, vel contemtius aliquid. Ammian. Marcell. 17, 22 *Iudæorum carpentes appellantesque loquacem talpam, & purpuratam ſimiam, & literiorem Græcum.*

¶ Literōſus, *a, um*, ſtudirend. Ex Caſſio Hemina adducit Nonius

2, 495 *Homo mere literosus*, idque *literatus* interpretatur. Onomastic. *Literosus*, ἐγγράμματος.

Compositа:

¶ Illĭtĕrātus, *a*, *um*, indoctus, ungelehrt. Sen. de benef. 4, 13 *Illiteratus non ex toto rudis est, sed ad literas altiores non perdoctus.* Cic. de Orat. 2, 6 *Vir bonus & non illiteratus.* Et fam. 9, 16 *Incidam in sermones varios multa, nec illiterata, nec insulsa. Illiteratissimæ literæ*, Plin. 1 epist. 10, id est, incomtæ, inornatæ: quibus *literatæ literæ*, hoc est, docta epistola, apud Sidonium opponuntur 4 epist. 17 pr.

¶ Oblittĕro, *avi*, *atum*, *are*, quasi ex literarum monumentis delere, literis superinducere, obscurare, auslescheu, austhun, wegstreichen. Festus ait, *aliis esse ab oblivione, aliis a litore, quod ibi mutata fluctibus aquari & tedi solerent.* Simplicius ab *ob* & *litera*. Sic, *Obliterare memoriam*, Liv. 21, 29. Cic. post red. in Senat. c. 8 *Publici beneficii memoria privatam offensionem obliteraverunt.* Sen. Medea v. 556 *Hæc ira data obliterentur.* Catull. carm. 65, 232 *Hæc vigeant mandata, nec ulla obliteret ætas.*

¶ Obliteratus, *a*, *um*, ausgelescht, ausgetilgt, vergessen; ut, *Res obliterata vetustate*, Liv. 3, 71 *Peccata obliterata repetere*, ibid. c. 59. Et 43, 2 idem Livius: *Præteritis silentio obliteratis.* Et Accius apud Non. 2, 601 *Inimicitias extinctas jam atque obliteratas memoria renovare.* Quint. 1, 6 p. 82 *Verba ab ultimis etiam obliteratis repetita temporibus.*

¶ Oblitĕrus, *a*, *um*, veraltet. Gell. 19, 7 de Nævio: *Obliteram gentem pro obliterata dixit.*

¶ Obliteratio, *ōnis*, f. deletio, die auslescheung, vergessung. Plin. 34, 7 extr. *Æris obliteratio*, i. e. fundendi æris scientia obliterata, al. *artis*. Et Arnobius *Vetustatis obliteratione celari* dixit lib. 6 p. 194. Etiam Ammianus Marcell. 30, 22 *Pacem cum præteritorum obliteratione suppliciter obsecrantes*, i. e. oblivione.

¶ Obliterator, *ōris*, m. qui obliterat. Tertull. adv. Marc. 4, 26 *Commemorator, non obliterator vetustatum.* Paulin. Nolanus epist. 16 (al. 38) c. 7 *Quasi illos patriæ obliteratores de baccarum suavitate Lotophagos evita.*

¶ Inobliteratus, *a*, *um*, non obliteratus. Tertull. de Anima c. 24 *Et homini obliviosissimo inobliterata perseverabit scientia naturalium.*

¶ Perliteratus, *a*, *um*, sehr gelehrt. Cic. Fragm. pro Q. Gall. apud Hieronym. epist. 2 *Homo perliteratus.*

Literum v. *Linternum.*

LĪTHAS, *ădis*, f. vel Lithos, *i*, m. gr. λιθάς, λίθος, *lapis*, *saxum*, *lapidum cumulus*, ein stein, steinhaufe. Hinc

¶ Lithănĭcus, *a*, *um*, λιθανικός, vom stein beschwert, Plin. 20, 22.

¶ Lithanthrax, *ācis*, m. λιθάνθραξ, die stein-kohle.

¶ Lithargўrium, *i*, n. seu Lythargyrus, *i*, m. λιθάργυρος, scoria argenti, glett, silber-schaum, Plin 26, 9.

¶ Lithiasis, *is*, f. λιθίασις, calculi generatio in renibus aut vesica, der lenden- oder blasen-stein. ¶ 2. Tubercula item candicantia in palpebris.

¶ Lithizontes, *um*, m. λιθίζοντες, lapidibus similes, sive languidius lucentes gemmæ, Plin. 37, 7.

¶ Lithŏcolla, *æ*, f. λιθόκολλα, glutinum, quo lapides conjunguntur, kütt, Dioscorid. lib. 5, & Plin. 7, 56.

¶ Lithoglўphus, *i*, m. λιθογλύφος, lapidum sculptor, ein stein-bildhauer.

¶ Lithospermum, *i*, n. λιθόσπερμον, herba, *milium Solis*, vulgo a barbaris dictum, meerhirsen, stein-samen, a feminis duritia sic appellatum: Plin. 27, 11.

¶ Lithostrōtus, *i*, m. λιθόστρωτος, seu potius *Lithostrotum* genere neutro, pavimentum ex lapidibus diversi coloris, ein pflaster von bunten steinen. Varro R. R. 3, 2 *Nunc quod emblema aut lithostrotum.* conf. Isidor. 19, 14.

¶ Lithotomus, *i*, m. λιθοτόμος, lapidicida, ein steinmetz, Cels. 7, 29.

¶ Hexēcontălīthos, *i*, m. ἑξηκοντάλιθος, lapis tam diversis notis sparsus, ut sexaginta gemmarum colores in parvo ejus orbiculo deprehendantur. v. Plin. 37, 10; & Solin. c. 44.

Liticen, vide, *Lituus*, Litigare, litigiosus, litigium, &c. *Lis.*

LĪTO, *avi*, *atum*, *are*, non simpliciter sacrificare, sed sacrificando Deos placare amicosque reddere nobis atque propitios (de etymo ibid. in *Luto* ex *Luo*,) glücklich opfern, mit opfer versöhnen. Plaut. Pœn. 2, 41 *Si hercle istuc unquam factum est, tum me Jupiter faciat ut semper sacrificem, nec unquam litem.* Martial. 10 epigr. 73 *Nec, quæcunque manu victima cæsa litat.* Et sese credebant litasse veteres, cum exta hostiarum luculenta & notis felicibus insignita essent. Suet. Cæs. c. 81 *Dein pluribus hostiis cæsis cum litare non posset, introit ciriam spreta religione.* Pertinet huc & Livii locus infra in *Litatio*. v. Brisson. de form. 1 p. 28 & Interpretes Livii ad 8, 9. Proprie autem dicimus *Deum sacris litare*, non, *Deo sacra litare*, ut Servium audimus ad illud Virgilii 4 Æn. v. 50 *Tu modo posce deos veniam, sacrisque litatis Indulge hospitio. Diis*, inquit, *litatis debuit dicere. Non enim sacra, sed Deos sacris litamus, i. e. placamus. Ergo nove dixit.* Ita tamen & Livius dixit, cujus verba post paullo in *Perlitare* ex 41, 15 dabimus: & Cic. pro Flacc. 38 *Litemus Lentulo, parentemus Cethego*, & Suet. Othone c. 9 *Victimas Diti Patri cæsas litavit.* Item apud Senecam Medea sub fin. *Plura non habui de tot litare juvenibus.* Et Tertull. de patientia c. 7 *Quem autem honorem litabimus Domino Deo?* Sed apud Senecam & Tertullianum *litare* simpliciter sacrificare notat. Etiam *hostia litare* dicitur. Suet. [illegible] *Circa Persicum sacrificio non litante.* Sed est ambigua [illegible] *Mola salsa litavit, qui litare non habent*, Plin. in præfat. Add. [illegible] ob. 3, [illegible] nium 5, 12, & Turneb. Adverf. 18, 20. Elegunter [illegible] ce ut: Apuleius lib. 3 Milet *Succurrite, & de latronis hujus* [illegible] *sti & disciplinæ publicæ litate.* Aliter Id. 8 p. [illegible] *a mei Ptolemæi tuo hominum cruore litabo.*

[illegible] *a, um*, geopfert. Festus: *Litatum alii solutum, deditum deo, quasi luitatum: alii ex Græco a precibus, quas illi λιτὰς dicunt.* Locum Virgilii vide in *Lito*, cui similis Ammian. Marcell. 22, 23 *Venerato numine, hostiisque litato & votis Ancyram vediit.*

¶ Lītăto, quasi adverbium ex ablativo participii, sub quo *Sacrificio* subaudiri potest. Liv. 5, 38 pr. *Tribuni militum nec auspicato, nec litato instituunt uciem.*

¶ Litatio, *ōnis*, f. angenehm opfer. Liv. 27, 23 *Per dies aliquot hostiæ majores sine litatione cæsæ, donec non impetrata pax Deorum.* Et 41, 15 cum jecur hostiæ defluxisse narraretur, nec tribus porcis bobus perlitatum esse, *Senatus majoribus hostiis usque ad litationem sacrificari jussit*, so lange mit opfern fortzufahren, bis es gut würde. conf. Plaut. Pseud. 1, 3, 99. Vet. Gloss. *Litatio*, λιτανεία. Sed

¶ Litānia, *æ*, f. a λίτομαι pro λίσσομαι, *supplico*, *precor*, græcum nomen ad publicas rogationes & supplicationes in ecclesia translatum est & latinitate donatum Sidonio 5 epist. 7, itemque Bedæ & aliis, die litanei. conf. de re ipsa idem Sidonius 5 epist. 14 ibique Savaro: vide & Walafridum Strabonem de Rebus Ecclesiasticis c. 18.

¶ Litāmen, *ĭnis*, n. sacrificium quo litatur, ein opfer. Prudentius præfat. Hamartig. v. 50 de Caino immolante: *Cujus litamen fordet, & terram sapit.*

¶ Litābilis, *e*, womit man die götter versöhnen kan. Lactant. 1, 21 *Apud Lampsacum Priapo litabilis victima est asellus: Litabilis*, i. e. justa, grata, qua litatur & placatur. Minuc. Felix c. 32 *Hostia litabilis.* Iterum Lactantius Epitom. c. 5 *Litabilior victima.*

¶ Delirans, *tis*, sacrificans. Prudent. Hymn. 14, 289 *Avertat ova delirantis hostia.*

¶ Perlito, *are*, recte litare, das opfer wohl vollbringen. Liv. 36, 1 *Hostiis perlitatum est.* Valer. Antias apud Gellium 1, 7 *Si hæc res divinæ sacræ riteque perlitatæ essent.* Rursus Livius 41, 15 *Cæteris diis perlitatum ferunt: Saluti Petilium perlitasse negant.*

¶ Perlitatus, *a*, *um*. Absolute posuit Liv. 7, 8 extr. *Diu non perlitatum tenuit Dictatorem, ne ante meridiem signum prælii dare posset.* h. e. quia diu non perlitari potuit, die verzogerung glücklicher anzeigen bey dem opfer.

Litoralis, litoreus, &c. vide *Litus.*

LITŌTES, *ĭtis*, f. gr. λιτότης, frugalitas, ap. Cic. fam. 7, 26. ¶ 2. *Litotes* figura, cum minus dicitur quam significatur; ut, *Non sperno*, i. e. *accipio.*

Litura, liturare, liturarius, &c. vide *Linio.*

LITVRGIA, *æ*, f. λειτουργία, ministerium publicum, maxime circa res sacras, ein kirchendienst, heilige handlung.

¶ Liturgicus, *a*, *um*, λειτουργικός, ministerialis, zum amt gehörig; *Libri liturgici*, die kirchen-agenda.

¶ Liturgus, *i*, m. λειτουργός, minister publicus, ein bedienter. Mart. Capella 2 p. 45 *Cum liturgos cælo miraretur esse.*

LĪTVS, sive Littus, *ŏris*, n. non maris tantum extremitas est, (sicut fluminis ripa) verum omnis etiam terra, quæ mari fluminibusve alluitur, vel alliditur, vel allinitur, ufer des meers, die küste. Omnino a supino *litum*, ut *Litera*. Donatus a *litando* esse existimat, quod navigantes in litore sacrificarent. Qui uno *t* scribi velint, v. ad Drakenb. ad Sil. 1, 25. Adde Isidor. 14, 8. Aquilius ICtus, *Littus* definiit, *quà fluctus eluditur*, ut, Cicero auctor in Topicis cap. 7, v. infra in *Ludo*. Celsus ICtus l. 96 de V. S. definit, *quo maximus hibernus fluctus a mari pervenit, idque M. Tullium, cum arbiter esset, primum constituisse*, ait. Hinc simul intelligitur, quid differat *Litus* a *Ripa*, ubi vid. Poetis *Litus arenosum*, Virg. Æn. 4, 257. Et *Cavum*, Æn. 3, 16. *Sinuosum*, Val. Flacc. 2, 452 &c. ¶ 2. Et quia fecedentes otii & voluptatis causa, maritima loca quærebant cumprimis, propter jucundum prospectum in mare: idcirco *litora* non raro pro fecessibus amœnis ponuntur ab auctoribus. Tac. Hist. 3, 63, 5 *Vitellius de numero servorum & electione literum loquit.* vide ibi Lipsium. Huc pertinet etiam illud Quintil. 7, 3 p. 622 *In litore cienare*, & quæ ibi Burm. ¶ 3. Proverbialia sunt ista: Cic. Att. 1, 18 *Metellus non humo, sed littus & aër & solitudo mera.* Et, *Litori loqui*, proverbialiter a Græcis dicitur, de opera inani, ἀγυιαλῷ λαχαλᾶν. Sic & *Litus arare*, vergebens arbeiten. Nam & *Litus* inde dictum putatur, quod sit γαῖα λιτὴ *tellus inarata* incultaque, ex Athenæi lib. 7; & Horat. Epod. 16, 43. Sed in illo Virg. Æn. 4, 212 *Cui litus arandum dedimus, Litus* late fumitur de terra mari vicina. ¶ 4. *Litora* & *limina* confunduntur a librariis, v. *Limina.*

¶ Littŏreus, *a*, *um*, am ufer befindlich; ut, *Aves littoreæ*, Virg. Æn. 12, 248. Et, *Littorea arena*, Ovid. Met. 15, 725.

¶ Litŏrālis, *e*, idem: ut, *Pisces litoralis*, Plin. 9, 17. Et, *Dii litorales*, Catull. 4, 22.

¶ Litorārius, *a*, *um*, idem. Cæl. Aurel. Tard. 5, 11, 135 *Arenæ litoriæ fervor.*

¶ Litorōsus, *a*, *um*, idem; ut, *Lapis litorosi maris similis*, i. e. aquæ marinæ circa litus colorem referens, Plin. 37, 10. Serv. ad Æn. 1, 7 ex Fabio Max. *Tum: Æneas agre patiebatur in eum devenisse agrum macerrimum litorosissimumque.* Ita Masv. Al. *litoriosi.*

LĪTŬVS, *i*, m. buccina, eine trompete oder zinck. Ovid. Fast 3, 216 *Iam lituus pugnæ signa daturus erat.* conf. Virg. Æn. 6, 167. Claudian. de laud. Stilic. 1, 168 *Scilicet in vulgus manant exempla potentum: Vique ducum lituos, sic mores castra sequuntur.* ¶ 2. Metaph. Cic. Art. 11, 12 pr. *Q. fratrem lituum meæ profectionis fuisse*, ut *tuba belli*. Sed al. *Iliciam.* ¶ 3. Erat & *lituus* virga brevis, supra incurva, insigne auguratus, ut hodie ein bischoffs-stab. Cic. de Divin. 1, 17 *Romulo lituus*, i. e. *incurvum & leviter a summo inflexum bacillum, quod ab ejus litui, quo canitur, similitudine nomen invenit.* Videndus est totus locus; est enim hac de re clasicus. Livius 1, 18 *Baculum sine nodo adunctum* vocat. conf. Gell. 5, 8. Virg. Æn. 7, 187 *Ipse Quirinali lituo, parvaque sedebat Succinctus trabea, lævaque ancile gerebat.*

¶ Litĭcen, *ĭnis*, m. quasi *Lituicen*, qui lituo canit, ein zincken-bläser. Varro

Varro de Ling. Lat. 4, 16 *Tubicines a tuba & canendo: similiter* LITICINES. Nonius 1, 268 in Liticines: *Liticines a lituo, ut tubicines a tuba.* Ammian 14, 8 *Audito liticinum cantu:* Et 16, 34 *Occinente liticine.* vid. Cato apud Gellium 20, 2.

Livedo, liventer, vide mox *Liveo.*

LĪVEO, *livēre*, atrum esse, blau, schwarzbleich, bleyfarbig seyn. Ovid. Met. 2, 776 *Livent rubigine dentes* Id. Amor. 1, 7, 41 *Impressis os livet labellis.* ¶ 2. Invidere etiam est, mißgönnen, neiden. Tac. Ann. 13, 42, 3 *Livere iis, qui eloquentiam exercerent.* Martial. 9 epigr. 24 *Albanæ livere peteſi pia quercus olivæ, Cinxerit invictum quod prior illa caput.* Id. 6 epigr. 86 *Possideat Libyeas messes: Hermumque Tagumque, Et potet calidam, qui mihi livet, aquam.* Statius Epithalamio Stellæ v. 150 *Quels purpura sæpe Oebalis, & Tyrii moderator livet aheni,* vid. ibi Gevart.

¶ Livens, *tis*, schwarzbleich, bleyfarbig. Tacitus Agric. 12, 9 *Subfusca ac liventia* conjungit. Virgil. Æneid. 7, 687 *Glandes liventis plumbi Spargere*, hodie dicas, mit bley-kugeln schiessen. Plin. 20, 43 *Pustulæ liventes.* Ovid. Metamorph. 13, 817. *Pruna nigro liventia succo.* Etiam *uvarum* epitheton est. Heinſ. ad Sil. 7, 208.

¶ Liventer, adv. fonat fusce, vel ad modum lividi coloris. Paulin. Petrocor. 4, 192 *Liventer fractio nigrescunt gutture fauces.*

¶ Livesco, *ĕre*, erschwartzen, blaue todtenfarbe bekommen. Lucret. 3, 629 *Hominem paullatim cerninus ire, In pedibus primum digitos livescere & ungues, Inde pedes & crura mori.* ¶ 2. Invidere, abgünſtig, neidiſch werden. Martial. 8 epigr. 51 *Livescit nulla caligine fusca, nec odit.* Et Claudianus de Raptu Proſerp. 3, 27 *Haud equidem invideo, neque enim livescere fas est, Vel nocuisse Deos,* &c.

¶ Livescens, *tis.* Scrib. Larg. Comp. 149 *Omni sensu carent livescentibus membris.*

¶ Līvor, *ōris*, m. der blaue fleck, die todten-farbe. Iuvenal. 2, 81 *Vivaque conspecta livorem ducit ab una.* Colum. 12, 47 *Oliva ex contusione livorem contrahit.* Auct. ad Herenn. 2, 5 *Livore decoloratum corpus.* Plin. 20, 22 *Illinitur & liviribus,* i. e. vestigiis & notis ex aliqua percussione. ¶ 2. *Livor*, invidia, abgunſt, neid. *Malevolentia & livore impediuntur, ne quid faciant*, Brutus ad Ciceronem fam. 11, 10. Ovid. Amor. 1, 15, 39 *Pascitur in vivis livor, post fata quiescit*, abgunſt weidet ſich an lebendigen leuten. Id. de R. A. 369 *Summa petit livor* &c. & 389 *Rumpere livor edax* &c. vide carmen Virgilio tributum: *Livor rabiosum malis venenum, &c.*

¶ Livĕdo, *ĭnis*, f. idem. Apul. Met. 9 p. 222 *Dii boni! quales illic homunculi vibicibus livedinis totam cutem depicti!*

¶ Līvidus, *a, um*, ſubtuſcus, braun und blau; ut, *Livida armis brachia*, Horat. 1 oda 8, 10. *Ora livida*, Ovid. Heroid. 20, 82. Virgil. de inferno fluvio Æneid. 6, 320 *Remis vada livida verrunt*, hoc est, *nigra*, Servio interprete. Catull. 17, 10 *Paludis Lividissima maximeque est profunda vorago.* Horat. 2 od. 5, 10 *Iam tibi lividos distinguet autumnus racemos.* De venenatis Iuv. 6, 631 *Livida materno fervent adipata veneno.* ¶ 2. Invidus, malevolus, mißgünſtig. Cic. Tusc. 4, 12 *Invidi, & malevoli, & lividi.* Martial. 1 epigr. 41 *Omnibus invideas, livide, nemo tibi.* Sen. Controv. 14 extr. *Agrotas Massilienſis multo lividiorem sententiam dixit.* Sed al. *frigidiorem.*

¶ Lividulus, *a, um*, etwas blau. Iuvenal. 11, 110 *Quibus invideas, ſi lividulus ſit*, ein neidhart.

¶ Livide, adv. ſchwarzbräunlicht. Comp. Plin. 33, 7 de carbunculis: *Qui langvidius ac lividius lucent.*

¶ Līvido, *are*, lividum reddere, ſchwartzbraun färben. Paulinus: *Pallore vultum lividet.*

¶ Lividĭnans, *tis*, livore laborans, abgünſtig, neidiſch. Petron. c. 138 *Paris Dearum lividinantium judex.* Sed variat lectio & ſententiæ Intr.

¶ Adliveſco, *ĕre*, idem quod *Liveſcere*, vel *lividum fieri*, Feſtus. *Adliveſcit, livere incipit.* Sed hic etiam *v* & *b* forte miſcentur, ut & in

¶ Colliveſco, *ere*, Cathol.

¶ Sublĭvidus, *a, um*, paullum lividus. Celſus 5, 28 pr. *Pustulæ ſubliviđæ.*

LĪVIA, *æ*, f. columba ſilveſtris, eine holtztaube, a *lividis*, hoc eſt, nigricantibus plumis dicta. ¶ 2. *Livia Druſilla*, uxor Auguſti, fœcunda antea, cum Auguſto ſterilis, Plin. 7, 13. Multa de ea Tacitus & Suetonius. conf. Vellej. 2, 75, 3 cum not. Bœcl. Prima omnium mulierum a Romanis conſecrata eſt, & inter divas relata. Ovid. Faſt. 1, 536 *Sic Auguſta novum Livia numen erit. Vlyſſem ſolatum* appellabat eam Caligula Suet. c. 23. conf. Dempſter. in Roſini Ant. Rom. 3, 18. ¶ 3. Fuerunt aliæ plures; ut, *Livia* uxor Druſi, quæ *Livilla* Suetonio; item *Livia Medullina, Ocellina, Oreſtilla* apud Suetonium.

¶ Līvius, *i*, m. alter Andronicus fuit, de quo ita Gell. 17, 21 *Primus omnium L. Livius poëta fabulas dicere Romæ cœpit, poſt Sophoclis & Euripidis mortem annis plus fere C & LX, poſt Menandri annis circiter LII. Hujus Livii verſus celebratur, ex Equo Trojano: Vsquequaque ſapere oportet, id erit telum acerrimum.* vide ſupra *Andronicus.* ¶ 2. Alter Paravinus fuit *T. Livius*, cui *lacteam* tribuit *ubertatem, miram jucunditatem, clariſſimumque candorem* Quintilianus 10, 1, eumque pueris proponendum cenſet, 2, 6. Cremutius *eloquentiæ & fidei præclarum imprimis*, apud Tacitum Ann. 4, 34, 4; ipſe Tacitus *veterum eloquentiſſimum* Agric. 10, 3 vocat. conf. Vellej. 1, 17, 2; & 2, 36, 3. Tanta fama vivus fuit, ut ad eum videndum ab ultimis Gadibus quidam Romam venerint, ut Plinius 2 epiſt. 3, & B. Hieronym. epiſt. 103, 1 tradunt. Scripſit Romanam Hiſtoriam ab Vrbis initio ad ſuam usque ætatem libris 111, de quibus 35 habemus; Cæterorum vix epitomæ ſupersunt; Quin plura alia, atque in iis etiam Dialogus; quæ tamen omnia perierunt. v. Senec. epiſt. 45 & 100, & Fabium Quintil. 10, 1. Natus eſt annis ante Ciceronem interfectum 18. vid. Fabr Bibl. Lat. ¶ 3. De *Livio* erotopægnion poeta, vid *Lavius.* ¶ 4. Plures hujus nominis in hiſtoria Romana occurrunt; ut, *Livius Druſus, Laurenſis, Salinator.* vid. Suet. Tib. c. 3.

¶ Livius, *æ, um*, adject. ut, *Livia lex*, apud Romanos paſſim. *Livia familia*, Tac. Ann. 6, 51, 1. conf. Suet. l. c. *Arbos Livia*, Colum. 10, 413.

¶ Livĭānus, *a, um*; ut *Livianæ fici*, Colum. 5, 10. *Livianum æs*, Plin. 34, 2.

LIX, *licis*, f. cinis, vel aqua cum cinere confuſa, aſche vom herde, lauge. Plin. 36, 27 *Lix cinis eſt foci.* conf. Nonius 1, 309.

¶ Lixīvia, *æ*, f. vel Lixivium, *i*, n. aqua per cinerem colata, lauge, ſeiffe. Columell. 12, 16 *Lixivium facere.* Cæl. Aurel. Tard. 2, 3 *Deſtillatio aquæ cineribus liquatæ, quam lixivium vocant.* conf. Scrib. Larg. Comp. 182; & Veget. 3, 46; Nonius 1, 309.

¶ Lixīvus, vel Lixivius, *a, um*, adject. quod colatur & tranſit. Colum. 12, 41 *Lixivium muſtum, quod deſtillat, antequam nimium calcetur uva.* Plin. 14, 20 *Lixivius cinis*, lauge-aſche. At Scribon. Largus frequenter: *Ex cinere lixiva.* vid. Rhod. Lexic. Scribon. conf. Seren. v. 802.

¶ Lixa, *æ*, m. qui exercitum ſequitur, coquendo & eluendo lucrum quærens, ein marcketentter, feld-koch. vide Feſtum. Liv. 33, 16 *Impedimenta ſubſequi juſſit, calones, lixasque, & invalidos milites.* Sane cum negotiatoribus conjungit, & propter commercia pecuniamque augendam ſecutos caſtra, Tacitus ſignificat Annal. 2, 62, 4 *Lixarum proprietas hoc eſt*, inquit Nonius 1, 309, *quod officium ſuſtineant militibus aquæ vehendæ; lixam namque aquam veteres vocaverunt.* Sed vid. Voſſ. etymol. & Burm. ad Quint. 8, 6 p. 744. conf. Curt. 3, 3, 26; & Sueton. Galb. c. 20.

¶ Lixabundus, *a, um.* Plautus apud Feſtum, quod ipſe exponit *iter libere & prolixe faciens*, a more forſean lixarum.

¶ Lixamen, *ĭnis*, & Lixamentum, *i*, n. coctio, das kochen, kochwerck, apud Apicium.

¶ Lixatūra, *æ*, f. idem, apud Sidonium.

¶ Lixio, *ōnis*, m. aquarum portitor, in Gloſſ. Iſidori.

¶ Lixula, *æ*, f. dimin. a *lixa*, de cibi genere, nempe circulo, ex farina, caſeo & aqua commiſto. vid. Varr. de L. L. 4, 22.

¶ Lixus, *a, um*, adj. cujus compoſitum tamen

¶ Elixus, *a, um*, uſitatius eſt, ſignificat aqua mollitum & percoctum, geſotten. Plaut. Pœn. 1, 2, 67 *Aſſum apud te eccum*, i. e. aduſum, quod comica licentia alio detorquet alter, quaſi eſſet ab *aſſus, a, um*, & reſpondet, *At ego elixum volo.* Et, Horat. 2 ſat. 2, 73 *At ſimul aſſis Miſceveris elixa, ſimul conchylia turdis*, &c. gebratens und geſottens untereinander. *Calcei elixi* per metaphoram ita dicti apud Varronem, quaſi ita madefacti, ut eſt caro, quæ elixatur. conf. Nonius 1, 309: Apic. 7, 6. De *elixis natibus* v. Perſ. 4, 39.

¶ Elixo, *are*, kochen, in brühe ſieden; ut, *Avem elixare*, Apic. 6, 6. *Ptiſanam cum leguminibus elixare*, Id. 5, 5. *Elixare oleo*, Id. 3, 6 &c.

¶ Elixātus, *a, um*, abgeſotten, abgekocht; ut, *Elixata radix*, Macer 1, 10, 7. *Alica elixata*, Apic. 2, 1. Idem 3, 9 *Coliculos elixatos medialis.* conf. Theod. Priſcian. de Diæt. c. 10.

¶ Elixatim, adverb. ſiedend, ſiedheiß. Apicius 5, 8 *Elixatim ſumto ſemine*, &c. al. elixati. conf. 4, 3.

¶ Elixūra, vel Elixatura, *æ*, f. ut coctura, das ſieden, kochen. Apicius 9, 1 *Ius adjicere ſinapi in elixaturis.* Et Macer 1, 22 *Illius elixatura vertigo fugatur.*

¶ Obelixus, *a, um*, überſotten; ut, *Ova obelixa*, Apic. 7, 17. al. *Elixa.*

¶ Perelixo, *are*, wohl ſieden laſſen. Id. Apicius 7, 7 *Denuo eum* (aqualiculum) *perelixabis, ut coqui commode poſſit.*

¶ Semilixa, *æ*, m. ein halber koch, ſudel-koch. Liv. 30, 28 *Statorius ſemilixa.*

¶ Semilixula, *æ*, f. dimidia lixula, Varr. L. L. 4, 22.

LLS. Seſtertium antiqui his modis exprimebant IIS. HS. LLS. IIS. duarum librarum & ſemiſſis charactere, ſuperpoſita lineola, millenarii index ſeſtertium in neutro ſignificat. Vide dicta ſupra in *H.*

LOBA, *æ*, f. λοβη, milium Indicum. Id enim *lobas* appellari, Plinius ſcripſit 18, 7. Apul. de Herb. c. 74. *Melicam* Matthiolus vocat, türckiſcher weitzen.

LOBIA, *orum*, n. pl. λόβια, fructus ſimilacis hortenſis, vel ſiliculæ, diminuta a ſiliquis voce, Dioſcor. 2, 135.

LŌBVS, *i*, m. ima auricula, das ohrläplein, gr. λοβὸς, ἀπὸ τῦ λαβεῖν, quod per eam partem apprehendamus.

Localis, localiter, locare, locarium, &c. locellus, vide *Locus.*

LOCRIS, *ĭdis*, f. regio Græciæ inter Ætoliam, Phocida, & Bœotiam. vid. Geograph.

¶ Locri, *orum*, m. pl. populi ejusdem regionis, qui pro ſitus diverſitate triplicis ordinis erant, Ozoles, Epicnemidii, Opuntii. vide Geograph. Antiq. ¶ 2. Et, *Locri*, urbs inſignis in Brutiis, a Locris Ajacis ſociis condita. conf. Virg. Æn. 3, 399; & 11, 265.

¶ Locrenſes, *ium*, m. pl. cives ejus urbis, Cic. Verr. 5, 34.

Loculamentum, vide in *Locus.*

LŌCŬPLES, *ētis*, dives, abundans, reich, begütert. Proprie, qui plures poſſeſſiones ſeu fundos habet: quaſi *locorum plenus:* Locus enim antiquitus dictus, qui poſtea fundus: de quo mox in *Locus.* Gell. 10, 5 LOCVPLETEM *dictum ait Nigidius ex compoſitis vocibus, qui pleraque loca, hoc eſt, qui multas poſſeſſiones teneret.* Plin. 18, 3 *Hinc &* LOCVPLETES *dicebant*, LOCI, hoc eſt, AGRI PLENOS. Ovid. Faſt. 5, 279 *Cætera luxuriæ nondum inſtrumenta vigebant: Aut pecus, aut latam dives habebat humum. Hinc etiam locuples, hinc ipſa pecunia dicta eſt*, &c. Nimirum ſignificat, veterum divitias omnes in agris pecoreque poſitas fuiſſe. Hinc *locupletes* pro divitibus ab agris; *pecuniam* ipſam quoque a pecore appellatam. Et, *Locuples ac referta provincia*, Cic. Verr. 5, 19, reich und voll. *Domus locuples*, Horat. 2 ſat. 6, 1, 1. *Annus locuples frugibus*, Idem 2 epiſt. 1, 137. Sic, *Locuples oratio*, verborum abundans, Cic. de Orat. 3, 48. *Locuples & ſpecioſa vult eſſe eloquentia*, reich und anſehnlich, Quintil. 5, 14. *Locuples auctor, teſtis*, h. e. certus & magnæ auctoritatis,

ein anſaſſamer, vollſtändiger, anſehnlicher, gewiſſer zeuge, Cic. 3 Off. 2 extr. & de Div. 2, 58 *Pythagoras & Plato locupletiſſimi auctores.* Et Nep. 17, 3, 1 *Locupletiſſima regio.* Horat. 1 ſat. 1, 113 *Sic feſtinanti ſemper locupletior obſtat.* Livius 1, 47 extr. *Cenſus inſtitutus, ut inſignis ad invidiam locupletion um fortuna eſſet.*

¶ Locupletiſſime, adverb. ſehr reichlich; ut, *Filia locupletiſſime dotata,* Spart. Victoris in Veſpaſ. Spartia. Hadr. c. 3 *A Trajano locupletiſſime muneratus.*

¶ Locuplētō, *avi, atum, are,* ditare, augere, reich machen, vermehren. *Fortunis aliquem locupletare,* an aütern reich machen, Cic. Agrar. 2, 26. Et, *Multitudinem excurſionibus locupletavit,* Nepos 3, 2, 1.

¶ Locupletātus, *a, um,* bereichert, vermehrt. Cic. Verr. 3, 31 *Mancipiis, argento, veſte locupletatus.*

¶ Locupletator, *ōris,* m. qui locupletat. Eutrop. 10, 7, 9 *Familiarium locupletator,* ſcilicet Conſtantius. Et nummo Hadriani apud Vaillantium Tom. 1 p. 66 LOCVPLETATORI ORBIS TERRARVM. add. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 13 p. 556.

¶ Collocuplētō, *are,* idem quod *locupletare.* Ter. Heaut. 2, 3, 16 *Tu interea loci collocupletaſti te,* du haſt dich wohl verſorget. Et Auct. ad Herenn. 2, 18 *Rei collocupletandæ cauſſa.*

LŌCVS, *i,* m. quicquid aliquid continet; plural. *Loci* m. & *Loca* n. ein ort. Proprie *locus* antiquitus idem, qui fundus poſtea. Verus auctor de limitibus apud Rigalt. p. 337 *Noſtri &c. duodecim decempedas eſſ. voluerunt. Exactam concivium lo um primum appellatum, deinde dictum* FVNDVM. Sed locus manifeſte mendoſus. Legendum puto: Et *actum collimitium* LOCVM, &c. COLLIMITIVS ACTVS eſt modus agri quatuor terminis collimitantibus definitus. *Collimitantes termini* ſunt, qui mutuo reſpectu limitem oſtendunt. vide & *Locuples.* Et, *Loci dejecti & inf. riores,* Cæſ. de B. Civ. 1, 46, niedrige orter. *Locus communis* terra vel orcus Plauto dicitur Caſ prol. v. 19. Senecæ Controv. 1, 2 *Lupanar* ita appellatur. Sed Cic. Verr. 2, 46 *Qui oppidum non maximum maximis ex pecunia ſua locis communibus monimentisque decoravit,* h. e. ædificiis publicis. *Loca & Lautia dare,* quartier und mahl geben, frey halten. vide *Lautia,* Livius 28, 39. *Homo locum ornat, non ornat hominem locus,* incerti auctoris dictum apud Charilium. ¶ 2. Efferuntur plura cum hoc nomine oppido quam eleganter, & accipitur pro ſtatu, & fortuna; ut, *Pejore res loco non poteſt eſſe, quam in quo nunc ſita eſt,* Ter. Adelph. 3, 2, 46, es könte die ſache übler nicht ſtehen. *Noſtræ res meliore loco videbuntur,* Cic. Att. 11, 13. Et, *Perbono res loco eſt,* Att. 6, 1. Item, *Res in eum locum deducta,* fam. 16, 12, die ſache iſt dahin gebracht. *In eo loco res ſunt noſtræ.* Liv. 2, 47. *Eo loci res eſt,* Cic. pro Sextio c. 31. Et, *Difficili loco res eſt,* Idem 12 fam. epiſt. 28, die ſache läſt ſich ſchwerlich an. *Quem locum apud ipſum Cæſarem obtinuiſti?* Cic. 2 Phil. c. 29 *Tenere locum oratorum,* Idem Clar. Orat. c. 36. Et, *In maledicti & contumeliæ loco ponere,* in Piſone c. 14, für ſcheltworte und beſchimpfung aufnehmen. *Locum relinquere alicujus admonitionibus,* Cic. fam. 1, 1. Et, *Principem locum & auctoritatem tenere,* pro Domo c. ult. der fürnehmſte ſeyn. *Obtinere locum primum ac potentiſſimum,* Quintil. 6, 5. *In loco,* i. e. opportune, da es gelegen iſt, da es noth iſt, Ter. Heaut. 3, 2, 26. Et, *Dicere eſt, deſipere in loco,* Horat. 4 od. 12, 28. Manutio in Annot. ad Cic. fam. 11, 16 idem eſt, ac juſto, non alieno tempore. *Loco poſitum,* int. huc & idoneo, Cic. fam. 8, 16 med. vide Victor. & Manut. Cæterum etiam *Locum* pro tempore veteres ſumpſiſſe apparet. Vnde locutiones iſtæ: *Ad id locorum; Tunc locorum; Interea loci,* apud Salluſt. B. Iug. c. 63 & 72. vid. Gronov. ad Liv. 27, 7 extr. Salluſt. Catilin. 52, 35 *Si peccato locus eſſet,* h. e. niſi periculum ita eſſet magnum, ut minimo peccato perdi poſſent omnia. ¶ 3. Pro natalibus & genere & pro ordine; ut, *Summo loco natus,* Liv. 1, 34, hoher aufkunfft. *Infimo loco natus,* Cic. pro Flacco c. 11 pr. von geringem geſchlecht und herkommen. Et, *Nobili, equeſtri, ignobili loco natus, ortus: Haud obſcuro loco natus, &c.* Ac, *Honeſto loco natus,* Cic. pro Flacco c. 8. Hic enim *Locus* genus vel generis dignitatem ordinemve ſignificat. Plaut. Capt. prol. v. 30 *De ſummo loco ſummoque genere.* Vbi *locus* ordinem notat. Nam poteſt in ſummo loco impar genus eſſe. Gellius 12, 1 *Is erat loci Senatorii.* Lamprid. Alex. Severo c. 19 *Libertinus nunquam in equeſtrem locum redegit: aſſerens ſeminarium Senatorum equeſtrem locum eſſe.* ¶ 4. Sæpius accipitur pro vice, an ſtat. ut cum dicimus, *loco patris, loco fratris te habeo &c. Habere aliquem vetuſtiſſimorum familiarium loco,* Aſinius Cic. fam. 10, 31. *Fratris loco diligere,* Ter. Andr. 1, 5, 57. Et, *Te mihi fratris loco eſſe duco,* Metellus Cicero ſam. 5, 3. ¶ 5. Aliquando pro occaſione & facultate ponitur. Ter. 2, 1, 22 *Neque pol conſilii locum habeo, neque auxilii copiam. Locum inſidiis quærere* Livius aliquoties dixit, obſervante Gron. ad 3, 46 pr. ubi legi vult *locum ſeditioni,* (non *nis:*) *quærere.* Id. Livius 4, 31 pr. pleonaſtice dixit, *locum ad occaſionem aperuerunt.* Vellej. 2, 48, 2 *Defuit fortunæ inſtruendi ejus locus.* ¶ 6. Sæpe etiam *Loci* dicuntur auctorum librorumque certæ partes: ut, *iſte ex Platone deſumtus locus eſt.* Ita Cicero ſam. 5, 12 *Dum ad locum venias,* bis du auf das ſtück der hiſtorie kommſt. Græcis χώριον aliquando & περιοχὴ ita uſurpatur. vide *Perioche.* Sed diſciplinarum etiam ſeu doctrinarum partes ſeu capita *Loci* vocantur, τόποι Græcis: ut, *Locus phyſicus, Mathematicus, Dialecticus.* Cicero de Divin. 2, 1 *Magnus locus, Philoſophiæque proprius.* Id. in Orat. c. 48 extr. *Eſt hic locus late patens, & natura ſuque verborum.* ¶ 7. *Loci* item dicuntur ſedes argumentorum, ex quibus velut ex promtuario quodam argumenta petuntur. Et hoc ſenſu tantum maſculino genere in plurali uſurpatur. Vulgo cum Cicerone vocant *Locos communes.* vide Parei Lex Crit. p. 688 & 689. Sed alio intellectu in *Communis.* Cicero pro Cæl. c. 22 pr. de hac re, *lotebras omnes ſeſſi. ionum peragvare,* h. e. locos percurrere, unde ducuntur argumenti. ¶ 8. *Loci* etiam genitalia vocantur, præcipue fœminarum. Varro de L. L. 1, 2 *Loci mulierbres, ubi naſcendi initia conſiſtunt.* Plin. 11, 37 *Fœminis eadem omnia, præterquam veſicæ junctus urticulus, unde uterus: quod alio nomine* LOCOS *appellant: hoc in reliquis animalibus* VVLVAM. Et Columella 6, 27 *Quod ſi admiſſarius iners in Venerem eſt, odore perfricatur deterſis ſpongiis fœminæ locis & admota naribus equi.* De viris tamen & uſus Lucret. 4, 1032 & 1041 & 1043. Vet. Gloſſ. *Loci mulierbres, ὕπτεια, κόλποι, μήτρα.* ¶ 9. *Locus* & ſepulcrum notat. Plura exempla in Inſcriptionibus antiquis: ut Romæ. LOCVS OPORTVNI CIRCITORIS CONIVGISQVE EIVS ALBINAE, &c. ¶ 10. *Locus* i. e. κώμη, vid. *Locatim* poſt Locatus.

¶ Lŏcŭlus, *i,* m. dimin. Plaut. Mil. 3, 2, 38 *In cella eſt paullum nimis loculi.* ¶ 2. *Loculi* plur. pecuniarum receptaculum, vulgo interpretantur marſupium, ein beutel, ſed certiſſime ciſtulam, armarium &c. ſignificat, præſertim loculatum, ein kleiner geldſchrancк mit fächern. Hoc non tantum ex tertia ſignificatione *loculi,* it. verborum *loculatus, loculamentum* apparet; ſed inprimis ex Mart. epigr. 14, 12 & 13, ubi *loculi eborei & lygnei* deſcribuntur: ita Apul. Apolog. p. 301 ſunt *bebeni loculi,* ex *quorum tabellis Mercuriolum artifex expedivit.* Hinc igitur intelligenda quoque illa loca, ubi nihil de materia adjectum eſt, e. g. Horat. 2 epiſt 1, 175; Iuven. 1, 89. Martial. 5, 40. Sed Plin. 14, 12 f. 14 *loculos,* in *quibus erant claves vinariæ cellæ,* quos *reſignavit matrona,* commodius iterum de arcula intelligas. Ad hunc ipſum locum Geſnerus Chreſtom. p. 529 communium lexicorum errorem notavit. Horat. 1 Serm. 1, 74 & 1 epiſt. 1, 56 eundem verſum repetiit, *Lævo ſuſpenſi loculos tabulamque lacerto,* i. e. tabulam loculatam ſ. in loculos diviſam, computandi cauſa, quali hodieque utuntur, qui calculis utuntur ad computandum. ¶ 3. Et, *Loculus* feretrum dicitur, cui mortui includuntur, ein ſarg. Plin. lib. 7 c. 2, *Hunc* inquit, *cremari cum reliquo corpore non potuiſſe tradunt, conditumque loculo in templo.* Loquitur de pollice pedis illo Pyrrhi, de quo ſupra in *Lienoſus.*

¶ Lŏcellus, *i,* m. diminut. aliud, quo Martialis uſus eſt 10 epigr. 88 *Perſequi locellos prætorum,* h. e. repoſitorii & pluteos, in quibus tabulæ vel chartæ, cauſarum commentarii, reponuntur. Idem 14 epigr. 13 *Quid ſupereſt in noſtri face locelli?* i. e. arculæ pecuniæ ſervandæ.

¶ Lŏcēlāmentum, *i,* n. pl. Loculamenta, loca ſeparata, fächer. Colum. 9, 12 *Novum loculamentum præparatum apibus.* Adde 8, 8; & Vitruv. 10, 14. Sen. de Tranquill. c. 9 *Librorum tecto tenus exſtructa loculamenta.*

¶ Loculōſus, *a, um,* voll fache. Plin. 15, 22 *Putamen* (juglandis) *loculoſum,* i. e. loculis intus plenum.

¶ Loculātus, *a, um,* in loculos diſtinctus, voll fache. Varro R. R. 3, 17 *loculatas piſcinas* vocat, quibus diſpares diſcluſi habeantur piſces, & comparat cum arculis loculatis pictorum.

¶ Locul ris, *e;* ut, *Loculatis reſina,* Pallad. Febr. 25, 23. Sed ſuſpectus eſt Geſnero locus. Malit *laricis* vel tale quid.

¶ Locālis, *e,* ad locum pertinens. Tertull. adv. Marc. 4, 34 *Eſſe aliquam localem determinationem, quæ finis dicta ſit abrahæ.* Et Ammian. 14, 7 *Locales motus.* conf. Claud. Mamert. 3, 4.

¶ Localiter, adv. idem. Tertull. de Pallio c. 2 *Mutat & nunc localiter habitus, cum ſitus lædit, &c.* Et Ammian. 19, 12 *Localiter appellatus,* nach dem ort. conf. Claud. Mamert. 3, 3.

¶ Lŏcālitas, *ātis,* f. neceſſaria corporis affectio, die örtlichkeit. vid. Claud. Mamert. de Statu an. 3, 3, & 4.

¶ Lŏco, *avi, atum, are,* conſtituere, ſetzen, ſtellen; ut, *Fundamenta locant alii,* ſie legen den grund, Virgil. Æneid. 1, 432. Et Plinius 36, 14 *Fundamenta inſtabili loco locare.* ¶ 2. Sed, *Locare agrum, fundum,* ein guth austhun, oder vermiethen, verdingen; *Locare agrum frumento,* Liv. 27, 2. Sic, *Marmora ſecanda locare,* Hor. 2 od. 18, 17. *Beneficium locare apud gratos,* Liv. 7, 20 dankbaren leuten gutes thun. *Operam ſuam locare alicui,* Gell. 3, 3 *Locare filiam,* Terent. Phorm. 4, 3, 41. & 5, 1, 26 pro in matrimonium dare. *Locare mentem, operam, tempus in aliquid,* leguntur apud Tullium & alios, ſed *virtutem locare,* quod vulgo legitur apud Tullium de Amicit. extr. non meminiſſe ait Grævius, quemquam dixiſſe, nec, quo ſenſu dici poſſit, niſi addatur res, in quam locetur virtus, videre, veretur, ne ex litterarum trajectione labes orta ſit, quæ hunc locum fœdarit: legendum denique ſuſpicatur *ita virtutem colatis.* Quomodo differant apud ICtos *locare & conducere* docet Cujac. Obſ. 2, 28. Nimirum *locare* eſt rem utendam vel faciendam dare, *conducere* autem accipere.

¶ Locātus, *a, um,* geſtellt, geſetzt. Cic. de Clar. Orat. c. 57 *Membra ſuo quæque loco locata.* Lucret. 3, 610 *Anima in certa regione locata.* Et Ennius apud Cic. Off. 2, 18 *Benefacta male locata, malefacta arbitror,* übel angewandt.

¶ Locatim, adv. per loca ſ. pagos. Val. Max. 5, 35 de Theſeo, *Ille locatim diſperſos cives ſuos in unam urbem contraxit,* quam lectionem defendit Grævius ad Cic. Att. 7, 3 p. 673. oſtenditque, ipſum Ciceronem, qui *locum* ab *oppido* ibi diſtinguit, *Loca* intelligere δήμους, κώμας, κατοικίας, χώρας, χωρία, orter, flecken.

¶ Locatio, *ōnis,* f. die vermiethung, pacht, eſt quâ alteri rem certo pretio utendam aut faciendam damus. Cic. Att. 1, 17 *Ut inducerentur locatio poſtulaverunt,* hoc eſt, deleretur, aut minueretur. ¶ 2. Collocatio, die ordnung. Quint. 9, 4 *Amphibolian fieri vitioſa verborum locatione.*

¶ Locātor, *ōris,* m. qui locat; ut, *Locator fundi,* l. 35 Dig. Locati conduct. *operis,* ibid. l. 36. *Domus faciendæ,* ibid. l. 60 § 3, der verdinget. Et, *Locator funeris,* Plin. 7, 52. Quibus *Conductor* opponitur, qui rem vel opus faciendum accipit: qui interdum vocatur *Redemptor,* cum opus faciendum in ſe recipit, vide Leges cit. Vitruv. 1, 1 *Ut legibus ſcribendis prudentia caveri poſſit & locatori & conductori,* h. e. qui dat ædificandam, & qui ſuſcipit.

¶ Locārius, *i,* m. idem. Martial. 5 epigr. 25 *Hermes divitiæ locariorum.*

¶ Locarium, *i,* n. merces, quæ datur in ſtabulo & tabernâ, pro loco ubi conſiſtant. Varro de L. L. 4, 2, mieth-ſtand, ſtall-geld.

¶ Lŏcĭto,

¶ Lŏcito, *are*, frequent. ausleihen. Ter. Adelph. 5, 8, 26 *Agelli hic sub urbe est paullulum, quod locites foris.*

¶ Locābilis, *e.* Vnde

¶ Inlocābilis, *e*, das man nicht unterbringen kan. Varro L. L. 4, 2, ex Plaut. Aul. 2, 2, 10 *Inlocabilis filia, cassa dote.*

¶ Locātarius, *i*, m. qui domum, aut fundum, aliudve in locationem conducit, ein pachter, miethmann, ICti.

¶ Locatītius, *a, um*, vermiethet, verpachtet. Gloss. Ver *Locatitius, μισθώσιμος.* Salvianus epist. 1 *Mercenario victum quæritans, uxoribus barbarorum locatitias manus subdit.* Et Sidon. 6 epist. 8 *Mercenariis prosecutionibus & locatitia fatigatione.*

Composita:

¶ Ablŏco, *are*, vermiethen. Suet. Vitell. c. 7 *Domum in reliquam partem anni ablocare*, i. e. alteri locare.

¶ Collŏco, *avi, atum, are*, ordnen, stellen; ut, *Suo quidque loco collocare*, Cic. de Orat. 1, 35. *Collocare legionem in aliquo loco*, Cæs. de B. G. 3, 1, & sæpe alias. Et, *Collocare rem militarem*, i. e. ordinare, Cic. fam. 2, 13. *In lecto illum collocant*, Ter. Eun. 3, 5, 45, sie bringen sie zu bette. *Collocare in tuto*, Cic. de Arusp. resp. c. 25, in sicherheit bringen. *Collocare beneficium apud aliquem*, Idem pro Cæcin. c. 5, metaph. Proprie enim dicimus *Pecuniam collocare*, geld anlegen, austhun, auf zinse verleihen. Cic. ibid. c. 4 *Cavavit, ut in eo fundo dos collocaretur*, i. e. pecunia dotis data: alia ibid. habet exempla. Suet. Aug. c. 9 *Notavit aliquos, quod pecunias levioribus usuris mutuati, graviore fœnore collocassent.* Et, *Collocare insidias alicui*, Cic. pro Mil. c. 10, auf einen lauren, einem nachstellen. Sic, *Collocare in matrimonium filiam*, Cic. 1 Div. 1, 46. *Collocare nuptum & nuptui*, Cæs. B. Gall. 1, 18, verheyrathen, ausstatten, quod & absolute *collocare* dicunt: Nepos 3, 3, 3 *Quæ factum est, ut filiæ de communi ærario dotibus datis collocarentur.* Similiter locutus est 15, 3, 5; & 25, 19, 4. Suet. Cæs. c. 21 *Suam Iuliam Cn. Pompejo collocavit.* Ita & Claudio c. 27. Et, *Studium suum in doctrina ac sapientia collocare*, Cic. ad Q. fratr. 1, 1, 10, seinen fleiß anwenden. *Collocare spem suam in aliquo*, Hirtius B. Alex. c. 29. Et, *Horas male collocare*, übel anlegen, Martial. 1 epigr. 184. *Cum senex sis, tunc in otium te colloces*, im alter begieb dich zur ruhe, Plaut. Merc. 3, 2, 7. ¶ 2. Peculiariter Tacitus An. 6, 27 *De cujus moderatione atque sapientia in prioribus libris satis collocavi*, i. e. exposui, in loco dixi.

¶ Collocātus, *a, um*, gestellt, geordnet, angeleat. Cic. pro L. Manil. c. 7 *Homines navi & industrii partim in Asia negotiantur: partim suas & aliorum in ea provincia pecunias magnas collocatas habent.* Idem de Orat. 1, 35 *Signis propalam collocatis.* Et mox c. 43 *Posita ante oculos, collocata in usu quotidiano.* Idem ibid. 24 & 32. *Verba collocata & copulata simplicibus opponit.* Conf. Menck. Obfervat. L. L.

¶ Collocatio, *ōnis*, f. die ausstattung; ut, *Collocatio filiæ*, Cic. pro Cluent. c. 56 extr. Sed *Ordo & collocatio argumentorum*, Idem de Orat. 2, 42 extr. die ordnung und stellung. Et Vitruv. 5, 3 *Collocationes mœnium.*

¶ Delocatio, *ōnis*, f. id est, luxatio, die verrenckung; ut, *Delocatio articulorum*, Cæl. Aurel. Tard. 2, 1.

¶ Dislŏco, *are*, loco & sede movere, versetzen, von einem ort zum andern. Hinc

¶ Dislocensis, *e*: ut, *Genus purpuræ dislocense, id est vario soli genere pastum*, Plinius 9, 37. al. *Dialutense.* vide Salmas. ad Solin. p. 797.

¶ Elŏco, *are*, est gentem aliquam tributariam facere, quod tributa seu vectigalia olim elocari solebant. Cic. pro Flacco c. 28 extr. *Quam cara illa gens* (Iudæorum) *diis immortalibus esset, docuit, quod est victa, quod elocata, quod servata.* vid. ad h. l. Grævius. *Elocare fundum* idem quod locare, verpachten, Cic. Verr. 3, 22. Sic, *Boves elocare*, Colum. 1, 7, vieh um zins austhun.

¶ Elocātus, *a, um*, vide ex Cic. in *Eloco.*

¶ Interlŏco, *are*, darzwischen stellen, Mela 2, 1.

¶ Oblŏco, *are*, idem quod locare, elocare, verdingen. Iustin. 11, 19, 9 *Operam oblocare ad puteos exhauriendos.*

¶ Oblocātus, *a, um*, verdungen. Suet. Cæs. c. 26 *Quæ ad epulum pertinebant, macellariis oblocata.*

¶ Prælŏco, *are*, voransetzen. Mart. Capella 5 p. 170 *Si pro trochæo penultimo Spondæum prælocaveris.* Augustin. de Genesi ad lit. 7, 17 *Sensus in sola facie prælocati sunt*, h. e. in anteriori parte.

¶ Reloco, *are*, wieder dingen. Vlpian. Lege 13 § 10 ff. Locati conducti: *Si lege operis locandi comprehensum esset, ut, si ad diem effectum non esset, relocare id liceret, &c.*

LŌCVSTA, *æ*, f. ἀκρὶς, eine heuschrecke. Earum multitudine & terram, & solem obumbratum scribit Plinius 11, 29. Earum appulsum fames comitatur & pestis, si computruerint. vid. Dausquejus ad Q. Calabrum p. 52, 53, 54. Tac. Ann. 15, 5, 4 *Exorta vis locustarum.* Alcim. 5, 188 *Brucbus & excusso confidens ore locusta.* Proverb. *Prius locusta pariet Lucam bovem*, vid. in *Luca.* De esu locustarum Bochart. Hieroz. 2, 4, 7. ¶ 2. *Locustæ* piscium sive lacertorum genus, de quo Plin. 9, 30; & 32, 11; Cels. 2, 28; Suet. Tib. c. 60. Gloss. *Locusta κάραβος.* vid. Interpretes Petron. c. 35 p. 149. Burm. & Non. de re cibar. 3, 36. ¶ 3. *Locusta* mulier veneficii peritissima, Neroni grata, apud Tacitum Ann. 12, 66, 3; & 13, 15, 5. conf. & Iuvenal. 1, 71.

Locutio, locutor, &c. vide *Loquor.*

¶ LŌDIX, *icis*, f. ein leintlach oder deckbette. Iuvenal. 7, 66 *Magnæ mentis opus, nec de lodice paranda.* Martial. 14 epigr. 152 *Lodices mittet docti tibi terra Catulli. Hos lodices, quanquam Pollio dixerit, non jam licere*, sait Quintil. 1, 6 extr.

¶ Lōdicŭla, *æ*, f. diminut. Suet. Aug. c. 83 *Lodicula involutus.*

LOEDORIA, *æ*, f. λοιδορία. Latine scribitur in quibusdam libris Macrob. Sat. 7, 3 *Lœdoriam esse exprobrationem ad directam* (f. directam ad) *contumeliam.*

LOEMODES, *is*, f. λοιμώδης, species luis pestilens volucri velocitate letalis, Ammian. Marcell 19, 4.

Logarium, Logica, Logodædalus, &c. vide in seq. *Logus.*

LŌGVS, vel Logos, *i*, m. latina enim litteratura scripserunt Λόγος, Græcis multa significat: ut, *verbum, sermonem, rationem, librum*, & in Iohanne, *personam Filii Dei.* ¶ 2. Ciceroni apud Nonium 1, 318; & Ter. Phorm. 3, 2, 8 *Logi*, dicta sunt ridicula, nugatoria, inepta & contemnenda, verba sine re, lächerliche worte oder reden, da nichts hinter ist. Sic Plaut. Stich. 1, 3, 68 *Logos ridiculos vendo.* In bonam tamen partem usus vocabulo isto Paulinus Iambo ad Cytherium v. 425 *Referensque paucos de tuis scriptis logos, Quasi labra melle adsperserit.* Nihil potius legendum *locos.* Hinc

¶ Logārium, *i*, n. λογάριον, ein register oder tax-buch der ausgaben. Chartæ ad ratiunculam paratæ, vel adversaria, quæ fiunt caussa describendi, quod quotidie in victualibus expendatur. Vsus est Vlpianus Lege 3 § 10 Dig. de Penu legata. Veteres dixerunt *diurnum.*

¶ Logēum, *i*, n. suggestum, ein predigtstuhl; item, pulpitum in scena, in qua chorus tragœdiarum & comœdiarum ceterique personam non habentes, fabulæ subserviebant; Vitruv. 5, 8. vid. Baldi Lex. Vitr. p. 67.

¶ Lŏgice, *es*, vel Logica, *æ*, f. λογική, Philosophiæ instrumentum est. Cic. de Fato c. 1 *Logice, quam rationem disserendi voco*, die kunst zu disputiren, die vernunft-lehre. *Docet enim Logica in pluribus generibus quæstionum, quemadmodum disputando vera & falsa dijudicentur*, &c. Isidor. 2 c. 22 & 24.

¶ Logica, *ōrum*, n. pl. λογικά, Cicero vocat disputationes subtiliores, subtile gedancken und gespräche, Tusc. 4, 14.

¶ Logicus, *i*, m. qui Logicam docet, vel qui in rebus rationem adjungit. vid. Isidor. 8, 6. Sidon. 15, 101 *Physica vel Logice, Logicum vel mittit ad ethos.*

¶ Logion, *i*, n. λόγιον, Græci oraculum vocant, præsertim soluta oratione editum: *χρησμὸν* enim nominant, quod carmine respondebatur. vid. Rhodig. 7, 6.

¶ Lŏgista, *æ*, m. λογιστής, rationalis, qui reddendis rationibus præest, ein rentmeister. Hoc vocabulum apud ICtos reperitur. In veteri Inscriptione Hispanica: LOGISTAE CIVITATI SPLENDIDISSIMAE NICOMEDENSIVM, *&c.*

¶ Logistĭce, *es*, f. λογιστική, ars ipsa computatoria, die rechen-kunst. vid. Voss. de Scient. Mathem. p. 76.

¶ Logarithmus, *i*, m. λογάριθμος, genus numeri artificialis. vide Casp. Schotti Curs. Mathem. p. 588.

¶ Logarithmĭca, *æ*, f. λογαριθμική, ars tractandi logarithmos.

¶ Logempŏrus, *i*, m. λογέμπορος, qui præter verba nihil affert; qualis Hermodorus, de quo supra vid. Erasmi Adag.

¶ Logistŏrĭcum, *i*, n. λογιστορικόν, titulus fuit libri cujusdam Varronis sermones & historias continentis, quem Gellius citat 4, 19, a λόγος & ἱστορία.

¶ Lŏgŏdædălus, *i*, m. orator versutus, ein wort-künstler, Λογοδαίδαλον, Socrates dixit, qui inanem verborum ornatum, non rerum pondera sectantur: vide Ciceronem in Orat. c. 12.

¶ Logodædalia, *æ*, f. λογοδαιδαλία, ingeniosa vel nimis operosa sermonis elaboratio, die wort-künsteley. Ausonius Idyll. 12 in Grammaticomastige pr. *E logodædalia strides modo qui nimium trux.* Idem epist. 14, 26 græce in græco versu posuit.

¶ Logographus, *i*, m. rationarius, qui libros rationum scribit, ein buchhalter; quique in tabulas publicas refert, quæ ad rempublicam pertinent, ein stadt-schreiber. vid. Cod. lib. 10 t. 69 de Tabulariis, scribis, logographis, &c. Et Dig. lib. ult. t. 4 l. 18 § 10.

¶ Logomăchia, *æ*, f. λογομαχία, pugna de verbis, ein wort-streit.

¶ Logopœus, *i*, m. λογοποιός, idem qui Mythographus, & qui falso commiscitur, ein fabel-hans, zeitungs-macher. Talem Æsopum dici inaudimus. vid. Rhodig. 8, 47. Plutarchus in Nicia tonsorem scribit ab Athenienſibus ad rotam alligatum velut λογοποιόν, quod temere nunciasset cladem Siculam a peregrino in tonstrina exceptam.

Composita a *Logus* ab initio:

¶ Alŏgia, *æ*, f. ἀλογία Græcis ea pars animi, quæ rationis expers est, unvernunfft, tumheit. In Latium traduxit Seneca ludo de morte Claudii, & *alogias* pro stultiloquiis, ineptiis posuit. *Citius*, inquit, *mihi verum, ne tibi alogias excutiam.* Augustinus invectus in bestialem luxuriam, epist. 86 ad Casulanum presbyterum: *Quid est*, inquit, *alogia, quod verbum Græca lingua usurpatum est, nisi cum epulis indulgetur, ut a rationis tramite devietur?* ¶ 2. ICtis *Alogia* est remissio reddendarum rationum facta a principe, die erlassung rechnung abzulegen.

¶ Alogista, *æ*, m. ἀλογιστὴς, qui non tenetur rationem reddere, der nicht darf rechnung thun, l. 5 §§ 5 ff. de admin. tutel.

¶ Alŏgus, *a, um*, ἄλογος, irrationalis, vernunfftlos, unrichtig; ut, *Lineæ alogæ, spatia aloga, pedes alogi*, Mart. Capella lib. 6 p. 232; & lib. 9 p. 321 & 329.

¶ Amphibologia, *æ*, f. ἀμφιβολογία pro ἀμφιβολολογία, ex ἀμφίβολος *anceps* & λόγος *sermo*, est ambiguitas sermonis, eine zweiffelhaffte rede. vid. Mart. Capell. lib. 5 p. 149. Figura est eadem quæ *Amphibolia*, de qua supra sub *Bole.* conf. & Cic. de Divin. 2, 56.

¶ Analŏgia, *æ*, f. ἀναλογία, quid sit, Quintilianus explicat 1, 6. *Consuetudo*, inquit, *certissima loquendi magistra; utendumque plane sermone ut nummo, cui publica forma est. Omnia tamen hæc exigunt acre judicium, in analogia præcipue, quam proxime ex Græco transferentes in Latinum, proportionem vocaverunt. Ejus hæc vis est, ut id, quod dubium est, ad aliquid simile, de quo non quæritur, referat, ut incertæ certis probet.* Quamobrem & *comparationem* dici posse *analogiam* Cicero statuit de Vniverſ. c. 4 extr. itemque *similitudinem* Tusc. 1, 32 appellavit, eine gleichheit, einhelligkeit, gleichförmigkeit, ähnlichkeit. Et aliquando post Fabius inquit: *Non cum primum fingerentur*

geruntur homines, analogia demissa cœlo formam loquendi dedit, sed inventa est postquam loquebantur, & notatum in sermone, quid quomodo caderet: itaque non ratione nititur, sed exemplo, nec lex est loquendi, sed observatio, ut ipsam analogiam nulla res alia fecerit, quam consuetudo. De Analogia vide & Senec. epist. 120. ¶ 2. Erasmus *congruentiam rei ad aliquid relatæ* analogiam dixit: veluti cum dicimus: *Cicada magnas habet alas pro proportione corporis:* nam parvæ sunt, si ad alas conferantur papilionum. *Analogiam* autem Vitruvius 3, 1 etiam *proportionem* vertit. Ciceronem procul dubio secutus, cujus verba de Universo c. 4 hæc sunt; *Qui Græce Analogia, Latine comparatio proportiove dici potest.* Atqui *analogia* proportio revera non est, sed proportionum (quas Græci λόγους appellant) similitudo seu comparatio, quod ex Euclide Bernardinus Baldus observat. Manilius *ἀναλογίας Responsus* dixit lib. 3, 71. Itaque ¶ 3. Est & Mathematicorum *analogia*, cum numeri duo aut plures, item magnitudines inter se comparantur, ad similitudinem secundæ comparationis, juxta æqualitatem, vel inæqualitatem; si dicas: *Sicut se habent quatuor ad duo, sic octo ad quatuor. Et quanto longior est pes Herculanus alterius alicujus pede, tanto item stadium, Herculano pede sexcenties commensum, longius est eo stadio, quod alterius pede transmissum est.*

¶ Ἀνάλογος, *a, um*, consentaneus, proportioni respondens, einhellig, gleichförmig. Philosophis & Grammaticis usurpatur, & Germanicum ähnlich Græcorum *ἀνάλογον* esse videtur.

¶ Analogicus, *a, um*, ἀναλογικός, idem; ut, *Libri analogici*, nempe Cæsaris, apud Gellium 4, 16. *Senarius analogicus*, Mart. Capell. 7 p. 240.

¶ Aneclogistus, *i*, m. ἀνεκλόγιστος, liber & solutus a ratione reddenda, frey vom rechnung thun; ut, *Tutores aneclogisti*, l. 5 § 7 ff. de admin. tutor.

¶ Antelogium, *i*, n. vox neque plane latina, neque plane græca, pro eo quod proœmium, die vorrede. Plaut. Men. prol. v. 13 *Huic argumento antelogium hoc fuit.* conf. Auson. præf. epist. 16. Muret. V. L. 3, 13.

¶ Antilogia, ἀντιλογία, græc. contradictio, der wiederspruch.

¶ Apŏlŏgia, *æ*, i. ἀπολογία, defensio sui, vel facti sui, eine verantwortung, schutzrede, ἀπὸ ἀπολογέομαι. vid. Apulej. in Apologia p. 119. Plat. in ep. 1 πρὸς δύο διαβολάς, ὅτι δὴ ποτ' ἔσχεν τὰς ἀπολογίας, hoc est, *adversus duas calumnias duplicem defensionem.* Cur defensiones *Apologiæ* dictæ, vide apud Scalig. lib. 3 Poët. c. 83.

¶ Apolŏgēticus, *a, um*, die vertheidigung betreffend; quamquam & *Apologeticus* & *Apologeticum* absolute, & substantivorum forma invenias: ubi vel liber vel scriptum subintelligendum est. Qua forma, & *Panegyricus* quoque & *Panegyricum* dicitur: ut & *Satyricum.* Sic Tertullianus librum, quo Christianorum tuetur causam, *Apologeticum* inscripsit. Exstat & B. Hieronymi *Apologeticon* ad Domnionem. Idem Epist. ad Pammach. alterius sui Apologetici meminit pro libris adversus Iovinianum. Epist. ad Magnum Orator. Rom. Aristidis *Apologeticum pro Christianis* idem commemorat.

¶ Apologismus, *i*, m. ἀπολογισμός, defensio, die vertheidigung, Cic. Att. 16, 7.

¶ Apologus, *i*, m. ἀπόλογος, ὄνος, Hesiodo fabula, in qua animalibus brutis sermo & actiones tribuuntur, ein gedicht, mährlein. Scaliger Poët. 3, 83 *Videtur*, inquit, *Apologus genus esse ad ὄνον & μῦθον. Est autem Apologus narratio ficta de re quapiam cum attributione πάθους aut ἤθους, vel cum oratione, vel sine: ut ex ea aliquid ad humanæ commoda designetur*, &c. De eorum utilitate Voss. Instit. Orat. 4 p. 200; Rupert. ad Florum p. 288. Plaut. Stich. 4, 1, 32 *Apologum unum agere volo.* Cic. de Orat. 2, 66 *Narrationes apologorum.* Adde Auct. ad Herenn. 1, 12; Quintil. 5, 11.

¶ Apologatio, *onis*, f. idem: sed vulgi vocabulum: nec satis receptum, ut Quintil. indicat 5, 11.

¶ Apologo, *are*, i. e. rejicere, repudiare, ex Græco ἀπολέγειν, idem vulgi verbum & fordidum: quo tamen usus Seneca est epist. 47, *Ipse*, inquit, *illum invitum apologavit.* Vide Lipsium.

Aretologus, vide supra in A.

¶ Catalogus, *i*, m. κατάλογος, rei, quæ exponitur ordo, enumeratio, das register, die erzehlung. Sic, κατάλογον *loqui*, est ordine loqui, Plaut. Mil. 3, 1, 9. Alioqui *Catalogus* vox castrensis est, & notat consignationem eorum, qui stipendia merent, die rolle. vide Alex. ab Alex. 1, 20. Auson. Iliad. 2 *Sequitur enumeratio copiarum virilium, ex per catalogi seriem similes, naves, duces, patriæ referantur.* Quæ *divisiones catalogorum* sit apud Virgilium & Homerum, docet Macrobius Sat. 5, 15.

¶ Decălogus, *i*, m. δεκάλογος, decem Dei præcepta, die zehen gebot. Exod 34, 28; Deut. 4, 13. v. Tertull. de Anima c. 37.

¶ Dialogus, *i*, m. διάλογος, disputatio, ein gespräch. Cic. fam. 1, 9 *Scripsi tres libros in disputatione & dialogo*, ich habe drey bücher gesprächweis beschrieben. Sic libri omnes Platonis dialogorum forma scripti sunt. Utrumque & *dialectica* & *dialogus* a διαλέγεσθαι dictum est. Proprium Philosophorum *Dialogum* fuisse Lucianus auctor est. Apul. 2 Florid. *Poëmata omne genus apta virgæ, lyræ, soccо, coturno: item Satyras ac gryphos; Item historias varias verum, nec non orationes luculentas disertis, nec non dialogos laudatos Philosophis.* Vide & Scalig. Poët. 1, 3. De artificio eorum Himmerius apud Photium, & Sturmius part. Dialect. 4, 18 agunt. Est & peculiaris liber *de Dialogo* a Carolo Sigonio erudite ac eleganter scriptus ac editus: ex quo Dialogorum ratio hauriri egregie potest. Phavorinus apud Diogenem Laërtium in vita Platonis auctor est, Platonem primum introduxisse Dialogos. Quod ita intelligendum est, non quod ante Platonem nulli omnino Dialogi fuerint, sed quod rudes & impoliti illi fuerint: ut itaque Plato primus illis elegantiam ac perfectionem adderit. Sane Laërtius cum attulisset alios quoque scripsisse Dialogos, denique subjungit: *Cæterum Plato, meo quidem judicio, id genus* (Dialogos) *expolivit adhuc alioqui rudes atque perfecit.* Vide & Achenæum lib. 11. ¶ 2. *Dialogus* cognomen Gregorii II. qui vixit A. C. 726, quod ille, ut Cedrenus ait, ob suas lucubrationes est adeptus.

¶ Dialogismus, *i*, m. διαλογισμός, sermocinatio, schema est seu figura sententiæ, qua personæ alicui, quæ per narrationem introducitur, sermo tribuitur. Vide libellos de Schematibus.

¶ Dialogista, *æ*, m. διαλογιστής, artis differendi peritus, ein redner. Vulcat. Gallicanus in Cassio c. 3 *Nec defuere, qui illum Catilinam vocarent, quum & ipse se ita gauderet appellari, addens futurum se Sergium, si dialogistam occidisset, Antonium hoc nomine significans.* conf. Cæl. Rhodig. 7, 30.

¶ Dilŏgia, *æ*, f. διλογία, eine zweydeutige rede. Asconius in 2 Verr. Cic.

¶ Ēlogium, *i*, n. pro *Ellogium*, a gr. ἑλλόγιον, unde Romani, ne geminata esset littera, fecerunt *Elogium*; Tametsi aliqui putent esse ex Latino E & Græco λόγος. Generatim autem ita dicitur brevis expositio, inscriptio, titulus, qui tabulæ, testamenti, statuæ vel sepulchri causam indicat, die furtze anspräche, der titel, die überschrifft. Est enim testificatio de aliquo sive honoris sive vituperationis gratia. Vitur Cicero, tum alibi, tum in Catone majore c. 20 *Solonis sapientis elogium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum lamentisque vacare*, hoc est, suæ sententiæ in sepulcrali titulo expositio. Ita idem Tusc. 1, 14 *Quid ipsa sepulcrorum monumenta, quid elogia significant?* Vide Vallam 4, 66. Præcipue Scaligerum ad illud Culicis Maroniani in f. *Tum fronte locatur Elogium.* Suet. Calig. c. 24 extr. *Sed & tres gladios in necem suam præparatos Marti ultori, addito elogio, consecravit.* Vide ibi Torrentium & Casaubonum; & hunc ad Cæsarem quoque p. 30, ubi originem vocis aperit; itemque Pignorium in Mistell. & infra in *Titulus. Consortum elogium* pro nota, decl. in Sall. 6 f. 25 vid. quos hic laudat Cort. Pro famoso carmine usurpat Plaut. Merc. 2, 3, 74 *Impleantur meæ fores elogiorum carbonibus*, mit pasquillen. conf Parei Lex. Crit. p. 409.

¶ Elogio, *are*, benennen, tituliren. Cæl. Aurel. Tard. 5, 4, 66 *Signa elogiavimus.*

¶ Elogiātus, *a, um*, benennet, ausgesprochen. Cæl. Aurel. Tard. 2, 1 *Nomina specialiter elogiata*, i. e. imposita, attributa.

¶ Ecloga, *æ*, f. ἐκλογή, explanatio, narratio, colloquium, & poemation imitativum aliunde expressum, speciatim in quo pastores introducuntur, qualia sunt Virgilii & Theocriti pleræque, ein hirtengespräch. Sed & Horatiana carmina omnia v. g. Baxterus vocat eclogas, q. d. electa de pluribus ineditis carmina. ¶ 2. Item excerptum aliquod & portio justi operis.

¶ Eclogārius, *i*, m. qui ex libro lecto celeriter excipiebat observatu maxime digna, Cic. Att. 16, 12.

¶ Eclogarium, *i*, n. breviarium, ein auszug. Ita Ausonius vocat partem quandam sui operis.

¶ Epilŏgus, *i*, m. ἐπίλογος, conclusio, peroratio, der schluß. Auct. ad Herenn. 2, 30 *Conclusiones, quæ apud Græcos ἐπίλογοι nominantur, tripartitæ: nam constant ex enumeratione, amplificatione, & commiseratione.* Et Cic. de Orat. 2, 69 *Orator in epilogo misericordiam movet.* Dicitur ἐπίλογος, ut ἐπίμετρον, ἐπίκυκλος, ἐπῳδός.

¶ Eulogia, *æ*, f. εὐλογία, probabilis convenientia, apud Cic. Att. 13, 22.

¶ Eulogus, *i*, m. rationabilis, vernunfft- mäßig, wahrscheinlich. Sic εὔλογον est probabile, rationi consentaneum, apud Cic. Attic. 13, 6 & 7 & 33, & 14, 22. & εὐλογώτατον, Att. 13, 6. Adde Martial. 6 epigr. 8.

¶ Eulogius, *i*, m. libertus Q. Vitellii sub Augusto Cæsare scripsit libellum de Stemmate gentis Vitelliæ, eandem a Fauno Aboriginum rege arcessens, v. Suet. Vitell. c. 1. ¶ 2. *Eulogius* martyr, de quo Prudentius Perist. Hymno 6.

Hysterologia, Palilogia, vide suis locis in H. & P.

¶ Paralogus, *i*, m. absurdus, rationi dissentaneus, ungereimt. Παράλογον Gellio est *inopinabile.* Hinc

¶ Paralogia, *æ*, f. παραλογία, deceptio, betrug, falschheit. Frontin. de Colon. p. 270.

¶ Paralogismus, *i*, m. παραλογισμός, fallax conclusio, eine falsche betrügliche schlußrede.

¶ Paromologia, παρομολογία, schema Concessio, cum multa adversario permittimus, unum tantum excusamus factum: vel cum interroganti per confessionem quandam respondemus, ut: *Esto, fane feveris aliquando amicus, unâ militaveris, sint aliqua tua in eum beneficia, quid tum? An non potuit dissilire gratia?* id. *Occidisti Clodium Milo? occidi; sed insidiatorem, & everſorem Reipublicæ.* vid. libellos de Schematibus.

Philologia, Philologus, vide infra in P.

¶ Prologus, *i*, m. πρόλογος, præfatio, die vorrede. In prologis vel poëta aut fabula commendatur, vel adversariis respondetur, vel fabulæ argumentum exponitur, vel hæc omnia fiunt promiscue. Species enim prologi sunt: συστατικός, *commendatitius*, ἀναφορικός, *relativus*, ὑποθετικός, *argumentum narrans*, & μικτός, i. e. *mistus. Prologos scribere*, Ter. Andr. prol. v. 5. *Non debet prologus enormior esse quam fabula*, Spartian. Ælio Vero c. 1. ¶ 2. Est & *Prologus* is, qui prologum recitat, der vorredner. Ter. Heaut. prol. v. 11 *Oratorem voluit esse me, non prologum.*

¶ Prologium, *i*, n. πρόλογιον, proloquium, die vorrede. Pacuvius apud Festum: *Quid est? nam me examinasti prologio tuo.*

¶ Pseudologus, *i*, ψευδολόγος, mendax, qui falsa loquitur, ein lügenredner. 1 Tim. 4, 2.

¶ Syllŏge, *es*, f. συλλογή, collectio, die zusammenfassung.

¶ Syllogus, *i*, m. σύλλογος, conventus, concilium, die zusammenkunfft. Cic. Att. 13, 32 *Auditisti fane ad illum σύλλογον personam itemeam.*

¶ Syllŏgizo, *are*, συλλογίζεσθαι, ratiocinari, subducta ratione colligere, schliessen, den schluß machen, apud Quintilianum esse dicunt.

¶ Syllogismus, *i*, m. συλλογισμός, ratiocinatio, argumentum, eine schlußrede, a συλλογίζομαι, *ratiocinor.* Arithmeticorum vox est: quia ut, cum putamus rationes, primo æra singula notamus, inde summam subducimus: sic argumentatio hæc e duobus pronunciatis colligit tertium. ¶ 2. Ab Aristotele conclusio *Syllogismi* nomine non raro signatur, quia pars ejus potissima est. In quantum oratoriæ consi-

deratio.

derationis eſt. vid. Quintil. 3, 7; & 5, 10 & 14; & inprimis 7, 8; & Sen. epiſt. 108. Adde Gellium 15, 26; Sidon. 4, 3; & 9, 9; item Tertull. de Præſcript. c. 5.

¶ Syllogiſticus, *a, um.* Quintil. 5, 10 *Cicero ſtatum ſyllogiſticum ratiocinativum appellat.*

¶ Syllogiſmaticus, *a, um,* idem. Fulgent. 1 Myth. *Ariſtotelis ſyllogiſmaticum verbiloquium.*

¶ Tautologia, *æ,* f. ταυτολογία, ejusdem dictionis aut ſermonis ſupervacua iteratio. Virg. Æn. 1, 546 *Si fata virum ſervant, ſi veſcitur aurâ Æthereâ, neque adhuc crudelibus occubat umbris.*

¶ Tautŏlŏgus, *i,* m. ταυτόλογος, qui utitur tautologia.

Theologia, Theologus, vide infra in T.

LOLA, *æ,* f. pro oleo Apicius 2, 2 *Lolæ floris* lib. 1. Sed ex antiquo exemplari potius legendum *olei floris.*

LOLĪGO, *ĭnis,* f. piſcis, Græcis τευθὸς & τευθὶς, ein blackfiſch, ab humore atramento ſimili, quo languinis loco utitur. Atramentum enim Germani ac Saxones fere, black, vocant. *Sepia,* ein breiter blackfiſch. *Polypus,* ein blackfiſch mit füſſen. Geſnerus. Ovid. Hal. 129 *Nigrum nivco portans in corpore virus Loligo.* Add. Plin 9, 15. ¶ 2. Pro livore atque invidia uſus Horatius 1 ſat. 4, 100 *Hic nigræ ſuccus loliginis, hæc eſt Ærugo mera.*

¶ Loligiuncula, *æ,* f. diminut. fecit Plautus illud piſcis nomen, in Caſ. 2, 8, 57.

¶ LŎLIVM, *i,* n. ἄιρα, ſegetibus inimica, treſpen, oder luſch. vid. Dioſc. 2, 91. Virg. 1 Georg. v. 153 *Interque nitentia culta Infelix lolium & ſteriles dominantur avenæ.* ¶ 2. *Lolio victitare,* apud Plaut. Mil. 2, 3, 50 jocus proverbialis eſt in luſcioſos & cæcutientes, nicht wohl ſehen. *Lolio* enim vitium illud ineſt, ut caliginem oculis inducat. Ovid. 1 Faſt. v. 691 *Et careant loliis oculos vitiantibus agri.* Servius in Virg. ecl. 5 *Qui lolium manducant, cæcitatem patiuntur.*

¶ Loliāceus, *a, um,* von treſpen; ut, *Farina loliacea,* Varro de R. R. 3, 9.

¶ Loliārius, *a, um;* ut, *Cribrum loliarium,* Columella 8, 5.

¶ Loliētum, *i,* n. locus lolio obſitus, ein treſpen-feld. Gu. Brito Philipp. 5, 170 *Per Bajocarum lolieta, per arva Caletum.*

LŌMENTVM, *i,* n. λῶμα, farina fabacea, bohnen-mehl. Plin. 18, 12 *Inter legumina maximus honos &c. Lomentum appellatur farina ea.* Et metaphorice Cœlius ad Cic. fam. 8, 14 *Appio perſuaſum eſt, cenſuram lomentum aut nitrum eſſe.* Et Martial. 3 epigr. 42 *Lomento rugas uteri quid condere tentas?*

¶ Lomentārius, *i,* m. qui lomentum conficit. Gloſſ. gr. latin. σμηγματοπώλης, *lomentarius.*

LONCHĪTIS, *ĭdis,* f. λογχῖτις, herba foliis ſcolopendrio ſimilis, ſed quæ aſperiora ipſa habet, majoraque, ſpicanten, aroſſpicanten, ſteinfahren, quæ *Lonchitis* altera eſt & *aſpera* cognominatur. Duplex enim eſt, prior porri habet folia, ſed latiora, flores nigros ceu galericulos, ſchwartze kappen, pueri vocant, v. Dioſcor. 3, 152; & Plin. 25, 11.

LONDINIVM, *i,* n. Λονδίνιον, Prolem. al. Londinum, metropolis Angliæ, London, de qua urbe jam tum Tacitus ſcripſit Annal. 14, 33, 1 *Londinium cognomento quidem coloniæ non inſigne, ſed copia negotiatorum & commeatuum maxime celebre.*

LONGĂBO, *ōnis,* farciminis genus, quod longius, quam duo hila ut docet Varro de L. L. 4, 22, Vſus hac voce & Arnobius lib. 7 p. 229.

Longævitas, longævus, longanimus, &c. vide mox in *Longus,* & ſupra *Ævum.*

LONGĀNON, *ōnis,* maſc. inteſtinum rectum juxta anum excrementa emittens, κῶλον, der maſtdarm, Veget. 1, 42. ¶ 2. Item, farciminis genus, ut, *Longanones porcini,* Apicius 4, 2. conf. *Longabo.*

Longinquus, longitudo, &c. vide mox in *Longus.*

LONGOBARDI, *orum,* m. die Lombarder, populi, *quos vulgo ferunt nominatos a prolixa barba & nunquam tonſa,* dicente Iſidoro 9, 2. Alii a telo, quod *Alabardam* vocant, dictos volunt; vel quaſi *Lingobardos,* eo quod *Lingones* ex Germania & *Bardi* ex Gallia facta unione ad utramque Padi ripam ſedem fixerunt.

¶ Lombardia, *æ,* die Lombardie, pars Italiæ, olim Gallia ciſalpina.

LONGVS, *a, um,* porrectus, lang. *Longus pedes ſeptem,* Plin. 6, 34. *Agmen longum paſcitur per valles, &c.* Virg Æn. 1, 190. *Longa cum veſte ſacerdos,* ibid. 6, 645, ubi vide Taubm. *Iter longum,* Horat. 1 ſat. 5, 94, eine ferne reiſe. *Longi verſus,* Diomedi lib. 3 p. 493 ſunt epici, hexametri. Et, *Nimium longi ſumus in rebus apertiſſimis,* Cic. de Fin. 2, 27 pr. wir machen allzuviel worte, wir ſind weitläuftig, ꝛc. *Sed nolo eſſe longus,* Idem Nat. D. 1, 36, ich will es nicht lange machen. Et, *De omnibus longum eſt dicere,* Cic. Verr. 1, 60 formula præciſionis. *In longiorem diem conferre aliquid,* Cæſ. B. Gall. 1, 40, etwas weit hinaus ſchieben. *Longior oratio,* Idem 2, 21. *Longiſſimo agmine magnisque impedimentis,* ibid. 5, 31; & Iuvenalis 3, 284 *Comitum longiſſimus ordo.* ¶ 2. Eſt etiam diuturnum, mora moleſtum, langwierig. Ter. Andr. 5, 6, 13 *Memini atque adeo longum eſt, nos illum expectare, dum exeat.* Cic. fam. 11, 27 *Nihil ſibi longum fuiſſe, quam ut me videret.* Quin quodcunque tempus, licet breve, propter miſeriam aut moleſtiam longum videtur. Ita certe If. Voſſius explicat *longam ætatem Catulli* p. 304 itemque ap. Iuven. 6, 589 *longum annum* legit, ubi eſt in libris *aurum.* Add. Horat. ep. 1, 1, 20 *Vt nox longa, quibus mentitur amica, diesque Longa videtur opus debentibus, ut piger annus &c.* ¶ 3. *Longus homo,* ſtolidus eſt Catullo 68, 47; & Martiali *magnus* dictus 7 epigr. 99. Tales enim ſæpe ſunt, qui nimis proceri & vaſti. conf. Voſſ. Inſtit. Orat. 1 p. 73; & Taubm. Plaut. Mil. Glor. p. 852. ¶ 4. *Longus,* pro longinquo, entlegen. vid. Drakenb. ad Sil. 5, 9 it. 6, 628. Brouckh. ad Tib. 1, 4, 18.

¶ Longum, adverbialiter, in die länge, auf lange zeit. Claudian. de Raptu Proſerp. 2, 234 *Sis memor, ô longumque vale.* conf. Virg. ecl. 3, 79. Et, *Nec longum letabere,* i. e. diu, Virg. Æn. 10, 749. conf Plaut. Epid. 5, 1, 58; Pſeud. 2, 3, 21; & Perſ. 1, 3, 87.

¶ Longe, adv. procul, ferne, weit, lang; ut, *Longe amari vis eſt,* Ter. Eun. 3, 3, 13. *Non longe ab ædibus,* Cic. de Legib. 1, 1. Et Plaut. Caſ. 2, 6, 68 *Scin' tu rure eſſe ad villam longe?* Sic, *Longe abeſſe,* Cic. de Senect. c. 16. *Longe gentium abeſt,* id eſt, quam maxime longe, Idem ad Att. 6, 3. Et, *Longe lateque diffuſum,* hin und wieder zerſtreuet, Idem de Finibus 2, 34. Dicimus &, *longe doctior, longe doctiſſimus:* Horat. 1 ſat. 5, 3 *Græcorum longe doctiſſimus.* Et Cic. de Orat. 1, 11 *Princeps longe omnium in dicendo graviſſimus & eloquentiſſimus Plato.* Sic, *Longe aliter, longe ſecus,* weit oder viel anders, Cic. pro Domo c. 16 *Longe aliter, atque a me dicta ſunt, detulerunt.* Idem Partit. Orat. c. 5 *Omnia longe ſecus.* Id. fam. 14, 11 *Longe alia in fortuna eſt.* Et, *Longe ante videre venientia,* Idem Tuſc. 3, 14, lange zuvor, lange vorher. *Longe errare,* weit fehlen. Ter. Adelph. 1, 1, 40. Et, *Longius abire,* weiter gehen, *longius abeſſe,* etwas weit von hinnen ſeyn. *Longius prodire,* Cæſ. B. Gall. 1, 48. *Provinciæ longiſſime abſunt,* ibid. c. 1. Et, *Longiſſime abeſſe a vero,* Cic. Acad. 4, 11. ¶ 2. Virg. Æn. 12, 52 *Longe illi Dea mater erit,* id eſt, nihil proderit, nihil juvabit, ut longe eſſe videatur. Abſentes enim nihil opis poſſunt conferre. Plin. Paneg. c. 49 *Longeque tunc illi divinitas ſua.* Ita non ſemel & Florus uſus eſt: e. g. 2, 2, 8 *Longe illis nauticæ artes, &c.* Hinc Freinshem. in Indice ad Flor. mallet in Cæſ. B. G. 1, 36 *Longe iis* (pro *Longe ab his*) *fraternum P. R. nomen futurum.* Certe Daviſius, MS. uno & editis nonnullis fretus particulam *ab* omittendam judicat. vide Lipſium & Livinejum ad modo citatum Plinii locum: itemque Barthium ad Rutil. 1, 335. & quos laudat Drackenb. ad Sil. 17, 80. ¶ 3 *Longius,* diutius, länger hinaus. Virg Æn. 5, 461 *Procedere longius iras.*

¶ Longĭter pro *Longe,* Lucilius ap. Nonium 11, 49; Et Lucretius 3, 682 *Non, ut opinor, ea ab telo jam longiter errat.* Similiter alibi *Vniter* dixit. Et lib. 5, 133 *Sic animi natura nequit ſine corpore oriri Sola, neque a nervis, & ſanguine longiter eſſe.*

¶ Longulus, *a, um,* diminut. Cic. Attic. 16, 13 *Longulum ſane iter.*

¶ Longule, adverb. idem. Plaut. Menæch. prol. v. 64; & Ter. Heaut. 2, 2, 10 *Haud longule ex hoc loco.* Apul. Florid. 1 *Neque longule diſſita.*

¶ Longiuſculus, *a, um,* a *Longius* diminutivum. Cic. pro Archia c. 10 *Epigramma alternis verſibus longiuſculis.*

¶ Longiuſcule, adv. idem, apud Sidonium 8 epiſt. 11.

¶ Longĭtudo, *ĭnis,* f. die länge, weite, ferne; ut, *Longitudo itineris,* Cic. Phil. 9, 1; & *orationis,* Idem Partit. c. 17. Et, *Conſulere in longitudinem,* elegans apud Terentium locutio in Heaut. 5, 2, 10, bedencken wo es heut oder morgen hinaus will. ¶ 2. *Longitudo loci* apud Geographos eſt diſtantia graduum in Æquatore a primo meridiano; unde apparet, an locus ſit altero orientalior, vel occidentalior.

¶ Longitia, *æ,* f. idem. Occurrit apud agrimenſorem Innocentium edit. Gœſii p. 230 & 241. & Auct. de Limit. p. 271.

¶ Longiſco, *ĕre,* longum fieri, lang werden. Ennius apud Nonium 2, 506 *Neque corpora firma longiſcunt quicquam.* Idem: *Cum ſola eſt, eadem faciunt longiſcere longe.*

¶ Longo, *āre,* lang machen, längern. Fortunat. *Tempore longatur, ſed variatur amor.* Compoſita hujus verbi vide paullo poſt.

¶ Longŭrius, *i,* maſc. pertica longa, ein hebe-baum, eine ſtange, item: ein ſtand-baum; Varro R. R. 2, 7; & Cæſ. de B. G. 7, 84; & de B. C. 2, 11.

¶ Longurio, *ōnis,* m. homo longæ ſtaturæ, ein langer menſch. Varro apud Nonium 2, 484 *Qui, ante me eſt neſcio qui longurio.*

¶ Longinquus, *a, um,* remotus, diſtans, ferne, weit, entfernet. *Venire e longinquo,* Plin. 10, 42. Et, *Homo longinquus & alienigena,* Cic. pro Dejot. c. 3, id eſt, longe habitans: quemadmodum eidem Ciceroni *propinqui* appellantur, qui propius habitant. *Longinquiores civitates,* Cæſ. B. C. 1, 60. *Longinquæ provinciæ,* apud Tac. Hiſt. 1, 76. ¶ 2. *Longinquum tempus,* id eſt, longum, diuturnum. Nepos 2, 4, 4 *Qui ſi diſceſſiſſent, majore cum labore & longinquiore tempore bellum confecturum.* Similiter *longinquam oppugnationem* Cæſar dixit de B. Civ. 3, 80. Itemque Lucilius *Bene longinguum morbum, Bene,* id eſt, valde, eine langwierige krankheit. v. Brouckh. ad Propert. 1, 6, 27.

¶ Longinque, adverb. von weiten, in der ferne. Ennius apud Nonium 11, 49 *Annos multos longinquea domo bellum gerentes.* Compar. Gellius 1, 22 *Superſit, pro longinquius diutiusque adſit.*

¶ Longinquĭtas, *ātis,* f. temporis & loci, die länge der zeit, die entlegenheit der örter. *Nihil eſt, quod longinquitas temporis efficere non poſſit,* Cic. de Divinat. 1, 7, lange zeit vermag alles. Et Tuſc. 3, 16 *Eſt tarda illa quidem medicina, ſed tamen magna, quam affert longinquitas & dies.* Et pro Lege Manil. c. 9 de exercitu Romano in Aſia militante: *Nimia longinquitate locorum, ac deſiderio ſuorum commovebatur.* ¶ 2. Pro longitudine poſuit Gell. 1, 1 *Quanta longinquitas corporis ei menſuræ conveniret.*

¶ Longinquo, *āre,* entfernen, ferne wegtreiben. Claud. Mamert. 1, 1 *Deum a ſe longinquare.* Adde Tertull. de Pudicit. c. 5.

¶ Longiturnus, *a, um,* langwierig. Vulgat. Baruch. 4, 35 *Ignis ſuperveniet ei in longiturnis diebus.*

¶ Longitrorſus, adv. fernerweit; ſic dicitur ſicut dextrorſus, ſiniſtrorſus apud Feſtum.

¶ Longævus, *a, um,* alt, betagt; ut, *Longævi ſenes,* Virg. Æn. 5, 715. De vocis hujus ſignificatione diſputatur apud Gellium 2, 16. Virgilius diſſimulato etiam ſubſtantivo ſic loquitur Æn. 2, 525. *Sacra longævum in ſede locavit,* i. e. ſenem. Et Ovid. Met. 10, 462 *Cunctantem longæva manu deducit,* i. e. anus. Ciceroni quoque hanc vocem dat Lexicon Calepini, locumque citat ex Catone Maj c. 19

O miſerum ſenem, qui mortem contemnendam in tam longæva ætate non viderit. Verum in correctiſſimis quibusque libris, Gruteri, Grævii, Lambini, & aliis non *longæva* ibi eſt, ſed *longa*. Tacet hic & Nizolius. Sic Vulgo ex Val. Flacci 6, 118 *Longæva novalia* afferuntur, ubi *Lagea* N. Heinius reſtituit. v. in *Lagus*.

¶ Longævitas, *ātis*, f. groſſes alter. Macrob. Sat. 7, 5 *De longævitate eorum* (corvorum) *opinio fabulatur*. Et c. 10 *Liquor vitalis longævitate ſiccatus eſt*.

¶ Longanimus, *a, um*, langmüthig, a Theologis introductum hoc vocabulum, ut exprimerent μακρόθυμον, lenem, tardum ad iram, in ulciſcendo remiſſiorem. Iſidoro 10 lit. L. eſt *Longanimis, e*, qui nullis paſſionibus perturbatur, ſed ad univerſa ſuſtinenda patiens eſt, cui contrarius eſt *puſillanimis*.

¶ Longanimitas, *ātis*, f. μακροθυμία, die Langmuth, ejusdem cenſuræ eſt, ad uſus pertinens Theologorum, vid. Fulgent. epiſt. ad Venant.

¶ Longanimiter, adv. langmüthig, geduldig. Fulgent. epiſt. ad Venant. *Preſſuras longanimiter tolerare.*

¶ Longiſſimus, *a, um*, langſtieſſend. Eugenius Toletanus Carm. 25 *Ac ne longiſſimo grandeſcat epiſtola tractu.*

¶ Longiloquium, *i*, n. μακρολογία, eine lange rede, apud Irenæum.

¶ Longimanus, *i*, m. Langarm, Artaxerxes rex Perſarum ſic dictus, quod manum alteram haberet longiorem. ¶ 2. Alius *Longimanus*, ad quem nonnullas epiſtolas ſcripſit Symmachus; vid. 7 epiſt. 53 ſeqq.

¶ Longipes, *ĕdis*, longes habens pedes, langfüßig; ut, *Scarabæus longipes*, Plin. 30, 4.

Compoſita ab initio:

¶ Delonge, adv. von ferne. Vulg. Int. Ex. 20, 21; Deut. 29, 22.

¶ Elongo, *āre*, erlängern. In Gloſſario Cyrilli & Onomaſtico ita μακρύνω, & ἀφίστημι latine vertitur. Forum Rom. Plinio neſcio cui tribuit: *Quo maxime tempore dies elongantur.* ¶ 2 Removere, weit wegthun. Satisb. 7, 16 *A conſortio divinitatis aliquem removere & elongare.* Adde Fulgent. epiſt 4 ad Niob.

¶ Oblongus, *a, um*, faſt lang, länglich; ut; *Figura oblonga*, Plinius 37, 2. *Foramen oblongius*, Vitruv. 10, 17.

¶ Oblongulus, *a, um*, diminut. idem. Gellius 17, 9 *Surculi teretes, oblonguli.*

¶ Perlongus, *a, um*, ſehr lang. Cic. Att. 5, 20 *Perlonga & non ſatis tuta via.*

¶ Perlonge, adv. ſehr weit. Ter. Eun. 3, 5, 61 *Perlonge eſt: ſed tanto ocius properemus.*

¶ Perlonginquus, *a, um*, valde longinquus, ſehr ferne. Plaut. Bacch. 5, 2, 77 *Id quidem eſſe haud perlonginquum.*

¶ Prælongus, *a, um*, valde longus, ſehr lang; ut, *Homo prælongus*, Quintil. 6, 4. *Gladii prælongi*, Tac. Hiſt. 1, 79, 5. Et, *Prælongæ haſtæ*, Liv. 31, 39.

¶ Prælongo, *are*, länger machen. Plin. 11, 2 *Prælongavit pedum erura*, ſcil. natura inſectis.

¶ Prolongo, *are*, verlängern, weit ausſtrecken, eidem Plinio Lexicorum auctores tribuunt, qui lib. 13 c. 3 pr. dixerit: *Veſtes prolongant tempus:* ubi libris eſt *prorogant*. Eadem ratio eſt loci Senecæ de Benef. 5, 17 *Vt prolongetur tibi dies mortis.* Nam meliores libri: *Vt prorogetur &c.* Vſus tamen eo eſt Vulgatus Interpres Pſalm. 128 (ſec. Hebr. 129) v. 3 *Prolongaverunt iniquitatem ſuam.*

LŎPAS, *ădis*, f. λοπάς, Plauto videtur eſſe genus conchæ marinæ, in Rudente 2, 1, 8. conf. Nonius 17, 9, & Voſſ. Etym. in *Lepas* p. 285. Nam concha petris ita arcte adhæret, ut vix avelli queat.

Loquacitas, loquax, loquela, loquentia, &c. vide mox *Loquor*.

LŎQUOR, *locūtus ſum, loqui*, dicere, reden, Varro de L. L. 5, 7 ad etymologiam alluſit: *Is loquitur*, inquit, *qui ſuo loco quodque verbum ſciens ponit.* Et, *Loqui paucula*, Ter. Heaut. 4, 6, 24; *Loqui aperte*, Idem Andr. 1, 2, 31. *Plane & diſerte loqui*, Plaut. Amph. 2, 1, 30. *Loqui dilucide*, Cic. de Orat. 1, 32. *Loqui latine, grammatice*, Quint. 1, 6. *Rem loqui*, verum, non nugas & verba loqui, Plauto eſt Epid. 2, 2, 101, die wahrheit ſagen. Sed Ciceroni pro Milone c. 20 *Res ipſa loquitur*, idem eſt, ac clara & manifeſta res eſt, es liegt am tage. *Forma, lex, ratio, obſervatio loquendi*, Quintil. 1, 6. Eleganter Seneca epiſt. 10 *loqui cum Deo*, beten. Ibidem: *Crates adoleſcentulo dicenti, mecum loquor, cave, inquit, ne cum homine malo loquaris.* Plaut. Epid. 1, 1, 57 *Plus ſcire ſatius eſt, quam loqui ſervum hominem, ea ſapientia eſt*, nicht alles reden, was man weiß. Ovid. Art. Am. 2, 603 *Eximia eſt virtus præſtare ſilentia rebus; At contra gravis eſt culpa, tacenda loqui. Loquere ut te videam*, Socratis vox ad adoleſcentem, vid. Apul. Flor. 1 pr. ¶ 2. *Loqui*, pro referre, narrare, commemorare, ferre rumoribus, πολιτικώτερον eſt, fürbringen, erzehlen, ſagen. Plaut. Menæch. 2, 2, 47 *Quos paraſitos tu loqueris?* Ibidem 5, 9, 7 *Quæſo adoleſcens, loquere mihi tuum nomen.* Petron. c. 117 *Loqui aurum & argentum de jactabundo*, v. Burm. p. 542. Sidonius Paneg. Anthemii v. 192 *Nunquam ſine laude loquendus.* vide & Livinejum ad Plinii Paneg. 7, 11; & Nepot. 22, 3, 2. ¶ 3. *Loquitur* paſſive dictum, eſt qui putat Varr. de L. L. 1, 1 pr. Sed conſideranti totum locum, non ita eſſe, apparet. Taceo, quod ſunt codices, qui habent *loquuntur*.

¶ Loquens, *tis*. Cic. de Leg. 3, 1 *Magiſtratus lex eſt loquens, lex autem mutus magiſtratus.* Nepos 1, 3, 2; & 10, 1, 5 *Græca lingua loquens*, ein Grieche. Petronius c. 135 *Quum Muſa loquentibus annis Battiadæ veteris mirando tradidit ævo.*

¶ Loquentia, *æ*, f. λαλιά, die ſchwatzhaftigkeit. Ita apud Salluſtium pro *eloquentia* legendum, Valerius Grammaticus apud Gellium 1, 15 probat. Salluſtii verba erunt: *Satis loquentiæ, ſapientiæ parum*, de Catil. 5, 4. Sic apud Plinium epiſt. 20 Iulius Candidus non invenuſte ſolebat dicere: *Aliud eſſe eloquentiam, aliud loquentiam.*

¶ Lŏcūtus, *a, um*, der geredt hat, vel loquutus, Horat. 1 epiſt. 7, 72 *Dicenda, tacenda locutus.* Prop. 4, 1, 100 *Aut ſibi commiſſos fibra locuta Deos*, de extorum prædictione. Ovid. Triſt. 3, 1, 21 *Lingua furtim titubante locutus.* Et Martial. 8 epigr. 2 *Lingua pariter locutus omni.* Conf. Ennius apud Gellium 12, 4.

¶ Lŏcūtus, *ūs*, ſubſt. das reden. Apulejus 2 Florid. ſub fin. *Paſſis verſibus, ſoluto locutu, libera oratione.*

¶ Locutio, *ōnis*, f. eine rede, redeart. *Locutio recta, emendata, latina*, Cic. de Clar. Orat. c 74. Et, *Locutio Græca*, ibidem. Quintil. 1, 10 *Quid tam neceſſarium, quum certa locutio?* Catull. 62, 127 *Feſcennina locutio.*

¶ Lŏcūtor, *ōris*, m. ein ſchwätzer; ut, *Importuni locutores*, Gell. 1, 15. Et Auguſtinus Confeſſ. 1, 18 *Pacta litterarum & ſyllabarum accepta a prioribus locutoribus.*

¶ Lŏcūtulējus, *i*, m. loquax, blatero, ein verdrießlicher ſchwätzer, λάλος Græcis. vide Gell. 1, 15 ext. & Caſaub. ad Theophraſtum περὶ λαλιᾶς. ¶ 2. Adjective Alcimus 5, 148 *Sueta locutuleis fundet ſuccumbere ranis.*

¶ Lŏcūtius, *i*, m. qui & *Ajus Locutius*, ab ajendo & loquendo, Deus apud Romanos. Nam quum noctu eſſet audita vox humana major, quæ juberet, ut monerent ſenatum, Gallos adventare, providerent igitur, ne urbs caperetur; non dubitarunt Dei alicujus vocem eſſe. Cujus nomen quum ignorarent, a re ipſa eum *Ajum Locutium* appellarunt templumque ei condiderunt. v. Liv. 5, 50; & Cic. de Divinat. 2, 32.

¶ Lŏquax, *ācis*, verboſus, geſprächig, von vielen worten; ut, *Epiſtola loquax*, id eſt, longa & verboſa, Cic. Att. 4, 14. Et, *Senectus naturâ loquacior*, Idem de Senect. c. 16. *Venus omnium loquaciſſimus, & minime aptus ad docendum*, Idem Attic. 8, 4. Sic & *ranæ loquaces*, Virg. 3 Georg. v. 431.

¶ Lŏquācitas, *ātis*, f. garrulitas, die ſchwatzhaftigkeit, viel worte. Cic. fam. 6, 4 *Facit autem non loquacitas mea, ſed benevolentia longiores epiſtolas.* Idem Att. 7, 13 *Loquacitati ignoſces, quæ & me levat; ad te quidem ſcribentem; & elicit tuas literas.* ¶ 2. In meliorem partem uſus eſt pro *facundia* Sidonius Carm. 14 ſive præfat. Epirhal. *Eja Calliope, nitente palma Da ſacri laticis loquacitatem, Quem fodit pede Pegaſus volanti &c.*

¶ Lŏquācĭter, adverb. plauderhaft. Cic. pro Muræna c. 12 *Loquaciter litigioſus.* Horat. 1 ep. 16, 4 *Scribere loquaciter.* Paulinus Nolanus epiſt. 39 ad Aprum c. 8 *Dum loquacius vos fatigo.*

¶ Loquĭcito, *āre*, garrire, σπερμολογᾶν, viel ſchwatzen, plaudern, apud Hieronymum.

¶ Lŏquĭculus, *a, um*, diminut. a *loquax*, klatſchmäulig, ſchwatzhaft. Lucret. 4, 1158 *Flagrans, odioſa, loquacula.*

¶ Lŏquēla, *æ*, f. die rede; ut, *Fallax loquela*, Cic. de fin. 4, 25 ex Accio, ut Steph. citat: at Gruterus *fallaciloquentia* legit. Tamen Catullus 56 v. 30 *Verboſa gaudet Venus loquela.* Et Virg. Æn. 5 v. 842 *Fudituque has ore loquelas.*

¶ Loquēlaris, *e*, zur rede gehörig. Sic Præpoſitiones inſeparabiles *loquelares* dicuntur, *quia loquelis, id eſt verbis ſemper cohærent; nec aliquid valent ſolæ poſitæ*, Iſidor. 1, 12. conf. Feſtus in Am. Val. Probus lib. 1 p. 1427.

¶ Lŏquĭtor, *āri*, frequent. immer reden. Plaut. Bacch. a. 4 ſc. 7 v. 5, & Apulejus in Floridis extremo lib. 2 de Pythagoræ diſciplina: *Hoc erat primum ſapientiæ rudimentum meditari, condiſcere, loquitari, dediſcere.*

I. Compoſita cum nominibus: ut,

Altiloquus, altiloquium, vide ſub *Altus*, Blandilŏquens, blandiloquentia, blandiloquium, blandiloquus, *Blandus*, Brevilŏquens, breviloquentia, breviloquus, *Brevis*, Cæliloquus, *Cælum*, Divinĭloquus, *Deus*, Doctilŏquus, doctiloquax, *Doceo*, Dulciloquus, dulciloquium, *Dulcis*, Falſiloquus, *Fallo*, Grandiloquus, *Grandis*, Inaniloquus, *Inanis*, Longiloquium, *Longus*, Magniloquentia, magniloquium, magnilŏquus, *Magnus*, Maliloquium, *Malus*, Multiloquium, multiloquus, *Multus*, Pauciloquium, *Paucus*, Riſiloquium, *Rideo*, Stultiloquentia, ſtultiloquium, ſtultiloquus, *Stultus*, Suaviloquentia, ſuaviloquus, *Suavis*, Subtililoquentia, ſubtililoquus, *Subtilis*, Superbiloquium, *Superbus*, Tardiloquus, *Tardus*, Tortiloquium, *Torqueo*, Vaniloquentia, vaniloquium, vaniloquus, *Vanus*.

II. Compoſita cum præpoſitione.

¶ Allŏquor, alloqui, anreden, anſprechen. Plaut. Amph. 1, 1, 232 *Alloqui te perparce liceat obſecro.* ¶ 2. Conſolari, tröſten. Varro de L. L. 5, 7 *Hinc ALLOCVTVM mulieres IRE ajunt, cum eunt ad aliquam locutum conſolandi cauſſa.*

¶ Allŏcutus, *a, um*, der angeredet hat. Catull. 64, 49 *Patriam allocuta voce mæſtula.*

¶ Allocūtio, *ōnis*, f. die anrede, der zuſpruch. Sæpe in nummis legitur *Adlocutio*. Catull. 39, 5 *Qua ſolatus es allocutione, &c.* Plinius 2 epiſt. ult. *Mutat perſonam, vertit allocutionem. Adlocutio Augg.* in nummis celebratur, i. e. conciones militares. v. Spanh. diſſ. 13 p. 627 ſq. ¶ 2. Sæpius & conſolationem ſignificat, quem admodum & *Alloquium*. Ita enim & Græci παραμυθίαν vocæ, quæ *allocutionem* ſignificat, uſi ſunt. Sen. ad Helviam c. . *Quid quod nobis verbis, nec ex vulgari & quotidiana ſamtis allocutione opus erat homini ad conſolandos ſuos:* vide Petr. Victor. Var. Lect 8, 23; & Muret. V. L. 2, 4.

¶ Allŏquium, *i*, n. idem. Liv. 1, 34 *Blando alloquio & comitate invitare*, mit einem freundlichen zuſprechen an ſich locken. *Blandioribus alloquiis proſequi*, Plin. 1 epiſt. 8. ¶ 2. Pro ſolatiis Horat. epod. 13 extr. *Illic omne malum vino cantuque levato Deformis ægrimoniæ dulcibus alloquiis.*

¶ Antelŏquium, *i*, n. das vorwort, die vorrede. Macrob. Sat. 7, 4 pr. *Omnes prætextato anteloquium detulerunt*, i. e. primas loquendi vices. Symmach. 1 epiſt. 71 *Quorſum hoc ſpectet anteloquium, breviter explicabo.* Idem 8 epiſt. 23 *Anteloquio aliquid complecti.*

¶ Circumlŏquor, *loqui*, umreden, weitläuftig beſchreiben. Auſonius epigr. 146 *Cum maxime nunc proloquor Circumloquentis ambitu.* Idem epiſt. 16, 8. *Sed dulcius circumloquar.*

¶ Circumlocūtio, *ōnis*, f. der umſchweiff im reden. Apul. Apol. p. 296 *Viri te marinum, neſcio qua circumlocutione male & ſordide nominavit.* Græci περίφρασιν vocant, cum una res non proprio

nomine, sed verbis multis significatur. Quintiliano 8, 6 *Latine est circumloquutio.* Visus & latino Arnobius lib. 6 ext. *Sine aliis circumloquionibus dicere.*

¶ Colloquor, *loqui*, aeſprách halten, mit einander reden. Cic. de Orat. 1, 8 *Hoc uno præstamus vel maxime feris, quod colloquimur inter vos, & quod exprimere dicendo sensa possimus.* Et *Colloqui cum aliquo per litteras,* Idem ad Att. 6, 1. *Colloqui per internuncios,* Nepos 7, 5, 3. Et, *Colloqui aliquem,* Plautus Capt. 4, 2, 53.

¶ Collocūtio, *onis*, f. die unterredung; ut, *Blandissime cum aliquo collocutiones,* Cic. Phil. 2, 2. conf. fam. 1, 9 & Man. ad h. l. qui intelligit sermonem familiarem & ab arbitris remotum.

¶ Collocutor, *ōris*, m. qui colloquitur. Tertull. adv. Praxean. c. 5 *Collocutorem pateris sermonem.* Et Augustin. Confess. 9, 6 *Ex persona collocutoris mei.*

¶ Collŏquium, *i*, n. die unterredung, das geſprách. *In congressum alicujus colloquiumque venire,* Cic. Phil. 9, 1. Et, *Omnium colloquio in solitudine carere,* Idem Attic. 12, 15.

¶ Elŏquor, *loqui*, ausſprechen, ausreden, apte, ornate, composite, eleganter, copiose dicere, auctore Cicerone de Orat. 1, 111. *Oratoris,* inquit, *nihil vis esse, nisi composite, ornate, copiose eloqui.* Plaut. True. 4, 2, 43 *Eloquar uno verbo.* Et sic sæpe pro dicere, sagen. Plautus Amph. 1, 1, 262; Cist. 1, 1, 58; &c. *Eloqui* pro facere palam, fund thun. Idem Merc. 1, 2, 67. Nonnulli legunt *Exlocuta es* pro *Elocuta es* apud Eundem Mil. 3, 3, 32. ¶ 2. *Res magnas parvasque jocumque Eloquerer, pro eloqueretur* habet Ennius ap. Gellium 12, 4. Ita pass. Ulpia l. 6 ad Edictum *Multum interest, ea ipsa cognita aliquid pronunciatum sit, an quædam extrinsecus sint elocuta.*

¶ Elŏquens, *tis*, qui copiose loquitur, beredt, beredſam. *Eloquentis est, qui ad id, quodcunque docet, potest accommodare orationem,* Cic. in Orat. c. 36. Idem de Orat. 1, 14 *Socrates dicebat, omnes in eo, quod scivent, satis esse eloquentes.* Et eod. lib. c. 5 *Antonius dissertos ait se vidisse multos, eloquentem adhuc neminem.* Suet. in Galba c. 3 *Serg. Galba consularis, temporum suorum eloquentissimus.*

¶ Eloquenter, adv. idem. Gloss. Vet. *Eloquenter,* λογίως. Plin. 3 epist. 18 *Eloquentius scribere.* Idem, *Eloquentissime respondere,* 2 epist. 11. Et, *Eloquentissime scribere,* 6 epist. 21.

¶ Elŏquentia, *æ*, f. dicendi facultas singularis, copia, gravitas, die beredſamkeit. *Nihil enim est aliud eloquentia, quam copiose loquens sapientia, una de summis virtutibus, ingenii lumen, & domina rerum, pacis comes, otii socia,* quemadmodum passim Cic. docet, v. g. Partit. Orat. c. 23 & alibi. Plato dixit: *Eloquentiam esse, Deo grata dicere. Sed, Eloquentiam nemini unquam plus profuisse, quam obfuisse,* dixit in quadam declamatione Quintil. Et Cic. Off 2, 14 *Nihil est tam inhumanum, quam eloquentiam a natura ad salutem & conservationem datam, ad honorum pestem, perniciemque convertere.* Laudem ac defensionem *eloquentiæ* eloquentissimam habes apud Quint. 2, 16.

¶ Elŏquium, *i*, n. ferm., facundia, die rede, ausrede, au ſprache. Vellej. 2, 68, 1 *Vir in eloquio perfectior.* Statius 4 Silv. 4 v. 65 *Cui pro tantis eloquii virtus est,* ein beredter mann. Silius 3 v. 619 similiter: *Quis evit eloquio partum decus.* Et Iuvenalis 10, 114 *Eloquium ac famam Demosthenis, aut Ciceronis, Incipit optare, &c. Eloquio sed uterque perit orator.*

¶ Elŏcūtio, *onis*, f. die art zu reden, ausrede, eſt *idoneorum verborum & sententiarum ad rem inventam accommodatio,* Cic. de Invent. 1, 7. Auct. ad Herenn. 4, 12 *Elocutio commoda & perfecta, quæ maxime admodum oratori accommodata est, tres res in se debet habere, elegantiam, compositionem, dignitatem.* Quint. 8, 1 pr. *Quam Græci φράσιν vocant, Latine dicimus elocutionem.* Hinc eſt, quod exornationem orationis, eam maxime, quæ per tropos & figuras fit, artifices *elocutionem* appellant.

¶ Elocūtor, *oris*, m. Ennod. 1, 1 *Blandus elocutor.*

¶ Elocutoria, *æ*, & Elŏcūtrix, *icis*, f. inr. ars. Quintil. 2, 15 *Oratoria sic efferatur, ut elocutoria: Oratrix ut elocutrix,* die rede-kunſt.

¶ Elocūtilis, (Eloquutulis) *e*, redneriſch. Apul. Met. lib. 11 p. 240 *Copia eloquutilis facundiæ.*

¶ Eloquax, *ācis*, pro *loquax*, Cato apud Cic. de Senect. c. 10 videtur dixiſſe; ſed alii *Loquax.* v. ibi Gronov. & Parei Lex. Crit. p. 410. Et hic

¶ Ineloquax, *cis*, unausſprechlich. Novatian. de Trinit. 29 *Interpellat divinas aures pro nobis gemitibus ineloquacibus.*

¶ Inelŏquens, *tis*, unberedt. Lactantius de Opific. Dei c. ult. *M. Tullius, eloquentiæ unicum exemplar, ab indoctis & ineloquentibus, qui tamen pro vera nitebantur, sæpe superatus est.*

¶ Ineloquībilis, *e*, ineffabilis, unausſprechlich. Lactant. 7, 11 *Divinos & ineloquibiles immortalitatis suæ fructus capit.*

¶ Perelŏquens, *tis*, wohl beredt. Cic. de Clar. Orat. c. 70 *In consulatu pereloquens visus est.*

¶ Interlŏquor, *loqui*, darzwiſchen reden, in das wort fallen. Ter. Heaut. 4, 3, 13 *Siccine mihi interloquere?*

¶ Interlocūtio, *ōnis*, f. die einrede. Gellius 14, 2 *Qui judicat, crebris interrogationibus necessariisque interlocutionibus & suos sensus aperiat, & litigantium deprehendat.* Quintil. 5, 7 *Brevi interlocutione patroni refutandus est.*

¶ Oblŏquor, *loqui*, entgegen reden, widerſprechen; ut, *Ferocissimi obloquti erant,* Curt. 10, 2 extr.

¶ Oblocūtor, *oris*, m. qui alteri obloquitur. Plaut. Mil. 3, 1, 48 *Obloquutor non sum alteri,* ich halte nicht widerpart.

¶ Obloquium, *i*, n. contradictio, calumnia, der widerſpruch. Sidonius 7 epist. 9 in subnexa concione: *Nesse vos pars est, in quas me obloquiorum Scyllas turba conjecerit.*

¶ Prælŏquor, *loqui*, præfari, vorher reden. Plin. 8 epist. 21 *Quod mihi caussam præloquendi dedit.*

¶ Prælocutio, *ōnis*, f. eine vorrede. Frontinus præfat. lib. 3 Strat. *Nec morabor ulla prælocutione.* Et Seneca Excerpt. controv. lib. 3 præfat. p. 426 *Silo haberetur disertus, sua prælocutione dimitteret.*

¶ Prolŏquor, *loqui*, profari, efferre loquendo, heraus reden. Ter. Andr. 11, 5, 21 *Censen' ullam me verbum potuisse proloqui? Proloqui cogitata,* Idem Phorm. 2, 1, 5.

¶ Prolŏquium, *i*, n. exordium, ein eingang oder vorrede. ¶ 2. Ἀξίωμα, propositio; Gell. 5, 10 *Proloquium disjunctivum:* & 16, 8 ex M. Varrone: *Proloquium est sententia, in qua nihil desideratur.* vid. ſtatim in *Prolocutor.*

¶ Prolocutor, *oris*, m. pro Patrono vel Advocato eſt in declamatione, quæ nomine Tribuni Mariani inter Quintilianeas editur c. 3 p. 76 Burm Paulo ante etiam *necessaria communis causæ proloquia dicuntur,* argumenta pro reo.

¶ Impröloquibilis, *e*, unausſprechlich. Gloss. gr. lat. *Improloquibile,* ἀλάλητον.

¶ Rēlŏquor, *loqui.* Varro L. L. 5, 7 ad sacra refert, *Dicuntur,* inquit, *eloqui & reloqui in fanis Sabinis.*

¶ Tralŏquor, *loqui*, a principio ad extremum ordine eloqui, nach einander erzehlen. Plaut. Pers. 3, 3, 6 *Trecentis versibus tuas impuritias traloqui nemo potest.*

LŌRA, *æ*, f. δευτερίζε, liquor ex uvarum folliculis, & acinis poſt muſtum affuſa aqua expreſſus, lauer, lauerwein, treſterwein (*Lixineum* Vlpianus vocat,) datur que ſervis pro potu. vide Varr. de R. R. 1, 54. ubi etiam *e lotis dictam acinis* refert, v. Geſn. ad Ca. 25. Catoni c. 25 *Lorea* vocatur. conf. Iuvenal. 5, 165 *De paupere lora.*

Loramentum, lorare, lorarius, loreus, vide *Lorum.*

LŌRĪCA, *æ*, f. χιτών, a *loris* dicitur, ein panzer, bruſtharniſch. Antiqui enim faciebant e *loris de corio crudo pectoralia.* Recte autem *Pectoralia* Varro dixit: antiqui enim pectus tantum tegebant armis: tergum nudum relinquebant. Inde enim & *Thoraces* nomen eſt. Polybius καρδιοφυλάκια hoc munimentum eadem de cauſſa vocat. Lutatii, Scholiaſtæ Statiani, in iſtam rem locum notavimus ſupra in *Cæcus* n. 5. *Loricarum linteamen* mentio apud Suet. in Galba c. 11, ubi vid. Caſaub. itemque apud Nepotem 15, 1, 4. & quæ laudamus in *Linteus.* Cic pro Flacco c. 17 *Mithridates ambulat cum lorica, metuit enim.* Virg. Æn. 9, 707 *Nec duplici squama lorica fidelis & auro,* conf. Æn. 10, 485. Iuvenalis 11, 30 *Nec enim loricam poscit Achillis Thersites.* ¶ 2. *Lorica,* projectura & ſemifaſtigium eſt, quod parietibus imponitur, corona ad arcendam pluviam, ein geſimſe unter dem dach, Vitruv. 2, 8, 8 & 7, 1. ¶ 3. Gorium ex calce & arena, quod parietibus & pavimentis inducitur, ein tünchwerk, bewerffung mit kalck. Vitruv. 7, 1. ¶ 4. Eſt & munimenti caſtrenſis genus, aggeribus vel munimentis craſſioribus impoſitum. vide Lipſ. 2 Poliorceticon Dial. 2, itemque Stewechium ad Veget. p. 275. & nos in *Pinna.*

¶ Lōrīcula, *æ*, diminut. ex ſignificatione 4. Hirtius Bell. Gall. 8, 9 *Quorum frontes viminea loricula muniuntur.*

¶ Lorīco, *are*, lorica induere, ex tertia loricæ ſignificatione, Plin. 8, 24 ſ. 30 de ichneumone, ad pugnam cum ſerpentibus ſe parante, *Mergit se limo sæpius, siccatus sole. Mox ubi pluribus coriis se loricavit &c.* Nam & *Loricare parietes* Varro de Re ruſt. 1, 24 dixit, pro incruſtare, & calce obducere, mit kalck bewerffen.

¶ Loricātus, *a, um*, gepanzert; ut, *Loricati milites,* Hirtius B. Hiſp. c. 4 *Loricata statua,* Liv. 23, 19 extr.

¶ Loricatio, *onis*, f. ein überzug, ex architectonica ſignificatione, actus, quo lorica ſeu incruſtatio ædificio inducitur. Vitruv. 7, 1 *Coassatio clavis fixa præbeat contignationi loricationem.* conf. l. 79 fin. ff. de Verb. ſignif.

¶ Loricarius, *a, um.* Veget. 2, 11 *Habebant fabricas scutarias, loricarias &c.*

¶ Loricārius, *i*, m. ein panzermacher. Gloss. gr. lat. θωρακοποιός, *loricarius.*

¶ Loricĭfer, *a, um*, der einen panzer trägt. Exod. Gloss. θωρακοφόρος, *loricifer.*

¶ Dilorīco, *are*, loricam ſolvere, exuere: item, veſtes quascunque diſſolvere, aufſchnüren, von einander zerren. Cic. de Orat. 2, 28 *Non dubitavit ejus diloricare tunicam.* Et Apulej. Met. 6 *Involat in eam veslemque diloricat.* Hinc

¶ Diloricatus, *a, um*, aufgeſchnürt, aufgelöſt. Idem Apulejus lib. 7 p. 291 (Pric. p. 138) *Diloricatis statim pannulis.* Vbi Pricæus ex Hegeſippi 1, 25 addit: *Amictu diloricato.*

Loripes, vide mox in *Lorum.*

LŌRUM, *i*, n. λῶρον vel λῶρος, a recentioribus Græcis uſurpatum, corrigia, ein rieme, ſtrick. Ter. Adelph. 2, 1, 20 *Atque ibi usque ad necem operiere loris,* du wirſt mit peitſchen geſtrichen werden. *Loriscedere,* Cic. dixit Phil. 8, 8. Multa eorum mentio apud Plautum. ¶ 2. *Lora* etiam habenæ dicuntur, zügel. *Corripe lora manu,* Ovid. 2 Met. v. 14. Eruditum eſt apud Plutarch. Ἐκ τοῦ βοὸς τὰς ἡμάντας λαμβάνειν, *Ex ipso bove lora sumere:* hoc eſt, *Quo ledis aliquem, ex ipso, quem ledis, sumere.* vide Chiliad. ¶ 3. *Lorus,* eine karbatſche, alia forma apud Apulejum, Met. 3 *Lorum quempiam sinu depromere.*

¶ Lōrarius, *i*, m. lictor, tortor, ein ſtecken-knecht. Gell. 10, 3 extr. *Hi sequebantur magistratus, tamquam in scenicis fabulis, qui dicebantur lorarii, & quos erant jussi vinciebant, aut verberabant.*

¶ Lōro, *are*, loris conſtringere, verbum, unde ſupereſt participium

¶ Lorātus, *a, um*, loris conſtrictus, mit riemen gebunden. Auctor Moreti v. 122 *Sub juga parentes cogit lorata juvencos.*

¶ Lōramentum, *i*, n. ligamentum ex loris, ein bund, eine ſchnur. Iuſtinus 11, 7 extr. *Cum capita loramentorum inter nodos abscondita reperire* (Alexander) *non posset, gladio loramenta cædit.*

¶ Lōreus,

¶ Lōreus, *a, um*, von riemen; ut, *Loreus funis*, Cato c. 12. *Lorea latera facere*, pro loris facerare, Plaut. Mil. 2, 2, 2.

¶ Lorīpes, *ĕdis*, pedem instar lori tortum habens, krumfüßig. Plaut. Pœn. 3, 1, 7 *Nequicquam bos procos mihi elegi loripedes tardissimos.* Iuvenal. 2, 23 *Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus. Carere* enim *debet omni vitio, qui in alterum paratus est dicere*, quemadmodum Cicero dixit in Sallustium. Adde Iuvenal. 10, 308.

¶ Monoloris, Diloris, Triloris, Penteloris, e, Vopisci verba sunt, Aureliano c. 46, quibus vestes militares ex numero lororum distinguit.

Lotio, lotus, vide *Lavo.*

LŌTIS, *ĭdis*, Nympha, quæ fugiens Priapum in *Loton* arborem conversa esse fingitur. vide mox loca Ovidii in *Loto*.

Lotium, vide in *Lavo.*

LOTOS vel Lotus, *i*, f. Plinio Auctore 14, 16, f. 19 *Arbor, frutex, herba.* ¶ 2. Lotos arbor Africæ familiaris, qua ad Italiam vergit, quam *Celtin* etiam vocari monet & copiose describit Plin. 13, 17 f. 32. *Differentiæ*, inquit inter alia, *plures, eoque maxime fructibus sunt. Magnitudo huic fructui fabæ, color cerei - - - nascitur densus in vamis myrti modo - - - tam dulci cibo, ut nomen etiam genti terræque dederit, nimis hospitali advenarum oblivione patriæ.* Respicit nimirum ad *Lotophagos*, de quibus mox. Fundus fabulæ Hom. Odyss. ⊙, 94 sq. Hinc proverbium, *Lotum gustasti*, in eos, qui in locis peregrinis hærent. add. quæ dicemus n. 4. De hac arbore copiose etiam Salmas. ad Solin. p. 729 sq. ¶ 2. *Italiæ quoque familiarem* hanc arborem dicit Plin. l. c. *sed terra mutatam*, fructumque ejus *non myrti, sed cerasi modo crescere. Fabam Græcam* vocat hanc *Lotam* 24, 2 f. 2. & 16, 30 f. 53. quo posteriori loco ex instituto eam describit, & diversum plane ab Africano illo genus innuit, *quam Romæ*, inquiens, *a suavitate fructus, silvestris quidem, sed cerasorum pæne natura, loton appellant. Præcipue domibus expetitur ramorum petulantia &c.* Hanc *l'Alisier* Gallis vocari observat ad h. l. Harduinus, & descriptionem a Dodonæo peti vult. Ex hoc genere fuerunt sex illæ arbores ingenti pretio æstimatæ, de quibus Id. 17, 1 f. 1. Hæc forte *Lotos* est, in quam conversa *Lotis* nympha apud Ovid. Met. 9, 347 & Fast. 1, 416 sq. ¶ 3. Planta celeberrima Ægypto propria & Euphrati, de qua Plin. 13, 17 f. 32. *Recedentibus aquis Nili virgulis provenit similis fabæ caule, foliisque &c. fructus in capite papaveri similis.* De *loto* Euphratis agit capite proximo. De *Loto Ægyptia* in nummis copiosissime disputat Spanhem. diss. 6 § 2 p. 301 sq. ¶ 4. De *Loto* herba Plin. 21, 17 f. 63, *eam non nisi post annum e semine suo nasci &c.* & 22, 21 f. 27. *Loton qui arborem putant tantum esse, vel Homero auctore evarsi possint. Is enim inter herbas submascentes Deorum voluptati loton primam nominavit.* Respicit, Harduino etiam notante, l. c. § 348. Nescio, quam recte eandem esse dicant *Meliloton*, quam *croco similimam* dicit Plin. 21, 11 f. 37. Cæterum hanc herbam crediderim præ oculis habuisse Quintilianum, cum 5, 8 pr. *graminis* apud *Lotophagos* mentionem facit, *cujus gustu deliniti* quidam *voluptati salutem prætulerint.* Disputant quidam viri eruditi, ac ipse Burm. conjecturam Vallæ non improbat, qui *germinis*, i. e. fructus vel pomi, legi voluit. Cum vero *Deorum voluptati submasci herbam Loton* dicat l. c. Homerus, altero autem loco, Od. ⊙, 94, ubi de *Lotophagis* agit, neque arborem vocet neque herbam, prætiterit forte dicere, herbam intellexisse, nec male aut imperite Quintilianum. ¶ 5. *Lotos* pro tibia passim capitur apud Poëtas, quæ scilicet ex hac arbore, ejusque corrice fieri solebat. Festus: LOTOS *arboris genus, ex cujus materia frequenter tibiæ fiebant.* Ovid. Fast. 4, 190 *Horrendo lotos adunca sono.* Recte itaque Heins. met. 4, 759 legit *lotique lyræque*, de quo etiam Gron. obs. 4, 15 & ipse Heins. ad R. A. 753. Sil. Ital. 8, 505 de Marsya *Mygdoniam Phabi superat..s pectine Loton. Phrygiam loton* idem dixit 11, 432, ubi vid. Interpretes.

¶ Lōtŏmetra, *æ*, f. λωτομήτρα, panis genus, Plin. 22, 21.

¶ Lōtŏphăgi, *orum*, m. Λωτοφάγοι, populi Africæ minoris, loto arbore victitantes. Plin. 5, 4; & Ovid. de Rem. am. 2, 393. Eleganter Paulinus epist. 16 n. 7 *Lotophagos obliteratores patriæ* dixit. vide supra in *Obliterator*, & de ipsis *Lotophagis*, quæ modo dicta sunt in *Lotos* n. 1 & 4.

¶ *Lotophagitis*, insula ex adverso *Lotophagorum* in Africa sita, alias *Meninx* ad minorem Syrtim, Plinio auctore 5, 7.

Lotrix, lotura, lotus, vide *Lavo.*

LŌVĀNIVM, *i*, urbs Brabantiæ ampla & munita, ubi Academia celebris, Löven. A Iulio Cæsare condita creditur. v. Lipsii *Lovanium.*

LOXIAS, *æ*, m. Λοξίας, Apollo dictus, quia obliquis & obscuris ambagibus responsa dabat consulentibus; quæ eleganter describit Seneca in Oedipo v. 212 seqq. vel quia sol obliquis flexibus cælum percurrit. v. Macrob. Sat. 1, 17.

LVA, *æ*. dea a luendo expiandoque dicta, præerat lustrationibus & lustris. Ejus mentio Liv. 8, 1. v. Turneb. Adv. 16, 20; & 23, 22. & Reines. Inscr. Cl. 1 n. 238.

Lubet, lubens, &c. vide *Libet.*

LVBRĪCVS, *a, um*, schlüpferich, glatt, a verbo *labare* vel *labi.* Silius 3, 518 *Tum qua durati concreto frigore collis Lubrica fruſtratur canenti semita clivo, &c.* Propert. 4, 4, 49 *Lubrica tota via est, & perfida, quippe tacentes Fallaci celat limite semper aquas.* Est & *Lubricus anguis* Virg. Æn. 5, 84. *In lubrico versari*, Cic. in Orat. c. 28, in gefährlichem wege gehen. Idem Nat. D. 2, 257 *Nam lubricos oculos fecit* natura, *& mobiles, ut adspectum quo vellent facile converterent.* Idem pro Cælio c. 17 *Lubricæ viæ sunt adolescentiæ, quibus illa insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix potest.* Idem Phil. 5, 18 *Dominandi cupiditas præceps & lubrica.* ¶ 2. *Lubricum linguæ*, incontinentia, substantive: Modestinus l. 7 § 3 Dig. ad L. Iul. majestat. *Nec lubricum linguæ ad pœnam facile trahendum est.* Plin. 2 epist. 3 *In hoc lubrico ætatis.* Tac. Hist. 2, 85, 5 *Lubrico viæ.* Et 1, 79, 3 *Lubricum itinerum.* Id. Ann. 6, 51, 3 *In lubrico agere*, in gefahr seyn. Cels. 8, 3 *Magis lubrico circumagi.*

¶ Lubrice, adv. Cic. Phil. 2, 24 *Lubrice versatus in bello est.* Ita ex vetusto Codice in Foro Rom.

¶ Lubrico, *are*, lubricum efficere, schlüpferich machen, glätten. Iuvenal. 9, 173 *Qui Lacedæmonium pytisnate lubricat orbem.* vid. ibi interpretes. Prudent. Pass. Petri & Pauli v. 35 *Lubricat clivum.* Tertull. in Genesi c. 1 *In spiras lubricat angues.*

¶ Lubricātus, *a, um*, geglättet; ut, *Lapis lubricatus*, Arnob. lib. 1 p. 22.

¶ Illubrĭco, *are*, glätten. Apul. 2 Met. p. 117 (Pric. p. 25) *Membra sua leniter illubricans.* Vbi agilitas expedita & quasi lubrica significatur.

LŪCA, *æ*, m. ut, *Bos Luca* antiquioribus Latinis elephas dicebatur, ein elephant. vide Plin. 8, 6. Ennius apud Varronem L. L. 6, 3 Proverb. de rebus impossibilibus: *Atque prius pariet locusta lucam bovem:* & Lucret. 5, 1301 *Inde boves lucas turrito corpore tetros, Anguimanos belli docuerunt vulnera Pœni Sufferre.* Auson. epist. 15 *Cur me propinquum Santonorum mœnibus Declinas, ut lucas boves Olim resumto præferoces prælio Fugit juventus Romula?* Seneca Hippol. v. 351 *Amat insani Bellua Ponti, Lucaque boves.* Cur autem elephantes dicti sint *Lucæ boves*, non satis convenit. Ælius apud Varronem l. c. *Lucas*, quasi Libycos dictos censet: Virginius vero, quasi *Lucanos*: ab eo quod Latini nullum animal grandius bove viderant, & quod primum in Lucanis viderant bello Pyrrhi, conf. Plin. 8, 6. Varro vero a *Luce* dictos censet, quod relucerent propter inauratos clypeos, quibus eorum ornatæ erant turres. Virginii sententiam & Isidorus sequitur 12, 2, quam & Scalig. probat in Appendice ad Conjectanea, contra Varronem. Et videntur ei Lucani antea dicti *Lucæ*; ut *Luca*, aut *Lucas* potius, & *Lucanus* idem sit. Observat & Lipsius Elect. 2, 4 quædam, quæ huc faciunt. Add. Drakenb. ad Sil. 9, 572. ¶ 2. *Luca* etiam Galliæ Cisalpinæ urbs est: quam tamen Plin. 3, 5 Hetruriæ facit oppidum. conf. Bernegg. ad Suet. Cæs. c. 24.

¶ Lucensis, *e*, qui in ea urbe Luca habitat, vel ex ea ortus. Cic. fam. 13, 13 *Lucense municipium.* Martial. 1 epigr. 2 *Libertum docti Lucensis quære secundum.*

LŪCANIA, *æ*, f. Italiæ regio juxta inferum mare inter Campaniam & Bruttios. vid. Geographos. Horatio 2 sat. 1, 38 *Est violenta Lucania.*

¶ Lucānus, *i*, m. pl. Lucani incolæ, Plin. 3, 5. Livius 22, 42 *Turma Lucanorum.* Festus: *Lucani appellati dicuntur, quod eorum regio sita est ad partem stellæ luciferæ; vel quod loca cretosa sunt; id est, multæ lucis; vel a Lucilio duce, vel quod primitus in luce confederunt.* ¶ 2. *Lucanus* est scarabæorum genus, Plin. 11, 28.

¶ Lucānus, *a, um*, adject. ut, *Lucana pascua*, Horat. 1 epod. v. 28. *Lucana amica*, Idem 1 epist. 17, 11. *Lucanum mare*, Stat. 3 Silv. 1, 85. *Lucanum vinum*, Cat. de R. R. c. 6; & Varr. R. R. 1, 25.

¶ Lucānica, *æ*, f. genus farciminis porcinis carnibus infarcti, eine bratwurst. Cic. Ep. ad Fam. 9, 16 *Solebam antea delectari oleis & lucanicis tuis.* Martial. 13 epigr 35 *Filia Picenæ venio Lucanica porcæ.* Apic. 11, 4 *Lucanicarum confectio.*

¶ Lucanĭcus, *i*, m. nomen hominis plebeji & desidis, hanßwurst, apud Ammianum 28, 4. Sed & cognomen Lucanis victis in Spartiani Ant. Carac. c. 5.

LŪCĀNVS, *i*, m. poëta magni ingenii, magni spiritus. Natus est Cordubæ in Hispania, patremque habuit Annæum Melam, sive Mellam, Senecæ Rhetoris filium, Philosophi fratrem. Floruit sub Nerone, cui primum carus & gratus, mox ut æmulus invisus & aversatus; denique retecta conjuratione Pisoniana, cujus & ipse socius, damnatus & mori jussus, permisso tamen libero mortis arbitrio. Scripsit præter X illos Pharsaliæ, quos habemus, libros alia plura: *Saturnalia, Tragœdiam Medeam, de Incendio Vrbis, de Incendio Troico, Silvarum* lib. X, *Orphea* & alia, quæ veteres Grammatici enumerant in ejus vita. Maxime illum sua ætas mirata est. Quintilianus 10, 1 *Ardentem & concitatum & sententiis clarissimum, oratoribus tamen magis, quam poëtis annumerandum censet.* Quo fortasse Martialis respexit hoc de Lucano epigrammate 194 lib. 14 *Sunt quidam, qui me dicunt non esse poëtam: At, qui me vendit, bibliopola putat.* Ille ipse Martialis honorificentissimam ejus mentionem passim facit, & tamquam summum poëtam admiratur. Auctor Dialogi de caussis corruptæ eloquentiæ ita meminit: *Exigitur jam ab oratore poëticus decor: non Attii aut Pacuvii veterno inquinatus; sed ex Horatii & Virgilii & Lucani sacrario prolatus.* Nimius videtur fuisse Statius, qui eum non cum Homero & Virgilio componere solum, sed iis ipsis præponere voluit in lib. 2 Silv. ult. *Nos non tam duri geslamus pectora Pœni.* Nostra ætate Scaligeri non ita bene de eo sensisse videntur. Sane pater poëtin ejus ut *tyrannicam & tædii parentem*, sæpe etiam *ineptam*; filius vero & Astronomiam exagitat. Mihi omnium candidissime de Lucano judicasse videtur Daniel Heinsius in de Constitutione Tragœdiæ c. 12. vide & Barth. Adversf. 53, 6. Add. qui laudantur ab Almelov. ad Quint. l. c. p. 907. Burm.

Lucar, lucaria, lucaris, vide *Lucus.*

LŪCĒIVS, *i*, m. sive potius Luccejus, ut in antiquis monumentis est, Historicus fuit Romanus, quem Cicero rogat, ut res in consulatu gestas seorsim describat, fam. 5, 12.

Lucellum, vide *Lucrum*, Luceo, *Lux.*

LVCĔRES, *um*, m. pl. nomen tertiæ partis populi Romani sub Romulo. Sed hujus nominis caussam non liquere, Livius scripsit 1, 13. Ioh. Annius de Rebus Etruriæ in *Falacer* ita scripsit: *Lucerum nomen a Lucumone derivatur*; Quod Varro de L. L. 4, 10 probat auctoribus se antiquioribus & ratione derivationis Grammaticæ. Doctores affert, ut Ennium, qui dicit Romam divisam in tres partes a Romulo, unde tribus dictæ, & eas a tribus ducibus nominatas, *Tatienses* a Tatio, *Rammenses* a Romulo, *Luceres* a Lucumone, ut ait Iunius. Et hæc sunt nomina Etrusca auctore Tolumnio, Tragœdiarum Tuscarum scriptore. Primam produxit Ovid. Fast. 3, 132. Sed eandem corripuit Propertius 4, 1, 31 *Hinc Taties Rammesque viri, Luceresque coloni, Quatuor hinc albos Romulus egit equos.*

¶ Lucerenses, & Lucertes, *ium*, iidem qui Luceres, sic appellati a *Lucero*, Ardeæ rege, si Festum audimus

¶ Luce-

¶ Luceria, *æ*, f. civitas Apuliæ, Plin. 3, 11, circa quam lanæ optimæ conficiebantur. De nobili ibi fano Minervæ v. Strabo lib. 6. Horat 3 od. 15, 13 *Te lanæ prope nobilem tonsæ Luceriam, non citharæ decent.*

Lucerna, &c. lucescit, vide *Lux.*

LVCETIVS, *i*, m. ita dictus Iupiter, quasi *Lucispater*, vel *Diespiter.* Festus: *Lucetium Iovem appellabant, quod eum esse lucis causſam credebant.* ¶ 2. Est & nomen viri apud Virgil. Æn. 9, 570.

LVCIANVS Syrus, urbe Samosata, sub M. Antonino Philosopho potissimum floruit, a quo etiam Ægypti procuratione ornatus videtur. Rhetoricam ita professus est, ut eam a cautis dicendis ad illustrandam philosophiam de moribus transferret, omnemque vim & suavitatem Atticæ eloquentiæ in perstringendis tum aliorum hominum, tum philosophorum suæ ætatis moribus explicaret, qua in re dialogi vires comœdiæ lepore ita temperavit, ut novum quoddam ac suum dicendi genus effingeret. Utilissimus scriptor iis, qui rectiora de religione edocti scommata ipsius in gentilium Deorum ludibria, & quæ uno alteroque loco in Christianos jacit, non eodem loco habent. Quæ de ipsius Christianismo & mortis genere Suidas vel credidit temere, vel ipse confinxit, fidem hodie vix inveniunt. v. Fabric. B. G. l. 4 c. 16, ubi etiam de aliis Lucianis.

Lucidus, lucifer, lucifugus, &c. vide *Lux.*

LVCILIVS, *i*, m. latinus fuit Satyricus, qui Diis & hominibus non pepercit, cujus frequenter Horatius meminit in Sermonibus, sed non laudat admodum. *Sapientem* tamen vocat lib. 2 sat. 1, eique libertatem in vitiis reprehendendis tribuit. Quintil. vero 1, 9 etiamsi in uno eum reprehendat verbo, tamen eruditissimum vocat hominem. Et 10, 1 *In Lucilio*, inquit, *& eruditio est mira, & libertas, & abunde salis.* Cic. de Orat. 2, 9 *C. Lucilius homo doctus & perurbanus dicere solebat, ea quæ scriberet, neque ab indoctissimis neque a doctissimis legi velle, quod alteri nihil intelligerent; alteri plus fortasse quam ipse.* Vide ibi cætera: & adde Plinii locum præfat. Historiæ Naturalis, qui stili nasum eum condidisse scribit, quia Satyram invenit. Lucilii versus aliquos recenset Nonius, ut: *Hunc laborem sumas, laudem qui tibi ac fructum ferat.* Et: *Amici animum quærunt, parasiti divitias.* Et: *Nihil est in vita proprium mortali datum.* Reliquias Lucilii omnes collegit & cum notis edidit Franc. Douſa, Iani F. Idem *Lucillus* vocatur apud Rutilium 1, 613 & 600. ¶ 2. *Lucilius Bassus* malus poeta. Cic. Att. 12, 5 p. 292 *Cato me quidem delectat* (de senectute libellus) *sed etiam Bassum Lucilium suum.* ¶ 3. Alius *Lucilius*, Senecæ Epistolis clarus, & N. Quæst. libris, quos ei inscripsit, fuit Procurator Siciliæ, vir eruditus, & studiosus: post ista & poeta insignis, ut ex eodem Seneca constat.

¶ Lucilianus, *a, um*, adj. ut, *Lucilianus filius*, Cic. Att. 16, 11. *Luciliano charactere libelli*, Varr. R. R. 3, 2.

LVCINA, *æ*, f. partus Dea, alias Iuno & Diana dicta: a *luco*, qui Romæ Iunoni sacer erat in Exquiliis; vel a *luce*, quod oculis & luci præsit vel ideo maxime, quod ejus beneficio partus edantur *in lucem*, v. Plut. quæst. Rom. 55. Ter. Andr. 3, 1, 15 *Iuno Lucina fer opem &c.* Catullus ad *Dianam* Seculari Carmine 35 *Tu Lucina dolentibus Iuno dicta puerperis: Tu potens trivia, & notho es dicta lumine Luna.* Hor. sec. Carm. v. 15 *Sive tu Lucina probas vocari, seu Genetyllis.* Plautus Aul. 4, 7, 11 *Iuno Lucina tuam fidem!* Ovid. Fast. 2, 449 *Gratia Lucinæ, dedit hec tibi omnia lucus: Aut quia principium tu, Dea, lucis habes.* conf. ibid. v. 451. Eadem ἑλείθυια sive ἐλευθυία, qua voce Ovidius etiam & Horatius usi. v. *Ilithyia.* Quam tamen Iunonis filiam, non ipsam Iunonem Pindarus facit Nem. ode 12 pr. vide Taubm. ad Plauti Aul. l. c. *Lucretiam* etiam dictam ad Plin. 16, 44 Dalechampius observat, quem ibi vide. ¶ 2. Pro partu ponitur Virg. Georg. 3, 60 *Ætas Lucinam, jugulosque pati Hymenæos Desinit.*

¶ Lucinus, *a, um*, adj. ita *Lucinas horas* dixit Prudentius contra Symmach. 2, 222 pro iis, quibus edimur in lucem, die geburts-stunde. ¶ 2. *Lucinus*, vitio lucis oculos parvos habens, fleinäugig, Plin. 11, 37. Quidam ibi legunt *Lucinius*, quidam præfertim Harduin. *Luscinus.* Et quibusdam inde est *Allucinor*, de quo in *Hallus* & *Oblucino*, de quo in *Lucus.*

Lucisator, lucisomnus, vide infra *Lux.*

LVCIVS, *i*, m. prænomen Romanum perfrequens. *Lucius*, ait Pompejus Festus, *prænomen primum fuit ejus, qui oriente luce natus est.* Et Varro de L. L. 5, 2 *Lucii nominati, qui prima luce nati.* Martial. 5 epigr. 14 *Post Cajumque Luciumque.* Hoc prænomen in Claudia gente repudiatum. v. Spanh. de usu & præst. num. diss. 10 p. 33. ¶ 2. *Lucius* piscis, qui & *lupus* dicitur, ein hecht, quem Ausonius in Mosella v. 120 describit: *Latio risus prænomine, cultor Stagnorum, querulis vis infestissima ranis, Lucius.*

¶ Lucipor, *oris*, m. i. q. Lucii puer vel servus. Plin. 33, 1 *Apud antiquos singuli Marcipores, Luciporesve, dominorum gentiles, vitulum in promisco habebant.*

Lucomones, vide *Lucumo*, Lucratio, *Lucrum.*

LVCRETIA, *æ*, f. nobilis Romana, Collatini uxor, per vim stuprata a Sex. Tarquinio, Tarquinii Superbi, Romanorum regis filio, cultro in pectus defixo seipsam interemit, cum paullo ante dixisset: *Quid salvi esse potest mulieri, pudicitia amissa?* Liv. 1, 58. vide & Ovid. Fast. 2, 741. An se ipsam interficiendo recte fecerit, disputat Augustinus de C. D. 1, 19. vide ibi interpr. ¶ 2. Pro pudica, & unius mariti amante accipitur in illo Petronii c. 9 *Cum ego clamarem, gladium strinxit, & si Lucretia es, inquit, Tarquinium invenisti.* Martial. 11 epigr. 105 in Vxorem: *Si te delectat gravitas: Lucretia toto Sis licet usque die.*

LVCRETILIS, *is*, m. mons in Sabinis, in cujus valle Horatius villam habuit. vid. Festus & Horat. 1 od. 17, 1.

¶ Lucretilīnus, *a, um*, adj. ut, *Lucretilinus sol*, Cic. Att. 7, 11.

LVCRETIVS, *i*, m. poëta latinus, minor Ciceronе 12 annis. Scripsit de Natura rerum libros sex, qui exstant. Ovid. Amor. 1, 15, 23 *Carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti, Exitio terras cum dabit una dies.* Quintilianus 10, 1 *Scriptorem difficilem esse, & qui non faciat ad φράσιν* dixit. *Arduum* vocat Statius, *Magnum* Serenus Sammonicus: Vterque ob materiæ sublimitatem. Phavorinus vero apud Gellium 1, 21 *Ingenio & facundia præcellentem.* Cæterum valde proprie locutus est, & ob id vel maxime legendus. Periit furore, propinato sibi ab uxore Lucilla poculo amoris, pro quo furorem hauserat. De quo Politiani extat illud: *Hic, qui philtra libit, nimioque insania amore, Mox ferro occubuit, sic mentem amiserat omnem.* B. Hieronymus Chronico Eutebiano: *T. Lucretius poëta nascitur: qui postea amatorio poculo in furorem versus, quum aliquot libros per intervalla insaniæ conscripsisset, quos postea Cicero emendavit, propria se manu interfecit anno ætatis XLIV.*

Lucrifacere, vide mox in *Lucrum.*

LVCRINVS, *i*, m. Campaniæ lacus, sicut & *Avernus*, inter Bajas & Cumas, a lucro ex piscibus sic appellatus, ut Festus tradit.

¶ Lucrinus, *a, um*, adj. ut, *Lucrina aqua*, Propert. 1, 11, 10. *Lacus Lucrinus*, Horat. 2 od. 15, 3. *Lucrina conchylia*, Id. epod. 2, 49.

¶ Lucrinensis, *e*, idem; ut, *Lucrinenses res*, Cic. Att. 4, 10.

Lucror, lucrosus, vide mox *Lucrum.*

LVCRVM, *i*, n. quæstus, der profit, genieß, gewinn, si amplius capitur, quam exsolveris. v. Var. de L. L. 4, 36. Ter. Heaut. 4, 4, 25 *Ne ille haud scit, hoc paullum lucri quantum ei damni apporet.* Idem Phorm. 1, 5 (al. 2, 1) v. 16 *In lucro deputare*, für gewinn rechnen. *In lucro ponere*, Cic. fam. 8, 24. *Ad lucrum revocare*, Id. Phil. 3, 12. Id. fam. 9, 17 med. *De lucro jam quadriennium vivimus*, hoc est, in lucro deputamus, quod vivimus. Et, *Lucro apponere*, Horat. 1 od. 9, 14. *Lucri bonus est odor ex re qualibet*, Iuvenal. 14, 204. Plaut. Capt. 2, 2, 75 *Non ego omnino lucrum esse utile, existimo. Scio ego multos jam lucrum lucidentes homines reddidit. Est, ubi profecto præstet damnum facere, quam lucrum &c.* ¶ 2. *Rem facere lucri* dicitur pro facere lucrum alicujus rei; ut, *facere rem compendii*, pro, facere compendium alicujus rei: Nepos 8, 1, 3 *Quæ ille universa naturali quodam bono fecit lucri*, i. e. fecit, ut præclare gesta non collegæ, sed sibi tribuerentur. ¶ 3. Nonius 3, 119 virile genus pro neutro positum ait in illo Plauti Perf. 4, 3, 23 *Vide tu pergrandem lucrum facias.*

¶ Lucellum, *i*, n. dimin. *Dare aliquid lucelli*, Cic. Verr. 3, 30. *Facere aliquid lucelli*, ibid. c. 44. Et Sen. epist. 5 *Hujus diei lucellum tecum communico.* Horat. 1 epist. 18, 102 *Quid pure tranquillet, bonos, an dulce lucellum.*

¶ Lucrius, *i*, m. qui lucro præest, Mercurius. Arnob. 4 p. 132 *Quis est, qui credat esse Deos Lucrios, & lucrorum consecutionibus præsidere*, de Mercurio, qui κερδῶος dictus, v. Meurs. ad Lycophr. Alexandr. v. 208.

¶ Lucrio, vel Lucro, *onis*, m. forte primum lucrari undique cupiens, vel qui ex pecuniis creditis lucrum caperet. Sic *Lucro* servile nomen apud Petronium c. 60. *Lucrio* occurrit in Ant. Inscript. f. 189 n. 4: & f. 601 n. 2. Et *Lucrio* servus est l. 37 § 3 ff. de legat. 3. conf. *Cerropa* apud Festum, quem *lucrionem* a Romanis vocari affirmat.

¶ Lucrōsus, *a, um*, vortheilhafftig, dabey etwas zu gewinnen. *Eloquentia lucrosa*, Dial. de causs. corr. eloq. c. 12. Et, *Lucrosa voluptas*, Ovid. Amor. 1, 10, 35. *Neque est ulla fraus vitæ lucrosior*, Plin. 37, 12 de gemmis factitiis. *Annona utriusque anni uti, est lucrosissimum*, Id. 18, 31.

¶ Lucrose, adv. idem. Hieronymus epist. 22 de Custod. virg. c. 5 *Sub virginali nomine lucrosius pereant.* Mar. Victorius ibi *rutius* mavult.

¶ Lucror, *atus sum, ari*, lucrum facere, gewinnen, erwerben. Cic. Verr. 5, 24 *Certo pretio missos facere nautas: missorum omne stipendium lucrari.* Idem Off. 2, 24 pr. *Non si fuerit, ut locupletes suum perdant, debitores lucrentur alienum.* Stat. Theb. 9, 779 *Quoniam usque moram lucrabere fati.* ¶ 2. *Lucrari dedecora* dicitur aliquis, quæ aut non indicantur, aut non puniuntur. Cic. in Verrem 1, 12 *Lucretur indicia veteris infamiæ.* conf. *Lucrificare*, ubi par ratio. ¶ 3. *Lucro* act. laudatur Tertull. ad Mart. c. 2 *Etsi aliqua amisistis vitæ gaudia, &c.* Sed libri emendati *lucreris.*

¶ Lucrans, *tis*. Suet. Ner. c. 45 *Ex annonæ caritate lucrantium accrevit invidia.*

¶ Lucrātus, *a, um*, der gewonnen hat. Horat. 4 od. 8, 18 de Scipione Africano: *Lucratus nomen domita ab Africa.* Idem Art. poët. v. 238 *Pythias emunctо lucrata Simone talentum.*

¶ Lucratio, *onis*, f. der gewinn. Tertull. adv. Gnost. c. 4; & ad Vxorem 2, 7.

¶ Lucrator, *oris*, m. ein wucherer; ut, *Lucratores aulici*, Suet. Ner. c. 45. rectius *Luctatores.*

¶ Lucrativus, *a, um*, adferunt ex Quintil. 10, 7 *Neque vero tam ullus est dies occupatus, ut nihil lucrativæ, ut Cicero Brutum facere tradit, operæ ad scribendum, aut legendum, aut dicendum, rapi aliquo momento temporis possit.* Sed Burm. *lucri, vel, ut Cicero &c.* Si bona vox est, id significare putarim, quod aliis negotiis derractum lucri facimus. Occupati enim homines in lucro deputant, si quid vacui temporis forte nancisсantur.

¶ Lucricupīdo, *inis*, f. Φιλοκερδία, die gewinnsucht. Ita *Plato lucricupidinem nominavit*, Apul. de Philosophia p. 78. Sed divisim forte scribi præstat.

¶ Lucriduco, *ere*, vor gewinn halten. Tertull. adv. Marc. 5, 20 *Quæ Paulus lucri duxerat.* Etiam hic distinguerem voces.

¶ Lucrīfăcio, *ēre*, idem ac *Lucrari.* Brut. Cic. fam. 11, 20 *Vt quam plurimum lucrifaciunt.* conf. Plaut. Pœn. 3, 5, 26; & Truc. 3, 2, 22; Varr. R. R. 3, 4; Petron. c. 15. ¶ 2. *Lucrifacere injuriam*, est injuriam impune committere, v. *Lucror* n. 2, Plin. 7, 39. Scipio Africanus ad facerdotem apud Val. Max. 4, 1, 10 *Traduc equum, & lucrifac censoriam notam*, i. e. a censore non notaberis. Potest etiam dividi eleganter & transponi. Et in optimis quibusque libris divisim scribitur.

¶ Lucrifio, *ēri*, passivum, erübriget, gewonnen werden. Cic. Verr. 3, 46 *Ostendo, in hac una emtione lucrifieri tritici modios C.* Adde Tertull. ad Vxor. 2, 7; & adv. Gnostic. c. 6.

¶ Lucrifactus, *a, um*, gewonnen. Cic. Verr. 1, 75 *Omnem pecuniam ex ærario lucrifactam videtis.*

¶ Lucrifico, *are*, gewinnen. Tertull. de Præscript. c. 24 *Paulus factus omnibus omnia, ut omnes lucrificaret.*

¶ Lucrificābilis, *e*, erspriesslich. Plaut. Perf. 4, 3, 46 *Lucrificabilis dies.*

¶ Luctifica, æ, f. = ix, adj. ut, *Luctifica fortuna*, apud eundem Vell. Patt. 4, 3, 46.

¶ Luctifuga, æ, m. prodigus. Plaut. Pfeud. 4, 7, 33 *Hos huc adigit luctifuga*. Loquitur de homine, de quo dixerat *Scortum quærit, vinum potat*.

¶ Lucrabilitas, *atis*, gewinnung; ut, *Anima lucrabilitas*, Tertull. de Corona mil. c. 11. Etiam hic dividerem voces.

¶ Lucripeta, æ, m. ein gewinnsüchtiger; ut, *Lucripeta fœnerator*, Plaut. Most. Argum. v. 6.

¶ Superlucror, *ari*, darzu gewinnen. Vulg. Interpr. Matth. 25, 20 *Talenta alia quinque superlucratus sum.*

Lucta, luctamen, &c. vide in *Luctor*, Luctatius, *Lutatius*.

Luctifer, luctifonus, &c. vide in *Lugeo*.

LVCTOR, *atus sum, ari*, ringen, kämpffen, a *Lugeo*. Virg. Æn. 6, 643 *Contendunt ludo & fortia lactantur arena*. Cic. pro Sylla c. 16 *Nondum statuo, te virium satis habere, ut ego tecum luctari, & congredi debeam. Luctando exerceri*, Nepos 15, 2, 5. *Luctari morti*, Sil. 10, 196. *Luctari fatis*, Id. 2, 514. ¶ 2. Translate Plin. H. N. 18, 5 *Malus est ager cum quo dominus luctatur*. Liv. 7, 38 *In pestilente atque arido circa urbem solo luctari.*

Luctо, *are*, active, idem. Ter. Hec. 5, 3, 31 *Dicit sese annulum illi dum luctat detraxisse*. Et Ennius apud Nonium 7, 31 *Viri valentis viribus luctant*. ¶ 2. Metaph. *Circa omnia luctari*, apud Quintil. 5, 13 p. 475 dicitur orator is, qui nimis solicitus est & adversarium aggreditur etiam ubi non opus est, ut luctator, qui non medium hominem, sed digitum premere velit. Ita Burm.

¶ Luctans, *tis*; ut, *Luctans anima*, Virg. Æn. 4, 696. *Luctantes venti*, Id. Æn. 1, 57. Et, *Luctantia ossula carpere*, Ovid. Met. 4, 368. ¶ 2. In contrarione LVCTANTES *dicuntur, quod crebri invicem se tendant more luctantium*, Isidor. 19. 19, die sparren.

¶ Luctatus, *a, um*, der gerungen hat. Metaph. Vellej. 2, 63, 3 *Dubia fide diu, quarum effet partium, secum luctatus*, da er lange darüber bey sich angestanden.

¶ Luctatus, *ûs*, subst. pro luctatione, das ringen, der kampf. Plin. 32, 2 *Quem luctatum ejus si forte alius jecavis extrinsecus videat*. Tertull. de Spectac. c. 29 pluraliter: *Vis & pugilatus & luctatus?*

¶ Luctatio, *ōnis*, f. idem. Cic. de Fato c. 6 *Cum Diodoro tibi magna luctatio est*. Sen. Q. Nat. 5, 13 *Nonnunquam conglobationem illam spiritus rumpit inclusi, & in exitum nitentis luctatio.*

¶ Luctāmen, *ĭnis*, n. idem. Virg. Æn. 8, 89 *Remo ut luctamen abesset*, i. e, ut non multum remis luctandum esset. Mamertinus Paneg. Iuliani c. 4 *Emendatio morum judiciorumque correctio, & difficile luctamen, & periculi plenum negotium est*. Et Lamprid. Alexandro c. 30 *Operam luctaminibus meliboreis dare.*

¶ Lucta, *æ*, f. idem, ein kampf. Onomast *Lucta*, πάλη. Auson. ep. 93 *Ne quis Hylam cæstu, ne quis certamina lucta Phœgea, ne cursu te, Lyce, prætereat*. Sidon. 2 epist. 2 *Palæstritarum luctas, si involventur obscenius, casta confestim gymnasiarchorum virga dissolvit*. Hyginus fab. 273 *Ajax victi luctæ*. Et Augustinus epist 106 *Lucta convincitur*. Habet & Capitolinus Maximino c. 6 *Exercere luctam*, sed MSS. libri Palatini præsertim, *luctamina*, ut Salmasius & Gruterus observarunt.

Luctatius, vide infra *Lutatius*.

¶ Luctātor, *ōris*, m. ein ringer, kämpffer. Plautus *vinum dolosum luctatorem* vocat, quia *pedes captat primum*, in Pfeud 5, 1, 6. Ovid. in Ibin v. 393 *Vt jacet Aonio luctator ab hospite fusus*. Prudentius Cathemer. 2, 74 *De Iacobo Luctator audax Angeli.*

¶ Luctĭto, *are*, pro Luctor, *ari*, frequent. oft ringen, apud vetustissimos invenitur testatur Priscianus p. 797.

Compolita:

¶ Adluctor, vel Alluctor, *ari*, idem quod *luctari*. Apul. Met. 10 edit. Elmenh. p. 247 *Me quidem mensam accumbere suffixo cubito, dein adluctari, & etiam saltare sublatis primoribus pedibus perdocuit.*

¶ Colluctor, *ari*, luctando congredi, mit einander ringen. Plin. 27, 2 *Cum eo solo colluctatur.*

¶ Colluctatio, *ōnis*, f. der kampf. Colum. 6, 2 *Noxia colluctatione alter alteri nocent*. Apul. 9 Met. *Colluctationibus Veneris operari*. Sen. Q. Nat. 3, 18 *Ipsa colluctatione animam agens*, der in den letzten zügen liegt. Quint. 11, 3 p. 1009 *Est quibusdam concursus* (f. concussus) *oris, & cum verbis suis colluctatio.*

¶ Colluctītor, *ōris*, m. qui cum aliquo colluctatur. Lactantius de Opific. Dei c. 1 *Ille colluctator & adversarius noster scis quam sit astutus, & idem ipse violentus.*

¶ Deluctor, *ari*, idem quod *luctari*. Plautus Persa. 1, 1, 4 *Cum Antæo deluctari mavelim*. Idem active usus est Trin. 4, 1, 20 *Quibus ærumnis deluctavi?*

¶ Deluctatio, *ōnis*, f. actio deluctandi; ut, *Gloria deluctationis*, Mart. Capella lib. 5 p. 139.

¶ Deluctator, *ōris*, m. idem qui *Luctator* apud Hieronymum.

¶ Eluctor, *ari*, luctam superare, sich heraus ringen, überwinden. *Locorum difficultates eluctari*, Tac. Agric. 17, 3. Id. Hist. 3, 59, 3 *Nives eluctari*. Et Val. Flacc. 8, 184 *Eluctanda via est*. Grat. 520 *Eluctabitur iram* equus, h. e. ignem vigorem superatis obstaculis perferet.

¶ Eluctans, *tis*. Tac. An. 4, 21, 3 *Ipse compositus alias, & velut eluctantium verborum*, i. e. cum difficultate quasi & cunctanter proferentium, es war alles gezwungen, er drückte die worte heraus.

¶ Eluctatus, *a, um*, der sich herausgewickelt, losgemacht. Stat. Achill 1, 525 *Vox eluctata fauorem*. Lucan. 2, 219 *Tandem Tyrrhenas vix eluctatus in undas.*

¶ Eluctatio, *onis*, f. Lactant. 2, 11 *Eluctatio adversus mala.*

¶ Eluctābilis, *e*, daraus man sich helffen kan. Sen. Nat. Qu. 6, 8 *Lacus nec pedi eluctabilis, nec navigio.*

¶ Ineluctābilis, *e*, quod lucta evinci nequit, daraus man sich weder ringen noch winden kan; ut, *Ineluctabile fatum*, id est, insuperabilis vis fati, Virg. Æn. 8, 334. Et lib. 2, 324 *Venit summa dies, & ineluctabile tempus Dardaniæ, &c.* Et Vellej. 2, 57, 3 *Ineluctabilis fatorum vis.*

¶ Illuctor, *ari*, in quo luctari, sich bemühen. Statius Theb. 4, 790 *Et teneris meditans verba illuctantia labris.* v. *Eluctans.*

¶ Obluctor, *ari*, adversus aliquid luctari & niti, sich mühen, widersetzen widerstreben. Virg. Æn. 2, 38 *Aggeribus que adverse obluctor arenæ*. Et alii cum tertio casu componunt. Silius 8, 10 *Soli obluctandum Fabio*. Et, *Obluctari obliviosi*, Curt. 7, 2, 9. Et 6, 6, 27 *Obluctari difficultatibus.*

¶ Obluctatus, *a, um*, der sich gewehret hat. Lucan. 3, 662 *Turba mortis obluctata.*

¶ Obluctatio, *ōnis*, f. obluctandi actio. Arnob. 2 p. 77 *Qui cum suis cupiditatibus pugnant, pertinaci molimine obluctatione virtutis.*

¶ Reluctor, *ari*, repugnare, obniti, sich widersetzen, sich wehren widerstreben. Martial 5 ep. 26 *Sufcitanti reluctatur*. Claudian. in Ruffin. 2, 354 *Equites poscentia cursum Ora reluctantur pressis sedare lupatis*: hoc est, equorum cursum inhibent.

¶ Reluctо, *are*, active, idem. Apul. Met. 4 & 6 *Reluctare alicui*. Et Fulgent. de Contin. Virg. *Contra omnem furiam sapientiæ & ingenii arma reluctant.*

¶ Reluctans, *tis*. Curt. 6, 2, 6 *Fœmina verecunde reluctans*. Petron. c. 111 *Reluctantibus fatis*. Virg. Georg. 4, 301 de vitulo: *Multa reluctanti nares obstruere*. Ovid. Amor. 3, 4, 14 de equo: *Ore reluctanti*. Et, *Dracones reluctantes*, Horat. 4 od. 4, 11.

¶ Reluctatus, *a, um*, active, der sich gesperret hat. Curt. 8, 2, 11 *Diu precibus reluctatum ægre vicerunt*. ¶ 2. Et passive, geweigert, widrig. Claudian. de Raptu Prof. 1, 42 *Pœne reluctatis iterum pugnantia rebus, &c.* Sym. 5, 72 *Multa reluctatus itineris difficultati larem patrium salutavi.*

¶ Reluctātio, *ōnis*, f. die widerstehung. Apul. de Mundo: *Terrenæ reluctationes.*

Luctuosus, luctus, vide infra in *Lugeo*.

LVCVBRO, *avi, atum, are*, noctu studiis, vel aliis rebus operam dare ad lucernam, des nachts bey licht arbeiten. Ita Apul. Met. 9 *Lucubrare pervigilem farinam* dixit, & lib. 6 *Latrones viju maligno nos salutant, & unus e numero sic appellat: Quorsum istam festinati vestigio lucubratis viam, nec noctis intempestæ Manes Larvasque formidatis?* wohin wollet ihr bey nacht reisen, wandern?

¶ Lucubrans, *tis*. Liv. 1, 57 *Deditam lanæ inter lucubrantes ancillas inveniunt.*

¶ Lucubratus, *a, um*, bey licht gemacht. Cic. in Parad. procœmio: *Accipies hoc parvum opusculum lucubratum his jam contrariis rebus nocturnis*. Martial. 4 epigr. 90 *Hæc dat nocturnis nox lucubrata Camenis*, i. e. lucubrando transacta, wachsam zugebracht.

¶ Lucubratio, *onis*, f. die nachtarbeit, das sitzen bey licht. Cic. de Divin. 2, 68 *Lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi*. Plin. 18, 26 *Reliqua opera nocturna maxime vigilia constant: cum sint nobiles tanto ampliores. Qualos, crates, fiscinas texere. Faces incidere, ridicas præparare interdiu XXX, palos LX, in lucubratione vaspertina, ridicas V palos X, totidem antelucana &c.* subaudi, *lucubratione*. Colum. 11, 2 *Ad lucubrationem vespertinam palos decem conficere, totidemque per antelucanam lucubrationem.* De lucubrationibus veterum vide Muretum Var. Lect. 18, 12.

¶ Lucubrātiuncŭla, *æ*, f. diminut. Gellius præfat. *Si cui forte nonnunquam tempus voluptasque erit, lucubratiunculas istas cognoscere.* Vbi pro re ad lucernam facta ponitur. Alibi pro tempore lucubrationis. Ausonius prosa epistolæ 21 *Isti* (versus) *spatio lucubratiunculæ unius effusi*, hoc est, vigilia unius noctis.

¶ Lucubrātōrius, *a, um*, zum nachtsitzen dienlich; ut, *Lucubratoria lecticula*, in qua lucubrare solitus est Augustus, Suet. ejus vita c. 78: ubi Casaub. videas, & Buchn. not. 127 ad Plin. epist. p. 44.

¶ Lūcubrum, *i*, n. ita vocabant veteres, quicquid ex materia arida erat ad concipiendum ignem apta, ut sunt fulphurata & arborum fungi putres ad ignem arefacti vel insolati, zunder. Scalig. in Moretum Catonis. Nomen a *luceo* est: Sicut a *Polluo, Pollubrum*: Ita a *Luceo, Lucubrum*. Salmas. Proleg. Exercit. Plin. p. 17. v. Plin. 16, 40, & ibi Dalech.

¶ Elūcubro, *are*, ad lucernam elaborare, des nachts ausarbeiten. Activa forma est Columellæ præfat. lib. 10 *Quidquid est istud, quod elucubravimus, propriam sibi laudem non vindicat*. Cicero deponentialiter extulit ad Att. 7, 19 *Nihil habeo quod ad te scribam, quin etiam epistulam, quam eram elucubratus, ad te non dedi*. At participio usus est passive:

¶ Elucubratus, *a, um*, verfertiget bey licht. Cic. de Clar. Orat. c. 90 extr. *Orationes diligenter elaboratæ, & tanquam elucubratæ*. Val. Maxim. 3, 7 extr. 1 *Cunctante stilo elucubratum opus.*

Luculentus, &c. vide in *Lux*.

LVCVLLVS, *i*, m. clarissimus Imperator Romanus, prænomine *Lucius*, qui adversus Mithridatem bella gessit. Ejus vitam scripsit Plutarchus. Adde Cic. pro Archia c. 4; & Acad. Qu. 2, 1. *Divitias ipsius* non minus atque *Crassi* in proverbium abiere. ¶ 2. Alius *Lucullus*, prænomine *Marcus*, Lucii frater patruelis, Macedoniæ proconsul, victor Thracum & Ponticæ erat. Eutrop 6, 6, & 8.

¶ Lucullĕa, *orum*, n. pl. Λουκύλλεια, festi dies Cyzicenorum, in f. Luculli honorem instituti, qui eos obsidione Mithridatica liberaverat. vid. Appian. Alexandrin. in Bello Mithrid. p. 222.

¶ Lucullēus, *a, um*, adject. ut, *Marmor Luculleum*, quod in Romam Lucullus invexit, Plin. 36, 6.

¶ Lucullānus, *a, um*, idem. Sidonius Panegyr. Anthemii v. 511 *Lucullanis freta cincta carinis.*

LVCVMO, *ōnis*, m. per syncopen *Lucmo*, vocabulum Tuscum, quo rex vel princeps significabatur, ut Servius auctor est in Virg. 3 Æn. ein fürst. Et ita videtur usus Sidonius 5 epist. 7 *Temperat Lucumonem nostrum Tanaquil sua*. Loquitur enim de Chilperico rege. Annius de rebus Etruriæ in *Luceres*, hunc in modum differit, quæ jam examinare non vacat. *Lucumo* fuit Etruscus, qui post Cœlium Tuscum fuit auxilio Romulo contra Sabinos, ut Dionysius Halicarnasseus in lib. 2 scribit. Cœlius enim primus cum manu sua venit auxilio Romulo contra Ceninenses & alios Latinos, uti Varro ait de L. L. 4, 8; Galeritus vero Athanus Lucumo auxilio fuit Romulo contra Sabinos, & illos devicit. Propert. 4, 2, 51 *Tempore quo se-*

ciis venit Lucomonius armis, Atque Sabina feri contudit arma Tati, &c. Idem elegia 1 asserit Galeritum vicisse, posuisse prætoria Romæ primum, indidisse tribubus nomina, & ita ejus auxilio quatuor triumphos Romulum egisse, cum ait v. 29 *Prima Galeritus posuit prætoria Lucmo. &c.* Vide Annium loco laudato, & Quæst. 14 de Tuscia, p. 310, ubi eidem *Lucumo* a *Luca* vocabulo Etrusco, *senem* sive senatorem, & *Moni* (quod rationem notat) supputatorem, dictatoremve significantibus derivatur: Adeoque *Lucumo* proprie *Senem dictatorem*, latine *Viterbum*, græce *Palæologum* notat. ¶ 2. Aliter Festus: LVCVMONES (*Lucumones*) inquit, *homines infami dicti: quod loca, ad quæ venissent, infesta redderent*, wahnwitige. Et inde Scaliger interpretatus est locum Ausonii epist. ad Theonem 4, 68 *Anticipesque tuum Samii Lucumonis acumen:* Quem vide Lect. Auson. 2, 12. conf. Voss. 4 Instit. Orat. p. 176. Idem Voss. Etym. p. 296 adstipulatur Iosepho Scaligero Notis in Orphei Initia, *Lucumones* esse eosdem ac Λυκάονας, a Lycaone rege, de quo infra; & a Λυκανθρωπίαι, melancholiæ genere, quo qui laborant, noctu luporum instar exeunt, & usque dum lucescat, circa mortuorum corpora versantur, ut adeo Λυκάων apud Græcos, & *Lucumo* apud Tuscos ex Arcadia in Italiam venientes utramque habeant notionem, & tum pro rege aut præfecto, tum pro melancholico vel insano fumantur. De *Lucumone*, qui Romæ L. Tarquinius Priscus vocatus, vid. Liv. 1, 34.

LVCVNS, *untis*, n. Λυκῦς, ῦντος, quasi λευκῦς, cibi vel placentæ genus, ab adspersione albæ farinæ, ein Kuchen von weissem mehl. Varro ap. Nonium 2, 483 *Panis, pomma, lucuns, cibus qui puerissimus multo est.* Idem ibid. Vinum, *pomma, lucuns, nihil adjuvant ijtam.*

¶ Lucunculus, *i*, m. diminut. Afranius ap. Nonium l. c. *Mittat fratris filio lucunculos.* Apul. 10 Met. *Panis crustula, lucunculos & complura fictamenta*, conf. Stat. Sylv. 1, 6, 17; & Turneb. Advers. 18, 20.

¶ Lucuster, *ēris*, m. gr. λευκάντηρ, idem *genus operis pistorii* apud Festum. vide ibi Iof. Scalig.

LVCVS, *i*, m. silva densa, religiosa & alicui divo consecrata, ein hain, Græce Λόχος est. Quo nomine Homeri interpres quemcunque locum arboribus consitum, habentem aquam, & Diis sacrum, appellari tradit. conf. Barth. ad Stat. Silv. p. 69 & 101. Cæterum *Lucos* omnes, etli & aliis Diis dicati, Dianæ tamen nihilo secius sacros esse, Servius ad Virg. 3 Georg. & Lutatius, vetus Scholiastes Statii ad 4 Theb. docet. *Lucus* dictus est per antiphrasin, quod minime sit lucidus, per religionem enim cædi non licuit. Alii tamen aliter. vide quæ diximus in *Antiphrasi.* Annius de rebus Etruriæ p. 472 sq. aliter sentit, cui certo certius a *Luca*, i. e. sene seu senatore *Lucus* proprie sit *senatorum curiæ templum*, affirmatque, Virgilium Æn. 7, 170 Etrusco hoc vocabulum sic definivisse: *Templum augustum, ingens, centum sublime columnis: Horrendum silvis & religione parentum, &c.* Differt *lucus a silva, nemore & saltu*, vide Vallam 4, 56.

¶ Luculus, *i*, m. dimin. Suet. in vita Horatii.

¶ Lucrētia, *orum*, n. pl. festa Romanorum, quæ in luco magno, inter viam Salariam & Tiberim, colebantur: pro eo quod victi a Gallis fugientes in præsio ibi se occultarant, ut tradit Festus. Varro tamen non a *luco*: sed a *luce* dicta censet de L. L. 5, 3.

¶ Lūcāris, *e*, adj. in luco datus: ut, *Lucaris pecunia*, Festus.

¶ Lucar, *āris*, merces saltatorum & histrionum. Veteres Glossæ: *Lucar*, θεατρικόν. Tertull. adv. Gnosticos c. 8 de Iohanne Baptista loquens: *Ipse clausula legis & prophetarum, nec prophetes, sed angelus dictus, contumeliose cæde truncatur in puella saltricæ lucar.* Extat hæc vox & apud Liv. lib. 3. vide & Festum in hac voce & ibi Scalig. itemque Lipsium ad Tac. p. 74, nec non Paul. Leopard. 7, 17, & Pamelium ad c. l. Tertulliani, & Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 8, 9.

¶ Luco, *are*, fuit etiam verbum, unde composita apud Festum.

Composita:

¶ Collūco vel Conluco, *are*, ramos luci officientes amputare, den wald behauen. Cato c. 139 *Lucum collucare*, ubi habes modum & ceremoniam. Colum. 2, 22 *Arborem collucare.*

¶ Interlūco, *are*, idem, sive ramis inutilibus resecatis, lucem arboribus reddere, die bäume beschneideln und licht machen, Plin. 17, 23.

¶ Interlucatio, *ōnis*, f. Plin. 17, 27 *Interlucatio arboribus prodest.*

¶ Oblūcino, *are*, quod Festus *mente errare* exponit, unsinnig seyn, a *luco* Heinsius deducit ad Sil. 1, 459. *Antiquis*, inquit, LYMPHARE *idem quod* OBLVCINARE *erat, utrumque* ἐνθουσιάζειν *& furore corripi: ut etiam a* luco oblucinare *dicebant, quod lucos sacros Diis æstimarent, & qui in iis multum versarentur, Deorum occursu & præsentia furore agitari: Sic eum, cui conspectæ Nymphæ essent, νυμφόληπτον vocant, & lymphatum, furiosum nempe & furore divino percitum, &c.* Hæc ille. At vero Scalig. non a *luco*, sed a *luce* videtur ducere, quem vide ad Festum in hac voce: conf. & supra *Hallucinor.*

¶ Oblucināmentum, *i*, n. pro caligine nescio quo auctore usurpavit M. Anton. Sebellicus Coccius erat. 4 de præstantia lat. linguæ in Plautum.

¶ Sublūco, *are*, est arbores & ramos earum supputare, & veluti subtus lucem inferre. Festus.

Ludia, ludibrium, ludibundus, ludicrum, ludifico, ludimagister, ludio, ludo, vide mox in *Ludus.*

LŪDUS, *i*, m. proprie quodvis ludicrum est, ad animi recreationem & corporis exercitationem fieri solitum, ein spiel. A *Lydis* hoc nomen esse dicitur, quos aleam & id genus ludos excogitasse ajunt. vid. Herodot 1, 94; Rhodig. Lect. Ant. 20, 14. Sed &, quicquid fert adolescentia & juvenilis animi prolubium, ut amare, comissare, saltare, & alia hujus generis, *ludere* & *Ludere* dicitur. Horatius 1 epist. 14, 36 *Nec lusisse pudet, sed non incidere ludum.* Lege & præcedentia inde cognoscens, quid *ludere* & *ludum* voceat. Ter. Eun 2, 3, 8 *Quid si amare cœperit, ludum jocumque Dicet esse illum alterum, prout hujus vitam quæ habuit.* *Ludum jocumque* appellat, quæ longe minora & contemnenda sint, si comparentur cum aliis. Ita nos: quem dem ipse lauter fundgrübel. Liv. 28, 42 pr. *Ne tibi P. Cornelii, cum ex alto Africam conspexeris, ludus & jocus Hispaniæ videbuntur.* Sed, *Ludum jocumque quem facere*, einen zum narren machen. vide supra *locus.* *Ludum dare alicui rei*, est indulgere. Sic *Ludum dare ætati*, dixit Cicero pro Cælio c. 12 & 18. ¶ 2. *Ludum* etiam dicebant, ubi habebantur, alebanturque & exercebantur gladiatores, cujusmodi plures erant Romæ: ut ille Æmilius, cujus Horatius meminit de Arte Poët. v. 32. vide Torrentium ad Suet. Cæs. c. 26. Et ibidem c. 31 *Ludum gladiatorium ædificare.* v. Brouckh. ad Tib. 1, 4, 45. ¶ 3. Sed & quævis aliæ scholæ *Ludi* appellatæ etiam *litterarum.* Liv. 6, 25 *Vidit ludos litterarum strepere discentium vocibus.* Hinc *Ludum aperire* Cic. fam. 9, 18, eine schule eröffnen, sive, anfangen schule zu halten. *Ludum habere*, schule halten: *In ludum itare*, Plin. 9, 8, in die schule gehen. *Ludus litterarum*, Plin. 9, 8, & *litterarius*, Quintil. 1, 4. Ter. Hec. 2, 1, 6 *In eodem ludo doctæ mihi omnes videntur ad malitiam.* Et ibidem v. 7 *Et ei ludo, si quis usquam est, magistrum hanc esse satis certo scio.* Val. Max. 6, 9 exter. 6 *Magister ludi factus ex tyranno est*, de Dionysio. v. Perizon. ad Ælian. Var. Hist. 3, 21, & Misc. Observ. Vol. 3 p. 89. ¶ 4. *Ludi*, plurale, ipsa ejusmodi spectacula dicuntur publica, vel placandæ Deorum iræ, vel pro salute populi, aut gratiæ populi demerendæ caussa edita, schauspiele; ut, *Ludi Apollinares*, de quibus copiosissime Spanh. de usu num. Diss. 10 p. 121-140. *Megalenses, Funebres*, de quibus uti supra Intt. Terentiani &c. *Ludos magnificentissimos apparare*, Cic. ad Q. fratr. 3, 8. *Facere ludos Apollini*, Idem de Clar. Or. c. 20, schauspiele halten. *Celebrare dies festos ludorum*, Idem pro Archia c. 6. Et, *Ludos instituere*, Quintil. 3, 8. *Ludi committuntur*, i. e. incipiuntur Liv. 2, 37 pr. *Ludis*, i. e. die ludorum Liv. 2, 36 pr. & ibi Gron. & Drakenb. qui plura ejus locutionis exempla collegere. *Ludorum* apud Romanos in universum duo erant genera, a locis denominata, *Circenses & scenici.* ¶ 5. *Ludos* pro ludiis h. e. gladiatoribus dictos vult Salmasius in illo Trebellii Poll. *In indice ludorum.* ¶ 6. Dolos ac fallacias interdum notant *Ludi.* Cic. Att. 12, 44 post med. *Druso ludus est suggerendus*, i. e. Drusus dolo capiendus, ut infantes ludo aliquo objecto aliorsum traducuntur. Huc etiam pertinent Terentiana illa Andr. 3, 1, 21 *Quos mihi ludos reddet*, was wurde er mir vor ein spiel anfangen? Phorm 5, 7, 52 *Vt ludos facit*, wie verirt er uns? ¶ Lūdio, *ōnis*, & Ludius, *i*, m. histrio, ein comödiant, tänzer, gaukeler. Cic. Or. pro Sex. 54 *Ipse ille maxime ludius, non solum spectator, sed actor & acroama.* Liv. 7, 2 *Ludiones ex Etruria acciti, ad tibicinis modos saltantes.* Arnob. 4 p. 148 *Si ludius constitit, aut tibicen repente conticuit.* Vide quæ de ludionibus hisce notant Turneb. Advers. 6, 26, Scaliger Pater Poët. 1, 4, & Filius ad Catull. Cum & *Ludius*, cum histrionem significat, non a *Ludendo*, sed a *Lydia* nomen acceperit. Nam ludicrum illud Lydorum inventum est, ut Halicarnass. auctor est. E cujus loco Nonium etiam interpretatur, & docte disputat Torr. ad Hor. 1 sat. 6, 1. Exemplum formæ *Ludius* est etiam Ovidii Art. am. 1, 112 *Ludius æquatam ter pede pulsat humum.* Et Prudentii Romano v. 222 *Saltat tonantem tauricornem ludius.* ¶ 2. *Ludius* est quoque gladiator; vide Salmas. ad Flor. 3, 20, 3 & ad Pollio. Claud. c. 5.

¶ Ludia, *æ*, f. Martialis 5 epigr. 25 *Hermes cura laborque ludiarum.* conf. Iuvenal. 6, 104. ¶ 2. Adjective Catull. 32, 13 *Ludiæ undæ*, id est, χορευούσαι, ut Scaliger explicat, die hüpfenden wasser. conf. *Ludo* n. 6. Sed *Lydiæ* mavult legi Salmasius eodem sensu ad Vop. Cari. c. 19 p. 843, b. Vossius p. 78 legit *Lariæ*, & ad lacum Larium refert in Comensi colonia.

¶ Lūdo, *lusi, lusum, ludĕre*, spielen; ut, *Tessĕris ludere*, Ter Adelph. 4, 7, 21. Et, *Ludum consimilem ludere*, Idem Eun. 3, 5, 58. *Ludere par impar*, Horat. 2 sat. 3, 248, quod etiam Suetonius Aug. c. 71 habet, *inter cænam talis sive par impar ludere.* ¶ 2. Et *Ludere*, irridere est, deludere & decipere, spotten, vor einen narren halten. Ter. Andr. 4, 5, 48 *Hic ille est, non te credas Davum ludere.* Idem, *Ludere dolis*, pro deludere, Eun. 2, 3, 94. Et, *Ludere operam*, est perdere, Phorm. 2, 2, 18. ¶ 3. *Ludere versibus*, & *versus*, est scribere versus parum operosos & argumenti minime gravis & serii, ut amatorii sunt. Virg. Georg. 4, 565 *Carmina qui lusi pastorum.* Et Ovid. Trist. 5, 1, 7 *Læta & juvenilia lusi.* Horatius 4 oda 9, 9 *Non si quid olim lusit Anacreon.* Eod. modo etiam de cantu hominum aviumque dicitur, vid. Burm. ad illud Rutil. itin. 1, 112 *Vernula quæ vario carmine ludit avis.* ¶ 4. *Ludere* etiam Venereum est. vid. Barth. ad Script. Venat. p. 183. Catullus Epithal. v. 211 *Ludite, ut lubet, & brevi Liberos date.* Horat. 2 epist. 2, 214 *Lusisti satis, edisti satis, atque bibisti, Tempus abire tibi est.* v. Intt. Petron. c. 10 p. 43 sqq. Huc ref. illud Sardanapali *Ede, bibe, lude* &c. it. Ovid. A. A. 2, 389. ¶ 5. *Ludere* etiam dicuntur, qui in scholis seu ludis gladiatoriis exercentur. Horat. Art. Poet. v. 379 *Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis: Ludere*, id est, per ludum, non serio, sed exercendi caussa tantum pugnare. *Armis ludere*, Vulcatius Gallicanus dixit. Claudianus de 4 Consul. Honorii v. 538 *Simulacraque Martia ludis.* v. Brouckh. ad Tib. 1, 4, 45. Alius poëta: *Maternis caussam qui lusit in ulnis*, id est, qui declamando se ad caussas agendas exercuit. ¶ 6. *Ludere* etiam est saltare, & *unde ludere* dicuntur, quod motu perpetuo subsiliant, resiliantque, atque sic saltent quasi. Vnde illa Aquilii ICti *Litoris* definitio apud Cic. Topic. c. 7, *Litus esse* dicentis, *qua fluctus eluderet*, hoc est, desineret ludere. Et inde *Ludiæ undæ*, vid. in *Ludia.* Virg. eclog. 6, 27 *Tum vera in numerum Faunosque ferasque videres Ludere*, id est, ad rhythmi & cantelæ modum saltare, ut Servius interpretatur. ¶ 7. Paulinus & verbo *ludere* de pictura usus, Natali 9 Felicis v. 580 dixit: *Propterea visum nobis opus utile, totis Felicis domibus pictura ludere sancta.* ¶ 8. Qua ratione de bellis hoc verbum dicatur, & præliis, vid. apud Cervin. Dubior. Philolog. fascicul. 3 dub. 6.

¶ Ludens, *tis.* Horat. 1 epist. 1, 59 *Pueri ludentes.* Idem Art. poët. v. 107 *Ludentem lasciva verba decent.* Petron. c. 27 *Inter pueros ludens pila.*

¶ Lusus, *a, um*, gespielt; item, verspottet, betrogen. Cic. de Fin. 2, 1 *Sophistas hisce videmus a Socrate* ¶ 2. Acu pictus, gestickt. Nemesia. cyn. 91 *Sit chlamys aurato multum subtemine lusa.* vid. *Illusus*, & Intt. ad h. l.

¶ Lūsus, *ūs*, m. *voluptatis est*, inquit Valla 4, 16, ein lustspiel, sive derisui. Quintil. 1, 3 *Nec me offenderit lusus in pueris, est & hoc signum alacritatis.* Et, *Dare venustissimos lusus*, Idem 5, 13. Ovid. ex

Pomp. 1 epist. 4, 4 *Nec, juvenes lusus qui placuere, placent.* Quint. 1, 1 p. 21 *Pueris ebarneas literarum formas in lusum offerre.*

¶ Lusio, *ōnis*, f. idem. Cic. de Senect. c. 10 *Nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant & tesseras. Lusio pila*, das ballſchlagen, Idem de Orat. 1, 16.

¶ Lusor, *ōris*, m. ein ſpieler. Plauto Amph. 2, 2, 62 eſt fraudator, ein betrüger. *Te ut adludam contra lusorem meum.* Seneca Benef. 2, 17 *Maligni lusores.* De pila. ¶ 2. *Lusor amorum*, id eſt, ſcriptor, Ovid. 4 Triſt. 10 pr. ¶ 3. Pro aleatore eſt in illo ejusdem poëtæ lib. 1 de Arte amandi v. 451 *Sic, ne perdiderit, non ceſſat perdere lusor, Et revocat cupidas alea ſæpe manus*, Adde 3. 371.

¶ Lusōrius, *a, um*; ut, *Alveus lusorius*, Plin. 37, 2 pr. ein bretſpiel. *Lusoria pila*, Plin. 7, 56. Et, *Quæſtio lusoria*, eine frage vom ſpiel, ibid. c. 53. *Lusoria arma.* Senecæ ſunt epiſt. 117, quibus exercentur tirones, quibus *decretoria* opponuntur. vide Lipſium in Saturnalibus. *Lusoriæ* dicebantur *naves*, quas Romani habebant in fluminibus, ut imperium diſterminarent a barbaris. vid. Baluzium ad Lactant. de Mort. perſec. c. 21 & quos ibi laudat. It. Miſc. Obſerv. Vol. 9 p. 411. *Lusorius* etiam erat, qui ridebatur. Sen. de Benef. 5, 8 *Velut lusorium nomen ſtatim tranſit.* conf. Baluzius c. l.

¶ Lusōrium, *i*, n. ſubſtantive dicebatur amphitheatrum, aut locus, in quo ludi edebantur, ein ſpielplatz. Huc faciunt loca Ammiani 17, 3; & 18, 2 de *navibus laſoriis.* Et Lamprid. de Heliog. c. 25 *Struxit ſibi triclinium in ſummo lusorio.*

¶ Lusorie, adv. idem Lege 50 § 1 Dig. de Legat. & fideicommiſſ. *Si hæreditatis judex contra heredem pronunciaverit non agentem cauſſam, vel lusorie agentem.*

¶ Lusito, *are*, frequentativum, oft ſpielen. Plaut. Capt. 5, 4, 6 *Cutumices dantur, quibuscum lusitent.*

¶ Ludibundus, *a, um*, ludens; ut, *Omnia ludibundus perſicies*, Cic. Verr. 3, 67. Et, *Per laſciviam & jocum ludibundi rediere*, Livius 24, 16.

¶ Ludibrium, *i*, n. ſpott, geſpötte; ut, *Ludibrio habere*, Ter. Hec. 4, 1, 11. Et, *Ludibrio alicui eſſe*, Cic. ad Brut. ep. 2 *In ludibria vertere*, einen poſſen draus machen, Tac. Ann. 12, 26, 2. *Fortunæ ludibria*, opes & divitiæ Ciceroni Paradoxo dixit, quod variis fortunæ caſibus obnoxiæ ſunt. Liv. 30, 30 *Hoc quoque ludibrium caſus edidit fortuna.* ¶ 2. *Ludibrii* vox & in obſcenis eſt. Namque Terentius Hec. 1, 2, 74 *Aliquam ludibrio habere*, pro vitiare dixit, ju fall bringen. Vbi Donatus: *Honeſto*, inquit, *verbo & pleno pudoris uſus eſt: & nunc, pro vitiare.* Imperat. l. 5 Cod. de Epiſc. audient. *Mimæ & quæ ludibrio corporis ſui quæſtum faciunt:* LVDIBRIO, i. e. proſtitutione corporis. Prudent. in Agnetem v. 29 *Omnis juventus irruat, & novum Ludibriorum mancipium petat:* id eſt, ſcortum.

¶ Ludibriōſus, *a, um*, plenus ludibrii, ludibrio habitus, ſpöttlich. Ammianus 15, 13 *Ludibriosa auſpicia.* Vſus quoque Idem eſt 27, 22; & 29, 11.

¶ Ludibrioſe, adv. zu ſpott. Ambroſius epiſt. 36 ad Sabinum: *Non ludibriose, ſed gloriosiſſime denudatus.* Et Ammianus 26, 6 *Ad hoc dehonestamentum honorum omnium ludibriose ſublatus.*

¶ Lūdicrus, *a, um*, zum ſpiel gehörig, Cic. de Orat. 2, 20. *Certamen ludicrum*, Seneca Agam. v. 935, ſpielgefechten. Cic. de Nat. D. 1, 37 pr. *Pueri exercitatione ludicra delectantur*, i. e. luſibus laboriosis. Id. Acad. 4, 2 *Clarorum virorum ludicros eſſe ſermones non oportet*, von narrenspoſſen.

¶ Ludicrum, *i*, n. ſubſt. idem fere quod ludus, ein ſpiel. Catullus 62, 21 *Floridis velut enitens Myrtus Aſia ramulis Quos Hamadryades Deæ Ludicrum ſibi roſeido Nutriunt humore*: damit zu ſpielen. ¶ 2. Pro *ludis* ſive *ſpectaculo* etiam ponitur, ein freuden-ſpiel. Sic Liv. 1, 9 *Ludicrum* de ludis conſualibus, & 27, 37 *Ludicrum Olympiæ* pro ludis olympicis dixit. Tac Annal. 1, 54, 3 *Indulſerat ei ludicro Auguſtus &c.* Loquitur de ludis Auguſtalibus, quorum jam modo meminerat. Ita & Hiſt. 1, 32, 1; & Hiſt. 3, 62, 4 uſus eſt. Vet. Gloſſ. *Ludicrum, θεατρικόν, σκηνικόν.*

¶ Ludicre, adv. ſcherzweiſe. Ennius apud Nonium 2, 505 *Pars ludicre jactant.* Et Apul. Met. 9 *Aſtu meretricio ludebat ludicre.*

¶ Ludifacio, *ere*, dicitur ut *Lucrifacere*, atque idem eſt ac deludere, zu ſpott machen, äffen. Plaut. Epid. 5, 2, 41 *Quomodo me ludificiſti de pulcina.* Pro quo eſt *ludam* vel *ludos facere aliquem*, Moſt. arg. 2, 7; Aul. 2, 2, 75; &c.

¶ Ludifico, *are*, active, &

¶ Ludificor, *ari*, deponentialiter, (nam utroque uſus Plautus eſt,) per jocum & ludum fallere, betriegen, ſpotten, narren, höhnen. Ter. Eun. 4, 5, 3 *Tu me hic etiam nebulo ludificabere?* Et, *Aperte ludificari & calumniari*, Cic. pro Roſc. Am. c. 20. Silius lib. 7, 646 *Ludificatus equo*, equo in gyros rapto, indem er mit dem pferde brauſet. Sed *ludificari virginem* eſt ſtuprare, Ter. Eun. 4, 3, 3. v. *Illudere.* ¶ 2. *Ludificari noſtra fuga*, apud Flor. 2, 2 eſt eludere levi flexu impetum navis hoſtilis, quæ in latus adverſarii roſtro fertur. ¶ 3. Active forma Salluſt. Iug. c. 36 dixit, *pacis mora conſulem ludificare*, den der naſe herum ziehen. Et ſic ſæpe etiam Plautus, ut Amph. 2, 1, 15 & 58 &c.

¶ Ludificans, *tis*. Sil. 7, 214 *Ludificante ducem Fabio.*

¶ Ludificātus, *a, um*, id eſt, deceptus, paſſive betrogen. Salluſt. Iug. c. 50 *Ludificati incerto prælio.* Apul. Met. 10 *Ludificato judicio pœnam facinoris evadere.* ¶ 2. Sed & active Plautus Moſt. 4, 3, 41 *Te ludificatus & me hodie in perpetuum modum*, der mich und dich hinter das licht geführet. Sic & alii.

¶ Ludificatus, *us*, m ſubſt. das geſpötte; ut, *Aliquem ſibi habere ludificatui*, Plaut. Pœn. 5, 5, 2. conf. ibi Taubm.

¶ Ludificatio, *ōnis*, f. die verſpottung. Cic. pro Seſtio c. 35 pr. *Cum mora, ludificatione, calumnia, ſenatus auctoritas impediretur.* Liv. 7, 39 *Ignari ludificationis.*

¶ Ludificātor, *ōris*, m. ein ſpötter, betrüger. Plaut. Moſt. 5, 1, 18 *Ludificator meus, cujus ego hic ludificabo cornua.*

¶ Ludificātōrius, *a, um*, betrüglich. Auguſtin. Civ. Dei 11, 46 *Phantaſiarum vel phantaſmatum imaginatio ludificatoria.*

¶ Ludificābilis, *e*, luſtig; ut, *Ludi ludificabiles*, Plaut. Caſ. 4, 1, 3.

¶ Ludificus, *a, um*, idem; ut, *Ludificis caveis habere*, Plaut. Pœn. 5, 5, 2.

¶ Ludimagiſter, *ſtri*, m. qui ludo litterario præeſt, ein ſchulmeiſter. Cic. de N. D. 1, 26 *Epicuri pater, cum agellus eum non ſatis aleret; ludimagiſter fuit.* Alibi apud Ciceronem & *magiſter ludi* legitur. Martial. 10 epigr. 6 *Ludimagiſter parce ſimplici turbæ.*

Suaviludius, vide infra in *Suavis.*

Compoſita cum præpoſic.

¶ Ablūdo, *ſi, ſum, ĕre*, quod eſt, abſonum aut abſimilem eſſe, ungleich ſeyn. Horat. 2 ſat. 3, 320 *Hæc a te non multum abludit imago.*

¶ Allūdo, *ĕre*, ad aliquem jocari, ludere, abblandiri, ſcherzen, ſich anſchmeicheln, anlächeln; ſicut aliudunt infantes parentibus & nutricibus. Ter. Eun. 3, 1, 34 *Cœpit ad id alludere*, er hob an mit ihr zu ſcherzen. *Intempeſtive occupato alludere*, Phædr. 3, 19, 12, ubi v. Petro Burmanno notata. Suet. Cæſ. c. 22 extr. *Proinde ex eo inſultaturum omnium capitibus* (jactavit) *ac negante quodam per contumeliam: FACILE HOC VILI FOEMINÆ FORE, reſpondiſſe quaſi alludens IN ASSYRIA QVOQVE REGNASSE SEMIRAMIN &c. Alludere* enim hic προσπαίζειν eſt, ut recte Caſaubonus explicat, er machte einen poſſen daraus. Nam Beroaldus audiendus non eſt. Videtur proprie de canibus dici: qui blandiendo & aſſultando ludos faciunt heris. Plin. 9, 8 de delphino: *alludens natantibus.* ¶ 2. *Alludere* etiam dicuntur undæ litoribus, vid. quæ de etymo vocis *Litus* dicta ſunt, & Catull. 65, 67 *Ipſius ante pedes fluctus ſalis alludebant.* Scalig. *allidebant.* Add. Drakenb. ad Sil. 7, 259. Geſn. ad Colum. 4, 20, 2 & Adverſ. Crit. ad Minut. Fel. in Miſc. Obſerv. Vol. 10 p. 14, & Eludo n. 1. ¶ 3. Sed, *Alludere ad hiſtoriam* aliquam, *fabulam*, aut ejusmodi quodcunque ſignificat recentioribus, inter alia narranda, laſſen ſie eo referre aut reſpicere, auf etwas ſehen, ſich dahin beziehen, darauf zielen. Virg. Æn. 3, 280 *Actiaque Iliacis celebravimus litora ludis.* Dum enim narrat ludos Æneæ, alludit ad *Auguſti* victoriam, qua contra Antonium in his locis potitus eſt, Valla lib. 4.

¶ Alludens, *tis*. Ovid. Met. 4, 342 *In alludentibus undis.* Virg. Æn. 7, 117 *Nec plura alludens*, ſcil. inquit.

¶ Alludio, *are*, alludere, ſpielen, ſcherzen. Plaut. Stich. 2, 2, 58 *Quando adhibero, alludiabo.* Idem Pœn. 5, 4, 64 *Tu alludiato.*

¶ Allusio, *ōnis*, f. das ſpielen. Arnob. 7 p. 229 *Si manu viperam mulceas, nihil iſta profit alluſio.* ¶ 2. Vulgo eſt ornatus in dicendo, qui ex ſimilitudine cujusdam rei quæritur. v. *Alludere*, n. 3.

¶ Anteludium, *i*, n. ein vorſpiel. Apul. Met. 11 poſt princ. *Ecce pompæ magnæ paullatim procedunt anteludia.*

¶ Colludo, *ĕre*, mit einander ſpielen. *Colludere cum aliquo*, ut cum actor & reus litem ſimulant, ſich zuſammen verſtehen, unter einer decke liegen, Cic. Verr. 2, 24, ubi damnari ſe patitur reus illa parte innocens, uti præterom judicem ſuum liberet. Et, *Paribus colludere*, mit ſeines gleichen ſpielen, Horat. Art. poet. v. 159.

¶ Colludium, *i*, n. colluſio, ein ſpiel. Solin. c. 12 (al. 22) de delphinis: *Poſt adſueta colludia*, Ammian. 18, 9 *Per colludia.*

¶ Colluſio, *ōnis*, f. colludendi actio. *Per colluſionem*, Seneca Controv 31 ſub fin. *Colluſio cum aliquo*, Cic. Verr. 3, 13, id eſt, dolus compoſitus, ein abgeredtes verſtändniß.

¶ Colluſium, *i*, n. idem. Dig. 17 tit. 1 l. 8 *Per colluſium procuratoris.*

¶ Colluſor, *ōris*, m. ein mitſpieler, ſpielgeſell; ut, *Compranſores & colluſores alicujus*, Cic. Phil. 2, 39. *Delphinus colluſor puerorum*, Plin. 9 epiſt. 33.

¶ Colluſorie, adv. per colluſionem. Lege 50 § 2 Dig. de Legat. & fideicommiſſ. *Qui colluſorie de hæreditate litigavit.*

¶ Delūdo, *ĕre*, deridere & decipere, verirren, äffen, narren, höhnen. Ter Andr. 1, 2, 32 *Vivis facilius paſſis ſim, quam in hac me deludier. Deludere dolis*, Id. Andr. 3, 4, 4. Translate Propertius 2, 15, 31 *Terra prius falſo partu deludet arantes.*

¶ Deluſus, *a, um*, verſpottet, betrogen. Ovid. Met. 8, 826 *Exercetque cibo deluſum guttur inani.*

¶ Deluſio, *ōnis*, f. die verhöhnung, verſpottung. Arnob. 4 p. 127 *Numinum deluſionem ſpectans.*

¶ Delūſor, *ōris*, m. apud Firmicum.

¶ Delūdĭfico, *are*, idem quod *deludere*. Plaut. Rud. 1, 2, 53 *Deludificavit me indignis modis.*

¶ Deludificatio, *onis*, f. apud Auguſtinum.

¶ Dilūdia, *orum*, n. pl. pro induciis quaſi, & dilatione ludorum. Horat. 1 epiſt. 19 extr. *Diſplicet ille locus, clamo, & diludia poſco.*

¶ Eludo, *ĕre*, eſt ad finem ludere, deſinere ludere, aufhören zu ſpielen. Vnde & Icti veteres *Litus* deſinerunt, *qua fluctus eluderet*, conf. in *Ludere* n. 6, ubi citatur Cic. in Top. c. 7; & l. 96, item leg. 112 Dig. de verb. ſignif. itemque Iſidor. 14, 8 & præterim Interpr. Quintil. 5, 14 p. 409, vid. *Alludo* n. 2. ¶ 2. Ita & Gladiatores dicebantur *eludere.* Donatus ad illud Ter. Eun. 1, 1, 10 *Eludet, ubi te victum eſſe ſenſerit:* ELVDERE, inquit, *gladiatorum eſt, cum vicerunt & ludo finem impoſuerunt.* Plaut. Curc. 5, 2, 2 *Ibi ſi militem in aleā*, ich habe ihn ganz fertig gemacht, daß er das ſpiel einſtellen müſſen. Plautus ibid. v. 30 *Dicas, unde illunc habeas annulum, quem paraſitus hic te eluſit*: id eſt, quem in aleæ ludo lucratus eſt: quem tibi ludendo ademit victor: nam *Te* antique pro *tibi* dixit. Quemadmodum & *me* pro *mihi* dicebant, obgenommen. Itaque eleganti translatione Propertius 4, 1, 139 *Nam tibi victrices, quæcunque labore paraſti, Eludet palmas una puella tuas*, i. e. extorquebit, eripiet. Similiter *Eludere gloriam alicujus* Livius dixit lib. 29. ¶ 3. Sed & *Eludere* gladiatores dicuntur, cum adversarii petitionem flexu corporis declinant atque fruſtrantur, ausweichen. Manilius 5, 163 *Ille cito motu rigidos eludere caſtus, Nunc exire levis miſſos nunc mittere pahnis.* Inde Horatius 1 epiſt. 17, 18 *Mordacem Cynicum ſic eludebat:* Vbi Lambinum, ſi lubet, vide. Hinc *eludere* pro elabi. Tac. Hiſt. 3, 47, 4 *Claſſi quoque faces intulit, vacuo mari*

eludens

eludens. Impune fuit faces intulisse, quod nullæ Romanorum naves in mari, quæ ab eo fumarent pœnas. Eaque de causa *eludere*, fallere & decipere est: quod clusionibus illis sive declinationibus adversarii fallantur. ¶ 4. Sæpe & pro *illudere* sive *ludere* ponitur. *Facete ab aliquo eludi*, von einem verirret werden, Cic. pro Rosc. Am. c. 44. Idem Acad. 4, 39 *Sed & vos ab illo irridemini, & ipsi illum vicissim eludetis.*

¶ Eludens, *tis.* Cic. de Divin. 2, 70 *Ars conjectoris eludentis ingenio.*

¶ Elusus, *a, um*, geschnellt, betrogen. Horat. 2 epist. 1, 47 *Dum cadat elusus.* Et Ovid. Met. 6, 103 *Europe elusa imagine tauri.*

¶ Elusio, *ōnis*, f. die verspottung. Gloss. Vet. *Elusio, ἐμπαιγμός.*

¶ Eludificor, *ari*, eodem sensu quo ludificari quidam laudant ex Plauto Most. 4, 3, 46. Sed Gron. & al. *Ille ludificatus est.*

¶ Illūdo, *ĕre*, aushöhnen das gespötte treiben. Utrumque autem dicimus *illudere alicui* & *aliquem.* Virg. Æn. 2, 64 *Certantque illudere capto.* Vbi Servius: *Et*, ILLVDO TIBI, *dicimus, ut hoc in loco*; & ILLVDO TE, *ut*: VERBIS VIRTVTEM ILLVDE SVPERBIS. *Simile est*: INSVLTO TIBI, & TE. Ter. Heaut. 4, 4, 19 *Dignam me putas, quam illudas.* Sed & dicimus ILLVDERE IN ALIQVEM. Idem Ter. Eun. 5, 4 extr. *Vt ne impune in nos illuseris.* Imo etiam, IN ALIQVO ILLVDERE. Idem Ter. Andr. 4. 5, 19 *Adeone videmur vobis esse idonei, in quibus sic illudatis?* Sed hic *in quibus* est *quibus.* Non raro enim Latini tertium casum cum præpositione ad istum modum circumloquuntur. Idem Comicus Andr. 5, 1, 3 *Dum studeo obsequi tibi, pene illusi vitam filiæ*, ich habe darüber der tochter heil und wohlfahrt schier verschertzet. *Pecuniæ illudere*, Tac. Hist. 2, 94 extr. das geld liederlich durchbringen. ¶ 2. Aliquando *Illudere*, in turpibus est, & pro stuprare sive vitiare ponitur, zu falle bringen. Tac. Ann. 15, 72 extr. *Sive C. Cæsar scortorum quoque cupiens, etiam matri ejus illusit.* Victor. Cæs. c. 3 in Caligula: *Sororum stupro & matrimoniis illudens nobilibus.* Lactant. 6, 23 *Appellare possum impios & parricidas, quibus non sufficit sexus a Deo datus, nisi & sanum profane & petulanter illudant.* v. Drakenb. ad Sil. 8, 473. ¶ 3. *Illudere* de acupictoribus vide mox in *Illusus.*

¶ Illudens, *tis.* Ovid. Met. 3, 650 *Deus illudens.* Id. 9, 66 *Illudens nostras Tirynthius artes.*

¶ Illūsus, *a, um*, betrogen, ausgelacht, verhöhnet. Cic. pro Quintio c. 16 *Vadimoniis desertis sæpe illusi ac destituti.* Tac. Ann. 15, 68, 4 *Asperis facetiis illusus.* ¶ 2. Virgilius 2 Georg. v. 464 de acupictoribus usus *illusas auro vestes* dixit, in quibus artifex, seu acupictor ludens auro aliqua depingit, ut Servius interpretatur, golden gestickte kleider. Eum imitatus Prudentius Agnete v. 105 *Illusa picta vestis inania.* Et Paulinus epist. 12 *Aulæo illusam cameram* dixit.

¶ Illusio, *ōnis*, f. die verspottung. Cic. de Orat. 3, 53 *Concisa brevitas & extenuatio, & huic adjuncta illusio.*

¶ Illusor, *ōris*, m. ein spötter. Augustin. epist. 253 priore, *Illusorem potius, quam veritatis doctorem fuisse.* Adde Tertull. Apol. c. 46; & adv. Marc. 4, 35. Paulinus Natali 7 Felic. v. 77 *Luderis illusor, dolus & tuus in tua cedit Vincla tibi.*

¶ Illusōrius, *a, um*, spöttisch. Vnde substantive in Gloss. gr. lat. χλευή, *illusorium.*

¶ Inludium vel Illudium, *i*, n. gaucke- oder blendwerck. Tertull. de Resurr. carn. c. 16 *Nihil aliud se quam inludia animarum somniaturum.*

¶ Interlūdo, *ĕre*, darzwischen spielen. Ausonius in Mosella v. 75 *Intento tamen usque oculos errore fatigant Interludentes examina lubrica pisces.*

¶ Oblūdo, *ĕre*, gegen einem scherken. Plaut. Truc. 1, 2, 10 *Si videam quempiam se adservare, obludam.* Et Prudentius Hamartig. v. 6 *Terrarum tibi forma duplex obludit.*

¶ Perlūdo, *ĕre*, spielen. Manil. 5, 81 *Totum perludere circum.* Propertium quidam addunt ex 4, 4, 19, sed castigationes libri ibi habent *proludere.*

¶ Perlusōrius, *a, um*; ut, *Perlusorium judicium*, l. 14 pr. Dig. de Appellationibus & Relat. sed al. *prolusorium.* ubi vid.

¶ Prælūdo, *ĕre*, vorspielen. Seneca epist. 102 *Illi meliori vitæ longioriquæ præluditur.*

¶ Præludium, *i*, n. ein eingang, vorspiel. Onomasticum Vetus: *Præludium*, προοίμιον. An etiam Ciceronis verbum sit, in controversia est. Vulgo adfertur ex Phil. 14, 3 *Præludium illud & portentum L. Antonius.* Sed plures MSS. libri habent *proludium.* Ferrarius & Lambinus ex contextu divinant *propudium*, quod probat Græv. & ridet Gruteri *proluvium.*

¶ Prælusio, *onis*, f. ein versuch, vorspiel. Plin. 6 epist. 12 *Tu tamen explica, quantum nos in ipsa pugna prælii & certaminis maneat, cujus quasi præludia fiunt atque præcursio has contentiones excitavit.*

¶ Proludo, *ĕre*, exordium quasi legitimi certaminis dare, ein vorspiel oder vorreb machen, einen versuch thun. Cic. de Orat. 2, 80 *Ipsis sententiis, quibus proluserunt, pugnare.* Et Virg. Georg. 3, 234 *Sparsa ad pugnam proludit arena.* Miscentur *præludo* & *proludo*; utrumque tamen rectum & ejusdem significationis. Bur. ad Rutil. 1, 257, ad Ovid. A. A. 3, 515.

¶ Prolusus, *a, um.* Sen. Qu. Nat. 3, 28 *Cum per ista prolusum est*, wenn das so vorher gegangen.

¶ Prolusio, *ōnis*, f. ein vorrab, vorspiel, eingang. Sic Cicero divinationem suam, *prolusionem* vocat Verrinæ accusationis, Verr. 1, 14 extr. Et Macrob. Sat. 7, 5 *Est Rhetorica prolusio, communes locos in utramvis partem inventorum alternatione tractare.*

¶ Proludium, *i*, n. idem; pro *præludio* Gellius dixit 5, 10. Immo sibi vulgariter est *præludium*, meliores libri *proludium* habent: etiam ipse Cic. Phil. 14, 3 L. Antonium *proludium & portentum* tratris Marci appellat. vide tamen de h. l. ad *Præludium* dicta.

¶ Prolusōrius, *a, um*; ut, *Prolusoriam judicium*, l. 14 pr. ff. de Appellationib. & Relat. Alii *perlusoriam* legunt. Est autem *prolusorium judicium*, cum super actione cognoscitur, quæ gravioris causæ sit quoddam præludium.

¶ Reludo, *ĕre*, wieder spielen. Sen. 2 Controv. 10 *Temerarios mariti jocos reludi.*

Lues, vide paullo post in *Luo.*

LVGDŪNVM, *i*, n. Galliæ urbs, ad Araris & Rhodani confluentes, Lion. Dictum quasi *Lucii dunum.* Antiquis enim Gallis *dunum* collem significabat, ubi Luc. Munatius Plancus urbem condidisse dicitur. v. Turneb. Ant. Lect. 20, 15. Sidon. 5 v. 576. *Lugdunumque tuam dum præteris aspice victor.* ¶ 2. *Lugdunum Batavorum*, urbs ampla & culta in Hollandia, vulgo Leyden.

¶ Lugdunensis, *e*, adject. Iuvenal. sat. 1, 44 *Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram.*

LŪGEO, *luxi, luctum, lugēre*, in luctu esse, trauren, betrauren, leid tragen. Cic. Phil. 12, 10 *Qui bonus non luget mortem Trebonii?* Idem in Pison. c. 8 ext. *Senatum reipubl. occasum atque interitum lugere vetuisti.* Et *luxti* pro *luxisti* dixit Catullus 67, 21. Idem 40, 5 *Lugetur orba cum flet unicum mater.* Phædr. 4, 6, 12 *Superbi luget Acetæ domus.* Iul. Paulus lib. 2 recept. Sentent. tit. 21 *Qui luget, abstinere debet a conviviis, ornamentis & alba veste.* Nimirum libera rep. mulieres vestibus nigris lugebant, sub imperatoribus autem, cum luxus naturalem lanæ colorem vilem reddidisset, in albis. Post illa tamen denuo videntur nigræ in luctu adhibitæ. vid. Brouckh. ad Tib. 3, 2, 18. ¶ 2. Significat & μυρομένην sive vocem flectere ad imitationem lugentium, apud Manilium 4, 845.

¶ Lugens, *tis*, traurig, betrübt; ut, *Lugentes campi*, Virg. Æn. 6, 441. Petron. c. 134 *Die feriarum etiam lugentes rident.* Cic. pro Muræna c. 41 *Imago viri defensa ignominia lugensque.* Martial. 14 epigr. 157 *Pudo lugentes velare lana*, flore, trauerkleider.

¶ Lugendus, *a, um*, beklagens werth; ut, *Lugenda vita*, Ovid. Trist. 4, 3, 79.

¶ Lugesco, *ĕre*, est acutum clamorem edere, Ammiano lib. 31, 3 de Hunnis: *Vtque ad perniciatatem sunt leves & repentini, ita subito de industria dispersi lugescunt, & imposita acie cum cæde vasta discurrunt.* At Valef. ex MSS. *vigescunt.*

¶ Luctus, *ūs*, m. vultu scilicet ipso atque vestitu doloris testatio, die trauer, das betrübniß, leidwesen. Cic. Tusc. 4, 8 *Luctus ægritudo est ex ejus, qui carus fuit, interitu acerbo.* Idem in Pison. c. 8 *Luctu afficere*, ein trauren machen, *In luctum incidere.* Idem Off. 1, 10 *In maximo luctu esse*: quod etiam plurativo numero usurpavit Cic. Off. 3, 25 *Theseus in maximis fuit luctibus.* Phædr. 1, 29, 6 *Luctum importare alicui.*

¶ Luctuōsus, *a, um*, traurig, betrübt. Cic. pro Quintio c. ult. *Luctuosum est, tradi alteri cum bonis: luctuosius, inimico.* Sic, *Luctuosissimum bellum*, Cic. Phil. 2, 32. Et, *Luctuosissimum exitium*, pro Sylla c. 11.

¶ Luctuose, adverb. idem. Varro de L. L. 4, 11 *Lusciola* dicta, *quod luctuose canere existimatur.* Augusti. de opere Monachor. c. 32 pr. *Luctuose ridiculum est.* Compar. Livius 28, 39 *Imperatores vestri luctuosius nobis prope, quam vobis perierunt*, zu unserm grössern leidwesen.

¶ Luctifer, *a, um*, luctum adferens; ut, *Bubo luctifer*, der sterben und trauren bedeutet, Seneca Herc. Fur. v. 687.

¶ Luctifĭcus, *a, um*, idem. Verus poëta apud Cic. Tusc. 2, 10 *Luctifica clades.* Et Sil. 6, 557 *Luctificus pavor.* Et Prudent. adv. Symmach. 2, 508 *Luctifico camporum in pulvere.*

¶ Luctificābilis, *e*, idem. Persius sat. 1, 78 *Antiope ærumnis cor luctificabile fulta.*

¶ Luctisŏnus, *a, um.* Ovid. Met. 1, 733 *Luctisonus mugitus.*

¶ Lugium, *i*, n. pro luctu & dolore legitur apud Commodianum Instruct. 29 *Lugia sunt semper.*

¶ Lūgubris, *e*, quod ad luctum pertinet, kläglich; ut, *Lugubris ejulatio*, Cic. de Leg. 2, 23. *Cantus lugubris*, Horat. 1 oda 24, 2, ein trauer-lied. conf. 2 od. 1, 33; & Epod. 9, 28 *Vestis lugubris*, trauerkleid, Ter. Heaut. 2, 3, 45. Comp. Salvianus Gub. 4 p. 131. *Illud gravius & lugubrius.*

¶ Lugubria, *ium*, n. pl. substantive, habitus lugentium, der trauerhabit. Seneca Consol. ad Helviam c. 16 *Nosti quasdam, quæ amissis filiis imposita lugubria nunquam deposuerunt.* Sic, *Lugubria induere*, Ovid. Met. 11, 669. Et Trist. 4, 2, 73 *Illa dies veniet, mea qua lugubria ponam.* Propert. 4, 12, 96 *Et bene habet, nunquam mater lugubria sumsi.*

¶ Lugubre, adverb. kläglich. Plaut. Cist. 1, 1, 47 *Lugubre perire.*

¶ Lugubriter, adv. idem. Apul. 3 Milet. p. 132 *Lugubriter ejulantes.*

Composita:

¶ Conlūgeo vel Collugeo, *ĕre*, mitleiden haben, mittrauren. Cæl. Aurel. Tard. 2, 5, 88 *Lacessiti collugent, ingemunt.* Ambros. ad Virginem lapsam princ. *Qui ecclesiæ gaudio congaudetis, & tristitiæ conlugetis.*

¶ Elūgeo, *ĕre*, est luctum deponere, austrauren. Cic. fam 9, 20 *Patriam eluxi jam & gravius & diutius, quam ulla mater unicum filium.* Liv. 34, 7 *Quid aliud in luctu, quam purpuram & aurum deponunt? quid aliud, quum eluxerunt, sumunt?* Gell. 7, 7 *Eum luctum quoniam satis visus est eluxisse, &c.* Paulus l. 10 de his qui notantur infamia: *Quæ virum eluget, intra id tempus sponsam fuisse non nocet.* Conf. Noris. ad Cenot. Pis. Diss. 3 c. 2 p. 363.

¶ Perluctŭbilis, *a, um*, gantz trauer-voll. Cic. ad Q. frat. 3, 8 *Funus perluctuosum fuit.*

¶ Prōlūgeo, *ēre*. Festus: *Prolugere dicuntur, qui solito diutius lugent.*

¶ Sublugeo, *ēre*, in Cenotaphio Pisano Caji Cæsaris legitur: MATRONAS, QVÆ IN COLONIA NOSTRA SVNT, SVBLVGERE &c. Nec vero, quod etiam Henr. Noris ad illud Cenotaph. p. 368

obtervat, SVB, præpositio, minuendi ibidem vim habet; nam omnino maximus gravissimusque ludus describitur, quod manifesto apparet ipsam cenotaphii inscriptionem contuenti & perlegenti.

Lugubris, vide *Lugeo*, Luitio, *Luo*.

LVMA, æ, f Festo spinæ genus est, ein dorn. ¶ 2. Apud Treb. Pollionem in Zenobia *Luma* seu *Lumum*, fagum est; ex Græco λύμα. vide ibi Salmasium.

¶ Lumārius, a, um. Sic. *Lumariæ falces*, Varroni sunt de L. L. 4, 31, quibus *lumeta* purgantur.

¶ Lumectum vel Lumetum, i, n. eine dornhecke. vid. Varr. l c.

Lumbago, lumbare, lumbifragium, vide *Lumbus*.

LVMBRĪCVS, i, m qs. *lumbricus*, ein wurm. Colum. 7, 9 *Sues efficiunt lumbricos*. Serenus v. 51 *Lumbrici quoque terrestres miscentur olivo*. conf. v. 174, 363 &c. ¶ 2. Vermes item, qui in ventribus puerorum ex cruditatibus nascuntur, *lumbrici* dicuntur, quod *in lumbis* delitescant, vel quod ex λύμαι, *ex fæcibus* nascantur: funtque *teretes* alii, alii *lati*, die bauchwürme, spulwürme. vid. Celsus 4, 20. Cato R. R. c. 126. Colum. 6, 30; Cæl. Aurel. Tard. 4, 8. ¶ 3. *Lumbrici* dicebantur, qui ex imis fordibus ad summas dignitates erant evecti. Plaut. Aul 4, 4, 1 *Lumbrice, qui sub terra crepsisti modo*. Eosdem *terræ filios* vocant. vid. Casaub. ad Pers. sat. 5; Cic. fam. 7, 9.

¶ Lumbricōsus, a, um. voll würmer, apud Cæl. Aurel

LVMBVS, i, m. plur. Lumbi, circa renes sunt, quinque inferiores spinæ vertebræ, die lenden, hüften. *Lumbos infringere*, Horat. epod. 11, 22, die lenden einbrechen. *Lumbos dolare fuste solgino*, Idem 1 sat. 6, 22, gut abprügeln. *Lumborum tenus*, Cic. Arat. in Cepheo.

¶ Lumbēllus, i. m. diminut. Plinius fecit 28, 11. Et Apicius 7, 8 *Lumbuli assi*.

¶ Lumbellus, i, m. aliud diminut. apud Apicium 7, 1.

¶ Lumbāgo, *inis*, f. *Lumborum vitium & debilitas*, Festo est.

¶ Lumbāre, is, n. quod lumbis religetur, vel quod lumbis hæreat, περιζωμα, ein gurt, schürtzfell, Hieron. 1 epist. 37; & Isidor. 19, 22.

¶ Lumbifrāgium, i, n. fractura lumborum. Plaut. Amph. 1, 1, 298 *Si me irritasso, hodie lumbifragium hinc asferes*, es sollen dir die lenden entzwey geschlagen werden.

¶ Delumbis, e, qui lumbis caret, & ideo debilis est, lahm, schwach. Ideo quod in lumbis corporis robur situm est. Plinius 10, 53 exter. *Perdix pregravem aut delumbem se simulans*. ¶ 2. Translate mollis est & effœminatus. Sidonius 8 epist. ult. *Dictio exossis, tenera, delumbis*. Persius sat. 1, 104 *Summa delumbe saliva Hoc notat in labris*.

¶ Delumbo, *are*, debilitare, die lenden entzwey schmeissen, lähmen, schwächen. v. *Delumbatus*. ¶ 2. Cicero in Orat. c. 63 *Delumbare sententias* per translationem dixit, pro *mutilare*, verstümmlen, verbrechen.

¶ Delumbātus, a, um, gelähmt; ut, *Quadrupede delumbata*, Plin. 28, 4; & *Delumbatæ radices*, Idem 19, 6.

¶ Elumbis, e, idem; qui præ lumbi debilitate erigere se non potest. Dialog. de Orat. c. 18 *Tamquam fractum atque elumbem*. Et Festus Pompejus: *Elumbem, evulso lumbo*.

¶ Prælumbo, *are*, lumbos perfringere, lähmen. Nævius apud Nonium 2, 673 *Capiti unoquoque prælumbare fustibus*.

LVMEN, *inis*, n. lux, licht in allem, glantz; ut, *Lumen de sole lumine accendere*, Cic. Offic. 1, 16 exemplo, quo cum confert Grævius Ovidianum, *Qui, vetet ego dicam, nostro de lumine fumi*. *Ad lumina*, 1. e. ad lucernas, bey lichte. Suet. Cæs. c. 27 *Ascendit Capitolium ad lumina*. Idem Calig. c. 45 *Ad lumina revertisse*. Et Quintil. 5, 12 *In rebus apertis argumentari, tam sit stultum, quam in clarissimum solem mortale lumen inferre*. Et Curt. 3, 5 *Ultra ultimus sine lumine erat*. *Lumen unum* pauperem apparatum significat. vid. Bynckersh. Obs. Jur. 2, 14 p. 64, qui laudat in primis Iuven. 3, 285 sq. Tac. 14, 8. Adde Borm. ad Quint. 12, 3 p. 936. ¶ 2. *Lumen* pro oculo positum mascul. inflatum est. Ovid Met. 1, 625 *Centum luminibus cinctum vigilare Argus bicornis*. Suet. Vespas. c. 7 *E plebe quidam luminibus orbatus*, i. e. visu: cæcus pura, blind. Sed *Lumina oculorum amittere*, blind werden, Nepos 23, 4, 1. Et Martial. 6 epigr. 78 *Luminibus lusca Phœbe erat, alteroque lippus*. Vnde *Male luminati* Apulejo Met. 9 dicuntur, quibus fumo oculi sunt exci. ¶ 3. Idem poetæ *Lumina* aliquando pro diebus ponunt, die tage. Ennius ap. Cic. Att. 7, 26 *Si te secundo Lumine hic offendero*. Catullus 67, 90 *Phœbi, filis luminibus Venerem*. Virg. 6 Æn v. 326 *Tris lustrine quarto Pi Soveli lucem*. ¶ 4. *Lumina* etiam significant fenestras, ita capacitatem, per quam lumen immittitur. Apul. lib. 2 Milet. *Intro mittere, & condensæ vitreatis luminibus umbrosam domum reddere*. Et Romanus libri de aquæduct. *Ejt cæteræ modos, quinos, vel octonos adjacentes, finis fistula ambitatur: longitudo ejus bipedalis, quæ non minus XII, lumen, id est, capacitatem, quanta imperata fuerit*. Vt nostri fabri, im lichten. Cic. de Orat. 3, 7 *Mentis lumine*. ¶ 5. Significat & *Lumen* expositionem claram, eine deutliche erklärung. Cic. fam. 7, 19 *Declarem lumenque dicendo adhibeam, quo modo eorum quem alii, & forte rectius, legunt. Lumen menti præferre*, dixille Cicero creditur, antequam ire in exil. *Vos, qui estis lumen civitatis, familiæ, &c.* pro insigni aliquo & claro viro, ein licht der gemeine, ornamentum civitatis, domus, &c. Velleius 2, 82, 2 de Tullio, cos: *Lumen alterum Romani imperii fuisse*. Et de Tiberio 2, 99, 3, & Ciceronis loca ap. Mencken. Observ. I. L. ¶ 7. *Lumen* etiam omne, quod excellit inter quaque, eidemque magnum decus conciliat, dicitur. Cic. Acad. Q. L. 4, 33 *Illa sunt lumina, quæ maxime earum ipsum continent*. Id. Orat. pro red. in Sen. 4, *P. Lentulus hoc tamen consolatus sui fere potuit*. ¶ 8 De *Lumine*, in pictura Plinius 35, 5 *Ars ipsa invenit lumen atque umbras, differentia colorum alterna mire sese excitante, &c.* Cic. de Clar. Orat. c. 72 *Talentis bene pictas tabulas emimus in bono lumine* conf. infra *Pictura & Umbra*. ¶ 9. Ab ipsa pictura *Lumen* transfert Cicero ad ornatum oratorium. Sic de Orat. 2, 27 *Certa dicendi lumina* sunt ornamenta, zierrath schmuck. Graeci ἐμφάσεις dicunt. ¶ 10. *Lumen* etiam pro vita ponitur Lucret. 3, 1045 *Lumine ademto animam moribundo in corpore perum*. Plautus Cist. 3, 12 *Lumen linque*, id est, morere. Sed & *vitæ lumen* dixerunt. Lucret. 3, 657 *Tum cum gignimur & vitæ cum lumen adimus*. Similiter & *Lux* pro vita ponitur. ¶ 11. *Lux* & *lumen* quid differant, v. P. Burman. ad Suet. Cæs. 30. ¶ 12. *Lumina* & *limina* sæpe confunduntur. Item *Lumina* & *Sydera*, v. Mitc. Observ. Vol. 4 p. 138. v. *Limina*.

¶ Lumināsius, a, um, clarus, flor, helle, leuchtend; ut, *Luminosæ partes*, Cic. in Orat. c. 36. Sic Vitruv. 6, 9 *Omnia adjecta luminosa ut sint, cavari oportet*. ¶ Et Augustinus Confess. 12, 128 extr. *Luminosum cælum suspicimus*. Idem epist. 137 extr. *Fructu olei luminosioris inoleri*. Et epist. 144 *Sancta opera luminosissimæ caritatis*.

¶ Lūmināre, is, n. idem quod *Lumen*. Vetitur Cato 14, 2, ubi foricularia fenestrarum interpretatur Turn. 8, 13. Cic. Phil. 2, 21 de viris claris: *Per luminaria exstinctis*. Sed al. *luminibus*. v. *Lumen* n. 6.

¶ Lumĭno, *are*, lichte machen. Mart. Capella 1 p. 17 *Amictus hyalinos jactantibus oculis interstinctos crebri vibratus ignium luminabant*. Apul. in Herm. Trismeg. p. 96 *Tibi, Deus summe, gratias ago, qui me videndæ divinitati tuæ luminasti lumine*. Avienus in Prognost. Arati v. 127 de Luna: *Aëreas quarta face luminat oras*. Et Paulinus Nolanus epist. 41 (al. 26) c. 2 extr. *Spiritu Sancto oculus interior luminatur*.

¶ Luminātus, a, um, beleuchtet, hell gemacht. Cæl. Aurel. Acut. 1, 9, 58 *Locus senestris altioribus luminatus*, conf. Tard. 1, 5, 155. Apuleio lib 9 Met. *Male luminatus* est male videns.

Composita:

¶ Collūmĭno, *are*, beschein. beleuchten. Apul. de Deo Socrat. p. 45 *Vt Servius Tullius flamma coll. minetur a capite*. Et Prudent. adv. Symmach. 2, 850 *Solis radius collustrat omnes Diffuso splendore locos*.

¶ Ēlūmĭno, *are*, lumine privare, excæcare, blind machen. Vnde

¶ Elumināto, *ōnis*, f. quæ in Vet. Gloss. φωτισμός vertitur, eique *Inluminatio* & *Lux*, ut tymonyma vocabula, adjunguntur.

¶ Illūmĭno, *avi, atum, are*, illustare, erleuchten, helle machen. Cic. de Orat. 3, 54 extr. *Illuminare orationem* dixit, pro lucem orationi adferre. Apul. 3 Milet. sub finem: *Cunsti gladiis & facibus instructi noctem illuminat*. ¶ 2. Interdum idem est ac celebrem reddere, berühmt, bekannt machen. Vellej. 2, 35, 1 *Illuminavit ille dies virtutem Catonis*. Id. 2, 66, 5 *Illuminavit orbem eloquentia Cicero*. Et 2, 18, 3 *Illuminavit horum fidem illorum perfidia*.

¶ Illuminātus, a, um, erleuchtet, hell gemacht. Cic. de N. D. 2, 46 *Sol mundum omnem suæ lucis complexu, ab eoque luna illuminata gravidatæ & partus afferat*. Id. Bruto 58 Si proba est lectio: *O generosam stirpem, & tanquam in unam arborem ptava genera, sic in istam damum multorum insitam atque illuminatam sapientiam!*

¶ Illuminate, adv. Cic. de Orat. 3, 14 *Distincte, explicate, abundanter, illuminate dicere*, id est, luculenter & perspicue cum ornatu.

¶ Illuminatio, *ōnis*, f. die erleuchtung. Tertull. adv. Hermog. c. 15 *Mala necessaria ad illuminationem bonorum*. conf. Macrob. Sat. 1, 17.

¶ Illuminator, *oris*, m. qui illuminat. Tertull. adv. Marc. c. 7 *Illuminator nationum*: & 17 extr *Illuminator religionis*. Et Lactantius c. 18 *Illuminator noster Deus*.

¶ Illuminābilis, e, das zu erleuchten ist, Claud. Mamert. de Stat. An. 2, 2.

¶ Ināmĭnus, *a, um*, sine lumine, dunckel, finster; ut, *Illumine nuptia*, Apul. Met. 6 sub initium, de Proserpina & inferis agens.

¶ Perlumĭno, *are*, durchleuchten. Tertull. de Carn. Christi c. 4 *Carnem cæcam perluminat*.

¶ Præluminō, *are*, vorleuchten. Tertull. de Resurr. Carn. c. 33 *Parabola a commentatore præluminata*.

¶ Relumĭno, *are*, rursus luminare, lumen reddere, sehend machen. Idem Tertull. Apolog. c. 21 *Cum ille* (Christus) *cæcos relumi nat, lepros purgat, &c.* Et Paulin. Nolan. epist. 30 (al. 8) c. 4 *Relumi nare quod cæcum fuerat*.

¶ Relumināto, *ōnis*, f. der gegenschein. Gloss. lat. gr. *Relumination*, ἀνταύγεια.

Lumetum, vide *Lumectum* in *Luma*.

LŪNA, æ, f. der mond, Græcis σελήνη, quod jubar suum reparet, παρὰ τὸ σέλας νέον. Latinis a *lucendo*, cum alieno tamen, a sole nimirum recepto lumine luceat, dicta est. vid. Varr. de L. L. 4, 10. Nonnullis ex *Luvena Luna* contrahi videtur. De ejus natura Plin. 2, 9. Solis filia, nempe soror dicitur Cæl. Rhodig. 11, 6, cælestium ultima & proxima terræ. Cic. in Somn. Scip. c. 3 *Erunt ea flexa & ea magnitudine omnium, quas esse numquam suspiceti sumus, ex quibus erat ea minima, quæ ultima cælo, citima terris, luce lucebat aliena*. Liv. 5, 28 extr. *Luna pernox est*, i. e. tota nocte lucet. Sed *Luna nova*, quæ & *prima* Plinio, novilunium, der neue mond. *Luna crescens*, der zunehmende mond. *Luna plena* pleniluium der volle mond. *Luna decrescens*, quæ *minuitur*, ut Plinius loquitur, quam & *senescentem* Varro dicit, der abnehmende mond. *Conjunctio* vel *coitus lunæ* vel *interlunium*, triduum illud dicitur,

tur, quo luna nova nondum conſpicitur. Quod tempus etiam *lunam ſilentem* Plin. dixit 16, 39. *Cornua lunæ*, die ecken oder ſpitzen des *nam ſilentem* Plin. dixit 16, 39. *Cornua lunæ*, die ecken oder ſpitzen des monde, paſſim apud poetas. *Unde bicornis* illa Horatio cognominata in Seculari carmine v. 35. *Ut feſtas Lunæ*, Plin. 2, 10. *Labores Lunæ* Virg. Georg. 2, 478, eclipſis. Quare tunc æra pulſaverint veteres docet Barthius ad Stat. Theb. 2 p. 436 & 437. Tangit morem Liv. 26, 6. *Lunæ anulo & damna*, das zu- und abnehmen des monds, Gell. 20, 7. Sic Manil. 2, 94 *Ad lunæ motum crescunt animalia cornua*. De ſingulari lunæ vi in res animales vide Gell. 20, 7. Aeſtus *tus*. De ſingulari lunæ vi in res animales vide Gell. 20, 7. Aeſtus narinii reciprocationem lunæ tribuunt cum philoſophis vulgo Poëtæ. vid. Drakenb. ad Sil. 3, 58. Lunæ orbem habitari quidam crediderunt, præſertim Xenophanes. v. Cic. Acad. 2, 39. Lactantius 3, 22 Poetæ maculas in Luna puerum eſſe fingunt, quem dilectum ſeum Luna ferat, præ pudore faciem celantem. v. Dalech. ad Plin. l. c. *Quæ a luna vitari*, i. e. infeſtices & laborioſi. v. Chiliad. *Lunam* inter Deos bellicas culram & in ejus honorem arma combuſta eſſe, ex Livii loco 33, 1. Sed dubiæ lectionis colligit Marcell. Donatus in Anim. ¶ 2. Plur. Soli. c. 32 *Lunis cœptantibus* &c. c. 36 *deficientibus*.

¶ Lūnŭla, æ, f. dimin. res parva, in lunæ modum incurvata. Plaut. Epid. 1, 1, 38 *Lunulam atque anellum aureolum in digito*, eine güldene ſpange. *Lunulæ ſunt ornamenta mulierum, in ſimilitudine lunæ bullatæ aureæ dependentes*, Iſidor. 19, 31. ¶ 2. Sed *Lunulæ* in calceis patriciorum vel centenarii nota fuere, quot primum patres a Romulo delecti, vel alia quacunque cauſa adſcitæ, vid. Plut. probl. 76 & quæ dicemus in *Lunatus*.

¶ Lunāris, e, mondens; ut, *Lunaris annus eſt triginta dierum*, eine mondszeit, Iſidor. 5, 36. *Globus lunaris*, der mond. Claudianus de Raptu Proſerp. 2, 298 *Cunctia tuis pariter cedent animalia regnis Lunari ſubjecta globo*. Idem 6 Conſul Honor. v. 405, Padi, in Adriam ſe evolventis litora propter æſtus ex mari redundantes vocat *Oceani lunaribus æmula damnis*. *Lunaris curſus*, Cic. Somn. Scip. c. 5 *Lunares currus*, Ovid. Met. 15, 790. Plin. 2, 41 *Lunari poteſtate oſtreorum conchyliorumque & concharum omnium corpora augeri ac curtus minui*.

¶ Luno, *are*, poëtis idem eſt quod *curvare*, krümmen, biegen. Ovid. Amor. 1, 1, 23 *Lunavitque genu ſinuoſum fortiter arcum*, hoc eſt, curvavit vel intendit, er bat den bogen geſpannet. Hinc

¶ Lunātus, *a, um*, wie ein halber mond; ut, *Cauda lunata delphinorum*, Senec. Oedipo v. 465. *Mare obliquatur lunatis cornibus*: Plin. 6, 13, das meer ziehet ſich in die krümme. Frontinus Strateg. 2, 3 *Corn. Scipio beſtem lunata acie aggreſſus facile fudit*. Virg. Æn. 1, 494 *Lunatis agmina peltis*. Stat. Theb. 5, 145 *Lunatum agmen*. ¶ 2. *Lunati calces*: vel *Lunata pellis*, uti vo at Martial. 1, 50. Lunula vel nota C infignitos calceos ſoli patricii habebant, vide Alb. Rubenii de Re Veſtiaria 2, 1 & 3, quæ perperam reprehendit Ferrarius in Analectis c. 31 & 32. vid. *Lunula* n. 2

¶ Lunāticus, *a, um*, qui aut inſania aut alio quopiam morbi genere certis lunæ temporibus agitatur, mondſüchtig. Morbum ipſum ita deſcribit Iuvencus 1, 4, 6 *Et lunæ curſum comitata inſania mentis*. vide de his plura apud Voët. part. 1 diſſp. p. 1039, 1040, 1056. Paulus ICt. l. bovem §. Aliquando ſt. de Ædil. edict. *Mancipium lunaticum*. Veget. 2, 18 *Lunaticus oculus*.

¶ Lunus, *i*, m. Deus Carrenorum, de quo Spartianus in Caracalla c. 7 *Ita a Carrenis præcipue haberi, ut, qui Lunam fœmineo nomine ac ſexu putaverit nuncupandam, is addictus mulieribus ſemper inſerviat; at vero, qui marem Deum eſſe crediderit, is dominetur uxori, neque ullas nuliebres patiatur inſidias*. v. Caſaub. & Salm. ad h. l. & Seld. de Dis Syr. 2, 2 p. 239 ſq. ubi de *Luna* ἀρσενοθήλει. De *Luno* in nummis etiam agit Spanhem. diſſ. 4 p. 193. conf. ex Strabone Rhodig. Ant. Lect. 20, 7. ¶ 2. *Lunum* cinctum quidam narrant ex Iſidoro 19, 32, ſed ille eſt *lorus*, quod habet etiam editio Baſil. 1489.

¶ Illūnis, e, ohne mondenſchein. Plin. 6 epiſt. 20 *Nox illunis & nubila*. Apul. Met 4 p. 150 *Noctis illuni tempore, quo ſomnus obvius imperat primo corda mortalium validius invadit & premit*.

¶ Illūnus, *a, um*, alia forma, ut libri præferunt Apulejani. Nam lib. 9 Miſel. legitur: *tenebris illunæ caliginis impeditus*. Ita Elmenh. p. 232, & Pricæus p. 209.

¶ Interlūnis, *e*, da der mond neu wird. Ammianus 19, 12 *Nocte ſqualida & interlunii*. Quod tempus uno verbo dicitur

¶ Interlunium, *i*, n. der neumond. Plin. 18, 32 *Humidis locis interlunio ſerito & circa interlunium quatriduo*. Et Horat. 1 od. 25, 11 *Thracio bacchante magis ſub interlunia vento*.

¶ Plenilūnium, *i*, n. luna plena, der vollmond. Plin. 18, 32 *Cum occidente ſole orietur ex adverſo* (luna,) *ita ut pariter adſpiciantur; tum erit plenilunium*.

LŪNA, æ, f. oppidum maritimum in Etruriæ & Liguriæ confinio. Vnde *Lunæ am Lunam* vocat Martialis 13 epigr. 30. vid. Dan. Heinſ. & quos laudat Drakenb. ad Sil. 8, 482.

¶ Lunensis, e, adj. ut *Lunenſis ara*, Suet. Ner. c. 50, quæ ſtructa Romæ erat ex marmore Lunenſi. *Cæſeus Lunenſis*, Plin. 11, 42, de quo & Martialis l. c. *marmor Lunenſe*, Plin. 36, 6. De hoc *marmore Lunenſi* etiam vid. quos laudat Drakenb. ad Sil. 8, 482.

LVNCHVS, *i*, m. qs. λόγχος a λόγχη, lancea, ein ſpeer. Tertull. de Corona Mil. c. 11 *Super lunchos, quo perfoſſum eſt latus Chriſti*.

Luno, lunulus, lunus, vide *Luna*.

LVO, *lui, luitum, luĕre*, perſolvere, gelten, entgelten, zahlen, bezahlen. A λύω, *ſolvo*, vel a λούω contr. λῶ, *lavo*. *Luere peccata*, id eſt, delictorum ſuppliciis ferre, dafür büſſen. Liv. 38, 48 *Conſili luere peccata ſua* & *luere pœnas*, ibid. c. 47 extr & Cic. ad Att. 3, 9 *Sibi peccati pœnas luit*, id eſt, do vel ſero ſupplicium, ich leide ſtrafe dafür. *Pecunia luere*, Liv. 30, 38. *Supplicia cruciibus luere*, Iuſtin. 2, 5, 6, mit dem galgen bezahlen. Cic. ad Brutum epiſt. 12 *Acerbum eſt, parentum ſcelera filiorum pœnis luĕ*. Et in Verr. 1, 3 *Innocentium ſanguis ipſius ſupplicio luendus eſt*, h. e. expiandus. ¶ 2. Proprie nihil aliud quam *ſolvere* eſt, a λύω. Nam & *as alicenum luere*, profolvere, Curtius dixit 10, 2, 25. Et Iuriſconſultis, v. g. l. 78 § 6 Dig. ad SC. Trebell. *Luere debitum*: Et l. 6 Cod. de fideicommiſſ. *prædia obligata luere*, ubi *Luere* eſt, pecunia numerata rem obligatam liberare. Servius ad illud Virg. Æn. 10, 31 *Iuſſo nomine Troas Italiam petiere, luunt peccata*. LVANT inquit, i. e. *abſolvunt*. *Dicimus autem* & LVO POENAM, *ſed melius eſt*, LVO PECCATVM. *Nam peccatum ſolvitur pœna. Qui enim crimine tenetur omnino, pœna eum a priſtina liberat obligatione. Contra* LVO POENAM, *non procedit: quaſi pœna ſolvatur. Auctoritatem iſta confundit licenter. Moreque ſolet poni, vel a ſequenti, quod procedit; vel a præcedenti, quod ſequitur*. Idem alibi tradit, Verbum LVERE proprium in pecuniis habere locum: Inde ad alias, ac etiam capitis pœnas translatum; quod omnes veterum pœnæ pecuniariæ fuerint. Vellej. 2, 54, 1 *Alicui meritas pœnas luere ſupplicio*.

¶ Luto, *as*, frequentat. Varro (apud Non. 2, 482) *Habes qui — fecerim hecatomben, in quo ego, ut puto, quoniam eſt luere ſolvere, lutavi*. Vbi videtur etymologiam verbi *Lito* indicatum ire. Fuerit igitur *lutare* vel *litare* ſolvere Diis quod debeas, & quod illi expectant.

¶ Luitio, *ōnis*, f. die zahlung, büſſung. Vlpian. Dig. de fids & legit. hæred. l. 1 § 4 *Quod ſi filius apud hoſtes ſit, quamdiu vivit, nepotes non ſuccedunt: proinde eſſe fuerit redemtus, nondum ſuccedunt ante luitionem*.

¶ Lucĕla, æ, f. idem. Lucret. 3, 1028 *Sceleris luela, carcer*.

¶ Lues, *is*, f. eine ſeuche. Priſcianus air lib. 4 *A ſcipio ſpes eſt, a ſtruo ſtrues, a luo lues*. Hominum, pecudum, aliarumque rerum eſt. *Dira lues*, Ovid. Met. 7, 124. Et, *Demiſſa cœlo lues*, Stat. Theb. 11, 274. Et, *morbi lues*, Claudian. Gild. B. v. 39. Cicero quoque per metaphoram de Aruſp. reſp. c. 12 *Vt eos ludos hæc lues pestilentia poluerit*. De vegetabilibus Virg Æn. 3, 138 *Corrupto cœlo, ſubito cum tabida membris, Arboribusque ſatisque lues miſerandaque venit &c.* Differt a peſtilentia, ut a ſpecie genus. *Lues* non ſecus ac *Luo* a λύω deduci poteſt, quod eſt *ſolvere*.

¶ Luis, pro *Lues*, metri forſan cauſſa, etiam nominandi caſu Prudentius dixit Hamartig. v. 249 *Si terras luis incentiva fatigat*. Et Pſychom. v. 508 *Stupuit luis improba*.

¶ Luter, *ĕris*, m. a λόω *lavare*, λουτήρ, vas quo vinum diluitur vel ad lavandum, eine wanne, waſchfaß, Hieronym. in Iovianum.

Compoſita a *Luo*:

Quæ a *Luo* alii formant, atque ad ejus verbi ſignificationem proprius accedunt: huc tamen, ut obvia magis ſint, reponere dudum libuit. Sunt autem:

¶ Abluo, *ĕre*, abwaſchen, abwiſchen, abſpülen. Sic *Abluere corpus*, Cæſ. 3, 5, 2; & 4, 1, 22. Virg. Æn. 2, 719 *Donec me flumine vivo abluerem*. ¶ 2. Transfertur & ad animum: apud Plin. 3 epiſt. 7 *Maculam veteris induſtriæ, laudabili otio abluerat*. De Silio Italico loquitur. ¶ 3. *Abluere* & *alluere*, ſæpe in MSS. confundi, docet Oudend. ad Lucan. 6, 8, 10. Drakenb. ad Liv. 26, 44.

¶ Abluens, *tis*: ut, *Abluens aqua corpus*, Curt. 3, 5, 5.

¶ Ablūtus, *a, um*, abgewaſchen; ut, *Ova abluta*, Varro R. R. 3, 9. *Squalor ablutus*, Curt. 4, 1, 23.

¶ Ablutio, *ōnis*, f. die reinigung, abwaſchung. Macrob. Sat. 3, 1 *Corpuris, ablutione purgari*. Plin. 13, 12 *Quæ ablutione Auguſti nomen accepit*, al. *adulatione*. Adde Tertull. de Baptiſmo c. 5; & Fulgent. epiſt. ad Venant.

¶ Ablutor, *ōris*, m. qui abluit. Cyprian. adv. Marc. 3, 7 *Ablutor carnis*. Orient. Commonit. lib. 2 *Errorum ablutor*.

¶ Abluvio, *onis*, f. mundario ſordium, die reinigung. Cathol.

¶ Abluvium, *i*, n. pro diluvio, dixit Labienus, ut Gellius monet 16, 7.

¶ Superabluo, *ĕre*, überſchwemmen. Avienus Periegeſi v. 882 *Caſpiam late terram ſuperabluit unda*, niſi velis cum anaſtrophe ſeparate.

¶ Alluo, *ĕre*, daran herfliſſen; ut, *Fluvii alluunt urbes*, qui eas præterlabuntur. vid. Virg. Æn. 8, 149. Sic Cic. Verr. 5, 37 *Mœniæ alluuntur a mari*. Et Plin. 3, 4 pr. *Narbonenſis Gallia interno mari alluitur*, es flöſſet an das mittelländiſche meer. v. Oudend. ad Front. Strat. 1, 4, 7. Drakenb. ad Liv. 26, 44.

¶ Allāvies, *ēi*, f. inundatio, ein waſſer-guß, ſchnelles gewäſſer. Liv. 1, 4 *In proxima alluvie pueros exponunt*. Colum. 3, 11 *Quæ valles flumineum allluvie & inundationibus concreverint*. Sed & *Mira allluvies*, Cic. ad Qu. Frat. 3, 7, ubi vulgo *proluvies*.

¶ Alluvio, *onis*, f. der anfluß, das an- und anfloſſende waſſer. Sic Flacc. Cœcili p. 13 *Si rivus alicujus terras mutatim ex alia parte abſtrahat, & alii contrario relinquat, vocant alluvionem, &c.* conf. Aggen. p. 56. Cic. de Orat. 1, 38 *Iura alluvionum, colluvionum*. Avienus Phænom. Arat. v. 1249 *Alluvione ſali*. vide ibi Grot.

¶ Alluvius, *a, um* quod ex alluvione eſt, angeſpült; ut, *Ager alluvius*, quem paullatim fluvius in agrum reddit, ut vetus Gromaticus deſcribit. conf. Horomann. Comm. verb. juris.

¶ Alluvium, *i*, n. Sidon. 2 epiſt. 2 *Lacus effluans humectat alluvio*. Sed & ibi *alluvio* nominandi caſus eſſe poteſt. conf. Iſidor. 14, 8.

¶ Coalluo, *ĕre*, per alluvionem augere, ita vulgo eſt in l. 30 § 2 ff. de acquir. rer. dom.

¶ Circumluo, *ĕre*, vel Circumluere, herum flieſſen. Liv. 26, 11 *Mari in peninſulæ modum pro e major circumluitur*. Et Tac. Hiſt. 4, 12, 3 de Batavia: *Rheno omnis tergum ac latera circumluit*.

¶ Circumluvio, *ōnis*, f. Cic. de Orat. 1, 38.

¶ Circumluvium, *i*, n. locus quem aqua circumluit, eine inſel, Iſidor 14, 8. Feſto neſcio quo errore vel truncatione dicitur *jus prædiorum*.

¶ Colluo, *ĕre*, ausſpülen, waſchen. *Dentes colluere*, Plin. 20, 6; & 24, 7. Adde l. 30 § 2 Dig. de acquir. rerum dominio. Et, *Colluere amphoram*, Cato c. 87.

¶ Collutus, *a, um*, ausgewaſchen. Plin. 20, 13 *Sic & collatis dentibus prodeſt*.

¶ Colluvio, *onis*, f. die ausſpülung. Cœl. Aurel. Acut 2, 6, 28 *Vtemur ori collutione*. Scribo. Larg. Compoſ 53 *Dolor ſedandus eſt collutione lenticulæ*.

¶ Collu-

¶ Colluvies, *ēi*, & Colluvio, *ōnis*, f. gesammleter unflat, spülwasser, schlamm. *Colluvies peregrini & servilis sanguinis*, Suet. Aug. c. 40, ein mischmasch, lumpen-gesind. Cic. de Senect. c. ult. *O præclarum diem, cum ad istud divinum animorum conluvionemque profugiam, quamque ex hac turba, & colluvione discedam*, aus dieser schändlichen grundsuppen der argen welt. Sic, *Collavio gentium*, Liv. 4, 2. Et 3, 9 *Colluvio rerum* simpliciter perturbationem & confusionem significat. Pluraliter Arnobius 5 p. 172 *In quam spurcitiæ se omnes sentinarum colluvionibus derivant.*

¶ Colluviāris, *e*, schlammicht, unflätig; ut, *Colluviaris porcus, qui cibo permixto & colluvione nutritur*, Fest.

¶ Deluo, *ĕre*, i. e. solvere, διαλύειν, ut explicat Festus, purgare, abspülen, abwischen. Agræt. de Orthogr. & Propr. p. 2267 ed. Putsch. *Deluit, purgat, Diluit, temperat*, quod tamen perpetuum non esse, & *deluere* ac *diluere* in scriptis libris sæpe commutari, ex iis quæ Cort. ad Plin. 2, 11, Drakenb. ad Liv. 4, 14 notarunt, colligi potest. Cato R. R. c. 116 *Laserpitium aceto deluito.* Sed al. *Diluito.* Gell. 15, 2 *Si quid in animo vel frigidæ tristitiæ, vel torpentis verecundiæ fuerit, deluamus.*

¶ Delutio, *ōnis*, f. apud Celsum.

¶ Diluo, *ĕre*, temperare, schütten, lautern, vermischen. Plin. 25, 12 *Diluere aliquid in poculis.* Virg. Georg. 1, 344 *Miti dilue Baccho.* Auson. Perioch. Odyss. 6 *Fatigationem somno diluere*, die müdigkeit vertreiben, ausruhen. ¶ 2. Sed, *Diluere crimen* est purgare & refellere, die beschuldigung ablehnen Cic. pro Mil. c. 27. Et pro Rosc. Am. c. 15 *Diluere res levis & diluere*, widerlegen.

¶ Dilūtus, *a, um*, abgelautert, abgekläret, abgesüget, gemischt. Horat. 2 sat. 2, 16 *Mella Falerno dilutat*, h. e. affuso vino liquidiora facta. Ita Mart. 1 epigr. 177 *Vincla diluti Falerni.* Et Persius sat. 3, 14 *Dilutas quæ limat geminet quod sifula guttas*, die dinte sey zu dünne, fliesse zu sehr. Compar. Cicero Fragmento pro Fontejo apud Ammianum 15, 29 *Gallos posthæc dilutius esse poturos, quod illi venenum esse arbitrabantur*, oppon. *meracius.* Hieron. in Philem. 20 *aquatius* & *dilutius* conjungit. Et Tertull. de Anima c. 24 *Dilutioris divinitatis esse*, hoc est, infectioris. Celsus 1, 3 & comparativum *dilutius* habet & superl. *potio quam dilutissima.* ¶ 2. *Dilutum* substantive, ein tranck; ut, *absynthii dilutum*, Plin. 27, 7.

¶ Dilute, adv. quidam laudant ex Macrob. Sat. 7, 13. Sed al. *Sordidatum pallium meum in mari dilutule lavi &c.*

¶ Diluvium, *i*, n. inundatio, ein groß gewässer, sündflut, verschwemmung. Seneca Q. Nat. 3, 29 *Berosus conflagrationi atque diluvio* (ex cursu siderum) *tempus assignat.* Plin. 8 epist. 17 *Hic assiduæ tempestates & crebra diluvia. Tiberis alveum excessit &c.*

¶ Diluvies, *ēi*, f. idem. Horat. 3 od. 29, 40 *Fera diluvies quietos Irritat amnes.* Adde 4 od. 14, 28.

¶ Diluvio, *ōnis*, f. idem. Censorin. de die Nat. 18 *Cujus anni hiems summa est* κατακλυσμός, *quam nostri diluvionem vocant.* Tertull. de Anima c. 46 *Diluvio Asiæ.*

¶ Diluviālis, *e*, adject. diluvii similis. Solinus c. 9 (al. 14) de Macedonia: *Quas solas* (montium eminentias) *diluvialis irruptio inaccessas reliquit.* Est &

¶ Dilūvio, *are*, verbum apud Lucretium 5, 388, pro inundare, verschwemmen.

¶ Eluo, *ĕre*, aquis expurgare, auswaschen, abspühlen. *Eluere maculam vestium*, Plin. 20, 8. Cic. de legib. 2, 10 *Animi labes nec diuturnitate vanescere, nec manibus ullis elui potest.* Simili metaphora Cic. de Amic. 21 *Tales amicitiæ sunt remittone usus eluendæ.*

¶ Elūtus, *a, um*, ausgewaschen; ut, *Eluta & siccata vinacia*, Colum. 6, 3. Et, *Eluta alica*, Plin. 22, 24. Comparat. etiam Horatius fecit 2 sat. 4, 16 *Ter aqua nihil est elutius horto.*

¶ Elutia, *orum*, n. pl. id est, meralla elutis sordibus purgata, ex Plinii 34, 16 oftenduntur, sed Harduinus ibi *aluta* legit MSS. libris confisus, quem vide.

¶ Elutio, *ōnis*, f. die abwaschung. Cæl. Aurel. Tard. 1, 1 *Panis calida elutione purgatus.*

¶ Eluvies, *ēi*, f. schlamm, unflat. Plin. 2, 82 *Oppida crebris ad eluviem cuniculis cava*, canale zu abführung des unflats. Pallad. 1, 40 *Balnearum per hortos decurrat eluvies.* ¶ 2. Vorago a torrente facta, ein graben, so das wilde wasser gerissen. Sic Curtius 5, 4, 26 *Eluvies* vocat, quam paullo ante n. 23 *voraginem* dixerat, *concursu cavatam torrentium.* Et 8, 11, 7 *Voragines eluviesque præruptæ.* v. Gronov. ad Liv. 1, 4. ¶ 3. Translate pro vitiis. Cic. pro Domo c. 20 extr. *Labes atque eluvies civitatis.*

¶ Eluvio, *ōnis*, f. die ausschwemmung, ergiessung der wasser. Cic. Somn. Scip. c. 7 *Propter eluviones exustionesque terrarum.* Idem Off. 2, 5 *Causa eluvionis, pestilentiæ, vastitatis.*

¶ Eluacrum, *a, um*, zum ausspülen gehörig; ut, *Labrum eluacrum*, eine spulgelte, spül fas, Cato R. R. c. 10 & 11. ¶ 2. *Eluacrum*, subst. forte dixeris, spülicht.

¶ Elūbilis, *e*, quod elui potest. Vnde.

¶ Ineluibilis, *e*, quod nequit elui, unauslöschlich. Lactantius de Ira Dei c. ult. *Ineluibiles fœdi maculas imusserunt.* Sic Rom. vetus edit. & Parrhasii: at MSS. plures *indelebiles.*

¶ Elutrio, *are*, est de vase in vas transfundere, quod & *transvasare* dicitur, sed rarius, fassen, aus einem faß ins andere ziehen, ut vinum, &c. huc Vossius referendum magis censet, quam ut a *lura*, i. e. utre, elutriandi instrumento, puter derivari posse. Gellius 16, 7 ex Laberio adfert *elutriare lintea*, quod ipse in obsoleris & plebejis numerat.

¶ Elutriatus, *a, um*, ausgespült, bis occurrit, apud Plinium, ut 9, 38 *Vellus elutriatum*; & 14, 17 *Sextarii elutriati.*

¶ Illūtus, sive Inlutus, *a, um*, non lotus, unbenetzt. Arnobius 1 p. 26 *Christus pes altissimos gurgites pedem ferebat inlutum.* Horat. 2 sat. 8, 52 *Incoquere illutos cebinos.*

¶ Illutibilis, *e*, unvertreiblich, was man nicht auswaschen kan; ut, *Odor illutibilis*, Plaut. Menæch. 1, 2, 57. v. Boxhorn.

¶ Illutibarbus, *a, um*, intonsus, unbalbiert. Apul. Flor *Hispidus, illutivarvus, spinis & pilis obsitus.*

¶ Illuvies, *ēi*, f. quæ ἄλυσις Græcis, ea Latinis similiter a non lavando *Illuvies* sive *Inluvies* appellatur, quæ ad δυσχέρειαν seu fœditatem pertinet: quam ἀθεραπευσίαν σώματος Theophrastus, id est, *incultum negligentiamque corporis*, definit, schmutz, unflat, wenn man sich nicht reiniget und wäscht. Curtius 4, 1, 22 *Ablue corpus illuvie æternisque sordibus squalidum.* Ter. Heaut. 2, 2, 53 *Pannis obsita, neglecta, immunda illuvie.* Lucret. 6, 1266 *Languida semanimo cum corpore membra videres Horrida pædore & pannis cooperta pervile (corporis illuvie* Plauto Most. 1, 1, 39 convicii verbum est *illuvies*, ein unflat.

¶ Interluo, *ĕre*, interfluere, darzwischen fliessen. Liv. 41, 25 *Quantum interluit fretum?* Solin. c. 56 *Babylon amni interluitur Euphrate.* Virg. Æn. 3, 418 de freto Siculo: *Arvaque & urbes Litore diductas angusto interluit æstu.*

¶ Interluvies, *ēi*, f. aqua interluens, der durchfluß. Solin. c. 22 *Helodes insulæ, quotquot sunt, omnes angusta interluvie dividuntur.*

¶ Perluo, *ĕre*, reinigen, waschen. *Os vino perluere*, Colum. 6, 8 *Manus perluere fontana unda*, Ovid. Fast. 5, 435. Heinsius tamen probat. Idem tamen Met. 4, 310 *Fonte suo formosos perluit artus.* conf. ibid. 3, 173; & Horat. 1 epist. 15, 4. Petron. c. 128 *Sudor perluit ora*, das gesichte schwitzet.

¶ Perluens, *tis*. Plin. 8, 27 de ibi purgandi per clysterem rationem inveniente: *Rostri admonitate per eam partem se perluens, qua reddi onera ciborum maxime salubre est.*

¶ Perlūtus, *a, um*, ausgewaschen. Colum. 9, 16 *Reliquiæ diligenter aqua perlutæ.* Apul. *Perlutus sudore*, voll schweiß.

¶ Pelluvium, *i*, n. (Pelluvia, *æ*, f.) vas ad abluendos pedes, ut Malluviæ, quibus manus lavantur, Festus, ein fuß-becken.

¶ Pelvis, *is*, f. *a pedum lavatione, ut pedelvis*, inquit Varro L. L. 4, 25. Et secundum Nonium 15, 4 *Sinus aquarius, in quo vavia perluuntur, unde ei nomen est*, ein becken, wasch-becken. Cælius ibidem: *Pelvim sibi popposcit, &c.* Iuvenal. 3, 277 *Patulas effundere pelves.*

¶ Polluo, *ĕre*, pro *Polluere*, contaminare, inquinare, besudeln, beschmitzen, beflecken. Cic. pro Domo c. 40 *Scelerum nefas incestu, stupro, & flagitio polluere.* Et Phil. 11, 12 *Inexpiabili scelere omnia jura Deorum hominumque polluere.* Sic, *Polluere se libidine, vitiis, peccatis, &c.* conf. Horat. 4 od. 5, 21; Virg Æn. 3, 234; Ovid. Met. 10, 353.

¶ Pollutus, *a, um*, unrein, besudelt. *Mensa cruore polluta*, Sil. 7, 183. *Pollutæ dotis fœdera*, Idem 11, 323. *Pollutissimus dives*, Apul. 9 Met. p. 234. Et rursum Sil. 11, 46 *Temeraria pubes Delicta augebat: pollutior ipsa senectus.*

¶ Pollutio, *ōnis*, f. die beflechung. Palladius 9, 10 *Aqua omni labe pollutionis aliena.*

¶ Impollūtus, *a, um*, unbefleckt. Tac. Ann. 14, 35, 2 *Virginitas impolluta*: & 16, 26, 5 *Intemeratus, impollutus.* Et Paulinus Nolan. carm. 6 de Baptista v. 227 *Mens impolluta.*

¶ Superpolluo, *ere*, vehementer polluere. Vulg. Interpr. 4 Esdræ 15, 6 *Superpolluit iniquitas omnem terram.*

¶ Prælūtus, *a, um*, vorher gewaschen; ut, *Præluta habitacula*, Sidon. 4 epist. 25.

¶ Præterluens, *tis*, fürüberfliessend; ut *Præterluens fluvius*, Apul. 6 Met. p. 685.

¶ Proluo, *ĕre*, wohl durchspühlen, schwemmen. Persius præfat. v. 1 *Nec fonte labra prolui Caballino.* conf. Horat. 2 sat. 4, 26. Colum. 2, 18 *Impetus aquarum proluit terram*, das wasser verschwemmet die erde. Metaphorice Gellius 2, 24 *Pecuniam suam prandiorum gurgitibus proluisse.*

¶ Prolutus, *a, um*, überschwemmet. Horat. 1 sat. 5, 16 *Multa prolutus vappa.* Apul. de Mundo p. 73 *Audivimus, abruptis imbribus prolutas esse totas regiones.*

¶ Prōluvies, *ēi*, f. schlamm, unflat, koth: ut, *Alvi proluvies*, retrimenta, Colum. 12, 38 pr. & *Ventris proluvies*, Virg. Æn 3, 216. *Intestini porrectio, per quam proluvies editur*, Arnob. 7 p. 230. ¶ 2. *Proluvies*, die ergiessung. Lucret. 5, 648 *Proluvie larga lavere humida saxa.*

¶ Prōluvio, *ōnis*, f. der ausfluß, die austretung des wassers. Apul. de Mundo p. 73 *In Occidentis plagis si prurigines quædam ac proluviones easdem strages dederunt.*

¶ Proluvium, *i*, n die verschwendung. Ter. Adelph. 5, 9, 28 *Quod proluvium? quæ istuc subita est largitas?* Sed ibi Donatus *Prolubium* agnoscit, & προθυμίαν interpretatur.

¶ Prōluviōsus, *a, um*, ausgiessend, schlammicht; ut, *Proluviosa pestis*, Q. Fab. Lucullus apud Fulgent. de priseo Serm. in *Ramentum* n. 31.

¶ Reluo, *ĕre*, repignerare, wieder einlösen. Festus ex Cæcilio: *Aurum & vestem, quod matris fuit, reluat, quod viva ipsi oppositi pignori.* Turnebus 17, 8 ex Declamatione in Sallustium, quæ Ciceroni tribuitur, idem probavit vereris libri auctoritate inductus.

¶ Subluo, *ĕre*, von unten auf abwaschen, abspühlen. Cæs. de B. G. 7, 69 *Cujus collis radices duo duabus ex partibus flumina subluebant.* Avienus Perieg. v. 556 *Litus Hadria rursus Subluit hunc fluctu.* Colum. 6, 32 *Sublui aqua calida.*

¶ Sublūtus, *a, um*, eingetaucht. Martial. 2 epigr. 42 *Zoile, quid solium subluto perdis?*

¶ Subluvies, *ēi*, f. idem ac proluvies, schlamm, unflat, wust. Apul. Met. 9 p. 221 *Via sublubrie cænosa lubrica.* Et Ammian. 15, 6 de Rhenо: *Limosa subluvie tardatur properans flumen.* ¶ 2. *Subluvies* morbus ovium collecto sub ungula pure. Colum. 7, 5 *Subluvies & intertrigo pice pur se liquida, vel alumine & sulfure atque aceto minutis vite, eruentur.* Et in homine *Subluvies* est, cum sub ungue sanies alba colligitur, ein nagel-geschwür. Plin. 30, 9. v. ibi Dalech.

¶ Subluvium, *i*, n. exulceratio, ein unterströhiges lauffendes geschwür. Marcell. Imp. c. 18 *Subluvium digitorum.*

¶ Subterluo, *ĕre*, idem quod *subluere*. Claudianus 6 Consul. Honor. v 177 *Gurgite fidereo subterluit Oriona.* De Eridano cælesti sive fidereo intelligendus est.

¶ Subterluvio, *ōnis*, f. subluvies, die wegschlemmung. Claud. Mamertus de Statu animæ 1, 2 *Loca humoris assidui subterluvione cedentia*, durch das, was unten dran hinfliesset.

Lupa, lupanar, lupatum, vide *Lupus*.

LVPERCAL, *ālis*, n. locus Romæ consecratus Pani Arcadiæ Deo; ut ejus beneficio greges & armenta a *lupis* tuta essent: seu, quod ibi *per caprum lucretur*, hoc est, sacrificaretur. Hæc Servius in Virgil. Æneid. 8, 343. Refert etiam Quintil. 1, 5 p. 70. conf. Ovid. Fast. 2, 381.

¶ Lupercālis, *e*, adject. ut, *Lupercale sacrum*, ab Augusto restitutum, vid. Suet. ejus vita c. 31.

¶ Lupercālia, *ium*, n. pl. λυκαῖα, sacra erant in honorem Panis, quæ Februario mense celebrabantur. v. Varr. L. L. 5, 3; Ovid. Fast. 2, 367 & seqq. plurimis, item Dionys. lib. 1 & Livium 1, 5; Plutarchum in Romulo p. 31, itemque in Cæsare p. 736.

¶ Luperci, *orum*, m. pl. sacerdotes dicebantur Pani sacra facientes. Sing. Cic. Phil. 2, 34 *Ita eras Lupercus, ut te consulem esse meminisse deberes.* M. Antonium intelligit. Lupercalibus autem Luperci discurrebant per urbem nudi, & loris caprinis nuptas percutiebant, fœcunditatis & facilioris partus augurio. Hinc proprie dicebantur *Currere*, ut apud nos quondam, fustnacht lauffen. Suet. Aug. c. 31 *Lupercalibus vetuit currere imberbes.* Mulieres Lupercis percutiendas offerre se solitas refert Ovid. Fast. 2, 425 fœcunditatis parandæ causa, & speciatim terga v. 445. Plutarchus vero in Cæsaris vita manus feriendas præbuisse testatur. Add. Iuven. 2, 142 *Nec prodest agili palmas præbere Lupercо.* Cæterum *Lupercorum* duæ fœdalitates erant, *Fabiana* & *Quintiliana*: de quibus Ovid. l. c. v 375. Tertiam addidit Cæsar & *Iulianam* appellavit. Dio Cass. initio lib. 44; Suet. Cæs. c. 76; Turneb. Advers. 7, 3.

¶ Luperca, *æ*, f. Dea, quæ lupis præerit, ne noceant. Arnob. 4 p. 128.

LVPHA, *æ*, f. λάφη, id est, aron, natter-wurtz, Dioscor. 2, 157.

LVPIA, sive Luppia, *æ*, f. Λουπία, Germaniæ fluvius, die Lippe. Tac. An. 1, 60, 5; 2, 7, 1; Hist. 5, 22, 8. ¶ 2. *Luppia*, urbs Westphaliæ, Lippstadt.

LVPINVS, *i*, m. & Lupinum, *i*, n. genus leguminis; plur. *Lupini*, feiabonen, wolffsbonen. Rationem nominis afferunt, quod lupina quadam natura terram voret. Sed est ἀπὸ τῆς λύπης, *quia vultum gustantis amaritudine contristat*, dicente Isidoro 17, 4. Hinc Virg. Georg. 1, 75 *Tristia lupini fragiles calami.* conf. Cato de R. R. c. 37; & Colum. 2, 10. Est pauperum cibus, de quo Catpurnius eclog. 3 extr. Pontanus in Ancone: *Post dulces quandoque epulas juvat esse lupinum. Circumagitur lupinus quotidie cum sole, horasque agricolis etiam nubilo demonstrat*, Plin. 18, 14. Zeno difficilis erat & iracundus omnino inter amicos, multum autem bibens vini, suavis & placidus fiebat. Interrogatus igitur de hujusmodi consuetudinis ratione, *se lupinis valde similem esse dicebat, qui asperrimi prius quam irrigarentur, post vero dulces essent & placidissimi*; ἔλεγε τὸ αὐτὸ τοῖς θερμοῖς πάσχειν· νηὶ γὰρ ἐκείνους πρὶν διαβραχῆναι πικροτάτους εἶναι, ποτισθέντας δὲ γλυκεῖς γίνεσθαι προσηνεστάτους. Athen. 2, 15 p. 57, & D. Laërtius in Zenone. ¶ 2. *Lupini* non in comœdiis tantum, sed extra eas etiam, nummorum vice erant, ut Marcilius Torrentiusque docent ad illud Horatii 1 epist. 7, 23. *Nec tamen ignorat, quid distent æra lupinis*, i. e. quid interfit inter veros nummos & illos lupinarios, er weiß, was schwarz oder weiß ist. Quamquam alii aliter eum locum & legant & explicent. vide Erasmi Chiliad.

¶ Lupillus, *i*, m. diminut. Plaut. Stich. 5, 4, 9 *Lupilli comminuto crustulo.*

¶ Lupinārius, *a*, *um*; ut, *Labrum lupinarium*, Cato de R. R. c. 10 & 11. ¶ 2. Substantive *Lupinarii* sunt negotiatores lupinorum, Lamprid. Alex. Sev. c. 33.

¶ Lupinaceus, *a*, *um*; ut, *Lomentum lupinaceum*, Apul. de Herb. c. 21 n. 2.

¶ Lupinētum, *i*, n. vulgo ubi lupini feruntur.

¶ LVPVS, *i*, m. rapax, infestus pecori, infatiabilis, λύκος, ein wolff. Olim Marti sacrum fuit hoc animal, Liv. 10, 27. Vnde Horatius 1 od. 17, 9 *Lupos Martiales* vocavit. vide Plutarch. in Romulo p. 19, qui tamen in libro, *cur Pythia oracula reddere desinat*, inter Apollinaria etiam refert p. 400. vide & Iustinum 43, 2, 7. Plautus Asin. 2, 4, 88 *Lupus est homo homini, non homo, cum qualis sit, non novit.* Ter. Eun. 5, 1, 16 *Ovem lupo commisisti*, du hast den leck zum gärtner gesetzt. Hinc & Cic. Phil. 3, 11 *O præclarum custodem ovium, ut ajunt, lupum!* Prov. *Non curat numerum lupus*, der wolff frißt auch wohl ein gezehlt schaf. Lupus a dextro occurrens, ore pleno, felix omen. vide Voss. 1 Instit. Orat. p. 95. Epicœnum erat *Lupus*, unde apud Ennium *Lupus femina*. vid. Colom. & Burm. ad Quint. 1, 6 p. 74. ¶ 2. *Lupus in fabula*, Ter. Adelph. 4, 1, 21. Servius ad illud Virgil. eclog. 9, 54 *Lupi Mœrin videre priores: Hoc physici*, inquit, *confirmant, quod vox detrahitur ei, quem primum lupus viderit. Vnde etiam proverbium hoc natum est*, LVPVS IN FABVLA, *quoties supervenit ille, de quo loquimur, & nobis sua præsentia amputat facultatem loquendi.* Hæc ille. vide & Donat. ad loc. Terentii; & Plin. 8, 22 & Alber. Gentilem Lect. Virgil. c. 18. Cic. Att. 13, 33 *De Varrone loquebamur, lupus in fabula, venit enim ad me. Lupus pilum mutat, non mentem. Lupus lupum non est.* ¶ 3. *Auribus lupum teneo*, id est, ejusmodi negotio involutus sum, quod neque relinquere integrum mihi est, neque tolerare possum, Ter. Phorm. 3, 2, 21; & Suet. Tib. c. 25, & ibi Beroaldus. Alia notione illo adagio usus est Plutarchus πολιτικῶν παραγγελμάτων p. 802, quam expositit Cellarius Noris ad Petri Cunæi orat. quintam p. 88. ¶ 4. *Lupus* piscis, sic dictus a rapacitate & voracitate, ein hecht. *Lucius* non est, nisi quod cognatum quippiam cum eo habet, vorax enim uterque est, Gesnerus. Alii *Lupum* eumdem esse, qui sit *Lucius*, disputant. *Lupus* piscis Græcis λάβραξ dicitur, ὅτι λαβρῶς τὸ θέλεαρ καταπίνει, *quia cum impetu & avide esca devorat.* ¶ 5. *Lupus*, ἅρπαξ, instrumentum aduncum, quo ex puteis, quæ inciderunt, extrahuntur, ein haken. vid. *Harpago*. Liv. 28, 3 *Qui erexerant ad murum scalas, alii furcis ad id ipsum factis detrudebantur, in alios lupi superne ferrei injecti, &c.* v. Lipsi. in Poliorc. L. V Dial. 5. Turneb Advers. 11, 28. ¶ 6. *Lupus salictarius*, herba est Plinio 21, 15, & *Lupulus*, vulgo numulus, hopfen. ¶ 7. *Lupus* genus freni asperrimi, a lupinis dentibus dicti, ein scharff gebiß, oder brech-

gaum. Ovid. Trist. 5, 6, 3 *Tempore paret equus lentis animosus habenis, Et placido duros accipit ore lupos.* vid. *Lupatum*. ¶ 8. *Lupus*, aranei genus, eine kleine spinne. Plin. 11, 24 *Luporum nomine minimi non texunt.*

¶ Lupa, *æ*, f. eine wölffin. *Rapide tradis ovile lupæ*, Ovid. Art am. 3, 8, 1. c. *Lupæ ovem commisisti*, de quo l. l. *Romulus & Remus, infantes finguntur esse nutriti a lupa*, id est, uxore parum honesta pastoris Faustuli, Acca Laurentia, quæ vulgato corpore *Lupa* inter pastores vocata. vid. Liv. 1, 4; & Dion. Halic. lib. 1. De divinis honoribus ipsi habitis testatur Infer. apud. Grut. p. 105, 2 LVPAE ROM. M. VALERIVS PHOEBVS VI. VIR. AVG. ¶ 2. Nam & meretrices *Lupæ* dicebantur ob rapacitatem. Plaut. Epid. 3, 3, 22 *Divertunt mores virgini longe ac lupæ.* Catullus carm. 100 al. 97 ad Iuventium: *Tamquam commictæ spurca saliva lupæ.* Apul. Apolog. *Ipse pudibundus, uxor lupa.* Hinc *Lupanar*, de quo mox sequitur. conf. Taubm. ad Plaut. Pseud. p. 956, & Vineti Not. Auson. p. 212. Hinc &

¶ Lupula, *æ*, f. dimin. Apulej. Met. 5 *Pessulæ lupulæ insidias tibi comparant.*

¶ Lupulus, *i*, m. vulgo lupus, hopfen, vide *Lupus* n. 6.

¶ Lupīnus, *a*, *um*, wölfisch; ut, *Lupina ubera*, Cic. Catil. 3, 8. *Lupino ritu devorant*, Prudent. Pass. Calagurrit. v. 98. ¶ 2. De *Lupino* legumine vide paullo ante seorsum.

¶ Lupānar, *āris*, n. & Lupanarium, *i*, n. domus infamis, fornix, *stabulum* Petronio, ubi meretrices prostabant: Senecæ Rhetori *Locus communis*: ubi impune permittebatur libido, ein huren-haus. Apul. in Apolog. *Idem libidinum ganearumque locus, lustrum, lupanar.* Et Iuvenal. 6, 121 de Messalina Augusta: *Intravit calidum veteri centone lupanar.* conf. ibid. v. 132; & Martial. 9 epigr. 7. Exemplum alterius formæ, *Lupanarium*, habes l. 27 § 1 Dig. de Heredit. petit. & l. 43 Dig. de ritu nuptiar. *Lupanaria* fornices erant plerumque subterranei, hinc erant fuliginosi, quia in iis ignis accendi solebat: vid. Schult. ad Controv. 1 Senec. 2 p. 93.

¶ Lupanāris, *e*, adject. hurisch. Apul. Met. 9 *Larem mariti lupanari maculare infamia.* Hinc etiam verbum

¶ Lupor, *ari*, fœrtari, vel prostitui, hurereyen treiben. Accius apud Nonium 2, 497 *Qui cum meretrice per vias lupantur.*

¶ Lupāria, *æ*, f. species aconiti, quod Dioscoridi 4, 76 *Lycoctonon* & *Cynoctonon*, quia lupos & canes strangulat, wolffswurtz. Matthiol.

¶ Lūpātum, *i*, n. frenum asperrimum, a lupinis dictum dentibus, juxta Servium, ein brechsam gebiß. Sic *Frena lupata*, adjective Horat. dixit 1 od. 8, 6; quæ & *Lupos* Ovid. dixit loco supra in *Lupus* n. 7 cit. Et, *Duris parere lupatis*, Virg. Georg. 3, 208. conf. Ovid. Amor. 1, 2, 15.

¶ Lupatus, *i*, m. idem. Solin. c. 45 de equo: *Spernere lupatos.*

LŪRA, *æ*, f. os culei, vel etiam utris, ein schlauch. Festus. vide mox in *Luridus*.

LVRCO, *ōnis*, m. nepos, gulosus, Festo *capacis gulæ homo*, ein prasser, schlemmer. *Lurco edax*, Plaut. Persa 3, 3, 16. Lucilius apud Nonium 1, 34 *Vivite lurcones, comedones, vivite ventres.* Lenæus Grammaticus, ut auctor est Suetonius c. 15, Sallustium *lastaurum, & lurconem, & nebulonem popinonemque* appellavit.

¶ Lurconiānus, *a*, *um*, adject. schlemmerisch. Tertull. de Anima c. 33 *Condimenta Apiciana & lurconiana.*

¶ Lurco, *are*, & Lurcor, *ari*, est cum aviditate cibum sumere, schlemmen, sauffen und fressen. Lucil. apud Nonium l. c. *Vt lurcaretur lardum.* Et Varro ibid. *Cum psaltria & cum Flora lurcare.* conf. Gronov. observ. 2 p. 254.

¶ Lurcābundus, *a*, *um*, lurcans. Quintilianus 11, 6 pro voce obsoleta habet, licet Cato sit auctor. Burm. scribit per *ch*.

¶ Collurcinātio, *ōnis*, f. schwelgerey. Apulej. Apol. *Quæ omnia in paucis annis hic degulator studiose in ventrem condidit, & omnimodis collurcinationibus dilapidavit.*

LŪRIA, *æ*, f. oxymeli appellatum, quod ex aceto & melle componitur. Isidor. 20, 3.

LŪRIDVS, *a*, *um*, adject. supra modum pallidus, schwartz-gelb, blenfarbig; ut, *Color luridus*, Plin. 18, 10, qualis est membrorum, quæ vel loris cæsa sunt, vel gelu mortua. *Dentes luridi*, garstige gelbe zähne, Horat. 4 od 13, 10. Et in epod. 17, 22 *Pallet livida amicta ossa.* Sic, *Pallor luridus*, Ovid. Met. 4, 267 Et, *Sulphura lurida*, Met. 14, 179: Idemque Met. 1, 146 *Lurida aconita.* Est a *Lura*, fecundum Festum, quod est os culei vel utris. Quamquam & utrem ipsum sive corium significet, ut Lambinus ex Lucilio ad Horat. 3 od. 4 extr. observat.

¶ Luror, *ōris*, m. color luridus. Lucretius dixit 4 v. 333, pro *pallore*, die blässe. Apul. Met. 9 p. 222 *Lurore deformes* dixit; & p. 393 *Lurore buxeo, macieque fœdata*; & lib. 1 p. 55 *Lurore ac misera macie deformatus*, quod lib. 8 p. 211 est *buxanti pallore*, ganz bleich und blaß, todtsahl.

¶ Luridātus, *a*, *um*, luridus. Tertull. adver. Marcion. 4, 8 *Qui retro luridati delinquentiæ maculis, & nigrati ignorantiæ tenebris.*

¶ Lurulentus, *a*, *um*, schlammicht. Apul. 7 Metam. p. 100 *Conceptaculum aquæ lurulentæ.*

¶ Oblūridus, *a*, *um*, braun und blau, schwärtzlicht; ut, *Color obluridus*, Ammianus 14, 6.

¶ Sublūridus, *a*, *um*, blaulicht. Plautus (vel quisque supplevit) Amph. 4, 4, 64 *Coivit cicatrix rufula, subluridа.*

LVSCINIA, *æ*, f. qs. *Lucinia*, quod ante lucem canat, vel quod in luco canat, vel quod lugens canat, ἀηδών, philomela, sic Græcis dicta, ἀπὸ τῆς ἀεὶ ᾄδειν, quod sine intermissione fere, cum cœpit, canat, die nachtigall. Sappho eam appellat ἱερὸς ἄγγελον, *veris nuntiam.* Horat. 2 sat. 3, 245 *Luscinias cœmtas foliis prandere.* Apul. ℥ Florid. *Luscinia in solitudine Africana canticum adolescentiæ garriunt.* vide de cantu ejus locum elegantem apud Plin. 10, 29. Proverb. *Neque picæ cum luscinia dormiunt*: De iis dictum, qui somni parcissimi sunt. Luscinias enim insomnes esse, Ælianus Var. Hist. 12, 20 ex Hesiodo tradidit. *Pica cum luscinia certat*, proverbiale de impari certamine. *Corvi luscinias honorativores*, κόρακες ἀηδόνων αἰδεσιμώτεροι. vide *Corvus*.

Memorabile porro est, quod de luscinijs prodidit Plutarch. in libello de industria animalium: *Eas etiamsi innatum habeant & natura cantus suavitatem, tamen, nisi a matribus primum condoceſiant, & in cœtu alarum discant, canere inconcinniter.* Proverb. aliud: *Luscinię cantio est*, q. d. mulieri desunt verba, poëtæ versus, oratori color, sophistæ cavillum. v. p. p. *Lusciniola.* Est & aliud: *Luscinia Musarum*, in hominem insigniter eruditum, præcipue in poëtam carmine felicem, qui ab aliis μεσῶν ἄρνις, ab aliis *cygnus* appellatur.

¶ Luscinius, *i*, m. idem, apud Phædrum 3, 19, 2 & 11. Putat Rittershusius, apud solum Phædrum reperiri. Sed exstat etiam in Glossis *Luscinus* pro *Luscinius.*

¶ Luscíniola, *æ*, f. dimin. Plaut. Bacch. 1, 1, 4 *Pol ego quòque metuo, luscíniolæ ne defleat cantio.* Varro L. L. 4, 11 vocat *Luscíolam, quod luciluse canere existimatur, atque esse ex Attica Progne in lucta facta avis*, ubi ipsa etymologia suader, scripsisse Varronem *luscinia* vel *luscíniola.*

¶ Luscíola, *æ*, f. id. vid. locus Varronis in *Luscíniola.*

Luscítiosus, luscitiósus, vide mox *Luscus.*

LVSCVS, *a, um*, qui altero captus est oculo, vel qui cæcutit, einäugig, blödsichtig. Est a *luce*, τῷ S interjecto, ut docet Scaliger ad Festum. v. Varr. de L. L. 8, 43. Cic. de Orat. 2, 60 *Hùic luscо, familiari meo, C. Sextio, &c.* Iuvenal. 10, 158 de Hannibale: *Cum Getula ducem portaret bellua luscum.* Et Alanus claſſ. 3 parab. 12 *Lippo non luscо collyria nigra medentur, Qui semel est luscus, non nisi luscus erit.* vide *Collyrium. Lusca* fœm. Martial. 4 epigr. 56 *Oculo Philænis semper altero plorat. Quo fiat illud queritis modo? lusca est.* ¶ 2. *Luscus* Furiorum cognomen fuit. vid. Liv. 39, 8, ubi tamen Sigonius *Fusius* reponere mavult, quod ita in Capitolinis tabulis legitur.

¶ Lutcinus, *i*, m. idem fere, qui *luscus*, blödsichtig. Fabriciorum Romæ cognomen fuit. *Luscini* sunt, qui vi & injuria hominum lusci erant. Plin. 8, 37 *Qui altero lumine orbi nascerentur, coclites vocabantur: qui parvis utrisque, ocellæ*; *Luscini injuriæ cognomina habuerunt.*

¶ Luscĭtŭlus, *a, um*, qui exiliter admodum videt, halb blind, blödsichtig, übersichtig; de quorum remediis agit Plinius 23, 7, 8 & 28, 10. Varro ait apud Nonium 2, 512 *Vesperi non videre, quos appellant luscitulos.*

¶ Luscitiósus, *a, um*, idem, μύωψ & νυκτάλωψ, der blöde und blinzende sehen hat und des abends schärfer sehen kan, als am tage, l. 10 § 4 Dig. de Ædilitio edicto & redh. Plaut. Mil. 2, 3, 52 *Tu quidem cæcus, non lucitiósus.* conf. Faubm. ad h. l.

¶ Luscítio, *ónis*, f. vitium oculorum, *quod clarius vesperi quam meridie cernit*, apud Festum. Dicitur a Græcis νυκτάλωψ, νυκταλωπία, blöde augen. vide *Nyctalopes.*

¶ Elusco, *are*, luscum facere, ein auge ausschlagen, blind machen, apud Iurisconsultos legitur. Vlpianus l. 5 § ult. Dig. ad Legem Aquil. *Iulianus scribitur Aquilia teneri eum, qui eluscaverat discipulum in disciplina.* Marcellus l. 27 Dig. de pignorib. vel hypoth. *Si servum interfecisset aut eluscasset.* Gloss. gr. lat. ἐκτυφλόω, *excæco, eluſco.*

¶ Elúscatus, *a, um*, blind gemacht. Iterum Vlpianus l. 3 Dig. de condict. triticiar. *Servus eluscatus.*

¶ Eluscatio, *ónis*, f. Gloss. Cyrill. *Eluscatio*, ἀπατύφλωσις.

Lusio, vide *Ludus.*

LVSITĀNIA, *æ*, f. Hispaniæ regio ad oceanum occidentalem fere in eo tractu, ubi hodie *Portugallia.* Dicitur a *Luso* Hispanorum rege, das Königreich Portugall.

¶ Lusitani, *orum*, populus Lusitaniæ, die Portugieſen.

¶ Lusitānus, *a, um*, adject ut, *Lusitana tela*, Val. Max. 9, 1, 15. conf. Silius 5, 335.

Lusito, lusor, lusorius, vide *Ludus.*

Lustrago, lustralis, lustratio, lustricus, &c. vide *Lustrum.*

LVSTRVM, *i*, n. ferarum habitaculum, ein wildlager. Virg. Georg. 2, 471 *Non absunt illic saltus ac lustra ferarum.* Adde Non. 4, 272; & Virg. Æn. 3, 647; &c. ¶ 2. *Lustra* & Lupanaria dici Servius auctor est, item Vet. Schol. Horatii ad 1 Sat. 6, 68, huren- und buben- gelag. Hinc Plaut. Asin. 5, 2, 17 *Lustris studere*, im luder liegen. Conf. Curc. 4, 2, 22; Cas. 2, 3, 26; Bacch. 4, 4, 91. Et Cic. pro Red. in Sen. c. 6 *Cur in lustris, & beluationibus hujus saltatoris eximia virtus tamdiu cessavit.* Et Phil. 2, 3 *Vino lusi usque confectus.* ¶ 3. Sacrificium est, cenſu peracto institui solitum. Liv. 1, 44 *Censu perfecto* Servius Tullius — *institutam exercitu mortem Sueetaurilibus lustravit: idque conditum lustrum appellatum, quia in condendis finis factus est.* Id. 45, 40 *Delphis Apollini pro me, ex victimis e & claſſibus hostia sacrificavi.* vid. tamen ad h. l. Sigon. Id. 40, 46 *Agitis censum, lustrum condatis.* Cic. de Orat. 1, 10 *Quæritavis, qui domini volunate census sit, si non sit conditum lustrum, sine liber?* Nam *Lustrum* non semper conditum, Liv. 3, 22 pr. *Census actus eo anno, lustrum propter Capitolium captum, consulem occisum, condi religiosum fuit.* Add. Censor. c. 18 extr. quem deinde laudamus Proprie alter modo censorum condebat lustrum, cui ea sors obvenisset. v. Spanh. de usu & præstant. num. 10 p. 102. ¶ 4. *Lustrum* proinde est intervallum, quo tributa solvenda sunt, Cic. Att. 1, 18 fin. *Sub lustrum censeri Germani mercatoris est*, h. e. non prius, quam cum jam differri diutius non potest. v. Varr. de L. L. 5 p. 46 & Cic. Att. 6, 2, quorum verba mox producentur. ¶ 5. Quantum autem hoc sit intervallum, incertum prope fecit scriptorum diversitas. Ponamus prius, qui quatuor annis lustrum definire videntur. Ovid. Fast. 3, 165 de anno intercalari Iuliano, *In lustrum accedere debet, Quæ consummatur partibus, una dies.* Plin. 2, 47 extr. *Omnium venorum redire easdem vices quadriennio exacto.* — *Et est principium lustri ejus semper intercalari anno.* Scire se ait Scaliger Auso. lect. 2, 23 extr. *aurum lustrale* quarto quoque anno pendi solitum. Huic etiam sententiæ Drakenb. ad Liv. 30, 2 accedit. Sed *quinque annos* magno consensu lustro tribuunt alii. Varro de L. L. 5 p. 46 pr. *Lustrum nominatum tempus quinquennale a Luendo, hoc est, solvendo: quod quinto quoque anno Sicilia & ultro tributa per censores persolvebantur.* Asco. Pedic. ad Cic. in Verr. 1, 42 pr. *Censorum administratio per lustrum, hoc est, quinquennium extenditur.* In Fastorum Capitolinorum reliquiis lustra nonnulla continuis quinquenniis interjectis condita visuntur, observante etiam Harduino ad Plin. 2, 47 no. mai. 47. Id tamen perpetuum non fuisse, vel Censorini locus docet c. 18 extr. *Ita quidem a Servio Tullio institutum, ut quinto quoque anno census civium habito, lustrum concluderetur; sed non ita a posteris servatum. Nam cum inter primum a Servio rege conditum lustrum, & id quod ab Imperatore Vespasiano V & Cæsare III COSS. factum est, anni interfuerint paullo minus sexcentis quinquaginta, lustra tamen per ea tempora non plura quam septuaginta quinque sunt facta, & posita plane fieri desierunt. Census tamen annus idem magnus* (ita lustrum vocaverat) *per Capitolinos agonas cœptus est diligentius servari.* Interim dubium non est *lustrum* quinque annis contineri. Ita Cic. Att. 6, 2 p. 604 Gr. *Decem annis* respondent *duo lustra*, quibus nihil solutum erat publicanis in provincia Ciceronis. Id. de L. L. 3, 3 de centoribus, *Magistratum quinquennium habento.* Huc pertinent etiam *quinquennales* in coloniis & municipiis, qui centoribus urbanis respondent, vid Otto de ædil. Colon. c. 8 § 4. De poëtis res aperta; neque enim dubitat quisquam, quin quadragenarium se dicat Horatius O. 2, 4 extr. *Cujus octavum trepidavit ætas Claudere lustrum*, & quinquagenarium, cum O. 4, 1, 6 *Circa lustra decem* se jam durum imperiis Veneris dicit. Mart. 1, 38 quos v. 1 *quindecim annos* diserte dixerat, mox *tribus lustris* complectitur. Claud. 6 Conf. Hon. 391 *Circumflexa rapit centenus sæcula consul, His annis qui lustra mihi bis dena recensent.* Recte igitur Festus *lustrum*, ait inter alia, *significat tempus quinquennale.* Neque obstat, quod videmus cum olympiade comparari & συνονύμως poni *lustrum.* Ovid. Pont. 4, 6, 5 *In Scythia nobis quinquennis olympias acta est, Iam tempus lustri transit in alterius.* Auso. epigr. (141) ad Proculum, *Fors erit, ut lustrum cum se cumulaverit istis, Conficiam Proculus signet olympiadem.* Nimirum etiam Cic. de Orat. 3, 32 pr. Olympicorum ludorum *quinquennalem* solennitatem vocat, ut Græci ipsi interdum πενταετηρίδα, quod annis quatuor completis, quinto ingrediente celebrarentur. Ita Tac. A. 14, 20 *Quinquennale ludicrum Romæ institutum est, ad morem Græci certaminis*, & 16, 2 *Ac forte quinquennale ludicrum secundo lustro celebrabatur.* In his non tam lustrum ad Olympiada accommodandum, quam de olympiade observandum, eam πεντχρόνου, quod incunte post quatuor annos completos quinto celebraretur, *quinquennalem* dictam. ¶ 6. Quin eo minus illi plane censendi sunt errare, qui quadriennium lustro assignant, cum generatim circuitum & periodum temporis, vel annum adeo notare videatur. Ita Manil. 3, 580 *Lustra decem tribuet solis, cum mensibus octo.* De his solis lustris h. e. annis intelligunt etiam illud Virg. Æneid. 1, 287 *Lustris labentibus.*

¶ Lustro, *avi, atum, are*, activ. expiare est seu purgare, reinigen, weihen, heiligen, versühnen. Virg. ecl. 5, 74 *Et cum solennia vota Reddemus Nymphis, & cum lustrabimus agros.* Ritum & formulam lustrandi docet Cato de R. R. c. 141; & plenius Tib. 2, 1. conf. quæ plena manu notavit Broukch & quæ dedimus in lustratio. Idem passive 3 Æneid. v. 279 *Lustramur que Iovi, votisque incendimus aras.* Et Ovid. Met. 10, 398 *Magico lustrabere ritu.* Idem Met. 15, 951 *Ego lustror ab illis, Et purgante nefas novies mihi carmine dicto, Pectora fluminibus jubeor supponere centum.* Sic, *Lustrare urbem*, Plin. 10, 13. *Oves cum pastore lustrabant.* vid. Broukch. l. c. v. 13. Idem *ægrotorum lectos*, Ovid. A. A. 2, 329. Tib. 1, 5, 11. ubi vid. Broukch. ¶ 2. *Lustrare exercitum*, id est, recognoscere & sacrificiis expiare, musterung halten. Quod fiebat, cum Imperator ad novum exercitum veniret. vide Ciaccon. ad Hirtium de B. G. 8 n. 529; & Liv. 38, 12. Quo ritu id apud Macedonas celebraretur, apud eumdem habes lib. 40 c. 6, itemque apud Curtium 10, 9, 12. ¶ 3. Est & *Lustrare* circumire, peragrare, visere, considerare, quod lustrationes scilicet tali ratione fierent, durchwandern, besichtigen. Cic. de Fin. 5, 25 *Pythagoras Ægyptum lustravit.* Virg. Æneid. 1, 581 *Libyæ lustrare extrema.* Idem Æneid. 3, 377 *Quo tutior hospita lustres æquora.* Et eclog. 2, 12 *Tua dum vestigia lustro.* Iterum Æneid. 8, 153 *Totum lustrabat lumine corpus*, er betrachtete ihn von oben bis unten. Et de sole Æneid. 4, 607 *Flammis opera omnia lustras*, du beleuchtest alles. conf. Æn. 2, 6. Conf. Drakenb. ad Sil. 17, 518. Sic, *omnia ratione animoque lustrare*, alles wohl erwegen, bedencken. Cic. Off. 1, 17. conf. Nonius 4, 277. Sed deponentialiter

¶ Lustror, *ari*, id est, in lustris meretricum, sive lupanaribus ætatem & rem consumere, den huren nachlauffen, apud Nonium l. c. ex Lucilio. Sic Plautus Pseud. 4, 7, 6 *Luxuriantur, lustrantur, comedunt quod habent.* Idem Cain. 2, 3, 29 *Vbi fuisti? ubi lustratus? ubi obiisti?*

¶ Lustratus, *a, um*, passiv. geweihet, gereiniget, gemustert. Liv. 3, 19 *Lustratum atque purgatum Capitolium.* Ovid. Met. 14, 605 *Lustratum corpus ungere.* Martialis præf. lib. 8 *Non nisi religionis purificatione lustratus accedere ad templa debet.* Cic. Divin. 1, 35 *Exercitus lustratus.* conf. Hirtii B. Alex. c. 75; Horat. 3, 25, 12.

¶ Lustratio, *ónis*, f. expiatio, die weihung, reinigung, das segopfer. Colum. 2, 22 *Desideraturi lustrationum cæterorumque sacrificiorum, quæ pro frugibus fiunt, morem priscis usurpatum.* Lustrationis ritus vide apud Casaub. in Sat. 2 Persii & Barth. ad 4 Theb. Statii p. 1073. ¶ 2. Est & circuitio, ut apud Cic. Phil. 2, 23, *Peragratio itinerum, lustratio municipiorum*; der durchzug, und die besichtigung. *Lustratio exercitus*, die musterung, heer-schau. vide supra *Lustrare.*

¶ Lustrāmen, *ĭnis*, n. sacrificium lustrale vel expiatorium, Gr. λύσμαλα. Val. Flacc. 3, 409 *Quæ danda forent lustramina cæsis*, conf. v. 442.

¶ Lustramentum, *i*, n. idem. Lege 3 § 3 Dig. ad Legem Cornel. de sicar. & venef. *Quod lustramenti caussam dederint cantharidas*: id est, *purgamenti.* Sed Hotomann. de Verb. Iur. de intemperanti & effrenata rei Veneræ cupiditate intelligit, cum cantharidum ea vis sit, ut ad illam incitent.

¶ Lustrātor, *ōris*, m. qui lustrat. Apul. Apol. p. 288 *Hercules lustrator orbis, procurator ferarum, gentium domitor.* Vbi *lustrator* est peragrator, sicut *lustrare* aliquando peragrare sonat, ut supra diximus. ¶ 2. Deinde id nominis ad alias etiam notiones extendi potest, ut, *lustrator infantis, lustrator exercitus, &c.*

¶ Lustrābilis, *e*, Gloss. gr. lat. περιβλεπτος, *spectabilis, lustrabilis.*

¶ Lustrāgo, *ĭnis*, f. herba, verbenaca, in lustrando olim adhibita, eisenkraut, Apul. de Herb. c. 3.

¶ Lustrālis, *e*, ad lustrum spectans; ut *Sacrificium lustrale*, Liv. 1, 28 pr. *Lustrale certamen*, Tac. An. 16, 4, 1, quod c. 2 *Quinquennale ludicrum*

cum dixerat. *Aqua lustralis*, in ecclesia Romana dici possit, weyhwasser. Ovid. 3 Pont. epist. 2, 73. *Aurum lustrale* tributi genus singulis lustris solvendi, de quo ICti ad inscriptionem Cod. L. 11. itemque ad tit. Cod. Theod. (13, 1) *De lustrali collatione.*

¶ Lustricus, *a, um*: ut, *Dies lustrici*, secundum Macrob. Sat. 1, 16 erant, quibus infantes lustrabantur, & nomen accipiebant. Nonus scil. dies puerorum, & octavus puellarum. Tertull. de Idololatr. c. 16 *Nominalia* vocat. vide Scalig. ad Fest. in hac voce & lib. 2, Auson. 50 c. 22; præcipue Casaub. in Sat. 2 Persii, & Torrent. ad Suet. Ner. c. 6.

¶ Lustrificus, *a, um*, idem. Val. Flacc. 3, 448 *Atque ita lustrifico cantu vocat: Ite parentes &c.*

¶ Lustro, *ōnis*, m. homo Veneree rei deditus, ein hurenjäger. Catull. epigr. penult. *Tamen ipse est maximus lustro.* Vbi tamen lectio dubia est, vid. Corrad. ab Allio Critic. in Catull. Idem in Lex. Crit. p. 45. *Lustronem* hominem, non veneri sed crapulæ dedirum in Nævii verbis significare, credit. Sic autem Nævius apud Festum in *Aleo: Pessumorum pessume, audax, ganeo, lustro, aleo.*

Composita:

Armilustrum & Armilustrium, vide supra *Arma.*

¶ Bilustris, *e*, decennis, duorum lustrorum quod est, zehenjährig. Ovid. Amor. 2, 12, 9 *Pergama cum cecidere bello superata bilustri.* Quod Sidonius imitatus est carm. 23, 299 *Seu quod carminis atque fabularum Clausa ad Pergama dat bilustre bellum.*

¶ Circumlustro, *are*. Lucr. 5, 1436 *Sol & luna suo lustrantes lumine circum* per tmesin, ut videtur Falstero.

¶ Collustro, *avi, atum, are*, besehen, beleuchten, licht machen; ut, *Collustrare oculis*, Cic. Tusc. 5, 23, umher besichtigen. Idem Nat. D. 2, 36 *Sol omnia clarissima luce collustrat.* Et, *Luna solis lumine collustrari putatur*, Idem de Divin. 2, 43.

¶ Collustrans, *tis*. Virgil. Æneid. 3, 651 *Omnia collustrans hanc primum ad littora classem Conspexi venientem.* Conf. Tac. Ann. 2, 45, 4.

¶ Collustrātus, *a, um*, hell gemacht. Cic. in Orat. c. 11 *In picturis alios opaca, alios collustrata delectat.*

¶ Collustratio, *onis*, f.

¶ Delustro, *are*, reinigen. Apul. de Herb. c. 84 *Asparagi radice eum aqua fontana delustrabis eum.*

¶ Illustro, *are*, lucem afferre, erleuchten. *Illustrari a sole*, Varro R. R. 1, 12. *Sol cuncta sua luce illustrat & complet*, Cic. Somn. Scip. c. 4. Et, *Sol illustrat habitabiles oras*, Horat. 4 od. 14, 5. ¶ 2. Significat & declarare, perspicuum facere, clarum item ac celebre reddere, erklären, auszeichnen, berühmt und ansehnlich machen. *Tuam amplitudinem, mihi crede, illustrabit hominum injuria*, Cic. fam. 1, 6. Idem Catil. 3, 8 *Haruspices dixerunt, fore ut ea consilia, quæ clam essent inita contra salutem urbis atque imperii, illustrarentur, ut a S. P. Q. R. conspici possent*, an tag kämen. Nepos 2, 1, 4 *Quo factum est, ut brevi tempore illustraretur*, i. e. notus clarusque fieret. Salvian. 4 de Gubern. p. 112 *Ut pauci illustraventur, mundus everti tur; Vnius honor orbi excidium est*, id est, ut ad honores & dignitates altiores adspirent, ex quibus illustres fiant, & appellentur.

¶ Illustrātus, *a, um*, kund gemacht, erläutert. Cic. Catil. 3, 1 *Quæ in senatu illustrata, patefacta, compertaque sunt per me.* Idem de Orat. 2, 39 *Obscurum sane, & ignotum, patefactum in judicio atque illustratum est.* conf. de Amic. c. 26.

¶ Illustratio, *ōnis*, f. illustrandi actus, die erleuchtung. Quintil. 6, 2 Ενεργεια *a Cicerone illustratio & evidentia nominatur.* Et Cic. de Nat. D. 1, 31 *Solis illustrationem, ejusdem incensam radiis menstruo spatio luna complet.*

¶ Illustramentum, *i*, n. idem. Quintil. 12, 3 *Illustramenta pronunciationis.*

¶ Illustrator, *ōris*, m. qui illustrat. Lactant. 2, 9 *Deus luminis fons & illustrator rerum.* Et Hieronymus prœmio Quæst. in Genesin: *Cicero latinæ linguæ illustrator.* Vsus & Augustin. Confess. 12, 11 & 16. Inscriptio vetus apud Reinesium Classe 6 n. 129 INLVSTRATORI PROSAPIAE SVAE.

¶ Illustratrix, *icis*, f. Sarisb. 7, 9 *Illustratrix gratia.*

¶ Illustris, *e*, splendidus, clarus, nobilis, hell, klar, berühmt, edel, herrlich; ut, Cic. de N. D. 2, 15. *Solis candor illustrior.* Id. de Div. 1, 57 *Illustris & perlucida stella.* Id. Ac. 4, 29 *Illustribus rebus insistis*, i. e. in rebus quæ dubitationem non habent, & perspicuæ sunt, non respondes. *Homo illustris honore ac nomine*, Cic. de Petit. Conf. c. 5. *Equites illustres*, Liv. 30, 18. Eorum frequens mentio est in Tacito, ad quem Ryckius observat, ante Augustum, libera republica, equites veste Senatoria usos, & illustres appellatos esse. v. ad Annal. 2, 59. Sed *equites illustres* apud Livium l. c. non alii sunt, quam clari, nobiles, sive genere sive opibus. vid. Duker. ad Liv. *Illustre alicujus nomen reddere*, Cic. in Bruto c. 13. Et, *Illustriores legationes*, Nepos 10, 1, 4. *Vbi major atque illustrior incidit res*, Cæs. B. G. 8, 3, eine wichtige sache. *Illustrissimum prœtium*, Nepos 4, 1, 1. ILLVSTRES in monumentis veterum appellabantur primi ordinis Senatores: fecundi SPECTABILES: tertii CLARISSIMI: Isidor. 9, 4. Sidon. 8 epist. 6, ab inferiore ad summum gradum procedens: *Nicetius vir ortu clarissimus, privilegio spectabilis, merito illustris:* vide ibi Savaronem, & supra ad Concionem, quæ lib. 7 epist. 9 subjungitur p. 450.

¶ Illustrius, illustrissime, adv. fürtrefflich. Cic. fam. 10, 19 *Video, quasi ea, quæ oculis cernuntur, me a te amari. Dices, quid antea? Semper equidem, sed nunquam illustrius.* Gellius 5, 1 *Labores suos illustrissime narrare.* Et 9, 13 *Illustrissime descripsit.*

¶ Perillustris, *e*, valde illustris. Cic. ad Att. 5, 20 sub initium: *Perillustres fumus.*

¶ Perlustro, *are*, fleißig besichtigen, durchsehen. Liv. 25, 9 *Discurrere circa vias, perlustrareque oculis omnia.* Id. 23, 46 *Hunc Taurea cum diu perlustrans oculis, obequitasset hostium turmis*, ubi v. Interpp. Cicero etiam *perlustrare animo* dixit, betrachten. Partit. Orat. c. 11.

Exercitus victor perlustrat hostium agros, prædæ causa, Liv. 8, 36 extr. durchstreifen.

¶ Perlustrans, *tis*. Silius 7, 537 *Perlustrans campos oculis.*

¶ Perlustratio, *onis*, f

¶ Præclustris, *e*, hoch, edel, ansehnlich. Ovid. Trist. 3, 4, pr. *Vive tibi, quantumque potes, præclustria vita: Sævum præclustri fulmen ab arce venit.*

¶ Subclustris, *e*, aliquid lucis habens, etwas licht und deutlich. Liv. 5, 47 *Nocte subclustri*, quod Paulin. 6 Nat. Felic. v. 373 *Subclustri lumine noctis* dixit. Translate *Verba subclustria*, Gell. 13, 24. Et, *Nox subclustris*, Horat. 3 ode 27, 31, id est, aliquantulum luminosa. Adde Virgil. Æn. 9, 373; Val. Flacc. 3, 142.

Tubilustrium, vide infra in *Tuba.*

Lusus, vide *Ludus*, Lutamentum, lutare, &c. *Lūtum.*

LVTATIVS, *i*, m. Male scribunt quidam *Lusitatius*, cum primam perpetuo corripiant poëtæ. vid. Drakenb. ad Sil. 6, 687. Cæterum est gentis Rom. nomen, ex qua v. g. erat *Catulus*, de quo collega Martii quintum consulis, copiose Vossius de Hist. Lat. 1, 9 p. 40. Item alius eo junior, de quo idem Voss. 3, 1 p. 662. ¶ 2. *Lutatius* etiam dictus vetus Scholiastes Statii, de quo itidem Voss. P. 3 Aristarchi p. 214. conf. Barth. ad Stat. Theb. 6 p. 488.

Lūtea, Lutensis, Lūteolus, Lūtesco, Luter, v. *Lūtum*, & *Lūtum, Luo.*

LVTETIA, *æ*, f. Λευκοτεκία, Galliæ celeberrima, maxima & populosissima urbs, hodie *Parisii.* Cæsar B. G. 6, 3 *Lutetiam Parisiorum* dixit, Paris.

Luteus, Luto, lutosus, vide in *Lūtum* & *Lūtum.*

LVTRA, æ, f. & Lutris, ἔνυδρις, χαμαιβίον est, ut Castor, eine fischotter, oder natter. *Canem fluviatilem* etiam dici a quibusdam Gesnerus indicavit. vid. Rhodig. Ant. Lect. 18, 40.

¶ Lutrum, *i*, n. gr. λουτρον, *frigida lavatio*, das kalte bad, Vitruv. 5, 11.

LVTVM, *i*, n. terra humore soluta, a λυειν, koth, morast; ut, *In luto pervolvere, provolvere. In eodem hæsitas luto*, Ter. Phorm. 5, 2, 15, id est, in eodem, quo ego, versaris periculo, du steckst so tief, als ich. conf. Plaut. Pers. 4, 3, 66. *Hærere in cœno*, dixit Horat. 2 sat. 7, 26. *Extra lutum pedes habes*, ἐκ τῦ πηλῦ πόδας ἔχεις; quoties extra periculum quis est constitutus. vide Chiliad. *Lutum nisi tundatur, non fit urceus.* h. e. Nihil egregium sine labore est. ¶ 2. *Lutum es*, ein unflätiger mensch, convicium apud Romanos in hominem nequam & nullius rei, in lutulentum & sordidum. vid. Plaut. Mil. 2, 3, 54, 56. *Abi ludis me Palæstrio*, PA. *Tum mihi sunt manus inquinatæ.* SC. *Qui dum?* PA. *Quia luto ludo*, weil ich mit dreck umgehe. Most. 5, 2, 45 &c. Sic apud Nonium 1, 165 Lucilius: *Nihil parvi ac pensi utiliter edoceas lutum.* Sed & apud Græcos obtinuit hæc ratio. Vnde Origenistæ olim Orthodoxos per contemtum πηλασιώτας appellabant, quasi luteos: a πηλος, *Lutum.* S. Hieronymus epist. 65, 3 *Pelusiotas nos appellant & luteos.* Vbi imperite Baronius *Pelusiotas* referibi voluit, uti Casaubonus Prolegom. Exercit. contra Baron. p. 20 animadvertit. Alio Persii illud sat. 3, 23 *Vdum & molle lutum es*, interpretandum est. Ibi enim significatur ejusmodi indoles, quæ ad argillæ instar ductilis sit, & melioris cultus capax, sed multis hactenus disciplinis exculta, ut virtutis indueret formam, ut Hor. epist. 2, 2, 7 *Idoneus arti Cuilibet, argilla quidvis imitaberis uda.* vide infra & *Luteus.*

¶ Lutus, *i*, m. Claudius apud Non. 3, 132 *Pluvia, imbri, lutus erat multus.*

¶ Lutensis, *e*, ut pratensis, im koth gewachsen. Plin. 9, 37 *Purpuræ nomine alio* pelagiæ *vocantur. Earum genera plura &c.* LVTENSE *putri limo*; & ALGENSE, *enutritum algâ.*

¶ Luteus, *a, um*, vom koth, leimern; ut, Ovid. Fast. 1, 158 de hirundine, *Et luteum celsa sub trabe fingit opus.* ¶ 2. Est & convicium in vilem & sordidum. Plaut. Truc. 4, 4 pr. *Blitea & lutea est meretrix, nisi quæ sapit in vino ad rem suam*, sie ist nichts werth. Iuvenal. 10, 132 Vulcanum *luteum* vocat, quod oppletus cœno & sordidus esset. Sic, *Luteum negotium*, eine schlechte sache, Cic. Verr. 4, 14. *Rheni luteum caput*, Horat. 1 sat. 10, 37.

¶ Lutōsus, *a, um*, idem; ut, *Terra lutosa*, Plin. 17, 19.

¶ Luto, *avi, atum, are*, mit koth beschmieren beschmutzen. Martial Apophoretis epigr. 50 de Galericulo: *Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos, Hac poteris madidas condere pelle comas.* Cato R. R. c. 92 *Conspergito amurca omne quod lutaveris*, i. e. ex luto feceris. Sic apud Calpurn. ecl. 5, 17 *Nidosque reversa lutabis hirundo.* ¶ 2. Varro apud Nonium 2, 482, hoc verbo *Lutare* pro luere vel solvere usus est. vid. sub *Luo.*

¶ Lutātus, *a, um*, beschmutzt, beschmiert, unsauber gemacht. Persius 3, 104 *Crassis lutatus amomis.* Et Lamprid. Heliog. c. 14 *Lutati tituli statuarum*, i. e. luto tecti.

¶ Lutatio, *onis*, f. medicis dicitur oblinitio luto facta in operationibus chymicis, die verkittung, verlütirung.

¶ Lutāmentum, *i*, n. ein flebwerck, Cato R. R. c. 128

¶ Lutārius, *a, um*, im koth lebend. Sic, *Lutarias testudines*, Plin. vocat, 32, 4 in luto degentes. De *lutario mullo* Idem 9, 17.

¶ Lutesco, *ĕre*, schlammicht werden. Columell 8, 17 *Stagna, quæ limo cœnoque lutescunt.* conf. Nonius 2, 498, & Gellius 18, 11.

¶ Lutulo, *are*, conspurcare, luto inquinare, garstig machen, besudeln. Plaut. Trin. 2, 2, 15 *Eosdem lutulant, quos colludant.*

¶ Lutulentus, *a, um*, luto plenus, morastig kothicht: ut, *Sus lutulentus*, Declam. in Sallust. sub Cic. nomine. *Amnis lutulentus*, ein unflätig, trüb wasser, Ovid. Amor. 3, 6, 95. *Lutulenta vitia*, Cic. in Pison. pr. Compar. Plaut. Pœn. 1, 1, 30 *Non lutum est lutulentius.*

¶ Lutulenter, adv. quo alterum *lotiolente* explicat Non. 2, 485.

¶ Colluțulo, *are*, beschmieren. besudeln. Plaut. Trin. 3, 2, 66 *Hæc famigeratio te honestet, me autem collutulet.*

¶ Delūto, *are*, pro luto contegere, mit leim bewerffen, Cato R. Rust. c. 128, ubi docet, quomodo instituenda delutatio sit, ne & aspergo noceat, nec cava faciant mures, neque herba nascatur, nec lutamenta se scindant.

Delutatio, idem quod *Lutatio*, apud Augustinum.

¶ Delutamentum, *i*, n. idem quod *Lutamentum*; v. Cato R. R. 128.

¶ Dialutensis, *e*, plur. *Dialutenses*, purpurarum genus vario foli genere pastum, Plin. 9, 37.

LVTEVM, *i*, n. f. *Luteum*, flos crocei coloris (vid. *Luteus*, *a*, *um*) qui cantheo admixtus viridem efficit, teribus Plinio 33, 5; Virgilio 7, 14; Virg. ecl. 4, 44 *Croceo mutabit vellera luteo*. Nemesian. Cynegi. 319 *Si vulgus subjecere lato*. Verecundus ex loeus Caes. B. Gall. 5, 14, ubi quidam ita legunt, *Omnes se Britanni luteo inficiunt, quod efficit vitrum, ut efficit coeruleum*: Sed melior videtur lectio, *virroque*, ubi vid. Qui *luteo* legunt, tamen eam putant evado intelligi herbam, quæ Græcis ἴσατις, Italis *Glestum*, nobis waid, vocatur. Vid. Brodæus Miscell. 5, 1; Turn. Advers. 6, 17; Victor. V. L. 19, 3; Alciat. parerg. 2, 1 præter eos, qui ad auctores laudatos feripiere. ¶ 2. *Luteum ovi* vitellus est, der dotter. Plinius 10, 53 *Pullis cibus in luteo est*.

¶ Lūteus, *a*, *um*, i. e. croceus, gelb, goldfarb; ut, *Lutea viola*, Plin. 21. 6. *Panis luteus*, Plaut. Menæch. 5, 5, 19, gefärbt brot. Virgil. Æneid. 7, 26 *Aurora in roseis fulgebat lutea bigis*. Sanon. 333 *Lutea fella*. conf. Nonius 16, 10. Colorem hunc gratissimum Dis non tristibus ostendit Brouckh. ad Tib. 1, 8, 46, qui plura etiam de hoc colore habet ad 1, 9, 52.

¶ Lutea, *æ*, f. subst. nativa chrysocolla, de qua Plinius 37, 5 *Luteam vocant. Et tamen illa quoque herba, quam luteam appellant, tingitur, &c.* (Hardvinus legit *Luteum*:) Et mox: *Pingitur apte antequam pingat*. Lut igitur *Lutea* pigmentum illud bergarün, & herba colorem præbens luteum, ein gelbfärbendes kraut, vulgo ſtreichkraut.

¶ Lūteŭlus, *a*, *um*, diminutiv. nilllicht; ut, *Luteola viola*, Colum. 9, 4. *Luteola caltha*, Virg. eclog. 2, 50.

¶ Subluteus, *a*, *um*, aliquantum luteus, dunkelgelb. Arnob. lus 5 p. 164 *Illis color est purpurei taminis ostentione fuscatus*. Apul. 2 Florid. de Plictaco: *Non lasciva ille vel lividus, vel utrimque fuscatus aut spadix est: sed color psittaco viridis*.

LVX, *lucis*, f. λεύκη, λύκη, lumen, claritas, licht, tag. Lux proprie cæli, luceram, diei est. Ovid Met. 2, 35 de Phœbo: *O lux immensi publica mundi!* Cic. Divin. 2, 26 *Ante lucem galo canente, vere tamen. Prima luce*, Liv. 1, 44: & Ter. Adelph. 5, 3, 55 *Cum prima luce*, mit angehendem tag. Veteres etiam dixerunt *primo luci*, vid. Torrent. ad Ter. l. c. Et, *Ad lucem*, tempus quod lucem antecedit, gegen morgen. Suet. Cæs. c. 31 *Tandem ad lucem duce reperto per angustissimos tramites præbius evasit*. Sic, *ad meridiem, ad mediam noctem*, dicebant. *Lucem invocare*, nach dem tage wünſchen, Idem Suet. Calig. c. 51. *Lux naturale solatium*, Curt. 8, 4, 8 *In uno die invenit lucem & noctem, & alternas mundi vices*, Sen. epist. 12. ¶ 2. Metaphora vocis hujus varia est, v. g. *Historia est lux veritatis*, Cic. de Orat. 2, 9. *Signa omni luce clariora*, Idem pro Cælio c. 9. Sic, *Lucis clarius*, heller denn das licht. *Proferre in lucem occultas*, an das licht bringen, Cic. Acad. 4, 19. Κρεττὸν γάρ ἐστι τὸν ἀληθινὸν τὸ φῶς, i. e. *Furibus idonea est nox, sed veritati lux*, Euripides Iphigeniâ in Tauris v. 1026. ¶ 3. Non raro *Lux* & vitam notat, das leben. Virg. Æneid. 4, 31 *O luce magis dilecta sorori!* Cic. Tusc. 2, 4 *Objiciebatur interdum animo metus, & dolor cogitandi, fore aliquando illum hujus lucis, & amissionem omnium vitæ commodorum*. Sic, *Lucis copiditas*, Quintil. 3, 8. Et Cic. Verr. 5, 29 *Cur piratici lucis usuram tam diuturnam dedisti?* warum hast du ihr so lange leben gelassen? *Tibi ea lux*, Seneca in Oedip. v. 939. ¶ 4. *Lux* etiam pro die pervulgatum poetis, tum prosæ auctoribus. *Horrida lux*, Ovid Heroid. 9, 107, der heutige tag. *Hesterna lux*, Id. Amor. 2, 2, 3. *Lux sacra*, Stat. Achill. 1, 256. *Lucem sollis*, Horat. 4 od. 6, 42, ein heiliger oder feyertag. Liv. 30, 35. *Quod hoc latet horum tertium ferme & quadragesimum nubibus obortæ erant*. Conf. Iul. Obsequ. de Prodig. 56, & ibi Oudendorp. Gellius 2, 29 *Ille hac luce ortâ ocul. in pestem profecisse*. Plinius 2, 9 *Luce clarissima*, Idem, die. Atque ita Cicero pro Mil. c. 35 *Cui sacra lux est hæc ab interitu P. Clodii*. Aside Nonium 12, 39. ¶ 5. *Lux doctrinarum altera Cicero*, Plinius dixit 17, 5, quo insigne quid & præstantissimum significatur. Ipse Cicero Catil. 4, 6 *Hæc urbs lux orbis terrarum, arx omnium gentium*. Et Virgil. Æneid. 2, 281 de Hectore: *Ô lux Dardaniæ! spes ô fidissima Teucrûm!* Cum *lucem* vocat, significat, felicitatem atque securitatem patriæ in eo maxime tum fuisse. Ita enim *lucis* vocabulum ad læta & prospera aliquando referitur. Cic. pro L. Manilio c. 12 *Dii immortales! tantumne unius hominis interitu illius atque divino virtutis tam brevi tempore lucem astulisse vobis potuit, &c.* ¶ 6. *Lux* claritatem quoque conditionis & honoris notat. *In luce Asiæ versari*, Cic. pro Lege Manil. c. 3, hoc est, in claritima & cultissima Asiæ parte. Et Lege 3 Cod. de commerc. & mercat. *Honorum luce conspicui*. Claudianus 4 cons. Honor. v. 273 *Lux altissima fati! Occultum nihil est sanctæ*, hoc est, splendor dignitatis augustalis. ¶ 7. Pro oculis, ut *Lumina*, etiam poniturnonnunquam *Lux*. Statius Theb. 11, 565 *Effusse lyphon vestigia luce*. Quo defendi potest illud Rutilii it. 1, 166 *Non pessima fœcia dicere luce vale*, adversus conatus emendaturientium. ¶ 8. *Lux* etiam est color. Manilius: *Tyrias imitata papavera luces*. vide Gronov. Observ. 2, 7.

¶ Lūci, adverbialiter, bey tage. Plaut. Casin. 4, 2, 7 *Venire luce*. Cic. Phil. 12, 10 *Quin enim audeat lucis!*

¶ Lūcidus, *a*, *um*, clarus, perspicuus, lichte, hell; ut, *Sidera lucida*, Horat. 1 ode 3, 2. *Aer lucidus*, Lucret. 4, 341. I. t. *Germania lucida*, Ovid. Heroid. 15, 74. Virg. Æneid. 7, 626 *Et spicula lucida torquent*. Ovid. Met. 12, 796 *Lucidum glacie*. Ac Vitruv. 9, 6 *Lucidissima flumina*. Sic Candidum significat, unt Gr. λαμπρός. Tib. 2, 1, 62 *Mollia cui lucida vellera cedis*. ¶ 2. Illustris, lætus, prosperus. vide Barth. ad Stat. Silv. p. 2000. Alia translatione de ingeniis & Orationibus dicitur. Quintil. 12, 1 *Pericles maximus Thucydides, ut nimis lucidus, parum diligens auctor habitus*, deutlicher.

¶ Lucide, adverb. klar, deutlich; ut, *Lucide breviterque definire*, Cic. de Orat. 2, 25. Compar. ad Herenn. 4, ... *Lucidius posse dici non putatur*. Seneca epist. 2 p. 2 5 *Animus lucidus tranquillusque fuerit. Nova verba proferre*. Sen. Quintil. 4, 5 *Sic efficiet lucidissime explicata*.

¶ Lūcĭdo, *are*, erläutern. Chrysol. Serm. 112 *Obscura lucidare*.

¶ Lūceo, *luxi*, *lucēre*, lucem emittere, leuchten, scheinen. *Luna lucet alieno lumine*, Cic. Somn. Scip. c. 3. Et Tibull. 1, 1, 6 *Dum procul assiduo luceat igne focus*. ¶ 2. In agendi significatu posuit Plautus: ut, *Cereum lucere alicui*, i. e. præterre, Curc. 1, 1, 9; & *facem*, Idem Cas. 1, 2, 30. ¶ 3. Impersonaliter Cicero pro Rosc. Am. c. 34 *Nondum lucebat, cum Ameriæ scitum est*, es war noch nicht recht tag, quod ibidem c. 7 *primo diluculo* dixerat.

¶ Lucens, *tis*. Virg. Æneid. 6, 725 *Lucens globus lunæ*. Et Stat. 1 Sil. 3, 36 *Lucentia marmora*.

¶ Lūcesco, *ĕre*, leuchten. Virgil. ecl. 6, 37 *Iamque novum terræ stupeant lucescere solem*.

¶ Lucescit, & antique Lucisit, imperf. es wird tag. Liv. 4, 28 *Et jam lucescebat, omniaque sub oculis erant*. Ter. Heaut. 3, 1, 1 *Lucisit hoc jam! Hoc*, id est, cælum. Plaut. Amph. 1, 3, 45 *Eamus Amphitruo; lucisit hoc jam*. Et Mil. 2, 2, 63 *Lucet hoc jam* similiter dixit. Designatur autem his locis diluculum, cum sole nondum orto jam lucet. Et HOC διαπικῶς effertur.

¶ Lūcerna, *æ*, f. λύχνος, candela, ein licht, eine fackel, leuchte. Propert. 2, 15, 3 *Apposita narramus verba lucerna*. Idem 3, 7, 1 *Dulcia ad extremas ducitur mihi vita lucernas*, bis die lichter ausgebrannt. *Lucerna cubicularia*, Martial. lemmate epigr. 39 Apophoret. ein nachtlicht. *Lumen lucernæ obscuratur luce solis*, Cic. de Fin. 3, 14. Et Apul. l. 4 Met. *Tædis, lucernis, cereis, febaceis, nocturni luminis instrumentis clarescunt tenebræ*. Persius sat. 5, 181 *Dispositæ pinguem nebulam vomere lucernæ*. ¶ 2. *Olet lucernam*, proverbialiter de scripto diligentia summa, quin nimia elaborato dicitur. *Lucerna eâdem hanc cognatam scripsisse, &c.* Cic. Att. 8, 14 hat denselben licht. Plinium brevem habet, quamvis a *luceo* dicta videatur, quia ex græco λυχνὸς, unde & Lar, & λυχνος est: a quo & Servius in 1 Æn. Virgil. deducit: *Græco*, inquit, *sermone usus est. Lychno enim* lucerna *dicta est, unde & brevis est* LV; *si enim* a luce *diceretur, non flaret versus*. Sed & alia quantitate a primitivis divertunt. De lucernis, & lampadibus perpetuis vide Voetius dupp. Theol. P. 1 p. 609 seqq.

¶ Lucernula, *æ*, dimin. Hieronymus de vitando suspecto contubernio, quæ est epist. 47 in fine: *Extemporali effusa dictatu, & tenui ad lumen lucernulæ facilitate profusa, ut notariorum manus lingua præcurrerit*.

¶ Lucernārius, *a*, *um*. Tertull. ad Vxorem 2, 6 *Ianua laureata & lucernata*, id est, lucernis illustrata.

¶ Lucernāria, *æ*, f. herba, verbascum, königskerze, Marcell. Emp. c. 20.

¶ Lucernārium, *i*, n. tempus vespertinum. Augustin. in Reg. Cleric.

Lucīna, Lucius, Lucetius, vide supra suis locis.

¶ Lucinium, *i*, n. in veteri glossario est cicindela, ein Johanniswurm: quod latinum det, dicente Isidoro 19, 19. conf. 20, 10; & in ejus Glos. *Lucini*. ¶ 2. Item quod de candela vel lucerna emungitur, die lichtſchwuppe.

Lucubro, *are*, vide cum derivatis suo loco superius.

¶ Lūculentus, *a*, *um*, adject. quasi luce plenus, lichte, scheinbarlich. Cic. fam. 7, 10 *Caminq luculento utendum censeo*. Apul. lib. 4 Met. *Facies luculenta. Patriæ fumus alieno igne luculentior est*, vid. Chiliad. *Forma luculenta*, hübſche geſtalt. Ter. Heaut. 3, 2, 12. Et, *Luculentus scriptor*, Cic. Att. 7, 17 & de Clar. Orat. c. 26, ein herrlicher, guter ſcribent. *Oratio luculenta*, i. e. ornata, elegans, Sallust. Catil. c. 31. ¶ 2. *Luculenti* etiam dicuntur, divitiis conspicui & clari sive splendidi, ansehnlich. Plaut. Capt. 2, 2, 76 *Scio ego, multos jam lucrum luculentos homines reddidit*. Idem Cist. 2, 3, 17 *Ego te reduco & voco ad divitias, ubi Tu collocere in luculentam familiam, Vnde tibi talenta magna viginti pater Det dotis*. Compar. *Luculentiorem rationem comprehendere*, Cic. Att. 12, 21.

¶ Lucŭlenter, adverb. hell, herrlich; ut, *Scribere luculente*, id est, eleganter, splendide, Cic. Att. 14, 21. ¶ 2. *Luculente habere diem*, est laute atque opipare se curare, Plaut. Epid. 1, 2, 54; ut, sicut Poëta loquitur, *Multo splendeat igne focus*. In multo enim & magno apparatu cibornm multo igne opus est, ferner weil warmen und frischen speyn. Et ibidem 3, 2, 5 *Dii, mihi hunc diem dedistis luculentum!* Quod tamen ideo dixit, quia a sene argentum abtulerat. Itaque ibi *luculentus dies*, felix ac fortunatus est. Sic, *Vendere luculente*, theuer verkauffen, Idem Plaut. Merc. 2, 3, 88.

¶ Lūculenter, adverb. æque usitatum est. Cic. ad Q. fratr. 3, 5 *Sane opus texebatur luculenter*. Idem de Fin. 2, 5 *Cum gracce, ut videor, luculenter sciam*.

¶ Luculentia, *æ*, f. splendor, nitor, der glanz, schein. Pluraliter, *Verborum luculentias sumere a Cicerone*, Arnob. lib. 3 p. 163.

¶ Luculentĭtas, *atis*, f. idem. Cæcilius apud Nonium 2, 910 *Vide luculentitatem ejus & magnificentiam*. Ibid. Laberius: *Luculentitate captus*.

¶ Luculento, *are*, illustrare, erleuchten, hell machen, apud Vitruv.

¶ Lucĭfer, *a*, *um*, adj. licht bringend ut, *Tædæ luciferæ*, Ovid. Heroid. 11, 26. *Lucifer mihi erat* i. e. dies, Nemes. Cyn. 143. vide Burm. *Luciferæ faces*, Val. Flacc. 5, 370. *Luciferæ fenestræ* opponuntur prospectivis in Cod. lib. 8 t. 10 l. 12 § 2.

¶ Lucifer, *ĕri*, m. subst. quem *stellam Veneris* Plaut. in Menæchm. 1, 2, 6 dicit. *Stella Veneris*, ἑωσφόρος, εἷος, der morgenstern. Virgil. Æneid 2, 801 *Lucifer ibat Iunonius arcens Argolicis portis*. Aristot. 5 Ethic. ἑωσφόρος τὸ αὐτὸ καὶ ἕσπερος ἀστήρ, ἐπὶ δὲ τοῦ ἑωσφόρου ἡδέως ἂν τις ἐπιτρέψειεν, *Pulcherrima virtutum justitia, & magna est lex justitiæ, ita neque Lucifer admirabilis*, apud Plin. 2, 8, & ibi Dalech. & Tibull. 1, 3, 5 ubi.

¶ Lucĭ-

¶ Lucíficus, *a, um*, idem. Cæl. Aurel. Acut. 2, 9 *Vapor lucifici solis.* Habet & Augustinus contra Manich. 1, 9 &c.

¶ Luciíco, *ere.* Laudatur ex Laberio *Verbo hoc facere exitum ætati meæ* ap. Gell. 16, 17. Ita Gron. Sedal. *elucificare, lucrificare, lucrificare.* Turn. conjicit *lucificare.*

¶ Lucíluus, *a, um*, luce fluens, lichtaehend. Prudent. Psych. v. 625 edit. Weitz. *Quærite lucilluum cœlesti dogmate pastum.* Et Iuvencus in Matth. c. 24 *Gens omnis habebit Tydem lucifluo fantes fermone salutis.*

¶ Lucífugus, *a, um*, lichtfcheu. Cic. de Fin. 1, 18 *Invidi, difficiles, lucifugi, maledici.* Virg. Georg. 4, 243 *Lucifugæ blattæ.* Fulgent. 3 Mythol. *Lucifuga conjux.* De Prometheo Ratil. Itin. 1, 440 *Squalet lucifugis infula* (Caprariæ) *tristis viris.* Et Minuc. Felix c. 8 *Lucifuga natio.* Ita MSS. & veteres libri; vulgo *Lucifugax.*

¶ Lucífuga, *æ*, m. fubſt. idem. Seneca dixit epiſt. 122 ſub finem, *Lucifugarum turbam*, quos Pedo Albinovanus græca voce λυχοφίλας appellavit, apud eundem Senec. c. 1 id eſt, qui noctu agunt omnia diurna opera, & quidem ad lucernam: interdiu ſe ſomno dant Lege Senecam. Et Apulejus quoque *lucifuga* dixit lib. 5 Met. p. 167.

¶ Lucífugax, *ácis*, idem; quidam in Minucio Fel. c. 8. legunt, ubi alii *lucifuga natio.* vide modo dicta in *Lucifugus.*

¶ Luciperens, *tis*, idem quod Lucifer. Avienus in Phænom. Arat. v. 854 *Luciparens nox.*

Lucipor, vide ſupra *Lucius.*

¶ Lucrátor, *óris*, m. auctor lucis. Prud. Cathem. 3, 1 *O crucifer bone, lucrátor.*

Noctiluca, vide infra *Nox.*

Compoſita cum præpoſit.

¶ Alucínor, ſive Allucinor, *ári*, quaſi *Ablucinari*, a luce aberrare: &

¶ Alucinátio, *ónis*, f. quaſi lucis alienatio, vide in Hallus.

¶ Allácta, ſive Allactea, *æ*, m. ab *a* & *Lacteo*, Petronii verbum, qui in Fragmentis p. 674: *Nam compotum me vernales aluciuerunt flabrat.* Fulgentius Expoſ. ſerm. antiq. interpretatur *κοιτῶνας*, id eſt, *cubicula*, minùs. Bonnmus vero ad l. c. *Alactas* interpretatur illos, qui officia lucis noctisque pervertunt, qui in tenebris vivant, & interdiu dormiunt, quos Cato apud Senec. ep. 122 *Antipodes* vocat, nachtſchwärmer.

¶ Alucus, *i*, m. in Philoxeni Gloſſ. *νυκτικοράξ, alucus, bubo*, ein nacht-rabe. Et Servius ad Virg. ecl. 8 *Vlulæ aves ἀπὸ τῆς ὀλολυζειν nominatæ, i. e. a flatu, quas vulgo alucos vocant*, nacht eulen.

¶ Allúceo, ſive Adluceo, *xi, ére*, anſcheinen, hinzuleuchten. Seneca epiſt. 92 *Nisi aliquis ignibus alluxerit.* Et Plaut. Perſ. 4, 3, 46 *Tibi fortuna faculam allucere vult.*

¶ Allúcens, *tis.* Auguſt. Confeſſ. 11, 23 *Diluceſcant allucente misericordia tua, Domine.*

¶ Antelúceo, adverb. ante lucem, vor tage. Apul. 1 Miles. p. 107 *Itaque matutino quieti nos reponamus: & ſomno levata hilli tudine noctis, antelucio aſſurgamus ipſius: quam pote longiſſime.* Idem paullo inferius p. 108 etiam

¶ Antelúculo, dixit, früh vor tags. *Antelucolo furtim evadere, & viam, licet trepido veſtigio, capeſſere.* Add. lib. 9 p. 223.

¶ Antelucánus, *a, um*, was früh vor tag geſchiehet. Symmach. 1 epiſt. 22 *Antelucanus ſomnus.* Quin Cic. Tuſc. 4, 19 *Dolere ſe ajebat Demoſthenes, ſi quando opificum antelucana vitilis eſſet inclamata.*

¶ Circumlúceo, *ére*, umherleuchten. Seneca Conſol. ad Marciam c. 2 *Magnificentiis fraterne nimis circumlucentem fortunam exoſa deſolit ſe, & abdidit.*

¶ Collúceo, *ére*, lucere. *Cælum omnibus collucet*, Cic. de Vniverſ. c. 9; es leuchtet allen zu gleich. *Collucet flammis tota acies*, Liv. 38, 6. Sic & Curtius 3, 3, 3 *Cuſpides ignis ſolaris collucere ei viſa ſunt.* Fuiſſe idem verbum etiam tertiæ flexionis, Nic. Heinſius ad Prudentii Vincentium v. 19 ex antiqua ſcriptura probat: *Colluxis inſigni ſtola.*

¶ Collúcens, *tis.* Virg. Æn. 12, 539 *Totus collucens veſte atque inſignibus armis.*

Colluco, *are*, vide in *Lucus.*

¶ Collucernátio, *ónis*, f. die anzündung vieler lichter. Hodie vocant *Illuminationes.* Claud. Mamert. de ſtatu an. 2, 9 *Stipem ſuam variis collucernationibus dilapidare*, i. e. comeſſationibus & ſpectaculis nocturnis.

¶ Dilúceo, *ére*, erſcheinen. Horat. 1 epiſt. 4, 12 *Inter ſpem, curamque, timores inter & iras, Omnem, crede, diem tibi diluxiſſe ſupremum.* Sed *Dilucet res*, hoc eſt, clara & aperta eſt, Liv. 3, 16 pr. Idem 25, 29 *Dilucere, id quod erat, cœpit*, es iſt kundbar worden. Et Apul. Apol. p. 317 *Cuivis clare dilucet, aliam rem nullam eſſe*, &c.

¶ Diluceſcit, es wird tag. Cic. Catil. 3, 3 *Cum jam diluceſceret.* Liv. 36, 24 *Jam diluceſcebat, cum ſignum Conſul dedit.*

¶ Dilúcidus, *a, um*, clarus, helle, klar; ut, *Oratio dilucida*, eine deutliche rede, Cic. de Fin. 3, 1. Comp. Cic. in Orat. c. 5 extr. *Omnia docentes, & dilucidiora, non ampliora facientes.*

¶ Dilúcide, adverb. perſpicue, idem. Ter. Phorm. 2, 3, 52 *Dilucide expedivi, quibus in rebus ſpectari judicibus*, ich habe es klar erwieſen *Dilucide docere*, Liv. 39, 47. *Dilucide explicare*, Cic Divin. 1, 51. Compar. Plin. 35, 3 *Quæ ejus in aliis addita ſtagnant dilucidius diutiusque, quam hoc modulo.* Conf. Macrob. 5, 13 *Quæſtio Thucididis tractata*, Vipianus l. 19 ff. D. de Fe cibus. Superl. Auſon. epiſt. 29 ad Hieron. col. 11 *Jocum tuum tuo in Jovinianum de ſuperari ſanctis dilucidiſſime convicii.*

¶ Dilúcido, *are*, declarare, erklären. Auct. ad Herenn. 3, 4 *Rei diluciandæ cauſſa.*

¶ Dilúculum, *i*, n. tempus diei lucentis, der morgen, der anbrechende tag. *Primo diluculo venire*, Cic. pro Roſc. Am. c. 7. Et ad Attic. 16, 13 *Cum ante lucem ſurrexiſſem, veniſſemque diluculo ad pontem, qui eſt Milvius*, &c.

¶ Dilucúlo, *are*, tagen ſtar werden. Gellius 2, 29 *Dic craſtini, ubi primum diluculavit.* conf. Idem 7, 1.

¶ Elúceo, *ére*, herfürleuchten erſcheinen. Cic de Amic. c. 6 *Amicitia magis elucet inter æquales. Ingenium in eo elucet*, es thut ſich herfür, es läſt ſich merken, Cic. pro Cæl. c. 19. Et, *Spes in pueris elucet*, Quintil. 1, 1.

¶ Elucéſcit, es erhellet, ex analogia Scioppius tuetur, animadv. ad Voſſ. p. 12. exemplis autem antiquis vix probari poteſt: v. Voſſ. de Vit. Serm. 1, 23, & Gebar. Cur. Poſter. p. 302. Auguſtinus tamen Retract. 1, 13 *Quod apud eos veritas eluceſceret.* Et Petr Chryſol. Serm. 156 *Vt in ſequentibus clare eluceſcant.*

¶ Illúcido, *are*, klar machen. Vulg. Interp. Sirac. c. 24, 31. vide Voſſ. de Vit. L. L. 4, 7.

¶ Elucífico, *are.* Laberii ap. Non. 2, 293. Sed vid. *Lucifico* paullo ante.

Elucubro, *are*, vide ſupra in *Lucubro*

¶ Illúceo, *ére*, & Illuceſco, *ére*, erſcheinen, licht werden. tag werden. Cic. pro Mil. c. 26 *Illuxiſſet aliquando ille dies.* Plaut. Perſ. 5, 2, 3 *Peſſimus hic mihi dies hodie illuxit.* Idem Capt. 3, 4, 9 *Divina pix tuo capiti illuceat.* ¶ 2. Etiam antiqua forma pro collucere, beleuchten, aufſcheinen. Plaut Amph. 1, 3, 49 *Dies mortales ſuccifcat luce clara & candida.* Plaut. Bacch. 2, 3, 22 *Vulcanus, Sol, Luna, & Dies, Dii quatuor Sceleſtiorem nullum hoc iluxere alterum.*

¶ Interlúceo, *ére*, darzwiſchen beſſer leuchten. Imperf. Liv. 29, 14 *Duos ſoles vidſos & nocte interluciſſe.* ¶ 2. De rara turba, minimeque denſa, dünne ſtehen. Virg. Æn. 9, 508 *Quæ rara ejus aciem, interlucetque comma Non tam ipſius viris.* vid Burm. ad Quinct. decl. 12, 2 p. 243. ¶ 3. Sed *Interlucare*, quere in *Lucus.*

¶ Interluceſco, *ére*, darzwiſchen ſcheinen. Gloſſ. gr. int. *διαφαίνω, luceo, luceſco, interluceſco.*

Oblucino, *are*, vide ſupra in *Lucus.*

¶ Perlúceo, vel Pellúceo, *ére*, durchleuchten, gar helle ſeyn. Cic. Off. 2, 9 *Decorum honeſtumque ex virtute maxime perficeri.* Plin. 10, 54 *Si ovorum purus & tenuis membranæ intercipiunt colorem.* Propert. 1, 2, 13 *Littora nativis pellucent picta lapillis.*

¶ Perlucens, *tis*, ut, *Oratio perlucens*, Cic. de Clar Or. c 79, deutlich. *Perlucentibus astris*, Ovid Met. 1, 411 *Perlucenti circumdata amictu*, ibid. v. 313. De ortnographia Broukh. ad Tib. 3, 4, 71.

¶ Perlucídus, & Pellucídus, *a, um*, durchaus licht und klar, durchſichtig. *Stella ideſtris & pellucens*, Cic. Divin. 1, 57. *Mundi forma pura, perlucida, nitidissimaque*, Idem de N. D. 2, 11. *Vitro pellucidior*, Horat. 1 od. 18 ext. durchſichtiger als glas. ¶ 2. *Pellucere* etiam dicebantur, qui pellucentes veſtes, quales ſericæ, atque bombycinæ erant, induti eſſent; quod mollitiæ atque mollitiem erat. Sen. de Conſtantia Sap. c. 13 *Hæc ipſa perluciditas, crepidarum, & limbatus.* Intelligit Caligulam, cui parum virilem cultum exprobrat: Et ſic veſtiti *perlucere* ipſi etiam dicebantur. Juvenal. 2, 70 *Libertatisque magiſter Cretice, pellucet.* Nam quia tenuiſſimæ illæ veſtes erant, pæne nudi apparebant tales induti. Vnde idem Seneca epiſt. 90 *Veſtem nihil celaturam* dixit. vide & de Benefic 7, 9.

¶ Pellucídulus, *a, um*, dimin. Catull. epigr. 70 *Pelluciduli deliciæ lapidis*, i. e. gemma.

¶ Pellucíditas, & Perlucíditas, *átis*, f. die durchſichtigkeit. Vitruv. 2, 8 *Parietes tectoriis operibus expoliri, ut vitri pellucidatatem videantur habere.*

¶ Compellucídus, *a, um.* Plaut. Perſ. 1, 3, 16 *Nihil eſt macerum, nihil e nigro compellucidum.* Ita in Foro Rom. legitur. Sed Gron. *epicroceum, pellucidum.*

¶ Pollúceo, *ére*, convivio lauto ſacrificare, confecrare, ein herrliſch mahl anrichten anſehen. Horat. 2 Pro. 32, 2 explicat, ex more ad epulas ſacras deorum. Refert ibi Plinius legem Numæ ex Cassio Hemina, *Vt pisces, qui pollucere, pollucerent.* Vox hæc inde eſt, quod vel ſacrificii lumina admodum lucerent, vel quia ſplendor epuli pellucebat. In *Pollucere* itaque P in O converſum, ut in *Polliceor* pro *Pollicitor.* vid. Turneb. Advers. 28, 31; & Voſſii Etymol. p. 398. Cato de R. R. c. 132 *Iovi dapali culignam vini, quantum vis, pollucto*, &c. Plaut. Stich. 2, 1, 80 *Vel decumam portam Herculi pollucam.* conf. Feſtus, & Macrob. Sat. 3, 12, & Plin. 32, 2. Hinc

¶ Pollúctum, *i*, n. fubſt. propriè convivium, quod ſacrificii cauſſa fieret, ein opffer-mahl. *Cum enim ex more hæc lauta pervenia ſunt Herculi in ara, tum pollustum eſt*, ait Varro de L. L. 5, 3. *Quod ad pollustum emerent*, Plin. 32, 2. *Ad pollustum Herculis ultimi cum venirent, catillos liguribant*, Macrob. Sat. 2, 12. ¶ 2. Quia *Pollustum* plane opiparum ac ſumtuoſum erat, vocabulo eo quoque crimen lauta ac ſumtuoſa ſignificatum, ut perhibet Festus; vel magis Plaut. Rud. 5, 3, 63 *Ni ſit quidquam te pollustius.*

¶ Pollúctus, *a*, f. idem. Plaut. Stich. 5, 4, 3 *Hanc pollucturus dabitur*, man wird eines ſolch mahl halten.

¶ Pollúctus, *a, um*, adject. Plaut Curc. 1, 3, 37 *Pollucta vita ſervum*, tanquam epulis exemptus. Idem Rud. 2, 3, 11 *Nam qui ſit pollucta pugo*, i. e. communi proverbium, ut in pollucto omnia exponebantur obviis. vid. Turneb. Adverſ. 11, 7.

¶ Pollucíbilis, *e.* In *pollucibilior* cena, opiparum & ſplendidum dixit Macrob. Sat. 2, 11, & Symmach. 5 epiſt. 70. Comparat. *Pollucibilius.* Feſtus de lepidum &c. ab

¶ Pollucíbiliter, adv. idem. *Obſonare pollucibiliter*, Plaut. Moſt. 1, 1. 23, & Symmach 3 epiſt. 25.

¶ Pollúcte, adv. id. Plaut. Nervol. fragm. v. 8.

¶ Pollucíditas, *átis*, f. die [illegible] Fulgent. 1 Mythol. *Pollucibilium, sive a pollendo, sive a pellucendo, quam hæc* [illegible] *vocabulo.*

¶ Præluceo, ēre, lucem præferre, vorleuchten. *Prælucere virtute sua majoribus*, Auct. declam. in Sallust. die vorfahren übertreffen. *Prælucere bona spe*, Cic. de Amic. c. 7. Horat. 1 epist. 1, 83 *Nullus in orbe sinus Bajis prælucet amœnis.* Et Martial. 12 epigr. 42 *Prælucere faces*, nuptiarum ritus.

¶ Prælucens, *tis.* Aur. Vict. de Vir. Illustr. c. 38 *Duilio concessum est, ut prælucente funali, & præcinente tibicine a cœna rediret.* Suet. Aug. c. 29 *Cum per nocturnum iter lectícam ejus fulgor perstrinxisset, servumque prælucentem exanimasset.*

¶ Prælūcĭdus, *a, um*, sehr hell, sehr schimmernd. Plin. 37, 6 *Arabicæ Sardonyches excellunt candore circuli prælucido.*

¶ Proluceo, *ēre*, hervür scheinen. Seneca de vita beat. c. 32 *Sena per diem, sena per noctem signa prolucent.*

¶ Reluceo, *ēre*, zurück strahlen, ein licht und schein von sich geben. Plin. 6 epist. 16 *E Vesuvio latissimæ flammæ altaque incendia relucebant.* Et, *Vestis fulgore veluxit*, Ovid. Met. 11, 617.

¶ Relucens, *tis*, ut, *Flamma relucens*, Liv. 22, 17.

¶ Reluceſco, *ĕre*, idem ac *Relucere.* Mart. Capella 8 p. 291 *Luna qua solem spectat pleno lumine reluceſcit.* Et p. 294 *Pleni luminis effigie reluceſcit.*

¶ Subluceo, *ēre*, aliquantulum lucere, ein wenig herfürblicken, einen schein von sich geben. Cic. in Arat. v. 289 *Aries sublucet.* Plin. 14, 20 *Si fragmenta subluceant.* Ovid. Heroid. 21, 217 *Candida nec misto sublucent ora rubore.* conf. Amor. 1, 5, 5.

¶ Sublucens, *tis.* Plin. 9, 36 *Liquor nigrantis rosæ colore sublucens.*

¶ Sublūcĭdus, *a, um*, etwas licht. Apulejus Met. lib. 6 poſt prinċip. *Sublucidus lucus.*

¶ Sublucānus, *a, um*, demmericht. Plin. 11, 12 *Sublucanis temporibus*, nächst vor tage.

¶ Subluco, *are*, quod Festo est *ramos arborum decidere officientes lumini*, vide supra in *Lucus.*

¶ Translūceo, vel Traluceo, *ēre*, pellucere, durchsichtig seyn, hindurch schimmern, oder scheinen. Sic Plinius 6, 17, per ἐπιφώνημα de veste Coa: *Tam multiplici opere tam longinquo orbe petitur, ut in publico matrona transluceat.* De ferico loquitur conf. Idem 31, 7; & 37, 8; Solin. c. 50; Colum. 4, 29. Ovid. Met. 4, 354 *In liquidis translucet aquis.* At Lucret. 4, 308 *E speculo in speculum trahuet imago.*

¶ Translucens, *tis*, durchsichtig; ut, *Gemmæ translucentes*, Plin. 37, 8 tit.

¶ Translūcidus, *a, um*, durchschimmernd. *Elocutio translucida & versicolor*, Quintil. procœmio lib. 8. Adde Plin. 14, 13 16, 73. 37, 3.

¶ Pertransluċidus, *a, um*, idem. Plinius 13, 12 *Charta indecoro visu pertranslucida.*

LVXO, *avi, atum, are*, frequentativum videtur esse a *Luere*, & significat solvere, aut loco suo movere, verrücken, verrencken. Plinius 17, 24 *Subarator imprudens luxavit radices.*

¶ Luxans, *tis.* Prudent. Cathem. 2, 78 De Iacobo luctatore angeli: *Luxante claudus poplite?* ubi pro *luxato* passive dicitur al. *lapsante.*

¶ Luxatus, *a, um*, verrenckt, verſtauchet; ut, *Membra luxata*, Plin. 25, 28. Seneca epist. 104 *Fregit aliquis crus, aut extorsit articulum? non vehiculum, navemque conscendit, sed advocat medicum, ut fracta pars jungatur, ut luxata in locum reponatur.*

¶ Luxatio, *ōnis*, f. die verrückung, verrenckung. Vet. Gloss. *Luxatio*, σφάλμα.

¶ Luxatūra, *æ*, f. idem, apud Marcell. Emp. c. 36.

¶ Luxus *a, um*, idem quod *luxatus*, i. e. vulsus, loco motus, apud Nonium 1, 272. *Luxo pede*, lahm, Sallust. fragm. c. 32. Cato R. R. 160 *Luxum si quod est, ut excantes.*

¶ Luxus, *ūs*, m. idem quod *Luxatio.* Apul. Florid. 3 p. 27 *Cruvis artic los loco concessit, exque eo luxu adhuc fluxus est.* Id. de Herb. c. 31, 4 *Tumores ex luxu concitati.* Plin. Val. 2, 49 *Vinus luxvi & tortis impositus.* ¶ 2. De *luxu*, quatenus est intemperantia cupiditatum, cum eædem luxæ vel solutæ sunt, vide mox seorsum.

¶ Colluxo, *are*, idem quod luxare. Veget. mulom. 3, 4, 44 *Colluxet* legendum putat Geinerus, pro monstroso *conuxet.*

¶ Eluxatus, *a, um*, verrissen, verrückt; ut, *Fistulæ eluxatæ*, Plin. 20, 19.

LVXVS, *ūs*, m. quæcunque intemperantia, & profusio sumtuosa, pracht, übermaß mit essen, trincken, kleidern, bauen. De etymo vid. modo dicta in *Luxo*, & *Luxus* it. paulo post dicenda in *Luxuria.* Virg. Æn. 6, 605 *Regificus luxus.* Ter. Adelph. 4, 7, 42 *Adolescens luxu perditus*, der im luder liegt. *In luxum effusus*, Tac. Hist. 4, 36, 3. Claudian. 1 in Rufin. v. 35 *Et luxus populator opum, quem semper adhærens Infelix humili gressu comitatur egestas.* Et plur. Sil. 11, 402 *Combibat illapsos ductor per viscera luxus.* ¶ 2. Tacitus Hist. 4, 14, 2 pro libidine usus est, cum ait: *Quem suapte natura gravem onerabant ministri avaritia & luxu.* Nam *luxum* vocat, ut impubes & forma conspicuos ad stupra traherent, ut ibidem sequitur.

¶ Luxor, *ari*, idem quod luxuriari volunt positum a Plauto Pseud. 4, 7, 6 ubi edidit Gron. *Luxuriantur, lustrantur, comedunt.* Sed Non. 4, 277 quem sequendum putat Pareus, *Lustrantur, luxantur, &c.* Festus: *Luxantur a luxu dictum* h. e. *luxuriantur.*

¶ Luxuria, *æ*, & Luxuries, *ēi*, f. dissolutio morum, üppigkeit, schwelgerey, schlemmerey, füllerey. Nonius 1, 272 LVXVM, *id est, vulsum & loco motum, quod nunc* LVXARI *ignari latine dicimus: Inde* LVXVRIA: *quia a vella vivendi via sit excluſa & ejecta.* Alibi ita scribit, *ut contra pudorem & supra modum profusionem* nominet. Boethius de Disciplina Scholarum 1, 2 LVXVRIEM *Satyrici triplici partitione divisserunt. Aliquam in ornatu vestium dicentes consistere: aliam coitui tertiam vero gulositatis assistricem.* Primæ & ultimæ notionis exempla passim obvia sunt. v. Colum, 8, 16. Plin. 36, 6 *Versicolores maculas & in totum marmorum apparatum Menander etiam diligentissimus luxuriæ interpres primus & raro attigit:* Vbi *Luxuria* est sumtus elegantia, curiositas, rarissima & pretiosissima instrumenta luxus. *Luxuriæ diligentissimus interpres* est callidus æstimator & judex istarum rerum, quæ non tam ad usum & necessitatem, quam ad lautitiam, & delicias ac magnificentiam referuntur. Male quidam exponunt obscenitatem. Sic apud Phædrum 4, 4, 44. *Luxuriæ domus* est instructa ad luxum, quam Liv. 23, 8. *domum luxuriosam* vocat. v. Burm. ad Phæd. l. c. ¶ 2. In secunda notione usus Terentius est Heaut. 5, 1, 72 *Egone? ut illius animam, qui nunc luxuria & lascivia Diffluit, retundam.* Laurentius Novariensis Homil. de pœnitentia sæpius uritur hoc vocabulo, semper tamen in hoc significatu. Vnde & *Luxuriæ* expiandæ exemplum Mariæ Magdalenæ proponit. Tertull. ad Nation. 1, 16 *Si quæ nunc concubitu ipso ætatis ac sexus necessitate, ne dixerim, libidine & luxuria caret, &c.* Et ita post bis isto vocabulo utitur. Isidorus quoque lib. 10 ganeonem *luxuriosum* interpretatur. ¶ 3. Ex ultima notione sunt ista: Cic. Off. 1, 30 *Intelligimus, quam sit turpe diffluere luxuria, delicate ac molliter vivere*, in wolluſt, in fressen und suff erathen. Et ibidem c. 34 *Luxuria cum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est*, & pro S. Rosc. 2, *In urbe luxuries creat vi, ex luxuria existat avaritia necesse est.* Et, *Luxuriæ gnata est impia*, Plaut. Trin. prolog. v. 8. Vide elegantem προσωποποιΐαν. Claudian. de Laud. Stilic. 2, 132 *Luxuries prædulce malum.* Et, *Blandum malum luxuria, quam accusare aliquanto facilius est, quam vitare*, Val. Max lib. 9 inscunte. *Luxuria pullulans reprimenda*, Corn. Nep. 24, 2, 3. ¶ 3. Intempestiva abundantia, ut Nonius 4, 286 interpretatur. Virg. Georg. 1, 112 *Luxuriem segetum tenera a pascet in herba*, wenn die saat zu geil und dicke stehet. Idem ibid. v. 191 *Aut si luxuriâ foliorum exuberat umbra.* Cic. de Orat. 2, 23 in oratione *Sulpicii interdum, ut in herbis rusticis solent dicere, in summa ubertate inest* luxuries *quædam, quæ stilo depascenda est.*

¶ Luxuriōsus, *a, um*, unmäßig, schwelgerisch, dem pracht und wolluſt ergeben. Cic. de Fin. 2, 7 *Luxuriosi reprehendendi sunt ob eam ipsam causam, quod ita vivunt, ut prosequantur cujusque modi voluptates.* Idem & *luxuriosa frumenta* dixit in Orat. c. 24. Liv. 2, 21 *Eo nuntio* (Tarquinii mortui) *erecti patres, erecta plebs: sed patribus nimis luxuriosa ea fuit lætitia:* i. e. luxuriæ præbuit causam: fecit ut luxuriarent animi, & impotentia ferociaque nimis efferrent se, unde seditionum gravissimæ causæ nascerentur. Ita & *luxuriare lætitiam* dixit, de quo post. Compar. Seneca epist. 7, de turba vitanda: *Avarior redeo, ambitiosior, luxuriosior.* Plin. 17, 13 *Luxuriosius genus.* Marius tyrannus apud Treb. Pollionem c. 8 Gallienum appellat *luxuriosissimum principum.* Colum. 8, 16 *Luxuriosissimum factum atque dictum.* Est etiam C. Memmii apud Serv. ad Æn. 1, 165 *In luxuriosissimis Asiæ oppidis.*

¶ Luxuriosē, adverb. idem, ut, *Luxuriose vivere*, Cic. de Fin. 2, 7, schwelgen, üppiges leben führen Columella procœmio: *Luxuriosius fere ea structa.* Nepos 4, 3, 2 *Epulari luxuriosius.* Et Augustin. de Morib. eccles. cathol. c. 34 *Luxuriosissime bibere.*

¶ Luxurio, *are*, & Luxurior, *ari*, est lascivire, übermaß treiben, schwelgen. Liv. 1, 19 *Animi otio luxuriant.* ubi codd. nonnulli *luxuriantur.* Id. 2, 48. *Luxuriare & evanescere vividam quondam illud Cæsonis ingenium.* Id. 3, 33 pr. *Lecta principia ejus magistratus nimis luxuriavere.* Idem 23, 12 *Vereor, inquit Hanno, ne hæc quoque lætitia luxuriet nobis & vana evadat*, i. e. inani gaudio titillet animos, nullum de cætero afferat fructum. Sicut arbores fallere solent, nec poma ferre, quæ foliorum ramorumque luxuria nimis exuberant. Ovid. de Arte am. 2, 437 *Luxuriant animi rebus plerumque secundis, Nec facile est æqua commoda mente pati.* Colum. de Arbor. c. 11 *Luxuriantur arbores*, sie bekommen zu viel äste.

¶ Luxurians, *tis*, frech, geil, üppig. Virg. Æn. 11, 496 de equo: *Emicat, arrectisque fremit cervicibus alte Luxurians.* Horat. 2 epist. 2, 122 *Luxuriantia compescere.*

¶ Luxuriatus, *a, um*, idem. Iustin. 20, 4, 7 *Aliquos ex his luxuriatos incredibile videbatur.* Stat. Theb. 2, 676 *Sanguine multo luxuriata fames.* Et, *Littera nostra joco luxuriata suo*, Ovid. Trist. 5, 1, 44.

¶ Eluxurior, *ari*, idem. Columella de Arbor. c. 3 *Si pingui agro validas vites depositeris, pampinis magis eluxuriabuntur, & qualemcunque fructum tulerint, ad maturitatem non perducent.*

LYAEVS, *i*, m. Λυαῖος, Bacchus, ἀπὸ τῆ λύειν, quia curam solvit: hinc & pro vino sumitur: *Libare Lyæi latices*, Silius 6, 183. Et Horat. eleganter 3 od. 21, 14 *Te sapientum Curas, & arcanum jocoso Consilium retegis Lyæo.* cont epod. 9, 37.

¶ Lyæus, *a, um*, adjectivum. Virg. Æn. 1, 690 *Regales inter mensas ac vina Lyæum.*

LYCAMBES, *is*, m. Thebanus fuit, quem Archilochus poëta maledicus jambis ad laqueum adegit. vide Horat. epod. 6, 13; & 1 epist. 19, 25, & supra *Archilochus.* v. Lucian. Tom. 2 p. 433 Græv. ubi plura similia exempla.

¶ Lycambēus, *a, um*, adject. Ovid. in Ibin v. 51 *In te mihi liber Iambus Tincta Lycambeo sanguine tela dabit.* Et Martial. 7 epigr. 11 *Si qua Lycambeo sanguine tela madent.*

LYCANTHROPIA, *æ*, f. λυκανθρωπία, rabies lupina, melancholiæ species, qua homo in lupum se mutari putat; vide supra in *Lucumo*, It. Plin. 8, 32 f. 34. Herodot. 4, 105. Brouckh. ad Prop. 4, 5, 14. & Peucer. de Divinat. p. 208. Delrio Disq Mag. 2, 18. Olaus Magnus L. 18 extr.

¶ Lycanthrōpus, *i*, m. λυκανθρωπος, qui illo morbo laborat. v. Schotti Physic. Curios. 4, 10.

LYCAON, *ōnis*, m. rex Arcadiæ, ab Iove in lupum conversus. Ovid. Met. 1, 198 *Struxerit insidias notus feritate Lycaon.* v. p. p. *Lycaonia.*

¶ Lycaōnius, *a, um*, adj. Catull. 76, 66 *Callisto Lycaonia.* Avienus Phænom. Arat. v. 118 *Lycaoniæ Virgæ.* Idem Periegesi v. 759 *In Lycaonias Arctos.*

¶ Lycaō-

¶ Lycæ̆nis, *idis*, f. Ovid. Fast. 2, 173 *Perjura Lycaoni*, Callisto, Lycaonis filia, vocandi casu.

LYCAŌNIA, *æ*, f. Λυκαονία, Asiæ regio, inter Cappadociam, Pamphyliam, Pisidiam & Ciliciam aspera. Plin. 5, 27.

¶ Lycaones, *um*, die Lycaonier, Plin. 5, 28. ¶ 2. *Lycaones* lupi sunt jubati & varii Indiæ, Indianische, zottigte und bunte wölffe, Plin. 8, 34.

LYCĒVM, *i*, n. Λύκειον, Schola Aristotelis, in qua inambulantes disputabant Peripatetici. Nomen ab Apolline Lyceo accepit, cui sacrum fuit, ut auctor est Lucianus de Gymnasiis. ¶ 2. Fuit idem etiam nomen gymnasii Ciceronis in Tusculano, de quo Divinat. 1, 5 pr. & alibi. ¶ 3. Dicitur & de quovis gymnasio, sive loco colendis studiis idoneo.

LYCĒVS, *i*, m. Λύκειος, vel Lycæus, Λύκαιος, mons Arcadiæ, sic a frequentia luporum dictus. Vnde *Jupiter Lycæus*. Plin. 4, 6 *Montes in Arcadia, Pholoë cum oppido: item Cyllene: Lycæus, in quo Jovis Lycæi delubrum.* Pani etiam sacrum fuisse hunc montem, constat ex Virg. Georg. 1, 16. Qui & hinc *Pan Lycæus* dictus Eidem Æn. 8, 334.

LYCHNIS, *idis*, f. λυχνὶς, *Lucernulam* transfert Gaza, herba est coronaria, & silvestris Dioscoridi 3, 520 & 521. Coronaria quæ *rosa Græca* Plinio est 21, 11, marienrosen, margenrösslein. Silvestris vero, wiederstoß, liedwerck, Hadriano est. Nam hæ appellationes, tausendschon, dameruägslein, feldnägslein, graßblumen, *Lychniuli* non conveniunt. vide descriptionem Matthioli. conf. Plin. 25, 6 & 10; & 21, 4. ¶ 2. Lychnis gemma lucidissima in capite Iunonis πολυμόρφου Hierapoli, de qua Lucian. de DIs Syr. p. 676.

¶ Lychnītis, *idis*, f. λυχνῖτις, herba alia Plinio 25, 10.

¶ Lychnites, *æ*, m. λυχνίτης, lapidis genus. Gemmam etiam vocat Agricola, ein gelblicher rubin. *Lychnites* rubinus noster est, Encelio. vide Iac. Phil. Mausacum ad Plutarchi librum de Fluminibus cap. de Hydaspe, & Plin. 36, 5; & 37, 7.

¶ Lychnicus, *a*, *um*, adj. Sic, *Lapides lychnici*, Hygin. fab. 223 sunt marmor candidum e Paro insula, quod & *Lychniten* appellavere, quoniam ad lucernas in cuniculis cæderetur. conf. Plin. 36, 5.

Lychnobii, Lychnuchus, vide mox in *Lychnus*.

LYCHNVS, *i*, m. λύχνος, lucerna, eine leuchte. Candelis sebaceis olim non nisi pauperes utebantur: reliqui facibus, vel lucernis. Has Græci λυχνεῖς vocant. Virg. Æn. 1, 730 *Dependent lychni inconsi laquearibus aureis.*

¶ Lychnuchus, *i*, m. λυχνοῦχος, lucernæ sustentaculum, ein lampenstock, leuchter. Cicero ad Q. fratr. lib. 3 ep. 7 *Hanc* (epistolam) *scripsi ad lychnuchum ligneolum.* Et Suet. Cæs. c. 37 *Ascendit Capitolium ad lumina, quadraginta elephantis dextra atque sinistra lychnuchos gestantibus.* v. ibi Casaub. & Torrent.

Lychnŏbii, *orum*, m. pl. λυχνόβιοι, qui ad lucernam vitam degunt, præpostere sc. viventes, apud Senecam epist. 122 sub finem. vide supra in *Lucifuga*. Adde Chiliadas, & P. Crinitum de D. H. 16, 6.

¶ Bilychnis, *e*, duos lychnos habens, mit zwey lichtern. Petronius c. 30 *Lucerna bilychnis de camera pendebat.*

¶ Ellychnium, *i*, n. ἐλλύχνιον, funiculus est in oleo ardens, ein dacht in der lampen. Stat. 4 Silv. 9, 29 *Non ellychnia ficta, non replitæ Bulborum tunicæ.* Adde Vitruv. 8, 1; Plin. 23, 4; & 35, 15.

LYCIA, *æ*, f. Asiæ regio inter Pamphyliam & Cariam a *Lyco* rege cognominata. *Chimærifera Lycia*, est Ovidio Met. 6, 339, quia in ea regione monstrum Chimæra.

¶ Lycius, *a*, *um*, adject. ut, *Lycii montes*, Stat. 1 Silv. 2, 222. *Lycia tela*, Idem Theb. 6, 923. Ovid. Her. 1, 19 *Lycia hasta* est Sarpedonis. *Deus Lycius*, id est, Apollo, Propert. 3, 1, 38. *Lycia coma*, pro ea, quæ promissior sit & comptior: proverbium est inde natum, quod Lycii studiose consueverint fovere comam, atque adeo, ut mulctam subire maluerint, quam eam præcidere, ut Aristoteles scribit. Sed adagii hujus originem plurimis refert verbis Cæl. Rhodig. 16, 19. ¶ 2. *Lycii* incolæ apud Virg. Æn. 1, 117.

LYCĬDAS, *æ*, m. unus e Centauris, qui Pirithoo Hippodamiam eripere conati, in Ovid. Metam. 12, 310. ¶ 2. Est pastoris nomen in Virg. ecl. 7, 67, & ecl. 9.

LYCISCA, *æ*, f. dimin. a λύκος, canis nomen, ein wölffgen; ut, *Multum latrante lyciſca*, Virg. ecl. 3, 18, quod vel similis sit lupo, vel quasi ex lupo & cane nata. Eugenius Toletanus carm. 22 *At lupus & catula formant cocundo lyciſcam. Semiferam Thoum de sanguine prolem* vocat Grat. 253, ubi vid. Vlit. In canum nominibus & Ovidius posuit Metam. 5, 220.

¶ Lyciscus, *i*, m. pueri nomen Horatio epod. 1, 36. ¶ 2. De *Lyciſcis canibus*, vid. Isidor. 12, 2.

LYCIVM, *i*, n. λύκιον, arbor spinosa in Lycia, Cappadocia, Italia & Dalmatia nascens. ¶ 2 Medicamentum ex succo baccarum ejus arboris, quam Galenus *Pyxacanthum*, πυξάκανθον vocat. Vide tum de arbore, tum de medicamento Dioscor. 1, 114; & Plin. 24, 14.

LYCOCTŎNON, *i*, n. λυκόκτονον, i e. aconitum, quod lupos strangulat, wolffs-wurtz, Dioscor. 4, 76.

LYCŌMĒDES, *is*, m. rex Scyri insulæ, apud quem muliebri habitu delituit Achilles, ne ad bellum Trojanum proficisci cogeretur, cujus & filiam Deidamiam vitiavit, suscepto ex ea Pyrrho. Stat. Achill. 1, 396 *Cedo equidem, sit virgo pii Lycomedis Achilles.*

LYCŎPHOS, *ōtis*, n. λυκόφως, i. e. primum tempus lucis, quasi λευκὸν φῶς, i. e. *lumen candidum*, apud Festum, das frühe tages-licht. In Gloss. λυκόφως, *crepusculum, diluculum*, die demmerung.

LYCŌPHRON, *ōnis*, m. Λυκόφρων, Grammaticus, & Tragœdiarum scriptor, quem sic nominatum ferunt, quod ænigmatice τὰ πανύργως scribat, quæ sua est lupis natura. Ovid. in Ibin v. 531 *Vique cotburnatum periisse Lycophrona narrant.* Lycophronis autem sive hujus sive alterius poëma vetustissimum, inscriptum *Cassandra*, doctissimum illud quidem, ac copiosissimum fabularum atque historiarum oceanum, continens narrationem de rebus ab Hercule gestis usque ad tempora Alexandri Magni, historiam item Argonauticam, bellique Thebani & Trojani, sed obscurissimum (unde Statius 5 Silv. 3, 157 *latebratque Lycophronis atri* dixit) erudite exposuerunt Theodorus Canterus, & Ioh. Meursius, quod Ios. Scaliger Carmine Iambico latino, ad antiqui sermonis faciem accommodato divine, ut solet, transtulit.

LYCOPHTHALMVS, *i*, m. λυκόφθαλμος, gemma luporum oculis similis, Plin. 37, 11.

LYCOPNON, *i*, n. herba, latine *scelerata* dicta, brand-kraut, Apul. de Herb. c. 8.

LYCOPŎLIS, *is*, f. urbs Ægypti, a lupis cognominata, eo quod lupi facta acie repulerint Æthiopes Ægyptum incursantes. Diod. lib. 2, Strab. lib. 7 & Plin. 5, 9.

LYCOPSIS, *idis*, f. λύκοψις, herba anchusæ adeo similis, ut vix ab ea discerni possit. Quare & a Dioscoride inter anchusarum genera refertur lib. 4. Est autem *Anchusa*, rothe ochsenzung. *Lycopsin*, cui a floribus, quorum hiantium faucium luporum figura est, hoc est nominis, vocant wilde ochsenzung, oder scharffe zung, Plin. 27, 11.

LYCORIS, *idis*, f. Volumnii lenatoris liberta, alias *Cytheris*, a Corn. Gallo adamata, quo spreto Antonii castra secuta est, v. Virg. ecl. 10, 2 &c.

¶ Lycŏrias, *ădis*, f. Nymphæ nomen, Virg. Georg. 4, 339.

¶ Lycorides, *æ*, m. a Λυκωρεύς, Apollinis cognomine, i. e. Apollineus poëta, Simonides; quamquam aliter Scaliger Lect. Auson. 2, 29. vid. Ovid. in Ibin v. 516.

LYCVRGVS, *i*, m. Λυκόεργος, Λυκοῦργος, rex & legislator Lacedæmoniorum. Reipublicæ rationem & leges optimas Lacedæmoniis constituit, quibus usi illi ad quingentesimum usque annum bene habuerunt. Lycurgi instituta explicat & commendat elegantissime Xenophon libro de Repub. & legibus Lacedæmoniorum, & Plutarchus in vita Lycurgi: & Iustinus 3, 2 & 3 summam quamdam earum dedit. ¶ 2. Hinc pro severo judice *Lycurgum* per antonomasiam non semel Ammianus dixit, ut lib. 22, 23 *Verum ille judicibus Cassiis tristior & Lycurgis, causſarum momenta æquo jure perpendens, suum cuique tribuebat, nusquam a vero abductus.* Et lib. 30, 29 *Iudices nunquam consulto maligniores elegit: sed se semel promotos agere didicit immaniter, Lycurgos inveniſſe se prædicabat & Cassios, columina justitiæ priscæ.* ¶ 3. Fuit & alius *Lycurgus* Thraciæ rex, qui omnes vites in regno suo excidi jussit, cum temulentos aliquot conspexisset nimio mero pugnantes. Hinc interfectus a Baccho. Ovid. Met. 4, 22 *Penthea tu venerande, bipenniferumque Lycurgum sacrilegos mactas*, v. Micyll. Vide Servium ad illud Virg. Æn. 3, 14 *Acri quondam regnata Lycurgo*, item Vet. Schol. Sophoclis Antigone v. 967, itemque Philippum poëtam Græcum lib. 1 Anthologias ἐς βωμεῖον: inprimis Plutarchum lib. 4 de utilitate ex poëtarum lectione capienda. ¶ 4. *Lycurgus* alius rhetor Athenienſis fuit, cujus exstant orationes aliquot inter reliquas X quos vocant rhetorum. Eum ferunt in dicendo valde severum & acerbum extitisse, καὶ ὅλον καληγορικὸν, ut Dionysius Halicarn. loquitur. Is dixit: Ἔπαινος μόνος ἄξιον τῶν κινδύνων τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσιν ἐστὶ, hoc est, *Laus sola præmium bonis est viris.*

¶ Lycurgeus, *a*, *um*, adj. Cic. Att. 1, 13 *Nosmetipſi, qui Lycurgo ab initio fuiſſemus, quotidie demittamur*; i. e. severissimi leguin asseclæ & propugnatores, uti Lycurgus. v. Not. Græv. p. 76.

LYCVS, *i*, m. puer ab Alcæo dilectus, Horat. 1 od. 32, 11. ¶ 2. Vnus ex comitibus Æneæ, Virg. Æn. 1, 226; & 9, 545. ¶ 3. Historicus, de quo Suidas & Voss. Hist. Gr. 1, 12. ¶ 4. Medicus, de quo Plin. 20, 20. ¶ 5. Fluvius Asiæ, qui cuniculis subterraneis absorbetur, ac rursus emergit, Ovid. Met. 15, 273. Alius in pontum Euxinum illabens, Ovid. ex Ponto 4, 10, 47. Alius Germaniæ, die Lech. ¶ 6. Araneæ genus, Plin. 30, 6.

LYDIA, *æ*, f. Λυδία, quæ & *Mæonia*, regio Asiæ mediterranea, Cræsi regno, fortuna, opibus & rebus gestis celebris, tum etiam Pactoli fluvii auriferi fama. Nomen a *Lydo* rege est, Tyrrheni fratre: vide Servium in 8 Æneid. Virg.

¶ Lydus, *i*, m. *Lydi* populi, Plin. 3, 5, Herodoto auctore lib. 2, primi aurum, argentumque percussere, post hos Ægyptii. *Lydorum caryces* antiquitus appellabant, quicquid esset opiparum, & variis conditum cupediis, leckerbißlein, confect. vid. Erasm. in Adag. Λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ, i. e. *Lydus in meridie*, in hominem insatiatæ, aut etiam intempestivæ libidinis dicebatur. De gentis hujus luxu deliciisque multa commemorat Athenæus Dipnof. lib. 12. *Lydo viro negotium non erat, at ipſe foras egreſſus paravit*: Λυδὸς λυδῷ πραγματα̃ ἂκ ἦν, ἀλλ' αὐτὸς ἐξελθὼν ἐπρίατο. De Cræso dictum, qui rebus florentissimis utens Cyrum in se provocavit. Aures habebant perforatas, sive annulatas, qui mos Afrorum etiam fuit: Plaut. Pœn. 5, 2, 21; & Voss. 6 Instit. Orat. p. 477. ¶ 2. Possessive pro *Lydius*. Ovid. Met. 6, 11 *Lydas tamen illa per urbes.*

¶ Lydius, *a*, *um*, adj. ut, *Aurifer amnis Lydius*, Tibull. 3, 3, 29. *Lydius lapis*, (quod non soleret inveniri, nisi in Tmolo Lydiæ fluvio) vel Heraclius, ein probier-stein, Plin. 33, 8; pro acri & exacto judicio proverb. v. Chiliad. ¶ 2. *Lydius sonus* & *modus* quid sit, vid. Plin. 7, 36; & Musicos. Apul. 1 Florid. *Seu tu velles Æolium simplex, seu Asium varium, seu Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicosum.* ¶ 3. *Lydii* scribuntur interdum qui & *Ludii*, ubi vid. ex *Ludo*. ¶ 4. *Lydium Maron* præfertur ei, quod in Ægypto nascitur, Plin. 12, 24, das beste mastich-kraut.

LYGDĪNVS, *i*, m. lapis in Tauro (*Paro* Hard.) repertus candoris eximii, ein alabasterstein, Plin. 36, 8.

LYGDON ipsum lapidem appellat Martial. 6, 42.

LYGOS, *i*, m. λύγος, frutex idem qui vitex, keuschbaum, Plin. 24, 9.

LYMYRA, *æ*, f. Lyciæ fluvius & ejusdem nominis civitas, Mela 1, 15; & Ovid. Metam. 9, 646.

LYMPHA, *æ*, f. aqua, unius litteræ mutatione factum ex græco νύμφη, wasser. *Dant famuli manibus lymphas*, &c. Virg. Æn. 1, 705. Et, *Fluvialis lympha*, fliessend wasser, Æn. 4, 635. Catull. 27, 5 At

vos, quo libet, hinc abite lymphæ, Vini pernicies. ¶ 2. *Lymphæ* & *Nymphæ* confunduntur a librariis. Drak. ad Sil. 11, 420.

¶ Lymphaſeus, *a, um*, i. e. cryſtallinus, als wie cryſtall. Mart. Capella lib. 6 p. 188; ubi not. Gronii.

¶ Lymphor, *ōris*, m. das waſſer, die näſſe. Sic maſc. genere Lucilius apud Nonium 3, 129 dixit *imperviſſimi lymphorem.*

¶ Lympho, *avi, atum, are*, verbum activum, pro, in furorem impellere, ſeu horrorem incutere, qualis perſtringebat Nympham ſive ſpectrum conſpicientes in aqua, einen greuel und ſchrecken machen. Val. Flaccus 3, 46 *Deus ancipitem lymphaverat urbem.*

¶ Lymphans, *tis.* Stat. Theb. 7, 662 *It, lymphante deo, media inter millia longum Vociferans*, (i. e deo in furorem agente).

¶ Lymphor, *ari*, paſſivum, raſen, unſinnig werden. Plin. 24, 17 de herba quadam Indica: *Hac pota lymphari homines*, &c. Maxime ita participium uſitatum eſt

¶ Lymphātus, *a, um*, attonitus, horrore percitus, inſanus, ſchüchtern, erſchrocken, unſinnig Virg. Æn. 7, 377 de fœmina: *Furit lymphata per urbem.* v. La Cerda ad h. l. & Drak. ad Sil. 1, 459. Liv. 7, 17 *Tunc quidem velut lymphati & attoniti, muniimentis ſuis trepido agmine inciderunt.* Tac. Hiſt. 1, 82, 2 *Lymphati animi caco pavore.* Curt. 6, 2, 16 *Diſcurrunt lymphatis ſimiles.* Id. 4, 12, 14 *Lymphati trepidare cœperunt.* conf. 4, 13, 13; & 9, 7, 8. *Mens lymphata Mareotico* (præſtantiſſimi vini genere) Horat. 1 carm. 37, 14; Vbi vide Interpretes. Hinc & adjectivum

¶ Lymphāticus, *a, um*, νυμφόληπτος, furioſus, toll, thöricht, unſinnig. Cujus furoris cauſſa vulgo credita fuit conſpectus Nymphæ, i. e. ſpectri, in fonte aut aquis. ¶Feſtus: *Lympha dicta ſunt a Nymphis: vulgo autem memoriæ proditum eſt, quicunq e ſpeciem quamdam e fonte, id eſt, effigiem Nymphæ viderint, furendi non feciſſe finem, quos Græci* Νυμφόληπτους, *Latini* Lymphaticos *appellant.* Solebant autem, qui furore eo agebantur, corpus jactare, & plerumque in aquam conjicere. Vnde paſtor quidam apud Theocritum optat, ſi pejeret, *Lymphaticus* fieri, & in flumen deſilire. v. Heinſium ad illud Horatii 1 ſat. 5, 97 *Debinc Gnatia lymphis Iratis extructa dedit riſuſque jocoſque.* Item ad Theocritum c. 9. Prudentius Hymno Καθημερ. 9, 55 de Gergeſenorum ſuibus. *Fit pecus lymphaticum.* Liv. 10, 28 *Lymphaticum pavorem* dixit. Apul. 4 Milet. p. 153 *Iam commodum conniverat, nec dū, cum repente lymphatico ritu ſomno recuſſa, longeque vehementius afflictare ſuę incepit*, ſie iſt im ſchlaffe aufgefahren. Sic, *Lymphatica ſomnia*, Plin. 26, 8. *Lymphatici nummi aurei*, qui ex crumena exire geſtiunt, Plaut. Pœn. 1, 2, 132.

¶ Lymphatus, *ūs*, m. ſubſt. morbus in nimio pavore conſiſtens, thörichte banſt-keit, ſchreckniß, unſinnigkeit. Plin. 37, 10 *Aſpilate argentei coloris contra lymphatum habenda.*

¶ Lymphatio, *ōnis*, f. idem. Plin. 34, 15 *Nocturnæ lymphationes*, nacht-ſchrecken. Quid *lymphationes* abigat, vide apud eumdem 37, 3 & 4.

LYNCESTIS, *is*, f. aqua acidula in Paphlagonia, vini modo inebrians. Plin. 2, 106. Hinc

¶ Lynceſtius, *a, um*, adject. Senec. Nat. Qu. 3, 20; & Ovid. Met. 15, 329 *Hoc fluit effectu diſpar Lynceſtius amnis, Quem quicunque parum moderato gutture traxit, Haud aliter titubat, quam ſi mera vina bibiſſet.*

Lynceus, diſſyllabum & triſyllabum, &c. mox ſub *Lynx* invenies.

LYNSA, *æ*, f. Dea ſic dicta, Mart. Capell. 1 p. 16. Grotius in not. mallet *Lympha*, cujus & Varro meminit R. R. 1, 1.

LYNX, *lyncis*, f. λύγξ, λυγκὸς, & *lupus cervarius*, ein luchs. Helverii nominant einen thierwolff, animal eſt vario & maculoſo tergore, viſus acutiſſimi, cervis vehementer infeſtum, duorum aut trium generum. Minus etiam in Germania notum eſt, Geſnerus. Vide de Lyncibus & D. Hieron. 1 epiſt. 4 ad Chryſogonum monachum: ubi & iis a natura inſitum refert, ut poſt tergum reſpicientes priorum obliviſcantur. *Lynces variæ, maculoſæ, imbelles, fugaces* epitheta ſunt. Propert. 3, 16, 8 ad Bacchum: *Lyncibus in cælum vecta Ariadna tuis.*

¶ Lynceus, *ei*, m. diſſyllabum, Λυγκεύς, unus ex Argonautis accuratiſſima oculorum acie præditus. Hunc Varro centum triginta millia paſſuum proſpexiſſe ſcribit. Quin ſaxa truncosque transmittere viſu creditus eſt. Plutarchus de communibus notitiis adverſus Stoicos; qui & de alio docet, qui ex Lilybæo Siciliæ promontorio, navium numerum ſolventium Carthagine notare, & edicere potuerit, de quo & Strabo lib. 6. De utroque Ælianus Var. Hiſt. 14, 13, & Nazarius Panegyrico Conſtantini c. 10. Ac ultimo quidem *Strabonis* nomen fuit, ut ex Varrone Plinius tradit 7, 21. Apul. lib. 2 A. A. *Vides hominem ferreum, & inſomnem, certe perſpicaciorem ipſo Lynceo, vel Argo, & oculeum totum.* Horat. 1 epiſt. 1, 28 *Non poſſis oculo quantum contendere Lynceus, Non tamen iccirco contemnas lippus inungi.* Seneca Medea v. 228 *Munus eſt Orpheus meum Satisque Borea, quique trans pontum quoque Submota Lynceus lumine immiſſo videt.*

¶ Lynceus, *a, um*, adject. tribus ſyllab. λύγκειος, luchſiin, ſcharfſichtig; ut, *Lynceis oculis contemplari*, Horat. 1 ſat. 2, 90. Et Cic. fam. 9, 2 *Quis eſt tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nunquam incurrat?* Boethius de Conſol. Phil. lib. 3 Proſa 8 *Quod ſi, ut Ariſtoteles ait, lynceis oculis homines uterentur, ut eorum viſus obſtantia penetraret, nonne introſpectis viſceribus, illud Alcibiadis ſuperficie pulcherrimum corpus, turpiſſimum videretur?* Ovid. Faſt. 5, 709 *Pectora trajectus Lynceo Caſtor ab enſe Non exſpectato vulnere preſſit humum. Vltor adeſt Pollux, & Lyncea perforat haſta.* In primo verſu eſt adject. in tertio accuſativus græcus ſubſtantivi.

¶ Lyncides, *æ*, m. aut Lyncei filius, aut certe proprium eſt nomen, in Ovidii Met. 4, 767.

¶ Lyncūrium, *i*, n. Λυγγούριον, gemma e lyncis urina coacta, colore fuccini, Plin. 8, 38; & 37, 3. de quo Ovid. Met. 15, 413 *Victa racemifero lyncas dedit India Bacchо, Lyncibus, ut memorant, quidquid veſica remiſit, Vertitur in lapidem, & concretat aere tacto.* ¶ 2. Dicitur autem & *Lyncurius & lapis lyncurius.*

LYO, *ave*, græca dictio λύειν ſub latina forma pro liquare, in humorem ſolvere, zerlaſſen, flüſſig machen, quellen. Apic. 4, 4 *Piſanam lyas, & colas in cacabo.* Id. 5, 1 *Alicam lyas, ut quaſi jacens virideatur.* conf. ibid. c 3 & 5.

¶ Lyātus, *a, um*, liquatus, ſolutus, minutatim concifus, geſchmeizt, zerflückt, klein geſchnitten. Apic. 5, 1 *Pulpa quaſi ilicia lyata.*

LYRA, *æ*, f. λύρα, dicta a λύειν, ut Etymol. vel *ſicuti λύτρα λέγεται*, ut Euſtath. *Lyra* quaſi *lytra* dicta eſt, quod eſt pretium pro redimendis. Mercurius enim, qui lyram primus (tenſis ſuper cochleam chordis) invenit, eam Apollini, cum pax inter illos poſt furtum facta eſſet, largitus: Pauſanias in Eliacis prioribus, & Homerus Hymno in Mercurium. Eſtque inſtrumentum muſicum, citte leyer, laute, harffe. Alexander M. cum Ilium veniſſet, Paridis lyram oſtenſam ſibi admirari noluit, ſed pluris ſe facturum reſpondit, ſi quis ei monſtraret lyram Achillis, Ælian. Variar. 9, 38. Et Quintil. 1, 10 *Socrates jam ſenex inſtitui lyra non erubuiſſet.* Apul. 2 Florid. *Poëmata, omne genus apta virga, lyræ, ſoccо, cothurno.* Lyræ cantu omnem circumſcribere muſicam poetas, notat Barth. ad Claudian. p. 501. ¶ 2. *Lyra* fidus eſt cæleſte, fides vel fidicula. v. Varro de R. R. 2, 5: & Ovid. Faſt. 2, 75 *Illa nocte aliquis, tollens ad ſidera vultum, Dicet, ubi eſt hodie, quæ Lyra fulſit heri?* &c.

¶ Lyricus, *a, um*: ut, *Poëta lyricus*, qui carmina ſua ad lyram recitabat. Inter eos poëtas excellere ſe jactat Horatius 1 od. 1, 35 *Quod ſi me lyricis vatibus inſeres, Sublimi ferium ſidera vertice.* Lyrici apud Græcos novem fuere, inter quos excelluit Pindarus. vide infra *Pindarus.* ¶ 2. *Lyrica*, ſubſt. pro carminibus lyricis, Plin. 3 ep. 1.

¶ Lyrīcen, *ĭnis*, m. qui lyra canit. Onomaſt. Vet. *Lyricen*, λυρῳδός.

¶ Lyriſtes, *æ*, m. λυριστής, idem. Sidonius 8 epiſt. 11 in carmine: *Alceo potior lyriſtes ipſo.* Et Plinius 9 epiſt. 17 *Cum lector, aut lyriſtes, aut comœdus inductus eſt*, puta in convivium.

LYRICE, *es*, f. Orionis amaſia, Ovid. A. A. 1, 731, de qua præterea nihil conſtat viris doctis.

LYRCAEVS, *i*, m. fons Arcadiæ, ex quo Inachus fluvius oritur. Stat. Theb. 4, 711 *Avet Lerna nocens, avet Lyrcæus & ingens Inachus.*

¶ Lyrcæus, *a, um*, adject. Ovid. Met. 1, 598 *Conſitaque arboribus Lyrcæa reliquerat arva.*

¶ Lyrceius, *a, um*, aliud adject. ut, *Lyrceia tellus*, Valer. Flacc. 4, 355.

LŸRIS, vel Liris, *is*, m. fluvius Campaniæ, de quo Lucan. 2, 424; Martial. 13, 80. vide ſupra *Liris.*

LYRNESSVS, *i*, f. Λυρνησσός, Troadis urbs in Phrygia contra Lesbon, ex qua Briſeis fuit. ¶ 2. Alia urbs & illius quaſi colonia in Pamphylia. Vide quæ ad Curtium 3, 4, 10 notavit Cellarius.

¶ Lyrneſius, *a, um*, adject. Virg. Æn. 10, 128 *Lyrneſſius Acmon.*

¶ Lyrneſſis, *ĭdis*, f. patronymicum ſeu gentile: Ovid. Triſt. 4, 1, 15 *Fertur & abducta Lyrneſſide triſtis Achilles* &c. i. e. *Briſeide*, quæ ex Lyrneſſo erat.

LYRON, *i*, n. *aliſma, quam herbam alii lyron appellant*, Plin. 25, 10, mutter- oder luciane-kraut.

LŸSANDER, *dri*, m. Λύσανδρος, dux fuit Lacedæmoniorum inviſtiſſimus, tempore Pauſaniæ & Ageſilai. Deceſſit admodum pauper, adeo ut ille, cui vivens filiam deſponſaverat, retrocederet ac ducere nollet, quam ob cauſſam ab ephoris punitus eſt, ut qui amico mortuo gratiam non præſtaret, & pactis ſideque divitias potiores haberet, φίλῳ τε ἀποθανόντος ἀμνημοσυνῶν, καὶ τῶν συνθηκῶν τῶν πλείστων πρωτιμῶν, Ælian. Hiſt. Var. 6, 4.

LŸSAS, *antis*, m. λύσας, herba artemiſia, beyfuß. Apul. de Herb. c. 10.

LŸSIAS, *æ*, m. Λυσίας, Syracuſanus fuit genere, unus ex decem illis clariſſimis oratoribus, quos una ætate Athenæ habuerunt, quem Cicero pluribus in locis egregiis ornat teſtimoniis. *Diſertiſſimum* enim vocat, *venuſtiſſimum & politiſſimum ſcriptorem*, in Orat. c. 9; *Subtilem* item atque *elegantem*, de Clar. Orat. 9, quæ repetit Quintilianus 10, 1, p. 902 Burm. additque; *nihil eo quæri poſſe perfectius*, &c. Lyſiæ orationes aliquot in opere Aldi exſtant, & ſeorſum quoque excuſæ ſunt.

LYSĪDĬCVS, *i*, m. Nomen proprium apud Cic. Phil. 2, 6, quod ipſe aſpero joco interpretatur, *qui jura omnia diſſolvit.* Honeſtius ita dici poteſt *controverſiarum diremptor.*

LŸSIMĂCHVS, *i*, m. Λυσίμαχος, Alexandri M. pædagogus fuit, Calliſthenis auditor ſtudioſus, cui, cum Alexandro inviſus in vinculis teneretur, poculum remediumque miſeriæ optanti, propinavit; quamobrem leoni eum Alexander objecit, ſed qui a Lyſimacho in congreſſu interfectus eſt, Iuſtin. 15, 3, & Plutarch. in Alex. M. De diſſenſu circa hanc rem auctorum conciliando, v. Geſner. Chreſtom. Plin. p. 301 ſq. Periit in ultima pugna principum Alexandri, (de quorum numero & ipſe fuit) amiſſis ante a variis caſibus quindecim liberis, victus a Seleuco: Iuſtin. 17, 2. ¶ 2. *Lyſimachus*, gemma Rhodia marmori ſimilis, Plin 37, 10.

¶ Lyſimachia, *æ*, f. urbs fuit in ore Cherſoneſi Thraciæ, condita a Lyſimacho. vid. Iuſtinus ibidem. ¶ 2. *Lyſimachia*, herba, cujus vis tanta eſſe dicitur, ut, jumentis diſcordantibus, jugo impoſita aſperitatem cohibeat. De qua Dioſc. 4, 33; & Plin. 25, 7 & 8.

¶ Lyſimachienſis, *e*, gentile nomen ab hac urbe ductum: Liv. 33, 38.

LŸSIPPVS, *i*, m. Sicyonius fuit nobilis ſtaruarius, de quo multa Plinius 37, 7. Et Cicero fam. 5, 12 *Alexander ab Apelle potiſſimum pingi, & a Lyſippo fingi volebat.* Horat. 2 epiſt 1, 239 *Edicto vetuit, ne quis ſe, praeter Apellen, Fingeret, aut alius Lyſippo duceret æra Forte Alexandri vultum ſimulantia.*

LŸSIS, *is*, m. Philoſophus Pythagoræus, quo magiſtro in philoſophia & præceptore Epaminondas uſus eſt. v. Plutarch. & Nepot. 15, 25 & Cic. de Orat. 3, 34. Dictum de hoc etiam aliquid in *Ariſtippus.*

LYSIS, *is*, f. λύσις, *ſolutio*, die löſung. Ita exponit Cic. Tuſc. 3, 25 *Agritudinem λύπην Chryſippus, quaſi λύσιν, i. e. ſolutionem totius hominis appellatum putat.* ¶ 2. *Lyſis* in architectura eſt membrum columnæ, quod *gula, ſima, cymatium Lesbium* alias vocatur, farmeſein, ablaufender leiſten. Ita capitur Vitruv. 3, 3 & 5, 7. Sed apud eundem

eundem 6, 11, quid sibi velit, aut quomodo legendum sit adeo, maxime disputatur. vid. Baldi Lex. Vitruv.

¶ Analỹsis, *is*, f. ἀνάλυσις, est cujuscunque rei resolutio, eine auflösung, zergliederung. *Rhetorica analysis* diversas rei partes & causas ordine constituit; *Logica*, necessariam partium cohærentiam ostendit. *Analysi* autem opponitur *Synthesis*, i. e. compositio.

¶ Analyticus, *a, um*, ἀναλυτικός, auflösend; ut, *Methodus analytica*, cui opponitur synthetica, de quibus videndi Dialectici & Logici.

¶ Dialỹsis, *is*, f. & Dialyton, *i*, n. διάλυσις, διάλυτον, figura locutionis, quæ ἀσύνδετον etiam dicitur. Sed διάλυσιν vocant etiam parenthesin.

¶ Paralỹsis, *is*, f. παράλυσις, *resolutio nervorum*, ut Celso appellatur, die gicht, lähmung der glieder. quæ *hemiplexia* & *paresis* alio nomine dicitur, quoties scilicet resolutio in alteram tantum corporis partem incumbit. Vide Celsum 3, 27. Dicitur & *Sideratio*. Scribonius Largus compos. 101 *Facit ad tremulos & sideratione tentatos utralibet. Una enim ex contractione, altera ex remissione nervorum conspicitur: παράλυσιν hoc utrumque vitium Græci appellant.* conf. Plin. 20, 3; Petron. c. 129 & 130.

¶ Paralỹticus, *a, um*, gichtbrüchig, παραλυτικός. Vtuntur hac voce Petronius c. 131; Plinius 28, 9; 31, 6; 32, 3; Tertull. Apol. c. 21; & adv. Marc. 4, 10; &c. Arator 1, 759 antepenultimam metri causa produxit; *Surgens paralytice dixit*, &c.

LYSISTRĀTVS, *i*, m. Lysippi statuarii fuit frater, qui primus statuas e gypso finxit. Plin. 34, 8; & 35, 12. ¶ 2. Ejusdem nominis parasitus sive adulator Athenienſis apud Aristophanem Equit. 4, 1.

LỸTA, *æ*, m. λύτης, i. e. solutor. *Lytæ* Iustiniano ad Antecessores § 5 sunt, ut Turnebus interpretatur Adverf. 8, 19, qui jam tantos progressus habent in jure, ut de eo respondere prope possint, & quæstiones solvere, de quibus Iuvenalis sat. 8, 50 *Qui juris nodos legumque ænigmata solvant.*

¶ Prỹlytæ, *æ*, m. προσήλυτης, plur. *Prolytæ*, vocati, qui, postquam quinquennium juri operam dederunt, missionem jam nacti sunt a magistrorum castris. vid. Hotoman. de verb. juris & supra *Licentiatus* in *Licet*.

LỸTRA, *æ*, f. λύτρα, eine otter, sic dicta, quod succidat arborum radices in ripa, atque eas dissolvat. Varro L. L. 4, 13. conf. supra *Lutra*.

LỸTRON, *i*, n. λύτρον, ἀπὸ τῆς λύσεως, a solutione auri, estque pretium redemtionis, quod datur liberatoribus, die rantzion, das lösegeld, sicuti μαιωτρα obstetricibus, θρεπτηρια parentibus, διδακτρα præceptoribus, σώτρα servatoribus dantur: ita ὀπτήρια, alicujus videndi, μήνυτρα indicii, εὐαγγέλιον boni nuntii præmia sunt. vide Rhodig. 13, 30; & 20, 29. In Festi & Nonii codicibus sæpe citatur *Ennius in Hectoris Lytris*, quæ aliis *Lustra* dicuntur. vide Ennii Fragm. per Hesselium p. 227. ¶ 2. *Lytron* herba eadem quæ *Lysimachia*, Dioſc. 4, 3.

¶ Lytrōtes, *æ*, m. λυτρώτης, horos Valentini, Tert. adv. Valent. c. 9.

LYTTA, *æ*, f. λύσσα, vermiculus in lingua canum, qui si catulis eximatur, rabidi postea non fiunt. Plin. 29, 5, λύσσαν, sive λύτταν Græci *rabiem* vocant.

M Consonans liquida (quam *labris imprimi* ait Cap. 3 p. 58, *literam mugientem* Quintilianus 12, 10 vocat) vulgo transit in *n*, per derivationes sequentibus *d, t, c, q*, ut, *tantundem, identidem, nuncubi, nunquis, nunquam, quicunque, quorundam*, &c. Etsi sunt, qui *m* malint si non in omnibus, certe in plerisque. De his autem inter omnes convenire putamus, *anceps, anfractus, anhelo*, quæ ex præpositione inseparabili *am* componuntur. Contra *in* & *con* sæpius *n* commutant in *m* ante *b, p* & *m*; ut, *Imbibo, Impono, Imminuo, Combibo, Compono, Comminuo*. Et quia hæc littera non modo *m* & *n* sed *b* & *p* amat præcedere, ut videndum est in *Flamma, Annis, Somnus, Ambra, Vmbra, Amplus, Exemplum, Templum*; adeo mirum esse nequit, *b* & *p* nonnunquam post *m* inseri: e. g. in *Ambedo, Ambigo, Ambio, Amburo, Comburo, Emptus* ab *emo, sumptus* a *sumo, Contemptus* a *Contemno*; sicute græce πέμπτος fit a πέντε. Quæ ratio illis obstat, quibus durum videtur, si *m* cum *t* per *p* conjungendum censeas. ¶ 2. M. servilis est littera in flectendis nominibus & verbis, & illic, ut Terentius Scaurus observat, pro ν Græcorum ponitur: ut, μῶσαν *Musam*, φαρμακον *Pharmacum*, συρτιν *Syrtim*, λαμπάδων, *Lampadum*. In verbis vero maxime inservit primæ personæ utriusque numeri; e. g. *amabam, amabamus; amarem, amaremus*. Sed antiquitus tollitur ob sequentem maxime vocalem initialem, quæ & ipsa simul abjicitur: ut, *Optimu ſt, Ferendu ſt*, pro *Optimum est, ferendum est*. In versu nota ejus est elisio. vid. Virg. ecl. 1, 11 & 25; &c. Vetustissimi tamen non semper *m* subtraxerunt. v. Lucret. 4, 1265; &c. Sic Ennius apud Priscianum p. 556 *Insignita fere tum millia militum octo* &c. v. quos magno numero laudat Brouckh. ad Tib. 1, 5, 33 *Et tantum venerata virum hunc fedula curet*. In *m* nullam vocem Græcia terminavit, quod apud Latinos factum frequentissime. Vnde Ausonius in Technopægnio de Litteris: *Vocibus in Grajis nunquam ultima conspicitor M.* ¶ 3. Convenit rebus vastis & insuavibus, & cum litteræ R miscetur, murmur exprimit: ut apud Virg. Æn. 1, 59 *Magno cum murmure, montis Circum clausa fremunt*. Cum nimium, aut temere repetitur, Græcis συντακισμὸς dicitur, teste Capella lib. 5. Sed Diomedi vitium est pronunciationis, cum M profertur, ubi debet absorberi: ut si vocem claudat, & sequens dictio incipiat a vocali. Alii *Motacismum* vocant, quod non improbat Vossius 4 Instit. Orat. p. 46. Nam litteram hanc non. μῦ tantum, sed μῶ quoque dixere, ut Eustathius ex Lexico Rhet. init. Commentarii in Iliad. γ testis est. Messenii in suis clypeis M insigne gentis esse voluerunt, ut Lacedæmonii L. Cæterum proverbium *Obvenit tibi M*, olim morosis & stolidis, & deinde quia Dionysius aliter interpretatus, callidis & magna tentantibus tribui cœpit. vid. Pierii Hierogl. 42 c. 50 & 51. ¶ 4. Majuscula, Marcum repræsentat, ut *M. Manilius, M. Lepid. M. T. C. Marcus Tullius Cicero*. M' cum apostrophi signo, *Manii* nota est. vid. Drakenb. ad Liv. 4, 53. & 27, 25. ¶ 5. In numerorum notis, millenarium refert, tanquam si pro *mille* prima littera ponatur, vel quod M habeat antiquæ figuræ ↀ similitudinem.

MA, μᾶ, fœmina Rheam sectata, cui Bacchus nutriendus a Iove datus est. Ipsi etiam Rheæ sub hoc nomine Lydi taurum immolarunt; unde Lydorum urbs *Mastaura*.

MACAE, *arum*, m. populi Arabiæ felicis, qui & *Maces*. Mela 3, 8, & Sil. Ital. 2, 60.

MĀCĂREVS, *ĕi*, m. Μακαρεύς, filius Æoli, qui Canaces fororis amore correptus fuit cepit ex ea filium. Exstat Canaces ad Macareum epistola, quæ est Ovid. Heroid. 11. conf. Ovid. Ibis v. 563.

¶ Macarēis, *idis*, f. Macarei filia, Isse, quam Apollo in pastorali habitu vitiasse dicitur. vid. Ovid. Met. 6, 124.

MĂCĂRIA, *æ*, f. Μακαρία, Herculis filia, quæ pro incolumitate publica se devovit. v. Rhodig. 13, 7. ¶ 2. *Macaria* insula Aethiopiæ novem oppidis inclyta, Plin. 6, 31 ¶ 3. *Macaria* æon Valentini, Tertull. adv. Valent, c. 8.

¶ Macariotes, f. μακαριότης, lat. *beatitudo, felicitas*, itidem æon Valentini, v. Tertull. l. c.

MACARIVS, *i*, m. Ægyptius Abbas, cognomine senior, S. Antonii discipulus, Evagrii præceptor, doctrina & sanctitate anno 350 claruit. ¶ 2. *Macarius*, Alexandrinus, junior, regularum monachalium auctor.

MACCVS, *i*, m. ein tölpel. *Maccos*, ut Diomedes lib. 3 tradit, Atellanarum poetæ fecere personas fordidas, fatuas, stultas. Apul. Apol. p. 325 *Si cum hac una Ruffini fallacia contendantur, Macci prorsus & buccones videbuntur*, &c. Ita hunc locum emendavit Lipsius epist. quæst. 2, 22. Sed ante Lipsium ita Turnebus legit, & citat hunc locum Adverf. 17, 21. Idem ille, maximus litterator, lib. 29, 20 *maccos* a furda quadam & stolidissima muliere, *Macco*, dictos putat. Vnde & μακκοᾶν verbum Aristophanes fecit, & pro *desipere*, seu *delirare* posuit, ut vetus Scholiastes interpretatur. Helladius Bisantinus apud Photium Cod. 279 Ὅτι τὸ μακκοᾶν ἀσχικῶς ἐστι τὸ μὴ ἀκούειν. ἢ τὸ μὴ κοινῶ, ὅπερ τὸ νοεῖν ἔθηλε. Μακκοᾶν, *juxta antiquos est*, μὴ ἀκούειν. (non audire) *vel* μὴ κοινῶ, *quod* νοεῖν (intelligere) *significat*.

MĀCĔDŌNIA, *æ*, f. sic dicta a filio Oliridis, prius *Emathia* appellabatur ab Emathio filio Cameſis, conf. Isidori Orig. 14, 4. Dicta & fuit *Macetia*: Gellius 9, 3 *Philippus Amyntæ terræ Macetiæ rex*. Hesych. Μακετία, ἡ Μακεδονία. Regio fertilissima inter Thraciam, Epirum & Græciam propriam: regnum quondam Philippi & Alexandri Macedonum, quinquaginta populorum frequentia, Plinio auctore 4, 10, celebre. Divisa fuit in Macedoniam primam & secundam a Romanis, quin tertiam quoque, de qua vid. Spanh. de usu & pr. num. diss. 9 p. 651 sq.

¶ Macedo, *ōnis*, & Macēta, *æ*, m. ein Macedonier. Stat. 4 Silv 6 extr. de Alexandro: *Nec te regnator Macetûm &c.* Auſon. in Alexandria: *Et vos ite pares: Macetûmque attollite nomen*. Et in his & aliis poëtarum locis corruptum fere hoc nomen: legiturque *Macedum*, non *Macetûm*, quod verum & genuinum. Est enim contractio, pro *Macetarum*: At *Macedum* pro *Macedonum* quis dicat? Primus *Macetarum* nomen restituit Scaliger ad Ausonium de Clar. Vrb. c. 3. vid. Drakenb. ad Sil. 17, 633. Fuit Macedonum gens fortitudine virtuteque bellica inprimis celebris, quibus rebus & summum sibi imperium peperit. Corn. Nepos 18, 3, 4 *Macedones vero milites ea tempestate erant fama, qua nunc Romani feruntur: etenim semper habiti fortissimi, qui summâ imperii potiventur*. Cæterum de Imperio Macedonum vide Liv. 45, 109.

¶ Macedŏnius, & Macedonĭcus, *a, um*, adjectiva: ut, *Mare Macedonicum*, Plin. 4, 11. Et, *Macedonia fariſſa*, Ovid. Met. 12, 466, ubi secunda contra legem originis producta est, metri causa.

¶ Macedoniensis, *e*, idem. Plaut. Pseud. 4, 4, 4 *Vir Macedoniensis*.

MĂCELLVM, *i*, n. ὀψωπώλιον, locus ubi veneunt quæcunque ad victum pertinent, die fleiſchbanck, der ſpeiſemarckt. Cic. Divinat. 2, 27 extr. *Annona in macello cara*. vide Casaub. ad Suet. Cæs. c. 26. Varro nomen ipsum a *Macello* quodam Romano derivat, vide ipsum de L. L. 4, 32, & Festum. Sed Donatus in Ter. Eun. 2, 11, 24 *Macellum*, inquit, *a macſandis pecoribus dictum*. conf. Isidor. 15, 11. ¶ 2. Latius tamen vox olim patuit Plin. 19, 4 ſ. 19 *Ex horto plebi macellum*, & paullo post ex Catone *E carnario aut macello vivendum esse*. Et sane Varro L. 4 de LL. l. c. *Forum olitorium. Hoc erat antiquum macellum, ubi olerum copia. Ea loca etiam nunc Lacedemonii vocant* μακελλώτας, *sed Iones ostia hortorum & caſtelli μακέλλας*.

¶ Macellārius, *i*, m. qui opsonia lautiora vendit, ferinam, aves &c. Vet. Gloſſæ: *Macellarius*, ὀψωνιοπώλης. vide Varr. R. R. 3, 2, 11. it. 3, 4, 2. Suet. Cæs. c. 26 *Ea quæ ad epulum pertinerent, quamvis macellariis oblocata*.

¶ Macellārius, *a, um*, adject. ut, *Macellaria taberna*, Val. Max. 3, 4, 3.

¶ Macellōta, *æ*, f. loca, ubi olerum copia, Lacedæmonii vocant μακελλώτας, ut ex Varrone vidimus in *Macellum*.

Maceo, maceſco, vide paullo post in *Macer, a, um*.

MACER, *ĕris*, n. μακερ, aroma hodie incognitum, Plin. 12, 8 pr. *Et macer ex India advehitur, cortex rubens radicis magnæ, nomine arboris suæ. Qualis sit ea incompertum habeo*. Harduinus laudat Dioscor. 1, 110; Oribas. 11 p. 205; Galen. L. 8 de fac. simpl. medic. p. 205. Ex recentioribus Acostam Arom. c. 12.

MĂCER, *cri*, m. Æmilius, Veronensis, poëta, qui de volucribus, serpentibus & viribus herbarum scripsit sub Augusto Cæsare; de quo Ovid. Trist. 4, 10, 44 *Sæpe suas volucres legit mihi grandior ævo, Quæque necet serpens, quæ juvet herba, Macer*. conf. Amor. 2, 18 tot. & ex Ponto 2, 10 tot. ¶ 2. Sed qui hodie prostant libri sub nomine Macri, sunt alterius. vid. Voss. de Poët. Lat. p. 28; & Crinit. de poët. c. 52. Brouckh. ad Tib. 2, 6, 1; Fabric. Bibl. Lat. 4, 12. Scip. Maffeus Veronæ Illustr.

MĂCER, *cra, crum*, macrior, macerrimus, exilis, extenuatus, dürr, mager, abgezehrt, a μακρὸν, longum, ausgedehnt. Horat. 1 epist. 7, 33 *Macra cavum repetes arcêtum, quem macra subisti*. Virg. ecl. 3, 10 *Ebeu quam pingui macer est mihi taurus in arvo*. Seneca epist. 78 *Maximi dolores consistunt in macerrimis corporis partibus*. Colum. 2, 9 *Macerrima humus*. Et, *Macrior ager*, apud Caton. c. 6. *Macrior vitis*,

Colum. 4, 24. *Loca macriora*, Columell. 2, 18. Et, *Macerrima pars vineti*, Idem 4, 23. conf. & 3, 2.

¶ Mācellus, *a, um*, diminut. etwas mager. *Homo non magnus, macellus*, Lucilius apud Nonium 2, 524. conf. Martial. 12 epigr. 96.

¶ Macrēdo, *inis*, f. idem quod *Macies*, apud Columellam.

¶ Macrītūdo, *inis*, f. die magerkeit. Plaut. Capt. 1, 2, 32 *Ossa atque pellis sum miser macritudine*: vide Nonium 2, 517.

¶ Macritas, *ātis*, f. idem. Ver. Gloss. *Macritas*, λεπτότης, & Palladius 11, 1 *Propter macritatem semen aliud ferve* (terra) *non valet*. Et Vitruvius 2, 4 *Macritatem arenæ* dixit.

¶ Macies, *ēi*, f. φθίσις, die dürre, die schwindsucht. Ovidius de invidia, Met. 2, 775 *Pallor in ore sedet, macies in corpore toto*. Et Met. 3, 397 *Addidicisque cutem macies*. Lucret. 1, 225 *Ævo & macie senescere*. Solin. c. 8 *In maciem ire*, von kräfte kommen, verderben. Idem c. 36 *Maciem aquarum* pro siccitate posuit. Et Iust. 43, 3, 5 *Macies terræ*.

¶ Mœror, *ōris*, m. idem Pacuvius apud Nonium 2, 525 *Corpus meum tabe, mœrore, macore senet*. conf. Seneca de Tranquill. c. 2.

¶ Macilentus, *a, um*, hager, mager, dürftig. Plaut. Capt. 3, 4, 114 *Macil nto ore, naso acuto*, er siehet dürre und spitzig aus.

¶ Macio, *āre*, mager machen. Solin. c. 15 *Maciare imbribus*, i. e. siccari.

¶ Maceo, *ēre*, mager seyn. Plaut. Aulul. 3, 6, 28 *Qui ossa atque pellis totus est, ita curâ macet*.

¶ Macesco, *ĕre*, macrum fieri, mager werden, einschrumpfen. Palladius 11, 1 *Semine macescant arva*. Varro de R. R. 3, 6 *Propter laborem asperantur & macescant*. Plaut. Capt. 1, 2, 31 *Macesco, consenesco & tabesco miser*.

¶ Macescens, *tis*. Varro R. R. 2, 1 *Fœminæ boves macescentes melius concipere dicuntur*.

¶ Macresco, *ĕre*, idem quod *Macescere*. Varro de R. R. 2, 5 *Algor eas & fames macrescere cogit*. Horat. 1 epist. 2, 57 *Invidus alterius macrescit rebus opimis*. De *Marcesco*, vide infra in *Marceo*.

¶ Mācero, *avi, atum, are*, id est, attenuare, mollificare, quod a *Macer* est, & tamen primam producit, licet illam in *commacero* denuo corripiat Strabo Gallus, de quo mox, abmergeln, mürbe machen. *Circumvallatos inclusosque fame macerare*, Liv. 26, 13. Sed, *Salsamenta hæc Stephanio fac macerentur palchre*, Ter. Adelph. 3, 3, 27, laß sie wässern, weichen. *Macerare sale*, einpökeln, beitzen, Plin. 31, 7 extr. *Calcem macerare*, Vitruv. 7, 2, den kalck löschen. ¶ 2. Sæpius autem & ad animum transfertur. Ter. Andr. 5, 3, 15 *Tu modo, anime mi, noli te macerare*, kränke dich nicht. Et ibidem, *Cur me excrucio? cur me macero?* Lucret. 5, 75 *Macerat invidia, ante oculos illum esse potentem*. conf. v. 839. Liv. 5, 54. *Macerare aliquem desiderio*. Horat. 1 ode 13, 8 *Arguens Quam lentis penitus macerer ignibus*. Ovid. Heroid. 20, 125 *Maceror interdum, quod sim tibi causa doloris*. ¶ 3. Et alia metaphora Florus 2, 6, 28 *Fabius Cunctator per Falernos Gauranosque saltus maceravit Hannibalem*, hoc est, exercitum ejus fatigavit, vexavit.

¶ Macerātus, *a, um*, eingeweicht, abgemergelt, mürbe; ut, *Maceratum aurum*, Plaut. Pœn. 3, 2, 21 *Calx macerata*, Palladius 1, 14. *Lana sæpius macerata*, Sen. epist. 71. *Ova accto macerata*, gebeitzte eyer, Plin. 10, 60. *Macerata pars exercitus*, Vellej. 2, 112, 3.

¶ Maceratio, *ōnis*, f. die einweichung, abmergelung. Vitruv. 7, 2 *Calx in macerationc diuturna liquore defervere coacta*. Et Arnob. lib. 4 *Visceram macerationc in ultimam tabem consumi*.

¶ Macerēsco, *ĕre*, weich, mürbe werden. Cato de R. R. c. 99 *Sinito macerescant bene*.

¶ Māceria, *æ*, & Maceries, *ēi*, f. τοῖχος, paries, eine wand. Liv. 39, 9 fin. *Glacionem in publicum trans maceriam horti abjecit*. Ter. Adelph. 5, 7, 10 *Hanc in horto maceriam jube dirui*. Quatuor earum genera enarrat Varro R. R. 1, 14, 4.

¶ Maceriatus, *a, um*. *Maceriatum exstruxerunt*, Murat. Inscr. p. 1644.

¶ Macerīŏla, *æ*, f. dimin. Sponius Misc. Erud. Antiq. p. 293 ex Inscriptione veteri, LOCVS MACEREOLA CLVSVS. Sic scriptum per E pro I.

¶ Mācidus, *a, um*, i. c. *macilentus*, hager, schrumpficht. Constant. Afer 13, 12 *Si materia sit cholerica, corpus erit macidum*. Idem 6, 9 *Fœmina facta multum macida*.

¶ Mācidātus, *a, um*, pro *maceratus*, scil. liquoris infusione, eingeweicht, apud Apul.

Compositæ:

¶ Commācĕro, *are*, zerreiben, ausdrücken. Marcell. Emp. c. 36 *Commacerare aliquid*. Strabo Gallus de Lilio: *Pistillo lilia præstat Commacerare gravi*. Ubi prima præter morem veterum corripitur. vid. *Macero*.

¶ Commāceſco, *ĕre*, vermatten, schwach werden. Varro ap. Nonium 2, 525 *Noster antiquus vivalis domo iturus in curiam commacescebat*. Ita locus commode restituitur.

¶ Emācero, *are*, ausmergeln. Ita pro *Emacerare* ap. Plin. 18, 10.

¶ Emaceratus, *a, um*, ausgemergelt. Sen. ad Marc. c. 10 *Alios morborum variis generibus emaceratos diu inter vitam mortemque necdum deliquit*.

¶ Emacesco, *ĕre*, abnehmen am leibe, einschrumpfen. Cels. 2, 2 *Ubi aliquis contra consuetudinem emacuit, & colorem decoremque amisit*.

¶ Emacio, *are*, macie conficere, auszehren, ausmergeln. Colum. 9, 24. *Pedum* (vitis) *emaciant filipem suum*.

¶ Emaciātus, *a, um*, ausgefogen, abgezehrt: ut, *Emaciaturi armentum*, Colum. 2, 11, mager vieh: & *Vineæ emaciatæ*, ibid. c. 10 pr.

¶ Emāco, *are*, macrum reddere, mager machen. Plinius 18, 10 extr. *Terram emacrari hoc satu existimantes*. Non tamen certa fatis auctoritas, cum & *emaciari*, & *emaciari*, & *emaceruri* inveniatur. vid. Harduinum.

¶ Emacrēsco, *ĕre*, mager werden, valde macrescere. Celsus 2, 4 *Mali morbi signum est, nimis celeriter emacrescere*, abnehmen und verfallen, c. seq. *Vbi æger pro spatio parum emacrescit*.

¶ Permācer, *a, um*, sehr mager; ut, *Caro permacra*, Cels. 2, 21. *Creta permacra*, Plin. 18, 6.

¶ Permăcero, *are*, durchweichen. Vitruv. 7, 2 *Calculi in opere cum permaceruntur, dissolvunt & dissipant tectorii politiones*.

¶ Præmacero, *are*, vorher einweichen. Scribon. Largus Compos. 193 *Præmaceruntur mala cydonia*, i. e. ante macerantur.

¶ Remacrēsco, *ĕre*, mager werden. Hæc enim particula aliquando intendit, de quo suo loco monuimus. Suet. Domit. c. 18 *Quæ* (crura) *tamen longa valetudine remacruerant*.

Maceria, macero, *are*, vide paullo ante in *Macer*.

Maceta, item Macetia, vide in *Macedonia*.

MĂCHAERA, *æ*, f. μάχαιρα, gladius, sica, ein messer, schwerdt. Apud Suetonium in Claudio c. 15 carnifici tribuitur, ad præcidendas manus. Et Iuvencus in Lucæ c. 2 *Atque tuam fulgens animam, mihi credo, machæra*, scilicet *percurret*. Proverb. *Ne puero Machæram*, subaudi *commiseris*. Plutarchus sic, quemadmodum Stobæus indicat: Μὴ παιδὶ μάχαιραν, ἢ πατρικία φησίν. Ἐγὼ δὲ φαμὴν αὖ, μὴ παιδὶ πλάτος, μηδὲ ἀνδρὶ ἀπαιδευσίαν, h. e. *Ne puero gladium, proverbium ait. Ego vero dixerim, Ne puero divitias, neve viro imperitiam*. Plaut. Bacch. 1, 1, 35 *Capiam pro machæra turturem*. conf. 4, 8, 46 & Merc. 5, 2, 85; &c. Sic, *Machæra hebes*, Mil. 1, 1, 53. Et lascivo sensu, Pseud. 4, 7, 85.

¶ Machærium, *i*, n. μαχαίριον, cultellus coquinarius; item gladiolus, ein küchen-messer, ein dolch, Plaut. Apul. 2, 9, 19. Rud. 2, 2, 9.

¶ Machærōnion, *i*, n. alius dimin. μαχαιρώνιον, herba quæ & *Xiphion* seu *gladiolus* dicta, schwertel-kraut, Dioscor. 4, 22.

¶ Machærophyllon, *i*, n. μαχαιροφύλλον, eadem herba, apud Apul. de Herb. c. 78.

¶ Machærŏphŏrus, *i*, m. μαχαιροφόρος, gladium ferens, sic legitur apud Ciceronem 2 ad Qu. fratrem 2, 9, al. 10 meu. ubi milites intelliguntur prædiarii.

¶ Machærōpœus, *i*, m. μαχαιροποιός, qualem Demosthenis patrem fuisse dicunt, ein degenschmid, messerschmid.

MĂCHAGISTĀ, *æ*, f. verbum mysticum, quo, ut Ammianus 23, 6 loquitur, *Magiam Plato machagistiam ipse docuit, diversorum corruptissimum cultum*. Hoc tamen verbum in Platone repiriri negat Lindenbrogius. Martinius & Falsterus suspicantur leg. simpliciter ex Platone ἀγιστέα Hagistia.

MĂCHĀON, *ŏnis*, m. Μαχάων, medicus apud Homerum in Iliade: Et Propert. 2, 1, 59 *Tarda Philoctetæ sanavit crura Machaon*.

¶ Machāōnius, *a, um*, adject. Ovid. Remed. am. v. 546 *Ille Machaonia vix ope salvus erit*.

MĂCHE, *es*, f. gr. μάχη, pugna, conflictus, ein kampf, a μάχομαι, *pugno*. Hinc

¶ Antimăchus, *i*, m. ἀντίμαχος, oppugnator, adversarius, ein feind. ¶ 2. *Antimachus*, poeta, de quo supra in A.

¶ Dimăchæ, *arum*, m. pl. διμάχαι. Equitum genus, qui aliquando & pedites pugnarent, & ita duplicem pugnam committerent, equestrem pedestremque: quales sunt qui hodie draponer appellantur. Curt. 5, 13, 8 *Itaque delectis equitum sex millibus, trecentos, quos* DIMACHAS *appellant, adjungit. Dorso hi gravioris armaturæ patebant: cæterum equis vehebantur, cum res locusque poscerent, pedestris adsecrat*. vid. Mauffac. ad Harpocr. p. 27 seq.

Gigantomachia, *æ*, f. vide in *Gigas*.

¶ Monomachia, *æ*, f. μονομαχία, singulare certamen, ein duell, besonderer kampf.

Naumachia, & Naumachiarius, vide in *Navis*.

¶ Prōmăchus, *i*, m. πρόμαχος, propugnator, antesignanus, qui in prima acie pugnat, ein vorfechter, vorgänger.

¶ Symmachus, *i*, m. σύμμαχος, commilito, belli socius, ein mitsoldat, cammerad im kriege. ¶ 2. *Symmachus* orator Romanus & præfectus Theodosii tempore, natus illustri loco Romæ, & eruditus admodum; acerrimus gentilismi propugnator, sed cujus scripta confutarunt Ambrosius & Prudentius. Exstant ejus epistolæ, viris tamen magis, qui virtutes vitiaque dicendi cognorunt, & sana a corruptis possunt discernere, quam adolescentulis legendæ. ¶ 3. *Symmachus* alius interpres bibliorum, de quo Euseb. lib. 6.

¶ Tēlēmachus, *i*, m. τηλεμάχος, eminus pugnans, jaculis scil. & tormentis, qualem forte dicas, ein bombardirer. ¶ 2. *Telemachus* Ulyssis filius ex Penelope. vide Horat. 1 epist. 7, 40; Ovid. Heroid. 1, 98.

MĂCHĪNA, *æ*, f. μηχανή, molimen, opus, instrumentum, ein werckzeug, gerüst; ut, *Machina mundi*, Lucret 5, 97, das gebäude der welt. Proprie est instrumentum, quo commodius moles in eum, quem volumus, locum transfertur. Ita Horat. 2 epist. 3, 73 *Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum*. Ejusmodi machinarum apparatus describit Vitruv. lib. 10. ¶ 2. Sed & de aliis rebus dicuntur *machinæ*: nam & *machina* de mola usurpatur: unde *Asinus machinarius*, molendinarius est. *Machinem frumentariam* ICt. dixit l. 12 § 10 Dig. de Instructo vel instrumento legato. v Turneb 8, 9. Magnus *machinarum* usus in theatris olim & tragœdiis fuit: per quas aut ex insperato superveniebant Dii, ut homines, cum effugere alias non possent, eluderentur. Vnde solutionis in tragœdiis species DE MACHINAM dicta. Et inde proverbia: E MACHINA DEVS, de repentino & insperato remedio: item, ATTRAHERE MACHINAM pro elabi. Quo & Plutarchus usus est in Themistocle p. 116. vide Heinsium de Constitutione Tragœd. c. 12. Machinarum scientiam Archytas instituit & Eudoxus, quæ primum cum Geometria conjuncta fuit: post separata contemtaque a Philosophis jacuit, donec inter militares artes accepta ab Archimede in summum splendorem adduceretur: Plutarchus Marcello p. 305 Proverb. *Machinas post bellum adferre*, τὰς μηχανὰς μετὰ τὸν πόλεμον κομίζων. ¶ 3. Sed & *Machinæ* doli & callida consilia per metaph. listige anschläge.

Cic.

Cic. ad Brutum epist. ult. *Ad aliquas hic quoque labor mihi acceſſit, ut omnes adhibeam machinas ad tenendam adoleſcentem.* Plaut Bach. 2, 2, 54 *Ego hodie aliquam machinabor machinam, Vnde aurum efficiam*, ich muß einen rauck erdencken, wie ich geld mache.

¶ Machinula, æ, f. dimin. ter habet Feſtus in *Grema, Incitega*, & *Muſtricola*.

¶ Machinālis, e, zur rüſtung gehörig; ut, *Machinalis ſcientia*, apud Plin. 7, 37. Et, *Machinale pondus*, Auſon. epist. 21, 34.

¶ Machinārius, a, um, idem; ut, *Iſtius machinarius*, id eſt, molendinarius, qui molam volvit & torquet, ICtis, l. 60 § 3 Dig. de Legat. & fideicom. 3. Sic, *Mola machinaria*, eine trugemühle, Apul. lib. 7 Met. Et Solin. c. 5 *Machinarius commentator Archimedes fuit*, i. e. machinas invenit.

¶ Machinarius, i, m. ſubſt. ein werckmeiſter. Paulo ICto l. 31 ff. ad Leg. Aquil. *Machinarius* ſcil. *faber*, qui tractoria machinâ onera in altum collocat. Et Vlpian. *Menſor machinarius*, qui machina in metiendo utitur, l. 7 § 1 Dig. Si menſor falſum modum dix.

¶ Machinor, atus ſum, ari, μηχανάομαι, moliri, cogitare, invenire, per dolum aliquid moliri, mit etwas umgehen, erdencken erſinnen, zurüſten. *Machinari calamitatem alicui*, Auct. ad Herenn. 4, 8. Et, *Machinari peſtem in aliquem*, Cic. de Divin. c. 26 pr. quod etiam *moliri peſtem*, initio ſecundæ Catilinariæ dixit. Et Liv. 1, 51 pr. *Confeſtim Turno necem machinatur.*

¶ Machinatus, a, um, der etwas angeſtifftet hat. Iuſtin. 39, 4, 6 *Alteri exitium per inſidias machinata.* ¶ 2. Paſſive Sall. apud Non. 2, 869 *Praeterea ſolenti tranſlucida demiſſam victoriae ſimulacrum cum machinato ſtipite contorum coronam capiti imponebat &c.* Et Cat. 48, 7 *Illud a P. Lentulo machinatum*, angeſtellet.

¶ Machinatus, us, m. ſubſt. eine zurüſtung, erfindung. Apul. Apol. p. 321 *Me ſuo machinatu reum poſtulatum.* Sidon. 5 epist. 6 *Tuo praecipue machinatu.*

¶ Machinātio, ōnis, f. idem. Cæſ. Bell. Gall. 2, 31 *Tantae altitudinis machinationes tanta celeritate promovere.* Salluſt. Iug. 92 *Turribus & aliis machinationibus locus importunus.*

¶ Machinātor, ōris, m. proprie architectus, ein baumeiſter, Tac. Ann. 15, 42, 2. Inſcriptio vetus apud Gruterum p. 642 n. 4 BAEBIO MVSAEO MACHINATORI. Liv. 24, 34 *Archimedes machinator bellicorum tormentorum.* Sen. epist. 88 vocat *machinatores, qui pegmata per ſe ſurgentia excogitant.* Atque ſic Deus *rerum omnium machinator* appellatur a Lactantio, 2, 11; & 4, 6. ¶ 2. Translate cujusque rei auctor & inventor, ein erfinder. *Macōinator doli*, Tac. Ann. 1, 10, 2. Et, *Improbiſſimus machinator omnium ſcelerum*, Cic. Catil. 3, 3.

¶ Machinatrix, īcis, f. Seneca Medeâ v. 266 *Tu tu malorum machinatrix facinorum.*

¶ Machinamentum, i, n. idem quod *machina*, ein gerüſt. Liv. 24, 34 *Turres contabulatas machinamentaque alia portabant.* Tac. Ann. 12, 45, 4 *Machinamenta & aſtus oppugnationum*, künſtliche wercke zur belagerung und beſtürmung. Et Veget. 4, 8 *Saxa maxima pondere, demiſſa per preceps machinamenta confringunt.*

¶ Machinātus, a, um, künſtlich zugerichtet; ut, *Navigium machinoſum*, i. e. ita concinnatum arte, ut laxata machina ſolveretur, quare & paullo ante *ſolubilem navem* appellarat Suet. Ner. c. 34.

¶ Machio, ōnis, m. der auf einem gerüſte ſtehet. *Machiones dicti a machinis, in quibus inſiſtunt propter altitudinem parietum*, Iſidor. 19, 8.

MACHLIS, is, f. fera, ein reunthier, Plin. 8, 15. Cluver. G. A. 3, 47.

MĀCIA, æ, f. herba alias *anagallis* dicta, gauchheil. Marcell. Emp. c. 1.

Macidus, macies, macilentus, macio, *are*, macor, Macir, vide *Macer, a, um*, & *Macer, eris*.

MACRA, æ, m. fluvius Ligurum innavigabilis, de quo Plin. 3, 5. Et Lucan. 2, 426 *Nullaſque vado qui Macra moratus Alnos vicinæ procurrit in aequora Lunæ.*

Macredo, macreſco, vide paullo ante *Macer*.

MACRINVS, i, m. Maurus, obſcura ſtirpe, per omnes gradus a fortuna evectus, & Imperator factus Caracallæ ſucceſſit. vid. Aur. Victor in Macrino, & Auſon. Cæſ. 23. ¶ 2. *Macrinus* Grammaticus latinus, de quo idem Auſon. Profeſſ. 10.

Macritas, macritudo, vide *Macer*.

MACRŌBII, orum, m. pl. Μακρόβιοι, populi vivaces ſupra Ægyptum, de quibus Pomp. Mela 3, 9; & Solin. c. 43. Vitæ ſpatium dimidio fere, quam nos, longius agunt. ¶ 2. Sed iſtud nominis apud Græcos non certæ genti tantum proprium eſt, verum commune cum iis omnibus, qui præter ſolitum ætatem ſuam protraxerunt, & Lucianus, modo is autor ſit, Dialogum ſuum, ſeu diſſertationem potius de iis, qui longiſſima vitæ ſpatia confeciſſent, μακροβίων inſcripſit, ubi plura longævorum exempla leges. vid. Plin. 7, 48, & Val. Max. 8, 13, die ein hohes alter erreichen.

¶ Macrobius, i, m. auctor Latinus, ſcripſit in ſomnium Scipionis libros duos: & libros alios ſeptem Saturnaliorum diverſa argumenta ad litteras & ſtudia adoleſcentum maxime apta continentes, Gellii exemplo, cujus fur ſeu ſimia dictus eſt, ideo quod ex eo in commentarios ſuos multa deſcripſit, Gellii nomine diſſimulato.

MACROCHĒRA, æ, f. μακροχειρα, tunica manicata, apud Lampridium in Alex. Severo c. 33.

¶ Macrochir, μακρόχειρ, *Longimanus* latine, cognomen Perſici regis Artaxerxis, quod manum alteram haberet longiorem. vide Nep. 21, 1, 4.

MACROCOLLVM, i, n. μακρόκολλον, al. μακρόκωλον, priorem rationem tuente Salmaſio ad Vopiſc. Firm. c. 3 & Harduino ad Plin. 13, 12 f. 24. Eſt autem *Macrocollon* charta regia ex longioribus & amplioribus nimirum ſchedis contexta & conglutinata, regal-papier. Ita recte jam interpretatus fuerat ad Plinii l. c. Hermolaus Barbarus, & oſtendit ad eundem Harduinus. Verba ſunt, *Pedalis erat menſura & cubitalis macrocollis.* Ita etiam ſumitur in illo Ciceronis Att. 16, 3 *Archetypum, tralatum in macrocollum, lege in Arcano convivis tuis.* Et ibid. 13, 25 *Impenſam fecimus in macrocolla.* Eſt a κολλάω, quia compaginatis & agglutinatis ſchedis pluribus papyri Ægyptiæ conficiebatur charta. vid. Plin. l. c. quem diſtincte ad Salmaſii & Harduini mentem interpretatur Geſn. Chreſt. Plin. p. 519 ſeq.

MACROCOSMVS, i, m. μακρόκοσμος, magnus mundus, die groſſe welt, cui opponitur *Microcoſmus*, de quo infra.

MACRŌLŌGIA, æ, f. μακρολογία, longiloquium, res non neceſſarias comprehendens, inter vitia ſermonis ap. Iſidor. 1, 33, überfluß der worte.

MACRŌNŌSIA, æ, f. μακροσοσία, longa ægritudo, ein langwieriges lager, apud Auguſtinum.

MACROSCŌPION, i, n. μακροσκόπιον, ein vergröſſerungs-glas.

Mactabilis, mactare, mactator, &c. vide paullo poſt *Mactus*.

Mactea, vide infra *Mattya*.

MACTRA, æ, f. ein backtrog, a μάσσω vel μάττω, *ſubigo, mollio*, ſecundum Budæum. Petron. c. 74 *De mactra illam ſuſtuli*, ich habe ſie aus dem ſtaube erhoben. Ita legitur in edit. Amſtel. 1669; & ita Nodot Col. 1694 adoptavit, poſtquam Reineſius in Fragm. Trag. pro *machilla* legit *de mactrilla*, pro *mactrula, mactra*. Fuerat enim *mulier a furno vel panicoctlaria*, ut loquitur Petr. Chryſol ſerm. 99, ein aſchenbrödel. conf. Pollux 7, 53; & infra *Magis, idis*.

MACTVS, a, um, a *magis*. & *auctus*, fürtrefflich. Feſt. ſic *Mactae munera* luculenta & magna Salluſtius: *Mactum infortunio Chremem* Terentius: *Herbam maſſam*, id eſt, adultam Cato dixit. Verum hæc non certiſſima exempla ſunt, quia Salluſtii Iug. c. 13 & 80 *Magna munera*: Terentii Phorm. 5, 8, 39 *Mactatum infortunio*, plerique legunt: certiora apud Catonem R. R. c. 134 *Mactus hoc ferto*: & Donatum p. 1750 ed. Putſch. *Mactus virtute*. Hinc

¶ Macte, ut, *Macte eſto!* qua formula applaudimus aliis iisque de aliqua re gratulamur, ſimul apprecantes, ut propria ſit & perpetua, viel glücks darzu. Virgil. Æneid. 9, 641 *Macte nova virtute puer. Stat. 1 Silv. 2, 201 Macte tori Latios inter placidiſſime vates.* Idem 1 Silv. 3, 106 *Macte bonis animi.* Sen. epist. 66 *Macte virtute-eſto: Sanguinolentis & ex acie redeuntibus dicitur.* Et in plurali numero: Liv. 7, 36 *Macti virtute milites Romani eſtote.* conf. Curt. 4, 1, 18. Plin. 2, 12 *Macti ingenio eſte caeli interpretes.* ubi al. *macte*. Ceterum hæc forma MACTE ESTO a ſacris tracta eſt. vide Servium ad illud Virg. Æneid. 9 *Macte nova virtute puer*, &c. Iol. Scalig. in epiſt. ad Franc. Fortunanum Doct. Medicum: *De* MACTE, inquit, *quod petis, plene tractandum eſt nobis non κριτικῶς*, neque *ἰσοφίλως, ſed τεχνικῶς. A ſignificatione igitur* MACTVM *veteres Romani vocant auctum: herbam adultam Cato vocavit* MACTAM: *nempe quod ita aucta eſſet; quod verbenis aucta & corvenata*, MACTA HOSTIA *quam frugibus & molâ aucta erat. Sic* MACTA ARA, *quod verbenis aucta & cumulata.* MACTARE HOSTIAM *poſtea, pro cædere hoſtiam dicebant κατ' ἐυφημισμόν, ne ſc. cædem nominarent. Quare* MACTARE *pro cædere. Quia nunquam cædebatur hoſtia, niſi frugibus macta eſſet: a praecedentibus conſequentia, ut vulgo Rhetores & Dialectici Scholaſtici loquuntur: ut veteres Chryſippi, ἀπὸ τῶν προηγουμένων τὰ ἑπόμενα. Nunquam mactabant hoſtiam, quin dicerent*, MACTA ESTO HAC MOLA SALSA. *Sic, quum Deo alicui vinum libabant*: MACTE HOC VINO ESTO. *Sed cur vocandi caſu* MACTE? *In hoc quoque eſt τεχνικὸν Grammaticorum. Nam* MACTVS ESTO *dicendum erat, ſed utriuſque linguae auctores ita loqui ſolent. Theocritus*: ὄλβῳ κἠρὶ γένοιο, *dicendum erat* ὄλβιος. *Tibullus*, Huc venias hodierne, *hodiernus. Perſius*; Stemmate quod Tuſco ramum milleſime ducis, *milleſimus. Auſonius creber eſt in hoc genere loquendi. Quare &* MACTE ESTO *pro* MACTUS. *Propterea non mirum, ſi in Atticiſmo ἡ κλητικὴ confunditur cum ὀνομαστικῇ: cum contra hic videamus vocandi caſum cum nominativo commutari. Sic igitur dictum*, MACTE ESTO VIRTVTE. Hæc Heros ille. Epiſtola ipſa legitur in Variis Opuſculis a Cafaubono primum editis. Vtebantur hac forma ita veteres, ut τὸ MACTE indeclinabile, neè certi generis eſſet, & interjectionis locum ſubiret. Liv. 2, 12 *Iuberem macte virtute eſſe, ſi pro mea patria iſta virtus ſtaret.* Florus 2, 18, 16 *Macte eſſe fortiſſimam & meo judicio beatiſſimam in ipſis malis civitatem aſſeruit.* ibi vid. Duker. & Phil. Caroli Animadv. 14 ad lib. 3 Q. Curtii. Cum genitivo junxit Stat. 5 Silv. 1, 37 *Macte animi, notat ipſe Deus, &c.* conf. Idem Theb. 2, 495; & Martial. 12 epigr. 6. Sic & Silius 12, 256 *Macte o virtutis avitae, Macte Antenoride.* vid. etiam Burm. ad Val. Flacc. 6, 547. & Drakenb. ad Liv. 2, 12. ubi *macte virtutis* apud poetas potius, quam ſolutæ orationis ſcriptores occurrere, præter cetera obſervat. Adverbium eſſe *Macte*, docte pugnavit Io. Brunsmannus in porticula adverbiorum Hafn. 1680 edita.

¶ Macto, avi, atum, are, id eſt, augere, vermehren. Sic, *Mactare quem & malo & damno*, Plaut. Aul. 3, 5, 61; *infortunio*, Ter. Phorm. 5, 8, 39; *Supplicio & morte*, Cic. Catil. 1 extr. ¶ 2. Cædere & immolare, ſchlachten. Cujus ſignificationis cauſſa ex verbis Scalig. modo adductis ſatis patet. Virg. Æn. 4, 57 *Mactant lectas de more bidentes.* Conf. omnino Nonius 4, 291.

¶ Mactans, tis. Lucret. 6, 1239 *Opis expertes mactans Lanigeras tanquam pecudes.*

¶ Mactatus, a, um, geſchlachtet. Ovid. Met. 15, 114 *Caper Bacchi mactatus ad aras.* Horat. 1 od. 19, 16 *Mactatâ venies lenior hoſtia.* Voſſium adde 4 Inſt. Orat. p. 118. ¶ 2. Idem ac *Auctus* apud Macrob. lib. 2 *Immortalitatis conditione mactatus.*

¶ Mactātus, ūs, m. ſubſt. Lucret. lib. 1, 98 *Nubendi tempore in ipſo Hoſtia concideret mactatu maeſta parentis.* Loquitur de Iphigenia, quam Iphianaſſam vocat.

¶ Mactātio, onis, f. idem. Arnob. 7 p. 213 *Innoxiorum animantium mactatione laetari.* conf. Iſidor. 6, 19

¶ Mactātor, ōris, m. occiſor, ein ſchlächter. Seneca in Troad. v. 1002 *Perge mactator ſenum, Et hic decet te ſanguis.*

¶ Mactābilis, e, letalis, qui interficere poteſt Lucret. 6, 805 *Tum ſit odor vini plagae mactabilis inſtar.* Ita Lambinus, & recentiſſimus Thomas Creech. alii *manabilis*, qui & alia mutant.

MĀCŬLA, æ, f. labes, vitium, ein mahl flecken; ut. *Maculae albae, pullae, luridae, diſcolores.* vid. Virgil. Æneid. 9, 49; & Georg. 3, 387. Plaut. Capt. 3, 4, 63; Plin. 13, 15. Sic, *Maculas e facie tollere*, Plin. 20, 2; *Extrahere, emendare*, Idem 20, 13. Cic. pro Corn. Balb. c. 6

Est hujus sæculi labes quædam & macula virtuti invidere, i. e. vitium, ein gebrechen oder böſe gewohnheit. Ter. Adelph. 5, 8, 30 *Vitium commune omnium est, quod nimium ad rem in senecta attenti sumus. Hanc maculam nos decet effugere*, id est, infamiam. Hinc illæ formulæ: *Maculâ afficere: Inurere æternas maculas alicui: Maculis aspergere*, einen ſchandflecken anhengen. Cic. pro Roſcio, Planco & in Salluſt. Idem, *Delenda est vobis illa macula, Mithridatico bello superiore susceptа*, pro leg. Manil. c. 3. Et, *Maculam eluere*, pro Sextio c. 29. ¶ 2. Sunt & *Maculæ* foramina retis, die netz-löcher. *Reticulum minutis maculis*, Cic. Verr. 5, 11. Et Varro R. R. 3, 11 *Septum totum grandibus maculis integitur, ne eo involare aquila possit, neve ex eo evolare aves.* Quo in loco *maculas* videtur pro ipſis retibus poſuiſſe. Nemeſianus Cyneget. v. 30 *Longoque meantia retia tractu Addiscant varis semper contexere nodis, Et servare modum maculis.* Auſon. epiſt. 21 ad Thebonem: *An cum fratre vagos dumeta per avia cervos Circumdas maculis & multâ indagine pinnæ?* ¶ 3. *Macula* gemma teſticardios, Plin. 37, 10 extr.

¶ Maculōsus, *a, um*, varius, maculis conſperſus, fleckicht, bunt, ſprenglicht; ut, *Lynces maculosæ*, Virg. Æn. 1, 327. Cic. Phil. 2, 29. *Vestis Pompeji non multa, eaque maculosa.* ¶ 2. *Avaritiæ & libidine fœdus aliquis, & maculosus*, i. e. turpis, pollutus, Tac. Hiſt. 2, 7, 2; &, *Omni dedecore maculosus*, Hiſt. 3, 38, 6. Lactant. 1, 10 ſub fin. *Iupiter in expugnanda fœminarum pudicitia maculosus*, mit ſchandflecken beſchmitzet. Sed & Cic. Att. 1, 16 *Maculosi senatores*, h. e. notati a cenſoribus. ¶ 3. Ad ornatam etiam diſtinctionem pertinere hanc vocem oſtendit Berger. de naturali pulchritud. p. 11 ſeq. Ita *maculosa oratio* apud Petron. c. 2 opponitur *pudicæ*. Eſt igitur picta & quaſi vultus meretricii fuco imbuta; nec adeo quod monet Bergerus, opus eſt emendatione Heinſii probata Burmanno, ut legatur *musculosa*. Add. in *Maculatus* locum Valerii Flacci.

¶ Măculo, *avi, atum, are*, macula afficere, beflecken, beſudeln, beſchmitzen. Virg. Æn. 3, 29 *Terram tabo maculant.* Idem Æn. 12, 850 *Tuum maculavi crimine nomen.* Cic. Aruſp. Reſp. c. 13 *Omni flagitio polluere, omni dedecore maculare. Maculare gloriam turpi morte*, Corn. Nep. 4, 5, 4.

¶ Maculans, *tis.* Catull. 64, 7 *Terræ sola sanguine maculans.*

¶ Maculātus, *a, um*, inquinatus, befleckt. ¶ 2. Sed ad ornatum pertinet, Val. Flacc. Argon. 6, 704 *Perque levem & multo maculatam murice tygrim.* v. *Maculosus* n. 3.

¶ Maculatio, *ōnis*, f. die befleckung. Iul. Firmicus 3, 15 *Maculatione pollutus.* Et Apul. Apol. p. 306 *Maculationibus convariat.*

Compoſita:

¶ Commăcŭlo, *avi, atum, are*, idem quod ſimplex, beflecken. *Commaculare manus sanguine alicujus*, Virg. eclog. 8, 48. Et, *Commaculare se ambitu*, per metaph. Cic. pro Cælio c. 7.

¶ Emaculo, *are*, flecken vertreiben, reinigen. Plin. 21, 19 *Narcissus nigras vitiligines emaculat.* Apul. Apol. *exotico pulvere dentes emaculare.*

¶ Emaculatus, *a, um*, geſäubert. Ammian. 29, 1 *Domus emaculata odoribus Arabicis*, ausgeräuchert. Gell. 6, 5 *Argentum emaculatum*, rein ſilber.

¶ Emaculatōrius, *a, um*, emaculandi vim habens. Bud.

¶ Immaculo, *are*, idem quod *maculare*. Firmicus 4, 16 *Nullus invidiæ livor immaculet.* Idem 1, 11 *Responsa ejus mendacia promissionis immacularunt.* Sed contrariam vim præpoſitio habet in *Immaculatus* & *Immaculabilis*. Nam

¶ Immaculatus, *a, um*, unbefleckt, unbeſudelt, ſic uſus eſt Lucan. 2, 735 *Abscondat Fortuna nefas, Romanaque tellus Immaculata fvi servetur sanguine Magni.* Plura in Borrich. Cogit. p. 125 ex Ammian. 19, 12; 21, 14; &c.

¶ Immaculābilis, *e*, rein, unbefleckt. Auſon. ad Gratianum Imp. diſcipulum Gratiarum actione pro conſulatu: *Nullum tu unquam diem ab adolescentiâ tuâ, niſi adorato Dei numine, & votis & illico absolutis egisti: Lautis manibus, mente pura, immaculabili conscientia, & quod in paucis est, cogitatione sincerâ.*

MADARŌSIS, *is*, f. μαδάρωσις, vitium oculorum ſ. defluvium pilorum in palpebris, apud Celſum.

MADAVRA, *æ*, f. civitas Africæ in Numidiæ & Getuliæ finibus, patria L. Apuleji philoſophi Platonici.

¶ Madaurensis, *e*, adject. ût, *Apulejus Madaurensis*, Auguſtinus ep. 49 quæſt. ult.

Madefacio, madefio, &c. vide *Madeo.*

MADELCON, *i*, n. μάδελκον, i. e. bdellium, Dioſc. 1, 71.

MĂDĔO, *mădui, ēre*, humidum eſſe, naß, feucht, benetzt ſeyn. Cic. Phil. 2, 41 *Natabant pavimenta vino, madebant parietes.* Et, *Madent genæ imbre tristi*, Catull. 68, 56. Et Lucanus 1, 95 *Fraterno primi maduerunt sanguine muri.* ¶ 2. *Madere* etiam eſt, eſſe ebrium, trunckен ſeyn. Plaut. Moſt. 1, 4, 7 *Madet homo.* Et, *Vino madere*, Apul. lib. 2 Mileſ. Lucret. 3, 477 *Præpediuntur Crura vacillanti, tardescit lingua, madet mens*, i. e. obruta eſt. v. Drakenb. ad Sil. 12, 18. ¶ 3. Transfertur etiam ad alia perquam eleganter. *Madere metu*, id eſt, plenum eſſe, Plaut. Moſt. 2, 1, 48; &, *Madere arte*, Lucr. 4, 793. *Madere sermonibus Socraticis*, Hor. 3 od. 21, 9. ¶ 4. *Madere* pro coctum eſſe accipit Turneb. Adverſ. 18, 15, in illo Virg. Georg. 1, 96 *Et quamvis igni exiguo properata madescent.* Plaut. Menæch. 2, 2, 51 *Iam ergo hæc madebant faxo*, i. e. cocta ſint. Vid. *Madens* & *Madesco* n. 2; it. *Madidus* n. 3.

¶ Madens, *tis*: ut, *Os fletu madens*, Ovid. Triſt. 3, 5, 12. *Madens sanguine vestis*, Quintil. 6, 2. *Madens sudore*, Petron. c. 6. ¶ 2 Pro cocto Semon. 295 *Caules madentes*, it. 315 *Siliquæ madentes.*

¶ Madeſco, *ĕre*, humectari, feucht, naß werden. Celſus 3, 6 *Partes corporis paullum madescent.* Ovid. 1 Met. v. 65 de auſtrali terra: *Nubibus assiduis, pluviisque madescit ab austro.* ¶ 2. Molleſcere, Col. 11, 3, 23 de bruſtica, *Vt in coctura celerius madescat.*

¶ Mădĭdus, *a, um*, adject. imbutus, naß, feucht. Cic. ad Quint. fr. 2, 11 *Ille fasciculus totus aqua madidus mihi redditus.* Et Plin. 27, 5 *Semina madidiva.* ¶ 2. Eleganti metaphora Martialis 1 epigr. 49 *Si quis Cecropiæ madidus, Latiæque Minervæ Arribus &c.* ¶ 3. Pro cocto Plaut. Perſ. 1, 3, 12 *Collyræ facite ut madeant & colliphia: ne miki incocta detis — nihil sunt crudæ, nisi quas madidas glutias.* Douſa præcid. ad Petron. c. 1. vid. *Madeo* n. 4. ¶ 4. Ponitur pro *ebrio* etiam Plauti Amph. 3, 4, 18. Similiter *uvidos* pro potis ſeu ebriis vide in *Vvidus.*

¶ Madide, adv. idem. Plaut. Pſeud. 5, 2, 7 *Madide madere*, i. e. prorſus ebrium eſſe, ganz trunckен ſeyn.

¶ Mădĭdo, *are*, madidum facere, naß machen, netzen. Arnob. lib. 5 *Mero multo madidari.* Idem lib. 2 *Proluvie linerent & madidarent se suâ.*

¶ Mădĭdans, *tis.* Claudian. de Raptu Proſerp. 2, 88 *Madidantes nectare pennas Concutit.*

¶ Madidātus, *a, um*, befeuchtet, benetzt. Arnobius lib. 1 *Madidata ex imbribus arva succrescunt.* Apul. lib. 8 Met. *Spongiæ madidatæ.*

¶ Mador, *ōris*, m. pro humiditate Salluſt. apud Nonium 2, 5, 4, die näſſe, feuchtigkeit. Vſi præterea ſunt Ammian. 17, 15; & 20, 14; & Arnob. 2 p. 70.

¶ Madulſa, *æ*, m. antiquum, pro ebrio, ein trunckener, apud Feſtum, & Plautum Pſeud. 5, 1, 7 *Ego nunc probe adeo madulsa.*

¶ Mădĕfacio, *ĕre*, inficere, & humore aſpergere, einnetzen, feuchten, naß machen. Virg. Æn. 5, 330 *Virides madefecerat herbas.*

¶ Madefio, *ĕri*, naß werden. Cic. de Divin. 1, 32 *Vaticinatus est, madefactum iri minus triginta diebus Græciam sanguine*, daß Griechenland in blut ſchwimmen ſolte.

¶ Madefactus, *a, um*, gefeuchtet, genäſſet, benetzet. Cic. Phil. 15, 3 *Imbuti sanguine gladii, madefacti prælio.* Apicius 3, 16 *Caules madefacti.* Ovid. Met. 8, 402 *Madefacta terra cruore.* Tibull. 3, 7, 30 *Tyrio madefactus tempora nardo.*

¶ Madefactio, *onis*, f. die befeuchtung, Octav. Horat. 1, 2.

¶ Madefacto, *āre*, frequent. naß machen. Venantius Fortunatus 1, 21, 26 *Si tamen est fluvius, qui madefactat humum.* Etiam Plauto tribuit Non. 4, 426. Sed in ipſo auctore Pſeud. 1, 2, 51 legitur hodie *Vino vos — vestrosque adeo pantices madefacitis.*

¶ Madifico, *āre*, idem. Plin. 28, 7 *Oculorum anguli subinde madificentur.*

Compoſita cum præpoſit.

¶ Commădeo, *ēre*, prorſus madere, gar naß, feucht ſeyn. Cato R. R. c. 156 *Brassicam coquito, usque dum ea commadebit bene.*

¶ Demădeo, *ēre*, idem: Ovid. Triſt. 5, 4, 40. Sed Heinſius emendat *emaduisse*. vide mox *Emadere.*

¶ Demadeſco, *ĕre*, feucht werden, Scribon. Larg. Compoſ. 73. vid. Barth. Adverſ. 40, 4.

¶ Dimădeo, *ēre*, vel Dimadeſco, *ēre*, zerflieſſen. Lucan. 6, 479 *Dimaduere nives.*

¶ Emadeo, *ēre*, vel Emadeſco, *ēre*, naß werden. Ita Heinſius ex plurimis MSS. reſtituit Ovidio Triſt. 5, 4, 40; vocatque *elegans verbum*, quamlibet *vari usus.* Poëta emendatus ita: *Et te flente suos emaduisse sinus.*

¶ Immădeo, *ēre*, ſive Immadeſco, *ēre*, potius, gefeuchtet werden. Plin. 17, 5, 1 *Immaduit imbre.* Et Ovid. Met. 6, 396 *Fertilis immaduit terra:* & Triſt. 1, 8, 34 *Lacrymis immaduisse genas.* Et Ammian. 20, 11 *Assiduis imbribus immaduerat solum.*

¶ Immadido, *are*, befeuchten, naß machen. Ambroſ. ad Lucæ c. 9 *Humentis alluvione imbris immadidet.*

¶ Permădeo, *ēre*, durchaus naß ſeyn. Seneca epiſt. 20 extr. *Deliciis permaduimus.* Et proprie Columella 2, 4 *Quasi hibernis pluviis terra permaduerit.*

¶ Permadeſco, *ĕre*, durchaus naß werden. Seneca de Provid. c. 4 *Fugite enervatam felicitatem, qua animi permadescunt.*

¶ Permadefacio, *ĕre*, durchnäſſen. Plaut. Moſt. 1, 2, 63 *Amor permadefacit cor meum.*

¶ Præmădeo, *ēre*, vel Præmadeſco, *ĕre*, vorher zerrinnen. Orientius in Commonit. lib. 2 *Ante diem nimio præmaduisse mero.*

¶ Semimădidus, *a, um*, halb feucht, halb naß. Columella 2, 4 *Ager exiguis nimbis semimadidus.*

MĂDON, *i*, n. μάδων, herba eadem quæ vitis alba Plin. 23, 1. Item nymphææ genus, eine klee-blume, Plin. 25, 7.

MADRITVM, *i*, n. urbs & ſedes regia Hiſpaniæ, olim *Carpentanorum Mantua*, Madrit.

MAEANDER, *dri*, m. Μαίανδρος, *Mæandrus*, fluvius Phrygiæ admodum ſinuoſis flexibus, unde cum eodem Labyrinthum comparat Ovid. 8 Met. v. 162 *Non secus ac liquidus Phrygiis Mæander in arvis Ludit & ambiguo lapsu refluitque, fluitque*, &c. Hemſius legit Græca terminatione: *Phrygiis Mæandros in arvis.* Et Silius 7, 139 deſcripturus verſatile ingenium: *Qualis Mæonia passim Mæandrus in ora Quam sibi gurgitibus flexis revolutus obvertat*, &c. ¶ 2. Per metaphoram *Mæandros*, ambages dicimus, & conſilia obliqua, unaufrichtige reden und anſchläge, damit man nicht gleich zuthun hat. Cicero in Piſon. c. 22 *Quos tu Mæandros, quæ diverticula, flexiones quæsisti?* conf. Erasm. Adag. Prudent. Cathem. 6, 141 *O tortuose serpens, Qui mille per mæandros, Fraudesque flexuosas Agitas quieta corda.* Et Columella 8, 17 *More Mæandri*, id eſt, flexuoſe. *Lentum* Claudianus in Eutrop. 2, 291 appellat curſus reſpectu: qui verſu 256 eleganter comparat duo paria fluviorum, — *Sed Mæandrus dux Dem ſus est flexuque coërcens, Iam flumine missus, Mollitur, Mæandre, tuo; contraria pessus Quam Rhodanus stimulatus Arar.* De fluvio flexuoſo vide Livium 38, 13; & Nic. Heinſium ad Prudentii l. c. p. 12 ſeq. ¶ 3. Eſt & picturæ genus variis ambagibus implexum, Feſto, & Nonio 2, 550, quod oris veſtium addi ſolebat. Virg. Æneid. 5, 250 *Victori chlamidem auratam, quam plurima circum Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit*, id eſt, victori præmium decernit, chlamidem pictam, vel variatam duplici lacinia, in ſe recurrente, Mæandri modo, ein rock rings umher belegt mit zweyen ſtrichen, von purpur.

¶ Mæandrius, *a, um*, adject. ut, *Mæandria gleba*, Avienus Perieg. v. 1009. Et Ovid. Met. 9, 573 *Iuvenis Mæandrius.*

¶ Mæan-

¶ Mæandrātus, *a, um*, flexus, flexuose tortus, in die krümme gebogen. vide Heinium c. l. p. 13 ad Prudentium, & ex Varrone apud Nonium 2, 550 *Mihi facies Mæandrata*, i. e. ad similitudinem Mæandri formata.

¶ Mæandrĭcus, *a, um*, idem; ut, *Mæandricus fluxus* Tertull. de Pallio c. 4. v. *Fluxus*.

MAECENAS, *ātis*, m. Μαικήνας; plures exstitisse Mæcenatis nomine insignitos, ex bonis auctoribus constat. ¶ 1. Antiquissimus omnium, cujus apud Silium Ital. 10, 40 mentio, qui & ipse originem ex Etruriæ regum prosapia duxit. Sed hoc forte fictum nomen est. ¶ 2. Proximus ab hoc ille est, quem inter fortes equites, & robora Pop. Rom. recensuit Cicero pro Cluent. c. 56. ¶ 3. Diversus ab istis *Cajus Cilnius Mæcenas*, ex eadem Tyrrhenorum seu Etruriæ regum prosapia oriundus, Augusti Cæsaris familiaris, & consiliorum moderator, cæterorumque omnium clarissimus. Fuit & ipse elegantissime doctus, & doctorum hominum patronus. De hujus vita, moribus, & rebus gestis exstat liber singularis Io. Henr. Meibomii. Conf. Biblioth. Hallens. German. 39, 7. De negligentia ætili ejus v. n. 5 *Laboravisse Mæcenatem perpetua febri, nec ullius horæ momento, triennio supremo, contigisse ei somnum*, Plinius tradidit 7, 2. ¶ 4. Hinc Martialis lib. 8 epigr. 56 ad Flaccum *Mæcenates* vocat eos, qui doctis favent, & eosdem fovent. *Sint Mæcenates, non deerunt, Flacce, Marones*, &c. Et 12 epigr. 4 *Quod Flacco Varioque fuit summoque Maroni Mæcenas atavis regibus ortus eques*. Et 1 epigr. 108 *Otia da nobis; sed qualia fecerat olim Mæcenas Flacco Virgilioque suo*. ¶ 5. Sed & pro mollibus ac effœminatis *Mæcenates* dixit Iuvenal. 12, 39. Quippe & discinctus ipse fuit, de quo Horat. 1, 2, 25, & soluta ejus oratio, qua de re Paterculus 2, 88, Seneca epist. 92, 114 & 140, Suet. in Aug. c. 86; & Macrob. Saturn. 2, 4. Add. Burm. ad Quintil. 9, 4 p. 836. ¶ 6. De varia vocabuli hujus scriptione lege Claud. Dausq. de Orthogr. tr. 12; Lev. Torrentium, Lambinum & Chabotium ad Horat. 1 od. 1, qui cum Mureto non *Mæcenas* aut *Mecænas*, sed *Mæcenas* scribendum esse ex vetustissimis marmoribus & codicibus evincunt. Cum contra Becmannus de Orig. L. L. ἀμφ' & καινὸς esse contendat, ut idem sit ac singularis, non plebejus, non unus e multis, supra vulgum patronus.

¶ Mæcenatiānus, *a, um*, quod Mæcenatis est vel fuit; ut, *Turris Mæcenatiana*, Suet. Ner. c. 38. Et, *Horti Mæcenatiani*, Id. Tib. c. 15. Ita apud Petronium c. 71 Trimalchio se vocat *Mæcenatianum*, i. e. æque mollem & vinosum ac Mæcenas fuit.

Mælis, vide *Melis*.

MAELIVM, *i*, n. ein stachtlicht halsband der hunde. Varro R. R. 2, 9 *Mælium est cingulum circum collum ex corio firmo cum clavulis capitatis*. Sed hic forte ex conjectura Scaligeri leg. *Millus*.

¶ Mælius, Mælianus, vide infra *Melius*.

MAENA, *æ*, f. μαινὶς, piscis in Italia, quam Germania notior, heuting. Gesner. *Mæna candida*, ein weisser heuting. *Acipenserem mænæ non anteponere*, Cic. de Fin. 2, 28. Et Arnobius lib. 3 p. 118 *Pistricum dominus atque menarum Neptunus*. vid. & Cato R. R. c. 88.

¶ Mænaria, *æ*, f. insula in mari Ligustico a Mænis ita dicta, quarum magna ibi capitur copia, Plin. 3, 6.

MAENĂDES, *um*, f. plural. μαινάδες, mulieres bacchantes, insanientes, a μαίνεσθαι, *furere*. Catullus 64 de Aty v. 23 *Vbi capita Mænades vi jaciunt hederigeræ*. conf. Ovid. Met. 11, 22; & Martial. 11 epigr 85.

¶ Mænas, *ădis*, f. singul. Seneca in Medea v. 382 *Incerta qualis entheos cursus tulit Cum jam recepto Mænas infanit Deo*. Catullus 1, 69 *Ego Mænas, ego mei pars, ego vir sterilis ero?* Et Sil. 3, 102 de Baccho: *Concutiens thyrso atque armata Mænade Calpen*.

MAENĂLVS, *i*, m. & Mænăla, *orum*, n. pl. Arcadiæ mons altissimus & amœnissimus. Virg. eclog. 8, 22 *Mænalus argutumque nemus pinosque loquentes Semper habet*. conf. eclog. 10, 55.

¶ Mænălius, *a, um*, adject. ut, *Nemus Mænalium*, Stat. Theb. 9, 719 *Incipe Mænalios versus*, i. e. bucolicos, quales Arcades faciunt, Virg. ecl. 8, 21 &c. Sed quis *Mænalius puer* Gratii cyn. 19 sit, disputant. Burmanno est Mercurius.

¶ Mænălis, *ĭdis*, patronym. pro adjectivo, *Mænalia*, Ovidius facit. *Mænalis ursa*, 3 Trist. eleg. 11, 8.

Mænaria, vide *Mæna*, Mænas, *Mænades*.

MAENIVS, ita enim in optimis quibusque monumentis est, non *Menius*, gentis Romanæ nomen, ex qua nobilis *C. Mænius* Cos. cum Camillo A. V. C. 317, qui devictis Antiatibus & Prisci Latinis, eorum *rostra* navium in foro posuit, quod loci deinde nomen factum est, Liv. 8, 14. Plin. 34, 5. ¶ 2. *Menius* decoctor luxuriosus, de quo Horat. 1 ep. 15, 26 sq. it. 1 Sat. 3, 23. Idem forte, de quo Asconius Pedianus ad Divinat. in Cæcil. c. 16 *Mænius, cum domum suam venderet Catoni & Flacco censoribus*, ut ibi *Basilica ædificaretur, excepérat jus sibi unius columnæ, super quam tectum projiceret ex provolantibus tabulatis, unde ipse & posteri spectare munus gladiatorium possent, quod etiam tum in foro dabatur: ex illo igitur columna Mænia vocitata est* &c. De hac emtione Liv. 39, 44. De Columna jam statim.

¶ *Mænia columna* duplex videtur fuisse, altera, de qua modo ex Asconio, atque ipso Cicerone, cujus ille verba interpretatur, ubi minoris momenti causas actas, certe causidicos de vulgo convenisse, ex ipso Ciceronis loco constat. Asia forte fuit, quam Plinius l. c. Mænio Latinorum victori positam refert. Nisi forte pars hæc ipsa fuit Mæniæ domus, ante illam certe posita, quam eo etiam nomine exceperit ille Mænius alter, quod monumentum gloriæ gentiliciæ servari vellet.

¶ Mænianum, *i*, n. pl. Mæniana, i. e. *podium* vel *podia*, erker, ausladen, gänge, ab hac ipsa columna *Mænia* ductum id volunt Festus, & Nonius 1, 333, it. ex parte aliqua Isidorus 15, 3, quamquam ille locus sanus esse non videtur. vid. Bald. Lex. Vitruv. Probatur hæc sententia etiam Valesio ad Ammian. l. 27 p. 497, qui tamen ultimo loco ponit Salmasii sententiam, quæ verior nobis videtur, quamque proferimus adeo in *Mænia*. Cæterum

¶ *Submænium*, vel *Summænium* huc referri posse alicui videatur, unde etiam

¶ *Summænianæ uxores* apud Martialem. Impuras enim mulieres notari certum est. At tales sub basilicis frequentes fuisse, (quarum haud ultima fuit Porcia, in quam Mænii Domus, uti vidimus, transiit) Plauti auctoritate constat Curc. 4, 1, 11 *Ditis damnosis maritos sub Basilica quærito: Ibidem erunt scorta exoleta*. Sed neque tamen alteram interpretationem damnaverim, quam damus in *Mœnia*.

MAENŌMĒNON, *i*, n. ἴcil. mel, μαινομενον μελι, ita dictum mel venenatum ab insania, quam gignit, Plin. 21, 13.

MAEŌNIA, *æ*, f. Μαονία, Lydia est, præsertim qua procurrit ad Ioniam atque Cariam. vide *Lydia*, & adi Geographos antiquos.

¶ Mæŏnes, *um*, m. pl. populi ejus regionis.

¶ Mæŏnius, *a, um*, adject. ut, *Homerus Mæonius*, Horat. 4 od. 9, 5. *Carmen Mæonium*, Martialis de βατραχομυομαχίᾳ: *Perlege Mæonio cantatas carmine ranas*. Et quia Tyrrhenus ex Lydia advenit in Italiam, ut Vellejus 1, tradit; fit, ut *Mæonius* sit etiam Etruscus, e. g. *gens Mæonia*, Sil. 8, 484; & *Mæonius lacus*, Idem 15, 35, Trasimenus.

¶ Mæŏnĭdes, *æ*, m. Μαονίδης, Homerus. Martialis 5 epigr. 10 *Et sua vicerunt fecula Mæonidem*. Et *Mæonidum tellus*, Etruria, apud Silium 6, 607.

¶ Mæŏnis, *ĭdis*, f. patronymicum, ut Ovidius Met. 6, 103 de Arachne Lydia: *Mæonis elusam designat imagine tauri Europen*. Avienus Periegef. v. 1002 *Mæonis hic etiam deducit turba choreas*. Musas quoque *Mæonides* Ovidium Met. 5, 268 dixisse, vulgo adhuc creditum fuit, ad quem locum hæc Heinsii censura est: *MAEONIDAS cur Musas appellet* (poeta) *nihil caussæ est*. Ipse autem ex MSS. legit *Mnemonidas*, de quo nomine suo loco.

MAEŌTIS, *ĭdis*, f. Μαιῶτις, Scythiæ septemtrionalis palus, supra Euxinum Pontum, in quam Tanais effunditur. Gen. *Mæotidis*, Acc. *Mæotida*, Pomp. Mela 1, 1 extr. & *Mæotin*, Plin. 4, 12. Africanus apud Ennium: *A sole exoriente, supra Mæoti paludes, Nemo est, qui factis me æquiparare queat*. Citat Cicero Tusc. Qu. 5, 17.

¶ Mæōtis, *ĭdis*, patronymicum, quo pro adjectivo Ovidius aliquoties usus est: vide Trist. 3, 12 pr. sed Heinsium quoque ibidem adde. Et Iuvenalis sat. 15, 115 *Mæotide sævior ara*. Ara scilicet Dianæ Tauricæ, cui hospites immolabantur.

¶ Mæōtĭcus, *a, um*, adj. ut, *Palus Mæotica*, Plin. 2, 67. *Tellus Mæotica*, Virg. Æn. 6, 799.

¶ Mæotius, *a, um*, idem; ut, *Lacus Mæotius*, Plin. 4, 12, sect. 24.

¶ Mæōtæ, *arum*, m. accolæ illius lacus. Plin. d. l. sect. 26. *Per oram* (Mæotidos) *Tanaim usque, Mæotæ, a quibus lacus nomen accepit*.

¶ Iidem sunt *Mæotidæ*, Vopisc. in Tacito c. 13.

¶ Mæōtici, *orum*, iidem qui *Mæotæ*. Pomp. Mela 1, 2 extr. *Ad lacum, Mæotici: ad Tanaim, Sauromatæ*. Et sub finem lib. 1 *Primi Mæotici* γυναικοκρατούμενοι: *regna Amazonum* &c.

Mæreo, mæror, mæstus, mæstitia, vide *Mœreo*.

MAESIVS, *i*, m. lingua Osca mensis Majus, Fest.

Mævius, vide *Mevius*, Mavortium, *Mavortes*, Maga, *Magus*.

MAGĂDIVM, *i*, n. idem quod *Magas*, *adis*, instrumentum musicum, sive tabula fidibus apta, sive ea pars, ubi percussio fit chordarum, das dach oder steg an der geige oder laute. gr. μαγάδιον. Bud.

MĂGĀLIA, *orum*, n. pl. quod nomen ex ἀντιφράσει, pro *Magaria* dictum, pars exterior Carthaginis, Byrsam amplectens, Corn. Nep. Fragm. Vir. Illustr. 3, 2. *Magar* enim Pœnorum lingua *villam* dici, Servius contendit super illo Virg. Æn. 1, 425 *Miratur molem Æneas, magalia quondam*. Adde Æn. 4, 259. Eadem sunt *Mapalia*, ubi vid. Carisius: *Magalia*, καλύβας ἄφρων. *Magaria* invenies apud Plautum Pœn. prol. v. 86, & Perf. 1, 3, 57. *Magaria*, inquit Reinesius de Lingu. c. 8, locum Carthagine fuisse suspicor, ædes publicas secundas vel tertias a Byrsa arce ob publicum usum: quemadmodum Athenis πομπεῖον, in quo frumentum dividi ac divendi, pomparumque choragia servari solebant.

MAGDALIA, *æ*, f. μαγδαλιὰ, purgamentum manuum, cibus caninus, fleven damit man die hände abgetrocknet. *Canis vivens e magdalia*, proverb. in parasitos & alieno victitantes cibo. v. Erasm. ¶ 2. *Magdalia* vel *Magdalides* Medici vocant oblongas Emplastri particulas. Scrib. Larg. compos. 201 *Redactum in rotundas ampliores, quas magdalidas dicunt*. Et Marc. Emp. *Ex quibus & magdalia fiunt*. Vocantur & *Cylindri*. conf. Turneb. Advers. 17, 7.

Magæ, vide *Magis*, Magia, magice, magicus, *Magus*.

MĂGĪDA, *æ*, f. vas in mensa escarium, a magnitudine sic dictum, eine speise-schüssel, Varro L. L. 4, 25.

MĂGĪNIVM, *i*, n. morbus boum, *coriago* alias dictus, die seuche unter dem rindvieh. *Infesta pestis est bubulino pecori, quam maginium rustici vocant*, Veget. 3, 4.

MĂGĪRVS, *i*, m. μάγειρος, ein koch. Hinc

¶ Magīrĭcium, *i*, n. diminutivum videtur esse a μάγειρος, quod *coquum* significat. Plin. 33, 12 *Fecit & coquos, magiricia appellatos*.

¶ Archĭmăgīrus, *i*, m. ἀρχιμάγειρος, magister culinæ, der küchenmeister. Iuvenal. 9, 109 *Finxerunt pariter librarius, archimagiri, Carptores*. Et Sidon. Apollinaris 2 epist. 9 *Ecce ab archimagiro adventans, qui tempus instare curandi corpora moneret*.

MĂGIS, *ĭdis*, f. μαγὶς, idem est quod mactra, vas sc. in quo farinæ subiguntur, ein backtrog, oder knetfaß, Plin. 33, 11; & Pollux 6, 10 n. 2 ἡ μακτρα γὰρ μαγὶς ἐκαλεῖτο.

MĂGIS, μᾶλλον, adverbium comparandi, plus, mehr. Ter. Heaut. 5, 1, 16 *Magis, si noris, putes ita rem esse*. Cic. pro Rosc. c. 14 *Annos natus magis quadraginta*. Sic, *Magis idoneus, magis ineptus, magis molestus, magis severus*, usitata descriptio comparativi est. *Magis placebat*, i. e. potius, vielmehr, Nepos 2, 3, 1. *Neque eo magis carebat suspicione*, Id. Nepos 4, 3, 5, i. e. nihilominus suspicionem habebat. Plautus Asin. 1, 3, 6 *Quam magis te in altum capessis, tam æstus te in portum refert*. Cic. Iam. 16, 19 *Expecto tuas literas, teipsum multo magis*. ¶ 2. Eleganter duplicatur, Cic. fil. fam. 16, 21 *Enitar, ut indies magis magisque hæc nascens de me duplicetur opinio*, je mehr und mehr. Et pater Attico 14, 18 *De Græcia quotidie magis*

& magis cogito. ¶ 3. Aliquando abundat in oratione, videlicet quando comparativis additur. Plaut. Pœn. prol. v. 82 *Nisi qui argentum dederit, nugas egerit; Qui dederit, magis majores egerit.* Et Amphitr. 1, 1, 145 *Igitur magis in modum majorem concipiet metum.* Virgil. Culice v. 78 *Qui queat optato magis esse beatior ævo.* ¶ 4. Aliquando contra deeſt & ſubintelligitur. Plaut. Rud. 4, 4, 70 *Tacita bona eſt ſemper malier, quam loquens.* Tac. Ann. 4, 61, 1 *Asinius Agrippa claris majoribus quam vere ſtis, vitaque non degener.* vid. Cort ad Sall. Cat. 9 extr. & 20 extr. ¶ 5. Magis ablativo jungi, & eſſe revera comparativum, & idem quod *magus* ex Valla 1, 12 & Benti. ad Horat. 1 od. 25 oſtendit Burm. ad Quint. 11, 3 p. 567. ¶ 6. *Magis* & *minus*, a librariis ſæpe permutata notat Heinſ. ad Ovid. ex Ponto 4, 15 extr. idque factum etiam Lucret. 2, 533 obſervante Burm. ad Quint. decl. 7, 1 p. 153.

¶ Mage, idem quod *Magis*, mehr. Vſus eſt Plautus Aſin. 1, 1, 52; Menæchm. 2, 3, 35; Pœn. 2, 1, 15. Truc. 1, 2, 74; &c. Lucret. 4, 79 *Quanto mage jam inceſſa.* Adde ibid. 343 & 757. Item 5, 1204 & 1260. Phædr. 5, 4, 11 *Hoc argumentum veniam mage clari aocet.* Adde Virg. Æn. 10, 481.

¶ Maxime, ſuperlativus, zum meiſten, zum höchſten; ut, *Maxime idoneus; Maxime neceſſarius; Maxime opis indigere*, am meiſten bedürffen. Cic. Off. 1, 15. Eleganter idem fam. 5, 2 *Tam amicus reipublicæ quam qui maxime.* Liv. 5, 25 *Grata caret, ut quæ maxime ſenatui unquam fuit.* conf. 7, 33. ¶ 2. Significat & præcipue, potiſſimum, ſonderlich, fürnemlich, bevorauß. Cic. fam. 1, 9 *Quod ego cum audiſſem ex aliis, maxime ex meo fratre cognovi.* Varro R. R. 1, 51 *Aream eſſe oportet ſolida terra pavitam, maxime ſi eſt argilloſa.* Interdum reduplicatur. Cic. Off. 1, 15 *Colendus eſt ita quisque maxime, ut a quoque maxime virtutibus ſuis ornatus.* conf. Off. 1, 19. ¶ 3. Habet & concedendi ſeu annuendi potius ſignificationem Ter. Andr. 4, 5, 23 *Dac me ad eam, quando hac veni.* M. *maxime*, ja. ¶ 4. *Maxime* ſuperlativo junctum rariſſimum eſt. Cic. ad Attic. 12, 38. *Sive hanc aberrationem a dolore delegerim, quæ maxime liberaliſſima, doctiſſimaque homine digniſſima.* Colum. 9, 3 *Virgilius maxime probat apes parvulas, &c. ſi vero ſavior apis maxime poſſona eſt.* Modo non legendum ſit, *maxima.*

¶ Cummaxime, vel, ut cummaxime, elegans compoſitio eſt & ſignificat, hoc ipſo tempore, eben jetzo, oder eben dajumahl. Ter. Heaut. 4, 4, 40 *Atqui cum maxime Volo te dare operam, ut fiat.* Idem Hec. 1, 2, 36 *Hanc Bacchidem Amabat ut cummaxime, tum Pamphilus.* Cic. pro Cluentio: *Quæ multos jam annos, & nunc cummaxime, filium interfectum cupit.* Id. ad Qu. Fratr. 2, 8 *Domus celebratur, ut cum maxime.* Conſule de elegantiſſima hac compoſitione I. G. Grævium in Suet. Domit. c. 10, & Auſonii Gratiar. action. p. 723. Sen. de Benef. 3, 3 *Nemo noſtrum novit id tempus, quod cum maxime tranſit, ad præterita rari animum retorquent.* Cic. de Haruſp. reſp. c. 15 pr. *Antiqua negligimus, etiamne ea negligemus, quæ fiunt cum maxime.* vid. Græv. etiam ad Cic. Off. 2, 7 *Quæ paret cum maxime mortuo*, ubi laudat Zinzerl. promulſ. Crit. c. 22.

¶ Demägis, adv. valde magis, deſtomehr. Lucil. apud Nonium 2, 229 *Corus ventus auſtrum atque aquilonem alebat, ſolos demagis iſtos ex nimbo auſtrillos.*

¶ Quammaxime, majorem intendendi vim habet, überaus, allermeiſt. Cic de Orat. 1, 33 *Dicere quam maxime ad veritatem accommodate.* Id. c. 34 *Verſibus propoſitis quam maxime gravibus.* Idem Offic. 2, 7 *Quæ paret quam maxime mortuo*; ſed al. rectius *cum maxime*, vide modo dicta.

¶ Tum cummaxime, Frontinus 2, 9, 5. v. ibi Keuchenium, & Curtium 5, 7, 2; Liv. 40, 32, 1.

MÄGISTER, *tri*, m. ein lehrer, meiſter. Nimirum ſignificatio duplex fere eſt: vel enim eum notat, qui docet aliquid; vel qui imperium in aliquos exercet. Veteres Gloſſ. *Magiſter*, ἐπιστάτης, ἐξαρχος, διδάσκαλος. Doctorem igitur notat in hiſce: Perſius ſat. 4 pr. *Barbatum hoc crede magiſtrum Dicere.* Apud Terentium Maurum κατ' ἐξοχήν de Grammaticis frequenter uſurpatur *Magiſtri* vocabulum. Et ita Remmius Palæmon *Magiſter* apud Suet. de Illuſtr. Gramm. c. 23. Ita *Iſo Magiſter*, qui Gloſſas in Prudentium ſcripſit. Cic. de Orat. 1, 33 *Stilus optimus dicendi effector & magiſter.* vide *Stilus.* Sic *mutos magiſtros* libros dixit Gellius 14, 2. Sen. Thyeſte, *Sæpe in magiſtrum ſcelera vedierunt ſua*, untreu ſchlägt ihren eigenen herrn. *Eloquentiæ magiſter*, Petron. c. 3. *Bonarum artium magiſter*, Idem c. 99. *Magiſter juris, magiſtri legum*, rechts-gelehrte. Gell. 4, 1; & in Prœmio Pandect. Sic, *Magiſtri ſtudiorum* l. 7 Cod. de Prof. & Med. Ter. Phor. 1, 2, 22 *Me filiis relinquunt quaſi magiſtrum*, hofmeiſter. Sic, *Magiſter tabernæ*, ein kauff-herr, ut contra *diſcipulus*, ein framjungc, apud Iul. Paulum lib. 2 Receptar. Sentent. Tit. 8 §. 1. ¶ 2 Frequenter imperium, certe præfecturam aliquam notat, unde ipſum quoque *magiſtratus* nomen ortum videtur. Ita dictator dicebatur *Magiſter populi*, Cic. de fin. 3, 22 *Moderatorem & magiſtrum conſulibus appoſitum* vocat Liv. 2, 18. Proximus ab hoc & quaſi Legatus ipſius *Magiſter equitum*, vid. Liv. 3, 27; quamquam æquatum illi ſemel cum dictatore Q. Fabio cunctatore, imperium, Id. 22, 26. *Magiſter morum*, id eſt, Cenſor, apud Cic. fam. 3, 11. *Magiſter ſcripturæ*, Cic. Att. 5, 15 extr. v. *Scriptura*, Et, *Pro magiſtro in ſcriptura*, Verr. 2, 70 pr. *Magiſter convivii* Apulejo & aliis, qui *Modimperator* Varroni, & Horatio *arbiter bibendi*, συμποσίαρχος, βασιλεὺς Græcis. v. Lipſ. 3 Antiq. Lect. & mox *Magiſterium* n. 2. *Magiſter officiorum*, de quo Rutil. 1, 563: *Officiis regerem cum regia tecta magiſter.* vid. I. F. Chriſtius noct. acad. 1, 1. Ita *Magiſter horreorum*, vide Reineſii Var. Lect. 3, 12. *Magiſter militiæ utriuſque*, in Cod. Theod. & antiquis Inſcriptionibus. vid. Noriſ. ad Cenotaph. Piſan. p. 441. Sic Germani, ein bürgermeiſter, rathsmeiſter. *Magiſtri vicorum*, aufſeumeiſter, Suet. Aug. c. 30. *Magiſtri pagorum, pagos baſtrare ſolliti*, Sic Placc. p. 25. add. Meurſ. Miſc. 1, 7 *Magiſter navis*, Petron. c. 115, der ſchiff-patron, ὁ πειστὸς, quem exercitor i. Dominus navis præficit. v. Burman ad c. 101. Interdum ita vocatur gubernator. vide Heinſ. & Drakenb. ad Sil. 4, 719 & ipſe Virg. Æn. 5, 176 *Ipſe gubernaclo rector ſubit, ipſe magiſter.* *Magiſter pecoris*, Varr. R. R. 1, 2: Aur. Vict. Orig. Rom. 1, 16, 1. *Magiſter ſocietatis*, Cic. fam. 13, 9. it. 65 & in Verr. 2, 74 pr. dicebatur, qui maximam partem veſtigalium in illa ſocietate, quæ coierat ad hujus vel illius provinciæ aut portaria aut ſcripturam aut decumas conducendas, conduxerat, ſive in urbe eſſet, ſive in provincia. Hunc enim ex ordine ſuo ſocietas præficere ſolebat. *Promagiſtro*, qui ejus vicem gerebat, ut pro-conſule, proprætore. Ita *Magiſter auctionis*, qui haſtam illam, ut loquebantur, exerceret, Cic. fam. 12, 30. Id. Att. 1, 11. ubi vid. Manut. & Caſaub. Huc pertinet jocus Cic. apud Quint. 3, 6 de meretrice, cujus bona poſt mortem auctione veniere, *Eam dum viviſſet ludum, poſtquam mortua eſſet, magiſtros habuiſſe.* v. Intt. apud Bur. p. 542. ¶ 3. Vexatiſſima vox, quod ad originem attinet, nugis magiſtrorum. Alii quibus pollicem preſſit Daumius, derivant ab obioleto verbo *Magere* quod *magnum eſſe* ſignificat; alii a *magis* & *ter*, ut magiſter ſit quaſi τριαμέγιστος; alii a magis tantum, ut *ter* ſit terminalis adjunctio, derivarunt. vid. Paulus ICtus in l. 57 ff. de V. S. Debent enim magiſtri magni eſſe doctrina, & docti magis cæteris, hoc titulo nondum decoratis. conf. Bernegg. Orat. 1 p. 10, quam orationem elegantiſſimam laudat etiam Burm. ad Petron. c. 55 p. 266 & Beſoldi Diſſert. de Stud. Mag. &c. p. 83. Iſidorus lib. 10 litt. M ſic dictum cenſet, quod ſit *major in ſtatione*; *quia Græcis*, inquit, στρὸν, *ſtatio dicitur.* Qui omnia ex Hebraicis petenda autumant, cum Iul. Cæſ. Scaligero a *Magis*, Perſarum ſapientibus, deducunt; ut ſit *Magiſter* quaſi μαγίστωρ ſive τῆς μαγίας ἕστως, & primario nihil aliud notet, quam σοφὸν θεωρητικὸν. Mihi omnium proxima & ſimpliciſſima videtur originatio Feſti, qui ab antiquo verbo *magiſterare* deducit. Nam quemadmodum ab *arbitrari*, *arbiter*; ita a *magiſterare*, *magiſter*. *Magiſterare* autem procul omni dubio a *magis*. Verba Feſti hæc ſunt: *MAGISTERARE regere & temperare eſt: unde MAGISTRI non ſolum doctores artium, ſed & pagorum, ſocietatum, vicorum, collegiorum, ajunt dicuntur, quia omnes hi ceteris magis poſſunt, unde & magiſtratus, qui per imperia potentiores ſint, quam privati*, &c.

¶ Magiſtra, *æ*, f. Ter. Hec. 2, 1, 7 *Et ei ludo, ſi quis eſt, magiſtram hanc ſic gatis certe ſcio.* Quintil. 1, 6 *Certiſſimam loquendi magiſtram* vocat *conſuetudinem.* Vetus ſententia: *Paupertas eſt magiſtra morum*, annotat ex Antiphane Stobæus, πενία γὰρ ἐσὶν ἡ τρόπων διδασκαλος. Martial. 10 epigr. 35 de Sulpitia: *Hac condiſcipula vel hac magiſtra Eſſe doctior & pudica Sappho.* Virg. Æn. 8, 442 *Omni nunc arte magiſtra.* Et Ovid. Heroid. 5, 69 *Conſule, queis ætas longa magiſtra fuit.*

¶ Magiſterium, *i*, n. ἀρχὴ, imperium: item, inſtirutio, die meiſterſchafft, das regiment. Sic *Monic ipalia magiſteria* Suetonius dixit Aug. c. 2, ubi Caſaubonus & Torrentius videri poſſunt. *Equitum magiſterium*, Idem Suet. Tib. c. 3. Et, *Magiſterium* collegii, Domit. c. 4. Plaut. Bacch. 1, 2, 40 *Iam exceſſit mihi ætas magiſterio tuo*, ich bin der ruthen entwachſen. Tibull. 1, 4 extr. *Quum mea videbuntur vana magiſteria.* Col. præf. de Re Ruſt. *Vulgaris exiſtimatio, rem ruſticam, ſordidum eſſe negotium, quod nullius egeat magiſterio præceptoris &c.* i. e. inſtitutione ſeu diſciplina, unterricht. Arnob. lib. 1 *Nam quum hominum vis tanta, magiſteriis ejus* (CHRISTI) *acceperimus ac legibus, malum malo rependi non oportere &c.* Idem eodem libro: *Oratores, grammatici, rhetores, conſulti juris, medici, philoſophiæ etiam ſecreta rimantes, magiſteria hæc* (Chriſtianam religionem) *expetant, ſpretis, quibus ante fidebant.* Cyprian. lib. 1 adverſus Demetrian. *Non hoc ſine magiſterii divini auctoritate faciebam.* Apulej. 10 de adoleſcente Paridem in ſcena repræſentante: *Pecuarium ſimulabat magiſterium*, er gab ſich vor einen hirten aus. ¶ 2. *Magiſteria* etiam dicebantur συμποσιαρχία, *Regna vini*, ut Horatius vocat 1 ode 4, 18. Nam in conviviis vel ſorte vel ſuffragio eligebatur, qui præeſſet, & leges bibendi præſcriberet. Hujus igitur *Magiſterium*, ſive imperium quoddam erat: unde & *Modimperator* dicebatur. Horatius *bibendi arbitrum* vocavit 2 od. 7, 25. Quin & *Magiſtri* appellabantur. Catullus 27, 3 *Vt lex Poſthumius jubet magiſtra.* vide & ſupra in *Magiſter.* Cic. Cat. maj. c. 14 *Me vero & magiſteria delectant, & majoribus inſtituta, & is ſermo, qui more majorum a ſummo magiſtro adhibetur in poculo.*

¶ Magiſterius, *a, um*; ut, *Magiſteria poteſtas*, l. 6 C. de Iurisdict. & l. 3 C. ubi Senator. conf. Salmaſ. in Script. H. A. p. 293.

¶ Magiſtero, *are*, & per Syncopen, Magiſtro, *are*, magiſtrum agere, moderari, meiſtern, regieren. Sic Feſto idem eſt verbum hoc, quod *regere & temperare.* vide ſupra in *Magiſter.* Spartianus in Hadriano c. 10 *Inter manipulares vitam militarem magiſtrans.* vide Caſaub. ad h. l. Hieronym. epiſt. 25 cap. 5 extr. *Te magiſtrante.* ¶ Taubmanno in Sched. poët. p. 657 *Magiſtrare* idem eſt quod facere magiſtrum.

¶ Magiſtrans, *tis*. Spartian. Adriano c. 10 *Inter manipulares vitam militarem magiſtrans.*

¶ Magiſtratus, *ûs*, m. ſubſt. a *magiſtris*, vel *magiſterare* potius cognominatus eſt, & vel perſonam vel honorem demonſtrat, eine obrigkeitliche perſon oder amt, die obrigkeit. In phraſibus, *Magiſtratum gerere, obtinere* apud Nepot. 13, 3, 1, & 16, 3, 2, vox *magiſtratus* ſignificat officium: at in alteris, *Magiſtratui tradere, Magiſtratuum largitiones*, ipſos homines denotat, qui magiſtratum gerunt, apud Nepot. 15, 4, 3, & 1, 6, 4. Sic *ſervitium* notat ſervorum ſtatum, & ipſos deinde homines. Cic. Offic. 1, 34 *Eſt proprium munus magiſtratus, intelligere, ſe gerere perſonam civitatis, debereque ejus dignitatem & decus ſuſtinere, ſervare leges, jura deſcribere, & fidei ſuæ commiſſa meminiſſe.* Idem de Leg. 3, 1 *Magiſtratus lex eſt loquens.* Sic, *Iura magiſtratuumque leges*, Virg. Æn. 1, 426. *Magiſtratum gerere*, Cic. pro Planc. c. 3. Et, *Magiſtratum habere*, Verr. 4, 61, ein obrigkeitlich amt führen. *Magiſtratum inire*, Id. Verr. 2, 10. Et, *In magiſtratum venire*, Lentulus Cic. fam. 12, 14, zum regiment kommen. *Abire magiſtratu*, Cic. de Leg. 3, 20. & *Magiſtratu ſe abdicare*, Idem Divin. 2, 35, & Liv. 8, 17, das amt niederlegen. Ex Demoſthene: *Magiſtratus virum indicat*, was der mann kan, zeigt das amt an. Ἀρχὴ τὸν ἄνδρα δείκνυσι. vide Chil. ¶ 2. *Magiſtratus* Romæ, majores minoresque erant: Majores, *Conſules, Prætores, Cenſores*: minores reliqui, ut *Ædiles, Quæſtores*, &c. v. Gell. 13, 15. Feneſtell. de Magiſtrat. & Sacerdot. Rom. & Ioach. Perion. de Roman. & Græcor. Magiſtrat. Hinc

Suet.

Suet. Cæſ. c. 41 *Senatum ſuppleuit, patricios allegit: prætorum, ædilium, quæſtorum, minorum etiam magiſtratuum numerum ampliavit:* ſcilicet ædilium atque quæſtorum, qui & ipſi in minoribus erant, uti notavimus. Cæterum, *Magiſtratus* nomine ii continebantur maxime, qui domi atque in pace adminiſtrarent rempublicam. Namque de illis, qui bellis præeſſent, *Imperia* dicuntur: qua de cauſſa & Suetonius Cæſ. c. 53, *Imperia & Magiſtratus* diſtinguit. *Abſtinentiam,* inquit, *neque in imperiis, neque in magiſtratibus præſtitit.* Præfetne perpetuos, an ambulatorios eſſe magiſtratus, diſquirunt Politici. vid. Befold. Polit. 2, 3; Piccart Obſervat. 6, 7: Bernegg. ad Suet. Cæſ. c. 10. ¶ 3. *Magiſtratus* pro *magiſtris* Livium uſurpaſſe, ſecundum antiquiſſimos ejus codices Salmaſ. ad Spart. Ael. Verum c. 5 & Pollion. Claud. c. 14 notavit. Sed refellitur a J. Fr. Gronovio ad 24, 25.

¶ Magiſtratio, *onis,* f. die unterrichtung. Apul. de Dogm. Plat. *Quæ bonigcio ſolo naturæ proveniunt, vel quæ ſolis diſciplinis traduntur, & magiſtrationes diſcuntur.* Ita reſtituit Salmaſ. in Solin p. 336. Inde *publicæ magiſtrationes* in Cod. Theod. ſunt ſcholæ publicæ.

¶ Magiſtrālis, e, ad magiſtrum pertinens. Vopiſcus in Saturnino c. 10 *Roma frequentaverat perpulas magiſtrales.* Idem Tacito c. 6 *Qui manuum magiſtralium ictibus terroriſque ſubjaceat,* der noch unter der zucht iſt, ein ſchulknabe.

¶ Ex-Magiſtro *memoriæ* qui fuit Magiſter, Ammia, 15, 5. vid. Valeſ. quod vero laudat Faliſterus ex eod loco Ammiani, dum *Ex-Magiſtro pedum altius nititur,* eſt in bonis libris *ex Magiſterio peditum.*

¶ Promagiſter, *tri,* m. qui pro magiſtro ſubſtituitur. Vet. Inſcript. PROMAGISTER HAEREDITATIVM. v. Gruter. p. 454 n. 8; & Rhod. in Scrib Larg. p. 237. Disjuncte Cic. fam. 13, 65 *Qui operas in ſcriptura pro magiſtro dat.*

MAGMA, *ătis,* n. μάγμα, fex unguenti, ſecundum Plinium 13, 2, die grundſuppe der ſalben, heſen. Adde Celſ. 5, 18 de *magmate croci;* & Scrib. Larg. Compoſ. 157.

MAGMENTVM, *i,* n. quaſi majus augmentum, Feſt. vel a *magis,* quod ad religionem magis pertinet, Varr. de L. L. 4, 22, ein opfer. *Non magmenta, non augmina, &c.* Arnob. 7 p. 230. v. Elmenh. ad h. l. p. 186 & Briſſo. de form. L. 1 p. 115.

¶ Magmentarius, *a, um,* zum opfer gehörig; ut, *Magmentaria vaſa,* quibus magmenta impoſita. v. Turneb. Adverſ. 22, 7. ¶ 2. Subſt. in Gloſſ. lat. gr. *Magmentarius,* μαγεῖρος, ein ſalbenbereiter, a *Magma.* Magnalia, magnanimus, magnarius, magnates, vide *Magnus.*

MAGNES, *ētis,* & Magnītes, *æ,* m. μαγνήτης, ein magnet. Dioſc. 5, 922, lapis ferrum attrahens, ſic dictus ab inventore, Plinio auctore 36, 16, cui *Magno* nomen fuit, aut a *Magneſia* regione, ut Lucretius tradidit 6, 908 & 1044. conf. Iſidor. 17, 4. Dicitur etiam *lapis Heraclius* ab Heraclia urbe, & *Sideritis* a σίδηρος, quod ferrum trahat arcana ac nondum forte alicui Philoſophorum ſatis comperta ratione; quod tamen non facit allii ſucco tinctus, ſicut auctor eſt Plutarch. in Probl. conf. Voſſ. 1 Inſtit. Orat. p. 188. *Magnetis more attrahere.* vid. Chiliad. Auguſt. de C. D. 22, 4 *Magnetem novimus mirabilem eſſe ferri raptorem, quod cum primum vidi, vehementer inhorrui.* Cic. de Divin. 1, 39 *Magnes ferrum ad ſe allicit & trahit, &c.*

¶ Magnēticus, *a, um,* magnetiſch. Claudian. de Magnete v. 26 *Venerem magnetica gemma figurat.* Sic, *Magnetica pyxis,* der compaß. v. Barth. ad Claudian. p. 999.

MAGNĒSIA, *æ,* f. μαγνησία, Macedoniæ urbs & regio, Theſſaliæ annexa, a qua *Magnetes* & *Magneſii* Centauris Theſſalis vicini, de quibus poſtea. ¶ 2. Fuit & Aſiæ minoris civitas, Themiſtocli profugo patria in domicilium a rege Perſarum donata, de quo Thucydides itemque Nepos 2, 10, 3. Sed hæc Magneſia ad Mæandrum fluvium. v. Spanh. de uſu numiſ. diſſ. 9 p. 627. ¶ 3. Præter hanc alia erat ſub Sipylo monte, juxta quam Antiochus Magnus ab Romanis victus fuit: utraque in Lydia, ſive Aſia propria. De tribus urbibus Spanh. l. c. p. 656.

¶ Magnēſis, *ĭdis,* f. quæ ex Magneſia eſt. Ovid. Heroid. 12, 9 *Cur unquam Colchi Magneſida vidimus Argo.*

¶ Magneſius, & Magneſſus, *a, um,* adj. ut, *Magneſium ſaxum,* Lucret. 6, 1062. *Magneſia Hippolyte,* Horat. 3 od. 7, 18.

¶ Magnetes, *um,* & Magnetæ, *arum,* m. populi iidem, qui & *Magneſii* in Magneſia, regione Macedoniæ, de quibus Liv. 33, 32; & 35, 31; Ovid. Met. 11, 408; & Lucan. 6, 385. Hi equorum domitores & numinis contemptores, teſte Strabone l. 13, adeo malis afflicti ſunt & a Mileſiis deleti, ut, *Magnetum mala* adagio de magnis malis locum fecerint, groß unglück, v. Suid. Et Theognis v. 1099 "Τ βριεγ μαγνητας ἀπώλεσε, &c. *Injuria etiam Magnetas perdidit,* unrecht ſchlägt auch groſſe gewalt.

¶ Magnetarches, *æ,* m. Magnetes ita *ſummum magiſtratum* vocant. v. Liv. 35, 31.

Magnidicus, magnificio, magnificus, &c. vide mox in *Magnus.*

MAGNVS, *a, um,* Major, *us,* Maximus, *a, um,* μέγας, μείζων, μέγιστος, groß. Cic. in Orat. c. 10 *Magnum opus & arduum, Brute, conamur. Quæ magna ſunt, magnis etiam malis implicantur,* Euripidis apud Stobæum: τὰ μεγάλα, μεγάλα καὶ πάσχει κακά. Seneca: *Nihil magnum, quod non eſt placidum:* quia, ut Ovid. canit Triſt. 3, 5, 31 *Quo quisque eſt major, magis eſt placabilis iræ, &c. Magna ex parte, maxima parte,* mehrentheils, meiſtentheils. Cic. Tuſc. 1, 1. *Maris* epitheton frequentiſſimum. v. Bur. ad Val. Flacc. 1, 50. *Omnia magnus,* Nemeſ. Cyn. 114 h. e. omnibus partibus. ¶ 2. *Magni* dicuntur *homines,* qui magnas res geſſerunt, qua de cauſſa & Alexandro Philippi filio, & Cn. Pompejo MAGNI cognomen datum eſt: quoniam magna & excellenti virtute ingenioque fuerunt. v. de hoc cognomine apud Romanos Spanhem. de uſ. num. diſſ. 10 p. 66 ſq, & de Μεγάλῳ apud alios diſſ. 7 p. 445. Cic. de N. D. 2, 66 *Nemo vir magnus ſine aliquo afflatu divino unquam fuit.* Differunt tamen *magnus* & *bonus:* Tac. Agric. 44, 2 *Bonum virum facile crederes, magnum libenter.* Adde Senecam ad Marc. c. 16. Ipſe tamen de Ira 1, 16 negat verum eſſe illud Livii: *Vir ingenii magni magis quam boni.* Ex ambiguo Iuſit Mart. lib. 11 epigr. 50, cum ſcriberet: *Ingenium mihi, Gaure, probas, ſic eſſe poſſilam, Carmina quod faciam, quæ brevitate placent. Confiteor, ſed tu, bis denis grandia libris Qui ſcribis Priami prælia, magnus homo es: Magnum* etenim vocat, non quod res magnas ingreſſus ſcribere, ſed ſtultum & ſtolidum, qui impar tantis rebus, inepte easdem proderet. ¶ 3. Nimirum & *Magnus* aliquando pro ſtolido ſumitur, ſicut & *Longus.* Quod longi homines raro ingenio valeant, vide Barth. ad Claudian. Mamert. p. 373. ¶ 4. *Magnus* etiam pro potente & opulento ponitur: ut *amplus* etiam divitem notat; & utrique *parvus* opponitur, id eſt pauper. Suet. in Galba c. 2 *Magnæque & veteres propinquitates &c.* Quod utrumque cum Tacitus vellet exprimere, *Vetus,* inquit, *in familia nobilitas, magnæ opes,* Hiſt. 1, 49, 4. Sic *Magnas propinquitates,* pro opulentis dixit Suet. Othone c. 1. Similiter & *maximos cultus* Florus 4, 11, 11 dixit de Cleopatra, quos poëtæ *divites* appellarent, quod magno conſtant. ¶ 5 Abſolute *Magni eſſe,* id eſt, æſtimari, Nepos 9, 1, 1 *In eoque* (bello) *ejus opera magni fuit.* Idem 14, 1, 4 *Multis interfectis, magni fuit ejus opera.* Eodem ſenſu dixit 2, 6, 1 *Magnus hoc bello Themiſtocles fuit, nec minor in pace.* Vid. Voſſ. de Conſtruct. c. 39. Sic *magni æſtimare,* Suet. Aug. c. 40. *Magnificare & Magnipendere,* vide mox inter Compoſita. ¶ 6. Abſolute *Magno* etiam ponitur pro *magno pretio.* Virg. Æn. 1, 104 *Magno mercari aliquid.* Cic. contra Rull. 2. 13 *Emere agros, quam volent magno poterunt.* Plin. 2 epiſt. 6 *Magno conſtat.* Sed Suet. Cæſ. c. 23 *Ad ſecuritatem poſteri temporis in magno negotio habuit obligare ſemper animos magiſtratus,* i. e. magno negotio ſe functum credidit; magnum quid præſtitiſſe ſibi viſus eſt, er hat es für ein groſſes gehalten. Ita Virg. Æn. 5, 537 *In magno munere Cyſſeus Turre ſui dederat monumentum & pignus amoris:* id eſt, magni muneris loco. Nihilominus apud Suetonium vehementer Caſaubono placebat legere, *in magno habuit,* quemadmodum Græci ſolebant, ἐν μεγάλῳ τιθεσθαι & Tacitus *in levi habitum* dixit. ¶ 7. *Magna loqui,* vide infra *Magniloquus.* ¶ 8. *Magna* pro multis interdum ponuntur. vid. Brouckh. ad Tib. 1, 1, 2.

¶ Magne, adv. pro valde, ſehr. Tac. Ann. 11, 36, 2 *Sponte an coactus tam magne peccaviſſet.* Alii legunt *magna.* Sed *Clemare magnum* eſt apud Plautum Mil. 3, 2, 10.

¶ Major, *majus,* comparat. groſſer; ut, *Majores res,* i. e. magni momenti, Nepos 2, 1, 3. Et, *Alia clariora ſunt, alia majora,* Plin. 3, epiſt. 16. *Major morbus* comitialis dicitur, Celſ. 3, 23. *Major magiſtratus* dicitur conſul, Feſtus. *Major herus* appellabatur paterfamilias: nam *minor* filius vocabatur. Plaut. Truc. 2, 2, 53 *Niſi iſta ego veſtra hero majori facta denarravero.* Sic *Dominas minores* pro filiabus ponit Auguſtinus Confeſſion. 9, 8 § 5. *Major natu,* Cic. Tuſc. 1 extr. älter oder betagter. *Majores natu,* i. e. ſeniores, Nepos 2, 2, 8. *Senis noſtri fratrem majorem noſti,* Ter. Phorm. 1, 2, 14. Sic Livius multis locis, a Drakenborch. ad 3, 13 collectis. Idem 28, 21. *Corbis major erat ætate.* ¶ 2. *Tanto major,* formula laudandi & gratulandi, factaque principum approbandi. Plin. Paneg. 71 *Quod factum tuum a cuncto Senatu quam vera acclamatione celebratum eſt: Tanto major, tanto auguſtior!* ubi adde Cl. Schwartzii notam. Et, *Sexagenario major,* Capitol. in Pertinace c. 4, über ſechzig jahr, älter als ſechzig, ꝛc. Eleganter enim hic comparativus in ætatis deſcriptione ponitur. ¶ 3. *Majores* dicuntur, qui a tritavo ſunt, & ante hunc in infinitum, L. 10 § 7 Dig. de gradibus, die vorfahren, voreltern, alten anherren. Sic apud Nepotem 11, 1, 1 *Ne de majoribus natu quidem quisquam,* i. e. nemo eorum qui olim vixerant. Adde Iuſtin. 11, 4, 6; &c. *Viri nullis majoribus orti,* i. e. obſcuri, ignobiles, Horat. 1 ſat. 6 v. 10. ¶ 4. *Majores* etiam vocantur auctores doctrinæ, ſectæ, quam aliquis ſequitur. Gell. 20, 1 *Majores noſtri conditores ſectæ Stoicæ.* Apul. Apol. *Majores meos Ariſtotelem dico & Theophraſtum,* &c. Item in Floridis pr. *At non itidem major meus Socrates,* &c. ¶ 5. In veteri Gallicorum regum aula, qui loco a rege proximo eſſet, & toti aulæ præfectus, *Major Domus* appellabatur. Eginhardus in Vita Caroli Magni: *Opes & potentia regni penes palatii præfectos, qui* MAIORES DOMVS *dicebantur, ad quos ſumma imperii pertinebat.* Beatus Rhenanus ex Germanico, Meyer, quod præfectum notat, putavit deductum, ut Vinc. Lupanus obſervat de Magiſtrat. Francorum 1, 4. Cui & Ioh. Tilius de Rebus Gallicis adſtipulatur. Sed videntur cedente latinitate, *Majores domus,* in Magnatum familiis, appellati, qui antiquitus ATRIENSES, & DIAETARII vel DIAETARCHI appellati: qui primi & honoratiſſimi inter ſervos erant, ut ex iis, quæ de hoc genere ſervorum Laur. Pignorius Comm. de Servis notavit, conſtare poteſt. Ita Hieronymus ad Nepotianum de vita Clericorum: *Solus cum ſola, ſecreto & absque arbitrio vel teſte non ſedeas. Si familiarius eſt aliquid loquendum, habet nutricem, majorem domus, virginem, viduam, maritatam: non eſt tam inhumana, ut nullum præter te habeat, cui ſe audeat credere:* MAIOREM DOMVS, eine hofmeiſterin. Sane fuerunt *majores domus* apud Francorum reges initio nihil aliud, quam aulæ præfecti, & ſic primarii miniſtri aulæ, non ea potentia ac vi, quam poſtea ſibi, ſocordia regum & lenitudine, uſurparunt & arrogarunt; de quo videre If. Pontanum licebit Orig. Francic. 6, 12. ¶ 6. *Major* & *melior* confunduntur, ut paſſim, ita a librariis. v. Drakenb. ad Sil. 4, 824.

¶ Majuſculus, *a, um,* diminut. aliquanto major, etwas gröſſer. Refertur tam ad corpus quam ad ætatem. Ter. Eun. 3, 3, 21 *Thais, ego quam ſum, majuſcula eſt,* ſie iſt etwas älter als ich).

¶ Maximus, *a, um,* ſuperl. der gröſte. Hujus vocis uſum oſtendit Feſtus, dum explicat, quis ſit *Maximæ dignationis flumen, Maximæ hoſtia, Maximi annales, Maximus pontifex &c.* Sic, *Maximus natu,* der älteſte. Liv. 21, 19; & Ter. Adelph. 5, 4, 27. Pro quo Nepos 14, 7, 1 *Maximo natu filius.* ¶ 2 *Optimus maximus,* de Deo dicitur, & apud Gentiles fere de Iove tantum. Exempla ſunt obvia. Tamen etiam de hominibus, aliisque rebus. Papinianus l. 30 Dig. de excuſation. *Optimi maximique Principes noſtri conſtituerunt &c.* Leg. 69 § 3 Dig. de Legat. 1 *Tandis optimus maximus* Adde Leg. 126 de verborum ſignif. Et, *Homo, vir, maximi pretii,* Ter. Adelph. 5, 6, 3. ¶ 3. Cognomen *Pulcherum* fuit: & *Patrimum,* vid. ad Cic. Att. 13, 34 pr. Aliorum quoque, de quibus Spanh. de uſ. num. diſſ. 10 p. 68 ſq.

Maxime, adverb. vide ſupra *Magis.*

¶ Maxi-

¶ Maximum, adverb. Plaut. Most. 2, 2, 57 *Atque ille exclamat de repente maximum.* Ter. Heaut. 1, 1, 106 *Peccatum a me maximum est.*

¶ Maximitas, *ātis*, f. die unmäßige große. Arnobius lib. 6 p. 204 *Porrigere sed magnitas, atque in maximitatem producere.* Hausit ex Lucretio, cujus est 2, 297 *Immani maximitate.*

¶ Magnitas, *ātis*, f. idem. Accius apud Nonium 2, 523 *Neque fat fingi, neque dici potest pro magnitate.*

¶ Magnities, *ēi*, f. idem. Auct. Carminis de Phœnice sub fin. *Magnitiem, terris Arabum quæ gignitur alces, Vix æquare potest seu fera, seu fit avis.*

¶ Magnĭtūdo, *ĭnis*, f. die große. *Magnitudo periculi*, id est, gravitas. *Magnitudo vocis*, Cic. Bruto 66. *Fructuum magnitudo*, Id. contra Rull. 2, 35. *Familiarum magnitudines*, ib. 28. v. Menckenio in Obs. L. L. voce *magnus* & *magnitudo*, notata. *Magnitudo animi*, die großmuth, quæ in quibus rebus posita sit, declarat Cicero Offic. 1, 20. Sic Seneca epist. 43 *Magnitudo non habet certum modum; comparatio illam aut tollit aut deprimit.*

¶ Magnālia, *ium*, n. pl. res magnæ atque illustres, große herrliche thaten. Vulgatus Interpres usus est Act. c. 2, 11, & Augustin Confess. 13, 27 *Magnalia miraculorum.* Est etiam apud Tertull. & Cyprianum, ubi exprimunt τὰ μεγαλεῖα Græcorum: adv. Marc. 1, 54 *Loquitur magnalia matus.* Et 3, 54 *Armatus virtute Dei magnalia gessit.* v. Borrich. Cogit. p. 157.

¶ Magnārius, *a, um*, groß; ut, *Negotiator magnarius*, Apul. l. 1 Mil. Vetus Inscriptio apud Gruter. p. 283 n. 1 CORPVS CORIARIORVM MAGNARIORVM &c. Turnebus Advers. 27, 21 *Hi negotiatores*, inquit, *videntur fuisse, qui multas magnasque merces coëmere solebant*, die im ganzen handeln. Onomasticon: *Magnarius* μεγαλεμπορος, prave. Leg. μεγαλέμπορος.

¶ Magnātes, *um*, m. pl. primates, optimates, die großen herren, die obersten regenten. Onomast Vet. *Magnas, ates*, μεγιστᾶνες. Exstat etiam in Inscriptione antiqua a Dempstero allata in Rosini Antiqu. Rom. 2, 12, & a Borrichio in Cogit. p. 158. Vulg. Interpres habet in pl. *Magnatorum* & *Magnatis*, quasi a nom. *Magnator.*

¶ Majestas, *ātis*, f. a magnitudine dicta est, vox cum splendore suo nulli alii linguæ sese subinittens, significat amplitudinem, decus, dignitatem, vel senatus, vel regis, vel imperatoris, das ansehen, die hoheit, majestät. vide Ad. Theod. Siberi Orat de Majestate, itemque Salmas. ad Trebell. Poll. l. 288 &c. Ovid. 5 Fastorum pr. Majestatem tacit filiam *Honoris & Reverentiæ*, quæ discrimen inter Deos etiam fecerit. *Minuere & imminuere majestatem*, Cic. de Orat. 2, 25 & 39. *Majestas imperatoria*, Tac. Ann. 1, 46, 2. *Damnatus majestatis*, Cic. pro Cluent. c. 35. ' Et, *Conservare majestatem*, pro Rabir. c. 7. *Imperium majestatemque populi Romani gens Actolorum conservato*, Liv. 38, 11, ubi v. Sigonio & Dukero observata. Cic. fam. 3, 11 *Est majestas, ut Sulla voluit, VT in quemvis impune declamare liceret. Vt* legendum videtur præeunte Lambino non *N E.* Nimir. ideo inventa est lex majestatis a Sulla, ut impune innocentium fortunæ ac vita impugnari possent. Hæc sententia apprime convenit negotio, de quo tractatur, & digna fuit omnino lectio, cujus mentio certe fieret in editione Verburgiana. Sic, *Majestas in oratione*, sublimitas dicitur vel gravitas, nachdruck und ansehen, Cic. de Amic. c. 25. *Afferre orationi majestatem quamdam*, Quint. 1, 6. *Detrahere majestatem amicitiæ*, Sen. ep. 9. *Dictatoria majestas*, Liv. 4, 14. *Summæ majestatis reges*, Justin. 11, 4, 6.

¶ Majestāticus, *a, um*. nullo dum auctore fulcitur.

Composita varia.

¶ Magnævus, *a, um*. Gloss. gr. lat. ἀχχωγέων, *magnævus.*

¶ Magnănĭmus, *a, um*, μεγαλόψυχος, μεγαλήτωρ, qui magno & excelso animo est, großmüthig; ut, *Magnanimus leo*, Ovid. Trist. 3, 5, 33. Et, *Magnanimi heroes*, Virg. Æn. 6, 647. *Magnanimæ gentes*, ibid. 10, 139. Cic. Off. 1, 19 *Viros fortes & magnanimos, eosdem bonos & simplices, veritatis amicos, minimeque fallaces esse volumus. Magnanimus Phaëton*, Lucret. 5, 401 & Ovid. met. 2, 111. Et de equis Virg. Æn. 3 v. 704 *Magnanimum quondam genitor eorum.*

¶ Magnănĭmĭtas, *ātis*, f. μεγαλοψυχία, die großmüthigkeit. Cic. Off. 1, 43 *Omnis honestas manat e partibus quatuor: quorum una sit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis.*

¶ Magnĭdĭcus, *a, um*, μεγαλήγορος, großsprecherisch. Plaut. Rud. 2, 6, 31 *Dum tuis auscultо magnificis mendaciis.* Et Mil. Glor. 3, 3, 48 ipsum vocat *magnidicum.* Ammianus 23, 6 de Persis: *Abundantes inanibus verbis, infamemque loquentes & ferum, magnidici.*

¶ Magnĭfăcio, *feci, facere*, extollere, erheben: ut, *Aliquem haud minus quam ipsum magnificare*, Ter. Hec. 2, 2, 18. Sic, *maximi facere fidem*, Plautus dixit Cas. prol. v. 2. Sic & *magnum aliquem facere*, hoc significatu dicebant. Ter. Andr. 3, 3, 42 *Merito te semper maximum feci.* Ita enim in plerisque MSS. legi; & qui in *maximi* mutarunt, hos antiquitatis imperitiam prodere, Georg. & Franciscus Fabricii auctores sunt. Ipse Cic. Att. 14, 19 extr. *Me facere magnam πεδάκιν Dolabellæ.*

¶ Magnĭfĭco, *are*, groß achten, pro magni, pluris, maximi facere. Plaut. Cist. 1, 1, 23 *Quia me colitis & magnificatis.* Idem Menæch. 2, 3, 39 *Unum ex omnibus Venus voluit me magnificare*, conf. Ter. Hec. 2, 2, 18. Et Ven. Fortunatus 2, 3 *Et textis crucibus magnificatur opus.* Gloss. Vet. μεγαλυνω, *Amplio, amplifico, magnifico.*

¶ Magnificatio, *ōnis*, f. Macrob. Saturn. 5, 13 *Personarum varia magnificatio.*

¶ Magnificium, *i*, n. Gloss gr. lat. μεγαλοεργία, *magnificium.*

¶ Magnĭfĭcus, *a, um*, magnificentior, magnificentissimus, splendidus, qui magna facit, vel qui magnis in rebus pro dignitate in ludis, in sacrificiis, in ædificiis, in epulo publico sumtum facit, prächtig herrlich; ut, *Magnificus apparatus*, Cic. Offic. 1, 8. Et, *Domus magnifica*, Plin. 17, 1, ein statliches, ansehnliches haus. *Cœna magnifica & lauta*, Cic. fam. 9, 16 *Verba magnifica*, Ter. Eun. 4, 4, 4, 4 große prächtige worte. Cic. in Pisonem c. 2 *Magnificentius est dicere, quemadmodum gesserimus consulatum. Magnificentissimus triumphus, magnificentissimum spectaculum*, Vellej. 2, 40 & 56, qui & in aliis hac usus est voce, ut delectatus ea videatur: utc. 52, n. 4 *Nihil illa victoria magnificentius.* Sed & Nepos 8, 1, 4 *Magnificentissimum factum.* Idem 25, 13, 5 *Elegans, non magnificus.* Explicat h. l. Baptista Pius Annot. post. c. 8. *Magnificissima* dicebant antiqui pro *magnificentissima*, &c. v. Festus.

¶ Magnifice, adv. herrlich; ut, *Magnifice donatus.* Nepos 14, 3, 5. *Magnifice loqui*, Cic. ad Brut. ep. 16. *Magnifice incedere*, Liv. 2, 6. *Magnifice utilis*, i. e. mire, valde, Plin. 23, 7 Et, *Omnia excelsius magnificentiusque & dicet & sentiet*, Cic. in Orat. c. 34. Idem c. 43 *Necessaria sunt magnificentius, quam docentur.* Et fam. 4, 7 *Cum consulatum magnificentissime gesseris.* conf. Curt. 10, 4, 7; Ter. Heaut. 3, 2, 45; &c. Non frustra *Magnificius* Catonem pro *Magnificentius* dixisse, asserit Festus.

¶ Magnificenter, idem. Vitruv. 6, 11 *Cum magnificenter opus perfectum adspicietur*, Idem 1, 6 *Oppidum magnificenter ædificatum.*

¶ Magnificentia, *æ*, f. die pracht, herrlichkeit; ut, *Magnificentia verborum & gloria*, Cic. de Amic. c. 6. Et, *Magnificentia epularum*, Idem in Orat. c. 25. Et pro Muræna c. 36 *Odit populus Romanus privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit.* Adde Ter. Phorm. 5, 7, 37. ¶ 2. Apud Cic. Offic. 1, 21 *Magnificentia rerum humanarum* pro admiratione dicitur, quæ magnum quid iis tribuit, sive quæ eas magnificit, cui *despicientia* opponitur. Verba ejus sunt; *Capessentibus autem rempubl. nihilominus, quam Philosophis, haud scio, an magis etiam, & magnificentia & despicientia adhibenda sit rerum humanarum, &c.*

¶ Magnilŏquus, *a, um*, qui magna sonat, loquitur, *omnia magna loquens*, ut vocatur Horat. l. 1 sat. 3 v. 13, großsprechend; ut, *Magniloquus Homerus*, Stat. Silv. 5, 3 v. 62. conf Martial. 2 epigr. 43.

¶ Magnilóquax, *ācis*, idem Gloss. gr. lat. μεγαλολαλος, *magniloquax.*

¶ Magniloquentia, *æ*, f. große worte, prahlerey, aufschneiderey. Græcis hoc vitium μεγαλογορία dicitur. Cic. Tusc. 4, 16 *Superbiloquentiam* appellavit. Et, *Verba magnifica*, Plaut. Curc. 4, 4. 23, itemque Ter. Eun. 4, 4, 4. Cui etiam Adelph. 2, 3, 4 *Dicere vel loqui magnifice* est μεγαλογορῶν, & Tibullo 2, 7, 11. Exemplum vocis *magniloquentiæ*, bono intellectu sumtæ, Cic. fam. 13, 15. *Ex H meri magniloquentia confero me ad vera præcepta* Ευριπίδη. Adde aliud Liv. 44, 15 pr. *Rhodiorum legati magniloquentiam vix curia ante ceperat.*

¶ Magnipendo, *ĕre*, magnitacere, groß achten. Ter. Adelph. 5, 4, 25 *Ego quoque a meis me amari & magnipendi postulo.*

¶ Magnopere, i. e. *magno opere*, adverb. valde, etiam atque etiam, majorem in modum, sehr fleißig, hefftig. *Magnopere consilio tibi Romam properandum*, Cic. fam. 15, 14, ich achte es gar nöthig. *Magnopere miror*, Idem de Invent. 2, 1. Et, *Non magnopere laboro*, pro Rosc. Com. c. 15.

¶ Maximopere, idem. *Abs te maximopere pro nostra summa conjunctione etiam atque etiam quæso & peto, &c.* Cic. fam. 3, 2. Et Ter. Eun. 3, 4, 26 *Thais maximo te orabat opere, ut eras redires*, ubi elegans tacta est divisio.

¶ Majorennis, *e*, major annis, suæ tutelæ, qui adultior factus tutelæ non indiget, mündig, vogtbar.

¶ Permagnus, *a, um*, sehr groß; ut, *Permagnus numerus*, Cæs. B. G. 7, 31. *Permagna vis*, Cels. 7, 4, 3. *Illud permagni referre arbitror*, Ter. Heaut. 3, 1, 58.

¶ Permagnificus, *a, um*, sehr herrlich, prächtig; ut, *Convivium permagnificum parare*, Vulg. Interp. Esth. 2, 18.

¶ Permaxime, adv. habent editiones veteres Cato RR. 38, sed Com. *Inibi arietem caveto maxime.*

MAGO, *ōnis*, m. Pœnorum dux, frater Hannibalis, qui duodetriginta volumina de agricultura scripsit; quæ convertenda latine per linguæ Punicæ peritos Rom. pop. curavit: Plin. 18, 3 extr. Columell. 1, 1. Vide etiam Liviuni de 2 bello Punico, ubi & alii hujus nominis duces Carthaginienses commemorantur.

MAGONTIACVM, sive Maguntiacum, *i*, n. Tac. Hist. 4, 15 &c. & Ammian. 15, 27 *Maguntiacus*, uterque *A* in prima scribunt: cæteri fere *Mogontiacum* vel *Moguntiacum* vocali quarta: etiam Inscriptio apud Grut. p. 468 n. 3 MOGVNTIACI. Adde de diversa scriptura Hadr. Vales. Notit. Gall. p. 340. Vrbs Germaniæ superioris sive primæ, in ripa Rheni Gallica, haud longe a Mœni confluente, hodie Maynz.

¶ Magontiacensis, *e*, adject. Salvianus lib. 6 de Gub. Dei p. 211 *Civitas Magontiacensium.*

MAGVDĂRIS, sive Magydaris, *is*, f. μαγύδαρις, meisterwurz. Plaut. Rud. 3, 2, 19 *Seu tibi compdit, fore multam magudarim.* Radix est *Silphii* seu *Laserpitii*: vide hæc suo loco, & conf. Plin. 19, 3; Dioscor. 3, 94.

MĂGVS, *i*, m. μάγος. *Magos* Persæ eos vocarunt, quos Græci *Philosophos*, Latini *Sapientes*, Galli *Druydas*, Ægyptii *Prophetas* sive *Sacerdotes*, die weisen und gelehrten, vide Barth. ad Claud. p. 590 & Des. Herald. ad Arnob. p. 43 seq. Sed aliorum tamen etiam populorum *Magos* refert Lucianus Macrob. p. 466. Cic. Divin. 1, 23 *Sapientum & doctorum genus Magorum habebatur in Persis.* Apul. Apol. *Persarum lingua Magus est, qui nostra Sacerdos.* Porphyrius lib. 4 περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων: *Persæ*, inquit, *eos, qui circa divina occupantur*, Magos *vocant, quod sua patria lingua idem sonat, quod apud nos* SAPIENTES &c. vide locum p. 398 & seq. Vbi etiam docet, tria eorum genera fuisse. Quando autem dicit, circa τὸ θεῖον sapientes fuisse, significat, non tantum circa Dei cultum occupatos fuisse; sed rerum quoque scrutatos naturam: quam sibi præcipue inquirendam putabant. (vide supra *Divinus*). Hinc Philo in libro, *quod omnis probus liber sit*, ita Magos describit, ut eos τὰ Φύσεως ἔργα διερευνωμένους appellet, p. 678. Vide & post in *Magia*, & Brisson. de Regno Persico lib 2 p. 227 seq. ubi de Magorum ortu, incremento & magia solerter edisserit. Inter Arabes ipsos funt, qui nomen hoc derivant a *Mige-Gush*, quod *auribus truncatum* significat, nomine ex Pseudo-Smerdis historia petito. v. Pocock. Spec. hist. Arab. p. 146. ¶ 2. Et *Magus* incantator dicitur, ein schwarzkünstler, zauberer. Sic, *Portenta magorum*, Cic. de N. D. 1, 16.

¶ Maga, *æ*, f. eine zauberin, hexe. August. de C. D. 18, 17 *Maga famosissima Circe.* Ovidius *magas artes* adjective dixit, id est, *magicas.* Amor, 1, 8, 5 *Illa magas artes Æaque carmina novit.*

¶ Magĭa, *æ*, f. μαγία, duplex est, altera *probata*, naturalis sc. Philosophiæ

Ioſophiæ apex: altera *improbata*, & infamis, zauberen, ſchwartze kunſt. γοητεια, βασκανιξ, ad quam pertinent præſtigiæ, faſcinum. Ejus magiæ auctores ferunt, Cham, filium Noæ, & filium ejus Miſraim, quem gentes Zoroaſtrem dixerint, qui a Plinio 30, 1 primus artes magicas inveniſſe traditur. vid. Wierus de Præſtigiis dæmonum 2, 3. De hac impura ſpuriaque magia ita Apul. Apol. p. 493 *Magia iſta*, inquit, *res eſt legibus delegata, jam inde antiquitus XII tabulis propter incredendas fragum illecebras interdicta. Igitur & occulta non minus, quam tetra & horribilis, plerumque noctibus vigilata, & tenebris abſtruſa, & arbitris ſolitaria, & carminibus murmurata &c.* Quantum viribus magiæ tribuerint ſuperſtitioſi vid. apud Lucian. Philopſeude & Interr. Petron. ad c. 134. Diſputatio de magia ſatis longa eſt apud Plin. 30, 1-3, cujus ſumma hæc redit, *Auctoritatem fuiſſe magiæ maximam, nemo miretur, quandoquidem ſola complexa medicinam, religionem, futuri præſcientiam.* Totum locum copioſe interpretatur Geſnerus Chreſtom. Plin. p. 756 ſq. conf. p. 696 ſq. it. Rupert. ad Flor. 1, 3, 3 p. 108, adde Tac. Ann. 6, 21: & Barth. ad Script. Venat. p. 140. Magicis artibus ipſæ etiam Deæ uſæ, vid. Brouckh. ad Tib. 1, 9, 4. Pluſcula etiam magica ſunt apud Ovid. R. A. 241. Med. Fac. v. 35. Add. Theocriti & Virgilii Pharmaceutrias.

¶ Magice, es, f. ἡ μαγικὴ, idem quod *Magia*, Plin. 30, 1.

¶ Magicus, a, um, adj. zauberiſch; ut, *Ars magica*, Plin. loco jam dicto, & 11 c. 37. Et, *Sacra magica*, Virg. ecl. 8 v. 66.

Magydaris, vide paullo ante *Magudaris*.

MÄHŌMĒTVS, i, Arabs fuit patre ethnico, & matre Iſmaëlitica natus, auctor ſectæ Saracenorum, & regni Saracenici ſive Caliphatûs, cui Turcorum imperium ſucceſſit. Initium collocatur in annum Chr. 623 ſub Heraclio. De occaſione vide hiſtorias Turc. Arabice ſcribitur *Mohammed* vel *Muhammed*: nec diverſum ab illo eſt nomen *Mechmet*, Turcis perquam uſitatum nomen. Sed vide, qui quæris hic talia, H. Relandi de religione Mohamedica libros duos.

¶ Mahometānus, ſive Mohammedanus, a, um, adj. ut, *Religio Mohammedana*, &c.

¶ Mahometiſmus, i, m. vulgo vocatur Turcarum religio.

MĂIA, æ, f. Atlantis filia, Mercurii mater, &c. *Maja genitum demittit ab alto*, Virg. Æn. 1, 301. Et Georg. 1, 225 *Multi ante occaſum Majæ cœpere*, hoc eſt, ante occaſum *Plejadum*. ¶ 2. *Maja* cancri genus Plin. 9, 31.

¶ Majūgĕna, æ, f. i. e Majâ genitus, Mercurius dicitur poëtis. Mart. Capella ſub finem lib. 1 *Noſtri Majugenam pignoris inclyti*.

¶ Majālis, is, m. porcus caſtratus, ein aeſchnitten ſchwein, ein borg. Varro de Re ruſt. 2, 4 & 7. conf. Turneb. Adverſ. 21, 15. Nomen eſt ex eo, quod Majæ ſacrificetur, ut eſt in Gloſſis Iſidori. Elegantер, *Nec ego majalis fiam*, pro, *ne ego caſtrer*, dixit Titinnius apud Nonium 2, 330. vide iterum Turneb. 29, 23.

Majeſtas, major, vide *Magnus*.

MAIŌRĀNA, æ, f. herba, quæ & *Amaracus*, majoran, mayeran. v. Tabernæm. p. 718.

MAIORĪNA, æ, f. ſpecies olivæ. v. Plin. 15, 3. In Theod. Cod. L. 9 t. 21 & 23 adjective *Majorina pecunia* dicitur.

Majorennis, majores, vide *Magnus*, Majugena, *Maja*.

MĂIŪMA, æ, f. ludi genus. Certe Suidas ſcribit a Majo menſe ſumtam denominationem, quod cives Romani certo ejus menſis die ad maritimam civitatem Hoſtiam ſecundo Tiberi deſcenderint, ſe in aquas marinas dejecerint, & ibi mutuo ſe invaſerint profuſa quadam lætitia. Theod. Cod. l. 15 t. 6 *Placuit, ut Majumæ lætitia provincialibus redderetur*: v. Iac. Gothofr. ad l. c. Cod. Dilherr. T. 2 Diſpp. p. 81, Chok. Fac. Hiſt. Cent. 1, 56 fol. 111, & Andr. Rivin. in Diſſ. de Majumis & Maicampis.

MĀIVS, i, m. μαΐος, menſis, vel a *Maja*, vel a *majoribus* ſic dictus, ut Ovidius cenſuit Faſt 5, 73, *Hinc ſua majores poſſiſſe vocabula Majo*, der May, a frondibus. conf. Feſtus & Macrob. Sat. 1, 12. Carolus Magnus den wonnemonat, id eſt, menſem amœnitatis, olim nuncupavit. ¶ 2. *Majo Majo* adjective dixit Cic. Phil 2, 39; & ad Att. 13, 5. Sic, *Calendæ Majæ, Idus Majæ, Nonæ Majæ*, Id. ad Att. 3, 7 & 8 &c. & fam. 1, 9; 4, 3; &c.

Majuſculus, vide *Magnus*.

MĂLA, æ, f. contractum ex *maxilla*, plur. *Malæ*, die backen, wangen. Horat. od. 2, 19, 24 *Rhoetum retorſiſti leonis unguibus, horribilique mala*. Plin. 11, 37 *Infra oculos malæ homini tantum, quas priſci genas vocabant. Pudoris hæc ſedes, ibi maxime oſtenditur rubor*. Virg. Æn. 5 v. 435 *Errat tempora circum Crebra manus, duro crepitant ſub verbere malæ*.

¶ Maxilla, æ, f. os, in quo fixi dentes, der kinnbacken. A *Mala* diminutivum fecit Priſcianus, cum a *maxilla*, *mala* potius dicta videatur per detractionem mediarum litterarum, Cicerone auctore in Orat. c. 45, cum de ſuavitate vocum auriumque judicio agit: *Quomodo*, inquit, *veſter* AXILLA ALA *factus eſt, niſi fuga litteræ vaſtioris? Quam litterum e* MAXILLIS *&* TAXILLIS *&* VEXILLO *&* PAXILLO *&c. conſuetudo elegans latini ſermonis evellit. Maxilla ſenibus ſcipionis eſt vice*, vide *Scipio*. *Sub lentis maxillis eſſe*. Suet. Tib. c. 21 eſt lenta fævitia conſumi. vide ibi Caſaub. ¶ 2. Pro pectine dentato poſuit Perſ. 4, 36. v. Caſaub. p. 348.

¶ Maxillaris, e, vom kinnbacken; ut, *Dentes maxillares*, qui & *molares* ſunt, backenzähne, Plin. 11, 37. *Maxillaria oſſa*, Veget. 4, 1.

¶ Maxillo, are, maxillas contundere, maulſchellen geben, die zähne einſchlagen. Gloſſ. gr. lat. σαμοκοπῶ, *maxillo*.

¶ Centimalis, e; ut, *Fiſtula centimalis*, inſtrumentum chirurgicum, conſtans acu rotunda, ſed ubi pungit triquetra, incluſa fiſtulæ perforatæ, quæ poſt punctum in vulnere relinquitur, ad paracenteſin hydropicis faciendam, G. vulgo *trocar* h. e. *troisquarts*. Nomen eſt apud Veget. 1, 43.

MĂLABĂTHRVM, & Malobathrum, i, n. μαλάβαθρον, καὶ φύλλον *Folium Indicum*, odore nardi, a nemine hac ætate viſum. Naſcitur in paluſtribus locis Indiæ, aquis innatans ſine radice, lenticulæ aquaticæ modo. v. Dioſc. 1, 11, Matthiolum, & interpretes Horatianos ad illud 2 od. 7, 7 *Coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos*. conf. Sidon. carm. 2, 415; Plin. 13, 1 & 26; & Cell. 6, 12. Bynckershoeck. Obſ. 4, 5 p. 353 de hoc videtur doctius & melius ſcripſiſſe Il. Voſſius ad Melam. 3, 7, 8, quam Salm. ad Solin. p. 755; vel Alciat. Prætermiſſor. 1. voc. *Species*.

¶ Malobathrātus, a, um, malobathro unctus. Sidon. 8 epiſt. 3 *Satrapæ pumicati, malobathrati*.

¶ Malabathrīnus, a, um, ex malabathri folio paratus; ut, *Malabathrinum unguentum*, Dioſcor. 1, 67.

¶ Malobathrarius, i, m. qui malobathrum vendit; ita pro *Murrobathrarius* Lambinus legit in Plaut. Aul. 3, 5, 37.

MĂLĂCHE, es, f. μαλάχη, herba malva, pappelt, Plin. 20, 21; Apul. de Herb. c. 40. Colum. 10, 247 *Et malache prono ſequitur quæ vertice ſolem*.

MĂLACHRA, æ, f. arbor in Bactriana regione, magnitudine oleæ, fructu caprifici, Plin. 12, 9.

MĂLĂCIA, æ, f. μαλακία, in mari dicitur, quum ſtat, & ſine ventis ac motu fere eſt, die meerſtille, windſtille. Cæſ. Bell. Gall. 3, 15 *Tanta ſubito malacia ac tranquillitas exſtitit, ut ſe loco movere non poſſent*. Et Sen. epiſt. 67 *Sed in otio inconcuſſo jacere, non tranquillitas eſt, malacia eſt*. Aur. Victor. de Viris illuſtr. c. 22 *Legati Deum venientes Antium profecti ſunt, ubi per malaciam maris pro ancoram Æſculapii fanum petiit*. Ita enim legendum eſt, nec aliter habet vetus codex Mediolani anno *&* IↃ IX excuſus. Vulgo: *per molitiem* legitur, quod Gloſſema videtur. Quamquam & Sulp. Severus ita uſus hac voce Dial. 1 de Virtut. Monach. Oriental. c. 4 *Maris mollitie attiveri*. Quod ipſum tamen eruditis viris de gloſſemate ſuſpectum eſt, & pro eo *malacia* ſubſtituendum videtur. De hac *malacia* maris, Virg. ecl. 2, 25 *Nec ſum adeo informis nuper me litore vidi, Cum placidum ventis ſtaret mare*. ¶ 2. Eſt & ſtomacho *Malacia*; languor ſcilicet, cibos faſtidiens, apud Plin. 28, 7. Et Appetentia abſurdiſſimorum interdum eduliorum in prægnantibus, *pica*, κίττα, ab avis ejus verſicolore varietate dicitur, der ſchwangern weiber gelüſtung, Plin. 23, 6.

¶ Mălăcus, a, um, μαλακὸς, id eſt, mollis, weich, zart; ut, *Malacum pallium*, Plaut. Mil. 3, 1, 93. *Malacus mœchus*, i. e. effœminatus, Id. Truc. 2, 7, 48. conf. Bacch. 2, 3, 121.

¶ Malaciſſo, are, μαλακίζειν, mollem reddere, emollire, erweichen. Plaut. Bacch. 1, 1, 40 *Nimium ferus es, malaciſſandus es*. Sen. epiſt. 66 *Malaciſſandos articulos* dixit. Pincianus legit *malaxandos*. v. Taubm. ad Plaut. p. 539.

¶ Mălaxo, are, μαλάσσειν, idem. Laberius apud Gellium 16, 7 *Malas malaxavi*. Hinc &

¶ Malaxātio, ōnis, f. die erweichung. Th. Priſcian. 1, 28 *Malaxationes adhibendæ*.

¶ Malacticus, a, um, μαλακτικὸς, vim habens molliendi, erweichend. Priſcian. de Diæt. c. 15 *Malacticam habet virtutem*.

¶ Mălagma, atis, n. μαλάγμα, ein erweichend pflaſter, dictum a μαλάσσειν, *mollire*. Corn. Celſus 5, 17 *Malagmata vero atque emplaſtra paſtillique, quos τροχίσκους Græci vocant, cum plurima eadem habeant, differunt eo, quod* MALAGMATA *maxime ex arboribus, earumque etiam ſarculis,* EMPLASTRA, PASTILLIQUE *magis ex quibuſdam mettallicis fiunt. Deinde* MALAGMATA *contuſa abunde molleſcunt: nam ſuper integram cutem injiciuntur, &c.* Malagmatum ſpecies vide ibidem c. 18. Salvian. de Provident. 6, 14 *Medici aliis per dulcia medicamina, aliis per amara ſuccurrunt, & quosdam curant cauteriorum aduſtione, quosdam malagmatum placabilitate*, &c. conf. Columell. 6, 17; & Reinef. Var. Lect. 2, 8.

¶ Mălăginum, i, n. emplaſtrum quod ſine igne conficitur. Plin. Valer. 3, 12 *Quamdiu ad modum malagini efficitur*.

¶ Commalaxo, are, ſubigere, exercere, maturare, mürbe oder reiff machen. Varro apud Non. 2, 103 *Philoſophia commalaxat eam partem*.

MALANDRIA, orum, n. pl. halswunden. Hinc

¶ Malandriōſus, a, um, der halswunden hat. Marcell. Emp. c. 9 *Malandrioſis apponere*.

MALCHVS, i, m. Hiſtoricus, cujus puritatem & elegantiam laudat Photius, commendatque illum, velut Hiſtorici conſummati exemplum. vid. Voſſ. de Hiſt. Gr. 2, 21.

MALDĂCON, i, n. gummi ex bdellio arbore, Plin. 12, 9.

Male, vide poſt paullo *Malus* a, um.

MĂLEA, æ, f. Μαλέα & Μάλεια, promontorium Laconiæ, ventis æſtibusque turbulentum & fævum. Strabo numero multitudinis *Maleas* appellat. v. Victorius ad Cic. fam. 4, 12. Hinc adagium, *Maleam legens, quæ domi ſunt, obliviſcere*, de periculo admodum præſenti. Virg. Æn. 5, 193 *Ionioque mari, Maleæque ſequacibus undis*. Statius 7 Theb. v. 16 *Et raucæ circumtonat ira Maleæ*. Vide ibi Lutatium Scholiaſten, & Servium ad allegatum locum Virgilii. conf. Senec. Medea v. 149.

¶ Maleus, a, um, adj. ut, *Iugum Maleum*, Flor. 2, 9, 4; & *Maleus ſinus*, 3, 6, 3.

¶ Maledico, &c. malefacio, &c. maleficus, &c. malefidus, maleloquax, maleſuadus, malevolus, &c. vide *Malus*, a, um.

Malicorium, malifer, vide *Malum*.

Malignitas, malignus, maliloquium, vide *Malus*, a, um.

MĂLĪNA, æ, f. æſtus maris ſeu *Fenilia*, die fut. v. Roſini Antiqua Rom. 10, 20 p. 988; & Auguſtin. de Mirabil. S. Script. c. 7. Ejus oppoſitum eſt *Lixiana*.

Malinus, vide paullo poſt *Malum*.

MĂLISTVS, a, um, a græco μάλιστος, *maximus*, der gröſte. Petron. c. 57 *Satisfacere homini maliſto & digniſſimo*. Ita Scheffer.

Malitia, malitioſus, &c. vide *Malus*, a, um.

MĂLLVS, i, m. ein hammer, ἡ σφυρά. Plaut Menæch. 2, 3, 52 *Narum ſæpe exceſſim malleo*. Paulus Lege 2 § 1 Dig. de Lege Rhod. *Si faber incudem aut malleum fregerit*. ¶ 2. Eſt etiam morbus pecoris veterini, Veget. Mulomedic. 3, 9. Si porcinum ſtercus bos devoraverit, ſtatim peſtilentiam contagionis illius mallei ſuſtinere morbi. Add. eod. L. c. 23.

¶ Mallĕŏlus, i, m. dimin. parvus malleus. Feſt. ¶ 2. *Malleolus*, novus palmes in vite, cum parte duri a vite ſua abſciſi, unde a forma mallei nomen habent, ein ſchoßreben oder rebenſtöckein. Sed pars in vite majori, ex qua malleolus naſcitur, *Flagellum* dicitur,

rus, die alte reben, vide *Vitis*, & Cic. de Senect. c. 15; Colum. 3, 6. ¶ 2. *Malleoli* etiam dicebantur manipuli spartei, pice tecti, qui incensi, aut in muros, aut in testudines jaciebantur, a forma, ut videtur, & ipsi dicti, cum essent fagittæ vel jacula illis manipulis quasi præpilata. Conveniunt cum iis, quæ hodie vocantur pechkräntze, vide Nonium 18, 27, Ammian. 23, 16, Vegetium 4, 18, Lipsium 5 Poliorcet. Dial. 5, Casaubon. in Æneam Tacticum p. 103, & Stewech. ad Vegetium. Cic. Catil. 1, 13 *Malleolos & faces ad inflammandam urbem comparare.* Adde & Virruv 10, 22.

¶ Malleŏlāris, *e*, ut, *Virga malleolaris*, id est, malleolus, Columell. de Arbor. c. 3, ein jung rebschoß.

¶ Malleātor, *ōris*, m. malleo cudens. Martial. 12 epigr. 57 *Paladis malleator Hispanæ*, i. e. lini, in paludosis locis nascentis, vel macerati. conf. supra *Balluca*. Gloss. Vet. *Malleator*, σφυροκοπος.

¶ Malleātus, *a, um*, gehämmert; ut, *Libri malleati*, geschlagene bücher. Vlpian. Lege 52 § 5 *Vnde*, Dig. de Legat. 3. Et, *sparum malleatum*, Columell. 12, 19.

¶ Commalleŏlo, *āre*, i. e. incidere, behauen, gleich schlagen. Hygin. de Limit. p. 195 *Quicunque modus limitem excedet, commalleolari debet.*

MALLO, *ōnis*, m. ut, *Mallo ceparum*, Veget. 1, 62, h. e. stilus siccatus, ein zwiebel stengel.

MALLVS, *i*, m. mons Indiæ intra Gangem, a quo vicini populi *Malli* appellantur, Plin. 6, 17. ¶ 2. Ciliciæ urbs, ubi Amphilochus oracula edere credebatur. Lucian. Pseudom. p. 734.

MALLŬVIVM, *i*, n. vas, in quo manus lavantur, ein handbecken, handfaß. Onomast. Vet. *Malluvium*, χειρονιπτηρ. Vossio Etymol. *Malluvia*, plur. hem. Est autem quasi manuluvium, sicut *pellavium*, quasi pelluvium, πολλυτηριον. vide Festum.

Malo, vide *Volo*, Malabathrum, &c. *Malabathrum*, Malogranatum, malomellum, *Malum*.

MALŌPE, *es*, f. μαλοπη, i. e. *malva*, pappeln, Plin. 20, 21.

MALTHA, *æ*, f. μαλθη, vel naturalis est, erdpech, de qua Plin. 2, 104, *ubi limum paravimus* vocat. Hanc *Naphtham* dici a Græcis ex Xiphilino docet Hard. ad l. c. not. maj. 91. ¶ 2. *Maltha factitia.* Ita *dicitur a Græcis pix cum cera mixta*, uti Festus describit, lotwerck, fütte, quicquid vim habet conglutinandi. Compositionem ejus docet Plin. 36, 24 & alias Pallad. 1, 17. it. 1, 41, ubi distinguuntur *Maltha calcaria & frigularia*. ¶ 3. Alia etiam est *maltha* factitia ad incendendum, quam credo *ignem Græcum* alias vocari, minium *massa quædam ex calce recenti, vino, adipe & oleo confecta, quæ cum semel ignem concepit, retinet illum tenacissime, & cum aliquid solidi attingit, ita adhæret, ut neque revelli, neque ulla arte restingui possit, nisi operiatur terra & suffocetur*, Milich. in lib. 2 Plinii. ¶ 4. Polluci 4, 8 *Maltha* est cera mollis, qua tabella judicum illinebantur. v. Turneb. 6, 9. ¶ 5. *Maltha* etiam scribitur. *Maltas veteres molles appellari voluerunt a græco, quasi* μαλακὰς, ait Nonius 1, 167; ubi Lucilius *insanum maltam & fœminam* dicit, einen weichling. v. Turn. 11, 23 & *Malthinus* p. p.

¶ Maltho, *are*, maltha ferruminare, löten. Plin. 36, 24 *Quod malthatur, oleo perfricatur ante.* Verbo hoc vetus Scholiastes Juvenal. usus est ad illud sat. 5, 48 *Et rupto pocentem sulphura vitro.* Sulphura *quia hoc solent vitrum solidare, id est, malthare.* conf. Salmas. ad Solin. p. 1094, & Barth. ad Stat. Silv. p. 258.

¶ Malthinus, *i*, m. a maltha nomen proprium effictum, mollem notat & effeminatum, ein weichling. Horat. 1 sat. 2, 26 *Malthinus tuxisdemissis ambulat*; qui Mæcenas videtur fuisse. v. Turneb. l. c. in Maltha n. 3.

MALVA, *æ*, f. μαλαχη, utrumque a mollitie vocabulum factum, pappeln. Apul. de Herb. c. 40 *Malva erratica.* Martial. 10 epigr. 48 *Exenteravero ventrem mihi villica malvas Attuli, & varias, quas habet hortus, apes.* *Malva* foliis etiam cædebantur nocentes, Lucian. adv. indoct. p. 380 pr. it. p. 696 mèd.

¶ Malvaceus, *a, um*, von pappeln; ut, *Caulis malvaceus*, eine pappelstaude, Plin. 21, 4.

¶ Malvānus, *i*, m. a Lucilio apud Nonium 2, 324 dicitur *luporum exattler.* Sed Turnebus Adversl. 29, 23 pro *Malvano* legit *Martem Silvanum*, qui lupos arceat.

¶ Malvavīscus, *i*, m. ibisc us, ibischwurtz, Apul. Herb. c. 38.

MĂLVM, *i*, græce μῆλον, ein apffel, fructus arboris, quæ *Malus* fœminino genere dicitur. Virg. ecl. 3, 64 *Malo me Galatea petit* &c. conf. Avicenn. Nub. v. 592 sq. it Theocr. Id. 6, 1. *Malum medicum*, vel *citreum*, vel citreæ vide *Citrus*. *Mala Limonia* vel *aurantia*, pomeranze; *mala aurea*. Virg. ecl. 3, 71. Et, *Malum Limonium*, quod Plinius 23, 8 *Granatum* vocat, & aliquibus etiam *Citrium* est, ein granat apffel. De *malo punico* in nummis Spanh. diff. 6 p. 224 sq. ubi etiam de *Persicis*, *Medicisque* &c. *Malum orbiculatum* seu *Spinosum*, ein scheibapffel, Colum. 5, 9 extr. & Plin. 15, 14; & *Malum cotoneum* seu *cydonium*, κυδωνιον μῆλον, ein quitten apffel, a *Cydone* oppido Cretæ Plin. 15, 11 plura earum genera commemorat, v. g. *Chrysomelo*, χρυσομηλα, colore aureo, grosse quitten. *Mala Scrutibia*, Varro l. 3 de re rust. *Mala Cydonia*, quæ etiam vires pharmacorum temperatum eorum sui bonitate debilitant. Athen. lib. 3. ¶ 2. *Malum terræ* cyclaminus dicitur Gazæ, erdöpffel, erdschweiben, säubrod. Plinio vero 25, 5 etiam *erifolochia rotunda*, malum terræ est, die holtzwurtz. lib. 26, 8 prope fin. *Malum Erraticum* vocatur.

¶ Mălus, *i*, fœm. arbor, ein apffelbaum. Virg. Georg. 2, 70 *Et horridus plaustris malus assita valentes.*

¶ Mălinus, *a, um*, μηλινος, vom apffelbaum; ut, *Lignum malinum*, Colum. 7, 8 extr. *Prunæ malinæ mala insita*, Plin. 15, 13.

¶ Malarium, *i*, n. idem quod pomarium, ein apffel-garten, Isidor. Gloss.

¶ Malicorium, *i*, n. putamen mali granati aut Punici, granat rinde. Plin. 23, 6 *Cortex ex acerbis* (malis Punicis) *in magno usu. Vulgo cori e maxime perficere alto novit: ob id malicorium appellant medici.* conf. Petron. c. 47.

¶ Mălifer, *a, um*, pomifer, äpffel tragend. Virg. Æn. 7, 740 *Mali-fera mænia Abellæ*

¶ Malogranatum, *i*, n. composita voce, est malum granatum, ein granat-apffel, latino Interpreti Hagg. c. 2, 20, & Hieronymo in Comment. Adde Num. c. 20, 5; Plin. 20, 8.

¶ Malogranata, *æ*, f. arbor, ein granat-apffelbaum, Isidor. 17, 7.

¶ Malomellum, *i*, n. a dulcedine appellatum, quod fructus ejus mellis saporem habeat, ein honig-apffel, Isidor. 17, 7.

MALVNDRVM, *i*, n. herba quæ jecinori medetur, Plin. 26, 7. Alii legunt *Melandryum*.

MĂLVS, *i*, m. a malo, arbore, arbor navis, der mastbaum mitten im schiffe, qui in suprema parte antennam habet, ex qua dependent vela, das creutz oben am mastbaum, daran die segel hangen. Ioach. Fortio Ringelbergio in Encyclopædia *Malus* dicitur a *malis* vel nodis circumdantibus, quorum volubilitate facilius attollatur & demittatur velum. Cic. de Senect. c. 6 *In navigando alii malos scandunt, alii per foros cursant &c.* Horat. 1 od. 14 v. 5 *Et malus celeri saucius Africo, Antennæque gemunt.*

MĂLVS, *a, um*, adject. κακὸς, φαῦλος, absolute pro *improbo*, böse, arg, unartig, schlimm. Quint. 3, 8 p. 281 *Nec enim quisquam est tam malus, ut malus videri velit. Homo minime malus*, Cic. Offic. 3, 9. Juvenal. sat. 4, 8 *Nemo malus felix. Malas ipse fies, si malis conviveris*, græcus est senarius: Κακοὶ ὁμιλῶν κάρτος ἐκβαίνει κακός. Plaut. Trin. 1, 2, 25 *Nota res mala, optima est.* ¶ 2. *Mala virgo* apud Plautum non semel pro invenusta, vel deformi dicitur, garstig. v. Beech. 5, 2, 42. Sic *Mala facies*, apud Quintil lib. 4 deformis est. ¶ 3. Aliquando *Malus* & furtivum & valde noxium significat, schädlich, betrüglich. Plaut. Perfa 2, 5, 12 *Ibi quis mala tetigit manu.* Virg. ecl. 3, 11 *Atque malu vites incidere falce novellas.* Tibull. 3, 5, 19 *Quid fraudare juvat vitem crescentibus uvis, Et modo nata mala vellere poma manu.* Phallicorum Poëta carm. 86 *Herique villadem, hortulumque pauperis Tuear, malasque fus is arceo manus.* Ita *mala bruchia* dixit Calpurnius eclog. 3. Sic ἐμφατικῶς Catullus 3, 12 *Male tenebræ orci.* Sic ICti *dolum malum* dicunt, & Horatius 1 od. 3, 28 *Fraudem malam.* ¶ 4. *Malum* etiam dicitur magicum, sive quicquid aptum ad artes magicas, zauberisch. Tibull. 1, 2, 51 *Sola tenere malas Medeæ dicitur herbas:* loquitur de Saga. Silius 8, 499 *Mala gramina primam monstravisse ferunt.* Sic in XII tabb. LL. *Malum carmen* est incantatio. ¶ 5. *Malus*, id est, infelix, inauspicatus, unglückselig; ut, *Mala ales*, Horat. epod. 10, 1. *Mala arbor*, Calpurnius eclog. 3, 83. ¶ 6. *Mala vita*, dura & aspera; ut mollis contra, & delicata, *bona*: ita & *mala mors* dura atque difficilis: quemadmodum *male mori* Plin. dixit 3 epist. 16. *Mala ætas*, senectus est: quia plura incommoda affert. Exempla aliquot Plautus habet, Aul. 1, 1, 4; Men 5, 2, 6. Vide Nonium 1, 1, apud quem elegantes hoc e Afranii versus habes: *Si possent homines delimentis capi, Omnes haberent nunc amatores anus. Ætas, & corpus tenerum, & morigeratio, Hæc sunt venena formosarum mulierum: Mala ætas nulla delimenta invenit.* conf. Voss. 4 Instit. Orat. p. 248. ¶ 7. *Malus & novus* confundantur interdum a librariis. v. *Novus*. ¶ 8. Comparatio est irregularis: *Pejor, us; Pessimus, a, um*; unde & adverbia *pejus, pessime*; De quibus infra seorsim in *Pejor*, suo sub elemento.

¶ Mălum, *i*, n. substantive, infortunium, calamitas, etiam pro damno, detrimento ac pernicie fumitur, ein übel, ein schade. Vnde *malo alicui esse*, nocere est, apud Nepot. 7, 7; 3; & Cic. Att. 14, 22. Catullus 78 pr. *Rufe, mihi frustra ac nequicquam cognite amice, Frustra? Immo magno cum pretio atque malo.* Ita sæpe apud Plautum: *Cum magno malo, &c.* Et ita C. Nepos 2, 9, 2 *Plurima mala in domum tuam intuli.* ¶ 2. Idem Plautus voce *Mali* substantive pro pœna servili, ut plagis, pedicis &c. usus est: ut Rud. 4, 4, 81 *Nos ego te comprimere possum sine malo.* Item in Perfa 3, 1, 33 *Herus si minatus est malum servo suo.* Ter. Andr. 2, 5, 20 *Renunciabo, ut pro hoc malo mihi det malum:* i. e. ut me pro malefacto meo verberet. Idem Eun 4, 4, 46 *Non potest sine malo fateri, video:* id est, sine verberibus, er bekommet nicht, er bekommet denn schläge. Salluft Iug. c. 100 *Pudore magis, quam malo exercitum coërcebat*, v. inprimis Liv. 4, 49, ubi *malum* militibus minitante M. Postumio trib. mil. Tribunus plebis exclit, & *auditis*, inquit, *Quirites, sicut jussis MALVM minitanti militibus*, v. Taubm. ad Plaut. p. 11 & 1447, & Menck. Obferv. l. c. ¶ 3. Maleficium, furtum Apul. met. 9 p. 220 *Nisi nos putas ea nostram de malo habere*, ich hätte mein geld gestohlen. ¶ 4. *Mala* etiam dicuntur morbi, & ipsæ partes malo adfectæ: vid. Barth. ad Script. Venat. p. 143. Plaut. Stich. 1, 2, 63 *E multis malis, malum quod minimum est, id minimum est malum.* Vbi risus quæritur ex identica propolicione. Idem *forte* dicturus erat, quod pertonatus Cic. epist. ad Octav. *In duobus malis cum fugiendum majus sit, levius est Olympiadum.* Memineris & proverbialium locutionum: Παῖδες, λεγεν, θάλασσα κακὸν. *Ilias*, seu *Lerna*, seu *mare malorum*, de malis cumulatis, & calamitatibus immensis. v. Chil. Sic, *Mala ultro adsunt*, man darff dem unglück keinen boten schicken. v. ibidem.

¶ Malum, interjectio, ut veteres Grammatici docent, detestantis & indignantis, sed per interrogationem, was zum hencker? Ter. Eun. 4, 7, 10 THR. *Ubi alii?* SANGA: *Qui (malum) alii?* Vbi Donatus: *Malum per παρενθεσιν suaviter inseritur. Plautus in Epidico: Quæ, malum! hæc impudentia est? Et non interponitur, MALVM, nisi oculis conversis ad eum, qui id, quod reprehendimus, dixerit. MALVM nunc inter jestica est*: quod & ad alium locum Donatus pronunciat. At vero ad illud Phorm. 5, 7, 55 *Quid vos, malum! ergo me sic ludificamini.* Nimirum Græcorum more *interjectionem* inter adverbia refert: de quo & Priscian. lib. 15 obfervat. Vossius de anal. 1, 12 & 9, 28 τὸ MALVM negat interjectionem, sed ἐπιφωνημα esse asserit, ut, *Nefas* apud Virg. Æn. 8, 688 *Sequiturque nefas!* *Ægyptia conjunx*: Ita *indignum* Ovid Am. 1, 6, 1 *Ianitor, indignum, dura vel igate catena.* Cic. Off. 2, 16 *Quæ te, malum, vatio in ipsam spem induxit?* Idem in Verr. 2, 17 *Quæ (malum) ista fuit amentia?* Plin. 7, 57 *Quæ (malum) ista dementia est, iterari rutam morte?* Ita contra pacari & lenes *bonam* inferebant. Apulej. lib. 10 Milef. p. m. 230 *Scilicitatus denique, quid bonum videret familia*, was sie gutes lachten.

¶ Male, adverb. übel; ut, *Animo male est*, Ter. Adelph. 4, 5, 21, mir

übel zu muth. *Male sanus*, Cic. Att. 9, 15, übel bey sinne. *Male accipere*, Nepos 18, 8, 1. *Male accipi*, mit worten übel angelassen werden, Lentulus Cic. fam. 12, 14. Et, *Male audire*, Cic Att. 1, 17 & Nep. 10, 7, 3, einen bösen namen haben, conf. supra *Audire* n. 3. Cic. de Senect. c. 7 *Male cogitare*, nichts gutes im sinn haben. Ter Heaut. 3, 1, 28 *Male in aliquem consulere*, einen in schaden bringen. Nepos 15, 10, 1, & 19, 2, 2 *Patriæ male consulere* Ter Hec. 4, 2, 30 *Hæc me res male habet*, es verdreuſt mich. Sic Andr. 2, 6, 5 *Prater spem evenit, sentio, hoc male habet virum*, es kränket ihn. ¶ 2. Quandoque idem est quod infeliciter: Sic, *Male rem gerere*, unglücklich seyn, Nepos 1, 3, 3; & Cic. de Senect. c. 7. Ter. Adelph. 2, 1, 37 *Minis vigenti in illam emisti, quæ res tibi vertat male*, es müsse dir übel bekommen. Et Sen. epist. 72 *Male tibi esse malo, quam molliter. MALE nunc ſe excipe, quemadmodum a populo solet dici, dure, aspere, laborioſe.* Ovid. de Ponto 1, 2, 105 de exilii loco tutiore: *Non petite ut bene ſit, ſed uti male tutius.* ¶ 3. *Male conciliatus*, apud Plaut. Pseud. 1, 2 pr. est care, magno pretio, quin cum damno emtus. Etiam Ter. Eun. 4, 4, 2. Sic, *Ædes male emptæ*, Plaut. Most. 3, 2, 112. Contra ea *Melius emere*, Cic. Off. 3, 15; & ap. Suet. Cæs. c. 50. *Male conductus torus*, Ovid. Amor. 1, 10, 44. *Male ut quadringenta impendat*, Petron. c. 45. *Male dicax* est Plauti Curc. 4, 2, 26. *Homines rem male gerentes*, Ei. True. 2, 1, 13. *Male parvus* Hor. Sat. 1, 3, 45. *Male meriti* Cic. post red. ad Quir. 9 & ad Her. 3, 3. ¶ 4. *Male præcinctum puerum* Sylla vocavit Cæsarem, i. e. luxuriose ac effœminate, sive perverse cinctum, ut Sueton. auctor Cæl. c. 45. Sic, *Male dispar*, i. e. valde dispar, Horat. dixit 1 od. 17, 25 vide ibi Marcilium. MALE-DEVS, MALE-HOMINES, MALE-MATER quo sensu dicatur, vid. apud Barth. ad Script. Venat. p. 138; Sen. in Thyeste 1 v. 3 *Quis male-Deorum Tantali vivas domos Oſtentat iterum.* Sed variat lectio. ¶ 5. *Male* significat simulate, non multum, vel minus, Petronius c. 86 *Conſurrexi ad aurem male dormientis*, der sich stellete, als schliefe er, & c. 87 *Male repugnanti gaudium extorſi*, h. e. interprete Douſa in Præcidan. p. 258, simulate repugnanti sive obluctanti potius: idque ex disciplina adeo puellari, cui respondet Ovidianum illud 1 Amor. 1, 5, 15 *Quæ cum ita pugnaret, tamquam quæ vincere nolit, Victa eſt non ægre proditione ſua.* Sic Horat. 1 od. 9, 23 *Pignus direptum lacertis, Aut digito male pertinaci.* Et, pro *non* vel *minus*, Id. Fast. 3, 102 *Facundam, ſed male forte genus.* Flor. 3, 21 *Male ibrutum reſurrexit incendium.* Virg. Æn. 2, 735 *Male nomen amicum.* Hor. Epist. 1 ult. 15 *Male parentem asinum* dixit. Plura ex hoc genere Voss. Inst. Orat. 5, 4. it. Pareus Lex. Crit.

¶ Malignus, *a, um*, malus, invidus, boshafftig, mißgünstig. Glossæ Vet. *Malignus*, πονηρὸς, κακοῦργος. Horat. 2 od. 16, 39 *Malignum ſpernere vulgus.* Et, *Oculis malignis ſpectare*, Virg. Æn. 5, 653. De his Val. Max. 4, 7 exter. *Alienis malis perinde ac ſuis bonis lætantur ac geſtiunt. Divites ſunt aliorum jacturis, locupletes calamitatibus, immortales funeribus.* Et Metaph. *Colles maligni*, Virg. 2 Georg. v. 179, i. e. infrugiferi. Compar Martialis 4 epigr. 86 *Nec ronchos metues maligniorum.* Superlativus quoque usu nonnunquam venit. Seneca de Vita beata c. 18 *Maligniſſima cupita & optimo cuique inimiciſſima.* Et Salvian. de Gub. Dei 4 p. 83 *Aliquis peccator & maligniſſimus.* ¶ 2. Speciatim MALIGNVS dicitur, qui difficultatem sui præbet, ut Donatus interpretatur, cui BENIGNVS opponitur. vide Buchner. ad Plin. 8 epist. 12 n. 394. Vnde & pro parvo & modico ponitur Virg. 6 Æn. 270 *Quale per incertam lunam ſub luce maligna Eſt iter.* Martial. 10 epigr. 96 *Tepet igne maligno Hic focus ingenti lumine lucet ibi.* Plin. 7, 1 *Incertum ac fragile eſt hoc munus naturæ quicquid datur nobis, malignum vero, & breve in iis etiam, quibus largiſſime contingit*, übel gegönnet, genau, kurtz. Statius 4 Silv. 3, 29 de via voraginosa, nec satis solida: *Sorbebatque rotas maligna tellus*; es gieng tieff ein. Sen. Qu. Nat. 3, 27 *Pars tamen major, ut maligno oſtio retenta, reſtagnat*; i. e. angusto, nec lato satis. Lucanus 9, 500, uti emendandum censemus: *Conſpecta eſt parva malignæ Vnda procul venæ.* Al. *maligna vena.* Ovid. Amor. 1, 4, 66 *Blanditiæ saceant, ſitque maligna Venus.*

¶ Maligne, adverb. böslich, aus bosheit, abgunst. *Agere maligne dicitur*, Liv. 8, 12. ¶ 2. Item parce, exigue, kärglich. Liv. 39, 9 *Maligne omnia præbentibus ſuis, meretricule munificentia ſuſtinebatur.* Cont. 8, 12; 9, 32. Compar. *Malignius habere ſermonem*, Curt. 8, 29. *Malignius tecum egiſſe naturam*, Sen. epist. 44.

¶ Malignitas, *ātis*, κακοήθεια, invidia, neid. Liv. 2, 42 *Malignitas patrum, qui militem præda fraudarent.* Valer. Max. 4, 7 extr. 2 *Nulla tam modeſta felicitas eſt, quæ malignitatis dentes vitare poſſit*, id est, invidiæ. v. Buchnerum l. c. in *Malignus*.

¶ Malignor, *ari*, & Maligno, *are*, böses thun, übel handeln. Gloss. gr. lat. κακοηθένομαι, *malignor*, Vulg. Interpr. Psalm. 83, 3 *Super populum tuum malignaverunt conſilium.* Et Psalm. 73, 3 *Quanta malignatus eſt inimicus in ſancto.*

¶ Malignans, *tis*; ut, *Conſilium* vel *conventus malignantium*, Vulg. Interpr. Psalm. 21, 17: & 63, 3. Et Ammian. 22, 15 *Volucres venena malignantes.*

¶ Malignōsus, *a, um.* Vet. Gloss. *Malignoſus*, κακεντρεχής.

¶ Malitas, *ātis*, f. Vlpian. leg. 5 Dig. quod metus caussa: *Timor majoris malitatis.*

¶ Malitia, *æ*, f. κακία, ut est in Vet. Gloss. perversitas, cum quis data opera male agit, verkehrtheit untugend und boßheit. Sallust. Orat. 2 de Rep. ordin. *Malitia præmiis excitatur, ubi ea dempſeris, nemo omnium gratuito malus eſt.* Senec. epist. 82 *Malitia ipſa maximam partem veneni ſui bibit*, die boßheit thut ihr selbst den gröſten schaden. Hieronym. Apolog. adv. Ruffinum: *Malitia non habet tantas vires, quantos conatus.* Et Senecæ *Malitia* vitiositas est, quæ virtuti opponitur, epist. 31; *Si intelligeris bona eſſe, quibus admixta virtus eſt: turpia, quibus malitia conjuncta eſt.* Et mox: *Honeſta & turpia virtutis & malitiæ ſocietas efficit.* Idem epist. 106 extr. *Quicquid facimus, aut malitiæ, aut virtutis gerimus imperio.* Et Gell. 1, 3: *Cum eſſent malitia, & virtus contraria, vita miſera atque beata atque contraria, &c.* ¶ 2. Sed eam loquendi rationem improbat Cic. 4 Tusc. c. 15 his verbis: *Hujus igitur virtutis contraria eſt VITIOSITAS. Sic enim malo, quam MALITIAM appellare, quam Græci κακίαν appellant. Nam MALITIA certi cujusdam vitii nomen eſt. VITIOSITAS omnium &c.* Nimirum Ciceroni malitia est, ut ipse describit de N. D. 3, 30 *Verſuta & fallax nocendi ratio*, arglistigkeit. Ita Off. 3, 17 extr. *Quo circa ajunt tollendæ ſunt, illique MALITIA, quæ vult ita quidem videri ſe eſſe prudentiam, ſed abeſt ab ea diſtatque plurimum*, & paulo post *malitiam fraudemque*, ut alias quoque *fraudem, artem, calliditatem*, conjungit.

¶ Malitiosus, *a, um*, fallax, böse, betrüglich. *Calumnia eſt malitioſa interpretatio juris*, Cic. Off. 1, 10. Conjunctim *malum & malitioſum hominem* Gellius dixit 9, 2. *Sylva malitioſa*, ad quam pugna atrox Romanos inter & Sabinos commissa est, occurrit apud Liv. 1, 30. Conf. Cluver. Ital. Ant. 2, 9. Dionys. Halic. L. 3 p. 174, est ὕλη ἡ κακόηθεσιν κακόηθον.

¶ Malitiōse, adv. dolose, fälschlich, betrüglich. Cic. Verr. 2, 53 *Nihil ſane vafre aut malitioſe facere cunctus eſt.* Id. pro Rosc. Am. c. 38 *Si quis rem mandatam malitioſius geſſiſſet ſui quæſtus aut commodi cauſſa.*

¶ Malitiosītas, *ātis*, f. eine leichtfertigkeit. Tertullian. adv. Marc. 3, 15 extr. *Aut diffidentiæ aut malitioſitatis conſilium eſt.*

Composita:

¶ Malebarbis, & Malibarbis, *e*, dünnbärtig. Vet. Gloss. *Malebarbis*, σπανοπώγων. In aliis est *Maliharbis*.

¶ Maledeus, *i*, m. idem quod *Cacodemon*, ein böser geist. Sen. in Thyeste; qui & *Malegenius* dici possit; sed vid. *Male* n. 4.

¶ Maledīco, *xi, ctum, ĕre*, schelten, fluchen. Ter. Eun. 4, 7, 29 *Cave ſis, neſcis cui maledicas viro.* Cic. pro Cæl. c. 3 *Quis eſt, qui iſti ætati non poſſit, quam velit, petulanter maledicere?* Iden fam. 3, 8 *Si legatorum cuipiam maledicitur.* Paullo post reddit: *ut gravius diceretur.*

¶ Maledicens, *tis*. Plaut. Merc. 2, 75 *Vt nunc ſunt maledicentes homines.*

¶ Maledictus, *a, um*, verflucht Tertull. adv. Marc. 5, 3 *Maledictus omnis in ligno ſuſpenſus.* Spartianus in Geta c. 3 *Maledicte parricida.* vide Salmas. in Hist. Aug. p. 168.

¶ Maledictum, *i*, n. ein scheltwort. Plaut. Curc. 4, 2, 27 *Indignis ſi maledicitur, maledictum id eſſe dico; verum ſi dignis dicitur, benedictum eſt, meo quidem animo.* Cic. pro Planc. c. 12 ext. *Maledicta conjicere in aliquem: & Maledicta aſpere, & ferociter & libere in aliquem dicere*, ibidem c. 13. *In maledicto plus eſt injuriæ, quam in manu*, Quintil. 6, 3. Apul. lib. 2 Flor. de corvo & pittaco: *Si convicia docueris, conviciabitur, diebus ac noctibus perſtrepens maledictis.*

¶ Maledictio, *ōnis*, f. idem. Cic. pro Cæl. c. 3 *Maledictio nihil habet propoſiti, præter contumeliam, quæ ſi petulantius jactatur, convicium, ſi facetius, urbanitas appellatur.* Item, ein fluch. Tertull. adv. Marc. 5, 3 *Chriſtus factus pro nobis maledictio.*

¶ Maledictor, *ōris*, m. qui maledicit. Festus: *Maledictores dicebantur ab antiquis, qui nunc maledici.*

¶ Maledicto vel Maledictīto, *are*, frequent. Plaut. Trin. 1, 2, 62 *Maledictitatur tibi vulgo in ſermonibus.*

¶ Mălēdĭcus, *a, um*, adject. lästerud. *Maledicus conviciator*, Cic. pro Muræn. c. 6. *Maledici non deſunt Hamilcari*, er hat verleumder, Nepos 22, 3, 2. Comparat. *Hominem maledicentiorem, quam te, novi neminem*, Plaut. Merc. 1, 2, 31. *Maledicentiſſima civitas*, Cic. pro Flacco c. 3 *Hiſtorici maledicentiſſimi*, Nepos 7, 11, 1.

¶ Maledice, adv. schmählich, lästerlich. Cic. Off. 1, 37 *Cum de abſentibus maledice contumelioſeque dicitur.*

¶ Maledicentia, *æ*, f. die lästerung. Gell. 3, 3 *Ob aſſiduam maledicentiam & probra in principes civitatis in vincula conjectus eſt.*

¶ Maledĭcax, *ācis*, allzu plauderhaft. Macrob. Sat. 7, 3 de Antigono: *Importuna urbanitas maledicacem luce privavit.* Quidam libri etiam ita junctim Plaut. Curc. 4, 2, 26.

¶ Præmaledīco, *ĕre*, vorher verfluchen. Tertull. adv. Marc. 5, 3 *Quomodo præmaledixiſſet eum creator, quem ignorat?*

¶ Remaledīco, *ĕre*, wiederschelten. Suet. Vespas. c. 9 *Non oportere maledici ſenatoribus: remaledici civile faſque eſſe.* Tertull. de Idololatr. c. 21 *Se maledictum indigne tuliſſe, demonſtraverat remaledicens.* Gloss. Vet. ἀντιλοιδορῶ, *Remaledico.*

¶ Malefăber, *a, um*, verschmitzt, arglistig. Prudent. Hamartig. v. 714 *Suadelis malefabris illecta.*

¶ Malefăcio, *ĕre*, nocere, ægritudinem inferre, schaden, zum verdrieß thun, übel thun. Ter. Adelph. 2, 1, 10 *Neque tu verbis ſolves unquam, quod mihi re malefeceris.*

¶ Malefaxim, *is, it*, idem. Plaut. Menæch. 5, 2, 108 *Metuo, ne quid malefaxit mihi.*

¶ Malefactum, *i*, n. die übelthat. Ennius apud Cic. de Off. 2, 18 *Benefacta male locata malefacta arbitror.* Ἓν δὲ ἐπίσημον μέγα, τὸν κακῶς δρῶντα δικαίοις ἀντιμείβεσθαι κακοῖς, dicebat de se Archilochus, i. e. *Vnum novi, & illud quidem magnum, malefacta malefactori graviſſimis compenſatum iri malis.*

¶ Malefactio, *onis*, f. idem. Subitam virium collapsionem sive animi deliquium, quam λιποθυμίαν Græci vocant, a medicis *malefactionem* dici, ait Macer de Herb. 2, 4, 28, die ohnmacht.

¶ Malefactor, *ōris*, m. qui male fecit, aut meritus est. Plaut. Bacch. 3, 2, 11 *Malefactorem amitti ſatius, quam relingui beneficum.*

¶ Malefĭcus, *a, um*, schädlich, boshaftig. Cic. Verr. 3, 55 *Hominum maleficorum ſceleratorumque cuſtodiæ.* Plin. 11, 17 *Maleficum frondibus animal capra*, id est, nocens. ¶ 2. Item invidus, malignus, ungütig. Nepos 17, 8, 1 *Ageſilaus, ut naturam fautricem hauserat in tribuendis animi virtutibus: ſic maleficam nactus eſt in corpore.* ¶ 3. *Malefici* per excellentiam dicuntur *Magi, Venefici, Sortilegi*, qui per occultas artes hominum generi nocere dicuntur, die zauberer. vid.

Cod. Tit. 18 Leg. 9 de Maleficis & Mathemat. Superl. Suet. in Galba c. 15 *Maleficentissimos incolumes praestitit.*

¶ Malefice, adv. idem. Plaut. Pseud. 4, 7, 113 *Ego nec sycophantiose quicquam ago, nec malefice.*

¶ Malefícium, *i*, n. quodliber facinus improbe admissum, eine übelthat. *Admittere, & committere maleficium*, Cic. pro S. Rosc. c. 22. Liv. 25, 31 *Non plura per annos quinquaginta benefacta Hieronis, quam paucis his annis maleficia eorum erga populum Romanum esse.* ¶ 2. Quævis noxa ac damnum, mißhandlung. Cæs. B. C. 2, 20 *Altera ex duabus legionibus sese Hispalim recepit, atque in foro & porticibus fine maleficio consedit*; id est, ita consedit, ut neminì injuriam ac damnum inferret. Ita *fine maleficio iter facere exercitus* dicitur, qui innoxius transit, Cæs. B. G. 1, 7. Plin. 8, 37 f. 56 de herinaceo utitur, urina spinas corrumpente. ¶ 3. Veneficium, magorum artificium, quod atrocius omni homicidio, adulterio, & furto, adeo ut *in maleficiis voluntatem spectari, non exitum* Hadrianus reſcripſerit. v. Bynckersh. obſ. Iur. Rom. 3, 10. Conf. Hambergeri diſſ. de incendiis altera p. 2, 3. ubi Apuleji præſertim aliquot loca profert.

¶ Maleficiōſus, *a, um*, & Maleficioſe, boßhaftig, ſuſpecta verba. *Maleficioſe intendere*, Cic. pro Cæcin. c. 7, ſed Grut. *malitioſe.*

¶ Maleficentia, *æ*, f. *Reſtibis aſſimulati canicularum maleficentiæ*, Plin. 9, 9, de turſionibus piſcibus, os habentibus, quo morſu nocere inſtar canum poſſunt.

Maleferiatus, vide *Feriatus* in *Feriæ.*

¶ Maleſidus, *a, um*, unrein. Virg. Æn. 2, 23 *Statio malefida carinis.* Ovid. in Ibin v. 83 *Caput malſidum.* conf. Perron. c. 123.

¶ Malefórmis, *e*, deformis. Gloſſ. lat. gr. *Maleformis*, δύσμορφος.

¶ Malefortis, *e*, id eſt, infirmus; ut, *Malefortia fila*, Prudent. in Symmach. 2, 453. Sic Ovidio *Graecia facundum ſed malefortis genus.*

¶ Maleſŏquax, *ācis*. Gloſſ. gr. lat. κακολόγος, *vituperator*, *maledoquax*. Eſt & Publii Syri in ſententiis aureis: *Lingua eſt malilloquax mentis indicium malæ.*

¶ Maliſĕquium, *i*, n. die ſchmähung. Tertull. de Spectac. c. 2 *Non ſumſimus*, i. e. (accepimus) *linguam ad maliloquium, & aures ad exceptaculum maliloquii.* Adde eumdem Apolog. c. 45.

¶ Malesanus, *a, um*, unſinnig. Cic. Att. 9, 15 *Ego illum malesanum ſemper putavi.* Prudent. Pſychom. v. 203 *Malesana ſuperbia.* Horat. 1 epiſt. 19, 3 *Malesani poetæ.* conf. Virg. Æn. 4, 8. Sed *malesana cicatrix*, die ungeheilte wunde. Ovid. Rem. am. v. 623.

¶ Malesuādus, *a, um*. Plaut. Moſt. 1, 3, 56 *Malesuada vulgi lena.* Virg. Æn. 6, 276 *Et metus, & malesuada fames.*

¶ Maletractātio, *onis*, f. übles tractament. Arnob. 4 p. 142 *Tolerari forſitan maletractatio hæc poſſit.* Et p. 149 *Immunes a Deorum maletractatione nec ſic eſtis.*

¶ Malĕvŏlus, *a, um*, invidus, abgünſtig, neidiſch. Cic. fam. 2, 17 *Qui malevolo ſunt animo, deteriores ſunt rogati.* Id. ad Brut. epiſt. 15 *Illo die cognovi, paullo plures in ſenatu malevolos eſſe quam gratos.* Idem pro Dejot. c. 12 *Malevolorum ſermunculi.* Et, *Malevolis ſermonibus credere*, Idem fam. 3, 10. Superl. *Malevolentiſſimæ obtrectationes*, Cic. fam. 1, 7 ex *Malevolens*, quod ſequitur. Pro faſcinatore *malevolus* etiam Latinis uſurpatur. vid. Barth. ad Sticit. Venat. p. 137 & 138.

¶ Malevŏlens, *tis*, idem. *Eſt miſerorum, ut malevolentes ſint, atque invideant bonis*, Plaut. Capt. 3, 4, 51. *Malevolente ingenio natus*, Id. Poen. 4, 3, 4. conf. Stich. 2, 3, 68.

¶ Malevolentia, *æ*, f. abgunſt, unguſt, *voluptas eſt ex malo alterius, ſine emolumento ſuo*, definiente Cicerone Tuſc. 4, 9. Idem ad Q. Frat. 1, 1, 15 *Iudicium obtrectatione & malevolentia liberatum.* Et Brut. Cic. fam. 11, 11 *Malevolentiæ hominum occurrere.*

¶ Maliceridus, *a, um*. Gl. vet. gr. lat. πονηροκάκοδες, *malicoridis.*

¶ Antemalum, *i*, n. id eſt malum præteritum. Virg. Æn. 1, 202 *Neque ſpevari ſumus antemalorum.*

¶ Permale. Cic. Att. 1, 19 *Sequani permale pugnavant.*

Præmaledico, & Remaledico, vide modo poſt *Maledicax.*

MAMBLIA, *æ*, f. oppidum Æthiopiæ ab ea parte, qua Africam ſpectat, Plin. 20, 4.

MĀMERS, *tis*, m. lingua Oſcorum dictus eſt *Mars* per reduplicationem, ſive *Mavors.* vid. Feſtus. Inde

¶ Mamercus, *i*, m. prænomen Æmiliæ gentis quaſi proprium, de quo Spanh. de uſu num. diſſ. 10 p. 30 & 36. v. Liv. 4, 17 & 60. Meminit & Cicero *Mamercorum* in Bruto c. 47; de Off. 2, 16; & pro Rosc. Am. c. 32.

¶ Mamertes, *ĭtis*, m. Corinthius, a fratre Syſaphone membratim diſcerptus, cum ob regnandi libidinem interfeciſſet ejus filios, de quo Ovid. in Ibin v. 547 *Truncaque geras ſævo mutilatis partibus enſe, Qualia Mamertis membra a fuiſſe ferunt.*

¶ Mamertīnus, *a, um*, adj. ut, *Mamertina civitas*, in Campania. Cic. Verr. 2, 5; & 3, 6. *Mamertini populi*, Plin. 3, 8. Liv. Epit. 14 & lib. 28, 28. *Mamertina vina*, Plin. 14, 6; & Martial. 13 epigr. 117. De *Mamertinis* prolixe Feſtus.

MAMILII, *orum*, gens Romana, orta a *Mamilia*, Vlyſſis nepte, Telegoni filia, Tuſculi procreata. v. Liv. 3, 29; & Feſtus, ubi & de *Mamilia turri.* vid. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 15.

Mamilla, Mamillare, vide mox in *Mamma.*

MAMMA, *æ*, f. στῆθος, die bruſt. *Fontem ſanctiſſimum corporis humani generis educatorem*, vocat Gellius 12, 1. Ter. Adelph. 5, 9, 17 *Et quidem tuo nepoti, hujus filio, hodie primam mammam dedit. Puer lactens, in gremio matris ſedens, mammam appetens*, Cic. de Div. 2, 41. Feſtus auctor eſt, veteres mammam lacte deficientem *Minam* vocaſſe. At contra eam, quæ præber lac, *manuſicam* eleganter dixit Plin. 11, 40, quod ad Varronem Scaliger obſervat. ¶ 2. *Mammas* etiam pecudum eſſe, ayter, butten, apparet ex Virg. Georg. 3, 310 *Iacta magis preſſis manabunt flumina mammis.* De *Mammis capræ*, & de *quaternis urſæ*, & aliis, Plin. 11, 40. *Pavi mammæ*, Martial. 2 epigr. 37. v. Nonius 2, 5. ¶ 3. *Mamma* & græcum μάμμα, puerorum vox, qua nutrices, avias, matres appellant; quemadmodum *Tatas* vocabant patres. Perſ. ſat. 3, 18 *Et iratus mammæ lallare recuſas.* Hinc elegans jocus Martialis in Afrani vetulam 1 epigr. 101 *Mammas atque Tatas habet Afra: ſed ipſa Tatarum Dici & Mammarum maxima Mamma poteſt.* Vide Turneb. Adverſ. 8, 8. conf. Plaut. Moſt. 1, 4, 7. In Inſcript. apud Fabrett. p. 58 quoque legas: MAMMAE PIENTISSIMAE. ¶ 4. *Mamma* in furculis arborum parva extuberantia corticis, e qua proſiliunt & enaſcuntur rami, intſpen, augen. vid. Plin. 17, 16 pr.

¶ Mămilla, vel Mammilla, *æ*, f. dimin. die warke. Iuvenal. 13, 163 *Quis tumidum guttur miratur in Arbibus, aut quis in Meroe craſſo maiorem infante mamillam?* Mammolæ igitur illius inſulæ mulieres. Et Vellej. 2, 70, 5 *Siniſtra mamilla, qua cor emicat.* ¶ 2. *Mamilla* in fonte ſaliente dimidiata ſphæra foraminoſa ad aquam ſpargendam latius fiſtulæ impoſita, Varr. R. R. 3, 14, 2. v. *Papilla.*

¶ Mammŭla, *æ*, f. aliud dimin. Cels. 7, 26 *Vrina iter mammulæ ſimile.* Varr. R. R. 2, 3 *Duæ mammulæ penſiles, in faucibus caprarum.* Hæc *lacinia* dicuntur Plinio. ¶ 2. Cognomen gentis Corneliæ. v. Liv. 36, 2 & 33, 44.

¶ Mammōſus, *a, um*, mammas habens. Sic Chamæpitys latine dicitur *mammalis*, ſcil. herba, feld-cypreſſe. vid. Apul. de Herb. c. 26.

¶ Mammātus, *a, um*, idem. Ita Plinio 35, 12 f. 46 *Mammata ſtilla* ſunt Harduino interprete, tubi in mammæ ſpeciem rotundati, per quos ex hypocauſto in balneas calor transmeat.

¶ Mammeātus, *a, um*, idem; ut, *Amica mammeata*, Plaut. Pœn. 1, 2, 181.

¶ Mamillana vel Mammillānus, *a, um*, idem; ut, *Mammillanæ ficus*, a mammarum ſimilitudine, Plin. 15, 18.

¶ Mamillare vel Mammillare, *is*, n. velum ſeu faſcia, qua mulieres mammas tegunt, der bruſtlatz, das bruſttuch, de quo Martial. 14 epigr. 66.

¶ Mammōſus, *a, um*, wohl gebrüſtet; ut, *Mammoſa pyra*, Plin. 15, 15. Sic, *mammoſum tonum*, Idem 12, 14. Proprie autem Martialis 14 epigr. 149 *Mammoſas metuo, teneræ me trade puellæ. Fortuna mammoſa* in vet. lapide Gruteri p. 251. De canibus Varr. R. R. 2, 9 *Feminas volunt eſſe mammoſas.*

¶ Mammothrepta, *æ*, m. μαμμόθρεπτος, a nutrice educatus, ein ſäugling, apud Auguſtin. in Pſalm. conc. 30.

¶ Mammacūthus, *i*, m. vir quidam ſola inſignis fatuitate apud Ariſtophanem. Vnde *Mammacuthi* hiantes & ſtupidi, maulaffen. vid. Cælius Lect. Antiqu. 17, 4.

¶ Bimammis, *e*, f. i. e. binas habens mammas, mit zwey brüſten; ut, *Vvæ bimammiæ*, Plin. 14, 3. Sed *Bumamma* vide in B.

¶ Multimammia, *æ*, f. id eſt, multas mammas habens, Diana dicta, quæ Græcis appellata πολύμαστος, & apud Epheſios cultа fuit. S. Hieronymus in Procem. Epiſt. Pauli ad Epheſ. *Dianam colentes non hanc* VENATRICEM, *quæ arcum tenet, atque ſuccinctа eſt; ſed illam* MVLTIMAMMIAM, *quam Graci* πολύμαστον *vocant, ut ſcilicet ex ipſa quoque effigie mentirentur, omnium eam beſtiarum & viventium eſſe nutricem.* Minuc. Felix Octav. c. 21 *Diana eſt alte ſuccinctа venatrix, & Epheſia mammis multis, & ulcribus exſtructa.* * Spectatur ea res hodieque in nummis plurimis Epheſiorum aliorumque paſſim deſcriptis ac explicatis. v. Claudii Menetrei Symbolica Dianæ Epheſiæ ſtatua.

¶ Vnimammia, vel Vnomammia, *æ*, f. unam mammam habens, ficta Plauti vox, Capt. 3, 75.

MAMMÆA vel Mammea, *æ*, f. mater Alexandri Severi, de qua Lampridius in ejus Imp. vita c. 3 & 26. Dicitur filium coëgiſſe, ut edulia quamvis permodica, ſi menſæ prandioque ſupereſſent, alteri convivio reponerentur. vid. Aur. Vict. Epit. c. 24. ¶ 2. *Mammea* inſolens viri nomen apud Petronium c. 45.

¶ Mammæānus, *a, um*, adj. ut *Mammæanæ puellæ, Mammæani pueri*, ab Alex. Severo inſtituti, v. Lamprid. l. c. c. 57.

MAMMŌNA, *æ*, m. vox Syriaca, opes ſignificans, ut apud Græcos πλοῦτος, der mammon, der übrige reichthum. vid. Eraſm. in Matth. c. 6, 24. Pronunciatur penultima longa. Auguſtin. Punice *lucrum* eſſe dicit. vid. Lud. Vives ad Auguſtin. de C. D. 1, 10. Significanturque hac voce omnia, quæ ad rem pecuniariam pertinent. vid. Ang. Canin. c. 8 de locis Hebræis. *Amicos de mammona fabricare ſibi*, i. e. pauperes beneficiis conciliare, Tertull. de Patient. c. 7.

¶ Mammoneus, *a, um*, reich; ut, *Mammoneam fidem ſequi*, Prudent. Hamartigen. v. 428.

MAMPHŪLA, *æ*, f. panis Syriacus, de quo Lucilius apud Feſtum.

MAMPHUR, *ŭris*, n. lignum rotundum loco circumvolutum, quod circumagunt fabri in operibus tornandis. Feſtus.

MAMŪRIVS, *i*, m. Veturius, faber ærarius, qui ancilia, Romæ quæ colebantur, item Palladis ſimulacra fecit. vid. Ovid. Faſt. 3, 382 & ſeq. Varr. L. L. 5, 6; & Servium in Virg. 2 Æn. p. 239. conf. Roſini Ant. Rom. 3. 20 p. 303.

MAMVRRA, *æ*, m. eques Romanus, Formiis natus, qui primus Romæ parietes domus ſuæ cruſta marmoris operuit. Nepos Fragm. c. 10 n. 7, & Plin. 36, 6. Hinc Formias *Mamurrarum urbem* vocat Horatius 1 ſat. 5, 37.

Mana, Manabilis, vide infra *Manes, ium*, & *Mano, are.*

MĀNĀCVS, *i*, m. ein monats-circkel. Tarentina voce lineam ecliptican, lunæ orbitam, *circulum manacum* veteres appellarunt, quaſi *maniacum*, μανιακὸν Dor. pro μηνιακὸν, vid. Vitruv. 9, 8. Vnde Calendarium *Almanach* dictum putat Dalechamp. ad Plin. 2, 5.

Manalis, manatio, vide in *Mano, are.*

MANCEPS, *mancĭpis*, conductor, redemtor, qui, teſte Feſto, a populo aliquid emit, conducitve; ejus rei quoniam fubdara manu indicium facit, ſeque auctorem profitetur, *manceps* dicitur. vid. Sigon. de Antiqu. jur. civ. Rom. 2, 4, ein miethmann, pachter, der etwas miethet, pachtet. *Manceps*, inquit Aſconius, *publicanorum princeps; Præpoſitus, Decumanus*, a decimis redemtis, *Portitor*, a portu conducto, *Pecuarius*, a paſcuis publicis. Nepos 25, 6, 3 *Nullius rei manceps factus eſt.* Tac. Ann. 3, 31, 6 *Plurima per Italiam itinera fraus mani-*

mancipum & incuria magiſtratuum interrupta & impervia: Vbi *mancipes* vocat, qui vias reparandas & muniendas conduxerant, idque maligne & malitiose fecerant. vide ibi & Lipſium. ¶ 2. Prædem ſive fidejuſſorem ſignificat, ein bürge. Plaut. Curc. 4, 2, 29 *Ego mancipem te nihil moror.*

¶ Mancipo, & Mancupo, *avi, atum, are*, zueignen, zu eigen übergeben, einräumen. Horat. 2 epiſt. 2, 159 *Quædam mancipat uſus.* Plaut. Curc. 4, 2, 10 *Alienos mancupatis, alienos manumittitis.* Apul. Met. 10 p. 243 *Semel conditis calculis nihil poſtea commutare licebat, ſed mancipabatur poteſtas capitis in manum carnificis.* Solin. c. 20 de Gangavia. *Ita capitur (fera alci ſimilis) alioqui difficile eſt eam mancipari*, h. e. manu capi.

¶ Mancipātus, *a, um*, zugeeignet; ut, *Venditus atque mancipatus Tribunatus*, Cic. Phil. 2, 21. Et de Senect. c. 11 *Senectus neminimancipata*, hoc eſt, devincta, obligata, ſed ſui juris, niemand unterthan oder verpflichtet. Alii legunt *emancipata*. Prud. Cathem. 11, 39 *Mancipata vita.*

¶ Mancipatus, *ūs*, m. ſubſt. Plin. 9, 35 *In mancipatum venire*, zu eigen übergeben werden.

¶ Mancipātio, *ōnis*, f. id eſt, in manus traditio. Ritus fuit Romanorum rem, quæ inde dicitur *mancipi*, ut propriam, adhibito ære & libra ſibi vindicandi, die übergebung und übernehmung. L. 77 D. de div. reg. Iuris; & l. 1 Inſtit. tit. 6. Vid. ICti e. g. Schultingius ad Vlpian. 19, 3 p. 620; & Heinecc. antiquit. ad Inſtit. 1, 12, 6 ſq. Scribitur & *Mancupatio* (licut etiam *mancupium*;) v. g. Plin. 9, 35 p. 335, uti ex MSS. ibi Harduinus legit, quem videas.

¶ Mancīpium, vel Mancupium, *i*, n. ein leibeigener, ſclave. Ter. Eun. 2, 3, 72 *Vt mancipia hæc, ita ut juſſit frater, dedúcam ad Thaidem.* Seneca epiſt. 70 *Extrema mancipia.* Quint. 5, 12 *Negotiatur mancipiorum.* Sic, *Mancipium Chriſti* in bonam partem pro Chriſtiano dixit Prudentius Apotheoſ. v. 408. ¶ 2. *Mancipium* eſt jus poſſidendi & dominium. Brutus Cic. epiſt. 16 *Vt eſſet ſui juris ac mancipii reſpublica*, i. e. nemini ſubjecta. Sic Plauto Moſt. 5, 1, 43 *Mancupio poſcere*, eſt dominium in ſe transferre. Sic, *Dare & accipere mancipio*, zu eigen geben, zu eigen annehmen, Plaut. Curc. 4, 2, 9. Perſa 4, 3, 55 *Ne ſav periculo is emat, qui eam mercabatur, Mancipio neque promittet, neque quisquam dabit.* Nimirum in iis, quæ mancipio emuntur, præſtatur evictio, der verkäuffer muß gewahre leiſten. Ita etiam accipitur Cic. Att. 1, 1. Apud eund. Cic. fam. 7, 29 & 30. κτῆσις & κτῆμα, *mancipium atque nexus*, & *uſus atque fructus*, diſtinguuntur. Sen. epiſt 32 *Nihil dat fortuna mancipio*, das glück giebt nichts zu eigen. Huc Lucretii illud pertinet 3, 985 *Vitaque mancipio nulli datur, omnibus uſu.* De *ſatisdatione ſecundum mancipium* vid. Int. ad Cic. Att. 5, 1 p. 464 ſq.

¶ Mancipi, vel Mancupi, indeclinabile ſingul. & plur. dixere Grammatici, ſed perperam; eſt enim genitivus contractus, quod oſtendit poſt Voſſium de A. G. 3, 46, & Salmaſ. de uſur. c. 8, Perizonius ad Sanct. 4, 4, 12. Erant autem *res mancipi*, quæ certo ritu interpoſito (de quo in *Mancipatio*) ita vendi poterant, ut emtor *manu* eas *caperet*, & evictionem præſtaret venditor. Aliæ dicebantur *nec mancipi*. *Res mancipi* erant v. g. prædia juris ſolive Italici. Cic. pro Flacco c. 32 extr. *Sint ne iſta prædia cenſui cenſendo; habeant jus civile; ſint nec ne ſint mancipi.* vid. Græv. ad h. l. & ICti. *Ædes mancipi*, Plaut. Moſt. 5, 1, 43, quamquam & *mancipio* ibidem legant. *Emtio mancipi*, Plin. 32, 3.

Compoſita:

¶ Emancīpo, *avi, atum, are*, eſt per imaginariam venditionem addicere alicui, vel quovis modo alienare, & in alterius jura transferre, vel dono etiam dare, vel quod conſuetiſſimum patria poteſtate dimittere, aus ſeiner gewalt laſſen, abtreten. Nam cum Tacitus Hiſt. 1, 24, 3 ſcribit Othonem Proculo, de parte finium cum vicino ambigenti, *univerſam agrum emiſſe ſua pecunia emtum dono dediſſe*: Sueton. Othone c. 4 eandem rem narrans *emancipaſſe* dixit: *Totum*, inquit, *agrum redemit emancipavitque.* Cic. de Fin. 1, 7 *Filium in adoptionem alicui emancipare.*

¶ Emancipātus, *a, um*, ſui juris factus, freygeſprochen; item obligatus, dedititius, ergeben, verbunden. *Emancipati*, inquit Feſtus, *duobus modis intelliguntur, aut ii, qui ex patris jure exierunt, aut ii, qui aliorum ſunt dominii.* Apul. Met. 10 *Nequiſſimus & ad omne facinus emancipatus ſervulus.* Et Horat. Epod 9, 11 *Romanus* (Antonius) *emancipatus fœminæ* (Cleopatræ). Cic. de Senect. 11, *Si ſenectus jus ſuum retinet, ſi nemini emancipata eſt.* Idem Phil. 2, 21 *Venditus atque emancipatus tribunatus.*

¶ Emancipatio, *ōnis*, f. die erlaſſung aus ſeiner gewalt, eſt relaxatio patriæ poteſtatis, quæ per venditionem imaginariam, adhibito, ut in mancipatione, ære & libra peragebatur: vid. § 6 Inſtit. quibus mod. jus patr. pot. ſolv. Conf. l. 6 C. de Emanc. Diſtinguit a manumiſſione Vlpianus Lege 1 § 4 Dig. Quando de peculio &c. quod *Manumiſſo ad ſervos, Emancipatio ad filios pertineat*, quando hi ſui juris fiunt, dimiſſi e poteſtate parentum. Quint. 11, 1 *Inter patres filiosque cum interveniſſet emancipatio, litigatum ſcio* Adde Plin. 10 epiſt. 3, it. Gell. 15, 27. De ritibus vid. ICti v. g. Heinecc. Ant. ad Inſtit. 1, 12, 6 ſqq.

¶ Emancipator, *oris*, m. qui emancipat. Gloſſ. gr. lat. ἐξωχετωτὴς, *Emancipator*. Prudentius Hymno Iejunant. v. 184 *Emancipator ſervientis plaſmatis.*

¶ Remancipo, *are*. Gajus Inſt. 1, 6, 4 *Hoc agere debet naturalis pater, ut ei a fiduciario patre remancipetur* filius.

¶ Remancipātus, *a, um*, wieder einverleibet. Apud Feſtum *Remancipatam Gallus Ælius eſſe ait, quæ mancipata ſit ab eo, cui in manum convenerit.*

MANCĪNVS, *i*, m. Conſul Romanus, quia cum Numantinis turpe fœdus percuſſerat; ad ſolvendos religione Romanos pro ſuperſtitione vel impietare gentis, hoſtibus dedit us. v. Aur. Vict. Vir. Illuſtr. c. 59: Vel. Max. 1, 6, 7; & 2, 6, 1: Cic. Off 3, 30. Inſignem ejus Domum *Mancini fana* appellata eſſe ait Feſtus.

MANCIVS, Romanum nomen; de quo Burm. ad Quint. 6, 3 p. 538.

Manciola pro *Manicula* ex Gellio vide in *Manus.*

MANCVS, *a, um*, quaſi manu carens, der nur eine hand hat. ¶ 2. Deinde, qui quoquo modo debilis eſt, lahm, gebrechlich, unvollkommen, ſchwach, geſtümmelt. Cic. pro Rab. perduell. c 7 *Scævola mancus, ac membris omnibus captus ac debilis.* Idem Off. 1, 43 *Cognitio naturæ manca atque imperfecta.* Et pro Mil. c. 9 *Occurrebat, mancam ac debilem præturam ſuam futuram, Conſule Milone.* Et de fin. 3, 9 *Manca ſine acceſſione virtus.* Ver. Gloſſ. *Mancus*, κυλλος

¶ Emanco, *are*, id eſt, manus præcidere aut debilitare, verſtümmeln, rarum verbum, quo apud Senecam uſus eſt aliquis Controverſ. 33 ſub fin. *Gaudeo me non omnes emancaſſe.*

Mandala, vide *Mando, ere*, Mandator, mandatum, &c. *Mando, are.*

MANDĒLA, *æ*, f. pagus feu vicus in Sabinis, ubi fundum habuit Horatius, quem vide 1 epiſt. 18 extrema.

Mandibula, mandibulum, vide *Mando, ēre.*

MANDO, *avi, atum, are*, eſt gerendum aliquid alicui exſequendumque committere, tradere, auftragen, anbefehlen; unde & *Commendare*, eſt cuſtodiendum dare, de quo intra. Cic. Att. 1, 12 *Accidit hoc, quod totum cujusmodi ſit, mando tibi ut perſpicias.* Nepos 19, 1, 2 *Cum diviti ſſimus eſſe poſſet, propter frequentes delatos honores, poteſtatesque ſummas, quæ ei a populo mandabantur.* Sic Lambinus legit: cæteri ex MSS. *dabantur.* Nec vero alterum contra latinitatis indolem. Cic. Verr. 4, 27 *Populum Rom. hominibus novis, atque induſtriis libenter honores mandare, ſemperque mandaſſe*, quod Verr. 5, 14 dixit *magiſtratum alicui mandare*: & Liv. 24, 8 pr. *Ad mandandos, quibus velitis, honores.* Sic, *honores alicui mandare* eſt conferre. Eleganter Florus 3, 1, 3 *Primum ſcelus mandat inſidiis*, i. e. ſceleris ordinem ab inſidiis ducit: quibus initia peragenda mandat veluti, ſeu committit & tradit. Seneca Medea v. 150 *Sile obſcevo queſtuſque ſecreto abditos Manda dolori*, ſonnen und verſchmerze es. Ter. Adelph. 3, 3, 18 *Huic mandes, ſi quid velle curatum veli Aliquid penitus animis & mentibus mandare*, wohl zu herzen nehmen, Cic. Catil. 1, 11. Et, *Mandare memoriæ*, ins gedächtniß faſſen, mercken. Idem de Amic. c. 1. Item, *Litteris* vel *memoriæ mandare aliquid*, etwas aufſchreiben, Id. Nat. D. 1, 4 pr & de Amic. c. 1: & Off. 2, 2 pr, & Sen. epiſt. 8. Sic & *Immortalitati, ſcriptis, monumentis mandare*, zum ewigen gedächtniß beſchreiben, Cic. pro Domo c 29, Off. 2, 1: & Acad. qu. 4, 1. *Mandare terræ femina*, idem eſt, quod ſeminare, ſäen, Cic. Tuſc. 2, 9. Colum. 1, 7. Et, *Mandare ſe fugæ*, Cæſ. B. Gall. 5, 18, eſt fuga ſalutem ubi quærere, ſich auf die flucht begeben. *Mandare quem humo*, Virg. Æn. 9, 215 eſt ſepelire, begraben. Liv. 39, 14 *Quæſtionem de Bacchanalibus ſacrisque nocturnis extra ordinem conſulibus mandant.* ¶ 2. Interdum *Mandare*, eſt mittere, ablegare, abfertigen, wegſchicken. Cic. pro Quintio c. 15 *Is non modo ex numero viventium exturbatur: ſed, ſi peri poteſt, infra etiam mortuos mandatur.* Idem pro Sulla c. 20 *Aliquem dimittere ab je & mandare in ultimas terras.*

¶ Mandans, *tis.* Ovid. Heroid. 16, 314 *Vtere mandantis ſimplicitate viri.* Sed Heinſ. & Burm. pro *mandantis* leg. *non vafri.*

¶ Mandatus, *a, um*, befohlen, anbefohlen. Cic. pro Roſc. Am. c. 38 *Si quis rem mandatam malitioſius geſſiſſet, &c.* Idem pro L. Manil. c. 16 *Imperia mandata, atque exercitus commiſſi.* Adde Ovid. Met. 7, 505.

¶ Mandātum, *i*, n. eine commiſſion oder vollmacht. *Dare mandata ad aliquem alicui*, Cic. fam. 3, 11. *Dare mandata alicui de magnis rebus*, Idem Phil. 8, 7. *Accipere mandata ad aliquem*, Quintil. 3, 10. *Mandata conficere*, Cic. Phil. 9, 3. Et, *Exſequi mandata*, ibid. c. 4 extr. *Venire cum mandatis*, Idem Verr. 2, 64. Et, *Habere mandata ab aliquo*, Phil. 2, 34.

¶ Mandatus, *mandatu*, nomen, apud ICtos ſæpius, idem quod *Mandatum*; *Mandatu creditorum*, Lege 32 Dig. Mandati vel contra. *Mandatu meo*, ibidem Lege 45 pr. Quin & Cic. pro Cæc. c. 7 quidam habent *mandatu Cæſanniæ*, al. *mandato.* Similis varietas etiam eſt Suet. Cæſ. c. 7.

¶ Mandatio, *ōnis*, f. idem. Iulianus leg. 37 pr. Dig. de acquir. rer. dominio: *Nec ſtipulatione, nec mandatione.*

¶ Mandator, *ōris*, m. der etwas aufträgt, principal. Tertull. adv. Marc. 3, 2 *Nec miſſus credetur, quem nunquam mandator deſignavit, nuncupaturus pater & deſignaturus mandator ſi fuiſſet.* ¶ 2 Et Impulſor, ein anſtifter; ut, *Mandator delationis, cædis.* Sic enim Iureconſulti veteres utuntur, quos vide; itemque Suet. Tito c. 8 *Inter adverſa temporum, & delatores mandatoresque erant ex licentia veteri.*

¶ Mandatrix, *īcis*, f. Claudianus 4 Conſul. Hon. v. 235 *Mandatrix operum.*

¶ Mandatorius, *a, um*; ut, *Mandatorio nomine* apud ICtos v. g. Dioeleſia. & Maximia. l. 19 C. de fidejuſſ. & mandator. (8, 41) *Vel fidejuſſorio, ſive mandatorio, vel quocunque alio nomine.*

¶ Mandatārius, *i*, m. ICtis eſt, cui mandatum aliquid eſt.

¶ Mandativus, *a, um*, mandandi ſignificationem & vim habens. Fronto Gramm. p. 1331. Videte *imperativum* eſt, videtote *mandativum.* Vid. Bangii Obſſ. Philoll. de modo verbor. p. 477.

Compoſita:

¶ Amando, *avi, atum, are*, ablegare, cum mandatis mittere, abfertigen, verſchicken, interdum & relegare, rejicere, wegſchaffen. Cic. Att. 7, 13 *De Ciceronibus noſtris dum te quid agam, nam mihi interdum amandandi videntur in Græciam.* Idem ad Quir. poſt red. c. 4 extr. *Spiritu duntaxat vivit: re quidem in ſua omnes mortuos amandatus eſt.* Idem pro Domo 25 *Me expulſo, Catone amandato, in cum ipſum ſe convertit.*

¶ Amandātus, *a, um*, weggeſchickt, verſendet. Cic. pro Domo c. 25 *Me expulſo, Catone amandato.* Gellius 12, 1 *Amandati ad nutricem aliam filii oblivio.*

¶ Amandatio, *ōnis*, f. eine abfertigung. *Relegatio atque amandatio*, Cic. pro Rosc. Am. c. 15.

¶ Admando, *are*, apud Plaut. in Pœnulo esse dicitur.

¶ Commendo, *are*, befehlen, anbefohlen. Plus est, quam *committere*. Nam proprie nihil aliud est, quam deponere, ut Vlpianus docet leg. 186 Dig. de verb. signif. & Papinianus Lege Lucius 24 Dig. Depositi vel contra. Seneca epist. 27 *Bona mens nec commendatur nec emitur*. Malit tamen Lipsius *commodatur* legi: ut sensus sit, nec usu, nec mancipio bonam mentem dari. Iustin. 35, 2, 1 *Demetrius duas filios apud Gabiniam hospitem suum cum magno auri pondere commendaverat, ut belli periculis eximerentur, &c.* Phædrus 1, 18, 2 *Calumniator ab ove cum peteret canis, quem commendasse panem se contenderet*; alii *commodasse* legunt. Augustin. Dulciloqu. 5, 18 *Veni ad partes ejus, ubi commendavi affectiones proximi mei*; id est, deposui. Ter. Eun. 5, 2, 47 *Ego me tuæ commendo & committo fidei*, ich empfehle und ergebe mich dir in deine treue. *Commendo tibi ejus omnia negotia, liberos, opes, fortunas*: & *Commendare, se, filios suos alicujus fidei, virtuti, tutelæ*, Ciceronis sunt. *In clientelam alicujus se commendare*, Ter. Eun. 5, 8, 9. *Perge, ut agis, nomenque tuum commenda immortalitati*, Cic. fam. 10, 12, mache dir einen ewigen nahmen. Hygin. Fab 3 *Cujus beneficio ad sororem Medeam est commendatus*. ubi v. Munckerus. ¶ 2. Frequenter & de morituris usurpatur hoc verbum, qui liberos aliosve suos tutandos fovendosque aliis tradunt. Cæs. de B. C. 2, 41 extr. *Hi de sua salute desperantes aut suam mortem miserabantur, aut parentes suos commendabant, &c.* Cic. de Off. 3, 10 *Et is, qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum caussa postulavisset*. Et Hirtius de B. Afric. c. 88 *Ipse, omnibus rebus diligentissime constitutis, liberis suis L. Cæsari commendatis, ferrum in cubiculum tulit, atque ita se trajecit*. ¶ 3. Est etiam laudo, probo, recommendiren, Vall. 3, 45. Horat. 1 sputt. 18, 76 *Qualem commendes, etiam atque etiam adspice, &c.* Curius ad Cic. fam. 7, 30 *Quare mi Cicero, perseverа constanter nos conservare, Sulpicii successori nos de meliore nota commendare*. Cic. de Clar. Orat. c. 59 *Nulla re magis orator commendatur, quam verborum splendore & copiâ*. Idem de Orat. 1, 59 *Eloquentiam vox maxime commendat*, macht angenehm, beliebt.

¶ Commendatus, *a, um*, anbefohlen, belobt; ut, *Habere aliquem commendatum*, ihm einen lassen befohlen seyn, Trebon. ad Cic. fam. 12, 16. *Dignitatem meam commendatam tibi habeas*, Cassius ad Cic. fam. 12, 12. *Commendatus litterarum honore*, Plin. 35, 18. Ambrosius lib. de Tobia c. 20 *PIGNVS dicunt, quod pro mutuo ære susceptum est: COMMENDATVM autem & DEPOSITVM, quod custodiæ caussa alicui committitur*. Compar. *Commendatioris famæ esse*, Plin. 25, 10. *Civitas commendatior*, lieber und angenehmer, Cic. pro C. Balbo c. 19. *Quæ res commendatior erit hominum memoriæ sempiternæ?* Id. Phil. 2, 13. Superl. *Rogo, ut habeas eos a me commendatissimos*, Cic. fam. 12, 26.

¶ Commendatio, *ōnis*, f. die empfehlung, lobschrifft, recommendationsschrifft. Cic. 1, 3 *Nostra cæterorumque amicorum commendatione gratissimus in provincia fuit*. Idem Offic. 2, 3 *Prima commendatio profecisse videtur modestia, pietate &c.* id est, prima laus, das erste lob, die erste gunst ꝛc.

¶ Commendator, *ōris*, m. qui commendat. Symmach. 1 epist. 40 *Amicum meum promtus commendator insinuo*. Et Vopisc. in Probo c. 2 *Omnes tenebræ possiderent ac tegerent, nisi commendatores eorum historici exstitissent*. Est etiam apud Plin. 6 epist. 23.

¶ Commendatrix, *īcis*, f. ut, *Lex commendatrix virtutum*, Cic. de Leg. 1, 22. *Miraculorum ferax commendatrixque terra*, Plin. 8 epist. 20.

¶ Commendātītius, *a, um*: ut, *Litteræ commendatitiæ*, Cic. fam. 5, 5, eine vorschrifft, lobschrifft, vorbitte, recommendation. Plato, cum Heliconi cuidam Cyziceno ad Dionysium litteras dedisset commendatitias, eumque ut humanum ac modestum laudasset, in fine adjecit: *Hæc tibi scribo de homine animante natura mutabili*, γράφω δέ σοι ταῦτα περὶ ἀνθρώπε ζώε φύσει ἐυμεταβόλε, Plutarch. lib. de vitiosa verecundia.

¶ Commendatōrius, *a, um*, idem. Sidon. 9 epist. 10 *Quem litteris non commendatoriis minus, quam refusoriis jam placatus insinuo*.

¶ Commendābilis, *e*, rühmlich, lobens-werth, gefällig. Liv. 42, 5 *Nullo commendabilis merito*. Et, *Quæ commendabilia, apud Africanum erant*, Idem 37, 7. *Cantu commendabilis avicula*, Val. Max. 9, 1, 2. Compar. *Commendabiliorem injuria patientiam facit*, Nazarius Paneg. Constantini c. 12. Adde Treb. Pollion. Trig. Tyrann. c. 16; & Salvian. adv. Avarit. lib. 1 p. 8.

¶ Incommendatus, *a, um*, non commendatus, unanbefohlen. Ovid. 11 Met. 11, 434 *Incommendataque tellus Omnis, & omne fretum*.

¶ Recommendo, *are*, infimarum fordium vox hic locum non meruisset, nisi monendi essent nonnulli, ne forte cum bono quodam viro præsidium accessant illi ex Phædro 2, 1. 7 *locus re commendatur, non auctoris nomine*, ubi *res* & *nomen* aperte nimis opponuntur.

¶ Demando, *are*, diligenter, prorsus mandare, befehlen, anvertrauen. Liv. 8, 36 *Curam eorum nominatim legatis, tribunisque & præfectis demandabat*. Idem 5, 27 pr. *Plures pueri unius curæ demandabantur*.

¶ Demandātus, *a, um*, anbefohlen, übergeben. Suet. Calig. c. 41 *Demandata vice sua*.

¶ Demandatio, *onis*, f. die empfehlung, übergebung. Tert. de Resurr. Carn. c. 48 *In dominicæ mortis & resurrectionis demandatione concludere*.

¶ Præmando, *are*, prius mandare, zuvor befehlen. Legitur epistola Vatinii ad Cic. fam. 5, 9 *Dicitur mihi servus tuus Vardæis esse, de quo tu mihi nihil mandasti, ego tamen terrâ marique, ut conquireretur, præmandavi*.

¶ Remando, *are*, zurück entbieten. Eutrop. 2, 7, 6 *Remandatum Pyrrho a senatu est*. Visus & Vulgatus interpres Es. 28, 10 pro iterato mandare, *Manda, remanda, &c.*

MANDO, *mandi, mansum, mandĕre*, dentibus conficere, käuen, beissen. Virg. 4 Æn. v. 135 *Stat sonipes & frena ferox spumantia mandit*. Cic. Nat. Deor. 2, 54 *Dentibus manditur, extenuatur & mollitur cibus*. Vet. Gloss. *mandit*, μασᾶται.

¶ Mandens, *tis*. Plin. 9, 45 *Mandentibus nigricans color*.

¶ Mansus, *a, um*, gekäuet, zerbissen. Cic. de Orat. 2, 39 *Qui omnia minima mansa, ut nutrices infantibus pueris in os inferant*. Quintil. 10, 1 *Cibos mansos ac probe liquefactos demittimus*. conf. Nonius 2, 551.

¶ Mansĭto, *are*, frequentat. fressen. Plaut. Amph. Supp. sc. DI vostr. v. 4 *Et fævas belluas mansitasse*. Aliud verbum v. in *Maneo*.

¶ Mando, *ōnis*, m. edax, ein fresser. Lucilius & Varro apud Nonium 1, 58 *Magnæ mandonum gulæ*.

¶ Mandibula, *æ*, f. & Mandibulum, *i*, n. quæ & maxilla, in qua siti sunt dentes, der kinnbacken. Macrob. Saturn. 7, 4 *Virtus καθαρτικὴ deorsum trahit cibaria confecta mandibulis*. Idem de Somn. Sc. 1, 6 *Post septem menses dentes incipiunt mandibulis emergere*. conf. Isidor. 11, 1. Prov. *Mandibulis alienis ridere*, dicitur de risu non vero & ex animo profecto, v. Chil.

¶ Mandūco, *are*, idem quod *mandere*, (vid. *manducatus*) quo utuntur deinde sequioris ævi scriptores, præsertim Ecclesiastici, pro edere, essen. Suet. Aug. c. 76 *In balneo duas bucceas manducavi prius quam ungi inciperem*. ¶ 2. *Manducari* pro *Manducare* deponens est apud antiquos, Pompon. Lucil. & Atran. apud Nonium 17, 79.

¶ Manducans, *tis*. Vulg. Int. Matth. 11, 19 *Venit filius hominis manducans & bibens*. conf. Rom. 14, 3.

¶ Manducātus, *a, um*, gekäuet. Varr. R. R. 2, 7 *Pullos columbinos manducato candido farciunt pane*.

¶ Manducatio, *onis*, f. apud Hieron.

¶ Mandūcus, *i*, m. mando, edax, ein fresser. Pompon. *Magnus Camillus, manducus, cauterius*. v. Nonium 1, 58. ¶ 2. *Manducus* apud Plaut. Rud. 2, 6, 51 dicitur μορμολυκειον, quod in ludis circumferebatur inter cæteras ridicularias & formidolosas personas, maxillis magnis, latisque dehiscens, & clare crepitans dentibus, &c. ein popelmann, popanz, ruprecht. Verba Plauti sunt: *Quod si aliquo ad ludos me pro manduco locem?* Vide Festum Scalig. in Conjectan. Meursium Mantilla ad lib. de luxu Rom. c. 12. Boxhorn. ad Plaut. Rud. p. 924. Et supra in *Aceo*.

¶ Mandūco, *ōnis*, m. idem qui *Manducus edax*. Apul. lib. 6 Milesius sub fin. *De isto asino, semper pigro quidem, sed manducone summo*.

¶ Mandūcum, *i*, n. obsonium apud veteres dicebatur, die kost, speise. Varro L. L. 6, 5 *A mandendo in Atellanis obsonium vocant manducum*.

¶ Mandalia, *ium*, n. pl. frustilla, bißlein. Plin. Valer. 1, 6 *Facere mandalia*. Adde 2, 37; & Reinesi. Var. Lect. 2, 8; Barth. Adverss. 1, 14.

¶ Mansucius, *i*, m. id est *edax a mandendo*, gefräßig. Fest. al. *Mansucus* forte pro *Manducus*.

Composita a *Mando* & *Manduco*:

¶ Commando, *ĕre*, käuen. Seren. Sammon. p. 22 Keuch. edit. *Mane novo mysti frondes commandere prodest*.

¶ Commanduco, *are*, käuen, zerbeissen. Plin. 19, 8 *Cum ob religionem minime commanducarent*. Et Scrib. Largus compos. 55 *Commanducare herbam*. ¶ 2. *Commanducari* deponens Lucilii, v. ap. Non. 17, 89.

¶ Commandūcans, *tis*. Plin. 24, 4 *Quidam commanducantes acinos exspuunt cortices*.

¶ Commandūcātus, *a, um*, gekäuet, zerbissen. Plin 24, 4 *Nucleus commanducatus dentium dolorem sedat*. Et 20, 4 *Mandendo commanducatum*. conf. 22 c. 22.

¶ Commanducatus, *ūs*, die käuung, zerbeissung. Plin. 24, 4 *Ulcera commanducatu impositusque efficacissime sanari*.

¶ Commanducatio, *onis*, f. id. apud Scribon. Largum compos. 53 & 104.

¶ Præmando, *ĕre*, vorkäuen. Gellius 4, 1 *Si idem me tibi præmandere, quod ajunt, postulas*. Hinc natum adagium: *Præmansum in os infrere*, quod Erasmus commendat Cent. 5, n. 33, einem was ganz deutlich einkauen und einstreichen. Nam & Cicero de Orat. 2, 39 de institutione doctrinæ ita fere locutus est. v. paullo ante *Mansus*.

¶ Remando, *ĕre*, wiederkäuen. Quintil. 11, 2 de memoria: *Pueri statim quampl rima edificant, & quæcunque ætas operam juvandæ studio memoriæ dabit, devoret initio tædium illud & scripta & lecta sæpius revolvendi, & quasi eandem cibum remandendi*. Plin. 10, 73 *Pontici mures simili modo remandunt*.

¶ Supermando, *ĕre*. Plin. 31, 6 *Raphanos supermandi jubent*, man soll rettiche darauf essen.

MANDONIVS, *i*, m. dux Hispanus, qui cum Indibili partes Romanorum in Hispania juvit, quem cum seditionem agitasset, Scipio castigatum verbis dimisit, v. Liv. lib. 29, & Sil. Ital. 3, 376.

MANDRA, *æ*, f. μάνδρα, stabulum & receptaculum quodcunque significat pecudum, seu gregem ipsum, ein viehstall, schafhürde. Mart. 5 epigr. 22 *Vixque datur longas multorum vincere mandras*. Laur. Novar. Homilia de Pœnitentia: *Quæ sunt istæ oves, quæ sunt de mandra mea*. ¶ 2. Martiali 7 epigr. 72, & Panegyrici ad Pisonem auctori *Mandræ* etiam dicuntur sedes & septa, in quæ distinctæ tabulæ luforiæ sunt, atque in quibus delicolores calculi collocantur. vide Salmas. in Vopisci Proculum. ¶ 3. Monachorum habitaculum sive monasterium, ein kloster, münchs-quartier.

¶ Mandrita, *æ*, m. μανδρίτης, monachus apud Græcos, ein münch.

¶ Archimandrita, *æ*, m. ἀρχιμανδρίτης, præfectus monasterii, ein abt. Μάνδρα enim caula & stabulum est; item spelunca & caverna. De monachis autem notum, olim in montium cavis habitasse. Alcimus Avitus epist. 2 post principium: *Exstructa monachorum multitudinis præpositus fuit: cujus officii personas episcopi Orientales Archimandritas appellant*. Sidon. 8 epist. 14 *Consequi affectans*

affectans Palæſtinos archimandritas. Lege 8 Cod. de ſumma Trinit. § 2 *Reverendiſſimi archimandritæ ſanctorum monaſteriorum. Abbas* peregrinum eſt, ex Syrorum lingua aditumtum: receptum vero a Latinis poſteriore ævo. Sidon. 7 epiſt. 17 extr. *Quæſo ut Abbas ſit frater Auxianus ſupra congregationem: tu vero ſupra abbatem.*

MANDRAEVLVS, *i*, m. Cum reperiſſet in agro Samio aurifodinas, primum aureum ovem lunoni poſuit, proximo anno argenteum, tertio æneam, tandem nihil. Vnde prov. *Mandrabuli in morem*; item: *Mandrabuli ordine res ſuccedit*, h. e. indies in pejus labitur, es wird immer weniger. v. Chil.

MANDRAGORAS, *æ*, m. μανδραγόρας, herba, quæ & *Circæa* dicitur, Germanis, alraun. *Cujus inter venenum & ſaporem media vis eſt*, uti Frontin. Strategem. 2, 5, 13 affirmat. Apul. lib. 10 Met. *Dedi non venenum, ſed ſomniferum mandragoram, illum gravedinis comperæ famoſum, & mortui ſimillimi ſoporis efficacem.* Radix ejus humanam formam non refert, ſed ejus modi forma ex aliarum plantarum radicibus ab impoſtoribus fingitur. Matthiol. Adde Ceſ. 5, 25; 6, 6; Plin. 8, 27; 25, 13; & 26, 5; Solin. c. 29; Dioſc. 4, 74; & 16, 16. ¶ 2. *Bibere mandragoram: a mandragora dormire*, eſt in negotio ſegnem eſſe & dormire. Luciani eſt, ὑπὸ μανδραγόρᾳ καθεύδειν. Ineſt enim mandragoræ vis ſomnifica. v. Chil.

¶ Mandragorites, *æ*, μανδραγορίτης, vinum ex mandragora confectum Dioſcor. 5, 41.

MANDRO, *ônis*, m. nauta, adſpirante fortuna tandem factus eſt imperator. Vnde etiam factus eſt adagio locus: *Fuit & Mandroni feculna navis.* In eos hoc dicitur, qui præter meritum ad opes evecti priſtinæ conditionis non meminerunt. v. Chil.

Manducare, manduco, manducus, v. paullo ante in *Mando, ĕre.*

MANE, adv. πρωΐ, ἑωθεν, frühe morgens, a *manando*, quod tum manet dies ab oriente. Niſi potius quod bonum antiqui *manum* dicebant. Varro L. L. 5, 2. Macrob. Sat. 1, 3 etiam a *diis manibus* deducit: quod tum lux a *manibus* ſive inferioribus locis emergat. conf. Feſtus & Nonius 1, 337. Eſt autem revera nomen, quod ex epithetis conſtat. Sic *Matto mane*, Cic. Att. 5, 4. *Clarum mane, obſcurum mane*, vide paullo poſt. *Eo die mane*, Cic. Att. 11, 12; & *Hodie mane*, ibid. 13, 9. heute früh, &, *Bene mane hæc ſcripſi*, ibid. 4, 9 extr. eben früh. ¶ 2. *Mane* etiam dicitur illud tempus, quod diluculum ſequitur, cum ſole orto jam lucet, der helle morgen. Perſius ſat. 3 pr. *Iam clamat mane ſenſtras Intrat, & angeſtas extendit lumine rimas.* Martial. 1 epigr. 50, 36 *Sed mane totum dormire.* Sic, *ſub obſcurum mane*, Colum. 7, 12; &, *a mane diei*, Hirtius, ſive Oppius dicit de B. Afric. c. 42. Donatus in Ter. Phorm. 11, 1 auctor, veteres in ſexto caſu *mane & mani* dixiſſe: ut, *veſpere & veſperi: luce & luci: tempore & tempori*: Vtrumque enim & *manus* & *manis* dixerunt pro bono. *A mani* igitur *mani* eſt. Plaut. Pœn. 3, 3, 37 *Dudum a mani ad portum proceſſimus.* Non dici *mane, manius, manibus*, cum magis & minus eſſe non poſſit, monet Varro L. L. 8, 44.

¶ Manius, *i*, m. prænomen, dictum eſt ab eo, quod mane quis initio natus ſit, ſicut *Lucius*, qui luce, Feſtus & Varro de L. L. 8, 38. Idem Feſtus meminit Manii, qui agrum Nemorenſem Dianæ conſecravit, a quo multi & clari viri orti. Scribitur hoc prænomen ita: *M'*, ut diſtinguatur ab *M*, quod Marcum notat. vid. de illo Spanh. de uſu num. diſſ. 10 p. 26.

¶ Manico, *are*, früh kommen, habet Vulg. Interpr. Luc. 21, 38. Et Chryſoſt. Serm. 82 *Tunc ſolut mane faceret, manicavit.*

Matutinus, vide infra *Matuta.*

MANEO, *manſi, manſum, manēre, μένειν* loco inſiſtere, bleiben, feſt halten, ſtille ſtehen. *Paulliſper mane*, i. e. expecta, Ter. Adelph. 2, 2 extr. warte ein wenig. *Mane pulvillum*, i. e. dum pulvillum apponatur, quo ledeas, Plaut. Stich. 1, 2, 37. Ter. Eun. 3, 3, 28 *Apud nos hic mane, dum redeat ipſa.* Item: *Maneas apud me cum tuis*, Cic. Att. 4, 15. *Hoc manere oportet belle fortunatum*, vide Chiliad. ¶ 2. *Manere aliquem*, expectare eſt, auf einen warten. Ter. Phorm. 3, 1, 16 *Manſurus patrunum pater eſt, dum huc adveniat.* Sic, *Pœna te manet*, id eſt, debetur tibi, imminet, Tibull. 1, 3, 76, die ſtrafe wartet auf dich. Virg. Æn. 7, 596 *Te, Turne nefas, te triſtis manebit Supplicium.* Liv. 10, 35 *Qui nudas & inermis hoſtem maneat, &c.* Idem 24, 22 ſubintellecto accuſativo perſonæ: *Periculum ingens manet, niſi concordi concordiæ conſilio, eo iſt groſſe gefahr zu beſorgen. Omne malum vindicta manet*, auf böſelthat folget ſtraffe Herodoti eſt, πᾶς γὰρ ἄδικος μένει τὸ ποινὸν δίκης. *Manere in officio*, ſich ſeiner gebühr nach verhalten, Nepos 9, 3, 1. Et, *In fide & officio manere*, Liv. 28, 24. ¶ 3. *Mane* dicimus, cum inhibere alterum volumus, halt inne. Plaut. Mil. 5, 10, PE. *Mentitur: feri.* — PY. *Mane, dum narro.* ¶ 4 Cum dativo *Manere* idem eſt ac durare, perſeverare, fortwähren, anhalten. Sic, *Altis vitus patrii manſit cuſtodia*, Vellej. 1, 4, 2. *Manent immota tuorum Fata tibi*, Virg. Æn. 1, 257. *Contentio mihi manet cum illo*, id eſt, durat, der hader währet noch, Cicero Antonio ſub Att. 14, 13. *Manet his bellum*, Liv. 1, 53, ubi Gronov. & Drakenb. vide conf. Iſorich. Viadic. p. 135. ¶ 5. *Manere* etiam eſt pernoctare. Suet. Cæſ. c. 39 *Tantum undique confluxit hominum, ut plerique advenæ, aut inter vicos tabernaculis poſitis, manerent.* Idem Aug. c. 72 *Iidem eadendo hiemi & eſtate manſit.* Et eod. c. 72 *Matutina vigilia offendebatur: ac ſi vel officii vel ſacri cauſſa maturius evigilandum eſſet, ne id contra commodum faceret, in proximo cognitique domeſticorum cœnaculo manebat*, i. e. cubabat. Horat. lod. 1, 25 *Manet ſub Ioue frigido Venator, teneræ conjugis immemor.* Hinc *manere cum aliqua*, ſive *apud aliquam*, concumbere eſt. Donatus ad illud Ter. And. 2, 5 extr. *Si ſe idem in forma quam illum, amplecti maluit: Dicit*, inquit, *quod vulgo dicitur*, Cum ILLA MANERE: Cum ILLA DORMIRE. Sen. de Benef. 3, 16 *Quam invenies tam miſeram, tam ſordidam, ut illi ſatis, ut non malit cum patre niſi ſingulis diviſis horas & non ſuppeditet cunctas cum illo, niſi apud illum ſtatuerit, apud alium manſiſſe?* Hinc conſentiam, *manere cum aliqua*, id eſt, fecubare, alleine ſchlafen. Capitol. in M. Anton. c. 7 *Per viginti & tres annos in domo patris ita verſatus, ut ejus quotidie amor creſceret, nec præter duas noctes, per ſui annos abeo manſit diverſis vicibus.* v. *Manſio.* ¶ 6 *Manere promiſſis*, eſt ſtare promiſſis, ſeine zuſage halten. Virg. Æn. 2, 160 *Tu modo promiſſis maneas, ſervatoque ſerves Troja fidem.* Vbi *Promiſſis manere Servius in promiſſis manere* interpretatur. Idem Virg. Æn. 8, 643 *At tu dictis, Aeneas, manere:* Similiter Græci ἐμμένειν νόμοις: ἐμμένειν ὅρκοις dicunt: *legem & jusjurandum ſervare.* Vide de his & ſimilibus formulis Pricæus ad Apulej. Meſſ. 2 p. 110 & Gronov. ad Stat. Theb. 6, 630. ¶ 7. Impetion. Cic. Att. 8, 3 *Id ſi eſt, in Italia fortaſſe manebitur.* Ibid. 11, 15 *Hic manere diutius non poteſt.* Imperf. act. Cic. Off. 3, 12 *Manet ergo, quod turpe ſit, id nunquam eſſe utile*, es bleibt dabey.

¶ Manens, *tis.* Cic. Somn. Sc. c. 5 *Terra immobilis manens ima ſede ſemper hæret.* Id. Tuſc. 4, 13 *Vitia affectiones ſunt manentes &c.* Virg. Æn. 10, 696 *Rupes immota manens.*

¶ Mansūrus, *a, um*, immerwährend, beſtändig. Ovid. Met. 5, 227, *Manſura dabo monumenta per ævum.* Idem Amor. 3, 15 v. ult. *Opus poſt mea fata manſurum.* Virg. Æn. 3, 86 *Da manſuram urbem.* Lucan. 8, 74 *Fama manſura in ſecula.* Stat. 4 Silv. 2, 3 *Manſurum carmen* i. e. immortale.

¶ Manſus, *a, um.* Ter. Heaut. 1, 2, 26 *Vt ut erat, manſum tamen oportuit*, er hätte bleiben ſollen. Sed *Manſus*, a verbo *Maneo, ēre*, v. ſupra.

¶ Manſio, *ônis*, das bleiben, aufenthalt. Ter. Phorm. 5, 8, 23 *Hæccine erant itiones crebræ, & manſiones diutine Lemni?* das lange auſſenbleiben. Et Cic. fam. 4, 4 *Is mecum ſepe de tua manſione, aut diſcesſione communicat.* Pallad. 1, 9 ſeqq. *De hiberni & æſtivis manſionibus, &c.* ¶ 2. Et *Manſio* locus, ubi confecto itinere diurno per noctem quieſcebant, das nachtlager, quartier, herberge: item, die raaſreiſe. Apul. lib. 1 de A. A. *Sumo ſarcinulam: & pretio manſionis ſtabulario perſoluto, capeſſimus viam*, herberas-geld. Plin. 12, 14 *Manſionibus octo diſtat.* Sulpic. Sev. Dial. de Virtut. Monach. Orient. c. 4 *Bethlem ab Alexandrea ſedecim manſionibus abeſt.* vide Salmaſ. Exercitat. Plin. p. 495.

¶ Manſiuncula, *æ*, f. dimin. Vulg Int. Gen. 6, 14 *Manſiunculas in arca facies.*

¶ Manſus, *i*, m. ſubſt. ICtis eſt fundus, unde quis ſe & familiam alere poteſt. v. Cujac. Feud. 1, 1.

¶ Manſor, *ōris*, m. hoſpes, ein gaſt. Sedulius 5, 495 *Et faciat tenues tanto manſore capaces.*

¶ Mansito, *are*, frequent. verbleiben. Tac. An. 13, 44, 6 *Vna manſitaſſe*: & 14, 42, 2 *Sub eodem tecto manſitaverat.* Adde Tertullian. de Anima c. 57. Sed a verbo *Mando, ĕre*, v. ſupra.

¶ Manto, *are*, aliud frequentat. pro manſare, ſæpe manere, ex Cæcilio apud Feſtum, & Nonium 10, 9. Et ap. Plaut. Moſt. 1, 2, 35, it. Pſeud. 1, 3, 22 &c.

¶ Manſiōnārius, *i*, m. qui præſtat manſionem, qui miſſum excipit recto, qui villas gubernat, der wirth, item qui militum manſiones diſtribuit, ein fourirer. vid. Voſſ. de Vit. L. L. 3, 23 p. 511. Nimirum adjectivum eſt.

¶ Manſionarius, *a, um*, ad manſionem pertinens. Fulgent. 3 Myth. *Ignoto atque manſionario uti conjugio*, da man zur herberge iſt.

¶ Manedum, cohibendi vocula, halt, warte doch. *Manedum ſodes*, Ter. Hec. 5, 4, 4. Plaut. Aſin. 3, 2, 39.

Compoſita:

¶ Commăneo, *ēre*, bey einander bleiben, inuſitatiore verbo uſus eſt Auguſtinus de Civ. Dei 22, 8 *Quocunque communentium loco.* Et Macrob. Sat. 6, 8 *Qui in domo communent.*

¶ Emăneo, *ēre*, extra domum manere, auſſenbleiben. Gloſſ. Vet. *Emaneo, ἐκκοιτῶ, ἐπομένω.* Eſt fere militum extra caſtra manentium, l. 3 § 2 ff. de re milit. & l. 17 § 4 de ædil. edict.

¶ Emanſio, *ōnis*, f. emanendi actus. Eſt Iuriſconſultorum, v. g. Digeſt. de Re militari Lege 4 § 14 Arrius Menander: *Levius delictum emanſionis habetur, ut erronis in ſervis; deſertionis gravius, ut in fugitivis. Examinantur autem cauſſæ ſemper emanſionis, & cur, & ubi fuerit, & quid egerit.*

¶ Emanſor, *ōris*, m. ein verlauffener ſoldat. Modeſtinus l. 3 § 2 Dig. de Re milit. *Qui diu vagatus ad caſtra regreditur.* Gloſſ. gr. lat. ἐξώκοιτος; *emanſor.* Conf. Marcell. Donat. ad Liv. 30, 43. Sed

¶ Emansito, *are*, frequent. idem quod *emanere.* Bud. l. 1 de contr. rer. fort.

¶ Eminĕo, *ui, ēre*, cum derivatis; ut & Imminere, Præminere, Prominere, quæ analogiam verbi *Maneo* non habent, rectius evolvuntur infra in antiquo verbo *Mineo.*

¶ Intermăneo, *ēre*, zwiſchen etwas bleiben. Lucan. 6, 47 *Defeſſus Cæſar mediis intermanet agris.*

¶ Obmănens, *tis*, pro diu manens, ut *permanens*, verbleibend, Feſt.

¶ Ommento, *are*, frequent. Liv. Andron. apud Feſtum: *In Pylon adveniens atque ibi ommentans.*

¶ Permăneo, *ēre*, bleiben, beharren, perſeverare. Ter. Hec. 3, 1, 25 *Ira inter eos interceſſit, quæ tam permanſit diu*, der ſo lange gewähret. *Mos permanſit*, Cic. de Leg. 2, 25. Sic, *Permanere in amicitia, in eadem mente, in ſententia, in incepto, in propoſito ſuſceptoque conſilio*, Cic. paſſim: v. g. de Orat. 2, 6 *In qua permaneo, Catule, ſententia.* Et Lucejus Cic. fam. 5, 14 *Cupio deterreri, ne permaneas in incepto.* Et, *Permanere in officio*, Cæſ. B. Gall. 5, 4. *Permanere tenoris ſui*, Sen. epiſt. 77.

¶ Permanens, *tis.* Cic. Tuſc. 5, 14 *Niſi ſtabili & fixo & permanente bono, beatus eſſe nemo poteſt.*

¶ Permanſurus, *a, um.* Cic. Fin. 2, 27 *Confidit ſemper ſibi illud ſtabile & firmum permanſurum.*

¶ Permanſio, *ōnis*, f. permanendi actus. Cic. de Invent. 2, 54 *Perſeverantia eſt in ratione bene conſiderata ſtabilis & perpetua permanſio.* Id. Att. 11, 18 *Quodvis ſupplicium leve eſt hac permanſione.*

¶ Remăneo, *ēre*, zurück bleiben. Cic. Tuſc. 1, 12 *Animi remanent poſt mortem.* Lucret. 3, 4 3 *At manet in vita, cui mens animusque remanſit.* Cic. pro L. Manil. 18 *Non Rhodiorum, quorum usque ad noſtram memoriam diſciplina navalis & gloria remanſit.*

¶ Rema-

¶ Remanens, *tis*; ut, *Species remanens*, Ovid. Met. 8, 181.

¶ Remanſio, *ōnis*, f. remanendi actus. Cic. pro Ligario c. 2 *Profectio certe animum tuum non debet offendere. Num igitur remanſio?* Add. ad Q. fratr. 3, 1, 5.

¶ Remanſor, *ōris*, m. in militia idem qui *Emanſor*. Lege 4 § 13 Dig. de Re militari: *Edicta Germanici Cæſaris militem, deſertorem facientibus, qui diu afuiſſet, ut is inter remanſores haberetur.*

¶ Subremaneo, *ēre*, dahinten bleiben. Tertull. de Anima c. 18 *Aqua nec in fine ſubremanet.*

MĀNES, *manium*, m. plur. animæ corporibus exutæ ſunt poëtis, quæ in corpore dicuntur *Genii*, geiſter, die ſeelen der verſtorbenen, ab antiquo *manis*, vel *manus*, quod *bonum* ſignificabat, teſte auctore in *manare*, & Nonio 1, 337. De his Propert. 4, 7 pr. *Sunt aliquid manes, letum non omnia ſunt, Lucidaque effugit umbra rogos. Manes* defunctorum propinquorum *numina* vocabant. Ovid. Hero. 3, 105 *Pergite, tristes furiæ animæ, mea numina, fratrum.* Sil. 6, 113 *Teſtor, mea numina, manes.* Mart. Cap. l. 2 p. 40 *Manes corpori humano præſides attributi, qui parentum ſepulchris manaverant --- Illi quoniam corporibus illo tempore tribuuntur, quo ſit prima conceptio, etiam poſt vitam iisdem corporibus delectantur, atque cum his manentes appellantur* Lemures. *Qui ſi vitæ prioris adjuti fuerint honeſtate, in* Lares *domorum urbiumque vertuntur; ſi autem d pravantur ex corpore.* Larvæ *perhibentur ac* Maniæ. *Manes igitur tam boni quam mali ſunt conſtituti, quos ἀγαθοὺς καὶ κακοὺς δαίμονας memorat Graja diſcretio.* Vid. Dan. Heinſ. ad Sil. 2, 588, in primis locus parallelus Apuleji, quem damus in *Lemures*. Cic. de L. L. 2, 9 *Deorum manium jura ſanctа ſunto.* Liv. 4, 19 pr. *Iam ego hanc maſtatam victimam* (Interfectorem Legatorum) *Legatorum manibus dabo.* Apud eund. 3, 19 pr. *Collegæ manes fraude liberati*, qui votum, quod collega morte impeditus ſolvere non poterat, pro eo exſolvit. *Manes evocare* ſe poſſe putant venefici, neque ea res pro mala habita. v. Brouckh. ad Tib. 1, 2, 45. Barth. ad Theb. Stat. p. 1088 & 1108. it. Salm. ad Solin. p. 412. Cum apud inferos collocarent *Manes*; metalla etiam iisdem attributa. Ovid. Am. 3, 8, 37 Saturnus in regno ſuo *Aeraque & argentum, cumque auro pondera ferri Manibus admorat.* ¶ 2. Pro cadavere dixiſſe apparet Plin. 11, 37 ſ. 54 *Plerasque alitum e manibus hominum oculos potiſſimum appetunt.* Idem 16, 44 ſ. 85 *Specus* meminit, *in quo manes Scipionis draco cuſtodire traditur.* Sic Virg. Æn. 4, 34 *Manes ſepulti.* Hinc orta videtur formula *Manibus conditis caruit domus*, Plin. epiſt. 7. Sed etiam Virg. Æn. 3, 67 *Animamque ſepulchro Condimus.* ¶ 3. Virg. Æn. 6, 743 *Quique ſuos patimur manes.* Ad quem locum Servius: *Manes ſupplicia, quæ ſunt apud manes.* ¶ 4. *Manes* Dii generatim ab auguribus vocabantur, quod eos *per omnia manare* credebant, eosque Deos ſuperos atque inferos dicebant. Feſtus: Sunt & lactentium Dii Præſides. Cato de liberis educandis: *Hiſce Manibus lacte ſit, non vino: Cuniæ propter cunas; Rumiæ propter rumas.* ¶ 5. Prima in *Manes* ſemper producitur; Solus Lucretius, ut notat Erythræus, in Virg. Ind. corripuit lib. 3, 52 *Et nigras mactant pecudes Manibusque Deisque.* At Giſanius legit, *& Manibus divis.* ¶ 6. *Manem* ſingulari numero dixit Apul. de Deo Socr. p. 50. vid. locus int. in *Lemures*.

¶ Mania, *æ*, f. mater Larum, quam capitibus allii aut papaveris placabant, aut effigie ſuſpenſa, cum olim capite humano placari ſoleret. v. Varr. de L. L. 8, 58; & Macrob. Sat. 1, 7. it. fragm. Varron. p. 49 poſt med. & Arnob. L. 4 p. 124. it. p. p. *Manæ*. ¶ 2. *Mania, æ*, infania eſt ſive furor, unſinnigkeit. *Græci μανίαν unde appellent*, ſcribit Cicero Tuſc. 3, 5 *non facile dixerim, &c.* ¶ 3. *Maniæ* etiam dicuntur infantum terriculamenta, der pöppanz. Feſtus *Maniæ turpes deformesque perſonæ. Manias Ælius Stilo dici ait fictа quædam ex farina in hominum figuras, quia turpes fiant, quas alii* Maniolas *appellant. Manias autem, quas nutrices minitantur pueris parvulis, eſſe larvas, i. e. Manes, quos deos deasque putabant, quosque ab inferis ad ſuperos emanare putabant.* conf. Cæl. Rhodig. 17, 45 & Mart. Capella lib. 2 p. 40, quem laudamus in *Manes* n. 1.

¶ Mania & Maniana, etiam *Summanium* præſtites apud Mart. Capellam l. c. *Γενέτην Μάνην*, vocat Plutarchus quæſt. Rom. p. 494. H. Steph. *Διὰ τὴν καλουμένην Γενέτην Μάνα κόνυζ θύουσι κ. τ. λ.* ex quo loco Harduinus apud Plin. 29, 4 ſ. 14, ubi legebatur, *genito mane catulo &c.* emendat *Genitæ Manæ catulo res divina ſit.* Fandem putat ad Auguſtino de C. D. 11, 4 Deam Menam vocari, refertque huc GENITALES DEOS in nummo Criſpinæ Aug. apud Triſtan. Tom. 1 p. 750. Vid. etiam Lipſ. Elect. 2, 8.

Manalis, quod etiam huc pertinere videtur, vid. ſub *Mano*.

¶ Maniöſus, *a, um*, unſinnig. Ammianus 28, 4 *Quid faciat maniöſus & nequam.* Sed lectio variat. Contra

¶ Manicus, *a, um*, gr. *μανικὸς*, furioſus, inſanus. roſend, unſinnig, pro quo nonnulli habent *Maniacus*. ¶ 2. Sed & *Manicus* idem ac inſignis, excellens, herrlich, fürtrefflich. Nam *Phryges illuſtria admirandaque Manica nuncupant, ob Manin regem bonitate ac potentia perinſignem.* Cæl. Rhodig. 12, 37.

¶ Manicon, *i*, n. ſubſt. *μανικὸν*, quod & *Doryenion* appellavere, it. *Erythron* & *Neurada* venenum inſanire faciens, Plin. 21, 31 ſ. 105. Si quis drachmæ pondere hanc herbam ſumpſerit, variæ ac lætitia plenæ ſpecies animo obverſantur; quod pondus duplicatum, mentis exceſſum, triduo affert; triplicatum mortem. Hæc ſententia eorum, quæ Plinius l. c. ex Græcis.

¶ Manipanes, *i*, *μανιοπαὶς*, furioſum reddens. Apul. de Herb. c. 4 *Symphoricarpos ſamentes in furiam mittit, appellatæque inde eſt manipanes.*

¶ Immānis, *e*, ferus, importunus, toter, ſcheußlich, greulich, ungeheuer. *Immanis ac barbara natio*, ad Q. fratr. 1, 1, 9, ein greulich und grobes volck. *Immane facinus*, Cic. pro S. Roſc. c. 24 ext. *Voluptatem immaniſſimam quibuſdam ſolere ſequi*, Idem in Partit. Orat. c. 25. Et, *Beſtiæ immaniſſimæ uti*, Idem pro Roſc. Am. c. 26. Et *Bellua immaniſſima*, Plin. Paneg. c. 45. ¶ 2. Idem eſt atque ingens, ſtupendus, innumerabilis; ut, *Immane antrum. Immania templa*, hoc eſt, ingentia, Virg. Æn. 4, 199. Ita *Græciam immanem* Attius dixit; & Eumenius pro Reſtaur. Schol. c. 4 *Molem reſtitutionis immaniorem*: Et Cic Phil. 2, 25 *Immania pocula.* Adde Ovid. Triſt. 2, 335 *Immania Cæſaris acta condere.* Frequens vox Vellejo: e. g. 2, 46, 1 *Immanes res agere.* Et mox § 3 *Immanes copiæ equitum*, überaus groß, unzehlich viel. Sic 2, 51, 1 *Immanis exercitus.* Et 2, 59, 6 *Immanis frequentia amicorum*, i. e. maxima. Et 2, 69, 6 *Rem immanis operis cœperat.* vid. Burm. ad Grat. Cyn. 265. ¶ 3. *Immane quantum*, pro valde, vehementer, ſive in modum maximum, græca loquendi ratio eſt, überaus, unerhört. Horat. 1 od. 27, 6 *Vino & lucernis Medus acinaces Immane quantum diſcrepat.* Salluſt. Fragm. Hiſt. c. 16 *Immane quantum animi exarſere.* Apul. Apol. *Quod quidem matrimonium noſtrum Æmiliano huic immane quanto angori, quantæque invidiæ fuit.* Similiter Cicero *mirum quantum* dixit. Et Salluſt. de Rep. ordin. 1, 2 *Immane dictum eſt*, es iſt unſäglich. v. Vechneri Hellenolexias 1, 17.

¶ Immānitas, *ātis*, f. feritas, crudelitas, die grauſamkeit. *Gentes immanitate efferatæ*, Cic. Nat. D. 1, 23, wilde und greuliche leute. *Vitiorum immanitas*, Idem pro Cælio c. 6 *Sceleris immanitas*, Salluſt. Hiſt. Fragm. c. 3. Eſt illud vitium, quo homo humanitatem plane exuit, & in naturam efferatiſſimarum belluarum tranſit; ſicut contra heroica virtute humanæ virtutis modum excedit, & Deo fit ſimilis. vid. peculiarem tractationem de *Immanitate* Ioviani Pontani.

¶ Immāniter, adverb. *Immaniter clamare*, Gell. 1, 26. Auguſt. Confeſſ. 10, 37 *Perdite & immaniter vivere. Immanius effereſcunt*, Amm. 18, 7.

¶ Submānus, vel Summanus, *i*, m. hoc eſt, Pluto, ſic quaſi *ſummus manium* appellatus, ut Turnebus interpretatur, 11, 7, ex Mart. Capella l. 2 p. 40, qui omnes avariſſime rapit in ſuum theſaurum. Ejus tamen tamquam incerti alicujus Dei, & de quo non conſtaret, qui eſſet, Ovidius meminit Faſt. 6, 733. De eo & Cic. de Divinat. 1, 10 & Plin. 2, 52, ubi *nocturna fulmina* illi tribuit, & 29, 4 ſ. 14, ubi *ædem* habuiſſe *Romæ* refert non procul a *Iuventuti*, itemque 20, 4. Mentionem ejus & Plautus fecit Curc. 3, 43 ſqq. & Bacch. 4, 8, 54 conf. Dalech. ad Plin. l. c. Auguſtin. de C. D. 4, 23; & Arnob. lib. 6 p. 191.

¶ Summānus, *ave*, id eſt, Summani more avide rapere & furari, rauben. vide Plaut. Curc. 3, 46, & Taubm. ad h. l. Meurſius putat ſinxiſſe Plautum a *ſub* & *manus*.

¶ Summanālis, *e*, i. e. Plutonius; ut, *Summanalia liba farinacea in modum rotæ ficta*, Feſtus.

MĀNĒS, *ētis*, m. *Μάνης*, Perſa fuit genere, hæreticus, dæmoniacus & inſanus, quorſum nomen ipſum deflectebant Patres. Fuit temporibus Aureliani & Probi Impp. ſub annum Chriſti trecenteſimum. Auctor fuit infani dogmatis, de Deo bono & malo. Vivus excoriatus eſt arundine a rege Perſarum, cum filio ejus gravi & deſperato morbo laboranti, incantamentis fretus, liberationem promiſiſſet, ſed is inter manus ipſius fuiſſet extinctus. Epiphan. Sed tam de nomine, quam de hiſtoria ac dogmate ſi quis certiora edoceri cupiat, adeundi erunt ſcriptores magno numero laudati a Seleuio ad Blutum Auct. vet. ling. Perſ. h. v.

¶ Manichæi, *orum*, m. pl. a Manete, ſectatores ejus nominati ſunt, quos in Græcia, vitandi inſaniæ nominis cauſſa, *Manicheos*, hoc eſt, *Manna fundentes*, ſe dixiſſe Auguſtinus ſcribit. Adde Prudent. Apoth. v. 1025 & 1043 & Cæl. Rhodig. 1, 14; & 18, 18.

MĀNĒTHO, *ōnis*, vel Manethos, *i*, m. *Μανεθών*, vel *ως*, Sebennita, ſcripſit hiſtoriam Ægyptiacam. ¶ 2. Alius Mendeſius dictus, de quo Suidas. De utroque vide Voſſ de Hiſt. Gr. 1, 14; & de Poët. c. ult. Poſterioris *ἀποτελεσμάτων* libros VI verſu hexametro ſcriptos Gr. L. edidit Iac. Gronovius.

MANGĀNVM, *i*, n. *μάγγανον*, inſtrumentum ad jacienda tela, ut balliſta: item, ad torquendum, eine rüſtung. Vſus hac voce Hegeſippus eſt. vide Caſaub. ad Suetonium p. 195.

MANGO, *ōnis*, m. Proprie canum educator & altor: Vet. Gloſſ. *mango, κυνοτρόφος*, ein hundes-präceptor. ¶ 2. Deinde longius tractum, & ita dicti puerorum, ſive ſervorum negociatores. Seneca epiſt. 80 in fine. (vid. ſupra *Leno.*) Martialis 1 epigr. 59 *Millia pro puero centum me mango pepoſcit. Mangones malorum*, Suet. Veſp. c. 23 & *Spadonum mangones*, Domit. c. 7; *Mangones gemmarum*, Plinius 37, 13 dixit. *Vini*, Id. 23, 1 ſ. 23. vid. Briſſon. de form. lib. 6 p. 492.

¶ Mangōnium, *i*, n. artificium ipſum, quod rebus facilius vendendis adhibetur, putzwerck, Plin. 10, 50.

¶ Mangōnicus, *a, um*, trödelhafft. Suet. Veſpaſ. c. 4 *Ad mangonicos auctus deſcendere.*

¶ Mangonīzo, *are*, ornare, ausputzen zum verkauff. Plin. 32, 10 *Pueros mangonizavit Salpe obſtetrix.*

¶ Mangōnizatus, *a, um*, aufgeputzt, erneuert; ut, *Mangonizatæ villæ*, Plin. 9, 54. Idem 23, 1 f. 16 de vitis albæ ſucco, *Illitus per ſe & cum cervo latiore quodam colore & cutis teneritate mangonizat corpora.*

Mania, vide *Manes, ium*, Manibula, *Manus, us.*

MĀNĪCA, *æ*, f. pars veſtis, qua manus teguntur, ein ermel, a manu enim derivatur. Virg. Æn. 5, 616 *Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ.* vid. *Manicatus.* ¶ 2. Sunt & manuum vincula *Manicæ*, handeiſen, *χειροδῆκαι*. Apul. 3 Florid. *Quid ſi manus manicis reſtringantur? quid ſi pedes pedicis coarctentur?* Virg Æn 2, 146 *Manicas atque arcta levari Vincla jubet Priamus.* Ita vſus & Plautus eſt Moſt. 5, 1, 17; & Horat. 1 epiſt. 16, 76. ¶ 3. Lucanus *Manicas* dixit, quas alii *manus ferreas* appellant: quibus utebantur ad retinendas conſtringendasque naves, baeckeu. Locus eſt lib. 3, 565. ¶ 4. Et *Manicæ* chirothecæ ſunt, quibus adverſus frigus manus muniuntur, *χειροθῆκαι*, müffe, handſchuh. Plin. 3 epiſt. 5 *Cujus manu hieme manicis muniebantur.*

¶ Manicātus, *a, um*, ut, *Tunica manicata*, ein rock mit ermeln, Cic. Catil. 2, 10. Eas apud Romanos veteres habere, flagitium erat, Auguſtino teſte; militaribus enim viris parum convenientes

Persis Curtius 3, 3, 13 tribuit, ut mollitiem notaret. vid. Int. ad Virg. l. c. in *Manica* n. 2.

¶ Manicleātus, *a*, *um*, idem; ut, *Manicleata tunica*, Isidor. 19, 22.

Manichæi, vide *Manes*, *ētis*, Manico, *Mane*, Manicon, *Manes*, *ium*, Manicula, *Manus*, Manicus, *Manes*, *ium*.

MĀNĪFESTVS, *a*, *um*, clarus, apertus, handgreiflich, augenſcheinlich, offentlich; ut, *Dii manifeſti*, qui ſe videndos præbent ſine terrore & periculo, Bur. ad Val. Flacc. 1, 105. *Furtum manifeſtum*, Cic. Verr. 2, 20. Gell. 1, 11 extr. *Quo manifeſtior fieret ſecuritas*. Quintil. 3, 8 *Manifeſtius eſt, quam ut &c.* Et, *Manifeſtiſſimum ſcelus*, Idem Declamat. 14. Conſtruitur ſæpe cum genitivo caſu, *crimine*, *culpa*, vel ſimili vocabulo ſubintellecto. Salluſt. Iug. c. 35 *Manifeſtus tanti ſceleris*. Et Tac. Ann. 2, 85, 3 *Manifeſta deliſti uxor*. Idem An. 15, 67, 3 *Manifeſtus conjurationis*.

¶ Manifeſte & Manifeſto, palam, perſpicue, non obſcure, klar, ausdrücklich; ut, *Manifeſte deprehendere*, Cic. Catil. 3, 11. *Manifeſto compertum atque deprehenſum facinus*, Idem pro Cluent. c. 14. Compar. Tac. Hiſt. 4, 23, 2 *Quo diſcreta virtus manifeſtius ſpecteretur*. Idem Hiſt. 1, 88, 3 *Manifeſtius pavidi*. Adde Virg. Æn. 8, 16. Superl. *Manifeſtiſſime* Hieronymi epiſt. 59 c. 21; & Apulej. Apolog. p. 316 *Ut omnibus manifeſtiſſime pateat*. Sic & Auguſtin. Confeſſ. 12, 17 *Manifeſtiſſime apparent*.

¶ Manifeſtārius, *a*, *um*, idem quod *Manifeſtus*: ut, *Solœciſmus manifeſtarius*, Gell. 1, 7. *Manifeſtarius fur*, Plaut. Aul. 3, 4, 10. *Manifeſtaria res eſt*, Id. Mil. 2, 5, 34.

¶ Manifeſto, *avi*, *atum*, *are*, manifeſtum facere, offenbaren, entdecken. Iuſtin. 41, 1, 2 *Hoc ipſorum vocabulo manifeſtatur*. Ovid. Met. 13, 106 *Inſidias prodet, manifeſtabitque latentem*.

¶ Manifeſtātus, *a*, *um*, geoffenbaret, kund gemacht; ut, *Iuſtitia Dei manifeſtata*, Vulg. Int. Rom. 3, 21. conf. 1 Pet. 1, 20; & 1 Ioh. 1, 2.

¶ Manifeſtatio, *ōnis*, f. die offenbarung, entdeckung. Sulp. Severus Dial. 3, 4 *Perculſus miſer tante manifeſtatione virtutis*. Gloſſ. Vet. *Manifeſtatio*, φανέρωσις, φανεροποίησις. Auguſtin. C. D. 20, 30 *Præſentiæ manifeſtatio*. Et Ambroſ. Serm. 18 de Temp. *Chriſti per ſtellam manifeſtatio*.

¶ Manifeſtātor, *oris*, m. qui manifeſtat. Nonius 1, 46 *Hujus rei manif ſtator eſt Lucretius*.

¶ Immanifeſtus, *a*, *um*, obſcurus, dunckel, verborgen. Rufinus: *Immanifeſta vocant hæc carmina voce Latini*.

MANĪOLIVM, *i*, n. herba, alias *perſonacia*, kletten, apud Apul. de Herb. c. 36.

MANĪLIVS, *i*, m. Octavius, a quo *Manilii* fluxere, Tuſculanorum dux & Tarquinii gener: Liv. lib. 1. ¶ 2. *C. Manilius*, Trib. plebis A. V. C. 627 legem tulit, de imperio terra marique credendo Pompejo, pro qua oratio Ciceronis exſtat. vide Roſin. Ant. Rom. 8, 3 & 4. ¶ 3. *C. Manilius* Antiochenſis, inſignis Mathematicus & Poëta, qui de Aſtronomicis libros quinque ſcripſit ad Auguſtum Cæſ. vide Voſſ. de Poëtis Lat. c. 2 p. 36. ¶ 4. *T. Manilius*, Hiſtoricus, tempore Marii & Sullæ, in omni litterarum genere verſatiſſimus. Plin. 10, 11. Voſſ. de Hiſt. Lat. 1, 9.

¶ Manilliānus, *a*, *um*, adject. ut, *Lex Manilliana*, Cicero de Orat. 1, 58. Sæpius eſt *Lex Manilia*, eidem in Orat. c. 29; & in Bruto c. 33 &c.

Manliolæ, Manipœos, Manioſus, vide *Mania*, n. 3, & *Manes*, *ium*.

MĀNĪPVLVS, *i*, & poëtice per ſyncopen Maniplus, *i*, m. a manu fit, & proprie ſignificat manualem frumenti, ſtipulæ vel herbæ faſciculum, quem manu quis comprehendit metendo, eine handvoll, armvoll, eine garbe, bund. vid. Iſidor. 9, 3. *Allegare fœni manipulos*, Plin. 18, 28. Adde Virg. Georg. 3, 297: & Colum. 11, 2. ¶ 2. *Manipulus* ponitur pro militum manu, quæ unum ſignum ſequebatur, diviſa in duas centurias. vide Lipſ. de mil. Ro. 2, 2 & 3. Ter. Eun. 4, 7, 6 *Vbi centurio eſt Sanga, & manipulus furum*. Vegetius 2, 13 *Contubernium militum*, ait *manipulum vocari ab eo, quod junctis manibus pariter dimicent*. Donatus: *MANIPVLVS proprie eſt militis: cum Romani & Latini ſub uno centurione bellum aggreſſuri deputabantur, ſibi ſertum vel corona ex manipulo herbæ vel hujusmodi conficiebant, quod pro ſigno ſequebantur*. Plutarchus a Romulo hanc repetit rem p. 22, itaque Aur. Vict. de Orig. gentis Rom. 22, 4. Ovid. Faſt. 3, 117 *Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos, Vnde maniplaris nomina miles habet*.

¶ Manipulāris, vel Maniplaris, *e*; ut, *Miles manipularis*, Cæſ. B. G. 7, 50. Sic & *Maniplaris* propter verſum Ovid. c. l. *Iudices manipulares*, Cic. Phil. 1, 8.

¶ Manipulārius, *a*, *um*, idem; ut, *Habitus manipularius*, Suet. Calig. c. 9, eine feldtracht.

¶ Manipulātim, adverb. per manipulos, rottenweiſe. Liv. 2, 53 *Manipulatim excurrunt*: & 8, 8 *Manipulatim ſtricta acies*. v. Lipſ. de Milit. Rom. Lib. 11 Dial. 3. Adde Tac. Hiſt. 1, 82, 5; & Nonium 2, 561.

¶ Communipulus, *i*, m. ſocius manipularis, der mit in einer compagnie iſt. Vetus Inſcriptio apud Gruter. p. 46 n. 10 REGRESSI CVM COMMANIPVLIS LIBENTES VOTVM SOLVERVNT. Et p. 532 n. 1 TITVS COMMANIPVLVS ET HERES EIVS &c. Et contracte COMMANIPLVS p. 551 n. 4 apud eumdem Gruter.

¶ Commanipulo, *ōnis*, m. idem. Spartianus in Nigro c. 10 *Decem commanipulones ſecuri percuti juſſit*.

¶ Commanipulatio, *ōnis*, f. ſocietas commanipulonum. Spartianus ibidem: *Vt ſtola in expeditione in commanipulatione nemo focum faceret*.

¶ Commanipularis, *is*, m. idem qui commilito, in eodem manipulo, ein ſtießaeſell. Tac. Hiſt. 4, 46, 7 *Prenſare commanipularium pectora*. Inſcriptio apud Gruter. p. 521 n. 9 C. IVLIVS PROCVLVS COMMANIPVLARIS. Et p. 555 n. 7 CVRAM EGIT SEPVLTVRÆ C. VARIVS OPTATVS COMMANIPVLARIS EVOC.

Manius, vide ſupra *Mane*.

MANLIVS, *i*, m. Torquatus cognomine, cum eſſet Cos filium ſuum ſecuri percuſſit, quod ſpeculatum ab eo miſſus, cum interdictione pugnæ, hoſtem, a quo provocatus fuerat, occidiſſet, Liv. 8, 7. coll. 4, 29, ubi *Imperioſum* etiam dictum eſſe monet. Nimirum maluit pater carere forti filio, quam patriam diſciplina militari. ¶ 2. *Manlii* plures alii; ut, *Marcus Manlius*, ſervator Capitolii contra Gallos, de quo Livius 5, 47 ac de ejus ſeditione & pœna 5, 14 ſq. *Manlius Volſo*, Galatarum victor, Idem lib. 38 & C. *Manlius* Catilinæ apud Fæſulas præfectus militum, de quo Cic. Catil. 1, 3. De Manlia gente vid. Feſtus.

¶ Manliānus, *a*, *um*, adj. ut *Manliana imperia*, Cic. de Fin. 2, 32, ſic dicta aſpera & inmitia, a Manlio Torquato, de quo dictum, ernſt und ſcharff regiment. vide Liv. 4, 29; item 8, 7 & 34; & Gell. 9, 13.

MANNA, *æ*, f. μάννα, ros ſeu liquor eſt ſuavis ex aëre veniens ſublucanis temporibus, atque arborum ramis & frondibus, herbis, lapidibus, & ſolo interdum adhæreſcens, ac brevi temporis ſpatio in grumas coaleſcens, ſüſſer thau, ſo ſich auf die bäume und früuter ſetzet und hart wird. vide Salmaſii de Manna commentarium. Sed add. Bibl. Angl. Tom. 4 p. 5, ubi ex Baronii literis docetur, ex *orni* arboris cortice & foliis erumpere mannam. ¶ 2. Miraculoſa illa fuit *manna*, qua Iſraëlitæ in deſerto ſuſtentati ſunt. Hæc Eccleſiaſtice verticur, himmel-brodt. vide Plin. 12, 14; & Tertull. de Carne Chriſti c. 6. ¶ 3. Sed *manna thuris*, micæ ſunt thuris concuſſu eliſæ, zermalmeter oder zertriebener weyrauch. Matthiol. conf. Reineſ. Var. Lect. 2, 8.

MANNVS, *i*, & Mannulus, *i*, m. equus puſillus, ein füllen, klein pferd. Horat. epod. 4, 14 *Et Appiam mannis terit*. conf. Petron. c. 45. Et Propert. 4, 8, 15 *Hinc mea detonſis avecta eſt Cynthia mannis*. Plin 4 epiſt. 2 *Habebat puer mannulos multos, & junctos & ſolutos*. Vetus Scholiaſtes Horatii notat, eos vulgo *burdos*, *burdones*, item *burichios* dictos. Vetus Gloſſ. *Mannis*, βωρίχοις.

MĀNO, *avi*, *atum*, *are*, defluere, trieffen, rinnen, flieſſen. *Aqua manat e fonte*: Tibullus 3 eleg. 5 pr. *Monat quæ fontibus unda*. Silius 7, 709 *Manavere genis lacrymæ*. Cic. de Divin. 1, 34 *Herculis ſimulacrum multo ſudore manavit*. ¶ 2. Vſitata & in hoc verbo metaphora eſt: *Serpit in urbe malum, & manat in dies latius*, Cic. Phil. 1, 2, es ſticht ſich weiter, bricht weiter aus. Sic, *Manat in tota urbe rumor*, Liv. 2, 49 pr. ein gerüchte gehet in der gantzen ſtadt, es kommt aus. Cic. Off. 3, 17 *Fidei bonæ nomen manat latiſſime*, begreifft vieles in ſich. ¶ 3. Active hoc verbo Horatius uſus eſt 1 epiſt. 19, 44 *Fidis enim manare poëtica mella Te ſolum*; Quemadmodum & Plinius 37, 10 de gemma quadam Indica: *In attritu ſudorem purpureum manat*. vide Heinſ. ad Ovid. metaph. 6, 312. Muncker. ad Hygi. 9. Giſa. Int. Lucret. quos laudat Burm. ad Samon. 840.

¶ Manans, *tis*. Plinius 14, 20 pr. *Arbores ſucco manantes picem reſinamque ferunt*. Idem 22, 25 *Vlcera manantia*, quæ ſerpunt, die um ſich freſſen, ſich weiter flechten. Ovid. Met. 13, 629 *Manans ſanguine terra*. Petron. c. 134 *Lacrimis ubertim manantibus*.

¶ Manātio, *ōnis*, f. actus manandi, der fluß, ausfluß. Auguſtin de Trinitate c. 20 *Filius Dei eſt manatio clavitatis omnipotentis Dei ſincera*. Plur. Frontin. de Aquæduct. 2 ſub init. *Ductus depreſſior non facile manationes ſuſtendit*.

¶ Mānālis, *e*, flieſſend; ut, *Fons manalis*, id eſt, perpetuis aquis manans, perennis. vide Feſtum, ubi & de *Manali lapide*, quem *putabant eſſe oſtium orci, per quod animæ inferorum ad ſuperos manarent*. Item *petram quandam extra portam Capenam, &c.* vide Scal. & Non. 15, 32 in *Trulleum*, itemque Fulgent. Planc. n. 4. Illud quidem apparet *mañalem lapidem*, qui eſſet *oſtium orci* potius *a manibus* dictum.

¶ Mānābilis, *e*, facile manans, rinnend; ut, *Frigus manabile* apud Lucretium 1, 535 eſt penetrans, durchdringend.

Compoſita a *Mano*:

¶ Dēmāno, *are*, hinab flieſſen, herab rinnen. Catull. 52, 9 *Tenues ſub artus flamma demanat*. Gell. 17, 11 *Plato potum dixit demanare per pulmonem*.

¶ Dimāno, *are*, defluere, abflieſſen, auskommen. Cic. pro Cæl. c. 3 *Meus hic forenſis labor vitæque ratio dimanavit ad exiſtimationem hominum paullo latius commendatione & judicio meorum*.

¶ Dimanatio, *onis*, f. die abflieſſung, ausbreitung, apud Auguſtinum.

¶ Emāno, *are*, herausflieſſen, herrühren, herkommen. Metaphorice Cic. de Invent. 2, 2 extr. *Alii alio ex fonte præceptores dicendi emanaverunt*. Idem Att. 7, 21 pr. *Mala noſtra iſthinc emanant*, id eſt, oriuntur. Deinde eleganter de rumore & manifeſtatione. Cic. pro Roſc. Am. c. 1 *Nequaquam ſimiliter oratio mea exire atque in vulgus emanare poterit*, auskommen. Sic & Liv. 42, 14 pr. *Silentio clauſa curia erat. Bello denique perfecto, quæque dicta ab rege, quæque reſponſa eſſent, emanavere*. Ibidem c. 16 *Ne indicium emanaret*. Rurſus Cic. Verr. 1, 1 *Fama emanârat*. Et Att. 10, 12 *Tu eas epiſtolas --- concerpito, ne quando quid emanet*.

¶ Emanans, *tis*. Plin. 23, 3 *Succus ex oleæ foliis utilis ſaniem emanantibus*, ſed Hard. *ſanie manantibus*.

¶ Emanantia, , *e*, f. der ausfluß, apud Arnobium.

¶ Emanatio, *onis*, f. idem. Vulg. Interp. Sap. 7, 25 *Sapientia emanatio quædam eſt claritatis omnipotentis Dei ſincera*.

¶ Emanator, *oris*, m. ein geber, darreicher. Caſſiod. Div. Lect. c. 20 *Ambroſius lactei ſermonis emanator*.

¶ Immāno, *are*, hineinflieſſen. Auguſt. de Geneſi ad lit. 2, 4 extr. *Minutioribus guttis, & levioribus immanare vaporibus*.

¶ Permāno, *are*, pervenire, divulgari, durchflieſſen. Cic. pro Roſc. Am. c. 22 extr. *Ad animam permanat macula ex ſanguine paterno aut materno concepta*, drinnet ein. Plaut. Moſtell. 1, 2, 63 *Amor usque in pectus permanavit*. Alii Metaph. Ter. Adelph. 2, 4, 19 *Ne aliquando ad patrem hoc permanet*, daß es nicht vor meinen vater komme. Cic. pro Domo c. 46 *Effluunt multa ex veſtra diſciplina, quæ etiam ad noſtras aures ſæpe permanant*, viel dinge ſo uns zu ohren kommen. vid. *Emano*.

¶ Permanans, *tis.* Cic. Tusc. 2, 18 *Minutæ conclusiunculæ, nec ad justos permanantes.*

¶ Permmanter, adv. perennirer, durchdringend. Lucret. 6, 916 *Usque adeo permananter vis pervadat ejus.*

¶ Permanesco, *ĕre*, durchdrang. Plaut. Trin. 1, 2, 118 *Unde ad eum ad possit permanescere.*

¶ Promano, *are*, quod pervulgatum hodie, desideratur apud antiquos. Senecæ enim quod quidam exemplum afferunt, falsum pravatumque est. vide Curas posterior. Cellarii p. 364.

¶ Remano, *are*, zurück fliessen. Lucretius 5, 927 *Percolatur enim virus, retroque remanat Materies humoris*, es tritt zurück, geht hinter sich. Quæ verba repetiit lib. 6, 635.

¶ Submanes, *are*, drunter hinfliessen. Vitruv. 8, 1 *Aquæ ex montibus sub terra submanantes erumpant in medios campos.* ¶ 2. Alius origitis et potestatis est *submano* vel *summano*, de quo in *Manes.*

MASON, *i*, n. spongiæ genus minus spissum & molle, Plinius 9, 25.

Mansio, mansionarius, &c. vide *Maneo*, Mansutor, *Manus*, Mancucius, *Mando.*

MANSVĒTVS, *a, um*, auctore Nonio 1, 294, mitis, placidus, a feritate alienus, quasi ad manum adsuetus accedere, manum patiens, sanfte, sanftmüthig. Cic. de Orat. 2, 49 *Inimicitias suis erga nos sævis declarandis manifestissimas vitare est.* Idem fam. 1, 9 *Mansuetiores Musæ.* Val. Max. 2, 7, 11 *Manifestissimum ingenium.* Curtius Cic. de Invent. 1, 2 *Ex feris & inmanibus mites reddidit & mansuetos.*

¶ Mansues, *is*, antique idem, ac *Mansuetus.* Varro apud Nonium 8, 5 *Quadrupedem galli tympanis adeo fecerunt mansuem, ut tractarent manibus.* Accii addit & Plauti exempla, quamquam, quod hujus est, non omnino certum sit. conf. Festum. Apul. quoque lib 11 Met. p. 261 *Vide ipsum mansuem.* Dele etiam obsoletis, ut nemo magis. Vide lib. 7 p. 158 *Mansuetos* & *mansues*, ut synonyma conjungit: *Mirtos ego*, inquit, *fere non modo asinos inertes, verum etiam ferocissimos equos, nimio libidinis calore laborantes, atque eò id truces vesanosque, adhibita tali detestatione mansuetos ac mansues exinde facio.* Sic etiam Pricæus legit p. 158.

¶ Mansuete, adverb. placide, clementer, sanftmüthig. *Mansuete facere aliquid*, Cic. pro Marcello c. 3 *Perferre mansuete fortunam*, Aut. ad Herenn. 4, 52. Compar. *Mansuetius*, Apul. 4 Met.

¶ Mansuētūdo, *ĭnis*, f. die gelindigkeit, sanftmuth, est lenitas & facilitas morum. Cic. Verr. 5, 1 *Clementia mansuetudoque imperii in crudelitatem inhumanitatemque conversa.* Et Off. 1, 9 *Mansuetudo morum & facilitas.*

¶ Mansuesco, *ĕre*, mitescere, zahm werden. Colum. 6, 2 de bubus domandis, *Per blandimenta triduo fere mansuescit.* *Tellus mansuescit arando*, Virg. Georg. 2, 239. Luca 4, 238 *Sic ubi dejectæ silvis in carcere clauso Mansuevere feræ.*

¶ Mansuēto, *āre*, bändigen. Vulg. Interp. Sap 16, 8 *Quodam tempore mansuetabatur ignis.*

¶ Mansuētārius, *i*, m. qui feras mansuefacit, der wilde thiere zahm machet. Gloss. gr. lat. μειοποιός, *mansuetarius.* Sic, *Leones & leoparði docti per mansuetarios*, Lamprid. Heliogabalo c. 21.

¶ Mansuefactio, *ōnis*, domare, mansuetum reddere, zähmen, zahm machen. Livius 3, 14 *Paullatim permulcendo tractando, ne mansuefecerant plebem.* Et Augustin. Confess. 10, 36 *Mansuefecisti jugo tuo cervicem meam.*

¶ Mansuefio, *ĕri*, passivum, zahm werden. Cæs. B. C. 6, 28 *Assuescere ad homines & mansuefieri ne parvuli quidem excepti possunt.* Apul. de Mundo p. 72 *Leges ad mansuefaciendos homines sunt inventæ.*

¶ Mansuēfactus, *a, um*, besänftiget, zahm gemacht. Cic. Tusc. 1, 25 *A quibus mansa facili & exculti ad elegantiora defleximus.* Plin. 34, 9 *Æs domitum & mitati mansuefactum.* Prudent. Cathem. 7, 84 *Fulmen mansuefactum.*

¶ Immansuētus, *a, um*, ferus, wild, unzahm. Cic. de Legib. 1, 8 *Nulla gens est neque tam immansueta, neque tam fera, quæ non, etiamsi ignoret, qualem habere Deum decent, tamen habendum sciat.* Sen. de Ira 2, 16 *In frigora septentrionemque vergentibus immansueta ingenia sunt.* Idem de Ira 1, 15 *Bovem immansuetum cædimus.* Et ad Helviam c. 6 *Quid immansuetius?* Ovid. Heroid. 18, 37 ad Boream: *At tu de rapidis immansuetissime ventis.*

Mansurus, vide *Maneo*, Mansus, *Mando*, *ĕre*, Mantele, mantellum, *Mantile.*

MANTES, vel Mantis, *is*, m. μάντις, ein wahrsager Cic. de Divinat. 1, 43 *Divini sacerdotes, quos mantes vocant.*

¶ Mantēum, *i*, n. μαντεῖον, locus oraculis dicatus, da man ihm läst wahrsagen, Plin. 5, 29.

¶ Mantia, *æ*, f. μαντεία. *divinatio*, die weissagung. ¶ 2. *Mantiam* Daci vocant rubum, die brombeerstaude. Apul. de Herb. c. 87.

¶ Mantice, *es*, f. μαντική, ars divinandi, die wahrsagerkunst. Cic. Nat. Deor. 1, 20 *Sequitur* μαντική *vestra, quæ latine divinatio dicitur.*

¶ Mantisĭnor, *āri*, pro vaticinari, ex μάντις & *cano*, wahrsagen. Plaut. Capt. 4, 2, 116.

¶ Avinomantia, Chiromantia, Cofcinomantia, Geomantia, Necromantia, &c. vide fuis in locis.

MANTICA, *æ*, f. eine sattelkaffe, wadsack, ranzen, felleisen. (*Hippopera* Senecæ epist. 87.) Apulej. lib. 1 de A. A. *Ut eum dicto mansuetum mox ignitus evasi.* Gabell. 20, 21 *Sed non vidimus, mantice quod in tergo est*, id est, vitia nostra non perspicimus. v. Chiliades. Pers. 1, 1. 4. 24 *Ut mendacia sese tantum despectare, nemo, Sed pectoralis opaca mantica nosse.* Ad quem locum Casaubonus: MANTICA, inquit, *vocant, a mercatoribus usurpatum est vero peregrinum vox, & propriè saltem significat aut zonam, aut veteribus instar peræ cujusdam fuit. Frequens in libris Arabum, & tam quod inde formarunt sibi verbum, quam illud unde est ipsum deductum. Pro* hippopera *posuerunt Lucilius atque Horatius.* Horatii locus est 1 sat. 6, 106; ubi & Vet. Schol. vide, qui Lucilii locum produxit.

¶ Manticula, *æ*, f. dimin. Festus: *Manticularum usus pauperibus in nummis recondendis*, &c.

¶ Manticulārius, *i*, m. qui furandi gratia manticulas attrectat, ein beutelschneider, spitzbube, Tertull. Apol. c. 44. Festus etiam adjective *Manticularia* dixit ea, quæ frequenter in usu habentur & quasi manu tractantur, was man unter händen hat.

¶ Manticŭlor, *āri*, die beutel abschneiden, stehlen, dolose captiosque agere & furari. vide Festum. Sic Apul. Apol. p. m. 297 *Ut olim Ulyssis socii thesaurum reperisse arbitrati sunt, cum aurea ventosissimum manticularentur.*

MANTICŌRA, vel Mantichora, *æ*, f pen. corr. animal ferum, quod homines interficit, eorumque carnibus maxime delectatur. Solin. c. 52. Ælian. 4, 20. Plin. 8, 21 & 30. Calpurn. ecl. 7, 59 cum Alce conjungit.

MANTĪLE, vel Mantele, *is*, n. μαντήλιον Polluci, Hesychio μανδύλιον, χαρόμακτρον, i est quod in mensis ad manus tergendas adhibetur; 2 Integumenti humeralis genus, quo brachium manusque involvebant; unde a *manu tergenda, terenda, tegenda* dici volunt Grammatici, eine handquele, salvet. Virgil. Æneid. 1, 706 *Dant manibus famuli lymphas Cereremque canistris Expediunt, tonsisque ferunt mantilia villis.* conf. Georg. 4, 374. Ovid. Fast. 4, 933 *Vilia mantele solutis*: ubi Heinsium vide. Plin. 7, 2 *Anthropophagos ossibus humanorum capitum bibere, cutibusque cum capillo pro mantilibus uti, Isogonus Nicæensis tradit.* Hard. manibus tergendis adhibitas putat.

¶ Mantilium, Mantelium, Mantellum, *i*, n. idem Festus: *Frequens antiquis ad manus tergendas usus fuit mantiliorum.* Varroni de L. L. 5, 8 *Mantelium* est *quasi manuterium, ubi manus terguntur.* ¶ 2. Est quoque pallii genus, aut velamentum, ein mäntelgen. Plaut. Capt. 3, 3, 6 *Nec mendaciis subdolis mihi usquam mantellum est meis*, ich habe nichts, da ich meine lügen mit bemänteln könte. vide Cæl. Rhodig. 16, 12. Scalig. in Conjectan. Casaubon. ad Athenæum 9, 16. Hug. Grot. in Arateis ad Imag. asterismorum p. 62; & Boxhorn. ad Plaut. p. 203. Lucilius Doussæ p. 14 ex Servio ad 4 Georg. *Vellit mappas, mantella, merumque.* Discrimen inter mappas & mantile vid. in Voss. Etym. p. 310; Taubm. Comm. ad Plaut. p. 270; Ruæi Virg. p. 212.

¶ Mantiliārius, *i*, m. qui mantilia conficit, Plaut. Aul. 3, 5, 37.

MANTINĒA, *æ*, f. Μαντίνεια, Arcadiæ urbs, victoria Epaminondæ ejusque morte nobilis. vid. Diod. Siculum lib. 15; & Corn. Nep. 15, 9, 1.

MANTISSA, *æ*, f. vel Mantisa, additamentum rei, quæ venditur, id est, pauxillum illud, quod adjicitur ponderi, ita dictum, quod *manu* adatur, die zugabe, der ausschlag. Festus. *Mantissa est additamentum longæ Tuscæ, quod ponderi additur*: & Lucilium advocat, qui scripsit alicubi: *Mantissa elsewhere vincit.* Simplici & geminato S invenimus expressum. Petron. c. 65 *Magnam mantissam habere.*

MANTO, *Mantûs*, f. Μαντώ, Tiresiæ vatis Thebani filia, a qua *Mantua*, Virgilii patria, civitas clarissima, dicta est. Eam enim Bianor, Mantûs filius, condidit, ut Servius in eclog. 9 Virgilii auctor est. vid. Nannii Miscell. 6, 1.

¶ Mantua, *æ*, f. urbs Transpadanæ Galliæ clarissima, quæ modo tum a conditore tum ab alumno poëta laudata fuit, cujus Virgil. eclog. 9, 28 est: *Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ.* ¶ 2. *Mantua Carpetanorum*, Madritum hodie.

¶ Mantuānus, *a, um*, adject. ut, *Mantuanus Virgilius*, & *Baptista Mantuanus*, Carmelita, poëta Latinus doctissimus, qui vixit ac scripsit sub Alphonso rege Aragonum, natus A. C. 1444. Libri Carminum ejus exstant, de quibus non paucas solebant etiam in Lexicis auctoritates ponere.

¶ Mantŭus, *a, um*, adject. idem quod *Mantuanus.* Ita certe eclog 6, quæ Comix dicitur, de se Baptista: *ait Mantous Amyntas.*

MANTVM, *i*, n. breve amictum, quod manus tegere tantum, hüder. 19, 24. In ejusdem Gloss. *Mantus vestis virginalis* dicitur. Hinc

¶ Mantuēlis, *e*, in modum manti factus, vel ad formam manti accedens; ut, *Chlamys mantuelis*, Treb. Pollio Claudio c. 17. vid. ibi Salmas. in Not. fol. 343.

MANTVRNA, *æ*, f. conjugii Dea. Augustin. de C. D. 6, 9 *Ut fœmina maneat cum viro, additur Deæ Mantumnæ.*

Mantalis, manuarius, manuatus, manubia, manubialis, &c. manubriatus, manubriolum, manubrium, vide in *Manus.*

MANTĪCA, *æ*, f. pars illa in exaptitis, quæ nervum attractum continet, die naß im armbrust. Vitruv. 10, 15. conf. Bald. Lex. p. 68. Turn. *Manile.*

MANVCŌDIĀTA, *æ*, f. der paradies-vogel. vide Casp. Schotti Phys. cur. 9, 42.

Manucleatus, manumitto, cum derivatis, manupretium, vide in *Manus.*

MANVS, *a, um*, idem ac bonus, clarus, unde *Mano, are, Mane, Manes*, vid. Festus in his verbis; Nonius 1, 337; & Varro L. L. 5, 2.

MANVS, *ūs*, (Dat. *manu* est apud Prop. 3, 11, 12, ubi Broukc.) f. dextra, sinistra & læva, die hand, die faust. Ita varii occurrunt hic observanda, ut de ordine statim admonendus sis, lector. Invenies igitur (1) formulas, proverbia, sententias aliquot solemniores (2) Constructionem cum præpositionibus (3) Gestus manuum significativos (4 & 5) ubi vim 1 significat (6 ad 10) ubi ad artes pertinet (11 seq.) ubi pro variis instrumentis adhibetur. ¶ 1. *Manus non vox rerum*, pro eo, quod est, nihil omnino laboro, ich weiß nicht ein haar darum unterschied, Apulej. in Apologia p. m. 298. *Manum ferulæ subducere*, Juven 1, 15, est disciplinam subterfugere, sich der zucht entziehen. Nam tradantur magistris pueri, Ovid 1 Am. 13, 18 *Ut discant teneræ verbera sæva manus.* Anaxagoras *manum* dixit sapientiæ cauſam esse; nisi enim fabri haberent organa, neque doceri, neque

Quamquam Plutarchus erudite interpretatur *manus*, i. e. experientiam sapientiæ causam esse. Xenophon: τὰς χεῖρας ὁ θεὸς ἐπὶ τοῦτο συνδιαμβάνειν ἀνθρώποις ἐποίησεν, hoc est: *Manus Deus, ut altera altera juvet, creavit.* Sic, *Manus manum lavat*, χεὶρ χεῖρα νίπτει, proverbiale de mutua opera præstanda: Seneca Ludo de morte Claudii: *Nolli mihi invidere: mea res agitur: deinde si quid volueris, invicem faciam: Manus manum lavat*, eine hand wäſchet die andere. conf. Petron. c. 45 *Manus adire alicui*, eſt lepide fruſtrari, ſi quid alteri tantum quam in manum traditurus oſtendes, mox autem manum ipſe retrahas, atque alterum inanem atque hiantem deſtituas. v. Plaut. Pœn. 2, 1, 11; Cæſ. 5, 2, 6; Peri. 5, 2, 18; Aul. 2, 8, 8. De quo Barth. Adverſ. 23, 16; & Muretus Var. Lect. 19, 19. Sed melius forte a Gladiatoria repetenda videtur loquendi forma. Similiter nos dicimus: einen anlauffen laſſen. conf. Parei Lex. Crit. p. 720. *Manus compreſſa in pugnum*, Quintil. 2, 20, eine geballte fauſt. *Manus explicata*, ſive *explicita*, ibid. quæ palma eſt, eine flache hand. *Vola*, media pars manus, der hand teller. *Manu mea* Ciceroni fam. 5, 6 pr. eſt, quod vulgo dicunt, *manu propria*. v. *de manu* n. 2. *Continere manum intra pallium* pudoris ac modeſtiæ ſignum eſt in oratoribus. Quint. 12, 10 p. 1090 Burm. *Falli videntur, qui ſolos eſſe Atticos credant tenue & lucidos & ſignificantes: ſed quadam eloquentiæ frugalitate, & ſemper manum intra pallium continente.* vid. Caſaub. ad Diog. Laërt. Polemone. ¶ 2. Cum præpoſitionibus varias parit formulas, quas per lanceam ſaturam recenſebimus. Ita *per manus tradita* dicuntur, quæ minores natu accipiunt a majoribus. Vnde etiam *traditio* ſcriptoribus eccleſiaſticis vocatur. Quintil. 12, 4 *Etiamſi nobis cum urbe ſimul poſita traditæque per manus religiones nullæ eſſent.* Et, *Diſciplina militaris tradita per manus jam inde ab initiis urbis*, Liv. 5, 51. *Inter manus*: Plaut. Moſt. 2, 1, 39 *Abripite hinc intro actutum inter manus* Cæſ. de B. C. 2, 2 *Hinc agger inter manus proferebatur.* Virgilium etiam Æneid. 2, 681 *interque manus*: & Æneid. 8, 528 *inter nubem*: pro *per manus*, *per nubem* diviſſe, Servius auctor eſt. *Præmia proponi dare*, eſt mutuo dare, nanſit er etwas in händen habe, ut noſtri dicunt, Ter. Adelph. 5, 9, 23. *Conſilium naſcitur ſub manu*, Sen. epiſt. 71, der rath iſt bald zu finden. Plaut. Mil. 3, 2 extr. *Leviſide hoc ſuccedit ſub manu negotium*, gehet wohl von der fauſt. Suet. Aug. c. 49 de vehiculis ab Auguſto inſtitutis *Et quo celerius ac ſub manum annunciari poſſit*: SUB MANVM, i. e. facile; vide ibi Torrent. *Ad manum eſſe*, i. e. in promptu, bey der hand ſeyn. Nepos 18, 1, 5 *Ad manum habuit ſcribæ loco.* Sen. ep. 4 *Ad manum eſt, quod ſatis eſt.* Sed Liv. 7, 2 *Ad manum cantare hiſtrioni* eſt geſticulationi ejus, quæ *loquaci manu* ſaltandoque fiebat, cantando reſpondere. vid. ad Petron. p. 669 Burm. *In manu*, i. e. in poteſtate: *In manu eſt mea*, Plaut. Rud. 4, 3, 44, es ſtehet bey mir. Cic. fam. 14, 2 *Verum hæc non ſunt in noſtra manu.* Ter. Hec. 3, 5, 43 *Tibi id in manu eſt, ne fiat.* Nep. 13, 3, 4 *Et, ut ſi in ſua manu fortuna eſſet, quo contenderat, pervenit.* Tac. Hiſt. 2, 76, 3 *Iuxta Deos in tua manu eſt poſitum*, necuſt Gott ſtehet es bey dir. vid. Taubmann. ad Plaut. p. 14. *In manum convenire* de fœminis, quæ ex domo paterna in manum, hoc eſt, in poteſtatem mariti tranibant. Cic. pro Flacco 34: *In manum, inquis, convenerat. Nunc audio, ſed quæro, uſu an coemtione?* Conf. Topic. 3 De literis librisque, quos ſcilicet *nocturna verſare manu, verſare diurna*, par eſt Quintil. 10, 1 ſub fin. *Tum Seneca ſolus hic fere in manibus adoleſcentium fuit. De manu* eſt ſua ipſius manu. Suet. Tib. c. 34 *Conſeverat & quadruplam ſtrenam, & de manu reddere.* Lamprid. Severo c. 37 *Nam ſemper de manu miniſtris convivii & panem, & partes aut olerum aut carnis dabat.* ¶ 3. Ad loquendum quaſi manus adhibuere, certe ad varia earum geſtu ſignificanda, ut Quintiliano 11, 3 p. 1017 *In tanta per omnes gentes nationesque linguæ diverſitate, hic omnium hominum communis ſermo videatur.* vid. Barth. ad Stat. Theb. 1 p. 60. Ita *tollebant manus* 1) ſuffragia ferentes, vid. Voſſ. Inſt. Orat. 4 p. 162 ſeq. & l. 6 p. 535 ſeq. 2) In admiratione Cic. Acad. Qu. 4, 19 *Hortenſius vehementer admirans, quod quidem perpetuo Lucullo loquente fecerat, ut etiam manus ſæpe tolleret.* Idem ſam. 7, 5 *Suſtulimus manus, & ego & Balbus: tanta fuit opportunitas, ut illud neſcio quod, non fortuitum, ſed divinum videretur.* Catull. 54, 4 *Admirans ait hæc, manumque tollens.* 3) Porrigebant etiam manus victi: vid. Pet. Faber Agoniſt. 1, 8 *Manum* igitur *tollere* dicebantur, qui victos ſe faterentur, quod a gladiatoribus tractum. Cic. apud Lactantium 3, 8 *Cedo & tollo manum.* B. Hieronymus adverſus Luciferianos: *En tolle manum, cedo, victi.* Idem eſt *dare manus.* Nepos 22, 1, 4 *Donec aut virtute victiſſent, aut victi manus dediſſent.* vid. ibi Andr. Schottum, & Savaron. ad Apollinarem itemque P. Fabrum l. c. 4) Et generatim ſolebant orantes *Manus ſupinas ad Cælum & Deos tendere*, Virgil. Æneid. 3, 176, die hände gen himmel aufheben. *Supinas*, i. e. expanſas. Sic, *Manibus ſupinis accipere*, Seneca dixit de Benef. 1, 15. Et Cic. Catil. 4, 9 *Supplex manutendi patria communis*, es ſtreckt die hände aus, und bittet. Talia multa etiam in ſacris. 5) *Manu venerari*, eſt honoris alteri habendi cauſſa manum ori admovere & baſiare: id enim vel adeuntes vel prætereuntes ſimulacra Deorum faciebant, cultus & veneration is cauſſa: vid. infra *Adorare* in *Oro*, & Voſſ. 6 Inſtit. Orat. p. 539. Tac. Ann. 16, 4, 3 *Poſtremo flexus genu cætum illum manu veneratus, ſententias judicum operiebatur.* Et Suet. Claud. c. 12 *Eosdem ſpectacula edentes voce manuque veneratus eſt* Idem ſignificat Tac. Hiſt. 1, 36, 4 *Nec deerat Otho prutendens manus, adorare vulgum, jacere oſcula, & omnia ſerviliter pro dominatione.* 6) Manuum ac digitorum geſtu etiam numerabant. De hac ratione vid. opuſculum ignoti ſcriptoris in Poſſini ſpicilegio Evangelico p. 160 ſqq. edit. Fabric. Sed hac de re egimus in Digitus n. 10. ¶ 4. Vim ſignificat v. g. in formula *Manibus pedibusque*, i. e. ſumma contentione, Ter. Andr. 1, 1, 133; & 4, 1, 52 *Conari manibus, pedibus. Manu utraque amplecti*, i. e. libenter ac prompte. Sall. Iug. 57, 4 *Capere prælium in manibus*, h. e. cominus *facere.* Martial. 1. epigr. 16 *Hæc* (gaudia) *utraque manu complexuque aſſere toto: Sæpe ſtimat imo ſic quoque laſſa ſimu.* Reperitur hæc formula & apud Petron. c. 94 & 140; ſimiliter *ambabus manus* dicimus. Ter. And. 5, 2, 6 *Non manum abſtines maſtigia* Demea dicit ad Syrum, qui retinere ipſum, ne intraret, conabatur. ¶ 5. Speciatim autem notat vim pugnantium. Ita *Manu agere*, eſt vi uti cui contrarium, *jure agere.* Tac. Germ. 36, 2 *Vbi manu agitur, modeſtia ac probitas nomina ſuperioris ſunt.* Et in Agric. 9, 2 *Caſſivenſis jurisdictio ſecura & obtuſior: ac plura manu agens, calliditatem fori non exercet.* Sic, *Manu reducere: manu opprimere*, apud Florum eſt vi armisque reducere, opprimere 1, 11, 1, & 4, 1, 5. *Conferre manus*, Silio 6, 600 eſt congredi, handgemein werden. Apulej. lib. 1 de A. A. *Quam ſanctiſſime degurantes, ſeſe neque ei manus admolituros*, die hände an einen legen. Ita Cic. Catil. 1, 8 *Senatus vim ac manum intulit.* Et ibid. fin. *Ego vix abs te jam diu manus ac tela continco.* Et Plinius 9 epiſt. 13 *Inter multa ſcelera multorum, nullum atrocius videbatur, quam quod in ſenatu ſenator ſenatori, prætorius conſulari, reo judex manus intuliſſet.* Sed, *Manus ſibi inferre*, vel *afferre*, ſich ſelbſt entleiben, Sen. de Benef. 2, 5. Ita *manu vulnerari* vel *interfici* dicitur etiam qui gladio, vel ſagitta vulneratur. vide Burm. ad Quint. decl. 1 p. 29. Huc refero etiam illud *in manus venire*, cui ſimile eſt noſtrum, in die hände gerathen, Sall. Iug. c. 89; Cæſ. B. Gall. 2, 19; Tac. H. 4, 71; Gron. & Drakenb. ad Liv. 2, 46 pr. *Manum conſerere*, i. e. pugnare, ſchamutzieren, apud Nepotem non ſemel: v. g. 14, 8, 4; 17, 3, 6; 23, 4, 2. Vbi & Lambinum licebit videre. Ita Salluſt. Cat. 39, 4 *Æqua manu diſcedere* idem eſt quod æquo Marte; *equis manibus*, Tac. A. 1, 63. ¶ 6. Ad artes pertinet, ac primo quidem generatim *Manu facere* dicimur, quorum cauſſæ a nobis ipſis petendæ: qua formula ſæpe uſus eſt Seneca: ut Conſolat. ad Marciam c. 19 *Orbitatem manu facere*, ubi vide Lipſium. Sic, quæ non ſponte ſua naſcuntur & fiunt, ſed noſtro producuntur labore atque induſtria, *manu* dicuntur *fieri.* Cæſ. de B. C. 3, 44 *Multa erant inter eum locum manu ſata, quibus interim jumenta paſceruntur.* Vbi per *manu ſata* frumenta intelligit, quæ non ſponte naſcuntur, ut ex c. 58 ejusdem libri conſtare poteſt. Liv. 2, 5, 4 *Poſtea credo additas moles, manuque adjutum*, ubi vide Drakenb. Plin. præfat. lib. 8 de venenis: *Ne iis quidem, quæ naſcuntur, contenti, quando plura eorum humana manu ſiunt.* Sen. epiſt. 52 *Quædam ingenia facilia & expedita: quædam manu (quod ajunt) facienda*, i. e. labore, diſciplina. *Imponere ſummam vel ſupremam manum alicui operi*, ein werck fertigen und beſchlieſſen. Virgil. Æneid. 7, 572 *Nec minus interea extremam Saturnia bello Imponit regina manum.* Vbi Servius: *id eſt, quod ſupereſt, perficit. Et eſt translatio a pictura, quam manus complet & ornat extrema.* Donatus ad Terent. Andr. 2, 5, 1 IMPONITVR, inquit, MANVS REBVS *cum perficitur, id quod cœperit*: ut Virgilius: IMPOSVIT REGINA MANVM. RELINQVVNTVR *vero* RES *cum imperfectæ relinquuntur.* Idem Virgil. ATQVI OPERE IN MEDIO DEFIXA RELINQVIT ARATRA. Petron. c. 118 de Carmine: *Et ſi nondum recepit ultimam manum.* Vbi plura Woverius. Add. Interpr. ad Quint. procem. p. 6 Burm. *Potatio, quæ ebrietati ſummam manum imponit*, was vollends den reſt giebt. Sen. epiſt. 12. Et, *Ab opere perfecto removere manum*, fertig ſeyn idem ep. 9. Huc pertinet illud Salluſt. Iug. 73, 6 *Quorum res fidesque in manibus ſitæ erant*, de ſecularibus & humilibus artificibus. ¶ 7. Deinde in ludo gladiatorio *Manus prima, ſecunda, tertia*, modi ſunt inferendi ictus. vide Burm. ad Quintil. 5, 13 p. 476. Noſtri hodieque, eine prime ſecunde, tertie, conſer. n. 6. ¶ 8 *Manus* pro chirographo, eigene handſchrifft. Cic. Attic. 4, 16 *Occupationum mearum vel hoc ſignum erit, quod epiſtolæ librarii manus eſt*, der brief iſt meines ſchreibers hand. Quintil. 1, 7 *Quomodo & ipſam* (Ciceronem) *& Virgilium ſcripſiſſe, manus eorum docent.* vid. Voſſ. 4 Inſtit. Orat. p. 116. Similiter & Attici ſcripturam, χεῖρα appellabant. ¶ 9. Sed & artificum opera, ab iisdem Græcis juxta Latinisque χεῖρες ſeu *Manus* dicebantur; ut pictura: Plin. præf. c. 83 *Nam & Zeuxidis manus vidi, nondum vetuſtatis incuria victas.* vide Burm. p. 409. *Protogenis manus* apud Gell. 15, 31. vide Barth. ad Stat. Silv. p. 101, 102, 228. Item ſigna: Martial. 8 epigr. 51 *Mentoris hæc manus eſt, vel, Polyclete, tua.* it. 4, 38 *Praxitelis manus*, de qua & Quint. 2, 19 extr. *Si Parium marmor Praxiteles expoliviſſet, plus in manibus fuiſſet, quam in marmore.* Propert. 3, 21, 30 *Sive ebore exactæ, ſeu magis ære manus.* Notat & Salmaſius de modis uſurarum, p. 391 itemque Rigaltius in Artemidorum p. 7 & 18. ¶ 10. Notat & *Manus* pecuniam, quam quisque faſci an in iſtum confert, einen ſatz. Auguſtus apud Suet. c. 71 *Si, quas manus remiſi cuique, exegiſſem, & retinuiſſem, quod cuique donavi, viciſſem vel quinquaginta millia*, wenn ich von einem redlichen gelernt hätte, was er zuſetzen ſollen ꝛc. Sed & ipſi factus, *manus* appellantur: ſicuti *manus* quoque Gladiatorum dici ſolebant. vide ibi Caſaub. & nos n. 7. ¶ 11. Transfertur ad plura alia, quæ inſtrumenti rationem habent. Ita *Manus* accipitur pro proboſcide elephantis, quod ea in decerpendo pabulo pro manu utatur elephas. Hinc Plin. 8, 10 *Haud improprie appellatam* dicit *manum.* Cicero Nat. D. 2, 47 extr. *Manus etiam data elephanto, quia propter magnitudinem corporis difficiles aditus habebat ad paſtum.* v. & *Anguimanus.* ¶ 12. *Manus ferrea*, machinæ genus, quo in navalibus prælii ad retinendas conſtringendasque naves utebantur: Græce *Harpagones* vocabantur: Curt. 4, 2, 12 *Ferreæ quoque manus* (*harpagonas* vocant) *quas operibus hoſtium injicerent, corvique, & alia tuendis uribus excogitata præparabantur.* Et c. ſeq. iterum meminit, & has a *corvis* ſeparatim nominat. vide Appian. 5 de Bellis civ. p. 737. Lucanus *Manicas* vocat. vide ſupra *Manica.* Livius 30, 10 *Aſſeres ferreo unco præfixos*, HARPAGONAS interpretatur. vide Intt. ad Flor. 1, 2. ¶ 13. *Manus* pro multitudine & exercitu, die mannſchafft. *Manus comitum*, Stat. 5 Silv. 3, 202, ein hauffen geſchützen. Virgil. Æneid. 6, 660 *Hic manus, ob patriam pugnando vulnera paſſi.* Idem lib. eod. pr. *Juvenum manus emicat ardens.* Vet. Gloſſ. *manus*, χεὶρ, *manus*, πλῆθος. Sed Cæſar & Hirtius in multitudinis numero pro copiis *manus* dicunt: *Conventientes manus diſſipare*, de B. Gall. 8, 6, &, *quam maximas manus cogere*, 5, 38. Sed ſingulari Nepos 10, 4, 3 *Manum comparare*, ut, Livius 2, 9 *Manu facta virginem rapiunt.* Nepos 1, 1, 4 *Delecta manus.* Plaut. Amph. 1, 1, 80. *Noſtra ſuperat manus.* Horat. carm. Secul. v. 53 *Iam mari terraque manus potentes Medus, Arabasque tinet ſeveros.* ¶ 14. Ponuntur etiam *manus* pro famulis, ſive operis, quibus utimur. Cic. Verr. 2, 10 *Co-*

nites illi tui delecti manus erant tuæ. Præfecti, scribæ, medici, accensi, haruspices, precones erant manus tuæ &c. Refutat Verrem, si forte dicere velit, pecuniam sibi non numeratam. Martial. 1 epigr. 101 *Illa manus quondam fidelium fida meorum.* Loquitur de Demetrio servo, cujus mortem ibi defler. Ita Plin. 9 epist. 37 agriculturam *manus multas pascere* dixit: & 10 ep. 50 *Sed hæc opus multas manus pascit* &c. Tac. Agric. 15, 4 *Æque discordium præpositorum, atque concordium subjectis exitiosum: alterius manus, centuriones alterius, vim & contumelias miscere.* Per *præpositos* intelligit legatum, & procuratorem provinciæ: ille juris dicendi caussa, hic exigendi reditus gratia, præponebatur. Hunc per *manus*, i. e. servos suos, illum per *centuriones* suos vim, & contumelias miscere ait, vide ad eum locum Boxhornium. Ita *manus militaris* pro apparitoribus armatis judicis capitur l. 68 π. de rei vindicat. ut vult Byneckersh. obs. Jur. Rom. 3, 14 p. 274 seq.

Manceps, mancipium, &c. & Mancus, vide suis locis.

Manica, Manifestus, & Manipulus, vide itidem suis locis.

¶ Manicula, *æ*, f. dimin. a *manu*. Plaut. Pseud. 5, 1, 16 *Ubi manuma manicula opprimitur*, sed vid Boxh. conf Idam Rud. 4, 4, 125. Lævius apud Gellium 19, 7 vocat *Manicolas tenellas* pro *manicellis*.

¶ Manibula, *æ*, f. das Fels an der Handspindel. Varr. L. L. 4, 31 *In aratri stiva transversa regula manibula, quod manu bubulci tenetur.* Alii legunt *Manicula*.

¶ Manuālis, *e*; ut, *Manuale fasciculus*, ein Handbündel. Plin. 19, 1. Et, *Saxa manualia*, Tac. Ann. 4, 51, 1, wurffeine, so man mit der hand tractiren kan. *Aqua manualis*, handwasser. Tertull. Apol. c. 39. vid. ibi Pamel.

¶ Manuale, *is*, n. subst. *liber ad gerendum aptus, qui Enchiridion dicitur*, ein Handbuch, in Gloss. Isidori.

¶ Manuārius, *a, um*, idem ac *Manualis*: ut, *Ius manuarium*, Handgeld, Gell. 18, 13. Apud eumdem 16, 7 Liberius furem appellat *manuarium*, ein Dieb, der die hände stehen läst.

¶ Manua, *æ*, f. in Gloss. *decempe, manipulus*, eine Handvoll. vide Isidor. & Salmas. in Solin. p. 266. Hinc

¶ Manūtus, *a, um*, in manipulos collectus, mit vollen händen gefaßt; ut, *Spartum in acervo manutum*, Plin. 19, 2.

¶ Manubiæ, *arum*, f. plur. tantum, præda ex hostibus, & pecunia ex præda vendita, coacta, auctore Nonio 5, 39, beute. vide & Gell. 13, 23, itemque Asconium in Verr. de Prætura urbana. Cic. pro lege Agraria 1, 4 *Quod ad quemque pervenit, pervenerit ex præda, ex manubiis, &c.* Vet. Gloss. *Manubiæ σκῦλα ἀπὸ ζώντων ἁρπαζόμενα.* ¶ 2. *Manubiæ* sæpe sunt pars prædæ, imperatori pro opera reipublicæ data assignata, quam illi plerumque impendebant in opus aliquod publicum. Vnde illa inscriptio templo præfixa *Ex manub.* apud Gellium, quam tamen Phavorinus ipse, licet alios falsæ irrideat, non intellexit. *Ex manubiis Athenarum arx est ornata*, Nepos 5, 2, 5. Cic. pro Arch. c. 11 *Fulvius non dubitavit Martis manubias Musis consecrare.* Ita interpretatur etiam Nic. Heinsius ep. ad Perizo. Syll. Burm. T. 4 p. 782. it. p. 783 seq. p. 787 &c. Videtur hoc efficisse Heinsius contra Perizonium, cui significatio latior placebat, florente rep. *manubias* fuisse eam partem, quam imperator ad rem faceret vel opera publica impenderet. ¶ 3. *Manubiæ* etiam dicuntur spolia, & quæstus illiciti cogendæ pecuniæ. Ita usus Suetonius ea voce est Vesp. c. 16, ut interpretatur Torrentius. ¶ 4. Iactus fulminum *manubiæ* etiam dicuntur, quas Hetrusci a tribus superioribus sideribus, Saturno, Iove, Marte, decidere putarunt: undecim manubias esse, ex his tres Iovi datas. vid. Festum, & Senec. Quæst. Nat. 2, 41; & Plin. 2, 52, & ibi Dalechamp. p. 98. Ab his *macheram manubiam*, gladium fulminatorem dictam autumat Scal. apud Plautum Trucul. 5, 35.

¶ Manubiālis, *e*, von der beute: ut, *Manubialis pecunia*, i. e. ex venditione manubiarum collecta. Suet. Aug. c. 30.

¶ Manubiārius, *a, um*, tructum & quæstum manubiarum afferens, das beute giebt. Plaut. Truc. 4, 4, 27 *Sodem amicus mihi esto manubiarius*, hoc est, si non ex animo, at fructuosus, utilis.

¶ Manubio, *are*, spolia reportare, beute machen. Florus in Barth. Advers. 4, 5 *De Asiabe aut Sarmata manubians.*

¶ Manubrium, *i*, n. copulus cuiuscunque rei, ein heft, ein griff, eine handhabe. *Exhorret e manu manubrium*, pro, præcipere alicui occasionem & facultatem quippiam agendi, Plaut. Asl. 3, 4, 12. vide Chil. *Malleus sapientior manubrio*, apud eumdem Plaut. Epid. 3, 4 extr.

¶ Manubriōlum, *i*, n. dimin. Celsus 7, 6 sub fin. *Scalpelli manubriolo (tunica) deducenda a cute & carne est.*

¶ Manūbriātus, *a, um*, manubrio præditus, das einen handgriff hat. Ammian. 25, 4 *Manubriati enses.* Adde Paul. l. 1, 52.

¶ Manuc-lum, *i*, n. fasciculus, manipulus, ein bund. Petron. c. 63 *Manuclum de sirmentis sactum.*

¶ Manūcla, *æ*, f. idem quod *Manica*, ein ermel. Plaut. Fragm Clitell. v. 14 *Quid tuam amicam times, ne te manucla cojet.* Turnebus etiam 2, 4 in Vitruv. 10, 15 *Manulea* legit pro *Manucla*. Sed nihil ibi certi.

¶ Manulēātus, *a, um*, das ermel hat: ut, *Tunica manulearia*, i. e. manicata, ein rock mit ermeln. Plaut. Pseud. 2, 4, 62, & Sext. Calig. c. 62 alii legunt *manulatus*. Seneca Epicurum *manulearium* dixit epist. 33, h. e. delicatum. Nam *tunicæ istæ molliciei notabantur*: unde & eas Troianis exprobrat Virg. En. 9, 616. Adde Gell. 7, 12.

¶ Manulārius, *i*, m. qui vestes cum manicis conficit, ein schneider. Spartus Mitt. p. 224. MANVLEARIVS PATAGIAR. Adde Reines. ad Gloss. ut Inscr. 83. Fit & Plauti Aul. 3, 5, 37.

¶ Manuor, *ari*, stehlen. Liberius apud Gellium 16, 7 *Manuatus est*, pro furatus.

¶ Manuōsus, *i*, m. longas manus habens, der lange hände hat, in Gloss. Isidori.

¶ Manubalista, *æ*, f. eine handarmbrust. Veget. 2, 15 *Ad manubalistas flexile ut sagittas.* conf. ibid. 4, 23.

¶ Manubalistārius, *i*, m. ein schütze, bogenschütze. Veget. 3, 14 *Manubalistarii jaculis submovent hostes.*

¶ Manuduco, *ere*, bey der hand leiten. Hinc

¶ Manuductio, *onis*, f. die handleitung, anführung, pro ductu, vox analoga *manumissionis* vocabulo. vid. Cellar. Antibarb. p. 267.

¶ Manūfactus, *a, um*, mit der hand gemacht. Cic. de Fin. 3, 22 *Aut in natura aut in operibus manufactis.* Varro de R. R. 3, 11 *Manufacta piscina.*

¶ Mānifĭcus, *a, um*, idem. Cæl. Aurel. *Manifica ulcerationes*, vid. Reinef. Var. Lect. p. 667.

¶ Manuinspex, *icis*, m. der aus der hand wahrsagt. In Gloss. Vet. exponitur χειροσκόπος, i. e. chiromanta.

¶ Manūmitto, *ĕre*, libertate donare, frey machen, los geben. Cic. pro Cælio c. 29 pr. *Adfunt servi de cognatorum sententia manumissi.* Ter. Phorm. 5, 5, 2 *Manu emitti* dixit. Et Plaut. Curc. 5, 2, 18 *Mea ancilla, libera ut sit, quam ego nunquam emisi manu.* Dividitur etiam interpositio alio verbo: Cic. pro Mil. c. 22 pr. *Manu vero cur miserit?* Cæterum manumissionis duæ species erant: una, cum vindicta, censu, testamento aliquis manumittebatur: hæc justam & plenam libertatem conferebat; altera, cum inter amicos, convivia, per epistolam quis mittebatur manu: unde non plena libertas erat: & meruendum habebant tales, ne rursus ad pristinum statum revocarentur: manebant itaque adhuc quodammodo servi. Vnde Tacitus, *quos vindicta patronus non liberavit: veluti vinculo servitutis attineri*, scribit Annal. 13, 27. *Mortui manumissi* exemplum est apud Petron. c. 65 p. 326 v. Gœl. ¶ 2. Est & aliud genus manumissionis liberorum, cum adoptandi a parentibus, quos natura dederat, manu emittebantur. Plin. 8 epist. 18 *Curtius Mantia perosus generum suum Domitium Lucanum sub ea conditione, ut filiam ejus, neptem suam, institueret heredem, si esset manu patris emissa. Emiserat pater: adoptaverat patruus.* Adde Titul. Digest. *Si a parente quis manumissus sit.*

¶ Manumissus, *a, um*, freygelassen, losgegeben. Cic. Att. 2, 18 & 19 *De Statio manumisso.* Adde de ritu per alapam Isidorum 9, 4.

¶ Manumissio, *onis*, f. die freylassung. Cic. pro Cælio 29 *Sed sive cupio, quid habeat argumenti ista manumissio?* Val Max. 3, 6, 7 *Manumissiones tres in eodem manumissiones rescindi permittunt, si ter ab eodem deceptum dominum cognoverint.* Vlpianus lib. 1 § 4 Dig. Quando de peculio: *Alienatio & manumissio ad servos pertinet, non ad filios: emancipatio vero ad solum filium:* Ita ut plurimum distinguebant veteres: quamquam manumissio etiam de emancipatione inveniatur, ut modo dictum fuit. Adde Suet. Galba c. 10; Sen. de Clement. c. 3.

¶ Manumissor, *ōris*, m. qui manumittit. Vlpianus Lege 1 § 5 Dig. Si a parente quis &c. usus est: ac Tertull. adv. Marc. 5, 4 *Nonne eum constituit manumissorem, qui fuit dominus?*

¶ Manuplētius, *a, um*, manum implens. Gloss. gr. lat. χειροπληθές, *manupletium.*

¶ Manusinjectio, *onis*, f. die handanlegung, apud Vlpian. ICt. sed forte divisim legendum.

¶ Manupressus, *a, um*; ut, *Capsus manupressus*, Colum. 7, 8 extr. Etiam hic distinguendæ voces videntur.

¶ Manūpretium, vel Manuspretium, *i*, n. quod datur pro eo, quod manufactum est, *a manibus* & *pretio*, ut Varro de L. L. 5, 36 interpretatur Isidorus 11, 1 *Absolve* MANVS *etiam ars, vel artifex. Unde* manupretium *dicimus*, handlohn, macherlohn. Cic. Verr. 1, 56 *Quantum patere opera fabrorum mercedis tuleri ut, & manupretia machinæ.* Liv. 34, 7 *In auro præter manupretium nihil intertrimenti est*, an gelde verliert man nichts als das macherlohn. Plaut. Menæchm. 3, 3, 20 *Cedo aurum, ego manupretium dabo.* Asconius ad orat. de Præt. urb. observat, MANVPRETIVM dici, *ubi non tam materiæ ratio, quam manus atque artis ducitur.* conf. Plin. 33, 11, & Parei Lex. Crit. p. 714. Plin. 34, 7 f. 17 Hard. legit *manipretium*. Sunt. qui negent, *manuspretium* recte dici, & ubique *manupretium* reponere malint, vide Brisson. Sol. Ant. 4, 33. Sed alterum etiam admittit Hotom. ad Cic. 1 in Verr. 56. Adde Leop. ardi Emend. 12, 16.

¶ Manuscriptum, *i*, n. cui opponitur typis expressum.

¶ Manutergium, *i*, n. a tergendis manibus, eine handquele. Isid. 19, 26.

¶ Manutextor, *oris*, m. ein stricker, weber. Nescio quo jure laudatur Aut. ad Herenn. lib. 4.

¶ Manūtŭgium, *i*, n. χειροβύζιον, i. e. mollis contrectatio, die anrührung. Cæl. Aurel. Tard. 1, 4 *Manutigio oculos relevare velle.* Alibi *manuum contactum* vocat. vid. Reinef. Var. Lect. p. 667.

¶ Manūtor, *ōris*, m. qui manu tuetur, quasi *Manutator*, ut Meursius legit, apud Plaut. Truc. 4, 4, 6.

Manuetus, &c. vide supra suo loco.

Composita a *Manus* ab initio:

¶ Amanuensis, *is*, m. cujus opera & manu in scribendo utimur, ein schreiber, secret. Suet. Ner. c. 44 *Ex cujusque familia probatissimos, ne dispensatoribus quidem, aut amanuensibus exceptis, accepit.* Et in Tito c. 3 *Comperi, notis quoque excipere velocissime solitum, cum amanuensibus suis per ludum jocumque certantem, imitarique chirographa, quæcunque vidisset.* Ciceroni est *Servus a manu, manibus*, & *ad manum*, unde simul originationem intelligis.

¶ Adminiculum, *i*, n. adjumentum, handreichung hülfe beyhülfe. Cic. Off. 3, 7 *Hanc partem reliquam explebimus natus adminiculis, sed, ut dicitur, Marte nostro*, ohne zuthun. ¶ 2. Sustentaculum aut fulcrum dicitur, cui vites aut arbusculæ incumbunt, eine stütze, lehne oder leiter, daran etwas ruhet. Cic. Nat. D. 2, 47 *Vites clavenis adminicula, tanquam manibus apprehendunt.* Idem in Lælio c. 23 extr. *Natura solitarium nihil amat, semperque ad aliquid, tanquam adminiculum, adnititur.*

¶ Adminiculor, *ari*, stützen, helffen, bedienen, fördern. Cic. de Fin. 5, 14 *Ars agricolarum civicamedias, amplectet, exigat, extollat, adminiculetur.* Quod & *Adminiculo, are* dicitur. Col. de Arborib. c. 16 *Vitem adminiculato, arborique jungito.* Id. 4, 26 *Adminiculandæ augendæque vineæ curâ.* Augustin. de doctr. Christ. 1, 3 *Ad beatitudinem adjuvemur & adminiculamur.* Etiam Gell. 14, 2 *Ex legeomnibili & adminiculati sumus.*

¶ Ad niniculātus, *a, um*, passive, unterstützt, bedient, gefördert. Plin. 14, 1 *Vites adminiculatæ judiciis.* Quod nominis formam induit,

duit, & gradus adſumit. Gell. præfat lib. 1 *Adminiculatior memoria*, i. e. pluribus auxiliis & ſubſidiis adjuta, und fertiger gedächtniſſ. Eadem verba etiam apud Macrobium proœmio 1 Saturn. leguntur.

¶ Adminiculator, *oris*, m. ein helffer. Gell. 8, 3 *Tironi Ciceroni adminiculatore & quaſi adminiſtro in ſtudiis literarum uſus eſt.*

¶ Adminiculatorius, *a, um*, auxiliatorius, beförderlich, behülflich. Cathol.

Æquimanus, vide in *Æquus.*

¶ Ambimanus, *i*, m. idem qui *Æquimanus*, lincks und rechts. Gloſſ. Vet. *Ambimanus*, παρίδεξιος.

Anguimanus, vide in *Anguis.*

¶ Bimanubriatus, *a, um*, mit 2 handhaben oder griffen; ut, *Scalprum bimanubriatum*, ein ſchnitzmeſſer.

¶ Centimanus, *i*, m. centum manus habens. Horat. 2 od. 17, 14 *Centimanus Gyges*, vel *Gyas.* conf. Ovid. Met. 3, 303

¶ Cōminus, vel Conminus, quia eſt ex *cum* & *manus*, deſendente ad Bell. Cat. 60, 3 Cortio, adverb. e loco propinquo, nahe, in der nähe. Cic. pro Balbo c. 9 *Pugnare cominus.* Idem Att 2, 2 *Cominus ad aliquem accedere.* Apul. 3 Milet. *Videsne, quantam tibi periculum vellitatur fortuna eminus? ac niſi longe firmiter præcaves, mox cominus congredietur.* Ovid. Met. 3, 119 *Cominus enſe ferit: jaculo cadit eminus ipſe.* ¶ 2. *Cominus*, näher. Tertull. de Carne Chriſti c. 71 *Cominus accedere ad congreſſum.*

¶ Ēminus, adv. e longinquo, von ferne, cui opponitur *Cominus.* Sic, *Eminus haſtis, cominus gladiis uti*, Cic. de Senect. c. 6. Et Cæſ. B. Gall. 7, 24 *Faces atque avidam materiem de muro in aggerem eminus jaciebant.*

Longimanus, vide in *Longus.*

¶ Quadrimānus, *a, um*, vierhändig, mit 4 händen. Iul. Obſequens de Prodigiis c. 111 *Puella biceps, quadripes, quadrimana, gemina fœminea natura, mortua nata.* Idem c. 73 alia inflexione: *Pueri quadrupedes & quadrimanes nati.*

¶ Vnimānus, *i*, m. mit einer hand, einhändig. Liv. 35, 21; & 41, 21 utrobique *puer natus unimanus* traditur. conf. Iul. Obſequens c. 112. Gloſſ. gr. lat. μονόχειρ, *Vnimanus.*

MANZER, *ĕris*, m. hebraica dictio, i. e. ſpurius, quo nomine appellantur ludæi apud Sedunum 4 Faſch. v. 259 *Manzeribus populis in deteriora volutis.* Et Fortunat. 5 carm. 4, 75 *Chriſticolæ ut cernunt tunc agmina manzera jungi.*

MAPALIA, *orum*, n. pl. caſæ ſeu domus dicuntur agreſtes, lingua Punica, hirtenhäuſer, zelte, feldhütten. Martial. 10 epigr. 20 *Tecum ego vel ficci Gætula mapalia Pœni, Et poteram Scythas hoſpes amare caſas.* Virg. Georg. 3, 339 *Quid tibi paſtores Libyæ, quid paſcua verſu Proſequar, & variis habitata mapalia tectis?* Id. Æn. 4, 259 *Magalia* vocant. Eadem enim *magalia mapaliaque* ſunt: niſi quod alterum primam longam, alterum brevem habet, quod Servius ibi an notat. Diſtinguit quidem Waſſius ad Sall. Iug. 18, 8, ſed in ordinem redigitur a Cortio. Plin. 5, 3 NVMIDAE *vero* NOMADES (appellati) *a permutandis pabulis*, MAPALIA *ſua, hoc eſt, domos plauſtris circumferentes.* Feſtus obſervat, hoc vocabulum & diſſolute viventibus objici. MAPALIA, inquit, *caſæ Phœnice appellantur: in quibus, quia nihil eſt ſecreti, ſolet ſolute viventibus id vocabulum objici.* Ita Seneca ludo de morte Claudii: *Ego*, inquit, *Patres conſcripti, in ſerrogare vobis permiſeram, vos mera mapalia feciſtis. Volo ſervetis diſciplinam curiæ.* Vbi *mera mapalia facere*, eſt omnia incondite agere.

MAPPA, *æ*, f. linteum, quo ſternebantur menſæ, manus tergebantur, ein tiſchtuch, handtuch. Horat. 1 epiſt. 5, 22 *Ne ſordida mappa Corruget nares*, Servius obſervat, *mappas* non niſi in plurali ſecundum artem dicendum eſſe: ſed aliud introduxiſſe ſcriptorum auctoritatem. Sen. de Ira 3, 30 *Taurum color rubicundus excitat: urſos leones mappa provocat.* Volunt autem differre a *mantilibus mappas*: quod illa lotis manibus inferiant: hæ cibo madidis ſordidisque. Sed Servius ad illud Virg. Æn 1, 702 *Tonſi que, ferunt mantilia villis*, videtur eadem habuiſſe. Et ita Vet. Gloſſ. *Mappa*, χειρόμακτρον. Item χειρομάκτιον, *Mantela, mappa.* Item χειρόμακτρον, *Mantela.* In veteribus Conoquiis latino-græcis *Mappa*, μάκτρον: *Mantile*, ὑπηρέτης ὁν redditur. ¶ 2. *Mappa* etiam dicebatur pannuculus candidus, quem prætor ſive ludorum editor mittebat, ſive attollebat, daturus ſignum committendis ludis: unde & Quintil. 1, 5 *uſurpatum circo nomen* appellat. vide ed. Burm. p. 66. item Torrentium ad Suet. Ner. c. 22. Imaginem prætoris ſeu editoris mittentis mappam ex marmore antiquo Phil. Rubenius exhibuit Electorum 1, 30, unde res ipſa patere poteſt. Et inde, *mappam mittere*, pro ſignum quodlibet dare, proverbialiter dixerunt. Tertull. adv. Valent. c. 16 *Quanto meliores, qui totum hoc tædium de medio amoliti, nullum æquum voluerunt alium ex alio per gradus revera Gemonios ſcuctum, ſed mappa, quod ajunt, miſſa ſemel octojugem iſtam ex patre & Eunœe ejus excluſam.* MAPPAM, quod a manibus pendeat, dictam volunt nonnulli. Sed Quintilianus 1, 5 Punicam vocem pronunciat. ¶ 3. *Mappæ* etiam dictæ libri lintei veterum. vid. Salm. ad Vopiſci Aurelia. c. 8. Inde forte hodieque tabulis geographicis *Mapparum* nomen.

¶ Mappula, *æ*, f. diminut. Hieronym. epitaphio Paulæ, ſive epiſt. 27, 13 pro linteo, quo ægrotantes tergimus, uſus eſt, ein ſchnupftuch, ſervlet.

MARASMVS, *i*, m. μαρασμός, tabes, die ſchwindſucht. Apul. Medicos.

MARĀTHON, *ōnis*, m. (Μαραθών,) campus & civitas Atticæ: pugna celebris, qua ingentes Perſarum copiæ deletæ, Miltiade duce. v. Herodot. Straboneni, itemque Plutarch. Nepot. 1, 4, 1; Cic Off. 1, 18.

¶ Marathonius, *a, um*, adject. ut, *Marathonia pugna*, Nepos 2, 2, 6: &, *Marathonium trupæum*, id eſt, pugna, ſeu pugnæ gloria, ibid. 2, 5, 3. *Maratkonius taurus*, Cic. Tuſc. 4, 22.

MARĀTHRVM, *i*, n. μάραθρον, fœniculum, fenchel. vid. *Fœniculum.* Sic, *Expreſſæ marathro guttæ*, Seren. Samm. v. 204. conf. v. 313 & 544: Plin. 20, 10; & 21, 9, & 30, 4; Apul. de Herb. c. 124) Dioſc. 3, 74. Plur. *Marathros* non *Marathra* habet Ovid. Medic faciei v. 91 ſeq. ubi alii legunt *Marathos. Expreſſe marathro guttæ* ad vitia oculorum commendantur Samon. 207. ¶ 2. *Marathas* autem nomen viri eſt, Tibull. 1, 4, 81: & 1, 8, 49 & 71.

¶ Marathrītes, *æ*, μαραθρίτης, fenchelwein. Colum. 12, 35.

MARCELLVS, *i*, m. cognomen apud Romanos gentis Claudiæ: quo inſignis maxime fuit *M. Claudius Marcellus*, ſtrenuus, bellicoſus vir, ideoque *Enſis Romanorum* appellatus. Hic primus vinci Annibalem docuit, ut de eo Aur. Victor ſcribit. Syracuſas quoque ſtupenda obſidione per tres annos expugnavit, ut idem Victor in hoc viro tradit. vide & Livium, & Plutarchum in ejus vita, & Ciceronem in Verrinis, præſertim ſecunda, paſſim. Adde not. Lud. Viv. ac Coquej. ad Auguſt de C. D. 1, 5. ¶ 2. Alius *M. Marcellus*, vir clariſſimus, Ciceronis amicus, qui victo Pompejo, in Asia exul vixit: tandem reſtitutus a Cæſare, in Præco interfectus fuit. v. Cic. lib. 4 fam. & in Orat. pro M. Marcello. ¶ 3. Alius *Marcellus*, ex Octavia Auguſti ſorore natus, lætiſſima atque egregia indole juvenis, isque ab Auguſto in ſpem imperii adoptatus, ſed immaturo funere præreptus: cujus obitum Virgilius in 6 Æn. tub fin. deplorat. De eo non ſemel Suetonius, item Velleius 2, 93. Elogium ejus eſt & apud Senecam Conſolat. ad Marciam c. 2. ¶ 4. *Marcellum* dictum eſſe pro *macilento* Lucilius probat apud Non. 2, 524 *Sin ſit, non magnus homo eſt, najatus, marcellus*, ſchwach, mager, ſchachtmatt. Eſtque adeo quaſi diminutivum a *Marcus*, ubi vid.

¶ Marcellēa, *orum*, n. pl. feſtum Syracuſanorum, in memoriam Marcelli honoremque, quod ab rebellibus urbem liberaverat, inſtitutum, Cic. Verr. 2, 21.

MARCEO, *ui, ēre*, quaſi *Macreo*, vel potius a *Marcus*, eſt contrahi marcore, putrere, welck ſeyn, dürre ſeyn. Item languere, gravem ac tardum eſſe, matt ſeyn. Lucret. 3, 960 *Annis et ipſa jam marcet.* Sic & Ovid. Amor. 1, 13, 41 *Vir marcet ab annis.* Hinc & abſolute *Marcere*, alt ſeyn, Lucret. 3, 970. Cell. 2, 2 *Si marcet animus* &c. Sic *Marcere luxuria, vino & ſcortis*, Liv. 33, 45. Et, *Marcere opalis*, Claudian. de Bello Get. v. 368.

¶ Marcens, *tis*, matt, träge, kraffilos, hinfällig. Plin. 9, 45 *Marcenti ſimilis.* Horat. 2 ſat. 4, 58 *Potorem marcentem recreare.* Suet. Calig. c. 58 *Cunctatus an ad prandium ſurgeret, marcente adhuc ſtomacho pridiani cibi onere*: Vbi *marcens ſtomachus* dicitur, qui crudus & gravis nihil appetit, ein verderbter magen. Vet. Gloſſ *Marcidus & Marcens*, (ita enim legendum eſt) τετηκώς, νωθὴς ἀπὸ κρωπαλης.

¶ Marceſco, *ĕre*, verwelcken, welck werden. *Deſidia & otio marceſcere*, für faultheit ſtinckend werden, Liv. 20, 35. conf. Colum. 7, 7.

¶ Marceſcens, *tis*; ut, *Flos marceſcens.*

¶ Marcĭdus, *a, um*, putridus, welck, faul. *Otia luxu marcida* Claudian. de 3 Conſul. Hon. v. 40. Sidon. 1 epiſt. 6 *Pingui otio marcidus.* Et Ovid. Met. 10, 192 *Lilia marcida demittunt jubito caput.*

¶ Marcĭdulus, *a, um*, diminutiv. ſchmachtend, ſochtend. Mart. Capella lib. 7 ſub init. *Marcidulis luminibus conſpicatur.*

¶ Marcor, *ōris*, m. putredo, languor, conſumtio, tabes, die verwelckung, darre, mattigkeit, trägheit. Celſ. 3, 20 *In hoc* (lethargo) *marcor & inexpugnabilis perdormiendi neceſſitas.* Sen. 3 Qu. nat. c. 27 *Inde vitiani ſatis, & ſegetum ſine fruge ſurgentium marcor.* ¶ 2. Ad animum Seneca c. 2 de Tranquill. refert: *Inde mœror marcorque, & mille fluctus mentis incertæ.* Et Vellej. 2, 119, 3 *Exercitus marcore ducis, perfidia hoſtis, iniquitate fortunæ circumventus.*

¶ Marcido, *are*, activum, marcidum reddere, welck machen. Gloſſ. Vet. *Marcidat*, τήκει, τήκεται.

¶ Marculentus, *a, um*, marcidus, welckicht. Fulgent. Mythologi. 2, 8 *Marculenta calvities.*

¶ Marceſcĭbilis, *e*, idem; unde contrarium *Immarceſcibilis.*

¶ Commarceo, *ēre*, welck ſeyn. Metaph. Ammian 1, 19 *Bellicoſus ante hæc & induſtrius repente commaruit*, er iſt laß und träg worden.

¶ Emarceo, *ui, ēre*, & Emarceſco, *ĕre*, idem quod ſimplex. Metaph. Plin. 15, 29 *Marſico bello languida auctoritas patrum facta eſt, ac paullatim in ſteriliatem emarcuit majeſtas.* Proprie Celſ. 2, 8 *Si ſubito mammæ emarcuerunt.*

¶ Immarceſco, *ĕre.* Laudant Horat. 2 ſat. 7, 107 *Nempe immarceſcunt epulæ* &c. Sed rectius legitur, *Inamareſcunt.*

¶ Immarceſcibilis, *e*, quod nequit marceſcere, unverwelcklich. Hieronymus in Pſalm. 45, quæſt. 140 epiſtola ad Principiam eſt: *Immarceſcibilis gloriæ corona*, ἀμάραντος. Paulinus 4 Natal. Felic. extremo: *Immarceſcibilis redimivit honore coronæ.* Et Tertull. de Corona Mil. c. 15 *Flos immarceſcibilis.*

MARCHIO, *onis*, m. qui eſt Marchiæ præfectus limitaneus, ein Marckgraf, Marquis: ex antiqua Germanorum & Gallorum lingua, qua *Marca* terminum ſ. limitem ſignificat.

MARCIA, gens Romæ, non *Martia.* Vid. quos laudat Drakenb. ad Sil. 6, 403. Ex hac fuit præter illum, de quo deinde in *Marcia aqua*

¶ Marcius, celebris vates, durante bello Punico ſecundo, a quo

¶ Marciana carmina, v. Liv. 25, 12. Plin. 7, 33; Cic. de Divin. 1, 40; Macrob. Sat. 1, 17. Ex eadem gente fuere

¶ Marcia, de qua Plin. 7, 51 *Marcia princeps Romanorum ictu gravida partu exanimato, ipſa citra ullum aliud incommodum vixit.* ¶ 2. *Marcia* Catonis Vticenſis uxor, quam, cum ea aliquot liberos ſuſcepiſſet, Hortenſio amico conceſſit, eoque mortuo, reduxit.

¶ *Marcia aqua*, quam *Q. Marcius Rex* in urbem duxit, quod inter miracula refert Plin. 31, 3 c. 24 qui de eadem 31, 3 f. 24 *Clariſſima aquarum omnium in toto orbe, frigoris ſalubritatisque palma, præcedit urbis, Marcia eſt, inter reliqua Deûm munere urbi tributa.* v. qui de aquæductibus ſcripſere, Frontinum, Keuchenium, Fabrettum &c.

¶ *Marcianum fœdus* a Marcio percuſſum, eſt ap. Cic. pro Balbo c. 17.

Marcidus, &c. vide *Marceo*, Marcipor, *Marcus*.

MARCOMANNI, *orum*, m. pl. Μαρκόμανοι, Germanica gens, antiquitus quidem ad Rhenum coluit, postea vero, Marobodno duce, Bojohemum occupavit, Vellej. 2, 108. Hodie *Moravi* dicuntur. v. Cluver. Antiquæ Germ. 3, 3, & 30. Statius penultimam corripuit 3 Silv. 3, 170 *Quæ modo Marcomanus post horrida bella vagosque Sauromatas.* ¶ 2. *Marcomanus* Rhetor fuit, cujus meminit Sulpitius Victor. vid. Voss. 1 Instit. Orat. p. 171.

¶ Marcomannicus, *a, um*, in veteri inscriptione Murat. 1021.

Marcor, marculentus, vide paullo ante *Marceo*.

MARCUS, *i*, m. Romanorum prænomen notissimum, per M. signari solitum. *Marcus* autem est ex μακκὸς pro μακκάδε, i. e *placidus*. Hoc prænomen in patricia familia Manliorum damnatum fuit. vid. Spanh. de usu num. diss. 10 p. 33. ¶ 2. Multorum nomen, ut Evangelistæ &c. ¶ 3. Hujus nominis hæreticus fuit, & magus, quique juxta Irenæum lib. 8 adv. Hæreses, *proximè ante quasi vesperam exstitit Anti-Christi*: Irenæus ejusdem somnium de concentu cæli harmonico lib. 1 ejusdem libri refert. Nimirum statuebat, primum cælum sonare α, proximum ε, tertium η, quartum sive medium ι, quintum ο, sextum υ, septimum ω. vid. Voss. 6 Instit. Orat. p. 445.

MARCUS, malleus major, & dictus *Marcus*, quod major sit ad cædendum & fortior; *Marcellus* mediocris; *Marculus* malleus pusillus, Ind. 19, 7. Est igitur *Marcus* nomen instrumenti, quo fabri ærarii uti solent, ein hammer.

¶ Marculus, *i*, m diminut. v. Isidor. 19, 7; & Fest. Plin. 7, 56 *Tegulas invenit Cinyra Agrippæ filia, & metalla æris, utrumque in insula Cypro: Item forcipem, marculum, vectem, incudem.* Quædam editiones non *Marculum*, sed *Martellum* ibi legunt. Et idem accidit in Petron. c. 51. v. infra *Martellus*. Vet. Gloss. *Marculus, Malleolus* & *Malleus*, σφυρα, σιδηρα, και κόπανον. Martial. 12 ep. 57 *Nec cogitandi, sparsi, nec quiescendi In urbe locus est papyri: negant vitam Ludi magistri mane, nocte pistores, Æraviorum marculi die toto.* Et Theodulfus Carm. 2, 224 *Marculus & parvus magna metalla polit.*

¶ Marcion, *ōnis*, m. hæreticus, contra quem Tertullianus quinque libros scripsit. Deum alium Christi patrem, alium mundi dicebat conditorem. vide præter Tertullianum, Eusebii Hist. eccles. 4, 11. Prudent. Hamartig. v. 502 *Ipse Charon mundi, numen Marcionis, ipse &c.*

¶ Marcionita, *æ*, m. qui Marcionis hæresin sectatur. Et *Marcionita Deus*, Prudent. Hamartig. v. 129 est commentitius Deus Marcionis.

¶ Marcipor, *ōris*, m. Marci puer, i. e. famulus, Fest. v. *Por.*

MARDI, *orum*, m. pl. populi Asiæ, de quorum dubio situ ad Curtii 5, 6, 17 notavit Cellarius. Videntur hoc nomine latrones & fugitivi significari ab Ebr. מָרַד vide ibidem & apud alios Interpretes.

MARDONIUS, *i*, m. dux Persarum, a Paulania ad Platæas victus; v. Corn. Nep. in Pausan. c. 1.

MARE, *is*, n. nomen est generale, sed varias & speciales appellationes recipiens a locis, das meer, die see; ut, *Mare Indicum, Atlanticum, Tyrrhenum*, seu *inferum*, & *Tuscum* seu *superum* vel *Adriaticum, Ionium, Mare Caspium, Mare mediterraneum* &c. De quibus appellationibus singulis, suis vide locis. *Mare violentum & vastum & jactabundum*, Gell. 19, 1, quod & *Hibernum* appellatur. vide *Hiems*. Cui contrarium *placidum* & *sine fluctu*: vide ad Virg. eclog. 2, 26. *Mare pigrum & grave remigantibus*, Tac. Agric. 10, 7. *Tempestivum ad navigandum*, Cic. pro L. Manilia c. 12 dixit. *Claudi mare*, & *claudum mare*, dicebatur, cum navigationes cessarent per tempestatum acerbitatem hiberno anni tempore, ex die 3 Id. Novembr. usque in diem Iduum Martiarum, ut Vegetius 5, 9 definit; ut Impp. Gratianus & Valentin. Lege *Quoties* 3 C. de *Naufragiis*, a Kal. Octobr. ad Kal. Apriles conf. Plin 2, 47, & ibi Dalechamp. p. 95, Turneb. Advers. 18, 24. Cæsari *conclusum mare* est, internum s. mediterraneum; Ejus de B. Gall. 3, 9 hæc sunt verba: *Longe aliam esse navigationem in concluso mari; atque in vastissimo atque apertissimo oceano perspiciebant.* Plautus Pœn. 3, 3, 14 *Viam qui nescit, qua deveniat ad mare, Eum oportet animum quærere comitem sibi*: hoc est, qui per se non sapit, obtemperet aliis, qui plus sapere videntur. Cic. fam. 16, 9 *Mare magnum & difficile tibi restat.* Vatinius Cic. fam. 5, 9 *Terra marique conquirere aliquem*, zu land und wasser. Ea autem natura maris est, ut omne immundum, stercoro fumque litoribus impingat: nec tantum tempestate fluctuque, sed tranquillum quoque & placidum purgatur. v. Sen. Quæst. Nat. 3, 26. Ejusdem altitudinis, fatigii que mare cum terra esse; idem dicit eodem libro c. 28. De maris origine, æstu, salsedine, admirandis aliis multa Voët. p. 1 disp. Theol. p. 640 seqq. Vid. etiam If. Vossius de motu marium. ¶ 2. *Maris* nomen aliquando & amplioribus fluviis tribuitur. Ita Virg. Æn. 1, 250 *It mare præruptum*, de Timavo fluvio, cujus paullo ante meminerat. vid. ibi Servium, & Turneb. Adverf. 10, 11. Franciscus Junius ad Genes. c. 4, 10 observat, hanc rationem loquendi Ebræis propriam quafi fuisse. ¶ 3. *Mare malorum*, de malis immensis & multiplicibus proverbialis locutio. *Maria & montes polliceri*, Sallust. B. Catil. c. 23, i. e. res maximas, güldene berge. Catullus carm. 116, 1 *Mentula habet jugera centum & trigenta prati, Quadraginta arvi, cetera sunt maria.* Sic θάλασσα χρυσῆ apud Græcos. vide ibi Scaligerum. Nic. Rigaltius ad Geographorum rationem refert; qui ad incognita loca cum veniunt, fere ea adumbrare his verbis solent: *obstat mare magnum.* vide ipsum ad Onosandri Strategicum p. 4.

¶ Marinus, *a, um*, quod in mari vel ex mari est, in oder aus dem meer. *Aqua marina*, Plin. 14, 16. Sic & *Ostrea marinæ*, Id 10, 69 *Hamores marini*, Cic. Nat. D. 2, 16, meer-angel. *Dii marini*, Ovid. Met 13, 964, meergötter. *Monstra marina*, meer-wunder; Virg Æn. 7, 780 *Vitulus marinus*, Plin. 9, 13 ein meer-kalb *Passio marinus*, i. e. διατονίας, est struthiocamelus, ein strauß, trans mare advectus, Scal. Auson. lect. 2, 7. Ita apud nos cercopitheci, meerkatzen.

¶ Maritimus, *a, um*, qui mare accolit, am meer gelegen, ut, *Homines maritimi*, Cic. Verr. 5, 27. *Maritima domus*, Liv. 27, 31 Et, *Ora maritima*, Cic. Tusc. 5, 14. *Oppida maritima*, see-städte, Cæs. B. C. 3, 17. *Bellum maritimum*, quod ad mare commissum est, ein krieg am meer. Cic. pro Lege Man. c. 19. Et, *Imperium maritimum*, Nepos 3, 2, 2. *Prædo maritimus*, ein see-räuber; Id. 2, 2, 3. *Fluctus maritimi*, meers-wellen. Id. 25, 6, 1.

¶ Mariplacidæ, *arum*, f. pl. inter naves recensentur Gell. 10, 25. quibus mare non nisi placidum navigari potest.

¶ Bimaris, *e*, zwischen zwen meeren gelegen; ut, *Bimaris Corinthus*, Horat. 1 od. 7, 2. vide *Corinthus*. Sic, *Calpe bimaris*, apud Paullinum Nolanum carm. 10, 230. Et Ausonius epist. 24, 69 *Bimaris juga pinguida Pyrenæi.*

¶ Cismārīnus, *a, um*, disseit des meers. Sarisb. epist. 176 *Cismarini & transmarini.*

¶ Permārīnus, *a, um*, auf der meer; ut, *Ædes Lavinm permarinas*, Liv. 42, 52; & ibid. *Ædem Laribus permarinis vovit.*

¶ Semimarīnus, *a, um*, halb von meer-art. Lucretius 5, 890 *Aut rapidis canibus succinctas semimarinis Corporibus Scyllas.*

¶ Transmarīnus, *a, um*, jenseit des meers; ut Plaut. Most. 2 sc. 2, 66 *Ego transmarinus hospes sum Diapontius*, der über meer gekommen ist. Et, *Vectigalia transmarina*, Cic. Agr. 2, 29. Et, *Res transmarinas arcessere*, Id. Verr. 6, 18. *Provinciæ transmarinæ*, Vellej. 2, 60, 5. Adde Senec. epist. 17; & Colum. præfat. 1.

MARĒOTIS, *ĭdis*, f. Μαρεώτις, Ægypti, sive ut alii volunt, Libyæ pars Ægypto conterminia, a quo *Mareotidas vites* Virg. dixit Georg. 2, 91 *Sunt Thasiæ vites, sunt & Mareotides albæ.* ¶ 2. Est & *Mareotis* palus Ægypti prope Alexandriam. v. Curt. 4, 7, 9.

¶ Mareōticus, *a, um*, adject. ut, *Vites Mareoticæ*, Colum. 3, 2. Et, *Vina Mareotica*, Statius 3 Silv. 2, 24; & absolute *Mareoticum* pro vino, Horat. 1 od. 37, 14 vid. omnino Vlit. ad Grat. 313.

MARGA, *æ*, f. terra alba ex pinguedine soli durata, qua ad agros stercorandos non Britanni tantum, & Galli, sed in aliquibus etiam locis Saxones utuntur, & vocant mergel, Plin. 17, 6.

MARGĀRIS, *ĭdis*, f. μάργαρις, palmæ genus est Plinio 13, 4.

MARGARĪTA, *æ*, f. μαργαρίτης, unio, eine perle. Vario apud Nonium c. 3 n. 138 *Imperito nonnunquam concha videtur margarita, ut amethystus smaragdus.* De his Plin. 9, 35 int.

¶ Margaritum, *i*, n. etiam legitur. Augustus joco ad Mæcenatem apud Macrob. Sat. 2, 4 *Tiberianum margaritum.* Et ipse Mæcenas apud Sueton. in vita Horatii: *Nec præcandida margarita quæro.* Tac. Agric. 12, 9 *Gignit & oceanus margarita.* Sed fœmininum frequentius est. Græce enim μαργαρίτης dicitur: atqui Græca in ης exeuntia, in a transeunt, & fœminini generis fiunt: ut ὁ χάρτης, *hæc charta:* itaque & μαργαρίτης *hæc margarita*, ut Carisius lib. 1 observat. Quomodo nascantur margaritæ, v. apud Solinum c. 52; & Plin. 9, 35; itemque Ammian. lib. 23 extr. Adde Scalig. in Manilium p. 441, itemque Salmas. Exercit. Plin. 1123.

¶ Margaritarius, *i*, m. ein perlen-krämer, juwelirer. Reinef. Inscr. 110 class. II p. 647 MARGARITARIO DE SACRA VIA. ¶ 2. Item piscator margaritarum, ein perlen-fischer, apud Iul. Firmicum 7, 16. ¶ 3. Dicitur etiam adjective *porticus margaritaria*, in Victoris lib. de region. Vrb. Rom. reg. 8.

¶ Margaritaria, *æ*, f. eine perlen-krämerin. Inscr. Murat. 964. *Auraria & margaritaria de sacra via.* ¶ 2. Erat etiam inter officia domus Augustæ. Inscr. Murat. 892 *Margaritaria Augustæ.*

¶ Margaritātus, *a, um*, von perlen gemacht. Fortunat. 7 Carm. *Vitta margaritato flexilis arte sinu.*

¶ Magaritifer, *a, um*; ut, *Margaritiferæ conchæ*, perlen-muschela, Plin. 32, 11.

MARGELLA, *æ*, f. eine coralle. Gloss. gr. lat. κοραλλιον, *margella.*

MARGIĀNA, *æ*, f. regio Asiæ minoris inclyta cæli ac soli commodis &c. v. Solin. c. 61; Plin. 6, 16.

Marginare, &c. vide mox in *Margo.*

MARGĪTES, *æ*, m. μαργίτης, stupidus dicitur, nullius rei, a μὴ & ἔργος, voce facta, quod ad nullam actionem sit utilis, ein schlinget. vide Chiliades. Condidit poëma hoc nomine Homerus, Heroicis Hexametris Iambicos submiscens, de quo præter alios etiam Victorinus lib. 1 extr.

MARGO, *ĭnis*, m. extremitas cujuscunque rei, der rand, das ufer. In masculino genere Ovid. posuit Met. 1, 13 *Nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrite.* Et Curt. 7, 9, 5 *Primus margo.* In fœmineo Juvenal. 1, 5 *Plena jam margine libri.* Item Æmilius Macer: *Fluviorum margine summa.* Citat Solipater Carisius lib. 1.

¶ Margino, *are*, apud Livium & Plin. legitur pro margine munire, einen rand schützen. *Viam marginare*, munire: Liv. 41, 27 *Consores vias sternendas silice in urbe, glareâ extra urbem substernendas marginandasque primi omnium locaverunt.* Sic &

¶ Marginātus, *a, um*, was einen rand hat; ut, *Tabula marginata*, Plin. 35, 12. *Signa limbis marginata puniceis*, Sidon. 4 epist. 20.

¶ Marginālis, *e*, zum rand gehörig; ut, *Marginales notæ*, rand-schriften.

¶ Commargino, *are*, idem quod *Marginare*. Ammianus Marcell. 31, 2 *Commarginare pontes.*

¶ Demargino, *are*, beschneiden auf dem rande; ut, *Demarginare librum.* Recens, ut res ipsa, vocabulum.

¶ Emargino, *are*, den rand weg thun. Plin. 28, 9 *Emarginare ulcera*, i. e. sordes & crustas in ora ulcerum adimere.

MARIA, *æ*, f. μαρία, quo pacto latine etiam *Mariam* legendum indeclinabiliter contendit Valla, voce & accentu scilicet Hebræo. Penultimam corripuit Claudianus Fescenn. extrem. *Formosus Mariam ducit Honorius.* Choriambus est. Et Iuvencus passim, ubi Deiparæ mentionem fecit: v. g. in Matthæi c. 1 *Interea Maria sponso miracula mentem Sollicitant.* Ac ita quoque Prudentius in Psychom. v. 88 *Nec mea post Mariam potis est perfringere jura.* Sedulius autem in c. 1 Lucæ produxit: *Angelus intacte cecinit properata Mariæ.*

MARIĂBA, *æ*, f. metropolis sive regia Sabæorum juxta mare rubrum. v. Strab. lib. 153 & Plin. 6. 28; ubi aliqui *Nariaba.*

MARIAN-

MĂRĬANDȲNVM, *i*, n. Aſiæ regio, Bithyniæ contermina, Acheruſia ſpecu nobilitata.

¶ Mariandynus, *a, um*, adject. Val. Flacc. 4, 733 *Iam Mariandynis advertit puppis arenis.*

Marianus, *a, um*, vide *Marius.*

MĂRĬCA, *æ*, f. Nympha Laurens apud Virg. Æn. 7, 47 Eam, *Minturnenſium litoris Deam*, ibidem Servius tradit. Lactantius 1, 21 *Circen Mortuam* & confectaram ita appellatam prodit. ¶ 2. Ab ea palus Minturnenſium ita appellata eſt, in quam ſe Marius fugiens abdiderat arundineto latens, ut auctor Velleius eſt 2, 19, 2.

MĂRĬLA, *æ*, f. *μαρίλη*, ſavilla, languidus ignis, lodernaſche; item pulvis carbonum tenuiſſimus, kohlen-ſtaub. Vnde illud: *Faber fumo opprimit & marila*, ex Polluce Cæl. Rhodig. 14, 16.

Marinus, *a, um*, vide *Mare.*

MĂRĬO, *ōnis*, m. piſcis qui in Danubio extrahitur, porculo marino ſimillimus, Plin. 9, 15. Geſnerus putat eſſe *Ruſonem.*

MĂRIS, *idis*, m. *μάρις*, menſura ſex capiens cotylas ſive heminas, ex Polluce Cæl. Rhod. 14, 16.

MARISCA, *æ*, f. ficus vilis, inſipida & fatua, eine geringe unſchmackhaffte feige. Plin. 15, 18; & Martialis 7 epigr. 24. ¶ 2. Ex hujus fici ſimilitudine podicis ulcus attritu genitum in iis, qui equo nudo inſident, ex ſpinæ (ſcil. equinæ) & natum affrictu, *mariſcam* & *ficum* olim eſſe appellatum, obſervat Dalechamp. ad Plin. 15, 20. vide *Ficus.* Iuvenal. 2, 13 *Caeduntur tumidæ medico ridente mariſcæ*, fruchtfeigen und feigwarzen. Sed ¶

¶ Mariſcus, *i*, m. & Mariſcum, *i*, n. junci genus eſt, ex quo tegeticulæ texuntur, die groſſen ſimbden, oder binſen, *μαρίσκος*, Plin. 21, 17.

Maritimus, vide *Mare.*

MĂRĪTVS, *i*, m. conjux, uxoris vir, ein ehemann, bräutigam. *Spargе marite nuces*, Virg. eclog. 8, 30. Aliquando pro eo uſurpatur, qui nondum cognovit fœminam, ſponſalibus tamen factis. Ita Matth. c. 1, 16 accipitur: vid. ibi Pricæus. Apulej. Met. lib. 4 *Votis antepallens pacti jugali deſtinati tædulis etiam maritus nuncupatus.* Transfertur etiam maxime a poetis, ad pecora. Sic Colum. 8, 5. *Rarior eſt in his avibus mariti bonitas.* Præcipue de capris dicitur. v. Martial. 14, 140. Horat. 1, 17. Conf. Menck. Obſ. L. L.

¶ Marita, *æ*, f. uxor, ein eheweib; ut, *Statius ſe jactare maritæ*, Ovid. Hereid. 12, 175. *Nec ſit marita, quæ rotundioribus onuſta baccis ambulet*, Horat. epod. 8, 13.

¶ Maritus, *a, um*, ehelich; adject. ut, *marita fides*, Propert. 4, 3, 11. Sic Livius 27, 31 *domus maritas*, conjugales dixit, ehelicher hauſer. *Pietas maritum*, Ovid. Pont. 3, 1, 73. Ovid. Her. 4, 134 *Fratre marita ſoror*, Iuno. Et Plaut. *pecuniam maritam* pro *uxoris dote* poſuit in Epid. 2, 1, 11. *Arbores* vero *maritas*, Plin. & Columella eas dicunt, ad quas vites, aut aliæ id genus applicantur, bäume, an denen man den wein wachſen läſt. Colum. 11, 2 *Si quæ in agris, aut vepribus ſingulares arbores maritæ a putatoribus relictæ ſunt.* Et Plin. 14, 1 *In Campano agro vites populis nubunt, maritaſque complexæ, atque per ramorum procacium brachiis geniculato curſu ſcandentes cacumina æquant.* E quibus ratio tralatitiæ ſignificationis elucet.

¶ Marite, adverb. idem. In Pervigilio Veneris v. 25 *Cras ruborem Vnico maritе nodo non pudebit ſolvere.* conf. Rivini not. p. 19.

¶ Marīto, *avi, atum, are*, verbum in eadem ſignificatione a ſcriptoribus rei ruſticæ uſurpatur, den wein, oder weinſtock an den baum binden, pfählen; ut, *Vlmus arbor eſt maritandis vitibus idonea*, vid. Colum. 5, 5. Sed & populus conjugio hujusmodi apta. Horatius epod. 2, 9 *Adulta vitium propagine Altas maritat populos.* ¶ 2. Propria verbi ſignificatio eſt, verheyrathen, verehlichen. Tac. An. 12, 6, 1 *Maritandum principem cunctis ſuadebant.* Suet. in Veſp. c. 14 *Vitellii hoſtis ſui filiam ſplendidiſſime maritavit dotavitque.* Hinc Iulia lex *de maritandis ordinibus*, quam non inſtituit Auguſtus, ſed retractavit, revocavitque in uſum, de quo Suetonius ejus vita c. 33. Quid ea ſancitum fuerit, aliaque ad eam quæ pertinent, vide apud Suetonianos interpretes, & qui Hiſtoriam legum Romanarum veterem compoſuerunt. Paſſive Solinus c. 56 *Iapuæ ſpirante Favonio vento concipiunt, & ſitientes viros aurarum ſpiritu maritantur.*

¶ Marītātus, *a, um*, verehlichet. Tertull. de Monog. c. 4 *Lamech duabus uxoribus maritatus.* Et Fulgent. Myth. 1 *Maritatus aër igne.*

¶ Maritālis, *e*, conjugalis, ehelich. Colum. 12, 1 *Maritale conjugium.* Ovid. de Arte am. 2, 258 *Veſtis maritalis.* Iuvenal. 6, 43 *Capiſtro maritali ora porrigere*, ſich das ſeil über die hörner werffen laſſen.

¶ Bimarītus, *i*, m. duarum mulierum vir, der zwey weiber hat. Cic. pro Cn. Plancio c. 12 *Bimaritum appellas, ut verba etiam fingas, non ſolum crimina.* Ita *Bivira* Catoni apud Nonium, quæ duos habuit viros.

¶ Commarītus, *i*, m. der ein weib mit einem andern gemein hat. Plaut. Caſin. 4, 2, 18 *Compar, commaritus villicus.*

MĂRĪVS, *i*, m. (Cajus,) Arpinas fuit, humili loco natus: ſed exemplum poſtea factus utriusque fortunæ memorabile, multa & præclara, ſed non ſine tyrannide geſſit, & atrocia pertulit. Conſulatum ſepties adminiſtravit Romæ. A Sylla prælio infelici ſuperatus Minturnis in fuga latuit, in carcerem deinde conjectum cum lictor percuſſurus adiiſſet, vultus gravitate, & flamma ex oculis fulgurante deterritus eſt. Ita in Africam delatus cum filio, Romam tamen denique rediit, ac in ſeptimo conſulatu ilium & febris doloribus cruciatus diem ſuum obiit, natus annos 68, cum inter inſomnia triſtia & cruciatus, vocem illam crebro in auribus inſonare ſibi viſus fuiſſet: *Dura ſunt leucis exhibita*, auf ein gewaltſam und böſes leben folgt ein hartes lager und ſchrecklicher tod. v. Plutarchus in vita Marii. ¶ 2. Per antonomaſian ſive heteroſin hoc vocabulum de homine, populari factioni addicto, uſurpatur; ut Bernecggrus obſervat ad Suet. Cæſ. c. 1 n 3. Marii tropæa a Sylla dejecta Cæſar reſtituit: eaque hodie lapidea (aurea enim olim erant, Plutarch. Cæſare;) in ſuggeſtum Capitolinum S. P. Q. R. transferri juſſit. v. Ryequius de Capitol. Rom. c. 28. conf. Propert. 3, 9, 46.

¶ Marianus, *a, um*, adject. ut, *Miles Marianus pugnā*, & *rabies Mariana*, Florus 4, 2 pr. *Mariana fraus*, in Narbonenſi provincia. Vide Geograph. antiquam: & *Colonia Mariana* inſulæ Corſicæ, Plin. 3, 6. *Mariano prælia ſigno*, Propert. 3, 2, 43. Sed *Muli Mariani* proverbialiter, laſtträger. vid. Frontini Strateg. 4, 1, 7; Plut. in C. Mario; & Feſt. in *Scrumula.*

MARMARĪCA, *æ*, f. regio inter Ægyptum, & Cyrenaicam: unde

¶ Marmarīcus, *a, um*, adjectivum. Silius 2, 57 *Marmaricis audax in bella Osyritia fagnis* &c. Et Lucan. 3, 293 *Mittere Marmaricas ceſſarit in arma catervas.*

¶ Marmaridæ, *arum*, m. pl. pop. ejus tractus Silius 3, 300 *Marmaridæ, medicum vulgus*, &c. hoc eſt, Pſylli, ſerpentum veneno reſiſtentes. *Marmaridæ Pſylli* junctim Luc. 9, 893. Et *Phalanx Marmaridum*, Idem 5, 184.

¶ Marmaritis, *idis*, f. herba Plinio 24, 17.

MARMOR, *ŏris*, n. *μάρμαρος*, lapis, marmelſtein. Aliud eſt candidum ſive *Parium*, weiſſer marmelſtein, aliud *Lacedæmonium*, i. e. viride, grüner marmelſtein. De *marmore Lucullco* vide ſupra. Plures ſpecies recenſet Plinius lib. 36; cui Sidonium addas 2 epiſt. 2 ſcribentem: *Si marmora inquiras, non illic quidem Paros, Caryſtos, Proconneſus, Phryges, Numidæ, Spartiatæ rapium variatorum poſſeſſores ſuas*, &c. unde de ſodinis quoque præſtantioribus judicari poteſt. *Ponere ſimulacrum e marmore*, i. e. marmoreum, Cic. pro Dom. c. 43. *In marmor incidere*: unde *inciſa notis publicis marmora*, Horatio ſunt lapides inſcriptionibus notati, vel ſubſcriptiones ſtatuarum 4 od. 8, 13. *Marmor expolire*, Quintil. 2, 19 fin. Sed virili genere Plinius Valer. 3, 14 *Super marmorem fundere*, dixit. ¶ 2. Poetis *Marmor* ſæpe pro *mari* ponitur ob æqualem & politam quaſi aquarum faciem. Virg. Æn. 7, 28 *In lento lucentur marmore tonſæ.* vid. Burm. ad Nemeſia. Cyneg. 276.

¶ Marmŏreus, *a, um*, quod ex marmore eſt, marmelſteinern; ut, *Columna marmorea*, Cic. pro Domo c. 24. *Opus marmoreum*, Ovid. 4 Met. v. 674. *Cervix marmorea*, ein weiſſer nacke. Virg. Georg. 4, 523 per metaph.

¶ Marmŏro, *are*, marmore incruſtare, mit marmel beſetzen marmeliren. Lampridius Alexandri c. 25 *Alexandrinum opus marmoris de duobus marmoribus, hoc eſt porphyretico & Lacedæmonio, primus inſtituit. Palatio exornato hoc genere marmorandi.* Et Inſcript. Grut. p. 129 n. LAEDICVLAM MARMORAVIT.

¶ Marmorātus, *a, um*, mit marmel beſetzt; ut, *Teſtorium marmoratum*, Varro R. R. 1, 57 pr. Et Stat. 4 Silv. 3, 96 *Ingenti via marmorata dorſo*, i. e. marmoribus ſtrata. Cic. pro Arch. c. 9 legebatur in quibusdam Codd. *Marmoratæ laudes*, de ſtatuis. Sed lectio hodie alia. Adde Petron. c. 77.

¶ Marmoratum, *i*, n. ſubſtantive, ein pflaſter oder tünchwerck von marmelſtein. Varro de R. R. 3, 7.

¶ Marmoratio, *ōnis*, f. conſtructio ex marmore, arbeit aus marmel, marmelirung; ut, *Marmoratio pavimenti*, Apul. 4 Florid. pr.

¶ Marmorōſus, *a, um*, voll marmel, hart wie marmelſtein, Plin. 35, 6.

¶ Marmorārius, *i*, m. qui marmora vel ſecat, vel polit, der in marmelſtein arbeitet. Vet. Inſcript. apud Gruter. p. 640 n. 6 SEMPRONIO FELICI MARMORARIO. Sen. epiſt. 90 *Faber marmorarius.* Gloſſæ Vet. *Marmorarius*, *μαρμαροποιός*, *ἀγαλματογλύφος.* conf. Plin. 36, 5.

MĂRŌ, *ōnis*, m. *Μάρων*, Virgilii cognomen, a patre derivatum. Iuvenalis 11, 178 *Conditur Iliacos cantabitur, atque Maronis Antiſoni dubiam facientia carmina palmam.* ¶ 2. Et plur. per antonomaſian pro *poetis*. Martial. 8 epigr. 56 *Sint Mæcenates non deerunt, Flacce, Marones.*

¶ Marōnēus, *a, um*, adject. i. e. Virgilianus. Statius 4 Silv. 4, 54 *Chordas Pulſo, Maroncique ſedens in margine templi.* ¶ 2. Aliud adjectivum vide ſtatim in *Maronea.*

¶ Maronĭānus, *a, um*, idem; ut, *Scylax Maronianus*, Sidon. 8 ep. 11, 23.

MĂRŌNEA, *æ*, oppidum Thraciæ maritimum, ad Neſtum fluvium, olim Orthagoria, vino celebre. v. Mela 2, 2 & ibi Voſſ. Plin. 4, 11.

¶ Maroneus, *a, um*. *Vinum maroneum* celebratiſſimum, Plin. 14, 4. vid. Brouckh. ad Tib. 4, 1, 57 *Victa Maroneo fœdatus lumina Baccho.*

MARONION, *i*, n. centauria major, tauſendgüldenkraut. Apul. de Herb. c. 34. Sed *Maron* vide in *Marum.*

MARPESSVS, *i*, Troadis vicus, unde

¶ Marpeſſius, *a, um*. v. Scal. & Brouckh. ad Tib. 2, 5, 67.

MARPĒSVS, *i*, m. mons in Paro inſula: Vnde

¶ Marpeſius, *a, um*, adj. ut, *Marpeſia cautes*, i. e *lapis Parius*, marmel. Virg. Æn. 6, 471, ubi Servium videas. Dicitur proverbialiter de pertinaciter ſilente tam ab ipſo poëta, quam ab Arnobio lib. 2 p. 60. *Vt ſtipes*, inquit, *aliquis, aut Marpeſia, ut dictum eſt, rupes ſtabit elinguis & mutus.*

MARRA, *æ*, f. inſtrumentum ferreum, quo exciduntur herbæ, ein grab eiſen, krautbacke. *Ne marra & ſarcula deſint*, Iuvenal. 3, 311. Et Colum. 10, 72 *Marris eradere viſcera matris*, alii legunt *clatris.* Adde Plin. 17, 20. f. 35 n. 4, ubi Hard. notat, Italis etiam *Marra*, Gallis *Hauë* & *Marre de Vigneron* appelleri: it. 18, 16 f. 43. Etiam ad piſces flumine extrahendos adhiberi poteſt, ſi recte Plinium emendat Hard. 9, 15 f. 17. no. mai. 27.

MARRVBIVM, *i*, n. *πολείον*, andorn, lunnenkraut. *Marrubium nigrum*, *μέλαν πολείον*, vel *Ραλωτά*, ſchwartz andorn, Plin. 20, 22. ¶ 2. *Marrubium* oppidum Marſorum in Italia, quod & *Marruvium* vocatur, ſitum ad orientalem Fucini lacus ripam. v. Cluver. Ital. 2, 15. Silius 8, 506 *Marrubiae vetus ... colonia nomine Marsi.*

¶ Marrubii, ſeu Marruvii, *orum*, m. pl. pop. circa lacum Fucinum. Adj. Virg. Æn. 7, 750 *Quin & Marrubia venit de gente ſacerdos.* Plinius 3, 12 *Fucentes, Lacuſque, Marruvii; Albenſium Alba ad Fucinum lacum.*

MARRV-

MARRVCINI, *orum*, m. pl. populi Italiæ, quorum meminit Strabo lib. 5, & Plin. 15, 16.

¶ Marrucinus, *a, um*, adject. ut, *Marrucini montes*, Stat. 4 Silv. 4, 86 *Marrucina pubes*, Silius 8, 521. Et, *Gens Marrucina*, Idem 15, 564.

MARS, *Martis*, m. planeta, ſtella Martis. Cic. de N. D. 2, 20 *Iovi proximum inferiorem orbem tenet πυρόεις, quæ Martis ſtella dicitur, eaque quatuor & viginti menſibus, fere, ut opinor, diebus minus, eumdem luſtrat orbem.* ¶ 2. *Mars*, Deus belli, *Ἄρης, Mars cruentus, ferox, impius, torvus, belliger*, Poetarum nominibus. Cic. Att. 15, 11 pr. *Caſſius, fortibus ſane oculis (Martem ſpirare diceres).* Varro L. L. 4, 10 air, *Martem* ab eo dici, *quod maribus in bello præeſt.* Animalia Marti ſacra recenſet Voſſ. Inſtit. Orat. p. m. 94 & 95. *Martius anguis* ille, quem Cadmus confecit, Ovid. 3, 32. *Marti arma non ſunt oneri:* Vel, *Mars non concutit ſua ipſius arma*, vid. Chil. ¶ 3. Item, fortuna belli & ipſum bellum, Krieg. Cic ſam 6, 4 *Omnis belli Mars communis, & incerti ſemper exitus ſunt præliorum*, das glück im Krieg iſt ungewiß. Adde Liv. 7, 8 ex Sigonii emendatione. *Vario Marte pugnatum eſt:* Quem ſermonem eruditum ait eſſe Quintil. 8, 6. *Pluſquam dubio Marte*, da es muſtich ſtehet, Vellej. 2, 55, 3. conf. Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 115. *Cui Mars iratus eſt*, Plaut. Pœn. 3, 3, 32. ¶ 4. *Suo, noſtro Marte*, proverbiale eſt, pro propriis viribus, ſine alicujus adminiculo. Cic. Phil. 2, 37 *Rex ſuo Marte res ſuas recuperavit*, ohne fremde hülffe. Et Offic. 3, 7 *Hanc partem reliquam explebimus nullius adminiculis, ſed, ut dicitur, Marte noſtro.* Sed Liv. 3, 62 extr. *Suo Marte pugnant equites*, cum ex equis, *alieno*, cum pedibus pugnant. Eſt & hæc latina locutio, *aperto Marte*, aufrichtig, ohne liſt. Ovid. Met. 13, 208 *Nec aperti copia Martis Vlla fuit.* Et, *Æquo Marte*, ohne vortheil. Curt. 4, 1, 8 *De regno æquo Marte, ſi vellet, contenderet.* ¶ 5. *Mavs* & *Mors* confundi a librariis, docet Drakenb. ad Sil. 4, 228; 10, 474.

¶ Martius, *a, um*, adj. martialiſch, kriegeriſch; ut, *Campus Martius* Romæ inter urbem fuit & Tiberim. v. *Campus*. v. Liv. 2, 5. Sic, *Legio Martia*; *Martium anguem* ex Ovid. 3, 32 modo vidimus. *Calendæ Martiæ*, a quibus annum auſpicatur Romulus, uxoribus & amatis feſtæ vid. Interpr. ad Hor. 3, 8; & Broukh. ad Tib. 3, 1. *Martius menſis*, der merz oder lentzmonat. vid. Feſtus. *Poſt idus Martias, Idibus Martiis*, quibus Cæſar periit, Cic. Phil. 2, 36 & 37. Hinc

¶ Ancus MARTIVS, quartus Romanorum rex, religionis & æquitatis ſtudio laudatus. Horat. 4 od. 7, 15 *Quo pius Æneas, quo Tullus dives & Ancus? Pulvis & umbra ſumus.*

¶ De *Martia* gente, & ex ea nobilibus, *Martiaque aqua* & fœdere *Martiano*, egimus in *Marcia*, quomodo ſcribendum eſt.

¶ Martiālis, *e*, ut, *Flamen Martialis*, Cic. Aruſp. Reſp. c. 6. Et, *Miniſtri Martiales*, qui Marti ſerviunt, idem pro Cluent. c. 15 pr. *Ludi Martiales*, in honorem Martis inſtituti. Et, *Lupi Martiales*, Horat. 1 od. 17, 9. Hinc

¶ MARTIĀLIS, *is*, m. poëta latinus, ſcripſit libros epigrammatum 14 qui leguntur excuſi. Eum vero poëtam quamvis ut ingenioſum & candidum, Plinius junior commendet, tamen in ſcribendo parum eſt verecundus, immo nimium ſpurcus & obſcenus, ac talis omnino, ut a lectione ejus piis & honeſtas puerorum mentes arcendas cenſeant ſapientes. Habet quidem doctas, breves & argutas ſententias, ſed quas ex ſtercore, veluti aurum, oportet colligi. Scripſit ſub Domitiano, vid. Petr. Crinitum de Poët. Latinis c. 71.

MARTIANVS, *i*, m. Imp. Rom. ſucceſſor Theodoſii junioris, dicere ſolitus: *Dum pax conſtare poſſit, non ſumenda arma.* ¶ 2. *Martianus Capella*, de quo ſupra in *Capella*.

¶ Martiolus & Martulus, *i*, m. diminut. ſunt dubia admodum. Caper Grammaticus ſcribit p. 2246 *Martulus eſt ſacerdos a Marte.* Et ubi *Marculus* eſt malleus apud Plin. 7, 56, *Martulum* in omnibus ſcriptis codicibus ſe reperiſſe, notat Harduinus. Sic & *Martiolus*, ein hämmerlein, apud Sarisber. 4, c. Vnde & Reineſius in Fragm. Petronii p. 22 legit: *Martiolum de ſinu protulit.* v. ejus Schol. p. 74, & quæ opponit Burmann. ad Petr. c. 51 p. 251. Sequiori certe ævo dixiſſe, *Martulum*, ipſum *Martelli* nomen indicat, de quo deinde.

¶ Marspedis, quid ſignificet, non reperiri potuiſſe docet Feſtus.

¶ Marspiter, *i*, e. Mars pater, apud Gell. 5, 12. De obliquo caſu *Marspitris* diſputat Varro de L. L. 8, 46.

¶ Martícola, *æ*, m. Martis cultor, ein ſoldat, kriegsmann. Ovid. Triſt. 5, 3, 22 *Getes Martícola.*

¶ Martícultor, *ōris*, m qui Martem colit. Inſcript. vet. apud Gruterum p. 55 n. 10 *Deo Marti & Victoriæ contubernium Marticultorum poſuerunt.*

¶ Martígĕna, *æ*, m. Marte genitus, ein Martis ſohn; ut, *Martigenæ Romulus & Remus*, Ovid. Amor. 3, 4, 39. Et Silius 12, 582 *Martigena populus*, i. e. Romanus. Et Plaut. Amph. Sc. DI veſtram v. 14 *Martigena bellua*, i. e. ſerpens ille Thebanus a Cadmo interfectus.

¶ Martiobarbulus, *i*, m. miles qui glandes gerit plumbeas, forte ſimiles illi generi, quod apud nos vocatur ein granadirer; & ipſæ plumbatæ vocatæ *Martiobarduli*, handgranaten. v. Veget. de Re Milit. 1, 17, ibique Stewech. & Turneb. Adverſ. 24, 11.

¶ Mavers, *ortis*, m. per epenthelin *Mars* dicitur, vel potius primitivum eſt *Mavors*, ex quo alterum illud contractum, ſi vera ſit etymologia Stoica, dictum, *quod magna vertat*, apud Cic. de N. D. 2, 26.

¶ Mavortius, *a, um*, idem quod *Martius*: ut, *Terra Mavortia*, Virg. Æn 3, 13. vide infra *Mavortes*.

MARSI, *orum*, m. pl. populus Italiæ ſupra Picenum inter Veſtinos Pelignosque montibus incolens. parvus quidem, ſed fortiſſimus: quippe qui duce Popedio acerrimum bellum concitavit Romanis. Quod ab auctoribus, *Marſicum*, a conjunctis aliis Italiæ populis, *Sociale*, itemque *Italicum* appellatum eſt. Funeſtius fere Italiæ, quam Civilia, ſi Plin 2, 83 credimus. Hi excantandis non modo ſerpentibus, ſed naturali quadam repugnantia contra ſerpentum venena, nobiles fuere: ſicut Pſylli Ophiogenes. Ovid. de medicamine faciei v. 39 *Nec mediæ Marſis finduntur cantibus angues.* Et Silius Italicus 8, 496 *Marſica pubes* (ſcil. notat) *Et bellare manu, & chelidris cantare ſuporem, Vipereumque herbis bebetare & carmine dentem.* Adde Solinum, quem ad hunc Silii locum allegavit Cellarius. Plin. 26, 4; 28, 2 & 3. Gell. 16, 11. Martia. Cap. l. 4 pr. Eſt de his & luculentus locus apud Alcimum Avitum de Mundi origine 2, 305 & ſeq. Atque hi etiam vendebant remedia contra ſerpentes. Arnobius 2 p. 66 *Adverſus ictus noxios & venenatos colubrarum morſus remedia ſæpe conquirimus, & protegimus nos laminis, Pſyllis Marſisque vendentibus, aliisque inſtitoribus atque planis.* Quem locum fruſtra de mendo ſuſpectum habuere viri eruditi. Per *laminas* Phylacteria intelligit, quæ Pſylli Marſique contra ſerpentum morſus vendebant. Quin omnes plani illi & circumforanei, qui ſerpentes tractabant innoxie, quos Mart. 1 epigr. 41 *Cultodes dominosque viperarum* appellat, *Marſi* (forte & *Pſylli*) appellabantur. Iul. Firmicus 8, 6 *Marſi erunt*, (nempe ſic nati, uti deſcripſerat hactenus,) qui *peſtiferos angues ſopitis & mitigatis oculis opprimant*, Vet. Gloſſ. *Marſos, ἀσπιδοδηγούς, ὀφιοδιώκτας*, ſchlangenfänger.

¶ Marſus, & Marſīcus, *a, um*, adject. ut, *Bellum Marſicum*, Cic. de Leg. Agr 2, 33. *Marſi cantus*, apud Ovid. vel ſi quis alius Carminis ejus auctor eſt, cujus verſum ſupra laudavimus: item *Marſæ voces*, apud Horat. epod. 5, 76. *Marſa nenia*, apud eumdem epod. 17, 29 & Ovid. A. A. 2, 107 pro incantationibus Marſicis. *Marſæ nives*, Stat. 1 Silv. 4, 26.

MARSŬPIVM, *i*, n. loculi, ein beutel, geldſack, μαρσύπιον. Non. 2, 563 ex Varronis libro de liberis educandis adducit, *Majorem curam habere nos marſupii, quam vitæ noſtræ*, wir ſorgen mehr vor den beutel, als unſer leben. *Exenterare alicui marſupium*, Plaut. Epid. 2, 2, 2 einem den beutel ſegen.

MARSYAS, *æ*, m. amnis Phrygiæ, Μαρσύας, a Marſya Satyro, qui victus canendi arte ab Apolline, in fluvium mutatus eſt. Fabulam eam habes apud Apollodorum, itemque Ovid. Met. 6, 383 ſeqq. & 6 Faſtorum. De illius cum *Meandro* comparatione vid. h. v. Fluvium deſcribit Liv. 38, 13; & Curt. 3, 1. v. & Claudian. 2 in Eutrop. v. 265. ¶ 2. Statua ejus Romæ fuit in foro, ubi cauſſæ agebantur. Horat. 1 ſat. 6, 120 *Non ſollicitus, mihi quod cras Surgendum ſit mane, obeundus Marſya*, Vid Lipſ. Antiq. Lect. lib. 3 p. 121 & interpr. Petr. c. 31 p. 151. Solent nimirum Latini in græcis nominibus in AS finitis ultimum elementum abjicere haud raro, & in A terminare. Itaque *Marſya* dixerunt etiam Martialis & Iuvenalis, quorum loca Torrentius ad Horatium notavit. Claudianus quoque l. c. *Marſya* dixit. Ita *Iarbas*, & *Iarba: Pterelas, & Pterela* dicebant, ut Voſſius oſtendit Addendis de Analog. 2, 2 p. 245 n. 33. Similiter *Helia* pro *Helias* Prudentius dixit Iejunantium Hymno. Curt. 3, 1, 5 *Marſyan* & *Lycum* confundit, quum *Marſyas Apameam* adluat, vel interfluat, *Lycus Laodiceam*: utraque urbs Phrygiæ eſt, quas fere ſemper jungit Strabo.

MARTELLVS, *i*, m. ſive Marteus, malleus eſt, & novum diminutivum ex *Martulus*, ein kleiner hammer. vid. *Martiolus* ſub *Marte*. Petron c. 51 *Martellum de ſinu proferens.* Ita Nodotius retinuit, cum alii fecerint vel *Marculum*, *vel Martiolum* vel *Martulum*. *Martellus* hinc appellatus eſt Carolus, Galliæ princeps, quaſi malleus, quo hoſtes contundebantur. vid. Spelm. Gloſſ.

MARTES, *is*, f. animal, cujus pellis magno habetur in pretio, ein marter. *Martes Scythica*, muſtela Scythica, ein zobel. Martial. 10 epigr. 37 *Venator capta marte ſuperbus adeſt.*

Martialis, Martianus, Marticola, Martigena, Martiolus, vide *Mars*.

MARTISIVM, *i*, n. genus eſcæ, quod in mortario ex piſce fieri ſolet. v. Iſidor. 20, 2.

Martius, Martulus, v. *Mars*.

MARTYR, *yris*, commune, μάρτυς, teſtis, ein zeuge, ein märtyrer. Prudent. hymn. Epiphan. v. 125 de pueris ab Herode occiſis: *Salvete flores Martyrum.* Et, *Martyres non pœna, ſed cauſſa facit*, Auguſtin. contra Creſcon. Gramm. 7, 48 epiſt. 61 & 167. Eorum memoria iis in locis culta, ubi eorum reliquiæ, Ludov. Vives ad Auguſt. de C. D. 1, 1. Conf. Dodwell. Diſſert. Cyprianica XII. de Martyrum fortitudine.

¶ Martyrium, *i*, n. μαρτύριον, teſtimonium proprie, uti ex græciſmo notum eſt, das zeugniß. ¶ 2. Supplicium ſanctorum, pro confeſſione Chriſti & religione ſuſceptum, die marter, der märtyrertod. Tert. de Spectac. c. 29 *Ad Martyrii palmas gloriare.* ¶ 3. Templum Conſtantini in reſurrectionis dominicæ loco poſitum. Vide Henr. Valeſii Epiſtolam ad amicum, commentariis Euſebianis ſubjectam. Etiam alia templa ita vocata, ubi martyres ſepulti: ut, *Martyrium Euphemiæ*, Anaſtaſ. in Leone. Adde Gloſſ. Spelm.

¶ Martyrologium, *i*. n. μαρτυρολόγιον, liber continens martyrum deſcriptiones, ein martyr-buch, quale eſt v. g. a Baronio editum.

¶ Commartyr, *yris*, m. ein mitmärtyrer. Tertull. de Anima c. 55 *Commartyres ſuos videre.*

¶ Protomartyr, *yris*, πρωτομάρτυς, martyrum primus, Stephanus vulgo vocatur.

MARVM, vel Maron, *i*, n. μάρον, amberkraut. Plin. 13, 1 & 2; & 12, 24; Dioſc. 3, 43.

MAS, *māris*, m. cui opponitur fœmina, ein mannsbild. Cic. de Natura Deor. *Beſtiæ aliæ mares, aliæ fœminæ ſunt.* Prudent. Hymno de Epiphan. v. 111 *Mas omnis infans occidat.* Auſon. epigr. 110 in puerum formoſum: *Dum dubitat Natura, marem faceretne puellam, Factus es ô pulcher pœne puella puer.* Horat 1 ep. 1, 63 *Nænia, quæ regnum recte facientibus offert, Et maribus Curiis & decantata Camillis.* ¶ 2. Auctores etiam non raro adjective uſurparunt, & *marem* pro forti ac virili, ſeu maſculo, dixerunt, männlich. Apul. lib. 3 de A. A. *Maribus animis, & viribus alacribus dormientes aggrediantur.* Horat. de Arte Poet. v. 402 *Poſt hos inſignis Homerus Tyrtæuſque mares animos in Martia bella Verſibus exacuit.* Idem Horat. *Marem vitellum* lib. 2 ſat. 4, 14 dixit.

¶ Maſcu-

¶ Maſculus, *i*, m. diminut. a *mas*, notatque virum, ſeu virilis ſexus qui eſt, ein männlein. Liv. 1, 12 *Incertus, maſculus an fœmina eſſet.* Sed is locus dubiæ lectionis eſt, manu ſcriptis plurimis *mas* præferentibus. Exſtat tamen 31, 12.

¶ Maſculus, *a, um*, adject. männlich; ut, *Maſcula proles*, Horat. 3 od. 6, 73; &, *Maſcula Sappho*, Idem 1 epiſt. 19, 28. *Maſculus animus*, ein unerſchrocknes gemüth. Apulej. lib. 6 Met. *Quin igitur tandem maſculum ſumis animum.* Ibidem: *Ærumnas ingenio maſculo ſuſtinebat. Maſculum thus*, Plin. 12, 14. ¶ 2. *Cardo maſculus* vid. *Fœmina* n. 3.

¶ Maſcule, adv. hactenus absque autoritate veterum.

¶ Maſculinus, *a, um*, männlich. Plin. 19, 5 *De rapis abunde diximus poteramus videri, niſi medici maſculini ſexus facerent in his votum: latiora vero & concava fœminini.* Et Phædrus 4, 14, 13 *Maſculina membra.* Prudent. Peristeph. 10, 1069 *Maſculinum germen.*

¶ Maſculine, adv. idem. Arnob. lib. 1 p. 36 *Res fœmineas maſculine deplorare.*

¶ Maſculiniter, aliud adverb. i. e. maſculino genere. Vet. Interpr. Irenæi 1, 1 *Vocant Dominum maſculiniter.*

¶ Maſculinitas, *ātis*, f. die männlichkeit. Constant. Afer 6, 1 *Virtus, quæ in maſculis cauſſa eſt maſculinitatis; in fœminis fœminationis.*

¶ Maſculētum, *i*, n. pl. *Maſculeta*, vites maſculæ sunt Plin. 17, 22, quæ non ſubiguntur, ut palmites alios emittant, ſed quas in altum creſcere ſinunt.

¶ Maſculeſco, *ĕre*, id est, maſculum fieri, männlich werden. Plin. 18, 13 *Denſiore ſata maſculeſcere.*

¶ Maſculo, *āre*, id est, maſculum facere, ermannen.

¶ Maſculātus, *a, um*, ermannet, mannbar; ut, *Mercurialis maſculata*, Apul. de Herb. c. 82.

¶ Maſculofœmina, *æ*, f. ein zwitter, Vet. Interpr. Irenæi 1, 1.

¶ Maſcarpio, *ōnis*, m. idem ac *emaſculator*, qui virilia carpit. Petron. c. 134 *Ingenui ego atique propter maſcarpionem.*

¶ Maſturbo, *āre*, eſt ſui ipſius ſtupratorem eſſe, relicto naturali uſu fœminæ: quam foeditatem notat ipſe Apoſtolus Rom 1, 24 & 27. Gloſſ. lat. gr. *Maſturbat*, ὑβρίζει, ὑβρίσει. Et paſſive Martial. 11 epigr. 105 *Maſturbabantur ſervi.* Alii *Maſtuprare* ſcribunt, ut idem ſit ac *manu ſe prurire.* vid. Voſſ. Etym. p. 312. Hinc

¶ Maſturbatus, *i*, m. effœminatus. Quantum ſcelus hoc verbo ad ſignificetur, vel ipſe impuriſſimus Martialis, qui habet, lib. 9 epigr. 42 in Ponticum oſtendit.

¶ Maſturbator, *ōris*, m. idem, apud Martial. 14 epigr. 203. Adi Sciopium ad Luſ. Priap. carm. 18. Quibusdam eſt *Maſtuprator.*

¶ Commaſculo, *āre*, mannbarſt machen. Apulej. Miles. 2 *His cognitis, animum meum commaſculo*, ich faſſe einen muth. Et Macrob. Sat. 7, 11 *Commaſculare frontem.*

¶ Emaſculo, *āre*, eſt caſtrare, virilitate privare, die mannheit nehmen. Apul. Met. 7 p. 198 *Poſſum amatorem iſtum diſſectis femoribus emaſculare, & quovis vervece mitiorem efficere.*

¶ Emaſculator, *ōris*, m. ein knabenſchänder. Apul. Apol. p. 321 *Emaſculatorious ſuis ad omnia nefanda monſtruosus.*

¶ Remaſculātus, *a, um*, wieder ermannet, apud Isidorum.

¶ Semĭmas, *ăris*, m. caſtratus, ein halber mann, verſchnitten, ut, *Capri ſemimares*, Varro de R. R. 3, 9; & Colum. 8, 2. Et Ovid. Faſt. 1, 588 *Seminaris flammis viſcera ſibat ovis.* ¶ 2. Androgynus, ein zwitter. Liv. 31, 12 *Ante omnia abominati ſeminares, juſſique in mare extemplo deportari.* Dicuntur ibi *ambiguo ſexu* eſſe, *incerti, maſculi an fœminæ ſint.*

¶ Semimaſculus, *i*, m. ſemimas, idem. Fulgentius Mythолog. 3, 5 *Berecynthia Attin caſtrando ſemimaſculum fecit.*

MASCAVDA, *æ*, f. pro *Baſcauda*, vas elearium vel potorium. Gloſſ. lat. gr. *Maſcauda*, βάυκη: vid. Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p. 333, & ad Solin. p. 923, & ſupra *Baſcauda.*

MASCHĂLA, *æ*, f. μασχάλη, machina, qua farcinæ deponuntur in naves, aut eximuntur e navibus, ein hebaeräſte. Hinc *maſchalam tollere*, μασχάλην αἴρειν, dicuntur illi, qui avidius bibentes poculum tollunt in altum. Niſi potius ſimpliciter intelligitur Gr. μασχάλη, brachium vid. Fratm. in Adag.

Maſculetum, maſculinus, maſculus, &c. vid. paullo ante *Mas.*

MĂSĬNISSA, vel Maſaniſſa, *æ*, m. ut Suidas habet, μασανάσσης, rex Numidarum, avus Iugurthæ, pater Micipſæ, hoſtis primum capitalis populi Rom. deinde amiciſſimus ei factus, ad finem usque vitæ perſeveravit. Multa de eo Liv. lib. 7 Bell. Pun. Ac meminit ejus etiam Cic. de Senect. c. 10 & Ovid. Faſt. 6, 769. Stemma familiæ Maſiniſſæ ad Livium 29, 31 Sigonius exhibet. De orthographia Drak. ad Sil. 16, 117.

MASŌRA, *æ*, f. doctrina critica Ebræorum, quæ creditur a viris ſynagogæ magnæ, quibus præſedit ſapientiſſimus Esdras, confecta: qua obſervatum eſt, non modo quot commata & verba, ſed etiam quot litteras contineant libri ſinguli, quibus Canon biblicus conſtat. Sepimentum, & munimentum quaſi ſacrarum ſcripturarum V. T. vocat e Rabbinis Buxtorff. in Comm. Maſoreth. c. 13.

¶ Maſorethæ, *arum*, m. pl. Ebræorum critici, de quibus Heinſius Prolegom. in N. T. p. 11, item in Ariſtarcho Sacro p. 650.

MASPĔTVM, *i*, n. μάσπετον, folium ſilphii ſeu laſerpitii, apud Plinium 19, 3.

MASSA, *æ*, f. μάζα, farina, aqua ſubacta, ein teig. Vet. Gloſſ. *Maſſa*, μάζα, φύραμα, μαγμα. ¶ 2 Sed *Maſſa auri, argenti, ferri, &c.* ein klump. vid. Plaut. Mil. 4, 8, 73. Et Columell. 12, 5 *Quidam ferri maſſas exurunt.* Item Virg. Georg. 4, 170 *Ac veluti lentis Cyclopes fulmina maſſis Cum properant.* Et Vet. Gloſſ. *Maſſa*, βῶλος ἀκάθαρτος ἢ ἄπλαστος ὕλης. ¶ 3. *Maſſa* etiam vocatur fundus, vel certa agri pars, & quaevis moles denſa. Ammian. 14, 11 *Natus apud Tuſcos in maſſa Veternenſi.* conf. Caſſiod. Var. 9 epiſt. 3. Fabrett. Inſcript. p. 98, & Barth. Adverſ. 45, 17.

¶ Maſsula, *æ*, f. diminut. Colum. 12, 28 *Poſthæc complures ex ea maſſulæ fiunt.* Sic, *Maſſula nivea*, ein ſchneeball.

¶ Maſsālis, *e*, totalis, ganz; ut, *Maſſalis moles*, Tertull. adv. Hermog. c. 3 & *Maſſalis ſumma*, Idem adv. Marc. 4, 18.

¶ Maſſaliter, adv. gänzlich; ut, *Vitia maſſaliter ſolidata*, Tertull. adv. Valent. c. 16. conf. de Fuga in perſecut. c. 13.

¶ Maſſo, *are*, verbo Lucretius utitur, pro in maſſam redigere, denſare, ſmaſen zu einem klump machen, lib. 1, 666, ſed alii *mutare* legunt. vid. Pareum ad h. l. ¶ 2. Pro *maſticare* poſuit Theod. Priſcian. 1, 8 *Maſſando corpus purgare.* Idem 2, 29 *Papaveris radix maſſata.*

¶ Submaſſa, *æ*, f. Columella 12, 34 *Muſtum de ſubmaſſa & limpidum ſit.* Sed vid. Geſner. ad h. l.

MASSAESȳLI, *orum*, m. pl. Numidæ occidentales, a Maſſylis, ut orientalibus, diſtincti. Numidia Maſſæſylorum, regnum Syphacis v. Hiſt. & Geograph. Antiquam & Harduinum in Plin. 5, 5 p. 527.

MASSĂGĔTAE, *arum*, m. pl. μασσαγέται, populi Scythiæ Aſiaticæ orientem verſus, lac equinum cum ſanguine mixtum potantes, in alimentum, ut Herodotus ſcribit & Strabo. Dicti *Maſſagetæ* quaſi graves Getæ, vide Iſidor. 9, 2. *Maſſagetes* ſingulari numero dixit Claud. 1 in Rufin. v. 312; & Lucan. 3, 283.

MASSĂRIS, *is*, f. uva, quæ ex vite ſilveſtri cum flore in Africa decerpitur. vid. Plin. 12 & procem. lib. 23.

MASSĪCVS, *i*, m. pl. n. *Maſſica*, mons Campaniæ vini optimi ferax. *Vina Maſſica*, adjective, Horat. 2 ſat. 4, 51. Et, *Munera Maſſica Bacchi*, Virgil. Georg. 3, 526. *Veteris pocula Maſſici*, i. e. vini Horat. 1 od. 1, 19. Conf. Menckenii Obſerv. L. L.

MASSȳLIA, *æ*, f. Μασσαλία, ſecunda ſyllaba correpta; *Marſeille*, urbs Galliæ Narbonenſis, condita a Phocæenſibus, ſive Phocæis, civitate Ioniæ, qui relicta patria Phocæa eo demigrarunt, ut Strabo lib. 4, & Mela 2, 5, itemque Liv. 5, 34 teſtantur. Hor. epod. 16, 17 *Phocæorum Velut profugis exſecrata civitas.* S. Hieronymus præfat. 2 in Epiſt. Pauli ad Galatas: *Maſſiliam Phocæi condiderunt.* Solin. c. 8 a *Phocenſibus* conditam prodit. Sed alii ſunt *Phocæi*, alii *Phocenſes*: ſicut *Phocæa*, unde *Phocæi*, ſeu *Phocæenſes* appellati; & *Phocis*, unde *Phocenſes*, diverſa loca ſunt, quæ confudit Solinus, cum iſta de Maſſilia literis proderet. Etiam Seneca, cum Conſol. ad Helviam c. 8 ſcriberet: *Phocide relictâ Graji, qui nunc Maſſiliam colunt, prius in hac inſula conſederunt.* Liv. 35, 9 *Iam tum -- duo oppida erant, muro diviſa: unum Græci habebant, a Phocæa, unde & Maſſilienſes oriundi: alterum Hiſpani. Græci a Phocæa*, id eſt, *Phocæenſes.* Et, *Græculam civitatem* vocavit Florus 4, 2. *Grajam filiam* Paullinus Iambo ad Cytherium v. 306, quod a Phocæenſibus Græcis condita eſſet. Quod factum anno 1 Olymp. 45, ut Euſebius notavit, hoc eſt, An. 153 poſt urbem conditam. Magna ſemper gloria ac fama hæc civitas fuit: tum ob optime conſtitutam rempubl. legumque ac diſciplinæ ſanctitatem, tum ob Philoſophiæ ac litterarum ſtudia, quibus adeo floruit celebrataque eſt, ut ipſis Athenis palmam propemodum faceret ambiguam. Quare patricii quoque juvenes Romæ ſtudiorum & morum fingendorum cauſſa eo mitti ſolebant; quod de Agricola etiam ſuo Tacitus refert. Et eam ob cauſſam Cæſar Maſſilienſibus, quamvis, ut peſſime de ſe meritis, iratiſſimus eſſet, ignovit, eosque conſervavit, ut Cicero auctor eſt Phil. 2, 37; & Cæſar ipſe de B. C. 2, 22. Luculentum civitatis elogium habes apud eumdem Ciceronem pro Flacco c. 26. Vide etiam Strabonem lib. 4. Situm ejus deſcribit Cæſar de B. C. 2, 1. Vide & Eumenium Paneg. Conſtantini c. 19.

¶ Maſſilienſis, *e*, adject. apud Auſon. epiſt. 9, 27. Et, *Maſſilienſes*, cives incolæ, apud Cæſarem cit. lib. ſæpiſſime.

¶ Maſſilitānus, *a, um*, idem. *Maſſilitani*, id eſt, cives Maſſilienſes, apud Vitruv. 10, 22.

¶ Maſſiliota, *æ*, m. Terentiorum cognomen. Liv. 31, 50. Conf. Pighium in Annal. ad ann. 553, & 566. & in operis indice.

¶ Maſſaliōtĭcus, *a, um*, idem: ut, *Maſſalioticum os Rhodani*, Plin. 3, 4, Græca formatione.

MASSȳLIA, *æ*, f. mediterranea pars eſt Mauritaniæ, non procul ab Atlante, & hortis Heſperidum, auctore Servio in illud Virg. Æneid. 4, 483 *Hinc mihi Maſſylæ gentis monſtrata facerdos.*

¶ Maſsȳlus, & Maſsȳlius, *a, um*, adject. Idem ibidem: *Maſſylique ruunt equites, &c.* Et Lucan. 4, 682 *Et gens, quæ nudo reſidens Maſſylia dorſo, Ora levi flectit frenorum neſcia virga.* Nec ephippiis enim, nec frenis hæc gens utitur. Alii ab his ſunt *Maſſæſyli*, de quibus ſ. l.

¶ Maſsylēus, *a, um*, aliud adj. Martial. 9 epigr. 23 *Et Maſſyleum virga gubernet equum.*

MASTAVRA, *æ*, f. urbs Lydorum; unde dicta, vide ſupra in *Ma.*

MASTĬCHE, *es*, f. penult. brevi, μαστίχη, lacryma lentiſci, in Aſia, Arabia, Græcia, Ponto & Italia, Plin. 12, 17, maſtix-körner, reſina, lentiſcina. vid. Intt. ad Samon. 159 *Rugarum ſulcos lentiſci maſtiche tendes.* Vbi ultima brevis nominativum *maſtix* prodit, licet & alias abutatur Græcarum quantitate Serenus. vid. etiam 426, & præf. 450 ubi genit. *Maſtichis.* vide *Lentiſcus.*

¶ Maſtichātus, *a, um*, ex maſtiche factus, aus maſtix beſtehend; ut, *Maſtichatum* ſcil. *poculum*, Lamprid. in Heliogab. c. 19.

¶ Maſtĭchĭnus, vel Maſtĭcĭnus, *a, um*, idem; ut, *Oleum maſtichinum*, maſtix-öl, Pallad. Mart. 1 9; & Dioſc. 1, 42. *Veſtis maſtichina* Iſidor. 19, 22. Et abſolute *Maſtichinum*, quod colorem maſticis habeat, Idem 19, 27.

¶ Maſtichĕlæon, *i*, n. μαστιχέλαιον, oleum e maſtiche, maſtix-öl, Conſtant. Afer 7, 6; & Dioſc. 1, 42.

MASTĬCO, *are*, ex græco μασάζω, notat manducare, cibum mandere, dentibus terere, kauen, eſſen. Macer de Viribus Herb. carm. 3 *Maſticet hoc patiens teneatque diutius ore.* Et carm. 71 *Illud ſi patiens jejuno maſticet ore.*

¶ Maſticatus, *a, um*, gekäuet, gegeſſen. Apulej. de Herb. c. 79 *Cum fuerit maſticatum, fervorem commovens, &c.* Et Theod. Priſcian. de Diæta c. 10 *Portulaca maſticata ſtuporem dentium ſanat.*

¶ Maſticatio, *ōnis*, f. die käuung. Cæl. Aurel. Tard. 4, 3 *Cibum maſticatione exercere.*

¶ Commaſtĭco, *are*, zerkäuen, zerbeiſſen. Macer carm. 2, 15 *Ægilopas emove, ſi quis commaſticet illam.*

¶ Commaſticatus, *a, um*, zerbiſſen; ut, *Commaſticatæ frondes*, Idem Macer carm. 4, 8

¶ Immaſtĭcātus, *a, um*, ungekäuet; ut, *Immaſticata devoratio*, Cæl. Aurel. Tard. 3, 3.

Maſtĭgeus, maſtigia, maſtigophorus, vid. in *Maſtix.*

MAS-TIX, *maſtĭgis*, m. μαστιξ, ſcutica, flagellum, a μαστίγω ſeu μαστίζω, *flagello*, eine peitſche, geiſſel. ¶ 2. *Maſtix*, arboris lentiſci gutta eſt, maſtix, Iſidor. 17, 8. Al. *Maſtiche.*

¶ Maſtĭgeus, *a, um*, μαστίγεος, flagellis cæſus, gegeiſſelt, gepeitſchet. Plaut. Trin. 4, 2, 121 *Aggrediendus eſt hic homo maſtigeus.* Alii aliter.

¶ Maſtĭgia, *æ*, m. μαστιγίας, verbero, ſive, qui verberibus dignus eſt, ein galgenſchwängel, henckermäßiger bube, apud Plaut. Moſt. 1, 1, 1 &c. & Ter. Adelph. 5, 2, 6.

¶ Maſtĭgo, *āre*, geiſſelt. Cyprian. Serm. de rat. circumciſ. p. 489.

¶ Maſtĭgŏphŏrus, *i*, m. μαστιγοφόρος, pl. *Maſtigophori*, flagelliferi, lictores erant agonothetarum in ſacris certaminibus, qui turbam ſubmovebant, & ſtrepitum ac ſeditiones cohibebant. Prudent. in Symmach. 2, 516: & 1, 18. & 17 ff. de muner. & honor.

Grammaticomaſtix, vide in *Gramma*, Granomaſtix, *Granum*, Homeromaſtix, *Homerus.*

¶ Diamaſtĭgōſis, *is*, f. διαμαστίγωσις, *id eſt, flagellatio, apud Lacedæmonios ſolennitas maxima*, ut eſt apud Tertull. lib. ad Martyr. c. 4 & Apol. c. 50, die geiſſelung. In quo ſacro ante aram nobiles quique adoleſcentes flagellis affligebantur, aſtantibus parentibus & propinquis, & uti perſeverarent, adhortantibus. Philoſtr.

Maſtos, herba, vide paullo poſt *Maſtus.*

MASTRŪCA, vel Maſtruga, *æ*, f. veſtis pellicea Sardorum populorum & quorundam ſeptemtrionalium, eine fuge, madraße. Cic. pro Scauro: *Quem purpura regalis non commovit, eum Sardorum maſtruca mutavit*, vid. Burm. ap Quintil. 1, 5 p. 53. conf. Plaut. Pœn. 5, 5, 34. Prudent. contra Symmach. 2, 698 Gothis tribuit. Iſidorus vero 19, 23 & Germanis: *Maſtruca*, inquit, *veſtis Germanica ex pellibus ferarum.* vid. Barth. ad Claudian. p. 56.

¶ Maſtrucātus, *a, um*, maſtrucam indutus. Cic. de provinc. Conſul. c. 7 *Res in Sardinia cum maſtrucatis latrunculis geſta eſt.*

Maſtrupare Maſturbare, maſturbator, vide *Mas.*

MASTUS, *i*, m. μαστός, mamma, eine zitze. Vitruvius 8, 3 latine extulit *Maſti ſalientes*, id eſt, tubuli mammati, in balneis vel fontibus. Apud nos löwen-köpfe oder bilder, daraus das waſſer läuft, an brunnen und röhrkaſten. Sed alii in *æſty* legunt pro *maſti.* ¶ 2. Herba, quæ pilos mammarum e partu naſcentium aufert, & tineas in facie aliaque cutis vitia emendat. Plin. 26, 15.

MĀTAEUS, *a, um*, gr. μάταιος, vanus, ſupervacuus, eitel, vergeblich. Petron. c. 41 *Plane mataeus ſum*; q. d. *ſuperfluaneus* ſum, nec ita evenit res, ut putaram: & *ineptus* ſum, vino cerebrum lædente, ut Schefferus dupliciter accipit. Quidam legunt *Matus* vel *Mattus.*

¶ Matæologia, *æ*, f. ματαιολογία, vaniloquentia, uſitatum Theologis.

¶ Matæotechnia, *æ*, f. ματαιοτεχνία, ars vana, eine vergebliche kunſt, Quintil. 2, 21.

MATĂRA, *æ*, ſeu Materis, *is*, f. teli Gallici genus, & procul omni dubio Gallica etiam vox, apud Cæſarem B. G. 1, 26. Sed ibi Turnebus *Materes* legit. Livius autem 7, 24 *Humero matara trajecto.* Nonius 18, 26 ex Siſenna, *Materibus configunt.* Auctor ad Herenn. 4, 32 *Materis transelpina.* vid. Voſſ. de Vitiis ſerm. p. 12. Pontanus in Gloſſ. priſco Gall. p. 246. Boxhorn. orig. Gall. 245. Bochart. Geogr. Sacra 2, 1, 62.

MATAVITATAV, vox eſt corrupta, incognita certe, Petronii c. 62 *Gladium ſtrinxit, & matavitatau umbras cecidi.* Si legeris doctorum ſententias v. g. apud Burm. aliquanto abibis incertior.

Mataurus vid. *Metaurus.*

MĀTAXA, *æ*, f. reſtis vel funiculi ſpecies, ein ſeil. Vitruv. 7, 3 pro filo agglomerato convolutoque uſus eſt, ein knäul. vid. Baldus p. 68; & Iſidor. 19, 29.

Matella, matellio, vide *Matula.*

MĀTĔŎLA, *æ*, f. ſarculi genus eſt Catoni de Re Ruſt. c. 46, eine kleine hacke. *Malleo aut mateola adigere.* Dicitur quaſi *Materiola* vel *Martiola.*

MĀTER, *matris*, f. μήτηρ, parens, genitrix, die mutter. Dicitur non tantum de humano genere, ſed & brutis, de quo Buchnerus ad Venantium de Reſurrectione v. 9, immo & de rebus inanimatis. Cic. de Legib. 1, 22 *Sapientia omnium bonarum rerum mater eſt*, der urſprung. Idem de Orat. 2, 40 *Luxuries, avaritiæ mater*, aus welcher alle übertaſt. Ita Plaut. Amph. 1, 1, 274 *Matrem vini* vitem vocat. Ita Virg. laurum pullulantem *matrem* vocat Georg. 2, 19. Et apes *matres mellis* vocat Varro de Re ruſt. 2, 5. ¶ 2. Eſt & honoris vocabulum. Solemne enim in compellatione ſeniores *Matres* ſalutare. Plaut. Rud. 1, 5, 5 *Iubemus te ſalvere, mater.* vide Wower. ad Petron. Apud Chriſtianos id frequentiſſimum erat, ut ex Hieronymo & aliis conſtat. vid. infra *Soror.* ¶ 3. Deæ quoque honoris cauſſa appellatæ *Matres*: ut, *Dii, Patres.* Sen. Controv. 4, 4 *Veſta mater, fortaſſe nullum ſacerdotem habueris, niſi Metellum habuiſſes.* Feſto teſte, *Matrem Matutam* antiqui ob bonitatem appellabant. DEABUS MATRIBUS dictæ aræ apud Selden. de Dis Syr. 2, 2. ¶ 4. *Mater*, pro materno affectu poetice eſt. Seneca Medea v. 628 *Ira diſſipat hoc, Materque, tota conjuge expulſa, redit.* *Mater*, id eſt, σοφή in liberos. Similiter eodem verſu, *conjugem*, pro odio conjugali dixit, quod Medea in Jaſonem maritum conceperat. Ita & *Pater* pro paterno affectu ponitur. Claudianus de 3 Conſ. Honor. v. 157 *Iudue mente patrem.* ¶ 5. *Mater* etiam pro nutrice ponitur Plauto prologo Mercat. v. 19; itemque Virg. Æn. 8, 632. vid. Nonium 4, 294; & Voſſ. 5 Inſtit. Orat. p. 247. ¶ 6. *Mater dura & mater pia* vocantur vulgo meninges ſ. membranæ cerebrum conveſtientes, tenuiſſimæ: cui cerebrum proprius cohæret, & altera craſſa, cranio contigua &c.

¶ Matercula, *æ*, f. diminut. Cic. pro Flacco c. 36 *Matercula ſuæ feſtivus filius.* conf. Horat. 1 epiſt. 7, 7.

¶ Māternus, *a, um*, adj. mütterlich. Cicero pro Cluent. c. 5 *Nomen amantius, indulgentiusque maternum.* Et, *Animus maternus*, Ter. Heaut. 4, 1, 24, mütterlich herz und treu.

¶ Matertera, *æ*, f. μητρομαίγυνη, matris ſoror, die baaſe, muhme, der mutter ſchweſter. Dicta quaſi *mater altera.* Tac. Annal. 4, 71, 3 *Agrippina matertera erat liberorum Aſinii Galli.* Perſius ſat. 6, 54 *Patruæ ſterilis matertera vixit.*

¶ Matrālia, *ium*, n. pl. feſta matronarum, a quibus famulæ excludebantur. In honorem *Matris matutæ*, quæ Græcis *Leucothea* appellata: de quibus Ovidius Faſt. 6, 475 & ſeqq. Varro L. L. 4, 22; & Dempſt. in Roſin. Ant. Rom. 4, 10. Alia *Matronalia*, de quibus infra.

¶ Matreſco, *ĕre*, der mutter nachſchlagen; ut, *Vitiam nunc matreſcam ingenio, ut meum patrem ulciſci queam*, Pacuv. apud Nonium 2, 526.

¶ Matrĭmonium, *i*, n. conjugium, der eheſtand. *Matrimonii jus caſtum & legitimum*, Cic. pro Cluent. c. 62. *Habere in matrimonio*, zu der ehe haben, Cic. Leg. 3, 16. Et, *Ducere in matrimonium*, zu der ehe nehmen, Idem pro Cluentio c. 44. *Iungere & conjungere ſecum aliquem matrimonio*, Curt. 6, 9, 30; & 8, 1, 9. *Vxor matrimonio exigitur*, ſie bekömmt einen ſcheidebrief, Plaut. Merc. 4, 6, 6. Multa ad ritus & verba ſolemnia matrimoniorum diſces ex orationibus contrariis, de jure connubior. plebis cum patriciis apud Liv. 4 pr. Multa etiam ſunt apud Ovid. A. A. 2, 598. ¶ 2. *Matrimonium* ponitur pro matrona ſive conjuge apud Livium 10, 23 *Matrimoniis convocatis.* Vbi tamen Drakenborchium vide. Iuſtinus 3, 3, 8 *Vt ſeverius matrimonia ſua viri coercerent*: & 3, 5, 6 *Servos manumitterent, hisque interfectorum matrimonia pollicerentur.* vid. Suet. in Calig. c. 25. Per matrimonia autem non paucos promotos notat Piccart. Obſervat. Polit. decad. 6, 3. Bernegg. ad Suet. Cæſ. c. 21. Virdung. ad Tac. Agric. c. 7. ¶ 3. Etiam pro marito videtur poni Plin. 15, 30 *Livia, quæ poſt Auguſta matrimonii nomen accepit.* ¶ 4. Falſo Cujacius Connanusque, & alii ex ICtis exiſtimarunt, *Matrimonii* vocem materna etiam Latinis bona notaſſe; ſicut *Patrimonium* paterna bona ſignificaret. Nam eos corruptæ codicum lectiones apud Suetonium, Val. Maximum & Senecam deceperunt: de quo Caſaub. ad Suetonium monuit. vid. Chriſtoph. Colerum Parerg. c. 6.

¶ Matrimoniālis, *e*; ut, *Tabulæ matrimoniales*, eheſtiftung, Iul. Firmicus 7, 17.

¶ Matrĭmus, *i*, m. cujus mater adhuc ſuperſtes eſt, deſſen mutter noch lebt. Liv. 37, 3 *Decem ingenui, decem virgines, patrimi omnes matrimique ad id ſacrificium adhibiti.* conf. Cic. de Aruſp. Reſp. c. 11; & Tac. Hiſt. 4, 53. Feſto *Matrimes & patrimes* dicuntur. vid. *Patrimus.*

¶ Matrix, *ĭcis*, f. plur. *matrices*, mutterthiere, die zur zucht gehalten werden, apud Scriptores de Re Ruſt. Varro R. R. 3, 5 *Habeo tauros ad matrices ſeptuaginta duos.* ¶ 2. Et, *Matrix*, μήτρα, organum conceptionis & generationis in utero materno, die mutter, bärmutter, Plin. 27, 10. ¶ 3. Nominat & *matricem* Theophraſtus cor ſeu medullam in medio ligni arboris, den kern oder marck im holtz. Et ſic Suetonius Aug. c. 94 *Matricem arborem* dicit, ex qua ſtolones ſuccreverunt. ¶ 4. *Matrix* vena eſt in cervice jumentorum, quæ & matricalis, apud Veget. Mulom. 1, 25, 1, & ſæpe alias. vid. Geſneri Lexicon ruſt. ¶ 5. Item, index ſive regeſtum, hoc eſt, codex, in quo certa nomina deſcribuntur, die rolle. Gloſſæ Philoxeni: *Matrix, σημεῖον ὀνομάτων.* Tertull. de fuga in perſecut. c. 13 *Neſcio, dolendum an erubeſcendum ſit, cum in matricibus beneficiariorum & curioſorum inter tabernarios & lanios, & fures balnearum, & aleones, & lenones Chriſtiani quoque veſtigales continentur.* Sed uſitatior hac notione vox eſt

¶ Matrĭcŭla, *æ*, f. diminut. eſt catalogus militum, ein regiſter, liſte, die rolle, apud Vegetium 1, 26; & 2, 2. Inde ad alios indices translatum vocabulum eſt. v. Voſſ. de Vitiis Serm. 3, 24.

¶ Matrĭcŭlārius, *i*, m. eccleſiæ œconomus, qui matriculam bonorum eccleſiæ ſervat, ein kirchvater, apud ICtos. ¶ 2. *Matricularius* eſt pauper, inops, in Gloſſ. Iſidori.

¶ Matrĭcŭlus, *i*, m. genus piſcis, Apul. Apol. 1 p. 162 *Matriculos* fœmininos piſces forte dicere licet, rogner. De varia lectione, vide Colvi not. ad Apul. p. 253.

¶ Matrĭcālis, *e*, von der bärmutter: ut, *Matricalis vena*, Veget. 1, 10. *Matricalis herba*, Apulej. de Herb. c. 66.

¶ Matricaria, *æ*, f. herba, metram, mutterkraut, vide *Parthenium.*

¶ Matrĭcus, *a, um*, großbäuchicht, großmäulicht. *Matrici*, inquit Feſtus, *vocantur homines malarum magnarum atque ovibus patentibus.* Rectius *Mattici*, ubi vid.

¶ Matrōna, *æ*, f. honeſta fœmina, a *matre* dicta eſt, eine eheliche, ehrliche matron; ut, *Matronæ primores civitatis*, Liv. 29, 14. Cic. fam. 7, 6 *Opulentæ, optimates matronæ.* Plaut. Ciſt. 1, 1, 27 *Matronæ ſummates.* Iuſtinus 20, 4, 12 Pythagoram Crotonienſes docuiſſe refert: *Vera ornamenta matronarum pudicitiam, non veſtes eſſe. Honores matronis habiti*, Liv. 5, 25 it. 50 extr. Proprie autem *Matrona* dicitur, quæ in matrimonium cum viro convenit, licet non pepererit, Gell. 18, 6, die frau. Hinc pro *uxore* ponitur. Ovid. Met. 6, 581 *Sævi matronæ tyranni*: id eſt, Procne, Terei tyranni uxor. Idem Heroid. 5, 85 *Dignaque ſum, & cupio fieri matrona potentis.* Virgines etiam Veſtales *matronas* dictas, & matronarum jura in eas collata fuiſſe, Iac. Gronov. ad Minut. Fel. 7 arbitratur, ſed hoc negat Dukerus ad Liv. 29, 14.

¶ Matrōnālis, *e*, der frauen aufſtudia; ut, *Gravitas matronalis*, Plin. 5 epiſt. 16. *Decus matronale*, Liv. 26, 49. *Matronalis labor*, Col. prooem. lib. 12. *Matronales genæ*, Ovid. Faſt. 2, 858.

¶ Matronalia, *ium*, n. pl. feſta fuerunt, Kal. Martii in Martis honorem, ob diremtum a matronis bellum cum Sabinis, inſtituta a Romulo; qua de re in ejus vita Plutarchus, & Ovid. Faſt. 3, 170; & Plaut. Mil. 3, 1, 96. *Matronales feriæ* dicuntur Tertull. de Idolol. c. 14. conf. Dempſter. in Roſin. Ant. Rom. 4, 7.

¶ Matronātus, *ūs*, m. conditio matronæ, der frauenſtand. Apulej. lib. 4 Met. *Vt matronatus ejus indicabat.*

¶ Matrus-

¶ Matruëlis, *is*, m. ex matris fratre natus, der mutter bruder kind, Lege 1 Dig. ad Leg. Pomp. de parricid. Et Aur. Vict. de Orig. Gent. Rom. c. 13 *Turnus matruelis Amatæ.*

¶ Matersamiliàs, g. *matrisfamilias*, plur. *matresfamilias, matrumfamilias, &c.* die hausmutter. Sumitur hoc vocabulum pluribus modis. Primum pro ea, quæ peperit ex marito, paterfamilias: deinde pro ea, quæ tantummodo patremfamilias habet, quanquam non peperit: tertio, quæ convenerit in manum, i. e. per coemtionem nupserit, quæ sola in hæredis locum veniebat: quarto, quæ amiserit maritum, viduaque honeste vivat. Utrumque autem dicitur: *Materfamilias, matresfamilias,* & *Materfamiliæ, matresfamiliæ.* vid. Festum, & Tertull. de vel. Virg. c. 11, & P. Manut. in epist. 10, unde hæc & plura peti possunt. Sic Cicero pro Cælio c. 13 *Petulanter fucimus, si matremfamilias socus, quam matrumnam sanctitas postulat, nominamus.* Festus ab isto nomine excludit viduas, item, quæ sine filiis sunt. Cic. Top. c. 3 *Genus est, uxor: ejus duæ formæ,* (species) *una matrumfamilias earum, quæ in manum* (h. e. plenam viri potestatem) *convenerunt: altera earum, quæ tantummodo uxores habentur*, hoc est, in quas vir nullum jus, quam usum habet.

¶ Mater-matura, g. matris maturæ, ob bonitatem aurora ita appellata. vid. Fest. & in *Mater* n. 3.

¶ Matricida, æ, m. et *Parricida*, qui patrem: ita *Matricida*, qui matrem occidit, ein mutter-mörder. Nepos 15, 6, 2 *Orestes & Alcmeon matricidæ.* Utrumque autem secundam correptam habet, ut *officiperda* apud Dionysi. Catonem. Horat. 3 od. 29, 8 *Telegoni juga parricidæ.* Ausonius Cæsaribus per Tmesin: *Claudius ambiguo concluſit fata veneno, Matriquecida Nero proprii vim pertulit enſis.* Vide & Vossium de Arte Grammat. 2, 20. Vide etiam de hac voce Savar. ad Sidon. carm. 5, 290, ubi fecunda perperam producitur; ut & in Auson. Cæs. 35.

¶ Matricidium, *i*, n. der mutter-mord; ut, *Orestes accusatus matricidii*, Cic. Invent. 1, 13.

¶ Abmātertera, æ, f. abaviæ soror, der groß-alt-mutter schwester, Gajus ICt. l. 3 ff. de Grad. & affin. conf. l. 10 eod.

¶ Bimāter, *tris*, Bacchi epitheton, apud Ovid. Met. 4, 12 *Ignigenamque, fatumque iterum, solumque bimatrem.*

¶ Commatrōna, æ, f. Tertull. ad Vxor. 2, 8 *Dives commatrona nomine inflata.*

¶ Dematricatus, *a, um.* Veget. de Re Veter. 4, 7. equus aut jumentum aliud, cui vena *matricis* (vid. *matrix* n. 4) percussa.

¶ Promatertĕra, æ, f. matertera major, der großmutter schwester, Lege 1 § 7 Dig. de Grad.

MĀTĔRIA, æ, & Materies, ēi, f. ex qua aliquid fit, seu quicquid ad formam alicujus rei requiritur, die materie eines dinges, der zeug; ut, *Materia ædificii*, lapides sunt & ligna; *materia calcei* est corium, &c. Præcipue ligna significat, bau-holz. Vet. Gloss. *Materia*, ὕλακα. Vnde & *Materiari* & *Materiarii*, de quibus infra. Cæs. B. G. 5, 12 *Materia cujusque generis, ut in Gallia est, præter fagum atque abietem.* Tac. An. 1, 35, 2 *Propriis nominibus incusunt vallum, fossas, pabuli, materiæ, lignorum aggestus*, ubi *materia* sunt stipites, trabes, vimina &c. Iureconsulti tamen inter *Materiam* & *Ligna* distinguunt. *Ligna* enim vocant, quæ comburendi caussa; *materiam*, quæ ad ædificandum parantur. Tacitus de Germ. c. 16, ubi de veterum Germanorum ædificandi ratione agit: *Materia ad omnia ututur informi, & citra speciem ad delectationem.* Et Ovid. Met. 2, 5 *Materiam superabat opus.* ¶ 2. Significat & hypothesin seu argumentum, der begrif, inhalt; ut, Cic. pro S. Rosc. 32 *In singulis rebus ejusmodi materies est, ut dies singulos possis consumere. Ingens materia ad dicendum*, Quintil. 2, 4. *Scribere de integro materiam retractatam*, Idem 2, 4. *Deliberativæ, judicialesque materiæ*, Id. 2, 1 pr. Et Horat. de Art. Poet. v. 38 *Sumite materiam, vestris, qui scribitis, æquam Viribus, &c.* Plaut. Pœn. 4, 2, 93 *Proba materia est, si probum adhibeas fabrum.* ¶ 3. Est & origo, caussa, occasio, der ursprung, ursach, anlaß, gelegenheit. Sall. Catil. c. 10 *Cupido pecuniæ primo, deinde imperii crevit, ea quasi materies omnium malorum fuere.* Liv. 1, 46 *Angebatur Tullia, nihil materiæ in vivo, neque ad cupiditatem, neque ad audaciam esse.* Cic. pro Mil. 2, 13 *Quid enim odisset Clodium Milo, fegetem ac materiam suæ gloriæ?* Id. Verr. 3, 68 Fac fuisse *in illo C. Lælii aut M. Catonis materiem atque indolem.* Liv. 1, 39 *Materiem ingentis publice privatimque decoris omni indulgentia nostra nutriamus*, h. e. indolem, quæ edi potest. Id. 26, 35 *Vt magis dux quam materia seditioni deesset.* Id. 35, 12 *Erat etiam major ovationi materia.* Vellej. 2, 62, 3 *Materiam belli præbere.* Et, *Vt lenta fuit materies*, wie hart hat es gehalten. Difficulter se, quod vellet, ait imperasse Plaut. Mil. 4, 5, 4. ¶ 4. *Materiam* dictam puto a matre, proprieque dici de eo, quod a fœmina confertur ad generationem embryonum. Nam ut docent philosophi, semen maris est quasi caussa agens, quæ cogit & format τὸ ἀπὸ τῆς γυναικός, sive σπέρμα appelles, sive alio nomine. Hoc puto proprie materiam appellari, deinde ad πᾶσαν ὕλην esse translatum.

¶ Mātrĭcŭla, æ, f. dimin. Tertull. de Bapt. c. 17 *Concludere materiolam.*

¶ Materiālis, *e*, ad materiam pertinens, materialisch. Macrob. de Somn. Scip. 1, 12 *Priusquam materialis influxio in corpus venientes animas obviaret.*

¶ Materialiter, adverb. Sidonius 8 epist. 11 *In pectore viri iracundia materialiter regnans.*

¶ Materiārius, *i*, m. qui materiam confert vel præstat, der da verschaffet, was zum gebäude vonnöthen. Plaut. Mil. 3, 3, 45 *Adsunt fabri architectique, a me, a te, haud imperiti, Si non nos materiarius remoratur, quod opus? qui det.* ¶ 2. Item *Faber lignarius*, ein zimmermann. Inscriptio vetus apud Gruter. p. 642 n. 6 FVLVIVS L. F. QVINTIANVS FABER MATERIARIVS &c. Ex quo apparet, ellipsin esse, cum *Materiarius* absolute, sine adposito fabri nomine, dicitur lignarius faber, ut in Onomastico vetere: *Materiarius, τέκτων* Nam

¶ Materiarius, *a, um*, adjectivum per se est. Plin. 7, 56 *Fabricam materiariam Dædalus invenit, & in ea ferram, asciam, perpendiculum, terebram, glutinum, teiskycollam*, eine zimmer werckstat. tischer-werckstat.

¶ Materior, *ari*, idem quod lignari, holtzen, nach holtz gehen. Cæs. B. G. 7, 73 *Erat eo tempore & materiari & frumentari necesse.*

¶ Materiatus, *a, um*, passivæ notionis; ut, *Ædes male materiatæ ac ruinosæ*, Cic. Offic. 3, 15, daran das holtz nicht taugt.

¶ Materiandus, *a, um*, aliud particip. Vitruv. 5, 12 *Ea ædificia minime sunt materianda propter incendia*, h. e. minimum ligni adhibendum.

¶ Materiatio, *ōnis*, f. zimmerwerck; ut trabes, contignationes, &c. in ædificiis. Vitruv. 4, 2 *In ædificiis collocatur materiatio, variis vocabulis nominata.*

¶ Materiatūra, æ, f. idem; ut, *Materiatura fabrilis*, apud Vitruv. l. c.

¶ Materīnus, *a, um*, holtzicht; ut, *Terra materina*, apud Catonem R. R. c. 34, i. e. dura, solida & prope lignea &c. ut exponit Turnebus Adv. 21, 25.

¶ Materiōsus, *a, um*, idem. Gloss. gr. lat. πολύλος, *materiosus.*

Materis, vid. *Matara*, Matertera, *Mater.*

MĀTHĒMA, *ātis*, n. μάθημα, &

¶ Māthēsis, *is*, vel *eos*, f. μάθησις, disciplina, doctrina, die lehre. Τὰ μαθήματα, μαθηματα, *Quæ nocent, docent; monumenta, documenta*, nutz schaden wird man klug. Herodotus l. 1. Gellius 1, 9 *Geometriam & Gnomonicam, Musicam cæteraque item disciplinas altiores μαθήματα veteres Græci appellabant.* ¶ 2. Recentiores auctores latini *Matheseos* vocabulo pro Astrologia judiciaria, sive Genethliace, usi sunt: sicut & eam profitentes, *Mathematici* appellati. Prudentius, cum contra Symmach. 2, 888 eas artes recenset, quas dæmon invenerit, eo & Genethliacen referens (quod & Tertullianus de Idololatria, & Apolog. c. 35, itemque Lactantius 2, 16 facit), ait: *Involvit* (Dæmon) *matheſi, magicas impellit in artes.* Quo loco secundam in *Matheſi*, non ignorantia (quod obiter in tironum gratiam notandum duximus,) naturæ elementi græci poëtæ corripuit, sed pro sæculi sui consuetudine; qua breves poni solebant syllabæ, ubi accentus non esset: & contra produci, ubi esset, licet literaturæ græcæ ratio contra esset. Sic & Sidon. carm. 5, 130. Iul. Firmicus libros, quibus hujus vaticinatoriæ Astrologiæ rationes explicat, *Matheseos* inscripsit: inque iis sæpe hac notione ea voce usus est. Vet. Scholiastes Iuvenalis ad sat. 6, 574 *Thrasyllus multarum artium scientiam professus, postremo se dedit Platonicæ sectæ, ac deinde Matheſi, quæ præcipue viguit apud Tiberium.* Per *Matheſin* hic Genethliacen intelligendam, & Scholiastes ipse in sequentibus ostendit, & adstruunt ea, quæ de Thrasyllo isto Suetonius, & Dio Cassius prodiderunt.

¶ Mathēmătĭcus, *i*, m. μαθηματικός, quem hodieque ita vocamus, Gell. 1, 9. ¶ 2. *Mathematici* genethliaci dicuntur astrologi, Chaldæi. Iuvenal. sat. 14, 248 *Nota mathematicis genesis tua.* conf. Idem 6, 560. Tac. Hist. 1, 22, 2 *Mathematici, genus hominum potentibus infidum, sperantibus fallax &c.* Quin & alibi hac notione isto vocabulo usus. Ac ita quoque Suetonius Aug. c. 94 extr. & Tib. c. 36; & Calig. c. 57. Origo vocabuli ex schola Pythagoræ petenda est. Ibi enim alii ἀκουστικοὶ, alii μαθηματικοὶ vocabantur. Inde Chaldæi sumserunt, & sibi imposuerunt tandem, ut magnifico nomine vanitatem artis ornarent, quemadmodum Sextus Empiricus lib. 5 adversus Mathematicos scribit. vide Gellium 1, 9.

¶ Mathematicus, *a, um*, adject. ut, *Mathematicæ disciplinæ.* conf. Vitruv. 1, 1; Plin. 30, 1; Macrob. Som. Scip. 2, 2.

¶ Mathematica, æ, f. int. ars, Vitruv. 1, 1; Sueton. Tib. c. 69; Sen. epist. 88.

MATIVS, *i*, m. vir pomis inserendis insignis, cujus meminit Plin 15, 14. Hinc

¶ Matiānus, *a, um*, adject. ut, *Poma Matiana*, Colum. 12, 45. Adde de *Matiano malorum genere*, Macrob. Sat. 2, 15; & Apic. 4, 3; ubi etiam *Minutal Matianum.*

Matralia, matresco, matricida, matricula, matrimonium, matrix, &c. vide ante in *Mater.*

MATRŌNA, æ, f. fluvius Galliæ, *Marne.* Ausonius in Mosella v. 461 *Non tibi se Liger anteferat, non Axona præceps, Matrona non Gallos Belgasque inter sita fines.*

Matrōna, eine ehrliche matron, matronalis, matruelis, vide *Mater.*

MATTA, æ, f. florea, vel teges ex materia vili, eine matte, decke von stroh oder rohr geflochten. Ovid. Fast. 6, 680 *In plaustro scirpea matta fuit.*

¶ Mattārius, *i*, m. qui in matta dormit, der auf einem strohsack lieget, August. contra Faustum 5, 5.

MATTIĂCVM, *i*, n. Germaniæ oppidum, de quo Plinius 31, 2. Aliis Baden, aliis Marpurg in Hessen.

¶ Mattiacus, *a, um*, adj. ut, *Mattiacæ pilæ*, saponis quoddam vile genus, quo ad ruffandos crines mulieres utebantur, Martial. 14 ep. 27.

MATTĬCVS, *a, um*, der länglichte backen hat. Ita *Matti i* pro *Matrici* apud Festum legit Scaliger, quod veteres Græci maxillas vocarent ματῦας.

MATTVS, vel Matus, *a, um*, humidus, lutosus, quasi ex *Madidus*, feucht, kothig. Gloss. Isidori: *Matum est humectum, emollitum, infectum.* Petron. c. 41 *Plane matus sum*, ubi alii *Mateus.* vide Scheff. Salmasius Hist. Aug. p. 461 in Cic. Att. 16, 13 quoque legit *Via matta* pro *via inepta.*

MATTYA, æ, f. ματτύη, edulium pretiosum. Scribunt & *Mattea*, neut. plural. allerley niedliche essen, kuchen. Suetonius *Matteas* dixit Calig. c. 38 Vbi vide Casaubon. atque Torrentium. Adde Heins. ad Petron. c. 65 p. 323. Hinc

¶ Mattĕŏla, æ, f. etiam pro quovis scitamento & cupedia, naschwerck, apud Arnobium 7 p. 231. Adde Turneb. Adv. 22, 6. Sed de *Matteola* vide supra seorsum.

MĂTŬLA, æ, f. vas aquæ & urinæ, *in quod urina redditur*, Fest. ein nacht-topf, kammer-becken. Plaut. Most. 2, 1, 39 *Ego vos pro matula habebo*

habebo, nisi mihi matulam datis, vox ebrii, i. e. vos commingam, nisi mox datis mihi matulam. Sic etiam Idem in Persa 4,3,64 *Nunquam ego te tam esse matulam credidi*, id est, tam stolidum, insipidum.

¶ Mātella, *æ*, f. diminut. idem significat. Vas aquarium est Plauto & Varroni apud Nonium 15, 2, eine gelte. *Cibum in matellam ne immittas*, quod inter Pythagoræ symbola recenset Erasmus: vide Chiliad. *Indignus qui illi matellam porrigat.* Sic enim Mart. 10 epigr. 11 *Dispeream, si tu Pyladi præstare matellam Dignus es*, &c. vide Chiliades.

¶ Matellio, *ōnis*, m. aliud diminut. ut, *Matellio Corinthius*, pro vase Corinthio, Cic. in paradoxo 5, 2. conf. Varr. L. L. 4, 25.

Maturare, matureſco, maturitas, vide ſequens *Maturus*.

MATŪRVS, *a, um*, maturior, maturissimus & maturrimus per contractionem: proprie de frugibus dicitur & coctum significat, & ad maturitatem perductum, reif, zeitig; ut, *Fruges maturæ*, Virg. eclog. 3, 80. *Vuæ maturæ*, Idem ecl. 10, 36. Contrarium est *crudum*, roh, unzeitig. ¶ 2. Transfertur ad alia multa: ut, *Puer maturus alicui rei faciendæ.* Sic Quintil. 2, 1 *Quando iis, quæ Rhetorice præcepit, percipiendis puer maturus esse videtur.* Sic & *maturus militiæ*, Liv. 42, 52, &, *Maturus ad arma*, Sil. 16, 656, hoc est, per ætatem idoneus. *Virgo matura viro*, Virgil. Æneid. 7, 52, mannbar. *Scribendi exspectandum est tempus maturius*, eine gelegenere zeit, Cic. Att. 15, 4. Et de Senect. c. 20 *Satietas vitæ tempus maturum mortis affert*, wer des lebens müde ist, dem erscheinet die rechte zeit zu sterben. Livius 3, 12 *Indoles maturæ virtutis*, i. e. spes aliquem ad summum culmen virtutis perventurum esse. *Maturrimum robur ætatis*, Tac. Ann. 12, 65, 5, das rechte mannsalter. ¶ 3. Aliquando *Maturum*, *sero* opponitur. Cæs. de B. G. 4, 20 *Et si in iis locis, ubi omnis Gallia ad septemtrionem vergit, maturæ sunt hiemes*, &c. es wird zeitlich winter. Cellus 1, 1 similiter *maturam senectutem* dixit: Et *Maturissimam ætatem*, auctor ad Herenn. 4, 17 de juventute. Et Pallad. 1, 34 extr *Calidis regionibus* (satio) *autumnalis serior fieri potest, & verna maturior.* Auson. Eidyll. 14 de rosis v. 6 *Maturo cupiens me vegetare die*, i. e matutino tempore. ¶ 4. Non raro & plenum, & quod ad summam seu τὴν ἀκμὴν venit, τέλειον, ἄκρον, vollständig. Virgil. Æneid. 10, 256 *Revoluta ruebat Matura jam luce dies: Matura lux*, quæ eo venit, ubi incrementa omnia consumta sunt, & nunc deinceps imminuit. Similiter B. Hieronymus *Maturam noctem*, pro exacta dixit epist. ad Innocentium de muliere septies icta. *Festinato*, inquit, *sol cursu occidit, & misericordia Dei celerior maturæ nocte advenit.* Suetonius quoque Calig. c. 44 *Centuriones maturos* vocat, qui implevissent stipendia. vide Carisi. lib. 2, Barth. ad Script. Venat. p. 66, & ad Claudian. 1 in Eutrop.

¶ Maturum, adverbialiter, bey guter zeit. Cato apud Gellium 3, 7 *Maturum censeo faciundum, ut milites ad verrucam ire jubeas.*

¶ Matura, *æ*, f. subst. Dea matureſcentium frumentorum. vide Auguſt. de C. D. 4, 8.

¶ Mature, adverb. tempestive, zu rechter zeit, zeitlich, bey zeiten, quod neque *citius* est, nec *serius*, ut Nigidius explicat apud Gellium 10, 11. Ter. Eun. 5, 4, 10 *Meretricum ingenia & mores noscere mature. Mature fias senex, si diu velis esse senex*, Cicero de Senect. c. 19, hoc est, mature abjicias stultitiam juvenilem, & valetudinis tuæ curam agas, si velis esse vivax, ac diuturna senecta frui, quod Cicero adagii loco commendat. *Mature decessit*, Nepos 25, 2, 1, i. e. cito, ante tempus, allzu früh. Compar. Cicero Verr. 3, 24 *De isto transigamus, quo maturius ad Apronium possimus pervenire.* Liv. 6, 23 *Patere te vinci consilio, ut maturius bello vincas.* Et Iuvenalis 11, 88 *Ad has epulas solito maturius ibat.* Plin. 8 epist. 17 *Quam maturissime solicitudini meæ consulas.* Atque ita etiam lib. eod. epist. 21, & 10 epist. 14. Et Apulej. Metam. 10 p. 250 *Quam maturissime.* At Tacitus Ann. 1, 63, 4 *Pontes quam maturrime superare.* Sic pariter antiquiores variant. Cicero pro Cæcin. c. 2 *Quæque res turpissima maturissime judicanda est.* At Cæs. Gall. Bell. 1, 33 *Rebus quam maturrime occurrere.* Sallust. 1 Hist. apud Carisium lib. 2 *Ut Lepidus, & Catulus decretis exercitibus maturrime proficiscerentur.*

¶ Maturitas, *ātis*, f. tempus maturum, die reiffung, rechte zeit, vollkommenheit; ut, *Maturitas frugum*, Cic. Tusc. 1, 28; & *frumenti*, Cæs. B. Civ. 3, 49. *Maturitas ætatis*, Cicero fam. 4, 4, das vollkommene alter. *Ingenium celeriter maturitatem assecutum*, ut fere Cicero ait de Orat. 2, 21, so bald reif worden. Idem pro Cæl. c. 31 *Studia, quæ sunt in adolescentia, tamquam in herbis, significant, quæ virtutis maturitas, & quantæ fruges industriæ sint futuræ. Maturitas temporum*, Livius 22, 40. *Maturitas gignendi*, Cicero de N. D. 2, 46. ¶ 2. Refertur & ad animum, & pro exacta sive adulta peritia ponitur. Vellej. 2, 125, 3 *Sed hæc omnia veteris Imperatoris maturitas brevi sopiit ac sustulit.* Tac. Hist. 1, 87, 6 de Licinio Proculo: *Is urbanæ militiæ impiger, bellorum insciens, auctoritatem Paulini, vigorem Celsi, maturitatem Galli, ut cuique erat, criminando bonos & modestos anteibat.* Ita *Maturitas in oratione* gravitas est, ubi nihil juvenile & minus decens intercurrit: Autor Dial. de causſis corruptæ eloquentiæ c. 26 *Cæterum si omisso optimo illo & perfectissimo genere eloquentiæ, eligenda sit forma dicendi, malim hercle C. Gracchi impetum, aut Gracchi maturitatem, quam calamistros Mæcenatis aut tinnitus Gallionis.*

¶ Matūro, *avi, atum, are*, præter propriam significationem, quæ est, ad maturitatem perducere, reif machen, significat etiam ¶ 2. Accelerare, sed cum tarditate quadam & diligentia, vel non præpropere facere aliquid, neque serius quam oportet, σπεύδω βραδέως, quemadmodum exponit Gellius 10, 11, & ex eo Erasmus, eilends thun, und ſich doch nicht übereilen, beſchleunigen. Ter. Heaut. 3, 1, 87 *Id ut maturent facere*, daß ſie bald thun, was ſie thun wollen. Et Sallust. Catil. c. 26 *Antonius Catilinam cum exercitu persequi maturet*, er mag ihm nacheilen. ¶ 3. Dicimus & *Maturare rem aliquam.* Virgil. Georg. 2, 260 *Multa ferunt quæ nox cælo properanda serено Maturare datur*, &c. mit muſſe fertigen. Sic Liv. 24, 13 *Maturare cœpta*, pro mature absolvere. *Maturare mortem*, est accelerare, den tod beſchleunigen, Cicero pro Cluent. c. 61; & Celsus 7, 26. Multa de hoc verbo Gellius 10, 11. Passivum *maturari* est maturato fieri. Tac. Ann. 12, 41, 1 *Neroni virilis toga maturata fuit.* Item *Maturari* pro *matureſcere*, reif werden. Plin. 15, 18 *Novissima sub bieme maturatur chelidonia.*

¶ Mātūrātus, *a, um*, reif, zeitig, vollſtändig. Cic. de Senect. c. 15 *Uva primo est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit.* Item de Nat. D. 1, 2 *Quæ terra gignit, maturata pubescunt.* Sed *maturato opus est*, i. e. celeritate, man hat nicht zu ſäumen, man muß hurtig daran ſeyn, Liv. 1, 58. *Tempore suo adulta maturataque*, ſcil. *poma* Gell. 10, 11.

¶ Mātūrare, adv. idem quod festinanter, bey zeiten, förderlich. Liv. 32, 16 *Maturate sequi*, eilig folgen.

¶ Maturatio, *ōnis*, f. die beſchleunigung. Aut. ad Herenn. 3, 2 *Dolus maturatione consumitur.*

¶ Matureſco, *ĕre*, maturum fieri, reifen, reif werden, zeitig werden. *Matureſcunt frumenta, mella, vites, partus.* Et Quintil. in epist. ad Tryphonem, *Libros*, inquit, *opinabar nondum satis maturuisse.* Sen. Conſ. ad Marciam c. 23 *Eripit se aufertque ex oculis perfecta virtus: nec ultimum tempus respectant, quæ in primo maturuerunt.*

¶ Matureſcens, *tis.* Plin. 21, 3 *Malus Assyria omnibus horis pomifera est: aliis cadentibus, aliis matureſcentibus, aliis subnaſcentibus.*

¶ Matureſăcio, *ĕre*, reif machen. Theod. Priſcian. de Diæt. c. 14 *Aqua marina maturefacit durtiam.*

Compoſita cum præpoſit.

¶ Admātūro, *are*, befördern, beſchleunigen. Cæſ. B. G. 7, 54 *Horum discessu admaturari defectionem civitatis existimabat.*

¶ Emātūro, *are*, reif machen. Eumenius Pageg. Conſtantini, Flavienſium nomine, c. 10 *Fruges calor ematurat.*

¶ Ematuresco, *ĕre*, recht reif werden. Plin. 25, 4 *Si non ematuruit.* Ovid. Triſt. 2, 123 *Si modo læsi Ematuruerit Cæsaris ira.*

¶ Immatūrus, *a, um*, unreif, unzeitig, frühzeitig. Gell. 10, 11 *Ea, quæ præter sui temporis modum properata sunt, immatura dicantur.* Sic, *Immaturi fructus*, Plin. 2, 13. Frequenter metaphorice; ut, *Immaturum consilium*, quod ante tempus datur, Suet Aug. c. 8. Et, *Mors immatura*, Cic. Catil. 4, 2. Idem de Clar. Orat. c. 33 *Damnum illius immaturo interitu res Romanæ Latinæque litteræ fecerunt*, durch ſeinen allzufrühen tod. *Virgo immatura*, nondum nubilis, die noch nicht mannbar. *Tempore ad navigandum immaturo*, Liv. 35, 44

¶ Immature, adverb. zur unzeit. Paulus l. 5 si abiente ff de uſufruct. *Oliva immature lecta; fœnum immature cæsum.* Auson. epist. 22 *Immature periclitatur expelli.* Apul. lib. 6 Mil. *Haud immaturius redito.* Adde Celſ. 6, 18; Colum. 11, 2; Tertull. de Virg. veland. c. 12.

¶ Immatūrĭtas, *ātis*, f. die unvollkommenheit; ut, *Immaturitas sponsarum*, Suet. Aug. c. 34. ¶ 2. Ante tempus properatio, die übereilung. Nam quod tempeſtive & ſuo tempore fit, mature fieri dicitur. Cic. pro Quint. c. 26 *Quid hæc festinatio, quid hæc immaturitas tanta significat?*

¶ Permatūrus, *a, um*, ſehr reif, recht zeitig. Colum. 12, 48 pr. *Olivæ cum jam nigruerint, nec adhuc tamen permaturæ fuerint.* Et Celſus 6, 13 *Non permatura mandere*, das noch nicht recht reif iſt.

¶ Permaturesco, *ĕre*, wohl und durchaus reif werden. Celſus 2, 24 *Oleæ nigræ, quæ in arbore bene permaturuerunt.* Ovid. Met. 4, 165 *Nam color in pomo est, ubi permaturuit, ater.*

¶ Permatūro, *are*, idem; an uſus recipiat, dubitavit Munkerus ad Hygini fabul. 136, qui *permaturuit* ſubſtituit, cum antea legeretur, *permaturavit.* Schefferus edidit: *Arbori moro similem esse: nam primum album est; deinde rubrum; cum permaturavit, nigrum.*

¶ Præmaturus, *a, um*, nondum maturus, præcox, zu zeitlich reif, frühzeitig; ut, *fructus præmaturus*, Colum. 11, 3. *Senilis juventa præmaturæ mortis signum*, Plin. 7, 51. *Præmatura denunciatio*, Plancus ad Cic. fam. 10, 85.

¶ Præmature, adverb. vor der zeit. Plaut. Moſt. 2, 2, 69 *Præmature vita carco.* Gell. 10, 11 *Coactius factum & festinantius, præmature factum dicitur.* Comparativus *præmaturius* est apud Papin. Dig. lib. 45 tit. 1 leg. 118.

¶ Semimaturus, *a, um*, halb reiff. Pallad. Iun. 12 *Hordeum semimaturum.*

MĀTŪTA, *æ*, f. græce Λευκοθέα, Aurora, ſic dicta a tempore matutino, cui præeſt. vid. Cic. de N. D. 3, 19. Apud Liv. 6, 33 hæc Dea templum ſuum ab incendio vindicat. Ovid. Faſtor. 6, 545 *Leucothoë Græcis, Matuta vocabere noſtris.* vide *Albunia*: item *Leucothea*, die meerwurthe.

¶ Matutinus, Iani epitheton. Horat. 2 sat. 6, 25 *Matutine pater, seu Iane libentius audis.*

¶ Matutĭnus, *a, um*, früh; ut, Cic. fam. 7, 1 *Matutina tempora lectionculis consumo*, die morgen-ſtunden. Apul. lib. 1 A. A. *Quis iimus, inquam, & itineris matutini gratiam carpimus?* Virg. Æneid. 8, 465 *Nec minus Æneas se matutinus agebat*, er machte ſich früh auf. Horat. 2 sat. 6, 45 *Matutina parum cautos jam frigora mordent.* ¶ 2. Subſtantive poni videtur Plin. 9, 10 f. 12 *matutino*, i. e. tempore. Ita etiam Apul. 5 p. 166 & al. *Eodem matutino* est apud Quintil. 12, 18 pr *Omnibus matutinis* est apud Plin. 10, 43 pr.

¶ Matutinālis, *e*, idem. Auctor Philomelæ v. 16 *Matutinali tempore*, des morgens.

Mavors, & inde Mavortius, vide *Mars.*

MAVORTES, *is*, & Mavorta, *æ*, f veſtimenti muliebris genus ſimile ricino, ein weiber-kleid, ſchleyer mäntelein. Servius ad Virgil. 1 Æneid. *Ricinus dicitur ab eo, quod in tergum vejectur, quod vulgo Mavortes*

vortes dicitur. Aſt Nonius 14, 33 *Ricinium nunc mafortium dicitur, galliolum fœminum breve.* Græcis eſt μαφόριον, vel μαφόρτιον. Iſidor. 19, 25 *Vocatum dicit Mavortem quaſi Martem. Signum enim martialis dignitatis & poteſtatis in eo eſſe.* Hieronymus ad Euſtach. epiſt. 22 *Purpura tantum in veſte tenuis, & laxius ut crines diſcidant, ligatum caput; fuscus vilior, & per humeros hyacinthina mavorta volitans.* Adhelmus I. 5 *Pulla capitis velamina candidis & coloratis mavortibus cedunt.*

MAVRELLA, æ, f. herba, de qua falſus Macer 2 c. 34 *Herbam, quam Græci ſtrygnon dixere, Latini Maurellam dicunt,* nachtſchatten.

MAVRVS, *i*, m. Μαῦρος, plur. *Mauri*, populi Mauritaniæ, die Mohren oder Mauritanier. Auſon. Parental. epigr. 5 de Æmilia Corinthia Maura: *Nomen huic ioculare datum, cute fuſca quod olim Æquales inter Maura vocata fuit.*

¶ Maurulus, ſ. Mōrulus, *a, um*, nigricans inſtar Mauri. Plaut. Pœn. 5, 5, 10 *Iam pol ego illam pugnis totam faciam ut ſit Morula: Ita replebo atritate.* v. Voſſ. etymol. in *Morus.*

¶ Maurice, adv. *A Gallo & a Mauro Gallice & Maurice dicimus,* ait Gellius 2, 25.

¶ Mauritānia, æ, f. Μαυριτανία, Μαυρουσία, & in antiquis monumentis *Mauretania*, (de qua duplici orthographia Cort. ad Sall. Catil. 21, 3) Africæ regio extrema, occaſum verſus, dicta a Μαῦρον, *nigrum*, quod colonos nigros habet. Duas Mauritanias memorat Tacitus Hiſt. 1, 11. Harum altera *Tingitana*, altera *Cæſarienſis* appellata. Quam diviſionem Plinius Caligulæ; Dio Claudio adſcribit. De utraque idem Tacitus Hiſt. 2, 58 & 59. Alteram ſyllabam productam habet Manilius 4, 720 *& Mauritania nomen Oris habet, titulumque ſuo fert ipſa colore.* A Μαυρούς, *Maurus*, ſit Μαυρίτης, *Maurita*, Græca inflexione. Inde Latinis *Mauritanus*, & *Mauritiana.*

¶ Mauritānus, & Mauritanicus, & Mauricus, *a, um*, adj. Et gentile. Martial. 5 epigr. 29 *Licet vincas equitate Mauricos.*

¶ Maurusius, *a, um*, Μαυρούσιος; ut, *Arundo Maurusia*, hoc eſt, telum Mauritanicum, Sil. 10, 401. *Gens Maurusia*, Virg. Æn. 4, 206.

¶ Mauruſiācus, *a, um*, idem, apud Martial. 12 epigr. 67.

MAVSŌLVS, *i*, m. Μαύσωλος, rex fuit Cariæ, cujus uxor Artemiſia luctu atque deſiderio defuncti flagrans, conſervandæ memoriæ ejus cauſſa, ſepulcrum illud condidit memoratiſſimum, relatum inter miracula mundi. De quo multa Plinius 36, 5; & Gellius 10, 18.

¶ Mauſolēus, *a, um*, adj. Propertius 3, 2, 21 *Nec Mauſolei dives fortuna ſepulcri.*

¶ Mauſōlēum, *i*, n. ſubſtantive μαυσωλεῖον, ſepulcrum magnificum & operoſum, quale Mauſoli illud fuit, ein köſtlich grab. Sane Regum & Cæſarum ſepulcris id datum nomen. De quo Hieronymum videas adv. Iovinian. 1, 28 p. 134. Hinc Florus 4, 11 extr. *Quod ubi deſperavit a Principe* (Cleopatra) *ſervarique ſe triumpho vidit, incautiorem nacta cuſtodiam in Mauſoleum ſe (ſepulcra regum ſic vocant) recipit.* Suet. Veſp. c. 23 *Cum inter prodigia cætera Mauſoleum Cæſarum derepente patuiſſet:* Cæſarum, quod ei Cæſares inferri ſoliti; de quo & in Nerone mentio c. 46. Id autem primum Auguſto exſtructum fuit in campo Martio. Ejus rationem exponit Strabo lib. 5. Meminit & Suet. vita ejus c. 100 *Reliquias legerunt primores equeſtris ordinis tunicati & diſcincti, pedibusque nudis, ac in Mauſoleo condiderunt.* conf. Vulg. Interpr. 2 Paral. 35, 24. Item Martial. 5 epigr. 66, & Spect. 1.

MAXENTIVS, *i*, m. crudeliſſimus tyrannus, qui a Prætorianis Romæ Auguſtus nuncupatus, omnibus exitiis in nobiles & Chriſtianos fæviit, donec eum Conſtantinus ſigno in aëre viſo vicit, & ille fugiens in Tiberi periit. vid. Zoſim. lib. 2 & 3; Eutrop. lib. 10; & Aur. Vict. Epit. c. 55 & 56.

Maxilla, maxillaris, vide *Mala*, Maxime, *Magis.*

MAXIMIĀNVS, *i*, m. a Diocletiano conſors imperii factus, & *Herculeus* appellatus, ſævus Chriſtianorum perſecutor, tandem a Conſtantino Maſſiliæ obſeſſus, ſibi ipſi fauces eliſit laqueo. vid. Eutrop. lib. 9; Ammian. lib. 16; & Aur. Vict. Epit. c. 55. ¶ 2. Alius *Maximianus Armentarius*, quem *Galerium* vocat Aur. Vict. Epit. c. 54 & 57. Hunc a vermibus corroſum plerique ſcribunt.

MAXIMĪNVS, *i*, m. Thrax, ex paſtore miles, hinc dux, & denique imperator, apud Tarſum morte ſimplici periit, vid. Aurel. Vict. Epit. c. 56: & Eutrop. 10, 4. ¶ 2. *Maximinus Daza*, nepos ex ſorore Maximiani Armentarii, Cæſar quadriennio, Auguſtus triennio, de quo Aur. Vict. Epit. c. 57; & de Cæſ. c. 40.

Maximus, *a, um*, &c. vide ſupra *Magnus.*

MAXĪMVS, Tyrius, philoſophus Platonicus. Exſtant ejus ſermones ac diſputationes græce & latine. v. Fabric. Biblioth. Gr.

MAZA, æ, f. μάζα, maſſa farinæ, oleo & aqua ſubacta, aut etiam lacte, ein kuchen-teig. Latini *Maſſa* pro eo dicunt. Gloſſ. Vet. *Maſſa, μάζα, Φύραμα.* Sed græca forma in expreſſis ex græco ſententiis retinetur; e. g. *Maza eſurienti homini carior & auro & ebore:* Athen. Πινδάρῳ γὰρ ἀνδρὶ μάζα τιμιωτέρα χρυσοῦ τε καὶ ἐλέφαντος, vide in Chiliad. Quin Grat. cyn. 307 de catulis *Lacte novem pubem facilique tuebere maza.*

MAZACA, Cappadociæ metropolis, poſt Cæſarea ad Argæum dicta. vid. Spanh. de uſ. & præſt. num. diſſ. 9 p. 598.

MAZĂRA, æ, f. ſic apud Cæſarem legitur Bell. Gall. 1, 26. Videtur autem eſſe genus teli, ein pfeil oder geſchoß. Sed ibi alii legunt *Mataras.* vide ſupra.

MAZAX, *ācis*, Mauritaniæ populus. Luca. 4, 68 *Tremulum cum torſit miſſile Mazax:* eadem fere Claud. Stilic. 1, 356. Equorum cultu nobiles Nemeſia. cyn. 26, ubi vid. Vlit. & Burm.

MĀZŌNŌMVM, *i*, n. μαζονομον, aut μαζονομεῖον, lanx major, quo cibi apponuntur, eine groſſe ſchüſſel. Horat. 2 ſat. 12, 86 *Mazonomo pueri magno diſcerpta ferentes Oſſa gruis* conf. Varro de R. R. 3, 4.

ME, vide ſupra *Ego. Me* pro *de me* vel *mihi*, antique. Plaut. Moſt. 5, 2, 44 *Quid me fiet nunc jam?* conf. 1, 3, 65; & Aul. 4, 10, 46. Et Ter. Adelph. 4, 4, 2 *Quid me faciam.* conf. ex Ennio & Lucil. Feſtus & Laurent. Antiq. p. 270; & Parei Lex. Crit. p. 724.

Meabilis, meatus, vide *Meo, are*, Meapte, *Meus*, Mecaſtor, *Caſtor.*

MĔCHĀNĬCVS, *i*, m. μηχανικός, faber eorum operum, quæ ingenio ſimul ac manibus perficiuntur, ein künſtlicher handwerksmann, a μηχανάομαι, *machinor* vel *excogito.* Abuſu vulgari admodum contaminatur hoc vocabulum, dum hodie ad illiberalia fere opificia, & ſellularias artes detruditur. Opera quidem manuum in mechanicis opus, ſed magis ingenio, unde *Ingeniarios* hodie appellant, Ingenieur. Suetonius Veſp. c. 18 *Mechanicum* vocat, *qui grandes columnas exigua impenſa perducere in Capitolium polliceba tur.* Locum Columellæ vide infra in *Sipho*; & conf. Parei Lex. Crit. p. 724.

¶ Mechanĭcus, *a, um*, adject. künſtreich. Gell. 10, 12 *Simulacrum ratione quadam diſciplinaque mechanica factum.* Lamprid. Sever. 22 *Mechanica opera Romæ plurima inſtituit.* Recte interpretari videtur Falſterus, manufacturen. Fannius de ponder. 103 *Quod tibi mechanica promtum eſt depromere muſa*, h. e arte quadam & machinatione. Add. Veget. de re mil. 4, 17. Sic *Ars mechanica*, quæ &

¶ Mechanice, es, f. appellatur, μηχανική, ars conficiendi ingeniosas fabricas; Plutarcho ὀργανική, in Marcello, eine kunſt, die durch rader, winden und dergleichen, was ſchweres zuwege bringt vid. Voſſ. de Scient. Mathem. p. 264. Symm. 10, 45 *Mechanicæ profeſſor.*

¶ Mechanicōs, adv. künſtlicher weiſe. Vitruv. 10, 1 *Sunt alia, quæ mechanicōs, alia quæ organicōs moventur.*

¶ Mechānēma, ātis, n. μηχάνημα, *artificium, commentum*, ein kunſtſtück. Sidon. 1, 9 *Deus bone, quæ ille digiti mechanemata fecit.*

Mecœnas, Mecænas, prave ſcriptum nomen, vide *Mecenas.*

MĒCON, ōnis, f. μηκών, papaver, mohn oder magſaamen. Ejus multa ſunt genera. Sylveſtrium genus quoddam eſt *tithymalon, quod mecona vocant*, Plin. 20, 19. Sic, *Mecon agria, Mecon aphrodes, Mecon ceratitis, Mecon Rhœas*, Apul. de Herb. c. 53 & 91; Plin. 27, 12; Dioſc. 4, 62, 63, 64 & 65.

¶ Mēcōnis, ĭdis, f. μηκωνίς, lactucæ genus, a copia lactis ſoporiferi; vid. Plin. 19, 8; & 20, 7.

¶ Mēcōnītes, æ, f. μηκωνίτης, gemma, papaveris ſimilitudinem exprimens, de qua Plin. 37, 10.

¶ Meconium, *i*, n. μηκώνιον, ſuccus ex papaveris capitibus foliisque decoctis expreſſus, multum opio ignavior, Plin. 20, 18, magſaamenſafft. conf. Idem 25, 12 & 13; 28, 8; 32, 3.

Mecum, vide ſupra in *Ego.*

MEDALIA, æ, f. vulgo vocatur, quæ alias πρότομαι, Arabes etiam *Methalia*: quod ab illis ad Italos & Gallos delatum. Ita autem vocant numiſmata Chriſtianorum, quæ expreſſum caput humanum præferunt, eine medaille. Verbum proprie ſignificat εἰκόνα, item *ænigma*, Ebr. מְטַלְיָא Vetus Gloſſarium Latino-Arabicum ad Verbum reddit, *monetam, ænigma. Clypeum* Latini vocant, in quo imago, ſive προτομή, Imperatoris expreſſa erat thoracetenus. Adhelmus *imagines* vocat *Thoracidas*, quod in Germanico ad verbum dicitur, ein bruſtbild. Ruffinus *Thoracas* vocat H. E. 11, 29. v. Scaliger. Animadv. ad Euſeb. Chronic. p. 218.

MEDDIX, *icis*, vel Medix, m. apud Oſcos nomen magiſtratus eſt, ut refert Feſtus, ein fürſt, ein oberſter. Ennius ibid. *Summus ubi capitur Meddix, occiditur alter.* Idem eſſe putatur cum *Mediaſtutice*, qui ſummus magiſtratus apud Campanos eſt, ut notat Livius 24, 19; & 26, 7.

MĒDĒA, æ, f. Μήδεια, Æetæ regis Colchorum filia, venefica inſignis, Iaſonis uxor, a quo repudiata, Ægeo regi Athenienſi poſtea nupſit, & ex eo filium ſuſcepit *Medum* nomine, a quo *Media* provincia, & *Medi* appellati ſunt. Iuſtin. 42, 2, 12 Μήδειαν Ἰάσων γαμέτι, κέλεται δ' Ἀφροδίτη, id eſt: *Medeam ducit Iaſon, Venus aurea mandat:* Verſus inſcriptus ſtatuæ Iaſonis & Medeæ, apud Pauſaniam in Eliacis. De Medea lege Tragœdiam Senecæ. Hanc *ſævus amor* docuit *commaculare manus natorum ſanguine*; Virg. ecl. 8, 47. Adde Cic. de Nat. D. 3 c. 19 & 26, & pro Lege Manil. c. 9, qui utitur fabula, ubi narrant, fratrem ſuum Abſyrtum, ab ea patrem fugiente obtruncatum, membraque articulatim diviſa & per agros diſperſa eſſe. ¶ 2. *Medea* gemma nigra, Plin. 37, 10.

¶ Mēdēis, ĭdis, pro poſſeſſivo; Ovid. de Arte am. 2, 101 *Medeides herbæ*, quibus uſa Medea ad veneficium.

Medela, medens, quære in ſequenti *Medeor.*

MĔDEOR, ēri, deponens, curare, medicinam adhibere, afferre, heilen geſund machen rathen. Cic. de Orat. 2, 44 *Cum morbo a ieui mederi vis, conſuetudo valentis, & natura corporis cognoſcenda eſt.* Sed veteres etiam accuſativum junxere. Ter. Phorm. 5, 4, 2 & 3 *Quam ſcitum eſt, ejusmodi parare in animo cupiditates, Quas, cum res adverſæ ſient, paullo mederi poſſit?* Agnoſcit hanc rationem & Servius in Virg. 1 Georg. Sed *Medeor illam rem* figuratum putat: *medeor*, rei proprium: quod non ſatis capio. Namque activæ ſignificationis verba proprie accuſativos adſciſcunt. vide infra & *Medicor.* Ovid. Art. am. 2, 735 *Ars medendi*, die artzney-kunſt, Virgilio Æn. 12, 396 eſt *Vſus medendi.* Paſſ. Suet. Tit. c. 8 *Medendæ Valetudini nullam divinam humanamque opem non adhibuit.* ¶ 2. Metaphora in hoc verbo frequentiſſima eſt. Cic. cont. Rull. 1, 9 *Huic malo pro ſe quisque noſtrum mederi debemus*, wir ſollen dem unglück abhelffen. *Mederi afflictæ reipubl.* Idem pro Sextio c. 13. Et fam. 7, 28 *Dies etiam ſtultis mederi ſolet*, mit der zeit vergeſſen auch unverſtändige ihres leides. *Mederi ſatietati lectoris*, i. e. cavere, ne ſatietate obtundatur, zuvor kommen, Nepos 16, 1, 1. Act. Cic. fam. 12, 10 *Sunt permulta, quibus erit medendum.*

¶ Medens, *tis*. Adjective Apul. de Philoſophia, *Medentes manus adhibere*, dixit. Locum integrum vide infra in *Medicus.* ¶ 2. Subſtantive eſt medicus, ein arzt. Veteres enim participiis pro nominibus ſubſtantivis uti ſolebant. Plin. Paneg. Trajani c. 22 *Te parvuli noſcere, oſtentare juvenes, mirari ſenes, ægri quoque neglecto medentium imperio, ad conſpectum tui, quaſi ad ſalutem ſanitatemque prorepere.* Ovid. Met. 15, 629 *Nihil artes poſſe medentum.* Et Lucret. 1, 834 *Sed velati pueris abſinthia tetra medentes Cum dare conantur.*

¶ Medēla, æ, f. die artzney, hülfe. Gell. 12, 5 *Medios arcessit, collocutusque de faciendo medela.* Idem pluraliter 16, 11 *Facere medelarum miracula*, de Marsorum incantationibus. Idem 17, 16 de Mithridate. *Assiduo medelarum usu etiam deprimis insidiis caviſſe.* Et Auſon. Profeſſ. Burd. epigr. 25 *Medea noſtri, Nepotiane, pectoris.*

¶ Medibĭlis, e, i. e. medicabilis, heilbar. Feſtus.

¶ Medĭco, āre, eſt medicamento inficere, zurichten, ein mittel brauchen. Sic *medicare ſemina*, Virg. Georg. 1, 193. Et, *Capillum medicare*, Ovid. Amor. 1, 14 pr. Id. med. fac. *Vellera Tyrio medicantur aheno.* Pro *mederi* Silius 6, 98 *Marus inflat vulneris æſtus experiens medicare modis.*

¶ Medĭcor, āri, idem quod mederi, artzneyen, dativo & accuſativo jungitur. Ter Andr. 5, 4, 42 *Cum ego poſſim in hac re medicari mihi*, ſo ich mir doch ſelber rath ſchaffen kan. Cum accuſativo jungit Virg. Æn. 7, 756 *Sed non Dardanie medicari cuſpidis ictum.* Vbi Servius: *Medicor illam rem, & illi rei; ſicut* MODEOR *illud.* ſed quis auctorum *Modulor* cum dativo conſtruxit? Itaque *Medicor* ego *Modeor* legendum puto. Id enim utroque caſu [illegible] Ita *Palpari aliquem*, & *alicui*; *Concitari aliquem*, & *alicui* dicimus. Idem Virg. Georg. 3, 135 *Senibus medicantur anhelis* Atque hæc ratio uſitatior eſt, quæ & in verbo *Mederi* obtinet. *Multo quam ſinem, medicari initia præſtat.* Refertur a Suida: Ἀρχὴν ἰᾶσθαι πολὺ λωιον, ἢ τελευτήν.

¶ Medĭcātus, a, um, zugerichtet, ut, *Medicata pocula*, Martial. 9 epigr. 93, ein artzney-trunck. *Medicatus ſuper vel odor*, Plin. 8 epiſt. 20 n. 4, ein geſchmack oder geruch mit artzney zugerichtet. *Vinum medicatum*, kräuter-wein. *Medicati fontes*, ſauer- oder heil brunnen, Plin. H. N. 2, 93. *Medicati nimia cura arva*, Apul. de philoſ. p. m. 48. Sic *Medicatas fedes*, i. e. ſapore herbarum infectas, quæ loca apes amant, Virgilius dixit Georg. 4, 65. Sic, *Boletum medicatum* pro veneno infecto Suet. Claud. c. 44. Et *Medicata veneno tela*, Sil. 7, 463, vergifftet. Gradus habet, & Comparativum quidem, ut Plin. 28, 9 *Lac vehementius medicatius.* Superl. ibidem c. 7 *Res medicatiſſimæ*, i. e. aptiſſimæ ad medicinam.

¶ Medĭcatus, ūs, m. ſubſt. die artzneyung. Ovid. Heroid. epiſt. Medeæ 12, 165 *Quæque feros populi doctis medicatibus ignes.*

¶ Medĭcātio, ōnis, f. idem. Colum. 2, 10 *Poteſt etiam citra iſtam medicationem commode ſervari.*

¶ Medĭcator, ōris, m. medicus, medens, ein artzt. Tertullian. adv. Marc. 3, 17 extr. Chriſtum ita vocat. Et Avienus in Ophiucho v. 216 de Æſculapio: *Animæ rurſum repeſacta colore Viſcera mundanas revocat medicator in oras.*

¶ Medĭcābĭlis, e, cui medicina adhiberi poteſt, heilbar, dem zu helffen, oder das zu heilen iſt. Ovid. Pont. 1, 3, 25 & Met. 1, 123 *Hei mihi: quod nullis amor eſt medicabilis herbis.* Et Sil. 10, 416 *Medicabile vulnus.* Active Prudentius hymn. ante ſomn. v. 23 *Ut temperet laborem Medicabilis voluptas.*

¶ Medĭcabĭliter, adverb. idem. Palladius Februario c. 31 *Limum dyſentericæ paſſionis medicabiliter aſperare.*

¶ Medĭcabulum, i, n. quod medicinam affert, ein artzney-mittel. Ita Apulejus principio 3 Flor. thermas appellavit: *Gratiſſima proviſus ſanis natabula, & ægris medicabula.*

¶ Medĭcāmen, ĭnis, n. &

¶ Medĭcāmentum, i, n. remedium, medicina, die artzney. Cic. in Piſon. c. 6 *Quod diceres, vinolentis te quibusdam medicaminibus ſolere curari*, durch artzney, dann viel wein kommt. Et Nat. D. 2, 53 *Terræ plenæ medicamentorum ſalutarium.* Idem Offic. 3, 24 *Dare medicamentum ad aquam intercutem.* Et, *Medicamento uti*, ibidem. Idem Cic. in Orat. c. 23 *Fucati medicamenta candoris & ruboris*, ſchmincke. Seneca ep. 8 *Medicamentorum utilium compoſitiones litteris mandare, recepte ſuprenen.* ¶ 2. Eſt autem vocabulum μέσον, ſicut Φάρμακον apud Græcos, quod & *Venenum* ſignificat. Curtius 6, 10, 34 *Parmenio eum audiſſet venenum a Philippo medico regi parari, deterrere eum voluit epiſtola ſcripta, quo minus medicamentum biberet, quod medicus dare conſtituerat.* Tac. Ann. 12, 67, 1 *Infuſum delectabili cibo boletorum venenum, nec vis medicaminis ſtatim intellecta &c.* Et, *Medicamentum innoxium* Seneca de Benef. 3, 24; contra *medicamentum malum* Muſa declamator apud Senecam dixit Controv. 18, gifft. Vet. Gloſſ. *Medicamentum Φάρμακον ἰάσιμον.* conf. Nonius 4, 297.

¶ Medicamentārius, i, m. ein apothecker. Plin. 19, 6 de porro herbaceo: *quo utuntur medicamentarii.* Item, ein vergiffter. Cod. Theod. 3 tit. 16 *Homicidam aut medicamentarium maritum ſuum eſſe probare.* ¶ 2. Hinc fœmininum *Medicamentaria*, eine hexe. Ibidem: *Vxorem mœcham vel medicamentariam probare.* ¶ 3. Sic & adjective, *Ars medicamentaria*, die apothecker-kunſt, Plin. 7, 56.

¶ Medicamentōſus, a, um, quod medicamenti vice eſt, geſund, heilſam. Cato R. R. c. 157 *De omnibus braſſicis nulla eſt medicamentoſior.* Vitruv. 8, 3 *Aqua medicamentoſa*, ut thermæ ſunt.

¶ Medĭcīna, æ, f. remedium, die artzney. *Facere medicinam*, Cic. fam. 14, 7. *Adhibere medicinam vel p.* Id. pro Sext. c. 65. Et, *Afferre cui*, Catil. 2, 8. *Exercere medicinam*, Id. pro Cluent. c. 65, practiciren. Et, *Petere medicinam a litteris*, fam. 5, 15 Idem Attic. 16, 15 *Deſperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam.* De medicina per quietem a DIS monſtrata, v. Comment. ad Petron. c. 17 p. 59. ¶ 2 *Medicinam* inquit Nonius 1, 75 dicimus, & *venenum*, tractum a Græcis, qui *venenum* Φάρμακον appellant, gifft. Accius Phœniſſis: *Sterilem eſſe illius opera medicinam autumans.* ¶ 3. Ipſa quoque medendi ars, ſive ſcientia, ut quidam vocant, *Medicina* dicta, die artzney-kunſt. Celſus principio præfationis; *Vt alimenta ſanis corporibus agricultura, ſic ſanitatem ægris medicina promittit.* Apul. lib. 10 Miſet. *Non exitio, ſed ſaluti hominum, medicinam queſitam eſſe didici.* Inventionem ejus cuidam Pæoni tribuit Homerus Odyſſ. δ, Ovidius Apollini, Galenus Æſculapio. Hæc olim *ſapientiæ*, ut Celſus c. 1. auctor eſt, hoc eſt, philoſophiæ, *habita pars* eſt, atque tractata etiam a philoſophis atque exercita, ac inter liberales numerata. Qua Ariſtotelem quoque inſtructum Plutarchus credit in Alexandro p. 668. Quem & vide de tuenda valetudine p. 12, & Ælian. 9, 22, tum Apulejus Apol. p. 498. Primum Hippocratem ſeparaſſe a ſapientiæ ſtudio, & diſciplinam peculiarem conſtituiſſe, Celſus obſervat: quem vide præfatione operis, itemque Plinium 29, 1; ubi hiſtoriam quamdam hujus artis habes. Quamquam autem Hippocrates ſeparavit a philoſophia medicinam, alteram tamen conjungendam cum altera idem *περὶ εὐσχημοσύνης* monuit, adjiciens: Ἰατρὸς γὰρ φιλόσοφος ἰσόθεος, *Medicus philoſophus Deo æqualis eſt.* ¶ 4. Quin & medicorum, ſive chirurgorum etiam, pergula ſeu officina ſic appellata, eine artzney-ſtube, apothecke. τὸ ἰατρεῖον. Plaut. Amph. 4, 1, 5 *In medicinis, in tonſtrinis, apud omnes ædes ſacras.* Idem Epid. 2, 2, 13 *Per omnem urbem quam ſum defeſſus quærere, Per medicinas, per tonſtrinas, in gymnaſio atque in foro.* conf. Douza & Munutius ad Cic. fam. 13, 21. ¶ 5. Nonnulli hanc vocem prorſus pro nomine adjectivo habent, ita ut ſubaudiatur vel ars vel taberna. Varro de L. L. 4, 18 *Artificibus maxima cauſſa ab arte: i. e. ab arte medicina ut ſit medicus, a ſutrina ſutor, non a medendo ac ſuendo.* Hyginus fab. 274 *Ne quis ſervus artem medicinam diſceret.*

¶ Medicinālis, e, zur artzney dienlich; ut, *Ars medicinalis*, Celſ. præfat. *herba medicinalis*, Plin. 32, 10. ¶ 2. Et digitum minimo proximum *medicinalem* appellari, Macrobius indicavit Saturn. 7, 13.

¶ Medicinālĭter, adverb. Sarisb. 4, 8 *Medicinaliter errores corrigere.*

¶ Medicīnius, a, um, idem. Auſon. ad Symmachum epiſtola Gripho præfixa *Literoſque medicinios.*

¶ Medĭcus, a, um, adject. heilſam; ut, *Medicas adhibere manus*, Virg. Georg. 3, 455. Et Ovid. Met. 2, 618 *Medicas exercet inaniter artes*, er richtet mit ſeiner cur nichts aus. ¶ 2. *Medicus* a *Media* vide paullo poſt.

¶ Medĭcus, i, m. ſubſt. qui medicinam facit, ein artzt. Ovid. ex Ponto 1, 3, 17 *Non eſt in medico, ſemper valeatur ut æger, Interdum medica plus valet arte malum.* Apul. de Philoſophia morali p. 21 *Optimi medici conclamatis deſperatiſque corporibus non adhibent modentes manus, ne nihil profuturæ curatio doloribus ſpatia promulget: &c.* Ter. Hec. 3, 1, 43 *Nemone medicum adduxit? Adhibere medicum*, Cic. de Fato c. 13; &, *Medico honorem habere*, Idem fam. 16, 9. Medici celebres fuere *Æſculapius, Hippocrates, Aſclepiades*, qui medicinas communes, & efficaces eſſe profeſſus eſt, *abſtinentiam cibi & interdum vini, corporis fricationem, ambulationem, guſtationem*, Plin. 26, 2. *Galenus*, qui ſub Marco Antonino vixit, &c. Liv. 22, 8 *Medici plus interdum quietis, quam movendo atque agendo proficiunt.* Divites olim Romæ in cæteris ſervis urbanæ familiæ & *Medicos* habuiſſe, præter alios etiam Pignorius docet commentario de Servis: quos Seneca de conſtantia Sap. princ. *domeſticos & familiares medicos* appellat. Idem Sen. de Benef. 3, 24 *Imperavit medico eidemque ſervo ſuo.* Auguſtus epiſtola ad Agrippinam apud Suet. Calig. c. 8 *Mitto præterea cum eo ex ſervis meis medicum, &c.* Sed quod his atque aliis hujus generis auctoritatibus Robortellus omnes omnino Medicos Romæ ſervilis conditionis pronunciavit, in eo re eſſit a veritate: & merito ipſum eo nomine taxat caſtigatque Caſaubon. ad Suet. Cæſ. [illegible] item que Bernegg. ibid. conf. Tac. Annal. 4, 3. De fatis medicorum Romæ, & maledictis in eos Catonis locus claſſicus eſt apud Plin. 29, 1. Hic etiam, *illa infelicis monumenti inſcriptio*, TVRBA SE MEDICORVM PERIISSE, ubi Hard. notat, vulgo id dictum. Hadriano tribui, ſed vetuſtius eſſe, tum hinc, tum ex Dione, in ultimis Hadriani intelligi: forte eſſe Menandri ſenarium, πολλῶν ἰατρῶν ὁδὸς μ' ἀπώλεσεν. *Digitus Medicus*, ut apud Porphyrionem ad Horat. Serm. 2, 8, 25 legitur, quis ſit? oſtendit Politianus in Miſc. c. 62. v. Menck. Obſ. L. L.

¶ Medĭca, æ, f. ſubſt. obſtetrix. Ejusmodi *Medicæ* ſæpe occurrunt in vett. Inſcriptt. & in Gloſſis Iſidori V *Maja*, ubi perperam editum *Media*. v. Caſp. Bartholin. de rit. Puerp. p. 37, qui *Medicas* pro obſtetricibus affert ex veteri Inſcript. ap. Gruter. p. 636. vid. Rhod. ad Scribo. Larg. c. 122 p. 193.

¶ Medĭcōtus, a, um, durch artzneyen gewircket; ut, *Medicoſæ fermentationes*, Cæl. Aurel. Tard. 2, 1.

¶ Meditrīna, æ, f. dea medicamentorum, Feſtus.

¶ Meditrīnālia, orum, n. pl. ſacra deæ Meditrinæ, in quibus vinum novum & vetus libabant & deguſtabant, medicamenti cauſſa, dicentes: *Novum vetus vinum bibo, novo veteri morbo medeor*, vide Varron. de L. L. 5, 3; & Voſſ. 5 Inſt. Orat. p. 409.

Compoſita.

¶ Ex-Medico, qui medicus fuit. Ammia. 16, . . . *Sed ſpecialiter eum inſectabatur Dorus* quidam *ex-medico ſectatiorum.*

¶ Immedicātus, a, um, ut, *Immedicatum os*, i. e. medicinis illitum, Apulej. in Apolog. p. 311, geſchminckt.

¶ Immedicābilis, e, unheilbar, das nicht zu heilen iſt; ut, *Malum immedicabile cancer*, Ovid. Met. 2, 825. *Immedicabile vulnus*, Ibidem 1, 190 *Immedicabilis ira*, Sil. 1, 147. *Immedicabile telum*, Virg. Æn. 12, 850.

¶ Præmedicātus, a, um, vorher mit artzeneyen verwahrt. Ovid. Heroid. 12, 15 *Iſſet anhelatos non præmedicatus in ignes Immemor Auſonides.* Et Tertullianus de Jejun. c. 12 *Antidoto præmedicatus.*

¶ Rēmēdium, i, n. medicina, das mittel die artzeney: ut, *Efficax, præſens remedium. Remediis acrioribus ſaluti ſuæ ſubvenire*, Cic. pro Cluent. c. 24. Idem ad Octavium: *Nulla remedia, quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quam quæ ſalutaria ſunt.* Ter. Andr. 3, 1, 10 *Quod remedium nunc huic malo inveniam?* Liv. 3, 3 *Id remedium timori fuit.* Et, *Quærere remedium ad aliquam rem*, Cic. pro Cluent. c. 9. *Remedium ſibi comparare*, Idem Verr. 5, 10. *Nihil æque ſanitatem impedit, quam remediorum crebra mutatio*, Sen. epiſt. 2.

¶ Remedio, āre, remedio eſſe, heilen, helffen. Scribonius Largus Compoſ. ii *Capitis dolorem in perpetuum remediat.* Idem Comp. 104 *Remediat eos, &c.* Et Hieronymus vita Hilarion. f. 94 *Remediantis animas.* Adde Tertull. adv. Marc. c. 4, 35. Et paſſive *Remediari*, ſanari. Idem Scribonius Compoſ. 18 *Virus facillus mulieribus remediari.* Et Apul. de Herb. c. 112 *Lepus hac herba remediatur.* Idem ibid. *Herbam lactucam leporinam ſuppones ſub pulvino, infirmo neſcienſe, remediabitur.* ¶ 2. Sed & *Remediari* deponentialiter uſurpa-

ri:furparur, uti Munckerus probavit ad Hygini fab. 101, quem vide. Item Andr. Borrich. in Vindic. p. 201 ex Apul. de Herb. c 2 *Herba quinquefolium contrita, potui si datur cum vino, mire remediatur.* Et c.105 *Febricitanti mire remediabevis.*

¶ Remediatus, *a, um*, curatus, geheilet. Scribon. Larg. *Oportet non indifferenter remediatos in futurum vivere.* Et Tertull. ad Scapul. c. 4. *Aut a dæmoniis aut valetudinibus remediati.*

¶ Remediatio, *ōnis*, f. fanatio, die heilung. Rurfus Scribonius Compol. 11 *Torpor signum est remediationis.*

¶ Remediator, *ōris*, m. ein arßt. Tertull. contra Marc. 4, 8 *Remediator valetudinum*: & c. 35 *Remediator languorum.*

¶ Remediālis, *e*, heilſam, abheilſlich. Macrob. 7 Saturn. extr. *Inest ari vis quædam remedialis*, id est, vim remediandi habens.

¶ Remediābilis, *e*, heilbar. Sen. epist. 95 *Minora peccantes, & levi cura remediabiles*, h. e. qui facile sanari possunt. Et Cassiod. var. 3, 14 *Remediabile bonum est in peccatum accelerata correctio.*

¶ Irremediabilis, *e*, contrarium, unheilbar, apud Sen. epist. 114 *Tyranni irremediabilis factio.*

MĒDIA, *æ*, f. Aſiæ regio *ab occasu transversa oblique Parthiæ occurrens*, ut Plin. de ea scribit 6, 26. Ejus caput *Ecbatana* a Seleuco rege condita. Nomen a *Medea* inditum voluit, de quo & supra.

¶ Mēdus, *ī*, pl. Medi, ipse populus, qui summum imperium Chaldæis eripuit, Pharnace duce, ut Vellej. 1, 6, 2; Arbace vel Arbacto, ut Justin. 1, 3, 1 appellat, mox Persis cedendum. Horatius adjective usus 1 od. 27, 5 *Vino & Lucernis Medus acinaces Immane quantum discrepat.*

¶ Mēdicus, *a, um*, adject. ut, *Medicum imperium*: *Medica vestis*, pro pellucida, Corn. Nepos 4, 3, 2. Dicitur autem *Medica vestis* pro Persica v. Freinshem. ad Curt. 6, 6, 4. Tertull. de Pallio c. 4 de Alexandro: *Vicerat Medicam gentem*: *& victus est de Medica veste.*

¶ Mēdica, *æ*, f. Μηδική, herba, pabulum jumentorum, pferde futter. Germania ignorat: ex Media vero in Græciam, ut Plin. 18, 16 memorat bello cum Dario occasione; inde in Italiam translata. *Fœnum Burgundiacum* vocant, Mediſch-kraut, Burgundiſch-heu, wall-wurtz. Ex genere trifoliorum est. Multa de ea habent scriptores de Re Rustica: Varr. 1, 42. Pallad. 3, 6; &c. Virg. Georg. 1, 215 *Tunc te quoque medica putres Accipiunt sulci, &c.* Adde Isid. 17, 4; & Col. 2, 11 *Eximia*, dicentem, *est herba Medica, quod cum semel seritur, decem annis durat: quod per annos, deinde vicie quater; interdum sexies demetitur.* ¶ 2. Et *Median*, malus est Assyria, Plin. 12, 3. *Malum Medicum* vide *Malus.*

¶ Mēdion, *ī*, n. μήδιον, herba eadem, *fulia habens iridis sativæ, caulem tripedalem &c.* v. Plin. 27, 12; Dioſc. 4, 20.

¶ Medipontus, *i*, m. inſtrumentum funarium in conficiendo oleo, q. d. *Medi* Xerxis *pons*, ſcil. funalis; quo is Helleſpontum junxerat, vel a ſimilitudine, vel per derisionem. Legitur ap. Caton. de R. R. c. 11. Sed Auſon. Popma de inſtr. fundi p. 31 inter partes torcularis, *Meliponti*, inquit, *sunt fanes longissimi & ex assimi, sic Attici quod melius proferunt. Nam* pontare *pro deprimere* etiam hodie mechanici uſurpant.

¶ Semimedus, *i*. Apul. Apol. p. 289 *Mixto genere fuit, Semimedus & Semiperses.*

Mediare, mediaſtinus, vide *Medius*, Mediaſtuticus, *Meddix*, Mediator, *Medius*, Medicabilis, medicamen, medicamentum, medicina, medicus, *Medeor*, Medietas, &c. *Medius.*

MĔDIMNVS, *i*, m. μέδιμνος, ἐξ ἡμιῶν μοδίων ἕξ, inquit Suidas, id eſt, *Medimnus est mensura aridorum, modios sex continens. Medimnus Atticus*, de quo C. Nepos 25, 2, 6 *Variversos frumento donavit, ita ut singulis modii sex tritici darentur, qui modus mensuræ* MEDIMNVS *Athenis appellatur.* ¶ 2. Dicimus & *Medimnum*, neutro genere. Cic. Verr. 3, 47 *In jugere Leontini agri medimnum fere tritici seritur.* Et ibidem: *Quot jugera sunt sata, totidem medimna decumæ debeantur.* Auſon. in Gripho ternario: *Hinc Bromii quadrantal, & hinc Sicana medimna.*

Mediocris, mediocritas, vide *Medius.*

MEDIOLANIVM, *i*, n. μεδιολάνιον, urbs Britanniæ, Manchester, & Germaniæ illa, quam *Monasterium* vulgo vocant, Münſter, Ptolemæo. Sed

MĔDIŌLĀNVM, *i*, n. Galliæ Ciſalpinæ, quæ hodie ad Italiam pertiner, Meiland. Vrbs est, a Gallis Insubribus condita, aut occupata potius, ut Puteano videtur Hiſt. Insubr. 1 p. 12, quam notis illuſtratam edidit rurſus Rud. Godofredus Knichen. v. & Gaudent. Merul. de Gallia Ciſalpina 3, 12, & Bonaventuram Caſtilionæum de Gallorum Insubrium antiquis ſedibus: Auſon. de Clar. Vrb. 6, 1 *Et Mediolani mira omnia, copia rerum, Innumeræ cultaque domus, facunda virorum Ingenia.* Liv. 5, 34 extr.

¶ Mediolanenſis, *e*, adj. Cic. in Piſon. c. 26 *Mediolanensis præco.*

Medion, vide *Media*, Medioximus, *Medius*, Medipontus, *Media*, Meditatio, &c. *Meditor*, Mediterraneus, *Medius.*

MĔDĪTOR, *atus sum*, *ari*, cogitare eſt, & mente pertractare, dichten, betrachten, nachdencken. Servius in 1 eclog. Virg. a Græco μελετῶ, format per Antiſtœchon, Ter. Phorm. 2, 1, 12 *Omnes cum fecunde res sunt maxime, tum maxime meditari secum oportet, quo pacto adversam æquum ferant.* Quod autem Terentius *meditari secum*, id *animo meditari* Nepos dixit 17, 4, 1. Nam & *Meditari* exercere eſt, quod extra mentem, de quo mox. Cic. de Clar. Orat. c. 88 *Nullum patior esse diem, quin aut in foro dicam, aut mediter extra forum.* Id. fam. 11, 3 pr. *Ne ad eam meditetis*, dich darauf bedencken können, ſtudiren. ¶ 2. *Meditari* etiam exercere eſt. Plaut. Sticho 2, 1, 34 *Ad cursuram meditabor me.* Cum accuſ. abſolute & interveniente præpoſitione conſtruitur: Cic. Catil. 1, 10 *Ad hujus vitæ studium meditati sunt labores tui.* Ovid. R. A. 498 *Sic facies vere, quod meditatus eris*, de ſimulatione. *Meditari in prælia* eſt Virg. Æn. 10, 454. v. Nic. Heinſ. ad Sil. 5, 315. Cic. de Orat. 1, 61 *Demosthenes perfecit meditando, ut nemo planius eo loqueretur.* Virg. ecl. 1, 2 *Silvestrem tenui Musam meditaris avena*: i. e. cantando exerces. conf. Virg. Georg. 1, 133. Ita & μελετᾶν apud Græcos *declamare* eſt. Suet. Ner. c. 20 *Paullatim & ipse meditari exercerique cœpit.* ¶ 3. *Meditari* inſidias, vindictam, dolum, eſt machinari, ſtruere, vorhaben, drauf umgehen. Virg. ecl. 5, 61 *Nec lupus insidias pecori, nec retia cervis Vlla dolum meditantur.* ¶ 4. Paſſ. poni videtur Min. Fel. 25.

¶ Meditans, *tis*. Horat. 3 od. 22, 7 *Vertex obliquum meditantis ictum* Tac. An. 3, 31, 2 *Longam absentiam paulatim meditans.* Virg. ecl. 6, 82 *Omnia quæ Phœbo quondam meditante beatus Audit Eurotas. Meditante*, i. e. canente, ut Servius interpretatur. Gell 9, 15 *Erat adolescens tum quisquam e ditioribus cum utriusque linguæ magistris meditans & exercens ad causas Romæ orandas Eloquentiæ Latinæ felicitatem.*

¶ Meditātus, *a, um*, vorbereitet, bedachtſam, mit nachſinnen. Ter. Andr. 2, 4, 3 *Venit meditatus aliunde ex solo loco.* Et Cic. Verr. 2, 6 *Meditati ad dicendum paratique venimus.* Quod participium in paſſiva etiam legitur ſignificatione, apud Cicer. frequenter, ut, *Nihil feci non diu consideratum, & multo ante meditatum*, de Aruſp. Reſp. c. 1. Idem Phil. 2, 54 *Attuleras meditatum & cogitatum scelus.* Et Tuſc. 3, 14 *Sint semper omnia homini humana meditata.* Sic & Tac. An. 14, 55, 1 *Meditata oratio.* Et 4, 57, 1 *Diu meditatum consilium &c.*

¶ Meditate, adverb. idem. Plaut. Bacch. 3, 6, 16 *Ne tu illorum mores perquam meditate tenes*, du haſt ihrer weiſe lange nachgedacht.

¶ Meditātio, *ōnis*, f. conſideratio, die erwegung, betrachtung. Tac. Ann. 16, 26, 8 *Ipse, an in senatum venire decrevit, meditationi sua reliquit*, hat ſich bedenck-zeit genommen. ¶ 2. Exercitatio, die übung. Cic. Tuſc. 2, 17 *Tantum exercitatio, meditatio, consuetudo valet.* Sen. de Ira 2, 12 *Nihil est tam difficile & arduum, quod non humana mens vincat, & in familiaritatem perducat assidua meditatio.* Μελέτη πάντα δύναται, *Meditatio*, vel *cura*, vel *exercitatio potest omnia*; v. Chil. Cic. de Divin. 2, 16 *Multi naturæ vitium meditatione atque exercitatione sustulerunt. Meditatio campestris*, Plin. Paneg. c. 13, eſt exercitatio armorum, atque rei equeſtris.

¶ Meditamentum, *i*, n. idem. Tac. Hiſt. 4, 26, 4 *Ceteris belli meditamentis militem firmabant*, ſie exercirten die ſoldaten. Et

¶ Meditāmen, *ĭnis*, n. dicitur pro meditamento. Sil. 8, 325 *Lenti meditamina belli.* Prudentius Pſychom. v. 234 *Desidiam pigro rerum meditamine palpent.*

¶ Meditatus, *ūs*, m. ſubſt. idem; Theodulfus 2 Carm. v. 187.

¶ Meditator, *ōris*, m. Weitzius legit in Prudentii Vincentio v. 266; ſed Fabricius ibi atque Heinſius *meditatus.*

¶ Meditabundus, *a, um*, meditans. Juſtin. 38, 3, 7 *Romanum meditabundus bellum.*

¶ Meditatīvus, *a, um*; ut, *Verbum meditativum* apud Priſcianum, quod *deliberativum* dici commodius cenſet Valla 1, 24. Gloſſ. Vet. *Meditativus*, σκεπτικός, μελετικός.

Compoſita:

¶ Commĕditor, *ari*, meditor diligenter. Auct. ad Herenn. 3, 18 *Locus, quos assumserimus, egregie commeditari oportebit.* Lucret. 6, 111 *Et fragiles sonitus chartarum commeditatur.* Vbi idem fere eſt quod imitatur.

¶ Emeditor, *ari*. Vnde

¶ Emeditatus, *a, um*, ausgedacht, ausgeſonnen. Apulejus lib. 2 Milef. *Emeditatis ad hæc illa fletibus, quamquæ sanctissime poterat, adjurans cuncta numina, tantum scelus abnuebat.*

¶ Immeditatus, *a, um*, non meditatus, non affectatus; ut, *Immeditatus incessus*, Apulej. lib. 2 Milef. ſub init. Idem 3 Florid. *Animalium immeditati sonores.*

¶ Immeditate, adverbium, ſine meditatione præeunte, ohne tiefes nachſinnen. Gellius præfatione ſive ut in antiquis editionibus eſt, epilogo: *Nos, ut captus noster est, incuriose & immeditate, ac prope etiam subrustice ex ipso loco ac tempore hibernarum vigiliarum* ATTICAS NOCTES *inscripsimus.*

¶ Permeditor, *ari*. Hinc

¶ Permeditatus, *a, um*. Plaut. Epid. 3, 2, 39 *Eam permeditatam meis dolis astutiisque omnibus, mittam*, i. e. inſtructam a me & doctam exercitaramque ſubornabo.

¶ Permeditate, adverb. idem: ut, *Perquam meditate*, per Tmeſin ex Plauto. vide ſupra in *Meditate.*

¶ Præmĕditor, *ari*, ante cogitare & proſpicere: ut, *Præmeditari, quid sibi usu sit venturum*, vorher bedencken, was einem begegnen werde, Aut. ad Herenn. 2, 5.

¶ Præmeditatus, *a, um*, vorher bedacht, zuvor erwogen. *Mala præmeditata leviora eo fiant*, Cic. Tuſc. 3, 15. *Accusator præmeditata plerasque demo affert* Quintil. Inſt. 5, 13. Activ e Liv. 40, 23 *Legati jam ante præmeditati in Macedonia, quæ ab Roma renunciarent, venerunt.* Sic ibi e Gronov. emendatione, vulgo: *præmeditatis.*

¶ Præmeditatio, *ōnis*, f. die vor erdichtung. Cic. Tuſc. 3, 14 *Præmeditatio futurorum malorum lenit eorum adventum.*

¶ Præmeditatorium, *i*, n. locus ubi meditatio fit & præparatio, ein zubereitungs-ort. Tertull. de Jejun. c. 6 *Totum illud domicilium interioris hominis, escis stipatum, vinis inundatum, decoquendis jam stercoribus æstuans præmeditatorium efficitur latrinarum.* Adde ibi Pamelium ex Hieronymo.

¶ Remeditor, *ari*, reminiſci, wieder bedencken. Sic Lipſius legit Senecæ epiſt. 72 ineunte: alii aliter.

Meditullium, vide mox in *Medius.*

MĔDIVS, *a, um*, μέσος, quod æqualiter diſtat ab extremis, mitten inne, im mittel. Horat. 1 epiſt. 18, 9 *Virtus est medium vitiorum utrinque reductum*; id eſt, media inter duo extrema vitioſa. vide *Virtus. Medius ex tribus* qui aſſidet honoratior apud Numidas Sall. Iug. 11, 3. vid. Cort. ad h. l. Ovid. am. 2, 16, 13 *Non ego si medius Pollucc & Castore ponar.* Liv. 4, 43 extr. *Remittendo de summa quisque juris, mediis copularent concordiam.* vid Gron. pat. Cic. Tuſc. 1, 17 *In medio mundi terra sita est.* Sed Gronov. *mundo*; al. *mundi loco.* Sic, *Medium dici*, Liv. 27, 48 & 37, 29, dixit, der mittag. In *medios dormire dies*, Horat. 1 epiſt. 2, 30. *Medium accipere*, in der mitten ergreiffen. *Mediam mulierem complettitur*, Ter. Andr. 1, 1, 106. *Duas arces urbis habet, unam in extremo monte, alteram tertii media est.* Liv. 28, 6, & ibi Gronov. ¶ 2. *Medius* etiam pro mediocri ponitur, qui præteriit quidem ultimos, in primis tamen haud eſt, mittelmäſſig. Vellej. 2, 29, 3 de Pompejo: *Tam recenti exercitus, facultate præcipuus, eloquentiæ medius, &c.* ac Hiſt. 1, 49, 4 de Galba: *Ipsi medium ingenium, magis extra vitia, quam cum virtutibus.* Eodem

fensu *media bella* dixit Livius 5, 37. Sic, *mulier ætatis mediæ*, die in ihren beſten jahren, weder zu alt, noch zu jung iſt, Phædrus 2, 3, 3. ¶ 3. *Medium erat Anco ingenium*, Liv. 1, 32, i. e. ad utrumque paratum, tam ad pacis, quam belli artes. Horat. 2 od. 19, 28 *Pacti erat mediusque belli*, de Baccho ad utrumque parato. Sic Tiberius *medium agebat plurima diſſimulantis, aliqua inhibentis*, Vellej. 2, 114, 3. ¶ 4. Livius 39, 39 *Medio reſponſo*, pro dubio ſeu ancipiti, dixit. ¶ 5. *Medii* etiam dicuntur, arbitri & ſequeſtri, qui lites certantium partium componunt, qui & *Mediatores* appellati. Quintil. 12, 8 *Sequeſter ille, & media litium manus, & quidam interpres*. Ovid. R. A. 678 *Nunc mediis ſubeant irrita verba Diis*, i. e. perjuria per Deorum numen concepta. Id. Met. 5, 564 *At medius fratrisque ſui maſtæque ſororis Iupiter*. Caſſiod. Var. 3 epiſt. 5 *Mediis amicis jurgia atque diſcordias placabiliter finire*. Symmach. 6 epiſt. 5 *Promiſi media unanimitate tua, ſi quid inter eos concertationis eſt, poſſe finiri*. Adde Iurct. in Symmach. p. 117. ¶ 6. *Medii* etiam, qui hodie *neutrales* appellantur; quod neutrius partis ſint: hoc cum neutra parte faciant. Cic. Attic. 10, 8 *Navigabit igitur* (Pompejus,) *& ad Italiam accedet, in qua nos ſedentes quid cernemus? Nam medius eſſe jam non licebit*. Et Antonius Cic. Attic. 10, 10 *Qui ſe medium eſſe vult, in patria manet: qui proficiſcitur, aliud de alterutra parte judicare videtur*. Vellej. 2, 21, 2 *Se dubium mediumque partibus præſtitit*. Et Suet. Cæſ. c. 75 *Ipſe medius & neutrius partis*. Idem Ner. c. 2 *Conſultante autem Pompejo de mediis ac neutram partem ſequentibus*. Add. Drakenb. ad Sil. 16, 222. ¶ 7. *Media vocabula, μέσα*, nomina & verba illa dicuntur, quæ in bonam & malam partem accipi poſſunt; ut, *facinus*, eine gute und böſe that: *valetudo*, geſundheit und ſchwachheit, *tempeſtas*, aut wetter und ungewitter. *Deprecor*: ut, *Deprecari culpam*, & *Deprecari facinus*, id eſt, deteſtari, Gell. 6, 16. Sed Ovid. A. A. 2, 507 *Medius ſermo* Burmanno interprete eſt vilis, plebejus, ſordidus. Sed add. A. A. 3, 479 *Munda, ſed e medio conſuetaque verba*. ¶ 8. Subſtantive poni *medium* certum eſt varia ſignificatione, e. g. *Afferre in medium*, hoc eſt, in communem uſum, Cic. Off. 1, 7. *In medium conſulite*, dixit Virg. Æn. 11, 335, id eſt, in commune, der gemeine zum beſten. Id. Georg. 1, 126 *Nec ſignare quidem, aut partiri limite campum Fas erat; in medium quærebant. In medium proferre*, Cic. fam. 15, 2, offenbaren. In his *locus* ſubintelligi poteſt, ut & in illis, *Medio tutiſſimus ibis*, Ovid. Met. 5, 137. Et quod laudant ex Cic. de univerſ. *A medio ad ſummum*. Sic, *in medium producere*, Sen. epiſt. 7. *Ponere in medio*. Ter. Prolog. Phorm. v. 17 *Is ſibi hoc reſponſi habeat, in medio omnibus palmam eſſe poſitam*, &c. daß einem ieden freyſtehe, zu gewinnen, der da könne. Idem Adelph. 3, 4, 33 *Mater virginis in medio eſt*, ſie ſtehet da, iſt vorhanden. Cic. Verr. 2, 42 *Tabulæ in medio ſunt*, das verzeichniß lieget da. Liv. 1, 57 *In medio ædium ſedentem*. Plin. 2, 23 *Ferri lunam in medio ſolis & terræ. Relinquere in medio*, locutio latina & elegans eſt, pro nihil ſtatuere, ſeu de re aliqua pronuntiare, in ſeinem werth und unwerth, oder an ſeinen ort geſtellet ſeyn laſſen. Salluſt. Catil. c. 19 *Nos eam rem in medio relinquimus*. Cic. pro Cælio c. 20 *Mulierem nullam nominabo: tantum in medio relinquam*. Sed etiam *in mediam relinquo* dixere Gell. 6, 14, 17, 2; Tac. Ger. 46, 9; Lact. vi. be. 1, 4. Sic, *Tollere de medio*, eſt interficere, Cic. pro Roſc. Am. c. 7: & *Recedere de medio*, ibidem c. 38, davon, aus dem weg gehen. *E medio excedere*, Ter. Hec. 4, 3, 14, aus den augen gehen, ſich verkriechen. Cic. Off. 3, 8 *Pellere e medio*, davon jagen. ¶ 9. *Media* pro *ſubſidiis*, aut *ſocietibus* ex Germaniſmi conſuetudine dicuntur, mittel. vid. Antibarb. Cellar. p. 380. ¶ 10. *Medium* pro *dimidia parte* Capitolinus in Pio fin. c. 4 ſcripſit: *Aurum, quod oblatum fuerat, Italicis totum, medium provincialibus reddidit*. Caſaubonus ad h. l. *Nove*, inquit, *medium pro alicujus dimidio*. In fragm. Sall. Hiſt. 1 adſcripto *Meſſi* nomine laudatur *medio diei*, Cort. p. 956. ¶ 11. *Medius* cum *viduus* vel *vacuus* confundunt ſæpe librarii. v. Burm. ad Quint. decl. 13, 3 p. 274. It. *Medius* ac *dubius* Id. ad 16, 8 p. 329.

¶ Medie, adv. mediocriter, mittelmäſſig. Apul. 2 Doctr. Plat. p. 22 *Nec plane optimi, nec oppido deterrimi ſunt, ſed quaſi medie morati*. Eutrop. 7, 8 de Claudio: *Hic medie imperavit*, id eſt, neque optime, neque peſſime.

¶ Medietas, *ātis*, f. pro medio, das mittlere, die helfte. Cicero de Vniverſ. c. 7 ſcripſit, *ſe vix audere dicere medietates*; ipſe vero c. l. habet: *in ſingulis eſſe bina media &c.* Vſi tamen hac voce ſunt Palladius, Apulejus, & his inferiores Ammianus, Eutropius, ut Curis Secundis monſtravit Cellarius p. 222. Apulejus lib. 2 Doctr. Plat. p. 14 etiam pluraliter *medietates inter virtutes & vitia* dixit.

¶ Mediālis, *e*, qui in medio eſt, der mittlere. Solin. c. 33 *Arboris mediale ſuccino lacrymat*. Idem c. 51 *Lignum mediale*. Feſtus: *Medialem appellabant hoſtiam atram, quam meridie immolabant*.

¶ Mediānus, *a, um*, idem: ut, *Columnæ mediana*, die mittelſeulen: Vitruv. 3, 1. *Medianus digitus*, Veget. 2, 4. *Mediana malvarum*, Apic. 4, 2. De Meniana vide ſuo loco.

¶ Mediar, *aris*, n. pro media parte laudat ex Tertull. adv. Hermog. Popma ad Varr. R. R. 1, 2, 10, ubi *Mediar aginæ* interpretatur ſcapum trutinæ. Sed vid. in *Agina*.

¶ Mediaſtīnus, *i*, m. miniſter balnei, ut Non. 2, 573, & Priſcianus exponunt. Quo Plinius 29, 1 referri poteſt. Sed latius patuit nomen, eoque omnes, quibus certum officium non creditum eſſet, appellabantur ſervi, quod in medio ſtarent ad capeſſendas partes parati, quæ eis darentur, unde & dicti, ein hauskuecht. Quin & viliores cæteris erant. Vide Horatianos Interpretes, atque inprimis Torrentium ad lib. 1 epiſt. 14, 24 *Tu mediaſtinus tacita prece rura petebas*. Itemque Pignorium de ſervis p. 44 & p. 103. ¶ 2. Vocant & *Mediaſtinum* panniculum, e continuata pleura ortum, inter lobum utrumque pulmonis tranſeuntem, qui & in duos veluti ventriculos thoracem dividit.

¶ Mĕdio, *are*, medium facere, medio dividere, halbiren, mitten entzwey ſchneiden. Apic. 3, 9 *Coliculos elixatos mediabis*.

¶ Medians, *tis*. Pallad. 4, 10 de ficu: *Iunio mediante*, i. e. dimidio, wenn der monat halb iſt. v. Cur. Poſt. Cellarii p. 379.

¶ Mediate & Immediate, adverbia, mittelbar und unmittelbar, uſu diſputantium vulgata. *Immediate* habere dicitur Gell. 20, 10, h. e. in præfatione operis, ſed nihil invenio.

¶ Mediatio, *onis*, f. die vermittelung, entſcheidung, ICt.

¶ Mediator, *ōris*, m. intermedius, ein mittler, eine mittelsperſon. Pro quo *conciliatoris* vocabulum uſurpat Nepos 25, 12, 2. Sidon. 6 ep. 8 *Frigoribus fontium civicorum ſæpe fontem mediatoris anteferat*. Sic de Chriſto μεσίτης Tertull. de Carne Chriſti c. 15, & de Reſurr. Carn. c. 51 & 63; Lactant. 4, 25; & Iidor. 7, 2, *quia inter Deum & hominem medius conſtitutus eſt*, &c. v. Buchner. ad Prudent. Salvatoris Natali v. 16 *Mediator & duplex genus*. conf. Apoth. v. 242.

¶ Mediatrix, *icis*, f. Alcimus 5, 554 *Vt mediatricis curet tutela columnæ*.

¶ Mediocris, *e*, mittelmäſſig, ziemlich, contrarium *excellenti*: ut, *Orator mediocris*, Cic. de Clar. Orat. c. 26. *Status mediocris*, Idem ad Q. Fratr. ep. 1. B. Ambroſ. in c. 10 Lucæ: *Non mediocris ille Samaritanus*, i. e. non vulgaris. Ter. Adelph. 5, 9, 9 *Non mediocris hominis hæc ſunt officia*. Et Cic. de Amic. c. 17 *Nec vero negligenda eſt fama, nec mediocre tenam ad res gerendas exiſtimare oportet benevolentiam civium*. Et, *Non mediocris eſt induſtria*, i. e. eximiæ, ſingularis, Nepos 25, 13, 4.

¶ Mediocritas, *ātis*, f. der mittelſtand, das maas. Horatius *auream* vocat *mediocritatem*, vide 2 od. 10, 5, id eſt, longe pulcherrimam. *Mediocritas tutior in ominibus*, das mittel halten iſt überall ſicher. Apollodorus apud Stobæum: ἡ μεσότης ἐν πᾶσιν ἀσφαλεστέρα. Cic. Off. 2, 17 *Mediocritas regula optima eſt*. Sic, *Mediocritas ingenii*, quam modeſte ſibi tribuit Cic. Phil. 2, 1. conf. Nonius 1, 122. *Mediocritas noſtra*, ita de ſe ſuaque humiliore conditione Vellej. 2, 111, 3, meine wenigkeit. Sic, *Mediocritas hominum*, Idem 2, 130, 3. Plur. Cic. 3, 10 *Mediocritates vel perturbationum vel morborum animi mihi ſane non probant*. Ita Gro. Id. Ac. 4, 44 *Mediocritates illi probabunt*, de Academia veteri ſermo eſt.

¶ Mediocriter, adv. ziemlicher weiſe, mäſſig. *Mediocriter veſtitus*, Ter. Heaut. 2, 3, 45. *Mediocriter doctus*, Plin. 1 epiſt. 10. Et, *Literatus mediocriter*, Auct. ad Herenn. 4, 4. *Non mediocriter conqueri*, Cic. pro Quintio c. 18, id eſt, valde, vehementer.

¶ Mediocriculus, *a, um*, diminut. idem quod *mediocris*, ex Catone apud Feſtum.

¶ Medioximus, vel Medioxŭmus, *a, um*, mediocris, mittelmäſſig; ut, *Medioximi Dii* apud Plaut. Ciſt. 2, 1, 36 ſunt, quos Græci Δαίμονας vocant: Apulejus *medias poteſtates inter homines & Deos* appellat 1 Doctr. Plat. p. 8. Et, *Medioxumam duxit uxorem*, iterum Plaut. Ciſt. 2, 3, 64.

¶ Medioxime, adverb. idem. Varro apud Nonium 2, 556 *Facere ad mortalem modum medioxime*.

¶ Mediatenus, adv. zur helfte. Mart. Capella 6 p. 220 *Mons Taurus, pene mediatenus orbis conſcius*, i. e. media pars terrarum ex eo conſpici poteſt. Et 8 p. 283 *Mediatenus tertiave parte diſcrepant*.

¶ Medicurrius, i. e. medius currens, unde *Mercurius, quod ſermo currat inter homines medius*, Arnob 3 p. 118; Iidor. 8, 11.

¶ Medidies, *ei*, hodie *meridies*, Priſcian. p. 551. Cic. apud Nonium 1, 299 *Ipſum meridiem, cur non medidiem*. Quintil. 1, 6 p. 78 *Meridiem an medidiem dici oporteat, quæritur*.

¶ Medilunius, *a, um*, wenn der mond zur helfte iſt. Mart. Capella 7 p. 241 *Luna primo corniculata; deinde medilunia*.

¶ Mediterrāneus, *a, um*, quod a mari remotum eſt; ut, *Mare mediterraneum*, das mittelländiſche meer. Et, *Oppidum mediterraneum*, Plin. 6, 23, quod a mari longius abeſt. Iunior Plin. 2 epiſt. 17 extr. *Villa noſtra etiam mediterraneas copias præſtat, lac in primis*. Quintil. 5, 10 *Ducuntur argumenta & ex LOCO. Spectantur enim ad ſidem probationis, montanus an planus, maritimus an mediterraneus &c. ſit*. ¶ 2. *Mediterranei* ſubſtantive, populi ſunt a mari remotiores. Cic. de Nat. D. 1, 31 *Mediterranei mare eſſe non credunt*. conf. Liv. 35, 26. ¶ 3. *Mediterraneum*, neutro genere, pro tractu ſeu regione mediterranea. Plin. 3, 1 *Inter Batim & Oceani oram in mediterraneo, &c.* Idem 5, 27 *Comprehendit in mediterraneis, ſcilicet Lycia*.

¶ Mediterreus, *a, um*, idem. Siſenna apud Feſtum, *Mediterreum melius quam mediterraneum dici putat*.

¶ Meditullium, *i*, n. medium ipſum, auctore Cicerone, qui, *tullium*, extenſionem dixit eſſe vocabuli nihil ſignificantem, in Topicis c. 8, das mittel oder der mittelplatz. Feſto tamen *Meditullium* dicitur, quaſi *Meditellium*, ab eo, quod eſt tellus. Apulej. 3 de A. A. *In ipſo fere meditullio*. Et lib. 5 princ. *Videt lucum proceris & vaſtis arboribus conſitum; videt fontem vitreo latice placidum medio luci meditullio*. Idem de Philoſophia Morali p. 15 *In meditullio quodam vitiorum ſunt ſitæ*: loquitur de virtutibus.

Medulla cum derivatis vid. mox ſeorſim.

Compoſita:

¶ Dimĭdius, *a, um*, quaſi per medium diviſus, halb; ut, *Pars dimidia*, Plaut. Curc. 3, 77. *Hæres ex parte dimidia*, der das halbe gut erbet, Cic. fam. 13, 29. Quid intereſſet inter *dimidium* & dimidiatum ex Varronis mente, Gellius 3, 14 diſputat; ſed neſcio, an eam ſatis adfecutus ſit. Exempla Varronis hoc, puto, indicant, *dimidiatum* dici illud modo, quod integrum eſt id, quod eſſe dicitur v. g. librum, poculum, annulum, quæ poſt diviſionem non jam ſunt liber, poculum, annulus, ſed fragmenta. *Dimidium*, quod poſt diviſionem non deſinit eſſe, quod eſt, v. g. *dimidia pecunia, vinum* &c. *Si ſcyphus, inquit* Varro, *argenteus mihi cum alio communis in duas partes diſſectus ſit*; dimidiatum *eum dicere eſſe ſcyphum debeo*, non dimidium: *argenti autem quod in eo ſcyphо ineſt, dimidium meum eſſe, non dimidiatum*. Vid. reliqua. Non audierunt igitur Varronem Iuvenalis & Martialis, cum ille 8, 4 *Curios jam dimidios*, hic 10, 2 *dimidios equos*, dixere, nec Macrob. Sat. 2, 3 in joco Ciceronis de fratre ſuo, quem *dimidium majorem dixerit quam totum*.

¶ Dimidium, *i*, n. ſubſt. pars dimidia, das halbe theil, oder die helfte eines dinges. Plaut. Pſeud. 1, 5, 37 *Bonus animus in re mala dimidium eſt mali*. Et Auſon. epigr. 81 *Incipe, dimidium facti eſt cœpiſſe*. conf. Horat. 1 epiſt. 2, 40. Quocum vulgaris verſiculus convenit:

Dimi-

Dimidium facti, qui bene cœpit, habet. Dimidium plus toto Πλέον ἥμισυ παντός. Ænigma proverbiale Heſiodi, quo commendatur mediocritas. vide Chiliad. Liv. 35, 1 *Vt vix dimidium militum, quam quod acceperat, ſucceſſori tradiderit.*

¶ Dimidio, *are*, halbiren, halb theilen. Tertull. de Carne Chriſti c. 5 *Quid dimidias mendacio Chriſtum?*

¶ Dimidiatus, *a, um*, quod in duas partes diviſum eſt. vid. *Dimidius*, halb getheilet; ut, *Menſis dimidiatus*, Cic. Tuſc. 2, 16. *Dimidiati verſiculi*, Idem Tuſc. 5, 23. Et, *Luna dimidiata*, Plin. 16, 39. Abſolute Mart. Capella 7 p. 242 *Luna dimidiata major*, das erſte viertel. *Procumbunt dimidiati*, Plaut. Mil. 3, 1, 164, ubi Turnebus olim legit *dimidiatim*, Adverſ. 7, 6.

¶ Dimidiatio, *onis*, f. die halbirung. Tertull. adv. Marc. 1, 24 *Vnde hæc dimidiatio ſalutis.*

¶ Subdimidius, *a, um*, & Superdimidius, *a, um*; ut, *Numerus ſubdimidius & Superdimidius*, ille ſe habet v. g. ut 2 ad 3; hic ut 3 ad 2. Mart. Capella 7 p. 251 & 252.

Immediate vide paullo ante *Mediate.*

¶ Intermĕdius, *a, um*, interjectivus, mittelſt, mitten inne, oder zwiſchen etwas gelegen. Varro R. R. 3, 5 *Porticus ſunt, primoribus columnis lapideis, intermediis arbuſculis humilibus ordinatæ.* Adfertur etiam Cicero in Orat. dicens c. 6 *Eſt quidem interjectus intermedius &c.* Sed Gruterus legit *inter hos medius.*

¶ Permediocris, *e*, valde mediocris, ſehr gering. Cic. de Orat. 1, 51 *Permediocres ac potius leves motus.*

Mediusfidius, vide *Fidius* in *Fides*, Medix, *Meddix.*

MĔDON, *ontis*, m. Codri regis filius & primus Archon Athenienſium, claudus fuit: cujus imperium cum frater Nileus propterea negaret ferre ſe poſſe, res delata eſt ad oraculum Delphicum, quod Medonti adjudicavit imperium: eaque res occaſio fuit migrationis Ioniæ, duce Nileo. ¶ 2. Alium hujus nominis inter procos Penelopes Ovidius memorat Heroid. 1, 91, & Met. 12, 303.

MĔDVLLA, *æ*, f. dicta quod in oſſibus media ſit, das marck in den beinen. Cicero ſam. 15, 16 eleganter dixit, *Hærere in medullis alicujus*, einem ſehr lieb ſeyn. Et Att. 15, 4 p. 615 *Illa prima de Buthrotiis mihi ſunt incluſa medullis*, i. e. magnæ ſunt mihi curæ. Ita Auſon. ep. 5, 21 *Implicitum quam te noſtris interne medullis.* Et Phil. 1, 15 *In populi Rom. medullis ac viſceribus hærere.* Et Tuſc. 4, 10 *In venis medullisque inſidere*, tief ins herz gepräget ſeyn. *In mediis litium medullis verſantur*, Quintil. 2, 1, gehören eigentlich in die proceſſe. *Mellis medulla*, der rechte kern vom honig, pro re majorem in modum ſuavi, das lieblichſte. v. Chiliad. Plaut. Sticho 2, 2, 16 *Cui medullam laſſitudo perbibit.* Et v. 17 *Cui medullam ventris percepit fames.* Virg. Æn. 8, 389 *Medullas intravit calor.* Idem Æn. 4, 66 *Eſt molli flamma medullas.* Iuvenal. ſat. 8, 90 *Oſſa vides regum vacuis exhauſta medullis, &c.* Apul. de dogm. Plato. p. m. 37 *Per medullas venum commeant venæ*, i. e. per interiora. Nemeſia. Cyn. 164 *Fortibus ut ſuccis plenas complere medullas Poſſit.* De canibus.

¶ Medullula, *æ*, f. dimin. ut, *Medullula anſeris*, Catull. 25, 2.

¶ Medullĭtus, adv. ex intimis medullis, inniglich, von herzen. Ennius apud Non. 2, 544 *Enni Poëta ſalve, qui mortalibus Verſus propinas flammeos medullitus.* Vſus & Varro, itemque Plautus eodem Nonio obſervante. Apul. Florid. lib. 3 *Summis medullitus viribus contendunt ambo.* Item 7 Met. poſt init. *Medullitus ingemebam.* Et, *Alicui ſe medullitus oſtendere.* Plaut. Trin. 2, 4, 85, einem ſein ganzes herz offenbaren. Prudent. Hamartig. v. 391 *Serit ille medullitus omnes Nequitias, ſpargitque ſuos per membra miniſtros.*

¶ Mĕdullāris, *e*; ut, *Dolor medullaris mihi inſidet*, Apul. 7 Mileſ. p. 195, es thut mir bis in marck und beine weh.

¶ Medullĭtus, *a, um*, fett, voll marck. Apul. 2 Doctr. Plat. p. 21 legunt quidam *Medullati nimia cura artus*, ſed al. *medicati*: forte leg. *emedullati.* Et Vulg. Interpr. Pſ. 66, 15 *Holocauſta medullata.*

¶ Medullōſus, *a, um*, idem; ut, *Humerus medulloſus*, Celſ. 8, 1.

¶ Emĕdullo, *are*, medullam extrahere. Hinc

¶ Emedullatus, *a, um*, ausgekernt, ohne marck. Plin. 22, 22 *Radix emedullata.* Sidon. 8 epiſt. 6 *Virtutes artium per ætatem mundi jam ſenescentis laſſatis veluti feminibus emedullatæ.*

MĔDVLLIA, *æ*, f. Latii oppidum, Albanorum opus, Plin. 3, 5.

¶ Medulli, *orum*, populi Alpini, hodie, *la Maurienne*, ut vult Hard. ad Plin. 3, 20 ſ. 24; & Vitruv. 8, 3. ¶ 2. Sed Meduli, Aquitaniæ populi, apud Auſonium epiſt. 18, 7 pr. *Oſtrea Bajanis certantia, quæ Medulorum &c.* v. Scal. Auſon. Lect. 2, 12. Nimirum *Medula, Medulla*, vel *Medullica oſtrea*, commendant, quicunque Burdegalæ commorati ſunt, antiqui & novi. v. Hard. ad Plin. 32, 6 ſ. 21 nom. maj. 11.

¶ Medullinus, *a, um*, ad Medullos pertinens. Auſon. ep. 5, 28 *Sinuoſaque lintea veli Pande. Medullini te fluet ora* (ſ. *aura*:) *noti*: quæ nimirum inde ſpirat.

¶ Medullina, *æ*, f. virgo Romana, ab ebrio patre in tenebris violata, ut ſtupri autorem agnoſceret, digito ejus annulum detraxit; & ubi ex pignore patrem eſſe cognovit, eumdem ad aram gladio confodit. Plutarch. in Parall. ¶ 2. Eſt & meretricis nomen apud Iuvenal. ſat. 6, 322.

MĔDVS, *i*, m. potio, *quaſi melus, quia ex melle fit*, meet, Iſidor. 20, 3. ¶ 2. *Medus*, pl. *Medi*, populus vide *Media.*

MĔDŪSA, *æ*, f. Μέδουσα, cujus capilli in angues mutati ſunt, quam Perſeus peremit, vide *Gorgon*, & Ovid. 4 Metam. fab. ult.

¶ Mĕdūſæus, *a, um*, adj. ut, *Meduſæus equus*, Ovid. Faſt. 5, 8.

MEFANCĬLVM, *i*, n. teli miſſilis genus, apud Feſtum, pro *Meſancylum*, uti recte cenſet Turnebus Adverſ. 19, 32.

MEGABYZVS, *i*, m. nomen proprium Perſis familiare. v. Perizon. ad Aelia. 2, 2. ¶ 2. Appellative ſacerdotes ſ. νεωκόρους Dianæ Epheſiæ ita dictos cenſet Hard. ad Plin. 35, 10 ſ. 36 n. 16. Sed contradicitur illi a Perizonio l. c. & Burm. ad Quintil. 5, 12 p. 457, ubi plura.

MĔGÆRA, *æ*, f. Μέγαιρα, una ex tribus Furiis, a μεγαίρω, *invideo*, quod quieti hominum invideat; vide *Furia.* Lucanus 1, 577 *Horruit Alcides viſu jam Dite Megæram.*

MĔGĂLENSES, *ium*, m. pl. (ſubaudi *Ludi*,) ſeu Megalenſia, *ium*, n. pl. vel Megalēſia, *orum*, (ſubaudi *Ludicra*, tot enim modis reperitur apud auctores vocabulum iſtud;) ludi erant, qui in honorem matris Deûm, ſive Cybeles, quæ *Magna Mater* dicebatur, peragi ſolebant, idque ex inſtituto Iunii Bruti, ut Livius auctor eſt 36, 36. conf. 34, 54; & Ovid. Faſt. 4, 355. Quibus in locis *Megaleſia* dicuntur. Et ſane ad Cic. fam. 1, 11 extr. Lambinus *Megaleſiis* etiam invitis libris legi vult, ubi al. *Megalenſibus*, quod neque Græcum neque Latinum putat. Sed v. Grævius ad eundem Cic. de Aruſp. Reſp. c. 12 *Quid ego de illis ludis loquar, quos in Palatio noſtri majores ante templum in ipſo matris magnæ conſpectu Megalenſibus fieri celebrarique voluerunt.* Nec aliter Varro L. L. 5, 3 ac Feſtus. Non audiendus itaque Donatus eſt, qui Prolegomenis in Terentium de Comœdia non magnæ matri, ſed univerſim magnis Diis hos ludos peractos litteris prodidit. MEGALENSES, inquit, *magnis Diis conſecrati, quos Græci* μεγαλεσίους *appellant.* Sed pro μεγαλεσίους in Pithœi, & Mureti libris *μεγάλους σιοὺς* legitur. Bene. Σιοὺς enim Æolibus eſt, qui Θεοὺς cæteris. vide in dictione *Cybele.* Conf. Spanh. de uſu num. diſſ. 10 p. 144. Interpretes Liv. ad 29, 14.

¶ Megaleſia, *orum*, n. pl. vide in *Megalenſes.*

¶ Megalēſiăcus, *a, um*, adj. ut, *Megaleſiacæ matris operta*, i. e. Cybeles. Auſon. eclog. de Feriis Rom. v. 2. Et Iuvenal. ſat. 11, 193 *Megaleſiacæ ſpectacula mappæ.*

MĔGĂLIVM, *i*, n. μεγαλεῖον, unguentum a magnificentia vel magnis viribus, vel ab inventore Siculo *Megallo* ſic dictum. v. Dioſc. 1, 6; Plin. 13, 1, & Athenæus lib. 15

MĔGĂLOGRĂPHIA, *æ*, f. μεγαλογραφία, eſt picturæ genus apud Vitruvium 7, 4 & ut ipſe declarat c. 5 *Habens Deorum ſimulacra, ſeu fabularum diſpoſitas explicationes, &c.* ein groß gemählde. conf. Baldi Lex. Vitruv. p. 69.

MĔGĂLŎPŎLIS, *is*, f. μεγαλόπολις, i. e. *civitas magna*, urbs Arcadiæ in Peloponneſo. Meminit ejus Livius 32, 5; & 36, 31.

¶ Megalopolitanus, *i*, m. gr. μεγαλοπολίτης, *Megapolita*, qualis Polybius fuit. vid. Liv. 32, 22.

MĔGĂRA, *æ*, f. plur. Megaræ, *arum*, urbs Græciæ juxta Iſthmum Corinthiacum, patria Euclidis, qui ſectam Socraticorum condidit a ſe dictam. v. Gell. 6, 10. & ſupra in *Euclide.* Τὰ μέγαρα vocat Thucyd. lib. 4; & Strabo lib. 8 in Attica collocat. Sulpicius ad Cic. fam. 4, 5 *Cum ab Ægina Megaram verſus navigarem, &c. poſt me erat Ægina, ante Megara*; ubi & *Megarem, Megare* in MSt. *Megarea* pen. prod. eſt accuſ. plur. apud Ovid. Faſt. 4, 471. *Megaris* oppidum Plin. 3, 8 ſ. 14.

¶ Megārus, *a, um*, adject. ut, *Megari ſinus*, Virg. Æn. 3, 689.

¶ Megarĭcus, *a, um*, aliud adject. ut, *Megarica ſigna*, Cic. Att. 1, 8 & 9. ¶ 2. Et ſubſtantive *Megarici. Diſceſſerunt non multum a Platone Megarici*, Cic. Acad. 4, 42. Philoſophi erant, ab Euclide Megareo, Socratis diſcipulo, nominati. vid. Cicero ibidem.

¶ Megarĕus, *a, um*, idem; ut, *Euclides Socratis diſcipulus Megareus*, Cic. Acad. 4, 42.

¶ Megareĭus, *a, um*, quinque ſyllabis, idem; ut, *Heros Megareïus*, Ovid. Metam. 10, 659.

¶ Megarenſis, *e*, idem. Gell. 6, 10 *Athenienſes odio flagrabant hominum Megarenſium.* Proverbium: *Megarenſes obſonant, quaſi craſtina die morituri: ædificant, quaſi nunquam morituri*; Diogenes dixit apud Tertull. Apol. c. 39. *Ars Megarenſis*, μεγαρικὴ μαγειρική dicitur, cum dolo, & aſtu res agitur, non ſincera fide; quoniam fraudulenti olim fuerunt Megarenſes, qui aliud ſentire ſolerent, aliud loqui. vid. Eraſm. in Adag.

¶ Megăreus, *ei*, triſyll. pater Hippomenis, Ovid. Met. 10, 604.

MĔGISTAN, *ānis*, m. μεγιστᾶν, plur. *Megiſtanes*, penult. product. viri ſummates & regni cujusque proceres, groſſe herren bey hofe. Nam & Herodes S. Marco c. 6 ſcribitur, μεγιστᾶσιν convivium præbuiſſe: quos vetus Interpres *principes* vertit. Vſus hac voce Seneca epiſt. 21; Tac. An. 15, 27, 5, itemque Suet. Calig. c. 5. vid. Briſſon. de Regno Perſ. 1 p. 173, & Reinef. Var. Lect. 3 p. 630.

Mehercle, Mehercule, vide in *Hercules.*

de MEIA Dea vid. ad *Muſſa* in *Meto.*

MĔIO, *ĕre*, ſine præterito proprio, urinam emittere eſt, harnen, piſſen, vel, quod his honeſtius eſt, das waſſer laſſen. conf. infra *Mingo.* Colum. 7, 5 *Super ſcrobem mejere.* Perſius 1, 113 *Sacer eſt, pueri, locus, extra mejite.*

¶ Mejens, *tis*; ut, *Mejentis mullæ cunnus*, Catull. 98, 8.

¶ Commējo, *ĕre*. Gloſſ. gr. lat. κατουῶ, *commejo, urinam facio.*

¶ Demējo, *jĕre*, deorſum mejere, vel evacuare veſicam. Gloſſ. Vet. *Demejo*, ἀφιῶ, ἐξιῶ.

¶ Immējo, *ere*. Perſius ſat. 6, 73 *Patriciæ immejat vulvæ.*

¶ Submējo, *ĕre*, Marcell. Empiricus c. 8.

¶ Submējulus, *i*, m. qui in lectulo mingit, ein bettenbuller, bettenprunzer. Idem c. 26 *Submejulis efficaciter prodeſſe.* Et Sext. Placit. c. 2 *Emendat ſubmejulos leporis cerebrum.*

MEL, *mellis*, μέλι, honig; ut, *Mella flava, liquentia, dulcia, fragrantia.* Plaut. Truc. 1, 2, 75 *In melle ſunt linguæ ſitæ veſtræ atque orationes, lacteque: Corda felle ſunt lita atque acerbo aceto.* Apul. Florid. lib. 4 *Nihil quidquam homini tam proſperum divinitus datur, quin ei tam admiſtum ſit aliquid difficultatis, ut etiam in ampliſſima quaque lætitia ſubſit quæpiam vel parva querimonia, conjugatione quadam mellis & fellis: Vbi uber, ibi tuber.* Mellis natura talis eſt, ut putreſcere corpora non ſinat. vid. Plin. 22, 24. Cæl. Rhodig. 27, 28. Vide & Nepotem 17, 8, 7 & quæ ibi notarunt interpretes. *Mel Corſicum* infame, Ovid. Am. 1, 12, 10. v. *Corſica.* Vtrum autem apes faciant magis, quam colligant mel, quærit Seneca epiſt. 84. De origine mellis vide etiam, ſi lubet, Buchnerum ad Elegiam Venantii de Reſurrect. v. 28. ¶ 2. Horatius 2 ſat. 6, 32 *Hoc juvat & melli eſt*: id eſt, gratiſſimum ac jucundiſſimum mihi eſt, es iſt mir lieb. ¶ 3. Aliquando & pro εὐσομίᾳ & ſermonis lepore ponitur

Ausonius epist. 15, 5 *Qui melle carmen atque felle temperans Torpere Magnos non finis.* ¶ 4. Intervit hæc dictio & blanditiis. Plaut. Most. 1, 4, 12 *Mi mecum, mea lubentes.* Celsus Cic. fam. 8, 8 pr. *Scito, Sempronium, meliore te delicias tuas, calamitatem maximo plausu tulisse.* B. Hieron. ad Nepotianum de vita Clericorum: *Mel meum, lumen meum, meam deliciam, omnes delicias & lepores & risa dignas urbanitate, & ceteras ineptias a naturam in comœdiis erubescimas, in seculi hominibus detestamur.* Sidon. 9 epist. 11 *Cuncta blandimentorum mella vincere.* ¶ 4. *Mel frugum*, i. e. Panicum, heidekorn birse, Plin. 22, 25. ¶ 5. *Mel* de fucco e lilio rum flore expresso, lilienſafft, Plin. 21, 19.

¶ Mellārius, *a, um*, zum honig gehörig; ut, *Vasa mellaria*, quæ & *apiaria*, Plin. 21, 14.

¶ Mellārius, *i*, m. ſubſt. μελιτηγός, ein honig bauer. *Verno tempore & æstivo fere ter in mense mellarius inspicere debet*, Vatro R. R. 3, 16.

¶ Mellarium, *i*, n. μελιτροφῖον, melitrophium, ein bienen-ſtock, honig-garten. De loco mellariis idoneo v. Colum. 9, 5; Pallad. 1, 37; & Varro R. R. 3, 16.

¶ Melleus, *a, um*, ſüß, wie honig; ut, *Melleus ſapor, odor*, Plin. 15, 14 & 21, 14. *Melleus color*, Idem 11, 16.

¶ Mellĭculum, *i*, n. dimin. blandientis, ein liebchen. Plaut. Caſin. 4, 4, 14 *Meum corculum, meum mellĭculum.*

¶ Mellĭgo, *ĭnis*, f. μελιτία, ſuccus eſt, ex arborum lacrymis ſive florum, quem ad mellificationem apes conveniunt, Plin. 11, 6. ¶ 2. Idem & ſuccum uvæ immaturæ *melligĭnem* dixit 12, 27.

¶ Mellĭna, vel Mellinia, *æ*, f. dulcedo, potio e melle. De re grata Plautus Truc. 4, 1, 6 *Hoc magnæ mellĭnæ mihi.* conf. Pſeud. 2, 4, 61, ubi proprie ponitur. Gron. *Mellina.* Hinc

¶ Mellilla, *æ*, f. dimin. in blanditiis amantium apud Plautum Caſin. 1, 47 *Mea vita, mea mellilla*, mein hertzgen.

¶ Mellĭo, *ire*, verſüſſen. Antiquus Auctor fabular. *Fellitam patiuntur vitam, quem mellit inanis Gloria: vera parit tadia fallax honor.*

¶ Mellītus, *a, um*, melle conditus, ſüß, mit honig eingemacht; ut, *Placentulæ mellitæ*, Horat. 1 epiſt. 10, 11, honig-kuchen. Cic. Att. 1, 18 *Puer mellitus*, ein liebkoſe. knabe. *Mellita cœna*, Suet. Ner. 27 extr. Al. *Mitellita*, de qua ſub *Mitra*. Cœna autem *mellita* cœna, operis dulciariis, cui conveniet ſchmaltz. Plaut. Pſeud. 1, 2, 47 *Mellita puella.* Superl. *Mellitiſſimum ſaviŏlum*, Apul. Met. 2 p. 119.

¶ Mellĭtŭlus, *a, um*, dimin. ſüßlich. Apulej. Met 5 p. 139 *Mi a mellitula.* Et Plaut. Caſ. 4, 4, 19 aliqui legunt: *cor pusillum mellitulum.*

¶ Mellĭtus, *a, um*, idem ac *Mellitus*, vel favum ſecum habens. Plin. Valer. 3, 26 *Cereæ mellitæ libra una*, honig wachs.

¶ Mello, *are*, eſt mel colligere, honig ſammlen. vid. Gronovii Obſervat. 2, 16. Hinc

¶ Mellātio, *ōnis*, f, mellis vindemia, die außnehmung des honigs; ut, *Mellatio æstiva*, Plin. 11, 15. Et Colum. 11, 2 *Differentia eſt in mensem Octobrem mellatio.*

¶ Mellārium, ſive Mellacium, *i*, n. ein geſeſſener nieſt, meſt. Nonius 1, 14 *Sapa, quod vino mellaceum dicimus, mapam aut mealum partem decoctam.* Gloſſ. lat. gr. *Mellarium*, μελιτωμα.

¶ Mellōna, *æ*, f. Dea mellis, Arnob. 4 p. 131; & Auguſt. de C. D. 4, 34.

¶ Mellōſus, *a, um*, voll honig, honig-ſüß. Cæl. Aurel. Acut. 2, 29 *Melloſa dulcedo.*

Mulſum, & mulſus, vide ſuo loco infra.

¶ Mulſĕratium, *i*, n. pro *Mulſeratum*, meet, Octav. Horat. 1, 8.

¶ Mellĭfer, *a, um*, honigreich; ut, *Mellifer exercitus*, apes, Claudian. de Raptu Proſ. 2, 127. *Mellifĕræ apes*, Ovid. Met. 15, 333.

¶ Mellĭfex, *ĭcis*, m. ein honig-bauer. Colum. 9, 2 *Vitreæ apes ſalsus ſunt idoneæ, mellifici nihil antiquius, &c.* Alii *mellifici* ad *pactus* referunt.

¶ Mellĭfĭco, *are*, honig wircken. Plin. 11, 13 *Alites, quæ in arboribus mellificant.* Et in vita Virgilii: *Sic vos non vobis mellificatis apes.*

¶ Mellificatio, *ōnis*, f. ap. Varr.

¶ Mellĭfĭcus, *a, um*. *Apes ab opere mellifico evocata*, Colum. 9, 13 ext. & *Locus mellifĭcus*, cod. lib. c. 8.

¶ Mellificium, *i*, n. der honig-bau; ut, *Apes mellificiis ſtudent*, Colum. 9, 13. Et, *Apellinum ad mellificium thymum*, Varro R. R. 3, 16.

¶ Mellĭfluens, *tis*. Auſonius epiſt. 16, 14 *Mellifluentem Neſtora*, &c.

¶ Mellĭfluus, *a, um*, idem; ut, *Oratio melliflua*, hoc eſt, dulcis, jucunda. *Homerus mellĭflui oris*, Boeth. lib 5 metr. 2. *Mellifluis ſub antris*, Avien. Perieg. 468. Drepanius ad Vulfinium Grammaticum v. 11 *Sed mihi mellifluum vapuit jors invida carmen.*

¶ Melligenus, *a, um*; ut, *Pilula melligeni ſuccі*, quæ mellis ſaporem refert, wie honig geartet, Plin. 16, 7.

¶ Mĕla, *æ*, m. fluvius Galliæ cisalpinæ, qui ex monte Brenno oritur, & in Ollium ſe exonerat. Hujus meminit Virgil. Georg. 4, 278, & Catullus carm. 68, 53. ¶ 2. *Pomponius Mela*, geographus, natione Hiſpanus, qui temporibus Claudii Imp. floruit, & cujus exſtat liber de ſitu orbis. vid. Voſſ. de Hiſt. Lat. 1, 25.

MELÆNAETUS, *i*, m. μελαιναετός, i. e. *aquila nigra*, rectius μελαναετός, cum ἀετὸς ſit maſc. ein ſchwartzer adler, v. Plin. 10, 3.

MĔLAMPHYLLA, *æ*, f. μελάμφυλλα, a nigris foliis; herba eſt Plinio 22, 22, ſpecies acori thi, *Pederota* ab aliis dicta, bären-klau.

MĔLAMPŎDIUM, *i*, n. μελαμπόδιον, nigrum hellebori genus, ſchwartze nieſswurtz, idem Plinius 25, 5.

MELAMPRŎSION, *i*, n. μελαμπρόσιον, ſchwartzer andorn, Plin. 27, 8.

MĔLAMPSYTHUM, *i*, n. paſſi genus, ſuum ſaporem, non vini, referens, Plin. 14, 9.

MĔLAMPUS, *ŏdis*, m. Amythaonis filius, medicus & vates, de quo Apollodorus lib. 1 Bibliothecæ, vide & ſupra *Amythaon.* Clem. Protrept. p. 12 traduxiſſe eum refert ex Ægypto Sacra Cereris. vid. quos hic laudat Potterus, it. quos Hard. ad Plin. 10, 49. & Spanh. de uſ. num. diſſ. 4 § 11. ¶ 2. Canis nomen eſt apud Ovidium Met. 3, 205. q. d. Nigripes.

MĔLAMPYGUS, *i*, m. cognomen Herculis, quaſi nigro podice, quod eam partem corporis nigris pilis hirſutam ac ſilvoſam haberet. Proverb. *Ne incidas in Melampygum*, de laſcivis & injuriolis dicitur. vide Eraſm. Adag. ut & Mantuan p. 650.

MĔLAMPYRON, *i*, n. μελάμπυρον, triticum exilius, wachtel-weitzen.

MĔLANCHÆTES, *æ*, m. μελαγχαίτης, etiam canis nomen apud Ovid. Metam. 3, 232. a nigro pilo.

MĔLANCHLÆNUS, *a, um*, μελάγχλαινος, nigra chlæna indutus, ſchwartz gekleidet. Mela 2, 1 de feris incultisque gentibus: *Melanchlæni: atra veſtis, & ex ea nomen.* conf. & 1, 19.

MĔLANCHŎLIA, *æ*, f. μελαγχολία, atra bilis, ſchwartz geblüt, ſchwermuth, melancholey, quæ nec parvis nec abjectis ingeniis accidit, & πάθος ἡρωικὸν cit. vid. Gell. 18, 7. An poſſit eſſe cauſſa divinationis, & ſermonis peregrini, & quidem de rebus antea ignotis, diſputat Voetius part. 1 Diſp. p. Theolog. p. 1043.

¶ Melancholĭcus, *a, um*, μελαγχολικός, atra bile abundans, ſchwermüthig, melancholiſch. Cic. Tuſc. 1, 33 *Ariſtoteles ait omnes ingeniosos melancholicos eſſe.* Vide Ariſtotel. Problem. ſect. 30, & Plutarchum de Oraculorum defectu.

MĔLANCORYPHUS, *i*, μελαγκόρυφος, avis, quæ & *Atricapilla* dicta, quod κορυφὴν μέλαιναν, id eſt, verticem nigrum habeat, ſchwartz-kopf, mendylen, vide ſupra *Atricapilla*, & Feſtum, & Plin. 10, 29 & 60; item 37, 8.

MELANCRĀNIS, *is*, f. junci ſpecies ferentis nigrum ſemen, binſen mit ſchwartzen kolben, Plin. 21, 18.

MĔLANDRYS, *yos*, m. μελανδρυς, piſcis ex Thynnorum genere Athenæo 3, 34; & Plin. 9, 15. Caro ejus nigris quernis affulis ſimillima, unde & nomen.

¶ Melandrȳum, *i*, n. μελάνδρυον, interius nigrum in quercu, ſive medulla ejus Athenæo lib. 11; & Theophr. 4, 5. ¶ 2. Herba naſcens in ſegete ac pratis, Plin. 26, 7. ¶ 3. Silſamenti genus ex thynnis confectum, eine ſalß- oder fiſch-brühe. v. Varr. L. L. 4, 12. Martial. 3 epigr. 77 *Teque juvant garum & pelle Melandrya cana.*

MĔLANES, *um*, m. pl. nigri montes, juxta deſerta Arabiæ, hodie mons *Sinai*, mons S. Catharinæ, Ptolem. 5, 17.

MĔLANEUS, *ei*, m. trifyll. Centauri nomen eſt in Ovid. Met. 12, 306. ¶ 2. Numeratur etiam inter canes Actæonis ab Ovid. Met. 3, 222.

MĔLANIA, *æ*, f. μελανία, nigredo, nigra macula, ein ſchwartzer flecken; ut, *Melaniæ vetares*, Plin. 24, 8; & 26, 14.

¶ Melanion, *i*, n. μελάνιον, flos niger violæ, ſchwartze veilgen, Plin. 21, 11.

¶ Melanion, *ōnis*, m. oſor quidam mulierum, in ſolitudine cum cane ſuo unico convictore ſevus aſſidue infectatus. Unde proverb. *Melanione caſtior*, ein weiber-feind. v. Eraſm.

MĔLANORRHIZON, *i*, n. μελανόῤῥιζον, veratrum nigrum, ſchwartz nieſswurtz, Dioſc. 4, 146.

MĔLANTĒRIA, *æ*, f. μελαντηρία, atramentum furorum, ſchuſter-ſchwärtze, Scrib. Larg. Compoſ. 208; Dioſc. 5, 118.

MĔLANTHĔMON, *i*, n. herba eadem quæ & *anthemis*, camillen-kraut, Plin. 22, 21.

MĔLANTHIUM, *i*, n. μελάνθιον, herba vulgo *Nigella* a ſeminis dicta nigredine, ſchwartzer römiſcher kümmel. Sativum eſt & ſilveſtre. v. Cat. R. R. c. 102; Plin. 20, 17; Colum. 10, 245; Seren. Samm. p. 19.

¶ Melanthinus, *a, um*, e melanthio factus; ut, *Oleum melanthinum*, kümmel-öl, Dioſcor. 1, 37.

¶ Pſeudomelanthium, *i*, n. inter ſegetes naſcitur, raden, korn-roſen.

MĔLANTHIUS, *i*, m. Cappadociæ fluvius, Plin. 6, 4, ¶ 2. *Melanthius* quidam, cum Gorgias de Concordia feris inter librum, eum interfectum dixit: *Hic nobis de Concordia præcipit, qui tres in una domo convenire fœdere non potuit.* ¶ 3. *Melanthius* pictor, cura pingendi præcipuus, Plin. 35, 7; & Quintil. 12, 10. ¶ 4. Tragicus quidam, de quo Suidas ex Ariſtophane. ¶ 5. Hiſtoricus, qui de rebus Atticæ libros reliquit, de quo Athenæus lib. 7, & Voſſ. de Hiſt. Gr. 3 p. 302. ¶ 6. Paſtor capracum Ulyſſis, qui rem domini abſentis abſumpſit, & a Telemacho trucidatus eſt. vid. Homer. Odyſſ. lib. 22. Ovid. Heroid. 1, 95 *Irus egens, pecorisque Melanthius autor edendi*

MĔLANTHO, *ūs*, f. filia Protei, quam, cum delphino inſidens ſæpe per maria patris vagaretur, Neptunus ſub delphini forma, transvectam in adverſum litus ſtupravit, unde Amycus natus fuiſſe dicitur. vid. Ovid. Met. 6, 120.

MĔLANTHUS, *i*, m. Athenienſium rex 16, interfecto ſingulari certamine Boeotorum duce Xanthia ad regnum evectus, unde *Melanthidarum* familia. ¶ 2. *Melanthus* alius Cyzicenus cum fratre Ate in conditu nocturno interfectus. v. Hacc. 3, 269. ¶ 3. *Melanthus* Sarmatiæ fluvius, qui in Boryſthenem labitur. Ovid. Pont. 4 ep. 10, 54 *Et tacite peragens lene Melanthus iter.*

MĔLANURUS, *i*, m. μελάνουρος, piſcis ſic dictus a cauda nigricante, ein ſchwartzfiſch. Antecellunt Melanuri percis. Qui ex illis rotundi ſunt corporis figura, *Melanchirini* dicuntur, Μελαγχείρινοι, ruddc ſchwartzfiſche, quamquam diverſos eſſe a *Melanuro* docuit Geſnerus; eine ſeebrachſmen-art, mit ſchwartzen flecken am ſchwantz. Lippius, Oppiani interpres, lib. 3 Halieut. *Haud facile parvus melanurus ſublitus actis. Melanurum* Plautus Capt. 4, 2, 70 ὀφθαλμὸν dixit, id eſt, oculatum, ab oculorum magnitudine. *Ἔστετα τερκη μελανουρα. Sequitur perca melanurus*, proceſſo de tali tecterate, in qua minor ductor eſt majoris, Eber. vide Chiliad.

MĔLĂ-

MĔLĂPIVM, *i*, n. plur. *Melapia*, poma apiana majora, Plin. 15, 14.

MĔLAS, *ănos*, m. vitiliginis ſpecies, ſchwartze flecken, oder flechten am leibe. vide *Vitiligo*; Celſ. 5, 28, 19; Lactant. 4, 14. ¶ 2. Eſt & fluvii nomen, cujus Plutarchus in Pelopida meminit; & Ovid. Met. 2, 247 *Myglonumque Melas &c.*

MELASPERMON vel Melanſpermon, *i*, n. dicitur a nigro ſemine Melanthium, ſchwartz kümmel, Plin. 20, 17.

Mele, vide paullo poſt in *Melos*.

MĔLEAGER, *gri*, m. Oenei & Althææ filius, cui Parcæ æqualem cum ſtipite a matre aſſervato vitam aſſignarunt. Sed mater in furorem verſa fatalem illum ſtipitem in ignem conjecit, quo exuſto Meleager etiam exuſtis inteſtinis conſumtus eſt. vid. Ovid. Met. 8, 385 &c. ¶ 2. *Meleager*, inter duces Alexandri M. poſt mortem ejus ſummæ rerum præfectus, Juſtin. 13, 2 & 4.

MĔLEAGRIS, *idis*, μελεαγρίς, plur. *Meleagrides*, vulgo putantur gallinæ Africanæ, welſche hüner, de quibus Plin. 10, 26; & Colum. 8, 2, quas alii interpretantur auerhennen. Ova edunt maculis & punctis variata, ut phaſiani, Eber. Aliis *Meleagridas*, quæ nunc *Pharaonis* dicuntur aves, ex Geſnero. Sed I. M. Geſnerus ad Varr 3, 9, 18 oſtendit, nondum conſtare, quæ ſint Meleagrides.

Meles, *is*, vide infra *Melis*.

MĔLES, *ētis*, m. fluvius prope Smyrnam, apud quem Homerus natus fuit. v. Heinſ. ad Ovid. Met. 2, 247. Vnde

¶ Meleſigenes, *is*, m. Homeri fuit nomen proprium, priusquam a cæcitate Homerus diceretur. vid. ſupra *Homerus*, & Plin. 5, 20. Hinc &

¶ Meletæus, *a, um*, adj. i. e. Homericus. Tibull. 4, 1, 201 *Poſſe Meletæa nec mallem vincere chartas.* v. Brouckh. & quos ille laudat.

MELETA, *æ*, f. herba eadem, quæ *chamæleon*, eberwurtz. Apul. de Herb c. 25. ¶ 2. *Melete* olim inter Muſas, Cic. N. D. 3, 21. Nimir. μελέτη meditatio eſt.

MĔLĔTĒMA, *ătis*, n. μελέτημα, meditatio, a μελετᾶν, unde &

¶ Commeleto, *are*, apud Hyginum fab. 165 *Tibiis aſſidue commeletando ſonum in dies ſuaviorem fecit*, ſcilicet Marſyas; id eſt, meditando, ſtudendo.

MĔLIA, *æ*, f. μελία, fraxinus, ein eſchenbaum, Dioſc. 1, 93. ¶ 2. *Melia* vel *Meliæ Bithynis*, quam amaverit Inachus fl. apud Ovid. Am. 3, 6, 25, quæ fuerit, diſputant Intt. ¶ 3. Sed priori longa *Melia* terra eſt, μηλία γῆ, Plin. 35, 6. vid. *Melinum* n. 2.

MĔLĬBOEA, *æ*, f. urbs Magneſiæ, propinqua Theſſaliæ, purpura nobilis. vid Plin. 4, 9; & Voſſ. ad Melam p. 141. Hinc

¶ Melibœus, *a, um*, adj. idem ac Meliboenſis: ut, *Melibœa purpura*, a nomine inſulæ, ut Feſtus ait, in qua tingitur, Lucret. 2, 499. Sic & Virg. Æn. 5, 251 *Quamplurima circum Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit.*

¶ Melibœus, *i*, m. ſubſt. nomen paſtoris Virgilio & Theocrito.

MĔLICA, *æ*, f. milium Indicum, türckiſcher weitzen. Matthiolo eſt; vide *Milium*. ¶ 2. Sed *Melicæ gallinæ* ſunt *Medicæ*, quæ in Media ſunt corpore amplisſimo. v. Varr. R. R. 3, 9; Et Colum. 8, 2.

MELICEMBĂLES, vel, ut alii legunt, *Meliceribali*, cochlearum genus eſt, meerſchnecken, Plin. 32, 11.

MĔLĬCĒRIS, ῆδις, & Meliceria, *æ*, f. tuberculum, in cubitis & genibus, humorem melli ſimilem includens, ein gelber ſchwär, honigſchwär. v. Plin. 20, 21; & 21, 20. Celſ. 5, 28 ita deſcribit: *Eſt ulceris genus, quod & a favi ſimilitudine μελικηρίδα a Græcis nominatur &c.* Adde c. 26, n. 19, ubi *Melicera* gr. μελίκηρα vocatur, *ſanies craſſior, glutinoſior & ſubalbida, mellique albo ſubſimilis, &c.*

MĔLĬCERTA, *æ*, m. Inûs & Athamantis, Thebarum regis, filius, in cujus honorem Iſthmii ludi celebrati. Meminit ejus Virgil. Georg. 1, 437; & Ovid. Met. 4, 528; & Faſt. 6, 494. Apud Lactantium 1, 21, 33 idem eſt *Melicertes*, *poſt mortem dictus Palæmon atque Portumnus.*

MELICHLŌROS, *i*, m. μελιχλωρος, gemma parte flava, parte mellea, Plin. 37, 11.

MĔLĬCHROS, *ŏtis*, m. μελιχρώς, lapis modo niger, modo flavus a mellis colore vocatus Plin. 37, 11. Adde Lucret. 4, 1153. *Nigra μελίχροος eſt &c.*

MĔLĬCHRŪSUS, *i*, m. μελίχρυσος, gemma quaſi per aurum ſincero melle translucente, hodie *topaſium*, Plin. 37, 9.

MĔLĬCRĂTON, *i*, n. μελίκρατον, aqua muſſa, meet. v. Iſidor. 20, 3.

Melicus, *a, um*, vide *Melos*.

MĔLĬLŌTUS, *i*, m. μελίλωτος, ſertula Campana, Gratiano ἀμφορεὺς ſempercuſtos dicta, quod ebrietatis fervorem ſedaret; vide Mercurialem Var. Lect. 3, 9, gelber klee, ſtein-klee, conf. ſupra *Lotos*. Ovid Faſt. 4, 440 *Pars thyma, pars caſiam, pars meliloton amant.* Adde Plin. 33, 4; & Pallad. 11, 14

MĔLĬMĒLI, *i*, n. μελίμηλι, ſcribunt & Melomeli, μηλόμελι, quod & *cydonomeli* dicunt, liquor eſt & ſapor malorum Cydoniorum conditorum, quittenſafft, quittenlatwerge. Dioſc. 5, 243; & Colum. 12, 45. ¶ 2. *Melomeli* fuit potus ex melle & pomis, non vinum ſine ulla admixtione ſuaviſſimum, uti falſo exiſtimat Salmaſius. Sed

¶ Melimēlum, *i*, n. μελίμηλον, gl. *Melimola*, poma ſunt muſtea ſeu dulcia, a μέλι & μῆλον honig-apffel. ſ. ſüſſe apffel, a ſapore melico, paradies-apffel. Martial 7 epigr. 25 *Infanti melimela dato, fatuasque mariſcas.* Adde 13 epigr. 44; & Plin. 15, 14.

MĔLĪNA, *æ*, f. ſcortea mantica, eine lederne taſche. Plaut. Epid. 1, 1, 21. vide Scaligeri Conjectanea. Aliis videtur eſſe genus veſtis gilvæ ſive luteæ, quaſi Plaurus melis pellem ſignificet. Alii vero, quibus eſt potio ex melle, legunt *Mellina*, ſecundum Turneb. Adverſ. 20, 1. ¶ 2. *Melina* genus tibiæ acutiſſimi ſoni, Feſt.

MĔLĪNUM, *i*, n. μήλινον, a μῆλον, oleum ex flore malorum, Plin. 23, 6. Item ex malis cotoneis nondum plane maturis, quittenöl. Eſt & ex iisdem unguentum Plin 13, 1. ¶ 2. Et, *Melinum* coloris nomen eſt, Plin. 35, 6, ſic dicti ab inſula *Melo*, ſchöne weiſſe farbe. v. Vitruv. 7, 7. Aliis vero color eſt *mali cydonii*. v. Plaut. Epid. 2, 2, 49. ¶ 3. Fuci genus apud Plaut. Moſt. 1, 306. Al. *Melicinum*. ¶ 4. Sed *Mĕlīnum*, μέλινον a μέλι *mel* & *Meliphyllon* eſt apiaſtrum, bienen-traut, meliſſe, Varr. R. R. 3, 16. ¶ 5. *Melinum* eſt etiam aluminis ſpecies, Plin. 35, 15.

¶ Mĕlīnus, *a, um*, media brevi, quittengelb; ut, *Color melinus*. v. I. 78 § 5 ff. de legat. & fideicomm. ¶ 2. Sed *Mĕlīnus* media longa, ſi referas ad melem animal, idem eſt quod *hoc mele factus*, vel *meli detractus*; ut, *Melina pellis*, dachs-fell v. paullo ante *Melina*.

MĔLIOR, neut. *melius*, præſtantior, aptior, beſſer, feiner. Comparativi vicem ſupplet in *Bonus*, eſt & quaſi *mollior*, ſecundum Iſidor. 10 lit. M; vel a *mel* quaſi *mellitior*; vel a μελιᾶ, quia id melius, quod magis curæ eſt; vel ſi Voſſium audimus, *melior* eſt e *mavelim*, ut ex *opto optimus*. Sic, *Loco meliore eſſe*, beſſer ſtehen, es beſſer haben. Cic ad Brutum epiſt. 3 incunte: *Noſtræ res meliore loco videbantur.* Virg. Georg. 4, 90 *Melior vacua ſine regnet in aula.* Id. Æn. 6, 546 *Melioribus uti fatis*, glücklicher ſeyn. Id. Æn. 5, 68 *Iaculo incedit melior*, i. e. exercitator, geübter. Sic Salluſt. Iug. c. 13 *Bello meliores*, i. e. fortiores. Horat. 1 epiſt. 10, 34 *Cervus pugna melior.* Adde notata ad Juſtin. 9, 2, 4. it. Drak. ad Sil. 10, 76. Notabilis conſtructio Apul. 8, 214 *Quaſi Deûm præſentia ſoleant hominesnon ſui ſieri meliores, ſed debiles effici vel ægroti: ſui meliores* h. e. quam alias ſunt, pro *ſe*. *Ad meliora patriæ tempora ſe reſervare*, Idem Juſtin. 2, 11, 5, & 28, 4, 9. ¶ 2. *Melius eſt*, idem atque opportunum eſt Plaut. Moſt. 5, 1, 20; Pſeud. prol. v. 24; & Stich. 5, 4, 10. *Mihi melius eſt*, es iſt rathſamer vor mich, Curt. 3, 5, 13. *Quin eſſe erit melius*, Liv. 3, 48. conf. Parei Lex. Crit. p. 728. Scitior formula imperatoria eſt, & legislatoria, ut Gr. πολλῷ γὰρ ἄμεινον. v. Heinſ. de Sat. Horat. l. 2 p. 105; Ter. Andr. 2, 1, 26 *Convicium hic ante ædes non feciſſe erit melius.* Liv. 3, 41 pr. *Non erit melius, niſi de quo conſulimus, vocem miſiſſe*, h. e. erit melius vocem non miſiſſe, niſi &c. Eſt vox increpantis Appii. v. Gron. ¶ 3. *Melius ſit mihi*, i. e. convaleſco, Plaut. Curc. 4, 2, 40. *Melius anno hoc mihi non fuit*, Idem Moſt. 3, 2, 1. Sic *Meliores fieri* dicuntur, qui recuperandæ valetudinis fiduciam habent, imit denen es beſſer wird quibus *melius*, vel *meliuſcule* eſt, ut Cicero loquitur. Sic idem Tuſc. 1, 35 *Pompejo noſtro familiari cum graviter ægrotaret Neapoli, melius eſſe factum.* Celſ. 3, 15 *Neque enim vigilando melior ſit; ſed per ſe ſi melior eſt, vigilat.* Adde eundem in *Meliuſculus*, de quo proxime dicetur. Alii *commodiores eſſe* dicuntur: Plin. 3 epiſt. 16 *Vivere filium atque etiam commodiorem eſſe ſimulabat.* ¶ 4. *Melion* pro *Meliorem* dicebant antiqui, Feſt. ¶ 5. *Melior* & *Major* miſcentur a librariis, v. *Major*.

¶ Melius, adv. beſſer. Cic. Att. 14, 15 *Incipit res melius ire, quam putaram*, die ſache gehet beſſer fort, als ich gemeinet. Claudian. in Rufin. 1, 215 *Vivitur exiguo melius, natura beatis Omnibus eſſe dedit, ſi quis cognoverit uti.* Seneca epiſt. 99 *Dico melius agi cum eo, qui &c.* Curt. 4, 10, 7 *Multitudo melius vitibus quam ductibus ſuis paret.* Plaut. Capt. 4, 2, 77 *Melius anno hoc mihi non fuit domi*, ich habe das gantze jahr daheim nicht beſſer gelebt. conf. Horat. 1 ſat. 8, 3 ſeq.

¶ Mĕliuſcŭlus, *a, um*, dimin. etwas beſſer. Plaut. Capt. 5, 2, 6 *Rem tuam facies ex malâ meliuſculam.* Id. Curc. 4, 2, 3 *Meliuſculum eſt*, er hat ſich ein wenig gebeſſert. Ter. Hec. 3, 2, 19. *Meliuſcula eſt.* Celſ. 3, 22 *Qui meliuſculus eſſe cœpit, adjicere debet exercitationem.*

¶ Meliuſcule, adv. idem. Cic. fam. 16, 5 *Cum meliuſcule tibi eſſet.* Plaut. Moſt. 4, 2, 51 *Meliuſcule, quam ſat fuerit, bibere.*

¶ Meliōreſco, *ĕre*, beſſer werden. Colum. 2, 10 *Napus glareoſis fabuloſisque arvis melioreſcit.* Alii: *melior exit.*

¶ Meliōro, *are*, i. e. meliorem facere, verbeſſern, poſterioris ævi eſt: e. g. l. 13 § 5 ff. de uſufr. & quemadm. *Meliorare proprietatem.*

¶ Melioratio, *ōnis*, f. die beſſerung, verbeſſerung. Gloſſ. gr. lat. ἐπιβελτίωσις, *melioratio*. Adde Juſtinian. l. 2 & 3 C. de Iure Emphyt. ubi & pl. *meliorationes.*

MĔLĬPHYLLON, *i*, n. & Meliſſophyllum, μελίφυλλον, & μελισσόφυλλον, latine *apiaſtrum* & *citrago*, herba apibus gratiſſima, meliſſen- oder bienen-traut. Varr. R. R. 3, 16: Colum. 9, 8. Plin. 20, 11 *Apiaſtrum Hyginus quidem Meliſſophyllon appellat.* Apud Virg Georg. 4, 63 vulgo eſt: *Tonſa meliphylla.* Sed Voſſ in Etym. p. 34; & Ruæus, Heinſium ſecutus, reponunt *Meliſphylla* & a *meliſſis* deducunt.

Melipontus v. *Medipontus* ſub *Media*.

MĔLIS, & Meles, *is*, f. animal, vulgo *Taſſus*, *Taxus*, vel *Taxo* dictum, μέλις, a melle, cujus avidiſſimum eſſe ferunt, cui tamen etymologiæ repugnat penultima longa, ein dachs. Varr R. R. 3, 12. Martial 10 epigr. 37 *Vemitor capta mele ſuperbus adeſt.* conf. Plin. 8, 28; Seren. Samm. v. 926; & Gratius de Venat. v. 402 & ibi Vlitius; Lotich. ad Petron. p. 392. ¶ 2. *Melis* haſta a ligno mali dicta, Feſt.

MELISSA, *æ*, f. Cretenſium regis Meliſi filia, quæ una cum ſorore Amaltheâ Iovem caprino lacte aluit. v. Columell. 9, 2. ¶ 2. Nympha, quæ mellificium primo invenit, unde Meliſſam finxere in apem fuiſſe converſam: *v.* Columell. l. c. Vnde & apes Græcis μέλισσαι dicuntur. ¶ 3. Periandri uxor, de qua Laërtius. ¶ 4. *Meliſſas* mortuorum animas eſſe dictas, quibus melle, ſicuti vivis felle, antiqui faciebant, ſcribit Porphyrius in antro Nympharum. Mortis enim ſymbolon mel eſt. v. Heinſium ad Silii lib. 13 p. 474. ¶ 5. Sacerdotes Cereris ſic appellatæ ſunt. Callimachus hymno in Apollinem v. 10 Δηοῦς ἐξ ἀπὸ πάσης ὑδωρ φορέουσι Μέλισσαι, *Cereri non ex omni fluvio aquam hauriunt Meliſſæ.* Abuſive *Meliſſam Delphicam* pro Pythia poſitam eſſe a Pindaro, docet Schol. Callim. ad Pythionicarum od. 4. v. Rhodig 12, 1, & 22, 3, & Gyraldum Syntagm. 5 Hiſt. Deorum. ¶ 7. Denique *Meliſſæ*

Hesychio sunt fœminæ omnis ætatis, dignitatis, & ordinis sacris initiatæ. v. Ionston. de Fœtis Junonis p. 95. ¶ 8. *Melissa* quoque herbæ genus est, melissen-kraut.

¶ Melisson vel Melitton, *onis*, m. μελισσών, apiarium sive locus, in quo siti sunt alvei apum, ein bienen-haus, immenstall, quem & μελιττοτροφεῖον appellant, rectius μελιττοτροφῶνα, v. Varr. R. R. 3, 16; & Colum 8, 1.

Melilophyllum, vide *Meliphyllon*.

MĔLISSUS, *i*, m. rex Cretensium antiquissimus, pater Amalthææ & Melissæ, quem primum Diis sacrificasse scribit Lactantius 1, 22. ¶ 2. *Cajus Melissus* grammaticus, munere datus Mæcenati, & ab eo manumissus & bibliothecæ suæ præpositus, Suet. de Gramm. illust. c. 21. Hujus meminit Ovid. Pont. 4, 16, 30, & commentarium ejus de apibus laudant Plinius & Servius. ¶ 3. *Melissus*, quem historiarum scriptorem laudat Palæphatus initio libri de incredibilibus. conf. Voss. de Hist. Gr. 3 p. 303. ¶ 4. *Melissus*, Samius Philosophus, Ephesiis carus, quibus præcepta dedit, quorum remp. administravit, classique in bello præfuit. v. Diog. Laert. lib. 9.

MĔLITE, *es*, & Melita, *æ*, f. μελίτη, insula inter Italiam & Epirum Straboni, sive, ut Plinius ait 3, 26 inter Corcyram & Illyricum, in Adriæ sinu, quam naufragio & miraculo signavit, ut nunc tantum non demonstratum est, Paulus. ¶ 2. *Melite*, alia insula inter Siciliam & Africam sita, *Malta* hodie vulgo dicitur. Meminit ejus Cic. Verr. 4, 46, ubi situm quoque ejus describit; & Ovid. Fast. 3, 567 *Fertilis est Melite, sterili vicina Cosyræ, Insula, quam Libyci verberat unda freti.* ¶ 3. *Melita* urbs ad Euphraten in Armenia, cujus pars inde vocata est Melitene. ¶ 4. *Melite* Nympha apud Virg. Æn. 5, 825 *Læva tenent Thetis & Melite, Panopeaque virgo.*

¶ Melitæus, *a, um*, adj. ut, *Melitæi canes* vel catuli, ab insula maris Adriatici, ut Plin. 3, 26 cum Callimacho sentit, & Stephanus Byzantius, dicuntur nominari, kleine spiel und schoos-hündgen, quos Sybaritis vehementer in deliciis fuisse scribit Athenæus lib. 12. Meminit eorum & Aristot. sect. 10 probl. 14 indicans eos omnibus membris pusillos, gracilesque fuisse. Nostris quoque temporibus cum otiosis & delicatis matronis lusitant. v. Erasm. Chil. tit. *Canis*. Alii tamen ex altera Melite hos catulos cognominant. Hodie in neutra reperiuntur. Vnde vis appellationis dubia. v. Harduin. in d. l. Plinii & Intt. ad Grat. Cyn. 404.

¶ Melitensis, *e*, gentile ex Melite Africani maris: ut, *Vestis Melitensis*, Cic. Verr. 2, 72. Nam celebris textrina in oppido ejus insulæ cognomine fuit, ut ex Cic. Verr. 4, 46 apparet. Silius quoque Italicus 14, 251 *Telaque superba Lanigera Melite.* Vbi Dausquejum adeas.

¶ Melitesius, *a, um*, aliud adject. ut *Melitesia coralia*, in Gratii Cyneget. v. 404.

MELITŸDES, *is*, m. Athenienses, unus e felicissimis illis fatuis, quos Homerus suo carmine nobilitavit. Hic jam eversa Troja venisse legitur auxilium laturus Priamo: Eustathius ad Odyss. 10. Comicorum quoque conviciis traducitur ob stultitiam, qui non potuerit numerare ultra quinque, quique ignoraverit, a quonam parente, patre an matre, editus in lucem esset. Hinc *Melitide stultior*, proverbium. Apulej. Apolog. p. 289 *Quædam* (gentes) *stultitia vel socordia insigniores. Apud socordissimos Scythas, Anacharsis sapiens natus est: apud Athenienses catos Melitides fatuos.* Lucianus in Amoribus; μελιτίδην, ἢ κόραιον ἄμα με πρὸς θεῶν, *An Melitidem, aut Coræum me putas per Deos?* v. Chiliad.

MĔLĪTES, *æ*, m. μελίτης, gemma sic dicta a colore mali cydonei, Plin. 37, 11.

MĔLĪTĪTES, *æ*, m. μελιτίτης, potio ex musto & melle, ein süsser trauck, honig-trauck, meet. Plin. 14, 9; & 22, 24. ¶ 2. Lapis, qui tusus dulcem mellitumque remittit succum, Plin. 36, 19.

¶ Meliton, etiam genus vini, Vitruv. 8, 3. v. ibi Philander.

MELITTÆNA, *æ*, f. herba marrubium, andorn. Apul. de Herb. c. 45. Sed apud Plin. 21, 20 herba eadem cum *Melissophyllo*. Alii ibidem legunt *Melittis, idis*.

Melitton, vide *Melisson* in *Melissa*.

MĔLĪTVRGVS, *i*, m. μελιτοῦργος, qui mellaria exercet, ein honigbauer. Varro R. R. 3, 2.

Mĕlium, vide *Melium*, Meliusculus, *Melior*.

MĔLIVS, (Mælius) *i*, m. *Spurius* per largitiones frumenti consilia regni agitans a Servilio Ahala, Magistro equitum, obtruncatus est, v. Liv. 4, 13 seqq. Valer. Max. 6, 3, 1. & Cic. Cat. 1, 1. Area domus diruræ *Æquimelium* dicta, de quo supra in *Æquus*.

¶ Melianus (Mælianus) *a, um*, adj. ut, *Frumentum Melianum, Meliana cædes*, Liv. 4, 16.

MĔLIZŌMVM, *i*, n. μελιζωμον, jus mellitum, eine honig-brühe. Apic. 1, 2 *Adjicere melizomo parum vini*.

Mellarius, mellatio, melleus, mellificium, mellifluus, melligio, &c. vide in *Mel*.

MELLOPROXĬMVS, *i*, m. qui nondum proximatus honorem adeptus est, sed proximus designatus, ex gr. μέλλων *futurus* & lat. *proximus*, legg. 5, 7 & 14 C. de proximis sacr. scrin. & Theod. Cod. 6, 26.

MELLVS vel mellum scribunt quidam libri pro *millus* ap. Varr. 2, 9, 15.

MĔLO, *ōnis*, ita dicebatur olim *Nilus*, teste Festo in vocibus *Alcedo, Alimento* atque *Melo*: & Servio in 4 Georg. & 4 Æn. Hinc apud Auson. epist 4 ad Theonem v. 73 *Melonis alba pagina*, vel rectius *filia*, papyrum Niloticam notat, in qua essent *nigræ Cadmi filiæ*, h. e. literæ. Ita autem Græci nomen Ægyptium reddiderunt a μέλας *niger*, nempe a *nigris*, h. e. *turbidis aquis*, ut Ierem. 11, 18 vocatur *Sihor*, v. Voss. 4 Inst. Orat. p. 207 seq.

MELO, *ōnis*, & Melopepon, *ōnis*, & Melopeponi, *ōnis*, μηλοπέπων, genus peponum, eine pfebe oder melone, διὰ τὸ μῆλα. hoc est, a malo cotoneo, quod ejus figuram referant. v. Plin. 19, 5 *Melonum* vox apud Palladium est 4, 9.

MELŌCARPOS, *i*, m. μηλόκαρπος, aristolochia longa a figura mali sic dicta, osterluey, Apul. de Herb. c. 19; Dioscor. 3, 4.

Melodia, melodus, vide mox *Melos*.

MELOPŎLIVM, *i*, n. genus malorum, quibus folium unum aliquando & geminum erumpit e latere medio, Plin. 15, 14.

MELOLONTHA, *æ*, f. μηλολόνθη vel μηλολάνθη, scarabæi genus, quod oritur florente mala, v. Ioël 2, 25; & Eustath.

Melomeli, vide *Melimeli*, Melopepon, *Melo*.

MELOPHYLLON, *i*, n. alias *Millefolium*, tausendblätter-kraut, Apul. de Herb. c. 88.

Melopœia, vide in *Melos*.

MĔLOS, neut. indeclinabile, μέλος, der gesang. Persius prologo extremo: *Cantare credas Pegaseum Melos.* Casus obliqui non nisi apud vetustissimos, & quosdam Christianos poëtas, qui temere imitandi non sunt, inveniuntur. Accius apud Cic. de Nat. D. 2, 35 *Silvani melo Consimilem ad aures cantum & auditum refert.* Auson. Professl. Burdigal. epigr. 10 *Flebile Musa melum.* Venantius Fortunatus elegiâ de resurrectione Christi, quæ vulgo Lactantio adscribitur, *Fitque repercusso dulcior aura melo.* Ambrosius Hymno Paschali 2 *Chorus novæ Hierusalem, Novam meli dulcedinem Promat.* Auson. Parental. epigr. 37 *At amita veneria properiter obiit, Cui brevia mela modifica recino.* μέλος, τὸ μέλεος cantus, cantionis suavitas, gesang.

¶ Mele, in n. pl. (ex græco μέλη,) ut alibi *pelage*, dixit Lucret. 2, 504 *Et cygnea mele, Phœbeaque dædala chordis Carmina.* Idem 2, 412 *Musea mele.*

¶ Melicus, *a, um*, musicalisch: *Poëma melicum*, hoc est, musicum, Cic. de optimo gen. orat. c. 1.

¶ Melodia, *æ*, f. μελωδία, ein lieblicher gesang, liebliche art eines gesanges, die melodey. Mart. Capella 9 p. 306 *Melodiæ ultra cunctas rerum oblectamina recinentes auditum complevere.*

¶ Melōdes, *is*, m. μελῳδής, qui carmina cantat, ein sänger. Sidon. 9 epist 15 *Proculus melodes infonare pulsibus.*

¶ Mĕlōdus, *a, um*, suaviter sonans vel canens, wohlklingend, apud cadentis latinitatis auctores. Auson. de Profess. carm. 16 *Te fabulantem non Ulysses linqueret, Linquit canentes qui melodas virgines*, h. e. Sirenas. Prudent. Hymno 9 Cathemer. v. 2 *Dulce carmen & melodum*, h. e. canorum harmonicum, sive modulabile, ut Ilonis in Prudent. Glossæ explicant.

¶ Melopœia, *æ*, f. μελοποιΐα, effecta modulatio, de cujus speciebus Mart. Capella lib. 9 p. 326.

MELOSMOS, *i*, m. herba polium, wilder rosmarin. Apulej. de Herb. c. 57.

MĔLŌTA, *æ*, & Melote, *es*, f. gr. μηλωτή, vellus sive ovina pellis, ein schafs-pelz. Vulg. Interpr. Hebr. c. 11, 37.

MĔLOTHRON, *i*, n. herba brionia vel chelidonium, schellwurz, Plin. 21, 9; & 23, 1; Apul. de Herb. c. 66; Dioscor. 4, 184.

MELPŎMĔNE, *es*, f. Μελπομένη, una ex Musis, a μέλπω, *canto, ludo*, vide *Musa*. Auson. epigr. 138 *Melpomene tragico proclamat mœsta boatu.*

Membrana, membranaceus, &c. vide mox in *Membrum*.

MEMBRVM, *i*, n. ein glied, gliedmaß. Membra differunt ab artubus, quod hos dicimus ossa cum nervis & venis; *Membra* vero carnem artus contegentem. Attamen & singulæ corporis partes membra dicuntur. Ter. Adelph. 4, 4, 3 *Membra metu debilia sunt.* Et, *Membra componere*, Virg. Georg. 4, 438, sich setzen, legen, sich geberden. *Infans membris expressus*, ein kind mit seinen gliedern gebildet, Quintil. 2, 4. *Membra teretia*, vide *Teres*. *Membra compacta & firma*, dicht an einander gesetzte, starcke glieder, Suet. Vesp. c. 20. ¶ 2. *Membrum* etiam κατ' ἐξοχήν de illa parte dicitur, qua sexus discernitur. Poëta phallicus epigr. 69 *Hujus & Alcinoi mirata est filia membrum.* Hinc *virile, muliebre membrum*: quamquam & absolute *Virilia, muliebria* dicimus per ellipsin, de quibus suis locis. ¶ 3. Suetonius & statuarum partes *membra* dixit lib. eodem c. 1. ¶ 4. *Membrum* in oratione est sensus numeris conclusus, sed a toto corpore abruptus per se, & nihil efficiens. vid. Cic. in Orat. c. 62; & Auct. ad Herenn. 4, 19. Differt ab inciso, qui sensus est non expleto conclusus numero, Valla 6, 10. vide *Comma, Colon*. ¶ 5. Et partem domus *Membrum* vocant. Cic. ad Quint. fratr. 3, 1 *Neque solet, nisi in his ædificiis fieri, in quibus est atrium majus; nec habere poterat adjuncta cubicula, & ejusmodi membra.* Et Plinius 2 epist. 17 *Adhæret dormitorium membrum, transitu interjacente.* Apul. sub fin. lib. 3 Met. *Singula domus membra cingit armata factio.*

¶ Membror, *ari*, per membra formari, glieder bekommen. Censorinus de Die Nat. c. 11 *Quinque & triginta diebus infans membratur.*

¶ Membrātim, adv. stückweise, von stück zu stück, idem quod *speciatim*; unde & τῷ *Generatim* opponitur. Plin. procem. lib. 12 *Animalium omnium naturæ generatim membratimque ita se habent.* Sic, *Incisæ & membratim dicere*, i. e. per commata & cola, Cic. in Orat. c. 63.

¶ Membratūra, *æ*, f. membrorum compositio, die einrichtung der glieder, Vitruv. 8, 5.

¶ Membrosus, *a, um*. Compar. apud poëtam phallicum præfat. Carminum: *Sed rubor hortorum custos membrosior æquo*, idem qui carm. 36 *Mentulatior* dicitur.

¶ Membrāna, *æ*, f. pellis, quæ artus regit, ein fell, eine haut. Cic. de Nat. D. 2, 57 *Natura oculos membranis tenuissimis vestivit. Membranæ ligni*, die dünne rinden, zunächst am holtz, Plin. 16, 14. ¶ 2. Ex *membranæ*, chartæ Pergamenæ sunt, pergamen, pergament, operimenta, quibus includuntur libelli. Tibullus 3, 1, 9 *Lutea sed niveum involvat membrana libellum.* Horat. in arte v. 389 *Membranis intus positis delere licebit, Quod non ediderit, &c.* Membranæ autem æmulatione Ptolemæi Ægypti & Eumenis Pergameni regis inventæ sunt. Nam cum uterque amore librorum & bibliothecas condendi studio teneretur, Ptolemæus impedisurus æmulum chartas Ægypto exportari vetuit. Sic membranæ, quæ chartarum vice essent, Pergami repertæ: quæ inde *Pergamenæ* quasi *chartæ Pergamenæ* appellatæ, Plin. 21, 11. Et eo B. Hieronymus respexit epist. 43 scribens: *Ipsi alicui Ptolemæus mari-*

maria clausisset, tamen rex Attalus membranas a Pergamo miserat, ut penuria chartæ pellibus pensaretur, unde & PERGAMENARVM nomen ad hanc usque diem, tradente sibi invicem posteritate, servatum est. ¶ 3. *Membranæ* appellatione serpentis exuviæ etiam veniunt, quæ & *senectus* appellantur. Ita non semel hac voce Plinius usus, & Ovid. Met 7, 272 *Squamea membrana chelydri*, ein schlangen-balg. vide & *Senectus*.

¶ Membrānula, æ, f. dimin. Celsus 7, 7. Pro libri ornamento Cic. ad Att. 4, 4 habet.

¶ Membranŭlum, *i*, n. idem. Sic *tenue membranulum* dixit Apulejus lib. 6 Metam. Ita Elmenh. p. 184, & Pricæus p. 127 legunt.

¶ Membranāceus, *a, um*, similitudinem habens membranæ; ut, *Cortex membranaceus vitis*, Plin. 16, 31.

¶ Membrāneus, *a, um*, idem; ut, *Codex membraneus:* Vlpianus Lege 52 Dig. de Legat. lib. 3 *Codices membranei vel chartacei.*

¶ Membranarius, *i*, m. ein pergamenmacher. Gloss. lat. gr. *Membranarius*, γιλφεσποιός.

Composita:

¶ Admembratim, adverb. Gloss. lat. gr. *Admembratim*, κατὰ μέλος.

¶ Commembrātus, *a, um*, compactus, conjunctus, zusammengefügt. Paulinus Nol. epist. 44 (al. 31) c. 4 *Commembrata in corpore compago.*

¶ Vnimembris, *e*, das nur ein glied hat, l. 13 Dig. § 2 de Iurejur. vox Græca ibi scripta μονομερὴς, latine vertitur *unimembris*. Sed græcum ab Vlpiano esse, non dubitatur; a quo versio apposita, incertum.

¶ Bimembris, *e*, duplicis generis membra habens, ut centauri. Ovid in epistola 9 Heroid. v. 99 *Et male consissim pedibus formaque bimembri.* Virg. Æn. 8, 293 *Nubigenas bimembres*, Centauros; & Ovidius Met. 15, 283 absolute *Bimembres* vocat. Sil. 3, 41 *Bimembres Centauri.*

¶ Trimembris, *e*, qui alias tricorpor. Hygin. fab. 30 *Geryonem trimembrem uno telo interfecit.*

¶ Quadrimembris, *e*. Vetus Onomasticon: *Quadrimembris*, τετραμερής.

MĔMĒCȳLON, *i*, n. μεμήκυλον, arbuti species, Plin. 15, 24.

MĔMET, pro me ipsum, mich selbst, ab *Egomet*, quod vide; & conf. Sallust. Iug. c. 4 & 85; Virg. Æn. 4, 606.

MĔMIGMĔNON, *i*, n. μεμιγμενον, i. e. *mixtum*, Evelpidis collyrium apud Cels. 6, 6, 17.

Meminerva a memini, vide *Minerva.*

MĔMĬNI, *memento, meminero, meminisse*, verbum defectivum, ab antiquo *Meno*, per reduplicationem in præterito, gedencken, eingedenck seyn. Dicitur *a memoria, cum id, quod remansit in mente, in id rursus movetur*, Varr. L. L. 5, 6. *Bene memini*, Horat. 1 sat. 9, 68, ich weiß es sehr wohl. Eleganter constituitur cum præsente pro præterito. Ter. Andr. 2, 5, 18 *Memini videre.* Cic. Verr. 4, 14 *Memini Pamphilum hospitem meum mihi narrare*, ich weiß mich zu erinnern, daß er solches gesaget. Virg. eclog. 9, 52 *Cantando longos memini me condere soles.* Aliquando tamen & cum præterito construitur. Cic. pro Rosc. Am. c. 42 *Meminisse, me ita distribuisse initio causam.* Add. Cellarii Cur. Posterior. p. 97, & Sanct Minerv. 1, 14. Cum accusat. Virg. eclog. eadem v. 45 *Numeros memini, si verba tenerem.* Cic. fam. 4, 13 *Nec ea solum memineris &c. Sed illa etiam &c.* Et Virg. ecl. 7, 69 *Hæc memini.* Et ecl. 9, 45. conf. Nonius 12, 25. ¶ 2. *Meminisse alicujus rei*, vel *de aliqua re*, est mentionem facere, erwehnen, meldung thun. Quintil. 11, 2 *Neque omnino hujus rei meminit usquam poëta ipse*, er gedenckt des handels nirgend. Idem, *de quibus multi meminerunt.* Ab hac significatione fortasse est *Mentio*, de quo vide infra, & conf. Vall. 3, 58. Est interdum & recordari, cujus significationis exempla Menckenius in Obs. L. L. collegit. ¶ 3. Elegans formula in gratiis agendis: SEMPER MEMINERO, ich will es zeit lebens nicht vergessen. Plaut. Cist. 1, 1, 9 *Ita in prandio nos lepide atque nitide Accepisti apud te, ut semper meminerimus.* Phædr. 4 fab. 25 extr. *Dum sanitas constabit, pulchrè meminero.* Plaut. Pœn. 4, 4, 24 *Faciam ut mei memineris, dum vitam vivas*, i. e. ut gratias mihi agas, apud eundem Cas. 3, 6, 13 momentis & minantis formula est: *Memento, memento*, merck es wohl, schreib es hinter ein ohr. ¶ 4. Pro rationem habere posuit Cic. Verr. 2, 54 de Timarchide *Ac non solum erat admissier ipsius cupiditatum. Sui meminerat æque*, er bedachte sich auch.

¶ Meminens, *tis*, ab antiquo *Memino*, quod a *Memini* formatur. Sidon. 2 epist. 20 *Sis oppido meminens.* Idem 4 epist. 20 *Naturæ meminens.* Est etiam Ausonii in Professor. 2, 39. conf. Voss. de Vit. L. L. p. 767.

¶ Memor, *ŏris*, n. qui meminit, eingedenck, mercksam. Ter. Andr. 1, 5, 47 *Vnum hoc scio, hanc meritam esse, ut memor esset sui.* Virg. Æn. 4, 539 *Et bene apud memores veteris stat gratia facti.* Horat. 2 sat. 6, 97 *Vive memor quam sis ævi brevis.* Cic. fam. 1, 9 *Memorem in bene meritos animum præstare*, ein danckbares hertz erzeigen, *Memorem me dices esse & gratum*, Ter. Adelph. 2, 2, 44. Livius etiam in neutro usus est 1, 32 *Medium erat in Anco ingenium & Numæ & Romuli memor*, i. e. & belli & pacis artibus imbutum, atque exercendis utrisque par. Virg. Æn. 1, 4 *Memorem iram* dixit. Metonymice Horat. 1 oda 13, 12 *Impressit memorem dente labris notam*, i. e. quæ memoriam refricat. Ovid. ex Ponto 4, 2, 7 *Carmina sola tibi memorem testantia curam Non data sunt: quid enim, quæ facis ipse, davem?* ¶ 2. In veteri ecclesia receptissima formula erat, qua petebant a baptizatis, VT SVI MEMORES ESSENT; aut, APVD DEVM MEMORES ESSENT. quæ eo spectabant, ut orarent pro se. August. de Civ Dei 21, 27 *Sed adjecit* (Virgilius) *atque ait: Quique sui memores alios fecere merendo. Id est, qui promeruerunt alios, eosque sui memores merendo fecerunt. Prorsus tamquam eis diceret, quod frequentatur ore Christiano, cum se cuique sanctorum humilis quisque commendat, & dicit*, MEI MEMOR ESTO. Licentius Carmine ad Augustinum: *Et cum luciferos precis ordia vesper in ortus Dissulerit, sanctumve super benedixeris ignem; SIS MEMOR IPSE MEI.* S. quoque Cyprianus frequenter epistolas hac clausula finit: *Opto, vos semper in Domino bene valere, ET NOSTRI MEMINISSE.* Tertull. de Baptismo, extr. *Tantum oro, cum petitis, etiam Tertulliani peccatoris MEMINERITIS.* Exstat hæc formula & apud Chrysostomum epist. ad Cyracium exulem ipso fine: & Paulinum Nol. de obitu Celli v. 594 &c. & Hieron. epist. 55 ad Riparium, in fine.

¶ Memŏre, adverb. pro memoriter, auswendig. Pompon. apud Nonium 11, 42 *Sed ne cum ista hæc memore meministi, indica.*

¶ Mĕmŏria, æ, f. μνήμη, interdum significat, interdum ipsum actum. De illa prius. ¶ 1. Est igitur *Memoria* facultas, *per quam animus repetit illa quæ fuerunt, recordatio superioris vitæ, custos ingenii, thesaurus rerum inventarum*, Cic. de Orat. 1, 5; & Aut. ad Herenn. 3, 15 extr. das gedächtniß. vid. & Tusc. 1, 24 & 25, ubi divinitatem ejus dignis modis admiratur. Et de Orat. 2, 86 *Non sum tanto ego*, inquit, *ingenio, quanto Themistocles fuit, ut oblivionis arteni, quam memoriæ malim: Gratiamque habeo Simonidi illi Cejo, quem primum ferunt artem memoriæ protulisse.* Et Quintil 1, 1 p. 18 *Memoria non modo jam est in parvis, sed tum etiam tenacissima.* Id. 1, 3 pr. latius eam sumit, cum *duplicem ei virtutem* assignat, *facile percipere*, & *fideliter retinere.* Id. 11, 2 *Omnis disciplina memoriâ constat, frustraque docemur, si, quicquid audimus, præterfluat. Neque imminerit thesaurus hic eloquentiæ dicitur.* Et ibidem: *Memoria excolendo sicut alia omnia, augetur.* Et, *Nihil æque vel augetur curâ, vel negligentiâ intercidit. Quare pueri statim quam plurima edisc ant, & quæcunque etas operam juvandæ studio memoriæ dabit, devoret initio tædium illud, & scripta & lecta sæpius revolvendi, & quasi eumdem cibum remandendi.* Id. 1, 1 *Memoriam firmare. Memoria complecti*, Cic. Divin. 2, 71, & *Comprehendere memoriam rerum*, Idem de Clar. Orat. c. 5, ins gedächtniß fassen. *Memoria tenere*, Cic. fam. 7, 3 pr. im gedächtniß behalten. *In memoria habere*, Ter. Andr. 1, 1, 13. *In memoriam redigere*, Cic. fam. 1, 9, & Ter. Phorm. 2, 3, 36. *Memoriæ mandare*, Aut. ad Herenn. 3, 11, ihm einbilden, etwas auswendig lernen. ¶ 2. Actum notat, das andencken, die erinnerung. *Redire in memoriam*, sich besinnen, erinnern. Cic. Verr. 1, 46 *Quæso redite in memoriam, judices.* Adde Nonium 5, 78, & quæ mox ex Plauto dicentur. Liv. 8, 11 *Omnis divini humanique moris memoria abolevit.* Cic. pro Sulla c. 13 -- *Commemoratio Autronii retulisset memoriam Sullæ. Memoriam prodere alicujus rei posteris*, Cælius Cic. fam. 8, 3 aufzeichnen, *Memoria vacillare*, sich nicht recht besinnen, Cic. Att. 12, 1. *Memoriam alicujus rei adhibere*, id est, meminisse, gedencken, Nepos 15, 7, 2. Et, *Immortali memoria percepta beneficia retinere*, Idem 25, 11, 5. Plaut. Capt. 5, 4, 25 *Nunc demum in memoriam redeo, cum mecum recogito. Nunc edepol demum in memoriam regredior, audisse me, &c.* Cic. fam. 10, 16 *Nihil post hominum memoriam glorioſius, nihil gratius acciderè vidi*, bey menschen-gedencken. C. Nepos 2, 5, 3 *Maxima post hominum memoriam classis est devicta*, i. e. maxima earum, quarum homines meminisse possunt. Idem 3, 1, 2 *Vnus post hominum memoriam cognomine IVSTVS appellatus. Superiore memoria*, Cic. pro Balbo c. 11 extr. Idem pro Font. c. 7 *Et nostra & patrum memoriâ. Omni memoriâ*, & *in omni memoriâ*, id est, omni tempore, zu allen zeiten, Idem de Arusp. resp. Huic *memoriæ* pro actu sumtæ opponitur *oblivio*: inter utramque media est *recordatio*, alio nomine *reminiscentia.* ¶ 3. *Memoriæ* dicuntur commentarii, quibus rerum olim gestarum memoria conservatur, antiquitates, ὑπομνημονεύματα. Gellius 4, 6 *In veteribus memoriis scriptum est.* conf. 5, 5 & 9 &c. Tertullianus: *Ite per memorias veteres, &c.* Minut. Felix c. 31 *Memoriæ & Tragœdiæ vestræ incestis gloriantur.* Id. 1, 1, 6, 6 *In memorias exierunt*, h. e. clari facti sunt scriptis aliorum. Arnobius lib. 6 adversus gentes MEMORIALIA SCRIPTA appellat. vide Casaub. ad Suet. p. 105. Sic *memoria* relatio, traditio est, nachricht, bericht. Nepos Hannibale c. 8 n. 2. *De Magonis interitu duplex memoria est.* ¶ 4. Pro monumento memoriam rei conservante. Ita auctor declam. in Sall. 8 f. 35 *civilis belli memoriam* vocavit Sallustium, quem cum adspicerent homines videlicet, in mentem rediret civilis belli recordatio. Hinc ¶ 5. Appellantur quoque sepulcra *memoriæ*: præcipue cadentis latinitatis & Christiani ritus scriptoribus, ein denckmahl. Vetus Inscriptio apud Gruter p. 828 n 8 SERVILIVS TROILVS SE VIVO COMPARAVIT MEMORIAM SIBI ET SVIS. Augustin. de Cura pro mortuis c. 4 *Non ob aliud vel* Memoriæ *vel* Monumenta *dicuntur ea, quæ insignita fiunt sepulcra mortuorum, nisi quia eos, qui viventium oculis morte subtracti sunt, ne oblivione etiam cordibus subtrahantur, in memoriam revocant & admonendo faciunt cogitari, &c.* Vita S. Antonii ex Athanasio per Evagrium translata, & a Ioh. Majore Wittenb. An. 1544 edita, p. 114: *Igitur S. Antonius secum reputans, oportere DEI famulum ex instituto magni Heliæ exemplum capere, & ad illud speculum vitam suam debere componere*, ad sepulcra *longe a villa constituta secessit: uni de cognatis mandans, ut statutis diebus sibi alimenta deferret. Et cum* in una memoria *supra dictus frater eum clausisset, solus ibidem morabatur, &c.* Nec aliter forte Augustinus de C. D. 22, 8 circa med. quo tamen in loco per *memoriam* Basilicam intelligit Georg. Wicelius lib. 4 epist. ad D. I. C. vid. & Cassandr. Consult. p. 185, & Coquejum in d. l. Augustini. Ibi Augustinus dicit, Stephani *memoriam* fuisse in colonia Calamensi: Sed ejusdem *memoriam* etiam apud Hipponem Regium postea. ¶ 6. Honorificæ quoque mentioni mortuorum insevit hoc vocabulum, das andencken. Sic *Beatæ memoriæ*, Hieronymus dixit. vide supra *Beatus.* Et Ambrosius ep. 30 *A fratre clementiæ tuæ, augustæ memoriæ*: & epist. 31 sub fin. *Constantius augustæ memoriæ*, ubi quidem *Constans* legendum videtur ex Symmachi 10 epist. 61.

¶ Memŏriŏla, æ, f. dimin. Cic. Att. 12, 1 γεροντικώτερον *est memoriola vacillare.* ¶ 2. In veteri Inscript. apud Fabrettum p. 85 idem est quod conditorium vel sepulcrum.

¶ Memoriālis, *e*; *Memorialis liber*, ein gedenck-register, memorial, Suet. Cæs. c. 56. Fuerunt & inter Palatina officia dicti *Memoriales*, quorum B. Ambrosius meminit ep. 31. Hi in scriniis sacræ memoriæ militabant, de quibus vide l. 10 & 11 C. de proximis sacrorum scriniorum.

¶ Memoralis, *e*, idem. Arnobius lib. 6 p. 196 *Memoralia ut indicant scripta*

ſcripta. Et abſolute *Memoralia*, verzeichniſſe, l. 144 ff. de Verb. Signif. vid. Colerus in Pareig. c. 23.

¶ Memoraliter, adverb Fortunat. lib. 4 Carm. *Annuat omnipotens longo memoraliter ævo.*

¶ Memoralius, *i*, m. ein buchhalter, regiſtrator. Gloſſ. gr. lat. ὑπομνηματογράφος, *actuarius, memoralius.*

¶ Memoriter, adverb. e memoria, ſine libro, auswendig. Cic. de Orat. 1, 19 *Memoriter pronuncia, e multa et orationibus Demoſthenis.* Et, *Memoriter recitare. Memoriter reſpondere*, Cic. in Vatin. c. 4. *Memoriter ſalutare*, Suet. Ner. c. 10, hoc eſt, ſine monitore. *Memoriter proferre*, Ter. Phorm. 2, 2, 47. *Orationem memoriter habere*, Cic Acad. 4, 19, quod eidem etiam eſt *ex memoria*, in Catilinam 3, 6. *Ut quoniam nondum eſt præſcriptum SC. ex memoria vobis, Quirites, quid Senatus cenſuerit, exponam.* Et, *Memoria meminiſſe*, Plautus dixit Capt. 2, 3, 33, quod 2, 1, 53 *Memoriter meminiſſe* dixerat. v. Cic. de fin. 1, 10.

¶ Memŏro, *avi, atum, are*, eſt commemorare, narrare, dicere, recitare, erzehlen. Cic. de Leg. 2, 24 *Honorarorum virorum laudes in concione memorare*, öffentlich rühmen und herfagen. *Memoriter memorare*, Plaurus dixit Amph. 1, 1, 161. Virg. Æn. 1, 8 *Muſa mihi cauſſas memora &c. Inevidibile memoratu eſt*, id eſt, dictu, unglaublich zu ſagen, Salluſt Catil. c 6 & 7. ¶ 2. Qui hanc vocem uſurpant, ut idem ſit ac *memoriæ inſigere*, provocant ad Feſtum, qui *Memorare*, inquit, *ſignificat nunc dicere, nunc memoriæ mandare.* ¶ 3. *Memorare*, & *Numerare* miſcentur a librariis, Drakenb. ad Sil. 2, 4.

¶ Memorans, *tis.* Ovid. Met. 14, 154 *Talia memorante Sibylla.* Virg. Æn. 10, 680 *Hæc memorans animo nunc huc nunc illuc ſimul...at illuc.*

¶ Memorandus, *a, um*, denckwürdig; ut, *Memorandæ pugnæ*, Plaut. Epid. 3, 3, 52. *Memoranda facta*, Ovid. Met. 13, 13.

¶ Memoratus, *a, um*, erzehlt, berühmt; ut, *Memorata olim regna*, Iuſtin. 41, 1, 8. *Quid iſtis memoratis opus eſt?* Plaut. Mil. 3, 3, 40. *Nondum memoratis omnibus*, Ovid. Met. 4, 687. Superlat. Gellius 10, 18 *Sepulcrum memoratiſſimum*, Mauſoleum: & 19, 8 *Ennius in illo memoratiſſimo libro.* Idem in argumento 8, 4 *Herodotus ſcriptor hiſtoriæ memoratiſſimus.*

¶ Memorātus, *ûs*, m. ſubſt. das andencken, die erzehlung, herfagung. Gellius 10, 4 *Verſus aſſidua memoratu digni*, hoc eſt, vel memoria, vel commemoratione. Plaut. Bacch. 1, 1, 28 *Iſtæc lepida ſunt memoratu.* conf. Gell. 19, 11; & Plin. 21, 12.

¶ Memoratio, *onis*, f. die erzehlung, erinnerung. C. Gallus 1, 291 *Dura ſatis miſeris memoratio priſca bonorum.*

¶ Memŏrātor, *ōris*, m. qui memorat. Propert. 3, 1, 33 *Nec non ille tui caſus memorator Homerus.*

¶ Memoratrix, *īcis*, f. Valer. Flacc. 6, 142 *Eoæ memoratrix tibia pugnæ.*

¶ Memŏrābilis, *e*, memoria & commemoratione dignum, merck- und denckwürdig. Ter. Heaut. 2, 3, 73 *Non ſit ſine periculo facinus magnum & memorabile.* Cic. Phil. 13, 19 *Memorabilis & divina virtus.* Idem de Clar. Orat. c. 13 *Multa jam memorabilia in domeſticis & bellicis rebus effecerat.* Compar. Liv. 38, 53 *Memorabilior prima pars vitæ quam poſterior.*

¶ Memorābĭle, *i*, n. ein denckmahl. Apul. Apolog. *Dixi, me ſanctiſſime tot ſacrorum ſigna & memoracula cæſtodire.*

¶ Memorōſus, & Memoriōſus, *a, um*, eingedenck. Gloſſ. lat. gr. *Memoriōſus*, μνήμων. Alterum Gr. lat. μνημονικός, *memoroſus, memorabilis.* Feſtus: *Memoriōſus, Memoriōſior facit.*

¶ Memoriōſe, adv. idem. Corn. Fronto p. 2194 *Memoriōſe qui facit, oſtendit in omni re naturæ bonum.* Hinc *Memoriōſus* & *memoriōſiſſime* apud Feſtum.

Compoſita:

¶ Commĕmĭni, *iſſe*, ſich erinnern, wiſſen. Plaut. Pœn. 5, 2, 25 *Ecquid commeminiſti Punice?* conf. Plaut. Truc. 4, 3, 4 &c. Cic. de Orat. 1, 53 *Quem hominem probe noſſe & commeminiſſe ſe ajebat.*

¶ Commemŏro, *avi, atum, are*, recitare, erzehlen. Cic. de Senect. c. 11 *Pythagoræorum more, exercenda memoriæ gratia, quid quoque die dixerim, audiverim, egerim, commemoro veſperi.* Idem de Amic. c. 20 *Beneficia meminiſſe debet is, in quem collata ſunt; non commemorare, qui contulit.* ¶ 2. Additur & præpoſitio interdum; ut, *Omnes de tua virtute commemorant*, Cic. ad Qu. frat. 1, 1, 13.

¶ Commemorandus, *a, um*, memoria dignus, denckwürdig. Cic. Verr. 1. 14 *O commemoranda judicia, præclaramque exiſtimationem noſtri ordinis.*

¶ Commemoratus, *a, um*, vorgebracht, erwehnet. Cic. pro Planc. c. 40 *Nihil ex meis eſt temporibus, quod minus mea celebratione commemoratum ſit.*

¶ Commemoratus, *ûs*, m. ſubſt. die erwehnung. Apul. Flor. lib. 1 *Commemoratu meo.*

¶ Commemoratio, *ōnis*, f. die erzehlung. Ter. Andr. 1, 1, 16 *Iſtæc commemoratio, quaſi exprobratio eſt immemoris beneficii.* Cic. Verr. 3, 39 *Verres in aſſidua commemoratione omnibus omnium flagitiorum fuit*, von ſeinen übelthaten hat iedermann täglich zu reden gehabt.

¶ Commemorator, *ōris*, m. qui commemorat. Tertull. ad Marc. 4, 26 *Commemorator, non obliterator vetuſtatum.*

¶ Commemoratorium, *i*, n. ein inventarium, denckzettel. Ambroſ. de Off. c. 25 *Sit nobis vita majorum diſciplinæ ſpeculum, non calliditatis commemoratorium.* v. Barth. Adv. 55, 22.

¶ Commemorābilis, *e*, dignus commemoratione, rühmlich, löblich. Cic pro Marcell. c. 4 *Vir optimus commemorabili pietate ac virtute præditus.* Plaut. Pſeud. 1, 5, 111 *Commemorabilis pugna.*

¶ Commemoramentum, *i*, n. die erwehnung, vorrückung. Cæcilius apud Nonium 2, 115 *Pudebat, credo, commemoramentum ſtupri.*

¶ Commĭni, *iſſ.* obliviſci, vergeſſen. Vulgo ex Martial. 12 epigr. 59 proferunt, *dimmniſſe mortis*; ſed meliores ibi libri *te memi-*

¶ Demĕmŏrans, *tis*, idem quod *Memorans*, laudant ex Val. Flacc. 3, 640 *Dememorans prenſatque viros, demiſſaque ſupplex Hæret ad ora ducis.* Sed Burm. *Idem orans*, nec meminit varietatis.

¶ Immĕmor, *ōris*, qui non meminit, uneingedenck. Cic. Att. 4, 6 *Ne me immemorem mandati tui putes.* Idem Phil. 2, 23 *Hujus rei ne poſteritas quidem omnium ſeculorum immemor erit.*

¶ Immemoria, *æ*, f. die vergeſſenheit. Hanc vocem adhuc inauditam Papiniano l. 44 Dig. de acquir. vel amitt. poſſ. vindicavit Pareus Lex. Crit. p. 571.

¶ Immĕmorābilis, *e*, memoria vel commemoratione indignus, nichtswürdig. Plaut. prolog. Capt. v. 56 *Verſus Spurcidici immemorabiles.* ¶ 2. Ineffabilis, infinitus, unausſprechlich. Et Lucret. 4, 192 *Immemorabile per ſpatium tranſcurrere poſſe.* ¶ 3. Sed *Immemorabilis* active uſurpavit Plaut. Ciſt. 2, 2, 3 de eo, qui nihil vult memorare, vid. ibi Taubm.

¶ Immemoratus, *a, um*, unbekannt, unerhört; ut, *Immemorata ferens*, i. e. non dicta, nova, Horat. 1 epiſt. 19, 33. *Immemoratus eris*, Auſon. Parent. epigr. 20.

¶ Immemoratio, *onis*, f. oblivio, die vergeſſung. Vulg. Interp. Sap. 13, 26 *Immemoratio Dei.*

¶ Remĕmini, *iſſe*, wieder gedencken. Tertullianus adv. Marc. 4, 1 *Neque rememiniſtis priorum.*

¶ Remĕmŏro, *are*, vel potius Depon. Rememoror, *atus ſum*, wieder erzehlen, erinnern. Ejusdem Tertulliani eſt adv. Marc. 4, 43, 11 *rememoramini* reſpondeat Græco μνήσθητε Luc. 24, 6, ubi Vulgatus interpres *recordamini.*

¶ Reinemoratio, *ōnis*, f. die wiedererzehlung. Sarisb. 8, 6 *Rememoratio vitiorum.*

¶ Submŏro, *onis*, f. gr. ὑπόμνημα, das verzeichniß, regiſter. Modeſt. ICt. l. 13 § 10 ff. de exculat. *Teſtari ante tribunal in ſubmorationibus.*

MEMMIVS, *i*, m. gentis Romanæ nomen, quam a Mneſtheo Troiano ortum habuiſſe, tradit Virgilius Æn. 5, 117 *Mox Italus Mneſthelus, genus a quo nomine Memmi.* ¶ 2. *C. Memmius Gemellus eſt*, Lucii filius, ad quem ſuos libros miſit Lucretius, & epiſtolas aliquot ſcripſit Cicero lib. 13 fam. vid. Gellius 19, 9: & Ovid. Triſt. 2, 433. Neſcio an idem fuerit, in quem jocatus dicitur eſſe Craſſus apud Cic. de Orat. 2, 59, ut narraret, *Tarracinæ*, ubi Memmius cum Largio quodam de amicula rixatus fuerat, *fuiſſe ſcripta omnibus in patrietibus tria LLL, duo MM*, quæ ſignificarent, *lacerat lacertum Largi mordax Memmius.* ¶ 3. De *Memmio Regulo* tempore Neronis Tacitus Ann. 14, 47.

¶ Memmiades, *æ*, m. patronymicum, apud Lucretium 1, 26 & 44.

¶ Memmianus, *a, um*, adj. ut, *Memmiana prædia*, Cic. ad Attic. 5 ep. 1.

MEMNON, *ōnis*, m. Μέμνων, dux Æthiopum fuit, qui ex oriente ſuppetias Trojanis cum veniſſet, ab Achille interfectus eſt. Virg. Æn. 1, 489 *Et nigri Memnonis arma.* Hujus ſtatua apud Ægyptios magica arte ita facta fuiſſe narratur, ut cithara, quam tenebat, certis horis muſicum ſonum ederet: quo factum, ut plurimi ejus videndæ cauſſa vel longinquas peregrinationes eo ſuſciperent, ut ex Spartiani Severo c. 17, & Luciani Toxari diſcimus. Inven. Iat. 15, 5 *Dimidio magicæ reſonant ubi Memnone chordæ. Dimidio* h. e. vetuſtate, vel Cambyſis ſcelere fracto. Cæterum hic notandus vetus Scholiaſtes eſt, quod ex ære conflatam hanc ſtatuam tradidit: nam de duriſſimo marmore fuiſſe, Strabo 13, 5, & Plin. 5, 9 prodidere. Etiam Tacitus Ann. 2, 61, 1 *Saxeam effigiem* vocat. Philoſtratus in vita Apollonii 6, 3 & 4; & Heroic. c. 4 in Æthiopia hanc ſtatuam ponit, ubi etiam negat, eundem eſſe, qui ad Trojam occiſus fuerit. De Ægypto omnes, qui meminerunt ſcriptores cæteri, conſentiunt. Quod & ad Tacitum Lipſius monet. conf. Andr. Schottus ad tabulam Ortelii, qua Alexandri M. expeditiones adumbrantur, & ex eo Freinshem. ad Curt. 4, 8, 4. Scilicet Æthiopum & Ægyptiorum fines paſſim confuſi, & in finibus eſſe teſtatur Philoſtratus, qui elegantiſſime hanc ſtatuam deſcribit.

¶ Memnŏnius, *a, um*, adject. ut, *Aves Memnoniæ*, quas *Memnonidas* Ovid. Met. 13, 619 vocat, quæ ſingulis annis ex Æthiopia ad Trojam adventantes, ſuper Memnonis ſepulcro decertant. vid. Æliau. Hiſt. Anim. 5, 1, quorſum reſpicit etiam Ovid. Am. 1, 13, 3. Propert. 1, 6, 4 *Ulteriuſque domos vadere Memnonias*, ubi Suſa Perſarum regiam intelligunt alii, alii Memnonis regiam Æthiopicam.

¶ Memnŏnides, *æ*, f. patronym. Sic *Memnonides Muſæ* Ovidio lib. 5 Metam. v. 268 dicuntur. Sed leg. *Mnemonides* ubi vid. in *Mnemon. Memnonides aves* juxta Memnonis ſepulcrum ſingulis annis circumvolantes & pugnam ineuntes, vide apud Iuvenal. 13, 7.

Memor, mĕmorare, memoria, &c. vide ſupra *Memini.*

MEMPHIS, *is*, f. Μέμφις, urbs Ægypti, omnium ante Alexandriam clariſſima, proxime divortium Nili, ſedes regum Ægyptiorum, quæ Alexandriam poſtea translata. Hod. comparare cum *Cairo* vel *Alcair.* Veneri ſacram fuiſſe Horatius tradit 3 od. 26, 10. Fuit in ea *Apis* taurus Ægyptiorum Deus. Propert. 3, 11, 33 *Noxiæ Alexandrina dolis aptiſſima tellus, Et toties noſtro, Memphi, cruenta malo.*

¶ Memphītes, *æ*, m. incola ejus urbis. Tibull. 1, 7, 28 *Barbara* (pubes) *Memphiten plangere docta bovem*, i. e. Apim.

¶ Memphītis, *ĭdis*, f. patronym. quod generatim etiam notat Ægyptium, ut, *Terra Memphitis*, Iuvenal. 15, 122. Et, *Princeps Memphitidis aulæ*, i. e. Pharao, Alcimus 5, 682. ¶ 2. *Memphitis* marmoris genus, Plin. 36, 17: Dioſc. 5, 158; Iſidor. 16, 4.

¶ Memphītĭcus, *a, um*, Ægyptiſch; ut, *Memphitica ſacra juvenca*, Ovid. de Arte am. 1, 77. *Memphitica templa*, Martial. 2 epigr. 14.

MĒNA, *æ*, f. Dea, quæ menſtruis fluoribus præerat, ipſa ſcilicet luna, quæ Græcis μήνη dicitur. vid. Auguſt. de C. D. 4, 11 & 7, 2. *Fluonia Iuno* eſt apud Feſtum. Eandem, quæ & *Mania* dicitur, putat Harduinus. Falſo arbitror. vid. ad *Mania* dicta in *Manes.* ¶ 2. *Mena* piſcis. Cic. apud Nonium 17, 4 *Accipenſerem menæ non antepones*, vid. ſupra *Mæne*, & conf. Plin. 32, 8 & 11. ¶ 3. *Mena* Sex. Pompeji libertus, Plin. 35, 18.

MĒNÆCHMI, *orum*, m pl. fabula Plauti. vide argumentum ejus.

MĒNÆVS, *i*, m. ita legit Turnebus Adverſ. 20, 12 apud Vitrav. 9, 8 pro *Manaeus*, ut ſit proprie *gnomices*, *menſiruus circulus*, *circulus meridianus*, vide *Manaeus*.

MENAIS, *idis*, f. herba magica ſerpentium ictus ſanans, Plin. 24, 17. Hardouinus legit *Minyas*.

MENALCAS, *æ*, m. paſtoris nomen apud Virgil. eclog. 3.

MĒNALIPPE, *es*, f. una Amazonum ab Hercule cæſa & balteo ſpoliata & a Theſeo in uxorem ducta. vid. Juvenal. 15, 229.

¶ Menalippus, *i*, m. Thebanus, cujus caput a Tydeo, cui lethale vulnus intulerat, dentibus diſlaniatum eſt. v. Statius Theb. 8, 713.

MĒNANDER, & Menandrus, *i*, m. *Μένανδρος*, Athenienſis *γνωμικώτατος* poeta, comicorum princeps, cujus egregiam commendationem vide apud Quintil. 10, 1 p. 656 Burm. Comœdias ſcripſit 108, de quibus præter ſententias paucas, a philologis & gnomologis paſſim annotatas, nihil habetur amplius. vid. ſupra Ariſtophanes. Menandri & Philiſtionis *σύγκρισιν*, ſive libellum veteris cujusdam grammatici, in quo Menandri & Philiſtionis, (quædam ſunt potius Philemonis) ſententiæ de una re inter ſe opponuntur, ex Galliarum regis bibliotheca primus edidit *Nic. Rigaltius*. Sed longe emendatius auctiusque Rutgerſius Var. Lect. 4, 13. Eſt liber ille plane aureus. v. Fabric. B. G.

¶ Menandreus, *a*, *um*, *μενάνδρειος*, adject. Propert. 2, 6, 3 *Turba Menandreae Thaidos*, i. e. a Menandro celebratæ.

¶ Menandricus, *a*, *um*, idem. *Menandricus fluxus*, Tertullian. de Pallio c. 4. Alii *Maeandricus*. Adde Salmaſ. ibi p. 339 ſeq.

¶ Menandriani, hæretici qui fuerint, v. Iſidor. 8, 5.

MĒNĀPI, *orum*, m. pl. Rheni ad utramque ripam accolæ; juxta Nervios, vulgo Geldrenſes & Iuliacenſes eſſe putant. *Menapos* vocat Martialis 13 epigr. 54.

MENDA, *æ*, f. & Mendum, *i*, n. erratum, & corporis vitium, ein fleck en. ſchaden, fehl oder fehler, verſehen. Cic. Att. 13, 23 *Libratio nem mendam voluntur*. Et Cæcin. Cic. fam. 6, 7 *Mendum ſcripturae litura tollitur*. Ovid. Amor. 1, 5, 18 *In toto nusquam corpore menda fuit*, kein fehl. Idem de A. A. v. 249 *Nocte latent mendae, &c.* des nachts ſind alle kühe ſchwarz.

¶ Mendōſus, *a*, *um*, voller fehler, unrichtig, falſch; ut, *Exemplar mendoſum*, Plin. 10 epiſt. 75 ſub fin. *Nihil mendoſum, ſed recte atque integre ſcriptum*, Gellius 18, 9. Et, *Hiſtoria mendoſior*, i. e. plena mendis, Cic. de Clar. Orat. c. 16. *Cur librarius ſemper in Verrutii nomine mendoſus eſſet?* Cic. Verr. 2, 77, falſch ſchriebe. *Facies mendoſa*, voll flecken, Ovid. Met. 12, 399. Metaph. Idem *mendoſos mores* dixit Am. 2, 4, 1.

¶ Mendoſe, adverb. falſch, ſchmierhafft. Cic. ad Qu. fratr. 3, 5 *De Latinis quo me vertam neſcio, ita mendoſe & ſcribuntur & veneunt*, hoc eſt, inemendate. Perſius ſat. 5, 85 *Mendoſe colligis*, i. e. falſo argumentaris. Cic. de Invent. 1, 6 *Ejus ars, quam edidit, mihi mendoſiſſime ſcripta videtur*.

¶ Mendoſitas, *ātis*, f. die unrichtigkeit. Auguſtin. epiſt. 10 c. 3 *Mendoſitatem corrigere*. Id. Retractat. 1, 1 *Mendoſitas noſtri codicis me fefellit*.

¶ Emendo, *āvi*, *ātum*, *āre*, mendas expurgare, corrigere, beſſern, verbeſſern, überſehen. Cic. Att. 2, 16 *Me rogas, ut annales tuos emendem*. Idem de Leg. 3, 13 *Civitas emendari & corrigi ſolet principum continentia*; vide *Inſpicio* in *Tacio*. Horat. 2 epiſt. 1, 2 *Res Italas legibus emendes*. Item 2 ſat. 8, 25 *Artes fortunam emendaturas*. ¶ 2. Plinius pro *Auferre* hoc verbo frequentiſſime utitur; ut 20, 13 *Dolores capitis emendantur contrito naſturtio*, das haupтwehe wird dadurch vertrieben. Et ibid. *Gravitas auribus emendatur naſturtio trito*.

¶ Emendatus, *a*, *um*, verbeſſert; ut, *Emendati mores*, Cic. de Amic. c. 17. *Emendata locutio & latina*, Idem de Clar. Orat. c. 74. *Sapiens emendatusque*, der feinen fehl hat, unfadelhafft. Horat. 1 epiſt. 16, 30. Hinc comp. & ſuperl. Petronius 126 *Mutier omnibus feminarum emendatior*. Nazarius Paneg. Conſtantini c. 34 *Nullam matronarum, cui forma emendatior fuerit, boni jus pigebit*. Auſonius Gratiar. act. ad Gratianum: *Emendatiſſimi vivi eſt, fingenda non facere*. Plin. 5 epiſt. 22 *Ego optimum & emendatiſſimum exiſtimo, qui ceteris ita ignoſcit, tanquam ipſe quotidie peccet, ita peccatis abſtinet, tanquam nemini ignoſcat*. Seneca Centon. 4, 28 *Homo emendatiſſimi ingenii*. Quintil. præf. ad Triph. bibliopolam *Multum in ea pote ac diligentia poſitum eſt, ut ea manus eorum, quam emendatiſſimi libri mei veniant*. Lactantius 2, 4 *Emendatiſſimi libri*.

¶ Emendate, adverb. reinlich, correct. Cic. de opt. gen. orat. c. 2 *Perficiendum eſt, ut pure & emendate loquamur, quod eſt latine*, rein und recht. *Emendate loqui*, Quintil. 8, 1. *Emendate deſcribere*, Vitruv. 10, 11. Compar. *Emendatius facere*, Plin. 34, 8.

¶ Emendātio, *ōnis*, f. die verbeſſerung, quam *partem ſtudiorum longe utiliſſimam* Quinctilianus dixit 10, 4. Sed *Nimia emendationis ſeveritate deſpere puerorum ingenia* ſenſit 2, 4. Cic. de Fin. 4, 9 *Correctio Philoſophiae veteris & emendatio*.

¶ Emendator, *ōris*, m. qui emendat. Cic. pro Corn. Balb. c. 8 *Siſenna quaſi emendator formonis uſitati eſſe volebat*. Plin. 7 epiſt. 17 *Timor eſt emendator acerrimus*.

¶ Emendatrix, *īcis*, f. Cic. de Leg. 1, 22 *Vitiorum emendatricem legem eſſe oportet*.

¶ Emendabilis, *e*, der corrigi poteſt, verbeſſerlich, änderlich: ut, *In errorem emendationis lapſi*, Liv 44, 10. *Ætatem alicujus emendabilem innuere*, Sen. de Clem. 2, 7.

¶ Emendatorius, *a*, *um*, emendans. Auguſtinus epiſt. 109 *Emendatorium vinculum*. (al. *caſtigatorium* legunt.)

¶ Coëmendatus, *a*, *um*, zuſammen verbeſſert. Arnob. lib. 2 p. 56 *Coëmendata ad exemplum perdiderit*, de artium progreſſu ex perpetua reprehenſione & emendatione.

¶ Immendābilis, *e*, nicht zu beſſern. Valer. Max. 7, 2, 2 *Immendabilis eſt error, qui vindictae Martis committitur*. Loquitur de Scipione Africano, qui turpe eſſe ajebat, in re militari dicere, NON PUTARAM. Sen. de Ira 3, 41 *Immendabilis offenſus, cum ex ira in odium recidit*. conf. epiſt. 57. Quinct. 1, 1 extr. *Multae linguae vitia, niſi primis eximuntur annis, immendabili in poſterum pravitate durantur*.

¶ Immendatus, *a*, *um*, unverbeſſert. Hieron. 3 adv. Rufin. c. 9 *Immendatae charaxis*. Et Auguſtinus epiſt. 54 *Tanto minus voluminis immendatum aut vitio vitii ſui*.

Mendicium, mendax, &c. vide *Mentior*.

MENDĒTIUM, *i*, n. unguenti ſpecies. Plin. 13, 1. Dicitur a *Mendete* urbe Ægypti; vel a loco, ubi *Mendes* colebatur, cetera Hermolao. *Mendes* autem eſt hircus, ironice Pan Deus, voce Ægyptia, quem *Mendeſii* inde appellari venerabantur. v. Herodot.

Mendicabulum, mendicare, mendicitas, &c. v. ſequens *Mendicus*.

MENDĪCUS, *i*, m. pauper proprii nihil habens, ein bettler. Hiut. Strich. 1, 2, 76 *Placet ille meos nihil mendicus: ſuos rex regnare placet*. Idem Rud. 5, 2, 18 *Una littera plus ſum quam mendicus, Gr. Tam tu mendicus es*. Cic. Phil. 8, 5 *Videruut eo mendicis pueri repente divites*. conf. Horat. 1 ſat. 2, 2. Mendicum *Vervius dici putat a vento ipſo, quem ſe dederit fortuna; vel quod precibus quaeque, ut vita hac mendeatur cibo*, Feſtus. ¶ 2. Etiam adjectivum eſt *Mendicus*, *a*, *um*, erm, bettelhafft; ut, *Exiguum & mendicum imperium*, Cic. de Orat. 3, 24. Et ſuperl. Cic. pro Murena c. 29 *Solos ſapientes eſſe, ſi diſſertiſſimi ſint, formoſos: ſi mendiciſſimi, divites*. Compar. *Mendicior* eſt apud Tertullianum de Anima c. 33. Ambroſii exemplum vide ſupra in *Ignominia*. ¶ 3. *Mendici ac parentes quidem amici ſunt*: Quod proverbialiter magis Germanice efferas, ein das armuth will erbermann die ſtraße wiſchen. Ἀγαθὸς ἐγγὺς ἐπιτάφιος, *Mendici poena non impletur*, der bettelhafft iſt bedrieget. Hieronymus *Ep.* 96 καὶ πτωχὸς πτωχὸν ἔλεγεν, *qui mendicat, mendico invidet, & cantor cantori*: es iſt dem bettler leid, daß der ander auf der thüre ſtehet. vide Chiliad.

¶ Mendicum (Mendicium,) *dici putant velum, quod in prora ponitur*, Feſt. (Namque illud velum minus, eſt; & a *minus* mendicus eſſe creditur) das vörderſte ſchiff-ſegel.

¶ Mendīce, adverb. bettleriſch. Seneca epiſt. 33 *Non tam mendice tecum agam: ſed plena manu dabo*. Compar. Tertull. de Pallio ſub finem: *Credo, ne mendicius patre caeraſſi?*

¶ Mendiculus, *i*, m. dimin. Cic. Catil. 2, 3 *Ex ruſticis mendiculis & decoctoribus*. Sed Gruterus & alii omittunt. In aliis enim Codicibus *mediaſtinis* legitur recte Germanino ab Allio in Lex. Crit.

¶ Mendicula, *æ*, f. de vefte, quæ mendicis convenit, Plaut. Epid. 2, 2, 39.

¶ Mendīcĭtas, *ātis*, f. die betteley. Cic. de Fin. 5, 11 *Mendicitatem multi perpetiuntur, ut vivant. Emergere ex mendicitate*, Idem in Vatin. c. 9. conf. Plaut. Men. 1, 3, 21; & Rud. 2, 6, 30.

¶ Mendīcĭmōnium, *i*, n. idem: Laberius apud Nonium 2, 55, & Gell. 16, 17.

¶ Mendĭco, *āre*, mendicando colligere, betteln; ut, *Mendicare ſibi malum ab aliquo*, Plaut. Amph. 4, 2, 12, einem die ſchläge abbetteln. *Dignus qui mendicaret*, Juvenal. 4, 117. ¶ 2. Plautus deponentis forma *Mendicari* dixit in Capt. & Aul. teſte Nonio 2, 541.

¶ Mendĭcans, *tis*. Plaut. Capt. 2, 2, 73 *Vbi minime honeſtum eſt, mendicantem vivere*.

¶ Mendĭcatus, *a*, *um*, gebettelt, erbettelt; ut, Ovid Triſt. 5, 8, 13. *Victa qui quondam miſeris alimenta negarat, Nunc mendicato paſcitur ipſe cibo*.

¶ Mendicatio, *ōnis*, f. die betteley, das betteln. Seneca epiſt. 101 *Foeda vitae mendicatio*.

¶ Mendicōbulum, *i*, n. ein bettler, ſie dicitur, ut, *flagitium, ſcelus*, pro *ſcelere*. Apulej. lib. 1 Florid. ſub fin. *Portenta monſtruoſa chamaeleontis*. Plaut. Aul. 2, 8, 3 *Hominum mendicabula reges ceteros appellat & praeſe ferunt* Strobilus. Rurſus Apul. Apol. p. 288 *Haec tibi* (exempla Cynici &c.) *ut quaedam mendicabula ferae ſi?*

¶ Mendicabundus, *a*, *um*, bettelhafft. Auguſtin. epiſt. 140 *Mendicabunda prece ſtipem rogare*, betteln gehen.

¶ Emendico, *āre*, erbetteln, ausbetteln. Suet. Aug. c. 91 *Stipem a populo emendicare*.

¶ Emendicātus, *a*, *um*, erbettelt, ausgebeten. Idem Suet. Cæſ. c. 54 *Emendicata pecunia*. Et Lege 14 Cod. de accuſation. *Emendicata ſuffragia*.

Mendoſus, vide *Menda*.

MĒNĒCRĀTES, *is*, m. medicus Syracuſanus, hac ſola mercede contentus, ut facto modo, quem inprimis curabat, liberaci, ipſum lovem vocantes Deorum minorum habitu comitarentur: quam ſubtilitiam lepide redarguit Philippus rex Macedonum. vid. Suid. Athenæus lib. 7, & Ælianus V. H. 12, 51. ¶ 2. Fuerunt hujus nominis plures; ut *Menecrates*, Xanthius Hiſtoricus. v. Voſſ. de Hiſt. Gr. p. 387. Alius Ephelius architectus, quique de re ruſtica ſcripſit. vid. Varr. R. R. 1, 1, & Auſon. in Moſell. v. 307. Et *Julius Menecrates* ſub Domitiano medicus, ad quem ſcripſit Statius 4 Silv. 8.

MĒNĒDĒMUS, *i*, m. Eretrienſis, philoſophus Socraticus, primum ludibrio habitus, poſtea in tanta admiratione vixit, ut & civitatis gubernacula ei traderentur. v. Strab. lib. 9. ¶ 2. *Menedemus* Lampſacenus, Cynicus, tam prodigioſæ ſuperſtitionis, ut ſumpto habitu Furiæ, diſſiteret, ſe explatorem ab inferis veniſſe, delaturum demonibus peccata mortalium. v. Lucian lib. 6. ¶ 3. Alius præter Alexandri M. a Dolos exſtat, vid. Curt. 7, 5 & 9. ¶ 4. Eſt & ſervi nomen apud Terent. in Heaut.

MĒNĒLĀUS, *i*, m. *Μενέλαος*, rex Spartæ, & Helenæ maritus, dux altor cum Agamemnone belli ad Trojam, cui brevilequentiam Homerus tribuit 3 iliad. v. 213 *Μελιγάρυες, ὀλιγόμυθον δέ, Παῦρα μέν, ἀλλὰ λιγέως· ἐτὸ ὁ τοὐμοῦνος.* Hoc eſt, *Menelaus ſuccincte dicebat, pauca quidem, ſed valde acuta, ſignatum non multis loquebatur verbis*. Cic. de Clar. Orat. c. 18 *Menelaum ipſum, dulcem illum quidem tradit Homerus, ſed tamen dicentem*. ¶ 2. *Menelai portus* inter Cyrenas & Ægyptum, de quo Nepos Ageſilao meminit c. 8 n. 6.

¶ Mene-

¶ Menelāĕus, *a, um*, adject. Propert. 2, 15, 13 *Ipse Paris nuda furtim periisse Lacæna, Cum Menelaëo surgeret e thalamo.*

MĔNĒNIVS, *i*, m. vixit ætate Horatii, homo stolidus & superstitiosus, de quo ille 2 sat. 3, 287. *Fœcunda in gente Meneni*, h. e. in numero stultorum, qui infinitus est, in der narren-zunfft. Alias *Menenia gens* Romæ primis reip. temporibus celebris fuit, ex qua *Agrippa Menenius* & alii apud Livium. *Meneniæ stultitiæ vel ineptiæ* ad. ctive, Horat. Schol. sat. 2, 3, 287.

MĔNĔPHRŌN, *ŏnis*, incestus, quem cum matre coire non puduit. v. Hygin. fab. 253, & Ovid. Met. 7, 387.

MĔNESTHEVS, *ĕi*, Iphicratis filius, Nepos in vita Iphicratis c. 3 extr. & in Timotheo, cujus gener fuit, c. 3 n. 2.

Menianum, vide *Mœnianum* in *Mœnius*, vel potius *Mœnianum* in *Mœnia*.

MĔNĪNX, *gis*, f. μῆνιγξ, *Meninges*, cerebri involucra, barbari *duram* & *piam matrem* appellant, das hirn-häutlein.

MĔNĪON, *i*, n. die pomie, königsblume, Apul. de Herb. c. 64.

¶ Dichomenion, *i*, n. quod est instar semiplenæ lunæ, wie ein halber mond. v. Apul. l. c.

MĔNIPPE, *es*, f. una Amazonum, inter auxilia Æetæ, Val. Flacc. 6, 377. Male ibi legitur *Henippe*.

MĔNIPPVS, *i*, m. Phœnix, philosophus Cynicus, conditione servus, nihil dedit præter nænias aliquot, testamenta, epistolas, & id genus nugas crebris salibus, Cynicaque mordacitate refertas: Ad quarum imitationem M. Varro Satyras conscripsit, quas ab illius nomine Menippæas appellavit, ut tradit Macrob. Sat. 1, 11. Hic ad rem augendam tam avidus fuisse dicitur, ut etiam nauticum fœnus exerceret. Ex quo immensam pecuniæ vim brevi congesserit; eam ubi per insidias sibi ereptam comperisset, laqueo vitam finivit, Laërt. lib. 6. ¶ 2. Ejus nominis fuit etiam poëta comicus, Suidas. ¶ 3. Alius Stratonicensis, tota Asiâ disertissimus, apud Cic. in Bruto c. 91. De variis *Menippis* v. Voss. in Hist. Gr. p. 388.

MĔNIS, *ĭdis*, f. veteres ut in calce librorum coronidem appingebant, ita, ut suspicor, in fronte lunulam ad ornatum designabant. Menis autem *lunula* est, quæ cum corniculata sit, idcirco & cornua Latini ea ornamenta librorum vocavere. v. Turneb. Adverss. 22, 10. Auson. Professt. *Coronide: Quos legis a prima doctores Menide libri, Doctores patriæ scito fuisse meæ.*

Menīscor, unde composita supersunt, v. in jam sequente *Mens*.

Menius, vide *Menius*.

MENNONIA, *æ*, f. gemma, qualis sit, non traditur Plin. 37, 10.

MĔNOECEVS, *ei*, m. juvenis Thebanus, Creontis filius, qui pro patria sua oraculo edito vitam profudit; Cic. Tusc. 1, 98, & Stat. Theb. 10, 614.

MENOETES, *æ*, m. μενοίτης, socius Æneæ, Virg. Æn. 5, 161 & 179.

¶ Menoetius, *i*, m. filius Actonis ex Ægina. Hinc

¶ Menoetiădes, *æ*, m. Patroclus, filius Menœtii, v. Ovid. Heroid. 1, 17; & Val. Flacc. 6, 344.

MĔNOGENES, *is*, m. nomen parasiti, Martial. 12 epigr. 84.

¶ Menogenon, *i*, n. herba eadem quæ *Menion*, Apul. de Herb. c. 64.

MENS, *mentis*, f. altior pars animi, dicta quasi *eminens*, qua homini Deus nihil contulit præstabilius, das gemüth, die vernunfft, sinn und gedancken. Iul. Cæs. Scalig. *παρὰ τὸ μηνύω* dictam censet Exerc. 307. Est enim mens indicatrix rationum. Ger. Voss. Inst. Orat. 4, 13 p. 253 a Græco *μένος* deducit, quod *animum* significat. Qua origine nihil verius. Sic enim & *gens* a *γένος*. Hinc *Mentis compos*, der bey guter vernunfft ist. vide *Compos*. Et, *Mentis alienatio*, Plin. 21, 21, unsinnigkeit. Ita, *Mente comprehendere aliquid*, Cic. Nat. 3, 8 extr. begreiffen. Dicitur, *Hoc in mentem venit: Illius mihi rei in mentem venit: Venit mihi in mentem de hac re*, das ist mir eingefallen. *Mens illiberalis*, Quintil. 1, 3, ein unartig gemüth. Idem 2, 4 *Doctoribus hoc esse curæ velim, ut teneras adhuc mentes more nutricum mollius alant, & satiari velut quodam jucundioris disciplinæ lacte patiantur.* Sic, *Mente labi*, est ex morbo desipere, seu *linqui mente*, seu *capi mente*, wahnwitzig seyn, Suet. Aug. c. 48. ¶ 2. Aliquando accipitur *Mens* pro voluntate, intentione, die meinung, absicht. Nepos 23, 2, 5 *Eadem mente esse*, eben des sinnes seyn. Virg. Æn. 1, 303 *Inprimis regina quietum Accipit in Teucros animum, mentemque benignam.* Aliquando & pro consilio. Idem d. l. v. 676 *Nosti am nunc accipe mentem.* Nepos 9, 4, 4 *Hac mente magnam contrahunt classem.* Idem 16, 1, 4 *Hac mente amicis suis summas potestates dederant*, i. e. *hoc consilio*, quemadmodum 22, 1, 5 loquitur. Liv. 1, 58 *Mens peccat, non corpus. Intrare vel irrumpere mentem Deorum* dicuntur vates. v. Drakenb. ad Sil. 1, 124. *Suæ menti aliquem relinquere*, i. e. consilio, arbitrio, Idem Silius dixit 11, 326. Etenim de canibus Nemesia. Cyn. 175 *pandere valvas mens erit*, h. e. impetus. ¶ 3. *Mentem* pro anima, qua vivimus, Prudentius dixit Hymno ad exequias v. 34. ¶ 4. *Mens* Romanis Dea fuit & templo culta. v. Ovid. Fast. 6, 241, & Liv. 23, 31. Quæ & aliquando BONA MENS appellatur. Propert. 3, 23, 19 *Mens bona, si qua Dea es, tua me in sacraria dono.* v. Passerat. it. Augustin. de C. D. 7, 3; Cuper. obs. 2, 17. Ovid. Fast. 6, 241 *Mens quoque numen habet: Menti delubra videmus Vota metu belli, perfide Pœne, tui.* In fine præsertim convivii bonam mentem optabant. v. Scheff. ad Petron. c. 61 p. 306. Sed & *bona mens* dicitur sana, recta, justaque, nec illa intelligitur Dea. Ita Petronius c. 84 *Bonæ mentis sororem pauperatem* dixit. Seneca epist. 10 *Votorum tuorum veterem licet Diis gratiam facias: alia de integro suscipe: Rogo bonam mentem.* Idem præfat. lib. 4 Qu. Nat. *Demetrium memini dicere cuidam libertino potenti, facilem sibi esse ad divitias viam, quo die ipsum pœnituisset bonæ mentis.* Et Ovid. Amor. 1, 2, 31 de Cupidinis triumpho: *Mens bona ducetur manibus post tergа retortis, Et pudor, & castris quidquid amoris obest.* Elegantissimi sunt senarii, quos in oratione contra Leocratem affert Lycurgus: Ὅταν γὰρ ὀργὴ δαιμόνων βλάπτῃ τινά, Τοῦτο τὸ πρῶτον ἐξαφιᾶσιν φρενῶν Τὸν νοῦν τὸν εὐβουλον· εἰς τε τὴν χέρω τρέπει γνώμην, ἵν' ὧσι μηδὲν, ὧν ἁμαρτάνει. *Si indignatio divina læsura est aliquem, Ei principio aufert e præcordiis Mentem bonam, & in pejorem flectit Sententiam, ne videat, ubi exerret.* ¶ 5. *Mala* contra *mens*, insana, stulta, viriosa. Hinc, qui aliquem dicto vel facto contumelioso læssissent, & jam de eo redituri in ejus gratiam, satisfaciebant ei, seque purgabant, dicentes: SE MALA MENTE FVISSE. Tibullus 2, 5, 101 *Ingeret hic potus juvenis maledicta puellæ, Postmodo quæ votis irrita facta velit. Nam ferus ille suæ plorabit sobrius idem, Et se jurabit mente fuisse mala.* Paullo post vocat *insanam mentem*, quam hic *malam* appellat, *Tu me mihi dura precari Cogis & insana mente nefanda loqui.* vid. & Senec. de Benef. 3, 27, & quos laudat Brouckh. l. c. ¶ 6. *Mentis* nominandi casu dixisse Ennium apud Varr. de L. L. l. 4 p. 17 vult Scal. ad eum locum. Laudant etiam Priscianum. ¶ 7. *Mens* & *Gens* confunduntur a librariis, v. *Gens*.

¶ Mentio, *ōnis*, f. quam vocem a *Memini* Valla facit, sicut & *Mentem*, l. 3 c. 13; *Recordationem* significat, erinnerung, meldung, erwehnung. *Facere mentionem alicujus rei*, Cic. pasim; v. g. in Pison. c. 10 *Tu etiam mentionem facies consulatus tui?* Et pro S. Rosc. c. 2 *Ejus rei mentio facta non est.* Idem sæpe cum *De* compositt, ut Agrar. 3, 2 pr. *De quo ego neque apud vos feci mentionem.* Et Phil. 2, 15 suppresso verbo: *Nunquam ab eo* (Pompejo fugiente) *mentio de me, nisi honorifica, nisi plena dulcissimi desiderii.* Et Nepos 15, 4, 5 *De quo supra mentionem fecimus. Inferre mentionem* idem significat: Liv. 4, 1 *Mentio fuit illata a tribunis, ut &c.* Et, *Mentionem alicujus habere*, Idem 38, 56. Omnia hæc vertas: eines dinges erwehnen, gedencken. *In mentionem alicujus rei incidere.* Cic. de Amic. c. 1, auf ein ding kommen, dessen zu gedencken. *Mentionem alicujus rei intermittere*, eines handels nicht gedencken. *Mentionem de aliqua re movere*, dixit Livius 28, 11. *Cæsaris nulla habita mentio*, Vellej. 2, 62, 5. *Conditionum facta mentio*, die vorschläge sind aufs tapet gekommen, Idem 2, 65, 1. ¶ 2. Circa sponsalia occurrunt termini *Mentio* & *repromissio*: *Mentionem facere* est polcere sponsam, qui respondet, *repromittere* dicitur. vid. Taubmann. ad Plaut. Aul. 2, 2, 2, p. 183: ipsumque adeo Græcum μνηστὺς & μνηστεία cum derivatis.

¶ Menīscor, *sci*, verbum obsoletum etiam a *Mens* fluxisse videtur: unde *Comminiscor*, *reminiscor*, *&c.* vid. Varro de L. L. 5, 6.

I. Composita a *Mens*:

¶ Āmens, *tis*, ἄνους, de statu mentis dejectus, stultus, quasi sine mente, närrisch, unweise. Cic. Fin. 2, 22 *An me tam amentem putas, ut apud imperitos isto modo loquar?* Idem pro Rosc. Am. c. 14 *Pater amens, qui odisset filium sine caussa.* Compar. Suet. Aug. c. 65 *Agrippa nihilo tractabilior, imo indies amentior.* Superl. Cic. Phil. 5, 23 *Homo amentissimus.* Idem pro Rabir. c. 8 *Quos, amentissimus fuisset, si oppugnasset.* ¶ 2. Item consternatus, stupefactus, erstaunt. Virg. Æn. 4, 279 *Æneas aspectu obmutuit amens.* —

¶ Amentia, *æ*, f. ἄνοια, die unsinnigkeit Ter. Andr. 5, 3, 16 *Cur meam senectutem sollicito hujus amentiâ?* Cic. Catil. 2, 11 *Mens furæ cum amentia conflixit.*

¶ Amento, *are*, unsinnig thun. Gloss. gr. lat. ἀπονοῶ, *amento*. Alia notione vide supra in *Amentum*.

¶ Dēmens, *tis*, aberwitzig, thöricht, idem fere quod *amens*. Quamquam alii distinguant: ut *amens* dicatur, qui omni sensu & ratione caret; *demens* vero sit, qui non est integra mente sana, retinet tamen communem vitæ cultum. At subtiliorem quam veriorem esse hanc distinctionem, exempla evincent. Cic. Tusc. 3, 5 *Nec minus*, inquit, *illud acute, quod animi affectionem lumine mentis carentem nominaverunt* amentiam, *eamdemque* dementiam. Idem Offic 1, 24 *In tranquillo tempestatem adversam optare, dementis.* Id. de Aruspic. resp. c. 27 *Plenus insanissimæ ac dementissimæ temeritatis.* Et in Pison. c. 20 *Dementior tragico Oreste aut Athamante.* Lactant. 5, 10 *Quid potest esse hac pietate dementius, quam mortuis humanas victimas immolare & iguem cruore hominum tamquam oleo pascere?* Idem de Morte Persecut. c. 31 *Dementissimus tyrannus.* Valer. Max. 3, 7, 8 *Dementissima actio.*

¶ Dementer, adverb. stulte, insane, thöricht, unbesonnener weise. Cic. Catil. 3, 9 *Tanta res tam dementer credita.* Et Ovid. Met. 4, 259 *Dementer amoribus usa.* Superl. Seneca de Benef. 4, 27 *Dementissime testari.*

¶ Dēmentia, *æ*, f. stultitia, die thorheit. Cic. Catil. 4, 10 *Dementiâ depravatus.* Cæs. Bell. Gall. 4, 13 *Id summæ dementiæ esse judicabant.*

¶ Dēmentio, *īre*, desipere, insanire, nicht klug seyn. Lucret. 3, 464 *Quin etiam morbis in corporis avius errat Sæpe animus; dementit enim, deliraque fatur.* Visus & Tertull. Apol. c. 23, ubi Pamelium vide. Et Apulejus Apol. semel iterumque. Est autem quasi mente exire. Pro quo &

¶ Demento, *are*, Lactantius de Mort. Persecut. c. 7 extr. dixit, *Ita semper dementabat*, i. e. Io. Columbo interprete, insaniebat, furiosus & demens erat. Vetus Onomasticon: *Demento, as*, ἐξιστῶ. Quod etiam in Tertulliani locum irrepserat, ubi membranarum fide emendatum purgatumque est.

II. Composita a *Menīscor*:

¶ Comminiscor, *commentus sum, comminisci*, quod est excogitare, ausinnen, erdencken, dichten. Ter. Heaut. 4, 6, 8 *Hujusmodi res semper comminiscere. Ingeniosus ad comminiscendum*, Aut. ad Herenn. 2, 7.

¶ Commentum, *i*, n. res ficta atque excogitata, passiva significatione, erdichtetes ding, ein gedicht. Ter. Andr. 1, 1, 20 *Atqui ipsis commentum placet*, sie dencken wunder, wie schön sie es ausgesonnen. In quo passivi significatio est. Similiter adjective *commenta funera* pro fictis & falsis dixit Ovidius Met. 6, 5.

¶ Commentĭtius, *a, um*, fictitius, erdichtet; ut *Commentitii & ficti Dii*, Cic. Nat. D. 2, 28. Et, *Ficta & commentitia fabula*, Idem Off. 3, 9. *Crimen commentitium*, Idem pro Rosc. Am. c. 15. Et, *Commentitia spectacula*, Suet. Claud. c. 21, sunt recenter inventa, quæque usitatis opponuntur.

¶ Commentor, *ōris*, pro *inventore* posuit Ovidius Fast. 3, 785 *Vos commentor*, i. e. Bacchus, ein erfinder.

¶ Commentor, *ātus sum, ari*, cogitare, tractare, disputare, betrachten, überlegen

überlesen, studieren. Cic. Tusc. 3, 14 *Futuras mecum commentabar miserias. Commentandi caussa atque inter se colloquendi congregari*, Id. de Divin. 1, 41. Id. de Clar. Orat. c. 88 *Hortensio memoria fuit tanta, ut quæ secum commentatus esset, ea sine scripto verbis eisdem reddere deberet, quibus cogitasset.* ¶ 2. *Commento* act. Varronis esse dicitur in fragm. Sed ed. Durdr. p. 166 & Non. 6, 41 est *Itaque videas barbato vestro idem commentari, & unumquodque verbum statera auraria ponderare.*

¶ Commentātus, *a, um*, passive, beschrieben: ut, *Diu & multis lucubrationibus commentata oratio*, Cic. fam 16, 26. Id. de Clar. Orat. c. 88 *Ut ea & commentata & scripta, & nullo referente omnia adversarium rem dicta meminisset.*

¶ Commentatio, *ōnis*, f. cogitatio, meditatio, die betrachtung; ut, *Accurat. & meditatæ commentationes*, Cic. de Orat. 1, 60, wo man wohl lieverdacht.

¶ Commentator, *ōris*, m. mendax, ein dichter, erfinder. Apulej. Apol. p. 321 *Omnium falsorum commentator, omnium simulationum architectus.*

¶ Commentārium, *i*, n. vel Commentarius, *i*, m. liber in quem memoriæ gratia capita & summas rerum annotamus, ein verzeichniß, register briefschaften. Vellej. 2, 60, 4 *Actorum commentaria corrumpere.* Seneca epist. 33 *Zenoni* tribuit, *Turpe esse seni, ex commentario sapere: experientia enim multa docet.* Seneca Pater in Excerpt. proœm. 3 Controv. *Sine commentario nunquam dixit: nec hoc commentario contentus erat, in quo nudæ res ponuntur &c.* Nostri eum concert. Scripsit Commentarios bellorum suorum aliquot Cæsar, hoc est, non libros exacte explicantes & plene bellorum eorum historias, sed peringentes & materiam eas exequendi aliis subjicientes, quemadmodum Valla indicat 4, 21. Hinc historiam compendiosam & rudem *commentarium* dixit Cicero Attic. 1, 16 & 17; & 2, 1 *Commentarium compulsore mei grace compositum misi ad te, &c.* Tales vocant Galli *Memoires*, nos possumus, nachrichten. Sic, *Facere & conficere commentarios*, Ciceronis & Quintiliani locutiones sunt. vid. 5 fam. 12 extr. Sic cum alii, tum Trajanus ad Plin. epist. 106 sub lib. 10 dixere, *Referre in commentarios*, verzeichnen. Sic & in Inscript. apud Fabrett. p. 88 SINGVLA. QVAE. SCIEBAT. VOLVMINE. POTIVS. QVAM. TITVLO. SCRIBI. POTVERVNT. NAM. COMMENTARIOS. ARTIS. SVAE. QVOS. RELIQVIT. PRIMVS. FECIT ¶ 2. Est & expositio & interpretatio auctorum *Commentarius* vel *Commentarium*. Sic, *Conscribere, componere in auctorem aliquem commentarios, commentaria* a Gellio dictum legitur 2, 6; & 14, 3. vid. de hac voce plura apud Laur. Vallam 4, 21. Ramirez in Pentecont. p. 127. Bernegg. ad Suet. Cæs. c. 56 n. 1. Buch. ad Plin. 6 epist. 22; & 10 epist. 96. ¶ 3. *A Commentariis*, latina phrasis est, significans eum, qui commentariis præest, quem *Commentariensem* vocant Alconius & Budæus, ein buchhalter, der allerley handlungen aufzeichnet, ein schreiber.

¶ Commentariōlum, *i*, n. dimin. Cicero de Fin. 4, 4 *Eisdem de rebus semper, quasi dictata, decantare, neque a commentariolis suis discedere.*

¶ Commentariensis, *is*, m. ein kerckermeister. Hotomannus de Verb. juris, erat *custos & præfectus carceris, qui vinctorum nomina in commentario i. e. libello perscribebat.* Iul. Firmicus Astrol. 3, 6 *Erunt commentarienses*, inquit, *quibus damnatorum cura committatur.* Lege 4 Cod. de Custodia reor. *Ad commentariensem receptarum personarum custodia observatioque pertinet.*

¶ Commentāculum, *i*, n. plur. *Commentacula, virgæ, quas Flamines portabant, pergentes ad sacrificium, ut a se homines abigerent:* Festus: Rectius legitur *Commotacula.*

¶ Recommīnīscor, *sci*, sich wieder erinnern. Plaut. Trin. 4, 2, 70 *Litteris recommīnīscar*, i. e. si unam tantum alteramque nominis literam dixeris, totius reminiscar.

¶ Eminīscor, *sci*, etiam veteres dixere pro *comminisci*. Vnde *Eminiscitur*, Glossarium Isidori exponit, *in memoriam reducit.* Et hinc

¶ Ementum, *i*, n. ibidem est *excogitatio*, die erdenckung.

¶ Reminīscor, *sci*, recordari, sich erinnern, sich wieder besinnen; cum ea, quæ tenuit mens ac memoria, cogitantur & cogitando repetuntur, uti Varro exponit de L. L. 5, 6. Genitivo & Accusativo jungitur; ut, *Reminiscebantur Calend. Ianuarii*, Cic. Att. 4, 2. *Ea potius reminiscere, quæ digna tuâ personâ sunt*, Serv. Sulp. Cic. fam. 4, 5, bedencke vielmehr das, oder dencke an das. Cicero *Reminisci & Recordari* pro Ligar. 12, & de Sen. 21 conjunxit. *Reminisceretur veteris incommodi*, Cæs. B. Gall. 1, 13. Et Stat. Theb. 12, 391 *Miseros reminiscitur actus.* ¶ 2. *Reminisco* Rufus rhetor olim dixit, exagitatus ideo ab Ausonio epigr. 47 *Reminisco Rufus dixit in versu suo, Cur ergo versus, imo Rufus non habet.* Add. epigr. proximum.

¶ Reminiscentia, *æ*, f. die besinnung; qua voce nonnulli ἀνάμνησιν illam Socraticam reddiderunt, (qui volebat, *discere nihil aliud esse, quam recordari*): ut Tertullianus de Anima c. 23, quod Cicero mavult *recordationem* vertere Tusc. 1, 24. Nihil autem aliud est, quam *progressio*, qua ex aliquibus memoria comprehensis in ejus cognitionem venimus, quod nec *memoriæ* occurrebat, nec a *memoria* penitus excideratur: e. g. Si quis heri librum in loco aliquo reposuit, cujus loci ei hodie in mentem non venit, & ut ipsum in memoriam reducat, loca, ubi heri fuit, & eos, quibuscum locutus est, animo repetat, tandemque ex alicujus memoria occurrat menti locus, ubi librum reliquerat, dicitur locum illius *reminisci*, cujus antea simpliciter recordari non poterat. ¶ 2. Arnobius lib. 2 p. 56 dixit in plurali *Reminiscentiæ, arum.*

MENSA, *æ*, f. Gr. τράπεζα, ein tisch. Isidorus 20, 1 derivat ab *esu* & *comesa* & *primam* ait *fuisse Daedalum, qui mensam & sedem fecerit.* Forte rectius a *Mando*, quasi *manja.* Aliis inde dicta, quod in medio poni solebat, μέσας ἀπὸ τῆς ἐν μέσῳ δὲ εἶναι, quemadmodum Plutarchus scripsit in probl. Hinc & Varr. L. L. 4, 25 *Anobis media a Graecis μέσα, mensa dici potest*, nisi etiam quod ponebant *pleraque in cibo mensa*, i. e. dimensa a *Metior. Mensas conquisitissimis cibis exstruere.* Cic. Tusc. 5, 21. In Sallust. declamat. *Tu omnium mensarum asscela*, der du dich überall zu gaste bittest. Virgil. Æneid. 1, 726 *Pars epulis onerant mensas*, sie tragen auf. Senec Thyeste v. 452 *Tutus mensa capitur anguilla cibus*, i. e. frugali vel tenui. Plaut. Trin. 2, 4, 77 *Vereconeuri neminem apud mensam decet.* Eoban. Idyll. 14 *Semper avaritiæ parvum fuit filia mensæ*, wenn die maus satt ist, schmeckt das mehl bitter. *Iucunda post venationem mensa ponitur*, nach der arbeit schmecket das essen wohl. τερπνὸν, ἐκ κυνηγίας τράπεζα πλήρης, Euripid. in Hippolyt. *Mensæ secundæ* dicuntur, quæcunque vel ex fructibus, vel aliis rebus post cibos loco postremo apponuntur, confect, obst, gebackene kuchen &c. Cicero singulariter excudit ad Attic. 14, 6 *Hæc ad te scripsi, appositâ mensa secunda.* cont fam 16, 21. Itemque Nepos 17, 8, 4 *Secundum mensam servis dispertiit.* De instructu hujus vid. Stuck. Antiqu. Convival. 3, 2, & Buleng. de Conviviis 2, 39. ¶ 2. Est etiam lanx, vel simile quid, quod singulis convivis ad eamdem mensam accumbentibus apponitur. vid Burm. ad Petron. c. 34 p. 137. Add. Virg. Æn. 7, 116 & 125. ¶ 3. *Mensa* etiam aliquando aruläm, ἐ χέῤῥαν significat. Petron c. 135 *Frustum mensam vel cum posuit in medio altari, quam vivis implevit carbonibus*, vide Festum & ibi Scalig. Et sane alias etiam mensæ & æræ magna analogia est. Hinc *mensam tenent orantes*, vid. Heinf. ad Ovid. Am. 1, 4, 27. Adde Cic. de N. D. 3, 34. de Aruſp. Resp. 27. de Leg. 2, 20. ¶ 4. Et *Mensa Tabula* argentariorum est, ein wechsel tisch eine wechselbanck. *Mensa publica*, Cicero. Vnde & ipsi *mensarii* dicti. ¶ 5. *Mensam lanionium* in carnificis instrumento Suetonius nominat Claud. c. 15, ubi vide Casaub. & Beroald.

¶ Mensula, *æ*, f. dimin. Plaut. Most. 1, 3, 150 *Puer appone hic mensulam.* Et Apul. lib. 2 Milef. p 121 *Grabatulum meum adsistit mensula cænæ totius honestas reliquias tolerans.*

¶ Mensālis, *e*, ad mensam pertinens; ut, *Argentum mensale*, silberservis, Vopisc. in Tacito c. 10. Et, *Vinum mensale*, Id. in Aureliano c. 9 ex epistola Valeriani, tischwein.

¶ Mensārius, *i*, m. argentarius, trapezita, τραπεζίτης, ein wechsler, der mit gelde umgehet. Liv. 7, 21 *Quinque viris creatis, quos mensarios ab dispensatione pecuniæ appellarunt.* Pecunia enim in *mensa* numerabatur. Vnde subjicit Livius ibidem: *Mensis cum ære in foro positis.* Certum autem est, triumviros ac quinqueviros mensarios honestiores argentariis fuisse, cum quasi magistratus quidam ordinarii essent. Non autem ii modo, qui pecuniam publicam Romæ tractabant, sed alii quoque quos & argentarios vocabant, *mensarii* dicti sunt. vide Duker. ad Liv. loc. cit. Adde lib. 23, 21; & Ciceron. pro Flacco c. 19.

¶ Mensulārius, *i*, m. idem. Gloss. Vet. *Mensularius*, τραπεζίτης. Vsus & Seneca Controvers. 4, 24.

¶ Mensātim, adverb. von tisch zu tisch. Iuvencus 3, 214 de 14 panibus: *Et cunctæ curat mensatim tradere plebi.*

¶ Commensālis, *is*, m. improbat Vossius de Vit. L. L. 2, 26.

Mensio, vide *Metior.*

MENSIS, *is*, m. tempus lunæ cursus, eine monatzeit, ein monat. Gr. μήν, a quo Latinum nomen derivatur, quamquam aliter Stoici ap. Cic. de Nat. D. 2, 27 *Lunæ cursus, quia mensa spatia conficiunt, menses dicuntur.* Liv. 1, 19 *Numa ad cursum lunæ in duodecim menses descripsit annum.* Ter. Hec. 3, 3, 34 *Mensis hic agitur jam septimus*, es ist nun der siebende monat. Idem Adelph. 4, 5, 57 *Hæc dum dubitas, menses abierunt decem. Exacto mense*, Virg. Georg. 3, 139. Cic. fam. 5, 6 *Res tota in mensem Ianuarium rejecta est.* Manil. 3, 526 *Non annis anni, non mensibus menses usque Conveniant, &c.* Autonius de mensibus: *Æthereos menses, & tempora quattuor anni, Quattuor ista tibi subjecta Monosticha dicent: Martius, Aprilis, Majus sunt tempore veris; Iulius, Augustus, nec non & Iunius, æstas; Septembri, Octobri, autumnus tetuque Novembri. Brumalis, Ianus, Februarius, atque December.* Nomina mensium ad suum nomen transferre conabantur Impp. Rom. De *Iulio* & *Augusto* res nota: de *Neroneo*, Suet. c. 55, & de *Commodo* mense, Herodian. 1, 14, & Lamprid. c. 11. ¶ 2. *Menses* pluraliter fluxus mulierum, menstruum, Gr. τὰ ἐμμήνια. Plin. 7, 15 de mola: *Movetur*, inquit, *sistitque menses.* Id. 22, 8 *Menses mulierum abundant vel subsidunt.* Eodem significatu in singulari Idem 17, 28 *Mulier incitati mensis.*

¶ Menstruus, *a, um*, monatlich; ut, *Menstruum spatium*, Cic de Nat. D. 1, 31. *Ratio menstrua*, Idem pro Q. Rosc. c. 3 eine rechnung von vier wochen. *Cibaria menstrua*, Idem Verr. 5, 30, zehrung auf vier wochen. Quod & *Menstruum* simpliciter dixit Liv. 44, 2. *Consul, menstruum justo milite secum ferre, profectus est*, i. e. annonam mensis unius. vid. Lipſ. de Milit. Rom. 5, 2. Schel. ad Polyb. c. 7. ¶ 2. *Menstrua* etiam *sacra* sunt, quæ quotmensibus pro exercitus incolumitate, & maxime salute suorum persolvi, nefcio an Romani, barbari certe moris antiquitus fuisse videtur.

¶ Menstruum, *i*, n. substantive dicimus profluvium mulierum, quod singulis mensibus iis accidere soleat. Tacitus Hist. 5, 6, 8 *Sanguinem* vocat, *quo fœminæ per menses exsolvuntur.* vid. Plin. 2, 36; & 7, 7, 15. *Mulier, quæ in menstruis est*, Colum. 11, 3 *Menstrua benerespondentia*, Celsus 6, 6.

¶ Menstruālis, *e*, menstruus; item, singulis mensibus quod fit, aut aliquid patitur, monatlich. Prudentius lunam, quam *menstruam* dixit Hymno Epiphaniæ v. 10, vocat in Romano v. 558 *Sphæram menstrualem.* Sic Plauto Capt. 3, 1, 23 *menstruales opes*, quæ uno in mensem satis essent. Plin. 7, 15 pr. & ex eo Solinus c. de Homine (1 vel 4) *Mulier solum animal menstruale est.* Rursus Plinius 19, 10 *Mulier menstrualis*, menstruo laborans. Et, *Pannus menstrualis*, menstruo pollutus, Marcell. Emp. c. 35.

¶ Menstruo, *are*, menstrua pati. Hinc

¶ Menstruans, *tis*, ut, *Mulier menstruans*, Pallad. 1, 35. Et Oct. Horat. Med. 4 *Mulieribus menstruantibus, hoc vitio laborantibus, coire conveniet.*

¶ Menstruātus, *a, um*, menstruo laborans. Vulg. Interpr. Es. c. 64, 6 *Pannus menstruatæ.*

¶ Menfurnus, *a, um*, menstruus, ut diurnus, nocturnus, monatlich. Priscianus sub fin lib. 2 Ciceroni vindicat ex lib. 1 de Invent. c. 26, ubi vulgo hodie *menstrui* legunt: sed etiam *mensurni* nonnullos MSS. codices referre, testis Gruterus est. Cyprianus epist. 34 extr. *Divisiones mensurnas æquatis quantitatibus partiantur.* Adde Novatianum de Trinitate c. 1.

Composita:

¶ Bimenſis, *is*, duo menſes, zwey monat. Livius 45, 15 *Ut annui & bimenſes tempori pares fierent.*

¶ Bimeſtris, *e*, duorum menſium, zwey monat lang; ut, *Bimeſtris conſolatus*, Plancus Cic. 10, 24. *Frumentum bimeſtre*, Plin. 18, 7, quod intra duos menſes matureſcit. *Pavus bimeſtri*, Horat. 2 od. 17, 15.

¶ Bimenſtruus, *a, um*, ut *bimeſtris*, zwey monatlich. Gloſſ. Cyrill. *Bimenſtruus*, δυαμηνίαιος.

¶ Decemmeſtris, *e*, decem menſium, zehen monat lang; ut, *Partus decemmeſtris*, Cenſorin. de D. N. c. 11.

¶ Intermeſtris, *e*, ohne mondenſchein; ut, *Luna intermeſtris*, hoc eſt, interlunium, Plinius 18, 57.

¶ Intermenſtruum, *i*, n. luna extrema & prima, ſive tempus, quo nec veras lunæ, nec achue nova apparet, wenn kein mondenſchein iſt. Varr. de Re rust. 1, 37 pr. *Luna decreſcit, quod venit ad intermenſtruum. e quo die dicitur luna eſſe extrema & prima.* Et Ammianus 26, 3 *Inter conſpectum lunæ ad idem revocatur initium certis temporum interuallis.* ¶ 2. Adjective etiam dixit Plinius 18, 32 *Luna intermenſtrua*, der neumond.

¶ Quadrimenſtruus, *a, um*, vier monatlich. Gloſſ. Cyrilli τετραμηνιαῖος, *quadrimenſtruus.*

¶ Quadrimeſtris, *e*, idem. Suet. Ner. c. 14. *Conſulatus quatuor geſſit &c. tertium quadrimeſtrem.*

¶ Quinquemeſtris, *e*, fünf monat lang; ut, *Agni quinquemeſtres*, Plin. 8, 48 extr. & *Pulli quinquemeſtres*, Varr. 2, 7, de equis.

¶ Quotmenſibus, ſicut *quotannis*, compoſitum, monatlich. Vitruv. 10, 7 *Hodie quotmenſibus magiſtratus in eum locum profiſciſcitur.* Idem 9, 4 *Quotmenſibus ſub votam ſolis radiosve obſcuratur.* Et Cato R. R. c. 43 (Pompa 44) *Semel in menſe ſulcos, & circum capita oleagina quotmenſibus, neque donec trimæ erunt, fodere oportet.* Varro autem de L. L. 4, 8 *qua* (via) *ſacra quotquotmenſibus feruntur in arcem*, geminata vocula, quamvis & *quot* ſemel legatur, in margine editionis cum Scalig. &c. notis adſcripturn eſt.

¶ Semeſtris, *e*, ſechs monat lang, halbjährig; ut, *Regnum ſemeſtre*, Cic. ad Att. 10, 8. De *ſemeſtri auro* ne an *honore* vid. Int. Iuve. 7, 89.

¶ Semeſtrium, *i*, n. pro ſemimenſtruum, i. e. dimidia menſis pars, ein halber monat, Columella 11, 2. Sed

¶ Semenſtruum, *i*, n. ſechs monat zeit, ein halb jahr. Gloſſ. gr. lat. ἑξαμηνίαιον, *ſemenſtruum.*

¶ Septemmeſtris, *e*, ſieben monat lang; ut, *Septemmeſtres infantes*, Cenſorin. c. 8, h. e. poſt ſeptem menſes a conceptu in lucem editi. *Partus ſeptemmeſtris*, ibid. c. 11.

¶ Trimeſtris, *e*, drey monat lang, vierteljährig. Plin. 7, 15 *Trimeſtri ſpatio lavgius.* Et c. 48 *Trimeſtres anni Ateadum* conf. 18, 7 aliquoties. Sic, *Triticum trimeſtre, Fructus trimeſtris*, Colum. 2, 6 & 10. *Trimeſtria* abſolute Idem 2, 13; & Pallad. Febr. t. 3.

¶ Trimenſtruus, *a, um*, idem. Gloſſ. gr. lat. τριμηνίαιος, *trimenſtruus.*

Menſor, vide *Metior*, Menſtrualis, menſtruus, menſurnus, *Menſis*, Menſula, menſularius, *Menſa*, Menſura, menſurabilis, *Metior.*

MENTA, & Mentha, *æ*, f. herba ab odore grato Græcis ἡδύοσμος dicta, münze, krauſemünze. Diverſæ ejus ſpecies ſunt: *Mentha rubea*, quam & *crispam* vel *ſpicatam* vocant, krauſemünze. *Menta Græca*, ſeu *Saracenica*, unſer frauen münz, oder römiſche ſalben. *Calamintha*, καλαμίνθη, *Calament. m* vulgo, wilder poley. *Menta aquatica*, bachmünz, oder fiſch münz. Apulejus de Herb. c 105 *Menthan venerem* appellat *Silymbrium.* Martial. 10 epigr. 47 *In quibus eſt lactuca ſedens, & ſubtile porrum, Nec deeſt rubtatrix mentha, nec herba ſalax.* Adde Plin. 19, 8; & 20, 14; Colum. 11, 2 p. 442; Pallad. Febr. t. 24; Ovid. Met. 8, 663; & 10, 729, ubi pellicem Plutonis in cognominem herbam fuiſſe verſam memorat.

¶ Mentaſtrum, *i*, n. ſeu rectius Menthaſtrum, *i*, mentha ſilveſtris eſt, pferdmünz, roßmünz, Plin. 20, 14; Dioſc. 3. 37 Bord. Matth. *Μίνθην ἐν πολέμῳ μητ' ἔσθιε, μήτε φύτευε. Mentham nec comedas, nec plantes tempore belli.* Hoc eſt, ne quid alieno tempore facias, quod officiat. vid. Chil. Mentham enim propterea, quia membra refrigeret, audaciæ, fortitudinis, quibus in bello opus maxime eſt, retundere vires, Ariſtoteles indicat in problematibus: meminit Tiraquellus.

MENTA, & Mentula, *æ*, f. idem quod penis, quasi μενετής, *index*, quia ejus indicio ſexus virilis cognoſcitur, das männliche glied. vid. Voſſ. Etymol. p. 318, & exempla in Carmin. Priap. Cicero fam. 9, 22 *Ruta & menta recte utrumque volo mentam puſillam ita appellare ut rutulam, non licet.* Hinc

¶ Mentulatus, *a, um*; ut, *Priapo mentulatior*, in iisdem carminibus, qui al. *mutoniatus.*

Mentagra, vide *Mentum*, Mentaſtrum, mentha, *Menta*, Mentīgo, *Mentum*, Mentio, *Mens.*

MENTIOR, *itus ſum, iri*, mendacium dicere, lügen. Antiqui etiam *Mentio* dixere auctore Priſciano lib. 8 p. 799, ſed nullum exemplum adfert. Ter. Adelph. 1, 1, 32 *Qui mentiri aut fallere inſuevérit patrem, tanto magis audebit ceteros.* Idem Heaut. 3, 2, 38 *Non eſt mentiri meum*, lügen iſt meines thuns nicht. Cic de Orat. 2, 45 *De me nulla eſt cauſſa, cur mentiar.* Liv. 34, 62. *Nomina de terminatione Scipionis cos mentiri arguebant.* Cic. Offic. 3, 20 *In virum bonum mentiri non cadit emolumenti ſui cauſſa.* Gell. ex Nigidio ſic 11, 11 *Vir bonus præſtare debet, ne mentiatur, prudens, ne mendacium dicat.* Nimirum, qui *mentitur*, alios fallit; qui *mendacium dicit*, ipſe fallitur, ſaut eine lüge macht. Quæ tamen ſæpe confunduntur. Corn. Nep. 25, 15: *Mendaci in neque dicebat, neque pati poterat.* Vbi *mendacium dicere* nihil aliud eſt, quam *mentiri.* Aliter etiam Quint. 12, 1 p. 1054 *Lactare aliquando bonas res, ut mendacium dicat*, h. e. falſum aliquid, ſed non nocendi cauſa. Cic. ad Quint. fratr. lib. 1 ep. 1 c. 8 *Nutus, frons, oculi, vultus, perſæpe mentiuntur, oratio vero ſapiſſime*, trügen oft. ¶ 2. *Mentiri* aliquando eſt ſimilitudinem alicujus referre, imitari, aſſimulare. Virg. eclog. 4, 42 *Nec varies diſcet mentiri lana colores.* Martial. 3 epigr. 43 *Mentiris juvenem tinctis, Lentine, capillis: Iam ſubito cretus qui modo cygnus erat, Non omnes fallit, ſcit te Proſerpina canum; Perſonam capiti detrahet illa tuo.*

¶ Mentiens, *tis*, apud Quintilianum.

¶ Mentitus, *a, um*, der gelogen hat. Vellej. 2, 33, 2 *Cum neuter ab eo, quo arguebatur, mentitus argui poſſet.* ¶ 2. Paſſive pro falſo & commentitio, erdichtet. Vetus poëta apud Suetonium Othone c. 3 *Cur Otho mentito ſit querittis exul honore.* conf. Barth. ad Scriptor. Venat. p. 78. ¶ 3. Item aſſimulatus, nachgemacht. Val. Flaccus 7, 155 *Non jam mentita vultum vocemque reſumit, Calliopes.* Idem lib. 7, 211 *Sicut erat mutata, Deam mentitaque pictis Veſtibus, & Magicâ Circen Titanida virgâ.* Vid. plurima exempla apud Drakenb. ad Sil. 2, 657.

¶ Mentītio, *ōnis*, f. das lügen. Auct. ad Herenn. c. 2 *Dolus conſumitur in pecunia, &c. maturatione, mentītione*: alii: *mentione.*

¶ Mendax, *ācis*, adject. qui mendacium frequenter dicit, lügenhafft, der gerne leuget. *Fama mendax*, Propert. 4, 2, 19. *Forma mendax*, die offt betreuet, Ovid. Met. 3, 439. ¶ 2. Subſt. ein lügner. *Mendaces facere, ut nec vera dicentibus credatur*: antiquum ſermonem D. Hieronymus tradit epiſt. 2 Cic. de Divinat. 2, 71. *Mendaci homini, ne verum quidem dicenti, credere ſolemus.* Nec minus illud tritum eſt: *Mendacem memorem eſſe oportet*, quod Apulej. Apol. p. 318 non de nihilo ita dici exiſtimat. Compar. Horat. 2 epiſt. 1, 112 *Invenior Partis mendacior.* Superl. Plaut. Rud. 3, 4, 49 *Tum ego ero mendacíſſimus.* Et Colum. præfat. *Saltatoris mendacíſſimum aucupium.*

¶ Mendăciter, adverb. lügenhafft. Solinus c. 4 de ſimilitudine formæ: *Liquido manifeſtabitur, nihil de antiquitate mendaciter præ-dicaſſe.* Auguſtinus Hieronymo epiſt. 9, 4 *Nec mendaciter, nec incongrue faceret.* Arnobius 5 p. 166 *Mendaciter & falſitatis alicujus ſuſtione compoſita.* Idem lib. 1 p. 33 *Conſcriptores noſtri mendaciter illa promſerunt.* Superlative, *Mendaciſſime affirmare*, Auguſtinus lib. 1 contra Iulian. Pelagian. (al. 5) a Menardo in lucem producto, c. 104. Idemque de Morib. eccleſ. cathol. c. 17 *Mendaciſſime dicere.*

¶ Mendācĭtas, *ātis*, f. die lügenhafftigkeit. Tertull. de Præſcript. c. 13 *Principalitatem veritati, & poſteritatem mendacitati deputare.*

¶ Mendācium, *i*, n. eine lügen, unwahrheit; ut, *Magnum & impudens mendacium*, Cic. pro Cluent. c. 60. At *mendacium dicere* quotuplici ſenſu dicatur, vide ſupra in *Mentiri.* Rurſus Cic. pro Muræna c. 30 *Improbi hominis eſt, mendacio fallere.* Plaut. Moſt. 3, 1, 6 *Calidum hercle a divi optimum mendacium.* Plin. H. N. 8, 22 f. 34 *Nullum tam impudens eſt mendacium, ut teſte careat. Mirum eſt quo Græca procedat credulitas.* Lactant. 5, 3 pr. *Hæc eſt mendaciorum natura, ut coherere non poſſint.* Et, οὐδὲν ἴσχει ψεῦδος ἐς γῆρας χρόνου; hoc eſt, *Nullum mendacium veteraſcit*, keine lügen wird alt, oder beſtehet lange, Sophocles. De duplici mendacio, quorum alterum ex ignorantia, alterum ex malitia eſt, vide Polyb. lib. 12 p. 68. Alias *malitioſo* opponitur *officioſum*: & Auguſtinus quoque *officioſa mendacia* memoravit ep. 8 c. 3, & ep. 9 c. 3.

¶ Mendăciunculum, *i*, n. dimin. ut, *Mendaciunculis aſpergere*, ſed legunt alii, *mendaciolis*, apud Cic. de Orat. 2, 59.

¶ Mendācĭus quas, *a, um*, lügenhafft. Plaut. Trin. 1, 2, 163 *Nihil mendaciloquius*, comparativo.

¶ Mendaciloquium, *i*, n. Gloſſ. gr. lat. ψευδολογία, *mendaciloquium.*

¶ Commentior, *īri*, mentiri, comminiſci, erdencken. Apulejus Apolog. p. 314 *Lignum a me toto oppido quæſitum, non pigmit vos commentiri.* Ita & Priscæus p. 71.

¶ Dementior, *ītus ſum, īri*, valde mentiri, ſehr lügen. Apul. Apol. *Ex eo ſacro cœpiſſe dementiri.*

¶ Ementior, *īri*, mentiendo efficere, erlügen, zuwege lügen. Cic. de opt. gen. orat. c. 7 *Æſchines legationem ementitus eſt*, h. e. per mendacia & fraudes adminiſtravit. Παρεβρεσβεύειν Gr. *Ementiri ſuum genus*, erdichten, Idem pro Corn. Balbo c. 2. *Ementiri*, abſolute idem Partit. Orat. 14. vid. Menck. Obſerv. L. L.

¶ Ementītus, *a, um*, paſſive erlogen. Cic. Phil. 2, 35 pr. *Quod me de ementitis auſpiciis putares eſſe dicturum.* Idem de Nat. 2, 21 *Ementita ea, & falſa, plenaque erroris.*

Mentis, vid. *Mens.*

MENTOR, *ōris*, m. mirus in vaſis cælandis artifex, de quo Plin. 33, 2. Et Iuvenal. 8, 102 *Karæ ſine Mentore menſæ*, i. e. ſine opere aliquo illius. Præceſſit mentio aliorum artificum, quod fit etiam Martial. 4 epigr. 38.

¶ Mentŏreus, *a, um*, adject. ut, *Opus Mentoreum*, Propert. 1 eleg. 14 pr. Adde Martialem jam laudatum, & apud eumdem 9 epigr. 60 *Pocula Mentorea nobilitata manu.*

Mentula, mentŭlatus, vide *Menta.*

MENTVM, *i*, n. quod homini tantum eſt, quemadmodum malæ, Plinio teſte 11, 37, das kinn, ab *eminendo* dictum, γένειον. Plin. 11, 45 *Antiquis Græcie in ſupplicando mentum attingere mos erat.* Lactant. de Opif. c. 10 *Deductum clementer a genis mentum, & ita inferius concluſum, ut acumen ejus extremum ſignare videatur leviter impreſſa diviſio.* Figurate bobus mentum Virgilius tribuit Georg. 3, 53 *Et crurum tenus a mento palearia pendent.*

¶ Mento, *ōnis*, m. majore mento præditus, der ein groſſes kinn hat, Arnob. lib. 3 p. 108.

¶ Mentagra, *æ*, f. morbus, quoniam a mento oritur, joculariter primum, deinde uſu confirmante, etiam ſine joco ita appellatus. vide Plinium lib. 26 ineunte. Elegantius græco nomine *Lichen*, λειχήν, vel pluraliter nominatur *Lichenes*: vide Plin. ibid. der ausſprung, flechten.

¶ Mentīgo, *ĭnis*, f. morbus eſt, velut ignis facer agnorum lactentium, fœdis ulceribus obſidens, paſtores *oſtiginem* vocant, Colum. 7, 5.

MENYTRON, *i*, n. μήνυτρον, quicquid datur indicanti & nunciazi, quod Apulejus Met. lib. 7 *Indicium præmium* vocat, a μηνύω *ſignifico, nuncio* ¶ 2. Et & ICtis impunitas conſcio propoſita, ſi indicaverit alios.

MEO, *meare*, ultro citroque ire, gehen, wandern. Plin. 10, 38 extr. *Aves in volatu ſubrectæ, prone, obliquæ, reſupine feruntur, ut, ſi pariter earnantur pluria genera, non in eadem naturæ meare videantur.* Lucanus 7, 640 *Diſcurſuque anime diverſa in membra meantis.*

¶ Means, *tis*. Lucret. 1, 438 *Sic intactile erit, nulla de parte quod illam*

ullam Rem prohibere queat per se transire meantem. Id. 4, 371 *Quacunque meantes officimus.*

¶ Meatus, *ûs*, m. ein gang, einfahrt; ut, *Aves vario meatu feruntur*, haben mancherley flug oder gang, Plin. 10, 38 pr. & *Meatus siderum*, id est, cursus vel motus, Idem 2, 8. Est & *meatus* fluminum. Tac. Germ. 1, 4 *Danubius in Ponticum mare sex meatibus erumpit*, mit sechs stromen, oder armen. *Nubivagus meatus Dædalo tribuitur* a Silio 12, 102. vid. Drakenb.

¶ Meābilis, *e*, quod facile penetrat, gänge, gangbar, durchdringend; ut, *Aër meabilis per cuncta rerum*, die lufft, so leichtlich durch alle ding gehet, Plin. 2, 5. Et Idem 6, 1 de Bosphoro: *Vel bubus meabili transitu.*

Composita a *Meo*:

¶ Circummeo, *are*, herum wandern. Tertull. de Pallio c. 1 *Prob quantum circummeavit, a Pelasgis ad Lydos* &c.

¶ Commeo, *are*, ſtatis temporibus, & cum aliis venire, zu kommen pflegen. Ter. Hec. 1, 2, 100 *Senex rus abdidit se, huc raro in urbem commeat*, er kommt ſelten hieher in die ſtadt. Cicero pro Lege Manil. c. 18 *Omnes undique cum mercibus atque oneribus Delum commeabant.* Et, *Vicissim retro commeant omnia*, de N. Deor. 3, 12. Item Att. 8, 9 *Crebro illius litteræ ad nos commeant.* Cum accuſ. Dig. l. 48 t. 10 l. 27 *Qui falso diplomate vias commeavit, gravissime puniendus.*

¶ Commeans, *tis*. Mart. Capella 8 p. 287 *Planetæ hisdem solis rationibus commeantes.*

¶ Commeātus, *ûs*, m. eſt facultas ad tempus a militia aliove miniſterio recedendi, militi ab imperatore data, Valla auctore. COMMEATVS, inquit Feſtus, *tempus illud significat, quo quis ire & redire possit.* Hoc ſpatium ſi excederet miles, *emansoris* aut *desertoris* loco habebatur, de quo ICti Dig. de re militari; freyheit zu reiſen; item, ein geleits-brief, paß. Livius 3, 46 *Appius collegis in castra scribit, ne Virginio commeatum dent; atque etiam in custodia haberent.* Paullo poſt: *Commeatu sumto profectus Virginius.* Suet. Tib. c. 12 *A commeatu repetentes castra*: id eſt, præterita commeatus die. Ita *Ex commeatu redire*, Seneca dixit de Ira 1, 16. ¶ 2. Quamvis autem *Commeatus* ille ad militiam pertinebat maxime: tamen extra eam non niſi data venia magiſtratus & alii ex urbe Italiaque abire poterant; ut ita quævis abeundi & peregrinandi facultas veniaque *commeatus* appellaretur. Vellej. 2, 99, 2 de Tiberio: *Dissimulata caussa consilii sui, commeatum a socero atque eodem vitrico* (Auguſto) *acquiescendi a continuatione laborum petiit*: id eſt, veniam ſecedendi in orientem, urlaub, vergönſtigung. vide Suet. Tib. c. 10 & 31, itemque Calig. c. 29, nec non in Claudio c. 20 & 23; & Lipſ. ad 12 Annal. Taciti p. 304. Sen. præfat. lib. 3 Nat. Qu. ſub fin. *Sine intervallo, sine commeatu*, i. e. absque vacatione. Id quod ad morbi vacationem eleganter idem Seneca transfert epiſt. 54 pr. *Longum mihi commeatum dederat mala valetudo.* Ita enim Cic. Att. 13, 41 extr. *Nisi quid a te commeatus*, h. e. niſi per te mihi licet diutius abeſſe. ¶ 3. Et *Commeatus* in utroque numero, pro exercitus alimonia, aut hominis etiam privati, proviant, zufuhr. Cicero pro Leg. Manil. c. 17 *Commeatu & privato & publico prohibebamur.* Cæſ. Bell. Civ. 1, 36 *Commeatus ad obsidionem urbis reservare.* Liv. 9, 15 *Commeatus subvehebantur.* vid. ibi Gronov. & Drakenb. Et Plinius Paneg. c. 32 *Æternis commeatibus orientem occidentemque connectis*; id eſt, frumentariis navibus, ultro citroque commeantibus. *Intercludere hostes commeatu & frumento*, Cæſ. B. Gall. 1, 48, die zufuhr verſperren. Item Vet. Gloſſ. *Commeatus*, συτηρέσιον. *Commercium* vocavit Frontinus. vide infra in *Merx*. ¶ 4. *Commeatus* etiam dicuntur, cum plures naves una aliquo appulerunt: Græcis πόλος, κατάπλους. Cæſ. de B. G. 5, 23 *His* (navibus) *deductis, quod & captivorum magnum numerum habebat, & nonnullæ tempestate deperierant naves, duobus commeatibus exercitum reportare constituit*, auf zweymal. Suet. Ner. c. 20 *Captus modulatis Alexandrinorum laudationibus, qui de novo commeatu Neapolim confluxerant*, mit der letzten flotte. vide Casaub. ad Suet. Aug. p. 120. ¶ 5. Mutuus acceſſus Plaut. Mil. 2, 5, 55. vid. Parei Lex. Crit.

¶ Commeator, *ōris*, m. qui commeat. Apul. 11 Met. p. 262 de Mercurio: *Ille superum commeator & inferûm.* Quæ repetit in Apologia p. 315. Interpretis loco poteſt Claudianus eſſe de Raptu Proſerp. 1, 89 ſeq.

¶ Commeābilis, *e*, gangbar. Arnobius lib. 2 p. 84 *Venæ fistulatæ & commeabiles.* Idem lib. 7 p. 233 *Quicquid reciprocos balitus auris commeabilibus ducit*, was athem holet. *Commeabile* ergo, quod ultro citroque commeat, vel ubi licet ita commeare.

¶ Commeatalis, *e*, aliud adject. ut, *Miles commeatalis*, qui in ſtipendii partem accipit alimenta ex commeatu, i. e. ex alimento publico, der commiß-brot bekömmt. l. 2 § 9 C. de Off. præf. præt. Afr.

¶ Incommeabilis, *e*, non commeabilis, unwegſam. Ammianus 16, 20 pr. *Via clivosa & incommeabilis.*

¶ Demeo, *are*, deorſum meare, hinab gehen, herunter kommen. Apul. 6 Met. p. 180 *Ad Tartarum Manesque demeare*: & lib. 10 p. 254 *Corpus candidum, quod cælo demeat.*

¶ Demeaculum, *i*, n. die hinabfahrt, der gang unter der erden. Apulejus ſub init. lib. 6 Met. *Illuminarium Proserpinæ nuptiarum demeaculæ & luminosarum filiæ inventionum remeacula.* Vetus Onomaſticon: *Demeaculum*, κατωτροφία, id eſt, deſcenſus.

¶ Emeatus, *a, um*, durchwandert, durchſtrichen. Ammian. 29, 5 *Emeato mari cum classe.*

¶ Emeatus, *ûs*, m. der ausgang. Ammian. 17, 4 *Nilus sub emeatus sui discrimine.* Ita Sylburg. edit. p. 345. Lindebrog. *Meatus.*

¶ Immeo, *are*, hineingehen. Plin. 8, 25 *Delphini immeantes Nilo*, hoc eſt, in Nilo meantes, natantes.

¶ Intermeo, *are*, zwiſchen hingehen. Plin. 5, 30 *Pergamum intermeat Silenus.*

¶ Permeo, *are*, durchwandern, durchgehen; ut, *Permeare & transire per omnia*, Cic. Acad. 4, 37 extr.

¶ Permeatus, *a, um*, paſſiv. durchwandert. Ammian. 21, 25 (Valeſ. 13) *Permeato flumine.* Et lib. 24, 8 (Valeſ. 2 extr.) *Navigiis parvis permeato amne.*

¶ Permeator, *ōris*, m. qui permeat. Tertull. Apol. c. 21 *Permeator universitatis spiritus.*

¶ Permeābilis, *e*, quod tranſiri poteſt. Solinus c. 47 (al. 60) de Caſpiis portis: *Latitudo vix est plaustro permeabilis.*

¶ Impermeābilis, *e*, unwegſam, da man nicht durchkommen kan; ut, *Impermeabiles fines*, Iornand. de Reb. Get.

¶ Prætermeo, *are*, vorbeygehen. Lucretius 1, 319 *Sæpe salutantum tacti prætereque meantum.* Tmeſis eſt. Et Ammianus 31, 23 *Quos* (tractus) *Ister prætermeat.*

¶ Remeo, *are*, redire, zurück gehen, wiederkommen. Virg. Æneid. 2, 95 *Si patrios unquam remeassem victor ad agros.* Martialis 1 epigr. 16 *Gaudia non remeant, sed fugitiva volant.*

¶ Remeātus, *ûs*, m. Marcian IC. Dig. lib. 48 t. 19 l. 4 *Remeatum dare exuli*, h. e. redeundi poteſtatem.

¶ Remeāculum, *i*, n. reditus, locus per quem reditur, die zurückreiſe. Vide *Demeaculum.*

¶ Remeābilis, *e*, zurückkehrend. Stat. Theb. 4, 538 *Remeabile saxum* Siſyphi. Id. 6 Theb. penult. *Remeabile bellum*, ex quo reditus contingit. Prudentius Apotheoſi v. 105; *Cum moritur Christus, cum flebiliter tumulatur, Me video: e tumulo cum jam remeabilis adflat, Cerno Deum.*

¶ Irremeābilis, *e*, woraus man nicht wiederkommen kan. Virg. Æn. 5, 591 *Irremeabilis error*: & Æn. 6, 425 *Irremeabilis unda*: & Silius 5, 40 *Irremeabile litus.*

¶ Subtermeo, *are*, drunter hingehen. Claudianus Eidyllio, cui *Aponus* nomen, v. 61 *Et gemellos rapido ponte subtermeat æstu.* Et Mart. Capella 8 p. 287 *Solaris circulus subtermeat.*

¶ Supermeo, *are*, drüber gehen. Plinius 2, 103 *Quædam dulces inter se* (aquæ) *supermeant alias*, h. e. non miſcentur, ſed ſupernatant, quod ex amnibus probat, qui ſe tacubus infundunt.

¶ Supermeans, *tis*. Solin. c. 50 *Supermeantes naves.*

¶ Transmeo, *are*, ultra meare, hinüber gehen. Manil. 2 p. 42 *Singula circuitu quæ tantum transmeat æstra.* Plin. 10, 29 *Ad quem ciconiæ non transmeant.* Idem 30, 11 *Sole transmeante.* Et Solin. c. 38 *Maria transmeaturi naves subeunt.*

¶ Trameo, *are*, idem. Lucret. 4, 603 *Vitrum species trameat omnis.* Sic Varr. L. L. 4, 23 *Trama quod trameat filum.*

¶ Transmeātus, *a, um*, durchwandert, durchzogen. Apulejus lib. 6 Met. *Limite transmeato*, ut Pricæus legit p. 120. Corrupte Elmenh. (p. 180) *transmeatam.* Et Ammianus 27, 18 *Transmeato lentius freto.*

¶ Transmeatōrius, *a, um*. Tertull. adv. Valent. c. 27 *Transmeatorio potius quam generatorio more.*

¶ Transmeābilis, *e*, qui tranſiri poteſt. Auſonius Gratiarum act. ſub fin. *Spatio non transmeabili terminum calcis ignorat.* Et Beda lib. 1 Hiſt. eccleſ. Angl. c. 25 *Transmeabilis fluvius.*

¶ Intransmeābilis, *e*; ut, *Intransmeabiles oceani fines*, Iornand. de Rebus Get.

Trames, vide infra ſuo loco.

MĔPHĪTIS, *is*, f. acc. *mephitim*, μεφῖτις, terræ putor ex aquis naſcens ſulphuratis, unde omnis putor *mephitis* appellatur, ein geſtanck vom ſchwefel. Virg. Æn. 7, 84 de valle Amſancti in Hirpinis: *Sævamque exhalat opaca mephitim.* Perſ. ſat. 3, 99 *Gutture sulphureas lente exhalante mephites.* ¶ 2. *Mephitis* etiam dea tetri putoris avertendi. Plin. 2, 93 *Ad ædem Mephitis*, in Hirpinis. Tac. Hiſt. 3, 33, 7 *Templum Mephitis.*

¶ Mephītĭcus, *a, um*, adject. ſtinckend. Sidonius 3 epiſt. 13 *Exhalatus e concavo molarium computrescentium mephiticus odor.*

MEPTE, i, e. meipſum, mich ſelbſt, Plaut. Menæch. 5, 8, 10.

Meraculus, meracus, vide *Merus*, Mercabilis, mercator, &c. *Merx.*

Mercedula, mercenarius, *Merces.*

MERCES, *ēdis*, f. ſtipendium pro labore, a *merendo*, lohn, tage-lohn. *Conducere mercede*, Cic. Off. 2, 6. *Mercede cum aliquo pacisci*, Liv. 25, 33. Iuvenal. 7, 157 *Nosse velint omnes, mercedem solvere nemo.* Silius 13, 663 *Ipsa quidem virtus sibimet pulcherrima merces.* Sal. Catil. 21, 1 *Illis quieta movere magna merces videbatur*, h. e. in ipſa perturbatione rerum jam ſatis ſe præmii habere putabant. ¶ 2. Transfertur & ad pecunias, quæ pro conductis a nobis rebus penduntur. Cæſ. de B. C. 3, 21 *Duas* (leges) *promulgavit: unam, qua mercedes habitationum annuas conductoribus donavit.* Græci ἐνοίκια vocant, hauszins. Suetonius abſolute *Habitationes* in Cæſ. c. 38, ICti *obventiones* vocant, ut ibi notat Caſaubonus. Idem Suet. Cæſ. c. 20 *Mercedes* dixit, quas publicani pro vectigalibus pendebant. ¶ 3. *Mercedes prædiorum* Cic. de Fin. 2, 26 extr. dixit, einkommen von den gütern. *Mercedem aut numos unde extricat*, Horat. 1 ſat. 3, 88.

¶ Mercēdula, *æ*, f. dimin. Cic. de Orat. 1, 45 *Infimi homines mercedulâ adducti præbent se ministros.* Et Seneca epiſt. 6 *Diurna mercedula.* Add. ep. 15.

¶ Mercenārius, *i*, m. operarius mercede conductus, ein miethling, taglohner. Vet. Gloſſ. *Mercenarius*, μισθωτὸς, μισθοφόρος. Nec de operariis tantum, ſed de aliis quibusque dicitur, qui mercede parantur. Cic. pro Font. c. 10 *Potestis mercenarios gratuitis anteferre?* Cæterum

¶ Mercēnārius, *a, um*, revera adjectivum eſt, gemiethet, ums lohn gedungen; ut, *Mercenarii testes*, qui teſtimonium dicunt pretio, Cic. fam. 3, 11. Vet. Gloſſ. *Mercenarius*, μίσθιος, & Onomaſticon: *Mercenarius adject.* ἔμμισθος. Apul. 7 Met. p. 194 *Mercenariis discursibus.* Et Cic. in Piſon. c. 21 *Gabinius tribuit se mercenarium comitem regi. Liberalitas mercenaria*, cui opponitur *gratuita*, Idem de Leg. 1, 18. *Mercenaria opera, mercenarii homines &c.* apud auctores paſſim non ſine contemtu dicuntur. Nam Cicero dixit Off. 1, 42 *Illiberales & sordidi quæstus mercenariorum omnium.* Et Corn. Nep. 18, 1, 5 *Mercenarii scribæ*: & 20, 1, 3 *Mercenarii milites.* Adde Liv. 29, 49 &c.

¶ Mercedicius vel Mercedivus, idem ac *Mercenarius, quod mercede se tuentur.* Feſtus.

¶ Mercedoniæ ſcil. dies a mercede ſolvenda, idem Feſtus.

Mercimonium, mercor, *ari*, cum derivatis, quære infra ſub *Merx.*

MERCŬRIUS, *i*, m. planeta. Plin. 2, 8 *Proximum soli Mercurii sidus, a quibusdam appellatum Apollinis.* Etiam ab Apulejo de Mundo p. 169. ¶ 2. Item Majæ & Jovis filius, Deorum nuntius & interpres. Qui & palæstræ, & mercaturæ, & eloquentiæ &c. præesse creditus. Gr. ὁ Ἑρμῆς, unde ἑρμηνεύω, interpretari, &c. vid. prolog. Amphitr. Plautinæ, & ibi Taubm. p. 10, item que Horat. 1 od. 10, ibique Interpretes: & Alexandrum expositione Tabulæ Heliacæ p. 31 & seqq. quibus adde Lubin. ad Pers. p. 389 & 814, & Virg. Æn. 8, 138. Dicitur quasi *medicurrius* seu *medius currens*, quod sermo curat inter homines medius. vid. Arnob. 3 p. 118; Isidor. 8, 11, & Augustin. C. D. 7, 14. Eorum quoque Deus & doctor erat. vid. Gallæus ad Lactant. p. 50 & 51. De eo Apul. lib. 10 Met. *Adsit luculentus puer &c. quem caduceum & virgula Mercurium indicabat.* Plures *Mercurios* recensent Cic. de N. Deor. 3, 22. Adde Barth. ad 4 Theb. Statii p. 114 & 115. Varia *Mercurii* epitheta vide apud Reines. Inscriptt. p. 118. De *Mercurio ψυχοπομπῷ* Erh. ad Petron. c. 140. De *Mercurio somniorum præside* Dan. Heins. ad Sil. 3, 181 copiose. ¶ 3. *Non ex quolibet ligno excudi debere Mercurium*, Pythagoræ monitum fuisse, Apulejus auctor est Apologiâ p. 302. ¶ 4. Fuit & apud Ægyptios alius *Mercurius* hic *Hermes Trismegistus*, græce Ἑρμῆς, τρισμέγιστος, id est, *ter maximus* appellatus. Tribus enim, si vera fabulantur, excellentibus donis prædictus, & philosophus maximus, & sacerdos maximus, & rex Ægypti fuit maximus, primusque adeo, qui de Deo & de dæmonibus disputavit. Fuisse ajunt auditorem Noachi, & scripsisse libros longe plurimos ad divinarum rerum cognitionem pertinentes: quorum testimoniis sæpe usi sint veteres patres, *Justinus, Lactantius, Augustinus, &c.* Hodie tantum habemus duos inscriptos ejus nomine libros, quorum prior Pimander, alter Asclepius, a præcipua persona (sunt enim Dialogi) inscribitur. Edidit Marsilius Ficinus & egregio Commentario illustravit. Chalcidius tradit, eum, quum morti vicinus esset, hæc verba pronunciasse: *Hactenus fili, pulsare patria vixi peregrinus & exul, nunc incolumis patriam repeto. Cumque paullo post a vobis corporeis vinculis solutus discesserit, videte, ne me, quasi mortuum lugeatis. Nam ad illum optimam beatamque civitatem regredior, ad quam universi cives mortis sorte venturi sunt. Ibi solus Deus est summus princeps, qui cives suos replevit suavitate admiranda. At hæc, quam multi vitam existimant, mors est potius dicenda, quam vita.* Sed ista omnia, si non ficta, incerta quidem sunt & dubia. vide Casaub. Exerc. 1 contra Baron. sect. 10, ubi plura habes de hoc Mercurio Trismegisto, & quid de libris ejus censendum sit. Nonnihil & Daniel Heinsius epist. ad Balsacum p. 238. Pro ingenuitate eorum pugnat Athanas. Kircherus Obeliscі Pamphili 1, 3. Copiosissime & expresse de Zoroastre, Hermete Trismegisto & Sanchoniathone scripsit Jo. Henr. Vrsinus, & in Spicilegio suo Arnold. vid. supra *Hermes*, & quos laudat Fabric. B. G. 1, 7, qui confirmat eorum sententiam, quibus Hermetis qui vocantur libri ne Homero quidem, nedum Mosi, antiquiores esse videntur. ¶ 5. *Mercurii* etiam dicebantur statuæ viarum, ac pontium, (de quibus Ammianus lib. 31,) quas *Hermas* Græci vocant, item acervi ex lapidibus a prætereuntibus ex tempore jactis, qui Mercurio sacri. vid. Ioseph. Scalig. Comment. in Ætnam. Item Lipsius Cent. Miscell. 5 epist. 5, & Alexandrum in Expositione Tabulæ Heliacæ p. 43 & seqq. it. Selden. de Dis Syr. 2, 15. ¶ 6. *Mercurius* apud chymicos est argentum vivum, quecksilber.

¶ Mercuriŏlus, *i*, m. imago minuta Mercurii, ap. Apulej. Apol. p. 315.

¶ Mercŭriālis, *e*, adj. ut, *Mercuriales viri*, poëtæ, docti, Horat. 2 od. 17, 29. ¶ 2. Videntur collegium certum fuisse. Cic. ad Q. fratr. 2 epist. 5 *M. Furium Flaccum Capitolini & Mercuriales de collegio ejecerunt.* Proprie *Mercurialium collegium* fuit mercatorum, institutum Appio Claudio & Servilio Coss. Livio teste 2, 21 & 27, sic dictum, quod Mercurium mercatores ut patronum colerent. ¶ 3. *Mercurialis herba*, eadem quæ *Linozostis*, λινόζωστις, est, bingelkraut. vid. Apul. de Herb. c. 83. & Cat. R. R. 158.

MERDA, *æ*, f. excrementum, dreck, menschenkoth. Horat. 1 satyr. 8, 37 *Medii capiti inquinet alitis Corvorum.* Priapus ita jurat. Phædr. 4, 17 *Odorem cum merdis cacant.* Veget. 2, 8 *Merda bubula.*

MĔRENDA, *æ*, f. cibus pomeridianus, das vesper-brod. vid. Nonius 1, 18. Veteres & prandium, quia medio die caperent, *Merendum* dicebant, Festus. At Ioseph. Scalig. non a *Meridie*, sed a *Mendo* deducit. Quod iis, qui merebant ære, id est mercenariis, antequam labore mitterentur, a domino vel conductore dabatur. Quo nihil verius. Neque enim in meridiem, sed post meridiem, sub vesperam scilicet, *merenda* apponebatur. De quo diserte Calpurnius eclog 5, 60 *Verum ubi declivi jam mota tepescere sole Incipit, ferasque vocat debitura merenda.* Bene Isidorus 20, 2 MERENDA, inquit, *est qui declinante die sumitur cibus.* Gloss. Vet. ἄκμων, *Merenda.* vid. Mercurial. Var. Lect. 4, 17. Muret. V. L. 4, 12. Turneb. Adverss. 17, 7. Voss. Inst. Orat. 4 p. 222.

¶ Merendārius, *i*, m. alumnus, qui merenda vescitur, der vesperbrod isset. Sen. in Controv. *Ostende nobis merendarios tuos*, i. e. alumnos, deine kostgänger.

¶ Mĕrendo, *are*, quasi meridie edere, vespern, vesperbrod essen. Isidor. 20, 2.

MĔREO, *ui, itum, ēre*, & Mereor, *meritus sum, ēri*, est in aliqua re dare operam, vel ex conducto, ut mercedem auferas, vel quæstus causâ, ut acquiras, vel ex officio, benevolentia, & cura honesti, ut prosis aliis, & laude, honore, gratia dignus sis, verdienen. Quamquam & verbo hoc utimur, cum pessime consulimus aliis atque incommodamus Μέσον enim est, & in utramque partem vim habet, unde & *male & bene mereri de aliquo*: *malam & bonam meritum* dicimus, sich wohl oder übel um einen verdienen. *Merere* autem de iis usitatissime dicimus, qui locant operas suas ac quæstum faciunt, um lohn dienen und arbeiten; Verum *mereri* & *mereri* de iis, qui non tam mercede, quam præmio gratiaque ingenii sui, atque in quibus non tam factum, sicut in mercenariis, quam animus spectatur. Unde & *Meritus ἄξιος*, in Vet. Gloss. exponitur. Sic *merere milites* dicuntur, cum stipendia faciunt, seu bella operam imperatori navant: quod idem est ac στρατεύειν, seu *militare*. Liv. 21, 4 *Triennio sub Hannibale vicenos imperatore meruisse.* Aliquando & aliquid additur, quo modus merendi designatur: ut *equo merere*, zu rosse dienen; *pedibus merere*, zu fusse dienen. Sed & *ære merere* dicimus, um geld dienen. Lucanus 10, 409 *Ære merent parvo.* Item *Stipendia merere*, apud Suet. & Livium. Et Tac. Annal. 2, 10, 4 *Qui in castris doctor meruit*, der für einen officier gedienet. Idem Annal. 1, 36, 4 *Stipendia meritos* dixit. ¶ 2. Neque vero *milites* tantum dicuntur *merere*, sive mercedes facere, sed & alii: ut *prostitutæ*, quæ *meretrices* hinc appellatæ. Suet. Calig. c. 40 *Vectigalia nova atque inaudita per centuriones tribunosque prætorianos exercuit, &c. Pro edilibus, quæ tota urbe venirent, eorum statumque exigebatur, &c. Ex geronum diurnis quæstibus pars octava: ex capturis prostitutarum, quantum quæque uno concubitu mereretur.* Horat. epist. ad Pison. v. 345 *Hic meret æra liber Sositis*: id est, acquirit Sositis. Significat enim, Sosios librarios ex tali libro magnum quæstum facere. Vbi nota, verbum istud non de persona ipsa, quæ acquirit; sed re, per quam acquiritur, usurpari, quemadmodum & *demerendi* verbo Plautus usus, de quo infra. ¶ 3. Quamquam autem, ut supra notabamus, verbum μέσον est, & *bene* juxta ac *male merere* sive *mereri* dicimus: sæpe tamen pro *bene mereri* absolute ponimus. In quo & a *Commereo* distinguitur ex Donati sententia, qui ad Terentii illud Adelph. 2, 1, 47 *Verum enim quando bene promeruit, fiat*: BENE, inquit, *i. e. multum PROMERVIT, adjuvit, profuit*; *cui contrarium est COMMERVIT. Nam MERERI & PROMERERI est præstare beneficium.* Virgil. Æneid. 6, 664 *Quique sui memores alios fecere merendo.* Et Æneid. 4, 334 *Nunquam regina negabo Promeritam.* Idem ad illud Hecyræ 3, 5, 36 *Quæ nunquam quicquam erga me commerita est, pater. Adverte*, inquit, *Proprietatem expressit* COMMERITAM, pro male meritam, dici; MERERI vero in bonam accipi partem. Sed hoc discrimen perpetuum non est. Neque vero tantum dicimus *bene mereri de aliquo*: sed & *omni bono mereri.* Vetus Inscriptio apud Gruter. p. 787 n. 5 L. BAEB. PARDVS OMNI BONO DE SE MERITAE FECIT. Catullus 74, 1 *Desine de quoquam quicquam bene velle mereri.* ¶ 4. Est & illa elegans forma: *Non mereum hoc vel hoc, ut hoc vel illud faciam*, ich wolte nicht viel nehmen und dieses thun. Plaut. Menæch. 1, 3 extr. *Neque hodie ut te perdam, mereum Deûm divitias mihi.* Idem Most. 4, 2, 71 *Quid mercar, quamobrem mentiar?* was hab ich davon. Et rursus Bacch. 5, 265 *Quem quidem ego ut non excruciem Alterum tantum auri non meream.* Cic. 2 de Finibus: *Quid merearis igitur, ut te dicas, in eo magistratu omnia voluptatis caussa facturum?* Id est, quid pretii tibi postules dari, &c. ¶ 5. Urbanissimæ modestiæ est, cum in delatione honorum & laudum, quæ fit ab aliis; vel ipsi, cum aliquid petimus, SI MERVERO dicimus. Suet. Aug. c. 56 *Nunquam filios suos populo commendavit, ut non adjiceret*, SI MEREBVNTVR. Idem Ner. c. 10 *Agenti senatui gratias respondit*, CVM MERVERO. ¶ 6. Notanda & Casauboni observatio est, qui ad Plin. 1 ep. 8 n. 14 ad verba: *si casu aliquo non sequatur, idcirco, quod gloriam non meruit, minus pulcrum est*: monet, verbum *mereri* veteribus non semper ἀξιοῦσθαι sive dignum esse: sed τυγχάνειν etiam simpliciter, & factum notare, non jus: quod & Grotius ad Matthæum c. 6, 1 observat. Quod in patrum scriptis recte accipiendis magnum usum habet adversus eorum corruptores sinistrosque interpretes. Prudent. de Maria Θεοτόκῳ Hymno 3 κάσμει. sive ante cibum, v. 151 *Edere namque Deum merita Omnia virgo venena domat.* Alcimus Avitus de eadem ad Sororem v. 214 *Quæ pondere casto Factorem portare suum, Dominumque perennem Edere commeruit*: id est, consecuta est, ut ederet. Itaque *mereri* hic est, non suo aliquo jure quam dignum fieri; sed sola gratiosa dignantis dispositione. *Meruit* itaque *Deum edere* virgo, non quod præstaret aliis: sed sola Numinis gratia, quod esset delecta ad id, atque in eo aliis prælata. Dracontius Hexameron v. 125 *Exilit inde volans, gens, plumea, læta per auras, Aëra concutiens pennis, crepitante volatu, Ac varias fundit blando modulamine voces: Ac, puto, collaudant Dominum meruisse creari*: MERVISSE dicit, non quod earum ullum exstaret meritum, quod obligaverit Deum, (neque enim exstiterant hactenus) sed quod rem dignam bonitate sua statuerat DEVS, si & aves crearet. Similiter *legatum mereri* dicitur Paulo L. 21 D. ad Leg. Falcidiam, qui accipit, sive consequitur: Et *donationem merere* Valentiniano & Valenti Impp. Lege 10 de Pistoribus Cod. Theos. Eodem modo Iuvencus 3, 495 de infantibus ad Christum allatis: *Tales affirmat regna mereri* (i. e. consequi) *Aulæ cælestis, sanctas his ordine palmas Imponit.* Add. Claudian. in Eutrop. 1, 176 *Qui nihil optasset plus libertate mereri.* Et loci Arnobii aliorumque, quæ colligit Elmenhorstius ad l. 1 p. 15 ed. Mair.

¶ Mĕrens, *tis*; ut, *Merens*, scil. *pœnam* strafwürdig. Virg. Æneid. 2, 229 & 585. *Bene mereni* passim in Inscriptionibus: enim in superlativo. Gruter. p. 932 n. 7 REGIVS ARISTIVS PRIMITIVVS ARISTIAE FILETENI PATRONAE BENE MERENTISSIMAE ET REGIVS HERMES VXORI MERENTISSIMAE. P. Adde Reines. Class. 16 Inscript 8.

¶ Meritus, *a, um*, ut deponens, qui meruit, der da verdienet hat; ut, *In toga triumphum linguæque lauream merite*, Plin. 7, 30 de Cicerone. Et, *Dia meritus*, Tac. Ann. 11, 13, 2, der lange gedienet. Idem 12, 20, 4 *Meritus noviss. exempla*, der verdienet, daß man an ihm ein exempel statuire. Cic. fam. 1, 9 *Erat inpunitum, bene de me meritos omnes nominare. Sic meritus* formula poetis familiaris, v. Burm. ad Ovid. Her. 4, 127. ¶ 2. Passive, debitus, justus, dignus, verdient, verschuldet, gehörig, gebührend, würdig. Ovid. Fast. 4, 239 *Meritas dare sanguine pœnas.* Idem in Ibim v. 25 *Huic meritas grates agam.* Virg. Æn. 3, 118 *Meritos aris mactavit honores.* Cic. de Orat. 2, 50 *Inaudiam meritam ac debitam laudem.* Plin. 5 epist. 15 *Meritissima fama frui.* Et vet. Inscript. apud Reinesium Class. 1 n. 35 FILIAE MERITISSIMAE, &c. quod ideo adferre visum fuit, quia summus hujus vocis gradus tam in libris, quam hac ætate rarior, quam pro vulgari opinione est: & vix aliud in fastis conspicitur, quam *bene meritus, optime meritus, bene merens, bene merentissimus &c.* Index Affectuum in Opere Gruteri. conf. supra in *Bene.*

¶ Meritum, *i*, n. beneficium, officium, das verdienst, die wohlthat. Cic fam. 13, 1 *Tanta est magnitudo eorum in me meritorum.* Et *Divinum*

num atque immortale meritum, Idem Phil. 3, 6. *Merita alicujus prædicare*, & *Prædicator meritorum alicujus*, Plancus Cic. fam. 10, 7. Ovid. Heroid. 12, 21 *Ipſi quædam ingrato meritum exprobrare voluptas.* Sic. *Meo merito*, wie ichs verdiene, Plaut. Asin. 2, 4, 84. *Merito tuo*, Ter. 3, 2, 5. Vatinius Cic. fam. 5, 9 *Sed, meam fortunam, neſcio quo modo, facile obtrectatores inveniri, nec eos quidem malevolos merito*, ohne mein verſchulden. Quomodo explenda ſit ellipſis, patet ex Ovid. Heroid. 5, 7 *Leniter, ex merito quicquid patiare, ferendum eſt.* ¶ 2. Eſt autem & hoc vocabulum μεσότης ſeu medium, & bene juxta ac male factum notat. Liv 40, 15 *Non hodie me primam frater accuſat, ſed hodie primam aperte, nullo meo in ſe merito.* Grat. 439 *Meriti ſi nulla eſt noxa tanti.* Macrob. in Somn. Scip. 1, 1 *Conſequens eſſe animadvertit, ut certa illis (animis) loca nexa corporis abſolutis pro contemplatu probi improbive meriti deputata ſint.* Lactant. 5, 23 *Jubet Deus nos exſpectare patienter illum cæleſtis judicii diem, qui ipſe pro ſuis quemque meritis aut honoret aut puniat.* Et 7, 20 *Donec tempus adveniat, quo maximus judex meritorum faciet examen.* ¶ 3 Aliquando & *meritum* ſignificat, quod facta noſtra conſequitur, atque vel præmia notat, vel pœnam, die Belohnung. Apul Met. 8 p. 258 *Specta, quale cæleſti providentia meritum reportaverit.* B. Hieronymus in vita Pauli extr. *Cui ſi Dominus optionem daret, mallet magis eligere tunicam Pauli cum meritis ejus, quam regum purpuram cum pœnis:* CVM MERITIS, i. e. pœnis: hic enim POENAS oppoſuit. Præmia autem intelligit, quæ ipſemet meruit bene operando. vid. Buchner. ad illud Prudentii Hymno de Natali Chriſti extr. *Meritis rependet congrua.* Egregie Prosper præfat. in Ingrates extrema: *Sed bona quæ tibi ſunt, operante fatebere Chriſto, Non eſſe ex merito ſumta, ſed ad meritum.* Idem ipſo opere v. 992 ſub fin operis: *Si quid enim vellet gerimus, Domino auxiliante Tu, gerimus: tu corda moves, tu vota petentis, Qua dare vis, tribuas; ſervans largita creanſque De meritis merita, & cumulans tua dona corona.* De verbo *mereri*, & voce *meritum*, egregia diſſertatio eſt apud Radulph Ardentem Homil. in Vigilia Aſcenſionis Dominicæ, qua docet, totum Christum & *meruiſſe* & *mereri* potuiſſe; nec niſi divinam gratiam proprie *merita* vocari poſſe. vid. p. 484 ſeq. Cæterum vocem hanc apud veteres uſurpatam cum magna latitudine, docet Dorotheus in relat. Anonymi de S. Marci corpore nor. p. 211. ¶ 4. Eſt & *Meritum*, quo quævis maxime cenſetur res, & dignitatem, excellentiam pretiumque acquirit, ſeque reddit inſignem. Gratius Cyneget. v. 249 *Hoc ingens meritum eſt, hæc ultima palma tropæi, Hannon magne, tibi Divam conceſſa favore.* Idem v. 370 *Exercitus ingens Æquali ſub labe ruit: nec viribus ullis Aut merito venia eſt.* Ovid. Faſt. 1, 8 *Et quoſe merito quæque notata dies.* Martial. 8 epigr. 65 *Grande loci meritum teſtantur & altera dona.* Claudianus de 4 Conſ. Honorii v. 589 *Nec rudis in tali ſuffecit gratia textu, Auget acus meritum, pictus utamque metallis Vivit opus.* Loquitur de veſtimento, cujus pretium magnum quidem eſſe ſignificat, ſi materiam ſpectes: intendi id tamen atque augeri arte pingendi acu, qua mirum in modum excelleret. Marcianus IC. lege 18 § 5 Dig. de jure fiſci: *Veterani quoque ſacris conſtitutionibus delatores eſſe prohibentur propter honorem utique & meritum militiæ.* PROPTER MERITA, id eſt, exiſtimationem & dignitatem ſive ἀξίαν. Vet. Gloſſ. ἀξίαι, *Merita, dignitas.* Palladius de Inſitione, de piſtaceis: *Quin & Amygdalos ſubeunt piſtacea ramos. Et meritum* (ita legendum, non *debitum*, ut vulgo,) *majus de brevitate petunt.* Significat, piſtacea ob ipſam brevitatem ſuam amygdalis præſtantiora eſſe ſeu majore pretio habenda. Ita hac voce & alii, præcipue patres & Chriſtiani ſcriptores, Tertullianus, Hieronymus, Prudentius, Severus, Sidonius &c. uſi ſunt. Auſonius Profeſſ. Burdigalenſ. epigr. 13 *Qua forma aut merito fueris, qua ſtirpe parentis.*

¶ Merito, non immerito, non injuria, billig, verdienter weiſe. Ter. Eun. 1, 2, 106 *Merito te amo* Cic. in Verr. 5, 68 *Quamquam merito ſum iratus Metello, tamen hæc, quæ vera ſunt, dicam.* Hinc ſuperlat. Solinus c. 12 *Hymetto meritiſſime tribuitur principatus.* ¶ 2. *Meritiſſimo*, ſimili ratione dicitur. Cic. de Orat. 1, 55 *Scævolæ te dediſti, quem omnes amare meritiſſimo pro ejus eximia ſuavitate debemus*, mit höchſter billigkeit. conf. Non. 2, 545. Aliquando tamen utrumque non adverbium eſt, ſed nomen ſubſtantivum. Cic. fam. 14, 2 *Piſonem noſtrum merito ejus amo plurimum.* Plaut. Aſin. 3, 3, 147 *Meritiſſimo ejus, quæ volet, faciemus. Peſſimo publico* ſimiliter Livius dixit, de quo infra in *Pejor.*

¶ Meríto, *avi*, *are*, frequentat. quod hodie in aliquot linguas vernaculas irrepſit, meritiren, erwerben, gewinnen. Cato apud Feſtum *meritavere* pro *meruere*. Et Plin. 7, 39 *Reſcius hiſpiri ſeſtertia quinquento annua meritaſſe proditur.* Cic. Verr. 5, 50 *Qui HS dona meritoſſet.* Et Stat Silv. 12, 66 *Damnatis Siculas iunge meritare per oras, Impoſtum Mortaret*, pro *meritaret*, ſeu *merentium faceret*, ex Accio allert Nonius 2, 533.

¶ Meritórius, *a*, *um*, quod meret, damit man geld verdienet; ut, *Rheda meritoria*, Suet. Cæſ. c. 57, eine miethskutſche. *Vehiculum meritorium*, Idem Calig. c. 39. Et, *Cœnaculum meritorium*, Vitellio c. 7: &, *Scorta meritoria*, Claudio c. 15 dixit. *Puer meritorius*, qui *Catamitus* Servio ad Virg. eclog. 8. *Sed meritorii pueri* ſunt, qui ſe mercede proſtituunt: *Catamiti*, qui dominorum delicias & concubini. *Taberna meritoria*, eine kaufkammer, ein wirthshaus, da um geld iederman zehret, Val Max. 1, 1 extr. 12. Lit.

¶ Meritórium, *i*, n. abſolute, ein kaufhaus, wirthshaus. Iuvenal. 3, 234 *Nam quæ meritoria foroum admittit?* Lit leg. 15 § 8 Dig. de muſic. & quem *meritoria facere.* Vet. Gloſſ. *Meritorium*, καπηλεῖον. ¶ 2 Simulque & pro cella meretricis, ein hurenhaus. Ambroſ. in Pſal 118 *Aſpicias, tanquam ſi intres meritorium, ſuum fornicem meretricis ingredientis?* Firmicus 6, 31 *Mulier de meritorio detonſa.* Item: *In publicis meritoriis proſtituta.* Vide Barth. Adverſar. 46, 6.

¶ Méretrix, *icis*, f. eine hure. A *mercando*, ſecundum Vallam, quia mercede ſuam exercet militiam. *Meretricis amor tuopte*, Horat. 1 ſat. 4, 111. Et, *Mercabilis ære meretrix*, Ovid. amor. 1, 10, 21. Atticæ urbantur veſte diverſicolore, Romanæ vero toga. vid. Artemidor. 2, 3, & Voſſ. 1 Inſt. Orat. p. 168. Egregia, ſi Dis placet, Auguſtini vox de ordine 1, 12 *Auferi meretrices de rebus humanis, turbaveris omnia libidinibus*, citante Clerico ad Menand. p. 298.

¶ Meretrícula, *æ*, f. diminut. Cic. Nat. D. 1, 33 *A meretricula commendatus.* Adde Horat. 2 lat. 7, 46.

¶ Meretrícius, *a*, *um*, adject. huriſch. Ter. Andr. 5, 4, 10 *Meretricios amore nuptiis conglutinas.* Ovid. Fait. 5, 349 *Turba meretricia.*

¶ Meretrícium, *i*, n. ſubſtantive, quæſtus meretricius eſt, ut *Lenocinium* lenonum, der huren-handel. Suet. Calig. c. 40 *Meretricium facere.*

¶ Meretrície, adverb. huriſch. Plaut. Mil. 3, 2 fin. *Quam digne ornata incedit: haud meretricie.*

¶ Meretrícor, *ari*, huren. Columell. 11, 1 *Plurimum affert mali, ſi operario meretricandi poteſtas fiat.* Sed vid. Geſn. qui legi vult *tricandi*. v. Barth. ad Briton. Aremor. p. 60. Vbi, quomodo *meretrix*, & *proſtibulum* differant, etiam docet.

¶ Meretricátio, *ónis*, f. die hurerey. Chryſologus Serm. 19 *Repetit in ea totius meretricationis illuviem.*

Compoſita a *Mereo* & *Mereor.*

Benemereor, benemerens, benemeritus vide in *Mereor*, *Merens*, *Meritus*, & ſupra in *Bene*: Diſtingui enim debent voces.

¶ Commereo, *ére*, & Commereor, *éri*, idem quod *mereri*, ſed fere in malam partem, verdienen, verſchulden. Ter. Hec. 4, 2, 4 *Nunquam ſciens commerui, merito ut caperet illam odium mei.* Et Andr. 1, 1, 112 *Quid feci? quid commeui aut peccavi, pater?* Cic. de Orat. 1, 54 *Quam quaſi pœnæ æſtimationem commereſſe ſe maxime conjecerat.* Nec eſſe puto apud Ciceronem exemplum contrarium. Plaut. Aul. 4, 10, 8 *Fateor me peccaviſſe, & me culpam commeritum ſcio.* Idem Epid. 1, 1, 59 *Aliquid mali in ſe commereri*, i. e. facere. vide locus Donati in Mercor n. 3.

¶ Commeritus, *a*, *um*, verdient, verſchuldet. Plaut. Trin. 1, 1, 4 *Amicum concaſtigabo pro commerita noxia.*

¶ Demereo, *ére*, & Demereor, *éri*, idem quod *mereri*, Plaut. Pſeud. 4, 7, 90 *Quid mercedis Petaſus hodie domino demeret?* Similiter utus hoc verbo Gellius 1, 8 de Laide meretrice: *Grandem pecuniam demerebat.* ¶ 2. *Demereri aliquem*, eſt merito aliquo ſibi obligare, quemadmodum Valla exponit in Raudenſ. einen ſich verpflichten, ihn um ſich verdient machen. Quintil. præfat. lib. 1 *Pleniori obſequio amantiſſimos ſui demereri.* Liv. 3, 18 *Demereri beneficio civitatem.* Sic, *Benevolentia, officiis demereri amicos, &c.* Tac. Ann 15, 21, 2 *Plura ſæpe peccantur, dum demeremur, quam dum offendimus.* Columell. 1, 4 *Demereri amœnitate aliqua uxorem.* Ovid. ad Liviam v. 131 *Numina cultu demeruiſſe.*

¶ Demeritus, *a*, *um*, verdient; ut, *Demeritas dare lætitias*, Plaut. Pſeud. 2, 4, 14.

¶ Demeritum, *i*, n. ſubſt. Scholaſticis in malo ſenſu idem ac peccatum, culpa, ein verbrechen; ut meritum in bono ſenſu.

¶ Emĕreo, *ére*, & Emereor, *éri*, idem interdum fere, quod ſimplex; ut, *Emereri judicium hominum*, Quintil. procem. lib. 4. ¶ 2 Idem eſt quod demereor. Ovid. Amor. 2, 8, 24 *Quam eſt e dominis emeruiſſe ſatis. Emergi aliquem obſequiis*, dixit Mamertus Panegyr. Iuliani c. 19. Et Vellej. 2, 66, 1 *Ambo malebant ſibi nuntiari, quod paſſi eſſent, quam quid emeruiſſent.* Forte leg. *qui demeruiſſent.* Malebant ſe accendi commemorandis inimicorum factis, quam eorum, qui bene de ſe meriti eſſent, audiendis officiis placari.

¶ Emĕritus, *a*, *um*, qui jam merere, ſive ſtipendia facere deſiit, hoc eſt, qui defunctus militia eſt, der ausgedienet hat. Proprie enim *Milites* dicuntur *emeriti*. Vet. Gloſſ. *Emeritus*, ἀπολελυτηγηκώς, ἢ ἀποστρατευόμενος. Iterum: *Emeritus*, ἐντιμος κατὰ στρατιωτικὰς καμάτους. *Miles emeritus*, Lucan. 1, 344. Martial. 7 epigr. 62 *Emeritos Muſis & Phœbo tradidit annos*, id eſt, effœtos, ſeine alten ausgedienten jahre. Nemeſ. ecl. 1, 19 *Emeritæ permenſam tempora vitæ.* Ovid. Am. 3, 11, 14 *Amator Invalidum referens emeritumque latus. Emeritæ apes*, bienen, die nicht mehr wirken, Plin. 11, 11. Et, *Emeritum aratrum*, Ovid. Faſt. 1, 665. *Emeritum ſtipendium*, Livius 39, 19, i. e. finitum: quemadmodum & *emeritam militiam* Suetonius dixit Calig. c. 44. *Emeritam mortem*, pro peracta, & ubi nulla ad vitam reliqua ſpes, eleganter dixit Lucanus 3, 620 *Crebrâ conſixus cuſpide perſtat: Telaque multorum leto caſura ſuorum Emeritâ jam morte tenet.* At ¶ 2. Ovid. Pont. 1, 7, 61 *Emeritis referenda eſt gratia ſemper*, i. e. valde meritis, denen wohlverdienten. Vid. Burm. ad Nemeſia. Cyneg. v. 195.

¶ Emĕritum, *i*, n. ſubſtantive pecunia dicitur, quæ debatur emeritis, ſeu ſolutis militia. Modeſtinus l. 3 D. de re militari: *Qui militiæ tempus in deſertione implevit, emeritis privatur.* vid. Lipſ. ad 1 Annal. Taciti p. 40, itemque Torrentium in Suet. Aug. c. 24.

¶ Emerita, *æ*, f. urbis Hiſpaniæ nomen. Integre *Auguſta Emerita*, colonia Auguſti Cæſaris in ripa Anæ Luſitanica, in quam emeritos milites deduxit.

¶ Emeritenſis, *e*, qui hujus urbis eſt. Auſonius epiſt. 24, 74 *Emeritenſis Anæ, latæque fluenta Gramnæ.*

¶ Inemerĭbilis, *e*, ab emerendo, i. e. quod quis conſequi non poteſt. Tertull. de Reſurr Carn c. 18 *Non quæ aut ſubſtantiæ ipſe inemeribile ſit, aut Deo impoſſibile.*

¶ Immĕrens, *tis*, unverdienend, unſchuldig. Suet. Veſp c. 10 *Multumque conqueſtus, eripi ſibi vitam immerenti.* Plin. 3 epiſt. 9 med. *Hon ſtiſſimum creabat, non promere immerentem.* Et Nepos 10, 10, 1 *Immerentes ut ſceleratos occidunt.*

¶ Immerenter, adverb. præter meritum, unverdienter weiſe Val. Max. 6, 2 exter. 1 *Mallet a rege temulento immerenter damnata.*

¶ Immerĭtus, *a*, *um*, unverdient. Ovid. 2 Trift. v. 274 *Peregit hæc fontes immeritoque premit.* Livius 4, 14 *Laudes haud immeritæ.*

¶ Immĕritum, *i*, n. ſubſtantive, Plaut. Aſin. 3, 3, 18 *Immerito meo*, ohne mein verſchulden. Hinc

¶ Immerĭto, adv. Ter. Hec. 2, 1, 11 *Meque abs te immerito eſſe accuſatam, poſtmodum reſciſces.* Idem Phorm. 2, 1, 59 *Iamdudum te omnes vos accuſare audio immerito, & me omnium horum immeritiſſimo.* Et Seneca epiſt. 11 *Nec immerito.*

¶ Permĕreo, *ēre*, multum & legitime merere, ausharren. Statius 1 Silv. 4, 73 *Sole ſub omni Permeruit jurata manus*, hoc eſt: multis expeditionibus, in variis regionibus, ſacramento obſtrictus miles interfuit.

¶ Promĕreo, *ēre*, & Promereor, *ĕri*, verdienen. Ter. Adelph. 2, 1, 47 *Verum enim, quando bene promeruit, fiat; ſuum jus poſtulat.* Et *Bene promereri de multis*, id eſt, mereri, Cic. Offic. 2, 15. Ac *Optime promereri de republ.* Phil. 3, 15 *Promereri* & *Mereri*, de bono dici Donatus obſervat, ut annotatum ſuperius eſt n. 4. In malam tamen partem & poni ſolitum, Plautus evincit Amph. 2, 1, 20 *Quid mali ſum, here, tua ex re promeritus?* Et rurſus 5, 2, 12 *Haud promeruit, quamobrem vitio verteres.*

¶ Promerens, *tis*. Plaut. Aſin. 1, 2, 2 *Promerenti optime boccine pretii redditur?*

¶ Promeritus, *a*, *um*, active, verdienend. Virg. Æn. 4, 334 *Nunquam, regina, negabo promeritam.* Ter. Phorm. 3, 2, 31 *Idem hic tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicaverit.* Cic. de Invent. 2, 27 *Reus levius punitus eſt, quam ſit promeritus.*

¶ Promerĭtum, *i*, n. ein verdienſt, wohlthat. Cic. ad Quirit. poſt red. c. 4 pr. *Hoc majus eſt in nos veſtrum promeritum.* Et, *Veſtra in nos univerſa promerita*, Idem poſt reditum in Senatu c. 1, h. e. merita vel beneficia. Sic *Promeritis capi*, Lucret. 1, 61; & 2, 650. Et Ovid. Faſt. 4, 394 *Sponte Deæ munus promeritumque putent.*

Meretrix, eum derivatis, vide ante in *Mereo.*

MERGA, *æ*, f. furcula ſupra falcem, qua acervi frugum ſiunt, eine kornsgabel, Colum. 2, 21.

¶ Merges, *ĭtis*, fœm. ſpicarum manipulus, eine garbe. *Merges Cerealis culmi*, Virg. Georg. 2, 517. Derivant utrumque a *Mergo.*

MERGO, *merſi*, *merſum*, *ĕre*, tauchen; ut, *Mergere in aquam*, Cic. Nat. D. 2, 3, unter das waſſer tauchen. *Aves ſe in mare mergunt & emergunt*, ibidem c. 49. ¶ 2. Varias parit metaphoras. Ita *caput*, *oculos mergere* eſt deprimere, v. Burm. ad Quintil. declam. 19, 4 p. 366. Plin. 9, 17 de coquis: *Nullus prope mortalis æſtimatur pluris, quam qui peritiſſime cenſum Domini mergit.* v. locus Iuvenalis, quem laudamus in *menſus.* Nim. *cenſum mergere*, das geld verthun. Liv. 6, 14 *Mergunt ſortem uſuræ*, h. e. ſuperant.

¶ Merſus, *a*, *um*, eingetaucht, verſenckt; ut, *Merſa carina*, Lucanus 3, 672. *Res altâ terra & caligine merſæ*, de inferis Virg. Æn. 6, 267. *Merſus in corde dolor*, Statius 5 Silv. 1, 201. Et Liv. 9, 18 pr. *Alexandrum merſum* dixit *rebus ſecundis*, id eſt, obrutum eleganti metaphora. Et Iuvenal. 11, 38 *Quis enim te, deficiente crumena, Et creſcente gula, manet exitus, æve paterno, Ac rebus merſis in ventrem &c.* wenn man alles durch die gurgel gejagt hat. v. *Mergo* n. 2.

¶ Merſio, *ōnis*, f. actus mergendi. Gloſſ. Cyril. *Merſio βύθισις, ζύσις ἐν ὕδατι.*

¶ Merſo, *are*, frequentat. ſchwemmen. Virgil. 1 Georg. v. 272 *Balantumque gregem fluvio merſare ſalubri. Fluctibus fortunæ merſor*, Catull. 69, 13, das unglück ſchlägt über mir zuſammen. Prudent. Hamart. v. 833 animam vocat: *Merſandam penitus puteo ferventis abyſſi.*

¶ Mersātus, *a*, *um*, eingetaucht; ut, *Merſatus condimento*, Seneca Quæſt. Nat. lib. 4 extr.

¶ Mersĭto, *are*, frequent. aliud, eintuncken, eintauchen. Solinus c. 45 (al. 57) *Profundius nares merſitat in bibendo.*

¶ Merto, *are*, pro *merſare* etiam dici, teſtatur Feſtus. Et apud Nonium 2, 542 Accius: *Fortaſſe an ſit, quod hic non mertet, metus.* Item: *Præſentem præſens dictis mertare inſtitit.*

¶ Mergĭto, *are*, pro *merſitare*: Tertull. de Corona Mil. c. 3 loquens de baptiſmate: *Ter mergitamur*, ubi Iunius mallet legi: *merſitamur.*

¶ Mergus, *i*, m. ab *immergendo* avis dicta. Victum enim ex aquis conquirit ſe immergens, Græci ἄδυιον vocant. Eſtque nomen quodammodo generale plurimis commune ſpeciebus, *Mergus*, ein merch, taucher. *Columbus* vel *Urinatrix*, ein ſchwartzes täucherlein. *Mergi* alii rubri ſunt, alii nigri. *Celeres mergi*, Virg. Georg. 1, 361. Et Ovid. de Ponto 1, 6, 51 de re incredibili: *Prius incipiet vitare mergus aquas, &c. Agrarii mergi* Luciliano dicterio dicti ſunt, occupandis latiſſimis agris inhiantes. vid. Capitol. de Pertinace c. 9, & Ianus Gebhard. Animadv. in Tibull. 2, 3, 45. ¶ 2. *Mergus* in vite, pars eſt vitis curvata, & ex alto ſcrobe ſubmerſa, evocata ad palum, ein reben-aeſenck, Columell. 4, 15.

¶ Mergulus, *i*, m. dimin. avis, apud Vulg. interpr. Levit. 11, 17.

Compoſita a *Mergo*;

¶ Dēmergo, *ĕre*, verſencken, untertauchen. *Demergi in aqua*, Cic. Fin. 3, 14 *Rex naves omnes demerſit*, Curt. 4, 4, 9. *Demergi in cænum*, Idem 3, 13, 11. Democriti dictum: *ἐν βυθῷ ἡ ἀλήθεια, In profundo veritas eſt demerſa*, Cic. Acad. Qu. 1, 12.

¶ Demerſus, *a*, *um*, verſenckt. Cic. Divin. 2, 68 *Equus, in quo vehebar, demerſus una mecum, rurſus apparuit.* Idem pro Sylla c. 31 *Patriam demerſam extuli*, ich habe ihm aus der noth heraus geholffen. Sic, *ære alieno demerſus*, in groſſen ſchulden ſteckend, Liv. 2, 29. Et *Domus demerſa excidio*, ein wüſtes haus, Horat. 3 od. 16, 13.

¶ Demerſus, *ūs*, m ſubſt. die untertauchung. Apul. Apol. p. 287 *Sunt in vita humana tempeſtates: levia ſuſtentatui, gravia demerſui.*

¶ Demerſio, *ōnis*, f. idem. Macrob. Somn. Scip. 1, 12 *Sua morte anima non exſtinguitur, ſed ad tempus obruitur; nec temporali demerſione beneficium perpetuitatis eximitur.* Et Solin. c. 43 *Vrbium demerſio*, die verſinckung der ſtädte.

¶ Demerſo, *are*, frequent. untertauchen, verſencken. Mart. Capella lib. 8 *Cito orta tardius demerſantur.*

¶ Emergo, *ſi*, *ſum*, *ĕre*, heraus ſchwimmen, wieder herfür kommen, *Emergere e flumine*, Cic. de Divin. 2, 31. *Emergere in faſtigium & attolli*, Vellej. 2, 65, 1, zu hohen ehren gelangen, empor ſteigen. *Emergere ſe ex malis*, (namque & active ponitur;) pro eluctari eleganter dixit Ter. Andr. 3, 3, 30, aus der noth kommen. C. Nepos 25, 11, 1 *Quibus ex malis ut ſe emerſerat.* vide ibi Schottum, & add N. Heinſ. & Drakenb. ad Sil. 7, 413 *Emergere ex mendicitate*, Cic. in Vatin. c. 94. *Emergere, & ad bonam ſe frugem recipere*, Idem pro Cælio c. 12, ſich heraus reiſſen. Et pro Cluent. c. 65 *Multorum improbitate depreſſa veritas emergit*, ſie kommt wieder herfür. Id. Att. 6, 2 *Incredibile eſt, quantum civitates emerſerint.* Iuvenal. 3, 164 *Haud facile emerguni, quorum virtutibus obſtat Res anguſta domi, &c.* id eſt, non adſpirant facile ad dignitates, kommen nicht leichtlich in die höhe. *Emergunt ſtellæ*, Plin. 2, 14, id eſt, oriuntur, ſie gehen auf. Id. 11, 51 de infante: *Antequam totus emergat utero*, ehe es gebohren wird.

¶ Emerſus, *a*, *um*, empor geſtiegen, heraus gegangen. Liv. 1, 13 *Ex profunda emerſus palude equus*, Cic. in Vatin. c. 7 *Vnus tu emerſus e cæno omnium facile omnibus rebus infimus.* Idem pro Sext. c. 9 *Homo emerſus ſubito ex diuturnis tenebris luſtrorum ac ſtuprorum.*

¶ Emerſus, *ūs*, m. ſubſt. Plinius 22, 22 *Ab emerſu earum*, puta ſerpentium: & de ortu heliaco 18, 25 *Emerſum hoc melius, quam exortum, conſuetudo dixiſſet*; & c. 26 *Vindemitoris emerſu*, de eadem re Vitruv. 10, 22 *Neque certum locum ſcire poterant, quo emerſum facturi fuiſſent hoſtes.* De cuniculis loquitur & ſubterraneis foſſionibus earumque exitu.

¶ Immergo, *ĕre*, demergere, einſencken, eintauchen. Virg. Æn. 3, 605 *Vaſtoque immergite ponto. Immergere ſe in voluptates*, Livius feſtiva dixit metaphora 23, 18, ſich in wolluſt vertieffen. Et Cic. pro Cluent. c. 13 *Blanditiis ſe penitus in conſuetudinem alicujus immergere.* Apul lib. 1 de A. A. ſub fin. *Gladium ſinu liberatum arripio, latrones involo, ac ſingulis altiſſime immergo.*

¶ Immerſio, *ōnis*, f. die untertauchung. Arnobius 2, 47 *Oleum reſpuit immerſionem in ſe pati.*

¶ Immerſ'bilis, *e*, *a merſare*, qui mergi nequit, der nicht untergehen kan, dixit Horat. 1 epiſt. 2, 22 de Vlyſſe *Adverſi rerum immerſabilis undis*, h. e. qui fortunæ iniquioris fluctibus mergi non potuit.

¶ Submergo, *ĕre*, verſencken, untertauchen. *Innatare & ſummerſum eſſe* contraria, Colum. 12, 4. *Submergi voraginibus*, verſincken, Cic. de Divin. 1, 33. *Submergere ponto*, erſauffen, Virg. Æn. 1, 44.

¶ Submerſus, *a*, *um*, untergetaucht. Cic. de N. D. 2, 39 *Genera partim ſubmerſarum, partim fluitantium, & innatantium belluarum.* Et, *Medio in fluctu ſubmerſus*, untergangen, zu grunde gegangen. Virg. Æn. 1, 585. *Submerſæ puppes*, ibid. v. 69. Adde Sueton. Claud. c. 32.

¶ Submerſus, *ūs*, m. ſubſt. die untertauchung. Tertullian. de Anima c. 32 *Submerſu piſcinarum.*

¶ Submerſio, *ōnis*, f. idem: *ὑπόδυσις*, Gloſſ. Vet. Firmicus: *Submerſionis trepidatio.* Arnob. adv. gent. 5 p. 489 *Seminis ſubmerſio.*

Mericus, meridibulus, vide *Merus*, Meridialis, &c. *Meridies.*

MĔRĬDIES, *ei*, m. quaſi *medidies*, id eſt, medius dies, *μεσημβρία*, der mittag. vide *Medidies* in *Medius*; & Nonium 1, 299. Horatius 3 od. 28, 5 *Inclinare meridiem ſentis.* ¶ 2. Abuſive Varro Marcipore apud Nonium 6, 26 de media nocte: *Repente noctis circiter meridiem*, gegen mitternacht. ¶ 3. *Meridies* etiam vocatur auſtralis mundi regio. Cicero Nat. D. 2, 19 *Sol curſum flectit tum ad ſeptemtrionem, tum ad meridiem.*

¶ Meridiānus, *a*, *um*, mittägig; ut, *Sol meridianus*, Plin. 12, 19. Et, *Orbis meridianus*, 13, 4. *Hora meridiana*, die mittags-ſtunde. *Meridianum mare*, die ſüd-ſee. Plin. 6, 17 *Indorum gens non Eoo tantum mari adjacens, verum & meridiano.* Plin. 9, 8 *Meridiano immo ans*, vel eſt meridie venire ſolito, vel eſt ablativus abſolutus, intell. *tempore* vel *matutino.* ¶ 2. *Meridiani*, gladiatorum genus, apud Suet. Claud. c. 34, & Tertull. Apolog. c. 15, qui ſine arte & armis feminudi inter ſe pugnabant. Nomen habent a tempore. Nam ſub meridiem dari ſolebant Lipſ. Sat. 2, 15, & Torrent. ad Suet. Claud. c. 34.

¶ Meridiālis, *e*, idem. Gellius 2, 22 *Meridialis ventus*, ut Salmaſius Exerc. Plin. p. 881 emendavit. Vulgo *meridionalis* legitur, quod ſummo huic viro male latinum videtur. Tertull de Anima c. 25 *Populi frequentiores apud orientalem & meridialem* (aeris) *temperaturam, & ingenia expeditiora.* Ammian. 22, 34 *A meridiali latere.*

¶ Meridiōnālis, *e*, idem. Salmaſio vix latinum, quia non dicamus *Meridio*, ſicut *Aquilio*, *Septemtrio*; ut inde in ONALIS terminatio adjectivi formetur. Vide jam ante in *Meridialis*, & adde, ſi placet, Curas Poſteriores Cellarii p. 311, ubi ex Firmico 2, 12 *ſignum meridionale* produxit. Lactantius quoque 2, 9 *meridionalis plaga.* Ita Aldus, Thomaſius, Thyſius, & auctor edit. Cantabrigienſis 1685 vulgarunt: At Th. Spark. ibidem *meridiana.* Fruſtra igitur hanc vocem Fabrett. in Apologem. p. 52 defendere conatur.

¶ Meridio, *āre*, & Meridior, *āri*, eſt, in meridie dormire, ſeu *interitio ſomno*, ut Varro de R. R. 1, 2 appellat, interquieſcere, mittagsruhe halten. Catullus ad amicam 33, 3 *Iube, ad te veniam meridiatum.* Non enim epulas reſpiciebat porta, ſed volebat cum amica cubare, ut ſatis ſequentia arguunt. Ita uſus hoc verbo Celſus 1, 2, itemque Suet. Calig. c. 59, & Ner c. 6. Vetus Gloſſarium: *μεσημβρίζω, Meridio.* Meridie per æſtatem ex more Romanos dormiiſſe, refert Buchnerus ad Plinii epiſt. p. 69 n. 263. Rationem hujus æſtivi otii exſequitur Plinius 9 epiſt. 39. conf. Taubm. in Plaut. Moſt. p. 658.

¶ Meridiātio, *ēnis*, f. pro quiete meridiana, die mittagsruhe. Cic. Divin. 2, 68 *Meridiationes addidi, quibus uti antea non ſolebam.*

¶ Antemĕridiānus, *a*, *um*, quod ante meridiem eſt, vormittägig: ut, *Ambulatio antemeridiana*, Cic. de Orat. 3, 30; &, *Antemeridianus ſermo*,

ſermo, eodem ſib. c. 6. Idem Att. 13, 23 pr. *Antemeridianis tuis litteris heri ſtatim reſcripſi.*

¶ Antemeridialis, *e*, idem apud Martian. Capell. lib. 6.

¶ Pomeridies, *ei*, m. der nachmittag, Quintil. 9, 4. Sed ed. Burm. p. 840. dividim *pomeridiem.*

¶ Poſtmeridiānus vel Pomeridianus, *a, um*, quod fit poſt meridiem, nachmittägig; ut, *Poſtmeridianum tempus*, Cic. de Orat. 3, 5; &, *Pomeridiana ſeſſio*, ibid. c. 30. Et Quintil. 3, 1 *Pomeridianis ſcholis Ariſtoteles præcipere artem oratoriam cœpit.* Adde Cic. in Orat. c. 47, ubi *pomeridianus* præfert alteri *poſtmeridianus.*

MĔRIŌNES, *is*, m. auriga Idomenei, & dux navium, quæ e Creta venerunt ad Trojam. vid. Ovid. Met. 13, 359. Horat. 1 od. 6, 15; & 1 od. 15, 26. ¶ 2. Item, Iaſonis frater, dives & avarus, de quo Polyænus 6, 1, 6.

MĔRIS, *ĭdis*, f. gr. *μερὶς, particula.* Hinc

¶ Meriſmus, *i*, m. *μερισμὸς*, partitio, diſtributio, die abtheilung. Schema eſt, quo res ſingulæ ſeparatim diſponi, & ſuum cuique proprium tribui ſolet.

¶ Epimeriſmus, *i*, m. *ἐπιμερισμὸς*, idem. Mart. Capella 5 p. 186 refert ad Anacephalæoſin, ubi ſummam cujusque rei reteximus.

¶ Hemimēris, f. *ἡμιμερὶς*, ex *ἥμι*, i. e. *ἥμισυ dimidium*, & *μερὶς pars*, ſemipars, die helffte, das halbe theil. Ita ſemipes in verſu a Grammaticis vocatur.

¶ Hephthemimeres, vel Hephthemimēris, *ἑφθημιμερὴς*, Cæſura quæ Latine *Septenaria* vel *Semiſeptenaria* dicitur, & locum habet poſt ſeptimum ſemipedem, i. e. in principio quarti pedis, ut, *Tityre tu patulæ recubans &c.* Vide quæ de *cæſuris* dicta ſunt ſupra.

¶ Penthemimeris, *πενθημιμερὴς*, cæſura ſemiquinaria, poſt quintum ſemipedem, initio pedis tertii, ut *Arma virumque cano, &c. Omnia ſunt hominum, &c.* vide Quintil. 9, 4 & Auſon. epiſt. 4, 87.

¶ Hemipenthemimeris, *ἡμιπενθημιμερὴς*, pro eadem dici, obſervat neſcio quis, nec qua auctoritate.

Merito, *are*, meritorium, meritum, vide paullo ante *Mereo.*

MERKEDONIVS, *i*, m. menſis Romanorum intercalaris, modo XXII modo XXIII dierum, quem inſerebant Februario. vid. Græv. ad Cic. fam. 6, 14 ex Manutii quæſitis per epiſtolam.

MERMĔROS, *i*, m. Centaurorum velociſſimus, qui in pugna cum Lapithis vulneratus fugæ ſalutem invenit. Ovid. Met. 12, 305.

MERMESSVS, *i*, m *μερμησσὸς*, oppidum in Ida monte, unde

¶ Mermeſſia Sibyllarum una vocatur Tib. 2, 5, 68. vid. Brouckh. *Marpeſſiam* legunt quidam. Add. Gallæus ad Lactant. 1, 6.

MĔRO, *ōnis*, m ut, *Meronibus ex ulva paluſtri factis*, Vitruv. 5, 12; ubi Hermolaus per merones putat poſſe intelligi partes magnas pilarum ſpecie. Sed aliis *Peronibus* ut legatur, magis placet. Quid ſi *meronibus?* vid. Baldi Lex. Vitruv p. 83. ¶ 2. Alia notione

Mero, & merobibus, vide paullo poſt *Merum* ſub *Merus, a, um.*

MEROCHĪTES, vel Meroctes, *æ*, m. gemma lacte ſudans, Plin. 37, 10.

MĔROE, *es*, f. *Μερόη*, inſula ſupra Ægyptum, omnium Nili inſularum maxima. vide Plin. 1, 73, & Lucan. 10, 303. ¶ 2. Aliam ſignificationem vide mox in *Merus.*

¶ Merois, *ĭdis*, f. herba a Meroe rege Æthiopum ita dicta. vid. Plin. 24, 17.

MĔROPS, *ōpis*, m. *Μέροψ*, avis, quæ & *Apiaſter* & *Apiaſtra* Latinis dicitur, quia apibus veſcitur, Virg. Georg. 4, 14. Albertus *picum viridem* dixit, ein grünſpecht, & Eberus, ein krintz oder windehals, vocat; ſed quod Geſnerus refutat. *Merops* enim *Æropis* dicitur: Plin. *Æropes dicuntur parentes ſuos alere, & in pennis geſtare ut ciconiæ.* conf. Iſidor. 12, 7. ¶ 2. *Merops* Clymenes maritus, & Phaëthontis pater putativus. vid. Ovid. Triſt. 3, 4, 30; & Met. 1, 763; & 2, 184. ¶ 3. *Merops* primus vel inter primos religionem in orbem intulit. Clem. Alex. Protr. p. 38 Pott. Arnob. 6 p. 191; Arat. 3, 5. ¶ 4. *Meropes* præterea ab Homero homines dicuntur, *γενεὴ μερόπων ἀνθρώπων*, 1 Iliad. v. 250, quod diſtinctam habeant vocem a vocibus brutorum; *μερίζω* namque *divido*, *ὄψ*, *ὀπὸς*, *vox* dicitur.

¶ Merŏpe, *es*, f. filia Atlantis, cujus ſtella inter Plejades obſcuriſſima, quæ Siſypho nupſit, cum ſorores ejus Diis nupſiſſent omnes: Ovid. Faſt. 4, 173 *Septima mortali Merope tibi, Siſyphe, nupſit.*

Merſare, merſio, &c. vide *Mergo.*

MERTHRYS, *ȳdis*, f. herba ſtorchen-ſchnabel. Plin. 26, 11 *Geranion aliqui myrrhin, alii merthryda appellant.*

MĔRŬLA, *æ*, f. *κόσσυφος*, vel *κότυλος*, avis tota nigra, cantu valens, eine amſel. vid. Cic. Fin. 5, 15; & Plin. 10, 29. Dividuntur ita: *Merula fiſca*, beraamſel, non eſt canora. *Merula ſilvatica*, waldamſel, habet lineam albam ſub gutture collum totum ambientem, tina-amſel. *Merula novalium*, eine brachamſel, brachvogel, Geſnerus. Dicitur quaſi *mera*, id eſt, ſola volans, juxta Varronem de L. L. 4, 11. ¶ 2. *Merulæ*, de genere hydraulorum, *quæ aquæ motu voces edunt*, waſſerpfeiffen, Vitruv. 10, 12. vid. Baldi Lex. Vitruv. p. 70. ¶ 3. Eſt & piſcis, *Merula*, ſaxatilis, laudatus, tincæ fluviali ſimilis, colore nigro, ſed quem mutat. Tincæ marinæ ſpecies, Plin. 32, 7; & 9, 15. Ovid, Hal. 114.

¶ Merulus, *i*, m. eine amſel. Autor Philom. v. 13 *Et merulus modulan tam puteris concinit odis.*

MĔRVS, *a, um*, ſolus, purus, immiſtus, rein, lauter, unvermiſcht. Feſtus: *MERVM antiqui dicebant SOLVM: at nunc MERVM, PVRVM appellamus.* conf. Nonius 4, 294. Cic. Arric. 6, 3 *Merę nugæ*, nichts anders als poſſen. Idem: *Dolabella ſuis Veteris merum bellum loquitur*, Attic. 9, 13 extr. er redet nichts als eitel freche für. Et ibid. epiſt. 12 extr. *Scelera mera loquuntur*, h. e. nihil aliud quam ſcelera. *Spes mera*, die bloſſe hoffnung *Nihil habet niſi ſpem meram*, Ter. Phorm. 1, 2, 96. *Mera verague virtus*, Horat. 1 epiſt. 18, 8. Et, *Merus pes* pro nudo apud Iuvenal. 6, 158. Et, *Vinum merum*, *ἄκρατον*, Ovid. Met. 15, 331. Et

¶ Mĕrum, *i*, n. abſolute, ut Gr. *ἄκρατον*, reiner, klarer wein. *Vinum* autem ſubauditur: v. g. *Nocturno certare mero*, Horat. 1 epiſt. 19, 11. Et Ovid. de Arte am. 1, 238 *Cura fugit multo diluiturque mero &c. Ingurgitare in ſe merum*, Plaut. Curc. 1, 2, 35. Et, *Ingurgitare ſe mero*, ſich voll weins ſauffen. v. in *Gurges.* Iuven. 6, 319 *Quantus ille meri veteris per crura madentia torrens.* De urina.

¶ Merālis, *e*, adj. von lautern weine. Marcell. Emp. c. 27 *Meralem calicem jejuno dare.* Sic &

¶ Merāceus, *a, um*, id eſt, merus, purus. Sed Hard. ad Plin. 23, 1 ſ. 23 obſervat, *meraco* paululum tamen aquæ affuſum, *mero* nihil. *Vinum meraceum*, Cell. 5, 27. *Bibere meraceius*, Idem 1, 3. *Vinum meracius ſumere*, id eſt, cui minus aquæ ſit admiſtum, Cic. Nat. D. 3, 31. Apul. Florid. lib. 4 ſub fin. *Muſarum cratera, verſa vice quanto crebrior, quantoque meracior, tanto propior ad animi ſomitatem.* Propertius 2, 33, 27 *Ah pereat quicunque meracas reperit uvas.* ¶ 2. Ad alia etiam transfertur. Perſ. 2, 15 *Anticyras melior ſorbere meracas.* Superl. Sidon. 3, 10 *Meraciſſimus ſcientiæ fons.*

¶ Merācŭlus, & Meraclus, *a, um*, dimin. Plaut. Caſ. 3, 5, 15 *Meraclo ſe percuſſit flore Libyco.* vid. Lipſ. Ant. Lect. 5, 1. *Meraculum vinum*, Plin. 20, 19 extr. & Scrib. Larg. Compoſit. 134 per diminutionem.

¶ Merācius, adv. lauterlich. Sidonius principio lib. 4 *Parius, fortius, meracius amat.* Scribo. Larg. comp. 170.

¶ Mĕre, idem. Plaut. Truc. 1, 1, 22 *Amoris poculum accepit mere.*

¶ Merĭcus, *a, um*; ut, *Vitis merica*, Colum. 3, 2.

¶ Mero, *ōnis*, m. pro *Nerone* per ludum atque convicium Tiberius Cæſar propter aviditatem vini appellatus fuit. Quemadmodum & *Caldius*, pro *Claudius*; *Biberius* pro *Tiberius* dictus fuit, ut Suetonius Tiberii vita refert c. 42.

¶ Meroē, *es*, f. cauponæ anus nomen fictum ex re, tanquam *Merobiba*, eine weinſäufferin, Apul. Met. 1 p. 67. Sic & fœminæ bibaciſſimæ *Meroës* nomen inditum apud Auſonium epigr. 20.

¶ Merobĭbus, *i*, m Merobiba, fœm. ein weinſäuffer. Plaut. Curc. 1, 1, 77 *Nomen eſt lenæ multibibæ atque merobibæ.*

¶ Meribibulus, *a*, idem. Auguſt. de Confeſſ. 9, 8 *Meribibula.*

¶ Merulentus, *a, um*, weinicht, voll wein. Fulgent. 1 Myth. *Pierides, perpetis ungulæ rivo merulentæ.* Rubrius apud Fulgent. de priſco ſerm. n. 60 *Abſtemium merulenta fugit Metenia nomen.* vide Barth. Adverſ. 25, 1 p. 1210.

¶ Submerus, *a, um.* Plautus Sticho 1, 3, 116 *Vinum ſubmerum*, faſt ohne waſſer.

MERX, *mercis*, f. quicquid emitur venditurve, kauf-waare. *Fallaces & facioſæ merces*, Cic. pro Rab. Poſth. c. 14. *Proba merx facile emtorem reperit*, Plaut. Pœn. 1, 2, 129. Horat. 2 epiſt. 2, 11 *Laudat venales qui vult extrudere merces.* Plaut. Pœn. 1, 2, 128 *Invendibili merci oportet ultro emtorem adducere*, angebotene waare iſt verdächtig. vid. Chiliad. ¶ 2. *Merx mala* in convicio de homine nihili & nequam, apud Plautum Ciſt. 4, 2, 61; & Perſ. 2, 2, 56; & Pfeud. 4, 1, 44.

¶ Mercĭmōnium, *i*, n. antiquum, pro merce, kauffmanns-waare. Plaut. Prolog. Amph. pr. *Emere, vendere mercimonia.* Vſus eſt & in Moſt. 3, 3, 12. Et Tac. Ann. 15, 38, 2 *Vbi per tabernas, quibus id mercimonium inerat, quo flamma alitur, ſimul cœptus ignis, &c.*

¶ Mercor, *ātus ſum, ari*, deponens, emere, nundinari, mercaturam exercere, kauffen, handthieren, kramen. Cic. Off. 1, 42 *Qui mercantur a mercatoribus, quod ſtatim vendant.* Id. pro L. Flac. 20 *Eundum (ajunt) Romæ mercatus eſt, de pupillo Meculonio.* Idem Verr. 2, 49 *Pretio magiſtratum mercari.* vid. hic Bernegg. ad Suet. Cæſ. c. 9. *Mercari præſenti pecunia*, Plaut. Capt. 2, 2, 8. Eadem ſententia Plaut. Aſin. 1, 3, 46 *Diem, aquam, ſolem, nuĕem, hoc argento non emo; Cætera quæ volumus uti, Græcè mercamur fide*, hoc eſt, pecunia numerata. Græcis enim, ob levitatem, fidei nihil habebatur, niſi præſentem pecuniam numeraſſent.

¶ Mercans, *tis*. Colum. 7, 6 *Robuſtiora in ſupplementum gregis reſervantur, cætera mercantibus traduntur*, den handelsleuten. Sed al. *mercatibus*, al. *mercalibus.*

¶ Mercatus, *a, um*, paſſive pro emptus, gekaufft; ut, *Trulla ante multos annos mercata*, Plin. 37, 2. *Mercatus cultus*, Propert. 1, 2, 5. *Commeatibus mercatis*, Salluſt. apud Nonium 2, 535.

¶ Mercātus, *ūs*, m. mercandi actio, der kauffhandel; ut, *Mercatus meretricius*, das huren-gewerbe, Plaut. Pœn. 1, 2, 126. ¶ 2. Nundinæ, ein marckt, jahrmarckt. Nonius 5, 35: & Donatus ad locum Terentii mox allegandum: MERCATVS *locus temporque, in quo agitur mercatura.* Tac. Hiſt. 3, 30, 2 *Magna pars Italiæ ſtato in eosdem dies mercatu congregata.* Ter Adelph. 2, 2, 23 *Niſi eo ad mercatum veniam, damnum maximum eſt.* Item *Mercatus frequens*, Liv. 1, 30, ein groſſer marckt. *In, ſituere mercatum*, Cic. Phil. 3, 12, jahrmarckt anlegen. *Indicere mercatum*, Idem Verr. 2, 53, ausſchreiben.

¶ Mercātūra, *æ*, f. actus ipſe vel lucrum de merce, Nonio 5, 35, der handel, die kauffmanſchafft. Cic. Tuſc. 5, 31 pr. *Quæſtuoſa mercatura, fructuoſa aratio* dicitur. Et, *Facere mercaturam*, Idem Verr. 5, 28. *Verti in mercaturam*, Plaut. Moſt. 3, 1, 109, kauffmannſchafft treiben. Tralatione eleganti Cicero Off. 3, 2 ad Marcum filium: *Suſcepiſti onus grave & Athenarum & Cratippi, ad quos cum tamquam ad mercaturam bonarum artium ſis profectus, inanem vedire turpiſſimum eſt, dedecorantem & urbis auctoritatem & magiſtri.* Cæterum an honeſta ſit mercatura, & ex uſu reipubl. diſputat Bernegg ad Tacit. Germ. quæſt. 17.

¶ Mercātio, *ōnis*, f. die handlung. Gell. 3, 1 *Pecunia in mercationibus perdita.* Avienus Aſtron. v. 250 *Hæc conceſſa etenim curvis mercatio velis.*

¶ Mercātor, *ōris*, m. qui mercaturam facit, ein handelsmann, kauffmann

¶ Mercatores dicebantur, qui cum Romæ domicilium haberent, interdum tamen exportandarum vel importandarum mercium cauſſa in

in provincias ad aliquod tempus excurrebant; a quibus negotiatores & institores differebant. v. Hotom. de Verb. Iur. Horatius 1 epist. 1, 45 *Impiger extremos curris mercator ad Indos.*

¶ Mercatōrius, *a, um,* kaufmännisch; ut, *Mercatoria navis,* ein kaufmannen schiff. Plaut. Bacch. 2, 3, 2.

¶ Mercābilis, *e,* feil, was man kauffen kan. Ovid. Amor. 1, 10, 21 *Ære mercabilis,*

¶ Mercālis, *e,* idem. Colum. 7, 6 *Cætera mercalibus traduntur.* Ita legit Calepinus: Sed exemplaria impressa: *mercantibus.* Al. *Mercatibus* Certius est illud l. 5 C. de condict. ob turp. caus. (4, 7) *Mercalem te habuisse uxorem proponis.*

Mercurius cum derivatis, vid. supra seorsim.

¶ Mercipretium, *i,* n. der werth oder preis einer ware. Plaut Most. 2, 1, 130 *Sicuti mercipretium statui.* Sic ibi una dictione legit Acidalius, ut *Manupretium.*

Composita a *Merx* cum præposit.

¶ Commercium, *i,* n. libera est commeandi contrahendique facultas, ab iis, qui merces ultro citroque convehunt, appellata, ein gewerbe einverleibung, handel. Vipian. *Homines veram habent commercia,* l. 34 Dig. de Verbor. oblig. Cic. Verr. 4, 59 *Mihi commercium illius rei cum illo non est,* ich habe nichts mit ihm zu schaffen. Et Verrin. 5, 49 *Commercium in eo agro nemini est,* da hat niemand nichts zu thun. Plinius in Panegyr. c. 29 *Diversas gentes miscere commercio.* ¶ 2 Hinc pro *usu* seu *consuetudine,* frequens est nomen *commercii,* ac cum præpositioni *cum* jungitur. Cic. Tusc. Qu. 5, 23 *Cum Musis, id est, cum humanitate & doctrina habere aliquod commercium.* Idem de Senect. c. 12 *Non habet illum cum virtute commercium voluptas. Commercium litterarum,* briefwechsel. Paulinus Nol. epist. 28 (al. 9) c. 1 de tabellario: *Fervens indefessus ac referens commercia litterarum.* Symmach. 4 epist. 54 *Litterale commercium* dixit: & Vellejus 2, 65, 1 *Tum inter Lepidum (ejus nempe, & Antonium commercia epistolarum,* scil. fuerunt. Sic &, *Commercium sirenarum,* Suet. Tib. c. 34, &, *Commercium stupri,* Calig. c. 36. Valer. Max. 5, 3 ext. 3 *Dandi & accipiendi beneficii commercium. Commercia* sunt negotiationes de pace inter arma suscepras Tacitus vocat Hist. 3, 81 extr. ¶ 3. Pro commeatu sive annona-usus est Iulius Frontinus de Strateg. 2, 5 *Tiberius Gracchus in Hispania cortim fatis, ipsum inopem commercio laborare, instructissima castra omnibus esculentis deseruit.* Plin. 26, 4 f 9 *Romani Duces primum semper in bella commercium habuere curam.* ¶ 4 Pro pretio ponitur apud Iuvencum 3, 310 *Vel quæ digna queunt animæ commercia poni?*

¶ Commercor, *ari,* zusammen kauffen. Sic, *Captivos commercari,* Plautus dixit Capt. prolog. v. 27; & ibid. 1, 1, 32.

¶ Commercatus, *a, um,* pass. Afran. ap. Nonium 1, 117 *Commercatis conquisite edulibus.*

¶ Commercator, *ōris,* m. ein mitkäuffer. Gloss. gr. lat. συνέμπορος *Commercator.*

¶ Commercitārius, *i,* m. idem. Gloss. gr. lat. συναλλάτης, *comparator, commerciarius.*

¶ Emercor, *ari,* erkauffen. Sic, *Exuendam ad fidem hostes emercari,* Tac. An. 12, 14, 1. *Avaritiam præfecti emercatur,* ibid. 12, 45, 5. Passive Ammian. 21, 6 *Emercabantur donis.*

¶ Emercatus, *a, um,* active, der erkaufft hat. Tac. An. 16, 1, 2 *Principis aditum emercatus.* Passive, erkaufft; ut, *Emercati multitudinis clamores,* Amnian. 26, 2.

¶ Emercatio, *ōnis,* f. die erkauffung, ICr in Dig.

¶ Emercator, *ōri,* m. ein käuffer, ibidem.

¶ Præmercor, *ari,* in emtione prævenire, vor wegkauffen. Plin. 32, 2 *Ni pretio minus parverent, eoque præmercarentur.* Visus & Plautus Ep. 3, 3, 26.

¶ Promercālis, *e,* feil, was man zu verkauffen hat; ut, *Res promercales,* Columella 1, 8. Gellius 4, 1 extr. *promercalia* neutro genere dixit. Suet. Cæs. c. 54 *Aurum promercale per provincias dividere.* Idem de Illust. Grammat. c. 23 *Officinam promercalium vestium exercere.*

¶ Promercium, *i,* negotiatio, handlung. Lege 3 § 4 Dig. ad Leg. Cornel. de sicar. *Qui hominem libidinis vel promercii caussa castravit,* zum verkauff, auf den kauff. Et Lege 41 § 5 de Legat. & fideicomm. l. 1 *Promercii caussa aliquid habere.*

MERYX, piscis genus, Plin. 32, 11.

MĒSA, *æ,* f. Cannabis *laudatissimum genus e medio, quæ mesa vocatur,* Plin. 19, 9. ¶ 2. *Mesa,* n. pl. *mέσα* apud Vitruvium partes mediæ ædium, quæ & *mediana* appellentur.

MĒSANGYLON, *i,* n. μεσαγκυλον, genus teli in medio amentum habens, ein pfeil an einem riemen Gellius 10, 25.

Mesapia, Mesapus, vide paullo post *Messapus.*

MĒSAULA, *æ,* f. μεσαύλη, der saal, der raum zwischen gemächern, Vitruv. 6, 10. vid. Baldi Lex. Vitruv. p. 70.

MĒSE, *es,* f. μέση, i. e. media, nempe chorda. Est autem unus ex 18 phthongis, e quibus constat musicum systema, Vitruv. 5, 4. vid. Baldi Lex. Vitruv. p. 71.

MĒSEMBRIA, *æ,* f. urbs Thraciæ, Megarensium colonia. Hinc

¶ Mesembriacus, *a, um,* adj. ut, *Mesembriaci portus,* Ovid. Trist 1 eleg. 6, 37.

Mesene, Mesenius, vide *Messene.*

MĒSENTĔRIVM, *i,* n. μεσεντέριον, medium intestinorum, quo lactes involuntur, ne contactu spinæ duro lædantur. Græci etiam μέσαιχον dicunt. Omnes enim venas, quæ ad ipsum ex hepate feruntur, una cum adjacentibus arteriis circumquaque ambit & complectitur, das mittlere am gedärme netzes.

MĒSES, *is,* m. μέσης, ventus medius inter boream & cæcias, ein nord-west-wind. Plin. 2, 47.

MĒSŌCHŌRVS, *i,* m, μεσόχορος, fistulator, in medio saltantium, der pfeiffer eines tanz-reyen cantilenenführer. Plin. 2 ep. 14, 6, & Sidon. 1 ep. 2. Similis compositio est in *Mesonauta.*

MESOÏDES, modulationis species, quæ Dithyrambica nominatur, quæ tonos æquales mediosque custodit. Mart. Capell. 9 p. 326.

MĒSOLĂBVM, & Mesolabium, *i,* n. μεσολάβιον, organum ad duas medias proportionales inveniendas aptum, ein proportional-circkel. Vitruv. 9, 3. vid. Baldi Lex. Vitruv. p. 71.

MĒSŌLEVCVS, *i,* m. μεσόλευκος, gemma, quam candida distinguit linea, Plin. 37, 10. ¶ 2. Herba, cum linea media per folium, Plin. 27, 11.

MĒSŌMĒDĒS, *is,* m. Μεσομήδης, poëta lyricus, Eusebio κιθαρωδικῶν νόμων ποιητής. Iul. Capitolinus in Anton. Pio c. 7 *Salio in multis fabricavit, quos utiosos videbat accepisse, dicens, nihil esse fœdius, imo crudelius, quam si remp. ii arrogarent, qui nihil in eam suo labore conferrent. Unde etiam Mesomedi lyrico salarium imminuit.* vid. ibi Salmas. p. 69 & 70.

MĒSŌMĒLAS, *æ,* m. μεσομέλας, gemma, nigra vena quemlibet colorem secante per medium, Plin. 37, 10.

MĒSON, *onis,* m persona comica, autore Festo, aut coci aut nautæ, aut ejus generis, dicta ab inventore ejus *Meso,* secundum Aristophanem Grammaticum. ¶ 2. *Meson* Astrologus, qui, cum navigandum esset in expeditionem Siciliæ, & naturam temperiemque cœli scisset, insania simulata missionem impetravit. *Melon* dicitur in Themistocle Nicia, & *Maton* in Æliani Hist. Var. 13, 12.

MĒSŌNAVTA, *æ,* m. μεσόναυτης, qui medium inter nautas sive remiges locum obtinens reliquis remigandi signum præbet, l. 1 § 1 ff. de naut. caup. stab.

MĒSŌPŌTĂMIA, *æ,* f. Μεσοποτάμια, Asiæ regio media inter duos fluvios, Tigrim & Euphratem. Alexander Severus Imperator μεσοποταμίας vocabulum reddens, *Interamnam* dixit. Ad senatum enim scripsit: *Terras interamnas, Mesopotamiæ scilicet, neglectas ab impura illa bestia, recepi,* Lamprid. in vita c. 56. Vbi *Mesopotamiæ scil.* glossema videtur Casaubono.

MĒSŌSPHAERVM, *i,* n. μεσόσφαιρον, Indici nardi folium, e triplici specie medium locum obtinens, Plin. 12, 12.

MESPĪLVS, *i,* f. μέσπιλον & ἡ μέσπιλη, *Mespila* arbor nota, ein mispelbaum. Plin. 17, 24.

¶ Mespilum, *i,* n. fructus, quem *tricoccum* Galenus vocat, quod tria intus in universum grana dura contineat, eine mispel, Plin. 15, 20.

MESSĀLA, vel Messalla, *æ,* f. a civitate Siciliæ *Messana* victa, nomen fuit Valerio Corvino victori. Vnde Ovid. Fast. 1, 595 *Hunc Numidæ faciunt, illum Messana superbum* A quo & *Messalarum* familia Romæ florentissima dicta fuit. vid. Seneca de Brevit. vitæ c. 13: & Horat. 1 Sat. 10, 85. *Messala Corvinus proprii oblitus nominis fuit,* teste Plinio 7, 24. Add. Quintil. 10, 1 p. 917 Burm. it. Brouckh ad Tib. 1, 3, 1 & 2, 5, 1.

¶ Messalīna, *æ,* m. Claudii Imperatoris uxor libidinis incontinentissimæ, de qua multa Iuvenal. sat. 6. Adde Suet. Claud. c. 26; & Plin. 10, 63.

¶ Messalīnus, *i,* m. nomen viri, ad quem scripsit Ovid. ex Ponto 1 epist. 7.

MESSĀNA, *æ,* f. Siciliæ urbs prope fretum & Pelorum promontorium, condita a Messenis Peloponnesi, unde &. nomen est. Hodie *Messina,* civitas ampla & dives. v. Geogr. & Silium 14, 195.

MESSĀPVS, *i,* m. Italorum dux, qui Turno adversus Æneam suppetias tulit. Ideo Neptuni filius creditus, quod mari in Italiam advectus est, uti Servius notat ad Virg. Æn. 7, 691 *At Messapus equum domitor, Neptunia proles.* v. Sil. 12, 393 & ibi Heins. & Drakenb.

¶ Messāpia, *æ,* f. Italiæ regio, alias Apulia; Festus. Hinc

¶ Messāpius, *a, um,* adj. ut, *Messapia arva,* Ovid. Met. 14, 513.

MESSĒNA, *æ,* & Messene, *es,* f. Peloponnesi urbs, quam diruram ac desertam Epaminondas restituit: Nepos ejus vita c. 8. v. & Diodorum Siculum & Strabonem. Hinc

¶ Messēnius, *a, um,* adj. ut, *Messenia mœnia,* Ovid. Met. 12, 549.

MESSĪAS, *æ,* m. ex Hebræo vel Syriaco sic dictus mundi redemptor Iohan. 1, 42. Græce χριστός, latine *unctus,* der gesalbte.

Messio, messor, messorius, v. *Meto, ĕre.*

MET, syllabica adjectio, quæ pronominum vim & significationem auget; ut, *Egomet, Nosmet, Ipsemet;* quasi a gr. μετά, *cum.*

META, *æ,* f. κῶνος, corpus ex rotunda basi in acurum fastigium assurgens, de qua ejusque sectionibus, multa geometræ Germani vocant einen kegel. Itaque cum geometris locutus est Cicero, quando de Divin 2, 6 *umbram terræ,* in quam incurrens luna eclipsin patitur, *metam noctis* appellavit. Plin. 2, 10 f 7 *Neque aliud esse nocten quam terræ umbram. Figuram autem umbræ similem metæ, ac turbini inverso.* Inde Mart. Capella l. 8 p. 294 in eadem re utitur adverbio *metaliter.* Ab hac forma Plin. 28, 28 & Colum. 2, 19 *metam fœni* dixere, ein heuschober. Martial. 1, 44 *Metas lactentes,* zugesprützte käse. Ab hac eadem forma turbo seu pars superior molæ *meta* dicta est, vid. in *Mola* Ita Plin. 16, 33 f. 60. *Meta adspectum cupresso,* & alias *buxo* tribuit &c. Ita proprie dixeris *metam sacchari* einen hut zucker. ¶ 2 Speciatim vero *metæ* Gr. καμπτῆρες erant in circo ad utramque extremitatem *spinæ,* five muri secundum longitudinem medium circum percurrentis, ad quas flecterent currus; summaque ars in eo versabatur, ut quis interior, & quam proxime ad *metam,* i. e. anfractu brevissimo currum flecteret, quo ipso prævenire illum reliquos exteriores, per longiorem anfractum euntes, necesse erat; periculum tamen fuberat, ne adhærescerer & rota vel axi fracto everteretur. Ea quæ diximus satis declarant imagines circi, ab illis propositæ, qui hanc partem antiquitatis tractarunt. Cæterum hinc lux affulget loco Horatii 1 od. 1, 4 *Metaque fervidis evitata rotis;* item metaphoræ Ciceronis pro Cæl. c. 31 *In hoc flexu quasi metæ fama adolescentis paullum hæsit* ad metas *notitia nova mulieris, & infelici* vicinitate &c. Hinc metaph. Plin. 18, 28 f. 68. de solstitio æstivo & puncto eclipticæ, quod tangit tropicum capricorni, *ab ea meta sol incipit flectí.* ¶ 2. Sed generatim etiam pro termino ponitur, ad quem cursu contenditur, de el. Frontin.

Frontin. de Coloniis p. 141 Goes. *In campis vero statuerunt terminos quadratos cursorios, spatulas vel metas assignatas.* Scribitur hic & alias mæta: nolcio quam bene. Virgil. Æneid. 5, 129 *Hæc vident Æneas frondenti ex ilice metam Constituit.* Horat. de A. P. vers. 12 *Qui studet optatam cursu contingere metam.* ¶ 4. Hinc metaphorice de fine rei cujusvis adhiberur, das ziel oder ende. Virg. Æneid. 1, 278 *His ego nec metas rerum, nec tempora pono.* Et Æn. 3, 714 *Hic labor extremus, longarum hæc meta viarum.* Ovid. vel Albinov. ad Liviam v. 359 *Tendimus hac omnes, metam properamus ad unam Omnia sub legesmors vocat atra suas.* Apul. Met. l. 9 *Ad ultimam salutis metam deruſus*, i. e. ad meritas redactus.

¶ Mĕtula, *æ*, f. dimin. Plin. junior 5 epist. 6 n. 35.

¶ Metăliter, adverb. ſpitzig wie ein kegel. Mart. Capell. l. 8 p. 294 *Lunæ defectus ſit, cum linea ſolis umbra terræ metaliter infuſcatur.* Reſpicit ad *metum umbræ* vel *metæ*, de qua modo dictum.

¶ Metārius, *a, um*, das ein ziel hat. Arnob. lib. 2 *Metariæ circumſcriptionis expers.*

¶ Mĕtor, *atus ſum, ari*, a *meta* eſt: ſignificat enim metas ponere ſeu conſtituere: & ita locum ſeu ſpatium definire, ſive certis finibus terminisque circumſcribere, abſtecken, abmeſſen. Valerius Cato in Diris v. 45 *Pertica quæ noſtros metata eſt impia agellos.* Livius 1, 10 *Jupiter Feretri, hæc tibi victor Romulus rex regia arma fero, templumque iis regionibus, quas modo animo metatus ſum, dedico.* METATVS SVM, id eſt, determinavi, finii. ¶ 2. Virg. Georg. 2, 274 *Si pinguis agros metabere campi:* id eſt, eliges, ut Servius interpretatur. Nam qui menſurantur agri, ſecernuntur a cæteris & ita eliguntur quaſi: vel quod aſſignatione vel metatione non niſi ager cultus atque electilis, ut Apuleji voce dicam, dari ſolebat. ¶ 3. Sic locum caſtris deligere, *metari* eſt: id enim fit metis poſitis ſive directis, das lager abſtecken. Curtius 3, 8, 19 *Eo ipſo loco metari ſuos caſtra juſſerat.* vide & Feſtum. ¶ 4. Translatum hoc verbum denique eſt ad quævis hoſpitia & manſiones aſſignatas, de quo videndus eſt Lipſ. de Milit. Rom. lib. 4 Dial. 12. Adde I. Fr. Gronov. ad Livii 38, 17.

¶ Mēto, *metare*, in forma activa Virg. dixit Culice v. 173 *Metabat ſeſe circum loca.*

¶ Mētātus, *a, um*, gemeſſen, abgemeſſen, inde paſſivum Horatio eſt 2 od. 15, 14 *Nulla decempedis Metata privatis opacam Porticus excipiebat Arcton.* Et 2 ſat. 2, 114 *Videas metato in agello Cum pecore & gnatis fortem mercede colonum.*

¶ Metatio, *ōnis*, f. die ausmeſſung, abtheilung; ut, *Metatio vinearum*, Colum. 3, 15. conf. Sic. Flaccus p. 16 Gœſii.

¶ Metātūra, *æ*, f. idem. Lactant 4, 11 *Incaſſum facta eſt metatura.*

¶ Mētātor, *ōris*, m. qui metas ponit quascunque, e. g. qui arbores diſponit & digerit, ein ausmeſſer; ut, *Metator oliveti*, Plin. 19, 33. ¶ 2. Item deſignator hoſpitii, qui præparandi diverſorii cauſſa præcurrit, ein fourierer, Lucan. 1, 382. ¶ 3. Qui locum caſtris deſignat, Veget. 2, 2, der ein lager abſtecket. Cic. Phil. 11, 5 *Caſtrorum antea metator: nunc, ut ſperat, urbis.* ¶ 4. Menſor, quem Cicero *Decempedatorem* a *Decempeda*, inſtrumento menſorio, dirut, ein feldmeſſer. Eleganti metaphora Tertullianus adv. Marc. 1, 8 extr. *Deus tam alienus ab initio & fine eſt, quam a tempore, arbitro & metatore initii & finis.* Lactant. 4, 11 *Metator templi.*

¶ Metatōrius, *a, um*; ut, *Metatoria pagina*, id eſt, epiſtola quæ advenienti amico metatur hoſpitium, Sidon. 8 ep. 11. vide & Scalig. Lect. Auſon. 2, 19 & 24. Convenit igitur cum eo, quem vocant noſtri, fourier-zettel.

Compoſita.

¶ Commēto, *are*, abzielen, quod ipſum verbum pro frequentativo a *Commeo, are*, habet Nonius 2, 163, ubi Afranius: *Quo tu commetas? ubi conſixus deſides?*

¶ Dimētor, *ari*, metari, abſtecken, abmeſſen. Cicero de Nat. D. 2, 62 *Siderum curſus dimetati, maturitates temporum, & varietates mutationesque cognovimus.* Livius 8, 38 *Locum caſtris dimetari juſſit.*

¶ Immetātus, *a, um*, unabgeſteckt; ut, *Immetata jugera*, unausgemeſſene felder, Horat. 3 od. 24, 12.

¶ Intermetium, *i*, n. locus inter metas, ſicut *Intercolumnium*, ſpatium inter duas columnas. Gloſſ. Vet. *Intermetium, τὸ μεταξὺ καμπτήρων.* Adde Salmaſ. Exerc. Plin. p. 460, ed. nov.

¶ Præmētor, *ari*, vorher meſſen. Solinus c. 40 *Dinocratem Alexandri juſſu Alexandriam in Ægypto præmetatum, ſupra expoſuimus.*

¶ Præmetātus, *a, um*. Mart. Capella 8 p. 273 *Præmetata divum itinera.*

MĔTĂBVS, *i*, m. Privernatium tyrannus, Camillæ pater, regno pulſus filiam fugæ comitem Dianæ conſecravit. vid. Virgil. Æneid. 11, 535, & Silius 4, 339.

Metacarpium, vide ſupra *Carpus.*

METACISMVS, *i*, m. ſermonis eſt aſperitas ex aſſiduitate litteræ M, quæ inter vocales deprehenſa etiam ideo eliditur. vid. Martian. Capella 3 p. 95, & 5 p. 167.

METALEPSIS, *is*, f. *μετάληψις*, tropus poëticus, *Transſumtio* dictus a Quintiliano 8, 6, quæ ex alio in aliud velut vium præſtat. Virg. ecl. 1, 70 *Poſt alium mea verna videns mirabor ariſtas.* Per ariſtas enim intelligit meſſes, per meſſes æſtates, per æſtates annos. vide libellos de Schematibus, & Erasmi Copiam.

MĔTALLVM, *i*, n. ein metall, ertzwerck, ab inquirendo dicitur; *μεταλλᾶν* enim *ſcrutor* vel *inquiro* eſt, ad quam etymologiam alluſiſſe videtur Ovid. Met. 1, 140 *Illudentur opes irritamenta malorum.* Plinius ab eo nomen adduxit, quod una metalli vena aliam proxime poſt ſe offendat, *μετ' ἄλλων.* Sic enim lib. 33 11 *Ubicumque*, ait, *una inventa venarit, non procul inveniemus alia.* Metalli ſpecies ſunt: *Aurum, Argentum, Electrum, Stannum, Plumbum, Æs Cyprium; Orichalcum, Ferrum.* Subjiciemus formulas aliquot metallicorum vulgares. *Metallum gignitur*, das ertz wächſt; *metallum invenire*, ertz treffen; *metallum fodere, effodere, eruere*, ertz hauen; *metallum perfectum*, gediegen ertz; *metallum aliquod ſub ſummo ceſpite invenire*, ertz am tage treffen; *metallum torrere*, röſten; *metallum urere*, brennen; *tundere*, pochen; *molere*, mahlen; *lavare*, waſchen. ¶ 2. *Metalla* etiam dicuntur ipſa loca, unde metalla effodiuntur, ertz-brüche. Cerda ad Virgil. Æneid. 10, 174 & 8, 445. Sic *Metalla auraria* dicit Plinius 37, 12 pro aurifodinis, gold-brüche, gold-bergwercke. *Metalla æraria* pro æriſodinis, Solin. c. 20. C. Nepos 2, 2, 1 *Pecunia publica, quæ ex metallis redibat*, was aus den bergwercken einkam. Idem 5, 1, 3 *Magnas pecunias ex metallis fecerat.* Lucanus 4, 223 *Non chalybem gentes penitus fugiente metallo Eruerant.* Galgacus apud Tacitum Agric. 31, 5 *Neque enim arva nobis, aut metalla, aut portus ſunt, quibus exercendis reſervemur.* ¶ 3. Quin & ad lapicidinas transfertur hæc vox. Lucanus 4, 303 *Tunc exhauſta ſuper multo ſudore juventus Extrahitur, duris ſilicum laſſata metallis.* Stat. 1 Silv. 5 in Balneo Hetruſci v. 36 *Sola nitet flavis Nomadum deciſa metallis Purpura.* Hinc *in metallum damnare*, eſt in lapicidinam damnari, Plinius 10 epiſt. 66. vide & Caſtalionis Varias c. 20. De *creta* Plinius 18, 11 f. 29.

¶ Metallĭcus, *a, um*, adj. ut, *Natura metallica*, Plin. 27, 4.

¶ Metallĭcus, *i*, m. ſubſt. ein bergmann, bergknapp. Plin. 34, 16 *Lavant eas harenas metallici, & quod ſubſidit, coquunt in fornacibus.* ¶ 2. *Metallici* etiam dicuntur in metalla damnati, die auf dem bau ſitzen, Lege 10 § 1 Dig. de Pœnis. Eſt autem vere adjectivum, ut homo, vel aliud ſubaudiatur. Sic *Dæmon metallicus*, das bergmännlein, Georg. Agricola.

¶ Metallārius, *i*, m. qui metallum effodit vel ſponte, vel ſua conditione, apud ICtos, ein bergknapp. vide Tit ul. Cod. de hiſce.

¶ Mĕtallĭfer, *a, um*, ertzreich. Silius 15, 498 *Metallifera terra.*

¶ Metallifodīna, *æ*, f. eine ertz-grube, ein bergwerck.

MĔTĂMORPHŌSIS, *is*, f. *μεταμόρφωσις*, transformatio, eine änderung oder wechſel in eine andere geſtalt. Ovidius in initio operis fabuloſi *μεταμορφώσεως ἔτυμον* exponit: *In nova fert animus mutatas dicere formas Corpora.* Quintil. 4, 1 *Ovidius laſcivire in Metamorphoſi ſolet.*

MĔTĂNOEA, *æ*, f. *μετάνοια*, pœnitentia, reſipiſcentia, mentis mutatio, die bekehrung, die reu. Auſonius epigr. 12 v. 12 *Nempe ut pœnitear, ſic Metanœa vocor.*

Metaphora, vide *Phora*, Metaphraſis, *Phraſis*, Metaphyſica, *Phyſis*, Metaplaſmus, *Plaſma.*

METAPONTVM, & Metapontium, *i*, n. Italiæ oppidum in ſinu Tarentino Mela, 2, 4; & Plin. 14, 1.

¶ Metapontīnus, *a, um*, adj. ut, *Metapontinus ager*, Liv. 29, 19. Et *Metapontini*, incolæ, apud eumdem 22, 61 &c.

¶ Metathēſis, vide *Theſis*, Metatio, metator, &c. *Meta.*

MĔTAVRVS, *i*, m. & Metaurum, *i*, n. fluvius Vmbriæ, Liv. 27, 9; Lucan. 2 v. 405. Silius 8 v. 451. Sic *Metaurum flumen*, Horat. 4 od. 4, 38. it. urbs Siciliæ. v. N. Heinſ. ad Sil. 7, 486.

MĔTAXA, *æ*, f. *μέταξα*, latine ſericum, ſeide, qua voce uſi ſunt Arcadius & Honorius l. 10 C. de murileg. Martianus quoque ff. de public. & vectig. l. ult. *Metaxa*, inquit, *veſtis ſerica vel ſubſerica.*

¶ Metaxārius, *i*, m. metaxæ ſive ſerici negotiator, ein ſeidenhändler. Iuſtinian. lib. 8 C. tit. 14 de pign. & hypoth.

MĔTELLA, *æ*, f. cratis de ligno facta & lapidibus repleta, ein ſchantzkorb, Veget. de Re milit. 4, 6.

MĔTELLVS, *i*, m. dictus in re militari quaſi mercenarius (vel quaſi *Meritellus* a merendis ſtipendiis,) ein ſoldner, ſoldat. Feſt. ubi locus Attii. conf. Meurſ. ad Caſſandr. p. 335. ¶ 2. Cognomen Cæciliorum Romæ, e qua familia *Metelli* plures Romani, plebeji quidem, ſed victoriarum fortuna celebres; ut, *Metellus Cæcus Pontifex Maxim.* 2 *Balearicus.* 3 *Numidicus*: & ejus *Pius* filius Cic. pro Arch. c. 3. 4 *Creticus.* 5 *Dalmaticus.* 6 *Macedonicus*, a populis devictis. Hic ultimus ille *Metellus* eſt, qui in exercitu arcanum quiddam interrogatus, reſpondit: *ὦ ἄνδρες τῶν χιτώνα μοι συνειδένει τοῦτο ἀποβήτου, ἀποδυσάμενος ἂν αὐτὸν ἔτι τὸ πῦρ ἔβηκα*: hoc eſt, *Si exiſtimarem, tunicam eſſe mihi conſciam hujus arcani, exutam eam in ignem conjicerem*, Plutarch. lib. de garrulitate. Idem ille id felicitatis conſecutus eſt, ut præter ampliſſimos honores, a quatuor filiis illatus rogo uno prætorio, tribus conſularibus, duobus triumphalibus, uno cenſorio, ut de ceteris liberis nepotibusque nihil dicam. vide Plinius 7, 13 & 44. Cic. Tuſc. 1, 34. Aur. Victor de Vir. Illuſtr. c. 61. Val. Max. 7, 1, 1.

¶ Metellīnus, *a, um*, adject. ut, *Metellina oratio*, Cic Att. 1, 13.

MĔTEMPSŸCHŌSIS, *is*, f. *μετεμψύχωσις*, transanimatio, ſive transmigratio animæ ex uno corpore in aliud. Rationales creaturas fuiſſe in cæleſtibus, & propter quædam antiqua peccata in corpora eſſe delapſa ad pœnas luendas, delirarunt Pythagoras, Plato & Origenes: qui ob dogma male ſanum doctorum ſermonibus lancinantur, & vapulant. vid Hieronym. in Epitaph. Paulæ matris, ad Euſtochium Virgin. Tom. 1 epiſt. 27, 12, & ad Avitum epiſt. 59, 1, Iſidor. Peluſiot. 4 epiſt. 163. Lipſius *recipiscam hunc diſcurſum, & animarum recidivatum*, Tertulliani verbo, Pythagoræ ſomnium vocat Monit. Polit. p. 183. Crediderunt eamdem Iudæi, qua de re Majol. Dier. Canic. p. 336, Horting. Pentad. diſſert. miſcell. p. 155. Kipping. ad Pappi Hiſt. Eccleſ. p. 158. Barth. ad Zachar. Mitylen. p. 297.

METENSŌMĂTŌSIS, *is*, f. *μετενσωμάτωσις*, transcorporatio vel transmutatio corporis, Tertull. de Anima c. 31 & 32.

METEŌRON, *i*, n. *μετέωρον*, plur. Meteora, quorum materia ſunt fumi vel exhalationes ex terra & aquis, luftgeſichte aus erde oder waſſer-dünſten. Hinc enim meteora alia *ignita* ſunt, alia *humidis mixta* vel *aquoſa*. *Ignita*: ut, *fulmina, tonitrua, flagella cadentes, titiones, acontia*, ſchieſſende feuerflammen oder ſtrahlen; *chasmata* vel *hiatus*, wenn ſich der himmel aufthut. *candelæ, capræ ſaltantes*, hüpffende lichtlein, quæ ſuis locis videnda ſunt. *Meteora aquoſa* dicuntur

Res, pruina, nix, grando, nebula, caligo: Emphatica, iris, aurora, halo &c.

¶ Meteoria, *æ*, f. μετεωρία, oblivio eſt. Suet. Claud. c. 39, die vergeßlichkeit. Vitium nimirum animi temere vagantis, inſtar ignium fatuorum.

¶ Meteorologice, *es*, f. μετεωρολογική, i. e. ſcientia meteororum. vid. Voſſ. de Scient. Math. p. 137.

METERANA, *æ*, f. caſtaneæ ſpecies, Plin. 15, 23.

METĔRĒVS, *a, um*, adject. ut, *Meterea turba*, Ovid. Triſt. 2, 191, inter barbaros inter Colchos & Getas.

Methodicus, methodium, methodus, vide *Hodos*.

MĔTHŌNE, *es*, f. urbs Peloponneſi in ora Meſſeniæ, hodie Modona. vid. Val. Flacc. 1, 388.

MĔTHYMNA, *æ*, f. urbs in inſula Leſbo, ubi bonum naſcitur vinum. Ovid. de Arte am. 1, 57 *Gargara quot ſegetes, quot habet Methymna racemos.*

¶ Methymnæus, *a, um*, adject. ut, *Methymnæa uva*, Horat. 2 ſat. 8, 50.

Meticuloſus, vide paullo infra *Metus*.

MĔTIOR, *menſus ſum, metiri*, μετρῶν, menſurare, meſſen, abmeſſen, ermeſſen. *Metiri agrum*, Cicero fam. 9, 17; &, *frumentum*, in Verr. 3, 83. Cæſ. B. Gall. 1, 23. *Frumentum exercitui metiri*. ¶ 2. Interdum idem eſt quod æſtimare. Cicero in Piſon. c. 28 *Ipſi cui vel omnes res, quæ ſunt homini expetendæ, voluptate metiuntur.* Et de Nat. D. 1, 40 *Omnia quæ ad beatam vitam pertinent, ventre metiri*, id eſt, æſtimare, ſpectare, ſchätzen, rechnen. Et, *Fidelitas, quam ego ex mea conſcientia metior*, Plancus ad Cicero. fam. 10, 4. Boëth 3 Proſa 6 *Qui falſo prædicantur, ſuis ipſi neceſſe eſt laudibus erubeſcant. Quæ ſi etiam meritis conquiſita ſint, quid tamen ſapientis animo afferre poterunt conſcientiæ, qui bonum ſuum non populari rumore, ſed conſcientiæ veritate metitur. Metiri aliquem fortunâ, virtute, C. Nepos 18, 1, 1 i. e.* æſtimare. Symmachus 8 epiſt. 12 *Religio magis fide animi metienda eſt, quam oſtentatione verborum eſt.* Horatius 1 epiſt. 7 extr. *Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede verum eſt.* Martialis 12 epigr. 100 *Qui ſua metitur pondera, ferre poteſt.* vide Barth. ad Claudian. p. 906 & ad Stat. Silvas p. 68, cui idem eſt quod animo expendere. ¶ 3. Paſſive habet Lactantius de Mort. Perſecut. 23, 2 *Agri glebatim metiebantur.* In præterito *metitus ſum* idem Lactantius formæ Div. inſtit. 7, 14, 13 *Perfectis omnibus, quæ in ipſum hominis metitus eſt Deus.* Sed meliores libri: *molitus eſt.* Paulin. ad Auſon. *Modum magno metitus amore.* Ulpian l. 52 §1 Dig. de legatis ex fideicomm. *quæ quis ingenio ſuo metitus ſit.* vid. Voſſ. de Vit. L. L. 1, 24 p. 105, & Goclen. Probl. Gramm. 2, 2.

¶ Metiens. Liv. 3, 54 *Odium in ſe aliorum ſuo in eos metiens odio.* Vulg. Int. 2, Cor. 10, 12 *Ipſi in nobis nosmetipſos metientes.* Horat. Epod. 4, 7 *Sacram metiente te viam Cum bis ter ulnarum toga*, ubi ad Syrma veſtium ſimul reſpicitur.

¶ Menſus, *a, um*, gemeſſen. Cato de R. R. c. 146 *Modio olcario menſum.* Cic. de N. D. 2, 27 *Menſa ſpatia conficere.*

¶ Menſus, *ûs*, m. ſubſt. das maß. Apul. de Mundo p. 235 *Cujus menſu appenſuque diſtincta eſt natura.* Laudatur fragm. Varr. de Geometria, *Geometria altitudines menſu certo diſtinguit.*

¶ Menſio, *ōnis*, f. actus metiendi, das abmeſſen. Cicero in Orat. c. 53 *Aures, vel animus aurium munito, naturalem quamdam in ſe tenet vocum omnium menſionem.* Arnobius 3 p. 107 *Deos formarum ampleſtimini menſione.*

¶ Menſor, *ōris*, m. geometra, ein feldmeſſer. Horat 1 od. 28 pr. *Te maris & terræ numeroque carentis arenæ Menſorem &c.* De Archyta Tarentino. Plin. 10 epiſt. 28 *Diſpice, Domine, an neceſſarium putes, mittere huc menſorem*, ubi architectum, dimetiendarum operarum peritum, ſignificat. ¶ 2. *Agrimenſor* conjuncte & diviſe ſcribitur, vid. *Ager*.

¶ Metitor, *ōris*, m. idem. Fronti. de aquæd. 79 ex Poleni diviſione & editione: *A metitoribus reliquæ quinariæ dividebantur per regiones urbis.*

¶ Menſūra, *æ*, f. menſio, das maß. Plinius 10 ep. 28 *Videntur non mediocres pecuniæ poſſe revocari a curatoribus operum, ſi menſuræ fideliter agantur*, wenn fleißig abgemeſſen wird. Plinius 7, 56 *Menſuras & pondera Phidon invenit.* Et Cicero Off. 1, 15 *Majori menſura ſua reddere, quæ acceperis utenda*, mit groſſerm maß. Heſiodus Ἔργ. v. 692 Μέτρα φυλάσσεσθαι, μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον. *Menſuram ſervato: modus in re eſt optimus omni*, maſſe iſt zu allen dingen gut. Auſonius in Sapientibus: Ἄριστον μέτρον εἶναι, *dixit Lindius Cleobulus, hoc eſt, Optimus cunctis modus.* Nomina menſurarum longitudinis continent verſiculi vulgares: *Ex granis digitus quatuor formabitur unus, Iſt quater in palmo digitus, quater in pede palmus: Quinque pedes paſſum faciunt, paſſus quoque centum Viginti quinque ſtadium dant, ſed miliare Octo dabunt ſtadia, at duplatum dat tibi Leuca:* id eſt, milliare Gallicum. De menſuris veterum earumque generibus agunt Iannii Carmen, & Gromatici ſcriptores Rigaltii p. 333, itemque Plinius 2, 23, & ex recentioribus breviter & accurate Eiſenſchmidius. ¶ 2. Pro æſtimatione dignitatis uſus eſt Tacitus Hiſt 1, 62, 3 *Nec conſularis legati menſura, ſed omnia in majus accipi ſolitum*, i. e. non pro conditione & modo Conſularis legati. B. Hieron. 2 epiſt. 13 p. 284 *Non eſt humilitatis meæ neque menſuræ, quibuſcum de clericis Menſuræ*, i. e. loci mei, conditionis. Plinius 2, 1 extr. *Quaſi vero menſuram ullius vei poſſit agere, qui ſui neſciat.*

¶ Menſūro, *are*, hoc eſt, metiri aut metari; meſſen, poſterioris ævi eſt, v. g. Veget. 1, 25. Et Vulg Interpr. Ier. 31, 37 *Si menſurari poterunt cœli ſurſum.*

¶ Menſuratio, *ōnis*, f. die abmeſſung; ut, *Menſuratio jugeri*, Auct. de Limit. p. 284 Goëſii.

¶ Menſurator, *ōris*, m. idem qui *menſor*, ein feldmeſſer. Veget.

¶ Menſurābilis, *e. Spatium non menſurabile*, unermeßlich, apud Prudentium Apotheoſ. v. 817.

¶ Menſurālis, *e*, damit man miſſet; ut, *Linea menſuralis*, qua ſcil. menſura agitur, apud Siculum Flaccum p. 19 & 23 ex edit. Goëſii.

¶ Menſurāliter, adv. durch die abmeſſung. Hyginus de Limitibus p. 192 *In forma menſuraliter comprehendimus.*

Compoſita a *Metior*:

¶ Admĕtior, *menſus ſum, admetiri*, meſſen, oder zumeſſen. Suet. Aug. c. 41 *Frumentum viritim admenſus eſt.* Sic & *Admetiri vinum emtoribus*, Cato R. R. c. 154. ¶ 2. Paſſ. Non. 6, 90 *Quæ non numerantur, ſed admetiuntur.* Dicitur etiam eſſe ap. ICtos.

¶ Admenſus, *a, um*, Paſſ. Cato R. R. 148 *Quod admenſum erit* (vinum), *pro eo dominus reſolvito.*

¶ Circummetior, *iri*, herummeſſen. Paſſive Vitruvius 4, 4 *Si duæ columnæ æque craſſæ lineis circummetientur.*

¶ Commetior, *iri*, meſſen. Cicero de Invent. 1, 26 *Oportet commetiri cum tempore negotium*, man muß rechnen, wie lange man daran zu thun habe. Idem de Vniverſ. c. 9 *Siderum inter ſe ambitus commetiri.*

¶ Commenſus, *ûs*, m. ſubſt. quo συμμετρίας vocem græcam Vitruvius reddidit, die gleichförmigkeit; ut 1, 3 *Venuſtatis vero* (habita erit ratio), *cum fuerit operis ſpecies grata & elegans membrorumque commenſus juſtas habeat ſymmetriarum rationes*; ſive *ratiocinationes*, ut alii legunt. Cæterum pæne eſt, ut hoc in loco *Symmetriarum* vocem, gloſſema putem. Tamen etiam proœmio extremo lib. 6 *Commenſus ſymmetriarum explicabo.* Idem 3, 1 *Vt etiam in operum perfectionibus ſingulorum membrorum ad univerſam figuræ ſpeciem habeat commenſus exactionem.* conf. Borrich. Vind. Latin. p. 171 ſeq. Neque tamen probaſſe hanc vocem videtur Plinius, qui 35, 8 ſ. 19, n. 6 negat Latinum nomen habere *Symmetrian*, quam Plin. jun. 11 epiſt. 5 *congruentiam* & *æqualitatem* dixit.

¶ Demĕtior, & Dimetior, *iri*, diligenter metiri: fleißig abmeſſen. Cicero de Senect. c. 14 *Mori videbamus in ſtudio pæne dimetiendi cœli & terræ C. Gallum. Demetiri & dinumerare ſyllabas*, Idem in Orat. c. 43. ¶ 2. Paſſ. Vitruv. 3, 3; & 5, 9.

¶ Dimetiens, *tis*; ut, *Linea dimetiens*, Plinius 2, 23, ita diametrum vocat.

¶ Demenſus, & Dimenſus, *a, um*, paſſiv. abgemeſſen. Plaut. Menæch. prol. v. 14 *Nunc argumentum vobis demenſum dabo.* Cicero in Orat. c. 12 *Verba verbis quaſi demenſa & paria reſpondeant.* Virg. Georg. 1, 231 *Certis dimenſum partibus orbem Sol regit.* Idem actîve dixit: *Campum ad certamen dimenſi*, Æn. 12, 116. Sed, *a quo eſſent illa dimenſa atque deſcripta*, Cic. de Senect. c. 17.

¶ Demenſum, *i*, n. ſubſt. zugemeſſene koſt, victus vel cibus erat menſtruus, apud Romanos, quaterni ſcilicet modii frumenti, qui ſervis dabantur in menſem, auctore Donato in illud Ter. Phorm. 1, 1, 10 *Quod ille unciatim vix de demenſo ſuo, ſuum defraudans genium, comparſit miſer.* Servi enim frugales ex demenſo peculium ſuum augebant, ut Budæus inquit. Apud Spartianum Adriano c. 7 eſt *Dimenſum in diem vitæ*, unterhalt auf lebenszeit.

¶ Dimetītus, *a, um*, pro *dimenſus*, aliqui Ciceroni tribuunt, ubi accuratiores libri habent *dimetatus.* vide Parei Lex. Crit. p. 362, & Ol. Borrich. pro Voſſ. adverſus Scioppp. p. 273.

¶ Demenſio, & Dimenſio, *ōnis*, f. die abmeſſung; ut, *Dimenſio quadrati*, Cicero Tuſc. 1, 24 Et Auſonius epiſt. 5, 9 *Iubet demenſio legam.*

¶ Dimenſor, *oris*. m. apud Livium eſſe volunt.

¶ Indimenſus, *a, um*, immenſus, unmeſſen, unzehlich. Ammianus 19, 3 (Valeſ. c. 2 f. 209) *Cernentes populos tam indimenſos*, id eſt, immenſos, innumerabiles.

¶ Emĕtior, *iri*, meſſen, ausmeſſen; ut, *Emetiri iter*, Virg. Æneid. 7, 160. *Emetiri uno die ſpatium ingens*, id eſt, conficere, ein groß theil weges zurück legen, Liv. 31, 24. Et Cic. de Clar. Orat. c. 4 *Ego voluntatem tibi profecto emetiar: Sed rem ipſam nondum poſſe videor*, ſcil. emetiri, h. e. cumulate præſtare, ſatisfacere.

¶ Emenſus, *a, um*, der gemeſſen hat. Virgil. Æneid. 10, 772 *Oculi ſpatium emenſus.* Plin. 18, 28 *Sol ardua emenſus.* Tac. Hiſt. 1, 49, 3 *Galba quinque principes proſpera fortuna emenſus*, der ſie überlebet, ausgehalten. ¶ 2. Paſſive, *Multo major pars itineris emenſa*, Liv. 21, 30. vid. Drakenb. ad Sil. 1, 636.

¶ Immenſus, *a, um*, adject. unmeßlich, unermeßlich, überaus groß; ut, *Iter immenſum*, Liv. 21, 29. Cic. Tuſc. 1, 30 *Tamquam ratis in mari immenſo noſtra vehitur ovatio.* Et, *Aër immenſus & infinitus*, Idem de Nat. D. 1, 10. Et, *Immenſa vorago vitiorum*, in Verr. 3, 9. *Immenſa, infinita, immoderata cupiditas*, Auctor. ad Herenn. 2, 22. *Immenſiſſimæ voluptates*, Spartianus Hadriano c. 19. ¶ 2. Abſolute per *immenſum*, ſubintellecto ſpatio, dixit Tac. Ann. 15, 40, 1, & Agric. 23, 2, weit und breit. *Immenſum attolli*, adverbialiter Idem Ann. 4, 40, 7 &c.

¶ Immenſĭtas, *ātis*, f. die unermeßlichkeit; ut, *Immenſitas latitudinum, longitudinum, altitudinum*, die unmeßliche breite, länge, höhe, Cicero de Nat. D. 1, 20; & *Immenſitates camporum*, ibid. 2, 39.

¶ Immenſurabilis, *e*, unmeßlich, apud Salvianum lib. 2 de Avaritia. vide Cellarii Cur. poſter. p. 310.

¶ Immenſuratus, *a, um*, ungemeſſen, Idem Salvian. lib. 1 de Avar.

¶ Immenſuratim, adverb. ohne maß. Idem Salvian. lib. 6 *Rideamus quæſo, quamlibet immenſuratim.* vide Rittershuſ. in Salv. p. 199.

¶ Permētior, *iri*, durchmeſſen. Cic. Acad. 4, 41 *Vos verb ſolis magnitudinem, quaſi decempeda permenſi, refertis.* ¶ 2. Peragrare, durchwandern. Stat. 1 Silv. 2, 202 *Iter duram permetiri.* Virg. Æn. 3, 157 *Nos tumidam ſub te permenſi claſſibus æquor, &c.*

¶ Permenſus, *a, um*, active Nemeſ. ecl. 1, 19 *Emeritæ permenſum tempora vitæ.* ¶ 2. Paſſive, gemeſſen; ut, *Permenſum & perlibratum opus*, Columell. 3, 13 fin. ¶ 3. Item, durchwandert, Tibull. 3, 3, 9 paſſive: *Permenſo defunctus tempore lucis*, alt und abgelebt. Et Apul. 8 Met. p. 209 *Aliquanto viæ permenſo ſpatio.*

¶ Permen-

¶ Permenſio, *onis*, f. die ausmeſſung. Mart. Capella 7 p. 235 pr. *Prudens permenſio terræ*, i. e. Geometria.

¶ Præmetior, *iri*, vorhermeſſen, erwegen; ut, *Præmetiri pericula*, Sarisber. epiſt. 59.

¶ Præmenſus, *a, um*, paſſ. zuvorgemeſſen; ut, *Præmenſi ſoli ſpatium*, Frontin. de Re Agrar. n. ult. p. 283. Tib. 3, 3, 9 *Præmenſa defunctus tempora lucis*, h. e. a Parcis definitæ. vid. Bronckh.

¶ Remetior, *iri*, zurücke meſſen, zurücke reiſen. Curt. 5, 3 extr. xxx *fuere ſtadia, quæ remenſi ſunt.* ¶ 2. Metaphorice *Facta ac dicta remetiri*, pro recognoſcere, Seneca dicit de Ira 3, 36, zurück denckẽ, was man gethan und geredt hat. Apul. lib. 2 Met. *Fabulam illam tuam remetire, ut & filius meus iſte Lucius lepidi ſermonis tui perfruatur comitate.* Et, *Frumentum pecunia remetiri*, pro penſare, Quintil. Declam. 12 p. 175, gegen korn ſo viel oeld meſſen.

¶ Remenſus, *a, um*, active. Martial. 6 epigr. 89 *Ille fide ſumma teſtæ ſua vina remenſus*, de eo, qui lagenam, quam ebiberat, urina ſua implevit. ¶ 2. Et paſſive. Virg. Æn. 2, 181 *Pelagoque remenſo.*

¶ Supermetior, *iri*, drüber meſſen. Tertull. de Anima c. 38 *Secundæ poſt diluvium genituræ ſupermenſus eſt.*

MĔTIS, *is*, f. Galliæ Belgicæ urbs antiquiſſima, media inter Tullum, Virdunum ac Trevirim, Meſs. Sic appellata a Metio Romano, qui captam a Iulio Cæſare ampliavit. Fortun. 6, 10, 7 *Venimus ut Metin.*

MĔTISCVS, *i*, m. auriga Turni apud Virg. Æn. 12, 469 & 472. Pro auriga poſuit Auſon. epiſt. 17, 16.

MĔTIVS, *i*, m. Suffetius, dux Albanorum, a Tullo Hoſtilio rege, quod contra fœdus ſocietatis in bello Fidenatum egiſſet, quadrigis diſcerpi juſſus, Liv. lib. 1; Plutarch. in Parallelis: & Virg. Æn 8, 642. De ſcriptione vera hujus nominis vid. quos laudat Burm. ad Quintil. 1, 5 p. 54.

¶ Metius, *a, um*, adject. Plaut. Caſ. 2, 6, 2 *Videre ardentem extra portam Metiam*, nempe ubi Romæ cõmburebantur cadavera & in crucem ſuſpendebantur noxii, & ubi domus erat carnificum. conf. Plaut. Pſeud. 1, 3, 96; & Guthorius de Iure Manium 1, 20.

Mĕto, *ĕre*, vide *Metor* in *Meta.*

MĔTO, vel Meton, *ōnis*, m. aſtronomus celebratiſſimus, cujus cyclus, ſive annus novendecim annos complectebatur. Hinc Tullius ad Attic. 12, 3 proverbialiter *annum Metonis* uſurpat pro longiſſimo temporis tractu. De debito enim incerto, annua die ſolvendo. *Quando*, inquit, *iſte Metonis annus veniet?* conf. ſupra *Meſſon*, & Auſon. epiſt. 9, 12, & Dempſter. ad Roſini Ant Rom. 4, 4 p. 342.

MĔTO, *meſſui, meſſum, mĕtĕre*, ſecare, ſchneiden, erndten abbrechen; *frumenta, pabula, flores*, Virg. Georg. 4, 54, &c. Cic. de Orat. 2, 65 *Vt ſementem feceris; ita & metes*, id eſt, reportabis præmium factis tuis dignum. Plaut. Epid. 2, 2, 80 *Mihi iſtic nec ſeritor, nec metitur*: h. e. res iſta ad me non pertinet. vid. de utroque Chiliad. Sic aut. declam. anteq. iret in exil. *Severe beneficium, ut fœnebrem metere poſſis, liberale eſt officium.* ¶ 2. Elegans quoque metaphora eſt, quando *Metere* ſignificat obtruncare in prœlio. Virg. Æneid. 10, 513 *Proxima quæque metit gladio.* Silius 13, 218 *Scipio & odiarum metit infatiabilis agmen.* Idem 14, 135 de prœlio Siculo; *Ite, gregem & metite imbellem, ac fuccidite ferro.* Plura in Indice ad eumdem poëtam dedit Cellarius. vid. Drakenb. ad 10, 147. Heinſ. ad Ovid. Met. 5, 104 & ad Val. Flacc. 3, 670. & pp. *Demeto.*

¶ Metens, *tis.* Vulg. Interp. Ruth. 2, 2 *Colligam ſpicas, quæ fugerint manus metentium*, der ſchnitter. Et Luc. 19, 22 *Metens quod non ſeminavi.*

¶ Meſſus, *a, um*, abgeſchnitten, geerndtet. Virg. Æneid. 4, 513 *Falcibus meſſe herbæ.*

¶ Meſſio, *ōnis*, f. ipſa metendi actio, die erndte, der ſchnitt. Vet. Onomaſt. *Meſſio*, θέρεσις. Varr. R. R 1, 50 pr. *Frumenti tria ſunt genera meſſionis.* Et Vulg. Interp. Iob. 29, 19.

¶ Meſſis, *is*, f. metendi tempus & opera, die erndte; ut, *Sementis*, die ſäezeit. Plautus feſtiva dixit meraphora in Epid. 5, 2, 53 *Vt accerbum eſt, pro boneſtis, cum mali meſſem metas.* Perſ. ſat. 6, 25 *Meſſe tenus propria vive*, id eſt, ſac ſumtum pro modo tuarum facultatum, ſtrecke dich nach der decke. *Falcem in alienam meſſem immittere*, vide ſupra *Falx.* Et, *Tua meſſe in herba eſt*, de affulgente bona ſpe aliud proverbiale, Ovid. Heroid. 17, 263. Cic. Parad. 6, 2. *Qui cædes municipiorum, qui illam Sullani temporis meſſem recordetur.* Vbi meſſis eſt cruenta plurimorum cædes. vid. Menck. Obſerv. L. L. & ſupra *meto* n. 2.

¶ Meſſor, *ōris*, m. ein ſchnitter, meder. Virg. eclog. 2, 10 *Rapido feſſis meſſoribus æſtu.* Claudian. 1 in Rufin. v. 382 *Subitis meſſor gaudebit ariſtis.*

¶ Meſſorius, *a, um*, zur erndte gehörig; ut, *Falx meſſoria*, Vlpian. l. 8 Dig. de inſtructo vel inſtrum. legato, eine ſichel, ſenſe. *Cerbis meſſoria*, Cic. pro Sextio c. 38.

¶ Meſſia, *æ*, Dea in cipco Romano culta. Tert de Spectaculis c. 8 *Singula ornamenta circi ſingula templa ſunt - - Seſſias a ſementationibus, Meſſias a meſſibus - - Suſtinent columnæ.* vid. Hard. ad Plin. 18, 2 not. maj. 1.

¶ Meſſura, *æ*, f. actus metendi fructus, apud Diomed. Gramm.

¶ Demeto, *ĕre*, metere, einerndten, abſchneiden, Catull carm. 65, 353 *Flaventia demetit arva. Fructus demetendi*, Cicero de Senect. c. 19. Etiam de interfectis prœlio, ut ſupra *Metere.* Qu. Cicero de Pet. Conſ. 2 *Capita demetere.* Silius 4, 213 *Demetit auxili ſi fugas tum colla.* Idem 5, 286 *Enſe ferit tum colla viri, dextramque micantem Demetit.* Idemque 16, 101 *Tantum acies, hominumque ferox diſcordia ferro Demetit.* vid. *Meto* n. 2.

¶ Demeſſus, *a, um*, abgepflücket, abgemeihet, eingeerndtet. Virgil. Æn 11, 63 *Flos demeſſus pulcher virgineo.* Colum. 9, 15 *Vuæ demeſſæ.* Tac. An. 14, 24, 2 *Demeſſæ ſegetes.*

¶ Dimĕto, *ĕre*, idem quod *Demetere*, apud Columellam eſſe ajunt.

¶ Emĕto, *ĕre*, abmehen, einerndten. Horat. 1 epiſt. 6, 21 *Ne plus frumenti emetat agris.*

¶ Præmeſſum, *i*, n. ſubſt. i. e. primitiæ frugum, cum *de ſpicis, quas primum meſſuiſſent, ſacrificabant Cereri*, die erſtlinge in der erndte. Feſtus in *Sacrima.*

¶ Præmetium, *i*, n. idem. Feſtus: *Præmetium, quod prælibationis cauſſa ante præmetitur* Onomaſticum: *Præmetium*, ἀπαρχή. Adde Salmaſ. Exerc. Plin. ſub fin. c. 16.

¶ Præmetivum, *i*, n. idem. Gloſſ. Vet. ἡ πρὸ θερισμοῦ ἀκμήτρας δυσία.

MĔTŎCHE, *es*, f. μετοχή, interſectio, redditur apud Vitruv. 3, 3. Sed locus eſt corruptus, certe obſcurus. vid. Baldi Lexic. Vitr.

Metœcus, vide *Oecos*, Meton, *Meto.*

MĔTONYMIA, *æ*, f. Μετωνυμία, denominatio ſecundum Ciceronem dicitur, vel nominis transmutatio, qua aut inventor pro re inventa ponitur: ut, *Sine Cerere & Bacebo friget Venus*; vel, continens pro contento: ut Virg. *Nec. pateras libate Iovi*, vel *contra*, ut, *Vina coronant, &c.* Reliqua, quæ hujus ſunt figuræ, vide in libellis de Schematibus, & apud Feſtum.

MĔTŌPA, *æ*, f. architecturæ vocabulum, quod Vitruvius explicat 4, 3. Eſt autem ſpatium inter foramina. v. Baldi Lex. Vitruv. p. 71.

¶ Semimetopia, apud eumdem d. l. p. 67 appellantur, quæ dimidiatarum metoparum ſunt loco.

Metopium vid. *Metops.*

MĔTŌPOSCŌPVS, *i*, m μετωποσκόπος, divinator ex inſpectione faciei, a μέτωπον *frons*, & σκοπὸς *inſpector*, ein wahrſager aus der geſtalt des geſichts, apud Plin. 35, 5: & Suet. Tit. c. 2.

¶ Metopoſcopia, *æ*, f. ars illa divinandi.

¶ METOPS, arbor, *ex qua profluit lentus humor, quem a loco Ammoniacum nominamus*, Solin. c. 40.

¶ Metopium, *i*, n. μετόπιον, lacrima ſalis Ammoniaci. Plin. 12, 23, f. 49. Ad. 13, 1 f. 2. ¶ 2 Olei genus ex amaris amygdalis. Plin. 15, 7.

Metor, *ari*, vide paullo ante *Meta.*

METRA, *æ*, f. filia Erifichthonis, vide ſupra *Erifichthon.*

METRENCHŸTES, *æ*, m. μητρεγχύτης, inſtrumentum & ſipho, quo fit injectio liquoris medicati in uterum. v. Medicos.

METRĒTA, *æ*, f. μετρήτης, idem quod cadus, menſura ſcilicet decem congiorum, ubi vid. Mart. 5 ep. 16 *Plurimus Hiſpanas mittet mihi nauta metretas.* Adde Caton. c. 100; Colum. 12, 22 & 47 & 51; Iuvenal. 3, 246. ¶ 2 *Metretes* ex bibacitate Xenarchus Rhodius eſt nuncupatus, vid. Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 29, 1 ex Athenæi 12, 12.

Metrice, Metricus, vide *Metrum.*

METRŌCOMIA, *æ*, f. μητροκωμία, ut Metropolis, caput inter vicos, pagus cæteris major, ein hauptdorff; vid. Tit. *non licere habitatoribus metrocomiæ loca ſua ad extraneum transferre*, lib. 11 C. item l. ult. de exact. trib. lib. 10.

METRŌDŌRVS, *i*, m. Lampſacenus, Epicuri diſcipulus, pæne alter Epicurus. Cic. Fin. 2, 3 & 28, Laërt. lib 10 in vita Epicuri. ¶ 2. Alius Athenienſis, Carneadis auditor, pictor & philoſophus. Cic. de Orat. 1, 11. *Stratonicum* vocat Acad. 4, 6, quia Stratonica oriundus. ¶ 3. Alius Scepſius, cujus ſumma memoria celebratur, Cic. Tuſc. 1, 24; Plin. 3, 16 & 31; & 34, 7. conf. de variis *Metrodoris* Voſſ. Hiſt. Græc. 1, 21.

METRŌPŌLIS, *is*, f. μητρόπολις, urbs ex qua coloniæ deductæ ſunt, eine hauptſtädt, ex μήτηρ & πόλις, i. e. *matrix & urbs.* Falſo Iſidor. 7, 11 ἐκ τοῦ μέτρου, i. e. a *menſura* fictum vocabulum tradit. *Metropoles dictæ ſunt matres urbium, ſive capita provinciæ*, l. 1 C. de Metrop. In hiſtoria eccleſiaſtica *Metropolis* civitas eſt, quæ metropolitam habet pontificem. Adde Spartian. Adrian. c. 14; Solin. c. 17; & Modeſtin. Dig. l. 27 t. 1 l. 6 § 2. De metropolibus provinciarum & regionum ex nummis & aliunde diligentiſſime egit Spanh. de uſu num. diſſ. 9 p. 583. ¶ 2. Diogenes cupiditatem dixit μητρόπολιν κακῶν, ut *radicem malorum avaritiam* Apoſtolus.

¶ Metropolita, *æ*, m. μητροπολίτης, pontifex metropoleos, major epiſcopo. vid. Petr. Ioſ. Cantelium in Hiſtoria Metropolit. urbium p. 15.

¶ Metropolitanus, *a, um*, oriundus ex metropoli, aut ad metropolim pertinens, aus einer hauptſtadt. Sic *Eccleſia metropolitana*, archiepiſcopalis dicitur, quamquam inter Archiepiſcopum & Metropolitam aliquid diſcriminis ſit, de quo Cantelius c. l. p. 13. Deinde *Metropolitanus* abſolute ſæpe pro Metropolita ponitur. vid. Sidon. 7 epiſt. 5 & 9.

METRVM, *i*, n. μέτρον, menſura ſeu dimenſio verſus, die abmeſſung der verſe. vide Vet. Grammat & Quintil. 9, 4. *Seruire metro*, Idem 1, 8. *Compoſiti metro Tibulli libelli*, Martial. 4 epigr. 6. ¶ 2. In compoſitis interdum unum pedem notat, ut in *Hexameter, Pentameter*; interdum duos, ut cum Iambici ſenarii dicuntur *trimetri* &c.

¶ Metricus, *a, um*, μετρικός; zum verſen gehörig; ut, *Leges metricæ*, Plin. 11, 37. Et, *Pedes metrici*, Quintil. 9, 4.

¶ Metricus, ſubſt. Gell. 18, 15 *Metrici* ſunt, qui doctrinam metri poëtici explicant.

¶ Metrice, *es*, ſive Metrica, *æ*, f. ſubſt. μετρική, apud Gellium 16, 18. Species τῆς κανονικῆς, (de qua in *Canonica*) *per quam ſyllabarum, longarum & brevium, & mediocrium junctura & modus congruens cum principiis geometriæ auribus menſura examinatur.*

Compoſita:

¶ Bimetrus, *a, um*, duobus metris conſtans: v. *Metrum* n. 2. ut, *Litteræ bimetræ*, Sidonius 9 epiſt. 15. Et, *Bimetra urtica*, Id. 9, 13.

¶ Centimeter, *tri*, m. genus carminis. Sidonius carm. 9, 265 *Sed nec centimeter Terentianus.*

¶ Diameter, vel Diametrus, *i*, m. διάμετρος, latine *Dimetiens*, linea recta, ducta ab extremitate una circuli ad alteram per centrum, eine gleiche und gerade linie mitten durch den circkel. Colum. 5, 2 *Iſte area rotunda, cujus diametrus habeat pedes LXX.* Hinc illæ locutiones tum Græcis & Latinis receptæ, *In diametro eſſe oppoſita: Ex diametro diſtare*, vel, *inter ſe abſtare*: ἐν διαμέτρῳ & κατὰ διάμετρον, *juxta diametrum*, de rebus a ſeſe mutuo alienis, & inter ſe maxime pugnantibus, ſchnurſtracks entgegen ſeyn und ſtreiten, εἰς διαπαντός. conf. Dalechamp. ad Plinii 2, 23, ubi de nobili quæſtione, quoties diametrum contineat circumferentia? Macrob. Somn Scip 1, 20 *Diameter omnis cujusque orbis triplicata*: ubi fœminino eſt imitatione Græca, ἡ διάμετρος, ſubaudiendum enim γραμμή.

¶ Dime-

¶ Diametrus, *a, um*, adject. usus est Iul. Firmicus 4, 1 *Si luna ipsum aursum diametra radiatione respexerit.*

¶ Dimeter, *tri*, m. versus duorum metrorum seu quatuor pedum. Hinc

¶ Dimetria, *æ*, f. διμετρία, carminis hujusce ratio; ut, *Volucripes dimetria*, Auson. epist. 16, 104.

¶ Hexameter, *tri*, m. ἑξάμετρος, sex pedum versus, heroicus, cujusmodi versibus Homeri & Virgilii opera sunt conscripta.

¶ Hypermeter, seu Hypermetrus, *tri*, m. qui legitimum pedum & regionum numerum excedit syllaba, quæ in principium versus sequentis cogitur: ut: *Omnia Mercurio similis vocemque coloremque, Et crines flavos, &c.* Virgil. Æneid. 4, 558. Item: *Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem Et foliis undam, &c.* Idem Georg. 1, 295.

¶ Mŏnŏmĕter, *tri*, m. μονόμετρος, versus unicam mensuram habens.

¶ Multĭmĕter, *tri*, m. multis metris constans. Sidonius 8 epist. 12 *Multimeter argutus, antifex.*

¶ Pentamĕter, *tri*, m. versus quinque constans metris. vide Quint. 9, 4.

¶ Perimĕter, vel Perimetrus, *i*, m. περίμετρος, ambitus, circuitus, die runde des circels. Frontin. lib. 1 de aquæduct. sæpius: & Vitruv. 5, 6. conf. Baldi Lex. Vitruv. p. 82.

¶ Aperimetros, ἀπερίμετρος, incomprehensibilis, unbegreiflich. *Deus aperimetros*, Apul. de Dogmat. Platon. p. 49.

¶ Prometrētes, *æ*, m. προμετρητής, ein auemesser.

¶ Semetrum, *i*, n. quod est sine mensura, symmetris contrarium, unformmäßeit; ut, *Dissona semetra*, Prudent. Psychom. v. 829. Sic meliores libri per vocem hibridam.

¶ Symmetria, *æ*, f. συμμετρία, proportio conformis, die gleichförmigkeit, gleichmäßigkeit. Hanc *congruentiam* & *æqualitatem*, Plin. 2 epist. 5; Suetonius Aug. c. 79 *Commoditatem*; Gellius 1, 1 *Competentiam*; Vitruvius 3, 1, & aliis locis pluribus, *Commensum*; ubi vide a nobis observata. Sidonius 8 epist. 4 *Continentiam* vocat. Et Vitruvius 1, 2 describit: *Symmetria est ex ipsius operis membris conveniens consensus, ex partibusque separatis ad universæ figuræ speciem, ratæ partis responsus.* Vbi etiam plural. *Symmetriarum ratiocinatio.* Idem 3, 1 *Ædium compositio constat ex symmetria.* Plinius 34, 8 de Lysippo statuario: *Symmetriam diligenter custodivit.* conf. Baldi Lex. Vitruv. p. 121.

¶ Symmetrus, *a, um*, adject. gleichförmig, Vitruv. 1, 2.

¶ Tetramĕter, *tri*, m. τετράμετρος, quatuor constans metris, i. e. octo pedibus, unde *octonarius* latine. Ruffin.

¶ Trimetron, *i*, n. τρίμετρον, *trimetrum*, & *versus trimeter*, a tribus metris, h. e. sex regionibus. Senarius Iambicus Terentianus. Horat. Arte poët. v. 259 *Nobilibus trimetris apparet rarus, & Enni.* conf. v. 552.

¶ Trimetrius, *a, um*, ex senariis constans; ut, *Æsopia trimetria*, quam se vertisse dicit Ausonius epist. 16 v. 78. conf. Sidonius 9 epist. 15.

¶ Retrotrimĕter, *tri*, m. inversus senarius. Quintil. 9, 4 *Sotadeo adjungat retrotrimetros.* Sed Burm. p. 857 distinguit. Neque locus satis adhuc videtur explicatus.

MĔTUO, *metui, metuĕre*, in metu esse, timere, fürchten, sich fürchten, besorgen. Cic. fam. 1, 5 *Quamquam omnia sunt metuenda, nihil magis, quam perfidiam timemus. Ab inimico periculum sibi metuere*, Auct. ad Herenn. 2, 19. Et Cic. fam. 5, 6 *Insidias ab aliquo metuere*: & Attic. 1 ep. 13 *Metuo malum reip. ab eo*, ich besorge mich eines schadens, so der republic von ihm entstehen möchte. Nam cum dandi casu, significat timorem, ne alicui malum accidat. Plin. 18, 29 *Tria tempora fructibus metuebant*, sie fürchten sich vor drey zeiten, die den früchten möchten schädlich seyn. Cicero Attic. 10, 4 *Iacet in mœrore meus frater, neque tam de sua, quam de mea vita metuit*, ist wegen meines lebens besorgt. Idem fam. 6, 4 *Plus est in metuendo mali, quam in illo ipso, quod timetur.* Construitur autem cum *ne* & *ut*, sicuti reliqua verba timendi, ratione Germanis contraria, quæ declaratur, si intelligatur, *quia cupio* &c. ut, *Metuo, ne fiat*, i. e. *metuo futurum*; *Metuo ut fiat*, i. e. *futurum haud esse*, inde duæ negationes idem valent, quod ut. Ter. Heaut. 5, 3, 15 *Metuis, ne non, cum velis, convincas, &c.* du möchtest es nicht können erweisen. Idem Hec. 2, 2, 15 *Si metuis, satis ut meæ domi curetur diligenter.* Sed, *Oderint, dum metuant*, vox tyrannica, quem versum exsecrabilem, qui multos dederit præcipites, vocat Seneca de Clementia 1, 12. vide Chiliad. Sic Cic. Off. 2, 7 *Quem metuunt, oderunt, quem quisque odit, periisse expetit.* Leguntur autem *Metuere*, & *Vereri*. Nam *Vereor* liber, *Metuit* servus: Donatus. Etiam Cicero pro P. Quinctio distinguit statim in princ. conf. Voss. 2 Inst. Orat. p. 35 seqq. ¶ 2. *Metuo*, pro Caveo. Virg. lib. 1 Georg. v. 246 *Arctos Oceani metuentes æquore tingi*, i. e. quæ nunquam tinguntur. Horat. 2 od. 2, 7 *Illum aget penna metuente solvi Fama superstes.* Ad quem locum plura exempla congessit Lambinus. Quibus forte addendus Ovid. Am. 1, 15, 37 *Metuens frigora myrtus*, h. e. folia etiam hieme servans. ¶ 3. Pro *dubito* Plautus posuit Amph. 5, 1, 53 *Si isthæc vera sunt, divinitus Non metuo, quin meæ uxori latæ suppetiæ sient.*

¶ Mĕtuens, *tis*. Ovid. ex Ponto 3, 6, 49 *Fortunam metuens.* Virg. Georg. 1, 186 *Inopi metuens formica senectæ.* Cicero pro Domo c. 26 *Homines legum judiciorumque metuentes.* Hinc comparativum fecit Ovidius aliquoties; ut, *Metuentior undæ*, Heroid. 19, 83. Et, *Quo non metuentius ullum Numinis ingenium*, Fastor. 6, 259 de Numa. conf. Metam. 1, 303 ibique Heinsius. Etiam alii, ut Silius 8, 503 *Metuentior hospes*: & Tac. An. 13, 25, 4 *Nero metuentior impostorum milites sibi circumdedit.* conf. *Metuo* n. 2.

¶ Metuendus, *a, um*, erschrecklich. Statius 3 Silv. 3, 73 *Metuenda ferarum corda.* Virgil. Georg. 4, 37 *Utraque vis apibus pariter metuenda.*

¶ Mĕtūtus, *a, um*, defürchtet. Lucret. 5, 1139 *Nam cupide concultatur nimis ante metutum.*

¶ Metus, *us*, m. *expectatio mali, ægritudo de futuro malo, ægritudinis futuræ sollicita recordatio, opinio mali impendentis*, quemadmodum Cicero exposuit Tusc. 4, 37; & 5, 18, die furcht. Sic, *Hoc metuere, alterum in metu non ponere*, Cicero Attic. 14, 21. Et, *Metum alicui afferre*, Idem Verr. 2, 54, fürchtend machen. *Metum incutere*, Cælius Cicero fam. 8, 4, eine furcht einjagen. *Civitas metu suspensa*, Cicero Agrar. 1, 8, so in furcht ist, zappelt. *In metu esse*, pro *metuere*, Ter. Phorm. 1, 2, 7. Et, *Liberare aliquem metu*; *adimere, eximere metum*, die furcht benehmen, Cicero fam. 11, 21 &c. Idem Off. 2, 7 *Malus cæstos diuturnitatis metus.* Et lib. 1 Off. *Benevolentiæ vis maxima est, metûs imbecillis.* ¶ 2. Accipitur aliquando & pro *furore* Græcorum more, quibus φόβος est ἡ μανία, ὁ ἐνθουσιασμός. Horat. 2 od. 19, 5 *Evœ recenti mens trepidat metu.* Sic *timores* pro insania posuit Græcissans Silius 2, 621 *Verbera Erinnys Incutit, atque atros infibulat ore timores.* ¶ 3. Pro *religione* ponitur, quod individuo nexu eidem junctum esse judicabant veteres. Certe Maro 7 Æneid. de lauro dixit v. 60 *Multosque metu servata per annos.* In quem locum ita Servius: METV, i. e. *religione quæ nascitur per timorem*: Nempe juxta illud Arbitri 676 *Primus in orbe Deos fecit timor.* Quin θεὸς *Deus* a δέος, i. e. metus eapse de caussa deducitur a Grammaticorum vulgo. vid. Douza Præcid. in Petron. 1, 9; Grut. susp. lect. 2, 16. Voss. 6 Instit. Orat. p. 451. ¶ 4. Feminino genere Ennius ap. Non. 3, 141 *Ni metus ulla tenet, vitæ virtute quiescunt.*

¶ Meticulōsus, *a, um*, formidolosus, feige, furchtsam. Plaut. Amph. 1, 1, 137 *Nullus est hoc meticulosus æque.* Idem Most. 5, 1, 52 *Meticulosa res.*

¶ Immetuens, *tis*, qui non metuit. Gloss. lat. gr. *Immetuens* ἄφοβος, ἀμέριμνος.

¶ Permetuo, *ere*, sehr fürchten. Hinc

¶ Permetuens, *tis*. Virg. 2 Æneid. v. 572 *Deserti conjugis iræ Permetuens.*

¶ Prætĕtuo, *ĕre*, metuere, cavere, zuvor fürchten, besorgen. Prudent adv. Symmach. 2, 581 *Prætetuit cultus inolescere Christi.*

¶ Prætuens, *tis*. Lucret. 3, 1032 *Mens sibi conscia facti prætuens &c.* Cæs. B. Gall. 7, 49 *Cæsar prætuens fuit.* Phædr. 1 fab. 1 *Dolum prætuens.*

¶ Prætuentĕr, adverb. fürsichtig. Gronovius Observat. 3, 5, Lucretio restituit 4, 822, ubi vulgo legebatur *præmeditator, præmeditemur, &c.* Ita autem emendat ex MSS. *Effugere errorem vitareque prætuenter.*

MĔVĀNIA, *æ*, f. Umbriæ urbs, inclyta Propertio alumno, ferax armentorum. Colum. 3, 18 *Armentis sublimibus insignis Mevania est.* conf. Lucan. 1, 473. Silius 6, 647. Propert. 4, 1, 124. Plinius 35, 14.

¶ Mevaniates, *ium*, populi, Plin. 5, 41.

MĔVIUS, vel Mævius, *i*, m. pessimus poëta, Virgilii & Horatii osor. Virg. eclog. 3, 90 *Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Mævi.* conf. Horat. epod. 10, ubi Mevio naufragium precatur.

MEUM, *i*, n. vel Meon, μέον, herba anetho foliis & caule similis, beerwurz oder herzwurz, Matthiol. & Plin. 20, 23.

MEUS, *mea, meum*, mein. *Meum est*, i. e. mei officii, es stehet mir zu, es gebühret mir. Cic. Attic. 5, 13 *Intelligit, quam sit meum scire & curare, quid in republica fiat*, wie viel mir daran gelegen. Ter. Heaut. 3, 2, 38 *Non est mentiri meum*, lügen ist meines thuns nicht. Idem eadem fab. 4, 5, 34 *Mea non est simulatio.* Sed, *Meum hoc est dictum*, Idem Eunuch. 3, 1, 39 das wort kommt von mir her. *Mea est descriptio*, Cicero de Senect. c. 17, das habe ich eingetheilt, de arboribus dispositis. *Mea sententia*, hoc est, *ut ego sentio*, meiner meynung nach, Ter. Adelph. 1, 1, 40. *De meo nihil addo*, von dem meinen; Plaut. Trin. 2, 2, 74 LY. *Bene ego volo illi facere, si tu non vis.* PH. *nempe de tuo.* LY. *De meo: nam quod tuum est, meum est: omne meum autem est tuum.* Seneca epist. 8 *de meo, de tuo*, aus meinem, aus deinem beutel. *Littera mea manu*, vide *Manus.* ¶ 2. *Mi* vocativus pro *Meus. O mi Æschine, o mi germane*, Ter. Adelph. 2, 4, 4. *Mi patrue salve*, Idem Phorm. 2, 1, 42, ubi Donatus: *MI vim blandimenti habet: nam significat Meus.* vid. mox *Mi* n. 2. *Domine meus*, dixit Sidonius 4 epist. 10. ¶ 3. *Meus est*, elegans forma de iis, quos inducimus sive decipimus. Plaut. Curc. 3, 61 *Meus hic est, hamum vorat.* Idem Pseud. 2, 2, 6 *Meus hic est homo, ni omnes Dii atque homines deserunt.* Ovid. Met. 4, 356 *Vicimus, & meus est, exclamat Nais, &c.* ¶ 4. *Meus dies est*, elegans formula, quando diem aliquem fumendum hilarirer, & comburendum quasi, ut Plautus loquitur, nobis vindicamus. Quemadmodum & nos dicimus, der tag ist mein. Corn. Severus apud Senecam Rhetor. Suas. 2 de militibus epulantibus: *Stratique per herbam Hic meus est, dixere, dies.* v. Gevartium Papinianarum Lect. 2, 18. ¶ 5. Catull. epigr. 17 *Talis iste meus stupor nihil videt, nihil audit*; q. d. ita comparatus est ille meus, de quo loquor, (quicum mihi negotium') municeps, est stupidus magis, quam stupor ipse. Ter. Eun. 2, 1 extr. *Cum meo decrepito hoc Eunucho.* vid. & infra in *Noster.* ¶ 6. *Vix meus sum* h. e. compos mei. Ovid. met. 3, 689 *Patvidum, gelidumque tremenți Corpore vixque meum, format Deus.* Heinsius ibi similia de *tuus* ac *suus.* ¶ 7. *Mei*, substantive, die meinen, meinigen, Cic in Epp. fæpissime. Et Ter. Phorm. 4, 1, 21 *Ego meorum solus sum meus.* conf. Virg. Æn. 4, 342.

¶ Meamet, mein eigen. Sallust. B. Iug. c. 85 *Id quod multo præclarius est, meamet mihi facta dicere licet.* vide supra *Met.*

¶ Meapte, Meopte, ablativi cum syllabica adjectione *pte*; ut, *Meapte caussa*, von mein selbst wegen, Ter. Heaut. 4, 3, 8. *Meapte culpa*, aus meiner eigenen schuld, Plaut. Pœn. 1, 3, 37. *Meopte ingenio id veperi*, Id. Most 1, 2, 77.

MĔZENTIUS, *i*, m. rex Etruriæ, de quo Virg. Æn. 8, 482 sqq. *Hanc* gentem Lydiam, quæ jugis insederat Etruscis, multosque annos florentem, Rex superbus. *Imperio, & savis tenuit Mezentius armis: Mortua quin etiam jungebat corpora vivis, Componens manibusque manus atque oribus ora, (Tormenti genus!) & sanie taboque fluentes Complexu in misero, longa sic morte necabat.* Vnde prov. *Mezentii comple-*

xus, de quo Cerda ad h. l. ¶ 2. Tamquam agnomentum pro contemtore Dei usurpat Apulejus Apolog. de Æmiliano. vide supra *Charun* n. 3.

MI, pro *Mihi*, dativus, mir. Ex Ennio Cic. de off. 1, 12 *Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis.* Catull. 52, 1 *Ille mi par esse Deo videtur.* Virgil. Æneid. 6, 123 *Mi genus ab Ioue summo.* vide supra *Ego.* ¶ 2. *Mi* Vocativus pro *mem*, o mein. Ter. Andr. 4, 3, 6 *Mi homo.* Ibid. 4, 5, 49 *Mi senex.* Ibid. 5, 3, 18 *Mi pater* &c. ¶ 3. *Mi*, Vocat. plur. pro *mei*, o meine. Plaut. Cist. 4, 2, 9 *Mi spectatores, facite indicium.* Petron. c. 116 *O mi hospites.*

MĪCA, *æ*, f. ein Krümgen, Bißgen. Sunt *Micæ* pulviſculi in arena, & panis omniumque aliarum rerum fruſtula, ſchimmernde Sandkörner, broſamen. *Thuris mica*, Colum. 6, 30. *Auri micæ*, Lucret. 1, 839. Et, *Mica ſalis*, ein Salz-korn. Metaph. Catull. epigr. 87 de Quintia v. 4 *Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis.* vid. Scalig. ¶ 2. Cœnatio, ſ. locus, ubi cœnatur, ſed minor paullo anguſtiorque, de quo Martialis 2 epigr. 59 *Mica vocor, quid ſim cernis: cœnatio parva, Ex me Caſareum proſpiciis ecce tholum.* vid. omnino Heinſ. ad Petron. c. 34 p. 136.

¶ Micŭla, *æ*, f. diminut. Arnob. lib. 2 p. 77 *Exiguæ miculæ.* Idem lib. 7 p. 230 *In exiguas arvina eſt miculas catillaminum infecta.*

¶ Micatus, *a, um*, in micas redactus, zerkrümelt, gebröckelt, Plinius Valer. 1, 63.

¶ Micĭdus, *a, um*, tenuis, exilis, kleiñ, gering. Innocent. in Agrar. Gœſii p. 231 *Terminos micidiores, hoc eſt, minores invenies.*

Micalenſis ex Val. Max. 6, 9 ext. 5, vide in *Mycale.*

Micamen, micans, micatus, vide in *Mico.*

MICCOTROGVS, *i*, m. *ὁ μικκὸν τρώων*, quaſi *paucirodus*, epitheton paraſiti, qui alienas eſcas rodit inſtar muris, der ſchmale bieſlein eſſet. Plaut. Stich. 1, 3, 89 Nunc *Miccotrogus nomine ex vero vocor.* Pareus habet *Micrutrogus.*

MĪCEO, *ēre*, de hirco, meckern wie ein bock. Aut. Philomelæ v. 58, ſi ſequaris Schotti Hum Obſerv. 2, 52.

Micidus, vide paullo ante in *Mica.*

MICIPSA, *æ*, m. Numidarum rex, Maſiniſſæ regis filius, de quo Salluſt. B. Iug. c. 5; & Florus 3, 1, 3.

MĪCO, *micui*, (*micavi* Soli. c. 53) *micare*, reſplendere, ſchimmern, glänzen. Cicero Nat. D. 2, 42 *Stella micans rediit* &c. *Gladii micant ante oculos*, Liv. 2, 30 extr. add. 6, 12. Et, *Crebris micat ignibus æther*, Virgil. Æneid. 1, 90. ¶ 2. Motum celerem notat, flammas imitantem. *Corde micante*, ſc. timore, wenn das herze klopft, Ovid. Art. am. 3, 722 *Venæ & arteriæ micare non deſinunt.* Cicero de N. D. 2, 9. vid. Broukh. ad Tib. 1, 11, 12. Et, *Metu micuere ſinus*, ubi Idem Heroid. 1, 45, ubi plura Heinſius. vide *Emico*, *Promicans.* ¶ 3. *Micare*, & *Micare digitis*, zu rathen geben, gerade oder ungerade ſpielen. Et hoc a motu celeri digitorum. Cicero Off. 3, 19 *Cum ſidem alicujus bonitatemque laudant, dignum eſſe dicunt, quicum in tenebris mices.* Etiam. *Dignus, quicum in tenebris mices, dicitur, qui ſit eoque adeo certa fide, ut me, ſi tuto poſſit, velit quempiam mendacio fallere*, der niemand betrieget. Ruſus Cicero l. c. c. 23 *In ſorte aut micando victus.* Caſaubon. ad Suet. Aug. c. 13 SORTIRI & MICARE, inquit, *non aliter differunt, quam ut genus & ſpecies.* Gloſſar. Micare, ἀστράγιζειν. *Sortitionis varii erant modi:* MICARE *de eâ dicitur, quæ ſit per digitos ſubito expanſos ſub certo numero. Nonnus lib. 33 iſtum morem eleganter exprimit. Deſcribit certamen inter Cupidinem & Hymenæum, quos inducit, miro jaculationis genere brabeuta Ganymede certare. Hinc dictum eſt* dimicare, *quod proprie eſt, ſorte ac micatione, finem imponere controverſiæ. Deinde accipi cœpit pro tollere controverſiam quoquo modo: Sed quia ferro id ſæpe fit, propterea pro pugnare ponitur. Græci Magiſtri πυκτεύειν vertunt eleganter: nam proprie dicitur de ea pugna, quæ ex rixa inter duos orta eſt. Fuit autem frequens apud veteres micationis uſus in controverſiis: nam etiam in contractibus faciendis, ſi de pretio aliave qua re non conveniret, micatione controverſiam tollebant. Sic res in foro, ſic carnes de lanio emebantur. Quod tamen poſtea jure mutatum eſt, cautumque, ut ſub exagio, hoc eſt, πρὸς ταλάντου, non micatione, carnes emerentur. Cujus inſtituti auctorem facit vetus inſcriptio omnibus nota Aproniauum præfectum urbi.* (Apud Gruter. p. 647 n. 6). *Ejus initium eſt:* EX AVCTORITATE TVRCI APRONIANI V. C. PRAEFECTI VRBIS RATIO DOCVIT VTILITATE SVADENTE CONSVETVDINE MICANDI SVMMOTA SVB EXAGIO POTIVS PECORA VENDERE, QVAM DIGITIS CONLVDENTIBVS TRADERE. *Varro Parmenone:* micandum erit cum Græco, utrum illius numerum, an ille meum ſequatur. *Alludit Varro non ad luſionem, ut volunt: ſed ad illam quam notavimus, conjectationem tranſigendi de pretio in emtione, & id genus alibi per micationem. Atque hinc potius ortum putem proverbium:* Dignus, quicum vel in tenebris mices, *quam ex luſu, quem ajunt quidam Græcis fuiſſe familiarem, & ab iis ἐπάλληλον τῶν ὀκτύλων appellatum. Somnia mera.* Hæc ille. Pertinet huc locus Suetonii Claudio c. 21 *Oblatos victoribus aureos prolata ſiniſtra pariter cum vulgo, voce digitisque numeraret.* Nam *digitis numerare*, micare eſt, hoc eſt digitis ſignificare, quot aureos expectare victores deberent. Veteres enim non calculis tantum, ſed digitis etiam numerabant. Eos enim fingebant varie, & figurabant nunc aperientes, nunc conſtringentes, aut componentes inter ſe diverſis formis, ut numeros diverſos exprimerent. vid. etiam Calpur. ecl. 2, 26. ubi judex poëtarum certaturorum, *Et nunc*, inquit, *alternos magis ut dignoſcere cantus Poſſitis, ter quisque manus jactate micantes.* Ac digitis quidem numerandi ratio altera illa longe antiquior, ut docet Wowerius de Polymathia c. 7, qui omnino videndus. itemque Beda, qui de hac computandi ratione, & variis digitorum ſchematis, peculiarem librum dedit: quem in compendium Lud. Berus Baſileenſis civis redegit olim, publiceque exhibuit Eraſmus Appendice Schol. in lib. 1 Hieronymi adv. Iovinianum. Omnem quoque ordinem a decem usque ad mille millia ære inſculptum expreſſit Partius eleganter ad Bedæ præſcriptum An. 1544 Iac. Bogardus; quam picturam in conditoriis ſuis ſervaſſe ſe ſcribit Barth. Comment. ad Claudian. p. 1116. conf. Scip. Gentil in Apolog. Apul. p. 429; Petr. Faber Semeſt. 3, 23; Bernegg. ad Suet. Cæſ. c. 13; Vol. 3 Inſt. Orat. p. 537. Lipſ. Saturn. 2, 22, Politian. Miſcell. c. 42; & Aſcenſius in not. ad Mantuan. ecl. 1, 24, & quæ nos in *Digitus* n. 10. Pe. Poſſini libellum, quem ibi laudamus cum Ramireſii Pentecontarcho & aliis edi curavit Hamburgi 1712 8 I. A. Fabricius. ¶ 4. *Micare* & *Dimicare*, nonnunquam a librariis permutantur. vid. Suetonii Interpretes ad Aug. 13.

¶ Micans, *tis*, ſplendidus, ut, *Aurum micans*, Ovid. Met. 2, 2 Prudent. καθημερ. Hymn. 5 ſive ad incenſ. lucernæ v. 44 *Ducebat radius ſole micantior.*

¶ Micatus, *ûs*, m. ſubſt. die geſchwinde bewegung. Mart. Capell. 4 p. 95 *Anguis allambere fœminam crebris linguarum micatibus attentat.* Et Saxo Gramm. 1, 18 *Micatus ſiderum.*

¶ Micatio, *onis*, f. actus ille micandi ſive ſortitionis modus, de quo ex Caſaubono modo dictum eſt in *Mico* n. 3. conf. Turneb. Adverſ. 20, 13.

Compoſita:

¶ Dimĭco, *dimicavi* & *dimicui*, *are*, proprie eſt ſorte ac micatione finem imponere controverſiæ, vide in *Mico* n. 3. Et ita locum ex Ciceron. Off. 3, 23 accipit Turnebus Adverſ. 20, 13, ſed habent quidam, *ſorte aut micando.* ¶ 2. Pugnare eſt, kämpfen, fechten, ſchatmützen, *forte quia utrinque dimicatur gladiis.* Cicero Tuſc. 4, 19 *Pro legibus, pro libertate, ſimul ac pro patria dimicare convenit.* Et ad Attic. 7, 3 *De potentia ſua dimicant homines hoc tempore, periculo civitatis.* Sic, *Dimicare prælio, in acie & acie*, gegen den feind kämpfen, eine ſchlacht halten. Idem Nat. Deor. 2, 2 *Quum A. Poſtumius cum Octavio Manilio Tuſculano prælio dimicaret.* Livius 2, 49 *Cum Etruſcis dimicant acie.* Ovidius Amor. 2, 13 extr. *Hæc tibi ſit pugnæ dimicaſſe ſatis.* Add. Am. 2, 7, 2. ¶ 2. Ad quodvis diſcrimen refertur, ut Cic. pro Arch. c. 10 *Qui de vita gloria cauſa dimicant*, die ihr leben in gefahr ſetzen, & ita Iæpius.

¶ Dimicans, *tis*. Juſtin. 3, 6, 6 *Navali prælio dimicantes.* Nepos 13, 4, 3 *De fama dimicans.*

¶ Dimicatio, *ônis*, f. ein ſcharmützel, kampf, gefechte; ut, *Dimicationem fubire*, in den kampf treten, Liv. 2, 13. *In aciem dimicationemque venire*, Cic. in Orat. c. 13 extr.

¶ Dimicator, *oris*, m. ein fechter, ſtreiter, apud Lactantium.

¶ Emico, *emicui, emicare*, herfür ſchimmern, herfür leuchten. *Flamma emicat ex incendio*, Sen. de Benef. 2, 27. Flor. 4, 2, 40 *Virtus emicuit.* ¶ 2. Subito prodire, herfür ſpringen, herfür ſchieſſen. Virg. Æneid. 5, 337 *Emicat Eurya'us.* Et Æneid. 6, 5 *Iuvenum manus emicat ardens.* Et rurſus 5, 318 *Longeque ante omnia corpora Niſus Emicat; & ventis & fulminis ocyor alis.* Florus 1, 18, 4 *Hoſtem rati, emicant, ſine diſcrimine inſultant*, ſie fallen aus. Vellej. 2, 50, 5 *Mamilla, quæ cor emicat*, wo das herz ſchlägt. Plin. 11, 37 *Dracones emicuiſſe traditur.* Id. 8, 43 f. 68 de aſinis, *Nec niſi ſpatioſa incubitant laxitate: varia namque ſomno viſa concipiunt, ictu pedum crebro; qui niſi per inane emicuerit, repulſu durioris materiæ clauditatem illico adfert.*

¶ Emicans, *tis*. Curt. 9, 5, 10 *Magna vi ſanguinis emicante*, i. e. profluente. Compar. Tertull. adv. Hermog. c. 29 *Terra emicantior facta eſt arida.*

¶ Emicatio, *ônis*, f. emicandi actus. Apulej. de mundo: *Emicationes ſiderum*, i. e. exortus.

¶ Emicatim, adverb. ut, *Emicatim proſilire*, Sidon. 2 epiſt. 13, i. e. ſubſultim.

¶ Superĕmĭco, *are*, drüber gehen. Sidonius carm. 15, quod Polemii Epithalamium v. 75 *Hinc fieri, ut terram levior ſuperemicet unda.*

¶ Intermĭco, *are*, dazwiſchen ſchimmern. Statius Theb. 12, 252 *E ſpeculis moriens intermicet ignis.* Claudian. conſul. Prob. & Olybr. v. 26 *Plauſiro jam vara intermicat Arctos.*

¶ Intermicans, *tis*. Lactant. 6, 20 *Intermicantibus aſtrorum luminibus.*

¶ Prænĭco, *are*, vorleuchten. Apul. Met. lib. 11 ineunte: *Præmicantis lunæ candore nimio completus orbis.* Et Prudentius hymno Calagurrit. v. 84 *Quæ viam patere cæli præmicando oſtenderent.*

¶ Promico, *are*, herfür ſchimmern. Ex Nævio citat Nonius 1, 329 *Promicanda ratio.* Et Apulej. 3 Mileſ. p. 138 *Promicant molles plumulæ.*

¶ Promicans, *tis*. Apul. 3 Met. p. 133 *Lacrymis rurſum promicantibus*, da die thränen wieder hervor ſchoſſen.

¶ Supermico, *are*, übertreffen. Seneca Benef. 3, 32 *Beneficia parentum ſupermicant.* Quamvis dubitet de lectione Lipſius: tamen vel ex Avieni Phænom. v. 846 verbo ſua conſtare ratio poteſt: *Tepidumque ſupermicat auſtrum.*

MICRŌCOSMVS, *i*, m. μικρόκοσμος, parvus mundus, homo, die kleine welt, Iſidorus 3, 22. Macrob. Sat. 2, 12 *Phyſici mundum magnum hominem*, & hominem *brevem mundum eſſe dixerunt.* Philo Iudæus quis rer. divinar. hær. p. 502 ἐναλλάττοντες βραχὺν μὲν κόσμον ἄνθρωπον, μέγαν δὲ ἄνθρωπον ἔφασαν τὸν κόσμον εἶναι.

MICRŎLŎGIA, *æ*, f. μικρολογία, vana de parvis rebus cura.

MICROPSŪCHVS, *i*, m. μικρόψυχος, puſillanimus & timidus, ein kleinmüthiger. Plin. 22, 24 *Homines animi humilis ac præparci, quos illi dixere micropſychos.*

MICROSCŌPIVM, *i*, n. μικροσκόπιον, ein vergröſſerungs-glas.

MICROSPHAERVM, *i*, n. μικρόσφαιρον, nardi genus minimo folio eoque rotundo, Plin. 12, 12.

MICROSPHYGTVS, *i*, m. μικρόσφυκτος, cujus venarum pulſus puſilli, der ſchwachen puls hat. vid. Cæl. Rhod. 3, 15.

MICROTRACHĒLVS, *i*, m. μικροτράχηλος, parvicollis, kurtzhälſicht, Cæl. Aurel. Tard. 2, 12, 137.

Micrŏtrōgus, *i*, m. μικρότραγος, vide *Miccotrogus.*

Mictilis, mictualis, micturio, &c. vide *Mingo.*

MIDAS, *æ*, m. Midæ, Phrygiæ rex fuit ditiſſimus. Fabulæ ſtolidiſſimum quoque fuiſſe eum indicant, quia Baccho (ſive a Satyro, quod alii volunt, quos inter & Maximus Tyrius eſt Diſſert. 30, qua totam fabulam eleganter interpretatur), inſpexavit, ut quidquid attingeret,

arum fieret. Cujus quum eum cepisset tædium, ægreque eo liberatus in silvis degit vitam & Pana coluit. Qui, quum aliquando in certamen canendi Apollinem provocasset, victoria Apollini, & a Tmolo constituto judice, & cæteris silvaram Diis, attributa est. Id autem solus pro stultitia sua Midas improbavit, & Pana dixit victorem. Quâ re offensus Apollo, Midæ aures in asininas convertit, ut ejus stultitia omnibus innotesceret. Fabulam narrat Ovidius Met. 11, 74. Hinc factum prov. *Auriculas asini Midas habet*: vide Chiliad. & Scholiast. Aristophanis in Plutum. Eidem parvulo in cunabulis formicæ grana tritici congessisse dicuntur, auctore Ælian. Var. Hist. 12, 45, omine non vano, ditissimum eum fore: ut etiam est apud Satisberiensem Policratici 1, 13. ¶ 2. Græcis autem *μίδαι*, vermiculi sunt fabas consumentes, bohnen-würmlein.

MIDIAS, æ, m. (leges & *Mediæ* & *Melius*) calumniator fuit in aula Alexandri, qui dicere solitus est: *Calumniare audacter, quia semper aliquid hæret*. Plutarchus, *Et enim maxime*, inquit, *sanet vulnus, qui dilatus est, manet tamen cicatrix*.

MIGDLYES, *bis*, m. i. e. Carthaginenses, quasi *mixtui Libyes*, partim Tyrius, partim Afer. Nam Carthaginenses utriusque populi lingua usi hinc etiam *bisidelilingue* dicti, zweyzüngler. vid. Plaut. Pœn. 5, 2, 73.

MIGMA, *ătis*, n. *μίγμα*, missura, farrago, i. e. pabulum mistum ex frumento & palea, ein gemengt futter, ein mitschmasch. Lat. Interp. Ez. 32, 24 *Commistum migma*.

MIGRO, *avi*, *atum*, *are*, conferre se alio ad habitandum, & conductoris proprie est. cum habitationem mutat, wandern, ausziehen, auf einen andern ort ziehen, Valla 5, 95. Virgilius primam semper produxit, Manilius corrupit 3, 79 *Nascentum accipe ort proprias, signique migrarent*. Itemque Plautus Mostell. 2, 2, 73 in *emigra. Migrare ex urbe, domo: Migrare de vita*, & *ex vita*, aus dieser welt ziehen, Cicero. *Migrare ex vita sicut ex domo in domum*, Nepos 25, 22, 1. ¶ 2. Interdum active ponitur & significat mutare. Cicero Offic 1, 10 *Promissa non facere, quæque pertinent ad veritatem & ad fidem, ea migrare interdum, & non servare sit justum*. Idem de Leg. 3, 4 *Quo quis earum rerum migrasset, noxæ pœna est*. Gellius 2, 29 *Cassida nidum migravit*, sie hat anders wohin genistet. Hinc est, quod passive dixit Silius 7, 431 *Migrantur Rhætica regna*. Ita Liv. 10, 34 *Relicta, quæ migratu difficilia essent*, i. e. deportari non facile possent.

¶ Migrans, *tis*. Virg. Æneid. 4, 401 *Migrantes cernas, totaque ex urbe ruentes*.

¶ Migratio, *ōnis*, f. der fortzug. Migrationes populorum quare hodie infrequentiores, quam olim, exponit Bernegg. ad Tacitum quæst. 3. ¶ 2. *More, quasi migratio est, commutatioque vitæ*, Cic. Tusc. 1, 41; & *Cui verbo domicilium est proprium in officio, migrationes in ejusmodi multæ*, Idem fam. 16, 17.

¶ Migrator, *ōris*, m. ein wanderer. Gloss. gr. lat. *μεταβάτης, migrator*.

Composita:

¶ Admigro, *are*, accedere, hinzugehen. Plaut. Perf. 3, 1, 19 *Ad pauperiatem admigrant infamiæ*.

¶ Commigro, *are*, idem quod *Migro*. Ter. Adelph. 4, 5, 15 *Neque enim diu hoc commigrarunt*, es ist nicht lange, daß sie anher gezogen seyn. *Romam commigrant*. Livius 1, 34; 5, 53. ubi Codd. nonnulli *amigrant* & *admigrant* habent.

¶ Commigratio, *ōnis*, f. die reise, wanderschafft. Seneca Consol. ad Helv. c. 6 *Aliunde alio commigratio est*: de motu stellarum loquitur.

¶ Demigro, *are*, einen ort räumen, wegziehen. *Demigrare ex agris in urbem*, Livius lib. 2, 10. Conf. Drakenb. ad 38, 18. *Demigrare ex ædificiis*, Cæs. B. G. 4, 4, 1: *Et de oppido*, ibidem c. 19. Et, *Ex hominum vita demigrare*, von der welt abscheiden, sterben. Cicero Tusc. 1, 30 *Vetat dominos ille in nobis Deus, ingressa hinc nos suo demigrare*. Stat. 1 Silv. 2, 4 *Demigrant Heliconе Dryades*.

¶ Demigratio, *ōnis*, f. die weareise. Corn. Nepos 1, 1, 2 *Cum multi ejus demigrationis peterent societatem*.

¶ Emigro, *are*, ausziehen: ut, *Emigrare domo*, &, *ex domo*. Et, *Emigrare e vita*, Cicero de Leg. 2, 19. *Emigrare se*, Titinnius dixit, cujus hos versus Nonius citat: *Quot pestes & furgia Ex meis ædibus se emigrarunt*.

¶ Emigrans, *tis*. Stat. Silv. 4, 8, 47 *Tu ductor populi longe emigrantis Apollo*.

¶ Emigratio, *onis*, f. das ausziehen. Ulpian. Dig. 39 t. 2 l. 28 *Detrimentum propter emigrationem inquilinorum*.

¶ Immigro, *are*, einziehen, habitandi caussa. Cicero Phil. 13, 17 *Paucis diebus, & in domum & in hortos patronos immigrabit*. Sic Livius prœmio: *Immigravit avaritia & luxuria in rempubl.* ist eingeschlichen.

¶ Præmigro, *are*, antea emigrare, voraus wegziehen. Plin. 8, 28 *Ruinis imminentibus musculi præmigrant*.

¶ Remigro, *are*, in domum priorem reverti, zurück kehren, wiederum einziehen. *In nostram domum remigravimus*, Cicero Fam. 1, 7, 9. *Romam tibi remigrandum est*, Idem fam. 9, 18 *In locum quanto remigrant*, Lucret. 2, 964.

¶ Remigrans, *tis*. Sen. epist. 122 ext. *Contra aquam remigrantes*, die wider den strom schwimmen.

¶ Semigro, *are*, von einem ausziehen. Cic. pro Cælio c. 7 *Reprehendistis, a patre quod semigrarit*, &c.

¶ Transmigro, *are*, hinüberziehen. Livius 5, 54 *Aliam urbem quæsituri sunt, quo transmigremus?* Et Vitruv. 1, 4 *Ita transmigrabant & mutabant regiones*. Adde Suet. Tib. c. 15.

¶ Transmigratio, *ōnis*, f. der fortzug. Etiam de exsilio, ut apud Vulgatum Interpretem Matth. 1, 17 *Transmigratio Babylonis*. Et Prudent. Hamartig. v. 448 *Hæc illa est Babylon, hæc transmigratio nostræ Gentis, & horribilis victoria principis Assur*.

¶ Transmigrator, *oris*, m. apud Augustinum.

MĪLĀGO, *ĭnis*, f. piscis qui evolat super aquam, ein fliegender fisch, Isidorus 12, 6. Quid si leg. sit *Milvago*, de quo in *Milvus*.

MILANION, Atalantæ amator, Ovid. A. A. 2, 188; 3, 775; vide Muret. ad Propert. 1, 1, 9.

MĪLAX, *ăcis*, f. *Milax*, ibicis atque taxi species: nec non frutex hederæ similitudine. v. Plin. 16, 6 & 10; & infra *Smilax*.

MĪLEON, *i*, n. herba alias scelerata, brandkraut, Apul. de Herb. c. 8.

MĪLES, *ĭtis*, m. *barbarus*, *ferus*, *impius*, *infestus*, apud Poëtas, *στρατιώτης*, ein soldat, kriegsmann. Opponitur *Pagano*. Plinius 10 epist. 17 *Et milites & pagani, a quibus justitia ejus & humanitas penitus inspecta est, certatim ei, qua privatim, qua publice testimonium perhibuerunt*. Vide & ICtos, & infra *Paganus* in *Pagus*. Cæsar *κατ' ἐξοχὴν* de pedite dixit, ut de B. C. 2, 40 & 42; & 3, 76, & aliis locis. *Miles subitus* subito collectus, apud Tacitum Hist. 4, 76, 2. Nam *veteri* & *experto* opponitur, ein in der eil aufgeraffetes volck. *Extrema pueritia miles fuit summi imperatoris*, &c. Cicero pro Lege Manil. c. 10, hat unter einem arrysen general gedienet. *Tirones*, & *Milites tirones*, junge soldaten, quibus opponuntur *Milites veterani Legere milites*, Cicero Att. 8 sub epist. 12, non satis commode vertitur, soldaten werben, quod verbum mercenariæ militiæ, quæ hodie prope sola obtinet, proprium esse videtur; sed soldaten auslesen. vide *Delectus* sub *Lego*. *Milites Fabiani*, apud Romanos, & apud Græcos *Iphicratenses*, apud Corn. Nep. 11, 2, 4, pro præstantibus. ¶ 2. Pro ministro quocunque Principis adhiberi, observamus *in Milito* n 2. ¶ 3. In genere fœminino occurrit apud Ovidium Heroid. 11, 48 *Et rudis ad partus & nova miles eram*. ¶ 4. *Miles* & *Lines* confunduntur a librariis, Drak. ad Sil. 5, 1.

¶ Milito, *ōnis*, m. idem. Apul. Met. 9 p. 445 *Militones ibi nec uspiam illi in delitescere adjurantes*. Antiquum esse colligas & compos. *Commilito*.

¶ Militia, *æ*, f. bellum, res militaris. das Fricgswesen, soldatenwesen. *Dare nomen militiæ*, Cicero Phil. 7, sich unterhalten lassen. *Militiam colere*, Ovid. Fast. 2, 508, ein soldat seyn. *In militiam proficisci*, Sulp. Appollinar. in Periocha Heauton. Terentianæ. Item, *Proficisci in militiæ disciplinam*, Cic. pro Lege Manil. c. 10, in krieg ziehen. *Militiâ vacare*, ohne dienst seyn. Quintil. 9, 2. Sic, *Militia pedestris*: *militia equestris*, quæ pedibus aut equo obitur. Sed apud Suet. Claud. c. 25 *Equestris militia* non eam significat, quæ pedestri opponitur; sed quam equestri loco editi juvenes qua pedibus, qua equo obeant. Vide supra in *Cohors*, & Buchnerum ad Plinium 7 epist. 25 n. 314. ¶ 2. De militum copia seu exercitu Justinus 32, 2, 2 *Concursu insularium cum omni militia interficitur*, mit der gantzen armee oder soldateske. ¶ 3. *Militiæ*, genitivus adverbialis, Cic Tusc. 5, 19 *Quorum virtus fuerat domi militiæque cognita*, daheim und im kriegen. Idem de Orat. 3, 53 *Idem & domi & militiæ consilium suum fidemque præstabant*. ¶ 4. Ministerium, f. *ὑπηρεσία* quamcunque significat. vid. Plin. 10, 33 f. 49; Gothofr. ad Cod. Th. l. 12 t. 1 de Decurionibus l. 63 p. 413. conf *Milito* n 2.

¶ Militiŏla, *æ*, f. dimin. Auctor vitæ Juvenalis, quæ Suetonii Rhetoribus adjuncta cum aliis est: *Satyra composita in pantomimum poëtamque Cl. Neronis, ejus semestribus militiolis tumentem*.

¶ Milito, *avi*, *atum*, *are*, militiam colere, merere stipendia, kriegen, zu felde liegen, dienen. Ter. Heaut. 1, 1, 65 *In Asiam ad regem militatum abiit*. Livius 23, 42 *Nostra juventus omnis sub signis militat tuis*. Horat. 1 epist. 2, 65 *Ex quo tempore cervinam pellem latravit in aula, Militet in silvis catulus*: i. e. inservit, & persequitur feras, ut miles hostem. Ovid. Am. 1, 9, 1 *Militat omnis amans* &c. Pass. Plaut. Perf. 2, 2, 49 *Confidentia illa militia militatur multo magis, quam pondere*. Horat. ep. 1, 23 *Libenter hoc & omne militabitur Bellum in tuæ spem gratiæ*. ¶ 2. Recentioris latinitatis auctoribus non raro *Militare*, pro munus seu ministerium aliquod obire dicitur. Exempla plura cum apud alios, tum apud ICtos occurrunt. Quibus togatorum quoque & palatinorum vita, *militia* dicebatur; nec *milites* tantum, qui contra hostem pugnabant; sed qui in foro atque palatio etiam munera & dignitates obibant. Sic *ἀστικὸς στρατιώτης*, *urbanus miles*, i. e. qui civilibus negotiis atque officiis fungitur Themistio: *Palatinus miles* Prudentius Gennadio de viris illustribus appellatur. Ipse Prudent. prœm. in *καθημερινὸν*: *Tandem militiæ gradu evectum pietas principis extulit Assumtum propius stare fabens ordine proximo*. Quibus verbis poeta significat, ut mihi videtur, ad patriciatus dignitatem se fuisse evectum: quæ principali proxima habebatur.

¶ Militans, *tis*. Vellej. 2, 120, 7 *Legatus sub Varo militans*. Curt. 6, 5, 7 *Græci mercede apud Persas militantes*.

¶ Militāris, *e*, soldatisch, kriegerisch; ut, *Rem militarem discere*, Cicero de Orat. 1, 29. *Signa militaria*, quæ apud nos fahnen, Livius 22, 21. vid. *Signa*. Et, *Ætas militaris*, Tac. Ann. 2, 60, 4, quæ ab anno 17 erat, uti ex Livio 25, 5 constat. *Statura militaris*, Lege 9 Cod. Theod. de defertor. & occultator. eorum; quæ media est inter exiguam & grandem: Plauto *commoda* dicitur & Romana æstimatione senum erat pedum vel certe quinum & denarum unciarum, ut constat e Vegetio 1, 5. Horat. 1, 22, 13 *Militaris Daunia*, i. e. bellicosa. Adde 8, 5. Comparativo Tertullianus usus est, Apolog. c. 11 extr. *Quis justior & militarior Scipione?* ¶ 2. Quæ herba *Militaris* dicatur, vid. Plin. 24, 18; & Apul. de Herb. c. 3.

¶ Militārius, *a*, *um*, idem. Plaut. Pseud. 4, 4, 11 *Metimur gradibus militariis*. Douza mavult legere *militaribus*.

¶ Militārĭter, adverb. militari more, auf soldaten manier. *Militariter gravis*, Livius 4, 41 *Tecta militariter ædificare*, Idem 27, 3.

¶ Militarie, aliud adverb. idem. Treb. Pollio Trig. Tyrann. c. 22 *Militarie ob hoc casus*.

Composita:

¶ Commilito, *ōnis*, m. militiæ socius, ein camerade im kriege, antique ein spießgesell. Val. Max. 3, 2 ext. de Leonida Spartano: *Tum alacri animo suos ad id prælium, quo perituri erant, cohortatus est, ut diceret, sic prandete commilitones, tanquam apud inferos cæna-*

cænaturi. Cic. pro Dejot. c. 10 *Hic adolescens meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit.* Vellej. 2, 59, 4 *Aliquem belli commilitonem habere.* Post bella civilia non amplius hoc nomine compellavit milites Augustus. v. Suet. c. 25. Sed conf. Quintil. 6, 3 p. 561 Burm.

¶ Commiles, *itis*, m. idem Plinio 37, 2 de triumpho Pompeji: *Reip. datum mille talentûm: legatis & quæstoribus H-S bina millia, commilitibus singulis quinquaginta.*

¶ Commilitium, *i*, n. belli societas, die cameradſchaft. *Commilitio alicujus uti*, Quintil. 5, 10 ſub fin. Et Ovid. ex Ponto 5, 72 *Et commilitii sacra tuenda putas.* Eleganter quoque Apul. 3 Florid. *Iura amicitiæ a commilitio studiorum eisdem magistris incboata honestè*, h. e. *a condiscipulatu*, ut Nepos dixit in Attico.

¶ Commilito, *are*, mit einander im kriege ſeyn. Gloſſ. lat. gr. *Commilitat*, συνστρατευεται.

¶ Permilito, *are*, per omnes gradus militare. Vlpian. l. 9 Dig. de Excuſat. *Si tribunus in cohortibus prætoris permilitaverit.* Adde ibid. l. 8 § 9.

Mileſiaca, Mileſiæ, Mileſius, vide *Miletus.*

MILETVS, *i*, f. Μίλητος, urbs maxime celebris Ioniæ, ſic dicta a conditore ſuo Mileto, Apollinis & Deiones filio, de quo Ovidius lib. 9 Metam. fab. 11.

¶ Milētis, *ĭdis*, f. patronym. Byblis, Mileti, qui Miletum condidit, filia. Ovid. Met. 9, 634 *Mœstam tota Miletida mente defecisse.*

¶ Milēſius, *a, um*, adject. *Thales Mileſius, Timotheus Mileſius, Mileſia vellera* apud Virgilium Georg. 3, 306 pro pretioſiſſimis lanis. Mileti enim oves præ ceteris lana nobiles. Vnde *Mileſia ovilia* Tertull. celebrat de Pallio c. 3 in fine. B. Hieronymus quoque in Ezechiel. c. 27 auctor eſt, ex Mileto lanas præcipue ſolitas Tyrum deferri, ut non ſine cauſſa liburit interpretibus ſeptuaginta apud eum prophetam vertere, *Et lanas de Mileto*; cum tamen *Milēti* vocabulum in Hebræo nusquam comperiatur. Hinc Tertull. de Habitu mul. c. 1 ſcribit: *Age nunc ſi ab initio rerum Mileſii oves tonderent, & Seres arbores nevent, & Tyrii tingerent, & Phryges inſuerent, &c.* Quoniam Mileſiorum evanuit robur, ubi voluptate corrupti ſunt, natum eſt inter eos proverbium: *Olim fuere ſtrenui Mileſii.* vid. Athen. 12, 7 p. 523; Add. Spanh. ad Ariſtoph. Plut. v. 1003. De *Mileſia roſa* in coronamentis ſumme experita, v. Plin. 21, 4.

¶ Mileſiæ, *arum*, f. pl. ſubſt. narratiunculæ ſive fabellæ ludicræ & amatoriæ, laſcivæ, atque magnificæ; quales ſcripſit Clodius Albinus, ut quidam volebant, de quo Capitolinus ejus vita c. 11. Sed & Severus epiſtola ad ſenatum, quæ in eadem Albini vita apud Capitolinum legitur, Apuleji libros Metamorphoſeon, quæ vulgo de *Aſino aureo* inſcribuntur, *Mileſias Punicas* appellat. Ipſe Apulejus principio ejus operis: *At ego tibi ſermone iſto Mileſio varias fabellas conferam &c.* Vide & Politiani Miſcellan. c. 16, & Wowerium in vita Apuleji p. 26. Etiam Tertullianus de Anima c. 23 Valentini hiſtorias ænonum *Mileſias* vocat. Vbi Iunius ex Strab. lib. 14 notat fabulas *Mileſias* dictas eſſe propter vanam Mileſiorum gloriationem in fabulis innumeris de oraculo Didymei Apollinis reſtituto.

¶ Mileſica, *orum*, n. pl. idem quod *Mileſiæ*; Græce μιλησιακοὶ λόγοι, quales Ariſtides compoſuit, de quibus Lucianus in Amoribus & alii meminerunt. conf. Voſſ. lib. 3 de Hiſtor. in Ariſtide.

¶ Mileſium, *i*, n. ſubſt. halcyonum genus, Plin. 32, 8.

Miliarium, vide *Miliare* in *Mille*, Miliarius, *Milium*, Militaris, militia, &c. *Miles.*

MILICHVS, *i*, (μείλιχος, blandus, placidus) Iovis & Bacchi cognomen. Sil. 3, 104 *Milichus indigenis late regnaret in oris, Cornigeram attollens genitoris imagine frontem.*

MILITRVM, *i*, n. inſtrumentum non ſatis cognitum; ut, *Cedrinum militrum*, Octav. Horat. 1, 2.

MĪLIVM, *i*, n. κεγχρος, hirſen. *Milio venit annua cura*, Virg. Georg. 1, 216. *Milium Indicum*, Türckiſcher weitzen. v. *Melica*; & adde Celſ. 2, 18; Colum. 2, 7 & 9; Pallad. 1, 30; & Mart. 13.

¶ Miliārius, *a, um*; ut, *Miliaria avis*, Varr. R. R. 3, 5, quæ milio veſcitur. *Herba miliaria*, quæ milium necat, Plin. 22, 25.

MĪLLE ſubſt. & adj. indecl. & pl. *Millia, um*, ſubſt. tauſend. Virg. ecl. 2, 11 *Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.* Apul. lib. 6 Met. *Sic fatus, jubet Mercurium deos omnes ad concionem protinus convocare: ac ſi qui cœtu cælestium deſuiſſet, in pœnam decem millium nummûm conventum ire pronunciare.* Sic, *Octo millia nummorum*, Hor. 2 ep. 2, 5. *Centum millia*, Idem 1 ſat. 1, 45, hundert tauſend. *Mille hominum* rectè dici oſtendit Gell. 1, 16. Et Cic. pro Milone c. 20 *Clodii in fundo, propter inſanas illas ſubſtructiones, facile mille hominum verſabatur valentium.* Hic *mille* in ſingulari ponitur, & idem eſt, quod χιλιάς. Sic *mille drachmarum*, Ter. Heaut. 3, 3, 40, & *mille nummûm*, v. 45 dixit. Vide Gell. 1, 16; & Macrob. ſat. 1, 5. Gronov. de Pecun. veter. 1, 1. Ovid. de Pont. 2, 3, 11 *Nec facile invenies multis e millibus unum, Virtutem pretium qui putet eſſe ſui*; hoc eſt, qui putet, virtutem per ſe, non præmii cauſſa, experendam. Liv. 38, 38 extr. *Argenti probi duodecim millia Attica talenta dato.* ¶ 2. *Mille* etiam pro *Mille* inveniturr; ut, *Mille caprarum*, Varro R. R. 2, 3. *Mille animorum*, Idem 3, 1. v. Brouckh. ad Prop. 1, 5, 10.

¶ Millēni, *æ, a*, diſtribuit, je tauſend.

¶ Millenārius, *a, um*, adj. quod mille complectitur. Item *Millenarium*, ſubſtant. pro tempore mille annorum, incertæ auctoritatis.

¶ Milleſimus, *a, um*, ordinale, der tauſendſte; ut, *Annus milleſimus*, Cic. de Fato c. 7. *Milleſima pagina*, Iuven. ſat. 7, 100.

¶ Milliarius, *a, um*, adj. tauſendpfündig; ut, *Apri milliarii*, hoc eſt, mille librarum, Varro de R. R. 3, 2. ¶ 2. At vero *Milliarius grex*, apud eumdem Varronem R. R. 2, 10 ſub fine eſt totidem capitum, eine heerde von tauſend ſtücken. Quæ fuerint *porticus triplices milliariæ*, vid. ad Sueton. Neron. c. 31.

¶ Milliare, *is*, & Milliarium, *i*, n. μίλιον, ſpatium mille paſſuum, eine Welſche meile. Hinc *miliorum* quoque populorum menſuras viarum tractum eſt; ut, *Miliare Germanicum, Perſicum, Gallicum &c.* v. & ſupra in *Lapis*, & in *Menſura.* Formam *Milliare* probant ex principio lib. 6 Cic. ad Attic. *Accepi tuas litteras ad quintum milliare Laudiceæ.* Sed doctiſſimus quisque Criticorum, *a. d. quintum Terminalia* legunt. Et rectiſſime. Altera, *Miliarium*, frequens & obvia, præſertim apud poſterioris ætatis ſcriptores. Nam vetuſtiores *M. P.* hoc eſt, *mille paſſus* dicebant, aut *millia paſſuum*: vel per *lapides* ſignificabant locorum intervalla, ut ex Livio aliisque notum eſt. Vlpianus l. 1 § 4 Dig. de offic. præf. Vrbi, *intra centeſimum milliarium.* Idem l. 4 Dig. de hered. inſt. § Puto: *a primo milliario Alexandriæ.* Eutropius 1, 3 *Albani ab urbe Roma duodecimo milliario abſunt.* Attamen Valerius etiam Max. 1, 8, 4 de Fortunæ Muliebris ſimulacro: *quod eſt vii latina ad quartum milliarium.* Et Vellej 2, 27, 4 *Hannibalis intra tertium milliarium caſtra.* ¶ 2. *Milliarium aureum* Romæ dicebatur columna, a qua omnes militares viæ per Italiam incipiebant, ac in eamdem definebant. v. Plin. 3, 5 circa finem, & Dion. Caſſ. lib. 54 p. 602 Steph. Vocatur etiam *milliarium urbis.* Lege 154 de Verb. ſignif. Macer: *Mille paſſus non a milliario urbis, ſed a continentibus ædificiis numerandi ſunt.* v. Bergier de viis publicis & militaribus (Tom. X. Antt. Græv.) l. 3 f. 13, 14. it. l. 4 f. 46. Inſcriptio ipſa eſt apud Grut. 154, 4. Adde Lipſ. de magnit. Rom. 3, 2 & ſingularem Diſſertationem Dom. Checcozzi, in Commentar. Academiæ Cortonenſ. T. I P. II p. 77. ¶ 3. *Milliaria* ſive *Miliaria* erant etiam vaſa ad calefaciendam in balneis aquam, a mille ſive multis gyris & flexibus ita dicta, vel quod mille pondo eſſent. Nec obſtat I ſimplex. Nam & *Mile* ſcribitur. Vide Senec. Qu. Nat. 3, 24; & 4, 9, & quæ ibi Muretus ac Th. de Iuges. Vet. Gloſſ. *Miliarium, δεξαμενὸν, χαλκοῦν.* Adde Cat. de R. R. c. 22. Suet. Oth. c. 6; Pallad. 1, 40; & April c. 8; Vlpian. l. 19 § 12 ff. de auro, arg. & mundo; & Turneb. Adverſ. 10, 7. Gothofr. ad l. 38 π. de actionibus emti & venditi (19, 1) § 2.

¶ Millies, adv. tauſendmahl. Ter. Andr. 5, 4, 44 *Ex ipſa millies audivi*, i. e. ſæpiſſime. Cic. Off. 1, 31 *Millies oppetere mortem, quam hæc pati maluiſſet. Bis millies*, Val. Max. 3, 7, 1, zweytauſendmahl. *Quinquies millies*, Plin. 2, 22. Sic *Decies millies, &c.*

Compoſita quædam a *Mille*: ut,

Millefolia, millefolium; Milleformis; Millemodus & millimodus; Millepeda, vide ſub ſimplicibus *Folium, Forma, Modus, Pes.*

¶ Duomilleſimus, *a, um*, der zweytauſendſte, ut ducenteſimus. Proculus ICt. 1, 80 *Alter ex milleſima parte, alter ex duomilleſimis partibus ſocius.*

MILLIO, *ōnis*, m. genus accipitris, ut buteo, bußfahren. Marc. Empir. c. 33 *Teſticulos millionis edere.*

MILLVS, *i*, m. *collare canum venaticorum*, inquit Feſtus, *factum ex corio conſixumque clavis ferreis eminentibus adverſus vim luporum. Scipio Æmilianus ad populum: Vobis, inquit, Reique publicæ præſidio eritis, quaſi millus cani*, ein ſtachlicht halsband. Hæc Feſtus. Varro in neutrali poſuit *Mælium* de R. R. 2, 9, ut monuimus, ſ. l. niſi & hic ex conjectura Scaligeri legendum *Millus.* conf. Barth. ad Script. Venat. p. 135. & Vlit. ad Grat. 401.

MĪLO, *ōnis*, m. Romanus, cujus cauſſam, cum Clodium occidiſſet, Cicero diligentiſſime quidem, ſed infeliciter egit. De qua oratione quid Dio prodiderit litteris, adjicere libet: ſed converſa latine. *Milonis cædem defenſurus videt Pompejum armatis militibus præter conſuetudinem judicio adeſſe. Animo igitur collapſus ac perculſus nihil eorum, quæ præmeditatus erat, dixit, ſed brevi ac languidâ oratione contentus finem dicendi fecit. Quæ enim nunc pro Milone habita extat oratio, eam poſt illud tempus Cicero, animo collecto per otium, ſcripſit: ferturque Milo in exilium actus, miſſam hanc ſibi a Cicerone orationem cum legiſſet, reſcripſiſſe: Bene ſibi eveniſſe, quod eam is non in judicio pronunciaſſet. Nunquam enim futurum fuiſſe, ſi hoc modo pro ſe dictum fuiſſet, tantos ut nullos Meſſilias (eo enim exul ſe contulerat,) edoret. Quod vero Milo non eo ſcripſit animo, quaſi præſenti ſtatu ſuarum rerum delectaretur, (quippe multa reditus ſui cauſſa impetrandi molitus eſt): ſed Ciceronem verbis exagitans, quod, cum defenſionis tempore nihil cauſſæ conducibile dixiſſet, nunc demum orationes inutiles componeret, ſibique mitteret, quaſi vero nunc aliquid ab his juvari poſſet.* Hæc Dio lib. 40 non ſine obtrectatione in Ciceronem: cujus gloriæ & alibi ſe parum æquum fuiſſe, homo Græcus oſtendit. conf. de hac oratione quoque Voſſ. 1 Inſt. Orat. p. 119 & 344 & 345. conf. Ovid. in Ibin v. 609: & Iuven. 2, 26. ¶ 2. Fuit alius *Milo* Croto niates vel Crotonienſis, athleta robuſtiſſimus, qui in certamine Olympio taurum ictu nudæ dextræ jugulavit, totumque eo die devoravit, cum alioqui in cibum abſumere conſueviſſet carnium minas 20, totidemque panum: biberet vero tres vini choas, quemadmodum ex Theophraſto retulit Athenæus lib. 10, apud quem de Milone plura vide. Periit ſenex, manibus ejus retentis ab arbore caudice diſciſſa, quam diſcindere penitus fuiſſet conatus. v. Gell. 15, 16; & Val. Max. 9, 12. conf. Ovid. Met. 15, 228. & quos laudat Almelov. ad Quint. 1, 9 extr. ¶ 3. Alius *Milo* Piſæ Elidos tyrannus a ſuis projectus in Alpheum fluvium, de quo Ovid. in Ibin v. 325.

MĪLONIVS, *i*, m. ſcurra temulentus & ſaltare ſolitus, apud Horat. 2 ſat. 1, 24.

MILTIADES, *is*, m. Plures fuiſſe hoc nomine inſignes, indicat Ælianus Var. Hiſt. 3, 35 *Miltiadæ tres: unus qui Cherſoneſum condidit, alter Cypſeli filius, tertius Cimonis*; quos Corn. Nepos in Vitis Excellent. Impp. ex parte confundit. vid. Iani Rutgerſii Lect. Var. 1, 9. Athenienſes poſt pugnam Marathoniam, quam victor obtinuerat, obtentu Parii criminis perpetuo eum carceri addixerunt: factumque id colore iſtiusmodi tuebantur, quod præſtabilius eſſet, unum Miltiadem innoxium pœna affici, quam rempubl. univerſam in perpetuo tyrannidis metu verſari.

MILTITES, *æ*, m. hæmatitæ ſpecies, ein blutſtein, Plin. 36, 20.

MILTON, *i*, n. μίλτον, i. e. minium vel cinnabaris, menning, beraſtinnober, Vitruv. 9, 3: Plin. 33, 7.

Milva, milvago, milvinus, vide *Milvius.*

MILVIVS, & Milvus, *i*, m. Ter. Phorm. 2, 2, 16 *Non enim rete accipitri tenditur neque milvio.* Cic. de Nat. D. 2, 49 *Milvo eſt quoddam bellum naturale cum corvo.* Avis eſt rapaciſſima, ein weyhe, weyher, hünergeyer. Perſius ſat. 4, 26 *Divis orat Curibus quantum non Milvus oberret*, Proverbiale de vehementer locuplete. vide Chil. ¶ 2. Gifanius ad Lucret. obſervat, *milvius* non dici, neque id inveniri in MStis; ſed *Milvus*, & per diæreſin *milius.* Idem ad Ovid.

obſer-

observavit Hercules Ciofanus. Ita etiam Heinſ. & Burm. v. g. Am. 2, 6, 34. In Plauti quoque Aul. 2, 4, 40 libros veteres conſtanter *milvus* habere pro *milvius*, Lambinus & Gruterus teſtantur Sed ne ſic quidem exterminari civitate latina *Milvium*, patitur Borrichius Cogit. de L. L. p. 163. ¶ 3. Translate de homine rapace, ein räuber. Plaut. Rud. 4, 4, 80 *Vidi petere milvium*. Id. Pœn. 5, 5, 3 *Milvos metuere male*. Hinc & parasiti nomen apud Horat. 2 ſat. 7, 36, ubi tamen Bentl. & Cuninganı. Mulvius. ¶ 4 *Milvus* piſcis, qui & *Milvago* & *Lucerna*, Geſn. Subit in ſumma maria, piſcis ex argumento appellatus lucerna, linguaque ignea per os exerta, tranquillis noctibus relucet, Plin. 10, 27. Ovid. hal. 35 *Nigro tergore milvi*.

¶ Milva, æ, f. eadem avis rapax ſexus fœminei; unde convicium in mulierem nimis avidam Petron. c. 75 *Bonum tuum concoquas, milva*.

¶ Milvāgo, *ĭnis*, f. piſcis genus, extra aquam volitans tempeſtates prælagit, Plin. 32, 2. conf. *Milvus* n. 3.

¶ Milvius, *a, um*, adject. ut, *Pons Milvius*, unus ex Romæ pontibus. Ejus meminit Lactant. 1, 21; Ammian. 27, 3; & Claudian. in 6 Conſ. Honorii v. 543.

¶ Milvinus, *a, um*, adject. vom weyher; ut, *Pullus milvinus*, Cic. ad Qu. fratr. 1, 2, cui junget acutibalds. *Milvinæ plumæ*, weyher-federn. *Ocelli milvini*: *Milvinæ ungulæ*, Plaut. Pſeud. 3, 2, 63. *Milvina tibia*, quæ in accentus exit acutiſſimos, ut teſtatur Solinus c. 11. Et *Mulier, milvinum genus*, acutiſſ. Petron. c. 42. ¶ 2. *Milvinam* ſubſtantive, pro vehementi appetitione cibi, qualis in hoc avis genere voraciſſimo eſt. Plautus dixit Menæch. 3, 3, 39.

Mima, vide mox in *Mimæſis*.

MIMALLŌNES, & Mimallŏnides, *um*, f. Μιμαλλόνες, Bacchæ, mulieres cornutæ, a *μίμημα* dictæ, quod ad Bacchi imitationem cornua ferunt; vel a Mimante, monte Iouiæ, Baccho ſacro. Quæ & *Bassarides* & *Thyiades*, & *Orgiades* vocatæ ſunt. Priore vocis forma *Mimalloues*, ut ait Statius c. 1 Theb. 4, 660. Patronymica altera (*Mimallonides*) Ovid de Arte am. 1, 54.

¶ Mimallōneus, *a, um*, adj. Perſ. ſat. 1, 99 *Torva Mimalloneis implerunt cornua bombis*.

Mimarius, vide in *Mimæſis*.

MIMAS, *antis*, m. mons Ioniæ, Baccho ſacer, de quo Ovid. Met. 2, 222. Sil. 3, 494 & ibi Drakenb. ¶ 2. *Mimas*, gigas, quem Iupiter fulmine percuſſit, de quo Horat. 3 od. 4, 53. & Silius 4, 278. vid. & hic Drakenb.

MĪMERMNVS, vel Mimnermus, *i*, m. Μίμνερμος, elegiarum ſcriptor antiquiſſimus, inventorque verſus pentametri, quod vult Hermeſiana v. Colophonius apud Athen. l. 13. Vixiſſe enim traditur temporibus ſeptem ſapientum, aut prius adeo. Stobæus hanc ejus annotavit ſententiam ſerm. 61 Τίς δὲ βίος, τίδὲ τερπνὸν ἄτερ χρυσῆς Ἀφροδίτης. Plutarchus eamdem citat lib. περὶ ἀδρατῆς ἡδυκῆς. Sed ibi pro τίς δὲ βίος, &c. legitur, τίς δὲ χάρις, τίτε τερπνὸν ἄνευ χρυσῆς, &c. Huc reſpexit Horat. 2 epiſt. 6, 101 *Si Mimnermus uti conſuit, ſine amore jocisque Nil eſt jucundum, vivas in amore jocisque*. Alia de humanæ vitæ miſeria ex eodem citat Stobæus ſerm. 46, quæ eleganter admodum latine vertit Ioh. Livinejus apud Andr. Schottum Obſerv. Hum. 2, 52. Fuit poëta iſte veteribus valde in deliciis. Vnde Propert. 1, 9, 11 de eo ſcribit: *Plus in amore valet Mimnermi verſus Homero*.

MĪMĒSIS, *is*, f. μίμησις, *imitatio*. Figura eſt, qua non verba ſolum, verum etiam geſtum vocemque imitamur & fingimus, eine nachahmung. Vid. Rhetor.

¶ Mimus, *i*, m. μίμος, hiſtrio, geſticulator & imitator dictorum, morumque hominum intra vel extra ſcenam, ein poſſenreiſſer, gaucfeler, oder narr im ſpiel. Dicuntur ἀπὸ τοῦ μιμεῖσθαι, eo quod imitarentur omne genus actionis; Græci μιμολόγους vocant, quam vocem & Ovid. forma tamen patronymica, utiarpavit de Art. am. 1, 541, quod alii de Bacchis fœminis intelligunt, ut paullo ante in *Mimalloues* dictum fuit. De obſcenitate mimorum ſuæ ætatis, luvenal. ſat. 11, Arnob. lib. 2. Habebant & illi ſuas partes, ut comœdiarum actores, *primas* puta, & *ſecundas*, &c. qui & *ſecundarii* dicebantur, illi videlicet, qui primarum actores exprimebant, ſolaque eorum imitatione oblectabant. v. Torrent. ad illud Horatii 1 epiſt. 18, 13 *Vt puerum credas ſævo dictata magiſtro Reddere, vel partes mimum tractare ſecundas*. Mimos, qui Deorum perſonas quas gerebant, non referrent ſatis digne, flagellatos ab agonum præfectis, Lucian. Piſcatore p. 169 auctor eſt, cujus totus fere de ſaltatione libellus ad hunc locum pertinet; & Manil. 5, 473 c. n. Scalig. ¶ 2. Et *Mimi* poemata ſunt duplicis generis: alii enim *morales*, alii *ridiculi*, qui & ſæpius obſceni erant, unde Ovid. Triſt. 2, 497 & 515 *Obſcena jocantes, & imitantes turpia mimos* appellavit. Nomina ab argumento accipiebant. Ita *Laureolus mimus* apud Suet. Calig. c. 57, a Laureolo, latrone, qui in eo repræſentabatur. Moralium ſpecimen ſunt, qui P. Syri nomine ſubjiciuntur Senecæ operibus, it. Laberiani a Gellio ſervati. ¶ 3. Quia vero in mimis iſtis, ſicut in aliis fabulis, ficta omnia erant & diſſimulata; ita ad alia etiam translata vox, quæ plus ſpeciei ac ſimulationis haberent, quam veritatis. Sic *vitæ mimum* Auguſtus dixit apud Sueton. vita ſua c. 99; & Seneca epiſt. 80. Fictum & falſum triumphum Caligulæ *mimum* vocat Suet ejus vita c. 45. Idem Othone c. 3 *Quare did. & matrimonio ſepoſitus eſt per cauſſam legationis in Luſitaniam. Id ſatis viſum, ne pœna acrior mimum omnem divulgaret*. Poppæa nupta erat Rufo Criſpino formoſiſſima fœminarum. Eam impenſe amabat Nero. Sed matris & conjugis reverentia impediebat matrimonio divellere, pellicemque inducere. Erat inter amicos intimos principis Otho. Hic abducit marito Poppæam nuptiarum ſpecie; revera, ut ejus copia apud ſe fieri Neroni poſſet. Qui cum ægre ferret rivalem, Othonem præfecit Luſitaniæ; id agens, non ut afficeret honore, ſed uti ſubmoveret velut æmulum, quo poſſet Poppææ amori libere indulgere. Durius tractaturus Othonem, ni veritus, amores ſuos in Poppæam ſic enotuiſcere. Hoc ergo *Mimum* vocat. v. Gronov. obſervat. eccl. 25, & add. Burm. ad Quint. decl. 279 p. 543, it. Scalig. Poët. 1, 10. De hiſtrionibus & Mimis v. Vallam 4, 31. & O. Ferrar. de Mimis & Pantom.

¶ Mima, *æ*, fem. hoc eſt, geſticulatrix Cic. Phil. 2, 24, ubi de Cytheride, Antonii amoribus; & Horat. 1 ſat. 2, 56, adjective: *ſuſpicio mimæ cachinnationis*, Cic. ad Herenn. 3, 14. Sed dubia lectio eſt, & vulgari *mimæ* exhibent

¶ Mimŭlus, *i*, m. dimin. Arnob. lib. 2 p. 69 *Quid pantomimos, quid mimulos, diſtriones, cantores, &c.*

¶ Mimula, *æ*, f. dimin. Cic. Phil. 2, 25 ineunte: *Veniſti Brundiſium in ſinum quidem & complexum tuæ mimulæ*, de Cytheride.

¶ Mimĭcus, *a, um*, adj. gaucklériſch. Cic. de Orat. 2, 59 *Vitandum eſt oratori utrumque, ne aut ſcurrilis jocus ſit, aut mimicus*, leichtſinnig und harlequiniſch. *Mimicum nomen*, Id. Phil. 2, 24.

¶ Mimice, adv. idem. Catull. carm. 43, 8 *Turpe incedere mimice ac moleſte*. Eſt tamen locus illæ dubiæ lectionis. v. Corrad. ab Allio Critic. ad Catullum.

¶ Mimārius, *a, um*, idem ac *Mimicus*, gaucklériſch. Capitolin. in Vero c. 8 *Scurræ mimarii & proſtigiatores*.

¶ Mimiambus, *i*, m. ita videtur appellatum ipſum fabulæ genus, quod *Mimus* nominabatur: ex eo, quod jambis maxime conſtaret: licet quandoque & alia trochaica maxime, ut ex Laberii, & Publii fragmentis conſtat, admiſcerentur. Nam & in veteri Comœdia παραφασεις Anapæſti dicebantur, non quod perpetuo, ſed plurimum ex iis conſtarent, ut Scholiaſtes Ariſtophanis, & Pollux 15, 16 obſervat. Mimiambos Marii laudat Gellius 15, 25, & 20, 9. Meminit & Terentianus.

¶ Mimŏgraphus, *i*, m. μιμογράφος, mimorum ſcriptor. Suet. de Grammat. illuſtr. c. 18 *Hic initio circa ſcenam verſatus eſt, dum mimographos adjuvat*. Tales fuere P. Syrus & Laberius, de quibus in *Mimus* n. 2.

¶ Mimŏlŏgus, *i*, m. μιμόλογος, qui mimos recitat. Firmicus 8, 8 *Mimologos facere*

¶ Archimīmus, *i*, ἀρχιμίμος, princeps hiſtrionum. Habetur apud Suet. in Veſp. c. 19; & Auguſtin. C. D. 6, 10.

¶ Pantomīmus, *i*, m. ein gaucfler. Pantomimi & Pantomimæ erant hiſtrionum genus, qui, quidquid volebant, artifici motu geſtuque corporis exprimebant, etiam hiſtorias fabulasque repræſentabant. Prudentius Romano v. 222 *Saltat tonantem tauricornem ludius*. Intelligit enim de Pantomimo fabulam Iovis & Europæ ſaltando repræſentante. Primum omnium in ſcenam Romanam productus Pylades, ab Auguſto ex Aſia evocatus. Sen. Conſol. ad Helviam c. 13 *Quorum* (divitum, qui tales domi habere ſolebant ſervas, vel libertinas, ut ex Plinio etiam conſtat lib. 7 epiſt. 24) *pantomimæ decies ſeſtertio nubunt*. Plura de his Scaliger ad Manilium l. c. in *Mimus* n. 1. Rigaltius ad Artemidorum, Salmaſius ad Vopiſc. Carin. c. 19. Barth. ad Claudian. &c. Totus huc pertinet libellus Luciani de Saltatione, itemque Oct. Ferrarius de Mimis & Pantomimis.

¶ Pantomimĭcus, *a, um*, adject. ut, *Pantomimica ornamenta*, Seneca epiſt. 29 extrema.

MIN, indecl. ut, *Letiferum min*, Auſon. Edyll. 12 Grammat. v. 7, ubi *Minium* intelligi ait Turneb. Adv. 23, 30. ¶ 2. *Min'* pro *Mihine*. Perſ. ſat. 1, 2 *Min' tu iſtud ais?*

MĪNA, *æ*, f. & apud Plautum *Mna*, μνᾶ, idem quod libra & pondo, valebat drachmis Atticis centum. Decem vero drachmæ aureo uno coronato, vel ex Eiſenſchmidii rationibus uno imperiali ac ſemis. *Mina* igitur decem coronis ſeu coronatis valuit, ſive imperialibus 15. Eſſe autem *Minam* ipſam Græcorum μνᾶν, Fannius docet de Ponderibus v. 32 *Parvo quam nomine Graji Mnam vocitant, noſtrique Minam dixere priores*. ¶ 2. *Mina*, menſura agri, Plin. 21, 34. ¶ 3. *Mina*, ovis, quæ glabrum habet ventrem. Apud Varronem R. R. 2, 2 videtur adjectivum: *Mina ovis*, i. e. glabra. v. Voſſ. Etym. p. 34 in *Apica*. Hinc ap. Plaut. Truc. 3, 1, 9 *Ego per pera* (alii *propere*) *minas oves in crumena hac in urbem detuli*. ¶ 4. Feſtus etiam *Minam* vocat *mammam, quæ lacte caret*.

MĪNAE, *arum*, f. pl. eminentiæ dicuntur murorum ſeu pinnæ, die zinnen an der mauer. Virg. Æn. 4, 88 *Pendent opera interrupta, minæque Murorum ingentes*. ¶ 2. *Minæ*, comminationes, dräuworte, dräuhung. Cic. Att. 2, 19 *Minæ Clodii contentionesque modico me tangunt*. *Minas jactare*, ſch nauben, pochen, Idem pro Quintio c. 14. Et, *Clamore ac minis aliquem inſequi*, nachſchreyen und drohen, Idem pro Cluent. c. 8. Et de Orat. 1, 58 *Virtus inſtituendo ac perſuadendo, non minis & vi ac metu traditur*.

¶ Minor, *atus ſum, ari*, minis inſequi, minas jactare, drohen, dräuen, bedräuen. *Malum alicui minari*, v. *Malum*. *Nulla minantis auctoritas eſt apud liberos*, ſeine bedräuungen gelten nicht, Rutg. & Caſſ. ad Anton. Cic. fam. 11, 3, qui & pro Planc. c. 40 *Mea domus ardore ſuo deflagrationem ubi minatur*. Sic Horat. de Arte v. 350 *Nec ſemper feriet, quodcunque minabitur arcus* ſcil. ferire. Eſt igitur h. l. zielen. ¶ 2. Eminere, emporragen. Virg. Æn. 1, 162 *Geminique minantur In cœlum ſcopuli*: i. e. eminent, reichen hoch hinan in die luft. vid. Servius. ¶ 3. Promittere, præ ſe ferre, verſprechen. Horat. 2 ſat. 3, 9 *Atqui voltus erat multa & pulchra minantis*. Idem 1 epiſt. 8, 3 *Multa & pulchra minantem*. Phædrus 4 fab. 22 *Hoc ſcriptum eſt tibi, Qui magna cum mineris, extricas nihil. Magna minari*, eſt promittere de ſe. Horatius de Arte v. 27 *grandia profiteri* dixit. Sic contra *promittere*, pro *minari* Virgilius dixit Æn. 2, 96 *Promiſi ultorem & verbis odio aſpera movi*. Ita enim ibi Servius: PROMISI: *minatus ſum: per contrarium* MINAMVR *mala*: PROMITTIMVS *bona*. v. Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 228.

¶ Mino, *are*, quoque huc pertinet, quod *agere* ſignificat, & de jumentis aliave pecude dicitur, treiben. Nam & hoc minis plerumque fit, ſive minitando. Germanicus Cæſar in Arateis: *Inde Helicem ſequitur ſenior bracchique minatur, Sive ille Arctophylax &c.* Tibullus 1, 1, 12 *Aut ſtimulo tardos increpuiſſe boves*. Veteres enim *Mino* & *Minor*, item *Minito* & *Minitor*, Priſciano auctore lib. 8 p. 799 dixerunt. Hinc factum, ut obſoletior illa forma ruſticæ notioni relinqueretur; altera, deponentialis, ſerviret minis & increpationi, vide Voſſ. Etymol. p. 323. & Scalig. ad Manil. 1, 317 p. 42. *Minare* ergo, activæ formæ eſt verbum ſequioris ævi ſcriptoribus frequentatum (Locum Victoris Vticenſis quære ſupra in *Æthiops*.) Apul. lib. 3 Miſel. p. 141 *Nos duo aſini minanares baculis exigunt*. Auſon. de bucula Myronis epigr. 67 *Sum. relinquor, meminabar, ut juvam*. Paulus Feſti epitomator: *Agaſones quos agentes, id eſt, minantes*. Et paullo poſt: *Agere modo ſignifi-*

ficat ante ſe pellere, id eſt, minare. Anianus ad Paulum ICtum: *Actus, qui pecora minare conſuevimus.* Interpres Vulgatus Act. Apoſt. 18, 16 *Minavit eos a tribunali*: translatione a pecoribus ad homines facta.

¶ Minans, *tis.* Lucret. 3, 658 *Lingua vibrante minans ſerpens.* Id. 5, 1324 *Minante mente.* Virg. Æn. 8, 649 *Indignanti ſimilis, ſimiliſque minanti.* Lucan. 1, 320 *Gladii in iſtic minantes.* conf. in *Minor* n. 1 & 3.

¶ Minanter, adverb. cum minis, bedrohlich, trotzig. Ovid. de Arte am. 3, 582 *Multaque ſubmiſſe, multa minanter agat.*

¶ Minatio, *ōnis*, f. die bedräuung, bedrohung. Cic. de Orat. 2, 71 *Colliguntur a Græcis alia nonnulla: exſecrationes, admirationes, minationes.* Gloſſ. gr. lat. ἀπειλή, *Minatio.*

¶ Minator, *ōris*, m. qui minatur. B. Eligius homil. 1, 6 *Qui erat ſcurra, i. e. minator turpia ſectans, & immunda loquens.* ¶ 2. Pro actore, compulſore, cui treiber, qui minat, a *Mino, are*, quod ſequitur; h. e. pecus agere. Tertull. ad Nationes 2, 3 *Per ſe moventur,* (animalia) *nullo extrinſecus apparente motatore eorum aut minatore.*

¶ Minatōrius, *a, um*, bedrohlich. Ammianus 17, 16 *Terræ motus ſonitu audiuntur minatorio.*

¶ Minabiliter, adv. idem. Gloſſ. Vet. *Minabiliter,* ἀπειλητικῶς.

¶ Minitor, *atus ſum, ari*, frequ. crebris minis inſequi, hefftig dräuen. *Minitari malum,* Ter. Phorm. 5, 6, 11. Et Cic. Phil. 13, 9 extr. *Hoſtis tetterrimus omnibus bonis cruces ac tormenta minitatur.* Et initio Catil. 2 *Vobis atque huic urbi ferro flammâque minitatur.*

¶ Minito, *are*, antique idem quod *Minitor.* vid. Priſcian. p. 799. Ter. Phorm. 5, 6, 12 *Familiarem eſſe oportet, qui minitat malum.* Plaut. Capt. 3, 5, 85 *Breve ſpatium eſt perferundi, quæ minitas mihi.* conf. Nonius 7, 51.

¶ Minitans, *tis.* Cic. Verr. 5, 62 *Verri nimis atrociter minitans.* Liv. 2, 49 *Ibant unius familiæ viribus, Vejenti populo peſtem minitantes.* Tac. Hiſt. 2, 51, 1 *Minitantes orabant.* Virg. Æn. 12, 762 *Exciſurum urbes minitans.*

¶ Minitatio, *onis*, f. die bedrohung, apud Hieronymum.

¶ Minitābiliter, adv. bedrohlich, trotziglich, ex Pacuv. & Accio producit Nonius 2, 546.

¶ Minitabundus, *a, um*, id eſt, minitans, drohend. Liv. 39, 41 *Etenim tum quoque minitabundus petebat.* Et Tac. Ann. 2, 10, 4 *Minitabundus Arminius.*

¶ Minax, *ācis*, trotzig, bedrohlich. Cic. fam. 16, 10 *Cæſar minaces & acerbas litteras ad ſenatum miſit.* Comp. *Minacior, quam pernicioſior,* Liv. 4, 52. Superl. Sueton. Cal. 51 *Adverſus barbaros quoque minaciſſimus.* Et, *vi minaciſſimæ plebis,* Ammian. 19, 21 pr. ¶ 2. Ioſephus Scalig. ad Feſtum ex Catullo & Auſonio docet, *Minaces* antiquis dictos, quos *aretalogos* appellamus vulgo, qui multa cum minentur ac jactent, nihil præſtent tamen. ¶ 3. Iidem & *Minatores* dicebantur vulgo. B. Eligius Homilia 16 *Qui erat ſcurra, i. e. minator, turpia ſectans, & immunda loquens.* De *Aretalogis* vid. ſupra ſuo loco.

¶ Minăciæ, *arum*, f. drohworte. Plaut. Mil. 2, 4, 21; & Rud. 3, 5, 16 *Minacias ego iſtas flocci non facio tuas.* conf. Truc. 5, 1, 56.

¶ Minaciter, adverb. trotziglich; ut, *Fremere minaciter,* zornig ſeyn und dräuen, Liv. 2, 6. *Terrere minaciter adverſarios,* Cic. de Orat. 1, 20. Et, *Num putatis dixiſſe eum minacius, quam futurum fuiſſe?* Phil. 5, 8. conf. Tac. Hiſt. 1, 33, 5 &c.

Compoſita:

¶ Comminor, *atus ſum, ari*, minari, bedräuen. Liv. 10, 39 *Comminando magis, quam inferendo pugnam, dies abſumebatur.* Suet. Cæſ. c. 62 *Vt equilifero moranti cuſpide ſit comminatus.*

¶ Commino, *are*, forttreiben. Apul. 7 Mileſ. *Nec multo poſt adveniunt illi, vinarios utres ferentes, & gregatim pecus comminantes.*

¶ Comminatus, *a, um*, paſſive, angedrohet. Idem Apulej. 6 Mileſ. *Scrupulus comminatæ mihi mortis.*

¶ Comminatio, *ōnis*, f. die bedrohung. Liv. 26, 8 *Fabius circumagi ad nutus comminationesque Hannibalis flagitioſum ducebat.* Et Cic. de Orat. 3, 54 pr. *Orationis comminatio.* Suet. Tib. c. 37 *Reges comminationibus magis quam vi repreſſit.*

¶ Comminator, *ōris*, m. Tertullianus adv. Gnoſt. c. 9 *Ignium comminator.*

¶ Comminatīvus, *a, um*, bedrohlich. Tertullianus adv. Marc. 2, 25 *Non dubitativum, ſed comminativum exprimens ſenſum.*

¶ Comminabundus, *a, um*, idem. Tertull. adv. Marc. 4, 15 *In filias Sidonis invehitur comminabundus per Eſaiam.*

¶ Incomminatus, *a, um*, angedrohet. Apul. Met. 10 *Incommînata nece ſicarius.*

¶ Eminor, *ari*, ut edico, auget ſignificationem ſimplicis, öffentlich drohen. Plaut. Capt. 4, 2, 11 *Eminor interminorque, ne quis obſiſterit obviam.*

¶ Eminatus, *a, um*, der gedrohet hat. Florus 2, 12, 7 *Quem alias (vias) eminatus, alias irrepſiſſet.* Alii: *minatus.* vid. Not. Freinsh. er machte mine, als wenn er einen andern weg gehen wolte.

¶ Eminatio, *ōnis*, f. die drohung, Plaut. l. c. v. 19.

¶ Interminor, *ari*, mit dräuworten verbieten, unterſagen. Ter. Andr. 3, 2, 16 *Interminatus ſum, ne faceres.* Et in Eun. 5, 2, 14 *Iſtæcine interminata ſum hinc abiens tibi?* conf. Plaut. Pſeud. 3, 1, 10; & Aſin. 2, 2, 96; & Caſin. 3, 5, 28. Sed &

¶ Intermino, *are*, wehren. Plaut. Mil. 2, 3, 42 *Quis homo interminat?*

¶ Interminatus, *a, um*, paſſive, verboten. Sic *Interminatum cibum*, pro inhibito vetitoque Horatius dixit epod. 5, 39.

¶ Interminatio, *onis*, f. die verbietung, unterſagung, Iuſtinian. de Iur. docend. ratione § 7.

¶ Præminor, *ari*, valde minari, ut Elmenhorſtius in Indice Apulejano interpretatur, ſehr drohen. Apulejus enim 5 Mileſ. p. 167 *Malum grande de vultus curioſitate præminatur*, h. e. ſi curioſe vultum ejus perſcrutarer. Pſyche enim ad ſorores loquitur de ignoto marito. Et Tertull. Apol. c. 21 *Cum hæc ſanctæ voces illi præminentur.* conf adv. Marc. 5, 19.

¶ Promino, *are*, ut comminare, forttreiben. Apul. Mileſ. lib. 9 *Univerſa nos jumenta ad lacum proximum libendi gratia præminabat.*

Minarrio, vide in *Minurio.*

Minator, v. *Minax* n. 3 ſub *Mino.*

MINCIVS, *i*, m. Italiæ fluvius, Mantuam circumfluens, cujus in Bucolicis eclog. 7, 13, & Georg. 3, 15 meminit Virgilius.

¶ Minciades, *æ*, m. i. e. Mantuanus. Iuvencus procemio Evangeliorum: *Illos Mincindæ celebrat dulcedo Maronis.*

Minctio, Minctura, vide *Mingo*, Mineides, Mincius, *Mingo.*

MINEO, *ui, ēre*, idem ac prominere, antique, hangen, als wolte es fallen. Lucret. 6, 562 *Inclinata minent in eandem prodita partem.* Sic & ibidem v. 1194, ut vult Lambinus: *Frons tenta minebat.* Hinc compoſita, quæ Voſſ. Etym. p. 308 ad *Manco* retulit, & quæ aliqui malunt venire a *Minis*, hve altitudine ædificiorum, Daumius de Radicibus amiſis L. L. a primitivo *Minere* ait eſſe: e. g.

¶ Emĭneo, *ui, ēre*, exſtare, cæteris eſſe altiorem, herfür gehen, oben ausſtehen. Plin. 16, 21 *Æſculus quantum corpore eminet, tantum radice deſcendit.* Curt 4, 2, 21 *Paludum moles aquam eminebat.* Idem 4, 4, 4 *Super undas eminens.* Cic. in Orat. c. 29 *Inter omnes in omni genere dicendi unus eminet Demoſthenes,* i. e *omnes excellit,* er gehet über alle. Seneca in Octavia, v. 472 *Pulchrum eminere eſt inter illuſtres viros.* Plaut. Capt. 3, 2, 5 *Vix ex gratulando miſer jam eminebam,* i. e. turba gratulantium, quo velut demerſus ac obrutus latueram, me liberabam, ac emergebam veluti, ut conſpici poſſem. Tacitus Agric. 35, 1 *Alloquente adhuc Agricola militum ardor eminebat,* i. e. apparebat, conſpiciendum ſe dabat, er ließ ſich ſehen.

¶ Eminens, *tis*, ex participio nomen, hoch, herfürragend, fürtrefflich; ut, *Eminentes ædes*, i. e. excelſo loco poſitæ, Flor. 1, 9, 4. *Eminentia ſaxa*, Curt. 5, 3, 20. Quint. 8, 3 p. 680 *Fuco eminens color,* durch ſchmincke erhöhet. *Eminentia bona,* Idem 6, 6, 1. Compar. *Naſus eminentior,* Suet. Aug. c. 79. Superl. *Magnanimitas eminentiſſima,* Seneca epiſt. 115. *Eminentiſſimæ ſimplicitatis vir,* Vellej. 2, 72, 3. *Eminentiſſimus mons,* Flor. 4, 12, 49.

¶ Eminenter, adverb. Sidonius 1, 11 *Non eminentius quam municipaliter natus,* nicht höhern ſtandes, als er.

¶ Eminentia, *æ*, f. die höheit; ut, *Eminentiæ in picturâ,* licht und ſchatten, Cic. Acad. 4, 7. *Habere eminentias ſimiles verrucis,* Plin. 37, 10.

¶ Emĭnŭlus, *a, um*, etwas erhaben; ut, *Rectis genibus, eminulis,* Varro de R. R. 2, 5. *Spina eminula,* ibid. c. 9.

¶ Præmĭneo, *ēre*, fürgehen, übertreffen. Sen controv. 1, 4 extr. *Sed illum Albutium, qui Græcis præminet.* Tributur Tacito Ann. 12, 12 pr. *Caſſius cæteros præminebat peritiâ legum.* Ita eam Iulianus Pichon vulgavit. Quod tuetur Io. Pricæus ad Apulejum 6 p. 325: at Bernegg. & Ryckius *præminentes.* Pricæus c. l. producit etiam ex Auguſtini Confeſſ. 6, 9 *Ad cancellos plumbeos, qui vico argentario deſuper præminent:* ſed Frobenius *præminent* edidit. Laudatur etiam Varronis fragm. *In quo Intelligentia præminet.*

¶ Præeminentia, *æ*, f. der vorzug, die vortrefflichkeit. Claud. Mamert. 1 præf. *Ad negotii præeminentiam ſpectare.*

¶ Superemĭneo, *ēre*, drüber gehen. Virg. Æn. 6, 857 *Viros ſupereminet omnes.* Colum. 11, 47 *Vt olivæ premantur & jus ſuperemineat.* Adde Sidon. 4, 3; & 9, 9; Celſ. 5, 29; Lactant. 4, 15.

¶ Supereminens, *tis.* Sen. Qu. Nat. 5, 15 *Terra ſupereminente.* Plin. 26, 8 *Paullum ſupereminens extra aquam.* conf. Ammian. 22, 15.

¶ Supereminentia, *æ*, f. die höheit über andere, ICt. in Dig.

¶ Immĭneo, *ēre*, inſtare, impendere, bevorſtehen, auf dem halſe ſeyn. Cic. Tuſc. 1, 38 *Mors propter incertos caſus quotidie imminet.* Sic Plin. Paneg. c. 18 *Princeps, qui ſibi imminere putat, quod in hoſtes paratur,* h. e. tyrannus, qui ſemper ſibi timet. *Imminere imperio,* nach dem regiment ſtehen, drauf lauren. Cic. pro Balbo c. 15, quod Tacitus Ann. 16, 14, 3 dixit *imminere rebus.* Et Sen. epiſt. 2 *Imminere alieno.*

¶ Immĭnens, *tis*, begierig, bereit; ut, *Homo ad cædem imminens,* Cic. pro domo c. 6. *Verres avaritia ſemper hiante atque imminenti fuit,* Idem Verr. 2, 54. *Imminentes ſpei majoris honoris,* Liv. 4, 25 *Imminentes defectioni,* Idem 8, 22.

¶ Imminentia, *æ*, f. die herannahung; ut, *Imminentia fraudis,* Gell. 9, 12.

¶ Superimmĭneo, *ēre*, nahe auf dem halſe ſeyn. Virg. Æn. 12, 306 *Enſe ſequens nudo ſuperimminet.* Avienus in Phænom. Arat. v. 963 *Virgineusque pudens zonæ ſuperimminet artus.*

¶ Præmĭneo, *ēre*, præ aliis eminere, fürgehen, den vorzug haben. Seneca Medeâ v. 93 *Hæc ſi virgineo conſtitit in choro Vnius facies præminet omnibus.* Sed al. *prænitet.* Tacitus cum quarto caſu junxit: ut Annal. 15, 34, 3 *Eo usque valuit, ut gratiâ, pecuniâ, vi nocendi etiam malos præmineret.* Adde Annal. 12, 12 pr. ut Bernegger & Ryckius legunt, de quo ſupra in *Præmineo* videas. Auguſtin. de Geneſi ad lit. c. 14 *Litteræ auctoritate præminentes.*

¶ Promĭneo, *ui, ēre*, ultra aliquid eminere, herfür ragen. *Prominent dentes,* die zähne ſtehen heraus, Plin. 11, 37. *Prominet in pontum collis,* Ovid. Met. 13, 778.

¶ Prominens, *tis*; ut, *Rubens prominentibus venis,* Martial. 5 epigr. 4. Comparatur ut nomen, v. g. *Prominentiore cauda,* Plin. 10, 3.

¶ Prominenter, adv. idem. Cæl. Aurel. Acut. 1, 11 *Paullo prominentius a lecto producendus æger.*

¶ Prominentia, *æ*, f. das herfürragen. Vitruv. 6, 11 *Habere ſummam prominentiam.* Solin. c. 27 pr. *Africa extenta in duas prominentias,* id eſt, promontoria. Idem c. 2 de Italia: *In cornua duo ſcinditur, quorum alterum Ionium ſpectat æquor, alterum Siculum. Inter quas prominentias &c.*

¶ Prominŭlus, *a, um*, prominens, herfürhangend. Idem Solinus c. 27 extr. *Mammis prominulis:* & c. 30 *Habere victus caninoſis & prominula ora,* lange ſchnauzen, aufgeworffene mäuler. Capitolinus in Pertinace c. 12 *Habitudine corporis pinguiore, ventre prominulo.*

MĬNĔRA, *æ*, f. matrix, seu vena terræ metallica: unde

¶ Mineralia, *ium*, dicta Philosophis, quæ inde eruuntur, erdgässte. Est vocabulum barbarum, a *myne*, cuniculus: a quo & *minare* verbum est, cuniculos agere, minieren. v. Voss. de Vit. serm. 2, 12 p. 246, & Barth. ad Briton. Armor. p. 106. Colores minerales enumerat Plinius 35, 6.

¶ Mineralogia, *æ*, f. est explicatio rerum metallicarum, & quæ præter familiam vegetabilium & animalium ex terra eruuntur.

MINERVA, *æ*, f. *armifera bellatrix, casta, innupta, operosa*, (hæc enim a poëtis epitheta tribuuntur:) παλλάς, Ἀθηνη, Ἀθηναία, Ἀθηνᾶ, quod ex Adonai factum videtur. Pallas vero non a πάλλω, quæ ridicula Etymologia est, sed forsan a *Pale* voce ebraica, significante admirabile quiddam seu miraculosum: Casp. Peucer. De *quinque Minervis* apud Ciceronem Petr. Victor. Var. Lect. 2, 15. Add. Iul. Firm. de err. prof. rel. c. 17. Celeberrima autem veteribus fuit disciplinarum Dea, *Minerva* vel a *minuendo* (quod minuat nervos) vel *minitando* Ciceroni dicta de N. D. 3, 24, seu ut Festus admonet, quod bene *moneat*, Filia Iovis, belli & lanificii inventrix, Ciceronе teste ibid. 3, 21. Vnde pro *lanificio* etiam ponitur Ovid. [illegible] & Virg. Æn. 8, 409. vid. Brouckh. ad Tib. 2, 1, 65. [illegible] p. 118 quasi *Minervam* dictam vult, candemque *mens* [illegible] putat, quam alii matrem ejus faciunt. Isidorus 8, 2 ne [illegible] etymologicarum desit, vocatam ait *quasi nemus arrium* [illegible]. Apulej. de Deo Socratis ext. *Nec aliud te, quam quæ* [illegible] *dibas, in eodem Vlysse Homerus docet; qui semper ei comitem voluit esse Prudentiam: quam poëtico ritu Minervam nuncupavit. Ioin* [illegible] *eadem comminante, omnia horrenda subiit, omnia cuncta superavit. Quippe eâ adjutrice Cyclopis specus intravit; sed egressus est: Scilis boves vidit; sed abstinuit: ad inferos demeavit; sed redisendit. Eadem sapientiâ comite Scyllam præternavigavit; nec adversus est: Charybdi consperus est; nec retentus est: Circes poculum bibit; nec mutatus est: Lotophagos accessit; nec remansit: Sirenes audivit; nec accessit.* Cur nata de Iovis capite dicatur, ejusque ratio tamen nolentis, exemta imperio, cum aliis quam plurimis huc facientibus vid. apud Barth. ad Stat. Theb. 2 p. 640 seqq. & Lucian. festivo hac de re Dialog. Eadem & arcium Dea habita, quod de Iovis capite nata esset, ut Serv. ad 2 eclog. Virg. docet. De ea Catullus 65, 8 *Diva, quibus retinens in summis turribus arces.* v. Erh. ad Petron. c. 8 & Spanh. ad Callim. De *calculo Minervæ* Prov. Lucian. T. 1 p. 401 Græv. vid. ex Æschylo & aliis Marsh. Can. Chron. p. 331. inprimis Abram. ad Cic. pro Milo. c. 3 exrr. it. Lambi. ad h. l. ¶ 2. Pythagoræos triangulum *ἰσόπλευρον Minervam* vocasse, Plutarchus auctor est de Iside & Osride p. 381. De Minervæ sive Palladis statua, quæ *Palladium* vocata est, vid. h. v. ¶ 3. *Invitâ* seu *repugnante Minervâ*, idem est, quod ingenio vel natura repugnante, infeliciter, ohne vermögen, ohne geschicklichkeit, ohne fortgang. Horat. de Arte poët. v. 385 *Tu nihil invitâ dices facieve Minervâ.* Et Cic. fam. 12, 25 *Quinquatribus frequent; senatu causam tuam egi, non invitâ Minervâ*, es gieng wohl von statten. Idem in Offic. 1, 31 *Nihil dicet invitâ (ut ajunt) Minervâ*, id est, adversante natura; *Male enim respondent*, quemadmodum Seneca scripsit, *ingenia coacta*. Sic & *pingui* seu *crassa Minerva fieri, elici, agique* dicuntur, quæ indoctius fiunt nec exquisita arte, auf grobe unaeschickte art und weise. Cic. de Amic. c. 5 *Agamus igitur pingui Minerva, ut ajunt.* Et Horat. 2 sat. 2, 2 *Rusticus crassa Minerva.* Contrarium Martialis dixit 6 epigr. 64 *Tibi cor limante Minerva acrius*, hoc est, Minerva polivit ingenium tuum. Et Petron. Fragm. c. 43 *Omnis Minervæ homo*, i. e. valde ingeniosus, der sehr kunstreich ist. vid. ibi Scheffer. p. 91. ¶ 4. *Sus Minervam*, subaudi, docet aut monet, Cic. fam. 9, 8. vid. Chiliad. *Cum Minerva manum quoque move*, man muß hand anlegen.

¶ Minerval, seu Minervale, *is*, n. δίδακτρον, præmium, quod dabatur præceptoribus, aut cœnula, aut tale quiddam satis exiguum, schulgeld. Varro de R. R. 3, 2 extr. *Axius, Merula mi, inquit, Recipe me quæso discipulum villaticæ pastionis. Ille: Quin simul ac promiseris minerval, incipiam.*

¶ Minervalis, *e*, adj. ad Minervam pertinens. Tertull. de Spectacul. c. 11 *Artium Minervalium collegium.* ¶ 2. *Minervalia* sacra Minervæ nuncupata, Idem Tertull. de Idolol. c. 10.

¶ Minervalitius, *a, um*, i. e. commendatitius, quo aliquis se in disciplinam tradens novo commendat magistro. Gloss. lat. gr. *Minervalitium*, συστατικόν.

¶ Minervius, *a, um*, i. e. Atticus; ut, *Cives Minervii*, i. e. Athenienses, Arnob. 5 p. 175 *Athenis in Minervio*, scil. templo, idem 6 p. 193.

MINGO, *minxi, mictum* s. *minctum, mingĕre*, mejere, das wasser lassen, harnen. Martial. 3 epigr. 77 *Minxisti semel, &c.* Ammian. 23, 6 *Nec stando mingens, nec ad requisita naturæ secedens facile visitur Persa.* Horat. 1 sat. 8, 38 *In me veniant mictum atque cacatum.* Cels. 4, 20 *Cum urina super potionum modum mingitur*, v. Borrich. in Voss. Cogit. p. 167.

¶ Mictus, *ûs*, m. urinæ redditio, das harnen. Cæl. Aurel. Tard. 5, 3 *Sanguinis mictu effectus.* Idem 2, 1 *Difficultas mictus.*

¶ Minctio, *ōnis*, f. idem; ut, *Minctionem provocare*, Veget. 1, 51 al. *Mictio.*

¶ Minctura, (Mictura) *æ*, f. idem apud Vegetium 1, 23.

¶ Mictilis, *e*, id est, contemptus, verächtlich; ut, *Merx mictilis*, (pro *mictynis*,) Lucilius apud Non. 2, 532.

¶ Mictōrius, *a, um.* Cæl. Aurel. Acut. 3, 8 *Mictoria medicamenta, quæ appellant diuretica*, h. e. urinam moventia.

¶ Mictualis, *e*, idem: Apul. de Herb. c. 117 *Ocimum, herba virtutis mictualis.* conf. c. 70. Cæl. Aurel. Acut. 5, 4 *Mictualis via.*

¶ Micturio, *ire*, gerne das wasser lassen wollen. Iuvenal. sat. 6, 308 *Micturiunt hic.*

¶ Circummingo, *ĕre.* Fragm. Petronii c. 57 p. 281 Burm. *Si circumminxero illum, nescit, quo fugiat.* Et c. 62 *At ille circumminxit vestimenta sua.*

¶ Commingo, *ĕre*, idem. Horat. 1 sat. 3, 90 *Comminxit lectum potus.*

¶ Commīnctus, *a, um.* Catull. 100, 10 *Tanquam comminctæ spurca saliva lupæ*; al. *commistæ.*

¶ Commictĭlis, *e*, contemptibilis, verächtlich; ut, *Servus comicus commictilis*, Pomponius apud Nonium 2, 109.

¶ Commictus, *a, um*, idem. Plaut. Perf. 3, 3, 3 *Commictum cœnum*, Convicium lenonium.

¶ Demingo, *ĕre.* Gloss. gr. lat. ἐξουρῶ, *Demejo, demingo.*

¶ Perminguo, *ĕre*, bepissen. Horat. 1 sat. 2, 44 *Hunc perminxerunt calones.*

Miniaceus, miniare, miniarius, &c. vide *Minium*, Minime, minimopere, minimus, *Minor.*

MĬNISTER, *tri*, m. διάκονος, ein diener; ut, *Seditionum fervi ac ministri*, Cic. fam. 1, 19. *Re vera ministri ac satellites cupiditatum*, Id. Verr. 3, 8. *Minister & adjutor consiliorum*, Vellej. 2, 129, 4. *Succincti ministri*, Lucan. 1, 612. *Minister cubiculi*, Liv. 3, 57. Hunc c. 44 *Ministrum libidinis* vocat: *Virgini venienti in forum minister decemviri libidinis manum injecit.* ¶ 2. Sed vere est adjectivum: ut, *Lumina ministra*, Ovid. Heroid. 21, 114. Et, *Præbere se ministrum*, Cic. de Orat. 1, 45. *Magistratus ministri legum*, Idem pro Cluent. c. 53, hoc est, administratores. *Manus multarum artium sunt ministræ*, Idem Nat. D. 2, 60 pr. *Omnes artes ministræ ac comites oratoris*, Cic. de Orat. 1, 17. *Vna ministrarum*, Ovid. Met. 9, 306.

¶ Ministrix, *ĭcis*, f. idem. Gloss. lat. gr. *Ministrix*, ὑπηρέτις.

¶ Ministĕrium, *i*, n. διακονία, ministri opera, ein dienst. Tac. Agric. 2, 1 *In libros quoque sævitum, delegato triumviris ministerio, ut monumenta clarissimorum ingeniorum urerentur*, id est, negotio dato, es war ihnen aufgetragen, befohlen. Petron. c. 108 *Gubernator navis ministerium se denunciat relicturum.* v. Burm. p. 496. Virg. Æn. 7, 619 *Fœda ministeria refugere*, rex Latinus dicitur, cum non vult aperire Iani portas contra voluntatem Iovis. Scilicet notat hæc vox non raro honestiorem aliquam operam, sive officium, quod reip. præstatur. Val. Max. 7, 3, 9 *Idem ut Putcolos venit perinde ac publicum ministerium agens &c.* Vellej. 2, 38, 6 *Quippe Senatus consulto, ministerio Catonis, Regis morte* (Cyprus) *fatla provincia est*: MINISTERIO, id est, ductu, opera. Et c. 45, 4 *Idem P. Clodius, in senatu sub honorificentissimo ministerii titulo, M. Catonem a rep. relegavit*: MINISTERII, id est, legationis. Nam lege a Clodio lata missus in Cyprum Cato est, ut regem Ptolemæum spoliaret regno, & Cyprum provinciam Romanam faceret. ¶ 2. Pro ministris usurpatur, sicut servitium pro servis, magisterium pro magistris, &c. Apulej. l. 3 de A. A. *Tunc me per proscenium medium, vultu quidam victimam, publica ministeria perducunt & orchestræ mediæ sistunt.* ¶ 3. Abacus est, in quo vasa mensæ inservientia vid. omnino Burm. ad Petron. c. 31 p. 119.

¶ Ministeriālis, *e.* Improbat Vossius de Vitiis L. L. 3, 26. Conf. Cellar. Antibarb. p. 67.

¶ Ministro, *avi, atum, are*, dienen, geben, handreichung thun. Virg. Æn. 1, 154 *Furor arma ministrat*, i. e. suggerit, objicit. *Vinum verba ministrat*, Horat. 1 epist. 15, 20. *Ministremus nosmet inter nos*, Plaut. Stich. 5, 4, 7 wir wollen einander selbst aufwarten. Proprie enim de pueris ad cyathos adhibetur. Cic. Verr. 3, 44 *Maximis poculis ministratur.* vid. Burm. l. c. in *Ministerium* n. 3. ¶ 2. Nove Colum. 12, 1 *Si quis ex familia cæperit adversa valetudine affici, videndum erit, ut is quam commodissime ministretur*, daß er aufs beste bedienet oder gewartet werde.

¶ Ministrans. Cic. Tusc. 1, 26 *Iuventas pocula ministrans.* Virg. Georg. 4, 146 *Ministrans platanus potantibus umbras.* Petron. c. 62 *Ministrans* idem ac *ministrator* c. 31 ein aufwärter bey tisch.

¶ Ministratio, *ōnis*, f. die handreichung, dienstleistung. Tertull. de Pudic. c. 15 ita vertit græcum διακονίαι 2 Corinth. c. 4, 1. Sed & Vitruvius 6, 9 *Ad olearius fructus commoda erit ministratio.*

¶ Ministrator, *ōris*, m. qui ministrat, ein aufwärter. Cic. de Orat. 2, 75 *Te objurgabam, quod ministratorem peteres, non adversarium.* Varro R. R. 3, 14 *Parvus* (cochleis) *cibis opus est, & is sine ministratore.* Suet. Vitell. c. 17 *Cum auriganti Cajo ministratorem exhiberet*, int. se, quod quidam exprimunt. Petron. c. 31 *Ministrator* idem est ac pincerna sive servus ad cyathos, der mundschenke. vid. Burm.

¶ Ministratrix, *ĭcis*, f. Si Nonium audimus 2, 567. Cic. de Orat. 1, 17 *Artes ministratrices oratoris*, sed plerique omnes *ministræ.*

¶ Ministratōrius, *a, um.* Martial. lemmate epigr. 105 l. 14 *Vrceoli ministratorii*, quibus ministratur vinum vel aqua.

Compositæ:

¶ Administer, *tri*, m. & Administra, *æ*, f. ministerio aliquo fungens, ein diener, so zur hand gehet *Administer audaciæ, libidinis alicujus*, Cic. in Catil. 1, 3. Id. Verr. 2, 28 *Rerum ejusmodi* (malarum) *omnium transactor & administer. Administra & comes virtutis ars*, Idem pro Leg. Manilia c. 13. conf. Cæs. B. G. 6, 15.

¶ Administro, *avi, atum, are*, zureichen, beytragen. Cæs. B. Gall. 7, 19 *Reliqua, quæ ad oppugnationem oppidi pertinebant, administrare instituit.* ¶ 2. Item gubernare, regieren, verwalten; ut, *Administrare bellum, civitatem, rem familiarem, rempublicam, leges, judicia, negotium*, &c. Cicero passim. Cæs. de B. C. 3, 26 *Illi* (Cæsariani) *adhibita audacia & virtute, administrantibus M. Antonio & Fusio Caleno, naves solvunt*: ADMINISTRANTIBVS, id est, curantibus. Illi quippe præerant, & cogendi habebant potestatem. Sallust. Iug. 92, 9 *Milites neque inter vineas sine prælio administrare.* ubi Cort. vide. Vellej. 2, 61, 4 *Bellum ab eo fortissime administratum est.* Nepos 9, 1, 2 *Male res administrata est*, de prælio, man hat einen übel geführet. Hinc & pro *peragere* ponitur; Sic *Administrare sementem, fœniciam, vindemiam, alia*, Columella dixit 2, 22; & 11, 2, & Varro de R. R. 1, 17.

¶ Administratus, *a, um.* Cæs. B. G. 3, 9 *His rebus celeriter administratis.* conf. ibid. 5, 50.

¶ Administratio, f. die verwaltung, bestellung. *A curatione & administratione rerum vacare*, Cic. Nat. D. 1, 1. Et, *Officiis & administratio-*

ſtrationibus peccare, Tac. Agric. 19, 5. *Adminiſtratione impedire*, Cæſ. B. C. 1, 25.

¶ Adminiſtrător, *ōris*, m. qui adminiſtrat. Cic. de Orat. 1, 48 *Adminiſtrator belli gerendi conſtitutus.*

¶ Adminiſtratōrius, *a, um*, aufwartſam, dienſtbar. Vulg. Interpr. Hebr. 1, 14 *Adminiſtratorii ſpiritus.*

¶ Adminiſtratīvus, *a, um*, idem; ut, *Ars activa vel adminiſtrativa*, Quintil. 2, 18 extr.

¶ Comminiſtro, *are*, zugleich dienen, laudatur ex Plinio 28 c 8, ſed Hard. *commonſtrant*, non *comminiſtrant.*

¶ Prænuniſter, *tri*, m. ein aufwärter, diener. Macrob. Sat. 3, 8 *Mercurii vocabulo ſignificant præminiſtrum.* Tertull. de Orat. c. 1 *Opus præminiſtri*, baptiſtæ ſcilicet præcurſoris.

¶ Præminiſtra, *æ*, f. Macrobius dicto loco: *Camilla Dianæ præminiſtra.* Et Apulej. Apolog. p. 278 *Lingua mendaciorum & amaritudinum præminiſtra.*

¶ Præminiſtro, *are*, aufwarten, zu tiſche dienen. Tiro Tullii ap. Gell. 12, 3 *Licio, qui magiſtratibus præminiſtrabant, cincti erant.* Apul. 2 Miſet. p. 119 *Aſſidue reſpiciens præminiſtrantem Fotidem.* Tertull. Apol. c. 21 *Fabulas ad deſtructionem veritatis, iſtius æmulas, præminiſtraverunt.*

¶ Subminiſtro, *are*, darreichen, zuſtecken. *Tela clam ſubminiſtrantur*, Cic. pro Cælio c. 9. Et, *Subminiſtrare frumenta*, Cæſ. B. Gall. 1, 40; & *Auxilia* 4, 20. *Ipſa pax timores ſubminiſtrabit*, Sen. epiſt. 104.

¶ Subminiſtratus, *ūs*, m. die darreichung, vorſchub. Macrob. Saturn. 7, 12 *Exiguo ſubminiſtratu penuriam conſolari.*

¶ Subminiſtratio, *ōnis*, f. idem. Tertull. adv. Marc. 4, 39 *Excepit pronunciandi ſubminiſtrationem.* Et Apol. c. 48 *Subminiſtratio incorruptibilitatis.* conf. Irenæus præfat. lib. 1.

¶ Subminiſtrator, *ōris*, m. ein helffer, mittels-perſon. Seneca epiſt. 114 ſub fin. *Subminiſtrator libidinum*, Tertull. Apol. c. 23 *Æſculapius vitæ ſubminiſtrator moriturus.*

Minito & Minitor, *ari*, vide ante in *Minæ.*

MĪNIVM, *i*, n. terra rubra, rothe farbe. Duplex eſt *Minium*, alterum *nativum*, bergzinnober; alterum *ſecundarium*, menning oder rußbricken. Plin. 33, 7 *Minium in voluminum ſcriptura uſurpatur*, qui locus & c. 8 eſt clasſicus, it. Vitruv. 7, 8 & 9. Minio illitas Deorum facies, quorum ſproprius rubeus color, quia ſimilitudinem ætheris refert: & ob id triumphantium quoque, qui omnia Iovis inſignia habebant, miniatas fuiſſe, Servius ad Virg. eclog. 5 & 10 notat. Plin. 33, 7 f. 36. Add. Brouckh. ad Tib. 2, 1, 55. & pp. *Miniatus.*

¶ Miniāria, *æ*, f. locus, in quo minium foditur, eine menningrube. Plin. 33, 7 *Miniaria Siſaponenſia*, pluraliter.

¶ Miniarius, *a, um*, adjectivum, ex minio, von menning; ut, *Metallum miniarium*, Plin. 33, 7. *Miniaria expolitio parietum*, der anſtrich von menning.

¶ Miniāceus, *a, um*, idem. Vitruv. 7, 4 *Cuneis ſilaceis ſeu miniaceis interpoſitis.* Et c. 9 *Expolitionem miniaceam ſuum colorem retinere.*

¶ Minianus Iupiter vulgo eſt Cic. fam. 9, 16 extr. Sed vid. *Miniatus.*

¶ Minio, *are*, minio tingere, roth färben. Onomaſt. vetuſt. *Minio, as*, μιλτοω. Adde Plin. 10, 29; 33, 7 *A Cenſoribus in primis Iovem miniandum locari*; & 35, 12.

¶ Miniātus, *a, um*, minio infectus aut oblitus: Cic. Att. 15, 14 extr. *Me ad cυvτάξεις dedi: quæ quidem vereor, ne miniata cerula tua pluribus locis notandæ ſint.* v. *Miniatula* ſtatim. Plinius 10, 42 *Torque miniato in cervice.* Cic. fam. 9, 16 extr. pro *Miniano Iove* jam Veſinus *miniatum* legi voluit. vid. quæ in *Minium* dicta ſunt de more ſtatuam Iovis minio illinendi. ¶ 2. *Funiculum fugiunt miniatum*: de illis, qui officium faciunt non ex animo, ſed metu notæ & mulctæ. v. Chil.

¶ Miniatŭlus, *a, um*, dimin. röthlich. Cic. Att. 16, 11 *Cerula, tuas miniatulas illas eximeſcebam.* His enim emendanda notabantur. v. *Miniatus.*

¶ Miniculārius, *i*, m. qui minio quid inficit vel illinit, l. 3 de Indulg. debit. lib. 11 C. Theod. Forte idem eſt, qui

¶ Miniculātor, *ōris*, m. Vlpiano Pand. lib. 38 de operis libert. dicitur, nimirum qui minio aut rubrica majuſculas litteras in ſcriptis libris aut ejusmodi aliquid pingit.

¶ Minius vel Mineus, *a, um*, ruber inſtar minii, röthlich. Apul. 4 Met. p. 411 *Fulgentium roſarum minius color.* Idem Florid. 2 p. 18 *Cervicula pſittaci circulo mineo.*

¶ Subminia, *æ*, f. tunicæ genus apud Plautum Epid. 2, 2, 48 quaſi *ſubminiatæ.*

Mino, *are*, & Minor, *ari*, vide paullo ante *Minæ.*

MĪNOR, *ōris*, & neutr. Minus, kleiner, weniger, geringer, minder, jünger. Vulgo eſt comparativus irregularis a *Parvus.* Quidni ab obſoleto *Miner?* cujus ſuperlativus *Minerrimus* pro minimo apud Feſtum reperitur. Non dubitandum eſt, quin ſit a μινυθ, quod Atticum eſt pro μικρὸς, ut ſcribit Euſtathius, unde μινύω, *minuo.* Nepos 18, 7, 2 *Credens, minore ſe invidia fore.* Ter. Heaut. 2, 3, 113 *Quaſi iſtic minor mea res agatur quam tua*, id eſt, quaſi non tam mea interſit, quam tua, als wäre mir weniger dran gelegen, als dir. *Minoris facere, æſtimare, vendere*: int. *pretii*, geringer. Cic. Verr. 3, 64 *Negare non poteſt, ſe minoris, quam potuerit, decumas vendidiſſe.* ¶ 2. *Minores*, poſteri majoribus oppoſiti, die nachkommen. Virg. Æn. 1, 532 *Nunc fama, minores Italiam dixiſſe.* Sic, *Minor natu*, jünger. Et, *Minor natu aliquot annis*, Cic. Acad. Qu. 4, 19, & Nepos 23, 3, 2.

¶ Minus, adverb. weniger. *Multo minus*, Cic. fam. 13, 1 &c. viel weniger. *Minus diebus XXV*, i. e. minus quam &c. Nepos 2, 5, 2, nicht gar in dreyßig tagen. *Miſerum neminem minus credere eſt?* Ter. Heaut. 1, 2, 18. *Minus potens*, i. e. impotentior. Sic omnibus poſitivis jungi poteſt, præſtatque periphraſin comparativi. ¶ 2. Sæpe non plane comparativum eſt, ſed idem fere ac *Non* valet; ut, *Minus bene veſtitus*, nicht zum beſten, Nepos 5, 4, 2. *Minus proſpere*, improſpere, Idem 14, 6, 1. Et, *Minus intelligo*, nicht recht, Ter. Eun. 4, 5, 11, hoc eſt, non ſatis intelligo. Cic. Amic. c. 27 *Vtilitas ipſa efflorescit ex amicitia, etiam ſi tu eam minus ſecutus ſis*: h. e. non ita, ut ipſam amicitiam: quis enim non ſequatur utilitatem, conjunctam cum honeſtate? ¶ 3. *Minus minusque mihi obtemperat*, je länger, je weniger, Ter. Heaut. 3, 3, 33, quod *minus & minus* eſt Ovidio Pont. 2, 8, 73. Et, *Minus dicere*, eſt non omnia dicere, quæ erant dicenda. Plaut. Amph. 1, 2, 17 *Nunc de Alcumena dudum quod dixi minus, Hodie illa pariet.* ¶ 4. *Paullo minus quam privatus*, h. e. fere privatus. v. de talibus Burm. ad Quintil. decl. 12, 18 p. 260. ¶ 5. Ad exceptiones declarandas pertinet, vid. Burm. ad illud Ovid. A. A. 1, 644 *Hac minus eſt una fraude tuenda fides*, h. e. excepta hac fraude. it. Gronov. ad Cic. Verr. 1, 57 *Vt uno minus teſtis haberet Rabonio.*

¶ Quo-mĭnus, id eſt, ut non, damit nicht, auf daß nicht. Ter. Andr. 4, 2, 17 *Ne pater per me ſteriſſe credat, quo minus hæ fierent nuptiæ.* Additur verbis, quæ impedimentum aliquod ſignificant. Vellej. 2, 51, 1 *Mare præſidiis claſſium* (Pompejus) *ſepſerat, quo minus Cæſar legiones poſſet transmittere.* Ibidem: *Cæſar nihil in mora habuit, quo minus & ipſe exercitusque claſſibus perveniret, & primo pœne caſtris Pompeji ſua jungeret.*

Nihilominus, vide infra *Nihil.*

¶ Minuſculus, *a, um*, dimin. a *Minor*; ut, *Minuſcula epiſtola*, Cic. ad Qu. fratr. 3, 1 c. 4 pr. *Minuſcula villa*, Id. Att. 14, 13. *Minuſculus canis* (ſidus) Vitruv. 9, 7.

¶ Minuſculārius, *a, um*; ut, *Minuſcularii aquæductus*, l. 10 C. de æquæductu. conf. Theod. Cod. 11, 28.

¶ Minōro, *are*, minorem facere, mindern, verringern, Vulg. Interpr. 2 Cor. 8, 15. Et, Tertull. de Anima c. 43 *Perit anima, ſi minoratur.* Gloſſ. lat. gr. *Minoro*, ἐλαττόω.

¶ Minorātus, *a, um*, gemindert, verringert, eſt in Pandect. l. 10 de ſervis export. *quos minorato pretio vendidit.* Conf. Tertull. adv. Iudæos c. 14; & de Corona c. 14. Chryſologus ſerm. 76 *Cur homo minoratum Deum in carne judicat.*

¶ Minoratio, *onis*, f. ſtatus minor, die verringerung, Fulgent. ad Donat.

¶ Minorennis, *e*, pro minor annis, unmündig, minderjährig.

¶ Mĭnĭmus, *a, um*, ſuperl. der kleinſte, geringſte, minſte. Plaut. Sticho 1, 2, 63 Ταυτολογία ridicula *e malis multis, malum quod minimum eſt, id minimum eſt malum.* Id. Epid. 2, 2, 110 *Quanti emi poteſt minimo*, wie theuer auf das nächſte. Sed, *Minimus natu*, Cic. de Orat. 2, 14, der jüngſte. Sic, *Minimus filius*, Juſtin. 42, 5, 6; cui n. 2 opponitur *adultus. Minimo me provocat*, ſcil. digito, Hor. 1 ſat. 4, 14. ¶ 2. Superlativum ex ſuperlativo Græcorum more format Arnobius 5 p. 160 & 166 *Digitorum minimiſſimus.*

¶ Minimum, *i*, n. abſolute eſt minima particula, das kleinſte, geringſte, geringſte. Cic. de Amic. c. 13 *Vt quisque minimum firmitatis habet, minimumque virium*, am wenigſten. Id. de Senect. c. 13 *Quod in eo genere minimum eſt.* conf. Id. Acad. 1, 7; Petron. c. 113; Lucret. 1, 748.

¶ Mĭnĭmum, adverb. wenigſtens, zum wenigſten. Apul. in Floridis: *Eodem die in paleſtra adeo vehementer talum inverti, ut minimum abfuerim, quin articulum defringerem*, daß es wenig fehlte es hätte ꝛc. Nepos 10, 1, 2 *Corporis dignitas non minimum commendat.* Petron. c. 3 *Minimum in his exercitationibus doctores peccant.* Varr. R. R. 1, 5 *Singulæ minimum in binas dividuntur ſpecies.* Ibid 2, 1 *Ita ſunt omnes partes minimum octoginta & una.* Pro eo vulgo dicunt *ad minimum.*

¶ Minime, adv. mit nichten, keinesweges. *Spectaculum minime gratum*, Liv. 1, 25. *Vt quisque minime multæ ſtipendia habuerat*, Liv 31, 8. *Quo quam minime multi ex illis de iſtius nefario ſcelere audire poſſint*, Cic. 1 Verr. *Minime mirum eſt*, Ter. Hec. 2, 1, 23, id eſt, non, nequaquam. *Minime gentium*, bey leib und leben nicht, Idem Eun. 4, 1, 11, pro eo, quod eſt omnium gentium judicio minime eſſe faciendum, uti Feſtus explicat. ¶ 2. *Minime* ſæpius pro *minimum* poni apud Columellam, obſervat Geſnerus in Lex. ruſt.

¶ Minimopĕre, adv. wenigſtens. Licinius apud Priſcianum: *Non minimopere milites quietes volebant eſſe.*

¶ Minuo, *ui, ūtum, ĕre*, μειόω, μινύθω, extenuare, detrahere, gering machen, verkleinern, ſchwächen. *Minuere laborem*, Ter. prolog. Heaut. v. 42; & Phorm. 5, 8, 24. *Hoccine erat, quæ noſtros fructus minuebat, vilitas?* Cic. Att. 11, 7 *Hoc ipſo minuis dolorem meum, quod ut minuas, tam valde laboras. Minuere religionem*, Cornel. Nep. 17, 4, 8; id eſt, violare. *Auctoritatem alicujus minuere*, id eſt, elevare, eines anſehen verringern, verkleinern. Ita *Majeſtatem Pop. R. minuere*, Cic. de Orat. 2, 39. *Minuere ſumtus*, &c. Idem fam. 3, 8. Liv. 21, 52 pr. *Conſul vulnere minutus*, h. e. debilitatus. v. Gronov. qui Livium illud *minutus* a Græcis accepiſſe notat. ¶ 2. Pro omittere, deſinere, veteres poſuere: Ter. Andr. 2, 3, 18 *Neque tu ea cauſſa minueris hæc, quæ facis.* Et Phorm. 2, 2, 88 *Minue vero iram*, i. e. deſine iraſci. Ita Lucret. 2, 1027 *Quod non minuant mirarier omnes Paullatim.*

¶ Minuens, *tis*. Ovid. Met. 4, 295 *Studio minuente laborem.* Intranſit. Cæſ. B. G. 3, 12 *Rurſus minuente æſtu*, i. e. ceſſante, deſinente, im ablaufen. Pallad. Febr. t. 24 *Minuente luna*, i. e. decreſcente, im abnehmen.

¶ Minūtus, *a, um*, parvus, klein, gemindert; ut, *Fruges minutæ*, Cic. Verr. 3, 7. *Piſciculi minuti*, Ter. Andr. 2, 2, 32. *Minutioris eſt curæ*, Quintil. 8, 6, es iſt eine kleinigkeit. *Minuta diligentia*, Cic. Orat. Part. 17. *Animalia minutiora*, Tertull. adv. Marc. 2, 14 pr. conf. Lucret. 4, 343. *Minutiſſimi ictus*, Suet. Vitell. c. 17. *Minutiſſimæ animantes*, Gell. 14, 1. ¶ 2. De animo etiam dicitur. Cic. fin. 1, 18 extr. *Alii minuti & angufti, omnia ſemper deſperantes*, kleinmüthig. Alias ad contemtum pertinet. Cic. divin. 1, 30 *Minuti Philoſophi*, & Brut. c. 73 *Minuti imperatores.* vid. *Puſillus.*

¶ Minutŭlus, *a, um*, ut, *Minutulæ quæſtiones*, Macrob. Sat. 7, 3. *Minutule literæ* Vopiſc. in Tac. c. 11. *Pueri infantes minutuli.* Plaut. prologo Pœnuli v. 28.

¶ Minutularius, *a, um*, sehr gering. Augustin. de C. D. 7, 4 *Minutularii vectigalium conductores*, zöllner. v. ibi Coquei.

¶ Minūte, adv. in minutas partes, zu kleinen bißgen. *Dens aratri minute diffindit humum*, Colum. 2, 4. Comparat. & Superl. quoque inveniuntur. Quintil. 5, 14 *Minutius & scrupulosius scrutari omnia*. Cato R. R. c. 107 *Quam minutissime per cribrum cernere*. Colum. 12, 28 *Commolere minutissime*. Metaph. Cic. orat. 36 pr. *Vt quidque erit dicendum ita dicet, nec satura jejune, nec grandia minute*.

¶ Minūtim, idem. Colum. 4, 14 *Minutim soli terga convertere*, das erdreich zerkrümeln. Conf. Gell. 17, 8; Apic. 3, 13, & 8, 8; Cato R. R. c. 123.

¶ Minutatim, id est, perexigue, sparsamlich. Cic. Att. 16, 1 *Perexigue & γλισχρῶς præbere, id est minutatim*; cui ibi opponitur *abunde, affatim*, nisi tamen *minutatim* glossema est. ¶ 2. Item in minutissimas particulas, stückweise, allmählig, nach und nach; ut, *Minutatim addere aut demere*, Cic. Acad. 4, 16. Et Senec. ad Marciam c. 8 *Tristitiam etas minutatim eximet*. Virg Georg. 3, 485 *Ossa minutatim morbo collapsa trahebat.*,

¶ Minutia, *æ*, f. pars minutissima, ein klein stücklein. Sen. epist. 91 *Attritu grana franguntur, donec in minutiam frequenter tvita redigantur*, bis sie ganz klein werden.

Minutia gens, v. *Minucia* p. p.

¶ Minuties, *ēi*, f. die kleinigkeit. Arnob. 6 p. 204 *Palmarum in minutiem contrahi*. Apul. Met. 9 p. 195 *Ad summam minutiem contero*. Idem lib. 11 *In minutiem redire*.

¶ Minutio, *ōnis*, f. die verkleinerung, minderung; ut, *Capitis minutio*, Gell. 1, 12, hoc est, diminutio dignitatis & status prioris. Et Tertull. de Spectac. c. 22 *Damnant ignominia & capitis minutione*. vid. *Diminutio*. *Sanguinis minutio*, Veget. Mulom. 1, 17, 13 it. 1, 28, 1 h. e. venæ sectio.

¶ Minutal, *ālis*, n. condimenti genus ex rebus minuatim concisis, zerhackte speise. Iuvenal. sat. 14, 128 *Hesternum solitus medio servare minutal Septembri*. Conf. Martial. 11 epigr. 32. ¶ 2. Plural. *Minutalia*, res minutæ, kleinigkeiten. Tertull. de Anima c. 32 *Cultices, formicæ, tineæ, & hoc genus minutalia*. Idem de Habit. mul. c. 6 *Lapillos, qui cum auro superbiam jungunt*, vocat *terræ minutalia*. Et Marc. Emp. 8 *Minutalia ferri vetustia*. Adde Petron. c. 47.

¶ Minutālis, *e*, adject. klein; ut, *Minutalia regna*, Tertull. adv. Marc. 1, 4.

¶ Minuisco, *ĕre*, weniger werden. Auson. Ephemer. sub fin. *Profugi minuiscunt crimina somni.*

¶ Minutilŏquium, *i*, n. Tertull. de Anima c. 7 *Micas de minutiloquio Aristotelis inferri*, h. e. subtilibus disputatiunculis.

Composita cum præpositione &c.

¶ Commĭnuo, *ĕre*, verringern, zerstücken. *Frangere & comminuere*, Cic. Offic. 2, 11. Et, *Comminuere vires ingenii*, Ovid. Pont. 3, 3, 34, id est, exhaurire, debilitare, schwächen. Cic. pro Quint. c. 6 *Nullum officium tam sanctum est, quod non avaritia comminuere atque violare soleat*. Idem ad Attic. 4, 3 *Re familiari comminuti sumus*, wir sind herunter gekommen.

¶ Comminūtus, *a, um*, zerbrochen, geschwächt; ut, *Annulus comminutus*, Cic. Verr. 4, 25; &, *Opes civitatis comminutæ depressaque*, Idem Verr. 5, 37. Adde Stat. Silv. 1, 6, 73.

¶ Comminutim, adverb. in kleine stücklein. Apicius 4, 4 *Comminutim concisa*.

¶ Demĭnuo, & Diminuo, *ĕre*, (vid. quæ supra de confusis *de* ac *di* observata sunt) in partes minutas confringere & attenuare, verringern, schmälern, abkürzen; item zerbrechen. Plaut. Truc. 2, 7, 10 *De mina una diminui modo quinque nummos*. Ter. Eun. 4, 7, 33 *Diminuam ego caput tuum hodie, nisi abis*, ich will dir den kopff zerdreschen. conf. Plaut. Men. 2, 2, 30. & Most. 1, 3, 109. *Detrahere & diminuere de re aliqua*, Cic. de Invent. 2, 10, abkürzen, abbrechen. Et, *De bonis alicujus diminuere*, Idem ad Qu. fratr. 1, 2. *Fortitudinem nemo desiderabit ex aliqua parte deminui*, Sen. de Ira 1, 13. ¶ 2. Interdum idem quod alienare, entäuffern, quod copiose docet Pareus Lex. Crit. p. 332.

¶ Demĭnūtus, & Diminutus, *a, um*, geschwächt, geschmälert; ut, *Deminuta potentia*, Cæs. B. G. 1, 18. *Copiæ diminutæ*, ibid. 7, 31. Secundum Festum *Deminutus capite* appellatur, *qui civitate mutatus est; & ex alia familia in aliam adoptatus; & qui liber alteri mancipio datus est; & qui in hostium potestatem venit; & cui aqua ignique interdictum est*. Cic. de Clar. Orat. c. 1 *Interitu talis auguris dignitatem nostri collegii diminutam dolebam*, daß unserm collegio ein grosses abgegangen. *Diminutum quicquam ex regia potestate*, Liv. 2, 1, ubi Gronovius *deminutum*: alii *diminutum*. *Diminuto fœnore*, Suet. Aug. c. 41. Hinc compar. Tertull. adv. Marc. 2, 9 *Transire in aliquam diminutiorem qualitatem*.

¶ Diminutio, *ōnis*, f. die verkleinerung, schwächung, der abbruch. *Diminutio civium*, Cic. Catil. 3, 10; & *libertatis*, de Lege Agrar. 2, 7. Idem Offic. 2, 21 *Ne de bonis privatorum publice diminutio fiat. Diminutio facta de imperio*, Servius ad Cic. fam. 4, 5. *Diminutio capitis* apud ICtos est status mutatio, quarum *maxima* libertatem ipsam; *media* statum civitatis salva libertate; *minima* familiæ tantum jura perimit. vid. tituli Inst. & Pand. de hac re.

¶ Deminutivus, & Diminutivus, *a, um*, verkleinerlich; ut, *Diminutiva vox*, Tertull. Apolog. c. 32. conf. Grammat.

¶ Diminutive, adv. idem, apud Charisium lib. 1. Sed etiam apud Ascon. procem. act. in Verr. Macrob. Sat. 5, 21; Vlpian. D. 36 t. 1 l. 16.

¶ Demĭnōro, vel Diminoro, *a.* pro deminuere, verkleinern, verunehren. Idem Tertull. de anima c. 33 *Diminoratur illic ille, &c.*

¶ Deminoratio, *ōnis*, f. die verkleinerung. Vulg. Interpr. Sirac. 22, 3.

¶ Immĭnuo, *ĕre*, attenuare, verringern, geringer machen, contrarium verbo amplificare. *Damnosa quid non imminuit dies?* Horat. 3 od. 6, 45. *Imminuere auctoritatem suam*, Cic. Attic. 1, 18, sein ansehen schwächen. *Imminuere alicujus laudem*, Idem fam. 9, 14, einen verkleinern. *Imminuere virginem*, i. e. violare, Apul. Flor. lib. 2. *Nec pudicitiam mihi quisquam imminuit*, Plaut. Cist. 1, 1, 90.

¶ Imminūtus, *a, um*, gemindert, verkürtzet; ut, *Attenuatum atque imminutum bellum expectatione Pompeji*, Cic. pro Lege Manil. c. 11. Et, *Cupiditas imminuta atque debilitata*, Idem Phil. 12, 3. *Imminutum & amputatum corpus*, zerstümmelt, Sen. epist. 9. Hinc compar. *Imminutior*: Solinus c. 3 *Cum modus intercalandi interdum fieret imminutior, interdum auctior*. ¶ 2. Est etiam idem ac *non minutus*, ungekränckt, ungemindert, Paul. ICt. l. 44 pr. ff. de bonis libert. *Undique patronus suum jus habeat imminutum.*

¶ Imminutio, *ōnis*, f. die verringerung, schmälerung; ut, *Imminutio dignitatis*, Cic. fam. 3, 8. Ausonius in Cent. Nupt. primum cum uxore congressum *imminutionem* vocat, quod tum virginitas imminuatur

¶ Octominutalis, *e*, quod octo minutos argenteos valet. Lamprid. Alex. Sev. c. 22 *Octominutalis carnis libra*. v. ibi Casaub. & Salmas.

¶ Perminuo, *ĕre*, unde esse videtur quibusdam

¶ Perminūtus, *a, um*. Cic. Tusc. 2, 13 *Omnia bona corporis & fortunæ perexigua & perminuta*, sehr gering und sehr klein. Sed castigatiores libri simpliciter *Minutum* exhibent.

MĪNOS, *Minois*, m. Μίνως, rex Cretensium, Iovis & Europæ filius, qui Cretensibus primus leges dedit, quas ex antro patris se proferre simulavit ad firmandum imperium; Lactant. 1, 22. Videatur Platonis *Minos*, & Nicolaus Damascenus de moribus gentium in Cretensibus, & ex recentioribus Dan. Huetius Dem. Evangel. Suet. Tib. c. 70 *Quo primum die post excessum Augusti, curiam intravit, quasi pietati simul ac religioni satisfacturus, Minois exemplo, thure quidem ac vino, verum sine tibicine, supplicavit: ut ille olim in morte filii.* Iudex idem animarum apud inferos. Cic. Tusc. 1, 5 *Inexorabiles judices apud inferos sunt, Minos & Rhadamantus*. Etsi autem tres judices sunt apud inferos, *Minos, Æacus & Rhadamantus* duo fratres, Minos tamen præcipuus est, & si quid cæteris ambiguum, ipse dijudicat. Sed & solus aureum sceptrum gerit. Virg. Æn. 6, 432 *Quæsitor Minos urnam movet; ille silentum Conciliumque vocat, vitasque & crimina discit.* ¶ 2. Hujus nepos cognominis, Lycastis ex Ida filius, de quo Brouckh. ad Prop. 3, 18, 25.

¶ Minōis, *ĭdis*, f. patronym. id est, filia Minois, Ariadne. Ovid. Met. 8, 174 *Protinus Ægides raptu Minoide, &c.*

¶ Minōĭus, *a, um*, adject. ut, *Minoia Creta*, Lucan. 3, 163. Et Virg. Æn. 6, 14 *Dædalus, ut fama est, fugiens Minoia regna.*

¶ Minōus, *a, um*, idem. Ovid. in Ibin v. 509 *Si tua contigerit Minoas puppis arenas.*

¶ Minotaurus, *i*, soboles ex Pasiphaë, Minois uxore, & Tauro ejusdem amasio: Virg. Æn. 6, 24 seq. & Catull. 65, 76. Vti biforme monstrum describitur, cui Athenienses quotannis septem ex suis liberis devorandos miserint, donec Theseus occiderit, quem Ariadne amavit. Servius interpretatur, Taurum fuisse scribam Minois, cum quo Pasiphaë congressa gemellos pepererit, alterum Minoi, alterum Tauro similem, & inde fabulam fuisse de Minotauro. v. Plut. in Theseo, Ovid. Heroid. 10, & de arte am. 2, 24. De Minotauro in nummis v. Ez. Spanh. diss. 5 p. 284 sq.

MINTHA, *æ*, f. Cocyti filia, Plutonis pellex, quam Proserpina in herbam sui nominis commutavit. Sed rectius *menta* dicitur, ubi vid.

MINTRIO, *ire*, vel Mintro, *āre*, pfiffern wie eine maus. Aut. Philom. v. 61 *Mus avidus mintrit*, al. *mintrat.*

MINTVRNÆ, *arum*, f. pl. oppidum in Campaniæ finibus ad Lirim flavium, inter Sinuessam & Formias, habens paludes, in quibus Marius Sullam fugiens delituit. v. Horat. 1 epist. 5, 4. Lucan. 2, 424. Iuvenal. sat. 10, 276. Liv. 10, 21.

MINVCIA gens Romæ, ut perpetuo hoc nomen in nummis scribitur; lapides & libri interdum *Minutia*. Gentis hujus nomen est v. g. apud Cic. Verr. 1, 45.

¶ *Minucii* plures celebres. v. g. Magister equitum Fabii Dictatoris, ad quem ille apud Silium 7, 387 *Si factis nondum, Minuci, te cauta probare Erudiit fortuna meis*, ubi Heinsi. & Drackenb. de orthographia videndi. ¶ 2. Alius, de quo Luca. 6, 126 *Quam Minuti castella vocant, & confragg densis &c.* ¶ 3. Nobilissimus autem præter multos alios est *Minucius Augurinus* is, qui post Melianam cædem *pretium farris ad assem redegit*, vario honore propterea affectus, de quo Plin. 18, 3. Liv. 4, 16. Hic est, a quo nomen habere videtur

¶ Minucia, *Minutia*, vel *Minitia*, *æ*, f. quæ erat locus Romæ in Circi Flaminii regione, auctoribus Rufo & Victore, ubi frumentum dividebatur populo. Quæ enim de Deo quodam *Minutio* dicunt auctoritate plane carent. vid. Lipsi. El. 1, 8; Scal. ad l. 5 Manilii, & Popma ad Cic. Att. 3, 6, ubi *via Minuciæ mentio est, a porta Minucia* dictæ, quæ per Sabinos Brundusium ducebat. Ejusd. viæ Horatius meminit 1 ep. 17, 20 *Brundusium Minuci melius via ducat an Appi*. Ita enim leg. cum Bentlejo & Cuningamo. al. *Numici, &c.*

Minuisco, Minuo, *ĕre*, vide paullo ante in *Minor*.

MĪNŬRIO, *ire*, est tenui & deducta voce canere, proprieque dicitur de avibus minoribus, girren, singen wie die vögel. Veteres Glossæ: *Minurit*, μινυρίζει. Sidon. 2 epist. 2 *Philomelam* (quam volupe est audire) *inter frutices sibilantem, Prognem inter asseres minurientem!* Spartianus *minurire* palumbum proprium tradit in Antonin. Geta c. 5. Sed Salmasius mavult dibilem legere *Minarriunt.*

¶ Minūrītio, *onis*, f. avicularum cantus, der vogelgesang, apud Cic. de Orat. 1, 59, ut eum locum feliciter restituit Turnebus Adverf. 1, 12. Festus: *Minuritiones minorum sunt avium cantus.*

Minu-

Minutal, minutia, minutus, &c. vide *Minuo* in *Minor*.

MĪNȳÆ, *arum*, m. pl. Argonautæ, Iasonis socii. De ratione appellationis Servius ad Virg. eclog. 4, 34. *Socii Iasonis appellati sunt* MINYÆ, *vel ab agro hujus nominis Colchorum*: (leg. *Iolciorum*) *vel quod multi ex quadam* Minya *nati Iasoni se conjunxerunt: vel quod* Minya *Iasoni materna avia fuerit.* Sed ipse Apollonius 2, 233 proavum maternum facit. Nam Clymenen, quæ Iasonis avia materna fuit, vocat μινυηΐδα, i. e. ut scholiastes explicat, *Minyæ* filiam. Sed idem alia quoque, partim inter se pugnantia de eodem refert ex variis auctoribus v. g. Pherecydes Orchomeni, seu potius Neptuni & Hermippes filium facit *Minyam*, qui Orchomeni in urbe habitavit, unde Orchomenii dicti sint *Minyæ*: Demetrius Scepsius Minyas appellari dicit πάντας τὺς περὶ τὸν Ἰωλκὸν οἰκοῦντας. Vid. Heinf. ad Ovid. met. 4, 1.

¶ Minyas, *æ*, m. Orchomeni filius Thebanus, de quo modo dictum. Hic cum omnes mortales suæ ætatis opibus superaret, primus omnium gazophylacium construxisse dicitur. v. ex Pausania Cæl. Rhodig. 20, 25.

¶ Mīnȳēĭdes, *um*, f. pl. (vel, ut perperam alii volunt, *Mīnēĭdes*,) Minyæ filiæ, in vespertiliones transformatæ, eo quod Bacchi sacra spernerent, Ovid. Met. 4, 31 & 425. Quarum una ibidem v. 1 *Alcithoë Minyeias* in sing. dicitur.

¶ Minyeĭus, *a, um*, adj. Argonautarum epitheton; ut, *Minyeia proles*, Ovid. Met. 4, 386. *Minyeia manus*, Val. Flacc. 1, 706.

MINYANTHES, *æ*, m. trifolii genus, flce, Plin. 21, 9 & 21.

Mirabilis, miraculum, mirificus, &c. vide *Miror*, Mirappius, *Myrappius*.

MIRMILLO, (Myrmillo) *ōnis*, m. pl. *Mirmillones*, gladiatorum genus, quibus origo e Gallis. vide Lipsi. 2 Saturn. 2, 10. Cic. L. Antonium *gladiatorem* & *mirmillonem* sæpe vocat Phil. 6. Vetus Scholiast. Iuvenal. 8, 199 *Mirmillo armaturæ Gallicæ nomen, ex pisce inditum, cujus imago in galea fingitur.* Adde Valef. in Ammiani 23 extr. p. 385.

¶ Mirmillonium, *i*, n. genus armaturæ Gallicæ.

¶ Mirmillōnĭcus, *a, um*. Festus: *Myrmillonica scuta dicebant, cum quibus de muro pugnabant.*

MĪROR, *atus sum, ari*, proprie est commoveri re aliqua nova, sich verwundern. *Magnopere miror*, Cic. Acad. 4, 19 *Miror, te ad me nihil scribere*, Pompejus Domitio sub Att. 8, 12. *Mirari se ajebat, quod non rideret haruspex, haruspicem cum vidisset*, Cic. de Divin. 2, 24. Conf. Drackenb. ad Liv. 2, 54. Ipse Cic. Att. 10, 5 *Satis miror hominis negligentiam non queo*: Idem de Orat. 2, 14 *Illud jam mirari desino, quod multo magis ante mirabar.* Et, *Mirabar hoc si sic abiret*, Ter. Andr. 1, 2, 4, es nahm mich wunder. ¶ 2. Virg. Æn. 8, 517 *Primis & te miretur ab annis*, hoc est, tuas virtutes primum miretur, deinde imitetur: Servius MIRETVR; *imitetur*: Lucan. 9, 807 *Miratorique Catonis, id est*, IMITATORI. *Optima enim ingenia necesse est, ut ea, quæ mirantur, imitentur.* Idem Lucanus 3, 106 *Superos mirata vetustas*, id est, imitata. Val. Flaccus 1, 68 *Te parvos lituos, & bella loquentem Miretur: sub te puerilia tela magistro Venator ferat.* ¶ 3. Nonnunquam significat in deliciis habere, cum voluptate & delectatione intueri. Sallust. Cat. c. 11 *Insuevit exercitus Pop. Rom. vasa cælata mirari*, i. e. in deliciis habere. ¶ 4. Aliquando hoc verbum non simplicem admirationem significat, sed effectum aliquem: quando videlicet blanditiæ & adulationi inservit: cujus proprium est alios mirari. Cicero in Paradoxis: *Loquitur ad voluntatem: quicquid denunciatum sit, facit; assentatur, assidet, miratur.* Idem de Divin. 2, 2 *Neque ita aut adulatus aut miratus fortunam sum alterius, ut me mei pœniteret.* Apud Græcos quoque θαυμάζειν abjecti animi verbum ac servile esse Casaubonus ad Theophrastum περὶ ἀρεσκείας observat. Huc ref. Martial. 13 epigr. 2 *Se mirari.* ¶ 5. *Mirari*, pro nescire, ignorare, in illo Plaut. prol. Aul. v. 1 *Ne quis miretur qui sim, paucis eloquar*, Donatus accipit: quem vide ad Ter. Andr. 4, 4. conf. Voss. 4 Instit. Orat. c. 7 n. 5 p. 122. ¶ 6. *Miro*, active Varro apud Nonium 7, 105, dixit: *Hospes, quid miras? &c.* Et, Pomponius apud eumdem 7, 56 *Si studium mirabis diu.*

¶ Mirans, *tis*. Virg. Georg. 4, 363 *Domum mirans genitricis.* Id. Æn. 6, 854 *Atque hæc mirantibus addit.*

¶ Mirandus, *a, um*, admiratione dignus, wunderbarlich, wundernswerth. Cic. fam. 15, 8 *Mirandum in modum gaudeo. Mirandum in modum concupiscere*, Idem Att. 9, 7. Et, *Quæ mihi minime miranda acciderunt*, Idem fam. 3, 10, darüber ich mich nicht wundere. *Hæc Æneæ miranda videntur*, Virg. Æn. 1, 498.

¶ Miratus, *a, um*, der sich verwundert hat. Horat. 4 od. 9, 14 *Aurum vestibus illitum mirata.* Virg. Georg. 3, 49 *Miratus prærnia.* conf. ecl. 6, 61. ¶ 2. Passive apud Iuvencum 3, 58 *Mirata virginis arte.*

¶ Mirātus, *ūs*, m. subst. die verwunderung; ut, *Miratu digna*, Senec. epist. 94 p. 452.

¶ Miratio, *ōnis*, f. idem. Cic. de Divin. 2, 22 *Cauſſarum ignoratio in re nova mirationem facit.*

¶ Mirator, *ōris*, m. ein verwunderer. Prop. 2, 139 *Non ego sum formæ tantum mirator honestæ.* Ovid. met. 4, 641 *Sive es mirator rerum.* Martial. 10 epigr. 87 *Mirator veterum senex avorum.* Adde Lucan. 9, 807 *Mirator tantum sui*, Senec. Vit. Beat. c. 8.

¶ Miratrix, *īcis*, f. ut, *Miratrix turba*, Iuvenal. 4, 62. Senec. Hippolyto v. 742 *Fama mirati ix senioris ævi.* Et Lucan. 4, 654 *Famosa vetustas Miratrixque sui.*

¶ Mirabundus, *a, um*, admirans. Liv. 3, 38 *Plebs mirabunda.* Id. 4, 33 *Quum utramque mirabundam in se aciem vertisset.* Curt. 9, 9, 26 *Vnde tantum rediisset subito mare? -- mirabundi requirebant.*

¶ Mirābilis, *e*, mirandus, dignus miratione, wunderbar, wundersam. *Mirabile dictu*, Cic. Paradox. 5, 1. *Mirabilem in modum*, Idem lib. 5 ad Attic. epist. 13. Lucretius lib. 2, 1026 *Nil adeo magnum, nec tam mirabile quicquam Principio, quod non minuant mirarier omnes Paullatim. Mirabilis cupiditas*, C. Nep. 1, 5, 1 vehemens, ingens. Cic. de Amic. 13 *Nam quibusdam, quos audio sapientes habitos in Græcia placuisse opinor mirabilia quædam h. e.* παράδοξα. Cic. de Orat. c. 18 *Tum Catulus: Quo mirabiliora fecisti, eo me major exspectatio tenet.* Liv. 9, 18 *Mirabilior es, quam Alexander.* Sen. epist. 9 *Quanto hic mirabilior vir.* Vellej. 2, 52, 4 *Nihil illa victoriâ mirabilius.* Columell. 6, 36 *Mirabilissima soboles.*

¶ Mirabiliter, adverb. wunderlich, wundersehr. Cic. fam. 11, 14 pr. *Mirabiliter, mi Brute, lætor, mea consilia, measque sententias a te probari*, es ist mir eine wundergrosse freude. Idem 4, 13 *Familiares ejus mirabiliter de te & loquuntur & sentiunt*, i. e. præclare, honorifice. Nepos 10, 10, 2 *Mirabiliter mutata voluntas.* ¶ 2. Comp. *Mirabilius*, Cic. de Orat. 1, 21; & Orat. part. c. 5.

¶ Mirabilitas, *ātis*, f. das wundersame. Lactantius 7, 4 *Mirabilitas operum.* Nonius 8, 53, & Nizolius etiam Ciceroni tribuunt in Offic. c. 11, ubi aliis est *Admirabilitas.*

¶ Mirăcŭlum, *i*, n. θαῦμα, res miranda, quæ admirationem afferre potest, quasi sit contra naturam, ein wunderwerck, eine wunderthat. Plinius 10, 52 *Generatio avium simplex esse videtur, cum & ipsa sui habeat miraculum.* Liv. 25, 9 *Vigil incautius miraculo magnitudinis in eos, qui ferebant* (aprum prægrandem) *versus.* Ædificia quædam & moles admirandas, *Miracula mundi* vocat Plinius; ut, *Mausoli monumentum, Obeliscos, Pyramides Ægyptias, Labyrinthos, Hortos pensiles, Templum Dianæ Ephesi, Lapidem fugitivum, Ædificia quædam sine clavo, &c.* vide ipsum 36, 12 seqq. Virg. Georg. 4, 441 de Proteo: *Omnia transformat sese in miracula rerum*: i. e. in monstra, in lauter ungeheuer, interprete Nonio 12, 15.

¶ Miracula, *æ*, f. turpe scortum, *a miris, id est, monstris.* Varro de L. L. 6, 3 ex Plauti Cistell. conf. Taubm. ad Plaut. p. 1465. Festus: *Miracula, quæ nunc digna admiratione dicimus, antiqui in rebus turpibus ponebant.*

¶ Miraculose, adverb. wunderlich, legitur apud Augustinum.

¶ Mīrio, *ōnis*, m. qui admiratur omnia, inque iis stupet, der maul und nase aufsperret. Tertull. de Præscript. c. 1 *Solent isti miriones ædificari in ruinam.* Varro de L. L. 6, 3 ex Accio probat, *personas distortis oribus & deformes miriones*, dici.

¶ Mirus, *a, um*, mirabilis, admiratione dignus, seltsam, wunderbar. Cic. fam. 2, 10 *Me mirum desiderium tenet urbis, incredibile meorum*, ich habe wunderarosz verlangen nach der stadt. Plaut. Amph. 1, 1, 127 *Mira sunt, nisi invitavit sese in cœna plusculum*, es solte mich wundern, wenn er nicht. Ter. Andr. 3, 4, 19 *S. Vbi nunc est ipsus? D. Mirum, ni domi est*, es ist viel. Idem Eun. 2, 3, 52 *Mirum, ni hanc dicit, modo huic, quæ data est dono.* Eodem modo Plaut. Bacch. 3, 3, 46 *Mira sunt, ni &c.* Alibi Plautus subjunxit particulam *quin* ut Amph. 2, 2, 118 *Miram, quin te adversus dicat.* ¶ 2. Gisanio in Indice Lucretiano videtur hoc nomen in remotiore quadam significatione posuisse veteres; ut, pro *novo*, item *egregio*, Lucretium: pro *tristi* ac *duro* Cic. & Plaut. vide ipsum. ¶ 3. Formulæ, *Mirum quam, Mirum quantum*, vim augendi habent. Liv. 1, 16 *Mirum, quantum illi viro, nuntianti hæc, fides fuerit.* v. Drack. ad Sil. 6, 620. ¶ 4. *Mira & miracula*, inquit Nonius 12, 15, veteres pro monstris, vel horrendis ponebant, ungeheure wunderbare dinge; ut, *Nimia mira memoras*, Plaut. Amph. 5, 1, 53. *Mira ausus*, Vellej. 2, 61, 1. *Minime mirum tibi debet videri*, Cic. fam. 10, 31, du darfst dich nicht wundern. *Non, nec mirum*, es ist kein wunder, Idem. ¶ 5. Compar. *Mirior, mirius*, Festus ex Titinnio, & Nonius 2, 515 ex Varrone attulerunt.

¶ Mire, adverb. wunderlich, überaus. Ter. Heaut. 5, 1, 25 *Tuus Syrus mire finxit filium.* Cic. Att. 16, 11 *Puero municipia mire favent.* Sen. epist. 11 *Pudor illum mire decuit.*

¶ Mirĭficus, *a, um*, wunderschön, wundergroß. *Mirificam cepi voluptatem*, Cic. fam. 3, 11. *Agere gratias mirificas alicui*, Cic. Att. 14, 13. *Cæsaris pueri mirifica est indoles virtutis*, idem ad Brutum epist. 3, läst sich wunderfein an. ¶ 2. *Mirificissimum*, Terent. Phorm. 5, 6, 32, fiete; At veriore forma Augustinus de Civ. Dei 18, 42 pr. *Post Alexandri Macedonis mirificentissimam, minimeque diuturnam potentiam.*

¶ Mirifice, adv. admirabiliter, sehr, über die massen. *Te ab eo mirifice diligi intelligebam*, Cic. de Nat. D. 1, 21. Et, *Mirifice aliqua re delectari*, Cic. fam. 2, 11. *Studiis mirifice deditus*, Idem de Orat. 1, 13. Nec tantum de lætioribus rebus, sed de tristibus etiam usurpatur. Cic. Att. 6, 3 *Mirifice conturbatum vidi puerum.*

¶ Mirificentia, *æ*, f. die bewunderung. Chrysolog. serm. 63 *Mirabilium mirificentiam esse pervidemus.*

¶ Mirifĭco, *are*, mirabilem facere, wundersam machen. Eugenius Toletanus carm. 9 *Gestis & athletam mirificare suum.* Tribuunt etiam Plauto Amph. 2, 2, 46, sed MSS. *rumificant*: v. Lambinum: Nonius *rumiferant.*

Composita:

¶ Admīror, *atus sum, ari*, sich verwundern. Cic. Att. 6, 9 *Admiratus sum brevitatem tuæ epistolæ.* Idem Acad. 4, 36 *Diodorum & admiror & diligo*, hoc est, veneror, suspicio, ich halte viel von ihm. Ter. Eun. 2, 2, 19 *Eorum ingenia admiror sæpe.* Et, *De Dionysio sum admiratus*, Cic. Att. 9, 12. ¶ 2. Pass. ex veteribus aliquis ap. Priscia. 8 --- *Turpe est propter vestimentorum vestimentorum admirari, & propter turpissime actam vitam contemni.* ¶ 3. Quod *ammiror* interdum scribitur, v. g. Hygi. fa. 29; Gell. 4, 8 & 5, 14, illud librariis forte tribuendum.

¶ Admirans, *tis*. Nepos 2, 10, 1 *Rex animi magnitudinem admirans.* Adde Virg. Æn. 2, 297; & 6, 408: Cic. de Orat. 1, 20.

¶ Admirandus, *a, um*, admiratione dignus, wundernswürdig. Nepos 24, 3, 4 de Caton. historiis: *In iisdem expositi, quæ in Italia Hispaniisque viderentur admiranda.* Sic Lipsius libros suos *de magnitudine Romana* ADMIRANDORVM nomine inscripsit. conf. Virg. Georg. 4, 3. Superl. Salvian epist. 8 *Admirandissimi juvenes.*

¶ Admiratio, *ōnis*, f. die verwunderung. Cic. Off. 2, 14 *Magna est admiratio copiosè sapienterque dicentis*, man bewundert ihn. Idem fam. 5, 12 *Varii casus habent admirationem.* Et de Fin. 4, 17 *Quid habent admirationis, si propius accesseris*, was iſt wunderswerth daran? *Afficere admiratione*, Idem Offic. 1, 10. *Movere maximam admirationem alicui*, Idem Phil. 10, 2. Et, *In maxima admiratione pinus est*, Plin. 16, 26, ſie iſt ſonderlich wunderns-werth. Apulej. de Deo Socratis: *Parit enim conversatio contemtum*; *raritas conciliat ipsa rebus admirationem.* Et Nepos 11, 3, 1 *Ipso adspectu cuivis injecit admirationem sui*, i. e. reverentiam. Pluraliter Vitruvius 7, 13 *Non minores sunt, quam ceterarum naturæ rerum considerantibus admirationes.*

¶ Admirātor, *ōris*, m. ein bewunderer; ut, *Antiquitatis admirator*, Quintil. 2, 5. Et Seneca epiſt. 94 ſub fin. *Irritamentum est omnium, in quæ insanimus, admirator & conscius.*

¶ Admirābilis, *e*, admiratione dignus, wunderbar, wunderſam; ut, *Res nova & admirabilis*, Cic. de Divin. 2, 28. *Vir admirabilis in dicendo atque in omnibus artibus*, Id. de Orat. 1, 2. Et, *Admirabilis ac singularis sapientia*, Id. ad Cæſ. ſub Att. 9, 10. *Admirabile fuit in eo*, Nep. 17, 7, 3, i. e. inſigne ad gloriam. *Tractatio rerum efficit admirabiliorem orationem*, Cic. in Orat. c. 35. Et, *Magnitudo populi Rom. admirabilior prope adversis rebus, quam secundis fuit*, Liv. 22, 37 pr. ¶ 2. *Admirabilia* interpretatus eſt Cicero, quæ apud Græcos Stoici παράδοξα appellabant. Ipſe de Fin. 4, 27 *Hæc παράδοξα illi* (Stoici) *nos ADMIRABILIA dicamus.* Idem Paradox. præf. *Quæ quia sunt admirabilia, contràque opinionem omnium, ab ipsis etiam* (Stoicis Græcis) *παράδοξα appellantur.* Et Paradoxo 4 *Nec hoc tam res est, quam dicto inopinatum atque mirabile.*

¶ Admirabiliter, adverb. idem. Cic. de Nat. D. 2, 53 *Mundus consilio admirabiliter gubernatur.* Eidem Tuſc. 4, 16 *Admirabiliter dicere παραδόξως* eſt.

¶ Admirabilitas, *atis*, f. Et hoc nomine Cicero uſus eſt: ut, *Admirabilitas cœlestium rerum*, de Nat. D. 2, 36 pr. die wunderliche beſchaffenheit. Et Offic. 2, 11 pr. *Hæc animi despicientia admirabilitatem magnam facit.*

¶ Demīror, *ari*, valde mirari, ſich ſehr verwundern. Ter. Heaut. 2, 3, 121 *At hoc demiror, qui tam facile potueris persuadere illi.* conf. Phorm. 1, 5, 5. Et Plin. 31, 6 *Homerum calidorum fontium mentionem non feciſſe demiror.*

¶ Demiratus, *a*, *um*, active Gell. 1, 17 *Xantippes intemperies in maritum Alcibiades demiratus, interrogavit &c*, conf. 20, 10.

¶ Demirandus, *a*, *um*. Gell. 16, 18 *σπάνια facit multa demiranda.*

¶ Demiratio, *onis*, f. apud Mart. Capellam.

¶ Demirabundus, *a*, *um*, apud Auguſtinum.

¶ Emīror, *ari*, pro demirari. Horat. 1 od. 5, 8 *Emirabitur. insolens.*

¶ Permirabilis, *e*, ſehr verwunderlich. Auguſtinus de Geneſi ad litter. c. 10 *Immo vero id ipsum permirabile est, cum &c.*

¶ Permirandus, *a*, *um*, idem; per tmeſin Gell. 3, 6 *Per hercle res miranda.*

¶ Permīrus, *a*, *um*, valde mirus, überaus wunderlich. Cic. fam. 3, 10 *Illud permirum mihi accidit.* Idem de Orat. 1, 49 *Per mihi mirum visum est.*

MIS, genitivus antiquus pro *mei* ab *ego*. Ennius apud Priſcian. lib. 13 *Ingens cura mis.* conf. Plaut. Capt. 3, 5, 107; & Trin. 4, 1, 3.

MISANTHRŌPOS, *i*, m. μισάνθρωπος, olor hominum, ein unleutſeliger ſauertopff, menſchenfeind, qualis *Timon* ille fuiſſe legitur de quo ſ. l. Cic. Tuſc. 4, 11 *Odium in hominum universum genus, quod accepimus, de Timone, qui μισάνθρωπος appellatur.*

MISARGYRĪDES, *æ*, m. ex μισέω ὠδί, vel *horreo*, & ἄργυρον, *argentum*, quaſi *argenti-oſor*, ironice pro avaro trapezita, cui hoc nomen tribuitur apud Plautum Moſt. 3, 1, 41, ein geld-verächter.

Miſcellaneus, miſcellus, vide in ſequenti *Miſceo*.

MISCEO, *miſcui*, *miſtum* & *mixtum*, *miſcēre*, μίγνυμι, permiſcere, temperare, confundere, mengen, vermengen, miſchen. *Qui alteri miſceas multum, ipſe non ſitiens*, Cic. de Fin 2, 5. *Miſcere vinum aquâ*, Plin. 7, 56. *Omnia turbare & miſcere*, das unterſte zu oberſt kehren, Cic. de Aruſp. reſp. c. 22. *Omnia armis tumultuque miſcere*, krieg und lermen anrichten, Vellej. 2, 74, 3. *Animorum motus aut judiciis, aut populo dicendo miſcere*, Cic. de Orat. 1, 51. De conſtructione hæc cum ablat. Bur. ad Ovid. Faſt. 6, 170. *Cum amico omnes curas, omnes cogitationes tuas miſce*, id eſt, communica, confer Sen. epiſt. 3. *Severitas miſcenda comitati*, Liv. 8, 36, ubi Gronovius mavult, *comitate*. Conf. eum ad Senecæ Epiſt. 90. Sed, *Mare cælo miſcere*: *Miſcere ſacra profanis*, das hunderte ins tauſende werfen, Horat. 1 epiſt. 16, 54. vide Chil. Sic &, *Miſcere ſumma imis*, Vellej. 2, 2, 3. ¶ 2. Non infrequenter auctores de turbatoribus & perambitionem ac impotentiam res novas molientibus uti ſolent. Nepos de Pauſania 4, 1, 3 *Victoria elatus plurima miſcere cœpit, & majora concupiſcere.* Cic. pro Milone c. 9 *Quando ille plura miſcebat?* Phædrus 1, 3, 2 *Procax libertas civitatem miſcuit.* Vellej. 2, 86, 3 *Miſcere ſe partibus.* ¶ 3. Idem de architectis fraudum & deceptionum: Ter. Heaut. 4, 4, 33 *Ita tu iſthæc tua miſceto; ne me admiſceas.* Itaque nos diceremus: braue, koche, wie du wilſt; menge mich nur nicht darein. ¶ 4. Vſurpatur & in re Venerea. Virg. Æn. 7, 661 *Miſta Deo mulier.* Sulpic. Sever. Hiſt. S. 1, 1 *Socero miſta eſt.* Cic. de Divin. 1, 29 *Corpus cum matre miſcere.*

¶ Miſcens, *tis*. Phædr. 1, 29, 10 *Hoſti dolorem damno miſcens ſanguinis.* Virg. 12, 205 *Vis tellurem diluvio miſcens.*

¶ Miſtus, & Mixtus, *a*, *um*, gemengt, gemiſcht; ut, *Amor voluptate & moleſtia miſtus*, Cic. de Vniverſ. c. 12. *Miſtus candore rubor, ea mixta ex diſſimilibus erant*, Cic. Nat. D. 1, 27. Lucret. 1, 866, *Miſtu ſanguine.* conf. 1, 775; &c. Atque idem 6, 377 *Mixto humore.* conf. 2, 466 & 470, &c. Superl. Vellej. 2, 98, 3 *Mores vigore ac lenitate mixtiſſimi.*

¶ Miſtim & Mixtim, adverb. unter einander. Suet. Tib. c. 33 *Aſſidebat miſtim* Lucret 3, 567 *Per venas & viſcera mixtim.*

¶ Miſtus & Mixtus, *ūs*, m. ſubſt. die vermiſchung. Colum. 6, 37 *Avitus color primordii ſanguinis miſtu redditur nepotibus.* Tertull. vel potius Cyprian. Geneſ. c. 2 *Mixtu gemino ſubſtantia.*

¶ Miſtio & Mixtio, *ōnis*, f. idem. Vitruv. 1, 4 *Aliam mixtionem habet.* Et paullo poſt: *Amaræ mixtiones.* Quæ vox apud eumdem frequentius occurrit. v. Andr. Borrich. Vindic. p. 50. In quibusdam locis alii *Miſtio* legunt. Et ſic Pallad. 1, 34 *Funes ſparteos hoc genere miſtionis inducere.* Id. Novemb. t. 7 *Cineris miſtione terra ſoluta.*

¶ Miſtūra, *æ*, f. idem. Quintil. 6, 3 *Frequentiſſima aliorum generum cum aliis miſtura eſt.* Varr. apud Nonium 8, 58 *Miſtura immoderata.* Lucret. 2, 976 *De rerum miſtura dicere.*

¶ Mixtūra, *æ*, f. idem. Plin. 37, 6 *Cuncta pariter incredibili mixtura lucentia.* Adde Lactant. 2, 9; & Arnob. 2 p. 79.

¶ Mixtārius, vel Miſtarius, *i*, m. vas, quo vinum, aqua, vel alia miſcemus, crater. Lucil. apud Nonium 15, 30 *Vrceus aut longa geminus miſtarius anſa.*

¶ Mixtītius, *a*, *um*, vermiſcht. Hieron. in Ierem. c. 25.

¶ Mixtix, *icis*, ſociabilis, geſellig. Petron. Fragm. Trag. p. 17 c. 45 *Non eſt Mixtix.* Reineſius in h. l. p. 66 mavult *mixtilis* legere

¶ Miſcellāneus, *a*, *um*, gemiſcht. Gell. 20, 11 *Varia, miſcellanea, & quaſi confuſanea doctrina. Æra miſcellanea*, ex variis metallis mixta & confuſa, ut *Corintòia* erant; de quibus copioſe in Fragm. Petronii Tragur. c. 50 p. 33 diſſeritur, ibique *miſcellanea* vocantur. *Opus miſcellaneum*, in quo variæ res commixtæ tractantur. Apul. 3 de A. A. ſub init. *Nec mora, cum magna irruptione patefactis ædibus, magiſtratibus eorumque miniſtris & turbæ miſcellaneæ cuncta completa.* ¶ 2. Subſtantive Iuvenalis 11, 20 *Veniunt ad miſcellaneu ludi.* Vbi *miſcellanea* Vetus Scholiaſtes interpretatur cibum gladiatorum, ſic dictum, quòd omnia, quæ apponuntur eis, miſceant, & ſic mandúcent. Sed *Miſcellanea*, ludi genus Iuvenalis appellat, quod ita dictum, quia ad nullum certum genus ludorum, ſeu argumentum ſpectet, ſeu apparatum ſcenæ, referri poſſet. *Ludos miſcellos* Suetonius vocat Calig. c. 20. Vbi vide Torrent. itemque Scalig. 5 de Emendat. temporum p. 449.

¶ Miſcellus, *a*, *um*, aliud adjectivum: ut, *Ludi miſcelli*, i. e. mixti, de quibus paullo ante ex Suetonio l. c. *Miſcellum genus columbarum*, Varro de R. R. 3, 7. *Miſcellæ vites*, Id. 1, 54.

¶ Miſcellio, *ōnis*, m. Apud Feſtum *Miſcelliones* appellantur, *qui non certæ ſint ſententiæ, ſed variorum mixtorumque judiciorum ſint*

¶ Miſcipulo, *are*, zwiſchern. Gloſſ. lat. gr. *Miſcipulat*, ποππύζει.

Compoſita:

¶ Admiſceo, *ēre*, einmiſchen, mit einmengen; ut, *Verſus admiſcere orationi*, Cic. Tuſc. 2, 11. Et Ter. Heaut. 4, 5, 35 *Ita tu iſthæc tua miſceto, ne me admiſceas.* Et ibidem 5, 2, 22 *Ne te admiſce, nemo accuſat Syre te*, menge dich nicht drein. Cic. Phil. 12, 7 *Ego ad id conſilium admiſcear? in hac legatione ſim?* Idem de Vniverſo c. 3 *Deus bonis omnibus mundum explevit, mali nihil admiſcuit.* Nemeſia. Cyn. 206 *Acidos Bacchi latices Tritonîde olivæ Admiſcere.*

¶ Admiſtus, & Admixtus, *a*, *um*, eingemiſcht. Cic. de N. D. 2, 10 *Aqua admiſto calore liquefacta.* Idem de Senect. c. 21 *Animus non habet in ſe quidquam admiſtum, &c.*

¶ Admixtus, *ūs*, m. ſubſt. die vermiſchung. Macrob. Saturn. 2, 1 *Honorem Dei nullo admixtu voluptatis augemus.*

¶ Admiſtio, *ōnis*, f. & Admixtio, idem. *Admiſtione corporis liberatus*, Cic. de Senect. c. 22 *Sine admiſtione terreni*, Pallad. 1, 5.

¶ Commiſceo, *ēre*, in einander vermengen. Plaut. Rud. 2, 6, 3 *Aliquid cum altero commiſcere*, etwas mit dem andern zu thun haben. Cic. pro Marcell. c. 2 *Nunquam temeritas cum ſapientia commiſcetur*, ſie ſtehen nicht beyſammen. Sen. epiſt. 7 *Populo commiſceri.*

¶ Commixtus & Commiſtus, *a*, *um*, vermiſcht. Lucret. 6, 1154 *Commiſta gemitu querela.* Virg. Æn. 9, 76 *Commixta favilla.* Idem Æn. 6, 762 *Italo commixtus ſanguine.*

¶ Commixtim, adv. zuſammen, zugleich. Modeſt. ICt. l. 2 § 9 ff. de Excuſat. *Qui habet commixtim tres curatorias & trés tutelas.*

¶ Commixtio, *ōnis*, f. die vermiſchung. Gloſſ. Vet. *Commixtio*, κύμα. Et Firmicus: *Commixtionis moderatio.*

¶ Commixtūra, *æ*, f. idem. Cato R. R. c. 157 *Quæ vocatur ſeptembona, in commixturam natura omnia hæc habet braſſica.* Vid. Geſn.

¶ Commiſcuus, *a*, *um*, vermiſcht. Gloſſ. gr. lat. κοινὸς, *commiſcuus.*

¶ Commiſcibilis, *e*, vereinbarlich. Tertullian. de Anima c. 12 *Commiſcibilis animus.*

¶ Emiſcens, *tis*, quaſi eſſet ex emiſceo. Manil. 5, 245 *Vinâ Hauriet emiſcens*, ut legit Scaliger, qui interpretatur ξωρότερον κεράσας.

¶ Incommiſcibilis, *e*, qui commiſceri non poteſt. Ibidem: *Simplex & incommiſcibilis animus.*

¶ Immiſceo, *ēre*, darein mengen, einmiſchen. *Immiſcere ſe aliorum colloquiis*, Liv. 21, 32, in anderer geſpräche ſich mengen. *Immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti, culpa eſt*, Pompon. 36 de diverſ. Regul. Iur.

¶ Immiſtus, & Immixtus, *a*, *um*, eingemiſcht; ut, *Immiſti turbæ militum togati*, Liv. 3, 50. conf. 10, 28. ¶ 2. Item, non mixtus, ungemiſcht. Auſon. epigr. 20, 12 *Potare immixtum ſueta merumque merum.*

¶ Immixtim, adv. mit unter. Plaut. Aul. 2, 3, 12 *Mœrorem metuo ne immixtim bibam.* Alii aliter.

¶ Intermiſceo, *ēre*, mit untermengen. Liv. 4, 56 *Turbam indignorum candidatorum intermiſcendo dignis.* Virg. ecl. 10, 5 *Doris amara ſuam non intermiſceat undam.*

¶ Intermiſtus, & Intermixtus, *a*, *um*, untermiſcht; ut, *Intermiſti hoſtibus*, Liv. 10, 20. Iuſtin. 2, 8, 3 *Intermixtis mulieribus.* Et Scrib. Largus Compoſ. 207 *His adjectis & intermixtis.*

¶ Permiſceo, *ēre*, confundere, durch einander mengen, ut, *Permiſcere cum materia*, Cic. de Vniverſ. c. 7. Et, *Suas ſordes permiſcere cum clariſſimorum virorum ſplendore*, Idem in Vatin. c. 5.

¶ Permiſtus, & Permixtus, *a*, *um*, vermiſcht. Salluſt. Bell. Iug. c. 44 *Lixæ permiſti cum militibus.* Et c. 46 *Cum his permixti velites.* Horat. 1 od. 1, 23 *Lituo tubæ permiſtus ſonitus.* Cic. pro Plancio c. 38 *Fructus magnâ acerbitate permiſtos tuli.* conf. Pallad. Nov. t. 7. Et

Tac.

Tac. An. 3, 38, 2 *Alicujus conſiliis permixtus*, unter einer Decke liegend. Adde 4, 40, 7; & Hiſt. 1, 2, 1.

¶ Permiſte, & Permixe, adverb. idem. Cic. de Invent. 1, 30 *Partes confuſe & permixte dispersimus* conf. Gell 17, 7

¶ Permiſtim vel Permixtim, idem; Prudent. in Hippolyto v. 192. *Permiſtim* eſt luſtin. inſtit. 9 3 de Legatis.

¶ Permiſtio, & Permixtio, *ōnis*, f. die vermiſchung Cic. de Univerſ. c. 12 *Permixtionis reliquiæ*. Et Salluſt. B. Iug. c 41 extr. *Permixtio ſervæ*. Vitruv. 2, 6 *In unam permixtionem fervent mi*. Macrob. Somn. Scip. 1, 6 *Numerorum permixtio*. Et Apul. 1 Dogm. Plat. ſub fin. *Intemperans & intemperata permixtio animal ceteri exitio corrumpit*, ein übel temperament.

¶ Impermixtus, *a, um*, unvermiſcht. Ambroſius epiſt. 2 p. 72 *Sapientia impermixta atque incorrupta*.

¶ Præmiſceo, *ēre*, unde participium

¶ Præmixtus, *a, um*, vorher gemiſcht. Apicius 4, 5 *Olera præmixta compones*.

¶ Promiſceo, *ere*, vermiſchen. Macrob. Somn. Scip. 1, 6 *Elementa naturæ communionem abnuentia promiſceri*. al. *permiſceri*.

¶ Promiſcuus, *a, um*, confuſus, incertus, untereinander, ohne Unterſcheid. Salluſt. Catil. c. 12 *Divina atque humana habere promiſcua*, eins halten, wie das andere, für einerley halten. *Connubia promiſcua*, Liv. 4, 2, unordentliche heyrathen. ¶ 2. Veteres & *Promiſcus* dicebant. Gell. 16, 13 *De hujus opinionis tam promiſcæ erroribus*, &c. conf. Parei Lex. Crit. p. 1000.

¶ Promiſcue, & antique promiſce, gemenget, gemein, ohne unterſcheid, ordnung, zucht. *Pecudum ferarumque ritu promiſcue in concubitus ruere*, Liv. 3, 47. Gell. 20, 10 *Indiſtincte atque promiſcue annotatum*. Iterum Liv. 1, 43 *Suffragium eodem jure promiſcue omnibus datum eſt*.

¶ Promiſcam, id eſt, *promiſcue*, apud Feſtum. Et ita Plaut. Pſeud. 4, 5, 11 *Vt mea lætitia lætus promiſcam ſiet*.

¶ Promiſcarus, *a, um*, idem ac *promiſcuus*, & ita vulgo legunt illud Varronis apud Nonium 2, 112 *Dum vixi, promiſcaris meis in cortibus pavit*. Sed hexameter erit, ſi legas *promiſcam, me is* &c.

¶ Impromiſcuus, *a, um*, ungemengt, iedes beſonders. Gellius 1, 7 *Verbum liberum undique & impromiſcuum*. Item 12, 4 *Suavitas impromiſca*. Vtraque enim & hic forma valet, *impromiſcuus* & *impromiſcus*, ſicut in ſimplici *promiſcuus* & *promiſcus* dicimus.

¶ Rēmiſceo, *ēre*, wieder menagen, wieder miſchen. Seneca epiſt. 71 p. 265 *Animus naturæ ſuæ remiſcebitur*, hoc eſt, in ſideriam naturam redibit, ſi manſurus poſt mortem non eſt. Et Horatius Arte Poëtica v. 151 *Atque ita mentitur, ſic veris falſa remiſcet*. Hinc

¶ Remixtus, *a, um*, vermiſcht; ut, *Venenum remixtum cibo*, Seneca de Conſtant. c. 7. Et, *Remixto corpore*, Paulinus 6 Natali Felic. v. 80.

¶ Submiſceo, *ere*, drunter mengen. Vnde

¶ Submiſtus, *a, um*, untermengt. Tibullus 3, 4, 88 *Scyllaque virgineam canibus ſubmiſta figuram*.

MISĒNVS, i, m. Æneæ fuit rubicen, Æoli filius, a quo & Æolides dictus eſt, quia ſonus omnis vento creatur. Virg. Æn. 6, 164 *Miſenum Æolidem, quo non præſtantior alter, Ære ciere viros, Martemque accendere cantu*.

¶ Miſenum, *i*, n. promontorium Campaniæ prope Cumas, nomen habens ab Æneæ rubicine, ibi ſepulto. Silius 12, 155 *Nec non Miſenum ſervantem Idæa ſepulcro Nomina, ſcilicet videt*. ¶ 2. Subter promontorium egregius portus, Flor. 1, 16, 4, atque ibi claſſis Romana ad tutelam inferi maris ab Auguſto collocata fuit, ut Suetonius ejus vita c. 49 refert. vide & Vegetium. Huic claſſi Plinius præfuit ut ex ſororis filio, Plinio Secundo conſtat lib. 6 epiſt. 16. ¶ 3. *Miſenum* quoque oppidum, juxta portum, Plin. cit. loco.

¶ Miſenenſis, *e*, denominativum; ut, *Villa Miſenenſis*, Phædr. 2, fab. 6. *Claſſis Miſenenſis*, Tac. Hiſt. 3, 56. Et *Miſenenſes*, incolæ Miſeni oppidi.

¶ Miſenates, *ium*, m. iidem incolæ dicti Veget. de Re milit. 4, 31.

MĪSER, *a, um*, calamitoſus, ærumnoſus, infelix, afflictus, flebilis, elend, arm, mühſelig. Cic. pro Plancio c. 34 *Ego miſeris & laborantibus negare nihil poſſum*. Lucan. 8, 535 *Nulla fides unquam miſeros elegit amicos*. Et, *Miſeros convicia non decent*, Iuſtin. 14, 4, 4. Plin. pan. 515 *Miſer ambitionis* int. cauſa, h. e. miſere ambitioſus. Cic. Att. 11, 3 extr. *Provide ei, de qua ſcis me miſerrimum*, h. e. miſere ſolicitum *ſe*. *Fortuna miſerrima noſtra eſt*, Ovid Triſt. 3, 11, 71, wir ſind in elendem ſuſtande. Martial. 11 epigr. 57 *Fortiter ille facit, qui miſer eſſe poteſt. Miſerrima eſt fortuna, quæ inimico caret*, Publius. Miſeri gratioſi, etiam quos injuriæ inviſos faciunt. conf. Bernegg. ad Suet. Cæſ. c. 12, & ad Iuſtin. 27, 2 not. p. 378. Per gradationem Plaut. Capt. 3, 1, 1 *Miſer homo eſt, qui ipſe ſibi quod edit quærit, & id egre invenit: Sed ille eſt miſerior, qui & egre quærit, & nihil invenit: Ille miſerrimus eſt, qui cum eſſe cupit, quod edit non habet*. ¶ 2. Ter. Eun. 5, 2, 4 *Miſerrimus ſui fugitando*, i. e. fatigatus, laſſus & languidus ſum, dum fugio, ut Donatus interpretatur. ¶ 3. *Aliquem miſerum habere*, eit affligere, moleſtiam exhibere alicui. Plaut. Ciſt. 2, 2, 1 *Anum ſectatus cum clamore per vias, miſerrimam habui*. Cic. fam. 14, 7 *Omnes moleſtias & ſollicitudines, quibus te miſerrimam habui*. Compar. Cic. Tuſc. 1, 14 *Vitam efficere deplorando miſeriorem*. Hirtius Bell. Gall. 8, 7 *Miſeriore ac duriore conditione decertare*. ¶ 4 De ſuperſtitioſis peculiariter adhibetur. Ter. Heaut. 4, 1, 36 *Vt ſtultæ & miſeræ omnes ſumus religioſæ*. Plin. 2, 12 *Et miſera hominum mente abſoluti, in defectibus ſcelera aut mortem aliquam fideruin pavente*. ¶ 5. *Miſeri* ac *Seri* miſcentur a librariis, vid. Drakenb. ad Sil. 4, 401.

¶ Miſerum, adverbialiter apud Virgilium Æn. 6, 21.

¶ Miſellus, *a, um*, diminut. armſelig. Cic. Att. 3, 23 extr. *Ciceronem meum, cum nihil miſello reliqui poſſet præter invidiam & ignominiam nominis mei, fuere quoad potueris*, dem armen Kinde verlaſſe nichts, als ꝛc. Idem fam. 14, 4 *Illius miſellæ & matrimonio, & famæ ſerviendum eſt*. Lucret. 4, 1089 *Spes miſella*.

¶ Miſerālus, *a, um*, aliud diminut. quo Catullus uſus apud Nonium 11, 63 *Anima miſerula*.

¶ Miſere, adverb. jämmerlich, elendiglich. Cic. ad Qu. fratr. 1, 3 pr. *Tua me lætitia, ac non ego te miſere perdidi*. Sed, *Miſere amare, miſere invidere*, id eſt, *valde*, ſterblich verliebt ſeyn, heftig neiden, Ter. Heaut. 1, 2, 16; & Eun. 3, 1, 22. Compar. *Nihil profecto gravius, nihil miſerius, Roma, doluiſti*, Nazarius Paneg Conſtantini c. 4. Et Sen Controv. 5, 34 *Nemo miſerius ſervit, &c*. Superl. Sen. epiſt. 63 *Miſerrime lugent*.

¶ Miſeriter, idem: quod ex Laberio antiquatum, Nonius adfert, & ex Ennio Priſcianus lib. 15. Sed & Catullus carm. 64, 49 *ea triam allocuta eſt ita voce mæſta miſeriter*.

¶ Miſeria, *æ*, f. infelicitas, calamitas, afflictio, das elend, unglück. *Te miſeriæ & arumnæ premunt omnes*, Cic. Paradoxo 2. *In miſeriam naſci*, Id. Tuſc. 1, 5. *In miſerias incidere*, Id. Phil. 2, 10. Et, *Levis conſolatio ex miſeriis aliorum*, fam. 6, 2, daß es andern auch übel gehet, iſt eine ſchlechter troſt. Signa miſeriæ ſummopere miſericordiam ciere ſolent. vide Voſſ. 2 Inſt. Orat. p. 266. ¶ 2. Pro labore ærumnabili Quint. 1, 8 extr. *Perjequi quod quisque unquam contemtiſſimorum hominum dixerit, aut nimiæ miſeriæ eſt, aut inanis jactantiæ*.

¶ Miſeritūdo, *ĭnis*, f. idem. Apud Nonium 2, 521 Accius: *Miſeritudine commovere animum*.

¶ Miſerimōnium, *i*, n. Elendey. Apud Nonium 3, 144 Laberius: *Tibi velitum eſt miſerimonium*.

¶ Miſerĕor, *miſeritus*, & *miſertus ſum, miſerēri*, alicujus miſeria affici, miſericordia moveri, ſich eines erbarmen, jammern, mitleiden haben. *Nil noſtri miſerere*, Virg. ecl. 2, 7. *Miſerere ſupplicum*, Cic. de Invent. 1, 30. Idem ad Attic. 4, 5 *Q. i miſeri mei rebent, non deſinunt invidere*. Et, *miſereri ætatis*, ſcil. ſenectutis, C. Nep. 1, 4, 1, ſubintell. vox *Cauſſa*, ut docet Voſſ. de Conſtruct. c. 27. *Miſeretur* pro *Miſeret*, Turpilius & Pacuvius apud Nonium 7, 80.

¶ Miſĕret, impersonale, ejusdem ſignificationis. Idem enim eſt, *Miſeret me tui*, mich jammert dein, quod *Miſereor tui* Cic. pro Mil. c. 34 *Eorum nos magis miſeret, qui noſtram miſericordiam non requirunt, quam qui eam efflagitant*. Idem pro Ligario c. 5 *Cave te jratrum obſecrantium miſereat*. Mira locutio Ter. Heaut. 4, 5, 1 *Menedemi vicem miſeret me*, quaſi dicat *ob vicem*. Rarius eſt Apul. 8 p. 210 *Sic deprecantis -- totos quidem miſeruit*. ¶ 2. Veteres etiam perſonaliter uſi ſunt *Miſereo*. Ennius apud Nonium 7, 58 *Miſerete anuis*. conf. Heſſel. p. 247. Et Lucret. 3, 895 *Miſeret ipſe ſui*. Adde Menckenii Obſerv. L. L.

¶ Miſereſco, *ĕre*, idem quod *Miſereri*, ſich erbarmen, verbum tragicum pronunciat Scalig. Poët. 4, 17. Virg. Æn. 2, 145 *His lacrymis vitam damus, & miſereſcimus ultro*. Idem Æn. 8, 573 *Arcadii miſereſcite regis*.

¶ Miſereſcit, impersonale, effertur perinde, ut *Miſeret*. Ter. Heaut. 5, 4, 3 *Inopis nunc te miſereſcat mei*, laß dich meiner jammern.

¶ Miſertor, *ōris*, m. quem miſeret. Fortunat. lib. 2 Mart.

¶ Miſĕror, *atus ſum, ari*, eit lacrymis aut verbis dolorem ex alicujus miſeria declarare, deplorare, beklagen, bewemen Cic. Muræn. c. 27 *Non queo ſatis hujus eventum fortunamque miſerari*. Virg Æn. 12, 243 *Tanni ſortem miſerantur iniquam*. Vetus Grammaticus de differentiis rerum: MISEREMVR, *cum eodem tempore & dolet nobis de alicujus cauſſa, & ſubvenimus laboranti*; MISERARI, *conſolari tantum eſt intra affectum doloris*. Talia & apud Feſtum legimus. Poëtæ tamen hæc duo, *miſerari* & *miſereri* plerumque confundunt, & altero utuntur pro altero indifferenter. Virg. Æn. 5, 350 *Me liceat caſum miſerari inſontis amici*, laß mich mitleiden haben. Neque Servius agnoſcit diſcrimen, niſi conſtructionis: cujus verba ad illud poëtæ Æn. 1, 601 *O ſola infandos Trojæ miſerata labores*; hæc ſunt: *Et* MISEROR, & MISEREOR *unum ſignificant: Sed* MISEROR *accuſativum regit*, MISEREOR *genitivum*. conf. Drakenb. ad Sil. 11, 381. Muncker. ad Hyg. p. 158. ¶ 2. Apud Nonium 7, 18 Accius dixit *miſeravent* pro *miſerarentur*.

¶ Miſĕrans, *antis*. Virg Æn. 5, 452 *Miſerans, attollit amicum*. Idem Georg. 2, 499 *Doluit miſerans inopem*.

¶ Miſeranter, adverb erbärmlich. Gellius 10, 3 *Miſeranter dicere*. Venant. Fortunatus 4 de vita Martini v. 114 *Pervenit ut ſenior greſſu miſeranter anhelo*.

¶ Miſĕrandus, *a, um*, jämmerlich, kläglich. Cic. de Provinc. Conſul. c. 3 pr. *Miſerandum in modum milites populi Rom. capti, necati, deſerti, diſſipati ſunt*. Livius 5, 42 *Tanto ante alias miſerandi*.

¶ Miſeratus, *a, um*, der ſich erbarmet hat. Virg. 4 Æn. v. 694 *Iuno longum miſerata dolorem*. Idem 10 Æn. v. 680 *Animo miſerata*. Et Æn. 6, 28 *Regina miſeratus amorem*. Manilius cum gemit. *Inſtantis fati miſeratus*.

¶ Miſeratio, *ōnis*, f. ſignificatio miſericordiæ, qua ex alicujus infelicitate movemur, die erbarmung, beklagung. Cic. de Orat. 2, 47 *Non ſine lacrymis, non ſine dolore miſeratio*. Et in Orat. c. 38 pr. *Miſeratione mens judicum permovenda eſt*, man muß ihnen das herz erweichen, ne mitleidig machen. Idem fam. 5, 12 *Cum quadam miſeratione deleſtat*.

¶ Miſeramen, *inis*, idem; ut, *Parvi miſeramina panis*, Iuvencus 4, 289. Sed alii aliter legunt.

¶ Miſerātor, *ōris*, m. qui opus aliquod miſericordiæ exhibet in eum, cujus miſeretur, ein erbarmer. Onomaſt. *Miſerator*, ἐλεήμων. Iuvenc. 2, 294 *Peccantum largus miſerator Ieſus*. Adde Tertull. adv. Marc. 5, 11; & de Pudicit. c. 2.

¶ Miſeratrix, *īcis*, f. Proſper Aquitanicus de ingratis c. 30 *Et tamen ex illi miſeratrix gratia quosdam liligit*.

¶ Miſerābilis, *e*, erbärmlich; ut, *Caſus miſerabilis*, miſeratione dignus, Cic. de Fin. 2, 20. *Nihil tam miſerabile, quam ex beato miſer*, Idem Partit. Orat. c. 17 *Voces miſerabiles exaudiebantur mulierum*, Liv. 1, 29, klägliche worte. *Cædes miſerabilis*, ibidem

ibidem c. 59, & mox eodem c. *Tricipitino morte filiæ cauſſa mortis indignior & miſerabilior.* Iuvenalis ſat. 9, 6 *Non erat hac facie miſerabilior Creperejus.* ¶ 2. *Miſerabile* pro *miſerabiliter* vide apud Virg. Æn. 12, 338.

¶ Miſerabiliter, adverb. kläglich. Cic. Att. 14, 10 *Cæſar in foro combuſtus, laudatusque miſerabiliter.* Val. Max. 4, 1 extr. 4 *Vitam miſerabiliter exigere.* Et Liv. 45, 42 pr. *Miſerabiliter orbitatem ſuam deflere.* Compar. Sen. 4 excerpt. controv. præf. *Tanto majore impetu dixit, tanto miſerabilius.*

¶ Miſericors, *cordis*, clemens, qui aliena calamitate afficitur, barmherzig, mitleidig. *Miſericordem ſe præbere*, Cic. pro Cæcin. c. 19. *Mitis & miſericors animus*, Id. de Invent. 1, 55 *Miſericordem judicem eſſe non oportet*, Cic. de Fin. 4, 9. ¶ 2. Comparat. Plaut. Rud. 1, 5, 23 *Miſericordior nulla me eſt fœminarum.* Et Auguſtin. Civ. Dei 21, 17 *Sententia tanto verior, quanto miſericordior.* Idem & Confeſſ. 1, 4 *Miſericordiſſime Deus*: & ibidem 6, 8 extr. *Manu validiſſima & miſericordiſſima eripuiſti.* Et Salvian. lib. 2 Gub. p. 54 *Miſericordiſſimo Deo.*

¶ Miſericordia, *æ*, f. ægritudo ex alterius miſeria injuria laborantis: item, generatim ægritudo ex alterius rebus adverſis, das mitleiden, die barmherzigkeit, erbarmung. Cic. pro Ligar. c. ult. *Nulla de virtutibus tuis plurimis, nec gratior, nec admirabilior miſericordia eſt.* Et, *Miſericordia commoveri*, Idem Tuſc. 4, 8. *Miſericordiam alicui impertiri*, Idem ad Brut. epiſt. 12. Et pro Plancio c. 1 *Peto a vobis, ut ei veſtram miſericordiam, me deprecante, tribuatis.* Et pro Milone c. 34 *Implorare & expoſcere alicujus miſericordiam. Confugere in miſericordiam alicujus*, Idem pro Quintio c. 2. Et, *Alienâ miſericordiâ vivere*, pro S. Roſc. c. 50, anderer leute gnade leben. Stoici *miſericordiam*, virtutem eſſe negarunt: v. Senecam de Clementia 2, 4 & 5, itemque Lactantium 6, 10 & 11, qui eos refutat, & hanc in homine ſingularem virtutem agnoſcit. Plaut. Moſt. 3, 2, 14 *Lucri quicquid eſt, id donum trahere oportet, Miſericordias jam habere haud hominem oportet.* ¶ 2. Cæſ. de B. C. 2, 12 *Ejuſdem generis complura ut ab hominibus doctis magna cum miſericordia fletuque pronunciantur.* ubi miſericordia πάθος ſignificat, quod commovere oratores lacrumis etiam ſtudebant. Eodem intellectu Cic. pro Sext. 2 *Doloris* a ſe *partes ſuſceptas* dicit. ¶ 3. *Miſericordiam*, pro eleemoſyna dixiſſe Chriſtianos Scriptores, Def. Heraldus Commentar. ad Tertull. Apol. c. 42 obſervat. ¶ 4. *Miſericordiæ ara.* Heraclidæ ab Euryſtheo poſt Herculis obitum pulſi, cum facile ab Athenienſibus auxilium impetraſſent, aram miſericordiæ dedicarunt Athenis, quæ commune miſeris confugium & aſylum calamitoſorum eſſet. De ea Statius Theb. 12, 481 *Vrbe fuit media, nulli conceſſa potentum Ara Deum, mitis poſuit clementia ſedem, Et miſeri fecere ſacram, ſine ſupplice nunquam &c.* Apul. l. 11 Met. *Multis & variis exantlatis laboribus, magisque fortunæ tempeſtatibus & maximis actus procellis ad portum quietis & aram miſericordiæ tandem, Luci veniſti.* Vide de hac ara plura apud Cæl. Rhodig. Ant. Lect. 6, 17. Livinej. not. ad Panegyr. p. 325. Hugo Grot. de I. B. & P. 2, 21. Barth. ad 12 Theb. Stat. v. 481 p. 1564, & ad Claudian. Bell. Gildon. v. 404. Meurſ. de Ceramico gem. c. 14.

¶ Miſericorditer, adverb. barmherzig. Quadrigarius ap. Non. 11, 11 *Crudeliter ille, nos miſericorditer; avariter ille, nos largiter.* Lactant. 6, 18 *Iuſtus nunquam prætermittet, quo minus aliquid miſericorditer faciat.* Hieronymus ad Auguſtin. epiſt. 89, 5 *Miſelli & miſericorditer deplorandi.* Habet & Auguſtin. epiſt. 5.

¶ Miſerevivium, *i*, n. Itali vocant herbam proſerpinacam, wegtrit, Apul. de Herb. c. 18.

Compoſita cum præpoſit.

¶ Commiſereſco, *ere*, ſich erbarmen. Ennius apud Nonium 7, 37 *Servos & noſtrum imperium, & fidem commiſereſcite.* Ter. Hec. 1, 2, 54 *Ibi demum ita ægre tulit, ut ipſam Bacchidem, ſi adeſſet, credo ibi ejus commiſereſceret*, mit ihm würde mitleiden haben.

¶ Commiſereor, idem apud Gell. 7, 5 & 16, 19.

¶ Commiſeror, *ari*, conqueri, beklagen, bedauern; ut, *Commiſerari fortunam alicujus*, ſcil. ſermone, Corn. Nep. 17, 5, 2.

¶ Commiſcrans, *tis*. Gellius 5, 14 *Murmura dolorem cruciatumque commiſcrantia.*

¶ Commiſerandus, *a, um*, ad Herenn. 4, 55 extr. *Hæc exornatio plurimum prodeſt in amplificanda & commiſeranda re.*

¶ Commiſeratio, *ōnis*, f das mitleiden, die bedauerung; ut, *Commiſerationem brevem eſſe oportet: nihil enim lacrymâ citius areſcit*, Auctor ad Herenn. lib. 2 extr.

¶ Commiſcro, *ōnis*, m. ein elender menſch. Tertull. adv. Marc. 4, 9 *Apud illum ſuum neſcio quem συνταλαίπωρον, i. e. commiſeronem.* Ibid. c. 36 *Commiſerones & condibiles hæretici.*

¶ Immiſerābilis, *e*, qui nullius miſericordia ſublevatur, unbeklagt. Horat. 3 od. 5, 17 *Immiſerabilis captiva pubes.*

¶ Immiſericors, *cordis*, unl armherzig. Cic. de Invent. 2, 36 *Ipſum immiſericordem, ſi perbum fuiſſe.*

¶ Immiſericorditer, adv. unbarmherziger weiſe. Ter. Adelph. 4, 5, 28 *Factum a vobis duriter, immiſericorditerque, &c.*

¶ Immiſericordia, *æ*, f. die unbarmherzigkeit. Liv. 37, 1 *Plus ira quam immiſericordia in cauſſa eorum valebat*; Alii: *Miſericordia.*

MISOGYNOS, *i*, μισόγυνος, ofor mulierum, eſt apud Cic. Tuſc. 4, 11.

Miſſitius, miſſilis, miſſio, miſſito, miſſus, *ūs*, &c. vide *Mitto*, Miſſio, miſſura, miſtus, *Miſceo.*

MĪSŬMĔNUS, *i*, μισούμενος, i. e. inviſus, & quem odere vulgo, ein verhaßter menſch. Comœdia erat Menandri hoc nomine. Vnde Martialis 12 epigr. 214 *Non erit in turba quisquam Miſumenus iſta.* i. e. perſona ejus, qui inviſus ſit.

MĪSY, *yos*, n. *misu*, eſt minerale, ſive ſuccus in metallis concretus, vitriol, Plin. 19, 3; item 34, 11, 12; Celſ. 5, 1 & 6 & 8; item 6, 6.

Mitella, mitellitus, vide *Mitra*, Miteſco, *Mitis.*

MĪTHRAS, *æ*, m. Μίθρας, a Perſis ſol dicitur, teſtibus Xenophonte, Pauſania, Curtio & aliis. Ejus ſimulacrum vultu leonis, cum tiara, Perſico habitu, urit que manibus bovis cornua comprimens; colebatur, in antro quodam. V. vet. Schol. Statii ad v. ult. lib 1 Theb. ubi & allegorice interpretatur. Conf. ibid Barth p. 245. Freinshem. Indice Curtiano, hac voce, & inprimis Briſſon. de Regno Perſ. 2 p. 206. Mart. Capella lib. 2 *Te Serapin Nilus, Memphis venerator Oſirin, Diſſona ſacra Mithram &c.* Nubem auctorum laudat Reinef. Inſcr. Cl. 1 n. 48 p. 93, quibus adde Scip. Maffei differtat. inter miſcellaneas Acad. Cortон. T 1 p. 11. ¶ 2. *Mithras* & funis nauticus eſt, quo navis media vincitur, ut Iſidorus 19, 4 docet. Tertull. de Iona & Ninive v. 44 *Oblaqueare mithram &c.* Ita enim legendum eſt. vid. Roſini Ant. Rom. 10, 20 p. 988.

¶ Mithriaca, *orum*, n. pl. μιθριακὰ, ſacra Mithræ, ſive Solis, de quibus Tertull. de Pallio, Hieron. epiſt. ad Lætam, Iuſtinus Martyr Apol. 2 pro Chriſtianis, & Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p. 117 & 333.

¶ Mithrax, *ācis*, f μίθραξ, gemma variis coloribus contra ſolem refulgens. Plin. 37, 10; ubi & *Mitrax.*

¶ Mithridax, *ācis*, f. eadem gemma. Solin. c. 50 *Mithridax ſole percuſſa coloribus micat variis.*

MITHRĪDĀTES, *is*, m. Μιθριδάτης, vel potius Μιθραδάτης per a in ſecunda ſyllaba. Sed propterea in Latino nihil mutandum, ut neque in *Agrigentum, Maſſilia, Catina*, ex Ακραγας, Μασσαλια, Κατανη. v. Spanh. de uſu num. diſſ. 2 p. 125. Nobiliſſimus autem fuit hoc nomine rex Ponti *Eupator* cognominatus, qui quarum & vigenti gentium linguas tenuit, & locutus eſt. Gell. 17, 17. Invictum ſe adverſus venena fecit, ſubinde venena bibens. v. Plin. 25, 2. Mart. 5 ep. 76 *Profecit potu Mithridates ſæpe veneno, Tecnica ne pateat ſæva nocere ſibi.* De Mithridate hoc, & ¶ 2. altero *Evergeta*, Rege & ipſo Ponti vid. Spanh. de uſu num. diſſ. 8 p. 481. ¶ 3. Alius *Mithridatis* meminit Nepos in Datame, cui Aſpis a Datame ad regem captivus ducendus traditus fuerat. Notat ibi Lambinus, quod jam e Spanhemio diximus, in nummis antiquis MITHRADATES, non MITHRIDATES ſcribi.

¶ Mithridation, *i*, n. herba a Mithridate reperta, Plin. 25, 6. Apud Gellium 17, 16 *Hujus regis antidotus celebratiſſima Methridatios vocatur.* Adde Scrib. Larg. Compoſ. 194.

¶ Mithridāticus, *a, um*, adject. ut, *Bellum Mithridaticum*, Plin. 2, 105; Salluſt. Catil. c. 39; Martial. 6, 19; Flor. 3, 5, &c. Hinc

¶ Mithridaticum, *i*, n. μιθριδατικὸν, ab hoc Mithridate antidotum appellatum, antidoten wider gift, mithridat. v. Plin. 23, 8 t. 77. Theod. 1069 *Antidotus vero multis Mithridatica fertur Conjeciata modis. Sed Magnus ſcrinia regis Cum raperet victor, vilem deprendit in illis Syntheſin, & vulgata ſatis medicamina viſit, Bis duram rutæ folium, ſalis & breve granum, Iuglandesque duas tenro cum corpore ficus, Hæc oriente die modico conſperſa Lyæo Sumebat, metuens dederat quæ pocula mater.* V. Camerar. Cent. 1 Hor. ſubcif. c. 88.

Mitrifico, mitigo, &c. vide mox in *Mitis.*

MĪTĪLO, *are*, ſingen wie eine nachtigall. Aug. Philom. v. 16 *Matutinali tempore tunc mitilans.*

MĪTIS, *e*, manſuetus, lenis, placidus, gelind, gütig, ſanfft. *Homo mitiſſimus atque leniſſimus*, Cic. Catil. 4, 5. Et, *Patientia dolorem mitiorem facit*, Idem Tuſc. 2, 22 extr. gedult lindert den ſchmertzen. *Exilium mitius*, Ovid. 2 Triſt. v. 185, erträglicher. *Mitiſſima numina*, Id. Triſt. 1, 1, 73. *Mitiſſimus dominus*, Curt. 10, 5, 9. ¶ 2. Vſurpatur & de fructibus: Virg. eclog. 1, 81 *Sunt nobis mitia poma*, mûbe, quod ex maturitate eſt. Vnde & Nonius 4, 306 MITEM, *maturum* interpretatur. Et ita Virgilius *vindemiam mitem* appellavit Georg. 2, 522. Et Curtius 7, 4, 26 *Vitis largos mitesque fructus alit.* Petronius c. 135 *Mitia ſorba Inter odoratas pendebant texta coronas.* Item de terris, quæ teneræ, molles, facilisque culturæ: quibus notis optimam terram deſcribit Plin. 17, 5. Horat. 1 od. 18, 2 *Circa mite ſolum Tiburis & mœnia Catili.* Stat. 3 Silv. ult. v. 79 *Parthenope, cui mite ſolum, &c.* Currius cit. loc. *mitiora ſola*, & n. 30 *mitior terra.* Nec alia ratione Statius *mite Tarentum*, iisdem Silvis dixit 1, 1, 102. ¶ 3. *Mitis & Amicus* confunduntur in MSS.

¶ Mite, adv. ſanfftmüthig, mildiglich. Apul. lib. 10 Met. *Mite connivere.* Compar. *Mitius*, gelinder. Ammian. 14, 1 *Humani cruoris avida nihil mitius quam maritus.* Ovid. Met. 15, 494 *Similes aliorum reſpice caſus; Mitius iſta feres*, i. e. æquiore animo. Et 3 de Pont. epiſt. 7, 29 *Mitius ille perit, ſubita qui mergitur unda*, erträglicher. Cæſ. Bell. Gall. 7, 42 *Cæſar, quam mitiſſime poteſt, legatos appellat.*

¶ Mitiuſculus, *a, um*, etwas gelinder. Cæl. Aurel. Acut. præf. *Febres parvæ & mitiuſculæ.*

¶ Miteſco, *ĕre*, manſuefcere, gelinde werden; ut, *Hiems miteſcit*, Liv. 23, 19. Cic. Tuſc. 1, 28 *Hic ubi nos habitamus*, (in Zona temperata) *non intermittit ſuo tempore cælum miteſcere*, ex Vereri poëta. Et, *Vvæ miteſcunt*, Colum. 3, 1, ſie werden reif. Horat. 1 ep. 39 *Nemo adeo ferus eſt, ut non miteſcere poſſit, Si modo culturæ patientem commodet aurem.* Vellej. 2, 118, 1 *Feritas diſciplina miteſcit.* Ovid. Pont. 2, 7, 79 *Spes quoque, poſſe mora miteſcere Principis iram.*

¶ Miteſcens, *tis*. Plin. 15, 13 *Prunorum velocitas cito miteſcentium.* Liv. 23, 19 *Miteſcente jam hyeme.*

¶ Mitigo, *avi, atum, are*, mitiorem facere, lenire, beſänfftigen, lindern. Cic. Att. 3, 15 *Dolores mitigantur vetuſtate.* Idem pro Cæl. c. 31 *Iam dies omnia, jam res, jam ætas mitigabit.* Et, *Mitigare alicujus animum*, id eſt, placare, Cic. pro Fontejo c. 12, begütigen, beſriedigen, verſöhnen. Idem ad Qu. fratr. 1, 1 c. 7 *Scvritatem acerbam multis condimentis humanitatis mitigare.* Idem Nat. D. 2, 60 *Mitigare cibum*, die ſpeiſe gar machen, kochen. Curt. 6, 3, 8 *Feras beſtias captas & incluſas longior dies mitigat.*

¶ Mitigātus, *a, um*, geſtillet, beſänfftiget; ut, *Mitigatus animus*, Cic. fam. 6, 1; & Curt 5, 3, 1. *Mitigatus hiems*, Idem Curt. 9, 10, 4. Et, *Mitigata feritas*, Idem 5, 5, 16; & Plin. 16, 12.

¶ Mitigātio, *ōnis*, f. die beſänfftigung, linderung, ſtillung. Cic. de Orat. 3, 30 *Omnis ad omnem animi motum & impulſio, & ſi ita res ferret, mitigatio.* Et Aut. ad Herenn. 4, 37 *Licentia, ſi nimium videbitur acrimoniæ habere, mitigationibus lenietur.*

¶ Mitigabi-

¶ Mitigabiliter, adv. gelind. Cæl. Aurel. Acut. 3,4 *Partes mitigabiliter vetavande.*

¶ Mitiganter, idem. Cæl. Aurel. Tard. 5, 1 *Partes mitiganter emollire.* Idem Acut. 1 c. 11 *Cucurbitam occipitio apponere mitiganter.*

¶ Mitigatīvus, *a, um,* ſtillend, lindernd. Cæl. Aurel. Tard. 1, 4 *Mitigativa adhibere.* Idem Acut. 1, 5 *Laxativa & mitigativa curatio.*

¶ Mitigatōrius, *a, um,* idem. Plin. 28, 6 *Contra renum aut lumborum vitia eaque cruciatus, in balineari ſoliis pronos urinam reddere, mitigatorium habet.*

¶ Mitifico, *are,* mitem efficere, gedultig und zahm machen. Plin. 8, 7 *Elephanti capti celerrime mitificantur hordei ſucco.* Gellius 2, 12 *Regere atque mitificare.*

¶ Mitificatus, *a, um,* gelindert, verdäuet; ut, *In omne corpus diviſus & mitificatus cibus,* id eſt, coctus, de Divin. 2, 26.

¶ Mitificus, *a, um,* quod facit vel quod fit mite, gelinde, zahm. Prudent. Hamartig. v. 963 *Mitificos incendia lenta vapores Exhalent.* Idem Tetrathicho 20 *Regia mitifici fulgent inſignia David.* Apulej. de mundo: *Mitificum aliquem facere.*

Compoſita cum præpoſit.

¶ Commītigo, *are,* geſchmeidig machen. Ter. Eun. 5, 8, 4 *Vitiam tibi commitigari videam ſimulatio caput.*

¶ Demitigo, *are,* idem eſt quod *Mitigare.* Cic. Att. 1, 13 *Quotidie demitigamur.*

¶ Immītis, *e,* aſper, unfreundlich, wild, unreiff. *Dolor immitis,* Senec. in Octavia v. 53. *Immite & turbidum cælum,* Plin. Iun. 8 epiſt. 17. Et, *Fructum ferre immitem,* Plin. 13, 4 pr. hoc eſt, ad maturitatem non perducere, unreiffe früchte. Ita Nemeſia. ecl. 2, 6 *Immitis Veneris gaudia carpere,* h. e. inmaturæ in puella acerba. ¶ 2. Crudelis etiam eſt & immiſericors, unqütig, greulich. Manil. 5, 408 *Immitis tortor pœnæque miniſter.* Tac. Ann. 1, 20, 4 *Antiquam duramque militiam revocabat, vetus operis & laboris, & eo immitior, quia toleraverat.* Atque ita etiam de ferocia beſtiarum Plin. 10, 74 *Serpentes, immitiſſimum animalium genus.* Ovid. Met. 13, 804 *Calcato immitior hydro.* Sic & *Immitis mors* non ſolum eſt immatura atque acerba, ſed etiam violenta. *Immiti morte conſumptus,* Tibull. 1, 3, 55. Sic Propertius 4, 12, 13 *Parcas vocat immites.* ¶ 3. *Immitis & inimicus* a librariis confundi, notatum eſt ſub *Amicus.*

¶ Immitigābilis, *e,* greulich, unabläßig; ut, *Immitigabilis ardor,* Cæl. Aurel. Tard. 4, 3, 33.

¶ Permitis, *e,* valde mitis, ſehr gelinde, gantz reiff; ut, *Sorba non permitia,* Colum. 12, 41.

¶ Præmītis, *e,* valde mitis, idem. Venant. Fortunatus 3 carm. 12, 37 *Horrea præmitis melius tua condita ſervans.* Iuvenc. 3, 636 *Præmitis terga aſinæ* dixit.

MĪTRA, *æ,* f. μίτρα, vocabulum barbarum, quo capitis ornamentum aut pileus ſignificatur, quo Mæonii primum uſi ſunt. Hinc *Mæoniam mitram* Virg. dixit Æn. 4, 216, eine mütze, ein biſchoffs-hut. Fuit fœminarum & meretricum *Mitra* proprie, itemque mollium. Vide ad illum locum Virgilii Servium, & Iſidorum 19, 31, Mercerum ad Alexandri Neapol. Geniales ſermones p. 424, Paſſeratium ad Propertium, itemque Salmaſ. ad Hiſt. Auguſt. p. 390; & in Exercit. Plinian. p. 263 & 392; & Græevium in Lectionibus Heſiodeis c. 25.

¶ Mītella, *æ,* f. dimin. Virg. in Copa pr. *Copa Syriſca caput Græcâ redimita mitellâ.* Cic. pro Rabir. poſt. c. 10 *Nobiles adoleſcentes & quosdam etiam ſenatores, non in hortis, ſed in celeberrimo oppido cum mitella ſæpe videmus.* Et Apul. 7 Met. p. 191 *Mitella textili contecto capite.* ¶ 2. Pro *faſcia* Celſus 8, 10 *Brachium involutum mitellâ commodiſſime excipitur.*

¶ Mitellītus, *a, um,* ornatus mitellis ſive coronis fericis: ut, *Mitellita cœna,* Suet. Ner. c. 27, id eſt, in qua præbebantur convivis mitellæ, ut interpretatur Salmaſius. Sed neque contemnendi, qui legunt *mellita,* h. e. dulciarii operis. Probat certe hanc lectionem ipſe Græevius.

¶ Mitrŭla, *æ,* f. dimin. aliud. *Alba mitrula lineatus ſerpens,* die eine weiſſe crone hat, apud Solinum c. 27 (al. 40) de baſiliſco. vid. Salmaſ. loc. cit.

¶ Mītratus, *a, um,* mit einer mütze bedeckt; ut, *Mitrata capita,* Solin. c. 33. *Arabes mitrati degunt,* Plin. 6, 28. Et, *Mitratum caput,* Sidon. carm. 9, 204.

¶ Semimitra, *æ,* f. dimidiata mitra, eine halbe mütze. Vlpian. l. 25 § 10 Dig. de auro arg. & mund.

Mitrax, vide *Mithrax,* Mittix, *Mitto.*

MITTO, *miſi, miſſum, mittĕre,* ſchicken, ſenden, abfertigen; ut, *Mittere legatos, litteras,* Nepos 2, 6, 4; & 8, 6, 1. Ter. Andr. 3, 2, 34 *Miſſa ancilla illico obſtetricem accerſitum ad eum. Mittere oratores petitum pacem,* Liv. 1, 15. Et, *Mittere in conſilium judices,* eſt dimittere ad conſultandum, Cic. pro Cluent. c. 30, quod eleganter ad Deos adhibet Plin. Paneg. ad Trajanum c. 67. Sed, *Mittere ſanguinem,* zur ader laſſen, das blut ſpringen laſſen, Cic. Att. 6, 1. Et Celſ. 2, 10 *Sanguinem inciſa vena mittere, novum non eſt.* ¶ 2. *Mittere* aliquando κατ' ἐξοχήν eſt legatos mittere. Nepos 2, 2, 6 *Miſerunt Delphos conſultum, quidnam facerent de rebus ſuis.* Phædrus 1 fab. 3, 22 *Alium rogantes regem, miſere ad Iovem.* Tac. Hiſt. 1, 74, 3 *Ruſus ad utrumque Germanicum exercitum, & ad Legionem Italicam &c. ſpecie Senatus miſit.* ¶ 3. Simili ellipſi mittere eſt ἐπιστέλλειν, ſcribere, mittere literas. Nepos 25, 20, 1 *Quin Attico mitteret, quid ageret.* Cic. Att. 9, 14 pr. *Cæſarem ad ſe miſiſſe hoc exemplo.* v. Græv. ¶ 4. Aliquando pro *dimittere* ponitur. Ita enim *mittere noxiam* Terentius dixit Eun. 5, 2, 13. ¶ 5. Sic & *omittere* interdum ſignificat: ut apud Horatium haud ſemel, fahren laſſen, unterlaſſen. Ter. Andr. 5, 4, 1 *Mitte orare.* Et, *Mitte iram,* id eſt, *omitte,* Id. Hec. 5, 2, 14. *Quin mittimus ambages,* hoc eſt, miſſas facimus, Liv. 34, 58. *Mittite male loqui,* Ter. Andr. 5, 3, 2 höre auf zu ſchelten. ¶ 6. *Mitto* etiam eſt jacio. Vet. Gl. *Mittit βάλλει.* v. *Miſſus* n. 4. Cic. Orat. c. 26 *Iacere ac mittere ridiculum.* Id. pro Sext. c. 19 *Vocem pro rep. neminem mittere.* Idem ſive Tullius Laurea eſt apud Quintil. 8 extr. *Varro vocat fundum, quem poſſim mittere funda.* Speciatim utimur hoc verbo in talorum luſu. Auguſtus apud Sueton. in vita ſua c. 71 *Vt quisque canem aut ſenionem miſerat.* Seneca ludo de morte Claudii: *Nam quoties miſſurus erat, reſonante fritillo, Vtraque ſubaudo fugiebat teſſera fundo: Cumque recollectos auderet mittere talos, &c.* ¶ 7. Eſt & circi verbum: nam *mitti agitatores* dicebantur, cum procurrendi ex carceribus fiebat copia ſigno dato: quod ſublevata mappa fiebat: quod ipſum & *mappam mittere* dicebatur. Et inde *miſſus* dicebantur illæ excurſiones, de quo infra. Hinc *mittere ſe* in aliquem eſt in eum irruere, Cic. pro Milo. c. 28, 1. ¶ 8. Pro dejicere, deturbare. Catull. 17, 23 *Hunc ego volo de tuo ponte mittere pronum.*

¶ Mittens, *tis.* Hirt. B. Alex. c. 21 *Laborantibus ſubſidio ſcaphas mittens.* Ovid. Met. 8 *Cuſpis nimiis mittentis* (i. e. jaculantis) *viribus uſa.*

¶ Miſſus, *a, um,* geſendet; ut, *Miſſi legati de rebus magnis,* Horat. 1 ſat. 5, 28. *In bellum miſſus dux,* Idem Art. poët. v. 3. *Miſſis muneribus,* Idem 1 ſat. 7, 8. ¶ 2. Idem ac emiſſus, ausgelaſſen. Lucret. 2, 194 *E corpore ſanguis miſſus.* Et Hor. Art. poët. v. 390 *Neſcit vox miſſa reverti.* ¶ 3. *Miſſis ambagibus,* i. e. omiſſis, ohne umſchweiff. Iuven. 2 ſat. 5, 9. Ita in formula frequentis uſus, *Miſſum me fac,* Ter. Andr. 4, 1, 56, laß mich zufrieden. *Miſſos nos face,* ibidem 5, 1, 14. *Miſſa hæc facio,* Cic. pro S. Roſc. c. 45, ich laſſe es ſeyn, ich höre davon auf. *Miſſum facere amorem,* Plaut. Merc. 1, 1, 83; *iram,* Ter. Hec. 5, 2, 14; *uxorem,* i. e. repudiare, Suet. Calig. c. 25. *Quin aut interfici aut miſſum fieri juberet,* Nepos 18, 11, 3. Et Cæſar in Cic. Att. 9, 8 *Pompeji præfectum deprehendi & eum ſtatim miſſum feci.* ¶ 4. Videtur tamen Pompejus ſub Cic. Att. 8, 12 dixiſſe, *Vt cohortes ad miſſum facias.* Adde Græv. ad ſam. 14, 1. ¶ 5. *Miſſa eſt,* ſcilicet concio, quid in eccleſiis fuerit, notum eſt, dimiſſio nempe populi vel ſaltem catechumenorum, finitis ſacris. Sed eadem vox etiam in prætoriis uſitata. Alcimus Avitus epiſt. 1 ad Gundobadum, Burgundionum regem: *In eccleſiis, palatiisque, ſive prætoriis, MISSA fieri pronunciatur, cum populus ab obſervatione dimittitur.* Vide ibi Sirmondum.

¶ Miſſa, *æ,* f. ſubſtantive ſumi cœpit pro miſſione, vel remiſſione, die erlaſſung. L. 39 § Nupt. ff. de Adult. (48, 5) *Si nuptias denunciatio, vel ad domum mulieris miſſa non præceſſerit.* ¶ 2. Item, pro ſacro chriſtiano, die meſſe; ut, *Miſſa ſicca, &c.* apud Pontificios. Vid. Zimmerm. Analect. menſtr. menſ. 1 p. 29.

¶ Miſſus, *ûs,* m. ſubſt. die ſendung, abſchickung. Tac. Hiſt. 1, 9, 2 *Inferioris Germaniæ legiones diutius ſine Conſulari fuere: donec miſſu Galbæ, Vitellius aderat.* Et ita idem alibi non ſemel. *Ad quem legatos venerat miſſu Marſyæ regis,* Solin. c. 2. Et, *Miſſu Ephororum,* Corn. Nep. 17, 4, 1. ¶ 2. In circo *Miſſus* dicebantur, ſingulæ procurſiones & circuitiones equorum, ein rennen. Suet. Claudio c. 21 *Circenſes frequenter, etiam in Vaticano, commiſit, nonnunquam interjecta per quinos miſſus venatione.* Idem Ner. c. 22 *Spectaculum multiplicatis miſſibus in ſerum protraxit:* Significat, plures miſſus dediſſe, quam alias eſſet receptum & conſtitutum. Legitimos enim miſſus 25 fuiſſe, Servius ad illud Virgilii princ. 3 Georg. *Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus:* ex Varrone obſervat. Poſtea vero centum exhibitos, ex Suetonii Domitiano c. 4 colligitur. Quo forte reſpiciens Maro *Centum quadrijugos, &c.* dixit. Cæterum ſinguli miſſus ſeptenis ſpatiis abſolvebantur: niſi quod Domitianus ad quina illa redegerit, quo facilius centum miſſus peragerentur, ut Suetonius ejus vita refert c. 4, ubi Beroaldus nonnulla egregie notavit. ¶ 3. Dicitur & ferculorum *miſſus,* ein gang. Nam *mittere* hic eſt apponere, aufſetzen, auftragen. Capitol. in Pertinace c. 12 *Erat illiberalis ac prope ſordidus, ut dimidiatas lactucas & carduos in privata vita convivis apponeret: & niſi quod miſſum eſſet edulium, quotquot eſſent amici, novem libras carnis per tres miſſus ponebat. Si autem plus aliquid miſſum eſſet, etiam in alium diem differebat.* ¶ 4. Sed & telorum conjectio, *miſſus* vocatur, ein wurff. Liv. 9, 19 *Pilum haud paullo, quam haſta, vehementius ictu miſſuque telum.*

¶ Miſſio, *ōnis,* f. die ſendung, abfertigung. Cic. Phil. 7, 1 *Miſſio legatorum.* Idem Att. 1, 5 *De litterarum miſſione ſine cauſſa abs te accuſor.* ¶ 2. Iactus, ein wurff. Vitruv. 2, 9 *Cæſar juſſit extra telorum miſſionem eos circumvallari,* weiter, als ein bogenſchuß. Idem 1, 5 *Telorum miſſionibus hoſtes rejicere,* durch geſchoß. v. *Emiſſio.* ¶ 3. Dimiſſio, die loslaſſung; ut, *Miſſio ludorum,* Cic. fam. 5, 12. *Sine miſſione pugnatum eſt,* i. e. usque ad necem, Flor. 3, 20, 14. vid. ibi Freinsh. Nimirum gladiatoriæ diſciplinæ nomen eſt, quod innuit ipſe Florus, *Et quod ſub gladiatore duce* (Spartaco) *oportuit.* Suet. Aug. c. 45 *Gladiatores ſine miſſione prohibuit.* Petulans eſt illud Fotidis Apul. l. 2 p. 99 *Hodierna pugna non habet miſſionem.* Suet. Cæſ. c. 7 *Miſſionem continuo effligatavit,* er hat ſeinen abſchied begehret. Et Liv. 26, 1 *Quibus ſenatus miſſionem reditumque in patriam negaſſet ante belli finem.* Dicitur de militibus, cum ſolvuntur militia. Quorum *miſſio* triplex erat, *honeſta, cauſſaria, ignominioſa,* Lege 13 Dig. de re militari. v. Lipſ. lib. 5 Dial. 9. Sigon. de antiq. jure civ. Rom. 1. 15. P. Faber Semeſtr. 1, 17. *Honeſta,* cum impleſſent ſtipendia: *Cauſſaria,* quæ ob morbum ſeu valetudinem dabatur, (vide ſupra in *Cauſſa, Cauſſarius*); *Ignominioſa,* quæ cum pœna conjuncta erat. Gruter. Inſcr. p. 108 n. 5 *Miſſus honeſta miſſione.* Hinc de perſona & re: Miſſionem dare alicui, abdancken, Petron. c. 21, 52 & 66.

¶ Miſſor, *ōris,* m. pro ſagittario. Cic. Arat. v. 84 *Hinc miſſore vacans telum &c.* i. e. mittente vel jaciente.

¶ Miſsĭcius, vel Miſſītius, *i,* m. veteranus, militia dimiſſus, ein losgelaſſener ſoldat. Suet. Ner. c. 48 *Agnitus a quodam miſſicio prætoriano.* Vet. Inſcript. TRIB. LEG. XI AVG. ET MISSICIVS LEG. VI AVG. apud Gruterum p. 1109 n. 5. Et in Sponii Miſc. p. 239 MILES MISSICIVS. Adde p. 243.

¶ Miſsĭlis, *e,* quicquid facile mittitur, was leichtlich zu werffen iſt. Sic *Lapides miſſiles,* Liv. 1, 43. *Res miſſiles,* Suet. Aug. c. 98. Et Propertius 3, 14, 10 *Miſſile pondus diſci.* ¶ 2. Plur. *Miſſilia* ſubſtantive, munera, quæ ſparguntur, ut diripiantur, ludicri & hilaritatis cauſſa, was man aus, und in die rapuſe wirfft. Suet. Calig. c. 23

Spargit missilia variarum rerum: vide eumdem & in Aug. c. 48, & Domit. c. 4. Erant autem variarum rerum, de quibus idem Suet. Ner. c. 11; item Statius Silv. 1, carm. ult. ubi vide Gevartium & Cruceam. Vide & infra *Sparsio.* ¶ 3. Pro telis etiam substantive Curtius 4, 4, 9 *Rex portum intrare non potuit, cum procul e muris missilibus submoveretur.* Livius 34, 39 *Lacedæmonii missilibus pugnabant.* Sic & Virg. Æn. 9, 519 *Pellere vallo Missilibus certant.* conf. Æn. 10, 802.

¶ Missito, *are,* frequent. offt schicken. Sallust. Iugurtha 38 *Missitare supplicantis legatos.* Plin. 33, 1 *Codicilli missitati:* & Liv. 9, 45 *Missitaverant Samniti auxilia.*

¶ Missiculo, *are,* idem, apud Plaut. Epid. 1, 2, 29.

¶ Mittendarius, *i,* m. miles palatinus, qui sæpius in provincias mittebatur. Item exactor tributorum, ein exequirer. Theod. Cod. 6, 30 *Mittendarii, palatini officii.* conf. l. 3 l. 7 l. 8 C. de palat. sacr. largit.

¶ Mittix, *icis,* m. qui facile mittit, i. e. qui missionem dat gladiatoribus, ne depugnare ad mortem cogantur, Petron. c. 45. Aliis alia lectio placet. v. Burm. p. 218.

Composita a *Mitto.*

¶ Abmitto, *ere,* abschicken. Plaut. Truc. 2, 7, 33 *Dona quæ ad me abmiserit;* alii, simpliciter *miserit.*

¶ Admitto, *isi, issum, ere,* recipere, intromittere, zulassen, einlassen. *Consilium admittere auribus,* Liv. 33, 35, guten rath hören, annehmen. Martial. 1 epigr. 26 *Ante fores stantem dubitas admittere famam.* ¶ 2. Perpetrare, committere, begehen, auf sich laden; ut, *Culpam admittere,* Liv. 31, 46, five, *Culpam in se admittere,* Plaut. Trin. 1, 2, 6; quod Cicero Phil. 2, 19 dixit: *Ea in te admissili, quæ &c.* Et Ter. Adelph. 4, 5, 48 *Me hoc delictum admisisse in me.* conf. Heaut. 5, 2, 3. Rursus Cicero Attico 9, 4 *Tantum mihi dedecoris admisisse videor.* Liv. 2, 19 *Tarquinius equum infestus admisit, illisque ab latere, &c.* Plura vide in *Admissus.* ¶ 4. Marem cum fœmina conjungere, zulassen. *Admittere ovibus arietes,* Columell. 6, 37. Eodem significatu Lucretius & Virgilius *submittere* posuere. Hinc est *Admissura, Admissarius.* ¶ 5. Est & inaugurale verbum *Admittere.* Nam cum volatu aut voce faustum omen præbent & ratum faciunt aves, *admittere,* dicuntur. Plaut. Asin. 2, 1, 11 *Impetritum, inauguratum est: quovis admittunt aves.* Usus & Livius 1, 36 extr. & 4, 18. ubi Drakenb. vide. Idem *addicere* est: Vide supra in *Dico.*

¶ Admissus, *a, um,* intromissus, zugelassen, vorgelassen. Horat. de Arte poët. v. 5 *Spectatum admissi amici.* Curt. 3, 12, 10 *Irrupisse non admissis videbatur.* ¶ 2. Commissus, begangen; ut, *Admissa pecate,* Lucret. 3, 840. *Admissum fœde,* Idem 5, 1223. Vnde *Admissa* absolute, delicta sunt, verbrechen. Tac. Ann. 11, 4, 5 *Rogatus sententiam & Scipio: Cum idem, inquit, de admissis Poppææ sentiam, quod omnes; putate me idem dicere, quod omnes.* Et Liv. 25, 23 *Ne quid falleret tale admissum.* Add. Ovid. A. A. 1, 376 & 2, 381. ¶ 3. *Admisso equo,* idem est ac *equo citato,* spornstreichs, in vollen rennen. Cic. de Finib. 2, 19 *Decius equo admisso in mediam aciem Latinorum irrabat.* Cæs. de B. Gall. 1, 22 *Considius equo admisso ad eum accurrit.* Ovid. de Ponto 2, 6 extr. *Nil nocet admisso subdere calcar equo.* Et, *Admissas passus* pro celeri & concitato: Idem Metam. 1, 532 *Admisso sequitur vestigia passu.* Id. A. A. 3, 312 de Sirenibus: *Quamlibet admissas detinuere rates.* vid. Burm. ad Heroid. 1, 36.

¶ Admissum, *i,* n. subst. pro delicto, eine übelthat, verbrechen. vid. ex Tac. & Liv. in *Admissus, a, um,* n. 2. Et sic l. 2 Dig. de Abigeis: *Graviter punire eorum admissum solet.* Et l. ult. de pœnis: *Eum qui suo admisso honorem amisit.*

¶ Admissus, *ûs,* m. subst. idem quod admissio, die einlassung, der zutritt. Palladius 6, 1 *Admissa solis maturitati consulere.*

¶ Admissio, *ōnis,* f. idem. *Amici primæ, secundæ admissionis,* id est, qui primo, vel secundo loco admittuntur ad salutationem, apud Senecam de Clement. 1, 10, ubi Lipsium vide. Hinc *Admissionum magister,* Vopisco in Aureliano c. 12, (qui & *Admissionalis* Lampridio,) inter officia aulica. Suetonius *Admissionis officium* dixit Vesp. c. 14. Vid. Lipsi. ad 6 Annal. Taciti, item Senec. de Benef. 6, 34, & Laur. Pignoriam de Servis p. 231 & seqq.

¶ Admissura, *æ,* f. tempus & actio ipsa, qua mares gregum admittuntur fœminis, die zulassung des viehes. Varro de R. R. 2, 5 *Propter fœturam hoc observare solco ante admissuram &c.* Sic *Admissuræ idonei boves,* Colum. 6, 24. Plin. 20, 12 de Venere pecudum & armentorum.

¶ Admissarius, *i,* m. ut, *Admissarius equus,* ein spring-hengst, beschäler. Varro de R. R. 2, 7; Columell. 6, 27; Plin. 28, 15. ¶ 2. Tralatitie Cicero in Pisonem c. 28 *Admissarium* vocat hominem pervagatæ libidinis, einen hurenheugst; quo ipso, vel obscœniore etiam fœmu usus est Seneca Quæst. Nat. 1, 16.

¶ Admissionalis, *is,* m. qui admittit aliquem ad principem salutandum, &c. ein thürhüter. Lamprid. in Alexandro c. 4 *Admissionalibus remotis.*

¶ Admissivus, *a, um; Admissive aves* Festo sunt, *quæ consulentem juvant,* i. e. quæ voce aut volatu faustum omen præbent. His opponuntur *aves remotæ,* quæ morari jubent, etiam *arculæ* ab *arcendo* & *imbre* dictæ.

¶ Admissor, *ōris,* m. scilicet facinoris, ein übelthäter. Lactantius Epitom. c. 4 fect. 4.

¶ Amitto, *ere,* amandare, ἀποστέλλειν, wegschicken, weglassen. Plaut. Capt. 2, 2, 82 *Et te & hunc amittam hinc.* Ita Terentius passim: Phorm. 1, 3, 23 & 24; & 2, 2, 67; & 3, 2, 22 &c. Donatus: *Quod nos dicimus dimittere, antiqui dicebant amittere.* Hinc Gell. 15, 10 *Vitam suspendio amittere,* de ἑαυτοχειρ. ¶ 2. Dimittere, fahren lassen. Ter. Heaut. 2, 3, 84 *Aut hæc cum illis sunt habenda, aut illa cum his amittenda sint. Amittere ex animis,* Cic. pro Rosc. Am. extr. aus dem sinne lassen, vergessen. *Amittere de manibus,* Cic. pro Cæl. c. 27; &, *e manibus,* Liv. 29, 32, aus den händen lassen. *Amittere occasionem,* Cic. Att. 15, 11. Et ad eumdem 8, 3 *Necesse est, servire tempori, & non est amittendum tempus, cum sit datum.* Idem Att. 7, 13 *Conditionem amissam tempus est,* die zeit zum vergleich ist verstrichen, aus den händen. Plaut. Bacch. 5, 2, 70 *Quod dii dant boni, cave culpa tua amittas:* pro amiseris, antique. Plaut. Amph. 2, 2. 217 *Istam rem inquisitam certum est non amittere.* Et, 4, 1, 19 *Nam me, quam illam quæstionem inquisitam hodie amittere, Mortuum satius est.* Id. Pœn. 1, 2, 191 *Tibi hanc amittam noxiam unam* h. e. dimittam. ¶ 3. Perdere, verlieren. Phædr. 1, 10, 2 *Amittere fidem,* um den credit kommen. Speciatim de morte *vitam amittere,* Cic. pro Marcell. c. 7; & *animam amittere,* Nepos 15, 9, 3, sed etiam *amittere patrem, liberos, &c.* einbüssen. Servius Sulp. Cic. fam. 4, 5 *Malum est, liberos amittere.* Suet. Tib. c. 7 *Drusum fratrem in Germania amisit.* ¶ 4. Amittere quis dicitur, cujus non substantiam, sed usum perdidit. Sil. 4, 242 *Elisa incussis amisit calcibus ora,* i. e. calcatus ab equo ita est, ut confusis lineamentis nosci non posset. v. Barth. & Drakenb. ad h. l.

¶ Amissus, *a, um,* dimissus, perditus, weggelassen, verlohren. Virg. Æn. 2, 148 *Amissos hinc jam obliviscere Grajos.* Horat. 3 od. 5, 27 *Neque amissos colores lana refert.* Idem 2 sat. 5, 2 *Amissas reparare res.* Absolute, *Amissa recuperare,* Nepos 13, 3, 2. Suet. Claudio c. 6 *Amissum incendio domum* dixit, ein abgebranntes haus.

¶ Amissus, *ûs,* m. subst. der verlust. Nepos 7, 6, 2 *Siciliæ amissum culpæ suæ tribuebant.*

¶ Amissio, *ōnis,* f. idem. Cic. fam. 4, 3 *Omnium rerum amissio, & desperatio recuperandi.* Et in Pison. c. 18 extr. *Amissio dignitatis.* Sen. epist. 4 *Nullum bonum juvat habentem, nisi ad cujus amissionem præparatus est animus.* Et ibid. *Nullius rei facilior amissio est, quam quæ desiderari amissa non potest.*

¶ Amissibilis, *e,* verlustig. Augustin. 5 de Trinit. 5, 4 *Nihil accidens in Deo, quia nihil mutabile aut amissibile.* Ibidem 15, 13 sub fin. *Nostra scientia amissibilis est & receptibilis.*

¶ Antemitto, *ere,* vorherschicken. Solinus c. 38 de elephantis: *Flumen transituri minimos antemittunt.*

¶ Antemissus, *a, um,* vorangeschickt, vorausgesandt. Cæs. B. C. 1, 51 *Imprudentes antemissis equitibus aggrediur.* Apud Sic. Flaccum, Frontin. & alios *Arbores antemissæ* sunt, quæ observationem finium præstant. v. Scriptores Gromaticos Gœsii p. 4, 10, 40, 45, 254 &c.

¶ Circummitto, *ere,* herumschicken. Liv. 4, 18 *Qui inter dimicationem castra Romana aggrederentur, post montes circummissit,* er hat sie lassen hinter den bergen herumziehen. Cæs. B. G. 7, 63 *Legationes in omnes partes circummittuntur.*

¶ Circummissus, *a, um,* herumgesandt. Idem Cæsar B. Civ. 3, 55 *Circummissis legionibus.*

¶ Committo, *ere,* est conjungere, zusammenfügen. Ovid. Am. 1, 13, 46 de Iove, *Commisit noctes in sua vota duas.* Hinc *commissura.* ¶ 2. Significat duos pluresve in certamen conjicere, sive potestatem certandi facere, zusammen lassen; ut, cum exercitus ad imperia ducum & tubæ signum concurrunt; vel cum in Circensibus agitatores mappa missa contendunt ad metam. Liv. 2, 36 pr. *Ludi committuntur,* gehen an. Conf. Menck. Obs. L. L. Proprie Flor. 2, 15 *Primo tempore commissum bellum, profligatum secundo, tertio vero confectum est.* v. Ducker. ad h. l. & Perizon. animadv. c. 10 p. 442. Liv. 21, 40 *Commissum ac profligatum bellum conficere.* Quo sensu etiam Eutropius absolute *committere* dixit, pro *prælium committere,* 4, 5; 4, 5 & 5, 4, 3; & 9, 15, 7. Neque vero milites & quadrigarii tantum dicuntur *committi;* sed & poëtæ ac oratores, & si qui alii ingenii ac eloquentiæ certamen possunt instituere. vide Torrent. ad Suet. Aug. c. 89, & infra in *Commissio.* Nec tantum dicuntur *poëtæ committi;* sed & poëtas ipsos *committere sua opera* dicimus, cum edunt & recitant, ut comparentur cum aliis & censeantur. Suet. Claud. c. 41 *Historiam in adolescentia, hortante T. Livio, Sulpitio vero Flavo etiam adjuvante, scribere aggressus est. Et cum primum frequenti auditorio commisisset, ægre perlegit:* COMMISISSET, id est, recitasset. Antiquus auctor in vita Iuvenalis, quem alii Suetonium, alii Probum esse putant: *Diu ne modico quidem auditorio quicquam committere est ausus: mox magna frequentia, magnoque successu bis ac ter auditus est.* ¶ 3. *Committere* etiam est, tradere, credere, anvertrauen. v. g. *a)* arcanum quoddam secretumque alicui credere, einem etwas in geheim sagen, vertrauen. Cæs. de B. C. 3, 60 *Cum paucis collocuti clientibus, quibus tantum facinus committere audebant.* Seneca epist. 3 sensu duplici: *Nihil committas, nisi quod committere etiam inimico possis. b)* Servandum tuendumque aliquid alicui tradere: sive fidei alicujus commendare ac credere, anbefehlen, übergeben. Gic. ad Quint. frat. 1, 1 c. 9 *Eos, quos tuæ fidei potestatique Senatus commisit & credidit, diligas.* Idem fam. 13, 5 *Cæsar rem magnam difficilemque tibi commisit.* Ter. Andr. 3, 5, 3 *Servon' fortunas meas me commisisse futili;* ubi Donatus: COMMITTIMVS, *Quæ cum magno periculo volumus servata.* Sic, *Committere cui filiam,* pro collocare, in matrimonium tradere, Terentius dixit Heaut. 4, 3, 36. Sic nos: einem sein kind vertrauen. *c)* Liv. 4, 27 *Committere rem in casum ancipitis eventus,* die sache darauf ankommen lassen. Cic. pro Rosc. c. 23 pr. *Committere se in conclave,* sich hinein wagen. *d)* Est & nauticum verbum *Committere,* quod vela dare significat. Cæs. de B. C. 3, 25 *Hiems præcipitaverat, neque Brundusio naves legionesque ad Cæsarem veniebant: ac nonnulle ejus rei occasiones prætermissæ Cæsari videbantur: quod certe sæpe flaverant venti, quibus necessario committendum existimabat.* ¶ 4. *Committere* peccare est, verjehen, sündigen. Cic. pro Milon. c. 23 *Non timent, qui nihil commiserunt.* Et, *Committere contra legem,* Idem pro Cluent. c. 34. Igitur permittendum etiam Tertulliano de præscr. c. 24 *Quadam reprehendebant, in quæ & ipsi committebant.* Simile est Apol. c. 29 *In majestatem imperat. Non committam, ut &c.* ich wills nicht dahin kommen lassen. Cic. Att. 1, 6 *Non committam posthac, ut me accusare de epistolarum negligentia possis.* Idem 1, 20 *Non committemus, ut ea, quæ gessimus, fortuito gessisse videamur,* vide & infra *Commissum.* Plenius Sall. de rep. ord. 2, 6, 2 *Malum facinus in se committere.* ut *admittere.* ¶ 5. Inde committi dicitur, quod per legem adjudicatum uni, cedit alteri. Quintil. decl. 341 argum. *Quod quis per publicanos improfessum transtulerit, commissum sit,* soll verfallen sein. Varr. 2, 1, 16 *Ne si inscriptum pecus pavernt, lege censoria committant.* ¶ 6. *Committi* denique dicitur multa, devotio, lex, stipulatio, cum conditio, sub qua indicta factave erat, impletur. Cic. pro Cluent. c. 37 *Vt illam multam non commiserit,*

in multam fatutam ob factum ſuum inciderit. Idem pro Dom. ad Pontif. c. 57 *Hanc devotionem convictam & commiſſam putabo.* ubi Græv. vide. Liv. 9, 11 *Civitas obligata ſponſione commiſſa.* ubi Duker. conſulendus. Ita Vlpian. l. 4 § 2 de L. Commiſſor. *Statim atque commiſſa Lex eſt.* vid. *Commiſſoria Lex* p. p. & add. Parei Lex. Crit. De ſtipulatione L. 1 § 6 π. de V. O. Conf. Salmaſ. de modo uſurar. c. 14 p. 614.

¶ Commiſſus, *a, um,* ſequitur naturam verbi; ut, *Res inter ſe commiſſæ,* h. e. conjunctæ, zuſammen gefügt, Quintil. 7, 1. *Commiſſa piacula,* begangen, Virg. Æn. 6, 569. *Commiſſa ira* ſimiliter dicitur apud Grat. 374 & 455 h. e. promerita. *Solvere commiſſas acies,* die an einander gekommen, Propert. 4, 4, 58. Abſolute Horat. 1 epiſt. 18, 38. *Commiſſumque teges & vino tortus & ira,* anvertrauet. Idem 1 ſat. 4, 84 *Commiſſa tacere Qui nequit.* Iuvenalis ſat. 10, 337 *Hæc tu ſecreta & paucis commiſſa putabas.* Ex ſignificatione quinta verbi, Quint. decl. 341 pr. *Quod quis profeſſus non eſt apud publicanos, pro commiſſo tenetur,* iſt verfallen.

¶ Commiſſum, *i,* n. ſubſt. pro delicto, ein verſehen, was übel gethan iſt; ut, *Audax commiſſum,* Cic. pro Sylla c. 26. Id. Verr. 2, 9 *In cujus teſtamento ſi commiſſum quid eſſet, multa erat Veneri.* Aſcon. ad h. l. *Commiſſa dicuntur, quæ contra teſtatoris voluntatem facta aut non facta ab herede multa aliqua pœnaque plectuntur.* Quint. decl. 341 *In commiſſum veniunt ea, quæ quis profeſſus non eſt,* iſt verfallen.

¶ Commiſſio, *ōnis,* f. der anfang eines ſtreits; ut, *Commiſſio ludorum,* Cic. Att. 15, 26. Pro ipſo ſpectaculo poni, obſervat Græv. ad Cic. Att. 16, 5 pr. *Commiſſio poëtarum*; quæ ἀκρὶς Græcis, ἐπίδειξις, item ἄγων dicebatur. *Certamen latinæ græcæque facundiæ* vocat Suetonius Calig. c. 20. Erant autem duplicis generis: aliæ publicæ, quæ in theatro, amphitheatro, odeo &c. inſtituebantur: De his monet Prætores Auguſtus, *Ne paterentur nomen ſuum commiſſionibus obſolefieri,* apud Suet. c. 89 extr. ne ſcilicet crebra illius mentio, & ineptæ laudes detererent potius ipſius virtutes, quam ad eas amplificandas pertinerent. v. Torrent. & Caſaub. Aliæ privatæ, cum ſibi quisque committebat auctores, & comparabat inter ſe, pronunciabatque, in quibus alius alium viciſſet ac ſuperaſſet: Quæ proprie συγκρίσεις dicebantur. De tali Iuvenalis 6, 439 inter tædia mulierum doctarum: *Laudat Virgilium, perituræ ignoſcit Eliſæ, Committit vates & comparat, inde Maronem, Atque alia parte in trutina ſuſpendit Homerum.* v. Caſaub. ad Suet. Aug. c. 89; Dan. Heinſius in Menandri & Philiſtionis Συγκρισιν apud Rutgerſ. Var. Lect. 4, 12 & Buchner. not. ad Plinii epiſt. § 313. ¶ 2. *Commiſſiones* pro ſcriptis ipſis, quæ in commiſſionibus edebantur, & græce appellabantur ἀγωνίσματα, Caligula poſuit; cum Senecam *Commiſſiones meras componere* argueret, ut Suetonius ejus vitâ c. 53 refert. Notabat enim in eo dicendi genus, quod magis ad pompam & oſtentationem, (quam ſoleant ſpectare præcipue, qui committunt ſua opera,) quam gravitatem comparatum eſſet. v. ibi Caſaubonum, & I. Lipſium in Iudicio ſuper Seneca epiſtolas ſcriptis, quod in Prolegomenis leges.

¶ Commiſſūra, *æ,* f. die fuge, oder zuſammenfügung. Cic. de Nat. D. 2, 55 *Oſſa ſubjecta corpori mirabiles commiſſuras habent.* Sic, *Commiſſura lapidum,* Sen. Quæſt. Nat. 2, 6. Et Quintil. 7, 10 de diſpoſitione: *Non modo ut ſint ordine collocati ſenſus, elaborandum eſt, ſed ut inter ſe juncti, atque ita cohærentes, ne commiſſura pelluceat.*

¶ Commiſſurālis, *e,* zuſammen gefebrt. Veget. de Re Veter. 2, 13 *Loci oſſioſi & commiſſurales.*

¶ Commiſſarius, *i,* m. Iuriſconſultorum verbum; ut, *Fideicommiſſarius:* Lege 29 § 2 Dig. Quibus modis uſuſfr. *Marcellus notat, nihil hanc rem fideicommiſſario nocere.* Pro quæſitore vel judice delegato, generatimque eo, cui aliquid gerendum vel dijudicandum committitur, valde frequens vocabulum; ſed improbat Voſſ. de Vit. L. L. 3, 6 p. 408.

¶ Commiſſor, *ōris,* m. ein kämpffer, ſtreiter. Gloſſ. gr. lat. συμβαλλομάχος, *commiſſor pugnæ.*

¶ Commiſſorius, *a, um;* ut, *Lex Commiſſoria,* de qua integer titulus in Digeſtis eſt 18, 3, eſt pactum, vel conditio adjecta contractui, qua exiſtente (quod *committi* dicitur vid. n. 6) alter qui non ſtat promiſſis multam, in quam conſenſit, incurrit, alter commodum nanciſcitur, v. g. Vendo tibi fundum ea lege, ut, ſi intra tres menſes non ſolvas pretium, emtio nulla ſit. v. Duarenus ad tit. cit.

¶ Dēmitto, *ĕre,* herab laſſen; ut, *Demittere in carcerem,* Liv. 34, 44. *Agmen demiſſum in campos,* Id. 3, 8. *Agmen in anguſtias demittere,* Id. 2, 34. Et, *Demittere ſe in cauſſam,* Cic. Att. 7, 12, ſich einlaſſen in eine ſache. vid. Græv. ad h. l. Ita Liv. 3, 35 pr. *Demiſſa jam in diſcrimen civitas. Ad minora me demittere non recuſabo,* Quintil. in procem. lib. 1. Et, *Demittere oculos, vultum,* die augen, den kopff nieder ſchlagen. *Demittere animum,* Cic. de Fin. 5, 15. *Contrahere & demittere animum,* Idem lib. 1 ad Qu. frat. epiſt. 1 cap. 1, den muth verlieren, kleinmüthig werden. *Demittere avem cælo* dicitur funda vel telum. v. Drakenb. ad Sil. 2, 96. ¶ 2. *Demittere* ac *dimittere* confundi in MSS. obſervat idem Drakenb. ad Sil. 11, 142.

¶ Demiſſus, *a, um,* niedergelaſſen; ut, *Demiſſis humeris virgo,* Ter. Eun. 2, 2, 22. Et, *Demiſſis labiis homo,* Ibidem v. 44, dem die leffzen herunter hangen. *Demiſſa usque ad talos purpura, veſtis,* ſo da lang herab gehet bis auf die füſſe, Cic. pro Cluent. c. 40. *Demiſſus a cedro ſuccus,* der abgelaſſene ſafft, Serenus Sam. c. 4 p. 2. *Demiſſum genus ab Ænea,* i. e. deductum, entſprungen, Horat. 2 ſat. 5, 63. *Demiſſa per aurem,* i. e. audita, gehörtes, Id. Art. poët. v. 180. Compar. Plin. 8 epiſt. 18 *Tiberis demiſſioribus ripis alte ſuperfunditur.* Ovid. Met. 8, 204 *Icare, ait, moneo, ne ſi demiſſior ibis, Unda gravet pennas.* ¶ 2. Metaph. ad animum refertur, etiam cum laude. Cic. Mure. 40 *Sit apud vos modeſtia locus, ſit demiſſis hominibus perfugium, ſit auxilium pudori,* demüthige leute. Sed frequentius tamen vituperium habet. Cic. ſam. 1, 9 *Fractio ac demiſſo animo eſſe,* kleinmüthig, verzagt ſeyn. Id. pro Cluent. 21 *Evigebat animum, jam demiſſum & oppreſſum, Oppianicus.* Id. in Orat. c. 24 *Orator ornamentis & verborum & ſententiarum demiſſior,* niedrig. Liv. 4, 44 *Demiſſiore animo.*

¶ Demiſſe, adverb. fere ad animum refertur. Cic. Tuſc. 5, 8 extr. *Ample loqui: humiliter demiſſeque ſentire.* Val. Max. 9, 13, 2 *Petiit demiſſe & flebiliter,* demüthig. Ovid. Triſt. 3, 4, 23 *Hic alte, demiſſus ille volabat.* Cæſar B. Civ. 1, 85 *Demiſſiſſime atque ſubjectiſſime exponit,* kleinlaut, demüthig, unterthänigſt.

¶ Demiſſio, *ōnis,* f. proprie, die herablaſſung. Vitruv. 5, 10 *Ex eo clypeum æneum catenis pendent: per cujus reductiones & demiſſiones perficietur ſudationis temperatura.* ¶ 2. Tralate; ut, *Demiſſio animi,* Cic. Tuſc. 3, 7, die kleinmüthigkeit.

¶ Demiſſitius, *a, um,* herabhangend; ut, *Demiſſitiæ tunicæ,* Plaut. Pœn. 5, 5, 24.

¶ Dīmitto, *ĕre,* verſchicken, hin und wieder verſenden. Virg. Æn. 1, 576 *Equidem per littora certos Dimittam, &c.* ich will gewiſſe kundſchaffter ausſchicken. *Dimittere exercitum,* Suet. Cæſ. c. 30; & Vellej. 2, 48, 1, von ſich laſſen, abdancken. Et, *Diſcedentem non ſine magno dolore dimittere,* Cic. Att. 12, 18. *Dimittere curam ex animo,* Liv. 30, 3. Et, *Dimittere comitia, ſenatum, concionem.* Sic, *Dimittere ſcholam,* Suet. de Clar. Gramm. c. 6, von einander laſſen. ¶ 2. *Dimittere ſe* idem eſt quod remittere, relaxare ap. Sen. procem. controv. ¶ 3. *Dimittere* ac *Demittere* confundi a librariis modo obſervatum eſt.

¶ Dimiſſus, *a, um,* erlaſſen, von einander gelaſſen. Cic. Att. 2, 24 fin. *Dimiſſa concione.* Sen. epiſt. 31 *Dimiſſa in populos mitia nomina,* i. e. diſperſa, ausgebreitet. Suet. Tib. c. 49 *Dimiſſa e matrimonio,* i. e. repudiata, eine abgeſchiedene. Horat. 1 epiſt. 7, 96 *Dimiſſa* (i. e. relicta) *petitis præſtant,* was man hat fahren laſſen.

¶ Dimiſſio, *ōnis,* f. ἄφεσις, urlaub, loslaſſung. Cic. Verr. 7, 33 *Inops clauſis propter dimiſſionem propugnatorum atque remigum.* Deinde amandatio. Cic. Paradox. 6, 2 *Dimiſſiones libertorum ad fœnerandas diripiendasque provincias.*

¶ Dimiſſor, *ōris,* m. qui dimittit. Tertull. adv. Marc. 4, 10 *Dimiſſorem delictorum Chriſtum recognoſce.*

¶ Dimiſſōrius, *a, um,* idem; ut, *Dimiſſoria littera,* Leg. 106 de Verb. ſignif. Gloſſ. lat. gr. *Dimiſſoria,* ἀποστατική.

¶ Indimiſſus, *a, um,* non dimiſſus, unerlaſſen, nicht frey. Tertull. adv. Marc. 4, 34 *Illicite dimiſſam* (uxorem) *pro indimiſſa docens, adulter eſt.*

¶ Emitto, *ĕre,* auslaſſen; ut, *Emitti e carcere,* Cic. pro Planc. c. 12. Et, *Emitti e cuſtodia, & levari vinculis,* Idem Tuſc. 1, 49. Et, *Emittere aliquid dignum ſuo nomine,* laſſen ausgehen, unter die leute kommen laſſen, Idem fam. 7, 33. *Emittere vocem,* reden, Liv. 1, 54; & Sen. epiſt. 9. Cic. de Orat. 2, 54 *Facete dicta, ſtatim ut emiſſa ſunt, hærere debent.* Idem pro Planc. c. 23 *Maledicto nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur,* wird leicht ausgeſtoſſen, entführet einem. *Septima oratio, qua Catilinam emiſi,* Cic. ad Att. 2, 1. conf. Monck. obſerv. *Emittere e manibus,* von den händen kommen laſſen, Liv. 28, 42. *Tanquam ferentibus adhuc cervicibus jugum, ſub quod emiſſi eſſent,* Liv. 9, 6. Colum. 7, 8 *Ficulneum lac, quod emittit arbor, ſi ejus virentem faucies corticem.* ¶ 2. *Emittere manu,* eſt manumittere, einen frey machen, apud Plautum; & Ter. Phorm. 5, 5, 2. ¶ 3. *Emittere* etiam eſt aquam deducere facto canali, waſſer abführen; unde & *Emiſſarium* dicitur, de quo & infra. Suet. Claud. c. 20 *Fucinum* (lacum) *aggreſſus eſt, non minus compendii ſpe, quam gloriæ: cum quidam privato ſumtu ſe emiſſuros promitterent.* Et c. 21 extr. *Quin & emiſſurus Fucinum lacum naumachiam ante commiſit.*

¶ Emiſſus, *a, um,* ausgelaſſen; ut, *Emiſſum caveis agmen,* Virg. Georg. 4, 58. *Emiſſam hiemem ſenſit,* Idem Æn. 1, 129. *Emiſſa manu contorſit ſpicula,* idem Æn. 11, 676. Et Horat. 1 epiſt. 18, 71 *Et ſemel emiſſum volat irrevocabile verbum.*

¶ Emiſſus, *ūs,* m. die herauslaſſung. Lucret. 4, 205 *Emiſſum res nulla moratur.*

¶ Emiſſio, *onis,* f. idem. ut, *Emiſſio anguis,* Cic. de Divin. 2, 29. Id. Tuſc. Qu. 2, 24 *Tormenta telorum eo graviores emiſſiones habent, quo ſunt contenta atque adducta vehementius.* Et Vitruv. 10, 22 *Citra ſagittæ emiſſionem,* nicht gar einen bogenſchuß weit.

¶ Emiſſārius, *i,* m. ein ausſpäher, ad calumniandum ſubornatus, ad invehendum paratus. Cic. fam. 7, 2 *Perſuaſerat nonnullis invidis meis, ſe in me emiſſarium ſemper fore,* er wolte mir in dem eiſen liegen. conf. Suet. Domit. c. 11. *Emiſſarii* enim *milites* dicuntur ſubornati ad excurſiones ſubitas, quacunque occaſione oblata. *Per emiſſarios ſuæ factionis,* Vellej. 2, 18, 6. ¶ 2. Et, *Emiſſarius exercitus,* qui aciem præcedit ad laceſſendum hoſtem. ¶ 3. *Emiſſarius palmes,* reben, die man gehen und ſchieſſen läſt, Plin. 17, 23.

¶ Emiſſārium, *i,* n. ſubſt. ein auslauff, eine goſſe, abzug. Locus, qui aquam emittit, ſiſtitve obicibus vel demiſſis, vel reclufis. Cic. fam. 16, 18 *Hortus nullo emiſſario, nulla macerie, nulla caſa.* vid. Sueton. Claud. c. 20 pr. conf. *objectaculum.*

¶ Emiſſibilis, *e,* quod emitti poteſt, das man herauslaſſen kan. Vet. Interp. Irenæi 2, 15 *Ex quo emiſſibilis emittitur.*

¶ Emiſſītius, *a, um,* quicquid emittitur, ausgeſchickt; ut, *Oculos emiſſitios,* Plautus dixit *vagos,* & *huc atque illuc ſpectantes,* unſtete, leichtfertige und vorwitzige augen, Aul. 1, 1, 2. Et Tertull. de Pallio c. 3 *Circumſpectu emiſſitii ocelli.* Et Gruter. Inſcript. p. 927 n. 6 *Peſſimi fures quid vultis voſtris cum oculis emiſſitiis?*

¶ Immitto, *ĕre,* einlaſſen; item, hinein ſchicken; ut, *Servi in tecta noſtra cum facibus immiſſi ſunt,* Cic. Att. 14, 10. Et, *Immittere equos,* die pferde anſpornen, Liv. 3, 61. *Equitatum,* Id. 4, 47. Conf. Gronov. in Sen. de Ira, 3, 6, Grævii Lect. Heſ. c. 19. Drakenb. ad Liv. 3, 61, 70. *Immittere ſe in medios hoſtes,* ſich hinein begeben, idem Tuſc. 3, 48. Et pro Fonteio c. ult. *Armatum ſe in hoſtium manum multitudinemque immittere.* Plin. 8 ep. 4 *Immiſſa terris nova flumina,* hin ein geleitet. Cælius. Cic. fam. 8, 10 *Legiones immittere in provinciam.*

¶ Immiſſus, *a, um,* eingelaſſen. Virg. Æn. 2, 494 *Primos trucidant immiſſi Danai.* Idem Æn. 8, 242 *Immiſſo lumine.* Idem Æn. 3, 593 *Barba immiſſa,* i. e. implicita, verwirrt. Sed Ovid. Faſt. 1, 503 *Immiſſi capilli,* ſunt ſoluti, fliegende haare. Quint. 1, 3 pr. *Nec penitus immiſſis radicibus nituntur,* haben nicht tief genug wurtzel geſchlagen.

¶ Immissum, *i*, n. subst. *quod ita sit, ut aliquo loco requiescat, velut tigna, trabes, qua immittuntur*, ein einsatz. v. l. 242 ff. de V. S.

¶ Immisio, *ōnis*, f. die einlassung. Cic. de Senect. c. 15 *Sarmentorum immissio*, quæ amputationi opponitur in cultura vinearum, die einwerffung. ICtis *Immissi* dicitur, die einweisung, einsetzung in die güter.

¶ Immissus, *ûs*, m. idem. Macrob. Sat. 1, 18 *Sol cuncta vertice summo lustrat lucis immissu*.

¶ Immissor, *ōris*, m. qui immittit, in Dig.

¶ Immissārius, *i*, m. qui immittitur. Fest.

¶ Immissārium, *i*, n. receptaculum, in quod aqua immittitur, eine cistern, ein wasserbälter, Vitruv. 8, 7.

¶ Immissilus, vel Immissūlus, *i*, m. avis est ex aquilarum seu vulturum genere, inde dicta, quod subito & inexspectata se immittit, ein fischaar. vid. Plin. 10, 7. Stewech. in Arnob. p. 80; & Elmenh. in eumdem p. 95.

¶ Deimmitto, *ere*, laudatur ex Varro. apud Non. 4, 335, ubi edidit etiam Mercerus *Deimmittit virile verutum in flumen*. Sed rectius puto Gothofr. & editio Varr. Durdr. *Dein mittit*.

¶ Superimmitto, *ere*, obenhineinthun. Apic. 2, 1 *Et sic superimmittis jecur*.

¶ Intermitto, *ere*, unterlassen, aufsetzen, darzwischen vorbey lassen. Cic. Att 3, 12 *Ne quis a me dies intermittatur*. Cæs. B. G. 5, 38 *Neque diem neque noctem intermittit, peditatumque se subsequi jubet*. Idem 3, 29 *Uti opus necessario intermitteretur*.

¶ Interadnisus, *a, um*, aufgehört, ausgesetzt, vorbeygelassen. Horat. 4 od. 1, 1 *Intermissa diu bella ruinas movere* Ovid. Trist 2, 151 *Longi intermissa silescunt*. Cic. fam. 3, 1 *Intermissa consuetudine*. Pallad. 11, 8 *Intermisso triennio*, nach drey jahren. Ita Cæs. B. G. 1, 27 *Nec ibi intermisso*, i. e. interposita. Idem 6, 9 *Intermissis paucis diebus*. Plin. 12, 46 *Continenti & intermisso* (non continuato) *spiritu*.

¶ Intermissus, *ûs*, m. die unterlassung. Plin. 9, 29 *Lusciniæ diebus ac noctibus continuis XV garrulus sine intermissu cantus*, ununterbrochen.

¶ Intermissio, *ōnis*, f. idem; ut, *Intermissio officii*, Cic. de Amic. c. 2. *Intermissio consuetudinis*, Idem fam. 5. 17. Et, *Excusatio de intermissione litterarum*, 16, 25. Et Frontin. 2 de Aquæduct. *Ut sine intermissione diebus noctibusque aqua fluat*, ohn unterlass. Rursus Cic. Off. 1, 6 *Ab actione sæpe fit intermissio*, man ruhet offt.

¶ Intromitto, *ere*, hinein lassen. Ter. Hec. 2, 1, 40 *Heri nemo voluit visentem ad eam intromittere. Comissatum aliquem intromittere*, Cic. fam. 1, 9.

¶ Omitto, *ere*, unterlassen, bleiben lassen, fahren lassen; ut, *Omitte ista, quæ nec pervertari, nec audire sine molestia possumus*, Cic. Acad. 1, 1. Et, *Omittere iracundiam, tristitiam*, Ter. Adelph. 2, 4, 3; & 4, 7, 36. *Consilium alicujus rei omittere*, Liv. 33, 41, anstehen lassen. *Ut alia omittam*, i. e. præterea, dass ich von andern stücken nichts sage. Ter. Eun. 5, 4, 4. quemquam hic alii *mittam* legunt. Cicero tamen pro Quintio c. 22 *Ut alia omitta, hoc satis est*. ¶ 2. Primam corripit Horatius septem locis, v. g. Sat. 2, 5, 26 *Aut spem deponas, aut eatem illatas omittas*. It 1 Epist. 18, 79 &c. Vno tantum in loco produxit Od. 3, 29, 11 *Omitte mirari beate Fumum & opes iniquæ Romæ*, qui locus propterea falsectus est Bermanno ad Sulpic Sat. 9, ut legendum conjiciat divite *O mitte* &c. Primam corripi idem monet ad Ovid. Am. 2, 1, 17. Qu produci posse contendunt, iis favent libri quidam, qui Col. 7, 5 & alias sæpe obmittere scribunt.

¶ Omissus, *a, um*, id est, remissus, languidus, unachtsam; ut, *Ille animo, corpore*, Ter. Heaut. 5, 2, 9. Idem Adelph. 3, 3, 45 *Ab re esse omissiorem paulo*, sich zur nahrung nicht wohl achten, nachlässig seyn. ¶ 2. Sepositus, relictus, beyseit gesetzt, zurück gelassen, in ruhe gelassen; ut, *Omissa controversia*, Cic. pro Ligar. c. 1. *Omissa cura & pro cura habita*, Liv. 3, 46. *Omissis deliciis hoc age*, Horat. 1 epist. 6, 30. *Aliquid ex omissis petere*, Vellej. 2, 68, 4.

¶ Omissio, *ōnis*, f. die unterlassung. Symmach. 3 ep. 48; & 10 ep. 70.

¶ Permitto, *ere*, weit werffen; ut, *Scopulos in undas medias permittere*, Ovid. Met. 14, 182. *Trans maria permittat*, Colum. lib. 7 p. 8, id est, mitti, seu transmitti. Sen. de Constantia Sap. c. 3 *Ego vero sapientem, non imaginario homine vernaculo ornare constitui. Sed eo loco ponere, quo nulla permittitur injuria*, i. e. quo nulla mitti & penetrare injuria possit. Alia exempla ad eum locum Lipsius notat. ¶ 2. *Permittere se alicujus fidei*, Cæs. B. G. 5, 3 extr. vel, *in fidem, in deditionem*, sich ergeben, überlassen Liv. 7 & 8. *Permittere aliquid amico*, est concedere, erlauben, zulassen, verstatten, Cic. Tusc. 1, 43. *Tibi pater permittimus*, Ter. Adelph. 5, 9, 38, wir stellen dirs heim. *Permittere omnia alicujus judicio*, zu eines gutdünken stellen, Idem Phorm. 5, 8, 56. Liv. 33, 13 *Omnia se concedere, de ceteris Senatui permittere*. Idem 9, 43 *Cui Senatus consulto permissum de Hernicis erat*. Et, *Leges permittunt*, Cic. de Invent. 2, 49, das recht lässt zu, *vetant*, contrarium. Met. e re nautica. *Permittamus vela ventis*, Quinct. ep ad Tryphonem, operibus præmissa, lasst uns wagen. ¶ 3. *Permittere equos, canes*, i. e. immittere, lauffen lassen. Liv. 3, 61 *Concitant equos, permittuntque in hostem*. Nemes. ecl. 1, 7 *Viridique gregem permittere campo*. vid. Parei Lex. Crit. p. 917. ¶ 4. *Permittere equo* remittere poni ap. ICtos nonnunquam, & vicissim, observat Cuiacius obs. 21, 29. Sed prioris generis loca corruptionis arguit Gron. ep. ad Salmas. Syll. Burm. n. 357 T. II, p. 612.

¶ Permissus, *a, um*, überlassen zugelassen, verordnet. Liv. 4, 30 *Comitia ex vi L. Valerio permissa*. Lucan. 1, 395 *Quibus sacri permissa potestas*, die priester.

¶ Permissum, *i*, n. subst. die zulassung, verstattung, vergünstigung, erlaubniss. Horat. 2 epist. 1, 45 *Vtor permisso*. conf. Labeo ICtus apud Vlpian. Dig. 11 t. 7 l. 8.

¶ Permissus, *ûs*, m. idem. Cic. de Arusp. Resp. c. 12 *Omne servitium permissu magistratus liberatum*. Liv. 3. 43 *Decemvirorum permissu*.

¶ Permisio, *ōnis*, f. Cic. ad Qu. fratr. 3, 1 c. 3 *Quod tibi mea permissio marsionis tuæ gratæ est, id ego summo meo dolore & desiderio, tamen ex parte gaudeo*. ¶ 2. Est & figura Rhetorica apud Auct. ad Herenn. 4, 29.

¶ Permissor, *ōris*, m. qui permittit; ut, *Mali permissor*, Tertullian. adv. Marc. 1, 22 extr.

¶ Impermissus, *a, um*, ungestattet, unvergönnet: ut, *Impermissa gaudia*, Horat. 3, od. 6, 27.

¶ Posmitto, *ere*, quod Nizolius & Cæl. Rhodig. ex Cic. pro Cælio c. 22 arcessunt, falsum est, quia optimo quoque libro legitur *præmitteret*.

¶ Præmitto, *ere*, vorher schicken, voran lassen; ut, *In Siciliam cum imperio præmittitur*, Cic. Att. 7, 15 *Cogitationes in hanc partem præmittere*, weit hinaus dencken. Sen. epist. 5 Et de defunctis, qui quasi præcedant reliquos, illud Martial 10 epigr. 12 *Te præmitto libenter*, accipi vult Scriverius, sed nihil opus est. vid. Parei Lex. Crit. p. 970.

¶ Præmissus, *a, um*, voraugeschickt; ut, *Præmissus Achates*, Virg. Æn. 6, 34. Et, *Præmissi equites*, ibid. 9, 367.

¶ Præmissa, *orum*, n. pl. Cæl. Rhodig. 6, 6 interpretatur *primitias quasdam*, sicuti præmissa sacrorum dicuntur, die erstlinge. Sic, *Olei ac vini præmissa*, Plin. 12, 1.

¶ Prætermitto, *ere*, præterire, vel omittere, ignorantia scilicet, aut oblivione, aut negligentia, vorbey oder vorüber lassen. Ter. Adelph. 3, 3, 60 *Nihil prætermitto, conficio*, &c. *Nihil, quod ad rem pertinet, prætermittere*, Cic. fam. 1, 5. Et, *Nullam locum laudandi tui prætermitto*, Idem fam. 12, 24. *Nullam officium hominis amanti erga aliquem prætermittere*, Idem fam. 1, 8. Et Nep. 5, 4, 3 *Quod facere nullum diem prætermittebat*. Vbi male Lambinus *intermittebat* emendat.

¶ Prætermissus, *a, um*, vorbeygelassen, überhäufft. Cic. Off. 3, 2 *Negant eum locum a Panætio prætermissum, sed consulto relictum*. Liv. 8, 30 *In annalibus res prætermissa*.

¶ Prætermisio, *ōnis*, f. die vorbeylassung. Cic. Topic. c. 7 *Sine nullius prætermissione*.

¶ Promitto, *ere*, primo significat perrigere, extendere, ausstrecken. P. Mela 1, 3 *Deinde rursus Gallia est longe & a nostris litoribus huc usque promissa*, i. e. porrecta. Cæs. B. G. 8, 9 *Audacius longinqua tela promittere* Tac. A. 2, 39, 3 *Crinem barbamque promittere*, das haar lang wachsen lassen. Et Liv. 6, 16 *Multos mortales capillum ac barbam promisisse*. De hac significatione Nic. Heinf. ad Sil. 3, 534. ¶ 2. Interdum est simplicirer prædicere, vorher sagen. Cic. fam. 6, 1 med. *Si mihi alterutrum de eventu atque exitu rerum promittendum esset*. Id Att. 7, 9 *Promitto tibi Pompejum, si valebit, tenuam in Italia nullam relicturum*. Ita Sen. controv. 29 *Per quæ se parricidam scelera promiserit*, i. e. quæ fecerit, unde conjectura fieri potuerit. vid. Schulting. ad Quintil. decl. p. 2 Burm. ¶ 3. Polliceri, verheissen, zusagen; ut, *Vix videbar, quod promiseram, præstare posse*, Cic. ad Brut. epist. 18; & *Promittere damni infecti*, Cic. Topicis c. 3, it. Dig. de damno infecto, est *nomine damni infecti promittere* qui & *Cavere damni infecti* dixerunt. *Promittere ad cœnam*, de iis dicitur, qui invitati ituros ad cœnam se pollicentur, Plaut. Menæch. 5, 2, 43 &c. a quo diversum est *condicere ad cœnam*: de quo supra in *Dico*. Dicimus & absolute *Promittere*. Plaut. Most. 4, 3, 12 *Promisi foras*, ich habe mich ausser hause verredet. Add. Gabbema ad Petron. c. 10 p. 42 Burm. Huc refer, quando est licitantium, bieten. Plin. 17, 1 *Pro domo ejus festertium millies identidem promittens*, i. e. *emtum volens*, ut p. p. ipse Plinius. ¶ 4. Minari esse volunt in illo Virg Æn 2, 93 *Promissi ultorem*, sed hoc intelligitur cum respectu ad manes Palamedis. Plaut. Asin. 5, 2. 80 *Surreptarum pallam promisit tibi*, est prædixit, hat sich verlauten lassen, pertinetque adeo ad n 2, Ter. Heaut. 4, 4, 6 BACCHIS, *Syrus mihi tergo pœna pendet*. CLIN. *Satis scite promittit tibi*, ironicum est, sie verspricht dir etwas feines. Itaque admonendi famus, ne promiscue pro *minari, promittere* dici posse putemus. ¶ 5. Profiteri, profession von etwas machen, Hor. 2 ep. 1, 115. *Quod medicorum est Promittunt medici* vid Turn. 19, 6, & Comm. alii ad Petron. c. 10 *Ego ne quæstibus tuis obstem aliquid aliud promittam*. Quintil. l. 1 prooem. *Facere quam promittere optima maluerunt*.

¶ Promittens, *tis*. Curt. 6, 7, 11 *Ingentia promittens, interdumque regnum quoque*. conf Iustin. 31, 3, 8.

¶ Promissus, *a, um*, zugestaht, versprochen; ut, *Fides promissa*, Virg. Æn. 4, 552; & 6, 346. *Adeptæ promissa dies*, Idem Æn. 9, 107. *Promissum carmen*, Horat. epod. 14, 6 & de Artev. 45. v. Parei Lex. Crit. p. 1000. ¶ 2. Extenius, longus, lang ausgestreckt: ut, *Promissa barba*, prolixa, Plin. 7 epist. 27. *Come promissæ*, Liv. 38, 17. *Promisso ventre aretes*, Colum. 7, 3.

¶ Promissum, *i*, n. subst. die zusage: ut, *Servare promissa*, Cic. Off. 3, 24. Et, *Satisfacere promisso*, Id. Verr. 7, 53. Et, *Stare promissis*, Off. 1, 10. *Fraus promissa apparuit*, Ter. Eun. 2, 3, 19. *Miscere minis promissa*, Tac. Hist. 5, 24, 4. *Longa promissa*, Idem Hist. 3, 58, 5.

¶ Promissus, *ûs*, m. subst. idem. Manil. lib. 5 v. 578 *Promissu vitæ reverear*.

¶ Promissio, *ōnis*, f. pollicitatio, die verheissung, versprechung; ut, *Promissio mercedis*, Cic. fam. 4, 13. *Promissio provinciæ*, Idem Att. 8, 3.

¶ Promissivus, *a, um*, versprechend; ut, *Promissivus modus*, P. Confent inter Gramm. Putschii p. 2061

¶ Pro-

¶ Promissive, adverb. idem. Tertull. adv. Marc. 5, 10 *Praecipitive non promissive.*

¶ Promissor, *ōris*, m. der viel verspricht. Horatius de Arte poëtica v. 138 *Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu.*

Decomposita a *Promitto*:

¶ Apprōmitto, *ĕre*, neben einem andern versprechen, bürge werden. Reperitur hoc Decompositum aliquoties ulurpatum a Cicerone, ad Att. 5, 1 & pro Rosc. Am. c. 9.

¶ Appromissor, *ōris*, m. ein bürge, Lege 43 Dig. de Solution.

¶ Compromitto, *ĕre*, mit andern bewilligen. Cic. ad Q. frat. 2, 14 *Tribunicii candidati compromiserunt.*

¶ Compromissum, *i*, n. subst. ein vertrag, gegenversprechung. Cic. pro Rosc. Com. c. 4 *Compromissum facere.*

¶ Compromissārius, *ii*, ut, *Compromissarius judex*, qui ex compromissis sumptus, est willkührlicher schiedrichter, l. 41 ff. de recept. qui arbitr. Conf. l. 4 ff. de tutor. & curat.

¶ Expromitto, *ĕre*, plus est quam recipere, geloben. Varr. R. R. 2, 2 *Cum emptor dixit: Tanti sunt mihi empta? & ille respondit: Sunt & expromisit nummos.* Iulian. l. 104 § 1 ff. de legat. & fideicomm. *Ei pecuniam expromiserant.*

¶ Expromissor, *ōris*, m. ein bürge, der für einen andern eintritt und angelobet, Paul. ICt. Reg. Iur. 110 sub An. Dig. Et l. 7 § 8 Dig. de dolo malo.

¶ Repromitto, *ĕre*, dargegen versprechen. Cic. de Clar. Orat. c. 5 *Non tibi repromittere silve quidam augus sim.* Apud Plautum Curc. 5, 3, 63, & Suet. Claud. c. 20 idem quod promittere. Vt apud ICtos promittere & repromittere damni infecti eadem sint. Vide l. 9 § 7 Dig. quod met. causſa, &c.

¶ Repromissor, *ōris*, m. ein bürge, der für einen andern eintritt und angelobet, Paul. ICt. Reg. Iur. 110 sub An. Dig. Et l. 7 § 8 Dig. de dolo malo.

¶ Repromissio, *ōnis*, f. die gegenversprechung. Tertull. adv. Hæreric. c. 8 *Deum nationes non magis noverant, quam nullam repromissionem ejus.* Habet & Cicero pro Qu. Rosc. Com. c. 13 & 18. Et Ambros. serm. 18 T. 5 p. 23 *Terra repromissionis*, Canaan scil. De Repromisione circa sponsalia vid. Taubm. ad Plauti Aul. p. 183.

¶ Remitto, *ĕre*, zurück senden, hinwieder schicken. Cic. fam. 9, 5 *Volebam ad te Marionem remittere* (ex itinere Romano Patras, ubi reliquerat Tironem ægrotum) *quem ad me* (domum interim revertsurum) *mitteres.* Ovid. Met. 13, 702 *Nec leviora datis Trojani dona remittunt.* ¶ 2. Interdum est mittere simpliciter, ut in illis Cic. Topic. c. 4 & Att. 1, 13 *Nuntium remittere uxori*, & Ter. Phor. 5, 7, 35 *Repudium remittere*, sich von ihr scheiden. Nisi tamen hic repici dicas ad primos illos nuntios, quibus conciliatæ sunt nuptiæ. ¶ 3. Dimittere significat, sive relinquere, non postulare, überlassen, fahren lassen. Cic. de Orat. 1, 58 *In qua tibi remittunt omnes ipſam voluptatem, & ea je carere patiuntur*, q. d. nemo tibi invidet. Id. pro Flacco c. 17 *Quibus ego istam laudationem remittam, quoniam sunt leves, horum testimonium non pertimescam*, q. d. horum laudes & reprehensiones perinde habeo. Etiam Germ. ich will dir dieses schenken. Cic. pro Cluent. c. 2 *Si quam opinionem jam vestris mentibus comprehendiſtis, eam animis vestris remittatis.* Idem pro Sulla c. 30 *Etiam si quid ab omnibus conceditur, id reddo, ac remitto.* Id. Phil. 8, 8 *Provinciam remitto*, & c. 9 *Gallicum togatam remitto*, i. e. dimitto, non amplius postulo. Tac. Ann. 3, 55, 1 *Remissa ædilibus talis cura*, i. e. quod fuisit epistola sua Tiberius, levati sunt ista cura. Mart. 10 ep. 52 *Vanasque remitto labores.* ¶ 4. Permittere sive concedere notat zugeben, nachlassen, zulassen. Cic. pro Planc. c. 30 *Te mihi remittere atque concedere, ut omne studium meum in Plancii honorem confunderem.* Id. Att. 10, 5 *Tullium & Servium queſtos esse, quia non idem sibi quod mihi remisisset*, i. e. veniam in senatum non veniendi dedisset. Vid. quos laudat Burm. ad Quintil. declam. 2, 1 p. 39 & Drakenb. ad Sil. 17, 357. & add. Tac. Ap. 1, 8, 6. ¶ 5. Condonare significat nachlassen, erlassen. Cic. Verr. 4, 9 *Navem imperare ex fœdere debuiſti, remiſiſti in triennium*, i. e. non exegisti. Cic. Att. 13, 23 extr. *Ne exiſtimes eos, qui non debita conſeſtari ſoleant, quod debeatur, remiſſuros.* Id. Verr. 1, 57 *Remiſit Bruto H-S C.X millia.* Vatin. ad Ciceron. fam. 5, 10 *Meam animadverſionem & ſupplicium, quo uſurus eram in eum, remitto tibi & condono*, will ich dir zu gefallen unterlassen. Ad hanc significationem referas ecclesiasticam phrasin, *remittere peccata*, die sünden vergeben. Quin ex ipso Cicerone præsidium forte arcessas huic formulæ, Att. 15, 16 *Dionyſio ego non modo placabilem me præbuiſſem, ſed totum remiſiſſem.* Quamquam hoc aliter accipit Nizolius. ¶ 6. Permittere, demandare, auftragen, est in illo Symmachi 6 epist. 8 *Aſſores abſentium, quibus res longinqua remittitur, tamquam ſoluti legibus vivunt.* Loca Taciti, quæ huc referunt, sed n. 3 & 4 potiori jure retulimus. Forte tamen huc pertinet An. 3, 10, 5 *Integram cauſam ad ſenatum remittit*, i. e. rejicit, illi judicandam permittit. ¶ 7. Minuere vel relaxare, nachlassen. Cic. Verr. 5, 65 *Aliquid de ſummo ſupplicio remitteres.* Cic. Divin. in Cæc. c. 15 *Ne is quidem tantum contendet in dicendo quantum poteſt; ſed conferet laudi & exiſtimationi tuæ, & ex eo, quod ipſe poſſit in dicendo, aliquantum remittet, ut tu tamen aliquid eſſe videare.* Id. de Clar. Orat. 55 *Ad inſirmitatem laborum per ſcientes contentionem omnem remiſerat.* Inprimis vero ad animum refertur, cum is a contentione relaxatur. Liv. 39, 24 *Nunquam remiſit animum a colligendis in pace viribus.* Cic. Verr. 4, 51 *Animi earum remittere.* Id. de Leg. 2, 15 *Cantus tum remittit animos, tum contrahit.* Et in fragm. Hortens. *Quæro non quibus intendam animum rebus, ſed quibus relaxem ac remittam.* Nep. 7, 1, 4 *Simulac ſervemiſerat.* ¶ 8. Et intransitive, ut sit minui, relaxari, nachlassen. Cic. de Clar. Or. c. 34 *Cum remiſerant dolores pedum.* Ter. Andr. 5, 1, 8 *Si cogites, remittas jam meo nevare injuriam* (wirdest nachlassen oder aufhören). Liv. 2, 54 *vel peſtilentia remiſſa* 40, 33 *ubi primum remiſerunt imbres* Cæsar B. Civ. 3, 26 *Si forte ventus remiſiſſet.* ¶ 9. Denique etiam est dissolvere, fluidum reddere, zerschmelzen, auflösen. Virg. Georg. 4, 35 *Frigore mella Cogit hiems, eademque calor liquefacta remittit.* Vid. Burm. ad Sanct. 69.

¶ Remittens, *tis*, ut, *Calpam remittens*, Val. Flacc. 3, 407.

¶ Remissus, *a, um*, ex § 6 & 7 significatione participium verbi accipitur, nachgelassen, fren, ut, *Studia remiſſa ſeparibus*, Cic. Tusc. 1, 1. *Remiſſi flatus*, gelinde: kalte, Cæs. de b. Gall. 5, 12. *Remiſſior ventus*, Id. C. Bell. 3, 26, & *Remiſſior ira*, Liv. 24, 26, h. e. lenior. *Remiſſiores animi vir Lælius*, Sen. epist 11. *Remiſſiſſimo ad otium & ad omnem cumitatem animo*, Suet. Aug. c. 98, leicht nachgelassen. Suet. Claud. c. 21 *Nec nullo ſpectaculi genere communiter aut remiſſior erat*, &c. Et in Tib. c. 21 *Remiſſi res, variaeque ſermones.* Nepos 11, 3, 1 *In labore remiſſus nihil patiendo*, faul. Ex ultimo verbi intellectu sunt illa, Paulinus 1, 41, 2 *Annuntiatum ſuper ignem remiſſum.* Sextus Placidus 1, 31 *Adipis ovilli remiſſi & inflatus dolorem ſanat.* Sammonicus de fanctum morbis: *Cura remiſſa.*

¶ Remisse, remissius, adv. leniter, gelinde, sonder Eifer: ut, *Remiſſe loqui*, Sallust. *Dicere remiſſe*, leise reden, Quintil. 12, 10. *Remiſſe cum aliquo agere*, Cic. pro Sexto c. 14. *Remiſſe & placentia fari* (molestius.) Cic. fam. 6, 13. Et, *Nihilo remiſſius, atque etiam multo vehementius inſtabat*, Idem Verr. 4, 34. *Ne aut crudelius aut remiſſius agat cum ſubjectis*, Colum. 11, 1. ¶ 2. Est & *Remiſſe* per ludum & jocum: & *ſeria* opponitur, schertzweise. Suet. Claud. c. 33 *Ingredientem deſtituebant poplites minus ſtrmi, & remiſſe quid vel ſerio agentem multo dehoneſtabant.* conf. Nonius 5, 358.

¶ Remissio, *ōnis*, f. relaxatio, die ruhe, erquickung: ut, *Remiſſio animi*, Cic fam. 5, 2. *Danda eſt omnibus aliqua remiſſio*, Quintil. 1, 3, & p. p. *Morbis tamen ſit remiſſionibus, ne aut ſenſus ſtudiorum faciant negatæ, aut conſuetudinem nimiæ. Nam ex mimo Publii*, Arcum intento frangit, animum remisso. conf. Mench. ad h. v. Et, *Remiſſio vocis*, nachlassung, Cic. de Clar. Orat. c. 91. *Remiſſio febris*, Suet. Tib. c. 73. *Remiſſio pœnæ*, Cic. Catil. 4, 6 extr., die erlassung der strafe. Suet. Cæs. c. 20 *Publicanos remiſſionem petentes tertia mercedum parte relevavit.*

¶ Remilla, *æ*, f. pro *Remiſſione*, die vergebung. Cyprian. lib. 8 ep. 14 *Qui blaſphemat in Spiritum Sanct. remiſſam peccatorum non habet.* Et Tertull. adv. Marc. 4, 18 *Dicenus de remiſſa peccatorum.* conf. Zimmerm. Anal. Miscell. Ment. 5 § 1 p. 225.

¶ Remisārius, *a, um*, was man fan auf und niederlassen; ut, *Vectis remiſſārius*, Cato R. R. c. 19 de prelo sermo est.

¶ Remisīvus, *a, um*, nachlassend. Cæl. Aurel. Acut. 3, 4 *Res congruæ & remiſſive.*

¶ Remissor, *ōris*, qui remittit. Ambros. de Offic. 1, 7 *Remiſſor injuriæ usque ad remunerationem.* Et Chrysolog. serm. 84 *Largitus eſt remiſſorem.*

¶ Remissibilis, *e*, vergeblich; &

¶ Irremissibilis, *e*, unvergeblich, ecclesiastici usus sunt, sed oppido antiqui. Vtrumque vides in Tertulliani de Pudicitia c. 2 *Delicta alia remiſſibilia, alia irremiſſibilia*, &c. Et Fulgent. ad Venant. epist. 7 *Peccata irremiſſibilia permanent.*

¶ Irremisse, adverb. unablässig, unaufhörlich. Ammian. 29, 2 *Irremiſſe exhibitis omnibus*, &c.

¶ Submitto, vel Summitto, *ere*, hernieder lassen. *Submittere ſe patri ad genua*, Suet. Tib. 20. *Submittere clypeum*, Curt. 9, 5, 18. *Submittere animum*, den muth fallen lassen, Liv. 23, 25. *Submittere verba*, leise reden, Seneca epist. 11. *Submittere genua*, knien, Plin. 8, 1. Et, *Submittere ſe ad menſuram diſcentis*, sich herab lassen, Quintil. 2, 3. ¶ 2. Est & rusticum verbum, & de pecoribus dicitur, quæ educantur ad fœturam & usum, zur zucht behalten, zurück bindeu. Varro de R. R. 2, 2 *Cum oblivione jam lacti* (agni) *non diſſiciunt matrem, tum denique compellendum in gregem &c. Quos avieus ſubmittere velunt.* Idem 2, 3 *In nutricatu hædi trimeſtres cum ſint facti, tum ſubmittuntur, & in gregem incipiunt eſſe.* Et Colum. 7, 3 *Opillo fere omnem ſobolem paſtioni reſervet ſobolemque.* *Villicus enim tenerios agnos lanio tradit, dum adhuc herbæ ſunt teneres; &c. Submitti tamen etiam in vicinia urbis quandoque oportebit.* Vbi *ſubmittere* & *lanio tradere* opponuntur: *reſervare paſtioni & ſubmittere* eadem sunt. Virg. Georg 3, 157 *Poſt partum, cura in vitulos traducitur omnis: Continuoque notas, & nomina gentis inurunt: Et quos aut pecori melius ſubmittere habendo, Aut aris ſervare ſacris, aut ſiudere terram*, &c. Ibidem 3, 73 *Tu modo quos in ſpem ſtatues ſubmittere gentis, Præcipuum jam inde a teneris impende laborem*; h. e. servare, ut admissarii fiant: quod Varro 3, 3 *ad admiſſuram ſubmittere* dixit. Columella etiam ad alia traduxit: Ad *vitem* 3, 6 *Vitis fœcunda, cujus progeniem ſtud. mus ſubmittere*, i. e. propagare. Ad *prata* 11, 2 *Per boſce dies locis maritimis & calidis & ſiccis prata vel arva purgantur & in fœnum ſubmittuntur*; i. e. intacta servantur, ut neque depascatur, neque secetur herba, sed in fœnum sinatur crescere, sie werden geschonet, und nicht betrieben. Add. 2, 18, 2. ubi tamen potius rigare videtur *ſubmittere*; ita etiam Caro R. R. c. 8. Neque impedit quidquam, quo minus etiam aferrum Columellæ locum ita interpretemur. vid. Gesneri Lex. rust. ¶ 3. Illud Virgilii eclog. 1, 46 *Paſcite ut ante boves, pueri, ſubmittite tauros*, nonnulli pro jugo supponere interpretantur, quod Apulejo *ſubjicere* in Floridis dicitur. Nam de Gymnosophistis ita scribit: *Non illi terunt arva colere, vel aurum colere, vel equum domare, vel taurum ſubmittere.* ¶ 4. *Submittere* est hülfe schicken, Liv. 44, 4 *Nec auxilia ſocios, integros feſſis ſubmittendo.* Cæs. B. Gall. 7, 85. *Lanceariosque ſubmittit.* v. Davis. ad h. l. & Drakenb. ad Liv. 6, 6. ¶ 5. Et & clanculum immittere, *percuſſores ſubmittere*, Suet. Galb. ext. Cic. in Verr. 1, 41 *Ad pupillæ matrem ſubmittebat*, h. e. clanculum ablegabat. Adde Frontin. Strateg. 2, 5 ex. 28; 3, 2, ex. 9 & 6 ex. 6. ¶ 6. *Submiſſe dextræ* ap. Sil. 12, 670, sunt subleatæ, sublum emissæ, quo sensu verbum hoc etiam Seneca Oedip. 226 usurpavit: *Pias, numen precatus, rite ſubmiſſ manus.* conf. Troad. 708.

¶ Submissus, *a, um*, niedergelassen, eingezogen niedrig. Cicero pro

Plancio: *Submissa voce agam, tantum ut judices audiant*, ich will leiſe reden. Et Martial. 8 epigr. 75 *Hos comes invalidus submissa voce precatur.* Ovid. Met. 8, 638 *Submisso humiles vertice poſtes.* Hirt. de B. Gall. 8, 31 etiam comparativo uſus eſt. *Non dubitabat*, inquit, *quin recenti calamitate* (civitates) *submissiores essent futurae*, demüthiger, nicht ſo trotzig. Et Seneca Controv. c. 32 *submissioribus verbis.* Et magis proprie Liv. 44, 9 de teſtudine militari: *Stantibus primis, secundis submissioribus, tertiis magis & quartis, poſtremis etiam genu nixis.* Adde Quintil. 11, 3; Suet. Tib. c. 68; Sen. epiſt. 13.

¶ Submiſſe, adverb demüthig. Cic. Off. 1, 26 *Quanto sumus superiores, tanto nos submissius geramus.* Idem de Orat. 2, 53 *Qui aut breviter, aut submisse dicunt, decere judicem poſſunt; commovere non possunt.* Id. in Orat. c. 8 *Submissus a primo* (dicere), *deinde pressius*, &c. Petron. c. 105 *Scisciturі submissius coepit.*

¶ Submiſsim, idem. Suet. Aug. c. 74 *Submissim fabulantes*, die leiſe redeten.

¶ Submiſſus, *ūs*, ſubſt. die einſchiebung. Tertull. adverſ. Marc. 5, 16 *Ex submissu erroris ulciſcitur*, i. e. clancularia immiſtione.

¶ Submiſsio, *ōnis*, f. die niederlaſſung; ut, *Submisso vocis*, Cic. Off. 1, 41; & *orationis*, Id. in Orat. c. 25.

¶ Submiſſor, *ōris*, m. ICt. in Dig.

¶ Submiſsōrius, *a, um*, unterthänig. Sen. Controv. 32 *Non vultu demisso, non submissoriis verbis.* al. *summissoribus verbis.*

¶ Supermitto, *ere*, drüber her thun, oben drauf thun. Apicius 2, 1 *Et sic supermittes jecur.* Et 5, 3 *Piſa supermittes.* Adde Iuſtin. 12, 14 extr. & Curt. 10, 4, 20.

¶ Transmitto, vel Tramitto, *ere*, committere, tradere, überlaſſen; ut, *Transmittere alicui bellum*, eſt ei adminiſtrandum committere, Cic. pro Leg. Man. c. 14. ¶ 2. Trajicere, ut, *Transmittere mare*, Cic. Nat. D. 2, 49, übers meer ſchiffen. Id. Att. 16, 6 *Duo sinus fuerunt, quos transmitti oportet.* Et, *Transmittere mari ſupero*, Cic. Att. 9, 3. *Transmittere* & abſolute pro *transfretare*, ponitur. v. Gell. 2, 21; & 10, 26. Adde Curt. 4, 1, 27; Vellej. 2, 51, 1; & Cic. pro Lege Man. c. 11. Idem Phil. 1, 3 *Ab eo loco conſcendi, ut transmitterem. Bellum transmittere*, apud Livium 21, 20, durchzug verſtatten, ein kriegsvolck durchlaſſen; pro quo & *exercitum transmittere*, dici poteſt. Sed Plin. 9 epiſt. 6 *Omne hoc tempus inter pugillares & libellos jucundissima quiete transmiſi*, habe die zeit zugebracht. Et major Plin. 12, 12 *Papyrus transmittit litteras*, h. e. bibula eſt, das papier ſchlägt durch.

¶ Transmiſſus, *a, um*, überſendet, item hinübergeſetzt, übergeführt; ut, *Transmiſſae classes*, Virg. Æn. 3, 403. Et, *Navigia transmiſſa* Curt. 10, 1, 15.

¶ Transmiſſus, *us*, m. ſubſt. die überfahrt, pro trajectu. Cæſ. de B. Gall. 5, 13 *Pari ſpatio transmiſſus, atque ex Gallia, eſt in Britanniam.*

¶ Transmisſio, *ōnis*, f. die überſendung. Salvianus 4 contra Avarit. p. 166 *Sibi opulenta rerum transmiſſione proſſiciant*: Intelligitur transmiſſio hæreditaria, ein vermächtniß. Sicuti & ICti *Transmittere* ad hæreditates referunt, vid. lib. 6 Cod. t. 51. ¶ 2. *Transmiſſio* & pro trajectu, die überfahrt, hinüberſchiffung. Cic. Phil. 1, 3. *Veni, Syracuſas, quod ab ea urbe transmiſſio in Græciam laudabatur.* conf. Id. ad Att. 4, 17. Et Capitol. in Marco c. 8 *Audita Veri transmiſſione*, id eſt navigatione in Aſiam ad bellum Parthicum.

MITŸLVS, *i*, m. piſcium aut concharum ſpecies, apud Horat. 2 ſat. 4, 28. Martiali dicitur *Mytilus*, de quo infra.

MITŸLĒNE, *es*, f. Μιτυλήνη, urbs in Lesbo, μεγάλη καὶ καλή, *magna & pulchra*, ut, Longus ſophiſta appellat lib. 1 Ποιμενικῶν. *Pulchram* & Horatius vocat 1 epiſt. 11, 17. vide Strabon. lib. 13. Ejus expugnationem narrat Livius epit. 89 in fin. In nummis conſtanter ſcribitur *Mytilene*, quod ab Holſtenio, Harduino aliisque obſervatum.

¶ Mitylenæus, *a, um*, adject. ut, *Mitylenæus mango*, Martial. 7 epigr. 79 *Mitylenæo modulari pectine*, Claudian. de Nupt. Honor. v. 235.

Mixtio, Mixtura, mixtus, vide ante in *Miſceo.*

MNA, *æ*, f. μνᾶ, mina. Plinio 21, 24 *Mna, quam noſtri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum.* vide ſupra *Mina.*

MNĒMĒ, *es*, μνήμη, i. e. memoria, huc referenda vox, propter derivata quædam Latinitate donata, v. g.

¶ Mnēmŏnica, *orum*, n. plur. μνημονικὰ, præcepta de memoria, gedächtniß-künſte. *Qui mnemonica didicerunt*, Auctor ad Herenn. 3, 17.

¶ Mnēmŏnĭdes, *um*, Muſæ dicuntur Ovidio Metam. 5, 268, quaſi τῆς μνήμης vel μνημοσύνης, h. e. memoriæ filiæ. v. Heinſ. ad h. l. qui *Mnemonidas* reſtituit, cum ante *Meonides* legerentur.

¶ Mnēmŏsўne, *es*, f. μνημοσύνη, mater novem Muſarum, *Memoria.* vid. Ovid. Met. 6, 114; & Auſon. epiſt. 5, 62.

¶ Mnēmŏsўnon, *i*, n. μνημόσυνον, memoriæ monumentum, ein gedencken, Catullus epigr. 12.

MNESTHEVS, *ei*, m. duabus ſyllabis, Trojanus eſt Virgilio ex Aſſarici regis familia. *Mneſthea, Sergeſtumque vocat*, &c. *Et genus Aſſarici Mneſtheus*, &c. Virgil. 4 & 12 Æneid.

Mobilis, mobilitari, mobilitas, mobiliter, quære in *Moveo.*

MŌCŌSVS, *a, um*, μωκώδης, höhniſch, ſpöttiſch, a μῶκος, *ſanna.* Ciceroni vindicatur hæc vox ad Att. 1, 13 *Cavillator genere illo mocoſo*, ubi vulgo legitur *moroſo*; & Quintiliano 11, 3 *Eſſe hanc mocoſam actionem*, ubi vulgo *inotioſam.* Scilicet mocoſum eſt illud genus ridiculi, quod fit non ſalibus & dicacitate, ſed vultu & geſticulationibus. Itaque actionem mimicam & geſticulatoriam *mocoſam* veteres oratores appellabant. Vid. ed. Græv. ad l. c. Ciceronis p. 73.

Moderabilis, moderamen, moderari, &c. vide in *Modus* n. 5.

MŌDERNVS, *a, um*, qui noſtro vivit tempore, ietzig. Hoc ſenſu Priſciano, atque Caſſiodoro, & Bedæ in uſu eſt: quorum tamen auctoritas, niſi antiquior acceſſerit, tanta haud eſt, ut a barbariſmo eos, qui hoc verbo frequenter hodie utuntur, liberare poſſit. Barth. ad Briton. Aremor. p. 687 eam latinam non eſſe, dudumque doctis exploſam confirmat. Et quid opus vocabulo ſordido, cum non deſint puriora: *præſens, recentior, junior*, &c. vid. Antibarb. Cellarii p. 312.

Modeſte, modeſtia, modeſtus, quære in *Modus* n. 6. Modialis, *Modius*, Modice, modicellus, modicus, modificatio, modificato, modificus, modimperatus, *Modus*, n. 4 & 1, Modiolus, *Modius.*

MŌDIVS, *i*, m. menſura duas & triginta heminas, vel ſextarios ſedecim, vel amphoræ partem tertiam continens. vid. *Hemina.* Eſt autem tum liquidorum, tum aridorum menſura. Cic. de Amic. c. 19 *Verum illud eſt, quod dicitur, multos modios ſalis simul edendos esse, ut amicitiæ munus expletum ſit.* vid. Chiliad. *De mille fabæ modis* &c. Horat. 1 epiſt. 16, 55. *Modio metiri pecunias*, proverbium in divites, de quo Interpp. Petron. c. 37 p. 156. Interdum eleganter ea vox omitti ſolet. v. Gronov. ad hæc Liv. 43, 6. *Tritici decies centum millia & hordei.* ¶ 2. Plinius 18, 16 etiam *Modium* dixit genere neutro, *Modia vicena.* Vetus auctor de menſuris apud Rigaltium: *Vrnæ duæ amphoram complent, quæ ſunt modia tria.* Et mox: *Modia quinque medimnum faciunt.* ¶ 3. *Modius agri* apud Auctores de limitibus Gœſianos p. 264 eſt tertia pars jugeri, h. e. quadrati pedes 9600. &c. conf. locus Columellæ in *Semodius.* Palladius Maj. 4, 1 it. Iun. 2, 1.

¶ Modiŏlus, *i*, m. dimin. Plaut. Ciſt. 2, 2, 7 *Ei promiſi modiolum vini dare*, alii: *dolium.* ¶ 2. Vitruvio 10, 12 ſeq. etiam eſt, ein brunnen-eimer, ſchöpfgelte. ¶ 3. *Modiolus* in rota, cui affixi ſunt radii, die nab am rad, Plin. 9 c. 4. ¶ 4. Quale ſit inſtrumentum chirurgicum, vide apud Celſum 8, 3.

¶ Modiālis, *e*; ut, *Aulæ modiales*, i. e. capaces modii, Plaut. Cap. 4, 4, 8, darein ein maß gehet.

¶ Modiatio, *ōnis*, f. tritici menſura, modius frumenti, apud ICtos & Caſſiodorum lib. 4 Var.

¶ Semŏdius, *i*, m. dimidium modii. Martial. 4 epigr. 46 *Farris ſemodius.* Columella 2, 11 extr. *Modiis tribus, interdum duobus ac ſemodio jugerum occupatur.* Dicitur quaſi *Semimodius.* Gloſſæ vet. *Semodium*, ἡμιόδιον. Adde Cat. R. R. c. 10, 40, & 162, Colum. 7, 5; Pallad. 1, 26.

¶ Semodialis, *e*, ſemodium continens; ut, *Semodialis olla*, Marcell. Emp. c. 16. *Placenta ſemodialis*, Caro de R. R. c. 76 extr.

¶ Trimŏdium, *i*, n. menſura trium modiorum. Plin. 33, 1 *Trimodia annulorum Carthaginem ab Hannibale miſſa.* Adde Plaut. Menæchm. prologo v. 15.

¶ Trimodius, *a, um*, adj. Colum. 12, 50 *Corbulæ trimodiæ ſatoriæ.* Et abſolute *Trimodia* pro corbula tali, Idem 2, 9; & 12, 18.

¶ Decemmodius, vel Decimodius, *a, um*, adject. Columella 12, 50 *Corbulæ decemmodiæ.*

MŎDO, adverb. minus ſignificat quam *nuper*, neulich, ietzt, erſt, allererſt. Cic. Verr. 6, 3 *Quid dico nuper? imo vero, modo, ac plane paullo ante vidimus.* Liv. tamen 22, 14 *Modo C. Lutatio quæ alia res, quam celeritas victoriam dedit?* ubi *modo* eſt ante 25 annos. v. Gron. Obſerv. l. 4 c. 18. Ter. Eun. 4, 4, 47 *Modo ait, modo negat*, ietzt ſagt er ja, ietzt nein. Liv. 38, 56 *Nebulonem, modo nugatorem appellat.* ubi vox *modo*, quæ geminanda erat, ſemel omiſſa. v. Interpr. Livii ad 31 371. *Modo ut tacere poſſis*, i. e. *Dummodo* vel *ſaltem ut*, ſo du nur ſchweigen könteſt, Idem Phorm. 1, 2, 9. Et Heau. 4, 1, 4 *Vtut ſatis contemplata modo ſis.* Virg. Æn. 4, 109 *Si modo, quod memoras, factum fortuna ſequatur.* Ter. Eun. 4, 4, 47 *Cœrea aliquid inveni modo*, i. e. ſaltem, vel tantummodo, vel tantum. Suet. Domit. c. 5 *De Sarmatis lauream modo Iovi Capitolino retulit. Modo non*, i. e. tantum non, hoc eſt, propemodum. Ter. Phorm. 1, 2, 18 *Senem per epiſtolas pellexit modo non montes auri pollicens.* Nota ſunt *non modo, ſed etiam.* Cic. pro Ligario: *Non modo cum repub. ſecunda ſperare, ſed etiam, ſi adverſa omnia eſſent*, i. e. non ſolum &c. vid. in *Sed.* ¶ 2. Cum pronomine relativo eam fere vim habet, quam indeclinabilis *cunque* ad ſignificandam univerſitatem. Sall. Cat. 39 extr. *Cujusque modi genus hominum, quod modo uſui foret.* Ita Iug. 64, 5. vid. Cort. ad locum priorem. Ovid. Am. 2, 14, 40 *Et clamant, merito, qui modo cunque vident.* Quin Cic. Verr. 2, 26 *Vt omnes iſtius injurias, quas modo poſſet, reſcinderet.*

¶ Amŏdo, von nun an, vox non infrequens veteri bibliorum interpreti; unde & uſurpat Euſebius Gallicanus Homil. in nativ. B. Steph. p. 21, 6. Guil. Brito 4, 136; & 12, 81. vide Barth. ad Britonem p. 718. Novat. de Trinit. c. 28 *Amodo noſtis illum & vidiſtis*, ex Ioh. c. 14, 7, ubi & Vulg. Interpr. & in locis aliis. Gr. ἀπάρτι vel ἀπὸ τοῦ νῦν.

Dummodo, Solummodo, Tantummodo, v. *Dum, Solus, Tantus.*

Modulabilis, modulamen, modulari, modulus, &c. v. *Modus* n. 3.

MŌDVS, *i*, m. menſura, μέτρον, ratio jubens, ne quid nimis, ſed cum moderatione omnia fiant, maß und weiſe. Μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον, Pythagoræ, Phocylidis, Heſiodi, omnium denique ſapientum præceptum. Plaut. Pœn. 1, 2, 30 *Modus omnibus in rebus optimum eſt habitu: Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus ex ſe.* Quint. 11, 3 extr. *Regnat in his maxime modus.* Et Plin. 26, 4 *Nulla in re modum humana ingenia noverunt*, wiſſen keine maß zu halten. Liv. 3, 11 pr. *Nec ſuum cuique jus modum faciebat, ſed vi obtinendum erat, quod intenderes.* Cic. Verr. 2, 48 *Nos modum aliquem, & finem orationi noſtræ faciamus.* Et *Statuere modum inimicitiarum*, Idem pro Syll. c. 17. *Statuere modum gravibus æruminis*, Senec. Herc. Fur. v. 206. *Tenere & retinere modum*, Cic. Off. 1, 29. *Etſi ſuus cuique modus eſt, tamen magis offendit nimium quam parum*, Idem in Orat. c. 22. Horat. 1 ſat. 1, 106 *Eſt modus in rebus*, &c. Lucan. 2, 380 *Hæc duri immota Catonis Secta fuit, ſervare modum finemque tenere.* ¶ 2. Significat & rationem ſeu viam, ritum ac morem, eine art, eine weiſe. Plaut. Amph. 3, 4, 12 *Recte facit, animo quando obſequitur ſuo: Quod omnes homines facere oportet, dum id modo fiat bono*: i. e. bona ratione: hoc eſt, juſte ac licite. Quin *Modo ac ratione* latinis ſcriptoribus eſt *ordine* & *recte*, ordentlich. Cic. pro Quintio c. 7 *Exiſtima C. Aquili, modo ac ratione omnia Romæ Nævium feciſſe.* Integra locutio eſt *bono modo*, qua utitur Plaut. Amph. 3, 4, 13 *Quod bono fiat modo.* Et ipſe Cicero 13 ad Atticum: *De die tantum videto, & id ipſum bono modo tantum, quantum videbitur.* Et in Acad. Quæſt. cap. 2 *Hæc tibi tam ſunt defendenda quam mœnia, mihi autem bono modo. Novo modo*, Cic. Verr. 2, 38. Et, *Multis modis aliquem exſpectare*, Ter. Hec. 2, 3, 7, quod Donatus *vehementer* interpretatur.

Omnibus modis, Ter. Eun. 2, 3, 92, in alle wege. *Hoſtilem in modum*, Liv. 1, 5, 1t. Cic. de prov. conſul. c. 3, feindſeliger weiſe. Horat. 4 od. 2, 27 *Ego apis Matinæ More modoque Grata carpentis thyma*: nach art einer bienen. Liv. 21, 33 *Ruinæ maximæ modo jumenta cum oneribus devolvebantur*. ubi v. Duker. *Majorem in modum*, Cic. fam. 11, 22. Et, *Mirum in modum*, 15, 9. It. *Miris modis*, hefftig, wunderſehr. Et, *Miſerandum in modum*, Idem de provinc. conſ. c. 3. ¶ 3. Ter. Andr. 1, 1, 15 *Sine nunc meo me vivere interea modo*, i. e. voluntate & arbitrio meo, ut Donatus explicat. Idem Eun. 5, 3, 11 *Spero, me habere, qui hanc meo excruciem modo*, i. e. ut volo, ſicut Donatus interpretatur. Plaut. Men. 2, 1, 25 *Moleſtus ne ſis, non tuo hoc fiet modo*, nach deinem kopf. ¶ 4. *Modus* muſicorum eſt: In cantileniis enim *modos* vocant, quos νόμους Græci dicunt. Ariſtoteles apud Suidam: νόμοι καλοῦνται οἱ μουσικοὶ τρόποι καθ' ὃς τιν' ᾄδομεν. Vetus auctor, qui cum Cenſorino edi ſolet, c. 11 MODVS *eſt lex quædam & ordo vocalium intervallorum & differentia: vel, ut Ariſtoxenus definit, non utcunque compoſitum vocalium temporum intervallum*. Idem principio capitis, Muſicam ipſam *peritiam faciendorum & canendorum modorum* definit. *Modi* enim, ſive τρόποι, varii fuerunt; ut, *Æolius, Lydius, Phrygius, Dorius* &c. Apul. in Floridis: *Tibicen quidam Antigenidas fuit, omnis voculæ melleus modulator & idem omnis modi* (ita legendum putat Salmaſius, non *omnimodis*) *peritus modificator, ſeu tu velles Æolium ſimplex, ſeu varium, ſeu Lydium querulum, ſeu Phrygium religioſum, ſeu Dorium bellicoſum*, &c. vid. Dalechamp. ad Plin. 2, 22. In titulis Terentianarum fabularum legimus, *Modos fecit Flaccus Claudii*, i. e. præcepit, præſcripſit, quos & tibicen caneret, & actor ſequeretur. Hoc autem præſtabat peritus muſicæ: quæ eam ob cauſſam & *faciendorum* juxta & *canendorum modorum peritia*, auctori veteri, quem citabamus paullo ante, definitur. Evanthius prolegomenis in Terentium: *Modis canticum temperare*. Tertullianus, quod Salmaſius ad Capitolinum obſervat, *Canticum muſicis notis expedire* dixit. Apulejo in Floridis *Modificator* cantor eſt. ¶ 5. Hinc transfertur ad leges decori. Horatius 2 epiſt. 2, 143 *Ac non verba ſequi numeris modulanda Latinis, Sed verè numerosque modoſque edifcere vitæ*: i. e. rectè vivendi diſciplinas ac leges. Idem 1 epiſt. 18, 59 *Quamvis nil extra numerum feciſſe modumque Curas*, i. e. contra decorum, ac recti legem. ¶ 6. Hinc translatione facta Ter. Andr. 1, 1, 66 *Qui cum ingeniis conflictatur ejusmodi, Neque commovetur animus in ea re tamen, Scias, poſſe habere jam ipſum ſuæ vitæ modum*: i. e. imperare, ſeu moderari vitæ, & quaſi aliquam dare legem poſſe, ſich gubernirten können. ¶ 7. Certam ac definitam magnitudinem notat, quam vulgo *quantitatem* dicimus. Horat. 2 ſat. 6, 1 *Modus agri non ita magnus*. Seneca de Tranqu. c. 7 extr. *Optimus pecuniæ modus eſt, qui nec in paupertatem cadit, nec procul a paupertate diſcedit*. Et Cic. pro Marcello c. 8 *Vitæ modum* dixit, i. e. ſpatium. vid. Rhodii Lexicon Scribonian. Nep. 11, 2, 4 *Haſtæ modum duplicavit*, h. e. haſtas altero tanto longiores fecit. Sic *modum ſpatiumque plantæ* Gellius dixit 1, 1; v. & Buchner. ad Plin. 9 epiſt. 20. A quo non longe abludit, quando pro *termino* ſumitur, uti de Herculis columnis Avienus Deſcript. Orb. v. 100 dixit: *Hic modus eſt orbis*. Plaut. Men. 2, 1, 8 *Nam quid modi futurum eſt, illum quærere?* i. e. num finis erit quærendi. ¶ 8. Hinc & *Modus* pro copia, ſive inſtrumento ponitur, vorrath; ut, *Veſtis ingens modus*: item, *ingens pecuniæ captivæ modus*, Curt. 5, 6, 8. *Magnum modum legionum efficere*, viel regimenter aufbringen, Vellej. 2, 74, 3. Apul. lib. 6 Mileſ. *Erant & falces & operæ meſſoriæ modus omnis*. Frontinus de Aquæduct. lib. 1 *Qui foderant, ingentem aquæ modum invenerunt*. Aur. Victor in Trajano: *Tantus erat in eo maximarum rerum modus*. ¶ 9. *Modus* pro fine Hor. od. 2, 6, 7 *Sit modus laſſo maris & viarum militiæque*. ubi v. Schol. Virgil. Æn. 4, 98 *Sed quis erit modus!*

Modulus, diminutivum; item
Modicus, Immodicus, &c. nec non
Moderor, Moderatio &c. ut &
Modeſtus, cum derivatis & compoſitis, vide diſtincto ordine num. III, IV, V & VI poſt compoſita ex *Modus* num. I & II.

Modernus, Modius & Modo, vide paullo ante ſeorſim.

I. Ex *Modus* compoſita cum nominibus, pronominibus & verbis.

¶ Mŏdĭficus, *a, um*, modum ſervans, abgemeſſen. Auſon. Parental. 27 *Cui brevia mela modifica recino*.

¶ Modifico, *are*, & Modificor, *ari*, modum, id eſt, menſuram dare, meſſen, mäßigen. Apul. extr. Florid. *Orationi modificabor*. Et, *Verba modificata ab oratore, & inflexa quodammodo*, nach einer gewiſſen weiſe, oder melodey gerichtet, Cic. Partit. Orat. c. 5. Et, *Membra illa modificata eſſe debebant*, Idem de Orat. 3, 48, wohl eingetheilet.

¶ Mŏdificatus, *a, um*, auf eine gewiſſe weiſe oder melodey gerichtet. Sidon. 8 epiſt. 12 *Modificato celeuſmate laudes canere*. Idem 9 epiſt. 2 *Modificatæ luſciniarum querelæ*.

¶ Modificatio, *ōnis*, f. die ordentliche eintheilung. Seneca in epiſt. 88 poſt princ. *Verſuum lex ac modificatio*. Adde Gellium 10, 3.

¶ Modificator, *ōris*, m. ein muſicus, ſpeciatim ein componiſt. Apul. Florid. de Antigenida: *Omnis voculæ melleus modulator & idem omnis modi peritus modificator*.

¶ Modimperator, *ōris*, m. Varroni dicitur *Magiſter convivii*, qui modos legesque bibendi dabat, de quo Lipſ. 3 Antiq. Lect. & Non. 2, 565.

Aliusmodi, vide in *Alius*.

Dulcĭmŏdus, vide ſupra *Dulcis*.

¶ Millĕmŏdus & Millimŏdus, *a, um*, tauſendfältig. Venant. Fortunatus 3 de vita Martini v. 303 *Hic ubi millimodas animalis adegerit iras*.

Multimŏdus, Omnimodus, omnimodo, vide *Multus, Omnis*.

¶ Ejusmodi, Ejusdemmodi, dergleichen, dieſer oder ſolcher art. Ter. Andr. 1, 1, 66 *Qui cum ingeniis conflictatur ejusmodi*. Genitivus eſt inſtar adjectivi indeclinabilis. Ita Cic. pro Leg. Manil. c. 2 *Genus belli eſt ejusmodi*. Idem Att. 3, 4 *Quod confectum eſt, erat ejusmodi*, ſo war es. Idem ad Qu. Frat. 1, 1, 4 *Alios diſſimiles, alios ejusdemmodi mundos eſſe*, gleicher art. Sic

¶ Hujusmodi, Hujuscemodi, idem. Nepos 10, 7, 2 *Id hujusmodi erat*, das war alſo beſchaffen. Ter. Heaut. 2, 3, 98 *Hujusmodi, obſecro, aliquid reperi*, erfinde doch ſo etwas. Cic. Verr. 3, 82 *Ex hujuscemodi principio*. Salluſt. Cat. c. 15 *Fecerat alia hujuscemodi contra jus*, vieles dergleichen. Et c. 20 *Orationem ejuscemodi habuit*.

¶ Illiusmodi, idem. Cic. Div. in Verr. c. 22 *Illiusmodi quadruplatores*, ſolche calumnianten.

¶ Iſtiusmodi, idem. Cic. Verr. 4, 5 pr. *Nihil iſtiusmodi ſuſpicari*, dergleichen nichts. Ter. Heaut. 2, 4, 7 *Et vos eſſe iſtiusmodi, haud mirabile eſt*.

¶ Iſtimodi, idem. Plaut. Truc. 5, 38. Sed metri laborantis cauſa malit Pareus *iſtiusmodi*.

¶ Cujusmŏdi, welcher art, welcherley, fœcundum eſt derivationibus. Hirtius B. Afric. c. 31 *Cujusmodi victoria eſſet futura*. Cic. fam. 4, 7 med. *Cujusmodi res eſſet*, i. e. cujuscunque modi. Vnde

¶ Cujuscemŏdi, omnis generis, allerley art. Hirtius l. c. cap. 36 *Cujuscemodi generis hominum delectus habere*.

¶ Cujusquemodi, idem. Cic. de Fin. 2, 1 *Oratio quamvis multa cujusquemodi rapiat*. Florus 3, 4, 2 *Ludibrio cujusquemodi fœdare*.

¶ Cuimodi, idem quod *cujusmodi* Gellio familiare v. g. 9, 13 *Cuimodi fuerit pugna decertatum*; Id. 14, 1 *Atque illud etiam cuimodi eſſet, conſiderandum putabat*; Ita 14, 6; 20, 1. Pareus in Lex. Crit. etiam apud Ciceronem *cuimodi* legi vult locis, quæ referimus in *Cuicuimodi*.

¶ Cuicuimodi, i. e. qualiscunque, euphoniæ, ut videtur, cauſa, pro cujuscujusmodi. Cic. Att. 3, 22 extr. *Tu ad me velim omnia, cuicuimodi ſunt, ſcribas*. Idem Tuſc. extr. *Vbi melius uti poſſimus hoc, cuicuimodi eſt, otio?* Id. ad Att. 12, 18 pr. *Quod velim mihi cognoſcas, cuicuimodi eſt*.

¶ Cujusdammŏdi, einer gewiſſen art. Cic. de Fin. 5, 12 *Animus non eſſe ſolum, ſed etiam cujusdammodi eſſe debet*. conf. de Divin. 2, 15 pr.

¶ Cujuscunquemodi, & Cujusmodicunque, i. e. qualiscunque vel cujus generis, welcherley art. Salluſt. Catil. c. 39 extr. *Cujuscunquemodi genus hominum*. Pro quo Cic. pro Cluent. c. 6 *Cujusmodicunque mater ſit*.

Quemadmodum vide mox n. II. poſt *Admodum*.

¶ Quodammŏdo, aliquo modo, einigermaſſen. Cic. de Amic. c. 8 *Propter virtutem & probitatem, etiam quos nunquam vidimus, quodammodo diligimus*.

¶ Quomŏdo, adverb. qua ratione: wie? auf was weiſe; ut, *Quomodo ſe res habet tibi?* Plaut. Aul. 1, 1, 8, wie ſteht die ſache? Item Ter. Heaut. 4, 3, 7 *Miror, quomodo tam ineptum potuerit tibi venire in mentem*. Cic. Att. 13, 2 *Quomodo nunc eſt, pedem ubi ponat in ſuo, non habet*, hoc eſt, ut nunc eſt, wie es jetzt um ihn ſteht. Martialis 10 epigr. 16 *Quicquid habent omnes accipe, quomodo das*. Manil. 3, 415 *Quomodo divinis Nemæus duxerit horis*. ¶ 2. Diminuendi vim habet & excipiendi, ſicut *ſi, ut*. Cic. Att. 9, 7 p. 28 Gr. *Miſi Cæſaris literas ſana mente ſcriptas, quomodo in tanta inſania*.

¶ Quomodocunque, id eſt, quoquo vel quocunque pacto. Cic. de Finib. 5, 11 *Quomodocunque dicitur, intelligi tamen, quid dicatur, poteſt*, man rede nun gleich, wie man wolle.

¶ Quomodolĭbet, i m. Auguſtinus de Civ. Dei 21, 19 *Quomodolibet vixerint*.

¶ Quomodonam, wie denn? Cic. ad Qu. fratr. lib. 2 extr. *Quomodonam, mi frater, de noſtris verſibus Cæſar?*

¶ Quoquomŏdo, i. e. quomodocunque. Cic. Att. 8, 3 *Quoquomodo ea res huic quidem cecidit*, es ſey ihm auch dieſe ſache gerathen wie ſie wolle. Idem Verr. 5, 34 *Quoquomodo ſe res habeat*, dem ſey wie ihm wolle. Et ad Qu. Frat. 1, 2 *Tu quoquomodo hominem inveſtiges velim*, wie du nur kanſt.

¶ Vniusmŏdi, adject. einerley, einer art, eines ſchlags. Ter. Heaut. 1, 2, 31 *Parentum injuriæ uniusmodi ferme ſunt*. Cic. de Vniverſo c. 7 *Materia uniusmodi & ſui ſimilis*.

¶ Vnimŏdus, *a, um*, idem. Prudent. Pſychom. v. 770 *Vnimodis compagibus unus*.

II. Compoſita ex *Modus* & præpoſit.

Amodo, vide paullo ante in *Modo*.

¶ Admŏdum, adverb. idem quod mirum in modum, valde, ſehr; ut, *Litteræ tuæ admodum me delectârunt*, Cic. Att. 7, 24. ¶ 2. *Admodum quam*, pro *admodum* Plautus dixit Amph. 1, 3, 43 *Ex amore hic admodum quam ſevus eſt*. ¶ 3. Habet in reſponſione & annuendi vim, valetque idem, quod omnino, ja freylich, allerdings. Ter. Phorm. 2, 2, 1 PH. *Itane patris ais conſpectum veritum hinc abiſſe?* GE. *admodum*. vide ibi Donatum. Atque ita Plautus non ſemel, ut Trin. 2, 4, 19. ¶ 4. Etiam extra reſponſionem fortiter atque aſſeverate affirmat interdum, idemque adeo valet, quod *omnino, plane, certe*, ut explanat Pareus in Lex. Crit. p. 42. Ter. Heaut. 1, 1 *Quamquam hæc inter nos nupera admodum notitia eſt*, ganz neulich. Gell. 19, 12 *Quia nihil admodum ſuper vite aut arbore colenda ſciret*, ſo viel als nichts. Ac frequenter hunc in ſenſum hac particula uti amat Salvianus, de quo & Barthium conſule Adverſ. 29, 3 f. 1352. ¶ 5. Viciſim tamen numeralibus adjunctum trepide tantum atque non prorſus determinate affirmat, ut idem ſit quod *fere*, vel *circiter*. Cæſar de B. Gall. 5, 40 *Turres admodum CXX excitantur incredibili celeritate*. Liv. 44, 43 *Secuti ſunt eum admodum quingenti Cretenſes*. Epitom. lib. 55 *Alexandri filius rex Syriæ decem annos admodum habens*, wenn er alt war, ſo war er etwa zehn jahr. Ita Juſtin. 24, 1, 6 bis occurrit. Quod rectè monet in Indice Freinshemius. Qui non aliter debebat in Indice Flori. Etiam apud hunc 2, 6, 10 *Admodum prætextatus videtur notare* tantum non, fere adhuc prætextatus. *Iuvenem* certe appellat Livius. ¶ 6. Moderationem etiam & ſilentium poſtulandi vim habet. Cic. de Leg. 3, 11 *Scis ſolere in hujusmodi ſermone, ut tranſiri alio poſſit, ADMODVM dici*: genug hiervon.

¶ Quem

¶ Quemadmŏdum, similitudinis adverbium, ad quem modum, wie, auf was art; ut, *Quemadmodum spero*, Cic. fam. 1, 2, wie ich hoffe. *Quemadmodum ipsum dicere audivi*, Id. Verr. 3, 65. *Quemadmodum exponam, d. bito*, i. e. quomodo, Nepos 16, 1, 1. *Quæsivit a Medicis, quemadmodum se haberet*, Id. 10, 2, 4. *De iis rebus, quæ hic gerantur, quemadmodum se provincia habeat.* ¶ 2. Narrationibus inservit, sicut *ut*. Cic. pro do. c. 55, 1 *Datum est ad nos - - quemadmodum iste - - pronuntiarit & fecerit.*

¶ Commŏdus, *a, um*, proprie quod *cum modo* sit, quod modum non excedit, h. e. quod justum est, in rechter maß; ut, *Commoda statura*, Plaut. Asin. 2, 3, 21, die nicht zu groß, nicht zu klein. *Commodum talentum, commodæ minæ*, i. e. justi ponderis, Idem Asin. 3, 3, 135. Hinc *Commodi cyathi*, apud Horat. 3 od. 19, 14, qui justum modum habent, qui, cum exsiccandi sunt, non nimis affligunt: quibus alibi *miqua pocula* opponuntur. Hinc &, qui ita sibi moderantur homines, ut ne offendant ac molesti sint aliis, h. e. modesto ingenio sint, & alicui ab omni fastu atque superbia, quæ facile adducunt in odium, *Commodi & moribus commodis* esse dicuntur, mit denen wohl umzugehen ist. Ita *Commodos convivas* Plautus dixit Pœn. 3, 3 pr. Ter. Heaut. 3, 2, 10 *Mulier est commoda, & Faceta hæc meretrix.* His opponuntur *superbi* & *importuni*. Vnde & Plautus, *incommodum*, & *importunum* conjungit Asin. 1, 1, 46. Auctor ad Herenn. 4, 18 *Qui privatus intolerabili superbia fuerit, eum commodum & sui cognoscentem videre in civitate quis potest?* Græci tales homines εὐχερεῖς appellabant. Latinis & *Concinni* dicuntur. vide supra. ¶ 2. *Commodus*, de eo, quod lubet, & facile est, neque nos gravat, gelegen. Ter. Phorm. 5, 8, 37 *Exsequias Chremeti, quibus est commodum, ire jam tempus est.* Cic. Verr. 2, 13 *Aut eum judicem, quem commodum erat, &c.* Ad quem locum Asconius: *Venuste*, inquit, *posuit pro eo, quem volebat. Sic Terentius* (Adelph. 1, 2, 38) Amatę dabitur a me argentum, dum erit commodum. *Nam meretrici dare, quando est commodum? Sed est positum pro eo, quam diu libuerit.* Cic. de Divin. 1, 50 *Etiam philosophum, si ei commodum esset, pecuniam facere posse.* ¶ 3. Gradibus etiam adjungit. Cic. Att. 9, 3 *Si commodius anni tempus esset.* Cæs. B. G. 7, 6 *Vbanas res commodiorem in statum perveniisse.* Et B. Gall. 2, 47 *Commodissimum visum est.* Et B. Civ. 3, 85 *Hanc sibi commodissimam belli rationem judicavit.* Cic. Att. 1, 20 pr. *Nihil duco esse commodius, quam de his rebus nihil jam amplius scribere*, es ist am besten. Ita *Commodiores* esse dicuntur, qui cum valetudine in gratiam redeunt, sive qui melius habent, apud Plin. 3 epist. 16.

¶ Commŏdum, *i*, n. subst. utilitas, emolumentum, nutz, vortheil, gute gelegenheit. Ter. Andr. 4, 1, 4 *Sua commoda ex alterius incommodis comparare*, seinen vortheil schaffen, mit eines andern schaden. Cic. ad Qu. frat. 1, 1, 8 *Est ejus, qui aliis præsit, eorum, quibus præsit, commodis utilitatique servire*, ihren nutzen befördern. Id. pro Muren. c. 23 *Contra valetudinis commodum laborare*, über vermögen, zum schaden der gesundheit. Idem Off. 3, 6 *Suum cuique incommodumferendum est potius, quam de alterius commodis detrahendum.* Et Ter. Eun. 3, 5, 25 *Commodum ex aliqua re capere*, nutzen haben. Item Horat. Arte poët. v. 175 *Multa ferunt anni venientes commoda secum, Multa recedentes adimunt. Quod commodo reip. facere possis*, Cic. fam. 1, 1; & 4, 2 formula, qua eorum prudentiæ, quibus pars reip. traditur, ea committitur &c. ¶ 2. Eadem significatione accipitur, quam de adjectivo n. 2 observavimus, bequemlichkeit, gemächlichkeit. Cic. act. 1 in Verr. extr. *Etiamsi spatium ad dicendum nostro commodo, vacuosque dies habuissemus.* Id. Att. 12, 28 extr. *Et velim aliquando, cum erit tuum commodum, Lentulum puerum visas.* Idem fam. 4, 2 extr. *Tu, quod tuo commodo fiat, quam primum velim venias*, unbeschwert. Id. Att. 13, 48 pr. *Heri nescio quid in strepitu videor exaudisse, cum diceres, te in Tusculanum venturum. Quod utinam! iterum utinam! tuo tamen commodo.* Oppon. *Incommodo*, de quo p. p. Hinc formula *per commodum*, nach guter gelegenheit, quam gemmulam Gronovius ad Liv. 30, 29 vocat, eamque aliquot locis eidem auctori restituit. ¶ 3. *Commoda* etiam dicebantur præmia, quæ super stipendia milites cum missione consequebantur. Vnde *missionum commoda*: item, *militiæ commoda*, Suetonio Aug. c. 24, & Calig. c. 44 appellantur. *Tribunatus commoda*, Cic. fam. 7, 8, quamquam hoc ad ipsa stipendia refert Grævius. Ovid. de Arte am. 1, 131 *Romule, militibus scisti dare commoda solus*, &c. vid. Lipf. 5 de Milit. Rom. dial. 19 extr.

¶ Commodum, adverb. i. e. opportune, ipso eodemque tempore, zu rechter zeit. Ter. Eun. 2, 3, 51 *Illa sese interea commodum huc advertebat*, &c. sie hatte sich gleich herumbandt. Cic. Att. 13, 9 *Commodum discesseras heri, cum Trebatius venit*, h. e. *vix discesseras.* Et rursus ad eumd. epist. 19 ejusd. lib. *Commodum ad te dederam litteras de pluribus rebus, cum ad me bene mane Dionysius venisset*, h. e. *vix ad te dederam*, &c. Apul. lib. 1 Met. *Commodum quieveram: & repente impulsu majore, quam ut latrones crederes, januæ referantur*, &c.

¶ Commŏde, bene, scite, apte, fein artig; ut, *Commode saltare*, Nepos præfat. 1. *Commode verba facere*, Idem 2, 5, 1, de eo, qui nativum linguæ leporem exprimit. *Commodius disputare*, Cic. Offic. 2, 25. *Commodius administrare rempubl.* Cæs. B. Gall. 6, 19. Idem 5, 47 *Explorat, quo commodissime itinere vallem transire possit.* Varro R. R. 2, 5 *Pascuntur armenta commodissime in memoribus.* ¶ 2. *Commode* valet, *Bene*, wohl. Cic. pro S. Rosc. c. 12 *Quem pro dignitate ne laudare quidem quisquam satis commode posset.* Ter. Heaut. 3, 2, 49 *Nunquam commodius herum audivi loqui*; i. e. æquius, comius, minusque pro herili ingenio.

¶ Commodo, adv. opportune, eben recht. Plaut. Trin. 2, 3, 9 *Commodo Ipse exit Lesbonicus foras.* Add. Mil. 4, 4, 61. Sen. ep. 70 *Commodo mori.* Laudat etiam fragm. Titinnii & Sisennæ Falsterus.

¶ Commodule, adv. dim. vid. in derivatis ex *Modulus*.

¶ Commoditer, adv. idem quod Commodo, in Gruteri Inscript. Spur.

¶ Commoditas, *ātis*, f. eute sache, bequemlichkeit; ut, *Quæ commoditates ex ea re sint, vide*, Ter. Andr. 3, 3, 37. Eleganter Plautus dixit, *Commoditatis omnes articulos scio*, ich weiß schon die rechte zeit zu treffen, in Menæch. 1, 2, 31. Nepos 25, 9, 2 *In eo lædendo se aliquam consecuturos commoditatem sperabant*: id est, commodum, lucrum, quæstum. ¶ 2. *Commoditas membrorum*, Suet. Aug. c. 79 concinnitas est, die proportion. *Commoditas orationis*, Aut. ad Herenn. 1, 1. *Corporis commoditas*, Cic. de Invent. 1, 25.

¶ Commŏdo, *avi, atum, are*, est præbere, accommodare, zu willen seyn, dienen, an die hand gehen. Cic. fam. 13, 35 *Omnibus rebus, quod sine molestia tua facere possis, ei commodes*, cont. ibid. ep. 32. Fundamentum constructionis in ellipsi pronominis. Plene Cic. fam. 13, 53 *Vt in omnibus rebus ei te commodes.* Tac. Agric. 19, 4 *Parvis delictis veniam, magnis severitatem commodare*, i. e. adhibere. Frequenter inprimis de usu alicujus rei alteri permisso adhibetur, leihen. Cic. Off. 1, 16 *Quicquid sine detrimento possit commodari, id tribuatur vel igvoto.* Liv. 23, 48 *Reipublicæ ad tempus commodare. Commodamus* autem proprie *vestes, libros, vasa, equos*, hoc est, quæ eadem redduntur numero & specie; non autem *aurum, frumentum, vinum*, quæ non redduntur eadem, ut Grammatici observant. Sunt qui neglectum hoc a Cicerone velint in Cæliana aliquoties v. g. c. 13 *Si aurum Cælio commodasse non dicit.* Sed debebant conferre c. 21, ubi apparet, fuisse *ornamenta*, non pecuniam, reddenda eadem numero & substantia. Vid. Ol. Borrich. Cogit. de L. L. p. 64. Vellej. 2, 70, 4 *Commodare cui nanum*, einem hülfliche hand leisten. Liv. 40, 57 *In omnem eventum consilia commodabantur.* Et Seneca epist. 8 *In senatu candidato vocem & manum commodare*; i. e. voce & manu latentem quasi producere & extrahere, uti est apud Senecam de Tranquill. c. 9. vid. Lipf. ad Senecæ epist. 8; & Plin. 3 epist. 20.

¶ Commŏdātus, *a, um*, geliehen, vorgestreckt; ut, *Pecuniæ commodatæ*, Ascon. Pedian. in Verr. de Prætur. urb. Idem ibid. *Signis ac tabulis pictis partim ab amicis, partim e Græcia commodatis utebantur*, Cic. pro Marcello c. 6 *donata & commodata* oppositi, Seneca epist. 120 *Nihil suum judicat, sed ut commodatis utitur*, als ein darlehn.

¶ Commodatum, *i*, n. subst. Vlpian lib. 2 Dig. t. 14 l. 7 §1; Paul. ICt. lib. 47 D. t. 2 l. 15 § 2; Iavolen. ibid. l. 71.

¶ Commodatio, *onis*, f. Apul. Asclep. p. 402 *Ab hominibus sunt commodationes alternæ.* Dicitur etiam esse Cic. de Orat. 2... *Cognitio & commodatio orationis in principio.*

¶ Commodator, *ōris*, m. qui commodat. Dig. lib. 13 t. 6 l. 7. Item lib. 47 t. 2 l. 14 § 14; & l. 53 § 2.

¶ Commodatarius, *i*, m. cui aliquid commodatur, dem man etwas leihet. vide § 2 Inst. quib. mod. contr. oblig.

¶ Commĕdĭto, *are*, frequent. apud Catullum carm. 10 de Varri scorto, v. 26 legi putatur, sed castigatores libri habent *commodo nam* pro *commodita*.

¶ Accommŏdo, *are*, applicare, adjungere, adhibere est, an etwas fügen, auf etwas lencken, richten, anlegen. Virg. Æn. 2, 393 *Laterique Argivum commodat ensem.* Sic, *Accommodare orationem auribus multitudinis*, nach den ohren der leute einrichten, Cic. de Orat. 2, 38. *Exordium vulgare est quod in plures causas potest accommodari*, Id. de Inv. 1, 18. Et, *Accommodare testes ad crimen*, über iede beschuldigung abhören, Idem Act. in Verr. c. 18. Ac Suet. Tib. c. 48 *Largitus est singula millia denariorum prætorianis cohortibus, quod se Sejano non accommodassent*, ihm nicht gehorchet. Rursus Cic. fam. 4, 6 *Se totum ad unius voluntatem accommodare.* Peculiare est illud Cic. fam. 13, 2 *Vt ei de habitatione accommodes*, daß du ihm zu willen seyest. v. *Commodo.*

¶ Accommodans, *tis.* Cic. de Orat. 2, 61 *Africanus coronam ad caput accommodans.*

¶ Accommŏdātus, *a, um*, geschickt, bequem; ut, *Accommodatus ad consolandum*, Cic. fam. 5, 6 pr. *Quæ accommodata regno suo sint, ipsum optime scire.* Liv. 37, 52. Et, *Accommodatior concionibus*, pro Cluent. c. 1. *Reliqua illis essent aptiora & accommodatiora*, Cæs. B. Gall. 3, 13. *Terrarum omnium Ægyptus accommodatissima unguentis*, Plin. 13, 3 extr. *Res alendo furculo accommodatissime*, Colum. 3, 11.

¶ Accommodate, adverb. füglich, bequem. Cic. de Orat. 1, 33 *Dicere ad veritatem accommodate.* Comp. *Accommodatius*, Cic. Orat. c. 33; Symmach. 1 ep. 5. Cic. de Fin. 5, 9 *Vivere ad naturam accommodatissime.*

¶ Accommodatio, *ōnis*, f. die bequemung, willfahrung. Cic. Verr. 3, 82. *Ex hujuscemodi principio atque ex liberalitate atque accommodatione magistratuum, consuetudo æstimationis introducta est.*

¶ Accommodator, *ōris*, m. Vetus Inscriptio apud Gruter. p. 789 D. M. HERMA. ACCOMMODATOR VIXIT. AN. XLVIII.

¶ Accommŏdus, *a, um*, geschicklich, füglich. Virg. Æn. 11, 522 *Est curvo anfractu valles accommoda fraudi.* Et Stat. 4 Silv. 4, 65 *Sunt membra accommoda bellis.*

¶ Accommŏde, adverb. probant ex Quintil. 4, 1 exer. *Cui accommodissime jungi initium sequentium poterit*: sed libri habent *commodissime.*

¶ Peraccommodatus, *a, um*, sehr bequem. Per tmesin Cicero fam. 3, 5 *Per fore accommodatum tibi.*

¶ Superaccommŏdo, *are*, drüber legen. Celsus 8, 10 *Ferula superaccommodanda sunt, quæ fissæ circumpositæque ossa in sua sede continent.*

¶ Incommŏdus, *a, um*, unbequem, ungelegen; ut, *Vxor incommoda & importuna*, Plaut. Asin. 1, 1, 46. *Iter incommodum*, Ter. Hec. 3, 4 pr. eine verdrüßliche reise. *Carcinus incommodiorem faciebat Herculem*, Ampel. de 12 signis, er hinderte ihn. *Incommodior exhibitio*, l. 11 § 1 ff. ad exhib.

¶ Incommŏdum, *i*, n. subst. damnum, detrimentum, schade, unrath. Ter. Hec. 5, 3 extr. *Multa ex quo fuerint commoda, ejus incommoda æquum est ferre.* Cic. Nat. D. 2, 9 extr. *Leniunt incommoda vita commodorum compensatione sapientes.* Et Off. 2, 7 *Affici incommodo*, in verdruß kommen. Horat. in Art. v. 169 *Multa senum circumveniunt incommoda*, &c. ¶ 2. Ita accipitur, *Incommodo*, ut de *Commodo* n. 2 observavimus, mit beschwerung, verdruß. Cic. de Clar. Or. c. 4 Atticus dixerat, *Neque exigam nisi tuo commodo*; paulo post huc repi-

respiciens Brutus, *Quod ipse cui debes*, inquit, *se incommodo exacturum negat*, mit deiner unbequemlichkeit.

¶ Incommode, adverb. unbequemlich, zu ungelegener zeit. Livius 40, 51 *Incommode oppositа signa.* Cæs. B. G. 5, 33 *Incommode accidit.* Cicero de Amic. c. 4 *Cum illo actum optime est; mecum incommodius.* Et ad Attic. 5, 9 *Qui incommodissime navigassemus.*

¶ Incommŏdĭtas, *ātis*, f. damnum, molestia, ungelegenheit. Ter. Andr. 3, 3, 135 *Nempe incommoditas denique hæc omnis redit.* Pluraliter, *Morborum incommoditatibus frangi*, Arnobius lib. 2 p. 54.

¶ Incommŏdo, *are*, schaden zufügen, beschwerlich seyn. Ter. Andr. 1, 1, 124 *Magis id adeo mihi ut incommodet*, &c. ¶ 2. Pro commodo vel impertio. Apul. 8, p. 202 *Et puellæ furatrinæ conjugalis incommodaret rudimentum*, h. e. adulterio eam corrumperet.

¶ Incommodatio, *onis*, f. Ciceroni ad Attic. 1 ep. 17 Nizolius tribuit; at libri habent, *in ista incommodate.*

¶ Incommodĭticus, *a, um*, pro *Incommodus* fictum a Plauto Capt. 1, 1, 19 *Parasiti multum incommodĭtici*; al. *Incomedestici* a *Comedendo.*

¶ Perincommŏdus, *a, um*, sehr ungelegen. Liv. 37, 41 *Quæ nihil admodum Romanis eadem perincommoda regiis erant.*

¶ Perincommode, adverb. idem: Cic. Attico 1 epist. 17.

¶ Percommŏdus, *a, um*, valde commodus, sehr bequem. Livius 22, 43 extr. *Id castris percommodum fuit.*

¶ Percommode, adverb. idem. Cicero act. in Verr. c. 2 *Hoc adhuc percommode cadit.* Et pro Cæcina c. 27 *Hoc loco percommode accidit, quod non adest is.* Addunt ex Livii 30, 29 *Percontatus, satin' percommode omnia exprolassent.* Sed Gronov. ex MSS. *per commodum.*

¶ Præcommŏdo, *are*, præbere, darreichen. Corippus 1, 7 *Officio quocumque datur, præcommodo linguam.*

¶ Postmodum, & Postmodo, idem quod *postea, deinceps*, hernach, nachmals. Ter. Hec. 2, 1, 11 *Me abs te immerito esse accusatam, postmodum rescisces*, du wirst es nach der zeit erfahren. Ovid. de Arte 1, 486 *Voti postmodo compos erit.*

¶ Præmodum, idem quod *admodum*: ex Livio poëta produxit Gell. 7, 7 extr. *Parcentes præmodum*: quasi *supra modum.*

¶ Propemŏdum, adverb. pæne, bey nahe, schier, fast. Ter. Adelph. 1, 2, 51 *Amŏos curare, propemodum reposcere illum est, quem dedisti.* Et Cicero Div. in Verr. c. 2 *Propemodum manere in instituto meo videor.*

¶ Propemodo, idem. Livius 24, 20 *Quum propemodo muris accessisset.*

III. *Modulus* cum derivatis & compositis:

¶ Mŏdŭlus, *i*, m. dimin. a *Modus*, ein maaß. Hor. 1 ep. 7, 98 *Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est*, soll sich nach seinem vermögen halten. ¶ 2. De *modulo acceptorio* & *erogatorio*. v. in *Acceptorius* sub *Capio.*

¶ Mŏdŭlor, *atus sum*, *ari*, proprie metiri, mensurare, cum mensura & numerorum ratione componere, abmessen, abpassen. Gellius 1, 1 *In reperienda modulandaque statu longitudinisque Herculis præstantia.* ¶ 2. Deinde ad modos canere, singen, spielen. Virg. eclog. 10, 51 *Carmina pastoris Siculi modulabor avena.* Cic. in Orat. c. 18 *Ipsa natura modulatur hominum orationem*, sie giebt der rede einen gewissen ton.

¶ Mŏdŭlans, *tis*. Plin. 2, 54 *Ita modulante natura.* Virg. ecl. 5, 14 *Carmina modulans alterna.*

¶ Modulandus, *a, um*. Gell. 1, 1 *Reperienda modulandaque statu longitudinisque Herculis præstantia.* Horat. 2 epist. 2, 143 *Verba modulanda filibus Latinis.*

¶ Modulātus, *a, um*, quod passive sæpe usurpatur, nach dem tact gerichtet, abgesungen; ut, *Latinum carmen modulatum*, Horat. 1 od. 32, 5 *Modulata cantica*, Quintil. 9, 2. Et, *Modulata carmina*, Suet. Aug. c. 57: & Calig. c. 16 modis musicis instructa, sic, ut cani possint, appellantur. Florus 2, 7, 15 *Modulatissimum tibiarum aut fidium cantum* dixit. ¶ 2. *Modulatum* pro concinno Apulejus de Dogm. Plat. p. 60 hominem dixit, förmlich. vide infra *Musicus.* Compar. *Modulatiores animi*, id est, moderatiores, modum magis tenentes, Gell. 1, 11. *Oratio modulatior aptiorque*, Idem 12, 2, die besser klappt.

¶ Modulate, adverb. gesangweise; ut, *Modulate canere*, nach der weise, oder tact, oder melodey singen. Cicero Nat. D. 2, 8. Et, *Hæc tu quam perite & concinne, quam modulate & dulciter enuntiasti?* Auson. epist. 19. Comparat. *Ars modulatius incedendi concinentibus fistulis*, (vel fidibus,) Ammianus 6, 7, die tanzkunst. *Collocata verba accuratius modulatiusque*, Gellius 11, 13, wie nach einem ton oder weise.

¶ Modulatus, *ūs*, m. subst. das singen nach dem tact; ut, *Canoro modulatu*, hoc est, *modulatione*, Seneca Herc. Fur. v. 263.

¶ Modulatio, *ōnis*, f. idem. Quintil. 9, 4 *Verba, quæ modulatione produci aut corripi possunt.* Idem 11, 3 *Vocis modulationem fidibus ac tibiis adjuvemus.* Plin. 2, 8 *Modulatio significri.*

¶ Modulabilis, *e*, quod cani potest, singbar. Calpurn. eclog. 4, 63 *Hyblæa modulabile carmen avena.*

¶ Modulĭmen, *ĭnis*, n. ein lied, gesang, tönung. Auctor Philomelæ v. 5 *Alliæ volucres modulamina tentent.* Adde Macrob. somn. Scip. 2, 12; Sidon. 2 epist. 2; & Carm. 1, 9.

¶ Modulamentum, *i*, n. idem, Gell. 1, 7.

¶ Modulator, *ōris*, m. ein sänger. *Hermogenes cantor tamen atque Optimus est modulator.* Horat. 1 sat. 3, 129. Et, *Modulator cantus*, ein gesang dichter, Colum. procem.

¶ Modulatrix, *īcis*, f. eine sängerin, apud Statium. Adjective *Modulatrices aquas* dixit Tertullianus de Baptismo c. 3.

¶ Admodulor, *ari*, zustimmen. Claudian. in Honor. & Mar. Fescen. p. 55 *Padus electriferis admodulatur ahnis.*

¶ Commodulum, *i*, h. e. commodulatio laudatur ex Arnob. 1 ... *Eventa hæc omnia, commodulis non nostris, sed ipsius pendenda sunt rationibus ordinibusque naturæ.*

¶ Commŏdule, adverb. wohl, füglich, bequemlich. Plaut. Rud. 2, 5, 11 *Commodule melius.* Et Sticho 5, 4, 8 *Pro opibus nostris satis commodule.* Arnobius 2 p. 55 *Fortuita quædam commodule proveniunt.*

¶ Commodulum, adverbialiter. Plaut. Mil. 3, 1, 155 *Commodulum obsonare*, wohlfeil, mit rath einkaufen.

¶ Commodulatio, *ōnis*, f. i. e. proportio, eine übereinstimmung, gleichförmigkeit. Vitruvius 3, 1 pr. *Proportio est rata partis membrorum in omni opere totius commodulatio.*

¶ Emŏdulor, *ari*, nach dem tact singen. Ovid. de Arte am. 1, 1, 30 *Musa per undenos emodulanda sonos.*

¶ Emodulatio, *onis*, f. die melodey, apud Boëthium.

¶ Emodulator, *oris*, m. qui modulatur, ein sänger, apud eumdem.

¶ Immodulatus, *a, um*, nicht nach der melodey gerichtet. Horat. de Arte poët. v. 263 *Immodulata poëmata*, quæ suis numeris non constant.

¶ Præmodulatus, *a, um*, nach dem tact formiret. Quintil. 11, 3 *Præmodulati gestus cogitatio.*

¶ Præmodulatio, *onis*, f. die tact-führung. Quintil. l. c.

IV. *Modicus* cum derivatis & compositis:

¶ Mŏdĭcus, *a, um*, mediocris, moderatus, pusillus, mäßig, wenig. Cicero de Senect. c. 11 *Utendum est exercitationibus modicis. Pecunia modica*, Idem Paradoxo 6, 2 *Modico contentus agebas*, Iuvenal. 9, 9. Sed illud *Ne in modico quidem servari potest*, Vellej. 2, 68, 1 alii legunt aliter. *Modicus dignationis: modicus originis*, pro dignatione, origine modicus, apud Tac. Annal. 4, 52, 2; 6, 39, 3. Idem Hist. 4, 40, 1 *Pauca & modica differuit*, i. e. modesta. conf. Nonius 4, 292; & 12, 11. Superl. *Modicissimus* apud Fulgentium.

¶ Modicellus, *a, um*, diminut. gar klein. Suet. Ner. c. 48 *Decubuit super lectum modicella culcitra instructum.*

¶ Modice, adverb. mediocriter, moderate, mäßig, wenig. Cicero fam. 4, 4 *Modice hoc facium, aut etiam intra modum.* Gellius 12, 13 *Modice est cum modo: intra modum, minus.* Cic. de Fin. 1, 14 *Sapientia ipsius fortunæ modice ferre dolet injurias.* Et ad Att. 2, 19 *Mine, quæ mihi proponuntur, modice me tangunt.*

¶ Modico, idem. Apul. Apol. p. 284 *Modico prius*, h. e. paullo ante. Vid. Elmenh. ind.

¶ Modicĭtas, *ātis*, f. die wenigkeit, mittelmäßigkeit. Fortunat. in epist.

¶ Demodice, adverb. sehr wenig. Exstat apud Livium 23, 24. in optimis codicibus, ubi vulgo: *De se pauca ac modice locutus.* Id dictum censet Drakenb. ea forma, qua *deparcus*, pro admodum parcus, sed videtur erasse librarius.

¶ Emodĭcus, *a, um*, i. e. nimius, allzu groß. Ex Macro Barth. in Adversar. 12, 20 *Emodicum fertur cohibere tumorem.*

¶ Immodĭcus, *a, um*, ohne maaß, zuviel, unmäßig; ut, *Verbis & rebus immodicus*, Suet. Domit. c. 22 extr. Et, *Immodicus linguâ*, Tac. Hist. 3, 53, 1. Item, *Immodicus fœvitiâ*, Hist. 1, 69, 3. *Immodicus animi*, Idem Hist. 1, 53, 1, græca ratione loquendi. *Immodica & intempestiva libertate usus*, Vellej. 2, 68, 4. Plura Burm. ad Quint. decl. 306 p. 596.

¶ Immodice, adverb. unmäßig, über die weise. Cicero Tusc. 4, 17 *Cum id ferret immodice*, Pallad. 1, 5 *Situs terrarum arduus tempestates immodice sentit.*

¶ Permodĭcus, *a, um*, admodum modicus, sehr wenig; ut, *Locus permodicus*, Suet. Aug. c. 6, ein kleiner, geringer ort. *Permodica res familiaris*, Idem in Tib. c. 47, geringes vermögen.

¶ Permodice, adverb. idem. Colum. 5, 11 *Truncum acuto scalpello permodice findito.*

V. *Moderor* cum derivatis & compositis:

¶ Mŏdĕror, *atus sum*, *ari*, modum vel moderationem adhibere, item temperare, & gubernare, mäßigen, masse halten, zäumen, regieren. Accusativum & dativum adscisce, sed hunc frequentius. Cicero Tusc. 5, 36 *Cantus numerosque arbitrio multitudinis moderari.* Et Verr. 3, 98 *Res rusticas venti & tempestates moderantur.* Idem fam. 7, 2 *Te hortor, ut omnia gubernes, & moderere prudentia tua.* Horat. 1 epist. 2, 59 *Qui non moderabitur iræ, Infectum volet esse, dolor quod suaserit & mens.* Cicero ad Qu. fratr. 1, 1, 13 *Moderari animo & orationi, cum sis iratus, non mediocris ingenii est.* Id. Att. 5, 20 p. 544 de Quinto Quinti fratris filio dissolutiore, *Cui moderabor diligentius.* Sed pro Flacco c. 35 pr. *Moderari religioni suæ in testimonio dicendo* est simpliciter adhibere religionem.

¶ Mŏdĕro, *are*, active, idem. Plaut. Mil. 2, 2 extr. *Ego voci moderabo meæ.* Gloss. Vet. *Modero*, διοικῶ. Quod ex Sallust. Catil. c. 51 exemplum addunt, falsum est, nec *moderabit* in correctis libris legitur, sed *moderabitur.* Exempla tamen Accii & Pacuvii vide apud Nonium 7, 36.

¶ Moderans, *tis*. Cicero Nat. D. 3, 39 *Mens divina cœlum versans, terram tuens, maria moderans.* Iuvenal. 10, 127 de Cicerone: *Quem mirabantur Athenæ Torrentem & pleni moderantem frena theatri.*

¶ Moderanter, adverb. mäßiglich. Lucretius 2, 1093 *Quis habere profundi Endo manu validas potis est moderanter habenas.* Comparativus Ovidii Met. 1, 510 putatur esse, *Moderantius oro, Curve, fugamque inhibe: moderantius insequar ipse*: sed membranæ castigatiores habent tum hîc, tum aliis Ovidii locis, quos Cælius Secundus citat, *Moderatius.*

¶ Mŏdĕrātus, *a, um*, temperans, mäßig, bescheiden, sittig. Cicero fam. 12, 27 *Temperatis moderatisque moribus esse.* Et de Orat. 2, 37 *Ego ista studia non improbo, moderata modo sint*, allein daß sie eine maaß haben. *Nihil habere moderati*, Sallust. Catil. c. 12, nichts bescheidenes an sich haben. Cicero pro Fontej. c. 10 *Cupidos moderatis* opponit. Comparative: *Vita gestu moderatior*, Cicero Paradox. 3 extr. *Neque enim moderatior alter*, Ovidius Trist. 1, 8, 25. Et Superlat. *Moderatissimi sensus esse*, Plancus Cicer. fam. 10, 23. conf. Plinius 31, 6.

¶ Moderate, adverb. cum moderatione, modeſte, mäßiglich. Cicero fam. 6, 1 *Omnia humano placate & moderate feramus*, i. e. æquo animo, non impatienter, gedultig und beſcheiden. Idem contra Rull. 1, 6 *Copiam veram moderate ferre non poſſunt*. Idem de Legib. 3, 5 *Res moderatiſſime a majoribus conſtitutæ*. Idem in Orat. c. 52 *Iſocrates feſtivitates moderatius temperavit*.

¶ Moderatim, idem; ut, *Moderatim creſcere*, Lucret. 1, 323.

¶ Moderatio, *ōnis*, f. die mäßigung, beſcheidenheit, quæ & *Modeſtia*, de qua vide infra. *Novi moderationem animi tui & æquitatem*, Cicero de Senect. pr. Et, *Moderationem adhibere*, maſſe halten, Idem de Orat. 2, 59. ¶ 2. Idem ac gubernatio, die regierung. Cicero Nat. D. 3, 35 *Mundi divina in homines moderatio*.

¶ Moderāmen, *ĭnis*, n. idem quod moderatio, die leuckung, regierung; ut, *Moderamen navis*, Ovid. Met. 3, 644. Et, *Sceptra & moderamen rerum capere*, Met. 6, 687. *Moderamina mundi*, Claudian. de Laud. Serenæ v. 46.

¶ Moderamentum, *i*, n. idem. Gellius 13, 6 *Accentus* vocat *Moderamenta vocum*.

¶ Moderator, *ōris*, m. qui moderatur. Cicero Tuſc. 1, 28 *Sol moderator eſt & dux temporum*, die ſonne regieret und führet die zeit. Idem fam. 1, 9 *Tu eris omnium moderator conſiliorum meorum*. Et de Nat. D. 2, 35 extr. *Rector & moderator, & tamquam architectus tanti operis*. Martial. 2 epigr. 90 *Quintiliane vagæ moderator ſumme juventæ*.

¶ Moderatrix, *īcis*, f. Cicero Phil. 5, 18 *Cæſar rempubl. ſi judicem conſtituit, & moderatricem omnium faſtorum*. Et Tuſc. 5, 14 *Temperantia eſt moderatrix omnium commotionum*, giebt oder ſetzt ihnen ihre maaß und ziel.

¶ Moderābilis, *e*, beſcheiden, vernünfftig. Ovid. Amor. 1, 6, 59 *Nox & amor vinumque nihil moderabile ſuadent*.

¶ Admŏderor, *ari*, mäßigen, enthalten. Plaut. Milite 4, 2, 81 *Nequeo riſu me admoderari*.

¶ Emŏdĕror, *ari*, idem quod *Moderari*, mäßigen. Ovid. de Remedio Amor. 1, 131 *Ille dolor verbis emoderandus erit*.

¶ Immoderātus, *a, um*, intemperans, nimius, unmäßig, unbeſcheiden, der der ſache zu viel thut; ut, *Immoderata cupiditas*, Aut. ad Herenn. 2, 22. *Immoderatæ tempeſtates*, Cicero pro Roſc. Am. c. 45. Et, *Nihil eſt immoderatius, quam poſt longam triſtitiam recens gaudium*, Nazarius Paneg. Conſtantini c. 32. *Motus animi immoderatiores*, Gell. 19, 12. *Luxuriæ eſſe immoderatiſſimæ*, Suet. Ner. c. 51. ¶ 2. *Immoderatus*, i. e. immenſus, unermäßlich. Cicero in verſione Euripidis quorumdam verſuum de Nat. D. 2, 25 *Vides ſublime fuſum, immoderatum æthera, Qui tenero terram circumjectu amplectitur, &c.*

¶ Immoderate, adv. idem. Cicero Off. 1, 26 *Vt adverſas res, ſic ſecundas immoderate ferre, levitatis eſt*, ſich unbeſcheiden aufführen. Id. fam. 5, 16 *Ferre immoderatius caſum incommodorum*. Auguſtin. de Trinit. 2 extr. *Ne immoderatius progrediatur ſecundi hujus voluminis longitudo*. Spartianus Severo c. 20 *Immoderatiſſime lætari*.

¶ Immoderatio, *ōnis*, f. die unmäßigkeit. Cicero pro Sylla c. 10 *Immoderatio verborum*.

¶ Immoderantia, *æ*, f. pro Immoderatione Tertull. extr. lib. de Baptiſmo: *Plenitudo & immoderantia ventris*.

¶ Præmoderor, *ari*, anführen. Gellius 1, 11 *Cretenſes in prælia ingredi ſolebant præcinente ac præmoderante citharæ greſſibus*, id eſt, præmodulante.

VI. *Modeſtus* cum derivatis & compoſitis:

¶ Mŏdeſtus, *a, um*, ſittig, züchtig, beſcheiden, eingezogen. Horat. 1 epiſt. 18, 94 *Plerumque modeſtus Occupat obſcuri ſpeciem*, ein beſcheidener wird vor falſch und tückiſch gehalten. Cicero *modeſtum* & *petulantem* opponit ad Attic. 2, 2 *Homo frugi & modeſtus*, Idem fam. 13, 70. Et, *Modeſtior epiſtola*, ibid. 3, 13. *Modeſtiſſima adoleſcentia*, Idem pro Muræn. c. 26. ¶ 2. Tacitus Ann. 4, 7, 1 *Rari per Italiam Cæſaris agri, modeſta ſervitia*, i. e. modica, pauca. *Servitia* autem pro ſervis dixit.

¶ Modeſte, adverb. idem. Ter. Hec. 4, 1, 36 *Quid tum poſtea, ſi modeſte ac raro hoc fecit*, mit einer maſſe. *Modeſte ferre injurias fortunæ*, Cic. de Fin. *In prætura modeſte ſe geſſit & abſtinenter*, Idem in Salluſt. *Modeſtius in convivio eſſe*, Gracchus apud Gellium 15, 12. *Modeſtius appetere*, Curt. 10, 6, 18. *Dignitate quam modeſtiſſime uti*, Plin. 1 epiſt. 19. Sall. Iug. 7, 4 *Modeſte parere*.

¶ Modeſtia, *æ*, f. beſcheidenheit, zucht, mäßigkeit, *virtus eſt, per quam pudor honeſtus clarum & ſtabilem comparat auctoritatem*, ut Cicero de Invent. 2, 54 deſcribit. Idem Tuſc. Qu. 3, 8 *Eam virtutem σωφροσύνην vocant, quam ſoleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modeſtiam &c.* Auct. ad Herenn. 3, 2 extr. MODESTIA *eſt in animo continens moderatio cupiditatum*. v. & Cicero de Off. 1, 5, 15, & de Finib. 2, 19; & pro Dejotaro, ubi *Modeſtia* & *temperantia* ſynonyma ſunt. Idem Cicero fam. 11, 28 *Vitæ modeſtia non parum valet contra falſos rumores*. Stat. 3 Silv. 5, 67 ad Claudiam uxorem: *Ingenium probitas, artemque modeſtia vincit*. Nobilitatem maxime ornat *modeſtia*. vid. Loccen. not. ad Corn. Nep. p. 5 & 6. ¶ 2. Aliquando *modeſtia* extra animum & mores ſtatuitur & *magnitudini* opponitur. Tac. Ann. 13, 11, 3 *Ille varie differebat de magnitudine Imperii, ſua modeſtia*, i. e. mediocritate. Item Ann. 12, 43, 3 *Magna Deûm benignitate & modeſtia hiemis rebus extremis ſubventum*.

¶ Immŏdeſtus, *a, um*, unbeſcheiden. Ter. Heaut. 3, 3, 7 *Heri in vino quam immodeſtus fuiſti*. Et Cic. Off. 1, 29 *Ipſum genus jocandi non profuſum, ac immodeſtum, ſed ingenuum & facetum eſſe debet*. ¶ 2. *Immodeſtæ largitiones*, id eſt, immodicæ. vid. Schult. ad Controv. 1 Senecæ p. 63.

¶ Immodeſte, adv. idem. Liv. 22, 27 pr. *Immodice immodeſteque gloriari*. Compar. Sen. Nat. Qu. 1, 17 *Proceſſit immodeſtius paullatim opibus ipſis invitata luxuria*.

¶ Immodeſtia, *æ*, die unbeſcheidenheit, unvernunfft. Plaut. Merc. 1, 2, 27 *Excors immodeſtia*. Et Amph. 1, 1, 9 *Immodeſtia cogit me. Ἀμάθεια μετὰ σωφροσύνης ὠφελιμώτερον ἢ δεξιότης μετ' ἀκολασίας*, hoc eſt, *utilior eſt imperitia cum modeſtia, quam peritia cum immodeſtia*.

¶ Permodeſtus, *a, um*, valde modeſtus, ſehr beſcheiden, erbar. Cicero ad Attic. 4, 8 *Permodeſtus ac bonæ frugi*. Tac. Ann. 1, 7, 4 *Verba edicti fuere pauca ac ſenſu permodeſto*.

MOECHVS, *i*, m. μοιχὸς, adulter, ein ehebrecher. Ter. Andr. 2, 1, 16 *Vt arbitretur, te ſibi paratum mœchum, ſi illam duxeris*. Plaut. Pœn. 4, 2, 40 *Mœchi manifeſto deprehenſi*. Idem Mil. 3, 1, 179 *Magnus mœchus mulierum*.

¶ Mœcha, *æ*, f. eine ehebrecherin. Catull. Carm. 43, 3 ſeqq. & Iuvenal. ſatyr. 6, 277.

¶ Mœchillus, *i*, m. novus adulter. Catull. epigr. 114 *Conſule Pompejo primum duo mœchilli*. Scaliger legit *Mœchi illi*.

¶ Mœchia, *æ*, f. μοιχία, adulterium, der ehebruch, apud Tertull. adv. Gnoſt. c. 3; & de Monogam. c. 4 & de Pudicit. c. 1.

¶ Mœchatio, *onis*, f. idem apud Auguſtinum.

¶ Mœchor, *ari*, μοιχεύειν, ehebrechen. Catull. epigr. 95 *Mentula mœchatur*.

¶ Mœchiſſo, *are*, idem. Plaut. Caſ. 5, 4, 7 *In adulterio dum mœchiſſat, Caſinam, credo, perdidit*.

¶ Mœchīle, *is*, n. adulterium, ehebruch. Petronius c. 113 *Redierat in animum mœchile*.

¶ Mœchimonium, *i*, n. pro adulterio etiam finxit Laberius apud Gellium 16, 7.

¶ Mœchŏcĭnædus, *i*, m. μοιχοκίναιδος, qui & adulter & mollis eſt, apud Lucilium.

MOENIA, *ium*, n. pl. τοῖχοι, *a muniendo* dicuntur, ab obſoleto ſingulari *Mœne*, quo Ennius uſus, ut Feſtus auctor eſt, fortificationes oder feſtungs-wercke. Differunt a muris. Virgil. Æneid. 2, 234 *Dividimus muros, & mœnia pandimus urbis*: Vbi Servius *mœnia* cætera urbis tecta vel ædes interpretatur. At vero Pimpontius *muros* pro ambitu lapideo urbem cingente, ſtadtmauern, *mœnia* pro propugnaculis & munitionibus non urbis tantum, ſed & caſtrorum & aliorum ædificiorum accipit, wall und bollwerck. Cæſ. de B. Civ. 2, 16 *Cum pene ædificata ab exercitu noſtro in muris mœnia viderentur*. Vide & Varron. de L. L. 4, 32. Et Vitruv. 8, 4 pr. *Zama eſt civitas Afrorum, cujus mœnia rex Iuba duplici muro ſepſit*. Ovid. tamen *mœnia* & *muros* pro iiſdem habuit Met. 11, 204 *Phrygiæque Tyranno Ædificas muros, pactō pro mœnibus auro*. *Viri civitas ſunt, non mœnia, Ἄνδρες πόλις, καὶ τοῖχοι*. Sic reſpondit Ageſilaus interroganti, quamobrem Sparta nullis eſſet mœnibus cincta. Tribuitur & Themiſtocli apud Iuſtinum 2, 12, 14, & Niciæ apud Thucydidem lib. 7 p. 542. *Vrbem mœnibus cingere*, Cicero de Nat. D. 3, 40, die ſtadt befeſtigen. Idem pro Sextio c. 42 *Domicilia conjuncta, quas urbes dicimus, invento & divino & humano jure, mœnibus ſepſerunt*. Sic, *Mœnia dejicere, mœnia promovere*. Et Plaut. Sticho 5, 4, 13 *Nos tamen efficimus pro opibus noſtris mœnia*. Quod Lambinus a civibus tractum ait, qui urbis ſuæ mœnia pro opibus ſuis faciunt. Ita nos: kleine vögel bauen kleine neſter. At vero Turnebus *Mœnia* pro *munia*, ſive *munera* accipit: quaſi hoc comicus eorum imitatione dixerit, qui pro opibus & facultatibus ſuis, ſe munera facere dicunt, quem vide Adv. 16, 11. Vide Chiliad. ¶ 2. *Mœnia lignea* ænigmatice naves apud Nepotem 2, 2. ¶ 3. *Mœnia* ſunt etiam ipſa ædificia. Florus 1, 4, 2 *Hic igitur mœnia muro complexus eſt*. Cui ſententiæ favere videtur etiam illud Virgil. Æneid. 6, 549. *Mœnia lata videt triplici circumdata muro*. ¶ 4. De locis ingenio ſuo munitis etiam *mœnia* dicuntur Grat. 431 *Circum atræ mœnia ſilvæ Alta premunt*. Add. Burm. ad Ovid. Met. 4, 646. ¶ 5. Pro *Mœnibus* Inſcriptio Terveſtina ap. Gruterum p. 408 ex Antonini ævo habet: R. P. N. MOENIIS AMPLIAVIT. Et Cledonius, vetus Grammaticus, p. 1898 notat, *Mœnia* genitivum in *ium* mittere, licet veteres contra *Arce mœniorum* dixerint.

¶ Mœniāna, *orum*, n. pl. a *mœnibus* etiam deducit Salmaſius, id eſt, ædificia, quæ ultra columnas tigna extendunt, ercker, auslädungen. *Mœnia* enim ſunt περίβολοι, vel podia in circuitu ſolariorum poſita, ne facilis in præceps lapſus ſit. Nam quod a *Menio* quodam ſic appellata Grammatici volunt, ac Feſtus inprimis; nugas magnas eſſe, ſibi habet perſuaſum. Vide ipſum ad Peſcennium Nigrum, Spartian. c. ult. ubi copioſius admodum eſt, de toto hoc ædificandi genere. Add. Suet. Calig. c. 18; Vitruv. 5, 1 pr. Leg. 242 de Verb. Signif. & ſingulare *Mœnianum* Lege 20 Dig. de Servitut. præd. urban. Sed de his plura ſupra in *Mœnianum* ſub *Mœnius*.

¶ Mœnio, *ire*, antique pro munire, i. e. muris cingere, mit mauren umgeben. Priſcian. in Periegeſ. *Tarentum, quod mœnivere Lacones*. vid. Salmaſ. de Pallio p. 171.

¶ Mœnītus, *a, um*, pro *munitus*, befeſtiget. Plaut. Bacch. 4, 9, 2 *Pergamum divina mœnitum manu*. Conf. Truc. 2, 2, 55.

Compoſita:

¶ Admœnio, *ire*, pro obſidere, belagern. Plaut. Pſeud. 1, 3, 150 *Oppidum admœnire, ut capiatur*. Idem Ciſt. 2, 2, 5 *Quot admœnivi illi fabricas*, i. e. quaſi ad mœnia admovi.

¶ Antemœnio, *ire*, verſchantzen. Plaut. Mil. 2, 2, 66 *Antemœni aliqua nos*. Alii: *Antevenito aliqua aliquos*.

¶ Circummœnio, *ire*, befeſtigen, von allen ſeiten umzingeln. Idem Plaut. Capt. 2, 2, 4 *Vinclis cuſtodiisque circummœniti ſumus*. Cæſ. B. C. 1, 18 *Vallo caſtellisque circummœnire*; alii *circummunire*.

¶ Commœnio, *ire*, idem apud Gell. 17, 11.

¶ Præmœnio, *ire*, i. e. præmunire, verſchantzen, apud Gell. 13, 27; & 14, 2.

¶ Submœnium vel Summœnium, *i*, n. locus ſub mœnibus veteribus Romæ, ubi habitabant meretrices. Nam genitivus contractus eſſe videtur apud Martial. 1, 35 *Ravaque ſubmœni fornice rima patet*, v. etiam ſub *Mœnius*. Inde eſt

¶ Submœniānus, vel Summœnianus, *a, um*, ſub mœnibus habitans. Martialis 3 epigr. 82 *Summœnianas cœnet inter uxores*. Et 11 epigr. 26 *Summœnianis inquinator buccis*. Vtrobique meretrices intelligit. conf. Tomaſ. de Donar. c. 16.

MOENVS, eris, n. antique pro *Munus, eris*, die verwaltung. Lucret. 1, 29 *Fera mœnera militiai*, & 32 *Belli fera mœnera Mavors Armipotens regit.*

MOENVS, *i*, m. fluvius Germaniæ, etiam Tacito ita appellatus Germ. 28, 3; & Plinio 9, 15. At *Mœnis*, alia forma, apud Melam eſt 3, 3, uti Voſſ. & Gronov. ediderunt, der Mayn. vide Drakenb. ad Sil. 1, 602.

MOERA, *æ*, f. μοῖρα, proprie *pars*, a μείρω *divido*; deinde fatum ſive pars aſſignata Dei providentia: item *Parca* tanquam fati miniſtra, quam *Mortam* vocat Gellius 3, 16. v. ibi Interpretes. ¶ 2. Sed de *Mœra* vel *Mora* Lacedæmoniorum vid. *Mora* n. 3.

MOEREO, *ēre*, quod a *Mœreo* Varro fecit L. L. 5, 6, triſtari, mœrore & dolore affici, trauren, betrübt ſeyn. *Mœrere calamitatem reipubl.* Cicero pro Sextio c. 14. *Mœrere filii mortem*, ibidem c. 17, betrauren. Et rurſus Cicero Phil. 9, 5 *Nemo unquam unici filii mortem magis doluit, quam ille mœret patris.* Et Serv. Sulpic. Cicero fam. 4, 5 *Amici tuo dolore mœrent.* Tib. 3, 2, 14 *Mœreat hæc genero, mœreat illa viro.* Apulej. 4 de A. A. ſub finem: *Mœretur, fletur, lamentatur diebus pluſculis.*

¶ Mœrens, *tis*, traurig, betrübt; ut, *Mœrentia pectora mulcere dictis*, Virgil. Æneid. 1, 291. *Illa lugubris lamentatio flatusque mœrens*, Cicero Tuſc. 1, 13 *Homines alienis bonis mœrentes*, neider, mißgonner, Id. pro C. Balbo c. 25.

¶ Mœro, *are*, mœrentem facere, betrüben. Pacuv. apud Nonium: *qui multis mœravit modis.*

¶ Mœror, *ōris*, m. ægritudo flebilis, ut ait Cicero Tuſc. 4, 8 herzeleid, betrübniß, trauren. Differt a *dolore*. Cicero Att. 12, 28 *Mœrorem minui, dolorem non potui.* Mœror ergo in geſtum & fletum erumpit: dolor in animo reſidet. *Iacet in mœrore meus frater*, Idem ad Attic. 10, 4. Et Seneca Troad. v. 77 *Nulla dies mœrore caret.* Ruſus Cicero de Fin. 1, 18 *Mœrores, qui animos exedunt, conficiuntque curis.*

¶ Mœſtus, *a, um*, triſtis, miſerabilis, traurig, betrübt, kläglich; ut, *Mœſtus & conturbatus vultus*, Aut. ad Herenn. 3, 15. *Quem videam æque mœſtum, quaſi dies dicta ſit*, Plaut. Aſin. 5, 1, 11. Et, *Mœſtas promere voces*, Virgil. Æn. 2, 280. *Mœſtiſſimus Hector*, ibid. v. 270. *Vultu mœſtiſſima*, ſcil. patria, Lucan. 1, 187. *Camillus mœſtior fortuna publica, quam ſua*, Liv. 5, 43. Et Cic. in Orat. c. 22 *Cum, immolanda Iphigenia, triſtis Chalcas eſſet, mœſtior Ulyſſes*, &c.

¶ Mœſte, adverb. idem. Auctor ad Herenn. 3, 14 *Modo acriter, tum clementer, mœſte, hilariter in omnes partes commutabimus.*

¶ Mœſtiter, idem. Plaut. Rud. 1, 5, 7 *Mœſtiter veſtitus.*

¶ Mœſtitia, *æ*, f. mœror, die traurigkeit. *In mœſtitia eſſe*, Cicero Phil. 2, 15. *Mœſtitiam inferre*, Idem Tuſc. 1, 44. *Mœſtitia animos inceſſit*, Liv. 29, 7. Idem Cic. de Finib. 1, 13 *Sapientia una eſt, quæ mœſtitiam pellat ex animis.*

¶ Mœſtitūdo, *inis*, f. idem. Plaut. Aul. 4, 10, 2 *Cui tanta mœſtitudo obtigit.* Et Pallad. 1, 26 de turdis recenter captis: *Claudantur miſtis aliquibus ante natritis, quorum ſocietate ad capiendos cibos pavidam novæ captivitatis mœſtitudinem conſolentur.* conf. Nonius 2, 522.

¶ Mœſto, *are*, traurig machen. Laberius ap. Nonium 2, 531 *Concitata mobilitate mœſtas.*

¶ Mœſtĭfico, *avi, atum, are*, betrüben, in traurigkeit ſetzen. Sidon. 3 epiſt. 13 *Vmbris mœſtificari larvalibus.* Auguſtin. ep. 121 *Si luctus mœſtificat.* Et Pet. Chryſologus ſerm. 54 pr. *Movit & mœſtificavit affectus.*

¶ Mœſtificātus, *a, um*, betrübt, traurig gemacht. Martian. Capella l. 9 p. 301 *Infuetis mœſtificata modis.*

¶ Mœſtificus, *a, um*, das traurig macht, apud Nonium 2, 531.

¶ Commœreo, *ēre*, beſtürzt ſeyn. Plaut. Epid. 1, 1, 61 *Vultum tuum video videre commœruiſſe.* Sed alii aliter legunt.

¶ Permœſtus, *a, um*, valde mœſtus, ſehr traurig. Dict. Cret. 1, 23 *Agamemnonem interitu filiæ permœſtum.* Paulinus Petrocor. 5, 711 *Nam cum Trevirica permœſtus ab urbe rediret.*

¶ Submœſtus, *a, um*, etwas traurig. Ammianus 30, 1 *Demiſſe ambulans, ſemperque ſubmœſtus.*

MOERĬCVS, *a, um*, idem quod *Mericus* ſupra in *Merus*; ut, *Mœrica vitis*, Plin. 14, 2 f. quæ Columellæ *Merica.*

MOERIS, *is*, m. nomen villici apud Virgilium eclog. 8, 96 & 9, 1 ſeqq.

MOERVS, *i*, m. antique, plur. *Mœri* ap. Feſtum, pro *Muri*; legit Lipſius in Plaut. Truc. prol. v. 2. vide Taubm. p. 1383. Ita olim *Aggeribus mœrorum* pro *murorum*, apud Virg. Æn. 10, 24. Inde *Pomœrium* quod *poſt mœros*; vid. ſuo loco.

MOESIA, *æ*, f. Europæ provincia, inter Danubium & Macedoniæ juga Thraciamque longiſſime procurrens. Diviſa fuit in ſuperiorem, Pannoniæ conterminam, cui nunc Serviæ nomen eſt: & inferiorem, quæ Thraciam & Pontum ſpectat, hodie Bulgaria, Servien und Bulgaren. Errant, Græculi præſertim, qui *Myſiam*, Μυσίαν vocant, cum Myſia ſit Aſiæ regio juxta Propontidem, *Mœſia*, Μοισία, Europæ ſub Danubio.

¶ Mœſi, *orum*, m. pl. incolentes Mœſiam. Eutrop. 4, 4 *Sylla etiam Dardanos, Scordiſcos, Dalmatas, & Mœſos partim vicit, alios in fidem accepit.*

¶ Mœſiāci, *orum*, m. pl. iidem. Antiquus lapis, Mediomatricis repertus: EX ORDINE MOESIACORVM. Adi Valeſ. in Ammian. 20, 1.

Mœſte, mœſtiter, mœſtus, &c. quære paullo ante in *Mœreo.*

Mœta ſcribitur apud Frontin. de colon. p. 141 ed. Gœſ. & alias conſtanter pro *Meta*, ubi vid.

MOGVNTIA, *æ*, f. civitas ad Rhenum, ab amne Mogi dicta, Maynz, quæ & *Moguntiacum.* vide ſupra *Magontiacum.*

¶ Moguntīnus, *a, um*, adject. zu Maynz gehörig.

MŎLA, *æ*, f. μύλη, piſtrinum, eine mühle. Latinum & Germanicum ex Græco eſt, licet Varro de L. L. 4, 31 dicat *molas* a *molliendo, quod harum motu eo conjecta molliantur*; aliique ita dictas putent, quod veſuti *mole* quadam fruges terant. Erant autem duplicis generis apud antiquos: aliæ *truſatiles*, quas jumenta: aliæ *verſatiles*, quas homines agitabant. Earum mentio apud Catonem de R. R. c. 10; Plinium 36, 18; & Gellium 3, 3. Iavolenus ICtus Lege 26 Dig. de Inſtruct. vel inſtr. *manuarias* & *jumentarias* vocat. Ad *manuarias* illud Calpurnii pertinet ecloga 3, 85 *Vilia cum ſubigit manualibus hordea ſaxis.* Recentiores *Aquarie*, quarum meminere, poſt Vitruvium 10, 10 & Plinium 18, 10 l. 23, Palladius R. R. l. 1 Tit. 42; & Iuſtin. Imp. l. 10 Cod. de aquæduct. ὑδραλέτης Straboni lib. 12 p. 383. Sic, *Mola alata, quæ ventorum flatibus agitatur*, eine windmühle. *Molæ* autem partes duæ, *meta* ſeu *turbo*, & *catillus.* Paulus ICtus leg. 18 § 5 D. de inſtructo & inſtrum. legato: *Eſt autem meta inferior pars molæ, catillus ſuperior.* Super quo loco Scaliger ad Manilium: *faſſum*, inquit, *ICtus ſcripſit*: Eſt autem META ſuperior pars molæ, CATILLVS inferior. *Apud Veteres enim ſuperior mola* κωνοειδὴς *fuit: inferior cava, inſtar catini, unde illi nomen.* META *inſtar turbinis inverſi conveniebat in catillum, ut mas in fœminam, qua parte baſis eſt, non qua mucro. Nam mucro ſuperne pendebat, baſis autem in catillo vertebatur* &c. Græci, ſuperiorem partem molæ, ὄνον: inferiorem μύλον appellant. vid. Salmaſii Exercit. Plin. p. 659. *Molam verſare*, die mühle treiben, Iuvenal. 8, 67. *Molis operam dare*, Cicero ad Att. 2, 1, müller-arbeit treiben. ¶ 2. *Sero molunt Deorum molæ*, id eſt: Qui peccant etiamſi ſerius, tamen aliquando dant pœnas. vid. Chiliad. Exſtat inter Sibyllinos verſus & iſte: Οψὲ θεῦ μῆλοι ἀλέουσι τὸ λεπτὸν ἄλευρον, *Nam mola poſtremo pinſet divina farinam.* ¶ 3. *Mola* etiam far toſtum, & ſale conſperſum eſt, cujus in ſacrificiis uſus. *Sparge molam*, Virg. ecl. 8, 82. Plaut. Amph. 2, 2, 108 *Aut mola ſalſa bodie, aut thure comprecatum oportuit*, Plinius in præfat. *Mola ſalſa litant, qui non habent thura.* Et, *Mola ſalſa ſupplicare*, Idem 18, 2. *Molam & vinum aſpergere*, Cicero de Divin. 2, 16. Fiebant autem hæ molæ ex fruge horna, & horno ſale, ut Servius docet ad modo dictam Virgil. eclog. 8, 82, itemque ad Æneid. 2, 133. Parabatur *mola ſalſa* a Virginibus Veſtalibus, & dicebatur *far pium*, vid. Heinſ. epiſt. ad Balſac. p. 185. Sine mola ſalſa nullum Diis ſacrificium antiquitus fiebat. vide Alex. ab Alex. 4, 17. ¶ 4. Ab hac ſignificatione factum videtur verbum *Immolare*, cum ſacerdos molam ſaltam in caput victimæ deponebat addito thure: deinde vinum aſpergebat. Qui ritus *immolatio* dicebatur, quaſi molæ in caput victimæ collocatio. Vnde *immolare hoſtias* eſt cædere. Quia nulla cædebatur hoſtia, niſi *immolata*, id eſt, mola ſalſa macta eſſet. De quo verbo paullo poſt in compoſitis dicemus. ¶ 5. Et *Mola* caro eſt informis in uteris mulierum. Plutarchus Præceptis Connubial. p. 145 τὰ δὲ ἀμόρφα κυήματα καὶ σαρκοειδῆ καὶ σύσσιτα ἐν ἑαυτοῖς, ἐκ διαφθορᾶς λαμβάνοντα, μύλας καλοῦσι. i. e. *Informes autem fœtus ac carnis moles, quæ ex corruptis humoribus in uteris coëunt*, MOLAS *vocant.* vide Plinium 7, 15. ¶ 6. *Molæ* Martis filiæ, apud Gellium 13, 22; quas Turnebus Adverſ. 19, 11 Deas indigitari cenſet de nomine *molarum*, quod Mars ut molis fruges, ſic bellis homines frangat ac comminuat. Moſellanus vero a *molimine*, h. e. ſolicitis conatibus ipſius belli apparandi appellatas opinatur.

¶ Mŏlāris, *e*, adject. zur mühle gehörig; ut, *Lapis molaris*, ein mühlſtein, Plinius 36, 23; & Quintil. 2, 19 *Dens molaris*, ein backzahn. ¶ 2. Subſtantive pro lapidibus Virgil. Æneid. 8, 250 *Ramis vaſtisque molaribus inſtat.* Et Stat. Theb. 5, 571 *Librati ſaliunt portarum in clauſtra molares.* Etiam pro dentibus Iuvenal. 13, 212 *Interque molares Difficili creſcente cibo.* Et Sidon. 4 epiſt. 22 *Colubrinis oblatratorum molaribus figi.*

¶ Molārius, *a, um*, idem. Cato R. R. c. 11 *Aſinus molarius.*

¶ Mŏlo, *molui, molitum, molĕre*, mola conſtringere, mahlen. Ter. Phorm. 2, 1, 19 *Molendum usque in piſtrino.* Plinius 6, 61 *Ceres frumenta invenit, cum antea glande veſcerentur. Eadem molere & conficere in Attica.* ¶ 2. *Niſi purges & molas, non comedes.* Quia molam qui vitat, farinam vitat. vid. Chiliad. ¶ 3. Sumitur etiam ſenſu obſceno. vide infr. *Permolere*, & Dilherri Electa 2, 9.

¶ Mŏlītus, *a, um*, gemahlen. Cato R. R. c. 162 *Selis Romanienſis moliti ſemodius.* Varr. R. R. 2, 2 *Agnis objicere viciam molitam.* Cæſ. B. Gall. 1, 5 *Trium menſium molita cibaria.* Et abſolute *Molitum* Plaut. Men. 5, 6, 15.

¶ Mŏlītor, *ōris*, m. ein müller. Onomaſt. vet. *Molitor*, ἀλητής. Pareus in Lex. Crit. p. 748. *Molitor* ſenſu obſceno tribuit Plauto Mil. 2, 2, 38; Sed aliis ibi eſt *Olitor.*

¶ Molītrix, *īcis*, f.

¶ Molītūra, *æ*, f. das müllerwerck, Plin. 18, 9; & 15, 23.

¶ Molendĭnum, *i*, n. idem quod *mola.* S. Bernh. epiſt. 8 *Aquam quærit molendinum a furno?*

¶ Molendārius, *a, um*, quod ad molendinum pertinet: ut, *Meta molendaria*, apud Paulum ICt. l. 18 § 5 de inſtruct. & inſtrum. leg. Et *Aſina molendaria*, ibid. § 2. Ammianus quoque 17, 8 *Molendarias metas* dixit, ut Lindebrog. p. 101 edidit: Valeſius autem p. 161 legit *molendinarias.*

¶ Molendĭnārius, *i*, m. qui molendino præeſt, ein mühlherr. Programma ab Ædeſio Præfecto urbis ſub Ianiculo affixum (anno Chriſti 369 & 374, ut patet ex Lege 20 & 22 Cod. Theod. Quorum appellationes non recipiuntur) VT OMNIVM MOLENDINARIOR. FRAVDES AMPVTENTVR. apud Grater. p. 114 n. 6.

¶ Molendĭnārius, *a, um*, adjective: ut, *Meta molendinaria.* Sic Valeſius legit apud Ammian. 17, 4 (Grut. c. 8) p. 161. ubi Lindebr. *molendaria.*

¶ Molīnus, *a, um*, idem quod *Molaris*; ut, *Molinum ſaxum*, ein mühlſtein, Tertull. adv. Marc. 4, 35.

¶ Molīna, f. ſubſt. idem quod *mola, molendinum*, apud ſequioris latinitatis ſcriptores. Ammianus 18, 20 *Moline ad calles artandas edificatæ.* Gloſſ. Vet. *Molina*, ὑδρολεσία. Gregor. Turonenſis 3, 19 de Divione ſcripſit: *Ante portam fluvius molinas mira velocitate divertit*, der fluß treibet die mühlen. Adde, quæ plura de his Valeſius collegit ad d. l. Ammiani f. 204.

¶ Molinārius, *i*, m. Gloſſ. Vet. *Molinarius*, ὑδρολέτης.

¶ Molettrina, *æ*, f. idem quod *mola*, *molendinum*. Nonius 1, 320 ex Catone adfert, explicatque ita: *Molettrina, a molendo, quod pistrinum dicimus.*

¶ Mölile, *is*, n. die mahlrüſtung, mahlzeug. Cato R. R. c. 11.

¶ Mölucrum, *i*, n. non ſolum lignum, quo molæ vertuntur, ubi molatur; ſed etiam ¶ 2. tumor ventris; de quo Afranius apud Feſtum: *Ferme virgini tamquam gravidæ mulieri creſcit uterus; molucrum vocatur, tranſit ſine doloribus.* v. *Mola* n. 5.

Compoſita:

¶ Commölo, *ĕre*, zermahlen, zermalmen. Columell. 12, 5 *Olivam primo quoque tempore commolere preloque ſubjicere.*

¶ Commolītus, *a, um*, ausgemahlen. Idem Columell. l. c. *Bacca commolita & expreſſa.*

¶ Emölo, *ĕre*, ausmahlen. Perſius 6, 26 *Granaria, fas eſt, Emole.*

¶ Emölītus, *a, um*, gemahlen. Veget. 3, 24 *Emolitum hordeum*, zermalmete gerſten, graupen.

¶ Emölūmentum, *i*, n. ab *Emolo*, lucrum proprie molendini; deinde quævis utilitas, fructus, contrarium *detrimento*, nutz, genieß. Cicero de Finib. 3, 22 *Vt vero conſervetur omnis homini erga hominem ſocietas, conjunctio, caritas; & emolumenta & detrimenta, quæ ὠφελήματα & βλάμματα appellantur, communia etiam voluerunt*, nutz und verluſt. Vetus Inſcriptio: DEMANDATVM EST VT CCCCV. PONDO ARGENTI E PVBLICIS POP. ROM. EMOLVMENTIS QVAE PRAEFERITIS TEMPORIBVS QVAESTORES RECEPISSENT PROVINCIAM SVBLEVARENT. *Emolumento eſſe*, zuträglich ſeyn, Cic. fam. 7, 10. Idem de Orat. 1, 8 extr. *Pergite, ut facitis, adoleſcentes, atque in id ſtudium, in quo eſtis, incumbite, ut & vobis honori, & amicis utilitati, & reip. emolumento eſſe poſſitis.* Et pro Milone c. 12 *Boni nullo emolumento impelluntur in fraudem.* Idem de Fin. 1, 16 *Plus in ipſa injuria detrimenti eſt, quam in his rebus emolumenti, quæ injuria pariuntur.* Iuvenal. 3, 21 *Artibus, inquit, honeſtis Nullus in urbe locus, nulla emolumenta laborum.* Adde Lucret. 5, 167; Plaut. Trin. 3, 2, 68; Gell. 11, 13; Iuſtin. 9, 1, 2. ¶ 2. Dictum *emolumentum* aliqui putant, quod ex *molimine*, id eſt, ſtudio & labore noſtro ad nos redeat, unde & pro eo, quod operoſum eſt, ac magnum ſtudium requirit, poſſuiſſe videtur Varro de Re ruſt. 3, 14; & Cæſar de B. Gall. 1, 34 (ubi aliqui ſubſtituunt *molimentum*) ut Victorius obſervat Var. Lect. 22, 10. Sed de dubia vocis hujus origine Voſſium cumprimis legas, Etymolog. in *Mola* p. 3, 5.

¶ Immölo, *avi, atum, are*, quid proprie ſit, & quomodo huc pertineat, paullo ante diximus in *Mola* n. 4, opffern, opffer ſchlachten; ut, *Hoſtias immolare*, Cicero Tuſc. 3, 26. Idem de Nat. D. 3, 36 *Pythagoras cum in Geometria quiddam novi inveniſſet; Muſis bovem immolaſſe dicitur.*

¶ Immolatus, *a, um*, geopffert. Horat. 4 od. 11, 7 *Ara --- avet immolato Spargier agro.* Liv. 38, 57 *Immolati liberi.*

¶ Immolatio, *ōnis*, f. die opfferung. Cicero de Divinat. 1, 52 extr. *In ipſo immolationis tempore.*

¶ Immolator, *ōris*, m. qui immolat, non tantum miniſter, qui mactat, aut facrificulus, verum is etiam, cujus nomine immolatur. Cic. de Divinat. 2, 15 *Deceſſio capitis, aut acceſſio ſubitone fieri poteſt, ut ſe exta ad immolatoris fortunam accommodent?* Ita Gruter. & Gronovius, ut corrupti libri cenſeantur, qui *immolantis* legunt, v. g. Io. Sturmii &c. Prudent. Cathem. 12, 48 de Abrahamo: *Nati immolator unici.* Idem Hamart. præf. v. 49 *Immolator ſqualidus.*

¶ Immolatitius, *a, um*: ut, *Caro immolatitia*, opfferfleiſch. Auguſtinus epiſt. 154, quæ immolatur vel immolata eſt. Gloſſ. gr. lat. Θυτὸς, *immolatitus.*

¶ Permölo, *ĕre*. Hoc verbo per metaph. in obſceniore ſignificatu uſus Horat. 1 ſat. 2, 34 *Alienas permolere uxores*, quemadmodum ſimplici uſus Varro apud Nonium, imitatione Græcorum. Theocritus Eidyll. 3 ſub fin. Εἶσ' ἄγε μοι κορύδων, τὸ γεφάντιον ἢ ῥ ἔτι μύλλει τὴν κυανόφρυν ἐρωτίδα, τᾶς ποτ' ἐκνίσθη: Vbi vide Scholiaſten. Adde Interpretes Petronii c. 23.

MOLEMONIVM, *i*, n. inter herbas, quæ faciles vomitiones præſtant, Plin. 26, 7. Aliis eſt *Polemonium*, tauben-kropff.

Molendarius, molendinarius, quære ante in *Mola.*

MÖLES, *is*, f. ſing. & pl. magnitudo, pondus, eine laſt, hauffe, gebäu. Ovid. Met. 1, 7 *Chaos rudis indigeſtaque moles.* Et de Arte am. 2, 467 *Prima fuit rerum confuſa ſine ordine moles.* Virg. Æn. 1, 37 *Tantæ molis erat Romanam condere gentem*: id eſt, tanti res negotii ſeu difficultatis, alſo groſſe mühe koſtete es. Cicero Cat. 1, 9 *Vim molem iſtius invidiæ ſuſtinebo*, die ſchwere laſt. *Non facile tantam molem mali a cervicibus depulſiſſem*, Idem Catil. 3, 7. Sic, *Moles belli*, Tac. Hiſt. 1, 61, 4; & 2, 16, 2 *Totâ mole*, i. e. totis viribus, ſive tota belli mole. Florus 2, 6, 55 *In Africam totâ mole converſus.* Liv. 8, 13. *Majore mole, quanquam æque proſpero eventu, pugnat*, ubi vide Drakenb. qui *molem* ſæpe pro belli apparatu poni, variis locis ſcriptorum docet. Vellej. 2, 131 *Romani imperii moles.* ¶ 2. Videntur *Moles* proprie dici ſtructuræ mari vel flumini injectæ, ex terra, ſaxo vel materia, gebauete dämme, währe. Horat. 3 od. 1, 33 *Contracta piſces æquora ſentiunt Iactis in altum molibus.* Ovid. Metam. 11, 728 *Adjacet undis Facta manu moles.* Hirtius de Bell. Alex. c. 17 *Inſulam molemque ad inſulam pertinentem.* Iterum c. ſeq. *Seque per molem in mare præcipitaverunt.* Sidonius Paneg. Anthemii v. 57 *Itur in æquor Molibus &c.* Cæſ. de B. C. 1, 25 *Qua fauces erant anguſtiſſimæ portus, molem, atque aggerem ab utraque parte litoris jaciebat, quod his locis erat mare vadoſum.* Et, *Molem facere*, idem dixit apud Ciceron. ad Att. 9, 18. *Molem fundare*, Suet. Claudio c. 20 extr. & *Objectus molium*, Tac. Ann. 14, 8, 1 eiñ damm. Ita vocabulo iſto & uſus Virg. Æn. 2, 497. Tac. Hiſt. 1, 86, 3; Florus 2, 2, 2; & Curt. 4, 2, 16 &c. ¶ 3. Et extra aquas quævis magnifice ſtructa ædificia *Moles* vocantur. Hor. 2 od. 15, 1 *Iam pauca aratro jugera regiæ Moles relinquent*, die palläſte. Cicero pro Mil. c. 31 de Clodianis ædificiis: *Subſtructionum infames moles.* ¶ 4. Tacitus hac voce & de Amphitheatri machina uſus (Hiſt. 2, 21, 3; Et Cicero Phil 14, 12 demonumento gloriæ, interfectis pro patria conſulibus ponendo, *Erit*, inquit, *exſtructa moles opere magnifico, inciſæque litteræ, divinæ virtutis teſtes ſempiternæ.* ¶ 5. *Moles* eleganter eſt pompa, majeſtas, vis, potentia. vid. Gronov. Obſerv. 1, 120.

MÖLESTVS, *a, um*, gravis, ingratus, odioſus, beſchwerlich, verdrießlich. A *mole*, quamquam mutata quantitate, dictum. Ter. Eun. 3, 2, 31 *Vbi moleſtum tibi non erit*, wenn es dir nicht entgegen iſt. Cicero fam. 13, 73 *Si tibi grave non erit.* Idem de Amic. c. 24 *Moleſta veritas eſt, ſi quidem ex ea naſcitur odium.* Ibidem c. 6 *Intempeſtiva & moleſta nunquam eſt amicitia.* Ibid. c. 20 *Sunt quidam, qui moleſtas amicitias faciunt, cum ipſi ſe contemni putant.* Plaut. Moſt. 1, 1, 69 *Vnum hoc ſcito, nimio celerius venire, quod moleſtum eſt, quam id quod cupide petas.* Pallad. 1, 5 *Moleſtiores venti.* Et Cic. fam. 5, 3 *Ne vobis multitudine litterarum moleſtior eſſem.* Idem in Verr. Divin. c. 11 *Omnis arrogantia odioſa eſt: tum illa ingenii atque eloquentiæ multo moleſtiſſima.* De *Tunica moleſta*, vide infra *Tunica.*

¶ Moleſtia, *æ*, f. eſt *ægritudo permanens*, ut Cicero definit Tuſc. 4, 8, unluſt, mühe und beſchwerung. *Eſſe in maximis moleſtiis*, Idem fam. 4, 13. Et, *Magnam animo moleſtiam capere*, de Amic. c. 24. *Epiſtola jocunda hoc moleſtiæ adſperſit*, Cicero ad Qu. frat. 2, 10. *Omnes moleſtias & ſolicitudines deponere*, Idem fam. 14, 7. Et, *Moleſtias omnes depellere*, Ibidem 2, 16. *Moleſtiam alicui exhibere*, Cicero ad Att. 2, 1. *Tradere alicui moleſtiam*, Nep. fragm. Orat. Corneliæ Gracchor. matris.

¶ Möleſte, adverb. ægre, ungern, mit verdruß; ut, *Graviter moleſteque tuli*; ich habe mich betrübet, Serv. Sulpic. Ciceron. fam. 4, 5. Et Cicero ad Qu. fr. 1, 1 pr. *Quoniam ea moleſtiſſime ferre homines debent, quæ ipſorum culpâ contracta ſunt; eſt quiddam in hac re mihi moleſtius ferendum, quam tibi.*

¶ Moleſtō, *avi, atum, are*, moleſtia afficere, beſchweren, unluſt machen. Modeſtin. IC. l. 20 Dig. de Liberat. legata, *Fratri meo nemini moleſtare volo nomine debiti.* Apul. de Herb. c. 71 *Qui herbæ herbaſci virgulam portaverit ſecum, hunc occurſus mali non moleſtabunt.* Sequioribus ſeculis uſitatius, non tamen illatini uſus verbum cenſet Barth. ad Briton. Aremor. p. 580. Sane & Scrib. Largus Compoſ. 71 uſus eſt, ſed forſan ut plebejo ſui temporis. vide Cellarii Curas poſter. p. 223. Sed & Petron. in Fragm. Trag. p. 30 vel c. 58 *Aut tace, aut meliorem noli moleſtare.* Idem in Fragm. Burm. p. 674 *Comptum vernales aluciæ moleſtabant.* Hinc

¶ Moleſtans, *tis*. Iul. Obſequens Obſerv. 42 *Peſtilentia utrumque exercitum moleſtante.*

¶ Moleſtatio, *onis*, f. die beſchwerung, in Dig. Et Conſtant. Afer 7, 6 *Febris moleſtatio.*

¶ Permoleſtus, *a, um*, ſehr beſchwerlich. Cic. ad Attic. 1, 18 *Hi non ſunt permoleſti, ſed tamen inſident atque urgent.*

¶ Permoleſte, adverb. idem. Cicero Verr. 4, 58 *Marcellus Archimedem requiſiſſe dicitur, eumque cum auditiſſet interfectum, permoleſte tuliſſe*, es wäre ihm ſehr verdrießlich geweſen.

¶ Præmöleſtia, *æ*, f. *metus* Ciceroni *quaſi dux conſequentis moleſtiæ* dicitur, Tuſc. Qu. 4, 30.

¶ Submoleſtus, *a, um*, etwas verdrießlich, Cic. ad Att. 16, 4.

¶ Submoleſte, adv. nonnihil moleſte, idem; ut, *Submoleſte ferre*, Idem Cic. 5, 21 pr.

Moletrina, molile, vide *Mola*, Molimen, &c. *Molior.*

MÖLIOR, *itus ſum, īri*, primum *movere molem* ſignificat, unde etiam dictum eſt: ut apud Livium lib. 9, 3. *Num montes moliri ſuâ ſede paramus*, verrücken, verſetzen. Idem 25, 36 *Moliri onera objecta* i. e. amoliri. *Naves a terra* Id. 28, 7. Sic, *Fores moliri*, i. e. parare, effringere, Tacitus 1 Annal. c. 39, & 2 Hiſt. c. 22 dixit. *Fidem moliri*, i. e. labefactare, Livio 6, 11 Sigonius & Gronovius pater vindicant. ¶ 2. Sane *Moliri* eſt multum conari, & cum labore ac niſu multo, ſich unterſtehen, bemühen, unternehmen. Plaut. Curc 1, 3, 31 *Viden' ut miſere moliuntur, nequeunt complecti ſatis.* Tac. Hiſt. 2 35, 1 *Erat inſula amne medio, in quam gladiatores navibus molientes, Germani nando prælabebantur.* Livius lib. 6, 34 *Parva rem ingentem moliendi cauſa intervenit.* ¶ 3. Non raro de operibus exſtruendis uſurpatur, aufbauen, fertigen. Sic *Arcem moliri* Virgilius dixit Æneid. 1, 424. Vellej. 2, 8, 3 *Minucius porticus, quæ hodieque celebres ſunt, molitus eſt.* Sed etiam de re parva Solin. c. 20 de Scythis quibusdam: *Pocula de inimicorum capitibus moliuntur.* Florus 1, 7, 7 *Moliri ædem.* In quibus locis *moliri* nihil aliud eſt, quam *condere, ſtruere* vel *parare, &c.* ¶ 4. Ad formæ ornatusque ſtudium transtulit Terentius Heaut. 2, 2, 11 *Dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt*, bis ſie ſich zurecht machen. vid. in *Demolior* Hieronymi locum. Sic, *Moliri animum*, eſt in certum ſtatum componere. Ovid. de Arte am. 2, 119 *Iam molire animum, qui duret, & aſtrue formæ Solus ad extremos permanet ille rogos.* ¶ 5. *Moliri crimina*, id eſt, parare, inſtruere, darauf umgehen, Tacitus Ann. 12, 22, 1. Et, *Moliri imperium*, i. e. agitare, ſive parare, invadere, Idem Hiſt. 1, 5, 2 dixit. Corn. Nep. 7, 10, 1 *Hac cum moliretur.* Cicero Attic. 14, 22 *Minime obſcurum eſt, quid iſti moliantur*, was ſie vorhaben, was ſie machen. Ita *Moliri inſidias alicui, aliquid mali: Moliri peſtem patriæ, Moliri periculum*, Cicero paſſim. *Moliri fugam*, Virgil. Æn. 2, 109. conf. Nonius 4, 300.

¶ Molio, *ire*, pro *Moliri* dixerunt antiqui. Id quod oſtenditur in *Demolio* infra; & in paſſiva forma ex Lucilio apud Nonium 2, 543 *Muginamur, molimur, ſubducimur.* Conf. Nic. Rigaltius in Gloſſis Agrimenſoriis. Vetus lapis apud Reineſ. Cl. 7, 10. MOLIT. OBSEPIT. FIGIT.

¶ Moliens, *tis*. Cicero de Nat. D. 2, 23 *Nec ceſſans Deus, nec ea, quæ agit, moliens cum labore operoſo ac moleſto.* Idem de Senect. c. 8 *Quod ſit operoſa, & ſemper agens aliquid, & moliens.* Tac. Hiſt. 2, 101, 3 *Eadem moliens.* conf. in *Molior* n. 2.

¶ Molītus, *a, um*, der etwas geſtiftet hat, oder darauf umgangen. Cicero pro Mil. c. 25 *Molitus aliquando aliquid.* Ovid. Amor. 1, 7, 35 *I nunc magnificos victor molite triumphos.*

¶ Molītio, *onis*, f. iple conatus, machinatio, die unterwindung, unternehmung, bemühung, bauung. Cicero de Nat. D. 1, 9 *Propter paucos tanta eſt facta rerum molitio.* conf. ibid. c. 8. Sic, *Molitio valli*, Livius 35, 5. *Inter molitionem pii pariter ac fortis propoſiti oppreſſus,*

preſſus, Val. Max. 3, 3, 1. *Furtiva molitio*, Petron. c. 95. Et, *Dura molitio*, Sen. Quæſt. Nat. 3, 30. *Molitio agrorum ſolique*, Columella proœmii fine, id eſt, labor ruſticus, agricultura. Sic & *Terrena molitio*, Idem 11, 2 extr.

¶ Molīmen, *ĭnis*, n. idem. Liv. 2, 56 *Res ſuo ipſa molimine gravis.* Horat. 2 epiſt. 2, 93 *Quanto molimine circumſpectemus ædem.*

¶ Molimentum, *i*, n. idem. Livius 5, 22 *Parvi molimenti adminiculis mota ſede ſua Jano Vejentium.* Id. 37, 7 *Eo minoris molimenti eſt ea clauſtra eſſe.* Et Sen. ad Marciam c. 11 *Res magni molimenti eſt.* Et Ovid. Met. 12, 357. *Molimentum* reddunt etiam multi Cæſari B. G. 1, 34, niſi *ſimolimentum* ibi legendum. conf. Nonius 2, 564.

¶ Mōlītor, *ōris*, m. qui molitur. Cicero de Vniverſ. c. 5 extr. *Efficitor mundi molitorque Deus.* Sic, *Molitores novarum rerum*, Suet. Domit. c. 10. *Molitores ſceleruni*, Seneca de Tranquill. c. 7. *Primæ ratis molitor Jaſon*, Ovid. Met. 8, 302.

¶ Mōlītrix, *īcis*. Suet. Ner. c. 35 *Antoniam filiam Claudii, quaſi molitricem novarum rerum interemit*, als die unruhe anſtifftete.

Compoſita a *Molior*:

¶ Amōlior, *itus ſum*, *īri*, cum magno molimine e medio tollere, amovere, weqſchaffen, weg bringen. *Hinc vos amolimini*, Ter. Andr. 4, 2, 24, hebt euch hinweg. *Periculum amoliri*, Plinius 32, 2. Et, *Singula amoliri*, id eſt, refellere, widerlegen, Quintil. 5, 13. Et Curt. 8, 5, 17 *Prius ab oculis mortalium amolita natura eſt*, (Herculem & Liberum patrem) *quam in cœlum fama perveheret.* ¶ 2. Plin. 11, 10 paſſive quibusdam loqui videtur: *Amoliuntur omnia e medio, nullaque inter opera ſpurcitiæ jacent.* Æque incertus eſt locus Plaut. Moſt. 2, 1, 24 *Iube hæc hinc omnia amolirier.* Sed

¶ Amolītus, *a, um*, paſſ. Apul. de Deo Socr. p. 117 *Omnibus exuviis amolitis equum ipſum contuemur.*

¶ Amolītio, *ōnis*, f. die weqſchaffung. Gellius 12, 1 *Vbi infantis facta ex oculis amolitio eſt*, da es fortgeſchafft worden. De infante loquitur, qui a matre removetur, ut alieno lacte alatur.

Amuletum, vide ſupra in *A* ſeorſim.

¶ Admōlior, *īri*, admovere, mit groſſer mühe herzu weltzen, herbey bringen. Curtius 8, 10, 24 *Velut de induſtria rupes præaltas admolita natura eſt.* Et, *Manus admoliri*, pro adhibere, Plaut. Aſin. 3, 2, 24. Sic Apulej. lib. 1 de A. A. *Quam ſanctiſſime dejerantes, ſeſe neque ei manus admolituros*, ſie wolten ſeine hand an ſie legen, oder ſich an ihr vergreiffen. Idem lib. 6 p. 177 *Nec Pſyche manus admolitur inconditæ illi & inextricabili moli.*

¶ Commōlior, *īri*, auffſtiften, anrichten; ut, *Dolum aut machinam commoliri ad aliquem*, Cic. de Nat. D. 3, 29. Et Gell. 3, 19 *Moleſte atque odioſe confabricatus commolitusque eſt originem vocabuli.*

¶ Demōlior, *īri*, deſtruere, dejicere, zerbrechen, einreiſſen, abwerfen; ut, *Demoliri domum*, Cicero Oſſ. 1, 39. *Demoliri tectum*, Nepos 4, 5, 2. Et *Partem muri*, Caſſius Ciceroni fam. 12, 13. *In pariete demoliendo*, Cic. Top. c. 4. *Statuas demoliendas locare*, Idem Verr. 2, 67. *De ſe culpam demoliri*, die ſchuld ablehnen, Plaut. Bacch. 3, 1, 16; ubi *Demoliſſer* dixit pro *demoliar*. ¶ 2. Ad ornatum pertinet, ut de *Moliri* n. 4 obſervatum eſt. Hieron. ad illud Matth. 6, 16 ἀφανίζουσι τὰ πρόσωπα, *DEMOLIVNTVR. DEMOLITVR autem hypocrita faciem ſuam, ut triſtitiam ſimulet, & animo forte lætante luctum geſtet in vultu.*

¶ Demolio, *ire*, pro *Demoliri* activa forma Lactantius 4, 11 *Altaria demolierunt.* Quæ forma etiam in Iure Romano occurrit; ut Lege 12 Communi divid. *Demolire parietem*, infinito modo, & Lege 30 pr. Locat. conducti, *Inſulam demolierat*, hoc eſt, ædificia in inſula. Veteſtiora exempla ex Varrone & Nævio vide apud Diomedem lib. 1 p. 395; & in Lauremb. Antiquario p. 279. Hinc

¶ Demōlītus, *a, um*, paſſive, eingeriſſen. Vlpian. l. 10 § 1 ff. quibus modis uſufr. amitt. *Ædibus demolitis alias novas reſtituere.* Et, *Demolita domus*, Iavolen. l. 13 ff. de Vſucap.

¶ Demolītio, *ōnis*, f. die niederreiſſung; ut, *Demolitio ſtatuarum*, Cic. Verr. 2, 67.

¶ Demolītor, *ōris*, m. qui demolitur. Vitruv. 10, 19 *Corvum demolitorem* memorat, i. e. machinam demolitionis polliceretur.

¶ Emōlior, *īri*, verrichten, ins werck ſetzen. Plaut. Bacch. 4, 5, 1 *Infandum magnum molior negotium, metuoque ut hodie poſſim emolirier.* ¶ 2. Item, exſcreare, expellere. Celſus 4, 9 *Sicca tuſſis, quæ nihil emolitur*, ein trenger huſten, ſo nichts herausbringt und auswirft. Colum. 8, 5 *Per nares emoliri pituitæ nauſeam.* Apud eumdem 12, 59 *Emoliri* refingitur ab aliis in *Emolliri*. ¶ 3. *Venti fretum emoliuntur*, Sen. Agam. v. 478, i. e. molem ejus loco movent.

¶ Emōlimentum, *i*, n. die auffführung eines wercks. Lege 19 Cod. Theod. de Operibus publ. vide Iac. Gothofred. ibi.

¶ Immolītus, *a, um*, apud Livium 39, 44 eſt, hineingebaut. *Quæ inædificata* (in publicum) *immolita privati habebant, demoliti ſunt.* vid. quæ ad h. l. Dukerus diſputat.

¶ Obmolior, *īri*, fürſchieben, fürweltzen; ut, *Arborum truncos & ſaxa obmoliuntur*, Curt. 6, 6, 24. Et Liv. 33, 5 *Arbore vulſa* (vallum) *portæ inſtar patebat, nec in promtu erat, quod obmolirentur.* Idem 37, 32 *Ad munienda & obmolienda, quæ ruinis ſtrata erant, concurrerunt.*

¶ Præmōlior, *īri*, præparare, vorher zurichten, beſtellen. Liv. 28, 17 *Præmoliendam ſibi vatis jam rem.*

¶ Remōlior, *īri*, removere, wegſchaffen. Ovid. Met. 5, 354 *Sæpe remoliri luctatu pondera terræ.* ¶ 2. Eſt iterum moliri, wieder unternehmen. Silius 1, 36 *Iterum inſtauratæ capeſſens Arma remolitur.* Paſſive Colum. 2, 12, qui locus reſictus in *Remollio* inter compoſita a *Mollis* infra prodierit.

¶ Remōlītus, *a, um*, paſſive, wieder aufgebaut. Sen. Herc. fur. v. 504 *Orbe ſi remolit quicet ad ſupera victor numina Alcides vehi.*

Molitio, molitor, vide *Molior*, Molītor, molitura, *Mola*, Molleſco, mollentia, mollitia, mollio, &c. *Mollis.*

Mollis, *e*, contractum videri poteſt ex *mobilis*, adeo ſæpe ſignificatione convenit, weich, ſanfft, gelinde, vel corporum attributum eſt, vel animorum. I. Vbi ad corpus refertur ¶ 1. Eſt, quod tactui facile cedit, ac duro opponitur, weich. Ita Cicero Orat. 3, 45 *Cera mollis.* Id. ad Qu. Frat. 2, 15 *Infima auricula mollior*, quod referimus etiam n. 8. Ita Ovid. Met. 13, 797 *Mollior ægre gramis.* Col. 6, 1 extr. *Tactus molliſſimus.* Horat. 1 ſat. 2, 88 *de equi vitio, facies decora molli fulta pede.* Id. ep. 8, 9 de turpi anu, *venter mollis.* Celſus 4, 4 *Ovum molle* dixit, quod alias frequenter vocat *ſorbile.* Proverbium ſervile eſt apud Petron. c. 57 p. 281 *In molli carne vermes naſcuntur*, h. e. in otioſis vitia. ¶ 2. Quia fruges maturæ molliores pleræque ſunt acerbis, ideo *mollis* etiam pro miti & ea cauſa jucundo ſumitur, zeitig, gelinde. Ita Virg. ecl. 1, 82 *Caſtaneas molles* dixit, quanquam Turn. 5, 12 peculiare genus intelligi poſſe putat. Gr. μαλακὸν dictum. Id. ecl. 4, 28 *Molli paullatim flaveſcet campus ariſta*, ubi ſimpliciter maturum ſignificat. v. de la Cerda. Huc pertinet, cum vini epitheton eſt. Horat. 1 Od. 7, 17 *Molle merum.* Iuvenal. 1, 69 *Molle Calenum.* ¶ 3. Hinc ad locorum aëris que naturam refertur, in quantum illa maturandis frugibus commoda eſt, gelinde. Flor. 3, 3, 13 *Quo fere tractu Italia molliſſima eſt.* Id. 1, 16, 4 *Nihil mollius cælo.* & 4, 12, 27 *Cælum ipſum mitius molliusque ſolito videbatur.* ¶ 4. Opponitur arduo, quod aſcenſu difficile eſt. Sen. Herc. fur. v. 437 *Non eſt ad aſtra mollis e terra via.* Cæſ. B. C. 2, 10 *Molle faſtigium.* Conf. Non. 4, 301 & Drakenb. ad Sil. 4, 491. Huc ref. Prov. Phurnuti, Μὴ τὰ μαλακὰ μᾶλλον, μὴ τὰ σκληρὰ ἔχῃς, *Ne quære mollia, ne tibi contingant dura.* ¶ 5. *Mollis* etiam eſt flexibilis, ſchlang, gelencke. Ita Virg. ecl. 2, 72 *Mollis juncus*, & Ge. 2, 17 *Molle ſilex*; Idem 3, 76 inter notas equi boni, *Mollia crura reponit*, quam Plinius 8, 42 l. 67 *mollem glomerationem* vocat. Præſertim ad facilem ſaltantium motum pertinet. Lucret. 4, 977 *Cernere ſaltantes & mollia membra moventes.* Ovid. *Si vox eſt, canta; ſi mollia brachia, ſalta.* Cicero de cl. or. 62 extr. *Sex. Titius tam ſolutus & mollis erat in geſtu, ut ſaltatio quædam naſceretur, cui ſaltationi Titius nomen eſſet.* Huc pertinet *Mollior inceſſus*, Ovid. A. A. 3, 366. Ita intelligendæ ſunt *Molles fugæ* apud Claudian. de 4 Conſ. Hon. v. 540 de exercitatione circi. ¶ 6. Hinc ad artificium, ſtatuariorum præſertim, opera transfertur, cum ita exquiſita arte perfecta ſunt, ut flecti & moveri poſſe videantur, delicat, zärtlich. Quintil. 12, 10 *Duriora Colon atque Egeſtas* (ſtatuarii) *jam minus rigida Calamis, molliora adhuc ſupra dictis Myron fecit.* Vbi ſimul notandum, *duro & rigido* hic opponi, de quibus ſuis locis, & Hor. 2 ſat. 3, 33 *Quid ſculptum infabre, quid fuſum durius eſſet.* Hor. A. P. v. 33 *Molles capillos ære imitabitur*, h. e. tanta arte exprimet, ut molles & flexibiles videantur intuentibus. vid. la Cerda ad illud Virgil. Æneid. 6, 847 *Excudent alii ſpirantia mollius æra.* ¶ 7. Quin ingenii etiam opera *mollia* dicuntur, cum facili quadam nativaque jucunditate commendantur, annehmlich. Hor. 1 ſat. 10, 44 *Molle atque facetum Virgilio annuerunt gaudentes rure Camenæ.* Cicero Orat. 16 *Oratio mollis & tenera & ita flexibilis, ut ſequatur, quocunque torqueas.* conf. de Orat. 3, 45. Etiam huic opponitur durum. II. Ad animum quoque refertur varie. ¶ 8. Qui facile movetur. Cicero Att. 1, 17 pr. *Mollis animus & ad accipiendam & ad deponendam offenſionem*, leicht zu erzürnen und zu verſöhnen. Ita Plinius paneg. c. 68 *Molliſſimæ aures*, i. e. verecundæ, quæ laudes ferre non poſſunt. Speciatim aſpero & duro vel rigido & præfracto opponitur: Cicero ad Qu. fr. 2, 15 *Infima auricula mollior*, hunc vulgo vocamus, tractabel, gedeigen, der ſich um einen finger winden läſſet. Horat. 3 Od. 12, 17 *Nec rigido mollior æſculo*, h. e. inexorabilis. Ita Virgil. Æneid. 8, 726 *Euphrates mollior ibat*, i. e. non tumidus & ferox, ſed placidus & mitis tanquam victus. Intelliguntur enim accolæ Euphratis. ¶ 9. Imbellem notat, ut Hor. 1 od. 37, 18 ubi *columbis* tribuitur, & 2 od. 12, 3 *Molles modi citharæ.* Vtraque in re imbellis epitheto alias utitur. ¶ 10. Nimis delicatus & laboris impatiens, zärtlich, weichlich. Ita Virg. Ge. 1, 57 *Molles Sabæi*, Hor. 2 ſat. 4, 34 *Molle Tarentum*, & Ep. 1, 10 *Qua decet non molles viros.* Opponuntur duri, patientes. Add. Brouckh. ad Tib. 2, 2, 4. Huc refero etiam illud Horat. 2 ſat. 5, 32 *Gaudent prænomine molles Auriculæ.* Et *molles oculos*, Ovid. R. A. 340, qui nimis facile rubeſcunt a fletu. ¶ 11. Blandus eſt v. g. Horat. ep. 5, 83 *Mollibus verbis lenire*, & 4 od. 1, 6 *Mollibus imperiis flectere.* Ovid. A. A. 3, 513 *Ridenti mollia vide.* Add. Drakenb. ad Sil. 1, 113. ¶ 12. Idem eſt quod amatorius, verliebt. Ovid. Triſt. 2, 307 *Verſus molles.* Add. Brouckh. ad Prop. 2, 1, 41. it. *Molliculus* & *Molliuſculus.* Ita Hor. 2 od. 9, 17 *Molles querelæ.* Ovid. A. A. 2, 236 *Mollia caſtra amoris.* ¶ 13. *Molles*, pro pathicis, five, qui muliebria patiebantur, item Eunuchis, dicuntur, weichlinge, weibiſche. Phædrus 4, 14, 1 *Rogavit alter tribadas, & molles mares: Molles*, pathici, ut dixi, ſunt, quos S. Paulus etiam 1 ad Corinth. 6, 9 μαλακοὺς appellavit. Petronius c. 23 *Molles veteres, Deliaci manu reciſi.* Vbi per *Veteres* & exoleta ſcorta maſcula intelligit. *Molles* & *effœminatos* conjungit Sueton. Calig. c. 56. Hinc *Mollities*, ipſa fœditas illa, in qua operantur molles. vide infra. Iuvenal. 2, 47 *Magna inter molles concordia.*

¶ Molliculus, & Mollicellus, *a, um*, gar weich; ut, *Verſus molliculi*, Catull. 16, 4. *Volo molliculas eſcas, ut ipſa mollicula eſt*, Plaut. Caſ. 2, 8, 58. conf. Pœn. 1, 2, 164 &c. *Specie molliculus & morboſus*, Ammian. 27, 22. Et iterum Catullus 25, 10 *Nates & manus mollicelle*, &c.

¶ Molliuſculus, *a, um*, aliud diminutivum; ut, *Verſus molliuſculi*, apud Plinium 1 epiſt. 16, ut Catanæus cum ſequacibus legit: alii quos ſequitur Cellarius, *mollius tenuisque.* Quid ni *mollibus lenibusque?*

¶ Molliter, mollius, molliſſime, adv. ut, *Molliter auſterum ſtudio fallente laborem*, auf eine annehmliche art, Hor. 2 ſat. 2, 12 *Mollius membra movere*, geſchickter, Id. 1 ſat. 9, 24. *Aves nido molliſſime ſubſternunt, ut ova foveantur*, auf's allerweichſte, Cicero de Nat. D. 2, 52. Sic mortuis bene precantes dicebant: *Molliter oſſa cubent*, ſanfft, ut apud Ovidium eſt Triſt. 3, 3, 76; vel, *Molliter oſſa quieſcant*, ut apud Virgil. ecl. 10, 33. *Molliter & delicate vivere*, Cicero Offic. 1, 30, zärtlich und in wolluſt leben. *Molliter ſecurare*, ſich gütlich thun, Ter. Adelph. 5, 1 pr. Et, *Mollius aliquid interpretari*, zum beſten deuten.

Tac. Hist. 2, 96, 2. Liv. 3, 59 extr. *Mollius consultum a Consulibus*, h. e. parum viriliter. Colum. 1, 2 *Ager mollissime devexus*, hoc est, ita declivis parumper, ut nec adicendenti, neque descendenti molesta sit: seu qui *similis campestri positioni*, ut ipse ibi Columella interpretatur. Quint. 6, 4 pr. jubet oratorem *& instare propicientibus, & ab iis, quæ non adjuvant, quam mollissime pedem referre*, allmählig, sachte, unvermerckt.

¶ Mollitia, æ, & Mollities, ei, f. die weichlichkeit, lindigkeit, zärtlichkeit; ut, *Officia deserere animi mollitia*, Cicero de Fin. 1, 10. Et Ter. Eun. 2, 1, 16 *Ejiciunda hercle hæc mollities animi est*, der weibische sinn, das blode und verzagte hertz. *Mollitia* autem omne genus excedentis teneritudinis notat. Vellej. 2, 18 de Mæcenate: *Simul vero aliquid ex negotio remitti posset, otio ac mollitiis pæne ultra fœminam fluens.* Conf. Horat. Epod. 12, 23. ¶ 2. De exquisita diæta Cicero Att. 12, 26 *Nosti Niciæ nostri imbecillitatem, mollitiam, consuetudinem victus.* ¶ 3. *Mollities*, vitium ipsum mollium & obscenorum appellatur Senecæ de Constantia Sap. c. 18 & Tacito Ann. 11, 2, 1.

¶ Mollitūdo, *ĭnis*, f. idem. Cic. de Nat. D. 2, 55 pr. *In pulmonibus ineſt raritas quædam, & assimilis spongiæ mollitudo.* Lactant. 5, 4 *Infans solidi ac fortis cibi capere vim non potest, ob stomachi teneritudinem, sed liquore lactis ac mollitudine alitur, donec firmatis viribus vesci fortioribus possit: &c.* Arnob. 2 p. 64 *Corrumpi mollitudine vitiorum.* conf. Nonius 2, 514.

¶ Mollio, *ivi, ītum, īre*, molle efficere, weichen, erweichen, geschmeidig machen, lindern. Hor. 1 sat. 4, 20 *Dum ferrum molliat ignis.* Ita Ovid. Met. 1, 228 pro coquere dixit. *Atque ita semineces partim ferventibus artus Mollit aquis.* ¶ 2. Ad animum transfertur ut mollis: Cicero Nat. D. 1, 34 *Usu mollienda nobis dura verba sunt.* Ovid. de Art. am. 3, 545 *Scilicet ingenium placida mollitur ab arte.* Cicero Tusc. 2, 11 *Poëtæ molliunt animos nostros*, hoc est, vel mites, vel effœminatos reddunt. *Mollire mare*, Accius apud Nonium. *Iras mollire*, Livius 1, 9 quod Virgilio Æneid. 1, 57 est *mollire animos & temperare iras.* ¶ 3. Archaice, Horat. 3 od. 23, 19 *Hostia mollibit aversos penates*, ut in aliis 4 Conjug.

¶ Mollitus, *a, um*, erweicht; ut, *Molliti agri ad serendum*, Cicero de Nat. D. 2, 52. *Saxo mollita*, Ovid. Met. 1, 402. *Mollita membra*, Ibid. 4, 381. De Hermaphrodito cum Salmacide cohærente. *Emplastrum ex aceto mollitum*, Cæl 5, 8, 4.

¶ Mollitīvus, *a, um*, molliendi vim habens, erweichend; ut, *Mollitivum cataplasma*, Const. Afer 4, 17.

¶ Mollimentum, *i*, n. die linderung; pro lenimento, & mitigatione quadam dixit Seneca de Tranquill. vitæ c. 10 *Natura calamitatum molliment m, consuetudinem, invenit.*

¶ Molleo, *ēre*, & Mollesco, *ĕre*, weich und gelinder werden. Ovid. Pont. 1, 6, 7 *Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est, Pectora mollescunt, asperitasque fugit:* id est, mitescunt, humaniora fiunt, sie werden sittiger, freundlicher, leutseliger. Theod. Prisc. 1, 28 *Coquas, ut molleat.*

¶ Molleſtra, æ, f. eine schafhaut. Festus: *Molleſtras dicebant pelles ovines, quibus galeas extergebant.*

¶ Molliſcīna, æ, f. vestis a mollitie dicta; v. Nævius apud Nonium 14, 23.

¶ Mollĭcŏmus, *a, um*, weichblättericht. Avienus Descript. Orbis v. 1031 *Mollicomis tellus insternitur herbis.*

¶ Mollĭfico, *are*, weich machen, erweichen. Macer de Herbis 4, 14 *Ejecis illius quia venter mollificatur.* Gloss. Vetus: *Mollifico, ἀπαλύνω, μαλάσσω.*

¶ Mollĭficus, *a, um*, erweichend. Cæl. Aurel. Tard. 4, 1 *Artificus carnis, & mollificus corporis.*

¶ Mollĭpes, *ĕdis*, quam vocem ex Arato vertit Cic. de Divin. 1, 9 *Mollipedesque boves spectantes lumina cœli.* Sic & Gloss. gr. lat. *ἀπαλόπους*, *Molipes*, der sachte geht.

¶ Mollīgo, *ĭnis*, f. species lappaginis, sternmengerkraut, Plin. 20, 10. Apud Marcell. Emp. c. 26 *Molligo* dicitur.

¶ Mollusca, æ, f. prunum Persicum est Macrobio Sat. 2, 14. Aliis nux est molli putamine. vid. Plin. 15, 22. Sed

¶ Molluſculum, *i*, n. aceris arboris genus, Plin. 16, 15 & 16, fladern.

Composita:

¶ Commollio, *ire*, weich machen, erweichen, Marcell. Emp. c. 8.

¶ Emollis, *e*, weich. Barth. in Adversar. 28, 16 ex Avieno: *Hi celeri emolles currunt pede semper arenas.*

¶ Emollio, *īre*, erweichen, lindern. Ovid. de Ponto 2, 9, 47 *Adde, quod ingenuas didicisse fideliter artes, Emollit mores, nec sinit esse feros:* Hoc est, mores mites & humanos efficit. Cels. 8, 4 *Emolliendum id emplastrum adjecto cerato.* conf. Liv. 27, 3. Plinius 20, 9; Tac. Agric. 11, 6.

¶ Emollītus, *a, um*, erweicht, weichlicht. Liv. 38, 49 *Degener & emollitus Asiæ amœnitate hostis.*

¶ Emollĭdus, *a, um*, adject. weich; ut, *Emollida & fluida corpora Gallorum*, Livius 34, 47. Recentiores habent *mollia* quod adversus Gronov. Dukerus & Drakenborch. vindicant.

¶ Emollesco, *ĕre*, weich werden. Cels. 5, 28 *Sine ulla vi clavus* (in pedibus) *emollescit.*

¶ Permollis, *e*, valde mollis. Quintil. 9, 4 p. 707 *Quod etiam in carminibus est permolle.*

¶ Præmollio, *īre*, vorher lindern und erweichen. Quintilianus 4, 3 *Si quid erit asperum, præmolliemus, quo facilius aures judicium admittant.*

¶ Præmollītus, *a, um*, besänfftiget, gelindert: ut, *Mentes præmollitæ*, Quintil. 6 c. ult.

¶ Præmollis, *e*, pro valde molli, sehr weich. Plin. 9, 51 *Torpedo intra se parit ova præmollia.* Et 11, 37 p. 564 (ed. Hard.) *Cor præmolli fermoque apertum membrana includero.*

¶ Remollio, *īre*, weich machen. Colum. 2, 22 *In iteratione remolliri debet terra æqualiter.* Ita Stephanus vel Cælius in Foro Rom. In libris autem est *Remolivi*, de quo inter composita a *Molior*. Certius Ovid. Met. 4, 286 *Remollire artus*, de fonte Salmacidis.

¶ Remollītus, *a, um*, erweicht, begütiget. Apul. de Herb. c. 3 *Grana humore remollita.* Suet. Aug. c. 79 *Vulta inhibitus & remollitus.*

¶ Remollesco, *ĕre*, idem quod *mollescere*, weich werden, zerschmelzen; ut, *Cera sole remollescit*, Ovidius Met. 10, 285. Et Met. 1, 377 *Precibus si numina justis Victa remollescunt, si flectitur ira Deorum.*

Molo, *ĕre*, vide paullo ante in *Mola*.

MŎLO, *ōnis*, m. Rhodius, clarissimus dicendi magister causſarumque actor, de quo non uno loco Cicero. Vide & Strabonem. Meminit & Sueton. Cæs. c. 4. Male hunc nonnulli cum Apollonio & ipso Rhodio, dicendique magistro, confundunt. De quo Casubonus videndus ad allegatum Suetonii locum, & quos laudat Burm. ad Quint. 3, 1 p. 216.

MŎLŏCHE, *es*, f. μολόχη, quæ & μαλάχη, (v. *Malache*) malva, herba, pappelu, Plin. 20, 4. Et Colum. 10, 247 *Et molochæ, prono sequitur quæ vertice solem.*

¶ Molochinus, *a, um*, μαλάχινος, color malvæ flori similis. Isidor. 19, 22.

¶ Molochinārius, *i*, m. insector coloris molochini, apud Plaut. Aul. 3, 5, 40. VESTIARIVS MOLOCHINARIVS in vetere Inscr. Murat. p. 929. Conf. Parei Lex. Crit. p. 749.

¶ Molochites, æ, m. μολοχίτης, gemma malvæ colorem referens, Plin. 37, 8; Isidor. 16, 7.

MŎLOCHVS, *i*, m. vexatissima vox apud Stat. 3 Silv. 2, 30 *Sint quibus exploret rupes gravis arte molochus.* Vid. quæ de hac voce notat Barth. ad l. c. & præsertim Gevartius, qui multas eruditorum sententias profert. Facillima Turnebi, *Molybdos*, plumbum quo exploratur profunditas maris, *bolis*, senckbley, bleyſaden. Add. Vechner. in Hellenolex. 1, 2.

MŎLON, *ōnis*, m. herba, quam μῶλυ Dioscoridis 3, 54 esse putat Harduinus ad Plin. 26, 7 f. 19 pr. ubi describitur a Plinio, & *Syron* quoque vocari dicitur.

MŎLORCHVS, *i*, m. pastor seniculus in agro Cleonæo, qui Herculem hospitio susceptt. vid. Stat. 3 Silv. 1, 29; & Theb. 4, 160. Hinc

¶ Molorchæus, *a, um*, adject. Tibull. 4, 1, 13 *Læta Molorchæi posuit vestigia tecti.*

MŎLOSSVS, *i*, m. μολοσσός, gentis in Epiro nomen, cui Admetus imperitabat is, ad quem confugit Themistocles Nep. 2, 8, 3. ¶ 2. Celebrantur præsertim canes *Molossi*. Hor. epod. 6, 5; & 2 sat. 6, 114. Et, *Acremque Molossum, pasce sero pingui*, Virg. Georg 3, 405. ¶ 3. *Molossus* Pes, tribus syllabis longis, ut *Æneas*, a Pyrrho Molosso sic dictus.

¶ Molossus, *a, um*, adj. Ovid. Met. 1, 226 *Gens Molossa*, Propert. 4, 8, 20 *Atque armi latos colla Molossa canes.* Nemesian. Cyn. 107 *Rure Molosso* natum canem laudat.

¶ Molossĭcus, *a, um*, idem apud Plautum Capt. 1, 1, 18.

Molucrum, vide supra in *Mola*.

MOLY, *yos*, n. μῶλυ, *Herbarum laudatissima* Plinio 25, 4, sed ignota. Homerus a Mercurio monstratam eam scribit contra venenicia Circes 10 Odysseæ v. 302 Est elegans de ea dissertatio Trilleri.

MOLYBDAENA, æ, f. μολυβδαίνα, plumbago, bleyerts, bleyweiß, beyschweiß, glantz, multorum est colorum, ut, nigri, cærulei, graues glantz, flavi, &c. Agricol. Vena communis plumbi & argenti, quam & *Galenam* Plinius vocat 34, 18. ¶ 2. Item herba, flohkraut, apud eumdem 25, 13.

¶ Molybdĭtis, *ĭdis*, f. plumbi spuma, bleyschaum. Plin. eidem 33, 6.

¶ Molybdoïdes, æ, m. μολυβδοειδής, lapis plumbarius Dioscoridi est 5, 52, idem cum *Molybdæna*.

MOMAR, stultus Siculis, ut Festus auctor est.

MŌMENTVM, *i*, n. temporis punctum, & mutatio subito nata; a *motu* dicitur, ein augenblick, eine kleine bewegung. Vnde & Cicero Tusc. 1, 17 elementorum motus *momenta vocat.* Ter. Andr. 1, 5, 32 *Cum in dubio est animus paullo momento huc illuc impellitur*, id est motu, durch einen geringen stoß. *Translatio*, inquit Donatus, *hæc est a mole alicujus ponderis, quæ antequam in loco sederit, cum incerta pendet, facillime commovetur.* Videtur hæc vox ad libram, sive statueram pertinere inprimis. Zeno Veronensis, elegans auctor, Sermone de præcepto ATTENDE TIBI &c. *Sicut statera momentum, si in unam partem depresseris, leviorem sine dubio alteram feceris; ita in hoc animæ & corporis jugo, cum in unam partem propensior eris, clara erit alterius & manifesta deminutio &c.* Nempe quod Græcis ῥοπή, Latinis *Momentum* est: & sicut ῥοπὴ Græcorum de statera juxta ac tempore dicitur: ita & *momenti* vox apud Latinos de utroque usurpatur. Seneca de Tranquill. an. c. 2 *Horæ momentum interest solium & aliena genua.* Vet. Gloss. ῥοπὴ ἐπὶ ὥρας, *Momentum:* ῥοπὴ ἐπὶ ζυγῆ, *Incrementum.* Cicero fam. 6, 10 *Omnia momenta observabimus, neque ullum prætermittemus tui juvandi & levandi locum.* Et Livius 21, 33 *Tumultus momento temporis sedatur*, conf. Tac. Hist. 2, 86, 9; & 4, 86, 3; & Curt. 8, 13, 23. *Horæ momento*, Horat. 1 sat. 1, 8. ¶ 2. Sed, *Res magni, permagni, parvi, nullius momenti*, h. e. quæ res multum vel parum movere potest, ein ding, daran groß oder viel weinig oder nichts gelegen. *Minimi momenti esse ad aliquid*, Cicero fin. 4, 17 von keiner wichtigkeit, von keinem nachdruck. Et ibidem: *minimum momentum ad aliquid habere*, nichts zur sache thun, Liv. 4, 12 extr. *Minucius nullum momentum annonæ fecit*, h. e. non potuit levare annonam, konte die theurung nicht mindern. Conf. Liv. 1, 47; 7, 8 pr. Idem Liv. 3, 12 *Iuvenis egregius, maximum momentum rerum ejus civitatis, in quamcunque venisset. Magnum ad salutem momentum preces attulerunt*, Quintil. 6, 1, das bitten hat grosse förderung oder vorschub gethan. *Officiorum omnium momenta diligentissime perpendebat Cato*, Cic. pro Muræn. c. 2. Et Liv. 27, 9 pr. *Ex parvis sæpe magnarum rerum momenta pendent*, ein kleines zihet offt etwas grosses nach sich. Eodem sensu Cic. Phil. 5, 10 *Minimis momentis maximæ inclinationes temporum fiunt.*

¶ Mōmen, *ĭnis*, n. quod idem est: ut enim a *stratum, stramen, stramentum*; a *monitum, monimen, monimentum*, ita & a *motum, momen, momentum.* Lucret. 3, 144 *Cetera pars animæ per totum dissita corpus Paret, & ad numen mentis momenque movetur.* Manilio lib. 3, 71 hanc

vocem multis locis depravatam restituit Ios. Scaliger. vide ejus not. p. 94. conf. Festus.

¶ Momentillum, *i*, n. dimin. esse dicitur apud Celsum.

¶ Momento, adverbialiter, pro *Momento temporis*, augenblicks; ut, *Momento fuit*, apud Livium. Et Sen. Hippol. v. 767 *Fulgor teneris qui radiat genis, Momento rapitur.*

¶ Momentāneus, *a, um*, sehr kurtz, nicht lange während. *Momentaneum* est, quidquid seu breve, seu singulis momentis mutationi obnoxium est: ut, *Momentanea felicitas*, Fulgentius Mythol. 2, 17. Et, *Momentaneus ardor*, Tertull. adv. Marc. 3, 17 *In oculi momentaneo motu*, ibid. 5, 10. Gloss. Vet. *Momentaneus*, πρόσκαιρος. Ipsi Livio 2, 7 hanc vocem vindicat Jac. Gronovius, ubi tamen vulgatam lectionem magis probat Drakenborchius. Conf. Borrichii Cogitationes de var. Ling. Lat. ætat. p. 170.

¶ Momentārius, *a, um*, idem, augenblicklich. Apul. 5 Met. p. 164 *Momentarius maritus.* Idem lib. 9 post princ. *Momentaria salus*: & lib. 10 p. 251 *Momentarium venenum.* Ambros. Offic. 2, 5 *Interitus momentarius*, ein geschwinder und plötzlicher tod. Loquitur de Iobi filiis, ruina ædium oppressis. Onomast. Vet. *Momentarius*, ἀκαρής.

¶ Momentālis, *e*, idem, unde

¶ Momentāliter, adverb. hoc est, ictu oculi, brevissimo momento, augenblicks. Fulgentius Mythiolog. 2, 3 *Iris ornatus varios pingens arcuato curvamine, momentaliter refugit.* Idem tit. Venus: *Libido libet momentaliter, & fugit perenniter.* Sed

¶ Momentōsus, *a, um*, aliud adjectivum, rem magni momenti esse significat, wichtig, von importantz. Quintil. Declam. 13 *Nunc autem differendum mihi est, quam momentosa sit hujus animalis rapina*; id est, quanti momenti, h. e. quam magna & gravis. Nempe significat, leve & advertendum minime esse, de floribus apes quod populantur. Quod in sequentibus declarat.

Momia, vide infra *Mumia.*

MŌMVS, *i.* m. Μῶμος, Deus reprehensor Hesiodo in Theogonia. Qui in hominis opificio illud potissimum notavit, quod artifex non in pectore fenestras, aut ostiola quædam addidisset, per quæ perspici, quid in corde lateret, posset, quod sinuosum multis alioqui recessibus finxisset. Vide Lucian. in Hermotimo. Vitruvius vero præfat. lib. 2 id ipsi Socrati tribuit. Hinc proverbiales locutiones non paucæ natæ; ut, *Momo ipsi satisfacere*, vel, *Momo judice cum aliquo decertare*; *Nec Momum judicem recusarim*; Vel, *inculpatior, quam ut vel Momus posset carpere, &c.* De quibus in Chiliad. Erasmi plura: Μώμος, reprehensio. Hinc, ῥᾴδιον μωμήσασθαι, ἢ μεμῶσθαι, facilius est reprehendere, quam imitari. De *Momo Ligurino* vid. h. v.

MŌNĀCHVS, *i*, m. μοναχὸς, solitarius, a μονάζειν, ein mönch. Sidon. 5 epist. 17 *Vigilias monachi clericique concelebraverant.* Adde ibid. 7, 9: & 9, 5. Salvian. adv. Avarit. lib. 2 p. 243 *Monachus ab inexhabilis Deo militans.* Rutilius Itiner. 1, 439 *Processit pelagi jam se Capraria tollit, Squalet lucifugis insula tota viris. Ipsi se monachos Graio cognomine dicunt, Quod soli nullo vivere teste volunt.* S. Hieronymus ad Paulin. de instit. Monachi: *Sin autem cupis esse, quod diceris, monachus, id est, solus: quid facis in urbibus? quæ utique non sunt solorum habitacula, sed multorum.* Habitarunt enim principio monachi non in urbibus, sed in locis desertis, procul a conversatione hominum: progressu vero temporis in urbes commigrarunt. Primus in Occidente monasteria in civitatibus condidisse dicitur Eusebius Vercellensis episcopus circa annum Christi 360, Basilius circa annum Christi 370 in Oriente. Vide Ambros. epist. 62.

¶ Monacha, *æ*, f. eine nonne. Hieronym. epist. 25 de Blæsillæ obitu c. 5 matrem Paulam vocat *Christianam & monacham*: & c. 6 *quia monacha esse noluerit.*

¶ Monachīcus, *a, um*, adject. Novella Constitut. 130 c. 5 pr. *Monachicum certamen superantes.*

¶ Monachium, *i*, n. status vel sodalitas monachorum, das Closterleben. l. Generali 13 C. de sacrof. eccl.

¶ Monācho, *are*, zum mönche machen. Sarisb. ep. 291 *Pro monachandis pecuniam palam recipere.*

¶ Monastērium, *i*, n. μοναστήριον, ein kloster. Salvianus de Gub. Dei lib. 8 p. 190 *Luxuria* Afrorum, *monasteria*, quæ ibi commendat, opponit. Et Vincentius Lirin. p. 316 *Urbium*, inquit, *frequentiam turbasque vitantes remotioris villulæ & in ea secretum monasterii incolamus habitaculum, &c.* Adde Sidon. 4 epist. 25; & 7, 17; & 9, 9; & Hieron. epist. 15.

¶ Monāsterialis, *e*, klöster. Sidonius 6 ep. 2 *Monasterialis disciplina.*

¶ Monastĭcus, *a, um*, μοναστικὸς, idem; ut, *Vita monastica*, das mönchs-leben, apud ecclesiasticos.

¶ Moniālis, *is*, f. pro ea, quæ virginitate in perpetuum vota se dicavit Christo, eine nonne, kloster-jungfer. Vide Voss. de Vit. L. L. 3, 27 p. 531.

Monaliter, vide *Monaulus*, Monarcha, monarchia, *Arche.*

MŌNAS, *ădis*, μονάς, unitas sive singularitas, ein einiges, einzelnes. Macrob. Somn. Scip. 1, 6 p. 27 *Hanc monadem reperies.* Et mox: *Hæc de monade.* Item: *Monas incorrupta.* Conf. Tertull. de Præscript. c. 49, & adv. Valent. c. 37, ubi Æon *Monas* dicitur.

Monasterialis, monasterium, monasticus, vide ante *Monachus.*

MŌNAVLVS, *i*, m. μοναύλος, tibia simplex, eine einzele flöte, oder pfeiffe. Plin. 7, 56 *Monaulum Mercurius invenit.* Martial. 14 epigr. 64 *Sæpe duas pariter, sæpe monaulon habet.*

¶ Monāliter, vel potius Monauliter, adverb. i. e. cum simplici tibia, auf einer flöte. Mart. Capella lib. 9 p. 307 *Puer monaliter sonabat.*

MŌNĒDŬLA, *æ*, f. κολοιὸς λύκος, βωμολόχος, quorum nominum alterum a rapacitate, alterum a strepitu scurrili factum est, eine thale, dale, thole. Sic dictam volunt a *moneta*: singularis enim illi avi ardi argentique rapacitas inest. At vero Iosephus Scalig. a *Moneta Dea*, quæ Iuno est, dictam censet. In cujus tutela est *cornix* congener avis. Vide ipsum ad illud Tibull. 2, 2, 21 *Hæc veniat natalis avis.* Ovidius Metam. 4, 470 *Nigra pedes, nigris velata monedula pennis.* Cicero pro Flacco c. 31 *Non plus aurum tibi, quam monedulæ committebant.* Germani eam furacitatem *cornis* tribuunt. Sic enim de homine furace dicunt, er stielet wie ein rabe. Et *Pyrrhocorax* e graculorum seu monedularum genere est, eine berg-thole, oder wilde thole. vid. *Graculus.*

MŌNĔMĔRIVM, *i*, n. μονημέριον, unius diei spectaculum, quod μόνον ἡμέραν, *unicum diem* duret. ¶ 2. Certamen bestiarum cicurum, a μόνος *solus*, & ἡμέρος *mansuetus.* vid. Iustin. Constit.

MŌNEO, *ui, itum, ēre*, commonefacere, erinnern, vermahnen, warnen. Minus est quam *hortari.* Cicero de Amic. c. 24 *Et monendi sæpe amici sunt, & objurgandi, & hoc accipienda amice, cum benevole fiunt.* Sic, *Monere atque hortari aliquem*, Idem 10, 1. Et de Invent. 2, 22 *Pietas officium erga parentes conservare monet.* Et ad Att. 11, 16 *Te oro, ut Terentiam moneas de testamento.* Sic dicimus; *Multis, pluribus monere. Monere litteris, per literas. Moneo te hanc rem, & de hac re.* Ter. Hec. 3, 3, 15 *Neque voce alia, ac res monebat, conquiri poterat*, nicht anders, als es das werck an sich selbst leiden wolte. *Qui monet, quasi adjuvat*, Plaut. Curc. 3, 89. Horat. 4 ode 7, 7 *Immortalia ne speres, monet annus, & almum Quæ rapit hora diem.* Quint. 2, 2 p. 131 *Quo sapius monuerit præceptor, hoc varius castigabit.* Speciatim de vatibus & oraculis *monere* cum conjugatis potii, observant quos laudat Burm. ad Val. Fl. 1, 29. & Drakenb. ad Sil. 5, 117. ¶ 2. *Monere* etiam pro castigare ponitur. Statius 3 Silv. 3, 160 *Tonitru tantum lenique procella Contentus monuisse.* Ita, *hortari quem verbere*, dicere licet. Nam *hortamen verberis* Palladius dixit 4, 11. Similiter *Stimulo increpare* Tibull. 1, 1, 12. Et, *Flagro quem objurgare*, Suet. Oth. 2 dixit. Conf. mox *Admonere* n. 2. ¶ 3. Aliquando & præcipere, docere, erudire est. Virruv. præfat. l. 7 *Ex eo* (Agatharcho) *moniti Democritus & Anaxagoras de eadem re scripserunt &c.* MONITI, i. e. docti, eruditi. Val. Flaccus principio Argonautic. *Prima Deûm magnis canimus freta pervia nautis, Phœbe, mone*, i. e. doce me de istis rebus: memora mihi & subjice omnia, quæ canenda sunt. Plinius Paneg. c. 26 *Labor parentibus erat, ostentare parvulos impositosque cervicibus adulantia verba blandasque voces edocere: reddebant illi, quæ monebantur.* Horat. 3 ode 7, 19 *Et peccare docentes Fallax historias monet.* ¶ 2. *Monere & movere* miscentur a librariis. v. Drakenb. ad Sil. 2, 273 & 5, 117.

¶ Mŏnens, *tis.* Curt. 3, 2, 13 *Ad nutum monentis intenti.* Ovid. Met. 13, 775 *Sic frustra vera monentem Spernit.*

¶ Mŏnĭtus, *a, um*, gewarnet, ermahnet; ut, *Celsus monitus multumque movendus*, Horat. 1 epist. 3, 15 *Moniti melliora sequamur*, Virgil. Æneid. 3, 188. ¶ 2. *Moniti somni* dicebantur, in quibus dii apparebant. vid. Heinsius ad Ovid. Met. 13, 216.

¶ Mŏnĭtum, *i*, n. subst. pro *monitione*, die erinnerung, vermahnung. Cic. fam. 5, 8 *Meis scriptis monitisque nituntur.*

¶ Monĭtus, *ûs*, m. idem. Cicero de Divin. 2, 41 *Fortunæ monitu.* Plin. Paneg. c. 76 *Una erat in limine mora, consultare aves, reverereque numinum monitus.* Virgil. Æneid. 4, 464 *Vatum prædicta priorum Terribili monitu horrificant.* Proprium hoc oraculis & vatibus verbum esse ostendimus in *Moneo.* Ita Ovid. Fast. 3, 167 *Si licet occultos monitus audire Deorum Vatibus.*

¶ Monĭtio, *ōnis*, f. idem. Apulej. lib. 8 de A. A. *Spreta salubri monitione.* Cicero de Amic. c. 24 *Monitio acerbitate, objurgatio contumelia carcat.* Adde Suet. Tib. c. 18; & Col. 11, 1.

¶ Mŏnĭtor, *ōris*, m. ein anreger, erinnerer. Ter. Heaut. 1, 1, 119 *Nihil opus fuit monitore*, des ermahnens hätte es nicht bedurfft. Erant *monitores* servi a colono præfecti, ut operariorum, veluti vinitorum & aratorum, turbam obeuntes, unumquemque monerent, & segniores castigarent. vid. Hotoman. de verb. jur. ¶ 2. *Monitores* dicebantur, qui in scena verba subjiciebant & dictabant, die einhalffen, wenn man fehlete. Festus: MONITORES *dicuntur, & qui in scena monent histriones, & libri commentarii.* Vet. Gloss. *Monitor*, ὑποβολεύς. Aliis *Secundarii* dicebantur, item *Subdicæ*, quod secundo dicerent, ut ad Propertium observat Scaliger. Caussarum etiam patronis qui subjicerent, monitores constituti videntur. v. Quint. 6, 4 p. 571. Similiter & pro *Nomenclatore*, sive qui nomina subjicit, usurpatur Ciceroni pro Muræna c. 36. Et Plin. Paneg. c. 23 *Gratum, quod equestris ordinis decora honore nominum sine monitore signares.* ¶ 2. *Monitores* dicebantur, quorum fidei & curæ pueri committebantur, ut erant pædagogi & custodes: a præcipuo eorum officio, quod in monendo versatur, appellati, anführer, hofmeister. Horatius in Arte v. 163 *Cereus in vitium flecti, monitoribus asper.* Ita Ter. Phorm. 1, 5, 4 *O facinus audax, o Geta monitor!* Eumdem enim & *Custodem* & *Magistrum* dicit. Adde Heaut. 5, 1, 25 & Barth. ad 12 Thebaid. Statii p. 1460.

¶ Monĭtrix, *icis*, f. apud Tertullianum.

¶ Monĭtorius, *a, um*, warnend; ut, *Monitorium fulmen*, quod de futuris moneat, Seneca Quæst. Nat. 2, 49.

¶ Moncla, *æ*, f. die warnung. Tertullian. de Patient. c. 8. *Præsto est dominica moncla.* Et adverf. Marc. 4, 34 *Nostri Dei moncla de cælo.*

¶ Mŏnenda, *orum*, n. pl. Martiano Capellæ sacrificii genus, quo Dii monentur, ut succurrant mortalibus.

Monimentum, ac cætera, quæ a *monendo* facta, paullo vide post.

¶ Mŏnĭto, *are*, frequent. pit vermahnen. Fortun. 5 Carm. 4 *Quos in amore Dei monitabat sæpe sacerdos.* Idem 2 Mart. *Martinus monitat, cunctis talem esse sequendum.*

Compositæ:

¶ Amoneo, *ui, itum, ēre*, abmahnen. Pareus in Lex. Crit. p. 86 probum verbum esse ait, ut *Amovere, Amoliri*; eamque ob caussam ex membrana adducit Ovid. Met. 2, 564 *Mea pœna volucres Amonuisse potest.* Et 6, 150 *Nec tamen amonita est pœna popularis Arachnes.*

¶ Admŏneo, *ui, itum, ēre*, ermahnen, erinnern. *Illud te admoneo, illius te admoneo, de illo te admoneo.* Cic. fam. 4, 10 *Putavi eâ de re te esse admonendum.* Idem Att. 7, 26 *Quod me amicissime admones, gratum mihi est.* Et fam. 5, 8 *Si quippiam esset admonitus.* Livius 5, 51 *Adversæ res admonuerunt religionem.* Et 35, 13 *Qui admonerent fœderis eum Romani. Admonere* nos dicitur, quidquid cum aliquo aculeo in memoriam redit. v. Broukh. ad Tib. 1, 6, 4. Sall. Iug 79, 1 *Iam rem locus admonuit* h. e. de ea re nos monuit. ¶ 2. *Admonere* pro castigare, excitare, antreiben. Virg. Æneid 10, 586 *Vi prona petentes*

in verbera telo Admonuit bijuges: i. e. percussit, ut & Nonius 4, 20 interpretatur. Val. Max. 1, 1, 6 *Digna vitæ est, quæ flagro admoneretur*, daß ſie geſtäupet werde. Tac. Germ. 37, 5 *Medio tam longi ævi spatio, multa invicem damna. Non Samnis, non Pœni, non Hispaniæ, Galliæve, ne Parthi quidem sæpius admonuere.* Significat, nec cæteras gentes, quas nominat, nec ipſos Parthos, ſæpius infeſtaſſe Romanum nomen, & percuſſiſſe veteres, & ſuæ virtutis admoniſſe. Nihil enim mutandum eſt, ut viſum nonnullis: quod & Pichena rectiſſime monuit. Seneca de Clementia 1, 14 *Qui* (parentes) *objurgare liberos nonnunquam blande, nonnunquam ominaciter solent, aliquando admonere etiam verberibus.* Ita etiam *objurgare* ponitur. vid. *Moneo* n. 2. ¶ 3. *Ammonere*, ſi qua ſcribitur pro *admonere*, illud librariorum & ætatis culpæ, quam veterum rationi tribuendum eſt.

¶ Admonĭtus, *a, um*, gewarnt. Cic. pro Cælio c. 3 *Illud te esse admonitum volo.* Idem Top. c. 1 *Admonitus hujus æris alieni.*

¶ Admonĭtum, *i*, n. ſubſt. die warnung. Cicero de Orat. 2, 15 *Cohortationes, consolationes, præcepta, admonita tractanda sunt omnium disertissime.*

¶ Admonĭtus, *ûs*, m. idem; ut, *Admonitu tuo perfeci libros ad Varronem*, Cicero Attic. 13, 18. Et, *Admonitu Allobrogum*, Idem Catil. 3, 3. Idem Attic. 9, 10 p. 57 *Tali admonitu*, h. e. cum talis me admoneat. vid. ſimilia apud Græv. Conf. Ovid. Met. 3, 5, 66; Faſt. 3, 612 &c.

¶ Admonĭtio, *ōnis*, f. idem. Plancus Cicer. fam. 10, 4 *Quare si aut aliter sentirem, certe admonitio tua me reprimere, aut si dubitarem, hortatio tua impellere posset.* Quintil. 4, 1 *Admonitione agitare animum alicujus*, fleißig ermahnen. Plinius 24, 17 *Quamvis fumatos admonitionem morborum sentire*, i. e. quaſi reliquias. Idem 25, 8 *Si qua admonitio doloris superfuit*, wenn vom ſchmerz etwas übrig bleibt. ¶ 2. *Admonitio* pro actione, qua debitor admonetur, ut ſolvat, Vlpian. l. 2 § 7 ff. de Iudiciis.

¶ Admonĭtor, *ōris*, m. qui admonet. *Admonitore non eges*, Cicero Top. c. 1. *Admonitor operum Lucifer*, Ovid. Met. 4, 664.

¶ Admonĭtrix ſive Ammonitrix, *ĭcis*, f. Ita Lipſius Antiq. Lect. 1, 3 legit in Plaut. Truc. 2, 6, 20 *Quid adhuc ego tui ammonitricis.*

¶ Admonitōrium, *i*, n. eine erinnerung. Iuſtin. de Concept. Dig. § 12 *Sufficit quædam admonitoria ejus facere.*

¶ Admonefăcio, *ēre*, erinnern. Gloſſ. gr. lat. *ὑπομνηματίζω*, *Admonefacio.*

¶ Antemonens, *tis*, conjuncte quidam legunt. Val. Flacc. 5, 259 *Interea auguriis monstrisque minacibus urbem Territat antemonens semper Deus.* Sed recte Burmannus diviſim.

¶ Commŏneo, *ui, itum, ēre*, erinnern, lehren. *Aliorum me exempla commonent*, Ter. Andr. 4, 5, 17. *Amice aliquid commonere*, Quintil. 6, 1. Plaut. Rud. 3, 4, 37 *Commonere miseriarum.* Idem Pſeud. 1, 2, 17 *Officium vestrum ut vos malo cogatis commonerier.*

¶ Commonĭtus, *a, um*, erinnert. Liv. 34, 51 *Commonitos, in quo statu rerum accepisset eos, dimisit.* conf. Plaut. Trin. 4, 3, 43.

¶ Commonitio, *ōnis*, f. die ermahnung. Quintil. 4, 2 *Erit non inutilis in extrema parte commonitio*; id eſt, repetitio, quæ epilogi more breviter recolligat.

¶ Commonitor, *ōris*, m. qui commonet. Symmach. 7 ep. 105.

¶ Commonitōrius, *a, um*, idem. ¶ 2. Subſtantive *Commonitorium* ſcriptum vel epiſtolam denotat, qua quis officii admonetur. Ita Vincentius Lirinenſis libros ſuos ad Catholicos *Commonitorii* titulo præſcripſit; notumque eſt Orientii *Commonitorium fidelium.* Symmachus 5 epiſt. 21 *Secundum commonitorium, quo summatim muneri præparanda rescripsi*; & epiſt. ſeq. *Non graveris commonitorium strictim signatum percurrere.* Ammianus 28, 5 *Commonitorium repertum est, manu scriptum Hymetii.* Sidon. figurate 8 epiſt. 11 in carmine *Phœbus Commonitorium Thaliæ.* Eſt verſus Phaleucus. Vet. Gloſſ. *ὑπομνησικὸν*, *Commonitorium.*

¶ Commonefăcio, *ēre*, idem quod *Commonere*, erinnern. Cicero fam. 13, 72 *Procuratores scripserunt, te propter magnitudinem provinciæ, & multitudinem negotiorum, etiam esse commonefaciendum.* conf. Virtuv. 2, 1; & Plaut. Stich. 1, 2, 6. Paſſive *Commonefieri*, Cicero Verr. 5, 43 *Nemo est, quin tui sceleris & crudelitatis ex illa oratione commonefiat.*

¶ Incommonĭtus, *a, um*, unerinnert. Zeno Veronenſ. *Incommonitum aliquem præterire.*

¶ Emoneo, *ēre*, pro *Monere*, ermahnen, quidam legunt Plaut. Aſin. 4, 2, 17. vid. Taubm. p. 157. Sed Gron. *Ne me mone.*

¶ Præmŏneo, *ēre*, zuvor warnen. Cic. Verr. 2, 8 extr. *Animo sane benevolo, ut magnopere caverem, præmonebat.*

¶ Præmonĭtus, *a, um*, zuvor gewarnt; ut, *Vrbs præmonita oraculo*, Plin. 16, 39.

¶ Præmonĭtum, *i*, n. ſubſt. die vorerinnerung, verwarnung. Gell. 14, 2 *Generalia quædam præmonita & præcepta.*

¶ Præmonĭtus, *ûs*, m. ſubſt. idem. Ovid. Met. 15, 804 *Nec tamen insidias venturaque vincere fata Præmonitus potuere Deum.*

¶ Præmonitio, *ōnis*, f. idem. Tertull. adv. Marc. 2, 4 *Agnosco bonitatem Dei ex legibus & præmonitionibus bonis & benignis.*

¶ Præmonitor, *ōris*, m. qui præmonet. Apul. de Deo Socratis: *Incertis prospector, dubiis præmonitor, periculosis tutator.*

¶ Præmonitōrius, *a, um*, idem. Tertull. de Anima c. 3 *Præmonitorium edictum*, die warnung.

¶ Remoneo, *ere*, wieder vermahnen. Apul. 5 Met. p. 610 *Hic tibi cavenda censebam, hic benevole remonebam.*

¶ Submŏneo, *ēre*, latenter monere, heimlich erinnern. Ter. Eun. 5, 3, 22 *Submonuit Parmeno ibi servus, quod ego arripui*

Moneris, vide ſupra *Eretes.*

MŌNĒTA, *æ*, f. cognomen Iunonis apud Romanos, a *monendo* indictum. Nam cum terræ motus factus eſſet, VT SVE PLENA PROCVRATIO FIERET, vox ab ejus templo in arce prodita eſt, ut Cicero de Diviſat. 1, 15 auctor eſt: cujus & 2, 32, extr. meminit. Alio referre videtur Ovidius Faſt. 6, 103, cum ait: *Arce quoque in summa Iunoni templa Monetæ, Vt voto memorant facta, Camille, tuo &c.* Suidas auctor eſt, inde *Monetæ* Iunoni factum cognomen, quod bello Pyrrhi & Tarentino conſulentes de pecuniarum inopia Romanos monuiſſet, PECVNIAM NON DEFORE IVSTITIAM ET ARMA COLENTIBVS, quem vide in Μονήτα. ¶ 2. Inde *Monetæ* vox translata ad numiſmata eſt, quod in Iunonis æde Capitolinâ cuderetur, ut obſervat Kipping. Antiq. l. c. Quamquam alii ſic dictam volunt, quod nos illius character tum de auctore, tum de illius pretio moneat. Proprie enim nota nummis impreſſa MONETA eſt, die münze. Zeno Veronenſis de ſomnio Iacob: *Denarii sunt duo, sed una moneta impressi.* vid. & Salmaſ. ad Lamprid. p. 218. ¶ 3. Ipſe etiam locus, ubi moneta cuditur, MONETA vocatur. Et ita non ſemel in Iuſtinianeo Codice hæc uſurpata legitur vox. Ammianus 22, 28 *Dracontius monetæ præpositus & Diodorus quidam velut comes, injectis per crura funibus simul examinati sunt: ille, quod aram in moneta, quam regebat, recens locatam evertit &c.* Vbi *Moneta*, die münze, das münz-haus. Sic Auſonius de Clar. Vrb. 5, 6 Mediolani *opulentam monetam* fuiſſe teſtatur. Et Inſcript. Gruteri p. 493 n. 3 MONETAE TRIVERICAE PRAESES, ſive *Monetæ præpositus*, der münzmeiſter. Alia Inſcriptio p. 74 n. 1 FORTVNAE AVG. SACRVM OFFICINATORES MONETAE AVRARIAE, ARGENTARIAE CAESARIS &c. *Sacra divinaque moneta* adhuc dum ſub Chriſtianis Imperatoribus dicitur, Spanh. de uſ. num. diſſ. 1 p. 29. ¶ 4. Tralate Macrob. in Som. Scip. 1, 6 *Semine semel intra formandi hominis monetam locato.*

¶ Monetārius, *i*, m. ein münz-meiſter, münzer. Eutrop. 9, 6 *Aureliano imperante monetarii rebellaverunt*: quod Vopiſcus eodem Principe c. 38 vocat *monetariorum bellum.* Suidas: Μονηταρίοι, *οἱ περὶ τὸ νόμισμα τεχνίται.* conf. Firmic. 8, 17. *Libertus Monetarius* in marm. Murat. p. 768.

¶ Monetālis, *e*, münz; ut, *Aurum monetale*, apud Apulej. lib. 7 Met. *Monetalem* Cicero Att. 10, 11 extr. dicit vel Triumvirum monetalem, vel nimium nummorum amatorem. Certe parum id ſibi honorificum putabat Vectenus. Cæterum de *Triumviris & IV viris monetalibus* in nummis, more ſuo Spanh. diſſ. 10 p. 167 ſq. *Iunonis & Apollinis monetalis* ſigna in nummis apud eund. diſſ. 1 p. 29.

Monialis, vide ſupra *Monachus.*

MŌNĪLE, *is*, n. ornamentum colli, virginum, vel juvenum ingenuorum, inde dictum, quod virtutis admoneat, ein halsband. Barthius omnem ornatum corpori appenſum deſignare ait, ad Stat. Silv. p. 69; & ad Theb. 2, 2, 963, & Adverſ. 162, 2. Tertullian. fœminis adſignat *monilia*, ut viris *annulos. Splendida ornamenta muliebria* exponit Vetus Scholiaſtes Prudentii. Virgil. Æneid. 1, 658 *Colla monile baccatum.* Ovid. Met. 10, 264 *Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo.* Erat enim præmium egregii alicujus facti. Vide de omnibus mulierum ornamentis eruditam indicationem Andreæ Tiraquelli in expoſitione legum connubialium. *Monile ex gemmis: monile margaritis gemmisque consertum*, Suet. Galba c. 18.

MŌNĪMENTVM, & MŌNŪMENTVM, *i*, n. quicquid ad memoriam debet ſpectare poſteritatis, ut Cicero inquit, a *monendo* dictum, ein denckmal, gedenckzeichen. vide Buchner. ad Plin. 10 epiſt. 40 p. 254. Monumenta enim ſunt, tituli, ſepulcra, ſtatuæ, fana, porticus, carmina, hiſtoriæ, libri, aliaque hujusmodi. conf. Feſtus, & Nonius 1, 136; & 6, 79. *Insigne honoris, monumentum laudis*, Cicero Catil. 3, 11, ein ehren-gedächtniß. *Monumenta rerum gestarum, & vetustatis exempla oratori nota esse debent*, Idem de Orat. 1, 46. *Monumenta edii publici sempiterna*, Idem ad Brutum epiſt. 15. Et, *Monumentis mandare*, etwas zum ewigen gedächtniß beſchreiben, aufrichten. Cicero pro Sextio c. 48 *Hæc famâ celebrantur; monumentis annalium mandantur: posteritati propagantur.* Sic idem, *Monumentis commendare res suas*, fam. 5, 12. *Celebrare, conservare amplissimis monumentis*, Idem ad Qu. fratr. 1, 1, 15. Et Tacitus Hiſt. 2, 101, 1 *Scriptores temporum, monumenta hujus belli composuerunt*, id eſt, hiſtoriam. Sic æræ & lapides cum inſcriptionibus ſive titulis, memoriæ alicujus rei poſiti *monimenta* paſſim vocantur. Vetus Inſcriptio: OB PERPETVVM REI GESTAE MONVMENTVM POSVERVNT. Alia: AD AETERNAM GRATIAM ET MONVMENTVM RERVM &c. i. e. memoriam. Cum caſu tertio Livius 1, 45 conjunxit: *Cornua in vestibulo templi Dianæ monumentum ei fuere miraculo.* ¶ 2. Præcipue de ſepulcris uſurpatur. Varro de L. L. 5, 6 MONIMENTA, *quæ in sepulcris. Et ideo secundum viam, quo præteruntes admoneant, & se fuisse, & illos esse mortales. Ab eo cetera, quæ scripta ac facta memoriæ caussa*, MONIMENTA *dicta.* Martialis 1 epigr. 35 *Abscondunt turpes & monumenta lupas.* Namque in cryptis ſepulcrorum lupæ, ſeu meretrices, ſæpius ſtabulabantur, unde & *Buſtuarias mœchas* idem dixit. Nam quia ſepiri atque fornicibus exſtrui ſepulcra ſeu tumuli ſolebant, receptacula & diverſoria poterant præbere iis, qui aliud, quo ſe reciperent, non habebant. Sic plebs Romana vaſtata urbe incendio a Nerone *ad monumentorum buſtorumque diverſorium compulſa fuit*, ut Suetonius ejus vitâ ſcribit c. 38. Hinc eſt, *Monumentum ponere, facere, &c.* Et *Monumentum marmoreum*, id eſt, ſepulcrum, Serv. Sulpic. Ciceron. fam. 4, 12. Et, *Monumentum ſepulcri*, Cic. Tuſc. 1, 14. ¶ 3. *Monimenta* etiam dicebantur, quæ cum infantibus exponebantur donaria atque crepundia, ut erant annuli, enſiculi, & alia: quæ Græcis ἀθύματα, σπάργανα, γνωρίσματα appellabantur. vid. Donatum ad Ter. Eun. 4, 6, 16, (v. 30 SIGNA appellat Comicus) itemque Eugraphium & Lindebrogium: nec non Victorium Var. Lect. 2, 3, & Iſaac. Caſaubon. ad Theophraſti Characteres p. 158. ¶ 4. Cæſar de B. C. 2, 21 *Monumenta* vocat, dicata donataque templis, quæ ante c. 18 ORNAMENTA dixerat.

¶ Monumentārius, *a, um*, ad monumentum ſive ſepulcrum pertinens: ut, *Ceraula monumentarius*, Apulej. lib. 1 Florid. vide *Choraula* in *Chorus.*

¶ Monumentālis, *e*, idem. Vetus ſcriptor de Limitib. (in de Re Agrar. Gœſii p. 305) *Monumentalis lapis.*

¶ Monubĭlis, *e*, idem. Sidon. 2, 2 Porticus *Columnis invidiosa monubilibus*, mit gedächtniß-ſeulen. Sic *Monubiles arcæ*, ſärge, ex Cypriano vid. ibid. in Not. Sirmondi p. 27.

Monſtrio, monitor, monitum, &c. require ante in *Moneo.*

MŎNŎBĔLVS, *i*, m. μονόβελος, a μόνος *unus* & βέλος *telum*; & illud, quo homines viri sunt. Hinc *Monobelos eos appellabant, qui viriliores videbantur*, interprete Lampridio in Heliog. c. 8. *Mutoniati* alias dicuntur. conf. Salmas. Hist. Aug. p. 182.

MŎNŎBIBLOS, vel MONOBIBLION, *i*, n. μονόβιβλος & μονοβίβλιον, liber singularis, ein einzelnes buch. Iustinian. de Confirm. Dig. epist. 2 § 5 *Tribus monobibliis congregare.* Olim liber primus Propertii dictus *Monobiblos*. v. Scalig. initium not. ad Propert. p. 190.

MŎNŎBŎLON, *i*, n. μονόβολον, ludus, quo cursu se exercebant & certabant, in Cod. l. 3 t. 43 de Aleatoribus.

MŎNŎCĔROS, *ōtis*, m. μονόκερως, unicornis, animal solitarium, in montibus excelsis vastisque solitudinibus errans, atrocissimum, armatum cornu inexpugnabili in media fronte, reperiri creditum in India, Indiæque vicinis desertis, ein einhorn, Plin. 8, 21. & ibi Hard. De monocerote in nummis Spanh. diss. 4 p. 180 sq. Cornu monocerotis præstantissimum adversus venena remedium præstare ajunt; Vocant & *Carezonum. Cornu monocerotis*, einhorn. Unicornes gemini asservari, & ostentari miraculi loco dicuntur in urbe Arabiæ Mechæ, Mahometis delubro insigni, Geſnerus. conf. Casp. Schotti Phys. Curios. 8, 48, & supra *Unicornis* in *Cornu*.

Monochordum, vide supra *Chorda*, Monochromata, *Chroma*.

MŎNŎCHRŌNOS, *i*, m. μονόχρονος, *singulare tempus habens*, i. e. brevis vocalis, cui opponitur Dichronos longa. Sed vid. etiam Mart. Capell. 9 p. 331.

MŎNOCLONOS, μονόκλωνος, unicum habens caulem vel ramum, nur mit einem ſtengel. Sic *Herba artemisia monoclonos*, Apul. de Herb. c. 10 n. 1 & 2; & Dioſc. 3, 118. Plinio 25, 7 eſt *Artemisia simplici caule*.

MŎNOCNĒMOS, μονόκνημος, unius tibiæ ſ. cruris, das nur einen fuß hat. Ita cum Scaligero legunt apud Petronium c. 83 de tabula Apellis, *quam Græci Monocnemon appellant*, i. e. picturam gracilem. Alii legunt *Mononcbromon*, alii libentius *Monochromaton*; & ita habet etiam Nodot.

MŎNŎCŌLVS, *i*, m. μονόκωλος, *unimembris*. Solin. c. 51 *Legimus, monoculos ibi quoque nasci singulis cruribus & singulari pernicitate*. Add. Plin. 7, 2 ſ. 2 & Gell. 9, 4. Quidam *Monosceles*, Gr. μονοσκελῆς, eodem intellectu. vid. Turneb. Adverſ. 24, 42; Salmaſ. in Solin. p. 708.

MONOCREPIS, *idis*, m. μονοκρηπὶς, *uno pede calcatus*, ut interpretatur ipſe Hygin. fab. 12.

Monoculus, vide infra *Oculus*, Monodia, *Oda*.

MŎNŎDVS, *ontis*, m. μονόδους. Sic, dicente Feſto, appellatus eſt Pruſiæ filius, qui unum os habuit dentium loco. Similiter Pyrrhum Epirotarum regem habuiſſe, Plinius & Plutarchus referunt.

MŎNOECVS, *i*, m. μόνοικος, portus & ſtatio Ligu riæ, ubi Herculis pulſis aliis ſolus habitavit, unde portus Herculis dictus. vid. Virg. 6 Æn. v. 830. Lucan. 1, 408, & Sil. 1, 184.

Monogamus, monogamia, vide *Gamus*, Monogramma, monogrammus, *Gramma*.

MŎNŎLĪNVM, *i*, n. μονόλινον, monile, quaſi dicas *unifilum*, eine einfache ſchnur, halsband. Capitol. in Maximino Iun. c. 1 *Monolinum ex albis*, eſt filum unum, quo margaritæ infertæ ſunt, quæ albæ dicuntur. v. Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p. 255. Al. legunt *Monolium*.

MONOLITHVS, *a*, *um*, ex uno vel ſolido lapide factus. Non. 15, 13 ex Laberio *Columnas monolithas*.

Monoloris, vide *Lorum*, Monomachia, *Mache*.

MŎNŎMĒRVS, *i*, μονόμηρος, unum femur habens. Ita vocat Gellius 9, 4 populos quosdam in ultimis orientis terris.

Monometer, vide *Metrum*, Monophagus, *Phago*, Monopodium, *Podium*.

MŎNŎPŌLIVM, *i*, n. μονοπώλιον, poteſtas vendendi aliquid penes unum, eine handthierung mit einer waare, ſo ein kauffmann allein treibet. Res minime admittenda in bonam rempubl. ut valde opportuna fraudi: itaque & legibus vetita. Vide Titulum Codicis de *Monopoliis*, & Plin. 8, 37. Suet. Tib. c. 71 *Monopolium nominaturus prius veniam poſtulavit, quod ſibi verbo peregrino utendum eſſet*.

¶ Monopōla, *æ*, m. μονοπώλης, qui jus monopolii, ut ſolus certas merces divendat, impetravit. v. Mart. Capella 3 p. 55.

Monopterus, vide infra *Pteron*.

MŎNOPTŌTON, *i*, n. μονόπτωτον, unius caſus, ut, *Tot*, *Quot*, *Neceſſe*, adjectiva, &c.

MONOSCĔLI, *orum*, vel potius *Monosceles*, Gr. μονοσκελεῖς, m. pl. homines Indici ſingulis cruribus, Plin. 7, 2. vide paullo ante *Monoculus*.

Monoſtichon, vide *Stichus*, Monoſtrophe, *Stropha*, Monoſyllabus, *Syllaba*.

Monoteſsăron, vide *Teſſares*.

Monotonia, vide *Tonus*, Monotriglyphus, *Triglyphus*.

MONOTRŎPHVS, *i*, m. μονότροφος. Sic apud Plautum Stich. 5, 4, 7 appellatur *Monotrophus*, qui nec contubernalem habet ancillam nec vicarium; ſed ipſe ſibi miniſter eſſe cogitur, ſolusque veſcitur. vid. Turneb. Adverſ. 9, 21, & Taubm. ad h. l.

Monoxylum, vide infra *Xylum*.

MONS, *montis*, m. ὄρος, ein berg. *Altitudo montium*, Cic. de prov. conſ. c. 14. *Mons saxeus*, Florus 3, 1, 15, ein felß. ¶ 2. Tralate pro magna mole aut copia dicitur, ein groſſer hauffe. *Montes frumenti*, Plautus Pſeud. 1, 2, 55. Et, Virg. 1 Æn. v. 105 *Præruptus aquæ mons*. Sic, *montes volvuntur aquarum*, Ovid. Triſt. 1, 2, 10. *Aureos montes polliceri*, Ter. Phorm. 1, 2, 18, güldne berge verſprechen. Et Perſ. ſat. 3, 65 *Magnos promittere montes*, de immenſis pollicitationibus. *Montes mali*, Plaut. Merc. 3, 4, 32. *Montes argenti*, Idem Mil. 4, 2, 73. v. quos laudat Cort. ad Sall. 23, 3. ¶ 3. *Mons cum monte non miſcetur*; vel, *Duo montes non facile junguntur*, id eſt, non convenit inter ſuperbos, ſi una vivant. Quemadmodum Germani dicunt, zwey harte ſteine mahlen ſelten kleine. ¶ 4. *Montes* & *Fontes* miſceri a librariis monuimus ſ. l.

¶ Montĭcŭlus, *i*, m. dimin. Onomaſt. Vet. *Monticulus*, ὄρουμβυνός. Itinerarium Hieroſolymitanum vetus p. 153 *Monticulus Golgatha*.

¶ Monticellus, *i*, m. idem, apud Auctores Rei Agrar. Gœſi p. 231, 243, 252 &c. Et p. 306 *Monticellos plantavimus de terra*.

¶ Montānus, *a*, *um*, vom berge, bereicht. Cic. de Lege Agrar. 2, 35 *Ligures montani, duri, atque agreſtes*, qui montes incolunt, die auf dem gebirge wohnen. Liv. 21, 32 *Apparuerunt imminentes tumulos insidentes montani*. Adde c. 33 & 35. ¶ 2. *Montanus*, Phryx natione, hæreticus ſeculo ſecundo, a quo *Montaniſtæ*. vid. Euſeb. 5, 15 & 18.

¶ Montāna, *orum*, n. plur. das gebirge. Liv. 21, 34 *Perventum inde ad frequentem cultoribus alium, ut inter montana, populum*.

¶ Montaniōſus, *a*, *um*, bergicht; ut, *Montaniosus locus*, vetus ſcriptor Rei agrar. Gœſi p. 239.

¶ Montoſus, *a*, *um*, idem; ut, *Regio montoſa*, Cic. pro Planc. c. 9. Item, in montibus naſcens; ut, *Montoſa ulmus*, Plin. 16, 17, quamquam utroque loco *montuoſa* alii legunt, etiam in Cic. Gruterus, & in Plinio Harduinus. Atque ita de aliis quoque locis, quibus *Montoſus* legi putatur, cenſendum eſt, nec Gloſſæ veteres aliter quam *Montuoſus*, ut ita de *Montoſus* dubitari poſsit, niſi præſidio eſſent poëtæ. Virg. Æn. 7, 744 *Et te montoſæ miſêre in prælia Nursæ*.

¶ Montuōſus, *a*, *um*, aliud adject. idem. Cic. Partit. Orat. c. 10 *In locis* (ſpectatur) *plani, an montuoſi, &c.* Cæſar de B. C. 3, 42 *Loca aspera & montuoſa*, quæ etiam lib. 1 c. 66 leguntur. Aggen. Vrb. per Gœſium p. 75 *Per devia & montuoſa*.

¶ Montīnus, *i*, m. montium Deus, apud Arnobium lib. 4 p. 132.

¶ Montĭcŏla, *æ*, m. qui montem incolit; ut, *Monticolæ Silvani*, Ovid. 1 Metam. v. 193, die auf dem berge ſeyn.

¶ Montĭgena, *æ*, m. der auf dem berge gebohren iſt. Onomaſt. Vet. *Montigena*, ὀρεσιγενής.

¶ Montĭvăgus, *a*, *um*, qui per montes vagatur, der auf den bergen umher iſt; ut, *Curſus montivagi*, Silius 3, 546. *Diana montivaga*, Statius Achill. 1, 450. Et, *Montivagi Panes*, Sen. Hippol. v. 784.

¶ Cismontanus, *a*, *um*, diſſeit des berges gelegen. Plin. 3, 12 *Quibus junguntur Ausinates cismontani*.

¶ Promontōrium, *i*, n. quaſi prominens mons & in mare procurrens, ein vorgebirge. Mela 2, 7 *Sicilia tribus promontoriis in diverſa procurrens*. Cæſ. B. Gall. 3, 12 *Oppida in extremis promontoriis poſita*. Sed hæc ex vulgari ſententia. Doctiores non a *Mons*, ſed a *Promineo* Promontorium ducunt, ut ſit *litoris prominentia*, etiam ſine monte. Malunt etiam, ſecuti veteres libros, *Promuntorium* ſcribere. Iſ. Voſſius ad Melæ 1, 13 p. 70 *Multa paſsim ſunt promontoria, ubi tamen nulli ſunt montes, nedum qui mari incumbant: multi vero montes mari incumbunt, ubi tamen nulla ſunt promontoria*. Quod ſi omnino a *Mons* eſt, dicetur ita, quod *pro monte*, hoc eſt, *loco montis* ſit, ſeu *vicem montis* teneat. Nam rupes primum, vel aliud in mare prominens, ita appellatum fuit, quod vicem montis adverſus fluctus præſtaret: poſtea etiam montes ipſi, maris fluctibus oppoſiti, hac appellatione comprehendi cœperunt. v. Ger. Io. Voſſ. Etym. p. 412. ¶ 2. Eſt & *Promontorium* alibi, quam ad mare. Liv. 21, 35 *Hannibal in promontorio quodam conſiſtere juſsis militibus, Italiam oſtentat*, quod erat in Penninis Alpibus.

¶ Compromontorium, *i*, n. quod ſimul promontorium eſt, Frontin. de Re Agrar.

¶ Septimontium, *i*, n. feſtus Romæ dies, in memoriam & honorem Vrbis, ſeptem montibus impoſitæ, celebratus: vel ita dictum, quod ſeptem in montibus eo die ſacrificaretur. Vide Feſtum, & Tertullian. de Idololatr. c. 10.

¶ Septimontius, *i*, m. Deus, quem ſeptimontii ſacris coluerunt Romani. vid. Tertullian. ad Nat. 2, 15.

¶ Septimontialis, *e*, ad ſeptimontii dies pertinens; ut, *Septimontiale ſacrum*, Suet. Domit. c. 4. Et, *Septimontialis ſatio*, Colum. 2, 10.

¶ Transmontānus, *a*, *um*, trans montem habitans, jenſeit des berges gelegen. Liv. 39, 2 *Subactis cis Apenninum omnibus, tum transmontanos adortus*. Plinius 3, 3 *Transmontani Aſtures*.

Monſtrabilis, monſtratio, monſtrator, &c. vide mox *Monſtro*.

Monſtrifer, monſtrificus, monſtrigenus, vide paullo poſt *Monſtrum*.

MONSTRO, *avi*, *atum*, *are*, oſtendere, monendo indicare, zeigen, weiſen, lehren; ut, *Homo qui erranti comiter monſtrat viam, &c.* Ex Ennii verſibus. Cic. Off. 1, 16. Perſius ſat. 1, 28 *At pulchrum eſt, digito monſtrari & dicier, Hic eſt*. ¶ 2. Item, docere, monere, præcipere, unterweiſen, anweiſen. Plaut. Curc. 1, 3, 43 *Bene monſtrantem pugnis cædis*. Et Curc. 2, 3, 20 *Recte hic monſtrat*. Stat. 2 Silvâ 1, 122 *Illa genas, & adultum comere crinem, Et monſtrare artes, & verba refringere, quæ nunc Plangimus*. Tac. Hiſt. 2, 50, 2 *Puerilia ac juventa, qualem monſtravimus*. Idem An. 15, 63, 2 *Vitæ delinimenta monſtraveram tibi*. Horat. 1 epiſt. 17, 4 *Cæcus iter monſtrare vult*, i. e. rudis conatur doctis conſulere. ¶ 3. Item, indicare, deferre, angeben. Tac. Hiſt. 1, 88, 1 *Nullum ob crimen, ſed vetuſto nomine & propinquitate Galbæ monſtratus*. Et 4, 1, 4 *Alii ab amicis monſtrabantur*. Et 4, 41, 5 *Eum quoque perturbant, tamquam Neroni Scribonianos fratres ad exitum monſtraſſet*. Plaut. Menæch. 5, 1, 42 *Monſtra, quod bibam*.

¶ Monſtrans, *tis*. Virg. Æn. 1, 386 *Matre Dea monſtrante viam*. Idem Æn. 6, 446 *Monſtrantem vulnera cernit*. conf. ex *Monſtro* n. 2.

¶ Monſtrātus, *a*, *um*, gewieſen; ut, *Vitæ via monſtrata*, Horat. Art. poët. v. 404. *Monſtrata radice vel herba*, Idem 2 epiſt. 2, 149.

¶ Monſtratus, *ūs*, m. ſubſt. die zeigung, weiſung. Apulej. 5 Met. p. 171 *Cujus monſtratu puellam cognoſceret*. Auſon. Per. 3 Iliad. *Monſtratu alicujus edoceri*.

¶ Monſtratio, *ōnis*, f. idem. Ter. Adelph. 4, 6, 2 *Vt, Syre, te cum tua monſtratione magnus perdat Iuppiter*. Vitruv. 6, 1 *Habemus ab ipſa natura ſolertem & expeditam monſtrationem*.

¶ Monſtrator, ōris, m. ein zeiger, weiſer. Virg. Georg. 1, 19 *Curvique puer monſtrator aratri*, i. e. inventor, doctor. Senec. Conſ. ad Marc. c. 2, *ignotarum rebi on monſtrator hoſpiti gratus eſt.* Tac. Germ. 21, 4 *Monſtrator hoſpiti & comes.* vid. *Myſtagogus.*

¶ Monſtrābilis, e, anſehnlich. Plin. 6 epiſt. 21 *Eſt probitate mecum, ingenii elegantia, operum varietate monſtrabilis.* Sidon. 3 epiſt. 7 *Ob naturæ dona monſtrabilis.*

Compoſita:

¶ Commonſtro, *avi, atum, are*, zeigen, weiſen. Ter. Heaut. 5, 4, 4 *Quod peto & volo, parentes meos ut commonſtret mihi.* Sic, *Aurum defoſſum commonſtrare*, Cic. de Orat. 2, 41 pr.

¶ Demonſtro, *are*, mit fingern zeigen. Terent. ibidem: *Audiſtin' homo iſte modo quam villam demonſtravit.* Quod & Cicero dixit Somn. Scip. c. 8 *Digito demonſtrare.* ¶ 2. Item, docere, exponere, declarare, beweiſen, darthun, vorſtellen. *Breviter demonſtrare*, Quintil. proœm. lib. 1. Et Cic. fam. 3, 4 *Mihi & Q. Fabius & C. Flaccus demonſtravit, me a te plurimi fieri.* Suet. Aug. c. 9 *Quo diſtinctius demonſtrari cognoſcique poſſiet.* Cæſari in primis frequens verbum, qui eo fere ſimpliciter utitur pro dicere.

¶ Demonſtratus, *a, um*, bewieſen, vorgeſtellt; ut, *Re demonſtrata*, Cæſ. B. G. 5, 38.

¶ Demonſtratio, *ōnis*, f. das zeigen. Cic. de Orat. 3, 54 *Geſtus rem & ſententiam non demonſtratione, ſed ſignificatione declarans.* ¶ 2. Pro certa argumentatione, legibus adſtricta, Dialectici & Mathematici utuntur.

¶ Demonſtrantia, *æ*, f. idem; ut, *Demonſtrantia varæ degenerisque herbæ*, Plin. 17, 4. conf. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 81.

¶ Demonſtrator, *ōris*, m. der beweiſet, anzeiget. Cic. de Orat. 2, 86 *Simonides demonſtrator fuit uniuscujuslibet ſcipeliendi*, er zeigte. Colum. 3, 10 *Ejus rationis demonſtratorem magis eſſe me, quam inventorem libenter profiteor.* Et Hieronymus epiſt. 61 adv. err. Io. Hieroſ. c. 4 *Eſaias Virginis demonſtrator.*

¶ Demonſtrātīvus, *a, um*, ad demonſtrandum valens; ut, *Syllogiſmus demonſtrativus*; *Genus demonſtrativum cauſarum*, ἐπιδεικτικόν, vide præcepta Rhetorices, & Cic. de Invent. 1, 6. *Demonſtrativus digitus*, der zeigefinger, Cæl. Aurel. Tard. 5, 1.

¶ Demonſtrative, adv. idem. Macrob. in Somn. Scip. 1, 16 *Hunc locum demonſtrative terram dicens.*

¶ Demonſtrābilis, *e*, idem. Apulejus περὶ ἑρμην. *Modos demonſtrabiles* dixit: &

¶ Indemonſtrabilis, *e*, unerweislich, itidem de Modis ſyllogiſmorum, eodem libro Apuleji ſæpius repetitum eſt.

¶ Permonſtro, *are*, hinweiſen. Ammian. 18, 3 (Valeſ. c. 6) *Eruptiſſe hoſtium vaſtatorias manus ſuperato flumine permonſtrantes.*

¶ Præmonſtro, *are*, vorher zeigen. Cic. de Divin. 1, 7 ex poëta quopiam: *Atque etiam ventos præmonſtrat ſæpe futuros inflatum mare*, i. e. prædicat, indicat.

¶ Præmonſtratio, *ōnis*, f. die vorbildung. Lactant. 7, 14, 12 *Sæpe diximus, minora & exigua magnorum figuras & præmonſtrationes eſſe.*

¶ Præmonſtrator, *ōris*, m. præceptor, magiſter. Ter. Heaut. 5, 1, 2 *Adjutor meus, monitor, præmonſtrator.* Ad quem locum Guyetus obſervat, & Plautum verbo *præmonſtrare* pro *docere* uſum.

¶ Prætermonſtro, *are*, ultra monſtrare, Gell. 20, 10. vid. Gron.

MONSTRVM, *i*, n. a *moneo*, quicquid inuſitatum ac præter naturam accidit, ein ungeheuer, ungewöhnliches und unnatürliches ding, wunderzeichen. Servius in Virg. Æn. 2, 680 MONSTRVM τῶν μέσων *eſt & a* monſtrando, i. e. monendo *dictum. Et refertur ad præſens ejus ſignificatio.* Prodigium *vero eſt, quod in longum tempus dirigit ſignificationem.* Etiam Cic. de Nat. Deor. 2, 3 a *monſtrando* derivat, quem vide. De *rebus* ac *perſonis* dicitur. *Monſtrum hominis*, eine mißgeburt, convicium in admodum deformem, Ter. Eun. 4, 4, 29. Et, *Aliquid' monſtri alunt*, es iſt ein hund dahinter begraben, ſie ſchleyern einen affen, Idem Andr. 1, 3, 16, quasi dicat, occulti vitii aliquid latere: inde ſumpta metaphora, quod monſtra ob pudorem clanculum alantur & occultentur. v. Chiliad. *Immaniſſimum & fœdiſſimum monſtrum*, Cic. in Piſon. c. 14, ein greuliches thier. *Monſtri, ita me Dii amant, ſimile*, i. e. prodigii, das iſt ein wunder, Ter. Eun. 2, 3, 42. Et Cic. de Aruſp. reſp. c. 12 *Periculum ex aliquo monſtro ſignificatum cavere.* Idem ad Quint. frat. epiſt. 6 *De Cæſare monſtra promulgavunt*, ſie haben wunderſeltſame ſachen ausgeſagt. Ruffinus, non contemnendus auctor, lib. 2 Hiſt. Eccl. *monſtrum* vocat, quod ſacerdotis Ethnici filia, B. Macarii navi terram contingente, furore correpta fuerit, diſcurrensque immane clamarit: *Quumque ad ſpectaculum*, inquit, *tam ingentis monſtri pervenient ad naviculam, &c.* Nec aliter Ovid. Met. 7, 298 *Videvat ex alto tanti miracula monſtri. Monſtrum* vocat, quod arte Medeæ Æſon ex ſene in juvenem recoctus eſſet. Iuvenal. ſat. 2, 122 *Scilicet horreres majoraque monſtra putares, Si mulier vitulum, vel ſi bos ederet agnum!* ¶ 2. In bonam partem etiam ſumitur apud Flor. 1, 10, 8 *Tot tantaque virtutum monſtra*, i. e. ſigna, ſpecimina, tugend-zeichen, proben. vid. Gruter. ad Hiſt. Aug. p. 4. ¶ 3. In illo Catulli 105, 4 *Sed tu cum caupone omnia monſtra facis*, videtur res turpis obſcenaque ſignificari. vid. Scalig. ad eum locum; item Conjectaneis in Varron. p. 156. Alius eſt τερατολογῶν, portentoſa commenta de aliquo narrare. vid. Philipp. Sliv.

¶ Monſtrōſus, *a, um*, unnatürlich, heßlich, unförmlich; ut, *Partus monſtroſus*, Lucan. 1, 562, eine mißgeburt. *Monſtroſa lues*, Claudian. in Eutrop. 2, 549. *Conceptus monſtroſiores*, Tertull. de Anime c. 26, &, *Quintilla monſtroſiſſima*, Idem de Baptiſmo c. 1. Sic &, *Ovatio monſtroſa*, eine ſeltſame unerhörte rede. Cic. de Fin. 1, 17 conjungit *invidos, facinoroſos, maledicos, monſtroſos.* Suet. Grammat. illuſtr. c. 15 *Vita ſcriptique monſtroſus* ſcil. Saluſtius, unaſſehnet.

¶ Monſtruoſus, *a, um*, idem; ut, *Monſtruoſæ libidines*, Suet. Calig. c. 16. *Monſtruoſi ſinus heſtia*, Cic. de Divin. 1, 32. Et, *Omnium, quæ monſtra alcantur, monſtruoſi ſimum*, Gellius 17, 12 extr. Prudentius in Laurentio v. 7 de Roma Chriſto dedita: *Nunc monſtruoſis idolis Imponis imperii jugum.* Comp Petro. c. 69 *Ferculum longe monſtruoſius.*

¶ Monſtrōſe, & Monſtruoſe, adverbia idem. Cic. de Divin. 2, 71 *Nihil tam incondite, tam monſtruoſe cogitari poteſt.*

¶ Monſtrifer, *a, um*, wunderlich, wunderſam. Plin. 4, 30 *Monſtriferæ animalium effigies.* Et, *Monſtrifer tumultus*, Lucanus 2, 3. *Monſtrifer annus*, Claudian. 2 in Eutrop. v. 3.

¶ Monſtrĭfĭcus, *a, um*, idem; ut, *Monſtrifica hominum ingenia*, hoc eſt, monſtroſa, aut monſtris res ſimiles cogitantia, Plin. 21, 5.

¶ Monſtrifice, adv. Plin. 28, 11 *Monſtrifice repræſentare.*

¶ Monſtrificābĭlis, *e*, idem. Lucil. apud Nonium 2, 540 *Mirum ac monſtrificabile.*

¶ Monſtrĭgĕnus, *i*, ſeu Monſtrigĕna, *æ*, maris epitheton monſtra gignentis. Avienus Deſcript. Orbis v. 789 *Anæ monſtrigenis hoſtem licet inferat æſtus Fluctibus.*

¶ Monſtriger, *a, um*, ut *monſtrifer*. Salvian. 5 de Gub. p. 114 ed. Baluz. *Illud quam non ferendum, atque monſtrigerum.* Rittershuſ. autem p. 180 præterminit.

¶ Monſtrĭpărus, *a, um*, idem quod *Monſtrigenus*, Fictitius Nep. de B. Troj.

¶ Promonſtrum, *i*, n. ein wunderwerck. Feſtus: *Promonſtra prodigia.*

Montana, montanus; monticŏla, monticulus. montigena, montivăgus, montoſus, &c. quære ante in *Mons.*

Monubilis, monumentum, vide ſupra *Monimentum.*

MONȳCHVS, *i*, m. Centaurorum fortiſſimus, ab equinis pedibus dictus, ſunt enim μώνυχες equi ſolidas ungulas habentes. vid. Ovid. Met. 12, 499. Lucan. 6, 388. Iuvenal. 1, 11, & Val. Flacc. 1, 146.

MŌNȳMA, *æ*, f. Mithridatis uxor, quæ in deſperatione rerum profligatarum ſefe ſuſpenſura detractum e capite diadema collo circumligavit, eoque dirupto dixit: *Execrandum diadema, neque in tam triſti miniſterio mihi profuiſti.* Cumque illud humi abjectum inſpuaſſet, eunucho jugulandam ſeſe obtulit: Plutarch. in Lucullo.

MŌNȳMVS, *i*, m. Corinthii trapezitæ ſervus propter philoſophiæ amorem immulata inſania monetam ſpargere cœpit, ideoque dimiſſus Diogenem ſecutus eſt, & egregias ſcripſit facetias; Diog. Laërt.

MOPSVS, *i*, m. Deus Cilicum, cui divinos honores exhibebant, ut eſt apud Tertull. de Anima c. 46, & apud Origen. lib. 3 cont. Celſum. Adde Statium Theb. 3, 521, & Ammian. 14, 8. Tres *Mopſos* vulgo celebrant: Alius Mantûs filius Colophonem condidit, de quo Mela 1, 17. Alius Lapithæ ſive Theſſalus, Ampicis & Cloridis filius, de quo Strabo lib. 9. Et alius, cum quo certavit Calchas de peritia divinandi, Apollinis & Himantis filius, cui poſt mortem templa dicata ſunt. ¶ 2. Eſt & paſtoris nomen Virg. eclog. 5, 1 &c. Item eclog. 8, 26 *Mopſo Niſa datur*, de impari conjugio.

¶ Mopſuheſtia, vel Mopſveſtia, *æ*, f. urbs Ciliciæ. Græci Μόψου ἑστίαν appellant. Appianus in Syriacis ἑστίαν Μόψου. Ammianus l. c. *Domicilium Mopſi.* Cic. fam. 3, 8 *Cum ceſtra haberam in agro Mopſuheſtiæ.* Mopſos dicitur Plin. 5, 27.

MOPSŎPIVS, *a, um*, adj. ut, *Mopſopia juventus*, Athenienſis, Ovid. Met. 6, 662 de Triptolemo, Nam *Mopſopia* Attica regio, teſte Strabone. Ita Tib. 1, 8, 54 *Libaque Mopſopio dulcia melle feram.*

MŌRA, *æ*, f. dilatio, cunctatio, verzug, verweilung, ſäumniß. Quint. 1, 1 p. 23 *Incredibile eſt, quantum moræ lectioni feſtinatione adjiciatur*, wie man ſich verſäumet, wenn man eilen will. Ter. Andr. 5, 6, 7 *Nec mora ulla eſt, quin eam uxorem ducam.* Ciceronis ſunt: *Afferre, Inferre moram & impedimentum alicui.* Et, *Injicere, interponere moram*, einem hinderung in den weg werffen. v. g. de Invent. 1, 9 *Ne, ſi dubitas in hoc conſiſtere mus, moram atque impedimentum reliquis præceptis intuliſſe videamur.* Idem pro Cæcin. c. 2 *Speraruut id, quod aſſecuti ſunt: ſe injecturos vobis cauſſam deliberandi, & judicandi juſtam moram.* Et Phil. 10, 1 *Ne minimam quidem moram interpoſuiſti, quin quamprimum &c.* haſt dich im geringſten nicht verſäumet, alſo bald zu ꝛc. Liv. 31, 32 *Nullam dimicandi moram facturus.* Sic, *Nectere moras*, Sen. de Ira 3, 39. *Trahere moras*, Virg. Æn. 10, 888. *Tollere moram*, Quintil. 4, 4. Et, *Rumpere, pellere moras*, poëtica ſunt, nicht ſäumen. *In mora eſſe alicui*, Ter. Andr. 3, 1, 9, einen aufhalten, hinderlich ſeyn. *In me mora eſt*, es fehlet an mir, Idem Andr. 2, 5, 9. *In me mora non erit ulla*, Virg eclog. 3, 52. *Per hunc nulla eſt mora*, Ter. Andr. 3, 4, 14, ſeinet wegen hat man ſich keines aufſchubs zu befahren. *Nihil in mora habere, quo minus &c.* Velleja 2, 51, 2, ſich nichts aufhalten laſſen. *Moras orbium*, id eſt, rotarum, Apulejus lib. 3 Florid. & *Moram ætatis accuſare*, dixit Petron. c. 135. ¶ 2. Elegantèr & figurate *Mora* dicitur ipſe homo, qui aliquam rem remoratur, ein verzogerer. Livius 23, 9 *Reſtituendæ Romanis Capuæ mora & impedimentum ut es.* Vetus poëta apud Senecam Suaſor. 2 *Ite triumphantes, belli mora concidit Hector.* Et Seneca Troad. v. 124 *Columen patriæ, mora futorum.* Ita Florus 4, 9, 1 Antonium, *Scopulum, & moram, & nodum publicæ ſecuritatis* appellat. Prudentius Hamartig. v. 211 *Pugnæ nodumque moramque.* vid. omnino Drakenb. ad Sil. 5, 33. ¶ 3. *Mora*, μοῖρα ſive μοῖρα, ordinatio hominum militaris apud Lacedæmonios ex 500 vel 700 vel 900 militibus. Diodorus lib. 15 τὴν δὲ μοῖραν ἀναπληροῦσαν ἄνδρες πεντακόσιοι. *Moram ſive Moram implent viri quingenti*, vid. Meurſ. Lect. Attic. 1, 15. Nepos 11, 2, 3 *Hoc exercitu moram Lacedæmoniorum intercepit*, vid. Plutarch. in Pelopida p. 286. Nomen a μέρω, *partior*, eſt: ſicut a φήρω φθορά. v. Voſſ. Etymol. p. 327, & interpretes Nepotis.

¶ Morŭla, *æ*, f. dimin. Auguſtinus Confeſſion. 11, 15 *Præſens tempus ita raptim a futuro in præteritum tempus transvolat, ut nulla morula extendatur.* Et Ejusd. libri c. 23 *Morula ſolis ſuper terram.*

¶ Mŏror, *aris, ſum, ari*, moram facere, retardare, verziehen, verzögern, aufhalten. Ter. Heaut. 1, 1, 120 *Egumet convivas morer*, ich halte die gäſte ſelbſt auf. Cic. Phil. 5, 9 extr. *Belli celeritatem morari.* Et de Orat. 3, 20 *Diutius moriari*, länger warten, ſäumen. *Ne multis morer*, Idem Verr. 4, 46, damit ich es nicht lange mache. Et Plin. 7, 49 *Ne pluribus moreniur in re conceſſa, &c. Non moror*, id eſt, non repugno, ich bin nicht darwider, ich bin des zufrieden, meinetwegen, Ter. Eun. 3, 2, 7. *Ne hac quidem re Curionem ab ſpe*

mo-

vabatur, Cæſ. de B. C. 2, 39, 6. conf. Liv. 10, 43; 23, 28. ¶ 2. Aliquando *Morari* etiam accipitur pro *curare* vel *laborare*. Plaut. Aul. 2, 1, 47 *Nihil moror magnas iſtas dotes dapſiles*, i. e. nihili curo, nihil facio, darnach frage ich nichts. Liv. 3, 54 *Nihil ne ego quidem morer, quo minus decemviratu abeam.* Pro quo vulgo dicunt: *Nihil curo.* Liv. 4, 42 extr. *Nihil moror Sempronium*, h. e. accuſationem ejus dimitto. Horat. 1 ſat. 4, 13 *Scribendi recte: nam ut multum, nil moror, ecce.* Et 1 epiſt. 15, 16 *Nam vina nihil moror illius oræ.* Plaut. Capt. prol. v. 19 *Alieno uti nihil moror.* NIHIL VOS MORAMVR PATRES: Formula, qua mittebatur ſenatus, apud Capitolinum in Antonino Philoſ. c. 10. ¶ 3. *Morari cum aliquo*, eſt vivere, agere, converſari cum aliquo, ſich bey jemand befinden. Sen. epiſt. 32 *Ab omnibus ſeiſcitor, qui ex iſtâ regione veniunt, quid agas, ubi & cum quibus moreris.* Idem epiſt. 2 *Primum argumentum compoſitæ mentis exiſtimo, poſſe conſiſtere & ſecum morari*: id eſt, non in plura diverſaque vota cupiditatesque externarum rerum diſtrahi, ſed ſibi conſtare, ſibi ſimilem ſemper atque æqualem eſſe. Horat. id, *ſecum eſſe*, dixit 2 ſat. 7, 112 *Non horam tecum eſſe potes, non otia recte Ponere, teque ipſum vitas fugitivus & erro.* C. Nepos 24, 2, 1 *Morari alicubi diutius*, länger an einem orte ſeyn. *Morari Claudium inter homines deſiiſſe* dictabat Nero, ſed producta ſtudio prima, ut eſſet a ἀωρῶς, Suet. Neron. c. 33. vid. *Morus*. Cic. fam. 12, 15 *Diutius morari aut expectare præſidium non neceſſe habui.* ¶ 4. *Morari* etiam pro delectari ponitur; ſicut & *Tenere*. Horat. 1 epiſt. 14, 6 *Me quamvis Lamiæ pietas & cura moratur.* Item epiſt. ad Piſones de Poetic. v. 321 *Valdius oblectat populum meliusque moratur.* ¶ 5. Paſſ. vel certe impersonaliter Cæl. ad Cic. fam. 8, 5 *Vt plus biennium in his tricis moretur.* Apud Diomedem eſſe dicitur Nævii *Quid moras?* & Pacuvii, *Paucis abſolvit, ne moraret diutius.*

¶ Mŏrans, *tis*. Virg. Æn. 4, 568 *Si te his attigerit terris aurora morantem.* Ibid. 7, 620 *Morantes Impulit ipſa manu portas.* Horat. 1 od. 7, 9 *Orpheus rapidos morans fluminum lapſus.* Et 3 od. 5, 51 *Dimovit populum reditus morantem.* Conf. 2 od. 7, 6; Petron. c. 136.

¶ Mŏrātus, *a, um*, der gewartet, verzogen, oder ſich aufgehalten hat. Ovid. Amor. 1, 8, 82 *Ira morata.* Virg. Æn. 4, 649 de Didone: *Paullum lacrimis & mente morata Incubuit toro.* Petron. c. 12 *Nec diu moratus ruſticus quidam acceſſit.* conf. c. 126. Idem c. 97 *Moratus imperium*, der den befehl erwartet hat.

¶ Moratim, adverb. tarde, mit weile, nach und nach. Solin. c. 3 (al. 9) Vt *movatim Inſularum omnium oras legamus.*

¶ Moratio, *ōnis*, f. die verweilung, der verzug. Vitruv. 9, 4 *Morationibus impediri.* Et mox: *Faciunt ea ſtellæ regreſſus & morationes.* Et Firmic. lib. 4 *Æquata moratio.*

¶ Mŏrātor, *ōris*, m. ein verzögerer, verhinderer; ut, *Morator publici commodi*, Liv. 2, 44. conf. Curt. 4, 10, 19. ¶ 2. *Moratores* olim appellati rabulæ, quod morarentur cauſſas. v. Cujac. Obſervat. 4, 40. Aſcon. & Gron. ad Cic. Divin. in Cæc. 16. *Moratores forenſes* Ammianus dixit 30, 10 p. 448 ex veriſſima emendatione Lindebrogii, quem ibi vide: vulgo, etiam Valeſii legunt *oratores.* ¶ 3. *Moratores* etiam dicebantur, qui frontes aurigarum in circo olim æquabant, illosque morabantur, ne ante tempus juſtum tranſilirent lineam. Inſcriptio vetus inedita in corpore Gudiano: DIS. MAN. A. TVCCIVS. A. L. STEPHANVS. AVRIGATOR. FACT. RVSSAT. ET. T. TVLCIVS. PACHRYSVS. MORATOR. EIVSD. FACTION. DEDIC. ¶ 4. Forte *Moratores* ſunt ultimi in exercitu, die marodier, marode-brüder. Certe *Moratorum* gen. plur. eſt Liv. 21, 47 & 48 hoc ſenſu.

¶ Mŏrātōrius, *a, um*, qui moratur; ut, *Moratoriæ ambages*, lege fin. § 1 C. de Compenſat. *Moratoria cunctatio*, l. 7 § 1 ff. de adminiſtr. & peric. tut. *Oblata moratoria cautio*, l. 5 § 3 ff. de Cenſibus.

¶ Morācius, *a, um*, i. e. durus; ut, *Moraciæ nuces*, Titinnius Fest.

¶ Moramentum, *i*, n. die verzögerung. Apulej. Flor. lib. 4 *His moramentis qui volunt deviiari, advectorem ſibimet equum deligunt*; pro mora & impedimento.

¶ Morāria, *æ*, f. herba, quam & *Statioron* & *Chamæleonem* vocant, eberwurz. v. Apul. de Herb. c. 25.

¶ Morax, *ācis*, adj. moratorius, tardus. Non. in epiſtolis quas ipſe laudat 6, 16 *Moracium cogitationum torpitudinem* dixit.

Compoſita:

¶ Commŏror, *atus ſum, ari*, verharren, warten, verziehen. Cic. fam. 3, 5 *Fuit mecum familiariter triduum illud, quod ego Epheſi commoratus ſum.* Et, *In vita miſera commorari*, Idem ad Qu. frat. 1, 3. Et de Senect. c. 18. *Ex hac vita ita diſcedo, tamquam ex hoſpitio, non tamquam e domo. Commorandi enim natura diverſorium nobis, non habitandi dedit.* Sic, *Pluribus verbis in re aliqua commorari*, ſich lange dabey aufhalten, Cic. pro Cluent. c. 19. ¶ 2. Activa forma ex Plinio laudant 19, 6 extr. *Et, ſi paullum commoravere, ſupitæ.* Sed Hard. ex MSS. *commovere.* Rectius ipſe putat, *commorentur.*

¶ Commoratio, *ōnis*, f. die wohnung. Cic. fam. 6, 19 *Amœnitas illa commorationis eſt, non diverſorii.*

¶ Dēmŏror, *ari*, aufhalten; ut, *Diutius aliquem demorari*, Cic. de Orat. 2, 58. *Detinere & demorari aliquem*, Lentulus Cic. fam. 12, 15. Et Silius 10, 289 *Quid enim te demoror æger, Lentule, conqueſtu?* ¶ 2. *Demorari* etiam idem eſt, quod expectare apud Virg. Æn. 10, 30 *Mortalia demoror arma.*

¶ Demoratus, *a, um*, paſſive, aufgehalten. Gell. 19, 8 *His, quæ dixit, demoratos vos video.*

¶ Demoratio, *onis*, f. die aufhaltung, hinderung, apud Hieronymum.

¶ Demorator, *ōris*, m. apud Martian. Capellam lib. 1.

¶ Immŏror, *ari*, moram trahere, diutius in re aliqua morari, beharren. *Immorari honeſtis conſtantioribus*, mit guten gedancken umgehen, Plin. 1 epiſt. 8. Et Colum. 8, 5 de gallinis incubantibus; *Iuxta ponendus eſt cibus, ut ſaturæ ſtudioſius nidis immorentur*, daß ſie auf dem neſt bleiben. Et, *terreris immorari* (puta, exemplis, quæ iis opponuntur, quæ de cælo ſumimus,) Quintil. 2, 16.

¶ Immoranter, adv. ſine mora, unverzüglich. Gloſſ. gr. lat. ἀνυπερθέτως, *Immoranter, incunctanter.*

¶ Immoratio, *onis*, f. die verweilung, verharrung. Vet. Interp. Irenæi 1, 1 *Immoratio in paſſionibus.*

¶ Rĕmŏra, *æ*, f. ſubſtant. retardatio, die hinderniß: ut, *Remoram facere alicui rei*, etwas aufhalten, Plaut. Pœn. 4, 2, 106; & Lucilius in Feſti fragm. ¶ 2. *Remora*, piſciculus, navem retinens, ein ſchiffhelter, ſchneckfiſch. vide *Echeneis*, & Plin. 32, 1. ¶ 3. *Remoræ* etiam dicebantur aves infelices, & quæ auſpicium impediebant, ſive remorabantur. vid. Scalig. in Conject.

¶ Rĕmŏror, *ari*, retardare, hindern, hemmen, aufhalten. Ter. Andr. 4, 4, 18 *Ne quod veſtrum remorer commodum.* Cic. pro Leg. Manil. c. 14 *Hæ res, quæ cæteros remorari ſolent, non retardarunt.* Ovid. Met. 13, 220 *Cur non remoratur ituros?* ¶ 2. Intranſit. ſich aufhalten. Lucret. 2, 374 *Nec remorantur ibi* h. e. manent, cunctantur. Idem 2, 564 *Nec remorari in concilio* h. e. manere in conjunctione.

¶ Remorans, *tis*. Ovid. Faſt. 6, 772 *Et fugiunt freno non remorante dies.*

¶ Remoratus, *a, um*; ut, *Calamitas remorata longius*, Cic. anteq. iret in exil. c. 6. conf. Ovid. Met. 4, 137; & 10, 671.

¶ Remoratio, *ōnis*, f. &

¶ Remorator, *ōris*, ac

¶ Remoratrix, *icis*, f. ex veteri Gloſſario, quod Cyrilli inſcribitur, deſumta ſunt, quo iſtud ἀναχρονή, διατριβή, illud παρέλκυτης, hoc παρέλκυσμα, latine vertitur, nec non βραδύτης. *Remorator* etiam eſt apud Mart. Capellam lib. 1 p. 19.

¶ Remoramen, *inis*, n. die zurückhaltung, verwehrung. Ovid. Met 3, 567 *Remoraminaque ipſa nocebant.* v. ibi Heinſium.

Moralis, moralitas, &c. vide infra *Mos.*

Moramentum, moraria, moratio, morator, &c. vide in *Mora.*

MORAVIA, *æ*, f. Mähren, regio Germaniæ, regno Bohemiæ adjuncta, olim *Marcomannia.*

Morbidus, morbilli, morbonia, morboſus, &c. vide ſequens *Morbus.*

MORBVS, *i*, m. habitus corporis contra naturam, imbecillitas, ægrotatio, invaletudo, affectio alicujus membri a præveniente excitata cauſſa, ædens ejus actionem, leibs-ſchwachheit, kranckheit. *Morbi ſupplicia luxuriæ*, Seneca epiſt. 95, ubi id latius exponit. *Morbo ægrum eſſe*, Cic. Catil. 1, 13. Et, *Morbo affligi*, Idem in Piſon. c. 35. *Cadere in morbum*, Idem Tuſc. 1, 32. Et, *Incidere*, fam. 13, 30. Item, *Implicari morbo*, Liv. 5, 31. Et, *in morbum*, Nepos 17, 8, 16. Adde, *in morbum delabi*, *Morbo affici*, *corripi*: *Morbo tentari*, *nanciſci morbum*, in eine kranckheit fallen, kranck werden, Cic. paſſim, cujus & *Laborare morbo*, eſt, de Fin. 1, 18, &, *in morbo eſſe*, Tuſc. 3, 4, kranck ſeyn. *Morbus aggraveſcit, ingraveſcit*, Cic. Catil. 1, 13, die ſchwachheit nimmt überhand. *Morbus amplior fit, augetur*, Ter. Hec. 3, 1, 50 & 54. *Morbo levari*, der ſchwachheit linderung fühlen. *Morbum depellere*, Cic. fam. 7, 27; & *Morbos curare*, *Morbis mederi*, heilen. *Morbo explicari*, geſund werden. vide *Plico. Venienti morbo occurrere*, Perſ. ſat. 3, 64. Et ex Eurip. Cic. Tuſc. 3, 25 *Mortalis nemo eſt, quem non attingat dolor morbusque.* Corn. Gallus 3, 55 *Non intellecti nulla eſt curatio morbi.* Item, *Morbus acer & durus*, eine harte und ſchwere kranckheit, Plaut. Men. 5, 2, 119. *Morbus tenax*, Suet. Claudio c. 2, anhaltende kranckheit. *Morbus cæcus*, cujus cauſſas neque medici ipſi poſſunt perſpicere, Colum. 1, 5. *Anniverſarii morbi & certo tempore recurrentes*, die einem jährlich zu gewiſſer zeit anſtoſſen, Suet. Aug. c. 81. Plinius 1 epiſt. 12 *Tertio & triceſimo anno pedum dolore correptus eſt. Patrius hic illi. Nam plerumque morbi quoque per ſucceſſiones quasdam, ut alia, traduntur*, eine angeerbte kranckheit. Cauſſam Ariſtoteles aperit Problem. 22 ſect. 4. *Morbo obire*, Suet. Claudio c. 1. Et, *Morbus regius*, Celſ. 3, 24, die geelſucht. *Morbos animi, inveterata vitia*, Seneca vocat epiſt. 85 p. 355, & ab affectibus diſtinguit epiſt. 75. Salluſt. in Cicer. *Græviter, & iniquo animo maledicta tua paterer, M. Tulli, ſi te ſcirem judicio magis, quam morbo animi, petulantiâ iſta uti.* Horat. 2 ſat. 3, 121 *Maxima pars hominum morbo jactatur eodem.*

¶ Morbidus, *a, um*, morbo infectus, morbo obnoxius, unaeſund, ſiech, gebrechlich; ut, *Morbidus æer*, Lucret. 6, 1095. *Apes morbidæ*, Varro de Re Ruſt. 3, 16. *Morbidum corpus proſluvio ſanguinis exonerave*, Plin. 8, 26.

¶ Morbide, adverb. idem, apud Hieronymum.

¶ Morbŏſus, *a, um*, morbo obnoxius, valetudinarius, kränclich, unaeſund; ut, *Iracundi ſoli morboſi ſunt*, Cic. Tuſc. 4, 24 extr. *Servius morboſus*, Cato c. 2 extr. Compar. *Morboſior* eſt in Carm. Priap. active Veget. 3, 2 *Morboſæ paludes*, & 8 *Ne morboſa in proximo aut ſalubris aqua ſit longius.*

¶ Morboſe, adverb. idem, apud Celſum.

¶ Morbilli, *ōrum*, qui Plinio *Vari* eſſe dicuntur Græcis ἐκθύματα, puſtulæ, in ſumma cute extuberantes, pueritiæ admodum infeſtæ, *albæ*, ſed in ambitu *rubræ*, die maſern. *Varioli*, vel *papulæ*, die blattern oder bocken. Sic enim infantum & puerorum morbos hoſce diſcernere medici ſolent.

¶ Morbŏnia, *æ*, f. fictum & proverbiali ſermone tritum vocabulum. Nam cum imprecari alicui male veſſent, *Morboniam eum abire* jubebant, i. e. *in malam crucem*, in locum morbis plenum. Suet. Veſp. c. 14 *Trepidum eum interdicta aula ſub Nerone, quærentemque* QVIDNAM AGERET, *aut* QVO ABIRET, *quidam ex officio admiſſionis ſimul expellens*, ABIRE MORBONIAM. *jußerat.* Xiphilinus dum id ponit, ἐς κόδωνας, vertit. Germ. daß dich die kranckheit! Similiter Itali, cui male volunt, morbum imprecantur, quod ad Sueton. Torrentius obſervat.

¶ Remorbeſco, *ĕre*, in morbum recidere, wieder kranck werden. Ennius apud Feſtum.

Mordacitas, mordax, mordicus, &c. quære in sequenti *Mordeo.*

MORDEO, *mŏmordi*, (antique *memordi*, v. Gell. 7, 9) *morsum*, *mordēre*, est dentibus lædere, beissen. *Canes & latrare & mordere possunt*, Cic. pro Rosc. Am. c. 20. *Calvi momordit musca nudatum caput*, Phædr. 5, 4, 1. conf. 4, 7, 5. *Mordere frenum*, vide *Frenum.* ¶ 2. Detrahere est & calumniari. Ter. Eun. 3, 1, 21 *Invidere omnes mihi, mordere clanculum*, id est, detrahebant, stachen heimlich auf mich. *Morderi falsis opprobriis*, verleumdet werden, Horat. 1 epist. 16, 38. *Iam dente minus mordeor invido*, werde weniger geneidet, Idem 4 od. 3, 16. ¶ 3. Sensum doloris significat. Cic. Att. 13, 12 *Valde me momorderunt epistolæ tuæ de Attica nostra.* De puellæ morbo loquitur. Id. Att. 11, 7 extr. *In bonam partem accipiam, si qua sint in tuis litteris, quæ me mordeant*, hoc est, quæ molestia me afficiant. Et Tusc. 4, 20 *In delicto morderi est melius conscientia*, gewissens-angst haben. ¶ 4. Speciatim accipitur de dolore ex injuria, ubi etiam Germani, es beisset. Ter. Eun. 3, 1, 55 *Par pari referto, quod illam mordeat.* ¶ 5. Vtuntur & eo verbo pro nocere & corrumpere; Horat. 1 epist. 8, 5 *Gleumve momorderit æstus.* Id. 2 sat. 6, 45 *Mastutina minus cautos jam frigora mordent.* Auson. Idyll. 14 pr. *Verberat, & blando mordentia frigora sensu. Spirabat croceo mane revelata dies.* ¶ 6. Horat. 1 oda 31, 8 *Amnis mordet rura*, id est, radit, detrahit ripis, er reisset weg von seldern. ¶ 7. *Fibula mordere* dicitur, cum comprehendit, & continet, der hafe beißt ein. v. Drakenb. ad Sil. 7, 624.

¶ Mordens, *tis*; ut, *Mordens folium*, Plin. 22, 14. Sic *Mordens frigus*, schneidende kälte. vid. in *Mordeo* n. 5.

¶ Morsus, *a, um*, gebissen. Plin. 29, 3 *Datur morsis a rabioso, ne rabidi fiant.* Et Catull. 58, 316 *Lanea morsa.*

¶ Morsus, *ûs*, m. subst. ein biß; ut, *Morsus serpentum*, Cic. Divin. 1, 10. Et, *Morsus viperinus*, Tusc. 2, 7. Ovid. Met. 9, 384 *A pecudis morsu frondes defendite nostras.* Propert. 4, 9, 39 *Morsu cruentare*, wund beissen. Sil. 17, 264 *Extremo tellurem apprendere morsu*, ins gras beissen. Similia multa congesit ad 5, 526 Drakenb. ¶ 2. Metaph. *Non inest remedium adversus sycophantæ morsum*, vide Chiliad. *Acer morsus doloris*, Cic. Tusc. 2, 22. Id. Att. 12, 18 pr. *Dum recordationes fugio, quæ quasi morsu quodam dolorem efficiunt.*

¶ Morsūra, *æ*, f. idem; ut, *Morsuræ locus*, Const. Afer 7, 10.

¶ Morsiuncula, *æ*, f. dimin. ein kleiner biß. Plaut. Pseud. 1, 1, 65 *Molles morsiuncule.* Et Apul. 8 Met. p. 211 de formicis: *Numerosis & continuis morsiunculis inhærentes.*

¶ Morsĭco, *are*, frequent. beissen. Apul. 7 Met. p. 197 *Ore improbo compulsat ac morsicat.*

¶ Morsĭcans, *tis*. Apul. lib. 2 Met. p. 219 *Limis & morsicantibus oculis.*

¶ Morsĭcātim, adverb. mit beissen, idem quod *mordicus.* Varro apud Nonium 2, 547 *Labellis morsicatim ludunt.*

¶ Mordax, *ācis*, beißig. *Lacerat lacertum mordax Memmius*, Cic. de Orat. 2, 59. Et Horat. 1 od. 18, 4 *Solicitudines mordaces* dixit, ängstliche sorgen. Compar. *Mordacior*, Phædr. 4, 7, 1. Superl. *Curæ mordacissimæ*, Augustin. Confess. 7, 5 sub finem. Adde Plin. 17, 18. Pers. sat. 1, 107 *Sed quid opus teneras mordaci radere vero Auriculas?* die bittere wahrheit.

¶ Mordācĭtas, *ātis*, f. die beißigkeit, schärffe. Plin. 21, 15 fin. de urticis: *Mordacitas non protinus cum ipsa herba gignitur.* Et Palladius 2, 16 *Ne germen extinguat ex multo melle mordacitas.*

¶ Mordaciter, adverbium, beißig. Macrob. 7, 3 *Ait nimis ille mordaciter.* Comparativo usus Lactantius est 5, 2 *Alius eamdem materiam mordacius scripsit.* Et Ovid. Pont. 1, 5, 19 *Lima mordacius uti.*

¶ Mordĭco, *are*, idem quod morsicare, beissen, aufreißen. Scriban. de Pass. Chr. c. 8 *Acriter mordicare.*

¶ Mordĭcans, *tis*. Cæl. Aurel. Acut. 2, 8 *Mordicantis qualitatis esse.* Idem Tard. 2, 1, 39 *Mordicantia injicere collyria.*

¶ Mordĭcatio, *ōnis*, f. levis arrosio. Cæl. Aurel. Acut. 3, 20 *Veneris mordicatio*, das schneiden, grimmen. vid. Barth. Adversar. 39, 1.

¶ Mordĭcātīvus, *a, um*, herb, beissend; ut, *Mordicativum acetum*, Idem Cæl. Aurel. Tard. 5, 1.

¶ Mordĭcus, *a, um*, adjectivum fuerit, si probes lectionem Hygi. f. 273 *Quem equi mordici distraxerunt.* Sed præstat forte vitium putare & referre ad sequens

¶ Mordĭcus, adverb. mit den zähnen, feste, ὀδάξ. Cic. Acad. 4, 16 *Perspicuitatem mordicus tenere debemus*, wir sollen feste drob halten. *Mordicus arripere*, Plaut. Curc. 5, 1, 7, mit den zähnen ergreiffen. Apulej. lib. 3 de A. A. *Mox alium, pedibus meis mordicus inhærentem, per scapulas ictu temperato perimo.* Horat. 1 sat. 8, 27 *Pullam divellere mordicus agnam.*

¶ Mordĭcītus, aliud adverb. idem. Apulej. lib. 3 Met. sub fin. *Mordicitus adpetens.* Ita Elmenhorst. & Pricæus. Alii *mordicibus*, quod jam explicandum sequitur.

¶ Mordĭces, *um*, pl. quasi a *Mordex*, pro dentibus, ut Catullus *nutrices* pro mammis, videtur posuisse Plautus illo Aulul. 2, 2, 57 *Asini me mordicibus scindant, boves incursent cornibus*, mit zähnen. Ita *Mordicibus appetere* Apulejus 3 de Asino A. p. 140, ubi alii *mordicitus* legunt, ut prædictum: alii *mordicas*. Vid. Taubm. ad Plaut. l. c. &, qui dubitat, Voss. 5 Inst. Orat. p. 344. Sane dum afferatur alius casus, malim *Mordicitus.*

¶ Mordōsus, *a, um*. Gloss. gr. lat. δηκτικὸς, *Mordosus.*

Composita a *Mordeo*

¶ Admordeo, *si, sum, ēre*, anbeissen, benagen. Tralate Plaut. Pers. 2, 3, 15 *Homines bene admordere*, i. e. *insigni damno afficere.* Idem Pseud. 4, 7, 24. *Iam admordere hunc mihi lubet*, i. e. adoriri. *Admemordi* ex Plauti Aulul. Gell. 7, 9.

¶ Admorsus, *a, um*, anbeissen; ut, *Brachia admorsa colubris*, Propert. 3, 9, 53. *Admorsa signata in stirpe cicatrix*, Virg. Georg. 2, 379.

¶ Admorsus, *ûs*, m. subst. der biß, anbiß. Symmach. 1 epist. 1. *Vereor æmula venena lectoris, ne libellus iste admorsu duri dentis uratur.*

¶ Commordeo, *ēre*, beissen, zerbeissen. Sen. de Vita beata c. 21 *Gemite, & infelicem linguam bonorum exercete convicio, instate, commordete, &c.* Idem Controv. 29 *Quædam feræ tela omnia commordent.*

¶ Commorsus, *a, um*, zerbissen, gebissen. Plin. 24, 11 *Commorsi a cane rubiem sentiunt.*

¶ Commorsĭco, *āre*, frequent. zerbeissen. Apul. 7 Met. p. 195 *Totum me commorsicat.* Vide integra verba supra in *Equus*, sub fin.

¶ Demordeo, *ēre*, morsu auferre, abbeissen. Plin. 28, 4 *E ligno fulgure ictu demordere aliquid.* Hinc

¶ Demorsus, *a, um*, abgebissen. Persius 1, 106 *Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit ungues*; hoc est, scribit incogitanter, & negligenter. Qui enim intenti & cogitabundi quippiam scribunt, vel ungues *demordendo*, vel caput *scabendo*, cogitandi atque emendandi moram sibi fumunt. Horatius, *Vivos rodere ungues*, dixit 1 sat. 10, 17.

¶ Demorsĭco, *āre*, frequent. idem. Apul. 2 Metam. *Demorsicare os alicujus.*

¶ Demorsĭcatus, *a, um*. Idem Apul. 3 de A. A. p. 140 *Rosis tantum demorsicatis exibis asinum.*

¶ Immordeo, *ēre*, einbeissen, tuetur Nic. Heinsius ad Vellej. 2, 87, 1, eo quod ibi in vet. Cod. legatur: *Aspidis immorsu.*

¶ Obmordeo, *ere*, anbeissen, einbeissen. Isidor. 20, 16 *Equi frenum imprimunt dentibus & obmordent.*

¶ Præmordeo, *ēre*, vorn abbeissen, ex Plauto adfert Gellius 7, 9 his verbis: *Idem Plautus in Trigeminis non* præmordisse, *neque* præmordisse *dixit, sed* præmorsisse. NI FVGISSEM, *inquit*, MEDIVM, CREDO, PRÆMORSISSET.

¶ Præmorsus, *a, um*. Luca. 10, 446 *Et frangit rabidos præmorso carcere dentes* de fera inclusa.

¶ Remordeo, *ēre*, wieder beissen, wieder bekümmern und wehe thun. *Libertatis desiderium remordet animos*, Liv. 8, 4 *Quando hæc te curæ remordet*, Virg. Æn. 1, 261. Et Lucret. 3, 840 *Præteritis admissa malis peccata remordent.*

Mores, vide infra *Mos.*

MŌRĒTVM, *i*, n. quodvis intritum, eine meerte, eingebrocktes. Veteres Glossæ: *moretum*, τρῖμμα. Ovidius 4 Fastor. v. 367 *Non pudet herbosum, dixi, posuisse moretum.* Vide Scalig. itemque Taubm. & Salmas. Exercit. Plinian. p. 379 ad illud carmen, quod *Moretum* inscribitur, & Virgilii, quamquam ejus non est, nomine vulgo præscribitur.

¶ Moretarium, *i*, n. dixit Donatus pro *moreto.* Sic, *Moretarium alliatum*, Apic. 1, 35. vide & post *Mortarium.*

Moribundus, vide *Mors*, Morigerari, morigeratio, &c. *Mos.*

MŌRĪNI, *ōrum*, m. pl. ultimi Gallicarum gentium populi ad Oceanum. vide Melam 3, 2; & Virg. Æneid. 8, 727.

MORIO, vel Morion, *ōnis*, m. gemma Indica, quæ nigerrimo colore translucet, Plin. 37, 10, a μαυρὸς, *obscurus, niger.* ¶ 2. Herbæ genus foliferum, quod & *halicacabon* vocant, jüden-kirschen, Plin. 21, 31. ¶ 3. Semen mandragoræ, alraun-saamen, Plin. 25, 11.

Morio, *ōnis*, vide *Morus*, Moriola, morior, *Mors.*

MŌRĪSĒNI, *orum*, m. pl. Thraciæ populi, circa Ponti latera incolentes, Plin. 4, 11.

MORMŸRA, *æ*, f. pl. *Mormyres*, piscis marinus, coloribus pictus, cujus meminit Ovid. in Halieut. 110 *pictæ Mormyres* & Plin. 32 c. ult.

Morologus, vide *Morus*, Mŏror, *ari*, *Mora*, Mŏror, *ari*, *Morus*, Morositas, morosus, *Mos.*

MORPHEVS, *ei*, m. Μορφεύς, filius aut minister somni Dei; sic dictus, quod dormientibus inducat varias formas & visiones, der traum-gott. Ovid. Met. 11, 634 *Excitat artificem simulatoremque figuræ Morphea, &c.*

MORPHNVS, *i*, m. μορφνὸς, aquilæ genus, Plin. 10, 3. v. supra *Aquila.*

MORS, *mortis*, f. a græco μόρος, quo *fors fatalis* significatur, est excessus e vita, *extremus vitæ dies, supremus dies*, mutatio loci, non animæ extinctio, der tod. Cicero Tusc. 1, 9 & 41 sic definit: *Discessus animi a corpore, dissolutio, migratio, commutatioque vitæ. Migratio in eas oras, quas, qui e vita excesserunt, incolunt. Finis vitæ miseræ.* Et, *Extremum omnium rerum*, sam. 6, 21. Et Horat. 1 epist. 16 extr. *Ultima linea rerum.* Cic. pro Quintio c. 15 *Honesta mors sæpe vitam exornat, vita turpis ne morti quidem honestæ locum reliquit.* At, *Consciscere sibi mortem*, Idem fam. 7, 3, sich selbst entleiben. *Mortem appetere, occumbere, obire*, sterben: Cic. Tusc. 1, 42 extr. *Qui pro patria mortem non dubitavet occumbere.* Idem fam. 4, 7 *Si oppetenda mors esset, domi atque in patria mallem, quam in externis atque alienis locis.* Cic. Phil. 5, 17 *Macedo Alexander, quum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset, tertio & tricesimo anno mortem obiit.* Et, *Morte extremum diem conficere*, Idem de Finib. 3, 22. *Vitam cum morte commutare*, Servii est locutio Cic. fam. 4, 5. Et, *Ad mortem dare*, id est, occidere, Plaut. Amph. 2, 2, 177. Nævius in Plauti Epitaphio apud Gellium 1, 24 *Postquam est morte captus Plautus, comœdia luget, &c.* Sed Sil. 4, 607 *Mortem perdere*, dicitur Fibrenus, cum inultus moritur. v. omnino Mod. Heins. & Drakenb. ad h. l. Lactant. de Opif. c. 4 *Mors sequela morborum est*; Et, *Morte immatura multari*, ibidem. *Mors quasi saxum Tantalo, semper impendet*, Cic. de Fin. 1, 18. Lucan. 8, 395 *Mors ultima pœna est, Nec metuenda viris.* Sen. Theb. v. 151 *Vbique mors est, optime hoc cavit Deus: Eripere vitam nemo non homini potest; At nemo mortem.*

zem: mille ad hanc aditus patent. Martial. 2 epigr. 59 *Ipſe jubet moriſ tis te meminiſſe Deus. Mors bona*, lenis & facilis: *Mors mala*, difficilis ac dura; vide *Bonus, Malus. Mors voluntaria* illicita, vid. Auguſtin. de C. D. 1, 17, & ibi Coquejus p. 62 & 63. *Mors pura* eorum vocabatur, qui enſe occidebantur: Euſtathius in Odyſſ. x. Nam, uti hodie, ita olim etiam, honeſtum cenſebant, gladio perire; inhoneſtum, laqueo. Iſidor. 2, 2 *Tria ſunt genera mortis, acerba, immatura, naturalis: acerba infantum, immatura juvenum, naturalis ſenum.* Mortem ἀπροσδόκητον, h. e. inexpectatam pro optima habuit Cæſar, vid. Plut. Sueton. c. 82. Plin. 7, 53. ¶ 2. *Sua morte mori* dicitur, qui non ipſe ſibi fabricatus eſt mortem, ſed natura & fato, ut Cicero loquitur, obiit, eines natürlichen todes ſterben. Suet. Cæſ. 88 *Neque ſua morte defunctus eſt.* Sen. epiſt. 69 *Bella res eſt, mori ſua morte*; Idem eſt *die ſua mori* in veteri epigram. *Inviolatus artus Die ſua peremtus Hoc ſitus eſt in agro*, Hieron. ad Matth. 20, 23 *Propria morte vitam finiit.* Tac. Ann. 6, 10, 4 *Per idem tempus L. Piſo Pontifex, rerum in tanta claritudine, fato obiit*, i. e. ſua morte. ¶ 3. *Mortes* plurale etiam uſitatum. Cic. Tuſc. 1, 48 *Claræ mortes pro patria oppetitæ.* Et de Finib. 2, 30 *Præclaræ mortes ſunt imperatoriæ.* Virg. Æn. 10, 854 *Omnes per mortes animam ſontem ipſe dediſſem:* id eſt, per omnia mortis genera. Sæpius ita Tacitus. Gargonies apud Senecam Suaſor. 7 extr. *Iuba & Perſejus mutuis vulneribus concurrerunt & mortes fœneraverunt*, h. e. exquiſitos cruciatus effugerunt. Nam obſervandum, mortes non temere niſi de diverſis generibus mortis dici. Cæterum Liv. 25, 6 *Provinciam morte regum turbatam* dixit. ¶ 4. *Mors* pro mortuo vel cadavere. Plin. 14, 19 pr. *Quamque juxta hominis mors laqueo pependerit*, ita interpretatur etiam Harduino. Quin ipſe Cic. pro Milo. c. 32 pr. *mortem* pro cadavere poſuiſſe videtur, *nec ullo in loco potius mortem ejus lacerari*; de funere enim turbulento & non-funere loquitur, de quo c. 13 dixerat, *tu P. Clodii cadaver -- nocturnis canibus dilaniandum reliquiſti.* ¶ 5. *Mors* & *Mars* confunduntur in MSS. it. *Nox*, it. *Sors*, de quibus omnibus ſ. ſ. l. l.

¶ Morta, *æ*, Μοῖρα, una Parcarum; Gell. 3, 36. v. & infra in *Parca.*

¶ Mortalis, *e*, contrarium æterno, ſterblich; ut, *Vita mortalis*, Lucret. 3, 882, das zeitliche leben. Liv. 1, 2 extr. *Hoc ultimum ei mortalium operum fuit. Corpora mortalia*, Cic. de Senect. c. 22. Horat. de Arte v. 68 *Mortalia facta peribunt.* Virg. Æn. 9, 95 *Mortaline manu facta immortale carinæ Ius habeant?* Vbi elegantер Servius: *Non poſſunt æterna eſſe, quæ ab hominibus facta ſunt. Nam ſicut animi facta immortalia ſunt, ita corpora pereunt.* Lactant. 7, 15 *Nihil eſt humanis viribus elaboratum, quod non humanis æque viribus deſtrui poſſit: quoniam mortalia ſunt mortalium opera.* Et, *Mundum mortalem fecit Pronœa*, Cic. de Nat. D. 1, 8 extr. vergänglich. Ovid. Triſt. 3, 7, 44 *Nil non mortale tenemus, Pectoris exceptis, ingeniique bonis. Vulnus mortale*, Virg. Æn. 12, 797, vel mortiferum, vel, quod magis h. l. eſt, a mortali manu inflictum. Comparativo uſus eſt Plin. 36, 15 *Aliquid ipſo homine mortalius.* ¶ 2. *Mortalis*, ſubſt. *homo*, der menſch. Cic. de Aruſp. Reſp. c. 26 *Vnus omnium mortalium, ſine ulla dubitatione deterrimus.* Salluſt. Catil. c. 12 *Noſtri majores, religioſiſſimi mortales &c.* Autor Declam. anteq. iret in exil. *Miſerrimi mortalis caſum ſubire*, zum elendeſten menſchen werden.

¶ Mortaliter, adv. Auguſt. Ench. c. 64 *Filii Dei, quamdiu mortaliter vivunt, cum morte confligunt.*

¶ Mortalitas, *ātis*, f. mors, finis, der untergang. Cic. de Nat. D. 1, 10 extr. *Omne quod ortum eſt, mortalitas conſequitur*, was einen anfang hat, hat auch ein ende. *Mortalitate intercipi*, Plin. 10 epiſt. 50. Huc ref. l. 15 ꝛc. de inoffic. teſtam. ubi *turbatus mortalitatis ordo* dicitur, ſi filius ante patrem moriatur. v. Schulting. ad Quintil. decl. 1 p. 18. ¶ 2. *Mortalitas*, mortalis vitæ conditio, die ſterblichkeit. Plin. 35, 11 *Exuere mortalitatem.* ¶ 3. Pro ipſis hominibus *mortalitatem* dixit Idem Plinius 2, 12; *In luna*, inquit, *veneficia arguente mortalitate, & ob id crepitu diſſono auxiliante &c.* Curt. 8, 4, 24 *Rex, minus jam cupiditatibus ſuis imperans inter obſequia fortunæ, contra quam non ſatis cauta mortalitas eſt.*

¶ Morticīnus, *a, um*, quaſi *mortis cæſum*, θνησιμαῖον, quod absque amiſſione ſanguinis vitam mittit, verreckt, erſtickt; ut, *Morticinæ carnes*, vom aas, quæ & abſolute *morticina* vocantur, Græcis νενέβρια. Varro R. R. 2, 9 *Morticinæ ovis non patiuntur veſci carne.* Et 3, 2 *Morticinas editis volucres.* Idem Varro de L. L. 6, 5 *Scortea ea, quæ ex corio & pellibus ſunt facta. Inde in aliquot ſacris ac ſacellis ſcriptum habemus:* NE QVID SCORTEVM ADHIBEATVR, NE QVID MORTICINVM ADSIT. Hoc Ovidius in Faſtis ita expreſſit & interpretatus quaſi eſt lib. 1, 629 *Scortea non illi fas eſt inferre ſacello, Ne violent puros exanimata Deos.* Veteres Gloſſæ, *Morticina*, θανάσιμα. Vet. Interp. Bibl. Levit. 22, 8 *Morticinum aut captum a beſtia non comedent.* Ita & aliis locis. Et Tertull. Apolog. c. 9 *Suffocatis & morticinis abſtinemus*, ¶ 2. *Clavi pedum, vulgo morticini appellantur*, Plin. 22, 23, leichdornen, quod velut morticina caro ſint. ¶ 3. Erat & *Morticinus* convicium in homines terros, & exſangui, ſive cadaverosa, ut Terentius vocat, facie, todtenbleich. Plaut. Perſa 2, 4, 12 *Non hercle, ſi os præciderim tibi, metuam, morticine.* Obſervat Scaliger Conjectan. in Varron. p. 142.

¶ Mŏrior, *mortuus ſum, mŏri*, diem ſuum obire, ſterben. Cic. fam. 6, 3 *Mori nemo ſapiens miſerum dixit.* Idem de Senect. c. 23 *Æquiſſimo animo moritur ſapientiſſimus quisque, ſtultiſſimus iniquiſſimo.* Et, *Mori ex vulnere*, Pollio Cic. fam. 10, 33. Et Plaut. Bacch. 4, 4, 7, 18 *Quem dii diligunt, adoleſcens moritur.* Sic de verbo expreſſit *Menandri* illud: ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν, ἀποθνήσκει νέος. Sen. de Brevit. vitæ c. 7 *In tota vita diſcendum eſt mori.* Et ibidem: *Quid eſt novi, homines mori, cujus tota vita nihil aliud, quam ad mortem iter eſt?* Idem ep. 24 *Quotidie morimur, quotidie enim demitur pars vitæ: & nunc quoque cum creſcimus, vita decreſcit.* Proverbii ſpeciem habet illud Virgilii ecl. 3, 13 *Et ſi non aliqua nocuiſſes, mortuus eſſes.* Briſſonius lib. 8 de Formul. annotat, in titulis monumentorum numquam legi, *obiit*, vel *mortuus* eſt, ſed ſemper *vixit.* Sed ipſe in eodem libro contrarium ſibi exemplum producit: *Mortuus eſt III Kal. Iuliis hora X. Elatus eſt hora IIII frequentia maxima.* ¶ 2. *Moriar* jurandi verbum, quemadmodum *Diſpeream*; Cic. Att. 8, 6 *Moriar, ſi magis gaudevem, ſi id mihi accidiſſet*, ich will ſterben, wenn ꝛc. ¶ 3. *Moriri* pro *mori* poſuit Plaut. Aſin. 1, 1, 108. Et Ovid. Met. 14, 215 *Mortemque timens cupidusque moriri.*

¶ Moriens, *tis.* Nepos 18, 2, 1 *Alexander moriens annulum ſuum dederat Perdiccæ.* Id. 25, 5, 2 *Moriens teſtamento adoptavit eum.* Ovid. Met. 9, 391 *Morientia lumina.* Ibid. 12, 423 *Morientes artus.* Sen. Hippol. v. 331 *Dulcior vocem moriente cygno.* Sulpic. in Sat. 14 *Quasque dedit quondam, morientibus eripit artes*, ubi Burm. *morientibus* exponit contabeſcentibus, ad mortem affictis. Virg. Æn. 11, 633 *Gemitus morientum.* Id. Georg. 1, 107 *Morientibus herbis.* Stat. 4 Silv. 6, 3 *Iam moriente die*, i. e. veſperi, abends. Perſ. 4, 31 *Moriens acetum*, h. e. fugiens, corruptum, verdorben.

¶ Mortuus, *a, um*, todt, geſtorben. Cic. de Clar. Orat. c. 11 *Concidit mortuus veneno*, puta Themiſtocles, ex falſa Clitarchi ſententia. Et in Piſon. c. 36 *Exſanguis & mortuus concidiſti*, du biſt todt niedergefallen. *Verba ſiunt mortuo*, Ter. Phorm. 5, 8, 26. Græci: νεκρῷ λέγει μυθος, proverb. de iis, quæ fruſtra ſunt, εἰ ſi ſit vergebens, da iſt kein gehör. conf. Plaut. Pœn. 4, 2, 18; & Bacch. 3, 4, 21. *Ab orco mortuum me reducem in lucem feciſti*, du haſt mich wieder lebendig gemacht. Ter. Hec. 5, 4, 12. Et, *Excitare aliquem a mortuis*, Cic. de Orat. 1, 57. Cæſar, Athenienſes cum poſt multa delicta in deditionem ultro veniſſent, *ſervari a mortuis* dixit, id eſt, propter majores, eorumque gloriam & virtutem ὅτι πολλὰ, inquit, ἁμαρτάνοντες ὑπὸ νεκρῶν σώζοιντο, διὰ τὰς προγόνους καὶ διὰ τὴν δόξαν τὴν τε ἀρετὴν αὐτῶν, cum omnibus ipſis injuriis remiſſis parceret; Dion. *Mortuum mare* quod dicatur, v. in Luſtin. 36, 3, 6. Cic. Att. 2, 19 p. 261 *Cæſar cum veniſſet mortuo plauſu*, h. e. languido admodum.

¶ Mortualis, *e*, ſterblich. Vnde ¶ *Mortualia* abſolute, næniæ, præficarum carmina, Plauto Aſin. 4, 1, 63 *Hæc ſunt non nugæ: non enim mortualia.* v. Scalig. Conjectan. in Varr. p. 142. Nævius *mortualia* appellat veſtimenta, quæ in luctu ſumebantur. ¶ 2. *Mortualia Gloſſaria* Cato appellavit Philoſophos, quod res tetras & inanes ac frivolas, & ſimilia præficarum carminibus, quæ nudæ voces eſſent, differerent. Gellius 18, 7. Sed plures ibi *mortuaria* legunt. Hi vero

¶ Mortuarius, *a, um*, eodem modo interpretantur, quo alii *Mortualis* ut idem ſit ac in morte derelictus, vel vanus. v. Gell. l. c.

¶ Mortuoſus, *a, um*, dem tode ähnlich. Cæl. Aurel. Acut. 1, 3 *Vultus mortuoſus.*

¶ Mŏrĭbundus, *a, um*, qui jam moritur. Livius 2, 20 *Moribundus Romanus, labentibus ſuper corpus armis, ad terram defluxit.* Prudent. adverſ. Symmach. 2, 136 *Quantum moribundus & æger Corporis ac vitæ volucris ſibi poſceret uſus.* Et, *Vox moribunda*, Stat. Theb. 8, 643 *Hoſtia moribunda cecidit*, Virg. Georg. 3, 488.

¶ Moriturio, *īre*, mori velle, quo verbo Ciceronem uſum teſtis eſt D. Auguſtinus in Grammat. de verbis meditativis agens. v. Schott. Nod. Cic. 3, 17.

¶ Mortĭfer, & Mortifĕrus, *a, um*, mortem afferens, tödtlich. *Cum in manibus jam mortiferum illud teneret poculum*, Cic. Tuſc. 1, 29 extr. de Socrate. *Mortifera potio*, Quintil. 7, 3, ein gift-trunck. Liv. 2, 47 *Mortifero vulnere ictus.* Et, *inſanabilis & mortifera plaga*, Cic. pro Sextio c. 19. *Mortifer æſtus*, Claudian. Rapt. Proſerp. 3, 237. *Dolor mortiferus*, Celſ. 4, 2.

¶ Mortifere, adv. idem; ut, *Mortifere ægrotare*, Plin. 3 epiſt. 16.

¶ Mortĭfĭcus, *a, um*, tödtlich, eſt Val. Maximi 5, 6, 1 *Mortifico vulnere*, ut quidam legunt, etiam Cantelius: at Vorſtius *mortifero.* Tertullian. 4 poëm. adverſ. Marc. c. 5 *Mortificus cibus.*

¶ Mortifico, *are*, tödten, vox Interpretis vulgati, quæ etiam legitur apud Tertullian. de Reſurr. Carn. c. 37 & 46. & adv. Gnoſtic. c. 9 & 13; Salvian. lib. 4 p. 124.

¶ Mortificatus, *a, um*, todt, getödtet. Tertull. adv. Marc. 5, 37 *Mortificata caro.* Et Prudent. Cathem. Hymn. 10, 93 *Sic corpora mortificata Redeunt melioribus anvis.*

¶ Mortificatio, *ōnis*, f. die tödtung. Tertullian. de Reſurr. Carn. c. 44 *Mortificationem Domini circumferimus in corpore, &c.* Idem adv. Marc. 5, 9 *Mortificationi in Adam* opponit *vivificationem in Chriſto.* conf. ibid. c. 11.

Compoſita cum præpoſit. &c.

¶ Commŏrior, *commŏri*, ſimul cum aliquo mori, mit ſterben. *Exitialia per ſe ambo cum fuerint duo venena, in homine commoriuntur*, Plin. 27, 2. Id. 8, 11 extr. *Commoritur ea dimicatio*, h. e. draco & elephas dimicantes. Add. argum. declam. 305 Quint.

¶ Commoriens, *tis. Eam commorientes Plautus fecit fabulam*, Ter. prol. Adelph. v. 7. Hæc eſt illa nobilis συναποθνησκόντων amicitia. De gallorum pugnacitate Plin. 10, 21 *Nec finis ſæpe commorientibus.*

¶ Commortuus, *a, um*, mit geſtorben. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 47 *Commortui Chriſto credamus, quod etiam convivemus illi.* conf. adv. Gnoſt. c. 13. Epit. Liv. 2 *Brutus in acie cum Arunte, filio Superbi, commortuus eſt.*

¶ Commortalis, *e*, ſterblich; ut, *Infirmitas commortalis naturæ*, Columella 3, 20.

¶ Dēmŏrior, *demŏri*, idem quod ſimplex *mori*, hinſterben, weg ſterben. Cic. Verr. 2, 50 *Cum eſſet ex veterum numero quidam ſenator demortuus.* ¶ 2. Plauto eſt valde amare, ut *Depereo*; e. g. Mil. Glorioſ. 4, 1, 23 *Ea demoritur te.* Et ſc. 2, 49 *Quæ te demoritur.*

¶ Demortuus, *a, um*, verſtorben, abgeſtorben. Livius 5, 31 *In demortui locum ſufficitur.* Idem 9, 34 *Demortuo collega.* Tralate l. 18 ff. de Vſufr. *Demortuæ arbores*, verdorrete bäume.

¶ Emŏrior, *emŏri*, ut ſimplex, erſterben. Ter. Heaut. 5, 5, 18 *Emori cupio.* Celſ. 5, 26 *Emoritur membrum.* Cic. Off. 3, 32 *Aut vincere aut emori.* Idem in Paradox. 2 *Quarum laus emori non poteſt.* Id. fam. 11, 15 *Pro Pompejo emori poſſum.* Teſtandi amoris formula.

¶ Emoriens, *tis.* Curt. 4, 7, 10 *Sterilis & emoriens terra.*

¶ Emortuus, *a, um*, todt, erſtorben, ut, *Emortuo verba facere*,

Plaut. Pœn. 4, 2, 18. Et, *Emortuum ego me mavelim leto malo*, Idem Aul. 4, 5, 1. conf. Pſeud. 1, 3, 105.

¶ Emortualis, *e*, zum ſterben gehörig; ut, *Dies emortualis*, der ſterbetag, Plaut. Pſeud. 4, 7, 136.

¶ Emoribundus, *a, um*, apud Celſum eſſe dicitur.

¶ Inēmōri, idem quod *immori*, drüber ſterben. Horat. epod. 5, 34 *Inemori ſpectaculo*, id eſt, mori in ſpectaculo, vel ex ſpectaculo cibi.

¶ Superēmōri, ſuper quo mori, drüber ſterben, Plin. 10, 2 de Phœnice ave: *Senescentem caſia thuriſque ſurculis conſtruere nidum, replere odoribus & ſuperemori.*

¶ Immōrior, *immōri*, über etwas ſterben. Horat. 1 epiſt. 7, 85 *Immoritur ſtudiis, & amore ſeneſcit habendi. Immori ferro*, Seneca Hercul. Oet. v. 869.

¶ Immortuus, *a, um*, darinn erſtorben; ut, *Immortuus in vino*, Plin. 29, 4. *Immortuæ reliquiæ conjurationis*, id eſt, mortuæ vel exſtinctæ, Cic. Att. 1 epiſt. 14. conf. Val. Flacc. 4, 182.

¶ Immortālis, *e*, unſterblich. Cic. de Legib. 2, 11 *Animi omnium immortales ſunt, ſed fortium virorum divini.* Idem pro Balbo c. 17 *Memoria immortalis.* Et Salluſt. B. Iug. c. 85 extr. *Nemo unquam ignavia immortalis factus eſt.* Horat. 4 od. 7, 7 *Immortalia ne ſperes, monet annus, & almum Quæ rapit hora diem.* Et, *Immortales gratias agere*, Cicero fam. 10, 13. ¶ 2. *Immortales* abſolute Deos vocat Varro de L. L. 4, 11; ſicuti etiam c. 10 *Immortalia*, quæ ad Deos pertinent. ¶ 3. *Immortales*, milites Perſarum, quorum numerus (decem millia erant) ita conſervabatur integer, ut perpetuo novi ſuffiicerentur iis, quos caſus aut mortalitas interceperat. vide Curtius 3, 3, 13, & Herodot. 7, 83. ¶ 4. *Immortale*, pro *Immortaliter*. Val. Flacc. 7, 362 *Immortale virens.*

¶ Immortaliter, adverb. unſterblich. Cicero ad Quint. frat. 3, 1, 3 *Quod ſcribis, te a Cæſare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.*

¶ Immortalitus, aliud adverb. idem ac *divinitus*, vel a *Diis immortalibus*. Turpil. ap. Non. 11, 43 *Immortalitus ſe obtulit mihi hæc facultas.*

¶ Immortalitas, *ātis*, f. immortalis vitæ conditio, die unſterblichkeit. Ter. Andr. 5, 5, 4 *Mihi immortalitas parta eſt, ſi nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit.* Cicero de Senect. c. 20 *Non eſt lugenda mors, quam immortalitas conſequitur. Mandave, commendare immortalitati*, Idem pro Dom. c. 29, verewigen. Et, *Socratis ſermones immortalitati ſcriptis ſuis Plato tradidit*, de Orat. 3, 16. Pluralem ſuum quoque Cicero fecit Nat. D. 3, 18; *Vide igitur*, inquit, *ne virtutibus hominum iſti honores habeantur, non immortalitatibus.*

¶ Intermōrior, *intermōri*, ganz erſterben, vergehen; ut, *Intermoritur officium alicujus apud aliquem*, Bithynicus Cic. fam. 6, 16. *Si qua intermoreretur ignis*, Curt. 6, 6, 31.

¶ Intermortuus, *a, um*, erſtorben, proprie id ſignificat, quod dum res agitur, moritur, ſeu deſinit, deinde vergangen. Cic. pro Mil. 5. *Declarant hujus ambuſti tribuni plebis illæ intermortuæ conciones; Mores boni plerique omnes jam ſunt intermortui*, Plaut. Trin. 1, 1, 7. *Memoria intermortua*, id eſt, abolita, Cicero pro Muræn. c. 7, Et Suet. Ner. c. 42 *Diu & ſine voce & prope intermortuus jacuit.* ¶ 2. Plin. 32, 10 *Intermori* non plane mori eſt, ſed animo linqui ac exanimari: *Vituli*, inquit, *marini adeps inſtillatur naribus intermortuarum vulvæ vitio.*

¶ Permōrior, *permōri*, idem quod ſimplex *Mori*, apud Commodianum Inſtruct 27 & 29.

¶ Præmorior, *præmori*, ante mori, zuvor ſterben. Ovid. Heroid. 8, 121 *Aut ego præmoriar, primoque extinguar in ævo.*

¶ Præmortuus, *a, um*, abgeſtorben; ut, *Membra præmortua*, Ovid. Amor. 3, 7, 65. Et, *Præmortui jam eſt pudoris*, er iſt ganz unverſchämt, Liv. 3, 72.

¶ Semimortuus, *a, um*, halb todt. Catullus 51, 14 & 15. *At defeſſa labore membra poſtquam Semimortua lectulo jacebant.* Vſus & Petronius hac voce c. 108; & Apulej. 1 Metam.

Morſicare, morſicatim, morſiuncula, morſus, vide *Mordeo*, Morta, mortalis, mortalitas, &c. *Mors.*

MORTĀRIVM, *i*, n. ein mörſer oder mörſel. Plana fuiſſe mortaria, certe fundum planum habuiſſe, ut intrita non tantum ad medium mortarium poſſet contrahi, verum etiam erecto mortario humor omnis eliquari, conſtat ex Col. 12, 55, 1. Hæc forma probatur etiam ex ſignificatione architectonica Dicta volunt a *mortando*, quo verbo veteres uſi pro conterere, Feſtus. Sed Scaliger *Mortarium* dictum putat, quaſi *moretarium*: quod in eo tunderentur herbæ, unde moretum fieret. *Mortaria Cypria*, Plinius 33, 5. *Mortaria ærea*, Idem 34, 11. Et, *Lapideo*, ibidem c. 18. conf. Virg. in Mor. v. 115. ¶ 2. *Mortarium*, etiam architectonibus dictus locus vel alveus, in quo terretur aut pinteretur arenatum vel marmoratum, e g. Plin. 36, 23 f. 55. it. Vitr. 7, 3. vid. Scal. ad Moretum. ¶ 3. Videtur etiam ita dictum eſſe ipſum arenatum, unde eſt noſtrum mörtel. Certe de maſſa ſimili Pallad. Mart. 8, 1 *Mortarium arbori ſtatim faciunt.*

¶ Mortariōlum, *i*, n. diminut. Macer 1, 8 *Semen in mortariolo tritum.*

Morticinus, mortifer, mortificare, mortificus, mortuarius, morturio, mortuus, vide *Mors*, Morula, *Mora*, Mōrulus in *Maurus.*

MORVS, *a, um*, μωρός, fatuus, inſipiens, närriſch. Plaut. Trin. 3, 2, 43 de amore: *Is hominum*, inquit, *mores moros & morosos efficit*, die liebe macht närriſche leute. Idem Mil. 2, 4, 17 *Ego ſtulta atque mora multum.* ¶ 2. Morus pro nigro vid. in *Maurus.*

¶ More, adverb. idem. Plaut. Strich. 5, 1, 1 *More hoc fit atque ſtulte mea ſententia.* Sed & a *Mos* ablativus eſſe poteſt.

¶ Mōrio, *ōnis*, m. μωρων, ein narr. Auguſtinus epiſt. 28 *Quidam tante ſunt fatuitatis, ut non multum a pecoribus differant, quos* MORIONES *vulgo vocant.* Martialis 8 epig. 13 *Morio dictus erat: viginti millibus emi.* Et 12 epigr. 95 *Parvum baſiat usque morionem.* Hinc

¶ Morĭŏla, *æ*, f. potionis genus, lora, lauer, a μωρόν, quod eſſet vinum fatuum & inſipidum. v. Varro apud Nonium 17, 17. Alii mallent legere *Loriola*, ut ſit diminutivum a *lora.*

¶ Mōror, *āri*, verbum prima producta, finxit Nero, cum Claudium mortuum deſignaturus *morari deſiſſe inter homines* diceret, dementiam ejus atque vecordiam irridens. vid. Suet. Ner. c. 33.

¶ Mōrŏlogus, *i*, m. μωρολογος, ſtultiloquus. Plaut. Perſa 1, 1, 50 *Nunc tibi morologus ſio.*

MŌRVS, *i*, fœm. Dioſcoridi 1, 147 μωρέα, συκάμινος, *arborum ſapientiſſima*, ein maulbeerbaum, Plin. 16, 25.

¶ Mōrum, *i*, n. plur. mora, συκάμινον, *mori fructus*, maulbeere, μανρόν, *nigrum*; Horat. 2 ſat. 4, 21 *Ille ſalubres Æſtates peraget, qui nigris prandia moris Finiet.* Virg. eclog. 6, 22 *Sanguinea mora.* Et Ovid. Met. 1, 105 *In duris herentia mora rubetis.* Nimirum *mora rubi*, brombeere. Vid. *Rubus.*

¶ Diamōron, *i*, n. ſuccus mori cum melle decoctus, maulbeerſafft. vid. Pallad. Sept. t. 16 *de Diamoro* conf. Octav. Horat. 1, 15.

¶ Dimōron, *i*, n. ita *pulegium* vocatur apud Apulej. de Herb. c. 92, poley.

Sycomōrus, vide infra in *S.*

MOS, *mōris*, m. conſuetudo, inſtitutum, diſciplina, ritus, mores, ſitten, gewohnheit, gebrauch. Feſtus, *Mos eſt*, inquit, *inſtitutum patrium, pertinens ad religiones, cæremoniasque majorum.* Sic, *Mos eſt hominum*, Cicero de Clar. Orat. c. 21, es iſt der leute art und weiſe. *Virginibus Tyriis mos eſt &c.* Virgil. Æneid. 1, 336. *Mos erat Heſperio in Latio*, Idem Æneid. 7, 601 *More hominum evenit*, Ter. Andr. 5, 6, 3, es iſt nach gemeinem lauf gegangen. Cicero Verr. 1, 26 *Negavit moris eſſe Græcorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres.* Et, *Moris antiqui fuit*, Plinius 3 epiſt. 21. *Feramus more*, Horat. 1 ſat. 3, 109, wie das vieh. Plaut. Trin. 2, 2, 16 *Meo modo & moribus vivo*, nach meiner manier. Sic, *De more, ex more, in morem*, nach gewohnheit, Horat 2 ſat. 3, 280. Et Virgil. Æneid. 1, 318. conf. Spon. Miſc. p. 62. Quintil 4, 1 p. 277 *Ad morem actionum proſequuntur*, nach art der proceſſe. Perſius 3, 31 *Nunquidet in mo em diſcinctî vivere Naccæ. In avi mores atque inſtituta Regem abiturum.* Liv. 1, 32, 2, ubi vid. Gebhardus. *In morem venire*, Liv. 42, 21 extr. aufkommen. *Mihi ſemper moris fuit*, Quintil. 2, 13. *Morem dii ſervaſſe*, Pomp. Mela 3, 5. Et, *Romanorum epulis fides ac tibias adhibere, moris fuit*, Quintil. 1, 10. *Mores boni, mali, compoſiti, probati, lepidi, mites, perditi*, gute, böſe, verderbte ſitten. *Congruere cum alterius moribus*, Cicero de Amic. c. 8. *Conveniunt mores*, Ter. Andr. 4, 2, 13. *Sui cuique mores fingunt fortunam*, Nepos 25, 11, 6. Similiter Plaut. prolog. Amph. v. 131 *Vt mores ſunt, ita fortuna reſpondet*, wie man ſich hält, ſo hat man glück. Φθείρουσιν ἤθη χρῆσθ' ὁμιλίαι κακαί, *Mores bonos convictus inficit ſeu corrumpit improbus.* Menandri dictum, quod S. Paulus uſurpavit. *Præfectus morum*, C. Nep. 22, 3, 2, hodie tales appellari amant, hofmeiſter. *Mores alicujus oratione exprimere*, Cicero de Orat. 2, 43. ¶ 2. *Morem gerere*, obſequi, zu willen ſeyn, proprie lenonis & meretricis eſſe cenſet Taubman ad Plautum p. 16 & 458. Ter. Eun. 1, 2, 108 *Mos gerendus eſt Thaidi*, Et, *Morem gerere voluntati regis*, i. e. obedire, Nep. 14, 4, 3. *Animo ſuo morem gerere*, Ter. Andr. 4, 17. ¶ 3. Non raro *Mores* pro virtutibus ipſis ponuntur. Propertius 4, 12 extr. *Moribus & cælum patuit.* Et Manilius 4, 18 *Moresque creati Et vitia.* Dionyſius Cato in Diſtichis: *Maxima enim morum ſemper patientia virtus.* ¶ 4. *Mores Adriæ*, Statius 3 Silv. 2, 78 vocat naturam & affectiones ejus maris: ut Virg. Georg. 1, 51 *Varium cæli morem*: Tibull. 4, 1, 73 *Morem Charybdis*; & Lucret. 1, 194 *Ventorum mores.* ¶ 5. Sed *Mores ferre, accipere*, eſt in ordinem redigi, quietem & modeſtiam aſſumere; ut, *Mores ponere viris*, Virgil. 1 Æneid. v. 268. ¶ 6. *Mos* etiam jus eſt, conſuetudine longa, inveterato conſenſu populi introductum. Vnde Cicero Topic. c 5, cum partes juris civilis recenſet, *Morem* etiam nominat. Alibi *mores* dixit, ut in Orat. pro Cæcina non ſemel. *Jus ſine ſcripto*, Imperator vocat Inſtitut. ¶ 7. Contra pro vitiis ſumitur vox apud Tacitum Hiſt. 3, 72, 1 *Propitiis, ſi per mores noſtros liceret; Diis.* Nempe, *mores* vivendi rationem norant, quæ vel præclara ac recta ſecundum virtutem, vel prava ac vitioſa eſt. ¶ 8. *Sine more* poëtica adjectio intendendi vim habens, inuſitate, ſine modo. vide Nic. Heinſ. & Drak. ad Sil. 12, 449. Burm. ad Ovid. Art. 1, 119.

¶ Moſculus, *i*, m. diminut. mos parvus, Feſtus Catoni tribuit. Alii legunt *Moſcillus.*

¶ Mōrātus, *a, um*, adjectiv. moribus præditus, geſittet, gemanet; item, erbar, ſittſam. Ter. Hec. 4, 4, 22 *Quid mulieris uxorem habes, aut quibus moratam moribus?* Sic, *Bene, optime, male, peſſime moratus*: ut, *Bene morata & bene conſtituta civitas*, Cicero de Clar. Orat. c. 2. *Bene morati reges*, Idem Off. 2, 12. Vt Eutr. 9, 10 *Vir egregie moratus* vocatur Tacitus. *Morata recte fabula*, i. e. quæ cujusque mores probe attendit & exprimit, Horat. de Arte v. 319. Ita etiam *oratio morata* eſt, quæ mores hominum recte exprimit. ¶ 2. Transfertur & ad alia. Ovid. Met. 15, 94 *Placare voracis Et male morati poteris jejunia ventris.* Plaut. Aſin. 2, 3, 10 *Ita hæc morata eſt janua: extemplo ianitorem Clamat, procul ſi quem videt ire ad ſe calcitronem.* Sed iſtud comicum eſt & joculare.

¶ Mōrālis, *e*, ſittlich. ſitten-; ut, *Philoſophia moralis*, ἠθική, mores formans, ſeu ad mores pertinens, Cicero de Fato c. 1. Et Sen. epiſt. 89 *Philoſophiæ tres partes eſſe dixerunt & maximi & plurimi auctores:* MORALEM, NATVRALEM & RATIONALEM. *Lex moralis*, decalogus. conf. Iſidor. 2, 24.

¶ Moraliter, adv. idem. Ambroſ. Serm. 1 in Nativit. Chriſti T. 5 p. 11 *In quo facto* (angelorum cantantium) *moraliter monemur &c.* Et Sidon. 9 epiſt. 9 *Scripſeras cuncta moraliter, lecte, &c.*

¶ Moralĭtas, *ātis*, f. morum conditio, die ſittlichkeit. Macrob. Sat. 5, 1 *Sunt ſtyli dicendi duo, diſpari moralitate diverſi.*

¶ Morĭger & Morĭgerus, *a, um*, adject. obſequens, gehorſam, willig. Ter. Andr. 1, 5, 59 *Tibi morigera fuit in rebus omnibus.* Lucret. 4, 1275 *Morigeris modis* Plaut Capt. 3, 2, 13 *Bene morigerus.* vid. Parei Lex. Crit.

¶ Morigere, adv. idem, apud Sidonium. Vult etiam Plauto dare Scioppius

Scioppius Susp. lect. 5, 19, apud quem Cist. 1, 1, 86 legitur etiam in Gron. *Obsecuta est, de ea re gessit morem morigeræ mihi.* Nihil certe est, quod suadeat ab hac lectione recedere.

¶ Morigëror, *ari*, & Mörigero, *are*, zuwillen ſeyn. Active Plautus dixit Capt. 2, 1, 4 quamquam plures & hic *morigerari* legunt, quemadmodum Cic. in Orat. c. 48 *Voluptati aurium morigerari debet oratio*, i. e. obſequi, ſatisfacere, die rede ſoll nach dem gehöre gerichtet ſeyn. Ter. Adelph. 2, 2, 10 *Si adolescenti istis morigeratus*, wenn du ihm hätteſt gewillfahret. ¶ 2. *Morigerari alicui*, Suetonio in Tiberio c. 94 in turpibus eſt.

¶ Morigeratus, irrepſit quasdam Eutropii editiones 9, 10, ubi recte alii: *Tacitus vir egregie moratus.*

¶ Morigeratio, *ōnis*, f. die gutwilligkeit. Afranius apud Nonium 1, 1 *Ætas, & corpus tenerum, & morigeratio, Hæc sunt venena formosarum mulierum.*

¶ Morigerator, *oris*, m. der gehorchet, folget, apud Sidonium.

¶ Mörōsus, *a, um*, qui moribus eſt difficilibus & faſtidioſis, mürriſch, wunderlich, eigenſinnig, mit dem es bald zu verderben iſt. *Qui nimis exacte nimiisque ad unguem fieri omnia postulat, ut aliquando ob id indigneturr*, Valla 1, 21. Cic. in Orat. c. 29 *Usque eo difficiles & morosi sumus, ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes.* Idem de Senect. c. 18 *Sunt morosi & anxii & iracundi, & difficiles senes.* Suet. Cæſ. c. 45 *Morosior circa corporis curam*, i. e. curioſior, diligentior, ut nunquam tamen ſibi faceret ſatis. His contrarii *indifferentes* vocabantur, die es nicht ſo genau nehmen. Idem Suet. Cæſ. c. 53 *Circa victum C. Oppius adeo indifferentem docet &c.* Vbi vide Caſaubonum. Gell. 18, 7 pr. *Homo naturâ intractabilior & morosior.* Superl. *Morosissimus* eſt Tertulliani de Corona ſub init.

¶ Mörōſe, adverb. idem; c. g. *Piso respuebat inceptas hominum, sive morose ut putabatur, sive ingenio libero que fastidio*, Cic. de Clar. Orat. c. 67, aus einem eckeln und wunderlichen ſinn. Comp. Tert. Orat. c. 67, aus einem eckeln und wunderlichen ſinn. Comp. Tert. de pall. c. 4 *Pallium morosius ordinatum.* Sup. *Iudicium alicujus morosissime penitare*, Suet. Aug. c. 66.

¶ Morositas, *ātis*, f. ein wunderlicher ſinn, verdrießlichkeit; ut, *Morositas tamen habet aliquid excusationis*, Cic. de Senect. c. 18. Et Suet. Tib. c. 70 *Affectione & morositate nimia obscurabat stylum; ut aliquando ex tempore, quam a cura præstantior haberetur.*

¶ Submorōsus, *a, um*, aliquantulum morosus, etwas verdrießlich. Cic. de Orat. 2, 69 *Stomachosa & quasi submorosa ridicula.*

¶ Submorose, adverb. idem, apud Auguſtinum.

MŌSA, *æ*, f. fluvius Galliæ Belgicæ, die Maaß, unde *Trajectum ad Mosam*, Maſtricht. Iul. Cæſ. B. G. 4, 10 *Mosa profluit ex monte Vogeso, qui est in finibus Lingonum, & parte quadam Rheni recepta, insulam efficit Batavorum. Neque longius ab eo millibus passuum 80 in oceanum transit.* conf. Sidonii carm. 5, 208; Plin. 4, 14 & 15; & Tac. Ann. 2, 6, 6.

MOSCHVS, *i*, m. μόσχος, ſeu *Muſcus*, odoramentum notum, ex ſanguine craſſiore in umbilico animalis cujusdam ſimilis natum, bieſem oder thieſem, a *Tobeth* regione Africæ, in qua animalia multa ſunt *moſcum* vel *muſcum* producentia. *Capreolus moſchi*, ein bieſemthier. Geſner. Matthiol. ¶ 2. *Moſchus*, poëta Græcus Bucolicus, Syracuſis in Sicilia natus, Ptolemæo Philometori cœtaneus, cujus aliquot hodieque Idyllia legimus. Delicatiſſimum eſt *Amor Fugitivus*, & Epigramma in *Amorem Arantem.* ¶ 3. *Moſchus*, citharœdus imperitus, unde adagium: *Moſchus canens Bœoticum*, in multiloquos & intempeſtivos locutores. vid. Chiliad. ¶ 4. *Moſchi*, Scythici ſunt populi ad Hyrcanum mare, de quibus Lucanus 3, 270 *Sævis affinis Sarmata Moſchis.* Hinc nunc *Moſcovitæ* dicuntur, unde

¶ Moſcheuton, *i*, n. μοσχευτὸν, roſæ genus, a ſuavitate odoris nomen habens, Plin. 21, 4.

¶ Moſchovia, ſeu Moſcovia, *æ*, f. quæ & Ruſſia alba, Moſcau, Reuſſen, regio ad ſeptemtrionem ampliſſima.

MŌSELLA, *æ*, f. fluvius Galliæ Belgicæ, qui & *Moſula* apud Florum 3, 10, 14, die Moſel. Dictus quaſi parva Moſa. Ad Confluentes Rheno miſcetur. vide de *Moſella* Auſonii Edyllium 10. Et Scalig. Auſon. Lect. 1, 2. Eſt etiam peculiaris Freheri in Auſonii Moſellam Comm.

MŌSES, *Moſis*, vel rectius *Moſe*. Græci per ωυ ſcribunt *Moyſes*. Clem. Alex. lib. 1 Strom. p. 252 edit. Heinſ. Τίθεται τῷ παιδίῳ ὄνομα ἡ βασιλίς; Μωυσῆν, ἑτυμωσ, διὰ τὸ ἐξ ὕδατος ἀνελέσθαι αὐτόν. Vbi de eo plura. Iuvenal. 14, 102 *Tradidit arcano quodcunque volumine Moſes.* Sedulius de Transfiguratione Chriſti: *Quid? quod & Eliam, & clarum videre Moyſen*: Mŏÿſen, tribus ſyllabis. conf. Iuſtin. 36, 2.

¶ Mosēus, *a, um*, adject. vulgo *Moſaicus*, moſaiſch. Iuvenc. 2, 219 in Ioh. c. 3, 14 *Moſeis manibus ſummo ſublatus honore eſt.*

MOSTRVM, *i*, n. antique idem quod *Monſtrum.* Hinc

¶ Moſtellum, *i*, n. diminut. ein geſpenſt, abentheuer. Gloſſ. gr. lat. φάσμα, *Moſtellum.*

¶ Moſtellārius, *a, um*; ut, *Vicus moſtellarius*, quem in urbis locis collocat Varro de L. L. 4, 8. Et hinc fabula Plauti *Moſtellaria* dicta eſt, quia ſenex a ſervo manium monſtris exterretur. Eadem dicta fuit PHASMA.

MŌSYLON, *i*, n. μάσυλον, cinnamomi genus, Dioſc. 1, 13.

¶ Moſylītis, *idis*, f. μοσυλῖτις, caſiæ genus, Dioſc. l. c.

MŎSYNI, *orum*, m. pl. populi Aſiæ ad Pontum Euxinum, in turricuis viventis. Nam μόσυν *turris* eſt vel *ſedile ligneum.* Mela 1, 19 *Ultra Tibarenos Moſyni turres ligneas ſubeunt.* Ita legit Voſſius. conf. Tibull. 4, 1, 147; & Curt. 6, 4, 17, ejusque Interpretes. Plinius 6, 4 *Moſſynos* vocat. Iidem Græcis ſunt *Moſynæci*, & Val. Flacco 5, 151 *Moſſynychi.*

MOTĂCILLA, *æ*, f. avis ab aſſidua caudæ vibratione ſic dicta, eine bachſtelz, a nigro & albo colore, Geſn. σεισοπυγὶς, Græcis eadem, quæ Latinis eſt etymologia. v. Plin. 37, 10; & Arnob. 2 p. 223.

MŌTĂCISMVS, *i*, m. frequens litteræ M. repetitio; vel, quoties in M. litteram vocalis ſequitur. v. Iſidor. 1, 31. Hoc ideo vitioſum videtur, quia, ut in verſu, tunc fit eliſio ſyllabæ præcedentis. Itaque eleganter Adhelm. de Virg. c. 29 *Labdacisini collisiones, & motacismi voragines*, quibus nim. abſorbentur ſyllabæ.

Motamen, motatio, motio, moto, motor, &c. vide mox *Moveo.*

MŎVEO, *mōvi, motum, mŏvēre*, ciere, motum facere, rühren, regen, bewegen. Ter. Andr. 4, 3, 16 *Move ocius te*, gehe bald fort. Cic. Att. 7, 16 *Si nondum profecta sunt, nihil est quod se moveat*, daß er ſich aufmache. Quod & *movere* ſimpliciter dixit ibid. 9, 1 *Hæc ego scribebam pridie, &c. Postquam ille Canusio moverat*, als er aufgebrochen war, hoc eſt, diſceſſerat. Eſtque caſtrenſe fere verbum. Suet. Cæſ. c. 60 *Prælia non tantum destinato, sed ex occasione sumebat: ac sæpe ab itinere statim, interdum spurcissimis tempestatibus, cum minime quis moturum putaret.* Lucanus 2, 528 *Iamque secuturo justissus classica, Phœbo, Tentandasque ratus moturi militis iras. Movere* autem per ellipſin dicitur. Nam integrum eſt *castra movere*, quo Cæſar eſt uſus, itemque Cicero, Corn. Nepos 14, 8, 4, & 18, 12, 4. *Bellum movere*, id eſt, excitare, krieg erregen, erwecken. *Movere controversiam, indignationem, lacrymas, misericordiam, risum, suspicionem*, paſſim obvia. *Movere mentionem*, Liv. 28, 11. *Movebatur illa quoque actio*, Id. 5, 24, ubi v. interpr. Et Suet. Cæſ. c. 75 *Motis apud Herdam conditionibus*, i. e. mota conditionum mentione. *Movere alicui stomachum*, Cic. Att. 6, 3, zu zorn bewegen, in harniſch jagen. *Mente ac sensibus moveri*, Cic. Acad. 4, 31. *Movebat hæc multitudo hostium respectu paucitatis suæ Alexandrum*, i. e. percellebat, Iuſtin. 11, 9. Et, *Res magnæ moventur*, id eſt, commoventur, excitantur, es wird groß ding erreget, Cic. ad Qu. frat. 2, 3. *Movere ac moliri aliquid*, Liv. 23, 39, auf etwas umgehen. *Senatus motus est a consoribus*, er iſt aus dem rath geſchaffet worden, Vellej. 1, 10, 6. ¶ 2. *Movere* etiam perſuadere eſt, überreden. *Moveri auctoritate alicujus* ſcil. ad fidem habendam, C. Nep. 9, 4, 1. *Moveri consilio alicujus*, Idem 10, 1, 3. Propertius 3, 24, 5 *Nil moveor lacrymis, &c.* ¶ 3. *Moveri quæ possunt*, vulgo *mobilia bona*, Nep. 2, 2, 8, & 10, 4, 2, fahrende habe. ¶ 4. *Movere* etiam de terræ motu dicitur. Livius 35, 40 extr. *Terra diebus duodequadraginta movit*, es iſt ein erdbeben geweſen, pro *mota est.* Ita Liv. 5, 25 *Res moventes*, vulgo mobiles, agris opponuntur. ¶ 5. *Movere* & *Monere*, itemque Præter. *Movi* & *Novi* ſolere a librariis confundi, his locis obſervatum eſt.

¶ Movens, *tis*; ut, *Movens jugera fossor*, Virg. Georg. 2, 264. *Multa movens animo*, Id. Æn. 3, 34 *Nova bella moventes*, Ibid. 6, 820. *Iuvenis magica arma movens*, Ovid. Met. 5, 197. Abſolute Cicero: *Proponenda sunt quædam quasi moventia*, einige motiven. ¶ 2. Paſſive *Res moventes* ſunt, quæ moveri poſſunt, mobilien. v. *Moveo* n. 4.

¶ Mōtus, *a, um*, erregt, beweget, bewogen. Virg Æn. 1, 139 *Motos præstat componere fluctus.* Curt. 6, 5, 23 *Precibus motus.* Idem 8, 6, 8 *Iuvenem sua sponte jam motum perpulit.* Sen. epiſt. 94 *Mens mota*, i. e. turbata, ein verrückter ſinn. ¶ 2. *Motus* & *Totus* confunduntur in MSS. v. *Totus.*

¶ Mōtus, *ūs*, m. ſubſt. motio, agitatio, die regung, beweguug. Motus autem duplex eſt, alter qui ſecundum rectam fit lineam, alter circularis. *Motus cæli, & siderum*, Cic. de Vniverſ. c. 6, des himmels lauff. *Quod animatum est, id motu cietur interiore*, Idem Tuſc. 1, 23, beweget ſich von inwendig heraus. *Omne quod est calidum, & igneum, cietur & agitatur motu suo*, Cic. de Nat. D. 2, 9. *A motu corporis non removeri*, Nepos 18, 5, 4. *Crebris motibus terræ fatigati*, vom erdbeben. Curt. 4, 4, 20. Liv. 7, 2 pr. *Ad tibicinis modos saltantes haud indecoros motus more Tusco dabant.* ¶ 2. *Motus*, commotio, unruhe, aufruhr, empörung. *Motus populi factus est*, Cic. de Orat. 2, 48. *Afferre motum reip.* Idem Catil. 2, 2 extr. *Græcia maximis conensa est motibus*, Vellej. 1, 3, 1. ¶ 3. *Motus animi*, perturbationes ſunt, affecten, Cic. Off. 1, 36. Et, *Dulcem motum afferunt sensibus res quædam*, Idem de Finib. 2, 3. ¶ 4. *Motus* & *Movendi* verbum etiam de Enthuſiaſmo uſurpant auctores. vid. Barth. ad Claudian. p. 520. De poëtarum ſive furore, ſive ἐνθουσιασμῷ, Idem ibid. p. 862 oſtendit.

¶ Mōtio, *ōnis*, f. die bewegung. Cic. de Fato c. 19 *Qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem non dedit.* Id. Acad. Qu. 1, 8 *Animi motiones* affectus dixit, die begierden.

¶ Motiuncŭla, *æ*, f. diminut. qua voce de valetudine uſus Suet. Veſp. c. 24 pr. *Tentatus motiunculis levibus.* Et Sen. epiſt. 53 *Levis aliquem motiuncula decipit: sed cum creverit & vera febris exarserit, &c.*

¶ Mōtor, *ōris*, m. qui movet. Martial. 11 epigr. 40 *Cumarum fueras motor, Charideme, mearum, Et pueri custos, assiduusque comes*, du hatteſt mich gewieget.

¶ Mōtōrius, *a, um*, idem; ut, *Fabula motoria*, quæ *stataria* opponitur: v. infra in *Sto* ex Ter. Heaut. prolog. v. 36. Sic, *Ingenium motorium*, Tertull. de Anima c. 14.

¶ Möto, *are*, frequent. offt bewegen. Virg. ecl. 6, 28 *Tum rigidas motare cacumina quercus*, (videas.) Add. ecl. 5, 5. Sed Æn. 3, 581 *Fessum quoties mutat latus*, legendum. Nam ¶ 2. *Motare* & *Mutare* permutantur a librariis, v. *Muto.*

¶ Mōtans, *tis*. Virg. ecl. 5, 5 *Sub incertas zephyris motantibus umbras, &c.*

¶ Mōtātus, *a, um*, fortgeſchoben; ut, *Motatus uterus*, ſcil. viperæ, Prudent. Hamart. v. 596.

¶ Motatio, *ōnis*, f. motio, die bewegung. Tertull. de Anima c. 45 *Perpetuitas motationis.*

¶ Mōtāmen, *ĭnis*, n. idem. Paulinus Petroc. 5, 681 *Motamine cauda.*

¶ Motator, *ōris*, m. qui movet. Tertull. ad Nation. 2, 3 *Per se moventur* (animalia,) *nullo extrinseco apparente motatore.* Et ibidem: *Motator cœlestium rerum.* Item Arnobius 3 p. 118 *Neptunus tremebundi motator sali.* Et rurſus Tertull de Anima c. 12 pr. *Qui universa statis metatoribus animum decernunt.*

¶ Mōtābilis, *e*, beweglich, Vulg. Interpr. Gen. c. 1, 21.

¶ Mōtito, *are*, aliud frequentat. Gell 9, 6 *Legu, lectus, lectito*; *ungo, unctus, unctito*; *moveo, motus, motito &c.*

¶ Möbi-

¶ Mōbilis, quod facile movetur, beweglich; ut, *Lubrici & mobiles oculi* Cic. Nat. D. 2, 57. *Mobili esse animo*, einen unbeſtändigen ſinn haben, Merellus Cic. fam. 5, 1. *Mobile ingenium*, Liv. 2, 37. Claudianus 4 Conſul. Hon. v. 301 *Mobile mutatur ſemper cum principe vulgus.* Cicer. Nat. D. 2, 11 *Mundi fervor pellucidior, mobiliorque multo.* Et mox: *Acerrimo & mobiliſſimo ardore teneri.* Liv. 6, 6 pr. *Populus mobilior ad cupiditatem.* Gell. 15, 22 extr. *Quamquam id genus hominum eſſet mobiliſſimum*, hoc eſt, inconſtans & ad novandas res proclive. Et Tac. Hiſt. 1, 24, 2 *Mobiliſſimus quisque ingenio*, ¶ 2. Aliquando tamen *mobilis animus* etiam in bonam partem dicitur, & tardo ſtupidoque opponitur. Vitruv. 5, 7 *Architectus erit uſu peritus: præterea ingenio mobili, ſolertiaque non fuerit viduatus.* Horat. de Arte poët. v. 256 & 259 *Spondeos ſtabiles* oppoſuit *Mobilibus trimetris*, id eſt, lambis ac pedibus, qui ſyllabas breves habent, adeoque miram celeritatem in ſe continent. v. Victorius ad Cic. fam. 5, 2. Corrupte ergo *Nobilibus* ibi legitur.

¶ Mōbiliter, adverb. beweglich. Cic. de Nat. 2, 9 *Animadverſum ſæpe eſt, cum cor animantis alicujus evulſum ita mobiliter palpitaret, ut imitaretur igneam celeritatem.* Cæſ. de B. Gall. 3, 10 *Cum intelligeret, omnes fere Gallos novis rebus ſtudere, & ad bellum mobiliter celeriterque excitari.*

¶ Mōbilitas, *ātis*, f. die beweglichkeit; ut, *Celerrima mobilitate ſunt ſidera*, Cic. de Nat. D. 2, 15. Et, *Mobilitas linguæ*, eine geſchwinde zunge, Idem de Orat. 1, 28. *Fama viget mobilitate*, Virg. Æn. 4, 175. Item: *Quid eſt inconſtantiâ ac mobilitate turpius?* Cic. Phil. 7, 3. *Mobilitas fortunæ*, Nepos 10, 6, 1 inconſtantia, varietas. ¶ 2. Sequiori ætate *mobilitas* tribuitur his, qui ſubita vi irruunt in hoſtes. Claudia. 1 in Rufi. 330 de Hunnis, *Acerrima nullo Ordine mobilitas inſperatique recurſus.* Vid. Burm. ad Rutil. itin. 1, 76.

¶ Mōbilīto, *are*, promovere, reae machen, apud Lucret. legitur lib. 3 v. 249 *Inde aër, inde omnia mobilitantur.* Et Cæcilius apud Nonium 4, 300 *Lætitia me mobilitat.*

Compoſita:

¶ Admŏveo, *mōvi, motum, ēre*, hinzurücken, hinzuthun, anwenden; ut, *Aurem admovere*, zuhören, Cic. de Orat. 2, 36; & Sen. epiſt. 10. Cic. Agrar. 1, 4 *Admovent manus vectigalibus Populi Rom.* ſie legen die hände an, greiffen darnach, i. e. invadunt, trahere ad ſe volunt. Sed Ovid. Met. 10, 254 de Pygmalione, *Sæpe manus operi tentantes admovet, an ſit Corpus, an illud ebur*, i. e. tangit, palpat, explorandi cauſa, er befühlet das bild. *Quaſi faces doloris alicui admovere*, Cic. Tuſc. 2, 25 extr. a torturæ inſtrumentis translatum. *Admovere quem in convivium: ad aleæ luſum*, Suet. Claudio c. 39, einen darzu nehmen, mit ihm ſpielen. *Stimulos admovere alicui*, i. e. ſtimulare aliquem, Cic. pro Sext. c. 5. *Vim admovere*, nöthigen, Celſus 7, 26. *Preces admovere*, bitten, Ovid. ex Ponto 3, 7, 36. Val. Flacc. 3, 502 *Aciemque admoverit orbi.* ¶ 2. *Admovere* & *Amovere* a librariis confundi, notat Rob. Titius ad Calp. Ecl. 5, 44. Modius Novant. Ep. 17.

¶ Admōtus, *a, um*, angewandt, angelegt. Cic. pro Cluent. c. 13 *Tam juam aliqua machina admota capere & expugnare.* Idem de Orat. 2, 45 *Nulla materies, niſi admoto igni ignem concipere poteſt.* Curt. 6, 11, 11 *Tormentis admotis expreſſere.* Idem 9, 2, 7 *In propiorem amicitiæ locum admotus.*

¶ Admōtus, *ūs*, m. ſubſt. Plin. 24, 11 pr. *Arundo* (Iudææ odorata) *ciet menſtrua admotu* (*Admota* alii legunt.)

¶ Admotio, *ōnis*, f. idem. Cic. Nat. D. 2, 60 *Ad nervorum eliciendos ſonos, ac tibiarum, aptæ manus admotione digitorum.*

¶ Subadmoveo, *ēre*, ſenſim admovere, quod verbum per pleonaſmum adjecit Columella 6, 36, 4 de admiſſione maris ad feminam pecudem.

¶ Amŏveo, *ēre*, compoſitum contrarium, abſchaffen, abthun, wegräumen; ut, *Amovere ex aliquo loco ſaxum, lignum, &c.* Ter. Adelph. 4, 2, 14 *Age, tamen ego hæc amovebo*, ich will ihn doch hinweg ſchaffen. *Amovere metum, opinionem*, Idem Andr. 1, 2, 10; & 3, 2, 30. *Amovere a ſe culpam*, Liv. 4, 42, ablehnen, von ſich weltzen. Cic. de Aruſp. reſp. c. 20 *Quæſtorem a ſua frumentaria procuratione Senatus amovit*, einen abſetzen.

¶ Amōtus, *a, um*, benſeit geſchafft, hinweggethan. Propert. 1, 11, 15 *Amoto labi cuſtode.* Horat. 1 ſat. 1, 27 *Amoto quæramus ſeria ludo.* In furtis quoque locum habet. Ita enim Horatius 1 ode 10, 10 *Boves per dolum amotas* dixit, entwandt. Idque verecunde: ne Deum (de Mercurio enim loquitur,) furti reum videretur agere. Eodem ὑπολήψει filius familias, ſi quid patri furripit, non *furari*, ſed amovere in Iure dicitur, quod ad Horatium Rutgerſius obſervat, entwenden.

¶ Amōtio, *ōnis*, f. die abwendung, vertreibung; ut, *Amotio doloris*, Cic. de Finib. 2, 3.

¶ Commŏveo, *ēre*, bewegen, erregen; ut, *Animum cujuſpiam, aut oculos commovere*, Cic. Verr. 2, 34. *Exſpectationem ſui commovere*, Idem Att. 1, 4 pr. *Diſcendi aut ſcribendi ſtudium commovere*, Idem Nat. D. 1, 4. *Invidiam, miſericordiam, miſerationem, iracundiam, odium, ſuſpicionem in aliquem, tumultum, bellum commovere*, Cicero paſſim. *Miſeriis ac periculis alicujus commoveri*, Idem pro Fontejo c. 16, ſich laſſen zu hertzen gehen. *Commoveri miſericordiâ*, Idem. *Nec me Theſſalonicâ commovi*, aufbrechen, Cic. Att. 3, 13. Idem de Orat. 2, 44 *Facilius eſt currentem (ut ajunt) incitare, quam commovere languentem*, einen lauten auf die beine bringen. *In aliquâ commoveri*, in eine verliebt werden. Ter. Eun. 3, 5, 19. Cic. fam. 5, 20 pr. *Mei commodi cauſa commovere me noluiſti*, h. e. moleſtiam mihi tua ſalutatione & congreſſione objicere; ſed al. *convenire* habent.

¶ Commotus, *a, um*, bewegt; ut, *Graviter commotus*, i. e. iratus, ertzürnt, Virg. 4 n. 1, 126 *Commotus impetu*, qui facile movetur, *iraſci ceter.* (ut Horatius 1 epiſt. 20, 25 loquitur,) apud Tacitum Ann. 6, 45 extr der leicht aufzubringen. Compar. Cic. de Divinat. 1, 37 *Poteſne ullo eſſe vehementi, & gravi, & copioſa, niſi eſt animus ipſe commotior?* Liv. 6, 14 *Addita alia commotioris ad omnia turbanda conſilii res.*

¶ Commotio, *ōnis*, f. die bewegung. Cic. Tuſc. Q. 3, 4 *Quid? tibi omnisne animi commotio videtur inſania?* Plur. *Commotiones* eſt Lactant. 6, 15, 9 & 7, 10, 2.

¶ Commotiuncula, *æ*, f. diminut. Cic. Att. 12, 11 *Atticæ hilaritatem libenter audio: commotiunculis* συμπάσχω, ein kleiner anfall der krancheit. *Tentationem* vocat Att. 10, 17 de quo ſ. l.

¶ Commotaculum, *i*, n. virga, qua flamines, pergentes ad ſacrificium, homines a ſe amovebant. Sic Scaliger legit apud Feſtum, Al. *Commentaculum.*

¶ Commōto, *are*, frequent. ſtarck bewegen. Octav. Horat. 1, 8 *Aſſidue commotave.*

¶ Commobilis, *e*, active, commovendi vim habens. Cæl. Aurel. Acut. 2, 9, 48 *Lux commobilis corporis*, i. e. facile commovens corpus.

¶ Incommōtus, *a, um*, unbewegt; unde

¶ Incommote, adverb. idem. Iuſtinian. Cod. 1, 1 epiſt. præf. *Status incommote permanet.*

¶ Incommobilitas, *ātis*, f. die unbeweglichkeit. Apul. de Philoſophia n. 68 *Iracundiæ comitatum ſequuntur indignatio & incommobilitas.*

¶ Præcommoveo, *ēre*, vorher bewegen, Seneca alicubi dixit.

¶ Demŏveo, *ēre*, de loco movere, abrücken, abwenden. Ter. Adelph. 1, 16 *Cave nunc jam oculos a meis oculis quoquam demoveas tuos*, daß du deine augen von meinem geſicht verwendeſt. *Demoveri & depelli de loco*, Cic. pro Cæcin. c. 17. Et Tac. Ann. 6, 30, 1 *In inſulas demoti ſunt*, h. e. relegati. v. *Dimovere.*

¶ Demōtus, *a, um*, verrückt, abgetrieben. Liv. 6, 32 *Quantum Romana ſe invexit acies, tantum hoſtes gradu demoti*, id eſt, pulſi de loco & ſtatione.

¶ Dimŏveo, *ēre*, idem ferme, aut potius in diverſa movere, verwenden, verrücken; ut, *Aretro terram dimovere*, Virg. Georg. 2, 513. Inculcat hanc diſtinctionem Burm. ad Quint. 7, 3 p. 618. Ex illius igitur mente potius ad *Demovere* pertinebunt. v. g. Cic. Paradoxo 1 extr. *Voluptas mentem ex ſua ſede & ſtatu dimovet.* Et pro Domo c. 26 *Labem a repubi. dimovere*, abſchaffen, abweiſen. & Liv. 9, 29 *Sacra ſtatu ſuo dimovere.*

¶ Dimōtus, *a, um*, verkehret, verrücket; ut, *Dimota a centro ſuo tellus*, Plin. 36, 10. Sed hic etiam malit Burm. *Demotus.* Huc omnino pertinet *Dimotis omnibus*, Tac. Hiſt. 2, 49, 1.

¶ Dimotio, *ōnis*, f. dimovendi actus, apud Hieronymum.

¶ Exmoveo, *ēre*, heraus ſtoſſen, vertreiben. Plaut. Truc. 1, 1, 59 *Suum nomen omne ex pectore exmovit meo.* Vſitatius eſt

¶ Emŏveo, *ēre*, idem. *Plebem de medio emovere*, Liv. 6, 38. Et, *Multitudinem e foro emovere*, Idem 25, 1. Val. Max. 2, 4, 5 *Pertinaci ſpiritu flammam emovere*, feuer anblaſen, aufblaſen.

¶ Emōtus, *a, um*, hinausgetrieben, ausgehoben. Virg. Æn. 6, 382 *Curæ emotæ.* Idem Æn. 2, 493 *Emoti cardine poſtes.* Et ibid. v. 610 *Emota fundamenta quatit.*

¶ Emotio, *onis*, f. ICt. in Dig.

¶ Immōtus, *a, um*, quod non movetur, unbewegt, feſt, ſtandhafftig. *Mens immota manet*, Virg. Æn. 4, 449. Et ibid. v. 15 *Si mihi non animo fixum immotumque maneret.* Tacitus Hiſt. 1, 86, 2 *Immotum diem* eum dixit, quo venti nulli ſpirant, ein ſtiller tag.

¶ Immōbilis, *e*, idem. *Immobilibus oculis contueri ſolem*, Plin. 7, 2 *Immobilior ſcopulis*, Ovid. Met. 13, 802.

¶ Immobilitas, *ātis*, f. die unbeweglichkeit. Apulej. in Trismegiſt. p. 95 *Deum agitari credibile eſt in ſeipſum eadem immobilitate ſtabilitatis.* Lactant. 6, 17 *Qui immobilitatem animi aſſerunt, privare animum vita volant, quia vita actuoſa eſt, mors quieta.* Arnob. 1 p. 26 de Chriſti miraculo: *Articuli immobilitates jam ingenitas explicabant.* Adde Iuſtin. 36, 3, 6.

¶ Intermoveo, *ere.* Symmach. 8, 68 (al. 69) *Ruſticari te aſſeris, & ducendis vitibus aut arboribus inſerendis crudam ſenectutem fovere. Non hoc literæ tuæ ſapiunt -- Alios ſulcos ſtilo intermoves, alios ordines pangis*, q. d. ſulcos interpoſito ſtilo moliris.

¶ Obmoveo, *ēre*, pro *admovere*, apud Feſtum, anrücken, vorhalten. Cato R. R. c. 134 *Hoc fertilo obmovendo bonas preces precor.* Laudant etiam Ennium. conf. Falſteri Suppl. L. L. hac voce.

¶ Permŏveo, *ēre*, bewegen. Cic. in Orat. c. 38 *Miſerationem mens judicum permovenda eſt.* ibid. c. 28 *Permovere animos.*

¶ Permōtus, *a, um*, bewogen; ut, *Tumultu permoti*, Nepos 1, 4, 3, conf. 18, 6, 2. Sic, *Permotus metu*, Cic. pro Cæcin. c. 17. Item, *Iracundiâ, dolore, lacrymis, &c.* v. Stat. Theb. 12, 589.

¶ Permōtio, *ōnis*, f. die bewegung, erſchütterung. Cic. de Orat. 2, 53 extr. *Quæ aut conciliationis cauſſi leniter, aut permotionis vehementer aguntur.* Hic affectuum ſignificat concitationem. ¶ 2. *Permotio mentis* etiam raprus fatidicorum dicitur. Cic. de Divinat. 1, 40 *Priamus Helenum filium & Caſſandram filiam divinantes habebat, alterum auguriis, alterum mentis incitatione & permotione divina.*

¶ Permōto, *are*, idem quod *permovere.* Commodian. Inſtruct. 12 *Vino permotati honorem illi* (Baccho) *dedere.*

¶ Præmoveo, *ēre*, vorher bewegen. Cæl. Aurel. Tard. 1, 5, 168 *Quoties partes longe remotæ præmoventur, &c.*

¶ Præmotus, *a, um*, vorher bewegt. Idem Cæl. Aur. Tard. 2, 1, 46 *Præmotis vel exercitis conſilium dabimus.*

¶ Prōmŏveo, *ēre*, fort oder weiter bringen, heben, rücken, vorſchub thun. Ter. Eun. 5, 3, 3 *Move vero ocius te nutrix. Moveo. Video, ſed nihil promoves*, du kömmſt aber nicht vom fleck. Idem Andr. 4, 2, 28 *Quantum huic promoveo nuptias*, id eſt, produco, protraho, ne fiant, aufſchieben, aufhalten. Quintil. 2, 13 *Cornua aciei utrinque promovere*, id eſt, extendere, zu beyden ſeiten weiter ausſtrecken, erweitern. Sic, *Promovere mœnia*, Sueton. dixit Ner. c. 16. Et Ovid. Amor. 2, 9, 17 *Roma niſi immenſum vires promoſſet in orbem.* Virg. Æn. 10, 195 *Remit*

mis Centaurum (navem) *promovet*. Ter. Hec. 4, 4, 18 *Abibo hinc, præsens: quando promoveo parum*, hoc eſt, proficio, dieweil ich wenig ausrichte. Idem Andr. 4, 1, 16 *Nihil promoveris*, id eſt, proficies. Apul. Apol. *Sed nihil ab eloquentia metuunt, quam, ſi quid omnino promovi, potius ſpero, quam præſto.* Idem in Floridis: *Quod quis videbatur paullo largius in arte promoviſſe.* Gell. 5, 10 *Cum in ſtudio facundiæ abunde promoviſſet.* ¶ 2. *Promovere quem in ampliorem gradum*, id eſt, provehere, befördern, Suet. Othone c. 1.

¶ Promōtus, *a*, *um*, fortgebracht, befördert; ut, *Claſſis promota*, Stat. Achill. 1, 444. *Promota & remota*, Cicero de Fin. 3, 16. Livius 8, 38 *Neque ſigna loco promota. Promotus ad ampliſſimas procurationes*, Plinius 7 epiſt. 31.

¶ Promotus, *ûs*, ſubſt. der fortgang, die beförderung. Tertullian. de Coron. Mil. c. 3 *Ad omnem progreſſum atque promotum.*

¶ Promotio, *ōnis*, f. idem. Iul. Firmicus 3, 7, 5 de certo ſtellarum poſitu: *Argumenta vitæ promotionesque, ſed cum maxima largitur infamia:* & n. 9 *Promotionibus adornantur, & ex his rebus augmenta patrimonii conſequuntur.* Vtuntur hoc nomine etiam Aſcon. in Verr. de Præt. Vrb. & Lamprid. in Anton. Diad. c. 2.

¶ Promōtor, *ōris*, m. patronus, ein beförderer. Ammian. 21, 1 *Nullo arbitrio ejus promotorum ſuſcepto præter Nebridium.*

¶ Remŏveo, *ēre*, hinweg thun, abſchaffen. *Oculos removere & ſe totum avertere*, Cicero pro Balb. c. 5, die augen hinweg wenden, wegſehen. Idem fam. 16, 12 *Accipimus conditiones, ſed ita, ut removeat præſidia ex his locis, quæ occupavit.* Et, *Removere de medio*, Cicero pro Roſc. Am. c. 8 extr. Item, *Suſpicionem a ſe removere*, de Leg. Agrar. 2, 8, von ſich ablehnen. *A negotiis publicis ſe removere*, ſich deren entziehen, Idem Off. 1, 20. Sic, *Removere ſe ab alicujus amicitia*, Idem de Amic. c. 12. *A republ. aliquem removere*, Cæſ. B. Civ. 3, 31, einen abſetzen.

¶ Remŏvens, *tis*. Ovid. Met. 6, 439 *Cura removente ſoporem.*

¶ Remōtus, *a, um*, remotior, remotiſſimus, qui longius abeſt, entfernt. *Apulia ab impetu belli remotiſſima*, Cicero Att. 8, 3. *A vulgari intelligentia remotiora ſunt.* Idem de Invent. 2, 22. Et, *Sermo a forenſi ſtrepitu remotiſſimus*, in Orat. c. 9 extr. Sic apud eumdem fam. 15, 4 *Remotus ab inani laude & ſermonibus vulgi*, i. e. vel abhorrens, vel alienus, vel nihili faciens. *Procul remotus ab officio*, Idem de Invent. 1, 6. Et, *Remoti ab injuriis magiſtratuum*, Idem Verr. 4, 66. *Remoto joco*, ohne ſcherz, Idem fam. 7, 11.

¶ Remote, adverb. weit davon, entfernt. Compar. eſt Ciceron. de Nat. D. 1, 31 de ſtellis erraticis: *Aliæ propius a terris, aliæ remotius eadem ſpatia conficiunt.* Superl. *remotiſſime* apud Auguſtinum eſt de Trinit. 12, 5.

¶ Remotio, *ōnis*, f. die entfernung, wegräumung; ut, *Remotio criminis*, die ablehnung, Cicero de Invent. 2, 29, qui definit, *cum ejus intentio facti, quod ab adverſario infertur, in alium aut in aliud dimovetur.* Prop. *Remotio brachii* laudatur ex ad Her. 4.

¶ Irremotus, *a, um*, unentfernt. Prudent. Periſt. 5, 407 *Huc munus implet ſedule; Et irremotus excubat*, al. *irretortus.* Proſper; *Comes irremota rerum.*

¶ Sēmŏveo, *ēre*, removere, bey ſeit ſchaffen, abſondern. Cicero de Orat. 3, 5 *Neque res lumen habere poſſunt, ſi verba ſemoveris.* Idem de Aruſp. reſp. c. 12 extr. *Qui antea voce præconis a liberis ſemovebantur.* Adde Ter. Andr. 1, 5, 51; & Ovid. Triſt. 5, 7, 66, ubi alii *Submoveo*; nonnulli etiam Dimoveo.

¶ Semōtus, *a, um*, abgeſondert, weit davon; ut, *A curis ſemotus*, Lucret. 1, 46. Et, *Arcana ſemotæ dictionis*, Dialog. de Orat. c. 2, heimliche geſpräche. Compar. *Nihil a ſapientis ratione ſemotius*, Lactant. 5, 15.

¶ Semote, adverb. abſonderlich, beſonders. Plinius Valerian. 3, 4 *Terere ſemote.*

¶ Submŏveo, vel Summoveo, *ēre*, aus dem wege ſchaffen: item, bey ſeit ſchaffen. *I lictor, ſubmove turbam*, Livius 48. Hoc proprie verbo lictorum illud munus appellatum fuit, qui utebantur formula hac, *ſi vobis videtur, diſcedite, Quirites* apud Livium 2, 56 extr. Idem Livius 45, 7 *Donec conſul lictores miſiſſet, qui ſubmovendo iter ad prætorium facerent.* Vnde Horat. 2 oda 16, 9 *Conſularis ſubmovet lictor.* Plinius Paneg. Trajani c. 76 *Nemo ſubmovebatur.* Vide integrum locum. Omnium autem elegantiſſime Seneca epiſt. 94 ad mores & vitia transtulit: *Non eſt*, inquit, *quod feliciorem eum judices, cui ſubmovetur, quam quem lictor ſemita dejicit. Si vis exercere tibi utile, nulli autem grave imperium*, SVBMOVE *vitia.* Sic, *Arcere & ſubmovere*, Plinius Paneg. c. 35. *Submovere inſidias*, Propert. 1, 20, 30. Et, *A conſulatu aliquem ſubmovere*, abſetzen oder nicht zulaſſen. Sic

¶ Submovens, *tis*. Livius 4, 50 *Cum ſummoventes lictores vexarent turbam.*

¶ Submōtus, vel Summotus, *a, um*, abgeſetzt, weggeſchafft. Plin. 2 epiſt. 12 *Submotus a proconſulatu, quia ſe in legatione turpiter geſſerat.* Et Vellej. 2, 68, 2 *Submotus a republica.* Nep. 6, 4, 3 *Submoto Lyſandro*, i. e. ſecedere juſſo, da er einen abtritt nehmen müſſen. Livius 25, 3 extr. *Vacuus ſubmoto locus*, vel *in ſubmoto*, i. e. locus, qui inter Tribunos rogantes, & inter plebem lictoris officio factus erat vacuus.

¶ Submotus, *ûs*, m. Plin. 8, 46 f. 71 *Apis incedit ſubmotu lictorum*, es wird ihm platz gemacht. Al. *Submoto.*

¶ Submōtor, *ōris*, qui ſubmovet; ut, *Submotor aditûs*, i. e. lictor, apud Livium 45, 29 pr.

¶ Transmŏveo, *ēre*, transferre, fort bewegen, fortſetzen. Ter. Eun. 3, 1, 9 *Labore alieno magno partam gloriam verbis ſæpe in ſe transmovet.* Tertull. adv. Valent. c. 3 *A domeſtico principatu ad incognitum transmovere.*

¶ Transmotio, *onis*, f. wegwendung, verweiſung auf etwas anders. Mart. Capella 5 p. 172 *Metathesis eſt transmotio, cum rem a nobis alio transmovemus.*

MOX, adv. ſtatim, bald, alsbald. *Mox ego huc revertor*, Ter. Andr. 3, 2, 5 *Expecto, quam mox veniat, qui adimat hanc mihi conſuetudinem*, wie bald, Ter. Phor. 1, 3, 9. ¶ 2. Aliquando idem ac *deinde*, nachmals, hernach. Non enim continuatam modo temporis ſucceſſionem, ſed & ordinem qualemcunque ſignificat: Auctor Panegyrici ad Conſtantin. c. 18 *Sanctæ Tiburis quondam hoſpitis monitor Æneæ, mox Romuli conſervator expoſiti: Mox*, i. e. deinde. Nam inter Æneam & Romulum quatuor fere ſecula intercеſſerunt. Florus 3, 19, 2 poſtquam de ſervili tumultu, quem Appius Herdonius Sabinus anno urbis conditæ CCXCIV concitavit, expoſuiſſet, ſubjungit; *Mox imperio per diverſa terrarum occupato, quis crederet, Siciliam multo cumulatius ſervili, quam Punico bello, eſſe vaſtatam.* Acqui Punicum, de quo loquitur, bellum A. V. CCCCXIIX cœpit. Ergo *Mox* pro *deinde* poſuit. Vſus ita particula hac Sueton. etiam eſt Cæſ. c. 1; Aug. c. 47; Ner. c. 6; item Othone c. 10; & Tac. de German. c. 34 in fin. Et Plin. 36, 8 *Probatiſſimus in Carmania: mox in India.* Loquitur de *Alabaſtrite* lapide. Et optimum eſſe, qui in Carmania naſcitur, ſignificat: deinde, quem India mittit. Etiam localiter: Plin. 6, 29 *Mox oppidum parvum eſt.* Eleganter quoque cum *Deinde* conjungi poteſt. Tibull. 1, 7, 35 *Mox deinde recurrit.*

MOZĬCA, *æ*, f. quaſi *Modica*, genus parvi repoſitorii, Iſidor. 20, 9.

MV, ſive Mut, Mŭ, interjectio, inde *mutire & muſſare.* Varro de L. L. 6, 5 *Muſſare dictum, quod muti non amplius quam mu dicunt: a quo idem* (Ennius) *dicit:* Quod minimum eſt, neque ut ajunt, *mu* facere audet. Apulejus in proverbiis, ut Soſipater Chariſius citat, *mut non facere audet*, er muchet nicht. Lucilius apud eumdem Charif. *Nec laudare hominem quemdam, nec mu facere unquam.* Scalig. in Conject. notat *mu* canum eſſe, unde dicuntur *mutire:* ſicut γρῦ porcorum, unde *Grunnire.* conf. Parei Lex. Crit. p. 757; & Turneb. Adverſ. 23, 11.

Muccedo, muccinium, mucculentus, muccus, vide *Mucus.*

MŪCEO, *ēre*, ſchimmlicht ſeyn, verſchimmeln. Voſſius derivat ab hebræo מק, *tabeſcere, corrumpi.* Cato de R. R. c. 148 *Vinum neque aceat, neque muceat*, er ſoll weder ſauer, noch kahnicht ſeyn.

¶ Muceſco, *ēre*, mucidum reddi, kahnicht oder zu eßig werden. Plinius 14, 20 *Proprium eſt vino, muceſcere, aut in acetum verti.*

¶ Mūcĭdus, *a, um*, adjectiv. ſchmutzig, verlegen, ſchimmlicht, beſchlagen. Iuvenal. ſat. 5, 69 *Solidæ jam mucida fruſta farinæ.* conf. ſat. 14, 128. *Vinum mucidum*, kahnichter wein, Mart. 8 epigr. 6. *Mucidus ſenex*, Plaut. Mil. 5, 1, 51.

¶ Mucĭdo, *are*, mucidum reddere, Cathol.

¶ Mūcor, *ōris*, m. lanugo, quæ ſitu diutino contrahitur, der ſchimmel. *Situ penora mucorem contrahunt*, wird ſchimmlicht, Colum. 12, 4. Eſt & *Mucor vini*, l. 4 §. 1 Dig. de peric. & commodo rei vend. kahn.

¶ Emūcĭdus, *a, um*, verdorben, verſchimmelt. Varro de R. R. 1, 31 *Emucidum ramentum* dixit. Plinius 17, 22 etiam *vitem emucidam* legunt, ſed *ejunctam* Harduin. cujus emendationem conſulere non pigebit.

Mucoſus, quære in *Mucus*, Muchula, *Mucula.*

MVCRO, *ōnis*, m. cuſpis & acumen enſis ac telorum, die ſpitze eines meſſers, degens; ut, *Mucro falcis*, de quo Colum. 4, 25, & per ſynecdochen ipſe gladius, der degen. Cicero Catil. 3, 1 *Gladios in rempubl. diſtrictos retudimus, mucronesque eorum a jugulis noſtris rejecimus.* Id. Phil. 14, 3 *Mucrones in cive aut hoſte figere.* Idem, *Mucronem defenſionis*, per metaphoram dixit, das ſchärffſte in der verantwortung, pro Cæcin. c. 29. Sic *Ardeſcere mucro* dicitur, qui ſumme acutus. vide in *Ardeo.* ¶ 2. *Mucrones*, quarumvis rerum ſummitates; ut, *Mucrones herbarum*, die wippel. Virg. Æn. 12, 663 *Strictisque ſeges mucronibus horret.*

¶ Mucrōnātus, *a, um*, ſpitzig, zugeſpitzt; ut, *Mucronata folia*, i. e. mucronum ſimilia, Plinius 25, 13. Et, *Xiphias piſcis roſtro mucronato*, Id. 32, 2.

MŪCŪLA, *æ*, f. Perſarum linguâ appellatur gemma, cordis colorem habens, Plin. 37, 10. Alii legunt *Muchula.*

MŪCVS, ſeu Muccus, *i*, m. κόρυζα, vel μύξα, a μύσσω, unde veterum *Mugo* pro *mungo*, & *Mucus*, narium pituita, der rotz. Catullus Carm. 23, 16 *A te ſudor abeſt, abeſt ſaliva, Mucusque & mala pituita naſi.* Celſus fere in plurali numero uſus eſt, ut lib. 4, 18 *Deſcendunt autem pituitæ mucisque ſimilia.* Iuvenal. ſat. 10, 199 *Madidi naſi infantiam* hoc vitium vocat.

¶ Muccēdo, *ĭnis*, f. idem. Apulej. Apul. p. 496 *Enimvero ſi pernicioſa illa muccedo intus cohibita, & bili atra ſociata venis omnibus furens pervaſit.*

¶ Mucōſus, vel Muccoſus, *a, um*, rotzig, eitricht; ut, *Mucoſa ventris proluvies*, Colum. 6, 7. Et, *Exulceratio muccoſa*, Celſus 5, 28. Apud Feſtum *Muger muccoſus* eſt.

¶ Mucculentus, *a, um*, idem; ut, *Mumctiones mucculentæ*, Arnobius 2 p. 107. Et, *Mucculenti nares*, Prudent. Periſt. 2, 282.

¶ Muccinium, *i*, n. linteum eſt, quo exceptatur naſi muccus, ein ſchnupftuch. Arnobius 2 p. 56 *Indicet, in quos habitus veſtis ſtragula facta ſit, mitra, ſtrophium, faſcia, pulvinus, muccinium*, &c. Add. Turneb. Adverſ. 15, 14.

¶ Muco, *ōnis*, m. μύξων ſive μύξωος, piſcis eſt ex mugilum genere, Gazæ.

MŪGIL, & Mugilis, *is*, m. piſcis plurimorum generum & nominum, *marinus* alius, *fluviatilis* alius. Mugilum marinorum hæ ſunt ſpecies: *Capito* κέφαλος, ein alet, harderen. *Ceſtreus*, Cephalo ſimilis, ſed capite minore. Hoc piſcis genus in puniendis mœchis, cum deprehendebantur, adhiberi ſolebat. Iuvenalis 15, 317 *Quosdam mœchos & mugilis intrat.* Vbi vetus Scholiaſtes: MVGILIS *piſcis grandis capitis, poſtremis exilis: qui in podicem mœchorum immitti ſolebat.* Huc reſpexit Catullus epigr. 15 extr. *Quem attractis pedibus, patenti porta Percurrent raphanique mugilesque.*

¶ Mugilo, *are*, de onagris dicitur, ſchreyen wie ein waldeſel. Ita habet Auctor Philomelæ apud Schottum Obſerv. Hum. 2, 52 p. 100 *Et mugilant onagri:* ubi alii habent *Et celer hinnit equus.*

MVGĬNOR, *ari*, verbum vetus, secundum Festum est nugari & quasi tarde conari. Apud Nonium 2, 543 qui per *murmurare* explicat, Lucilius: *Muginamur, molimur, subducimur.* Cic. Att. 16 epist. 12 *De ocella, dum tu muginaris, neque mihi rescribis, cepi consilium domesticum*, indem du langſam mit der ſachen umgehеſt. vid. P. Crinit. d. H. D. 18, 5.

¶ Muginator, *oris*, & Muginabundus, pro meditabundo, in Fragm. poët.

MVGIO, *ivi, itum, mugīre*, verbum factitium a ſono boum, brüllen, brummen. Livius 1, 7 *Cum æstæ boves ad desiderium relictarum mugissent.* Propert. 2, 28, 17 de Io in vaccam versa: *Primos mugiverat annos.* Et 3, 12, 29 *Mugisse juvencos.* Et Autor Philom. v. 54 *Ast taurus mugit.* conf. Spartian. in Ant. Geta c. 5. ¶ 2. Transfertur hinc eleganter ad terræ motum, qui cum mugiente ſono ſolet fieri. Virg. Æn. 4, 490 *Mugire videbis Sub pedibus terram.* de vento Mart. 1, 50. Treb. Pollio Gallienis c. 5 *Auditum tonitruum terra mugiente, non Iove tonante; quo motu multæ fabricæ devoratæ cum habitatoribus.* De fluviis Stat. Theb. 7, 419 *Mugire potentem Inachon agricolæ narrant.* Val. Flacc. 2, 418 *Monstriferi mugire sinus.* v. Burm.

¶ Mugiens, *tis.* Horat. epod. 2, 13 *Mugientium errantes greges.* Catull. 64, 82 *Cuncta mugienti fremitu loca retonent.* Quintil. 12, 10 M *litera mugiens.*

¶ Mugitus, *ûs*, m. ſubſt. das gebrülle. *Mugitus boum*, Virg. Georg. 2, 470. *Mugitibus agros implere*, Idem ecl. 6, 48. Suet. Galba c. 18 *Urbem & palatium ingressum excepit terræ tremor, & assimilis quidam mugitui sonus.* ¶ 2. *Mugitus edere*, Ovid. Met. 1, 637 *Fremitus & mugitus terræ*, Cicero de Divinat. 1, 18, nempe ad omnem amplisſimum ſonum ducitur. vid. Barth. ad Stat. Silv. p. 35.

¶ Mugitor, *ōris*, m. i. e. mugiens, ein brüller. Val. Flacc. 3, 208 *Magis ut mugitor anhelat Vesuvius.*

¶ Mūgōnia, *æ*, f. porta Romæ a *mugitu*, quod per eam venale pecus intraret; vel a *Mugio* quodam, qui eidem tuendæ præfuit, & a frequenti murmuratione ſic dictus eſt. vid. Feſtus.

Compoſita:

¶ Admūgio, *īre*, anbrüllen, zubrüllen. Ovid. de Arte am. 1, 279 *Mollibus in pratis admugit fœmina tauro.*

¶ Demugio, *īre*, brüllen. Translate Ovid. Met. 11, 375 *Demugitæque paludes:* i. e. mugitu boum reſonantes.

¶ Emūgio, *īre*, cum mugitu proferre, herausbrüllen. Quintil. 2, 12 *Clamant ubique, & omnia, levata manu, emugiunt.*

¶ Immugio, *īre*, erſchallen, brauſen und ſauſen. Virg. Æn. 3, 674 *Curvis immugit Ætna cavernis.* Et, *Mæsto immugit regia luctu.* Id. Æneid. 11, 38. Et Silius 5, 63 *Rauco immugire sono.*

¶ Rēmūgio, *īre*, cum mugitu reſpondere, wiederbrüllen, wiederſchallen. Virg. Georg. 3, 45 *Et vox assensu nemorum ingeminata remugit.*

Mula, mularis, vide *Mulus.*

MVLCEO, *mulsi, mulsum, mulcēre*, eſt mollire, mitigare, lenire, ſchlichten, erquicken, ſtreicheln, zufrieden ſtellen; ab ἀμέλγειν, quia mulcendo lac ex mammis elicitur. v. Gron. ad Plaut. Stich. 3, 2, 19. Plin. 8, 12 de cervis: *Mulcentur fistula pastorali & cantu.* Et, *Mulcere fluctus*, Virg. Æn. 1, 66, ſtillen. *Carmina mulcent mentes*, Ovid. Met. 10, 301. *Dictis mœrentia pectora mulcere*, tröſten, Virg. Æn. 1, 201. *Volucres concentibus aëra mulcent*, machen die luft annehmlich, erfüllen ſie, Ovid Faſt. 1, 155. *Mulceri jure*, i. e. mitigari, beſänfftiget werden, Vellej. 2, 117, 3. *Mulcere laudibus*, liebkoſen, Pacuv. apud Feſtum in *Mulciber.*

¶ Mulcens, *tis.* Virg. Georg. 4, 510 *Mulcens tigres.* Ovid. Heroid. 18, 27 *Videre mulcentem pectora somnum*, ſanfft ſchlaffen. Val. Flacc. 4, 444 *Animam solamine mulcens*, tröſtend.

¶ Mulcebris, *ĭre*, lieblich, ſtreichelnd. Sarisb. 1, 13 *Duæ virtutes ignis; altera edax & peremptoria; altera mulcebris & innexo lumine.* v. Voſſ. de Vit. L. L. 3, 28. Ab hac dictus *Mulciber* Vulcanus.

¶ Mulcēdo, *ĭnis*, f. die lieblichkeit. Boeth. lib. 3 prosa 1 *Iam cantum illa finierat, cum me audiendi avidum stupentemque arrectis auribus carminis mulcedo defixerat.* Sidon. 5 epiſt. 17 *Cultu peracto vigiliarum, quas alternante mulcedine monachi clericique psalmicines concelebraverant.* Gell. 19, 9 *Nullam mulcedinem Veneris neque Musæ habere.*

¶ Mulcetra, *æ*, f. ita Latini etiam vocant heliotropium, die ſonnenblume. v. Apul. de Herb. c. 49.

Compoſita:

¶ Admulceo, *ſi, ſum, ēre*, anſtreicheln. Pallad. Mart. t. 12 *Non a latere, neque a tergo, sed a fronte accedens bubulcus admulceat.*

¶ Circummulceo, *ēre*, beſtreicheln, belecken. Plin. 28, 3 *Circummulcentibus linguis.*

¶ Commulceo, *ēre*, idem quod ſimplex. *Aures commulcere*, Arnob. lib. 1 p. 35. Idem lib. 7 p. 233 *Tibus commulcet ſensum.* Et Gell. 7, 7 *Alicujus sensus honorificis sententiis commulcere.*

¶ Demulceo, *ēre*, delinire, freundlich ſchlichten, liebkoſen. Ter. Heaut. 4, 5, 14 *Non possum pati, quin tibi caput demulceam*, i. e. leniter deſtringam. Id enim fieri ſolet illis, qui placent. Vide ibi Eugraphium. Lactant. de C. D. c. 7. *Aures demulcere*, eſt demittere, quod faciunt placida animalia, Turneb. Adverſ. 21, 22.

¶ Demulctus, *a, um*, begütiget. Gell. 3, 13 *Atque ita motus & demulctus & captus est.*

¶ Permulceo, *ēre*, idem. *Permulcere atque allicere*, Cic. de Orat. 2, 78. Et, *Sonus & numerus permulcent*, Idem in Orat. c. 49, es thut den ohren wohl. *Permulcere iras*, beſänfftigen, Liv. 7, 40. Et 39, 23 *Permulsit iram ejus consul.* Colum. 12, 2 *Permulceri voluptate lætissima*, ergötzet werden. Priſcian. lib. 9 Salluſtii fragmentum ſervavit: *Dein lenitâ jam ira, postero die liberalibus verbis permulti sunt.*

¶ Permulſus, & Permulctus, *a, um*, erquickt, ergötzt. Aut. ad Herenn. 3, 12 *Arteriæ leni voce permulsæ.* Gell. 1, 11 *Permulsi sonis mitioribus.*

¶ Permulſio, *ōnis*, f. Non. 1, 294 *Omnia quæ sunt natura fera, manuum permulsione miteſcunt.*

¶ Præmulceo, *ēre*, &

¶ Promulceo, *ēre*, ſtreicheln. Vtriusque participiis uſus eſt Apulejus 1 Florid. p. 342, & una quidem ſententia: *Crines ejus præmulsis antiis, & promulsis caproneis anteventuli & propenduli.*

¶ Remulceo, *ēre*, wieder ſtillen und ſchlichten. Statius Theb. 8, 93 *Corda stimulata remulcere.* Et Virg. Æn. 11, 812 *Occiso pastore lupus, magnove juvenco Conscius audacis facti, caudamque remulcens, Subjecit pavitantem utero, &c.* id eſt, reflectens, deorſum inter pedes, quod timentis lupi vel canis eſt. vid. Turneb. Adverſ. 21, 22.

MVLCĪBER, *bĕris*, m. quamquam & ſecunda declinatione apud Martianum legitur lib. 6 c. 1 p. 189 *Devorante Mulcibero. Vulcanus* dictus eſt, a *mulcendo*, i. e. *molliendo ferro.* v. Voſſ. 3 Inſtit. Orat. p. 375. Ovid. de arte am. 2, 562 *Mulciberis capti Marsque Venusque dolis.* ¶ 2. *Mulcifer* ſæpe eſt in MSS. vid. Burm. ad Ovid. met. 2, 5.

MVLCO, *are*, zerblauen, abdreſchen, idem quod *Mulceo*, (a quo & eſt, vid. verba Gronovii in *Multa*) ſive *Mollio:* quod male nonnulli cum *multare* confundunt, de quo Voſſius monuit 3 Inſtit. Orat. c. 5 ſect. 8. Iſidorus in Gloſſ. *Mulcat, percutit.* Petron. c. 134 *Harumdinem ab ostio rapuit iterumque nihil respondentem mulcavit.* conf. c. 95. Tac. Ann. 1, 32, 3 *Prostratos verberibus mulcant*, ubi Lipſius ex Cicerone & Livio exempla adducit & illis locis *τὸ multat*, non æque probat. (Vide & infra *Multare* in *Multa.* & Gronov. l. c.) Addimus, hoc verbum, patri ſuffragatam, Terentio reſtituiſſe Daceriam in Notis ad Eunuch. 4, 7, 4, & Adelph. 1, 2, 10. Quod & fecit Taubmannus ad Plauti Moſtell. 4, 2, 23; & Trin. 4, 2, 142. conf. Parei Lex. Crit. p. 757. Drakenb. ad Sil. 10, 463. & quos Dukerus ad Liv. 8, 24 laudat.

¶ Mulcatus, *a, um*, geſchlagen, geſtoſſen. Liv. 3, 11 *Mulcatus nudatusque abibat:* & c. 12 *Alii se suosque mulcatos querentes.* Tac. Ann. 1, 70, 5 *Nudo aut mulcato corpore.* Suet. Cæſ. c. 17 *Male mulcatum & pro Rostris pæne disceptum conjecit in carcerem.* Vbi I. G. Grævii, viri exactiſſimi, annotamentum vide, & Parei Lex. l. c.

¶ Commulco, *are*, abſchmeiſſen, abprügeln. Apulej. Met. 8 *Multinodis commulcare ictibus.* Conf. Gronov. ad Liv. 28, 30.

Demulcare, vid. ſub *Multa.*

Mulcta, mulctare, vide infra *Multa.*

Mulctra, mulctrale, mulctrum, vide ſequens *Mulgeo.*

MVLGEO, *ſi, ctum, ēre*, lac e mammis exprimere, melcken, Græci ἀμέλγειν. *Oves bis mulget in hora*, Virg. eclog. 3, 5. *Quod surgente die mulsere*, Idem Georg. 3, 400. *Mulgere hircos*, de re palam abſurda proverbialiter dictum eſt eadem eclog. 3, 91. Theocritus Idyllio 11, quod Cyclops inſcribitur: Τὰν παρθένων ἀμέλγε, τί τὸν φεύγοντα διώκεις: *Præſentem mulge, quid enim fugientem ſectaris?*

¶ Mulctus, *ûs*, m. das melcken, gemelcke. Varro de R. R. 2, 11 *Lactis discrimina quædam & a pastionibus & a pecudum natura & a mulctu.*

¶ Mulſura, *æ*, f. idem. Calpurn. 5, 38 *Occiduæ mulsura horæ.*

¶ Mulctra, *æ*, f. vas in quo mulſum excipitur, ein melckfaß. Virg. eclog. 3, 30 *Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fœtus.* Vbi Servius: *Et fœmineo genere dicimus*, HÆC MVLCTRA: *in quo mulgetur*; *& Neutro:* HOC MVLCTRALE. *Vnde in Georgicis:* IMPLEBVNT MVLCTRALIA *vaccæ. Alii faciunt discretionem, ut sit* MVLCTRA *tempus, quo mulgentur animalia:* MVLCTRALE *vas, in quod mulgetur.*

¶ Mulctrum, *i*, n. idem; in neutro Horatius dixit epod. 16, 49 *Illic injussæ veniunt ad mulctra capellæ.*

¶ Mulctrāle, *is*, n. idem. Virg. Georg. 3, 177. vid. verba modo, Servio auctore, prodita & explicata in *Mulctra.*

¶ Mulgārius, *a, um*, zum melcken gehörig; ut, *Mulgarium vas*, ein melck-faß, Iſidor. 20, 6. Etiam *Mulgaria* pro *Mulctralia* aliqui legunt apud Virg. l. c.

Compoſita:

Caprimulgus, vide *Caper*, Equimulgus, *Equus.*

¶ Commulgeo, *xi*, mulgendo attraho, ausmelcken, ausſaugen. Lucret. 4, 1203 Creech. & Plantin. *Et commiscendo cum semen forte virile Femina commulxit subita vi corripuitque.* Salmaſ. *vim vicit.* Al. *immulſit* contra legem pedum.

¶ Emulgeo, *ēre*, ausmelcken, Colum. 7, 3. Hinc

¶ Emulſus, *a, um*, ausgemelckt, abgeſogen. Catull. 69, 109 *Ferunt siccari emulsa pingue palude solum.*

¶ Immulgeo, *ēre*, auf etwas oder hinein melcken. Plin. 28 c. 7 *Oculo si immulgeatur.* Laudant Lucret. 4, 1203 *Cum semen virile fœmina immulsit.* Sed vid. *Commulgeo.* Et Virg. Æn. 10, 572 *Nutribat teneris immulgens ubera labris.*

MVLGO, *are*, inuſitatum, apud Plautum legitur in Ciſtellaria, offenbar machen. Incertus & ſuſpectus quidem locus: tamen compoſita huc referre viſum fuit.

¶ Dimulgo, *are*, offenbaren, kund machen. Cic. fam. 6, 12 *Occultius agendum, neque ullo modo dimulgandum*, pro quo legitur *divulgandum.*

¶ Dimulgatio, *onis*, f. in Gloſſ. reperitur.

¶ Dimulgator, *ōris*, m. ICt. in Dig.

¶ Emulgatio, *onis*, f. idem quod *Promulgatio.*

¶ Emulgator, *oris*, m. in Cod.

¶ Promulgo, *avi, atum, are*, quod eſt proponere, palam pronunciare, publicare, kund thun, *quaſi provulgare*, ſecundum Feſtum. *Promulgantur leges, cum in vulgus eduntur*, aeſetze werden ausgeruffen, angeſchlagen. Cic. ad Qu. fratr. 2, 3 *Cato legem promulgavit de imperio Lentuli abrogando.* Idem pro Murena c. 14 *Prælis promulgatis, tollitur e medio sapientia.* Quod ſi ſuſpectum eſt *Mulgare*, quod Plauto quidam tribuunt; alias origines hujus verbi apud Voſſium Etym. p. 414 licet inveſtigare.

¶ Promulgatus, *a, um*, publicirt, kund gemacht. Cic. de Leg. 3, 4

Pro-

Cic. de Leg. 3, 4 *Promulgata, propoſita, in æratio cognita agunto.* Idem Phil. 1, 10 *Loquor de legibus promulgatis.*

¶ Promulgatio, *ōnis*, f. die öffentliche Fundmachung, Ausruffung; ut, *Illæ leges nulla promulgatione latæ ſunt* &c. Cic. Phil. 1, 10.

¶ Promulgator, *oris*, m. ein Ausruffer, Marckt-ſchreyer.

Mulicurius, vide *Mulus.*

MVLIER, *ĕris*, f. fœmina, eine Weibs-perſon. Vt *vir* nominatus, quod major in eo *vis* eſt: Ita *mulier*, ut Iſidorus 2, 2 interpretatur, a *mollitie* eſt dicta, velut *mollior.* vid. Lactant. de Opif. c. 12. Plaut. Stich. 1, 2, 64 *Qui poteſt mulieres vitare, vitet.* Cicero pro Mur. c. 12 *Mulieres omnes propter infirmitatem conſilii majores in tutorum poteſtate eſſe voluerunt. Mulierium ornamento ſilentium eſt*, Sophocles eſt in Ajace, γυναικὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. Varie autem accipitur vox: Aliquando enim communiter de ſexu dicitur, & omnem ætatem ac conditionem ejus complectitur. Itaque & de puellis uſurpatur: vide L. 81 § 9 D. Legat. 3, L. 25 § 9 D. de auro, argento: præcipue Tertull. de velandis Virginibus c. 4 & ſeqq. ¶ 2. Iuvencula, ſive viripotens, vel ut Virgil. loquitur, matura viro, & plenis nubilis annis, *mulier* vocatur. Vlpian. L. 13 de Verb. Signif. MVLIERIS *appellatione etiam virgo viripotens continetur.* Huc pertinent, quæ Tertullianus dicto libro de velandis Virginibus c. 10 diſputat. ¶ 3. *Mulier* appellatur virum paſſa, & ſic opponitur *Virgini*, quo ſenſu Cicero irritus, quod ſexagenarius virginem duxiſſet, dixit apud Quintilianum 6, 3 *Cras mulier erit.* Vlpianus L. 14 § 7 D. de ædilitio edicto: *Mulierem ita artatam, ut mulier fieri non poſſit, ſanam non videri conſtat.* Vbi primam & tertiam miſcuit. Nam *mulierem fieri*, eſt virum pati. Et Lactantius 1, 17 de Iunone: *Si adolevit, ſi virgo fuit primo, poſtea mulier.* ¶ 4. Hinc *mulier* denique pro nupta, ſive uxore ponitur, ein eheweib. Tertull. de velandis Virg. c. 5 *Ipſa divinitas animæ in uſum ſermonis eduxit neſcientibus, uti* MVLIERES NOSTRAS, *dicamus uxores* Scævola L. 43 § 1 de Legat. 3 *Sempronie mulieri meæ, reddi jubeo ab hæredibus meis C. aureos.* &c. Cato in Diſtich. *Nil temere uxori de ſervis crede querenti: Sæpe etenim mulier, quem conjux diligit, odit.* Ita hac voce etiam Horatius uſus eſt epod. 2, 39, item Suet. Vit. c. 2. Contra *Vacua mulier* libera eſt, nullo matrimonio copulata, apud Tac. Ann. 13, 44, 2. *Vulgaris mulier* appellatur, quæ vulgo nubit, proſtibulum, eine gemeine hure. *Mulieres infames*, Lampridius Alex. Severo, *famoſas*, Livius 9, 44 appellat, quæ ob libidines, & ob impudicitiam audiunt male. ¶ 5. Non raro hæc vox reprehenſionem atque convicium habet, cum impotentiam ſexus & alia vitia mulieribus exprobramus, eine feige memme. Plautus Caſ. 2, 2, 36 *I foris, mulier.* Item Amph. 2, 2, 209 *Mulier es, audaciter juras.* conf. ibid. v. 182 cum Comm. Taubmanni p. 67. Ter. Heaut. 5, 3, 3 *Pergin' mulier eſſe?* i. e. mulierum more rixari. Ita Amphitruo apud Plautum 2, 2, 217 per contumeliam, veluti Alcumenæ ait: *Mulier, iſtam rem inquiſitam certum eſt non amittere.* Et bene Eugraphius Terentii Scholiaſtes: *Aliud eſt*, inquit, MVLIEREM *per naturam dicere, aliud per vitium.* Vide & Paſſeratium ad Propert. 3, 24; Scalig. conjectan. Varron. Barth. ad 2 Theb. Statii p. 600 ſeq. Mulieres eruditas & eloquentes apud Romanos laudat Quint. 1, 1 p. 14.

¶ Muliercula, æ, f. diminut. Serv. Sulpitius Ciceroni fam. 4, 5 *In unius mulierculæ animula ſi jactura facta eſt.* Et Cicero Catil. 2, 10 *Num ſuas ſecum mulierculas ſunt in caſtra ducturi?* Horat. epod. 11, 23 *Mulierculam mollitia vincere.* Lactant. de Iuſtitia: *Noſtri autem pueri & mulierculæ tortores ſuos taciti vincunt.*

¶ Mulierculārius, *i*, m. qui mulierculas amat, der den mägden nachläufft. Theod. Cod. l. 3 t. 16 *Repudium mittere marito, velut mulierculario.*

¶ Muliebris, *e*, weibiſch, weiblich, nach weiber art: ut, *Vox, audacia, fraus muliebris.* Cirat ex Ennio Cic. Off. 1, 18 *Vos etenim juvenes animum geritis muliebrem*; i. e. levem. Idem Tuſc. 2, 6 *Enervata muliebriſque ſententia.* Horat. epod. 16, 39 *Muliebrem luctum tollite.*

¶ Muliebria, *ium*, n. per ellipſin (*membra* enim fubaudienda) pro natura muliebri, ſubſtantive ponuntur, weibliche ſcham. Tac. Ann. 14, 60, 3 *Ex quibus una inſtanti Tigellino, caſtiora eſſe muliebria Octaviæ reſpondit, quam ea ejus.* ¶ 2. *Pati muliebria* ſæpius ſumitur pro præpoſtera libidine, cum quis ſexus ſui oblitus, alterius libidini obſequitur, & mulieris quodammodo partes ſuſcipit, Curt. 6, 6, 8.

¶ Muliebriter, adverb. effœminate, auf weibiſche art. Horat. 1 od. 37 v. 22 *Nec muliebriter expavit enſes.* Cicero Tuſc. 2, 21 *Si ſe lamentis muliebriter, lacrymisque dedet.* Et Spartianus Hadriano c. 14 *Muliebriter flevit.*

¶ Muliebrĭtas, *ātis*, f. die weiblichkeit. Tertull. de veland. Virg. c. 14 *Conſciæ muliebritatis audent* &c.

¶ Mulierĭtas, *ātis*, idem; apud eumdem Tertull. l. c. c. 12 *Apertam profeſſæ mulieritatem.*

¶ Muliebriōſus, *a, um*, weiberſüchtig. Gloſſ. lat. gr. *Muliebrioſus, γυναικμανής.* Plaut. Pœn. 5, 5, 24 *Genus hoc muliebrioſum.*

¶ Muliĕro, *āre*, γυναικίζειν, weibiſch machen, & *Mulieratus*, in Gloſſis veteſtis reperiuntur. Et Varro apud Nonium 2, 552 *Hic ephebum mulieravit.*

¶ Mulierārius, *a, um*, weibiſch; ut, *Manus mulieraria*, ein hauffen weibiſcher leute, Cicero pro Cælio c. 28 pr. Et Capitolinus in Albino c. 11 *Mulierarius inter primos amatores.* Treb. Pollio in Victorino tyranno: *Cupiditas mulierariæ voluptatis.*

¶ Mulierōſus, *a, um*, addictus & indulgens mulieribus, weiberſüchtig. Onomaſticon Veter.: *Mulieroſus, φιλογύνης.* Cicero de Fato c. 5 *Hunc ſcribunt ipſius familiares, & ebriоſum, & mulieroſum fuiſſe.* conf. Nonius 1, 116.

¶ Mulierosĭtas, *ātis*, f. φιλογύναια, cupiditas fœmineæ voluptatis, die weibersucht. Vtitur & hoc Cicero Tuſc. 4, 11. Ita enim Græcam illam vocem cenſet interpretandam eſſe. conf. Nonius 2, 570.

Mulio, mulionius, &c. vide paullo poſt *Mulus.*

MVLLĔVS, *i*, m. calceamenti lunati genus, quo reges primum Albanorum, poſtea & patricii Romani uſi ſunt, dictum a *Mullando: mullare* autem *Suere* eſt, a græco μυλλᾶν. Vopiſcus Aurelian. c. 49 *Calceos mulleos, & cereos, & albos, & hederaceos viris omnibus tulit, mulieribus reliquit.* TVLIT, pro abſtulit, i. e. ademit, dixit. Vide de his calceis Plutarchum in Quæſt. Rom. Suidam in voce χαμύς, item Feſtum & Iſidorum 19, 34, ubi *Mulleos* dictos arbitratur, *a colore rubro, qualis eſt mulli piſcis.* Ver. Schol. Horatii ad 1 ſat. 5, 27 *Zanchas* appellat, de quibus Caſaubonus ad Trebell. Pollion. p. 500. Vide & Torrentium ad locum Horatii citatum; Turneb. Adverſ. 10, 2. Iac. Rævard. Varior. 1, 8; & Roſini Ant. Rom. 5, 36 p. 593.

¶ Mulleŏlus, *i*, m. dimin. Tertull. de Pallio c. 4 *Impuro cruri purum* (i. e. ſine lunulis) *aut mulleolum* (cum lunulis) *indulſit calceum.*

MVLLVS, *i*, τρίγλη, *Trigla*, piſcis qui & *Barbo* dicitur, eine barbe oder barme. Ovid. hal. 123 *Temni ſuffuſus ſanguine.* Iuvenal ſat. 11, 36 *Nec mullum cupias, cum ſit tibi gobio tantum In loculis*: i. e. tantum pecuniæ, qua præſtinare gobionem poſſis. Legitur ibidem & *Mulum*; vide *Barbo.*

¶ Mullulus, *i*, m. diminutive. Cicero in Parad. 5, 2 *Barbatulos mullulos exceptare de piſcina.*

Mulociſiarius, mulomedicus, vide *Mulus.*

MVLSVM, *i*, n. ſcil. vinum, οἰνόμελι, potio ex vino & melle confecta, meet, wein-meet. Dictum quaſi *Meliſum.* Plinius 2, 24 *Multi ſenectam longam mulſi tantum nutritu toleravere, neque aliis ullo cibo, celebri Pollionis Romuli exemplo, quem centeſimum annum excedentem cum divus Auguſtus interrogaret, quanam ratione maxime vigorem illum animi corporisque cuſtodiſſet? ille reſpondit, intus mulſo, foris oleo.* Cicero Tuſc. 3, 19 *Huic calix mulſi inpingendus eſt, ut plorare deſinat*, Id. de Orat. 2, 20 *Mulſum frigidum bibere.* Martial. 13 epigr. 108 de mulſo: *Attica noſtarem turbatis mella falernum, Miſceri decet hoc a Ganymede merum. Mulſi pultarium*, ex Petronio c. 42. vide *Pultarium* in *Puls.*

¶ Mulſus, *a, um*, adjectiv. eſt mit honig gemiſcht; ut, *Aqua mulſa*, meet, ὑδρόμελι, μελίκρατον. *Lac mulſum*, Plinius 10, 22. Samon. 127 *Liquidum mulſumque ſinapi.* Met. *Mulſa dicta*, i. e. ſuavia, Plaut. Rud. 2, 3, 84.

¶ Mulſa, æ, f. etiam ſubſtantive ſumitur: pro aqua melle temperata, waſſermeet. Plin. Val. 1, 1 *Conilam in melliſſima mulſa macerare.* ¶ 2. *Mulſa* in blanditiis amantium, ein liebgen, Plaut. Caſ. 2, 6, 20. Sic *Mulſa mea*, blandientis vox apud eumdem Stich. 5, 5, 14.

¶ Mulſeus, *a, um*, adject. von meet; ut, *Sapor Mulſeus*, ein ſüſſer honig-ſchmack, Colum. 12, 45.

¶ Promulſis, *idis*, f. antecœna, ideo, quod daretur ante mulſum. Nam antiqui in conviviis non temere primam ſitim niſi mulſo ſedabant. vide Lipſ. lib. 3 Antiq. Lect. & Petronianos interpretes c. 31 & 34. Cicero fam. 9, 16 *Neque eſt, quod in promulſide ſpei ponas aliquid, &c.* Et Petron c. 24 *Cras in promulſide libidinis noſtræ militabit.* vide Salmaſ. de Pallio p. 437.

¶ Promulſidārium, *i*, n. repoſitorium promulſidis. Petronius c. 31 *In promulſidari*: quod Wowerus & alii legi volunt *in promulſidario.* Vlpianus Lege 19 § 10 Dig. de auro, arg. &c. legato, *ſcutellas & promulſidaria* conjungit, & in vaſis numero, ut promulſidarium ſit vas promulſidis. Gloſſæ Iſidori *Pranſorium* per *Promulſarium* interpretantur, ubi Wowerus quoque legit *promulſidarium*: vide hujus ad Petron. adnotationes.

MVLTA, æ, f. pœna pecuniaria, geld-buſſe oder ſtrafe. Varro de L. L. 4, 36 MVLTA *pecunia, quæ a magiſtratu dicta, & exigi poſſit ob peccatum. Quod ſingulæ dicuntur appellatæ* MVLTAE, *quod olim unum, dicebant*, MVLTA. *Itaque cum in dolium aut culeum unum addunt ruſtici, prima urna addita, dicunt etiam nunc* MVLTA. Ad quem locum Scaliger: *Varro*, inquit, *obviam it objecturis, quare ſingulæ*, Multæ *ita appellatæ eſſent, cum* Multus *adjectivum multitudinem ſignificet: cujus rei cauſſam magis ſubtilem, quam veram reddit. Olim enim* unum *dixiſſe* multa. *Sed nimis tenuis & λεπτολόγος eſt in hac etymologia Varro. Nam Veteres, cum plures culeos in dolium unum indituri eſſent, primo addito dicebant* MVLTA *hoc eſt*, NVMERA. *Pro quo Galli dicunt* enprun, *id eſt*, en pro uno. *Id enim* Multare *verbum. Plautus Stichо* (3, 2, 19) cum quo multas multavi miſerias, *id eſt*, ἐζημιωμεθάμην. *Quamquam proprie* multare *eſt polliceri in auctionibus*, πλειωνιάζειν &c. mehr bieten. Sed Gron. ad Plaut. Stich. 3, 1, 19 *Ab ἀμέλγω* mulgeo *eſt*, inquit. *Hinc* mulctare & mulcare *pro* mulcitare: *Utrumque proprie ac primum eſt* mulcere *nimis ut doleat: dein diſtinxerunt, ut hoc eſſet tractim tangere verberibus: illud pœnæ cauſa ita* mulcere, ut emulgeas *partem ſanguinis viſcerum de patre familias, bonorum* &c. De ratione *mulctæ* apud veteres Romanos vid. Plinius 18, 3. conf. Gell. 11, 1. *Indicere multam*, ſtrafe auferlegen, Plin. l. c. *Solvere* vel *pendere multam*, die ſtrafe geben. *Multam committere*, Cicero pro Cluent. c. 37, ſtraffällig werden. *Multam irrogare*, Idem pro Mil. c. 14. *Multam dicere*, Idem Phil. 11, 8, eine ſtrafe erkennen, auflegen. vide Drakenb. ad Livium 2, 52. Et, *Multam legis ſufferre*, pro Cæcin. c. 33, ausſtehen, leiden. *Multam remittere*, itidem Phil. 11, 8, erlaſſen. *Multæ aliquid detrahere*, Corn. Nep. 13, 4, 1, etwas nachlaſſen. ¶ 2. *Muta* & *Multa* confundi a librariis, demonſtrat Brouckh. ad Tib. 4, 1, 129.

¶ Multo vel Mulcto, *avi, atum, are*, proprie numerare, imo plus polliceri ſive πλειωνιάζειν, de quo ſupra in *Multa* ex Scaligero monuimus. Deinde multa punire, ſtrafen. Quamvis autem de pecunia dicatur proprie, tamen ad quamvis etiam aliam pœnam transfertur auctoribus. Plaut. Rud. prolog. v. 20 *Majore multâ multat* (*Deus*), *qui litem adſervat.* Cicero de Orat. 1, 43 *Vitia hominum atque fraudes damnis, ignominiis, vinculis, verberibus, exiliis, morte multantur.* Nepos etiam *multari pecunia* aliquoties dixit 1, 7, 6; & 5, 1, 1 *Lex morte multat*, Idem 15, 7, 5. *Stultitia multatur fama*, Cæcina ad fam. 69, 7. Et Plaut. Amph. 2, 2, 222 *Numquid cauſſam dicis, quin te hoc multem matrimonio*, i. e. repudio & amiſſione dotis. Ita enim in adulteras olim animadverti ſolebat, de quo Lipſius ad 4 Ann. Taciti p. 210. Et, *Multantur bonis omnibus exules*, i. e. privantur, Cicero Tuſc. 5, 37, um ihre güter. *Multare*, pro efficere

accuſatione ut rei a judicibus multentur, Livius 10, 31. *Q. Fabius Gurges, conſulis filius aliquot matronas ad populum ſtupri damnatas, pecunia multavit.* Suetonius deponentis forma *multari* dixit Auguſt. c. 2 *Neque aut crebrius aut perfidioſius rebellantes graviore unquam multatus eſt pœna &c.* ¶ 2. Aliud eſt *Mulco, are*, de quo ſupra dictum, cum quo ſæpe confunditur.

¶ Multans, *tis.* Catullus 65, 192 *Facta virûm multantes vindice pœna Eumenides.*

¶ Multatus, *a, um*, geſtraft; ut, *Maleficium exilio multatum*, Cicero pro Cæcin. c. 34. Livius 10, 23 extr. *Quorum bonis mulctatis* h. e. quibus parte bonorum mulctatis. *Multatus ingenti pecunia*, Vellej. 2, 37, 5. *Creta libertatis ſine multata*, Idem 2, 38, 6. De clade & damno prœlii Idem 2, 70, 2 *Cornu fugatum & male multatum*, übel zugerichtet. Hoc tamen ad *Mulco* referam.

¶ Multatio, *ónis*, f. die beſtrafung. Cic. pro C. Rab. c. 5 *Miſera multatio bonorum*, die einziehung der güter. Plin. 18, 3 *Mulctatio non niſi ovium boumque impendio dicebatur.*

¶ Multator, *oris*, m. ICt. in Dig.

¶ Multātītius, *a, um*; ut, *Pecunia multatitia*, Livius 10, 23 extr. & 24, 17, geldbuſſe oder ſtrafgeld. *Argentum multatitium*, Idem 30, 39 extr.

¶ Demulcto, *are*, abſtraffen. Mart. Capella 8 p. 272 *Triſtibus aſperisque verberibus aliquem demulctare*, einen gut abprügeln. Sed præſtiterit legere *demulcare*. v. *Mulco*.

Multangulus, multannus, multeſimus, multibibus, multicola, multifarius, & quamplurima alia compoſita vide mox in *Multus*.

MVLTĪCIVS, *a, um*, & *Multicia*, ſubſt. intellecto *indumenta*, non a *multis liciis*, quod quibusdam videtur, ſed ut vult Salmaſ. ad Vopiſ. Aurel. 12 a *multum liciendo* dicta, *πολυπαράθηλα*, radio bene percuſſa, quod in tenuiſſimis veſtibus ſubſericis opus fuit. Tales enim fuere fœminarum & mollium. Iuvenalis ea Cretico objicit ſat. 2, 66 *Sed quid Non facient alii, cum tu multicia ſumas.* Et paullo poſt v. 76 *Quæro, an deceant multicia teſtem?* Vopiſ. l. c. tamen habet *Tunicas multicias viriles. Syntheſis multicia*, Tert. de Pall.

Multitudo, multivira, multivŏla, &c. quære in *Multus*, Multo, *āre*, *Multa, æ.*

MVLTVS, *a, um*, viel; ut, *Vinus de*, vel *e*, vel *ex multis*, Horat. 3 od. 11, 33; & 1 epiſt. 6, 60. *Nimium multa*, Cicero fam. 4, 14. *Minime multi: Multo mane*, Idem Att. 5, 4 *Multa nocte*, Virg. Georg. 4, 189, tief in die nacht. Tac. Hiſt. 2, 44, 3 *Multo adhuc die vallum ingreſſus*, i. e. cum multum adhuc de die ſupereſſet. Idem Hiſt. 4, 35, 3 *Qui ubi rurſus miſſos Noveſium frumentatores, velut multa pace, ingredi accepit.* Et, *Multa opinio*, i. e. vulgata & a multis recepta, Gell. 3, 16. *Multus eſt in ea re*, Cicero Acad. 4, 6. er macht viel worte davon. *Multus eſt in alicujus admiratione*, Plinius 25, 2. *Multus eſt in labore, ſtudio*, hoc eſt, aſſiduus, er hält ſteté an mit arbeit. Salluſt. Iug. c. 96 de Sylla: *In operibus, in agmine, atque ad vigilias multus adeſſe*, ſcil. cœpit. *Multis modis te expoſtulo*, Ter. Hec. 2, 3, 7. *Multis modis aliquid reprehendere*, i. e. vehementer, gar ſehr, Cicero 2 de Fin. ¶ 2. Ovid. Rem. 420 *Quæ non proſunt ſingula, multa juvant*, h. e. conjuncta, ſimul ſumta. ¶ 3. *Multi & Plurimi* ſæpe ponuntur pro *malis* more Græcorum, ubi *πολλοὶ* notant vulgus hominum. Sic apud Terent. Eunuch. prol. v. 2 juxta ſententiam Mureti. Engraphius addit hanc cauſſam, quod boni admodum pauci ſint. vid. Weitz. Ovid. R. A. 682 *Iam facito, e multis una ſit illa tibi*; ad contemtum pertinet, q. d. quæ te non propius tangat &c. ¶ 4. *Multus* pro *pluribus* poſuit Lucanus 3, 707 *Multus ſua vulnera puppi Affixit moriens, & roſtris abſtulit ictus*: i. e. multi. ¶ 5. *Multus* pro *multiplici* Plinius 19, 3 *Radice multa craſſaque.* Et *Multa* pro *multum* adverbialiter Græcorum more Virgilius Georg. 4, 301 *Multa reluctari.* ¶ 6. Vbi apud Ciceron. Att. 11, 2 exſtat: *Ex multis meis miſerrimis curis &c.* antea legebatur: *Ex multiſſimis & miſerrimis curis.* Sed ſuperlativus ille merito exploditur, cum *Plus, plures*, mehr, & *Plurimus, plurimi*, die meiſten, comparationis vices hic ſuſtineant, de quibus infra ſuo loco in *P.* ¶ 7. *Multus & Inultus* miſcentur a librariis, v. Drak. ad Sil. 4, 16. it. *Multus & Mutus*, ubi vid.

¶ Multum, adverb. viel, ſehr; ut, *Multum & diu cogitare*, Cicero de Divin. 2, 1. *Multum diuque*, fleiſſig, Sen. epiſt. 11. Et, *Longe omnes multumque ſuperare*, Cicero Verr. 5, 44. *Multum*, pro valde, vide apud Plautum Capt. 1, 1, 19, & Moſt. 3, 2, 94 &c. *Multum miſer*, Idem Stich. 2, 1, 52. Et, *Multum loquaces*, Aulul. 2, 1, 15. Plinius epiſt. 1, 9 extr. *Multum inepti labores.* cont. Nonius 5, 68 & 98.

¶ Multo, adverb. viel, amat poſt ſe hæc fere: *Multo aliter*: id quod longe aliter, viel anders. Ter. prolog. Andr. v. 4 *Verum aliter evenire multo intelligit.* Et Cicero fam. 4, 9 *Quod non multo ſecus fieret, ſi* &c. Sic, *Multo ante*, Ter. Eun. 4, 5, 7, lang zuvor, *Multo ante mala providere.* Et, *Multo poſt*, lange hernach. *Non ita multo ante, poſt*, kurtz zuvor, bald hernach. Salluſt. Iug. c. 31 extr. *Multo præſtat, beneficii, quam maleficii memorem eſſe*, es iſt viel beſſer. *Multo minoris vendidit, quam tu*, Cicero Verr. 3, 16 extr. Cum Malo Plaut. Pſeud. 1, 2, 75 *At taceas malo multo, quam tacere te dicas.* Et 2, 4, 38 *Immo multo mavolo, quam* &c. Idem Pœn. 1, 2, 88 *Bono ingenio me eſſe ornatam quam auro, multo mavolo.* Gaudet & ſuperlativo; ut, *Multo omnium fortunatiſſimus*, Ter. Heaut. 4, 8 pr. Et, *Conſpectus veſter multo jucundiſſimus*, Cicero pro Leg. Manil. c. 1. *Multo maxima pars*, ibidem c. 18. Et, *Multo elegantiſſimus poëta*, Nepos 25, 12, 4. Et, *Multo locupletiſſima regio*, Idem 17, 3, 1.

¶ Multĭtūdo, *ĭnis*, f. frequentia, numerus, die menge, anzahl, vielheit; ut, *Multitudo tormentorum*, Cæſ. B. Civ. 2, 2. *Helotum magna multitudo*, Nepos 4, 3, 6. Atque ita ſæpe idem eſt, quod *Multi.* Nep. 18, 7, 1 *Macedonum ibi erat multitudo*, i. e. multi Macedones. ¶ 2. Plebs, populus, *οἱ πολλοὶ*, qui principibus & magiſtratibus oppONuntur, der pöbel. Idem Nepos 7, 3, 3 *Magnus multitudini timor eſt injectus.* Cicero Off. 1, 19 *Qui ex errore imperitæ multitudinis vendet, hic in magnis viris non eſt habendus.* Et, *Multitudo imperatorum Cariam perdidit*, viel köche verſaltzen den brey, kochen ſelten wohl. vide ſupra *Caria.* Similis eſt illa apud Plin. 29, 1 ſ. 5 *Infelicis monumenti inſcriptio*, TVRBA SE MEDICORVM PERIISSE. Pluralis eſt apud Sall. Cat. 50, 1 *Duces multitudinum.*

¶ Multēsĭmus, *a, um*, vielfältig; ut, *Pars multeſima*, Lucr. 6, 651. conf. Nonius 2, 520.

¶ Multangulus, *a, um*, vieleckicht. Lucret. 4, 655 *Multa rotunda, modis multis, multangula quædam.*

¶ Multannus, *a, um*, vieljährig. Gloſſ. gr. lat. *πολυχρόνιος, vivax, multannus.*

¶ Multībarbus, *a, um*, vielbärtig. Apul. in Florid. *Multibarbus, ſpinis obſitus & pilis.*

¶ Multĭbĭbus, *a, um*, verſoffen. Plaut. Curc. 1, 1, 77 *Multibiba lena.* Idem Ciſt. 1, 3, 1 *Anus multibiba.*

Multicaulis, *e*, vide ſupra *Caulis.*

Multicăvus, Multicavatus, *a, um*, vide ſupra *Cavus.*

¶ Multĭcŏla, *æ*, m. qui multos colit. Fulgentius adverſ. Arianos, *Multicolæ pagani.*

¶ Multicŏlor, *ōris*, & Multicolorus, *a, um*, mannigfärbig, vielfärbig. Apud Plinium 27, 10 bis occurrit. Et Prudent. Cathem. 3, 104 *Prata multicolora.*

¶ Multicŭpĭdus, *a, um*, begierig. Varr. ap. Non. 2, 418 *Quam dereliquit multicupida juvenilitas.*

¶ Multĭfăcio, *ĕre*, achten, hoch halten. Cato apud Feſtum: *Nec fidem, nec jusjurandum multifacit.*

¶ Multifarius, *a, um*, quod ſecundum Feſtum in multis locis fari poſſumus, mancherley art, allerhand; ut, *Militares coronæ multifariæ*, Gell. 5, 6. Et Apulejus in Trismeg. p. 83 *Multifaria ratione.* Solinus c. 51 *Multifaria ſpecies.*

¶ Multifarie, adverb. auf allerley art. Plin. 18, 7 *Panis multifarie fit.* Solin. c. 18 pr. *Ortygia clariſſima in Cycladum numero multifarie traditur.*

¶ Multifariam, idem. Livius 3, 5 *Hoſtes carpere multifariam vires Romanas aggreſſi ſunt.* Et 33, 18 *Multifariam diſjecta præſidia.* Cicero de Orat. 2, 41 *Aurum multifariam defoſſum.* Plinius 18, 18 *Multifariam in Italia octori boves ad ſingulos vomeres anhelant.*

¶ Multĭfer, *a, um*, ferax, fertilis, fruchtbar. Plin. 16, 8 *Genera multiferó.* conf. 19, 8.

¶ Multĭfĭdus, *a, um*, in multas partes fiſſus, vielſpaltig; ut, *Pedes multifidi*, Plinius 11, 37. *Dens multifidus*, de pectine, Martial. 14 epigr. 25. *Multifidus Iſter*, Lucan. 3, 202.

¶ Multifluus, *a, um*, weitläufftig. Iuvencus in Matth. c. 6 *Multifluisque diem verbis ducendo fatigant.* Arator in Act. Apoſt. c. 26 *Cunctoſque rigari Multifluo ſermone jubet.*

¶ Multiforābĭlis, *e*, löchericht. Apul. ſub fin. lib. 10 Met. *Iam tibie multiforabiles cantus Lydios duciter conſonant.*

¶ Multiforatilis, *e*, idem; ut, *Tibiæ multiforatiles*, apud eumdem Apulejum Florid. lib. 1, & Sidonium 8 epiſt. 9.

¶ Multifŏrus, *a, um*, idem. Ovid. Met. 12, 153 *Multifori delectat tibia buxi.* Et Sen. Agamemn. v. 348 *Tibi multifora tibia buxo Solenne canit.*

¶ Multĭfŏris, *e*, idem. Plinius 8, 55 *Injiciunt eas in ſpecus, quæ ſunt multifores in terra.*

¶ Multiformis, *e*, varius, plurium formarum, mancherley geſtalt, mannigfaltig; ut, *Partus multiformes*, Plin. 8, 16. *Qualitates variæ & quaſi multiformes*, Cicero Acad. 1, 7. Apul. in Trismegiſt. p. 79 *Multiformis variaque humani generis ſpecies.* Idem 10 Miſel. p. 252 *Multiforme facinus.* Arnob. 7 p. 216 *Multiformium morum varietatibus lubricus.* Et Gell. 19, 14 *Doctrinarum multiformium columina.*

¶ Multiformĭter, adverb. auf mancherley art und weiſe. Gell. 9, 5 *Plato multiformiter diſſeruit de voluptate.* Plinius 36, 27 *Multiformiter auxiliari.*

¶ Multigĕner, & Multigeneris, *re*, multorum generum, vielerley, mancher art, apud Plautum aliquoties: e. g. Capt. 2, 1, 56 *Multis & multigeneribus opus eſt tibi Militibus.* Adde in Stich. 2, 2, 59.

¶ Multigĕnus, *a, um*, idem. Plin. 11, 1 *Multa & multigena terreſtrium volucriumque vita.* Et Lucret. 2, 335 *Percipe, multigenis quam ſint variata figuris.*

¶ Multigrūmus, *a, um*, vel Multigrumis, *e*, häuffig, klumpicht. Gell. 19, 7 inter priſca vocabula refert.

¶ Multijŭgis, *e*, & Multijugus, *a, um*, multiplex, varius, numeroſus, mancherley, vielſpännig. Cicero Att. 14, 9 *De republ. multijuges a te accepi litteras uno tempore*, viel und mancherley ſtriffe. Livius 28, 9 *Iret alter conſul ſublimis curru, multijugis equis*, mit vielen pferden.

¶ Multilaudus, *a, um*, multæ laudis. Ammian. 21, 18 *Vir ſobrietatis gratia multilaudus.*

¶ Multilicius, *a, um*, a quo *multilicia tunica*, quaſi multorum liciorum laudatur ex Vopiſco Aurel. 12. Sed vid. *Multicius.*

¶ Multilŏquax, *ācis*, ſchwatzhaft, plauderhaft. Plaut. Aulul. 2, 1, 5 *Multiloquaces mulieres.*

¶ Multilŏquus, *a, um*, idem. Plaut. Pſeud. 3, 2, 5 *Coquum multiloquum, glorioſum*, &c. Et Ciſt. 1, 3, 1 *Multiloquæ anus.*

¶ Multilŏquium, *i*, n. die ſchwatzhaftigkeit, plauderey. Idem Plaut. Merc. prolog. v. 31 *Multiloquium, pauciloquium*, &c. conf. Vulg. Interpr. Matth. 6, 7. It Symmach 1 epiſt. 50 *Facile erit anguſtiam ſcriptorum tuorum multiloquio repenſare.*

Multimammia, vide ſupra *Mamma.*

Multimeter, vide ſupra *Metrum.*

¶ Multinŏdus, *a, um*, mannigfaltig, vielerley. Livius 21, 8 *Multimoda arte.* Prudent. Cathem. 3, 64 *Tecta legumine multimodo.* Apul. 10 Met. p. 159 *Multimodæ ambages.* Adde Tertull. vel potius Cyprian. Carm. de Geneſi c. 2.

¶ Multimodis, adverbialiter pro *multis modis, multipliciter, variè*, auf allerhand art und weiſe. Cicero de Fin. 2, 26 *Hoc multimodis re-*

prehendi poteſt. Idem de Orat. 3, 58 ex veteri poëta: *Multimodis ſum circumventus.* Dictio Lucretio ſæpius frequentata, lib. 1, 813, 893 &c. item Plauto Bacch. 3, 2, 1; & Mileſ. 4, 4, 53; & Perſ. 4, 6, 24.

¶ Multinōdus, *a, um*, multos nodos habens, knöticht. Prudent. Hymn. Ieiunant. v. 139 de propheta Iona: *Tectus flagellis multinodi germinis.* Apulej. 5 Met. p. 166 *Immanis coluber, multinodis voluminibus ſerpens.* Idem lib. 8 p. 214 *Multinodis commulcat ictibus.*

¶ Multinōdis, *e*, idem. Apul. 10 Met. p. 575 *Multinodes ambages.*

¶ Multinōmĭnis, *e*, viel nahmen habend, πολυώνυμος. Apul. Met. lib. 11 p. 268 *Multinominis Dea.*

¶ Multinūbus, *a, um*; ut, *Salomo multinubus*, der viel weiber hat. Hieronym. adverſ. Iovin. 1, 15. Et, *Vxor multinuba*, Idem epiſt. 11 ad Ageruchiam de Monogamia, die viel männer hat.

¶ Multinūbentia, *æ*, f. die verheyrathung mit vielen. Tertull. contra Pſych. c. 1 *Tam multivorantiæ, quam multinubentiæ prona.* conf. Idem de Pudicit. c. 1.

¶ Multinummus, *a, um*, multæ pecuniæ qui eſt, vel poſſeſſæ, vel acquirendæ & promerendæ, der viel geld hat, oder erwirbt. Sic, *Aſini multinummi*, i. e. multos nummos ſua opera quærentes, Varro de Re Ruſt. 3, 17.

¶ Multipartītus, *a, um*, vielfältig getheilet, ſehr zertheilet. Plin. 6, 19 *Vita mitioribus Indorum populis multipartita degitur.* Tertull. adv. Hæret. c. 7 *Sapientia humana varietate ſectarum in ſuas hæreſes multipartita.*

¶ Multīpes, *ĕdis*, multos pedes habens, vielfüßig. Plin. 11, 45 *Sic & multipedibus, &c.* hoc eſt, araneis, muſcis, apibus, ut ex Ariſtotele Harduinus ibi interpretatur.

¶ Multipĕda, *æ*, f. inſectum, quod & *Millepeda* dicitur, aſellus, ein tauſendwurm, raupe. vide *Millepeda* in *Pes*, & Plin. 29, 6.

¶ Multiplex, *ĭcis*, varius, copioſus, vielfältig; ut, *Sermones multiplices variique*, vielerley, mancherley reden, Cicero in Orat. c. 3. *Multiplex ingenium*, Idem de Amic. c. 18. Et Vellej. 2, 105, 3 *Vir multiplex in virtutibus.* Silius v. 544 *Multiplicem proavis* dixit antiquitate generis florentem.

¶ Multipliciter, adverb. auf mancherley art und weiſe. Flor. 3, 2, 1 *Multo atrocius & multipliciter magis & a ſeptentrione ſevitum.* Gell. 14, 1 *Tam ſæpe ac tam multipliciter eadem ipſa non eadem ſtellarum facie denotantur.* Compar. *Multiplicius periculoſa tentationis forma*, Auguſtin. Confeſſ. 10, 25 pr.

¶ Multiplicĭtas, *ātis*, f. die vielheit, vielfältigkeit; ut, *Multiplicitas partium*, Sarisb 3, 1.

¶ Multiplĭco, *āvi, ātum, āre*, multiplex efficere, mehren, vermehren, vervielfältigen; ut, *Æs alienum multiplicare*, Cæſ. B. Civ. 3, 32. *Multiplicandis uſuris creſcit æs alienum*, i. e. dum multiplicantur, Corn. Nep. 25, 3, 5.

¶ Multiplicātus, *a, um*, gemehrt. Plancus Ciceroni ſam. 10, 8 *Auctus exercitus, auxilia multiplicata*, verſtärckte hülffe. Ovid. Triſt. 5, 6, 38 *Mala multiplicata.*

¶ Multiplicātio, *ōnis*, f. die vermehrung. Columella 3, 2 *Multiplicatione frugum vectigal augetur.* Idem 5, 2 *Summa ex multiplicatione effecta.* Seneca epiſt. 12 *Amorum multiplicatione vita componitur.* Adfertur ex 4 ad Herenn. *Facile præceptione rhetorica res ſimplex multiplicatione tractatur.*

¶ Multiplicātor, *ōris*, m. qui multiplicat. Paullnus Nol. epiſt. 44 (al. 31) n. 4, de parabola Matth. c. 25 *Herilium talentorum multiplicator.*

¶ Multiplicābĭlis, *e*, quod multiplicari poteſt, das gemehret werden kan, Cic. Tuſc. 2, 9 ex poëta.

¶ Multipŏtens, *entis*, gewaltig, großmächtig, viel vermögend. *Habere pectus multipotens*, Plaut. Bacch. 4, 4, 9. *Multipotens Neptunus*, Idem Trin. 4, 1, 1.

¶ Multiradix, *icis*, f. mit vielen wurtzeln. *Centauriam minorem* aliqui *Multiradicem* vocant. vid. Apul. de Herb. c. 35.

¶ Multiramis, *e*, mit vielen äſten. Apul. de Herb. c. 4 *Symphoniaca thyrſo eſt fruticoſo, multirami.*

¶ Multiſcius, *a, um*, viel wiſſend. Apulej. lib. 9 Metaph. *Et ſi minus prudentem, multiſcium certe reddidit.* Idem Florid. *Arte multiſcius.*

¶ Multiſignis, *e*, multis conſtans ſignis, mit vielen zeichen, apud Varronem.

¶ Multĭsŏnus, *a, um*, ſehr klingend. Martialis 1 epigr. 54 *Multiſona fervet ſacer Attide lucus*, i. e. philomelæ cantu. Et Statius 3 Silv. 2, 103 *Multiſonum ſiſtrum* dixit. Et Theb. 8, 25 *Multiſonas catenas.*

¶ Multisŏnōrus, *a, um*, idem. Claudian. epigram. 1 *Eſſeda concordes multiſonora trahunt.*

¶ Multivăgus, *a, um*, umſchweiffig; ut, *Avis multivaga columba*, ſo hin und wieder fliegt, Plinius 10, 37. *Multivagus Lunæ flexus*, Idem 2, 10.

¶ Multivĭdus, *a, um*, viel ſehend. Mart. Capella 2 p. 27 *Alio mentis fluctu multivida.*

¶ Multivĭra, *æ*, f. multorum virorum mulier, die viel männer hat. Minucius Felix in Octavio p. 226 ed. Ouzel. *Alia ſacra coronat univira, alia multivira, & magna religione conquiritur, quæ plura poſſit adulteria numerare.*

¶ Multĭvius, *a, um*, von vielen wegen. Apul. Met. 5 *Multivii circuitus.*

¶ Multivŏlus, *a, um*, multa volens, der viel haben will; ut, *Multivola eſt mulier*, Catull. Carm. 69 in Mallium, v. 128.

¶ Multivorantia, *æ*, f. die vielfreßigkeit. Tertull. cont. Pſych. c. 1. vid. paullo ante *Multinubentia.*

¶ Multopere, adv. ſicut magnopere, ſehr viel. Plaut. Merc. 1, 2, 65 *Multopere mundo ruſtico exercitus.*

¶ Multoties, adverb. oftmals. Epit. Livii lib. 98 *Multoties contra hoſtium eruptiones pugnavit.* Conf. Voſſ. de Vit. L. L. 1, 25; & Cellar. Cur. poſt. p. 313.

Aliquammultus, i. e. aliquomultum, vide ſupra in *Aliquis.*

Nemulta pro non multa vid. in *Ne* n. 2.

¶ Permultus, *a, um*, ſehr viel. Cic. de Leg. 3, 14 *Permulti imitatores principum exiſtunt.*

¶ Permulto, Permultum, adverbia, idem. Cicero de Divin. 2, 61 *Permulto clariora.* Idem fam. 3, 11 *Etſi permultum ante certior factus eram litteris.*

MŪLŪCHA, *æ*, f. urbs eſt apud Florum 3, 1, 15; & fluvius in Africa Numidiam a Mauritania dividens apud Melam 1, 5; Plinium 5, 2, Salluſt. Iug. c. 19 & 92. Vide Periz. Not. ad Melæ 1, 5. in Miſc. Obſerv. Vol. VIII p. 100 ſeq.

MŪLUS, *i*, m. ἡμίονος, eſt ex aſino & equa, ein maul, mauleſel, maulthier. v. Varro de R. R. 2, 8. *Mulus clitellarius*, Cicero Topic. c. 8. *Mulorum utilitates & aſinorum ad hominum uſum paratæ*, Idem de N. D. 2, 64. ¶ 2. *Mulus*, imago eſt ingratorum, lacte enim materno ſaturatus, matrem calcibus petit. Hinc Plato Ariſtoteli ingratum animum objiciens, *mulum* eum nominare ſolebat: vide Ælian. 4, 9. Eſt & convicium in ἀναισθήτους, ſeu ſtupidos ac vecordes. Catullus 84, 3 *Mule, nihil ſentis.* Et Plaut. Ciſt. 4, 2, 12 *Mulo inſcitior.* Etiam Germ. ein rechter mauleſel. Lyſippus Comicus de Athenarum urbe apud Dicæarchum: ἐὰν μὴ τεθέασαι τὰς Ἀθήνας, σέλαχος εἶ, ἐὰν δὲ τεθέασαι, μὴ ἐνάρεσήσας δ', ὄνος. ἐὰν δ' ἐνάρεσῇς ἀποτρεχεις, κανθήλιος. Vbi κανθήλιος jumentum clitellarium eſt ſive *Mulus.* ¶ 3. *Mutuum muli ſcabunt*, ſive *Mulus mulum ſcabit*, de laudibus indignorum mutuis, vide Chiliades.

¶ Mūla, *æ*, f. ἡμίονος, eine mauleſelin. *Gignitur etiam mula ex equo & aſina, ſed effrenis & tarditatis indomitæ*, Plin. 8, 44. Mulabus tamen vehi tantum principum feminarum erat. vid. Spanh. de uſ. num. diſſ. 11 p. 278 ſeq. ¶ 2. *Cum mula peperit*: Sermo proverbialis de re nunquam futura, apud Sueton. Galba c. 4, ubi vide Beroaldum.

¶ Mulāris, *e*, mauleſel-, Columell. 6, 27 pr. ¶ 2. *Mularis herba*, alias *Nodia*, Plin. 24, 19.

¶ Mulīnus, *a, um*, idem; ut, *Mulina ungula*, Vitruv. 8 c. 3. *Mulino corde Vagellus*, Iuvenal. ſat. 16, 23.

¶ Mulio, *ōnis*, m. ein mauleſeltreiber. Martialis 13 epigr. 11 de hordeo: *Mulio quod non det tacituris, accipe, mulis.* Seneca Ludo de morte Claudii, *Perpetuarius mulio*, hoc eſt, qui ad magna & longinqua itinera, non ad paucas proximas manſiones ſeque & mulas probet. Adi Gronov.

¶ Mulionius, *a, um*; ut, *Penula mulionia*, ein eſeltreibers rock, Cicero pro Sextio c. 38.

¶ Mulionīcus, *a, um*, idem. Lamprid. Heliog. c. 32 *Tectus cucullione mulionica.*

¶ Mulicūrius, *i*, m. qui mulos curat, ein mauleſer-wärter, Gloſſ. lat. gr. *Mulicurius*, ἡμιονοκόμος.

¶ Mūlŏcĭlĭārius, *i*, m. ein kärner. Gloſſ. gr. lat. καρυχάριος, *Mulociſiarius, carucarius.*

¶ Mulŏmēdĭcus, *i*, m. ein roßarzt, Firmicus 8, 13. v. ſupra *Equitiarius.* Gloſſ. gr. lat. ἱππίατρος, *Mulomedicus.*

¶ Mulomedicina, *æ*, f. quæ & Veterinaria dicitur, die roß-artzney. *Quatuor libros Mulomedicinæ* ſcripſit Vegetius.

MVLVIVS, *i*, m. Gallicanus, præfectus prætorii ſub Valeriano, cujus ad eum epiſtolam vide in Vopiſci Probo c. 4. ¶ 2. *Mulvius pons*, cujus meminit Martialis 3 epigr. 14, & Salluſt. B. Cat. c. 45. Vbi hanc veram eſſe orthographiam oſtendit Cortius.

¶ Mulvianus, *a, um*, adject. ut, *Genus Mulvianum mali cotonei* apud Plinium 15, 11.

MŪMĬA, *æ*, f. bitumen eſt piſſaſphaltum, quo humana cadavera condiebantur. ¶ 2. Deinde & liquor quidam, qui ex infarcto fit humanorum corporum, myrrha ſcil. aloe, & huiuſmodi, quam exudant humana corpora, *Momia* ſeu *Mumia ſepulcrorum* dicitur; Matthiolus. vide ſupra *Amomum*, & Quenſtedt. de Sepult. Vet. p. 75.

MVMMIVS, *i*, m. L. Achaicus dictus, novus homo, ad conſulatum evectus, omni Achaja ſubacta Corinthum excidit, & tam rudis fuiſſe dicitur, ut, cum Corinthias artificum tabulas ac ſtatuas in Italiam portandas locaret, juberet prædici conducentibus, ſi eas perdidiſſent, novas eos reddituros. De eo Vellej. 1, 13. Flor. 2, 16. Aurel. Vict. de Vir. Illuſt. c. 60. Plinius 34, 7; & 37, 1 &c. ¶ 2. *P. Mummius* dexteritate morum valde commendatus eſt, quem C. Publicius cuivis tempori hominem eſſe dixit. vid. Cic. de Orat. 2, 67. ¶ 3. Alius poëta latinus. vid. Macrob. Saturn. 1, 10.

¶ Mummiānus, *a, um*, adject. ut *Mummiana ædificia*, Feſtus.

MVNĀTIVS, *i*, m. gentis Ro. nomen, ex qua v. g. Luc. Plancus, orator & diſcipulus Ciceronis; qui patrem, avum, & proavum eodem prænomine habuit. Militavit ſub Cæſare & ab eo conſul factus. Plinius refert in præfat. ipſum cum Aſinius Pollio orationes in eum paraſſet, ſed poſt mortem ejus edendas, ne reſpondere poſſet, dixiſſe: *Cum mortuis non niſi larvas luctari.*

Munctio, vide paullo poſt *Mungo.*

MVNDVS, *a, um*, adjectiv. terſus, elegans, ſauber, rein, reinlich, nett. Horat. 1 epiſt. 5, 2 *Munda ſupellex.* Ad verba transfertur & ſignificat pura, culta Ovid. AA. 3, 479 *Munda, ſed e medio, conſuetaque verba puellæ Scribite.* vid. ibi Burm. Ter. Eun. 5, 4, 12 *Quæ dum foris ſunt, nihil videtur mundius, nec magis compoſitum quicquam.* Catull. Carm. 68 *Mundior & melior.* conf. Horat. 2 ſat. 7, 12. Et Livius 8, 15 *Suſpecta propter mundiorem juſto cultum*, weil ſie ſich zu galant hielte. Sen. epiſt. 70 *Servitus mundiſſima.* Colum. 7, 3, 9 *Sintque illa* (ex emend. Geſneri vulgo *ſint quala*) *mundiſſima*: & c. 9 extr. *Mundiſſimum cubile.* conf. Plaut. Truc. 2, 7, 6. ¶ 2. *Mundus* & *Nudus* miſceri a librariis, obſervamus in *Nudus.*

¶ Mundŭlus, *a, um*, dimin. ausgeputzt, geſchnitzelt. Plaut. Truc. 3, 1, 13 *Mundulos, urbanos, amaſios.* Et Accius ap. Nonium 2, 583 *Circæo fonte adveniunt mundulæ.*

¶ Mundus, *i*, m. ſubſtantive inſtrumentum illud mulierum appellatur, quo mundiores fiunt, vel unde ſe mulier mundiorem, cultioremque

que efficit, geſchmeide, ſchmuck, put. Accius apud Feſtum: *Virginalis mundus.* Liv. 32, 40 extr. *Mundus muliebris.* Varro de L. L. 4, 29 *MVNDVS MVLIEBRIS dictus a MVNDITIA. ORNATVS quaſi ab ore natus. Hinc enim maxime ſumitur, quod eam decent.* Diſtinguit Varro ab *ornatu mundum:* quod & ICti faciunt. Vide Iul. Paulum recept. ſententiarum 3, 6; ut & Vlpianum Lege 25 § 10 Dig. de auro, argento, mundo. Briſſon. in Lex. & Duker. ad Livium 34, 7. Similiter Tertull. de Habitu muliebri c. 3 *Habitus fœminæ duplicem ſpeciem circumfert, CVLTVM & ORNATVM. CVLTVM dicimus, quem MVNDVM MVLIEBREM vocant: ORNATVM, quem IMMVNDVM MVLIEBREM convenit dici. Ille in auro & argento, & gemmis & veſtibus deputatur: Iſte in cura capilli, & cutis & earum partium corporis, quæ oculos trahunt &c.* Livius 34, 7 *Munditiæ & ornatus & cultus, hæc fœminarum inſignia ſunt; his gaudent & gloriantur, hanc mundam muliebrem appellarunt majores noſtri.* ¶ 2. *Mundum* etiam ſubſtantive genere neutro apud Nonium 3, 143 dixit Lucilius: *Legavit quidam uxori mundum omne, penumque.* ¶ 3. *Mundus*, die welt, cum derivatis vide mox ſeorſim.

¶ Munde, adverb. reinlich, ſäuberlich. Pompon. ap. Nonium 4, 3 *Aptate, pueri, munde atque ampliter convivium.* Adde Colum. 12, 18 & 38; Sen. epiſt. 70; Gell. 10, 17. Superl. Cato R. R. c. 66 *Quam munditſſime puriſſimeque fiat.* Et Colum. 12, 51 *Aromata in pila quam munditſſime contundito.*

¶ Munditer, idem. Plaut. Pœn. 1, 2, 26 *Cum ſedulo munditer nos habemus, Vix egregue amatorculos invenimus.*

¶ Mundule, idem. Apulej. lib. 2 A. A. *Ipſa lintea tunicâ mundule amicta, & ruſſea faſciola prænitente altiuſcule ſub ipſas papillas ſuccinctula.*

¶ Munditia, *æ*, & Mundities, *ēi*, f. lautitia, elegantia, die reinlichkeit, ſauberkeit, zierlichkeit. Cicero Off. 1, 36 *Adhibenda munditia eſt, non odioſa, neque exquiſita nimis.* Plaut. Menæch. 2, 3, 4 *Munditia illecebra animo eſt amantum.* Gellius 1, 5 *Hortenſius, quod multa munditia & circumſpecte compoſitoque amictus eſſet, &c. maledictis compellationibuſque probroſis jactatus eſt.* Hic *munditia* ad veſtes pertinet; At vero Sueton. Cæſ. c. 46 ad exquiſitam ædificiorum elegantiam refert: quem vide. Idem Othone c. 12 vulſuram corporis, galericuli ſitum, & faciei raſuram, ad munditias interpretatur. Salluſt. Iug. c. 85 in Orat. Marii: *Ex parente meo, & alii ſanctis viris ita accepi, munditias mulieribus, viris laborem convenire.* Ibid. c. 63 *Neque urbanis munditiis ſeſe exercuit*, in der galanterie. Martial. 10 epigr. 90 *Tales munditiæ decent puellas.* Sen. epiſt. 5 *Hoc contra naturam eſt, faciles odiſſe munditias.* Ovid. Art. Am. 3, 133 *Munditiis capimur: non ſint ſine lege capilli.*

¶ Mundicīna, *æ*, f. ut, *Mundicinæ dentium*, medicina ad munditiem & nitorem dentibus conciliandum, zahn-pulver, Apul. Apol. p. 277.

¶ Mundo, *avi, atum, are*, mundum efficere, reinigen, fegen, ſaubern. Plin. 15, 6 *Vaſa mundanda.* Vulg. Interp. Gen. 35, 2 *Mundamini ac mutate veſtimenta veſtra.*

¶ Mundans, *tis*; Vulg. Interp. Eph. 5, 25 *Chriſtus dilexit eccleſiam, mundans eam lavacro aquæ.*

¶ Mundatus, *a, um*, gereiniget, geſäubert, apud Livium. Et Vulg. Interp. Matth. 12, 44 *Domus ſcopis mundata & ornata.* Colum. 12, 50 *Bacca diligenter mundata.*

¶ Mundatio, *onis*, f. die reinigung. Vulg. Interp. Levit. 16, 30 *In hac die expiatio erit veſtra & mundatio a peccatis.* conf. Octav. Horat. 1, 19.

¶ Mundātor, *ōris*, m. qui mundat. Iul. Firmicus 8, 19 extr. *Cloacarum mundator*, ein nacht-arbeiter. Repetit. c. 29 parte 13.

¶ Mundatōrius, *a, um*; ut, *mundatorium medicamentum*, eine purgantz, Plin. Valer. 2, 25.

¶ Munditior, *ari*, mundum eſſe vel munditias amare, ſich reinlich halten. Tribuunt Plauto Caſ. 2, 3, 9 *Munditianti Deo*, i. e. Amori. Sed rectius Gron. *Munditia antideo*, h. e. ante eo. Alii aliter. vid. Parei Lex. Crit. p. 760, & Taubm. ad l. c. p. 379.

¶ Mundicors, *dis*, der reines hertzens iſt, Auguſtin. ſerm. 14 de Sanct.

¶ Mundifico, *are*, reinigen, ausfegen. Macer 3, 12 *Mundificare ſtomachum.*

¶ Mundificātus, *a, um*, gereiniget; ut, *Mundificata corpora*, Conſtant. Afer 7, 3.

¶ Mundificatīvus, *a, um*, i. e. mundificans, purgirend; ut, *Medicina mundificativa*, eine purgantz, Afer 7, 6; Et *Mundificativis curari*, Idem 7, 13.

Compoſita ab initio:

¶ Emundo, *avi, atum, are*, rein machen, ſäubern, ausputzen. Colum. 2, 15 *Bubilia & ovilia debent emundari.* Et Vlpian. lege 25 § 10 de auro arg. &c. *Quæ ſe emundaverint lotæ in cacheo.*

¶ Emundans, *tis*; Vulg. Interp. Malach. 3, 3 *Sedebit conflans & emundans argentum.*

¶ Emundatus, *a, um*, geſäubert, gereiniget, ausgeputzt; ut, *Emundata paſtinatio*, Colum. 3, 15 pr.

¶ Emundate, adv. idem, apud Auguſtinum.

¶ Emundatio, *onis*, f. die läuterung, reinigung, Tert. de Baptiſm. c. 5; & adv. Marc. 4, 9. Vulg. Interp. Levit. 13, 35; & 14, 32; Luc. 5, 14; Hebr. 9, 13.

¶ Commundo, *are*, idem quod *emundare*. Colum. 12, 18 *Vaſa dulci aquâ cluenda ſunt & commundanda.*

¶ Commundatus, *a, um*, idem quod *emundatus*. Vlpian. l. c. *Ornata, non tamen commundata*

¶ Immundus, *a, um*, impurus, unrein, unflätig. Catull. Carm. 98, 3 *Nil immundius hoc, nihiloque immundius illud.* Sen. Quæſt. Nat. 5, 4 *Immundius aliquid timere.* Plin. 10 epiſt. 99 *Immundiſſima adſpectu cloaca.*

¶ Immunde, adverb. idem. Iul. Obſeq. de prodig. c. 115 *Immunde templa fædare.*

¶ Immundus, *i*, m. der unflat, die heßlichkeit. Opponit *Mundo* Tertull. de Hab. mul. c. 3. Verba vide paullo ante in *Mundus.*

¶ Immunditia, *æ*, f. impuritas, die unreinigkeit, unflätigkeit. Frontin. lib. 2 de Aquæduct. *Immunditiarum facies, & imparior ſpiritus, & cauſſæ gravioris cæli, &c.* Adde Plaut. Stich. 5, 5, 6; Colum. 1, 6; 12, 3 & 50; Tertull. adverſ. Gentes c. 3; & de Carn. Chriſti c. 4.

¶ Immundities, *ēi*, f. idem, apud Tertull. de Monogam. c. 7; & de Pudicit. c. 9; Salvian. de Gub. lib. 6 p. 210.

¶ Immundabilis, *e*, unſäuberlich. Tertull. de Pudicit. c. 20 *Immundabile vitium.*

¶ Permundus, *a, um*, ſehr ſauber. Varro R. R. 3, 8 de columbis: *Permundæ ſunt hæ volucres.*

¶ Permundo, *are*, ausſcheuern, Theod. Priſc. 1, 19.

¶ Præmundo, *are*, vorher reinigen. Octav. Horat. 1, 10 *Præmundare oculos molli penicillo.*

MVNDVS, *i*, m. univerſi compages: *communis quaſi deorum atque hominum domus aut urbs utriuſque*, Cicero de Nat. D. 2, 62, himmel und erde, die welt. Feſtus: *Mundus appellatur cælum, terra, mare & aër.* Apulej. de mundo: *Mundus omnis ſuciętate cæli & terræ conſtat, & eorum naturis, quæ utriuſque ſunt.* Nomen a pulchritudine & abſolutiſſima elegantia eſt. Plinius 2, 4 *Quem κοσμον Græci nomine ornamenti appellaverunt, eum & nos a perfecta abſolutaque elegantia mundum.* Cicero de Vniverſ. c. 10 *Varietate diſtinctum bene Græci κόσμον, nec luculentum mundum nominaremus.* Lucret. 5, 69 *Vna dies dabit exitio, multoſque per annos Suſtentata vnet moles & machina mundi.* Seneca de provid. c. 1 *Si providentia mundus ageretur.* De mundi ætatibus & duratione legitur apud Platonem in Philebo prope finem Orphei verſiculus, fumtus, ut quidam ſuſpicantur, ex Eliæ dicto de ſex millibus annorum mundi: Ἕκτῳ ἐν γενεῇ κατατανύσατε κόσμος ἀοιδῆς. ubi quidem alii ſic malunt: κόσμος κατατανύσετ' ἀοιδῆς. Id eſt: *In ſexto millenario mundus ceſſabit, &c.* vide Seberi Florig. græcolat. p. 75. De forma & motu Plinius H. N. 2, 3, 4, & ibi Dalechamp. Philo de Incorruptibilitate mundi princ. tribus potiſſimum modis apud Græcos κόσμῳ ſeu *mundi* vocabulum fumi tradit. Primo enim ita vocari univerſitatem rerum, 2. Cælum, 3. Eſſentiam quamdam. At vero Scaliger ad lib. 5 Manilii p. 390 obſervat, ſexfariam κόσμῳ vocabulum uſurpari Græcis: 1. De complexu cæli & terræ. 2. De domicilio Deorum. 3. De Deorum & hominum corpore. 4. De æthere. 5. De orbe ſtellarum inerrantium. 6. De providentia: & rot modis *Mundi* vocabulo uſum Manilium. Stoicis ſane *Deus, fatum, providentia, mundus* unum erant. vid. Sen Quæſt. Nat. 2, 45. Idem ibid. 3, 28 extr. *Ego quandoque res novæ placuere mundo &c.* id eſt, quandocunque Deo placuit mundum renovari &c. Nam paullo ante dixerat: *Cum Deo viſum ordiri meliora, vetera finiri.* ¶ 2. Cæterum de *cælo* frequenter utuntur poëtæ: modo ἀπαξ; ut Claudianus 2 in Ruffin. v. 3 *Auctior adjecto fulgebat ſidere mundus.* Idem 2 de Raptu Proſerpinæ v. 47 *Firmior Herculea mundus cervice pependit.* Lucret. 5, 1376 *Ad vigiles mundi magnum & verſatile templum Sol & Luna ſuo luſtrantes lumine circum.* Modo cum Epitheto declarando diſcrimini: Tibull. 3, 4, 17 *Iam nox æthereum nigris emenſa quadrigis Mundum, cæruleas laverat amne rotas.* Sen. Medea v. 401 *Dum terra cælum media libratum ferat, Nitidiſque certos mundus evolvat vices.* Conf. Barth. ad Claudian. p. 1190. ¶ 3. *Mundum* pro terra, vel hominibus in ea viventibus dici, oſtendit Drakenb. ad Silium 3, 611 & ad 12, 336. Multo autem frequentius apud eccleſiaſticos ſonat genus humanum & res humanas. Verum extra eccleſiam ita etiam locutus eſt Seneca Trag. Herc. Oet. v. 541 *Te, te precor, quem mundus & ſuperi timent.* Et Lucanus 2, 48 *Conjuret in æva mundus.* Idem deteriorem hominum partem *mundi fæcem* vocat lib. 7, 405. Plura vide in Ol. Borrichii Anal. p. 42, & in And. Borrich. Vind. p. 139 ſeqq. ¶ 4. Lucretius 5, 529 & 1344 etiam in plurali dixit: *In variis mundis varia ratione creatis.*

¶ Mundānus, *a, um*, weltlich, von der welt. Cicero Tuſc. 5, 37 *Interrogatus Philoſophus Socrates, cujus eſſet*, mundanum *ſe eſſe, reſpondit.* ¶ 2. Avienus Arateis v. 47 *Mundanum* pro cælesti dixit, ſicut & *Mundanas oras* eodem ſignificatu, v. 216.

¶ Mundiālis, *e*, idem quod *Mundanus*. Tertull. de Reſurr. carn. c. 47 pr. *Hæc erit vita mundialis.* Idem adverſ. Marc. 5, 4 *Mundialium elementorum derogatio.* Salvianus præfat. de Gubernat. Dei, *Litterarum ſcriptores mundialium.* Et Prudent. Cathem. 1, 90 *Mundialis gloria.* Et Ambroſius de myſterio paſchæ c. 2 *In ornatum mundialis fabricæ.* Conf. Borrich. Cogit. p. 172.

¶ Mundialiter, adverb. nach der welt art, ut, *Vivere mundialiter.* Tertullian. de Reſurr. Carn. c. 46 extr.

¶ Mundipōtens, *tis*, gewaltig in der welt; ut, *Mundipotentes principatus*, Tertull. de Anima c. 23. Hilarius etiam diabolos vocat *Mundipotentes* non ineleganter ſimilitudine compoſita dictione. Sic

¶ Mundītēnens, *tis*, qui mundum tenet, ein herr der welt. Tertull. adv. Valent. c. 22 *Diabolum manditenentem appellant.*

¶ Extramundanus, *a, um*, auſſer der welt. Martianus Capella lib. 9 p. 308 *Extramundana intelligentia.*

¶ Intermundium, *i*, n. ſpatium inter fictos Epicuri mundos, ein ort auſſer der welt. Cicero Nat. D. 1, 8 pr. *Tamquam modo ex Deorum concilio, & ex Epicuri intermundiis diſcendiſſet.*

¶ Supermundialis, *e*, über der welt. Tertull. de Anima c. 18 *Subſtantiæ ſupermundiales.*

¶ Vltramundanus, *a, um*, auſſer der welt. Apulej. lib. 1 Dogm. Plat. p. 8 *Deus ille ſummus, ultramundanus.*

Munerabundus, muneralis, munerarius, munero, & muneror, &c. quære paullo poſt in *Munus.*

MVNGO, *xi, ctum, ere*, mucum ex naribus extrahere, ſchneutzen, ſchnauben. Onomaſt. Vet. *Mungo*, μύσσω.

¶ Mun-

¶ Munctio, *ōnis*, f. die ſchneutzung; ut, *Munctiones muculentæ*, Arnob. lib. 3 p. 107.

¶ Emungo, *ĕre*, ausſchneutzen, die naſe wiſchen. Gloſſ. Vet. *Emungo*, ἀπομύσσω. Et Onomaſt. *Emungo*, ἀπομύττω. *Cubito ſe emungere*, eſt ſordidum quæſtum exercere, unflätige handthierung treiben. vid. Erafmi Chiliades. ¶ 2. Eſt & *Emungere* aliquem defraudare, circumſcribere, einen ums geld bringen, berauben. Plaut. Epid. 3, 4, 57 *Qui me emunxiſti, mucidum minini pretii.* Et Ter. Phorm. 4, 4, 1 *Emunxi argento ſenes.*

¶ Emunctus, *a, um*, geſchneutzt, geputzt; ut, *Homo emunctæ naris*, qui acri eſt exactoque judicio, ein mann eines fertigen verſtands, klug, Horat. 1 ſat. 4, 8. conf. Chiliadas. Hinc Attici *limati & emuncti* Quintiliano 12, 10 dicuntur. ¶ 2. Spoliatus, beraubt, ausgebeutelt. Horat. de Arte poët. v. 398 *Pythias emuncto lucrata Simone talentum.*

¶ Emunctio, *ōnis*, f. die ausſchneutzung. Quintil. 11, 3 *Emunctio frequentior non ſine cauſſa reprehenditur.*

¶ Emunctor, *oris*, m. impoſtor, deceptor, ein berauber, betrieger, in Digeſt.

¶ Emunctōrium, *i*, n. eine lichtſchere, lichtputze, Vulg. Interpr. Exod. 25, 38.

¶ Promunctorium, *i*, n. idem. Gloſſ. gr. lat. προμυκτήριον, *promunctorium.*

Munia, municeps, municipium, &c. munificentia, munificus, quære poſt in *Munus.*

MŪNIO, *ivi, ītum, ire*, (etiam *Mœnire* veteres ſcripſerunt, vide ſupra *Mœnia*), eſt firmare, inſtruere, verſchantzen, verwahren, feſt machen; ut, *Munire caſtra*, Cæſ. B. Gall. 2, 5 &c. *Præſidiis, cuſtodiis, vigiliisque munire coloniam*, Cic. Catil. 1, 3. Et, *Tenere & munire ſe benevolentia multorum*, Idem de Finib. 2, 26. Et, *Munire viam*, die wege beſſern und bereiten. Quo tralate ſæpe uſus eſt Cicero; ut Att. 1, 17 *Munitur quædam nobis ad retinendas opes noſtras tuta, ut ſpero, via.* Et pro Muræn. c. 23 *Hæc omnia tibi accuſandi viam muniebant*, es gab dir darzu gelegenheit und vortheil. Front. Strat. 4, 16 *Hoſti non ſolum dandam eſſe viam fugiendi, ſed etiam muniendam*, i. e. facilem & tutam reddendam. *Munire*, abſolute pro muros ſtruere, ſchantzen, fortificiren, Nepos 2, 6, 5. Translate eſt firmare vim dominationis; ut, *Munire imperium ſingulare*, Nepos in Regib. c. 2, 2.

¶ Muniens, *tis*. Curt. 4, 2, 13 *Munientibus coria velaque juſſit obtendi.*

¶ Mūnītus, *a, um*, feſt, befeſtiget; ut, *Nihil tam munitum, quod non expugnari poſſit*, Cic. Verr. 1, 2. *Oppidum munitiſſimum oppugnare*, Idem fam. 2, 10, eine feſtung belagern. Et, *Munitiſſimi portus*, Verr. 2, 5 *Munitiſſima pars inſulæ*, Livius 24, 22. Et, *Sapientiâ munitum pectus gerere*, hoc eſt, inſtructum, Cic. de Divin. 1, 22. *Munitior legatio*, id eſt, tutior, Idem Att. 2, 18. Sic & Offic. 2, 4 *Ex quo leges moreſque conſtituti, effectum, ut eſſet vita munitior*, deſto ſicherer.

¶ Munite, adv. idem. Compar. Varr. de L. L. 4, 32 *Opere munibant mœnia, quo munitius eſſent.*

¶ Mūnītio, *ōnis*, f. actus muniendi, die befeſtigung, fortification. Cæſ. Bell. Gall. 1, 49 *Quæ copiæ noſtros perterrerent, & munitione prohiberent.* Neposs 2, 7, 2 *Cum audiſſet, non multum ſupereſſe munitionis.* ¶ 2. Pro opere & munimento, die ſchantze, mauer, bollwerck, batterie. *Munitionibus urbem ſepire*, Cicero Phil. 13, 9. Et, *Munitiones disjicere*, Nepos 17, 5, 7. Et, *Munitioni, quam fecerat, legatum præfecit*, Cæſ. B. Gall. 1, 10.

¶ Mūnīmentum, *i*, n. opus munitionis, die ſchantze, mauer, wall, ꝛc. Curt. 3, 1, 5 *Cum extra munimenta ſe (fluvius) evolvit.* Cæſ. B. Gall. 2, 17 *Inſtar muri ſepes munimenta præbent.* conf. Liv. 30, 16 & Iuvenal. 9, 29. ¶ 2. *Munimentum & momentum* in veteribus libris permutatur. vid. Interpp. Livii 1, 47; 3, 70.

¶ Mūnīmen, *ĭnis*, n. idem, Virg. Georg. 2, 352. Lucan. 6, 22 *Sed munimen habet nullo quaſſabile ferro.*

¶ Munītūra, *æ*, f. idem. Romæ in hortis Carpenſibus legitur: STRVCTVRAM CVM MVNITVRA SARCOPHAGI SVIS IMPENDIS FECIT. vid. Ferret. Muſ. Lapid. p. 73.

¶ Mūnītor, *ōris*, m. ein ſchantzer, ein ſchantzgräber. Livius 7, 23 *Haſtati pro munitoribus intenti armatique ſteterant*, ſie bedeckten die arbeiter. Tac. Ann. 1, 64, 1 *Barbari perfringere ſtationes, ſeque inferre munitionibus niſi.*

¶ Munitorium, *i*, n. pro præcinctorio vel ſuccinctorio, eine ſchürtze, ſchurtzfell, in Iſidori Gloſſ.

¶ Munīto, *are*, frequentativ. feſt ſtellen. Cicero pro Roſc. c. 48 *Quam viam muniret, quod iter affectet, videtis*, wo er hinaus gedencke. Gruterus putat, ex antiquo poëta eſſe.

¶ Munībilis, *e*, quo quid munitur, bequem zu befeſtigen. Sidon. 2 epiſt. 2 *Porticus columnis invidioſa munibilibus.*

Compoſita:

¶ Circummūnio, *īre*, umher befeſtigen, umſchantzen. Cæſar de B. Civ. 1, 18 *Oppidum vallo caſtellisque circummunire inſtituit.* Hirt. B. Alex. c. 80 *Thapſum operibus circummunivit.* conf. *Circummœnire* in *Mœnio.*

¶ Circummūnītus, *a, um*, umſchantzt, eingeſchloſſen. Cæſ. B. G. 2, 30 *Caſtellis circummuniti.* conf. B. C. 1, 84; & Hirt. B. Hiſp. c. 34.

¶ Circummunītio, *onis*, f. die umſchantzung. Cæſ. B. C. 1, 19 extr. *Oppidi circummunitione fiebat.*

¶ Communio, *īre*, befeſtigen, verwahren; ut, *Communire caſtella*, Cæſ. B. Gall. 1, 8. & Nepos 7, 7, 4. Et, *Loca caſtellis idonea communire*, Idem Nepos 1, 2, 1.

¶ Commūnītus, *a, um*, feſt geſtellt, verwahrt, beſtätiget, per metaph. ut, *Omni autoritate aulæ communita*, Cicero fam. 15, 4. *Communita cauſſa Roſcii ſummiſſimis & ſanctiſſimis teſtimoniis*, Idem pro Roſcio Com. c. 15. *Communitæ copiæ armis*, gewafnete trouppen, Flor. 3, 19, 11.

¶ Commūnītio, *ōnis*, f. die befeſtigung. Cicero de Orat. 2, 9 *Aditus ad cauſſam & communitio.* Et Vitruv. 10, 19 *Totam communitionem diſſipare.*

¶ Emūnio, *īre*, idem quod munire, vel altius munire, den feſtungs-bau hoch führen. Livius 26, 46. *Nam neque opere emunitus erat.* Tac. Agric. c. 31, 3 *Corpora ipſa ac manus, ſilvis ac paludibus emuniendis, verbera inter ac contumelias conterunt.* Virgil. Æn. 8, 228 *Fultosque emuniit obice poſtes.* Translate Seneca Controv. 17 *Adverſus metus emunire animum.*

¶ Emūnītus, *a, um*, befeſtiget, fortificiret. Liv. 14, 21 extr. *Locus ſaxo quadrato ſeptus, atque arcis in modum emunitus.* Idem 21, 7 *Murus ſupra cæteræ modum altitudinis emunitus.*

¶ Emunitor, *oris*, m. apud Vegetium.

¶ Immūnītus, *a, um*, unbefeſtiget, unverwahrt; ut, *Immunita via*, non munita, Cicero pro Cæcin. c. 19, ungepflaſtert, nicht ausgebeſſert. *Immunita caſtella*, Livius 22, 11. *Immunita Sparta*, Ovid. Met. 10, 169, ohne mauern. At

¶ Immūnio, *īre*, eſt intus munire, ſive ſimpliciter munire. Tac. Ann. 11, 19, 2 *Præſidium immunivit.*

¶ Permunio, *īre*, wohl befeſtigen. Tacitus Hiſt. 3, 9, 2 *Caſtra permuniit.* Liv. 30, 16 *Quæ muninenta inchoaverat, pevmunit.* conf. Iuſtin. 24, 7, 8.

¶ Permunītus, *a, um*, wohl verwahrt, ſtarck befeſtiget. Iuſtin. 2, 15, 9 *Themiſtocles indicat, permunitas Athenas eſſe.* Tac. Ann. 2, 7, 4 *Cuncta aggeribus permunita.* Liv. 7, 16 *Cum ante mœnia ſua, caſtris permunitis, conſediſſent.*

¶ Præmūnio, *īre*, vor etwas eine ſchantze legen, vorher verwahren, unterbauen. Cæſ. B. Civ. 3, 55 *Rutilius, qui Achaiam, miſſus a Pompejo obtinebat, Iſthmum præmunire inſtituit.* Et c. 58 *Cæſar aditus duos magnis operibus præmunivit.* Per metaph. Cicero pro Cælio c. 8 *Illa quæ ex accuſatorum oratione præmuniri & fingi intelligebam, fretus veſtra prudentia, judices, non pertimeſco.* vide *Præmœnire*, ſupra in *Mœnia.* Cic. Att. 5, 13 *Illud præſulci atque præmuni quæſo, ut ſimus annui*, da baue vor ꝛc.

¶ Præmunītus, *a, um*, verſchantzt, verwahrt, unterbaut. Cicero de Orat. 3, 9 *Genus dicendi præmunitum & ex omni parte cauſſe ſeptum.*

¶ Præmunītio, *ōnis*, f. die verſchantzung, verwahrung. Cicero de Orat. 2, 75 *Sine præmunitione orationis.*

¶ Supermunio, *īre*, zudecken. Colum. 9, 7 *Convenit alvearia porticibus ſupermunire.*

MŪNUS, *ĕris*, n. quod per liberalitatem ac benevolentiam datur alteri, eine gabe, ein geſchenck. Vetus Gloſſ. *Munus*, φιλοτιμία, φιλοξωΐα, δῶρον: Vbi φιλοξωΐα corruptum eſt. An φιλοξενία legendum? Donatus in Ter. Eun. 5, 8 DONVM, inquit, *præmium eſt*: & MVNVS, *præmium.* Sed DONVM *præmium Diis datur*; MVNVS, *præmium hominibus. Nam ſeparatim* DONVM *Debrum eſt*: PRÆMIVM *virorum eſt fortium*: MVNVS *hominum.* Et DONVM MVNVSque, *tam ante factum, quam poſt factum datur.* PRÆMIVM *non niſi poſt factum eſt*: DONVM & MVNVS *voluntarium*: PRÆMIVM *debetur.* Hæc ille. Sed Livius 3, 11 *Nobilitas generis, vires corporis munera a DIs data vocantur*, & contra Ovid. A. A. 3, 653 *Munera, crede mihi, capiunt hominesque Deosque Placatur donis Iuppiter ipſe datis.* Adde Varr. L. L. 4, 36; & C. A. Dukerum de Latinit. Iuriſconſ. vet. p. 47 ſeqq. ubi a munitione aut mœnium exſtructione *munus* deducitur. *Munera militaria* erant centurionatus, præfecturæ, decurionatus &c. *Dona militaria*, quæ militibus ſingulis virtutis ergo dabantur, ut coronæ, quæ multifariæ erant, muralis, triumphalis, civica &c. ICti *Munus* dicunt, quod ex cauſſa datur: Lege *Inter donum* Dig. de Verbor. ſignif. *Dare, largiri, offerre munus*, Cicer. *Dare, offerre aliquid muneri*, Quintil. 1, 10 p. 85, etwas zum geſchenck geben, ſchencken. Idem 10, 6 *Refutare temporis munera longe ſtultiſſimum*, i. e. occaſionem. Hinc, ξενίων θυμὸς ἄγιος, *Munerum animus optimus*, man muß den guten willen für die that nehmen. Martial. 5 epigr. 18 *Odi doloſas munerum & malas artes: Invitantur hamos dona. Namque quis neſcit, Avidum voratâ decipi ſcarum muſca?* Porro de modeſtia in muneribus ac delectu, dictum eſt aliud; ὅτε πάντα, ὅτε πάντη, ὅτε παρὰ πάντων, i. e. *nec omnia, nec ubique, neque ab omnibus*, in Pandectis ex Epiſtola Severi & Antonini Imperatorum. ¶ 2. *Aliquem ſui muneris*, ſive *beneficii facere*, eſt ita mereri de aliquo, ut ſibi multum debeat, einen verbindlich machen. Æneas in Ovid. Met. 14, 124 *Numinis inſtar eris ſemper mihi, meque fatebor Muneris eſſe tui.* Tacitus Ann. 15, 52, 4 *Plerique Veſtini quoque conſulis acre ingenium vitaviſſe Piſonem credidere: ne aut libertatem moliretur, vel, delecto Imperatore alio, ſui muneris rempubl. faceret.* vid. Gruter. Suſpicion. 1, 13. In Iuſtino 13, 4, 9 etiam loquendi hoc genus notavit Caſaubonus ad Suet. Claud. c. 23. Et Horat. 4 ode 3, 21 *Totum muneris hoc tui eſt, Quod monſtror digito prætereuntium &c.* das habe ich dir zu dancken. ¶ 3. Hinc & ſpectacula appellata *munera* ſunt, quod ambitioſa liberalitate & maximis ſumtibus edi ſolerent: vel, quod ad officium ſeu munus, quod mortuis debetur, pertinere exiſtimarentur. Mortuis enim ita litari, obtinebat opinio. Maritalis etiam functio *muneris* nomine venit Catull. 62 *Munere aſſiduo valentem Exercete juventam.* Quem laudat Burm. ad Samon. 610 *Irrita conjugii ſterilis ſi munera languent.* Lege Tertullianum de Spectaculis, & Lipſium Saturnal. 1, 7, itemque, ſi munerum origines, & ritus noſſe velis, Petr. Fabr. Semeſtr. lib. 2 p. 139. ¶ 4. *Munera* etiam dicuntur theatra ſeu loca, in quibus eduntur munera. Vellejus 2, 130, 1 *Quam magnifico animi temperamento Cnæi quoque Pompeji munera abſumta igni reſtituit.* conf. Idem 2, 48, 2. vid. ibid. Gerh. Voſſius. Ovid. de Arte am. 1, 69 *Aut ubi muneribus nati ſua munera mater Addidit, externo marmore dives opus.* intelligit porticum Octaviam non longe a Marcelli porticu poſitam. vide Heinſius ad Ovid. Faſt. 6, 92 p. 194. Hinc Cicero Tuſc. 1, 29 de Deo & mundo: *Moderator tanti operis & muneris.* ¶ 5. *Munus* functio, die gebühr, das amt, die verrichtung. *Tuum hoc eſt munus, tue partes*, Cicero fam. 11, 5. Idem de Orat. 3, 30 *Me ad munus meum, penſumque revocabo.* Sic, *Fungi, perfungi munere. Curare munus ſuum*, Plaut. Truc. 2, 4, 76. Et, *Colere & efficere munus*, Cic de Leg. 1, 5. *Exſequi munus*, Idem de Senect. c. 10 extr.

extr. ein amt verwalten, ausrichten. *Munus suscipere*, Quintil. procem. lib. 4. *Muneri alicui præponere aliquem*, Cicero de Orat. 2, 10, einen über ein amt setzen. *Munus* etiam de bellico opere passim usurpatur. Ovid. Metam. 13, 296 *Duri fugientem munera belli*, ubi al. *munia*. Cæterum ICti id *Munus* esse volunt, quod cum magna dignitate conjunctum non est, sed cum sumtu: L. *Honor.* ff. de Muneribus. Vide & quæ Hugo Grotius in Florum Sparsione de hac voce eleganter disserit ad L. *Munus* ff. de verb. signif. Serv. ad Æn. 3, 67 *Apud veteres etiam homines interficiebantur* (ad sepulcra mortuorum inter victimas) sed mortuo *Iunio Bruto cum multæ gentes ad ejus funus captivos misissent; nepos illius eos, qui missi erant, inter se composuit, & sic pugnaverunt: & quod munera missi erant, inde munus appellatum.* ¶ 6. *Munus* & *Numen* in obliquis permutari a librariis observat Drakenb. ad Sil. 8, 233.

¶ Mūnuſculum, *i*, n. dimin. donum parvum. Cic. Att. 1, 9 *Tulliola tuum munusculum flagitat.* Catull. 65, 103 *Non ingrata munuscula.* Sen. epist. 10 *Vt cum aliquo munusculo epistolam mittam.*

¶ Munuſculārius, *i*, m. qui munuſcula corradit, ein bettler, apud Auguſtinum. vid. Sarisb. 3, 11 & 12; Iſidori Gloſſ.

¶ Mūnero, *are*, act. & Muneror, *ari*, deponentiale, munere afficere, begaben, beſchencken, verehren. Cicero pro Dejot. c. 6 *Locus erat quidam, in quo erant ea composita, quibus rex eum munerare constituerat.* Sen. epist. 119 *Inani me lance muneras.* Plaut. Capt. 5, 1, 15 *Munerare beneficium*, pro gratum ſe pro beneficio præſtare, ſive referre gratiam dixit. conf. Nonius 7, 8, 1. Ruſus Cic. Att. 7, 2 *Alexion me opipare muneratus est.* Adde Gellium 18, 12 ſub fin.

¶ Mūnerātus, *a*, *um*, paſſiv. beſchenckt. Spartianus Adriano c. 3 *Locupletissime muneratus.* Amnian. 14, 7 *Mulier munerata vehiculoque imposita.*

¶ Muneratio, *ōnis*, f. die beſchenckung. Vlpianus l. 1 § 5 ff. de tutelæ & rat. diſtrah. *Non necessaria muneratio.*

¶ Munerātor, *ōris*, m. qui munera edit, der ein geſchenck oder ſchauſpiel giebt, apud Florum 3, 20, 9. vide mox *Munerarius.*

¶ Muneratrix, *īcis*, f. ICt. in Dig.

¶ Munerābundus, *a*, *um*, begierig zu beſchencken. Apul. 11 Met. p. 265 *Quisque munerabundi ad meum festinant illico reducem ab inferis conspectum.*

¶ Munerālis, *e*, die geſchencke betreffend. Sic *Muneralem legem* Plautus dixit, qua munera prohibentur, quam Cincium tuliſſe atteſtatur Feſtus.

¶ Munerarius, *a*, *um*; ut, *Munerarius libellus* ap. Treb. Poll. in Claudio 5, in quo munerum h. e. ludorum ratio deſcripta.

¶ Mūnerārius, *i*, m. muneris exhibitor, ein verehrer. Quam vocem Auguſtum primum uſurpaſſe, Quintil. ſcripſit 8, 3. Eſt autem, qui ludos gladiatorios ſive ſpectacula præbet populo, quæ & ipſa *munera* appellantur, apud Suet. Domit. c. 10; & Senecam patrem præfat. l. 4 Controverſ. quem Florus 3, 20, 9 *Muneratorem* appellat.

¶ Munĭco, *are*, pro *Communicare*, ſive largiter impertiri, mittheilen, Feſtus.

¶ Mūnis, *e*, ad officium ſeu munus obſtrictus, verpflichtet, verbunden. Plaut. Merc. 1, 1, 104 *Dico ejus promeritis gratiam & munem fore. Munes* itaque, qui munia faciunt ſive tenentur facere. Quibus opponuntur *Immunes*, de quibus in compoſitis. conf. Feſtus, & Nonius 1, 88.

¶ Mūnia, *orum*, n. plur. obſequia ſcil. & officia, quæ publice præſtantur, dienſt, amt und pflicht; ut, *Suis cervicibus munia sustinere*, Cicero pro Sextio c. 66. Et Liv. 1. 42 *Belli pacisque munia non viritim, sed pro habitu pecuniarum fiant.* Conf. Drakenb. ad 36, 31. Tacito frequens vocabulum, cujus ſunt: *Munia consulatus obire*, Annal. 2, 26, 2; *Vrbis & militiæ munia simul obire*, Annal. 6, 8, 3: Et, *Implere ducis munia*, Hiſt. 1, 62, 3. conf. Vellej. 2, 70, 1. Sponius Miſc. Erud. Antiqu. p. 36 ex Romano lapide: OB HAEC INSIGNIA GENERA MVNIORVM. v. *Immunis.*

¶ Municeps, *ĭpis*, c. qui munera civilia ſuſtinet, ſed aliunde in civitatem receptus eſt, ein mitgenoß der bürgerſchafft, mitbürger, bürger. Iuſtin. 2, 12, 14 *Themistocles persuadet omnibus, patriam municipes esse, non mœnia, civitatemque non in ædificiis, sed in civibus positam.* Breviter, *municeps* eſt, qui in ſua patria munus, id eſt, officium publicum capere poteſt: & *incolæ* opponitur, id eſt, indigenæ ſive advenæ. Namque & Cicero *incolas* cum *peregrinis* conjungit. Vide Vlpianum Lege 1 Dig. *ad municipalem*, & ibi Grotium in Florum Sparſione; itemque Onuphr. Panvinium lib. 3 Deſcript. Imperii Rom. p. 325, & 354; & imprimis Pompejum Feſtum, diverſas vocabuli notiones in tuo de Verborum Significatione libro interpretantem, nec non Dukerum de Latinit. ICt. ver. p. 48. ¶ 2. *Municipes* etiam ſocios ejusdem municipii appellamus, landsleute. Sic Cicero C. Marium vocat *municipem suum*, quia uterque Arpinas, ſeu Arpino municipio oriundus, ſein landsmann. Poſt red. ad Quir. c. 8.

¶ Munĭcĭpium, *i*, n. certum genus oppidorum, in Italia præſertim, jure ſuo & magiſtratu utentium, ideoque diſtinctorum a coloniis & præfecturis, eine ſtadt oder flecken, ſo ſein beſonder bürgerrecht hat. Cicero pro Roſcio c. 6 *Roscius municeps fuit, genere & nobilitate sui municipii primus.* Idem fam. 13, 30 *Erat adscriptus in id municipium*, er war in der ſtadt bürger worden. Vide Grotium atque Onuphr. Panvinium laudatis locis. *Municipia dicebantur civitates jure, & legibus gaudentes, muneribus tamen Pop. Romani & honoribus gaudentes*, Gell. 16, 13, quem vide.

¶ Municipiŏlum, *i*, n. dimin. Sidon. 3 epiſt. 1 *Ecclesia Arverni municipioli.*

¶ Municipālis, *e*, ad municipium pertinens; ut, *Homines municipales*, Cic. Att. 8, 13. *Municipalia prodigia*, pro municipibus ſumme ſceleratis, Florus 3, 18, 6. *Municipalia sacra*, Feſt.

¶ Municipaliter, adverb. idem. Sidon. Apollinaris 1 epiſt. 11 *Non eminentius, quam municipaliter natus:* hoc eſt, cujus majores nullam publicam dignitatem attigerunt.

¶ Municipātim, adverb. idem; ut, *Municipatim dividere*, id eſt, *per municipia*, Suet. Cæſ. c. 14.

¶ Municiparus, *ūs*, m. ſubſt. jus municipale, die mitbürgerſchafft. Tertull. de Corona mil. c. 13 ita vertit Apoſtoli πολίτευμα Phil. 3, 20 *Tu peregrinus es, mundi hujus civis supernæ Hierusalem. Noster, inquit, municipatus in cœlis.* Imitatur Hieronymus æque idem Apoſtoli verbum ita vertendo, epiſtola 1 ad Heliodorum, & 3 ad eumdem, ſive Nepotiani Epitaphio: & 13 ad Paulinum: & epiſt. 58 ad Damaſum extr. &c.

¶ Mūnifer, *ĕri*, m. qui munera fert, Iſidor. Gloſſ.

¶ Mūnificus, *a*, *um*, freygebig. Cicero Off. 2, 18 *Convenit tum in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum.* Et pro Roſc. Com. c. 8 *Semper liberalissimus munificentissimusque fuit.* Feſtus Pompejus: MVNIFICIOR *a munifico identidem Cato dixit, cum nunc* MVNIFICENTIOR *dicamus: quamvis munificens non sit in usu.* ¶ 2. Nonius 1, 88 ex Pacuvio & Lucilio probat, quod *Munificus* apud veteres dictus fuerit *pariter volens*, vel *consentiens ad ea, quæ amici velint*, gleich geſinnt.

¶ Munifice, adv. gütig; ut, *Munifice & æque tueri*, Cic. de Fin. 5, 23 *Munifice adjuvare rem alicujus*, Liv. 22, 37.

¶ Munificentia, *æ*, f. liberalitas, die mildigkeit; ut, *Sine munificentia quem præterire*, Liv. 22, 61. Idem 7, 16 *Ad copiam rerum addidit munificentiam, quod nihil in publicum secernendo, augenti rem privatam militi favit.*

¶ Munifex, *ĭcis*, m. der dienſte thut. *Munifices* dicebantur milites infimi ordinis, quibus omnia militiæ munia incumbebant, quibusque tribuni & centuriones in modum ſervorum utebantur. His opponebantur *Beneficiarii*, qui vacationem munerum militarium habebant, Cataubon. ad Suet. Aug. vide & paullo poſt *Immunis.* Vſus hac voce, ut militari, Vegetius 2, 7 extr. vid. Miſc. Obſerv. Vol. VII p. 356. & Ammianus 16, 5 *Munificis militis vili & fortuito cibo contentus* Plinius autem 11, 40 adjective vocat *Mammam munificem*, quæ fœtum lactet.

¶ Munificium, *i*, n. res non immunis, non libera a vectigalibus & portoriis. Paulus ICt. l. 4 § 1 D. de Publ. & Vect. *Si quid amplius quam mandatum est, transferat, id munificium sit.* conf. Parei Lex. Crit. p. 761.

¶ Mūnĭfico, *are*, beſchencken, begaben. Lucret. 2, 625 de Cybele: *Munificat tacita mortales muta salute.*

¶ Munerigĕrulus, *i*, m. ein geſchencktrager. Plaut. Pſeud. 1, 2, 48 *Manipulatim mihi munerigeruli jam hic assint.* Pareus etiam in Truc. 2, 7, 1 *Muneridammigerulos* agnoſcit.

Compoſita cum præpoſit.

¶ Commūnis, *e*, quod non eſt proprium, quo multi ſimul utuntur, a *Con* & *Munus*, ut τῷ *Immunis* oppoſitum ſit, gemein, allgemein. Cicero de Fin. 3, 1 *Cujus usus vulgaris communisque sit.* Id. Verr. 2, 46, 1 *Qui oppidum -- locis communibus -- decoravit*, h. e. ædificiis publicis. Sic mortalitas dicitur eſſe res *communis* hominis & beſtiæ: contra rationalitas propria dicitur eſſe homini. Interdum ponitur ſine caſu: Cicero Off. 1, 17 *Magnum est, sepulcra habere communia:* interdum cum dativo; Idem de Senect. c. 19 *Omni ætati mors est communis:* aliquando cum genitivo: Idem Off. 1, 16 *Amicorum omnia sunt communia:* vel ut Terentius effert Adelph. 5, 3, 18 *Communia sunt amicorum inter se omnia:* nonnunquam cum dativo, & ablativo, præeunte præpoſitione *cum*: Salluſt. initio Catil. *Nobis commune cum Diis*, &c. Cicero de Leg. 2, 23 *Hæc locupletibus fere cum plebe communia.* Idem Att. 11, 1 *Pericula, quæ mihi communia sunt cum cæteris, fortius feram.* Etiam cum præpoſitione *Inter*: Idem Cicero de Leg. 1, 7 *Quibus hæc sunt inter eos communia.* Et cum *Apud*: Cicero fam. 7, 12 *Commune nihil potest esse apud eos, qui omnia voluptate sua metiuntur.* Menandri eſt: *Bonum commune est vir bonus bene habens*, κοινὸν ἀγαθόν ἐστι τοῦτο χρηστὸς εὐτυχῶν, deſſen viele genieſſen. Virgil. Æneid. 2, 709 *Vnum & commune periclum, Vna salus ambobus erit*, wir wollen gutes und böſes mit einander ausſtehen. Cicero Off. 1, 16 *Omnes res ad communem hominum usum natura genuit*, zu gemeinem nutz und gebrauch. *Sensus communis*, menſchen-verſtand. *Sensu communi carere*, Horat. 1 ſat. 3, 66. *Communi & leni esse animo*, gedultig und guttwillig ſeyn, Ter. Heaut. 5, 1, 39. *Communem locum*, pro lupanari bis dixit Seneca Controv. 1, 2. ¶ 2. *Communes* etiam dicuntur, qui nihil ſuperbe & ſuperciliose ſibi præ aliis arrogant; ſed omnia ſibi cum aliis communia volunt; qui iidem civiles, comes, jucundi, ut & clementes benignique audiunt, geſellig, leutſelig, freundlich. Cicero fam. 4, 9 *Eum magis communem censemus in victoria futurum fuisse.* Idem de Senect. 17. *Cyrus minor, rex Persarum, communis erga Lysandrum, atque humanus fuit.* Conf. Gronov. Obſerv. 2, 12 & Drakenb. ad Liv. 4, 10. Nepos 25, 3, 1 *Hic autem sic se gerebat, ut communis infimis, par priscipibus videretur.* Nam *Communis* hic eſt, qui ſe æqualem infimis quodammodo, & parem facit. Eutrop. 8, 2, 15 *Communis circa omnes.* Nam & ita loquuntur auctores. Sic enim Eutropius Trajanum *æqualem se omnibus exhibuisse* ſcribit, cum ejus civilitatem laudat, & de eodem Victor Iunior: *Liberalis in amicos, & tamquam vitæ conditione par societatibus perfrui*; Plinius Paneg. ejus c. 2 *Enimvero quam commune & ex æquo, quod* FELICES NOS, FELICEM ILLVM, *prædicamus?* id eſt, quam civile. Suet. Claud. c. 21 *Nec ullo spectaculo communior aut remissor erat.* Servius ad illud Virgilii: COMMVNEMQVE VOCATE DEVM: *humanum, beneficum*, φιλάνθρωπον. *Vnde* & Communes homines *dicimus.* Græci perinde tales κοινὸς vocabant: ut Plutarchi, Dionis & aliorum exempla evincunt. S. Paulus κοινωνικὸς appellat 1 ad Tim. 6, 18. Recentiores Latinorum *Communibus*, hoc ſignificatu, *Singulares* opponunt: de quo ſuo loco.

¶ Commune, ſubſtantive pro communi republica. Cicero Verr. 2, 46 *Commune Siciliæ.* Cicero de Invent. 2, 3 *Conferre in commune*, zu gemeinem nutz wenden. Horat. 1 od. 15, 14 *Privatus illis census erat brevis, Commune magnum &c.* Idem 1 epiſt. ult. v. 4 *Paucis ostendi gemis, & communia laudas?* id eſt, publica. *In commune*, i. e. communiter, insgemein, cui opponitur *partim.* Tacitus Hiſt. 1, 25, 3 *In commune omnes metu militiæ mutandæ exterrebantur.* Claudian. de 4 Conſ. Hon. 296 *In commune jubes si quid, censesque tuendum, Primus jussa subi.* Latinus Pacatus Paneg. Theodoſ. cap.

cap. 21 *Quæ non partim, sed in commune conducant.* conf. Parei Lex. Crit. p. 233. Sed apud Florum 2, 16, 7 *Æris, auri, argentique venæ in commune fluxere,* es iſt alles durch einander gefloſſen.

¶ Commūniter, adv. non divile, gemeinſchafftlich, zugleich, ungetheilt. Liv. 1, 10 *Tres populi communiter bellum parant.* Et c. 45 *Dianæ Epheſiæ templum communiter a civitatibus Aſiæ factum,* mit einander, zuſammen. Cic. pro Roſc. Am. c. 37 *Iſte Roſcius omnia cum Chryſogono communiter poſſidet,* er ſitzt mit ihm in ungetheilten gütern. ¶ 2. Lactantio 5, 12, 3 idem eſt quod *vulgariter; Quoniam communiter cum Deorum cultoribus loquimur.* ¶ 3. *Communiter* & *Comiter* in Codicibus permutantur. v. Burm. ad Suet. Claud. 21 Drakenb. ad Liv. 25, 12.

¶ Communitus, adv. pro *Communiter.* Varro ap. Non. 11, 6 *Vt Deos colere debet communitus civitas, ſic ſingulæ familiæ debemus.*

¶ Commūnio, *onis,* f. communitas, die gemeinſchafft, geſellſchafft. Cic. de Leg. 1, 7 *Inter quos eſt communio legis, inter eos communio juris eſt.* Et pro Milone c. 36 *Fortunas meas in communionem tuorum temporum contuli,* id eſt, in ſocietatem periculorum.

¶ Communĭtas, *ātis,* f. idem. Cic. de Amic. c. 17 *Sit inter eos omnium rerum, conſiliorum & voluntatum, ſine ulla exceptione, communitas.* Idem fam. 9, 24 *Communitas vitæ atque victus.* Et Phil. 6, 2 *Legationis communitas.*

¶ Commūnico, *avi, atum, are,* conferre eſt, & impartire, mittheilen. Sic autem utuntur, *communicare cum aliquo aliquid, communicare inter ſe de aliqua re, &c.* mit einem ſich unterreden, etwas überlegen. Cic. Att. 1, 18 *Nihil mihi nunc ſcitu tam deeſſe, quam hominem eum, quicum omnia, quæ me curâ aliqua afficiunt, una communicem.* Et in Verr. Divinat. c. 11 *Beniginſſime communicare cum aliquo aliquid.* Et fam. 1, 7 *Pompejus mecum ſæpiſſime de te communicare ſolet.* Sic, *Multa de re aliqua inter ſe communicare,* Idem Cic. pro Quintio c. 4, h. e. colloqui & conferre. Liv. 3, 70 *Communicare conſilia laudeſque.* Cum dativo etiam Cæſ. B. C. 3, 18 *Quibus communicare de maximis rebus Pompejus conſueverat.* vid. Borrich. Vind. p. 28. ¶ 2. Liv. 4, 24 pr. deponentialiter poſſiſſe videtur, *Cum quibus ſpem integram communicati non ſint.* Iac. quidem Gronovius conjicit, *communicari non ſi:int:* ſed illud tuetur Græv. ad Cic. Att. 2, 17 pr. & Perizon. ad Sanctii Minerv. 1, 15, 4.

¶ Communĭcans, *tis.* Cic. de Amic. c. 6 *Amicitia adverſas res partiens communicansque leviores facit.*

¶ Communicātus, *a, um,* mitgetheilt. Liv. 22, 27 *Sibi communicatum cum illo, ſed non ademtum imperium eſſe.* Idem 8, 25 *Communicato inter ſe conſilio,* da ſie ſich mit einander berathſchlaget.

¶ Communicatus, *ūs,* m. ſubſt. communicandi actus. Apulej. de Deo Socrat. p. 44 *Nullo inter ſe propinquo communicatu naturæ.*

¶ Communicatio, *ōnis,* f. idem: & quidem *conſilii, ſermonis:* ut, *Suaviſſima ſermonis communicatio,* Cic. Att. 1, 17. ¶ 2. Eſt & *Communicatio* ſchema, ἀνακοίνωσις, de quo ſic Cic. de Orat. 3, 53 *Communicatio eſt quaſi cum iis ipſis, apud quos dicas, deliberatio:* ut, *Vos interrogo, quid tandem fieri oportuit?* vid. Voſſ. 5 Inſtit. Orat. p. 366.

¶ Communicator, *ōris,* m. qui communicat. Arnob. lib. 4 ſub fin. *Familiaris communicatores rei.* Tertull. de Pudicitia c. 22 eſt particeps communionis eccleſiaſticæ, excommunicato oppoſitus: *Alii,* inquit, *ad metalla confugiunt, & inde communicatores revertuntur.* Lege quæ ibi Rigaltius commentatus eſt.

¶ Communicārius, *a, um;* ut, *Communicarius dies,* in quo omnibus Diis communiter ſacrificabatur. Quære apud Feſtum *Pandiculavius.*

¶ Communicabĭlis, *e:* & Communicativus, *a, um,* quod communicatur, apud Philoſophos & ICtos.

¶ Communĭceps, *ipis,* m. ein mitbürger, reperitur in Vet. Inſcr. apud Conſtantin. Landum in Numiſm. p. 18.

¶ Excommunĭco, *avi,* apud ſcriptores eccleſiaſticos, ausſchlieſſen aus der gemeine, verbannen. v. g Hieron. adv. Rufin. 2, 5 *Synodus, a qua excommunicatus eſt, &c.* Sic &

¶ Excommunicatio, *ōnis,* f. der bann, die verbannung.

¶ Incommunis, *e,* minime communis, ungemein. Tertull. de Pallio c. 3 *Indumentorum formæ cæteris incommunes.*

¶ Incommunicabĭlis, *e,* was man einem nicht geben oder mittheilen kan; ut, *Nomen incommunicabile,* Vulg. Int. Sap. 14, 21.

¶ Emūnĭtas, *atis,* f. idem fere quod Immunitas, levi differentia, quam oſtendit Rigaltius ad Tertull. de Reſurrect. c. 58. Ibi enim hoc vocabulo uſus fuit Tertull.

¶ Immunis, *e,* frey, ledig, unbeſchwert, pl. *Immunes* ſine munere, qui liberi ſunt, & munere vacantes, ut Feſtus interpretatur, ſteuerfrey. Cic. de Leg. Agrar. 2, 2 *Conditione commodiore ſunt immunia, quam illa, quæ penſitant,* freye güter ſind beſſer als zinsbare. *Sine fœdere immunes & liberæ civitates,* Idem in Verr. 3, 6. Et, *A malis nemo eſt immunis,* unglücks iſt niemand überhoben. Ita vertere licuerit illud Sophocl. in Oedip. Κακῶν ἀνάλκητος ἀθεῖς. Vellej. 2, 14, 3 *Domus immunis ab omnibus arbitris,* da niemand hinein ſehen kan. Idem 2, 46, 2 etiam ſine præpoſitione dixit: *Immunis voluptatibus.* Item 2, 35, 2 *Immunis humanis vitiis.* Et 2, 120, 3 *Immunis calamitate exercitus,* verſchonet von der plage. Liv. 1, 43 *Vna,* inquit, *centuria facta eſt immunis militia.* Et Seneca Hippolyto v. 1054 *Immunis metu.* Cum genitivo Virg. Æn. 12, 559 *Vrbem immunem tanti belli.* Et Ovid. Met. 3, 11 de bove *Nullum paſſa jugum, curvique immunis aratri.* Sic & Vellej. 2, 7, 2 *Immunis delictorum paternorum.* ¶ 2. Sunt autem proprie *munia,* quæ publice præſtantur: ut, *tributa, vectigalia, &c.* In militia *valli, foſſæ exſtructio: pabuli, lignorum &c. aggeſtus.* Hæc qui facere cogebantur, appellati MVNIFICES: liberi ab his, IMMVNES, aut BENEFICIARII. Nam vacationem horum muniorum beneficio imperatoris milites conſequebantur. vide Grotium ad l. 1 π. ad municip. in Florum Spartione *Hinc immunis* pro otioſo & ἀσυμβόλῳ apud Horat. 4 ode 12, 23. Quorum pertinet illud Cic. Amic. 14 *Non eſt enim inhumana virtus, neque immunis,* h. e. quæ nihil ex ſe in medium conferre velit. Sic pro pura & vacua ſcelere, *immanem manum* Idem dixit 3 ode 23, 71. vide ad utrumque locum Torrentium.

¶ Immūnitas, *ātis,* f. vacatio a muneribus & oneribus, freyheit von beſchwerden. *Dare immunitatem,* Cic. fam. 12, 1. *Alios immunitatibus juvare,* Tac. Hiſt. 3, 55, 3.

¶ Immunitio, *ōnis,* f. idem. Theod. Cod. *Immunitionis onera.* v. Salmaſ. Hiſt. Aug. p. 517.

¶ Immunĭficus, *a, um,* unfreygebig, karg. Plaut. Trin. 2, 2, 69 *Immunificos, ſcis, quid cantari ſolet; quod habes, ne habeas: Et illud, quod nunc non habes, habeas malum.*

¶ Rēmūnĕro, *are,* & Remuneror, *ari,* quod eſt, munus munere viciſſim compenſare, vergelten, wiederum begaben. *Quibus officiis beneficia remunerabor?* Cic. poſt red. in Senat. c. 12 pr. *Ad remunerandum nihil ſuppetit, præter voluntatem,* Idem fam. 15, 13. *Remunerare* invenies apud Cic. de Petit. Conſul. Quintil. Declam. 2, & Papin. ICt. D. 17 t. 1 l. 7.

¶ Remunerātus, *a, um,* der etwas wieder vergolten oder entgegen geſetzet hat. Gell. 18, 13 *Facete Diogenes ſophiſma remuneratus.*

¶ Remuneratio, *ōnis,* f. die vergeltung; ut, *Nihil eſt remuneratione benevolentiæ jucundius,* Cic. de Amic. c. 14. Et Off. 2, 20 *A quo expeditior & celerior remuneratio fore videtur, in eum fere eſt voluntas noſtra propenſior.* Gloſſ. Vet. *Remuneratio,* ἀντίδωρον.

¶ Remunerator, *ōris,* m. ein vergelter. Tertull. Apolog. c. 36 *A Deo remuneratore.* Vtus & Interpres Vet. epiſt. ad Ebræos c. 11, 7.

¶ Remunerabĭlis, *e,* das man wieder vergelten oder gleich machen kan. Sarisb. epiſt. 143 *Remunerabilius eſt, exuiem ad bonorum participium invitare.* Hinc

¶ Irremunerabĭlis, *e,* das man nicht vergelten kan; ut, *Irremunerabili beneficio pigneratus,* Apulej. 11 Mileſ. p. 269. Eſt etiam 3 p. 139.

¶ Irremunerātus, *a, um,* unbegabt. Caſſiodorus 2 epiſt. 16 extr. *Si hanc ſobolem irremuneratam relinquere debuimus.*

MŪNȲCHIA, *æ,* f. portus Atticæ, ut Stephanus ait, ſeu ut Strabo lib. 9, collis Cherſoneſi ſpeciem præbens; introitum habens oris anguſti. Nepos 8, 2, 5 *Hinc in Pyræum tranſit, Munychiamque munivit,* ubi vid. Lamb. It. Clem. Alexandr. 1 Strom. p. 253 C. de ara Phoſphori a Thraſybulo ibi excitata. v. Lambinum ad Nepotem, Statium 5 Silv. 3, 108, & Ioh. Meurſium, qui peculiari commentario de illa egit.

¶ Munychius, *a, um,* adject. ut, *Agri Munychii,* Ovid. Met. 2, 709. *Rura Munychia,* Statius 12 Theb. v. 616.

MVRÆNA, *æ,* f. μύραινα, piſcis marinus, anguillam magnitudine & figura referens, ſed qui corpore paullo eſt craſſiori, eine murene, muraal, prick, lamprete, Plin. 9, 23. Manut. ad Cic. fam. 7, 26 extr. Cum ſerpentibus non miſcetur aut generat, ſed marem habet proprium, qui *Myrus* dicitur, ſerpenti ſimilis. Hinc fabulæ ejus origo. *Murænæ flutæ,* ſummis aquis perpetuo innatant, Geſnerus. vide *Fluta.* Martial. 10 epigr. 30 *Natat ad Magiſtrum delicata Muræna.* Conf. Horat. 2 ſat. 8, 42. Macrob. Sat. 3, 15. Plin. 9, 55. ¶ 2. *Muræna* etiam cognomen Romanum: ut, *L. Muræna Conſul,* pro quo orationem habuit Cicero, quæ extat. Malunt tamen nonnulli *Murænam* ſine diphthongo ſcribere, auctoritate Faſtor. Capit. & nummorum familiæ Liciniæ ſequentes. v. Drakenb. ad Liv. Epit. 86.

¶ Murænŭla, *æ,* f. dimin. ein neunauge. ¶ 2. Eſt & *Murænula* catena collaris ex auri lenteſcentis ſegmentis flexibilis, eine kette um den hals, Vet. Interpr. Eſa. 3, 20; & Hieron. præfat. ad Iob.

Muratus, muralis, vide paullo poſt *Murus.*

MVRCIA, *æ,* f. olim *Venus Myrtea,* deinde *Myrtia,* a *myrto* dicta, auctoribus Varrone, de L. L. 4, 32 Plinio 15, 29 & Plutarcho, *Dea amoris,* ſive *Venus,* item, *Dea ſegnium,* ut Arnobius vocat lib. 4. De ea ita Auguſtin. de Civ. D. 4, 16 *Vocaverunt Deam Murciam, quæ præter modum non moveret, ac faceret hominem, ut ait Pomponius, murcidum,* id eſt, *nimis deſidioſum & inactuoſum.* Murciæ Deæ ſacellum erat ſub monte Aventino, qui antea *Murcus* vocabatur; Feſtus & Varro l. c. v. Iuretum 10 miſcell. in Symm. ad epiſt. 12. Dempſter. in Roſin. p. 400, & Elmenh.

¶ Murcĭdus, *a, um,* vel *Murcidus,* faul, ſchläffrig. Plaut. Epid. 3, 1, 12 *Homo murcidus,* uti vult Salm. ad h. l. conf. Auguſtini verba in *Murcia.*

¶ Murcus, *i,* m. qui, ut refugeret neceſſitatem ſubeundæ militiæ, manus ſibi debilitavit: vide Leg 4 Dig. de re militari: & Leg. 4 & 5 Cod. Theodoſ. de tironibus: itemque Cujacium Obſervat. 15, ult. Rei ipſius & Suetonius meminit Aug. c. 24. Ejusdem autem originis & *Murcus* & *Murcidus* in Etymolog. fecit Voſſius. Vide ex Ammiano ſupra in *Debilito.* Hinc

¶ Murceus, *a, um,* ignavus, ſegnis, träge. Onom. vet. *Murceï νωθεῖς.* Scribitur etiam *Murtius, a, um;* & hinc Apul. Met. 6 p. 665 *Convenire metas Murtias,* eſt convenire ad ſedem domiciliumque Deæ Veneris. conf. Tertull. de Spectac. c. 8. Aliis itaque *Murtius* idem eſt ac ſpectans ad circum; ſeguntque alii *Muritius.*

¶ Murcĭnārius, *i,* m. *mutilus* in Gloſſ. Iſidori, qui nimirum ſibi pollicem præcidit, ne militaret, ein faullenzer. vid. Voſſ. Etym. p. 332.

MVRCIŎLVM, *i,* n. ſemen lentiſci apud Columellam, a figura muricis, quaſi *murciolum;* quod ſcil. lentiſcus præter baccas ferat oblonga cornicula, muricis inſtar intorta & acuta in ſummo. vid. Hermol. ad Plin. 9, 3 Sed apud Columellam nihil tale niſi forte 10, 238, ubi cinara *Myrtoda modo crine viret.* v. ſub *Myrtus.*

MVREX, *icis,* m. piſcis marinus, cujus ſpecies eſt concha, eine ſtachelſchale, ſtachelſchneck, purpurſchneck, Geſner. Ex cujus ſanguine color efficitur purpureus. ¶ 2 Hinc pro *purpura* interdum id nomen uſurpatur, putrur. Virg. Æn. 4, 262 *Lyricque ardebat murice lana. Imperatorius murex,* Ammianus 15, 21. ¶ 3 *Muricem,* ſaxi etiam aſperitatem Virgilius dixit Æn. 5, 205 *Cernis ut ſtantes & acuto muricis remi Obnixi crepuere,* ſcharffe ecken am felſen. Et Silius

17, 281 *Tum murice acuto Disſiliens ſonuit vulſa compage carina.* ¶ 4. Et *Murices* machinulæ ſunt ferreæ aculeatæ, quas τριβόλους Græci dicunt, fußeiſen, fußangel. *Murices ferreos in terram defodere*, apud Curtium 4, 13, 36.

¶ Muricatus, *a, um*, formam muricis habens. Plin. 20, 23 *Vtrique carduo* (ſilveſtri) *folia panda, ſpinoſa, muricatis cacuminibus.*

¶ Muricātim, muricis modo & more. Plin. 9, 33 *Vertice muricatim intorto.*

¶ Muriceus, *a, um*, ſpitzig von ſteinen. Auſon. epiſt. 9, 4 *Antra & muriceis ſcopulorum merſa lacunis.*

¶ Mūrilĕgulus, *i*, m. qui purpuras & murices perquirit, ein purpurſchnecken-fiſcher. Vet. Gloſſ. *Murilegulus*, κογχυλευτής. Eſt & in Codice titulus de *murilegulis, &c.*

MVRGANTIA, *æ*, urbs Siciliæ, Liv. 24, 36; & 26, 21. *Frondoſis Morgantia campis* dicitur Silio 14, 265, ubi emendat vir doctus *Murgantia.* ¶ 2. Valida urbs in Samnio, v. Liv. 10, 17 pr. Hinc

¶ Murgentīnus, *a, um*, adj. ut, *Murgentinum vinum*, Cato R. R. c. 6 & 25. *Vva Murgentina*, Colum. 3, 2; & Plin. 14, 2.

MVRGĪSO, *onis*, m. *morator callidus*, in Gloſſ. Iſidori; ein zauderer, verzögerer; ſecundum Feſtum *a mora & deciſione.*

MŪRIA, *æ*, & Muries, *ēi*, f. ſalſamentum ex piſcium liquamine, ſpeciatim ex labe thynnorum, vulgarior & vilior garo. vid. Scalig. Auſon. Lect. l. 2 c. 28 p. 165, qui docet etiam *muriam aridam* eſſe, quam nos vocamus ſtockfiſch. Tales ſunt, credo, Quint. 8, 2, 1 *Durati muria piſces.* Altera vulgaris muria fuerit, niſi garum appellare malis, heringslacke, it. ſardellen-brühe. Conf. quas laudat Burm. ad Quint. 8, 2 pr. *Muriâ condire*, einſalzen, einpöckeln, Columell. 12, 25. Et Cato c. 88 *Ea muries erit, qua carnem, vel caſeos, vel ſalſamenta condias.* Horat. 2 ſat. 4, 65 *Miſcere mero muriaque.*

¶ Muriāticus, *a, um*, in der lacke liegend. Vide Taubmanni collectanea ad illud Plauti Pœnulo 1, 2, 32 *Quaſi ſalſa muriatica eſſe autumantur*, herina, ſtockfiſch.

Muricidus, vide infra *Mus.*

MŪRĪNA, *æ*, f. dulce potionis genus, quod Græci *nectar* vocabant, ex uvæ genere *murrinæ* nomine. vid. Gell. 10, 23; & Feſtus, qui tamen *murinam* cum vino *murrhato* confundit. Alii ſcribunt *Myrina*, ut ſit οἶνος μύρῳ κεκραμένος, *vinum unguento temperatum.* Aliis eſt *Myrrhina* ſive *Murhina*, qua de potione infra in *Myrrha.*

Murīnus, vide *Mus*, Muritius, *Murcia.*

MVRMVR, *ŭris*, n. aquæ & cujuscunque rei ſtrepitus nomen eſt fictitium, Quintil. ein getöne, geräuſch, murmeln. Furentium eſt, tum ventorum, ac maris, Luca. 5, 190 *Spumea tum primum rabies - - & anhelo clara meatu Murmura.* add. Id. 9, 927. *Maris murmur*, Cic. de Orat. 3, 40. Et Virg. Æn. 4, 160 *Magno miſcetur murmure cælum.* Plura Burm. ad Nemeſia. Cyneg. 276. conf. Nonius 3, 142, ubi Varro gen. maſc. *murmur verus.*

¶ Murmŭro, *avi, atum āre*, murmur edere, murren, brummen. Varr. L. L. 5, 7 *Murmurare dictum a ſimilitudine ſonitus. Qui murmurat, ita leniter loquitur, quod magis id ſono facere, quam ut intelligatur, videatur.* Plaut. Aul. 1, 1, 13 *Sceleſta ſola ſecum murmurat.* Virg. Æn. 10, 122 *Murmurat unda*, das waſſer rauſchet. Ovid. Met. 11, 52 *Flebile lingua Murmurat exanimis.* ¶ 2. *Murmuror, ari*, dep. ex Varrone & Quadrigario apud Nonium 7, 85.

¶ Murmurans, *tis*. Plin. 18, 35 *Murmurans ignis.* Cic. Tuſc. 5, 40 *Fremitus murmurantis maris.* conf. Vulg. Interp. Nahum. 2, 8.

¶ Murmurātus, *a, um*, apud Aputejum eſſe dicitur.

¶ Murmurātio, *ōnis*, f. das murmeln, geräuſche. Plin. 10, 3 de aquilæ genere, quæ Valeria dicitur: *Sola ſine clangore, ſine murmuratione.* ¶ 2. *Murmuratio*, unwille, ungeduld, gemurre. Sen. epiſt. 107 *Optimum eſt, Deum, quo auctore cuncta proveniunt, ſine murmuratione ſequi.*

¶ Murmurator, *ōris*, m. ein murmeler. Gloſſ. Vet. *Murmurator*, γογγυσής. Auguſtin. Retract. 2, 20 *Non illis adverſus Deum murmuratoribus.*

¶ Murmurabundus, *a, um*, murrend. Apul. lib. 2 Met. *Indigna murmurabundus.*

¶ Murmuriōſus, *a, um*, idem. Gloſſ. lat. gr. *Murmurioſus* γογγυσής.

¶ Murmŭrillum, *i*, n. dimin. a *murmur*, ein klein geräuſch. Nonius ex Plauti Rud. 5, 3, 48 affert; Alii diviſis vocibus *murmur ullum* legunt.

¶ Murmurillo, *are*, heimlich murmeln. Plaut. Rud. 5, 3, 61 *Quid murmurillas tecum, ac te diſcrucias?* Sed hic verſus plerumque deeſt.

Compoſita:

¶ Admurmŭro, *are*, quod eſt ſubmiſſo quodam murmure dicenti adplaudere, darzu murmeln. Cic. Att. 1, 13 *Admurmurante ſenatu.* Idem Verr. 5, 16 *Memoriâ tenetis, judices, quam valde univerſi admurmurarint*, hoc eſt, murmure adſtrepuerint.

¶ Admurmuratio, *ōnis*, f. actus admurmurandi. Cic. pro Lege Manil. c. 36 *Veſtra admurmuratio facit, ut agnoſcere videamini, qui hæc fecerint.* Idem ad Qu. frat. 2, 1 *Claudium accuſavi, multis & ſecundis admurmurationibus.*

¶ Commurmŭro, *āre*, murmeln. Plinius 10, 23 de ciconiis: *Congregatæ inter ſe commurmurant.* Silius 15, 821 *Clauſo commurmurat ore.*

¶ Commurmŭror, *ari*, forma deponenti Cicero in Piſon. c. 25 *Secum ipſe, caput ſiniſtra manu perfricans, commurmuratus eſt.*

¶ Commurmuratio, *ōnis*, f. das murmeln, geräuſche. Gell. 11, 7 *Commurmuratio fieri cœpta eſt a plerisque.*

¶ Demurmŭro, *āre*, hermurmeln. Ovid. Met. 14, 58 *Ter novies carmen magico demurmurat ore.*

¶ Demurmuratio, *onis*, f. apud Auguſtinum.

¶ Emurmuro, *are*, idem quod *Murmurare*, apud Eundem.

¶ Emurmurator, *oris*, m. apud Hieronymum.

¶ Immurmŭro, *āre*, ut, *Silvis immurmurat Auſter*, Virg. Georg. 4, 261, der wind brauſet durch den wald. Et Silius 5, 333 *Admorſæ immurmurat haſtæ.* conf. Val. Flacc. 7, 312.

¶ Immurmurans, *tis*. Ammian. 22, 16 *Immurmurantes audire ventos.*

¶ Obmurmuro, *āre*, wiederbellen, murren. Ovid. Heroid. 18, 47 *Precibusque meis obmurmurat ipſe.*

¶ Obmurmuratio, *onis*, das gemurre, der widerſpruch. Ammian. 26, 2 *Obmurmuratio gravis exoritur.*

¶ Remurmuro, *āre*, rauſchen. Statius 5 Silv. 1, 153 *Pinus Deficit, & nulli ſpoliata remurmurat auræ.* Fortunatus lib. 3 extr. de vita Martini: *Et vitiata tibi quod lingua remurmurat.*

¶ Submurmŭro, *āre*, paululum murmurare, ein wenig brummen. Auguſtinus Confeſſ. 6, 9 *Submurmuraverunt argentarii.* Vſus & eodem verbo eſt Confeſſion. 8, 11, *Submurmurabant.*

Muro, *are*, vide mox in *Murus.*

MVRRHA vel Murra, *æ*, f. *μύρρα*, gemma ex qua pocula fiebant. *Chalcedonii* nomen ut notius ei tribuit Agricola. Alii aliter cenſent, & multi murrhina pocula ſimilia *porcellanæ* credunt fuiſſe, in quibus & Salmaſius eſt & Scaliger pater. vid. Interpretes ad Prop. 4, 5, 26. Contra foſſilem materiam eſſe, Harduinus ex Plinii præfat. in lib. 33 probat, quam inſpicias, & laudati viri Notas.

¶ Murrhīnus, *a, um*, ex murrha factus; ut, *Pocula murrhina*, Senec. Benef. 7, 9; & epiſt. 123 abſolute *Myrrhina*; & *calix myrrhinus*, Suet. Aug. c. 71, de quibus peculiari libro Nic. Guilberthus Lotharingus, Salmaſ. ad Solinum p. 203. Barth. ad Stat. Silv. v. 330. De *Vino Myrrhino* v. ſub *Myrrha.*

¶ Murrheus, *a, um*, adject. aliud. Propert. 4, 5, 26 *Murrheaque in Parthis pocula cocta focis.* Etiam Seneca epiſt. 119 dixit *Murrheum poculum*, quod epiſt. 122 appellat *myrrhinum.* Pompeji Mithridatica victoria primum myrrhina in Vrbem inducta eſſe, Plinius auctor eſt 37, 2.

¶ Murrhatus vel Murratus, *a, um*, idem. Exſtat XII Tabularum Lege 8 de Iure ſacro: VITI NE SVMPTVOSA RESPERSIO FIERET, NEVE MVRRHATA POTIO MORTVO INDERETVR. Sic *Murrata potio, Murratum vinum*, quo uſi ſint antiqui apud Feſtum.

MVRRHANVS, *i*, m. cognomen Regum Latinorum, ut Ptolemæus Ægyptiorum, fuiſſe dicit Servius ad Virg. Æn. 6, 760, quem laudamus in *Arſacides.* Conf. Id. ad Æn. 12, 529.

MVRRHŌBATHRĀRIVS, *i*, m. alias *Myrobrecharius*, qui calceamenta muliebria, unguentis, odoribus & ſuffimentis imbuebat, apud Plaut. Aul. 3, 5, 37. v. Turneb. in not. ad Theophr. de odoribus.

MVRRIO, *ire*, clamare, proprie murium, in Gloſſ. Iſidori, alias *Mintrire*, pfipfern.

MVRRO, *are*, id eſt, murmurare, murren. Gloſſ. Iſidor. v. Barth. Adv. 17, 15.

Murrhina, *æ*, f. vinum conditum, vide in *Myrrha* & *Murina.*

MVRSA, *æ*, f. Pannoniæ oppidum ad Dravum fluvium, fere in loco, ubi nunc Eſſeck eſt. Scribitur & *Murſia*, ſed male & contra Veterum monumenta. Crebra ejus mentio in hiſtoria Conſtantii apud Zoſimum 2, 43, & Eutropium 10, 6, 8. Adde eumdem 9, 6, 6.

¶ Murſenſis, *e*, adject. ut, *Prælium Murſenſe*, apud Ammian. 15, 14; &, *Murſienſis epiſcopus*, Hieronymus adv. Luciferian. c. 7 ex altera forma *Murſia.*

MVRTA, *æ*, f. idem quod *Myrtus*, myrten, Cat. R. R. c. 125. Hinc

¶ Murtātum, *i*, n. genus farciminis, *quod murta large fartum inteſtinum craſſum*, Varr. de L. L. 4, 22, eine wurſt mit gewürz. conf. Plin. 15, 29; Turneb. Adv. 22, 6; Voſſ. Etym. p. 337.

¶ Murteus, *a, um*, idem quod *Myrteus*, von myrten oder wie myrten: ut, *Vinum murteum*, Cat. R. R. c. 125. *Murtea olea*, Colum. 5, 8. *Color murteus*, Pallad. Mart. v. 13.

¶ Murtus, *a, um*, idem eſſe ac ſignificare videtur. Cæl. Aurel. Tard. 2, 13, 160 *Perdicum murta pectora penetranda.*

Murtia, Murtius, vide *Murcia.*

MŪRVS, *i*, m. a *muniendo* dictus, eine mauer. Iuſtin. 14, 5, 7 *Murus urbi civium virtus*; vide *Mœnia. Murum ariete percutere*, Cic. Off. 1, 11. *In planum effundere muros*, hoc eſt, diruere, ſolo æquare; Lucan. 1, 383. ¶ 2. Aliquando pro quovis præſidio ac tutela, ein ſchirm. Claudianus de 4 Conſ. Honorii v. 109 *Non dabitis murum ſceleri*, id eſt, præſidium & ſecuritatem. Etiam de fortibus viris, in quibus præſidium gentis vel civitatis eſt, *murus* apud probatos ſcriptores dicitur. Ovid. Met. 13, 281 *Quo Grajûm muros Aebtiles.* Et Silius 16, 68 de Laro Cantabro *Qui poſtquam murus miſeris ruit, &c.* Vbi plura a Cellario adnotata vide & Drakenb.

¶ Murālis, *e*, mauer-; ut, *Herba muralis*, in muris creſcens, *belxine*, Plin. 24, 19. *Pila muralia*, quæ de muris jeciuntur, Cæſ. B. G. 7, 82. *Corona muralis*, qua ab imperatore donabatur, qui primus muro ſuperato in hoſtium oppidum aſcendiſſet, eine ſturm-krone, Plin. 16, 4; & Liv. 23, 18. *Tormentum murale*, ein mauerbrecher, Virg. Æn. 12, 921.

¶ Muro, *avi, atum, are*, muro claudere, mauern, mit einer mauer umgeben. Hoc verbo uſus eſt Guil. Brito Philipp. 7, 460; 10, 72; & 12, 503. Hinc

¶ Muratus, *a, um*, muro circumdatus, bemauert. Vegetius 1, 21 de caſtris munitis: *Quaſi muratam civitatem videntur ſecum ubique* (milites) *portare.* Adde 3, 8 extr. & vide ſupra in *Caſtrum.* Vulg. Interp. Deut. 9, 1 *Civitates ingentes & ad cælum usque muratæ.*

¶ Murārius, *i*, m. qui muros conficit, ein mauerer. vid. Barth. ad Briton. Phil. 7, 460.

¶ Antemŭrāle, *is*, n. exterius propugnaculum, die vormauer. Vulg. Interp. Thren. 2, 8, & Hieronym. Homil. 2 in Cantic. ex Origene verſa.

¶ Antemuranus, *a, um*, vor der mauer. Ammian. 21, 22 (Valeſ. p. 280) *Antemuranum vallum*, die auſſenwercke.

¶ Circum-

¶ Circummuranus, *a, um*, um die mauer. Ammian. 14, 14 *Populus R. annis fere trecentis circummurana pertulit bella.* Adde 21, 25.

¶ Extramuranus, *a, um*; &

¶ Intramuranus, *a, um.* Lampridii sunt Heliogabali vita c. 27 *Exoleti extramurani & intramurani.* Ambros. epist. 33 pr. ad Marcellinam: *Extramurana basilica.* Ibidem: *Basilica intramurana.* Antiquior his Alconius in Orat. de Prætura & jurisdict. Sicil. p. 115 *Magistratus intramuranus.* v. Borrich. Cogit. p. 148.

¶ Intermuralis, *e*, idem quod *Intramuranus*; ut, *Amnis intermuralis*, Liv. 44, 46.

Pomœrium, vide suo loco.

¶ Promurium, *i*, n. spatium ante murum, Cathol.

¶ Promurale, *is*, n. murus ante murum, die vormauer: ut, *Antemurale* Vulg. Interp.

¶ Prosimurium, *i*, n. (al. Postmurium) *pontificiale pomœrium, ubi pontifices auspicabantur*, Festus.

¶ Summœnius, *i*, m. legit Bosius Cic. Att. 10, 1, eod. sensu quo *Summœnianæ* dicuntur, de quibus in *Mœnia.*

MVS, *mūris*, m. μῦς, eine maus. *Exiguus mus*, Virg. Georg. 1, 181. *Ridiculus mus*, Horat. Art. P. v. 139. Plaut. Truc. 4, 4, 15 *Cogitato mus pusillus, quam sit sapiens bestia, atatem quæ uni cubili nunquam committit suam*, sie weiß mehr als ein loch. *Mures antiquæ domus ruinam imminentem præsentiunt & fugiunt*, Ælianus de Animal. 6, 41. Alluſit huc Cic. Att. 14, 9 *Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ ruinas agunt. Itaque non solum inquilini, sed mures migraverunt.* Murium variæ appellationes: *Mus major domesticus*, vulgo *Rattus* Germanis, Gallis, Hispanis, Italis, & Anglis. *Mus aquaticus*, die waſſermaus. *Mus agrestis*, die feldmaus. *Mus silvaticus*, die waldmaus. *Mus avellanarum*, die haſelmaus. *Sorex*, die ſpitzmaus. *Mus Ponticus, Venetus*, ſeu *Varius*, eine bunte maus over bech. *Mus alpinus*, ſeu *montanus*, plurimum dormit, ein murmelthier. *Mus araneus*, eine ſpitzmaus oder ſpitzmauſe, ex Gelnero. *Decosi a muribus elypei*, Cic. de Divinat. 2, 27. Satyrice & risus captandi causſa Seneca Ludo de morte Claudii: *Venisti huc, ubi mures ferrum vodunt*, id est, ubi magna rerum locique mutatio atque diversitas est, ut Rhenanus explicat. Aliud proverbiale ibidem paullo post: *Hic mures mulas lingunt*, de iis, qui optima & delicatissima lequuntur. vide ibi Rhenanum. Et apud Petron. in Fragm. Trag. p. 30 vel c. 58 *Satagis, tamquam mus in matella*, noſtri, wie eine maus im wochenbette. Murium encomium inter antiquos Polycrates ſcripſit: in quorum laudibus juxta Aristot. lib. 2 Rhetor. repoſuit hoc, quod corroſis atque abſumtis hoſtilium arcuum nervis, auxilium tulerint ſive Ægyptiis contra Arabes & Assyrios, ut vult Herodotus 2, 141; ſive, ut apud Aristotelem est, Troadis incolis: qui ob beneficium a σμίνθος, quomodo murem vocabant, *Apollinem Sminthium* dixere, ut ex Polemone teſtatur Clem. Alexandrinus.

¶ Murinus, *a, um*, von mäuſen; ut, *Color murinus*, Colum. 6, 37, mäuſefahl. *Hordeum murinum*, quod & *Chœnix*, mäuſe-korn, Plin. 22, 25.

¶ Muriciōdus, *i*, m. ignavus, imbellis, ut qui hoſtem non poſſit, mures cædat, ein grillenfänger, mäuſemörder. Plaut. Epid. 3, 1, 12 *Ve tibi, muricide homo.* conf. Festus. Meurſius contra probat *Muricide* vide *Murcia.*

¶ Muſculus, *i*, m. diminut. Cic. Divin. 2, 14 *Musculorum jecuscula bruma dicuntur augeri.* Et Apul. 2 Milef. p. 125 ad muſtelam: *Quin abis, impurata bestia, teque ad tui similes musculos recondis.* ¶ 2. Quod nomen etiam *partibus organicis*, quæ cerne, nervis & venis conſtant, in corpore tribuitur, die maus, äbericht fleiſch. Albertus magnus lib. 1 de Animal. *Musculum* definit esse *nervosum membrum*, & memorat, *quingentos amplius musculos esse in corporibus.* Vtitur etiam Celsus v. g. 5, 26, 22. ¶ 3. *Musculus pisces*, dux balænarum, qui inter saxosa & brevia balænarum corpulentiam, ut Sidonius loquitur, gubernat. vide Plinium 9, 62. Hunc intelligit Claudianus, cum in Eutrop. 2, 425 ſcribit: *Sic ruit in præceps amisso pisce fodali Bellua, fulcandas cui prævius edocet undas, &c. Pisces fodalis*, muſculus: *Bellua*, balæna est. ¶ 4. *Musculus* etiam machina bellica erat, ſub qua milites tecti murum perforarent, aut foſſata implerent, Veget. 4, 16, ein ſturmdach. vid. Stewech. ad h. l. ubi a testudine magnitudine ſola, quæ muſculo minor est, diſtare docet. Alteram figuram, quæ arietis ſimilitudinem ac uſum habet, pro commentitia etiam habet Lipſius. ¶ 5. Item, Conchæ ſpecies, quæ & Germanis eine muſchel.

¶ Muſculōsus, *a, um*, muſculis plenus, äbericht und fleiſchicht. Celſus 4, 1 *Cur natura muſculosum.* Et 5, 20 *Locus corporis nervosus aut muſculosus.* Columell. 6, 37 *Pectore muſculoso esse.*

¶ Muſcerda, *æ*, f. ſtercus murum, mäuſedreck. Plin. 29, 6 *Murinum simum, quod Varro muſcerdas appellat.* v. Meurſ. Auctar. Philol. p. 139.

¶ Muſcipŭla, *æ*, f. eine mäuſefalle. Varr. R. R. 1, 8 *Niſi totas vineas oppleveris muſcipulis.*

¶ Muſcipŭlum, *i*, n. idem. Gloſſ. Vet. *Muſcipulum*, μυόχρα. Et in plurali *Muſcipula*, παγίδες. Nec aliter Phædrus 4, 1, 8 *Mus qui sæpe laqueos & muſcipula evaserat.* Et Commodian. Inſtruct. 48 *Escam muſcipuli, ubi mors est, longe vitate.*

¶ Muſcellarium, *i*, n. idem Gloſſ. gr. lat. γαλεάγρα, *cavea, vivarium, muſcellarium.*

¶ Muſcipulātor, *ōris*, m. ein mäuſefänger; item deceptor, alterplex, ein betrieger, in Gloſſ. Iſidori.

¶ Muſæ, *arum*, f. pl. nidi ſoricum, mäuſeneſter, Gloſſ. Iſid.

MVSA, *æ*, f. μοῦσα, vel quod conſuetius est, Muſæ, *arum*, numina quædam poëtica ſunt, feminarum habitu Parnaſſum præſertim Helicenemque habitantia, Iovis & Mnemoſynes, h. e. memoriæ filiæ. Numerus earum paulatim creviſſe videtur ad novem. vid. Arnob. l. 3 p. 121. add. Scal. Auſon. lect. 1, 17. De nominibus & inventis earum hoc epigramma Auſonii est Eidyll. 20: Clio *gesta canens transacti temporis edit.* Melpomene *Tragico proclamat mœsta boatu. Comica lasciva gaudet jermone* Thalia. *Dulciloquis calamus* Euterpe *flatibus urget.* Terpſichore *affectus citharis movet, imperat, auget. Pectra gerens* Erato *saltat pcae, carmine, vultu. Carmine* Calliope *libris heroica mandat.* Vraniæ *Cœli motus scrutatur & astra. Signat cuncta manu, loquitur* Polyhymnia *gestu. Mentis Apollineæ vis has movet undique Muſas. In medio residens complectitur omnia* Phœbus. Quod diximus, Parnaſſum ab iis Heliconemque habitari, id non perpetuum est. Cælo Calliopen devocat Horatius 3 Od. 4, 1. Add. 4 Od. 3, 1. it. Macrob. in Som. Scip. 2, 3, qui etiam *Sirenas* appellat. vid. *Siren* n. 2. Muſæ nusquam ab ullo vel pictore vel fictore armatæ exhibitæ ſunt. Quo ſignificatur, *id genus vitæ, quod in litteris exigitur, placatum & manſuetum esse oportere*, Ælianus Var. H. 14, 37. Muſarum epitheta ſunt: *Camenæ, Heliconiades, Parnaſſides, Aonides, Pierides, Pegaſides, Pimpleides, Aganippides, Thespiades, Libethrides, Caſtalides &c.* quæ omnia ſuis vide locis. ¶ 2. *Muſarum* autem nomine omnes artes liberales continentur: quippe quæ ab iis inventæ creditæ ſunt, die künſte. Plutarchus Sympoſiac. Quæſt. 8, 14. Hinc Cicero MVSAS *humanitatem & litteras* interpretatur Tuſc. Qu. 5, 23. Ira pro Arch. c. 9 *A muſis averſus*, & pro Archia paſſim. Quintil. 1, 10 p. 107 *In proverbium usque Græcorum celebratum est, indoctos a Muſis & Gratiis abesse.* Gell. 9, 3 *A liberali tamen Muſa & a ſtudiis humanitatis nunquam abfuit* Cic. Att. 2, 4 *Delectare ſe cum Muſis.* Gell. 9, 10 *Ejusdem Muſæ*, id est, ſtudii ſeu diſciplinæ: & in præfat. vel epilogo de opere ſuo *Ejusdem Muſæ amulam esse*, dixit. Quint. 1, 10 p. 108 *Crassore Muſa*, ita ut *pingui Minerva.* Petro. c. 68 *Omnis Muſæ mancipium*, ut alias *Omnis Minervæ homo.* Fannius de ponderibus v. 54 *V. docuit tenui ſcribens in pulvere Muſa*; id est, Arithmetica, vel Mathematica. Idem v. 101 *Quod tibi mechanica promtam est depromere Muſa. Muſam Platonis* pro Philoſophia, Boethius dixit lib. 3 Metro 11; & lib. 1 profa 1 *Poëticas Muſas* ad differentiam aliarum dixit; de quo & Barthius Adverſ. 6, 20 extr. *Muſas forenſes* pro caulariam ſtudio, Auctor Dialogi de cauſſ. corruptæ eloq. dixit c. 12. Præcipue tamen *Muſarum* voce *Poëtis* & *Muſicæ* deſignabantur. His enim artibus primum omnium pueri imbuebantur. Hinc *Amuſus*, id est, imperitus muſicæ apud Vitruvium: & *Amuſia* pro imperitia canendi, Varroni dicitur: de quibus poſtea. Imo omnis antiquitus ſapientia hoc nomine cenſebatur, Barth. ad Claudian. p. 1094. Horat 4 od. 8, 28 *Dignum laude virum Muſa vetat mori: Cælo Muſa beat.* Ἀφθονοι μουσῶν θῦρσοι, *candidæ vel expertes invidentiæ ſant Muſarum januæ.* Et, *Apertæ Muſarum januæ*, ἀνεῳγμέναι &c. Vid Chiliad. Pueri & Theocriti hujus verſus meminerint ex Eidyll. 16, c. 58 Ἐκ Μοισᾶν ἀγαθὸν κλέος ἔσχετε ἀνθρωποι. ¶ 3. Etymologias hujus nominis diverſas produnt. Phornutus in lib. de Nat. Deor. Καλοῦνται δὲ μοῦσαι ὑπὸ τοῦ μᾶσθαι, ὁ ἐστι ζητήσεως, id est, *appellantur Muſæ ab inquiſitione. Hæc enim artes, quæ per Muſas ſignificantur, peperit.* 2. Sunt qui a *convenientia*, ſeu nexu diſciplinarum, & *encyclopedia*, Muſas quaſi ὁμοιότητας vel ὁμοῦ ὄσας dictas putent. 3. Euſebius in Præparat. Evangelica, a μυέω *Muſæ* nomen deducit. Id ſignificat *Inſtituo, Inſtruo.* 4. Iul. Cæſ. Scal. Poët. 1, 2 ἀπὸ τοῦ μαῶσθαι, quod iis inventio tribuatur, Platonem ſecutus deducit: vel ἀπὸ τοῦ μανθάνω unde *Myſta* & *Myſteria*, quo verbo *Iudicium* deſignatur. 5. Dan. Heinſius Ariſtarcho Sacro & Gerh. Ioh. Voſſ. de Idololatria 1, 13, ab Ebræo *Muſar* ſeu *Muſar* (unde Dorice μῶσαι) quod diſciplinam ſignificat, derivant. *Muſas* poëtæ *Iovis*, id est, intellectus, & *Memoriæ* filias fecerunt. His enim rebus eruditio conſtat. ¶ 4. *Muſa* ob ingenii ſolertiam per antonomaſiam, Palamedes ab Euripide appellatur: *Muſa Attica* Xenophon a ſermonis dulcedine. Imo, ut in vita Orbilii Eunapius refert, nomen hoc tributum fuit omnibus, qui Athenis nati eloquentiâ præcellerent. Vnde Anatolius, præfectus prætorio Illyrici, cognomine hoc tribuitur a Meleſium Smyrnæum donavit: ut apud eumdem leges in Proœreſi vitæ. ¶ 5. MVSA, viri cognomen: ut, *Antonius Muſa*, Auguſti medicus. vide ſupra *Antonius*: & Torrent. ad Suet. Aug. c. 59.

¶ Muſæus, vel Muſeus, *a, um*, adject. celebri; ut, *Muſeus lepor*: Lucret. 1, 932 *Muſeo contingens cuncta lepore.* Et v. 945 *Et quaſi muſeo, dulci contingere melle.* ¶ 2. *Muſeus* idem quod *Muſicus.* Spon. Miſcell. p. 39 OPERE MVSEO EXORNAVIT. Sic, *Corona picturata de muſeo*, Treb. Pollio in 30 Tyrann. n. 24.

MVSÆVS, *i*, m. ſubſt. Μουσαῖος, poëta fuit antiquiſſimus Orphei tempore, qui primus ſcivit, ab eodem omnia proficiſci, & in idem reſolvi omnia, teſte Laërtio lib. 1. Meminit hujus Maro Æn. 6, 667; ubi Servius: *Theologus iſte fuit poſt Orpheum: Et fant de eo variæ opiniones. Nam alii Lunæ filium, alii Orphei volunt, cujus eum conſtat fuiſſe diſcipulum. Nam ad ipſum primum carmen ſcripſit, quod appellatur* CRATERA. Hæc Servius. Voſſius de arte poëtica nunquam Muſæum extitiſſe putat, ſed eſſe nomen ab antiqua Phœnicum lingua, qua Cadmus uſus &c. v. Huet. Dem. Evang. 4, 8, 15. ¶ 2. Fuit & alius *Muſæus* recentior, grammaticus, ætatis fortaſſe Nonni temporibus. Et carmen illud græcum multo elegantiſſimum de Herone & Leandro tribuunt docti. vide Caſaub. ad Laërt. p. 3. Suidas tres enumerat hujus nominis poëtas celebres.

¶ Muſæum, vel potius Muſeum, *i*, n. μουσεῖον, eine ſchulorder ſtudierſtube. MVSEA dicebantur ædificia ſeu loca, ubi aur degebant aut conveniebant homines circa diſciplinas verſantes; quæ hodie in Academiis *Auditoria* appellantur. Sic *Muſeum Alexandriæ* nominat & deſcribit Strabo lib. ultimo: meminit & Suetonius Claudio c. 42, & Spartianus Hadriano c. 20, ubi *Muſium* pro *Muſeum* legitur, quia Græc. μουσῖον. Ad utrumque vide interpreres, præſertim I. F. Gronov. & L. Neocorus peculiaribus libellis, qui extant Tom. VIII Ant. Gron. Plutarchus lib. de Curioſitate ſcribit, veteres *Muſea* quam maxime procul ab urbibus collocaſſe, ne qua re aſſiduitas & ſtudia interpellarentur. Timon Phliaſius philoſophos ridere ſolebat, quod tamquam aves pretioſiſſimæ in Muſarum calatho (ſic enim vocabat *Muſeum*,) nutrirentur, de quo Athenæus, 1, 17. Μουσεῖα, mu-

ſarum templa ab urbibus integris honori earum ſtatuta commemorat etiam Clem. Protr p. 19.

¶ Musägẽta, vel Musägetes, æ, m. μουσαγέτης, Muſarum ductor, Apollo, ein fürſteher der gelehrten. Haber Eumen. pro reſt. ſchol. 7.

¶ Muſaicus, a, um, alias *Muſivus*, de quo poſtea, muſirt, eingelegt. v. Voſſ. de Vit. L. L. 1, 11.

¶ Musica, æ, & Muſice, es, f. μουσικὴ, ars canendi, die muſic, ſingkunſt, ut, *Muſicam invenit Amphion*, Plin. 7, 56. *Muſicam tractare*, Cic. de Orat. 3, 33, μουσικὴν ἔρως διδάσκει, *Muſicam*, hoc eſt, litteras, *docet amor*. Quemadmodum Germani dicunt, luſt und lieb zum ding, macht alle müh gering. Vetus Auctor fragmenti Cenſorino additi c. 11 *Muſicam* definit *peritiam faciendorum & canendorum modorum, cujus partes* HARMONICA, ORGANICA, CRVSMATICA &c. Boëthius de Muſica 1, 2 alia ratione triplicem facit: MVNDANAM, quæ in cælo, itemque compage elementorum & varietate temporum ſpectatur; HVMANAM, quæ eſt in harmonia animæ & corporis humani: & denique quæ in vocibus ac inſtrumentis conſtitit. Muſicæ magnam vim in humanum animum eſſe, ejusque rationem temere non mutandam, idque ſevere vindicaſſe veterem Græciam, docet Cicero lib. 2 de L. L. vide & Polybium lib. 4 p. 289, & Maximum Tyrium Differt. 4 extr. Schefferus item ad Ælian. p. 592, Senec. de Ira 3, 9. De divinitate, præſtantia atque utilitate ejusdem, vide eumdem Maximum Differt. 21. Alexandr. Aphrodiſ. Probl. 79 & 122; item Quintil. 1, 17; Macrob. in Somn. Scip. 2, 3; & Boëth. de Muſica 1, 1 &c. it. qui laudantur ad Quintil. 10 p. 103 Burm. ¶ 2. *Muſicæ* nomine omnem doctrinam liberalem complexum fuiſſe Ariſtophanem Equit v. 189 & 191. Muretus ad 1 Tuſculanam p. 198 obſervat. vid. Quintil. l. c. p. 106. ¶ 3. *Muſicam* de poëſi dici, Turnebus obſervat Adverſar. 3, 20, quia hæc ars propter metricam rationem muſicæ affinis eſt; vel potius quod Muſicæ poëtis præſint. conf. Cic. de Orat. 2, 44, & Interpretes ad Ter. Heaut. prol. v. 23, & Phorm. prol. v. 18. ¶ 4. *Occultæ muſicæ nullum reſpectum eſſe*; Græcorum proverbium fuit, quod ſæpe jactavit Nero, vid. Suet. c. 20, & ibid. Beroald. Senſus eſt: Egregias ingenii dotes, ſi non proferas, perinde eſſe quaſi non habeas.

¶ Müsicus, a, um, adject. zur muſic gehörig; ut, *Ars muſica*. Et, *Traſtare artem muſicam*, Terent. dixit in prologo Phorm. v. 18, pro *ſcribere comœdias*. Nam & *Poëſis* & *Muſica* numeris conſtant. Quomodo & *ſtudium* dixit *Muſicum* in prolog. Heaut. v. 23. Auſonius epiſt. 11 *Nam qui ipſe facundus & muſicus*, id eſt, poëta, vel poëticis litteris eruditus. *Muſicus citharæ ſonus*, Phædrus 4, 19, 20. ¶ 2. Dan. Heinſius ad Maximum Tyrium obſervat, Platonicos omne concinnum *Muſicum* appellaſſe. Et ita Apulejus Platonicus de dogmate Platonis p. 60 de ſtructura hominis loquens: *Audi tu vero*, inquit, *quid homini magnificentius potuit evenire? Per quem prudentiam ſapientiamque conciſceret, numeroſque orationis metiretur, ac modos faceret; fieretque totus ipſe modulatus & muſicus*. Gellius 20, 11 *Profeſtum & profanum vulgus a ludo muſico diverſum*, der unaelehrte pöbel. Sidonius Narbone v. 122 *Muſas vix mage muſicas putares*: id eſt, poëticas artes æque doctas. Ita Auſon. epiſt. 16, 10 *Hunc dico, qui lingua potens, Minorem Arridam praterit Orando pauca & muſica*.

¶ Musicus, i, m. ſubſt. qui muſicam tractat vel docet, ein muſicant, ſanger; ut, *In Græcia muſici floruerunt*, Cic. Tuſc. 1, 2. *Vt in fidibus muſicorum aures vel minima ſentiunt, &c.* Idem Off. 1, 41. Et Quint. 1, 10 *Quis ignorat, muſicen tantum jam tuis antiquis temporibus non ſtudii modo, verum etiam venerationis habuiſſe, ut iidem muſici, & vates, & ſapientes judicaverentur?*

¶ Musica, orum, plur. ſubſt. die muſic. Ter. Eun. 3, 2, 24 *Hæc periculum in muſicis*. Cic. de Orat. 1, 42 *In muſicis numeri & voces & modi*.

¶ Müsice, adverb. μουσικῶς, frölich; ut, *Muſice vivere*, id eſt, delicate & laute, ſed alieno ſumptu. vid. Caſaub. ad Athenæi 1, 8 ἁπαντᾶν ἀλλοῖ δόγμα, & Barthii Adverſ. 6, 20. Plaut. Moſt. 3, 1, 99 *Muſice agere ætatem*, dixit, ſchlemmen und wolleben. Adde ibi Taubm. p. 658.

¶ Muſicārius, i, m. videtur inſtrumentorum muſicorum artifex. Vetus Inſcriptio: COLOCASIO VERNÆ DVLCISS. ET MVSICARIO INGENIOSISS.

¶ Muſicatus, a, um, muſicirt, geſungen. Apulej. in Aſclep. *Muſicatæ cantilenæ*.

¶ Müsinor, ari: verbum fictum a *Muſa*, ſicut a *Muges*, *muginari*; a *vulpes vulpinari*: ſignificat ſcribere, commentari, künſtlich) ausſinnen, dichten. Plin. præfat. Nat. Hiſt. *Dies vobis impendimus, cum ſomno valetudinem computamus: vel hoc ſolo præmio contenti, quod dum iſta (ut M. Varro ait) muſinamur, pluribus horis vivimus. Profecto enim vita vigilia eſt*. Hoc noſtri, ſed cum contemtu, kalmeuſern.

¶ Musīvus, a, um, concinne teſſellatus varieque picturatus, muſirt, künſtlich eingelegt; ut, *Opus muſivum*, de quo Philander in Vitruv. 7, 1. Quædam reliquiæ, ut putantur, muſivi operis, vitri vel encauſti rationem habent, ſtatuæ. ¶ 2. *Muſiva*, ſunt pavimenta ſectilibus ſcutulis aut teſſellis ſtructa & ad regulam exacte perfricata, quæ Græci ψηφοθετητὰ vocant, Latini *teſſellationem* & *opus teſſellatum*. Vt enim ab ἀχάτης *Achivus*, ita a *Muſeus Muſivus*. *Muſiva* autem dicta a concinnitate: in eam enim partem Græci μάσσειν, ἁρμόσαι & μουσικὸν accipiunt, *Cameram muſivo illuſam* Paulinus dixit epiſt. 12 de Baſilicorum ſtructuris. Et, *pictum de muſivo*, Spartianus in Nigro c. 6. Hinc

¶ Muſivarius, i: plur. *Muſivarii* dicuntur artifices talium operum, teſſellatores & ψηφοθέται, die muſirte oder eingeſetzte arbeit machen. vid. Iof. Scalig. ad Manil. 5, 513; item Caſaubon. ad Ælii Spartiani Peſcennium Nigrum p. 276. Frid. Morell. ad Statii 1 Silv. 3 Philandr. ad Vitruv. l. c. & Theod. Cod. 13, 4.

¶ Musōnius, i, m. philoſophus, amicus Apollonii Thyanæi, de quo Suidas, & Gell. 16, 1. ¶ 2. Alius *Muſonius Rufus* ſub Nerone, de quo Philoſtratus lib. 7, & Tac. Hiſt. 3, 81. ¶ 3. Alius rhetor, Aſiæ præfectus apud Ammianum 27, 9. Sed Muſonios omnes vide apud Fabric. B. G. 3, 13 & 15.

¶ Muſoniānus, a, um, adject. *Conſtantinus officio functum perite, Muſonianum voluit appellari, ante Strategian diſtinctum*, Ammian. 15, 13.

¶ Amūſus, i, m. ex græco ἄμουσος, i. e. alienus a Muſis, indoctus, rudis, ein ungelehrter, ungeſchickter menſch. Vitruvius 1, 1 latinum fecit, & *Amuſum* pro imperito muſicæ dixit: *Non enim*, inquit, *debet, nec poteſt eſſe architectus grammaticus, ut fuit Ariſtarchus: Sed non agrammatus, nec muſicus ut Ariſtoxenus, ſed non amuſus*. Et Symmachus 1 epiſt. 14 *Amuſus tibi videbar, qui dijudicare non poſſem*.

¶ Āmūſia, æ, f. ἀμουσία, ruditas, canendi imperitia, die ungelehrſamkeit, ungeſchicklichkeit im ſingen. Varro ὄνος λύρας apud Nonium 1, 54 & 247 *Si quis melodiis Dis eſt ὄνος λύρας Præſepibus ſe retineat forenſibus; Quibus ſuam dedicet ipſe amuſiam*. Primum verſum repræſentavimus ex mente Merceri ad p. 49, 32.

Amuſium, vide ſupra in *Amuſis*.

¶ Amūſologia, æ, f. ἀμουσολογία, *inerudita fabula*, eine ungelehrte und ungeſchickte rede. v. Chiliad.

¶ Immuſicus, i, m. muſicæ rudis, der muſic unerfahren. Tertull. in Apolog. c. 1 *Immuſici judicantes de muſicis*.

Muſæum, muſæus, vide in præcedenti *Muſa*.

MVSCA, æ, f. μυῖα, inſectum notum, eine fliege, mücke. Jocus in homines importunos apud Ciceronem de Orat. 2, 60 *Puer, abige muſcas*, ſchaff mir die fliegen vom halſe. Lepidus eſt libellus Luciani, Muſcæ encomium. ¶ 2. *Ne muſca quidem*, Vibii Criſpi oratoris in Domitianum Cæſarem jocus, qui muſcas captare ac configere ſoleret, v. Suet. Dom. c. 3, & Chiliad. Aliud proverbium: *Ne muſcam excitare poteſt*, Seneca Ludo de morte Claudii. ¶ 3. *Muſcam* de curioſo dixit Plautus Merc. 2, 3, 26. De impudente, Homerus. De paraſito, Petronius, c. 42, & Plautus Pœn. 3, 3, 76.

¶ Muſcŭla, æ, f. diminut. Auguſtin. de Trinit. 3, 7 *Magorum potentia, quæ ſerpentes facere potuit, ubi ad muſcas minutiſſimas ventum eſt, omnino defecit. Cyniphes enim muſculæ ſunt breviſſimæ, quæ tertia plaga ſuperbus populus Ægyptiorum cædebatur*. Gloſſ. Vet. Cyrilli: *Muſcula, μύια ὑποκοριστικῶς*.

¶ Muſcārius, a, um; ut, *Araneus muſcarius*, qui muſcas captat, Plin. 29, 6. ¶ 2. Vitruvio 7, 3 *Clavi muſcarii* ſunt umbellati, mit breiten kuppen. vid. Bald. p. 73.

¶ Muſcarium, i, ſubſt. flagellum, ein fliegenwedel; ut, *Muſcarium pavoninum*, ſ. ex cauda pavonis factum. Martial. 14 epigr. 67 in Lemmate. ¶ 2. Comas & umbellas herbarum *muſcaria* vocat Plinius 12, 26 *Semine e muſcariis dependente*, die faſern. ¶ 3. Pro cauda equorum ſæpius poſuit Veg. de Muſom. v. g. 4, 1, 1; 4, 2, 2.

Muſcerda, muſcipula, vide *Mus*, Muſcidus, muſcoſus, *Muſcus*, Muſculoſus, muſculus, *Mus*.

MVSCVS, i, m. lanugo in arborum corticibus, in fontibus & locis aliis humidis, moos; ut, *Muſcus mollis*, Ovid. Met. 8, 564 *Muſcus virens*, Idem Faſt. 3, 297. *Muſco circumdata ſaxa*, Horat. 1 epiſt. 10, 7 *Muſco circumdari*, Virg. ecl. 6, 62, mit moos bewachſen. *Saxum ſæpius voluntatem non obducitur muſco*. Germani, er beraſet nicht. v. Chiliad.

¶ Muſcōſus, a, um, moosicht; ut, *Muſcoſa prata*, Varr. R. R. 1, 9. *Muſcoſus lapis*, Catull. 69, 58. *Muſcoſum ſolum*, Propert. 3, 2, 26 *Muſcoſi fontes*, Virg. ecl. 7, 45. Compar. Cic. ad Qu. fratr. 3, 1, 2 *Apodyterio nihil muſcoſius*.

¶ Muſcoſe, adverb. idem, Sidon. carm. 2.

¶ Muſcidus, a, um, idem. Sidon. 8 epiſt. 16 *Muſcidi pumices*.

¶ Emuſco, are, muſcum auferre, a muſco purgare, das moos abſchaben, vom moos reinigen. Colum. 11, 2 *Oleæ putantur & emuſcantur*.

Muſeum, muſeus, muſica, muſice, muſicus, v. *Muſa*, Muſiæ, *Mus*.

MVSIMON, onis, m. Strabo μάσμων, duabus ſyllabis ſcripſit, animal Sardiniæ, pelle & pilis capro ſimile, cornibus arieti, ſed retro circa aures flexis, cervi magnitudine, quod incolæ *Muſmonem* vocant, ein muffel-thier, Iſidor. 12, 1, & Geſner. Nonius 2, 530 *Muſimones*, inquit, *aſini, muli, aut equi breves*. Lucilius ibi vocat *equum Muſimonem*. At Straboni Sardinienſes μασμόνες ſunt κριοὶ, *arietes*. vide hunc lib. 5 p. 166, & Plin. 8, 49 *Eſt & in Hiſpania, ſed maxime Corſica, non maxime abſimile pecori genus muſmonum, caprino villo, quam pecoris velleri probius. Quorum e genere & ovibus natos priſci Umbros vocavant*. Et huc Cato pertinet apud Nonium l. c. *Aſinum, aut muſimonem, aut arietem*. Eugenius Toletanus carm. 22 *Muſmonem capra ex vervegno ſanguine gignit*.

Muſivarius, muſivus, vide *Muſa*, Muſſare, musſitare, muſsitatio, &c. *Mutio*, Muſtace, muſtaceum, muſtarius, *Muſtum*.

MVSTĒLA, æ, f. eine wieſel. Deſcendit ſimpliciter a *Mus*, ut, *tela* ſit vocis productio. Apul. 2 de Aſin. A. p. 125 *Repente introrepens muſtela contra me conſtitit*. Duorum eſt genus, alia *domeſtica*, alia *ſilveſtris* vel *ruſtica*, ein iltes, Plin. 29, 4. Adde Phædr. 1, 23, 4, 1 & 6. Scribitur etiam *Muſtella*. *Avidas muſtellas* vocat Columella 8, 17, ubi de piſcinis agitur. ¶ 2. *Muſtela* piſcis, ſic dictus a tergoris ſubluteo colore, cujusmodi in *Muſtela* quadrupede eſt, vulgo *Lampredam* & *Lampretam* vocant. v. Scal. Lect. Auſon. 1, 3, qui plane eundem piſcem putat. Add. c. 26 int. Sed revera muſtela alia & diverſa, eine aalraupe, Plin. 9, 17. v. Ludov. Nonium in Ichthyophagia. Quidam & *Lubricum fluviatilem*, eine lamprete oder langbuck, (quod nomen in Germania inferiori uſitatum eſt,) dicunt; Muſtelæ marinæ ſunt, & fluviatiles. Sed

¶ Muſtēlus, i, m. piſcis alius eſt, nimirum *Galeus*, ein hundfiſch, plurimarum ſpecierum: Geſnerus.

¶ Muſtēlinus, a, um, wieſel; ut, *Color muſtelinus*, Ter. Eun. 4, 4, 22. *Vtriculus muſtelinus*, Plin. 30, 14.

¶ Muſtelītus, a, um, idem. Apul. Met. 2 *Muſtelatis peplis laceratus atque diſcerptus*.

Muſtellago, muſteus, vide mox *Muſtum*.

MVSTRICVLA, æ, f. formula ſutorum, ein ſchuchleiſen, cui

calceus novus insuitur. Ita ex Afranio exponit Festus, *Mustriculam in dentes indam tibi.* Sed in Isidori Glossis est *machina ad stringendos mures.*

Mustulentus, vide in sequenti *Mustum.*

MVSTVM, *i*, n. vinum recens, most. Virg. Georg. 1, 295 *Mustum dulce.* Ovid. de Arte am. 2, 695 *Musta nova*: Et Trist. 3, 10, 72 *Musta fervida.* de quo plurali vid. quæ ad *Hordea* notavimus. Propert. 3, 17, 17 *Dummodo purpureo spument mea dolia musto, &c.* Cic. Brut. c. 83 *Nova ista quasi de musto & lacu fervida oratio.* Mustum non solum vinum, verum etiam novellum quicquid est, recte dicitur. Est enim

¶ Mustus, *a, um*, adject. novellus, recens, neu, frisch, jung. Nævius apud Nonium c. 2, 518 *Virginem ducere uxorem, si musta est.* Sic, *Agna musta pascenda*, ex Catone apud Priscianum.

¶ Mustus, *a, um*, aliud adject. idem; ut, *Mala mustea*, süsse äpffel, Varro de R. R. 1, 59. *Caseus mustus*, Plin. 2, 1, ein frischer, süsser käse. *Musteus liber*, Plin. 8 epist. 21; & Sidon. 8 epist. 3, ein neu buch.

¶ Mustulentus, *a, um*, dixit Plautus eadem significatione in fragm. quod subjiciunt Lambinum secuti, Cist. 4, 2, 87 *Ita mustulentus æstus navis attigit.* Præterea Apulejus 1 Met. p. 116 *Mustulentus autumnus*, mosterich, voll most. conf. Nonius 1, 322.

¶ Mustārius, *a, um*, most; ut, *Mustarius urceus*, in quo mustum reponitur, Cato de R. R. c. 11.

¶ Mustāceus, *i*, m. vel Mustāceum, *i*, n. cibi quoddam genus, foliis lauri suppositis coctum, e farina siliginea, musto, anisо, cumino, &c. ein fladen, kuchen. *Mustacea facere* docet Cato de R. R. c. 121. Inde, *Causa nec est, cœnam quare & mustacea perdas*, Iuvenalis sat. 6, 201 dicit. Et, *Laureolam in mustaceo quærere*, Cic. Att. 5, 20, hoc est, ex re frivola & exigua laudem. conf. Bart. ad Statii Silvas p. 149, & Dalechamp. ad Plin. 15, 30.

¶ Mustācee, *es*, f. tertium lauri genus. Plin. 15, 30 *Duo lauri genera tradit Cato, Delphicum & Cyprium; Pompejus Lenæus adjecit, quam mustacem appellavit, quoniam mustaceis subjiceretur.*

¶ Mustellāgo, *inis*, f. herba, quæ & Daphne, Apul. de Herb. c. 27 & 58.

¶ Mustio, *onis*, m. plur. *Mustiones* a musto appellati, ut *bibiones qui in vino nascuntur*, mostmücken, Isidor. 12, 8.

Sempermustum, vide infra *Semper.*

Muta, vide *Mutus*, Mutabilis, mutatio, &c. *Muto, are*, Mutesco, *Mutus.*

MVTĪCVS, *a, um*, ejusdem originis & significationis ac *Mutilus*, abgekippt. Sic, *Mutica spica* Varr. R. R. 1, 48, est, quæ non habet aristam.

MVTĪLVS, *a, um*, truncatus & comminutus, a græco μιτύλος, verstümmelt, krüppel, unvollkommen; ut, *Bos cornibus mutilus*, Cæs. B. Gall. 6, 26. Et, *Mutila & biantia loqui*, Cic. in Orat. c. 9; *Mutilum pecus*, quod sine cornibus est. Columella enim *Cornuto* opponit præstat lib. 1: *Dissimilem*, inquit, *rationem postulat Tarentinum, atque birtum, aliud caprinum: Et id ipsum aliter curatur mutilum & ravipilum: aliter cornutum & setosum.* Qui *mutili brachiis* erant, *Hermas* appellatos Casaubonus ad Strabonem observat p. 251. Vbi & exempla habes eorum, qui sine manibus pedibusque difficillima præstiterint. ¶ 2. *Mutilorum*, familia gentis Papiæ, apud Samnites fuit: hanc multis Heinecc. ad L. Iul. & Pap. Popp. p. 59 illustrat.

¶ Mūtilo, *avi, atum, are*, verstümmeln. Ter. Hec. 1, 1, 8 *Quin spolies, mutiles, lacores, quamquam nacta sis.* Curt. 5, 5, 14 *Majore membrorum parte mutilari.* Conf. 9, 2, 19.

¶ Mutilātus, *a, um*, zerstümmelt, mangelhafft, schadhafft: ut, *Mutilati rami*, Ovid. de Nuce v. 37. Et Cic. Phil. 3, 12 *Antonius in Galliam mutilatum ducit exercitum.* Curt. 7, 5, 40 *Cruci affixus, mutilatis auribus naribusque*, mit abgeschnittener nase und ohren. Mutilatos a sacerdotio prohibitos refert Heraldus ad Martial. 7 epigr. 86.

¶ Mutilatio, *ōnis*, f. die zerstümmelung. Gloss. Vet. *Mutilatio, πήρωσις σώματος, ἐκφωτηριασμός.* Cels. 7, 9 *Levis mutilatio.*

¶ Mutilator, *oris*, m. qui mutilat, apud eumdem Celsum.

¶ Mutilāgo, *inis*, f. herba alias *tithymalus*, wolffsmilch. Apul. de Herb. c. 108.

¶ Admutilo, *avi, atum, are*, zerstümmeln, verhunzen. Plaut. Pers. 5, 2, 48 *Aliquem admutilare usque ad cutem.* conf. Capt. 2, 2, 19; & Mil. 3, 1, 173.

¶ Demutilo, *are*, abkippen. Colum. de Arborib. c. 11 *Cacumina virgarum, ne luxurientur, demutilato.*

¶ Immutilatus, *a, um*, zerstümmelt. Theod. Cod. 4, 22 *Omnia ad disceptationem litigii immutilata permanent.*

MVTĪNA, *æ*, f. Galliæ togatæ, sive Cisalpinæ civitas in Flaminia, cujus mentio est ap. Lucan. 1, 41. Ovid. Met. 15, 824; & Martial. 3 epigr. 59 hod. *Modena.* ¶ 2. *Mutina* vitis genus, Plin. 14, 3.

¶ Mutinensis, *e*, adject. ut, *Mutinensia arma*, Ovid. Fast. 4, 625.

Mūtinus, vide in *Muto, ōnis*, substantivo nomine.

MŪTIO, (Muttio) *ivi, signo*, nutu, aut submissa voce aliquid prodere, leise reden, mucken, züscheln, nispeln, muchsen. Ter. Andr. 3, 2, 25 *Itaque hercle nihil jam mutire audeo*, ich darff nicht muchsen. Phædrus 4, 25, 24 *Palam mutire plebejo periculum est.* Scalig. a sono *Mu* deducit, quod canum est, unde *mutire* dicuntur: sicut γεῦ porcorum, unde *Grunnire.* Nec aliter Varro de L. L. 6, 5, & Nonius 1, 29, quod sc. muti nihil amplius quam μῦ vel μᾶ dicunt. In Gloss. Ver. tamen & *Muttam* leguntur, atque per γεῦ explicari. De hirco Autor Philom. v. 58 *At mutire capris, hirce petulce, soles.* conf. Pers. 1, 133.

¶ Mutītus, *a, um*, acutus. Ter. Hec. 5, 4, 25 *Neque opus est adeo mutito*, wir haben nicht noth uns ein wort davon mercken zu lassen.

¶ Mutītio, *onis*, f. mutiendi actus, imperfecta locutio. Plaut. Amph. 1, 3, 21 *Quid tibi hanc rem curatio est, aut mutitio?* i. e. cur curas? cur mutis?

¶ Musso, *are*, frequent. Significat autem *Mussare* mutire, id est, hæsitare, tergiversari, & pauca vel nihil propemodum, certe nihil differre & clare proloqui, wenn man stutzt, nicht raus will, und heimlich etwas verheist. Virg. Æn. 11, 345 *Cuncti se scire fatentur, Quid portum ferat patriæ, sed dicere mussant.* Vbi Servius *Modo*, inquit, VERENTVR *vel* TIMENT, *significat*; *Alias* DVBITANT: ut Æn. 12, 657 *Mussat rex ipse Latinus, Quos generos vocet, interdum* SVSVRRANT: *& de apibus dicitur, & proprie obmussare est obmurmurare, & queribundam, l & x velut muto esse vicinum. Alias* TACENT, *alias* QVIESCVNT. In illo ejusdem libri v. 718 *Fremit arma juventus, Flent mœsti mussantque patres*: MVSSANT, *queruntur*, interpretatur. Liv. 33, 31 *Soli Actoli id decretum decem legatorum clam mussantes carpebant.* Cont. Sil. 13, 261. Sed potest & pro *tacere, quiescere* accipi. Servius ad illud 12 Æneid. *Mussat rex ipse Latinus*: MVSSAT, inquit, *modo* dubitat. *Veteres* MVSSAT *pro* timet. *Ennius* MVSSARE *pro* tacere *posuit. Clodius Tuscus* (forte *Clodius Tuscо*) MVSSARE *est ex græco comprimere oculos: Græci* μᾶ *dicunt.* Vid. Cort. ad Sall. fragm. p. 946, & Ios. Wasse in Ind. Salluſt. h. v.

¶ Mussans, *tis.* Liv. 7, 25 *Mussantes inter se rogitabant &c.* sie befragten sich heimlich unter einander. conf. Salluſt. Fragm. c. 7 & 22. Plin. 7 epist. 1 *Quum mussantes medicos repente vidissem, causam requisivi*, da die ärtzte zusammen murmelten.

¶ Mussīto, *are*, aliud frequent. a *Mussare.* Ter. Adelph. 2, 1, 53 *Accipiunda & mussitanda injuria adolescentum est*, hoc est, dissimulanda, tacenda, man muß es verbeissen, in sich fressen, gedencken, als hätte einen ein hund gebissen. Donatus ad eum locum: MVSSITANDA *patienda, considerandа cum silentio, & ut in amatore patranda, atque per hoc perferenda.* MVSSITARE *enim proprie est, dissimulandi causa tacere: dictum vel a* MOTO: *vel ab* M, *quæ littera est nimium pressæ vocis ac pæne nullius &c.* Plaut. Pseud. 1, 5, 85 *Non a me scibas pistrinum in mundo tibi, Cum ea mussitabas?* Liv. 1, 50 *Ita clam mussitantes, vulgo tamen, eum appellabant.* Apul. Apolog. p. 320 *Hunc illa timorem mussitabat, adversari propalam non audebat.*

¶ Mussītans, *tis*, idem quod *Mussans.* Liv. 1, 50 *Iam ita clam quidem mussitantes, vulgo tamen eum appellabant superbum.*

¶ Mussītātio, *onis*, f. das stillschweigen, die verbeissung der rede. Ammian. 20, 8 *Salutem mussitatione quæritabam & latebris*, quæ emendatio est Gelenii: Alii, *simulatione.*

¶ Mussītātio, *onis*, f. idem. De canibus venaticis Apul. 8 Met. post princ. *Tacitaque prius servata mussitatione, signo sibi repentino redditо, latratibus fervidis dissonisque miscent omnia.* Adde Tertull. de Pudicit. c. 7 & 9.

¶ Mussītator, *oris*, m. Vet. Gloss. *Mussitator, ὑπογογγυσής.* conf. Vulg. Interpr. Isc. 29, 24.

¶ Mussītabundus, *a, um*, nispelnd. Onomast. Vet. *Mussitabundus, μύζων.*

¶ Demussātus, *a, um*, dissimulatus, verschmertzt, verbissen, verschwiegen. Ammian. 30, 1 *Injuriis, quas pertulerat, omnibus demussatis.* Apul. Met. 3 *Demussata contumelia.*

¶ Emutio, *ire*, instar muti murmurare, mummeln. Plaut. Merc. 5, 2, 55 *Etiam emutis?* Sed Lambin. Taubm. & Gron. legunt *metuis.*

¶ Obmusso, *are*, & Obmusito, *are*, obmurmurare, vorbrummeln, entgegen murmeln. conf. verba Servii in *Musso.* Tertull. de Anima c. 18 *Poëtæ hæc nobis semper obmussant.* Idem de Pallio c. 4 *Tacendum, ne quid & illi de Cæsaribus obmussitent.*

¶ Summusso, *are*, mummeln. Ennius ex mente Festi: *Quintus in occulto summussabat.* Et Accius: *Non decet jam summussare.*

¶ Summussus, *i*, m. Festus: *Summussi dicebantur murmuratores.* Nævius, *odi*, inquit, *summussos &c.*

Mutitas, Mutito, *are*, vide paullo post *Mutus, Mutuus.*

MŪTIVS, *i*, m. Gentis Romanæ nomen, e qua nobilis Cordus cognomine, qui Scævola dictus est, quia in castris Porsenæ regis sponte sibi dextram manum exussit, postquam in occidendo rege aberraverat. Quod nomen deinde familiæ Mutiorum hæsit. vid. Flor. 1, 10, 5; Aur. Vict. Vir. illust. c. 12. Martial. 1 epigr. 22; & 8 epist. 25, & infra *Scævola.*

MŪTO, *avi, atum, are*, quasi *motare a motu*, ändern, verändern, anders machen; ut, *Mutare animum*, Ter. Phorm. 5, 2, 9: *Sententiam*, Cic. Att. 9, 2; *Consilium*, Idem ad eumd. 7, 23; *Mores*, Ter. Adelph. 5, 9, 27: *Locum*, Cic. de Leg. 2, 1: *Sedem*, Plin. 2, 37. *Mutari in horas*, Horat. 2 sat. 7, 10, alle stunden anders gesinnet seyn. *Naturam mutare pecunia nescit*, Idem 1 epist 12, 10. *Vestem cum aliquo mutare*, Ter. Eun. 3, 5, 24, sich mit einem wechseln. Idem Adelph. 4, 7, 19 *Factum hoc non placet, si queam mutare*, so ichs ändern könte, id est, corrigere. Cæs. de B. C. 3, 11 *Mutatis ad celeritatem jumentis ad Pompejum contendit*, mit untergelauffen oder gewechselten pferden. Sed *Mutare arma*, Nepos 11, 1, 3, est alia & nova invenire. ¶ 2. Elegantер etiam activa forma pro passiva ponitur, e. gr. Sall. Iug. 104, 2 Humanæ res, *fluxæ & mobiles semper in adversa mutant.* Liv. 39, 51 *Mores populi Rom. quantum mutaverint, vel hic dies argumento erit.* Add. 3, 10; & ibi Drakenb. not. 5, 13 pr. Conf. Scal. ad Catul. p. 119. Palmer. in Spicil. p. 867. Burm. ad Ovid. Ep. Herus 77. Contra ea Liv. 5, 46 f. *Mutari finibus* est ab exilio redire. v. Gronov. Observ. 3, 1, & Nic. Heinſ. ad Ovid. epist. ex Ponto 4, 14, 7. ¶ 3. *Mutare quid cum aliquo*, umwechseln, umtauschen, vertauschen; & sine *cum* Sall. Iug. 38, 10 *Quia mortis metu mutebant* h. e. quia ita mortis metum redimebant, ὅτι ἀπημάτευον. Ovid. am. 3, 8, 63 *O si quisquam Deus Pulvere mutet opes* h. e. in pulverem. Quam phrasin injuste Latio expulit Acidalius. Ita enim Plaut. Capt. prol. v. 28 *Si quem reperire posset, cum quo mutet suam illam captivam.* Ita Salluſt. Iug. c. 44 dicit: *Albini milites pecora & mancipia cum vino adventitio mutasse.* Medea apud Ovidium Met. 7, 59 *Quemque ego cum rebus, quas totus possidet orbis,*

Æsenidem mutasse velim. ¶ 4. *Mutare & Nutare*, itemque *Motare* miscerri a librariis, observat Drakenb. ad Sil. 6, 234.

¶ Mutans, *tis.* Sallust. Fragm. c. 22 *Nomina rerum ad ignaviam mutantes.* Plin. 2, 37 *Vt volucres sedem ex sede mutantes*, die keine bleibende stelle haben. ¶ 2. Pro mutatus est Tac. An. 12, 29 pr.

¶ Mutātus, *a, um*, geändert, verwechselt; ut, *Mutata flumina*, Virg. ecl. 8, 4. *In nova corpora mutatæ formæ*, Ovid. Met. 1, 1.

¶ Mutatus, *ûs*, m. subst. die veränderung, der wechsel. Tertull. de Pallio c. 4 *Incredibili mutatu.*

¶ Mutatio, *ōnis*, f. die änderung. Cic. Phil. 12, extr. *Optimus est portus pœnitenti mutatio consilii*, andere resolution. *Mutationem facere*, Idem Off. 1, 33, ändern. *Mutationes temporum*, Idem Nat. D. 2, 19. *Mutatio officiorum*, Id. de Offic. 1, 7. Spartianus in Severo c. 14 *Omnium rerum semper quasi naturali lege mutatio est*, alle dinge sind veränderlich.

¶ Mutātor, *ōris*, m. qui mutat. Lucan. 8, 854 *Mercis mutator Eœ.* Arnob. 3 p. 119 *Mercium commerciorumque mutator.*

¶ Mutatōrium, *i*, n. quo vel vestimentum subaudiur, ut apud Vulg. Interpretem Esa. c. 3, 22, ein feyertags-kleid, adde Car. du Fresne Glossarium, vel ædificium, ut *Mutatorium Cæsaris*, ein lustheus. vide Bellorium in Vestig. Vet. Romæ. Adjective Tertull. de Resurr. carn. c. 56 *Indumentum illud mutatorium immortalitatis.*

¶ Mūtābilis, *e*, wanckelmüthig, veränderlich. Virg. Æn. 4, 569 *Varium & mutabile semper Fœmina.* Livius 2, 7 *Mutabiles vulgi animi.* Comp. *Mutabilior*, Val. Max. 6, 9, 14. Superl. *Mutabilissimus*, Porc. Latron. decl. in Catil.

¶ Mutabiliter, adv. unbeständig. Varro ap. Nonium 2, 548 *Quibus insitabilis animus, ardens mutabiliter avet habere & non habere.*

¶ Mutabilitas, *ātis*, f. die unbeständigkeit; ut, *Mutabilitas mentis*, Cic. Tusc. 4, 35, wanckelmüthigkeit.

Composita a *Muto*:

¶ Commūto, *avi, atum, āre*, verändern, verwechseln, tauschen. Ter. Eun. 5, 5, 3 *Vbi satietas fieri cœpit, commuto locum.* Idem Andr. 2, 4, 7 *Nunquam hodie tecum commutabit pater unum verbum*, er wird dir kein wort zu antworten wissen. Et Phorm. 4, 3, 33 *Vt est ille bonus vir, tria non commutabitis verba hodie inter vos.* Et, *Commutare vitam cum morte*, Sulpitii est Cic. fam. 4, 5, sterben. *Cum patriæ caritate constantiæ gloriam commutare*, Cic. pro Sextio c. 16, lieber wollen das vaterland meiden, als von seinem redlichen vorsatz weichen. Sall. de rep. ord. 2, 5, 3 *Cujus contumeliam vita sua commutare volunt.* vid. *Mutare* n. 3. *Loricam cum aliquo commutare*, Iustin. 3, 1, 8. Plaut. Mil. 2, 3, 56 *Nisi oculos orationemque aliam commutas tibi.*

¶ Commutatus, *a, um*, geändert. Nepos 10, 4, 5 *Vitæ statum commutatum ferre non potuit.*

¶ Commutate, adv. idem. Auct. ad Herenn. 4, 42 *Eandem rem dicemus, non eodem modo, sed commutate.*

¶ Commutatus, *ûs*, m. subst. die änderung. Lucret. 1, 794 *In commutatum veniunt.*

¶ Commutatio, *ōnis*, f. idem; ut, *Commutatio morum aut studiorum*, Cic. de Amic. c. 21. Et, *Horum adventu tanta commutatio rerum est facta, ut &c.* Cæs. B. Gall. 2, 27. Conf. Nepos 7, 5, 5. Idem 10, 6, 1 *Prosperas res confecuta est subita commutatio.* ¶ 2. *Commutatio* talis etiam dicitur sententiæ figura, ἀντιμεταβολή, v. g. *Esse oportet, ut vivas; non vivere, ut edas*, Auctor ad Herenn. 4, 33.

¶ Commutabilis, *e*, veränderlich. Cic. pro Mil. c. 26 *Vide, quam sit varia vite commutabilisque ratio.* Idem de Amic. c. 25 *Animus varius, commutabili, multiplex.*

¶ Commutatīvus, *a, um.* Sic *Commutativa justitia* Ethicis est, quæ æqualitatem verum efficit sine respectu personarum.

¶ Incommutabilis, *e*, unveränderlich. Ambrosius epist. 84 *Æterna & incommutabilis voluntas.* Paulinus Nolan. epist. 13 ad Pammachium n. 24 *Incommutabilis Dei veritas.* Et Augustin. Retractat. 1, 9 *Voluntas avertitur ab incommutabili bono ad commutabile.*

¶ Incommutabiliter, adv. idem. Augustin. epist. 3 *Incommutabiliter immortalis.* Et lib. 1 extremo Confessionum: *Incommutabiliter æternus.* Adde de Civ. Dei 5, 9 &c.

¶ Incommutabilitas, *ātis*, f. die beständigkeit. Idem Augustin. Confess. 7, 19 *Novit hoc omnis, qui novit incommutabilitatem veri tui.* Idem Confess. 12, 12 *Æternitas & incommutabilitas.*

¶ Demūto, *are*, idem quod simplex, verändern. Plaut. Menæch. 5, 2, 28 *Imperium tuum demutat.* Adde eumdem Trin. 1, 2, 36; & Pseud. 1, 5, 142. Tac. Annal. 4, 16, 6. Apul. Apol. p. 284 Elm. intransitive posuit *Quamquam tetrvimum os tuum minimum a Thyestia tragico demutet*, h. e. differat.

¶ Demutatio, *ōnis*, f. die veränderung. Tertull. adv. Marc. 4, 1 *Omnis demutatio veniens ex innovatione.* Et 5, 10 extr. *Demutatio carnis resuscitatæ.* Plin. 28, 8 *Versicoloris esse demutationis.*

¶ Demutator, *ōris*, m. qui demutat. Tertull. de Resurr. Carn. c. 32 *Argutissimi demutatores ossium, &c.*

¶ Demutabilis, *e*, wandelbar. Prudentius Apotheos. v. 276 *Non convertibilis, nec demutabilis unquam Est Deus.* Tertull. de Anima c. 21 *Omnium naturam atque factorum convertibilis & demutabilis est natura.*

¶ Indemutabilis, *e*, unwandelbar. Tertull. adv. Hermogen. c. 12 *Naturam oportebit esse apud Deum inconvertibilem & indemutabilem.* Adde eumd. de Pudicit. c. 12 ext. Sic & Salvian. lib. 2 Gub. sub fin. *Censura indemutabilis.* Prosper Aquitanicus de Providentia v. 728 *Indemutabilis instat Finis.*

¶ Indemutabiliter, adv. Ennod. epist. lib. 5 *Indemutabiliter perseverare.*

¶ Emūto, *āre*, verstellen. Manil. 5, 147 *Appositis caput emutare capillis.*

¶ Emutatus, *a, um*, umgekehrt. Quintilian. 8, 2 *Emutatis in perversum dictis.*

¶ Immūto, *āre*, anders machen, ändern. Ter. Eun. 2, 1, 19 *Adeon' homines immutari ex amore?* Idem Hec. 3, 3, 9 *Vultum earum sensi immutari omnium.* Et Cic. pro Flacc. c. 14 extr. *Aliquid immutave de institutis priorum.* Id. Amic. 15 *Ii, qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus immutantur.*

¶ Immutātus, *a, um*, umgekehrt, verändert. Cic. fam. 1, 9 *Conversis rebus, & bonorum voluntatibus immutatis.* Id. ib. 5, 4 *Sermones eorum, qui hac iter faciebant, animum tuum immutatum significabant.* Plaut. Curc. 2, 1, 59 *Immutatis moribus esse.* ¶ 2. Item adject. unverändert. Cic. de Invent. 2, 54 *Veritas est, per quam immutata ea, quæ sunt, aut ante fuerunt, aut futura sunt, dicuntur.* Et Ter. Andr. 1, 5, 7 *Id immutavit, quoniam me immutatum videt*, h. e. non mutatum, dieweil er siehet daß ich nicht wancke.

¶ Immutabilis, *e*, unwandelbar, unveränderlich; ut, *Immutabilis æternitas*, Cic. de Vniversi. c. 2. *Res stabilis & immutabilis*, ibid. *Omnia in præteritis necessaria sunt, quia sunt immutabilia*, Id. de Fato c. 7.

¶ Immutabiliter, adv. Apul. de Mundo p. 261 *Rector mundi immutabiliter incumbit.* Celsus IC. Leg. 99 ff. de Verbor. obligation. *Immutabiliter verum fuit.* Et Augustin. Civ. Dei 22, 9 *Immutabiliter & incorporaliter.*

¶ Immutabilitas, *ātis*, f. die beständigkeit. Cic. de Fato c. 6 *Infacilis immutabilitas apparet.*

¶ Immutatio, *ōnis*, f. die veränderung; ut, *Immutatio verborum*, Cic. Acad. 4, 6. *Immutatio ordinis*, Idem de Orat. 3, 44.

¶ Immutator, *ōris*, m. qui immutat. Orosius 7 c. ult. de Athaulpho Gothorum rege: *Haberetur apud posteros Romanæ restitutionis auctor, postquam esse non poterat immutator.*

¶ Immutatrix, *icis*, f. apud Sidonium.

¶ Intermutatus, *a, um*, umgewechselt. Tertull. de Bapt. c. 8 *Impositis & intermutatis manibus.*

¶ Permūto, *āre*, ex alio loco in alium transferre, cum *Commutare* aliud sit pro alio substituere, umwechseln, verwechseln. Cic. Off. 2, 4 *Dando & accipiendo, & permutandis facultatibus nulla re egere.* Idem, *Permutare pecuniam*, fam. 2, 17, geld durch den wechsel gehen lassen. Manut. ad h. l. *Permutari pecunia* dicitur, cum alibi numeratur, quæ alibi solvatur illius periculo, qui permutandam suscepit. *Permutare merces*, tauschen, siechen mit waar um waar, Plin. 9, 55.

¶ Permutatus, *a, um*, verwechselt, umgekehrt; ut, *Permutato ordine principiorum*, Lucret. 1, 826; & 5, 126.

¶ Permutatio, *ōnis*, f. wechsel umschlag. Cic. fam. 3, 5 *Dum pecunia accipitur, quæ mihi ex publica permutatione debetur*, wechsel empfahen. ¶ 2. Et figura oratoria *Permutatio.* vid. Aut. ad Herenn. 4, 34.

¶ Remuto, *are*, wieder ändern. Tac. Orat. 19, 2 *Cum conditione temporum ac diversitate aurium forma quoque ac species orationis est remutanda*, al. *mutanda.*

¶ Submūto, vel Summuto, *are*, in etwas ändern, verwechseln. Cic. in Orat. c. 27 *Quia quasi summutantur verba pro verbis.*

¶ Submutatio, *ōnis*, f. die verwechselung. Gloss. Cyrilli: *Submutatio*, ὑπαλλαγή.

¶ Transmūto, *āre*, versetzen, von einem zum andern verwechseln. Horat. 3 ode 29, 49 *Fortuna sævo læta negotio Ludum insolentem ludere pervicax, Transmutat incertos honores, Nunc mihi, nunc alii benigna.*

Transmutans, *tis.* Lucret. 2, 487 *Transmutans dextera lævis.*

¶ Transmutatio, *ōnis*, f. die versetzung. Quintil. 1, 5 *Duos in uno nomine faciebat barbarismos, & immutatione* (literarum) *& transmutatione*, id est, transpositione. Tertullian. de Præscript. c. 38 *Detectione, vel transmutatione remediaremus.*

¶ Transmutator, *ōris*, m. ein verwechsler, apud Apulejum.

MŪTO, *ōnis*, m. penis, mentula, das männliche glied. Horat. 1 sat. 2, 68 *Hic si mutonis verbis mala tanta timentis Diceret hæc animus.* Vbi Vet. Scholiastes: MVTO *dicitur membrum virile.* Hinc

¶ Mūtīnus, sive *Mutonus*, aut *Mutunus*, *i*, m. Deus Romanis dicebatur, qui *Priapus* Græcis, super cujus pudendis nova nupta sedere jubebatur, ut ejus pudicitiam Deus prior delibasse videretur, Lactant. 1, 20 sub fin. Arnob. lib. 4; Augustin. de C. D. 4, 11; & 6, 9; & Tertull. Apolog. c. 24. ¶ 2. Item, ipsum membrum virile. Poëta Phallicus Carm. 73 *Rubro Priape furibus minare mutino.*

¶ Mutōnius, *i*, m. & Muttonium, *i*, n. Vet. Glossæ: *Muttonium*, προβασκάνιον, λάκιος. *Muttonius*, προβασκάνιον. *Mutonium*, πρόβλημα: quod & ipsum *fascinum* accipio. *Fascinus* autem mentula. Iisdem Gloss. *Mutonium*, ἀνυδώνιον exponitur.

¶ Mutoniatus, *i*, m. bene vasatus, probe peculiatus. Martial. 3 epigr. 73; & 11 epigr. 64 *Pueri mutoniati.* Poëta Phallicus Carm. 52 *Ad partem veniet falax asellus Nihilo deterius mutoniatus.* Vbi nota primam in *Mutoniatus* correptam: Vt primam itaque ancipitem statuere oporteat, aut vere brevem potius, ut, cum prima producitur, *Mutto, Muttinus*, scribendum sit, ut in veteri Glossario reperitur.

Muttio, muttitio, vide *Mutio, mutitio.*

Mutuatio, mutue, mutuiter, &c. vide post paullo *Mutuus.*

MŪTŬLVS, *i*, m. ein tragstein, darauf man balcken leat. A *mutilus* enim *Mutuli* sunt quasi *mutilæ trabes*, i. e. ligneæ vel lapideæ partes prominentes, quibus capita trabium imponuntur. Varro R. R. 3, 5 *Mutuli crebri omnibus columnis impositi, sedilia avium.* Colum. 8, 9 *Ad lineam mutuli per parietem defixi.* v. & Vitruv. 7, 3, & Baldi Lex. p. 73.

Mutunus, Mutuo, *or*, vide *Mutinus* in *Muto, ōnis, Mutuus.*

MŪTVS, *a, um*, βαβδός, ἄφωνος, ἄλαλος, sprachlos, stumm, a μύτης vel μυττός. Plaut. Aul. 2, 1, 6 *Ne mutum profecto repertam ullam esse hodie dicunt mulierem ullo in seculo.* Cic. Phil. 3, 9 *Mutum esse satius est, quam quod nemo intelligat, dicere.* Idem post Red. in Senat. c. 3 *Forum mutum, elinguem civitatem, tacitam & fractam civitatem videbatis.* Et, *Formosa facies muta commendatio est*, Publius in Mimis, schönheit lobt sich stillschweigend. *Mare mutum*, Plaut. Mil. 3, 1, 69, ein

ein ſtilles meer. vid. Brouckh. ad Prop. 1, 15, 29. *Pecus metu mutum*, Virg. Æn. 12, 718. Cic. Att. 8, 14 pr. *Nullum fuiſſe tempus, quod magis debuerit mutum eſſe a literis.* ¶ 2. *Multa* & *Muta* confundi a librariis, docet Brouckh. ad Tib. 4, 1, 129.

¶ Muta, æ, f. Dea, quæ & *Lata* & *Larunda*, Larium mater. Vna ex Najadibus: quam ob intemperantiam linguæ Iupiter mutam fecit, unde & hoc nomen. v. Ovid. Faſt. 2, 583 & ſeqq. Meminit & Lactantius 1, 20.

¶ Mūteſco, ĕre, ſtumm werden. Mart. Capella lib. 8 *Cuncta, velut muteſcentia, tacuerunt.* Et Apulejus: *Muteſcere taciturnitate.*

¶ Mutĭtas, ātis, f. die verſtummung, ſtummheit. Gloſſ. gr. lat. ἀφωνία, *mutitas.*

¶ Mutōſus, a, um, ſtumm: ut, *Mutoſus venter*, Veget. 3, 3.

¶ Immuteſco, tui, ĕre, verſtummen. Quintil. 10, 3 *Immuteſcamus alioqui, ſi nihil dicendum videatur, niſi quod non invenimus.* Stat. Theb. 5, 542 *Raptis immutuit ore querelis.* Add. 6, 184.

¶ Obmūteſco, tui, ĕre, mutum fieri, erſtummen, verſtummen. Cic. de Orat. 2, 7 *Ego neque Antonium verbum facere patiar, & ipſe obmuteſcam, niſi prius a vobis impetravero.* Virg. Æn. 6, 155 *Preſſo obmutuit ore.* ¶ 2. Plinio 33, 13 res *obmuteſcere* dicitur, quæ non eſt amplius in uſu: *Lydium Sardis emebatur, quod nunc obmutuit*, es iſt nun ganz ſtille davon.

MVTVSCÆ, *arum*, f. pl. Sabinorum civitas, quæ & *Trebia* & *Suffena* vocatur, circa quam Annibal Romanos maxima clade affecit. Ab olivis celebrata: unde *oliviferæ Mutuſcæ* apud Virgilium Æn. 7, 711.

¶ Mutuſcæi, *orum*, m. pl. oppidani, apud Plinium 2, 12.

MŪTVVS, *a, um*, ὅμοιος, eins ums ander, gegen einander, wieder vergolten, geborgt, gelichen: ut, *Amor mutuus*, Cic. fam. 12, 17, is eſt, quo ab eo viciſſim amor, quem ego amo, die gegen-liebe. Et, *Pro mutuo inter nos animo*, Metellus Cic. fam. 5, 2. *Officiis mutuis commune commodum gubernatur*, Cic. pro Roſc. Am. c. 38, durch gegendienſte, gegen hülffe. Et Ter. Phorm. 1, 5, 37 *Tradunt operas mutuas*, einer hilfft dem andern über. *Par & mutua voluntas*, Cic. Planco ſub Att. 16, 16. Item, *Da mihi mutuum teſtimonium*, Græcorum vox δός μοι μαρτύριον, pro Flacc. c. 4, diene mir mit deinem zeugniß, ich will dirs wieder thun. *Odio mutuo inter ſe flagrare*, einander haſſen, Plin. 9, 62. *Mutuum cum aliquo facere*, Plaut. Curc. 1, 1, 47. *Mutuum muli ſcabunt*, proverbium, cum improbi & illaudati ſe mutuo mirantur & prædicant. v. Scal. Auſon. Lect. 1, 18. Vide Chiliad. *Mutuum frumentum dare*, leihen, vorſtrecken, Cic. Agrar. 2, 30. Et, *Mutuam pecuniam dare*, borgen, vorſtrecken. Quod *fœnore dare* opponitur: Sicut & *mutua ſumere*, & *fœnore ſumere* opponuntur: Plaut. Aſin. 1, 3, 95 *Nam ſi mutuas* (pecunias) *non potero, certum eſt, ſumam fœnore.* Sed Nonius 5, 70 pro *mutuas*, legit *mutuo*, & *mutuum* interpretatur *ſine uſuris*; *Fœnus* vero *cum uſuris.* Eleganter & Plautus *mutua ſumi* dixit, quæ in nobis non ſunt, ſimulantur tamen, Amph. 2, 2, 137, ubi vide interpretes. *Mutuum ſumere* & Cicero dixit fam. 12, 28, borgen, aufnehmen. conf. Gronov. de Pec. Vet. 3, 1. Diſputationes de mutuo Salmaſii ejusque adverſariorum occaſionem dederunt multa veterum loca, ubi ea vox occurrit, illuſtrandi.

¶ Mutue, Mutuo & Mutuum, adverbia ſignificant viciſſim, invicem, untereinander, wiederum: ut, *Amamus nos mutuo*, & *Amamus nos invicem*, Vall. 2, 59, & 3, 74. Cic. fam. 10, 9 *Fac valeas, meque mutuo diligas*, liebe mich, wie ich dich. Idem 5, 7 *Officiis mutue ſibi reſpondere*, einander gegendienſte erweiſen. Sic & *Mutuum* pro *mutuo* Lucilius apud Nonium 2, 538 *Si maxime mutuum hoc mecum facis.*

¶ Mutuiter, idem. Varro apud Nonium 11, 30 *Vive meque ama mutuiter.*

¶ Mūtuo, *are*, & Mutuor, *ari*, borgen. Sed, *qui mutuat pecuniam, dat mutuo*, er leihet. *Qui mutuatur, mutuo accipit*, entlehnet, Vall. 5, 25. conf. Ducker. de Latinitate Vet. ICtor. p. 344, & Menck. Obſ. L. L. Cic. Att. 15, 15 *Cum abundare debeam, cogor mutuari.* Et, *Mutuari auxilia ad rem aliquam*, Hirt. Bell. Gall. 8, 21, volck zu einem kriege erborgen. Translate Livius: *Ab amore temerarium atque impudens mutuatur conſilium*, h. e. petit vel ſumit. v. *Mutuatus.* Cic. Tuſc. 2, 18 *A viris virtus nomen eſt mutuata.* Idem Att. 8, 6 *Tironem video in ſumtum ab aliis mutuatum*, daß er zur ausgabe entlehnet. Cæcilius apud Nonium 7, 48 *Ad amicum currat mutuatum, mutuet mea cauſſa*, i. e. mutuum ſumat.

¶ Mutuātus, *a, um*, paſſive mutuo ſumptus, geborgt, gelehnt. Plin. 2, 9 *Luna in totum mutuata a ſole luce fulget.* Item, active mutuo ſumens, der geborget hat. Val. Max. 6, 7 extr. 1 *Mulier præſidium ab innocentia mutuata.*

¶ Mutuatio, ōnis, f. das borgen, die entlehnung. Cic. Tuſc. Q. 1, 42 *Lacedemonius quidam, cum ad mortem duceretur, dixiſſetque ei quidam inimicus: Contemnisne leges Lycurgi? reſpondit: Ego vero illi maximam gratiam habeo, quod me ea pœna multaverit, quam ſine mutuatione & ſine verſura poſſem diſſolvere.* Idem pro Flacc. c. 20 *Cum multos minutis mutuationibus fraudaſſet.* ¶ 2. Idem Cicero de Orat. 3, 38 *Tropos* mutuationes vocat: *Hæ*, inquit, *translationes quaſi mutuationes ſunt, cum, quod non habeas, aliunde ſumas.*

¶ Mutuatitius, *a, um*, quod mutuo ſumitur: ut, *Pecunia mutuatitia*, apud Gellium 20, 1, entlehntes geld.

¶ Mutuarius, *a, um*, idem quod *Mutuus.* Apul. Apol. *Mutuarias operas ambire cum vicinis.*

¶ Mutuĭto, *āre*, frequ. gerne borgen wollen. Plaut. Merc. prol. v. 52 *Mutuitanti credere.*

¶ Mutĭto, *āre*, antiquum verbum, quod mutua convivia agitare ſignificat, ein kränßlein halten. Gell. 2, 24 *Legi ſenatus decretum vetus, in quo jubentur principes civitatis, qui ludis Megalenſibus* mutitarent, *id eſt, mutua inter ſeſe convivia agitarent, jurare apud Coſſ. verbis conceptis, &c.* Conf. 18, 2. Vtroque loco Henr. Stephanus *mutitare* legere mavult.

¶ Promūtuor, *ari*, ante fœnerare, vorher borgen. Gloſſ. gr. lat. προδανείζομαι, *promutuor.*

¶ Promutuus, *a, um*, geliehen: ut, *Promutua pecunia*, quæ in anteceſſum datur, ſive prænumeratur ante diem, apud Cæſarem B. Civ. 3, 31 & 32, ita enim ibi legendum. Vbi & *Vectigal promutuo* ſive *promutuum*, ut Scaliger legit, *tollere*, i. e. ante diem dixit. v. Cujacium Obſerv. 8, 34.

MY; *Ne my quidem facere audet*, i. e. metu ne hiſcere quidem audet, er darff nicht muchſen. v. Chiliad. & ſupra *Mu.*

MYA, æ, f. genus conchæ ſeu margaritæ circa Boſphorum Thracium, Plin. 9, 35. ¶ 2. *Mya* Inſula in ſinu Ceramico, Plin. 5, 31.

MYĂCANTHON, *i*, n. μυάκανθον, ſilveſtris aſparagus, wilder ſpargel, Plin. 8, 9.

MYĂCES, *um*, f. μύακες, piſces ex concharum genere, qui muricum modo coacervantur: Plin. 32, 9.

MYAGROS, *i*, μύαγρος, herba prætervolantes muſcas ramulis implicitas capiens, ut muſcipula mures, leindotter, flachsdotter, Plin. 27, 12. Scribitur etiam *Myiagros.*

MYCĂLE, *es*, f. Μυκάλη, promontorium Ioniæ, e regione inſulæ Sami, juxta quod Perſæ a Græcis ſuperati. v. Diod. Sicul. 11, 35. ¶ 2. *Mycale*, nomen veneficæ mulieris, de qua Ovid. Met. 12, 263.

¶ Mycalæus, *a, um*, adj. Claudianus in Eutrop. 2, 264 *Icarium pelagus, Mycalæaque litora.*

¶ Mycalenſis, *e*, idem; ut, *Excelſiſſimus Mycalenſis montis vertex*, Valer. Max. 6, 9 extr. 5.

¶ Mycalēſus, *i*, m. promontorium ejusdem civitatis, de quo Statius 7 Theb. v. 272.

MYCĒMĂTIAS, æ, m. μυκηματίας, a μύκημα, *mugitus*, inter tria genera terræ motuum, apud Ammianum 17, 7.

¶ Mycētias, æ, m. μυκητίας, apud Apulejum de Mundo p. 247 tetri rudoris inquietudo terrena, cum ſub pedibus mugit ſolum, ein brüllendes erdbeben.

MYCĒNÆ, *arum*, f. pl. urbs Peloponneſi, in Argolide, regia Agamemnonis, unde *Agamemnoniæ Mycenæ*, apud Virg. Æn. 6, 838.

¶ Mycēnenſis, *e*, adj. Cic. de Finib. 2, 6 ex poëta: *Omnes Danai, aut Mycenenſes, Attica pubes.*

Mycēnæus, *a, um*, idem. Ovid. Triſt. 2, 400 *Teque Mycenæo Phœbas amata duci.* Duci Mycenæo, i. e. Agamemnoni.

¶ Mycēnis, *ĭdis*, f. pro Iphigenia Mycenæa, Ovid. Met. 12, 34.

MYCĬTHVS, *i*, m. Anaxilai Rheginorum tyranni ſervus, ejusque liberorum tutor optimus, de cujus pietate Macrobius Sat. 1, 11. Herodotus μίκυθον vocat, & Iuſtinus 4, 2, 5 *Micalum.*

MYCŌNE, *es*, f. Mycōnus, *i*, m. μύκονος, maris Ægæi inſula una ex Cycladibus. v. Virg. Æn. 3, 76. Stat. Achill. 1, 205; Strabo lib. 10; & Ovid. Heroid. 21, 81 cum not. Heinſii.

¶ Myconius, *a, um*, adject. ¶ 1. *Myconii calvi* dicuntur proverbialiter, ideo, quod Myconi incolæ calvi fuerint omnes, auctore Strabone lib. 10 p. 335. Lucilius, *Myconi omnis calva juventus*, apud Donatum in Ter. Hec. 3, 4, 26. ¶ 2. *Myconius conviva*, & *Myconius vicinus*, ein ungebetener gaſt. Et, *Myconii*, vel *Myconiorum more venire*, i. e. ad convivia accedere invocatum. Nam hoc nomine *Myconios* notavit antiquitas, quod liguritores eſſent, & alienæ appetentes menſæ. v. Suidam, Athenæum, 1, 3, & Chiliad.

¶ Myconium, *i*, n. vinum transmarinum, Plin. 14, 7.

MYDRIĂSIS, *is*, f. μυδρίασις, morbus oculorum, Celſ. 6, 6, 37.

MYGĂLE, *es*, f. μυγάλη, mus araneus, eine ſpitzmaus. Veget. 3, 4; & Vulg. Interp. Lev. 11, 30. *Myogalen* vocat Dioſcorides 2, 61,

MYGDŌNIA, æ, f. Macedoniæ regio, a Mygdone rege appellata, Plin. 4, 10.

¶ Mygdŏnides, æ, m. patronym. i. e. Chorœbus filius Mygdonis, Virg. Æneid. 2, 343.

¶ Mygdonis, f. ut *Mygdonides nurus*, h. e. Lydiæ, Ovid. Met. 6, 45.

¶ Mygdonius, *a, um*, adject. ut, *Mygdoniæ opes*, Horat. 2 od. 12, 22. *Mygdonii campi*, Idem 3 od. 16 v. 41. *Mygdonium marmor*, Ovid. Heroid. 15, 142.

MYIĂGRVS, *i*, m. μυίαγρος, herba ferulacea, leindotter, fühfraut, Plin. 27, 12. vide Myagros. ¶ 2. *Myiagros* ſtatuarius Plin. 34, 8. ¶ 3. Item, Deus muſcarum, Plin. 10, 28.

MYINDA, æ, f. ludi genus, die blinde kuh. v. Pollux & Heſych.

MYĪTES, æ, m. μυΐτης, lapis ad ſimilitudinem muris fedentis & ſe contrahentis. v. Dioſc. noth.

MYIODES, *is*, m. muſcarum Deus, non ſecus ac *Myiagrus.* vid. Plin. 29, 6.

MYLÆ, *arum*, f. pl. inſulæ circa Cretam, Plin. 4, 12; & Vellej. 2, 79, 4. conf. de oppido hujus nominis Plin. 2, 101; & 3, 8. ¶ 2. Siciliæ quondam portus v. ad Sil. 14, 202. ubi etiam de

¶ Myla Siciliæ fluvio.

MYLASEA, æ, f. cannabis ſpecies, Plin. 19, 9.

MYLOICVS, *i*, m. μύλοικος, genus blattæ, circa molas naſcens, Plinio 29, 6.

MYŎBARBVM, *i*, n. poculi genus; cantharus turbinatus. Auſon. in Lemm. epigram. 30. Vox ex græco & latino jocularitер compoſita. Vide Joſeph. Scalig. lib. 2 Auſon. Lect. c. 28 p. 166 ſq.

MYOCTŎNVS, *i*, m. μυοκτόνος, radix aconiti, Plin. 27, 3.

Myogale, vide *Mygale.*

MYŎPĂRO, ōnis, m. μυοπάρων, ein raubſchiff, jagdſchiff; navicula piratarum, a longitudine ſic dicta, ut Scaliger ad Feſtum cenſet, quem vide, & Nonium 13, 6 in hac voce. Cic. in Fragm. 3 de Republ. *Nam cum quæreretur ex eo* (pirata,) *quo ſcelere compulſus mare haberet infeſtum uno myoparone? Eodem, inquit, quo tu* (Alexander) *orbem terræ.* Val. Max. 2, 8, 5 *Myoparonum piratica roſtra.* Seneca Controv. 2 *Iacuiſti in pirate myoparone.* v. Scheff. de milit. nav. 2, 2. conf. Dempſter. in Roſin. p. 1164; Menck. obſ. L. L. & infra *Paro, onis.*

MYŎPHŎNON, *i*, n. μυόφονον, herba muribus exitialis. Plin. 11, 9.

MYOPS, *ōpis*, c. plur. *myōpes, μύωπες*, luſcioſi qui niſi oculis quam proxime admota contueri queunt, die ein blöd geſicht haben. v. *Luſciosus.*

MYOSOTON, *i*, n. Myoſotis, *is*, & Myoſota, *æ*, f. *μυὸς ὠτὶς*, herba, latine muris auricula, mäuſöhrlein, Plin. 27, 4 & 12.

MYRAPIVM, *i*, n. *μυράπιον*, genus pyri, a *μύρον, odoramentum*, & *ἄπιον, pyrum*. al. *Myrrhapium*. v. Plin. 15, 15; & Colum. 12, 10.

MYRIAS, *ădis*, f. Græcum eſt, *μυριάς*, decies mille, zehn tauſend.

MYRĪCA, *æ*, vel Myrice, *es*, f. *μυρίκη*, tamarix arbor, tamariſken oder porſt. *Myricæ humiles*, Virg. eclog. 4 pr. *fragiles*, Ovid. de Arte Am. 3, 691; &, *tenues*, Metam. 10, 97. Prudent. Natali Chr. v. 76 *Jam junt myricis balſama.* Sed heyden oder heydenkraut, *Erica* eſt, *ἔρικη*, Matthiol. Vet. Gloſſ. *Genista*, *μυρίκη*. ¶ 2. Eſt & nomen Nymphæ apud Silium 3, 103.

MYRĪNA, *æ*, f. urbs Æoliæ, quæ & *Sebaſtopolis* ſe vocat, Plin. 5, 30. conf. Cic. fam. 5, 20, & Vellej. 1, 4, 4. Alia Lemni, in cujus forum ſolſtitio Athos ejaculatur umbram. Plin. 4, 12.

MYRĪNVS, *i*, m. *μύρινος*, mas murænæ, Plin. 9, 23, ein lampret. ¶ 2. *Myrinus* cognomentum Apollinis, a *Myrina* Æolidis urbe, ubi colebatur.

MYRIOPHYLLVM, *i*, n. *μυριόφυλλον*, herba, quæ & Millefolium, ſchafgarben, Plin. 24, 16.

MYRMĒCION, *i*, n. tuberculum in palmis aut inferioribus partibus pedum, ingentem dolorem ciens, eine wartze, das abel, Celſus 5, 28, 14. ¶ 2. *Myrmecion*, caverna formicarum eſt, ein ameishauff. Sic, *Μυρμηκιὰ ἀγαθῶν, Myrmecia bonorum*, prov. de ingentibus bonis, ein verrath und ſchad von gütern. v. Chiliad. ¶ 3. *Μυρμήκιον*, araneus capite formicis ſimilis, Ebero & Plin. 29, 4.

¶ Myrmecias, *æ*, m. *μυρμηκίας*, gemma quæ habet eminentias ſimiles verrucis, Plin. 37, 10.

¶ Myrmecides, *æ*, m. ſtatuarius, de quo Plin. 7, 21: & 36, 5 *Sunt & in parvis*, inquit, *marmoris famam conſecuti: Myrmecides, cujus quadrigam cum agitatore, cooperuit alis muſca, &c.* vid. Cic. Acad. 3, 38, & Gothofr. ad h. l.

¶ Myrmecites, *æ*, m. *μυρμηκίτης*, gemma innatam repentis formicæ effigiem habens, Plin. 37, 11.

¶ Myrmēcŏleon, *ōnis*, m. *μυρμηκολέων*, animaliculum, quod formicas enecat; Iob. c. 4, 11.

¶ Myrmĭce, adv. idem ac formicæ in modum, wie eine ameis. Catull. 43, 8 *Incedere myrmice*; quod *formicinum gradum movere* Plautus dixit, fortſchleichen.

MYRMĬDŎNES, *um*, m. pl. *Μυρμιδόνες*, Theſſaliæ populi, Achillis ſocii. Virg. Æn. 2, 7 *Myrmidonum Dolopumve, &c.* Conf. Ovid. Metam. 7, 655.

Myrmillo, myrmillonicus, vide *Mirmillo.*

Myrobalanus, vide ſupra *Balanus.*

MYROBRECHĀRIVS, *i*, m. unguentorum venditor, ein ſalbenkrämer, Vet. Inſcript. v. Ferrar. de Re Veſt. 3, 21.

MYRON, *ōnis*, m. inſignis ſtatuarius, inter cujus opera præcipuum fuit bucula, ab Ovidio de Arte am. 3, 219, Propertio, Statio, Auſonio, aliis celebrata. v. *Mentor*: & Ovid. 3 de Pont. epiſt. 1.

MYRŌPŌLA, *æ*, m. *μυροπώλης*, unguentorum venditor, ein ſalbenkrämer, apothecker, Plaut. Cal. 2, 3, 10; & Trin. 2, 4, 7.

¶ Myropolium, *i*, n. eine apothecke. Idem Amph. 4, 1, 3 *Omnia myropolia perreptare.* conf. Epid. 2, 2, 15.

¶ Myrothēcium, i, n. *μυροθήκιον*, unguentorum repoſitorium, ein ſalbenkäſtlein; pro *ornamentis oratoriis* poſuit Cicero ad Attic. 2, 1; *Myrothecium*, inquit, *Iſocratis totum conſumſi, &c.*

MYRRHA, *æ*, f. *σμύρνα*, arbuſcula, & gutta ex ea ſtillans amara, quæ corpora a putrefactione ſervat, naſcitur in Arabia, ſicut *thus*, myrrhen, Plin. 12, 15; Dioſc. 1, 69. ¶ 2. *Myrrha* Cinyræ filia, fugiens iram patris, cum quo inſcio concubuerat, in arborem ſui nominis mutata eſt. v. Ovid. Met. 10 fab. 9. ¶ 3. *Myrrha* ſive *Murrha* dulcis & ſuavis potus ad arcendam ebrietatem, Plaut. Pſeud. 2, 4, 51: & Perſ. 1, 3, 7.

¶ Myrrhātus, *a, um*, myrrha conditus, mit myrrhen angemacht, balſamirt, ut, *Ora virûm myrrhata*, Silius 13, 478.

¶ Myrrheus, *a, um*, myrrha deliburus, von myrrhen. Inde *Myrrhea coma*, Tibullo 3, 4, 28; & Horatio *Coma Myrrhea*, ſive *murrea*, 3 od. 14, 22. Sed in Tibull. MSto. Codice Scaliger *myrtea coma* ſcriptum invenit. Apud Horatium quoque 3 od. 14, 22 *myrteum crinem* vetus Scholiaſtes agnoſcit, & ad colorem refert. v. paullo poſt in *Myrtus.*

¶ Myrrhīnus, *a, um*, adj. mit myrrhen zugerichtet; ut, *Vinum myrrhinum*, myrrha conditum. *Myrrhina pocula*, vide in *Murrha.*

¶ Myrrhina ſive Murrhina, *æ*, f. ſubſt. vinum aromaticum ſeu myrrhæ odore conditum, ut Plin. 14, 3 exponit, ubi ex Fabio hunc verſum citat: *Mittebam vinum pulchrum, murrhinam.* Hæc vina apud priſcos erant laudatiſſima; his utebantur ad arcendam ebrietatem, bibereque, ſtatim ebrii fierent. Apud Horatium quoque 3 od. 14, 22 *myrteum crinem* vetus Scholiaſtes agnoſcit, & ad colorem refert. v. paullo poſt in *Myrtus.*

¶ Myrrhīnus, *a, um*, adj. mit myrrhen zugerichtet; ut, *Vinum myrrhinum*, myrrha conditum. *Myrrhina pocula*, vide in *Murrha.*

¶ Myrrhina ſive Murrhina, *æ*, f. ſubſt. vinum aromaticum ſeu myrrhæ odore conditum, ut Plin. 14, 3 exponit, ubi ex Fabio hunc verſum citat: *Mittebam vinum pulchrum, murrhinam.* Hæc vina apud priſcos erant laudatiſſima; his utebantur ad arcendam ebrietatem, bibereque, ſtatim ebrii fierent. conf. Plaut. Pſeud. 2, 4, 51; Non. 17, 10; & Turneb. Adv. 28, 6; & ſupra *Murina.*

¶ Myrrhapius, *a, um*, grariſſimum odorem habens, wohlriechend; ut, *Pyra myrrhapia*, Plin. 15, 15. Al. *Myrapium.*

¶ Myrrhītes, *æ*, m. *gemma myrrhæ colorem habens, odoremque unguenti*, Plin. 37, 10; & Iſidor. 16, 7.

MYRRHIS, *ĭdis*, f. *μύρρις*, herba eſt cicuræ ſimilis Dioſcoridi 4, 111: *Cicutariam* vulgo vocant, wilder ferbel, buſchmoren, ab arbuſta enim naſcitur. Conf. Plin. 24, 16, & 26, 11.

MYRSĪNE, *es*, f. *μυρσίνη*, a Romanis *myrtus* dicitur, myrten. vid. Dioſcor. 1, 132.

¶ Myrſinēum, *i*, n. ab odore myrſines, herba eadem cum fœniculo ſylveſtri, wilder fenchel, Plin. 20, 23.

¶ Myrſinelæon, *i*, n. *μυρσινέλαιον*, myrteum oleum, myrten-öl, Dioſcor. 1, 39.

¶ Myrſinoïdes, *is*, n. *μυρσινοειδὲς*, clematis a myrti foliorum magnitudine appellatur, Dioſcor. 4, 7.

¶ Myrſinītes, *æ*, m. *μυρσινίτης*, ſpecies tithymali, Plin. 26, 8. ¶ 2. Gemma eſt melleum colorem habens & myrti odorem, Plin 37, 10.

MYRTŌVS, *i*, m. Oenomai auriga, a quo *Myrteum* nomen accepit mare, in quod præcipitatus ille fuit. Alii vero a *Myrtilo* Mercurii filio: alii a *Myrtone* muliere appellatum volunt, quod Pauſaniæ in Arcadicis maxime placet. Vide Horatianos interpretes ad illud 1 od. 1, 14 *Myrtoum pavidus nauta ſecet mare.* Cæterum *mare Myrtoum* Ægei pars eſt, auctore Plinio 4, 5 & 11, ubi nomen ei a parva quadam inſula tributum prodit.

MYRTVS, *i*, it. *ūs*, f. *σμῦρσινη*, arbor frequens in Italia, ein myrtenbäumlein. *Sativa* eſt & *ſponte proveniens*; *alba* quoque & *nigra*, welſche heidelbeeren, v. Plin. 12, 1; 15, 29; ubi de mirabili plebejæ ac patriciæ myrtorum augurio. Colum. 12, 38; Virg. ecl. 7, 62; Æn. 3, 23; Georg. 2, 64 *Solido Paphiæ de robore myrtus. Litora amat*, Martial. 4, 3, unde *litorea* vocatur Ovid. Am. 1, 1, 29. In templum bonæ Deæ non inferebatur; Gallæus ad Lactant. p. 128. conf. Barth. ad lib. 4 Theb. Statii p. 1012 ſeq. *Myrtus ſilveſtris Ruſcus* eſt Dioſcoridi, vide *Ruſcus.*

¶ Myrta, *æ*, f. pro *Myrtus*, Cato, & Varro, & Apic. 7, 5. Scribitur etiam *Murta*, vide ſupra.

¶ Myrtum, *i*, n. myrti fructus eſt. Virg. Georg. 1, 306 *Et lauri baccas, oleamque, cruentaque myrta.* Cato R. R. 8, 2 Myrtum conjugulum album & nigrum laudat, ubi etiam arborem ſignificare videtur.

¶ Myrtŭceus, *a, um*, adject. von myrten; ut, *Ad ſimilitudinem myrtacei folii*, Corn. Celſus 7, 17.

¶ Myrtatus, *a, um*, idem; ut, *Myrtatum obſonium*, Plin. 15, 29.

¶ Myrteus, *a, um*, quod ex myrto eſt; vel myrti colorem refert, quem vetus Scholiaſtes Horatii medium inter flavum & nigrum interpretatur, von oder wie myrten. Vide Scalig. ad Paullo ante citatum locum Tibulli in *Myrrheus*, & mox *Myrrhinus.* Feſtus: *Myrtea corona*; *Campi myrtei.* Tibull. 1. 3, 66 *Myrtea ſerta.* Adde Plin. 29, 6; Colum. 8, 15; Pallad. Mart. t. 13.

¶ Myrteum, *i*, n. ſubſt. pro myrteo oleo, myrten-öl. Celſ. 3, 19; & 6, 2.

¶ Myrtĭŏlus, *a, um*, dimin. a *myrteus*, wie myrten. Colum. 10, 238 *Myrtiolo crine viret cynara.*

¶ Myrtĭdănus, *a, um*, idem; ut, *Vinum Myrtidanum*, Plin. 15, 29. De *Myrtidano*, fructu myrti, a veteribus loco piperis uſurpati, vide Mercurial. Var. Lect. 1 c. 12 p. 30.

¶ Myrtĭnus, *a, um*, idem; ut, *Oleum myrteum* & *myrtinum*, Plin. 23, 4 & Pallad. Ian. t. 17.

¶ Myrtuōſus, *a, um*, voll myrten. Idem Plin. 12, 13 *Fruticem* dixit *myrtuoſum*, id eſt, denſum & ramoſum, quemadmodum myrtus.

¶ Myrtētum, *i*, n. locus, in quo myrti proveniunt, ein myrtenwald. Virg. Georg. 2, 112 *Litora myrtetis latiſſima.* Salluſt. Iug. c. 48 *Collis veſtitus oleaſtro & myrtetis.* conf. Horat. 1 epiſt. 15, 5.

¶ Myrteta, *æ*, f. id. Plautus ap. Priſcia. 4 p. 102 *Neſcio quis ſervus e myreta proſiluit.*

¶ Myrtītes, *æ*, m. myrten-wein. Colum. 12, 37 *Vinum myrtiten ſic facito, &c.* Palladius 13, 2 *Myrtite vinum.*

¶ Myrtŏpĕtălum, *i*, n. *μυρτοπέταλον*, herba, quæ alio nomine Polygonaton, Plin. 27, 12, weißwurtz.

MYRVS, *i*, m. dicitur *murænæ mas, qui generat*, Plin. 9, 23.

MYS, *myos*, *μῦς*, piſcis ex oſtrea, mus aquatilis, eine waſſermaus, Plin. 32, 11. ¶ 2. *Mys* nomen fuit artifici in argento cælando, Plin. 33, 12. Martial. 8 epigr. 50 *Quis labor in phiala? Dulci Myos anne Myronis?*

MYSCAE vel *Myiſcæ, Myiæ, arum, Myies, Myaces, um, Mytali*, & *Muſculi, orum*, conchæ ſunt, muſcheln, Geſner. & Plin. 32, 9 & 11.

¶ Myites, *æ*, m. ein muſchelſtein, Agricola.

MYSCĔLVS, vel Myſcellus, *i*, m. Conditor Crotonis urbis in Italia, cum ſecundum ſortem ei redditam, ipſum in ſerenitate excipere debuiſſet pluvia, id quod factum eſt, poſtquam eodem in loco pellex uberius flens aſſedit illi. v. Cæl. Rhodig. 12, 43 & Ovid. Met. 15, 20.

MYSCVS, *i*, m. piſcis a muris ſimilitudine dictus, Plin. 32, 11. ¶ 2. *Myſcus* etiam Apulejo idem quod *Muſcus.*

MYSIA, *æ*, f. Aſiæ regio juxta Propontidem & Helleſpontum. Vide Geographos, & quæ ſupra in *Mæſia*, quæ perperam cum hac confunditur, dicta ſunt.

¶ Mȳi, *orum*, m. pl. populus Myſiæ: ut, *Myſus juvenis*, Propert. 2, 1, 65. Sed *Myſorum ultimus* vel *poſtremus*, proverb. in hominem vehementer delpectum, utitur Cic. pro Flacco c. 27. Id. *Myſos* & *Phrygios* pro contemtiſſimis in quibuscunque dixit ad Qu. Fratr. 1, 1. *Barbaros Barbarorum* Florus 4, 12, 3 *Myſos* vocat.

¶ Myſomacedŏnes, *um*, m. pl. populi Aſiæ, in tractu majoris Myſiæ, a Macedonibus oriundi, Plin. 5, 29.

MYSO, *ōnis*, m. philoſophus, Apollinis judicio omnium hominum ſapientiſſimus, eo nomine habitus ignobilis eſt, quod ex vico obſcuro natus eſſet: Laertius.

MYSTA, vel Myſtes, *æ*, m. *μύστης*, factis alicujus numinis initiatus, ſacra diſcens, myſteriorum peritus, a *μυέω*, ein prieſter. v. ſupra *Epopta.* Sic, *Atticis myſtis*, Senec. Herc. Fur. v. 847. *Laſcivi myſtæ*, ſcil. Bacchi, Idem Oedipo v. 431.

¶ Myſtērium, *i*, n. *μυστήριον*. Erant *myſteria* ſacra, arcana & ſecluſa Cereris apud Eleuſinem, *magna* & *parva*, in quibus, quæ agerentur a ſacerdotibus, ſummo ſilentio occultabantur. Alio nomine *Initia.* vid. Iuſtin. 5, 1, 1. Briſſon. lib. 1. Formul. Alex. ab Alex. G. D. 6, 19. *Myſteria facere*, Corn. Nep. 7, 3, 6. Cic. Att. 4, 18 *Epiſtolæ noſtræ tantum habent myſteriorum, ut eas ne librariis quidem fere committamus.* Idem de Orat. 3, 17 *Tamquam myſterium, taci-*

tum aliquid tenere. Add. Burm. ad Quint. 5, 13 extr. *Mysteria aperire*, Idem Tusc. 4, 25. v. Casauboni Exercitat. c. Baron. itemque Scal. ad illud Tibulli 3, 5, 7 *Non ego tentavi nulli temeranda virorum, Audax laudandæ sacra docere Deæ.* De Etymologia vocis vide Clem. Alex. Protrept. ad Gent. p. 7 extr. ¶ 2. Vulgo deinde pro re arcana ponitur, ein geheimniß. Quam diversis modis apud Theologos sumatur, ipsi consulendi sunt.

¶ Mysteriālis, *e*, voll geheimniß. Hinc

¶ Mysteriāliter, adv. idem. Vet. Interp. Irenæi 1, 1 *Mysterialiter a servatore per parabolas ostensa.*

¶ Mysteriarches, *æ*, m. μυστηριάρχης, idem. Prudent. Peristeph. 2, 349 *Bene est, quod ipse ex omnibus mysteriarches incidit.*

¶ Mystĭcus, *a, um*, adject. μυστικός, *arcanus, sacer*, geheim, geistlich. Martial. 8 epigr. 81 *Mystica sacra.* Virg. Georg. 1, 161 *Arbutea crates, & mystica vannus Iacchi*, hoc est, quæ in *Bacchi* sacris vel mysteriis simul erat, & arcani quippiam significat. Arator in Actor. c. 5 *Fama ciet populos ad mystica signa salutis.*

¶ Mystice, adv. idem. Solinus de Ægypto c. 32 (al. 45) *Delubra, quibus succedit aut incubat* (Apis) *mystice thalamos nominant.* Et Augustin. de Doctr. Christ. 2, 16 *Translate ac mystice posita in scripturis.*

¶ Mystagōgus, *i*, m. μυσταγωγός, quis sit, dicetur verbis Cic. Verr. 2, 59 *Qui hospites ad ea, quæ visenda sunt, ducere solent, & unumquodque ostendere, mystagogos vocant.* Romæ tales hodie dicuntur *Antiquarii: Monstratores* sunt Lucano 9, 970, 979. vid. Spanh. de us. num. diss. 1 p. 5, 6. ¶ 2. Pro eo, quem proxenetam alias dicunt, s. conciliatorem, der freundschafft stifftet. Symmach. 5 epist. 64 *Amicitiæ meæ Scipio, te mystagogo usus, accessit.* Et 6 epist. 25 *Hunc in amicitiam tuam tamquam mystagogus induco.*

¶ Protomysta, *æ*, m. primarius mystarum, πρωτομύστης, Sidonius 2 epist. 9.

¶ Symmysta, Symmystes, *æ*, m. sacrorum eorumdem particeps & collega. *Symmysta Liberi patris*, Apul. Apol. p. 310.

MYSTUS, *i*, m. piscis ex lacertorum genere, Plin. 32, 11.

Mytacismus, vide supra *Motacismus.*

MŸTHOS, *i*, m. græc. μῦθος, *fabula*, eine fabel. Auson. Prof. Burdeg. 21 *Callentes mythum plasmata & historiam.*

¶ Mythicus, *i*, m. scriptor historiæ fabularis. Macrob. Sat. 1, 8 *Saturnum in quantum mythici fictionibus distrahunt.* Et c. 9 *De Saturno quid mythici vel physici existiment.*

¶ Mythŏlŏgus, *i*, m. μυθολόγος, scriptor fabularum, ein ausleger der fabeln.

¶ Mythologia, *æ*, f. μυθολογία, fabulæ allusio, significatio, doctrina, morale, die lehre oder auslegung der fabel.

¶ Mythistoria, *æ*, f. μυθιστορία, fabulosa narratio, eine fabel, mährlein. Capitol. in Macrino c. 1 *Libros mythistoriis replevit.*

¶ Mythistorĭcus, *a, um*, μυθιστορικός, fabelhafft; ut, *Mythistorica volumina*, Vopiscus in Firmo &c. c. 1.

¶ Epimȳthium, *i*, n. ἐπιμύθιον, *affabulationem* latine dixit Priscianus sophista; est fabulæ sensus, sive morale ex fabula deductum, die lehre aus der fabel.

¶ Prŏmȳthium, *i*, n. προμύθιον, præfatiuncula fabulæ ad mores formandos accommodatæ.

MȳTĬLVS, *i*, m. piscis ex concharum genere, Plin. 32, 5; & 9, 51. Martial. 3 epigr. 59 *Sumitur incisō mytilus ore mihi.* Scribitur etiam *Mytulus*, Plin. 32, 9 & 11. Horatius vocat *Mitulum*, de quo supra.

MYVS, *Myuntis*, f. urbs Ioniæ. Vide præter Geographos, Corn. Nepotem Themistocle c. 10 n. 3.

MYXA, *æ*, f. μύξα, proprie mucus, a μύσσω, *mungo*, der rotz. ¶ 2. *Myxæ* fructus sunt exigui, *pruni* magnitudine, ex arbore pruno valde simili, gustu dulces, *Sebestena* etiam vocant. Et nomen, sebesten, in officinis Pharmac. notum est. Ob mucosum lentorem *Myxæ* dictæ sunt, ex quibus in Ægypto & vina fiunt. vid. Plinius 13, 5; & 15, 13 & 28; & 17, 10.

¶ Myxon, *ōnis*, m. μύξων, i. e. *mucosus*, piscis ex mugilum genere, Plin. 32, 7; & 35, 12.

¶ Myxus, *i*, m. μύξος, prominens pars lucernæ, cui inseritur ellychnium, die dille, das schneuzgen. Martial. 14 epigr. 41 *Illustrem cum tota meis convivia flammis, Totque geram myxos, una lucerna vocor.* Alii malunt legere *myxas*, & ipsa ellychnia interpretantur. vid. Suidam. ¶ 2. *Ova myxa* habet Apic. 4, 2, ubi rectius legitur *ova mixta.*

¶ Polymyxos, *i*, m. πολύμυξος, plura habens ellychnia, das viel dillen hat; ut, *Lucerna polymyxos*, Martial. l. c. in lemmate.

N CONSONANS liquida est, quam Capella dicente 3 p. 58 *lingua dentibus appulsa collidit.* In derivationibus & compositionibus in alias atque alias consonantes, ob pronunciationem facilionem transit: 1 In *l*, ut *Vnus, ullus, nullus*; *Catena, catella*; *Vinum, villum*: *Bonus, bellus*; *Catinus, catillus*, &c. quæ quidem omnia ex diminutiva forma primitus dicta videri possunt, *unulus, catenula* &c. Seneca de Brevit. vit. c. 13 *Valerius Cervinus primus Messanam vicit, & primus ex familia Valeriorum, urbis captæ in se translato nomine*, Messana *appellatus est, paullatimque vulgo permutante litteras*, Messala *dictus est.* 2. In *m* ante *m b p* in compositis: ut, *Commoror, Immoror, Compono, Impono, Imbecillis, Immotus, Improbus, Impiger, Combibo, Imbibo, Immineo.* 3. In *l* & *r* si *l* & *r* sequitur: ut, *Colligo, Collega*; *Colludo, Illudo*; *Corrugo, Corrigo, Corrumpo, Irrigo, Irriguus*, Græcorum imitatione, quorum σύν & ἐν eandem rationem sequitur. Quin 4. Antiqui etiam illum morem Græcorum observarunt, cum ante κ γ χ, ν mutatur in γ. Hinc Varro in Fragm. l. 3 de L. L. *Aggulus, Aggens, aggvilla, iggerunt*, in ejusmodi Græci & Accius noster binam *g* scribunt, alii *n* & *g*: similiter *ageeps* & *agcora*, &c. 5. In *t* transisse videtur in *Catulus, Catellus* ex *Canis.* ¶ 2. N quandoque evanescit: e. g. ante g n; ut, *Ignosco, Ignavus, Ignarus, Cognosco, Cognatus.* Sic & in nonnullis derivatis; ut, pro *Conjunx, Conjux*, a *Frango fragor*, a *Lingo lingurio*, a *Lingua ligula*, a *Pugnus pugillus*, a *Monstrum mostellum*, a *Scamnum scabellum.* Sic & a Græcis in ων detrahitur. Nam ex λέων fit *leo*, ex δράκων, *draco.* Contra Græci Latinis in o adjiciunt: ut, *Cato* Κάτων, *Cicero* Κικέρων. Quin Latini ipsi aliquando hanc literam interponunt in *quotiens* & similibus. v. quæ vir doctus in A. E. Lipsi. A. 1721 p. 119. Conf. Grut. Inscript. p. CCIV, 26 & CCCIII, 2. Pierius ad Virgil. Ecl. 2, 1. ¶ 3. In abbreviaturis NON, est *Nonus* vel *Nonis.* NR. *Nero.* NEP. SAC. *Neptuno Sacrum &c.* N. Numerii prænomen. vid. Liv. Interpr. ad 4, 57. Si judici caussa videretur obscura, probationesque & argumenta non satis idonea ad caussam dijudicandam, in tabella scribebat amplationis nomen, N. L. quibus litteris significabatur, *Non liquet.* ¶ 4. N. quia sonum vocalis additæ intus cohibet, ea exprimit, quæ intus sunt, ut inquit Plato in Cratylo. Observavit id Maro in illo 1 Æn. v. 172 *Hic fessas non vincula naves Ulla tenent, unco non alligat ancora morsu.* Vossius. ¶ 5. *H.* & *N.* initiales præsertim sæpe misceri a librariis, observat Drakenb. ad Sil. 6, 580.

NĂBARZĂNES, *is*, m. Darii, ultimi Persarum regis, prætor & proditor, v. Curt. 5, 10.

NĂBĂTHAEI, *orum*, m. pl. Arabiæ felicis incolæ; v. Geographos. ¶ 2. *Nabathæus*, adject. poetis idem est atque *orientalis*, morgenländisch. Ovid. Met. 1, 61 *Eurus ad auroram, Nabathæaque regna recessit.* conf. Lucan. 4, 63, & Iuvenal. sat. 11, 126.

NABIS, *is*, f. animal. Plinius 8, 18 ab Æthiopibus *Nabin* (Hard. *Nabun*) vocari scribit Camelopardalim, animal collo simile equo, pedibus & cruribus bovi, capite camelo &c. conf. Solin. c. 33. & Drakenb. ad Sil. 15, 657. ¶ 2. *Nabis*, crudelissimus Lacedæmoniorum tyrannus, de quo Florus 2, 7, 12, & Silius 15, 670.

NABLA vel Nablum, unde ablat. pl. *Nablis* pro *Psalteriis*, Vulg. Interpr. 1 Paral. 15, 16; & 1 Macc. 13, 51. Hinc diminutivum

¶ Nablium, *i*, n. instrumentum musicum, idem quod psalterium, ein psalter, saitenspiel. Ovid. de Arte am. 3, 327 *Discе etiam duplici genialia nablia palmâ Vertere.* Sed Burm. *Naulia verrere.*

¶ Nablio, *ōnis*, m. ein saitenspieler. Gloss. gr. lat. ψάλτης, *nablio, psalta.*

¶ Nablizo, *are*, spielen. Gloss. gr. lat. ψάλλω, *nablizo.*

NACCA, vel Nacta, *æ*, m. ein walcker, tuchknappe. Persius sat. 3, 31 *Non pudet ad morem discincti vivere Naccæ.* Sed in membranis & nummis *Natta* legitur. Proprie sic appellabantur, qui sordidas artes exercebant, ut fullones. Postea ad animum translata vox est, & dissolutæ vitæ ac intemperantis homines sic appellati. vide Casaubon. ad Persium: Turneb. 23, 33; & Scalig. Lect. Auson. 2, 13 p. 123, ubi *Nactæ* sunt homines nugatores. Huc forte pertinet Apulej. Met. 9 *Apud nactam proximum cœnitabat.* ¶ 2. *Natta* vel *Naca* fuit celebre *Pinariorum* cognomen, sicut *Restio Antiorum*, asserente Lev. Torrent. ad Horat. 1 sat. 6, 124, ubi *Immundi Nattæ* mentio. Adde Iuvenal. 8, 95, ubi injusti judicis nomen est.

Nactus, *a, um*, vide in *Nancisor.*

NAE, *vel*, adverb. affirmandi, ja, fürwahr. Vsurpatur fere, si sequatur pronomen, sed apud Comicos non item. Ter. Andr. prolog. v. 17 *Faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligant.* Idem quod *certe*, eigentlich, gewißlich. Cicero Catil. 2, 3 extr. *Næ illi vehementer errant*, gewißlich fehlen die weit. Cato in Nepotis fragm. c. 4 n. 5 *Næ tu nimium nugator es.* ¶ 2. Etiam post aliud jurandi adverbium ponitur. Cic. Att. 4, 4 extr. *Medius Fidius, næ tu emisti locum præclarum.* ¶ 3. Scribitur etiam *ne*, de quo s. l. n. 10.

Nænia, vide *Nenia.*

NAEVIVS, *i*, m. poëta comicus vetustissimus, de quo Horat. 2 epist. 1, 53 *Nævius in manibus non est, & mentibus hæret Pæne recens, adeo sanctum est vetus omne poëma.* vid. Gellium 17, 21; & Cicero Tusc. 1, 1; item de Senect. c. 6 hanc citat Nævii sententiam: *Temeritas est videlicet florentis ætatis, sapientia senectutis.* Et fam. 15, 6 pr. atque alias, hanc: *Lætus sum laudari me*, inquit Hector, *abs te, pater, laudato viro.* Et Nonius 4, 354 hanc: *Vt quisque est meritus, pretium pro factis ferat.* Gellius 1, 24 ejusdem epigramma de se ipso superbe compositum exponit. Nomen ipsum a *nævo* est. Nam qui nævis seu maculis insigniti essent, *Nævii* appellabantur. Arnobius lib. 3 *Ergo esse, dicendum est, quosdam Capitones, Siluncules, Frontones, Labeones, in his alios Mentones, Nævios atque Nasicas.* De *Nævii*, gente Romana v. Pighii Annal. & Oudend. ad Front. 4, 7, 29.

¶ Nævianus, *a, um*, adject. ut, *Hector Nævianus*, Cic. fam. 5, 12; & Tusc. 4, 31. *Næviani modi*, Idem de Leg 2, 15.

NAEVVS, *i*, m. genuina corporis macula, ein flecken, ein mahl am leibe. Olim *Gnæus* dicebant. Festus: *Gnæus, & corporis insigne, & prænomen, a generando dicta esse, & ea ipsa ex græco* γίγνεσθαι *apparet.* Salmasius tamen f. 38 ad Solin. mavult derivare ἀπὸ τῦ κνάω, nempe quod nævi soleant resecari. Verrucas intellexit, quæ ex cute excrescunt. Nam & hoc sensu usurpatum priscis videtur. Alias maculam notat. Ovid. Trist. 5, 13, 14 *Nullus in egregio corpore nævus erit.* Cicero de Nat. D. 1, 28 *Nævus in articulo pueri delectat Alcæum: at est corporis macula nævus.* ¶ 2. Et *Nævi*, mendæ, vel vitia, vel crimina, gebrechen. vide Iurer. in Symmach. p. 164.

¶ Nævŭlus, *i*, m. dimin. Apulej. de Mundo p. 59 *Minores insulæ, ut nævuli quidam, per apertas ponti sunt sparsæ regiones.* Et Gell. 12, 1 *Venustiores nævuli.*

NĂIAS, *ădis*, f. pl. *Nāĭades*, & *Năĭădes*, fontium Nymphæ vel fluminum, wasser-nymphen. Ovid. Met. 1, 691 *Naias una fuit: Nymphæ Syringa vocabant.* Idem Met. 14, 328 *Fontana numina Naiades.* ¶ 2. Aliquando generaliter quaslibet Nymphas hoc nomen designat. Sane Virg. eclog. 10, 10 *Najades*, pro *Oreades* dicit: vide ibid.

NAIS, *ĭdis*, f. Ναΐς, a νάω, nomen Nymphæ. *Cærula Nais*, Stat. 3 Silv. 4, 42. *Candida Nais*, Virgil. eclog. 2, 46. conf Calphurn. eclog. 4, 69. *Naides* in optimis MSS. est, quoties trisyllabas efferunt poëtæ, ubi alii *Najades.* Drakenb. ad Sil. 5, 21. Add. Burm. ad Grat. cyn. 17.

¶ Naïcus, *a, um*, adject. Propert. 2, 32, 40 *Supposita excipiens Naïca dona manu.*

NAM, conjunctio caussalis præpositiva, reddens caussam ejus, quod præcessit, denn. Subservit exordiis narrationum eleganter. Ter. Andr. 1, 1, 24 *Nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia.* Infervit continuationi. Cicero pro Dejotaro: *Nam de statua quis queritur?* Conf. Periz. ad Val. Max. 1, 6, 10. Duck. ad Flor. præf. 2. Idem interrogationibus non modo in compositione, (ut *quisnam, quidnam, ubinam*

&c.) sed & perſe, cum præponitur ſcilicet. Plaut. Ciſt. 4, 1, 16 *Nam, obſecro, unde hæc gentium?* Virg. Æn. 12, 637 *Nam quid ago? aut quenam ſpondet fortuna ſalutem?* ¶ 2. Aliquando & adverſativa eſt, & pro *ſed* ſive *autem* ponitur: ut contra *ſed* & *autem* pro *nam* & *enim*. Quemadmodum & apud Græcos δὲ & γάρ mutuas vices obeunt. Marcell. ICtus Lege 6 § 1 D. de auro & arg. leg. *Nam qui fieri poteſt, ut legatum vel fidei commiſſum durare exiſtimetur, cum id, quod teſtamento dabatur, in ſua ſpecie non permanſit, nam quodammodo exſtinctum ſit.* ¶ 3. *Nam* & *jam* in MSS. ſæpe confunduntur. vid. in *Jam*.

¶ Namque, idem eſt quod *nam* vel *ſiquidem*, ſintemahl. Virgil. ecl. 1, 7 *Namque erit ille mihi ſemper Deus &c.* conf. v. 32. Cic. de Orat. 1, 16 *Namque illud quare, Scævola, negaſti te fuiſſe laturum.*

Nana, vide mox in *Nanus*.

NANCISCOR, *nactus ſum*, *nanciſci*, aſſequi, obtinere, acquirere, adipiſci, erlangen und bekalten; ut, *Piſces ex ſententia nactus ſum*, Ter. Adelph. 3, 3, 66. *Boni aliquid fortuiti nanciſci*, Cic. Nat. D. 3, 36. Et, *Cato ſic abiit e vita, ut cauſſam moriendi ſe nactam eſſe gauderet*, Idem Tuſc. 1, 30. Et, *Nanciſci poteſtatem per ſcelus*, Idem Nat. D. 3, 35. Ovid. Faſt. 1, 476, de vaticiniis, *tempore nacta fidem*. Vtimur hoc verbo maxime in iis, quæ aut fortuito nobis eveniunt, aut quorum eventus incertus eſt. Cæſ. de B. Civ. 3, 8 *Nactus circiter* XXX (naves) *in eas indiligentia ſuæ ac doloris iracundia erupit*. Vbi *nanciſci* forte fortuna excipere eſt, ohngefehr erlappen. Similiter locutus eſt c. 23. Idem 2 c. 22 *Nactus turbidam tempeſtatem*, er traf trüb und ungeſtüm wetter an. Et 3, 54 *Noctem ſubnubilam nactus*. Salluſt. fragm. c. 11 ap. Gell. 10, 26 *Sertorius nactus obſcuram noctem*. Ita *morbum nanciſci*, eine kranckheit bekommen, Nepos dixit 25, 21, 2; Itemque 2, 6, 2 *Nanciſci cauſſam idoneam*, i. e. opportune, commode oblatam. Ejus elegantiæ eſt locutio Floriana 2, 6, 12 *Hoſtes nivalem nacti diem &c.* ſcilicet tempeſtatem ejus diei in conſilium verterunt. Add. Cic. fam. 16, 6 *Quia nactus eram, cui darem de literis*, ich habe gelegenheit gefunden, einen brief zu beſtellen.

¶ Nactus, *a, um*, active, der was bekommen hat, vide in *Nanciſcor*. *Nanctus* antique pro *nactus*, vide in Parei Lex. Crit. p. 769. Ita etiam Gronov. Liv. 24, 34, 35 & 36. Sed paſſive Hyginus fab. 8 *Ita occaſione nacta, fugæ ſe mandavit*. Et fabula 28 *Qui ab Apolline nacti ſunt interfecti*. Nam &

¶ Nancio, *ire*, pro *nanciſci*, uſus eſt Gracchus apud Priſcianum lib. 10 c. 888. conf. apud Feſtum *Nancitor*, pro *Nancitur*.

¶ Renanciſcor, *ſci*, wieder erlangen. Feſtus, qui exponit per reprehendere.

NANNĂCVS, *i*, m. rex Phrygum fuiſſe legitur ante Deucalionem, qui diluvium futurum præviderit. *Cannacum* alii ſcribunt, aut *Cannacam* item *Annacum*. Eraſmum vide in Adag. Noachum corrupta voce intelligi ſuſpicatur Læl. Biſciola Tom. 1 ſubſec. lib. 19 c. 13. Io. Heinr. Vrſinus fabulam Cannacæ fictam putat ex hiſtoria Mathuſalem Gen. c. 5. Nam cum obiiſſet, (viviſſe autem ſcribitur trecentis annis,) Deucalioneum diluvium ſequutum, morsque ejus ſollenni luctu omnium deplorata eſt; quod oracula conſulta: *Quousque victurus eſſet?* reſpondiſſent: *Mortuo Cannacâ peritura univerſa*.

NANNIVM, *i*, meretriculæ cujusdam nomen, quæ, ut ſcribit Athenæus lib. 13, *proſcenium* eſt cognominata, quoniam extrinſecus formoſiſſima videretur inſtar proſceniorum theatralium, cum alias fœdiſſima foret. vide Franc. Philelph. Epiſt. ad Saxol. Pratenſ. (quam exhibet Goldaſt. Centur. Philol. Epiſt. p. 24) & Cæl. Rhodig. 8 (al. 5) c. 8 f. 413. Atque inde emendare voluerunt illud Plautinum prolog. Amph. v. 91. *Etiam hiſtriones* anno cum in proſcenio *hic Iovem invocarynt, venit*: legique juſſerunt: - - - *Nannio in proſcenio* Sed vide ibi notas Taubmanni p. 15.

NĂNVS, *i*, m. νάνος, pumilio, ein zwerg. Feſt. Νάνος dictus eſt quaſi μὴ ἀυξόμενος, παρὰ τὸ ἄνω, ὃ ὀκνοῦσι τὸ ἀυξάνω, quod non excreſcat in altum. Propert. 4, 9, 13 *Nanus & ipſe ſuos breviter concretus in artus. Nanus cum ſis, cede*, aus dem wege was geringe leute ſind. vid. Chil. Iuvenal. ſat. 8, 32 *Nanum Atlanta vocamus* (ſcil. per jocum). Adde Gellium 16, 7: & Suet. Tib. c. 61. Ariſtoteles dixit, *Nanos* ſive pumiliones mente deficere: quod usquequaque verum haud eſſe, Beroaldus oſtendit ad Suet. Domit. c. 4. De Nano bipedali minore librarum XVII, idem Suet. Aug. c. 43, ubi vide Caſaub. & Torrent. Ejus deſcriptionem habes apud Stat. 1 Silv. 6, 57, ubi vide Barthium. ¶ 2. *Nani* etiam equulei vel muli humiliores dicebantur: Gell. 19, 13.

¶ Nana, *æ*, f. Lamprid. de Alex. Severo c. 34 *Nanes & nanas*, & *moriones &c. populo donavit*.

¶ Nanum, *i*, n. νάνον. Ita vocant *Græci vas aquarium humile & concavum, quod vulgo vocant ſitulum barbatum*, *unde* ex mente Feſti, cujus hæc verba ſunt, NANI *pumiliones appellantur*, eine geite, waſſerkeymer. Sed non a vaſe *nani*, ſed ipſum vas ob humilitatem *nanum* dicitur.

NĂPE, *es*, f. nomen canis ap. Ovid. Met. 3, 212, a νάπη *ſaltus*. ¶ 2. *Napa* vid. apud Octav. Horat. 1, 2.

NĂPĒAE, vel Napææ, *arum*, f. Ναπαῖαι, fontium & ſilvarum Nymphæ, auctore Servio, waldgöttinnen. Virg. Georg. 4, 335 *Tende petens patrem & faciles venerare Napeas*.

NAPHTHA, *æ*, f. bitumen, quod igne admoto facillime accenditur, harß. vide Plin. 2, 108. *Petrolæum* ſcripſit eſſe Encelius. Vide Heſychium, & Suidam in Νάφθα. Plin. 2, 105; & 35, 15. Ammian. 23, 23. Bell. Rer. Antiq. lib. 3. Olearium Itinerar. Perſ. 6, 9. Naphthæ genus oleo cedrino ſimile.

¶ Naphthe, *es*, f. idem quod Naphtha, Plin. 35, 15.

¶ Naphthas, *æ*, m. genus olei cedro ſimile in Salluſt. Hiſt. lib. 4 Fragm. c. 29.

NAPI & Napy, n. indecl. herba, ſinapi Perſicum, Plin. 27, 13. Athenienſes ſinapi Ægyptium appellarunt, Idem 19, 8. Dioſc. 2, 184.

¶ Napium, *i*, n. lampſana, wilder kohl, in Dioſc. ſuppoſ. Napina, vide mox in *Napus*.

NAPŪRA, *æ*, f. funiculus ex ſtramento, ein ſtrohſeil, Feſtus. Al. *Nepura* quaſi *non pura*, quod ea immunda animalia alligarentur. Al. *Naptura* ex ἅπτω, *necto*.

NĂPVS, *i*, m. rapi genus, eine ſteckrübe, Plin. 20, 4; item 19, 5 & 10; Dioſc. 2, 103. *Napus devexam terram amat*, Colum. 2, 10.

¶ Napina, *æ*, f. ein rübenfeld. Columell. 11, 2 *Napinæ, item rapinæ, ficcaneis locis ſunt*.

NAR, *Naris*, m. fluvius Italiæ, qui in Tiberim illabitur, Virgil. Æn. 7, 517. Tac. Ann. 1, 79, 3; & 3, 9, 2. ¶ 2. *Nar* etiam ab Ægyptiis vocatur planta iridis, Dioſc. 1, 1.

¶ Narnia, *æ*, f. oppidum illi flumini impoſitum, Tacit. ibidem. Narabo, vide ſupra *Arra* & *Arrabo*.

NARBO Martius, Galliæ urbs, prope ſinum mediterranei maris, qui Pyrenæos montes proſpectat: vulgo *Narbona*, a qua *Gallia Narbonenſis* appellatio: vide *Gallia*. Laudes ejus Auſonius habet de Claris Vrbibus c. 13.

¶ Narbonicus, *a, um*, adj. ut, *Narbonica vitis*, Plin. 14, 3.

¶ Narbonenſis, *e*, idem; ut, *Narbonenſis provincia*, de qua Plin. 3, 4; & de Garbunculo peculiari ejus malo Id. 26, 1. *Narbonenſis colonia*, Cic. de Orat. 2, 55, &c.

NARCE, *es*, f. νάρκη, centaurium majus, tauſendguldenkraut, Dioſc. 3, 6. Et *a Narce Narciſſum dictum non a fabuloſo puero*, ait Plin. 21, 19. ¶ 2. *Narcen* Romani *torpedinem* dicunt, der krampffiſch, Dioſc. 2, 15.

NARCISSVS, *i*, m. νάρκισσος, flos, die narciſſe, mertz- oder hornungsblume, zeitloſen, Matthiolus. ¶ 2. De *Narciſſo* juvene in florem iſtum mutato vide Ovid. Met. 3 fab. 6.

¶ Narciſſinus, *a, um*, von narciſſen; ut, *Oleum narciſſinum*, apud Plin. 21, 19.

¶ Narciſſianus, *a, um*, idem. v. Mur. Inſcr. p. 902.

¶ Narciſſites, *æ*, m. ναρκισσίτης, gemma, narciſſi colorem habens, Plin. 37, 11.

NARDVS, *i*, νάρδος, fœminino, & *Nardum* neutro genere & *Nardinum*, *i*, n. frutex eſt odoratus, Græcis νάρδος & νάρδος τάχυς, id eſt, *nardi ſpica*, Indica eſt & Syriaca, Germanis, edelfremd, wohlriechende ſpikenarden. *Nardus Italica*, gemeine ſpikenarden, cujus generis planta etiam illa eſt, quam *Lavendulam* vulgo vocant, lavendel. vid. Plin. 12, 12. ¶ 2. Eſt & *Celtica Nardus*, Plin. 21, 6. *Aſſyria nardus*, Horat. 2 od. 11, 16. *Nardum Syriacum*, Plinius 12, 12. *Nardum Creticum* vel *agrium*, ibid. *Nardum Gallicum*, ibid. & Colum. 12, 20. *Nardum ſylveſtre & ruſticum*, i. e. *Aſarum*, Plin. 12, 12 & 13; Dioſc. Suppoſ. *Nardus Sampharitica*, Dioſc. 1, 6. Et *Nardus Indicus*, Dioſc. 1, 6, 9. ¶ 3. *Nardus piſtica* dicebatur, quæ ſincera & abſque vitio eſſet, ἀπὸ τῆς πίστεως, a fide; & plane ζῶλος, hoc eſt, germana, ut ait Eraſmus, & nulla arte vitiata, unverfälſchte und rechtſchaffene ſpikenardi. *Nardum purum* ICtus appellat Lege 21 Dig. de auro & arg. leg. vide & Salmaſii Exercit. Plin. Pro unguento nardino poſuit Tibullus 2, 2, 7 *Illius e puro diſtillent tempora nardo*. Ovid. A. A. 3, 443 *Nec coma vos fallat liquida nitidiſſima nardo*, ubi tamen plerique MSS. *liquido*. ¶ 4. *Nardi folium*, Plinius 12, 12; Colum. 2, 20. *Nardi ſpica*, Plin. 13, 2.

¶ Nardinus, *a, um*, aus ſpikenarden; ut, *Vnguentum nardinum*, Plin. 13, 1.

¶ Nardifer, *a, um*, das ſpicanarden trägt. Gratius in Cyneg. *Nardifer Ganges*.

¶ Nardoſtachyon, *i*, n. ſpica nardi, Apic. 7, 6.

¶ Nardoſtatius, *i*, m. idem, apud Theod. Priſc. de Diæta c. 15.

¶ Pſeudonardus, *i*, m. ψευδόναρδος, teutſcher ſpik, Plin. 12, 12.

NĂRĬCA, *æ*, f. oſtrei genus, ſive nomen piſcis minutuli. Feſtus *Naticam* veteres ſcripſiſſe ait, a *natando*. conf. Plaut. in Fragm.

NĂRIS, *is*, f. pl. *Nares*, organa ſunt olfactus, naſenlöcher. Nominativus náris eſt apud Ovid. Met. 12, 253 & 315. *Emunctæ naris verſus* Horatius elegantes dixit & decentes 1 ſat. 4, 8. Ad quem modum *emunctæ naris homo*, ſagax, intelligens, in judicando acer dicitur. Idem ſatyra præcedente 3 *Acutas nares* dixerat v. 29 *Iracundior eſt paullo minus aptus acutis Naribus horum hominum*, i. e. Naſutis iſtis. Sic nos de tali dicimus: er hat eine dünne naſe. His opponuntur *obeſæ nares*, tummheit. Idem Horat. Epod. 12, 2 *Munera cur mihi, quidve tabellas Mittis nec firmo juveni, nec naris obeſæ?* id eſt, nec inverecundo, (nam impudentis eſt, munera temere, & conditiones oblatas accipere) nec ſtupido & parum intelligenti. Vide & Torrentium ad eum locum. Idem 1 epiſt. 19, 45 *Naribus uti* dixit pro judicare & ſub cenſuram vocare aliorum dicta & facta, urtheilen; atque adeo vel ſubſannare, feu *naſe ſuſpendere adunco*, ut Perſius loquitur, höhnen. Atque hoc ipſe Perſius *naribus indulgere* dixit ſatyra 1, 40 *Rides, ait, & nimis uncis Naribus indulges*, quod Apul. 8 Met. p. 213 *Nare*, inquit, *deturta magiſtrum ſuum varie cavillantur*. Sed *Humentes nares*, triefende naſe, Suet. Claud. c. 30. *De nare loqui*, durch die naſe reden, Idem Perſius 1, 33. De vario *narium* geſtu atque habitu elegans Quintiliani locus hic legi meretur 11, 3 p. 1016 *Narium labriſque non fere quidquam decenter oſtendimus, tametſi deriſus, contemtus, faſtidium ſignificari ſolet. Nam* & corrugare nares, *ut Horatius ait* (Ep. 1, 23) *& inflare, & movere, & digito inquietare, & impulſu ſubito ſpiritum excutere, & diducere* ſæpius *& plana manu reſupinare, indecorum eſt: cum emunctio etiam frequentior non ſine cauſſa reprehendatur.* ¶ 2. Vitruv. 7, 4 *Nares* tribuuntur canalibus i. e. ut Baldus in Lexico Vitruv. interpretatur, exitus quibus humor egeritur in locum patentem. Ita Salmaſius ad Vopiſci Probum c. 21 p. 680. Hack. *nares foſſæ* Vopiſco reſtituit, & interpretatur extremam foſſæ partem humiliorem, qua exitum in mare haberet aqua paludis reſtagnantis. Obſervat idem, *ſpiramenta* Gr. ἀναπνοὰς dici has nares. vid. locus, die öffnung oder ausfluß einer rinne oder grabens.

¶ Narinōſus, *a, um*, apertis naribus odorans. Ita MSS. libris Lactantii lib. 5 c. 12 extr. *Dii narinoſi* quod odoribus thuris colantur, appellari videntur; ubi alii legunt *carioſi*: alii *varicoſi*.

NARNA, vel Narnia, *æ*, f. Vmbriæ civitas, per quam Nar fluv. labitur, a quo & nomen accepit, a nequitia incolarum olim *Nequinum* dicta. v. Liv. 10, 9; Plin. 3, 14; Sil. 8, 459.

¶ Narnienſis, *e*, adj. ut, *Ager Narnienſis*, Plin. 31, 4. *Narnienſes populi*, Idem 3, 14.

NARONA, *æ*, Liburniæ civitas memorata Ciceroni fam. 15, 6, hodie *Narenta*.

NARRO, *avi*, *atum*, *are*, exponere, recitare, erzehlen, ſagen. Ter. Eun. 5, 5, 28 *Tu iſti narrato omnem rem ordine.* Et Propert. 2, 1, 43 *Navita de ventis, de tauris narrat arator. Narro tibi*, Cicero ad Att. 13, 51, extr. it. 15, 21 pr. & alias, cum aliquid novum & inexpectatum dicere vult, laſ dir doch ſagen. vid. Malaſp. ad l. c. *Narras male*, utebantur, cum quid nuntiaretur, quod nollent, es iſt nicht gut, ich höre es ungern, cum boni eſſent nuntii, gut, ich höre es gern. conf. Parei Lex. Crit. p. 769. *Mutato nomine de te Fabula narratur*, Horat. 1 ſat. 1, 69. Formula reprehendendi eſt Ter. Andr. 2, 2, 29 *Opinor, narras?* wilt du erſt ſprechen, ich meyne? die ſache iſt richtig.

¶ Narrans, *tis*. Virg. Æneid. 4, 79 *Pendes narrantis ab ore.* Ovid. Met. 11, 588 *Omnia ad Halcyonem veros narrantia caſus.*

¶ Narrātus, *a*, *um*, erzehlt, geſagt; ut, *Fabula narrata*, Ovid. ex Ponto 3, 2, 97. *Narrata vulgo*, Plinius 11, 52. conf. Horat. 2 ſat. 5, 1.

¶ Narratus, *ûs*, m. ſubſt. die erzehlung. Ovid. 5 Met. fab. 8, 499 *Veniat narratibus hora Tempeſtiva meis.*

¶ Narratio, *ōnis*, f. rei geſtæ expoſitio, die erzehlung; cujus ſumma virtus perſpicuitas eſt. Cicero de Orat. 2, 19 *Narratio veriſimilis ſit, aperta, brevis.* Narrationum ejusmodi exempla aliquot Terentius, qui narrandi artifex egregius eſt, proponit. *Arida & jejuna narratio*, ſo weder krafft noch ſchmack hat, Quintil. 2, 4. *Narratio obſcura totam occæcat orationem*, Cicero de Orat. 2, 80, ubi *Narratio* pars eſt totius orationis ab Exordio & Confirmatione &c. diſtincta.

¶ Narratiuncŭla, *æ*, f. dimin. Quintil. 1, 9 *Narratiunculas a poëtis celebratas notitiæ cauſſa, non eloquentiæ tractandas puto.*

¶ Narrator, *ōris*, m. qui narrat; ut, *Faceti narratores*, Cicero de Orat. 2, 54.

¶ Narrābĭlis, *e*, das ſich melden läſt. Ovid. de Ponto 2, 2, 61 *Lingua ſile, non eſt ultra narrabile quicquam.*

¶ Narrĭto, *are*, frequenter narrare. Cathol.

¶ Denarro, *are*, her erzehlen. Ter. Phorm. 5, 7, 51 *Hæc adeo ego illi jam denarrabo*, hoc eſt, ordine & ad finem usque narrabo.

¶ Enarro, *are*, nach einander melden. Ter. Adelph. 3, 3, 11 *Omnem rem modo ſeni, quo pacto ſe haberet, enarramus ordine.* Livius 27, 50 *Romæ neuter animi habitus ſatis dici enarrarique poteſt.*

¶ Enarrātus, *a*, *um*. Vnde

¶ Enarrate, adv. cujus compar. *Enarratius* aliquoties Gellius uſus eſt: ut lib. 10 c. 1 *Tiro enarratius ſcripſit*: Et lib. 13 c. 14 *Enarratius ſcriptum invenimus.*

¶ Enarratio, *ōnis*, f. die auslegung, erklärung; ut, *Diligens enarratio*, Quintil. 1, 8. Idem 2, 5 pr. *Exigitur a grammaticis poëtarum enarratio.*

¶ Enarrator, *ōris*, m. qui enarrat. Gell. 18, 9 *Enarrator Salluſtii*, id eſt, interpres: & c. 6 *Idonei vocum antiquarum enarratores.*

¶ Enarrabĭlis, *e*, das man ausreden kan. Vet. Gloſſ. *Enarrabilis*, διηγηματικος. Quintil. lib. 6 c. 3 poſt init. *Non ratione aliqua, ſed motu quodam, nejcio an enarrabili, judicatur.*

¶ Inenarratus, *a*, *um*, unerzehlt, unerklärt; ut, *Inenarratum aliquid relinquere*, Gell. 12, 6; & 19, 14.

¶ Inenarrābilis, *e*, unſäglich, unausſprechlich. Seneca Nat. Quæſt. 3, 22 *Fluminum inenarrabilis natura eſt.* Quintil. circa finem lib. 11 *Latens quædam ratio & inenarrabilis.*

¶ Inenarrabiliter, adverb. idem. Liv. 41, 15 *Iecur omne inenarrabiliter abſumtum*, daß niemand ſagen kunte, wie?

¶ Innarrabilis, *e*, idem quod *Inenarrabilis*. Lactant. Carm. de Phœnice v. 54 ex MS. Voſſ. *Innarrabilibus nocte dieque ſonis.*

¶ Pernarro, *are*, gantz erzehlen. Gloſſæ Cyrilli: *Pernarro*, ἀφηγοῦμαι.

¶ Prænarro, *are*, vorher ſagen. Ter. Eun. 5, 3, 12 *Oportuit rem prænarraſſe me*, ich hätte dieſes zuerſt erzehlen ſollen.

¶ Renarro, *are*, wiederholen, ante facta narrando repetere, vel explicare. Virg. Æneid. 3, 717 *Si pater Æneas, intentis omnibus, unus Fata renarrabat divûm, curſusque docebat.*

NARSES, *ētis*, m. Perſa, Juſtiniani Imp. cubicularius, qui, cum bibliopola prius eſſet, ob animi virtutem conſul & patritius factus, feliciter bella geſſit cum Gothis. Sed, ut refert Paul. Diaconus, a Sophia imperatrice ad fila cum mulieribus trahenda, quod eunuchus eſſet, revocatus, reſpondit, ſe telam orſurum, quam ipſa retexere non poſſet. Et hinc Longobardos in Italiam vocaſſe dicitur. ¶ 2. *Narſes* Perſarum rex, Eutrop. 9, 22 &c.

NARTHEX, *ēcis*, m. νάρθηξ, ſtirps quædam, Latinis ferula, gertenkraut, Plin. 13, 22. Hinc

¶ Narthēcia, *æ*, f. νάρθηκία, alia ferulæ minoris ſpecies, quaſi ferula humilis, ab aliis *ferulago* appellata. v. Plin. l. c.

¶ Narthecium, *i*, n. νάρθηκιον, repoſitorium medicamentorum, eine würtzlade, artzney ſchachtel, reiſe- oder feld apotheckē, a νάρθηξ, *ferula*, e qua olim fiebant narthecia, ut nunc ex ebore. Cicero de Fin. 2, 7 *Doloris medicamenta tamquam de narthecio promere.* conf. Martial. 14 epigr. 78.

NĀRȳCIA, *æ*, f. Locrorum oppidum, Νάρυξ vel Νάρυκιον in Græcia. vid. Ovid. Met. 15, 705.

¶ Narycius, *a*, *um*, adject. ut, *Naryeii Leeri*, Virg. Æn. 3, 399. Et *Naryciæ picis* meminit Idem Georg. 2, 438. Adde Auſon. epiſt. 4, 18; & Colum. 10, 386.

NĀSĂMŌNES, *um*, m. pl. Libyæ ſupra Syrtes populus, ſpolians miſeros, qui vadis illis detenti fuerant. Strabo lib. 17. Plinius 5, 5. Atque ita *Toto commercia mundo Naufragiis Naſamones habent*; ut Lucanus de illis 9, 443 cenſuit. Apud eumdem 4, 679 *Inops Naſamon.* Curt. 4, 7, 19 recte *gentem Syriacam* vocat, errabundus autem ad Hammonem usque removet: vide ibi notata.

¶ Nāsāmōnius, *a*, *um*, adjectiv. Afer, Africanus, Libycus, ſynecdochice, Syriacis enim proprie gentibus debetur. Sidonius autem poëtica licentia ad Numidas usque transmovet carm. 9, 257 *Et vinctum Naſamonium Iugurtham.*

¶ Naſamōniăcus, *a*, *um*, idem. Silius 16, 630 *In Garamantas inter Naſamoniacosque triumphos.*

¶ Naſamonītes, *æ*, m. ναϲαμωνίτης, gemma ſanguinea, nigris venis aſperſa, Plin. 37 c. 10.

Naſatus, vide *Naſus.*

NASCĀLE, *is*, n. peſſus, ad uterum mulierum medicatus, ein mutter-ſapfen. Conſtant. Afer 5, 12 *Naſcale Pauli ad calidam vulvam.* v. Reineſ. ad Petron. fragm. p. 109. edit. Burm. p. 362.

NASCOR, *natus ſum*, *naſci*, edi in lucem, introire in vitam, auf die welt kommen, gebohren werden, wachſen, ut, *Ex me is natus eſt*, Ter. Heaut. 5, 4, 7, er iſt mein ſohn. *Naſcetur pulchra origine*, Virgil. Æneid. 1, 290. *Quæcunque attribuit naſcendi conditio*, was die geburt mittheilet, Seneca epiſt. 11. Et Cicero Catil. 3, 1 *Naſcendi incerta conditio: Sine ſenſu naſcimur.* Idem Tuſc. 1, 48 pr. *Silenus a Mida cum captus eſſet, hoc ei pro ſua miſſione dediſſe ſcribitur: Non naſci homini longe optimum eſt; proximum autem, quam primum mori.* Vide plura in hanc ſententiam in Geſneri Chreſtomath. Plin. n. 8 no. 13. Imo naſci longe optimum eſt. vid. Chiliad. *Natus annos decem, quinquaginta*, zehen jahr alt ꝛc. paſſim obvia, ubi *Ante* ſubauditur, vel *Ad*, ut expreſſum eſt Cicer. pro Cluentio c. 40 *Cum annos ad quinquaginta natus eſſet.* ¶ 2. *Qui mortui naſcuntur, neque nati, neque procreati videntur*, ait Paulus ICtus lege 38 de V. S. Quem ad locum Brechæus ita commentatur: *Cum hominem dicere haud liceat eum, qui & animo, & naturalibus facultatibus, ſenſu item, atque motu prorſus caret, & ſpiritus ſit expers: ſit ſane, ut, qui ejusmodi egeritur a pariente, (quoniam naſci proprium eſt eorum, quæ & mutum, ſimul etiam ſenſum habent), natus non cenſeatur.* ¶ 3. Transfertur ad alia quoque non raro, & pro *oriri* vel *fieri* ponitur: quemadmodum aliquando *fieri* pro *naſci* poni ſolet, entſtehen, aufkommen. Statius Hercule (3 Silv.) v. 28 *Huc ades, & genium templis naſcentibus infer.* Lucilius apud Porphyrionem in Horat. lib. 1 odam 27 *Judices Hortenſi eſt ad eam rem natæ paleſtræ.* Colum. 11, 3 *Et auctumno & vere plura ſeruntur: melius tamen vere viguis locis, quoniam & naſcentis anni clementia excipit prodeuntia ſemina, & ſitis æſtatis reſtinguitur fontibus.* Et Cicero Orat. poſt reditum ad Quir. c. 2 *A parentibus, id quod neceſſe erat, parvus ſum creatus: a vobis natus ſum conſularis.* De quo & Turnebum, ſi lubet, vide Adverſ. 22, 3. Virg. Æneid. 7, 44 *Major rerum mihi naſcitur ordo.* Cicero de Fin. 2, 24 *Ipſum a ſe oritur, & ſua ſponte naſcitur.* Et, *Nunc demum iſthæc nata oratio eſt*, Terent. Adelph. 5, 3, 19, du fängſt jetzt erſt an alſo zu reden, oder zu raiſonniren. Cicero Off. 2, 5 *Nulla tam deteſtabilis peſtis eſt, quæ non homini ab homine naſcatur*, wiederfahren ſolte. Immo interdum nil niſi *exiſtere* ſignificat. Cæſ. B. Gall. 2, 18 *Ab eo flumine pari acclivitate collis naſcebatur*, nach dem fluß kam ein hügel.

¶ Naſcens, *tis*: ut, *Naſcens puer*, Virg. ecl. 4, 8 conf. ex *Naſcor* n. 3. Sic *Luna naſcens*, der neue mond, Horat. 3 od. 23, 2. *Lunæ naſcentes implent conchylia*, Idem 2 ſat. 4, 30. Et Cicero in Bruto c. 7 *Thucydides non naſcentibus Athenis, ſed jam adultis fuit*, nicht bey dem urſprung ꝛc. Manil. 4, 16 *Naſcentes morimur, finisque ab origine pendet.* Plinius eſt: πᾶν τὸ γενόμενον καθʼαὐξήϲεως ὀφλάνον.

¶ Naſcentia, *æ*, f. γένεϲις, die geburt. Vitruv. 9, 7 *Poſtea eludens Antipater, itemque Achinapolus, qui etiam non e naſcentia, ſed ex conceptione Genethliologiæ rationes explicatas reliquit.* Et Plin. Valer. 2, 23 *Accipi cum naſcentiis.*

¶ Naſcĭbĭlis, *e*, das da kan gebohren werden. Tertull. adv. Marc. 3, 19 *Mortalem negat, quem naſcibilem confitetur.*

¶ Naſcitūrus, *a*, *um*, das da wird gebohren werden, das aufkommen will. Pallad. R. R. 7 tit. 7 *Signum naſcituri regis.* Chryſologus ſerm. 84 *Bella naſcitura compreſſit.* vid. Gœtzen. Probl. Gramm. 1, 43 & in Obſ. p. 440.

¶ Naſcendus, *a*, *um*, idem. Gell. 5, 3, 10 *Ad homines naſcendos.*

¶ Nātus, *a*, *um*, entſproſſen, gebohren; ut, *Nobili genere natus*, edel gebohren, Nepos 1, 1. *Ex fratre & ſorore nati*, vettern, geſchwiſterkinder, Idem 14, 2, 2. *Nata eodem patre*, eine ſchweſter, Idem 5, 1, 2. Et, *Iisdem parentibus*, Idem 20, 1, 4. *Orpheus matre Muſa natus*, deſſen mutter eine Muſe, Cicero de Nat. D. 3, 18. *Natus ſummo loco*, Cicero fam. 11, 22, hoher ankunfft. Sed Tac. A. 11, 21, 3 *Curtius Rufus videtur mihi ex ſe natus*, quibus verbis Tiberium *dedecus natalium hujus viri velaviſſe* ait. *Vir ad dignitatem & gloriam natus*, Cicero pro Sextio c. 42. *Ad honeſtatem natum eſt genus humanum*, Idem Partit. Orat. c. 27. Et, *Ad omnia ſumma natus Pompejus*, hat die vortrefflichſten qualitäten, de Clar. Orat. c. 68. *In litteris nati Græci*, Idem de Orat. 3, 32, die bey dem ſtudieren hergekommen ſeyn. Et cum dandi caſu, Cicero in Piſon. c. 17 *Natus abdomini, non laudi atque gloriæ*, zum ſchmauſſen aufgelegt ꝛc. Et, *Iterum mihi natus videor, quod te reperi*, mir iſt, als wär ich neu gebohren, Plaut. Pœn. 5, 2, 117. Idem Capt. 4, 2, 10 *Iterum natus videor, ſi vera audias.* Sermo eſt hominis impenſe lætantis: præcipue ſuperato aliquo malo. Apud eumdem *natus nemo* eleganter pro ſimplici *nemo* ponitur. Cittell. 2, 1, 56 *Tamquam intus natus nemo in ædibus habitet.* Idem ibidem ſc. 2, 21 *Natus nemo in ædibus ſervat.* Quid ſignificet *e* vel *pro re nata* vide infra in *Res* n. 2. Livius 9, 2 *Ita locus natus eſt*, h. e. ea eſt natura loci, der ort iſt ſo beſchaffen. Quin de arte factis etiam adhibetur. Horat. 1 od. 27, 1 *Natis in uſum lætitiæ ſcyphis Pugnare Thracum eſt*, die zur freude gemacht ſind. vid. Drakenb. ad Silium 3, 335. Vbi etiam obſervat, *natum* & *notum* ſæpe in MSS. miſceri.

¶ Nātus, *i*, m. & Nata, *æ*, f. ſubſtant. quod nonnunquam per proſthefin Gnatus ſcribitur, *Gnatus, Gnata*, ein ſohn, eine tochter; ut, *Gnatus unicus, Gnata unica*, Ter. Heaut. 1, 1, 78; & Andr. 3, 3, 8. *Avi nati*, Horat. 3 od. 5, 42. Sic, *hi nati natorum, & qui naſcentur ab illis*, ſin-

des-finder, Virg. Æn. 3, 98. Et, *Maxima natarum Priami*, Idem Æn. 1, 658. Valla 3, 10 *Oratores sæpius dicunt filius, quam natus.* Si soluto sermone uiurpare velimus, multitudinis numerus, quam singularis, convenientior videtur. Cicero de Amic. c. 8 *Ex ea caritate, quæ est inter natos, & parentes* Vnitatis numero tamen usus C. Nep. 15, 10, 1 videtur, *qui talem ex te natum reliquus sis:* nisi & ibi participium est. Burmannus ad Quintil. L. 1 procem. nondum plane damnare extra prosam hanc vocem audet. vid. p. 7. ¶ 2. *Natis*, pro *Natibus*, in dat. & abl. plur. exstat apud Ovid. Met. 13, 661.

¶ Natus, *ûs*, subst. cujus ablativus in usu manst *Natu*, an geburt, am alter; ut, *Grandis, major, grandior, minor, maximus, minimus natu*: Cic. de Senect. c. 4 *Eum colore cæpi non admodum grandem natu*, da er noch nicht sonderlich alt war. Ter. Adelph. 5, 4, 27 *Id mea minime refert, qui sum natu maximus*, der ich der älteste bin. Ita *Minimus natu*, der jüngste. *Majores natu*, i. e. seniores, Nepos 2, 2, 8. Idem 23, 3, 2 *Sic Hannibal minor quinque & viginti annis natu Imperator factus*, in einem alter von weniger als 25 jahren. Solemus & ita loqui: *Homo magno natu &c.* Idem 13, 3, 1 *Hic cum esset magno natu, & magistratus gerere desisset*, als er alt war. Idem 14, 7, 1 *Ab hoc tamen viro Scipionis, maximo natu filius, desciit.* Et Liv. 2, 7 *Creatus Sp. Lucretius Cos. qui magno natu, non sufficientibus jam viribus, ad consularia munera obeunda intra paucos dies moritur.* Idem 21, 34 *Magno natu principes* Interdum ablativum natu omittit Livius, cujus loca ad 3, 13. Drakenb. congessit.

¶ Natālis, *e*, adj. zur geburt, zum wachsen gehörig, angebohren, natürlich; ut, *Pallor in anno natalis*, Plin. 37, 4. *Vinea natali & ingenita sterilitate laborantes*, Colum. 3, 7. *Natalis dies*, der geburts-tag, Nep. 20, 5, 1. Et Cic. Attic. 9, 5 pr. *Natali die tuo scripsisti epistolam ad me plenam consilii.* Sic, *Hora natalis*, die geburts stunde, Horat. 2 od. 17, 18. *Solum natale*, das vaterland. Ovid. de Ponto 1, 3, 35 *Nescio, qua natale solum dulcedine cunctos Ducit, & immemores non sinit esse sui.* Grat. 365 *Auxilium natale salivæ.*

¶ Natalis, *is*, m. substantive dies, quo quis natus est, der geburts-tag. *Tertio nonarum (Januarii) natali meo*, Cicero Attic. 7, 5. Et, *Agere natalem suum*, de Fin. 2, 31, seinen geburts-tag begehen. *Celebrare natales*, Horat. 2 sat. 2, 60 *Natalem colimus, tacete lites*, Martial. 10 epigr. 87. Ovid. A. A. 1, 183 *Parcite natales, timidi, numerare deorum: Cæsaribus virtus contigit ante diem.* Itaque *natales* ponit pro annis. Solebant non hominum tantum, sed urbium quoque natales festa lætitia celebrari; ut *Romæ*: item *Constantinopoleos*, de quo Zonaras T. 3 Annal. p. 7. Ita etiam *natalis Brundisinæ coloniæ* intelligendus, it. *salutis*, h. e. templi salutis. vid. Popma ad Cic. ad Att. 4, 1 p. 347. Posiis igitur, quæ vulgo *encænia* vocantur, & ipsa *natalem templi* dicere, kirchweyh, kirchmesse. In prisca Ecclesia *Natales Martyrum* dici solebant, non quibus nati erant, sed quibus passi de seculo abierant. Lege Petr. Chrysologum Serm. 129, & Casp. Sagittarii de Martyrum Natalibus dissert. nec non Meurs. Græc. Fer. lib. 2, & lib. de Fun. c. 36. Pulchre Seneca epist. 102 *Dies iste, quem tanquam extremum reformidas, æterni natalis est.* Sic, *Natalis adoptionis*, i. e. dies, quo singulis annis memoria ejus celebrabatur, der gedächtniß-tag, Spartian. in Hadriano c. 4. Et, *Natalis imperii*, ibidem, & Eumen. Paneg. Constant. c. 2. ¶ 2. *Natalis* pro genio positus videtur Tib. 4, 5, 19. Ita ejusdem poëtæ 4, 5, 1 incipit, *Natalis Iuno.* Siquidem Iuno feminis erat, quod genius viris.

¶ Natāles, *ium*, m. plur. τὰ γενέθλια, conditio sanguinis, & familiæ, das geschlecht, der ursprung; ut, *Generosi natales*, edler stamm. Plin. 8 epist. 18 *Mulier natalibus clara, moribus proba.* Tac. Hist. 1, 45, 5 *Claritas natalium.* Id. Ann. 11, 21, 3 de Curtio Rufo, qui gladiatore genitus credebatur, *dedecus natalium*, unehrliche herkunfft. *Natales diversarum gentium.* Plin. 7, 12. ¶ 2. Solebant etiam *Natales* non inelegeanter quarumvis rerum origines appellari. Sic, *Impatientiæ natales*, Tertull. de Patientia c. 4; & *Agnitionis natales*, adv. Marc. 1, 10 dixit.

¶ Natalītius, *a, um*, idem quod *natalis*; ut, *Dies natalitius*, der geburts-tag. *Sidera natalitia*, Cic. de Divin. 2, 43, quæ natali cujusdam hora oriuntur: *Notant*, inquit, *sidera natalitia Chaldæi.* Et ipsæ illæ divinationes cap. præcedente *Natalitia prædicta Chaldæorum* appellantur, die stellung der nativität. Martial. 8 epigr. 64 *Non natalitias habes calendas.*

¶ Natalītium, *i*, n. & plur. Natalitia, *orum*, subst. præter natalem diem aut nativitatem, ut in veteri hymno *Christi natalitia*: significat quoque donum, quod die natali mittitur, angebinde. Censorin. præfat. ad Q. Cerellium: *Quodcunque hoc libri est, meis opibus comparatum, natalitii tibi titli mihi.* De more autem munusculorum, natali die ab amicis missorum, Lindebrogius ad d. l. Censorini videatur. ¶ 2. Item, convivium, quod natali die instituitur. Vnde, *Dare natalitia*, seinen geburts-tag halten Cic. Phil. 2, 6 *Hodie non defecdit Antonius, cur? dat natalitia in hortis*, h. e. convivia ad celebrationem diei natalis instituta præbet. Solebant enim natalitia non faceris tantum, sed epulis etiam & aliis voluptatibus celebrari. Servius ad illud Virgilii ecl. 3, 76 *Phyllida mitte mihi? meus est natalis? Iola: Amicam*, inquit, *communem caussa natalis dixi: in cujus tantum sacrificio licebat voluptatibus operam dare. Nam in aliis sacrificiis erat castitatis observatio, &c.*

¶ Natiō, *ōnis*, f. procreatio, die geburt, ankunft; ut, *Natione Macedo*, Plin. 35, 10. *Natio me hominis impulit*, Cic. fam. 15, 20. ¶ 2. Item, qui unius familiæ, generis, ordinis, aut sectæ sunt: unde & populi ipsi teu gentes hoc nomine comprehenduntur, das geschlecht, das volck, der orden. Vet. Gloss. *Natio, γένος, ἔθνος.* Idem: γενεὰ, *seculum, generatio, natio, nativitas, propagatio, progenies.* Festus: NATIO *genus hominum, qui non aliunde venerunt, sed ibi nati sunt. In pecoribus quoque bonus proventus fœturæ* BONA NATIO *dicitur.* Sane Prudentius Hymno de natali Domini v 83 de bruto pecore: *Adsunt excors natio, Vis cujus in passu fita est. Natio ardelionum* apud Phædrum lib. 1 fab. 6; *Natio Scholasticorum* apud Virgilium in Catalectis, &c i. e. genus, ordo. Vide Buchnerum ad modi ciratum Prudentii carmen. Sic, *Natio optimatium*, Cic. pro Sext. c. 44 *Tota natio candidatorum*, Id. pro Mur. c. 35. Et, *Natio bellicosa*, pro Lege Man. c. 10. *Erudita natio Græcorum*, Idem de Orat. 2, 4. Et, *Servituti natæ Iudæorum & Syrorum nationes*, Cicero de Provinc. Consul. c. 5. Et, *Exteræ nationes & gentes*, Id. pro Fontej. c. 11. ¶ 3. Quamvis autem *Natio* & *Gens* revera nihil differant, (ut enim illud a *Nascendo*: ita hoc a *Gignendo* est), aliquod tamen inter has voces discrimen Tacitus fecit; ita quidem, ut *Nationis* vocabulum angustius; *Gentis* latius esset. Nam de Germania 2, 6 scribit: *Germaniæ vocabulum recens & nuper additum: quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint, ac nunc Tungri, tunc Germani vocati sint: ita nationis nomen, non gentis evaluisse paullatim &c.* Et c. 38, 1 *Nunc de Suevis dicendum est, quorum non una, ut Cattorum Tencterorumque gens: majorem enim Germaniæ partem obtinent, propriis nationibus nominibusque discreti.* Quibus locis *gentis* vocabulum generale, speciale *nationis* est, & partem gentis significat. Vide & Cluver. Antiquæ German. 2, 20. Ita *nationem* & *genus* distinguit Cicero pro Sext. 32 *Qui cognomen sibi ex Æliorum imaginibus arripuit, quo magis nationis ejus esse quam generis videretur.* Illud *quo* non finem notat, sed est relativum. Consecutus hoc est ille vis, ut nationis quidem illius forte videretur, h. e. pars gentis illius esse, non ut ejus generis h. e. simili virtute præditus. ¶ 4. *Nationes* Tertulliano passim sunt, quos alias appellare solemus ethnicos, vel gentiles, die heyden. Loci sunt innumeri; paucos adscribemus: e. g. De præscr. adv. Hær. c. 20 de Christo: *Duodecim præcipuos lateri suo adlegerat destinatos nationibus magistros.* Ibid. c. 23 unde videbis, nationes & ethnicos idem esse: *Inter se distributionem officii ordinaverunt, non separationem Evangelii: nec ut aliud alter, sed ut aliis alter prædicaret, Petrus in circumcisionem, Paulus in nationes. Cæterum si reprehensus est Petrus, quod, cum convixisset ethnicis, postea se a convictu eorum separabat, &c.* Et de Idolol. c. 22 *Benedici per Deos nationum, maledici est per Deum.* Et de Orat. c. 12 *Est quorumdam positis penalis orationem facere: sic enim adeunt ad idola nationes.* Paullo ante gentiles vocaverat. ¶ 5. *Natio* quoque Deæ nomen est, quæ nascentibus credebatur præesse. Cicero de Nat. D. 3, 18 *Quod si tales dii sunt, ut rebus humanis intersint*, Natio *quoque dea putanda est: cui cum fana circumimus in agro Arcadi, rem divinam facere solemus. Quæ, quia partus matronarum tueatur, a nascentibus* NATIO *appellata est.*

¶ Nātīvus, *a, um*, gewachsen; ut, *Nativi montes salis*, salz-berge, Plinius 31, 7. ¶ 2. Congenitus, germanus, angebohren, natürlich. *Medicina, quæ nativum malum sanare posset*, Cicero pro Domo c. 5. *Color nativus*, Plinius 26, 4, qui non est adscitius, non fictitius, natürliche farbe. Sic, *Nativus lepor, non adscitus*, eine natürliche, unaffectirte annehmlichkeit, Nepos 25, 4, 1. Sic, *Nativi mores*: ut, *Nativos mores occultare, difficile*, quod proverbii instar est, ex Pindaro. *Coma nativa*, Ovid. Amor. 1, 14 extr. eigen haar. *Sententia nativa*, i. e. germana, der rechte verstand, den die worte selber geben. Cicero or. part. 5. *Simplicia verba partim nativa sunt, partim reperta. Nativa ea, quæ significata sunt sensu.* Idem de haruspic. resp. c. 9 *Nec deniqae hoc ipso hujus gentis ac terræ domestico nativoque sensu, Italos ipsos ac Latinos superavimus*, die besondere und gleichsam angebohrne landes-art. vid. Gesner. Chrestom. Cicer. n. 73 p. 283. ¶ 3. *Nativum* etiam Cicero & Lucretius dixerunt pro eo, quod aliquando, cum non esset, esse cœpit; quod nascendi orientive principium habet. *Nasci* enim idem esse, quod *oriri*, vel *fieri*, supra dictum. Cicero de Nat. D. 1, 10 *Anaximandri opinio est, natos esse deos, longis intervallis orientes, occidentesque*, den natürlichen veränderungen unterworffen. Lucret. 5, 66 *Vt mihi mortali consistere corpore mundum, Nativumque simul, ratio reddunda sit, esse.*

¶ Nativītas, *ātis*, f. die geburt; ut, *Annus, dies nativitatis.* Inscriptio vetus apud Gruterum p. 712 n. 11 VARIAE IVCVNDAE DEFVNCTAE ANNO NATIVITATIS XVIII. Vipian. Leg. 1 Dig. ad municipal. *Municipem facit aut nativitas, aut manumissio, aut adoptio.* Minucius Felix p. 143 (ed. Ouzel.) *Deus nativitatem omnibus præstat.* Tertull. de Anima c. 39 *Spiritus nequam ab ipsa janua nativitatis animas aucupabundus.* Et Claud. Mamertus (vulgo Venantius) in hymno: *Pange lingua glorioſi &c. Et rigor lentescat ille, quam dedit nativitas.*

¶ Nativitus, adverbialiter, a nativitate, von der geburt her. Tertull. loco proxime citato: *Quæ omnia nativitus animæ collata, &c.* Iterum eodem de Anima c. 12 *Ingenitum, sinistrum, & nativitus propriam.*

¶ Nātūra, *æ*, f. *mater, parens communis, opifex rerum*, quemadmodum eam Cicero vocat, *Deus ipse*, das ewige, göttliche und allmächtige wesen, so alle dinge erschaffen hat. Silius Ital. 4, 794 *Heu prime scelerum causse mortalibus ægris, Naturam nescire Deum.* Sed exaudienda hæc sunt ex mente gentilium, qui passim creaturam cum creatore confundentes, *Naturam esse Deum ipsum*, confitebant immani errore. Scholastici, ut aliquo modo gentilium loquendi rationem excusarent, barbaris vocabulis, distinguebant inter *Naturam naturantem*, (quæ Deus est), & *naturatam*, quæ res creata. vid. Barth. ad Claudian. p. m. 515. Quamquam & *Deum*, pluraliter & secundo casu Silius locutus videri possit. ¶ 2. Forma atque affectio, qua quodque est natum, das wesen der creaturen, die angebohrne art und eigenschaft: ut, *Natura mundi, aëris, &c.* Cicero Off. 1, 31 *Adversante & repugnante natura nihil decet.* Idem de Leg. 1, 6 *Insitum esse naturâ*, von natur eingepflantzt seyn. *Vt fert natura, facere*, Ter. Andr. 4, 5, 56, wie es sich selbst giebt. *Præter naturam*, unnatürlicher weise, Idem Adelph. 5, 5, 4. Et Iuvenal. 10, 303 - - - *Curâ naturæ potentior omni.* Idem sat. 12, 239 *Ad mores natura recurrit Damnatos, sava & mutari nescia.* Quo & Horatii illud 1 epist. 10, 24, pertinet, quo Iuvenalis forsan respexit: *Naturam expellas furcâ, tamen usque recurrit.* Ter. Eun. 2, 3, 24 *Tametsi bona est natura, reddunt curatiorâ jamdem.* Vbi *natura*, temperamentum, unde succus nitorque corporis est; guter art, gesund und wohl gewachsen. Nam & Donatus, *plenam, magnam* & *pinguem* interpretatur. *Natura loci*, quæ alias *ingenium* appellatur: Cæs. de B. Gall. 1, 21 *Quæ esset natura montis, & qualis in circuitu ascensus, qui cognoscerent, misit*, wie der ort beschaffen. Et ita non semel locutus Livius est. *Cedere naturæ*, vel *Concedere*, der natur ihren lauf lassen steben, Idem de Rep. ordinanda. *Secundum naturam vivere* quid sit, vide

apud

apud Cicer. de Fin. 3, 30; & Sen. de Vita Beata c. 8. ¶ 3. De confirmata robustaque consuetudine adhibent nonnunquam hoc nomen scriptores. Sallust. Iug. c. 85 *Miki, qui omnem ætatem in optimis artibus egi, benefacere iam ex consuetudine in naturam vertit*, gutes zu thun iſt mir durch die lange gewohnheit ganz natürlich worden, daß mirs gar nicht mehr ſauer wird. Ita Quintil. 2, 4 p. 141 *In hoc aſſuefcat, hujus rei naturam ſibi faciat.* ¶ 4. Natura interdum non ipſum modo naturalium corporum complexum notat, ut in illo Cicer. de Invent. 1, 34 *Non mediocri quodam conſilio naturam mundi adminiſtrari*, die gantze welt: ſed etiam de ſingularibus, v. g. Cicero de nat. deor. 2, 54 *Cum alvi natura ſubjecta ſtomacho cibi & potionis ſit receptaculum* &c. Et c. 57 *Aures duros & quaſi corneolos habent introitus, multisque cum flexibus, quod his naturis relatus amplificatur ſonus.* ¶ 5. *Naturæ* nomine & genitalia membra, (quæ & *Naturalium* nomine veniunt), quibus diſcernuntur ſexus, appellantur in hominibus juxta ac brutis, die ſchamt. Rutilius Lupus lib. 1 de figuris Sentent. *Virilis naturæ membra, quæ non poſſumus honeſte nominare.* B. Hieronymus, ſeu quisquis auctor eſt epiſtolæ de Circumciſione ad Thereſiam, quæ 20 eſt in 9 Tomo: *Videamus, quæ cauſſa eſt, ut eam partem corporis, quæ ſecretior & occultior eſt, quæ a Græcis φυσις, a noſtris dicitur natura, ad circumcidendum Dominus elegerit.* Varro de Re Ruit. 2, 7 *Si faſtidium ſaliendi eſt, ſcillæ medium conterunt cum aqua ad mellis craſſitudinem: tum ea re naturam æquæ, cum menſes ferunt, tangunt.* Sic Atellanarum poëta apud Suet. Tib. c. 45 *Hircum vetulum capris naturam ligurire* dixit. Apul. 3 p. 140 in aſinum mutatus modo, *Nec illum*, inquit, *miſer reformationis video ſolatium, niſi quod mihi jam nequeunti tenere Fotidem, natura creſcebat.* ¶ 6. *Natura* & *Fortuna* ſæpe miſcentur a librariis. vid. quos laudat Burman. ad Quintil. declam. 9, 16 p. 204.

¶ Naturālis, *e*, natürlich; ut, *Naturalis atque inſita in animis noſtris notio*, Cicero de Finib. 1, 9. *Lex naturalis naturâ nota, atque omnium mentibus inſita.* ¶ 2. *Pater naturalis*, Cicero Phil. 3, 6 pro quo Terentius dixit, *pater naturâ*, in Adelph. 1, 2, 46 *Naturâ tu illi pater es, conſiliis ego.* Opponitur hic *naturalis*, *adoptivo patri*, quemadmodum & filius hoc tribuitur. Livius 42, 52 *Major Philippus naturâ frater, adoptione filius: Minor, quem Alexandrum vocabant, naturalis erat.* Idem 44, 44 *P. Scipio is erat, naturalis conſulis Pauli, adoptione Africani nepos.* Suet. Tib. c. 52 *Filiorum neque naturalem Druſum, neque adoptivum Germanicum patria caritate dilexit.* Quintil. Declam. 372. *Qui pater erat. Non eras, inquit, naturalis.* Ita & Vlpianus leg. 5 Dig. de Senatoribus. ¶ 3. *Naturale bonum* apud Nepotem 8, 1, 3 εὐφυΐα eſt, guter verſtand und gemüth. *Naturalem bonitatem* in Attico vocat 25, 9, 1. Cicero pro Cælio c. 5 *Qua in ætate niſi qui ſe ipſe ſua gravitate & caſtimonia & cum diſciplina domeſticâ, tum etiam naturali quodam bono defenderet*, &c. *Bonitatem naturæ* Idem Orat. poſt reditum in ſenatu vocat. Seneca de Clementia c. 1 *Difficile hoc fuiſſet, ſi non naturalis tibi iſta bonitas eſſet.* Sed ibi *Bonitas* ſtrictius pro clementia ſumitur: quam *naturalem* dixit, ut non fictam & temporariam ſignificaret, ut ſequentia oſtendunt. ¶ 4. *Iovem naturalem*, eum puta, qui vere quondam, ut homo, exſtiterit in rerum natura, *fabuloſo*, i. e. ei, quem gentilium commenta ex homine Deum fecerunt, opponit Lactantius 1, 2 *Philoſophi, quod ea, quæ de Iove feruntur, minime in Deum convenire videbant, duos Ioves fecerunt, unum naturalem, alterum fabuloſum.* Quanquam poſſis etiam ita interpretari, ut *naturalis Iupiter* ſit ipſa *rerum*, cæli inprimis & aeris, *natura.* ¶ 5. *Naturales* vocantur filii ſervorum, iidemque liberti, apud Gruterum Inſcript. p. 845 FILIA NATVRALIS IDEM LIBERTA PATRI OPTIMO. Sic vocantur in ſervitute parentum concepti; *quia creditur*, (iuxta verba Scævolæ) *appellatione filiorum & naturales liberos* (i. e. in ſervitute conceptos) *contineri.*

¶ Naturālia, *ium*, n. pl. ſubſtantive dicuntur pudenda, & loca corporis, per quæ excrementa funduntur. Celſus 4, 21 *Iſt etiam circa naturalia nimia profuſio ſeminis.* Columella 8, 5 de pultis gallinaceis agens: *Plumulæ ſub cauda clunibus detrahendæ, ne ſtercore coinquinatæ durefcant, & naturalia præcludant*; & c. 7 *Loca naturalia*; & lib. 6 c. 30 *Naturales exitus* vocat Onomaſt. Vet. *Naturalia, αἰδοῖα.* Iterum Columella 6, 27 *Si equa marem non patitur, detrita ſcilla naturalia ejus linuntur.* Sic & 7, 7 *Loca genitalia* mox *naturalia* vocat. Singulari numero Celſus 7, 26 eodem ſenſu: *Caruncula ſimile inter imas oras ſuper naturalia poſitum.*

¶ Naturālitas, *ātis*, f. die naturlichkeit; ut, *Naturalitas ſomni*, Tertull. de Anima c. 43.

¶ Naturāliter, adverb. von natur, natürlich, angebohren. Cicero de Senect. c. 9 *Quod homini naturaliter inſitum eſt, eo uti decet.* Cæſ. B. Civil. 3, 92 *Alacritas naturaliter innata.* Vellej. 2, 60, 5 *Naturaliter diſſimillimi.*

¶ Naturālitus, aliud adverb. idem. Sidon. 9 epiſt. 11 *Mortalium mentibus vis hæc naturalitus ineſt.*

¶ Naturabĭlis, *e*, naturalis, natürlich. Cicero Tuſc. 3, 6 *Non enim filice nati ſumus, ſed eſt naturabile in animis tenerum quiddam atque molle.* Ita Grut. & Gron. ex MSS. Etiam in Lælio c. 21 ita legi volunt Grut. & Lambi. ad Lucret. 1, 11, ubi tamen edidit Gron. *Ita pulcherrima illa & maxime naturali carent amicitia.* Apul. fine 2 Florid. *Pythagoras fertur naturabilia commentatus.* Idem de Dogm. Plat. *Sollicitudo & labor ſi naturabiles eſſent.*

¶ Naturificātus, *a, um*, naturaliſirt; ut, *Animæ naturificatæ*, Tertull. adv. Valent. c. 29.

¶ Naticīdium, vel Gnaticidium, *i*, n. der kindermord. Gloſſ. gr. lat. τεκνοκτονία, *gnaticidium.*

Compoſita a *Naſcor* &c.

¶ Adnaſcor, *adnaſci*, anwachſen: ut, *Viſcum in quercu adnaſcitur*, Plin. 16, 44. Adde Paul. ICt. Dig. lib. 1 t. 7 l. 10 & 23; Et Vlpian. Dig. lib. 25 t. 3 l. 3 § 6.

¶ Agnaſcor = *naſci*, idem. D præpoſitionis in G euphoniæ cauſſa mutato. Quod verum Iurisperitis eſt naſci poſt teſtamentum factum, hernach gebohren werden, wenn das teſtament geſchloſſen. Cic. de Orat. 1, 57 *Conſtat, agnaſcendo rumpi teſtamentum.*

¶ Adnatus, *a, um*, angewachſen; ut, *Adnatis cubitalibus*, ſcil. caulibus, Plinius 27, 11. Sed & *Adnatus*, befreundet, Paul. ICt. D. 2 t. 4 l. 7. Et ſic

¶ Agnātus, *a, um*, quicquid ultra naturæ debitum natum eſt, angewachſen; ut, *Membra agnata*,, quæ ſuperflua ſunt, ſeu quæ abundant, gliedmaſſen, ſo zu viel ſind. Plin. 11, 52 *Membra animalibus agnata mutila ſunt, ſicut ſextus homini ſemper digitus.*

¶ Agnatus, *i*, m. ſubſt. patri ſanguine conjunctus, ein freund oder verwandter vom vater her, apud ICtos Germanos veteres dicitur, ein ſchwerdmage. Sub agnatis tamen etiam cognati continentur, ut patruus, *agnatus* & *cognatus* dicitur: Matris vero frater, i. e. avunculus, *cognatus* tantum, non *agnatus.* Proverbialiter de furioſo Varro R. R. 1, 7 *Ad agnatos & gentiles eſt deducendus.* Furioſi enim ex leg. XII Tabb. in poteſtate agnatorum erant. Tacitus de Germ. 19, 6 *Agnatos* pro liberis dixit: vide ibi Lipſium; præcipue vero Colerum n. 109. Adde Drakenb. ad Liv. 22, 34, ubi, ſcriptores non eadem, qua ICti ſolent, diligentia inter agnatos cognatosque diſtinguere, notat.

¶ Adnatio, *onis*, f. der anwachs. Apul. de Herb. c. 59 *Folia longa cum adnationibus.* Idem c. 62 *Langineæ adnationes.* Sed pro Agnatione, *Adnatio*, die blutverwandſchaft vom vater her, Cell. Dig. 1 t. 7 l. 7; & Paul. ICt. ibid. l. 23; & Modeſtin. D. 2 t. 14 l. 34. Et ſic

¶ Agnatio, *ōnis*, f. die freundſchaft vom vater her. Cicero de Leg. 1, 7 extr. *Homines Deorum agnatione & gente tenentur.*

¶ Agnatitius, *a, um*, die väterliche verwandſchaft betreffend; ut, *Ius agnatitium.*

¶ Circumnaſcor, *ſci*, um etwas herum wachſen. Plin. 2, 103 *Lacus circumnaſcente abſinthio inficitur.*

¶ Cognātus, *a, um*, adject. anverwandt, befreundet; ut, *Cognatæ urbes*, Virgil. Æneid. 3, 502. *Cognato ſanguine victus*, Idem Æneid. 12, 29. Et, *Cognatum cælum*, Ovid. Met. 1, 81. ¶ 2. Sed, *Cognata rebus vocabula*, i. e. convenientia, Horat. 2 ſat. 3, 208, gemäß, bequem. Et Cic. de Orat. 3, 51 *Nihil eſt tam cognatum mentibus noſtris, quam numeri atque voces.*

¶ Cognatus, *i*, m. ſubſt. cognatione alicui junctus, ein freund, verwandter. *Propinqui cognatique optime convenientes*, Cicero pro Roſcio Am. c. 34. Et, *Affines atque cognati*, poſt red. ad Quir. c. 3. *Cognatorum negligentia*, Ter. Andr. 1, 1, 44. Proprie *Cognati*, ſpillmagen, ii vocantur, *qui*, ut ait Vlpianus l. 1 D. unde Cognati, *ex uno nati quaſi commune naſcendi initium habuerunt*; vel, ut Modeſtinus l. 4 § 1 D. de grad. & aff. deſcribit, *qui quaſi una communiterve nati, vel ab eodem orti progenitive ſunt.* Ita quidem melioribus latinitatis ſeculis, ſed poſterioribus aliud obtinuit, ut nempe *cognatus* vir ſororis, quemadmodum ſororius uxoris frater, dictus ſit, ut teſtis eſt inſcriptio ap Fabrett. 232 COGNATVS DVLCISSIMVS SORORIO AMANTISSIMO, cui accedit alia ap. Boiſſard. T. II p. 137 ſub ſtemmate viri & fœminæ manus, maritali concordia jungentium: P. VEDIO DIOGENI FRATRI, VIDIAE FELICVLAE COGNATAE, der blutsfreundin.

¶ Cognatio, *ōnis*, f. die verwandſchaft, freundſchaft, das geſchlecht. *Amplifſima cognatio*, Cicero Verr. 2, 43. *Serpit foras cognationibus domus & affinitatibus*, Idem de Fin. 5, 23 *Conjunctum eſſe cognatione cum aliquo*, Idem Verr. 4, 33. *Habere cognationem cum aliquo*, Quintil. 1, 10 ſub fin. *Propinqua cognatione alicui conjunctus*, ein blutsfreund, Suet. Ner. c. 3, & Nepos præf. n. 7. Et, *Frater cognatione patruelis: amore germanus*, Cic. de Fin. 5, 1. *Felicibus cognatus eſt vel quilibet.*

¶ Connatus, *a, un*, angebohren. Tertull. adverſ. Valentin. c. 9 *Vitia in corpore connata.*

¶ Connatālis, *e*, idem, apud Auguſtinum.

¶ Connatalitium, *i*, n. einerley geburtszeit, Firmic.

¶ Denaſcor, *ſci*, ἀπογίνεσθαι, mori, ſterben. Varro de L. L. 4, 10 *Qui denaſcitur, ignem amittit ac frigeſcit.* Cauſſus Hemina apud Nonium c. 2 n. 257 *Quæ nata ſunt, ea omnia denaſci ajunt.*

¶ Denatium, *i*, n. medicina pro ægris denaſcentibus. Tertull. Apolog. c. 23 *Æſculapius demorituris ſcordii & denatii & Aſclepiadoti ſubminiſtrator.*

¶ Enaſcor, *ſci*, herauswachſen, entſpringen. Cic. Att. 11, 2 *Ex multis meis miſerrimis curis una eſt enata.* Et Varro de R. R. 1, 41 extr. *Ex femine tardius enaſcebatur.*

¶ Enātus, *a, um*, herausgewachſen; ut, *Enata humo virgulta*, Tac. An. 2, 14, 3. *Radices enatorum ſeminum penitus demerſæ ſint*, Colum. 2, 10.

¶ Superēnaſcor, *ſci*, drüber heraus wachſen. Plinius 19, 3 *Superenato caule.*

¶ Extranaturālis, *e*, quod vulgo *Supernaturalis* dicitur, übernatürlich. Tertull. de Anima c. 43 *Naturalium & extranaturalium diſcretio.*

Gnatus, *i*, m. & Gnata, *æ*, f. vide in *Natus, i.*

¶ Gnatūrio, *ire*, liberis operam dare velle, ap. ICtos.

¶ Innaſcor, *ſci*, anebohren ſeyn. Ter. Andr. 4, 1, 1 *Hoccine credibile eſt, tanta vecordia innata cuiquam ut ſit.* Horat. 1 ſat. 3, 37. *Neglectis urenda filix innaſcitur agris*, i. e. naſcitur in agris, eō mutato. Sen. epiſt. 9 *Nobis rerum innata dulcedo eſt.*

¶ Innātus, *a, um*, anebohren, einverleibt. Cicero de nat. Deor. 1, 17 pr. *Intelligi neceſſe eſt eſſe Deos, quoniam inſitas illorum, vel potius innatas cognitiones habemus.* Ter. Hec. 4, 1, 28 *Vitium omnibus innatum.* Cicero de Finib 4, 2 *Inſitam quandam vel potius innatam ſcientiæ cupiditatem habemus.* Proprie in loco natum eſſe. Iuſtinus 2, 6, 4 de Athenienſibus: *Quippe non adventa, neque paſſim collecta populi colluvies originem urbi dedit, ſed eodem innati ſolo, quod incolunt*, &c. Superlativum *Innatiſſimus*, uſurpavit Balduin. Groning. lib. 7 de Orat. c. 8 *Innatiſſimum* (bono filio) *illi* (patri) *ſemper cohærere.*

¶ 2. Alio ſenſu *Innatus* Tertulliano eſt, *non natus*, das nicht entſtanden, ewig, adverſ. Valentinianos c. 15 *Materia, quam innatam volunt.* Et Prudentius Apotheoſ. v. 246 *Natum ſcimus ab innato.*

¶ Innaſcibĭlis, *e*, pro eo, qui naſci non poteſt, der nicht gebohren wird. Tertull. de præſc. adverſ. hæret. c. 46 *Secutus eſt Saturnius, dicens, innaſcibilem virtutem, id eſt, Deum in ſummis & illis infinitis partibus, & in ſuperioribus manere.* Et Maximus Taurinenſis de Diverſis, in Symboli expoſitione, de Deo Patre: *In Deo natura innaſcibilis.*

¶ Innaturalis, *e*, vel præternaturalis, vulgo dicitur, unnatürlich. Sariſb. 1, 4 *Ad innaturales tranſire amplexus.*

¶ Internaſcor, *ſci*, mitten in, oder darzwiſchen wachſen. *Herbæ interna ſcentes*, Plin. 23, 16.

¶ Internātus, *a, um*, darzwiſchen gewachſen. Livius 28, 2 *Anguſtiæ & internata virgulta.* Tac. Hiſt. 4, 60, 3 *Internatas ſaxis herbas vellere.* Plin. 17, 27 *Cicatrices internato corpore expletæ.*

¶ Obnātus, *a, um*, empor gewachſen, ab *obnaſcor*, apud Livium 23, 19 legitur. *Obnata ripis ſaliſta*, h. e. circum vel ad ripas nata.

¶ Prænaſcor, *ſci*, zuvor oder eher gebohren werden. Commodian. Inſtruct. 6 *Illum non aliquis prophetavit prænaſci.*

¶ Prognātus, *a, um*, natus, gebohren, entſproſſen. Ter. Phorm. 1, 2, 65 *Civis Attica, bona, bonis prognata.* Horat. 2 ſat. 1, 26 *Ovo prognatus eodem.* Plaut. Amph. 2, 2, 20 *Parentes, patria & prognati*, die finder.

¶ Prognatio, *onis*, f. die geburt, ankunfft. Mart. Capella 6 p. 210 *Oppidum Diomedis Tydeique prognatione notiſſimum.*

¶ Renaſcor, *ſci*, wieder wachſen. Cicero Att. 4, 2 *Qui mihi pennas inciderunt, nolunt eaſdem renaſci*, die mir die federn verſchnitten haben, wollen nicht, daß ſie mir wiederum wachſen ſollen. *Primi cujusque mali excidendi cauſſa eſt, quod aliud renaſcitur illo pejus*, Idem ad Brut. epiſt. 4.

¶ Renaſcens, *tis. Arborum flos eſt pleni veris indicium, & anni renaſcentis*, Plin. 16, 25.

¶ Renātus, *a, um*, wieder gewachſen, verneuert; ut, *Dentes renati*, Plin. 11, 37. *Rurſus renatum fonte novo flumen*, Lucan. 3, 262 *Bellum iſtic renatum homines mirantur*, Cic. fam. 11, 11.

¶ Renaſcibĭlis, *e*. Hinc

¶ Renaſcibĭlitas, *atis*, ap. Auguſtin. renaſcendi facultas.

¶ Subnaſcor, *ſci*, ſuccreſcere, dahey aufwachſen, wieder herfür kommen. Sen. de Brev. Vitæ c. 5 *Ulcera cum ipſis membris abſciderat, alia ſubnaſcebantur.* Adde Plin. 5, 1; & 17, 27.

¶ Subnaſcens, *tis*. De *pomis aliis cadentibus, aliis ſubnaſcentibus* ex Plin. 12, 3. vide *Matureſcens.*

¶ Subnatus, *a, um*. Ovid. hal. v. 90 *Num vada ſubnati imo videntur ab herbis.*

¶ Supernātus, *a, um*, drüber gewachſen. Celſ. 8, 2 *Supernatis gravibus ulceribus aut fiſtulis.* Plin. 19, 3 *Supernato caule.*

¶ Supernaturalis, *e*, adj. & Supernaturaliter, adverb. übernatürlich, apud Theologos.

Naſica, naſiterna, naſo, vide mox *Naſus.*

NASPERCENĪTES, *æ*, m. vini genus in Ponto, Plin. 14, 7.

NASSA, *æ*, f. ein fiſchreuſen. Scribitur etiam *Naxa* in antiquis libris. Vide Orthogr. Claud. Dauſq. Formam naſſæ eleganter expreſſit Silius 5, 47 *Piſcator ad undas Ore levem patulo texens de vimine naſſam Cautius interiora ligat, mediamque per alvum Senſim faſtigani, compreſſa cacumina nectit.* Plaut. Mil. 2, 6, 98 *Nunquam hercle ex iſta naſſa ego hodie eſcam petam*, in die falle gehe ich heute nicht, da beiſſe ich nicht an. Cicero Attic. 15, 20 *Ex hac naxa exire conſtitui, non ad fugam, ſed ad ſpem mortis melioris.* Veſt. Gloſſ. *Naſſa*, κυρτος ἁλιευτικός. Eraſmus in Similibus: *Vt in naſſam facilis illapſus eſt, ſed exitus difficilis: Sic declive iter in vitia, reditus vero ad meliorem frugem non perinde facilis eſt.* Stobæus de Socrate lepidum ſane retulit Apophthegma lib. 2. Is enim conſulentibus ſe de ratione matrimonii contrahendi, reſpondere conſuevit: Οἱ ἰχθύες οἱ περὶ τὰς κυρτας, οἱ μὲν ἐξελθεῖν ὄντες βιάζονται ὑπεκθεῖν, οἱ δὲ ἔνδον ὄντες, βιάζονται ἐξελθεῖν. Id eſt: *piſces, qui circa naſſas ſunt, volunt intrare: qui jam autem intus ſunt, volunt exire*; Quod nos Germani de avibus caveæ incluſis dicere conſuevimus.

Naſiterna, (Feſtus S geminat.) vide *Naſiterna* ſub *Naſus.*

NASTVRTIVM, *i*, n. κάρδαμον, herba a naribus torquendis, Varrone auctore, dicta apud Nonium 11, 41. Et Plin. 19, 8 *Naſturtium*, inquit, *nomen accepit a narium tormento*, kreſſe oder gartenkreſſe. Cicero Tuſc. 5, 34 *Adhibent ad panem nihil præter naſturtium Perſæ.* Quod de Xenophonte affert, quem etiam laudat. Inter viliores & plebejos cibos Plutarchus etiam *naſturtium* refert libello de virtute ac vitio ſub fin.

NASTVS, *i*, m. νάστος, genus arundinis, Dioſc. 1, 99. ¶ 2. Placenta ex nonnullis condimentis conſtipata. v. Cæl. Rhodig. 9, 16.

NĀSVS, *i*, m. olfactus inſtrumentum, die naſe. Cicero de Nat. D. 2, 57 *Naſus ita locatus eſt, ut quaſi murus oculis interjectus eſſe videatur.* Et, *Naſus aduncus*, eine krumme habichts-naſe, Suet. Galba c. 21. Nam alia ratione *aduncum* Horatius dixit loco infra adducendo. Græcis, qui ejusmodi naſo ſunt, γρυποὶ appellantur: quales Perſæ præcipue amarunt, propter Cyrum, qui talem naſum habuit, ſupra reges omnes ab iis amatus: de quo Plutarchus Apophthegm. Huic ferme opponitur *naſus collifus*, qui & *ſimus* eſt, qualis Silenis tribuebatur, apud Senecam de Ira 3, 22, eine eingedruckte, verniffelte naſe, als die affen haben. ¶ 2. Aliquando pro ſagacitate & lepore in notandis irridendisque hominum vitiis ponitur. Martialis 1 epigr. 42 *Non cuicunque datum eſt habere naſum*, es iſt nicht ein jeder zum ſcherz, zur ſatyre, aufgelegt. Sane in irridendo fingitur varie & occupatur veluti naſus: ut merito eum irriſioni olim dicaverint. Plinius 11, 37 *Altior homini tantum, quem novi moves ſubdola irriſioni dicavere, naſus.* Hinc *Naſo adunco*, ut Horat. 1 ſat. 6, 5, ſive *excuſſo*, ut Perſius ſat. 1, 118 loquitur, *ſuſpendere aliquem*, eſt irridere & ſubſannare, einen verhöhnen, auslachen. Hinc idem Plinius præfat. operis, *Lucilium primum condidiſſe ſtili naſum*, ſcribit, quem primum mordacitatis & irriſionis ſatyricæ auctorem ſeu conditorem fuiſſe ſignificat. vid. Voſſ. 6 Inſt. Orat. p. 239. Sic *naſum Atticum*, Athenienſium irriſoriam vernilitatem Seneca vocat ſuaſoria 1. ¶ 3. *Naſum* quoque iræ ſedem eſſe, obſervat Raderus ad illud Martialis 6 epigr. 64 *Rabido nec perditus ore, Fumantem naſum vivi tentaveris urſi.* Quod proverbii ſpeciem habet, quo moneantur homines, ne irritent, Theocrit. Idyll. 1, 18 δε Pane, καὶ σὺ μὲ δρυμᾶς χολὰς ποτὲ μὴ κάθητον. Et Perſius ſat. 5, 91 *Diſce, ſed ira cadat naſo, rugoſaque ſanna.* ¶ 4. *Naſus* etiam ad res inſtar naſi prominentes, ut anſæ ſunt, transfertur, der henckel. Sic *Calicem naſorum quatuor* dixit Iuvenalis ſat. 5, 47. Adde ibi interpretes, & infra in *Naſiterna* quæ dicentur, obſerva. ¶ 5. *Naſus* denique piſcis in Danubio, ein naſen.

¶ Naſum, *i*, genere neutro etiam Nonius 3, 146 ex Lucilio. Sic & Plaut. Curc. 1, 2, 17 *Sagax naſum habet.* Et Menæchm. 1, 2, 57 *Ex iſto loco ſpurcatur naſum odore illutibili.* conf. Amph. 1, 1, 288; & Mil. 4, 6, 41.

¶ Nāsūtus, *a, um*, großnäſicht, qui & *Naſo* appellatus: unde & inter Romanorum cognomina venit. ¶ 2. Item, reprehenſor, irriſorque, ſive qui naſo ſuſpendit, ein klügling, ſpottvogel, naſenweis. Phædrus 4, 6, 1 *Tu qui naſute ſcripta deſtringis mea.* Martial. 13 ad. Lect. *Naſutus ſis usque licet, ſis denique naſus.* Compar. apud eumdem 2 epigr. 54 *Nil naſutius hac maligniuſque.* Et ſuperl. *Homo naſutiſſimus*, apud Senec. Suaſor. 7. Nam adjectivum eſt, & aliis verbis commodari poteſt. Eugenius Toletanus præfatione Carminum: *Naſutas fingere ſannas.*

¶ Nāsūtulus, *a, um*, adject. dimin. naſenweis; ut, *Naſutula mulier atque dicacula*, Steph. ex Apul.

¶ Naſute, adverb. idem. Sen. de Benef. 5, 6 *Naſute negare*, Phædr. 4, 6, 1 *Naſute ſcripta deſtringere*, beklügeln.

¶ Naſatus, *a, um*, der eine naſe hat. Lamprid. in Heliogab. c. 5 *Bene naſatos perquirere*, großnäſigte. Eadem locutio reperitur ibid. c. 8, 9 & 31. Sed alii legunt *bene vaſatos.*

¶ Naſica, *æ*, m. a *naſo* eſt, quod cognomen Scipionis fuit, ejus qui vir optimus a Senatu judicatus eſt, cum de advehenda matre Deûm ageretur, qua de re Cicero de Haruſp. reſponſ. c. 13. Liv. 29, 11 & 14. Plinius 7, 35. Val. Max. 8, 15, 3. Tangit etiam Ovidius Faſt. 4, 347. Alias ita dicebantur, puto, qui acuto contractoque naſo eſſent, illis, quibus diſploſæ nares, oppoſiti. Arnob. lib. 3 p. 108. edit. Mair. de Diis gentilium, *Ergo eſſe, dicendum eſt, quosdam capitones, ſiluncules, frontones, labeones: in his alios mentones, nævios, atque naſicas, hos diſploſis naribus, illos reſimis &c.* Idem lib. 6 p. 196 *Poteſt ut hic flavus ſit, in veritate habeat oculos cæſios: diſploſas ut geſtitet naves, quem eſſe vos facitis figuratisque naſicam.* Nec aliud *Naſonum* cognomen; *Naſones* enim, qui probe naſati.

¶ Naſidius, Naſidianus, & Naſidienus, *i*, nomina Romanorum apud Lucan. 9, 790. Martial. 7 epigr. 53. Horat. 2 ſat. 8, 1 &c. Sicut &

¶ Naſo, *onis*, m. cognomen Romanum a *naſo*: videntur enim *Naſones* appellati, qui magno naſo eſſent. Plura enim cognomina a partibus corporis aſſumſerunt; ut, *Capitonum, Frontonum, Labeonum, &c.* Nobile inprimis hoc redditur nomen in P. Ovid. ingenioſiſſimo & diſertiſſimo poëtarum. v. ejus epiſt. 9 ex Ponto lib. 4, 2.

¶ Naſiterna, *æ*, f. genus vaſis aquarii a *naſis*, i. e. anſis ternis ſic dicti, ein dreyhenckelicht gefäß. Aliter Perizon. animadverſ. c. 9 p. 373. Plaut. Stich. 2, 2, 28 *Ecquis huc effert naſiternam cum aqua.* vide Feſtum & ibi Scaligerum, & Nonium 15, 25. Onomaſt. *Naſiterna*, ὑδρία.

¶ Naſiternatus, *a, um*, qui naſiternam geſtat. Calphurn. apud Fulgent. de priſco ſerm. n. 27 *Vbi tu naſiternatus aquam petas.*

¶ Denāſo, *āre*, die naſe abbeiſſen, apud Plautum legitur Capt. 3, 4, 72 *Os denaſabit tibi:* pro quo in Menæchm. 1, 3, 12 eſt: *naſum abripere mordicus.*

NASVS, *i*, Gr. Νᾶσος, Dorice pro Νῆσος, interdum *Naſſus* in codicibus Livianis, *Inſula*, Syracuſarum pars ponte ad reliquam urbem adjuncta. vid. Cic. in Verr. 4, 52. Liv. 25, 24.

Nata, vide *Naſcor*, Natabulum, *No, āre*, Natalis, natalitius, *Naſcor*, Natare, natatilis, natatio, natator, &c. *No, āre.*

NĀTES, *ium*, f. plurale, quas a nitendo dictas volunt nonnulli; ſuſtinent enim corporis ſedentis molem, der hinter, die arßbacken. Martial. 14 epigr. 18 *Alea parva nuces, & non damnoſa videtur, Sæpe tamen pueris abſtulit illa nates*, i. e. ſi ultra tempus permiſſum nucibus luderent, cæſi ſunt ferula. Exſtat tamen etiam ſingularis. Feſtus in voce pullus: *Natis fulmine icta.* Et Horat. 1 ſat. 8, 46 *Diffiſſa nate.*

NATEX, *ĭcis*, m. cochlea parva marina, quæ & *nerites* dicitur, a *natando* dicta.

NĀTĬNOR, *ari*, negotiari. Cato apud Feſtum: *Inter ſe natinari.* conf. Gloſſ. Iſidori. Scaligero idem eſt ac more natantium ſemper in negotiis fluctuare.

¶ Natinatio, *ōnis*, f. negotiatio, Feſtus.

¶ Natinator, *ōris*, m. negotia gerens; item, ſeditioſus. Idem.

Natio, nativitas, nativus, &c. vide *Naſcor*, Nato, are, *No, āre.*

NATRIX, *īcis*, gen. commun. ſerpens qui & Hydrus, Cherſydrus, eine natter, waſſerſchlange. Nonius Marcell. 1, 334 *Natrices dicuntur angues natantes.* Cicero Acad. 4, 38 *Cur Deus, omnia noſtri cauſſa cum fecerit, tantam vim natricum viperarumque fecit?* ¶ 2. Metaphorice *Natricem*, i. e. peſtiferum & noxium hominem, Tiberius Cajum Caligulam, populo Rom. futurum prædixit apud Suet. Calig. c. 11. Alia metaphora Lucilius apud Nonium l. c. *Si natibus natricem impreſſit craſſam & capitatam.* Vbi per *natricem* virgam intelligit aut ſcuticam, quæ ſerpentis inſtar curvetur & mordeat. ¶ 3. *Natrix* vocatur herba, cujus radix evulſa virus hirci redoiet, Plin. 27, 12.

Natta, vide in *Naeca*, Natura, naturalis, natus, *Naſcor.*

NAVA, *æ*, fluvius augens Rhenum, in quem exoneratur infra Moguntiacum ad Bingium oppidum: ab accolis vocatur Nah. Vide omnino Scalig. Lect. Auson. 1, 1.

Navalis, navarchus, nauclericus, nauclerius, nauclerus, vide *Navis*.

NAVCRATIS, *is*, Ægypti urbs vel eo nomine nobilis, quod patria celebrium aliquot in antiquitate hominum. e. g.

¶ Naucratita, *æ*, est Athenæus, Deipnosophistæ auctor, qua occasione plura de Naucrati Fabric. Bibl. Gr. 2, 20 p. 630.

NAVCVS, *i*, m. vel Naucum, *i*, n. pro nugis ponitur, & est nucis aliarumque rerum putamen, was man von den nüssen oder sonst abschälet und wegwirfft, vide Festum, ubi Nævius: *Noctem nauco ducere*, i. e. nugis. ¶ 2. Item, olivæ nucleus, der kern von einer oliven. vid. eumdem Festum. ¶ 3. Hinc *nauci hominem*, nihili dicimus, ein loser unnützer mensch. Plaut. Most. 5, 1 pr. *Qui homo timidus erit in dubiis rebus, is nauci non erit*, untüchtig, ein auswürfling. *Nauci facere*, nichts achten, Idem Plaut. Bacch. 5, 1, 16.

Naufragium, &c. navicula, naviculari, &c. navigatio, navigator, naviger, navigium &c. quære in *Navis*.

NĀVIS, *is*, f. ein schiff. *Navicula vectoria*, Suet. Cæs. c. 63. *Navis piscatoria*, ein fischer-kahn. *Piratica, prædatoria navis*, ein raubschiff. *Navis regia, prætoria*. Leguntur hæ navium differentiæ apud Livium, Cæsarem & Quintil. conf. Ioh. Schefferus de Milit. navali; de *nave regia* Duk. ad Livium 33, 30. *Naves rostratæ*: quæ & *æratæ* apud Cæsarem de B. Civ. 2, 3. Sunt enim rostra ex ære. *Naves tectæ, constratæ, apertæ*, apud eumdem Cæsarem de B. C. 1, 56; & 2, 3 & 23. *Naves claudæ & mutilatæ*, schadhafte schiffe. Livius 37, 24, qui easdem & *vulneratas* sæpius dixit. vide v. gr. c. 1. & c. 30. Lucretius *clauda navigia* appellat 4, 441. *Exarmata navis* est armamentis spoliata, abgetackelt, Sen. Consol. ad Helv. extr. *Tabellariæ naves*, quæ adventantis classis nuntium ferebant, jagten, Sen. epist. 72, possis generatim ita vocare, quæ hodie commeare solent statis diebus, packet-boote. *Naves efficiendo ponti*, Tac. Hist. 5, 19, 2. *Navem ædificare*, Plaut. Merc. prol. v. 87. *Ex integro fabricare*, Suet. Aug. c. 16, quod *τῷ reficere* opponitur. *Navem* vel *in navem conscendere*, Cicero fam. 14, 7. *Navem ascendere*, Nepos 23, 7, 6; &, *In navem ascendere*, Idem 2, 8, 6, ubi quidam codices eleganter legunt *escendere*, ut alibi laudatur: vid. Io. Andr. Bosium ibidem: alii & absolute *conscendere* dixerunt, de quo suo loco, zu schiffe gehen. Huic contrarium *egredi navi*, & absolute *egredi*, aussteigen, Ter. Heaut. 1, 3, 9; Et C. Nepos 7, 6, 3 *Navem incitare*: vid. *Cieo*. *Navem statuere*, i. e. sistere, Plaut. Bacch. 2, 3, 57. *Navem tenere in ancoris*, vor ancker liegen, Nepos 2, 8, 7; & alii. *Navem deprimere, supprimere*, versencken, Cicero, Nepos. Vnde *Naves depressæ*, apud Tac. Hist. 4, 79, 7. *Navem frangere*, Ter. Andr. 1, 3, 17, schiffbruch leiden. *Navis fidit*, das schiff sincket. vid. *Sido*. *Elidi* etiam dicitur *navis*, cum perit. *Navis in noctem conjecta*, i. e. oppressa nocte, Cæs. de B. C. 3, 28. *Navem applicare ad terram*, Idem de B. C. 3, 101. *Navem in terram ejicere*, Id. de B. C. 3, 25 & 28, aufahren, landen. Vide ibi Ciaccon. Horat. 2 epist. 1, 114 *Navem agere ignarus navis timet. Subducti naves* dicuntur, quæ peracto cursu navigationis in terram subducuntur, quod convenit aliquomodo cum Germanorum, abtackeln. *Deduci* contra, quæ accinguntur itineri, vide & in *Duco*. *Navem exercere*, ein schiff haben, Paulus ICtus lib. 2 Recept. Sentent. tit. 6. *Navi advehi*, Sulpic. Ciceroni fam. 4, 12, zu schiffe ankommen. *Navibus venire*, Livius 26, 17. Et, *Salva nave in portum pervenire*, Quintil. 2, 17. *Confecit optime cursum navis, quæ scientissimo gubernatore utitur*, Cicero de Invent. 1, 34. ¶ 2. Metaphorice statum & fortunam significat. *Vna est navis jam bonorum omnium*, Idem fam. 12, 25, einerley zustand. Similiter 2 epist. 5 dixit, *In eadem esse navi*. Livius 44, 22, *qui in eadem velut navigio participes sunt periculi*. ¶ 3. Speciatim Ciceroni frequentes sunt formulæ, quibus respublica ejusque status cum navi comparatur. v. g. pro Sextio c. 20 *Cum in hanc vetp. navem, ereptis senatui gubernaculis, fluitantem in alto tempestatibus seditionum* &c. it. fam. 9, 15 *Sedebamus in puppi & clavum tenebamus; nunc autem vix in sentina est locus*. ¶ 4. Naves antiqui Diis, Deabusque consecrabant, eorum tutelæ committebant, & insignia navibus præponebant, de quibus suis locis. Ovid. Trist. 1, 3, 110 *Pios verberat unda Deos*. ¶ 5. In navi sunt: *Malus, antenna, velum, carina, sentina, remi, funes, rudentes, camelus, contus, ancora, rostrum, prora, puppis, gubernaculum, clavus, temo, camera, tectum, statumina &c.* de quibus agimus suis locis.

¶ Nāvicula, *æ*, f. dimin. kahn, boot; ut, *Naviculâ trajicere*, Cic. post red. ad Quir. c. 8. Et Acad. Qu. 4, 48 *Nos ad nuviculas nostras descendimus*. Suet. Cæs. c. 63 *Navicula vectoria*. Adde Cæs. B. C. 2, 3; Vitruv. 10, 13; Lactant. 4, 15.

¶ Naucula, *æ*, f. per syncopen pro *navicula*. Paulin. epist. ad Cyther. v. 247 *Saliens in illam deciderit nauculam*.

¶ Naucella, *æ*, f. idem. Lege 17 § 1 Dig. de instruct. vel instr. leg. *Instrumento piscatorio contineri naucellas, quæ piscium capiendorum caussa comparatæ sunt*. Quasi Navicella.

¶ Nauculor, *ari*, vel, quod idem est,

¶ Nāviculor, *ari*, navi vehi, schiffen. Martialis 3 epigr. 20 *Piger Lucrino nauculatur in stagno*.

¶ Naviculātor, *oris*, m. idem qui *Nauclerus*, ein schiffer. Cicero *Naviculatores* cum mercatoribus conjungit, pro Lege Manilia c. 5.

¶ Nāviculārius, *i*, m. idem. Cic. Verr. 2, 55 *Aratores, mercatores, naviculatii*. Idem fam 16, 9 *Cum honesto aliquo nomine* (naviges) *cujus auctoritate naviculatius moveatur*.

¶ Naviculārius, *a, um*, adject. pertinens ad navigandi artem & usum; ut, *Naviculatius homo*, Cic. ad Att. 9, 3. *Naviculatia functio*, schiffer-verrichtung, l. 3 Cod. de prædiis naviculatior. *Onus naviculatium*, schiff-last, l. 2 & 12 Cod. Theod. de Naviculatiis.

¶ Naviculāris, *e*, idem; ut, *Res naviculatis*, i. e. nautica, das seewesen, Hermog. ICt. in Dig.

¶ Naviculatia, *æ*, f. ars navis regendæ, die schiffer-kunst; ut, *Naviculatiam facere*, einen schiffer abgeben, Cicero in Verrem 5, 17.

¶ Nāvālis, *e*: ut, *Apparatus navalis*, Cicero Att. 10, 8, schiff-rüstung. *Socii navales*, Livius 21, 50 & alias sunt omnes, quorum opera naves bellicæ aguntur, matrosen, boots-leute. Ita Livius l. c. manifeste illos opponit militibus, *naviumque*, inquiens, *quam virorum aut armorum malle certamen facere*: Nam *ut sociis navalibus affatim instructam classem, ita inopem milite habebat. Disciplina navalis*, Cicero pro Lege Manil. c. 18, kunst und wissenschaft mit schiffen umzugehen. *Corona navalis*, quæ ei donabatur, qui primus in hostium navem armatus transiliisset, Festus & Gell. 5, 6. Et, *Bellum navale*, krieg zu wasser. *Navalis belli peritissimus*, Corn. Nepos 2, 2, 3.

¶ Navāle, *is*, n. substantive, der port, hafen, rhede. Ovid. epist. 18 Leandri v. 207 *Adtum nostræ navale carinæ*: Et Met. 3, 661 *Sicum navale*. ¶ 2. Frequentius & usitatius in plurativo *Navalia*: locus, ubi texuntur naves, arsenal, aut ubi subduncuntur. Quamquam de isto nonnulli maxime capiunt. Servius ad Virgil. Æneid. 11, 326 *Quidam* TEXAMVS *proprie dictum tradunt: quæ luca, in quibus naves fiunt, Græcis* ναυπήγια, *latine* TEXTRINA *dicuntur. Ennius dicit*: Idem campus habet textrinam navibus longis. NAVALIA *enim non esse* ναυπήγια, sed νεώρια. Hæc Servius. Virgil. Æneid. 4, 593 *Diripientque rates alii navalibus, &c.* Cæs. de B. C. 2, 3 *Ex navalibus eorum unam* (navem) *deducit*. Et c. 4 *Ex navalibus productas naves referant*. Ovid. Trist. 4, 8, 17 *In casa ducuntur quasse navalia puppes*. Genitivum pluralem Vitruvius 5, 12 *navaliorum* ex alio ordine formavit. ¶ 3. *Navalia* Romanorum locus prope Tiberim. vid. Liv. 3, 26; 8, 14; & 42, 51. ¶ 4. *Navalia* etiam sunt *excavata anatium stabula*, enten-nester. vid. Varro de R. R. 3, 5.

¶ Nāvācūlum, *i*, n. navale, ein meer-hafen, eine schiff-stelle. Gloss. lat. gr. *Navaculum*, ναύσταθμον.

¶ Navia, *æ*, f. *lignum cavatum ut navis, quo in vindemiis uti solent*, Fest. add. Macrob. Saturn. 1, 7.

¶ Naulum, *i*, n. ναῦλον, pretium pro vectione in navi, das schiffgeld, fahr-geld. Iuvenalis sat. 8, 97 *Post omnia perdere naulum*. Hoc *Portorium* Plautus Asin. 1, 3, 6 dixit.

¶ Nauta, & Nāvita, *æ*, m. ein schiffmann. Cicero Att. 9, 2 *Navitam ipse audire videor jam evocantem*. Cæs. Bell. Gall. 5, 10 *Quod neque ancoræ funesque subsistrent, neque nautæ gubernatoresque vim tempestatis pati possent*. Propertius 2, 1, 43 *Navita de ventis, &c.* vide *Narro*.

¶ Nautālis, *e*, schiffmännisch. Auson. Mosellæ v. 223 *Reddit nautales vitreo sub gurgite formas*.

¶ Nauticus, *a, um*, zur schiffahrt gehörig; ut, *Clamor nauticus*, Virgil. Æneid. 3 v. 128. *Cantus nauticus*, h. e. in navi, vel inter nautas exortus, Cicero Nat. D. 2, 35. Et, *Verbum nauticum*, Idem ad Att. 13, 21. *Panis nauticus*, schiff-brot, Plin. 22, 25. *Castra nautica*, ein lager am ufer zur bedeckung der flotte, Nepos 7, 8, 5. Sic *Nautici*, qui navem gubernant, boots-leute, matrosen, Plinius 9, 31; Liv. 37, 28; Gell. 2, 22.

¶ Nautea, *æ*, f. aqua de sentinis, ut Non. ait 1, 25, schiff-jauche. Plaut. Asin. 5, 2, 45 *Nauteam bibere malim, quam &c.* Aliunde Festus ducit, quem videas.

¶ Navarchus, *i*, m. ναύαρχος, navis princeps, der schiff-capitain, Cicero Verr. 3, 80. Adde l. 6 Cod. de Naviculat. item Quintil. 4, 2; & Plin. 35, 10.

¶ Nauclērus, *i*, m. ναύκληρος, navis dominus, der schiff-patron, dem das schiff gehöret. Plaut. Mil. 4, 3, 16; l. 4 Cod de Naviculat. Idem Isidor. 19, 1 *Nauclerus dominus navis est appellatus, quod navis in sorte ejus sit*. Κλῆρος *enim græce sors dicitur*. Adde Tertull. de Præscript. 30; & adv. Marc. 4, 9.

¶ Nauclerius, & Nauclericus, *a, um*, ναυκληρικός; ut, *Nauclerius & nauclericus ornatus*, schiffer-habit, Plaut. Asin. 1, 1, 54.

¶ Naufrăgus, *a, um*, qui navem frangit, hoc est, naufragium facit, schiffbrüchig, der schiffbruch leidet; ut, *Naufragorum ejecta & debilitata manus*, Cicero Catil. 2, 11. Et, *Dare naufrago tabulam*, Seneca Benef. 3, 9. *Puppis naufraga*, Ovid. Her. epist. 2 v. 16. Et, *Corpora naufragæ*, Virg. Georg. 3, 542. Metaph. Cicero pro Sulla c. 14 *Patrimonio naufragus*, der schiffbruch an seinem vermögen gelitten. ¶ 2. Et active, das schiffbruch zuwege bringt; ut, *Mare naufragum*, Horat. 1 od. 16, 10. Ita Tib. 2, 4, 10 *Naufraga quam vasti tunderet ira maris. Naufraga tempestas*, Val. Flaccus 1, 584.

¶ Nāvīfrăgus, *a, um*, poëtæ etiam dicunt pro *Naufragus*. Ovid. Trist. 5, 8, 11 *Vidi ego, navifragum qui riserat, æquore mergi*. Prudent. præfat. adv. Symmach. 1, 9 *Et vim navifragi pertulerat noti*. Et Auson. epist. 7 v. 405 *Non hic navifrago quæritur æquore*. Statius Theb. 5, 41 *Saxa navifraga*.

¶ Naufragālis, *e*, Mart. Capell. lib. 6 *Capraria naufragalis*, ad quam naufragia sæpe fiunt.

¶ Naufragiōsus, *a, um*, idem. Claud. Mamert. de Stat. Anim. 1, 1 *Naufragiosum pelagus disputationis intrare*. Et Sidon. 4 epist. 12 *Naufragioso pelago conformis est motus animorum*.

¶ Naufrăgium, *i*, n. der schiffbruch; ut, *Naufragium facere*, Ciceroni fam. 16, 9; *pati*, Sen. Herc. Oet. v. 118. *Naufragium commune omnibus solatium*, κοινὸν ναυάγιον τοῖς πᾶσι παραμυθιον. vid. Chiliad. *Naufragium rei familiaris, fortunarum*, schaden und ruin der nahrung, eleganti metaphora dixit Cicero fam. 1, 9; & pro Rabirio perduel. c. 9.

¶ Naufrăgo, *are*, vel Naufragor, *ari*, pro naufragium facere, schiffbruch leiden. Vitiis sermonis annumeratur a Vossio lib. 4 p. 716. Adest tamen autoritas Petronii fragm. Trag. p. 49 c. 76 *Omnes naves naufragarunt; uno die Neptunus trecenties septentium devoravit*.

Vsur-

Vſurpavit Interpres Bibliorum vetus haud dubie verbum volens verbo reddere, 1 Tim. 1, 14 *περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν, circa fidem naufragaverunt.* Hæſit hic locus in mente Auguſtini, cum ex alio (1 Tim. 6 v. 10) hæc citaret Apoſtoli verba lib. 1 de Morib. Eccleſ. cathol. c. 19 *Radix omnium malorum cupiditas, quam quidam ſequentes naufragaverunt a fide:* quamquam ibi non ἐναυάγησαν eſt in fontibus, ſed ἐπλανήθησαν, quod vetus Interpres reddidit, *erraverunt.* Cyprianus quoque de Lapſis c. 10 *Naufragaverunt a fide.* Iterum Auguſtinus epiſt. 48 *Sine ullo luctamine naufragatis.* Et c. 24 Meditat. *Loca periculoſa Scylla & Charybdis, & alia innumerabilia, in quibus naufragantur incauti.* Sidon. 4 epiſt. 21 *Quo plus induſtrius quisque æquor agrorum frequentat, hoc minus naufragat.* Salvian. lib. 3 Gub. p. 49 *Apoſtolus ter naufragaſſe ſe dicit. Non ter tantummodo naufragavimus.* Paulinus ad Cytherium v. 154 *Namque ante, pelago quam periret naufragus, Iam mente naufragaverat.*

¶ Nāvĭger, *a, um*, ſchiffreich. Lucret. 1, 3 *Mare navigerum.* Veget. 3, 7 *Navigeri amnes.* Ammian. 23, 20 *Adiubene ſita inter navigeros fluvios.*

¶ Nāvĭgo, *avi, atum, are*, prius notabat *navem agere*, unde & conflatum: ſed accipitur generatim pro *nave iter facere*, ſchiffen, ſegeln, über waſſer reiſen. Ter. Hec. 3, 4, 2 *Non hercle verbis dici poteſt, quantum reipſa navigare incommodum eſt.* Cicero ad Att. 5, 12 *Negotium magnum eſt navigare.* Et, *Probo navigio, bono gubernatore navigare*, Cicero Acad. 4, 31. Sed ad Att. 10, 11 p. 170 Græv. *Recordor cum illo Rhodiorum ἀφράκτῳ navigans, quam fuerim ſolicitus. Navigare pleniſſimis velis*, Idem pro domo c. 10, mit vollem winde ſegeln. Et, *Navigare in portu*, eſt a periculo abeſſe, Ter. Andr. 3, 1, 22. Cicero pro Lege Manil. c. 12 *Quis unquam tam brevi tempore tot loca adire, tantos curſus conficere potuit, quam celeriter, Cn. Pompejo duce, belli impetus navigavit?* Loquitur de bello Piratico claſſibus Pompeji ductu confecto. ¶ 2. *Navigari* paſſive: Plinius 2, 67 *A Gadibus columnisque Herculis, Hiſpaniæ & Galliarum circuitu, totus hodie navigatur occidens. Septemtrionalis Oceanus majori ex parte navigatus eſt auſpiciis divi Auguſti*, iſt befahren worden. Impersonaliter Cicero pro Lege Manil. c. 11 *Quum aut hieme, aut referto prædorum mari navigaretur.*

¶ Navĭgans, *tis.* Cicero Off. 3, 23 *Navigantem in alto ejicere de navi.* Et mox: *Quoad perventum ſit eo, quod ſumpta navis eſt, non Domini eſt navis, ſed navigantium.* conf. Petron. c. 107.

¶ Navigātus, *a, um*, beſchifft, befahren; ut, *Navigatus fluvius*, Plinius 6, 20. Et Tac. Germ. 34, 2 *Ambiunt immenſos lacus Romanis claſſibus navigatos.*

¶ Nāvĭgātio, *ōnis*, f. die ſchiffahrt; ut, *Secunda navigatione pervehi*, Tac. Ann. 2, 8, 1, glücklich ſchiffen. Metaphora eleganti Cicero de Sen. c. 19 extr. *Quo propius ad mortem accedo, eo citius quaſi terram videor videre, aliquandoque in portum ex longa navigatione eſſe venturus.* Ita Quint. 12, 2 p. 1062 Burm. *Epicurus fugere nos omnem diſciplinam navigatione quam velociſſima jubet.* Adagii vim habet: *Iucundiſſima navigatio juxta terram, ambulatio juxta mare.* Plutarchi eſt in primo Sympoſ. παῦε μὲν ὁ παρὰ γῆν, περίπατος δὲ ὁ παρὰ θάλατταν ὑδίσος. Diem anni, quo navigationem auſpicabantur veteres, feriis publicis celebrabant. v. Turneb. Adverſ. 18, 24.

¶ Navigātor, *ōris*, m. ein ſchiffer. Quintil. Declam. 12 *Infelix navigator es, cujus votis auræ non reſpondent.* Adde Inſt. Orat. 5, 10. Paulinus Nol. ad Cytherium v. 397 *Qui veſte trita navigator venerat.*

¶ Navigābĭlis, *e*, ſchiffreich, das beſchiffet werden kan; ut, *Flumina navigabilia*, Sen. Benef. 3, 8. Quintil. 8, 3 p. 706 exemplum falſæ ſimilitudinis ponit, *Magnorum fluminum navigabiles fontes ſunt.* Sic Livius 35, 44 *Simul primum anni tempus navigabile præbuiſſet mare.* conf. Mela 2, 1.

¶ Nāvigium, *i*, n. omne genus navis, quo in mari utimur, allerley ſchiffe und fahrzeug. Cicero Acad. 4, 31 *Probo navigio, bono gubernatore ac tranquillitate.* Et Cæſ. B. Gall. 4, 26 *Speculatoria navigia.* Metaphorice de rep. Cicero Att. 15, 11 p. 638 *Prorſus diſſolutum inveni navigium, vel potius diſſipatum.* ¶ 2. Poſteriore ævo pro Navigatione ſæpe. Rutilius 1, 541 *Tempora navigii clarus reparaverat Eurus.* Atque ita Servius in Virg. Georg. 1, 139 *Navigio invento*, h. e. navigatione. Ad quem modum in eodem Servii commentario plura loca Gronovius Obſervat. ad Script. Eccleſ. c. 25 ex duobus membranaceis codicibus reſtituit, v. g. in Georg. 2, 44, ubi editum, *ad navigandum*, repoſuit laudatus vir MSStorum fide *ad navigium.* Et exordio in 4 Æn. pro, *navigationum pericula*, repoſuit unum verbum *navigium.*

¶ Navigiŏlum, *i*, n. dimin. Lentulus Senatui Ciceron. fam. 12, 15 *Nos vix ipſi ſingulis cum navigiolis reciperemur.* Hirt. B. Afric. c. 63 *Navigiolum parvum conſcendit.*

¶ Naumăchia, *æ*, f. ναυμαχία, pugna navalis ludicra, ein ſchiffſtechen; ut, *Naumachiam committere*, Suet. Claudio c. 21. *Naumachiæ ſpectaculum*, Vellej. 2, 56, 1. ¶ 2. Item locus, ubi ejusmodi pugnæ fiebant; qua ratione *præclufam Naumachiam* Suetonius dixit Ner. c. 27.

¶ Naumachiarius, *i*, m. ἐπιβάτης, qui prœlium navale committit, ſchiff-kämpffer, Suet. Claudio c. 21 &c. Et, *Pontem naumachiarium* Plinius adjective dixit 16, 39 & 40.

¶ Naupēgus, *i*, m. ein ſchiff-bauherr. Gloſſ. gr. lat. ναυπηγὸς, *Faber navalis.* conf. Firmicus 4, 17.

¶ Naupegiārius, *i*, m. idem. Inſcript. apud Sponium Miſcell. Erud. Antiq. p. 67 COLLEG. NAVPEGIAR. Adde Reineſ. Inſcript. p. 602.

¶ Nauſtĭbŭlum, *i*, n. Feſtus exponit *alveum ad navis ſimilitudinem factum.* Voſſio Etym. p. 339 videtur potius ſignificare *portum* ſive *navium ſtationem*, quaſi *navis ſtabulum*, ut græce ναύσταθμος, ein ſchiff-haſen.

¶ Nauſum, *i*, n. genus navigii Gallici. Auſon. epiſt. 22 *Nauſo aliave quavis navi:* Et mox v. 38 *Vt inde nauſo devebat.*

Compoſita cum præpoſit.

¶ Adnavigo, vel Annavigo, *are*, anſchiffen, anländen, herzuſchiffen. Plin. 35, 10 *Rhodum quum Apelles adnavigaſſet.*

¶ Adnavigans, *tis.* Plin. 36, 12 *Pyramides conſpicuæ undique adnavigantibus.*

¶ Adnavigatio, *onis*, f. die landung, anländung, herbeyſchiffung. Ulpian. l. 4 §5 ff. de Off. proconſ. & leg. *Græcia ἐπιδημίας accęſſus ad urbem appellat, ſive καταπλεῦ, adnavigationem.*

¶ Circumnavĭgo, *are*, herum ſchiffen, umher ſchiffen. Vellej. 2, 106, 3 *Claſſis, qua oceani circumnavigaverat ſinus.*

¶ Enavigo, *are*, überſchiffen, die ſchiffahrt vollenden. Plinius 6, 17 *Proditur, Alexandrum non potuiſſe ante menſes quinque* (Indum) *enavigare.* Horat. 2 od. 14 v. 11 *Vnda* (inferorum) *omnibus enavigandæ.* ¶ 2. Tralate Cicero Tuſc. 4, 14 *E quibus tanquam ex ſcrupuloſis ſcopulis enavigavit oratio.*

¶ Enavigatus, *a, um*, überſchifft; ut, *Sinus enavigatus*, Plinius 9, 3 *Enavigato Malæo*, Symmach. 8 epiſt. 61.

¶ Enavigatio, *onis*, f. die landung, vollbrachte ſchiffahrt, apud Auguſtinum.

¶ Innavĭgo, *are*, darinn ſchiffen, hinein fahren. Scribanius in Prodigo: *Scelerum fluctibus innavigare.*

¶ Innavigans, *tis.* Mela 2, 1 *Siniſtro latere innavigantium appoſita.*

¶ Innavigabĭlis, *e*, unſchiffbar. Livius 5, 13 *Inſignis annus hieme gelida ac nivoſa fuit, adeo ut via clauſa, Tiberis innavigabilis fuerit.*

¶ Pernavĭgo, *are*, durchſchiffen. Plin. 2, 67 *Ex Indico mari pars pernavigata eſt Macedonum armis.*

¶ Prænavigo, *are*, vorbey ſchiffen. Plin. 6, 28 *Duo oppida Tigri prænavigari tradunt.* Pomp. Mela 2, 3 *Ad Sunium tendentibus illa prænaviganda.*

¶ Prænavigatio, *ōnis*, f. Plin. 6, 31 *Statius Seboſus a Gorgonum inſulis prænavigatione Atlantis dierum XL ad Heſperidum inſulas curſum prodidit*, wenn man das gebirg Atlas umfähret.

¶ Præternavĭgo, *are*, vorüberſchiffen. Vet. Gloſſ. *Præternavigo*, παραπλέω. Apulej. de Deo Socratis extr. *Scyllam præternavigavit.*

¶ Præternavigatio, *ōnis*, f. Plin. 4, 12 *Æginæ XX mill. paſſ. præternavigatio eſt*, man hat vorbey zu ſchiffen.

¶ Renavĭgo, *are*, zurück ſchiffen, heim ſchiffen. Idem Plin. 6, 23 *Ex India renavigant menſe Decembri*: & Cicero ad Attic. 14, 16 *In Puteolana & Cumana regna renavigare.* Paſſ. Sen. Herc. fur. 716 *Acheron invius Renavigari.*

¶ Supernavĭgo, *are*, drüber ſchiffen. Gloſſ. Cyrill. *Supernavigo*, ἐπιπλέω.

¶ Transnavĭgo, *are*, hinüberſchiffen. Sulp. Severus Dialog. 1 de Monach. Orient. c. 1 *Tot maria transnavigavimus.* Habet etiam Front. Strat. 1, 4; 2, 5; 4, ult. 19.

¶ Transnavigatus, *a, um.* Mela 2, 3 *Athos mons -- perfoſſus transnavigatusque.*

Navita, vide *Nauta* in *Navis*, Navitas, naviter, *Navo*, Naulium, *Nablium*, Naulum, naumachia, &c. *Navis.*

NĀVO, *avi, atum, are*, eſt ſtudioſe & ſtrenue aliquid facere ſeu præſtare, mit fleiß und ſorgfalt ausrichten. Budæus hoc verbum a nautis deducit, quod ſint auxilio aliis in navibus gubernandis. conf. Voſſ. Etym. p. 238. Cicero fam. 6, 1 extr. *Nemo eſt tam afflictus, qui ſi nihil aliud ſtudeat, niſi id, quod agit, non poſſit navare aliquid & efficere.* Hinc *Navare operam*, ſive *ſtudium alicui*, apud Ciceronem ſæpius legitur: quod eſt ſtudio atque opera ſua aliquem ſtudioſe ſtrenueque juvare, einem zu helffen, fleiß anwenden. Cicero fam. 3, 10 pr. *Vt noſtram in te benevolentiam navare poſſimus*, rechtſchaffen erweiſen. Livius 7, 16 *Fortiter in acie operam navare*, ſich in der ſchlacht wohl halten. Tac. Hiſt. 5, 25, 3 *Bellum alicui navare.* Idem Hiſt. 4, 59, 5 *Interfectorem Vocule aliis ordinibus, cæteros, ut quisque flagitium navaverat, præmiis attollit*: i. e. ut quisque in exſequendo flagitio, ſive interficiendo Vocula contulerat operam, ſeque præbuerat ſtrenuum, die bosheit tapfer verübt. Sic & Cicero fam. 9, 2 *Navare rempublicam* dixit pro *curare.* vid. Parei Lex. Crit. p. 774.

¶ Nāvus, & per proſtheſin Gnavus, *a, um*, celer, ſtudioſus, ſtrenuus, wacker, rüſtig. A *navis* velocitate Donatus & Feſtus deducunt. *Navus & induſtrius homo*, Cicero Verr. 3, 21. *Odorunt agilem gnavumque remiſſi*, Horat. 1 epiſt. 18 v. 90. *Timor navus*, qui vehementer ſolicitat ad fugam &c. Silius 7, 349 *Stimulatque ruentes Navus abire timor*, die furcht macht ihnen füſſe. Compar. Ammia. 26 . . . . *Erant in inquirendis rebus gnaviores.*

¶ Nave, vel Gnave, adverb. mit fleiß. Plaut. citante Feſto: *Nave agere oportet, quod agas non ductarie.* Et Salluſt. Iug. c. 77 *Imperata gnave fecerant*, al. *gnaviter.*

¶ Naviter vel Gnaviter, adverb. idem; ut, *Naviter perficere*, Ter. Eun. 1, 1, 6. *Bellum gerere naviter*, Liv. 24, 23 *Conſilium agendi gnaviter*, Horat. 1 epiſt. 1 v. 24.

¶ Nāvĭtas & Gnavitas, *ātis*, f. induſtria, die emſigkeit, hurtigkeit. Cicero 1 fam. 10, 25 *Iſtam operam tuam, navitatem, animum in rempubl. celeritatem præturæ anteponenda cenſeo.* Arnob. lib. 1 *Gnavitas ſtudioſa.*

¶ Navities, *ēi*, f. idem. Gloſſ. gr. lat. ἀρετὴ, *induſtria, navities, virtus.*

Compoſita:

¶ Enāvo, *āre*, ad finem navare. Vnde

¶ Enavatus, *a, um*, angewandt, vollbracht. Tac. Hiſt. 3, 74, 3 *Præmia enavatæ operæ petebant*: ubi vulgati libri *navatæ* habent. Vide Theodori Ryckii animadverſionem.

¶ Ignāvus,

¶ Ignāvus, *a, um*, cujus contrarium *fortis* eſt, träge, faul, hinläßig, verzagt; ut, *Ignavus miles ac timidus*, Cic. Tuſc. 2, 23. Ovid. Pont. 1, 5, 5 *Cernis, ut ignavum corrumpant otia corpus.* Comparationis gradus quoque ferre poteſt: *Homo inertior, ignavior*, Cic. Verr. 2, 78. Et, *Pejor, an ignavior ſit, deliberari non poteſt*, Salluſt. Fragm. c. 7. *Ignaviſſimus & fugaciſſimus hoſtis*, Liv. 5, 28. Idem 9, 4 *Ab ignaviſſimo ad opera ac muniendum hoſte clauſi.* Prov. *Ignavis ſemper feria*, desumtum ex Theocrit. Eidyll. 15 v. 26, Λεγοις ἀιὲν ἑορτὰ, wer nicht gern arbeitet, hat bald einen feyertag gemacht. v. Chiliad. ¶ 2. *Ignavus* & *Ignarus* ſæpe confunduntur. vid. *Ignarus.*

¶ Ignave, adv. faul. *Ne quid timide, ne quid ignave faciamus*, Cic. Tuſc. 2, 23. Compar. Virg. Georg. 3, 465 *Carpentem ignavius herbas.*

¶ Ignavĭter, idem; ut, *Facere aliquid ignaviter*, Hirtius Cic. Attic. 15, 6, qui & Bello Afric. c. 81 *Caſtra non ignaviter munire.*

¶ Ignāvia, *æ*, f. die faulheit, hinläßigkeit. Cic. pro Rabir. c. 7 *Ignaviam ſuam tenebrarum ac pavientum cuſtodiis tegere.* Idem de Invent. 2, 54 *Contraria ſunt, fortitudini ignavia: juſtitiæ injuſtitia.*

¶ Ignavĭtas, *atis*, f. idem. Juſtin. 43, 3, 5 *Phocæenſes ignavitate ac macie terræ coacti.* Sed communiter legitur *exiguitate.*

¶ Ignavesco, *ĕre*, träge werden. Tertull. de Anima c. 43 *Animus nec quieſcit, nec ignaveſcit.*

¶ Ignavio, *īre*, ignavum facere, faul, verzagt machen. Accius apud Nonium 2, 441 *Nepe ignavit fortem in ſpe exſpectatio.*

¶ Ignavio, *ōnis*, m. ein faullenzer. Gell. 16, 24 *Iſti ignaviones, qui nihil perficere poſſunt.*

¶ Prægnavĭter, adv. tapffer, fleißig. Plaut. Perſ. 4, 4, 39.

¶ Progravĭter, idem. Ennius apud Nonium 2, 625 *Pro populo Romano prognaviter armis certando.*

¶ Renāvo, *āre*, iterum navare. Cic. Attic. 1, 14 *Renavabo operam.* Alii *navabo*, vel *renovabo.*

NAVPACTVM, *i*, n. vel Naupactus, *i*, urbs Æoliæ in ora ſinus Corinthiaci, hodie *Lepanto. Naupactum excubare*, dicitur de re plena diſcriminis, quia Pauſanias Naupacti excubiis præfectus ab Achivis interfectus eſt. conf. Suid.

¶ Naupactous, vel Naupactus, *a, um*, adj. ut, *Naupactous Achelous*, Ovid. Faſt. 2 v. 43.

Naupegiarius, naupegus, vide paullo ante *Navis.*

NAVPLIA, *æ*, f vel Nauplium, *i*, n. urbs Peloponneſi maritima, hodie *Napoli di Romania.*

¶ Nauplius, *i*, m. filius Neptuni & pater Palamedis, qui, cum Vlyſſis opera lapidibus obrutus eſſet filius, acerbus in omnes Græcos ultor exſtitit, & tandem ſeipſum in mare præcipitavit: Propert. 4, 1, 115. Sen. Agam. Arg. 3. ¶ 2. *Nauplius* piſcis, de quo Plinius 9, 30.

¶ Naupliades, *æ*, m. Palamedes, apud Ovidium Met. 13 v. 310.

NAVPORTVS, *i*, m. Iſtriæ fluvius, inter Æmoniam & Alpes, Plin. 3, 18.

NAVSCIT, de grano fabæ dicitur, cum non diſſimile navis formæ ſefe aperit: Feſtus.

NAVSEA, *æ*, f. & Nautea, *ναυτία, ναυτίασις*, ſtomachi concitatio ad vomitum, quæ primum navigantibus familiaris eſt, die ſchiff-kranckheit, das brechen, it. der eckel, abſcheu, das grauſen, grauen. Cic. fam. 16, 10 *Feſtinare te nolo, ne nauſeæ moleſtiam ſuſcipias æger.* Idem Att. 13 *Navigavimus ſine timore & nauſea.* Et, *nauſea abiit*, Cic. ad eumd. 14, 10. Et Plin. 30, 14 *Nauſeam inhibere*, quod *coërcere* Horatius epod. 9 v. 35 dixit, das brechen ſtillen.

¶ Nauſeŏla, *æ*, f. dimin. ein kleiner anfall der ſchiff-kranckheit. Cic. Att. 14, 8 *Nauſeola cauſſam otii dedit.*

¶ Nauſeōſus, *a, um*, nauſeam efficiens, eckelicht; ut, *Radix nauſeoſa*, Plin. 26, 8.

¶ Nauſeo, *āre*, nauſeam habere, ſtomachi faſtidio laborare, eckeln, eckel haben. Horat. 1 epiſt. 1 v. 93 *Æque nauſeat ac locuples. Rutare & nauſeare*, ſich würgen und brechen, Cic. fam. 12, 25. ¶ 2. Item, contemnere, reſpuere, verachten. Cic. de N. D. 1, 30 *Quam bellum erat, confiteri potius, quam iſta effutientem nauſeare.*

¶ Nauſeans, *tis*. Cic. fam. 7, 26 *Vidit me nauſeantem.* Idem 12, 25 *Quem ego ructantem & nauſeantem conjeci in Cæſaris plagas.*

¶ Nauſeābilis, *e*, eckelhafft. Cæl. Aurel. Tard. 3, 2 *Nauſeabilis oris humectatio*, wenn einem vor eckel der mund voll waſſer läufft.

¶ Nauſeabundus, *a, um*, idem. Senec. epiſt. 108 *Gubernator in tempeſtate nauſeabundus.*

¶ Nauſeator, *ōris*, m. ein eckler menſch. Sen. epiſt. 53 *Nauſeator erat.*

¶ Nauſificus, *a, um*, eckelhafft; ut, *Nauſificus pædoris odor*, Guil. Brito. Phil. 10 v. 448.

NAVSĬCĂE, *es*, f. Alcinoi Phæacum regis filia. Martial. 12 epigr. 31 *Si mihi Nauſicaæ patrios concederet hortos, Alcinoo poſſem dicere: Malo meos.*

Nauſtibulum, nauſum, nauta, nautalis, nauticus, &c. vide *Navis.*

NAVTĬLVS, *i*, m. *ναυτίλος*, piſcis, polypus teſtaceus, ein ſchiffs küttel, Plin. 9, 29.

Navus, *a, um*, vide paullo ante *Navo.*

Naxa, vide *Naſſa.*

NAXIVM, *i*, n. plur. *Naxia* vocantur cotes in inſula Cypro genitæ, Plin. 36, 7. Adjective *Lapis Naxius*, & *Cos Naxia*, ἀκόνη Ναξία, Dioſc. ein ſchleiffſtein, wetzſtein aus Cypern.

NAXVS, *i*, f. Νάξος, inſula in Ægæo, una ex Cycladibus, *Dionyſias* alio nomine dicta a vinearum copia, Plinio auctore 4, 12. *Bacchica Naxos*, Stat. Achill. 1 v. 4. conf. Virg. Æn. 3 v. 125.

¶ Naxius, *a, um*, adject. ut, *Naxia turba*, Propert. 3, 16, 28 *Naxium marmor*, Plin. 36, 7.

NĂZĂRĒI, vel Nazaréni, *orum*, m. pl. apud Iudæos erant voto obſtricti, & abſtinentes a vino, novacula & mortuorum pollutione. ¶ 2. Chriſtiani ſic dicti ab urbe Nazareth, in qua Chriſti parentes habitarunt. Idque convicium primo gentilium & poſt Iuliani Imperatoris, interdum ab ipſis Chriſtianis aſſumptum. Ita apud Prudentium Cathem. 7 v. 1 *Nazarenus* ipſe Chriſtus dicitur. Et adjective in Symmach. 1 v. 550 *Viri Nazaréi*: item Periſt. 10 v. 45 *Diſciplina Nazarena.* ¶ 2. Fuit tamen hoc etiam hæreticorum in prima eccleſia nomen, de quorum hiſtoria totaque adeo hujus nominis ratione doctiſſime egit Io. Laur. Mosheim in vindiciis antiquæ Chriſtianorum diſciplinæ adv. Tolandi Nazarenum.

NĒ, adverbium prohibendi, ſignificat *non*, nicht. *Ne mutuas*, Ter. Eun. 4, 7, 16. *Ne fugite hoſpitium*, Virg. Æn. 7, 202. *Ne quis illud admiretur*, Cic. de Orat. 3, 50. In his igitur ac ſimilibus NE adverbium eſt prohibendi ſeu vetandi: quod diſtinguere jubet Quintilianus 1, 9 (al. 5) ab adverbiis negandi. NE *ac* NON *adverbia* (ſunt:) *qui tamen dicat pro illo*, NE FECERIS, *non feceris, in vitium incidat, quia alterum* (non) *negandi eſt, alterum* (ne) *vetandi.* ¶ 2. Sciendum tamen, in aliis loquendi formulis certis etiam NE adverbium eſſe negandi. *Te obſecro, ut ne dicas*; hoc eſt, *ne dicas*, vel, *ut non dicas*; nam & apud Quintilianum, *ut non*, reperias lib 12 c. 10 *ut non dicam pinguioribus, fortioribus certe verbis.* Cicero utrumque ſimul adhibuit de Fin. 2, 8 *Ex quo efficitur, non ut voluptas ne ſit voluptas, ſed ut voluptas non ſit ſummum bonum.* Plura vide infra in *Vt.* Obſervatione dignus hic Ovidii locus eſt, qui ordine inverſo, quo carminis metro conſuleret, *ne ut*, uſurpavit, pro *ut no*, de Pont. 1, 113 *Et ne, ſi ſupereſt aliquis poſt funera ſenſus, Terreat ut manes Sarmatis umbra meos.* Quamquam ita locutus eſt & Tacitus Hiſt. 4, 13, 3. Ita Plaut. Moſtell. 1, 2, 43 *Sibique aut materiæ ne parcunt.* Et Aſ. 2, 4, 65 *ne recte* Gul. ubi Gro. *nec recte.* v. Pareus Lex. Crit. p. 783, qui etiam *nejure* laudat ex Sall. & *funera nefunera Catulli.* Sed illa ſunt dubia. Plerique habent *nec* diſjunctum. Certiora illa Plauti Trin. 2, 2, 85 *Eo ne multa quæ ne vult evenjunt*, h. e. non multa, quæ non vult. ¶ 3. Ita *utinam ne* valet, *utinam non.* Notum illud Ennii apud auctorem ad Herenn. 2, 22 *Vtinam ne in nemore Pelio ſecuribus Cæſa eeciditſſet abiegna ad terram trabes*; quod & Cicero affert de Fato c. 15. Ita, *ne vivam*; *ne valeam*; *ne ſim ſalvus*, pro *non vivam*, &c. qui modi ſunt aſſeverandi cum obteſtatione aut devotione. Cic. Att. 16, 13 *Ne ſim ſalvus, ſi aliter ſcribo ac ſentio*: quod ferociores noſtri dicunt: Gott ſtraffe mich. Etiam compoſita *ne* ſervant pro *non.* Tale eſt *nefrendes*, de quo vide in *Frendeo.* Gell. 13, 21 extr. *Nerio dictum, quaſi neirio, hoc eſt, ſine ira. Ne enim particula, ut apud Græcos, ita plerumque in latina quoque lingua, privativa eſt.* Huc ref. *neſcio, nequeo, nefas, nepurus* &c. ¶ 4. *Ne quidem*, pro nec quidem. *Ne iſtius quidem laudis ſum cupidus*, Cic. pro Roſc. Am. c. 1. *Ne hoc quidem tacebit Parmeno*, Ter. Eun. 1, 2, 49. *Ne id quidem*, ibidem 2, 3, 30. *Ne tantillum quidem commotus eſt*, Cicero apud Donatum in Ter. Adelph. 2, 1, 9, er hat ſich auch das geringſte nicht bewegen laſſen. *Ne pilum quidem*, Idem Att. 5, 20, nicht ein haar. ¶ 5. Alias *Ne* conjunctio cauſſalis eſt, valetque idem quod *ut non*, daß nicht, damit nicht. Sic ſemper conſtruitur cum conjunctivo. *Ne amicis nihil tribuamus, opulamur*; *Ne nihil*, id eſt, ut non nihil, ſeu ut aliquid tribuamus, damit wir unſern freunden etwas zu willen ſeyn, etwes einräumen, Cic. fam. 9, 26. *Vide ne tu pejus conſulas*, Nepos 15, 10, 1. Sic & elliptice *ne multa*, ſcil. dicam; *Ne multis*, ſcil. morer, kurtz um, mit einem wort. v. Cic. Att. 6, 9; & 10, 13; & pro Cluent. c. 16. Sed poſt timendi verba *ne* omiſſa negatione Germanis ſignificat daß, aut potius hac ipſa etiam vocula omiſſa affirmativa oratione redditur. Contra *ne non*, quod ob geminam negationem affirmare ſolet alias, ſignificat, daß nicht, negatione certe interpoſita redditur, ut exemplis mox declarabitur. Latinæ conſtructionis ratio pendere videtur ex intellecta poſt timendi verbum formula, *quia cupio* vel ſimili. Nep. 1, 7, 4 *Timebi, ne claſſis regia adventaret*, ſie möchte kommen. Ter. Andr. 1, 5, 35 *Hoc timet, ne deſeras ſe.* Liv. 42, 60 *Pavor erat, ne extemplo caſtra hoſtis aggrederetur.* Cic. fam. 2, 7 *Non vereor, ne quid temere, ne quid ſtulte facias.* Cic. Att. 7, 12 *Vereor, ne non poſſis*, & 9, 4 *Timeo, ne non impetrem.* ¶ 6. Elliptice poſuit Cic. Acad. 4, 26 *Ne ſit ſane*, h. e. fac non eſſe, geſetzt, es ſey nicht. ¶ 7. *Ne* interdum ſignificat *nedum*, geſchweige denn. Liv. 3, 52 extr. *Novam-eam poteſtatem eripuere patribus noſtris, ne nunc dulcedine ſemel capti ferant deſiderium.* vid. Io. Frid. Gron. h. l. add. Terent. Andr. 3, 2, 23. Cic. fam. 9, 26 med. *Me nihil iſtorum ne juvenem quidem movit, ne nunc ſenem*, nicht einmal = geſchweige denn. Sall. Cat. 11 extr. & ibi Cort. Pareus mantiſſ. Lex. Crit. p. 97. ¶ 8. *Ne*, ἐγκλιτικὸν interdum dubitativum aut interrogativum eſt: *Eſtne hic Crito ſobrinus Chryſidis?* iſt das der Chrysis vetter? Ter. Andr. 4, 5, 6. Sed etiam ita, *Eſtne hic Sthenius is* &c. Cic. Verr. 2, 46, iſt nicht, ubi vulgo *nonne?* Et Cic. Off. 1, 3 *Honeſtumne factu ſit, an turpe, dubitant.* Plaut. Capt. 3, 5, 55 *Emitteresne nec ne eum ſervum manu?* ob du denſelben knecht frey lieſſeſt oder nicht? *Etruſci diem primum conſultando, maturarent traherentne bellum, traduxerunt*, Liv. 9, 32. *Fiat, nec ne fiat, id quæritur*, Cic. Plautus & ante verbum ſuum ponit; ut Capt. 1, 2, 24 *Viſam, ne noctle hac quicquam turbaverint*, pro *turbaverintne quicquam*, ob ſie. Apul. Apol. p. 286 *Ne ego reprehendar?* i. e. *Egone.* Vid. Geſneri Index in ſcriptores R. R. ¶ 9. Interdum παρέλκει, nec aliud quicquam ſonat, quam adjectio ſyllabica, qualis eſt Græcorum γε. Horat. 1 ſat. 10 v. 21 *O ſeri ſtudiorum, qui ne putetis Difficile & mirum, Rhodio quod Pythocleonti Contigit.* Vide ibi notas Xylandri p. 142, qui obſervat, ſimiliter eumdem Horatium dixiſſe *uterne* 2 ſat. 2 v. 107; &, *quone & quantane*, ſat. 3 v. 295 & 317; Terentium item *anne*, de quo dictum in *An.* ¶ 10. *Ne* pro *ne* jurandi videas a Boſio admiſſum Cic. ad Att. 4, 4 extr. & ipſo Græcio ibid. 6, 1 p. 579. Add. Burm. ad Quint. declam. 7, 9 p. 161. Cort. ad Sall. Iug. 85, 20. Et eſt ſane etiam νὴ jurandi & confirmandi particula. ¶ 11. Pro *ne* ſæpe eſt *ni* optimis libris. vid. quos laudat Brouckh. ad Propert. 2, 6, 3, & Drakenb. ad Sil. 1, 374.

Nec, necne, vide infra ſuo loco *Nec.*

¶ Nedum,

¶ Nedum, conjunct. vielweniger, geſchweige: ut, *Nedum tu poſſis*, id eſt, tantum abeſt, ut tu poſſis, ich geſchweige denn, daß du es ſolteſt vermogen. Ter. Heaut. 3, 1, 43 *Satrapes ſi ſit amator, nunquam ſuffferre ejus ſuntus quent, nedum tu poſſis.* v. Manut. ad Cic. Epiſt. fam. 7, 23, ubi obſervat, *nedum* hanc vim habere, ut ſemper neget, adeoque fere notet: multo minus; tantum abeſt. Poſtponitur autem & *nedum* & *ne modo* plerumque, ut in allegato Terentiano loco, item in illo Horatiano ad Piſones de Arte Poët. v. 68 *Mortalia facta peribunt: Nedum ſermonum ſtet honos, & gratia vivax.* Aliquando tamen utrumque ei præponitur, quod in Actio ſuo Io. Iovianus Pontanus p. 110 obſervat. Cic. ad Att. 10, 16 (al. modo 17 modo 18) *Tu, quæſo, quartanæ cave, & nedum mobum removiſti, ſed etiam gravedinem, te venetum nobis in Græcia ſiſte.* Vbi tamen pro *nedum*, legitur *non modo*. Sed Grævius *ne dum* æque legit ac Gruterus. Opplus quoque & Balbus ad Cic. Att. 9, 8 *Nedum hominum humilium, ut nos ſumus, ſed etiam ampliſſimorum virorum conſilia ex eventu, non ex voluntate, a plerisque probari ſolent.*

Nequa, nequaquam, nequicquam, nequis, vide in *Qui*.

Nequando, vide in *Quando*.

¶ Neque, partictia negativa & disjunctiva, auch nicht, weder noch. Ter. Andr. 1, 2, 34 *Ne te nove facias, neque tu hoc dicas, illi non prædictum*, &c. noch auch. ¶ 2. Interdum ſæpius repetitur in ſententiis diſtributivis: ut, *Nulla vitæ pars, neque publicis neque privatis, neque forenſibus neque domeſticis in rebus*, &c. *vacare officio poteſt, neque foreſtibus neque domeſticis in rebus, &c. vacare officio poteſt, neque foreſtibus neque domeſticis in rebus*, &c. Cic. Off. 1, 2, weder, noch. Nec raro poſt *neque* infertur *nec*. Liv. 9, 9 *Sed neque vos tuliſſetis, nec nos ſpopondiſſemus*, ad quem locum plura Drakenb. adſcripſit. ¶ 3. *Neque dum*, nec dum, noch nicht. Cic. ad Qu. fratr. 2, 8 *Sed ejus rei maturitas neque dum venit, & tamen jam appropinquat.* ¶ 4. Neque nihil: ut, *Neque nihil, neque tantum tamen, quantum poſtules, conſequi*, Cic. pro Roſc. Com. c. 4, zwar etwas, aber doch nicht ſo viel, als du verlangeſt. ¶ 5. Aſconius Pedianus in Orat. Cic. pro M. Scauro: NEQVE, inquit, *conjunctio disjunctiva eſt, & ſemper poſitalat, ut rurſus inferatur. Vt cum dicimus*: NEQVE HOC, NEQVE ILLVD. Atqui apud auctores non ipſa infertur ſemper: ſed non raro copula ſequitur. Ter. Eun. 5, 5, 23 *Vide quid agas, ne neque illi proſis, & tu pereas*, daß du etwa ihm nichts helfeſt, und ſelbſt darüber creperſt. Cic. Att. 1, 17 *Id neque amoris mediocris, & ingenii ſummi ac ſapientiæ judicio.* (vide & infra Nec). ¶ 6. Valla, non recte dici, *Neque autem*, ſed ſemper *neque vero*, putat. Sed ſic Cicero ſanf. 5, 12 *Neque autem ego ſim ita demens*, ut &c. Et Vlpianus Dig. 2 tit. 6 l. 5 § 4 *Neque autem in hereden, neque poſt annum dabitur.* vid. And. Borrich. Vind. p. 144.

¶ Neve, Neu, idem. Ter. Andr. 1, 5, 56 *Te obteſtor, ne abs te hanc ſegreges, neu à feras.* Ovid. Met. 4, 715 *Occupat averſum: neu ſæva retorqueat ora*, h. e. *& ne* retorqueat, vel *quo minus* ret. Fiunt hæc omnia ab adverbio *Ne*.

¶ Neutiquam, a *ne* & *utique*, *utiquam*; idem eſt, quod nequaquam, nullo modo, mit nichten, gar nicht. Cic. Att. 9, 10 *Cui te ſocium neutiquam puto eſſe oportere.* Conf. Ter. Andr. 2, 1, 30; & Heaut. 2, 3, 116.

NEÆRA, æ, f. puellæ formoſæ nomen, quam amavit Tibullus poëta, quod ex libro 3 patet. Hanc illuſtriſſimus Scaliger eam eſſe exiſtimat, quam *Glyceren* Horatius appellavit 1 ode 33 v. 1. Solent enim poëtæ amores ſuos fictis nominibus celebrare. Sed & Horatius amicam ſuam ita vocavit epod. 15 v. 11. Vnde ſequioris ævi poëtæ hoc vocabulo ſic, quaſi amicam aut pellicem ſignificaret, fuerunt uſi. Ita enim Prudentius Omphalem, *Herculis Neæram*, Romano v. 240; & contra Symmach. 1, 139 Ariadnen, *Bacchi Neæram* vocat, quam Iſid. in Gloſſis *pellicem* aut concubinam interpretatur. Plura vide apud Georg. Fabric. expoſ. in Prudent. Rom. qui & hæc addit: *Neæra Agonis Puſtoris apud Virgilium, & aliorum multorum apud Athenæum. Neæra Autolyci inuxor dicitur a Pauſania, quæ nomine proprio Metra ab Ovidio, quia aliis ſe proſtituit. Neæram ſcripſit Lucinius Imbrex*, (adi Gellium 13, 21) *ſiquæ cunnicum proverbiale in Lucinius Imbrex, (adi Gellium 13, 21) ſiquæ cunnicum proverbiale in quamvis procaces & petulantem. Lucii origo Firalica eſt.* Conf. Virg. eclog. 3 v. 3 & in primis Broukh. ad Tib. 3, 1, 6.

NEÆTHVS, i, m. Νηαίθης, πατρὸς κεκτῶνος, ὀνομασθὲν δὲ παρὰ τῷ ἐν αὐτῷ νήας ποτὲ κατακαύσαι ἑλληνικὸς, Scholiaſtes Theocr. ad Idyll. 2. Nimirum poſterior pars compoſiti eſt *αἴθω*. Conf. Ovid. Met. 15 v. 51.

NEÆNIOLOGVS, i, m. νεανικολόγος, ſcurra, aretalogus, ein poſſen-reiſſer. Vet. Scholiaſt. Iuvenal. *Nobiles neaniculogi*. vid. Salmaſ. de Pallio p. 335.

NEANTHES, is, m. Cyzicenus, ſcripſit tum alia, tum libros περὶ τελετῆς: eos μυσικὸν λόγον vocat Harpocratio in Λήναι. Eo explicabat ritus myſticos gentilis ſuperſtitionis. Scripſit etiam librum περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν, *de viris illuſtribus*, ut cenſet Voſſ. de Hiſt. Græc. 1, 15 p. 98. Mauſſacus tamen notis in Harpocr. p. 115 adhuc quærit, an Illuſtrium hic ſcriptor ſit idem cum ſcriptore μυσικῷ λόγῳ.

NEAPOLIS, is, f. Campaniæ in Italia celebertima & antiquiſſima urbs: *Parthenope* prius a Sirene ejus nominis ibi ſepulta; poſtea vero, cum Chalcedonenſes Græci & Athenienſes (unde & *Græca urbs* Tacito & Statio Epicedio patri nominata,) eo demigraſſent, *Neapolis*, quaſi nova urbs appellata: de quo Strabo lib. 5. ¶ 2. *Neapolis* alia in Thraciæ finibus, ſive inter Strymonis & Neſſi oſtia, ubi Paulus appulſus eſt, cum primum ex Aſia in Europam trajiceret, Actor. 16 v. 11. ¶ 3. Item alia Palæſtina, ante *Sichem* dicta, de qua plura Cellarius in Collectan. Hiſtor. Samaritanæ tradidit. Plura hujus nominis oppida Geographia Antiqua monſtrabit. ¶ 4. Neapolis Palladii domicilium in Sardinia.

¶ Neapolitani, *orum*, m. pl. cives & incolæ non modo dictarum urbium, ſed aliarum etiam ejusdem nominis: v. g. Plinius 3, 7 memorat *Neapolitanos* Sardiniæ. ¶ 2. Et adjectivum *Neapolitanus*; ut, *Civitas Neapolitana, Regnum Neapolitanum*, &c.

NEARCHVS, i, m. cum Alexandro militavit, deque eo hiſtoriam ſcripſit; v. Voſſ. de Hiſt. Græc. 1. 10 p. 60, qui hunc eſſe illum cenſet Nearchum, cui poſt Alexandri obitum Lyciæ & Pamphyliæ præfectura obtigit, ut ſcribit Iuſtinus 13, 4, 15. ¶ 2. *Nearchi* cujusdam Tarentini mentio fit apud Ciceronem de Senect. c. 12. ¶ 3. Apud Horatium 3 od. 20 v. 6 *Nearchus* juvenis cujusdam eximiæ pulchritudinis nomen eſt.

NEBRIS, *idis*, νεβρίς, damarum ſive hinnulorum pellis: qui Græcis νεβροὶ, ein gemſenfell, rehbockleinfell. ¶ 2. Item, veſtis Bacchica ex pellibus hujusmodi concinnata. Claudianus de 4 Conſ. Honorii v. 606 *Talis Erythræis incincta nebrida gemmis Liber agit currus.* Statius Theb. 2, 664 de comitatu Bacchi loquens: *Nebridas & fragiles thyrſos portare putaſtis Imbellem ad ſonitum.* Vbi vetus Scholiaſtes: NEBRIDAS, *pelles damarum, quæ Græce* νεβρίδες *appellantur. Ac per hoc indumenta Bacchorum ſignificat, quibus ſacrificiorum tempore uti conſueverunt.* Adde Sen. Oedip. v. 438; & Sil. 3 v. 395.

¶ Nebrites, æ, νεβρίτης, gemma, Libero patri ſacra, a nebridum pellium ſimilitudine, Plin. 37, 10.

¶ Nebrophonus, i, m. canis venaticus, quaſi hinnulorum interfector, a νέβρος, *hinnulus* & φονεύω, *occido*. vid. Ovid. Met. 3 v. 211.

NEBVLA, æ, f. vapor ex terra atque aquis ſurgens, qui in nubem convertitur, ein nebel. Apul. de Mundo p. 61 *Nebula conſtat aut ex ortu nubecule, aut ex ejus reliquiis. Eſt autem exhalatio vaporata, & humore viduata, aëre craſſior, nube ſubtilior, cui ſerenitas abolitionem infert.* Liv. 26, 17 *Denſa nebula ſaltum omnem compoſque circa intexit.* Id. 29, 27 *Ventus, nebula diſjecta, aperuit omnia Africæ littora.* ¶ 2. *Per nebulam ſcire*, item *audire*, eſt leviter atque obſcure, non ſatis clare ac certe: Plaut. Capt. 5, 4, 26 *Nunc adepol in memoriam regredior, audiſſe me Quaſi per nebulam, Hegionem patrem meum nominarier.* Nos dicimus, wie oder als im traum. Idem Pſeud. 1, 5, 47 *Sunt, quæ te volumus percontari, quæ quaſi per nebulam nomnet ſcimus atque audivimus.* Sed & mollia *nebulæ* comparantur. Plaut. Cal. 4, 4, 21 *Nebula haud eſt mollis atque cutis hujus eſt.* ¶ 3. Hinc Laberius apud Petronium c. 55 *Nebulam lineam* pro tenui & pellucida veſte dixit, quod nebulæ raritatem imitetur. Verſus ejus hi ſunt: *Æquum eſt, inducere noptam ventum textilibus; Palam proſtare nudam in nebula linea?* ¶ 4. Sed & obſcuras poëtarum fabulas, quæque levia per ſe ſola ſpecie magna ſunt, *nebulas* Latini vocant. Ita Perſius ſat. 5 v. 7 *Grande locutari nebulas Heliconе tegunto*, &c. vid. ibi Caſaub. Quidam hodie Germani wind machen, dicunt de eo, qui *nebulas loquitur.*

¶ Nebulosus, a, um, neblicht, dunckel; ut, *Nomen nebuloſum, quod cur dicatur obſcurum eſt*, Gell. 20, 2. Sic, *Aër nebuloſus*, Plin. 21, 7, dunckele und trübe luft. *Nebuloſum & caliginoſum cælum*, Cic. Tuſc. 1, 25. *Nebuloſa palus*, Silius 8 v. 381. *Locus nebuloſior*, Cato R. R. c. 6 extr. & Plin. 14, 4.

¶ Nebulositas, *ātis*, f. die dunckelheit. Arnobius 7 p. 334 *Cælum redundantium vaporum nebuloſitate cluditur.*

¶ Nebulo, vel Enebulo, *āre*, verdunckeln. Tertullianus Apolog. c. 35 *Latiſſimis & clariſſimis lucernis veſtibula nebulabant*, hoc eſt, fuligine implebant, quam etiam clariſſimæ lucernæ edunt.

NEBVLO, *ōnis*, m. nequam, vanus ut nebula, ein bube, ſchelm. Nonius 1, 67 *Nebulones & tenebriones* conjungit, eosque dictos eſſe ait, *quia mendaciis & aſtutiis ſuis nebulam quandam & tenebras objiciant; aut quibus ad fugam & ad furta fugitivis hæc erant accommodata & utilia*, &c. Cic. pro Roſc. Am. c. 47 *Nos ab illo nebulone facete illudimur.* Ter. Eun. 2, 2, 38 *Nebulonem hunc, certum eſt, ludere.* Vbi Donatus: NEBVLONEM, inquit, *vel* FVREM, *quia nebulas objiciat; vel* MOLLEM, *ut nebulam; vel* VANVM, *ut nebula eſt.* Quas duas ultimas acceptiones & Vetus Gloſſarium repræſentat: & ſimul aliam addit, qua *Nebulo* luxuriosum & nullius frugi denotat. Ita enim ibi legitur: *Nebuli, μάταιοι: ὁ πᾶν ἔλαφρα καταφαγών, οἰκεῖος: λάζυρα κτώμενος*: Ac eam ob cauſſam Horatius *avaro* oppoſuit 1 ſat. v. 103 *Non ego avarum Cum veto te fieri, vappam jubeo, ac nebulonem.* Et ita ſequ. ſatyra dixit v. 12 *Fufidius vappæ famam timet, ac nebulonis*, &c. Item 1 epiſt. 2, 28 *Spumis Penelopes, nebulones, Alcinoique.* Vbi vetus Scholiaſtes obſervat, Varronem NEBVLONES obſcuro loco natos dixiſſe: ſed quia NEBVLO & μάλθων ſive *mollis* eſt, idcirco & *Viro* opponitur, Ter. Eun. 4, 7, 15 *Sane, quod tibi nunc vir videatur eſſe, hic nebulo magnus eſt.*

¶ Nebulor, *āri*, ſchelmiſch ſeyn, lotterbüberey handeln. Gloſſ. gr. lat. ἀχρηστῶ, *nebulor.*

NEC, conjunctio disjunctiva, negationem ſignificans, a *neque* per apocopen facta eſt, & q tranſiit in affinem litteram c, und nicht, weder noch. Cic. de Amic. c. 2 *Nec enim melior vir fuit Africano quisquam, nec clarior*, weder frömmer noch berühmter. Ter. Andr. 1, 2, 9 *Id veluit, nos ſic nec opinantes duci falſo gaudio*, hoc eſt, ne quidem, vel non opinantes. Add. Liv. 4, 43, 1. Idem Adelph. 1, 2, 61 *Nec nihil, neque omnia hæc ſunt, quæ dicis*, es iſt wohl etwas, aber doch nicht alles. vid. Græv. ad Cic. fam. 10, 11 extr. Id. Cic. fam. 10, 1 pr. *Nec mirori & gaudeo. Et non* pro *nec* vide in *Et* ¶ 2. Interdum pro *ne* prohibendi ſimpliciter poni videtur, ſine vi copulandi. vid. Burm. ad Calpur. Flacci declam. 25 p. 823 *Nec Dii ſmant*, daß wolte Gott nicht. Add. Petron. c. 103, 112, 126. ¶ 3. Simpliciter pro *non* ponitur. Cic. de Leg. 3, 4 *Senatori qui nec aderit, aut cauſa aut culpa eſto.* Vid. *Nec opinatus.*

¶ Necdum, id eſt, nondum vero, nondum tamen, noch nicht. Virg. eclog. 3 v. 43 & 47 *Nec dum illis labra admovi*, &c. Et Cic. Att. 6, 1 *Nec dum erant allatæ Bibuli litteræ.* Et Suet. Aug. c. 10 *Se candidatum oſtendit, quamquam Patricius, nec dum ſenator.*

¶ Necne, idem valet quod *annon*, oder nicht, & *an* quod ordinarie præcedit, ſæpe omittitur. Cic. Catil. 2, 6 *Quæſivi, an in nocturno conventu apud Leccam fuiſſet nec ne.* In ſequentibus *an* abeſt. Idem Cic. fam. 2, 17 *Parthi tranſierint, nec ne, pro certo video dubitare neminem.* Idem Off. 1, 3 *Tam in ſolenni, conducat id, nec ne.* Et Divin. 1, 39 *Fiat, nec ne fiat, id quæritur.* Et Tuſc. 2, 3 *Dolorem nec ne doleam. nihil intereſſe* Ter. Heaut. 1, 1, 43 *Filiam nunc habeam nec ne, incertum eſt.*

¶ Necnon, id eſt, *Et, Etiam*, quæ ipſa tamen quandoque adjiciuntur, und, wie auch. Suet. Tib. c. 5 *Suppliciter nec non & minaciter efflagitantes.* Varr. R. R. 2, 1 *Propter oſtia, aut propter feneſtra, nec non etiam propter nimium laborem.* conf. Plin. 7, 53; 10, 43; 13, 22; &c. ubi *nec non &* occurrit ſæpius. Adde Ovid. Triſt. 4, 10, 5; & Met. 7, 310, ubi *nec non* pro *&*.

Nec opinatus, nec recte & similia vid. suis locis.

¶ Necubi, i. e. ne alicubi, aut aliquo in loco, daß nicht irgendwo: item, nusquam, nirgends. Liv. 25, 33 extr. *Necubi hosti æquo se committeret loco.* Id. 22, 2 *Necubi consistere coacti.* Varr. R. R. 1, 45 *Si erunt imbres secuti, videndum, necubi aqua consistat,* damit das waſſer nicht irgend ſtehen bleibe. Apul. Apol. *Necubi tibi ob causſam istam videar blanditus.* Lucan. 9 v. 1088 *Necubi suppressus pereat gener.*

¶ Necunde, i. e. ne ex aliquo loco, daß nicht etwa woher. *Necunde ab stationibus Punicis conspiceretur,* Liv. 28, 1 extr.

Necator, necatus, vide paullo poſt *Neco.*

NECEPHYLLON, *i,* n. laurus, victoriæ folium, ein lorbeer-zweig. Apul. de Herb. c. 58.

NĔCEPSVS, *i,* m. aſtrologus Ægyptius, artem ſuam ab Æſculapio & Anubi, quorum magiſter Mercurius Trismegiſtus fuit, edoctus. Tradidit & mundi geneſin. vid. Iul. Firmicum præfat. l. 3 & l. 4. Plura de eo quære apud Petr. Crinitum de hon. diſc. 19, 12. Auſon. epiſt. 19 v. 13 *Quique magos docuit mysteria vana Necepsus.*

NĔCESSE, indecl. quod vi aliqua fit cogente, quod *nec esse* aliter poteſt, quod vitari non poteſt, noth, nothhaft, unumgänglich, unentbehrlich. Differre ab *opus esse,* hoc ipſum, *necesse esse,* indicat Catonis præceptum apud Senecam epiſt. 94 *Emas non quod opus est, sed quod est necesse,* kaufe nicht, was du wohl brauchen könneſt, ſondern was du nicht entbehren kanſt. *Corpus mortale aliquo tempore interire, necesse est,* Cic. de Invent. 2, 57, es muß ein ende nehmen. *Homini necesse est mori,* Id. de Fato c. 9. Ter. Eun. 5, 6, 27 *Non dubium est, quin mihi magnum ex ea re sit malum: Nisi quia necesse fuit hoc facere.* Vbi Donatus: NECESSE *est nomen: Nam* NECESSVS, NECESSIS, *&* NECESSE, NECESSVM *tertium est.* Hæc Donatus. ¶ 2. At etiam *Necesse habere* latine dicimus, vonnöthen haben, müſſen. Cic. de Opt. Gen. Orat. c. 5 *In quibus non verbum pro verbo necesse habui reddere.* Et Quint. 7, 2 *Reliqua non necesse habet dicere.*

¶ Neceſſum, pro *Necesse,* idem. Quæ altera forma non modo apud Plautum frequens, ut Stich. 1, 3, 66 *Foras necessum est, quidquid habeo, vendere;* verum etiam apud Livium 34, 5 *Necessum est, paucis respondere.* conf. 39, 5 & ibi Drak. Sic & Lucretius 2, 724 *Differre necessum est,* &c. Eſt autem *necessum* proprie neutrum adjectivi, nam & *necessa* in vet. SC. ap. Murat. p. 365, 2 occurrit.

¶ Nĕceſſarius, *a, um,* quod neceſſe eſt, nöthig, nothwendig; ut, *Ferrum ad agros colendos res est necessaria.* Et, *Inquirere omnia, quæ ad vitam necessaria sunt,* Cic. Offic. 1, 4. Durus eſt Comparativus, quo Tertullianus utitur de Habitu mulier. c. 5 *Necessariores operæ:* & alibi, ut de Anima c. 4 &c. Sed malim *magis necessarius* dicere, quemadmodum Cicero fam. 2, 6 *Maxime necessarius,* pro Superlativo. ¶ 2. *Necessarius,* ſubſt. & plur. *Necessarii,* familiaritate & neceſſitudine aliqua conjuncti, nahe verwandte freunde. Gell. 13, 3 *Qui ob jus affinitatis familiaritatisve conjuncti sunt, necessarii dicuntur.* Cic. pro Sulla c. 1 *Meus familiaris ac necessarius.* Idem fam. 13, 29 *In necessariis, qui tibi a patre relicti sunt, ego tibi sum vel conjunctissimus.* Hinc, *Mortem hominis necessarii graviter ferre,* Matius Cic. fam. 11, 28. Et Nepos 14, 6, 3 *Homo tam necessarius. Necessarii* itaque generatim dicuntur, qui *nec esse* alter ſine altero poſſunt ob prædicamentum, quod ſcholaſtici vocant, relationis, pater, filius; Conſul, quæſtor &c. vel qui propter amicitiam *nec esse* volunt alter ſine altero.

¶ Perneceſſarius, *a, um,* ſehr nothwendig. Cic. Attic. 5, 21 pr. *Meo tempore pernecessario.* Vlpianus l. 11 § 4 Dig. de Minoribus, *emere sibi rem perquam necessariam.* ¶ 2. *Perneceſſarius,* intimus amicus. Cic. pro Flacc. c. 6 *Paternus amicus & perquam necessarius.* Vtitur etiam ſam. 9, 13: 13, 40 & 69 &c.

¶ Neceſſarie, adverb. nothwendig. Cic. de Invent. 1, 29 *Necessarie demonstrantur ea.* Et Papinianus l. 51 de Hereditat. petitione: *Tam necessarie, quam utiliter.* Adde Tertull. de Iejun. c. 11.

¶ Neceſſario, idem. Cic. Tuſc. 4, 4 *Disciplinæ legibus in philosophia necessario pareamus.* Id. fam. 4, 9 neceſſario ſecutus.

¶ Nĕceſsitas, *atis,* f. *Vis quæpiam premens & cogens,* & *Necessitudo,* idem ſunt, ut *suavitas, suavitudo.* Gell. 13, 3, die noth, nothwendigkeit, zwang. Plaut. Rud. 2, 1, 3 *Necessitate quicquid est domi, id fast est habendum.* Et, *Necessitate coactum, & invitum aliquid facere,* Cic. pro Quintio c. 16, aus noth und unzern etwas thun. *Quæ necessitas tanta premebat?* Cic. pro Roſc. Am. c. 34 extr. was vor eine noth trieb dich darzu? Et fam. 4, 9 *Tempori cedere, id est, necessitati parere, semper sapientis est habitum.* Liv. 4, 28 *Vltimum ac maximum telum necessitas,* muß iſt ein bitter, herbes kraut. *Adversus necessitatem ne dii quidem pugnant,* noth bricht eiſen. Ἀνάγκη θεοὶ μάχονται, Simonidis eſt. vide Chiliad. Seneca pater Controv. 4, 27 *Necessitas magnum humanæ infelicitatis patrocinium est.* Idem Excerptis Controv. lib. 4 *Necessitas est, quæ navigia jactu exonerat. Necessitas est, quæ ruinis incendia opprimit. Necessitas est lex temporis.* ¶ 2. Interdum ad neceſſarias naturæ ſecretiones & alvi purgamenta refertur, ubi etiam noſtri, die nothdurft. Cic. Off. 1, 35 *Quæ corporis partes ad naturæ necessitatem datæ adspectum essent deformem habituræ atque turpem, eas contexit, atque abdidit. Hanc naturæ tam diligentem fabricam imitata est hominum verecundia. Quæ enim natura occultavit, eadem omnes, qui sana mente sunt, removent ab oculis; ipsique necessitati dant operam, ut quam occultissime pareant: quarumque partium corporis usus sunt necessarii, eas neque partes neque eorum usus suis nominibus appellant &c.* Hic igitur *Necessitati parere* eſt ſeine nothdurft verrichten. ¶ 3. Pro neceſſitudine ſive vinculo, quo cognati invicem obligati ſunt, (de quo poſt;) Cæſar poſuit de B. Civ. 1, 8. Per *privatas* enim *necessitates* conjunctionem affinium intelligit, nahe freundſchafft. Similiter & vocabulo iſto uſus eſt Orat. pro Bithynis apud Gell. 5, 13 extr. Sed & Cic. pro Sulla c. 1 *Si nostram accusatione sua necessitatem familiaritatemque violasset.* ¶ 4. *Necessitas,* quocunque opus ad vitæ cultum uſumque eſt, bedürfniß, Tac. de Germ. 15, 3 *Mos est conferre principibus vel armentorum vel frugum, quod pro honore acceptum & necessitatibus subvenit;* vid. ibi Lipſium. ¶ 5. Pro neceſſariis expenſis Idem Ann. 1, 11 *Tributa aut vectigalia: Et necessitates ac largitiones.* Quem ad locum plura cumulat Lipſius n. 67. ¶ 6. Etiam caſum & advertitatem, in quam incidimus, & ferre neceſſe eſt, denotat, noth, unfall, widerwärtigkeit. L. Sen. epiſt. 12 *Malum est, in necessitate vivere: Sed in necessitate vivere necessitas nulla est,* ad αὐτοχειρίαν ſcilicet reſpiciens. Suet. Cæſ. c. 48 *Famem & cæteras necessitates toleraverat.* Idem Tib. c. 47 *Paucorum senatorum inopia sustentata, ne pluribus opem ferret, negavit se aliis subventurum, nisi senatui justas necessitatum causſas probassent.* Similiter pro inopia & ære alieno *necessitatem* Tacitus Ann. 2, 27, 4; & pro quæſtione per tormenta, Ann. 15, 57, 2 poſuit. Sic mortem, *supremam & ultimam necessitatem* non ſemel dixit. ¶ 7. *Necessitates* etiam ſunt, quæ muneris aut officii cauſſa neceſſario obeundæ ſunt, angelegenheiten. Celſus 1, 1 *Nam & intermissus propter civiles aliquas necessitates ordo exercitationis corpus affligit.*

¶ Neceſsitūdo, *inis,* ſ. idem. a NECESSITATE. Grammatici diſtinguunt, dicuntque *jus quoddam & vinculum religiosæ conjunctionis* &c. vid. Gell. 13, 3. Corn. Fronto de differentiis vocum: NECESSITVDO *vel sanguinis vel meritorum cum præceptoribus, amicis* NECESSITAS *immutabilis res est.* Sosipater Charisius lib. 1 p. 76 NECESSITAS *imperii est:* NECESSITVDO *sanguinis conjunctio Sallustius tamen,* NECESSITVDINEM (etiam Tacitus, Salluſtii æmulus) *ponit, nec unquam* NECESSITATEM *pro* NECESSITVDINE, *aut ipse aut quisquam veterum.* In quo tamen falſus eſt. NECESSITATEM enim pro NECESSITVDINE, ſive conjunctione ſanguinis dixiſſe Cæſarem, ſupra probavimus. Et docuit jamdudum Gellius 13, 3, nihil diſcriminis in his duobus vocabulis revera eſſe. ¶ 2. Eſt igitur *Necessitudo* idem quod neceſsitas, & vis ipſa, die dringende noth, der nothzwang. Cic. de Invent. 2, 57 *Necessitudo est, cui nulla vi resisti potest, quæ neque mutari neque leniri potest. Hujusmodi necessitudines cum incident,* &c. Similia ad Her. 2, 16. Sifenna L. 4 *Id me neque metu, neque calamitatis necessitudine inductum fecere.* Salluſt. Catil. 21, 3 *Omnibus necessitudinibus circumventus* eſt omnibus difficultatibus, quæ ultima experiri ſuadent, ſeptus. vid. Cort. Idem c. 58 *Necessitudo etiam timidos fortes facit.* Vellej. 2, 50, 2 *Reddita ratione miserrimæ necessitudinis.* Tac. Ann. 3, 64, 1 *Valetudo necessitudinem principi fecit redius,* i. e. coëgit eum redire. ¶ 3. *Necessitudinis* vox quam frequentiſſime propinquitatem ac conjunctionem ſignificat, verwandtſchafft, freundſchafft; ut, *Habere necessitudinem cum aliquo,* Cic. in Orat. c. 55, mit einem in freundſchafft leben. *Necessitudinem cum aliquo conjungere,* Cic. Verr. 4, 65, ſich mit einem verbinden. *Summa necessitudine aliquem attingere,* einem ſehr nahe zugehören. vid. *Attingo.* Et, *Necessitudo fraterna,* Idem pro Quintio c. 4. Recte vero Fronto non ad ſanguinem tantum, ſed & ad merita amicoſque, *necessitudinis* vocabulum retulit. Ita enim Cicero pro Dejotaro extr. *Laboro equidem regis Dejotari causſa: quo cum mihi amicitiam resp. conciliavit: hospitium voluntates utriusque conjunxit; familiaritatem consuetudo attulit: summam vero necessitudinem magna ejus officia in me & in exercitum meum effecerunt.* Vet. Gloſſ. *Necessitudo,* ἀνάγκη, κατὰ φιλίαν καθῆκον. ¶ 4. *Necessitudines,* pro ipſis neceſsitudine conjunctis dixerunt etiam auctores, die freunde, anverwandten. Tac. Hiſt. 3, 59, 7 *Vitellius respectu suarum necessitudinum nihil in Domitianum atrox parabet.* Et Suet. Aug. c. 17 *Remisit tamen hosti judicato* (Antonio) *necessitudines amicosque omnes.* Similiter Tib. c. 11; & c. 50 hoc vocabulo uſus eſt.

¶ Neceſsito, *are,* nöthigen, zwingen, philoſophorum eſt, barbare loqui non erubeſcentium, v. g. *Astra inclinant, non necessitant.* Latine dixeris, *necessitatem afferre* vel *imponere, cogere.*

¶ Neceſſo, *are,* idem. Fortunat. l. 2 Mart. *Nisi quod natura necessat.*

NECHON, *i,* n. genus aromatis ideo admixtum, ut dulcia diu durent, Apic. 1, 14. Sed 7, 6 ſunt *enechi flores,* ubi alii legunt *Cnici flores.*

NĔCO, *avi,* & *ui, atum, are,* interimere, interficere, necem afferre, würgen, tödten, umbringen. A νέκυς, quod idem ac νεκρὸς, *mortuus.* Cic. pro Roſc. Am. c. 25 *In eum, qui parentem necavisset, nullum supplicium constituit Solon.* Curt. 4, 10, 29 *Quem tuorum propinquorum necavi?* Sic, *Necare ferro, fame, veneno:* Horat. 2 ſat. 7, 58 *Vri virgis ferroque necari.* Et Virg. Æn. 8, 488 *Longa morte necare.* ¶ 2. Dicitur etiam de aliis rebus; ut, *Lignum necare,* Plin. 22, 25. Ennius & *necui* pro *necavi.* Priſcianus lib. 9 de 1 Conjug. ex illo refert: *Hos pestis necuit; pars occidit illa duellis.* Sic & Phædrus 4, 18, 4 *Colubra necuit hominem.*

¶ Necans, *tis.* Ovid. 2, 14, 22 *Vidissem nullos matre necante dies.* Translate Plin. 22, 25 f. *Orobanche necans ervum & legumina.*

¶ Nĕcatus, *a, um,* getödtet, umgebracht. Salluſt. Iug. c. 14 *Alter eorum necatus:* & c. 46 *Vir Iugurtham maxume vivum: sin id parum procedat, necatum sibi traderent,* ſolten ihn lebendig oder todt liefern. Apul. Met. 3 *Fame necatus,* verhungert. Vellej. 2, 18, 2 *Necatis civibus.* Ovid. Faſt. 1, 363 *Apes cum stirpe necatæ.* ¶ 2. *Neclus* participio. Priſcianus l. c. habet, & Diomedes lib. 1 p. 362, ſed ſine exemplo & auctoritate, niſi compoſitum ſumas *Enectus.*

¶ Necator, *ōris,* m. qui necat. Vet. Gloſſ. *Necator,* φονεὺς, ἀγχονιστής. Macrob. Sat. 1, 12 *Marti dicatus, deo plerumque hominum necatori.* Et Lamprid. Commodo c. 18 *Necator civium.*

¶ Nex, *nĕcis, necem, nece,* (quamquam *nex* raro reperiatur,) der tod, todtſchlag: ut *Latroni quæ potest afferri injusta nex?* Cic. pro Milone c. 4. Siſenna ap. Non. 2, 593 *Quoniam neque meâ nex, neque interfici* &c. *Necem sibi ipsi consciscere,* Idem Nat. D. 2, 3, ſich ſelbſt entleiben. Ovid. de Arte am. 1, 655 *Neque enim lex justior ulla est, Quam necis artifices arte perire suâ.* Feſtus obſervat, *neci datum* proprie de illo dici, qui ſine vulnere interfectus eſt, ut veneno aut fame. Sed contra Suetonius Cæſ. c. 14 *Armatos equites* Cæſari *comminatos necem* dixit; ubi ſane *necis* vocabulo ita eſt uſus, ut eadem & vulnus deſignaret. Itaque *Nex,* quævis non naturalis mors: quamquam & de naturali hac voce uſus Iuſtinus 42, 1, 1, Ob-

servante Berneggero, & ad Suet. Cæs. c. 5 n. 2 Adde Freinshem. ad Florum 3, 23, 7. Plural. *neces* apud Ciceronem pro Catil. 1, 7, 18 & Mil. ... & Val. Flacc. 3, 381 *Eas tibi misere neces.* ¶ 2. Nominat. sing. *neces* laudatur ex Quinct. decl. 8 *Et quando quæsita neces est alteri, ex geminis quod pariter langueruni.*

Compositæ:

¶ Abnĕco, *are*, umbringen. Plaut. Truc. 1, 2, 98 *Puerum ut abnecaret*: al. *enecaret*.

¶ Denĕco, *are*, tödten, abmergeln. *Encas me*, Idiotismus est hominis, ab aliqua re abhorrentis, ut observat Cafaub. ad Theophrast. Characteres p. 135 & seq. Ter. Andr. 4, 1, 36 *Cur me enecas? hoc audi*, was marterst du mich? Similiter Phorm. 2, 3, 57 Ph. *Eho tu fabrinum tam non moras?* D. *Enecas.* Sic, *vagitando aliquem enecare*, Idem Eun. dixit 3, 5, 6. *Puer ambos angues enecat*, Plaut. Amph. 5, 1, 67. *Ne herbis enecetur vata*, erstickt werde, Colum. 11, 3. ¶ 2. Pro *Eneco* apud Plautum sæpe est *Enico*, v. g. Pœn. 5, 4, 96; 3, 2, 14 &c.

¶ Enectus, *a, um*, getödtet, abgemergelt; ut, *Avis fame enecta*, fast zu tode gehungert, i. e. fere a mortua non distans. Cic. de Divin. 2, 25. *Siti enectus*, vor durst gestorben. Idem Tusc. 1, 5. Et, *Inopia enectus*, aus armuth crepirt, Idem de Divin. 1, 29. *Etiam pecudibus enectis*, Tertull. de Jejun. c. 7.

¶ Enecatus, *a, um*, idem, apud Plinium. Hinc

¶ Enecatio, *ōnis*, f. die tödtung, ermordung, apud Firmicum.

¶ Enecatrix, *tĭcis*, f. eine mörderin. Tertull. adv. Marc. 1, 29 *Duritia Pharaonis nascentium enecatrix.*

¶ Internĕco, *are*, est penitus interficere, ganz und gar verderben, umbringen. Prudent. præfat. Apotheos. v. 49 *Ne forte culmum fibra inanis spicam Simul revulsa internecet.* Hinc

¶ Internecatus, & Internectus, *a, um*, ertödtet; ut, *Internecatis hostibus*, Plaut. Amph. 1, 1, 34. *Internecti uxta testamenta fabricium*, quod ex Cic. Phil. 14, 3 laudant aliqui, huc non pertinet. Legunt enim accuratiores, ut res ipsa exigit, *non justæ belli internecini notæ. Testamenta, credo, fabricium* &c.

¶ Internectio, *ōnis*, f. Festo appellatur interfectio, die tödtung. Et Priscianus lib. 4 ait, *Internecio* pro *Internectio* elisa T dici ἐυφωνίας caussa. Sed magis in usu

¶ Internecio, *ōnis*, f. occisio, vitæ privatio, die ertödtung, gänzliche niederlage. Cic. Att. 2, 20 *Neque refelli sine internecione arbitramur.* Crebro historici: *Ad internecionem cædi*, aufs haupt geschlagen, oder erleget werden, Vellej. 2, 110, 6; & *trucidari*, ibid. c. 119, 2. *Armis inter se concurrere*, Suet. Othon. c. 12. *Ad internecionem persequendus*, Curt. 4, 11, 18. *Internecio gentis*, Tac. Ann. 2, 21, 4, hoc est, excidium. Eutropius 4, 6 *Pseudophilippus Rom. prætorem ad internecionem vicit.*

¶ Internecies, *ēi*, f. idem. Sic locutos esse veteres, cognoscimus ex Isidori Glossis, ubi exponitur *mors, jactura*. Item Orig. 5, 26, ubi *internecici judicium* esse dicit in eum, qui internecivum testamentum fecerat.

¶ Internecinus, & Internecivus, *a, um*, i. e. capitalis, exitiosus, schädlich am leben, mörderisch, blutig: ut, *Bellum internecinum*, quo altera pars funditus deletur, ein verderblicher krieg, Liv. 9, 25 extr. Cic. loco, quem ad *internecatus* producimus. *Internecivum* Iustinus 26, 2, 3 dixit; & 6, 6, 2 *Bellorum internecina odia*, todfeindschaft. Ut Ammianus 28, 3 *Leptitanoque agro & Oeasi internecivâ populatione transcurso*, da man das land mit raub und mord durchstrichen. Ita Lindebrog. & Valesius. Festo *Internecivum testamentum est*, propter quod dominus ejus necatus est. Gellio 2, 1 *Internecinum morbi genus*, eine tödtliche krankheit.

¶ Internecive, adverb. Idem Ammianus 27, 20 *Internecive cuncta disperdere*; (Valef. c. 9 p. 495.),

¶ Internecīda, *æ*, m. ein todtschläger. *Qui falsum testamentum fecit, & ob id hominem occidit*, Isidor. lib. 10 lit. I.

¶ Internicialis, *e*, tödtlich. Liv. 27, 25 *Pestilentia magis in morbos longos quam internitiales evasit.* Ita Rhenanus ex Vet. Cod.

¶ Pernĕco, *are*, todten, umbringen. Silius 4, 611 *Sitne in terris domitore quod enjis Non queat Ausonius, Tyrrhenaque pernecet hasta.* Augustin. Serm. 17 de Temp. (tom. 10 fol. 605) *Moses regem Pharaonem fronte hirsute fudavit, non dicbolum cum suis legionibus pernecavit.* Et Th. Priscian. 2, 13 *Pernecare homines.*

¶ Pernicies, *ēi*, f. exitium, pestis, ein verderb, schaden, untergang. Ter. Adelph. 2, 1, 36 *Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium.* Cic. Catil. 4, 5 *De pernicie reipubl. & exitio urbis cogitare.* Idem Catil. 1, 5 *Habam, pernicie meam cum magna calamitate reipubl. esse conjunctam.*

¶ Pernicialis, *e*, tödtlich, verderblich, schädlich; ut, *Perniciales mores, qui pernicium afferunt*, Livius 27, 23, (al. 25.) *Cato perniciali odio Carthaginis flagravit*, Plin. 15, 18, tödtliche krankheit, tödtlicher haß.

¶ Pernicialĭter, idem. Tac. Ann. 4, 34, 2 *Id perniciabile reo*, das trieb ihn den hals. Et Curt. 7, 3, 13 *Nix plurimorum oculis pernicialiter fuit*, hat die augen ruinirt.

¶ Perniciōsus, *a, um*, idem: ut, *Consilium perniciosum reipubl.* Cic. pro Domo c. 43. Et Quintil. 2, 2 *Inanitas invicem qualiacunque laudandi perniciosissima studiorum hostis est.* Val. Max. 3, 1 ext. *Alcibiadis, nescio, utrum bona, an vitia patriæ perniciosiora fuerint.* Idem 9, 5 pr. *Pernitiosissimas reipubl. leges introducere.* Sen. Qu. Nat. 2, 59 *Nullus perniciosior hostis est, quam quem audacem angustiæ faciunt.* Et vetus Inscript. apud Gruter. p. 245 n. 1 SVBLATO HOSTE PERNICIOSISSIMO.

¶ Perniciosĕ, adverb. idem. Cic. de Leg. 2, 5 *Multa perniciose, multa pestifere scisciantur in populis*, es werden viele schädliche schlüsse gemacht. Comparat. Idem 3 de Leg. c. 14 *Perniciosius de rep. meruntur vitiosi principes*, thun grössern schaden. Et Superlat. Augustinus epist. 39 *Rebus mortalibus validissime & perniciosissime compediri.*

¶ Semĭnex, *seminĕcis*, halb todt. Ammian. 31, 45 *Semineces aliqui.* Paul. Petrocor. 5, 800 *Corpora seminecum.* Sedul. de homine manu arida: *Seminecem membris, non totum vivere.* Aut. eleg. de Morte Drusi v. 394 *Semineces oculi.* Tac. Hist. 3, 28, 4 *Semineces cum exspirantibus volvuntur.* Et Liv. 23, 15 *Seminecem eum inventum.*

Necrecte, vide in *Rego, ere.*

NECRŌMANTIA, *æ*, f. νεκρομαντεία, *sive* Necyomantia, νεκυομαντεία, divinandi genus ex mortuis, quod sine sanguine, illeque humano, & pueri maxime, peragi haud poterat. Vide Cic. Tusc. 1, 16, Varronem apud Augustin. C. D. 7, 35, & ibi Coquejum p. 707. Lucanum 6, 710; Stat. Theb. v. 450. Sen. Oedipode v. 150 & seqq. Iremque Heliodorum in Æthiopicis. Vet. Gloss. νεκυομαντεῖα, *Inferorum consultatio.* Revera diaboli illusio est: qui nequaquam corpus mortui, sed phantasticam solum imaginem ostentat, quemadmodum in historia Samuelis ab inferis evocati sentiunt Theologi.

¶ Necromantes, *æ*, m. & Necromanticus, *i*, m. ein schwarzkünstler. Isidor. 8, 9 *Necromantici sunt, quorum præcantationibus videntur resuscitati mortui divinare & ad interrogata respondere* &c.

NECRŌTHŸTUS, *a, um*, νεκρόθυτος, den todten geopffert. Tertull. de Spect. c. 13 *Oculos & aures ab idolothytis & necrothytis vota patibus abstinere.*

NECTANĔBIS, *is*, penult. corr. seu Nectanebus, *i*, m. Ægyptiorum, de quo præter alios, Plutarchus & Nepos in Agesilao c. 8. *Nectabis* Plinio dicitur 36, 9. Nisi ibi *Nectanebis* aut *Nectanebus* legendum. Sed *Nectabis* etiam apud Tertullianum reperio c. 57 de Anima. De orthographia vid. Bosius ad Corn. Nep. 12, 2, 1 & 17, 6, 6.

NECTAR, *āris*, n. νέκταρ, Homero potio est deorum, ut cibus, *ambrosia*, götter-trauck. Ita dictum volunt Grammatici a νε & κτάνω, ut intelligatur, potum esse immortalium. Sed hanc & similes etymologias ridet Georg. Horn. Hist. Philos. 1, 4, & vocabulum ex Hebræis fontibus derivat, quo significetur voluptas, quæ ex contemplationibus oritur. Hoc certum, ea voce notari beatorum suavissimam potionem. ¶ 2. Hinc usurpatur pro omni, quod gustu vel odoratu dulce est. Nam pro *melle* Virgilius in illo dixit Georg. 4, 164 *Et dulci distendunt nectare cellas.* Alibi pro *vino* dixit, quod *Bacchæum nectar* Statio 2 Silv. 2, 99. De *odore* Prudentius hymno in Natal. Domini v. 68 *Fragrasse nardo & nectare*: Et Lucret. 2, 847 *Et suavi florum, nectar qui naribus halant.* ¶ 2. *Nectaris jocos*, νέκταρος ἄνθος, de cibis lautioribus, eine niedliche speise. vide Chiliadas.

¶ Nectareus, *a, um*, νεκτάρεος, lieblich, wohlschmeckend; ut, *Nectareum Falernum*, Martial. 13 epigr. 108. *Nectarei fontes*, Claudian. de Nupt. Honor. & Mar. v. 209. ¶ 2. Sic & *Nectarius.* Apul. Florid. 4 p. 42 *Crateriam bibi universæ philosophiæ inexplebilem nectariam.*

¶ Nectarea, *æ*, f. subst. herba, alantwurtz, Plin. 14, 16. Sic &

¶ Nectarion, *i*, n. id est helenium, Dioscor. 5, 40.

¶ Nectarītes, *æ*, m. vinum nectario conditum, alantwein, Plin. 14, 16.

NECTO, *ĕre*, ligare, jungere, knüpffen, binden, zusammen fügen; ut, *Nectere coronam, flores*, Horat. 1 od. 26, 7 & 8. *Nectere catenas, laqueum*, Id. 1 od. 29, 54; & 1 epist. 19, 31. *Nectere dolum alicui*, Liv. 27, 28. Præteritum est *nexui* & *nexi*: Sed istud antiquum puto. *Innexui* apud Virgilium est Æn. 5, 425. Propertius 3, 6, 37 *At tibi qui vestro nexisti vetia tecto.*

¶ Nectens, *tis*. Cic. Acad. 4, 7 *Cætera series sequitur majora nectens.*

¶ Nexus, *a, um*, geknüpft, gewunden, geflochten: ut, *Nexæ coronæ*, Horat. 1 od. 38, 2. *Caussa causse nexa rem ex se gignit*, Cic. de Divin. 1, 55. *Sodalitii juris sacramento quadam nexi*, zusammen verschworne. Iustin. 20, 4, 14. ¶ 2. *Nexi* etiam Iustino 21, 4; & 21, 2, 2 sunt vincti captivi, gefesselte, gefangene, arrestirte. Speciatim liberi homines, qui creditori operas serviles, dum solverent, præstabant. Sidonius ex Varron. ad Liv. 2, 23. Hoc sensu Florus etiam in Epitome Livii lib. 6 *Nexos exsolvere* dixit.

¶ Nexum, *i*, n. subst. ein contract, pact, schluß. Lucret. 2, 405 *Inter se nexa.* Cic. pro Cæcina c. 35 *Non jugulat horum nexa.* conf. in *Nexus* n. 2.

¶ Nexus, *ûs*, m. subst. copulatio, die verbindung. Liv. 2, 23 *Nexu vinculi solutique se undique in publicum proripiant*, sed Sigonius *nexi* legit. Ovid. Met. 6, 242 *Arcto luctari nexu*, einander im ringen fest halten. vid. Bur. ad Quint. 2, 12 pr. Tac. Ann. 4, 62, 2 *Firmis nexibus compagem superjacere*, das gebäude fest verbinden. ¶ 2. *Nexus* etiam & *Nexum* juris verbum est: ut, *Nexus legis*, Tac. Ann. 3, 28, 6. Varr. de L. L. 6, 5; & Festus; NEXVM *est, quod per æs & libram geritur.* NEXVM ÆS *dicebatur pœnuia, quæ per* NEXVM *obligatur.* Id ita, quantum conjiciendo assequi licet, fiebat: qui vendebat rem, & abalienabat, h. e. in alterius jus seu dominium tradebat, dicis caussa ab emtore f. mancipe alligabatur & nectebatur. Cujus cæremoniæ effectus erat, ut mancipi ea res fieret & evictionem præstare venditor cogeretur, conf. Cic. de Orat. 3, 40. Hinc *mancipio & nexu* alicujus esse dictum, quod factum proprium est. Hinc fam. 7, 30 *Atticum nostrum, cujus quando proprium te esse scribis, mancipio & nexu, meum antea usu & fructu.* Respicit id, quod initio præcedentis epistolæ Curio Ciceroni scripserat: *Sum enim χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici nostri. Ego fructus est tuus, mancipium illius.* Idem Cicero inter abalienationis species, & *traditionem*

ſitionem nexu vocat Topic. c. 5. Plura apud Sigonium de antiquo jure civium Rom. 2, 11, & Cælium Rhodig. Ant. Lect. 12, 20. ¶ 3. *Nexus* & *Nixus* ſæpe confundi a librariis oſtendit Drakenb. ad Sil. 3, 33.

¶ Nexio, *ōnis*, f. die verknüpffung, bindung. Arnob. lib. 5 *Vinculorum nexiones.* Adde Martian. Capell. lib. 1 carm. 4 & 5.

¶ Nexilis, *e*, das ſich knüpffen und binden läſt; ut, *Corona nexilis*, ein gewundener krantz, Sen. Agamemn. v. 362. Et Sil. 3, 140 *Loricæ ſquama nexiles*, geſchürtzter panzer. Et Prudent. Cathem. 3, 75 *Nexilis inſcia connubii.* Varro apud Non. 6, 20 *Rete nexile.*

¶ Nexibilis, *e*, idem. Ammianus 29, 13 (Valeſ. 2 fol. 559) *Nexibili aſſeverationi*, id eſt, mendaciis callide connexis.

¶ Nexuōſus, *a, um*, verwirrt. Claud. Mamertus de Stat. Anim. 2, 7 *Nexuoſiſſimas quæſtiones in minutias revolvere.*

¶ Nexo, *are*, frequent. verknüpffen. Lucret. 2, 98 *Nexantur ab ictu*, i. e. copulantur & cohæreſcunt per plagam & ictum.

¶ Nexans, *tis.* Virg. Æn. 5, 279 *Nexantem nodos.*

Compoſita:

¶ Annecto, *ĕre*, alligare, anbinden, anknüpffen, anhängen; ut, *Pedibus aliquid annectere*, Plin. 10, 37. *Ad linguam ſtomachus annectitur*, Cic. de Nat. D. 2, 54.

¶ Annectens, *tis.* Plin. 4, 1 *Inſulam continenti annectens.*

¶ Annexus, *a, um*, angeknüpfft; ut, *Scapham annexam puppi, & ad puppim* (ſic enim præpoſitionibus Cic. libenter utitur,) *funiculus trahit.* Cic. de Invent. 2, 51. *Cor annexum in lana ovis nigræ*, Plin. 28, 8.

¶ Annexus, *ūs*, m. ſubſt. der anhang, die zugeſellung. Tac. Hiſt. 3, 34, 2 *Annexa connubiisque gentium adolevit floruitque.*

¶ Annexio, *ōnis*, f. idem. Pallad. Mart. tit. 10 *Germinantes oculos aliqua annexione conglutina.*

¶ Circumnecto, *ĕre*, umher bewinden, umgeben. Seneca Quæſt. Nat. 1, 2 pr. *Fulgor, qui ſidera circumnectit.*

¶ Circumnexus, *a, um*, umſchlungen, umringet. Ammian. 19, 7 *Flammis conjectis undique circumnexi elephanti.*

¶ Connecto, *ĕre*, verbinden, zuſammen binden, an einander knüpffen. Quintil. 5, 14 *Connectere aliquid inexplicabili ſerie*, ſehr enge an einander fügen. Cic. de Fin. 1, 20 *Amicitia cum voluptate connectitur.*

¶ Connexus, *a, um*, zuſammen geknüpfft, angehängt, vereiniget. Cic. de Nat. D. 2, 38 *Qui omnia inter ſe connexa & apta viderit.* Virg. Georg. 4, 257 *Apes pedibus connexæ.* Lucret. 3, 741 *Res connexæ ſubtiliter.* Vnde compar. *Connexius*, vel ἐυχαιπῶς *Connectius*, apud Lucretium 3, 557.

¶ Connexum, *i*, n. ſubſt. idem quod argumentum, enthymema, die ſchlußrede. Cic. Acad. 4, 30 *Ipſa ratio connexi, cum conceſſeris ſuperius, cogit inferius concedere.* vide ejusmodi *connexa* apud Gellium 16, 8.

¶ Connexe, adverb. mit einander, zugleich. Martian. Capella lib. 4 part. 1 extr. *Hæc non niſi connexe dicuntur.*

¶ Connexus, *ūs*, m. ſubſt. connexio, die zuſammenfügung. Lucretius 1, 626 *Habere varios connexus.*

¶ Connexio, *ōnis*, f. idem. ¶ 2. Quo nomine argumentum etiam Quintilianus dixit 5, 14, *Connexio aut vera negatur, aut nihil ad quæſtionem dicitur pertinere.* conf. Auguſt. de C. D. 2, 31.

¶ Connexīvus, *a, um*; ut, *Conjunctio connexiva*, Gell. 10, 29 ex uſu Grammaticorum.

¶ Inconnexus, *a, um*, das nicht aneinander hanget. Auſon. Edyll. 12 ad Paulin. *Cura exigua & faſtiditur: inconnexa & implicatur.* Et Edyll. 13 præf. *Accipe opuſculum de inconnexis continuum.*

¶ Innecto, *ĕre*, verknüpffen, an etwas knüpffen; ut, *Et paribus palmas amborum innexuit armis*, Virg. Æn. 5, 425. *Cervicibus innecti*, Tac. Hiſt. 4, 46, 7, einen um den hals fallen.

¶ Innexus, *a, um*; ut, *Columba vinculis innexa*, angeſchlungen, Virg. Æn. 5, 511. *Alicui per affinitatem innexus*, mit einem beſchwägert, Tac. Ann. 6, 36, 5.

¶ Innexus, *ūs*, m. ſubſt. die verbindung, verwickelung. Apul. 2 Met. *Innexu germanitatis una coaluimus.*

¶ Internecto, *ĕre*, darzwiſchen knüpffen. Statius Theb. 8, 168 *Effantes libet internectere plagas*, h. e. letalia & animam quaſi exſpirantia vulnera futuris nectere ac ligare.

¶ Obnecto, *ĕre*, obligare, verbinden, Pompejus Feſtus.

¶ Obnexus, *ūs*, m. die verbindung. Tertull. adv. Marc. 4, 37 *Diſſolvens violentiorum contractuum obnexus.*

¶ Prænexus, *a, um*, zugebunden. Solin. c. 2 *Prænexo obſignatoque ore ſimulacrum.*

¶ Pronecto, *ĕre*, pro, producere, erſtrecken, erlängern, fortknüpffen. Stat. 4 Silv. 3, 145 *Vide, quam ſeriem morantis ævi Pronectant tibi camlidæ ſorores.*

¶ Renecto, *ĕre*. Avienus in Phænom. Arat. v. 475 *Cornipedis ſimul hunc lux indiſcreta renectit.*

¶ Subnecto, *ĕre*, angürten; ut, *Subnectit fibula veſtem*, Virg. Æn. 4, 139. Et, *Subnectere aliquid ſuperioribus*, id eſt, ſubjungere, mit anhencken. Plin. 24, 14. Quintil. 3, 3 *Illi adjecerunt quidam ſextam partem, ita ut Inventioni Iudicium ſubnecterent.* Val. Flacc. 2, 103 *Crinem ſubnectitur auro.*

¶ Subnectens, *tis.* Virg. Æn. 1, 496 *Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ.*

¶ Subnexus, *a, um*, aufgeknüpfft; ut, *Comam ſubnexus*, Stat. 5 Silv. 3, 115. *Galeſtites ſubnexus parvulis*, wenn er den kindern angehänget wird, Solin. c. 12.

Necubi, necunde, vide ſupra *Nec.*

NĔCȳDĂLVS, *i*, m. νεκύδαλος, inſectum, quod ex bombyce fit, ex ipſo vero ſex menſibus bombyx, die raupe oder raupen-geſpünſt, daraus ein ſeiden-wurm wächſt. Plin. 11, 22.

Necyomantia, vide *Necromantia*, Nedum, *Ne*, Nefandus, *Fari*, Nefarius, nefas, *Fas*, Nefaſtus, *Faſti.*

NEFRENS, *dis*, o. ein ſugferckel, Varro de Re Ruſt. 2, 4. vide ſupra in *Frendeo.*

NEFRVNDĪNES, *um*, f. *Rienes* i. e. teſticulos, *quos nunc vocamus, antiqui nefrundines appellabant, quia Græci* νεφρούς *dicunt.* v. Feſtus in *Rienes.*

Negabundus, negantia, negativus, vide mox *Nego*, Neglectus, negligentia, negligo, *Lego, ĕre.*

NĔGO, *avi, atum, āre*, ire inficias, recuſare, nein ſagen, leugnen, verleugnen, verſagen, abſchlagen. *Modo ait, modo negat*, er ſagt bald ja, bald nein Ter. Eun. 4, 4, 47. Ovid. Heroid. 15, 31 *Si mihi difficilis formam natura negavit, Ingenio formæ damna rependo meæ.* Plaut. Aſin. 2, 4, 96 *Haud negaſſim* pro *negaverim*, ich kan nicht in abrede ſeyn. ¶ 2. Obſervavit Raderus ad Curt. 4, 1 elegantiſſimum hujus vocis uſum apud cultiſſimos ſcriptores, Cæſarem, Ciceronem, Plautum, Terentium, alios, pro eo quod vulgo teritur, *dicere quod non.* Quibus quidem locis obſerva, ut accurate ſenſum teneas, certe Germanice reddas, a *dicendi* vocabulo abjungendam eſſe *negandi particulam*, & in comma ſequens transferendam. Curtii verba ſunt 4, 1, 17 *Negaverunt, quemquam patrio more in id faſtigium recipi, niſi regiâ ſtirpe ortum*, id eſt, dixerunt, non quemquam, ieu, neminem &c. ſie ſagten, es würde niemand darzu genommen. Ter. Andr. 2, 3, 5 *Si tu negaris ducere, &c.* wirſt du ſagen du wilſt ſie nicht freyen. Liv. 28, 27 *Negate, vos id omnes feciſſe*, (id eſt: Dicite, vos id non omnes feciſſe,) *aut factum voluiſſe, milites*; *paucorum eum furorem atque amentiam eſſe*, ſprechet nur, ihr habt nicht alle dreu gewilliget. conf. Petron. c. 129; & Nep. 9, 4, 1. ¶ 3. Negare dicuntur etiam aliæ res, quæ non *ſequuntur* ad voluntatem noſtram, ut in illo Iuv. 1, 79 *Si naturæ negat, facit indignatio verſum.* De hoc uſu copioſe Gron. Diatr. Stat. c. 45, quem laudat etiam Burm. ad Quint. Decl. 13, 17 p. 292. ¶ 4. Imo ab eodem *negandi* verbo pendent interdum duo commata, quorum alterum ſit exaudiendum negative, alterum affirmative. Cic. fam. 13, 29 *Non poſſum dicere, eum præfuiſſe, neque poſſim negare, cum affuiſſe, ſed non plus duobus aut tribus menſibus.* Clarior in hanc rem eſt Lactantii locus 5, 21 (al. 20) prope fin. *Epicurei quidem eſſe Deos, ſed curare quicquam negant*: pro, Epicurei dicunt, eſſe quidem Deos, ſed non curare quicquam, v. Burm. ad Quintil. decl. 10, 16 p. 228. Sic & paſsive Plin. 10, 29 *Negatur eſſe in Tarentino agro picus Martius.*

¶ Negans, *tis.* Iuſtin. 16, 4, 4 *Virisque negantibus*, ſcil. *auxilia.* Idem 31, 1, 7 *Quem æmuli ejus criminabantur negantes cum æquo animo ſub legibus vivere.* Cic. Topic. c. 11 *Sunt valde contraria, quæ appellantur negantia; ea* ἀποφατικὰ *Græci, contraria ajentibus.*

¶ Negantia, *æ*, f. die verneinung. Cic. Topic. c. 14 *Addunt conjunctionum negantiam, ſic: Non & hoc eſt & illud, &c.*

¶ Negātus, *a, um*, verneinet, verboten, unterſagt; ut, *Negata via*, Horat. 2 od. 22. *Cupimus negata*, Ovid. Amor. 3, 4, 17.

¶ Negatio, *ōnis*, f. inficiatio, die verneinung, leugnung. Cic. de Invent. 1, 28 *Diſparatum eſt, quod ab aliquo per oppoſitionem negationis ſeparatur.* Et Tertull. de Fuga c. 12 *Negatio eſt martyrii recuſatio.*

¶ Negator, *ōris*, m. qui negat. Prudent. Cathem. 1, 58 de Petro: *Flavit negator denique Ex ore prolapſum nefas.* Tertullian. adverſ. Hæretic. c. 11 *Fidem meam deſerens negator invenior.* Et de Fuga in Perſecut. c. 1 *Diſcernens frumentum martyrum & paleam negatorum.* Ex quo apparet, negatorem eſſe eccleſiaſticis apoſtatam, ein abtrünniger, mameluck.

¶ Negatrix, *īcis*, f. Prudent Apoth. v. 549 *Triumphat Gens infida prius: Chriſti ſed victa negatrix Subditur imperio.* Adjective Tertull. de Idol. c. 23 *Literæ negatrices.*

¶ Negabundus, *a, um*, qui negat. Feſtus auctor eſt, veteres, ut Catonem dixiſſe *Negabundus.* Onomaſt. *Negabundus*, ἄξαινος.

¶ Negatīvus, *a, um*, idem; ut, *Propoſitio, particula negativa*, id eſt, negans. Cajus leg. 237 de verb. ſignificat. *Duobus verbis negativis.*

¶ Negatōrius, *a, um*, idem; ut, *Actio negatoria*, leg. 5 & 6 § ult. ff. ſi uſufr. pet. leg. 2 & 4 § 1 ſi ſerv. vind. Eam Iuſtinianus in § 2 Inſt. de action. vocat *negativam.*

¶ Negĭto, *are*, frequent. *Abnuere, negitare*, Plaut. Merc. prol. v. 50. Conf. Bacch. 5, 2, 76. Et, *Ne fieri negites, quæ dicam, poſſe*, Lucret. 4, 911. Idem verbum ex MS. Pariſ. S. Victoris vindicatur Cic. Acad. Qu. 4, 22 *Quam multos annos eſſe negitaviſſet*, al. *negaviſſet.* Adde Salluſt. Iug. c. 12.

¶ Negūmo, *are*, antique pro *Negare*, Feſt. vide Lauremb. Antiqu. p. 293.

Compoſita:

¶ Abnĕgo, *avi, atum, are*, renuere, recuſare, verleugnen, abſagen, abſchlagen. Horat. 1 od. 35, 22 *Nec comitem abnegat*, er gehet mit. Virg. Æn. 7, 423 *Rex tibi conjugium & quæſitas ſanguine dotes Abnegat.*

¶ Abnĕgans, *tis.* Vulg. 2 Tim. 3, 5 *Virtutem pietatis abnegantes.* Et Tit. 2, 12 *Abnegantes impietatem & ſecularia.*

¶ Abnegatio, *ōnis*, f. die verleugnung. Arnob. 1 p. 18 *Abnegatio refutatoris increduli.*

¶ Abnegator, *ōris*, m. qui abnegat. Tertull. de Fuga in perſecut. c. 12 *Quis talem abnegatorem ſpernat?*

¶ Abnegativus, *a, um*, idem. Diomed. lib. 2 *Duæ abnegativæ unam affirmationem faciunt.*

¶ Abnegatus, *a, um*, idem ac Negatus, verſagt. Vlpian. l. 3 de in litem jur. *Promiſit ei dotem non data eſſe*, man hat ihm nein davor geſagt. man hat es ihm abgeleugnet.

¶ Denégo, *áre*, idem propemodum, quod ſimplex, vel quod *Abnegare*. Ter. And. 3, 5, 6 *Quid Chremes, quid denegarat, ſe commiſſurum gnatam ſuam uxorem.* Et, *Auxilium aliquid denegare*, Hirt. Bell. Gall. 8, 45. *Denegare naturæ omnia jucunda*, alle luſt verhalten und entziehen, Cic. Verr. 5, 11.

¶ Denegatus, *a, um*, verſagt, abgeſchlagen, entzogen. Colum. præf. lib. 1 *A natura ſexum viris denegatum mentiri.*

¶ Denegatio, *ónis*, f. die verweigerung, abſchlägliche antwort. Petron. P. 1. p. 44 *Denegatione ardentior factus me quoque ſequebatur.*

¶ Pernégo, *áre*, omnino, vel conſtanter negare, ſchlechterdings nein zu einem dinge ſagen. Ter. in prologo Eun. v. 34 *Sed eas fabulas facias priùs latinas, id vero pernegat.*

¶ Pernegatio, *ónis*, f. die gänzliche leugnung. ICt. in Dig.

¶ Subnégo, *áre*, nonnihil negare, zum theil abſagen, abſchlagen. Cic. fam. 7, 19 *Quod præſenti tibi prope ſubnegarem, non tribuerem certe, id abſenti debere non potui.*

Negotium, negotiari cum derivatis, vide infra *Otium*.

NEHALENNIA, *æ*, f. Dea navigantium. Servatius Gallæus Diſſert. de Sibyllis, derivat a vocabulo ſive Hebræo ſive Phœnicio חלה, eo quod *commode & leniter deducere* naves & merces credita. Sed rectius forte Io. Georgius Keyslerus, e veteri Germanorum lingua nomen hujus Deæ reperit, quibus *Neha* nymphem olim ſignificavit. Eſt illius erudita de Nehalennia numine veterum Walachrorum diſſertatio in ſelectis antiquitatibus Septentr. & Celt.

NEITH, id eſt, Miſerva, Ægyptiorum lingua, Arnob. 4 p. 137.

NĔLEVS, *ei*, m. Νηλεύς, Neptuni filius fuit ex Tyro nymphâ filia Salmonei regis: cujus duodecim filios præter Neſtorem Hercules occidit, totamque ejus domum, patriamque evertit. Ovid. Met. 2, 690. *Paſcua Neleï.*

¶ Nelĕïus, & Nelĕius, *a, um*, adject. Ovid. Met. 6, 413 *Et Nelea Pylo.* Idem Met. 12, 558 *Nelei ſanguinis autor.* Idem Heroid. epiſt. 1, 7 *Nos Pylii, antiqui Neleïa Neſtoris arva.*

¶ Nelĭdes, *æ*, m. patronym. Idem Ovid. Metam. 12, 553 *Bis ſex Nelidæ faimus conſpectu juventus.*

Nema, vide paullo poſt *Neo*.

NĔMAVSUS, *i*, f. urbs Galliæ Narbonenſis trans Rhodanum, hodie *Nyſmes*, Amphitheatrum Romanum ad noſtra tempora conſervans. v. Lipſium de Amphitheatro. Plinio 3, 4 *Nemauſum*, neutro genere eſt. Conf. Auſon. Vrb. 13, 33.

¶ Nemauſenſis, adj. Plin. ibidem cap. extremo: *Nemauſenſibus attribuit oppida.*

¶ Nemauſăcus, *a, um*, idem. Theodulfus lib. 1 Carm. v. 131 *Inde Nemauſiacas ſenſim properamus ad arces.*

NĔMEA, *æ*, & Nemée, es, f. oppidum Argeæ, ſeu Argolidis, juxta quod ſilva ejusdem nominis, in qua Hercules leonem miræ magnitudinis confecit. In cujus rei memoriam poſtea ſacra inibi Herculi & ludi inſtituti. v. Plin. 4, 6, & Virg. Æn. 8, 295. Conf. Cellar. Geogr. Ant. L. 2 c. 13 p. 989.

¶ Nĕmæus, & Nemæus, *a, um*, adject. ut, *Leo Nemæus*, quem Hercules occidit, de quo Hyginus fab. 30. *Nemæum vellus*, Ovid. Met. 9, 225.

NEMESIĀNVS, *i*, m. (Aurel. Olympius) poëta Carthaginienſis; ſcripſit Cynegeticon & eclogas.

NĔMĔSIS, *is*, f. Νέμεσις, indignatio, Jovis filia Euripidi, dea ulciſcens immoderatos & inſolentes: unde ejus iram deprecabantur, qui loquebantur de ſe. Vide Callimachum Hymno in Cererem v. 56. Euripidem Phœniſſis v. 189, itemque Autonium Eidyll. 5, 66; & 8, 40. Dicta eſt a νεμεσᾶν *indignari*, ſeu a νέμω, quod bona & mala diſtribuat. Dicta fuit & *Adraſtéa*, ab *Adraſto* rege, qui primus ei templum potuit, & *Rhamnuſia* a *Rhamnunte*, oppido Atticæ, in quo templum habuit: itemque *Leda*, Lactant. 1, 21. vid. Græv. Lect. Heſiod. p. 77 ſq. Spanhem. ad Callim. in Dian. v. 232. Bronckh ad Tibull. 1, 6, 34 p. 119 ſq. ¶ 2. *Nemeſis* amica formoſa Tibulli, de qua Martial. 8 epigr. 73, & ipſe Tibullus 2 eleg. 3.

¶ Nemeſiaci, in Cod. Theodoſ. 14, 7, 2, conjunguntur cum ſignieris & Cantabrariis. Superſtitioſi hominès fuerunt, & vani in primis divinatores. Colligit hoc Iac. Gothofredus ad l. c. præſertim ex Commodiano, qui p. 54 edit. Schurzm. *de Nemeſiacis vanis* dictatum ſe profitetur, ac deinde vanos homines commemorat, qui ſimulacra geſtent Deorum, ac divinare aliis audeant, cum ſibi neſciant &c.

Nemeſtrinus, vide in *Nemus*.

NĔMĔTES, *um*, m. pl. populi Germaniæ ad Rhenum, ab urbe *Nemete*, quæ & *Noviomagus Nemetum*, vel *Nemetum Auguſta*, Spener. Meminit Nemetum Cæſ. B. G. 1, 52; ubi Paraphr. Gr. Νημήτας. & Plin. 4, 17.

¶ Nemetticus, *a, um*, adject. ut, *Pix Nemeticus*, de qua Colum. 12, 22 & 24.

NĔMO, *ĭni*, c. quaſi *ne homo* quidem, niemand. *Nemo hominum*, Ter. Eun. 4, 6, 19. Et Cic. Att. 8, 2 *Neminem omnium hominum pluris facio.* Et, *Nemo quisquam*, Ter. Hec. 1, 1, 10. *Neminem eorum per Italiam ire liciturum*, Liv. 42, 36; i. e. non liciturum, quemquam eorum per Italiam ire. v. Drakenb. *Nemo de, e, ex nobis, noſtris. Nemo de tanto populo, Nemo ex hoc numero*, Virg. Æn. 5, 305 &c. Sic enim cum præpoſitionibus illis effertur. *Nemo mortalium omnibus horis ſapit*, Plin. 7, 40. *Vitiis nemo ſine naſcitur*, Horat. 1 ſat. 3, 68. *Nemo nos*, ideſt nemini; *Nemo non Attico magno in peritiâ hoc fuerit*, Nepos 25, 12, 1. Et Cic. de Amic. c. 26 *Aperte adulantem nemo non videt.* Sed *Non nemo* eſt aliquis, iemand, etwa einer. Id. Cic. pro Murena c. 39 *Non nemo etiam in illo ſacrificio reip. in ipſa, inquam, curia non nemo hoſtis eſt.* ¶ 2. Vſurpatur aliquando adjective, pro *nullus*, keiner. Ita Ter. Eun. 3, 5 pr. *Nemo homo eſt.* Cic. fam. 12, 25 *Ut hominem neminem pluris faciam.* Sic Liv. 2, 6 *quia nemo unus ſatis dignus regno viſus ſit.* Id. 9, 16 *nemo unus erat vir, quo magis innixa res Romana ſtaret. Auctorem neminem unum ſequar*, Plin. 3, 1. Et, *Diem neminem*, id eſt, nullum, Prudentius Romano v. 744.

Nemoralis, nemorenſis, &c. vide paullo poſt *Nemus*.

NĔMOSSVS, *i*, f. metropolis Arvernorum, Lucan. 1, 419.

NEMPE, nimirum, adverb. confirmandi, nemlich, quod cum interrogatione quandoque, interdum ſine interrogatione ponitur. Cum interrogatione: ut Cic. Tuſc. 5, 5 *Nempe negas, ad beate vivendum ſatis eſſe virtutem?* ſo ſagſt du nun, daß ꝛc. Sine interrogatione: Ter. Andr. 2, 3, 13 *Nempe hoc ſic eſſe opinor dicturum patrem*, ich denke, der vater wird wol alſo ſagen ꝛc. ¶ 2. Elegantiſſime autem interrogationibus cum reſponſione ſine interrogatione ponitur. Cic. Phil. 1, 7 *Pompeji conſulatus, in quibus actis conſiſtit? nempe in legibus*, nicht ſo? in den geſetzen? Ter. Andr. 3, 5, 11 *Expedies? nempe ut modo*, nicht ſo? wie alſo? Vid. Valla 2, 22. ¶ 3. Eleganter etiam cum *ergo* jungitur. Ter. Andr. 1, 2, 21 *S. Nempe ergo aperte vis, quæ reſtant, me loqui*, du wilt alſo ꝛc. *D. Sane quidem.* Reſp. allerdings. ¶ 4. Interdum hæc particula, non minus ac ἦ ſcilicet, ſimpliciter ad conſenſum declarandum pertinet. v. g. Terent. Andr. 5, 4, 47, ubi *nempe* & *ſcilicet* ſignificant idem fere quod Germanorum, das verſtehet ſich, ich bins zufrieden.

NĔMVS, *ŏris*, n. a νέμω, *paſco*, ſilva eſt amœna, ein luſtwald, ſpazier-wald. Differt a *ſilva*, quæ cædua eſt: a *luco*, qui eſt religioſus: a *ſaltu*, in quo jumenta paſcuntur, Valla auctore. Vide de ſingulis ſuis locis. Servio auctore ad Virg. Æn. 1, 314 *Nemus eſt compoſita multitudo arborum. Nemus opacum, umbroſum, arduum, argutum*, poëtarum epitheta ſunt. *Nemus omne virebit*, Virgil. eclog. 7, 59. Ovid. A. A. 3, 689 *Silva nemus non alta facit.* ¶ 2. *Nemus* proprie dictum fuiſſe Dianæ Aricinæ templum, docet Salmaſ. ad Solin. p. 48. Add. Harduin. ad Plin. 35, 7 f. 33 extr. Quin ¶ 4. Vrbem adjacentem *Nemus* dictam notandum. vid. Vlit. ad Grat. 484. ¶ 5. Pro incolis f. feris, vid. Burm. ad Val. Fl. 3, 531.

¶ Nemŏrōſus, *a, um*, waldicht, holzicht, mit bäumen bewachſen: ut, *Colles, montes nemoroſi*, Ovid. Art. Am. 3, 427. conf. Plin. 35, 11. *Nemoroſæ ſilvæ*, Ovid. Met. 10, 687. ¶ 2. *Nemoroſus* & *numeroſus* in MSS. ſæpe confunduntur. Drakenb. ad Sil. 4, 60.

¶ Nemŏralis, *e*, idem. *Templum nemorale Dianæ*, Ovid. de Art. am. 1, 259. *Umbræ nemorales*, Idem Amor. 3, 1, 5. Et Avienus Orbis deſcript. v. 936 *Vellera per ſilvas Seres nemoralia carpunt.*

¶ Nemŏrenſis, *e*, idem; ut, *Mel nemorenſe*, Colum. 9, 4, waldhonig, quod in nemoribus apes conficiunt. *Rex nemorenſis.* Suet. Cal. c. 35, i. e. ſacerdos Dianæ Aricinæ in *Nemore*, ubi vid. n. 2. conf. Propert. 3, 21, 30.

¶ Nemoricultrix, *cis*, f. Phædr. 2, 4, 3 *Sus nemoricultrix fœtum ad imam poſuerat.*

¶ Nemorivăgus, *a, um*, im walde herumlauffend; ut, *Aper nemorivagus*, Catull. carm. 64, 72.

¶ Nemeſtrīnus, *i*, m. Deus nemorum, der wald-gott, Arnob. lib. 4 p. 131. conf. Voſſ. de Idolol 2, 62.

NĒNIA, *æ*, quam per diphthongum *Nænia* Feſtus ſcribit, alii vocali ſimplice: eſt cantio funebris, quæ in laudes defunctorum a præficis ad tibias canebatur, ein trauer-lied, klag-lied, leich-geſang. Græci ᾠδὴν ἐπικήδειον vocarunt ejusmodi carmen & ἐπικήδειαν, unde *nenia* eſt. Cic. de L. L. 2, 24 *Honoratorum virorum laudes in concione memorentur: easque etiam cantus ad tibiam perſequatur, cui nomen* NENIÆ: *quo vocabulo etiam a Graccho cantus lugubres nominantur.* Suet. Aug. c. 100 *Canentibus neniam principum liberis.* Quinctil. 8, 2 p. 671 *Carmen funebre proprie nenia.* vid. Almelov. h. l. Apud Sidonium 7 epiſt. 17 *Nenia ſepulcralis*, eſt carmen ſepulcro inſcriptum, die grabſchrifft. *Neniam dicere*, Plaut. Truc. 2, 1, 3 zu grabe ſingen. Ver. Gloſſ. *Nænia, ἐπιτάφιος ᾠδή.* ¶ 2. *Nenia* nutricum cantio dicitur, qua pueris inducunt ſomnos, ſubinde repetendo *Lalla, Lalla*: Arnob. lib. 7 *Vt ſomno occupari poſſint, lenes audiendæ ſunt neniæ.* ¶ 3. *Nenia* dicitur omne dictum vulgatum & nugatorium, kinderey, poſſen. Sic Horatius illum verſum: *Rex eris, ſi recte facies*, vocat *puerorum neniam* 1 epiſt. 1, 62. v. Scalig. Conjectan. p. 142 & 143, item Lect. Auſon. 2, 1. Phædrus 3, 1, 10 de ſcriptis nullius momenti: *Legesne potius viles nenias?* Hieronymus epiſt. ad Riparium, adv. Vigilantium, extr. *Si volueris longiorem nos adverſum eum ſcribere librum, mitte nenias illius & ineptias.* Paucis verſibus ante ſimiliter *Cantilenas* per contemtum vocat: *Si librorum*, inquit, *ipſius ad nos voluiſſis mittere cantilenas.* Prudent. Paſſione Laurentii v. 513 *Quicquid Quiritum fuxerat Ornare nenias Numa.* Vbi *Nenias* vocat ridicula illa a Numa conficta numina, ſive idola. Paullo ante v. 496 *Nugas* appellarat. Et obſervat Scaliger, *Nugas* proprie appellaras, quæ in mortuorum laudem canebantur; quæ *neniæ* erant; vide ipſum Conjectaneis Varronianis d. l. Sed apud Ovidium A. A. 2, 102 *Nænia Marſæ* eſt carmen magicum.

¶ Nenior vel Nænior, *ari*, i. e. lamentari, vana loqui, Catho!.

NĒNŬ, antique pro *non*, nicht. Apud Nonium 2, 580 Lucilius: *Nenu moleſtum eſt.* Et Varro: *Si hodie nenu venis.* Sic & Lucret. 4, 716 *Nenu queunt rapidi contra conſtare leones.* Ita etiam 3, 200. 4, 716 *Nenu queunt rapidi contra conſtare leones.* Ita etiam 3, 200.

NEO, *nĕvi, nētum, nĕre*, νέειν, eſt lanam torquendo in fila ducere, ſpinnen. Ovid. de medicamine faciei v. 14 *Aſſiduo durum pollice nebat opus.* Albin. ad Liv. 164 *Hanc lucem celeri turbine Parca neat.* In tertia Tibullus hoc verbo uſus eſt lib. 3 eleg. 3, cum ait v. 36 *Stamina quæ ducunt, quæque futura neant*: Vbi *neunt* pro *nent* poſitum eſt. Sed quæ ratio ita flectendi? Iosephus Scalig. ad eum Tibulli locum ita commentatus: Neunt *non a* Neo, *ſed a* Neeo, *ut* Abnueo *Ennius: Certare abnueo, metuo legionibus labem. Et quamvis ſic ſecundæ conjugationis videatur, tamen abnueo non facit abnuent, ut docent, ſed abnueunt. Sic hîc neunt, non nent. Hic Grammatiſta voluit eſſe, quia hoc non eſt in aliis ſcripturibus vulgare.* Hæc ille. Verum neſcio an hac via res accurate procedat. Nam ſi exemplum verbi *abnueo* hic valere patimur, non paucioribus ſyllabis efferri debet tertia pluralis, quam prima ſingularis. Vt ergo ab *abnuo* eſt *abnuerunt*, ſic a *neeo* flectendum erat tribus ſyllabis *neerunt*, non

non duabus, *neunt*. Quod si sic dicamus potius: ut quarta nominum declinatio contractio quædam est secundæ, (ex *fructuis* enim factum apparet *fructus*:) Ita secundam verborum conjugationem esse contractionem tertiæ: Veteres igitur *docuis, docuunt*, dixisse, pro quibus postea *doces, docent*, obtinuerit. Quamobrem similiter a *neo* (non ut Scaliger a *neco*,) dictum olim *neunt*, quod retinuit Tibullus, ut a *queo* est queunt &c. Quin totam hanc disputationem evertit Heinsiana emendatio, Brouckhusio, probata qui pro *neunt, canunt* reponit. ¶ 2. *Nevi a neo* dixere Ovidius, Silius, alii. Ille Fast. 2, 771 *Stamina nevit*: hic (Silius) 7, 81 *Quod nostræ nevere manus, venerabile donum*. ¶ 3. Passive Plinius extulit 33, 3 de auro loquens: *Netur & texitur*, inquit, *lanæ modo*.

¶ Nens, *tis*. Tibull. 1, 7, 1 *Parcæ fatalia nentes Stamina*. Justin. 1, 3, 2 de Sardanapalo: *Invenit eum inter scortorum greges purpuram colo nentem*, i. e. lanam purpura sive murice infectam.

¶ Netus, *a, um*, gesponnen; ut, *Lana neta*. Ulpian. l. 70 ff. de legatis 3. Hinc & Corippus de laudibus Justiniani Aug. 1, 15 *Justinianorum fœtus ubi tota laborum Neto auro infignita fuit, gemmisque coruſca*. Ita legi is locus debet, ubi vulgo, *necto auro*, editum est: Voss. de Analog. 3, 24 p. 89.

¶. Netus, *ûs*, m. subst. filamen, das gespinst. Mart. Capella lib. 2 p. 28 *Ex candentis byssi netibus*.

¶ Netrix & Netrina auctoritate adhuc carent.

¶ Nema, *ătis*, n. νῆμα, filum, stamen, ein faden, ein gespinst; ut, *Nema fericum*, L. *interdum* 6 § *species* 7 ff. de publican. vid. Salmat. de Pallio p. 225.

¶ Nēmen, *ĭnis*, n. idem, in antiqu. Inscript.

Compósita:

¶ Perneo, *ēre*, abspinnen. Martial. 1 epigr. 89 *Cum mihi ſupremos Lachesis perneverit annos*.

¶ Pinnctus, *a, um*, abgesponnen. Sidon. Apollin. carm. 15, 167 *Quam carmas Parcarum vellere in ipſo Nondum pernetam fato proſtare ſolatum*.

¶ Rēneo, *ēre*, von neuen spinnen. Incertus Autor ad Liviam Aug. de morte Drusi Neronis v. 444 *Stant rata non ulla fila renenda manu*.

NEŌNȳLE, *es*, f. Lycambis Thebani filia, cujus patrem ob negatam filiam infectatus est Jambis suis Archilochus. Conf. Horat. 3 od. 12.

NEŌCÆSĂRIA, *æ*, f. urbs Cappadociæ ad Lycum fluv. Plin. 6, 3. Erat Ponti Polemoniaci metropolis, quo nomine de ea Spanh. de usu & præstant. numis. diss. 9 p. 600.

NEOCLES, *is*, m. philosophus Atheniensis, frater Epicuri, vid. Laërt. Patrem Epicuri facit Cic. de Nat. D. 1, 26. ¶ 2. Alius Themistoclis pater, de quo Ælianus V. H. 2, 12. Hinc

¶ Neoclides, *æ*, m. Neoclis filius, Themistocles, Ovid. Pont. 1, 3, 69.

NEOCŌRUS, *i*, m. νεωκόρος latine, ædituus, ein tempelner, küster. *Neocori, aut præpoſiti templi*, Tacit. 3, 71. conf. 4, 7. ¶ 2. Sed augustius aliquid habet νεωκόρων dignitas in nummis passim tributa urbibus, de qua nummariæ rei scriptores.

NEŌMĒNIA, νεομηνία, der neumond. vid. Isidor. 6, 8. Prov. *Ad neomenias latinas*, i. e. nunquam, Hieron. Latini neomeniis carent. v. Novarini Adag. Eccl. T. 2 p. 446. Adde Tertull. de Idol. c. 14; & ad Marc. 1, 20.

NEŌPHȳTUS, *i*, m. νεόφυτος, novellus, ein neuling, quasi νέον φυτόν, *novum germen*. Vulg. Interpr. 1 Tim. 3, 6 de eo, qui nuper ad fidem accessit, quasi nuper insitus. Conf. Isidor. 7, 4; Tertull. de Præscript. c. 41: & adv. Marc 1, 20.

NEOSSOTRŌPHĒUM, *i*, νεοσσοτροφεῖον, paluſtris locus pro grege anatium, vulgo legunt apud Varron. R. R. 3, 11. Rectius *Neſſotrophium*, de quo postea.

NEOPTŎLĔMUS, *i*, m. Νεοπτόλεμος, novus miles; cognomen Pyrrhi Achillis filii. ¶ 2. *Neoptolemi*, vel *Neoptolemia vindicta*, (νεοπτολέμειος τίσις) ubi quis idem patitur, quod in alios fecit. Siquidem Neoptolemus, Achillis filius, qui Priamum in ipsis palatii focis occiderat, ipse vicissim apud Delphos ad Apollinis aram interfectus est. v. Chil. ¶ 3. *Neoptolemus*, rex Molossorum, pater Olympiadis, quæ genuit Alexandrum M. Justin. 7, 6, 10. ¶ 4. Alius socius Eumenis, de quo Justin. 13, 6, 15, & Nepos 18, 4, 1. ¶ 5. Fuit & ille nomine Tragœdus, de quo Suet. Calig c. 107, ubi Torrent. videri potest.

NEOTĔRĬCUS, *a, um*, νεωτερικός, recentior, neu, heutig. Aur. Victor de Orig. Gent. Rom. pr. *Ut quisquam neotericorum aſſeveravit*. Et Claudian. Mamert. de Anima 1, 3 *Neotericus ſcriptor*.

¶ Neoterice, adv. idem. Alcon. Pedian. in Divin. Cic. *Hoc leviter a Ciceronis dictum & neoterice putant*.

NĔPA, *æ*, masc. veteribus Latinis cancrum significavit, qua significatione est apud Plautum Casin. 2, 8, 7. *Receſſim cedam ad parietem, imitabor nepam*, ich will einen krebsgang geben. Sed cancrum plane negat esse *nepam* Bochartus Hieroz. 2, 4, 29. Ac de Plauti loco quidem facile assentiar. Sed nimis apertus videtur alter Sammo. 199 *Viventique nepæ lumen geſtetur amicum*, h. e. oculi cancri. ¶ 2. Certum quidem *Scorpium* esse *nepam*, ein scorpion, Cic. de fin. 5, 15 *Cornigas eti videmus boves, nepas aculeis*. ¶ 3. Præsertim ita vocarunt signum cæleste *Scorpii*. Cic. de Nat. Deor. 2, 42 *Pectuſque nepai*. Manil. 2, 32, & 4, 386, & ad h. l. Jos. Scaliger p. 299. Columella 10, 57 it. 11, 2 *Priſcis Non. Maj. Nepa medius occidit*. Vbi adeo masculino genere adhibetur, uti Virgilius *cæcos talpas* & *timidos damas* dixit. An cum feminino junctum reperiatur, nondum constat.

NEPENTHES, *is*, n. Νηπενθές, a πένθος, *luctus*, dictum medicamentum Homericum, *oblivionem triſtitiæ omniumque malorum ſui, & ab Helena utique mortalibus omnium propinandum*, ut Plinii verbis utamur 25, 2. Scilicet apud Homerum Od. δ, 219. Helena, ut convivas exhilaret, intundit poculo Διὸς θυγάτηρ Νηπενθές τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων, i. e. *medicamentum lenit & oblivioſum, malorumque oblivionem inducens omnium*. Hic versus miris eruditorum concertationibus occasionem dedit, de quibus Fabric. B. G. l. 2 c. 6 § 13. Simplicissimum videtur, aer. vinum ipsum intelligere, *amara curarum eluere efficax* (Horat. Od. 4, 12, 19) aut cum Macrobio Sat. 7, 9 *Narrandi opportunitatem, quæ hoſpitem mœroris oblitum flexit ad gaudium*. Sed prior intellectus eo quod simplicior, videtur verior.

NEPETE, Italiæ oppidum Sutrio vicinum, Liv. 6, 9. Inde

¶ Nepesini, Liv. 6, 10.

NĔPĔTA, *æ*, f. herba pulegium agreste, secunda species calaminthæ: v. *Calamintha*, wilder polei, bergminz, bergmünz. v. Plin. 20, 14; Columell. 5, 7; Macer 1, 15; & Seren. v. 420 & 503.

NĒPHĀLIA, *orum*, νηφάλια, sobria festa, in quibus non libabatur vinum, sed aqua melle diluta, & quidem in honorem Mnemosynæ, Auroræ, Solis, Lunæ, Nympharum, Veneris & Vraniæ, cui pangquet ohne wein. vid. Suid. Iul. Pollux 6, 3; & Athen. 15, 20. Conf. Cæl. Rhodig. 7, 16.

NĔPHĔLE, *es*, f. uxor Athamantis, mater Phryxi & Helles. Hinc

¶ Nephelēis, *ĭdos*, f. Helle dicitur Ovid. Met. 11, 296; & Auson. Eidyll. 3, 187.

¶ Nephelæus, *a, um*, adj. ut, *Pecus Nephelæum*, aries, qui Phryxum & Hellen per mare vexit, Valer. Flacc. 1, 56.

¶ Nephelion, *i*, n. νεφέλιον, eadem herba, quæ personacia, kletten, Apul. de Herb. c. 36.

NEPHRĪTIS, *ĭdis*, f. νεφρῖτις, renum dolor, nierenweh, lendenweh, colick. v. Cæl. Rhodig. 4, 20; & Isidor. 4, 7.

¶ Nephriticus, *a, um*, νεφριτικός, renum morbo laborans, nierensüchtig.

NĔPOS, *ōtis*, m. ex filio filiave natus, ein sohns-kind, tochter-kind, enckel. Germanorum enckel, ab ἔγγονος esse, quidam putant: Sicuti latinum Nepos etymologi deducunt a græco νέπος, νέποδος, qua voce nepotes interdum significari, docebit post alios Casaubon c. 28 Lect Theocrit. p. 127. Ac proferuntur in hanc sententiam tres præcipue loci; unus Theocriti Idyll. 17, 25; alter Apollonii lib. 4 haud procul a fine: tertius Callimachi, quem servavit Pindari Scholiastes ad Isthm. β δ' γάρ ἐσγάτιη τρέφω τὴν μέσαν, ὡς ὁ Κῖος, Τλλίχα νέπως. Est hoc fragmentum inter Bentlejana 77, ubi etiam explicatur. ¶ 2. Fuit autem olim *Nepos* generis communis, ut intelligis ex versu Ennii, quem profert Nonius Marcellus 3, 147 *Ilia diæ nepos, quas arumnas tetuliſſi*. Postea, *ut neptis dicamus, in jure eſt propter diſcretionem ſucceſſionis admiſſum*: Isidor. 9, 5. ¶ 3. Porro, tametsi *Nepos* proprie filii filiæve, uti diximus, natus est: aliquando tamen latius extenditur vocabulum. Sic frequenter apud ICtos *Nepotes ex fratre*: *nepotes ex ſorore* reperiuntur. Sed alii auctores *fratris, ſororis filios* nuncupant: ut Nepos; & Tacitus de Germania c. 20. Cum jureconsultis tamen locutus est Ovidius de Ponto 3, 3, 62 *Cæſar ab Æmea qui tibi fratre nepos*. Sic Ambrosius Iothum vocat nepotem Abrahami Off. 1, 24. Et apud Petrum Blesensem epist. 131 *nepos* & *avunculus* relata sunt. Plura de hac significatione Fasciolatus singulari disputatione, seu Epistola 6, p. 413. conf. Menagiana T. 4, p. 167 sqq. & Duker. ad Liv. Epit. 116. ¶ 4. *Nepos*, id est, luxuriosus, prodigus, dissolutus, perditus, ein verschwender, durchbringer. Cic. Catil. 2, 4 *Quis ganeo? quis nepos? quis adulter?* Horat. epod. 1, 32 *Haud paravero, Quod, aut avarus ut Chremes, terra premam, Diſcinctus aut perdam ut nepos*. Lactant. 3, 22 *Viri, qui multas mulieres habent, nihil aliud dici poſſunt, quam luxurioſi atque nepotes*. vide Casaub. ad Persium Commentar. p. 508. Fuit autem fortasse quis ex Nepotum gente, (qua & Cornelius Nepos, nobilis ille historicus oriundus, v. supra *Cornelius*); cujus perdita & dissoluta vita occasionem proverbio dedit. Sic & *Catones* dicti omnes sancti & ferii viri a Catone Censore, qui talis. Aliter tamen Paulus Festi epitomator: *Nepotes luxurioſæ vitæ homines appellati, quod non magis his rei ſuæ familiaris cura eſt, quam iis, quibus pater avuſque vivunt*. Cum quo & facit magnus Casaubonus ad Persii sat. 6. Sen. epist. 95 *In Rhetorum ac Philoſophorum ſchola ſolitudo eſt: at quam celebres culinæ ſunt, quanta circa nepotum focos juventus premit?* ¶ 5. *Nepotes* in vite, unnütze schösslinge; ut, *Nepotibus liberare palmites*, Colum. 4, 10 & 24. *Pampinus cum exercuit, nepotibus orbandus eſt*, Id. 4, 28. conf. 3, 6.

¶ Nēpōtulus, *i*, m. dimin. Plaut. Mil. 5, 20 & 28 *Venerens nepotulus*, ein jungfern-knecht.

¶ Neptis, *is*, f. eine neffe, enecklin. *Neptis ex aliquo*, Nepos 25, 9, 4.

¶ Nepticŭla, *æ*, f. dimin. Symmach. 6 epist. 32 *Nepticulæ meæ Galle infirmitas*.

¶ Nepōtīnus, *a, um*, schwelgerisch; ut, *Nepotini ſumtus*, i. e. profusi, immodici, quales luxurioforum sunt. Suet. Calig. c. 37.

¶ Nepotālis, *e*, idem. Ammian. 31, 13 *In nepotali menſa ludicris concrepantibus diu diſcumbens*. Apul. 2 Met. *Nepotalis luxus*.

¶ Nēpōtor, *ari*, prodige & luxuriose vivere, schlemmen, prassen. Sen. de Benef. 1, 15 *Veto liberalitatem nepotari*, i. e. profundere, dilapidare. Tertull. Apolog. c. 46 *Ariſtippus in purpura nepotatur*.

¶ Nēpōtātus, *ûs*, m. ipsa actio, die schwelgerey. Vet. Glossæ: *Nepotatus, ἀσωτία*. Adde Plin. 12, 4 extr.

¶ Pronēpos, *ōtis*, m. & Proneptis, *is*, f. nepotis filius, filia, des sohns oder tochter enckel, urenckel, Cic. Phil. 13, 7. Et, *Pronepti*, apud Pers. sat. 6, 43. Seneca Ludo de Morte Claudii p. 854 ex persona Divi Augusti: *Hanc mihi gratiam retulit, ut duas Julias pronceptes meas occideret: unum abnepotem L. Silanum*.

¶ Abnēpos, *otis*, m. klein neffe, pronepotis filius: Seneca de Morte Claudii, verbis jam indicatis; & Suet. Tib. c. 3.

¶ Abneptis, *is*, f. klein nifftel, kindes-kindes-kindes kind. Suet. Ner. c. 35. Gajus l. 3 ff. de grad. & affinit.

¶ Adnēpos, *otis*, m. abnepotis filius. vide multas Inscript. Gruteri p. 263 n. 3 p. 262 n. 4, 5, 6 p. 263 n 8, & p. 268 seqq. Adde Inscript. apud Fabret. p. 331.

¶ Adneptis, *is*, f. abnepotis filia. Gajus π. 39 τ. 10 l. 1 § 7 & l. 10 § 16.

¶ Trinē-

¶ Trinępos, ōtis, m. urneſſt. Lege 10 § 9 Dig. de in jus vocando, *ulcra trinepotem.*

¶ Trineptis, *is*, f. urnifſtel, apud ICt.

NEPTVNVS, *i*, m. Opis & Saturni filius, maris Deus, der meergott, a *nando* dictus, auctore Ciceron de Nat. D. 2, 26. Sed Scaliger pater lib. de Plantis ἀπὸ τῦ νίπτειν deducit. Nam ut a *Verto*, *Vertumnus*: ita a νίπτω *Neptunus* eſt. Varroni de L. L. 4, 10 a *nupta*, i. e. opertione, quaſi *Nuptunus*: quod mare terras obnubat atque præcingat. conf. Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 135. Sed Bochartus, lib. 4 Geogr. ſacræ, ſuſpicatur, nomen Neptuni deductum a verbo Ægyptio, νεφθυν, de quo Plutarchus in de Iside & Oſir. Νεφθυν δὲ καλεῖται τῆς γῆς τὰ ἔσχατα καὶ παράκτια, καὶ ψαύοντα τῆς θαλάσσης, i. e. *Nephthum vero appellant terræ extrema & promontoria, & quæ maria attingunt.* Inſignis oratio Neptuni eſt in Virg. Æn. 1, 129. *Neptunumpater* ut *Iovispater*, *Saturnuspater* &c. dictus eſt Gell. 5, 12. ¶ 2. *Neptunum* pro mari poni, haud eſt inſolitum. Sic *Neptunus Ægæus* eſt mare Ægæum, Virg. Æn. 3, 74. conf. Dempſter. in Roſin. p. 342 & 632. Reinef. in Epiſt. p. 174 & 301. Sic apud Catullum carm. 32, 3 *Vterque Neptunus* ponitur pro mari infero ac ſupero. vid. Spanh. ad Ariſtoph. Plut. 396. ¶ 3. Pro piſcibus accipitur in illo Nævii apud Feſtum in *Coquus*: *Coquus edit Neptunum, Venerem, Cererem.*

¶ Neptūnius, *a, um*, adject. ut, *Neptunia prata*, i. e. mare, Cic. in Arat. v. 129. Et, *Arva Neptunia*, Virg. Æn. 8, 695. *Neptunia Troja*, Idem Æn. 2, 625, quia Neptunus muros Trojanos condidit cum Apolline.

¶ Neptunia, *æ*, f. ſubſt. herba, polium, wilder roßmarin. v. Apul. de Herb. c. 57.

¶ Neptunālis, *e*, idem quod *Neptunius*; ut, *Neptunales ludi*, Tertull. de Spectac. c. 6. Et abſolute *Neptunalia*, Neptuni feriæ, Varr. de L. L. 5, 3. Auſon. de Feriis Lat. v. 19 *Aut duplicem cultum, quem Neptunalia dicunt.*

¶ Neptunīne, *es*, f. patronym. i. e. Neptuni filia, Thetis, apud Catullum carm. 65, 28.

¶ Neptūnĭcŏla, *æ*, m. Silius 14, 444 *Et Neptunicolæ transverberat ora Telonis*, id eſt, mare vel inſulam inhabitantis. Poteſt etiam eſſe, qui Neptunum veneratur.

Nepurus, vide infra *Purus*, Nequa, *Qui.*

NĔQVĀLIA, detrimenta, apud Feſtum a *Nequam.*

NĔQVAM, m. indecl. ein liederlicher unnützer menſch. Vet. Gloſſ. Nequam, ἀχρεῖος. *Qui ne tanti quidem eſt, quam quod habetur minimi*, ut ait Feſtus. Ex *ne* & *quicquam* coactum eſſe *nequam*, Varro oſtendit de L. L. 9, 5. Priſcianus lib. 4 a *nequeo* deducit, quod nihil queat, nullique rei ſit aptus, vide Gell. 7, 11. *Servus nequam*, ein ſchalckſknecht, Plaut. Cal. 2, 3, 39. *Nequam atque improbus homo*, Cic. pro Cælio c. 4, ein böſewicht. Homini *frugi* opponitur, cum v. g. Cicero Piſonem tum *frugi* appellatum prædicat. *Cum hominem invenire nequam neminem poſſes*, pro Fontejo c. 13. Levius hoc convicium fuiſſe, & ad homines ſibi potius quam aliis noxios pertinuiſſe, docet etiam Quint. 8, 3 p. 697. *Nec parricidam nequam dices hominem, nec deditum forte meretrici nefarium.* vid. Burm. ad h. l. Plur. Seneca de Conſt. Sap. c. 13 *Nequam mancipia vendentes.* In neutro genere Publius Syrus in Mimis: *Bonum quidem ſupprimitur; nequam exſtinguitur.* Colum. 3 10 extr. *Nequam vitis*, i. e. inutilis. Acerbus eſt ille Siculorum quorundam in Verrem prætorem ſuum jocus, quem refert Cic. in Verr. 1, 46. *Sacerdotem exſecrabantur, qui verrem tam nequam reliquiſſet.* Quod cum Quint. 6, 3 profert, adjicit, *quia Sacerdoti Verres ſucceſſerat.* Nimirum Sacerdotes Siculi porcos inprimis mactabant Cereri, in quibus vel primus hic porcus judicio Siculorum eſſe debebat. Compar. *Nequior, nequiſſimus*: Horat. 3 od. 6, 46 *Ætas parentum pejor avis tulit Nos nequiores &c.* Et, *Quid eſt nequius, aut turpius effœminato viro?* Cic. Tuſc. 3, 17. *Homo omnium nequiſſimus*, Idem ad Brutum fam. 11, 21 pr. *Omnium bipedum nequiſſimus*, Plin. 1 epiſt. 5, ein erz-ſchalck. ¶ 2. *Nequam hoſtus* Varr. R. R. 1, 24, 2; Ca. 6, 2, i. e. parcus & malignus proventus olei. Ita Col. 3, 10, 22 frugifero opponitur.

¶ Nequiter, nequius, nequiſſime, adv. liederlich, ſchelmiſch; ut, *Turpiter & nequiter aliquid facere*, Cic. Tuſc. 3, 17. Prudent. Cathem. 2, 29 *Qui mane ſumtis nequiter Non erubeſcit poculis.* Liv. 41, 7 *Vtrum bellum ſuſceptum ſit nequius, an inconſultius geſtum, dici non poteſt.* Apul. Apol. p. 292 *Epiſtolæ perperam lectæ, & nequius interpretatæ.* Et Plin. 12, 25 *Nequiſſime gummi* (balſamum vitiatur) *quoniam inareſcit in manu inverſa, & in aqua ſidit*, (atque ita difficillime deprehenditur) der leichtfertigſte betrug gehet vor.

¶ Nequitia, *æ*, f. improbitas, malitia, fraus, ſchalckheit, büberey, boßheit, leichtfertigkeit. Phædrus 2, 7, 3 *Vis & nequitia quicquid oppugnant, ruit.* Vlpian. l. 23 § 2 D. de Ædilitio edicto: *Capitalem fraudem admiſiſſe accipimus dolo malo & per nequitiam.* In Vet. Inſcriptione Hiſpan. OPVS PATERNVM NEQVITIA PVBLICANORVM ET MORTE VESPASIANI INTERRVPTVM, &c. CONFICI IVSSIT. *Feneſtram ad nequitiam patefacere*, Ter. Heaut. 3, 1, 72. *Officina nequitiæ & flagitiorum omnium domus*, Cic. pro Roſc. Am. c. 46, ein leichtfertig neſt, wo alle ſchelmſtücke ausgebrütet werden. ¶ 2. Item, libido, intemperantia, luxuria, geilheit. Ovid. Faſt. 1, 411 *Te quoque inextincta, Silene, libidinis urunt* (Najades) *Nequitia eſt, quæ te non ſinit eſſe ſenem.* Id. Her. 4, 17 *Non ego nequitia ſocialia fœdera rumpam.* Vide & Cic. Tuſc. 3, 8; Gell. 7, 11, & in cum Animadverſ. Phil. Caroli p. 369, & Terentii locum in *Nequities.* Sen. epiſt. 95 *Nondum in tantum nequitia proceſſerat.* NEQVITIA, i. e. luxuria, ut ex ſequentibus patet. ¶ 3. Aliquando laſciviam & petulantiam venuſtate quadam, & vernilitate conjunctam notat, muthwille, Barth. ad Claudian. p. 806. Vetus Gloſſ. ἀχρειότης, ἀχρειοσύνη: *Nequitia, Nugacitas.*

¶ Nequities, *ei*, f. idem. Horat. 2 ſat. 2, 131 *Illum nequities expulit.* Et Ter. Adelph. 3, 3, 3 *Id miſero veſtat mihi mali, ſi illum poteſt, Qui alicui rei eſt, etiam ad nequitiam abducere*, verführen. Vbi Donatus: NEQVITIA *proprie libidinoſa inertia dicta eſt: quod nihil queat, nullique rei ſit: vel a non agendo.*

¶ Nequitiōſus, *a, um*, leichtfertig. Mantuan. de Contemptu mort. *Turpis ab his vitæ nequitioſus amor.*

¶ Nequĭto, *are*, & Nequĭtor, *ari*, i. e. nequam eſſe, ſchelmiſch handeln, Priſcian. lib. 8 p. 799.

Nequando, vide *Quando*, Nequaquam, *Qui*, Neque, *Ne*, Nequeo, *Queo*, Nequicquam, nequis, *Qui*, Nequiter, nequitia, *Nequam.*

NEQVINVM, *i*, n. oppidum in finibus Vmbrorum, vid. *Narnia.*

NĔREVS, duab. ſyllab. *Nerei*, Νηρεύς, Deus marinus, Oceani & Tethyos filius, ein meergott. Virg. Æn. 2, 419 *Imo Nereus ciet æquora ponto.*

¶ Nērēides, *um*, f. Νηρεΐδες, patronymicum, maris nymphæ, meerfräulein, nymphen; ut, *Æquoreæ Nereides*, Catull. de Nupt. Pel. & Thet. v. 15. *Nereides Nymphæque ſimul*, Ovid. Met. 14, 264. Singulariter Ovid. Met. 13, 858 vocandi caſu: *Nerei, te Nereu &c.* conf. Ibid. v. 750. Ac in his quidem altera ab initio ſyllaba corripitur; ſed eadem interdum etiam producitur, ut Gr. Νηρηΐδες v. g. Ovid. Heroid. 5, 57. *Vtque celer venias, virides Nereidas oro.* Cæterum Nereides etiam belluæ ſunt marinæ, habentes ſpeciem aliquam conformem homini, Geſnerus ex Philoſtrato, An ſint usquam? diſputat Voëtius part. 1 Diſſp. Theolog. p. 742. Elegans eſt libellus Mich. Frid. Lochneri, Medici Norimbergenſis, Nerion, ſ. Rhododaphne veterum & recentiorum, quo Nerei & Nereidum mythologia &c. explicantur. Editus eſt 1716, 4to. ¶ 2. *Nereis*, filia Pyrrhi, Regis Epiri. Meminit Polyb. Ecl. Legat. 1.

¶ Nērīne, *es*, f. media longa. patronymicum aliud. Virg. ecl. 7, 37 *Nerine Galathea, thymo mihi dulcior Hyblæ.* Nemeſ. ecl. 4, 52 *Nerinas aquas* dixit pro marinis, ubi laudat Vlitius Auſon. Epiſt. 4, 53 *Nodoſas veſtes animantum Nerinorum.*

¶ Nērēĭus, *a, um*, adjectivum. Ovid. Met. 13, 162 *Præſcia venturi genitrix Nereia leti*; i. e. Thetis. Et *Nereia turba*, i. e. nymphæ, Sil. 7, 416.

NERIENE, *es*, f. Martis uxor, Plaut. Truc. 2, 6, 34. v. & Coll. 13, 21.

NĔRIS, *idis*, f. montis Argivi nomen, Stat. Theb. 4, 47.

NĔRĪTA, *æ*, & Nerite, *es*, f. ex concharum eſt genere, eine art meerſchnecken. Plin. 9, 33, a νέω, *nato*, unde & *naticem* vertit Gaza, vide *Naſex.*

NĔRĪTOS, *i*, m. mons Ithacæ & inſula ejusdem nominis in mari Ionio, Plin. 4, 12; & Virg. Æn. 3, 271. Et *Neritos ardua ſaxis.*

¶ Neritius, *a, um*, adject. ut, *Dux Neritius*, Vlyſſes, Ovid. Triſt. 1, 4, 57. *Neritia ratis*, qua vectus Vlyſſes, Idem Met. 14, 563. *Neritia proles*, Silius 2, 317, i. e. Saguntini, quia Nerito deducti coloni fuerant. vid. Drakenb.

NĒRIVM, *i*, n. νήριον, frutex eſt foliis quam amygdala longioribus, quem & *Rhododaphnen*, & *Rhododendron*, ῥοδοδάφνην & ῥοδόδενδρον, Græci vocant, Germani olandet. vid. Plin. 24, 11. vid. Lochneri libellus laudatus nobis in *Nereides.*

NĔRO, *ōnis*, Νέρων: *Sabinum vocabulum eſt, quod virtutem & fortitudinem ſignificat. Itaque ex Claudiis, qui ex Sabinis oriundi fuerunt, qui erat egregia atque præſtanti fortitudine, NERO appellatus:* quod in poſteros cognomen deſcendit, ac interdum etiam prænominis vicem ſubit. vid. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 371 Sabini autem id nomen accepiſſe a Græcis videntur, qui vincula & firmamenta membrorum νεῦρα dicunt. Vide Gellium 13, 21, itemque Suet. Tib. c. 1, & ibi Caſaub. ¶ 2. Cognomine iſto tanquam proprio fere venit is, qui Claudio, quinto Imperatori Romano, ſucceſſit *Claudius Domitius Nero*, flagitioſiſſimus ac crudeliſſimus omnium Imperatorum Romanorum, cujus improbitatem Domitius pater tum ex fuis, tum uxoris Agrippinæ moribus olim prædixerat, quemadmodum Xiphilinus ſcripſit, ἀδύνατόν ἐστιν, ἄνδρα τινὰ ἀγαθὸν ἐκ τε ἐμοῦ καὶ τύτης γενηθῆναι, vel ut Suetonius c. 6 refert, *negabat Domitius, quidquam ex ſe & Agrippina, niſi deteſtabile & malo publico naſci potuiſſe.* ¶ 3. *Nero Calvus* Domitianus dictus ob crudelitatem: Iuvenal. ſat. 4, 38 *Et calvo ſerviret Roma Neroni.* Vbi *calvus* diſcriminis cauſſa additum.

¶ Nērōnēus, *a, um*, &

¶ Nērōnĭānus, *a, um*, adjectiva. *Quid thermis melius Neronianis?* Martial. 7 epigr. 33. Et Stat. 1 Silv. 5, 62 *Neronea lotus in unda.* De *Neroniano lapide* vid. Voſſ. Etym. p. 341. De *Neroniano dicto* Cic. de Orat. 2, 61.

NERVA, *æ*, m. cognomen fuit Romæ Liciniorum, Coccejorum, & Sylliorum: ductum a *nervis*, hoc eſt, a robore. ¶ 2. *Nerva* Coccejus, Rom. Imp. decimus tertius, Flavii Domitiani ſucceſſor diſſimillimus, de quo Eutrop. Aur. Victor in Cæſ. & Martial. 8 epigr. 70, & 11 epigr. 6. & Plinius, in panegyrico Trajani, quem Nerva adoptaverat.

NERVII, *orum*, m. pl. Galliæ Belgicæ populus ferociſſimus; cum eo pugnavit Cæſar maximo totius exercitus diſcrimine, ut ipſe teſtatur B. Gall. 2, 27. Et, *Nimiumque rebellis Nervius*, Lucan. 1, 423 Circa *Tornacum* vel *Tournay* locant eos Geographi.

¶ Nervoſus, &c. vide in ſequenti *Nervus.*

NERVVS, *i*, m. νεῦρον, νεῦρα, a quo nomine *nervum*, latinum factum eſſe, Gellius 13, 21 oſtendit, eine ſpannader, oder ſennader, nerve. Latini veteres hoc nomine complexi ſunt totum illud genus vaſorum, quod ad ſenſum & motum in corporibus animalium adminiſtrandum factum; quodque medici in nervos proprie dictos ac muſculos dividunt. Præcipue tamen ad tendinoſos illos funiculos pertinet vox Latina, quibus robur ac vires animalium fere conſtant. *Nervi artus continentur*, Cic. Nat. D. 2, 23. *Nervorum valetudo*, Suet. Veſp. c. 7, wenn man contract iſt. *Nervorum labores* Vitruvius vocat 8, 3 *Namque ſulphurioſi fontes nervorum labores reſiciunt.* Hoc qui laborant morbo, *Nervicos* idem appellavit eo ipſo loco paullo poſt: *Igitur*, inquit, *nervi inflatione turgentes, ex longitudine contrahuntur, & ita aut nervicos aut podagricos efficiunt homines.* ¶ 2. Et *Nervus*, plur. *nervi*, per metaphoram, robur ſignificant & vires, ſtärcke und krafft; ut, *Nervi belli pecuniæ & equitatus*, Cic. Phil. 5, 2. Et, *Nervi reipubl. vectigalia*, Idem pro L. Manilia c. 7. *Nervi atque artus ſunt ſapientiæ, non temere credere*, Idem de Pet. Conſul. c. 10.

Et,

Et, *Omnes nervos in re aliqua contendere, intendere*: Et, *Omnibus nervis contendere*, eſt ſumma vi, ſummoque ſtudio conari, alle ſeine kräfte und vermögen an etwas ſetzen. Cicero Verr. 2, 12 *Opus dignum, in quo omnes nervos ætatis induſtriæque meæ contenderem.* Ter. Eun. 2, 3, 20 *Sive adeo dignares eſt, ubi tu nervos intendas tuos.* Sic, *Frangere nervos & mentis & corporis*, Quintil. 1, 2. vide *Educatio.* Et, *Incidere nervos*, hoc eſt, vim & robur frangere, ſchwächen. *Incidere nervos populi Romani*, Cicero Agrar. 2, 18. Id. ad Att. 15, 4 p. 613 *Quoquo modo ego de illius nervis exiſtimo*, i. e. de Bruti virtute. Liv. 7, 39 *Nervi conjurationis ejecti arte Conſulis*: ubi alii *exſecti* conjiciunt. Ovid. Rem. Am. v. 147 *Eripiunt omnes animo ſine vulnere nervos.* Loquitur de ſomno, alea, mero, ſie machen das gemüth weibiſch. ¶ 3. *Nervus*, amentum vel chorda arcus, die ſehne am bogen oder armbruſt. *Sagittam nervo aptare, accommodare, imponere*, den bolzen auflegen. ¶ 4. Ter. Phorm. 2, 2, 31 *Vereor, ne iſthæc fortitudo in nervum erumpat denique.* Vbi Donatus: *Ex conſuetudine Romana dixit: quia ſæpe in nervum conjiciebantur, ex aliquo maleficio in carcerem miſſi. An nunquid proverbium a ſagittariis natum eſt: quod immoderatæ plerumque vires adducendo arcu non telum incitent, ſed nervum rumpant? An ex eo, quod ſæpe fortius nitentes, nervum ſibi aliquem lædant?* Prima interpretatio primaria, hoc eſt, omnium optima atque veriſſima videtur. *Nervus* enim & vinculi lignei genus eſt, in quod pedes arctabantur, ut Tertullianus loquitur ad Martyras c. 2 *Nihil eius ſentit in nervo, quum animus in cælo eſt*, im ſtock. In Legg. XII Tabular. SECVM DVCITO: VINCITO: AVT NERVO, AVT COMPEDIBVS QVINDECIM PONDO &c. vid. Gell. 20, 1. Vet. Gloſſ. Νέρτα, ξυλοπέδη. Nec alio trahendum illud Ter. Eun. 4, 4, 14 *Cum argentum repetent, noſtra cauſſa ſcilicet In nervum potius ibit.* Nam quod Terentius *ire in nervum*; hoc Plautus *in nervum correpere* dixit Rud. 3, 6, 34, in gefängliche haft kommen. Sic & Liv. 6, 36 *Corpus in nervum & ſupplicia dare*, feſſeln, anſchlieſſen. Feſtivum Catonis adagium apud Gellium 11, 18 *Fures privatorum furtorum in nervo atque in compedibus ætatem agunt: fures publici in auro atque in purpura*, kleine diebe hänget man an eiſerne ketten, den groſſen hängt man güldene ketten an. ¶ 5. *Nervus*, ſicut νεῦρον Græcis, ἀνθρώπου etiam eſt, ſive pudendum virile, mentula. Tibullus Carmine ad Priapum: *Repente nervus excitat libidinem.* Alius poeta in Phallicis carm. 63 *Libidinoſo tenta pyramis nervo.* Et ita Iuvenalis etiam ſat. 9, 34; & ſat. 10, 205 uſus eſt. Et Horat. epod. 8, 17 *Illiterati num minus nervi rigent.* Quamobrem in phraſi illa, *nervos intendere*, ſive *contendere*, κακέμφατον ſtatuerunt: hoc eſt illud dictionis vitium, cum mala conſuetudine in obſcenum intellectum ſermo detorquetur. De qua re vide Voſſium 4 Inſt. Orat. c. 6 Tmemate 10 p. 105. ¶ 6. Et *nervi* fides ſunt, die ſaiten. *Cithara intenta nervis*, Quintil. 2, 8 extr. mit ſaiten bezogen. *Nervos percutere*, Idem 1, 12.

¶ Nervia, *æ*, f. idem. Fœminino genere apud doctos lectum eſt ſæpe, inquit Nonius 3, 149. Et Sueton. apud Gell. 9, 7 *Nervis in fidibus brumali die alias digitis pelli, alias ſonare.* Et Petronius c. 46 *Invenit tamen alias nervias*, uti ſumi dicit Nodot pro Symphonia.

¶ Nervium, *i*, neutro quoque genere dixit Varro apud Nonium l. c. *Quæ ejus nervia tractare ſolebat.* conf. Petron. c. 45.

¶ Nervulus, *i*, m. dimin. ut, *Nervulos ſuos adhibere*, ſeine kräfte darzu brauchen, Cic. Capitoni ſub Att. 16, 16. Loquitur de blanditiis & perſuaſionibus.

¶ Nervālis, *e*, adericht. Scrib. Largus Compoſ. 12 *Herbam, quam Græci πολύνευρον, nos nervalem appellamus.*

¶ Nervĭcus, *a, um*, ſive *Neuricus*, nervorum vitio laborans, der das zipperle hat. Qua de re ex Vitruvio dictum in *Nervus* ſignif. 1.

¶ Nerviceus, *a, um*, e nervo factus. Vulg. Interp. Iud. c. 16, 7 *Nervicei funes.* Germanica Biblia, von friſchem baſt.

¶ Nervōſus, *a, um*, voller nerven, und darinne viel ſtärcke iſt. Celſus 4, 1 *Sub corde atque pulmone tranverſum ex valida membrana ſeptum eſt, quod a præcordiis uterum diducit, atque nervoſum, multis etiam venis per id diſcurrentibus.* Et poſt paullo: *Stomachus nervoſus a ſeptima ſpinæ vertebra incipit.* Et ibidem: *Veſica in ipſo ſinu nervoſa & duplex.* ¶ 2. Translate firmus, validus, kräftig, nachdrücklich, Cicero de Clar. Orat. c. 31 *Quis Ariſtotele nervoſior? Theophraſto dulcior?* puta, oratione.

¶ Nervoſe, adverb. firmiter, mit kraft und nachdruck. Cic. Plancus fam. 10, 23 *Tu, mi Cicero, quod adhuc feciſti, idem præſta, ut vigilanter nervoſeque nos, qui ſtamus in acie, ſubornes*, hoc eſt, inſtruas iis rebus, quæ neceſſariæ ad bellum ſunt, & quidem ſumma cura & induſtria id facias. Et Cicero in Orat. c. 36 *Aliquando nervoſius dicere*: & Off. 3, 29 *Qui iſta nervoſius differunt*, id eſt, accuratius.

¶ Nervōſitas, *ātis*, f. ſtärcke. Plinius 19, 1 de lino, *Nervoſitas filo æqualior pæne, quam araneis*, h. e. filum nervoſum eſt, & inſuper æqualius filis aranearum.

¶ Nervolaria, *æ*, f. Comœdia Plauti apud Gell. 3, 3.

¶ Enervis, *e*, ſine nervis & viribus, kraftlos; ut, *Spectaculum non enerve*, Plin. Paneg. c. 33. Et Quintil. 9, 4 ſub fin. *Effœminata & enervis compoſitio.* Et Val. Max. 8, 8, pr. *Ne vitam enervem exigant*, daß ſie nicht faul werden. Ita Pighius e MSS. & Cantelius: at Vorſtius *inertem.*

¶ Enervo, *avi, atum, are*, nervos frangere, debilitare, ſchwächen, entkräften, matt machen. Cic. de Senect. c. 10 *Vt vos videtis, non plane me enervavit ſenectus.* Virgil. ſive quisquis auctor carminis eſt de Venere & Vino: *Vt Venus enervat vires, ſic copia Baccoi.*

¶ Enervatus, *a, um*, entkräftet, geſchwächet; ut, *Tam afflictus, tam infirmus, tam enervatus reus*, Cicero in Piſon. c. 33. *Mollis & enervata vatio & oratio*, Idem Tuſc. 4, 17. *Enervata cerebella*, Apic. 7, 7.

¶ Enervatio, *onis*, f. die entkräftung, ſchwächung; ut, *Voluptatis enervatione langueſcere*, Arnob. 3 p. 466.

¶ Inervans, *tis*, pro *Enervans*, ſchwächend. Prudent. Cathem. 8, 63 *Humor in venis ægrum corpus inervans.* Ita quidem aliquot MSS. Sed *enervans* videtur ſcripſiſſe Prudentius correpta prima ſyllaba pro ætatis ſuæ licentia.

¶ Inervatus, *a, um*, pro *Enervatus*, abgemattet; ut, *Robur inervatum*, Prudent. in Symmach. 2, 143. Sed hic dictum volumus etiam, quod modo de *inervans* monuimus.

¶ Innervis, *e*, kraftlos; ut, *Innervis animus*, Sidon. 1 epiſt. 6.

¶ Quinquenervia, *æ*, f. vulgo plantago minor eſt, ἀγγλωσσος, ſpitzwegerich.

¶ Septemnervia, & Septenerva, *æ*, f. arnogloſſa ſive plantago major, breitwegerich, Apul. de Herb. c. 1.

¶ Subnervo, *are*, nervos incidere, lähmen. Tertull. adverſus Iudæos c. 10 *Subnervaverunt taurum*, vertens verba Geneſ. c. 49, 6. Et Vet. Interpr. Ioſuæ c. 11, 6 *Equos ſubnervabis.* Græci LXX utrobique νευροκοπεῖν. Tralate Apul. Apolog. p. 327 *Columnas, ne corroborentur tempore, præcipitaſti, & nulla impertita mora ſubnervaſti.*

NĔRYLLĪNVS, *i*, m. Νηρυλλῖνος, vir clarus, cui Troadenſes erexere ſtatuam. Meminit Athenag. legat. pro Chriſt. p. 242, additque, ſuo eum ſeculo claruiſſe.

NĒSÆE, *es*, f. Nympha marina, Nerei & Doridis filia, a *νέειν*, ſive *natando* dicta, Virg. Georg. 4, 338; & Æn. 5, 826.

Neſapius, vide *Sapio*, Neſcientia, neſcio, neſcius, *Scio*, Neſibis, &c. *Niſibis.*

NĒSIS, *ĭdis*, f. & Neſium, *i*, n. inſula in Campano litore inter Pauſilypum & Puteolos, Cicero Att. 16, 10. Plin. 19, 18. Stat. 3 Silv. 1, 150, & Lucan. 6, 90.

NESSOTRŌPHIVM, *i*, n. νησοτροφεῖον, locus ubi anates clauſæ aluntur, ein enten-ſtall, νῆσσα, anates, Colum. 8, 15.

NESSVS, *i*, m. inter Centauros celeberrimus fuit: quem Hercules, Deianiram conjugem ſibi rapere volentem, ſagitta transfixit. ¶ 2. Item fluvius Thraciæ: vid. Geograph.

¶ Neſſion, *i*, n. centaurium majus, tauſendgülden-kraut. Apul. de Herb. c. 24.

¶ Neſſēus, *a, um*, adj. *Neſſeum venenum*, Ovid. Heroid. 9, 163.

NESTOCLES, *is*, m. ſtatuarius, Phidiæ æmulus, Plin. 34, 8.

NESTOR, *ŏris*, m. Νέστωρ, rex Pyli ſapientiſſimus & eloquentiſſimus, qui conſiliis ſuis & prudentia regit ubique apud Homerum Agamemnonem, & univerſum Græcorum exercitum conſilio & verbis, quemadmodum ipſe inquit: βουλὴ γάρ μυθοισι, Iliad. δ. Cicero Dolabellæ fam. 9, 14 *Non alienum eſt dignitate tua, quod ipſi Agamemnoni regi fuit honeſtum, aliquem in conſiliis capiendis Neſtorem habere.* ¶ 2. *Neſtoris eloquentia: Neſtoris anni, ætas, ſenecta*, proverbiis locum fecerunt. Exegiſſe autem Neſtorem tria ſecula vivendo, Homerus prodidit, ad quod alludit Iuvenal. 10, 246 *Rex Pylius, magno ſi quicquam credis Homero, Exemplum vitæ fuit a cornice ſecundæ.* Homeri verſus de Neſtoris vita is eſt Odyſſ. γ. v. 245 τρὶς γὰρ δὴ μὲν φασιν ἀνάξασθαι γένεˆ ἀνδρῶν. Nævius ipſum *Triſeclisſenem*, quamquam durius apud Gell. 19, 7 appellavit. Quam ob cauſſam de eodem Horatius 3 od. 9, 13 *At non ter ævo functus amabilem Ploravit omnes Antilochum ſenex Annos.* Antilochus enim Neſtoris filius fuit. Sed nondum ſic certi ſatis ſumus, quot annos exegerit Neſtor; cum *ſeculi, ætatis, ævi, γενεᾶς*, vocabula ſint ambigua. Et Ovidius quidem ac Tibullus exiſtimant, *trecentos annos* vixiſſe Neſtorem. Sed Homeri Scholiaſtes monet, *etatem* unam ex veterum ſententia *triginta annorum ſpatio* definiri, qua ratione *nonageſimum* annum tantum attigiſſet Neſtor. Sic intelligunt ætatem Neſtoris Acron & alii non pauci, quos citat Raderus ad Martial. 2 epigr. 8 f. 544. Quem eumdem & de ſcypho ſeu poculo Neſtoris conſule ad ejusd. libri epigr. 6 f. 549. ¶ 2. *Antiphon*, rhetor propterea, quod eſſet ingenio promptus, (ἀγχίνους) *Neſtor* fuit cognominatus: teſtis Plutarchus in ejus vita. ¶ 3. *Neſtores* ſcriptores, vide apud Voſſ. de Hiſt. Gr. 2, 4.

¶ Neſtŏreus, *a, um*, adjectiv. ut, *Neſtorea ſenecta*, Stat. 1 Silv. 3 extr.

¶ Neſtorius, *i*, m. ſubſt. Ciceronis familiaris, de quo ipſe fam. 6, 11. ¶ 2. *Neſtorius* hæreticus, negans Mariam Θεοτόκον i. e. *deiparam*; damnatus in Concilio Epheſino A. 431, cum antea in oratione ad Imperatorem dixiſſet: *Da mihi terram ab hæreticis purgatam, viciſſim tibi cælum dabo: juva me in exſtirpandis illis, & ego tibi contra Perſas præſto ero.*

¶ Neſtorianus, *a, um*, adject. unde *Neſtorianum* coloris ſpecies, Plin. 33, 13. Et *Neſtoriani*, Neſtorii diſcipuli.

NĒTE, *es*, f. νήτη ex νεάτη *noviſſima*, ima chorda in tetrachordo, ſeptima ordine, Vitruv. 5, 4.

¶ Netoïdes, *is*, f. melopœiæ ſpecies, quæ plures ſonos ex ultimis recipit. v. Mart. Capella lib. 9 p. 326.

Netrina, netrix, &c. vide in *Neo.*

NĒTVM, *i*, n. urbs Siciliæ, vid. Cicero Verr. 4, 26; & Silius 14, 269.

¶ Netini, *orum*, m. pl. oppidani, Plin. 3, 8; & Cic. Verr. 5, 22, qui eosdem Verr. 2, 65 *Netinenſes* etiam vocat.

Netus, *a, um*; & Netus, *us*, vide in *Neo.*

Neu, neve, vide ſupra *Ne.*

NEVERĪTA, *æ*, f. reverentiæ Dea, ut eſt in veteribus gloſſis, apud Mart. Capell. 1 p. 16. Sed conf. ibid. not. Grotii.

NĔVIA, *æ*, f. oleæ genus apud Col. 5, 8; & 12, 48.

¶ Neviānus, *a, um*, adj. ut, *Pyra neviana*, Col. 5, 10; & 12, 10.

Nevolo, vide infra in *Volo.*

NEVRA, *n.* pl. νεῦρα, Latini nervos appellant, die ſpannadern, Gell. 13, 22.

¶ Nevras, *ădis*, f. νευράς, herba nervorum diſſolutiones juvans, quæ & *poterion* dicitur, mondkraut, Plin. 25, 10; & 27, 12.

¶ Neuri, *orum*, m. pl. populi Scythiæ Europæ ad Boryſthenem, Plin. 4, 12.

Neuricus, *a, um*, vide paullo ante *Nervicus* in *Nervus.*

¶ Neuris, *ĭdis*, f. νευρίς, herba ſtrychni ſpecies, ſonnen-wirbel. Plinius 21, 31.

¶ Neurŏbăta, vel Neurobates, *æ*, νευροβάτης, ambulans ſuper nervis, a νεῦρον & βαίνω, *funambulus*, ein ſeiltänzer. Exſtat hoc nominis apud Iulium Firmicum lib. 7. Item apud Hyginum c. 273 Mythолog. cujus locum expendit Turneb. Adverſ. 11, 15; & apud Vopiſcum in Carino c. 19.

¶ Neuroides, *is*, m. νευροειδὴς, species silvestris lactucæ, wintergrün, Plin. 20, 8.

¶ Neurospaston, *i*, n. νευρόσπαστον, illud est, quod Horatius περιφέρεσθαι vocat *nervis alienis mobile lignum*, 2 Sat. 7, 82. Est enim a νεῦρον & σπάω, quia nervo trahi potest. Imaginculi eo artificio contecta, ut, si occultum funiculum trahas, ad speciem hominis vivi moveri membra, quin & totum corpus videantur, puppenspiel. Vide, præter interpretes Horatianos, Muretum Comm. in 1 Platon. de Rep. p. 640. Cæl. Rhodig. 7 (al. 4) Antiq. Lect. c. 16. Favorinus Gellii 14, 1 *Vt plane homines nos, quod dicitur, λογικὰ ζῶα, sed ludicra & ridenda quædam neurospasta esse videantur, si nihil sua sponte, nihil arbitratu suo faciant, sed ducentium fidibus, & aurigantibus.* ¶ 2. De obscœnis neurospastis agit Lucian. de dea Syr. p. 664. Hinc

¶ Neurospastes, *æ*, m. νευροσπάστης, circulator, qui tales ieunculas lucelli atque quæsticuli causa circumfert, ein puppenspieler. Vide præter iam citatos Budæum comm. ling. Græc. f. 466. Pseud-Aristoteles de mundo: οἱ νευροσπάσται μίαν μηχανὴν ἐπιστάμενοι, πολλὰ καὶ διάφορα κινοῦσιν, καὶ χεῖρα τὴν ζέφυρον, καὶ ὦτον, καὶ ὀφθαλμὸν. ὅτι δὲ, ὅτε πάντα τὰ μέρη μετά τινος εὐρυθμίας. Hæc Apulejus lib. de Mund. ita extulit: *Illi, qui in ligneolis hominum figuris gestus moventi, quando idem membri, quod agitari solet, traxerint, torquebitur cervix, natabit caput, oculi vibrabunt, manus ad ministerium præsto erunt, nec intermisse totus videbitur vivere.* Non refugit græcam vocem Muretus Vol. 2 Orat. 5 *Damus hanc veniam sophistis, ut neurospastæ tanquam inter pueros ludant.*

¶ Neurospastos, *i*, herba, quam alii *cynosbaton*, alii *cynospaston* vocant. *Folium habet vestigio hominis simile. Fert & uvam nigram, in cujus acino nervum habet, unde neurospastos dicitur:* Plin. 24, 14.

NEVTER, *neutra, neutrum*, genit. *neutrius*, dat. *neutri*, de duobus dicitur, keiner unter beyden oder zweyen. Ex *ne* & *uter*. *Quid bonum, quid malum, quid neutrum sit*, &c. weder eines noch das andere. Cicero Divin. 2, 49, id est, indifferens. *In neutram partem moveri*, Idem Acad. 4, 42. Et, *Neutrius partis*, qui nunc neutrales appellantur, unpartheyisch. *In neutris partibus esse*, Seneca dixit de Ira 2, 23 extr. vide supra in *Medius*. Gen. etiam *Neutri* Auson. ep. 49 *Et masculini & feminini gignite Generisque neutri filios.*

¶ Neutro, adverbialiter Livius 5, 26 fecit, pro, in neutram partem, auf keinen theil; ut, *Neutro inclinata spes est*. Et, *Neutro inclinata est pugna*, Idem 24, 15.

¶ Neutralis, *e*: ut, *Nomina, Verba neutralia*, Quintil. 1, 4 & 5. Item-Tertull. adv. Praxean. c. 22; & Mart. Capell. lib. 3.

¶ Neutraliter, grammaticorum adverb. Charisius lib. 1 p. 55 (ed. Putsch.) *Gellius* FORA *navium neutraliter dixit*. Adde Novatianum de Trinit. c. 22.

¶ Neutrālitas, *ātis*, die unpartheylichkeit, qua animus a partium studio est alienus, barbarum est, vid. Voss. de Vit. L. L. 3, 29 p. 539.

¶ Neutrŭbi, in neutro loco, an keinem von beyden orten. Plaut. Aul. 2, 2, 56 *Neutrubi habeam stabile stabulum*. Ammianus 19, 5 *Neutrubi prælio inclinato*.

Neutiquam, vide *Ne*, Neutralis, *Neuter*.

Nex, vide in *Neco*, Nexibilis, nexilis, nexio, nexo, nexus, &c. *Necto*, Ni, *Nisi*, Ni pro *ne* vide suo loco.

NIBAS, vicus in Thessalonica Macedoniæ civitate, ubi galli nunquam vocem edunt; unde proverbium de iis, quæ nunquam fient: ὅταν Νίβας κοκκύσῃ, i. e. *cum Nibas coccyssaverit*. Simillimum illi, *ad Calendas Græcas*. vid. Erasmi Chiliad.

NĪCÆA, *æ*, f. *Nicæa*. Plures hujus nominis urbes; Stephanus Byzantius, octo nominatim enumeratis, addit: ἔστι καὶ ἄλλαι, *Sunt etiam aliæ*. Clarissima Bithyniæ, mater urbium Bithyniæ quondam dicta, in qua synodum illam œcumenicam Constantinus Imperator coëgit, & in qua CCCXVIII Episcopi Arii blasphemum dogma refutarunt, anno Domini CCCXIV. de Nicæa hæc ex nummis Spanhem. de usu & præst. num. diss. 9 p. 633. conf. Catull. 47, 5. ¶ 2. Aliæ celebriores sunt: *Nicæa* in Italiæ Galliæque collimitio, Massilienium colonia, *Nicæa* hodie: *Nicæa* Locrorum ad Thermopylas: *Nicæa* Indiæ ab Alexandro condita, Curt. 9, 3, 23. Alia, octava Stephani, *Nicæa* Thraciæ.

¶ Nicænus, *a, um*, adject. ut, *Symbolum Nicænum*. Scribitur & *Nicenus*, sicut ipsa urbs Bithyniæ *Nicea*, apud Plin. 10 epist. 48. *Nicenus* Holstenio ad Steph. male contractum videtur ex *Nicæenus*, Νικαεύς.

¶ Nicæensis, *e*, adj. De *Nicæensibus*, incolis, Cic. fam. 13, 61.

NICÆARCHVS, *i*, m. pictor suæ ætate eximius, Plin. 35, 11.

NICAGORAS, *æ*, m. Cyprius inter eos fuit, qui cum Deorum gentilium historiam paullo curatius cæteris scrutati deprehendissent, quos pro Diis coleret vulgus, revera homines fuisse, idque palam enunciasset, per calumniam sunt habiti athei, ut intelliges ex Arnob. lib. 4 p. 147 (ed. Lugd. 1651), & Clem. Alex. Protrept. f. 11 ed. Heinf. quamquam apud Clementem pro Nicagora vocatur *Nicanor*: quam & apud Arnobium sic legi docebit Voss. 4 de Hist. Græc. p. 521. quem sequitur Potter. ad Clement. p. 20. ¶ 2. Alios *Nicagoras*, Atheniensem, Zenitam, Leucadium, Rhodium, memorabit Ionsius Hist. Philos. 3, 14 p. 283.

NICANDER, *dri*, m. *poëta Colophonius*, inquit Cic. de Orat. 1, 16, *scripta de rebus rusticis*. Sed hæc ejus *Georgica* ad nos non pervenerunt. Pervenerunt *Theriaca*, hoc est, remedia adversus serpentes & animalia, quæ vel morsu vel ictu venenum infligunt; & *Alexipharmaca*, id est, antidota adversus cetera venena, quæ in cibo noxerant potu. Quæ præterea scripserit, cognosces e Vossio de Poët. Græc. p. 63; & de Hist. Græc. 2, 14 p. 473 seq. Eutgerius item Var. Lect. 4, 18, in primis Fabric. Bibl. Gr. 3, 25, 6. ¶ 2. *Nicander* archipirata, Liv. 37, 11.

NICANOR, *ŏris*, m. Alexandrinus grammaticus; fortasse idem, qui Alexandri M. Historiam prodidit. ¶ 2. Alius *Nicanor* Samius, qui de fluviis scripsit. ¶ 3. *Nicanor* Cyprius vid. ante *Nicagoras*. De his autem tribus Vossium lege p. 520 & 521 de Hist. Græc. ¶ 4. *Nicanor* unus e septem Diaconis primis Actor. 6, 5, de quo Baron. Martyrolog. sub 10 Januar. ¶ 5. *Nicanor*, inter duces Alexandri M. Parthos fortitus, Iustin. 13, 4, 23. Seleucidarum Syriæ regum cognomen fuit. vid. *Nicator*.

NICASIO, *ōnis*, m. legatus Ennensis, apud Cicer. in Verrem 4, 51. *Nicasionum archetypa*, apud eumdem ad Attic. 12, 4, quid significent, hariolatur Turnebus in Adverss. 12, 4. Alii aliter legunt.

NĪCĀTOR, *ōris*, m. plur. *Nicatores*, cohors Macedonum regia, apud Livium 43, 19. ¶ 2. Seleucidarum Syriæ regum cognomen, de quo Spanh. de usu & præst. num. diss. 7 p. 412.

NICĒPHŌRVS, *i*, m. villicus Quinti fratris Ciceronis; v. ejus ad Quint. 3 epist. 1, 2. ¶ 2. Fuerunt hujus nominis plures Constantinopolitani Imperatores & scriptores. De *Nicephoro Gregora* vid. Voss. de Hist. G. 2, 28. De hoc & aliis Fabric. B. G. 5, 5 p. 295---348.

¶ Nicephōrium, *i*, n. oppidum Mesopotamiæ, Plin. 6, 26. *Nicephorium Veneris templum*, Liv. 32, 33 & 34. *Nicephorius amnis*, Tac. Ann. 15, 4, 2.

NĪCER, *cri*, m. fluvius Sueviæ in Germania, alias *Neccarus*, der Necker. vid. Sido. carm. 7 v. 324, & Auson. Edyll. 3, 324.

NICĔROS, *ōtis*, m. myropola sive unguentarius. Martial. 12 epigr. 66.

¶ Nicerōtiānus, *a, um*, adject. unde *Nicerotianum* odoramentum videtur esse aut unguentum delicatius, sic dictum a *Nicerote*, ejus artifice. Legitur apud Martialem 6 epigr. 55 *Fragras plumbea Nicerotiana*. Et rursus 10 epigr. 38 *Nimbis ebria Nicerotianis*. conf. Sidon. Carm. 9, 324.

NĪCĒTAS, *æ*, m. scriptor historiæ Byzantinæ, ubi desiit Zonaras, vid. Voss. de Hist. Gr. 2, 29, deque alio *Niceta* 2, 25. v. Fabric. Bibl. Gr. 5, 5 p. 401 sq.

NICĒTĒRIA, *orum*, n. pl. νικητήρια, præmia sunt victorum & epulum post victoriam partam institutum, kleinod und freuden-fest nach erlangtem sieg. Cujus notionis passim exempla apud Græcos sunt, v. g. Ælian. Var. Hist. 2, 41. ¶ 2. *Niceteria* etiam remedia dicebantur incantatoria, quæ gladiatores & agitatores fuballigabant aut suspendebant, ut vincerent; cui rei & sacrificia magica faciebant. De quo Augustinus Confess. 4, 2; & B. Hieron. vitâ Hilarionis: *Hic itaque æmulo suo habente maleficum, qui demoniacis quibusdam imprecationibus hujus impediret equos & illius incitaret ad cursum, &c.* Iuvenal. 3, 68 *Et ceromatico fert niceteria collo*. Ad quem locum vide veterem Scholiasten.

NĪCIAS, *æ*, m. homo clarus Athenienſis fuit, reipubl. post Periclem gubernator primarius. Post pugnam infelicem contra Syracusanos, captus, & in carcerem conjectus, manus sibi intulit: Plutarch. apud quem & Aristophanis facetissimum in eum dictcrium legere poteris, qui quidem comicus etiam initio Equitum ridiculam illi personam imposuit. ¶ 2. *Nicias* alius, pictor Athenienſis est, Plin. 35, 6 & 11, qui in artem pingendi tanta incubuit diligentia, quemadmodum Ælianus tradidit 3, 31, ut cibum sumere sæpenumero sit oblitus. ¶ 3. *Nicias* tertius, Cous fuit grammaticus, familiaris Pomponio & Ciceroni, qui ejus meminit ad Att. 7, 3. ¶ 4. Idem & *Niciam* quemdam Smyrnæum se complecti scripsit, ad Qu. frátr. 1, 2, 2.

NICIPPVS, *i*, m. Coorum tyrannus, cui, cum adhuc privatam ageret vitam, ovis in pascuis ejus leonem pariens, regnum portendere visa est: Ælian. Hist. Var. 1, 20.

NĪCO, *ĕre*, signum dare, wincken. Plaut. Truc. 2, 7, 63 *Si manu niceris, &c.* Hinc deductum esse videtur *Nictare*. v. Turneb. 24, 17. Sed alii aliter legunt. conf. Taubm. not. p. 1431.

NĪCO, vel Nicon, *ōnis*, m. princeps Tarentinæ conjurationis in Annibalem, Liv. 29, 8. ¶ 2. Alius, Galeni pater, geometriæ & architecturæ peritissimus. ¶ 3. Item, pugil quidam, de quo Suidas. ¶ 4. Varios hujus nominis vide apud Bibliandr. B. G. 5, 42 p. 283 sq. ¶ 5. Fuit etiam afini nomen. Suetonius de Augusto c. 96 extr. *Apud Actium descendenti in aciem asellus cum asinario occurrit: Eutychus homini, bestiæ Nicon erat nomen &c.* Nim. illud pro felicitatis, hoc pro victoriæ omine habitum fuit.

NICOCLES, *is*, m. filius Evagoræ, Salaminis Cypriæ rex, notus e scriptis Isocratis. ¶ 2. Alius *Nicocles* gammaticus, citatus Varino voce σκαλεύς.

NĪCŌLĀVS, *i*, m. nomen proprium, quasi *victor populi*. ¶ 2. *Nicolai* vocantur palmarum balani grandiores, dactyli, caryotæ Iudaicæ e Syria missæ, datteln aus Syrien. Plinius 13, 14. A *Nicolao Damasceno*, peripatetico, Augusti familiarissimo, eas palmas vocatas scribit Rhodig. 2, 6 ex Plutarchi Sympos. 8 quæst. 4 & Athenæo. Conf. Phot. Biblioth. p. 470. vid. omnino Spanh. de usu & præst. num. diss. 6 p. 355 sq. Burm. ad Samon. 331.

¶ Nicolaïtæ, *arum*, m. pl. a *Nicolao* diacono dicti hæretici Apoc. 2, 15. v. Euseb. H. E. 3, 29; & Isidor. 8, 5.

NĪCŌMĀCHVS, *i*, m. poëta fuit tragicus. ¶ 2. Et alter Machaonis medici filius, Æsculapii nepos. ¶ 3. Alii rursus aliquot ejus fuere nominis, quos enumerat Suidas. E quibus minime prætereundus Aristotelis filius, cui decem Ethicorum libros pater inscripsit, qui ideo vocari solent *Nicomachea*. ¶ 4. *Nicomachus* Gerasenus, scripsit libros duos ἀριθμητικῶν θεολογουμένων, quorum excerpta habes apud Photium cod. 187 f. 419, item Hagogen Arithmeticam, quam commentariis suis expositurit præter Asclepium Tralliannm, Iamblichum, Proclum, etiam Philoponus, cujus ἐξήγησιν manuscriptam scimus fuisse in Bibliotheca Reinesiana. Epitomen velut ejus quasi dederunt Apulejus, Boëthius, Cassiodorus, & e junioribus Ioach. Camerarius in Logistica sua. Apparet autem, omnino ipsum fuisse Pythagoræum: unde suspicari licet, de hoc loqui Eusebium Hist. Eccl. 4, 18; & Niceph. 5, 13, cum Origenem narrant diligenter evolvisse commentarios Nicomachi Pythagorei. vid. Ionsium de script. hist. philos. 3, 13 p. 280. Fabricius Bibl. Gr. 4, 22, hunc & 14 alios commemorat.

NĪCŌMĒDES, *is*, m. Νικομήδης, rex Bithyniæ, pater & filius. vid. Iustin. 34, 4, 5 & 38, 5, 15.

¶ Nic. media, *æ*, f. civitas Bithyniæ clarissima, a Nicomede ædificata, Plin. H. N. 5, 32. De vastissimo ejus incendio vid. Plin. Secund. 10 epist. 42.

¶ Nicomedensis, *e*, adjectiv. *Nicomedenses*, incolæ, Plinius 10 epist. 43.

Nicon vide paullo ante *Nico*.

NICŌPHANES, *is*, m. pictor celebris, Plin. 35, 10.

NÝCŎPHŎRVS, *i*, f. νικοφόρος, herba, ſcil. ſimilax, welſche bohnen, apud Plinium 24, 10, forte quod victores ea coronarentur.

NĪCŌPŎLIS, *is*, f. Νικόπολις, multarum urbium nomen. Celeberrima Epiri a victoria Auguſti ſic appellata, cum Cleopatram & Antonium apud Actium bello ſuperaſſet. vid. Plin. 4, 1; & Suet. Aug. c. 18, ubi Caſaubonum legas de ſitu accuratius diſſerentem. Aliæ ſunt in Thracia; nobilis quoque in Mœſia ad Danubium: ruſtus alia in Bithynia: & in Armenia Minore, Pompeji opus: & ad Sinum Iſſicum monumentum Alexandri: & in Palæſtina, vetus Emmaus. vide Geograph.

¶ Nicopolitānus, *a, um*, adject. ut, *Nicopolitana civitas*, Plin. 4, 1. Et, *Nicopolitanus Epiſcopus*, Alcimus Avitus epiſt. ult.

Nicoſtrata, eadem, quæ *Carmenta*, ubi vide.

NĪCOSTRĀTVS, *i*, m. Achæorum prætor, Livius 32, 39 & 40. ¶ 2. Macedo, orator, quem laudat Suidas. ¶ 3. Poëta comicus, de quo Athenæus & Ælian. Var. Hiſt. 4, 12. ¶ 4. Trapezuntius, ſophiſta & hiſtoricus. vid. Evagr. Hiſt. 5 c. ult. & Voſſ. de Hiſt. Gr. lib. 4 p. 420.

NICOTIĀNA, *æ*, f. ſcil. herba, ſic dicta a Nicotio, regis Galliæ legato, qui herbam eam e Florida Americæ inſula allatam Olyſſiponæ accepit, & poſtea Gallis ejus uſum oſtendit, taback. In America *pætum* appellant.

NICTO, *are*, & Nictor, *ari*, quod ſit palpebrarum & ciliorum continuo motu, mit den augen nicken oder zwincken, wimpern, blincken. Plinius 11, 37 *Qui nictare non ceſſant, pavidiores accepimus.* Vbi alii *niclari* legunt. Et ſic Lucretius 6, 836; Sic Cæcilius atque Nævius apud Feſtum. Conf. Plaut. Aſin. 4, 1, 39; & Menæch. 4, 2, 49; & Merc. 3, 2, 72; & Nonius 5, 71. Videtur autem *Nicto* frequentativum eſſe ab obſoleto verbo *Niveo*, a quo eſt *Conniveo*; vide *Niveo*: vel a *Nico, ere*, de quo ſupra; Sed

¶ Nicto, *ĕre*, apud Feſtum; ex Ennio, verbum aliud, beſſen, bellen. *Si forte feram ex nave ſagaci ſenſit, voce ſua nictitque ululatque.*

¶ Nictans, *tis*. Apud Lucret. 6, 181 *Nictantia fulgura flammæ*, ſunt vibrantia, micantia, ſchimmernde.

¶ Nictatio, *ōnis*, f. actus nictandi, das nicken. Plin. 11, 37 *Necgenæ quidem omnibus, ideoque neque nictationes iis, quæ animal generant.* Et p. p. *Sine ulla nictatione.* Solinus c. 27 (al. 40) de Crocotta, monſtroſo in Africa animali: *Nunquam cohibet aciem orbium, ſed in obtutu ſine nictatione contendit.* Idem c. 40 (al. 53) de Chamæleonte: *Subducti oculi, & receſſu concavo introrſum recepti, quos nunquam nictatione obnubit.* Add. Feſtus.

¶ Nictus, *ūs*, m. ſubſt. idem. Conſule Feſtum, qui *nictum* & *nictationem* facit ſynonyma. Ovid. Met. 3, 460 *Nictu quoque ſigna remittit.* Et A. A. 1, 138 *Nec tibi per nictus accipienda nota eſt*, & Faſt. 1, 418 *Signaque dat nictu.* Ita Heinſ. & Bur. Add. Heinſ. ad Conſ. Mall. 312. Laurentius Valla annotationibus in N. T. p. 168 in 1 ad Corinth. 15 v. 52, ubi legitur *in ictu oculi*, (ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, in einem augenblick) putat dici oportere, *in nictu.*

¶ Nictator, *ōris*, m. apud Sidonium.

¶ Adnicto, *are*, ſæpe & leniter oculo annuere, wincken. Nævius apud Feſtum. *Alii adnutat, alii adnictat, alium amat, alium tenet.*

Nidamentum, nidicus, nidificare, nidificium, &c. vide mox *Nidus.*

NĪDOR, *ōris*, m. ὀσμὴ, aura pinguis & odorata, manans de aduſtis hoſtiis, vel coctis cibis, ſimilibusque rebus, der dampf und geruch verbrannter oder gekochter ſpeiſen; ut, *Nidor culinæ*, Martial. 1 epigr. 93, küchen-geruch, der dampf vom kochen und braten. *Naſum nidore ſupinare*, den broden an ſich in die naſe ziehen, Horat. 2 ſat. 7, 38. Et Suet. Claudio c. 33 *Nidore prandii ictus*, der geruch des eſſens machte ihm appetit. Lucret. 6, 792 *Nidore acri offendit nares*, es ſtinckt. Virg. Æneid. 12, 301 de barba: *Nidoremque ambuſta dedit.* Liv. 38, 7 *Fœdus nidor ex aduſta pluma.* Et, *Exi nidor e culina*, Plaut. Moſt. 1, 1, 5 de ſervo, qui culinam redolet, ein lecker aus der küche. *Nidor impudicitiæ*, ein unſtätiger, Salvianus lib. 7 p. 278.

¶ Nidorōſus, *a, um*, plenus nidoris, das nach dem brand riecht, ſtarck riechend. Tertullianus adverſus Marc. 5, 5 *Holocauſtomata nidoroſa.*

¶ Rēnīdeo, *ēre*, fulgere, ſplendere, ſchimmern, gläntzen. Statius Theb. 10, 654 (al. 660) *Emicat effigies, & ſparſa oricalcha renident.* Horat. 2 ode 18, 1 *Non ebur, neque aureum Mea renidet in domo lacunar.* Idem 2 od. 5 v. 19 *Renidet mari luna.* Adde od. 3, 6, 12. Sic, *Renidet oratio*, hoc eſt, ornata eſt, & afficit, Quintil. 12, 10.

¶ Renīdens, *tis*, gleiſſend; ut, *Os renidens*, Ovid. Met. 8, 197, ein frölich angeſicht. Idem A. A. 2, 49 *Tractabat ceramque puer pennaſque renidens.* Horat. epod. 2, 65 *Poſitoque vernas circum renidentes lares.* Calphurn. ecl. 2, 81 *Renidenti cortice chias* dixit h. e. ſciſſa pellicula quaſi ad riſum hiantes ficus.

¶ Rēnīdeſco, *ĕre*, einen wiederſchein geben. Lucretius 2, 327 *Totaque circum Ære renideſcit tellus.*

¶ Renidentia, *æ*, f. Tertull. de Anima c. 49 *Animadvertere alicujus nutus & renidentiam*, deſſen winck und minen, und zulächeln.

NĪDVS, *i*, m. avium receptaculum, ein neſt, vogelneſt. Cicero de Orat. 2, 6 *Fingunt & conſtruunt nidos procreationis atque utilitatis ſuæ cauſſa volucres*, ſie bauen und machen neſter. *Texere nidos*, Quintil. 2, 16. ¶ 2. Pro fœtu avium, metonymice. Virg. Æn. 12, 475 de hirundine: *Pabula parva legens nidique loquacibus eſcas.* Add. Iuv. 5, 142. Seneca Herc. Fur. v. 148 *Querulos inter nidos*, h. e. inter pullos. ¶ 3. Eleganter de quovis receptaculo, ſive receſſu uſurpatur. Ita Virginius villam ſuam Alſienſem *nidum ſenectutis ſuæ* vocare eſt ſolitus, ut Plinius refert 6 epiſt. 10. Ita de urbe in rupe ſita Horatius, cujus locum Od. 3, 4, 14 laudavimus in *Acherontia.* Heſiodus Ἔργ. v. 501 Οὐκ ἀεὶ θέρος ἔσσεται, παῦρόν τε καλιάς. *Æſtas non ſemper fuerit, componite nidos.* Verſus proverbialis de occaſione oblata arripienda. *Nidum ſervare*, ſtets zu hauſe ſeyn, Horat. 1 epiſt. 10, 6. *De primo alterove nido*, i. e. forulo ſive capſa, Martial. 1 epigr. 118. ¶ 3. De poculo Varr. apud Nonium 2, 588 *Quam nymphæum melius e lacuna fontium Allatum nidos* (Mercerus conjicit nido) *potili permiſceat.*

¶ Nidŭlus, *i*, m. dimin. Cicero de Orat. 1, 44 *Patriæ tantæ eſt vis, ac tanta natura, ut Ithacam illam, in aſperrimis ſaxulis tamquam nidulum affixam, ſapientiſſimus vir* (Ulyſſes) *immortalitati anteponeret.* Arnobius lib. 2 p. 55 *Nidulorum ſibi conſtruere manſiones.*

¶ Nidamentum, *i*, n. Arnobius quoque dixit pro nido l. 6 p. 202 *Non videtis ſub iſtorum ſimulacrorum cavis ſtelliones, ſorices, mures, blattasque lucifugas nidamenta ponere, atque habitare?* Plaut. Rud. 3, 6, 51 *Mille hodie nidamenta congeret*; Vbi Turnebo *nidamenta* ſunt flocci, pennæ, muſcus, tomentum, pili, acus, cæteraque, unde aves nidos congerunt.

¶ Nīdĭcus, *a, um*, geniſtig. Varronis fragmentum: *Ad quos tum volucres venit puſillos Vsque ad limina nidica eſca vilis.* Sed non certiſſimum hoc adjectivum. Ita quidem, ut ſcripſimus, Popma p. 75 fragm. Varr. dedit, nec non Scaliger, qui vero alias quoque lectiones apponit in margine: Nonius autem, conſervator fragmenti unicus, tam in *Limen* c. 4 n. 278, quam in *Vile*, habet *indica* pro *nidica*: atque ita Godofredus altero: Mercerus utroque loco, ediderunt, & ante hos quoque H. Stephanus in fragminibus poëtarum: altero loco Godofredus legit *nitida.*

¶ Nīdŭlor, *āri*, niſten, ein neſt machen. Varro apud Non. 2, 589 *Halciones hieme in aqua nidulantur.* Gellius 2, 29 *Caſſita habitat nidulaturque in ſegetibus.*

¶ Nīdĭfĭco, *are*, idem. Plinius 9, 26 *Nidificare ex alga.* Idem 10, 52 *Nidificare luto.* Conf. 10, 32; Colum. 8, 8 & 15; Lactant. 2, 4. Notum quoque verbum ex epigrammate, quod Virgilio tribuitur: *Sic vos non vobis nidificatis aves.* Et Plin. 10, 39 *Cypſelli nidificant in ſcopulis.*

¶ Nīdĭficus, *a, um*, niſtend, aviumque adeo epitheton: Sed Seneca Medea v. 714 *Quodcunque tellus vere nidifico creat*, quo nidificant nempe aves.

¶ Nidificium, *i*, n das niſten, geniſte. Apul. 8 Met. p. 211 *In carioſo ſtipite inhabitantium formicarum nidificia burriebant.* Ita & Pricæus, niſi quod hic *carioſa* legit muliebri genere.

¶ Connidifico, *are*, zuſammen niſten. Et

¶ Connidulor, *ari*, idem, apud Auguſtinum.

¶ Innidifico, *are*, einniſten, ins neſt legen. Plinius 10, 3 *Innidificatur nido lapis ætites.* al. *inædificatur.* conf. Salmaſ. in Solin. p. 178.

¶ Internidifico, *are*, darzwiſchen niſten. Plinius 10, 33 *Ripas excavant, atque ita internidificant.*

Nigella, nigellus, vide mox in *Niger, a, um.*

NIGER, *gri*, five Nigris, *itis*, fluvius Africam ab Æthiopia dirimens juxta Plin. 5, 1 & 2. Ptolem. in Geogr. 4, 6. Ab hoc flumine *Nigritæ* dicti, qui amplam regionem a Nilo, & Meroë inſula ad oſtia Nigri usque ad oceanum incolunt; Plin. 5, 8. Fontem quoque in interiori Æthiopia *Nigrin* citat Plin. 5, 9. Sed hæc veteres dubii & incerti. Certiora de hoc fluvio ὁ πάνυ Ludolfus profert ex Geographo Nubienſi aliisque monumentis, eſſe Nili alveum ſiniſtrum, qui in Occidentem feratur, & in Atlanticum mare ſe exoneret; vide ejus Hiſt. Æthiop. 1, 8.

¶ Nigritæ, *arum*, m. pl. Æthiopum populi; vide jam in fluminis, a quo dicuntur, expoſitione.

NĪGER, *a, um*, obſcurus, ater, fuſcus, ſchwartz. Ovidius Heroid. 18, 7 *Pice nigrius*, pechſchwartz. Nam & *Nigrior* Martialis dixit l. 12 epigr. 34; & Plinius 24, 15 *Folia nigriora.* Adde Colum. 3, 2. Plinius 15, 25 *Ceraſorum nigerrima.* Et Virg. Georg. 3, 278 *Nigerrimus auſter.* Idem eclog. 10, 39 *Et nigræ violæ ſunt, & vaccinia nigra.* Martial. 12 epigr. 54 *Crine ruber, niger ore, &c.* Proverbialiter Cicero de Divinat. 2, 3 *Quæ alba ſunt, nigra dicere*, verkehrte dinge reden. Et, *Nigrum in candida vertere*, Iuvenal. 3, 30. *Nigra* dicuntur borealia, ut quæ auſtrum ſpectant, alba, quod obſervamus in *Pontus.* ¶ 2. Et *Niger*, improbus eſt, inſincerus, candido oppoſitus, tückiſch, bübiſch. Horat. 1 ſat. 4, 84 *Aſſentem qui rodit amicum, Qui non defendit alio culpante: ſolutos Qui captat riſus hominum, famamque dicacis: Fingere qui non viſa poteſt, commiſſa tacere Qui nequit, hic niger eſt, hunc tu, Romane, caveto.* Et ruſtus v. 90 *Hic tibi comis & urbanus liberque videtur Infeſto nigris*, i. e. qui inimicus es malis. Cicero pro Cæcina c. 10 de Clodio: *Nec minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus Phormio.* Nempe color candidus ad naturam boni; ater, ſeu niger ad malum ſpectat. Hinc Catullus epigr. 94, 1 *Nil nimium ſtudeo, Cæſar, tibi velle placere: Nec ſcire, utrum ſis albus an ater homo*; i. e. bonus an malus. Sic per *nigram turbam* homines pravi ingenii deſignat Statius 1 Silv. 3, 103, ſi Boxhornii lectio ſuſcipitur. ¶ 3. Cognomen Ro. v. g. *Peſcennii* ejus, qui aliquamdiu imperavit, cujusque vitam habemus a Spartiano ſcriptam, in qua inter alia inſignis ejus vox refertur c. 11 extr. laudes recuſantis, dicentisque: *Se vivum placere velle, mortuum etiam laudari.*

¶ Nigellus, *a, um*, dimin. ſchwärtzlich; ut, *Herba floribus nigellis*, Apul. de Herb. c. 75. Auſonius epiſt. 4, 72 litteras dixit *Cadmi nigellas filias.* Sed etiam Varr. ap. Non. 16, 14 *Amiculum nigellum* dixit, & *nigellas pupulas* apud eund. 6, 43.

Nigella, vide *Melanthium.*

¶ Nigrēdo, *ĭnis*, f. die ſchwärtze, ſchwartze geſtalt. Ex ſemibarbaro Iornandis ſeculo originem habere hanc vocem, Voſſius putat: ſed Antoninorum, & DD Fratrum tempore in uſu fuiſſe, ex Apul. 2 de A. A. conſtat: *Corvina*, inquit, *nigredine cærulos columbarum colli fluſculos æmulantur.* Et Mart. Capella lib. 2 *Erant quidam libri ſacra nigredine colorati.*

¶ Nigrĭtia, *æ*, & Nigrities, *ēi*, f. idem. Plin. 9, 38 *Nimiæ ejus nigritiæ dat auſteritatem.* Celſus 8, 2 *Nigrities colligi poteſt etiam ex dolore & ex febre.*

¶ Nigritūdo, *ĭnis*, f. idem. Plin. 10, 36 de paſſeribus: *Nulla apparet nigritudo in roſtro, quæ ab æſtate incipit.*

¶ Nigror, *ōris*, m. idem. Cicero de Div in. 1, 14 ex Pacuvio: *Noctis & nimbûm obcæcat nigror*, nec non Celſus 2, 1 *Nigrorem in ulceribus excitat.*

¶ Nigreo, *ui, ēre*, & Nigresco, *ēre*, in nigrum verti, ſchwartz ſeyn oder werden. Virgil. Æneid. 11, 824 *Umbris nigrescunt omnia circum.* Plin. 12, 22 *Phœnicobolanus nigrescit.* Colum. 12, 48 pr. *Oleum.* Plin. 12, 22 *Phœnicobolanus nigrescit.* Colum. 12, 48 pr. *Oleum cum jam nigruerint.* Adde Pacuv. & Accium ap. Nonium 2, 582; Cels. 2, 7: Pallad. Nov. 4; Solin. c. 4; Sidon. 8, 7; Ovid. de Arte am. 3, 503.

¶ Nigro, *āre*, eſſe aut reddere nigrum, ſchwartz ſeyn, oder ſchwärtzen. Lucret. 2, 732 *Ea quæ nigrant.*

¶ Nigrans, *tis*, ſchwartz, ſchwärtzlich; ut, *Nigrans color*, Lucr. 2, 792. *Nigrantes terga juvenci*, Virg. Æn. 5, 97. conf. Æn. 4, 120; & 9, 87; &c. *Antra nigrantia*, Statius Theb. 10, 129. Et Silius 9, 225 *Corpora ab immodico ſervans nigrantia Phœbo.* Add. Val. Flacc. 1, 13.

¶ Nigratus, *a, um*, geſchwärtzt. Tertull. adv. Marc. 4, 8 pr. *Nigrati ignorantiæ tenebris.*

¶ Nigramen, *inis*, n. die ſchwärtze, apud Manilium.

¶ Nigreo, *āre*, nigrum aliquantulum eſſe, ſchwärtzlich ſeyn. Nam hinc

¶ Nigricans, *tis*, ſchwärtzlich. Plin. 12, 3 *Aquila colore nigricans*, Conſ. 35, 16.

¶ Nigricŏlor, *ōris*, ſchwartzfärbig; ut, *Nigricolor facies*, Solin. c. 2.

¶ Nigrĭfico, *āre*, ſchwartz machen. Marcell. Emp. c. 35 *Nigrificare dentes.*

¶ Nigrefacio, *ēre*, idem. Onomaſt. *Nigrefacio*, μελαίνω.

¶ Nigreſco, *ĕre*, ſchwartz werden. Octav. Horat. 1, 5 *Quamdiu oleum pinguescat & nigrescat.*

Compoſita cum præpoſitione:

¶ Connigro, *āre*, beſchwärtzen, apud Hieronymum.

¶ Connigrico, *āre*, ſchwartz ausſehen, in Fragm. poët.

¶ Connigreſcio, *ĕre*, zugleich ſchwärtzen, apud Hieron.

¶ Denigro, *āre*, ſchwarz machen, ſchwärtzen. Varr. R. R. 1, 55, 7 *Denigrat terram amurca.* Vitruv. 7, 9 de minio *Amiſſa virtute coloris denigrat.* Plinius 23, 5 de palmæ quodam genere *Capillum denigrat faſtus.* Et Scribon. Largus compoſ. 208 *Ligulæ calceolorum denigrantur.*

¶ Denigratio, *ōnis*, f. die ſchwärtzung; ut, *Denigratio capillorum*, Th. Priſcian 1, 2.

¶ Denigratūra, *æ*, f. idem, apud Auguſtinum.

¶ Denigrator, *ōris*, m. ein ſchwartzfärber, apud Tertullianum.

¶ Internigrans, *tis*, ſchwartz darzwiſchen; ut, *Maculæ internigrantes*, Stat. Theb. 6, 336.

¶ Obnīger, *a, um*, eſt quidem apud Plin. 20, 23 pr. ſed ſuſpecta lectio; vide Harduinum.

¶ Perniger, *a, um*, kohlſchwartz. Plaut. Pœn. 5, 2, 153 *Oculis pernigris.*

¶ Subnīger, *a, um*, braun, ſchwartzbraun. Plaut. Merc. 3, 4, 55 *Subnigris oculis.* Celſus 5, 26, 31 *Subnigræ puſtulæ.* Adde Plaut. Pſeud. 4, 7, 120; Varr. R. R. 2, 5 & 9; Plin. 25, 7.

NIGRĪNA, *æ*, f. herba, tribus foliis longis intubaceis illita, cicatrices ad calorem reducit, Plin. 27, 12.

Nigrans, nigredo, nigrefacio, nigreſco, nigritia, &c. vide paullo ante *Niger*.

NĪHIL, & Nihilum, *i*, n. a *ne* & *hilum*, quaſi dicas, *ne hilum quidem*, nichts. Et *Nil*, quod ex *nihil* conciſum eſt, unde & *Nilum* apud Lucretium 1, 206 *Nil igitur fieri de nilo poſſe fatendum eſt.* Et v. 238 *Haud igitur poſſunt ad nilum quæque reverti.* add. v. 791, 797. Perſ. ſat. 3, 84 *De nihilo nihil, in nihilum nil poſſe reverti.* Et, *Nil ad illum, ad illud, ad hanc rem*, nichts gegen dem, Ter. Eun. 2, 3, 69. *Nihil ad rem*, Cicero in Orat. c. 64; & de Fin. 4, 26, es thut nichts zur ſache. *Nihil ad te*, es geher dich nichts an, *Nihil ad me attinet*, Ter. Andr. 4, 1, 60 & 1, 2, 16. *Nihil aliud quam*, i. e. duntaxat, nur, more græco, οὐδὲν ἄλλο, uſitata phraſis Suetonio Cæſ. c. 20, Aug. c. 83, Claudio c. 10, Ner. c. 43, Veſp. c. 10, & Domit. c. 21. Livius 3, 26 *Hac nocte nihil præterquam vigilatum eſt in urbe.* Et, *Nihil admodum litterarum ſciebat*, Cicero de Clar. Orat. c. 58. *Nihil minus*, nichts weniger, Idem Off. 3, 20 & Ter. Eun. 3, 3, 29. *Nihil amplius*, nichts mehr nichts, Cicero fam. 12, 1. Sed, *cui minus nihilo eſt*, der ich weniger als nichts habe, Ter. Phorm. 3, 5, 1. *Non hoc de nihilo eſt*, non fruſtra eſt, Idem Hec. 5, 1, 1, es hat etwas zu bedeuten. Et Propert. 2, 3, 16 *Non jam de nihilo blandus amator ego*, ich bin nicht vergebens ꝛc. Idem 2, 16, 52 *Nec ſi de nihilo fulminis ira cadit.* Macrob. Saturn. 5, 9 *Hanc Virgilius non de nihilo fabulam fingit*, nicht umſonſt, nicht vor die lange weile. *Nihilo ſecius*, Ter Andr. 3, 2, 27, idem quod nihilominus, nichts deſtoweniger. *Nihil non*, i. e. omne, alles. *Nihil non arrogat armis*, Horat. Art. poët. v. 122. *Nihil quicquam*, pro *nihil*, Plaut. Bacch. 4, 9, 113; & Merc. 4, 3, 37. Adde Gell. 1, 3. *Nihil incommodi, gratiæ, lucri, &c.* Atticiſmi ſunt. Et, *Nihil cari, nihil ſancti, nihil penſi eſt*: Salluſtianæ locutiones. Livius 40, 8 *Nihil cavi, nihil ſancti eſt, in omnium vicem regni unius infatiabilis amor ſucceſſit.* Sic, *nihil eſt*, quando quid elevamus, aut negamus: Ter. Andr. 2, 2, 3 *Lætus eſt, neſcio quid.* C. *Nihil eſt.* Idem Heaut. 4, 1, 56 *Nam quod ſperem de argento, aut poſſe poſtulem me fallere, nihil eſt.* Ita & nos: es iſt nichts. *Nihil pol falſi dixi, mi ſenex*, Idem Ter. Andr. 4, 4, 49. Cic. Att. 1, 19 p. 152 *Ille alter* Cos. *ita nihil eſt, ut plane quid emerit neſciat.* Tib. 1, 5, 30 *Et juvet in tota me nihil eſſe domo* i. e. plane vacuum cura rei familiaris. vid. Brouckh. h. l. *Homo, res nihili*, nichtswürdig, Plaut. Aſin. 2. 4, 66 &c. Idem Pſeud. 4, 7 pr. *Servus nihili eſt, ſuum qui officium facere eſt immemor, niſi adeo monitus*, der iſt ein unnützer und loſer knecht ꝛc. *Nihili facere, nihili pendere*, non curare, nichts darnach fragen, nichts achten, Plaut. Bacch. 1, 1, 56; & Menæch. 5, 7, 4 &c. Cic. de Fin. 2, 27 *At cum nihili facit.* ¶ 2. *Nihil* & ſæpe pro *non* ponitur. Ter. Andr. 1, 2, 31 *Nihil circuitione uſus es.* Cicero Tuſc. 4, 8 *Æmulatio autem duplici ter quidem illa dicitur, ſed eâ nihil hoc loco utimur.* Tibull. 1, 9, 24 *Forma nihil magicis utitur auxiliis.* Item Stat. Achill. 1, 104 *Illa nihil gaveſa locis.* Et ubi ſæpius. Eodem modo *Nil* pro *non*: Lucr. 5, 164 *Nil opus eſt verbis.* Virg. Æn. 5, 751 *Nil magnæ laudis egentes. Nihil dicere* quomodo opponatur τῷ *aliquid dicere*, vide ſupra in *Aliquis* n. 3. Addo denique, eſſe abſurdam conſuetudinem pronunciantium in *Nihil h* per ch, quaſi eſſet *nichil.*

¶ Nihilo etiam, nihili homo, ſive nulla re æſtimandus. Vet. Gloſſ. οὐδαμινός, *Nihilo, nugatorius, gerra.* Nihilo, indeclinabile eſt, der nichts taugt, nichts werth iſt.

¶ Nihildum, id eſt, nihil adhuc, nondum quicquam, noch nichts. Cicero fam. 12, 12 *Quamquam nihildum audieramus.* Idem ad Attic. 9, 2 *Brundiſio nihildum erat allatum.* Idem Catil. 3, 3 *Statim ad me nihildum ſuſpicantem vocavi.*

¶ Nihilominus, nichts deſtoweniger. Cicero fam. 10, 2 *Nihilominus, ut ego abſim, hæc confici poſſunt.* Ter. Heaut. 5, 3, 9 *Nihilominus ego hoc faciam tamen.* Idem Phorm. 4, 2, 7 *Vbi Phædria ſe oſtenderet nihilominus amicum eſſe.* Plin. 17, 16 *Nihilominus tamen & luto munire & vinculo melius.* Et alter Plinius 7 epiſt. 27 de Athenodoro domum ſpectro infeſtam conducente: *Audito pretio, quia ſuſpecta vilitas, percunctatus omnia docetur, ac nihilominus, immo tanto magis conducit:* Conjunctæ & diviſe hæc ſcribi ſolent.

Nonnihil, quære infra in *Non.*

¶ Annihilo, *are*, zernichten, ex Hieronymi loco vide infra in *Nullificatio* in *Vllus.*

¶ Annihilatio, *onis*, f. die gänzliche zernichtung, Theolog.

¶ Annihilator, *oris*, m. der etwas zernichtet. Gloſſ. gr. lat. ἐξουδενητὴς *annihilator.*

Nil & Nilum, pro *Nihil, Nihilum*, quære in antecedente *Nihil.*

Nileus, nilicola, nilion, nilotis &c. vide in *Nilus.*

NĪLVS, *i*, m Νεῖλος, a nigredine *Melas* & *Melo*, (de quo ſupra) quibusdam appellatus, de quo Petr. Cunæus ad Nonni Dionyſiaca notat. Fluvius Ægypti, unus de majoribus totius orbis fluminibus, unde κατ' ἐξοχὴν *flumen* appellatus non Ciceroni tantum pro Dejotaro, & Iuvenali, ſed & Moſi Exodi c. 7. Habet oſtia ſeptem, ad quæ reſpexit Iuvenalis ſat. 13, 26 *Ravi quippe boni, vix ſunt numero totidem, quot Thebarum portæ, vel divitis oſtia Nili.* Conf. Virgil. Æneid. 6, 800; & Ovid. Heroid. 14, 107. De *Nilo* inter alia multa hæc Seneca Nat. Quæſt. 4, 2 *Quantum creſcit, inquit, Nilus, tantum ſpei eſt in annum: nec computatio fallit agricolam, adeo ad menſuram fluminis reſpondet, quam fertilitatem facit Nilus. Is avenoſo & ſitienti ſolo & aquam inducit & terram: nam cum turbulentus fluat, omnem in ſiccis & hiantibus locis fœcem relinquit, & quicquid pingue ſecum tulit, arentibus locis illinit. Mira itaque natura fluminis, quod cum cæteri amnes abluant terras & eviſcerent, Nilus tanto cæteris major adeo nihil excedit, nec abradit, ut contra adjiciat vires &c.* Vbi revera ortum habeat, quæque cauſſa incrementi ejus, veteribus minus exploratum & cognitum fuit. Hinc tanta auctorum ſuper ea re diſcrepantia, quam Diodorus notat antiq. rerum 1, 3, item Seneca Qu. Nat. 6, 8, & quos laudat Spanh. ad Callim. p. 449. Atque hoc ipſum clariorem magisque auguſtum hunc fluvium reddidit: unde eleganter Alcimus Avitus lib. 1 v. 262 de eo canit: *Tertius inde Geon, Latio qui nomine Nilus Dicitur, ignoto cunctis plus nobilis ortu.* Cui illud Sidonii prorſus concinit Panegyrico Aviti v. 44 *Ignotum plus notus Nile per ortum.* v. & Scalig. Exerc. 17; & Petri Gaſſendi philoſophiam Epicuri in de Meteorologia: Certiora prodiderunt H. Voſſius de Nili & fluminum origine c. 15, & Iobus Ludolfus Hiſt. Æthiop. 1, 8, oriri non ultra Æquatorem in auſtrali hemiſphærio, ſed cis Æquatorem in regno Habeſſinorum, ſive Chriſtianorum Æthiopum. Quanquam huic denuo contradictum a miſſionariis Ieſuitarum, & 15 gradibus trans æquatorem fontes Nili remoti. Conf. Maillet Deſcriptio Ægypti. Magna religione hic fluvius cultus ab Ægyptiis; quippe qui illis omnia eſt, γῆ ποταμὸς, καὶ γῆ, καὶ θάλασσα, καὶ λίμνη, & *fluvius, & terra, & mare, & palus*, ut eſt apud Achillem Tatium lib. 4. Hinc etiam *patrem, ſervatorem, opificem*, (δημιεργὸν) appellabant: eique quotannis ſacra omnium maxime ſolennia, *Niloa* dicta, peragebant, ut ſcribit Heliodorus lib. 9 Æthiopic. Adde Barth. Comment. ad Carm. Claudiani de Nilo; & ad Stat. Silv. p. 301 & 302. it. Brouckh. ad Tib. 1, 8, 21. ¶ 2. Dicitur & *Nilus*, quum rivuli plures in piſcinam confluunt, ein teich. Cicero ad Qu. fr. 3, 9 *Imagines enim iſtæ, & palæſtra & piſcina & Nilus, multorum Philotimorum eſt, non Dipbilorum.* Idem de Leg. 2, 1 *Ductus aquarum, quos iſti Nilos, & Euripos vocant, quis non, cum hæc videat, irriſerit?*

¶ Niliăcus, *a, um*, adject. ut, *Lens Niliaca*, Martial. 13 epigr. 9. Et Prudent. adv. Symmach. 2, 865 *Vilia Niliacis venerantur oluſcula in hortis.* Et Cathemer. 5, 45 *Rex Niliaci litoris.* Apud Samon. 332 *Niliacum mel* Keuchenius interpretatur Atticum, ſed dubitat Burm. quem vide.

¶ Nilŏticus, *a, um*, idem; ut, *Aqua Nilotica*, Seneca Quæſt. Nat. 3, 25. Et, *Nilotica tellus*, Martial. 6 epigr. 80.

¶ Nilŏtis, *ĭdis*, fœm. patronym. ut, *Acus Nilotis*, apud Lucan. 10, 142. Et, *Picti tunica Nilotide Mauri*, Martial. 10 epigr. 6.

¶ Nileus, *ei*, m. gentile. Ovid. Met. 5, 187 *At Nileus, qui ſe genitum ſeptemplice Nilo Ementitus erat.*

¶ Nilion, *i*, n. νείλιον, gemma, a Nilo fluvio, in cujus litoribus gignitur, fulgore hebeti, Plin. 37, 6.

¶ Nilis, *ĭdis*, f. lacus inferioris Mauritaniæ, quem Nili aquæ ſtagnantes efficere creduntur, Plin. 5, 9.

¶ Nilicŏla, *æ*, m. pro Ægyptio apud Prudent. adv. Symmach. 2, 493 *Iſis Nilicolas reliquit.*

¶ Niligĕnus, *a, um*, adject. apud Ovidium de Arte am. 1, 77, ſed *linigeræ* pro Niligenæ doctiores legunt, præſertim Heinſius, quem conſulas. Nihilominus, alia quamvis & virili forma, Macrobius Saturn. 1, 16 dixit: *Argutus Niligena, & gentis accola numeroram potentis*, id eſt, Ægyptius.

Nimbatus, nimbifer, nimboſus, vide in *Nimbus.*

NIMBVS, *i*, m. vis venti cum pluvia, ungeſtümer regen mit wind, pluvia præceps, ein platzregen, ſchlagregen, ſturmwind. Liv. 1, 16 *Subito coorta tempeſtas cum magno fragore tonitribuque, tam denſo regem operuit nimbo, ut conſpectum ejus concioni abſtulerit.* Et Virg. Æneid. 2, 113 *Toto ſonuerunt æthere nimbi*, id eſt, venti. ¶ 2. Translate *Nimbus* ponitur pro quavis denſa ſubitaque ſparſione, ſive multitudine, quæ in modum imbris aut procellæ, ſive nimbi contingit,

ein ganzer hauffen. Sic *nimbum florum* Statius Silv. 1, 2, 21, & Claudianus dicere; *Saxorum manualium nimbos*, Amm. Marcellinus; *Nimbos equitum*, Prudentius adv. Symmach. 2, 702. Et Florus 3, 8, 4 *Ingenti*, inquit, *lapidum faxorumque nimbo classem operuerunt*: item Sextus Rufus c. 27 *Nimbo sagittarum obruti sunt*: Ac Silius 12, 176 *Fundite portis Telorum in campos nimbum*. add. Stat. Theb. 10, 530. Plura dabit Casp. Gevart. c. 13 ad 1 Silv. Statii: qui & c. 7 ad lib. 5 *nimbum orationis* eleganter pro vehementi & præcipiti quodam orationis genere usurpatum veteribus docet. ¶ 3. *Nimbus* per translationem pro repentino & præcipiti casu atque impetu, ein unfall, unglückfälligkeit. Cic. Att. 15, 9 *Quid iste in domo tua casus avorum? Sed hunc quidem nimbum cito transisse lætor.* ¶ 4. Est & *Nimbus* valis genus, quo vinum spargebant, apud Martial. 14 epigr. 92. ¶ 5. Dicitur & *Nimbus* divina nubes, sive fluidum illud lumen, quod Deorum capita tingit, græce μηλόκος, ut notat Servius ad illud Virg. Æn. 2, 615 *Iam summas arces Tritonia (respice) Pallas Insedit, nimbo effulgens.* Plura monebimus mox in *Nimbatus*. vid. etiam Aristoph. avib. 1114 seq. ubi μηλόκιον & μήνη nominat. ¶ 6. Denique *Nimbus* est *fascicula transversa ex auro assuta in linteo, quod est in fronte fœminarum*, Isidoro 19, 31, eine stirnbinde. Quare nimbi vocem Barthius Animadv. in Claud. p. 122, & Ph. Pareus Lex. Crit. p. 788 quibusdam scriptorum locis reddunt, quæ alias migraverat in *Limbum*. Ita Arnob. 2 p. 72 *Laminas portenderent aurium, imminuerent frontes* nimbis, *fuligine oculos*. Vt emendavit etiam Heraldus. v. & Taubmann. ad Plaut. p. 1055. Plauto enim ab hoc sensu est

¶ Nimbātus, *a, um*, umschlevert, verkappt; ut, *Nimbata meretrix*, quæ est fascia frontali seu nimbo recta: Plaut. Pœn. 1, 2, 135 *Quam magis adspecto, tam magis est nimbata*. Quem locum etiam Isidorus observaverat. ¶ 2. Quod autem sequitur mox apud Isidorum: *Nam & lumen, quod circa angulorum capita pingitur, nimbus vocatur*, emen latione putem opus habere, proque *angulorum*, legendum *angelorum*. Interpretor enim de ea nimbi significatione, quam supra habes quintam. De qua alias & Weitzium consule ad Prudent. adv. Symmach. 2, 576 & 760; & Taubm. ad Virg. p. 474, 506 & 866. Lipsius ad Tac. 1 Ann. Dempst. ad Rosin. 1 A. R. p. 68. Freinsh. ad Flor. 4, 2, 91.

¶ Nimbōsus, *a, um*, stürmisch, regenhaft, windig; ut, *Bruma nimbosa*, der ungestüme winter, Stat. 1 Silv. 3, 89. *Nimbosus Orion*, Virgil. Æn. 1, 535.

¶ Nimbĭfer, *a, um*, idem; ut, *Nimbiferæ nubes*, apud Avienum in Arat. Phæn. v. 888. Et Ovid. Pont. 4, 8, 60 *Ad flyga nimbifero vindicis igne datos*: Vt Heinsius ex MSS. legit, & ante hunc Scaliger, pro vulg. *nubifero*.

Nimie, nimietas, nimio, &c. vide in *Nimis*.

NĪMĪRVM, adverb. nempe, certe, sine dubio, nemlich, freylich. Ter. Eun. 2, 2, 37 *Nimirum hic homines frigent*, es ist richtig, die leute werden hier kaltsinnig tractirt. Horat. 1 epist. 14, 11 *Cui placet alterius sua nimirum est odio sors*, wem des andern zustand gefällt, der ist gewiß mit dem seinigen nicht zu frieden. Subjicitur interrogantibus eodem modo, quo *nempe*. Quint. 12, 1 *Vter melior dicetur orator? nimirum, qui homo quoque melior*. Cic. pro Flacc. c. 28 pr. *Hoc nimirum est istud*, das ist es eben. Ter. Eun. 3, 3, 2 *Nimirum dabit hæc Thais mihi magnam malam*, die Thais wird mir richtig einen streich versetzen. Ad quod Donatus: NIMIRVM, *& fac*, NON EST MIRVM: *Et statim consequens eris per ἀνένδετον ista sententia, quasi dixerit*: NON EST MIRVM. *Nam*, NI, NE *significat*: ETNE, NONNI *pro* NE *Virgilius*. NE *pro* NON *Plautus &c.* Vetus Gloss. *Nimirum*, οὐ μὴ ἀναμφιβόλως σφόδρα.

NĪMIS, allzu sehr, gar zu viel, adverbium augendi, jungitur adjectivis, aliis adverbiis, & verbis. Cic. pro Arch. c. 11 *De meo quodam amore gloriæ nimis acri fortasse, verumtamen honesto, vobis consirebor*. Sic, *Nimis longum tempus, nimis sero*, allzu spat, oder langsam. *Nimis antique*, Horat. 2 epist. 1, 66. Et Cic. de Leg. 3, 1 *Tu enim nec nimis valde unquam, nec nimis sæpe laudaveris*. Sic, *Nimis cito*, Cic. de Amic. c. 21. Et, *Nimis delectarunt litteræ tuæ*, ist mir doch gar zu angenehm gewesen, Idem Att. 7, 24. *Nimis dixi*, Plin. Paneg. c. 45. *Ne quid nimis*, μηδὲν ἄγαν, quam juvenum dixit esse virtutem Socrates, velut retulit Laërtius. Interrogatus enim, quænam juvenum esset virtus? respondit: τὸ μηδὲν ἄγαν. conf. Ter. Andr. 1, 1, 34. Germanorum proverbia sunt, zu viel ist ungesund, item zu viel zerreist den sack.

¶ Nimius, *a, um*, quod modum excedit, gar zu groß, zu viel, zu heftig. Cic. pro Mil. c. 24 *Diligentiam nimiam nullam putabam*, man könte nicht zu fleißig seyn. Neutro substantivi naturam induit: ut, *Te nimio plus diligo*, Antonius Cic. Attic. 10, 8, mehr als zu viel. Sen. de Tranquil. c. 9 *Vitiosum est omne, quod nimium est*. Et Cic. in Orat. c. 53 *Nimium quod est, offendit vehementius, quam id quod parum est*. Livius his etiam locutionibus delectatus est: *Nimius animi, cum alios spernere*: gar zu hochmüthig oder herrisch, 6, 11; sic Gronov. e MSS. vulgo *animis*. &, *Nimius imperii*, 3, 26. Cic. jad Brutum epist. 15 *Nimium esse in re aliqua*, einem dinge zu viel thun. ¶ 2. Sic *Nimii*, impotentes, superbi, & contumaces, ut ita *modestis* opponantur. Sæpe ita usus Tacitus est, ut Agric. 7, 4 de legione vicesima: *Legatis quoque consularibus nimia & formidolosa erat*, war ihnen über den kopf gewachsen. Idem Hist. 3, 52, 2 *Erant inter duces, qui nescirent morari, quippe jam nimius Antonius*, war ihnen zu groß. Item Hist. 4, 23, 4 *Præferoces initio, & rebus secundis nimii*, überhoben sich des glückes. Florus 3, 15, 3 *Iamque nimius & potens altero tribunatu*. Vellej. 2, 32, 1 *Nimius reip. liberæ vir*. Sic de Tarquinio Superbo Manilius 1, 776 *Tarquiniique nimii reges*; hoc est, nimii regni sive imperii: seu, qui regnum in superbum dominatum atque tyrannidem vertunt. Sed Iosf. Scalig. & Mich. Fayus ex MS. restituerunt, *Tarquinioque mimi reges*. vid. de hac significatione Salmas. ad Vopisc. Aurel. 32. Gronov. ad Sen. Agam. 84. Heinsi. ad Claudian. de Bel. Get. 118. Burm. ad Vellej. 2, 32.

¶ Nimium, adverb. idem quod *Nimis*. Cic. Catil. 1, 5 *Nimium diu te imperatorem illa tua Manliana castra desiderant*. Horat. 3 od. 3, 58 *Nimium pii*. Ovid. Met. 7, 14 *Nam cum jussa patris nimium mihi dura videntur?* Virg. eclog. 2, 17 *Nimium ne crede colori*.

¶ Nimie, adverb. aliud. Augustinus Confess. 2, 9 *Si aliquid nimie ridiculum vel sensibus occurrerit, vel animo*. Idem de Genesi ad lit. 3, 4 *Cum corpus nimie frigescit*. Et Pallad. Mart. t. 10 de ficu: *In locis nimie frigidis*.

¶ Nimio, idem, pro *valde*, sehr; ut, *Nimio magnus*, Plaut. Truc. 4, 1, 6. *Nimio mavolo*, Idem Pœn. 1, 2, 90. Pro *multo* frequenter jungitur comparativis; ut, *Nimio melius, nimio rectius, nimio celerius*, Plaut. Pers. 1, 3, 31; & Bacch. 2, 3, 80; & Most. 1, 1, 69, &c. *Multitudo, quæ nimio major erat*, Liv. 29, 33. *Nimio plus, quam velim*, Id. 2, 32.

¶ Nimietas, *ātis*, f. der überfluß, die allzu große menge. Colum. 6, 24 *Nimietate verni pabuli pecudes exhilaratæ lasciviunt*. Pallad. 7, 7 *Sanguinis nimietatem prohibet*. Macrob. Sat. 7, 6 *Vini nimietas*. Ammian. 19, 4 *Nimietas frigoris aut coloris, &c.* Qui præterea usi sunt, Curis secundis declaravit Cellarius p. 165; & Borrich. Cogit. p. 176.

¶ Nimiopĕre, contractum ex nimio opere, allzusehr. Sed meliores libri dividunt, *nimio opere*, ut Cic. Paradox. 5, 2 *Quos ædificia magnifica nimio opere delectant*.

¶ Nimium quantum, valet veteribus idem, quod plurimum, immensum, überaus viel. Vide de hac locutione Manutium ad Cic. de Finib. 4 p. 106; & Parei Lex. Crit. p. 790. Ciceronem imitati sequiores. Gell. 16, 6 *Sed nimium quantum audaciter inquit &c.* Eumenius Gratiar. actione ad Constantinum Flavienſium nomine, c. 5 *Qui locus nimium quantum plus mihi suppeditavet orationis, si fas esset, audiente te, rebus tristioribus immorari*. conf. Ter. Phorm. 4, 3, 38.

¶ Pernīmius, *a, um*, sehr groß. Paulinus Petrocor. 5, 25 *Pernimium sentiret onus*.

¶ Pernimium, adverb. überaus viel. Ter. Adelph. 3, 4, 29 *Nimium inter vos ac pernimium interest*. Papin. l. 2 § 1 D. de custod. & exhib. *Hæc interpretatio prædura pernimiumque severa est in eo*.

¶ Prænīmis, adverb. allzu sehr. Gellius 19, 10 *Hoc prænimis plebejum est*.

NINGO, *ninxi, ningĕre*, schneien. Colum. 11, 2 *Interdum ningit*. Virg. Georg. 3, 367 *Interea toto non secius aëre ningit*. ¶ 2. Metaphorice usus Lucretius est 2, 627 *Ningunque rosarum Floribus*: i. e. ut ibi rectè Lambinus exponit p. 225, tantam rosarum copiam diffundunt, ut ningere videantur. Vide & Gevart. c. 13 ad lib. 1 Silv. Stat. ¶ 3. Passiv. Apul. Florid. 1 p. 4 *Istud spatium, quæ pluitur & ningitur*. ¶ 4. Veteres pro *Ningo* dixerunt *Ninguo*, pro Tingo, *Tinguo*. Atque hinc est

¶ Ninguis, *is*, f. apud antiquos, der schnee; cujus loco nunc *nix, nivis*, dicimus. Lucret. 6, 736 *Albas decedere ningues*. Et Apulej. *Omnia ningue canebant*. vide Servium ad Virg. Æn. 4 p. 329; Charis. lib. 1 p. 71; Prisc. lib. 6 p. 724.

¶ Ninguĭdus, *a, um*, idem quod *nivosus*, de quo postea, schneeicht. Prudentius Apotheos. v. 665 *Ninguidus boreas*; & Cathemer. 5, 97 *Implet castra cibus ninguidus*, id est, Manna. Ausonius epist. 24, quæ est ad Paulinum, v. 68 *Me Punica laedit Barcino, me bimaris juga ninguida Pyrenæi*. Et v. 124 *Ecce tuus Paulinus adest, jam ninguida linquit Oppida Iberorum*. Ac epist. 25, 51 *Ninguida Pyrenæi hospitia*.

¶ Ningor, *ōris*, m. das schnee-wetter. Apulejus de Mundo p. 61 *Eam tempestatem nos ningorem vocamus*.

¶ Nix, *nĭvis*, f. a *ningo* etiam est, quasi *Ninx*, vapor a frigore resolutus molliterque conglobatus & congelatus, der schnee. *Aquarum cælestium spumam*, Plinius vocat 17, 2. *Candida, cana, gelida, hiberna nix*, apud poëtas. *Nix cumulata vento*, Curt. 5, 4, 18, zusammen geweheter schnee. *Nive dissussa*, Idem 7, 3, 10, wenn der schnee zerschmolzen. *Nives altæ*, tiefer schnee, ibidem n. 11. *Nivibus pruinisque obrui*, Liv. 5, 2, beschneyet werden. *Pruinas ac nives perferre*, Cic. Catil. 2, 10. Horat. 4, 7, 1 *Diffugere nives, redeunt jam gramina campis*. ¶ 2. Duras & a longinqua similitudine ductas comparationes vocat Quintilianus 8, 6, quando *Capitis nives* dixit Horatius 4 od. 13, 12; &, *Canam nivem*, 2 sat. 5, 41. Defendit vero illum Voss. Instit. Orat. 4, 6, 7. Germanis poëtis nihil familiarius, quam, der schnee der grauen haare. Sed *Nive candidiores equi*, schneeweisse schimmel, Ovid. Met. 8, 373. *Ipsam nivem vetustate rubescere*, ait Plinius 11, 35. conf. Bartholin. de Nivis usu p. 24. ¶ 3. De nive refrigerando potui adhibita vid. Gronov. ad Quint. declam. 298 p. 576. & Burm. ad Petron. c. 31.

¶ Nivālis, *e*, schneeicht; ut, *Nivalia loca*, Plin. 26, 8. *Nivalis dies*, in qua nix plurima delabitur, Liv. 21, 54, Flor. 2, 6, & Sen. Quæst. Nat. 4, 4. *Nivale oculum*, Martial. 7 epigr. 95, i. e. frigidum & madidum. *Nivales auræ*, Horat. 1 epist. 11, 18. *Nivali compede vinctus*, gefroren, Idem 1 epist. 3, 3.

¶ Nivārius, *a, um*, zum schnee dienlich, adjectivum aliud in lemmatis lib. 14 Martialis epigr. 103, 104 & 116 *Colum nivarium, Saccus nivarius, Lagena nivaria*. conf. Plin. 24, 1.

¶ Nivātus, *a, um*, nive refrigeratus, gefühlt durch schnee. Sueton. Ner. c. 27 *Refotus sæpius calidis piscinis, ac tempore æstivo nivatis*. Sen. Quæst. Nat. 4, 13 *Nivatæ potiones*. Petron. c. 31 *Aqua nivata*. vid. Erh. p. 120. B.

¶ Nīveo, *ēre*, & Niveſco, *ĕre*, schneeweiß seyn. Tertull. de Pallio c. 3 *Lavacro niveſcunt*. ¶ 2. *Niviit*, pro *ningit*, ex Pacuvio ap. Non. 10, 23.

¶ Niveus, *a, um*, quod ex nive est, μεταφορικῶς pro candido ponitur, schneeweiß; ut, *Niveus color*, Horat. 2 od. 4, 3. *Nivei lapilli*, Idem 1 sat. 2, 80. *Pecus niveum*, i. e. oves candidæ, Virg. eclog. 2, 20.

¶ Nivôſus, *a, um*, nivibus abundans, voll ſchnee; ut, *Hiems nivoſa*, Livius 5, 13. *Grando nivoſa*, Id. 21, 58. *Scythia nivoſa*, Ovid. Met. 12, 29.

¶ Nivifer, *a, um*, idem; ut, *Niviferæ valles*, Salvianus lib. 6, 196.

¶ Eniveus, *a, um*, weiß wie ſchnee. Ita Barthius Adverſ. 8, 8 pro fœmineum ſcripſiſſe cenſet Manilium 5, 708 *Eniveum rubro vultum ſuffuſa pyropo*.

¶ Subnivalis, *e*, ſchneecicht; ut, *Subnivales moras tolerare*, Ammian. 19, 11. Sed alii legunt *Subdivalis*.

NINGVLVS, *i*, m. id eſt, nullus, keiner. Ennius apud Feſtum: *Ne ningulus mederi queat*. Grammatici vocem hanc a *nec* & *ullus* derivant, ſorte melius ex *ne* & *ſingulus*.

NINNVS, ſive Ninnius, *i*, m. parvus equus, ein füllen; qui & *Hinnus* dicebatur, ex græco γίννος, ut docet Scalig. ad lib. 5 Manilii. Heſychius Νίννον τὸν καβάλλην ἵππον. Gloſſar. Vetus: *Popus, νίννος*. Mæcenas ad Horatium: *Tu tuum ſodalem Ninnio videas ſtrigoſiorem*. Quemadmodum ἐυσόχως hunc locum Tilliobroga emendavit. *Ninnii* gens Campana, apud Liv. 23, 8, & 39, 13, memoratur, licet ibi varient codd. v. I. F. Gronov.

NÝNVS, *i*, m. *Ninos*, primus rex Aſſyriorum; Iuſtinus lib. 1; Diod. Sicul. lib 2; Oroſ. lib. 1. Ovid. Met. 4, 88. A quo ¶ 2. *Ninus* urbs dicta Diodor. Sicul. 2, 3. Herodot. 2, 150. & Lucan. 3, 215 *Et felix, ſic fama, Ninos &c.* Tigride alluebatur, Herodot. ibidem. ¶ 3. *Ninum* fluvium Plinius H. N. 5, 28 memorat, ſi Herm. Barbaro, ita ex Alexandri Lyciacis, pro *Indo*, quod in vulgatis legitur, reponenti, fides habenda. ¶ 4. In ſacris dicta urbs eſt *Ninive*.

¶ Ninivîtæ, *arum*, m. pl. incolæ. Tertull. adv. Marc. 2, 11 *Deus miſericordiam Ninivitis exorantibus præſtitit*. conf. Prudent. Cathem. 7, 131.

NIÓBE, *es*, f. Tantali filia fuit, luctu ex liberorum orbitate in ſaxum, hoc eſt, luctum æternum converſa: Fabulam Ovidius habet lib. 6 Met. Et Cicero Tuſc. 3, 26 *Niobe fingitur lapidea, propter æternum, credo, in luctu ſilentium*. Homer. Iliad. lib. ultimo. Sunt, qui fabulam Niobes ex hiſtoria de uxore Lothi dedúxerunt. Sed magis hic probem expoſitionem Ciceronis modo prolatam. Nec male Gilbertus Cognatus lib. 2 Silv. Narrat. p. 62 propterea fictum hoc ait a poëtis perhiberi, quod ipſa poſt occiſos liberos immodico dolore dirigueríe, ſuamque ipſius lapideam ſtatuam ſuper liberorum monumento poſuerit. Etiam velut in proverbium res abiit apud Hieronym. ad Ocean. epiſtola 83 *Secundo ac tertio ſciſitari cœpi. Nioben putares, quæ nimio fletu in lapidem verſa eſt*. Nos ita ſolemus: antwortet ein ſtein, ſo antworteter ꝛc. Vide & Hadr. Iun. adag. 68 *Niobes archetypum*. De numero liberorum *Niobes*, non conſentiunt auctores. Homerus Iliad. ult. XII prodidit: quem ſecutus Propertius 2, 16. Ovidius vero 6 Met. & Seneca Medea v. 955 XIV ponunt: alii rurſus vel pauciores. vid. Ælian. Var. Hiſt. 12, 36, & Gell. 20, 7.

¶ Niobæus, *a, um*, adject. ut, *Proles Niobæa*, Horat. 4 od. 6, 1.

NÎPHÂTES, *is*, m. fluvius & mons Armeniæ. Virg. 3 Georg. v. 30 *Addam urbes Aſiæ domitas, pulſumque Niphatem*, id eſt, Armenios, νιφάς, ἄδος, nivem ſignificat. Adde Horat. 2 od. 9, 20; & Lucan. 3, 245.

NÎPHE, *es*, f. una ex comitibus Dianæ, Ovid. Met. 3, 171.

NIPTRVM, *i*, n. νίπτρον, lavacrum, das bad, a νίπτω *lavo*. Hinc pluraliter *Niptra* vocatur Pacuvii Tragœdia, cujus mentio in Cic. Tuſc. Qu. 2, 21.

NIQVISCIVIT, pro *niſi quis ſcivit*, centuria Romæ a Servio Tullio rege conſtituta, in qua liceret ei ſuffragium ferre, qui non tuliſſet in ſua, ne quis civis ſuffragii jure privaretur, &c. vid. apud Feſtum.

NÎREVS, *ei*, m. Νιρεύς, Charopi & Aglajæ filius, Græcorum ad Trojam pulcherrimus. Homer. Iliad. β v. 673 Νιρεὺς ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε. *Nireus, qui pulcherrimus vir ſub Ilium venit*. Subjungit tamen poëta, *mollem fuiſſe*. Vnde factum, Galenus Suaſor. ad artes c. 5 putat, quod ejus ſemel tantum meminerit poëta, ut indicaret, formæ nullam eſſe utilitatem, niſi res ad uſum vitæ neceſſarias ei adjunctas ſint. Propertius 3, 18, 27 *Nirea non facies, non vis exemit Achillem, &c.*

¶ Niræus, *a, um*, derivativum a *Nireus*, ut a Theſeus, *Theſeus*, ab Orpheus, *Orpheus*: vel potius absque diphthongo, tribus tamen ſyllabis & producta penultima, *Nirëus*, ut Theſëus. Atque hanc vocem Catullo reddit Bernardinus Rutilius c. 8 decur. Locus eſt epigr. ad Aurel. 21, 25 *Eſurire Niræus puer & ſitire diſcet*. Nireus puer, id eſt, pulcherrimus, & Nireo Homerico ſimilis. Alii tamen aliter legunt. v. g. If. Voſſius, *Meus me puer &c.* Nobis Rutilii conjectura non penitus adſpernanda videtur: ſed e diphthongo feci-mus vocalem, quæ reſpondeat Græcorum α.

NIRIS, ῖδις, νῖρις, nardus montanus, Dioſc. 1, 8.

NÎSA, *æ*, f. urbs Hellados, Homer. Iliad. 2. ¶ 2. Nomen fœminæ, Virg. eclog. 8, 26 *Mopſo Niſa datur, quid non ſperemus amantes?*

NISAEVM, *i*, n. Νισαῖον, campus ſive planicies Mediæ, magnis equis nobilis, qui *Niſæi* inde appellati, ut Euſtathius Dionyſii Scholiaſtes tradit. Celerrimos prodit Ariſtoteles 9 de Hiſt. Animal. v. de iisdem Herodotus 3, 106. V. & Ammianum 23, 21 & de *Niſæa*, urbe, Plin. 6, 26. Sed *Niſæus, a, um*, vide mox in *Niſus*.

NÝSÌ, conjunctio, verbis præponitur indicativis & conjunctivis, idem quod *ſi non*, wo nicht; ut, *Niſi me animus fallit*, Ter. Heaut. 4, 1 pr. *Niſi quis nos Deus reſpexerit*, Cic. Att. 1, 16. *Niſi forte, niſi vero*: ut, *Niſi forte volumus Epicureorum opinionem ſequi*, Cic. de Fato c. 16, es wäre denn ſache, oder, es wäre denn, daß ꝛc. quaſi dicat, quod eſſet abſurdum. Vide ſimilem hujus particulæ uſum apud Quint. 10, 4 p. 942. bis. it. 11, 1 p. 963. Inprimis vero Cic. de Nat. Deor. 2, 63. & Plaut. Aul. 3, 2, 15 *Quid tu, malum, curas, utrum crudum an coctum edam: niſi tu mihi es tutor*, biſt du doch mein vormund nicht. ¶ 2. Inſervit exceptionibus, & idem eſt, quod *præterquam*, ohne nur. Ter. Andr. 2, 1, 6 *Nihil aliud niſi Philumenam volo*, nichts mand anders als nur allein ꝛc. Cic. de Amic. c. 5 *Niſi in bonis, non poteſt eſſe amicitia*. Ovid. Triſt. 4, 10, 85 *Si tamen extinctis aliquid, niſi nomina, reſtat*. Aptius apud Senecam Suaſor. 2 *Ideo Taygeti montis, niſi Laconibus difficillima juga*. Solet autem iſta particula non niſi ſimilia ejusdem generis excipere. Contra quod Plautus prolog. Menæchm. v. 59 *Liberorum, niſi divitiæ, nihil erat*. vid. Gron. ¶ 3. *Niſi quod* pro Sed, Ovid. Her. 18, 11 *Adſcenſurus eram, niſi quod cum vincula proræ Solveret, in ſpeculis omnis Abydos erat*. ¶ 4. *Niſi ſi*, pro *niſi*. Ter. Andr. 1, 5, 13 *Niſi ſi id eſt, quod ſuſpicor*. Ita & Plautus locutus eſt Menæchm. 1, 2, 22. L. Florus 4, 7 extr. Quintil. 1, 9 *Poëtas metri neceſſitas excuſat, niſi ſi quando nihil impediente in utroque modulatione pedum alterum malunt*. Colum. 4 extremo: *Niſi ſi dumoſi glareoſique montes glandem magis, quam caſtaneam poſtulabunt*. ¶ 5. *Niſi* pro *ſed*, non ſemel Terentius poſuit; ut Adelph. 1, 2, 73 *Ecce autem de integro: niſi quicquid id eſt, volo ſcire*: & Eun. 3, 4, extr. *Niſi quicquid hic eſt, procul hunc*. Similiter locutus Plautus eſt, & Liv. 24, 20 *Non id modeſtia militum, aut ducis, niſi, ad conſiliandos Tarentinorum animos, fieri*, ubi v. Drakenb. Cajus IGt. 1 Inſtit. tit. 6 §. ult. *Succedere is naturalis pater non poteſt, niſi fiduciarii, a quo manumiſſi ſunt*. Ita Cato aliquoties. vid. Popma ad 49 extr. (nobis 48, 3.) It. Sall. Iug. 24, 5 & 67, 3. Subtiliora quam verora ſunt, quæ ad priorem locum contra diſputat Cortius. Multa unius pleonaſmi exempla dabit Heinſ. ad Ovid. Her. 4, 111.

¶ Ni, ex *Niſi*, per apocopen factum eſt, pro *ſi non*. Ter. Andr. 3, 4, 19 *Mirum, ni domi eſt*, ſo er nicht zu hauſe iſt, iſts wunder. *Quod ni ita ſe haberet*, &c. hoc eſt, *niſi*, ſo es nicht alſo wäre, Cic. Tuſc. 5, 39. ¶ 2. *Ni* poni interdum pro *ne* prohibendi, ſuo loco obtervavimus §. 11.

¶ Quidni? interrogativa locutio, vide infra *Qui, quis*. Hic modo obtervetur transpoſitio. Terent. Heaut. 3, 2, 18 *Quid ego ni ſciam*, h. e. quid ni ego ſciam. Ita poſt Palmerium Bentleius, qui addit Ter. Adel. 4, 5, 28 *Quid illam ni adducat*. Plaut. Mil. 4, 3, 27 *Quid ego ni ita cenſeam?* & Pſeud. 2, 2, 57 *Quid ego ni teneam*.

NISÍBIS, *is*, f. urbs Meſopotamiæ antiquiſſima, a Lucullo capta, & ad Ioviani tempora Romanorum ditioni ſubdita, eorumque contra barbaros ſatis tutum propugnaculum. v. Ammian. 25, 31. Philoſtorg. 8, 1; & Plin. 6, 13. vid. Spanhem. de uſu & præſt. num. diſſ. 9 p. 605 ſq.

¶ Nisibēnus, *a, um*; *Niſibeni*, gentile nomen, Ammian. 25, 38.

NÍSVS, *i*, m. rex Megarenſium, cui comam purpuream fatalem filia Scylla abſcidit, & hoſti Minoi a ſe adamato tradidit. Tibullus 1, 4, 57 *Carmine pu purea eſt Niſi coma &c.* vid. omnino Brouckh. h. l. Adde Virg. Georg. 1, 404 & 408. ¶ 2. *Niſus* alius, Euryali indivulſus amicus, inter vera amicorum paria numerandus, de quo copioſe Virg. Æn. 9, 176 &c. ¶ 3. *Niſum* avem alii *haliæetum* dicunt eſſe, einen fiſchaar. Is enim Virgilio Georg. 1. c. *Niſus* eſt; alii *accipitrem minorem*, einen ſperber, qui *Niſus* recentiorum dici poſſit. Dicitur a *niſu*, id eſt, conatu ad prædam: Gesner. David tamen Chytræus Enarr. in c. 11 Levit. f. 384 forte nominatum ſcribit a Latinis niſum ab Hebr. נשר *aquila*. Avenarius & Schindlerus, Becmanno p. 519 de Orig. citati, deducunt a γῆ, quod LXX reddiderunt ἱέραξ, i. e. *accipiter*. ¶ 4. *Niſus*, ſidus cæleſte, *alii Engonaſin dicant*. v. Mart. Capella 8 p. 282 cum not. Grotii. ¶ 5. *Niſus* a *Nitor* vide poſtea.

¶ Niſæus, *a, um*, adject. ut, *Niſæi canes*, Ovid. Faſt. 4, 500, quia Niſi filia, Scylla, dimidia ſui parte in canes mutata fuit.

¶ Niſëïus, *a, um*, aliud adj. ut, *Niſeia virgo*, Scylla, Ovid. Met. 8, 55.

¶ Niseis, *idos*, pro Scylla, Ovid. Rem. Am. 737 *Præterita cautus Niſeide navita gaudet*.

Niſus, pro Nixus, vide poſt paullo in *Nitor*.

NITAL, vel potius *Amida* vel *Amital*, Idolum indicum inter magica coli ſolitum. v. Mart. Capella 2 p. 42 cum not. Grotii.

Nitedula, nitela vel nitella, nitelinus, &c. quære in *Niteo*.

NÎTEO, *ui, ēre*, ſplendidum, cultum, politum eſſe, gleiſſen, glitzen, glänzen, blanck ſeyn. Ovid. Medicam. faciei v. 52 *Candida quo poſſint ora nitere modo*. Et Cic. Catil. 2, 3 *Qui nitent unguentis*. ¶ 2. Vtimur etiam hoc verbo de armentis ac pecoribus, quæ boni habitus, plenaque ac pinguia ſunt, ac ſtrigoſis opponuntur, die glatt und wohl bey leibe ſeyn. Phædrus 3, 9 *Cani perpaſtus, macie confectus lupus, Forte occurrit: Salutantes dein invicem Vt reſtiterunt: ain, e ſic quæſo nites, Aut quo cibo feciſti tantum corporis?* Vide paullo poſt *Nitidus* & mox *Niteſco*. ¶ 3. *Nitere* & virere ſæpe confunduntur a librariis. v. Burm. ad Quint. decl. 12, 13 p. 254.

¶ Nitens, *tis*, ut, *Vxor ore floridulo nitens*, Catull. 62, 193. *Nitens galea*, ein blancker helm, Virg. Æn. 9, 457. *Oculi nitentes*, heue augen. Id. Æn. 1, 228. *Nitentia aſtra*, funckelnde ſterne, Ovid. Faſt. 5, 543. *Nitens oratio*, i. e. exculta & elaborata, hübſch zierlich. Cic. de Clar. Orat. c. 67. *Tyrioque nitentior oſtro Flos oritur*, Ovid. Met. 10, 211.

¶ Nitenter, adv. idem; unde *Nitentius*, apud Mart. Capellam.

¶ Niteſco, *ĕre*, nitidum fieri, glantzend, blanck werden. Cic. Tuſc. 1, 23 *Non intermittit ſuo tempore cælum niteſcere*. Vbi tamen Gruterjana & Gron. *miteſcere*, de quo ſ. l. Et de pecoris curatura, ut *Niteo*, de quo diximus. Plin. 2 epiſt. 17 n. 3 *Multi greges ovium, multa ibi equorum boumque armenta: quæ montibus hieme depulſa, herbis & tepore verno niteſcunt*. conf. Virg. Æn. 5, 135. ¶ 2. Et per metaphoram, *ingenio, doctrina, præceptione, natura niteſcit*, Auctor ad Herenn. 3, 16, bekommt einen glantz.

¶ Niteſcens, *tis*: ut, *Niteſcente luna nova*, Plin.

¶ Nitor, *ōris*, m. der glantz, ſchein; ut, *Auroræ exoriens nitor*, Lucret. 4, 539. *Gemmæ nitore & auri ſplendore adſpectus omnium præſtringere*, Aut. ad Herenn. 4, 50. *Corporis nitor*, hübſche geſtalt, reinlichkeit, ſauberkeit, Ter. Eun. 2, 2, 11. *Nitor orationis*, Cic. Att. 13, 19 extr. lieblichkeit. Idem de Clar. Orat. c. 9 *Ad hanc ætatem oratorum, in qua naturalis ineſſet, non facultas nitor*. Quint. 3, 1 p. 211 admiſcere tentavimus aliquid nitoris. Item, ſplendor vitæ & elegantia cultus, pracht. Stat. 3 Silv. 3, 149 *Teſtis adhuc largi nitor inde aſſuetus*

Ha-

Hetrusci. Idem 5 Silv. 2, 73 *Et frons tranquilla nitorque Luxuriæ compre tensus.*

¶ Nitidus, *a, um*, nitens, blanck, ſchön, gleiſſend; ut, *Nitida picturæ*, Cicero in Orat. c. 11. *Colles nitidiſſimi nitidiſſimique*, Idem Verr. 3, 18. *Nitidiſſima ſolis imago*, Ovid. Met. 14, 768. Inprimis de verborum orationisque ornatu eleganter dicitur. Quintil. 8, 3 *Aliis alia ſublimiora, nitidiora, jucundiora, vocaliora:* & mox: *A ſermone tenui ſublime nitidumque verbum diſcordat.* Et Cic. de Orat. 1, 18 *Genus quoddam verborum nitidum ac lætum*, prächtige und die ohren füllende worte. vid. Burm. ad Quintil. 2, 5 p. 150. ¶ 2. *Nitida* etiam dicuntur animalia pinguia & bene habita, fett, wohl bey leibe. Nepos 18, 5, 6 *Quo factum eſt, ut jumenta æque nitida ex caſtello educerent, ac ſi in campeſtribus & planis locis ea habuiſſet.* Horat. 1 epiſt. 4, 15 *Me pinguem & nitidum bene curata cute viſes, Si videre voles Epicuri de grege porcum.* B. Ambroſius ſerm. 32 *Videas nimirum in nonnullorum domibus nitidos & craſſos canes.* Pallad. 1, 21 *Boves nitidiores.* ¶ 3. *Nitidi* etiam dicebantur homines elegantiæ atque ſplendoris in omni cultu ſtudioſi, zierlich, ausgeputt. Unde Horatius *nitidum* & *ruſticum* opponit 1 epiſt. 7, 83 *Ex nitido ſit ruſticus.* Capitol. Maximino Iun. c. 2 *Veſtibus tam accuratus fuit, ut nulla mulier nitidior eſſet in mundo.*

¶ Nitide, adverbium, nett, höflich. Plaut. Truc. 2, 4, 3 *Vt tota floret! ut olet! ut nitide nitet!* wie propre iſt ſie. Idem Ciſt. 1, 1, 11 *Ita in prandio nos lepide atque nitide Accepiſti apud te, ut ſemper meminerimus*, haſt uns herrlich tractirt.

¶ Nitidiuſculus, *a, um*, dimin. Plaut. Pſeud. 1, 2, 84 *Nitidiuſculum caput*, ſcil. unctum oleo.

¶ Nitidiuſcule, adverb. idem. Ibidem 3, 1, 8 *Vt curet tandem nitidiuſcule*, daß er ſich etwas zu gut thue.

¶ Nitido, *are*, nitidum facere, ausputzen, blanck machen. Columella 12, 3, 9 *Ferramenta deterſa nitidentur atque rubigine liberentur.* Pallad. 2, 17 *Plagam ferramentis acutis nitidamus.* Ex Ennio & Accio plura vide apud Nonium 2, 583.

¶ Nitiditas, *ātis*, pro nitore, apud Nonium 2, 578 Accius: *formæ figuræ nitiditas.*

¶ Nitēla, *æ*, f. (Nitella) idem. Solinus c. 35 *Præcipua viris gloria eſt in armorum nitela.* ¶ 2. *Nitelæ*, micæ ſunt auri colore reſplendentes ex arena, die glänzenden ſandkörnlein. Solin. c. 36 de Hiſpanis: *Depurgant in minium nitelas pulveris.* ¶ 3. Atque hunc in ſenſum *auream* quoque *nitellam* Martialis exponere ſolent ejus interpretes. Locus eſt lib. 5 epigr. 38 de Erotio puella: *Quæ crine vincit Batici gregis vellus, Rhenique nodos, aureamque nitellam.* Quem ad locum Raderus f. 396 *Nitella*, inquit, *aurea, pulvis aureus fuit, aureaque ramenta, quibus illuminarunt capillos.* Sed repugnat ſyllabæ quantitas. Cum enim eo ſenſu *nitella* ſit a verbo *nitco*, primam ſyllabam corripi poſtulat; Eam vero produxit Martialis. Ergo nobis hic ſequendus Salmaſius Exerc. Plin. f. 316 ſeq. qui *nitellam* legit, & vel murem agreſtem, vel ſciurum interpretatur, ita dictum, non quod *niteat*, ſed quod *nitatur* in ſcandendis arboribus, eine feldmaus, oder eichhorn. Vt adeo rutilos puellæ crines comparet poëta cum lana Bætica, capillis Germanorum & pilis nitelæ. Quod & Voſſius probat Etymol. f. 343. Nos hic ipſa Salmaſii verba adſcribemus e f. 22 ad Solin. *Vocarunt nitelam veteres Latini, quem Græci ἐνίκιον & ἔλειον μῦν. Notat Servius, nitelam eſſe murem agreſtem, quem Græci μῦν ἀγρεῦον appellant. Maloum Galli appellant vallo, & colore rubeus eſt, qui color etiam eſt ſciuri. Hinc & nitelam pro ſciuro vetus auctor gloſſarum interpretatur. De ea nitelu accipiendus Martialis, quod nemo adhuc animadvertit &c.*

¶ Nitēdula, *æ*, f. mus ſubterraneus vel agreſtis, eine feldmaus, Servio auctore. Cicero pro Sextio c. 33 *Fatum ill d civitatis fuit, ut illa ex vepreculis extracta nitedula rempubl. conaretur evrodere.* Hanc vocem etiam Horatio reſtituit Bentleyus Epiſt. 1, 7, 29 *Forte per angustam tenuis nitedula rimam Repſerat in cameram frumenti &c.* Omnia enim conſentiunt, ut potius de animali ex murium genere, quam de vulpe locutum Horatium credibile ſit. Atque hæc vox ut *nitela*, de quo modo, a *nitor* derivatur. Sed a *nitco* ¶ 2. Eſt *Nitēdula* inſectum illud, quod *cicindela* alias dicitur, (& lampyris) noctu lucens, ein johannis-würmlein. vide *Cicindela.* Sed negat Voſſius Etymol. f. 343 *nitelam* vel *nitedulam* (utrumque enim ſcribitur) hoc ſenſu reperiri unquam.

¶ Nitēlīnus, *a, um*, rötlich. Plin. 16, 37 de ſalice: *Vimineam vocant eamdem purpuream: alteram nitelinam a colore*, i. e. rufam, rutilam, interprete Voſſio.

¶ Nitefacio, *ere*, hell machen. Gell. 18, 11 *Ventus mare cæruleum criſpicans nitefacit*, pro quo alii: *nitefcere facit.*

Nitefactus, *a, um*, hell gemacht. Iuvencus in Matth. c. 6 *Grato crimen nitefactus olivo.*

Compoſita cum præpoſit.

¶ Conniteo, *ui, ēre*, idem quod *Nitere*, leuchten, in Fragm. Poët.

¶ Connitido, *are*, idem quod *Nitidare*, auspoliren, ibidem.

¶ Enīteo, *ui, ēre*, eminere, einen glantz von ſich geben, ſcheinen, leuchten. *Decus enitet ore*, Virgil. Æneid. 4, 150. *Athenæ in Græcia nitebant*, Cicero pro Flacco c 7, war der glantz oder die zierde. Idem pro Muræn. c. 14 *Quo quidem in bello virtus enituit egregia Catonis.* Et Plin. Paneg. c. 4 *Enituit aliquis in bello, ſed &c.*

¶ Enitens, *tis.* Catull. 62, 21 *Floridis enitens myrtus ramulis.*

¶ Enitefco, *ere*, idem. Colum. 9, 14 *Mel optimæ notæ enitefcit autumni æquinoctio*, der beſte und lauterſte honig wird gemacht. Et Gell. 17, 21 *Iam fama virtusque felicitatis Romanæ apud exteras gentes enitefcere incœptabat*, anderen verlautete in die augen zu leuchten.

¶ Interniteo, *ere*, darzwiſchen ſchimmern. Plinius 37, 5 *Tellure interniteſcit*, de ſmaragdis. Curt. 5, 4, 25 *Etiamſi qua ſidera interniteſcit.*

¶ Internītens, *tis*: ut, *Gemmæ internitentes*, Curt. 3, 3, 16, al. *Intervenientes.*

¶ Perniteo, *ere*, ſehr gleiſſen. Mela 3, 10 *Eſt lacus, quo perfuſa corpora quaſi unēta pernitent.*

¶ Præniteo, *ere*, vor andern herfür leuchten; item, valde nitere. Vell. Paterc. 2, 39, 2 *Deviſtarum gentium titulis forum Auguſti præniteſcit.* Horat. 1 od. 33, 4 *Cur tibi junior Læſa præniteat fide.*

¶ Prænitens, *tis.* Plinius 2, 9 *Luna ſubito prænitens.* Vellej. 2, 35, 1 *Virtus Catonis multis in rebus conſpicua atque prænitens.*

¶ Renīteo, *ere*, reſplendere, einen wiederſchein geben. Hinc

¶ Renītens, *tis.* Plinius 37, 6 *Candore circuli renitente.* Sed quidam *renidente* legunt: Harduinus *ridente*, quem vide ſect. 23. Eſt etiam Solin. 52.

¶ Subnītīdo, *āre*, ausputzen. Ven. Fortunatus 8, 5 de angelis, qui Mariæ miniſtrent: *Credo alter cuperet plantis ſubſternere palmas, Ille excuſsâ ala ſubnitidare viam.*

NĪTOR, *nīſus & nixus ſum, niti*, eſt multum & magno cum opere conari, ut *cacantes*, item *parturientes* ſolent, ſich ſtemmen, drücken. Vnde & parturientium conatus laboresque *Nixus* dicuntur, de quo infra. Suet. Veſp. c. 20 *Statura fuit quadrata, comparataque vultu veluti nitentis. Vnde quidam urbanorum non infacete: Siquidem petenti*, ut & in ſe aliquid diceret: DICAM, *inquit*, CVM VENTREM EXONERARE DESIERIS. Sed de conatu furgendi c. 24 *Alvo repente usque ad defectionem ſoluta*, IMPERATOREM, *ait*, STANTEM OPORTERE MORI. *Dumque conſurgit ac nititur, inter manus ſublevantium exſtinctus eſt.* Cicero de Nat. Deor. 2, 48 *Cum primum niti poſſunt*, de ſerpentum conatu progrediendi. ¶ 2. Hinc ad alia transfertur, in quæ cum labore multo ſtudioque incumbimus, ſtreben, trachten. Ter. Adelph 3, 4, 51 *Quapropter nitar, faciam, experiar*, ich will mich bemühen. Cicero de Senect. c. 23 *Optimi cujusque animus maxime ad immortalem gloriam nititur*, id eſt, contendit, er ſtrebet nach ewigem ruhm und lob. Quintil. proœm. lib. 1 *Niti ad ſummæ.* Salluſt. Iug. c. 3 *Fruſtra niti*, umſonſt bemühet ſeyn. Ovid. Amor. 3, 4, 17 *Nitimur in vetitum ſemper, cupimusque negata.* Et, *Niti pro aliquo*, eſt multum laborare atque contendere, Tac. An. 1, 34, 1. Atque ita etiam Livius 35, 10 *Cum Africanus pro C. Lælio niteretur.* Et Ovid Pont. 3, 1, 40 *Te niti pro me nocte dieque decet.* Cicero Cæſari ſub fam. 9, 11 *Contra cujus honorem niti*, zuwider ſeyn, ſich widerſetzen. Gerund. *in nitendo*, i. e. cum niteretur. Nepos 25, 15, 2 *In nitendo, quod ſemel annuiſſet, tantâ erat curâ, ut non mandatam, ſed ſuam rem videretur agere.* Cicero Fam. 1, 5. *Niti de aliqua re.* Id. Att. 12, 14 *Omnia nitar, non ad animum, ſed vultum ipſum, ſi queam, reficiendum.* Huic affinis illa notio, qua vehementer ſuadere ſignificat. Nepos 1, 4, 4 *Miltiades maxime nitebatur, ut primo quoque tempore caſtra fierent*, er drung hart darauf. Sic e contrario *Reniti*, eſt vehementer diſſuadere, de quo infra. ¶ 3. *Niti* etiam *iis* dicimur, quibus freti ſumus maxime, & velut fulcimur, ſich auf etwas gründen, verlaſſen. Cicero Off. 1, 34 *Eſt adoleſcentis, majores natu vereri, ex hisque deligere optimos & probatiſſimos, quorum conſilio atque auctoritate nitatur*, hoc eſt, fulciatur, gubernetur. Atque ita tam abſolute ablativo conjungitur, quam interveniente IN præpoſitione. *Niti alicujus conſilio, & auctoritate, & exercitu*, Cicero fam. 12, 10, ſich des raths bedienen. *Nititur hic homeris*, ſtrebt ſich an, Ovid. Faſt. 1, 565. *Viribus ſuis resp. nititur*, Brutus Ciceroni epiſt. 4 extr. Ipſe Cicero Tuſc. 5, 1 *Virtutis fiduciâ nitendum nobis eſt ad ſpem beate vivendi.* Et Claudianus Conſ. Honor 4, 219 *Virtute decet, non ſanguine niti.* Cicero in Somn. Scip. c. 2 *Tu eris unus, in quo nitatur civitatis ſalus*, auf den die wohlfahrt beſtehen wird. Idem de Divinat. 2, 26 pr. *Divinatio in conjectura nititur*, es beſtehet auf bloſſem muthmaſſen.

¶ Nītens, *tis.* Tac. Hiſt. 1, 55, 4 *Nullo pro Galba nitente.* Virg. Georg. 3, 172 *Valido nitens ſub pondere.* Id. Æn. 2, 380 *Humi nitens.* Et 12, 303 *Impreſſoque genu nitens terræ applicat ipſum.*

¶ Nīſus, *a, um*, geſteifft, geſtemmet, geſtützet. Cicero pro Cluent. c. 57 *Veſtra æquitate niſi confidimus*, wir ſetzen unſer gantz vertrauen auf ꝛc. vide Parei Lex. Crit. p. 793. B. Rhenanus Livio magis *niſus* placuiſſe, quam *nixus*, ad 2, 50 notat. vide & Drakenb. l. c. & ad Sil. 2, 123.

¶ Nixus, *a, um*, idem. Cicero antequam iret c. 4 *Innocentia freti, nobilitate nixi, potentia amicorum ſulti.* Plaut. Rud. 3, 3, 33 *Genibus nixus*, knieend. Virgil. Æneid. 10, 736 *Super abjectum poſito pede nixus.*

¶ Nixe, adverbium, idem. In Gloſſ. Iſidori explicatur per *nunite.*

¶ Nīſus, *ūs*, m. ſubſt. conatum ſignificat, eine bemühung. Cicero Tuſc. 2, 21 *Pedetentim ire & ſedato niſu*, mit leiſer bewegung. Virgilius Æneid. 11, 852 *Dea rapido pulcherrima niſu.* Pluraliter Auguſtinus de Civ. Dei 22, 13 *Miſericordiâ Dei meis niſibus opem ferente.* Et Ammian. 19, 1 *Niſibus magnis inſtabat.* ¶ 2. *Niſus* & *Viſus* confunduntur a librariis, vid. Drakenb. ad Sil. 5, 284.

¶ Nixus, *ūs*, m. ſubſt. idem quod *Niſus.* Quintil. 2, 12 *Totius corporis nixu in aliquid incumbere*, an etwas ſeinen mit gantzer leibes-macht. Diſtinguunt quidam, ut *niſum* animo tribuant, *nixum* corpori. Quod diſcrimen tamen non eſt perpetuum. vid. omnino Drakenb. ad Sil. 2, 123. ¶ 2. Poëtæ pro *partu* etiam hoc nomine uruntur. Virg. Georg. 4, 199 de apibus, *Haud fœtus nixibus edunt.*

¶ Nixus, *i*, m. ſubſt. fidus cæleſte Herculis, Engonaſis apud Avienum Arateis v. 2107 & 1222, & Cicer in Arato v. 373 & 400. Dicitur etiam *Niſus*, de quo ſupra ſeorſim n. 4. ¶ 2. *Nixi* etiam Dii appellabantur, quos putabant præſidere parientium nixibus, geburts-götter. Vide Feſtum, & Dempſter. in Roſin. p. 336. ¶ 3. *Nixus & nexus* confunduntur a librariis, vid. *Nexus.*

¶ Nitibundus, *a, um*, nitens; ut, *Animorum conſpiratu tacito nitibundi*, Gell. 1, 11.

¶ Nixor,

¶ Nixor, *ari*, hoc eſt, conari, niti, ſich ſehr bemühen. Lucret. 3, 1014 *Hoc eſt adverſo nixantem trudere monte Saxum.* Et 4, 508 pro fulciri: *Fundamenta, quibus nixatur vita ſalusque.*

¶ Nixurio, *ire*, niti velle. Nigidius apud Nonium 2, 584.

¶ Nitela & Nitedula etiam a *nitor* derivantur. Sed præcepimus in derivatis ex *Niteo*.

Compoſita:

¶ Abnītor, *īti*, abwehren. Arnobius 2 p. 99 *Ipſi nobis argumenta conquirimus, quibus eſſe videatur falſum id, quod eſſe nolumus atque abnitimur verum:* ubi alii *abnutamus.*

¶ Adnītor, vel Annitor, *ti*, eſt dare operam, & ad aliquid, cui innitaris, tendere, ſich nach etwas bemühen. Cicero de Amic. c. 23 extr. *Natura ſolitarium nihil amat, ſemper ad aliquid adnititur, tamquam adminiculum*, ſuchet ſich an etwas zu halten. Et Liv. 21, 8 *Pœno, ceſſiſſe jam ſe urbem, ſi paullulum adnitatur, credente*, wenn er ſich noch ein wenig mühe geben würde. Salluſt. Iug. c. 43 *Ad ea patranda omnis civitas ſummo ſtudio adnitebatur.* Et ſine præpoſitione Plinius 6 epiſt. 18 *Quod ego, quamquam plurimis occupationibus diſtentus, adnitar.*

¶ Annīſus, & Annixus, *a, um*, der ſich bemühet hat. Ita Livius ſæpe: e. g. 5, 25 *Patres hoc idem de intereſſoribus legis amiſi.* Et 8, 16 *Omni ope annixi ſunt &c.* Apul. Met. 3 p. 135 *Oculos Fotidis adnixis & ſorbillantibus ſaviis ſtitienter hauriebam.* Vnde *Anniſurus* & *Annixurus* apud eumdem.

¶ Anniſus, *ûs*, m. die bemühung, beſtrebung. Symmach. 5 epiſt. 75 *Alieno juventur anniſu.*

¶ Annixe, adv. eifrig, mit fleiß. Laudatur Apul. lib. 2 Met. Sed p. 117 Elmenh. *Famula petatur enixe.*

¶ Circumadnitor, *ti*, rings herum beyſtehen. Salluſt. Fragm. c. 27 *Moranti frumentum defuit, nullo circumadnitente*, i. e. cum circum nullus me adjuvaret. Sed videtur *circum* potius adverbium eſſe, a verbo dividendum.

¶ Connītor, *ti*, ſimul & vehementer niti; ut, *Conniſuntur ut ſeſe erigant.* Cicero de finib. 5, 15. *Animo conniti & labore contendere*, ernſtlich darauf bedacht ſeyn, Cic. Off. 3, 2.

¶ Connixus, *a, um*. Livius 1, 33 *Connixus omnibus copiis Ancus aciem primam vicit*, indem er mit allen truppen ſein äuſſerſtes gethan. Virgilius Æneid. 10, 127 *Toto connixus corpore*, aus leibes-kräften. ¶ 2. Item, gebährend; ut, *Gemellos ſilice in nuda connixa reliquit*, hoc eſt, *enixa*, Virg. eclog. 1, 15. Imitatus eſt Bapt. Mantuanus 1 Dionyſ. v. 10 de Virgine Matre: *Quæ connixa Deum.*

¶ Conniſus, *a, um*, idem. Val. Flacc. 3, 193 *Torſerat hic totis conniſus viribus haſtam.*

¶ Enītor, *ti*, ſignificantius aliquanto verbum, quam niti, dahin trachten. Ter. Andr. 3, 4, 17 *Corrigere mihi gnatum porro enitere*, wende weiter fleiß an. *Eniti & contendere*, Cicero Off. 3, 10. Et, *Illud pugna & enitere*, Idem fam. 3, 10. Curt. 7, 11, 10 *Nihil tam alte natura conſtituit, quo virtus non poſſet eniti*, wohin die tapferkeit nicht gelangen könte. *Ad dicendum ſtudio omni eniti.* Cicero de Orat. 1, 4. *Objectum aggerem eniti*, den wall erſteigen, Tac. An. 2, 20, 2. conf. Hiſt. 1, 23, 3. ¶ 2. *Eniti*, & *eniti partum*, parere eſt, vel partu levari, gebähren. Quintil. 5, 13 p. 410 *Adulterii rea eſt, quæ, cum anno vidua fuiſſet, enixa eſt.* Suet. Calig. c. 25 *Quam enixam, vario nomine dignatus eſt.* Et Val. Max. 8, 1 amb. 2 *Materfamilias Smyrnæa virum & filium interemit, cum ab iis optimæ indolis juvenem, q em ex priore viro enixa fuerat, occiſum comperiſſet.* Livius 40, 4 *Theoxena principi gentis Æneatum nupſit, & apud eam plures enixa partus, parvis admodum relictis omnibus, deceſſit.* Sedulius hymno de Chriſto: *Enixa jam puerpera eſt, Quem Gabriel prædixerat.*

¶ Eniſus, *a, um*, aſcendens, aufſteigend, aufgeſtiegen. Plin. 18, 28 *Sol ſcandens ac per ardua eniſus.* Livius 30, 24 *Per adverſos fluctus ingenti remigum labore eniſus.* Tac. An. 1, 65, 6 *Eniſæ legiones in aperta & ſolida.* Ibid. 1, 70, 5 *Vitellius in editiora eniſus.*

¶ Enixus, *a, um*, empor geſtiegen. Tac. Ann. 14, 28, 3 *Fratris opibus enixus.* Adjective & compar. Plinius 9, 8 ſub fin. *Conſcii ſibi enixioris operæ*, i. e. vehementioris, ſie wiſſen, daß ſie ſich beſſer gehalten haben. ¶ 2. *Enixæ* partu levata dicitur, die gebohren hat. vid. Nonius 1, 281; & 4, 166. *Sus fœtus enixa*, Virg. Æn. 3, 191. Idem ibid. v. 327 de Andromache, quæ Pyrrho in ſervitute peperit Moloſſum. Aliter Nonius 15, 58. Conf *Enitor.* ¶ 3. Paſſive Iuſtin. 43, 2, 7 *Pueri in luco Martis enixi ſunt.*

¶ Enixus, *ûs*, m. ſubſt. pariendi actus, die geburt. Plin. 10, 63 de equabus: *poſt unum ab enixu annum.*

¶ Enixe, adverb. cum conatu, heftig, mit fleiß; ut, *Enixe ſuſcipere*, Cicero pro Sextio c. 16. *Enixe quid præſtare*, Livius 31, 11. Et, *Enixius adjuvare*, Idem 29, 1. *Enixius opem ferre*, Suet. Tib. c. 50. Et, *Enixiſſime juvare*, Idem vita Iul. Cæſ. c. 5, mit äuſſerſten oder höchſten fleiß.

¶ Enixim, pro enixe, Siſenna apud Nonium 2, 301 *Enixim omnia facere ac dicere.*

¶ Innītor, *ti*, incumbere, ſich auf etwas lehnen. Varie conſtruitur. Stat. Theb. 12, 144 *Fractæque innititur haſtæ.* Metaphor. Tac. An. 3, 30, 6 *Præcipuus, cui ſecreta Imperatorum inniterentur*, dem die geheimniſſe anvertrauet worden. Idem 15, 60, 4 *Salus incolumitate ejus innititur*, beruhet ꝛc.

¶ Innixus, *a, um*, ruhend, angelehnt. Quintil. 6, 2 *Omnia curæ intelaque vinis innixa.* Virgil. Æneid. 4, 690 *Cubito innixa*, ſtemmt ſich auf den ellbogen. Liv. 4, 19 *Haſtâ innixus.* Cicero de Aruſp. Reſp. c. 27 extr. *Innixa in omnium noſtrûm humeris*, die auf unſern ſchultern liegen. Plin. 7, 53 *In fratrem innixus.*

¶ Obnītor, *ti*, contra niti, obluctari, ſich gegen etwas ſtarren, auflehnen, widerſtehen. Livius 8, 38 *In ſuo quisque gradu obnixi virgultes ſcutis -- pugnabant.* Conf. Drakenb. ad 6, 12. Vellej. 1, 9, 6 *Triumphum Pauli impedire obnitebantur*, id eſt, conabantur, ἀντιτύπως.

¶ Obnitens, *tis*. Vellej. 2, 123, 2 *Obnitente vi animi.* Idem 2, 89, 5 *Obnitens repugnavit.*

¶ Obnixus, *a, um*. Sic, *Obnixus curam premebat*, er verbarg die ſorge mit gewalt, Virgil. Æneid. 4, 332. *Stant obnixa omnia contra*, es leget ſich alles darwider, Idem Æneid. 10, 359. *Obnixus impetum hoſtium excepit*, Livius 6, 12. ¶ 2. *Obnixum*, Græcorum more neutrum adjectivum pro adverbio uſurpans, dixit Auſon. epiſt. 25, 28 *Obnixum, Pauline, taces*; i. e. conſtanter taces, hartnäckig. ¶ 2. *Obnixus* & *obnoxius* in MSS. commutari docet Drakenb. ad Liv. 6, 12. Gronov. ad Sen. de Ira 3, 8.

¶ Obnixe, adverb. mit ganzer krafft, mit macht, feſtiglich. *Manibus pedibusque obnixe omnia facere*, Ter. Andr 1, 1, 134. *Obnixius argumentari*, Claud. Mamert. de Statu animæ 1, 3.

¶ Renītor, *ti*, reluctari, adverſum niti, widerſtreben, ſich darwider legen. Celſus 5, 28 *Si magis id renititur.* Hoc etiam diſſuadendo fieri poteſt. Ammian. 18, 2 *Florentino & Lupicino deſtinate certantibus, per pontem tranſiri debere, renitebatur firmiſſime Cæſar.* Reſpice ad ſimplex, *Nitor.*

¶ Renītens, *tis*. Plinius 2, 82 *Poſtes alterno pulſu renitentes.* Livius 5, 49 *Cum illi renitentes pactos dicerent ſeſe.* Sulp. Sev. 1, 20, 8 *Sanis conſiliis male renitens.*

¶ Renixus, ſeu Reniſus, *ûs*, m. ſubſt. der widerſtand. Celſus 5, 28 *Ex renixu patet.*

¶ Subnītor, *ti*, idem quod *niti*, niſi quod verbum ſonantius præpoſitio efficit, ſich aufſtehen, anſtemmen. Hinc

¶ Subnixus, *a, um*, fultus, unterſtützt; ut, *Axe imo ſubnixus mundus*, was um den ſüd-pol liegt, Manil. 1, 376. *Fulgore gloriæ ſubnixus*, dem ſein groſſer ruhm zu ſtatten kommt, Val. Max 8, 1, 11. Et, *Per omnia ſubnixum Deo vadere*, im vertrauen auf Gott, Nazarius Paneg. Conſtantini c. 18. *Subnixus, & fidens innocentiæ animus*, Liv. 4, 42. *Subnixo animo*, Gell. 17, 2. Et Cicero in Somn. Sc. c. 6 *Terræ cinguli duo cæli verticibus ſubnixi.* Idem de Orat. 1, 58 *Qui ejus artis arrogantia ſubnixi ambulant*, i. e. ſublati, die ſich dieſer kunſt überheben.

Nitor, *oris*, vide *Niteo*, Nitraria, nitreus, &c. *Nitrum.*

NITRVM, *i*, n. *νίτρον*, durum eſt, lapidi ſimile, ac cæditur in terra, aliorum foſſilium modo, tincar oder niter, ſalpeter, bergſaltz. Plinius 31, 10. Agricol. *Nitrum in areis multo ante tritis, in rupibus, cellariis, muris, nitrum ſpumoſum*, ſalpeter, der an den mauren und felſen wächſt, mergel, Encel. ¶ 2. *Acetum in nitro*, qui cantat carmine peſſimo, proverb. de oratione ingrata & permoleſta. *Aſini caput ne laves nitro*, vide Chiliad. ¶ 3 *Nativum* aliud eſt, *factitium* aliud, ex quo conficitur *Chryſocolla*, borras. Eſt &

¶ Aphronitrum, *i*, n. *ἀφρόνιτρον*, quaſi *ἄφρον νίτρου*, id eſt, nitri ſpuma, nitri factitii ſpecies. Martial. 14 epigr. 58 *Spuma vocor nitri, dicor & Aphronitrum.* Stat. in Silvis 4, 9, 37 *Et panes viridantis Aphronitri.*

¶ Nitrōſus, *a, um*, idem: ut, *Aqua nitroſa*, Plin. 31, 6 & alibi. *Nitroſus locus*, Idem 20, 19. Adde Vitruv. 8, 12.

¶ Nitrātus, *a, um*, voll ſalpeter; ut, *Aqua nitrata*, Martial. 13 epigr. 17. Adde Colum. 12, 55; & Pallad. 12, 1.

¶ Nitraria, *æ*, f. locus, ubi nitrum invenitur, eine ſalpetersgrube, Plin. 31, 10.

¶ Nitrion, *i*, n. herba, daphnoides, kellerhals. Apul. de Herb. c. 58. Nivalis, nivarius, nivatus, vide paullo ante *Ningo.*

NIVEO, *ēre*, (Niveſco, *ēre*,) weiß ſeyn, vide ſupra in *Ningo.* Sed ¶ 2. *Niveo, ēre*, priore producta, verbum vetus & obſoletum, nicken, cujus participio uſus eſt Petronius 115 *Niventibus oculis maris fidem inſpicere:* alii *inventibus*, &c. Hinc eſſe putant

¶ Nicto, *are*, frequent. de quo ſupra ſeorſim; Et compoſitum

¶ Connīveo, *ēre*, quod proprie eſſe oculorum, quando claudunter & aperiuntur, Valla dicit 4, 4, mit den augen blicken, dieſelbe halb zuthun. Suet. Calig. c. 51 *Ad minima tonitrua & fulgura connivens caput obvolvere ſolebat.* Sic & proprie *connivere* dicuntur, qui dormitant, denen die augen zufallen; ut, *Oculi ſomno conniventes*, Cic. de N. D. 2, 57. *Quid inelius, quam in mediis vitæ laboribus obdormiſcere, & ita conniventem ſomno conſopiri ſempiterno?* Idem Tuſc. 1, 49. Et pro Cælio c. 17 extr. blandimenta, quibus ſubita virtus connivet. ¶ 2. Et, diſſimulare viſum, metaphorice, durch die finger ſehen, verhängen, nachſehen. Cicero Phil. 1, 7 *Ea ipſa conceſſo, quibusdam in rebus etiam conniveo*, in etlichen dingen überſehe ich ihm auch. Et pro Cælio c. 24 *Dii immortales, cur interdum in hominum ſceleribus maximis connivetis?* Silius 7, 461 *Pacem ſerenis connivens oculis*, i. e. ſimulans geſtu oculorum. ¶ 3. Per aliam metaphoram de ſolis & lunæ eclipſibus Lucret. 5, 776 *Cum quaſi connivent &c.* ¶ 4. Præteritum ex Nimio Caſſio eſt *Connivi*; ex Turpilio vero *Connixi*, apud Priſcian. lib. 9 p. 866. Ibidem Calvus fecit *Connive, ēre*, ſecundam tertiam conjugationem: *Cum gravis ingenti connivere pupula ſomno.*

¶ Connīventia, *æ*, f. diſſimulatio, die überſehung, nachſicht. Aſconius in procem. Verr. p. 65 *An conniventia Ciceronis ipſius, parum compertum eſt.* Et l. 1 Cod. de fund. & ſaltibus rei dom. *Venalis procuratorum conniventia.* Et Lamprid. Severo c. 54 *Tribunos capitali affecit ſupplicio, quod per conniventiam ſeditionem feciſſent exercitus.*

¶ Inconnīvens, *tis*, immotis palpebris, unverrückt, wachſem. Gell. 2, 1 *Inconnivens, immobilis.* Et Metaphorice Ammian. 39, 16 *Inconnivens & ſtitia oculus*, de Nemeſis rigore & ſeveritate.

¶ Inconnīvus, *a, um*, idem. Apulej. Met. 2 *Inconnivi oculi*, i. e. aperti micantesque. Idem Met. 6 *Inconnivæ vigiliæ.*

Niveus, nivoſus, & Nix, vide paullo ante in *Ningo.*

NO, *navi, are*, pisciun proprium est, im wasser gehen, schwimmen. Plin. 9, 17 *Acipenser contra aquam nando meat.* Ovid. Trist. 2, 486 *Hic artem nandi præcipit*, er lehret schwimmen. Idem Met. 8, 104 *Freto nare carinas vidit.* Catull. 67, 46 *Per medium classi navit Athon.* ¶ 2. *Nare sine cortice*, apud Horat. 1 sat. 4, 120 proverbiale est, pro, se ipsum per ætatem jam posse regere, sine opera custodis aut præceptoris. vide Chiliad. ¶ 3. Lucret. 3, 479 *Nant oculi* est inter signa ebrii, i. e. inconstantes sunt, connivent.

¶ Nans, *tis*. Ita pisces dicuntur *nantes*, Colum. 6, 7; & *nantium greges*, Apul. de Mundo p. 70. Sed & *Volucres nantes*, Colum. 2, 15. conf. Virg. Georg. 1, 369. Idem Æn. 1, 122 *Apparent rari nantes in gurgite vasto.*

¶ Nato, *are*, frequent. schwimmen. *Natarunt æquore damæ*, Horat. 1 od. 2, 11. De ipsis fluminibus usurpavit Statius Theb. 9, 437 *Non Stymonis impia tanto Stagna cruore natant.* Et *Natare campi* dicuntur, qui aquâ sunt superfusi, Lucret. 6, 266. Sed campi natantes huic poëtæ sunt *mare*, ut statim dicetur *Natabant pavimenta vino*, Cic. Phil. 2, 41. *Bajas venire ploratum potius quam natatum*, Idem fam. 9, 2. Adde Drakenb. ad Sil. 4, 162. Pass. Ovid. A. A. 1, 48 *Novit quæ multo piscе natentur aquæ.* Mart. 4, 30 *Sacris piscibus hæ natantur undæ.* Sic transit. 14, 196 *Ipsa suas mellies charta natabit aquas.* ¶ 2. Quæ ad natandum proprie pertinent, ad volatum avium transferri, & contra, docet Drakenb. ad Sil. 12, 98, & quos ille laudat. ¶ 3. Eleganter & de incertis labentibusque & parum sibi constantibus usurpatur, hin und her wancken, ungewiß seyn. Ovid. Fast. 6, 673 *Nox erat, & vinis oculique animique natabant.* Horat. 2 sat. 7 pr. *Pars hominum vitiis gaudet constanter & urget Propositum: pars multa natat, modo recta capessens, Interdum pravis obnoxia.* Tibullus panegyrico ad Messalam v. 44 de libra: *Qualis, inæquatum si quando onus urget utrinque, Instabilis natat alterno depressior orbe.* Similiter *natare pes* dicitur, si quando calcei nimis laxi sunt, nec probe conveniunt: sive cum *Male laxus In pede calceus hæret*, ut Horatius loquitur 1 sat. 3, 31. Ovidius de Arte amandi 1, 516 *Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.* Sidonius 8 epist. 11 in subjecto carmine: *Laxo pes natet altus in cothurno.* Aristophanes similiter νᾶν ἐν τοῖς ἐμβάσιν, *Natare in soccis* dixit, ut Casaubonus ad Theophrastum περὶ ἀγροικίας observat. Ad rusticitatem enim hoc pertinet.

¶ Natans, *tis*. Cic. de Invent. 2, 51 *Naufragum quendam natantem animadverterunt.* Horat. 1 od. 3, 18, *monstra natantia*, meerwunder. Lucret. 5, 489 *Campi natantes*, i. e. æquora maris, sive campi aqua oppressi. conf. ibid. 6, 1140; & Virg. Georg. 3, 198. ¶ 2. *Oculi natantes* sunt morte vel somno conniventes: de morte Virgil. Georg. 4, 496 *Fata vocant, conditque natantia lumina somnus.* Ovid. Met. 5, 71 *Oculis sub nocte natantibus atra*, wenn das gesicht vergeht. De somno, a quo ad mortem translata videtur hæc formula, Virg. Æn. 5, 856. ¶ 3. *Natare* dicuntur, quæcunque vacillant. Ita Nemesia. Cyneg. 170 *Cruranatantia.* vid. Burm.

¶ Nātātus, *ūs*, m. subst. das schwimmen, das baden. Pallad. 1, 17 de cisternis: *Angillas piscesque fluviales mitti in his pascique convenit, ut horum natatu aqua stans agilitatem currentis imitetur.* Claudianus 3 de Raptu Proserp. v. 333 *Lacus quem candida præfert Sæpe mari, pulchroque fecat Galatea natatu.* Idem 4 Conf. Honor. v. 347 *Liquidos tu scinde natatu*, scil. fluvios. Pluraliter Statius 1 Silv. 5, 25 *Quas præceps Anien, atque exceptura natatus Virgo juvat: Virgo*, aqua hujus nominis, in urbem ducta. Et Prudent. Cathem. 5, 143 *Languidulis fota natatibus.* Rutil. ic. 1, 247 *Euboici natatus* Burmanno interprete sunt aquæ Bajanæ.

¶ Natātio, *ōnis*, f. idem. Corn. Celsus 3, 24 *Si æstas est, frigidis natationibus utendum.* Idem 4, 7, 4 *Utilis in omni tussi est peregrinatio, navigatio longa, loca maritima, natationes.* Adde Cic. de Senect. 5, 8.

¶ Natātūra, *æ*, f. idem. In Gloss. Cyrill. κολυμβήθρα vertitur.

¶ Natātor, *ōris*, m. ein schwimmer. Ovid. Remed. amor. v. 122. *Pugnat in adversas ire natator aquas.*

¶ Nātātilis, *e*, quod natare potest, schwimmend. Tertull. contra Hermog. c. 33 *Natatiles & volatiles animæ.* Prudent. in Romano v. 332 *Feras, volucres, reptiles, natatiles.*

¶ Natatile, *is*, n. subst. locus, quo natatur, eine schwemme. Varro de Re Rust. 3, 5. Sed *navalia* pro *natatilia* Scaliger legit.

¶ Natābilis, *e*, idem quod natatilis, schwimmend. Coripp. 4, 43 *Cedrus olens, solidum nunquamque natabile robur.*

¶ Natatōria, *æ*, f. i. e. piscina, ein teich, eine schwemme. Vtitur hac voce ver. Interpres Joh. c. 9, 7 & 11, nempe quia græcum est κολυμβήθρα, quod a κολυμβάω, *nato*, defcendit. Idem tamen c. 5, 4 & 7, ubi eadem græca vox reperitur, *piscinam* reddit. Ambrosius autem hic modo *natatorium* exhibet, modo piscinam: *Angelus Domini descendebat secundum tempus in natatorium, & movebatur aqua, & qui prius descendisset in natatorium post commotionem aquæ, sanus fiebat a languore, quocunque tenebatur. Hæc piscina in Hierosolymis erat.* vid. c. 4 de iis, qui myst. init. Sidon. 2 epist. 2 *Per exteriora natatoriæ latera.*

¶ Natābulum, *i*, n. vel potius plural. Natabula, locus ubi natatur. Onomasticum vetus: *Natabula, τὰ νηχάα.* Apul. pr. 3 Florid. *Perfacæ aquæ gratissima prorsus & famis natabula, & agris medicabula.*

Composita a *No* & *Nato*:

¶ Abnato, *āre*, wegschwimmen, davon schwimmen. Statius Achill. 1, 383 *Abnatat, & blandis affatur litora verbis.*

¶ Adno, *āre*, natando aliquo pervenire, hinzuschwimmen: ut, *Paulatim adnabam terræ*, Virg. Æn. 6, 358. *Plures adnabunt thynni*, Horat. 2 sat. 5, 44. *Qui naves adnare possent, recepti*, Cæs. B. C. 2, 44. *Delphinum repente inter undas adnavisse*, Gell. 16, 19.

¶ Adnato, *are*, idem; ut, *Adnatare insulæ*, Plin. 8, 25. *Adnatat natanti*, Plin. Junior 9 epist. 33. *Adnatare ad litus*, ans land schwimmen Silius 12, 609 *Ex æquore sospes Adnatet*

¶ Connato, *are*, simul natare, mitschwimmen. Per translationem Plautus: *Connatat nobiscum*, pro rivalis est, er ist ein mitbuhler.

¶ Connatatilis, *e*, mitschwimmend, apud Firmicum.

¶ Denato, *are*, herabschwimmen. Horat. 3 od. 7, 28 *Tusco denatat alveo.*

¶ Eno, *are*, enatare, heraus schwimmen, ans land schwimmen. Liv. 33, 41 *Multæ naves ejectæ: multæ ita hausto mari, ut nemo in terram enaverit.* Et Cic. de Fin. 3, 19 *Is, qui enat e concha, pinnoteres vocatur.* Et Val. Flacc. 5, 316 de Argonautis: *Tantumque fretis enavimus orbem.* De Dædali volatu metaphorice Virg. Æn. 6, 16 *Insuetum per iter gelidas enavit ad Arctos.*

¶ Enato, *are*, ausschwimmen, zu lande kommen; ut, *Si fractis enatat exspes Navibus &c.* Horat. Art. Poët. v. 20. Et, *Ad oppidum enataverunt*, Hirt. B. Alex. c. 18.

¶ Enatatio, *onis*, f. das herausschwimmen, apud Augustinum.

¶ Inenatabilis, *e*, grundlos, da man nicht durchschwimmen kan. Tertull. de Idolol. c. 24 *Inenatabile profundum.*

¶ Superēnato, *are*, drüber schwimmen. Lucanus 4, 133 *Tumidum supervenatat amnem.* Et Alcimus 4, 240 *Fluctus superenatat omnes.* Nisi forte dividendum est, *Super amnem, super fluctus &c.*

¶ Inno, *are*, in oder auf etwas schwimmen. Liv. 21, 26 *Innare aquæ.* Virg. Georg. 3, 142 *Fluvios innare rapaces.* Tac. An. 1, 70, 1 *Quo levior classis vadoso mari innavet.*

¶ Innans, *tis*; ut, *Innantem littoribus Maricæ Lirim*, Horat. 3 od. 17, 7 dixit, i. e. influentem, exonerantem se.

¶ Innābilis, *e*, darauf man nicht schwimmen kan; ut, *Innabilis unda*, Ovid. Met. 1, 16. Et Virg. Æn. 6, 438 *Palus innabilis undâ tristi.*

¶ Innato, *are*, in oder auf etwas schwimmen. Plin. 31, 7 *Sal fontibus quibusdam innatat.* Idem 12, 25 *Olei modo innatat.* Et Cic. Nat. D. 2, 48 *Cum pisciculi parvi in concham hiantem innataverint.* ¶ 2. *Innatare* vel *innatantia* dicuntur, Græci verbi ἐπιπολάζειν imitatione, quæ manifesta, aperta, & quasi in superficie sunt. vid. Burm. ad Quintil. 7, 1 p. 590.

¶ Obnato, *are*, umherschwimmen, Virgilio tribuunt, in Catalectis forte. *Obnatat umbra foris.*

¶ Prænato, *are*, vor, oder vorbey, it. voran schwimmen. Virg. Æn. 6, 705 *Domos qui prænatat amnis*, hoc est, præterfluit, Servio interprete.

¶ Prænatans, *tis*; ut, *Prænatante pisciculo*, Plin. 9, 45.

¶ Pronato, *are*, herfür schwimmen. Hygin. Astron. 2, 17 *Delphines e toto mari pronatant.*

¶ Reno, *are*, zurück schwimmen. Ovid. vel Albinovanus ad Liv. v. 432 *Nullaque per Stygias umbra renavit aquas.* Horat. epod. 16, 25 *Simul imis saxa renavint Vadis levata.*

¶ Renato, *are*, zurück schwimmen. Augustin. vide mox *Transnato.*

¶ Subnato, *are*, unten herschwimmen. Silius 14, 483 *Pars subnatat unda Membrorum, pars exstat aquis.*

¶ Subternato, *are*, idem quod subnatare, unten schwimmen, drunter hin schwimmen. Solinus c. 32 de Ægypto: *Delphines crocodilos studio eliciunt ad natandum, demersique astu fraudulento tenera ventrium subternatantes secant, & interimunt.*

¶ Superno, *are*, oben aufschwimmen. Gellius 9, 9 *Gaudia in summo pectore supernantia.* Macrob. 7, 12 ed Gronov. p. 617 *Mollis pars, quæ in imo est, utique præstat pendere, & ideo supernante pretiosior est*: al. leg. *supernatante.*

¶ Supernato, *are*, oben schwimmen. Plin. 28, 9 *Quod supernatat, butyrum est.* Solin. c. 5 de Sicilia: *In lacu Agrigentino oleum supernatat.* Colum. 12, 9 *Vt jus supernatet.*

¶ Supernatans, *tis*, obenschwimmend. Pallad. Ian. t. 20 *Supernatans oleum.* Plin. 7, 15 *Supernatans bitumen*, scil. in lacu asphaltite.

¶ Supernatatio, *onis*, f. das emporschwimmen. Theod. Prisc. 1, 7 *Humoris supernatatio.*

¶ Supranato, *are*, idem. Vitruv. 8, 3 *Limne Asphaltitis habet supranatans bitumen.*

¶ Trano, vel Transno, *are*, überschwimmen. Liv. 21, 27 *Flumen tranavere.* Ita Gronovius: at Gruterus *transnatavere.* Habet tamen Cæsar B. C. 1, 48. *Tranavare flumen.* Et Curt 7, 5, 18 *Hi transnavere amnem.* Exstat etiam monumentum in ripa Danubii prope Budam inventum, quod hanc vocem confervat in Ferret. Mus. Lapid. p. 135 *Æquora Danubii cunctis transnare sub armis.*

¶ Transnatus, *a, um*. Front. Strat. 1, 7 *Transneto flatim flumine*, & 3, 13 *Transnato Tiberi.*

¶ Transnato, *āre*, durchschwimmen, hinüber schwimmen. Cæs. B. G. 1, 53 *Viribus confisi transnatare contenderunt.* Plin. 6, 27 *Nec e Tigri pisces in lacum transnatant.* Locum Livii vide in *Trano.* Augustin. de C. Dei 18, 17 *Varro commemorat de Arcadibus, qui fortè duêli transnatabant quoddam stagnum, atque ibi convertebantur in lupos, & cum similibus feris per illius regionis deserta vivebant. Si vero carne vescerentur humana, rursus post novem annos eodem renatato stagno reformabantur in homines.* De re ipsa vid. quæ notamus in *Lycanthropia.* Pass. Hygi. f. 257 *Flumen ita increvit, ut transnatari non posset.*

NOBĪLIS, *e*, a *nosco* fit, & ita dicitur quasi noscibilis, quia præ aliis notus est, (unde & *Ignotum* pro *Ignobili* Horatius dixit 1 sat. 6, 6,) clarus, insignis, excellens, summo loco natus, illustri loco natus, berufen, berühmt, edel, statlich. *Magnus & nobilis rhetor Isocrates fuit*, Cic. de Invent. 2, 2. Et, *Adolescens ideo nobilis*, Ter. Eun. 1, 2, 124. *Nobili genere natus*, Sallust. Catil. c. 5. *Exercitum itineribus ac mutatione locorum nobiliorem ac salubriorem esse*, Liv. 10, 25. *Nobilior animo, quam gente*, edler vom gemüthe als vom geblüte oder geschlechte, Vellej. 2, 112, 2. *Quod optimum, est nobilissimum*, ibidem c. 124, 2. Et Liv 39, 4 *Cum sint nobilissima sibi cum consule inimicitiæ*, i. e. insignes & notissimæ: vide Gronov. Plaut. Pseud. 4, 7, 10 *Neque his unquam nobilis fui*, i. e. notus, sie kennen mich nicht. Differentia tamen

men est inter *nobilem* & *notum*, quod patet ex Varrone de R.R. 3, 1: & Seneca de Benef. 3, 18. ¶ 2. *Nobilis* substantive de eo, qui nobili genere natus est, edelmann. Liv. 22, 58 *Missis cum his Carthalo, nobilis Carthaginensis.* Plin. 5 epist. 17 *Mireque capio, ne nobiles nostri nihil in domibus suis pulcrorum nisi imagines habeant.* Speciatim Romæ nobilis erat, qui claris majoribus ortus, sive patricia gente fuerit, sive plebeja, & opponebatur homini novo, vid. Manut. ad Cic. fam. 1, 7 p. 43 sq. Græv. ¶ 3. Cæterum non in bonam tantum, sed & in malam partem sumitur. Plaut. Rud. 3, 2, 5 *Qui se scelere fieri volunt nobiles*, die durch bosheit bekannt werden wollen; ut Ephesinus ille Herostratus. Sic Cic. Verr. 4, 33 *Nobile facinus.* Et Liv. 39, 9 *Nobile scortum*, dixit. Vid. Ian. Meller. Palmer. Spicileg. p. 30, qui observat, etiam Apulejum *rem sibi non nobilem*, pro, *ignotam*, dixisse. ¶ 4. NOBILISSIMI CÆSARES, dicti Imperatorum filii, qui & IVVENTVTIS PRINCIPES appellati. Notat ad Ammianum Lindenbrogius p. 5. Adde Zosim. 2, 39. In primis Spanh. de usu & præst. num. diss. 12 p. 357 sq. ¶ 5. Ab antiquis scribebatur etiam *gnobilis*, sicuti *gnosco* pro *nosco*. v. *Nobilis* apud Festum, ubi exempla Plauti, Accii & Livii. ¶ 6. *Nobilis* & *Mobilis* sæpe numero a librariis commutantur. v. quos citat Drakenb. ad Liv. 10, 20.

¶ Nobiliter, adverb. egregie, laudabiliter, &c. fürtreflich. Vitruv. præf. lib. 7 *Ædem Iovis Olympii civis Romanus Cossutius nobiliter architectatus*, i. e. ita architectatus est, ut magnam ex eo laudem, famam, ac celebritatem sive nobilitatem sit consecutus. Val. Max. 3, 7 extr. *Nobiliter Spartanus increpitus a quodam, quod in aciem claudus descenderet; pugnare, non fugere propositum sibi esse respondit*, großmüthig. Compar. Auso. Eidyll. 10, 357 *Nobilius permixta suo sub nomine.* Sidon. 9 ep. 9 *Nobilius philosophari.* Superlat. Epitoma Livii 54 *Viriatus ab exercitu suo comploratus ac nobilissime tumulatus.* conf. & Quintil. 12, 8.

¶ Nōbilĭtas, *ātis*, f. generis claritas, der adel, adelstand; ut, *Præstantes nobilitate familiæ*, Cic. Divin 1, 41. *Genere ac nobilitate suæ civitatis facile primus*, Id. pro Rosc. Am. c. 6. Et Iuvenal. 8, 20 *Nobilitas sola est atque unica virtus.* ¶ 2. Tac. An. 1, 29, 1 *Drusus orto die, & vocatâ concione quamquam rudis dicendi, nobilitate ingenita, incusat priora, probat præsentia, &c.* mit einer edelmüthigen freyheit im reden. Quo in loco *nobilitatem ingenitam*, pro nobilitore natura, quæ altiore loco natos comitatur plerumque, videtur dixisse. Solet enim talibus fere major quædam vis, majoresque impetus inesse, quibus concitati, per se efficiunt, quæ aliis studio & disciplina comparanda. Significat itaque Tacitus, Drusum eloquentiæ loco nobilioris naturæ, quam ipso ex genere traxerit, fuisse beneficium: ut, licet dicendi rudis esset, rei tamen indignitate commoto facile verba suppetierint, quibus libere, & efficaciter & incusaret priora, & approbaret præsentia. ¶ 3. *Nobilitas*, i. e. nobiles, der adel, pasim v. g. Liv. 26, 12 pr *Deduerat senatum nobilitas. Nobilitates* Tacitus in plurali Annal. 12, 20, 1 pro ipsis *Nobilibus* dixit: *Atque ea laudius*, inquit, *quæ ex quam nobilitatibus externis mitis, dubitavit tamen accipere cap[tivam] &c.* i. e. externis, qui magno & nobili genere orti v. Tirequell. de Nobilitate; & Sim. Simonii libellum de vera Nobilitate. ¶ 4. In titulis honorum fuit ætate Ausonii, qui ep. 16 ad Probum Præf. Præt. *Apologus ad nobilitatem tuam missi.*

¶ Nōbĭlĭto, *āvi*, *ātum*, *are*, nobilem facere, berühmt, beruffen machen. Cic. Tusc. 1, 15 *Poëtæ post mortem nobilitari volunt*, sie wollen nach ihrem tode berühmt seyn. Et in unam partem: *Flagitiis aliquem nobilitare*, Ter. Eun. 5, 6, 20, einen zu allerhand bosheit verführen, wodurch er in bösen ruff kommt.

¶ Nobilitatus, *a*, *um*, berühmt: ut, *Loci rerum gestarum vestigiis nobilitati*, opponuntur *obscuris*, Cic. Partit. Orat. c. 10. *Praxiteles marmore nobilitatus*, Plin. 7, 38. *Obsidio nobilitata periculo regis, nobilitatus marmore*, Plin. 7, 38. *Obsidio nobilitata periculo regis, nobilitatus clade*, Curt. 4, 6, 30. *Phalaridis nobilitata crudelitas*, Cic. Offic. 2, 7. *Lacinia templo Nobilitatæ Deæ*, Ovid. Met. 15, 701. ¶ 2. Apud Lampridium Heliog. c. 4 *nobilitati* opponuntur *innobilitatis*, & dicuntur speciatim ita consulares.

Nobilissimātus, *ūs*, m. v. supra *Egregiatus* in *Grex*.

Composita:

¶ Cognōbĭlis, *e*, quod bene cognosci potest, verständlich. Onomast. vet. *cognobilis*, εὐγνωστος. Gell. 20, 5 Aristotelis epistolam interpretans de acroamaticis libris: *His libris, qui nos audiunt, cognobiles erunt.* Secutus autem, ubi ibidem fatetur, Catonem esse, qui 6 Origine *cognobiliorem cognitionem* dixerat.

¶ Ignōbilis, *e*, ignotus, obscurus, unbekannt, ungeachtet, unedel; ut, *Ingenium & ignobile*, Cic. Tusc. 3, 24. *Vulgus ignobile*, der gemeine povel, Virg. Æn. 1, 149. *Ignobile agmen*, i. e. non tam armis ornatum, quam prædæ onustum, Liv. 10, 20. Compar. Gell. 14, 2 extr. *Ignobilius verbum*, hoc est, inusitatius, quod *celebratiori* ibidem opponitur. Superl. *Ignobilissimi homines & despicatissimi*, Idem 15, 4. Sic & Plin. 22, 1 *Innocentior jam est, quodcunque & ignobilius.* Idem 35, 4 *Ignobilissimos alioquin senatus spectat.*

¶ Ignobiliter, adverb. schlecht, gering, unansehnlich. Solin. c. 70 *Ædes ignobiliter fastigatæ.* Et Eutrop. 7, 15 *Ignobiliter sepultum.*

¶ Ignobilĭtas, *ātis*, f. die geringschätzigkeit; ut, *Ignobilitas generis*, gerinae ankunfft, Cic. pro Muræn. c. 8 pr. *Multis viris fortibus ne ignobilitas obiceretur generis, meo labore est perfectum.* Et Ovid. Met. 6, 19 *Res obscura est ignobilitate virorum.*

¶ Innobilitatus, *a*, *um*, ignobilis, ungeadelt. Lamprid. Heliog. c. 4 *Quæ nobilitatos maritos non habuerant, ne innobilitatæ remanerent.*

¶ Perīnōbĭlis, *e*, sehr berühmt: ut, *Epigramma græcum perinobile*, Cic. Verr. 4, 57.

¶ Prænobilis, *e*, valde nobilis, wohledel. Apul. lib. 3 Florid. *Prænobilior proprio ingenio, quam patrio consulatu.*

NŌCEO, *ui*, *itum*, *ēre*, obesse, officere, schädlich seyn, schaden: ut *Non licet sui commodi caussa nocere alteri*, Cic. Offic. 3, 5. *Quæ nocent, docent*, mit schaden wird man klug. Cum accusativo Liv. 9, 10 extr. *noxam nocere*, in formula fecialis, schaden thun. Alia exempla verbi *nocere*, cum casu quarto conjuncti, dabit Burm. ad Phædr. 4, 18. Et passive seu impersonaliter: Cæsar B. Gall. 5, 19 *Ut is agris vastandis incendiisque faciendis, hostibus noceretur.* Et ibidem c. 38 *Ipse nihil nocitum iri.* Vide plura in Borrich. Cogit. in Voss. p. 177.

¶ Nōcens, *tis*, & Nociturus, *a*, *um*, schädlich, recht schuldig. Prius comparatione induit naturam nominis; ut, *Iamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum*, Ovid. Met. 1, 141. Et, *Mores nocentissimi*, Quintil. 2, 15 sub fin. *Declinare, quæ nocitura videantur*, Cic. Off. 1, 4. ¶ 2. *Nocens*, reus, ein übelthäter. Cic. Verr. 2, 17 *nocenti reo*, conjungit: & c. 16 *Homo nocentissimus damnari possit.* Plin. Paneg. c. 35 *Iisdem, quibus antea cautibus, innocentissimus quisque, tunc nocentissimus affligebatur.* Et Lactant. 5, 9 *Nulli nocentiores habentur, quam qui sunt ex omnibus innocentes*, hoc est, Christiani.

¶ Nocenter, adverb. schädlich; ut, *Nocenter armatus*, Columell. 8, 2 de gallis.

¶ Nocentia, *æ*, f. die verschuldung, straffälligkeit. Tertull. Apol. c. 40 *Nocentiæ judex & exactor.* Idem adv. Marc. 2, 13 *Quomodo innocentiæ necredem fecter, si non & nocentiæ spectem.*

¶ Nŏcĭtus, *a*, *um*, beschädiget. Vet. Interp. Irenæi 5, 7 *Ananias & Azarias & Misael missi in caminum ignis septuplum exardentem, neque nociti sunt aliquid, neque odor ignis inventus est in eis.*

¶ Nŏcĭbĭlis, *e*, das schaden kan. Gloss. Gr. lat. βλαβερὸς, *detrimentabilis, nocibilis.*

¶ Nŏcĭvus, *a*, *um*, quod nocet, schädlich. Phædrus 1, 30, 3 *Et sibi nocivum concitant periculum.* Plin. 20, 2 *Pecori nocivum.*

¶ Nŏcŭus, *a*, *um*, idem. Cic. de Leg 3, 3 *Nec obedientem & nocuum civem coërcere*, sed *noxium* legunt alii. Eugenius Toletanus Carm. 20 *Frugi nocuas frondique locustas.*

¶ Nŏcŭmen, *inis*, & Nocumentum, n. *i*, der schade. Quintil. Prov. παθήματα, μαθήματα, *nocumenta, documenta*, mit schaden wird man klug.

¶ Innŏcens, *tis*, unschuldig; ut, *Vir bonus & innocens*, Cic. de Clar. Orat. c. 48. Et, *Damnare innocentem*, Tusc. 1, 42. *Patet innocentissimus*, Idem Verr. 4, 33. *Innocentissimus servus*, Sen. Controvers. 21. ¶ 2. Salutaris, non noxius, de cibis, unschädlich, gesund. Plin. 22, 23 *Noxii erunt fungi, qui in coquendo duriores fient: innocentiores, qui nitro addito coquuntur: tutiores fient cum carne cocti.* Et 19, 4 *Innocentiore victu.* Et 23, 7 (sect. 67) *Non est alius eis pomis* (prunis Perficis) *innocentior cibus.*

¶ Innŏcenter, adverb. idem. *Spes in futurum innocenter victuri*, Quintil. 7, 4. *Vita innocentissime acta*, Auct. declamat. in Sallustium. Et hæc quidem de morali notione. Alterius est Plinii illud 18, 32 *Omnia quæ eduntur, carpuntur, conduntur, innocentius decrescente luna, quam crescente fiunt.*

¶ Innŏcentia, *æ*, f. integritas, affectio animi ejusmodi, quæ nemini nocent, frömmigkeit, unschuld; ut, *Summa integritate & innocentia vir*, Cic. Phil. 3, 10. Et Sallust. Iug. c. 31 pr. *Innocentiæ plus periculi, quam honoris est.* Cic. in Orat. c. 65 *Vbi libido dominatur, innocentiæ haud præsidium est.* ¶ 2. Aliquando idem est, quod *Abstinentia*, & *Avaritiæ* inprimis opponitur, die redlichkeit, wenn man uninteressirt ist. Cic. pro L. Manilia c. 13 *Quantâ innocentiâ debent esse imperatores, quando deinde in rebus omnibus temperantia, &c.* Innocentiam autem in his ponit; *centurionatus non vendere: pecuniam ex ærario in belli sumtus deprompti am, non in privatos usus convertere: per itinera atque hiberna abstinere rapinis, &c.* ut ex sequentibus patet. Et ita supra dixerat: *Vtinam, Quirites, virorum fortium ac innocentium copiam tantam haberetis, &c. Innocentes* enim abstinentes sunt, & alieni ab omni avaritia ac rapacitate. Cæterum *Innocentiam* nomen nullum habere apud Græcos, posse tamen nominari ἀβλάβειαν, Cicero monet Tusc. 3, 8.

¶ Innŏcia, *æ*, f. pro *Innocentia*, ex Glossis, in quibus est ἀβλάβεια, vid. apud Salmasium ad Solinum p. 325.

¶ Innŏcuus, *a*, *um*, innocens, unschädlich; ut, *Ludere verbis innocuis*, Martial. 7 epigr. 11, niemand zu schaden. Et Lucanus 3, 482 *Vt gravidine tecta Iunonis pecudis sonant.* ¶ 2. Aliquando sensu passivo utitur poëta, pro illæso, unbeschädigt. Virg. Æn. 10, 301 & 302 *Sedere carinæ Omnes innocuæ*: Quem ad locum Servius observat, *innocuum* & *innoxium* a poëtis plerumque confundi. Claudianus in 4 Consul. Honor. 195 *Subitâ cum luce comarum Innocuus flagraret apex.* Paulinus contra poëtas paganos de Iona propheta: *Spacioso bellua victu Capit & innocuum vastâ ructavit ab alvo.* Quem locum Comment. in Claud. p. 602 adjecit Barthius.

¶ Innŏcue, adverb. ohne schaden, unschädlich. Ovid. A. A. 1, 646 *Innocue vivite, numen adest.* Suet. Domit. c. 19 *Sagittas tanta arte direxit, ut omnes per intervalla digitorum* (*pueri manum dispansam pro scopulo præbentis*) *innocue evaderent.*

Noxius & Innoxius, &c. vide infra in *Noxa*.

¶ Nocteſco, nocticolor, noctifer, &c. noctu, noctua, noctuabundus, nocturnus, &c. v. *Nox*.

Nodare, nodatio, nodatus, &c. v. *Nodus*.

NODIA, *æ*, f. herba, quæ & mularis dicitur, coriariorum officinis nota, Plin. 24, 19.

Nodo, nodosus, Nodorus, &c. v. *Nodus*.

NŌDVS, *i*, m. ligatura firma, & difficilis resolutu, ein knote, ein knorff: ut, *Nodum connectere*, Cic. Nat. D. 2, 43 extr. *Solvere nodum*, Horat. 3 od. 21, 22, & Curt. 3, 1, 18, ubi de *nodo Gordio*. vid. & Erasmi Adag. *Nodus Herculeus* quis fuerit, colligi aliqua ratione potest ex Macrobii descriptione virgulæ vel caduceï Mercurialis, ubi inter alia Saturn. 2, 19 *Dracones parte media voluminis sui invicem nodo, quem vocant Herculis obligantur.* Passim autem in monumentis antiquis virgulæ Mercurialis species expressa videri potest. Meminit etiam Plinius 36, 6 f. 17 *Vulnera nodo Herculis præligare mirum*

mirum quantum ocyor medicina eſt: atque etiam quotidiani cinctus tali nodo vim quandam utilem habere dicuntur. vid. Burm. ad Ovid. Her. 9, 86. ¶ 2. *In nodum difficilem incidere*, Cælio ad Cic. fam. 8, 11 eſt in difficultatem incidere, etiam Germani, es ſetzte einen ſchweren knoten. Cic. ad Brutum 1, 18 *Maximus in rep. nodus eſt inopia rei pecuniariæ*, der gröſte knoten iſt der geld-mangel. Ita etiam ad Att. 5, 21 p. 547, dum hic nodus expediatur. Nam quicquid moram & difficultatem affert, *Nodus* dicitur. Florus 4, 9, 1 *Nodus & mora publicæ ſecuritatis Antonius &c.* Prudent. Hamart. v. 211 *Enſe ferit Dominum, pugnæ nodumque moramque.* Quod de Virgilii Æn. 10, 428 eſt. *Nodus* nempe, quod firmat continetque pugnam, nec ſinit dirimi. Servius ibidem: NODVS *proprie eſt denſa peditum multitudo: ſicut* TVRMA, *equitum, ut lectum eſt in diſciplina militari. Modo autem* NODVM *pro difficultate poſuit, quæ vix poſſit reſolvi.* ¶ 3. *Nodus* in arbore, ein knoſpe, knoten. Columell. de Arborib. c. 3 *Ejus imam partem, quam in terram demiſſarus es, acutiſſima falce juxta nodum ſic, ne gemmam ladas, rotunda plaga amputato.* Hinc proverb. *Malo nodo malus eſt quærendus cuneus.* vid. ſupra *Cuneus.* ¶ 4. *Nodi arundinis*, die abſätze oder knoten am rohr. Claudianus in Torpedine ſeu Eidyllio v. 21 *Tranſit arundineos arcano frigore nodos.* Huc etiam pertinet proverbium, *nodum in ſcirpo quærere*, de quo in *Scirpus.* ¶ 5. Hinc transfertur hoc vocabulum vulgo etiam ad articulos manuum pedumque, die kniebel an den fingern. vid. *Nodoſus* & *Nodatus.* ¶ 6. *Nodum* & *Donum* ſæpe confundi a librariis? in *Donum* diximus.

¶ Nŏdŭlus, *i*, m. dimin. Plin. 21, 5 extr. *Nudantibus ſe nodulis.* Feneſtella ap. Fulgent. expoſ. ſer. aut. 61 *Apud quem vadatus amicitiæ nodulo tenebatur.*

¶ Nŏdōſus, *a, um*, knorricht, knötigt. Sen. epiſt. 12 *Nodoſi rami.* Ovid. Heroid. 10, 101 *Nodoſo ſtipite.* Horat. 1 epiſt. 1, 31 *Nodoſa chiragra.* Et Ovid. de Ponto 1, 3, 23 *Tollere nodoſam neſcit medicina podagram.* Quæ ſcilicet nodos articulorum afficit, & intumeſcere facit. Metaphorice *Nodoſe & anxie quæſtiones*, verwirrt. Macrob. Sat. 17, 1, quo modo & Auguſtinus Enchirid. c. 20 *Nodoſiſſimam quæſtionem* dixit: & Confeſſion. lib. 4 extr. *Nodoſiſſimos libros enodare.*

¶ Nodoſe, adverb. idem ac intricate. Vnde Compar. Tertull. de Reſurr. c. 46 *Et quid ego nodoſius?* ſcil. diſputo.

¶ Nodōſĭtas, *ātis*, f. die verwirrung. Idem Auguſtinus Confeſſ. lib. 2 extr. *Tortuoſiſſima & implicatiſſima nodoſitas.*

¶ Nōdo, *are*, in nodos ligare, knüpffen, flechten. Virg. Æn. 4, 138 *Crines nodantur in aurum.* Cato de R. R. c. 32 *Nodave vites per ramos.* Hinc

¶ Nōdātus, *a, um*, geknüpfft, knötigt; ut, *Ferula nodata geniculatis ſcapis*, Plin. 13, 22. Ovid. Remed. am. v. 17 *Collum laqueo nodatus ab arcto*, der ſich den hals zugeſchnüret. Lactant. de Opif. Dei c. 7 *Oſſa nodata nervis alligare*, i. e. nodis ſine articulis terminata & finita.

¶ Nōdātio, *ōnis*, f. der knoten. Vitruv. 2, 9 *Propter nodationis duritiem.*

¶ Nodōtus, *i*, m. Deus quem præfecerunt frumenti germinantis geniculis nodisque culmorum. vid. Auguſt. de C. D. 4, 8; & Elmenh. in Arnob. p. 131.

Compoſita varia:

¶ Abnōdo, *are*, nodos abrumpere, beſchneiteln. Colum. 4, 24 *Nunc palmitem, tamquam æmulum, diligenter amputant, & abnodant.*

¶ Abnodātus, *a, um*, abgekipt, beſchneitelt. Colum. 4, 22 *Pampinus non abnodatus neque abraſus.*

¶ Centinōdia, *æ*, f. herba, quæ & genicularis & polygonon a multis nodis & geniculis dicta, wegtrit, Plin. 27, 12; & Marcell. Emp. c. 31.

¶ Connōdo, *are*, in nodos conſtringere, verknüpffen. Proſper Aquit. de Prædict. 1, 6 *Facinus ſuum Cain multis etiam vinculis connodavit.*

¶ Denōdo, *are*, aufknöten, den knoten löſen; ut, *Arcum denodare*, Apulejus.

¶ Denodatus, *a, um*, zergliedert, zerſtümmelt. Ob novum martyrii genus, quo reſecantur Chriſtiano cuidam membrorum ſinguli articuli, eundem alii *denodatum*, alii *intercilium*, alii *deartuatum* cognominarunt. vid. Nicephor. 14, 20; & Marullus 5, 5.

¶ Dinōdo, *are*, idem quod *Denodare* apud Sidonium.

¶ Enōdis, *e*, ſine nodo, ſchlecht, ohne knoten; ut, *Truncus enodis*, Virg. Georg. 2, 78; & Plin. 12, 14. Metaphorice Ambroſius Off. 1, 12 *Ipſe quæſtionem enodem veddidit*, er hat die frage aufgelöſet.

¶ Enōdo, *are*, nodis exſolvere, aufknüpfen, & per Metaphoram *Explicare*, klärlich darthun, deutlich machen. Gellius 13, 10 *Enodare juris laqueos.* Auctor ad Herenn. 2, 10 extr. *Contrariæ legis enodabimus voluntatem.* Adde Gell. 1, 4; & 13, 10. ¶ 2. *Enodare arborem* idem eſt ac nodos ejus & ramos inutiles amputare, die unnützen äſte abhauen. Colum. 5, 6 *Quæ ulmus a poſitione bene provenerit, ejus ſummæ virgæ falce debent enodari.*

¶ Enōdātus, *a, um*, aufgelöſet, erläutert. Cic. de Invent. 2, 2 *Præcepta enodata diligenter expoſuit.* Et Auguſtin. epiſt. ad Aurel. Carthaginienſem, libris de Trinitate præmiſſa: *Sententiæ enodatiores atque planiores.* ¶ 2. *Enodatus*, amputatus, beſchneitelt; ut, *Vitis bene enodata*, Cato c. 33.

¶ Enodate, adverb. klar, deutlich; ut, *Enodate narrare*, Cic. de Invent. 1, 21 extr. Et, *Enodatius explicare*, Idem de Fin. 5, 9 extr. *Hæc nobis enodatius explicanda ſunt.* Et ſuperl. Auguſtinus Retract. 2, 57 *Quod utrum enodatiſſime fecerim, neſcio.* Idem Confeſſion. 5, 6 *Enodatiſſime expedire.*

¶ Enodatio, *ōnis*, f. explicatio, die auflöſung, erklärung. Cic. de Nat. D. 3, 24 *Explicatio fabularum & enodatio nominum.*

¶ Enodator, *ōris*, m. ein ausleger. Tertull. de Pallio extr. *Primus enodator vocis.* Alii legunt *Edonator.*

¶ Enodābĭlis, *e*, auflöslich. Vnde

¶ Inenodabilis, *e*, unauflöslich. Cic. de Faro c. 9 *Suſcipere res inenodabiles.* Apul. Apol. 1 p. 276 *Capillus inenodabilis diutina incuria non modo comendi, ſed ſaltem expediendi & diſcriminandi*, ein verwirrt haar.

¶ Innōdo, *āre*, in nodum inſerere, nodo conſtringere, verknüpfen, zuſchnüren. Sidon. 9 epiſt. 9 *Spiris categoricis lubricas quæſtiones innodare.*

¶ Innodātus, *a, um*, verknötelt, zugeknürft. Gloſſ. gr. lat. ἐνδεδεμένος, *innodatus.* Ammianus 28, 5 *Innodato gutture laquei nexibus interire*, gehencket werden. Eadem 30, 7 extr. Et Lege fin. § 1 Cod. de Compenſat. *Cauſſa multis ambagibus innodata*, eine weitläuftige, verwirrte ſache.

¶ Internōdium, *i*, n. ſpatium inter duos nodos, ut in arundinibus, ein glied oder geſchoß am rohr oder ſtengel zwiſchen zweyen knoten. Plin. 7, 2 *Arundines tantæ proceritatis, ut ſingula internodia alveo navigabili ternos interdum homines ferant.* Et Colum. de Arbor. c. 3 *Brevia internodia habent.* Ovidius etiam ad crura tranſtulit Met. 6, 256 *Mollia nervoſus facit internodia poples.* Ita Calp. ecl. 1, 26 de homine longo, *Nam tibi longa ſatis pater internodia largus, Procerumque dedit mater non invida corpus.*

¶ Internodius, *i*, virili genere, idem. Colum. 3, 2 *Internodius rarior.*

Multinōdis, & Multinodus vide ſupra in *Multus.*

¶ Rĕnōdis, *e*, renodatus, aufgeknüpft. Capitol. in Clodio Albino c. 13 *Fuit ſtaturâ procerus, capillo renodi & criſpo.*

¶ Renōdo, *are*, nodo rurſus, vel retro conſtringere, hinten zuſammen knüpfen. Horat. epod. 11 extr. *Pueri longam venodantis comam.* Item, aufknüpfen. Gloſſ. gr. lat. διαλύω, *venodo, diſſolvo.*

¶ Trĭnōdis, *e*, tres nodos habens, dreyknötigt. Ovid. Heroid. 4 v. 115 *Oſſa mei fratris, clavâ perfracta trinodi, Sparſit humi.* Auſonio epiſt. 21, 38 *Trinodis dactylus* eſt tribus conſtans ſyllabis.

NOEGEVM, *i*, n. *quidam amiculi genus prætextum purpura, quidam candidum ac pellucidum, quaſi a* nauco, *quod putamen quorundam pomorum eſt tenuiſſimum non ſine candore: ut Livius ait in Odyſſea:* Simulac lacrymas de ore nœgeo deterſit. Hæc Feſtus. Livius Scaligero obſervante reſpexit Odyſſ. Θ, Δάκρυ ὁμορξάμενος κεφαλῆς ἀπὸ φᾶρος ἔλεσκε. Illud φᾶρος paullo ante ποφύρεον dixerat.

NOĒMA, *ātis*, n. νόημα, cogitatio, alluſio ad ſententiam ſive ad locum communem neque integra tamen ſententia: ut, *Fortisque viri tulit arma diſertus*: Item: *Tum pudor incendit vires*, &c. Virg. Æn. 5 v. 455. ¶ 2. Sunt, qui ſcomma ſententioſum *Noëma* eſſe velint. Vide libellum de Schematibus, & Quintil. 8, 5.

NOĒRVS, *a, um*, νοερός, *intellectualis*, vernünfftig. Tertull. adv. Valentin. c. 20 *Cælos noëros deputant, eosque angelos faciunt.*

NŌLA, *æ*, f. urbs Campaniæ: ex bello Hannibalis, & Marcelli defenſione: nec non Auguſti exceſſu ſatis nota. vide Silium 8, 537; & 12, 161. Suet. Auguſt. c. 99. Vellej. 1, 7, 2; & 2, 123, 2.

¶ Nolānus, *a, um*, natus vel habitans Nolæ; ut, *Nolana plebs*, Liv. 24, 13. *Nolana ad mœnia*, Sil. 12, 290. Et, *Paulinus Nolanus*, epiſcopus, cujus epiſtolæ exſtant & elegantiſſima carmina. Prudentius primam corripuit Periſteph. 4, 208.

NŎLA, *æ*, f. tintinnabulum, eine ſchelle, eine kleine glocke. Quintil. 8, 6 ænigmatis inſtar a quodam prolatum dicit: *In triclinio choa, in cubiculo nola*, i. e. ad menſam bibax, in cubiculo obſtrepera. Dubium tamen Burmanno, an *nola* jam tum ſignificaverit tintinnabulum. conf. Voſſ. P. 2 Rhet. lib. 4 c. 11. Mantuanus Alph. 6, 125 &c. primâ productâ canit, *Nolas ſortitas ideo Campanæ nomina Nolæ, quod Nola inventrix operis fuit.* Sed Avienus fab. 7, 8 primam corripuit: *Iuſſerat in rabido gutture ferre nolam.*

Nōlo, noluntas, vide infra *Volo.*

NŎMĂDES, *um*, m. pl. Νομάδες, nationis nomen, ſed in diverſis gentibus. Nam & in Scythia, & India, & Africa *Nomades* commemorantur, apud Plinium Scytharum *Nomades* ſunt, qui Tartari hodie appellantur. Dicuntur autem in illis gentibus ita armentarii vagi, atque cum paſcuis manſiones ſuas ſubinde mutantes. Vnde & nomen factum eſt, Νομεύειν enim *paſcere* ſeu *pabulari* eſt. Plin. 5, 3 *Numidæ vero Nomades a permutandis pabulis mapalia ſua, hoc eſt, domus plauſtris circumferentes.* Virg. Georg. 3, 343 *Omnia ſecum Armentarius Afer agit, tectumque laremque Armaque Amycleumque canem* &c. Sil. de iisdem 3, 290 *Nullæ domus, plauſtris habitant, migrare per arva Mos, atque errantes circumvectare penates.* Illuſtris de his Nomadibus locus apud Hippocratem eſt, libro de aëre, locis & aquis, ſectione 3, ubi mores eorum & plauſtra &c. deſcribit: notatque, mulieres ipſorum in curribus, mares equis vehi, cum migrant. Nec inelegantem Nomadum deſcriptionem ſuppeditabit Ammian. Marcellinus 31, 6. ¶ 2. Singulari aliquoties uſus eſt Silius, *Garamasque Nomasque*, 5 v. 194; & 6 v. 705. Apud Martial. 8 epigr. 55 *Marmore picta Nomas*, eſt ipſa Numidia marmore clara. Sed venificæ nomen eſſe videtur apud Propertium 4, 7, 45 *Aut Nomas arcanas tollat verſuta ſalivas.*

¶ Nomadĭcus, *a, um*, adject. unde Proverb. *Nomadicam vitam agere*, de vagabundis, qui ſedem ſtabilem & certam nullam habent, ſed modo huc, modo illuc oberrant & divagantur, überall herumziehen, einen ziegeuner abgeben. vid. Eraſm. Chiliad.

NŎMÆ, *arum*, f. pl. νομαὶ, τὰ νεμόμενα τῶν ἑλκῶν, ulcera ſerpentia, quæ & *nomata* & *carcinomata* dicuntur, geſchwäre, die um ſich freſſen wie der krebs. Plin. 23, 4 *Nomas repurgare.*

Nomarcha, vide *Nomus*, Nomas, *Nomades.*

NŌMEN, *ĭnis*, ὄνομα, rei nota, ut Cicero ait, (Eſt enim quaſi *noninen*, ut *numen*, *nuimen*) appellatio, vocabulum, der name. Quamquam inter NOMEN & VOCABVLVM Varro de L. L. 9, 2 diſtinguit, ut illud *proprium* ſit, hoc *appellativum* ſive *commune.* Quod diſcriminis tamen non obſervarunt auctores. vide *Vocabulum.* In-

vidiosum nomen voluptatis, Cic. Acad. 4, 45. *Alicui rei imponere nomen*, einen namen geben, Quintil. 2, 1. Sic Cic. de Fin. 3, 1 *Imponenda nova novis rebus nomina.* Sed, *Profiteri nomen apud quem*, Liv. 2, 24; & *Dare nomina*, Idem 4 c. 26, ſich angeben, einſchreiben laſſen. *Edere ſuum nomen*, ſeinen namen ſagen, ſich melden. Ovid. Met. 9, 532 *Pudet edere nomen.* Et Cic. Phil. 4, 2 *Traxiſſe nomen a quo*, von etwas her genennet werden. Idem, *Nomen tuum dic quod eſt: Nomen eſt mihi Tullio.* Vid. Drakenb. ad Silium 11, 58. Et, *Nomine tantum notus aliquis*, Horat. 1 ſat. 9 v. 3. Sic, *Nomen immortale*, laudem ſignificat & decus: *Pervenit ad me aliquod nomen ingenii*, Quintil. 6, 2 extr. *Vir nominis ſui*, der den namen mit der that hat. Sparcianus Severi c. 14 *Dammabantur plerique, cur jocati eſſent; alii, cur tacuiſſent; alii, cur pleraque figurata dixiſſent, ut eſſet Imperator vere nominis ſui, vere Pertinax, vere Severus.* Trebell. Poll. in Claudio c. 5 *Gallus Antipater, -- hiſtoricorum dehoneſtamentum, principium de Aureolo ſic habuit* Venimus ad Imperatorem nominis ſui, *Magna ejus videlicet virtus, ab auro nomen accipere. Nomen* rei *defert* acculator, Prætor recipit. vid. Briſſon. de form. p. 467. ¶ 2. *Nomen* igitur ſæpe reſpectum habet celebritatis, & interdum etiam avitæ nobilitatis, der ruff, der ruhm, wenn man viel ahnen zehlen kan. Cic. fam. 3, 7 *Iſta veſtra nomina nunquam ſum admiratus*, i. e. majores, imagines, vid. Græv. ad h. l. Plin. 3 epiſt. 3 *Quibus imaginibus oneretur, quæ nomina & quanta ſuſtineat.* Vellej. 2, 94, 4 *Nominis tanti fama territus.* Idem 2, 34, 4 *Clari nominis vir*, ein fürnehmer mann ꝛc. *Sine nomine* de homine obſcuro. v. Perizonii Orig. Babylon. c. 9 p. 218. ¶ 3. Sed in his locutionibus, *Meo, tuo, ſuo, illius, alterius* &c. *nomine*, nomen pro cauſa uſurpatur, von meinetwegen, deinethalben; ut, *Cui te meo nomine inimicum eſſe nolo*, mir zu gefallen darffſt du gar nicht ſein feind ſeyn, Cic. Att. 10, 2. *Amicitiæ nomine aliquid petere*, Caſſius Cic. fam. 12, 12, um freundſchafft willen; &, *Negligentiæ nomine alicui eſſe ſuſpectum*, Id. fam. 2, 1, unfleiſſes halben. *Eo nomine*, deshalben, ꝛc. Vellej. 2, 104, 2. *Quo nomine mirari convenit*, Idem 1, 3, 2. Et, *Quo nomine non eſt mirandum*, Idem 1, 5, 44, daher, weshalben, um deswillen. ¶ 4. *Nomina debitores* interdum, *Debitum* etiam nonnunquam ipſum, ſignificat: Hinc, *nomina facere*, id eſt, debitores comparare, ut Hadrianus exponit, geld wegleihen. Sen. Benef. 1, 1 *Nomina factari diligenter in patrimonium & vaſa debitoris inquirimus.* Vt autem *nomen facere* dicitur creditor, cum in tabulis expenſi nomen ejus, cui pecuniam dat, ſcribit, Cic. fam. 7, 23 pr. Ita debitor dicitur *locare nomen*, ſich verſchreiben. Phædr. 1, 17, 1 *Fraudator nomen cum locat ſponſu improbo, Non rem expedire, ſed malum dare expetit.* Et Colum. 1, 7 *Optima nomina non appellando ſunt mala*, die beſten ſchuldner werden liederlich, wenn man ſie nicht mahnet. ¶ 5. Et, *Nomina* ſimpliciter, geldverſchreibungen. *Nomina exigere*, ſchulden einmahnen, Cic. Verr. 1, 10. *Nomina idonea*, gewiſſe ſchulden, gute bezahler. v. g. Lege 19 Dig. ad SC. Vellej. § 4 *Cum de adcunda hæreditate dubitaret Titius, quod parum idonea nomina debitorum videretur.* Sic, *Nomina impedita*, alte verwirrete ſchulden, apud Livium, ut contra *Expedita, explicata nomina*, richtige ꝛc. vide Grotium Florum Sparſione ad Ius Iuſtinianeum p. 234. ¶ 6. Notandum hoc loco, *Nomen* pro re ipſa ſæpius ponere auctores. Ita Tibull. 3, 4, 61 *Ne fidum fœmina nomen.* Cato in Diris: *Et felix nomen agelli.* Vbi vide Scaligerum. Eſt autem hæc græca loquendi ratio. Hinc iidem κατ' ὄνομα, pro ἄνευ, ſæpius ponunt, ſicuti in Homerum Euſtathius notat. ¶ 7. Speciatim *Nomen* etiam de hominibus ſingulis, aliquando & de gente uſurpatur. Ita Val. Flaccus 4, 224 Iaſonem & Herculem *maxima nomina* appellat. Idem 5 v. 118 *Nova dux accedere gaudet Nomina*: i. e. ſocios. Liv. 37, 54 *Veſtrum nomen imperiumque, juxta ac Deos, intuetur.* Idem 1, 10 *Nomen Cœninum in agrum Latinum*, &c. i. e. Cœninenſes. *Sic nomen Volſcum: nomen Latinum*, &c. apud eumdem, pro gente Volſcorum, Latinorum. Tac. Hiſt. 4, 18, 2 *Pulſum Batavorum inſula Romanum nomen.* Auſonius epiſt. 16, 76 *Auſonius nomen Italum*: i. e. Italus. Ita ſæpe Vellejus: ut, 1, 6, 3 *Clariſſimus Graji nominis.* Et 2, 53, 2 *Nominis Romani princeps.* Ita 2, 114, 5 *Tanta nomina*, i. e. viri tam clari. Et 2, 69, 3 *Nulli nomini non poſtferendus*, i. e. cuilibet, &c. Loci hujus lectionem tuetur Gruterus, cum quidam vellent *homini.* vid. Gron. pater ad Liv. 1, 3, & quos laudat Drakenb. ad Sil. 14, 70, & ad Liv. 37, 54. ¶ 8. *Nomen* ſæpe rei vel perſonæ opponitur. Liv. 3, 65 *Iamque plebs ita in tribunatu ponere aliquid ſpei, ſi ſimiles Icilio tribunos haberet: nomina tantum ſe biennio habuiſſe.* Idem 7, 29 *Campani magis nomen ad præſidium ſociorum, quam vires cum attuliſſent.* Vides, *nomen* opponi *viribus* in hoc loco. In ſuperiore vero cum dicit Livius, biennio tribunos tantum fuiſſe *nomina*, ut clariſſime patet, ſignificat, nulla eos poteſtate & auctoritate fuiſſe, qualis fuerit in Icilio, ſed fuiſſe tantum inania nomina. Idem 5, 18 pr. *Me jam non eundem, ſed umbram nomenque Licinii videtis.* Ovid. A. A. 1, 440 *Nomen amicitia eſt, nomen inane fides.* add. Græv. ad Cic. ad Att. 5, 15 p. 519. Tac. Hiſt. 4, 75, 2 *Muciani ac Domitiani vana & ficta viribus nomina.* Perquamſimum itaque habeo, Tullium Parad. 4 ſcripſiſſe: *Cum ferro pulſis magiſtratibus ſenatus nomen in republica erat*, h. e. ſenatus quidem erat, ſed nullæ vires, nulla poteſtas, nulla auctoritas. ¶ 9. *Inferioris perſonæ*, ſcribit Servius in Virg. 1 Æn. *reverentia eſt majorem meritis appellare, non nomine: contra majoris eſt minorem nomine tantum vocare. Qui ordo non niſi per indignationem corrumpatur*, &c. Sane nomine proprio appellare, familiaritatis eſt. Ter. Andr. 1, 1, 107 *Mea* GLYCERIVM: ubi Donatus: MEA, inquit, *quaſi amator*; GLYCERIVM, *quaſi familiaris dixit.* Vide eumdem ad illud Ter. Eun. 3, 2, 12 *Salve, mi Terenſe*: & ad illud Adelph. 2, 2, 2 *Quid iſtuc Sanio eſt?* Aliquando & comitatis ac popularitatis eſt. Ita Imperatores milites ſuis propriis appellabant nominibus, amoris & benevolentiæ conciliandæ cauſſa, vid. Plutarchum Themiſtocle p. 114, Polyb. l. 10 p. 592, Tac. Hiſt. 1, 23: & Plin. Paneg. Trajani c. 23. Nam ſuperborum eſt, ne meminiſſe quidem. Paulinus in obitum Celſi v. 515 *Nec dignaris nos homines vel nomine fari.* ¶ 10. Cæterum *nominibus* aliquam vim ineſſe, & creditum olim fuit, & nunc quorundam opinio eſt, Rutil. Itin. 1, 309 *Nominibus certos credam decurrere mores, Moribus an potius nomina certa dari?* ubi de Lepidis reip. infauſtis. Quapropter non modo deliberabant diligenter de illis, cum imponenda primum eſſent: ſed &, ſi quos cui rei adhibere volebant, diſpicere ſolebant, quam bene ominatis nominibus eſſent. vid. Origenem contra Celſum lib. 1 p. 19, Feſtum in *Lucrinus*, & ibi Scalig. & patrem Scaligerum Exercitat. 266, Lipſium item ad 4 Hiſt. Taciti p. 526, nec non Grotium prolegomenis in Phœniſſas Euripidis p. 20, Cauſſinum denique de Eloquentia 4, 39; & Voſſium Inſt. Orat. 1, 5 ſect. 17 p. 69. Huc pertinet etiam ex parte Homilia 54 Petri Chryſologi. Hanc ob cauſſam ſceleratorum nomina aut infelicium repudiabant poſteri. Vid. Burm. ad Quint. 3, 8 p. 270 & Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 33, ubi de prænominibus quarundam familiarum damnatis. ¶ 11. De ratione nominum apud Romanos veteres præter ea, quæ Sigonius lib. 2 Emendat. itemque Beroaldus & Torrentius ad Suetonium aliique prodiderunt litteris, vide peculiarem librum Onuphrii Panvinii *de antiquis Romanorum nominibus* inſcriptum. Nempe omnibus ſeculis in hominum nominibus & varietas, & licentia fuit. Græci uno nomine contenti erant: quemadmodum & ſervi apud Romanos unicum habebant nomen: Romani vero πολυώνυμοι, nam & nomine familiæ & prænomine & cognomine & agnomine honorabantur, de quibus ſtatim. Cæterum de nominum apud Romanos ratione, ſingularia multa docebit Iac. Perizonius animadverſ. hiſtor. c. 2. Reliquorum autem induſtriam & in hoc argumento videtur ſuperaſſe Spanhemius diſſertatione decima æterni operis ab initio: ubi v. g. docet, nomina proprie dicta, ſ. familiarum in IVS omnia exiſſe, nomina eadem in diverſis vel iisdem gentibus mox prænominum loco mox cognominum fuiſſe: tum de mulierum nominibus diſputat, de nomine ipſo proprio ejusque natura, de mutata ſede nominum, de varia cognominum origine, de adoptatorum nominibus. ¶ 12. De nominibus, quibus ICti utuntur exemplis ſuſtentandis, v. g. Cajus, Sempronius, Titius &c. vid. Bynckershœck. obſervat. Iuris Rom. L. 1 c. 22, qui laudat etiam Alciati parerga L. 1 c. 26. Cujac. obſ. 2, 11. Plutarch. Ῥωμαϊκ. quæſt. 30. ¶ 13. Nominum ad contumeliam detortorum catalogum texit Fabric. B. G. L. 1 c. 29 § 8 p. 171. ¶ 14. *Nomen* & *numen* ſæpe confunduntur a librariis. Drakenb. ad Sil. 1, 669; 16, 655. Item *Nominum* & *Hominum*, v. Cort. ad Plin. Ep. 2, 10.

¶ Nominābĭlis, *e*, rühmlich, apud Ammianum 28, 4.

¶ Nominālis, *e*, ad nomen pertinens, zum namen gehörig; ut, *Nominalis gentilitas*, Varro de Lat. Ling. 7, 2.

¶ Nominālĭter, adverb. namentlich. Arnob. lib. 2 p. 80 *Nominaliter annuerimus.*

¶ Nōmĭnālia, *ium*, n. pl. dies ſolennis, quo puero imponebatur nomen. Vet. Gloſſ. *Nominalia*, ὀνομαστοδεσία. Greg. Nazianzenus ὀνομαστήρια vocat, der namens-tag, das namens-feſt. Tertull. de Idolatria c. 16 *Circa officia privatarum & communium ſolennitatum, ut togæ puræ, ut ſponſalium, ut nuptialium, ut nominalium.* v. Scaligerum ad Feſtum in *Luſtricus dies*: item Auſon. Lect. 2, 21, præcipue Caſaubon. in Perſ. ſat. 2, 2 p. 148, ubi fuſius totam rem explicat.

¶ Nōmĭno, *avi, atum, are*, nominatim compellare, mentionem facere, mit namen nennen; ut, *Suo certo ac proprio vocabulo rem aliquam nominare*, Cic. pro Cæcin. c. 8. Ter. Heaut. 2, 3, 62 *Quid ait, ubi me nominas?* was ſagte ſie, da du meiner gedachteſt? *Nominare nomen alicujus*, Idem Phorm. 5, 1, 12. ¶ 2. *Nominare* etiam eſt, nomen alicujus ad magiſtratum deferre criminis cauſſa, ſive indicare, einen angeben. In ſenatus conſulto apud Livium 31, 17 *Si quisquam ad ſe deduxiſſet nomenve abſentis detuliſſet, qui nominatus profugiſſet, diem certum definiturus: ad quem niſi citatus reſpondiſſet, abſens damnaretur. Si quis eorum, qui tum extra terram Italiam eſſet, nominaretur, ei laxiorem diem daturos.* Ita & Suetonius uſus Cæſ. 17 & c. 20; item Tib. c. 72; & Plin. 9 ep. 13, 17, & 10, 97, 6. ¶ 3. Eſt &, ad obeundum aliquod munus quem deſignare, vorſchlagen, benennen. Qua ratione proprie de ſacerdotibus uſurpatur. Plinius paneg. c. 71 *Iam quo aſſenſu ſenatus, quo gaudio exceptum eſt, cum candidatis, ut quemque nominaveras, oſculo occurreres?* Idem Plin. 2 epiſt. 1 *Sic illo die, quo ſacerdotes ſolent nominare, quos digniſſimos ſacerdotio judicant, me ſemper nominabat.* Ita & 4 epiſt. 8, quem locum paullo poſt adducemus. Suet. Claud. c. 22 *In cooptandis per collegia ſacerdotibus, neminem niſi juratus nominavit.* ¶ 4. *Honoris cauſſa nominare*, elegans dictio eſt, qua in honorifica alicujus mentione utuntur. Cic. pro Roſc. Am. c. 2 *L. Sylla, quem honoris cauſſa nomino*, deſſen ich mit aller hochachtung gedencke, & c. 6 *Quas, ut æquum eſt, familias honeſtatis amplitudinisque gratia nomino.*

¶ Nōminātus, *a, um*, genennet, benahmet. Cic. Act. 1 in Verr. c. 7 *Quem ego hominem bonoris potius quam contumeliæ cauſſa nominatum volo.* Idem Off. 3, 33 *Ab Ariſtippo Cyrenaici philoſophi nominati.* ¶ 2. Celebris, berühmt. Idem Cic. Verr. 2, 12 *Altalica tota Sicilia nominata peripetaſmata.* Tertull. de Anima c. 13 *Nominatoria pericula.* Et Auguſtinus de C. D. 16, 2 *Quid nominatius Chriſto?* Plin. 12, 9 *In Bactriana bdellium nominatiſſimum.* Et, *Nominatiſſimi Græciæ auctores*, Priſcianus libro de Verſibus Comicis p. 1327 ed. Putſch.

¶ Nominātim, adverb. namentlich, mit namen; ut, *Nominatim quem appellare*, Cæſ. B. Gall. 2, 25. *Nominatim proferre*, Cic. pro Roſc. Am. c. 16. Idem ad Att. 11, 6 pr. *Vt non nominatim, ſed generatim eſſet proſcriptio informata*, nicht auf einzelne und mit namen genennete perſonen gerichtet. Idem ſam. 13, 28 *De te nominatim rogo*, hoc eſt, expreſſe. Sic, *Excipere aliquem nominatim*: Idem Cic. Att. 11, 7 *Tum ille edixit ita, ut me exciperet, & Lælium nominatim, quod ſane nollem, poterat enim ſine nomine, re ipſa excipi.* Nepos 1, 1, 3 *Conſulentibus nominatim Pythia præcepit, ut Miltiadem ſibi imperatorem ſumerent.*

¶ Nōmĭnātus, *us*, m. habit. die benennung. Varro de L. L. 9, 1 *Ad nominatuum ſimilitudines animadvertendas.*

¶ Nominātio, *ōnis*, f. idem. Tac. Ann. 6, 45, 4 *Æſtimando cujusque detrimento quatuor progeneri Cæſaris delecti, additusque nomina-*

natione conſulum P. Petronius. De ſacerdotibus Cic. Phil. 13, 5 de Pompeji filio loquens: *In paternum locum ego eum, ut, quod a patre accepi, filio reddam, mea nominatione cooptabo.* Plin. 4 epiſt. 8 *Qui me nominationis dte per hos continuos annos inter ſacerdotes nominabat.*

¶ Nominātor, *ōris*, m. qui nominat, qui aliquos ad certum munus idoneos declarat, der einen vorſchlag oder denomination zu thun hat. v. Vlpian. Dig. 27 tit. 8 de *nominibus magiſtratuum.*

¶ Nominatīvus, *a, um*; ut; *Nominativus caſus*, grammaticorum verbum, ſed antiquum, quo jam tum Varro uſus eſt de L. L. 7, 29, & 9, 1. Petronius in Fragm. quod profert Burmannus p. 688. Hæc autem prima nominis terminatio, ex qua cæteræ cadunt, ita dicitur, quod nominativo res nominentur directe.

¶ Nōmĭnĭto, *are*, frequent. offt nennen, apud Lucretium: e. g. 3, 353 *Motus, quem ſenſum nominitamus.* Item 6 v. 423 *Graji nominitarunt.* Et 4 v. 48 *Cortex nominitanda eſt.*

¶ Nominitatus, *a, um*, benamet. Ferretio teſte Muſ. Lapid. p. 158 legimus in cippo Romano: *Viva Poilematium ſum Aurelia nominitata.*

¶ Nomenclātor vel Nomenculātor, *ōris*, m. ſervus erat in familiis beatiorum, qui nomina quibus opus erat teneret, & ſalutaturo præſertim domino in aurem inſuſurraret. *Servum, qui dictet nomina*, Horatius vocat 1 epiſt. 6, 50. Cicero *monitorem* dixit pro Muræna c. 36, qui locus claſſicus eſt. Quintil. 6, 3: & Suet. in Claudio c. 34 *Nomenculatorem* dixerunt, quod plenum & integrum eſt. *Nomenculator* enim a nomine calando, ſive vocando dicitur: quippe qui Græcis etiam ὀνοματοκλήτωρ appellatur. Niſi forte ſimplicius eſt, a *Nominare* dictum putare, ſicut *Miſſiculare* a *Mittere.* Vet. Gloſſ. ὀνοματοκλήτωρ, *Nomenculator.* Ita Martialis quoque 10 epigr. 30 *Nomenculator mugilem citat notum.* Vbi Raderus inter alia hæc notat: Idem valent *nomenclator* & *nomenculator*, ut *templum* & *tempulum.* Vſus eſt Suetonius hoc eodem verbo *Nomenculatoris* in Aug. c. 19, & Calig. c. 14; & Petron. c. 47. Cæterum adhibiti NOMENCLATORES, tum ob prenſationes, tum ob ſalutationes fuerunt. Nam candidati magiſtratuum commendaturi ſe tribubus in ſuffragia, ut quemque civium ſuo appellare nomine poſſent, habebant ſervos, qui vocabula eorum, quæ ignorabant, ſæpius ſibi ſubjicerent. Sed magiſtratus etiam & alii potentiores ob frequentiam adeuntium, ac ſalutantium, ut ſua iis reddere poſſent nomina, de iis a nomenclatoribus ut admonerentur neceſſe erat. His enim memoriter omnium tenere nomina, qui dominos adire ac ſalutare vellent, incumbebat. Quamquam ſervorum quoque ipſorum cauſſa hoc genus ſervorum haberi ſolitum, Plinius auctor eſt 33, 1; *Hoc*, inquit, *profecere mancipiorum legiones, & in domo turba externa, ut ſervorum quoque cauſſa nomenclator adhibendus.* Nam cum in tanta multitudine tenere omnium nomina domini haud poſſent, habendus erat, qui ea ipſis dictaret, ut Horatius loquitur. Eosdem *Fartores* etiam appellatos, Feſtus obſervat, qui etiam rationem appellationis adjicit: FARTORES, inquit, NOMENCLATORES, *qui clam velut infarciunt nomina ſalutatorum in aurem candidati.* Vbi pro *ſalutatorum, ſalutandorum* malim legere: id eſt, eorum quos ſalutare atque ambire pro impetrandis eorum ſuffragiis candidatum oporteat. Iidem citabant etiam reos ex memoria in foro, convivas domi. Plura ſuggerere Popma de operibus ſervor. p. 38. ¶ 2. Illud pæne ridiculum eſt, etiam *in menſa* adhibitos *nomenclatores*, qui convivas ciborum nomina & conditionem docerent. vid. Plin. 32, 6 ſ. 21. Petron. c. 47.

¶ Nomenclātio, *ōnis*, f. actio & officium nomenclatoris. Cic. de Pet. Conſ. 11 *Ea deſiderat nomenclationem, blanditiam, aſſiduitatem.* Columella 3, 2 ſub finem: *Nomenclationis aucupium.*

¶ Nomenclatūra, *æ*, f. das verzeichniß oder regiſter der namen. Plin. 2, 7 *Celeſtem nomenclaturam* vocat nomina ſtellis impoſita. Idem lib. 3 prœm. *Sit quædam in his nomenclatura mundi rerumque naturæ.* De libris ſuis loquitur.

¶ Nominetenus, dem namen nach. Tac. An. 15, 6, 4 *Vſurpatas nominetenus urbium expugnationes dicitans*, man hätte die ſtädte nur mit dem maul, oder dem namen nach eingenommen, i. e. falſo jactatas urbium expugnationes.

Compoſita a *Nomen*:

¶ Agnōmen, *ĭnis*, n. eſt nomen, quod extrinſecus, vel aliqua cauſſa quæſitum eſt, & ad ultimum adjicitur, der zuname, beyname. Quomodo a cognomine ac prænomine differat, vide mox in *Prænomen.* Cic. de Invent. 2, 9 *Nomen cum dicimus, cognomen quoque & agnomen intelligatur oportet.* ¶ 2. Nec ineleganter *Adnomen* ſcribitur, quod æque προσηγορίαν ſonat. Capitolinus in Vero c. 3 *Nec aliud ei honorificentiæ adnomen adjunctum eſt, quam quod Auguſti filius eſt appellatus.* Adi Salmaſium eo loco.

¶ Agnomentum, *i*, n. idem. Apul. Apol. p. 310 *Agnomenta ei duo indita.*

¶ Agnominātio ſive Annominatio, *ōnis*, f. παρονομασία, figura, quæ ſimilitudine litterarum deflectit vocem in contrarium, ein wort-ſpiel; ut Ter. Andr. 1, 3, 13 *Inceptio eſt amentium, haud amantium.* Cic. in Verr. *Sicilia te non prætorem, ſed prædonem habuit.* de hac figura vid. Auct. ad Herenn. 4, 21; & Voſſ. Rhet. 5, 51.

¶ Binōmĭnis, *e*, was zwey namen hat; ut, *Iſter binominis.* Dicitur enim & *Danubius*, Ovidius de Pont. 1, 8, 11.

¶ Binōmius, *a, um*, idem; vel ut Feſtus exponit, *cui geminum eſt nomen; ut Numa Pompilius, Tullus Hoſtilius.*

¶ Cognōmen, *ĭnis*, der beynahme, zuname. Cic. Off. 3, 31 *Manlius, ad Anienem Gallo, quem ab eo provocatus occiderat, torque detracto, cognomen invenit.* Idem Somn. Scip. c. 2 *Hæreditarium cognomen.* Vid. quos in *Nomen* n. 11 laudavimus.

¶ Cognōmentum, *i*, n. idem. Cic. pro Mil. c. 17 *C. Caſſinius cognomento Scola.* Idem de Fin. 2, 5 *Heraclius, cognomento qui εκτικὸς perhibetur.* Adde Tac. An. 12, 26, 1; & 55, 1.

¶ Cognomĭnis, *e*, plur. *cognomines*, qui ejusdem ſunt cognominis, die einen zunamen haben; ut, *Duæ germanæ cognomines*, Plaut. Bacch. 1, 1, 5. Et Virg. Æn. 6, 383 *Gaudet cognomine terra*; ubi Servium adeas, qui de recto caſu ita cenſet: *Facit Hic & Hæc COGNOMINIS. Quod autem communi genere in E miſit ablativum, metri neceſſitas fecit.* Plin. 6, 2 pr. *Ab Henetis in Italia ortos cognomines eorum Venetos credi.* Suet. Vitell. c. 2 *Quatuor filios cognomines, ac tantum prænominibus diſtinctos, reliquit.*

¶ Cognomĭno, *avi, atum, are*, mit dem zunamen nennen. Plin. 21, 3 *Serapio cognominabatur propter ſimilitudinem ſuarii cujusdam negotiatoris.*

¶ Cognōmĭnatus, *a, um*, zugenannt. Cic. Partit. Orat. c. 15 *Verba plena, ſonantia, juncta, facta, cognominata, non vulgata.*

¶ Cognominatio, *onis*, f. Afran. apud Nonium 2, 144 *Genus cognominationis.*

¶ Denomino, *are*, nomen imponere, nennen. Aut. ad Herenn. 4, 32 *Ab eo quod continet id, quod continetur, denominabitur*, wird den namen bekommen. ¶ 2. Grammaticis *Denominare* idem eſt quod nomen aliud ex alio deducere.

¶ Denominatus, *a, um*, genennet. Horat. 3 od. 17, 1 *A Lamo priores Lamias ferunt denominatos.* Quintil. 1, 10 *Propria ſunt verba, quum id ſignificant, in quod primum denominata ſunt.* Id. 8, 2 *Multa ſunt & Græce & Latine non denominata.*

¶ Denominātio, *ōnis*, f. die benennung, *quæ a propinquis & finitimis rebus trahit orationem, qua poſſit intelligi res, quæ non ſuo vocabulo ſit appellata*, Aut. ad Herenn. 4, 32.

¶ Denominatīvus, *a, um*, quod a nomine deſcendit. Grammaticis & Logicis *Paronymum* eſt *denominativum nomen*, e. g. *a Ferrum, ferreus: Quercus, Quernus*; adjectivum ſcilicet ex ſubſtantivo.

¶ Denominative, adverb. idem. Mart. Capella 4 p. 114 *Situs omnis denominative dicitur; ut ſedere a ſeſſione, &c.*

¶ Denominator, *oris*, m. ein nenner; vox Arithmeticis familiaris.

¶ Denominatrix, *īcis*, f. apud Boëthium.

¶ Ignōmĭnia, *æ*, f. infamia, probrum, dedecus, ſchmach, hohn, ſchande. *Ignominia afficere*, Cic. pro Roſc. Am. c. 39, beſchimpffen. Plus eſt *ignominia quem notare*, quod in pœnarum generibus habetur, einem öffentlichen ſchimpff anthun. Idem Phil. 7, 9 *Reſpondendum honorifice eſt Marrucinis, qui ignominia notandos cenſuerunt eos, qui militiam ſubterfugiſſent.* Et, *Ignominiam depellere*; Quintil. 1, 2. ¶ 2. Proprie & peculiariter de nota cenſoria uſurpatur. Cic. pro Cluent. c. 42.

¶ Ignōmĭnĭoſus, *a, um*, ſchmählich, ſchimpflich; ut, *Ignominioſa fuga*, Liv. 3, 23. *Ignominioſa dicta*, Horat. de Arte Poët. v. 247, ſchimpffworte. Et, *Ignominioſiſſimum caput*, Tertull. Apolog. c. 15.

¶ Ignominioſe, adverb. idem: ut, *Ignominioſe turpare.* Eutrop. 4, 10. *Ignominioſius tractari*, Arnob. lib. 4. *Ignominioſiſſime fugere*, Oroſius 7, 7 extr.

¶ Ignominiatus, *a, um*, ignominia affectus, beſchimpfft, geſchändet, Gell. 8, 15.

¶ Innōmĭnatus, *a, um*, ἀνώνυμος, ungenannt. Sarisb. 2, 27 *Duo viri innominati & innominabiles.*

¶ Innōminabĭlis, *e*, ἄῤῥητος, unausſprechlich. Apul. lib. 1 Dogm. Plat. p. 3 *Deus indictus, innominabilis.* Et Tertull. adv. Valentinian. c. 27 *Inenarrabile & innominabile.*

Multinominis, *e*, vide ſupra *Multus.*

¶ Prænōmen, *ĭnis*, n. quod præponitur, der vorname. Sequuntur nomina hoc ordine *P. Cornelius Scipio Africanus. Publius*, prænomen eſt, quod ita dicitur, quia proprio ſeu gentilitio nomini præponitur; *Cornelius* nomen eſt gentilitium, vel familiæ: *Scipio* cognomen eſt, proprium ſcilicet, quod gentilitio ſubjungitur; *Africanus*, agnomen eſt: quod ex aliquo facto ſeu eventu accedere ſolet. Sic *M. Portius Cato Cenſorius.* vid. Val. Maximi Epit. de Nominum ratione, inprimis quos laudavimus ad *Nomen* n. 11. Raro *prænomen* litteratura integra nominibus præponitur, ſed aut una majuſcula, aut duabus aut tribus, ut C. *Cajus*; M. *Marcus*; Cn. *Cneus*; Sex. *Sextus.* Vide Diomed. lib. 1. Et Horat. 2 ſat. 5, 32 *Gaudent prænomine molles Auriculæ.* Id eſt, homines amant ſolo prænomine appellari, quod ſcilicet propiorem hoc notitiam & familiaritatem indicare videtur. Vid. Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 31 ſq.

¶ Prænōmĭno, *are*, einen vornamen geben. Exſtat in Epitoma de Nomin. rat. quam vulgo Val. Maximo adſcribunt. *Tullus prænominatus eſt ominis gratia, quaſi tollendus.* Sed & Varro ap. Non. 4, 319 *Qui celeriter erant nati, fere Numerios prænominabant.*

¶ Prōnōmen, *ĭnis*, n. eſt pars quædam orationis, ein vorwort, vox, quæ eſt vice nominis, apud Priſcianum, Cariſ. &c. Sic & Varro de L. L. 7, 23 *Nomina, Romulus, Remus*; *pronomina, hic, hæc.* conf. Quintil. 9, 3; & Apulej. de Syll. Categ.

¶ Pronominālis, *e*, das ein vorwort hat; ut, *Pronominalis conſtructio*, Priſcian. lib. 17.

¶ Pronominatio, *ōnis*, f. figura rhetorica, *quæ cognomine extraneo demonſtrat id, quod ſuo nomine appellari non poteſt*, Aut. ad Herenn. 4, 31. Græce ἀντονομασία.

¶ Supernōmĭno, *are*, einen zunamen geben. Tertull. Apol. c. 18 *Ptolemæorum eruditiſſimus, quem Philadelphum ſupernominant.*

¶ Transnomĭno, *are*, aliud nomen imponere, nomen mutare, den namen verändern. Suet. de Domit. c. 13 *Septembrem menſem & octobrem ex appellationibus ſuis Germanicum Domitianumque transnominavit.* Id. de Illuſtr. Grammat. c. 18 *L. Craſſicius, cognomine Paſides, mox Panſam ſe transnominavit.* Adde Tertullian. adv. Marcion. 4, 39 pr.

¶ Transnominatio, ōnis, f. Gloss. lat. gr. *Transnominatio, μετωνυμία.*

NŌMENTVM, i, n. urbs Sabinorum in Latio, quæ colles vitiferos habuisse dicitur. v. Ovid. Fast. 4, 903; & Martial. 13 epigr. 15.

¶ Nomentānus, a, um, adj. ut, *Nomentanus agellus*, Martial. 7 epigr. 92. *Nomentana vindemia*, Idem 13 epigr. 119. *Nomentanus nepos*, Horat. 2 sat. 1, 22. *Nomentana via*, Liv. 3, 52.

Nomisma, vide paullo post *Numisma* in *Numus*.

NŌMVS, i, m. νόμος, *lex*, ein Geſetz, a νέμω, *distribuo*. ¶ 2. *Nomus* Gr. νομὸς præfectura, regio, ein gebiete, oder pflege. Nomen Ægyptiis proprium Plinius facit 5, 4, *Dividitur* (Ægyptus) *in præfecturas oppidorum, quas NOMOS vocant.* vide eumdem & 36, 13. Signate igitur Trajanus apud Plinium minorem 10 epist. 23 *Tu ex quo nomo sit, notum mihi facere debes.* Nam de Ægypto loquitur. Auctor libri 1 Maccab. 10, 30 & 11, 34, etiam νομῶν Iudææ meminit. Ex vicina forte Ægypto petita consuetudine, aut quia Alexandrinus ipse. ¶ 3. In musicis *Nomus* (νόμος,) lex vel qualitas vocis est, quæ alias τρόπος, latine *Modus* appellatur: ut *Dorius, Phrygius, Lydius, &c.* Vide Plutarchum & Boëthium de Musica 3, 14. Suet. Ner. c. 20 *Ac ne concussō quidem repente motu terræ theatro ante cantare destitit, quam inchoatum absolveret nomon*, i. e. cantilenam ad certum modum seu nomon institutam. Nam pleræque cantilenæ νόμοι dicebantur, ut Aristoteles observat Problem. 28 sect. 19, & cur id fiat, ibidem quærit.

¶ Nomanandria, æ, f. νομανανδρία, ignavia, inertia, vacatio in præfecturis, Cic. ad Att. 5 epist. 11 extr. Sed Popma vult νομανδρίαν, sensu contrario.

¶ Nōmarcha, æ, m. Nomi præfectus, ein landvogt, apud Plinium majorem 5, 14.

¶ Nōmŏphȳlax, ācis, m. νομοφύλαξ, legum præses & custos, Cic. de Leg. 3, 20; & Colum. 12, 3.

¶ Nōmŏthĕta, æ, vel Nomothĕtes, æ, m. νομοθέτης, qui legem fert, ein geſetzgeber, legislator, cujusmodi fuerunt Zaleucus, Lycurgus, Solon, &c. a νόμος, & τίθημι.

¶ Antinomia, æ, f. ἀντινομία, leges contrariæ. Vtitur eo nomine Quintil. 7, 8, & vulgo ICti ubi disputant, sintne in corpore juris leges pugnantes. ¶ 2. Appellant ita & dogma eorum, qui negant ad Ecclesiam pertinere legis usum. Quorum seculo XVI princeps fuit Ioannes Agricola Islebius. Ipsi vero appellati

¶ Antinomi, geſetzſtürmer. Vide Theologorum libros.

¶ Dianŏme, es, f. διανομή, i. e. divisio, portio cuique distributa, die austheilung, ausſpendung. Hanc vocem Casaubonus restituit in Plinii 10 epist. 117 & 118.

¶ Eunŏmia, æ, f. εὐνομία, recte juris legumque constitutio, & juri recte constituto obtemperatio, recht und gerechtigkeit. Bud.

¶ Eunŏmus, i, m. εὔνομος, legibus conformis, geſetzmäßig. In *Eunomum medicum* vide Ausonii epigramma 75.

¶ Isonomia, æ, f. ἰσονομία, Epicureæ disciplinæ vocabulum. Dicebat enim Epicurus apud Ciceronem Nat. Deor. 1, 19 *Eam esse naturam, ut omnia omnibus paribus paria respondeant. Hanc* ἰσονομίαν *appellabat Epicurus, i. e.* æquabilem tributionem. *Ex hac igitur illud efficitur, si mortalium tanta multitudo sit, esse immortalium non minorem: & si quæ interimant innumerabilia sint, etiam ea quæ conservent, infinita esse debere.* Et c. 39 *Confugis ad* æquilibritatem, *sic enim* ἰσονομίαν, *si placet appellemus: & ais, quoniam sit natura mortalis, immortalem etiam esse oportere.*

NON, adverb. nein, nicht, jungitur omnibus modis, excepto imperativo: (hic enim *Ne* poscit, de quo supra) *Non aliter*, Cajus l. 2 ff. quibus mod. pign. &c. Et, *Non adeo inhumano sum ingenio*, Ter. Eun. 5, 2, 41, ich bin ſo unfreundlich nicht. *Non ab re esse mihi videtur*, Liv. 35, 32, es ſcheinet nicht ungereimt zu ſeyn. *Non ita multis ante annis*, Cic. pro Rosc. Am. c. 23. *Non ita multo post*, Liv. 35, 11, nicht ſo gar lange darnach. *Non temere est*, Ter. Eun. 2, 2, 60, es iſt nicht ohne urſache. *Qui non nisi apud Germanias assequi nomen imperatorium posset*, Tac. An. 2, 26, 7. *Non modo, non solum, non tantum*, nicht allein. Quibus respondent, *sed etiam, verum etiam*, ſondern auch. Sed, *tantum non, modo non*, eſt, *propemodum*, vide supra *Modo*. Et solet nonnunquam pro *non solum, non tantum*, absolute *non* poni. Vt ap. Liv. 4, 13 in codicibus nonnullis: *opus esse, non forti viro, sed etiam libero.* Conf. 28, 11. *Ita, ut non præda, sed cæmati quoque in periculo fuerint.* ¶ 2. *Non modo, non solum*, pro, *non modo non, non solum non*, scriptoribus elegantissimis haud infrequenter usurpari, jam dudum est, quod viri docti animadverterunt. Lege Paul. Manut. Comm. ad fam. Cic. 1, 9 p. 143 ed. Græv. p. 64, quem vide etiam ad Att. 2, 1 p. 166. Sim. Bos. ad Cic. ad Att. 5, 13 p. 190; Budæum annot. prior. in Pand. p. 541, (ubi observat, etiam Græcorum imitatione hoc factum, de quo ipsum porro consule comm. ling. græc. f. 479). Muret. Var. Lect. 10, 7; ubi nescio cujus viri docti, huic observationi obloquentis, sententiam confutat; Turfellin. de partic. c. 108, & quos Drakenb. ad Liv. 25, 26 adducit. Sic, *Regnum non modo Romano homini, sed ne Persæ quidem cuiquam tolerabile*, Cic. Att. 10, 7. Et Liv. 28, 29 *Adeo torpentibus metu, qui aderant, ut non modo ferocior vox adversus atrocitatem pœnæ, sed ne gemitus quidem exaudiretur.* Idem 30, 11 *Masæsuli non modo primum impetum, sed ne conspectum quidem signorum atque armorum tulerunt.* Hoc idem valet in *Neque modo* ac similibus. Cic. Tusc. 5, 33 *Tertias* (cupiditates,) *quod essent plane inanes, neque necessitatem modo, sed ne naturam quidem attingerent, funditus ejiciendas putavit* (Epicurus). Vides autem in hac loquendi forma sequi solere *sed ne quidem*, aut aliud quid ejusmodi, quod negationem haud obscure præ se ferat: quale est etiam, *sed vix.* Cic. pro Cæl. c. 17 *Hæc genera virtutum non solum in moribus nostris, sed vix jam in libris reperiuntur.* Neque nulla tamen sunt exempla, in quibus negationem sequentem desideres. Tamen hoc est, quod e Cic. in Catil. 1, 3 profert Muretus: *Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego non modo audiam, sed etiam videam, planeque sentiam.* Sed omnino in alteram istam partem crebriora sunt exempla. Itaque Casaubonus not. ad lib. 3 Diog. Laërt. cum hoc Apul. (de dogm. Plat. p. 250 ed. Colv.) protulisset; *Ita suos libros explevit, ut primus tripartitam philosophiam copularit, sibique invicem necessarias partes neque pugnare inter se tantummodo, sed etiam mutuis adjuvare auxiliis ostenderit:* nescire se ait, an alibi loquendi hoc genus apud Latinos reperiatur. Atque postulat omnino ratio, ut, si quo in commate negandi particula desit, posit ea beneficio constructionis ex alio commate conjuncto elici, vel ita verborum connexio institui, ut intelligatur, semel positam negationem sensui sufficere. Vt si Ciceronis illud, quod primo ponebamus loco, sic interpretere: *Regnum non est tolerabile*, (seu est intolerabile,) *non modo Romano homini, sed etiam Persæ.* ¶ 3. Vicissim alicubi putes evenire, ut abundet negatio, quæ tamen censenda potius est, majoris emphaseos gratia altero in commate repeti. Quintil. 9, 1 *In dicendo irasci, dolere, misereri, timere, confidere, contemnere, non sunt figuræ, non magis, quam suadere, minari, rogare, excusare.* Pro quo dici concisius potuisset semel tantum negatione adhibita: *non sunt magis figuræ, quam suadere &c.* ¶ 4. Porro meminerint elegantiæ studiosi, aliquando æquipollere negationem affirmationi, aliquando valere plus, non raro & minus, de quo & Hermogenes alibi monuit. (1) Aliquando, inquam, æquipollet: Cic. Verr. 2, 37 *Non erat obscurum, quid homo improbus cogitaret*, i. e. manifestum erat. Corn. Nepos 9, 2, 3 *Neque vero non fuit apertum.* (2) Plus valet; ut cum Cicero ad Brutum scribit, *Varronem non sine industria versari in studiis.* Intelligit enim, ipsum industria maxima in studiis versari. Nam paullo ante eumdem *Virum summæ industriæ appellarat.* Horat. 3 od. 4, 20 *Non sine Diis animosus infans*: i. e. maxime animosus cum Diis. Sulpit. Cic. fam. 4, 12 *Etsi scio, non jucundissimum me nuntium vobis allaturum*: i. e. multo tristissimum. Ita Apulejo Apologia, *non dissertissimus* maxime infans est, non indisertus tantum, uti ex præcedentibus patet. Huc referenda illa laudandi forma *non spernendus* auctor, de qua f. l. (3) Aliquando tamen & minus valet, & medium quiddam significat: Columella 11, 3 *Chærephyllum itemque olus atripliciis circa calendas Octobr. obrui oportet non frigidissimo loco*, i. e. temperato, hoc est, nec calido nimis nec nimis frigido. Nepos 17, 8, 2 *Comites omnes vestitu humili & obsoleto, ut eorum ornatus non modo his regem neminem significaret, sed hominis non beatissimi suspicionem præberet. Vbi non beatissimum*, pro *non ditissimo* dixit: hoc est, qui non in magna quidem re, ut Cicero loquitur, neque pauperrimus tamen ac infelicissimus omnium esset. Inservitque hæc ratio modestiæ, ac verecundiæ, præcipue de nobis ipsis cum loquimur. Cic. fam. 1, 9 pr. *Sed certe & ego te auctore amicissimo & sapientissimo, & tu, me consiliario fortasse non imperitissimo, fideli quidem & benevolo certe usus esses.* ¶ 5. *Vnus non*, pro, *ne unus quidem.* Florus 2, 18, 17 *Oppressa civitas nullum de se gaudium hosti reliquit. Vnus enim vir Numantinus non fuit, qui in catenis duceretur*, nicht ein einiger. ¶ 6. Totam periodum negandi particula claudi, rarum est apud Latinos. Exemplum invenies apud Senec. epist. 103 (al. 102) *Fama utique vocem desiderat, claritas non.* Quin Cic. ad Att. 8, 3 p. 761 *Eam si nunc sequor, quonam? cum illo non.* Paullo post similiter fere, *Age jam, cum fratre, an sine?* Ita ad Att. 14, 12 p. 551 *Octavium sui Cæsarem salutabant, Philippus non.* ¶ 7. Aliquando geminatur eleganter hæc negatio. Catull. 14, 16 *Non, non hoc tibi false sic abibit.* Ter. Phorm. 1, 5, 73 *Non, non sic futurum est, non potest.* conf. Adelph. 1, 2, 21; & Heaut. 5, 1, 21. Plura collegit Manut. ad Cic. ad Att. 1, 9. ¶ 8. *Non* interdum adjectivis additur; ut, *non honestus, non dignus, non idoneus, non præceptus, non frequens, non artificiosus, non debitus, non naturalis, non scriptus.* Sic fæpe Cicero aliique, ubi vulgo fere, *inhonestus, indignus, &c.* vid. Parei Lex. Crit. p. 797. Item substantivis; ut, *non corpus*, Cic. Acad. 1, 11. *Non dominus*, leg. 8 *Culcinius* D. de vi & vi arm. vid. Pareus l. c. p. 800. ¶ 9. *Non vero* pro *non autem*, improbant Valla, Scioppius, Goclenius; sed vindicat Borrich. Vind. L. L. p. 142 autoritate Ciceronis de Senect. c. 9 *At hi quidem jam mortui sunt. Non vero tam isti quam tu ipse negator.* Et Vlpiani Dig. l. 1 tit. 16 leg. 6 § 3 *Non vero in totum xenios abstinebit Proconsul.* ¶ 10. *Non* pro *nonne* interrogative, Ter. Phorm. 1, 2, 69 *Non si redisset pater, vi veniam daret?* Sic & pro *ne* prohibendi particula idem Ter. Hec. 3, 2, 7 *Non visas nec mittas quemquam.* Plura ex Gellio, Virgilio & Horatio vide in Borrich. Cogit. p. 178. Quamquam reprehendere videatur ipse Quintilianus 1, 5.

¶ Nondum, non adhuc, noch nicht. Ter. Andr. 1, 2, 30 *Quid hoc, intellextin' an nondum etiam?* conf. Heaut. 3, 3, 36. Sic, *Nondum omnium dierum sol occidit*, es iſt noch nicht aller tage abend. Liv. 39, 26. Non raro sequitur *cum*. Cic. Off. 2, 21 *Nondum centum & decem anni sunt, cum, &c.* Conf. Id. pro Rosc. Am. c. 34; & fam. 2, 6; Liv. 27, 42, &c.

¶ Nonne, annon interrogandi adverb. iſt dem nicht alſo? *Nonne oportuit præcisse me ante?* Ter. Andr. 1, 5, 3. Ne sæpius repetatur, *non* pro *nonne* sufficit. Cic. Catil. 1, 11 *Nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis?* Conf. Verr. 5, 58, in Pison. c. 31; Tusc. 5, 27; & Cæs. B. Civ. 2, 32.

¶ Nonnihil, aliquantum, etlicher maſſen, zum theil, in etwas. *Et si nonnihil molesta hæc sunt mihi*, Ter. Adelph. 1, 2, 62. Sic & Nepos 23, 13, 2 *Nonnihil temporis tribuit litteris.* Et Cic. pro Quintio c. 1 *Eloquentiâ Q. Hortensii nonnihil commoveor.* Idem de Fin. 4, 23 *Non quia sit bonum valere, sed quia sit nonnihilo æstimandum.* Quidam divise scribunt.

¶ Nonnullus, a, um, aliquis, iemand, plur. Nonnulli, æ, a, etliche. Samon. 127 *Nonnullus liquidum fumis mulsumque sinapi.* Plinius 7 epist. 20 *Nonnullius in literis nominis.* Ter. Adelph. 1, 2, 68 *Nonnullam nobis in hac re facit injuriam.* Virg. Georg. 1, 22 *Alitis nonnullo semine fruges.* Nepos 25, 3, 2 *Nonnulli ita interpretantur.* conf. & 17, 8, 1.

¶ Nonnunquam, aliquando, bisweilen, zu zeiten. Cic. de Nat. D. 3, 37 pr. *Nonnunquam bonos exitus habent boni.* Idem fam. 5, 8 *Quædam pestes hominum laude aliena dolentium & te nonnunquam a me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi.* Adde Ter. Eun. 2, 3, 76; & Nepot. 20, 1, 6.

¶ Non-

¶ Nonnusquam, in aliquibus locis, an etlichen orten. Plin. 14, 19 *Nonnusquam vini face acetove condiunt.*

Annon, vide supra in *An.*

Nona, vide paullo post in *Novem.*

NŌNACRIS, *is*, f. oppidum Arcadiæ, juxta quod Stygium venenum stillabat, quo periisse Alexandrum, creditum fuit, Plutarch. in Alexandro extr. Hinc Tertull. adv. Valentin. c. 15 *Nonacris Alexandrum occidit.* Adde eumdem de Anima c. 50; & inprimis Vitruv. 8, 3.

¶ Nonacrius, & Nonacrīnus, *a um*, adj. i. e. Arcadius: ut, *Nonacrius heros* (Evander,) Ovid. Fast. 5, 97. *Virgo Nonacrina*, (Callisto) Idem Met. 2, 409. conf. Met. 1, 690; & Fast. 2, 275. *Nonacrina Atalanta*, A. A. 2, 185.

Nonæ, nonagenarius, nonageni, nonagesimus, nonaginta, nonanus, nonarius, v. *Novem.*

NONCŎLÆ, sive Nōncŏlæ, *arum*, f. pl. *papillæ quæ ex faucibus caprarum dependent*, Fest. Has Varro R. R. 2, 3 *Sub vestro mammillas pensiles vocat*, vel *mammulas.* Columella 7, 6 *Verruculas.* Plin. 8, 50 *Lacinias.*

Nondum, vide *Non.* Nongenti, *Centum.*

NONIVS, *i*, m. senator Romanus, de quo Plin. 37, 6; & Catull. 55, 2. ¶ 2. *Nonius Marcellus*, Grammaticus, cujus exstat libellus de Proprietate sermonum inter Auctores Latinæ Linguæ. Taceo alios plures hujus nominis.

Nonna, vide *Nonnus*, Nonne, nonnihil, nonnullus, nonnunquam, *Non.*

NONNVS, *i*, m. Panapolites, poëta Christianus. Scripsit carmine græco paraphrasin Evangelii Iohannis, item Dionysiaca. Floruisse eum Theodosio imperante, arbitratur Vossius de Poët. Græc. p. 791. ¶ 2. Est autem *Nonni* vocabulum alias appellativum, quo significatur *monachus.* Vocem Ægyptiam esse, ab Hebr. נן *Nin*, i. e. *filius*, docet Voss. de Vit. Serm. 1, 6 p. 26, quem vide; & 2, 13 p. 251; & de Orig. Idolol. 1, 24. Vsurpant alicubi scriptores ecclesiastici.

¶ Nonna, *æ*, f. femininum, quo significatur *monacha*, apud Hieronymum epist. 22, 6. Etiam ad Germanos transiit. Virginem enim sacram seu monialem vocamus eine nonne. Sed

¶ Nonnula, *æ*, f. rete ad capiendas aves, ein vogel-garn, vogel-netz, in Gloss. Isidori.

Nonunquam, nonnusquam, vide *Non*, Nonuncium, *Uncia*, Nonus, *Novem*, Nonūsfis, *As.*

NORBA, *æ*, f. colonia Romana in Latio, Plin. 3, 5; Liv. 2, 34; & 7, 42.

¶ Norbanus, *a, um*. adj. ut, *Norbanus ager*, Liv. 8, 19. Cognomen hoc primo fuit in gente Iunia, post in familiæ ipsum nomen transiit. vid. Spanh. de usu & præst. num. diss. 10 p. 11.

NŌRĬCVM, *i*, n. veteris Illyrici pars Rhætis Vindelicisque finitima, inque plures civitates olim divisa. De quo videndus legendusque Cluverius ex peculiari libro de Vindelicia & Norico: hodie fere convenit cum Bavaria, Bayerland.

¶ Nōricus, *a, um*, adject. ut, *Castella Norica*, Virg. Georg. 3, 474. *Noricus ignis*, Ovid. Met. 14, 713. *Norica rura*, Claud. Bell. Get. v. 365.

NORMA, *æ*, f. γνώμων, angulorum regula, ein winckelmaß, richtscheid. *Squadra* vulgo appellata, refert figuram litteræ L, duo vero brachia, ex quibus constat, *Anconei* vocantur: de quibus supra. Lucret. 4, 516 *Denique ut in fabrica si prava est regula prima, Omnia mendose fieri atque obstipa necessum est Normaque si fallax rectis regionibus exit*, &c. ¶ 2. Item, lex quædam & præscriptio, die regel, vorschrifft; ut, *Norma juris, formula judicii*, Cic. de Orat. 2, 42. *Quem penes arbitrium est, & jus & norma loquendi*, Horat. Art. poet. v. 72 de usu. Et, *Vitam ad rationis normam dirigere*, Cic. pro Muræn. c. 2 pr. Et Plin. 9 epist. 26 *Demosthenes, ille norma oratoris & regula*, das muster eines vollkommenen redners.

¶ Normŭla, *æ*, f. dimin.

¶ Normālis, *e*, nach dem winckelmaß. Manilius 2, 289 *Quorum designat norma is virgula sedes*; bley-recht, h. e. καθαρός, perpendiculum: vide ibi Scaligerum p. 125. *Rigores normales*, Aggenus de limitib. agror. p. 53. vid. Rigalt. Sic *angulum normalem* Quintil. 11, 3 rectum & perpendicularem dixit, gerader winckel.

¶ Normāliter, adv. idem. Frontin. de limitib. *Quæ normaliter ex rigore aguntur.* Ammian. Marcell. lib. 20, 4 *Cum luna e regione* (Solis) *normaliter steterit, lumine pleno fulgebit*, i. e. e diametro, gerade gegen über.

¶ Normo, *are*, nach dem winckelmaß richten. Diomed. Grammat.

¶ Normatus, *a, um*, ad normam compositus, abgemessen, winckelrecht. *Ad perpendiculum normatus*, Columell. 3, 13.

¶ Normātio, *ōnis*, f. die abmessung. Fragmentum agrarium de limitibus p. 217 *Proximam quamque extremitatem per omnes angulos, facta normatione, complectimur.*

¶ Normatūra, *æ*, f. idem. Innocentius de Casis litter. p. 221 ed. Goes. *Quæ res semper normaturam suam consequitur.*

¶ Abnormis, *e*, unrecht, unrichtig, unagereimt. Horat. 2 sat. 2, 3 *Rusticus, abnormis sapiens, crasso Minerva* i. e. ut interpretatur Lambinus, sapiens quidem, sed non ad istorum philosophorum normam. Legitur & *anormi*, ut cohæreat cum *Minerva.*

¶ Abnormitas, *ātis*, f. die untichtigkeit. Gloss. gr. lat. ἀρυθμία, *abnormitas.*

¶ Denormo, *āre*, pro inæqualem reddere, ungleich machen; ut, *Angulos ipse denormat agellum*, Horat. 2 sat. 6, 9. Sed

¶ Denormatus, *a, um*, ad normam formatus, gleich abgemessen; ut, *Denormata linea*, eine gleichgezogene linie, Aut. de Limit. ed. Goes. p. 252.

¶ Denormatio, *ōnis*, f. apud Augustinum.

¶ Enormis, *e*, normam excedens, übermäßig, über die schnur, sehr groß; ut, *Enormes colossi*, Stat. 1 Silv. 3, 51, hier die masse groß. Plin. 9 epist. 27 *Aevi incentione dijudicandam est, immodicum sit, an grande; altum an enorme.* Et, *Enormes umbræ*, Plin. major 17, 12. Spart. in Ælio Vero c. 1 *Enormiter prologus, quam fusula.*

¶ Enormĭter, adv. idem. Plin. 37, 6 *Si ex alio colore in se admittat quid enormiter.*

¶ Enormĭtas, *ātis*, f. übermaß, unrichtigkeit. Sen. de const. 18 *Adjice obscissam fetis cervicem, & exilitatem crurum, & enormitatem pedum.* Proprie Quint. 5, 4 *Sicut in structura saxorum quidam etiam ipsa enormitate invent, cui applicari & in quo possit inspicere. Qui vastitatis enormitate, inventique sermonis ordine spaciam, imo deformant examussim normatam orationis integritatem*, Diomed. Præf. librorum suorum. Et Tertullian. de Anima c. 43 *Omnis natura aut defraudatione aut enormitate reprehenditur.* Sic, *Enormitas stipendii* idem ac *enormia stipendia*, Spartian. in Ant. Carac. c. 2; & in Ant. Geta c. 6.

¶ Enormatus, *a, um*, conveniens normæ, winckelrecht. Hinc

¶ Enormate, adv. cui addi minus nihil potest, richtig. Gloss. Isid.

¶ Inenormis, non enormis, mäßig. Apulej. lib. 2 Milef. sub initium: *Inenormis proceritas*, lange statur, doch nicht über die masse. Ita Elmenh. & Pricæus legunt.

¶ Renormatus, *a, um*, wieder abgemessen. Frontin. de Colon. p. 104 & 137 *Ager jussu Cæsaris Augusti limitibus nominis ejus renormatus.*

NORMANNI, *orum*, m. pl. septentrionales populi, apud Eginhardum & alios recentiores scriptores; *Sinones* Tacito, nunc *Norvagi, Sueci &c.* Nomen Germanicum a regione mundi est, ubi siti sunt. Septentrionem enim Nord appellamus.

NORTIA, *æ*, f. fortuna Tuscis, quam *Etruscam Deam* Liv. vocat 7, 3. conf. Iuvenal sat. 10, 74. Tertull. Apolog. 24. Multa de ea annotarunt Dempsterus in Etruria regali 1, 15 p. 62, & Gorius ad Inscr. Donii Class. 1 p. 149.

NOS, wir, genit. *nostri* vel *nostrum*, dativ. *nobis*, &c. plurale ab *Ego*. Ter. Adelph. 2, 3, 7 *Quasi non norimus nos inter nos*, unter uns. Virg. eclog. 1, 6 *Deus nobis hæc otia fecit.* Idem Æn. 8, 174 *Nobiscum esse desierit mensis.* Idem eclog. 2, 7 *Nil nostri miserere?* ¶ 2. Notanda enallage archaica, v. g. Tib. 3, 6, 55 *Perfida nec merito nobis inimica merenti*, pro merentibus. Videantur Broukh. ad h. l. & Cerda ad Virg. Æn. 9, 525. it. Voss. de constr. c. 55, quos ille laudat.

¶ Nosmet, pro *nos ipsi*, wir selbst. Plaut. Truc. 1, 1, 38 *Cum rem fidemque, nosque nosmet perdimus.* Ter. Phorm. 4, 3, 20 *Nostri nosmet pœnitet.*

¶ Nosmetipsi, *æ, a*, idem. Cic. de Fin. 3, 19 *Carioremesse pariam nobis quam nosmetipsos.*

¶ Noster, *nostra, um*, unser; ut, *Cibus noster*, Plaut. Pœn. 3, 6, 15. *Nostra ætas*, Idem Bacch. 2, 3, 121. ¶ 2. *Nostri*, qui ejusdem familiæ aut patriæ sunt, & alienis opponuntur, zu-hörige, einheimische. Id. Plaut. Mil 2, 5, 20 *Perseverari hic volo, Sceledre, nos nostri simus, an alieni.* Item Cist. 4, 2, 48 *Hæc mulier nostra est*, i. e. de familia nostra. Ter. Eun. 2, 3, 21 *Haud similis virgo est virginum nostrarum.* Vbi Donatus: NOSTRARVM: *Civium scilicet*, i. e. *terræ ac patriæ nostræ*: ut Virgilius Georg. 2, 89 *Non eadem arboribus pendet vindemia nostris.* Et Sallust. Iug. c. 38 *Nostri fœda fuga &c.* Hinc Imperatores recipientes transfugas dicere solebant: QVISQVIS ES, NOSTER ERIS: ut Servius annotat ad illud Virgilii Æn. 2, 148 *Quisquis es, (amissos hinc jam obliviscere Graios) Noster eris.* Sunt enim Priami verba, Sinonem in fidem reciperantis, & cooptantis veluti in Trojanorum gentem. *Nostra nobis notiora*, Tac. Orat. 28, 3. ¶ 3. *Noster* & *vester* sæpe confunduntur a librariis. v. Drakenb. ad Sil. 11, 117.

¶ Nostras, *ātis*, gentile, der unsere, unser landsmann. Cic. fam. 9, 15 *Facetiis maxime nostratibus capior.* Idem Tusc. 5, 32 *Nostrates philosophi.* Colum. 5, 6 *Vlmus procerior quam nostras.* Et 8, 3 *Nostrates gallinæ.* Commune est, sed neutris ramen etiam tribuitur: ut, *Verba nostratia*, unserer landart gemeine worte, Cic. fam. 2, 11.

¶ Nostrapte; ut, *Nos nostrapte culpa facimus &c.* eo ist unsere eigene schuld, Ter. Phorm. 5, 1.

¶ Nostrātim, adv. id est, nostro more, Sisenna apud Charis. p. 196. Noscentia, noscibilis, noscitare, &c. vide sequens *Nosco.*

NOSCO, *nōvi, nōtum, noscĕre*, & *Novi, noviſſe*, vel *nosse*, est agnoscere, scire, kennen, wissen, a græco γινώσκω. Ter. Heaut. 3, 3, 9 *Novi animum tuum*, ich kenne deinen sinn wohl. *Novi de facie*, id est, leviter cognitum habeo, nur vom gesicht. Cic. in Pison. c. 32 extr. *Virtutem tu ne de facie quidem novisti*, hoc est, ne tenuiter quidem. *Nosti cætera* formula ἀποσιωπήσεως apud Cic. fam. 7, 28. Plaut. Pseud. 4, 2, 16 *Egomet me novi.* SY. *Pauci istuc faciunt homines, quod tu prædicas. Nam in foro vix decimus quisque est, qui ipsum sese noverit.* Iuven. 11, 27 *E cælo descendit γνῶθι σεαυτόν, Nosce te ipsum*: id est, quemadmodum Cicero interpretatur in Tusc. Quæst. 1, 22, *Nosce animum tuum*, h. e. explora & considera tuam imbecillitatem: vide eumd. lib. 5 de Fin. & lib. 1 de Legibus. Menander γνῶθι σεαυτόν, γνῶθι τὰς ἄλλας, *Nosce te ipsum: sed & alios quidem cognosce.* Id enim non minus utile est. *Noscere excusationem*, est admittere & accipere eam, Cic. fam. 4, 4; & Attic 11, 7, vid. Græv. ad hæc loca, & Gronov. de Pec. Vet. 4, 3. Pass. Ovid. Trist. 1, 4, 29 *Nec nostitare ulli.* Et Stat. 5 Silv. 1, 171 *Vox sola mereri Nescitur.* ¶ 2. *Novi* & *Movi* sæpe confundunt librarii. Drakenb. ad Sil. 14, 141.

¶ Nescens, *tis*. Catullus 69, 140 *Iuno noscens plurima furta Iovis.*

¶ Noscentia, *æ*, f. idem, quod *Notitia.* Symmach. 6 epist. 11 *Fortasse quæratis, quid etiam nunc referri in noscentiam meam possulem.*

Adde

Adde 4 epist 9. Sed in utroque loco variatio codicum occurrit, cum malint alii legere *notitia*.

¶ Notus, *a, um*, notior, notissimus, bekannt, ruchtbar: ut, *Improbitate & vitiis notus omnibus*, Cic. pro Cluent. c. 16. *Res nota atque apud omnes pervulgata*, Idem Verr. 2, 34. Et in Orat. c. 31 extr. *Videmus, non te solum hæc esse lecturum, qui ea multo, quam nos, habeas notiora; sed &c.* Virg. Æn. 1, 383 *Fama super æthera notus* welt-berühmt. Val. Maximus 4, 7 pr. *Oreſtes Pylade pœne amico, quam Agamemnone notior eſt*, man kennet ihn mehr, ſo fern er Pylas, dis freund ꝛc. Idem 8, 3, 2 *Notiſſimum evaſit exemplum.* Cæſ. B. Gall. 4, 24 *Notiſſimus locus.* Et Ovid. A. A. 2, 561 *Fabula notiſſima.* ¶ 2. *Noti*, etiam ſunt amici. Virg. in Ciri: *Nec mihi notorum deflectunt lumina vultus.* Catull. Carm. 80, 4 *Nec tria notorum baſia reppererit.* vide ad iſta loca Scalig. ¶ 3. *Notus* active, qui novit. Phædr. 1, 12 *Virtutis expers, verbis jactans gloriam Ignotos fallit, notis eſt deriſui.* Vid. hic viri docti & Drak. ad Sil. 2, 98. ¶ 4. *Notus* & *Natus* confundunt librarii. it. *Nota* & *Vota*, de quibus in *Natus* & *Vota*.

¶ Nōtio, *ōnis*, f. die wiſſenſchafft, quam Cicero *conformationem quamdam, & impreſſam intelligentiam* vocat Top. c. 5. Græci ἔννοιαν & προλήψιν dicunt, ut idem ibidem tradit c. 7. ¶ 2. Ponitur & pro cognitione judicis. Tac. Ann. 3, 59, 1 *Dilata notione de jure.* Gell. 17, 18 *Notiones cenſoriæ.* vid. Parei Lex. Crit. p. 802. it. I. Fr. Gronov. ad Livium 27, 25.

¶ Nōtĭtia, *æ*, f. die wiſſenſchafft, erkenntniß, kundſchafft. Cic. de Leg. 1, 8 *Dei notitiam, nullum animal eſt, quod habeat, præter hominem.* Idem Off. 2, 24 *Valetudo conſervatur notitia ſui corporis.* Et Ter. Heaut. 1, 1, 1 *Hæc inter nos notitia nuper admodum eſt*, die bekanntſchafft, kundſchafft. Sen. epiſt. 28 *Initium ſalutis notitia peccati eſt.* Nepos 10, 9, 4 *Propter notitiam intromiſſi*, h. e. tamquam noti. Spartian. Adrian. c. 24 *Quod cum in Antonini usque notitiam veniſſet*, als er es erfahren. ¶ 2. *Notitiam fœminæ habere*, eſt concumbere cum fœmina, apud Cæſarem de B. Gall. 6, 21, ubi de Germanis: *Intra annum vigeſimum fœminæ notitiam habuiſſe, in turpiſſimis habent rebus.*

¶ Notities, *ēi*, f. idem. Vitruv. præf. l. 6 *Notities parum eſt adſecuta.*

¶ Innotitia, *æ*, f. die unwiſſenheit. Hanc vocem ap. Gell. 16, 10, in duobus codd. Petavianis I. Fr. Gron. invenit, ubi vulgo legitur: *Simul quia obſcura oblitteratáque ſunt municipiorum jura, quibus uti jam per ignorantiam non queunt.* Scripti: *per innotitiam.* v. ad Liv. 22, 38.

¶ Noſcĭbĭlis, *e*, quod cognoſci poteſt, kenntlich. Tert. ad Scap. 2 *Non aliunde noſcibiles, quam de emendatione vitiorum priſtinorum.* Auguſtinus de Trinit. 9, 5 *Mens noſcens, vel nota, vel noſcibilis.* Et ibid. c. ult. *Amor ſibi noſcibilis.* Hinc *Nobilis*, de quo ſupra ſeorſim.

¶ Noſcĭto, *are*, frequent. wohl kennen. Plaut. Trin. 4, 2, 21 *Ædes noſcitat.* conf. Mil. 3, 1, 41; Amph. 2, 1, 80; &c. Plin. Paneg. c. 17 *Ducum nomina noſcitare.* Curt. 3, 11, 10 *Præfecti noſcitabantur.* Id. 8, 13, 24 *Vt vix facies noſcitaretur.* Catull. 62, 228 *Facile noſcitetur ab omnibus.* Liv. 6, 25 pr. *In recenſendis captivis cum Tuſculani aliquot noſcitarentur.*

¶ Noſcĭtans, *tis*. Liv. 22, 6 *Facie quoque noſcitans.*

¶ Noſcĭtabundus, *a, um*, idem. Gell. 5, 14 *Leo tamquam noſcitabundus ad hominem accedit*, als wenn er ihn kennen ſolte.

¶ Nōteſco, *ĕre*, notum fieri, bekannt werden; ut, *Malis facinoribus noteſcere*, Tac. Ann. 12, 8, 3. *Quæ ubi Tiberio notuêre*, Idem 1, 73, 3.

¶ Notĭfĭco, *are*, notum facere, bekannt machen. Nonius Marcellus 2, 585 ex Pomponii Atreo: *Meorum genus notifices mihi*, quod is interpretatur: *notum facias.* Et Ovid. de Ponto 1, 2, 12 *Atque modum culpæ notificare meæ.* Sed hic verſus cum eo, qui præcedit, videtur ſpurius.

¶ Nōtor, *ōris*, m. γνωσής, qui ignoti notitiam dat, der dem andern ein zeugniß giebt, wer er ſey. Seneca epiſt. 39 *Qui notorem dat, ignotus eſt.* Idem in Ludo: *Si quis a me notorem petiiſſet, te fui nominaturus, qui me optime noſti.* Petron. c. 92 *Niſi notorem dediſſem.* Ciceroni & *Cognitor*, de quo infra.

¶ Nōtōrius, *a, um*, fundbar; ut, *Notorium crimen*, Paulus l. 6 § 3 Dig. ad S. C. Turpil. *Nunciatores, qui per notoria indicia produnt, notoriis ſuis adſiſtere tenentur.*

¶ Notoria, *æ*, f. ſubſt. epiſtola eſt notificans, ein bericht. Gallienus apud Treb. Pollionem in Claudio c. 17 *Nihil me gravius accepit, quam quod notoriâ tua intimaſti &c.* Apul. Met. 7 p. 18 *Ille, qui commodum falſam de me notoriam pertulerat.*

Compoſita a *Noſco*:

¶ Agnoſco, *ōvi, ĭtum, ĕre*, erkennen und annehmen. Cic. fam. 4, 3 *Dolorem tuum, meum quodammodo agnoſco*, ich ſehe deinen ſchmertz an, als wenn er mir wiederführe. Idem Tuſc. 1, 29 *Deum ex operibus ſuis agnoſcere.* Virg. Æn. 1, 409 *Matrem agnovit, &c.* Eſt autem *Agnoſcere* recognoſcere, quæ novimus ante: *Cognoſcere*, proprie eſt noſſe incipere hactenus ignora. Vnde Donatus in illo Terentii Eun. 5, 2, 7 *Ita miſerrimus Eui fugitando, ne quis me cognoſceret*: ἀκωλουθίαν notat, quia *cognoſceret*, pro *agnoſceret*, dixiſſet. Sed ita eadem fabula 5, 3, 12 *Cognitionem* pro *agnitione* dixit. Et Heaut. 4, 1, 44 *Cognovi* pro *agnovi.* Quod tamen ſubſtituti voluit Guyetus nulla neceſſitate. Ita enim Cic. ad Att. 12, 13 pr. *De Terentia quod mihi omne onus imponis, non cognoſco tuam in me indulgentiam.*

¶ Adnotus, *a, um*, valde notus, kundbar. Suet. de Illuſtr. Grammat. c. 1 *Quos docuiſſe adnotum eſt.*

¶ Agnĭtus, *a, um*, erkannt. Val. Flacc. 4, 437 *Expectata manus, voſtriſque, ait, agnita votis*, i. e. quam agnoſco votis meis finem daturam.

¶ Agnĭtio, *ōnis*, f. die erkenntniß. Cic. de Nat. D. 1, 1 *Quæſtio de natura Deorum ad agnitionem animi pulcherrima eſt.* Vulg. 1 Tim. 2, 4 *Ad agnitionem veritatis venire.* conf. Plin. 10, 70.

¶ Agnĭtor, *ōris*, m. qui agnoſcit. Vulg. Sirac. 7, 5 *Non te juſtifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipſe eſt.*

¶ Agnĭtiōnālis, *e*, kenntlich. Tertull. adv. Valent. c. 27 *Subſtantivalis, an agnitionalis forma.*

¶ Agnoſcĭbĭlis, *e*, idem. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 55 *Lineamenta Petro agnoſcibilia ſervaverat.*

¶ Adagnitio, *ōnis*, f. idem quod *Agnitio*. Tertull. adv. Marc. 4, 28 *Revelatio & adagnitio Dei.*

¶ Cognoſco, *ōvi, ĭtum, ĕre*, erkennen, erfahren, verſtehen. De proprio ſignificatu vide ante in *Agnoſco*. Ter. Andr. a. 3 ſc. 4, 7 *Tandem cognoſti, qui ſiem.* Et, *Cognoſcere ex aliquo aliquid*, Cic. fam. 1, 8, erfahren. Sic, *cognoſcere ex litteris*, pro, certiorem fieri, Cic. fam. 1, 5. Et, *De toto ſtatu rerum communium ex aliquo cognoſcere*, von einem nachricht bekommen, ibidem epiſt. 8. *Cognoſcere leges, libros*, leſen und lernen. ¶ 2. Eſt & judicum *cognoſcere*. Sic, *Cognoſce in foro*, Suet. Claud. c. 33 dixit: & in Ner. c. 5 *In cognoſcendo eum morem tenuit &c.* Sen. Medea v. 194 *Si judicas, cognoſcere; ſi regnas, jube.* ¶ 3. Vſurpatur de re Venerea etiam, ut & *Noſcere*: vide mox *Cognitus*. Sic uſurpatur & in ſacris litteris Geneſ. c. 4, 1, & alibi paſſim. Etiam Plutarchum ſæpe ſic loqui græce, docebit Xylander annot. ad hæc ejus verba Romulo: ἔστι τὴν Λαρεντίαν: *Hic Larentiam cognovit.*

¶ Cognoſcens, *tis*. Suet. Claud. c. 33 *Cognoſcens quondam in Auguſti foro, &c.*

¶ Cognoſcenter, adverb. kenntlich. Tertull. adv. Marc. 4, 22 *Manifeſta te mihi, ut cognoſcenter te videam.*

¶ Cognoſcentia, *æ*, f. die erkenntniß, apud Marin. Victorin. lib. 1 adv. Arium. Idem *Omnicognoſcentia*, vide in *Omnis*.

¶ Cognĭtus, *a, um*, bekannt; ut, *Cognitus nomine tantum*, Plin. 12, 21. *Longo cognitus uſu*, bewährt, Ovid. Triſt. 3, 5, 9. Non ſolum dicitur *re cognita*, ſed & ſimpliciter *cognito*, ubi ſequentia vicem ſubſtantivi ſupplent. Liv. 37, 13 *Ibi ex agreſtibus cognito, heſtium naves ad Æſbatiam ſtare*, als man erfahren. Quintil. Declam. 16 *Cognito, quod filius haberetur a tyranno.* Adde Tac. 1, 46, 1; & 14, 34, 1. Sic, *Cauſſa cognita judicare, ſtatuere*, Vlpian. l. 2 § 6. Dig. de Iudiciis, nach erkenntniß der ſachen urtheilen. ¶ 2. De re Venerea Tac. Hiſt. 4, 44, 4 *Octavius Pontiam Poſtumiam ſtupro cognitam, & nuptias ſuas abnuentem, impotens amoris interfecerat.* Stat. Achill. 2, 223 *Tacito nam cognita furto Deidamia mihi eſt.* ¶ 3. A *Cognitus* comparativus apud Ovid. Triſt. 4, 6, 28 *Mala noſtra quo ſunt cognitiora.* Idem Met. 14, 14 *Quanta ſit herbarum, Titani, potentia, nulli quam mihi cognitius.* Superlat. apud Catull. 4, 14 *Tibi hæc fuiſſe & eſſe cognitiſſima.*

¶ Cognĭtus, *ūs*, ſubſt. Val. Max. 5, 5 ext. 1 *Vt ad jucundiora cognitu veniamus.*

¶ Cognĭtio, *ōnis*, f. die erlernung, wiſſenſchafft; ut, *In rerum cognitione verſari*, Cic. in Orat. c. 35, nachforſchen, über etwas ſtudiren. Et de Fin. 5, 12 *Ea cognitionem habens faciliorem.* ¶ 2. Sed *Cognitionem alicujus rei dare alicui* ſignificat, ejus arbitrio dijudicandum permittere, einem zur entſcheidung übergeben. Cicero Capitoni ſub Att. 16, 16 *Quæ lex earum rerum, quas Cæſar ſtatuiſſet, decreviſſet, egiſſet, conſultusve cognitionem dedit.* Vſurpatur ſcilicet de judiciis, ita tamen ut juri ordinario opponatur. Vnde *Iurisdictio* & *Cognitio* Suetonio vita Neronis c. 15 ſeparantur: Nam *Iurisdictio* ordinaria & magiſtratuum eſt: *Cognitio* extraordinaria, principis puta, eorumve, quibus negotii id princeps dedit. Suet. Tib. c. 31 *Cætera quoque per magiſtratus & jure ordinario agebantur &c.* Id. Claudio c. 15 *Negantemque cognitionis rem, ſed ordinarii juris eſſe, agere cauſſam confeſtim apud ſe cogit.* Hoc loco *Cognitio* opponitur *juri ordinario*. Idem Suet. de eodem Cæſare c. 12 *Cognitionibus magiſtratuum ut unus e conſiliariis frequenter interfuit.* Quinam illi fuerint magiſtratus, Dio ſignificat, & nominat conſules, prætores, præfectos. Hi cum apud ſe reos cauſſam agere juberent, nec eum remitterent ad jus ordinarium, *extra ordinem* cognoſcere dicebantur, & hæc proprie *cognitio* dicta. Nec dubito, quin Tribonianus in tit. D. de *extraordinariis cognitionibus* illud *extraordinariis* de ſuo adjecerit. Satis enim erat dixiſſe, quomodo & veteres paſſim loquuntur, *de cognitionibus*, quo nomine extra ordinem reddi judicium judicatur. Quæ verba ſunt Salmaſii, qui copioſe hæc de re egit de modo uſur. c. 3 p. 111 ſq.

¶ Cognĭtor, *ōris*, m. qui cognoſcit, vel qui notitiam alicujus habet, ein bekannter, der zeugniß geben kan, wer der andere ſey, Græcis γνωσής, Latinis & *Notor*, de quo ſupra. Cic. Verr. 4, 65 *Adeunt ad ea loca, quæ nunquam antea viderant: ubi neque noti eſſe iis, quo veneranti; neque ſemper cum cognitoribus eſſe poſſunt.* Et paullo poſt: *Vt qui neque tibi notus eſſet, neque cognitorem locupletem daret.* Sic *Cognitores* appellati, qui teſtes alicui aderant in judicio, cui ſtatus movebatur quæſtio, & cauſſam ejus tuebantur. ¶ 2. Eſt & alia ratione forenſe vocabulum, eumque ſignificat, qui defendit alterum in judicio, & in præſentis cauſſam venit, & ſic tuetur, ut ſuam, ſicut Aſconius interpretatur, ein beyſtand, fürſprecher. Nam *Procurator* eidem is dicitur, qui abſentis negotium ſuſcepit. Vide Torrentium ad Horatii 2 ſat. 5, 38 *Sis cognitor ipſe. Cognitorem* tamen nonnunquam etiam abſentis eſſe, Turneb. Adverſ. 30, 25 obſervat. Sic, *Per ſe litigare & dare cognitorem*, item, *aliquem in ſuam litem dare cognitorem*, Cic. pro Roſc. Comœdo c. 18 pr. v. Gronov. de pec. vet. 4, 3 & Schulting. ad Iul. Pauli Rec. Sent. 1, 2. Quia autem hi *Cognitores* alienas lites non raro ſuſcipiebant turpis quæſtus cauſſa, idcirco eorum nomen non ſemper optime, ut & *ſectorum*, audiit: indeque *Sectores* & *Cognitores* conjunxit Manilius 5, 316, quem locum Barthius obſervat Adverſ. 5, 4. Etiam Sueton. *ſectiones* & *cognituras* copulat in vita Vitellii c. 2, ad cujus locum ſtatim nonnihil dicemus in *Cognitura*. Sed Cic. Verr. 3, 34, 1 *Mulierculam exterrimarum improbiſſimi cognitores*, inſuper ad obſcenum ſenſum referri videntur. Erant enim de quibus ſermo eſt, ſuarum ipſi uxorum lenones & productores. ¶ 3. *Cognitor* & judex extraordinarius eſt. Huc refero illud Ovid. 1, 12, 24 *Aptius hæ capiant vadimonia*

monia garrula ceræ, Quas aliquis duro cognitor ore legat. vide *Cognitio.*

¶ Cognĭtūra, æ, f. cognitor ea significatione, quæ modo n. 2 exposita est ex Suetonii Vitellio c. 2. Cæterum hunc locum copiose docteque interpretatur Gron. de pecun. vet. 4, 3, cujus mens p. 275 tandem huc redit, cognitores esse quasi advocatos voluntarios sibi principalis, sed sui lucri eosdem non negligentes. Refutat vero Salmasium ad jus Att. & Rom. p. 331. & de modo usur. p. 727. itemque Scaligerum ad Manil. 5, 316, aliter hoc explicantes.

¶ Cognitionalis, *is*, m. officii genus, ut Rationalis; vide Symmach. 10 epist. 62 extr.

¶ Cognitionaliter, adverb. κατὰ διάγνωσιν, cum causæ cognitione, nach gerichtlichem erkenntniß. Imp. Antoni. l. 3 C. de quæst. (9, 41) *Cum cognitionaliter audisset.* Et Iustinia. l. 12 C. de revoc. donat. (8, 56), *Si causæ fuerint dilucidis argumentis cognitionaliter approbatæ.*

¶ Cognoscĭbilis, *e*, erkenntlich, improbat Goclen. Probl. Gramm. 5, 34. Hinc

¶ Cognoscibiliter, adv. idem, Vulg. Interpr. Sap. 13, 5.

Cognobilis, *e*, vide supra in *Nobilis.*

¶ Connotesco, *ere*, bekannt werden, apud Augustinum.

¶ Adcognosco, vel Accognosco, erkennen. Tertull. ad Vxor. 2, 6 *Præjudicium damnationis suæ adcognoscere.* conf. adv. Marc. 4, 20. Petron. c. 69 *Adcognosco Cappadocem.* Senecæ etiam de Benef. 2, 13, ex MSS. vindicatur.

¶ Incognosco, *ere*, penitius cognoscere, sehr wohl erkennen. Apul. 4 Florid. p. 362 *Propius accessit, ut etiam incognosceret.* Imitatus est Io. Pic. Mirandul. epist. 4 p. 34 *Sed amabo, incognoscamus, quid ipsi hæc sit latinitas.*

¶ Incognĭtus, *a, um*, unerkannt. Cicero Off. 1, 6 *Vitandum, ne incognita pro cognitis habeamus.* Et de Orat. 1, 11 *Natura hominum incognita.* conf. Nep. 24, 3, 2.

¶ Incognoscibilis, *e*, unkenntlich. Irenæi Interpr. 1, 12 *Inenarrabile & incognoscibile.*

¶ Percognosco, *ere*, erforschen, eigentlich erkennen. Plin. 4, 14 *Germania multis postea annis, nec tota, percognita est.* Et Plaut. Truc. 1, 2, 50 *Utrosque percognovi.*

¶ Percognĭtus, *a, um.* Plin. 37, 3 *Percognitum nuper.*

¶ Præcognosco, *ere*, vorher erfahren. Hinc

¶ Præcognoscentia, *æ*, f. die vorherige wissenschafft, apud Mar. Victorin. lib. 4 adv. Arium p. 201 & 231. Et

¶ Præcognĭtus, *a, um*, erkundiget, zuvor kundbar. Plancus ad Cic. fam. 10, 15 *Præcognito nostro adventu.*

¶ Recognosco, *ere*, agnoscere, wieder ersehen, erkennen; ut, *Amoveri erga me tuum in litteris recognosco*, Cassius ad Cicero. fam. 12, 12. Proprie est, denuo cognoscere, aufs neue wieder erkennen. Cicero Tusc. 1, 24 *Se non tam illa discere, quam reminiscendo recognoscere.* Loquitur de ἀναμνήσει Platonica. ¶ 2. Item, recensere, besichtigen, untersuchen. Ita Curtius 5, 1, 23 de Alexandro: *Supellectilem Darii & omnem pecuniam recognovit.* Ita Suet. Aug. c. 29 *Decurias judicum recognoscere:* ibid. c. 32 *Ergastula recognoscere:* & c. 27 *Turmas equitum recognoscere,* (mustern) dixit. Transfertur & ad alia, quæ emendandi caussa retractantur: ut, *Leges, scripta recognoscere,* wieder übersehen und bessern.

¶ Recognĭtus, *a, um*, untersucht, erkundiget. Cic. Verr. 2, 77 *Omnia summa cura recognita & collata.*

¶ Recognĭtio, *ōnis*, f. recensus, die erkundigung, untersuchung. Cicero Verr. 4, 50 pr. *Quæ tandem istius animus est nunc in recognitione scelerum suorum*, da ihm seine bubenstücke vorgehalten werden. Columell. 11, 1 de recensenda festis diebus rustica supellectile & instrumentis: *Frequens recognitio nec impunitatis spem, nec peccandi locum præbet*

¶ Dignosco, *ere*, cognitione discernere, von einander unterscheiden. Horatius 1 epist. 15, 29 *Curvo dignoscere rectum.* Et Iuvenal. sat. 10 princ. *Pauci dignoscere possunt Vera bona.* Idem 2 epist. 2, 44 *Non qui civem dignoscere hostem.*

¶ Dignoscentia, *æ*, f. discretio, die unterscheidung. Augustinus de morib. eccl. cathol. c. 24. *Ad prudentiam dignoscentia pertinet appetendorum & vitandorum.* Et de Genesi contra Manich. 2, 9 extr. *Ex ligno, in quo est dignoscentia boni & mali, non edat.*

¶ Ēnōtesco, *ere*, kundbar werden. Plinius 2 epist. 10 *Enotuerunt tui versus*, sie sind unter die leute gekommen. Suet. Othone c. 3 *Minus tamen sic quoque hoc distichon enotuit.* Sen. de Benef. 3, 32 *Eloquentia per gentes enotescere.*

¶ Ignosco, *vi, ōtum, ĕre*, dare veniam, condonare, zu gut halten, verzeihen. Ter. Adelph. 3, 4, 28 *Ignotum est, tacitum est*, impersonaliter, man hat es ihm vergeben. Plaut. Amph. 1, 1, 3 *Velatis manibus orant, ignoscamus peccatum suum.* Quint. decl. 2 *Ignoscite malorum periculorum metus, ignoscite humana discrimina.* Cicero pro Ligar. c 6 *Non hominis, nec ad hominem vox est: Cave ignoscas.* Particip. *Ignoturus*, ex Cicerone Priscian. lib. 10 adfert: & *Ignoscenda excusatio*, Symmach. 1 epist. 19. Adde lib. eodem epist. 26; & Virg. Georg. 4, 489. Ovid. Arte am. 1, 249 *Vitio ignoscitur omni.* ¶ 2. Significat etiam ignorare in illa Afri Domitii sententia apud Quintil. 8, 5 p. 720 *Princeps qui vult omnia scire, necesse habet multa ignoscere.* Certe ita interpretatur Passeratius, qui etiam de hac significatione agit ad Propert. 2, 2.

¶ Ignoscens, *tis*, ignoscentior. Ter. Heaut. 4, 1, 32 *Animus ignoscentior*, i. e. ad ignoscendum facilis.

¶ Ignoscentia, *æ*, f. die verzeihung. Gell. 7, 3 *Ignoscentius utiles esse rebus humanis docet.* Et Tertull. de Pœnit. c. 7 *Clausa ignoscentiæ janua.*

¶ Ignoscibilis, *e*, quod facile veniam invenit, das zu verzeihen ist. Gell. 13, 20 *Vester hujusmodi vestitus de medio jam usu ignoscibilis est*, i. e. venia dignus. Et Tertull. ad Vxorem 2, 1 (non sustinere continentiam), *ignoscibile videri potest. Difficilium enim facilis est venia.*

¶ Ignōtus, *a, um*, incognitus, unbekannt; ut, *Gens ignotior*, Livius 5, 32. Ovid. A. A. 3, 397 *Quod latet ignotum est, ignoti nulla cupido. Ignotioribus verbis*, Quintil. 7, 3. Et, *Ab ignotissimo Phrygæ nobilissimum civem vindicare*, Cicero pro Flacco c. 17 *Haud ignotissima inter nymphas*, Ovid Met. 5, 540. ¶ 2. *Ignotus* active, qui non novit, ein unwissender. Nepos 17, 8, 1 *Quæ res etiam nonnullam afferebat deformitatem: atque ignoti, faciem ejus cum intuerentur, contemnebant. Qui autem virtutes ejus noverant, non poterant admirari satis:* vide ibi Lambinum & Burm. ad Quint. decl. 6, 2 p. 128, ubi docet hanc ipsam ob causam cum *ignarus* sæpe permutatam a librariis. Sic ap. Livium 29, 16, pro: *quæ ignotæ* ad eam diem fuerant codd. nonnulli *ignoratæ* habent. add. Interpretes Phædri ad 1, 11, 2 & Drakenb. ad Sil. 2, 98. & vid. supra *Notus* n. 3.

¶ Ignōtĭtia, *æ*, f. die unwissenheit. Gell. 16, 13 *Iura, quibus uti jam per ignotitiam non queunt.* Sic ex MS. Pareus Lex. Crit. p. 566. Vulg. *ignorantiam. Ignotitiam* & hic & apud Vitr. 3 præf. ex libro veteri legi vult Falsterus amœnit. 3 p. 321.

Ignoro, *are*, cum derivatis, quære supra in *Gnarus.*

¶ Innōtesco, *ĕre*, bekannt werden; ut, *Sceleribus innotescere*, Val. Max. 8, 14, 3. Ovid. Amor. 3, 12, 7 *An nostris innotuit illa libellis?* Plin. 35, 11 *Apellis discipulus petulanti pictura innotuit.* Et Tac. Hist. 4, 50, 1 *Ista in majus innotuere.*

¶ Innotescentia, *æ*, f. die kundbarkeit. Sarisb. in epist. *Illud probabilius sui innotescentia censuit præferendum.*

¶ Internosco, *ĕre*, inter alia noscere & noscendo distinguere, unterscheiden. Prudent. Psych. v. 792 *Rimante ingenio ... scie internoscere.* Aut. ad Herenn. 2, 23 *Dignum atque indignum nequit internoscere.* conf. Plaut. Men. prol. v. 29: & Amph. prol. v. 142; Cicero de Orat. 2, 86. Pass. Idem Divin. 2, 62 *Somnia alia vera alia falsa qua nota internoscantur.*

¶ Pernosco, *ere*, perspicere, exacte noscere, recht kennen, wissen; ut, *Non satis me pernesti, qualis sim, &c.* Ter. Andr. 3, 2, 23. Et Cicero de Fato c. 5 *Hominum mores, naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere*, fertig erkennen. *Agricolationem pernoscere*, Columella præfatione operis.

¶ Pernōtesco, *ere*, ubique notum fieri, sehr bekannt, ganz laut werden. Tac. Ann. 1, 23, 2 *Neque illi fuisse unquam fratrem pernotuisse.* Et Annal. 13, 25, 2 *Vbi Cæsarem esse, qui grassaretur, pernotuit.*

¶ Pernōtus, *a, um*, wohl bekannt. Curt. 9, 7, 16 *Dioxippus regi pernotus & gratus.* Minuc. Felix p. 117 *Pernotum est.*

¶ Prænosco, *ere*, vorher erkennen, wissen; ut, *Futura prænoscere*, Cicero Divinat. 1, 38. Et, *Futura prænosci non possunt*, Plin. 18, 24. Stat. Theb. 3, 490 *Venturumque finas cælo prænosse laborem.*

¶ Prænoscentia, *æ*, f. idem. Sarisb. Metalog. 4, 27 *Prænoscentia futurorum.*

¶ Prænōtio, *ōnis*, f. die erkenntniß, die man von natur hat. Cicero Nat. D. 1, 17 *Habere præsentionem Deorum*, quam *anticipationem* etiam & προλῆψιν hoc ipso capite appellat, quasi quæ est ante institutionem.

Prognosticon, προγνωστικὸν, vide supra in *Gnostici.*

Recognoscere, vide paullo ante sub *Cognosco.*

NŌSŌCŌMĪVM, *i*, n. νοσοκομεῖον, locus publicus, in quo ægrotantes curantur, ein spital, lazareth, siechenhaus. Reperies in scriptoribus ecclesiasticis: Hieronymus epitaphio Fabiolæ, quæ epist. 30 ad Oceanum est c. 2 *Prima omnium νοσοκομεῖον instituit, in quo egrotantes colligeret de plateis, & consumta languoribus atque inedia miserorum membra foveret.*

NŌSŌDŌCHĪVM, *i*, n. νοσοδοχεῖον, idem quod *Nosocomium.*

Noster, nostrapte, nostras, vide paullo ante *Nos.*

NŌTA, *æ*, a *noscо* est, character, signum, ein merckmahl, kennzeichen. Vnde *Nota nummi*, das acid-gepräge. Suet. Ner. c. 25. *Nota generis naturalis*, ein angebohrnes mahl. Iustin 15, 4, 9, quod Aurelio Victori Vrbibus carm. 3, 11 *Signum ingenium*: & *Genitiva nota* Suetonio Aug. c. 80 appellatur. Sic, *Notæ litterarum*; *Notæ musicæ*, buchstaben; noten. *Appunere notam ad malum versum*, Cicero in Pison. c. 30. Et, *De meliore nota commendare*, Curius ad Cicero. fam. 1, 29, auf die beste form oder weise. conf. Catull. 69, 28; & de origine hujus formulæ mox n. 4. Virg. Georg. 3, 427 de serpente: *Atque notis longam maculosus grandibus alvum*, hoc est, maculis, mit bunten plätzlein. *Homo omnis turpitudinis notis insignis*, Cicero pro Rab. perduell. c. 9, kenntlich an schandflecken. Idem Verr. 2, 47 *Notas & vestigia scelerum suorum multis in locis relinquere*, einen stanck hinter sich lassen. *Notam turpitudinis inurere*, id est, *ignominiam*, Idem Catil. 1, 6, ein schandmahl anhängen. Respicit autem hæc formula ad morem veterum, qui servorum frontibus inurere solebant notas. ¶ 2. Et *Nota* reprehensionem significat, eine beschimpfung; ut, *Nota censoria*, Quintil. 5, 11. *Censoriæ severitatis nota*, Cicero pro Cluent. c. 46. Erat autem *Nota censoria*, quando senatori interdicebatur curia, equiti adimebatur equus, plebi jus suffragii eripiebatur. vid. in *Censor* & Suet. Claudio c. 16, & Gell. 4, 12 & 20. Adde Buchner. in Not. ad Plin. Epist. § 534. Propert. 1, 18, 8 *Nunc in amore tuo cogor habere notam*, ich werde schimpflich hintangesetzt, oder abgewiesen. *Ad cœnam, non ad notam invito*, Plinius 2 epist. 6. Id vult, se eodem jure omnes convivas suos habere, nec vino aut pane secundario, quasi nota distinguere. Sic, *Allevare notam*, Tacitus dixit Hist. 1, 52, 2, wieder redlich machen. ¶ 3. Habebant & Critici veteres certas *notas*, quibus scriptorum loca insigniebant, quæ vel probanda, vel improbanda existimarent: de quibus multa Scaliger ad Varronem de Re Rust. Casaubonus ad Diogenem Laërtium, item Wowerius de Polymathia c. 13. Huc pertinet illud Senecæ ep. 6 *Mittam itaque ipsos tibi libros: ac, ne multum opere impendas, dum passim profutura sectaris, imponam notas, ut ad ea ipsa protinus, quæ probo & miror, accedas.* Inter Eschenbachii Dissertationes Academicas una est non inelegans, quæ veterum criticorum σημεῖα exhiber. ¶ 4. *Notæ* etiam scripturæ quædam sunt compendia, cum verba non perscribimus, sed

signamus, abbreviaturen. vid. Lipſ. Cent. 1 ad Belg. epiſt. Rittershuſ. ad Nov. P. 6 c. 2 n. 5 Vinet. ad Auſon. p. 242. De notis ſententiarum, deque vulgaribus, juridicis &c. vid. Iſidor. 1, 20 & ſeqq. Habetur ingens collectio notarum tachygraphicarum, quæ Tironi, Ciceronis liberto, & Senecæ, adſcribi ſolent, in hujus editione Commeliniana A. 1604 f. & in opere Inſcriptionum Gruteriano. vide omnino quos magno numero laudat Fabricius Bibl. Lat. t. 2 c. 9 p. 363 ſq. & Supplem. ad h. l. ¶ 5. *Nota* vini eſt titulus ſive inſcriptio amphoræ, quæ continebat & patriam vini, & nomen conſulis, ſub quo conditum, ut de ætate ejus conſtare poſſet. Horat. 1 ſat. 10, 24 *Chio nota ſi commiſta Falerni eſt.* Vbi Scholiaſtes vetus: Nota *ideo, quod aut vina notantur in lagenis, aut conſules.* Ejusmodi inſcriptionem habes apud Petronium c. 34; *Allatæ ſunt*, inquit, *amphoræ diligenter gypſatæ, quarum in cervicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo*, FALERNVM OPIMIANVM ANNORVM CENTVM. vid. quæ de *Creſſa nota* diximus in derivatis ex *Creta*, Inſula. Hinc eleganti quodam lepore Ovid. am. 2, 5, 54 de oſculorum quodam genere, *Et volo non ex hac illa fuiſſe nota.* Hinc proverbiale illud dictum apud Ciceronem & Catullum, *homines de meliore nota*, de quo n. 1. Niſi ibi potius ad nummos reſpicitur, ut putat Scaliger, in quibus *Nota* eſt, quicquid inſcriptum impreſſumque eſt, das gepräge, quo intellectu eſt Sueto. Aug. c. 75 & 94 it. Nero. c. 25, it. Pallad. præf. libri de inſit. extr. Sic, *Nummi malæ notæ*, quæ τονηρᾶ κόμματος, παράσημοι, &c. Ariſtophani, böſe geld. At vero Caſaubonus proverbiale illud DE NOTA MELIORE, ad illas notas refert, quibus in commendatitiis litteris Romani proceres utebantur. Nam cum propter ambitionem ſuam multos quotidie amicis provincias obtinentibus commendare cogerentur, ac ſæpe etiam vix leviter notos, ferias commendationes a perfunctoriis diſtinguebant nota oppoſita, quæ convenerat. Vide Notas in Æneæ Tactici c. 31. ¶ 6. *Notæ* etiam litteræ ſingulariæ ſunt ſine coagmentis ſyllabarum ad fallendum. Suet. Cæſ. c. 56 *Per notas ſcripſit.* Item Aug. c. 88, qui locus præcipue videndus, itemque Gellius 17, 9 princ. ¶ 7. *Notam* pro nomine poſuit Ovidius Faſt. 1, 596 *Ille Numantina traxit ab urbe notam*, i. e. nomen. Loquitur de Scipione Æmiliano, qui Numantinus eſt cognominatus. Et Virgil. Georg. 3, 158 *Continuoque notas & nomina gentis inurunt.* ¶ 8. *Notam* eo ſenſu quo vulgo pro explicatione uſurpatur, ut, ſi dicimus: *Notæ Variorum*, *Notæ Criticæ* &c. vitioſe dici, cenſet Facciolatus Ep VII p. 427.

¶ Notula, æ, f. dimin. Mart. Capella 1 p. 17 *Multicoloribus notulis variata pictura*, mit bunten puncten.

¶ Nŏto, *avi*, *atum*, *are*, eſt inſignire aliqua re, ſive notam aut ſignum apponere, zeichnen, bemercken. *Notare res novis nominibus*, neue nahmen geben, Cic. de Fin. 3, 2. *Notare res propriis appellationibus*, Sen. de Benef. 2, 34; &, *Notarunt hoc annales*, Plinius 8, 51. Sic & *notari infamia, ignominia* dicimus, vid. Cicero. Phil 7, 9 &c. ¶ 2. Eſt videndo obſervare, wahrnehmen, in acht nehmen; ut, *Curſus verum obſervando notatus eſt*, Cic. de Divin. 1, 56. *Memori pectore dicta notare*, die worte behalten, Ovid. Faſt. 3, 178. Item, *Notat & deſignat oculis ad cædem unumquemque noſtrum*, Cicero Catil. 1, 1. Et Stat. 1 Silv. 4, 36 *Quæ tum Patrumque Equitumque notavi Lumina?* Frequenter hoc verbo uſus ita Petronius eſt: ut c. 6 *Dum hæc diligentius audio, non notavi mihi Aſcylti fugam.* v. Burm. h. l. Item c. 111 *Cum notaſſet ſibi lumen inter monumenta clarius fulgens &c.* ¶ 3. Significat & reprehendere. Horat. 1 ſat. 3, 24 *Stultus & improbus hic amor eſt, dignusque notari.* Ita & alibi videtur hoc a cenſorum nota petitum. ¶ 4. *Notare* eſt compendioſo ſcribendi genere excipere, quod dicitur & *notis ſcribere* & *accipere*, Quintil. procem. lib. 1. Vide ibi not. Variorum p. 3.

¶ Notans, *tis*. Nepos 25, 18, 3 *Iuliam familiam ordine enumeravit, notans qui a quo ortus, &c.* Petron. c. 103 *Frontes notans inſcriptione ſoleati.*

¶ Nōtātus, *a*, *um*, gezeichnet, bemercket; ut, *Digitis charta notata*, Ovid. Heroid. 1, 62. *Notatum annalibus*, Plin. 8, 36. *Præſcriptum fronte notatum*, Martial. 3 epigr. 21. Vnde Superl. formavit Cicero pro Domo ſua c. 9. *Omnium ſcelerum libidinumque maculis notatiſſimus L. Piſo*, ein berüchtigter. Comp. *Notatior* Aut. ad Heren. 3, 22.

¶ Notātio, *ōnis*, f. die bemerckung. Cic. Bruto c. 17 *Eligant ea, quæ notatione & laude digna ſint.* Et mox c. 19 *Ego vero delector iſta quaſi notatione temporum.* Idem Off. 3, 31 *Notationes animadverſionesque cenſorum.* *Notatio* etiam Ciceroni eſt, quæ ἐτυμολογία Græcis, aliis *veriloquium*: quod tamen eidem Ciceroni minus placet. Vide eum in Topicis c. 8 & Quintil. 1, 6 p. 78.

¶ Nōtābilis, *e*, præ aliis conſpicuus & inſignis, merckлich, merckwürdig, kenntlich, ſchembarlich. Tac. Hiſt. 3, 54, 4 *Notabilis conſtantia.* Item Agric. 42, 3 *Ne notabilis celebritate & frequentia occurrentium introitus eſſet.* Suet. Cæſ. c. 45 *Etiam cultu notabilem ferunt.* Vbi & Caſaubonum licebit videre. Sic, *Quæ in habitu aut genere vitæ notabilia*, was in die augen fällt, Sen. epiſt. 5; &, *Conſpicuus cunctisque notabilis*, anſehnlich, Juvenal. ſat. 6, 374. Compar. Auct. Dialog. de Orator. c. 8, 5 *Quo ſordidius & abjectius nati ſunt, quoque notabilior paupertas, &c.*

¶ Nōtābiliter, adverb. merckлich, kenntlich. Plinius 5 epiſt. 17 *Tam notabiliter pro fratre recitante primum metus ejus, mox gaudium eminuit.* Apul. Apolog. p. 312 *Notabiliter cui obructare.* Suet. Aug. c. 87 *Quotidiano ſermone quædam frequentius & notabiliter uſurpaſſe eum, litteræ ipſius autographæ oſtentant.* conf. Ammian. 30, 2 pr. Compar. *Notabilius turbantes*, Tac. Hiſt. 1, 55, 4.

¶ Notarius, *i*, m. qui per notas & compendia celeriter ſcribit, ταχυγράφος, ein geſchwinder ſchreiber, der mit abbreviaturen ſchreibt. Ipſa ars *Notaria* Fulgentio appellata. Vide Brodæum Miſcellan. 4, 9. Scalig. Auſon. Lect. 2, 13, præcipue Lipſium Cent. 1 ad Belgas epiſt. 27. *Notariorum quem premit chorus*, Martial. 5 epigr. 53. conf. 10 epigr. 62. Dictus a litteris & notis; vid. Quintil. 7, 2. De celeritate notariorum Martial. 14, 208 *Currant verba licet, manus eſt velocior illis, Nondum lingua, ſuum dextra peregit opus.* ¶ 2. Fuerunt etiam *Notarii* ab antiquiſſimis inde temporibus in eccleſia chriſtiana, tum orientali tum occidentali, iidem fere, qui ſcribæ publici. De quibus ſunt Diſſertationes tres Danielis Scharfii, Helmſtadii Io. Andrea Schmidio præſide habitæ.

¶ Ex-notario, qui fuit notarius, Ammia. 22 . . . *Cyrinus ex-notario.*

¶ Notāculum, *i*, n. id. quod ſignum, ein merckmahl. Minuc. Felix in Octav. c. 31 *Nos non notaculo corporis, ſed innocentiæ ac modeſtiæ ſigno facile dignoſcimur.*

Compoſita:

¶ Annŏto, ſive Adnoto, *avi*, *atum*, *āre*, notam ad aliquid adjicere, zeichnen, anmercken. *Legere, annotare, excerpere aliquid ex libro*, Plinius 3 epiſt. 5. *Indiſtincte atque promiſcue annotare*, Gellius præfat. *Hæc annotanda eſſe exiſtimavimus*, Idem 19, 1 extr. ¶ 2. Eſt etiam inſcribere, titulum præſcribere. Lactant. 5, 3 p. 311 *Auſus eſt libros ſuos nefarios ac Dei hoſtes* Φιλαλήθεις *annotare*, vid. Barth. Adverſ. 50, 10.

¶ Annotatus, *a*, *um*, angemerckt, aufgezeichnet. Plin. 2, 25 *Spatium ſeptem dierum annotatum.*

¶ Annotatus, *ūs*, m. ſubſt. die anmerckung, aufzeichnung. Val. Max. 9, 12 extr. 1 *Mortes dignæ annotatu.*

¶ Annotātio, *ōnis*, f. idem. Gellius præfat. *Facta in commentariis eadem diſparilitas, quæ fuit in annotationibus priſtinis.*

¶ Annotatiuncula, *æ*, f. dimin. Idem lib. 17 extr. *Finem proponere annotatiunculis.*

¶ Annotāmentum, *i*, n. idem quod annotatio. Idem Gell. 1, 7 *Veterum locutionum copiam his annotamentis inſperſimus.*

¶ Annotator, *ōris*, m. qui annotat. Pro obſervatore maligno & inſidioſo, Plinius poſuit Paneg. c. 49; *Non*, inquit, *ante medium diem diſtentus ſolitaria cœna ſpectator annotatorque convivis tuis immines.*

¶ Circumnŏto, *āre*, umher bezeichnen. Apul. 11 Met. p. 269 *Quæqua viſeres, colore vario circumnotatis inſignibar animalibus.*

¶ Connŏto, *are*, pro ſimul notare, non reperitur.

¶ Denŏto, *are*, idem quod ſimplex, indicare, zeichnen, bezeichnen. Cicero pro Lege Manil. c. 3 *Mithridates uno nuncio atque una litterarum ſignificatione cives Rom. necandos trucidandosque denotavit.* Apud Tertullianum ſæpius arguere eſt, & velut culpæ notā deſignare, ut de Oratione: *Vno igitur genere aut vocabulo & Deum cum ſuis honoramus, & præcepti memininus, & oblitos patris denotamus.* vid. Salm ad Tert. de pall. c. 1 p. 93 & c. 2 p. 173. it. Bynckersh. Obſ. Iur. Ro. 1, 2 p. 16.

¶ Denotatus, *a*, *um*, gezeichnet. Cicero Acad. 4, 18 *Res non habere denotatas.* Columell. 3, 15 *Linea conſpicuo colore denotata.* Compar. Tertull. adverb. Natione. 1, 10 *Tanto denotatior ad contumeliæ morſum.*

¶ Denotātus, *ūs*, m. ſubſt. die zeichnung, bedeutung. Tertull. de Pallio c. 4 ex interpunctione Salmaſii, *Quantum denotatui*, ſo viel man mercken kan.

¶ Denotatio, *ōnis*, f. idem. Tertull. de Fœm. c. 13 *Bonum ipſa denotatione ſui exultat.* Quintil. decl. 19 *Omnium denotatione damnatus.*

¶ Denotator, *oris*, m. apud Hieronymum.

¶ Enōto, *āre*, auszeichnen. Plin. 1 epiſt. 6 *Meditabar aliquid, enotabamque.* Conf. 6 epiſt. 16.

¶ Enŏtātus, *a*, *um*, apud Apulejum.

¶ Enotatio, *onis*, f. apud Hieronymum.

¶ Enotator, *oris*, m. apud Macrobium.

¶ Enotabilis, *e*, merckwürdig, apud Auguſtinum.

¶ Innŏto, *are*, einzeichnen. Hygin. in Aſtron. 4, 1 *Neque eos circulos corpore ſiderum innotavimus.*

¶ Prænŏto, *āre*, ante notare, vorher bezeichnen, bemercken. Pallad. 9, 8 *Signo aliquo vicinæ ſtirpis aut arboris* (locum) *prænotabit.* ¶ 2. *Prænotare librum*, dem buche eine überſchrifft geben. Hieron. ad Creſiph. adverb. Pelag. c. 2 de Evagrio Pontico: *Librum Xyſti Pythagorei, hominis ubique Chriſtiani atque ethnici, immutato nomine Sixti Martyris, & Romanæ eccleſiæ epiſcopi prænotavit.* Et paullo poſt: *Fecerat hoc & in Sancti Pamphili Martyris nomine, ut librum primum ſex librorum defenſionis Origenis, Euſebii Cæſarienſis, (quem falſſe Arianum, nemo eſt qui neſciat), nomine Pamphili Martyris prænotaret.* Auguſtin. de Civ. Dei 8, 14 *De qua* (amicitia Dæmonis) *usque adeo & ipſe Apulejus erubuit*, (ita legendum extrita negatione), *ut de Deo Socratis prænotaret librum*, (antea dixerat: titulum eſſe voluit de Deo Socratis), *quem appellare de Dæmone Socratis debuit.*

¶ Prænotātus, *a*, *um*, vorgebildet, item tituliret. Prudentius in Romano v. 629 *Crux prænotata, crux adumbrata eſt prius*: id eſt, in Vetteri Teſtamento præfigurata. Apul. 11 Met. p. 268 *Libri literis ignorabilibus prænotati.* Et Auguſtin. Retract. 2, 14 *Liber hoc titulo prænotatus.*

¶ Subnŏto, *āre*, eſt clam denotare, heimlich bemercken; ut, *Vultu digitoque ſubnotare*, Martial. 6 epigr. 82. ¶ 2. Subſcribere, unterſchreiben. *Non ſobria verba ſubnotaſti*, hoc eſt, ſubſcripſiſti, Idem 1 epigr. 28. *Subnotare libellos*, unterſchreiben, unterzeichnen, Plinius 1 epiſt. 10. Adde Suet. Calig. c. 41; & Senec. epiſt. 108.

¶ Subnotātio, *ōnis*, f. die unterſchreibung. Hieronymus præfat. in Evangelia, quæ epiſt. 123 ad Damaſum eſt, *Subnotatio canonum.* Iuſtin. de Iuſtin. Cod. confirm. § 5 *Noſtra divina ſubnotatio.*

Notabilis, notaculum, notare, notarius, notatio, v. paullo ante in *Nota*, Noteſco, *Noſco.*

NŌTHVS, *i*, m. νόθος, ein hurkind, baſtart. Quintil. 3, 6 *Νόθον, qui non ſit legitimus, Græci vocant, latinum rei nomen, ut Cato quoque in oratione quadam teſtatur, non habemus: ideoque utimur peregrina.* vid. Pareus ad h. l. p. 263. Bur. Ariſtoteles Politic. 6, 4, & Plutarchus in Themiſtocle princ. tradunt, Athenienſibus γνησίους cives appellatos, qui utrumque parentem Athenienſem habuiſſent; νόθους, qui patrem aut matrem peregrinam. Vid. Voſſ. 1 Inſt. Orat. p. m. 651. Virgilius Æneid 9, 691 *Thebana de matre nothus.* Idem

Æneid. 7, 283 *Suppoſita de matre nothos creare.* Vet. Gloſſ. νόθος, *ſpurius.* Hinc

¶ Nŏthus, *a, um,* adjectiv. falſch, fremd, unechlich. Eleganter poëtæ *nothum lumen* tribuunt lunæ, i. e. peregrinum & alienum: quippe quod a ſole mutuatur. Catullus carm. ſeculari 35, 15 *Tu potens Trivia, & notho es dicta lumine luna.* Lucret. 5, 575 *Lunaque ſive notho fertur loca lumine luſtrans, Sive ſua proprie jactat de corpore lucem.* Sic Catullus carm. 64 in Ary v. 27 *Notha mulier,* i. e. non vera, ſed mas caſtratus. Sic Aldus & Achilles Statius: At ceteri legunt *nova.*

Notia, notialis, &c. vide *Nŏtus,* Notificare, notio, notitia, notor, notorius, nōtus, *Noſco.*

NŎTUS, *i,* m. νότος, auſter, der ſudwind, mittagswind; ab humilitate ſic dictus, quæ Græcis νοτὶς eſt. Ovid. Met. 1, 264 *Madidis Notus evolat alis.* ¶ 2. Poëtæ interdum pro quovis utuntur vento; ut, Virg. Æneid. 3, 268 *Tendant vela noti* &c.

¶ Notius, *a, um,* adject. auſtralis, mittägig, a νότος, *Notus*; ut, *Polus Notius,* apud Hyginum Aſtron. 1, 3 & 5; & 4, 11 &c. Manil. 1, 427 *Tum Notius piſcis venti de nomine dictus* &c.

¶ Notia, *æ,* f. gemma, quæ cum humore ſeu imbre cadere dicitur. Plin. 37, 10.

¶ Notion, *i,* n. cucumis ſylvaticus, Apul. de Herb. c. 113.

¶ Nŏtĭālis, *e,* idem quod *Notius.* Avienus Phænom. v. 551 *Iacet in notialia nubila pronus.*

¶ Novacula, novalis, novare, novatio, &c. novellare, novellus, &c. quære paullo poſt in *Novus.*

NŎVEM, numerale indeclinabile, neun. *In novem & dies & libros diſtributus ſermo,* Cic. ad Qu. fratrem 3, 5.

¶ Novēni, *æ, a,* je neune. Livius 27, 37 *Decrevere Pontifices, ut virgines ter novenæ per urbem euntes carmen canerent.* Ovidius Met. 12, 97 *Terga novena boum.* Plinius 3, 7 *Novenorum conceptu dierum.*

¶ Novēnārius, *a, um,* der neunte, etwas geneuntig, aus neune beſtehend; item neun-jährig; ut, *Novenarius numerus,* Varr. R. R. 2, 1 ſub fin. *Sulcus novenarius,* Plinius 17, 11; & *Novenaria regula,* Mart. Capell. 2 p. 25. conf. de *Novenario numero,* Auſon. præf Edyllii 11. Hunc Muſis ſacratum, Plutarch. Sympoſ. 9 qu. 3; & Cenſorin. de Die natali c. 14 tradiderunt.

¶ Novies, adverb. neunmahl. *Novies ſtyx interfuſa,* Virgil. Georg. 4, 480. *Hoc ter novies cantare jubet,* Varro de Re Ruſt. 1, 2.

¶ Nonus, *a, um,* ordinale, der neunte. Horat. 4 od. 11, 11 *Nonum ſuperans annum.* Iuvenal. ſat. 13, 28 *Nona ætas agitur, pejoraque ſecula ferri Temporibus,* &c.

¶ Nōna, *æ,* f. una Parcarum appellata. Nam Latinis *tria Parcarum nomina* ſunt: *Nona, Decima,* (a nono atque decimo menſe, partus tempeſtivi tempore) & *Morta,* Gellius 3, 19.

¶ Nōnæ, *arum,* f. pl. νῶναι, ſex dies, qui primum in menſe ſequuntur, *Martio* ſic. *Majo, Iunio, & Octobri,* in reliquis vero menſibus quatuor primum ſequentes dies. vid. Macrob. Saturn. 1, 13. Dicimus autem, *Nonis & Nonarum,* ſive *ante Nonas: Pridie Nonarum* vel *Nonas; Nonæ Ianuariæ, Decembres,* &c. Dicuntur *nonæ,* quod ante nonum menſis diem ſint. His diebus populus ex agris in Vrbem conveniebat, in arce, ibique rex ſacrorum prædicebat ſingulas ferias menſtruas, de quibus vid. Roſin. Antiqu. 4, 3.

¶ Nōnānus, *a, um,* ein neunter; ut, *Miles nonanus,* ſcil. ex legione nona, Tac. Ann. 1, 23, 6; & 1, 30, 5.

¶ Nōnārius, *a, um,* zur neunten zahl gehörig; unde *petulans nonaria,* meretrix, quæ a nona hora proſtat, ap. Perſium ſat. 1 extrema. Vide ibi Interpretes.

¶ Nōnāginta, neuntzig; ut, *Annos nonaginta natus Maſiniſſa,* Cic. de Senect. c. 10. *Nonaginta dies,* Auſon. Edyll. 14, 1 & 16.

¶ Nonagēsĭmus, *a, um,* der neuntzigſte. Cic de Senect. c. 5 *Iſocrates quarto & nonageſimo anno ſcripſiſſe dicitur.*

¶ Nonāgies, adverb. neuntzigmahl. Cicero Verr. 3, 70 *Ferme ad nonagies feſtertium.*

¶ Non gēni, *æ, a,* ie neuntzig; ut, *Nonageni gradus,* Plin. 36, 13.

¶ Nonagenārius, *a, um,* neuntzigjährig; ut, *Senex nonagenarius. Motus* (Martis ſtellæ) *nonagenarius,* Plin. 2, 15.

Nongenti, noningenties, vide ſupra *Centum.*

¶ November, *bris,* m. menſis, der wintermonat, id eſt, menſis hibernus. Wintermond eum appellavit Carolus M. & Saxones ſchlachtmond, hodie Germani, der november. Nomen apud Latinos accepit, quod a Martio, unde annum inchoarunt antiquitus, nonus ipſe eſſet. Auſonius in eclog. de menſibus: *Sidera præcipitas pelago intempeſte November.* Et ibidem: *Septembri, Octobri autumnus totoque Novembri.* Cato etiam *Novembris* recto caſu dixit apud Priſcianum lib. 6 p. 696 *Menſe Octobri fecimus: Novembris reliquus erat.* Scilicet vera adjectiva ſunt menſium nomina, quibus, ſi nude ponuntur, *menſis* ſubauditur. Sicut ergo *pedeſter & pedeſtris, ſaluber & ſalubris* dicimus digniori genere: ita veteres etiam *November & Novembris.* ¶ 2. *November,* viri nomen in vetere Inſcript. Murat. p. 601, 2.

¶ Novembrālis, *e,* adj. Mantuanus: *Simonis Iudæque dies eſt quinta Calendas Ante novembrales.*

¶ Nŏvensīles quoque dii a *novenario* numero appellati videntur, alii a *novitate* malunt ita dictos. Sed qui hoc nomine cenſeantur, non caret controverſia. Qui a *numero* nomen eorum repetunt, alius interpretatur, novem in Sabinis apud Trebiam conſtitutos Deos; alius novem Muſas; alius Deos novem, quibus ſolis Iupiter poteſtatem jaciendi ſui permiſerit fulminis; alius non tam ad numerum novenarium, quam ad vim ejus reſpicit, quæ in movendis rebus potentiſſima ſemper habeatur & maxima: qua ratione parum referret, ſive novem eos numeremus, ſive plures paullo resve, modo maximæ cujusdam fateamur eſſe poteſtatis. Qui deflectunt id nominis a *novitate,* differunt & hi ſententiis. Eſt, qui novitatum præſides velit intelligi; eſt, qui numina peregrina, atque ſic nova; eſt, qui ex hominibus divos factos, ut Herculem, Romulum, Æſculapium, Liberum, Æneam. Intelliges hæc omnia ex Arnobii lib. 3 adv. Gentes p. 122, qui ex hac inconſtantia vanitatem arguit ethnicæ religionis. Conſulendus & Varro de Ling. Lat. 4, 10, qui *Lavem, Veſtam, Salutem, Fortem, Fortunam, Fidem, Novenſiles* vocat. Eſſe, qui *Novenſiles* appellatos putent, quod noviſſime in Deorum numerum recepti ſint, quaſi *noviſſime ſalientes,* prodit Gyrald. Syntagm. 1 Hiſt. Deor. f. 19, (cui confer Cæl. Calcagn. lib. 1 epiſt. 29, quem Voſſ. f. 346 Etymol. non recte videtur intellexiſſe), ubi addit, etiam *Novenſides* appellari. Qua de re Mar. Victorinum vide lib. 1 Art. Gramm. cap. de Orthograph. extr. cui & hoc debemus, *Novenſiles* a Græcis συνεννέα dici.

Novendecim, vide *Decem,* Novendialis, *Dies,* Novennis, *Annus,* Novem populi, *Populus.*

¶ Duodenonaginta, acht und achtzig, Plin. 3, 16.

¶ Vndenonaginta, neun und achtzig. Livius 37, 30 *Claſſis undenonaginta navium.*

NŎVERCA, *æ,* f. *mala, ſeva, injuſta, ſcelerata, dira, triſtis,* epitheta ſunt ejus apud poëtas, eine ſtiefmutter. Virgil. eclog. 3, 33 *Eſt mihi namque domi pater, eſt injuſta noverca.* Loquendi formulæ notentur: *Novercam inducere liberis,* Plinius 6 epiſt. 33, &, *ſuperducere,* Capitolin. in Marco extr. vide *Superduco.* Heſiodus metaphorice Ἔργων extremo: Ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ. *Ipſa dies quandoque parens, quandoque noverca eſt:* Ita Plinius 7, 1 de natura, *parens melior homini, an triſtior noverca fuerit. Flere ad novercæ tumulum,* eſt luctum ſimulare, cum re gaudeas. De utroque vide Chiliadas. ¶ 2. *Novercæ* quoque dicebantur loca iniqua, aſpera, lapidum congerie rudia; alio nomine Canabula, Canabulæ. Vide Ian. Guil. Lauremb. Antiquar. p. 65 voce *Canabula.*

¶ Nŏvercālis, *e,* adject. ſtiefmütterlich, feindſelig; ut, *Odium novercale,* bitterer haß, Tac. Ann. 1, 6, 4; & 12, 1; ubi plura Marcellus Donatus *Novercali animo in aliquem eſſe,* Trebell. Pollio in Herode Tyranno. Et Seneca Controv Excerpt. 4 Declam. 6 *Quid alterum novercalibus oculis intueris?* Avienus Phænom. Arat. v. 580 in Cancro: *Iuno novercales ut ſemper proderet iras.*

¶ Nŏvercor, *āri,* fævitiam novercæ exercere, wie eine ſtiefmutter handeln, zuwider ſeyn. Gloſſ Vet. *Novercari,* μητριάζειν Sidon. Apollin. 6 epiſt. 16 *Quorum imbecillitati quodammodo novercaretur.* Sic dicunt: *Novercante fortuna,* quod improbat Voſſius 4, 14.

Nŏvi, noviſſe, vide paullo ante in *Noſco.*

NŎVIŌDŪNUM, *i,* n. Sueſſonum oppidum in Gallia, vulgo *Noyon,* de quo Cæſar B. G. 2, 12. Alterum Galliæ Celticæ, in finibus Biturigum, cujus meminit Cæſar B. G. 7, 22. Tertium Nivernenſium, in finibus Æduorum, vulgo *Nevers.* vid. idem Cæl eodem lib. c. 55.

NOVIOMĂGUM, vel Novomagum, *i,* n. multiplex eſt, & reddi poteſt, Neuhaus. Neuburg. Nam poſteriorem partem *Magum* priſcorum Gallorum lingua domum ſignificaſſe, aſſerit Beatus Rhenanus Rer. Germ. lib. 3. Inſignis urbs Geldriæ *Noviomagum* ad Vahalim, vulgo Niemägen. Auſon. Moſellæ v. 11 *Novomagum, divi caſtra inclyta Conſtantini.* Niſi forte voluit Auſonius *Noviomagum,* i in conſonam transfeunte, eamque ob cauſſam o producto.

NŎVUS, *a, um,* νέος, recens, neu; ut, *Luna nova,* &c. *Nihil novi auditur,* Cicero Att. 8, 14, man höret nichts neues. *Res novæ & inuſitata,* Idem Artic. 3, 24. *Novo modo contumelias facere,* Ter. Phorm. 5, 7, 79. Et, *Nova ars,* Nepos 1, 5, 3; & *Novum conſilium,* Idem 18, 8, 4, eleganter ſignificatione inventi tam ſolliciti, quam neceſſarii. *Nova ætas,* juvenilis, ap. Ovid. Amor. 2, 4, 45. In illo Virgilii eclog. 3, 86 *Pollio & ipſe facit nova carmina:* Servius NOVA, *magna mirandaque* interpretatur. Conf. Barth. ad Claudian. p. 1101 & 1102. ¶ 2. *Homines novi* dicebantur, qui nullos claros majores habuerant, quique ipſi primi lucem generi ſuo intulerant, & publicas dignitates jusque adeo imaginis in urbe erant aſſequuti. Cicero fam. 5, 18 *Adeptus es, quod non multi homines novi amiſiſti, quæ plurimi homines nobiliſſimi.* vid. Plutarchum Catone Majore principio: Itemque Bœclerum ad Vellej. 2, 128, 1 p. 245. Roſin. Ant. Rom. 1, 89 p. 99; & Sigon. de Ant. jure Civ. Rom. 2, 20. Manut. ad Cicer. fam. 1, 7. Etiam is dicebatur *homo novus,* qui magiſtratum ceperat, quem ante non geſſiſſet. vide Sigon. ad Livium 7, 1 pr. ¶ 3. Eodem modo *novi Dii* paſſim occurrunt. vid. Burm. ad Ovid. Her. 16, 332. ¶ 4. *Res novæ,* mutatio ſtatus publici, rebellio. Sic, *Novis rebus ſtudere,* Cicero Catil. 1, 1 *Nova* vel *novas res moliri,* Vellej. 2, 125, 1; & 2, 129, 2. *Novarum rerum auctores,* aufwiegler, Idem 2, 19, 1. ¶ 5. *Novus* & *malus* confunduntur in MSS. Drak. ad Sil. 10, 422.

¶ Nŏviſſĭmus, *a, um,* poſtremus, quod quæ recenter fiunt, ultimum locum habent, der letzte, äuſſerſte. *Eſſe in noviſſimis,* einer von den letzten ſeyn, Cicero pro Roſc. Com. c. 11. Vius & aliis locis, uti notant Andr. Schottus Nodorum Cicer. 3, 17. Muretus Comment. in Catull. epigr. de Faſelo p. 22, & Franc. Florid. Sabin. Lect. Subcif. 1, 2, apud Grut. Tom. 1 Lampad. Crit. p. 1022. Phil. Carol. animadv. in Gell. p. 433, contra Gellium, qui hanc Ciceroni vocem abjudicat lib. 10 c. 21. Adde Borrich. Vind. p. 145 & 175. Vſi ea & alii Ciceronis æquales, ut ſunt M. Cato, M. Varro, C. Cæſar, Suet. Cæſ. c. 19 & 39, C. Salluſtius, &c. Virgilius quoque Æneid. 6, 231; & Catullus epigram. de Faſelo. *Verba noviſſima,* Ovid. Met. 2, 363; & 3, 361. Quintil. 2, 1 *Hinc accidit, ut, quæ alterius artis prima erant opera, facta ſint alterius noviſſima.* Conf. Voſſ. 4 Inſt. Orat. p. 17. *Noviſſimo tempore,* Nepos 18, 1, 6, i. e. ultima ætate, juſſit.

¶ Nove & Nŏvĭter, adverbia, auf neue art. Auct. ad Herenn. 1, 9 *Ne quid ambigue, ne quid nove dicamus.* Apul. lib. 3 Dogm. Plat. pr. *Nova, uſitata, nove proferre.* Inſcriptio Romana apud Gruter. p. 171 n. 7, (ex ſeculo, ut Reineſius judicabat, Chriſtiano quarto, ſive anno 376) BASILICAE NOVITER REPARATAE. Ex Plinii Paneg. c. 34, etiam vulgo accerſitur, ſed *non iter* ibi pro *noviter* legendum. Fulgent. Mythol. 3, 1 *Amor noviter venit.*

¶ Nŏvis-

¶ Nŏvissĭme, ad postremum, zůnaſtens, neulichſt. Plancus Cicero. fam. 10, 24, zuletzt. Præcedunt *primum, deinde.* vid. Manut. ad h. l. Quintil. 2, 10 *Quæ ut ex omnibus noviſſime eſt inventa, ita eſt multo utiliſſima.* Conjunguntur etiam alias *primum, deinde, noviſſime,* zum erſten, ferner, endlich oder letzlich. *Dicam primum, quemadmodum in iram non incidamus, deinde, quemadmodum ab illa liberemur; noviſſime, quemadmodum iraſcentem retineamus, placemusque,* Sen. de Ira 3, 5. Geminus locus eſt Plinii 7 ep. 17. v. de hac voce Borrich. Vind. p. 144.

¶ Noviſſimālis, *e*, id eſt, finalis, ſchließlich. Mar. Victorin. 2 Gramm. *Verſus finalis ſive noviſſimalis.*

¶ Nŏvellus, *a, um,* gar neu, jung; ut, *Arbor novella*, Cicero de Finib. 5, 14. *Vitis novella*, Virg. eclog. 3, 11. add. Brouckh. ad Tibull. 2, 2, 22, ubi ad vites proprie pertinere oſtendit. Cæterum ipſe Tibullus l. c. *novellam turbam* de pueris parvis dixit. Opponitur veteri: Vario de Re Ruſt. 2, 23 *Novella* (ætas caprini generis) *quam vetus utilior.* Et, *Novellum imperium*, i. e. recens inſtitutum, Vopiſc. in Tacito pr. *Novellas animas*, de pueris Prudentius dixit de Epiphan. v. 112.

¶ Novellæ, *arum*, f. pl. ſubſt. in jure conſtitutiones non nova jura continentes, ſed noviſſime poſt codicem promulgatæ. v. ICt. ¶ 2. *Novellæ* vulgo novæ relationes, aviſen, gazetten, neue zeitungen.

¶ Novelle, adverb. neulichſt, in Plauti Pœnul. ſuppoſ. v. 8.

¶ Novellĭcus, *i*, m. ſubſt. ein neuling. In Plaut. l. c. *Virum is eſt novelle novellicus.*

¶ Novellĭtas, *ātis*, f. die neuigkeit. Tertull. adv. Prax. c. 2 *Tam ipſa poſteritas omnium hæreticorum, quam ipſa novellitas Praxeæ heſterni.* Conf. de anima c. 28.

¶ Nŏvello, *are*, novas vites pangere, wein anlegen. Suet. Domitiano c. 7 *Edixit, ne quis in Italia novellaret.* vid. Torrent. h. l. & Brodæus miſc. 10, 15.

¶ Novellāſter, *a, um*, gar neu, allzujung. Marcell. Empir. c. 8 *Vinum optimum, ſed novellaſtrum.*

¶ Nŏvellētum, *i*, n. vinea novella, apud Paulum ICt. lege 6 ff. de impenſis in rebus dotalibus factis, eine rebenſchul, ein neugepflanzter weinberg. Gloſſ. Vet. *Novelletum,* νεοφυτῶν.

¶ Nŏvĭtas, *ātis*, f. die neuigkeit. Plin. 12, 1 *Hominum natura novitatis avida*, die leute hören gern etwas neues. Et alter Plinius 8 epiſt. 18 *Aures hominum novitate lætantur.* Sic, *Rei novitate perculſus*, Cic. Divin. 1, 42. *Grata novitas*, vide Chiliadas. *Gratiam novitatis exuere*, alt, abgeſchmackt werden, Plin. 1 epiſt. 2. Plural. *Novitatibus excitari*, ibidem epiſt. 4. Ammianus 22, 2. *Solet fama novitates augere.* Seneca epiſt. 11 *Novitas rei, etſi non concutit, movet*, die unaewohnte ſache. Salluſt. Iug. 85 *Contemnunt novitatem meam*, i. e. novam nobilitatem. Vellej. 2, 127, 1 *Novitas familiæ.* Virgil. Æneid. 1, 563 *Regni novitas.* Ovid. Faſt. 1, 160 *Hæc annі novitas jure vocanda fuit.*

¶ Nŏvĭtius, *a, um*, ganz neu; ut, *Puellæ novitiæ*, Ter. Eun. 3, 5, 34, i. e. imperitæ & ſimplices. *Novitium inventum*, eine neue erfindung, Plin. 17, 21. add. Iuven. 3, 265. ¶ 2. Servi etiam venales *novitii* dicti, neulinge. Cicero in Piſonem pr. *Syrum neſcio quem de grege novitiorum*, i. e. venalium. Quintil. 8, 2. *Item, quod commune eſt, & aliis nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur: ut, VRBEM Romam accipimus: & VERNALES novitios* &c. Nam recens capti bello & pro ſervis venundati, novitii erant ac miniſteriorum ſervilium rudes. Plaut. Capt. 3, 5, 60 *Quid tu una nocte poſtulavi ſti & una die Recens captum hominem, ſuperum & novitium Te perdocere.* ¶ 3. *Admovitium ærario*, quem Sim. Boſius 12 ad Attic. epiſt. 21 aſſeruit, & Cruterus quoque retinuit, explosum vide a Græv. τῷ πάνυ, ad eandem epiſtolam p. 331 ſq.

¶ Nŏvĭtĭŏlus, *a, um*, ein wenig neu: ut, *Novitiola paratura*, Tertullian. Apolog. c. 47. Apud eumdem de Pœnit. c. 6 ſunt *novitioli, qui incipiunt divinis ſermonibus aures rigare*, &c.

¶ Nŏvo, *avi, atum, are*, idem eſt quod renovare, reparare, erneuen, neu machen, ꝛc. erqvicken; ut Ovid. Heroid. 4, 90 *Requies feſſa membra novat.* Ita *Agrum novare*, apud Cicero. de Orat. 2, 30 *Subactio mihi ingenio opus eſt, ut agro non ſemel arato, ſed novato & iterato, quo meliores fœtus poſſit & grandiores edere.* vid. *Novalis* ager. *Novare pugnam*, Liv. 4, 83. ¶ 2. *Novare* eſt priſtinam formam mutare, verändern. Cicero de Leg. 3, 5 *Nihil habui, quod putarem novandum in legibus*, hoc eſt, immutandum, ändern oder anders ſetzen. *Fortuna fidem mutata novavit*, Virg. Æneid. 5, 604. Manilius 4, 580 *Scilicet in piſcem ſeſe Cytherea novavit.* Sic, qui præſenti ſtatu rerum contenti non ſunt, & novis rebus ſtudent, *novare* dicuntur, neuerung anfangen. Curt. 7, 6, 14 *Haud dubius, quin eorum operâ redigi poſſent in poteſtatem, cœrcendo, qui novaverant res.* Paſſ. Salluſt. Catil. c. 55 *Ne quid eo ſpatio noctis novaretur.* Iterum Curt. 4, 1, 30 *Novandis quam gerendis rebus aptior.* Ad hanc ſignificationem quomodo *novacula* pertineat, vid. ſuo loco.

¶ Novans, *tis*. Virg. Æn. 4, 260 *Æneam tecta novantem conſpicit*, i. e. nova tecta condentem ibi prius nulla fuerant.

¶ Nŏvātus, *a, um*, erneuert; ut, *Novata vox & facies*, Ovid. Met. 2, 674. *Vulnus novatum*, Idem Remed. am. v. 729. ¶ 2. *Novatus*, ſubſt. nomen hæretici, de quo Prudent. Periſt. 4, 19 & 29.

¶ Novatus, *ūs*, m. ſubſt. mutatio, neuerung, änderung. Auſon. Edyll. 14, 39 de roſis aliisque floribus: *Tot ſpecies, tantosque ortus, variosque novatus Una dies aperit: conficit una dies.*

¶ Nŏvātio, *ōnis*, f. idem. Gloſſ. Vet. *Novatio*, καινισμός. Scævola ICt. Lege 57 Dig. de adminiſtr. & peric. tutor. *Ad novationem faciendam cogere.* Et Tertull. adv. Marc. 4, 1 *Luce ipſa clarius novatio prædicatur.*

¶ Novāmen, *ĭnis*, n. idem. Idem Tertullian. adv. Marc. 1, 20 uſus eſt: *Hoc novamen, illas vaniſtates* &c.

¶ Novator, *ōris*, m. ein neuling, der etwas neues aufbringt. Gell. 1, 15 Salluſtium *novatorem verborum* dixit. Gloſſ. gr. lat. καινοποιός, *novator.*

¶ Novatrix, *īcis*, f. Ovid. Met. 15, 252 *Rerumque novatrix Ex aliis alias reparat natura figuras.*

¶ Nŏvācula, *æ*, f. culter tonſorum, quod novet ſeu mutet formam priſtinam, radendo puta, ein ſchermeſſer. Nam veteres *novare membra* pro *radere* dicebant, ut Scaliger in Ætnam Severi v. 57 obſervat. Cicero de Divin. 1, 17, & Livius 1, 36 *Cotem ab Accio augure novacula eſſe diſciſſam*, prodiderunt. Græcis eſt ξυρόν, ut in dicto illo Theocriti, βέλτιον ἐπὶ ξυρῷ ἢ ὄγκῳ βαίνειν; hoc eſt, *præſtat ſuper novacula, quam ſuper faſtu ingredi.* Hoc enim in dictum additum eſt, μετὰ παροιμίας, *cum præſumtione. Novacula in cotem incidit*, vide Cos. it. *Succineus.* ¶ 2. *Novacula* etiam piſcis nomen eſt apud Plin. H. N. 32, 11.

¶ Novālis, *is*, f. & Novale, *is*, n. primum agrum ſignificat requietum, qui annis alternis conſeritur, brachland, brachacker. Virgilio auctore Georg. 1, 71 *Alternis idem tonſas ceſſare novales.* Servius ad hunc locum: TONSAS NOVALES, *agros meſſos. Dicimus autem & has novales, & hæc novalia.* Ager vero qui ſingulis annis ferebatur, reſtibilis eſt, ein acker, den man alle jahr beſäet. vid. *Reſtibilis* in ſtatuo. ¶ 2. Deinde agrum notat, ubi ſilva exciſa, atque nunc primum proſciſſum, neu land acker. Servius ad h. l. Virgil. Georg. 1, 71 *Proprie Novales ſunt arva primum proſciſſa, & primum ſegetem ferentia.* Sic Virg. eclog. 1, 71 *Impius hæc tam culta novalia miles habebit?* Vide & ibi Servium, & Taubm. p. 12. it. Bur. ad Quint. Decl. 3, 4 p. 62.

Novenſiles, vide in *Novem.*

Compoſita a *Novus:*

¶ Dēnuo, adverb. quaſi *de novo*, de integro, rurſus, aufs neue, von neuem, von vorn an. ut, *Denuo recitare*, Cicero Verr. 1, 14. *Ædificantur ædes totæ denuo*, Plaut. Moſt. 1, 2, 36. *Denuo rebellare*, Livius 10, 31.

¶ Enŏvo, *are*, idem quod *novare*, erneuern. Cicero Acad. 1, 3 *Hæc ne obſoleſcerent, enovabam, cum licebat, legendo*; alii *renovabam.*

¶ Enovatus, *a, um*. Petronius c. 93 in carmine: *Et piſtis anas enovata pennis.* Alii *enotata* malunt: vide Interpretes.

¶ Innŏvo, *are*, verneuern. Cic. in Piſon. c. 36 extr. *Quo te modo ad intemperantiam ſcelerate innovaſti?*

¶ Innovatus, *a, um*, verneuert. Minut. Fel. p. 100 *Refugere corporibus innovatis.*

¶ Innovātio, *ōnis*, f. die erneuerung. Apul. in Trismeg. p. 95 *Credo & tempus innovationem omnium rerum, quæ in mundo ſunt, per alternationem faciunt.* Tertull. contra Marc. 1, 1 *Emendationis* (libri) *neceſſitas facta eſt: innovationis ejus occaſio aliquid adjicere perfuaſit.* Arnob. 1 p. 7 *Rerum innovatio.* Idem 3 p. 104 *Succeſſionis perpetuæ innovatione durare.*

¶ Innŏvator, *ōris*, m. Gloſſ. gr. lat. καινιστής, *Innovator.*

¶ Renŏvo, *are*, wiederum verneuern; ut, *Renovare & inſtaurare*, Cicero Verr. 2, 4. Et, *Animus renovatur*, Hirt. B. Afric. c. 17. *Animum a fatigatione renovare*, Quintil. 6, 3 pr. erqvicken. *Renovare exercitum quiete*, Liv. 36, 14. ¶ 2. *Renovare* & *revocare* confunduntur in MSS. vid. Drakenb. ad Sil. Ital. 14, 112.

¶ Renovatus, *a, um*, verneuert. Cicero de N. D. 2, 23 *Honoris templum a M. Marcello renovatum*, reparirt. Colum. 4, 24 *Vitis renovata.* Ovid. Met. 1, 120 *Renovatus ager.* Idem Met. 7, 215 *Succi, per quos renovata ſenectus In florem redeat, primosque recolligat annos.* Sed *Renovata clades domus*, ein neuer todesfall der ſeinigen. Iuvenal. ſat. 10, 243.

¶ Renŏvātio, *ōnis*, f. die verneuerung. Cicero fam. 11, 18 *Renovatio timoris magnam moleſtiam affert.* Idem de Clar. Orat. c. 71 *Conſolari ſe uſurpatione & renovatione doctrinæ.*

¶ Renovāmen, *ĭnis*, n. idem. Ovid. Met. 8, 729 *Et in hoc renovamine manſit.*

¶ Renovatīvus, *a, um*; ut, *Renovativum fulgur*, apud Feſtum, cum ex aliquo fulgure factum eſt ſimile fulgur.

¶ Renovator, *ōris*, m. in Inſcript. apud Fabrett. p. 102 INSTITVTORI NOVOR. AC RENOVATORI OBR. OPERVM PVBLICORVM.

¶ Renŏvello, *are*, verjüngern. Colum. de Arbor. c. 6 *Vinea facilis ſulcis optime ſteritur atque ita renovellatur.*

NOX, *noctis*, f. die nacht; ut, *Nocte latent mendæ*, Ovid. de Arte am. 1, 249, des nachts ſind alle kühe ſchwarz. Cicero Attic. 4, 3 *Milo media nocte magna manu in campum venit*, um mitternacht. *Nocte concubia*, Idem de Divin. 27, wenn die leute im tiefſten ſchlaf liegen. Et, *Multa de nocte profectus eſt ad Cæſarem*, Idem Att. 7, 4, da es noch finſtre nacht war. Sic, *Nox provecta, adulta*, weit in die nacht. Tac. Ann. 13, 20, 1 *Provecta nox erat, & Neroni per vinolentiam trahebatur.* Idem Hiſt. 3, 23, 3 *Adulta nocte, luna ſurgens oſtendit acies.* Sed, *Nox obducta*, eſt, valde tenebroſa, apud Nepotem 23, 5, 2 vel *nocte obducta* ſimpliciter ſignificat, cum nox eſſet. *Illum nox oppreſſit*, Cicero de Senect. c. 14, die nacht hat ihn überfallen. *Noctem inſomnem ducere, peragere, noctem pervigilare*, Cicero pro Roſc. Am. c. 35. Ovid de Arte am. 1, 735 *Attenuant juvenum vigilatæ corpora noctes.* Eleganter Apul. lib. 1 Mileſ. *Noctem in diem ire* dixit, quum jam lucebat, wenn es tagte. *Noctes diesque: Noctesque & dies*, tag und nacht, Plaut. & Terent. *In nocte conſilium*, ἐν νυκτὶ βουλή, celebre apud Græcos proverbium fuit, admonens conſilium non præcipitandum. Germani ſic, wir wollens beym ſchlaffen, kömmt zeit, kömmt rath. ¶ 2. Apud Ovid. A. A.

8, 88 *Nox oculis pavido venit obvia metu*, idem fere significat, quod Germanorum formula, es iſt mir grün und blau vor den augen worden. ¶ 3. Tralate *Nox* pro cæcitate mentis, ſive ignorantia poetis ſumitur. Ovid Met. 6, 472 *Proh ſuperi, quantum mortalia pectora cæca Noctis habent!* ¶ 4. Per meton. *nox* pro ſomno paſſim ponitur apud poetas. vid. Dan. Heinſius & Drakenb. ad Sil. 3, 216. ¶ 5. Item, pro concubitu & furto Venereo. Plaut. Trin. 2, 1, 21 *Nox datur*. Apul. Apol. *Magno quidem pretio noctium computarat*. Sic, *promittere, condicere noctem*, Ovid. de Remed. am. 2, 123. Et ita poetæ paſſim. Ter. Heaut. 2, 3, 24 *Miſerum quemdam offendi ibi militem Ejus noctem orantem*. ¶ 6. Ponitur & pro morte, vel mortuorum ſtatu, quod in tenebris degant. Vnde illa apud Plautum: *Stat ante tenebras, perſequi tenebras*: i. e. mortem oppetere. Cic. Tuſc. 1, 41 *Quam multi dies reperiri poſſunt, qui tali nocti anteponantur, cui ſimilis futura eſt omnis perpetuitas conſequentis temporis?* Horat. 1 od. 4, 16 *Iam te premet nox, fabulaque manes*. Et eod. 28, 15 *Omnes una manet nox, Et calcanda ſemel via leti*. Hinc inferos mortuorum ſedem; *ſine ſole domos*, Virgilius dicit Æn. 6, 534. Sic apud Catull. carm. 5, 6 *Nox eſt perpetua una dormienda*. Liv. 6, 17 *Non obverſatam fuiſſe memoriam noctis illius, quæ pene ultima atque æterna populo Ro. fuerit*. add. Drakenb. ad Sil. 10, 173 & 13, 708. ¶ 7. *Nox* etiam inter Deas cultæ, eique gallus ſacrificatus. Ovid. Faſt. 1, 455 *Nocte Deæ Noctí criſtatus cæditur ales*. ¶ 8. *Nox* pro noctu antiqui dixerunt, ut Macrobius Sat. 1, 4 ex XII Tabularum lege probavit: SEI NOX FVRTVM FACTVM ESIT &c. Idem Plauto reſtituerunt viri docti in Rud. Act. 2 Sc. 4 v. 4 & Aſin. act. 3 Sc. 3 v. 7. ¶ 9. *Noctes Atticæ, νυκτες ἀττικαι*, titulus eſt operis Gelliani, quod hibernis noctibus in agro Attico elucubratum fuit a Gellio. ¶ 10. *Nox* & *mors* confunduntur in MSS. vid. Drakenb. ad Sil. 10, 173. it. 13, 129. Item *Nox* & *Vox*. vid. Burm. ad Ovid. Her. 3, 116.

¶ Noctu, i. e. nocte, bey nacht; ut, *Die noctuque tentare*, Salluſt. Iug. c. 38. *Die noctuque fatigare animum*, ibidem c. 70. *Noctu ambulabat in publico Themiſtocles*, Cic. Tuſc. 4, 19. Videtur Ablativus caſus priſci obſoletique nominis eſſe. Vnde *hac nocte, qua noctu, concubia noctu*, ex Ennio Macrobius profert Sat. 1, 4, & ex Quadrigario *de noctu* ibidem. vid. quæ habet Gallæus ad Quint 1, 4 extr. *Internoctu* ap. Gell. 3, 2 pro *inter noctem* I. Lipſius legendum cenſet, quod diſplicet Gronovio ad Liv. 29, 14.

¶ Noctua, æ, f. γλαυξ, ſic dicta a tempore noctis, quo canit & volat, quia lucifuga eſt, & quia *ferox exercet nocturna cantus*, ut Virg. ait Georg. 1, 402, ein kauz, käutzlein. Nam *ulula* ſunt majores, die groſſen nacht-eulen. vid. *Vlula*. Sic *Noctua aurita*, ein ohr-kauz. *Noctua ſaxatilis*, ſtein-kauz, Geſner. ¶ 2. *Noctuas* (non ululas,) *Athenas* prov. ſubaudi mittere, γλαυκας εἰς Ἀθηνας, waſſer in den brunnen tragen. Vſus eſt Cicero ad Qu. fratr. 2, 15 extr. item fam. 6, 3; & 9, 3. *Noctua inter cornices*, proverb. aliud, ubi ſtupidior aliquis in petulantes ac dicaces incidit.

¶ Noctuĭnus, *a, um*, noctuam referens. Plaut. Curc. 1, 3, 35 *Tunc cum noctuinis oculis*, mit grauen oder eulen-augen. Ita etiam Pœn. 1, 2, 107 *Noctuina ora*. Certe ita legi vult Boxhornius. al. *nocturna*.

¶ Noctuĭbundus, *a, um*, noctu vagans, vel iter faciens. Cic ad Att. 12, 1 *Cum complicarem hanc epiſtolam, noctuabundus ad me venit cum epiſtola tua tabellarius*, der bote kam in der nacht.

¶ Nocturnus, *a, um*, nächtlich; ut, *Horæ nocturnæ*, Cic. pro Roſc. Am. c. 7, nacht, oder nacht-ſtunden. *Labores diurni, nocturnique*, Idem de Senect. c. 23. Et, *Quies nocturna*, Sen. Hippol. v. 100.

¶ Nocturnus, *i*, m. ſubſt. apud Plaut. Amph. 1, 1, 116, ſive ut ex Auguſtino & Capella volunt quidam, *Nocturninus*, Deus noctis. Dalechamp. ad Plin. 2, 20 p. 70. ¶ 2. Item Veſper, apud Statium Theb. 6, 240, ubi Lucifero *Nocturnus* opponitur. vide Turneb. Adverſ. 24, 27. ¶ 3. Furem etiam hac voce notari vult Gebhard. ad Liv. 3, 58 Burm. ad Petron. c. 57 p. 281. Calpurn. ecl. 3, 73 *Vt mala nocturni religavit brachia Mopſi Tityrus, & medio furem ſuſpendit ovili*.

¶ Nocturnalis, *e*, idem, ut *nocturnus* ſicut ab Æternus, *Æternalis*; a Perpetuus, *Perpetualis*: a Vernus, *Vernalis*, ſequiore ſaltim ætate derivatum fuit, de quibus ſuo loco invenies. Alcimus Avitus epiſt. 33 *In contenebrati receſſus nocturnali habitatione*. Et Sidonius 7 epiſt. 16 *Per quos nocturnalem cucullum transmiſi*.

¶ Noctius, *a, um*, nocturnus, nächtlich. Lucret. 6 v. 1218 *Nec noctia ſecla ferarum Exibant ſilvis*. vid. Barthii Adverſ. 1, 9.

¶ Nucteſco, *ĕre*, nacht werden finſter werden. Ex Furio Antiate Gellius 18, 11 *Omnia nocteſcunt tenebris* &c. Nonius 2, 591 per *Cæcavi* exponit.

¶ Noctambulo, *onis*, m. ein nachtgänger, mondſüchtiger.

¶ Noctĭcŏla, æ, m. Prudent. Hamart. v. 634 *Noctícola Indus*, qui ob diurnum calorem noctem amat & tenebras. Poſſes ita dicere, einen nachtſchwermer.

¶ Noctĭcŏlor, *ōris*, ater, ſchwartz, finſter. Auſonius Technopæg. de Diis v. 11 *Noctícolor Styx*.

¶ Noctĭcubus, *i*, m. pro adultero apud Caſſiodorum.

¶ Noctifer, *a, um*, noctem afferens. Item, Veſper, der abend-ſtern, apud Catull. c. 63, 7 *Ætthereos oſtendit noctifer ignes*. Et Calpurnius ecl. 5 extr. *Frigidus æſtivas impellit noctifer horas*.

¶ Noctilŭca, æ, f. pro luna, der mond, apud Horat. 4 od. 6, 38. & Varr. de L. L. 4, 10. Ita & Veneris ſtella appellata, cum Heſperus eſt. vid. Dalech. ad Plin. 2, 8 p. 68. ¶ 2. Varro pro *lucerna* poſuit in Bimarco, ut obſervat Scalig. in Conjectan. ein nacht-licht. vid. Varr. de L. L. 5, 8.

¶ Noctilucerna, æ, f. pro cicindela, ein Johannis-würmlein, apud Apulejum.

¶ Noctilŭgus, *a, um*, das bey nacht heulet. Epitheton bubonis apud Lucilium. Sed Laurembergius hic etiam *noctiluecas* habet.

¶ Noctipŭga, *orum*, n. pl. obſcena ſignificans Lucilio, quod noctu pungant atque excitent Venerem. Ita Calepinus legit apud Feſtum.

¶ Noctiſurgium, *i*, n. vox ficta latine pro *nyctagrypna*, das aufſtehen bey nacht. Feſtus in *Egretus*.

¶ Noctivăgus, *a, um*, zu nacht umhergehend. Lucret. 5, 1190 *Noctivagæ faces cæli*, die ſterne. Et Statius 10 Theb. v. 152 *Noctivagi vis blanda Dei*.

¶ Noctĭvidus, *a, um*, noctu videns, zu nacht ſehend; ut, *Noctividæ ales*, noctua, Mart. Capella princ. lib. 6 in metro.

¶ Noctuvigilus, *a, um*, noctu vigilans, zu nacht wachend, ſchlaflos. Sic *Noctuvigilam Venerem* Plautus dixit Curc. 1, 3, 40, quia Venus amat pervigilia & amatores inſomnes noctes ducunt. Eodem modo Seneca epiſt. 83 format *Somnum intervigilum*.

Compoſita ab initio:

¶ Abnocto, *are*, integram noctem abeſſe, ſoris pernoctare, zu nacht ausbleiben. Martianus ICtus l. 15 D. de officio præſid. *Nequis provinciam regit, fines ejus excedat, niſi voti ſolvendi cauſſa, dum tamen abnoctare ei non liceat*. Tribunis plebis *jus abnoctandi* ademtum ſcribit Gellius 13, 12. Sic enim eſt in codicibus emendatis, pro quo perperam in edit. Baſil. Henric. Petrina legitur, *jus ad ſe vocandi*.

¶ Abnoctans, *tis*. Sen. de Vita beata c. 26 *Poeta lovem adulterum induxit & abnoctantem*.

Æquinoctium, æquinoctialis, vide ſupra in *Æquus*.

¶ Binoctium, *i*, n. ſpatium duarum noctium, zwey nächte. Tac. An. 3, 71, 4 *Vt plus quam binoctium abeſſet*. Adde Ammian. 30, 2.

¶ Internoctatio, *onis*, f. das nachtwachen. Gloſſ. lat. gr. *Internoctatio, παννυχίδες*.

¶ Pernox, *ĕtis*, nomen omnis generis, die nacht hindurch während, über nacht ſtehend. Liv. 5, 23 *Prælium ante lucem, ſed luna pernox erat, commiſſum eſt*, der mond hat die gantze nacht geſchienen. Adde 21, 49. Et Ammian. 31, 2 *Quivis pernox & perdius emit & vendit*.

¶ Pernocto, *are*, über nacht bleiben, ſchlafen. Cæſ. B. Gall. 8, 15 *Neque pernoctare, neque permanere eodem loco poſſe*. Ter. Hec. 4, 1, 24 *Foris pernoctare*. Cic. pro Arch. c. 7 *Studia pernoctant nobiſcum, peregrinantur*. Et Tuſc. 2, 17 *Pernoctant venatores in nive*.

¶ Pernoctans, *tis*. Cic. pro domo c. 30 *Propter inopiam tecti in foro pernoctans*. Et Tuſc. 5, 24 *Gaudio affici animum cum his habitantem pernoctantemque curis*.

¶ Pernoctātio, *ōnis*, f. der nächtliche aufenthalt. Ambroſius Serm. 90 de paſſione Agnes p. 394 *Dum parentes beatæ Agnes aſſiduæ pernoctationibus vigilarent ad ſepulcrum ejus*, gantze nächte hintereinander wachten.

¶ Trinoctium, *i*, n. ſpatium trium noctium, die zeit von drey nächten. Fabius Pictor apud Gellium 10, 15 *De eo lecto trinoctium continuum non decubat*. Ipſe Gellius 3, 2 *Non poſſe impleri trinoctium*. Ammian. 16, 26 *Per triduum & trinoctium flumen tranſiſſe Germanos*.

¶ Trinoctialis, *e*, dreynächtig. Martial. 12 epigr. 78 *Trinoctiali domicænio*.

NOXA, & Noxia, æ, f. a *nocendo*, omne damnum, der ſchade, die verletzung. Item, omne delictum, ſchuld, verbrechen. Fronto facit diſcrimen, ut NOXA culpam; NOXIA culpæ pœnam ſignificet. Sed utrumque idem ſignificat; & *noxia* pro *noxa* per epentheſin dicitur. Donatus ad illud Ter. Phorm. 1, 4, 47 *Meminiſtin' olim, ut fuerit veſtra oratio, In re incipiunda ad defendendam noxiam*: NOXIAM, inquit, *nunc* culpam: *alias* pœnam. *Et eſt ἐπενθεσις, ab eo quod eſt*, Noxam: *Et hoc factum eſt propter jambum*. Idem Comicus Eun. 5, 2, 3 *Vnam hanc noxiam mitte*: id eſt, mitte, condona culpam. *Noxam admittere*, Lege 41 § 3 de Furtis. *Noxa aliquem liberare*, Quintil. 5, 12, vor unſchuldig erklären. Sed Grat. cyn. 15 *Orbem ſolvere noxæ* eſt liberare damno. *Noxæ eſſe cui*, Liv. 10, 19, ſchädlich ſeyn, ubi Gron. & alii *noxiæ*. *In noxa eſſe*, Ter. Phorm. 2, 1, 36, ſchuldig und ſträflich ſeyn. *Noxiam remittere*, Plaut. Moſt. 5, 2, 47, die ſchuld verzeihen. Cic. de Leg. 3, 4 *Noxiæ pœna par eſto*. Sunt qui *Noxiæ* vocabulum non latinum cenſent, contra quos diſſerit Jacob. Nicol. Loenſ. Epiphyllidum 5, 11. Pro quo etiam ſunt Terentius, & Donatus, & Nonius 5, 67. v. Drack. ad Liv. 2, 54. & Duker. de Lat. Vet. ICt. p. 8 ſeq. ubi voces *Noxam*, & *Noxiam* multis illuſtrat. De læſione Columella 1, 6 *A noxa curculionum fruges defendere*. Celſus 7, 26 *Eodem unco ſine ulla noxa educitur*. Seneca epiſt. 9 *Sine noxa per medios ignes tranſire*, unverletzt. unverſehrt. Tac. An. 15, 34, 1 *Sine ullius noxa theatrum collapſum eſt* ¶ 2. *Noxam* non dici pro jurgio contra Scaligerum & alios defendit Burm. ad Petron. c. 69 fin.

¶ Noxitūdo, *ĭnis*, f. die ſchädlichkeit, die verſchuldung. Accii eſt apud Nonium 2, 576 *Noxitudo obliteretur Pelopidarum*.

¶ Noxiētas, *atis*, f. idem, apud Tertullianum.

¶ Noxiālis, *e*, quod noxam affert, ſive nocet, ſchädlich. Apud Prudentium legitur Cathem. 9, 18 *Lex noxialis*, i. e. quæ mortem operatur per accidens. Et hymno Mamerti: *Pange lingua gloriosi* &c. v. 5 *Quando pomi noxialis morte morſu corruit*.

¶ Noxalis, *e*, idem. Lege 1 Dig. Si ex noxali cauſſa, *Noxalis actio*: & Lege 3 eodem tit. *judicium noxale*. Tertull. in Geneſi c. 2 *Malum noxale*.

¶ Noxius, *a, um*, criminis compertus, nocens, ſchuldig, ſchädlich. Lactant. 4, 18 de Chriſto Salvatore noſtro: *Suſpenderunt eum inter*

duos noxios medium, qui ob latrocinia damnati erant, zwiſchen zweyen übelthätern. Vbi vim habet ſubſtantivi. Sic Nepos 10, 10, 1 *Nonnulli pro noxiis concidluntur.* Tac. Ann. 5, 11, 2 *Noxius conjurationis.* Liv. 7, 22 *In Faliſcos eodem noxios crimine, vis belli converſa eſt.* Adjective uſurpatum paſſim reperies; ut, *Crimina noxia,* Virg. Æn. 7, 326. *Noxia tela,* Ovid. Triſt. 5, 10, 22 *Omnibus reis noxior & ſolicitior,* compar. Seneca de Clement. 1, 13; & *Noxiſſimum animal,* ſuprimo gradu dixit de Clement. 1, 26. In ſcriptis libris eſt etiam *noxioſiſſimum,* nec id male, ut cenſet Lipſius. *Noxii* proprie dicebantur, ſententia judicis ad gladium, beſtias, vel in metallum damnati, vid. Gronov. 1 obſerv. 8.

¶ Noxiōſus, *a, um,* idem. Seneca epiſt. 70 ſub fin. *Animi perditi noxioſique.* De Superl. *noxioſiſſimus* apud eumdem in *Noxius* modo dictum fuit. Reperitur etiam apud Petronium c. 130 *Noxioſiſſimum corpus.*

Compoſita:

¶ Innoxius, *a, um,* qui minime nocet, unſchädlich, unſchuldig. Plaut. Capt. 3, 5, 7 *Decet innocentem ſervum atque innoxium, confidentem eſſe.* Corn. Nepos 1, 8, 4 *Maluit populum eum innoxium plebi, quam ſe diutius eſſe in timore.* conf. Liv. 4, 42, & 44. Compar. M. Cato: *Vita amplior, quam innoxior.* ¶ 2. Paſſive, cui nihil nocetur, unverſehrt. v. Lucan. 9, 892 & 2, 5. it. 63.

¶ Innoxie, adverb. idem. Minut. Fel. c. 33 *Deum caſte, innoxie religioſeque coluerunt.*

¶ Innox, *ōcis,* i. e. innocens, unſchuldig. Gloſſ. lat. gr. *Innox,* ἀβλαβής. conf. Salmaſ. ad Solin. p. 325; & Iſidor. 10 n. 1.

¶ Obnoxius, *a, um,* varia ſignificat, & olim Grammaticis diſputandi materiem præbuit, ut ex Gellio 7, 17 apparet, & Pareo obſervatis in Lex. Crit. Nos ita ordinabimus ſignificationes. Primo eſt *noxæ,* i. e. damno expoſitus. ubi Germani fere unterworfen. Plin. epiſt. 3, 14 *Vides, quot periculis, quot contumeliis, quot ludibriis ſimus obnoxii.* Columell. 4, 19 *Obnoxius vehementibus procellis.* Tac. An. 14, 40, 2 *Inſidiis* & 3, 58, 5 *odio.* Suet. Domit. c. 12 *Sed cum obnoxium ſe barbaris per hoc animadverteret,* i. e. illorum incurſionibus expoſitum. Ita Liv. 6, 28 *Obnoxia pax* eſt, ubi altera pars eſt deterioris conditionis & potentioris arbitrio expoſita, qualis pax eam ipſam ob cauſſam eſt ignominioſa, ein ſchimpflicher friede. Plin. 31, 6 *Obnoxia corpora,* i. e. valetudinaria. Sed Sen. de Benef. 3, 20 *Corpora obnoxia ſunt & adſcripta Dominis: mens quidem ſui juris,* i. e. vi & poteſtati Dominorum ſubjecta, ut cogi poſſint. Ita enim Tac. An. 3, 34, 5 *Obnoxius libidinibus,* quæ tanquam ſervum in poteſtate habent, ein ſclav ſeiner lüſte. ¶ 2. *Ob noxam* vel delictum ſuum pœnæ obligatus, ut etiam Feſtus explicat, verhaftet. vid. Plaut. Stich. 1, 1, 44. Trucul. 4, 3, 6 *Scio equidem, quæ nolo, multa mihi audienda ob noxiam: Ego tibi me obnoxium eſſe fateor, culpæ compotem.* Ita Sall. Iug. 31, 3. add. Salmaſ. ad Solin. 1 p. 23. Gron. ad Sen. de ira 3, 8. ¶ 3. Speciatim *obnoxius* dicitur, qui *ob noxam* ſuam timet conſcios. Plaut. Bacch. 5, 2, 79 BA. *Quid metuis?* NI. *Ne obnoxius filio ſim & ſervo.* Pater veretur ſcilicet in conſpectu filii & ſervi amplexari meretricem. Ovid. Am. 2, 2, 17 *Domina eſt obnoxia ſervo* (furtorum conſcio ſcilicet) ſie muß ſich vor ihm fürchten. vide Schulting. ad Quint. decl. 1 p. 17. ¶ 4. Hinc generatim etiam timidum notare videtur. Liv. 23, 12 *Si reticeam, aut ſuperbus aut obnoxius videar, quorum alterum eſt hominis alienæ libertatis obliti, alterum ſuæ.* ¶ 5. Devinctus beneficio apud Terentium Hec. 3, 1, 22 *Tam uxori obnoxius ſum, ita olim ſuo me ingenio pertulit,* ich bin ihr verbunden. ¶ 6. Noxium videtur ſignificare Colum. 2, 18, 2 *Si qua objacent falcibus obnoxia colligi debent.* Sed lectio eſt incerta. vid. no. Geſneri. ¶ 7. Compar. *Obnoxior* eſt Senecæ de Clem. 1, 13 ſed alii, *noxior.*

¶ Obnoxie, adverb. i. e. ſerviliter, knechtiſch, ſclaviſch; ut, *Obnoxie dicere ſententias,* Liv. 3, 39 pr. conf. Plaut. Stich. 3, 2, 41.

¶ Obnoxiōſus, *a, um,* unterwürfig, zugethan, apud Plautum legitur Trin. 4, 3, 31 *Magis quis ſunt obnoxioſi, quam parentes* (ſubditi) *liberis.* Conf. v. 56 & 57.

¶ Obnoxioſe, adv. idem, apud eumdem Epidic. a. 5 ſc. 2 v. 30.

¶ Obnoxio, *are,* ſchuldig machen. Claud. Mamerti eſt de Anim. Statu 2, 9 *Alienis ſones noxiis obnoxiantes.*

¶ Pernoxius, *a, um,* valde noxius, ſehr ſchädlich. Pompon. Mela 1, c. ult. de Ponticis gentibus: *Pernoxii appulſis.*

NVBAE, populus Africæ. vid. Drakenb. ad Sil. 3, 269. item ad 7, 664.

NŸPES, *is,* f. ab hebræo נזף *ſtillare,* vapor humidus in ſublime elatus, eine wolcke, gewölbe. Ovid. Triſt. 2, 142 *Nube ſolet pulſa clarior ire dies.* Fuit & divinationis genus ex nubibus, quam mulier Anthuſa Leonis Imperatoris tempore invenit, ut Damaſcenus in Iamblichi vita auctor eſt apud Photium p. 1042. ¶ 2. Ponitur etiam pro faſtu atque triſtitia, wenn man ſauer ausſiehet. Horat. 1 epiſt. 18 v. 94 *Deme ſupercilio nubem.* Et Ovid. Triſt. 5, 22 *Vita triſti nube vacat.* Vid. Dan. Heinſ. & Drak. ad Sil. 8, 613. ¶ 3. Pro multitudine denſa. Liv. 35, 49 *Rex peditum equitumque nubes jactat.* Tac. Hiſt. 3, 2, 8 *Nunc XVI alarum conjuncta ſigna pulſu ſonituque, & nube ipſa operient & ſuperfundent oblitos præliorum, equites equosque.* Hieron adv. Iovinian. 2, 6 *Orientales & Libyæ populos, quia per deſertum & calidam eremi vaſtitatem locuſtarum nubes reperiuntur, locuſtis veſci, moris eſt.* Etiam Græci ſic loquuntur: Γεράνων νέφος, *grumum nubem,* habes in Epigr. Antipatri lib. 3 Anthol. c. 18, ποιμάνας, ubi de Ibyco loquitur; Et, νέφος μαρτύρων, *nubem teſtium,* Hebr. c. 12 v. 1. Vide utrobique notas, illic Brodæi f. 403, hic Erafmi Schmidii in N. T. f. 1335, itemque Barth. ad Theb. Statii 2 p. 457, Virgil etiam Georg. 4 v. 60 apium examen; & Æn. 9, 33 multum caligmem ex pulvere *nubem* vocat. Sic *Nubes belli* pro mole, apud eumdem Æn. 10, 809. ¶ 4. *Nubes* eſt etiam, quicquid confuſionem & turbationem inducit; e. g. Claudiano de B. Getic. c. 41 *Timor eſt nubes mentis,* die furcht umnebelt das gemüth. Auſon. epiſt. 14 v. 2 *Pelle ſoporiferi ſenium nubemque veterni.* Val. Flacc. 3, 66 *Nubes meri,* i. e. ebrietas. Idem 8, 8: *Pervuſſus nube ſoporis.* Stat. Theb. 2, 32 *Spes ſub pectore nubem Conſilio volvens.*

¶ Nubs, pro *Nubes,* Auſon. Edyll. 12 de Hiſtor. *Perjurum Lapitham Iunonia ludificat nubs.*

¶ Nūbēcula, *æ,* f. dimin. Plin. 18, 35 *Nubecula, quamvis parva, ventum procelloſum dabit.* Apul. de Mundo p. 61 *Nebula conſtat aut ex ortu nubeculæ, aut ex ejus reliquiis.* ¶ 2. Ad irati habitum Cicero transfert, cum *frontis nubeculam* dixit in Piſon. c. 9, ſicut *nubila fronte* apud Martial. eſt 1 epigr. 11. Germani etiam ejusmodi fronti tribuunt ein gewölcke. ¶ 3. *Nubecula* in morbis ponitur & corporis vitiis. Plin. 27, 12 *Purgat cicatrices & nubeculas,* flecken.

¶ Nubeculōſus, *a, um,* gewölckig, dunckel. Sarisb. epiſt. 184 *Ratio hæc nubeculoſior eſt.*

¶ Nūbigōſus, *a, um,* i. e. nebuloſus, nebelicht; ut, *Nubigoſus aër,* Claud. Mamert. de Statu anim. 1, 7.

¶ Nūbilo, *are,* nubilum inducere. Varro R. R. 1, 13 *Si nubilare cœperit,* ſcil. aër, wenn ſich die wolcken aufziehen. Metaphorice Plinius 37, 7 *Fulgor carbunculi extremo viſu nubilans.* Et Paulinus Nolanus carm. 10 v. 38 *Lucem* (divinam) *figmenta vatum nubilant.*

¶ Nubilor, *ari,* nubibus obduci, trübe oder wölckicht werden. Cato de R. R. c. 88 *Vbi nubilabitur, noctu ſub tecto ponito.*

¶ Nubilus, *a, um,* trübe, gewölckig; ut, *Nubilo die,* Plin. 2, 35. Et Metaph. Ovid. Triſt. 1, 8, 6 *Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris,* h. e. triſtia, wenn trübe zeiten einfallen.

¶ Nūbilum, *i,* n. ſubſtantive pro ipſa nube, ſeu aëre triſti, gewölcke, trübes wetter; ut, *Nubila cæli,* Virg. Georg. 4, 166. *Denſa inter nubila,* Idem Æn. 6, 592. ¶ 2. Refertur & ad animum, atque triſtitiam ſignificat. Plin. 2, 7 de ſole: *Hic cæli triſtitiam diſcutit, atque etiam humani animi nubila ſerenat.* Statius Silv. 1, 3, 12 *Quis Apolline merſo Frigida damnatæ produxit nubila menti?*

¶ Nubilōſus, *a, um,* plenus nubilorum, gewölckig. Apul. lib. 11 Met. p. 260 *Cælum, nubiloſa caligine diſjecta, nudo ſudoque luminis proprii ſplendore candebat.*

¶ Nūbilarium, *i,* n. locus tectus, in quem propter nubila, & incertam aëris conſtitutionem frumenta comportantur, ein feld-ſchoppen, wetter-hütte. Varr. R. R. 1, 13, 5 deſcribit *ædificium, ſub quod teſtum totam fundi ſubjicere poſſis meſſem, quod vocant quidam nubilarium --- ex una parte apertum ab area, quo & in triturâ facile promovere poſſis, & ſi nubilare cœperint inde ut rurſus celeriter rejicere.* Colum. 2, 21 *Si falcibus feges cum parte culmi demeſſa ſit, protinus in acervum, vel in nubilarium congeritur, & ſubinde ſolibus opportunis torrefacta proteritur.* Idem 2, 6 *Areæ nubilarium applicari debet propter inconſtantiam cæli.* Legunt etiam *Nubilar.* Vid. Gronov. in Senec. p. 234.

¶ Nubĭfer, *a, um, Noti nubiferi,* Ovid. Heroid. 3, 58, die wolcken und regen mitbringen. Idem 2 Metamorph. v. 226 *Aëriæque Alpes, & nubifer Apenninus,* der mit wolcken bedeckt.

¶ Nūbĭfugus, *a, um,* wolcken vertreibend; ut, *Boreas nubifugus,* i. e. nubes fugans & diſſipans, Col. 10, 288.

¶ Nubĭgena, *æ,* ein wolcken-kind; ut, *Nubigenæ Centauri,* ex nube geniti, Stat. Theb. 5, 263; qui & *nubigenæ bimembres,* Virg. Æn. 8, 293. Et, *Nubigenæ amnes,* Idem Stat. Theb. 1, 365. Id. Sylv. 5, 2 131 *Nubigenas clypeos* dixit h. e. ancilia, ubi perperam alii

¶ Nubigeros legunt.

¶ Nubĭvăgus, *a, um,* inter nubes vagans. Silius 12, 102 de Dædalo: *Hic pro nubivago gratus pia templa meatu Inſtituit Phœbo.*

Compoſita cum præpoſit.

¶ Adnūbilo, *are,* nubila immittere, trübes wetter machen, verdunkeln. Stat. Silv. 5, 1, 149 *Velis adnubilat aura ſecundis,* i. e. nubila ac tempeſtates objicit. Ammianus 27, 14 *Virtutem ejus adnubilabant actibus pravis.*

¶ Connūbilo, *are,* dunckel machen, verfinſtern, apud Firmicum.

¶ Enūbĭlo, *āre,* auswölcken, aufklären, hell machen; ut, *Cæcitatem hominis enubilare,* Tertull. adv. Marc. 4, 36; *Quam clariſſimis lucernis veſtibula enubilabant?* Idem Apolog. c. 35. Hinc

¶ Enubilātus, *a, um,* aufgeklärt, apud Paulinum Iambo ad Cytherium v. 667 *Enubilatam veritatem cernimus.* Tertull. de Animac. 3 *Ea erunt Chriſtianis enubilanda.*

¶ Innūbis, *e,* ungewölckt: ut, *Dies innubis,* id eſt, clarus, vel ſine nubilo, ein heller klarer tag, apud Senecam Hercule Oetæo v. 238.

¶ Innubilo, *are,* dunckel machen, ausſchattiren. Solinus c. 66 *Orbiculi lapillorum rufo colore innubilantur.*

¶ Innubĭlus, *a, um,* clarus, ſerenus, klar, heiter, ausgewölckt. Lucret. 3, 21 *Innubilus æther.*

¶ Obnubĭlo, *are,* mit wolcken überziehen, trübe machen, verdunckeln. *Serenitas vultûs obnubilatur ægritudine,* Gell. 1, 2.

¶ Obnubilatus, *a, um,* umnebelt, verhüllet. Apul. 9 Met. p. 374 *Iuvenis inſcatus atque obnubilatus,* verblendet.

¶ Obnūbĭlus, *a, um,* dunckel, finſter; ut, *Obnubila & obſita tenebris loca,* Cic. Tuſc. 1, 21 ex poëta.

¶ Prænu-

¶ Prænubilus, *a, um*, valde nubilus, ſehr dunckel. Ovid. Amor. 3, 13, 7 *Stat vetus & denſa prænubilus arbore lucus.*

¶ Subnūbilus, *a, um*, aliquantum nubilus, etwas dunckel. Cæſ. B. Civ. 3, 54 *Nox ſubnubila.* Ovid. Remed. am. 599 *Limes erat tenuis longa ſubnubilus umbra.*

Nubifer &c. nubilare, nubilus, &c. Nubilis, vide *Nubes* & ſeq. *Nubo.*

NŪBO, *pſi, ptum, ĕre*, proprio primarioque ſignificatu eſt, *nubis inſtar tegere, velare*, καλύπτειν, umhüllen, bedecken. Ita vetus poëta in Pervigilio Veneris v. 22 *Ipſa* (Venus) *ſi ſtet mane ut udæ virgines nubant* (velent, tegant virgines) *roſæ.* Arnobius lib. 3 p. 118 *Quod aqua nubat terram, appellatus eſt, inquiunt, Neptunus.* ¶ 2. Hinc *Nubere* etiam *nuptias facere*, ſignificat: quod ſcilicet nova nupta flammeo nuberetur ſive velaretur, freyen, heyrathen. Ambroſ. exhort. ad virg. Rom. 1 f. 108 *A nubibus verbum nubentium tractum arbitror. Denique operiantur ut nubes, cum acceperint nuptura velamina.* Vnde proprie puella *nubere* dicitur, adoleſcens *ducere.* B. Hieronymus ad illud Matthæi c. 22 *In reſurrectione neque nubent, nec nubentur: Latina*, inquit, *conſuetudo græco idiomati non reſpondet, NVBERE enim proprie dicuntur mulieres: & viri* VXORES DVCERE. Ovid. Met. 9, 761 de Iphi puella, ſed quam pro mare pater habuerat hactenus, & ei formoſiſſimam virginem deſponderat: *Pronuba quid Iuno? quid ad hæc, Hymenæe, venitis Sacra, quibus qui DVCAT abeſt, ubi NVBIMVS ambæ.* Claudianus in Eutropium Eunuchum 1 v. 222 *Quo ſtruis hos auri cumulos, quæ pignora tantis Succedunt opibus? nubas, dowawe licebit, Nunquam mater eris, nunquam pater.* Quando vero de viris hoc verbi uſurpant auctores, de hominibus uxoriis, id eſt, ſub imperio uxorum viventibus fere loquuntur, ut obſervat Scalig. in Catalect. Poët. Vet. Comment. Et ita ſignate Martialis 8 epigr. 12 *Vxori nubere nolo meæ.* Sed neque hoc perpetuo obſervant auctores. Nonius 2, 577 ait: *Nubere veteres non ſolum mulieres, ſed etiam viros dicebant:* e. g. Pompon. *Meus frater nupſit dotate vetulæ.* v. Barth. Adverſ. 6, 14; item ad Claudiani paullo ante citatum locum p. 1315. Scheurl. ſtatuam Mercur. 1, 2 p. 47. Taubman. ad Plaut. p. 15. ¶ 3. Aliquando *Nubere* concumbere eſt, coire. Plaut. Ciſt. 1, 1, 45, lena de meretricula: *Hæc quidem quotidie viro nubit, nupſitque hodie, Nubet mox noctu, nunquam ego hanc viduam cubare ſivi: Nam ſi hæc non nubat, lugubri mihi fame familiæ pereat.* Atque huc referendum puto illud Veſtalis carmen apud Senecam Excerptis Controv. 6, 8 *Felices nuptæ: moriar, niſi nubere dulce.* Eadem ratione & *nuptiat facere* dicebant, de quo infra. ¶ 4. Etſi autem rectius, frequentius & elegantius dicitur *Nubere viro*, cum mulier ſola ſit, quæ veletur viro: quomodo locutus eſt Ovidius in epiſt. Heroid. 9, 32 *Si qua voles apte nubere, nube pari:* Veteres tamen & *Nubere cum viro* dixerunt: Plaut. Amph. prol v. 98 *Amphitruo natus Argis ex Argo patre, Qui cum Alcumena eſt nupta Electri filia.* Vide ibi Collectanea Taubm. & Albericum Gentilem de Nuptiis 2, 3. Sic Gell. 7, 1 *Patrem ejus diu ſterilem exiſtimatam tradunt, Publium quoque Scipionem, cum qua nupta erat, liberos deſperaviſſe.* Sic & Ter. Hec. 4, 1, 19; & Phorm. 5, 3, 34. Eſt igitur *Nuptam eſſe cum aliquo*, einen mann haben, verheyrathet ſeyn. Et Cic. fam. 15, 3 *Quo cum eſſet nupta Iuvor regis.* Pro quo Sulpitius fam. 4, 5 *Adoleſcentibus primariis nuptam fuiſſe* ait Et ipſe Cic. pro Cœlio c. 14 *Cui* (viro) *cum ex ampliſſimo genere in familiam clariſſimam nupſiſſes.* Ter. Andr 2, 1, 2; & Hec. 4, 1, 13, nec non & Nepos aliquot locis, *alicui virginem nuptum dare*, pro tradere in matrimonium dixerunt, zur ehe geben, ausſtatten. v. gr. Nepos 5, 2, 3 *Des filiam tuam nuptum*: & 10, 1, 1 *Priorem* (filiam) *Dionyſio nuptum dedit.* Iuſtin. 23, 2, 8 *Nubendo non proſperæ tantum, ſed omnis fortunæ initur ſocietas.* Paſſive, *nubentur*, eſt apud ſacros ſcriptores ex Marci c. 12, 25, de quo ſupra ex Hieronymo.

¶ Nūbens, *tis.* Cic. pro Cluent. c. 5 *Mater lectum genialem filiæ ſuæ nubenti ſtraverat.* Sen. Medea v. 842 *Pretioſa dona nubenti feras.*

¶ Nūbilis, *e*, mannbar. Cic. l. c. *Is reliquit grandem & nubilem filiam.* Virg. Æn. 7, 53 *Iam matura viro, jam plenis nubilis annis.*

¶ Nuptus, *a, um*, verheyrathet; ut, *Mulier nupta uni, propoſita omnibus*, Cic. Verr. 3, 13. Subſtant. *Nuptus novus*, Plaut. Caſ. 5, 1, 5, ein bräutigam, neuer ehemann. *Nova nupta*, Idem Caſ 4, 2, 5, eine braut. Et Ovid. Faſt. 2, 7, 4 *Nupta pudica.* ¶ 2. *Nupta verba*, pro obſcenis, Plautus in Dyſcolo, ut citat Feſtus.

¶ Nuptula, *æ*, f. dimin. eine junge braut. Varro apud Non. 4, 330.

¶ Nuptus, *ûs*, m. ſubſt. nuptiæ, die heyrath; ut, *Filiam nuptui collocare*, Columella lib. 4 c. 3 extr. Et ſexto caſu, *ſolenni nuptu filiam locare*, Aur Victor de Viris Illuſtr. c. 59 in Hoſtilio Mancino. Sed *nuptum collocare*, Cæſ. Bell Gall. 18, &, *nuptum dari adoleſcenti*, apud Terentium & Plautum, ex forma ſupini ſunt ſecundum vulgares grammaticos, v. in *Nubo* n. 4. Attamen nominaliter Statius 5 Silv. 1, 45 *Illa quidem nuptumque prior tædaſque marito Paſſa alio.*

¶ Nuptiæ, *arum*, f. plur. eheliches beylager, hochzeit. *Nuptias apparare*, Ter. Andr. 4, 1, 32. *In diem aliquem nuptias conſtituere*, ibidem 1, 5, 34, anſetzen. *Exornare nuptias*, pro apparare, Plautus dixit Aul. 4, 10, 54, zuſchicken. *Nuptias conciliare*, heyrath ſtiften, Nepos 25, 5, 2; apud quem & *Conciliatorem nuptiarum* legas, c. 12, 1 *Nuptiarum officium celebrare*, auf der hochzeit ſeyn, einen hochzeit-gaſt abgeben. Suet. Claudio c. 26 extr. *Nuptiis inter ſe jungi*, einander heyrathen, ehlichen, Val. Max. 9, 1, 9. *Fœmina vetula, & multarum nuptiarum*, die viel männer gehabt, Cic. Att 13, 29. *Nuptiarum expers puella*, unverheyrathet, ledig. Horat. 3 od. 11, 11. ¶ 2. Transfertur vocabulum & ad libidines illicitosque & clandeſtinos concubitus. Sic *clandeſtinas nuptias* Plautus dixit Caſ. 5, 3, 6, hurereyen. Et, *Innuptas nuptias* eleganter poëta vetus apud Cic de Orat. 3, 56 *Qua tempeſtate Paris Helenam innuptis ſibi junxit nuptiis.* Ita non ſemel Petronius *nuptias facere*, pro συνουσιάζειν, v. c. 25 & 112. Iuſtinus 31, 6 de Antiocho: *Rex ipſe per hiemem in luxuriam lapſus, novis quotidie nuptiis deditus erat*, i. e. vitæ meretriciæ. *Nuptiarum quotidianarum* nomine etiam vocatur a Demoſthene, vid. Pet. Victorii Var. Lect. 21, 3; Dan. Pareum Comment. in Muſæum p. 137; Gonſal. ad Petron. p. 283 edit. Burm. p. 181; Taubm. in Plaut. Ciſt. p. 436.

¶ Nuptiālis, *e*, hochzeitlich; ut, *Cœna nuptialis*, ein hochzeit-mahl, Plaut. Curc. 5, 2, 62, *Faces nuptiales*, braut-facken; &, *Dona nuptialia*, utrumque Cic. pro Cluent. c. 6 & 9. *Nuptiale feſtum amici exercere*, Symmach. 7 epiſt. 19. *O feſtum diem! o nuptialem!* Sen. Medea v. 984.

¶ Nuptiāliter, adv. idem; ut, *Nuptialiter lætus*, apud Mart. Capellam lib. 6.

¶ Nuptālĭtius, *a, um*, idem quod *Nuptialis*; ut, *Munus nuptalitium*, ein hochzeit-geſchencke, Vlpian. l. 194 D. de Verb. ſign.

¶ Nuptiator, *ōris*, m. qui facit aut adſtruit nuptias, quibusdam Germanis, ein hochzeiter. Hieronymus epiſt. 11 ad Ageruchium de monogamia: *Secundus nuptiator*, qui ſecundas nuptias facit poſt viduitatem.

¶ Nupto, *are*, frequent. freyen. Tertull. Sodom. v. 45 *Quo nulle nuptant animæ.*

¶ Nuptūrio, *ire*, zu freyen luſt haben. Apul. Apol. p. 319 *Sponte eam diceres ſine ulla magia jam olim nupturiſſe.* Sic, *Animi nupturientis curæ*, heyraths-gedancken.

Multĭnūbus, multinubentia, vide ſupra in *Multus.*

Compoſita cum præpoſit.

¶ Connūbo, *ĕre*, ſich verheyrathen, mit einander verloben. Apulejus: *Neſcientibus parentibus puellari ætate connupſeramus.*

¶ Connubium, *i*, n. jus eſt legitimi matrimonii, das eheliche verbündniß, die ehe. *Conjungere connubia*, ſich mit einander verehlichen; Cic. de Orat. 1, 9 *Romulus Sabinorum connubia conjunxit conſilio & ſapientia ſingulari.* Quod *Connubio jungam ſtabili* dixit Virg. Æn. 1, 73. *Connubia inire*, Ovid. Amor. 2, 7, 21, heyrathen. *Concelebrare connubia*, Liv. 1, 9, hochzeit halten. *Cui connubii jus non eſt*, ſeu, ut Gruterus legit, *quicum connubium non eſt*, Cic. Topic. c. 4. Cæterum anceps fecunda eſt. Vide Virg. c. l. Æn. 1, 73; & 4, 126 & 535 & 9, 600.

¶ Connubius, *a, um*, ehelich, hochzeitlich; ut, *Connubia lege ſociatus*, Apulej. Metam. lib. 9.

¶ Connubiālis, *e*, idem; ut, *Vincla connubialia*, Stat. Theb. 5, 112. *Carmen connubiale*, Claudian. 4 Conſ. Honor. v. 649. *Veſtiga connubiale*, Idem epiſt. ad Serenam v. 18, hochzeit-geſchenck. *Fœdus connubiale*, Salvian. 7 de Gubern. p. 244. Quin & Ovid. Heroid. 6, 41 *Heu ubi pacta fides, ubi connubialia jura?*

¶ Connubialiter, adv. idem. Mart. Capella lib. 6 p. 189 *Connubialiter allegare.*

¶ Denūbo, *ĕre*, idem quod *nubere, enubere*, freyen, heyrathen. Tac. An. 6, 27, 1 *Iulia denupſit in domum Rubellii.* Adde An. 15, 37, 4; Et Apul. 5 Mileſ. p. 166 *Deo denupſit:* & Apolog. p. 319 *Fratri tuo denupturam.*

¶ Enūbo, *ĕre*, aus dem geſchlecht in einen ungleichen ſtand freyen. Hac ſignificatione uſus Liv. 4, 4: *Neque veſtras filias ſororesque enubere ſinendo e patribus.* Idem 10, 23 *Virginium, Auli filiam patriciam, plebejo nuptam Volumnio Coſ. matronæ, quod enupſiſſet patribus, ſacris arcuerant.*

¶ Enuptio, *ōnis*, f. jus nubendi extra gentem, das ausfreyen. Liv. 39, 19 *Vt Feceniæ Hiſpalæ gentis enuptio eſſet*, quod ei, ut præmium, decretum conſtiturumque fuit. Vi vocabuli latius quoque intelligi poteſt de quibusvis extra gentem & ordinem nuptiis, & quocunque verbum *enubere* poteſt retrahi.

¶ Innūbo, *ere*, ſich einheyrathen. Liv. 1, 34 *Ea cum innupſiſſet*, i. e. in mariti domum tranſiſſet. Vide Feſtum. Et Ovidius Met. 7, 861 *Ne thalamis Auram patiare innubere noſtris.*

¶ Innuptus, *a, um*, non nuptus, unverehlicht, ledig; ut, *Innuptæ puellæ*, Virg. Æn. 2, 238. ¶ 2. At *Innuptas nuptias*, poëta vetus apud Ciceron. de Orat. 3, 56 eleganter dixit ineonceſſam & meretriciam conjunctionem. Verba ejus ſupra dedimus in *Nuptiis.* Et, *Caninas nuptias*, Hieronymus vocat epiſt. ad Oceanum.

¶ Innubus, *a, um*, ἄγαμος, unverehlicht. ehelos apud poëtas. Sic, *Innuba laurus*, Ovidio dicta Met. 10, 92 propter Daphnes fabulam. Sic, *Innuba Pallas* Auſon. epigr. 106; & *Innuba Veſtalis*, Prudent. adv. Symmach. 2, 1072.

¶ Obnūbo, *pſi, ptum, ĕre*, ſequitur primigeniam notionem, quæ velandi, tegendi eſt, verhüllen, bedecken. Cic. pro Rabir. perduell. c. 4 *I lictor, colliga manus, caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito.* Et Virg. Æn. 11, 77 *Comas obnubit amictu.* Val. Flac. 7, 584 *Obnubere* eſt, obnubilare, tenebris involvere.

¶ Obnuptus, *a, um*, velatus, verhüllt, umzogen. Macrob. Sat. 1, 21 *Simulacrum hujus Deæ ſingitur capite obnupto:* & paucis interjectis: *Terra nubibus obnupta.*

¶ Pronūbus, *a*, qui vel quæ nuptiis præeſt, ein freywerber, eheſtifter; ut, *Pronuba Iuno*, Virg. Æn. 4, 166; & Æn. 7, 319 *Bellona manet te pronuba*, als eheſtifterin. Eſt autem vere adjectivum, & variis rebus, quæ nuptias conciliant, vel ſaltim eo pertinent, apponi poteſt; ut, *Nox pronuba*, Claudian. 4 conſ. Honor. v. 642, & *Flamma pronuba*, Idem de Raptu Proſerp. 1, 131. Sic, *Annulus pronubus*, ein trau- oder verlöbniß-ring. v. *Annulus.*

¶ Pro-

¶ Pronūbo, *are*, ehe ſtiften helfen. Hieronymus vita Malchi p. 99 *Pronubante nobis malitia.*

¶ Renūbo, *ĕre*, wieder heyrathen. Tertull. ad Vxor. 1, 7 *Etſi non delinquas renubendo.*

¶ Subnuba, *æ*, f. quæ uxoris loco eſt in domo, ein Kebsweib. Sic Hypſipyle Medeam, Iaſonis pellicem, vocat *lecti ſui ſubnubam*, apud Ovid. Heroid. 6, 153.

Nucamentum, nucella, vide *Nux.*

NVCĔRIA, *æ*, f. Vmbrorum urbs ſive colonia, Sil. 8, 533: & 12, 424.

Nucetum, nuceus, nucifrangibulum, nucleus, &c. vide *Nux.*

Nudare, nudipedalia, nuditas, Nudiustertius, nudiusquartus, vide mox *Nudus*, & ſupra *Dies.*

NŪDVS, *a, um*, γυμνὸς, nackend, bloß; ut, *Nudo veſtimenta detrahere*, Plaut. Aſin. 1, 1, 79. quod ſperare ab eo emolumentum eſt, cui ne ſit quidem, quod auferri queat. Opponitur interdum non veſtitis hæc vox, ſed togatis. v. Cuperi Obſerv. 1, 7 & Burm. ad Petron. c. 92 p. 443. *Nuda ſilex*, Virg. eclog. 1, 15 lapis, qui nullo gramine obductus, atque veſtitus velūti eſt. ¶ 2. Per metaphoram non ineleganter dicitur, *Vrbs nuda præſidio*, Cic. Att 7, 13, entblößt, verlaſſen. Et, *Reſpublica nuda a magiſtratibus*, pro deſtituta, Idem pro Domo c. 22. Item, *Nudus a propinquis*, poſt redit. ad Quir. c. 3. Et, *Nuda verba*, vel *aperta*, apud Plinium 4 epiſt. 14, vel, ſine limitatione poſita, apud Cic. in Paradoxis 3, 2. *Nuda fuga deſerere Italiam*, lediglich und leer heraus ziehen, Vellej. 2, 61, 4. ¶ 3. *Nudus* interdum ſignificat idem quod ſolus, vid. Dan. Heinſ. & Drakenb. ad illud Silii 1, 219. ubi de gente Nomadum, *nec ſpectet nudo ſine fraudibus enſi*, quia ſcilicet veneno tingebant arma. ¶ 4. *Nudus* & *mundus* interdum confunduntur a librariis, vid. Drakenb. ad Sil. 4, 608.

¶ Nūdulus, *a, um*, dimin. Hadrianus imperator carm. ſupremo apud Spartian. c. 25 *Animula, pallidula, rigida, nudula.*

¶ Nude, adv. ſimpliciter, non fucate, bloß, ſchlecht. Lactant. 3, 1 *Quæ tradita ſunt breviter & nude.*

¶ Nuditas, *ātis*, f. inopia, die bloſſe. Quintilian. 10, 2 *Si tenuitas aut nuditas in aſperis gravibusque cauſis ponderi verum parum reſpondeant.* Gloſſ. Vet. *Nuditas*, γυμνότης

¶ Nūdo, *avi, atum, are*, entblöſſen, öffnen, entdecken, ut, *Nudare corpus*, Ennius apud Cic. Tuſc. 4, 33. *Nudare vaginā gladium*, Nepos 14, 11, 4, id eſt, diſtringere, den Degen ziehen. Metaphorice Liv. 33, 21 *Animos nudare.* Idem 35, 32 *Iam, & id magis in dies, Aetoli defectionem nudabant*, id eſt, palam præ ſe ferebant, non tegebant, ut antea, vid. Gron. ad Liv. 44, 38 & Burm. ad Phædr. 3 prol. ¶ 2. Sæpe idem eſt ac ſpoliare, berauben, ausplündern. Ovidius Met. 12, 439 *Armis nudare jacentem.* Cic pro domo c. 1 *Magiſtratus civium præſidio nudare.* Id. Act. in Verr. c. 5 *Monumenta ſpoliavit nudavitque omnia.* ¶ 3. Plin. 17, 4 *Nec colles opere nudantur*, i. e. ita coli poſſunt, ut non exponantur ventis. Harduinus hic longius abiiſſe videtur.

¶ Nudans, *tis.* Ovid. Met. 10, 391 *Inania nudans Vbera.* Catull. 65, 81 *Nudantes rejecta veſte papillas.* Liv. 3, ubi *nudatus* dicitur, cui veſtes in rixa diſciſſæ. add. Actor. 19, 16.

¶ Nudātus, *a, um*, ſpoliatus, entblößet, beraubt; ut, *Nudata interitu conſulum reſpubl.* Planc. ad Cic. fam. 10 epiſt. 17. Et, *Nudatus defenſoribus murus*, Cæſ. B. Gall. 2, 6. Sed *Nudati equites* dicebantur, quibus notā cenſoria ademti equi, ut ad Suetonium Casaubonus obſervat p. 26. *Cornicula furtivis nudata coloribus*, Horat. 1 epiſt. 3, 19.

¶ Nudatio, *ōnis*, f. die entblöſſung. Plin. 18, 6.

¶ Nūdipes, *ĕdis*, barfüßig. Tertull de Pallio c. 5 *Non expedit, in algore & ardore rigere nudipedem.*

¶ Nudipedalia, *ium*, n. pl. ſacra nudis pedibus celebrata, vid. Tertull. de Ieiun. c. 16; & in Apolog. c. 40. Adde Hieron. in Galat. 4. Extat de his diſſertatio Sagittarii, laudata etiam Drakenburgio ad Sil. 3, 28.

Compoſita cum præpoſit.

¶ Connūdo, *are*, entblöſſen, entdecken. Hinc

¶ Connudatus, *a, um*, entblöſſet. Plinius 28, 7 *Connudata in menſe mulieres, contra ipſa fulgura, abigi* putat vulgus, *grandines turbineque.*

¶ Denūdo, *are*, berauben. *Spoliare atque denudare aliquid ornatu ſuo*, Cic. de Orat. 1, 55. Proprie, *Denudari a pectore*, um die bruſt entblöſſet werden, Idem in Verr. 5, 13. conf. Liv. 45, 39.

¶ Denudatus, *a, um*, ausgezogen, entblöſſet. Lentulus in Cic. fam. 12, 15 *Cives crudeliſſime denudati ac diverberati*

¶ Denudatio, *ōnis*, f. Vet. Gloſſ. *Denudatio*, γύμνωσις.

¶ Denudator, *ōris*, m. Ibidem *Denudator*, γυμνωτής.

¶ Dinūdo, *are*, idem quod *Denudare.* Auſon. Eclogar. Q. Cic. v. 10 *Effetos ramos dinudat flamma Nepai.*

¶ Enūdo, *are*, idem quod ſimplex. ¶ 2. Sed, *res obſcuras enudare*, exponere eſt, erläutern. Cic. de Legibus 1, 9.

¶ Enudatus, *a, um*; & Enūdate, adverb. erläutert, apud Auguſtinum.

¶ Enudatio, *ōnis*, f. die erläuterung, ICt. in Dig.

¶ Renūdus, *a, um*, aufgedeckt. Tertullian. de Veland. virg. c. ult. *A fronte quidem protecta, qua autem proprie caput eſt, nuda.*

¶ Renūdo, *are*, rurſum, vel retro nudare, aufdecken, eröffnen. Arnob. lib. 2 p. 58 *Niſi tectum, parietem, januas, poſtesque alias operis renudet.* Mart. Capella 1 p. 15 *Septem radiorum coronam ſolivaga virginitas renudavit.*

¶ Renudatus, *a, um*, aufgedeckt, geblößt. Apul. 8 Mileſ. p. 214 *Brachiis humero tenus renudatis*, die arme bis hinter aufgeſtreift. Idem 2 Mileſ. p. 122 *Luciniis cunctis renudata.*

¶ Seminūdus, *a, um*, halb nackend. Liv. 24, 40 *Prope ſeminudus fugiens.* Adde 31, 35.

NŪGÆ, *arum*, f. plur. proprie ſunt, quæ canebantur in mortuorum laudem. Plaut. Aſin. 4, 1, 63 *Hæc ſunt non nugæ: non enim mortualia.* Et ſane id origo declarat. Nam *nugæ* Hebraicum & Syriacum vocabulum. Id ſonat mœrorem, ſicut *Nenia*, planctum, eadem lingua, Scalig. Conjectan. in Varr. Donatus vero a *non agendo* dictas putat. Vide ſupra Nenia, & Parei Lex. Crit. p. 808. ¶ 2. *Nugæ*, φλυαφαί, poſſen, unnütze reden, tändereyen. *Nugis delectari. Nugis armatus* Horatio 1 epiſt. 18, 16 dicitur, qui levibus, nugatoriis argumentis nititur. *Nugas agere*, eſt aliquid ſtulte agere apud Plaut. Aſin. 1, 1, 78. Idem Menæchm. prologo v. 52 *Nam niſi qui argentum dederit, nugas egerit: Qui dederit, magis majores egerit*, kommt übel oder blind an, kommt noch ſchlechter an. Sic, *Nugas poſtulare*, ſtulte quid poſtulare, eidem eſt Trin. 2, 4, 40. Et abſolute *Nugas!* narrenpoſſen, Plaut. Curc. 1, 3, 36; & Capt. 5, 2, 16 &c. ¶ 3. *Nugæ* etiam de rebus Venereis & ſcortationibus dicuntur. Horat. 1 ſat. 9, 1 *Iham forte via ſacra, (ſicut meus eſt mos,) Neſcio quid meditans nugarum*, i. e. ſcortillum aliquod lepidum quærens, ut Torrentius ad epod. 4 v. 7 interpretatur. Cic. pro Milon. c. 21 pr. de comitatu Clodiano, ſcortis, exoletis, lupis, *tum nugarum in comitatu nihil.* Vnde *Nugator*, pro ſcortatore, ut brevi poſt dicturi ſumus. ¶ 4. Pro homine nihili Cic. ad Att. 6, 3 p. 613 *Amicos habet meras nugas, Matinium, Sceptium &c.* untüchtige leute. ¶ 5. *Omnia quibus matronæ utuntur nugas appellari voluit Plautus.* Nonius loco eo, quem plenius laudamus in *Nugivendus.*

¶ Nugulæ, *arum*, f. pl. dimin. parvæ nugæ. Mart. Capella lib. 1 p. 1 *Nugulas ineptas aggarrire.*

¶ Nūgālis, *e*, nugis plenus, poſſenhaft, liederlich, quod Onomaſt. φλυαφώδης interpretatur. Gell. 1, 2 *Theorematibus nugalibus dilatrare.* ¶ 2. *Nugalia*, ſubſt. pro nugamentis aut nugis dixit etiam Gell. 3, 16. *Alii alia quædam nugalia* ſcil. proferebant. Idem 4, 1 *Scholica nugalia*, ſchulſratzen.

¶ Nugalitas, *ātis*, f. Vet. Gloſſ. *Nugalitas*, ματαιότης.

¶ Nugamentum, *i*, n. idem quod *Nugæ.* Apul. 1 Met. ſub fin. *A quo iſtorum nugamenta hæc comparaſti?* Poſtea vocat *frivolos piſces*, elende geringe fiſche. Piſciculos enim Lucius emerat.

¶ Nugārius, *a, um*, idem quod *Nugalis*; ut, *Nugarium unguentum*, quod ad nugas muliebres ſpectat, balſam zur ſchmincke. Varr. de L. L.

¶ Nugax, *ācis*, ſchertzhaft, liederlich. Gloſſ. Vet. *Nugax*, ἰκμὸς, ματαιός, ἄχρηος, φλύαρος. Cæl. ad Cic. 8, 15 *Ecquando nominem inepiorem, quam tuum Cn. Pompejum vidiſti, qui tantas turbas, qui tam nugax eſſet, commorit.* Petron. c. 52 fragm. Tragur. p. 23 *Ne ſis nugax.* ¶ 2. Antiquis S & X permutantibus *Nugas* pro *Nugax* legitur in Plaut. Trin. 3, 3, 90. vid. ibi Taubm. p. 1358.

¶ Nugācitas, *ātis*, f. die ſchwatzhaftigkeit. Gloſſ. ἀχρηότης, ἀχρηοσύνη, *Nequitia, Nugacitas.* Et Auguſtin. epiſt. 67 fin. *Omnis ab eo deleta eſt nugacitas.*

¶ Nugo, *ōnis*, m. pro nugatore, ein unnützer menſch. Apul. Met. lib. 5 circa fin. *Sed utique præſamis nugo & corruptor.*

¶ Nugor, *ari*, nugas agere, ſchertzen, ſchwatzen. Cic. de Divin. 2, 13 pr. *Democritus non inſcite nugatur.* Horat. 2 ſat. 1, 73 *Nugari cum aliquo.*

¶ Nugator, *ōris*, m. qui nugas i. e. nihil ſerii agit, ein ſchwätzer, wäſcher. Cic. pro Flacc. c. 16 *Neque in iſtum nugatorem, tamquamin aliquem teſtem, invehar.* Liv. 38, 56. *Nebulonem modo, modo nugatorem appellat.* Vet. Gloſſ. *Nugator*, ἄχρηος. ¶ 2. Item ſcortator. v. Lucil. apud Nonium 1, 153: Perſ. 5, 1, 127. Prudent. Hymn. 2 καθημερ. v. 28 *Quis mane ſumtis nequiter Non erubeſcit poculis, Cum ſit libido temperans, Caſtumque nugator ſapit.*

¶ Nugātrix, *īcis*, f. Idem Prudent. Pſychomachia v. 434 *Nugatricem aciem*, de luxuriæ copiis dixit. Luxuria enim in gula & Venere eſt.

¶ Nugatōrius, *a, um*, nullius pretii; ut, *Res infimæ & nugatoriæ*, unnützes narrenwerck, Cic. pro Cæcin. c. 23. *Nugatoriæ artes*, Plaut. Trin. 4, 2, 2. Sic Brut. & Caſſ. in Cic. fam. 11, 2 *Illud valde leve eſt & nugatorium.*

¶ Nugatorie, adv. idem. Auct. ad Herenn. 4, 36 *Non contra tenuiter & nugatorie reſponſum?*

¶ Nugidĭcus, *a, um*, plaudernd; ut, *Nugidici ventilatores*, Sarisb. Metal. 2, 7.

¶ Nugidŏlŏquĭdes, compoſitio ficta apud Plautum Perſ. 4, 6, 21, alii *Nugipolyloquides*, al. *Nugipililequides.*

¶ Nūgiger, *a, um*, a quo *manum nugigeram* Cicero dixiſſe fertur ad Attic. 4, 5, ſed locus in mendo jacet. v. Græv. p. 378 & Allium in Lex. Crit.

¶ Nugigerulus, *i*, m. ein mährleinträger, lügenträger, apud Plautum Aulul. 3, 5, 51 Lambino magis probatur *Nugivendulus.*

¶ Nugĭlŏquus, *a, um*, nugas loquens, ſchwatzhaft; ut, *Nugiloqui dutractores*, Sarisb. epiſt. 200.

¶ Nugīpārus, *i*, m. qui parit nugas, Gloſſ. Iſid.

¶ Nugi-

¶ Nugivendus, vel Nugivendălus, *i*, m. ein krämer mit liederlicher waare. Plaut. l. c. *Nugivendis res soluta est omnibus.* Vnde & Nonius 2, 587 *Nugivendus dici voluit omnes eos, qui aliquid mulieribus vendunt. Nam omnia, quibus matronæ utuntur, nugas voluit appellari.*

¶ Connūgor, *ari*, mit einander schertzen, apud Tertullian.

¶ Connugator, *oris*, m. ein spaßgesell, apud Augustin.

¶ Connugatorius, *a, um*, schnackenhaft. Hieron.

Nullatenus, nullibi, nullus cum derivatis, vide *Vllus.*

NVM, interrogandi adverb. quod soli indicativo jungitur, negatione subintellecta, wie? ob denn? Ter. Andr. 5, 3, 7 *Num ejus cotione subintellecta, wie? ob denn? Ter. Andr. 5, 3, 7 Num ejus colorem pudoris signum usquam indicat?* Virg. Æn. 4, 370 *Num lacrymas victus dedit? aut miseratus amantem est?* Et, *Num furis?* Horatius 2 sat. 5, 58.

¶ Numnam, ut, *Numnam periimus?* idem quod *num* vel *an*, Ter. Andr. 3, 4, 12, sind wir denn dahin?

¶ Numquando, num aliquando, ob auch iemals. Cic. Phil. 5, 11 *Numquando perditis civibus vexillum, quo concurrant, defuturum putatis?* Sed meliores libri omnes *Num quando*, divise.

¶ Numquis, *quæ, quid*, vel Nunquis, Nunquid, id est, num aliquis, aliquid, interrogativum est: ut, *Nunquis hic est? nunquis me sequitur?* Ter. Eun. 3, 4 pr. ist iemand ꝛc.? *Nunquem evocari hinc vis foras?* Idem Eun. 2, 2, 52, quod & diuiñcte legitur, *Num quem &c. Nunquid nos vis?* bedarfst du unser zu etwas? Idem Phorm. 2, 3 (al. 4) 18. *Nunquid est, quod operâ mea vobis opus sit?* Idem Phorm. 3, 3. *Rogo, nunquid velit*, Idem Eun. 2, 3, 49. *Numquid est aliud?* Cic. pro S. Rosc. c. 18. *Numquid vis?* & *Numquid aliud?* Formulæ discedentium apud Plautum Aul. 2, 1, 53; & Most. 2, 1, 57, ist noch etwas zu deinen diensten? hast du noch etwas zu befehlen? v. Parei Lex. Crit. p. 813. *Num quæ rogatio lata? num quæ nova quæstio decreta est?* Cic. pro Mil. c. 7. *Numquid* pro simplici interrogatione apud Livium 6, 37 occurrit: *Numquid jocordius ac segnius rempublicam administrari post C. Licinii Calvi Consulatum, quam per eos annos gesta sit? Numquid non*, pro *Annon*: Senec. epist. 90 (al. 91) *Nemquid non pelles ferarum & aliorum animalium a frigore satis abundeque defendere queant?*

¶ Numquidnam, comicum est & Terentianum, (inquit Donatus,) cum sufficere ad interrogationem potuisset *quid.* Ter. Andr. 1, 4, 8 *Vt sciam, nunquidnam hæc turba tristitiæ afferat, &c.* Cic. de Orat. 2, 3 *Crassus nunquidnam, inquit, novi? was giebt es gutes neues?*

NŬMA, æ, m. cognomine Pompilius, Romanorum rex alter a Romulo, justitia & pietate insignis, qui annum in duodecim mensses divisit. Hunc Numam Pythagoræ discipulum fuisse, tradiderunt nonnulli: sed tempora non conveniunt. Cicero Tusc. Qu. 4, 1 eo id factum putat, quod prisci illi eos, qui sapientia excellerent, Pythagoræ auditores fuisse crediderunt. Vide eumdem & de Orat. 2, 37, & Plutarch. in Numa p. 60; qui & alium Pythagoram, Spartiaten refert, qui, cum Italiam peragraret, versatus cum Numa fit. Quo factum ut Numa multa Lacedæmoniorum institua Romanis miscuerit. De priore multa Lactantius 1, 22. Commentarios reliquit Numa de sacris publicis Liv. 1, 32 pr. Sed alios etiam, qui dissolvendis religionibus videbantur, ideo cremati 40, 29. vid. Plin. 13, 13. Lactant. l. c. ¶ 2. Per *ἀντονομασίαν* hominem sanctum notat, & innocentem. v. Barth. ad Stat. Silv. p. 118.

NŬMĀNA, æ, f. oppidum Piceni in Italia, Mela 2, 4. *Scopulosæ rupis Numanæ*, Silius 8, 433.

NVMANTIA, æ, f. urbs Hispaniæ in Celtiberio, a Scipione posteriore deleta, & diuturno obsidio, & ultima fame, & versa in furorem constantia incita. Lege Florum 2, 17 &c.

¶ Numantīnus, *a, um*, adj. Cic. fam. 5, 12 *Numantinum bellum:* Plin. 15, 15 *Numantina pyra.* Propert. 4, 12, 30 *Afra Numantinos regna loquuntur avos.*

NŬMĀNVS, *i*, m. cognomine Romulus, Rutulus quidam, multum sibi tribuens, de quo Virg. Æn. 9, 592 & 653.

Numarius, numatio, &c. vide *Nummus.*

NŬMĀTIVS, *i*, m. cognomine Planeus, nobilis Romanus, ad quem exstant Ciceronis aliquot epistolæ, & Horatii carmen 1 od. 7; vide supra *Munatius.* Nam sunt, qui sic scribunt.

Numella, vide in *Numus*, Numen, *Nuo.*

NVMENIVS, *i*, m. Apameensis Syrus, philosophus fuit Pythagoricus & Platonicus, cujus scripta passim citantur ab Origene, Eusebio, Theodoreto. Sub Antonino Pio videtur floruisse. vid. Ionsius lib. 3 de Script. Hist. Philos. p. 23 seqq. ubi & hoc eodem nomine alios memorat. ¶ 2. De *Numenio* latrone vide supra *Attalus.*

Numerabilis, numerare, Numerianus, Numerius, numerosus, vide sequens *Numerus.*

NŬMĔRVS, *i*, m. quantitas collecta ex unitatibus, eine zahl; ut, *numerus par, impar.* Sic, *Non curat numerum lupus*, der wolff frisset auch ein gezähltes schaf. Et, *Magnus numerus frumenti*, Cic. Verr. 2, 72, eine grosse menge. *In numero suorum aliquem habere*, id est, in coetu, gregve suorum, seu inter suos, Cic. fam. 13, 6, unter seine freunde rechnen. *Numero beatorum aliquem eximere*, Horat. 2 od. 2, 18. Et *In aliquo numero esse*, hoc est, in honore vel existimatione. Cic. in Orat. c. 61. Et sine præpositione: *Aliquo numero esse*, Idem fam. 1, 12, in einem ansehen seyn. Id. Divinat. in Cæcil. c. 19 *Parentis numero Prætor esse quæstori debet*, quod ibid. dixit, *loco.* Horat. 1 epist. 2, 27 *Nos numerus sumus, & fruges consumere nati*, id est, sumus turba sine nomine, sine virtute ac dignitate: nullius loci, ordinis, classis. Nam qui præstant aliqua re, notis quibusdam & numeris distinguuntur, ut alius primus, alius secundus, &c. proincietur. Quia significatione & *ἀριθμὸς* apud Græcos ponitur, nec tantum de pluribus, verum etiam de uno, ut apud Euripidem annotavit Scalig. Comment in Ætnam Severi. *In nullo esse numero*, Cic. de Orat. 2, 56. Et, *In numeros referre*, in ordinem, Idem de Divin. 2, 1. *In numerum exercitus aliquem recipere*, Vellej. 2, 73, 3. *Numero complere*, ubzehlen, Virg. Georg. 2, 104. ¶ 2. Magnam *numeris* vim attribuere veteres, Pythagoras inprimis; vide Plutarch. de procreatione animæ, item de Iside & Osiride: Sextum Empiricum Pyrrhoniarum Hypotypos. 3, 18: Platonis Timæum ejusque interpretes; Censorinum de die natali, & quos laudat Wolfius ad Origenis philosophum. p. 30 sq. de *sacris numeris* Hieron. in Isaiam c. 3, 3, & Matth. c. 15, 33, in Ezech. c. 41, & in Epist. ad Galat. c. 1, 18; Ambrosium in Lucam 7, 11; August. epist. 119, de *senario* & *sex millium numero* Scaligerum Opuscul. posthumis epist. 31, de *quaternario* Eumenium Panegyrico Constantii c. 4 præsertim Meursium de tetr. Pythagor. ¶ 3. *Numerus quadratus* dicitur, qui gemina dimensione in æqua concrevit: ut, bis duo, ter tres, quater quatuor &c. ita Boëthius de Musica 2, 6; vide & Gell. 1, 20. Hic si per radicem suam multiplicetur ut 4 per 2 oritur *cubicus* numerus 8. De reliquis Arithmetici. ¶ 4. *Numerus* palæstræ verbum in motibus illis flexuque membrorum quasi lex quædam ac regula. Quia scilicet, ut hodieque, palæstræ, saltationis & militaris exercitationis diverli concinnique motus numeris exprimuntur. Seneca de Benef. 7, 1 *Quemadmodum magnus luctator est, non qui omnes numeros nexusque perdidicit, quorum usus sub adversario varius est, sed qui in uno & altero se diligenter exercuit, & eorum occasionem diligenter exspectat.* Quintilian. 12, 2 *Et ut palæstrici doctores illos, quos numeros vocant, non idcirco discentibus tradunt, ut his omnibus in ipso luctandi certamine utantur; sed ut subsit copia illa, ex qua unum aut alterum, cujus se occasio dederit, efficiant.* Atque hinc fluxit ille proverbialis sermo: *Omnes numeros implere, omnibus numeris perfectum esse*, & similia. Vide Lipsium ad laudatum Senecæ locum. *Omnibus numeris absolutum*, Plin. 9 epist. 38. Et, *Perfectum, expletumque omnibus suis numeris & partibus*, Cic. Nat. D. 2, 3 extr. durchaus vollkommen. Id. Acad. quæst. 1, 3 pr. *Elegans omni fere numero poëma.* Eleganter Plinius 4 epist. 11 *Omnibusque numeris pudoris, πολλὴν πρόνοιαν ἄχει εὐσχήμως πεσῶν.* Ovid. Am. 3, 7, 18 *Deest numeris suis juventa.* Id. Am. 1, 482 *Per numeros venient ista gradusque suos.* Idem Met. 7, 126 *Perque suos numeros intus componitur infans.* ¶ 5. Similiter & in musicis dicebantur *numeri*, qui iidem fere cum *modis* seu *nomis*, quos appellabant: unde hæc duo frequenter junguntur. Horatius 2 epist. 2, 143 *Ac non verba sequi fidibus modulanda latinis, Sed veræ numerosque modosque educere vitæ.* Quintilian. 9, 4 *Quod si numeris & modis inest quædam tanta vis &c.* Nam de cantilenis ibi loquitur. Lucret. 2 de Curetibus v. 631 *Ludunt, in numerumque exsultant.* Iterum v. 636 *Armati in numerum pulsarent æribus æra.* Virg. ecl. 6, 27 *Tum vero in numerum Faunosque ferasque videres Ludere.* *Ludere* & Lucretio & Virgilio *saltare* est; *In numerum*, i. e. ad cantum perite atque ex arte, ut modus pedum rhythmo canticoque respondeat, nach der cadence, nach dem tact; cui contrarium *extra numerum* est. Cic. Paradoxo 3 *Histrio si paullo se moverit extra numerum, exsibilatur* Horat. 1 epist. 18, 59 *Quamvis nil extra numerum feciste modumque Curas*, i. e. imperite, inepte. ¶ 6. A *numeris* cantus & saltationis ortus esse vel potius una quasi adolevisse videtur *numerus* orationis vel adstrictæ sive poëseos, vel liberæ. Ac *numerus* quidem *poëticus* aut *numeri* sunt ipsa lex carminis & moduli, ordinata nimirum longarum brevisumque syllabarum dispositio. Græce *μέτρον.* Virgil. musicos & poëticos numeros conjungere videtur ecl. 9, 45 *Numeros memini, si verba tenerem.* De poëticis Ovid. Trist. 4, 10, 25 *Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos.* De numero Oratorio, qui latentior est poëtico & dissimulatus, sentiri tamen a doctis auribus debet, Gr. *ῥυθμός.* Cic. de Orat. 3, 44 *Numeris orationem adstringere.* Vid. Rhetores inprimis Voss. Inst. Orat. 4, 4 p. 70 sq. ex Quint 9, 4 aliisque. ¶ 7. *Numerus* & *τάξις*, militaris est cohors. Tac. Agric. 18, 3 *Sparsi per provinciam numeri, præsumta apud militem illius anni quies.* Suet. Vesp. c. 6 *Et tunc quidem compressa res est, revocatis ad officium numeris.* Sic, *in numeris* sive *per numeros distribuere militem*, ap. Plin. legimus 10 epist. 33 & 36. vide Lipsium ad 1 Hist. Tac. n. 25, & Buchner. ad Plin. 10 ep. 38 n. 653. Sic de nave & vectoribus Ovid. Her. 10, 36 *Flectle ratem, numerum non habet illa suum.* Cic. Verr. 5, 51 *Si suum numerum naves haberent.* ¶ 8. Significat & catalogum sive breviculum militum, die rolle. Vnde, *referre in numeros*, Plin. 3 epist. 8 n. 4; &, *manere in numeris* &c. apud ICtos. vide Torrentium ad paullo ante laudatum locum Suetonii. ¶ 9. Militiam & actus notare videtur in illo Ovid. Her. 4, 88 *Quid juvat incinctæ studia exercere Dianæ Et Veneri numeros eripuisse suos?*

¶ Numĕro, adverbialiter, der zahl nach, oder an der zahl. Iuvenal. 13, 26 *Rari quippe boni, vix sunt numero totidem, quot Thebarum portæ, vel divitis ostia Nili.* ¶ 2. *Numero*, pro *cito*, non semel dixit Plautus & alii antiquiorum, stracks, alsbald, e. g. Plaut. Amph. 1, 1, 25 *Numero mihi in mentem fuit.* Et Menæch. 2, 2, 13 *Numero huc advenis ad prandium*, &c. du kommst eben recht. vid. Parei Lex. Crit. p. 810. Atque hinc eos *puncto & numero fieri* dixerunt veteres, qui celeriter nascebantur. Vide Festum in *Numero* & ibi Scaligerum. Et *numero dicere*, pro nimis cito: conf. Nonium 4, 319, & *sæpenumero* infra in *Sæpe.*

¶ Numerōsus, *a, um*, magno numero, zahlreich; ut *Exercitus numerosus*, seu, ut Val. Flaccus dixit 1, 436 *Numerosa phalanx*, ein groß krieges-volck. *Oratio numerosa*, Cic. in Orat. 62 & 65, quæ numeris egregie constat, völlig und wohl gesetzt. Et, *Pylio numerosior ævo*, Martial. lib. 4 ineunte. *Oculi in homine numerosissimæ varietatis atque differentiæ*, Plin. 11, 37, seu sect. 53. *Numerosissima suffragia*, Id. 7, 29. ¶ 2. Laxus, amplus, groß, weitläuffig. Tac. Agric. 17, 2 *Civitas numerosissima.* Plin. 2 epist. 14 *Hoc pretio quamlibet numerosa subsellia implentur.* Id. 2 epist. 9 *Numerosissimam causam*, amplissimam dixit, quæ plura capita ac quæstiones habeat. Id. 10 epist. 48 *Iidem Nicenses gymnasium incendio amissum, ante adventum meum restituere cœperunt, longe numerosius laxiusque quam fuerat.* Nam *numerosum* & *laxum* synonyma sunt. Etiam ap. Columell. 10, 1 *Numerosus hortus*, spatiosus & amplus est, quamquam Barthius Adversar. 1, 2 aliter interpretatur Nam & 6, 29 *Numerosum pectus*, i. e. latum & amplum: &, *Genua numerosa tornosque femoribus* in equa perinde dicit & laudat. ¶ 3. *Numerosus* & *numerosus* a librariis miscentur. vid. *Numerosus.*

¶ Numerōse, adv. vollständig, nach gewisser maaß: ut, *Clausulæ, quæ numerose & jucunde cadunt*, Cic. in Orat. c. 64 conf. c. 62. *Circumscripsit*

scripte & numerose dicitur, ibid. c. 66. *Sententia numerose cadens*, idem de Clar. Orat. c. 8. *Fidiculæ numerose sonantes*, Id. de N. D. 2, 8. Sic, *Distinctius numerosiusque omnia dicere*, Gell. 7, 3. Et, *Sententias numerosissime versare*, Quintil. 10, 5. *Familias numerosissime comparare*, h. e. plurimos famulos, Apulej. de Deo Socrat. fub fin.

¶ Numerosĭtas, *ātis*, f. multitude, die menge, vielheit, zahlbarkeit. Tertull. de Monog. c. 4 *Filiarum numerositas*. Oroſius 4, 5 extr. *Numerositas miseriarum*. Sidon. 7 epiſt. 2 *Nepotum numerositate gaudere*. Id. carm. 23, 151. *Varro numerositate ſcriptorum verendus*. Adde Macrob. 1, 22 *Ordo temporum numeroſitate diſtinctus*. Et 5, 10 *Numeroſitas innumera*. Et Auguſtin. de Doctr. Chriſt. 2, 14 *Interpretum numeroſitas*.

¶ Numero, *avi, atum, are*, per numerum recenſere, zehlen; ut, *Numerare pecuniam*, Cic. Planco ſub Att. 16, 16, geld auszahlen; &, *Stipendium militibus numerare*, id. in Piſon. c. 36, beſolden. ¶ 2. *Numerare* pro æſtimare, habere, ſæpius apud bonæ notæ ætatisque ſcriptores invenitur, darunter rechnen. Cic. fam. 1, 9 *Itaque totagam ſapientum civium, qualem me & eſſe & numerari volo, & ſententia & voluntas mutata eſſe debet*. Et 12, 2 *Reliquos, exceptis deſignatis, ignoſce mihi, ſi non numero conſulares*. Id. 7 epiſt. 1 *Me autem uterque numerat ſuum*, h. e. exiſtimat, me ſuarum partium eſſe. Cic. Paradox. 1 *Neque non laudabo ſapientem illum Biantem, qui numeratur in ſeptem*. Idem cum *inter* efferri poteſt: Ovid. Pont. 4, 9, 35 *Præſentes inter numerarer amicos*. Cic. de Fin. 2, 28 *Voluptatem nullo loco numerare*, vor nichts rechnen. Liv. 2, 1 *Ut haud immerito omnes conditores numerentur*, i. e. exiſtimentur. Et paullo poſt: *Libertatis autem originem inde numeres*. ¶ 3. *Numerare* & *memorare* confundunt MSSti. Vid. *Memorare*.

¶ Numerātus, *a, um*, gezehlt, baar; ut, *Præſentaria argenti minæ numeratæ*, Plaut. Trin. 4, 3, 74. *Nummos numeratos habere*, Id. Pœn. 3, 2, 16. *Vti dote uxoris numerata*, Cic. pro Cæcina c. 4. *Numerato milite*, i. e. cenſito, nachdem er die ſoldaten gemuſtert, Sil. 7, 730. Horat. 2 epiſt. 2, 166 *Quid refert, vivas numerato nuper, an olim*, i. e. emto, ſcil. *nuper numerato vivit*, qui ſingulos panes aut cados vini emit, cum opus eſt: *olim numerato*, qui ex fundis iſta percipit, quas epod. 2 *inemptas dapes* vocat. ¶ 2. *Habere in numerato*, ſignificat promptum atque ad manum habere, in bereitſchafft, oder zur hand haben, im griffe haben ꝛc.; ut, *Ingenium in numerato habere*, Quintil. 6, 3 extr. allezeit fertig ſeyn. Quæ loquendi ratio petita eſt a præſente pecunia, quæ & ipſa *numerata* dicitur: baar geld. Vnde, *in numerato relinquere*, baar hinterlaſſen, Plin. dixit 33, 10. Pari metaphora Tertullianus eodem ſenſu *in conſiſcato habere* dixit, de quo ſupra in *Fiſcus*.

¶ Numerato, adverbii vice ponitur, baar bezahlt. Cic ad Att. 12, 25 *Mihi & res & conditio placet, ſed ita, ut numerato malim*.

¶ Numerātio, *ōnis*, f. die zehlung; item, Perſolutio, die zahlung. Seneca epiſt. 18 *Ab iſto fiet numeratio*. Et Colum. 1, 8 *Vbi numeratio exigitur, rem pro nummis oſtendit*.

¶ Numerator, *ōris*, m. calculator, ein zehler. Auguſtinus Confeſſ. 5, 4 extr. *Numerator ſiderum*.

¶ Numeralis, *e*, zum zehlen gehörig; ut, *Scientia numeralis*, i. e. Arithmetica: *Nomen numerale*, apud Gramm. Et Onomaſt. vet. *Numerale*, ἀριθμητικον.

¶ Numerābilis, *e*, das zu zehlen iſt, zehlbar; ut, *Populus numerabilis*, Horat. Art. poët. v. 206, qui parvus, exiguus eſt, ut facile numerari poſſit. Eodem modo ἀριθμητὰ; pro paucis Theocritus uſurpat. v. Caſaub. lect. Theocr. c. 17. Taubm. in Plaut. Aſin. 2, 4, 91. Nam *pauperis eſt numerare pecus*, cujus proverbii auctorem ignotum ſibi fatetur Eraſmus.

¶ Numerārius, *i*, m. arithmeticus, ein rechenmeiſter. Gloſſ. gr. lat. ἀριθμητὴς, *numerarius*. Alibi: ψηφιστὴς, *computator, numerarius*. Auguſt. in Pſ. 146 *Excedit omnes numerarios, intelligentia ejus numerari non poteſt*. ¶ 2. *Numerarii* iidem, qui rabularii Præſidum & Præfectorum Romanorum, qui publicas rationes civitatum tractabant, de quibus multa mentio in Codice Theod. vid. Gothofr. parat. 8, 1 qui agit de *numerariis, actuariis* &c. & ad l. 4 tituli laudati inter multa alia obſervat, errare Marcellum Donatum, qui ad Ammia. Marc. l. 19 *numerarios* expoſuerat ordinarios ſupernumerariis oppoſitos, itemque errare Iſidorum 9, 4, quo auctore *Numerarii vocati ſunt, qui publicum nummum ærariis inferunt*. conf. Sidon. 1 epiſt. 11 cum not. Sirmondi, & Zimmerm. Analect. menſtr. menſ. 1 § 36 p. 329.

¶ Numeria, *æ*, f. Dea, *cui in partu precabantur*, ut Varro docet apud Non. 4, 319 credo accelerandi illius cauſa v. adv. *Numero* n. 2. Add. Auguſt. de C. D. 4, 11.

¶ Numerius, *i*, m. prænomen Romanum, de quo Feſtus. Non Fabiæ tantum gentis eſſe, ſed aliarum etiam, docuit Spanh. de uſu & præſt. num. diſſ. 10 p. 25.

¶ Numeriānus, *a, um*, adject. ut, *Rauduſculum Numerianum*, Cic. Att. 7, 2.

¶ Numeriānus, *i*, m. Imp. Rom. cum Caro & Carino, patre & fratre de cujus vita & morte Vopiſcus, Aur. Victor, Eutropius.

Compoſita:

¶ Adnumero, *are*, abzehlen, apud Gellium 15, 3.

¶ Annumĕro, vel Adnumero, *avi, atum, are*, zuzehlen. Plaut. Merc. prologo v. 88 *Mihi argentum ipſe annumerat ſua manu*. Cic. Divinat. in Verr. c. 17 *Pecuniam ex ærario promere, & per ſingulos denarios alicui annumerare*. Metaphorice Cic. de opt. gen. orat. c. 5, de illis, quæ ex Græco vertiſſet, *in quibus non verbum pro verbo neceſſe habui reddere, ſed genus omnium verborum vimque ſervavi, non enim ea me annumerare lectori putavi oportere, ſed tanquam appendere*. ¶ 2. *Annumerare*, ad numerum aliorum adjungere: Cic. de Divinat. 2, 1 *His libris annumerandi ſunt ſex illi de Repub.* hierzu ſind noch zu rechnen. Sic etiam dicimus, *una cum aliquibus annumerari*. Et, *In grege aliquorum annumerari*, Cic. pro Roſcio Am. c. 32.

¶ Annumeratus, *a, um*, zugezehlt, hinzugerechnet. Cic. de Invent. 2, 45 *Si dicemus infirmum aliquid annumeratum*. Macrob. in Somn. Scip. 1, 6 *Termini adnumerato effectu*. Varr. R. R. 2, 2 *Grex dominum non mutavit, niſi fit æs adnumeratum*.

¶ Annumeratio, *onis*, f. die zuzehlung. Modeſt. ICt. l. 13 § 2 de excuſat. *Annumeratio dierum*.

¶ Connumero, *are*, inter alios annumerare, vel in aliis, unter andere rechnen, mitzehlen. Gloſſæ Cyrilli: *Connumero*, συναριθμῶ. Paulus ICtus l. 14 Dig. de Statu hom. *Inter liberos connumerabitur*. Vlpianus l. 43 § 3 de ritu nuptiar. *Debuiſſe his connumerari*. Arnob. ſub fin. lib. 5 p. 187 *Si Attis ſol eſt, quemadmodum connumeratis & dicitis*. Et Ammian. 25, 11 *Vir profecto heroicis connumerandus ingeniis*. Nec ſequioris tantum ætatis hoc verbum eſt, ſed Ovidio etiam vindicat Arundel. codex, Triſt. 5, 4, 20 *Se quoque in exemplis connumerare ſolet*. Vulgo *annumerare* legitur: vide Heinſium.

¶ Connumĕrātus, *a, um*, mitgezehlt. L. un. Cod. de Profeſſ. in urbe CP. *Inter ſtatutos connumerati*.

¶ Connumeratio, *onis*, f. die zuſammenrechnung, apud Auguſtin.

¶ Denumĕro, *are*, pro dinumerare, enumerare, aufzehlen, herzehlen. Gloſſ. Ver. *Denumero*, καταριθμω, ἀπαριθμῶ, ἐξαριθμῶ. Plaut. Moſt. 3, 3, 18 *Mihi denumerato: ego porro illi denumeravero*, intellige argentum ſeu pecuniam.

¶ Denumeratio, *ōnis*, f. die ausrechnung. Gloſſ. Cyrilli: *Denumeratio*, ἐξαριθμησις. Paulus l. 10 ff. de gradibus & affin. (38, 9) § 16 *Ecl. denumeratione hic quoque octo perſonas computabimus*.

¶ Denumerator, *oris*, m. der abzehler, ausrechner, ICt. in Cod.

¶ Dinumero, *are*, ut alii ſcribunt, idem eſt quod *Denumerare*, nach einander zehlen; ut, *Dinumerare exercitum*, Plin. 4, 11. *Dinumerare & dimetiri ſyllabas*, abzehlen, ausrechnen, Cic. in Orat. c. 43. Et, *Dinumerare pecuniam*, geld abzehlen, Ter. Adelph. 5, 7, 17. Poſſis tamen ita diſtinguere hæc verba, ut *dinumerare* ſit proprie in claſſem quidque ſuam ac ordinem referre, ſortiren; *denumerare* autem ordine numerare, abzehlen. *De* & *di* in compoſitis frequentiſſime confundi ſupra monuimus.

¶ Dinumeratio, *onis*, f. die zehlung, herrechnung. Cic. de Orat. 3, 54 *Et dinumeratio, & alia correctio*. Et Quintil. 9, 3 *Quædam omnino non ſunt figuræ, ſicut ordo, dinumeratio, circumſcriptio*.

¶ Enumĕro, *are*, ausrechnen, die rechnung machen. Ter. Adelph. 2, 2, 28 *Iamne enumeraſti, quid ad te veniturum putes?* haſt du nicht überſchlagen, was du daran gewinnen wirſt? ¶ 2. *Enumerat miles vulnera*, i. e. recenſet, er rechnet ſie her; Propert. 2, 1, 44.

¶ Enumeratus, *a, um*, ausgerechnet, gezehlt. Liv. 3, 58 *Septem & viginti enumeratis ſtipendiis*.

¶ Enumeratio, *ōnis*, f. die ausrechnung, erzehlung. Occurrit vox hæc ſæpe apud Cic. de Invent. & deſcribitur 1, 52 *Enumeratio eſt, per quam res diſſerſe & diffuſe dictæ unum in locum cogantur, & reminiſcendi cauſſa unum ſub aſpectum ſubjiciuntur*. Idem fam. 5, 12 *Ordo ipſe annalium mediocriter nos retinet enumeratione quaſi faſtorum*.

¶ Innumĕrus, *a, um*, adject. innumerabilis, unzehlig. Eleganter Lucret. 2, 1052 *Semina innumero numero*. Cic. de Orat. 2, 22 *Ludo Iſocratis, tamquam ex equo Trojano, innumeri principes exierunt*. ¶ 2. *Innumeros numeros* Plautus in Epitaphio ſuo apud Gell. 1, 24 verſus dixit, quos Horatius *lege ſolutos* appellat. Eo videlicet modo, quo apud Græcos γάμος, ἄγαμος, ὥρα ἄωρα, apud Latinos, ut Ciceronem, *innuptæ nuptiæ*; *funera* nec *funera*, apud Catullum Argon. v. 83; *juſta, injuſta*, apud Ovid. dicuntur. v. Scalig. lect. Auſon. 2, 17 p. 134. *Innumeri*, i. e. ſine certa lege numerorum. ¶ 3. *Innumerum* etiam pro vano ponitur, & quod habendum nullo numero eſt: vid. Barthius Adverſ. 1, 2.

¶ Innumeratus, *a, um*, unzehlbar, unzehlich; ut, *Innumerata Dei miracula*, Tertull. ſ. Cyprian. adv. Marc. carm. 2, 17.

¶ Innumerābilis, *e*, idem; ut, *Pecunia innumerabilis*, Cic. pro Quintio c. 11. *Democritus innumerabiles finxit mundos*, Idem Acad. 4, 17.

¶ Innumerābĭliter, adv. idem. Lucret. 5, 275 *Innumerabiliter privas mutatur in horas*.

¶ Innumerabilĭtas, *ātis*, f. die unzehlbarkeit; ut, *Democritus, innumerabilitatem mundorum dixit*, Cic. Nat. D. 1, 26. Et, *Innumerabilitas atomorum*, ibidem c. 39.

¶ Innumerālis, *e*, unzehlbar. Lucret. 2, 1084 *Non eſſe unica, ſed numero magis innumerali*.

¶ Innumerōſus, *a, um*, idem. Plin. 10, 65 *Ex omnibus, quæ perfectos fœtus, vel tantos & innumeroſos edunt, ſupra cuncta eſt murium fœtus*.

¶ Pernŭmĕro, *are*, hinzehlen; ut, *Pernumerare argentum*, Plaut. Epid. 5, 1, 26. *Pernumerare pecuniam*, Liv. 28, 34. *De capite deducie, quod uſuris pernumeratum eſt*, Id. 6, 15.

¶ Rĕnumero, *are*, zurück zahlen. Ter. Hec. 3, 5, 52 *Renumerat dotem huc; eat*.

Sæpenumero, vide infra *Sæpe*.

¶ Supernumerārius, *a, um*, qui ſupra numerum ordinarium accedit, zum überſchuß gehörig; ut, *milites ſupernumerarii*: Veget. 2, 19 *Accenſi, hoc eſt, poſtea additi, quam fuiſſet legio completa, quos nunc SVPERNVMERARIOS vocant*.

¶ Transnumĕro, *are*, einem andern zuzehlen. Auctor ad Herenn. 4, 50 *Si hodie vis tranenumerari*.

NŪMĪCIVS, ſive Numĭcus, *i*, m. fluvius Latii, quo Æneas ſubmerſus fuit. Hic poſtea decrevit in fontem: & Veſtæ libari, non niſi de eo, fas fuit. Vide Serv. ad illud Virg. Æn. 7, 150 *Hæc fontis ſtagna Numici*: Ovid. Faſt. 3, 647 *Corniger hanc tumidis rapuiſſe Numicius undis Creditur*. conf. 14 Metam. v. 328 & 599. vid Brouckh. ad Tib. 2, 5, 45. ¶ 2. *Numicius*, viri nomen, ad quem ſcripſit Horat. 1 epiſt. 6 *De Numicio Thermo* conf. Tac. Ann. 16, 20, 2.

NŪMĬDIA, *æ*, f. regio Africæ, ſub mediterraneo mari inter propriam Africam ſeu Carthaginenſis ditionis, ac Mauritaniam late extenſa, etiam in Auſtrum longius & ad Getuliæ fines procurrens.

¶ Numĭda.

¶ Numĭda, *æ*, m. pl. Numidæ, incolæ, die Numidier, quasi *Nomades*, a νομεύω pasco, vide *Nomades*. Celebrati Numidæ equites in comitatu divitum Romanorum fuerunt, de quo legendus Lipsius ad lib. 2 Tacit. Taciti, itemque Torrentius ad Suet. Ner. c. 30. Adde Virg. Æn. 4, 535; & Ovid. Fast. 1, 595. Sall. Iug. 18.

¶ Numĭdicus, *a*, *um*, adject. ut, *Equi Numidici*, apud Liv. 30, 6 *Gallinæ Numidicæ*: de quibus Columella 8, 2 *Africana*, inquit, *gallina est, quam plerique Numidicam dicunt, meleagridi similis, nisi quod rutilam galeam, & cristam capite gerit, quæ utraque sunt in meleagride cærulea.* Commendat Sallustius Iug. c. 94 *Scuta Numidica*, minimi ponderis, ex coriis facta. *Numidicum marmor*, Isidor. 16, 5. ¶ 2. *Numidicus* & proprium honoris nomen, Q. Cæcilio Metello, ob res in Numidia contra Iugurtham præclare gestas, impositum. vid. Cic. Verr. 4, 66; & Att. 1, 16, item Aur. Victor de Viris Illustr. c. 62.

¶ Numidiānus, *a*, *um*, aliud adject. ut, *Numidiana pira*, Plin. 15, 15.

¶ Seminumida, *æ*. Apul. Apol. p. 289 *Memet professum seminumidam & semigætulum.*

NŬMĪSIVS, *i*, m. nomen Romanum. De *Numisio Lupo & Rufo* vide Tacitum; de *Numisio Tirone*, Cic. Phil. 2, 4; & 12, 6.

¶ Numisiānus, *a*, *um*, adj. ut *Vvæ Numisianæ*, Plin. 14, 2; Colum. 3, 2; & 12, 43.

Numisma, vide mox *Numus*.

NŬMĪTOR, *ōris*, filius Procæ Albanorum regis, pater Rheæ Silviæ, Romuli & Remi matris, vide & initium lib. 1 Liv. & Ovid. Fast. 4, 53. ¶ 2. Pullus *Numitor* Fregellanus proditor, cujus meminit Cic. de fin. 5, 22.

¶ Numitorius, *i*, m. C. & Q. Numitoria, *æ*, f. Fregellana, nomina Romana; v. Cic. Verr. 3, 63; de Invent. 2, 34; & Phil. 3, 6.

Nummus, vide *Numus*, Numnam, numquando, numquis, *Num.*

NŬMVS, vel Nummus, *i*, m. moneta, sic dicta a νόμος, ex quo νόμος, ut ex ὄνομα, ὄνομος, lex, quod ejus usus lege introduceretur, ein pfennig, eine münße. Plur. *Nummi*, geld. *Aureus nummus*, eine güldene münße. *Nominibus certis exponere nummos*, geld ausleihen, Horat. 2 epist. 105. *Dolosi spes refulget nummi*, Pers. prolog. v. 12. *Nummus asper*, ap. Sen. epist 19, & Suet. in Ner. c. 44, ut recte animadversum est Torrentio & Gronovio, est integer a moneta, nondum detritus. v. quæ ad *Asper* n. 2 diximus. *Asperum nummum* & Pers. dixit sat. 3, 69. v. Lips. ad Sen. *Nummo addicere alicui aliquid*, um bezahlung. v. supra *Addicere*. Et, *In nummo exigere aliquid*, est pretium rei exigere, non rem: v. supra *Aderare* in Æs. Sic, *Salari in in sextenis numûm accipere*, Eumenius orat. pro restaurand. scholis Menianis c. 11. *Nummos scribere*, est obligare se de numis solvendis, apud Plaut. Asin. 2, 3, 34. In nummis omnia posita esse, vide supra ex Petronio in *Fœnero*. *Iactatur nummus*, quid significet, vid. *Iacto*. ¶ 2. *Numus* nomen speciale idem est, quod *Sestertius*, & valet ex accurata Eilenschmidii æstimatione einen Kaysergroschen (etwas weniges mehr, als ein Sächsischer oder Heßischer meinet:) deren 30 auf einen Reichsthaler gehen. v. *Sestertius*. *Decem millia numûm*, idem quod *decem millia sestertium*, decem sestertia, CCL aurei coronati, dritthalb hundert kronen, $333\frac{1}{3}$ Rthlr. 500 fl. Rheinisch oder Kayserlich. ¶ 3. Conjunguntur etiam *numus sestertius*, inprimis, ubi vilissimum pretium indicatur. vid. Burm. ad Quint. 11, 3 p. 1038. Cæterum scias, sibi non constare in hoc vocabulo scribendo vetustos libros, aut lapides inscriptionibus signatos, sed quosdam mutam M. geminare, alios simplicem tenere, & his videtur origo favere; quod vel a *numerus* est, vel a *Numa* rege, qui primus, teste Suida, ex ære & ferro factam monetam donasse Romanis dicitur: vel ex νόμος. Alteram scriptionem tuetur receptior usus, quem & Manutius & Dausquejus in Orthograph. probant, quos consulas.

¶ Nummŭlus, *i*, m. diminut. Cic. Att. 1, 16 *Numulis acceptis jus & fas omne delere.* Ibid. 8, 13 *Nihil prorsus aliud curant, nisi nummulos suos.*

¶ Nummātus, *a*, *um*, adject. abundans nummis, geldreich, bemittelt, vermögend. Cic. cont. Rullum 2, 22 *Adolescens non minus bene nummatus quam bene capillatus.* Ita etiam fam. 7, 16 extr. Horat. 1 epist. 6, 38 *Et bene nummatum decorat fuadela Venasque.* In suppos. Plaut. Amph. sc. Quis tam v. 39 *Bene nummatum marsupium*, ein gespickter beutel. Compar. Apul. lib. 1 Met. post initium, *Nummatior revertor.*

¶ Nummatio, *ōnis*, f. tractatio aut possessio pecuniarum, geldhandel, wucher. Cic. Phil. 2, 45 *Lætitiam senatus populique Rom. confer cum nummatione tua tuorumque: tum intelliges, quantum interlaudem & lucrum interfit.*

¶ Nummārius, *a*, *um*, geld-; ut, *Res nummaria*, Cic. Off. 3, 20, geld-sache. *Ratio numaria*, Idem Attic. 10, 13, die geldrechnung. *Theca nummaria*, Att. 4, 7, ein geldkasten. Et, *Nummaria lex*, Verr. 1, 42. Sed Cic. ad Att. 1, 16 p. 108 *Nummarios* dici pro corruptis, vult Turn. adv. 9, 1, ut *erarium*, & apparet e Cic. pro Clu. 27 in Verr. 3, 57 & alibi. v. Menck. Obs. h. v.

¶ Nummōsus, *a*, *um*, nummis abundans, reich. Nigidius ap. Gell. 4, 9 *Nummosus* (ut *vinosus*, &c.) *signat copiam quandam immodicam rei, super qua dicitur.*

¶ Nummulārius, *i*, m. qui rei nummariæ negotiationem exercet, ein geldhändler, wechsler, wucherer. Suet. Galba c. 9 *Numulario non ex fide versanti pecunias, manus amputavit, mensæque ejus affixit.* vide *Collybista*. Martial. 12 epigr. 57 *Nervnia numularius massa.*

¶ Nummulārĭŏlus, *i*, m. dimin. Seneca de morte Claudii p. 852 *Proximus interrogatur sententiam Diespiter Vicæ Potæ filius, & ipse designatus Cos. numulariolus.*

¶ Numisma, vel Nomisma, *ătis*, n. νόμισμα, idem quod *Nummus*, geld, münße. Horat. 2 epist. 1, 234 *Rettulit acceptos regale numisma Philippos.* Et Martialis 1 epigr. 12 *Bis quina numismata.* conf. 9 epigr. 32.

¶ 2. Specialiter nummum aureum significat, qui *Solidus* dicebatur; v. ibi. ¶ 3. Prudentius pro charactere, seu forma nummi (gepräge) posuit. Ita enim Hymno B. Laurentii 2 peristeph. v. 95 *In Cæsar agnoscit suum Numisma nummis inditum*: i. e. imaginem suam numis impressam. v. Salmas. ad Lampridii Alex. p. 218.

¶ Numella, *æ*, f. machinæ genus ligneum ad discruciandos noxios paratum, cui collum & pedes immittunt, ut Non. auctor est 2, 568, ein halseisen. Hinc Plautus inter carnificis instrumenta numerat Asin. 3, 2, 5. Festus genus vinculi interpretatur, quo deligantur quadrupedes, ein koppelring, atque ita usus est Columella 6, 19; & 7, 8, qui tamen in masculino *Numellos*, non *Numellas* dixit. Et vero nomen traxisse videtur a forma numorum, quos articuli sive ligamenta mutuo juncta repræsentent. Quæ Beemanni (p. 746 Orig.) conjectura, nec Vossio displicet Etymol. 1. 347.

¶ Nummĭcŏla, *æ*, c. ein geißhals, mammonsknecht. Prov. *Nummicola simul & Christicola nemo esse potest.* v. Novarini Apophth. Eccl. T. 2 p. 390.

¶ Nummĭpĕta, *æ*, m. idem. Sarisb. in Carm. *Nummipetæ cum libricolis nequeunt simul esse.*

¶ Nummorum expalponides, *æ*, m. nomen ridicule fictum a Plauto Pers. 4, 6, 22, qui palpando atque blandiendo emungere alium numis potest.

¶ Decanummus, *i*, m. est denarius nummus, cujus quarta pars sestertius, decima as, ap. Var. Auct. de Limit. Gœsii p. 265.

¶ Dinummium, *i*, n. δινύμμιον, species vectigalis, in Cod. Theod. lib. 14 t. 26.

Multinŭmus s. Multinummus, vide supra *Multus.*

¶ Pentanummus, *i*, m. nummus valens denarii dimidium, ap. Auct. Gœsii l. c.

¶ Trinummus, *i*, m. ein dreyer. Sic dicta fabula Plautina a sycophanta tribus nummis conducto: vide ejus fabulæ argumentum.

NVNC, *vŭv*, adverb. temporis, nun, itzo. Cic. Phil. 7, 5 *Erat tunc excusatio oppressis, misera illa quidem: sed tamen justa: nunc nulla est. Nunc erat*, int. tempus. v. Burm. ad Petron. c. 125 p. 605, & quos ille. Tamen sine temporis significatione interdum ponitur, & conjunctionis adversativæ vim habet; ut Cic. de Div. c. 29 *Quæ quidem multo plura evenirent, si ad quietem integri iremus; nunc onusti cibo & vino confusa & turbata cernimus.* Valla 1, 2 *Nunc primum*, nun erst, nun zum ersten mal. *Nunc primum audio, quid illo sit factum*, Ter. Andr. 5, 4, 33. Et, *Nunc demum*, nun allererst. Idem Heaut. 2, 3, 3 *Ego vero audio nunc demum.* Ibidem v. 12 *Nunc demum intelligo. Nunc ipsum*, hoc ipso tempore, iezt gleich, passim in Ciceronis epistolis, ut Att. 7, 3, 8, 9, occurrit: loca Menck. in Obs. L. L. congessit. Geminatur quoque non ineleganter: Horat. epod. 5, 53 *Nunc, nunc adeste.* Virg. Æn. 5, 189 *Nunc, nunc insurgite remis. Nunc - - homines*, h. e. qui nunc vivunt, Plaut. Pers. 3, 1, 57, ubi plura id genus comparat Scal. vid. *Semper.*

¶ Nunccine, interrogat, nun erst? Ter. Andr. 4, 1, 60 *Hem nunccine demum?*

¶ Nuncubi, an vel numquid alicubi, irgendwo. Ter. Eun. 1, 2, 83 *Nuncubi meam benignitatem sensisti in te claudier?* hast du auch iemals gespüret ꝛc. Varr. R. R. 3, 2 *Nuncubi hic vides vitrum aut aurum?*

¶ Nuncusque, bißhero, annoch, noch immer. Sic sæpe Ammianus: e. g. 14, 2 *Vbi conduntur nuncusque commeatus.* Hem. 22, 8 *Dioscurias nuncusque nota.* Et 27, 7 *Memoriam nuncusque colentes Christiani.* Et 31, 7 *Indicant nuncusque albentes ossibus campi.*

Nuncio & Nuncius, cum derivatis, vide paullo post *Nuntius.*

NVNCOREVS, *i*, m. Sesostridis filius, qui obeliscum eum, qui jam Romæ in Vaticano est, curavit excidendum, Plin. 36, 11.

NVNCŬPO, *āvi*, *ātum*, *are*, est appellare, nominare, ernennen, namhaft machen, klar darthun. Factum esse existimatur ex *nomen* & *capio*. Varro de L. L. 5, 7 *Quis tu es, mulier, quæ me injusto nuncupasti nomine?* Liv. 1, 2 *Iulum Iulia gens auctorem nominis sui nuncupat.* Cic. de Nat. D. 2, 28 *Dii per alia poterunt intelligi, qui qualesque sint, quæque eos nomine consuetudo nuncupaverit.* ¶ 2. *Nuncupare* etiam est, concepta & constituta apud le testari præsentibus, rataque habere, & referre in tabulas, geloben, bestimmen, stiften. Sic, *Vota nuncupare*, (de quo Rutgersius Var. Lect. 5, 5,) ap. Cic. Phil. 3, 4, & Liv. 45, 39, ein gelübde thun, Plin. 14, 22, ubi de vino gravatis loquitur, qui arcana prodant omnia. *Alii*, inquit, *testamenta sua nuncupant*, quæ scil. tacita esse ipsorum intererat. Neque enim de nuncupativo testamento sermo est. *Adoptionem nuncupare*, Tac. Hist. 1, 17, 2. *Hæredem nuncupare*, Justin. 12, 15, 9 & 12. *Nuncupassit* antique pro *Nuncupaverit* apud Festum.

¶ Nuncŭpans, *tis*; ut, *Principem nuncupantes*, Tac. An. 2, 48, 2. *Immolans & vota nuncupans sacrificuli modo*, Liv. 35, 48 f.

¶ Nuncupātus, *a*, *um*, expresse vel nominatim prædictus vel sciptus, benennet, angedeutet; ut, *Res nuncupatæ*, *nuncupatæ pecuniæ*, *vota nuncupata*, apud Varr. de L. L. 5, 7, & apud Festum.

¶ Nuncupatim, adv. nominatim, namentlich. Claud. Mamertus 2, 9 de Statu animæ: *Eruentur mihi atque extrahentur etiam nuncupatim ex abditis tenebellarum, qui hactenus delituêre.*

¶ Nuncupātio, *ōnis*, f. die benennung, gelobung. Plin. 9, 35 *Nuncupationem tabulis probare*, i. e. appellationem. Tac. An. 16, 22, 1 *Nuncupationes votorum.*

¶ Nuncupātor, *ōris*, m. ein stifter. Apul. 2 Florid. sub fin. *Pythagoras primus philosophiæ nuncupator & conditor*, qui primus & rem & nomen philosophiæ invenit. Cic. Tusc. 5, 3.

¶ Prænuncŭpo, *are*, ante nominare, vorher nennen, zuvor verkündigen. Prudentius Hymno Iejunantium v. 179 *Prænuncupatus ore qui prophetico Emanuel est, sive nobiscum Deus.*

NVNDĪNÆ, *arum*, f. pl. a *nono die* dicebantur Romæ, ein wochen-marckt. Nam nono die rusticani urbem adibant ad mercatum & judi-

& judicia, & ad leges denuo cognoſcendas, poſtquam octo integros dies operi ruſtico impenderant. v. Feſtus & Macrob. Sat. 1, 16; Columell. præf. lib. 1; & Varro præf. lib. 2 de R. R. *Nundinas inſtituere*, einen marckt anrichten, Plin. 5 epiſt. 4. *Domus quæſtuoſiſſima falſorum chirographorum officina, agrorum, &c. flagitioſiſſimæ nundinæ*, i. e. ubi hæc omnia ſunt venalia, eine ſchändliche kram-bude, Cic. Phil. 2, 16. ¶ 2. In ſingulari, *In nundinam & auctionem mitti, ſi emptor inveniatur*, Sidon. dixit 7 ep. 5. ¶ 3. Eſt & *Nundina* Dea, a nono die naſcentium dicta, qui dies eſt luſtricus, quo infantes luſtrabantur & nomen accipiebant: vid. Macrob. Sat. 1, 16. ¶ 4. Eſt & *Nundinum*; vide mox *Trinundinum*.

¶ Nundinālis, *e*, zum wochen-marckt gehörig. Plaut. Aul. 2, 4, 45 *Nundinalis coquus*. vide ibi Interpretes.

¶ Nundinārius, *a, um*, idem; ut, *Forum nundinarium*, Plin. 8, 51.

¶ Nundīnor, *atus ſum, ari*, marckt halten, kauffſchlagen, kauffen. Et venditare eſt & emere. Gloſſ. Cyrilli: *Nundino*: καπηλεύω. Adde tralatitiam, quæ ſequitur, notionem. Et Cic. Verr. 2, 49 *Pueri annorum ſenûm ſeptenumque denûm ſenatorium nomen nundinati ſunt*, h. e. pretio acquiſiverunt, emtirarunt, ſie haben den titel erhandelt. Cic. Verr. 1, 46, 1 *Qui ab iſto jus ad utilitatem ſuam nundinarentur*: ubi de litigatoribus adhibetur: ſed etiam de judicibus, qui corrupti muneribus jura perverterunt. Suet. Tito c. 7 *Conſtabat, in cognitionibus patris nundinari prævaricationem ſolitum*. Apul. Met. 10 *Sententias ſuas pretio nundinari*, i. e. vendere, verhandeln. ¶ 2. Gregatim convenire. Cic. Divin. 2, 31 *Vbi ad forum angues nundinari ſolent*, h. e. gregatim & ſine metu convenire. Ita MSS. ſunt, qui malint *nidulari, meridiari, videri*: quorum illud, quod medium eſt, ad ſententiam certe convenit. Apud Firmicum 6, 31 etiam active dicitur: *Pudorem alicui nundinare*. Et apud Capitolinum in Gordianis c. 24 *Velut in auctione poſitus nundinatus eſt*, i. e. venditus.

¶ Nundĭnātio, *ōnis*, f. mercatura, der handel; ut, *Nundinatio juris*, krämerey mit dem recht, Cic. Agrar. 1, 3.

¶ Nundinārĭtius, *a, um*, venalis, feilliegend. Tertull. de Veland. Virg. c. 3 *Nundinatitia capita*, i. e. non velata.

¶ Nundinator, *ōris*, m. ein kauffmann. Vet. Gloſſ. *Nundinator*, ἀγορα-ς, καπηλευτής. Adde Feſtum in *Nundinis*. *Salutis publicæ nundinator* Quinct. Decl. 12, 3. *Mercurius Nundinator*, in lap. Reinelii Cl. 1 n. 80.

¶ Denundino, *are*, omnibus notum facere, ausſchreyen, bekannt machen, Iſidori Gloſſ.

¶ Enundĭno, *are*, i. e. mercari, erkauffen. Tertull. de Idolol. c. 9 *Spiritum ſanctum enundinare*.

¶ Internundinium, vel potius Internundinum, *i*, n. ſic dictum, ut Mar. Victorinus de Orthogr. docet, *quod novem dies inter ſe continuos habeat, non quod nono die ſit*, eine zeit von 9 tagen. v. Voſſ. Etym. p. 348.

¶ Trinundĭnum, *i*, n. vel trinum nundinum, ſunt, qui tertium nundinarum diem dictum fuiſſe putant. Idem igitur dicere eſt: *Trinundino, & tertiis nundinis, & in trinundinum*, hoc eſt, tertiis nundinis. ¶ 2. Valla 3, 5 *trinum nundinum*, rogationem aut comitia tribus in locis uno die, aut tribus diebus uno loco celebrata, appellari putat. Exempla ſunto: Liv. 3, 35 pr. *Poſtquam vero comitia decemviris creandis in trinum nundinum indicta ſunt*. Et Cic. pro Domo c. 16 *Si quod in ceteris legibus* (promulgandis) *trinundinum eſſe oportet, id in adoptione ſatis eſt trium eſſe horarum*. Idem Phil. 5, 3 *Vbi promulgatio trinundinum?* elliptica locutio. Et 16 epiſt. 12 ad Tironem: *Ad conſulatus petitionem ſe venturum: neque ſe jam velle, abſente ſe rationem haberi ſui: ſe præſentem trinundinum petiturum*. Et Quintilian. 2, 4 p. 120 *Aut de ipſius rogationis jure dubitari poteſt, quod eſt varium, ſive non trino forte nundino promulgata, ſive non idoneo die, &c.* Apud Lampridium in Alex. Severo c. 28 etiam *primum nundinum*, eſt primus nundinarum dies. Adde copioſe de his diſputantem Drakenb. ad Liv. 3, 35.

¶ Trinundinus, *a, um*, quod fit ternarum nundinarum intervallo. Macrob. Sat. 1, 16 *Scita atque conſulta trinundino die propoſita*.

Nunquam, &c. vide *Vnquam*, Nunquando, nunquis, *Num*.

NVNTIVS, ſive Nuncius, *i*, m. ἄγγελος, ein bote. *Per nuntium certiorem facere, quid actum ſit*, Cic. Att. 11, 24. ¶ 2. Res nuntiata, die botſchafft, die poſt; ut, *Nuntium accipere optatiſſimum*, Cic. fam. 2, 19 pr. *Nuntium exoptatum adferre*, Idem pro Roſc. Am. c. 7. *Nunciare nuncium exoptabilem*, Plaut. Stich. 2, 2, 67. conf. Epid. 1, 1, 19; & Ter. Heaut. 3, 1, 18. Pro eo & frequenter in genere neutro *Nuncium* vulgariter dicitur. An recte, diſputatur. Valla 6, 15 prorſus negat, cumque eo & alii, in his Bonciarius epiſt. 362. Ego vero etſi facile dedero, melius & conſuetudini latinorum auctorum convenientius, *nuntium*, in maſculino dici: tamen concedere vix poſſum, illud alterum prorſus Latio excludendum eſſe. Si rem recte putant, *Nuntius* adjectivum eſt; namque Ovid. Heroid. 16, 10 *Nuntia verba*. Tibull. 3, 4, 5 *Nuntia exta* dixit, ut alia præteream. Quare, in quocunque genere id abſolute ponitur vocabuli, neceſſe eſt aliquid ſubaudiamus. Si igitur *nuntius* pro ἄγγελῳ recte dicitur, ſubintellecto videlicet vocabulo *fermo*, vel ſimili; cur *nuntium* rectum non erit, ſi *verbum*, vel aliud tale ſubaudiamus? Sane ad iſtum modum *Sertam* & *Sertum* latine dicimus, commodo utrobique ſubintellecto vocabulo. Nam & illud revera adjectivum eſt. Atqui auctoritates urgent. Nec iſtæ prorſus deeſſe videntur. Certe Catullus in Attyne, omnium librorum conſenſu, ſcripſit v. 76 *Geminas Deorum ad aures nova nuntia referens*. Atqui Scaliger, inquiunt, aliter legit. Nos vero non videmus, cur Scaligeri emendationem, quæ ex conjectura eſt, præ illa lectione admittamus, quæ omnium librorum auctoritate nititur, præcipue quum ſenſus bene habeat. Et notum eſt, multa heroem illum ſibi permiſiſſe in illis auctoribus, quæ docti mirantur magis, quam probant. Quod ſi concedamus illis in Catulliano iſto loco auctoritate Scaligeri pugnare in nos; concedent & ipſi quoque nobis in alio Plautino Gruteri auctoritate in ſe uti. Is ergo Merc. 5, 2, 62 ita legit: *Opta ergo ob iſtuc nuntium quidvis tibi?* Quæ quidem emendatio eo magis admittenda eſt, quod auctores habet libros manuſcriptos. Sed in hoc genere *nuntium* poſſuiſſe videtur Apulejus, quando in de Deo Socratis ſcribit: *Quippe etiam ſemotis arbitris una cum Phædro extra pomærium, ſub quodam arboris opacæ umbraculo, ſignum illud & nuntium ſenſit, &c.* Accedit, quod *hoc nuntium* Servius & Iſidorus agnoſcunt. Adjiciamus & Sedulii, Chriſtiani, non antiquiſſimi quidem, latini tamen poëtæ carmen lib. 2, 74 *Eoi vexere Magi, ſævumque tyrannum Grandia ſollicitis perturbant nuntia dictis*. Vide, ſi lubet, Cellarii Curas Poſter. c. 5 p. 195, ejusdemque Diſcuſſionem Appendicis Danicæ p. 74, & quæ denique repoſuit Andr. Borrich. in Vindiciis p. 146 usque ad p. 152, ubi hæc omnia copioſius examinantur, & ab ipſo Borrichio poſt multa alia coronidis loco adjicitur teſtimonium Varronis de L. L. 5, 9 *Vbi noctu in templum cenſura auſpicatur, atque de cœlo nuntium erit*. ¶ 3. *Nuntium mittere*, & *remittere* dicuntur conjuges, cum alter alterum repudiat, den abſchied geben. *Nuntius* enim libellus repudii dicitur, quem conjuges ſolebant mittere, qui ab ſe invicem divertere vellent; cujus ſolennis formula erat: HABE TIBI RES TVAS. Addebantur & cauſſæ, quas propter divortium fieret. Cic. Topicis c. 4 *Si viri culpa factum eſt divortium, etſi mulier nuntium remiſit &c.* Et mox: *Si mulier fuiſſet nupta cum eo, quicum connubium non eſſet, nuntium remiſit &c.* Et ita etiam ICti: ubi REMITTERE pro MITTERE ponitur. Solent enim ſæpius Latini compoſita, ſimpliciaque commutare, & alterum ponere pro altero. Nec aliter Nonius REMITTERE in hac locutione interpretatur. Similiter Plautus *renuntiare repudium*, pro *nuntiare* dixit Aul. 2, 10, 53. Hinc ad alia eleganter transfertur. Cic. 15 epiſt. 16 ad C. Caſſium: *Biennium aut triennium eſt, cum virtuti nuntium remiſiſti, delinitus illecebris voluptatis*. Quod ille quidem per jocum de mutato philoſophiæ genere intelligit, quod Caſſius ex Stoico aut Academico Epicureus factus fuerat.

¶ Nuntia, *æ*, f. ſubſt. eine ankündigerin. Sic, *Hiſtoria nuntia vetuſtatis*, Cic. de Orat. 2, 9. Sic *Fama nuntia veri*, Virg. Æn. 4, 188, niſi & hic pro adjectivo malis habere. Namque

¶ Nuntius, *a, um*, adjectivum eſſe, exemplis Ovidii & Tibulli probatum eſt paullo ante in *Nuntius*, ſubſt. n. 2.

¶ Nuntio, *avi, atum, are*, nuntium afferre, exponere, botſchafft bringen, ankündigen, anſagen. *Nuntiare ſalutem*, Cic. Att. 4, 10, grüſſen. *Romam nuntiatur*, Idem fam. 11, 12. Et Plin. 3 epiſt. 7 *Nuntiatus eſt Silius Italicus vitam inediâ finiſſe*, man berichtet, Silius ꝛc. Salluſt. Cat. c. 35 *Nuntiatum eſt mihi vim parari*. Idem Iug. c. 108 *Illico nuntiatum mittere*. Et, *Nuntiare ad aliquem aliquid*. Plaut. dixit Moſt. 1, 3, 76, & Menæchm. 5, 9, 68. Liv. 36, 3 *Nunciare ad præſidium*. Idem 38, 18 *Precantibusque, ut domum nunciarent, poteſtas facta*.

¶ Nuntians, *tis*; ut, *Legati nuntiantes*, &c. Iuſtin. 18, 6, 2; & 23, 3, 5.

¶ Nuntiatus, *a, um*, verkündiget, angeſagt; ut, *Res domi nuntiata*, Iuſtin. 43, 5, 9. *Pugna nuntiata*, Cæſ. B. G. 2, 28, & 29.

¶ Nuntiatio, *ōnis*, f. die verkündigung. Ex augurali notione eſt apud Cicer. Phil. 2, 32 *Nos nuntiationem ſolum habemus: conſules & reliqui magiſtratus etiam inſpectionem*. Adde Tertull. de carne Chriſti c. 4; & Vlpian. Dig. 3 t. 14 leg. 7 *De nuntiatione novi operis*, vid. *Opus* n. 1.

¶ Nuntiator, *ōris*, m. qui nuntiat. Arnob. lib. 1 ſub fin. *Chriſtus rei maximæ nuntiator*. Conf. Tertull. de carne Chriſti c. 7; & Calliſtr. ICt. Dig. 49 t. 14 leg. 1 § 5.

¶ Nuntiātrix, *īcis*, f. Caſſiodorus 2 epiſt. 14 *Nuntiatrix redeuntis anni ciconia*, der den frühling verkündiget.

Compoſita a *Nuntius*:

¶ Annuntio, vel Adnuntio, *avi, atum, are*, anſagen, ankündigen, verkündigen. *Annuntiare ſalutem*, Cic. Att. 12, 1.

¶ Annuntians, *tis*, ut, *Sol in aſpectu annuntians*, Vulg. Interpr. Sirac. c. 43, 2.

¶ Annuntiatio, *ōnis*, f. Laudatur Cic. de Fato c. 12 ſed Gron. *Hæc enuntiatio vera eſſe non poteſt*.

¶ Annuntiātor, *ōris*, m. qui annuntiat. Tertull. adv. Marc. 4, 7 *Indignum, ut Romulus adſenſus ſui in cælum habuerit Proculum affirmatorem; Chriſtus vero filius Dei, deſenſus de cœlo ſui non invenerit annuntiatorem*. Et Auguſtinus Tom. 10 Serm. 14 de Sanctis, ſive de Pauli converſione: *Paulus ex perſecutore Chriſtianorum, annuntiator factus eſt Chriſti*.

¶ Adnuntius, *i*, m. idem quod ſimplex, *Nuntius*: quomodo paſſim idem quoque ſunt verba, *nuntio* & *annuntio*. Apul. de Deo Socr. p. 52 ed. Elmenh. *Sub quodam arboris opacæ umbraculo ſignum illud adnuntium ſenſit*. ubi alii *& nuntium*. vide paullo ante in *Nuntius* n. 2. Ambroſius 5 hexaem. 9 (Tom. 4 Oper. f. 57) *Echinus tempeſtatis aut tranquillitatis adnuntius navigantibus*. Dictum autem eadem forma, ut *prænuntius*.

¶ Denuntio, *are*, prædicere, verkündigen, anmelden, zuvor ſagen, zu wiſſen thun. Fere de rebus ingratis moleſtisque videtur adhiberi. *Multo ante denuntiare*, Cic. de Senect. c. 6. *Denuntiare alicui periculum*, Idem Att. 2, 20. *Denunciare & indicere bellum*, Cic. Off. 1, 11. Et, *Denunciare alicui teſtimonium*, Idem pro Roſc. Am. c. 38, eſt ad teſtimonium dicendum vocare. Quod Plinio eſt *teſtibus denunciare* 6 epiſt. 5 n. 2. ¶ 2. *Denuntiare* ſumitur & pro minari, drohen. Cic. Att. 2, 21 *Multis denuntiat*. Et ſic ſæpe in præcedentibus illius libri epiſtolis. Idem 2 epiſt. 23 *Multos terrores jacit atque denuntiat*. vid. omnino Brouckh. ad Tib. 3, 5, 5. ¶ 3. *Denuntiare* eleganter etiam eſt arceſſere, jubere, rogare, præſto eſſe,

uti

uti Græcis παραγγέλλειν monente Gifanio, accipitur. Sic Cic. fam. 11, 2 *Denuntiare veteranis*, eſt eos accire in urbem. Adde 5, 11; 13, 77; & Att. 2, 22.

¶ Denuntians, *tis*. Cic. fam. 4, 3 *Monente & denuntiante te*.

¶ Denuntiātus, *a, um*. Sidon. 9 epiſt. 1 *Poſt denuntiatum terminum*. Adde Tertull. de Baptiſmo c. 10.

¶ Denuntiatio, *ōnis*, f. die vermeldung, ankündigung; ut, *Denuntiatio & ſignificatio calamitatum*, Cic. de Divinat. 2, 25. *Denuntiatio belli*, Id Phil. 6, 2. Et Liv. 38, 14 *Hac denuntiatione deterritus*. Vellej. 2, 70, 1 *Denuntiatio quietis*, ein traum.

¶ Denuntiātīvus, *a, um*, andeutend. Cæl. Aurel. Tard. 2, 4 *Denuntiativo motu*.

¶ Denuntiator, *ōris*, m. Vet. Gloſſ. *Denuntiator*, παραγγελεύς. Et vetus Inſcriptio ap. Gruterum p. 254 num. 4 DENVNCIATORES PVTEOLANI.

¶ Indenuntiatus, *a, um*, unangekündigt; ut, *Arma indenuntiata* Senec. Suaſor. 5. Idem Suaſor. 2 *Indenunciata ſorte rapimur*, wir werden unverſehens hingerafft.

¶ Enuntio, *are*, exponere, pronuntiare, ausſagen, ausſchwatzen. *Commiſſa enuntiare*, Cic. Tuſc. 2, 13. Et, *Conſilia amicorum adverſariis enuntiare*, Idem Agrar. 2, 34. *Optimæ mentis cogitata jam pridem maturo tempore enunciare*, Planc. ad Cic. 10, 8, ex quo aliisque locis apparet *enunciare* idem eſſe, ac arcana & præcipue conſilia animi proferre. conf. Nep. 4, 4, 6; & Plaut. Trin. 1, 2, 106.

¶ Enuntiatus, *a, um*, geſagt, ausgeſprochen; ut, *Sermo rectus & ſecundum naturam enuntiatus*, Quintil. 2, 5. Et, *Per judicium enuntiata res*, Cæſ. B. G. 1, 16.

¶ Enuntiātum, *i*, ſubſt. ein vortrag. Ita Cicero propoſitionem vocat de Fato c. 9 *Enuntiatum verum aut falſum*.

¶ Enuntiatio, *ōnis*, f. determinata expreſſio, der ausſpruch. *Propria, dilucida, & breviter comprehenſa verbis enuntiatio*, Quintil. 7, 3. *Ratio enuntiationum; quæ Græci ἀξιώματα vocant*, Cic. de Fato c. 1.

¶ Enuntiatūra, *æ*, f. idem apud Frontin. de re agraria.

¶ Enuntiātīvus, *a, um*, qui enunciat; ut, *Motus animorum enuntiativi corporum*, Seneca epiſt. 117

¶ Enuntiative, adverb. i. e. declarative, apud ICtos.

¶ Enuntiator, *ōris*, m. apud ICtos in Dig. unde

¶ Enuntiatrix, *īcis*, f. Quintil. 2, 15 *Ars enuntiatrix*, i. e. Rhetorica. Prudent. in Romano v. 770 *Digna eſt fidelis lingua quæ ſit hoſtia, interpres animi, enuntiatrix ſenſuum, &c.*

¶ Inenuntiābilis, *e*, unausſprechlich. Cenſorin. de Die nat. c. 18 *Incomprehenſibile & inenuntiabile eſſe*.

¶ Internuntius, *i*, m. ein unterhändler. Ter. Eun. 2, 2, 56 *Ne quis forte internuntius clam a milite ad iſtam curſitet*. Et, *Internuntios ultro citroque mittere*, Cæſ. B. C. 1, 20. Et, *Reſponſa per internuntios dare*, Iuſtin. 4, 2, 12.

¶ Internuntia, *æ*, f. Plaut. Mil. 4, 1, 39 *Hæc celox illius eſt, quæ hic egreditur internuncia*. Plin. 10, 37 *Quin & internuntiæ in rebus magnis fuere*. Apul. 9 Met. p. 339 *Anus quædam adulterorum internuntia*, eine alte kupplerin.

¶ Internuntium, *i*, n. Apul. de Dogm. Plat. p. 61 *Ea quæ ſunt internuntia ſentiendi*. Eſt igitur ſua natura adjectivum, quod etiam de primitivo ipſo obſervavimus.

¶ Internuntio, *are*, vicisſim nuntios mittere, hin und her boten ſenden. Liv. 42, 39 *Poſtquam in conſpectu ſteterunt* (rex Perſeus & Q. Marcius &c. collocuturi,) *dirimente amne, pauliſper internuntiando cunctatio fuit, uti transgrederentur*.

¶ Obnuntio, *are*, ankündigen, widerſtreben. Ter. Adelph. 4, 2, 7 *Primus ſentio mala noſtra: primus reſciſco omnia: Primus porro obnuntio*: ubi Donatus: *Qui malam rem nunciat, OBNVNCIAT, qui bonam ANNVNCIAT. Nam proprie dicuntur augures OBNVNCIARE, qui aliquid mali ominis ſœvumque viderint. Ergo OBNVNCIO, quaſi OMEN NVNCIO. Inde enim ἐτυμολογία hujusce verbi eſt*. Sed fruſtra eſt, cum ab *omine* derivat. OBNVNCIARE enim eſt, obloquendo nuntiare: & ad auguria pertinet. Non poterat agi cum populo auſpicato, ſi tonuiſſet. Quod ſi igitur quis haberet comitia, & perrogare aliquid vellet, non poterat, ſi magiſtratus aliquid aut augur nuntiaret, ſe audiſſe tonitru, fulgura vidiſſe. Hoc igitur OBNVNCIARE vocabant. Poterantque id facere magiſtratus & augures cum coram atque in os: tum per edicta ſi coram obloqui non auderent. Cui rei teſtimonio eſt Suetonii locus Cæſ. c. 20. Add. Liv. 22, 42 extr. vid. Nic. Gruchium de Comitiis 1, 4 p. 64 & ſeqq. & Bernegg. ad l. c. Sueton. Briſſon. de form. p. 121.

¶ Obnuntiātio, *ōnis*, f. ein widerſpruch. Cic. Att. 4, 16 *Obnuntiationibus per Scævolam interpoſitis*. Arnob. lib. 2 p. 91 *Otioſas factitis obnunciationibus actiones*.

¶ Prænuntio, *are*, zuvor ſagen. Ter. Phorm. 5, 2, 12 *Ibi, prænuntia hanc venturam*, melde ſie an. Cic. Divin. 1, 6 *Inflatu divino futura prænuntiare*. Inde, *prænuntiandæ futuræres*, ap. Auguſtinum ep. 19, 3.

¶ Prænuntiātio, *ōnis*, f. die weiſſagung. Auguſtinus Retractat. 1, 22 *In veteri teſtamento prædicatio & prænuntiatio novi eſt*. Et Tertullian. de Anima c. 46 *Beneficia admonitionum & prænuntiationum*.

¶ Prænuntiator, *ōris*, m. qui prænuntiat. Gloſſ. Cyrill. *Prænuntiator*, προάγγελος. Et Auguſtinus Conſeſſ. 9, 5 *Ejaias prænuntiator evangelii apertior*. Id. de Geneſ. ad lit. 8, 4 extr. *Prænuntiator rerum futurarum*.

¶ Prænuntiatrix, *īcis*, f. Prudent. Paſſ. B. Laurentii v. 29 *Extrema vox epiſcopi Prænunciatrix gloria*.

¶ Prænuntiātīvus, *a, um*, idem. Plin. 2, 71 *Propter piraticos terrores, in ſpeculis prænuntiativi ignes accenſi*.

¶ Prænuntius, *a, um*, aliud adject. ein verbote: ut, *Clari prænuntia ſolis aurora*, Cic. in Arati Capricorno v. 300 ed. Grot. *Lucis prænuntius ales*, i. e. gallus, Ovid. Faſt. 2, 767. *Chaſmata ingentium malorum ſunt prænuntia*, Plin. 2, 27.

¶ Prænuntium, *i*, n. etiam ſubſtantive dicitur, ein vorbericht, eine anzeigung. Confirmat illud in Analectis Olaus Borrichius p. 43 exemplis Senecæ atque Plinii innixus. Ille enim de Ira 3, 10 *Procellarum ſunt quædam prænuntia*: hic Hiſt. Nat. 2, 27 *Hæc ingentium malorum fuere prænuntia*. Idem 2, 84 *Nunquam urbs Roma tremuit, ut non futuri eventus alicujus id prænuntium eſſet*. Adde Andr. Borrich. Vindic. p. 146.

¶ Pronuntio, *are*, recitare, vorbringen; ut, *Memoriter pronuntiare*, Cic. de Divin. 2, 5, auswendig herſagen. Idem de Orat. 1, 61 *Uno ſpiritu pronuntiare multos verſus*, in einem athem herſagen. *Pronuntiare perperam*, Plin. 3 epiſt. 5, n. 12, unrecht ausſprechen. *Pronuntiare ſententiam*, Cic. de Fin. 2, 12, ein urtheil ſprechen. ¶ 2. Et *Pronuntiare* ſimpliciter, urtheilen, richten. Suet. Ner. c. 15 *Quid ipſi libuiſſet, perinde ac pluribus idem videretur, pronuntiabat*. Hinc, *pronuntiari ad beſtias*, eſt damnari, l. 6 Dig. ad L. Iuliam peculatus. v. Buchner. ad Plin. 6 epiſt. 31, n. 234. Nempe *pronuntiare*, eſt palam nuntiare ſeu dicere, öffentlich vortragen. Suet. Claudio extr. *In ultima cognitione pro tribunali ACCESSISSE AD FINEM MORTALITATIS ſemel atque iterum pronuntiavit*. Id. Dom. 10 *Flav. Sabinum perperam præco non conſulem ad populum, ſed Imperatorem pronuntiavit*. Vnde & de mandatis, quando eduntur & ſignificantur, hoc uſurpari verbum ſolet. Cæſ. de B. C. 2, 25 *Interim adventu longarum navium Curio pronuntiari onerariis jubet, ſe in hoſtium habiturum loco, quæ non e veſtigio ad caſtra Corneliana vela direxiſſet*, er befehlt es auszurufen. Item de promiſſis: Curt. 3, 3, 15 *Quippe Darius mille talenta interfectori Alexandri daturum pronunciari juſſerat*. Suet. Cæſ. c. 19 *Nummos de ſuo communi nomine per centurias pronuntiavit*. Id. Ner. c. 24 *Quæ beneficia e medio ſtadio iſthmiorum die ſua ipſe voce pronuntiavit*.

¶ Pronuntiatus, *a, um*. Cic. Paradox. 3, 2 *Verſus pronuntiatus eſt ſyllaba una brevior*. Curt. 10, 6, 24 *Ipſum ad pronuntiatam prædam ſequebantur*. ¶ 2. Item damnatus. Ammian. 15, 3 extr. *Protectores pronuntiati vertere ſolum, ventam meruere, &c.*

¶ Pronuntiātum, *i*, n. ſubſt. idem quod enuntiatum, der ausſpruch, vortrag; ut, *Pronuntiatum verum* aut *falſum*, propoſitio, Cic. Tuſc. 1, 8.

¶ Pronuntiatus, *ūs*, m. ſubſt. die ausſprache, ausrede. Gell. 4, 17 *Et numerus in verſu, & ratio in pronuntiatu manet*. Idem 15, 3 *Quo fieret vox pronuntiatu audituque lenior*.

¶ Pronuntiatio, *ōnis*, f. idem. *Pronuntiatio moderatio eſt vocis, vultus atque geſtus cum venuſtate*, ut auctor ad Herenn. 1, 2 definit. Et Quintil. 3, 3 *Cuncta corrumpit ac propemodum perdit indecora vel voce vel geſtu pronuntiatio*. Hæc de oratoria ſignificatione. ¶ 2. Eſt & judicialis ſententiæ prolatio, ein gerichtlicher ausſpruch. Cic. pro Cluent. c. 20 *Lege & pronuntiatione nondum condemnatus*. Cæſ. B. C. 2, 25, 7 *Qua pronuntiatione facta*, nach der publicirung. *Pronuntiatio* hæc non tantum verbis, ſed ſola etiam diſcesſione fieri poterat, ut colligas etiam ex Petron. c. 80 p. 396 *Fulminatus hac pronuntiatione*. ¶ 3. Eſt vox ipſa. Val. Max. 7, 4 ab init. *Illa pars calliditatis egregia, & ab omni reprehenſione procul remota, cujus opera, quia appellatione noſtra vix apte exprimi poſſunt, græca pronuntiatione ſtrategemata dicuntur*: i. e. græca voce.

¶ Pronuntiator, *ōris*, m. ein redner. Cic. de Clar. Orat. c. 83 *Thucydides rerum geſtarum pronuntiator ſincerus*.

¶ Pronuntiabilis, *e*, ausſprechlich. Apul. Doctr. Plat. 3 ineunte: *Oratio pronuntiabilis*, h. e. propoſitio, enuntiatio Logica. Gloſſ. lat. gr. *Pronuntiabile*, ῥητόν.

¶ Pronuntiātīvus, *a, um*, idem; ut, *Modus pronuntiativus, quo pronuntiamus*, apud Diomed. lib. 1 p. 329.

¶ Renuntio, *are*, referre, vermelden, widerſagen. Ter. Andr. 3, 2, 28 *Id ego nunc tibi renuntio, here, futurum*, i. e. aperte nuntio. *Poſteaquam mihi renuntiatum eſt de obitu Tullie filie tue*, Serv. Cic. fam. 4, 5. Ita *renuntiare legationem* dicitur legatus, cum perlata illa domum redit, &, quid a ſe actum ſit, exponit. v. Burm. ad Quintil. 7, 4 p. 634. Drakenb. ad Liv. Epit. 47. ¶ 2. Quinct. 12, 11 p. 1109 *Sed hi primum renuntient ſibi, quanta ſit* &c. i. e. cogitent, in animum inducant. ¶ 3. *Amicitiam alicui renuntiare*, Tac. 1 Ann. 2, 70, 3, freundſchaft aufſagen. Liv. 42, 25, ubi multa Sigonius. *Civilibus officiis renuntiare*, Quint. 10, 7 pr. abdancken. *Illis repudium renuntiet, hanc ducat*, Ter. Phorm. 4, 3, 72, er mag ihnen die ehe wieder aufſagen. Nam *renuntiare* eſt vel nuntio vel verbis irritum facere, de quo convenit, ut recte explicat Ian. Gebhard. ad Nepot. Alcibiad. n. 56. Cic. ad Att. 2, 1 p. 178. ¶ 4. *Renuntiantur* etiam conſules, tribuni, magiſtratus &c. i. e. lecti vel creati declarantur, ſie werden ausgeruffen, abgekündiget. Cic. pro Lege Man. c. 1 *Prætor primus centuriis cunctis renuntiatus ſum*. Et de Orat. 2, 64 *Renuntiare conſulem*.

¶ Renuntiātio, *ōnis*, f. der bericht. Cic. Verr. 3, 39 *Ceſio renuntiat ſe dediſſe. Cognoſcite renuntiationem ex litteris*. ¶ 2. Declaratio dignitatis, die kundmachung. Cic. pro Muræna c. 8 *Non idem eſt ordo dignitatis & renunciationis, &c.* ¶ 3. *Renuntiatio*, ICtis eſt juris permiſi vel ſibi competentis remiſſio, die verzicht, begebung alles anſpruchs.

¶ Renuntiator, *ōris*, m. qui renuntiat. Tertull. de Anima c. 57 *Dominus ex perſona Abrahæ* (Luc. c. 16) *ſanxit, non poſſe inde* (e cælo) *relegari renuntiatorem diſpoſitionis inferne*. Idem de Pallio c. 4 *Deduc oculos, ſuadeo, reverere habitum unius interim erroris tui renuntiatorem*.

¶ Rēnuntius, *i*, m. ein botſchafter. Plaut. Trin. 2, 1, 22 *Nuntii renuntii*. Et Theod. Cod. 3 t. 7 *Taciti nuntii, renuntiique corrupti*.

¶ Abrenuntio, *are*, abſagen, entſagen. Salvianus lib. 6 p. 208 hanc profert baptiſmi formulam *Abrenuntio diabolo, pompis, ſpectaculis*

cultis & operibus ejus. Eadem eſt exorciſmi formula Ambroſio 1, 2 de Sacramentis, T. 4 p. 354. Et auctor Comment. Epiſt. ad Roman. (Tom. 8 Hieronymi) c. 7, 6 *Mundo abrenuntiaverunt.*

NVO, *nui, nūtum, nuere*, eſt capitis motu vel geſtu volutatem ſuam oſtendere, wincken mit dem haupt, nicken. Et inde

¶ Nūtus, *ūs*, m. ſubſt. ſignificat voluntatem, & ſummam quidem, quovis indicio patefactam, potentium potiſſimum, & magnatum inter homines, qui dicuntur *nutu moviere agmina, nutu imperare*, der winck, das gutachten. Hinc, *Ad alicujus nutum voluntatemque ſe totum convertere*, Cic. fam. 3, 10 ſub fin. nach eines willen und gefallen ſich richten. *Auctoritate nutuque legum docemur coërcere cupiditates*, Idem de Orat. 1, 43. Sic, *Hæc omnia Deorum immortalium nutu atque poteſtate adminiſtrari*: Et mox: *Nutu Iovis optimi maximi factum*, durch Gottes verhängniß, Id. Cic. Catil. 3, 9. *Nutu Iunonis eunt res*, nach ihrem kopff und ſinn, Virg. Æn. 7, 592. ¶ 2. Et *Nutus*, proclivitas eſt rei alicujus in aliquam partem, der hang. Cic. Nat. D. 2, 36 pr. *Terra undique in ſeſe nutibus ſuis conglobata.* Id. Tuſc. 1, 17 *Terrena & humida ſuopte nutu & ſuo pondere in terram feruntur.*

¶ Nūmen, *ĭnis*, n. proprie & natura ſua nihil aliud, quam *nutus* eſt, a *nuo*: ut *motus* & *momen*, unde *momentum*, a *moveo*: *flatus, flamen*, a *flo*: a *fluo, flumen*, & alia ſimiliter, die bewegungs-krafft. Lucret. de Curetibus 2, 632 *Terrificas capitum quatientes numine criſtas: Capitum numine*, i. e. nutu, vel motu. Et lib. 3, 144 *Cætera pars animæ per totum diſſita corpus Paret, & ad numen mentis, momenque movetur.* Plin. 7 epiſt. 27 *Perquam velim ſcire, eſſe phantaſmata, & habere propriam figuram numenque aliquod putes*: i. e. vim potentiamque movendi ſe. ¶ 2. Κατ' ἐξοχήν de nutu potentiaque ac voluntate ſeu providentia Dei, vel Deo ipſo uſurpatur, Gott, Gottes macht, Gottheit. Cic. de Nat. D. 2, 37 ex Ariſtotele: *Eſſe quoddam numen & vim Deorum.* Lucanus 3, 449 *Servat multos fortuna nocentes, Et tantum miſeris iraſci numina peſſunt*: Numina, i. e. Dii. Ovid. Met. 9, 316 *Numine decepto* de Iunone. Virg. Georg. 4, 7 *Si quem Numina læva ſinunt, auditque vocatus Apollo.* Et ita frequentiſſime idem aliis locis e. g. Æn. 11, 232 *Fatalem Æneam manifeſto numine ferri Admonet ira Deum*; ubi *manifeſto numine* eſt decreto inſtinctuque divino. Sæpiſſime διαφορικῶς, ſeu diſtinctionis cauſſa aliquid additur, unde conſtet, de quo numine ſermo ſit. Cicero pro Domo ſua c. 56 *Divino numine redditus reipubl. ſum.* Virg. Æn. 2, 777 *Non hæc ſine numine Divûm Eveniunt.* Liv. 1, 55 pr. *Di movent numen*, h. e. aliquid magnum portendunt. ¶ 3. Romani & Imperatores ſuos *Numinis* appellatione, ſub figura quadam, honorabant, quod ſecundi a ſummo numine eſſent, & ejus vicem fungerentur in terris, ut jam olim Livius 8, 34 *Dictatoris edictum pro numine ſemper obſervatum.* Hinc illa formula: DEVOTVS NVMINI MAIESTATIQVE EIVS. Symmach. 10 ep. 21 ad Theodoſium & Arcadium Imperatores: *Præcipua quidem beneficia numinis veſtri populus Romanus exſpectat.* Atque ab hac loquendi ratione nec ipſi Chriſtiani abſtinebant. De quo videndus Voſſius de orig. & progreſſu Idololatriæ 3, 17; & Io. Henr. Bœclerus de Auſpicio Regio c. 3 §. 5. ¶ 4. Pluraliter *numina*, de uno Deo, ſive perſona. Sil. 1, 93 *Emnæ numina Divæ*, i. e. Proſerpinæ: quod ſecus apud Chriſtianos habet. v. Prudent. Hamartig. v. 350. ¶ 5. *Numen* & *numus* in obliquis confundunt ſæpe librarii.

¶ Nūto, *are*, frequent. wancken, wackeln; ut, *Nutant ædificia*, quæ ruinam minantur, ſie ſencken ſich, hangen für ſich. Lucan. 6, 136 *Quaſſata nutant turres.* Virg. Æn. 2, 629 *Ornus concuſſo vertice nutat.* conf. 9, 682; & Plin. 13, 4. Ovid. de Arte am. 2, 263 *Dum vami pondere nutant.* Liv. 4, 37 *Nutant circumſpectantibus galeæ.* Tac. Hiſt. 4, 52, 6 *Tanto diſcrimine urbs nutabat*, die ſtadt war in gefahr. Aur. Vict. de Vir. illuſt. c. 16 *Victoria nutat*, der ſieg iſt noch zweifelhafftig. ¶ 2. *Nutare* & *mutare* confundunt librarii.

¶ Nutans, *tis*. Tac. Hiſt. 3, 18, 4 *Nutantem aciem incurſare.* Id. 1, 2, 2, *Galliæ nutantes*, die auf dem ſprung ſtehen. conf. 4, 49, 3. Val. Flacc. 7, 153 *Nutantem Colchida curis Iuno videt.* Catull. 65, 390 *Nutans platanus.* Lucan. 8, 48 *Nutantia vela carinæ.* Id. 1, 494 *Quatiente ruina Nutantes pendere domos.* conf. 4, 393. Calpurn. ecl. 2, 77 *Calathos nutanti lacte coactos* vocat h. e. tremulo, lapſabundo, ut ſolet cum ferum defluxit, neque conſtitit in caſeum.

¶ Nutatio, *ōnis*, f. das wancken. Plin. 11, 37 *Capitis nutatio.* Et Plin. junior Paneg. c. 5 *Nutatio reipublicæ.*

¶ Nūtīmen, *ĭnis*, n. idem. Silius 2, 399 de criſtis galeæ loquens *Albentes niveæ tremulo nutamine pennæ.*

¶ Nutabundus, *a, um*, wanckend, wackelnd. Solinus c. 27 *Capite nutabundo.* Salvian. 6 de Gubern. p. 229 *Ad greſſum nutabundi.*

¶ Nutābilis, *e*, idem. Apul. de Deo Socrat. *Regni nutabilis ſuggeſtus.*

Compoſita:

¶ Abnuo, *ĕre*, recuſare, abſagen, abſchlagen, ſich weigern. Cic. de Fato c. 2 *Nihil unquam abnuit ſtudio meo voluntas tua.* Liv. 9, 17 *Haud equidem abnuo, egregium ducem fuiſſe Alexandrum*, ich bin nicht in abrede. Id 36, 34 *Vanu abnuit, quicquam opis in ſe eſſe.* Tac. Hiſt. 5, 13, 6 *Quando impetus & ſubita belli locus abnueret*, wenn es der ort nicht geſtattete.

¶ Abnueo, *ēre*, pro *Abnuo*, veteres dixiſſe annotavit Diomedes lib. 1 tit. de dubia verborum poſitione: provocatque ad Ennii verſum 8 Annal. *Certare abnueo, metuo legionibu' labem.* Scipio tamen Gentilis Comm. in Apul. Apol. n. 323 p. 150 legere mavult *Abnuo.*

¶ Abnuens, *tis*; ut, *Abnuens inquiſitionis*, Apul. Et, *Elementa naturæ communionem abnuentia*, Macrob. Somn. Sc. 1, 6.

¶ Abnuītio, *ōnis*, f. die weigerung, vernemung. Feſtus: *I N non ſemper abnuitionem ſignificat, ſed interdum etiam pro addicamento ponitur. Abnutio* dixit Paulus. v. Gothofr. not. ad Feſt. p. 1742.

¶ Abnūo, *ere*, ſæpe abnuero, interpretre Feſto, ſich weren, verweigern. Vetus poëta apud Cic. de Orat. 3, 41 *Quidnam eſt obſcuro, quod te adiri abnuas?* Sed addit ibi Cicero: *Melius eſſet, vetas, probibes, abſterres.* Nempe obſoleta illa vox eſt. Qua tamen uſus eſt Plaut. Capt. 3, 4, 79 *Quod mi obnutas?* TY. *Tibi ego abnuto?* Et Arnobius extremo lib. 2 *Abnutemus verum.*

¶ Abnutīvus, *a, um*, negativus, abſchläglich, l. 83 ff. de Verb. oblig. *Et qui ſpondet*, inquit Paulus, *dolum malum abeſſe, abfuturumve eſſe, non ſimplex abnutivum ſpondet, ſed curaturum ſe, ut dolus malus abſit.*

¶ Annuo, ſeu Adnuo, *ĕre*, nutu aſſentiri, affirmare, approbare, willigen, ja ſagen. Plin. 1 epiſt. 22 *Supereſt, ut promiſſis DEVS adnuat*: i. e. faveat, ea approbet & firmet. Aliquando & active ponitur: Horat. 4 od. 6, 21 *Ni tuis victus Venerisque gratæ Vocibus Divûm Pater annuiſſet Rebus Æneæ potiore ductos Alite muros.* Val. Flacc. 1, 40 *Hanc mihi militiam, veterum quæ pulchrior actis, Annue*, i. e. concede. ¶ 2. Et, *Annuere*, inter ſigna, quibus amicæ amatoribus ſuis ſe approbant. v. Ter. Eun. 4, 5, 31, zuwincken.

¶ Annūto, vel Adnuto, *āre*, frequent. verwilligen. Nævius apud Feſtum in *Adnictat*: *Alii adnutat, alii adnictat.* Et Plaut. Merc. 2, 3, 100 *Mihi etiam nunc adnutat*, er nickt mir mit dem kopff zu.

¶ Annutans, *tis*. Apul. 10 Met. ſub fin. *Senſim annutante capite cœpi incedere.*

¶ Connuo, *ere*, idem quod *Annuere*; Plauto tribuitur.

¶ Innuo, *ĕre*, nutu aliquid ſignificare, wincken, andeuten; ut, *Abiens innuit mihi*, Ter. Eun. 4, 5, 9. conf. Non. 5, 65.

¶ Renuo, *ere*, reſpuere, recuſare, ausſchlagen, nicht wollen; ut, *Quin ullum convivium renuerit*, Cic. pro Cæl. c. 11.

¶ Renuens, *tis*. Martial. 2 epigr. 14 *Omnia fecit, Sed renuente Deo.* Et Prudent. Periſt. 4, 162 *Renuente metro*, der vers leidet es nicht.

¶ Rēnūtus, *us*, m. ſubſt. die verweigerung; ut, *Simili nutu renutuque alicujus voto reſpondere*, Plin. 1 epiſt. 7. Reſpicit ad Homericum illud Ια. π. 250 τῷ δ' ἕτεροι μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτεροι δ' ἀνένευσεν. ¶ Renūto, *are*, frequent. idem quod *Renuo.* Lucret. 4, 601 *Vox Incolumis tranſire poteſt, ſimulacra renutant.* Prudentius Hamartig. v. 774 de Lotho & uxore: *Ille gradum celerat fugiens; contra illa renutat*, i. e. ſubinde reſpicit & retro flectit ſe.

NVPER, nuperrime, adv. non ita multo ante, unlängſt, neulich. Virg. eclog. 2 v. 25 *Nuper me in litore vidi.* Ter. Eun. 1, 2, 50 *Mater mea illic mortua eſt nuper.* Et *Nunc nuper* Idem dixit Eunuch. prolog. v. 9, nur neulich. Vbi Donatum vide. De aliquot feculis uſurpari, auctor eſt Rupertus ad Pomponii Enchirid. p. 247. Adde Drakenb. ad Liv. 4, 30. Superlat. Cic. de Invent. 1, 17 *Quod ille nuperrime dixerit.*

¶ Nūpĕrus, *a, um*, neu, friſch, neulichſt. Ter. Heaut. 1, 1, 1 *Hæc inter nos nupera notitia admodum eſt.* Et Plaut. Capt. 3, 5, 60 *Recens captum hominem, nuperum & novitium.*

¶ Pronūper, adverb. idem quod nuper. Plaut. Trin. 2, 4, 26 *Quas* (drachmas) *ſponſione promiſi tu exactus es pro illo adoleſcente.* Sed vide Taubm. qui docet, quosdam dividere & legere, *qua ſponſione pro*, i. e. pro qua ſponſione.

Nupta, nuptiæ, nuptialis, &c. vide ante in *Nubo.*

NVRSIA, *æ*, f. Sabinorum, item Piceni civitas, *frigida* dicta a Virgilio Æn. 7 v. 716.

¶ Nurſīnus, *a, um*, adject. ut, *Pilæ Nurſinæ*, Martial. 13 epigr. 20.

NŪRVS, *us*, f. filii uxor, des ſohns frau, die ſchnur, ſchwieger-tochter. Ter. Hec. 2, 1, 4 *Vno omnes animo ſocrus oderunt nurus.* Apud poëtas pro *quavis fœmina* ſumitur. v. Ovid. Met. 2, 366.

¶ Abnūrus, *us*, f. des urenckels frau. Gloſſ. lat. gr. *Abnurus*, ἐκγόνου γυνή.

¶ Prōnūrus, *us*, f. pro uxore nepotis, des enckels frau, apud Ovid. Heroid. 17, 206 *Pronurus & magni Laomedontis ero.*

NVS, gr. νοῦς, *ſapientia*, weisheit. v. Vet. Interp. Irenæi 1, 1. Et Mart. Capella 2 p. 33 *Per vos vigil decenſque Nus mentis imæ complet.*

Nuſpiam, vide infra *Vſpiam*, Nusquam, *Vsquam.*

Nutabundus, nutare, nutus, &c. vide paullo ante in *Nuo.*

NŪTRIO, *īvi, ītum, ire*, alere, fovere, nähren, ernähren, erhalten; ut, *Mammis fœtum nutrire*, Plin. 11, 40. Et Ovid. de Remed. am. v. 807 *Nutritur vento, vento reſtinguitur ignis.* Idem Faſt. 1, 704 *Pax Cererem nutrit.* Et Declamator in Salluſt. *Privatorum audacias nutrire*, metaphorice. conf. Petron. c. 2. Liv. 7, 4 exer. *Nutrire in filio damnum naturæ* eſt indulgentia illud lenire, & medicinam illi adhibere. vid. Io. Fr. Gron. ad h. l. Turneb. Adverſ. 28, 34. Conf. Victorius ad Cic. Ep. ad Attic. 6, 1. *Canalibus hortos nutrire*, Calp. Ecl. 2, 35, ubi v. Burm. ¶ 2. Depon. Virg. Georg. 2, 425 *Hoc pinguem & placitam paci nutritor olivam.*

¶ Nutriens, *tis*. Vulg. Interpr. Matth. 24, 19 *Væ prægnantibus & nutrientibus*, den ſäugenden.

¶ Nutrītus, *a, um*, ernehret, erzogen. Ovid. Triſt. 3, 11, 3 *Nutritus lacte ferino.* Petron. c. 120 *Nutritæ ſanguine fruges.*

¶ Nutritus, *us*, m. ſubſt. die ernehrung, verköſtigung. Plin. 22, 24 *Multi ſenectam longam mulſi tantum nutritu toleravere.*

¶ Nutrītio, *onis*, f. idem, ex vulgari uſu.

¶ Nutrīmentum, *i*, n. alimentum, die ſpeiſe, nahrungs-mittel; ut, *Arida nutrimenta ignis*, Virg. Æn. 1, 176. *Nutrimentorum locus*, i. e. nutricationis, educationis, ap. Suet. Aug. c. 6, & Calig. 9. Metaphorice Cic. in Orat. c. 13 *Nutrimentis epidictici generis educata eloquentia eſt.*

¶ Nutrīmen, *ĭnis*, n. idem, apud poëtas. Ovid. Met. 15, 354 *Naturæque ſuum nutrimen deerit edaci.* Et Iuvencus in Matth. c. 35 de 10 virginibus: *Ne deſint claræ nutrimina pinguia flammæ.*

¶ Nutrimentālis, *e*, nutritioni ſerviens, das gut nähret, nährhafft. Conſt. Afer de N. H. *Nutrimentalia membra.*

¶ Nūtrītor, *ōris*, m. qui nutrit & alit, ein ernährer. Suet. de Clar. Grammat. c. 7 *M. Antonius Gnipho, ingenuus, in Gallia natus, ſed expoſitus,*

situs, a nutritore suo manumissus institutusque. Stat. Theb. 10, 228 *Nutritor equorum.* Dracont. in Hexaem. v. 565 *Et generata vigent sub nutritore Tonante.*

¶ Nutritōrius, *a, um,* nutriens, ernährend, nährhaft, das nahrung giebt. Th. Prisc. de Diæt. c. 3 *Lac omne nutritorium est.* Augustinus Confessio. 12, 27 *Nutritoriæ cunæ.*

¶ Nutrībilis, *e,* idem. Cæl. Aurel. Tard. 4, 3 *Cibi nutribiles.*

¶ Nutrix, *icis,* f. eine amme, verpflegerin. Cic. de Amic. c. 20 *Nutrices & pædagogi jure vetustatis plurimum benevolentiæ postulant.* Et, *Erroreni pene cum lacte nutricis suxisse videmur,* Id. Tusc. 3, 1. Germani, mit der mutter-milch eingesogen. conf. Virg. Æn. 4, 632 & 634. Quintil. 1, 1 p. 13 *Ne sit vitiosus sermo nutricibus, quas, si fieri posset, sapientes Chrysippus optavit.* add. p. 18. it. 1, 10 p. 110. *Nutrices* comites etiam adultarum virginum Liv. 3, 44. ¶ 2. *Nutrices* pro *papillis* sive *uberibus* dixit Catullus Carm. de nupt. Pelei v. 18, ubi nymphas ait visas esse *Nutricum tenus exstantes e gurgite vasto,* quamquam sunt, qui legant ibi: *Iam crurum tenus,* quod & Iosephus Scaliger in suo liquide scriptum fuisse testatur; Reatino autem pro *Nutricum* placuit *Vmblicum.* Sed locum poëtæ, qualem dedimus, Crotone laniorem pronuntiat Vossius 5 Inst. Orat. c. 6 p. 344.

¶ Nutrīcula, *æ,* f. dimin. eine amme, säugamme. Suet. Aug. c. 94 *Repositus vespere in cunas a nutricula, loco plano; postera luce non comparuit.* cont. Horat. 1 epist. 4, 8. ¶ 2. Item, eine nährerin, verpflegerin, aut quæ quocunque modo rem alit & educat. *Musicæ nutricula,* Apul. 6 Milet. p. 178. Iuvenal. 7, 149 *Nutricula caussidicorum Africa.*

¶ Nūtrīco, *are,* nutricis munere fungi, nutrire, nähren, erziehen, erhalten. Varro de R. R. 2, 4 *Nutricare porcos.* Petron. Fragm. Tragur. p. 50 *Tu viperum sub ala nutricas,* du hegest eine schlange im busen. Apul. in Trismegisto p. 98 *Terra parturit fruges, & eadem partu nutricat suo.* Arnob. lib. 1 p. 32 *Quidquid malefici graminis nutricant terrarum sinus.* Pass. Varro R. R. 1. 23 *Ea* (scil. fata) *sole nutricantur.*

¶ Nutrīcor, *ari,* idem, deponentiali voce. Cic. Nat. D. 2, 34 *Mundus omnia, sicut membra sua nutricatur & continet.* Apul. Apologia: *Eum paupertas ab incunabulis nutricata est.*

¶ Nutricans, *tis.* Varro R. R. 2, 8 *Cum peperit equa mulum aut mulam, nutricantes educamus.* Tertullianus ad Vxorem 1, 5 *Prægnantes & nutricantes* conjungit, schwangere und säugende.

¶ Nūtrĭcātus, *ūs,* m. die ernährung, erziehung, verpflegung. Varro de R. R. 1, 47 *Herba non evellenda in nutricatu.* Idem 3, 9 *Gallinæ in nutricatu occupatæ.* Plaut. Mil. 3, 1, 54 *Plane educius in nutricatu Venereo.* Et Macrob. 5, 11 *Ex ipso nutricatu.*

¶ Nutricatio, *ōnis,* f. idem; ut, *Manus nutricationis,* Gell. 12, 1, das säugen, kinderstillen. Pluraliter Apul. 2 Dogm. Plat. p. 27 *Puerorum nutricationes.* conf. Varr. de R. R. 1, 44.

¶ Nutricator, *oris,* m. apud Plinium.

¶ Nutricius vel Nutritius, *a, um,* adj. qui nutrit; ut, *Nutritio sinu recipere,* Colum. 3, 13. Sic & Firmicus 3, 16 *Alimenta nutritia* dixit. Et passive, qui nutritur Manil. 3, 131 *Infantum nutritia turba,* säuglinge.

¶ Nutrīcius, *i,* m. subst. idem; ut, *Nutricius ejus pueri eunuchus,* Cæs. de B. Civ. 3, 108. Scriptura reges *nutricios* vocat *ecclesiæ.* Et Varro de R. R. 2, 1 *Quis Faustulum nescit pastorem fuisse nutricium, qui Romulum & Remum educavit.* Gloss. lat. gr. *Nutricius,* τροφεύς.

¶ Nutrīcium, *i,* n. subst. pro *Nutricatione* seu *Nutricatu,* Seneca posuit Consolat. ad Helviam c. 17 *Illius pio maternoque nutritio per longum tempus æger convaluit.* Sic & plur. Arnobius lib. 5 *Nutricia ducere ab aliquo,* von einem nahrung haben. Et Manil. 3, v. 131 *Omnia infantum nutricia.* ¶ 2. *Nutricia,* orum, n. pl. τροφῖα, merces etiam nutricis, säugammen-lohn. Vlpian. l. 1 Dig. de var. & extraord. cognit. *Nutricia eo usque producemus, quod infantes uberibus aluntur.* Græcis ὑγειτήρια sunt. vid. Artemidorus Onirocrit. 3 c. ult. Hinc & Angelus Politianus, eruditissimus majorum ætate, egregium illud poëma de Poëtica novissime *Nutricia* inscribere voluit, ad quod vide Ioh. Alex. Brasicanum.

Composita:

¶ Adnūtrio, *ire,* zugleich ernehren. Plin. 17, 23 *Singulis denas fere adnutriunt vites.*

¶ Connutrio, *ire,* idem, apud Columellam.

¶ Connutrītus, *a, um,* unterhalten, gestärcket; ut, *Connutritus morbus,* apud Augustinum.

¶ Connutrīco, *are,* zugleich erziehen, apud Hieronymum.

¶ Enutrio, *ire,* idem quod simplex, ernähren, auferziehen. Colum. 3, 3 *Sata non ita enutriunt, ut convalescant.* Plin. 12, 1 de plantis: *Tantum bonoris increvit, ut mero infuso nutriantur.*

¶ Enutrītus, *a, um,* auferzogen; item, in schwang gebracht, gefördert. Vitruv. 2, 1 *Origines ædificiorum, quibus rationibus enutritæ & progressæ sint.*

¶ Innūtrio, *ire,* sich von etwas nähren. Seneca epist. 2 *Certis ingeniis immorari & innutriri oportet, si velis aliquid trahere,* i. e. certis auctoribus, qui in succum quasi & sanguinem convertendi sunt.

¶ Innutrītus, *a, um,* darinne erzogen. Sen. Consolat. ad Polybium c. 21 *Animus liberalibus disciplinis innutritus,* h. e. educatus. ¶ 2. Qui est sine nutritione, ungespeiset. Cæl. Aurel. Acut. 1, 17 *Ægrotantem innutritum relinquere.*

¶ Innutritio, *ōnis,* f. apud ICtos in Cod.

¶ Innutribilis, *e,* das keine nahrung giebt; ut, *Iuscellum innutribile,* Cæl. Aurel. Acut. 2, 9.

¶ Innutricātus, *a, um,* darinne erzogen. Orosius: *In malis innutricati & nati.*

¶ Renūtrio, *ire,* rursus nutrire, wieder nähren. Paulinus Nolanus epist. 23 (al. 3) ad Severum c. 9 *Quem ex rusticanis receptum domi renutrimus.*

NVX, *nŭcis,* f. eine nuß. Generaliter *Nuces* dicuntur omnia corio duriore: ut, *avellanæ, amygdalæ, juglandes, castaneæ:* sicut *pomæ* contra dicuntur omnia molliora: scribit in Virg. ecl. 2 Servius. Significat autem arborem & fructum simul, eine nuß und nußbaum. Dicta esse videtur, quod noceat, umbra scilicet sua, fegetibus: Sic, *quoniam fata ladere dicor,* &c. Ovid. canit de Nuce v. 61. *Nucum* vel *regia,* welsche nuß. *Nux avellana,* hasel-nuß. *Nux Indica,* eine Indianische nuß. Virgil. eclog. 2, 52 *Castaneas* etiam *nuces* dixit. *Nux pinea,* zirbelnuß. *Nuces amaræ* Celso 6, 7, bittere mandeln. Plaut. Curc. 1, 1, 55 *Qui e nuce nucleum esse vult, nucem frangit,* i. e. qui commodum aliquod apperit, cum & laborem, quo id quæritur, fugere non oportet. *Nuce vitiosa, cassa emere,* v. *Cassus.* Et, *Nux solida: fressa:* vide *Faba. Nuces relinquere,* die kinderschuhe vertreten, ap. Pers. sat. 1, 10 *Et nucibus facimus quæcunque relictis, Cum sapimus patruos.* Sic *Nucum sparsionis* in nuptiis poëtæ passim mentionem faciunt. Ejus rei caussas varias recenset Servius ad illud Virg. ecl. 8, 29 *Mopse, novas incide faces: tibi ducitur uxor. Sparge, marite, nuces:* Plinius 15, 22 *Nec non & bonor bis* (nucibus juglandibus) *naturæ peculiaris, gemino protectis operimento, pulvinati primum calycis, mox lignei putaminis. Quæ caussa & eas nuptiis fecit religiosas, tot modis fœtu munito: quod est verisimilius, quam quia cadendo tripudium sonumve faciant.* Suetonius de Augusto refert c. 73, quod *animi laxandi caussa nucibus luserit cum pueris minutis.* Vid. omnino Andr. Senftlebi nuces Saturnaliciæ, elegans libellus & eruditus. ¶ 2. Pro *esse* vel *ligno* pomorum Samon. 404 *Persicon huic potum e nuce traditur interiore* Scal. *Perfidis huic pomum.* v. Bodæ. ad Theophr. 3, 5 p. 125.

¶ Nŭcŭla, *æ,* f. dimin. ein nüßlein, Plin. 15, 22. Teste Festo, *Nuculas antiqui Prænestinos appellabant, quod inclusi a Pænis Casilini famem nucibus sustentarunt: vel quod in eorum regione plurima nux minuta nascitur.*

¶ Nūcella, *æ,* f. aliud dimin. der nußkern; ut, *Nucella cocta,* ap. Apicium, item, glans, die eichel. vid. Barthii Adversar. 32, 18.

¶ Nūceus, *a, um,* nußbäumin; ut, *Nucea materia,* Plin. 16, 39, nußbaum-holtz. Onomast. Vet. καρυκῆος, *nuceus.*

¶ Nūcīnus, *a, um,* idem; ut, *Mensæ nucinæ,* Vet. Scholiast. Iuvenal. sat. v. 119.

¶ Nucētum, *i,* n. ein nußgarten. Stat. in Silv. 1, 6, 12 *Quidquid nobile Ponticis nucetis.*

¶ Nucālis, *e,* den nüssen ähnlich. Cæl. Aurel. Acut. 2, 37 *Palmulæ nucales, quas caryotas appellant.*

¶ Nucamentum, *i,* n idem quod nux, aut quod nuci simile est. Plin. 16, 10 *Nucamenta* (abietis) *squamatim compacta,* tannzapffen.

¶ Nucifrangibŭlum, *i,* n. Plautus per jocum dixit dentem, in Bacchidibus, 4, 2, 16, ein nußbeisser, zahn.

¶ Nucipersĭcum, *i,* n. idem quod *Persicum,* eine pfirsche. v. tit. Martial. 13 epigr. 46.

¶ Nuciprūnum, *i,* n. i. e. prunum nuci insitum, Plin. 15, 13.

¶ Nūcleus, *i,* m. id quod in nuce inclusum esui est, der kern; ut, *Qui e nuce nucleum esse vult,* &c. Vide paullo ante in *Nux* ex Plauti Curculione. Idem Capt. 3, 4, 122 *Nucleum amisi, reliquit pignori putamina. Nucleus* autem ex *Nuculeus* est, quod in Plautinis Manuscriptis reperitur, teste Grutero. ¶ 2. Sunt & alii *nuclei,* die zienen am knoblauch, Plin. 19, 4. ¶ 3. *Nucleus ferri* apud Linium 34, 14, est præstantissimum & optimum.

¶ Nucleātus, *a, um,* fernicht; ut, *Uva passa, nucleata,* apud Scribon. Largum compos. 233.

¶ Enūcleo, *are,* nucleum a putamine extrahere, nucleis evacuare, den kern herausnehmen, auskernen. Apicius 4, 5 *Duracina enucleabis.* ¶ 2. Item, *Declarare, explanare,* per metaphoram, eigentlich darthun, erklären. Cic. Partit. Orat. c. 17 *Nec quidquam in amplificatione enucleandum est,* h. e. cum nimia cura & judicii acrimonia tractandum.

¶ Enucleatus, *a, um,* ausgekernt, ausgeklaubt; ut, *Enucleata uva,* Th. Prisc. an. 1, 20. *Enucleatæ baccæ,* Marcell. Empir. c. 20. Improprie Cic. de Orat. 3, 9 *Genus dicendi acre, acutum, enucleatum,* ausserlesen.

¶ Enucleāte, adv. eigentlich; ut *Eleganter enucleateque dicere,* deutlich und klärlich reden, Cic. in Orat. c. 9. Item, *Enucleate & polite,* Idem de Clar. Orat. c. 30.

¶ Enucleatio, *onis,* f. explanatio, die erklärung, apud Augustin.

¶ Enucleator, *oris,* m. explanator, ICt. in Cod.

¶ Innucleatus, *a, um,* unausgekernt; ut *Uvæ passæ, innucleatæ,* Plin. Valer. 1, 7.

¶ Internucŭlus, *i,* legunt quidam apud Petron. c. 7 & ajunt idem esse quod *intercutitus,* i. e. valde stupratus. Alii legunt: *Inter nuculos.* Sunt & apud Apulej. de Deo Socratis *internuculi recens cogniti.* P. Pithœus subsec. Hor. 2, 10 *Sic dicebant,* inquit, *impudicos: omne enim medium, nucleum vocabant.* conf. Turneb. Advers. 21, 28. Burmanniana editio habet inter titulos, & multas in notis multorum hariolationes.

NYCTALOPS, *ōpis,* penult. long. νυκτάλωψ, idem quod *Luscitosus,* qui vel acrius vesperi cernit, quam interdiu, vel vesperi exilius cernens, interdiu tantum videt: sic enim *Luscitosi* significationem Nonius 2, 512 & Festus confundunt. ¶ 2. Sed Plin 8, 50 *Nyctalopas,* νυκτάλωπας dixit, qui acie vespertina destituuntur, die des abends ein blod gesicht haben, übersichtig.

¶ Nyctălōpia, *æ,* f. νυκτλωπία, vitium ipsum est: vide *Luscitas* & *Myops;* & Isidor. 4, 8.

NYCTEGRĔSIA, *æ,* f. νυκτεγρεσία, das aufstehen bey nacht. vid. *Egretus* apud Festum.

¶ Nyctegreton, *i,* n. νυκτέγρετον, herba, quæ & *Nyctipra,* vel, ut alii legunt, *Nyctilampada,* quoniam e longinquo noctibus fulgeat, Plin. 21, 2.

NYCTELIA, *orum,* n. pl. τὰ νυκτήλια, Bacchi sacra nocturna apud Plu-

Plutarchum, a νὺξ & τελῶν, quod noctu perficiebantur. vid. Taubm. ad Culic. Virg. p. 70.

¶ Nyctēlius, *a, um, νυκτέλιος*, i. e. Bacchicus; ut, *Nyctelius pater*, i. e. Bacchus, Ovid. de Arte am. 1, 567. conf. Metam. 4, 15. *Nyctelius latex*, i. e. vinum apud Senecam Oedipo v. 492.

NYCTĔRIS, *ĭdis*, f. *νύκτερις*, vespertilio, fic dictus a nocte, eine fuect- oder fledermaus, Plin. 11, 47. ¶ 2. Sic quoque dictus Chærephon philosophus, quod lucubrando expalluisset, & supra modum emaciatus esset: Suidas.

NYCTEUS, *ei*, m. Neptuni & Celænûs filius apud Hygi. in Tauro, Antiopes pater, unde illa

¶ *Nycteis*, Ovid. Met. 6, 111.

NYCTICŌRAX, *ācis*, *νυκτικόραξ*, corvus nocturnus, eine nachtrabe, avis est loca amans deserta & ruinosa, dicta inde, quod noctu vel clamet, vel cibum sibi venetur. ¶ 2. Sunt, qui noctuis adnumerant. Qua significatione ex Psalmo 103, 7 Græcorum & Latinorum *Nycticorax* interpretatus est Lutherus ein käuzlein. Fuit, qui non *nycticorax* in Psalmo legendum suaderet, sed *nycticora*, ingeniosâ magis suspicione, quam, ut opinor, vera. Adscribemus eam huc tamen ex epistola 40 Paulini Nolani ad Sanctum & Amandum c. 6 *Quod nycticorax scriptum est, nycticoram esse verius*, asserebat (quidam sanctus & doctissimus vir,) *idque probabili ratione videbatur ostendere, cum illam avem hoc loco positam diceret, quam appellamus noctuam, quia secreto noctibus cantûs exerceat & volatûs, & obscuritate tenebrarum, qua fere cuncta caligant animalia, luminetur, unde nycticora aptius, quam nycticorax dicitur: quia nycticorax, nocturnus corvus, interpretatio est, nycticora autem nocte videns, eo quod pupilla oculi core (κόρη) Græcis vocatur: nihil autem noctuam simile corvi habere, manifestum est.*

NYCTĬMĔNE, *es*, f. filia Nyctei, in noctuam versa, postquam cum patre concubuerat, ideoque in silvas refugerat. vid. Ovid. Met. 2, 591 & 594.

NYCTĬMUS, *i*, m. filius Lycaonis, quem interfectum Iovi se invisenti epulandum præbuit: Clem. Alexandr. admonit. ad gent. p. 18.

NYCTOSTRĂTĒGUS, *i*, m. *νυκτοστράτηγος*, præfectus vigilum, qui armati noctu urbem perlustrant publicæ quietis causa, ein nacht-meister, rumormeister. Arcad. l. ult. §. 1 ff. de mun. & honor. c. 4 l. 18.

NYMPHA, *æ*, f. *νύμφη*, appellativum, Græcis sponsam significat, die braut, in qua tamen significatione, ut & altera, pro quâvis puella, qua vulgo ponitur, Scaliger Latinis poni negat. Sed ita sane posuit Ovid. Heroid. 1, 27 *Grata ferunt nymphæ pro salvis dona maritis*: ubi *nymphæ* uxores sunt. v. Burm. Sponsæ itaque *Nymphæ ἀπὸ τῆς νῦν πρώτως φαινομένης*, quia nunc visendas se præbeant, cum antea prodire non obtectæ. vid. Salmuth. in Pancirol. deperd. P. 1 tit. 10. ¶ 3. Præcipue autem a *νύμφη aquam* significante, *Nymphæ* numina quædam muliebria habebantur lympharum, fontium, fluminum, silvarum &c. Varia enim earum genera erant, ut, *Najades, Napææ, Oreades, Dryades* &c. de quibus suis locis. Vide Serv. ad Virg. ecl. 10. *Nymphabus* est in inscriptione vet. quam profert etiam Gron. ad Melam 2 p. m. 117. ¶ 3. Sed & de Musis usurpatur istud vocabulum. Virg. ecl. 7, 21 *Nymphæ, noster amor, Libethrides*. Illic vide Servium: itemque ad illud Virg. eclog. 10, 9 *Dic memora, aut quæ vos saltus habuere, puellæ Najades?* ¶ 4. *Nymphæ* dicuntur apes, cum primum formam cœperunt habere, Plin. 11, 16. ¶ 5. *Nymphæ* & *Lymphæ* miscentur a librariis. vid. in *Lympha*.

¶ Nymphālis, *e*, fontaneus. Octav. Horat. 4 *Caput sardi decoquere in aqua nymphali*, im brunnen-wasser.

¶ Nymphæum, *i*, n. *νυμφαῖον*, locum Nymphis sacrum notat. Speciatim ita dictus est locus oraculo celebris ad Apolloniam in Epiro: Dio Cassius lib. 41. ¶ 2. Item portus, cujus Cæsar meminit de B. C. 3, 26, ubi vide Ciacconium. ¶ 3. Est & *Nymphæum*, *ὕδρᾶιον*, sive *ὑδραγωγεῖον*; Latinis *Aquarium*, itemque *Aquagium*, faliens puta, seu *fons*, minusculus & aquam ejaculans. Capitol. Gordiano tertio c. 32 *Opera Gordiani Romæ nulla exstant, præter quædam nymphea & balneas*. Vide ibi Salmasium, & Plin. 25, 12: ubi est lavacrum, balneum, das bad. ¶ 4. Item, *νυμφῶν ἱερὸν*, fanum nympharum & locus celebrandis nuptiis destinatus, ein hochzeit-haus. Tales basilicas undecim fuisse Romæ, testatur Panciroll. & in eum Salmuth. in Deperd. P. 1 tit. 19, qui etiam Cujacium in ea fuisse opinione ostendit, improbata Alciato & Beroaldo.

¶ Nymphæa, *æ*, f. *νυμφαία*, herba nascens in paludibus & lacubus, gelbe und weisse seeblumen oder haarwurtz. *Nymphæa Heraclia*, quæ Venerem extinguit, Plin. 25, 7; & 26, 10.

¶ Nympharēna, *æ*, f. gemma, urbis & gentis Persicæ nomen habens, Plin. 37, 10.

¶ Nymphicus, *i*, m. Sacerdos Nympharum, vel qui Nympheo præerat. v. Murat. Inscr. 22, 1.

¶ Nymphon, *ōnis*, m. vir quidam Colophonius, de quo Cic. ad Quint. frat. 1, 2, 2 *Ego nugas maximas omni mea comitatæ complexus sum, Nymphonem etiam Colophonium*.

¶ Denymphālis, *e*, adject. Hinc *Denymphales* feriæ, quibus aquam non licebat in agros inducere. Papias.

¶ Neonymphus, *i*, m. *νεόνυμφος*, ein neuverlobter, bräutigam.

¶ Paranymphus, *i*, m. *παράνυμφος*, pronubus, qui nuptiis præest; Veteres *Adsricem* dicebant, ein braut-diener, freywerber. Fortunat. 8, 5, 305 *Angelus inde tuos repetens paranymphus honores*.

¶ Paranympha, *æ*, f. pronuba, quæ nubentem viro conjungit, Isidor. 9, 8.

NȳSA, *æ*, f. urbs Arabiæ, a qua *Nyseus* duabus syllabis, & Nysæus, & Dionysius, Bacchus cognominatus fuit. vide Diod. Siculum 3, 64; & 4, 2. Ibi enim fingitur in antro a nymphis educatus. Adde supra dicta in *Dionysius*, & Plin. 5, 18. ¶ 2. *Nysa*, urbs Indiæ vel condita a Baccho, vel eidem dedicata, ob educationis memoriam, vide Iustinum 12, 7, 6. Alii confundunt cum *Nysa Arabica*, & in India tradunt Bacchum enutritum. Ita Mela 3, 7; & Curtius 8, 10, 12. vid. de dissensu mythographorum in *Nysa* Burmann. ad Ovid. Met. 3, 314. ¶ 3. Mons quoque Indiæ *Nysa*, Baccho sacer. Virg. Æn. 6, 806 *Liber agens celso Nysæ de vertice tigres*. ¶ 4. Sunt præterea aliæ hujus nominis urbes a Stephano Byzantio enumeratæ, in Caria, Thracia &c. vid. Spanh. de usu & præst. num. diss. 4 p. 192 sq. ¶ 5. Et alter e verticibus Parnasi dicitur *Nysæ* nomen habuisse. Vide interpretes ad Iuvenalis sat. 7, 64, & Dausqu. ad Sil. 7, 198. Vnde Parnassus Lucano l. 5, 73 est *Mons Phœbo Bromioque sacer*.

¶ Nȳsēus, & Nysæus, *a, um*, adject. quo, quæ Bacchi sunt, notantur. Propert. 3, 17, 22 *Indica Nysæis arma fugata choris*. Et Sil. 7, 198 *Festas Nysæo vedimivit palmite mensas*.

¶ Nyseius, *a, um*, id. Lucan. 8, 801 *Et juga tota vocant Bromio Nyseia*.

¶ Nysēis, *ĭdos*. *Nysēides nymphæ* Ovid. Met. 3, 314, quæ Bacchum educarunt.

¶ Nysius, *a, um*, idem. Arnob. lib. 5 p. 176 *Nysius & Semeleius Liber*; scil. a loco educationis & matre ita appellatus. Et Plin. 16, 34 *Hedera coronis Poëtæ utuntur*, quam quidam *Nysiam*, *alii Bacchicam vocant*.

¶ Nysiăcus, *a, um*, aliud adject. i. e. Bacchicus vel hederaceus, von epheu; ut, *Nysiaci flores*, Mart. Capella lib. 2 p. 24.

¶ Nysias, *adis*, f. gentile; ut, *Nysiades Nymphæ*, quibus a Iove nutriendus est datus Liber, Ovid. Fast. 3, 769.

¶ Nysion, *i*, n. subst. *νύσιον*, i. e. hedera, epheu, Apul. de Herb. c. 98.

¶ Nysigĕna, *æ*, c. in Nysa natus. ut, *Nysigenæ Sileni*, quod cum Baccho in Nysa educati sunt apud Catullum carm. 65, 252.

FINIS TOMI PRIORIS.

LIPSIÆ, EX OFFICINA SAALBACHIANA.

BASILII